Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Corpus Juris Canonici Emendatum Et Notis Illustratum

Gregor <XIII., Papst>

Editio haec postrema summâ fide & diligentiâ nunc denuò à mendis prioribus Typographicis purgata, 1670

urn:nbn:de:bsz:31-107487

Visual Library

Gym 4038

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

CORPUS

JURIS CANONICI

EMENDATUM

NOTIS ILLUSTRATUM.

GREGORII XIII. PONT. MAX.

JUSSU EDITUM

INDICIBUS VARIIS NOVISQ;

ET APPENDICE PAULI LANCELLOTTI

PERUSINI ADAUCTUM: CUJUS PARTES

INDICAT AVERSA PAGINA.

Accesserunt Novissimè LOCI COMMUNES [illegible]mi,

summâ diligentiâ ex ipsis Canonibus collecti, & or[illegible]e

thodo singulari ad usum Fori utriusque fideliter digesti:

THEOLOGIS, POLITICIS, & PRACTICIS

pernecessarii.

Itemq; LIBER VII. DECRETALIUM Novis aliquot

Constitutionibus auctus.

Editio hæc postrema summâ fide & diligentiâ nunc denuò à mendis

prioribus Typographicis purgata.



M. DC. LXX.

COLONIÆ MUNATIANÆ,

Impensis EMANUELIS KÖNIG & FILIORUM

Cum Gratia & Privilegio Sac. Cæs. Majestatis.

ccr

CONTENTA.

I. Decretum Gratiani.
II. Decretales D. Gregorii Papæ IX.
III. Liber Sextus Decretalium D. Bonifacii Papæ VIII. Una cum Clementinis & Extravagantibus.
IV. Index generalis præcedentium librorum.
V. Institutiones Juris Canonici, à Paulo Lancellotto Perusino conscriptæ.
VI. Liber Septimus Decretalium, cum Indice.

Cyprn 4038



Trigesima tertia ostendit, quòd bigami, corpore vitiati, usurarii, publicè pœnitentes, lusores, in scena ludentes, furiosi, arreptitii, accipientes meretrices in uxores, & concubinas habentes, promoveri non possunt. 109.

Trigesima quarta ponit, quòd oportet Episcopum vitare nimiam familiaritatem domesticarum personarum, & etiam consanguineatum, & quòd venari non licet. 111.

Trigesima quinta agit de tertio Capitulo Apostolicæ regulæ, Oportet ordinandum non esse vinolentum. 117.

Trigesima sexta, exponendo illud, prudentem, dicit quòd Clerici debent habere peritiam literarum sacrarum. 119.

Trigesima septima ostendit, quòd Clerici non debent libros gentilium respicere: peritiam tamen secularium scientiarum debent habere. 121.

Trigesima octava probat, quòd literis debet esse eruditus Sacerdos, & canones ignorare non debet. Ignorantia enim ipsi est periculosa. 126.

Trigesima nona ostendit, quòd oportet Episcopum esse prudentem in negotiis secularibus, ut suâ cautelâ reddantur Ecclesiæ indemnes. 129.

Quadragesima prosequitur quintum Capitulum Apostolicæ regulæ, Oportet Episcopum esse ornatum. Et primò de ornatu interiori, qui consistit in virtutib. ib.

Quadragesima prima tractat de ornatu, qui consistit in gravitate, incessu, habitu, & temperantia potus & cibi. 133.

Quadragesima secunda declarat illud, hospitalem. 135.

Quadragesima tertia, illa duo, pudicum, & doctorem. 137.

Quadragesima quarta, illud, non vinolentum, quod est pars ejus, quod diximus s. 35. dist. 140.

Quadragesima quinta, illud, non percussorem. 143.

Quadragesima sexta, illud, non litigiosum. 149.

Quadragesima septima, illud, non cupidum, domui suæ benè præpositum. 151.

Quadragesima octava, illud, non neophytum. 154.

Quadragesima nona, prædicta præcepta Apostolicæ regulæ sub compendio & breviter recapitulat. Et ponit causas & rationes, quare criminosi & vitiosi non debent in Episcopos promoveri. 155.

Quinquagesima agit de lapsu & reparatione Clericorum. 158.

Quinquagesima prima, de curialibus sive officiariis, ratiociniis obligatis, judicibus & advocatis ordinandis, vel non. 178.

Quinquagesima secunda, de præposteratione sacrorum ordinum, sive de Clerico per saltum promoto. 180.

Quinquagesima tertia, de curiæ annexis in Clero vel monasterio recipiendis, vel non. Et ibi probat quare curiales & aliter obligati ordinandi non sunt. 181.

Quinquagesima quarta, de servis à non Dominis manumissis non promovendis, nisi libertatem sint consecuti. ibid.

Quinquagesima quinta, de corpore vitiatis, bigamis, illiteratis, publicè pœnitentibus ordinandis, vel non. 188.

Quinquagesima sexta, de filiis Presbyterorum, & natis de fornicatione & adulterio non ordinandis. 192.

Quinquagesima septima, de baptizatis in ægritudine an ordinentur. 196.

Quinquagesima octava, de Monachis non ordinandis sine licentia Abbatis. ibid.

Quinquagesima nona, de Laicis literatis non subitò ordinandis. ib.

Sexagesima ostendit, ex quibus ordinibus aliquis eligendus sit in Præpositum, vel Decanum, vel Archipresbyterum, vel Episcopum. 198.

Sexagesima prima ostendit, quòd Laici non sunt eligendi in Episcopos, sed postulandi. ibid.

Sexagesima secunda ostendit, quòd Clericorum est eligere, & populi consentire. 199.

Sexagesima tertia probat, quòd nullo modo Laici debent se ingerere electioni Episcoporum. 205.

Sexagesima quarta ponit, quo tempore & quibus præsentibus debent Episcopi consecrari. 216.

Sexagesima quinta dicit, quòd præsentibus omnibus Episcopis comprovincialib. vel se excusantibus, debet Episcop. consecrari ab Archiepiscop. Et ibi dicit, quòd si cæteris ordinationi Episcoporum consentientibus duo vel tres contradicant, obtineat plurimorum sententia. 218.

Sexagesima sexta, de promotione Archiepiscopi, qui ab omnibus Episcopis comprovincialibus ordinandus, & non est consecrandus à paucioribus, quàm à tribus. 220.

Sexagesima septima, de promotione sive ordine Presbyterorum. ibid.

Sexagesima octava dicit, quòd illi, qui sunt ordinati ab illis, quorum non constat esse Episcopos, iterum sunt ordinandi. Sive determinat de ordinatione non iteranda, & de Chorepiscopis. ibid.

Sexagesima nona, quòd prima tonsura Clerici de manu Abbatis potest suscipi. Vel dic quòd determinat de non ordinatis, ne in Ecclesia Dei ministrent. 223.

Septuagesima tractat, ne quis ordinetur sine titulo. 224.

Septuagesima prima, ne quis ordinetur à non suo Episcopo. ib.

Septuagesima secunda, ne ignotus Clericus sine literis dimissoriis, sive commendatitiis recipiatur. 226.

Septuagesima tertia ostendit, qualiter literæ formatæ & dimissoriæ fiant. 227.

Septuagesima quarta tractat, ab invitis ordines conferantur. colum. 228.

Septuagesima quinta, de tempore & die consecrationis Episcoporum, necnon de temporibus ordinationum aliorum Clericorum. cap.

Septuagesima sexta, de jejuniis quatuor temporum: & quare sint jejunanda. 3.

Septuagesima septima ponit, qualiter Clerici sunt per gradus ordinandi: & etiam tractat de interstitiis temporum. 237.

Septuagesima octava, in qua ætate sunt Sacerdotes ordinandi. colum. 239. 11.

Septuagesima nona repetit de ordinatione summi Pontificis, quæ à solis Cardinalibus fieri debet. 240.

Octuagesima, in quibus locis sunt ponendi Episcopi vel Archiepiscopi. 243.

Octuagesima prima epilogando dicit, quod ordinandus in Episcopum debet esse sine crimine: nec

Clerici mulieribus cohabitare debent. 244.

Octuagesima secunda docet, quòd Episcopus his, qui suis manibus laborare non possunt, providere debet: & addit, quòd si quis ministrorum fornicationem committat, & agat pœnitentiam, ex dispensatione potest in ordinibus remanere. 251.

Octuagesimâ tertiâ docetur, quòd Prælatus non solùm à peccato immunis esse debet, sed etiam peccatis aliorum consentire non debet. 254.

Octuagesima quarta vult, quòd Prælatus sit vigilans circa defensionem pauperum, relevationem oppressorum, & curationem monasteriorum. 255.

Octuagesima quinta tractat de hospitalitate Clericorum, quæ est Episcopis necessaria. 257.

Octuagesim. sexta probat, quòd oportet Episcopum esse doctorem, ut sciat subditos corrigere: Item liberalem circa patientes necessitatem, & non circa histriones. 258.

Octuagesima septima probat, quòd viduis, orphanis & oppressis, Episcopus debet dare subsidium. 263.

Octuagesim. octava dicit, quòd Clerici cupiditatis causâ negotiatores esse non debent: sed pietatis causâ curam orphanis, & viduis impendere. 265.

Octuagesima nona dicit, quòd oportet Episcopum esse domui suæ benè præpositum, ut sciat in dispensatione rerum Ecclesiæ regulam esse observandam 269.

Nonagesimâ docetur, qualiter litigiosi corripiendi sunt, & non ordinandi, tractans de licitis & honestis operibus. 271.

Nonagesimâ primâ, de modo cantandi in Ecclesia, etiam de electi potestate. Dicit etiam, quòd si Clericis sua beneficia non sufficiant, possunt sibi necessaria quærere artificio suo licito. 273.

Nonagesima secunda dicit, quòd magis corde, quàm vocibus cantandum est. 274.

Nonagesima tertia, de obedientia minorum erga majores, & quòd nullus debet communicare inimicis Romanæ Ecclesiæ. 276.

Nonagesima quarta, de legato Romani Pontificis, qui impediendus non est: & impedientes sint excommunicandi. Probat etiam, quòd major in officio, minori vices suas committere potest: & de præsumptione Archidiaconorum. colum. 285.

Nonagesima quinta dicit, quòd etiam præsentibus Episcopis Presbyteri, quamvis eis subditi, possunt sacra mysteria celebrare, & prædicare. 286.

Nonagesima sexta dicit, quòd Laicis (etiam Imperatoribus) non licet aliquem ordinare, vel de rebus Ecclesiarum judicare. 290.

Nonagesima septima dicit, quòd precibus Ecclesiæ Imperator & cæteri Principes possunt eam juvare: subjicientibus Ecclesiam Romanam legationem undecunque sine signatis apicibus non recipere. 299.

Nonagesima octava dicit, quòd Clerici peregrini & ultramarini, sine testimonio quinque Episcoporum recipiendi non sunt. 301.

Nonagesima nona dicit de primatibus & potestate eorum, qualiter nullus est appellandus universalis. 302.

Centesima tractat de pallio, & usu ejus. 304.

Centesima prima & ultima dicit, unam provinciam in duas non dividendam. 308.

¶ *Secunda pars, quæ est de Causis, distincta est in Causas xxxvj. quarum quælibet plures sub se Quæstiones continet.*

¶ *Prima causa quæstiones habet septem.*

Prima quærit, utrùm vendere spiritualia sit peccatum. *fol.* sic. colum. 308.

Secunda, an pro ingressu Ecclesiæ vel monasterii pecunia sit exigenda vel persolvenda. *fol.* non. colum. 352.

Tertia, utrùm præbendas Ecclesiæ emere sit simonia. *fol.* sic. 356.

Quarta, utrùm ille reus criminis sit, cujus pater pro eo ignorante simoniam commisit. *fol.* ignorantia facti, non juris, excusat eum. 363.

Quinta, utrùm liceat ei retinere, quòd pater pro eo simoniacè acquisivit. *fol.* de rigore juris non, de misericordia secùs. 367.

Sexta, utrùm ignoranter à simoniaco ordinati sint abjiciendi, vel non. *fol.* probatâ ignorantiâ misericorditer tolerantur. 369.

Septima, utrùm renuncians suæ hæresi in Episcopali dignitate sit suscipiendus. *fol.* rigor vult eum deponi, sed dispensatio sustineri. colum. 370.

¶ *Secunda causa habet octo quæstiones, & in ea quinta præcedit quartam.*

Prima quærit: utrùm in manifestis sit ordo juris servandus. *fol.* sic, nisi sit notoria. 282.

Secunda, utrùm spoliatus ab aliquo sit judicandus. Non ante restitutionem. 391.

Tertia, quâ pœnâ sint feriendi in accusatione deficientes. Talione. 392.

Quinta, utrùm accusatore deficiente reus sit cogendus ad purgationem. Non, nisi infamiâ publicâ laboret. 395.

Quarta, an duorum testimonio Episcopus sit condemnandus. Sic. 404.

Sexta, quo remedio causa sublevatur. Appellatione: quæ tamen ei danda non est, qui causâ dilationis appellat. 406.

Septima, an Laici, vel Monachi, vel quilibet inferiorum ordinum sint admittendi in accusatione majorum. Non, de jure novo. colum. 419.

Octava, qualiter accusatio fieri debeat. *fol.* in scriptis. 436.

¶ *Tertia causa quæstiones xj. complectitur.*

Prima, utrùm restitutio sit facienda quibuslibet spoliatis. *fol.* sic, nisi in certis casibus. Nam infamatus, apostata, justè spoliatus, præcisus & suspectus, non sunt restituendi. 438

Secunda, quærit de induciis, quo spatio sint dandæ: an post restitutionem tantùm, an post vocationem ad causam quibuslibet concedendæ sint. *fol.* ad arbitrium judicis. 440.

Tertia, quo spatio mensium sint utrique concedendæ. *fol.* ut priùs. 442.

Quarta, utrùm infames sint recipiendi ad testimonium. *fol.* non, nisi contra sui similes. 444.

Quinta, an testes domestici vel inimici sint producendi. *fol.* non. colum. 446.

Sexta

Sexta, utrùm reus extra Provinciam sit producendus. *fol.* non. 450.
Septima, utrùm criminosus possit esse judex. *fol.* sic, ab Ecclesia toleratus. 454.
Octava, utrùm Episcopus possit ab uno judicari. *fol.* non nisi à xii. Episcopis: reservatâ sententiâ summo Pontifici. 459.
Nona, utrùm accusatores vel testes in absentem vocem accusationis vel testificationis exhibere valeant. *fol.* non. 460.
Decima, utrùm deficientes in uno capitulo, sint admittendi ad sequentia. *fol.* non. 463.
Undecima, utrùm accusatus in accusatorem possit convertere accusationem. *fol.* non, nisi in majori crimine. 464.

¶ *Quarta causa habet quæstiones vj.*

Prima, an in excommunicatione constitutus, alium accusare valeat. *fol.* non. 465.
Secunda, an intra xii. annos in criminali causâ quis testificari possit. *fol.* non. 467.
Tertia, an ab accusatione prohibitus possit esse testis. *fol.* non. ib.
Quarta, an idem possit esse accusator & testis. *fol.* non. 469.
Quinta, an si vocatus ad causam non veniat, sit excommunicandus. *fol.* sic, nisi justam absentiæ causam probaverit. 471.
Sexta, an calumniator in propria causâ sit audiendus. *fol.* sic, si causa non sit criminalis. ibid.

¶ *Quinta causa habet vj. quæstiones.*

Prima, quâ pœnâ sit feriendus, qui famosum libellum scribit. *fol.* anathemate, nisi scripturam probaverit. 472.
Secunda, quoties quis sit ad causam vocandus antequam excommunicetur. *fol.* non tantùm semel, sed bis. 473.
Tertia, an per procuratorem quis causam agere valeat criminalem. *fol.* non, nisi sit persona illustris. Causam verò injuriarum civilem, sic. 474.
Quarta, an absque synodali audientia Episcopus sit damnandus. *fol.* non. 475.
Quinta, an sit habendus pro inimico, qui aliquem accusat. *fol.* non, si hoc faciat ex charitate. 476.
Sexta, quâ pœnâ sit plectendus, qui non probat objecta. *fol.* talione. 478.

¶ *Sexta causa quæstiones v. habet.*

Prima, utrùm criminosi vel infames religiosum Episcopum possint accusare de simonia. Non. 480.
Secunda, si Episc. accusationem in accusantem convertere voluerit, an ejus verbo simplici fides adhibenda sit. Non. 487.
Tertia, an liceat petere judicium Episcopi alterius Provinciæ. Non, nisi in causa damnationis. ibid.
Quarta, cujus judicium sit expetendum, cùm Episcopi Provinciæ in sua sententia discordant. Archiepiscoporum & Episcoporum vicinæ Provinciæ. 489.
Quinta, an accusatore deficiente reus sit ad probationem cogendus. Non, sed benè ad purgationem, si laboret infamiâ. 491.

¶ *Septima causa habet ij. quæstiones.*

Prima, utrùm vivente Episcopo alius poterit in eadem Ecclesia ordinari. Non, nisi transferatur vel cedat. Tamen pro infirmitate vel senectute datur sibi coadjutor. 491.
Secunda, utrùm hi, qui cesserunt causâ infirmitatis, sanitate receptâ possint cathedram repetere. Non. 511.

¶ *Octava causa quæstiones v. colligit.*

Prima, utrùm liceat Episcopo sibi successorem eligere. Non. 512.
Secunda, an amicorum patrocinia electione valeant. Non. 519.
Tertia, an sit simonia, post electionem pro indemnitate Ecclesiæ juramentum præstare. Sic, si pactum super hoc præcessit. ibid.
Quarta, an liceat Clericis declinare judicia Episcopi de crimine accusati, ante sententiæ tempus. Non ante condemnationem, nisi per appellationem. 520.
Quinta, an accusatus coram Apostolico, sine ejus literis debeat reverti. Non. 521.

¶ *Nona causa habet iij. quæstiones.*

Prima, an ordinatus ab excommunicato ejiciendus sit. Non, si ignoravit illum esse excommunicatum. 521.
Secunda, an liceat Archiepiscopo vel Episcopo Clericos alterius ordinare. Non, sine literis proprii Episcopi. 523.
Tertia, an liceat Archiepiscopo Clericos sui Suffraganei absolvere vel damnare. Non, nisi datâ negligentiâ, vel appellatione interpositâ. 426.

¶ *Decima causa quæstionibus iij. est contenta.*

Prima, an Ecclesia cum omni dote ad Episcopum pertineat, vel ad ejus ordinationes. *fol.* sic. 532.
Secunda, an liceat Episcopo res Ecclesiæ distrahere. *fol.* non, nisi in certis casibus. 535.
Tertia, quid à singulis Ecclesiis nomine cathedratici valeat exigere. *fol.* duos solidos. 540.

¶ *Undecima causa habet iij. quæstiones.*

Prima, an Clericus ante civilem judicem sit trahendus. Non. 544.
Secunda, quâ pœnâ dignus sit, qui Clericum ad secularem judicem traxit. Excommunicatione. 557.
Tertia, quâ pœnâ dignus sit, qui sententiam Episcopi non servaverit. Depositione. ibid.

¶ *Duodecima causa quæstiones continet quinque.*

Prima, an liceat Clericis proprium habere. Non, regularibus. 587.
Secunda, an res Ecclesiæ possint dari. Non, nisi in casibus. 597.
Tertia, utrùm Clerici acquisita de rebus Ecclesiæ possint relinquere, quibus voluerint. Non, nisi Ecclesiæ. 610.
Quarta, quibus possint Clerici relinquere, quæ de suis & Ecclesiæ rebus provenerunt. Partim Ecclesiæ, partim hæredibus. 621.
Quinta, an liceat Clericis testamentum facere. Sic, de propriis rebus. 622.

¶ *Decima tertia causa habet ij. quæstiones.*

Prima, utrùm decimæ sint dandæ ratione territorii, vel personæ. *fol.* ratione utriusque. 624.
Secunda, an jus percipiendi & solvendi decimas tollatur ratione temporis. *fol.* sic. 626.

¶ *Decima quarta causa habet vj. quæstiones.*

Prima, an liceat Clericis in judicio sua repetere. Sic. 637.
Secunda, an super rebus Ecclesiæ testes ejusdem sint audiendi. Sic. 638.
Tertia, an præter sortem aliquid accipere sit usura. Sic. 639.
Quarta, an liceat Clericis vel laicis usuras accipere. Non. 640.
Quinta, an eleemosynæ sint de usuris faciendæ. Non. 642.
Sexta, an usurarii possint pœnitentiam agere. Non, si habeant unde possint restituere. 645.

¶ *Decima quinta causa habet viij. quæstiones.*

Prima, an ea quæ fiunt ab ignorantibus vel mente alienatis, sint eis imputanda. Non, nisi culpâ suâ ad ignorantiam devenerint. 647.

Secunda, an pro impensis patrocinii, liceat Clericis munera exigere. Sic. 652.

Tertia, an per confessionem mulieris, cum qua peccavit Sacerdos, sit condemnandus. Non. ib.

Quarta, an die dominico debeat Episcopi causas audire. Non. col. 654.

Quinta, an neganti crimen purgatio sit indicenda. Sic, si laborat infamiâ. 655.

Sexta, an in criminalibus confessio sit extorquenda. Non. ibid.

Septima, an solus Episcopus Diaconum vel Presbyterum deponere possit. Non. 657.

Octava, si confessus vel convictus de his, quæ ante ordinationem commisit, valeat ministrare. Non. colum. 659.

¶ *Decima sexta causa habet vij. quæstiones. Et in ea quinta quæstio ponitur in tertio loco.*

Prima, an liceat Monachis officium celebrare. *fol.* sic, cum permissione Episcopi: & licentia Abbatis. 661.

Secunda, an liceat eis in capellis suis Sacerdotes instituere. *fol.* sic, si quas possideant pleno jure. colum. 683.

Quinta, an Episcopus vel Abbas jure territorii capellam valeat vendicare. *fol.* non. 685.

Tertia, an jura Ecclesiæ per præscriptionem tollantur. *fol.* sic. 686.

Quarta, an Ecclesia contra Ecclesiam vel monasterium possit præscribere. *fol.* sic. 693.

Sexta, si quis rem Ecclesiæ ab aliquo detentam suâ auctoritate irrepserit, an cadat à causâ. *fol.* sic, sed non Ecclesia. 694.

Septima, an liceat alicui Ecclesiam de manu Laici recipere. *fol.* non, nisi Ecclesia vel monasterium habeat jus patronatus. 696.

¶ *Decima septima causa habet jv. quæstiones.*

Prima, an reus sit voti, qui à proposito sui cordis recedit. *fol.* non, quantum ad Ecclesiam, nisi ore pronunciaverit. 707.

Secunda, an beneficia ei reddenda sint, qui eis in infirmitate renunciavit. *fol.* sic, si non erat sui compos. 708.

Tertia, an liceat illi, qui se monasterio tradidit, postea ad propria redire. *fol.* non. 709.

Quarta, an discedens de monasterio, sine sui Abbatis licentia, possit sua vendicare. *fol.* non. 710.

¶ *Decima octava causa habet ij. quæstiones.*

Prima, an Abbas factus Episcopus acquirat Ecclesiæ, vel monasterio. *fol.* dum fuit Abbas, acquisivit monasterio: sed factus Episcopus, Ecclesiæ. 721.

Secunda, an per Episcopum Abbas sit eligendus vel instituendus. *fol.* ab Episcopo est ordinandus: à fratribus verò eligendus. 722.

¶ *Decima nona causa continet iij. quæstiones.*

Prima, an Episcopus debeat permittere Clericos transire ad monasterium. *fol.* sic. 731.

Secunda, si noluerit, an liceat eis, eo invito, transire. *fol.* sic. 732.

Tertia, an liceat canonicis regularibus transire ad monasterium Monachorum. *fol.* non, sine licentia sui Prælati. ibid.

¶ *Vigesima causa quæstiones jv. comprehendit.*

Prima, utrùm pueri traditi monasteriis sint cogendi ibi manere. Non, nisi postquam venerint ad annos discretionis. 735.

Secunda, si præter voluntatem parentum intraverint monasterium, an per eos inde possint extrahi. Sic, infra annum & diem: si sint infra annos discretionis. 738.

Tertia, an qui invitus cucullam induit, cogatur eam retinere. Non, nisi post consenserit. 739.

Quarta, an liceat ab uno monasterio ad aliud transire. Sic. 742.

¶ *Vigesimæ prima causa habet v. quæstiones.*

Prima, an Clericus possit in duabus Ecclesiis inscribi. *fol.* non. colum. 743.

Secunda, an liceat Clericis à suâ Ecclesia ad aliam transire. *fol.* non, sine literis vel licentia sui Prælati. 744.

Tertia, an liceat Clericis suscipere procurationem secularium negotiorum. *fol.* non, nisi causâ pietatis. 746.

Quarta, an liceat Clericis vestibus fulgidis ornari. *fol.* non. 747.

Quinta, quâ pœnâ sint puniendi Clerici ad judicium seculare fugientes. *fol.* excommunicatione. colum. 749.

¶ *Vigesima secunda causa gerit quæstiones quinque.*

Prima, an juramentum sit præstandũ. Sic, causâ necessitatis. 750.

Secunda, an sit perjurus qui jurat falsum, & credit verum. Sic, propter intentionem fallendi. tamen posteà dicitur contrarium. 755.

Tertia, an liceat Clericis denegare Episcopo consuetam obedientiam. Non, ante condemnationem. 762.

Quarta, an juramentum illicitum sit servandum. Non. 763.

Quinta, an perjurus sit, qui alium pejerare cogit. *fol.* sic. 769

¶ *Vigesimæ tertia causa habet viij. quæstiones.*

Prima, an militare sit peccatum. Non, si justè fit. 776.

Secunda, quod sit bellum justum. *fol.* Quod fit edicto superioris repetendarum rerum, aut propulsandarum injuriarũ causâ. 779.

Tertia, an injuria sociorum sit armis propulsanda. Sic. 780.

Quarta, an vindicta sit inferenda. Sic, ab eo cujus interest. 784.

Quinta, an sit peccatum judici vel ministro reos occidere. Non, causâ justitiæ. 809.

Sexta, an mali sint ad bonum cogendi. Sic. 825.

Septima, an hæretici sint spoliandi suis & Ecclesiæ suæ bonis. Sic. 828.

Octava, an liceat Clericis arma movere. Non manu propriâ, nisi causâ necessitatis. 830.

¶ *Vigesima quarta causa habet quæstiones iij.*

Prima, an hæreticus aliquem possit excommunicare. Non. 842.

Secunda, an post mortem possit aliquis excommunicari. Sic, pro hæresi. 858.

Tertia, an pro peccato domini, ejus familia possit excommunicari. Non, sed interdicto supponi. colum. 861.

¶ *Vigesima quinta causa habet ij. quæstiones.*

Prima, an auctoritate privilegii quis contra jus commune valeat se tueri. *fol.* sic. 879.

Secunda, an sequentia privilegia derogent prioribus. *fol.* sic, si ex certa scientia fuerint concessa col. 884.

¶ *Vigesi-*

¶ *Vigesima sexta causa quæstiones vij. continet.*

Prima, an sint fortilegi, qui sub ficto religionis nomine futura promittunt. *fol.* sic. 890.

Secunda, an sit peccatum esse fortilegum. *fol.* sic. ibid.

Tertia, à quibus genus divinationis sumpsit exordium. *fol.* à Persis. 894.

Quarta, quot sunt genera divinationis. *fol.* quatuor secundùm numerum: duo secundùm formam, quod videre pot[illegible]. ibid.

Quinta, an fortilegi habeat excommunicandi. *fol.* sic. 896.

Sexta, an excommunicatus ab Episcopo possit reconciliari à Presbytero. *fol.* non, Episcopo inconsulto, nisi in necessitatis articulo, col. 904.

Septima, an morientibus sit pœnitentia imponenda. *fol.* non, tamen est eis innotescenda. 908.

¶ *Vigesima septima causa habet quæstiones ij.*

Prima, an conjugium possit esse inter voventes. *fol.* non, si votum sit solennizatum, secùs si simplex fuerit. 913.

Secunda, an liceat sponso à sua sponsa recedere. *fol.* non, si desponsatio sit de præsenti. 926.

¶ *Vigesima octava causa gerit quæstiones iij.*

Prima, an conjugium sit inter infideles. *fol.* non. 941.

Secunda, an liceat converso ad fidem ducere aliam, vivente priore. Sic, si sit divisus ab ipsa infideli. 950.

Tertia, an bigamus sit, qui ante baptismum unam uxorem, & post aliam habuit. Sic. 951.

¶ *Vigesima nona causa habet ij. quæstiones.*

Prima, an sit conjugium inter servum & ingenuam. *fol.* sic, nisi error impediat. 952.

Secunda, si prius putabat hunc esse liberum, & postea deprehenderit ipsum esse servum, an possit eum deserere. *fol.* sic. 953.

¶ *Trigesima causa habet v. quæstiones.*

Prima, an liceat reddere debitum uxori, quæ filium de sacro fonte levavit. Sic, nisi ex consensu utriusque sit factum. 956.

Secunda, an sponsalia contrahantur inter infantes. non. 960.

Tertia, an spirituales vel adoptivi filii possint naturalibus copulari. non. ibidem.

Quarta, an liceat alicui commatrem uxoris suæ ducere in uxorem. Sic, mortuâ uxore: si commaternitas matrimonium præcesserit. 962.

Quinta, an clandestina desponsatio manifestæ præjudicet. non, apud Ecclesiam. 963.

¶ *Trigesima prima causa habet iij. quæstiones.*

Prima, an possit duci in uxorem, quæ priùs fuit polluta per adulterium. *fol.* sic, nisi adulter dederit ei fidem vivente viro, vel machinatus sit in mortem ejus. 967.

Secunda, an filia sit invita alicui in uxorem tradenda. *fol.* non. colum. 971.

Tertia, an post patris sponsionem possit alii nubere. *fol.* sic, si non consenserit. 973.

¶ *Trigesima secunda causa habet viij. quæstiones.*

Prima, an liceat ducere meretricem in uxorem. Sic. 974.

Secunda, an sit uxor appellanda, quæ ducitur incontinentiæ causâ. non. 977.

Tertia, an mulier sequatur arbitrium avi liberi, an patris servi. Avi. 982.

Quarta, an vivente uxore liceat alicui ex ancilla filios quærere. non. ibid.

Quinta, an ea, quæ patitur invita, pudicitiam perdat. non. 988.

Sexta, an adulter adulteram dimittere possit. non. 994.

Septima, an vivente dimissa aliam accipere possit. non. 995.

Octava, si in hoc saltem infidelem ducere possit eâ conditione, ut ad fidem convertatur. non. 1002.

¶ *Trigesima tertia causa habet v. quæstiones.*

Prima, an propter impotentiam coëundi sit aliqua à viro separanda. *fol.* sic. 1003.

Secunda, an separata possit ei [illegible]ere, cum quo priùs est fornicata. *fol.* sic, pœnitentiâ peractâ. col. 1004.

Tertia, an solâ cordis contritione possit peccatum deleri. *fol.* sic, ubi facultas confitendi non suppetit. 1012.

¶ *Notandum hic, quòd ratione hujus tertiæ quæstionis mota agitur de pœnitentia, cujus tractatus per distinctiones septem est distinctus.*

Prima quærit, an sola cordis contritio deleat peccatum. Sic, si confitenti facultas desit. 1012.

Secunda, an charitas semel habita possit amitti. *fol.* sic secùs tamen in patria.

Tertia, an pœnitentia post iterari. *fol.* sic, præter solemnem. colum. 1064.

Quarta, an peccata semel dimissa redeant. *fo.* non simpliciter. 1077.

Quinta, quis modus debeat observari in imponenda, & accipienda pœnitentia. *fol.* ad arbitrium proprii sacerdotis discreti. 1086.

Sexta, cui quis confiteri debeat. *fol.* proprio sacerdoti, si sit discretus: alioquin alteri de ejus licentia. 1090.

Septima, an pœnitentia timore mortis accepta sit fructuosa. *fol.* sic. 1092.

Quarta quæstio causæ supra proximæ est, an actus conjug[illegible] sit prohibitus tempore oratio[illegible] *fol.* sic. 10[illegible]

Quinta, an vir sine consensu uxoris, & econverso, vovere possit continentiam. *fol.* non. 109[illegible]

¶ *Trigesima quarta causæ habet ij. quæstiones.*

Prima, an tea sit adulterii, qui credens maritum mortuum nupsit alteri. *fol.* non. [illegible]

Secunda, an redeunti [illegible]genda sit recedere à secundo, & ad priorem redire. *fol.* sic. ibid.

¶ *Trigesima quinta causa habet ix. quæstiones.*

Prima, an liceat aliquam ducere de propria cognatione. *fol.* non. col. 1109.

Secunda, an liceat aliquam ducere de cognatione uxoris suæ. *fol.* non. 1110.

Tertia, usque ad quem gradum debeat quis abstinere à consanguineis suis, & uxoris suæ. *fol.* olim usque ad vij. hodie usq; ad iv. ibid.

Quarta, quare usque ad septimum gradum computatur consanguinitas. *fol.* ad instar vij. ætatum mundi. 1115.

Quinta, quomodo gradus consanguinitatis sunt computandi. *fol.* sicut ostenditur in arbore. 1116.

Sexta, qui jusjurandum de propinquitate firmare debent. *fol.* propinqui & vicini. 1133.
Septima, an incestuosi filii repetantur. *fol.* non. 1136.
Octava, si consanguinei ignoranter conjuncti simul possint remanere. *fol.* non, nisi ex dispensatione Papæ in quinto gradu [illegible] supra. ibid.
Nona, an matrimonium per falsos testes separatum, si postea apparet Ecclesiam fuisse deceptam, sit integrandum. *fol.* sic. 1138.
Decima, si relicta alicujus in secundas nuptias transierit, an proles ex eis suscepta poterit copulari consanguineis prioris viri. *fol.* non. 1141.

¶ *Trigesima sexta & ultima causa habet duas quæstiones.*

Prima, an virginem opprimens raptum committat. Sic. 1143.
Secunda, an rapta raptori nubere possit. Utique. 1144.

¶ *Tertia pars est de Consecratione: quæ quinque distinctiones duntaxat completti-tur.*

Prima, agit de consecratione Ecclesiarum, & Missarum celebratione. 1147.
Secunda, de sacramento Eucharistiæ. 1164.
Tertia, de festivitatibus per anni circulum celebrandis. 1198.
Quarta, de baptis. sacramento. 1205. (junio. 1240.
Quinta, de confirmatione & je-

DECRETI TOTALIS MATERIA PER METRA NOTATUR SEQUENTIA.

Decretum Domini Gratiani tres habet partes principales. Prima est de distinctionibus, quæ sunt una supra centum. Et singu[illegible]stinctiones singuli versus sequentes luculenter aperiunt.

1 PRimò quisque legat divinum jus hominisque. Col. 1
2 Altera dat textum, quo nosces jura Quiritum. 3
3 Canonico varia juri dat nomina terna. 4
4 Quarta docet legum quæ causa, modusque statuti. 5
5 Jus naturale probat immutabile quinta. 6
6 Sexta notat vitium distinctio ludificatum. 8
7 Septima signat eos, qui leges composuêre. 10
8 Parte sub octava mores naturaque pugnant. 11
9 Nona statuta tenet naturæ cedere juri. 14
10 ¶ In decima Regum leges canon superabit. 19
11 Canonis & sæcli superatur legibus usus. 21
12 Id quod Roma tenet, discretio sæpè relinquit. 24
13 Si te perplexum reddunt mala, tunc minus imple. 29
14 Non faciat levia: quò quis vitet graviora. 30
15 Canonis hæc ortum dabit, apocryphosque libellos. 31
16 Sunder apostolici vim canonis ista teneri. 37
17 Auctor [illegible] Papa, si Concilium celebretur. 46
18 Dicitur [illegible] quòd bis Synodus celebretur in anno. 49
19 Tæc decretalis refert, quid epistola possit. 54
20 ¶ Bisde[illegible], rapæ sanctorum dogmata cedunt. 60
21 Inferior summam non judicat hac prohibente. 62
22 [illegible] locos distinguit & ordinat Ecclesiarum. 67
23 Ordinat hæc omnes, majores, sive minores. 70
24 Post examen honos est ordinis attribuendus. 79
25 Opta[illegible] hic, quòd sit sine crimine præ[illegible] 80
26 Sit [illegible] baptisma contentus conjuge sola. 85
27 Nullus post fac[illegible] præsumat habere votum. 88
28 Ista sacratorum connubia pagin[illegible] amnat. 90
29 Hac locus, & causa, tempus, perso[illegible] morantur. 95
30 ¶ Cõnubiũ ter dena probat cõtra Manichæos. ib.
31 Tangitur hic, quòd contineant offerre volêtes. 99
32 Defere presbyterũ, qui scorta palàm retinebit. 103
33 Lusori bigamóve sacer non traditur ordo. 108
34 Fœmina pontifici persona domestica non sit. 111
35 Non vinolentus præsul, sed sobrius esto. 117
36 Instruit hæc, prudens quòd debeat esse sacrandus. 119
37 Hæc prohibet legere gentilia metra sacratum. 121
38 Scripturas sacras sacrandus scire jubetur. 120
39 Vult hæc pontifices callere negotia sæcli. 129
40 ¶ Internis pars dena quater virtutibus ornat. ib.
41 Sit modus ingressu, cunctis, verboque, cibóq; 133
42 Clericus hospitiis peregrinos collocet omnis. 135
43 Factis & verbis doctor sis, atque pudicus. 137
44 Vites ingluviem, convivia sive tabernas. 140
45 Atque cave quenquam palmâ linguâve ferire. 143
46 Respuit hæc hominem distinctio litigiosum. 149
47 Non benè præpositi [illegible]onum, cupidosque repelle. 151
48 Abjicitur sacrandus in hac, si neophytus sit. 154
49 Crimina non delet reliquorum, crimine vinctus. 155. (lapsus. 168
50 ¶ An reparetur, habet pars quinquagesima,
51 Sacrari vetat hæc homines, quos pondera stringunt. 178 (do. 180
52 Præpositum primò datus hic præposterus or-
53 Est ratio, nequis annexos ordinet ullos. 181
54 Hæc prohibe[illegible] servos sine libertate sacrari. ibid.
55 C[illegible] rejicit, membrisque carentes. 188
56 C[illegible] in hac generatio presbyterorũ. 192
57 Qui[illegible] ægri, manet ordinis expers. 196
58 Hæc [illegible] hos nolente sacrari. ib.
59 Offi[illegible] negat hæc, nisi sit benè quisque probatus. ibidem.
60 ¶ In sacris præsul, vult sexagesima, quòd sit. 198

61 Non in Pontifices laicos assumere debes. 199
62 Clerus, plebs, princeps: hic eligit, hæc petit, hic vult. 204
63 Usurpans laicus id ut eligat, audiat istam. 205
64 Pars hæc Pontifices jubet à tribus esse sacrandos. 216
65 Ut sacretur ab omnibus Archiepiscopus, hæc vult. 218
66 Cùm dissensio sit, à pluribus edita stabunt. 221
67 Presbyter institui valet hic à Præsule solo. ibid.
68 Si dubius Præsul quos ordinet, hi resacrentur. ibidem.
69 Si benedictus erit, lectoratum dabit Abbas. 223
70 ¶ Expertes tituli pars septuagesima pellit. 224
71 Respice dicta patrum, ne promoveas alienum. ibid.
72 Ulli non detur missoria, ni rogitetur. 226
73 Illius hæc nobis formam distinctio præbet. 227
74 Invitus nullus erit hic ad sacra trahendus. 228
75 Distinguit tempus hæc, in quo promoveantur. 231
76 Temporibus, vult hæc, nos jejunare quaternis. 233
77 Rectos indicat hæc, modulos interstitiorum. 237
78 Ista dat annorum numerum, quo promovearis. 239
79 Ad Cardinales spectat electio Papæ. 240
80 ¶ Urbes Præsulibus pars octogesima tradit. 243
81 Crimine quòd careat sacrandus, in hac replicatur. 244
82 Præsul pauperibus dabis: & lapsos reparabis. 251
83 Nunquam peccatis consensum des alienis. 254
84 Solicitus quòd sis, & monogamus, jubet ista. 255
85 Non Præsul fies, hospes nisi noscéris esse. 257
86 Corrigito, doceas, des: sed non turpibus ullis. 258
87 Libertos, inopes, viduas defendere debes. 263
88 Respuitur clerus opus exercens, & avarus. 265
89 Ista beneficia te dispensare docebit. 269
90 ¶ Placat discordes pars nonagesima fratres. 271
91 Arte parabis opes, nisi sint satis Ecclesiæ res. 273
92 Hæc plùs corde probat Domino, quàm voce canendum. 274
93 Hæc dat obedire majoribus inferiores. 276
94 Sublevita vices Papæ gerere valebit. 285
95 Presbyteris præsente licent hic Præsule multa. 286
96 Hic sæcli Princeps non ordinet Ecclesiæ res. 290
97 Ecclesiæ precibus huic Princeps auxilietur. 299
98 Vult jus muniri peregrinos quinque sigillis. 301
99 Universalem nullum finit ista vocari. 302
100 Pallia Prælatis donat centesima multis. 304
101 Absit ut una duos habeat provincia patres. 308.

DECRETI SECVNDA PARS NCI-palis est de causis: quæ sunt XXXV.

¶ *Prima causa.*

Causa prior labem condemnat Simonialem.

¶ *Septem quæstiones primæ causæ.*

1 Delinquit, qui res mercatur spirituales. 308
2 Ecclesias intrans non cogatur dare nummos. 352
3 Si pro præbendis dederis quid, dicére Simon. 356
4 Ignaros maculant natos delicta paterna. 363
5 Vult rigor, ut linquat natus sibi, quæ pater emit. 367
6 Ordinet ignaros si quos Simon, tolerantur. 369
7 Hæresin abjurans æsul poterit tolerari. 370.

¶ *Secunda causa.*

Accusare docet, ac appellare secunda.

¶ *Octo quæstiones secundæ causæ, & [illegible] quinta præcedit quartam.*

1 ¶ Si sit causa patens, juris non quæritur ordo. 382
2 Nemo suis rebus dijudicet expoliatum. 391
3 Talio punit eos, qui falsò crimina ponunt. 392
4 Si cadit accusans, se non purget reus inde. 395
5 Per testes binos Præsul convincitur aptos. 404
6 Qui causas differt appellans rejiciatur. 406
7 Arguit inferior majorem crimine vinctum. 419
8 Mandato legis datur accusatio scriptis. 436.

¶ *Tertia causa.*

Tertia restituens tempus dabit induciarum.

¶ *Undecim quæstiones tertiæ causæ.*

1 ¶ Singula restituit jus omnibus expoliatis. 438
2 Inducias debet varias spoliatus habere. 440
3 Induciis xarium dat tertia quæstio tempus. 442
4 Accusare nequit hominem vir turpis honestum. 444
5 Ipsa domestica vox nulli nocet, aut inimica. 446
6 Sub censore reum proprio producere debes. 450
7 Hic non condemnet, similis quem culpa remordet. 454
8 Solus Pontificem judex non judicet unquam. 459
9 Pellitur accusans absentem, testificansque. 460
10 Submoveri à reliquis testem defectus in uno. 463
11 Mutua nunquam sit delatio jure vetante. 464.

¶ *Quarta causa.*

Quarta quis accuset, quis possit testificari.

¶ *Sex quæstiones quartæ causæ.*

1 ¶ Accusare nequit aliquos anathemate vinctus. 465
2 Impubes testis in causa criminis haud est. 467
3 Qui nequit accusare, nequibit testificari ibid.
4 Testis & accusans nemo simul esse [illegible]bit. 469
5 Non est stringendus anathemate [illegible] nequit esse. 471
6 Pontificis delator agit civilia tantùm. ibid.

¶ *Quinta causa.*

Quinta vocare docet, delatoremque ferire.

¶ *Sex quæstiones quintæ causæ.*

1 ¶ Mulant scriptorem famosi flagra libelli. 472
2 Est condemnandus semel, & bis, terque vocandus. 473
3 Nemo procuret crimen [illegible]civ 474
4 Præsulis in Synodo fit condemnatio sola 475
5 Celans crim[illegible] obest m[illegible] plus, quam manifestans. 476
6 Aut caput, aut lingua delatori capuletur. 478

¶ *Sexta causa.*

Sexta dat infames, delatos atque forenses.

¶ *Quinque quæstiones sextæ causæ.*

1 ¶ Non accusabunt infames simonialem. 480
2 Accusans verbo non vincis simplice Præsul. 487
3 Quærere judicium nunquam debes alienum. ibid.
4 Externi veniant, si sit sententia discors. 489
5 Si cadit accusator, erit reus exoneratus. 491.

¶ *Septima causa.*

Septima Pontificem tangit cathedram repetentē.

¶ *Duæ quæstiones septimæ causæ.*

1 ¶ Præsule vivente nullus det Pontificatum. 491
2 Nec cathedram repetit Præsul, quam sponte reliquit. 511.

¶ *Octava causa.*

Octava legitur desertio Pontificalis.

¶ *Quinque quæstiones octavæ causæ.*

1 ¶ Vult jus, ne statuat successorem sibi Præsul. 512
2 Nullus amicorum mihi prosit, ut eligar inde. 519
3 Detur ab electo vitandi cautio damni. ibid.
4 Linquendas non est (nisi sit sententia) Præsul. 520
5 Ad dimissa redire nequis Papæ sine scriptis. 521.

¶ *Nona causa.*

Solvere non vetat alienos, atque ligare.

¶ *Tres quæstiones nonæ causæ.*

1 ¶ Bannitus Præsul nequit ordinis esse minister. 521
2 Alterius patriæ Clerum tondere vetamus. 523
3 Pontificis Clerum Primas non ordinet ullum. 526.

¶ *Decima causa.*

Dena dat, in sacra quid sumat Episcopus æde.

¶ *Tres quæstiones decimæ causæ.*

1 ¶ Basilicæ juri subduntur Pontificali. 532
2 Nullius Ecclesiæ Præsul fructus alienet. 535
3 Nil præter solidos præsumat quærere binos. 540.

¶ *Undecima causa.*

Præfigens undena forum ligat, atque relaxat.

¶ *Tres quæstiones undecimæ causæ.*

1 ¶ Non coram Laico Clericus producitur ullus. 544
2 Officii punit tales suspensio culpas. 557
3 Seu bona, seu mala sit sententia, dico timendā. ib.

¶ *Duodecima causa.*

Ecclesiæ res ac proprias bissena docebit.

¶ *Quinque quæstiones duodecimæ causæ.*

¶ Clericus hic aliquid proprium prohibetur habere. 587
2 Accipiens vel emens res Ecclesiæ, sibi rēddat. 597
3 Linquas Ecclesiæ totum, quod habebis ab illa. 620
4 Ex re communi quæsitas divide terras. 621
5 Si fortasse voles testari, de proprio des. 622.

¶ *Tredecima causa.*

Tertia post decimam decimas & funera tractat.

¶ *Duæ quæstiones tredecimæ causæ.*

1 ¶ Ecclesiæ dandæ baptismali decimæ sunt. 624
2 Tempora longa trahunt jus funeris & decimarum. 626.

¶ *Decima quarta causa.*

Improbat usuras post denam quarta voraces.

¶ *Sex quæstiones decimæ quartæ causæ.*

1 ¶ Quisque potest licitè sua quærere, dummodò non plus. 637
2 Pro propria valet Ecclesia quis testificari. 638
3 Si tulerit plus, quàm dederit quis, fœnus habetur. 639
4 Non petat usuras Laicus vel Clericus illas. 640
5 Ex malè quæsitis eleemosyna non fit egenis. 642
6 Si malè parta tenet, dignè non pœnitet ullus. 645

¶ *Decima quinta causa.*

In dena quinta furor & mulier memorantur.

¶ *Octo quæstiones decimæ quintæ causæ.*

1 ¶ In furia pœnam non des: nam sat furor urget. 647
2 Pro patrociniis non quærat munera Clerus. 652
3 Solâ voce nequis condemnari mulieris. ibid.
4 Nullas luceDei causas tractare valemus. 654
5 Infami detur purgatio probra neganti. 655
6 Extorquenda rei pœnis confessio non est. ibid.
7 Solus non tollit Præsul, quem præstat honorem. 657
8 Ordine non sumpto tua te probra facta repellent. 659.

¶ *Decima sexta causa.*

In sexta decima præbent Monachi sacramenta.

¶ *Septem quæstiones decimæ sextæ causæ. Ex in ea quinta quæstio tertium locum occupat.*

1 ¶ Dantur in hac Monachi pastores Ecclesiarū. 661
2 Pleno possessas dabit Abbas jure Capellas. 683
3 Ecclesias jure terræ non vendicat Abbas. 685
4 Temporis Ecclesiæ tollit præscriptio jura. 686
5 Hæc quadragena dabit domibus jus religiosis. 695
6 Usurpans sine judicio rem, decidet à re. 694.
7 Si dedit Ecclesiam laicus, non hanc retinebis. 696.

¶ *Decima septima causa.*

Septima post decimam prohibet dissolvere votā.

¶ *Quatuor quæstiones causæ decimæ septimæ.*

1 ¶ Nulli facta Deo licear dimittere vota. 707
2 Gonfaldus tenuit sua quæ dimiserat æger. 708
3 Abbas ad propria Monachum nunquam sinat ire. 709
4 Dum redit illicitè, quæ contulit, illa manebunt. 710.

¶ *Decima octava causa.*

Fratribus Abbatem bis nona dat instituendum.

¶ *Duæ quæstiones decimæ octavæ causæ.*

1 ¶ Si Monachus fiat Præsul: bona parta bipartit. 721
2 Instituit Præsul Abbates à grege lectos. 722.

¶ *Decima nona causa.*

Dat decima nona Præsul Clero Monachatum.

¶ *Tres quæstiones decimæ nonæ causæ.*

1 ¶ Pontifices Clerum non impediant monachandum. 731
2 Præsule nolente clausirum benè Clericus intrat. 732
3 Multus Canonicos canon prohibet monachari. ib.

¶ *Vigesima causa.*

Bisdenâ pueri traduntur religioni.

¶ *Quatuor quæstiones vigesimæ causæ.*

1 ¶ Quem pater offert, si placet exit, cùm fit adultus. 735
2 Extrahit à claustro puerum pater illicò, si vult. 738
3 Cog[illegible] invitus nemo retinere cucullam. 739
4 Strict[illegible] claustrum Monacho transire licebit. 742.

¶ *Vigesima prima causa.*

T[illegible]cena docet, vestes gestare decentes.

¶ *Quinque quæstiones vigesimæ primæ causæ.*

1 ¶ Prima sit ex titulo; sit commendata secunda.

2 Præsulis Ecclesiam sine scriptis nemo relinquat. 744
5 Hæc prohibet Clero tractare negotia secli. 746
4 Vestibus hîc claris inhibetur Clericus uti. 747
5 Si proprium linquas censorem, sis anathema. 749.

¶ *Vigesima secunda causa.*

Jurantes falsum damnat bisdena secunda.

¶ *Quinque quæstiones vigesimæ secundæ causæ.*

1 ¶ Peccat perjurans, non jurans quando necesse. 750.
2 Non est perjurus, jurans, veluti putat esse. 755
3 Pare majori, quanquam malus esse putetur. 762
4 Debent jurata mutari, turpia si sint. 763
5 Si perjurare cogis, perjurus haberis. 769.

¶ *Vigesima tertia causa.*

Bisdenâ ternâ tractantur bellica gesta.

¶ *Octo quæstiones vigesimæ tertiæ causæ.*

1 ¶ Ex justâ causâ multis licet arma movere. 776
2 Pro rebus licitè bellum geritur repetendis. 779
3 Jus est, dum læsis sociis succurritur armis. 780
4 Inferri vindicta valet, quæ crimina purget. 784
5 Occidens judex perversos inde meretur. 809
6 Ad bona præcipiunt compelli jura malignos. 825
7 Ecclesiæ rebus sunt hæretici spoliandi. 828
8 Si sis de clero, tu nunquam belliger esto. 830.

¶ *Vigesima quarta causa.*

Hæresiarcharum dat nomina bisduo dena.

¶ *Tres quæstiones vigesimæ quartæ causæ.*

1 ¶ Si sis hæreticus: tua sit sententia nulla. 842
2 Sunt post facta mali nonnunquâ corripiendi. 858
3 Ob domini labem non damnetur domus ejus. 861.

¶ *Vigesima quinta causa.*

Bisdenâ quintâ sunt privilegia tacta.

¶ *Duæ quæstiones vigesimæ quintæ causæ.*

1 ¶ Tuta sit Ecclesia, quam lex privata tuetur. 879
2 Et si subsequitur lex altera, derogat illi. 884.

¶ *Vigesima sexta causa.*

Bisdenâ sextâ sunt sortilegi reprobati.

¶ *Septem quæstiones vigesimæ sextæ causæ.*

1 ¶ Qui ventura sciunt per sortes, sortilegi sunt. 890
2 Peccat, qui scriptis vel sortibus abdita quærit. ibid.
3 A Persis reprobæ sumunt exordia sortes. 894
4 Quatuor his genera Varro fert sortibus esse. ibidem.
5 Cessent sortilegi, ne sint anathemate stricti. 896
6 Quando necesse subest, vinctos à Præsule solves. 904
7 Ægris non dentur pœnæ, sed notificentur. 908.

¶ *Vigesima septima causa.*

Edocet an sponsas ducant ter nona voventes.

¶ *Duæ quæstiones vigesimæ septimæ causæ.*

1 ¶ Si sit solenne, dirimit connubia votum. 913
2 Sponsum sponsa, virum non uxor deserit unquam. 926.

¶ *Vigesima octava causa.*

Bisdenâ octavâ gentiles nubere nosces.

¶ *Tres quæstiones vigesimæ octavæ causæ.*

1 ¶ Inter gentiles connubia dicimus esse. 41
2 Deserat uxorem vir Christum despicientem. 950
3 Vir post baptismum ducens aliam, bigamus fit. 951. ¶ *Vigesima nona causa.*

Conjugium servile tenet vigesima nona.

¶ *Duæ quæstiones vigesimæ nonæ causæ.*

1 ¶ Connubii vires personæ dissipat error. 952
2 Inscia cui nupsit, dimittat libera servum. 953.

¶ *Trigesima causa.*

Terdenâ claret cognatio spiritualis.

¶ *Quinque quæstiones trigesimæ causæ.*

1 ¶ Fonte levans proprium puerum, non vincula solvit. 956
2 Infantes prohibet jus conjugium celebrare. 960
3 Tu naturalem non jungito spirituali. ibid.
4 Uxor compatris uxoris non mihi nubat. 962
5 Fœdera non fiant clandestina conjugiorum. 963.

¶ *Trigesima prima causa.*

Terdenâ primâ mœcho polluta negatur.

¶ *Tres quæstiones trigesimæ primæ causæ.*

1 ¶ Ni certis causis mœcham benè ducit adulter. 967
2 Invitam sponso non det natam pater ulli. 971
3 Tunc nisi consensum dederit, reliquo benè nubit. 973.

¶ *Trigesima secunda causa.*

An meretrix nubat, tangit terdena secunda.

¶ *Octo quæstiones trigesimæ secundæ causæ.*

1 ¶ Turpia linquentem benè ducit vir meretricem. 974
2 Obstat conjugio sacro complenda libido. 977
3 Liber avus neptem sponsat servo patre natam. 982
4 Illicito prolem coitu quærat sibi nullus. ibid.
5 Non sine mente caro fertur violata puellæ. 988
6 Non valet uxorem mœchus vir linquere mœcham. 994
7 Non alium ducas uxore superstite primâ. 995
8 Non duc gentilem, si spondeat esse fidelem. 1002.

¶ *Trigesima tertia causa.*

Terdenâ ternâ friget, compunctio, votum.

¶ *Quinque quæstiones trigesimæ tertiæ causæ.*

1 ¶ Si vir sit gelidus, ab eo sejungitur uxor. 1003
2 Nubere mœcha potest mœcho sejuncta mar 1004
3 Quæritur, an crimen purget contritio sola. 1011.

TRACTATVS DE POENITENTIA, habens septem Distinctiones, hic inseritur.

1 GRatia divina contritis crimina delet. 1012
2 Perditur hic divinus amor: non in paradiso. 1041
3 Pœnam peccator benè pro vitiis iterabit. 1061
4 Ista probat, dimissa semel peccata redire. 1077
5 Ut purus fias pro crimine, plurima volvas. 1086
6 Crimina Presbytero proprio dic, qui sapiens sit. 1090
7 Tandem lætus erit, qui continuè gemet istic. 1092.

¶ *Redeamus ad quartam quæstionem trigesimæ tertiæ causæ.*

4 Reddito temporibus poscenti debita sacris. 1095
5 Mens utriusq, nisi sit, non benè continet alter. 1097

¶ *Trigesima quarta causa.*

Ter denâ quartâ nubit vivente marito.

¶ *Duæ quæstiones trigesimæ quartæ causæ.*

1 ¶ Morte viri dubia quæ nupsit, adultera non fit. 1103

2 Reddatur primo conjunx hæc nupta secundo. ibidem.

¶ *Trigesima quinta causa.*

Cognatos gradibus numerat trigesima quinta.

¶ *Decem quæstiones trigesimæ quintæ causæ.*

1 ¶ Cognatam ducat propriam pro conjuge nemo. 1107

2 Omnes uxoris consanguineas reprobabis. 1109

§ Copula septennis gradibus talis prohibetur. ibidem.

4 Hic graduum numerus ætates respicit orbis. 1115

5 Truncus ponitur hic cum ramis, ut docet arbor. 1116

6 Edocet in testes assumi sexta parentes. 1133

7 Filius esse nequit, incestu qui genitus sit. 1136

8 Dispensat solus cum junctis sanguine Papa. ibid.

9 Non benè sejuncta connubia prisca reformes. 1138

10 Non consanguineis prolem viduæ dato primi. 1141.

¶ *Trigesima sexta causa.*

Ultima de raptis tractabit causa puellis.

¶ *Duæ quæstiones trigesimæ sextæ causæ.*

1 ¶ Raptum committens per vim rapiendo puellam. 1143

2 Hæc tibi jungetur, purgato crimine raptus. 1144.

DECRETO TERTIA PARS ADIVNgitur: quæ est de Consecratione, quinque distinctiones continens.

1 COnsecrat Ecclesias, Missasque canit tibi prima. 1147

2 Sacrati tractat panis sacramenta secunda. 1164

3 Tertia dat ferias: & post jejunia ponit. 1198

4 Tempora baptismi distinctio quarta notavit. 1205

5 Frontes confirmans dabit ultima pneuma beatum. 1246.

Explicium versus peculiares, quibus satis clarè universalis materia Decreti comprehenditur.

¶ *Quæstiones causarum sunt clxxij.*

Quæstio centuplex, & septuagesima duplex,
Est in causarum tractatu ritè notata.

¶ Quot quæstiones habet quælibet causa, ostenditur per quinque carmina sequentia: in quibus sunt tot dictiones, quot sunt causæ, scilicet xxxvj. Et quælibet dictio causam unam repræsentat. Prima dictio primam causam: secunda secundam, &c. Item, quot sunt literæ in qualibet dictione, tot sunt quæstiones sub illa causa per illam dictionem repræsentatæ. Verbi gratiâ: prima dictio, scilicet discere, quæ primam causam repræsentat, septem habet literas: & hoc significat, primam causam septem quæstiones continere. Secunda dictio est causarum, ubi sunt octo literæ: ad denotandum, quòd secunda causa habet octo quæstiones, & sic de aliis. Adverte tamen, quòd superior numerus significat causas, & inferior quæstiones. Versus,

1 2 3 4 5
7 8 11 6 6

Discere causarum quarumlibet ordine membra

6 7 8 9 10 11 12 13 14
5 2 5 3 3 3 5 2 6

Optes ut doceo: sed non sis defes, & anceps.

15 16 17 18 19 20 21 22
8 7 4 2 3 4 5 5

Instanti dabitur quod tu vis, quod petis illud

23 24 25 26 27 28 29 30
8 3 2 7 2 3 2 5

Efficies. Res id formatum te dat ad omnes:

31 32 33 34 35 36
3 8 5 2 10 2

Vna doctrinæ totum si constituas te.

¶ *Carmina subjecta eandem prorsus materiam complectuntur, neque sunt sententiæ salubris expertia.*

Tempora labuntur vernantibus indita formis.
Dives te lædit res tua, nam miseres.
Sperne fluentia, respice, cras ea non tibi sumes.
Multa recondis, cur? ut moriens ea des.
Da celer. est siquidem tutum: da præveniens te.

¶ *Do. Baptista de sancto Blasio in repetit. primæ rubricæ Decreti dicit, canones esse ter mille & nonaginta, ponens tales versus.*

Si numeres cautè, ter mille capitula lector,
Atque decem novies, Decretum continet in se.

¶ *Causæ Decreti sunt triginta sex.*

Sub magni longa Decreti parte secunda,
Sex & triginta causas reperire licebit.

¶ Causæ ipsæ xxxvj. patent per xxxvj. vocabula, in septem subjectis versibus posita, ex quibus non tantùm numerum, sed etiam principalem materiam cujuslibet facilè cognosces. Quilibet quinque vocabula complectitur, dempto ultimo, qui sex habet.

1 2 3 4 5
Simon a *appellat* b *spoliatus* c *veste* d *libello* e.

6 7 8 9 10
Infames f *vivens* g *successor* h *solve* i *regendo* k.

11 12 13 14 15
Censuram l *testor* m *furtus* n *furtus* o *furiosus* p.

16 17 18 19 20
Monachus q *occidit* r *Abbates* s *claustra* t *volentes* u.

21 22 23 24 25
Commenda x *jurans* y *pugnas* z *hæresis* a *violatas* b.

26 27 28 29 30
Sortil. c *sponsis* d *insidis* e *serviat* f *insans* g.

31 32 33 34 35 36
Macha h *coit* i *mente* k *dubitans* l *gradib.* m *rapienten*

SECUN-

SECVNDA PARS DECRETI, UBI TRACTANTUR CAUSÆ: QUIA LONGE RROLIXIOR ET DIFFICILIOR EST RELIQUIS, IDEO DILIGENTIUS PRO EJUS COGNITIONE ELABORANDUM EST. ILLIUS PROFECTO OBSCURITATEM PAUCIS ELUCIDATAM CONSPICIET, QUISQUIS HIC IMPRESSA DILIGENTER ANNOTAVERIT.

a 1 SImon. Simoniacus est, & peccatum committit, qui spiritualia vendit. Damnantur Episcopi, per pecuniam facientes ordinationem, & tunc lepram, non officium conferre dicuntur. Simoniacorum sacramenta effectum gratiæ non habent. Sacerdotes digniores faciliùs, quàm reliqui à Deo exaudiuntur. Et ibi de dignitate verbi Christi, quod ejus corpori æquiparatur. *cap. interrogo.* Et in fine de crimine concussionis tractatur.

2 Simonia committitur, si pro ingressu monasterii pecunia exigatur, vel exacta persolvatur. Ecclesiastica stipendia accipere non debet, qui bonis patrimonialibus sustentari potest. *c. Clericos.*

3 Simonia an committatur, si præbendæ emantur? Investitura Ecclesiæ à Laicis fieri prohibetur. *c. Salvator.*

4 Simonia paterna, an sit ignoranti filio nociva? & ibi tractatur, an pro crimine unius alter pœnam patiatur?

5 Simoniacè acquisita Ecclesia per patrem, an possit per filium licitè obtineri? Item an possit filius fungi ordinatione, quâ paternâ pecuniâ est assecutus?

6 Simoniacus est, qui pecuniam largitur, ut eligatur.

7 Simoniaci in ordine malè accepto pœnitentiam agere non possunt. & ibi principaliter tractatur, an ab hæresi redeuntes sint in suis ordinibus & dignitatibus recipiendi: & quòd decreta possunt temperari, & canones quandoque relaxari.

b 1 Appellat. Appellare non est opus à sententia à non suo judice latæ: quia talis sententia nulla est. *c. in primis. circa fin.* & in prima quæst. hujus ij. causæ principaliter tractatur, an ordo judiciarius sit in manifestis observandus? & quòd excommunicatio non est ferenda, antequam causa fuerit examinata. *c. nemo.* & judex peccatum sibi soli notum damnare non debet. *c. si peccaverit.*

2 Appellare posset spoliatus, si ante restitutionem sibi factam accusatori respondere coger . Nullus enim debet accusari, dum suis rebus fuerit spoliatus.

3 Appellandus est calumniator, qui scien falsa crimina intendit. Prævaricator, qui vera crimina abscondit. Tergiversator, qui in universum ab accusatione desistit. *c. notandum.* & ibi hæc 3. q. principaliter tractatur, quâ pœnâ feriendi sunt, qui in accusatione deficiunt.

4 Appellatur purgatio quædam vulgaris, quædam canonica: & ibi tractatur, an deficientibus accusatoribus reus sit ad purgationem cogendus.

5 Appellatur testimonium sufficiens, quod ore duorum vel trium firmatur. & ibi tractatur principaliter, quot testes requiruntur, non tantùm ad convincendum Episcopum, sed etiam contra quemlibet Clericum.

6 Appellatio est remedium contra causas vitiatas. Appellatio intra decennium debet interponi. *c. enteriorum.* & ibi de libellis dimissoriis, & de judicibus, à quibus appellare non licet.

7 Appellatur quis altero major, non ratione dignitatis, sed vitæ. *c. quanquam.* Dignitas enim non facit Episcopum, sed vita. *cap. non omnes Episcopi.* & ibi tractatur principaliter, an Laici possint Episcopos accusare? Christiani per infideles accusari non possunt: nec Sacerdotes per eos, qui ad sacerdotium prohibentur eligi.

8 Appellatur & dicitur accusatio ritè facta, quando fit in scriptis. Et regulariter accusator se debet inscribere ad pœnam talionis, præterquam in sex casibus in summa positis.

c 1 Spoliatus. Spoliatus & ejectus ante omnia venit redintegrandus. *c. redintegranda.* Boni à malis semper molestantur.

2 Spoliatus & ejectus postquam fuerit restitutus, quas inducias debet habere, antequam cogatur in judicio respondere: & ibi in summa videas de multiplicitate induciarum.

3 Spoliatis Episcopis, & aliis ad judicium venientibus, induciæ sunt præstandæ.

4 Spoliati communione Ecclesiæ, & anathematizati, infames, incestuosi, sacrilegi, detractores, & multi alii sunt ab accusatione repellendi: & ibi dicitur, quòd anathema differt ab excommunicatione. *c. Engelredam.*

5 Spoliatis & aliis quibuscunque inimici judices esse non possunt, nec accusatores, nec testes: vox enim inimicorum contra nullos est audienda. Dicitur etiam ibi, quòd testes familiares & domestici, & etiam consanguinei, non sunt contra extraneos producendi.

6 Spoliatus & quilibet alius, si adversarium vult convenire, ipsius forum sequi debet. *c. pulsatus.*

Nec Episcopi damnari, nec Concilia celebrari possunt sine Papa.

7 Spoliati & alii volentes litigare, non debent adversarios suos coram infamibus trahere: quoniam tales, scilicet infames & criminosi, non possunt esse judices. Solus enim ille judicare debet alios, qui nihil in se habet reprehensibile. c. *judices.*

8 Spoliationem, vel alium reatum committens Episcopus, à quot Episcopis est judicandus?

9 Spoliatorum & aliorum testes, testimonium dicant de his tantùm, quæ præsentialiter & veraciter noverunt. Nec contra absentes sunt producendi. Absentes enim non debent judicari nec accusari.

10 Spoliatorum & aliorum testes in uno deficientes, an sint in aliis admittendi? Et accusans de pluribus criminibus, si in uno deficiat, an in aliis admitti debeat?

11 Spoliati accusantes suos spoliatores & invasores, ab eis accusari non possunt: quoniam accusati nisi priùs se purgaverint, alios accusare non possunt.

d 1 **Teste.** Testes juris dispositione excommunicati non possunt ad accusationem admitti.

2 Testis esse non potest, qui ad xiv. annum nondum pervenit.

3 Testificantis personam assumere non potest, qui ab accusatione prohibitus est.

4 Testis, accusator, & judex aliquis simul esse non potest.

5 Testantur jura, illum non esse à communione repellendum, qui die statutâ ad causam venire non potuit.

6 Testis est juris dispositio, deficientem in Episcoporum accusatione non posse de cætero agere, nisi in civili & proprio duntaxat negotio.

c 1 **Libello.** Libello famoso utentes, & ipsum contra aliquem scribentes, qualiter puniendi sunt?

2 Libellum diffamatorium scribens, aut aliter reus, tribus citationibus debet in jus evocari. Et per scripta nullius accusatio debet suscipi.

3 Libelli famosi scriptor, aut aliter criminosus, an admittatur in judicio per procuratorem?

4 Libellus accusatorius si in Episcopum datur, id est, si Episcopus accusetur, ejus causa à XII. Episcopis audiatur.

5 Libelli famosum scribentes, aut aliorum crimina sponte confitentes, non debent ad accusationem admitti. c. *illi.* Et ibi habetur, quòd nec qui parcit, est amicus: nec qui verberat, est inimicus. c. *non omnis.*

6 Libellum famosum in alterum scribens, aut alteri crimen inferens, quâ pœnâ feriatur, si crimen illatum non probetur?

f **Infames.** Infames, excommunicatos, & criminosos à Sacerdotum accusatione jus repellit. Et ibi tractatur, qui dicantur infames. c. *infames.*

2 Infamis est quodammodò Episcopus & reprehendendus, qui sibi soli dicit aliquem crimen suum fuisse confessum: & ibi dicitur, quòd Episcopis alios accusantibus non creditur, nisi probent quod objiciunt.

3 Infamem quodammodò dicimus, & reprehendendum, qui ponit falcem in messem alienam. *cap.* 1. Et ibi dicitur, quòd alicui alterius parochianum judicare non licet. Et quot civitates unaquæque provincia habere debeat. c. *scitote.* Et quòd Episcopus judicio Primatis, & non aliorum, se subjicere debet.

4 Infamia, aut criminalis accusatio, si imponatur Episcopo, id est, si Episcopus criminaliter accusetur, & Episcopi comprovinciales de causa cognoscentes sint in sententia ferenda discordes, quid juris?

5 Infamis esset quodammodò, & reprehendendus judex, qui vellet reum cogere ad probandum, accusatore in probationibus deficiente: quia negativa per rerum naturam est improbabilis. c. *accusator.*

g 1 **Vivens.** Vivens si adhuc sit Episcopus, alius sibi succedere non valet, nec in ejus locum subrogari: quod verum est, nisi esset depositus, vel de licentia Papæ renunciâsset, aut per ambitionem se ad aliam Ecclesiam transtulisset. Episcopo autem ægrotanti, aut nimiâ senectute gravato, dandus est coadjutor. Episcopus Ecclesiam suam deserere non debet. c. *sicut vir.* nec etiam est à suis subditis relinquendus. *cap. denique.* Prælati duo in una Ecclesia esse non debent. *cap. in apibus.* B. Augustinus accessit, & non successit Valerio Hipponensi Episcopo. c. *non autem.*

2 Vivens Episcopus aut Sacerdos, qui pro ægritudine à Missarum celebratione abstinuit, an possit celebrare recuperatâ sanitate? Et ibi habetur de morbo caduco laborantibus.

h 1 **Successor.** Successor an possit eligi ab Episcopo vivente: hoc est, an successorem sibi possit Episcopus eligere? Et ibi habetur, quòd locus regiminis est fugientibus offerendus. Et episcopari potest, qui prodesse desiderat. c. *qui Episcopatum.*

2 Successor Episcopi mortui non est eligendus munerum datione, aut amicorum patrociniis.

3 Successor Episcopi an post electionem teneatur juramentum præstare pro indemnitate Ecclesiæ.

4 Successus seu prosper eventus denegatur Clericis, qui ante sententiam suspensionis vel depositionis à suo Episcopo discedere præsumunt. In tales enim ferenda est censura.

5 Successus non contingat Episcopo à sede Apostolica vocato, si ad propria revertatur, nisi priùs fuerit purgatus, & Apostolicis literis munitus.

i 1 **Solve.** Solve & solvi procura teipsum, ô Prælate excommunicate: alias non poteteris ordinare, nec tua ordinatio erit rata.

2 Soluti sunt Clerici unius provinciæ à Prælato alterius: adeò quòd Archiepiscopus, Primas, vel Patriarcha Clericos alterius provinciæ non potest ordinare.

3 Solvere vel damnare subditos Suffraganei non licet Archiepiscopo, illo inconsulto. Solvit Papa

ab *aliis*

ab aliis excommunicatos: & cujuslibet Ecclesiæ Clericos potest ordinare. Est enim ordinarius Ordinariorum. *c. cuncta per mundum.*

k 1 **Regendo.** Regendo unamquamque parochiam, & res ipsius disponendo, facit Episcopus quod debet. *c. regenda.* & *c. noverint.* Regendi sunt subditi per Episcopos visitantes: ut *c. placuit.*

2 Regendi officium Episcopus transgreditur, si bona Ecclesiarum usurpare nititur: quamvis de illis precarias facere possit.

3 Regendi sunt subditi sine exactionibus. Et ibi de cathedratico, quantùm nomine ipsius valeat Episcopus habere.

l 1 **Censuram.** Censurâ formidare debent, qui Clericos ad judices seculares trahunt. *c. inolitæ* & *c. placuit.* Et ibi de conjuratoribus, & eorum punitione.

2 Censurâ ligatus, id est, excommunicatus vel suspensus, celebrans, est depositione dignus.

3 Censura sive justa sive injusta, est timenda. Censurâ ligati sunt vitandi plùs quàm pagani. *cap. ad mensam.* Censurâ Ecclesiasticâ feriri debet, & ore dæmonum discerpi, qui suo Episcopo est inobediens. *cap. absit.* Censuram ex ira proferens graviter delinquit. *cap. iræ.* & *cap. cùm apud.* Censura sive sententia vel judicium quatuor modis pervertitur. *cap. quatuor modis.* Censurâ feriendi sunt, & Judæ proditori comparandi, qui veritatem negant & occultant. *cap. quisquis.* & *cap. abiit Judas.* Censura sive sententia injustè prolata, viribus caret. Episcoporum præceptis non semper obediendum est. Censuræ seu anathematis forma habetur in *c. debent.*

m 1 **Testor.** Testari seu testamenta facere cùm de proprio liceat, an permittatur Clericis proprium habere? Clericis causas agere non licet. *c. duo sunt genera Christianorum.*

2 Testamenta condentes Clerici, an possint quibus voluerint ea relinquere, quæ de bonis Ecclesiæ acquisiverunt? Testatur multiplex canon, illos esse graviter puniendos, qui res & prædia Ecclesiastica invadunt. De bonis Ecclesiæ quatuor sunt portiones faciendæ. *c. quatuor.* Et ipsarum rerum alienatio an sit permissa? *c. sine exceptione.* & *c. terrulas.* Liberti Ecclesiæ an possint ab ea discedere? Res sacræ ex quibus causis alienari valeant? *c. aurum habet Ecclesia.* Pauperibus est providendum. *c. gloria Episcopi.*

3 Testamentum an facere possint illi, qui priùs nihil habentes, tempore suæ administrationis aliqua acquisiverunt, & quid juris de talibus bonis?

4 Testamenta an facere possint Clerici, de bonis ex suis & rebus Ecclesiæ quæsitis?

5 Testamenta facere de rebus Ecclesiæ, an sit permissum Sacerdotibus? Et quis succedat eis ab intestato?

n 1 **Funus.** Funera & exequias suas celebrare, & decimas solvere ubi debent illi, qui se de una diœcesi aut parochia ad aliam transtulerunt.

2 Funerandi jura an possint præscribi? Funera, i. e. corpora mortuorum ubi debent sepeliri? Et an pro sepultura aliquid possit exigi? Funerum, id est, mortuorum animæ quatuor modis solvuntur. *c. animæ.* Funera, id est, corpora mortuorum defienda non sunt. *c. quàm præposterum.*

o 1 **Fœnus.** Fœnus sive usuram quodammodò committit, & peccat, qui ultra debitum exigit. *c. quod debetur.* Et ibi principaliter tractatur, an Clerici possint sua repetere, & pro illis litigare?

2 Fœneratiâ causâ, sive criminali, aut etiam civili, an possint produci testes domestici? Et an Clerici possint pro sua Ecclesia testificari?

3 Fœnus seu usura committitur, si præter sortem aliquid exigitur.

4 Fœnora seu usuras nec Clericis nec Laicis licet exercere.

5 Fœnora seu usuræ an sint aptæ, ut inde fiant eleemosynæ?

6 Fœneratores & usurarii veram pœnitentiam agere non possunt, nisi restituant, quæ rapuerunt.

p 1 **Furiosos.** Furiosos punire non decet ex his, quæ faciunt, cùm sint mente alienati, & ibi habetur de Loth & aliis ebriosis.

2 Furiosis Clerici quodammodò comparandi essent, si pro patrociniis impensis munera exigere vellent.

3 Furioso judex comparari posset, qui ex mulieris confessione Clericum condemnare vellet. Regulariter enim mulieres contra Clericos testimonium ferre non possunt.

4 Furiosi quodammodò sunt Ecclesiæ ministri, qui diebus dominicis & feriatis causas tractare volunt.

5 Furioso similis dici posset judex, qui neganti purgationem indiceret, nisi infamiâ laboraret.

6 Furoris quodammodò plena res esset, si à ministris & subditis confessio cruciatibus extorqueretur. Juramenta quædam sunt irritanda, quædam relaxanda. *c. auctoritatem.* & *c. alius.* in quo c. habetur, quòd solus Romanus Pontifex Regem Franciæ tanquam inutilem deposuit. Excommunicatis fidelitas servanda non est.

7 Furiosè procederetur, si Diaconus vel Presbyter sine concilii examinatione dejiceretur.

8 Furore quodam plenus censetur, qui carnis fragilitate ante ordinationem lapsus, & in judicio confessus vel convictus, postea præsumit offerre, & in ordine susceptо ministrare: quod verum est de crimine depositionem inducente.

q 1 **Monachus.** Monachus an possit licitè officia populis celebrare, & pœnitentiam dare, & baptizare? Decimæ de consensu Episcopi Sacerdotibus dari debent. *cap. revertimini.*

2 Monachi an possint in suis Capellis Presbyteros instituere?

3 Monachorum & Ecclesiarum jura, an per præscriptionem tolli possint?

4 Monachi an possint præscribere contra Ecclesias & Prælatos seculares?

5 Monachi & Prælati res Ecclesiæ suâ auctoritate repetere non valent.

6 Monachi, Episcopi, & alii Prælati, si suâ auctoritate usurpant, quæ ad se pertinere putant, an cadant à causa?

7 Monachi & Abbates an possint retinere Ecclesias, decimas, & jura patronatûs de manibus Laicorum sibi concessa, sine Episcopi consensu? Et ibi habetur, quòd Episcopus habet dispositionem omnium Ecclesiarum, quæ in sua diœcesi constitutæ sunt. *c. omnes basilicæ.* Et etiam ibi plenè de jure patronatûs. *cap. quicunque, cap. filiis. cap. decernimus.*

x 1 **Occidit.** Occidit seipsum spiritualiter, qui à voto resilit.

2 Occidit quodammodò temporaliter seipsum, qui suum resignat beneficium. Sed si in infirmitate resignavit, an sit ei restituendum, postquam convaluerit? Et ibi habetur, quòd ante probationem triennii nullus in monasterio debet suscipi.

3 Occidit animam suam Monachus ad propria rediens, postquam se & sua monasterio tradidit.

4 Occidens vel percutiens Clericos diabolo suadente, est excommunicatus ipso jure. *c. si quis suadente diabolo.* Et ibi habetur, quòd Ecclesiæ concessa non sunt revocanda: & qui talia aufert, sacrilegium committit: & Ecclesiæ immunitas non est violanda.

5 1 **Abbates.** Abbates aut Monachos factos Episcopos jus obligat ad relinquendum, quod ante habuerunt, monasterio: quod post, Ecclesiæ propriæ. *c. statutum.*

2 Abbates sunt à propriis fratribus eligendi, & non ab Episcopis. Abbates expellere non est permissum Monachis: neque commatres facere. Abbates & Monachos possunt Episcopi visitare, & conditiones exigere tempore dedicationis constitutas. Abbates & Monachi cum Sanctimonialibus habitare non debent, quia sexuum commistio est periculosa. *c. diffinimus.*

t 1 **Claustra.** Claustra sive religionem intrare volentibus Clericis, non est à suo Episcopo denegandus ingressus.

2 Claustrum ingredi Clericis permittitur, etiam Episcopo invito.

3 Claustrum unum petere altero derelicto, an sit permissum Monachis regularibus canonicis, sine permissione Abbatum.

u 1 **Volentes.** Volentes & spontaneos monasterium intrantes pueros, an cogat jura religionis propositum tenere. Voluntarie puellæ virginitatis propositum suscipientes, nuptias eligere non possunt.

2 Voluntate patris spretâ, si filius religionem ingreditur, an à patre revocari possit?

3 Voluntariè habitum religionis suscipientes, illum deferre non possunt: sed qui coactus ingreditur, nullo modo obligatur.

4 Volentes religiosi ad arctius monasterium transire, non sunt impediendi.

x 1 **Commendat.** Commendatam unam Ecclesiam potest habere Clericus in altera intitulatus. Commendandi sunt Clerici, qui in una & non in pluribus Ecclesiis volunt conscribi. Et ibi habetur, quòd duobus Episcopatibus potest quandoque quis præfici. *c. relatio.*

2 Commendandi non sunt Clerici, qui sine literis dimissoriis de una Ecclesia transeunt ad alteram. Matrimonium spirituale contrahitur inter Curatum & Ecclesiam suam, quæ non debet esse scortum. *c. sicut.*

3 Commendatio nulla, sed potiùs vituperium est Clericis, qui secularium negotiorum procuratores esse volunt.

4 Commendandi sunt Clerici, qui vestibus sibi congruentibus utuntur, unguenta & fulgida vestimenta fugientes.

5 Commendare non debemus Clericum, qui à suo Episcopo depositus, Imperatorem aut judicem secularem adit.

y 1 **Jurans.** Jurans verum non peccat: sed secùs, si pejerat, & per creaturas jurare non licet.

2 Jurans falsum, quod putat verum, an sit perjurus? Quot comites habeat juramentum? & quot sunt genera mendacii?

3 Perjurum Prælatum & criminosum ante sententiam diffinitivam derelinquere non licet.

4 Juramenta illicita an sint servanda?

5 Pejerare & contra juramentum suum venire, qui cogit aliquem, licèt perjurus non sit, tamen mortaliter peccat. In qua ætate quis cogatur jurare? Et ibi ponitur forma juramenti fidelitatis. *c. de forma.*

z 1 **Pugnas.** Pugnas committere seu militare, an sit peccatum?

2 Pugna sive bellum quod dicatur justum.

3 Pugna an debeat committi pro repellenda sociorum injuria?

4 Pugna non semper est exercenda contra malos. Mali enim sunt quandoque à bonis tolerandi, & non abjiciendi. Quædam tamen mala sunt repellenda & puniendà, quædam toleranda. Mali sunt medicinali severitate ad bonum cogendi, ut Nabuchodonosor. Et hæretici etiam inviti sunt ad salutem trahendi. Pugnis & bellis sunt coërcendi Ecclesiasticæ religionis inimici.

5 Pugnas seu bella qui Deo auctore gesserunt, præcepta non occidendi minimè transgressi sunt. Et ibi, an mali sint occidendi? Habens gladii potestatem potest occidere, si hoc faciat amore justitiæ.

6 Pugna & coactio est exercenda in malos, ut teneant bonum jam susceptum. Non autem sunt ipsi mali ad bonum non susceptum cogendi.

7 Pugna si justa sit, possunt hæretici & omnes hostes licitè suis rebus spoliari.

8 Pugna seu bellum an possit per Clericos committi? & an possint Clerici arma sumere? Qui sacramenta Dei tractant, judicium sanguinis agitare non debent.

a 1 **Hæresis.** Hæresis quælibet ab Ecclesia Romana destruitur. Hæreticus an possit

possit alium excommunicare, privare, vel sententiâ notare? Excommunicatus alium excommunicare non potest. Hæreticorum consortia, & eorum sacrificia sunt à catholicis fugienda.

2 Hæretici etiam post mortem sunt excommunicandi. Ecclesia viventes & non mortuos, an ligare possit vel solvere?

3 Hæreticus si dominus est, aut alio crimine irretitus, an possit excommunicatio ferri in familiam suam pro delicto ipsius domini, & in filium pro peccato patris. Excommunicandi sunt, qui corrigi nolunt: & etiam illi, qui duas uxores habent: testes falsi, homicidæ, & multi alii. Hæreticorum tandem variæ species ponuntur.

b 1 **Violatas.** Violatas Romanorum Pontificum censuras, à nullo decet esse. Violantes sacros canones in Spiritum sanctum blasphemant. Violanda non sunt, sed servanda Sanctorum statuta, & eorum regulæ in Synodo constitutæ.

2 Violari non debent privilegia Ecclesiarum: nec Archiepiscoporum. Violans civitates & occidens suos Præsules, Episcopali dignitate privatur. *c. ita nos.*

c 1 **Sortilegus.** Sortilegus quis sit: sive qui dicantur sortilegi?

2 Sortilegum esse, an sit peccatum? sortibus an sit credendum?

3 Sortes, sive divinationes à quibus exordium sumpserunt.

4 Et de multiplici genere divinationis: & quot modis dæmones futura prænoscunt.

5 Sortilegi, vel divinatores an sint excommunicandi, si cessare noluerint? Sortilegia, & magicâ artem debent Episcopi eliminare. Sortilegiis, vel maleficiis nullo pacto debent Sacerdotes operam dare, aliàs abjiciendi sunt.

6 Sortilegus, vel aliis ab Episcopo excommunicatus, an per alium, ipso ineonculto, possit absolvi? Et an Presbyteri possint reconciliare pœnitentes? Pœnitentia morientibus non est deneganda, etiam à simplici Sacerdote.

7 Sortilegis & aliis morientibus non est pœnitentia imponenda, sed benè innotescenda. In pœnitentiis imponendis multa sunt consideranda. Melius est Sacerdotem pœnitentiam imponentem esse nimis misericordem, quàm nimis severum. Sortilegi sunt & excommunicati, qui dies, menses, & annos Paganorum ritu observant.

d 1 **Sponsis.** Sponsis Dei, se Deo dedicantibus, & virginitatem voventibus, nuptias contrahere non licet. Sponsalia de præsenti, sive matrimonia per voventes solenniter contracta, non tenent.

2 Sponsa unius, an possit à suo sponso recedere, & alii nubere? Sponsa sine consensu sponsi, & econtrà, religiosam vestem suscipere non potest post copulam carnalem: secùs ante. Sponsalia vera an fuerint inter Joseph & Mariam? Sponsam alterius nullus rapiat, & ibi aliquid de raptu.

e 1 **Infidis.** Infidis seu infidelibus conjugium contrahere licet: & inter eos dicitur esse matrimonium, licèt non sit ratum. Infidelis uxor virum cogens ad malum, licitè dimittitur. Infidelium, ut Judæorum, convivia, & etiam conjugia sunt à Christicolis vitanda.

2 Infidelium unus, si convertatur ad fidem, altero remanente in infidelitate, an possit ad fidem conversus alii se copulare?

3 Infidelis, qui ante baptismum unam uxorem habuit, & post baptismum aliam, bigamus est censendus, nec potest esse Episcopus. *cap. acutiùs.* ibidem.

f 1 **Serviat.** Servire adstrictus, ut putà servus, si contrahat cum libera, quæ per errorem cum putabat liberum, non est inter eos conjugium, quia error personæ & conditionis impediunt & dirimunt: secùs autem est de errore fortunæ & qualitatis.

2 Servum scienter acceptum in maritum non potest mulier dimittere: secùs si ignoranter. Servi possunt matrimonia contrahere.

g 1 **Infans.** Infans proprius, si teneatur à patre in sacro baptismate, licèt per tale factum suæ uxori compater efficiatur, non propter hoc ab ipsa uxore separabitur, nisi ad servandam continentiam possit induci.

2 Infantes sponsalia contrahere nequeunt, quia in illa ætate consentire non possunt.

3 Infantes sive filii spirituales vel adoptivi, an possint naturalibus per matrimonium conjungi?

4 Infantes sive filium aliquem non debet uxor simul cum viro suo in baptismate suscipere. *cap. fil.* quia esset ejus commater. Et ibi dicitur, quòd non potest quis ducere in uxorem relictam compatris suæ uxoris: nec etiam duas commatres.

5 Infantibus si conceditur nuptias contrahere, ipsorum & quorumcunque aliorum nuptiæ seu matrimonia non debent clàm fieri, sed publicè, & sic non debent esse clandestina. Tandem instruantur judices ad cuncta rimandum.

h 1 **Mœcha.** Mœcha sive adultera, & ab aliquo per adulterium polluta, an possit per eum duci in uxorem? Et ibi matrimonia secunda conceduntur. *c. quòd si dormierit.*

2 Mœcham sæpè mulierem efficit coactio, & ideò nulla mulier est cogenda nubere, quia in matrimonio animus plenâ libertate potiri debet & gaudere. Non licet viro uxorem deserere, ut fecit Lotharius.

3 Mœchiæ notam an dicantur incurrere filii & filiæ, qui post sponsionem parentum cum aliis contrahunt: hoc est, an filii & filiæ post promissionem & sponsionem parentum suorum possint licitè cum aliis contrahere?

i 1 **Coit.** Coire solita (ut est meretrix) potest in uxorem duci, si de ejus correctione spes habetur. Coitûs sive fornicationis causâ testis uxor dimitti.

2 Coitûs sive incontinentiæ causâ ducta, an sit

conjunx appellanda? Abortum procurantes an sint homicidæ?

3 Coitui sive copulæ conjugali apta puella, si habet patrem servum, & avum liberum, in matrimonio contrahendo sequatur de honestate arbitrium avi, & non patris, qui liberum non habet arbitrium, cùm sit servus.

4 Coitu ancillari & illicito non licet prolem quærere: vivente enim uxore ex quacunque causa, neque ex ancilla, neque ex alia, licet prolem procreare. Mœchiæ nomine omnis illicitus concubitus intelligitur. *c. meretrices.*

5 Coire coacta & per violentiam accepta an perdat pudicitiam & virginitatem? Carnis virginitas non servatur, si mens corrumpitur. Viro uxorem, extra fornicationis causam, derelinquere non licet.

6 Coiens vir cum alia, & sic adulter, uxorem adulteram dimittere non potest.

7 Coitûs seu fornicationis causâ dimittens uxorem, eâ vivente aliam ducere non potest. Coitus contra naturam, & cum personis conjunctis, est gravissimum peccatum.

8 Coitum sive incontinentiam incurrere non debet aliquis, ut aliqua ad fidem convertatur. Et sic non licet ducere uxorem infidelem sub ea conditione, ut convertatur & fidelis efficiatur.

k 1 **Mente.** Mente seu voluntate mulier cupit, ut fiat mater, & habeat liberos, tamen ejus vir est frigidus & maleficiatus, an propter hoc sit ab eo separanda?

2 Mens & voluntas est mulieri, post mortem viri, cum illo contrahere, cum quo priùs fornicata fuit: an possit? Viro uxorem dimittere propriâ auctoritate & sine judicio Ecclesiæ non licet, neque eam occidere. *c. admonere.*

3 Mentis seu cordis solâ contritione, absque oris confessione, an possint peccata deleri, & utrùm possimus Deo satisfacere? Illam quæstionem prolixè tractat Gratianus, ejus occasione interserens tractatum de pœnitentia, septem distinctiones continentem.

4 Mentis scrupulo cessante, an possit maritus tempore orationis & pœnitentiæ uxori debitum reddere? Et ibi habetur, quòd tempore quadragesimali nuptias celebrare non licet.

5 Mens & voluntas est viro continentiam vovere. Non potest hoc facere sine consensu uxoris tacito vel expresso, nisi sit sponsa nondum cognita. Mulier viro debet subesse, cùm vir sit caput mulieris. *c. hæc imago.*

l 1 **Dubitans.** Dubitans uxor de morte mariti, & credens illum esse mortuum, si contrahat cum alio, an dicatur rea adulterii?

2 Dubitans mulier de morte mariti, si cum alio contraxit, & posteà maritus ejus rediit, an sit cogenda ad eum redire, & primum dimittere?

m 1 **Gradibus.** Gradibus consanguinitatis nobis contingentes mulieres non possumus ducere in uxores. Quare constitutum fuit, ne consanguineæ ducantur.

2 Gradu consanguinitatis uxori contingentem non licet uxorem ducere.

3 Gradus consanguinitatis & affinitatis secundùm decreta usque ad septimam generationem habent prohibitionem: hoc est, quòd ratione consanguinitatis & affinitatis prohibitum est matrimonium usque ad septimum gradum.

4 Gradus VI. consanguinitatis quare prohibitus est secundùm canones.

5 Gradus consanguinitatis quomodo computandi sunt.

6 Gradibus prohibitis conjuncti ad quorum accusationem vel testificationem sunt separandi. Et ibi de juramento separationis & reconciliationis. Et de juramento eorum, qui consanguinitatem probant. *c. de parentela.*

7 Gradu prohibito conjuncti, si ad invicem carnaliter commisceantur, filii ex tali incestuoso coitu procreati, non sunt filii appellandi.

8 Gradus consanguinitatis & affinitatis quis dicatur esse dispensabilis: id est, quo gradu possit dispensari cum consanguineis & affinibus?

9 Gradu prohibito conjuncti (licèt fortè sententia pro matrimonio fuerit lata) possunt separari. Sententia enim pro matrimonio vel contra ipsum lata potest retractari veritate compertâ, quia talis sententia nullo cursu temporis transit in rem judicatam. Et ibi dicitur, sententiam etiam Romani Pontificis in melius posse mutari. *c. sententiam.*

10 Gradus affinitatis (sive ipsa affinitas) in superstite non deletur. Item soboles ex secundis suscepta nuptiis, consanguineis prioris viri copulari non debet, secundùm decreta. Sed hoc corrigitur per *c. non debet. de consang. & affin.*

n 1 **Rapiente.** Rapiente virginem per vim ab aliquo, raptus committi dicitur.

2 Rapiens violenter puellam, potest illam peractâ pœnitentiâ in uxorem ducere. Et sic rapta raptori jure canonico nubere potest. *c. denique.* & meliùs extra de rap. *c. cum causa.* cum similibus.

DE CRE-

DECRETI TOTIVS

CANONES HIC SECUNDUM ORDINEM ALPHABETI IMPRIMUNTUR.

Quod præter cæteras utilitates multimodè correctioni est adjumento non mediocri.

A.

A B accusato. 3. q. 11. Grat.
Ab antiqua. de consecr. d. 4. Greg.
Abbas. 18. q. 2. Greg.
Abbat. 18. q. 2. Magunt. Conc.
Abbati vel. dist. 54. Octava Synod.
Abbatem. 18. q. 2. Greg.
Abbatum. eâd. can. & q. Pelag. Papa.
Abbates. eâd. can. & quæst. Aurel. Conc. j.
Abbatibus. 12. q. 2. Aurel. Conc. iij.
Abbatibus. 18. q. 2. Paschal.
ab eo. 2. q. 6. Theodos. leger.
ab Episcopis. dist. 70. Grat.
ab exordio. dist. 35. Hieronym.
ab excommunicatis. 9. q. 1. Vrbanus Papa ij.
abiit Iudas. 11. q. 3. Beda.
ab illo. 14. q. 4. Ambros.
ab Imperatorib. 23. q. 3. Carthaginen. Conc. v.
ab infirmis. 26. q. 7. Theod. in Pœnitentiali.
ab isto die. 35. q. 6. Innoc. Papa ij.
ab isto die. eâd. causâ. & q. Alex. ij.
absens j. 3. q. 9. Zepherin. Papa.
absens ij. 3. q. 9. Felix Papa.
absente j. 3. q. 9. Calixt. Papa.
absente ij. 3. q. 9. Felix Papa.
absit. dist. 50. Augustin.
absit. 11. q. 3. Ancetus Papa.
absque synodali. 15. q. 7. Grat.
¶ Accedens. dist. 50. Greg.
accusatus. 3. q. 6. Sixt. Papa ij.
accusatum. 2. q. 5. Sylvest. Papa.
accusator. 6. q. 5. Codex.
accusatori. 3. q. 9. Telesph. Papa.
accusatores. distinct. 46. Carthagin. Conc. iij.
accusatores j. 3. quæst. 5. Anacletus Papa.
accusatores ij. 3. q. 5. Stephanus.
accusatores iij. 3. quæst. 5. Calixtus Papa.
accusatores. 3. q. 8. Zepherinus.
accusatorum. 2. q. 8. Calixtus Papa.
accusatoribus. 3. q. 5. Symm. Papa.
accusatio j. 2. q. 7. Anacletus.
accusatio ij. 2. q. 7. Sixtus Papa.
accusationes. 3. q. 5. Hadrianus Papa in Synodo Romana.
accepisti j. de cons. dist. 4. Ambr.
accepisti ij. de cons. dist. 4. Ambr.
accesserunt. de cons. dist. 2. Augustinus.
accipite. de consecr. distinct. 2. Hieronymus.
Achab Rex. de pœn. dist. 3. Hieron.
Achatius j. 24. q. 1. Gelasius.
Achatius ij. 24. q. 1. Felix Papa.
Acolythus. distinct. 23. Carthaginen. Conc. iiij.
actione. 22. q. 4. Eliberit. Conc.
actuiùs. dist. 26. August.
actuius. 28. q. 3. August.
¶ Adam. dist. 40. Greg.
Adam. de pœn. dist. 1. Ambr.
Adam. 33. q. 5. Ambros.
ad Deum. 32. q. 5. August.
addidistis. 20. q. 1. Greg.
additur. 27. q. 2. Hieronymus.
ad ejus vero. dist. 5. Greg.
ad Episcopos. 17. q. 4. Gelasius.
ad fidem. 23. q. 5. August.
ad hæc. 13. q. 2. Gratianus.
ad hoc. distinct. 89. Gregorius & Bonifacius.
ad hoc. 16. q. 1. Gregor.
ad hoc. de consecr. distinct. 4. Augustinus.
adhuc instant perfidi. de pœnit. dist. 3. Augustinus.
adjicimus. 16. q. 1. Leo Papa.
ad limina. 30. q. 1. Ioan. Papa viij.
ad mensam. 11. q. 3. Ioan. Chrys.
admittuntur. distinction. 54. Leo Papa.
administratores. 23. quæstion. 5. Ioann. viij.
admonere. 16. q. 3. Greg.
admonere. 33. quæstion. 2. Stephanus Papa.
admonemus 16. quæstion. 2. Ioann. Papa.
admoneant. 26. q. 7. August.
admonendi. 2. q. 7. Greg.
ad nuptiarum. de consecr. dist. 1. Aurel. Conc.
ad reatum. d. 81. Carthaginen. Concil. iiij.
Adrianus j. dist. 63. Octava Syn.
Adrianus ij. eâd. distinct. Historia Eccleſiaſt.
ad Romanam j. 2. quæst. 6. Marcellus Papa.
ad Romanam ij. Zepher. Papa.
ad sedem Apostolicam. 35. quæstion. 5. Alex. ij.
adversitas. 7. q. 1. Greg.
adulterii. 32. q. 7. August.
adulterio. 31. q. 1. Grat.
advocavit. 4. q. 1. Ambrosius.
¶ Affectum. 26. quæstion. 7. Octava Synod.
Afros. dist. 98. Greg.
¶ Agatho. distinct. 63. Ex gestis Romanorum.
Agathosa. 27. q. 2. Greg.
Agapitus. 16. q. 1. Greg.
Agapitus. de cons. dist. 1. Greg.
agite. de pœn. dist. 1. Aug.
agnovimus. 26. quæst. 6. Cœlestinus Papa.
agunt homines. de consecr. dist. 4. August.
¶ Ait Cœlestinus. 24. q. 1. Nicolaus Papa.
à judicibus. 2. q. 6. Milevit. Conc.
¶ Aliud est. de consecr. distinct. 4. August.
aliud quidem. 11. q. 1. Leo Papa.
aliud quidem. de pœn. distinct. 1. Leo Papa.
alius item. 15. q. 6. Gregor.
aliorum hominum. 9. q. 3. Symm.
alia causa. 16. q. 1. Hieron.
alienus. dist. 90. Octava Synod.
alienus. 24. q. 1. Cyprianus.
alieni. 2. q. 7. Dionys. Papa.
alieni. 3. q. 4. Iginius Papa.
alienum. dist. 50. Leo Papa.
alienum. 19. q. 2. Leo.

alienationes. 12. q. 2. Vrbanus Papa.
aliter legitimum. 30. quæst. 5. Evarist. Papa.
aliter se Orientalium. d. 31. Stephan. Papa in Conc.
aliquando. 32. q. 2. August.
aliquanti. 26. quæstion. 5. Agathen. Concil.
aliquantos. dist. 51. Innoc.
aliques. 15. q. 1. August.
alligant. 26. quæstion. 7. Ioannes Chrysostomus.
altare. 1. q. 3. Paschalis ij.
altaris palla. de cons. dist. 1. Clemens Papa.
altaria j. de cons. dist. 1. Epaunense Concil.
altaria ij. de cons. distinct. 1. Agath. Concil.
¶ Amalis. 23. q. 4. Aug.
amputato. 25. q. 2. Iul. Papa.
¶ Ananias. 17. quæstion. 1. Gregor. in regest.
Anastasius secundus. dist. 19. Ex Pontificali.
ancillam. 32. q. 2. Leo.
animadvertendum. 22. quæstion. 2. Hieronymus.
animæ defunctorum. 13. q. 2. Greg. Papa ij.
annis singulis. distinction. 28. Bylon. Concil.
an non districta. 24. q. 3. Nicolaus Papa.
an putatis. d. 86. Ambrosius.
an quod in subditos. 33. q. 2. Ambrosius.
antecessor. 11. quæstion. 3. Bonifacius Mart.
anteriorum. 2. q. 6. Iustinianus in Novell.
ante baptismum. de consecr. dist. 4. Rabanus.
ante benedictionem. de consecr. dist 2. Ambrosius.
ante omnia distinct. 35. Agathens. Concil.
ante omnia. distinct. 40. Augustinus.
ante triennium. distinction. 31. Gregorius.
ante viginti. de consecr. dist. 4. Erach. Conc. ij.
antiqui. 33. quæstione 2. Toletanum Conc. vj.
antiquos. 10. quæstion. 1. Aurelian. Conc. j.
antiquis. 9. quæst. 3. Anastasius Patriarch.
antiquitus. 2. quæstion. 2. Ioannes Papa j.
¶ A parvulo. de cons. distinct. 4. Augustinus.
aperiè inquit. 24. q. 1. Nicol.
aperiant. 31. q. 1. Hieron.
Apostolus. d. 81. August.
Apostolus. 32. q. 7. Aug.
Apostolus. de pœn. dist. 2. Aug.
Apostolus. 33. q. 4. Aug.
Apostolorum vero canones. d. 16. Gratianus.
apostolicus. dist. 79. Gratian.
apostolicis. 16. q. 1. Hieron.
apostolicos. 12. quæstion. 2. Octava Synod.
apostolica. d. 56. Alexand. ij.
apostolica. 8. q. 1. Innocent. ij.
apostolica. de cons. distinct. 1. Anastas. Episcop.
apostolicæ. 24. q. 3. Pelag. Papa.
apostolicæ. 35. q. 9. Greg.
apostolicus autem. d. 79. Grat.
appellantem. 2. q. 6. Fab. Papa.
apud misericordem. 32. quæst. 1. Gregorius.
apud nos. 32. q. 5. Hieron.
apud omnipotentem. 36. quæstion. 2. Gregor.
apud veros. 23. q. 1. Aug.
¶ Aquam sale. de consecr. dist. 3. Alexand. iv.
à quibus ordinibus. distinct. 35. Gratianus.
à quibus. 26. q. 3. & 4. Gratianus.
à quodam Iudæo. de cons. distinct. 4. Nicolaus.
¶ Archidiaconum. d. 81. Greg.
Archidiaconum Florentinum. d. 85. Gregor.
Archiepiscopus. dist. 66. Grat.
Archiepiscopus. distinct. 66. Anicet. Papa.
Archiepiscopus. 9. quæst. 3. Anicet. Papa.
à recta ergò. 24. q. 1. Luc. Papa.
arguta. 2. q. 6. Nicol. Papa.
Arianorum. de consecr. distinction. 1. Gregor.
Arianos. 1. q. 1. Innocent.
Artaldus. 8. q. 3. Vrban. Papa ij.
¶ à sanctis Patrib. 25. q. 1. Chalc. Concil.
assumi aliquem. distinct. 28. Arelat. Conc. ij.
à Subdiacono. d. 93. Synodus Romana S. Sylvestri.
¶ Atho. 27. q. 2. Ioannes viij.
attendendum. 17. quæst. 4. Vrbanus Papa.
¶ Auctoritatem. 15. quæst. 6. Nicol. Papa.
audaciter. 8. q. 1. Hieron.
audi denique. 11. quæst. 3. Hieronymus.
audire Episcopum. distinction. 25. Clemens.
audite charissimi. distinct. 34. Augustinus.
audivimus. 1. quæstion. 3. Gregorius.
audivimus. 3. quæstion. 2. Evaristus Papa.
audivimus. 24. quæstion. 1. Alexander ij.
audivimus. 33. quæstion. 2. Leo Pap.
auditum est. 2. quæstion. 5. Sixtus & Leo.
auguriis. 26. quæstion. 5. Carthagin. Conc. iiij.
Augustino. 12. q. 2. Pelagius.
Aurelius. 26. quæst. 6. Carthaginen. Conc. ij.
aurum Ecclesia habet. 12. q. 2. Ambrosius.
aut facta. de pœn. d. 1. Digestis.

B.

Baptismus. de consecrat. distinct. 4. August.
baptismi vicem. de cons. d. 4. Augustinus.
baptizantur. de pœn. distinct. 3. Gregorius.
baptizari. d. 5. Gregorius.
baptizandi. de consecrat. distinct. 4. Gelas.
baptizandi. de cons. d. 4. Carthagin. Conc. iiij.
baptizandis. 1. q. 1. Gelas.
baptizandos. de cons. distinct. 4. Laodic. Concil.
basilicas. de consecr. distinct. 1. Gelas. Papa.
¶ Beatus. 3. quæstion. 4. Anacletus Papa.
Beatus Petrus. 6. quæst. 1. Clemens Papa.
beatus Paulus. 22. quæst. 2. Gelasius Papa.
beata Maria. 27. q. 2. Aug.
beati Petrus & Paulus. 2. q. 7. Ambrosius.
benedictio. 1. q. 1. Greg.
benedictur. de pœn. dist. 7. Paulus Apostol.
benè novit. dist. 61. Greg.
benè quidem. distinction. 56. Symmachus.
benè valet. dist. 50. Aug.
¶ Biduum. 2. q. 6. Digestis.
¶ Bonæ rei. 12. quæst. 2. Toletanum Concil.
boni Principis. distinct. 96. Marcellus Papa.
bonorum auctori. d. 47. Greg.
¶ Breviter quæ. d. 23. Grat.
breviter monstratum. distinction. 62. Gratian.

Calu-

C.

CAlumniator. 2. quæst. 3. Damasius Papa.
canon. dist. 3. Isidorus.
canones. dist. 15. Constitutiones Ecclesiasticæ S. Patrium.
canones. dist. 16. Isidorus.
canones. dist. 50. Innocent.
canonum statutis. Tarraconen. Conc.
canonica sanctorum. 3. q. 5. Pelagius Papa ij.
canonic. institutæ. 11. q. 3. Arausicum Conc.
canonici. causa 14. Gratianus.
canonicos. 19. q. 3. Grat.
cantantes. dist. 92. Hieronymus.
carnem. de cons. dist. 5. Fructuosus Episcopus.
casellas. 10. q. 2. Agath. Conc.
catholicus. 2. quæst. 6. Carthaginen. Conc. iiij.
catholica Ecclesia. dist. 11. Augustinus.
catechismi. de consecr. dist. 4. Nicol. Papa.
catechumenum. de consecr. dist. 4. Augustin.
catinensis. distinction. 61. Pelagius Papa.
cave. 28. q. 1. Ambros.
caveæ. 22. q. 5. Ambros.
caveant judices. 3. quæst. 9. Eleuth. Papa.
cavendum est. 1. quæst. 7. Meldense Concil.
cavendum est. 10. q. 3. Cabilonen. Conc. ij.
cavendum nobis. de pæn. distinct. 3. Gregor.
causa verò. dist. 4. Gratian.
caterùm Dei traditio. dist. 86. Ambros.
¶ Celebritatem. de cons. dist. 3. Victor Papa xiij. à Petro.
cellulas. 18. q. 2. Agath. Conc.
cenomanensem. dist. 56. Urbanus Papa ij.
certè ego. 12. q. 1. Augustin.
certis de causis. 15. q. 3. Digest.
certum est. dist. 10. Felix Papa.
certum est. dist. 10. Gelasius Papa.
certum est. 11. question. 3. Triburien. Concil.
certum est. 24. q. 3. Quinta Syn.
certum est. de cons. distinct. 1. Gelasius Papa.
¶ Charitas quæ. de pæn. d. 2. Augustin.
charitas est. de pæn. dist. 2. Prosper. & Augustin.
charitas nunquam. de pæn. dist. 2. Paulus Apost.
charitas est aqua. de pæn. dist. 2. Augustt.
charitas in quibusdam. de pæn. dist. 2. Augustt.
charitatem tuam. 12. q. 2. Greg.
chartæ quas dedit. 3. quæst. 9. Pelagius.
Chorepiscopi. distinct. 78. Damasus Papa.
Christus quid fecit. 1. quæst. 1. Augustinus.
Christus panis. de consecr. distinct. 2. Augustt.
Christiana. 32. q. 5. Innocent.
Christiano. dist. 34. Isidorus.
Christiano. 33. q. 4. Augustt.
Christianis. 11. quæstion. 1. Gelasius Papa.
¶ Cyprianus. 21. q. 3. Cyprian.
circumcisio. de pæn. dist. 2. Paulus Apost.
circumcelliones. 23. quæst. 5. Augustinus.
citò turpem. 1. q. 1. Ambros.
citiùs ad hoc. de pæn. dist. 2. Gregorius.
¶ Clemens. 8. quæst. 1. Petrus Apostolus.
Clementis librum. distinct. 16. Leo Papa.
cleri plebisque. dist. 63. Cœlestin.
cleros & Clericos. distinct. 2. Isidorus.
clericus professionem. d. 41. Carthag. Conc. iiij.
clericus j. distinct. 46. Carthaginen. Conc. iij.
clericus ij. Carthag. Conc. iiij.
clericus iij. Carthag. Conc. iiij.
clericus solus. distinct. 81. Lucius Papa.
clericus j. distinct. 91. Carthaginen. Conc. iiij.
clericus ij. distinct. 91. Carthaginen. Conc. iiij.
clericus ab instanti. 21. q. 1. Septima Synod.
clericus adversus. 2. q. 7. Sylvester Papa in Conc. Rom.
clericus verò. 3. quæst. 4. Stephanus Papa.
clericus sive Laicus. 11. quæstion. 1. Hadr. Papa.
clericus qui. 11. quæst. 3. Carthagin. Conc. iiij.
clericus qui. 12. q. 1. Hieron.
clericus. 24. q. 3. Carthag. Conc. iiij.
clerici. dist. 23. Agathens. Concil.
clerici. dist. 33. Nicol. Papa.
clerici. distinct. 44. Carthaginen. Conc. ij.
clerici vel continentes. dist. 81. African. Conc.
clerici verò. dist. 91. Aurelian. Conc. j.
clerici omnes. 1. q. 2. Agath. Concil.
clerici. 13. q. 2. Agathen. Conc.
clerici ab indignis. 14. quæst. 4. Gelas. Papa.
clerici. 16. q. 3. Agath. Conc.
clerici qui. 19. quæst. 1. Toletanum Conc. iiij.
clerici. 23. q. 8. Toletanum Conc. iiij.
clerico jaciente. distinct. 50. Urban. ij.
clericum scurrilem. d. 46. Carthag. Conc. iiij.
clericum qui. dist. 50. Nic. Papa.
clericum alienum. dist. 72. Carthag. Conc. iiij.
clericum cujuslibet. 11. q. 1. Marcellin. Papa.
clericum nullus. 11. quæst. 1. Agath. Concil.
clericum. 21. quæst. 1. Chalcedon. Concil.
clericum. 22. quæstion. 1. Carthagin. Conc. iiij.
clericos autem. 1. q. 2. Hieronym.
clericos aut Laicos. 2. q. 7. Chalced. Conc.
clericos in singulis. distinct. 71. Chalced. Concil.
clericos nihil. 12. q. 1. Gratian.
clericos qui. de consecr. dist. 1. Sexta Synodus.
capisti habere. 11. quæstion. 3. Augustinus.
capit Ermigildus. 24. quæst. 1. Greg. Papa.
¶ Cogitatio. de pæn. dist. 1. Grat.
cogitationis. de pæn. distinct. 1. Digestis.
cognovi ex dilecto. 1. q. 7. Cyrillus.
cognovimus. 12. q. 2. Gregor.
cognovimus. 16. q. 6. Greg.
cognovimus. 18. q. 2. Greg.
cognoscamus. dist. 34. Ambros.
commessationes. dist. 44. Aug.
commendavit. de consecr. distinct. 2. Augustt.
communis filius. dist. 23. Greg.
communiter dissinimus. dist. 33. Pius Papa.
comperimus. 14. q. 6. Greg.
comperimus. 24. q. 3. Greg.
comperimus. de consecr. distinct. 2. Gelas.
comprovinciales. dist. 64. Anicetus.
comprovincialium. dist. 65. Grat.
concedimus. de cons. dist. 1. Tribur. Conc.
concessio. 12. q. 2. Gelas.
concilia Sacerdotum. d. 17. Symmach. Papa.
concubina. 32. q. 2. Augustt.

concubuisti. 32. quæst. 7. Zacharias Papa.
concussionis. 1. q. 1. Digest.
confirmandum est. dist. 59. Carthag. Concil. v.
confidimus. 25. q. 1. Gelas.
congregatio. 16. q. 7. Urban. ij.
congregato. 16. quæstion. 7. Toletan. Concil.
conjunx. 27. q. 2. August.
conjuges. 27. q. 2. Isidor.
conjunctiones. 35. quæst. 3. & 4. Calixtus.
conjurationum. 11. qu. 1. Chalceden. Concil.
connubia. 32. q. 2. Hieron.
conquestus est. 9. quæst. 3. Nicolaus Papa.
consanguinitas. 35. quæstion. 6. Fabianus.
consanguinei. 3. quæstion. 5. Calixtus Papa.
consanguineorum. 3. quæst. 4. Calixtus Papa.
consanguineos. 35. q. 6. Fabianus.
consecrationem. de consecr. distinct. 1. Felix iij.
consentire. dist. 83. Gregorius.
consequens. dist. 11. Nicol. j.
consequens est. distinct. 88. Gelasius Papa.
considerandum nobis. distinct. 50. Gregorius.
considerandum. 16. q. 7. Greg.
considera. 22. q. 1. Hieron.
consideratio. 16. q. 1. Gelas.
consideranda. distinction. 86. Ambrosius.
consideret. de pœn. distinct. 5. Augustinus.
conspirationum. 11. quæst. 1. Calixtus Papa.
conspiratores. 3. q. 4. Calixtus.
Constantinus j. dist. 96.
Constantinus ij. dist. 96.
constantinopolitanæ. dist. 22. Constantinopol. Synod. j.
constat autem. dist. 2. Grat.
constat baptisma. de cons. dist. 4. Isidorus.
constat multos. 1. q. 1. Innoc.
constat quia. de pœn. distinct. 4. Gregorius.
constitutio. dist. 2. Isidorus.
constitutio. dist. 63. Leo iiij.
constituimus. dist. 76. Maguntinen. Conc. j.
constituimus. 3. quæstion. 5. Eusebius Papa.
constitutum est. 7. quæst. 1. Carthag. Conc. v.
constitutum est. 16. quæst. 1. Toletan. Concil. iiij.
constitutiones. 16. quæstion. 7. Paschal. ij.
constituit sanè. 16. quæst. 7. Magunt. Concil.
constituit. 17. quæstion. 4. Toletan. Conc. iiij.
constituit. 20. q. 3. Magunt. Conc.
constitutiones. dist. 10. Grat.
constitutiones. dist. 19. In capit. Hadrianus.
constitutiones. 16. quæst. 7. Paschal. Papa ij.
consuetudo autem. distinction. 1. Isidorus.
consuetudo. dist. 8. Cyprian.
consuetudo. dist. 12. Codex.
consuetudo. 16. q. 6. Greg.
consuetudinis. dist. 11. Codex.
consuetudinem. distinction. 11. Pius Papa j.
consuluisti. 2. q. 5. Stephanus v.
consuluit. distinction. 74. Gelasius.
consulto omnium. de cons. dist. 1. Eusseb. & Sylvest. Papa.
consulendum. dist. 28. Nicolaus.
continua. 11. q. 1. Cod. Theod.
contra idolorum. 26. q. 5. Greg.
contra morem. distinction. 100. Gregorius.
contra ritum. 4. q. 4. Nicolaus.
contra sanctorum. 16. quæstion. 7. Leo iiij.
contra statuta. 25. q. 1. Zozimus.
contradicimus. 35. q. 2. & 3. Cabilon. Concil.
contrarium est. de pœn. dist. 5. Leo Papa.
contraria. de consecr. distinct. 5. Ambrosius.
contumaces Clerici, dist. 50. Agathen. Concil.
convenit. de cons. distinct. 5. Agathen. Concil.
convenior. 23. q. 8. Ambrosius.
convenientibus. 1. quæst. 7. Septim. Synod.
convertimini. de pœn. distinction. 1. Ioël.
convivia. dist. 44. Greg.
corpus & sanguinem. de consecrat. dist. 2. Aug.
corpus Christi. de consecr. distinct. 2. Hilarius.
corpore verò vitiati. distinct. 55. Gratianus.
corpora sanctorum. de consecr. dist. 1. Magunt. Conc. j.
corporalia. 1. q. 1. August.
corporeum. de consecr. distinct. 2. Ambrosius.
corripiantur. 24. q. 3. August.
¶ Credo. 21. q. 3. Nicas. Episcop.
credere in Iesum. de cons. distinct. 2. August.
crimen vel pœna. 1. q. 4. Digest.
criminationes. 2. q. 7. Iginus Papa.
crucis Domini. de consecr. dist. 3. Euseb. Papa.
¶ Cujus rei. 29. q. 2. Greg.
cui autem. de pœn. distinct. 6. Gratianus.
cui est illata. 11. q. 3. Gelasius Papa.
cui portio. 12. q. 1. Ambros.
cùm autem vinolentus. distinct. 44. Grat.
cùm autem ad Ecclesiam. distinct. 92. Gratian.
cùm à Iudæis. 23. q. 8. Innocent.
cùm accusatus. 3. q. 3. Felix ij.
cùm ad celebrandas. de cons. d. 1. Aurelian. Conc. j.
cùm ad verum. distinct. 96. Nicolaus Papa.
cùm Hadrianus. dist. 63. Greg.
cùm apud Thessalonicam. 11. q. 3. Russin. Eccl. hist.
cùm aliquis. 11. q. 3. Arausic. Concil.
cùm aliquis. 24. q. 3. Origen.
cùm baptizat. de cons. dist. 4. Augustinus.
cùm beatus. distinct. 45. Brachar. Conc. iij.
cùm beatissimus. 24. q. 1. Leo Papa.
cùm caput. 33. q. 5. Hieronym.
cùm de quorundam. dist. 84. Carthag. Conc. v.
cùm devotissimam. 12. q. 2. Greg.
cùm Ecclesiæ. 3. q. 2. Pelag. Papa.
cùm enixa. dist. 5. Greg.
cùm ergò. 22. q. 3. Grat.
cùm ergò. 24. q. 3. Hieron.
cùm exandiero. dist. 50. Hieron.
cum excommunicato. 11. quæst. 3. Isidorus.
cùm frangitur. de consecr. distinct. 2. Prosper.
cùm gravia. 13. q. 2. Greg.
cùm homo. 23. q. 5. August.
cùm humiliatis. 22. q. 2. Aug.
cùm igitur. 35. q. 1. August.
cùm in capitulis. 34. q. 1. & 2. Innoc. Papa.
cùm in præterito. distinct. 84. Carth. Conc. ij.
cùm in lege. 23. q. 4. Greg.
cùm initiatur. 27. q. 2. Ambr.
cùm ita puniantur. de pœn. d. 4. Hieronymus.
cùm itaque. 32. q. 8. Grat.
cùm itaque. dist. 38. Grat.
cùm itaque. de consecr. distinct. 4. Leo Papa.
cùm liqueat. 1. q. 1. Greg.
cùm longè. distinction. 63. Toletan. Conc. xij.

cùm majores. 6.q.1. Grat.
cùm multa. dist. 86. Greg.
cùm multæ. 15. quæst. 8. Toletanum Conc. ix.
cùm minister. 23.q.5. August.
cùm omnis avaritia. 1. quæst. 1. Gregorius.
cùm omne crimen. de consecr. dist. 2. Iul. Papa.
cum omnibus. distinct. 81. Carthag. Conc. iij.
cùm ordinaretur. 1.q.1. Ambr.
cùm pastoris. 2.q.7. Greg.
cùm Paulus. 1.q.1. Greg.
cùm per bellicam. 34. quæst. 1. & 2. Leo Papa.
cùm percussio. 7.q.1. Greg.
cùm piæ. 25.q.2. Greg.
cùm pro utilitate. 16. quæst. 1. Ilerd. Concil.
cùm pro parvulis. de cons. distinct. 4. August.
cum quibus. 24.q.3. Gelas.
cùm quisque. 23.q.4. August.
cùm renunciatur. 32. quæst. 1. Ambrosius.
cùm redemptor. 12. quæstion. 2. Gregorius.
cùm sancti. 24.q.3. Greg.
cùm sanctam. de pœn. distinct. 2. Gregorius.
cùm scriptura. 1.q.1. Ambr.
cùm simus. 5. q.3. Synod. Iepima.
cùm societas. 27. q. 2. Leo Papa.
cùm tantùm. de consecr. distinct. 4. August.
cunctæ per mundum. 9.q.3. Gelasius Papa.
cunctis fidelibus. 16.q.1. Clemens.
curandum ergò. dist. 34. Hilar. Papa in Synodo Rom.
cura sit omnibus. 11. q. 3. Honorius Papa.
curiales autem. dist. 53. Grat.
custodi intus. 11.q.3. August.

D.

Daibertum. 1.q.7. Vrban. ij.
Damnationis. 24. quæst. 2. Leo Papa.
De abjectione. distinct. 64. Aransic. Conc. j.
de accusationib. 3.q.5. Euseb.
de accusatoribus. 3.q.9. Gratian.
de accusatione verò. 2. quæst. 8. Gratianus.
de affinitate. 35.q.2. & 3. Greg.
de aliena. dist. 71. Innoc.
de Arianis. de cons. dist. 4. Arelat. Conc. j.
de benedicto. 32.q.1. Pelag. Papa.
debet homo. 23.q. 4. August.
debent duodecim. 11. quæst. 3. Zachar. Papa.
de capitulis. dist. 10. Leo iiij.
de capellis. 16.q.2. Gratianus.
de catechumenis. de cons. dist. 4. Gerunden. Conc.
de cætero. 1.q.1. Nicolaus Iunior.
decessorum. 25.q.2. Gelasius.
decernimus ut diem. dist. 18. Toletan. Conc.
decernimus. dist. 28. Innoc.
decernimus. 3.q.9. Bonif. Papa.
decernimus. 16. quæst. 7. Toletanum Conc. ix.
decenter omnib. distinct. 89. Toletan. Conc. x.
decimæ. 16.q.1. August.
decimas à populo. 16. quæst. 1. Paschal. ij.
decimæ j. 16.q.7. Gregor. vij. in Conc. Luseran.
decimas ij. 16. quæst. 7. Maguntinen. Concil.
decimas iij. 16. quæst. 7. Maguntin. Concil.
decimas iv. 16. quæstion. 7. Vrbanus Papa ij.
de Clericis verò. dist. 71. Grat.
de concilijs. dist. 18. Leo j.
de communione. 24. quæstion. 2. Leo Papa.
de Constantinopolitana. distinct. 22. Gregorius.
de conjugali. 27. quæst. 2. Syricius Papa.
de consanguinitate. 35.q.2. & 3. Nicolaus ij.
decretis sancta Synodus. dist. 88. Melchiades Papa.
decretis. 22.q.5. in Conc. apud B. Medardum.
decrevimus. 10. quæstion. 1. Turrac. Concil.
decreto nostro. 2.q.6. Greg.
decretis ergò. dist. 21. Gratianus.
decreta. 27. quæstion. 2. Gregor. in regest.
decretum est. 2. quæst. 7. Magunt. Concil.
decretum est. 10. quæst. 1. Cabilonen. Conc. ij.
decretales itaque. dist. 20. Grat.
de crimine. 15.q.3. Codex.
de crimine. 15.q.5. Stephanus.
de decimis. 16.q.1. Leo Papa iiij.
deest baptismum. 1.q.1. Aug.
de diversis. 11. quæst. 1. Carthaginen. Conc. iij.
de ea verò. 35.q.10. Gratianus.
de Ecclesiasticis. 25.q.2. Greg.
de eo autem. dist. 50. Cyprian.
de eo autem. 14. quæstion. 2. Gratianus.
de eo quod. 30. quæst. 1. Maguntinen. Concil.
de Episcopis. 23.q.8. Gratianus.
de epistolis. dist. 19. Gratian.
de esu carnium. de consecr. distinct. 3. Leo iiij.
de eulogiis. dist. 18. Leo iiij.
de excommunicationis. 24. q.3. Grat.
de fabrica. de pœn. distinct. 1. Vigil. Papa.
defensionis. dist. 87. Gelasius.
de filia. 27. quæst. 1. Martin. Brachar. in Conc.
deficientibus. 2.q.5. Gratian.
de forma. 22. quæstion. 5. Fulberti Episcopi.
de gradibus verò. 35.q.5. Grat.
de gradibus verò. 35. quæst. 8. Greg. in regesto.
de hac quidem. de consecr. dist. 2. Hieronymus.
de hymnis. de cons. distinct. 1. Toletan. Conc. iiij.
de hinc iterùm. de consecrat. dist. 4. Rabanus.
de his Clericis. dist. 50. Nic. Papa.
de his Clericis. d. 50. Ilerd. Conc.
de his, quæ. 10.q.1. Aurel. Conc. j.
de iis qui contra. distinct. 12. Toletan. Concil.
de his, qui. 30.q.1. Nicol. Papa.
de his, qui. 31.q.1. Neocæsar. Conc.
de his, qui. de pœn. distinct. 5. Aurel. Conc. j.
de his, qui. 35. quæst. 2. & 3. Ilerden. Concil.
de iis, quos. dist. 28. Tolet. Conc.
de his verò. dist. 50. Rabanus.
de his verò. 20.q.2. Gratian.
de his verò. 26. quæstion. 6. Nicænum Concil.
de his verò. 26.q.7. Nicol. Papa.
de his verò. 33.q.2. Syricius Papa.
de his verò. 35.q.8. Gratian.
de his verò, de consecr. dist. 5. Melchiades Papa.
de homine. de consecr. distinct. 4. Gregor. ij.
de jejunio. distinct. 76. Salegustan. Concil.
de illicita. 24.q.3. Parisien. Conc.
de illo Clerico. dist. 32. Nicolaus.
de illis autem. 6. quæst. 3. Meldens. Concil.
de illis Presbyteris. 11. quæstion. 3. Ioann. viij.
de illis. 24.q.3. August.
de incestis. 35. quæst. 2. & 3. Agathen. Conc.
deinde à Sacerdote. de consecr. dist. 4. Raban.
deinde ponitur. distinction. 26. Innocentius.
de induciis. 3.q.2. Gratian.
de induciis. 3.q.3. Felix ij.

de Iudæis. distinct. 45. Toletanum Concil.
delator. 5. quæstion. 6. Eliberitan. Concil.
delatori. 5. quæstion. 6. Hadrianus Papa.
de laicis. 12. q. 2. Vrbanus Papa in Concil.
de lapsis. 26. q. 6. Gregor.
de libellis. dist. 20. Leo Papa iiij.
de libertis. 12. quæst. 2. Hispalen. Concil. ij.
deliciæ quælibet. distinct. 41. Augustinus.
de liguribus. 23. quæst. 5. Pelagius Papa.
de locorum. de consecr. distinct. 1. Gelasius.
de manifesta. 2. quæst. 1. Stephanus Papa v.
de Monachis. 16. q. 1. Innocentius.
de Monachis. 18. quæst. 2. Agathens. Concil.
damonium. 26. quæst 7 Hieronymus.
de neptis. 31. q. 2. Vrbanus ij.
denique Sacerdotes. distinction. 4. Gregor.
denique si in epistola. dist. 21. Nicol. Papa.
denique hi. distinct. 96. Nicolaus Papa.
denique. 6. q. 3. Nicol. Papa.
denique. 7. q. 1. Cyprianus.
denique. 14. q. 5. Ambrosius.
denique. 31. q. 1. Augustinus.
denique & puellæ. 36. quæst. 2. Ambrosius.
de nominibus. de cons. distinct. 1. Innocentius.
denunciamus. 25. q. 2. Simplicius Papa.
de observatione. de cons. dist. 3. Arelat. Conc. j.
de occidendis. 23. q. 5. Augustus.
de ordinationibus. 1. q. 1. Greg.
de parentela. 35. quæst. 6. Vrbanus Papa.
de parentela. 35. q. 6. Innoc. ij.
de panitentibus. de cons. dist. 3. Innocentius.
de perjuro. de pæn. dist. 4. Gregorius Papa.
de persona. dist. 65. Leo Papa.
de persona. 11. q. 1. Greg.
de Petro. dist. 47. Gregor.
de precariis. 10. q. 2. Carthaginen. Concil.
de præsentium. 16. quæstion. 1. Pelagius.
de Presbyterorum. 17. quæst. 4. Nicol. Papa.
de Primatibus. distinction. 99. Gratianus.
de prima quæstione. 10. quæst. 1. Gratianus.
de prima quæstione. 4. quæstion. 1. Gratian.
de prima. 5. q. 1. Grat.
de propinquis. 35. quæst. 2. & 3. Fabianus.
de puditicia. 32. q. 5. Augustus.
de puellis. 36. quæst. 2. Cabilonen. Concil.
de quarta verò. 4. q. 4. Grat.
de quinta verò. 4. q. 5. Grat.
de quibus. distinct. 20. Innocentius Papa.
de quibusdam. distinct. 37. Eugenius Papa ij.
de quotidianis. de pæn. dist. 3. Augustinus.
de raptoribus. 36. q. 1. Aurelianen. Concil.
de rebus verò. dist. 54. Toletanum Concil.
de rebus. 12. quæst. 2. Nicolaus Papa.
de reditibus. 12. quæst. 2. Simplicius Papa.
de servorum ordinatione. dist. 54. Toletan. Conc.
de Syracusana. distinct. 28. Pelagius.
designata sunt. dist. 51. Innoc.
de spiritu. de consecr. distinct. 5. Ephesinum Conc.
desponsatam. 27. quæst. 2. Eusebius Papa.
desponsatas. 27. quæst. 2. Ancyranum Conc.
deteriores. 6. q. 1. Anacletus.
detractores. 3. quæst. 4. Zepherinus Papa.
detrahere verbum. 1. q. 1. Augustus.
de tempore. 26. quæst. 7. Gratianus.
de tertia. 32. q. 3. Gratian.
de trina mersione. de cons. distinct. 4. Gregor.
de ultima. 15. q. 8. Gratian.
de viduis. 27. quæstion. 1. Toletan. Conc. iij.
de viduis. 27. q. 1. Gelasius.
de viro nefando. 12. quæst. 2. Nicol. Papa.
devotam. 27. quæst. 1. Toletanum Conc. j.
devotis. 20. q. 1. Gelasius.
Deus dissimilionem. de pæn. dist. 1. Ambrosius.
Deus ergò. 3. quæstion. 1. Fabianus Papa.
Deus masculum. 31. quæst. 1. Augustinus.
Deus omnipotens. 2. q. 1. Evaristus Papa.
Deus quando. 24. q. 3. Vrbanus.
¶ Diaconus. distinct. 23. Carthagin. Conc. iiij.
diaconus. dist. 27. Martinus Bracharen.
diaconus. distinct. 93. Carthaginen. Conc. iiij.
diaconi Ecclesiæ. distinct. 93. Clemens.
diaconi ita. distinct. 93. Carthagin. Conc. iiij.
diaconi qui. distinct. 93. Evaristus.
diaconi quicunque. dist. 28. Ancyrana Synod.
diaconi septem. dist. 93. Neocasarien. Conc.
diaconi sunt. distinct. 93. Hieronymus.
diaconi vel Presbyteri. 12. q. 2. Agathen. Conc.
diaconum verò. distinct. 89. Gregorius.
diaconus propriam. dist. 93. Gelasius Papa.
diaconissam. 27. quæst. 1. Chalced. Conc.
dicat aliquis. 23. quæstion. 5. Ambros.
dicat aliquis. 32. quæstion. 4. Ambrosius.
dicenti. 25. q. 2. Pelagius.
dictum est nobis. dist. 80. Magunt. Concil.
dictum est. distinct. 94. Cabilonen. Concil.
dictum est. 1. q. 1. Augustin.
dictum est. 1. quæst. 1. Turonien. Concil.
dictum est. 29. q. 2. Cabilonens. Concil. ij.
dictum est. 30. quæst. 1. Cabilonens. Conc. ij.
dictum est nobis. de cons. dist. 5. Tarracon. Conc.
didici à diligendo. 1. quæst. 7. Cyrillus.
didicimus. 24. q. 1. Cyprianus.
didicimus. de cons. dist. 2. Sexta Synodus.
differt autem. distinct. 8. Gratianus.
difficilio. 22. quæst. 4. Eliberitanum Conc.
difficilimus. distinct. 22. Octava Synod.
difficilimus. 4. q. 1. Carthaginen. Concil. vij.
difficilimus. 18. quæst. 2. Septima Synod.
difficilis. 17. q. 4. Tolet. Conc. xij.
dignum est. 3. quæst. 9. Toletanum Conc. vj.

Dila-

dilectio tua. 16. q. 3. Gelasius.
dilectionis tuæ. dist. 76. Pelag.
dilectissimi. 8. q. 2. Gregor.
dilectissimis. 12. q. 1. Clemens.
dimissorias verò. distinctio. 72. Gratianus.
disciplina. dist. 45. Gregor.
discipulos. de cons. dist. 5. Ex dictis Apollonii.
discordantes. dist. 90. Carthaginens. conc. iiij.
discutere. 3. q. 6. Damasius Papa.
dissidentes Episcopos. dist. 90. Carthagin. Conc. iiij.
dispar. 23. q. 8. Alexander ij.
dispensatio. dist. 43. Nicolaus.
dispensationes. 1. q. 7. Cyrillus.
displicet. 23. q. 4. Augustin.
divina clementia. de pan. dist. 4. Gelasius Papa.
divinæ retributionis. distinct. 87. Gelasius.
divinis præceptis. 25. q. 1. Leo.
divortium. de pan. distinction. 1. Digestis.
diuturni mores. dist. 12. Iustinianus inst.
dixit Apostolus. 24. quæstion. 3. Augustinus.
dixit Dominus. 14. quæst. 5. Augustinus.
dixit Dominus. 32. quæst. 1. Hieronymus.
dixit Dominus. de pan. dist. 4. Augustinus.
dixit Sara. 32. q. 4. Ambrosius.
dixi, consuebat. Ambrosius ex David.
¶ Doctos. 16. q. 1. Ambrosius.
Doctorem autem. distinction. 86. Gratianus.
docendus est. dist. 62. Celestinus.
domesticarum. dist. 34. Gratianus.
Dominus ad illud. 32. quæst. 7. Augustinus.
Dominus declaravit. 1. quæst. 1. Augustinus.
Dominus noster. dist. 56. Hieronymus.
Dominus noster. dist. 93. Cyprianus.
Dominus noster. 23. quæst. 2. Augustinus.
Dominus non vult. distinct. 86. Ambrosius.
Domino sancto. dist. 50. Isidorus.
domui quisque. dist. 89. Gratianus.
donare res suas. distinct. 86. Augustinus.
donatum autem. 1. q. 7. Leo.
¶ Dudum. 3. q. 6. Iulius Papa.
dudum. 18. q. 2. Gregorius.
duæ sunt eleemosynæ. distinction. 45. Augustinus.
duæ sunt. 19. q. 2. Urban. ij.
duo ista. 23. q. 4. August.
duo mala. dist. 23. Tolet. Conc.
duo sunt quippe. dist. 56. Gelasius.
duo sunt genera. 12. q. 1. Hieron.
duo tempora. de cons. distinct. 4. Leo Papa.
duobus modis. 27. q. 2. August.
duodecim. 5. quæstion. 4. Zepherinus Papa.
dupliciter. de consecrat. distinct. 2. Hieronymus.

E.

Ea enim. 10. q. 2. Codex.
ea, quæ à sanctis. 1. q. 3. Vrb. ij. in conc. Placent.
ea vindicta. 23. q. 4. August.
eadem lege. 1. q. 1. Digest.
¶ Ebron. 13. q. 2. Hieron.
¶ Ecce à quibus. distinct. 49. Gratianus.
ecce autem. 24. q. 3. Prosper.
ecce dico. 22. q. 5. August.
ecce ego dico. dist. 95. Hieron.
ecce in præfatione. distinction. 59. Gregorius.
ecce inquinat. 23. q. 4. August.
ecce nunc tempus. de pœn. dist. 1. Ambrosius.
ecce ostensum. dist. 28. Gratianus.
ecce ostensum est. dist. 60. Gratianus.
eccè plenariè. dist. 39. Gratianus.
ecce quibus. dist. 41. Gratianus.
ecce quòd criminosi. distinct. 51. Gratianus.
ecce quòd ista. 32. q. 6. Gratianus.
ecce quòd in sacris distinction. 33. Gratianus.
ecclesia. 1. q. 4. Gregorius.
ecclesia. 16. q. 1. Hieronymus.
ecclesia Christi. de pœn. d. 1. Ex B. Hieronymo.
ecclesia. de consecr. dist. 1. Nicol. Papa.
ecclesia de cons. dist. 4. Aug.
ecclesiæ antiquitùs. 16. q. 1. Cabilon. concil.
ecclesiæ charitas. de cons. dist. 4. Augustinus.
ecclesiæ meæ. distinct. 97. Bonifacius Episcop.
ecclesiæ Principes. distinct. 35. Hieronymus.
ecclesiæ vel altariæ. de cons. d. 1. Meldens. Conc.
ecclesiam j. de cons. dist. 1. Aurelian. concil.
ecclesiam ij. de cons. distinct. 1. Agrip. concil.
ecclesiarum servos. 12. q. 2. Toletan. conc. iij.
ecclesiis semel. distinct. 68. Nicænum concil.
ecclesiis semel. de consec. distinct. 1. Nicænum Conc.
ecclesias. 13. q. 1. Dionys. Papa.
ecclesias. 16. q. 7. Clemens.
ecclesias. de consecr. distinction. 1. Clemens.
ecclesias. de consecr. distinct. 1. Ioannes Papa.
ecclesiasticæ. distinct. 23. Brachaven. conc. iij.
ecclesiastica. dist. 38. Hier.
ecclesiasticæ. 25. q. 2. Greg.
ecclesiasticis. 12. q. 2. Gregor.
ecclesiasticarum. dist. 11. Basilius.
¶ Ego autem. 1. quæstion. 6. Symmachus.
ego Berengarius. de cons. distinct. 2. August.
ego dixi. 34. q. 1. & 2. Hermes.
ego Ludovicus. d. 63. Greg.
ego solis. dist. 9. Aug.
egressus itaque. 27. q. 2. Hieron.
ægrotantes. de cons. dist. 4. Carthag. Conc. iij.
¶ Ejectis. 3. q. 2. Gajus.
electionem verò. dist. 79. Anacletus Papa.
ejiciens Dominus. dist. 88. Ioan. Chrysostomus.
ei qui appellat. 2. q. 6. In authent. Const.
¶ Eleemosyna. 14. q. 5. Greg.
Eleutherius. dist. 91. Pelagius.
Eleutherius. 18. q. 2. Pelagius.
¶ Emendari. 1. quæstion. 1. Eliberit. concil.
emersisti. de consecrat. distinct. 4. Ambrosius.
¶ Engelsrudam. 3. quæstion. 4. Ioan. Papa viij.
enim verò. d. 19. Steph. Papa.
¶ Eodem modo de consecrat. d. 4. Hieronymus.
eorum qui accusantur. 11. q. 3. Damasus.
eorum qui pauperes. d. 91. Carthag. conc. iij.
eos ad sacrificia. d. 31. Innoc. j.
eos autem. 27. q. 1. Gregor.
eos etiam. d. 81. Alex. ij.
eos qui pasti distinct. 32. Vrbanus Papa ij.
eos qui ad Ecclesiam. d. 87. Aransican. Conc. j.
eos qui per pecunias. 1. q. 1. Tharasius Const. Episcopus.
eos qui. 1. q. 5. Vrbanus.
eos qui. 3. q. 10. Arelat. Conc. ij.
eos qui. 20. q. 3. Chalced. Conc.
eos qui. 36. q. 2. Chalced. Conc.
eos quos. de consecr. distinct. 4. Felix Papa.
eos Sacerdotes. 7. q. 1. Damas. Papa.
eos verò. distinction. 50. Ancyran. concil.

¶ Ephesius. dist. 43. Gregorius.
Epiphanium. 5. quæstion. 6. Gregorius.
episcopus ad Synodum. d. 18. Carthag. Conc. iiij.
episcopus aut Presbyter. dist. 35. Can. Apost.
episcopus aut Presbyter. distinct. 47. Can. Apost.
episcopus aut Sacerdos. dist. 88. Can. Apost.
episcopus benedictionem. dist. 77. Agath. Conc.
episcopus cum ordinatur. distinct. 23. Carth. Conc. iiij.
episcopus de loco. 7. quæstion. 1. Carth. Conc. iiij.
episcopus Deo. de conf. distinct. 1. Anaclet. Papa.
episcopus dum fuerit. distinct. 61. Gregorius.
episcopus Ecclesiasticarum. 12. quæst. 1. Antioch. Conc.
episcopus gentilium. dist. 37. Carthag. Concil. iiij.
episcopus gubernationem. distinct. 88. Carth. Conc. iiij.
episcopus habeat. 10. quæst. 2. Mart. Brach. ex Conc.
episcopus in Ecclesia. dist. 95. Carthag. Conc. iiij.
episcopus in quolibet. distinction. 95. Carth. Conc. iiij.
episcopus in diacesim. 7. quæst. 1. Anaclet.
episcopus in Synodo. 35. quæst. 6. Eusych. Papa.
episcopus nec. 14. quæstion. 1. Carth. Conc. iiij.
episcopus non debet. distinct. 18. Tiron. Concil.
episcopus non est. distinction. 65. Ant. Concil.
episcopus nullius. 15. quæst. 7. Carth. Conc. iiij.
episcopus nullum. de consecr. distinct. 1. Carth. Conc. iiij.
episcopus nullum. distinct. 88. Carth. Conc. iiij.
episcopus pauperibus. dist. 82. Anvel. Conc. j.
episcopus Presbyter. 11. quæst. 3. Magunt. Conc.
episcopus, qui filios. 12. q. 2. Agath. Concil.
episcopus, qui irritum. dist. 74. Anvel. Conc. iij.
episcopus, qui mancipium. 12. q. 2. Tolet. Conc. iiij.
episcopus Sacerdocibus. dist. 67. Hispal. Conc. ij.
episcopus Sacerdotib. 15. q. 7. Hispalen. Conc. ij.
episcopus si Clerico. 6. quæst. 2. Carth. Concil. iiij.
episcopus si infirmitate. de conf. dist. 3. Anvel. Conc. j.
episcopus si veriam. 12. quæst. 3. Tolet. Conc. ix.
episcopus sine Concilio. dist. 24. Carth. Concil.
episcopus subjecto. distinction. 72. Leo Papa.
episcopus tuitionem. dist. 88. Carthag. Conc. iiij.
episcopus vilem. distinct. 41. Carthag. Conc. iiij.
episcopi ab omnib. distinct. 64. Nican. Concil. j.
episcopi de rebus. 12. q. 1. Agath. Conc.
episcopi eorumque ministri. 26. q. 5. Anquirenso Conc.
episcopi judicio. distinct. 24. Laodic. Concil.
episcopi lectioni. 2. quæst. 7. Paschalis Papa.
episcopi non in castellis. distinct. 80. Anacl.
episcopi Presbyteri. 21. quæst. 4. Zachar. Papa.
episcopi qui. 9. quæst. 2. Constantin. Synod. j.
episcopi si à propriis. 3. q. 1. Fabianus.
episcopi si sacerdotali. 11. q. 3. Agathen. Concil.
episcopi vel Presbyteri. 7. q. 1. Carthag. Conc. iiij.
episcopo non liceat j. 8. q. 1. Antioch. Concil.
episcopo non liceat v. 8. q. 1. Mart. Brachar. ex Conc.
episcopo non licet. 16. quæstion. 6. Magunt. Conc.
episcopo scribii. 9. q. 3. Beda.
episcopum aut Presbyterum. dist. 45. Canon Apostol.
episcopum de diacesi. 7. quæst. 1. Ant. Concil.
episcopum non oportet. dist. 61. Laod. Concil.
episcopum non debere. 9. q. 2. Antioch. Concil.
episcopum oportet. dist. 64. Ex Concil. Mart. Brachar.
episcopum per cunctas. 10. q. 1. Tolet. Conc. iiij.
episcopum Presbyterum. dist. 34. Anvel. Conc. iiij.
episcoporum etiam. distinct. 74. Agath. Concil.
episcoporum igitur. distinct. 18. Gratianus.
episcopos autem. distinction. 100. Gratianus.
episcopos per Aemiliam. dist. 63. Nicol. Papa.
episcopos Presbyteros. dist. 31. Carth. Conc. ij.
episcopos secundum. distinct. 17. Gregorius j.
episcopis suis. 3. q. 1. Gajus Papa.
æqualiter. 35. quæst. 2. & 3. Julius Papa.
¶ Erga eum. 26. quæstion. 7. Octava Synod.
erga simoniacos. 2. quæst. 1. Nicolaus Junior.
erit autem. d. 4. Isidorus.
error cui non resistitur. dist. 83. Innocentius.
erubescant. dist. 32. Urban. ij.
¶ Esaiæ venator. d. 86. Hieronymus.
est illud. 24. q. 1. Ambrosius.
est etiam contra. 22. quæst. 4. Ambrosius.
est injusta. 23. q. 4. Ambrosius.
est ordo. 33. q. 5. Augustinus.
esto subjectus. d. 95. Hieronymus.
estote ergo. 1. q. 1. Gregorius.
est probanda. dist. 86. Ambrosius.
est unitas. de consecr. distinct. 4. Augustinus.
¶ Et dixit Dominus. de consecr. d. 2. August.
et hoc attendendum. de consecr. d. 1. Augustinus.
et hoc diximus. 16. quæstion. 4. Origenes.
et hoc quoque. 35. q. 2. & 3. Julius Papa.
etiam corde. 1. q. 1. August.
et jurabunt. 22. quæst. 1. Hieron.
et purgabit. dist. 50. Hieron.
et qui emendat. dist. 45. Aug.
et quia aliquos. 27. q. 1. Greg.
et si ad tempus. 11. q. 3. Aug.
et si illa. 1. q. 7. Gelasius.
et si illi. 12. quæst. 2. Toletanum Concil. iiij.
et si Judæorum. distinct. 54. Tolet. Conc. xij.
et si non frequentius. de consecr. d. 2. Fab. Papa.
et sacrorum. 12. q. 2. Greg.
et sancta. de cons. d. 2. Aug.
et temporis. 16. q. 1. Greg.
et venit. de pæn. dist. 1. Hieron.
¶ Eum qui asseverat. distinction. 50. Codex.
eum qui. 7. q. 1. Gregor.
Eunuchus. d. 55. Canon. Apost.
Eupsemium. 2. q. 3. Greg.
¶ Ex antiquis. d. 54. Gelasius.
ex auctoritate. 16. quæstion. 1. Gregorius.
ex catholica. 1. q. 1. August.
excellentissimus. 11. quæst. 3. Nicolaus Papa.
excommunicati. 3. q. 1. Palea.

excommuni-

excommunicator. 11. quæst. 3. Calixtus Papa.
excommunicatorum. 23. quæst. 5. Vrbanus ij.
exemplum Domini. 12. quæst. 1. Augustinus.
ex eo quòd prohibet. 15. quæstion. 3. Digestis.
ex epistola. distinct. 23. Hispal. Concil. ij.
ex his autem. 12. q. 1. Can. Apost.
ex hinc jam. de consecr. distinction. 4. Rabanus.
exigunt causæ. 1. q. 7. Leo.
existimant quidam. 11. quæst. 3. Hieronymus.
ex merito. 6. q. 1. Anterus Papa.
ex multis temporibus. 1. quæstion. 3. Alex. ij.
exorcista. distinction. 23. Carthagin. Conc. iiij.
ex pœnitentibus. distinct. 50. Carthag. Concil.
expedit. 12. q. 1. Prosper.
experientiæ. 11. q. 1. Pelagius.
ex præmissis dist. 50. Grat.
ex quo institua. de cons. dist. 4. Augustinus.
extra catholicam. 1. q. 1. Aug.
extra conscientiam. dist. 64. Innocent. Papa.
extra provinciam. 3. quæst. 6. Gratianus.
extraneo Clerico. d. 71. Chalc. Concil.
extraordinaria. 35. quæstion. 2. & 3. Vrban. ij.

F.

FAciat homo. 22. q. 2. Augustin.
facientis. d. 86. Ioan. viij.
facilius. de pœn. dist. 1. Prosper.
facinorosi. 7. q. 1. Cyprianus.
facta subditorum. 9. quæst. 3. Anter. Papa.
factæ sunt. dist. 4. Isidorus.
facultates. 13. q. 2. Gelas. Papa.
falsas pœnitentias. de pœn. distinct. 5. Gregor. vij.
fatendum est. 13. q. 2. Augustin.
¶ Felix Episcopus. 15. quæst. 7. Carth. Conc. ij.
Felix Episcopus. 16. quæst. 1. Carthag. Conc. ij.
ferrum de terrâ. d. 50. Greg.
fertur simoniaca. 1. q. 1. Greg.
¶ Fidèa charitas. de pœn. dist. 2. Ambrosius.
fidelis femina. 32. quæst. 7. Eliberit. Concil.
fidelior factus. d. 50. Amor.
fieri potest. 32. q. 7. Augustin.
Filius Dei. de consec. dist. 4. Aug.
Filium vestrum. 1. q. 1. Greg.
filiis vel nepotibus. 16. quæst. 7. Conc. Tolet. ix.
firma autem. 20. quæstion. 1. Nona Synodus.
firmum Dei. de pœn. distinct. 2. Hieronymus.
firmissimè. 1. q. 1. Augustin.
firmissimè. 15. q. 1. Augustin.
firmissimè. de consecr. distinct. 4. Augustinus.
fixum ab hinc. 12. quæst. 5. Hispalen. Concil.
¶ Flagitia. 32. q. 7. Augustin.
fleat pro te. de pœnit. distinct. 1. Ambrosius.
Florentinum Archidiaconum. dist. 85. Gregorius.
fœminæ. 30. q. 5. Isidorus.
fœminus. dist. 81. Syricius Papa.
¶ Forè aliquis. 14. quæstion. 5. Augustinus.
forè dicas. de consecr. distinct. 2. Ambrosius.
forè in populo. 23. quæstion. 4. Augustinus.
forè nata. de pœnit. distinct. 2. Augustinus.
fornicari hominibus. d. 88. Augustin.
fortitudo. 23. q. 3. Ambrosius.
¶ Frater & Coepiscopus. 17. quæst. 4. Gelasius.
frater noster. 16. q. 1. Greg.
frater vester. dist. 50. Codex.
fratris & Coepiscopi. 11. quæstion. 1. Gregor.
fratrem nostrum. d. 86. Greg.
fratres nostros. de pœn. dist. 5. Innocentius ij.
fratres non solùm. 33. quæst. 4. Ambrosius.
fratres quos. 9. quæstion. 3. Sixtus Papa ij.
fraternitas. 12. q. 2. Gregorius.
fraternitatis. distinction. 34. Pelagius Papa.
fraternitatis vestræ. 35. quæstion. 10. Gregorius.
fraternitatem tuam. dist. 71. Gregorius.
fraternitatem tuam. distinct. 80. Gregorius.
fraternitatem vestram. distinct. 54. Gregorius.
frequens. dist. 54. Gelasius.
Frigentius. 16. q. 7. Gelasius.
frustrà. dist. 8. Augustin.
¶ Fucare. de consecr. d. 5. Aug.
fuerunt autem. d. 7. Isidorus.
fugitivi. 12. q. 2. Agath. Conc.
fuit semper. 9. quæstion. 3. Athan. Patriarch.
fur autem. 14. q. 6. Hieronymus.
fures. 13. q. 2. Maguntin. Conc.
futuram. 12. q. 1. Melchiad. Papa.

G.

GEneralis. dist. 54. Gelasius.
generali. 25. q. 1. Hadr. Papa.
generalia Concilia. distinct. 17. Gratianus.
generaliter etiam. distinct. 82. Gratianus.
generaliter sancimus. 16. quæstion. 1. Codex.
genuit Ioseph. 27. quæstion. 2. Hieronymus.
gesta quæ nobis. dist. 74. Greg.
¶ Gloria Episcopi. 12. quæstion. 2. Hieronymus.
¶ Gonsaldus. 17. q. 2. Grat.
¶ Gratia si non gratis. 1. quæst. 1. Leo Papa.
gratia quæ per Christum. de consecr. dist. 4. Augustin.
gratiam. 1. q. 1. Ambrosius.
grave non. 35. q. 9. Innocentius.
grave satis. 11. q. 3. Greg.
Gregorius. 35. q. 9. Ex pontificali.
¶ Guilisarius. 23. quæst. 4. Silvestrius Papa.

H.

HAbeo librum. d. 16. Petrus Episcopus Nicomediæ.
habet hoc proprium. 2. quæst. 5. Gregorius.
habemus. 22. q. 1. Hieron.
habent forsitan. 13. q. 2. Anastasius Papa.
habuisse te. d. 23. Gregorius.
habebat Dominus. 12. q. 1. Augustin.
habità dinumeratione. 2. q. 6. Codex Theod.
habetur quoque. 3. q. 9. Damasus.
habeatur semel. dist. 18. Nicænum Concil.
hâc consonâ. 25. q. 1. Gregorius.
hâc ratione. 31. q. 1. Ioan. Chrysostom.
Hadrianus Papa j. dist. 63. Octava Synodus.
Hadrianus ij. dist. 63. Ex hist. Eccles.
hanc consuetudinem. 10. q. 1. Damasus Papa.
hanc ergò. 17. q. 4. Greg.
hanc regulam. 1. q. 1. Leo.
hanc societatem. de pœn. dist. 4. Gratianus.
¶ Hæ verò. 27. q. 1. Innocent. Papa.
hæc autem scripsimus. dist. 30. Gangren. Concil.
hæc autem verba. de pœn. distinct. 1. Digest.
hæc autem vita. 23. q. 4. Greg.
hæc de charitate. de pœn. dist. 3. Gratianus.
hæc de ordinandis. distinct. 81. Gratianus.

hæc est fides. 24.q.1. Hieron.
hæc hujus placiti. 12. quæst. 2. Ilerd. concil.
hæc imago. 33.q.5. Augustin.
hæc quæ de privilegiis. distinct. 5. Gratianus.
hæc salubriter. 35. q. 8. Greg. in regesto.
hæc quippe. 3.q.6. Ioann. Papa.
hæresis. 24.q.3. Hieronymus.
hæreticus. 24.q.3. Augustin.
hæretici cùm à fide. 24. q. 1. Innocentius Papa.
hæretici non. de pœn. dist. 4. Hier.
¶ Hic ergò. de consec. distinction. 1. Clemens.
hi de quibus. de consec. dist. 4. Leo Papa.
hi duo solummodò. de cons. distinct. 1. Leo ix.
hi ergò. 27.q.1. Tribur. Conc.
hinc considerandum. distinction. 64. Gratianus.
hinc est etiam. 16.q.1. Greg.
hinc etenim. dist. 49. Greg.
hi, qui arborem. dist. 50. Nicolaus Papa.
hi, qui altario. distinct. 50. Ilerdense Concil.
hi, qui altario. 15. quæst. 8. Ilerdense Concil.
hi, qui baptismum. 1.q.1. Leo.
hi, qui de paginis. 26. quæstion. 2. Augustinus.
hi, qui Episcopos. 3. quæst. 4. Alexander ij.
hi, qui in furtis. 14.q.6. Gregorius.
hi, qui in Ecclesia. 21.q.3. Cyprianus.
hi, qui intrant. de consec. dist. 2. Toletanum Conc. j.
hi, qui matrimonium. 32. quæst. 7. Nicolaus.
hi, qui post sanctam. dist. 50. Arelatense Conc. ij.
hi, qui se carnali. distinct. 55. Arelat. Conc. ij.
hi quoscunque. 1.q.1. Hieronymus.
his à quibus. 23. quæst. 8. Toletan. Conc. xi.
his breviter. de pœn. distinct. 1. Gratianus.
his igitur. d. 23. Isidorus.
his potestatis. de pœn. distinct. 1. Ambrosius.
his qui in tempore necessitatis. 26.q.6. Leo Episcopus.
his, qui diversorum. 26.q.7. Laodic. Concil.
his temporibus. dist. 77. Gratianus.
historia. 33.q.2. Nicolaus.
hi verò, qui uxores. 32.q.7. Greg.
hi verò hæretici. de consec. distinct. 4. Gregorius.
¶ Hoc ad nos. dist. 59. Gregorius.
hoc capitulo. dist. 97. Grat.
hoc est quod dicimus. de consecr. d. 2. Augustin.
hoc etiam placuit. 2. q. 6. Carthagin. Conc. iij.
hoc habet. dist. 46. Gregor.
hoc ipsum. 33.q.2. Isidorus.
hoc nequaquam. 7. quæst. 1. Eugen. Hostiensis Episcopus.
hoc nobis. de pœn. dist. 4. Greg.
hoc quoque. de cons. distinct. 1. Soter. Papa.
hoc sacramentum. de cons. dist. 2. Augustinus.
hoc sanctum. 32. quæstion. 2. Toletanum Conc. iij.
hoc sit positum. 26. quæst. 7. Octava Synodus.
hoc solum. 33.q.5. Hieronym.
hoc tamen. 23. quæstion. 5. Augustinus.
hoc tantùm. 18. quæst. 2. Toletanum Conc. iv.
hoc vestræ. dist. 11. Leo Papa.
hoc videtur. 22.q.5. August.
homo Christianus. distinct. 40. Ioan. Chrysostom.
homini. 1.q.4. Gregor.
homines. 22.q.2. August.
homicidium. de pœn. distinct. 1. Augustinus.
homicidiorum. de pœnit. distinct. 1. Clemens.
homicidas. 23.q.5. Hieron.
honestum. 22.q.5. Cornel. Papa.
honoratus. dist. 74. Gregor.
honorantur. 32.q.2. Ambr.
horrendus. 32.q.5. Ambros.
hortamur. 3. q. 9. Pelagius.
hortamur. dist. 71. August.
hortatu. 23. q. 8. Alcuinus.
hospitalitas verò. dist. 85. Grat.
hospitalem. dist. 42. Grat.
hospitiolum. dist. 32. Hieron.
¶ Huic soli. dist. 17. Damas. Papa.
hujusmodi beneficii. 10. quæstion. 2. Codex.
hujus observantiæ. distinct. 76. Leo Papa.
humanum genus. dist. 1. Grat.
humanæ. 22.q.5. Gregor.

I.

Jacobus frater. de consecr. d. 1. Sexta Synod.
jam à quo. 1.q.4. August.
jam nunc. 28.q.1. August.
jam verò. 23.q.6. Greg.
¶ Ibi adunati. 7.q.1. Greg.
ibi semper. 3.q.6. Fabian. Papa.
¶ Idcirco frater. de pœn. dist. 7. Augustinus.
id constituimus. 17. quæst. 4. Aurel. conc. j.
ideò divina. 24. q. 3. August.
ideò hujus sanctæ. 2. quæst. 6. Iulius Papa.
ideò permittente. 25. quæstion. 1. Leo Papa iv.
ideò prohibetur. dist. 37. Isidorus.
idololatria. 28.q.1. August.
id semper. de cons. dist. 4. Gerundense concil.
¶ Jejunium. dist. 76. Calixt. Papa.
Jejunium quarti. dist. 76. Hier.
jejunium de cons. distinct. 3. Melch. Papa.
jejunium. de cons. dist. 5. Aug.
jejunia. de cons. dist. 3. Ex dictis sancti Apollonii.
jejunia. de cons. dist. 5. Euseb. Papa.
Iesus. dist. 50. Hieron.
¶ Igitur cùm sæpè. 23.q.8. Leo iv.
igitur genus. 26.q.3. & 4. Aug.
igitur post sanctæ. distinct. 76. Leo Papa.
igitur secundùm sanctorum. 25. q. 2. Leo.
ignis succensus. de pœn. d. 3. Aug.
ignorantia. d. 38. Tolet. Conc. iv.
¶ Illa anima. de pœn. dist. 2. Ambrosius.
illa autem. d. 12. August.
illa cavenda. 15. q. 1. Ambros.
illa præpositorum. 11.q.3. Greg.
illæ autem. 32.q.5. Leo Papa.
ille gladium. 23.q.4. August.
ille pœnitentiam. de pœn. dist. 3. Smaragdus.
ille proculdubiò. dist. 93. Anacletus.
ille qui. 22.q.5. August.
ille Rex. de pœn. dist. 3. Ambros.
illi autem. 12.q.1. Prosper.
illi offerunt. 1.q.1. Hieron.
illi, qui aut. 5.q.5. Euseb. Papa.
illi, qui illa. 6.q.1. Fab. Papa.
illi, qui peregrinos. 24.q.3. Nicol.
illiteratos. dist. 36. Gelas. Papa.
illos planetarios. 26.q.2. Aug.
illud autem. dist. 30. Gratian.
illud autem. dist. 40. Ambr.
illud autem. dist. 93. Greg.
illud autem. dist. 96. Gratian.
illud autem. 20.q.1. Marcel. Papa.
illud breviter. dist. 12. Hieron.
illud divini. 7.q.1. Tolet. Conc. xi.
illud etiam. 13.q.2. Gelas. Papa.
illud etiam. 23.q.4. Innocent.
illud etiam. 30. quæst. 3. Triburiense Concil.
illud generaliter. distinct. 64. Nican. Conc. j.
illud inferendum. 8.q.1. Hieron.
illud magnitudinem. 10.q.3. Pelag.
illud nos. dist. 77. Cajus Papa.

illud

illud perscrutari. de cons. distinct. 4. Augustinus.
illud planè. 11. q. 3. August.
illud quidem. 8. q. 2. Greg.
illud quod. 12. q. 2. Innoc. ij.
illud quod. 26. q. 2. August.
illud quoque. distinct. 50. Syricius Papa.
illud quoque. distinct. 71. Ianuarius Episcopus.
illud quoque. 21. q. 1. Gregorius.
illud relatum. 15. q. 1. Digest.
illud sacramentum. 35. quæst. 6. Ordo Roman.
illud sanè. dist. 80. Leo Papa.
illud sanè. 24. q. 3. Leo Papa.
illud statuendum. dist. 23. Carthag. Concil.
illud statuendum. 16. quæst. 6. Gelas.
illud superfluum. distinct. 55. Innoc.
illud te volumus. 10. q. 3. Pelagius.
illud verò. 4. q. 6. Carth. Conc. ij.
illud verò. 31. quæst. 1. in Concil. apud Athenas.
illud verò. de pœn. distinct. 3. Ambr.
¶ Imitare Petrum. 6. quæstion. 1. Ambrosius.
immolans. 14. q. 5. August.
in pœnitentia. de pœnit. distinction. 5. Gratianus.
imperium vestrum. distinction. 10. Nicol. Papa.
imperiali. 25. quæstion. 2. Gregor. in regesto.
Imperatores. dist. 9. August.
Imperatores. 11. q. 8. Aug.
importuna. de pœn. distinction. 1. Hieronymus.
impudicas. 27. q. 1. Trib. Conc.
¶ In actione. de pœn. distinct. 1. Augustinus.
in adolescentia. 33 q. 2. Leo Papa.
in altari. de cons. distinct. 2. Vrbicum Concil.
in antiquis. 12. q. 2. Ioan. Papa j.
inanis est. de pœnit. distinct. 3. Augustinus.
in apibus. 7. q. 1. Hieronymus.
in baptismate. de cons. dist. 4. Magunt. Conc.
in calicem. de consecr. distinct. 2. Ambrosius.
in canonicis. dist. 19. August.
in canonibus. 16. quæst. 1. Symmachus in Synod. vj. Rom.
incauti sunt. 22. q. 2. Gregorius.
in catechismo. de cons. distinct. 4. Igin. Papa.
incassum. de pœn. dist. 3. Greg.
in capite quadragesimæ. distinct. 50. Agath. Conc.
incestuosi. 23. q. 5. Turon. Conc. iij.
incestuosi. 35. q. 8. Aurelian. Concil.
in cœna Domini. de consec. distinct. 2. Soter Papa.
in Christo pater. de consecr. distinct. 2. Hilarius.
in Christo semel. de cons. distinction. 2. Ambrosius.
in Clericorum. 11. quæst. 1. Hadrianus Papa.
incommutabilis. 22. quæst. 4. Toletan. Conc. viij.
in conjugio. 32. q. 1. Hieron.
in copulatione. 35. q. 2. & 3. Wormac. Concil.
in criminalibus. 5. q. 3. Hadr. Papa.
in cunctis. 11. q. 3. Gregorius.
in decima actione. 18. quæst. 2. Hispal. Concil.
indicas. 3 q. 9. Nicol. Papa.
indicatum est. dist. 89. Greg.
in die. de cons. dist. 5. Greg. vij.
indignum. dist. 38. Gregorius.
indignè. 12. quæst. 2. Symmachus in Synodo sexta.
indignantur. 32. q. 6. August.
in dolo. 22. q. 2. August.
in dominicis diebus. 9. quæst. 2. Nannetense Concil.
in domo patris. de pœn. distinct. 4. Augustinus.
in duab. 21. q. 1. Gratianus.
induciæ. 3. q. 3. Eleuther. Papa.
induciæ. 3. q. 3. Damasus.
in ea Synodo. dist. 100. Greg.
inebriaverunt Lot. 15. q. 1. Aug.
in Ecclesia. 1. q. 1. Leo.
in Ecclesia. de cons. distinction. 4. Augustinus.
in Ecclesiastico. 13. quæst. 2. Tribur. Concil.
in eo. 32. q. 4. Hieron.
in eum, qui. 1. q. 1. Digest. lib. 3.
infans. 20. q. 1. Theodor. in pœnit.
infamis persona. 3. q. 7. Romana Synod. in Capitul. Hadr.
infames. 3. q. 7. Digest.
infames. 6. q. 1. Stephanus.
inferior sedes. distinct. 21. Nicolaus Papa.
inferiorum. dist. 86. Leo Episc.
infidales. 23. q. 4. August.
in Gallicanum. 25. q. 2. Greg.
in gravib. 3. q. 7. Greg.
in his rebus. dist. 11. August.
in illo sacramento. de cons. distinct. 2. Ambros.
in illis verò. distinction. 80. Clemens Papa.
in istis temporalibus. distinct. 4. Augustinus.
in ipsarum. 22. q. 2. August.
iniquum est. 32. q. 6. August.
injustum judicium. 11. quæst. 3. Calixt. Papa.
injustum videtur. 12. q. 2. Tarsiacum Conc.
in lectum. 34. quæst. 1. & 2. Tribur. Concil.
in legib. 12. q. 2. Euseb. Papa.
in libro. 2. q. 5. Greg.
in literis. 7. q. 2. Alex. ij.
in loco. 5. q. 4. Tolet. Conc. xj.
in malis. 22. q. 4. Isidorus.
in mandatis. dist. 43. Clemens.
in memoriam. distinct. 19. Capit. Caroli.
in necessitate. de consecr. distinct. 4. Augustinus.
innocens. 22. q. 4. Ambrosius.
in nona actione. 16. quæst. 7. Hispal. Conc. ij.
in novo Testamento. distinct. 21. Anacletus.
in novo Testamento. 22. quæstion. 1. Augustinus.
innovamus. dist. 60. Innoc. ij.
in nomine Domini. distinct. 23. Nicol. Papa ij.
in nomine Patris. Litera formata.
in nullo loco. 18. quæst. 2. Gregorius in reg.
inolita. 11. q. 1. Milevit. Conc.
in omni. 27. q. 2. Ambrosius.
in omnibus. distinction. 81. septima Synod.
in omnibus. de cons. dist. 5. Capitul. lib. 5.
in oratorio. dist. 42. Aug.
in ordinatione. distinct. 61. Ex regul. B. Benedict.
in parochia. 16. q. 1. Pelag. Papa.
in pœnitentia. de pœnit. distinction. 5. Gratianus.
in præsenti. 13. q. 2. Hieron.
in primis. 2. q. 1. Greg.
in qualibet civitate. 23. q. 8. Codex Theodosianus.
inquit Apostolus. de cons. distinct. 2. Augustinus.
in quibus. 22. q. 2. August.
in quib. de cons. dist. 2. Leo.
in sabbatho. de cons. distinct. 4. Capitul. lib. 6.
in sacerdotibus. distinct. 61. Hormisda Papa.
in sacramento. de consecr. distinct. 2. Carth. Conc. iij.
in sacramentorum. de cons. distinct. 2. Alexand.
in sacris. 16. q. 1. Anastas.
in salicibus. de pœn. distinct. 3. Ambrosius.
in sancta Romana. dist. 92. Gregor.
in sancta Apostolica. de consecr. dist. 1. Sixtus Papa.
in sancta Nicæna. 2. q. 7. Iulius Papa.
in scripturis. dist. 96. Nic. Papa.

in scripturis. 2. q. 2. Eusebius.
in scripturis. 8. q. 1. Greg.
in sede. 24. q. 1. Euseb. Papa.
in singulis. dist. 77. Zozimus.
in singulis. dist. 86. Ambrosius.
insolitum est. 12. q. 2. Codex.
institutio Missarum. de cons. dist. 2. Gerundense Conc.
institutionis. 25. q. 2. Greg.
institutum est. 27. q. 2. Aug.
in Synodo. dist. 63. Leo Papa.
in Synodo. de cons. dist. 4. Zach.
instantum. dist. 21. Nic. Papa.
in tantum hominum. de pœn. dist. 3. Augustin.
integritas. 32. q. 1. Ambr.
intelligi. 26. q. 2. Aug.
inter cætera. 10. q. 3. Tolet. Concil. vij.
inter cætera. 22. q. 4. Aug.
interdixit. dist. 32. Nicæn. Conc.
interdicimus. 16. q. 1. Calixt. ij.
interfectores. 33. q. 2. Nic. Papa.
inter hæc. 33. q. 2. Nicol. Papa.
inter hæc. de pœn. dist. 2. Greg.
inter hæc hircum. de pœn. dist. 3. Adamant.
inter hæc hircum. de pœn. distinct. 3. Eychius.
inter hæresim. 24. q. 3. Hieronymus.
inter memoratos. 16. quæst. 3. Innoc. Papa.
intermiuentes. de pœn. dist. 4. Paulus Apost.
inter nos. dist. 63. Leo iiij.
inter querelas. 23. q. 4. Greg.
interrogo. 2. q. 1. Aug.
interrogatum est. 2. q. 5. Salegustin. Concil.
intervenientes. 32. q. 7. Aug.
inter verba. 11. q. 3. Greg.
intra Catholicam. 1. q. 1. Aug.
in vanis literis. 7. q. 2. Alex. ij.
in venditionibus. 17. q. 4. Agathen. Concil.
inventa est. 27. q. 2. Origen.
invenimus. de cons. distinction. 1. Pelagius ij.
invenimus est. 16. quæstion. 7. Cabilonen. Conc. ij.
in veteri lege. distinct. 77. Toletanum Conc. iiij.
invitat dominus. de cons. distinct. 2. August.
invito verò. 19. q. 2. Grat.
in una autem. dist. 101. Grat.
inutile. dist. 88. Greg.
¶ *Ioannes Chrysostomus. d. 50. Martin. Papa j.*
¶ *Ipsa pietas. 23. q. 4. Aug.*
ipse ligandi. 11. q. 3. Greg.
ipsi Apostoli. 2. q. 7. Fabianus.
ipsi Sacerdotes. 1. q. 1. Greg.
ipsi suos canones. 9. q. 3. Gelas. Papa.
¶ *Ira sæpè. 11. q. 3. Ambr.*
irreligiosum. dist. 87. Gelasius.
irreligiosa. de cons. distinct. 3. Tolet. Conc. iij.
irrisor est. de pœn. dist. 3. Isidorus.
irritam esse. 3. q. 6. Felix Papa j.
irritata esse. 11. quæstion. 3. Carthag. Conc. iiij.
¶ *Is autem. 22. q. 2. Aug.*
Ismael. dist. 56. Aug.
is, qui pœnitentiam. 26. q. 6. Carthag. Conc. iiij.
is, qui non habet. distinct. 34. Tolet. Conc. j.
iste Abrahæ. 32. q. 4. Aug.
istud est. 11. q. 1. Greg.
¶ *Ita corporis. 11. q. 3. Nicol. Papa.*
ita diligere. 30. q. 3. Nicolaus Papa.
ita dominus. dist. 19. Leo Papa j.
ita ergò. 22. q. 1. Aug.
ita fit verbum. 1. qu. 1. Augustinus.
itáne. 32. q. 5. Aug.
ita nos Scyllæorum. 25. quæst. 2. Gelasius.
ita planè. 23. q. 4. Aug.
itaque censuimus. 24. quæst. 3. Agath. Concil.
item adversus. dist. 13. Gratianus.
item laici. d. 61. Grat.
item ex Monachali. distinct. 58. Gratianus.
item qui Ecclesiasticis. distinction. 59. Gratianus.
item qui in ægritudine. dist. 57. Gratianus.
iteratur quotidie. de cons. distinct. 2. Paschas.
¶ *Iubemus. 1. q. 1. Codex lib. 9.*
jubemus eos, qui. 16. q. 3. Codex.
jubemus. de cons. distinction. 1. Lucius Papa.
Iudas. 17. q. 4. Gelasius.
Iudas pœnituit. de pœn. dist. 1. Ioann. Chrysost.
judex criminosum. 2. q. 1. Constans. Imperator.
judex non est. 32. q. 5. Hieron.
Iudæi baptizati. 1. quæst. 4. Toletan. Conc. iiij.
Iudei. 28. q. 1. Tolet. Conc. iiij.
Iudæi quorum. de consecr. distinct. 4. Agath. Conc.
Iudæorum. 28. q. 1. Tolet. Conc.
judicare. 11. q. 3. Greg.
judicantem. 30. q. 5. Eleutherius.
judices autem. 11. q. 1. Nicæn. Concil.
judices inquit. 1. q. 1. Hieron.
judices ille. 3. q. 7. Ambr.
judices seipsum. de pœn. distinct. 1. Augustinus.
judicium verò. 6. q. 3. Grat.
Iulianus. 11. q. 3. Ambr.
juramenti. 22. q. 5. Chrysostomus.
juravit David. 22. q. 4. Aug.
juratos. 15. q. 6. Vrban. ij.
jus generale. dist. 1. Isidorus.
jus autem. dist. 2. Isidorus.
jus naturale. dist. 1. Isidorus.
jus civile. dist. 1. Isidorus.
jus gentium. dist. 1. Isidorus.
jus militare. dist. 1. Isidorus.
jus publicum. dist. 1. Isidorus.
jus Quiritium. dist. 1. Isidorus.
jus autem. dist. 7. Gratianus.
justitia. 25. q. 1. Gregorius.
justum est bellum. 23. quæstion. 2. Isidorus.
justum est Principem. distinction. 9. Isidorus.
justum est, ut qui. 23. q. 3. Calixtus.
juvenculas. 20. q. 1. Greg. in reg.
juxta Chalcedonenses. Alexand. ij.
juxta sanctorum. dist. 93. Anacletus & Zacharias Papa.

L.

Labrymæ. de pœn. distinct. 1. Ambrosius.
laici in accusatione. 2. quæst. 7. Anacletus.
laicis verò nullo modo. distinction. 63. Gratianus.
laici Presbyteros. 16. q. 7. Magunt. Conc.
laici, qui. dist. 33. Innoc. j.
laico non licet. 2. q. 7. Marc. Papa.
laicos non accusare. 2. q. 7. Euseb.
laicis quamvis. 16. quæst. 7. Eulalius Episcopus.
lator Nemesion. 2. q. 7. Greg.
lator præsentium. dist. 55. Stephanus.
lator præsentium. 16. q. 5. Gregorius.
latorem præsentium. 1. qu. 1. Gregor.
latorem præsentium. 33. q. 2. Nicolaus Papa.
lavamini. de pœn. dist. 3. Greg.
¶ *Lector cùm ordinatur. distinct. 23. Carthagin. Conc. iiij.*
lector si viduam. dist. 34. Martinus Brachar.
lectores cùm ad annos. dist. 32. Carthagin. Conc. ij.
lectis sagacitatis. dist. 63. Stephanus.
legatur. 24. quæst. 2. Gelasius Papa.
legant Episcopi. distinct. 37. Hieron.
lege Imperatorum. distinction. 10. Nicolaus Papa.
lege Iulia. 1. q. 1. Digest. lib. 3.
legem, quam jussimus. distinct. 53. Gregor.
leges Ecclesiæ. 3. quæst. 6. Anacletus Papa.
legi epistolam. 16. q. 1. Augustinus.
legi Syromasten. 23. quæstion. 8. Hieronymus.

legi-

legitur quòd beatus. distinct. 81. Gregorius.
legimus aliquia. dist. 37. Ambros.
legimus de beato. dist. 37. Rabanus.
legimus in Esaja. distinct. 93. Hieronymus.
legimus quosdam. de cons. distinct. 5. Hieron.
legum Ecclesiasticarum. 2. q. 1. Hincmarus ex Conc. apud Medard.
lex continentiæ. dist. 31. Leo Papa.
lex divinæ. 27. qu. 2. Benedictus Papa.
lex est. dist. 1. Isidorus.
lex est. dist. 2. Isidorus.
lex æterna. 23. q. 5. Aug.
lex illa. 27. q. 2. Gelas. Papa.
lex illa. 36. q. 1. Gelasius.
¶ libenter ignosco. de pœn. distinct. 1. Ambrosius.
liberorum. 32. q. 4. Hieron.
liberi. distinct. 87. Toletanum Concil. iiij.
liberi dicti. 32. q. 4. Isidor.
liberti Ecclesiæ. 12. qu. 2. Toletanum Concil. iiij.
liberti. 12. quæstion. 2. Toletanum Concil. iiij.
libertos. dist. 87. Agath. Conc.
licèt aliquid. 26. quæst. 2. Ambrosius.
licèt appellatori. 2. quæst. 6. Fabianus Papa.
licèt ergò. 8. q. 1. Hieron.
licèt in regulis. 16. q. 3. Gelasius.
licèt nonnunquam. distinct. 45. Leo Papa.
licèt omnibus. distinct. 87. Gelasius.
licèt plerunque. distinct. 45. Gregor. iiij.
liceat etiam. 2. q. 6. Fabianus.
licitè dimittitur. 32. quæst. 7. Augustinus.
lignæ Ecclesiæ. de cons. dist. 1. Hygin. Papa.
liquido. de consecr. distinct. 2. Augustinus.
litigiosus. dist. 90. Grat.
literas charitatis. dist. 63. Pelagius Papa.
literis vestris. de cons. dist. 3. Fabian. Papa.
¶ loca verò, in quibus. dist. 80. Gratianus.
loci nostri. 35. q. 9. Stephanus v.
locutio divinarum. dist. 38.
longinquitate. 12. quæst. 2. Toletanum Conc. vj.
loquitur Dominus. 24. quæst. 1. Cyprianus.
Lotharius. 31. q. 2. Nicolaus.
¶ Lugdunensis. 9. quæst. 2. Urban. Papa.
luminoso. 18. q. 2. Greg.
luxuriam facit. dist. 35. Prosper.
luxuriosa res. dist. 35. Hieron.

M.

MAgnus Episcopus. distinct. 54. Carthag. Conc. j.
magna pietas. de pœn. dist. 1. August.
magnum quidem. 11. quæst. 1. Ambrosius.
magnæ sapientiæ. 22. q. 4. Aug.
magis. 32. q. 5. August.
majores. 16. q. 7. August.
majores. 24. q. 1. Gelasius.
majorum quisquam. 2. q. 7. Zepher. Papa.
mala consuetudo. dist. 8. Nicolaus Papa.
maledicam. 1. q. 1. Hieron.
mali sunt. 23. q. 4. August.
mancipia Christiana. distin. 54. Gregorius.
mandamus. 19. q. 3. Urban. v.
mandastis. 2. q. 5. Sixt. Papa iij.
manet ergò. 24. q. 1. Leo Papa.
manifesta. 2. q. 1. Ambr.
manifesta. 12. q. 1. Mart. Brachar. in Conc.
manifestum est. 1. q. 1. Leo.
manifestum est. 23. q. 5. Aug.
manûs impositio. 1. q. 1. Aug.
manus quoque. de cons. dist. 5. Euseb. Papa.
Marcion & Basilides. 1. quæstion. 1. Hieron.
maritum duarum. distinct. 33. Gregorius.
mater Ecclesia. de consec. dist. 4. Augustin.
matrimonium. 27. q. 2. Isidor.
Maximianus. dist. 81. Innoc.
Maximianus. 23. q. 3. Aug.
maximum quoque. 1. q. 7. Leo.
¶ Medicina. de pœn. dist. 1. Ambr.
medicamentum. de pœn. dist. 1.
meliore. 27. q. 1. Aug.
memor sum. 24. q. 1. Sixtus Papa.
mennam. 2. q. 5. Greger.
mensuram autem. de pœn. distinct. 1. Hieronym.
meretrices esse. 32. quæst. 4. Augustinus.
meritò quæritur. 16. quæst. 1. Augustinus.
meritò. 32. q. 2. Aug.
metropolitano. dist. 63. Leo j.
metropolitanum. 2. quæst. 7. Gregorius.
metuentes. 17. q. 4. Gelasius.
¶ mihi autem. 22. q. 2. Aug.
miles. 23. q. 5. Aug.
militare. 23. q. 5. Aug.
ministri altaris. distinct. 81. Lucius Papa.
ministri. 14. quæstion. 4. Arelaten. Conc. j.
ministrum. distinction. 23. Laodicense Concil.
ministrare. 26. quæst. 6. Agathense Concil.
miramur tantum. dist. 61. Leo.
miramur. 24. q. 1. Nicolaus.
miratus valdè. distinction. 93. Gregorius.
mirandum est. de pœn. d. 2. Aug.
miror autem. de pœn. distinct. 1. Cyprianus.
miror minus. d. 50. Ioann. viij.
miror quomodo. 17. quæstion. 4. Augustinus.
miserum est. dist. 61. Innoc.
missas die. de cons. dist. 1. Agathense Concil.
missarum solemnia. de cons. distinct. 1. Tribur. Conc.
¶ Moderamine. 16. q. 1. Greg.
modò quæritur. 35. q. 4. Grat.
mollitiis. 21. q. 3. Cyprian.
monachus verò, distinct. 77. Gelasius Papa.
monachus. 16. q. 1. Hieron.
monachi j. 16. q. 1. Agath. Conc.
monachi ij. 16. quæst. 1. Tarraconen. Concil.
monachi sibi. de cons. dist. 4. Capitular. liber.
monacho. 20. q. 4. Basilius.
monacho. 27. q. 1. Aurel. Conc. j.
monachum. 20. quæst. 1. Toletanum Conc. iiij.
monachum. 20. quæst. 4. Agathense Concil.
monachos quoque. 16. quæst. 1. Syricius Papa.
monasterium. 16. quæst. 7. Eugenius ij. & Leo iiij.
monasteria. 18. q. 2. Arelat. vel Aurelian. Conc.
monasteria. 18. q. 2. Agath. Conc.
monasteriis. 19. q. 3. Greg.
monemus. 12. q. 2. Leo iiij. in Conc.
monomachiam. 2. q. 5. Nic. Papa.
mos antiquus. distinct. 65. Nicænum Conc. ij.
mos est. dist. 1. Isidorus.
mos est. 12. q. 2. Greg.
movet te. 22. q. 1. August.
Moyses. dist. 7. Isidorus.
Moyses. 8. q. 1. Hieron.
Moyses. 32. q. 2. August.
¶ mulier debet. 33. q. 5. Ambr.
mulier quamvis. dist. 23. Carthag. Conc. iiij.
mulier quamvis. de cons. dist. 4. Carthag. Conc. iiij.
mulier, quæ accesserit. 15. quæst. 1. August.

mulier si fide. 22. q. 4. Aug.
mulier si quippiam. 32. quæst. 2. Ambrosius.
mulier si sine. 33. q. 5. Ex Concilio apud Compendium.
mulierem constat. 33. quæstion. 5. Augustinus.
mulieres. dist. 32. Laodic. Conc.
mulieres. 27. q. 1. Eugen. Papa.
multùm stupeo. 3. q. 6. Leo.
multi benè. de pœnit. distinct. 2. Gregorius.
multi corriguntur. 2. quæst. 1. Augustinus.
multi Sacerdotes. distinct. 40. Ioan. Chrysostomus.
multi secularium. 1. q. 1. Greg.
multi sine. 14. q. 5. Hieron.
multi sunt. de conf. distinct. 4. Pelagius Papa.
multiplex. de pœn. dist. 1. Leo.
multorum auctoritatibus. 1. quæst. 2. Gratianus.
multorum relatione. distinct. 32. Gregorius.
multorum relatione. 27. quæst. 2. Gregorius.
multorum relatione. 35. quæst. 6. Alexand. ij.
multis ab urbe. dist. 44. Greg.
multis Conciliis. 16. quæst. 1. Africanum Concil.
multis denuò. distinct. 17. Pelagius Papa ij.
multos de Ecclesiastica. dist. 54. Gregorius.
militæ autem operationes. 1. quæst. 1. Augustinus.
multipliciter. 1. q. 1. Taras. Episcopus Constant.
mutationes. 7. q. 1. Anterus Papa.

N.

NAbuchodonosor. 23. quæst. 4. Augustinus.
nam qui Deo. 16. q. 2. Ambr.
nam sicut. dist. 31. Innoc. j.
nam si consenserimus. dist. 27.
nasci de adulterio. distinct. 56. Hieronymus.
Naum Prophetam. de pœn. distinct. 3. Hieron.
¶ Ne amisso. 23. q. 4. August.
nec aliqua. 27. q. 1. Gelas. Papa.
nec artificioso. 22. q. 2. Aug.
nec damnosa. 25. q. 2. Codex.
nec eam, quam. 35. quæstion. 2. & 3. Gregor.
nec extra. 3. q. 9. Damasus.
nec emeritis. dist. 61. Cœlestinus.
nec foris. 1. q. 1. August.
nec hoc quoque. 14. q. 4. Leo Papa.
nec illud. 30. q. 5. Ambr.
nec illud. 33. q. 5. Ambros.
nec is, qui invitus. 15 quæstion. 1. Ambrosius.
nec licuit. dist. 17. Greg. al. Pelagius.
nec mirum. 26. q. 5. Aug.
nec Moyses. de consecrat. distinction. 2. Hieronymus.
nec novum. 8. q. 1. Greg.
nec numerus. 10. q. 3. Gelasius.
nec quenquam. de consecr. distinct. 4. Cyprianus.
nec quisquam. 24. quæstion. 2. Gelasius Papa.
nec solo. 32. q. 5. August.
nec sufficere. 8. q. 1. Beda.
nec uxorem. 33. quæst. 4. Nicolaus Papa.
necesse est. dist. 29. Hieron.
necesse est. 1. q. 1. Greg.
necesse est. 3. q. 9. Nic. Papa.
necesse est. 22. quæst. 4. Toletanum Concil.
necesse est. de consecr. distinct. 1. Leo Papa.
necessarium est. de consecr. distinct. 4. Augustin.
necessaria. 1. q. 7. Gelasius.
necessaria. 12. quæstion. 1. Eugen. ij. & Leo iiij.
necessario. de conf. distinct. 2. Ephesinum symbol.
ne fortè. de pœn. dist. 1.
ne fortè. de pœn. dist. 4. Oseæ.
neganda j. 3. q. 11. Steph. Papa.
neganda v. 3. q. 11. Codex.
negare non possum. distinct. 9. Augustinus.
negotium. de pœnitent. distinct. 5. Gregorius.
negotiatorem Clericum. distinction. 88. Hieronymus.
negligere. 2. q. 7. Eleuth. Papa.
nemo ad sacrum. distinction. 32. Urbanus ij.
nemo contemnat. 11. quæst. 3. Ioannes Chrysostom.
nemo blandiatur. 32. quæst. 4. Ambrosius.
nemo de annorum. 16. quæstion. 3. Ioannes viij.
nemo desperandus. de pœn. d. 7.
nemo Ecclesiam. de consecr. distinct. 1. Aurel. Conc.
nemo Episcopus. 2. q. 1. Constit. apud Iulian. anteceff.
nemo Episcoporum. 11. quæst. 3. Meld. Concil.
nemo judicabit. 3. quæstion. 3. Innocentius.
nemo peritorum. 11. quæst. 3. Augustinus.
nemo per ignorantiam. de conf. dist. 1. Clem. Papa.
nemo potest. 16. q. 1. Greg.
nemo potest. de pœn. distinct. 1. Ambrosius.
nemo Presbyter. distinct. 78. Authen. de san. Episcopis.
nemo quippe. dist. 83. Greg.
nemo qui rapit. 14. quæstion. 5. Hieronymus.
nemo recte. distinct. 81. Symmachus Papa.
nemo tollit. de consecrat. distinct. 4. Augustinus.
nemo vel in foro. de pœn. distinct. 1. Codex.
nemo unquam. 11. q. 1. Cajus Papa.
nemini est. 17. q. 4. Nicolaus.
nemini præterquam. 15. quæst. 3. Julius Papa.
nemini Regum. 16. q. 7. Sylvester.
neminem absolutè. distinct. 70. Chalced. Concil.
neminem exire. 3. q. 6. Romana Synod. in Capit. Hadriani.
neminem putes. de pœn. distinct. 1. Augustinus.
neminem quisquam. dist. 45. Romanum Conc. sub Sylvest.
Neophytus. dist. 61. Ambros.
Neophyti. de conf. dist. 5. Carthagin. Conc. iiij.
ne pro cujuslibet. 16. q. 1. Greg.
neque ad Cain. dist. 50. Cypr.
neque apud altare. distinct. 88. Cyprianus.
neque decennii. 16. quæstion. 4. Justin. Nov.
neque enim. 14. q. 5. August.
neque furiosus. 32. q. 7. Fabianus.
neque in homine. 1. q. 1. Aug.
neque potest. 1. q. 1. Aug.
neque quorumlibet. distinct. 9. Augustinus.
neque viduas. 27. quæst. 1. Cyprianus.
ne quis arbitretur. 22. quæst. 2. Augustinus.
ne quis jejunet. de consecr. distinct. 3. Cæsar. August. Conc.
ne quod abest. de conf. distinct. 4. Gregorius.
nervi testiculorum. distinct. 13. Gregorius.
netales. de consecr. distinct. 5. Hieronymus.
¶ Nicena Synodus. distinct. 31. Historia Tripart.
nihil contra. 2. q. 1. Eleuth. Episcopus.
nihil contra. 7. quæstion. 1. Toletanum Conc. vij.
nihil enim prodest. de conf. distinct. 5. Pius Papa.
nihil enim. de conf. distinct. 5. Ioannes Chrysost.
nihil est aliud. de consecr. dist. 4. Augustinus.

nihil illo. dist. 83. Anacletus Papa.
nihil iniquius. 32. q. 6. Aug.
nihil in sacrificiis. de consec. dist. 2. Alexand. v.
nihil Iudæ. de pœn. distinction. 3. Hieronymus.
nihil prodest. de pœn. distinct. 3. Pius Papa.
nihil sic debet. 11 q. 3. Aug.
nihilominùs quoque. 3. q. 9. Leo Papa.
nimium certè. 23. quæst. 8. Ioannes Papa viij.
nimium sunt. 23. q. 4. August.
nisi aut in cœnobiis. distinction. 56. Vrbanus.
nisi bella. 23. q. 1. Gregor.
¶ Nobis Dominus. d. 63. Leo iiij.
nobilis homo. 2. quæstion. 5. Tribur. Concil.
nobilissimus vir. distinct. 97. Nicolaus Papa.
nolle sanctâ. de consecr. dist. 1. Thelesphorus.
nihil existimare. 23. q. 1. Aug.
noli frater. dist. 9. August.
noli meis literis. dist. 9. August.
noli putare. de pœn. distinct. 1. Augustinus.
nolite errare. dist. 11. Iul. Papa.
nolite nos existimare. dist. 21. Nicol. Papa.
nolite recedere. 11. q. 3. Hieron.
nolite timere. 11. quæst. 3. Ioannes Chrysost.
nolite velle. 14. q. 5. August.
nolo ut aliquis. 12. q. 1. August.
noluit itaque. 33. q. 5. Aug.
nomen Presbyteri. 2. q. 1. Aug.
non asseramus. 24. q. 1. Aug.
non autem. 7. q. 1. August.
non confidat. dist. 50. Gelasius.
non cogantur. dist. 41. August.
non debet. distinct. 65. Martinus in Concil.
non debet. 11. q. 3. Greg.
non debet. 30. quæst. 1. Cœlestinus Papa.
non debere. distinction. 80. Laodicense Concil.
non decet. distinction. 12. Calixtus Papa j.
non dico. de consec. distinct. 4. Hieronymus.
non dicatis. 12. q. 1. August.
non dubito. de consecrat. distinct. 4. August.
non enim. 32. q. 1. August.
non est à plebe. 2. q. 7. Evaristus.
non est aqua. de consecr. dist. 4. Augustinus.
non est credendum. 34. q. 11. Hadrian. Papa.
non est crudelis. 23. q. 5. Hier.
non est contra. 22. q. 1. August.
non est contra. 22. q. 1. Isidor.
non est culpandus. 32. quæstion. 1. Hieronymus.
non est dubium. 27. q. 2. August.
non est facile. d. 40. Hieronym.
non est innocentiæ. 23. quæst. 5. Augustinus.
non est iniquitatis. 23. quæst. 5. Augustinus.
non est nostrum. 23. quæstion. 5. Hieronymus.
non est observandum. 22. quæst. 4. Isidorus.
non est peccatum. distinct. 6. Gregorius.
non est permittendum. distinction. 63. Laodicens. Conc.
non est putanda. 1. q. 1. Gregor.
non est quòd cuiquam. 15. quæstion. 1. Ambrosius.
non est tam injustus. de pœn. distin. 2. Hieron.
non æstimemus. 13. quæstion. 2. Augustinus.
non erit turpis. 32. q. 1. August.
non exemplo. 26. q. 2. Beda.
non ex quo. de consecrat. distinct. 4. August.
non fidelib. 32. q. 5. August.
non frustrà. 23. q. 5. August.
non furem. 7. q. 1. Leo iiij.
non habenti. 22. quæst. 2. Africanum Concil.
non hoc corpus. de consec. distinction. 2. August.
non illud. de consec. distinction. 4. Augustinus.
non imputantur. 1. quæst. 4. Augustinus.
non ipse panis. de consec. distinct. 2. Ambrosius.
non invenitur. 23. quæstion. 4. Augustinus.
non invitati. 9. quæst. 2. Constantinop. Synod. j.
non in perpetuum. 24. quæstion. 3. Rabanus.
non in inferenda. 23. quæstion. 3. Ambrosius.
non in vobis. de consec. distinct. 4. Augustinus.
non ita. 2. q. 6. Eutych. Papa.
non ita. 22. q. 2. August.
non licet. distinction. 10. Symmachus Papa.
non licet. distinction. 46. Laodicense Concil.
non licet. distinct. 63. Mart. Papa. ex Concil.
non licet. 11. q. 3. August.
non licet. 26. quæstion. 7. Martinus Brachar.
non licet. 33. quæst. 4. Martin. Brach. in Concil.
non licet j. de consec. distinct. 4. Antisiodor. Conc.
non licet ij. de consec. distinct. 4. Carth. Conc. iij.
non licet. dist. 86. Agath. Conc.
non liceat j. distinct. 23. Bracharen. Concil.
non liceat ij. d. 23. apud Martinum Brachar.
non liceat. dist. 44. Mart. Brachar. ex Conc.
non liceat. dist. 92. Martin. Brachar. ex Conc.
non liceat. 1. q. 1. Martin. Brachar. ex Conc.
non liceat. 3. quæstion. 6. Innocent. Papa.
non liceat. 12. quæstion. 2. Symmachus Papa.
non liceat. 12. quæstion. 2. Chalced. Concil.
non liceat. 12. quæstion. 2. Innocentius Papa ij.
non liceat. 19. q. 3. Novella cxxij.
non liceat. 26. quæst. 5. Martin. Brach. in Conc.
non liceat. de consec. distinct. 3. Mart. Brachar. in Conc.
non liceat. de consec. dist. 4. Mart. Brachar. in Conc.
non loca. dist. 40. Greg.
non machaberis. 32. quæstion. 5. Isidorus.
non machaberis. 32. quæstion. 6. Augustinus.
non mediocriter. de consec. distinction. 5. Hieronymus.
non multùm. dist. 100. Greg.
non negamus. distinct. 61. Hormisda Papa.
nonne directa. 8. quæstion. 4. Symmachus Papa.
nonne Sodomitæ. 1. quæstion. 1. Augustinus.
nonne vobis. d. 37. Hieronymus.
nonnulli Diaconi. distinct. 93. Toletanum Conc. iiij.
nonnulli. de pœn. distinct. 1. Ambros.
non nocet. 1. q. 1. Greg.
non nos beatum. distinction. 40. Symmachus.
non observetis. 26. q. 7. August.
non omnis. dist. 37. August.
non omnis. 5. q. 5. August.
non omnis. 2. q. 7. Hieron.
non omnis. 32. q. 2. Leo Papa.
non omnis. de consecrat. distinction 2. Augustinus.
non omnes. 2. q. 7. August.
non oportet. distinct. 18. Laodicen. Concilium.

non oportet j. distinct. 23. Laodicen. Concilium.
non oportet ij. d. 23. Laodic. Conc.
non oportet iij. d. 23. Agath. Conc.
non oportet j. d. 42. Laod. Concil.
non oportet ij. d. 42. Laodic. Conc.
non oportet j. d. 44. Laodic. Conc.
non oportet ij. d. 44. Laodic. Conc.
non oportet. dist. 69. Laodic. Conc.
non oportet. dist. 81. Laodic. Conc.
non oportet j. dist. 93. Laodic. Conc.
non oportet ij. dist. 93. Laodic. Conc.
non oportet. dist. 95. Laodic. Conc.
non oportet. 1. q. 1. Laodic. Conc.
non oportet. 3. q. 9. Marcell.
non oportet. 7. q. 1. Nicæn. Conc.
non oportet. 26. q. 5. Laodic. Conc.
non oportet. 28. quæstion. 1. Agathen. Concil.
non oportet. 30. quæst. 3. Zachar. & Deusdedit.
non oportet. 33. quæstion. 4. Laodic. Concil.
non oportet. 33. quæstion. 4. Ilerdense Concil.
non oportet. de cons. dist. 1. Martin. Brachar. in Conc.
non oportet. de cons. distin. 2. Martin. Brachar. in Concil.
non oportet. de cons. distin. 3. Laodic. Concil.
non oportet. de cons. dist. 5. Laodicense Concil.
non oportet. de cons. dist. 5. Laodicense Concil.
non osculatur. 5. q. 5. Ambr.
non peierabis. 22. q. 4. Leviticum.
non pila. 23. quæst. 8. Ambr.
non placuit. 16. q. 7. Symmachus.
non plures, de consec. distinct. 4. Leo Papa.
non potest. 2. q. 7. Tolet. Conc. iiij.
non potest. 23. q. 4. August.
non potest. 32. q. 5. Isidorus.
non potest. de pœnit. distinct. 1. Ambrosius.
non potest. de pœn. dist. 1. Ioann. Chrysostomus.
non potest. de consecr. dist. 4. Ioann. Chrysost.
non prohibeat. de consecr. distinct. 2. August.
non pueros. 23. q. 5. August.
non quales. 1. q. 1. Nicolaus.
non ratione. de cons. dist. 4. Syricius Papa.
non regenerabuntur. de cons. dist. 4. August.
non reverebantur. de pœn. distinct. 2. Gregor.
non sanat. 1. q. 1. Ambrosius.
non sanè. 14. q. 5. August.
non satis. dist. 86. Ambrosius.
non satis. 34. q. 1. & 2. Hieron.
non semel. 18. q. 2. Aurel. Conc.
non semper. 11. q. 3. August.
non semper. 22. q. 4. Ambr.
non silent. 2. q. 6. Vlpianus.
non solùm. 1. q. 3. Beda.
non solùm j. 11. q. 3. Synod. viij.
non solùm ij. 11. q. 3. August.
non solùm. 22. q. 4. Beda.
non solùm. 23. q. 5. Hieronym.
non solùm. 28. q. 1. August.
non solùm. 32. q. 7. Isidorus.
non solùm. 32. q. 8. August.
non sufficit. de pœnitent. distinct. 1. Augustin.
non sunt audiendi. 11. quæst. 3. Augustinus.
non statim. 26. q. 2. Hieron.
non turbatur. 24. q. 1. Ambr.
non vos hominum. 23. quæst. 5. Pelagius.
non vos judicetis. 5. q. 5. August.
¶ nos ad fidem. dist. 96. Chalcedonen. Concil.
nos autem. de consecrat. distinct. 2. August.
nos consecrationem. 9. quæstion. 1. Gregorius.
nos consuetudinem. distinct. 12. Gregorius.
nos in hominem. 9. q. 1. Greg.
nos in quemquam. 2. q. 1. August.
nos novimus. 17. q. 2. August.
nos qui præsumus. dist. 40. Greg.
nos sacramentum. 2. q. 5. Cornelius Papa, & Tribur. Conc.
nos sanctorum. 2. q. 5. Cornel. Papa & Tribur. Conc.
nos sanctorum. 15. q. 6. Greg. vij.
nos sequentes. 6. q. 1. Euseb. Papa.
nos si incompetenter. 2. quæstion. 7. Leo iiij.
nosse credo. dist. 76. Ambr.
nosse desideras. 30. quæst. 1. Nicolaus Papa.
nosse tuam. dist. 63. Stephanus.
nosse vos. de cons. dist. 3. Pius.
nostrates. 30. q. 5. Nicolaus.
nostri. 23. q. 3. August.
notandum est. 23. quæst. 2. August.
notandum est. 24. quæst. 3. Vrban. j.
notificasti. 33. q. 5. Alexan. ij.
notificamus. 35. q. 6. Vrbanus.
notum sit. 2. q. 1. Nicol. Papa.
Novatianus. 7. q. 1. Cyprian.
noverint. 10. q. 1. Tolet. Conc. iiij.
novissimè. de cons. dist. 5. Rabanus.
novit Deus. de pœn. distinction. 4. Augustinus.
novit Dominus. de pœn. distinct. 4. Ambrosius.
novit fraternitas. dist. 12. Greg.
novit sanctitas. dist. 100. Greg.
¶ nubendi. 27. q. 1. August.
nullus Abbas. 1. q. 2. Vrban. Papa.
nullus Abbas. 19. q. 3. Educense Concil. sub Greg. vij.
nullus acolythorum. distinct. 24. Sylvester Papa.
nullus ad Ecclesiasticum. distinct. 58. Gregor.
nullus aliqua. dist. 98. Sylvester Papa. in Conc. generali.
nullus alterius. 9. q. 2. Calixtus.
nullus anathematizatorum. 3. q. 4. Stephan. Papa.
nullus autem. de consecr. distinct. 4. August.
nullus Clericus. 11. quæst. 1. Sylvester Papa.
nullus Clericus. 11. quæst. 1. Matiscon. Conc. j.
nullus Clericorum. 14. quæst. 4. Carthag. Concil. iij.
nullus Clericorum. 17. quæst. 4. Ilerdense Conc.
nullus debitæ. de pœn. d. 1. Augustin.
nullus decimas. 16. quæstion. 2. Leo Papa.
nullus ducat. 31. q. 1. Leo.
nullus eorum. 21. q. 4. Sexta Synod.
nullus eorum. 28. q. 1. Sexta Synod.
nullus eorum. de pœnit. dist. 2. Hieronymus.
nullus Episcopus. distin. 38. Clemens Papa.
nullus Episcopus. dist. 60. Vrbanus in Concilio celebrato Averniæ.
nullus Episcopus. 1. q. 1. Gelasius ex vj. Synodo.
nullus Episcopus. 1. q. 1. Greg. vij.
nullus Episcopus. 5. q. 4. Iul. Papa.
nullus Episcopus. 11. q. 1. Bonifac.
nullus Episcopus. 15. quæst. 4. Hadrianus Papa.
nullus Episcopus. 22. quæstione 5. Vrbanus.
nullus Episcopus. de consecr. dist. 1. Zacharias Papa.
nullus Episcoporum. dist. 54. Leo.
nullus Episcoporum. 2. quæst. 2. Stephanus.
nullus Episcoporum. 15. q. 4. Tarraconense Concil.
nullus ex Ecclesiastico. 22. q. 5. Rhemense Concil.
nullus exsecretis. de pœn. dist. 7. Augustinus.
nullus fidelis. 30. quæst. 5. Hormisda Papa.
nullus in Episcopum. dist. 62. Calixtus Papa.
nullus in Episcopatum. distinct. 60. Vrbanus Papa.
nullus in Præpositum. dist. 60. Calixtus Papa.

nullus

nullus invitus. d. 61. Cœlestinus.
nullus introducatur. 4. q. 4. Damasus Papa.
nullus itaque. 1. quæst. 1. Symmachus.
nullus judicium. 11. q. 1. Cal. Papa.
nullus Laicus. 2. quæst. 7. Sylv. Papa.
nullus Laicorum. dist. 63. Hadr. Papa in viij. Synod.
nullus Laicorum. 16. q. 7. Paschalis ij.
nullus ministrorum. de cons. dist. 4. Arausic. Conc.
nullus Missam. dist. 32. Nicolaus.
nullus Monachus. 2. q. 7. Pelag. ij.
nullus Monachus. 18. qu. 2. Anvel. Conc. j.
nullus neque. 36. quæst. 2. Parisien. Conc. j.
nullus mortuus. 13. qu. 2. Magunt. Concil. j.
nullus omninò. 6. q. 1. Codex.
nullus omninò. 16. quæst. 7. Calixtus Papa.
nullus ordinetur. dist. 24. Carthag. Conc. iij.
nullus Patriarcharum. dist. 99. Pelagius ij.
nullus pœnitentem. dist. 55. Arelat. Conc. iij.
nullus Pontifice. dist. 79. Bonif. iij. ex Conc.
nullus potest. 2. qu. 2. Iulius Papa.
nullus Presbyter. 9. q. 2. Nannetense Concil.
nullus Presbyter. de cons. dist. 1. Sylvester Papa.
nullus Presbyter. de cons. d. 1. Hormisd. Papa.
nullus Presbyterorum. d. 44. Nannet. Conc.
nullus Presbyterorum. de cons. dist. 5. Nannet. Conc.
nullus primas. 9. q. 2. Calixtus.
nullus primas. 9. q. 3. Calixtus.
nullus res Ecclesiæ. 17. q. 4. Carthag. Concil.
nullus Sacerdotum. 11. q. 3. Arvern. Concil.
nullus servus. 3. q. 5. Felix Papa ij.
nullus unquam. d. 79. Steph. Papa iij. ex Conc.
nullus unquam. 4. q. 4. Fabianus.
nullus crimen. 1. q. 4. Aug.
nulli Archiepiscopi. distinct. 59. Aniscus.
nulli civium. de consecrat. dist. 3. Anvel. Conc. j.
nulli Clerico. dist. 44. Sexta Synod.
nulli de servili. distinct. 54. Tribur. Concil.
nulli dubium. 3. q. 1. Alex. Papa.
nulli dubium. 12. q. 5. Greg.
nulli Episcopi. distinct. 42. Carthag. Conc. iij.
nulli Episcoporum. 3. quæst. 5. Paschasius.
nulli Episcoporum. 12. quæst. 1. Rom. Synod. habita ab Eugenio ij.
nulli Episcoporum. 16. q. 1. Leo Papa iiij. in Conc.
nulli est. de cons. dist. 4. Aug.
nulli ex propinquitate. 35. qu. 2. & 3. Lugd. Conc.
nulli fas. dist. 19. Greg. iiij.
nulli fas sit. 25. q. 1. Hilarius Papa.
nulli liceat. 12. q. 2. Bonifacius Papa.
nulli Sacerdotum. distinct. 38. Calest.
nulli unquam. 3. q. 4. Eutychianus Papa primus.
nulla ædificia. 12. q. 2. Nic. Papa.
nulla officia. dist. 54. Tolet. Conc. ij.
nulla præter. de cons. distinct. 4. Augustinus.
nulla ratio. distinct. 62. Leo Papa.
nullâ ratione. distinct. 93. ex Concilio Pavis.
nullam damnationem. 2. quæstion. 4. Leo iiij.
nullam potestatem. 18. quæst. 2. Pelagius Papa.
nullum absque formata. distinct. 71. Antioch. Conc.
nullum ante. 30. quæstion. 5. Evarist. Papa.
nullum Episcoporum. 9. q. 2. Antioch. Concil.
nullum facere. dist. 28. Greg.
nullum in utroque. 35. qu. 2. Iulius Papa.
nullum sine dote. 30. quæst. 5. Arelat. Concil.
nunc autem. d. 21. Nicol. Papa.
nunc autem. 1. q. 7. Grat.
nunc autem. 32. qu. 7. Grat.
nunc autem. de cons. distinct. 4. Augustinus.
nunc autem. 23. q. 7. Grat.
nunc autem quæritur. 5. q. 5. Gratian.
nunc ergò. 1. q. 4. Grat.
nunc quæritur. 12. q. 2. Grat.
nunc quæritur. 12. q. 3. Grat.
nunc quæritur. 35. q. 6. Grat.
nunc quæritur. 36. q. 2. Grat.
nunc verò. 9. qu. 3. Steph. Episcopus.
nunciatum est. d. 84. Greg.
nunquam aquæ. de consec. distinct. 4. Chromatius.
nunquam de manu. de cons. dist. 5. Hieronymus.
nunquam de Pontificibus. distinct. 96. Gelasius.
nunquam de vitiis. dist. 56. Chrysostomus.
nunquam divinatio. 1. quæst. 1. Hieronymus.
nunquid Cain. de pœn. distinct. 1. Cyprianus.
nunquid non erunt. 28. quæst. 1. Innocent.
nunquid non omnia. de consecr. dist. 5. Steph. 5.
nuper Foropopulensis. 7. quæstion. 2. Gelasius.
nuptiæ terram implent. 32. quæstion. 1. Ambrosius.
nuptiarum bonum. 27. q. 1. August.

O.

Obedientiam. distinct. 93. Gratian.
obeuntibus. dist. 63. Innocen. in Synod.
obitum Victoris. distinct. 61. Gregorius.
obitum. 12. q. 5. Greg.
obiciuntur. 32. q. 4. August.
oblationes dissidentium. dist. 90. Carth. Concil. iiij.
observandum quoque. 15. quæstion. 2. Tarracon. Conc.
obtineri. 23. q. 4. Greg.
¶ Occidit Phinees. 23. quæst. 8. Ioan. Chrysostom.
¶ Octava discussio. 12. quæst. 2. Hispal. Conc.
¶ Odi & projeci. 24. quæst. 1. Hieronymus.
odio habeantur. distinct. 86. Leo Episcopus.
odit Deus. 1. q. 1. Hieron.
¶ Offerebat. 32. q. 7. Ambr.
officii nostri. 24. q. 1. Iulius Papa.
officia. 23. q. 5. August.
¶ Olim idem erat. dist. 95. Hier.
olim jussus. 8. q. 1. August.
¶ Omnis autem. dist. 3. Isidor.
omnia talia. dist. 12. Aug.
omnis Christianus. 11. q. 3. Augustinus.
omnis Christianus. de cons. distinct. 1. Greg. vij. in Synod. Roman.
omnis cujuslibet. 1. q. 1. Leo.
omnis electio. dist. 63. Sept. Synod. quæ est secunda Nicæna.
omnis ætas. 12. quæst. 1. Toletanum Concil. iij.
omnis homo. de cons. dist. 2. Eliberit. Concil.
omnis jactantia. 21. quæst. 4. Sept. Synodus.
omnis iniquitas. de pœn. distinct. 1. Hieron.
omnis oppressus. 2. qu. 6. Anacletus Papa.
omnis Presbyter. de cons. dist. 4. Ilerdense Conc.
omnis, qui aliis. 5. q. 6. Hadrianus Papa.
omnis, qui gemebat. 7. quæst. 1. Pelagius.

omnis, qui jam. de conſ. diſt. 4. Auguſtinus.
omnis qui juſte. d. 45. Iſidorus.
omnis qui non diligit. de pœn. diſt. 1. Ioannes.
omnis, qui recedit. 24. q. 1. Beda.
omnis res. 27. quæſtion. 2. Ioannes Chryſoſtom.
omnes cauſationes. 32. quæſt. 7. Hieronymus.
omnes baſilicæ. 16. q. 7. Aurelianen. Conc. 1.
omnes baſilicæ. de conſ. diſt. 1. Iginus Papa.
omnes decimæ. 16. quæſt. 7. Rothomag. Concil.
omnes deincepr. 28. quæſt. 1. Agath. Concil.
omnes Eccleſiæ. 17. quæſt. 4. Lucius Epiſcopus.
omnes Epiſcopi. 2. quæſtion. 6. Sixtus Papa.
omnes, fœminæ. 27. quæſtion. 1. Tolet. Concil.
omnes fideles. de conſ. diſt. 1. Canon Apoſtolorum.
omnes fideles. de conſ. diſt. 5. Vrbanus Papa.
omnes hæ ſpecies. diſtinction. 3. Gratianus.
omnes hujus. diſt. 47. Greg.
omnes illi. 6. q. 1. Fabianus.
omnes itaque. 11. quæſt. 1. Codex Theodoſianus.
omnes leges. diſt. 1. Iſidorus.
omnes leges. 2. q. 2. Nicol. Papa.
omnes Presbyteri. 17. q. 4. Triburienſe Concil.
omnes pſallentes. diſtinct. 38. ex dictis Auguſt.
omnes, qui adversùs. 3. quæſt. 5. Pelagius Papa ij.
omnes, qui in peregrinatione. diſt. 98. Eliber. Concil.
omnes quos. 3. q. 4. Fab. Papa.
omnes quos. 30. quæſt. 1. Symmachus Papa.
omnes quos. de conſ. diſtinct. 3. Auguſtinus.
omnes, ſive Patriarchæ. diſt. 22. Nic. Papa ij.
omnes vero. 6. q. 1. Hadr. Papa.
omne genus. 22. q. 2. Iſidorus.
omne itaque. 27. q. 2. Auguſt.
omne quod. 22. quæſtion. 1. Toletan. Conc. viij.
omne quod. 25. quæſtion. 1. Marcellinus Papa.
omnem vim. diſtinct. 37. Hadrianus Papa.
omninò confitemur. d. 31. Leo ix.
omninò puniendus eſt. 2. quæſtion. 6. Theodoſiana lex.
omni die. de conſ. diſtinct. 5. Carthag. Conc. iiij.
omni timore. 23. q. 8. Leo Papa.
omni tempore. de conſecr. diſtinct. 4. Mart. Brach. in Conc.
omnium Sacerdotum. diſtinct. 32. Leo Papa.
omnium veſtrum. 23. q. 5. Nicol.
omnia decreta alia. 25. quæſt. 1. Damaſus Papa.
omnia, quæ adversùs. 3. q. 9. Cornelius Papa.
omnia quæcunque. de conſ. diſt. 2. Ambroſius.
omnia ſacramenta. 1. q. 1. Aug.
omnia talia. diſt. 12. Aug.
omnibus conſideratis. 24. quæſtion. 1. Auguſtinus.
omnibus modis. 35. q. 9. Greg.
omnibus nobis. 29. quæſtion. 2. Iulius Papa.
omnibus quib. 4. quæſt. 6. Carthag. Conc. vij.
omnibus ſervis. diſt. 34. Extra de cler. ven. cap. ij.
omnibus vobis. 2. q. 5. Leo.
¶ Oportet Epiſcopum. 28. quæſt. 3. Hieronymus.
oportet eum. 8. q. 1. Petrus Apoſt.
oportet infantes. 20. quæſt. 2. Nona Synod.
oportet ordinandum. diſt. 36. Grat.
oportet quoque. diſt. 40. Grat.
oportet Sacerdotes. diſtinct. 81. Gregorius.
oportet ut primum. 3. q. 2. Stephanus Papa v.
oportebat. diſtinct. 79. Stephanus Papa iij.
ô Prophæta. 1. q. 1. Hieronym.
optatum tibi. diſtinct. 100. Ioannes Epiſcopus.
¶ Oratorium. diſtinct. 42. Ex dictis Benedicti.
ordinator. diſt. 59. Cœleſtinus.
ordinationes. diſtinction. 64. Anacletus.
ordinationes. diſtinction. 75. Anacletus Papa.
ordinationes. diſtinct. 75. Zepherinus Papa.
ordinationes. diſt. 75. Gelaſius.
ordinationes. 1. quæſtion. 1. Gregorius vij.
ordinationes. 9. quæſt. 1. Vrbanus in Synod.
origo. 32. q. 4. Hieron.
¶ Oſius Epiſcopus. diſt. 81. Sardicenſe Concil.
Oſius Epiſcopus. 6. quæſt. 4. Sardicen. Concil.
Oſius Papa. diſtinction. 56. Damaſus Papa.
oſtendit Prophæta. 23. quæſt. 3. Auguſtinus.
oſtenditur illos. de conſecrat. diſt. 4. Auguſt.
oſtenſum eſt. 16. q. 4. Grat.
oſtiarius. diſt. 23. Carth. Conc. iiij.
¶ Oves paſtorem. 6. quæſt. 1. Pius Papa.
oves, quæ. 2. q. 7. Euſebius Papa.

P.

PAcem igitur. de conſec. diſt. 2. Innoc.
pagani. 2. q. 7. Cajus Papa.
palàm eſt. diſt. 11. Auguſt.
pallium tibi. diſt. 100. Greg.
pallium vobis. diſtinct. 100. Gregor.
panis eſt. de conſecr. diſtinct. 2. Ambroſius.
panis & calix. de conſecr. diſtinct. 2. Ambroſ.
panem cœleſtem. de conſ. diſtinct. 2. Auguſtinus.
paratus. 23. q. 1. Auguſt.
parentelæ. 35. q. 5. Zacharias.
parſimoniam. diſtinct. 41. Gangren. Concil.
parvuli. 22. q. 5. Capitul.
parvuli. de conſecrat. diſtinction. 4. Iſidorus.
parvulos. de conſecr. diſtinct. 4. Gregorius.
parvuli. de conſecr. diſtinct. 4. Auguſtinus.
paſce fame. diſt. 86. Ambr.
paſchæ ſolennitas. de conſ. diſt. 3. Carthag. Conc. iiij.
paſtor Eccleſiæ. 1. q. 2. Proſper.
paſtoralis officii. 7. q. 1. Greg.
patet profectò. 9. quæſt. 3. Nicolaus Papa.
patet ſimoniacos. 1. quæſt. 7. Paſchalis Papa.
paternarum. 24. quæſtion. 3. Vrbanus Papa.
patrem. 32. q. 3. Pelag.
Paulus Dyaclinæ. 2. quæſtion. 7. Gregorius.
Paulus dicit. 2. q. 7. Greg.
Paulus Petrum. 2. q. 7. Hier.
Paulum itaque. 2. q. 3. Greg.
Paulianiſtæ. 1. q. 1. Innocent.
pauper. 11. q. 3. Iſidor.
¶ Peccatum. de pœn. d. 4. Aug.
pecunia. 17. q. 4. Theod. in panitent.
pennata. de pœn. diſt. 2. Greg.
per adoptionem. 30. q. 5. Paſch. ij.
per aquam. de conſecr. diſtinction. 4. Ambroſius.
peracta. de conſ. diſtinct. 2. Anacletus Papa.
per baptiſmum. de conſecr. diſtinct. 4. Auguſt.

per Eſaiam

per Esaiam. 1.q.1. Augustin.
per illiciam. 1.q. 7. Damasus Papa.
per illicitam. 9.q.1. Damas. Papa.
per laicos. 16.q.7. Alexand. ij.
per principalem. 9.q.1. Nicol. Papa.
per principalem. 9.quæst. 3. Nicolaus Papa.
per scripta. 2.q. 8. Steph. Papa.
per singulas 3. q. 3. Martinus Brachar. in Conc.
per singulas ij. 9. quæst. 3. Antiochen. concil.
per singulas. 16. quæst. 3. Chalcedon. conc. & Gelasius Papa, & Tolet. conc.
peregrina judicia. 3.q. 6. Sixtus Papa iij.
perfecta panitentia. de pœn. d. 1. Ioan. Chrysost.
perfecta panitentia. de pœn. d.3. Ioan. Chrysostomus.
perniciosè. de pœn. d.1. Aug.
perlatum ad nos. de conf. dist. 3. Gregorius.
perlatum est. d. 88. Greg.
perlatum est. d.90. Victor Papa.
perlatum est. 19.q.3. Greg.
perlatum est. 29. quæst. 2. Triburiense concil.
perlectis. d.25. Isidorus.
perniciosam. 18.q.2. Innoc. ij.
pervenit ad me. 18.q.2. Greg.
pervenit ad me. de consecr. d.3. Gregor.
pervenit ad nos. d.50. Greg.
pervenit ad nos. d.84. Greg.
pervenit ad nos. d.93. Greg.
pervenit ad nos. distinct. 101. Chalced. concil.
pervenit ad nos. 1. quæstion. 3. Gregorius vij.
pervenit ad nos. 2.q.7. Greg.
pervenit ad nos. 7.q.1. Greg.
pervenit ad nos. 11.q.1. Greg.
pervenit ad nos. 16.q.1. Paschalis ij.
pervenit ad nos. 16.q.7. Greg. vij.
pervenit ad nos. 18.q.2. Greg.
pervenit ad nos. 26.q.5. Greg.
pervenit ad nos. 27. quæstion. 1. Gregorius.
pervenit ad nos. 30.q.1. Desidedit S. R. E. Episcopus.
pervenit ad nostras. dist. 18. Chalced. concil.
pervenit ad notitiam. de consecr. dist. 2. Rhemense conc.
pervenit ad sanctum. dist. 93. Nicænum conc.
pervenit ad sanctam. d. 86. Chalced. concil.
pervenit in sanctam. 21.q.3. Nicasius Episcopus.
pervenit quoque. d.95. Greg.
pessimam. 23.q.8. Innocentius.
petimus. 11. quæst. 1. Carthag. Conc. iij
petiisti. 7.q.1. Zach. Papa.
Petrus cum Simon. 1 quæstion. 1. Ambrosius.
Petrus Diaconus. dist. 39. Greg.
Petrus doluit, de pœn. distinct. 1. Ambrosius.
Petrus potestatem. 2.q.7. Greg.
Petrus qui habitat. 23. quæstion. 8. Gregor.
¶ Piæ mentis. 17. quæst. 7. Gelasius Papa.
pium est. de pœn. dist. 3. August.
pictacium. 30. q. 3. Zacharias.
¶ Placet omnib. distinct. 65. Carthag. Conc. ij.
placita secularia. 15. q. 4. Ex Concil. apud Surd. Ephes.
placuit communi. 16. q. 1. Eugenius Papa.
placuit de infantibus. 1.q.4. African. conc.
placuit de infantib. de conf. d.4. Carth. Conc. v.
placuit Episcopos. dist. 32. Carthag. concil. v.
placuit eorum. 2. quæst. 7. Hadrianus Papa.
placuit etiam. distinct. 90. Agathen. Concil.
placuit huic sanctæ. distinct. 16. Sexta Synod.
placuit huic sanctæ. 16. quæstion. 3. Gelasius.
placuit igitur. de consecr. d. 4. Milevitan. Conc.
placuit omnibus. distinct. 12. Brachar. concil.
placuit omnibus. 10. quæst. 1. Brachar. conc. ij.
placuit omnibus. 16. quæst. 1. Nicæna Synod.
placuit per omnia. 13. quæst 2. Melch. Papa.
placuit pro communi. 6.q.3. Concilium apud Compend.
placuit sancto conventui. 4.q.2. Maticense Conc.
placuit universo. 11. q. 3. Africanum concil.
placuit ut altaria. de conf. dist. 1. African. Conc.
placuit ut à nullo. 7. q.1. Carthaginen. concil. iij.
placuit ut à quibuscunque. 2. q.6. Iulius Papa.
placuit ut ante. 20. q. 1. Carthagin. conc. iij.
placuit ut Clericus. 21. q.5. Agathen. concil.
placuit ut deincepr. 9. q. 2. Vrbanus.
placuit ut deincepr. de pœn. d. 6. Vrban. Papa ij.
placuit, ut dies. de consecr. d. 3. Carthag. Conc.
placuit ut hi. 36. q. 2. Aquisgran. Concil.
placuit ut iis. 23. q.5. Brach. Conc. j.
placuit ut nullus. 1. q. 1. Brachar. Conc. ij.
placuit ut nullus. 10. quæst. 3. Brach. Conc. ij.
placuit ut unusquisque. 1.q.1. Brachaven. Conc. ij.
placuit ut conservato. distinct. 18. Cabilon. Conc.
placuit ut quicunque. de conf. d. 4. Milevitan. Conc.
placuit ut quicunque. d. 72. Milevit. Concil.
placuit ut quicunque. d. 74. Carthag. Conc. iv.
placuit ut quicunque. de conf. d. 4. Milevit. Conc.
placuit ut qui. 23. q. 5. Bracharen. Conc. j.
placuit ut quicunque. 16. q. 6. Milevit. Conc.
placuit ut quicunque. 11. q. 1. Carth. Conc. viij.
placuit ut quicunque. 16. q. 3. Africa. Concil.
placuit ut omnes. de conf. d. 3. Agathen. Concil.
placuit ut postquam. de consecr. d. 3. Brachar. Conc. ij.
placuit ut ante. d. 77. Carthaginen. Conc. iij.
placuit ut nemini. 7. q. 1. Carthagin. Conc. v.
placuit ut ordinandis. d. 38. Carthag. Conc. iij.
placuit ut quisquis. 11. q. 1. Carthag. Conc. ij.
placuit ut Presbyteri. 2. q. 6. Milevit. Concil.
placuit ut Presbyteri. 12. q. 2. Carth. Conc. unicum.
placuit ut quoties. 1 q. 2. Bracharen. Concil.
placuit ut quotiescunque. d. 18. Carth. Conc. v.
placuit ut quotiescunque. 3. q. 10. Carth. Conc. vij.
placuit ut si quis. 2. q. 5. Brachar. Conc. ij.
placuit ut si quis. 21. q. 2. Hispal. Concil. ij.
placuit ut panitentes. d. 50. Toletan. Conc. j.
placuit ut de ordinatione. 1.q.1. Brach. Conc. ij.
placuit ut Episcopi. 12. q. 3. Carthag. Conc. iij.
placuit ut Episcopi. 21. q.3. Carthag. concil. iij.

placuit ut si. 6. quæst. 2. Africanum Concil.
Placuit ut si. 33. q. 2. Tolet. Conc. j.
placuit ut secundum. 32. q. 7. Milevit. Concil.
plebs Diotrensis. dist. 63. Gelasius.
plebiscita. dist. 2. Isidorus.
plerique. 8. q. 1. Hilar. Papa.
plerique. 14. q. 3. Ambros.
plerique. de consecr. dist. 4. Toletan. Conc. iiij.
plerunque boni. 2. q. 7. August.
plerunque contingit. 11. q. 3. Greg.
pluit dominus. de pœnit. distinction. 3. Gregorius.
plures. 16. q. 1. Pelagius.
plurimos Sacerdotes. dist. 32. Syricius Papa.
pœna illorum. 23. q. 5. Aug.
pœnale. 14. q. 5. August.
pœnæ sicut. de pœn. dist. 1. Digest.
pœnitentia. de pœn. dist. 1. Leo.
pœnitentia. de pœn. dist. 3. Ambr.
pœnitentia. de pœn. d. 3. Augustinus.
pœnitentiam agere. de pœn. distinct. 3. Gregor.
pœnitentiam. 33. q. 4. Arel. Conc.
pœnitentem. 26. q. 7. Octava Synodus.
pœnitentes. dist. 50. Agath. Conc.
pœnitentes. distinct. 55. Hilar. in Conc. Romano.
pœnitentes. de pœn. dist. 3. Aug.
pœnitentibus. 26. quæst. 7. Carthag. Concil. iiij.
¶ Ponderet. dist. 50. Calixtus j.
pontifices. 7. q. 1. Nicol. Papa.
pontifices. 12. q. 3. Agath. Conc.
porrò de affinitate. 35. quæst. 5. Gregorius.
porrò duorum. 35. q. 3. Paschalis ij.
porrò & Hierosolymitanus. dist. 66. Anacletus.
porrò cujus. 6. q. 4. Gratianus.
porrò gloria. de consecr. distinction. 1. Nicolaus.
porrò illi. de pœn. d. 1. Prosper.
porrò Moysi. dist. 84. Anacletus.
porrò sciat. dist. 63. Nicolaus j.
porrò si. 16. q. 3. Ioann. Papa viij.
possessio. 16. q. 5. Tolet. Conc. iij.
possessiones. 16. quæst. 1. Symmachus Papa.
possessiones. 16. q. 4. Urban. ij.
post appellationem. 2. quæstion. 6. Digestis.
post baptismum. de consecr. distinct. 4. Rabanus.
post Pascha. dist. 76. Isidorus.
post quingentos. 16. quæstion. 3. Gelasius Papa.
post susceptum. 30. quæstion. 3. Paschalis ij.
post uxoris. 30. q. 4. Pasch. ij.
postea signatur. de consecr. distinct. 4. Raban.
postea iunguntur. de cons. distinct. 4. Rabanus.
postea quam. 25. q. 2. Pelagius.
postquam ascendit. de cons. distinct. 4. Rabanus.
postquam hostilis. 16. quæstion. 1. Gregorius.
postquam pretio. 13. quæstion. 2. Hieronymus.
postquam quemquam. dist. 50. Gregorius.
postquam se. de consecr. distinct. 4. Rabanus.
postquam vos credere. de cons. dist. 4. Augustinus.
postulatus. 3. q. 7. Beda.
potest discursus. de pœn. distinct. 2. Gregorius.
potest fieri. de pœn. dist. 1. Ambr.
¶ Præceptum. 2. q. 2. Zepher. Papa.
præceptum. 32. q. 5. Tolet. Conc. xij.
præcepta canonum. distinct. 55. Gelasius Papa.
præcepta synodalia. de cons. distinct. 1. Gelasius.
præcepit. 32. q. 5. Hieronymus.
præceptis Apostolicis. dist. 12. Gregor. Papa iiij.
præcipimus, dist. 34. Greg.
præcipimus. d. 90. Innoc. ij.
præcipimus. d. 93. Sexta Synodus.
præcipimus. 12. q. 1. Can. Apost.
præcipimus. 16. q. 1. Greg. Iunior.
præcipimus. 16. q. 2. Nicol. ij.
præcipimus. 21. q. 2. Innoc. ij.
præcipimus. 21. q. 4. Innoc. ij.
præcipuè. 11. q. 3. Nicol. Papa.
præcipiendum est. 13. quæst. 2. Vasense Concil.
prædia. 12. q. 2. Pius Papa.
prædixerat. de pœn. dist. 1.
prædicator. 16. q. 1. Septima Synod.
prædicandum est. 22. quæst. 1. Eutych. Papa.
præsumunt. 2. q. 7. Aug.
præsul non damnatur. 1. quæst. 4. Sylvest. Papa.
præsulum. 16. q. 3. Gelasius.
præsens. 20. q. 3. Nicol. Papa.
præsenti Concilio. distinct. 54. Matisc. Conc. j.
præsenti decreto. 5. q. 2. Sylvester.
præsente Presbytero. distinct Carth. Conc. iij.
præsentium latoris. 7. q. 1.
præsentium portitorem. 1. quæst. 5. Urbanus ij.
præter hoc. dist. 32. Alexand. ij.
præterea devotionis. 23. quæstion. 8. Ioannes viij.
præterea frequenter. d. 51. Innocentius.
præterea placuit. distinct. 28. Arelat. Conc. iij.
præterea sciscitaris. dist. 23. Nicolaus Papa.
precariæ j. 10. quæst. 2. Mediomat. Concil.
precariæ ij. 10. quæstion. 2. Beluacense Concil.
precariæ. 12. quæst. 2. Mediomatric. Concil.
presbyter ante. dist. 78. Neocæsariense Concil.
presbyter aut Diaconus. dist. 81. Canon Apostolorum.
presbyter aut Diaconus. 15. quæst. 5. Nicolaus.
presbyter cùm ordinatur. d. 23. Carth. Conc. iiij.
presbyter cùm diœcesim. 12. quæst. 4. Agath. Conc.
presbyter Eucharistiam. de cons. d. 2. Wormac. Conc.
presbyter inconsultò. 26. quæstion. 6. Carth. Conc. iij.
presbyter. 26. q. 6. Evaristus Papa.
presbyter mane. dist. 91. Nannetense Concil.
presbyter præsente. d. 95. Mart. Bracar. in Conc.
presbyter quidam. distinction 32. Gregorius.
presbyter si uxorem. distinct. 28. Neocæsar. Conc.
presbyter si fornicationem. distinct. 83. Hybern. Concil.
presbyter si per pecuniam. 1. quæst. 1. Ex regesto Greg.
presbyter si à plebe. 2. quæst. 5. Ilerdense Concil.
presbyter vel quilibet. 2. quæstion. 5. Greg. Papa iij.
presbyteri baptizatos. de cons. dist. 4. Greg. in regest.
presbyteri, Diaconi. dist. 24. Gelasius Papa.
presbyteri Diaconi. distinct. 34. Agath. Concil.
presbyteri Diaconi. 11. quæst. 3. Milevitan. Concil.
presbyteri de occultis. 16. quæst. 6. Evaristus Papa.
presbyteri ruris in Ecclesia. dist. 95. Neocæsar. Conc.
presbyteri qui per diœcesanas. de consecr. distinction. 4. Ex Concil. apud Valentias.
presbyteri qui per diœceses. distinct. 95. Carth. Conc. iij.
presbyteri quos. dist. 68. Greg. ij.
presbyteri verò. dist. 67. Grat.
presbyterum. distinct. 28. Sexta Synodus in Trullo.
presbyterum. dist. 50. Greg.

presby-

presbyterorum etiam. distinct. 56. Vrban. Papa ij.
presbyterorum filios. distinction. 56.
presbyteros. distinction. 50. Ancyranum Concil.
presbyteros. dist. 95. Gelasius.
presbyteros. 16. q. 1. Gregor.
presbyteris. distinction. 27. Calixtus Papa ij.
presbyteri. de conf. dist. 4. Innocent.
¶ Pridem præcepimus. 18. quæst. 2. Gregorius.
Primus homo. de pœn. dist. 2. Ambrosius.
prima actione. 16. quæst. 3. Hispalen. Conc. ij.
prima annuatio. dist. 16. Beda.
prima autem. dist. 16. Beda.
Prima consolatio. de pœn. distinct. 3. Ambrosius.
Prima igitur. de conf. distinct. 4. Augustinus.
Prima quæstio. 18. q. 1. Gratian.
Prima quidem. de consecr. distinct. 2. Augustinus.
prima salus. 25. q. 1. Hormisda Papa.
primum est. 22. q. 2. August.
Primùm itaque. distinct. 25. Hieronymus.
Primùm interrogetur. de consecr. d. 4. Rabanus.
Primæ sedis. distinct. 99. Africanum Concil.
primo gradu. 35. q. 5. Isidorus.
primo semper. 2. quæst. 1. Melchiades Papa.
Primatus Episcopus. distinct. 71. Carthag. Conc. j.
primates. 2. q. 1. Felix Papa j.
principatus. 2. q. 1. Leo Episcopus.
princeps vitiorum. de pœn. distinct. 2. Augustinus.
principes sæculi. 23. quæstion. 5. Augustinus.
principali. dist. 63. Pelagius.
principium. de pœn. distinct. 2. Gregorius.
Prisca consuetudo. distinct. 100. Gregorius.
priscis igitur. dist. 55. Gelasius.
priscis quidem. 10. quæst. 3. Emeritense Conc.
privilegium. 11. q. 3. Greg.
privilegia. dist. 3. Isidorus.
privilegia j. 25. q. 2. Anacletus.
privilegia ij. 25. q. 2. Leo Papa.
privilegia iij. 25. q. 2. Leo Papa.
prius ergò. 3. q. 2. Eusebius Papa.
prius est. 3. q. 11. Codex.
prius quam. dist. 28. Gregor.
prius quam convenirent. 27. q. 2. Ioannes Chrysost.
¶ Probatum. 16. q. 1. Pelagius.
proclivis. 20. quæstion. 3. Toletanum Concil. vi.
prodest. 23. q. 5. August.
pro dilectione. de consec. distinction. 2. Cyprianus.
prodestior est. de pœn. distinct. 3. Augustinus.
progeniem suam. 35. quæstion. 2. & 3. Gregorius.
prohibendum. distinct. 54. Eliberit. Concil.
prohibentur. dist. 48. Grat.
prohibentur. dist. 88. Grat.
prohibentur. 2. q. 4. Digestis.
prohibet. dist. 23. Anicet. Papa.
pro impensis. 15. q. 2. Grat.
pro membris. 23. q. 3. August.
pronunciandum. de conf. distinct. 3. Lugdun. Conc.
pro obeuntibus. 13. quæst. 2. Gregor. Papa ij.
propter Ecclesiasticas. distinction. 18. Antioch. Conc.
propter Ecclesiasticas. dist. 18. Conc. Martini Papæ.
propter eos. 7. q. 1. Chalced. Conc.
propter gloriam. de conf. distinct. 4. Ambrosius.
propter superfluam. 2. quæstion. 6. Theod. leg.
propter votum. distinct. 19. Constantin. Synod.
propter vitandum. de conf. distinct. 4. Toler. Conc. iiij.
propriè. de conf. d. 4. Leo Papa.
prophetavit. 1. q. 1. August.
propositum. 20. q. 3. Leo Papa.
proposito. 32. q. 5. August.
proposuisti. dist. 82. Innoc.
pro qualitate. 26. quæst. 7. Octava Synod.
pro reverentia. distinct. 44. Toletanum Conc.
providendum quoque. distinction. 83. Gratianus.
provinciæ. distinction. 99. Anacletus Papa.
¶ Psalmista. d. 23. Carth. Conc. iiij.
¶ Pudenda. 24. q. 1. Pelag. Papa.
Pudicus. dist. 43. Gratian.
Pudor est. 32. q. 2. Ambrosius.
pueri ad sacros. 1. q. 1. Greg.
pueri ante annos. 22. qu. 5. Eliberit. Concil.
puella. 20. q. 2. Tribur. Conc.
puellæ. 20. q. 1. Leo.
pulchra etiam. dist. 86. Ambrosius.
pulsatus. 3. q. 6. Fabianus.
pura & simplex. 3. q. 9. Ambros.
purgationem. 15. q. 5. Gratian.
puto Christianum. 32. quæst. 5. Aug.
puto quod sive. 2. q. 7. August.
putant quidam. 14. q. 3. Hieronymus.

Q.

QVa autem. 2. quæst. 3. Gratianus.
quacunque arte. 22. quæstion. 5. Isidorus.
quadragesima. dist. 4. Ambrosius.
quadragesima. de consecr. distinct. 5. Gregorius.
qualis condemnatio. 21. quæstion. 7. Clemens.
qualis debeat. 30. q. 5. Leo Papa.
qualis enim. 8. q. 1. Hieronym.
qualis hinc. dist. 25. Greg.
quali vos. 23. q. 5. Pelagius.
qualiter Episcopus. dist. 24. Gratian.
qualiter ordinari. 7. q. 1. Greg.
qualiter verò. dist. 73. Gratianus.
qualitas luxuriæ. de pœn. distinct. 5. Leo Papa.
quàm magnum. 23. quæstion. 4. Augustinus.
quamobrem. de pœn. distinct. 1. Hieronymus.
quàm periculosum. 7. quæstion. 1. Cyprianus.
quàm piò mentis. 1. quæstion. 2. Bonifacius.
quàm præposterum. 13. quæstion. 2. Cyprianus.
quàm sit necessarium. 18. quæstion. 2. Gregorius.
quamvis cautè. dist. 50. Aug.
quamvis cautè. de pœn. distinction. 3. Augustinus.
quamvis Chorepiscopis. distinction. 68. Leo j.
quamvis dictum. 22. quæstion. 1. Augustinus.
quamvis errare. dist. 38. Augustinus.
quamvis liceat. 3. q. 6. Eleutherius.
quamvis plenitudo. de pœn. distinct. 1. Leo.
quamvis triste. 7. q. 1. Greg.
quamvis vera. 11. q. 3. August.
quamvis universa. dist. 21. Gelasius.
quamvis unum. de conf. distinct. 4. Augustinus.
quando ab Hierosolymis. de conf. d. 4. Augustinus.
quando Adam. de pœn. dist. 2. Ambr.
quando autem. distinct. 44. Nannetense Concil.
quando autem. de conf. distinct. 1. Cyprianus.
quando Episcopus. distinct. 24. Nannetense Concil.
quando ergò. 1. quæst. 3. Hieronymus.
quando & ubi. distinct. 75. Ordo Romanus.
quandonecessitas. dist. 86. Augustin.
quando Presbyteri. distinct. 28. Tolet. Conc. ij.
quando Presbyteri. distinct. 38. Tolet. Conc. iiij.

quando Presbyteri. dist. 44. Nannetense concil.
quando quis. de consecr. dist. 4. Ioannes Chrysost.
quando vult Deus. 23.q.4. Augustin.
quanquam omnes. dist. 23. Toletanum concil.
quanquam Sacerdotum. 14. q. 2. Eugen. ij. in Syn. habita Romæ.
quanquam secundùm honorum. 2.q.7. August.
quanto à nobis. 2.q.5. Greg.
quantò Apostolica. distinct. 63. Gregorius.
quanto tempore. 3. quæst. 2. Ioannes Papa.
quantum dicit. distinct. 50. Gelasius Papa.
quantumlibet. dist. 47. August.
quantus. 23.q.4. Aug.
quantuslibet. de pœn. distinct. 1. Ambrosius.
quapropter. 2.q.7. Gelasius.
quapropter. 27. q. 2. Hieron.
quæ traditione. distinct. 22. Gelasius Papa.
quatuor autem. 12.q.2. Gelasius.
quatuor modis. 11. q.3. Greg.
quæ verò extra. dist. 78. Grat.
¶ Quæ ad perpetuam. 25. q. 1. Leo Papa.
quæ Christo. 27.q.1. Innocentius.
quæ circa ordinandos. distinct. 98. Gratianus.
quæ contra mores. distinct. 8. Augustinus.
quæ de causa. 2.q.5. Greg.
quæ dignior. 24.q.1. Ambros.
quæ ipsis sacerdotibus. dist 38.
quæ Lotharius. 2. quæst. 1. Nicolaus Papa.
quæ semel sunt. 19. quæst. 3. Chalced. concil.
quæcunque contentiones. 11. q.1. Marcellinus Papa.
quæcunque enim. de pœn. distinct. 4. Beda.
quæcunque à parentibus. 25. quæst. 2. Codex Theod.
quæcunque mulier. distinct. 30. Gangrense concil.
quæcunque res. 10. quæst. 1. Antioch. concil.
quædam capitula. dist. 96. Chalced. conc. in vj. actione.
quædam cum fratre. 32.q.7. Concilium quoddam, sine capitul.
quædam ecclesiam. d.2. Isidorus.
quædam lex terrena. 35. quæst. 2. & 3. Gregor.
qualibet occulta. d.40. Greg.
quæritur hîc aliquis. de pœn. dist. 3. Hieronymus.
quærendum est. 2. quæst. 7. Calixtus Papa.
quærendum est. de pœn. distinct. 2. Beda.
quæris à me. de consec. d. 4. Augustin.
quæritur de his. d. 74. Grat.
quæritur de illis. d. 68. Grat.
quæritur. 22.q.2. August.
quæro ergò. 6. q. 1. August.
quæ semel. 19. q.3. Chalced. conc.
quæsitum est. 1. quæst. 3. Vrbanus ex concil.
quæsitum est. 13. quæst. 2. Magunt. concil. ij.
quæsitum est. 23.q.4. Innocent.
quæstionem. 12.q.2. codex.
quem pœnitet. de pœn. d. 1. Aug.
quem progenitores. 20. q. 1. Triburien. concil.
quemadmodum. d. 12. Greg.
quemadmodum. 23.q.7. Aug.
quemadmodum. 32. quæst. 7. Augustinus.
queritur pater. 2.q.7. August.
questa est nobis. 13.q.2. Greg.
questi sunt. 16. q. 1. Magunt. concil.
questi nobis sunt. 17. quæstion. 4. Gregorius.
¶ Qui abstulerit. 12.q.2. Anacl.
qui accusare. 3.q.9. Damasus.
qui admissa j. de pœn. distinct. 3. Gregorius.
qui admissa ij. de pœn. distinction. 3. Gregor.
qui admisit. 15. quæstion. 8. Neocæsar. conc.
qui aliorum. 24. q. 3. Vrbanus Papa.
qui ambulat. 5.q.5. Proverb. c. 2.
qui apud. 1.q.4. African. Conc.
qui autem. dist. 91. Grat.
qui autem. 5. q. 6. Grat.
qui bona agunt. 17. q. 2. Gregorius in regest.
qui bis ignoranter, de consec. d. 4. Theodorus in pœnitentiali.
qui bene. de consecr. dist. 2. Arelat. concil.
qui calumniam. 5.q.6. Greg.
qui cathedram. d. 93. Cyprianus.
qui Christi. 12.q.2. Steph. Papa.
qui clementiam. d. 86. Hieron.
qui communicaverit. 11.q.3. Carthag. concil. iv.
qui compulsus. 22. q. 5. Pius Papa.
qui consensit. 11.q.3. Isidorus.
qui contra. 24. q. 1. Liberius Papa.
qui contempta. d. 8. August.
qui crimen. 24.q.8. Sixtus ij.
qui crimen. 3.q.6. Hadrian. Papa in capitular.
qui crimen. 6. quæst. 1. Hadr. Papa in capit.
qui de mensa. d. 37. Hieron.
qui desponsatam. 27.q.2. Gregorius.
qui die solenni. de consec. d. 1. Carthagin. conc. iv.
qui discordat. de consecr. d. 2. August.
qui divina. 13. quæst. 2. Toletanum conc. iij.
qui divinationes. 26. qu. 5. Ancyran. concil.
qui divini. de pœn. distinct. 4. Augustinus.
qui dormierit, 27. quæst. 2. Aurelian. conc.
qui dormierit. 32.q.7. Mag. conc.
qui ea, quæ Dei sunt. d. 38. Gregorius.
qui Ecclesiasticis. dist. 36. Zozimus Papa.
qui Ecclesiasticis. dist. 59. Zozimus Papa.
qui egerit veraciter. de pœn. d. 7. Augustinus.
qui Episcopus. distinct. 23. Carthag. concil.
qui Episcopatum desiderat. 8.q.1. Augustinus.
quiescamus. dist. 42. Ioannes Chrysostomus.
quiescite. 6.q.1. Felix ij.
qui & divinus. 12.q.2. Gelasius.
qui ex famulis. distinct. 54. Toletan. conc. ix.
qui exigit. 22. q. 5. Aug.
qui habetis. 14.q.5. Aug.
qui in castigatione. 33.q.4. Ioan. Chrysostomus.
qui in maternis. de consec. distinct. 4. Isidorus.
qui in aliud. d. 25. August.
qui in aliquo. dist. 51. Toletanum concil. iv.
qui in qualibet. 1. q.7. Felix Papa.
qui in Ecclesia. 24. quæstion. 3. Augustinus.
qui in alterius. 5.q.1. Hadrianus Papa in capitular.
qui jubente. 11.q.3. Werden. conc.
qui justus est. 11.q.3. August.
quilibet fratrum. 8.q.5. Sixtus Papa j.
qui malos. 23.q.5. Hieron.
qui manducant. de consecr. d. 2. Augustinus.
qui meritò. 11. quæst. 3. Carthaginen. conc. ij.
qui natus est. de pœn. d. 1. Ioannes Evang.
qui nec reginimis. 2.q.7. Aug.
qui negligunt. 24. q.3. Hieron.
qui non probaverit. 2. quæst 3. Gajus Papa.
qui oblationes j. 13.q.2. Carthaginen. concil. iv.
qui oblationes ij. Vasense conc. j.
qui occiderit. 17. qu. 4. capitularium lib. 6.

qui

qui omnipotentem. 11. quæst. 3. Fabianus Papa.
qui partem. distinction. 55. Innocentius.
qui peccat. 23. quæstion. 4. Augustinus.
qui pejerat. 22. quæstione 5. Pius Papa.
qui pejerare. 22. quæstione 5. Chromatius.
qui per pecuniam. 1. quæstione 1. Octava Synod.
qui perfectionem, 1. quæstione 1. Innocentius.
qui plures. 21. q. 1. Leo iiij.
qui potest. 23. quæst. 3. Anastasius & Damasus Papa.
qui Presbyterum. 17. quæstion. 4. Magunt. Conc.
qui propinquam. 35. quæst. 3. & 4. Fabianus Papa.
qui rapit. 17. quæstione 4. Anacletus.
qui rectè judicat. 11. quæstione 3. Gregorius.
qui recedit. de pœnit. distinction. 4. Prosper.
qui recedunt. 26. quæst. 6. Aranſicum Conc.
qui religiosis. 18. quæstion. 2. Carthag. Conc. iiij.
qui resistit. 11. quæstione 3. Augustinus.
qui sacrum. distinction. 50. ff. tit. de furt.
qui sanctus. de pœnit. distinct. 1. Hieronymus.
qui sacramento. 22. quæstion. 4. Uerden. Concil.
qui sceleratè. de consecr. distinction. 2. Isidorus.
qui secundùm carnem. 23. quæstion. 4. Hieronymus.
qui se scit. 2. quæstion. 6. Vigilius Papa.
qui scit se. 2. q. 6. Leo Papa.
qui semel. distinction. 50. Martinus Papa j.
qui sincera. distinction. 45. Gregorius.
qui sine peccato est. 3. quæstion. 7. Gregorius.
qui sine crimine. distinction. 26. Ambrosius.
qui sine salvatore. 26. quæst. 2. Augustinus.
qui sint. 26. quæstion. 1. Gratianus.
qui sitis. 33. q. 5. Hieron.
qui spiritualem. 30. quæstion. 4. Triburien. Concil.
qui studet. 1. quæst. 1. Gregorius Nazianzenus.
qui sub gradu. distinction. 50. Basilius.
qui Subdiaconum. 17. quæst. 4. Capitularium l. 2.
qui suis Episcopis. distinction. 93. Clemens.
qui venatoribus j. distinct. 86. Augustinus.
qui venatoribus ij. distinct. 86. Augustinus.
qui vere. 16. q. 1. Chalced. Conc.
qui verò. distinct. 30. Maticen. Concil.
qui verò. dist. 52. Gratian.
qui verò. 11. q. 3. Gelasius.
qui verò. 21. qu. 2. Grat.
qui viderit. 32. q. 5. Gregor.
qui vitiis. 23. q. 5. Aug.
qui vos spernit. 8. quæstion. 1. Hieronymus.
qui vult confiteri. de pœn. dist. 6. Augustinus.
qui vult facere. de pœnit. dist. 2. Augustinus.
qui vult ordinatè. de pœnit. d. 3. Augustinus.
qui uxorem suam. 33. quæstion. 5. Rhemense Conc.
quia Agatho. 27. q. 2. Greg.
quia alii. 13. q. 2. Ambros.
quia aliquanti. distinct. 82. Syricius Papa.
quia autem. 20. qu. 1. Greg. in regest.
quia cognovimus. 19. quæst. 3. Tolet. Conc. ij.
quia corpus. de consecrat. dist. 2. Eusebius Emissenus.
quia dies. de consecrat. distinction. 5. Greg. vij.
quia divinitatis. de pœn. distinct. 1. Hieronymus.
quia ea. 3. q. 2. Pelag. Papa.
quia Episcopus. 5. quæst. 3. Anacletus Papa.
quia ergò. 35. q. 2. & 3. Grat.
quia ergò. dist. 22. Grat.
quia ex sola. 24. q. 1. Greg.
quia frater. 7. q. 1. Pelag. Papa.
quia igitur. dist. 63. Greg.
quia ingredientibus. 19. quæstion. 3. Gregorius.
quia in quibusdam. dist. 89. Chalced. Concil.
quia Joannes. 12. q. 5. Greg.
quia juxta. 5. quæst. 6. Gregorius in regesto.
quia juxta. 16. q. 1. Capit. Caroli & Ludovici.
quia morte. de consecrat. distinct. 2. Ambrosius.
quia passus est. de consecr. distinct. 2. Augustinus.
quia per ambitiones. distinction. 64. Gelasius.
quia præsulatus. 1. quæst. 4. Leo iiij.
quia radix. de pœnitent. dist. 2. Augustinus.
quia res. 11. quæst. 1. Gelasius Papa.
quia Sacerdotes. 10. quæst. 1. Hieron.
quia sancta. d. 63. Stephanus.
quia sanctitas. dist. 50. Gregor.
quia simpliciter. distinct. 56. Urbanus.
quia sunt. dist. 28. Greg.
quia te quasi. distinctione 50. Stephanus v.
quia tua fraternitas. 12. quæstion. 1. Gregorius.
quia verò. de pœn. dist. 2. Gratianus.
quia verò. de pœn. dist. 4. Gratianus.
quia verò. dist. 6. Grat.
¶ Quibus Episcopi. 11. quæstion. 3. Urbanus.
quibus peccata. 13. q. 2. Augustinus.
quibusdam narrantibus. 1. quæst. 1. Gregorius.
quibus temporibus. distinct. 76. Gratianus.
quicquid. 1. q. 1. Tolet. Conc.
quicquid. 12. qu. 2. Agathen. Concil.
quicquid. 32. q. 2. Aug.
quicquid. 32. q. 5. Nicol. Papa.
quicquid. de consecrat. distinction. 5. Hieronymus.
quicunque. distinction. 31. Gangrense Concil.
quicunque. dist. 50. Hieron.
quicunque. dist. 50. Syricius Papa.
quicunque. dist. 54. Tolet. Concil. iiij.
quicunque. dist. 77. Syricius Papa.
quicunque. distinction. 81. Nicænum Conc.
quicunque. 1. q. 1. Greg.
quicunque sacros. 1. qu. 1. Gregorius.
quicunque. 1. quæstion. 5. Urbanus in Concil.
quicunque. 2. quæstion. 6. Theodos. Codex.
quicunque. 6. qu. 1. Fabianus Papa.
quicunque. 11. quæst. 1. Codex Theodos.
quicunque. 11. quæstion. 3. Petrus Apostolus.
quicunque. 11. q. 3. Gelasius.
quicunque. 11. q. 3. Hieronymus.
quicunque. 12. q. 2. Greg. vij.
quicunque. 12. quæstion. 2. Toletan. Conc. iiij.
quicunque. 12. quæst. 3. Toletanum Conc. ix.
quicunque. 12. quæstion. 4. Brachar. Conc. ij.
quicunque. 12. quæstion. 5. Triburien. Concil.
quicunque. 14. q. 4. Iul. Papa.
quicunque. 16. quæstion. 1. Vuormat. Concil.
quicunque. 16. quæstion. 3. Toletan. Conc. iiij.

quicunque. 16. quæst. 7. Ambrosius.
quicunque. 16. quæstione 7. Toletan. Concil. iiij.
quicunque. 17. q. 4. Symmachus.
quicunque. 17. quæst. 4. Augustinus.
quicunque. 20. quæstion. 1. Isidorus.
quicunque. 23. quæst. 7. Augustinus.
quicunque. 23. quæstion. 8. Meldense Concil.
quicunque. 23. quæstion. 8. Toriburiense Concil.
quicunque. 23. quæst. 8. Augustinus.
quicunque. 24. qu. 1. Beda.
quicunque. 26. quæstion. 5. Toletan. Conc. xiij.
quicunque. 27. quæstion. 2. Isidorus.
quicunque. 33. quæst. 2. Pius Papa.
quicunque. de pœnitent. distinction. 1. Codex.
quicunque. de consecrat. distinct. 4. Marcin. Papa iij.
¶ Quid autem. dist. 45. Greg.
quid autem. 8. quæstione 1. Ambrosius.
quid autem. 24. q. 3. Leo Papa.
quid crudele. 23. q. 4. August.
quid culpatur. 23. q. 1. August.
quid dicam. 24. qu. 4. Augustinus.
quid enim prodest. distinct. 83. Pius.
quid ergò. 11. q. 3. Gregorius.
quid ergò. 23. quæst. 4. Augustinus.
quid ergò. 23. quæst. 5. Hieronymus.
quid ergo, de pœn. distinct. 3. Ioannes Chrysostomus.
quid est aliud. dist. 88. Cassiodorus.
quid est Christum. de consecr. dist. 2. Augustinus.
quid est hoc. distinct. 50. Gregorius.
quid est manus. dist. 78. Leo Papa.
quid est quicunque. 35. quæstion. 7. Augustinus.
quid est quod dicitur. de pœn. dist. 4. Gregorius.
quid facies. 23. qu. 4. Augustinus.
quid in omnib. 32. quæst. 7. Clemens.
quid obest. 11. quæst. 3. Augustinus.
quid prodest jejunare. distinction. 86. Ambrosius.
quid proderit. distinct. 61. Cœlestinus.
quid sit sanguis. de consecr. distinct. 2. Gregorius Papa.
quid verò. 1. quæstion. 6. Gratianus.
quid verò. 10. quæstion. 3. Gratianus.
quidam autem hæretici. 24. quæst. 3. Isidorus.
quidam verò è contrario. 23. quæst. 4. Augustinus.
quidam Clerici. distinction. 81. Toletanum Concil. iiij.
quidam Deo, de pœn. distinct. 1. Theod. Archiepisc. Cantuar.
quidam desponsavit. 27. quæstion. 2. Toliour. Concil.
quidam fornicatus. 24. quæstion. 1. Tribur. Concil.
quidam maligni. 5. quæstion. 1. Greg.
quidam monachi. 16. quæst. 1. Chalcedon. Conc.
quidam monachorum. 18. quæst. 2. Chalced. Conc. iiij.
quidam nubentes. distinct. 27. Augustinus.
quilibet fratrum. 8. quæstion. 5. Sixtus Papa j.
quinque modis. de consecr. distinct. 4. Gregorius.
¶ Quis aliquando. de pœn. distinct. 1. Ioan. Chrysost.
quis aut leges. distinct. 54. Gelasius.
quis autem. dist. 10. Gelas.
quis autem. de consecrat. distinct. 4. Augustinus.
quis dubitet. distinct. 96. Gregor. vij.
quis enim vestrum. 23. quæstion. 5. Augustinus.
quis existimaret. 26. q. 7. Augustinus.
quis ignorat. 32. qu. 4. Hieronymus.
quis locus. 1. quæst. 4. Augustinus.
quis nesciat. distinct. 9. Augustinus.
quis nesciat. distinct. 11. Innocentius j.
quis nos. 23. quæstion. 4. Augustinus.
quisquis Christianum. 23. quæst. 4. Augustinus.
quisquis Clericus. distinction. 84. Syricius Papa.
quisquis cum militibus. de pœn. dist. 1. Codex.
quisquis dixerit. de consecrat. dist. 4. Milevit. Conc.
quisquis Episcopus. 12. quæst. 2. Septim. Synod.
quisquis Episcoporum. 4. quæstion. 5. Carthag. Conc. iij.
quisquis ex concupiscentia. de consecr. dist. 4. Augustinus.
quisquis ille. 2. quæst. 8. Eutychianus Papa.
quisquis inventus. 17. quæst. 4. Ioannes Papa viij.
quisquis meus. 11. quæst. 3. August.
quisquis in negotiis. distinction. 87. Gelasius.
quisquis per pecuniam. 1. quæstion. 1. Gregorius j.
quisquis per dolum. 24. quæstion. 3. Gregorius Papa.
quisquis præceptis. 14. quæst. 1. Augustinus.
quisquis probatus. 2. quæst. 6. Milevitan. Conc.
quisquis pro aliquo. 24. quæstion. 1. Augustinus.
quisquis rebus. dist. 42. Augustinus.
quisquis vel quod. 23. q. 4. August.
¶ Quo auctu. 23. q. 8. Gelasius.
quo jure. distinction. 8. Augustinus.
quod absque. distinct. 12. Gratianus.
quod ad nos. distinct. 47. Cyprianus.
quod ait Sodomitis. distinct. 14. Augustinus.
quod à patribus. distinction. 75. Leo Episcopus.
quòd autem. distinct. 9. Gratianus.
quòd autem. dist. 27. Gratianus.
quòd autem. dist. 47. Gratianus.
quòd autem. dist. 55. Grat.
quòd autem. 1. q. 1. Grat.
quòd autem. 2. q. 1. Grat.
quòd autem. 2. q. 2. Grat.
quòd autem. 3. q. 8. Grat.
quòd autem bi qui. 4. quæst. 1. Nicolaus Papa.
quòd autem. 5. q. 3. Grat.
quòd autem. 5. q. 4. Grat.
quòd autem. 6. q. 1. Grat.
quòd autem. 6. q. 2. Grat.
quòd autem. 6. q. 5. Grat.
quòd autem. 7. q. 1. Grat.
quòd autem. 7. q. 2. Grat.
quòd autem. 8. q. 1. Grat.
quòd autem. 8. q. 2. Grat.
quòd autem. 8. q. 3. Grat.
quòd autem. 8. q. 4. Grat.
quòd autem. 9. q. 2. Grat.
quòd autem. 9. q. 3. Grat.
quòd autem. 12. q. 4. Grat.
quòd autem. 14. q. 1. Grat.
quòd autem. 14. q. 3. Grat.
quòd autem. 15. q. 1. Grat.
quòd autem. 16. q. 3. Grat.
quòd autem. 16. q. 6. Grat.
quòd autem. 16. q. 7. Grat.
quòd autem. 17. q. 1. Grat.
quòd autem. 17. q. 3. Grat.
quòd autem. 20. q. 3. Grat.
quòd autem. 21. q. 3. Grat.
quòd autem. 22. q. 2. Grat.
quòd autem. 22. q. 2. August.
quòd autem. 22. q. 4. Grat.
quòd autem. 22. q. 5. Grat.
quòd autem. 23. q. 2. Grat.
quòd autem. 23. q. 4. Grat.
quòd autem. 23. q. 5. Grat.
quòd autem. 23. q. 6. Grat.
quòd autem. 23. q. 7. August.
quòd autem. 24. q. 1. Grat.
quòd autem. 24. q. 2. Grat.
quòd autem pro peccato. 24. quæst. 3. Gratianus.
quòd autem. 25. q. 2. Grat.
quòd autem. 26. q. 2. Grat.
quòd autem. 26. q. 5. Grat.
quòd autem. 26. q. 6. Grat.
quòd autem. 27. q. 2. Grat.
quòd autem. 28. q. 1. Grat.
quòd autem. 29. q. 1. Grat.
quòd autem. 30. q. 1. Grat.
quòd autem. 30. q. 3. Grat.
quòd autem. 30. q. 4. Urban. ij.

quòd

quòd autem. 31. q. 2. Grat.
quòd autem. 31. q. 3. Grat.
quòd autem. 32. q. 1. Grat.
quòd autem. 32. q. 1. Aug.
quòd autem. 32. q. 2. Grat.
quòd autem. 32. q. 4. Grat.
quòd autem. 32. q. 5. Grat.
quòd autem. 33. q. 1. Grat.
quòd autem. 33. q. 1. Greg.
quòd autem. 33. q. 2. Grat.
quòd autem. 33. q. 4. Grat.
quòd autem. 33. q. 5. Grat.
quòd autem. 35. q. 1. Grat.
quòd autem. 35. q. 5. Alexand. ij.
quòd autem. 35. q. 7. Grat.
quòd autem. 36. q. 1. Grat.
quòd autem. de conf. dist. 4. Greg.
quòd benè. 6. quæstione 4. Nicolaus Papa.
quòd Christus. 23. q. 4. Ambros.
quòd Clericus. 11. q. 1 Grat.
quòd condicio. 27. q. 2. Isidorus.
quòd David. 22. q. 4. August.
quòd dèbetur. 14. q. 1. Aug.
quod Deo pavri. 33. q. 5. Aug.
quod dicit Dominus. distinctione 41. August.
quòd dicitis. distinction. 16. Nicolaus Papa.
quòd die dominico. dist. 75. Leo.
quòd Episcopus. 19. q. 1. Grat.
quod erraverat. 23. quæstion. 6. Augustinus.
quod interrogásti. distinct. 27. Nicol. Papa.
quòd intra. 20. q. 1. Grat.
quòd judex. 3. q. 7. Grat.
quòd juramentum. 22. quæst. 1. Gratianus.
quòd militare. 23. q. 1. Grat.
quòd monachi. 16. q. 1. Grat.
quòd nullus. dist. 25. Grat.
quod ordinatio. 9. q. 1. Grat.
quòd prædecessor. 11. quæst. 3. Zacharias Papa.
quòd priori. 13. q. 1. Grat.
quod pro remedio. 1. quæst. 7. Innocent. Papa.
quod pro necessitate. 1. quæstion. 1. Innocent.
quòd proposuisti. 32. quæst. 7. Gregorius.
quòd quidam. 1. q. 1. Aug.
quod quis commisit. 35. quæst. 9. Hilarius in Conc.
quòd restitutio. 3. q. 1. Grat.
quòd si accusatorum. 4. quæstion. 6. Hadr. Papa in Capit.
quòd si dormierit. 31. quæst. 1. Augustinus.
quòd si pœnitentiam. 27. quæst. 1. Cyprianus.
quòd suspecti. 3. q. 5. Nicol. Papa.
quòd verò. dist. 11. Grat.
quòd verò. 1. q. 5. Grat.
quòd verò. 2. q. 4. Grat.
quòd verò. 2. q. 7. Grat.
quòd verò. 3. q. 3. Grat.
quòd verò. 3. q. 4. Grat.
quòd verò. 3. q. 5. Grat.
quòd verò. 3. q. 10. Grat.
quòd verò. 11. q. 2. Grat.
quòd verò. 14. q. 4. Grat.
quòd verò. 14. q. 5. Grat.
quòd verò. 14. q. 6. Grat.
quòd verò. 15. q. 4. Grat.
quòd verò. 15. q. 6. Grat.
quòd verò. 20. q. 4. Grat.
quòd verò. 21. q. 4. Grat.
quòd verò. 23. q. 3. Grat.
quòd verò. 25. q. 1. Grat.
quòd verò. 25. q. 2. Greg.
quòd verò. 28. q. 2. Grat.
quòd verò. 32. q. 2. Augustin.
quòd voventes. 27. quæstione 1. Gratianus.
quodam loco. 26. quæst. 3. & 4. Augustinus.
quodcunque. 24. quæstione 1. Augustinus.
quomodo exaudit. de consecr. dist. 3. August.
quomodo renovari. de pœn. distinct. 2. August.
quomodo Sacerdos. 11. quæst. 3. Hieronymus.
quomodo virginibus. 31. quæst. 1. Hieronymus.
quoniam à quibusdam. 19. quæst. 3. Septima Synod.
quoniam de jure. distinct. 15. Gratianus.
quoniam diversarum. 21. q. 2. Sexta Synodus.
quoniam fœtus. distinct. 61. Gregorius.
quoniam idem. distinct. 10. Nicolaus Papa.
quoniam investituras. 16. quæst. 7. Greg. vij.
quoniam in quibusdam. distinct. 32. Chalc. Conc.
quoniam in quibusdam. 16. quæst. 7. Chalced. Conc.
quoniam in Romani. distinct. 31. Sexta Synod.
quoniam mos. distinct. 65. Nicænum Concil.
quoniam multa. distinct. 48. Nicænum Conc.
quoniam multi. distin. 47. Nicænum Concil.
quoniam multi. 24. quæst. 4. Nicænum Conc.
quoniam multos. 11. quæstione 3. Gregorius vij.
quoniam non cognovi. dist. 88. Ex verbis August.
quoniam quicquid. 1. q. 7. Hilarius Papa.
quoniam quicquid. 16. quæst. 1. Hieronymus.
quoniam quidam. dist. 75. Chalcedonense Conc.
quoniam quidam. dist. 100. Pelagius Papa.
quoniam quidem. dist. 18. Septima Synodus.
quoniam sanctæ. distinct. 16. Sexta Synodus.
quoniam sunt. de consecr. dist. 3. Nicæn. Concil.
quoniam Velina. 12. q. 1. Gregor.
quoniam vetusto. 24. quæst. 1. Hieronymus.
quoniam videmus. dist. 69. Septima Synodus.
quorum vices. distinction. 68. Urbanus ij.
quorundam Clericorum. dist. 23. Tolet. Conc. & Hispal. ij.
quorundam. distinct. 34. Nicolaus Papa.
quorundam. dist. 74. Gregor.
quos à paganis. de consecr. distinct. 4. Gregor.
quos constituerit. 1. q. 1. Gelasius.
quos Deus conjunxit. 33. quæst. 2. Isidorus.
quoties à populis. 1. quæstion. 7. Innocentius.
quoties cordis. 1. q. 7. Gregor.
quoties frater. 2. q. 4. Innocent.
quoties Episcopi. 2. q. 6. Felix ij.
quoties post. 2. quæst. 6. Theodosiana lex.
quoties verò. 22. q. 5. Hieronymus.
quoties ratio. 24. q. 1. Innoc. Papa.
quotiescunque. 33. quæst. 4. Augustinus.
quotquot. 27. quæstion. 1. Ancyr. Synodus.
quotidie. de consecrat. distinct. 2. Augustinus.

R.

Radicata est. de pœn. distinct. 1. August.
raptor. 27. q. 2. Capitular.
rapinam emere. 14. q. 5. Ambr.
raptores igitur. 36. quæstion. 2. Symmachus.
raptus est. 27. q. 2. Isidorus.
raptus quoque. 36. q. 1. Isidorus.
ratio nulla. 17. q. 4. Gregor.
rationis ordo. distinction. 100. Gregorius.

rationis. 16. q. 7. Greg.
¶ Reatina Ecclesia. distinction. 63. Leo iiij.
rebaptizare. de consecr. distinction. 4. Augustinus.
recurrat. 32. q. 4. August.
recedite. dist. 45. Hieron.
recedite. 23. q. 4. August.
regum officium. 23. quæstione 5. Hieronymus.
regula vestra. distinct. 17. Marcellus Papa.
regula. dist. 3. Isidorus.
regulæ sanctorum. distinct. 29. Gregorius.
regenda est. 10. quæstion. 1. Leo Papa iiij.
regenerante. de consecrat. distinct. 4. Augustinus.
redintegranda. 3. quæstion. 1. Ioannes Papa.
redintegranda. 3. q. 1. Eusebius.
relatum nobis. distinct. 27. Clemens Papa ij.
relatum est. 31. quæst. 1. Triburiense Concil.
relatum est. de consecrat. dist. 2. Toletan. Conc. xij.
relatum est. 10. q. 3. Greg.
relatum est. 11. q. 1. Alexander.
relatum est. 5. q. 2. Damasus.
relatio. 21. q. 1. Greg.
relata est. 10. quæstion. 1. Toletanum Concil.
relegentes. 23. q. 5. Pelag.
reliqui Sacerdotes. distinction. 67. Anacletus.
religiosam. 12. q. 2. Greg.
relictam. 30. q. 4. Gratian.
remittuntur. 23. q. 5. Ambros.
remissionem. 1. q. 1. August.
remoto. 7. q. 1. Hilar. Papa.
renovantes. distinction. 22. Sexta Synodus.
reos sanguinis. 23. quæstione 5. Gregorius.
reperiuntur. 1. q. 1. Ambros.
reperiuntur. de panitent. distinction. 3. Ambrosius.
reprehensibile. 23. quæstione 8. Nicolaus.
requisisti. 33. q. 1. Greg.
requiritis. 1. q. 7. Leo iiij.
res autem. 23. q. 5. Leo Papa.
res Ecclesiæ. 1. quæstione 3. Vrbanus Papa.
res Ecclesiæ. 12. quæstion. 1. Vrbanus Papa.
res in Episcopatu. 12. quæstion. 2. Gregorius.
responsa. dist. 2. Isidorus.
resecandæ. 24. quæstion. 3. Hieronymus.
resuscitatus. de panit. distinct. 1. Augustinus.
rescripta. 25. q. 2. Codex.
retulerunt. de consecrat. distinct. 4. Zacharias Papa.
reum ad Ecclesiam. 17. quæst. 4. Capitulari. 5.
revertimini. 16. quæstione 1. Hieronymus.
revertar. de pæn. dist. 4. Beda.
revera. de consecrat. distinct. 2. Ambrosius.
revera. 3. q. 9. Nicol. Papa.
revera. 32. q. 5. Ambros.
Rex debet. 23. q. 5. Cyprian.
¶ Rhodiæ. dist. 2. Isidorus.
¶ Ridiculum est. dist. 12. Nicolaus Papa.
ridiculum est. 11. quæstione 3. Augustinus.
¶ Rogo, hortor & moneo. 11. quæst. 3. Gregorius.
rogamus vos. 24. quæst. 1. Marcellus Papa.
rogationes. de consecr. distinct. 3. Aurelian. Conc. j.
Romanus. distinction. 81. Pelagius Papa.
Romanus Pontifex. de consecr. dist. 4. Isidorus.
¶ Rursus. 11. quæstion. 3. Carthagin. Concil. v.

S.

Sabbatho. de consecr. distinction. 3. Innocent.
sacerdos. 26. quæstion. 7. Carthaginen. Conc. iiij.
sacerdos. 3. q. 7. August.
sacerdos. de consecr. distinct. 2. Hieronymus.
sacerdos. 1. q. 2. Prosper.
sacerdos. de panitent. distinction. 6. Gregorius.
sacerdos. dist. 81. Eugen. Papa.
sacerdos. dist. 50. August.
sacerdote. de pæn. distinct. 1. Carthag. Conc. iiij.
sacerdotes. de conf. dist. 4. Greg.
sacerdotes. dist. 37. Hieron.
sacerdotes. 6. q. 1. Theleſphorus.
sacerdotes. 2. q. 7. Clemens.
sacerdotes. 12. quæstion. 4. Toletanum Conc. ix.
sacerdotes. 1. q. 1. Hieron.
sacerdotes. dist. 49. Hieron.
sacerdotes verò. distinct. 93. Clemens.
sacerdotes. d. 50. Nicol. Papa.
sacerdotes. 2. q. 7. Damas. Papa.
sacerdotium. de consecr. distinct. 2. Clemens Papa.
sacerdotium. 21. q. 3. Cyprianus.
sacerdotib. 11. q. 1. Greg.
sacerdotib. dist. 31. Beda.
sacerdotibus. de consecr. dist. 3. Aurelian. Concil.
sacerdotale officium. distinct. 61. Gregorius.
sacratas. dist. 23. Soter Papa.
sacramentum hactenus. 2. quæst. 5. Cornel.
sacramenta. 1. q. 1. August.
sacramenta altaris. de consecr. dist. 1. African. Cont.
sacrificium. de panitent. dist. 1. Ambros. ex David.
sacrificium. de consecrat. distinct. 2. Augustinus.
sacrilegium. 17. q. 4. Greg.
sacrosancta religio. 1. quæstion. 1. Gelasius.
sacrosancta Romana. distinction. 22. Anacletus.
sacrorum canonum. dist. 63. Ex Capitular. Carol. Imperat.
sacrorum canonum. 12. quæst. 2. Gregorius.
¶ Sal cælestis. de consecr. distinct. 4. Beda.
Salvator. 1. q. 3. Vrban. ij.
Salvator. de consecrat. distinction. 5. Didymus.
Salomon. 32. q. 4. Greg.
Salonitanæ. dist. 63. Greg.
Salvo in omnibus. 9. quæstion. 3. Augustinus.
saluberrimum. 1. q. 7. Leo.
sancimus. 12. q. 2. Tolet. Conc.
sancimus. 1. q. 7. Codex.
sancitum est. 23. quæst. 8. Vuormat. Concil.
sancium est. 7. quæstion. 1. Rothom. Concil.
sancta Romana. distinctione 15. Gelasius.
sancta octo. distinct. 16. Ex diurno libro, &c.
sancta quippe. 2. q. 7. Hieron.
sanctum est. de consecrat. distinct. 4. Augustinus.
sanctissimo in Christo. Epistola formata.
sanctimoniales. 20. quæst. 1. Carthag. Conc. iij.
sanctimonialis. distinct. 23. Carthag. Conc. iiij.
sanctis quippe. 11. quæstion. 3. Vrbanus ij.
sanctorum canonum. d. 70. Vrban. ij. ex Conc.
sanctorum patrum. 10. quæst. 1. Calixt. Papa ij.
sanctorum patrum. 1. quæst. 1. Calixt. Papa.
sana quippe. dist. 9. August.
sanè cavendum. de panit. distinct. 3. Augustinus.

Sanè consanguinitatis. 35. quæst. 2. & 3. Isidorus.
Sanè diximus. 15. q. 1. Ambros.
Sanè percussor. distin. 45. Anacletus Papa.
Sanè profertur. 24. quæst. 2. Quinta Synod.
Sanè quia. 6. q. 2. Vrban. ij.
Sanè qui quis. 15. q. 3. Codex.
Sanè quod super. 24. quæstione 2. Vrbanus ij.
Sanè si communi. distin. 65. Nicænum Concil.
Sanè si ex consensu. 2. quæst. 6. Carth. Concil. iv.
Sanè Theſſalonicenſes. 16. q. 7. Anaſtaſ. Bibliothec.
Sapiens non est. 6. quæstion. 1. Lucius Papa.
Sapiens nunquam. de pœn. distinct. 2. Ambros.
Satagendum. 25. q. 1. Pelagius Papa.
Satyra. dist. 2. Isidorus.
Satis evidenter. distinct. 96. Nicolaus Papa.
Satis hinc apparet. 33. q. 5. Aug.
Satis ostendimus. de consecr. distinct. 4. Augustinus.
Satis perversum. distinctione 56. Gregorius.
Satisfactio pœnitentiæ. de pœn. dist. 3. Augustl.
¶ *Scelus. 2. q. 1. Nic. Papa.*
Sceleratior omnibus. de pœn. distinct. 3. Leo Papa.
Scenicis. de consecr. distin. 2. Carthag. Conc. iij.
¶ *Schisma. 24. q. 1. Pelagius.*
Schismatici. 23. q. 6. Augustl.
¶ *Sciant cuncti. 2. q. 8. Codex.*
Sciat frater. 7. q. 1. Pelag. Papa.
Sciatis fratres. 33. q. 4. Hieron.
Sciendum. 8. q. 1. Greg.
Sciendum. 26. q. 3. & 4. Aug.
Sciendum est. 27. q. 1. Arel. Conc.
Sciendum. de pœn. distinction. 2. Gregorius.
Sciendum. dist. 29. Isidor.
Scimus autem. dist. 43. Anacletus.
Scimus vos non ignorare. 12. quæst. 1. Vrbanus Papa.
Scindite corda. de pœn. distinction. 1. Joelis ij.
Scire debes. 7. qu. 1. Cyprianus.
Scire debes. dist. 76. Ambrosius.
Scire vos oportet. 23. q. 8. Leo.
Scisciatis. 7. q. 1. Nic. Papa.
Scisciatur. 30. q. 4. Nic. Papa.
Scisciantibus. 15. q. 8. Nic. Papa.
Scis sancta. dist. 12. Leo ix.
Scisne. 6. q. 3. Pelagius Papa ij.
Scriptura dicit. de consecr. distinct. 2. Cyrianus.
Scripsit mihi. 7. q. 1. Greg.
Scripsit nobis. 27. q. 2. Nicol.
Scriptum est. 6. q. 3. Greg.
Scriptum est. 14. q. 5. Greg.
Scriptorum vestrorum. dist. 100. Gregorius.
¶ *Seculares. 33. quæst. 2. Carthag. Conc.*
Seculares. de consecr. distinct. 2. Agath. Concil.
Secunda autem. 4. quæstion. 2. & 3. Gratianus.
Secunda quæstio. 29. q. 2. Grat.
Secunda. de pœn. dist. 1. Hieron.
Secundam. 12. q. 2. Gratianus.
Secundum canonicam. 23. q. 8. Parisien. Conc.
Secundum catholicam. 11. quæstion. 3. Augustl.
Secundum Ecclesiæ. distinct. 19. Anastasius ij.
Secundum tropologiam. d. 37. Hier.
Secundum verba. 33. q. 5.
Secuti sunt. 2. q. 7. Beda.
Sed adhuc. 1. q. 3. Gratian.
Sed cùm in Episcoporum. 10. quæst. 2. Gratian.
Sed & cominùs. de pœn. distinction. 1. Ambros.
Sed & illud. 26. q. 2. Hieron.
Sed illud. dist. 45. Origenes.
Sed nec Adam. de pœn. distinction. 2. Ambrosius.
Sed notandum. dist. 29. Grat.
Sed pensandum. dist. 6. Gregor.
Sed ponatur. 11. q. 3. Grat.
Sed quæritur. dist. 37. Grat.
Sed si fortè. dist. 81. Lucius Papa.
Sedilionarios. distinct. 46. Carthagin. Concil. iij.
Sedulò monendi. distinction. 38. Augustinus.
Semel Christus. de consecr. distinction. 2. Augustl.
Semel immolatus. de consecr. distinct. 2. Prosper.
Sententia Cham. 2. quæst. 7. Anacletus Papa.
Sententia pastoris. 11. quæstion. 3. Gregorius.
Sententiam Romanæ. 35. qu. 9. Nicol. Papa.
Senatusconsultum. dist. 2. Isidorus.
Senti. 11. q. 3. Augustl.
Sæpè contingit. distinct. 50. VVormac. Concil.
Sæpè contingit. 2. q. 5. VVormac. Concil.
Sæpè fit. 12. q. 2. Tolet. Conc. vj.
Sæpè malorum. 28. quæst. 1. Toletan. Concil. iiij.
Sæpè principes. 23. quæst. 8. Toletan. Concil. iiij.
Sæpè je viiia. dist. 42. Greg.
Septuaginta. dist. 16. Athanasius.
Septies cadit. de pœn. dist. 3. Hieron.
Sequitur in utraque. distinct. 26. Gratianus.
Sequitur non percussorem. d. 45. Gratianus.
Sequitur non litigiosum. dist. 46. Gratian.
Sequitur secunda. 1. quæstion. 2. Gratianus.
Sequitur secunda. 27. quæst. 2. Gratianus.
Sequitur sexta. 2. quæstione 6. Gratianus.
Servanda est. dist. 32. Grat.
Servatis privilegiis. 25. q. 2. Hormisda Papa.
Servetur. 11. q. 3. Nicæn. Concil.
Servi autem. dist. 54. Grat.
Servitium. 18. q. 2. Vrban. ij.
Series consanguinitatis. 35. quæstion. 5. Isidorus.
Seriatim. dist. 32. Leo ix.
Serpens decepit. de pœnit. distinct. 1. Ambros.
Sex differentiæ. 23. q. 3. Aug.
Sexaginta. dist. 16. Zepherinus.
Sexto die. dist. 35. Ambros.
Sextâ actione. 15. quæstion. 7. Hispal. Concil. ij.
Sexta Synodus. dist. 16. Beda.
Sexta verò. 4. q. 6. Grat.
Sextam sanctam. de consecr. distinct. 3. Hadr. Papa.
Sextam Synodum. distinct. 16. Hadr. Papa.
¶ *Si accusatorum. 3. quæst. 10. Felix Papa.*
Si accusatorum. 4. quæstion. 6. Felix Papa.
Si ad scripturas. dist. 9. Aug.
Si ad peccatum. 22. q. 4. Aug.
Si ad matris. de consecr. dist. 4. Aug.
Si agrotans. 5. quæst. 3. Romana Synod. temp. Hadr.
Si agamus. de pœn. distinct. 1. Hieronymus.
Si aliquid. 22. q. 4. Beda.
Si aliquid. 22. q. 4. Soterus Papa.
Si aliquis. 26. q. 6. Epaun. Conc.
Si aliqua causa. 22. quæst. 1. Ioannes Chrysostomus.
Si Apostolus. de pœn. distinct. 3. Augustinus.
Si apud. 23. q. 5. Hieron.
Si audieris. 23. q. 5. Cyprianus.
Si averteris. de pœn. dist. 4. Dominus per Ezechiel.
Si autem aliquis. 5. q. 3. Anicet. Papa.
Si autem necdum. 36. quæst. 2. Melden. Concil.
Si autem Presbyteri. 15. q. 7. Carthagin. Concil.

Si autem provocatum. 2. q. 6. African. Concilium.
Si autem sine. 17. q. 4. Grat.
Si autem vobis. 11. q. 3. Clemens.
¶ *Si baptizata est. de cons. distin. 4. Augustinus.*
¶ *Si causa. 33. q. 4. Ambrosius.*
Si Clericus. 11. quæst. 1. Chalcedonense Concil.
Si Clerici. 11. q. 1. Tolet. Conc.
Si clericatus. 16. q. 1. Hieronymus.
Si concupiscentia. 15. q. 1. Aug.
Si consuetudinem. dist. 8. Greg.
Si credas. de cons. dist. 2. Ambros.
Sic autem. 1. q. 1. Aug.
Sic decet. 25. q. 2. Silverius Papa.
Sic enim. 28. q. 1. August.
Sic non sunt. de consecr. dist. 2. Hilarius Episcopus.
Sic non sunt. 32. q. 4. Aug.
Sic in sanctificando. de consecr. dist. 2. Cyprianus.
Sic omnes. dist. 19. Agatho Papa.
Sic populus. 1. q. 5. Hieronymus.
Sic quidam. 10. quæst. 1. Toletan. Concil. iij.
Sic quippe. 27. q. 2. Gregor.
Sic vive. 16. q. 1. Hieronymus.
Sicubi. 12. q. 5. Tarrac. Conc.
Si cui etiam. de pœn. distinct. 1. Augustinus.
Si cujus patruus. 35. q. 10. Innoc.
Si cujus uxorem. distinct. 34. Neocæs. Concil.
Si cupis. 16. q. 1. Hieron.
Si custos. 27. q. 1. Greg.
Sicut Apostoli. 11. quæst. 3. Fabianus Episcopus.
Sicut Achab. de pœnitent. distinct. 3. Gregorius.
Sicut ait. de pœn. dist. 3. Hieron.
Sicut alterius. 7. q. 1. Calixt. Papa.
Sicut antiquitus. 17. q. 4. Nicolaus.
Sicut bonum. 27. quæst. 1. Carthaginen. Conc. iiij.
Sicut Christus. 1. q. 1. Hieronymus.
Sicut crudelis. 32. q. 1. Ioannes Chrysostomus.
Sicut diœcesim. 16. quæst. 3. Toletanum Concil. iij.
Sicut domini. 16. q. 7. Paschal. ij.
Sicut Ecclesia. 12. q. 2. Gregor.
Sicut enim. 11. q. 1. Clemens.
Sicut enim. 32. quæst. 5. Ioannes Chrysostomus.
Sicut Episcopum. 1. q. 2. Gregor.
Sicut ergo. 35. q. 9. Gratian.
Sicut eunuchus. 1. q. 1. Aug.
Sicut excellentiam. 23. q. 4. Greg.
Sicut fideli. 1. q. 1. August.
Sicut ii, qui. dist. 47. Ambros.
Sicut inquit. 2. quæstione 7. Gregorius.
Sicut in sacramentis. de consecr. dist. 4. Augustinus.
Sicut in unaquaque. 21. q. 2. Rhem. Concil.
Sicut Iudas. de consecr. distinction. 2. August.
Sicut is. 1. q. 6. Gregor.
Sicut neophytus. distinctione 48. Gregorius.
Sicut non alii. de consecr. distinct. 1. Felix.
Sicut non est. 23. q. 4. Aug.
Sicut non omnis. 32. q. 2. Hier.
Sicut non suo. dist. 46. Leo Papa.
Sicut nostis. de consecr. distinction. 4. August.
Sicut omnino. 12. q. 2. Gregor.
Sicut primi. de pœn. dist. 1. Aug.
Sicut quædam. dist. 14. Leo Papa.
Sicut quamvis. dist. 97. Gelasius.
Sicut qui. 17 q. 4. Pius Papa.
Sicut qui monasteria. 20. qu. 1. Eugenius ij. in Synod.
Sicut sacerdotes. 2. q. 7. Fabianus.
Sicut sancti. distinct. 15. Greg.
Sicut saxius. 32. q. 4. August.
Sicut semel. dist. 68. Greg.
Sicut semina. 32. quæstione 2. Hieronymus.
Sicut sexti. de pœnit. distinct. 2. Augustinus.
Sicut sine. 2. q. 1. Gregor.
Sicut stellæ. distinct. 38. Zepherinus Papa.
Sicut tribus. de pœn. distinct. 2. Augustinus.
Sicut verus est. de consecr. distinct. 2. Ambrosius.
Sicut vir. 7. q. 1. Evarist. Papa.
Sicut viri. dist. 40. Isidorus.
Sicut vrgeri. 1. q. 1. Aug.
¶ *Si de area. 25. q. 2. Aug.*
Si decreta. dist. 20. Nicol. j.
Si de reb. 23. q. 7. Aug.
Si Diaconus. distinct. 81. Aurelian. Conc. j.
Si dicat vir. 33. q. 5. Aug.
Si dominus. 11. q. 3. Hieron.
Si ducturi. 32. q. 6. August.
Si duo soror. distinct. 79. Honor. Augustinus.
Si duo fratres. distinct. 50. Triburien. Concil.
Si duo vel. 35. q. 6. Urban. in Conc.
¶ *Si ea, de quib. 23. q. 4. Aug.*
Si ea destruerem. 25. q. 2. Greg.
Si Ecclesia. 23. q. 4. Aug.
Si enim. 27. q. 2. Ioan. Chrysost.
Si enim inquit, de panit. distinct. 2. Hieron.
Si eos, de quibus. de consec. distinct. 4. Augustin.
Si Episcopus. dist. 50. Agath. Conc.
Si Episcopus. 11. q. 3. Epaun. Concil.
Si Episcopus. 3. q. 2. Felix j.
Si Episcopus. 16. quæst. 3. Aurelian. Conc. j.
Si Episcopus. 12. quæstion. 2. Toletan. Concil.
Si Episcopus Metropolitanus. distinctione 18.
Si Episcopus. 12. q. 5. Agath. Conc.
Si Episcopo. 2. q. 5. Vuormac. Conc.
Si Episcopum. 16. q. 6. Greg.
Si Episcoporum. 21. q. 5. Greg.
Si ergo. 8. q. 1. Origen. ex lib. Num.
Si Evangelica. distinct. 55. Pelagius.
Si ex bono. de pœn. distinct. 4. Augustinus.
Si ex Laicis. 10. quæstion. 1. Ilerdens. Concil.
Si expositus. distinction. 87. Arelat. Concil. ij.
¶ *Si famina. 29. q. 2. In Concil. apud Vermerias.*
Si fanera veris. 14. q. 3. Aug.
Si forte. dist. 63. Leo Papa.
Si fortè. de pœn. dist. 1. Codex.
Si fortè. 17. q. 4. Clemens.
Si fortè, dist. 65. Sardic. Conc.
Si fortè. 21. q. 5. Arelat. Conc.
Si fortasis. 16. q. 6. Leo iiij.
Si fur, aut latro. 13. quæst. 2. Aurel. Concil.
¶ *Si gens Anglorum. dist. 56. Bonifac. martyr.*
Significastis. 1. q. 1. Fabianus.
Signum est. de cons. distinct. 2. Augustinus.
¶ *Si habes. 24. q. 3. August.*
Si hæreticus. 2. quæst. 7. Novel. constit. apud Iul.
Si homo. 35. quæst. 2. & 3. In Concil. apud Vermerias.
Si homo. 27. q. 1. Greg.
Si homicidium. 23. quæstion. 5. Augustinus.
¶ *Si igitur. 24. q. 3. Hieron.*
Si ille, qui. dist. 50. Hormisda Papa.
Si illic. 23. q. 4. Gelasius.
Si Imperator. dist. 96. Ioan. Papa.
Si in adjutorium. distinct. 10. Augustinus.
Si infidelis. 28. q. 1. Ambros.
Si infidelis. 28. q. 2. Greg.
Si in Laicis. dist. 38. Leo Papa.
Si inimicus est. dist. 93. Petrus in ordinatione Clementis.
Si inimicus. 11. quæst. 3. Petrus Apostolus.
Si in morte. 23. q. 8. Greg.
Si in plebibus. dist. 63. Isidorus.
Si in qualibet. 20. quæstion. 2. Toletan. Concil.
Si inter bonos. de consecr. distinct. 4. Augustin.

si inter Episcopos. 6. q. 4. Bonifacius Papa.
si is, qui præfl. 11. q. 3. Isidorus.
si is, qui. 23. q. 4. Greg.
si jubet. 26. q. 6. Carth. Conc. ij.
si Iudas. de pœn. dist. 4. Aug.
si justus. 1. q. 1. August.
si juxta Apostolum. distinct. 38. Hieronymus.
¶ *Si laicus. dist. 31. Hier.*
si laici uxor. dist. 34. Mart. Brach. in Conc.
si lapsis. dist. 50. Greg.
si legitimi. 2. quæstion. 4. Agathense Concil.
¶ *Si mala fama. 2. q. 5. Hincmarus Episcopus.*
si Metropolitanus. 6. q. 4. Alexand.
similiter. 3. q. 5. Iulius Papa.
similiter. 16. quæst. 1. Symmach. in vj. Synod.
simili modo. 28. q. 1. Eutychian.
similem Deo. de pœn. distinctione 2. Ambros.
si Monachus. 16. q. 1. Innoc. Papa.
si motum fuerit. de consecr. distinct. 1. Iginus Papa.
si mulier. dist. 5. Greg.
¶ *Sine exceptione. 12. quæst. 2. Leo Papa.*
sine literis. 8. q. 5. Grat.
sine ornatu. 21. q. 4. Leo iiij.
sine pœnitentia. de consecr. distinct. 4. Ambros.
si non sunt. de cons. dist. 2. Hilarius Episcopus.
si non sanctificatur. de cons. dist. 4. August.
si non ex fide. 23. quæstion. 4. Gregorius.
si non licet. 23. q. 5. August.
si nulla. 23. q. 8. Nicol. Papa.
si nulla. de cons. dist. 4. Leo Papa.
singuli accipiunt. de cons. distinct. 2. Hieron.
singula Ecclesiastica. distinct. 89. Gregorius.
si nupserit. distinctione 27. Hieronymus.
sint manifestæ. 12. quæst. 1. Canon. Apostol.
sint tibi quotidiana. de consecr. dist. 5. Hieronymus.
sint tibi jejunia. de consecr. distin. 4. Hieronymus.
¶ *Si officia. dist. 59. Zozimus.*
si omnia in hoc seculo. 6. quæstion. 1. Anacletus.
¶ *Si Papa. distinct. 40. Ex dictis Bonifac.*
si pater. 30. quæstione 4. Chalcedon. Concil.
si Paulus. 32. q. 5. Hieron.
si peccatum esset. 22. quæst. 1. Augustinus.
si peccatum David. de pœn. distinct. 1. Gregorius.
si peccaverit. 2. quæstione 1. Augustinus.
si per ebrietatem. de consecr. distin. 2. Beda.
si per ordinationem. distin. 63. Paris. Conc. j.
si per soriarias. 33. q. 1. Hincmarus Rhemens. Archiepisc.
si per negligentiam. de consecr. dist. 2. Pius.
si Petrus. 24. q. 1 Ambr.
si Petrus. 8. q. 1. Ioannes iij.
si plures. 16. q. 7. Tribur. Conc.
si post ordinationem. dist. 50. Mart. Papa j.
si Presbyter. 1. q. 1. Isidorus.
si Presbyter. 26. q. 6. Iulius.
si primates. 5. quæstione 2. Felix Papa ij.
si privatum. 12. quæst. 1. Aug.
si propterea. 23. q. 5. Aug.
si propterea. de pœnit. distinctione 1. Augustinus.
si publicis. 22. quæstione 4. Toletan. Concil. viij.
¶ *Si qua de rebus. 12. q. 2. Ancyrana Synodus.*
si qua famina. distinct. 50. Eliberit. Concil.
si qua fuerit. 31. quæst. 1. Eliberit. Concil.
si qua Monacharum. 27. quæstion. 1. Gregorius.
si qua mulier. distinct. 30. Gangren. Concil.
si qua mulier suo. dist. 30. Gangren. Concil.
si qua mulier. 19. quæst. 3. Authent.
si qua mulier. 31. q. 1. Ex Conc. apud Vermerias.
si qua mulier. 35. quæst. 10. Romana Synod.
si qua mulier. 35. quæst. 10. Innocent.
si qua mulier. 35. q. 10. Higinus Papa.
si qua mulier. de cons. dist. 4. Ex Concil. Mart. Brach.
si qua vidua. dist. 28. Martin. Brachar. in Conc.
si qua virgo. 27. q. 1. Chalc. Conc.
si quando videris. de pœn. dist. 3. Hieronymus.
si quando. 2. quæstione 6. Hadrianus Papa.
si quandoque à Sacerdotibus. 15. q. 6. Alexander Papa.
si quatuor. 23. q. 8. In Conc. apud Vermerias.
¶ *Si quæ causæ. 11. q. 1. Innocentius Papa.*
si quælibet. 22. q. 2. Greg.
si quem à clericatu. 16. q. 1. Greg.
si quem fortè. 24. q. 1. Aug.
si quem pœnituerit. 2. q. 3. Capitularium liber.
¶ *Si qui apud. de consecr. distinct. 4. Augustinus.*
si qui à simoniacis. 1. quæstione 1. Urbanus.
si qui Clerici. distin. 74. Carthaginen. Concil.
si qui Clerici. 11. q. 1. Chalc. Conc.
si qui Clerici. 1. q. 1. Leo.
si qui Clericorum. 11. q. 1. Aurelianense Conc. iij.
si qui Episcopi. 1. q. 1. Leo.
si qui Episcopi. 25. q. 2. Leo.
si qui Episcopi. distin. 92. Ancyran. Concil.
si qui ex fratribus. 11. quæst. 1. Clemens.
si qui filii. distinct. 30. Gangrense Concil.
si qui inventi. 5. quæst. 1. Eliberitan. Concil.
si quilibet. dist. 54. Greg.
si qui necessitate. de consecr. distin. 4. Leo Papa.
si qui parentes. 31. quæst. 3. Eliber. Concil.
si qui Presbyteri. 1. q. 7. Cyprian.
si qui sine examinatione. dist. 81. Nicæn. Concil.
si qui sunt vituperatores. 2. quæst. 7. Evarist. Papa.
si qui sunt. dist. 81. Greg. vij.
si qui vel temeritate. 1. q. 7. Gelasius.
si qui voluerint. 1. quæstion. 7. Nicæna Synod.
si qui verò. 7. q. 1. Nicæn. Conc.
si qui verò. de pœn. dist. 5. Nicænum Concil.
si qui verò. dist. 32. Greg.
si quicquid. de cons. dist. 4. Aug.
si quid de quocunque. 15. quæstion. 7. Gregor.
si quid in Ecclesia. 2. q. 7. Gelas.
si quid inveniſti. 14. q. 5. Aug.
si quid veri. dist. 37. Aug.
si quid verò. dist. 86. Greg.
¶ *Si quis Abbas. 18. q. 2. Triburiense Concil.*
si quis ab Episcopo. 2. qu. 7. Arelat. Concil.
si quis abscidit. distinct. 55. Canon. Apostolor.
si quis acceperit. 33. q. 1. In Conc. apud Compend.
si quis à catholica. 23. quæst. 4. Augustinus.
si quis ad te. 22. q. 2. Aug.
si quis à medicis. distin. 55. Nicænum Concil.

Si quis Apostolicæ. distinct. 79. Nicol. Papa v.
si quis à proprio. 11. quæst. 3. Antioch. Concil.
si quis à proprio. 21. quæst. 5. Antioch. Concil.
si quis à vero. 3. quæstion. 4. Pius Papa.
si quis amodò. distinct. 81. Alex. v.
si quis ancillam. 29. quæstion. 2. Iulius Papa.
si quis ariolos. 26. quæst. 5. Gregorius Iunior.
si quis autem. distinctione 37. Hieronymus.
si quis ausus. distinct. 71. Nicænum Concil.
si quis autem. de consecrat. dist. 4. Leo Papa.
si quis autem. distinct. 18. Arelaten. Concil. v.
si quis autem. 1. q. 6. Gregor.
si quis autem. distinction. 94. Alexander 3.
si quis autem. de pœn. distinction. 7. August.
si quis autem. de pœn. distinct. 3. Augustinus.
Si quis basilicam. de consecr. dist. 1. Brachar. Conc. v.
Si quis Calendas. 26. quæst. 7. Zachar. Papa.
si quis carnem. distinct. 30. Gangren. Concil.
si quis Clericus. distin. 81. Aurel. Synodus iij.
si quis Clericus. 14. qu. 4. Tarracon. Concilium.
si quis Clericus. 16. q. 7. Pasch. v.
si quis Clericus. 17. q. 4. Ex pœnitentiali Roman.
si quis Clericus. 26. quæst. 5. Aurelian. Conc. 3.
si quis Clericus. 3. q. 6. Sixtus.
si quis Clericus. 11. quæstion. 1. Sylvester.
si quis Clericorum. distin. 47. Eliberit. Concil.
si quis circa. 2. q. 3. Gajus Papa.
si quis coactus. 22. qu. 5. Theodorus in pœniten.
si quis confugerit. 1. qu. 1. Nicænum Concil.
si quis conjugatus. 27. quæst. 2. Octava Synod.
si quis contristatus. distinct. 50. Fab. Papa.
si quis contumax. 17. quæst. 4. Tribur. Concil.
si quis convictus. 22. quæst. 5. Matisc. Concil. 3.
si quis cum Clerico. 11. q. 1. Carthagin. Conc. iij.
si quis cum duabus. 33. quæstione 2. Nicolaus.
si quis cum duabus. 34. quæst. 1. & 2. Tribur. Conc.
si quis cum matre. 33. quæst. 2. Nicolaus.
si quis cum matre. 34. qu. 1. & 2. ex Conc. Trib.
si quis cum matre. 35. qu. 2. In Concil. apud Vermer.
si quis cum militibus. 6. quæstione 1. Codex.
si quis cum nouerca. 32. q. 7. Tribur. Concil.
si quis cujuslibet. 21. q. 5. Carthagin. Concil. v.
Si quis dator. 1. q. 3. Greg.
si quis de alio. de cons. dist. 4. Lugdunense Concil.
si quis de alterius. dist. 58. Carthagin. Conc. v.
si quis de Clericis. 12. quæst. 2. Agath. Concil.
si quis de Clericis. 12. quæst. 2. Aurel. Concil.
si quis de corpore. 26. q. 6. Mart. Brachar. in Conc.
si quis dederit. 24. qu. 1. Iul. Papa.
si quis deinceps. 16. qu. 7. Gregor. viij.
si quis deinceps. 17. quæst. 4. Alex. v.
si quis de ordine 7. quæst. 1. Meldense Concil.
si quis de laicis. distin. 34. Aurelian. Concil.
si quis de potentibus. 24. q. 3. Toletan. Conc. 3.
si quis dereliquerit. dist. 30. Gangrense Concil.
si quis de religioso. distin. 77. Gelasius Papa.
si quis desponsata. 27. quæst. 2. Ambr.
si quis desponsaverit. 27. quæst. 2. Iulius Papa.
si quis desponsaverit. 27. quæst. 2. in Canon.
si quis Diaconus. distin. 50. Isidorus.
si quis discernit. distin. 28. Gangrense Concil.
si quis divinis. 30. quæst. 5. In Novell.
si quis dixerit. 11. qu. 3. Hieronymus.
si quis docet. distinct. 30. Gangrense Concil.
si quis docuerit. distinct. 28. Canon. Apostol.
si quis dogmata. 25. quæst. 2. Nicol. Papa.
Si quis Ecclesiam. 17. q. 4. Iginus Papa.
si quis eorum. distinct. 30. Gangrense Concil.
si quis eorum. dist. 32. Sexta Synod.
si quis Episcopus. distinct. 81. Canon. Apostol.
si quis Episcopus. distinct. 83. Gregorius vij.
si quis Episcopus ordinatus. distin. 92. Antiochen. Concil.
si quis Episcopus per manus. dist. 92. Antioch. Conc.
si quis Episcopus vacans. distinct. 92. Antioch. Concil.
si quis Episcopus. 1. quæst. 1. Chalced. Concil.
si quis Episcopus 1. q. 3. Greg.
si quis Episcopus. 1. q. 7. Martin. Brachar. ex Conc.
si quis Episcopus. 2. quæst. 6. Sardic. Concil.
si quis Episcopus. 2. quæst. 7. Romana Synod.
si quis Episcopus. 6. quæst. 4. Laodic. Concil.
si quis Episcopus. 6. qu. 4. Martin. Brachar. in Conc.
si quis Episcopus. 6. qu. 4. Antioch. Conc.
si quis Episcopus. 7. quæstion. 1. Leo Episcopus.
si quis Episcopus. 10. qu. 2. Martin. Brachar. in Conc.
si quis Episcopus damnatus. 11. qu. 3. Antioch. Conc.
si quis Episcopus. 11. q. 3. Martin. Brachar. ex Conc.
si quis Episcopus. 11. qu. 3. Eutych. Papa.
si quis Episcopus. 16. quæst. 7. Can. Apost.
si quis Episcopus. 21. qu. 5. Martin. Brachar. in Conc.
si quis Episcopus. 23. q. 8. Antiochen. Concil.
si quis Episcopus. 26. quæst. 5. Tolet. Conc. iiij.
si quis Episcopus. 27. q. 1. Sexta Synod. in Trullo.
si quis Episcoporum. 2. quæst. 3. Damasus Papa.
si quis Episcoporum. distinct. 18. Tarrac. Concil.
si quis Episcoporum. 3. quæst. 6. Fabianus.
si quis Episcoporum. 16. q. 5. Nicolaus Papa.
si quis erga. 2. quæstione 7. Alexander.
si quis etiam. de consecr. dist. 1. Agath. Concil.
si quis ex Clericis. distinction. 23. Gregorius iij.
si quis ex Episcopis. dist. 79. Stephan. Papa iij.
si quis ex Sacerdotibus. Leo Papa iiij. ex Concil.

si quis extra Ecclesiam. dist. 30. Gangrense Conc.

si quis ex uno. 30. q. 4. Innocent.

¶ *Si quis falsum. 3. qu. 6. Octava Synod.*

si quis filiastrum. 30. qu. 1. Ex Conc. apud Vermer.

si quis fortitudinem. 23. quæst. 3. Hieronymus.

si quis frater. 11. quæstion. 3. Octava Synod.

si quis fuerit. 32. qu. 7. Martin. Brachar. in Conc.

¶ *Si quis genilis. 28. qu. 1. Eutych. Papa.*

¶ *Si quis habuerit. 28. quæst. 2. Meldense Conc.*

si quis hæresica. 1. q. 1. Leo.

si quis hominem. 11. quæst. 3. Hieronymus.

si quis homicidium. distin. 50. Matisc. Concil.

¶ *Si quis jam. 21. quæst. 2. Chalced. Concil.*

si quis in atrio. 17. quæst. 4. Tribur. Concil.

si quis in clero. 7. quæstion. 1. Agath. Concil.

si quis incognitus. 17. quæst. 2. Bonifacius.

si quis in ægritudine. dist. 57. Neocæsariense Concil.

si quis ingenuus. 29. q. 2. in Conc. apud Vermer.

si quis in infirmitate. dist. 55. Ilerden. Concil.

si quis in Metropolitana. dist. 65. Tarracon. Conc.

si quis in quit. 1. q. 1. Cyprian.

si quis iratus. 2. q. 3. Fabian. Papa.

si quis iratus. de pœn. distinct. 1. In canonib.

si quis irascitur. 13. q. 3. Aug.

si quis insaniens. 15. quæstion. 1. Theodorus.

si quis in tantum. 1. quæstione 4. Codex.

si quis intrat. de consecr. dist. 2. Mart. Brach. in Conc.

si quis Iudaicæ. 28. quæstion. 1. Urban. Concil.

si quis judicem. 2. quæst. 6. Fabian. Papa.

¶ *Si quis Laicus. 16. quæst. 1. Magunt. Conc.*

si quis Laicus. 11. quæstion. 3. Toletan. Concil. j.

si quis Laicus. 22. quæst. 5. Augustin.

si quis liber. 29. q. 2. Zacharias.

¶ *Si quis membrorum. 23. qu. 8. Eutych. Papa.*

si quis Monachus. distin. 90. Octava Synod.

si quis Monachus. 16. q. 1. Gelas.

¶ *Si quis necandi. de pœn. distinct. 1. Codex.*

si quis necessitate. 34. qu. 1. & 2. Ex Conc. apud Vermer.

si quis neque. 1. q. 1. Greg.

si quis non dicam. 36. q. 2. Codex.

si quis non dicam. de pœn. distinct. 1. Codex.

si quis non iratus. 15. quæst. 1. Hieronymus.

si quis non recto. 24. quæst. 3. Hieronymus.

si quis nuptias. distin. 30. Gangrense Concil.

¶ *Si quis objecerit. 1. q. 3. Paschal. Papa.*

si quis obligatus. dist. 54. Mart. Brachar. ex Conc.

si quis obligatus. 14. q. 4. Mart. Brachar. ex Conc.

si quis omnem. 1. quæstion. 7. Septima Synod.

si quis ordinatus. dist. 92. Mart. Brachar. in Conc.

¶ *Si quis Papa. dist. 79. Symmachus Papa.*

si quis pecunia. distinct. 79. Nicolaus Papa ij.

si quis peieraverit. 22. quæst. 5. Gelas. Papa.

si quis per capillum. 22. quæst. 1. Pius Papa.

si quis per ignorantiam. 1. quæstion. 1. Isidorus.

si quis per superbiam. dist. 30. Gangr. Concil.

si quis per vetus. 22. quæstion. 2. Gregorius.

si quispiam. distinction. 81. Eugenius Papa.

si quis post. distinct. 33. Canon. Apostolor.

si quis positus. de pœnit. distinct. 7. Augustinus.

si quis post baptismum. dist. 51. Tolet. Concil. j.

si quis post remissionem. dist. 50. Innocentius.

si quis potestatem. 33. quæstione 4. Ambros.

si quis præbendas. 1. quæst. 3. Innocentius ij.

si quis præpropera. distinction. 50. Cyprianus.

si quis Presbyter. dist. 24. Mart. Brachar. in Conc.

si quis Presbyter. distin. 30. Ex Concil. Mart. Brachar.

si quis Presbyter. distinct. 50. Martin. Brachar.

si quis Presbyter. distin. 92. Martin. Bracharin Conc.

si quis Presbyter. 2. quæst. 4. Gregorius ij.

si quis Prebyter. 7. quæst. 1. Antioch. Concil.

si quis Presbyter. 11. quæst. 3. Carth. Concil. ij.

si quis Presbyter. 15. quæst. 8. Martin. Brachar. in Concil.

si quis Persbyter. de consecr. distin. 4. Canon. Apostol.

si quis prævenus. 22. quæst. 4. Isidorus.

si quis principium. 16. quæst. 7. Calixt. Papa.

si quis propter. 1. q. 2. Prosper.

si quis propter Deum. dist. 30. Gangrense Conc.

si quis pro ægritudine. distinct. 55. Ex Mart. Brachar.

si quis pulsatus. de pœnitent. distinct. 1. Digestis.

si quis putaverit. 2. q. 6. Victor.

si quis putaverit. 2. quæst. 6. Sixtus Papa ij.

¶ *Si quis qualibet. 12. quæst. 2. Agath. Conc.*

si quisquam. 11. q. 3. Pelagius.

¶ *Si quis rapuerit. 27. qu. 1. Novel. Justin. Imper.*

si quis reliquerit. dist. 30. Gangr. Conc.

si quis Romipetas. 24. q. 3. Calixtus Papa.

¶ *Si quis Sacerdos. 20. quæstion. 1. Cælestinus.*

si quis Sacerdotum. distinctione 81. Alex. ij.

si quis Sacerdotum. 11. quæst. 1. Pius Papa.

si quis sacro. 27. quæst. 1. Aurelian. Concil.

si quis servum. 17. quæst. 4. Gangrense Concil.

si quis servum. 17. quæst. 4. Martin. Brachar.

si quis semel. de pœnit. dist. 2. Octava Synod.

si quis sponsam. 27. quæst. 2. Tribur. Concil.

si quis suadente. 17. quæstion. 4. Innocent.

si quis super his. 2. quæstione 7. Gregorius.

¶ *Si quis tam fœminam. de pœnit. dist. 1. Digest.*

si quis tanquam. distin. 30. Gangrense Concil.

si quis trigesimum. distin. 78. Bonifac. Papa.

si quis tumidus. 15. quæst. 7. Carthag. Conc. j.

¶ *Si quis vel virginitatem. distin. 30. Gangr. Conc.*

si quis vestrum. 2. q. 6. Sixt. Papa.

Si quis verò. 11. q. 3. Ambr.
Si quis verò. 5. quæstione 6. Agathen. Concil.
Si quis viduam. distinct. 50. Ex Mart. Brachar.
Si quis viduam. distinction. 34. Innoc. Papa.
Si quis viduam. distinct. 34. Canon. Apostolor.
Si quis viduam. 32. quæst. 7. Magunt. Concil.
Si quis virginem. 36. quæst. 2. Gregorius ij.
Si quis virorum. distinct. 30. Gangr. Concil.
Si quis vituperat. dist. 31. Gangrense Concil.
Si quis vivente. 31. qu. 1. Triburiense Concil.
Si quis voluntarie. distinct. 50. Mart. Brach. ex Capit.
Si quis voluerit. de consecr. dist. 4. Ex Conc. apud Beluacum.
Si quis votum. 27. quæstione 1. Theodorus.
Si quis usuram. 14. quæstione 4. Ambrosius.
Si quis vult. 16. q. 7. Bonif.
Si quis vult. distinctione 36. Hieronymus.
Si quis uxorem. 32. quæst. 1. Ioannes Chrysost.
Si quis uxorem. 32. quæst. 1. Theod. in paniten.
Si quis uxorem. 27. quæstione 2. Gregorius.
¶ *Si quod verius. 33. quæst. 2. Augustinus.*
Si quos de servis. 12. quæst. 2. Agath. Concil.
Si quos. 23. quæst. 4. Greg.
Si quotiescunque. de consecr. distinct. 1. Ambrosius.
Si refugientes. de pæn. dist. 4. Petrus Apostolus.
Si res aliena. 14. quæstione 6. Augustinus.
Si revera. de consecr. dist. 4. Pelagius Papa.
Si Romanorum. distinct. 19. Nicolaus Papa.
Si Sacerdos. 6. quæstione 1. Anacletus Papa.
Si Sacerdos. de pæn. distinct. 1. Hieronymus.
Si Sacerdotes. 16. quæst. 3. Toletanum Concilium ix.
Si seculi. 12. q. 2. Gregor.
Si se cuiquam. distinct. 28. Aurelian. Conc. 3.
Si servus meus. de pænit. distinction. 2. Augustinus.
Si servus. dist. 54. Aurel. Conc.
Si servus. distin. 54. Iustin. auth. de san. Episcop.
Si solus. dist. 8. Cyprian.
Si Subdiaconus. distinct. 34. Martin. Brachar.
Si tantùm Episcopus. 6. qu. 2. Vasense Conc. primum.
Si testes omnes. 4. quæstione 2. & 3. Digestis.
Si transitus. distinct. 79. Symmachus Papa.
Si tu rector discretus. distinct. 43. Gregorius.
Si tribunum. 11. q. 1. Ambr.
Si triginta annorum. distinct. 78. Zacharias.
Si tu abstines. 27. quæst. 2. Ioan. Chrysostomus.
Sive de conjugii. 33. quæst. 2. Nicol. Papa.
Sive hæreticus. de consecr. distinct. 4. Beda.
Sive parvuli. de consecr. dist. 4. Cælestinus Papa.
Si verò qui. distinct. 50. Gerundense Concil.
Si verum. 31. q. 2. Vrbanus.
Si vir simplex. distinction. 27. Theodorus.
Si vir & uxor. 35. quæst. 2. & 3. Augustinus.
Si vir & uxor. 27. quæst. 2. Eugenius Papa in Synod.
Si virgo. 34. quæstione 1. & 2. Augustinus.
Si vos contra. 23. quæstione 5. Augustinus.
Si vobis fratres. 23. quæstion. 8. Osius Episcopus.
Si uxorem. 32. q. 5. August.
¶ *Solet quæri. 32. quæst. 2. Augustinus.*
Solet etiam. de consecrat. dist. 4. Augustinus.
Solent plures. de consecr. dist. 1. Cabilon. Concil.
Solennitates. de consecr. dist. 1. Felix Papa.
Solennitates. de consecr. distinction. 1. Gregor.
Solicitum quoque. distinct. 84. Gratianus.
Solicitudo. distinctione 52. Alexander ij.
Solicitatores. de pœnitent. distinct. 1. Digest.
Sors non est aliquid. 26. quæst. 2. Augustinus.
Sortes. 26. quæst. 5. Leo iiij.
Sortilegi sunt. 26. q. 1. Isidor.
¶ *Species & similitudo. de consecr. dist. 2. Gregor.*
Spiritus sanctus. 1. q. 1. Leo.
Spiritus sanctus. de consecr. distin. 5. Melchiad. Papa.
Sponsus ille. dist. 56. August.
Sponsus & sponsa. dist. 23. Carthagin. Conc. iiij.
Sponsus & sponsa. 30. qu. 5. Carthag. Conc. iiij.
Sponsalia. 30. q. 2. Gratianus.
¶ *Statuit quoque. 2. qu. 5. Saleguss. Concil.*
Statutum est. 2. q. 6. Carth. Concil.
Statuimus. 16. q. 1. Anastas.
Statuimus. 19. q. 3. Vrban. ij.
Statuimus. 20. qu. 2. Eutychianus Papa.
Statuimus. distinction. 4. Thelesphorus Papa.
Statuimus. 12. quæstion. 2. Agathen. Concil.
Statuimus. dist. 61. Leo.
Statuimus. 11. quæstione 1. Fabianus Papa.
Statuimus etiam. distinctione 76. Vrbanus.
Statuimus decretum. 1. quæst. 1. Nicol. Papa ij.
Statuimus ut sicut. 1. quæst. 1. Cabilon. Concil.
Statuis. 2. q. 1. Codex.
Statutum est. 27. quæst. 2. Toletanum Concil.
Statutum est. 2. q. 6. Carthag. Concil. v.
Statutum est. 8. q. 1. In Concil. apud Altheium.
Statuendum nobis. 16. quæst. 2. Faven. Concil.
Studendum est. dist. 90. Carthaginen. Concil. iiij.
Studeat sanctitas. distinct. 50. Nicol. Papa.
Studii vestri. distinctione 61. Gregorius.
¶ *Subdiaconus. distin. 23. Carthagin. Concil. iiij.*
Subdiaconus. distinction. 77. Sexta Synodus.
Subdiaconus. 24. q. 1. August.
Subdiacono etiam. distinct. 94. Gratianus.
Subdiaconi tuis. distinctione 32. Gregorius.
Submittitur. distinctione 21. Nicolaus Papa.
Sufficie pœnitenti. de pæn. distinct. 1. Leo Papa.
Sufficit sacerdoti. de consecr. distinct. 1. Alexand. ij.
Sufficiat. 27. q. 2. Nicol. Papa.
Suggestum nobis est. 7. qu. 1. Liberius Papa.
Suggero. 3. qu. 8. Felix Episc. Carthag. Conc. 3.
Summa iniquit. 6. qu. 1. Alex. Papa.

sum-

summa militiæ. 23. q. 1. Greg.
summoperè. 11. q. 3. Greg.
sumi in Ecclesia 8. q. 1. Aug.
sunt namque. dist. 45. Greg.
sunt nonnulli. dist. 46. Greg.
sunt nonnulli. 1. q. 1. Greg.
sunt nonnulli. 2. quæst. 7. Evaristus Papa.
sunt nonnulli. 16. quæst. 1. Bonifac. Papa.
sunt plures. de pœnit. distinct. 3. Augustinus.
sunt plurimi. 6. quæst. 1. Gregorius Papa.
sunt quædam. 17. q. 1. Aug.
sunt quidam. 23. q. 5. Haymo.
sunt qui arbitrantur. de pœnit. dist. 1. Ambros.
sunt qui dicunt. 27. q. 2. Greg.
sunt qui opes. 17. q. 4. Ambros.
sunt quidam. 1. q. 1. Paschal. ij.
sum quidam. 25. q. 1. Vrbanus Papa.
super causa. 2. q. 5. Alexand.
super quibus. 20. qu. 3. Vrban.
super tribus. de pœniten. distin. 1. Hieronymus.
super tribus. de pœnitent. distin. 2. Hieronymus.
super prudentia. 14. quæstione 2. Paschal. ij.
supervenientes. 1. q. 1. Greg.
supplicium gloriæ vestræ. 23. quæst. 8. Gregor.
suscipitis ne. dist. 10. Gregorius Nazianzenus.
suspectos. 3. quæst. 5. Pontianus Papa.
suum verò. 21. q. 4. Grat.
¶ *Sylvester. 11. q. 1. Gelasius Papa.*
Symbolum. de consecr. dist. 4. Agath. Concil.
Synodum Episcoporum. dist. 17. Iulius Papa j.

T.

Tabernaculum. de cons. distinct. 1. Felix iij.
talis mihi. de pœn. distinct. 3. Ioann. Chrysost.
tali conjugio. 1. quæstione 7. Melden. Concil.
tales ad ministerium. distinctione 23. Clemens.
tales & si. 16. q. 5. Grat.
talia quidem. 8. quæst. 3. Pelagius Papa.
talibus Deum. de pœnit. distinct. 2. Hieron.
tam Sacerdotes. 24. quæst. 3. Anacl. Papa.
tantum valet. 32. q. 7. Aug.
tantis Daniel. dist. 81. Cœlestinus.
tanta nequitia. 1. q. 7. Greg.
tanta nequitia. dist. 86. Greg.
tam diu. 3. q. 2. Felix ij.
¶ *Tempus quod inter. 13. quæstione 2. August.*
tempus autem. dist. 75. Grat.
tempus quoque. dist. 31. Grat.
tempus verò. de pœnitent. distinct. 7. Gratianus.
temporis qualitas. 7. q. 1. Greg.
tempora pœnitudinis. 26. qu. 7. Leo Papa.
temerarium. 11. q. 3. Aug.
tenere debet. dist. 31. Innoc. j.
teneamus. 1. q. 1. Aug.
te quidem. 11. q. 1. Clemens.
tertiò quæritur. 15. q. 3. Grat.
terrulas. 12. q. 2. Agath. Conc.
testamentum. dist. 6. Greg.
testamenta verò. 12. q. 5. Grat.
testes per quamcunque. 3. q. 9. Calixtus Papa.
testes absque. 2. qu. 7. Damas. Papa.
testes autem. 4. quæst. 2. & 3. Carth. Concil. vij.
testimonium. 11. q. 1. Sylvester.
Teugualdum. 11. q. 3. Nicol. Papa.
¶ *Tibi Domino. dist. 63. Leo iiij.*
timorem. de consecr. distin. 2. Basilius Episcopus.
¶ *Tolle charitatem. de pœnit. dist. 2. Augustinus.*
tolerandi sunt. 23. q. 4. Aug.
tolerabilius. 32. q. 5. Ambros.
tonsura verò. dist. 69. Grat.
totum. 1. q. 3. August.
totam pœnitentiam. de pœn. distinct. 3. Hieron.
¶ *Transmarinos. distinct. 58. Anastasius j.*
transferunt. 24. q. 3. Hieron.
¶ *Tres personas. 23. q. 4. Aug.*
tres sunt autem. de pœn. dist. 1. Aug.
¶ *Tria legitima. 36. q. 2. Hier.*
tria sunt genera. dist. 45. Albinus & Alcuinus.
tribus ex causis. de consecr. distinct. 1. August.
tribus gradibus. de consecr. dist. 2. Clemens Papa.
tributum. 23. q. 8. Vrban.
triforme est. de consecr. dist. 2. Sergius Papa.
¶ *Tua sanctitas. 31. quæst. 2. Hormisda Papa.*
tu bonus. 23. q. 4. Aug.
tu dixisti. 23. q. 5. Aug.
tu malum. 22. q. 1. Aug.
tunc salvabitur. 33. q. 5. Hier.
tunc vera. 11. q. 3. Greg.
tunc eis. de cons. dist. 2. Aug.
tunc valere. de consecr. distin. 4. Augustinus.
turbat acumen. dist. 37. Beda.
turbatur navicula. 1. qu. 4. Ambr.

V.

Valet interdum. distinctione 81. Isidorus.
Valentinianus. distin. 63. Histor. tripartita.
Valentino Clerico. Pelag. Papa.
valida est. de pœn. dist. 2. Greg.
valdè necessarium. dist. 49. Greg.
vasa in quibus. de consecr. distinct. 1. Tribur. Conc.
vasis iræ. 23. q. 4. Aug.
¶ *Vbi ista didicisti. dist. 74. Simplicius Papa.*
ubi non est. 30. q. 2. Nicol. Papa.
ubi sana. 24. q. 1. Aug.
ubi pars est. de consecrat. distinct. 2. Hilarius.
ubinam legistis. distinctione 96. Nicolaus.
ubicunque. 16. q. 1. Tribur. Conc.
ubicunque. 13. q. 2. Tribur. Conc.
ubicunque. 13. quæst. 2. Ioannes Chrysostomus.
¶ *Væ eis. de pœn. dist. 4. Osee.*
væ qui dicitis. 11. q. 3 Esaias.
¶ *Venit Sacerdos. de consecr. dist. 4. Ambros.*
venisti ad fontem. de consecr. distin. 4. Ambros.
veniam nunc. 35. q. 9. Innoc.
ventum est. 1. q. 1. Innoc.
vendentes. 1. q. 3. Greg.
venerabiles. de consecr. dist. 3. Septima Synod.
venerabiles. de consecr. dist. 4. Gelasius Papa.
venter mero. dist. 35. Hieron.
verbum Dei. de pœn. distinct. 1. Ambrosius.
verus baptismus. de consecr. distin. 4. Prosper.
veritate. dist. 8. Aug.
vera justitia. dist. 45. Greg.
verior. 8. q. 1. Hieron.
verum hoc. dist. 14. Grat.
vestram flagitamus. distinctione 10. Leo iiij.
vestimenta Ecclesiæ. de consecr. dist. 1. Stephanus.
¶ *Victor Honorius. dist. 97. Honor. ad Bonif. Papam.*
vide benignum. de pœnit. dist. 1. Hieronymus.
vide quantum. 1. q. 1. Hieron.
vides fili. dist. 10. Ioan. vij.
vides ut opinor. 23. q. 6. Aug.
vident homines. dist. 86. Aug.
videntes autem. 12. quæst. 1. Vrbanus Papa.
videtur nobis. 35. quæst. 6. Cœlestinus Papa.
vidua. 27. q. 1. Nicolaus.
vidua est. dist. 34. Hieron.

viduæ. 20. q. 1. Tolet. Conc. x.
viduæ. 27. q. 1. Augustꝰ.
viduæ quæ. distinct. 81. Carthaginen. Conc. iij.
viduæ. 27. q. 1. Arelat. Conc.
viduas. 27. q. 1. Greg.
viduas autem. 27. quæstion. 1. Mart. Brach. in Conc.
viduas honora. 1. quæstion. 2. Paulus Apostolus.
viduas. 27. q. 1. Aurel. Conc.
viduis autem. dist. 87. Grat.
viduitatis. 27. quæstion. 1. Arausic. Concil.
virginitantùm. distinct. 16. Stephan. Papa.
vilissimus. 1. q. 1. Symmachus.
vino inebriantur. dist. 37. Hier.
vinolentum Sacerdotem. distinct. 35. Hieron.
violatores. 25. q. 1. Damas. Papa.
vir cum propria. 33. q. 4. Greg.
virum catholicum. dist. 47. Leo.
virginem. 27. q. 1. Tribur. Conc.
virgines non relentur. 20. qu. 1. Pius Papa.
virgines. 27. q. 1. Eliberit. Conc.
virgines. dist. 27. Hieron.
virgines sacræ. 20. quæst. 4. Tribur. Concil.
virginibus. 27. q. 1. Trib. Conc.
vitium præterea. de consecr. distinct. 1. Cabil. Conc.
vitis literis. 16. q. 2. Ioan. Papa.
vitiandi. 18. q. 2. Greg.
¶ *Vitra provinciarum. 3. quæstion. 6. Stephanus.*
ultima voluntas. 13. q. 2. Greg.
¶ *Vnus ex vobis. 2. q. 1. Aug.*
vnaquæque mulier. 13. q. 2. Aug.
unaquæque. 3. q. 6. Anaclet.
una tantùm. dist. 26. Ambr.
una sola. 33. q. 5. Aug.
unctio invisibilis. de pœn. distinct. 2. Augustꝰ.
unde quæritur. 35. q. 9. Grat.
unde ipse. 8. q. 1. Clemens.
undecunque. dist. 56. Aug.
unio nostræ. 10. quæstion. 3. Toletanum Concil. xvj.
uniùs uxoris. dist. 26. Hieron.
unicuique. 11. q. 3. Pelag. Papa ij.
unicuique fidelium. de cons. distin. 1. Aurel. Conc.
unum Abbatem. 21. quæst. 1. Agath. Concil.
unum oratium. distinct. 25. Toletan. Conc. iiij.
unum solum. 23. q. 5. Aug.
unusquisque. 22. q. 4. Ambr.
¶ *Vobis enim. 12. q. 2. Gelasius.*
vocatio autem. 5. q. 2. Grat.
vocatio ad Synodum. 5. q. 2. Damasus.
volumus ut frater. dist. 89. Greg.
volumus. 16. q. 4. Greg.
volumus. dist. 81. Greg.
volumus. 11. q. 1. Codex.
voluissent. de pœn. dist. 1. Greg.
vos ante omnia. de consecr. distin. 4. Augustꝰ.
vos autem. 16. q. 1. Aug.
vota cœlum. dist. 63. Leo j.
rovenibus. dist. 27. Hieron.
rovenibus. 17. quæst. 1. Hieron.
¶ *Vrbes & loca. distinct. 80. Lucius Papa.*
¶ *Vsque adeò. 32. q. 7. Augustꝰ.*
usqueadeò. dist. 33. Gelas. Papa.
usus auctoritati. dist. 11. Isidor.
usus naturalis. 32. q. 7. Aug.
usura est. 14. q. 3. Agath. Conc.
¶ *Vt calix Domini. de consecr. dist. 1. Rhemens. Conc.*
ut cognoverunt. de pœnit. distinct. 2. Ambrosius.
ut constituerentur. distinction. 50. Augustinus.
ut Episcopi. de consecr. dist. 5. Meldens. Concil.
ut evidenter. 1. q. 1. Aug.
utilem. 22. q. 2. Hieron.
ut jejuni. de cons. distinct. 5. Aurel. Conc.
ut illud. de consecr. dist. 1. Soter.
uinam omni tempore. distinctione 76. Hieron.
ut lex. 27. q. 1. Innoc. ij.
ut noveritis. 22. q. 1. Aug.
ut ostenderes. de consecr. distinct. 4. Augustꝰ.
ut pridem. 23. q. 8. Greg.
ut Presbyteri. 17. quæstion. 4. Trib. Concil.
ut quid paras. de consecr. dist. 2. Augustinus.
utraque quæstio. 34. quæstione 1. & 2. Gratian.
utrùm verò. 28. q. 3. Grat.
utrùm sola. de pœnit. distinct. 1. Gratianus.
utrùm sub figura. de consecr. distin. 2. Augustinus.
ut veterum. dist. 9. Aug.
¶ *Vulgaris. de pœnitent. distinction. 1. Digest.*
Vulteranæ. 12. q. 2. Gelasius.
¶ *Vxor à viro. 32. q. 7. Ambros.*
uxor Felicis. 17. q. 4. Gelas.
uxor legitima. 28. quæstion. 1. Augustinus.

FINIS.



EA, DE QVIBVS LECTOREM PRINCIPIO VISVM EST ADMONERE,

HÆC SVNT.

IN Ecclesia Romana, omnium Ecclesiarum magistra, solitos esse asservari Conciliorum canones, & Pontificum decreta, ac cæteris Ecclesiis communicari, planè compertum est. ¶ Atque in usu præcipuè videtur fuisse collectio illa, quam Nicol. Papa in c. si Romanorum. dist. 19. Codicem canonum nominat: in quo continebantur canones & regulæ illæ, quæ recensentur à Leone IV. cap. de libellis. dist. 20. Hujus Codicis tria manuscripta exemplaria Romæ habentur in Vaticana Bibliotheca. Extat etiam impressus Maguntiæ Anno Salutis M. D. XXV. Repertus est autem in vetustissimo Cardinalis Vercellensis codice, Cresconii ad Episcopum Liberinum, quidam quasi nomocanon: in quo, cùm pluribus causarum titulis propositis, exponatur deinde, quibus Synodorum, ac Decretalium Epistolarum locis causæ illæ tractentur, capita capitibus Maguntini codicis, & numeri numeris optimè respondent. Quæ quidem à Cresconio adhibita diligentia satis indicat, frequentissimum fuisse hujus collectionis usum: & hæc ea est, quæ in notationibus, quæ nunc eduntur, absolutè Codex Canonum vocatur. ¶ Cæterùm inter privatos collectores, qui multò plura congerere studuerunt, perantiquus est *Isidorus*: cujus collectio protenditur à canonibus Apostolorum usque ad Concilium Hispalense secundum: habeturque in duobus codicibus Vaticanæ Bibliothecæ, & uno monasterii Dominicani sanctæ Mariæ supra Minervam: extat autem impressa in editionibus Conciliorum, in antiquioribus quidem purior, in recentioribus autem multis aliis Conciliis, scriptisque admista. Isidorum hunc Igmarus Archiepiscopus Rhemensis in libro de Synodis, celeberrimum illum Hispalensem fuisse affirmat, à quo, testatur etiam Tritemius, librum Decretorum esse conscriptum: ac certè multa verba, quæ in Præfatione hujus collectionis leguntur, sunt in libro quinto Etymologiarum. In codice autem Dominicanæ Bibliothecæ initio Præfationis ita legitur: *Isidorus mercator servus Christi, lectori conservo suo, &c.* nec multò secùs in Vaticanis: quo loco in impressis est, *Isidorus peccator servus Christi, &c.* ¶ Secutus deinde est (ut de iis primùm, quorum operà typis excusa sunt, loquamur) *Burchardus*, VVormaciensis Episcopus, Othonis III. & Henrici II. Bavari Imperatorum ætate: qui non ordinem temporum & provinciarum, ut Isidorus, sed rerum, & causarum sibi sequendum putavit. ¶ Iisdem vestigiis institit non ita multò pòst *Ivo*, Carnotensis Episcopus: sed exortâ interim Berengarii hæresi, multa ad illam confutandam pertinentia addidit, ac multa etiam præterea ex Pandectis & Codice: dùm de Laicorum quoque officiis sibi agendum putat: quod Burchardo minùs necessarium visum fuerat. ¶ Extant autem duo volumina, Ivonis nomine inscripta, eandemque

habentia præfationem: quorum unum, quod *Pannormia*, alterius, quod absolutè *Decretum* inscribitur, quasi epitome quædam est. Verùm in hoc eodem campo alii etiam gravissimi viri (quorum libri partim in publicis, partim in privatis Bibliothecis manuscripti habentur) *Crescionius*, *Anselmus*, *Deusdedit Cardinalis*, *Gregorius Presbyter*, qui volumen suum *Polycarpum* inscripsit, aliique nonnulli præclarè se exercuerunt, suamq; operam probaverunt. Novissimus istorum omnium, præterauthorem Pannormiæ (nam is recentior fortasse est) *Gratianus* Monachus Benedictinus, non tantùm decretis colligendis (quod superiores fecerant) operam dedit: sed Ivonis fortasse Præfatione excitatus, eò potissimùm incubuit, ut certis quæstionibus propositis, quid in utramque partem ex Canonibus, qui inter se nonnunquam pugnare videbantur, dici posset, ipse & afferret, & explicaret: omninoque eorum varietatem, quæ speciem dissensionis habebat, ad concordiam revocaret. Cæterùm in longo ac perdifficili opere multa à parùm æquis hominibus exagitabantur; nonnulla pii etiam & verecundi interdum desiderabant.

Quamobrem ne hujusce utilissimi & gravissimi Codicis vacillaret auctoritas, placuit primùm Pio IV. ac subinde Pio V. & Gregorio XIII. (apud quem etiam hujus perfecti operis, quemadmodum & aliarum maximarum rerum, laus fuit) ut illi corrigendo summa opera daretur, mendæ librariorum tollerentur: si qua etiam in re Gratianus, ut homo, minùs vidisset, modestè notaretur, ipsaq; omninò capita suis auctoribus quàm diligentissimè restituerentur. Itaque & Romæ Vaticana Bibliotheca, & monasterii Dominicani supra Minervam, aliæque non paucæ excussæ sunt, & ex aliis urbibus atque regionibus invitati doctissimi homines, qui idem facerent, & si quid invenissent, quod ad hanc rem pertineret, pro sua pietate libenter communicarent, atque ad Pontificem mitterent. Quâ diligentiâ illud factum est, ut cùm jam magnam partem suum unicuiq; tributum sit, ac propterea intelligi plerunq; possit, quæ Synodorum generalium, quæ summorum Pontificum, quæ provincialium Conciliorum, quæ Patrum decreta ac sententiæ, atq; inter hæc, quæ sanctæ Romanæ sedi probata sint, quæ minimè, vix quisquam errare, atque incerta pro certis sequi, certa verò pro incertis suspecta habere posthac queat.

Quod ad citationes auctorum pertinet, ubi error evidens erat, aut nonnulla Gratiani exemplaria cum veriore, atque ab aliis collectoribus allatâ citatione consentiebant, sublatis falsis inscriptionibus veræ sunt restitutæ: ubi verò, quamvis caput apud alium auctorem esset inventum, fieri tamen poterat, ut illius quoque esset, quem Gratianus citaret (sunt enim haud rarò decreta tralatitia, & sententiæ similes in bonis auctoribus) retentâ Gratiani citatione, satis visum est locum, ubi hodiè habeatur, indicare. Et quoniam interdum aut capitis aliqua quidem pars illius auctoris est, qui citatur, aliqua verò minimè, aut verba valdè sunt mutata: Id quoque est indicatum, adscriptumque præterea in margine, quo loco idem caput in glossa Bibliorum ordinaria, in libris Sententiarum, & apud cæteros collectores habeatur, eos præsertim, qui in hujus Operis emendatione magno usui fuerunt. Animadversum verò est, multa olim fuisse (quorum nonnulla hodiè etiam habentur) homiliarum ex variis auctoribus collectarum volumina: quibus homiliis nomen auctoris aut non esset præpositum, aut etiam mutatum: quod Decretorum collectoribus, qui fontes adire in illa librorum penuria plerunque non poterant, errandi interdum dederit occasionem. Sæpè etiam Gratianus multas Patrum sententias simul colligit, atque in unum caput concludit (quamvis in vulgatis Codicibus plerunque in diversa capita sint distractæ, sed ferè sine Rubrica) idque cùm facit, non ipsa prorsus auctorum verba affert, sed arbitratu suo mutat, addit, imminuit, summatim complectitur:

quod

quod etiam Burchardus & Ivo faciunt, cùm citant hoc modo, *ex dictis Augustini, ex dictis Hieronymi.*

In emendando textu, primùm initia capitum ob usitatas Doctorum citationes non sunt mutata: sed ubi ab originali discrepabant, in margine aut in notatione est indicata germana lectio. Deinde hæc glossæ ipsius habita ratio est, ut nihil in textu sit mutatum, ubi mutatio ipsa impeditura erat, quò minùs, quid sibi auctor glossæ voluisset, animadverti posset: sed eodem modo aut in margine, aut in notatione mendum est indicatum. Ubi verò hæc non obstabant, hæc ferè servata corrigendi ratio est: ut si videretur voluisse Gratianus auctorum, quos citaret, ipsa prorsus verba referre, ea ex ipso originali emendarentur, & interdum etiam, non levi proposita utilitate, aliqua adderentur: nisi ficubi vulgata lectio visa est melior: nam tunc illâ retentâ notatum est, quomodo originale ipsum habeat. Sin autem Gratianus non eadem prorsus verba afferre voluerat, sed aut in summam quandam ipse redigere, aut ab aliis redacta, ut ab auctore glossæ ordinariæ, ab Ivone & aliis collectoribus referre: tunc nihil ferè emendatum vel additum est, nisi fortè Patris illius, unde collector acceperat. restituta lectio magnam afferre visa esset utilitatem: multisque locis id notatum est, & verba ipsius originalis allata, ut Lector identidem in memoriam hujus adhibitæ cautionis revocaretur, & labore ad originalia adeundi levaretur. Quòd si idem caput ex pluribus vicinis alicujus Patris locis confectum est (nam quæ multùm distabant, satis plerunque fuit in margine indicare) adjectæ sunt in textu particulæ illæ *& suprà, & infrà*: sc. ubi seriem & nexum collectionis impedituræ non erant: ubi verò Gratianus ipse loquitur, ex manuscriptis hujus libri exemplaribus pura germanaque lectio est restituta.

In codice Canonum capita, quæ ex Græcis Synodis recitantur, sunt à Dionysio Exiguo in linguam Latinam conversa: cujus Præfatio manuscriptis ipsius codicis exemplaribus præposita legitur. Isidorus autem partim hâc ipsâ Dionysii versione, quanquam rarò, partim fortasse priscâ illâ, cujus mentionem in præfatione sua Dionysius facit, usus est aut integris, aut aliquantulùm immutatis: partim etiam aliis, quæ tunc, ut ipsemet Isidorus testatur, extabant, hodiè, præterquam apud istos Decretorum collectores, non extant. Quocirca mirandum magnoperè non est, si cæteri collectores, & omnium ferè postremus Gratianus, qui & Codicem illum Canonum, & Isidori collectionem, & alias etiam habebant, eundem canonem non semper ex eadem versione recitent. Qua de re sæpè in notationibus Lector est admonitus, & ubi necessarium visum est, Græca canonis verba cum versione nova sunt allata: idemque in cæteris Patrum Græcorum sententiis factum est.

De nomine *Palea* sunt variæ doctorum hominum sententiæ. Multi ea capita, in quibus res inanes ac leves continerentur, hoc nomine appellari censuerunt: alii quasi παλαιὰ, id est, antiqua: alii quasi additiones quasdam, derivatâ, aut potiùs depravatâ voce ab adverbio πάλιν, id est, rursum, quo scriptores etiam Latini tempore Gratiani uterentur. Verùm Joannes Andreæ in additionibus ad Speculatorem, titulo de Disputationib. & allegationib. prope finem (quem Imola in Rubrica de verborum obligationibus, Alexandrinus in proœmio Decretalium, Jason in Rubrica titulo de Actionibus, & alii sunt secuti) putat, quendam Protopaleam, quem Jason addit Cardinalem fuisse, collectioni Gratiani capita hæc adjunxisse. Atque ut in re tam incerta aliquid elici conjecturâ possit, exponetur, quid in collatis exemplaribus observatum fuerit. In tribus, quæ sunt antiquissima, & videntur scripta paulò post Gratiani ætatem, paucissima ex hujusmodi capitibus habentur. In uno valdè emendato sunt apposita in margine sine ulla nota, sed non omnia quæ in impressis: quamvis vicissim in illo additiones aliquæ sint, quæ in his non habentur. In alio literis perantiquis

descripto Paleæ ipsæ recentiori scripturâ toti volumini præponuntur. In cæteris habentur aut omnes, aut pleræque: & partim quidem cum Paleæ nomine, partim verò sine ullo à cæteris capitibus discrimine. Ex qua observatione illud videtur posse colligi, has Paleas esse additiones, non eodem tempore factas, ad primam collectionem Gratiani, in margine primùm adscriptas, ac nonnullas fortasse ab ipsomet Gratiano (ut fit) inter componendum, aut relegendum: quas deinde librariorum quidam omiserint, quidam in contextu posuerint, interdum conjunctè cum prioribus capitibus, interdum cum aliquo discrimine. Falsam verò esse illorum opinionem, qui eas contemnendas putant, ex eo constat, quòd multæ & in Decretalibus, & apud vetustiores Gratiani collectores habentur: quod suis locis indicabitur.

In plerisq; vetustis hujus collectionis exemplaribus hæc tanquam inscriptio rubris literis posita est: *Concordantia discordantium canonum*: addita in quibusdam dictione, *Incipit*, sine ulla Gratiani mentione. Verùm in Vaticano illo vetustissimo, cui voluminis ipsius initio recentiori scripturâ Paleas esse præpositas, dictum est, ante ipsas Paleas est hic titulus, *Decretum Gratiani Monachi sancti Felicis Bononiensis, ordinis sancti Benedicti, compilatum in dicto monasterio, Anno Domini millesimo centesimo quinquagesimo primo, tempore Eugenii Papæ tertii*: in aliis verò duobus Codicibus, in extremo est, *Explicit Decretum compilatum à Gratiano Monacho monasterii sancti Felicis de Bononia*. In Chronico, quod inscribitur, *Pomærium Ecclesiæ Ravennatis*, qui liber in Bibliotheca Vaticana servatur, hæc de Gratiano leguntur, *Anno Christi millesimo centesimo quinquagesimo primo, Gratianus Monachus de Classa civitate Tusciæ natus, Decretum composuit apud Bononiam in monasterio sancti Felicis*. Idem testatur Hugutio, vetustissimus hujus Codicis interpres, secundâ, quæstione sextâ, cap. post appellationem. & Vincentius in libro Historiarum bis, semel libro vigesimo tertio, capit. trigesimo primo, loquens de Isidoro: & iterùm libro vigesimo quinto, cap. octuagesimo quarto, agens de Ivone, & aliis decretorum collectoribus: & sanctus Antonius part. tertiâ histor. titul. decimo octavo, capite sexto. Tritemius verò in libro de Scriptorib. Ecclesiasticis, Gratianum agnoscit hujus collectionis autorem: itemque in libro secundo de Viris illustribus ordinis sancti Benedicti: quo tamen loco addit (ipsam fortasse Operis inceptionem spectans) fuisse ab eo compositum Anno Domini millesimo centesimo vigesimo septimo. Hanc collectionem Innocentius tertius, in Epistola ad Archiepiscopum Compostellanum, vocat corpus Decretorum. Ob has igitur auctoritates, & receptam apud omnes opinionem, in prima hujus voluminis pagina præpositus est titulus nomine Gratiani.

¶ Quod ad glossas pertinet, quæ pios & catholicos auctores habuerunt, quæ in illis errata paulò majoris ponderis pro humani ingenii infirmitate obrepserunt, ea in margine sunt notata, & quid catholicè sentiendum sit, ostensum est. Hæ autem notæ, quibus asteriscus affixus est, necessariò posthac in omnibus impressionibus apponendæ erunt.

INDEX

INDEX LIBRORUM,
QUI VARIIS EX LOCIS SUNT HABITI.

A.

AMbrosii sermones aliquot, qui adhuc non extant impressi, ex Bibliotheca Vaticana, & monasterii Mediolanensis S. Ambrosii.
Anselmi collectio canonum, ex Vaticana, & Hieronymi Parisiensi.
Alexandri ij. epistolæ aliquot, partim missæ ab Antonio Augustino Archiepiscopo Tarraconensi, partim ex Bibliothecis, Vaticana, Nicolai Ormanetti Episcopi Patavini, Michaëlis Thomasii Episcopi Ilerdensis.
Anastasii Bibliothecarii chronicon, & versio septimæ Synodi, & octavæ sub Hadriano, ex Vaticana, & Cardinalis Sirleti.

B.

BOnifacii Papæ concilium ex Hispania, ex vetusto codice monasterii Populeti.
Bonifacii martyris epistola, ex Bibliotheca monasterii B. Mariæ supra Minervam.

C.

CResconii Nomocanon, ex Bibliotheca Cardinalis Vercellensis.
Capitula aliquot Pontificum, ex eodem codice monasterii Populeti.
Capitularium liber septimus, & capitularia adjecta, missa à Iacobo Amiato Episcopo Antissiodorensi, ex Bibliotheca Ecclesiæ Belsacensis.
Collectio decretorum Romanorum Pontificum, ab Augustino Archiepiscopo Tarraconensi.
Codex canonum, qui apud veteres Pontifices in usu fuit, ex Vaticana, Dominicana, & Cardinalis Sirleti.
Collectio canonum incerti auctoris, ex Vaticana.
Collectio canonum ex Biblioth. Eccl. Mutinensis.
Collectio canonum panitentialium incerti auctoris, ex Bibliotheca Michaëlis Thomasii Episcopi Ilerdensis.
Conciliorum Hispanensium, & Carthaginensium variæ lectiones, ex Bibliothecis Regis catholici Lucensi & Sorensi à Cardinali Quiroga.
Cenii Camerarii liber de formis juramentorum, ex Bibliotheca Achillis Statii.
Concilii alicujus fragmenta quædam post Anselmi collectionem in codice Hieronymi Parisiensi.
Cypriani operum exemplaria, ex Vaticana, & monasterio sancti Salvatoris Bononiensi.

D.

DEcreti hujus undeviginti exemplaria manuscripta, partim sine glossis, partim cum glossis, duodecim quidem ex Vaticana, reliqua verò ex Bibliotheca Marcelli Papæ ij. Cardinalium Vercellensis, & Sirleti, Michaëlis Thomasii Episcopi Ilerdensis, Achillis Statii.
Decretorum excerpta, ex Bibliotheca sancti Trudonis ab Alberto Leonino, nomine uni versitatis Lovaniensis.
Deusdedis Cardinalis collectio canonum, & libri quatuor de rebus Ecclesiasticis, ex Vaticana.

E.

EVgenii ij. Concilium, ex Vaticana, & tertii, ex Vaticana, & ex Gallia.
Emeritense Concilium à Cardinali Quiroga.
Ephesini Concilii primi antiqua versio, ex Vaticana.

F.

FViberti Episcopi epistolæ descriptæ, ex vetusto Codice Ecclesiæ Belsacensis à Iacobo Amiato Episcopo Antissiodorensi.

G.

GRegorii III. epistola, ex Bibliotheca monasterii supra Minervam.
Gelasii scripta quædam, & aliorum Pontificum epistolæ, ex Vaticana.
Gelasii epistola ab Antonio Augustino Archiepiscopo Tarraconensi.
Gregorii I. epistolæ manuscriptæ, ex Vaticana, & Episcopi Ilerdensis.
Gregorii VII. regestum, ex Vaticana, & multis privatis.
Gregorii IV. epistola ad universos Episcopos per Galliam, &c. ex Bibliotheca monasterii supra Minervam.
Gregorii X. epistola ad Regem Armeniorum, ex Bibliotheca Cardinalis Sirleti.
Græcorum patrum commentarii in sacram Scripturam, aliaque eorundem scripta & Concilia, ex Vaticana.

H.

HVmberti legati Leonis IX. ad libellum Nicetæ contra Latinos responsio, ex monasterio S. Mariæ novæ.

I.

ISidori Hispalensis operum codex, ex monasterio Neapolitano S. Augustini in Carbonaria.
Isidori collectio canonum, ex Vaticana & Dominicana supra Minervam.
Ioannis VIII. epistolæ, ex Vaticana.
Isidori collectionis canonum præfatio alia à vulgata, missa ab Archiepiscopo Tarraconensi, & Alvaro Gomez ex Bibliotheca Ecclesiæ Tolet.
Isidori epistola ad Lansredum ex Bibliotheca supra Minervam.
Innocentii II. Concilium, ex Vaticana.
Isidori Hispalensis regula Monachorum, ex Hispan.

L.

LEonis IV. epistolæ duæ: una ex Bibliotheca M. Antonii Murei, altera ex Bibliotheca Francisci Turriani.

Leonis II. epistolæ à Cardinali Quiroga, ex vetusto codice regiæ Bibliothecæ.
Leonis IV. Concilium, ex Vaticana.

N.

Nicolai primi plures epistolæ, ex Bibliotheca supra Minervam.
Nicolai Concil. adversùs Ioannem Ravennæ Archiepiscopum, ex Biblioth. Ecclesiæ Mutinensis.
Nicolaus ad consulta Bulgarorum, ex Vaticana.

P.

Pontificialia manuscripta, ex Vaticana, & Cardinalis Sirleti.
Polycarpus, id est, collectio canonum Gregorii Presbyteri, ex Vaticana.
Petri Damiani oratio de privilegio sedis Apostol. & disceptatio inter regium advocatum, & Romanæ Ecclesiæ defensorem, ex Bibliotheca Cardinalis Sirleti.
Paschalis primi epistola & decreta, ex Biblioth. Ormanetti Episcopi Patavini, & fragmentum Concilii apud Guardastallum, ex Vaticana.

R.

Remense Concilium in pago Trosleiano habitum, missum ab Episcopo Antissiodorensi.

S.

Scriptum de moribus, vita & morte Agapiti, ex Vaticana.
Stephani V. epistola in collectione canonum incerti auctoris, ex Vaticana.
Sanctorum vitæ, ex Bibliotheca sanctæ Mariæ majoris.
Stephani IV. Concilium in collectione Denisdeit Cardinalis, ex Vaticana.
Synodus octava, ex Bibliotheca Cardinalis Sirleti, & Vaticana.

T.

Ticinense Concilium à Iacobo Amioto Episcopo Antissiodorensi.
Theodulphi capitula, ex Bibliotheca M. Antonii Mureti.
Theophanis chronicon, ex Vaticana.
Toletanæ Ecclesiæ privilegiorum liber, ex Hispania.
Toletana Concilia XIV. XV. XVI. XVII. à Cardinali Quiroga, & XVI. etiam à Petro Pontio Episcopo Placentino.

V.

Urbani II. Concilium Placentinum, & fragmentum alterius Concilii, & epistola L. præpositi sancti Iventii, ex Vaticana: Synodus apud Melphiam, ex Vaticana, & à Iacobo Pammelio Canonico Brugensi, & Concilii Claromontensis apud Alvernium summæ capitum à Francisco Riccardotto Episcopo Atrebatensi, ex vetusto codice Lamberti Episcopi Atrebatensis, ejusdemque Concilii fragmentum à Iacobo Pammelio.

Z.

Zachariæ decreta, ex Bibliotheca Ornamesti Episcopi Patavini: Synodus Romana, ex Vaticana: Francica, ex Dominicana supra Minervam.
Zozimi, & Episcoporum Africanorum ad ipsum epistolæ, ex Vaticana.

Hæc sunt quorum memoria nunc suppetit. Cæterùm & alia aliunde habita: & omnium verè librorum, quorum in hoc Opere mentio fit, editiones, cum manuscriptis codicibus Vaticanæ, & aliarum Bibliothecarum diligenter collatæ sunt.

GREGORIUS
PAPA XIII.

Universis Christi fidelibus præsentes literas inspecturis salutem, & Apostolicam benedictionem.

EMENDATIONEM Decretorum, locorumque à Gratiano collectorum, (erat enim is liber mendis & testimoniorum depravationibus plenissimus,) à nonnullis Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris optimo consilio susceptam, selectisque ad id negotium sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, & aliis eruditissimis viris adhibitis commissam, multis autem, variisque impedimentis hactenus retardatam: nunc tandem, vetustissimis Codicibus undique conquisitis, auctoribusque ipsis (quorum testimoniis usus erat Gratianus) perlectis, quæque perperàm posita erant, suis locis restitutis, magna cum diligentia absolutam, atque perfectam, edi mandavimus. In quo magna ratio habita est Operis ipsius dignitatis, & publicæ, eorum præsertim, qui in hoc studio versantur, utilitatis. Jubemus igitur, ut quæ emendata & reposita sunt, omnia quàm diligentissimè retineantur, ita ut nihil addatur, mutetur, aut imminuatur. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die secundâ Junii. M. D. LXXXII. Pontificatûs nostri Anno undecimo.

ANT. BUCCAPADULIUS

CONCORDANTIA DISCORDANTIUM CANONUM.

AC PRIMUM 1 DE JURE DIVINÆ & HUMANÆ CONSTITUTIONIS.

DISTINCTIO PRIMA.

1. HUMANUM genus duobus regitur, naturali videlic. jure, & moribus. Jus naturale est, quod in Lege & Evangelio continetur, quo quisque jubetur alii facere, quod sibi vult fieri, & prohibetur alii inferre, quod sibi nolit fieri. Unde Christus in Evangelio a: [Omnia quæcunque vultis, ut faciant vobis homines, & vos eadem facite illis. Hæc est enim Lex & Prophetæ.]

Not. 1 ¶ Ac primùm] *Hoc loco in manuscriptis codicibus magna est varietas. Nam partim nulla est hoc loco inscriptio: partim verò legitur,* De jure scripto & non scripto, & quod cui præponatur, & legum authoribus, & duorum malorum electione, sive dispensatione. *Aut,* Ac primùm de jure constitutionis naturæ divinæ, & humanæ. *Aut,* De jure naturæ, & humanæ constitutionis, *quam Dominicus de Geminiano agnoscit, & extat in nonnullis antiquioribus editionibus. Aut,* De jure naturæ & constitutionis, *quæ inscriptio maximè videtur convenire tractatui Gratiani, qui sæpè ad hæc capita revertitur, ut initio distinct. 5. 7. 8. 15. & 11. q. 3. c. si quæ causa. hunc totum locum indicans scribit:* Require in principio, ubi differentia signatur inter jus naturale, & jus constitutionis. *Verumtamen in hac tanta varietate, quæ, ut alia conjectura mittatur, argumento esse potest, nullam hîc à Gratiano ipso positam esse rubricam, satis visum est, retentâ vulgatâ lectione cæteras indicare.*

¶ *Divina leges naturâ, humana moribus constant.*

C. I. *Hinc* Isid. *in 5. lib. Etymolog. c. 2. ait:*

OMNES leges aut divinæ sunt, aut humanæ. Divinæ naturâ, humanæ moribus constant: ideoque hæ discrepant, quoniam aliæ aliis gentibus placent. ¶ Fas, lex divina est: Jus, lex humana. ¶ Transire b per agrum alienum fas est, jus non est.

Ex verbis hujus authoritatis evidenter datur intelligi, in quo differant inter se lex divina & humana, cùm omne quod fas est, nomine divino, vel naturalis legis accipiatur: nomine verò legis humanæ, mores ipsi jure conscripti & traditi intelligantur. Est autem jus generale nomen, multas sub se continens species.

¶ *Jus genus, Lex autem species est.*

C. II. *Unde in eod. lib. Etymolog. c. 3.* Isidor. *ait:*

IUs generale nomen est; Lex autem juris est species. Jus autem est dictum, quia justum est. Omne autem jus legibus & moribus constat.

C. III. ¶ *Quæ sit Lex.*

LEx est c constitutio scripta.

C. IV. ¶ *Quid sit Mos.*

MOs est longa d consuetudo, de moribus tantummodò e tracta.

¶ *Apud Isidor. hæc antecedunt:* Mos est vetustate probata consuetudo, sive lex non scripta. Nam lex à legendo vocata est, quia scripta est. Mos autē longa consuetudo est, &c.

C. V. ¶ *Quid sit Consuetudo.*

CONSUETUDO autem a est jus quoddam moribus institutum, quod pro lege suscipitur, cùm deficit lex. ¶ Nec differt, an scripturâ, an ratione consistat, quoniam & legem ratio commendat. ¶ Porrò si ratione lex constat, lex erit omne jam, quod ratione constiterit duntaxat, quod religioni conveniat, quod disciplinæ congruat, quod saluti proficiat. Vocatur autem consuetudo, quia in communi est usu.

¶ *Cùm ita sit, dicatur:* non differt, utrum consuetudo scripturâ, an ratione consistat: *apparet, quòd consuetudo est partim redacta in scripta, partim moribus tantùm utentium est reservata. Quæ in scriptis redacta est, constitutio, sive jus vocatur:* b *quæ verò in scriptis redacta non est generali nomine, consuetudo videlicet, appellatur. Est autem & alia divisio juris, ut in eod. lib. 5. c. 4. refertur* Isidorus, *ita dicens.*

C. VI. ¶ *Quæ sint species juris.*

IUs c autem aut naturale est, aut civile, aut gentium.

C. VII. ¶ *Quid sit Jus naturale.*

IUs naturale est commune omnium nationum, eò quòd ubique instinctu naturæ, non constitutione aliqua habetur; ut viri & fœminæ conjunctio, liberorum successio & educatio, 1 communis omnium possessio, & omnium una libertas, acquisitio eorum, quæ cœlo, terrâ, mariqué capiuntur; item depositæ rei, vel commendatæ d pecuniæ restitutio, violentiæ per vim repulsio. ¶ Nam hoc, aut si quid huic simile est, nunquam injustum, sed naturale, æquumque habetur.

1 ¶ Successio] *In tribus codicibus manuscriptis Isidori, & aliquot Gratiani, legitur,* liberorum susceptio & educatio, *quæ lectio convenit cum l. 1. ff. de justit. & jure, versic. hinc descendit.*

C. VIII. ¶ *Quid sit Jus civile.*

IUs e civile est, quod quisque populus, vel quæque civitas sibi proprium, divinâ humanâq; causâ, constituit.

C. IX. ¶ *Quid sit Jus gentium.*

IUs f gentium est sedium occupatio, ædificatio, munitio, bella, captivitates, servitutes, postliminia, fœdera, paces, inducia, legatorum non violandorum religio, connubia inter alienigenas prohibita. Hoc inde g jus gentium appellatur, quia eo jure omnes ferè gentes utuntur.

---

a *Matth. 7.* b *per alium*) *in Isid. manusc.* c *Isid. eod. c. 3.* d *Isid. abid. 1 vop. 4. c. 200.* e *tantundem*) *in orig. manuscript. & aliquot Gratiani.*

a *Isidor. ibid. Ivo ibid. Pann. l. 2. c. 161. Tertullianus in libro de corona militu.* b *Quando ita simpliciter, ut exemne statuitur, sed si consuetudo publicâ authoritate in scriptu redigitur & authorizatur, ne dubitetur & aliâ probatione opus sit, nihilominus consuetudo est.* c *Jus autem naturale*) *orig. & aliquot Gratiani codices. Isidor. eod. c. 4.* d *al. commodata restituto.* e *Isidor. eod. lib. c. 5.* f *Isidor. eod. lib. c. 6.* g *& inde jus gentium, quia eo*) *orig.*

C. X. ¶ *Quid sit Ius militare.*

IUs militare est belli inferendi solennitas, fœderis faciendi nexus, signo dato egressio in hostem, vel pugnæ commissio: item signo dato receptio: item flagitii militaris disciplina, si locus deseratur: item stipendiorum modus, dignitatum gradus, præmiorum honor; veluti cùm corona, vel torques donantur: item prædæ decisio, & pro personarum qualitatibus & laboribus *a* justa divisio, ac principis portio.

C. XI. ¶ *Quid sit Ius publicum.*

IUs *b* publicum, est in sacris, & in sacerdotibus, & in magistratibus.

C. XII. ¶ *Quid sit Ius Quiritum.*

IUs *c* Quiritum est propriè Romanorum, quod nulli tenent, nisi Quirites, id est, Romani. ¶ In quo agitur de legitimis hæreditatibus, de cretionibus 1, de tutelis, de usucapionibus, quæ jura apud nullum alium populum reperiuntur, sed propria sunt Romanorum, & in eosdem solos constituta.

1 ¶ Cretionibus] *Antea legebatur*, vel curationibus, vel de contractibus. *Emendatum est ex codicibus Isidori tam impressis, quàm manuscriptis. Quod autem sit cretio declarat Ulpianus in suo titulo, c. 22. & ipsemet Isidorus eod. lib. 5. Etym. cap. 24. & Alcuat. 3. dissuntt. c. 7.*

DISTINCTIO II.

1 pr. COnstat autem d jus Quiritum ex legibus, & plebiscitis, & senatusconsultis, & constitutionibus principum, & edictis *e*, sive responsis prudentum.

C. I. ¶ *Quid sit Lex.*

LEx *f* est constitutio populi, quâ majores natu simul cum plebibus aliquid sanxerunt.

C. II. ¶ *Quid sit Plebiscitum.*

PLebiscita *g* sunt, quæ plebes tantùm constituunt: & vocantur *h* plebiscita, quòd ea plebs sciat, vel quòd scisciatur, & rogat, ut fiant.

C. III. ¶ *Quid sit Senatusconsultum.*

SEnatusconsultum *i* est, quod tantùm Senatores populis consulendo decernunt.

C. IV. ¶ *Quid sit Constitutio vel edictum.*

COnstitutio *k*, vel edictum est, quod tantùm Rex, vel Imperator constituit vel edicit *l*.

C. V. ¶ *Quæ sunt Responsa prudentum.*

REsponsa *m* prudentũ sunt, quæ Jurisconsulti respondere dicuntur consulentibus: unde & responsa Pauli dicta. Fuerant enim quidam prudentes, & arbitri æquitatis, qui Institutiones *n* civilis juris compositas ediderunt, quibus diffidentium lites, contentionesque sopirent.

C. VI. ¶ *Quæ sint Tribunitiæ vel Consulares leges.*

2 QUædam *o* etiam leges dicuntur ab iis, qui condpserunt, ut Consulares, Tribunitiæ, Juliæ, Corneliæ. Nam & sub Octaviano Cæsare suffectis Consulibus Papius 1 & Poppæus legem tulerunt, quæ à nominibus eorũ appellatur Papia Poppæa, continens patrũ præmia pro suscipiendis liberis. Sub eodem quoque Imperatore Falcidius Tribunus plebis legem fecit, ne quis plus extraneis 2 in testamento legaret, quàm ut quarta pars superesset hæredibus, ex cujus nomine lex Falcidia nuncupata est.

1 ¶ Papius] *Antea legebatur*, Papius & Pompejus, *& paulo post*, Papia & Pompeja. *Emendatum est ex manuscriptis exemplaribus Isidori. Nam in impressis notaverat errorem Alciatus lib. 3. dissuntt. cap. 3. In tabulis autem Capitolinis anno urbis DCCLXI. ex Kaland. Iul. suffecti Consules numerantur M. Papius. Q. Poppæus.*

2 ¶ Extraneis] *Hæc dictio non est in Chronico Eusebii à D. Hieronymo latinitate donato, ac locupletato (unde hæc videtur sumpsisse Isidorus) neq; in leg. 2. §. 2. ff. ad leg. Falc. ubi referuntur propria verba ipsius legis. Est tamen apud Isidorum etiam in codicibus manuscriptis.*

C. VII. ¶ *Quæ sit Lex Satyra.*

SAtyra *a* verò lex est, quæ de pluribus simul rebus loquitur, dicta à copia rerum, & quasi à saturitate: unde & Satyram scribere, est poemata varia condere, ut Horatii, Juvenalis, & Persii.

1 ¶ Satyra [*In aliquot Gratiani manuscriptis codicibus, & uno Isidori legetur*, Satura, *de qua ita Festus*: Satura est cibi genus ex variis rebus conditum; & est lex multis aliis conferta legibus. Itaque in sanctione legum adscribitur; nevé per saturam abrogato, aut derogato, *& alia quædam in hanc sententiam.*

C. VIII. *Quæ sint Rhodia leges.*

RHodiæ *b* leges navalium commerciorum sunt, ab insula Rhodo cognominatæ, in qua antiquitùs mercatorum usus fuit.

DISTINCTIO III.

1 pr. OMnes hæ species secularium legum partes sunt. Sed quia constitutio alia est Civilis, alia Ecclesiastica: Civile verò forense, vel civile jus appellatur: quo nomine Ecclesiastica constitutio appelletur, videamus. Ecclesiastica constitutio, Canonis nomine censetur. *Quid autem sit Canon*, Isidorus *in lib. 6. Etym. c. 16. declarat, dicens.*

C. I. ¶ *Quid sit Canon.*

CAnon Græcè, Latinè regula nuncupatur.

C. II. ¶ *Unde dicatur regula.*

REgula *c* dicta est, eò quòd rectè ducit, nec aliquando aliorsum trahit. Alii verò dixerunt regulam dictam, vel quòd regat, vel quòd normam rectæ vivendi præbeat, vel quòd distortum, pravumque *d* corrigat.

2 pr. ¶ *Porrò canonum alii sunt decreta Pontificum, alii statuta Conciliorum. Conciliorum verò alia sunt universalia, alia provincialia. Provincialium alia celebrantur auctoritate Pontificis Romani, præsente videlicet Legato sanctæ Romanæ Ecclesiæ: alia verò auctoritate Patriarcharum, vel Primatum, vel Metropolitanorum ejusdem provinciæ. Hæc quidem de generalibus regulis intelligenda sunt.*

¶ *Sunt autem quædam privatæ leges, tam Ecclesiasticæ quàm seculares, quæ privilegia appellantur. De quibus in 5. lib. Etymol. cap. 18.* Isid. *ait.*

C. III. ¶ *Quid sit privilegium.*

PRivilegia sunt leges privatorum, quasi privatæ leges. Nam privilegiũ inde 1 dictũ est, q̃ in privato feratur.

1 ¶ Privilegium] *Cicero 3. l. de legibus hæc habet*: Majores nostri in privatos homines leges ferri noluerunt, id est enim privilegium. *Verum non semper eâdem notione hanc vocem usurpari solitam fuisse. Budæus, & alii notârunt.*

3 pr. *Officium verò secularium, sive Ecclesiasticarum legum est, præcepere quod necesse est fieri 1, aut prohibere quod malum est fieri; vel permittere licita, ut præmium petere; vel etiam quædam illicita, ut dare libellum repudii, ne fiant graviora. Unde in eod. lib. c. 19.* Isid. *scribit, dicens.*

1 ¶ Fieri] *Quæ sequuntur, in aliquot vetustis codicibus sic habentur*: prohibere quod malum est fieri; permittere vel quædam licita, ut præmium petere, vel quædã illicita, &c.

C. IV. *Quid sit officium Legis.*

OMnis autem lex aut permittit aliquid, ut vir fortis petat præmium: aut vetat, ut sacrarum virginum nuptias nulli petere liceat: aut punit, ut qui cædem fecerit, capite plectatur: ejus enim præmio, aut pœnâ vita moderatur humana: divina 1 autem præcipit *e*, ut [*Diliges Dominum Deum tuum.*]

1 ¶ Divina] *Hinc usque ad finem non sunt in codice-*

---

a *Laberii*) *orig.* b *Isid. eod. l. c. 2. l. 1. §. Ius publicum ff. de just. & jur.* c *Isid. ibid. c. 9.* d *Ex Isid. ibid.* e *antea legebatur*) *ex edictis senatorum.* f *Isid. eod. l. c. 10.* g *Isidor. eodem lib. c. 11.* h *vocata scita*) *orig.* i *Isid. eod. l. cap. 12.* k *Isid. eod. l. c. 13.* l *antea legebatur*) *edidit.* m *Isidor. eod. l. c. 14.* n *al. constituunt.* o *Isid. ibid. c. 15.*

a *al. Satura. Isidor. ibid. cap. 16.* b *Isid. ibid. c. 17.* c *Isid. ibid.* d *pravum quicquid*) *orig.* e *Deut. 6.*

bus Isidori: neque in aliquot exemplaribus Vaticanis Gratiani. In aliis verò, omissâ voce, divina, *legitur,* aut præcipit, ut, diliges Dominum Deum tuum.

DISTINCTIO IV.

1 ps. *Causa verò constitutionis legum est, humanam coërcere audaciam, & nocendi facultatem refrenare, sicut in eod. l. 5. c. 20.* Isid. *testatur, dicens.*

C. I. *Quare Leges salla sint.*

FActæ sunt autem leges, ut earum metu humana coërceatur audacia, tutaque sit inter improbos innocentia, & in ipsis improbis formidato supplicio refrenetur audacia & nocendi facultas.

2 ps. *Tractetur in ipsa constitutione legum maximè qualitas constituendarum est observanda, ut contineant in se honestatem, justitiam, possibilitatem, convenientiam, & cætera, quæ in eod. lib.* Isidor. *enumerat, dicens.*

C. II. *Quale debeat esse Lex.*

ERit a autē Lex honesta, justa, possibilis, secundùm naturam, secundùm patriæ consuetudinē, loco temporiq; conveniens, necessaria, utilis, manifesta quoq;, ne aliquid per obscuritatem in captionem 1 contineat, nullo privato commodo, seu pro communi civium utilitate conscripta.

1 ¶ In captionem] *Antea legebatur,* in cautum captione. *Restituta est vera lectio ex codicibus Isidori manuscriptis lib. 5. cap. 21. & ex impressa etiam lib. 2. cap. 10. ubi eadem scribuntur, partimq; ex antiquis Gratiani exemplaribus, à quibus abest dictio,* cautum. *Simula verò loquendi usus est Paulus l. 3. sententi. tit. 33. c. 2.* Ne quis, *inquit,* in captionem verborum in cavendo incidat.

3 ps. *Ideò autem in ipsa constitutione ista consideranda sunt, quia cùm leges instituta fuerint, non erit liberum judicare de ipsis, sed oportebit judicare secundùm ipsas.*

C. III. ¶ *De legibus tunc est judicandum, cùm instituuntur, non cùm instituta sunt.*

Unde Augustinus *ait in lib. de vera religione, c. 31.*

INb istis temporalibus legibus quanquam de his homines judicent, cùm eas instituunt, tamen cùm fuerint institutæ & firmatæ, non licebit judici de ipsis judicare, sed secundùm ipsas.

Leges instituuntur, cùm promulgantur: firmantur, cùm moribus utentium approbantur. Sicut enim moribus utentium in contrarium, nonnulla leges bonæ abrogata sunt; ita moribus utentium ipsa leges confirmantur. Unde illud Telesphori Papæ (qui decrevit, ut generaliter clerici à quinquagesima 1 *à carnibus & deliciis jejunent) quia moribus utentium approbatum non est, aliter agentes, transgressionis rei non arguit.*

1 Quinquagesima] *Post hoc verbum in codicibus impressis sequebatur,* jejunandi propositum susciperent, & à carnibus, & deliciis abstinerent: *sed omnes ferè manuscripti habent eo modo, quo restitutum est.*

C. IV. ¶ *Septem hebdomadibus à carne, & deliciis ante Pascha Clerici abstineant.*

Telesphorus *urbis Romæ Episcopus omnibus Episcopis, epist. 1.*

STatuimus, c ut septem hebdomadas plenas ante sanctum Pascha omnes Clerici in sortem Domini vocati à carne d jejunent: quia sicut discreta debet esse vita Clericorum à Laicorum conversatione, ita & in jejunio debet esse discretio. *& infrà.* ¶ Has ergò septem hebdomadas omnes Clerici à carne & deliciis jejunent, & hymnis, & vigiliis, atque orationibus Domino inhærere die noctuque studeant.

C. V. ¶ *Septimam hebdomadam Telesphorus Quadragesimæ addit.*

Item Ambrosius *in lib. sermonum* 1.

QUadragesima sex septimanas habet, cui addidit Telesphorus Pontifex septimam hebdomadam, & vocatum est hoc tempus Quinquagesima,

1 ¶ Sermonum] *Inventi sunt Romæ in Bibliotheca Vaticana, & Mediolani in Bibliotheca Monasterii S. Ambrosii sermones aliquot manuscripti, Ambrosii nomen præferentes, inter quos est sermo de Sexagesima, cujus initium est:* Adest tempus, *unde hoc caput sumptum est.*

Quod similiter de eo capitulo est intelligendum, quod B. Gregorius Augustino Anglorum Episcopo *scribit, dicens.*

C. VI. ¶ *A Quinquagesima jejunandi propositum sumant, quos Ecclesiastici gradûs dignitas exornat.*

DEnique *a* Sacerdotes, & Diaconi, & reliqui omnes, quos dignitas ecclesiastici gradûs exornat, à quinquagesima propositû jejunandi suscipiant, quò & aliquid adpensum sanctæ institutionis adjiciant, & eorû, qui in laicali ordine consistunt, observantiam, sicut loco, ita religione præcellât. De ipsa verò die Dominica hæsitamus, quidnam dicendum sit: cùm omnes Laici & Seculares illâ die plus solito cæteris diebus accuratiùs cibos carnium appetant: & nisi novâ quâdam aviditate usq; ad medias noctes se ingurgitent, non aliter se hujus sacri temporis observationem susciperе putant: quod utique non rationi, sed voluptati, imò cuidam mentis cœcitati adscribendum est: unde nec à tali consuetudine averti possunt: & ideò cum venia suo ingenio relinquendi sunt, ne fortè pejores existant, si à tali consuetudine prohibeantur. Ut enim ait Salomon: *b* [*Qui multrum emungit, elicit sanguinem.*] *& post pauca.* ¶ Par autem est, ut quibus diebus à carne animalium abstinemus, ab omnibus quoque, quæ sementinam *c* carnis trahunt originem, jejunemus: à lacte videlicet, caseo, & ovis. *Et post pauca.* ¶ Cæterùm piscium esus ita Christiano relinquitur, ut hoc ei infirmitatis solatium, nō luxuriæ pariat incendium. Denique qui à carne abstinet, nequaquam sumptuosiora marinarum belluarum convivia præparet. Vinum quoque ita bibere permittitur *d*, ut ebrietatem omninò fugiamus: alioqui restat, ut omnia, quæ corpori libent, similiter faciamus.

4 ps. *Hæc esse legibus constituta sunt, tamen quia communi usu approbata non sunt, se non observantes transgressionis rei non arguunt: aliosquin e his non obedientes proprio privarentur honore; cùm illi, qui sacris nolunt obedire canonibus, penitùs officio jubeantur carere suscepto: nisi fortè quis dicat, hæc non decernendo esse statuta, sed exhortando conscripta. Decretum verò necessitatem facit: exhortatio autem liberam voluntatem exstat.*

DISTINCTIO V.

1 ps. HÆc, *quæ de privilegiis, & cæteris infrà positis scripta sunt, tam secularibus, quàm Ecclesiasticis legibus conveniunt. Nunc* 1 *ad differentiam naturalis juris, & cæterorum revertamur. Naturale jus inter omnia primatum obtinet tempore, & dignitate. Cœpit enim ab exordio rationalis creaturæ, nec variatur tempore, sed immutabile permanet.* ¶ *Sed cùm naturale jus in lege & Evangelio suprà dicatur esse comprehensum, quædam autem contraria huic, quæ in lege statuta sunt, nunc inveniantur concessa, non videtur jus naturale immutabile permanere. In lege* f *namque præcipiebatur,* ut mulier, si masculum pareret, quadraginta, si verò fœminam, octuaginta diebus à templi cessaret ingressu: *nunc autem statim post partum Ecclesiam ingredi non prohibetur. Item* g *mulier, quæ menstrua patitur, ex lege immunda esse reputabatur: nunc autem nec statim intrare Ecclesiam, nec sacra communionis mysteria percipere: sunt nec illa, quæ parit, vel illud, quod generatur, statim post partum baptizari prohibetur.*

1 ¶ Nunc ad differentiam] *In vulgatis legebatur,*

a *Ivo par. 4. cap. 168. Pann. l. 2. cap. 142* b *Ivo par. 4. cap. 169. Pann. l. 2. c. 143.* c *Ivo par. 4. c. 25. Pann. l. 2. c. 174.* d *al. carne, & deliciis.*

a *Ivo par. 4. c. 29.* b *Proverb. 30.* c *al. sementivam.* d *al. permittitur.* e *Ex Gregor. infr. 25. q. 1. hæc confinxit.* f *Levit. 12.* g *Ibid. 15.*

Nunc autem ad doctrinam. *Emendatum est ex vetustis codicibus & ex principio dist. 15. ubi hoc reperitur.*

C. I. PALEA. 1

Unde eadem Augustino Anglorum Episcopo Gregorius *a scribit, dicens.*

CUm enixa fuerit mulier, post quot dies intrare Ecclesiam debeat, Testamenti Veteris præceptione didicisti: quia pro masculo xxxiij. pro fœmina verò lxvj. diebus debet abstinere: quod tamen sciendum, quia in mysterio accipitur.

1 ¶ Palea] *De Palea universè in Præfatione dictum est. Hæc verò, cui primum præponitur nomen Palea, habetur etiam in manuscriptis exemplaribus (exceptis duobus Vaticanis:) & in quatuor, conjunctum est cum sequente capite,* Si mulier. *additâ ad illius initium voce,* Nam: *quemadmodum est apud Gregorium.*

C. II. ¶ *Mulier enixa gratias actura Ecclesiam intrare horâ eâdem non prohibetur.*

SI *b* mulier eâdem horâ, quâ genuerit, actura gratias intrat Ecclesiam, nullo pondere peccati gravatur: voluptas etenim carnis, non dolor in culpa est. In carnis autem commistione voluptas est: in *c* prolis verò partu dolor & gemitus. Unde & ipsi primæ matri omnium dicitur: *d* [*In doloribus paries.*] Si itaque enixam mulierem prohibemus intrare Ecclesiam, ipsam ei pœnam suam, in culpam deputamus.

¶ *Mulierem enixam, vel quod ab ea genitum fuerit, eâdem horâ nihil prohibet baptizari.*

C. III. Idem *ad eundem.*

BAptizari *e* autem vel enixam mulierem, vel hoc, quod genuerit, si periculo mortis urgetur, vel ipsâ horâ eâdem, quâ gignit, vel hoc, quod gignitur, eâdem, quâ natum est, nullo modo prohibetur: quia 1 sicut sancti mysterii gratia viventibus, atq; discernentib. cum magna discretione providenda est: ita quib. mors imminet, sine ulla dilatione offerenda est: ne, dum adhuc tempus ad præbendum redemptionis mysterium quæritur, intervenientè paululùm morâ, inveniri non valeat, qui redimatur.

1 ¶ Quia sicut] *Hinc usque ad ver.* Ne dum. *addita sunt ex B. Gregorio.*

¶ *Antequam puer ablactetur, vel mater purificetur, ad ejus concubitum vir non accedat.*

C. IV. Item.

AD *f* ejus verò concubitum vir suus accedere non debet, quousque qui gignitur, ablactetur. Prava autem in conjugatorum moribus consuetudo surrexit, ut mulieres filios, quos gignunt, nutrire contemnant, eosque aliis mulieribus ad nutriendum tradant: quod videlicet ex sola causa *g* incontinentiæ videtur inventum: quia dum se continere nolunt, despiciunt lactare, quos gignunt. Hæ itaque, quæ filios suos ex prava consuetudine aliis ad nutriendum tradunt, nisi purgationis tempus prius transierit, *h* viris suis non debent admisceri: quippe cùm & sine partûs causa, cùm in consuetis menstruis detinentur, viris suis misceri prohibeantur: ita ut morte lex *i* sacra feriat, si quis vir ad menstruatam mulierem accedat. Quæ tamen mulier, dum ex consuetudine menstrua patitur, prohiberi Ecclesiam intrare non debet; quia ei naturæ superfluitas in culpam non valet imputari: & per hoc, quod invita patitur, justum non est, ut Ecclesiæ ingressu privetur: Novimus *k* namque, quòd mulier, quæ sanguinis fluxum patiebatur, post tergum Domini veniens, *a* vestimenti ejus fimbriam tetigit, atq; statim ab ea sua infirmitas recessit. Si ergò in fluxu sanguinis posita, laudabiliter potuit Domini vestimentum tangere, cur, quæ menstruum sanguinis patitur, ei non liceat Domini Ecclesiam intrare? *& infra.* ¶ Si igitur benè præsumpsit, quæ vestimentum Domini in languore posita tetigit, quod uni personæ infirmanti conceditur, cur non concedatur cunctis mulieribus, quæ naturæ suæ vitio infirmantur? ¶ Sanctæ autem communionis mysterium in eisdem diebus percipere non debet prohiberi. Si autem ex veneratione magna percipere non præsumit, laudanda est; sed si percipiat, non judicanda. Bonarum quippe mentium est, ibi etiam [aliquo *b* modo] culpas suas agnoscere, ubi culpa non est: quia sæpè sine culpa agitur, quod venit ex culpa. Unde etiam cùm esurimus, sine culpa comedimus, quibus ex culpa primi hominis factû est, ut esuriremus.

a *cap. 10. ad interrogata Aug. Anglorum Episcops.* b *Gregorius ibidem continenter. Beda lib. 1. de hist. Angl. cap. 27. Nicolaus ad consulta Bulgarorum, cap. 62.* c *nam in prolis prolatione gemitus.) orig.* d *Gen. 3.* e *Greg. ibid. continenter. Burch. l. 4. c. 32. Ivo par. 1. c. 62.* f *Greg. ibid. continenter. Nicolaus ad consulta Bulg. c. 62. Beda lib. 1. de hist. Angl. c. 27. Ivo par. 1. c. 22.* g *al. carnis incontinentia.* h *transferus.) orig.* i *Levit. 15.* k *Matth. 9.*

DISTINCTIO VI.

QUia verò de naturæ superfluitate sermo cœpit haberi, quæretur, an possit illusionem, quæ per somnium solet accidere, vel corpus Domini qualibet accipere valeat, vel si Sacerdos sit, sacra mysteria celebrare.

¶ *De multiplici genere Illusionis.*

C. I. *Deliu ita scribit* B. Gregorius c *Augustino Anglorum Episcopo, resp. 11.*

TEstamentum veteris legis hunc pollutum Domino dicit, & nisi lotum aquâ, etiam usque ad vesperam *d* intrare Ecclesiam non concedit. ¶ Quod *e* tamen aliter intelligens populus spiritualis, quasi per somnium eum illudi reputat, qui tentatus immunditiâ, veris 1 imaginibus in cogitatione inquinatur. Sed lavandus est aquâ, ut culpam cogitationis lachrymis abluat: & nisi prius ignis tentationis recesserit, reum se quasi usque ad vesperam cognoscat. ¶ Sed est in eadem illusione valdè necessaria discretio, quæ *f* subtiliter pensare debet, ex qua re accidat menti dormientis. Aliquando enim ex crapula, aliquando ex naturæ superfluitate vel infirmitate, aliquando ex cogitatione contingit. Et quidem, cùm ex naturæ superfluitate, vel infirmitate evenerit, omnimodò hæc illusio non est timenda: quia hanc animus nesciens pertulisse magis dolendus est, quàm fecisse. Cùm verò ultra modum appetitus gulæ in sumendis alimentis rapitur, atque idcirco humorum receptacula gravantur, habet exinde animus aliquē reatum, non tamen usq; ad prohibitionē percipiendi sacri mysterii, vel Missarū solemnia celebrādi, cùm fortasse aut festus dies exigit, aut exhibere *g* mysteriū pro eo, quòd Sacerdos alius in loco deest, ipsa necessitas compellit. Nam si adsunt alii, qui implere mysterium valeant, illusio per crapulam facta, à perceptione sacri mysterii prohibere non debet, sed ab immolatione sacri mysterii abstinere, *h* ut arbitror, humiliter debet, si 2 tamē dormientem turpi imaginatione illusio nō concusserit. Nam sunt, quib. ita plerunq; illusio nascitur, ut eorum animⁱ etiam in somno corporis positus, non fœdetur turpibus imaginationibⁱ. ¶ Qua in re unum ibi ostenditur, quòd ipsa mens rea non sit tunc, 3 sed suo judicio penitùs libera, cùm se, etsi dormiēti corpore nihil meminit vidisse, tamē in vigiliis corporis meminit in ingluviem cecidisse. Si verò ex turpi cogitatione vigilantis, oritur illusio in mente dormientis, patet animo suus reatus. Videt enim, à qua radice inquinatio illa processerit: quia *i* quod co-

a *al. humiliter veneni.* b *addita sunt ista duo verba ex B. Greg. & Beda.* c *ex 11. interrogatione Augustini Anglorum Episcops. Beda l. 1. hist. Anglor. c. 27. Burch. l. 3. cap. 43. Ivo par. 2. c. 32. Pann. l. 1. c. 160. Polyc. l. 3. tit. 16.* d *al. vesperum.* e *paulò aliter in original. & apud cæteros collectores.* f *al. quia. Ivo par. 9. c. 111.* g *al. exhiberi.* h *al. abstineri.* i *al. qui.*

gitu-

gitavit sciens, hoc pertulit nesciens, & 4 propter talem pollutionem à sacro mysterio eâ die abstinere oportet.

1 ¶ Veris] *In plerisq; codicibus B. Gregorii, & apud Bedam, & in collectione Conciliorum Colonæ 1530. impressa, legitur* vanis: *in aliquibus verò B. Gregorii codicibus,* variis: *sed ob glossam non est mutatum.*

2 ¶ Si tamen] *In Codicibus B. Gregorii, & apud Bedam est,* si tamen dormientis mentem turpis imaginatio non concusserit. *In collectione verò Isidori etiam manuscripta:* si tantùm animum dormientis turpes imaginationes concusserunt: *quem sensum retinet etiam lectio Pannormiæ: nam Burchardus, & Ivo parùm ab originali discrepant.*

3 ¶ Non sit tunc, sed suo] *Omnia ferè Gratiani manuscripta exemplaria habent,* vel suo: *Cæterùm magna hoc loco est inter cæteros collectores, & Bedam & B. Gregorii codices varietas. In collectione Isidori etiam manuscripta est,* qua in re unum ibi ostenditur, ipsa mens non rea, nec tamen suo judicio libera, *Verùm ob codicum varietatem nihil est in contextu mutatum.*

4 ¶ Et propter] *Hæc usque ad finem, neque in codicibus B. Gregorii, neque apud Bedam, neque in tribus vetustis Gratiani exemplaribus habentur. Sunt tamen apud Burchardum, Ivonem, & Pannormiam, & Polycarpum.*

¶ *Peccatum non dicitur perpetratum cogitatione solùm, sed delectatione & consensu.*

C. II. PALEA. 1

SEd *a* pensandum est, ipsa cogitatio utrum in suggestione, an delectatione, vel (quod majus est) peccati consensu acciderit. Tribus enim modis impletur omne peccatum, videlicet suggestione, delectatione, consensu: suggestio quippe fit per diabolum, delectatio per carnem, consensus per spiritum; quia & *b* primò culpam serpens suggessit, Eva velut caro delectata est, Adam velut spiritus consensit. Et necessaria est magna discretio, ut inter suggestionem 2, delectationem, & consensum judex sui animus præsideat. Cùm enim malignus spiritus peccatum suggerit in mente, si nulla peccati delectatio sequatur, peccatum omninò perpetratum non est: cùm verò caro delectari cœperit, tunc peccatum incipit nasci: si autem etiam ad consensionem ex deliberatione descendit, tunc peccatum cognoscitur perfici. In suggestione igitur, peccati semen est, in delectatione fit nutrimentum, in consensu perfectio. Et sæpè contingit, ut hoc, quod malignus spiritus seminat in cogitatione, caro in delectationem trahat, nec tamen animus eidem delectationi consentiat. Et cùm caro sine anima delectari nequeat, ipse tamen animus carnis voluptatibus reluctans in delectatione carnali aliquo modo ligatur invitus, ut ei ex ratione contradicat, nec consentiat, & tamen delectatione ligatus sit, sed ligatum se vehementer ingemiscat. Unde & Ille cœlestis exercitûs præcipuus miles gemebat, dicens *c*: [*Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captivum me ducentem in lege* d *peccati, quæ est in membris meis.*] Si autem 3 captivus erat, minimè repugnabat: quapropter & captivus erat, & repugnabat. Igitur legi mentis ejus, lex, quæ in membris est, repugnabat: si autem repugnabat, captivus non erat. Ecce itaque homo est (ut ita dixerim) captivus, & liber: liber ex justitia, quam diligit; captivus ex delectatione, quam portat invitus.

1 ¶ Palea] *Abest hæc Palea non solùm à primo & decimo Vaticanis, verùm & ab aliis, quæ aliquot Paleas habent. Rubrica autem abest ab omnibus. In quibus enim caput hoc reperitur, conjunctè ponitur cum superiore, quemadmodum etiam apud Burchardum & Ivonem.*

2 ¶ Suggestionem] *Sic emendatum est ex originali, à quo parùm discrepat Ivo: antea legebatur,* & necessaria est magna discretio inter suggestionē, & delectationem, & inter delectationē, atq; consensum, udicem sui faciat animum præsidem. *Burchard.* judicem sui præsidere animum. *Reliqua ferè ut Gratianus. Apud Bedam verò,* & inter suggestionem, atque delectationem, inter delectationem, & consensum judex sui animus præsideat. *In collectione Isidori,* & necessarium est magnâ discretione inter suggestionem, & delectationem atque consensum judicem sui prodere animum.

3 ¶ Si autem] *Magna etiam hoc loco codicum varietas est. Brevissima, & satis integra lectio est in codice epistolarum B. Gregorii, olim Lutetiæ impresso.* Si autem captivus erat, minimè pugnabat, &c. pugnabat autem, quapropter captivus non erat. Ecce itaque, &c.

¶ *Quando sit peccatum nocturnis imaginibus illudi.*

C. III. ¶ *Item* Isidorus *lib 3. sententiarum, de summo bono, cap. 6.*

NOn *a* est peccatum, quando nolentes imaginibus nocturnis illudimur: sed tunc est peccatum, si, antequam illudamur, cogitationis affectibus prævenimur. Luxuriæ quippe imagines, quas in veritate gessimus, sæpè dormientibus in animo apparent, sed innoxiæ, si non concupiscendo occurrunt. Qui nocturnâ illusione polluitur, quamvis extra memoriam turpium cogitationum sese persentiat inquinatum, tamen hoc, ut tentaretur, culpæ suæ tribuat, suamque immunditiam statim fletibus tergat.

Hu stag. b *respondetur. In Lege, & in Evangelio naturale jus continetur, non tamen quæcunque in Lege & Evangelio inveniuntur, naturali juri cohærere probantur. Sunt enim in Lege quædam moralia præcepta, ut non occides, &c. quædam mystica, utpote sacrificiorum præcepta, ut de agno, & alia similia hu. Moralia mandata ad naturale jus spectant, atque ideò nullam mutabilitatem recepisse monstrantur. Mystica verò, quantum ad superficiem, à naturali jure probantur alienis: quantum ad moralem intelligentiam inveniuntur sibi annexa, ac per hoc, etsi secundum superficiem videantur esse mutata, tamen secundum moralem intelligentiam mutabilitatem nescire probantur. Naturale ergò jus ab exordio rationalis creaturæ incipiens, ut suprà dictum est, manet immobile. Ius verò consuetudinis post naturalem legem exordium habuit, ex quo homines convenientes in unum cœperunt simul habitare, quod ex eo tempore factum creditur, ex quâ Cain* c *civitatem ædificâsse legitur: quod cùm diluvio* d *propter hominum varietatem ferè videatur extinctum, postea à tempore Nemroth reparatum, sive potius immutatum existimatur, cùm ipse simul cum aliis alios cœpit opprimere; aliis suâ imbecillitate ejus ditioni cœperunt esse subjecti, unde in Genesi* e *legitur de eo* [Cœpit Nemroth robustus venator esse coram Domino.] *id est,* f *hominum oppressor & extinctor, quos etiam ad turrim ædificandam allexit.*

1 ¶ Id est] *Glossa ordinaria ad ipsum locum ex Alcuino ita habet:* id est, hominum oppressor & extinctor: quos allexit, ut tutiorem contra Deum constituerent.

DISTINCTIO VII.

1 IPs *Ivo autem constitutionis capita à justificationibus, quas Dominus tradidit Moysi* f, *dicens:* [Si emeris servum Hebræum, &c.]

¶ *De conditoribus Legum.*

C. I. *Unde* Isidorus *in lib. 5. Etym. c. 1. ait:*

MOyses gentis Hebrææ primus omnium divinas leges sacris literis explicavit. Phoroneus Rex Græcis primus leges, judiciaque constituit. Mercurius Trismegistus primus leges Ægyptiis tradidit. Solon primus leges Athenienſibus dedit. Lycurgus primus Lacedæmonis jura ex Apollinis authoritate confinxit. Numa Pompilius, qui Romulo successit in regno, primus leges Romanas edidit. Deinde, cùm populus seditiosos

a Beda ibid. Burch. l. 5. c. 43. Ivo par. 2. c. 52. b al. cùm primam. c Rom. 7. d al. ad legem.

a Ivo p. 9 c. 112. b al. ita. c Genes. 4. d Genes. 7. e Genes. 10. f Exod. 21.

a magistratus ferre non posset, Decemviros legibus scribendis creavit, qui leges ex libris Solonis in Latinum sermonem translatas, XII. tabulis exposuerunt.

C. II. *Nomina eorum, qui leges XII. tabularum exposuerunt.*

Fuerunt b autem hi, App. Claudius, T. Genucius, P. Sestius, Sp. Veturius, C. Julius, A. Manlius, Ser. Sulpicius, P. Curatius, T. Romilius, Sp. Posthumius. Hi decem viri legum conscribendarum electi sunt. Leges autem redigere in libris c primus consul Pompejus instituere voluit: sed non perseveravit obtrectatorum metu. Deinde Cæsar cœpit id facere, sed antè interfectus est. Paulatim autem antiquæ leges vetustate, atq; incuriâ obsoleverunt, d quarum etsi nullus jam usus est, notitia tamen necessaria videtur. Novæ leges à Constantino Cæsare cœperunt, & reliquis succedentibus: erantq; permistæ, & inordinatæ. Postea e Theodosius minor f Augustus, ad similitudinem Gregoriani, & Hermogeniani codicem factum constitutionum à Constantini temporibus, sub proprio cujusq; Imperatoris titulo disposuit, quem à suo nomine Theodosianum vocavit.

DISTINCTIO VIII.

1 gs Differt autem jus naturale g *à consuetudine, & constitutione. Nam jure naturali omnia sunt communia omnibus: quod non solùm inter eos servatum creditur, de quibus legitur* h : [Multitudinis autem credentium erat cor unum, & anima una, &c.] *verùm etiam præcedenti tempore à Philosophis traditum invenitur. Unde apud Platonem illa civitas justissimè ordinata traditur, in qua quisq; proprios nescit affectus. Jure verò consuetudinis, vel constitutionis hoc meum est, illud alterius.*

C. I. ¶ *Jure divino, omnia sunt communia omnibus: jure verò constitutionis, hoc meum, illud alterius est.*

Unde Augustinus *ait, tract. 6. ad c. 1. Ioannis.*

Quo i jure defendis villas Ecclesiæ 1 ? divino, an humano? Divinum jus in scripturis habemus, humanum jus in legibus Regum. Unde quisque possidet, quod possidet? Nonne jure humano? Nam jure divino [*Domus* k *est terra, & plenitudo ejus.*] Pauperes, & divites Deus de 1 uno limo fecit, & pauperes & divites una terra supportat. Jure tamen humano dicitur m, hæc villa mea est, hæc domus mea, hic servus meus est. Jura n autem humana, jura Imperatorum sunt: quare? Quia ipsa jura humana per Imperatores & Reges seculi Deus distribuit generi humano. *Item ibidem paulo inferius.* ¶ Tolle 2 jura Imperatorum, & quis audet dicere, mea est illa villa, aut meus est ille servus, aut domus hæc mea est? Si autem, ut teneantur ista ab hominibus regum jura fecerunt, vultis, ut retineamus leges, ut gaudeatis, &c. *Item ibidem paucis interjectis.* ¶ Legantur leges o, ubi manifestè præceperunt Imperatores, eos p, qui præter Ecclesiæ Catholicæ communionem usurpant sibi nomen Christianum, nec volunt in pace colere pacis auctorem, nihil nomine Ecclesiæ audeant possidere. Sed quid nobis & Imperatori? Sed jam dixi, de jure humano agitur. Et tamen Apostolus q voluit servire Regibus, voluit honorari Reges, & dixit [*Regem reveremini.*] Nolite dicere, quid mihi, & Regi? Quid tibi ergo & possessioni? Per jura Regum possidentur possessiones. Dixisti, quid mihi & Regi? Noli dicere possessiones tuas, quia ipsa r jura humana renunciâsti, quibus possidentur possessiones.

1 ¶ Ecclesiæ] *Hæc dictio non est apud B. Augustinum. Nam ibi agit contra Donatistas, qui legibus Imperatorum villas sibi ademptas, & Ecclesiæ catholicæ attributas esse querebantur. Quare, cum Donatista dicerent, villas nostras tulerunt: fundos nostros tulerunt, ut eo ipse convincat, nullum jus in illo habuisse, aut habere, quibuslam præpositis, addit ista: Quo jure defendis villas? divino, &c. Et infrà 11. q. 1. c. si quæ causa. ubi Gratianus citat unetium hujus capitis, ista dicta, Ecclesiæ, non habetur. Est tamen apud Anselmum, Ivonem, & in Pannormia, locis indicatis.*

2 ¶ Tolle] *Quoniam glossa obstitet, ne omnia emendarentur, aut adderentur, quæcunque addenda videbantur, placuit integrum apponere locum B. Augustini. Apud ipsum igitur post ver.* humano, *antecedentis paragraphi, hæc sequuntur:* Vultis legamus leges Imperatorum, & secundùm ipsas agamus de villis? Si jure humano vultis possidere, recitemus leges Imperatorum: videamus, si aliquid voluerint ab hæreticis possideri. Sed quis mihi est Imperator? Secundùm jus ipsius possides terram. Aut tolle jura Imperatorum, & quis audet dicere, mea est illa villa, aut meus est ille servus, aut domus hæc mea est? Si autem ut teneantur ista ab hominibus, jura acceperunt Regum, vultis recitemus leges, ut gaudeatis, quia vel unum horum habetis, & non imputetis, nisi mansuetudini columbæ, quia vel ibi vobis permittitur permanere? Legantur enim leges manifestæ, ubi præceperunt Imperatores, &c.

2 pars. ¶ *Dignitate verò jus naturale similiter prævalet consuetudini, & constitutioni. Quæcunque enim vel moribus recepta sunt, vel scriptis comprehensa, si naturali juri fuerint adversa, vana & irrita habenda sunt.*

C. II. ¶ *Adversùs naturale jus nulli quacquam agere licet.*

Unde Augustinus *ait, lib. 3. confess. c. 8.*

Quæ a contra mores hominum sunt flagitia, pro morum diversitate vitanda sunt, ut pactum inter se civitatis, aut gentis consuetudine, vel lege firmatum, nullâ civis, aut peregrini libidine violetur. Turpis enim omnis pars est suo universo non congruens. Cùm autem Deus aliquid contra morem, aut pactum quorumlibet jubet, etsi nunquam ibi factum est, faciendum est; & si omissum, instaurandum est; & si institutum non erat, instituendum est. Si enim Regi licet in civitate, cui b regnat, jubere aliquid quod neque ante illum quisquam, nec ipse unquam jusserat, & non contra societatem civitatis ejus obtemperatur, imò contra societatem non obtemperatur: (generale quippe pactum est societatis humanæ, obedire Regibus suis:) quantò magis Deo regnatori universæ creaturæ suæ, ad ea, quæ jusserit, sine dubitatione serviendum est? Sicut enim in potestatibus societatis humanæ, major potestas minori ad obediendum præponitur, ita Deus omnibus.

C. III. ¶ *Radicitùs est evellenda pernitiosa consuetudo.*

Item Nicolaus *Papa Hincmaro Remensi Archiepiscopo.*

¶ *Caput hoc est ex epistola Nicolai, quæ incepit,* Epistolam Beatitudinis tuæ; *extatq; una cum aliis ejusdem, & aliorum Pontificum epistolis manuscriptis Romæ, in Bibliotheca Monasterii Dominicanorum, ex qua hoc caput emendatum est.*

Mala c consuetudo, quæ non minùs, quàm perniciosa corruptela vitanda est, nisi citiùs radicitùs evellatur, in privilegiorum jus ab improbis assumitur, & incipiunt prævaricationes, & variæ d præsumptiones celerrimè non compressæ, pro legibus venerari, & privilegiorum more perpetuò celebrari.

---

a *al. sedatissimi.* b *Isidorus ibidem continenter.* c *al. libros.* d *exulcerauerunt) orig.* e *Ivo p. 2. c. 170. Pann. l. 2. c. 144.* f *al. junior.* g *al. natura.* h *Alter. 4.* i *Ansel. l. 12 c. 62. Ivo p. 3 c. 194. Pann. l. 2 c. 83.* k *Psal. 23.* l *Gen. 2.* m *dicit) orig.* n *Jure ergo humano, jure Imperatorum: Quare?) orig.* o *Cod. l. 1. tit. 5. l. 4. & Cod. Theod. l. 16. tit. 5. l. 44. 3244.* p *al. ut.* q *2. Pet. 2.* r *al. ad ipsa.) orig. & Ivo.*

a *Ivo p. 4. c. 178.* b *al. in qua.* c *Ivo p. 4. c. 203. Pann. l. 2. c. 18.* d *al. vana.*

¶ *Versatâ*

C. IV. ¶ *Veritati & rationi consuetudo est postponenda.*
Item Augustin. *l. 3. de Baptismo, contra Donatistas, c. 6.* a

VEritate b manifestatâ, cedat consuetudo veritati: planè respondeo, quis dubitet veritati manifestatæ debere consuetudinem cedere? *Item c.* Nemo consuetudinem rationi, & veritati præponat, quia consuetudinem ratio & veritas semper excludit.

C. V. ¶ *Quælibet consuetudo veritati est postponenda.*
Item Gregorius 1 *Vvimundo d Aversano Episcopo.*

SI e consuetudinem fortassis opponas, advertendum est, quod Dominus dicit *f*, [*Ego sum veritas & vita.*] Non dixit, Ego sum consuetudo, sed veritas. Et certè (ut Beati Cypriani *g* utamur sententiâ) quælibet consuetudo, quantumvis vetusta, quantumvis vulgata, veritati omninò est postponenda, & usus, qui veritati est contrarius, abolendus.

1 ¶ Gregorius] *In aliquot manuscriptis, & apud Ivonem est,* Gregorius VII. *Et hujus Pontificatu Guitmundus Aversanus Episcopus scripsit de corpore & sanguine Domini contra Berengarium, qui liber extat.*

C. VI. ¶ *Veritate revelatâ; consuetudinem sibi cedere oportet.*
Item Augustin. *lib 3. de Baptismo contra Donatistas, cap. .* h

QUi *i* contemptâ veritate præsumit consuetudinem sequi, aut circa fratres invidus est & malignus, quibus veritas revelatur, aut circa Deum ingratus est, cujus inspiratione Ecclesia ejus instruitur. *& infrà k:* In Evangelio *l* Dominus, *Ego sum*, inquit, *veritas:* non dixit, ego sum consuetudo. Itaque veritate manifestatâ, cedat consuetudo veritati. *& ¶.* Revelatione factâ veritatis, cedat *m* consuetudo 1 veritati: quia & Petrus *n*, qui priùs circumcidebat, cessit Paulo veritatem prædicanti. *& infrà. o* Cum Christus veritas sit, magis veritatem, quàm consuetudinem sequi debemus: quia 2 consuetudinem ratio & veritas semper excludit. *p*

1 ¶ Cedat consuetudo] *Apud B. Augustinum, & Ivonem, & in Panormia legitur,* cedat error. *Sed verè B. Augustinus ex ipsissimet Zosimi verbis colligit, quod ille errorem appellabat, fuisse consuetudinem. Ita enim respondet:* Noluit quidem iste dicere, consuetudinem, sed errorem. Veruntamen, cùm dicit: quia & Petrus, qui priùs circumcidebat, cessit Paulo veritatem prædicanti, satis indicat, quòd aliud etiam de Baptismo fieri solebat.

2 ¶ Quia consuetudinem] *Verba hæc usque ad finem, apud Ivonem, & Gratianum satis commodè hìc adnectuntur, repetita ex verbis Felicis, quæ referuntur suprà, c.* veritate.

C. VII. ¶ *Consuetudo rationi frustrà opponitur.*
Idem *in lib. 4. de Baptismo, contra Donatistas, cap. 3.*

FRustrà, inquit *q* quidam, qui ratione vincuntur, consuetudinem nobis obiiciunt, quasi consuetudo major sit veritate, aut non id sit in spiritualibus sequendum, quod in melius fuerit à Spiritu sancto revelatum. ¶ Hoc *r* planè verum est, quia ratio, & veritas consuetudini præponenda est. Sed cum consuetudini veritas suffragatur, nihil oportet firmiùs teneri.

a *Sub persona Liboſi Vagensis.* b *Ivo p. 4. c. 208. Pann. l. 2. c. 161. Infrà ead. c. qui contempta.* c *Ibid. cap. 8. sub persona Felicis à Elue lacensi.* d *al. Guitmundo.* e *Ivo par. 4. c. 213. Pann. l. 2. c. 166.* f *Ioan. 14.* g *Cyprianus in toto ille suo Concilio.* h *Sub persona Castis Succensis.* i *Ivo p. 4. c. 214.* k *Ibid. cap. 6. sub persona Liboſi Vagensis.* l *Ioan. 14.* m *supra ea. c. veritate. Ibid. cap. 7 sub persona Zosimi à Tarassa.* n *Galat. 2.* o *Ibid. cap. 9. sub persona Honorati à Tucca.* p *suprà ea. c. veritate.* q *Hic refert B. Augustinus verba B. Cypriani in epist. ad Iubaianum. Ivo p. 2. cap. 94. & par. 4. c. 235.* r *Hic B. Augustinus respondet.*

C. VIII. ¶ *Rationem consuetudo impedire non debet.*
Item Cyprianus *in epistola ad Pompejum, contra epistolam Stephani.*

COnsuetudo, quæ apud quosdam obrepserat, impedire non debet, quò minùs veritas prævaleat, & vincat. Nam consuetudo sine veritate, vetustas erroris est: propter quod relicto errore sequamur veritatem, scientes, quia & apud Esdram *a* veritas vicit, sicut scriptum est: [*Veritas manet, & invalescit in æternum, & vivit, & obtinet in sæcula sæculorum.*]

Idem *in epist. ad Iubaianum, circa med.*

Ignoſci 1 potest simpliciter erranti, sicut de seipso dicit Apostolus Paulus *b*, [*Qui primò*, inquit, *fui blasphemus, & persecutor, & injuriosus: sed misericordiam merui, quia ignorans feci.*] Post inspirationem verò, & revelationem factam, qui in eo, quod erraverat, perseverat, prudens & sciens sine venia ignorantiæ peccat: præsumptione enim atque obstinatione quâdam nititur, cùm ratione superetur.

1 ¶ Ignoſci] *Apud B. Cyprianum legitur,* ignoſci enim potest, *& hìc antecedunt ea, quæ leguntur suprà* c. frustrà. *usque ad ver.* revelatum.

C. IX. ¶ *Deo veritatem, non hominum consuetudinem sequi oportet.*
Idem *lib. 2. ep. 3. ad Cæcilium.*

SI e solus Christus audiendus est, non debemus attendere, quid aliquis ante nos faciendum putaverit, sed *d* quid, qui ante omnes est, Christus, prior fecerit. Neque enim hominis consuetudinem sequi oportet, sed Dei veritatem, cùm per Esaiam *e* Prophetam Deus loquatur & dicat: [*Sine causa autem colunt me, mandata & doctrinas hominum docentes.*]

Liquidò igitur ex præmisſis apparet, quòd consuetudo naturali juri postponitur.

DISTINCTIO IX.

1 ps QUod autem & constitutio naturali juri cedat, multiplici authoritate probatur.

¶ *Leges Principum naturali juri prævalere non debent.*

PALEA. 1

C. I. *Ait enim* Augustinus *ad Bonifacium Comitem, epist. 50.*

IMperatores, quando pro falsitate contra veritatem constituunt malas leges, probantur bene credentes, & coronantur perseverantes: quando autem pro veritate contra falsitatem constitutum bonas leges, terrentur sævientes, & corriguntur intelligentes.

Quicunque 2 ergò *f* legibus Imperatorum, quæ pro Dei veritate feruntur, obtemperare non vult, acquirit grande supplicium. Quicunque verò legibus Imperatorum, quæ contra veritatem Dei feruntur, obtemperare non vult, acquirit grande præmium.

Nam & temporibus Prophetarum omnes Reges, qui in populo Dei non prohibuerunt, nec everterunt, quæ contra Dei præcepta fuerant instituta, culpantur: & qui prohibuerunt, & everterunt, super aliorum merita laudantur. Et Rex *g* Nabuchodonosor, cùm servus esset idolorũ, constitúit sacrilegã legẽ, ut simulacrum adoraretur, sed ejus impiæ constitutioni qui obedire noluerunt, piè, fideliterq; fecerunt. Idem *h* tamen Rex, divino correctus miraculo, piam & laudabilẽ legẽ pro veritate constituit, ut quicunq; diceret blasphemiam in Deum *i* Sidrac, Misac, & Abdenago, cum domo sua penitùs interiret.

1 ¶ Palea] *In exemplaribus antiquis Gratiani, in quibus aut nulla, aut pauca sunt Palea, hoc loco habetur tan-*

a *Esdræ 3. & 4.* b *1. Timoth. 1.* c *Anselm. libr. 9. cap. 6.* d *Matth. 17. Hic est filius meus, &c.* e *Esa. 29. Matth. 15.* f *Ivo par. 4. cap. 145. Pann. l. 2. tit. 141.* g *Dan. 3.* h *Ibid.* i *Deum verum) orig.*

um à versic. Quicunque, usque ad vers. Nam & temporibus. *In aliis autem, in quibus sunt, habetur integrum hoc caput, & sine nota Palea. Est autem totum in eodem B. Augustini loco.*

2 ¶ Quicunque] *Commutatus etiam apud Ivonem, & in Pannormia est ordo verborum B. Augustini, apud quem, qui meretur præmium, priore, qui supplicium, posteriore loco ponitur.*

¶ *Principes tenentur & ipsi vivere legibus suis.*

C. II. Item *ex verbis* Isidori *l. 3. sententiarum de summo bono, c. 51.*

IUstum *a* est, principem legibus obtemperare suis. Tunc enim jura sua ab omnibus custodienda existimet, quando & ipse illis reverentiam præbet. Principes legibus teneri suis, nec in se convenit, *b* posse damnare jura, quæ in subjectis constituunt. Justa est enim vocis eorum auctoritas, si quod populis prohibent, sibi licere non patiantur.

¶ *In aliquot vetustis exemplaribus caput hoc non habetur: in aliis verò conjunctum est superiori, & non habet rubricam.*

¶ *Scripturis canonicis tractatorum litera deferviunt.*

C. III. *Idem* Augustinus *in Prologo libri tertii de Trinitate.*

2 IPsi *c* meis literis quasi canonicis scripturis inservire. Sed in illis, & quod non credebas, cùm inveneris, incunctanter crede: in istis autem, quod certum *d* non habebas, nisi certum intellexeris, noli firmum *e* tenere.

¶ *In tractatorum opusculis multa corrigenda inveniuntur.*

C. IV. Idem *ad Vincentium Victorem, lib. 4. de unima, & ejusvirginit. cap. 1.*

NEgare *f* non possum nec debeo, sicut in ipsis maioribus, *g* ita multa esse in tam multis opusculis meis, quæ possint justo judicio, & nullâ temeritate damnari.

¶ *In scriptis canonicis mendacia non admittuntur.*

C. V. Idem *ad Hieronymum, epist. 19.*

EGo *h* solis eis scriptorum, *i* qui jam canonici appellantur, didici hunc timorem, honoremque deferre, ut nullum eorum *k* scribendo errâsse audeam credere: ac si aliquid in eis offendero, quod videatur contrarium veritati, nihil aliud quàm vel mendosum esse codicem, vel interpretem non assecutum esse, quod dictum est, vel me minimè intellexisse, non ambigam. Alios autem ita lego, ut quantâlibet sanctitate, doctrinâque polleant, *l* non ideò verum putem, quia ipsi ita senserunt, sed quia mihi 1 per alios auctores, vel canonicas, vel probabiles rationes, quod à vero non abhorreat, persuadere potuerunt.

1 ¶ Mihi per alios] *Sic etiam in manuscriptis, & in glossa. Apud B. Augustinum est*, mihi vel per illos auctores Canonicos, vel probabili ratione: *nec multò secus apud Ivonem. Alias verò nonnullas varietates satis visum est in margine indicare.*

¶ *Libris veterum Hebræa volumina, novis Græca auctoritatem impendunt.*

C. VI. Idem 1.

UT veterum librorum fides de Hebræis voluminibus examinanda est, ita novorum, Græci sermonis normam desiderat.

1 ¶ Idem] *Verba hujus capitis sunt B. Hieronymi ad Lucinium Baticum epist. 28. sed mutata non est inscriptio ob glossam in vers. Græc. scr.*

¶ *Nihil auctoritatis canonicis remanebit scripturis, si ad eas mendacia fuerint admissa.*

C. VII. *Item* Augustinus *ad Hieronymum, epist. 9.*

SI *a* ad Scripturas sanctas admissa fuerint vel *b* officiosa mendacia, quid in eis remanebit auctoritatis? Quæ tandem de Scripturis illis sententia proferetur, cujus pondere contentiosæ falsitatis obteratur *c* imbrobitas?

¶ *Literis omnium Episcoporum sacra præponitur Scriptura.*

C. VIII. Item *de Baptismo contra Donatistas, lib. 2. c. 3.*

QUis nesciat sanctam Scripturam canonicam, tam Veteris, quàm Novi Testamenti, certis suis terminis contineri, eamque omnibus posterioribus Episcoporum literis ita præponi, ut de illa omninò dubitari, & disceptari non possit, utrum verum, vel utrum rectum sit, quicquid in ea scriptum esse constiterit? Episcoporum autem literas, quæ post confirmatum canonem vel scriptæ sunt, vel scribuntur, & per sermonem fortè sapientiorem cujuslibet in ea re peritioris, & per aliorum Episcoporum graviorem auctoritatem, doctioremque *d* prudentiam, & per concilia licere reprehendi, si quid in eis fortè à veritate deviatum est?

¶ *Ex dicto quorumlibet Episcoporum contra divina mandata calumnia non colligantur.*

C. IV. Idem *ad Vincentium epist. 42. contra Donatistas.*

NOli *e* frater contra divina tam multa, tam clara, tam indubitata testimonia colligere velle calumnias ex Episcoporum scriptis, sive nostrorum, sicut Hilarii, sive, 1 (antequam pars Donati separaretur,) ipsius unitatis, sicut Cypriani, & Agrippini: primò, quia hoc genus literarum ab auctoritate canonis distinguendum est: non enim sic leguntur, tanquam ita ex eis testimonium proferatur, ut contrà sentire non liceat, si cubi fortè aliter sapuerint, quàm veritas postulat. In eo quippe numero sumus, ut non dedignemur etiam nobis dictum *f* ab Apostolo accipere. [*Et si quid aliter sapitis, id quoque Deus vobis revelavit. 2*]

1 ¶ Sive antequam] *Antea legebatur*, sive Cypriani, & Agrippini, antequam pars Donati separaretur. *Restituta est vera lectio ex B. Augustino, & aliquot exemplaribus Gratiani & Ivonis. Cyprianus enim, & Agrippinus multò ante Donati schisma in Ecclesiæ unitate decesserant: qua in re erravit auctor glossæ.*

2 ¶ Revelavit] *Ita enim originale, & Ivo, & aliquot editiones Novi Testamenti. Sed idem B. Augustinus in Ioannem tract. 3. 41. 53. & 98. & alibi fere semper legit*, revelabit, *& explanat. Græcè est* ἀποκαλύψει.

¶ *Non debetur par auctoritas canonicis scripturis, & expositionibus earum.*

C. X. Item *ad Fortunatianum, epist. 3.*

NEque *g* quorumlibet disputationes, quamvis Catholicorum, & laudatorum hominum, velut scripturas canonicas habere debemus, ut nobis non liceat salvâ honorificentiâ, quæ illis debetur hominibus, aliquid in eorum scriptis improbare, atque respuere, si fortè invenerimus, quòd aliter senserint, quàm veritas habet, divino adjutorio vel ab aliis intellecta, vel à nobis. Talis *h* ego sum in scriptis aliorum, quales *i* volo esse intellectores meorum.

¶ *Exemplis ratio sana præfertur.*

C. XI. Idem *ad Marcellinum de civitate Dei lib. 1. c. 23.*

---

a *Burch. l. 13. c. 42. Ivo par. 16. c. 43.* b *convenit frustrare jura.) orig.* c *Ivo par. 4. c. 17. Pann. l. 2. c. 120.* d *al. certum habebat.) exemp.* e *al. firmiter retinere.) orig.* f *Ivo p. 4. c. 73.* g *moribus.) orig. & Ivo.* h *Ivo par. 4. c. 74. Pann. l. 2. c. 119.* i *scripturarum libris.) orig. & Pann.* k *eorum auctorem scribendo aliquid errâsse firmissimè credam.) orig. Ivo. & Pann.* l *præponant.) orig.*

a *Ivo p. 4. c. 215.* b *al. velut officiosa.) orig. al. fuerint officiosa.* c *al. subruatur. Ivo p. 4. c. 227. Polyc. l. 3. tit. 21.* d *al. doctissimi.* e *Deus dedit. p. 2. Anf. l. 4. c. 38. Ivo p. 4. c. 236.* f *Phil. 3.* g *Ivo p. 4. c. 237.* h *al. Qualis.) orig. Ant.* i *al. tales.*

Sana

SAna *a* quippe ratio etiam exemplis anteponenda est: cui quidem & exempla concordant; sed illa, quæ tantò digniora sunt imitatione, quantò excellentiora pietate.

Cùm ergò in naturali jure nihil aliud præcipiatur, quàm quod Deus vult fieri; nihilq; vetetur, quàm quod Deus prohibet fieri; denique cùm in canonica scriptura nihil aliud, quàm in divinis legibus inveniatur; divinæ verò leges naturâ consistant: patet, quòd quæcunque divinæ voluntati, seu canonicæ scripturæ contraria probantur, eadem & naturali juri inveniuntur adversa. Unde quæcunque divinæ voluntati, seu canonicæ scripturæ, seu divinis legibus postponenda censentur, eisdem naturale jus præferre oportet. Constitutiones ergò vel Ecclesiasticæ, vel seculares, si naturali juri contrariæ probantur, penitùs sunt excludendæ.

DISTINCTIO X.

1 pr. COnstitutiones verò Principum Ecclesiasticis constitutionibus non præeminent, sed obsequuntur.

C. I. ¶ *Lex Imperatorum Ecclesiastica jura dissolvere non potest.*

Unde Nicolaus *b* Papa *scribit Episcopis in Concilio apud Convicinum congregatis.*

LEge 1 Imperatorum non in omnibus Ecclesiasticis controversiis utendum est; præsertim cùm inveniantur Evangelicæ, ac canonicæ sanctioni aliquoties obviare. 2. *Item, c* Lex *d* Imperatorum non est supra legem Dei, sed subtùs. Imperiali judicio non possunt Ecclesiastica jura dissolvi. Ad quod ostendendum, duorum horum *e*, scilicet Innocentii, & Gregorii, satis sufficiunt testimonia. Sanctus *f* quidem Innocentius in decretali epistola sua ad Alexandrum Antiochenum Episcopum ait: [Nam quod scisciteris, utrum divisis Imperiali judicio provinciis, ut duæ Metropoles fiant, sic duo Metropolitani Episcopi debeant nominari; non visum *g* est ad mobilitatem necessitatum mundanarum Dei Ecclesiam commutari, honoresque, aut divisiones perpeti, quas pro suis causis faciendas duxerit Imperator.] Beatus *h* autem Gregorius scribens ad Theotistam patritiam, inter cætera: [Si, inquit, religionis causâ conjugia debere dissolvi dicantur; sciendum est, quia etsi hoc lex humana concessit, lex tamen divina prohibuit.] Ecce *i* quemadmodum Imperiali judicio non possunt Ecclesiastica jura dissolvi. Ecce qualiter, quod lex humana concessit, divina lex prohibuit. ¶ Non quod Imperatorum leges (quibus sæpe Ecclesia utitur contra hæreticos, sæpè contra tyrannos, atque contra pravos quosque defenditur) dicamus penitus renuendas; sed quòd eas Evangelicis, Apostolicis, atque Canonicis decretis (quibus postponendæ sunt) nullum posse inferre præjudicium asseramus.

1 ¶ Lege] *Caput hoc sumptum est ex epistola Nicolai, quæ extat in codice Bibliothecæ Dominicanæ, de quo dictum est supra, distinct. 9 c.* mala. *Titulus autem Epistolæ hic est:* Nicolaus servus servorum Dei, Reverendissimis, ac sanctissimis confratribus nostris Metropolitanis Episcopis, & cæteris diversarum provinciarum, ac urbium Præsulibus, qui in Convicinum villam publicam, secus civitatem Silvanectis convenistis. *Eadem epistola nuper impressa est in appendice Bibliothecæ sanctorum Patrum.*

2 ¶ Obviare.] *Apud Nicolaum sequitur continenter, ad quod ostendendum, &c. Quæ autem apud Grassatinum sunt interjecta, non sunt hoc loco in epistola, neque in Polycarpo, nec apud Anselmum: sed verba illa,* Lex Imperatorum non est supra legem Dei, sed subtùs, *à Burchardo & Ivone citantur ex decretis Pii Papæ, c. 3. habentur autem in capitularibus adjectis. c. 17. reliqua autem habentur infra in hoc eodem capite, 9. ecce quemadmodum.*

C. II. ¶ *Nihil, quod Evangelicis regulis obviet, Imperatori agere licet.*

Item Symmachus *a* Papa *in sexta Synodo Romana, tempore Theoderici Regis.*

NOn *b* licet Imperatori, vel cuiquam pietatem custodienti, aliquid contra divina mandata præsumere, nec quicquam, quod Evangelicis, Propheticis, aut Apostolicis regulis obviet, agere.

C. III. ¶ *In Ecclesiasticis causis regia voluntas Sacerdotibus est postponenda.*

Item Felix *c* Papa.

CErtum est, hoc rebus vestris esse salutare, ut cùm de causis Dei agitur, juxta ipsius constitutionem, regiam voluntatem Sacerdotibus Christi studeatis subdere, non præferre, & sacrosancta per eorum Præsules potiùs discere, quàm docere, Ecclesiasticam *d* formam sequi, non huic humanitùs sequenda jura præfigere, neque ejus sanctionibus velle dominari, cujus clementiæ Deus voluit tuæ piæ devotionis colla submittere: ne, dum mensura cœlestis dispositionis *e* exceditur, eatur in contumeliam disponentis.

C. IV. ¶ *Bonis moribus, & decretis Romanorum Pontificum, constitutiones contraire non possunt.*

Item. *f*

CONstitutiones *g* contra canones, & decreta Præsulum Romanorum, vel bonos mores, nullius *h* sunt momenti.

C. V. ¶ *Quæ Sacerdotum sunt, Regibus usurpare non licet.*

Item Nicolaus Papa I. *in epistola ad Michaëlem Imperatorem, cujus institutum est,* [Propositum.]

IMperium *i* vestrum suis publicæ rei quotidianis administrationibus debet esse contentum, non usurpare, quæ Sacerdotibus Domini solum conveniunt.

C. VI. ¶ *Tribunalia Regum Sacerdotali sunt potestati subjecta.*

Item Gregorius Nazianzenus *in oratione ad cives Nazianzenos augeri plenos, & Magistratum tractatum.*

SVscipitisne libertatem verbi? libenter accipitis, quòd lex Christi Sacerdotali vos subjicit potestati, atque istis tribunalibus subdit? Dedit enim & nobis potestatem, dedit & principatum multò perfectiorem principatibus vestris. Aut nunquid justum vobis videtur, si cedat spiritus carni; si à terrenis cœlestia superentur; si divinis præferantur humana?

2 pr. *Ecce quòd constitutiones Principum Ecclesiasticis legibus postponendæ sunt. Ubi autem Evangelicis, atque Canonicis decretis non obviârint, omni reverentiâ digna habeantur.*

---

a *Polyc. l. 1. c. 26.* b *Ivo p. 4. c. 1. Pann. l. 2. c. 131. Anselm. l. 1. c. 97. Polyc. l. 1. c. 77.* c *al. Idem.* d *Ivo c. adjectus, c. 17.* e *Herum.*) *arig.* f *Burch. l. 15. cap. 10. Ivo par. 16. cap. 21. Pann. l. 2. cap. 139. Innoc. 1. epist. 11. c. 2.* g *vere vestrum*) *orig.* h *Lib. 9. reg. epist. 39.* i *Ivo p. 4. c. 187. Pann. l. 2. c. 140. ex c. adjectus, c. 17.*

a *Et Calixtus epist. 1. & Marcellinus in extrema epist. 2. & in capitulo Hadriani, c. 76. ex quo citant Burchar. & Ivo par. 16. c. 9.* b *Deusdedit, p. 1. & 3. Burch. l. 15. c. 1. Ivo p. 4. cap. 231. & p. 16. c. 9. Pann. l. 2. c. 141. Polyc. l. 6. titul. 1.* c *In exemplari Veronensi est Felix 3. Ansel. l. 4. c. 11. Polyc. l. 1. c. 18.* d *al. Ecclesiæ.* e *al. dispensatorum.* f *antea legebatur*, Idem. g *Habetur in c. Hadriani, num. 39. Deusdedit, part. 1. & 3.* h *sint.*) *orig.* i *Ansel. l. 3. c. 88. Burch. l. 15. c. 3. Ivo part. 3. cap. 38. & par. 16. c. 11. Polyc. l. 1. c. fin.*

C. VII. ¶ *Leges Imperatorum in adjutorium Ecclesiæ* 1 *licet assumere* a.

Unde Augustinus *ait in dialogo, id est, lib. 2. contra literas Petiliani, c. 51.*

SI *b* in adjutorium vestrum etiam terreni imperii leges assumendas putatis, non reprehendimus.

¶ Fecit hoc Paulus *c*, cùm adversùs injuriosos civem Romanum se esse testatus est.

1 ¶ Ecclesiæ] *Author hujus rubricæ caput hoc ita accepit, quasi hîc agatur de legibus Imperatorum in favorem Ecclesiæ latis, cùm ubi S. Augustinus Petiliano, & Donatistis hæreticis concedat, legibus Imperatorum ipsos in adjutorium suum uti posse, modò id fallaciter non facerent, quod eos fecisse convincit.*

C. VIII. ¶ *Reges Pontificibus pro æternis, & Pontifices Regibus pro temporalibus indigent.*

Item 1 Nicolaus Papa I. *in epist. 7. ad Michaëlem Imperatorem.*

QUoniam *d* idem Mediator Dei & hominum, homo Christus Jesus, sic actibus propriis & dignitatibus distinctis officia potestatis utriusque discrevit propria 2, volens medicinali humilitate hominum corda sursum efferri, non humanâ superbiâ rursus in infera demergi: ut & Christiani Imperatores pro æterna vita Pontificibus indigerent, & Pontifices pro cursu temporalium tantummodò rerum Imperialibus legibus uterentur, quatenus spiritualis actio à carnalibus distaret incursibus, & ideò *e militans Deo* f *minimè se negotiis secularibus implicaret*; ac vicissim non *g* ille rebus divinis præsidere videretur, qui esset negotiis secularibus implicatus.

1 ¶ *Huic capiti in codicibus impressa erat præpositus hoc titulus.* Cyprianus Juliano Imperatori: *quod est contra omnem temporum rationem. In transscriptis omnibus, excepto undecimo Vaticano, abest dictio,* Imperatori, *quemadmodum & apud Ivonem. Nonum autem habet:* Juliano Episcopo. *Aliud pervetustum,* Jubiano. *Cæterùm integrum hoc caput est in epistola Nicolai ad Michaelem Imperatorem, quæ incipit,* Proposueramus; *ex quo refertur infrà distinct. 96. c.* cùm ad verum. *unà cum aliis verbis ejusdem epistolæ, ex quibus hoc pendent. Et sumptum est ex Gelasio in tomo de Anathematis vinculo.*

2 ¶ Propria,] *In originali est,* propriam volens medicinali humilitate sursum efferri. *Ivo habet, ut Gratianus hîc in pleriisque codicibus. In nonnullis tamen est,* propria volens medicinali humilitate sursum efferri: *quemadmodum etiam infrà, dist. 96. cap.* cùm ad verum. *Apud Gelasium loco indicato legitur,* sic actionibus propriis, dignitatibusque distinctis, & officia potestatis utriusque discrevit, suos volens medicinali humilitate salvari, non humanâ superbiâ rursus intercipi, ut & Christiani, &c.

C. IX. ¶ *Leges Imperatorum custodiri oportet.*

Item Leo IV. *Lotharium Augustum.*

DE *h* capitulis, vel præceptis Imperialibus vestris, vestrorumque 1 Pontificum prædecessorum irrefragabiliter custodiendis, & conservandis, quantum valuimus, & valemus Christo propitio, & nunc, & in ævum *i* nos conservaturos modis omnibus profitemur. Et si fortasse quilibet aliter vobis dixerit, vel dicturus fuerit, sciatis eum pro certo mendacem.

1 ¶ Vestrorumque] *Epistola hæc non est inventa: & in isto verbo videtur subesse mendum, ex quo author glossæ errandi occasionem sumpserit, qui Christianos Imperatoribus, cujusmodi fuerunt prædecessores Lotharii, attribuat illud, quod Isidorus de Ecclesiis dicit, numerum: Imperatores solitos fuisse appellari Pontifices: de qua re optimè Gelasius in tomo de Anathematis vinculo, & infrà distinct. 21. c.* cleros. *Apud Ivonem legitur,* vestris, nostrorumque etiam Pontificum & prædecessorum: *In Panormia,* nostris nostrorumque Pontificum, & prædecessorum. *Sed fortassè cætera quidem reliè apud Gratianum habent: tantummodò ante dictionem,* prædecessorum, *est addenda conjunctio, &, quemadmodum est in Panormia. Nam hoc significatur, Imperatores illos solitos fuisse edere capitula, adhibito in consilium Pontificibus regni, quod verisimum est. Omninò hæc, quæ ab Leone scribuntur, spectare videntur ad capitula Caroli, & Ludovici, quæ Lotharius in universa Italia servari mandaverat. Nam in legibus Longobardicis, lib. 3. tit. 31. Lotharius ita constituisse traditur:* Placuit nobis, ut capitula, quæ excerpsimus de capitulari bon. mem. gloriosissimi Domini nostri Caroli, & genitoris nostri Ludovici, Imperat. invictissimi, his omnibus, & fidelibus nostris, & sanctæ Ecclesiæ in regno Italiæ consistentibus, per legem teneantur, & serventur: & quicunque horum capitulorum contemptor extiterit, sexaginta solidis componatur. *Id populo Romano, qui jure antiquo Romanorum uti prohiberetur, valdè displicuit: sicut ex c. fin. infrà eod. dist. colligi potest: dissentaneum etiam rumor fuit, eandem esse Pontificis ac populi sententiam. De quare Leo hâc se epistolâ videtur purgare voluisse; & tamen postea, pro conservando jure civili Romanorum, cum eodem Lotharo iterum diligentiùs egit: quod apparet ex dicto c. finali.*

C. X. ¶ *Legis auctoritate dissolvatur, quod contra eam fit.*

Item Joannes VIII. *Ludovico Imperatori.*

VIdes *a*, fili charissime, quia quod contra leges accipitur, per leges dissolvi meretur.

C. XI. ¶ *Leges Principum, aut regulas Patrum contemni non licet.*

Item Gelasius *Rufino, & Aprili Episcopis.*

QUis *autem *b* leges Principum, aut regulas Patrum, aut admonitiones paternas *c* dicat debere contemni, nisi qui impunitum sibi tantum æstimet transire commissum?

C. XII. ¶ *Leges Romanorum Principum servandæ sunt ab omnibus.*

Item *Theodorico Regi.*

CErtum *d* est magnificentiam vestram leges Romanorum Principum, quas in negotiis hominum custodiendas esse præcepit, multò magis circa *e* reverentiam beati Petri Apostoli pro suæ felicitatis augmento velle servari.

C. XIII. ¶ *Romana Lex nullius temeritate debet corrumpi.*

Item Leo IV. *Lothario Augusto.*

VEstram 1 flagitamus *f* clementiam, ut sicut hactenus Romana lex viguit absque universis procellis, & pro nullius persona hominis reminiscitur esse corrupta, ita nunc suum robur, propriumque vigorem obtineat.

1 ¶ Vestram] *Videtur Lotharius populo Romano, quod hîc Leo petit, concessisse. Nam in legibus Longobardicis lib. 11. tit. 37. sic habetur,* ut interrogetur populus Romanus, quâ lege vult vivere, *& sequitur constitutio:*

Lotharius Imperator.

¶ Volumus, ut cunctus populus Romanus interrogetur, quâ lege vult vivere; ut tali lege, quali lege vivere professi sunt, vivant: illisque denuntietur, ut hoc unusquisque, tam judices, quàm duces, vel reliquus populus sciat: quòd si offensionem contra eandem legem

a *al. assumi.* b *Ivo p. 4. cap. 189. Pann. l. 2. c. 133.* c *Act. 22.* d *Ivo p. 4. cap. 182. infrà dist. 96. cap. cùm ad verum.* e *1. Timoth. 2.* f *al. & militans.* g *al. nè.* h *Ivo p. 4. c. 176. Pann. l. 2. c. 143.* i *al. æternum.*

a *Ivo p. 4.* * *infrà, dist. 54. c. quia aut. Ivo p. 4. cap. 173. Pann. l. 2. c. 130.* b *al. aut.* c *al. modernas.* d *Ivo p. 4. cap. 180. Pann. l. 2. c. 131.* e *al. propter.* f *Ivo p. 4. cap. 181. Pann. l. 2. c. 132.*

fecerint,

fecerint, eidem legi, quâ profitentur vivere per dispensationem Pontificis, & nostram, subjacebunt.

DISTINCTIO XI.

C. I. ¶ *Pravus usus ratione superatur, & lege.*

1 QUid verò legibus consuetudo cedat, Isidorus *a* testatur, *diuthis in Synonymis, lib. 2.*

Usus auctoritati cedat: pravum usum lex, & ratio vincat.

C. II. ¶ *Non potest statutis Pontificum consuetudo cujusquam refragari.*

Item Nicolaus Papa I. *Michaëli Imperatori.*

Consequens est *b*, ut quod ab hujus sedis rectoribus plenâ auctoritate sancitur, nullius consuetudinis præpediente occasione, propriis tantùm sequendo voluntates, removeatur; sed firmiter, atque inconcussè teneatur.

C. III. ¶ *A consuetudine Romana Ecclesia membru dissentire non licet.*

Item Julius Papa *ad Episcopos Orientales, epist. 1.*

Nolite *c* errare, fratres mei charissimi, doctrinis *d* variis, & extraneis nolite abduci. En, institutа Apostolorum, & Apostolicorum virorum, canonesque habetis: his fruimini, his circumdamini 1, his delectamini, his armamini; ut his freti, circumdati, delectati, armati, contra cuncta inimicorum jacula persistere valeatis. Satis *e* enim indignum est, quenquam vel Pontificum, vel ordinum subsequentium, hanc regulam refutare, quam beati Petri sedem & sequi videat, & docere. Multùm enim convenit, ut totum corpus Ecclesiæ in hac sibimet observatione concordet, quæ inde auctoritatem habet, ubi Dominus Ecclesiæ totius posuit principatum.

1 ¶ His circumdamini,] *Locupletatus est hic locus ex originali, & Anselmo.*

C. IV. ¶ *Non potest usus, & consuetudo legem, & rationem vincere.*

Item Imperator Constantin. *Aug. ad Proculum, lib. 2. & Cod. tit. Quæ sit longa consuetudo.*

Consuetudinis *f*, usúsque longævi non vilis auctoritas est: verùm non usque adeo sui valitura momento, ut aut rationem vincat, aut legem.

2. ps. *Cum verò nec sacris canonibus, nec humanis legibus consuetudo obviare monstratur, inconcussa servanda est.*

C. V. ¶ *Inviolabilis est consuetudo, quæ nec humanis legibus, nec sacris canonibus obviare monstratur.*

Unde ex dictis 1 Basilii *h.*

Ecclesiasticarum *i* institutionum quasdam scripturis, quasdam verò Apostolicâ traditione per successiones in ministerio confirmatas accepimus; quasdam verò consuetudine roboratas approbavit usus, quibus par ritus, & idem utrisque pietatis debetur affectus; unde quis vel aliquantulum sacrarum expertus Scripturarum hæsitaverit? Si enim attentaverimus consuetudines Ecclesiæ, non per scripturas à Patribus traditas nihil æstimare, quantum religio detrimenti sit latura, intentè inspicientibus liquidò constabit. ¶ Quæ enim (ut inde ordiamur) scriptura salutiferæ crucis lignaculo fideles docuit insigniri? vel quæ trinariam digesta super panem & calicem prolixæ orationis, vel consecrationis verba commendavit? Nam non modò, quod in Evangelio continetur, vel ab Apostolo insertum est, in secretis dicimus: sed & alia plura adjicimus, magnam quasi vim commendantia *a* mysteriis. Quæ Orientem versùs nos orare literarum forma docuit? Benedicimus fontem Baptismatis oleo unctionis. Huc accedit, quòd ter oleo inungimus, quos baptizamus, verbis abrenuntiare Satanæ, & Angelis ejus informamus. Unde hæc, & alia in hunc modum non pauca, nisi quia tacitâ, & mysticâ traditione à Patribus Ecclesiastico more, reverentiori diligentiâ sunt in mysteriis observata silentio, quàm publicata scripto.

1 ¶ Ex dictis] *Hoc caput antèà citabatur ex* Augustino *in lib. ex dictis Basilii. In codice Vercellensi est:* unde Augustinus ait, vel ex dictis Basilii: *& retenta est posterior pars hujus disjuncti, quoniam ita citant Burchar. & aliter Pannormia. Ivo autem citat ex lib. Basilis de Spiritu sancto, 27. quomodo in margine est indicatum. Cæterùm, quoniam multis locis glossa obstitit, ne emendaretur, necessarium visum est integrum B. Basilii locum & Græcè, & Latinè asserre.*

Τῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ πεφυλαγμένων δογμάτων καὶ κηρυγμάτων, τὰ μὲν ἐκ δόγματος ἐγγράφου διδασκαλίας ἐσχομεν, τὰ δὲ ἐκ τῆς τῶν ἀποστόλων παραδόσεως διαδεξαμένη ἡμᾶς ἐν μυστηρίῳ παρελάβομεν. ἀμφότερα τὴν αὐτὴν ἰσχὺν ἔχει πρὸς τὴν εὐσέβειαν, καὶ τούτοις οὐδεὶς ἀντερεῖ, ὅστις γε καὶ μικρὸν γεύσηται θεσμῶν ἐκκλησιαστικῶν πεπαίδευται. εἰ γὰρ ἐπιχειρήσομεν τὰ ἄγραφα τῶν ἐθῶν ὡς ἀμεγάλων ἐχόντα τὴν δύναμιν παραιτεῖσθαι, λάθοιμεν ἂν ἐν τοῖς αὐτὰ τὰ κύρια ζημιοῦντες τὸ εὐαγγέλιον, μᾶλλον δὲ τὸ ὄνομα ψιλὸν ἀπεργασάμενοι τοῦ κηρύγματος. οἷον, ἵνα τῶν πρώτων καὶ κοινοτάτων πρῶτον μνησθῶ, τὸ τύπον τῶν ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ ἐλπικότας καταπεμφθῆναι, τίς ὁ λόγος γράμματος διδάξαι; τὸ πρὸς ἀνατολὰς τετράφθαι κατὰ τίνα παράδοσιν γεγραμμένον ἐδίδαξεν ἡμᾶς γράμμα, τὰς τῆς ἐπικλήσεως ῥήματα ἐπὶ τῇ ἁγιασθείσῃ τοῦ ὕδατος τῆς βαπτίσεως καὶ τοῦ πυρὸς τῆς ἐνεργείας τίς ἐγγράφως ἡμῖν καταλέλοιπεν; οὐ γὰρ δὴ τούτοις ἀρκούμεθα, ἃ ὁ Ἀπόστολος, ἢ τὸ Εὐαγγέλιον ἐπεμνήσθη, ἀλλὰ καὶ προλέγομεν καὶ ἐπιλέγομεν ἕτερα, ὡς μεγάλην ἔχοντα πρὸς τὸ μυστήριον τὴν ἰσχύν, ἃ ἐκ τῆς ἀγράφου διδασκαλίας παραλαβόντες: οὐ λογόμεθα ἢ τοῦ ὕδατος τοῦ βαπτίσματος, καὶ τοῦ ἐλαίου τῆς χρίσεως, καὶ αὐτοῦ τοῦ βαπτιζομένου, δι' ποίων ἐσμὲν ῥημάτων; σὺκ ἀπὸ τῆς παραμυθίας καὶ μυστικῆς παραδόσεως; τί δὲ αὐτὸ τὸ ἔλαιον τῆς χρίσεως τὸ λόγου γεγραμμένου ἐδίδαξε; τὸ δὲ περὶ βαπτιζομένου τὸν ἄνθρωπον, πόθεν; ἆλλα δὲ ὅσα πρὸ τοῦ βαπτίσματος, ἀπτόμενα τοῦ Σατανᾶ, καὶ τοῖς Ἀγγέλοις αὐτοῦ, οὐ ποίας ἐστὶ γραφῆς; σὺκ ἐκ τῆς ἀδημοσιεύτου ταύτης, καὶ ἀπορρήτου διδασκαλίας, ἣν οἱ ἀπλανῶς μεμυημένοι, καὶ ἀπεσιγήσατο σιγῇ οἱ πατέρες ἡμῶν ἐφύλαξαν, καλῶς οἶδεν ἐκεῖνοι ἐδιδάγμενοι τῶν μυστηρίων τὰ σεμνὰ σιωπῇ διασώζεσθαι. *Id est:*

Dogmatum, & institutionum, quæ in Ecclesia servata sunt, alia quidem habemus ex doctrina, quæ literis consignata est; alia verò ex Apostolorum traditione ad nos transmissa in mysterio recepimus. Quæ utraq; eandè vim ad pietatem habet: atq; his nemo sanè contradixerit, qui vel exiguâ legum Ecclesiasticarum peritiâ sit præditus. Nam si aggrediamur ea, quæ non scripto, sed tantùm consuetudine constant, tanquam non magnam habentia vim repudiare, imprudentes Evangelio, & quidem præcipuis ipsius partibus officiemus: vel potius ipsâmet institutа ad inane quoddam nomen redigemus. Exempli causâ (ut, quod primum, maximeque commune est,

a *In Synonymis cap. 16. quòd malis institutionibus non sit obtemperandum. Ivo p. 4. cap. 307. Pann. l. 2. cap. 165.* b *Sententia elicitur ex epistol. cujus initium, Proposueramus. Ivo p. 4. cap. 211.* c *Ansel. l. 1. c. 8. Polyc. l. 1. cap. 17.* d *Hebr. 13.* e *Ansel 3. cap. 4. Polyc. l. 8. tit. 3.* f *tit. 13. l. 2.* g *Ivo p. 4. c. 201. Pann. l. 2. c. 163.* h *Basilius in l. de Spiritu sancto, c. 27.* i *Burch. l. 3. c. 127. Ivo p. 4. cap. 69. Pann. l. 2. c. 138.*

a *al. consummandis accommodantia.*] *Burch.*

primo loco commemorem) eos, qui in Domini nostri JESU Christi nomine spem posuerunt, figurâ crucis signari, ecquis scripto docuit? Dum oramus, ad Orientem solem converti, ecquæ nos literæ docuerunt? Verba invocationis, cùm panis Eucharistiæ, & calix benedictionis offertur, quis ex sanctis Patribus scripta nobis reliquit? Non enim iis contenti sumus, quorum Apostolus, & Evangelium mentionem fecerunt; sed alia quoque cùm antea, tùm post, dicimus, utpote quæ magnum momentum ad ipsum mysterium habeant, doctrinâ non scriptâ, sed traditâ eruditi. Benedicimus aquam Baptismatis, & oleum unctionis, atque illum ipsum præterea, qui baptizatur, ex qua scriptura? nonne ex occulta & mystica traditione? Quid? ipsam olei unctionem, quis sermo scriptus docuit? Quòd homo ter mergendus sit, unde accepimus? Abrenuntiare Satanæ, atque Angelis ejus, & reliqua omnia, quæcunque in Baptismo observamus, quæ scriptura jussit? Annon hæc ipsa minimè vulgata, sed secreta doctrina, quam quieto, minimeque curioso silentio Patres nostri custodierunt? probè quidem illi intelligentes, mysteriorum majestatem taciturnitate servari.

C. VI. ¶ *Laudabilis est consuetudo, quæ nihil fidei contrarium usurpat.*

Item Pius Papa I. *in Decretis, Decreto septimo.*

COnsuetudinem *a* laudamus, quæ tamen contra fidem catholicam nihil usurpare dignoscitur.

¶ *Verba hujus capitis, quod antea tribuebatur B. Aug. leguntur in editione Conciliorum Colonensi, tribus tomis inter Decreta Pii I. Decreto septimo, & in epistola ejusdem Pii, ex codice sexdecim librorum, lib. 3. c. 19. quam etiam citant Burchardus, Ivo, & auctor Pannormiæ: cujus tamen epistola omnia fere verba habentur 1. libr. reg. B. Gregorii (qui citatur in Polycarpo) epist. 71. & ea, quæ ad hoc caput pertinent, referuntur infrà, dist. 12. cap.* nos consuetudinem.

C. VII. ¶ *Ubi auctoritas deficit, mos populi, & majorum instituta pro lege servantur.*

Item B. Augustinus *ad Casulanum, epist. 86.*

IN his rebus *b*, de quibus nihil certi statuit divina Scriptura, mos populi Dei, & instituta majorum pro lege tenenda sunt. Et sicut 1 prævaricatores divinarum legum, ita contemptores Ecclesiasticarum consuetudinum coërcendi sunt.

1 ¶ Et sicut] *Hunc usque ad finem non sunt in Epistola inventa: sed à Burchardo etiam, & Ivone, & in Pannormia referuntur.*

C. VIII. ¶ *Auctoritate, & traditione generali, vel speciali, Ecclesia regitur.*

Idem *in libro c de fide Christiana.*

CAtholica Ecclesia per orbem terrarum diffusa, tribus modis probatur existere. Quicquid enim in ea tenetur, aut auctoritas est Scripturarum, aut traditio universalis, aut certè propria, & particularis institutio. Sed auctoritate tota constringitur, universali traditione majorum, nihilominùs tota: privatis verò constitutionibus, & propriis infirmationibus unaquæque pro locorum varietate, prout cuique visum est, subsistit, & regitur.

C. IX. ¶ *Valet ad fidem, catholica auctoritas Ecclesiæ.*

Idem *in libro contra Manichæos.*

PAlam est, quòd in re dubia, ad fidem valeat auctoritas Ecclesiæ catholicæ, quæ ab ipsis fundatissimis sedibus Apostolorum, usque ad hodiernum diem succedentium sibimet Episcoporum serie, & tot populorum consensione firmatur.

¶ *Apud B. August. lib. 11. contra Faustum Manichæum, c. 2. legitur:* Et vides in hac re (de fide exemplarium loquitur) quid Ecclesiæ catholicæ valeat auctoritas, quæ ab ipsis, &c. *Hanc verò Episcoporum successionem potissimum in St. de Petri, & in libro contra epistolam Fundamenti, & in epist. 165. de schismate Donatistarum meritò certissimum putavit Ecclesia catholica judicium.*

C. X. ¶ *Ab Apostolicis institutis non licet recedere.*

Item Leo Papa *ad Episcopos per Siciliam constitutos, epist. 4. c. 6.*

HOc *a* vestræ indicimus charitati, ut ab Apostolicis institutis nullo ulteriùs recedatur excessu: quia inultum post hoc esse non poterit, si quisquam Apostolicas regulas in aliquo crediderit negligendas.

C. XI. ¶ *Ab omnibus servari debet, quod Romana servat Ecclesia.*

Item Innocentius I. *ad Decentium Episcopum Eugubinum, epist. 1.*

QUis *b* nesciat, aut non advertat, id quod à Principe Apostolorum Petro Romanæ Ecclesiæ traditum est, ac nunc usque custoditur, ab omnibus debere servari? nec superinduci, aut introduci aliquid, quod aut *c* auctoritatem non habeat; aut aliunde accipere videatur exemplum? præsertim cùm sit manifestum, in omnem Italiam, Gallias, Hispanias, Africam, atque Siciliam, insulasque interjacentes, nullum instituisse Ecclesias, nisi eos, quos venerabilis Apostolus Petrus, aut ejus successores constituerunt Sacerdotes: aut legant, si in istis provinciis alius Apostolorum invenitur, aut legitur docuisse. Quòd si non legunt, quia nusquam invenitur, oportet eos hoc sequi, quod Ecclesia Romana custodit, à qua eos principium accepisse non dubium est: ne dum peregrinis sermonibus *d* student, caput institutionum videantur omittere *e*. Sæpè dilectionem tuam ad urbem venisse, ac nobiscum in Ecclesia convenisse, & quem morem vel in considerandis mysteriis, vel in cæteris agendis arcanis teneat, cognovisse 1. Quod sufficere arbitraremur ad informationem Ecclesiæ tuæ, vel reformationem; si prædecessores tui minùs aliquid, aut aliter tenuerint, & satis certum haberemus, nisi de aliquibus consulendos nos esse duxisset: quibus idcircò respondemus, non quòd te aliqua ignorare credamus; sed ut majori auctoritate tuos instituas, vel si qui à Romanæ Ecclesiæ institutionibus errant, aut commoneas, aut nobis indicare non differas: ut scire valeamus, qui sint, qui aut novitates inducunt, aut alterius Ecclesiæ, quam Romanæ, existimant consuetudinem esse servandam.

1 ¶ Cognovisse.] *Locus hic in originali Concilii quatuor tomorum inserto, sic habet,* cognovisse non dubium est. Quod sufficere ad informationem Ecclesiæ tuæ, vel reformationem (si prædecessores tui minùs aliquid, aut aliter tenuerunt) satis certum haberem; nisi de aliquibus consulendos nos esse duxisses. *Sed ob glossam, præsertim in vermorem, non est mutatum.*

DISTINCTIO XII.

1 pa. QUod absque discretione justitia nulli agere licet.

C. I. ¶ *Nulli agere licet sine discretione justitia contra disciplinam Romanæ Ecclesiæ.*

a *Burch. l. 3. c. 224. Anf. l. 4. c. 42. Ivo p. 4. c. 66. Pann. l. 2. cap. 157. Polyc. l. 3. tit. 23.* b *Anf. l. 4. c. 43. Burch. l. 3. cap. 226. Ivo p. 4. cap. 61. Pann. l. 2. c. 158. Polyc. l. 3. tit. 23. c. fin.* c *Habe inter opera B. Augustin. nullum extat hoc titulo. In epistola verò ad Januarium, quæ est 118. c. 1. & 2. hæc eadem sententia copiosè exponitur.*

a *Anf. l. 1. cap. 45. Polyc. l. 2. tit. 17.* b *Burch. l. 3. c. 225. Anf. l. 1. c. 42. Ivo p. 4. cap. 67. Polyc. l. 1. tit. 17. & l. 4. tit. 24.* c *al. auctoritatem debeat aliunde accipere, vel exemplum?* d *al. assertionibus.* e *al. amittere.*

Vide

Unde Calixtus Papa *primus omnibus Episcopis autem Epistola prima ad Benedictum Episcopum.*

NOn *a* decet à capite membra discedere; sed juxta sacræ Scripturæ testimonium, omnia membra caput sequantur. Nulli verò dubium est, quòd Apostolicâ Ecclesia mater est omnium Ecclesiarum, à cujus regulis nullatenus vos convenit deviare. Et sicut Dei filius venit facere voluntatem patris; sic & vos voluntatem vestræ impleatis matris, quæ est Ecclesia: cujus caput, ut prædictum est, Romana existit Ecclesia. Quicquid ergò sine discretione justitiæ contra hujus disciplinam actum fuerit, ratum haberi ratio nulla permittit.

C. II. ¶ *Apostolicis præceptis nullus superbè resistat.*

Item Gregorius I Papa *quartus.*

1 ¶ Gregorius.] *Integrum hoc caput invenitur in epistola Gregorii quarti, universis Episcopis per Galliam, Germaniam, Europam, & universas provincias constitutis: quæ est in codice supra citato Bibliothecæ monasterii Dominicanorum. Initium verò est etiam in Epistola Anastasii II. ad Anastasium Augustum, c. 6.*

PRæceptis *b* Apostolicis non durâ superbiâ resistatur; sed per obedientiam, quæ à sancta Romana Ecclesia, c & Apostolicâ auctoritate jussa sunt, salutiferè impleantur; si ejusdem sanctæ Dei Ecclesiæ, quæ est caput vestrum, communionem habere desideratis. *& post multa.* ¶ Non novum aliquid præsenti jussione præcipimus; sed illa, quæ olim videntur indulta, firmamus: cùm nulli dubium sit, quòd non solùm Pontificalis causatio *d*, sed omnis sanctæ 2 religionis relatio ad sedem Apostolicam, quasi ad caput Ecclesiarum, debeat referri, & inde normam sumere, unde sumpsit exordium, ne caput institutionis videatur omittere. Cujus auctoritatis sanctionem omnes teneant Sacerdotes, qui nolunt ab Apostolicæ petræ, super quam Christus universalem fundavit Ecclesiam, soliditate divelli. Si quis hæc *e* Apostolicæ sedis præcepta non observaverit, percepti honoris esse hostis non dubitetur.

2 ¶ Sanctæ religionis.] *Sic emendatum est ex ipsa epistola, & aliquot manuscriptis Gratiani codicibus; indulsu his vocibus, spei Romanæ Ecclesiæ.*

C. III. ¶ *Non est resistendum consuetudini, cui canonica non obstat auctoritas.*

Item Leo IX. *Michaëli Episcopo Constantinopolitano, epist. 1. c. 19. & Nicolaus I. epist. 2. ad Photium.*

SCit *f* sancta Romana Ecclesia, quòd nihil obsint saluti credentium diversæ pro loco, & tempore consuetudines; si illis canonica non obsistat auctoritas, pro qua eis obviare debeamus: unde nil judicamus eis debere, vel posse resistere. *g.* ¶ *Caput hoc confictum est ex duobus longè diversis locis. Nam usque ad verb.* si illis, *sumptum est ex prima Epistola, seu libello Leonis IX. adversus inaudditas præsumptiones Michaëlis Constantinopolitani, & Leonis Acridani Episcoporum, cap. 29. ubi loquens de Romana Ecclesia, ait:* Scit namque, quia nihil obsint saluti credentium diversæ pro loco & tempore consuetudines; quando una fides per dilectionem operans bona, quæ potest, uni Deo commendat omnes: *& hæc ferè ab Ivone, & in Pannormia referuntur. Altera verò pars accepta est ex Epistola secunda Nicolai ad Photium, quæ incipit,* Postquam Beato Petro. *Ibi enim habentur hæc:* De consuetudinibus, quas nobis opponere vitii estis, scribentes per diversas Ecclesias, diversas esse consuetudines: si illis canonica non obsistat auctoritas, pro qua obviare debeamus; nihil judicamus, vel eis resistimus.

C. IV. ¶ *Consuetudines, quæ fides non officiunt, ut à Majoribus tradita sunt, observentur.*

Item Hieronymus *ad Lucinium. epist. 28.*

ILlud breviter te admonendum puto, traditiones Ecclesiasticas, præsertim quæ fidei non officiunt, ita observandas, ut à majoribus traditæ sunt, nec aliorum consuetudinem, aliorum contrario more subverti.

C. V. ¶ *Traditiones à Patribus institutæ, non sunt infringendæ.*

Item Nicolaus *Hincmaro Archiepiscopo.*

RIdiculum *a* est, & satis abominabile dedecus, ut temporibus nostris vel falsò insimulari sanctam Dei Ecclesiam permittamus, vel eas traditiones, quas antiquitùs à Patribus suscepimus, pro libitu semper errantium infringi patiamur.

¶ *Habetur in epistola scripta Hincmaro, & cæteris Archiepiscopis, & Episcopis in regno Caroli Ecclesiæ regentibus; quæ extat in codice jam memorato Bibliothecæ Dominicanorum, & ex ea caput hoc locupletatum est. Nam antea brevius erat, ut etiam apud Ivonem, & Pannormiæ.*

C. VI. ¶ *Diuturni mores pro lege sunt habendi.*

Item Justinianus *Institutionum lib. 1. tit. 2.*

DIuturni *b* mores consensu utentium approbati, legem imitantur.

C. VII. ¶ *Quicquid contra longam consuetudinem fit, revocari oportet.*

Item Cod. lib. 8. tit. qua sit longa consuetudo. l. 2.

COnsuetudo *c* præcedens, & ratio, quæ consuetudinem suasit, tenenda est. Et quicquid 1 contra longam consuetudinem fiet, ad solicitudinem suam revocabit Præses provinciæ.

1 ¶ Quicquid.] *In originali est,* & ne quid contra longam consuetudinem fiat: *sed quoniam rubrica videtur magis convenire lectioni Gratiani, quæ est etiam apud Ivonem & in Pannormia, non est mutatum.*

C. VIII. ¶ *Immota permaneat consuetudo, qua contra fidem catholicam nihil usurpare dignoscitur.*

Item Gregorius *universis Episcopis Numidiæ, lib. 1. epist. 75.*

NOs *d* consuetudinem, quæ tamen contra fidem catholicam nihil usurpare dignoscitur, immotam permanere concedimus; sive de Primatibus constituendis, sive de cæteris Capitulis, exceptis iis, qui ex Donatistis ad Episcopatum perveniunt: quos provehi ad Primatûs dignitatem (etiam cùm ordo Clericorum 1 eos ad locum eundem deferat) modis omnibus prohibemus. Sufficiat autem illis commissæ sibi plebis *e* curam gerere, non autem etiam illos antistites, quos catholica fides in Ecclesiæ sinu & edocuit, & genuit, ad obtinendum culmen primatûs anteire.

1 ¶ Ordo Clericorum.] *Sic etiam legitur in aliquot vetustis Gratiani, & in aliquibus B. Gregorii codicibus: sed auctor glossæ non videtur habuisse verbum* Clericorum: *quemadmodum neque Ivo, neque plerique Gratiani manuscripta exemplaria, neque aliqua etiam B. Gregorii operum editiones.*

a *Ansel. l. 1. c. 12. Polyc. l. 1. c. 17.* b *Ansel. l. 1. c. 20. Polyc. l. 1. cap. 17.* c *abest ab orig. & aliquot vetustis Gratiani exemplaribus.* d *al. accusatio.* e *al. hoc præcepto sedis Apostolicæ præcepta.*] *orig.* f *Ivo p. 4. cap. 223. & p. 5. c. 44. Pann. l. 2. c. 133.* g *al. resisti.*

a *Ivo p. 4. cap. 212. Pann. lib. 2. cap. 136.* b *Ivo p. 4. cap. 194. Pannorm. lib. 2. cap. 160.* c *Ivo p. 4. c. 201. Pannorm. lib. 2. cap 162.* d *Supra dist. 11. c. consuetudinem. Ivo p. 4. c. 204.* e *tantummodo.*] *orig.*

C. IX. ¶ *Non negantur, quæ consuetudinis sunt.*

Item Gregorius *ad Maximum Salonitanum Episcopum, lib. 7. reg. epist. 81.*

QUemadmodum illicita perpetrari non patimur; sic quæ sunt consuetudinis, non negamus.

C. X. ¶ *Non locus consuetudinem, sed consuetudo locum commendat.*

Item Gregorius *ad Augustinum Anglorum Episcopum, vers. 3.*

NOvit *a* fraternitas tua Romanæ Ecclesiæ consuetudinem, in qua se meminit enutritam. Sed mihi placet, ut sive in Romana, sive in Gallicorum *b*, sive in qualibet Ecclesia aliquid invenisti, quod plùs omnipotenti Deo possit placere, sollicitè eligas; & in Anglorum Ecclesia, quæ adhuc in fide nova est, institutione præripuâ, quæ de multis Ecclesiis colligere poteris *c*, infundas. Non enim pro locis res, sed pro rebus *d* loca amanda sunt. Ex singulis ergò quibusque Ecclesiis, quæ pia, quæ religiosa, quæ recta sunt, elige: & hæc quasi in fasciculum collecta, apud Anglorum mentes in consuetudinem depone.

C. XI. ¶ *Quod neque contra fidem, neque contra bonos mores esse convincitur, indifferenter est habendum.*

Item Augustinus *ad Ianuarium, epist. 118. cap. 1. & 2.*

ILla autem, quæ non scripta, sed tradita custodimus, quæ quidem toto terrarum orbe observantur, dantur intelligi vel ab ipsis Apostolis, vel plenariis Conciliis, (quorum est in Ecclesia saluberrima auctoritas) commendata, atque statuta retineri: sicuti quòd Domini Passio, & Resurrectio, & Ascensio in cœlum, & adventus de cœlo Spiritûs Sancti, anniversariâ solennitate celebrantur: & si quid aliud tale occurrerit, quod servatur ab universa, quacunque se diffundit, Ecclesia. ¶ Alia verò, quæ per loca terrarum, regionesque variantur, sicuti est, quod alii jejunant Sabbatho, alii verò non: alii quotidiè communicant corpori & sanguini Dominico, alii certis diebus accipiunt: alibi nullus dies intermittitur, quo non offeratur, alibi Sabbatho tantùm & Dominico: alibi tantùm Dominico: & si quid aliud hujusmodi animadverti potest, totum hoc genus rerum liberas habet observationes: nec disciplina ulla est in his melior gravi, prudentique Christiano, quàm ut eo modo agat, quo agere viderit Ecclesiam, ad quamcunque fortè devenerit. Quod *e* enim neque contra fidem, neque contra bonos mores injungitur *f*, indifferenter est habendum, & pro eorum, inter quos vivitur, societate servandum est. Mater mea 1 Mediolanum me consequuta, invenit Ecclesiam Sabbatho non jejunantem: cœperat fluctuare quid ageret. Tunc ego consului de hac re beatissimæ memoriæ virum Ambrosium. At ille ait, cùm Romam venio, jejuno Sabbatho: cùm Mediolani sum, non jejuno. Sic etiam tu, ad quam fortè Ecclesiam veneris, ejus morem serva, si cuiquam non vis esse scandalo, nec quemquam tibi. Hoc, cùm matri renunciâssem, libenter amplexa est.

1 ¶ Mater mea] *In hoc capite, quemadmodum & in sequenti, multa sunt emendata ex B. Aug. ac nonnulla etiam addita. Ab hoc tamen loco usque in finem, quemadmodum verba B. Augustini apti erant in epitomen redacta, sic additum est.*

2 ¶. *Hoc autem de consuetudine ulla intelligendum est, quæ vel universalis Ecclesiæ usu, vel temporis prolixitate roboratur. Cæterum, si pro varietate temporum, vel animorum, vel locorum varia consuetudines introducantur, inventâ opportunitate, resecanda sunt potius, quàm observanda.*

C. XII. ¶ *Resecanda sunt, quæ neq; auctoritate, neq; moribus universitatis comprobantur.*

Unde Augustinus, *scribens ad inquisitiones Ianuarii epist 119. c. 19.*

OMnia *a* talia, quæ neque sanctarum Scripturarum auctoritatibus continentur, nec in Conciliis Episcoporum statuta inveniuntur, nec consuetudine universalis *b* Ecclesiæ roborata sunt, sed diversorum locorum diversis moribus innumerabiliter variantur, ita ut vix, aut omninò nunquam inveniri possint causæ, quas in eis instituendis homines secuti sunt, ubi facultas tribuitur, sine ulla dubitatione resecanda existimo. Quamvis enim neque hoc inveniri possit, quomodo contra fidem sint; ipsam tamen religionem, quam paucissimis & manifestissimis celebrationum Sacramentis misericordia Dei esse liberam voluit, servilibus oneribus *c* premunt, ut tolerabilior sit conditio Judæorum, qui etiamsi tempus libertatis non agnoverint, legalibus tamen Sacramentis *d*, non humanis præsumptionibus subjiciuntur.

C. XIII. ¶ *Omnes provinciæ e eundem in psallendo modum teneant, quem Metropolitanam sedem f habere cognoverint.*

Item ex Concilio Toletano II. *c. 3.*

3 DE iis, qui contra Apostoli *g* voluntatem circumferuntur omni vento doctrinæ, placuit huic sancto Concilio, ut Metropolitanæ sedis auctoritate coacti, uniuscujusque provinciæ 1 cives, rectoresque Ecclesiarum unum, eundemque in psallendo teneant modum, quem in Metropolitana sede *h* cognoverint institutum; nec aliquâ diversitate cujusque ordinis, vel officii à Metropolitana se patiantur sede disjungi. Sic enim justum est, ut inde unusquisque sumat regulas magisterii, unde honoris consecrationem accipit, ut juxta Majorum decreta, sedes, quæ unicuique Sacerdotalis dignitatis est mater, sit Ecclesiasticæ magistra rationis. Abbatibus sanè, indultis officiis, quæ juxta voluntatem sui Episcopi regulariter illis implenda sunt, cætera officia publica, id est, Vesperas, Matutinum, sive Missam aliter, quàm in principali Ecclesia, celebrare non liceat. ¶ Quisquis autem horum decretorum violator extiterit, sex mensibus communione privatus, apud Metropolitanum sub pœnitentiæ censura permaneat corrigendus: quatenus apud illum & præteritæ transgressionis culpam lachrymis diluat, & necessariam officiorum doctrinam studiosè addiscat. ¶ Sub ista ergò regula disciplinæ, non solùm Metropolitanus totius suæ provinciæ Pontifices vel Sacerdotes adstringat; sed etiam cæteri Episcopi subjectos sibi Ecclesiarum rectores obtemperare his institutionibus cogant.

1 ¶ Provinciæ cives] *In codice Lucensi pervetusto Bibliotheca Regis catholici, & in Conciliis impressis, in margine legitur*, provinciæ Pontifices: *quæ dictio in fine hujus capitis repetita, ostendit hanc esse veram lectionem. Verum in omnibus Conciliorum editionibus in textu, & duobus codicibus Vaticanis legitur*, cives.

C. XIV. ¶ *Ordo servetur in Matutinis, & Vespertinis officiis unus & idem.*

Item ex Concilio Bracharensi I. *cap. 19.*

PLacuit *i* omnibus communi consensu, ut unus atque idem psallendi ordo in Matutinis, vel Vespertinis officiis teneatur, & non diversæ, ac privatæ, neque 1 mo-

a *Ivo p. 2. c. 10.* b *Gallicanorum*) *orig. Gallicana.*) *Ivo.* c *potuisse*) *orig.* d *bonis rebus*) *orig.* e *Extat idem epist. 119. c. 18.* f *al. esse convincatur.*

a *Ivo p. 4. cap. 206. Pann. l. 2. c. 182.* b *al. universa*) *orig. Ivo, Pannor.* c *al. adeò servilibus operibus.* d *sarcinis*) *orig.* e *al. provinciales.* f *al. Ecclesiam.* g *Epi. 4.* h *al. &* i *Sententia habetur etiam in Tolet. 4. c. 2.*

nasteriorum

nasteriorum consuetudines cum Ecclesiastica regula sint permistæ.

1 ¶ Neque monasteriorum] *In Concilio ipso postremo Cabilonensi excuso, abest vox*, neque. *In cæteris autem editionibus sic legitur*, privatæ monasteriorum consuetudines contra Ecclesiasticas regulas sint permistæ.

DISTINCTIO XIII.

1 pa. ITem adversus naturale jus nulla dispensatio admittitur, nisi forte duo mala ita urgeant, ut alterutrum eorum necesse sit eligi.

C. I. ¶ *Minus malum de duobus eligendum est.*

Unde in Concilio Toletano 8. *c.* 2. *legitur.*

DUo *a* mala, licèt sint omninò cautissimè præcavenda, tamen si periculi necessitas ex his unum perpetrare *b* compulerit, id debemus resolvere, quod minori nexu noscitur obligare *c*. ¶ Quid autem ex his levius, quidvé sit gravius, puræ *d* rationis acumine investigemus. Etenim dum pejerare compellimur, Creatorem quidem offendimus, sed nos tantummodò maculamus. Cùm verò nexia promissa complemus, & Dei jussa superbè contemnimus, & proximis impiâ crudelitate nocemus, & nos ipsos crudeliori gladio trucidamus. Illic *e* enim duplici culparum telo perimimur *f*, hic *g* tripliciter jugulamur.

¶ *In ipso Concilio capite multa antecedunt, & sequuntur, quæ perlegenda sunt.*

C. II. ¶ *De eodem.*

Item Gregorius *in Moralibus, in c. 40. Iob. l. 32. c. 17. n. 18. 19. & 20.*

NErvi testiculorum Leviathan *h* perplexi sunt: quia suggestionum *i* illius argumenta implicatis inventis *k* illigantur, ut plerosque ita peccare faciant, quatenus si fortasse fugere peccatum appetant, hoc sine aliquo *l* peccati laqueo non evadant, & culpam faciant, dum vitant, ac nequaquam se ab una valeant solvere, nisi in alia contentiant se ligari. ¶ Quod melius ostendimus, si qua ex conversatione honorum illigationis hujus exempla proferamus *m*. *Et nonnulla inserjecta.* ¶ Ecce quidam, dum mundi hujus amicitias appetit, cuilibet alteri similem sibi vitam ducenti, quod secreta illius omni silentio contegat, se jure jurando constringit. Sed is, cui juratum est, adulterium perpetrare cognoscitur, ita ut etiam maritum adulteræ occidere conetur. Is autem, qui jusjurandum præbuit, ad mentem revertitur, & diversis hinc inde cogitationibus impugnatur, atque hoc silere formidat, ne silentio *n* adulterii simul & homicidii particeps fiat, & prodere trepidat, ne reatu se perjurii obstringat. Perplexis ergo testiculorum nervis ligatus est, quia in quamlibet partem declinet, metuit, ne à transgressionis contagione liber non sit. ¶ Alius cuncta, quæ mundi sunt, deserens, atque per omnia frangere proprias voluntates quærens, alieno se subdere regimini appetit: sed cum, qui sibi apud Deum præesse debeat, minus cautâ inquisitione discernit: cui fortasse is, qui sine judicio eligitur, cùm præesse jam cœperit, agere *o* quæ Dei sunt, prohibet, quæ mundi sunt, jubet. Pensans itaque subditus, vel quæ sit culpa inobedientiæ, vel quod contagium secularis vitæ, & obedire trepidat, & non obedire formidat, ne aut obediens, Deum in suis præceptis deserat, aut rursus non obediens, Deum in electo priore contemnat. *& infrà.* ¶ Alius pensare pondus honoris Ecclesiastici negligens, ad locum regiminis præmiis ascendit. Sed quia omne quod hic eminet, plùs mœroribus afficitur, quàm honoribus gaudet, dum cor tribulationibus premitur, ad memoriam culpa revocatur, doletque se ad laborem cum culpa perveniisse, & quàm sit iniquum, quod admiserit, ex ipsa fractûs *a* difficultate cognoscit. Reum igitur se cum impensis præmiis agnoscens, vult adeptæ sublimitatis locum deserere, sed timet, ne gravius delictum sit, suscepti gregis custodiam reliquisse: vult suscepti gregis curam gerere, sed formidat, ne deterior culpa sit, regimina pastoralis gratiæ *b* empta possidere. Per honoris ergò ambitum, ligatum culpâ hincinde se conspicit. Esse quippe sine reatu criminis neutrum videt, si aut susceptus semel grex relinquatur, aut rursum sacra actio secularitèr empta tenecatur. Undique metuit, & suspectus latus omne pertimescit, ne aut stans in empto regimine non dignè lugeat, quod non etiam deserens *c* emendat, aut certè regimen deserens, dum aliud fiere nititur, rursus aliud de ipsa gregis destitutione committat. *& infrà.*

2 pars. ¶ Est tamen, quod ad destruendas Behemoth versutias subtiliter *d* fiat, ut dum mens inter minora, & maxima peccata constringitur, si omninò nullus sine peccato evadendi aditus patet, minora semper eligantur: quia & qui murorum undique ambitu, ne fugiat, clauditur, ibi se in fugam præcipitat, ubi brevior murus invenitur. Hinc Paulus *d*, cùm quosdam in Ecclesia incontinentes aspiceret, concessit minima, ut majora declinarent, dicens: [*Propter fornicationem autem unusquisque uxorem suam habeat.*] Et quia tunc solùm conjuges in admistione sine culpa sunt, cùm non pro explenda libidine, sed pro suscipienda prole miscentur, ut hoc etiam, quod concesserat, sine culpa (quamvis minima) non esse monstraret, illicò adjunxit: [*Hoc* e *autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium.*] Non enim est sine vitio, quod ignoscitur, & non præcipitur. Peccatum profectò vidit, quòd posset indulgeri prævidit. Sed cùm in dubiis constringimur, utiliter minimis subdimur, ne in magnis sine venia peccemus. ¶ Itaque plerunque nervorum Behemoth istius perplexitas solvitur, dum ad virtutes maximas per commissa minora transitur.

1 ¶ Emendat] *Hoc loco in exemplari videtur constructio verborum perturbata, & restituenda ex Gratiano.*

DISTINCTIO XIV.

1 pa. VErùm hoc in una eademq; persona intelligitur. Cæterùm an in diversis eadem dispensatio locum habeat, videndum est, ut committamus minora, ne alii gravioribus implicentur, meritò quæritur.

C. I. ¶ *Non sunt à nobis aliqua committenda delicta, ne alii graviora committant.*

De his ita scribit Augustinus *in lib. Quæst. super Gen. cap. 42.*

QUod *f* ait Sodomitis Loth *g*: [*Sunt mihi duæ filiæ, quæ nondum noverunt viros: producam illas ad vos, utimini illis, quemodo placuerit vobis: tantum ne viros istos ne faciatis iniquum:*] quoniam prostituere volebat filias suas hâc compensatione, ut viri hospites ejus nihil à Sodomitis tale paterentur, utrum admittenda sit compensatio flagitiorum, vel quorumcunque peccatorum, ut nos faciamus mali aliquid, ne alius gravius malum faciat; an potiùs perturbationi Loth, non consilio tribuendū sit, quia hoc dixerit, meritò quæritur. Et nimirum periculosissimè

a Ivo p. 12. c. 16. Pann. l. 8. c. 119. b *al.* tentare) *al.* temptare) *al.* temerare. c obligari) *orig.* Ivo, Pann. & Grat. d *al.* pia) *al.* pio) pietatis acumine. e *al.* illinc) Gra. f percutiuntur) *orig.* g *al.* hinc) Gra. h Iob. 40. i *al.* per suggestionem. k *al.* invantionibus) *orig.* l *al.* alios) *orig.* m *al.* conferamus) *orig.* n *al.* silenda. o agi) *orig.*

a fructus difficultate agnoscit.) *orig.* b *al.* gregis. c utiliter) *orig.* ut infrà. d 1. Cor. 7. e Ibid. 6. f Ivo p. 9. cap. 119. g Gen. 19.

admittitur hæc compensatio. Si autem perturbationi humanæ tribuitur, & menti tanto malo permotæ, nullo modo imitanda est.

2. ps. *Consuetudinis autem, vel constitutionis rigor nonnunquam relaxatur.*

C. II. ¶ *Quæ constitutiones valeant temperari, vel quæ non.*

Unde I. eo Papa *ait ad Rusticum Narbonensem Episcop. epist. 90. ante cap. 1.*

SIcut a quædam sunt, quæ nullâ possunt ratione convelli; ita multa sunt, quæ aut pro necessitate temporum, aut pro consideratione ætatum, oportet temperari: illâ consideratione b semper servatâ, ut in iis, quæ vel dubia fuerint, aut obscura, id noverimus sequendum, quod nec præceptis Evangelicis contrarium, nec decretis sanctorum Patrum inveniatur adversum.

DISTINCTIO XV.

1 ps *QUoniam de jure naturali, & constitutione, vel consuetudine hactenus disseruimus, differentiam, quâ ab invicem discernuntur, assignantes: nunc ad Ecclesiasticas constitutiones stylum vertamus, earum originem, & auctoritatem, prout ex libris sanctorum Patrum colligere possumus, breviter assignantes.*

C. I. ¶ *Quo tempore cœperint canones generalium Conciliorum.*

CAnones c generalium Conciliorum (ut Isidorus ait lib. 6. Etymol. c. 16.) à temporibus Constantini cœperunt. In præcedentibus namque annis persecutione fervente, docendarum plebium minimè dabatur facultas. Inde Christianitas in diversas hæreses scissa est: quia non erat licentia Episcopis in unum conveniendi, nisi tempore supradicti Imperatoris. Ipse enim dedit facultatem Christianis libere congregari. Sub hoc etiam sancti Patres in Concilio Nicæno de omni orbe terrarum convenientes, juxta fidem Evangelicam & Apostolicam, secundum post Apostolos Symbolum tradiderunt. ¶ Inter cætera autem Concilia, quatuor esse scimus venerabiles Synodos, quæ totam principaliter fidem complectuntur, quasi quatuor Evangelia, vel totidem Paradisi flumina. ¶ Harum prima Nicæna Synodus CCCXVIII. Episcoporum, Constantino Augusto imperante, peracta est: in qua Arianæ perfidiæ condemnata blasphemia, quam de inæqualitate sanctæ Trinitatis idem Arius asserebat: consubstantialem n. Deo Patri Dei Filium, eadem sancta Synodus per Symbolum definivit. ¶ Secunda Synodus cl. Patrum, sub Theodosio seniore, Constantinopoli congregata est, quæ Macedonium, Spiritum Sanctum Deum esse negantem, condemnans, consubstantialem Patri & Filio Spiritum sanctum demonstravit, dans Symboli formam, quam tota Græcorum, & Latinorum confessio in Ecclesiis prædicat. ¶ Tertia Synodus Ephesina prima cc. Episcoporum, sub juniore Theodosio Augusto, edita est, quæ Nestorium, duas personas in Christo asserentem, justo anathemate condemnavit, ostendens manere 1 in duabus naturis unam Domini nostri JESU Christi personam. ¶ Quarta Synodus Chalcedonensis DCXXX. Sacerdotum sub Martiano principe habita est, in qua Eutychem, Constantinopolitanum Abbatem, verbi Dei & carnis unam naturam pronunciantem, & ejus defensorem Dioscorum, quondam Alexandrinum Episcopum, & ipsum rursus Nestorium, cum reliquis hæreticis, una Patrum sententia damnavit: prædicans eadem Synodus, Christum Dominum de Virgine sic natum, ut in eo substantiam divinæ & humanæ confiteamur naturæ. ¶ Hæ sunt quatuor Synodi principales, fidei doctrinam plenissimè prædicantes. Sed & si qua sunt alia Concilia, quæ sancti Patres Spiritu Dei pleni sanxerunt, post istorum quatuor authoritatem, omni manent stabilita vigore: quorum gesta in hoc opere condita continentur. ¶ Synodus autem ex Græco interpretatur comitatus, vel cœtus. Concilii 2 verò nomen tractum est ex more Romano. Tempore enim, quo causæ agebantur, conveniebant omnes in unum, communique intentione tractabant. Unde Concilium à communi intentione dictum quasi consilium; consilium, quasi considium, d in l literam transeunte: vel Concilium dictum est à communi intentione, eò quòd in unum dirigant omnem mentis obtutum. Cilia enim oculorum sunt: unde qui sibimet dissentiunt, non agunt Concilium, quia non consentiunt in unum. Cœtus verò conventus est, vel congregatio, à coëundo, id est, à conveniendo in unum. Hinc etiam conventus est nuncupatus, eò quòd ibi homines conveniunt in unum: sicut à conventu cœtus dicitur, sic & Concilium à societate multorum in unum.

¶ *Caput hoc habetur etiam in Conciliorum collectione Isidori ante ipsius præfationem, nisi autem in codice Bibliotheca Dominicana; in quo tamen usque ad versiculum*, Inter cætera: *ponitur etiam (quemadmodum & in aliis) ante initium Concilii Nicæni.*

1 ¶ Manere] *In plerisque antiquis Gratiani exemplaribus, & Isidori codice impresso, legitur, ut est emendatum. Sed in aliis eorundem manuscriptis, & impresso Gratiani legitur*, manere in Christo duas naturas, & unam Domini nostri Jesu Christi personam.

2. ¶ Concilii verò] *Apud Isidorum in lib. Etymol. locus hic mendosè legitur. Verum in præfatione ejusdem Isidori, editione Parisiensi Conciliorum præposita, qua cum aliquot vetustis codicibus collata est, sic legitur:* Concilii verò nomen tractum ex communi intentione. eò quod in unum dirigant omnes mentis obtutum. Cilia enim, oculorum sunt: unde & qui sibimet dissentiunt, non agunt Concilium, quia non sentiunt unum. Cœtus verò conventus est, vel congregatio, à coëundo, id est, conveniendo in unum: unde & conventus nuncupatus, quòd ibi homines conveniant. Sicut conventus, cœtus, vel Concilium à societate dicitur multorum in unum. *In Gratiani codicibus sunt multa varietates, ex quibus ea lectio retenta est, quæ visa est melior, quamvis adhuc aliquod fortasse desideretur.*

C. II. ¶ *De auctoritate quatuor Conciliorum.*

De quatuor verò a Conciliis scribit B. Gregorius, *ita dicens, lib. 1. Registr. Epist. 24.*

SIcut sancti Evangelii quatuor libros, sic quatuor Concilia suscipere, & venerari me fateor. Nicænum scilicet, in quo perversum Arii dogma destruitur. Constantinopolitanum quoque, in quo Eunomii & Macedonii error convincitur. Ephesinum etiam primum, in quo Nestorii impietas judicatur. Chalcedonense verò, in quo Eutychis, Dioscoriique pravitas reprobatur, totâ devotione complector, integerrimâ approbatione custodio, quia in his velut in quadrato lapide, sanctæ fidei structura consurgit, & cujuslibet 1 vitæ, atque actionis norma consistit. ¶ Quintum quoque Concilium pariter veneror, in quo epistola, quæ Ibe dicitur, erroris plena, reprobatur, in quo Theodorus personam mediatoris Dei & hominum in duabus substantiis separans, ad impietatis perfidiam cecidisse convincitur, & in quo scripta quoque Theodoriti, per quæ beati Cyrilli fides reprehenditur, ausu dementiæ prolata, refutantur. Cunctas verò quas præfata veneranda Concilia personas respuunt, respuo; quas venerantur ample-

a Pann. in prologo. c. 11. Ordo verborum non restitutus ob gl.
b *condistione*] orig. c Pann. l. 2. c. 104.

2 *al. quoque.*

ctor: quia, dum universali sunt consensu constituta, se, & non illa destruit, quisquis præsumit aut solvere, quos a religant, aut b ligare, quos solvunt.

1 ¶ Cujuslibet] *Apud B. Gregorium legitur:* Et cujuslibet vitæ, atque actionis existat, quisquis eorum soliditatem non tenet, etiamsi lapis esse cernitur, tamen extra ædificium jacet. Quintum, &c. *& in sequentibus significantur tria illa capitula, quorum occasione nonnulli quintam Synodum non recipiebant.*

Quæ c Concilia sancta Romana Ecclesia suscipiat.

C. 111. ¶ *De isdem etiam* Gelasius *in Concilio habito Romæ cum 70. Episcopis scribit, docens.*

SAncta d Romana Ecclesia post illas Veteris Testamenti & Novi Scripturas, quas regulariter suscipimus, etiam has suscipi non prohibet: Sanctam Synodum Nicænam CCCXVIII. Patrum, mediante Constantino Maximo Augusto, in qua Arius hæreticus condemnatus est: Sanctam Synodum Constantinopolitanam, mediante Theodosio seniore Augusto, in qua Macedonius hæreticus debitam damnationem excepit: Sanctam Synodum Ephesinam, in qua Nestorius damnatus est consensu beatissimi Papæ Cœlestini, mediante Cyrillo Alexandrinæ sedis antistite, & Arcadio Episcopo ab Italia destinato: Sanctam Synodum Chalcedonensem; mediante Martino Augusto, & Anatolio Constantinopolitano Episcopo, in qua Nestoriana, & Eutychiana hæreses simul cum Dioscoro, ejusque complicibus damnatæ sunt: sed & si qua sunt Concilia à sanctis Patribus hactenus instituta, post e illorum quatuor auctoritatem & custodienda, & recipienda decernimus, & mandamus. 1 ¶ Jam nunc subjiciendum est de opusculis sanctorum Patrum, quæ in Ecclesia catholica recipiuntur. ¶ Opuscula beati Cypriani martyris, & Carthaginensis Episcopi. ¶ Item opuscula beati Athanasii, Alexandrini Episcopi. ¶ Item opuscula beati Gregorii, Nazianzeni episcopi. ¶ Item opuscula beati Basilii, Cappadociæ Episcopi. ¶ Item opuscula beati Joannis, Constantinopolitani Episcopi. ¶ Item opuscula Theophili, Alexandrini Episcopi. ¶ Item opuscula beati Hilarii, Pictaviensis Episcopi. ¶ Item opuscula B. Ambrosii, Mediolanensis Episcopi. ¶ Item opuscula B. Augustini, Hipponensis Episcopi. ¶ Item opuscula B. Hieronymi, Presbyteri. ¶ Item f opuscula beati Prosperi, viri religiosissimi. ¶ Item epistolam beati Leonis Papæ ad Flavianum, Constantinopolitanum Episcopum, destinatam: cujus textum quispiam, si usque ad unum jota disputaverit, & non eam in omnibus venerabiliter receperit, anathema sit. ¶ Item opuscula, atque tractatus omnium Patrum orthodoxorum, qui in nullo à sanctæ Romanæ Ecclesiæ consortio deviaverunt, nec ab ejus fideli g prædicatione sejuncti sunt, sed communionis ipsius, gratiâ Dei, usque ad ultimum diem vitæ suæ participes fuerunt, legenda decernimus. ¶ Item Decretales epistolæ, quas beatissimi Papæ diversis temporibus ab urbe Romana, pro diversorum Patrum consultatione dederunt, venerabiliter suscipiendæ sunt. ¶ Item gesta 2 sanctorum Martyrum, qui multiplicibus tormentorum cruciatibus, & mirabilibus confessionum triumphis irradiant. Quis ita h esse Catholicorum dubitet, & majora eos in agonibus fuisse perpessos, nec suis viribus, sed gratiâ Dei, & adjutorio universa tolerâsse? Sed ideò secundùm antiquam consuetudinem singulari cautelâ in sancta Romana Ecclesia non leguntur, quia & eorum, qui conscripsêre, nomina penitùs ignorantur, & ab infidelibus, aut idiotis a superflua, aut minus apta, quàm rei ordo fuerit, scripta esse putantur: sicut cujusdam Quirici b, & Iulitæ: sicut Gregorii, aliorumque hujusmodi passiones, quæ ab hæreticis prohibentur conscriptæ. Propter quod, ut dictum est, ne vel levis subsannandi oriretur occasio, in sancta Romana Ecclesia non leguntur. Nos tamen cum prædicta Ecclesia omnes Martyres, & eorum glorioſos agones, qui Deo magis, quàm hominibus noti sunt, omni devotione veneramur. ¶ Item vitas i atrum, Pauli, Antonii, Hilarionis, & omnium Eremitarum, quas tamen vir beatissimus scripsit Hieronymus, cum omni honore suscipimus. ¶ Item Actus beati Sylvestri, Apostolicæ sedis Præsulis, licèt ejus, qui conscripsit, nomen ignoremus, à multis tamen in urbe Roma catholicis legi cognovimus, & pro antiquo usu multæ hoc imitantur Ecclesiæ. ¶ Item scripta de inventione S. Crucis Dominicæ, & alia scripta de inventione capitis beati Joan. Baptistæ, novellæ quidem c revelationes sunt, & nonnulli eas Catholici legunt. Sed cùm hæc ad Catholicorum manus pervenerint, beati Pauli d Apostoli sententia præcedat, [*Omnia probate, quod bonum est, tenete.*] ¶ Item Rufinus vir religiosus plurimos Ecclesiastici operis edidit libros: nonnullas etiam Scripturas interpretatus est: sed quoniam beatus Hieronymus in aliquibus cum de arbitrii libertate notavit, illa sentimus, quæ prædictum beatum Hieronymum sentire cognoscimus: & non solùm de Rufino, sed etiam de universis e, quos vir sæpius memoratus zelo Dei, & fidei religione f reprehendit. ¶ Item Origenis nonnulla opuscula, quæ vir beatissimus Hieronymus non repudiat, legenda suscipimus: reliqua autem omnia cum auctore suo dicimus esse renuenda. ¶ Item Chronicon g Eusebii Cæsariensis, atque ejusdem historiæ Ecclesiasticæ libros, quamvis in primo narrationis suæ libro tepuerit, & postea in laudibus, atque excusatione Origenis schismatici unum conscripserit librum: propter rerum tamen notitiam singularem, quæ ad institutionem pertinent, usquequaque non dicimus renuendos. ¶ Item Orosium virum eruditissimum collaudamus: quia valdè nobis necessariam adversùs Paganorum calumnias ordinavit historiam, mirâque brevitate contexuit. ¶ Item venerabilis viri Sedulii paschale opus, quod heroicis descripsit versibus, insigni laude proferimus h. ¶ Item Juvenci 3 nihilominùs laboriosum opus non spernimus, sed miramur.

¶ Cæterùm, quæ ab hæreticis, sive schismaticis conscripta, vel prædicata sunt, nullatenùs recipit Catholica, & Apostolica Ecclesia Romana. ¶ E quibus 1 pauca, quæ ad memoriam venerunt, & Catholicis vitanda sunt, decrevimus esse subdenda. Inprimis Armicensem Synodum à Constantino Cæsare, Constantini filio congregatam, mediante Tauro præfecto, extunc & nunc, & usque in æternum confitemur esse damnatam. Item itinerarium nomine Petri Apostoli, quod appellatur sancti Clementis, lib. 8, k apocryphum.

Actus nomine Andreæ Apostoli, apocryphi.
Actus nomine Philippi Apostoli, apocryphi.
Actus nomine Petri Apostoli, apocryphi.
Actus nomine Thomæ Apostoli, apocryphi. Evangelium nomine Thaddæi, apocryphum. Evangelium nomine Thomæ Apostoli, quo utuntur Manichæi, apocryphum. Evangelium nomine Barnabæ, apocryphum. Evangelium nomine Bartholomæi Apostoli, apocryphum. Evangelium nomine Andreæ Apostoli, apocryphum.

a *al. ligant.* b *al. religare.* c *al. Quæ scripturas.* d *Burch. l. 3. c. 220. Ivo par. 4. cap. 64. Panorm. l. 2. cap. 92. Polyc. lib. 1. tit. 20.* e *al. prater.* f *Anſel. l. 6. cap. 193.* g *fide, vel prædicatione.*] *orig. & Burch. Nicolaus in epistola empressa ad Episcopos Galliæ, cujus initium, Quamvis.* h *al. ista.*

a *al. dictu.*] b *al. Cyrici.* c *quadam relationes.*] *orig.* d *1. Theſſal. 5.* e *al. diversis*] *orig.* f *al. religiosi.* g *al. Chronica.*] *orig.* h *al. præferemus.*] *orig.* i *Burch. l. 3. cap. 221. Ivo part. 4. cap. 85. Panorm. lib. 2. cap. 123.* k *decem.*] *orig.*

Evangelia, quæ falsavit Lucianus, apocrypha. Evangelia quæ fallavit Hyrcius a apocrypha. Liber de infantia Salvatoris, apocryphus. Liber de nativitate Salvatoris, & de sancta Maria, & de obstetrice Salvatoris, apocryphus. Liber, qui appellatur Pastoris, apocryphus. Libri omnes, quos fecit Lenticius b discipulus diaboli, apocryphi. Liber, qui appellatur Fundamentum, apocryphus. Liber, qui appellatur Thesaurus, apocryphus. Liber, qui appellatur de filiabus Adæ, vel c Geneseos, apocryphus. Centimetrum de Christo Virgilianis compaginatum versibus, apocryphum. Liber, qui appellatur Actus Teclæ, & Pauli Apostoli, apocryphus. Liber, qui appellatur Nepotis, apocryphus. Liber proverbiorum, qui ab hæreticis conscriptus, & Sancti Xisti d nomine signatus est, apocryphus. Revelatio, quæ appellatur Pauli Apostoli, apocrypha. Revelatio, quæ appellatur Thomæ e postoli, apocrypha. Revelatio, quæ appellatur Stephani, apocrypha. Liber, qui appellatur Transitus f Sanctæ Mariæ, apocryphus. Liber, qui appellatur Pœnitentia Adæ, apocryphus. Liber Ogiæ nomine gigantis, qui ab hæreticis cum dracone post diluvium pugnâsse perhibetur, apocryphus. Liber, qui appellatur Testamentum Jacob g, apocryphus. Liber, qui appellatur Pœnitentia Origenis, apocryphus. Liber, qui appellatur Pœnitentia Sancti Cypriani, apocryphus. Liber qui appellatur Pœnitentia Jamnis & Mambræ, apocryphus. Liber, qui appellatur Sortes Apostolorum, apocryphus. Liber Luianæ h, apocryphus. Liber canonum Apostolorum, apocryphus. Liber Physiologus, qui ab hæreticis conscriptus est, & B. Ambrosii nomine præsignatus, apocryphus. Historia Eusebii Pamphili, apocrypha. Opuscula Tertulliani i, sive Africani, apocrypha. Opuscula Posthumani, & Galli, apocrypha. Opuscula Montani, Priscillæ, & Maximillæ, apocrypha. Opuscula omnia Fausti Manichæi, apocrypha k. Opuscula alterius Clementis Alexandrini, apocrypha l. Opuscula Cassiani Presbyteri Galliarum, apocrypha. Opuscula Victorini Pictavensis l, apocrypha. Opuscula Fausti Rhegiensis Galliarum, apocrypha. Opuscula Frumenti m, apocrypha. Epistola JESU ad Agbarum regem, apocrypha. Passio Georgii, apocrypha. Passio Cyrici, & Julitæ, apocrypha. Scriptura, quæ appellatur, Contradictio Salomonis, apocrypha. Phylacteria omnia, quæ non Angelorum, ut illi confingunt, sed Dæmonum magis artibus conscripta sunt, apocrypha. ¶ Hæc, & omnia his similia, quæ Simon Magus, Nicolaus, Cerinthus, Marcion, Basilides, Ebion, Paulus etiam Samosatenus, Photinus, & Eonosius, & qui simili errore defecerunt, Montanus quoque cum suis obscœnissimis sequacibus, Apollinaris, Valentinus sive Manichæus, Faustus n, Sabellius, Arius, Macedonius, Eunomius, Novatus, Sabbatius, Cœlestius o, Donatus, Eustathius, Jovinianus, Pelagius, Julianus, & p Latinensis, Cœlestinus, Maximinus, q riscianus r ab Hispania, Lampedius, Dioscorus, Eutyches, Petrus, & alius Petrus, è quibus unus Alexandriam, alius Antiochiam maculavit: Acacius Constantinopolitanus, cum consortibus suis, necnon & omnes hæreses s, quas ipsi, eorumque discipuli, sive schismatici docuerunt, vel conscripserunt, quorum nomina minime æstimamus, non solùm repudiata, verùm etiam ab omni Romana, & Apostolica Ecclesia eliminata, atque cum suis auctoribus, auctorumque sequacibus, sub anathematis indissolubili vinculo, in æternum confitemur esse damnata. ¶ Cæterùm t a, qui libri in Ecclesiasticis officiis per anni circulum à nonnullis legantur (quòd ritum illum Apostolica non reprobat, sed sequitur Ecclesia) pro fidelium ædificatione adnotandum censuimus. Quidam, quòd in Septuagesima ponunt Pentateuchum b usque in xv. diem ante Pascha, à xv. die ponunt Hieremiam usq; in cœnam Domini. In cœna Domini legunt tres lectiones de lamentatione Hieremiæ b. [*Quomodo sedet sola civitas, &c.* & tres de tractatu sancti Augustini in Psal. 54. 7. [*Exaudi Deus orationem meam, & ne despexeris.*] & tres de Apostolo, ubi ait in epistola ad Corinthios: [*Convenientibus c vobis in unum.*] Secunda lectio sic incipit, [*Similiter & calicem postquam cœnavit, &c.*] Tertia, [*De spiritualibus autem d nolumus vos ignorare, fratres.*] In Parasceve tres lectiones de lamentatione Hieremiæ; & tres de tractatu sancti Augustini in Psalmum 63. [*Exaudi Deus orationem meam, cum deprecor.*] & tres de Apostolo, ubi ait in epistola ad Hebræos e, [*Festinemus ingredi in illam requiem, &c.*] Secunda lectio, [*Omnes namque Pontifex.* f] Tertia, [*De quo grandu nobu sermo.*] In sabbatho Sancto tres lectiones de lamentatione Hieremiæ Prophetæ, & tres de tractatu sancti Augustini in eundem Psalmum 63. [*Exaudi Deus orationem meam, cum deprecor.*] & tres de Apostolo, ubi ait in epistola ad Hebræos, [*Christus* g *assistens Pontifex futurorum bonorum.*] Secunda lectio, [*Vbi enim testamentum est.*] Tertia, [*Vmbram enim* h *habens lex futurorum bonorum.*] In Pascha Domini homilias ad ipsum diem pertinentes, infrà hebdomadam homilias. In Octavis 8 i Paschæ ponunt actus Apostolorum, & Epistolas canonicas, & Apocalypsin, usque in Octavas k Pentecostes. In Octavis Pentecostes ponunt libros Regum, & Paralipomenon usque in Calendas Augusti. In Dominica prima mensis Augusti ponunt Salomonem usque in Calendas Septembris. In Dominica prima Septembris ponunt Job, Tobiam l, Hester, Esdram usque in Calendas Octobris. In Dominica prima mensis Octobris ponunt librum m Machabæorum usque in Calendas Novembris. In Dominica prima mensis Novembris ponunt Ezechielem, & Danielem, & minores Prophetas usque in Calendas Decembris. In Dominica prima mensis Decembris ponunt Esaiam Prophetam usque ad n Nativitatem Domini. In Natali o Domini legunt primum de Esaia tres lectiones. Prima lectio, [*Primo tempore alleviata est terra Zabulon, &c.*] Secunda, [*Consolamini* q, *consolamini.*] Tertia, [*Consurge* r, *consurge.*] Deinde leguntur sermones vel homiliæ ad ipsum diem pertinentes. In natali sancti Stephani homilia de ipso die. In natali sancti Joannis, similiter. In natali Innocentium, similiter. In natali sancti Sylvestri, similiter. In Octava natalis Domini homilia de ipso die. In Dominica prima post Nativitatem Domini ponunt epistolas Pauli usque in Septuagesimam. In Epiphania lectiones tres de Esaia. Prima lectio incipit [*Omnes* s *sitientes.*] Secunda, [*Surge* t, *illuminare Hierusalem.*] Tertia, [*Gaudens* u *gaudebo in Domino.*] Deinde leguntur sermones, vel homiliæ ad ipsum diem pertinentes.

---

a *al. Efrem*) *al. Hesychius.* b *al. Lentevus*) *al. Lentius.* c *abest ab orig.* d *al. Sixti.* e *transitus, id est, assumptio.*) *orig.* f *al. lib.*) *orig.* g *qui appellatur, Iesus Apostolorum*) *orig.* h *Tertulliani apocrypha. Opuscula Lactantii, apocrypha. Opuscula Africani, apocrypha.*) *orig.* i *Opuscula Commodiani, apocrypha.*) *orig.* k *Opuscula Tatii, Cypriani, apocrypha. Opuscula Arnobii, apocrypha. Opuscula Tyconii, apocrypha.*) *orig.* l *al. Pictauiensis.* m *al. Frumentii cæc.*) *orig.* n *Africanus*) *orig.* o *al. Calistius.* p *Iulianus Celanensis, Cœlestinus, &c.*) *orig.* q *al. Priscillianus ab Hispania, Nestorius Constantinopolitanus, Maximus, Unisius, Lampetius.*) *orig.* r *hæresis, eorumq; discipuli*) *orig.*

a *Burch. lib. 3. c. 222. Ivo part. 4. cap. 63. Pannorm. lib. 2. cap. 92.* b *Thren. 1.* c *1. Corinth. 11.* d *1. Corinth. 12.* e *Hebr. 4.* f *Hebr. 5.* g *Hebr. 9.* h *Hebr. 10.* i *al. octava.* k *al. octavam.* l *Iudith, Hester.*) *Ivo.* m *libro*) *Ivo.* n *al. in natalem.* o *al. in vigilia natalis Domini.*) *Burchard. & Ivo, & ordo Romanus.* p *Esa. 9.* q *Esa. 40.* r *Esa. 52.* s *Esa. 55.* t *Esa. 60.* u *Esa. 61.*

1 ¶ Manda-

1 ¶ Mandamus] *Post hoc verbum in Decreto Gelasii sequitur contanter:* Item opuscula beati Cyprian, &c. *Sed Burchardus, & Ivo, & Pannormia habent ut Gratianus. Ac certè in toto hoc capite tot modis discrepant collectiones ab originali, ut satis verè statui non possit, quæ vera & pura sit Gelasii lectio: nec magnopere sit mirandum, si nonnulla sint, quæ difficultatem faciunt. Quamobrem, quæ auxilio codicum tutò emendari poterant, ea sunt emendata: cæteris locis partim indicata varietates, partim, quantam omnes indicare infinitum fuisset, labor hic ad libros adeundi accurato lectori est relictus.*

2 ¶ Item gesta] *Hinc usque ad finem capitis omnia absunt à plerisque vetustis Gratiani codicibus: quod etiam Archidiaconus advertit. Sunt tamen ejusdem Gelasii usque ad versicul.* Cæterum qui libri, *& apud Burchardum, & Ivonem referuntur proximè post superiora.*

3 ¶ Juvenci] *Antea legebatur,* Item Vincentii: *restituta est vera lectio ex Gelasio, Burchardo, & Ivone. De quo Juvenco meminit B. Hieronymus in Catalogo.*

4 ¶ De sancta Maria] *In collectione Isidori legitur,* & de Maria, & obstetrice. *Apud Burchardum,* & de Maria, vel obstetrice. *Apud Ivonem verò,* & de sancta Maria, vel de obstetrice Salvatoris.

5 ¶ Cæterùm] *Hinc usque ad finem, neque in collectione Isidori, neque in ullo veteri codice Gratiani verum, quæ collata sunt, inveniuntur. A verbo tamen,* in Septuagesima ponunt, *referuntur à Burchardo, & Ivone sine auctoris nomine, in Pannormia ex Gelasio cum hac. Episcopis. Ferè autem omnia habentur sparsim in libro, qui ordo Romanus nuncupatur.*

6 ¶ Pentateuchum] *Apud Ivonem legitur,* Heptateuchum, *ut ultra quinque libros comprehendat librum Iesu, & Iudicum, quæ vox, ac librorum conjunctione, Beatus Hieronymus ad Lucinium scribens, utitur. Alii verò Heptateuchum appellant, ut sanctus Gregorius libro 7. in d. 2. epist. 42. & libro 10. epist. 22. & alibi, & Rabanus in præfatione in Hieremiam, & ordo Romanus cap. de Septuagesima.*

7 ¶ In Psalmum 54.] *Sic etiam apud Ivonem. In ordine Romano, cap. de officiis dominicæ à cena Domini usq; in octavas Pentecostes, & apud Burchardum legitur,* in Psalmum 63. *id est;* Exaudi Deus orationem meam, cum deprecor. *Item, in cap. de ordine in nocte Parascevæ,* Tres de tractatu sancti Augustini de Psalmo 63.

8 ¶ In Octavis] *Ipsam diem octavam festam fuisse proferri nomine mulctandum, id est, Octavas, notabitur infrà de consecratione, dist. 3. c.* pronunciandum.

9 ¶ In natali Domini] *Burchardus, & Ivo habent* in Vigilia natalis Domini, *& ita in ordine Romano, cap. quod inscribitur,* In Christi nomine, incipit ordo catholicorum librorum, qui in Ecclesia Romana ponuntur. *Pannormia autem habet ut Gratianus.*

DISTINCTIO XVII.

1 A Postolorum verò canones, qui per Clementem Pontificem Romanum, sicut quidam asserunt, dicuntur esse translati, sunt 1 quinquaginta.

1 ¶ Translati] *In titulo, qui præponitur canonibus Apostolorum in collectione Isidori, & in Concilio Stephani Papæ IV. (cujus magnam partem Deusdedit Cardinalis in sua canonum collectione refert) pro voce* translati, *habetur,* prolati. *Dionysius certè Exiguus nullam hujus versionis mentionem facit, & aliqui scriptores solent epistolas Clementis hoc modo citare,* ex dictis Petri Apostoli per Clementem prolatis. *ut auctor Polycarp. & alii.*

C. I. ¶ *Apostolorum canones Apostolicâ reiiciuntur auctoritate.*

Hos non recipiendos, sed inter apocrypha deputandos, Isidorus scribit, dicens.

CAnones 1, qui dicuntur Apostolorum, seu quia eosdem nec sedes Apostolica recepit, nec sancti Patres illis assensum præbuerunt, pro eo quòd ab hæreticis sub nomine Apostolorum compositi dignoscuntur: quamvis in eis utilia inveniantur, tamen ab auctoritate canonica atque Apostolica, eorum gesta constat esse remota, atque inter apocrypha deputata.

1 ¶ *Caput hoc est in præfatione Isidori ad collectionem Conciliorum, quæ ex Bibliotheca Ecclesiæ Toletanæ descripta Romam missa est. Nam in illa, quæ vulgata Isidori collectionis, de qua inter doctos agitur est, præponitur, contrarium potius videtur dici, & refertur infrà, c.* Placuit, *hâc eâd. dist. si modò idem est Isidorus.*

C. II. ¶ *Apostolorum canones sunt recipiendi.*

Zepherinus autem contrà scribit Episcopis per Siciliam constitutis, epist. 1.

SExaginta 1 sententias a Apostoli præscripserunt b, cum aliis plurimis Episcopis, & servandas censuerunt.

1 ¶ Sexaginta] *Ivo etiam, & auctor Pannormiæ habent,* Sexaginta. *Item, originale in margine. Sed in textu,* Septuaginta. *Polycarpus,* Quinquaginta.

C. III. ¶ *Exceptis quinquaginta capitulis, canones Apostolorum inter apocrypha deputantur.*

Item Leo 1 *Papa IX. contra epistolam Niceta Abbatis.*

CLementis c librum, id est, Petri Apostoli itinerarium, & Apostolorum canones numerant Patres inter apocrypha, exceptis quinquaginta capitulis, quæ decreverunt orthodoxæ d fidei adjungenda.

1 ¶ Item Leo] *Hoc caput sumptum est ex responsione Humberti, Legati Leonis IX. ad libellum Nicetæ Presbyteri & Monachi contra Latinos editum, qua Roma in monasterio sanctæ Mariæ novæ, & in multis privatis Bibliothecis extat manuscripta. Meritò autem potuit citari Leo IX. quòd ejus auctoritate & jussione Humbertus Legatus sedis Apostolicæ ea scripserit.*

C. IV. ¶ *Item* VI. Synodus, *cap. 2.*

PLacuit e huic sanctæ Synodo, ut amodò confirmata & rata sint canonum Apostolorum LXXXV. capitula.

Epistola 1 Isidori in capite canonum.

Isidorus 2 servus Christi, Lectori suo converso. ¶ Propter eorum auctoritatem cæteris Conciliis præponimus canones, qui dicuntur Apostolorum, licèt à quibusdam apocryphi dicantur, quoniam plures eos recipiunt, & sancti Patres eorum sententias Synodali auctoritate roboraverunt, & inter canonicas posuerunt constitutiones. *Item infrà f.* Primò quidem ordo, ut prædictum est, de celebrando Concilio insertus habetur, & postmodùm canonum Apostolorum, ac primorum Apostolicorum (id est, à sancto Clemente usque ad sanctum Sylvestrum) decretorum, atque diversorum Conciliorum breviarium interpolatur, sequens ordinem suum.

1 ¶ Epistola] *Hæc epistola ab Ivone vocatur Præfatio in apostolicum, & est ea, quæ Isidori nomine est præposita tomis Conciliorum, licèt in vetustiore editione in qua prior est Isidori collectio, nonnulla verba desiderentur. Est autem confectum hoc caput ex duobus locis illius Præfationis. Nam verba illa,* Propter eorum auctoritatem, &c. *usque ad ver.* constitutiones. *non longè absunt ab initio: reliqua verò sunt in extremo.*

2 ¶ Isidorus servus] *In Pannormia est eodem modo*

a *Ivo part. 4. capitor. Pannorm. lib. 2. cap. 105. Polyc. l. 3. tit. 10.*
b *al. præfixerunt) orig.* c *Ivo p. 4. c. 105. Pann. l. 2. cap. 124.*
d *al. regulis orthodoxis) al. regulis orthodoxæ)* e *Ivo p. 4. c. 106. Pannor. l. 2. c. 125.* f *Ivo par. 4. c. 104. Pannor. l. 2. c. 125.*

atque apud Gratianum. Apud Ivonem, & in manuscriptis collectionis illius codicibus est: Isidorus Mercator servus Christi conservo suo, & parenti fidei *a* in Domino salutem. *In vulgatis autem Conciliorum editionibus:* Isidorus peccator, servus, &c.

Item cum Hadrianus Papa Sextam Synodum recipiat cum omnibus canonibus suis, cum etiam sancta ecclesia universalia Concilia professione Romani Pontificis sint roborata, in sexta b *autem Synodo, sive in septimo Concilio, Apostolorum canones sint recepti & approbati: patet, quòd non sint inter apocryphia deputandi.*

C. V. ¶ Sexta Synodus *auctoritate Hadriani corroboratur.*

Unde scribit Hadrianus Papa *Tharasio Patriarchæ.*

SExtam 1 Synodum c sanctam recipio cum omnibus canonibus suis.

1 ¶ Sextam] *Hoc habetur in secunda actione septimæ Synodi in epistola Hadriani ad Tharasium. Sed eo in loco Hadrianus refert verba Synodicæ Epistolæ à Tharasio ad se missæ. Et hic Gratianus non refert propria ejus Epistolæ verba. In versione enim Anastasii Bibliothecarii sic legitur:* Invenimus autem in prædicta Synodica epistola sanctitatis vestræ, post plenitudinem fidei & confessionem sacri Symboli, & omnium sanctarum sex Synodorum, & de factis & venerabilibus characteribus miraculum laude ac veneratione dignissimum contineri. Quare & easdem sanctas sex Synodos suscipio cum omnibus regulis, quæ jure, ac divinitùs ab ipsis promulgatæ sunt. *Et hæc quidem postrema verba sunt etiam in illa ipsa Tharasii epistola: quod ex Concilio Græco, & nova interpretatione clarè apparet.*

Sed dubitatur de ea, an canones conscripserit: quod ex quarta actione sexta 2 Synodi facilè absolvitur.

2 ¶ Sextæ] *In secundo & tertio Vaticani est,* sextæ, aliàs, septimæ. *Et verè septima est, sed ob glossam nihil est mutatum.*

C. VI. ¶ *Sexta Synodus canones conscripsit.*

Ait enim Petrus *Episcopus Nicomediæ.*

HAbeo 1 librum *d* continentem canones sanctæ sextæ Synodi. Patriarcha dixit: ¶ Quidam scandalizantur per ignorantiam pro canonibus istis, dicentes: Numquid sextæ Synodus canones fecit? Sciant ergò, quoniam sancta Synodus sexta sub Constantino congregata est contra eos, qui dicebant unam operationem, & unam voluntatem esse in Christo, in qua sancti Patres illos, ut hæreticos anathematizaverunt, & orthodoxam fidem explanaverunt.

2 ps ¶ Et soluta Synodus est Constantini 14. anno. Post quatuor verò, aut quinque annos iidem sancti Patres congregati sunt sub Justiniano, filio Constantini, & prædictos canones promulgaverunt, de quibus nullus dubitet. Qui enim sub Constantino in Synodo fuerunt, iidem ipsi Episcopi sub Justiniano istis canonibus subscripserunt. Oportebat enim, ut Synodus universalis canones Ecclesiasticos promulgaret. *Item e.* ¶ Sancta sexta Synodus post promulgatam ab ea diffinitionem contra Monothelitas, Constantino Imperatore, qui eam congregaverat, non multò post defuncto, & Justiniano ejus filio regnante pro eo. ¶ Eadem sancta Synodus divinitùs inspirata, iterum Constantinopoli quarto, aut quinto anno congregata est, & canones numero 102. ad correctionem Ecclesiæ promulgavit.

1 ¶ Habeo librum] *Verba sunt Petri Episcopi Nicomediæ, ac Tharasii Patriarchæ Constantinopolitani, actione quarta, septimæ Synodi: quod quidem ipsi de centum ac duobus canonibus dixerunt, qui in Trullo tempore Justiniani Rhinotmeti, secundo anno suæ revocationis ad imperium, editi sunt. Verum ex his ipsis verbis Tharasii apparet, eos canones non esse proprios sextæ Synodi: quia fatetur, post annos quatuor, aut quinque, quàm ea Synodus fuerat absoluta, canones illos fuisse editos: quo tempore certissimum est, neque eundem Romanum Pontificem, neque eosdem Episcopos fuisse. Quanquam in hac ratione temporis, potius credendum est diligentissimæ chronologiæ, Theophanis, (cujus etiam verba, quæ ad hunc locum pertinent, ex originali Græco, quod in Bibliotheca Vaticana extat, satis fideliter translata leguntur apud Franciscum Turrianum, libro de 6.7. & 8. Synodo) & Anastasio, & Georgio Cedreno, quàm Tharasio. Illi enim non quatuor, aut quinque, ut Tharasius, sed viginti septem annos a fine sextæ Synodi tempore Agathonis habitæ, usque ad hanc hujusmodi Decretorum editionem asserunt intercessisse. Episcopos verò, qui hos ediderunt, voluisse ipsos edere tanquam canones sextæ Synodi, sed voluisse supplere, quod videbatur in quinta, ac sextæ Synodo deesse, ipsamet illorum ad Imperatorem allocutio testatur. Itaque nova dicenda est hæc Episcoporum contio: ideoque Græci illam, ut scribit Balsamon νεὶ ἐκτὸς, ad est quantam sextam Synodum appellant. Cæterùm non fuisse omnes illos canones à Romana Ecclesia receptos, duo vere rerum Ecclesiasticarum peritissimi, Anastasius Bibliothecarius, & Humbertus Leonis IX. Legatus, aperte testantur. Humbertus quidem his verbis.* Non autem miror, si Agathoni Papæ, & sanctis Patribus sextæ Synodi vestra imputetis deliramenta, & quæ aut corruptistis, aut finxistis capitula: cùm & ipsi Domino JESU, & Apostolis ejus imputetis figmenta. Unde nos scientes, sextam Synodum, ad destruendâ hæresin Græcorum Monothelitarum, non autem ad tradendum Romanis novas constitutiones congregatam, capitula, quæ nobis sub ejus auctoritate apponitis, omninò refutamus, quia prima & Apostolica sedes, nec aliquando ea accepit, nec observat hactenus. *Anastasius verò in præfatione in septimam Synodum ad Ioannem VIII. Romanum Pontificem ita scripsit:* Ergò regulas, quas Græci in sexta Synodo perhibent editas, ita in hac septima Synodo principalis sedes admittit, ut nullatenus ex his illæ recipiantur, quæ prioribus canonibus, vel decretis sanctorum sedis hujus Pontificum, aut certè bonis moribus inveniuntur adversæ: quamvis omnes hactenus ex toto maneant apud Latinos incognitæ, quia nec interpretatæ. Sed nec in cæterarum Patriarchalium sedium, licèt Græcâ utantur linguâ, reperiuntur archivis: mirum, quia nulla earum, cùm ederentur, aut promulgans, aut consentiens, aut saltem præsens inventa est. Quanquam eosdem Patres illas Græci promulgâsse perhibeant, qui in sexta Synodo sunt inventi: sed nullis certè probare possunt indiciis.

Ex his ergò colligitur, quòd sexta Synodus bis congregata est: primò sub Constantino Imp. & nullos canones constituit: secundò sub Justiniano filio ejus, & præfatos canones promulgavit.

C. VII. ¶ *Constitutiones* Synodi sextæ *a.*

Unde sancti Patres in eadem Synodo *secundò congregati, dixerunt.*

QUoniam 1 sanctæ *b*, & universales Synodi, quintæ sub Justiniano Augusto, sexta sub Constantino patre tuo Augusto 2, de mysterio fidei plenissimè disputantes, canones non fecerunt, sicut cæteræ quatuor universales Synodi: propterea nos convenientes in hanc Imperialem urbem sacros canones conscripsimus. *Item c.* ¶ Placuit huic sanctæ Synodo, ut amodò confirmata, & rata sint canonum Apostolorum lxxv. ca-

a *al. fidele.* b *al. septima Synodo, sive Concilio*] *al. sextâ Synodo, sive in sexto Concilio.* c *Ivo part. 4. cap. 122.* d *Ex actione quarta septimæ Synodi. Ivo part. 4. cap. 111.* e *Ex sexta actione septimæ Synodi.*

a *Ivo septimam vocat.* b *Ivo part. 4. cap. 113. In oratione allocutoria Patrum, qui in Trullo convenerant ad Justinianum Imperatorem.* c *c. 2. ejus Synodi. supra ea. c. placuit.*

pitula.

pitula. *Item.* ¶ Confirmamus 3 *a* & cæteros sanctorum canones & Synodos, id est, Nycænam, Ancyranam, Neocæsariensem, Gangrensem, Antiochenam, Laodicensem, Constantinopolitanam, Ephesinam primam, Chalcedonensem, Sardicensem, & Carthaginensem 4, & opuscula Theophili Alexandrini Episcopi, & Dionysii 5 Alexandrini Episcopi, & Petri Alexandrini Episcopi & martyris, Gregorii Thaumaturgi Neocæsariensis Episcopi, Athanatii Episcopi Alexandrini, Basilii Cæsareæ Cappadociæ Episcopi, Gregorii Nyseni Episcopi, Gregorii Theologi, Amphilochii Iconiensis Episcopi, Timothei Alexandrini Episcopi, Gennadii *b* Constantinopolitani Episcopi, Cyrilli Alexandrini Episcopi, Cypriani Carthaginensis Episcopi, & Synodum 6 suam.

1 ¶ Quoniam] *Emendata sunt multa in hoc capite ex canone secundo eorum, qui sexta Synodo tribuuntur, in quo indicantur Concilia, & auctores canonum, quib. Græci utebantur. Sunt autem verba illius canonis apud Gratianum, & Ivonem in summam redacta.*

2 ¶ De mysterio] *Græce est,* τὸ περὶ τῆς πίστεως πατρικὸς διασαφήσασθαι μυστήριον, *id est,* fidei mysterium paternè declarantes.

3 ¶ Confirmamus] *Ivo habet,* confirmamus sanctorum Patrum canones, & Synodos, &c. *Græce est,* ἐπιστρέφομεν δὲ καὶ τοὺς λοιποὺς πάντας κανόνας τοὺς ὑπὸ τῶν ἁγίων, καὶ μακαρίων πατέρων ἡμῶν ἐκτεθέντας τυπωθέντας, τῶν ἐν Νικαίᾳ τῶν ἑκατὸν δεκαοκτὼ, &c. *id est,* obsignando autem confirmamus & cæteros omnes sacros canones, qui à sanctis, & beatis Patribus nostris sunt editi, id est, ab iis, qui Nicææ convenerunt, &c.

4 ¶ Carthaginensem] *Apud Ivonem sequitur,* Constantinopolitanam sub Nectario, & opuscula Theodosii, al. Theophili, &c. *Græce autem est,* καὶ τῶν αὐθις ἐν ταύτῃ τῇ θεοφυλάκτῳ καὶ βασιλίδι πόλει συνελθόντων ἐπὶ Νεκταρίου τοῦ τῆς βασιλίδος ταύτης πόλεως πρεσβυτέρου, καὶ Θεοφίλου τοῦ γενομένου Ἀλεξανδρείας ἀρχιεπισκόπου, *id est,* & eorum, qui rursus in hac à Deo custodita, & Imperiali urbe convenerunt sub Nectario, imperialis hujus civitatis Præside, & Theophilo, qui Alexandriæ fuit Archiepiscopus.

5 ¶ Et Dionysii] *In canone Græco vulgato ferè est, quemadmodum antea apud Gratianum,* Dionysii Alexandrini Episcopi, & martyris. *Sed apud Balsamonem, & Ivonem legitur, quemadmodum restitutum est,* Dionysii Archiepiscopi Alexandrinorum Megalopolis, & Petri Alexandriæ Archiepiscopi, & martyris. *Reliquas varietates per se accurate lector notabit.*

6 ¶ Et Synodum] *In isto canonis loco est error; quia illa Synodus Cypriani probatur, in qua ipse cum multis aliis Africæ Episcopis putavit, baptizatos ab hæreticis verum baptisma non recepisse: cum tamen B. Augustinus asserat, aliam extitisse traditionem Apostolorum, & ipsam Cypriani sententiam plenario totius orbis Concilio exhibitam fuisse testetur.*

C. VIII. ¶ *Auctoritate Romani Pontificis sancita edita Concilia roborantur.*

Item ex diurno 1 libro *professio Romani Pontificis.*

Sancta *c* octo universalia Concilia, id est, primum Nicænum, secundum Constantinopolitanum, tertium Ephesinum, quartum Chalcedonense, item v. Constantinopolitanum, & VI. Item Nicænum VII. Octavum quoque Constantinopolitanum, usque ad unum apicem immutilata servare, & pari honore, & veneratione digna habere, & quæ prædicaverunt & statuerunt modis *d* omnibus sequi, & prædicare; quæque condemnaverunt, ore & corde condemnare profiteor.

1 ¶ Item ex diurno] *Integram professionem fidei, quando quis in Romanum Pontificem primo vocabatur, refert Deusdedit Cardinalis in collectione canonum, quæ servatur in Bibliotheca Vaticana.*

C. IX. ¶ *De temporibus Conciliorum.*

Quo autem tempore sexta Synodus, & prima, secunda, tertia, quarta, & quinta congregata sint, Beda *in libro de temporib. c. 65. scripsit, dicens.*

Sexta *a* Synodus universalis Constantinopoli celebrata est, & Græco sermone conscripta, temporibus Papæ Agathonis, exequente, ac residente piissimo Principe Constantino intra palatium suum, simulque Legatis Apostolicæ sedis, & Episcopis ct. residentibus. ¶ Prima enim universalis Synodus in Nicæa congregata est contra Arium ccexviij. Patrum, temporibus Julii 1 Papæ, sub Constantino Principe. ¶ Secunda, in Constantinopoli, ct. Patrum, contra Macedonium, & Eudoxium temporibus Damasi Papæ, & Gratiani Principis, quando Nectarius eidem urbi est ordinatus Episcopus. ¶ Tertia, in Epheso ducentorum Patrum, contra Nestorium Augustæ urbis Episcopum, sub Theodosio magno Principe, & Papa Cœlestino. ¶ Quarta, in Chalcedone, dcxxx. Patrum, sub Leone Papa, temporibus Martini Principis, contra Eutychem nefandissimorum Præsulem monachorum. ¶ Quinta *b* item Constantinopoli temporibus Vigilii Papæ, sub Justiniano Principe, contra Theodorum & omnes hæreticos.

1 ¶ Julii] *Certum est Synodum Nicænam primam celebratam esse tempore Sylvestri. Sed in illa temporum obscuritate mirandum non est, Bedam & alios errâsse.*

C. X.

Prima 1 autem *c* Synodus in Nicæa, ccexviij. Patrum, contra Arium Alexandrinum Presbyterum, qui tres gradus in Trinitate asserebat, Patrem scilicet majorem, Filium minorem, Spiritum sanctum creaturam, temporibus Constantini Principis, & Sylvestri Papæ Romani, Macarii Hierosolymitani, Alexandri 2 Alexandrini, qui, condemnatâ eâdem hæresi, statuerunt canones viginti: quorum auctor maximè præfatus *d* Alexander Episcopus fuit. ¶ Secunda in Constantinopoli, contra Macedonium Constantinopolitanum Episcopum, qui negabat Spiritum sanctum Deum esse, temporib. Gratiani, & Theodosii Principum, Damasi Papæ Romani, Cyrilli Hierosolymitani, Nectarii 3 *e* Constantinopolitani, qui condemnatâ præfatâ hæresi statuerunt canones tres; quorum maxime auctor Nectarius Constantinopolitanus fuit. ¶ Tertia in Epheso ducentorum Patrum, contra Nestorium Constantinopolitanum Episcopum, qui dicebat, beatam Virginem Mariam non Dei, sed hominis tantummodo genitricem, ut aliam personam carnis, aliam faceret Deitatis, temporibus Theodosii Principis *f* junioris, Cœlestini Papæ Romani, Juvenalis Constantinopolitani Episcopi, Cyrilli Episcopi Alexandrini: qui duodecim capitula contra Nestorii blasphemiarum totidem capitula, auctore eodem sancto Cyrillo, anathematizando conscripserunt. ¶ Quarta in Chalcedone sexcentorum triginta Patrum, contra Eutychem Constantinopolitanum Abbatem, qui asserebat, Christum post humanam assumptionem, non ex duabus naturis existere, sed solam in eo divinam naturam permanere, temporibus Martiani principis, Leonis Papæ Romani, Juvenalis Hierosolymitani, Anatolii Constantinopolitani, qui condemnatâ præscriptâ hæresi statuerunt canones viginti septem, quorum auctor maximè idem sanctus Anatolius Constantinopolitanus Episcopus fuit. ¶ Quinta in Constantinopoli, contra

a *Ivo par. 4. cap. 106. Ivo par. 4. c. 134. Panorm. l. 2. c. 117.*
b *al. Germani.* c *Ivo par. 4. cap. 132. Panorm. lib. 2. cap. 103.*
d *al. omnimodis.*) *Ivo.*

a *Ivo par. 4. c. 113. Paun. lib. 2. c. 113.* b *Panorm. lib. 2. cap. 111.* c *Anselm. in prolegom. in principio collectionis Conciliorum.*
d *Sanctus Alexander. Ivo orig.* e *decst in*] *orig.* f *magni (principis.) orig.*

Theodorum Mopsuestenum, & omnes hæreticos, qui Theodorus dicebat, aliud [a] esse Dei Verbum, & aliud Christum, & sacram Virginem Mariam negabat Dei genetricem fuisse, temporibus Justiniani principis, Vigilii Papæ Romani, Domini [b] Antiocheni, Eutychii Constantinopolitani: qui quatuordecim capitula anathematizando scripserunt, contra Theodori, & sociorum ejus blasphemias. ¶ Sexta in Constantinopoli cl. Patrum, contra Macarium Antiochenum Episcopum, & socios ejus, qui unam voluntatem, & operationem in Christo falsâ suspicione asserebant, temporibus Constantini Principis, Agathonis Papæ Romani, Georgii Constantinopolitani: qui condemnatâ hæresi præfatâ, anathematizando scripserunt novem 4 capitula inferiùs annexa.

1 ¶ Prima] *Caput hoc invenitur & in recentioribus editionibus Conciliorum, & in vetustiore Colonensi, Anno M.D.XXX. & in manuscripta collectione, quam dictum est asservari in Bibliotheca Vaticana: sed non in collectione, quæ est in Bibliotheca monasterii Dominicanorum. Tenetur autem ante Præfationem, quæ nomen Isidori præfert, quidem in manuscripto, peccatoris autem in impressa præfert. Et sanè in illa Præfatione tantùm quatuor generalium Synodorum mentio fit, sexta verò post Isidori Hispalensis ætatem est habita.*

2 ¶ Alexandri] *Apud Anselmum est, ut apud Gratianum. In originali,* Alexandri Constantinopolitani. *Sed integra videtur lectio, si utraque conjungatur. Nam & Episcopus Constantinopolis, & Episcopus Alexandriæ, tempore illius Synodi, Alexandri nomine vocabantur.*

3 ¶ Nectarii] *Anteà legebatur quemadmodum etiam apud Anselmum,* Nectarii Alexandrini. *Emendatum est ex originali. Sed fortassè & hoc loco integra lectio hæc est,* Nectarii Constantinopolitani, & Timothei Alexandrini.

4 ¶ Novem] *In hoc citato ex collectione Isidori legitur, scripserunt octo capitula, & verba illa, inferiùs annexa, ibi non habentur. In Conciliis deinde Colonia impressis, post actionem sextæ Synodi, ex vetusto codice monasterii S. Bavonis, referuntur novem capitula, & ante primum capitulum sunt hæc verba,* scripserunt novem capitula inferiùs annexa, *quæ apud Anselmum quoque habentur.*

C. 6 XI.

PRima [1] adnotatio Ancyranæ Synodi, quæ ante Nicænam fertur fuisse, sed propter auctoritatem majorem postponitur; in qua Patres xviij. statuerunt canones xxiv. [d] quorum auctor maximè Vitalis Antiochenus Episcopus extitit. ¶ Secunda Neocæsarienſis, quæ post Ancyranam, & ante Nicænam 2 legitur fuisse, in qua Patres sexdecim statuerunt canones xiv. [e] quorum auctor maximè Vitalis Episcopus Salaminius [f] extitit. ¶ Tertia Gangrensis, quæ post Nicænam legitur fuisse, in qua Patres xvj. statuerunt canones xx. propter quasdam necessitates Ecclesiasticas; maximè contra Eustathium: qui dicebat, quòd nullus in conjugali ordine positus, nec ullus fidelis, qui non omnibus renunciaret, quæ possideret, spem apud Dominum haberet: & multa alia venenosa, quæ enumerare longum est. ¶ Quarta Sardicensis, in qua Patres [2] xx. 3 statuerunt canones xxi. quorum auctor maximè Osius Cordubensis Episcopus, & Vincentius Capuanus Episcopus, & Januarius 4 Beneventanus, & Calepodius Neapolitanus, sanctæ Romanæ Ecclesiæ Legati extiterunt. ¶ Quinta Antiochena, in qua Patres xxix. [g] statuerunt canones x x v. quorum maximè auctor Eusebius Palæstinensis Episcopus extitit. ¶ Sexta Laodicensis, in qua Patres xxxij. statuerunt canones lx. quorum auctor maximè Theodosius Episcopus extitit. ¶ Septima [5] Carthaginensis, in qua Patres ccxvij. [a] statuerunt canones xxxiij. quorum auctor maximè Aurelius Carthaginensis Episcopus extitit. Etiam sanctus Augustinus Hipponensis Episcopus in eadem Synodo legitur fuisse, temporibus Honorii Augusti. ¶ Octava Africana sub Theodosio minore Augusto: in qua Patres ccxvij. recitaverunt & firmaverunt canones cv. qui per diversa Concilia Africanæ provinciæ, temporibus Aurelii Carthaginensis Episcopi, leguntur esse conscripti. ¶ Nona Arelatensis; in qua Patres cc. [b] statuerunt canones quatuor: quorum auctores maximè Sylvester urbis Romæ Episcopus, & S. Marinus Arelatensis Episcopus extiterunt, temporibus Constantini Augusti, sicut quidam asserunt. ¶ Decima item Arelatensis, in qua Patres xix. statuerunt canones: quorum auctor maximè S. Cæsarius Arelatensis Episcopus extitit. ¶ Undecima item Arelatensis, in qua Patres xvj. statuerunt canones. ¶ Duodecima item Arelatensis in Vico Hortensi [c], in qua Patres xj. statuerunt canones: quorum maximè auctor sanctus Cæsarius Arelatensis Episcopus extitit. ¶ Tertiadecima item Arelatensis, in qua Patres xix. statuerunt canones: quorum auctor maximè Sarpidius [d] Arelatensis Episcopus extitit. ¶ Quartadecima Arausicensis, in qua Patres xvj. [e] statuerunt canones: quorum auctor maximè Hilarius Episcopus extitit. ¶ Quintadecima Epaunensis [6], in qua Patres xxvj. statuerunt canones xxxix. quorum auctor maximè Cæsarius Episcopus extitit.

¶ Sextadecima Agathensis, in qua Patres xxix. [f] statuerunt canones: quorum auctor maximè Cæsarius Episcopus extitit. ¶ Septimadecima 7 Aurelianensis, in qua Patres lxxij. statuerunt canones: quorum auctor maximè Aurelius Arelatensis Episcopus extitit, temporibus Clodovei Regis. ¶ Octavadecima item Aurelianensis, in qua Patres xxxj. statuerunt canones: quorum auctor maximè Melanius Rhedonensis Episcopus extitit. ¶ Nonadecima item Aurelianensis, in qua Patres xxx. statuerunt canones, quorum auctor maximè S. Albinus Andegavensis Episcopus extitit [g]. ¶ Vigesima Arvernensis, in qua Patres xv. statuerunt canones: quorum auctor maximè Honoratus Brentensis [h] Episcopus extitit. ¶ Vigesimaprima Maticensis [i] in qua Patres xxj. statuerunt canones: quorum auctor maximè Priscus Lugdunensis Episcopus extitit [k]. ¶ Vigesimasecunda item Maticensis, in qua Patres lxxxvj. statuerunt canones: quorum auctor maximè idem Priscus Lugdunensis Episcopus extitit. ¶ Vigesimatertia Lugdunensis, in qua Patres xviij. statuerunt canones: quorum auctor maximè Philippus Viennensis Episcopus extitit. ¶ Vigesimaquarta item Lugdunensis, in qua Patres xx. constituerunt canones: quorum auctor maximè idem Priscus Lugdunensis Episcopus extitit.

1 ¶ Prima] *Major pars hujus capitis, id est, usque ad finem versiculi,* Nonadecima, *habetur in collectione Isidori impressa, ante præfationem ipsius Isidori: In Vaticana autem usque ad finem versiculi* Vigesimaprima. *Desunt, & Anselmus integrum ante suas collectiones habent. Neque verò summula hæc ejusdem Isidori esse potest: nam neque Præfationi ipsius, neque collectioni respondet: in*

a *al.* ccxvij. b *abest numerus à collectione etiam Vaticana.* c *al. Hortensico.* d *al. Sapardus.*] *al. Sapidius.* e *al.* xxvj. f *al.* xxxix. g *Habetur in collectione Isidori impressa.* h *al. Brelensis.*] *al. Biturisensis.* i *Habetur in collectione Isidori Vaticana.* k *al. Marsicensis.*

a *al. aliud Deum esse verbum, & aliud Christum.* b *al. Domini.* c *Desumsit Cardinalis, & Anselmus in prolog. ante eandem Isidori collectionem.* d *in Græca vulgata, & apud Balsamonem sunt xxv.* e *ibidem sunt xv.* f *al. Zelamiz anus.* g *al. xxix.*

gua, id

qua, ut cætera mittantur varietates, multa referuntur Concilia Hispanis, quorum hic nulla mentio.

2 ¶ Ante Nicænam] *Sic est emendatum ex Anselmo, & Deusdedit, & Vaticana collectione. Nam antè legebatur*, Antiochenam. *In collectione autem Isidori impressa legitur quidem*, Nicænam, *sed deest vox*, ante. *Sic autem legendum esse, quemadmodum est emendatum, ostendunt verba, quæ ipsum Neocæsariense Concilium antecedunt,* ἔστιν δὲ ἑτέρα μὲν ἐκ τῶν ἐν Ἀγκύρᾳ, τῶν δὲ ἐν Νικαίᾳ πρεσβυτέρα, *id est*, qui canones posteriores quidem Ancyranis, anteriores autem Nicænis sunt, *quo loco in collectione Isidori impressa mendosè est*, Et hi quidem canones secundi sunt eorum, qui in Ancyra, & Cæsarea expositi sunt. *Redundat enim illud* & Cæsarea, *quare in recentioribus editionibus Conciliorum omissum est. Similis error est in codice canonum Moguntino.*

3 ¶ Sexaginta] *In codice canonum hæc Episcopi reperiuntur subscripsisse: sed postea additur*, & cæteri, & subscripserunt omnes Episcopi diversarum provinciarum, vel civitatum, num. cxxi. *Sozomenes lib. 2. cap. 16. in eo Concilio ex Occidentu partibus Episcopos circiter ccc. convenisse dicit, ex Oriente verò lxxvi. qui etiam sistionem fecerunt. Idem Nicephorus lib. 8. cap. 12. & Tripertita. Theodoretus autem lib. 2. cap. 7. docet ex antiqua narratione, episcopos ccl. convenisse. Omninò & in hoc, & Patrum, & canonum numeris multa sunt emendata. Sed in multis etiam satis visum est indicare varietates: nonnulla autem Lectoris delegentia sunt reservata.*

4 ¶ Et Januarius] *Anselmus habet, ut Gratianus. In collectione vaticana est*, Vincentius Capuanus Episcopus, & S. R. E. Legatus extiterunt. *In Concilio ipso cap. 12. nominatur Januarius Episcopus. In subscriptione verò in codice canonum, non nominatur, sed tantum Vincentius Capuanus S. R. E. Legatus, & Calipodius Depositarius Legatus S. R. E.*

5 ¶ Septima] *Hic numeratur tantummodò unica Synodus Carthaginensis, qua habetur in codice canonum, de qua infertus xx. dist.* c. de libellis. *dicetur.*

6 ¶ Epaunensis] *Ita emendatum est ex aliquot manuscriptis, & collectione Isidori Vaticana. Nam antea legebatur*, Empanensis. *Veruntamen in Concilio Epaunensi impressa nullius Cæsaris nominatur: sed Aviti primum est mentio.*

7 ¶ Septimadecima] *Hic memorantur tria Concilia Aurelianensia, quorum hæc in Conciliis impressis indicia inveniuntur. In quinto Aurelianensi, subscribit primo loco Aurelius Arelatensis. In primo inter alios legitur nomen Melanii Rhodanensis. In tertio subscribit quarto loco Adonius Episcopus Andegavensis.*

C. XII. ¶ *Epistola Athanasii postulantis capitula Nicæni Concilii.*

Sed quòd Nicæna Synodus xx. canones suprà statuisse dicitur, contrarium videtur esse, quod in epistola Athanasii invenitur. Scribit enim Athanasius *a Alexandrinus Episcopus Marco Papæ, ita dicens.*

SEptuaginta i *b* Nicæni Concilii capitula, quæ de præfata Synodo, jubente domino meo Alexandro, decreto omnium Episcoporum attuli, quæ sunt igne combusta, optamus, ut à vestræ sanctæ sedis auctoritate, percipere per præsentes Legatos mereamur. *Item c.* ¶ Præsentibus nobis octoginta capitula in memorata Synodo tractata sunt: quadraginta à Græcis, Græcâ edita linguâ; & quadraginta à Latinis, similiter Latinâ edita linguâ. Sed visum est cccxviii. Episcopis *d* Spiritu sancto repletis, & maximè jam dicto Alexandro, & Apostolicæ sedis Apocrysariis, ut decem capitula adunarentur aliis atque congruis locis inferrentur, & ad formam lxx. discipulorum, vel totius orbis terræ linguarum, septuaginta tanti & tam excellentis Concilii fierent capitula, quæ omnem Christianorum informarent orbem.

1 ¶ Septuaginta] *Ex his Athanasii verbis constat, non omnes Nicæna Synodi canones aut Græcè, aut Latinè nunc haberi. Et Iulius Papa ad Orientales, & Innocentius Victricio, & alii multos ex illa canones citant, qui non sunt in his viginti, qui in manibus omnium versantur. De qua re scribit Isidorus in præfatione Conciliorum tomis inserta. Et ex epistola quadam Gregorii decimi ad Regem Armenorum, cum Concilium Lugdunense indixisset (quam manuscriptam habet Cardinalis Sirletus) intelligitur integrum Nicænum Concilium in lingua Armenorum eo tempore extitisse. Sic enim scribit:* Quia verò multipliciter expedit, ut in ejusdem celebratione Concilii, antiquorum Conciliorum copiam habeamus, celsitudinem Regiam rogamus, & hortamur attentè, quatenus integrum Nicænum Concilium, & alia Concilia, quæ habere diceris in Armenica litera, cum aliquibus peritis Interpretibus, nobis cum ea, quâ poteris, celeritate transmittas. *Tunetque quoque, & Alexandriæ inventi sunt octoginta canones Arabicè scripti, sub nomine hujus Concilii, qui Romæ in Arabica, & Armenica lingua scripti penes eundem Cardinalem Sirletum sunt; & nuper etiam in Latinam linguam conversi sunt, & impressi.*

Quomodo ergò viginti eorum capitula in Nicæna Synodo statuta dicuntur, cum septuaginta capitula (ut Athanasius scribit) in ea statuta monstrentur? ¶ His ita respondetur: Capitulorum Nicænæ Synodi quædam in desuetudinem abierunt: viginti tantum in Romana Ecclesia habentur.

C. XIII. ¶ *Nicæni Concilii viginti tantùm capitula habentur.*

Unde Stephanus Papa *scribit, dicens Luthoberto Episcopo Moguntino.*

VIginti a tantùm capitula Nicænæ Synodi in sancta Romana Ecclesia habentur: sed quo neglectu alia defecerint, ambiguum est. Plurimi arbitrantur ea Antiocheno Concilio esse inserta.

¶ *Apud Ivonem parte quartâ, cap. 232. habetur magis integrum hoc Caput,* Capitula Nicæni Concilii testimonio Athanasii septuaginta, in figuram septuaginta discipulorum, scripta non dubitamus, è quibus viginti tantùm in Ecclesia sancta Romana, *& quæ sequuntur.*

C. XIV. ¶ *Auctoritate Apostolicâ Sardicense Concilium recipitur.*

Sardicense quoque Concilium auctoritate Nicolai Papæ recipitur. Unde idem *scribit Cyro b Constantinopolitano. c*

QUod *d* dicitis, neque Sardicense Concilium, neq; decreta *e* alia vos habere sanctorum Pontificum, non facilè nobis facultas credendi tribuitur, maximè cùm Sardicense Concilium, quod penes vos in vestris regionibus actum est, & omnis Ecclesia recipit, quâ ratione convenerit *f*, ut hoc sancta Constantinopolitana Ecclesia abjiceret, &, ut dignum est, non retineret?

DISTINCTIO XVII.

1 ¶ GEneralia Concilia, quorum tempore celebrata sint, vel quorum auctoritas cæteris præmineat, sanctorum auctoritatibus, suprà monstratum est. Auctoritas verò congregandorum Conciliorum penes Apostolicam sedem est.

C. I. ¶ *Absque Romani Pontificis auctoritate Synodus congregari non debet.*

a *In Epistola Athanasii, & universorum Ægypti Episcoporum ad Marcum Papam: sed copiosius, quàm hîc.* b *Ivo p. 4. c. 108. Pann. lib. 2. cap. 106. Anselm. l. 1. c. 19. Polyc. l. 3. tit. 20.* c *Ibidem paulò superiùs.* d *Patribus] orig.*

a *Ivo part. 4. cap. 232. Pannorm. l. 2. cap. 207.* b *al. ebdeto.* c *Habetur in epistola 6. quæ prima ad Photium est.* d *Ivo p. 4. c. 235. Pann. l. 2. c. 117. ver. quod dicitis.]* c *al. decretalia vel.* f *al. convenerat.*

Unde Marcellus Papa *scribit Maxentio* 1.

SYnodum a Episcoporum, absque hujus sanctæ sedis auctoritate, (quanquam quosdam Episcopos posstis congregare) non potestis regulariter facere. Neque 2 ullum Episcopum, qui hanc appellaverit Apostolicam sedem, damnare, antequam hinc sententia definitiva procedat. Nam si seculares in publicis judiciis libellis utuntur appellatoriis, quantò magis Sacerdotibus hæc eadem agere licet, qui super illos sunt? De quibus dictum est, [*Ego* b *dixi, Dii estis.*]

1 ¶ Maxentio.] *Antea legebatur,* Maxentio Episcopo: *in tomis autem Conciliorum in epistolæ inscriptione est* ad Maxentium tyrannum, *sed in principio epistolæ est,* Marcellus Maxentio, *quæ lectio vera est retinenda.*

2 ¶ Neque ullum Episcopum] *Hinc usque ad finem non habentur in aliquot manuscriptis Gratiani exemplaribus.*

C. II. ¶ *Non est ratum Concilium, quod auctoritate Romanæ Ecclesiæ fultum non fuerit.*

Item Julius Papa *primus in scripto contra Orientales pro Athanasio, c. XXIX.*

REgula c vestra nullas habet vires, nec habere poterit: quoniam nec ab orthodoxis Episcopis hoc Concilium actum est, nec Romanæ Ecclesiæ Legatus d interfuit, canonibus præcipientibus, sine ejus auctoritate Concilia fieri non debere. Nec illum ratum est, aut erit unquam Concilium, quod non fultum fuerit ejus auctoritate.

C. III. ¶ *Nullus usurpet concessa Romanæ Ecclesiæ.*

Item Damasus Papa I. *ad Stephanum, epist. 3.*

HUic soli e sedi f concessa nullus usurpare sine ejus consultu præsumat, qui non vult honore Ecclesiastico indignus, ut contemptor, judicari.

C. IV. ¶ *Absque Apostolicæ sedis auctoritate, Synodum particularem contra universalem aliquibus congregare non licet.*

Item Gregorius g 1.

NEc h licuit alicui aliquando, nec licebit particularem Synodum 2 congregare: sed quoties aliqua de universali Synodo aliquibus dubitatio nascitur, ad recipiendam de eo, quod non intelligunt, rationem, aut sponte ii, qui salutem animæ suæ desiderant, ad Apostolicam i sedem pro recipienda k ratione conveniant, aut si fortè (sicut de talibus l scriptum est) [*Peccator* m *cum venerit in profundum malorum, contemnit*] ita obstinati, & contumaces extiterint, ut doceri non velint, eos ab eisdem Apostolicis sedibus aut attrahi ad salutem quoquo modo necesse est, aut (ne aliorum perditio esse possint) secundum canones per seculares comprimi n potestates.

1 ¶ Gregorius] *Hoc procul dubio est Pelagii, sicut ab Anselmo & Ivone citatur. Sunt autem apud Gratianum multa capita ex Pelagio hujus argumenti, ad Apostolicas sedes recurrendum esse, cum inferiores Episcopi, aut quivis alis cognoscere desiderarent, quid in aliqua universali Synodo esset constitutum, & valde illos condemnandos, qui Apostolicis sedibus non communicant, ut 23. q. 5. c.* non vos, *& cap. de Liguribus. Ex hoc autem capite, nec licuit, & capite, istud 11. q. 1. habetur integra epistola Pelagii, quemadmodum ab Anselmo refertur. Verum in Polycarpo citatur ex Gregorio, & in margine est additum,* ad Episcopos Mauritaniæ. *Atq; in summario capitum dell'atis ipsius Papæ, qui habetur lib. 2. Reg. Gregorii septimi, inter cætera hoc est, quod* nulla Synodus, absque præcepto summi Pontificis, debet generalis vocari.

1 ¶ Synodum] *Apud Anselmum, Ivonem, & in Polycarpo additur hæc,* ad judicandum universalem Synodum. *Hoc enim est, quod prohibetur hic a Pelagio. Multi enim eo tempore aut ignorantiâ, aut animis perversitate adducti, nolebant quorum Conciliorum recipere, (quæ de re B. Gregorius, lib. 7. epist. 33. & alibi sæpè,) & particularem Synodum universali, ac sedium Apostolicarum auctoritati præferebant. Itaque hoc capite non prohibet Pelagius sive Gregorius, ne Episcopi possint diœcesanas, & Metropolitæ provinciales Synodos convocare, sed ne ipsas ad judicandum universalem Synodum congregent: atque ita est in rubrica emendandum.*

C. V. ¶ *Non est Concilium, sed Conventiculum, quod sine sedis Apostolicæ auctoritate celebratur.*

Item Pelagius Papa II. *Episcopis, qui convenerant ad illicitam vocationem Ioannis Constantinopolitani, epist. 1. cap. 1.*

MUltis a denuò Apostolicis, & canonicis, atque Ecclesiasticis instruimur regulis, non debere absque sententia Romani Pontificis Concilia celebrari. ¶ Quapropter, ut jam dictum est, rectè non Concilium, sed vestrum Conventiculum, vel Conciliabulum cassatur, & quicquid in eo actum est, irritum habetur & vacuum. Vos quoque deinceps videte, ut nullius horratu talia præsumatis, si Apostolicæ sedis communione carere non vultis. *& infra.* b ¶ Si verò in qualibet provincia ortæ fuerint quæstiones, & inter ipsius provinciæ Episcopos discrepare cœpit ratio, atque inter ipsos diffidentes non conveniat, ad majorem tunc sedem referantur. Et si illic facilè & justè non discernuntur, ubi fuerit Synodus regulariter congregata, canonice & justè judicentur. Majores verò & difficiliores c quæstiones (ut sancta Synodus statuit, & beata consuetudo exigit) ad sedem Apostolicam semper referantur.

C. VI. ¶ *Provincialia Concilia, sine Romani Pontificis præsentia, pondera carent.*

Item Symmachus Papa.

COncilia d Sacerdotum Ecclesiasticis legibus quotannis decreta per provincias, quia præsentiam Papæ non habent, valitudinem perdiderunt 1. Legistis e iniquissimi, aliquando in illis, præter Apostolici apicis sanctionem, aliquid constitutum, & non de majoribus negotiis ad consultationem f, si quid occurrerit, præfata sedis arbitrio fuisse servatum?

1 ¶ Perdiderunt.] *Hæc in libello Ennodii in recentioribus editionibus est nota interrogationis. Sunt enim verba inimicorum Symmachi, hoc tanquam absurdum quidpiam objicientium. Quibus Ennodius in sequentibus verbis respondet,* Legite, &c. g

2 ps. ¶ [*Hinc etiam, cùm auctoritas Theodorici Regis ex diversis provinciis ad urbem Romam Sacerdotes convenire præcepisset, ut sanctum Concilium judicaret de iis, quæ venerabilis Papa Symmachus, Præsul Apostolicæ sedis, ab adversariis ipsius dicebantur impingi, Liguria, & Æmilia, seu Venetiarum Episcopi suggesserunt ipsum, qui dicebatur impetitus, debere Synodum convocare: sententes, quia ejus sedi, primum Petri Apostoli meritum, deinde secutâ justione* h *Domini, Conciliorum venerandorum auctoritas singularem in Ecclesiis tradidit potestatem, nec ante-*

a *Anselm. lib. 2. cap. 60. Ivo part. 4. cap. 140. Polyc. lib. 1. cap. al. tit. 13.* b *Psalm. 81.* c *Ansel. lib. 2. cap. 47. Polyc. lib. 1. cap. 13.* d *al. legatio.* e *sanctæ.* f *Anselm. lib. 2. cap. 35. Polyc. lib. 1. cap. 17.* g *al. Pelagius Papa Valeriano Patricio.* h *Ivo p. 4. cap. 139. Anselm. lib. 11. cap. 45. Polyc. lib. 1. c. 14.* i *Apostolicas sedes) Ivo.* k *al. percipienda.* l *al. quibusdam.* m *Prov. 11.* n *al. opprimi.*

a *Anselm. lib. 1. cap. 36. Polyc. lib. 1. cap. 14.* b *Cap. 3.* c *al. difficiles.* d *In lib. Ennod. pro defensione 4. & 5. Synod. sub Symm. Papa. Ivo part. 4. cap. 142. Anselm. lib. 2. cap. 36. Polyc. lib. 1. c. 7.* e *al. Legete.* f *collationem) orig.* g *Verba omnia sumpta sunt ex quarta Synodo Romana sub Symmacho.* h *justionem) Vatic. cod. & Nicolaus ad Michaelem Imper. pag. 501.*

dicta

dilla sedis antistitem minorum subjacuisse judicio.] & infrà. [¶ Ad hæc serenissimus Rex, Deo adspirante respondit, Synodalia esse arbitrer in tanto negotio si quenda præscribere, nec aliquid ad se pater reverentiam de Ecclesiastico negotio pertinere, committens etiam potestati Pontificum, ut sive propositum vellent audire negotium, sive nollent, quod magis putarent utile, deliberarent, dummodò venerandi provisione Concilii pax in civitate Romana daretur a: Episcopi verò in Synodo residentes, congregatâ auctoritate ejusdem Symmachi dixerunt: Symmachus Papa sedis Apostolicæ præsul ab hujusmodi oppositionibus b impetitus, quantum ad homines respicit, sit immunis, & liber, cujus causam totam Dei judicio reservamus.] & infrà. ¶ De Clericis verò memorati Papa, qui ab Episcopo suo ante tempus contra regulas discesserunt, & schismata fecerunt, hoc fieri decernimus, ut c illis satisfacientes Episcopo suo misericordiam consequantur, & officiis Ecclesiasticis se gaudeant restitui.] Ibidem infrà. ¶ [Laurentius Ecclesiæ Mediolanensis Episcopus huic statuto nostro, in quo totam causam Dei judicio commisimus, subscripsi. Petrus Ecclesiæ Ravennatis Episcopus sub eisdem verbis subscripsit, & post eum septuaginta quinque Episcopi.] Illud de Clericis pro pace in urbe reformanda misericorditer, & dispensativè salubriter dignoscitur. ¶ Hoc quoque notandum est, quòd in hoc Concilio, & in alia Synodo Symmachi Papa, ante Ravennatem Episcopum Mediolanensis subscripsisse, & respondisse legitur: ex quo & sedu prærogativam ante eum habere colligitur.

C. VII. *Ait enim* Gregorius primus, *lib.7.reg. epist.112, Syagrio, Episcopo Augustudunensi.*

EPiscopos d secundùm ordinationis suæ tempus, sive ad considendum in Concilio, sive ad subscribendum, vel in qualibet alia re, sua attendere loca decernimus, & suorum sibi prærogativam ordinum vendicare.

Verum tempus ordinationis non ad Ecclesias, sed ad personas refertur; sicut ex consuetudine Cardinalium sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & Episcoporum unusquisque provincia evidenter apparet.

DISTINCTIO XVIII.

1 EPiscoporum igitur Concilia, ut ex præmissis appareat, sunt 2 invalida ad definiendum, & constituendum, non autem ad corrigendum. *Sunt enim necessaria Episcoporum Concilia ad exhortationem, & correctionem, quæ etsi non habent vim constitutionis e, habent tamen auctoritatem imponendi & indicendi, quod aliàs statutum est, & generaliter seu specialiter observari præceptum.*

C. I. PALEA. 1

Ex Cabilonensi Concilio, *cap. 6.*

PLacuit f, ut conservato Metropolitani primatu, cæteri Episcopi, secundùm suæ ordinationis tempus, alius alii deferat g locum.

1 ¶ *In pervetusto Gratiani codice Palea hæc est in extremo præcedentis distinctionis, conveniens, cum ultimo illius capite, Episcopos. Ex Cabilonensi autem citant etiam cæteri collectores. Extat verò in Bracharensi primo, c. 24. & concordat cum cap. 13. Concilii Milevitani, & cap. 53. Concilii Africani.*

C. II. ¶ *Bini conventus per singulos annos ab Episcopis celebrentur.*

Unde Leo I. *epist. 82. c. 7. Anastasio Thessalonicensi Episcopo.*

DE a Conciliis autem Episcopalibus non aliud indicimus, quàm sancti Patres salubriter ordinârunt: ut scilicet bini conventus per annos singulos habeantur, in quibus de omnibus querelis, quæ inter diversos Ecclesiæ ordines nasci assolent, judicetur. At si fortè inter ipsos, qui præsunt, de majoribus (quod absit) peccatis causa nascatur, quæ provinciali nequeat examine definiri, fraternitatem tuam de totius negotii qualitate, Metropolitanus curabit instruere, & si coram positis partibus nec tuo fuerit res sopita judicio, ad nostram cognitionem, quicquid illud est, transferatur.

C. III. ¶ *Quo tempore Concilia Episcoporum sint celebranda.*

Item ex Nicæno Concilio *cap. 5.*

HAbeatur b semel Concilium ante dies Quadragesimæ, ut omnibus, si quæ sunt, simultatibus amputatis, mundum 1 jejunium, & solenne Deo possit offerri: secundum verò agatur circa tempora autumni.

1 ¶ Mundum] *Caput hoc est ex versione, quâ usus est Isidorus. In ea tamen hoc loco est*, mundum solenne Deo munus, *quemadmodum & in Polycarpo, & in aliquibus Gratiani codicibus est*, mundum & solenne Deo munus. *Græce est*, ἵνα πάσης μικροψυχίας ἀναιρεμένης τὸ δῶρον καθαρὸν προσφέρηται τῷ Θεῷ, *id est*, ut omni sublatâ animi angustiâ munus purum Deo offeratur.

C. IV. ¶ *Ad morum correctionem, & controversiarum dissolutionem, bis in anno Episcopale Concilium fiat.*

Item ex Antiocheno Concilio, *cap. 20.*

PRopter c Ecclesiasticas causas, & quæ existunt, controversias dissolvendas, sufficere visum est, bis in anno per singulas provincias Episcoporum Conciliũ fieri: semel quidem post tertiam hebdomadam Paschalis festivitatis, ita ut in quarta hebdomada, quæ consequitur, id est, mediâ 1 Pentecoste, Concilium compleatur 2. Admoneant autem comprovinciales Episcopos ii, qui in amplioribus, id est, in Metropolitanis civitatibus degunt. ¶ Secundum verò Concilium Idib. Octobris habeatur, qui dies apud Græcos hyperberetæi mensis decimus 3 invenitur. In ipsis autem Conciliis, & Presbyteros, & Diaconos præsentes esse oportet, & omnes, quotquot se læsos existimant, Synodicam expectare sententiam. Nec licear aliquibus apud semetipsos Concilia sine Metropolitanorũ Episcoporũ conscientia & consensa facere, quibus de omnibus causis constat permissum esse judicium.

1 ¶ Id est, mediâ] *Antea legebatur*, & in medio temporis inter Pascha & Pentecosten, *nec multò aliter apud Ivonem*, id est, medio temporis, &c. *Sed reposita est hæc lectio ex pluribus Gratiani exemplaribus, & collectione Isidori, in qua est hæc eadem versio. Nam cæteri collectores secuti potiùs videntur versionem Dionysii, quæ est in codice canonum: quamvis & Burchardus & Pannormia hoc loco habeant*, id est, medio Pentecostes, *vel* in medio Pentecoste, *ubi in versione Dionysii est*, ita ut quarta septimana Pentecostes, *verbum planè è verbo. Græce enim est*, μέσε τε τῆς ἑβδομάδος τῆς Πεντηκοστῆς.

2 ¶ Compleatur] *Vocem*, ἐπιλαβοῖς, *Dionysius vertit*, conveniat.

3 ¶ Decimus] *Prorsus ex Græco. Dionysius autem, quem Burchardus & Ivo sequuntur, habet*, Idibus Octobris, id est, quintodecimo die mensis Octobris, quem hyperberetæum Græci cognominant. *In canone autem Apostolorum 37. legitur, secundum annũ Synodum celebrandam esse*, ὑπερβερεταίου δωδεκάτῃ, *id est*, duodecimo die hyperberetæi. *Non convenire autem omninò Latinorum menses cum Græcorum, satis constat. Suidas quidem scribit, apud*

a *Christianis omnibus redderetur.*] *orig. Ibid. inf.* b *al. propositionibus.*] *orig.* c *ut eos satisfacientes Episcopo suo misericordia subsequatur.*] *orig.* d *Ansel. lib. 6. c. 134.* e *al. constituendi.* f *Burchard. lib. 1. c. 51. Ivo par. 5. cap. 163. Tanorm. lib. 4. cap. 20.* g *al. sedendi deferat.*

2 *Burch. l. 1. c. 43. Ivo par. 4. c. 241. Pann. l. 4. cap. 13. Polyc. l. 8. tit. 19.* b *Polyc. l. 3. tit. 19.* c *Burch. l. 1. cap. 44. Ivo par. 5. c. 145. Pann. l. 4. c. 13. Polyc. l. 3. tit. 19.*

Macedonas hyperberetæum eundem esse, qui Octobet: Galenus autem Pergamus eundem, qui September.

C. V. ¶ *Semetipsos accusant, qui vocati ad Synodum venire contemnunt.*

Item ex Concilio Laodiceno, *cap. 40.*

NOn a oportet vocatos Episcopos ad Synodum, contemnere: sed adire b debere, & aut docere, aut doceri, quæ sunt ad Ecclesiæ, cæterorumque correctionem utilia; quòd si contempserint, seipsos videntur accusare, nisi forte pro infirmitate ire non possint.

C. VI. ¶ *Corripiantur Episcopi, qui ad Concilium vocati, venire contemnunt.*

Item ex Concilio Chalcedonensi, *cap. 19.*

PErvenit c ad nostras aures, quòd in provinciis constituta Episcoporum Concilia minimè celebrentur. Hoc 1 ex eo probatur, quòd multæ, quæ correctione opus habent, Ecclesiasticæ res negligantur. Statuit ergò hæc sancta Synodus, secundùm regulas Patrum, bis in anno in unum convenire per singulas provincias Episcopos, ubi singula 2, quæ emerserint, corrigantur. Qui verò noluerint convenire Episcopi constituti in suis civitatib, & hoc maximè, cùm sui corporis sanitate consistentes, etiam ab omnibus aliis urgentibus necessitatibus d, & inexcusabilibus negotiis liberi sint, licere eos fraternæ charitatis admonitionibus corripi.

1 ¶ Hoc ex eo] *In collectione Isidori, ubi alioquin eadem videtur esse versio, legitur,* ex hoc probatur, quòd multæ, &c. *Item apud Ivonem, additâ tamen particulâ, &c. Græce est,* καὶ ἐκ τούτου πολλὰ παραμελεῖται τῶν διορθώσεως δεομένων ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων: *id est,* & propterea multæ ex rebus Ecclesiasticis, quæ correctionis egent, negliguntur.

2 ¶ Ubi singula] *Ita in collectione Isidori, & apud Ivonem, & Anselmum. Græcè est:* ἐνθα καὶ ὁ τῆς μητροπόλεως ἐπίσκοπος δοκιμάσῃ, καὶ διορθῶν ἐκάστα τῶν ἀναγκαίων. *quæ Dionysius sic vertit:* Quò e Metropolitanus Antistes probaverit, & corrigere singula, si qua fortassis emerserint.

C. VII. ¶ *Canonicis subjaceat pœnæ Metropolitanus, qui saltem semel in anno celebrare Concilium negligit.*

Item ex Septima Synodo, *cap. 6.*

2 QUoniam f quidem regula est, quæ dicit, bis in anno per singulas provincias oportere fieri per conventum Episcoporum regulares inquisitiones; propter fatigationem, & ut opportunè 1 habeantur ad iter agendum hi, qui congregandi sunt, definierunt sextæ Synodi sancti Patres, omni excusatione remotâ, omnibus modis semel in anno fieri, & depravata corrigi. Hunc ergò canonem & nos renovamus: & si quisquam Princeps inventus fuerit hoc prohibere, communione privetur. Si quis verò Metropolitanorum hoc neglexerit agere, absque necessitate, vel vi, seu aliquâ rationabili occasione, canonicis pœnis subjaceat. Dum autem Synodus agitur super canonicis & Evangelicis negotiis, oportet congregatos Episcopos in meditatione, & solicitudine fieri custodiendorum divinorum, & vivificorum Domini mandatorum. *& post pauca.* ¶ Porrò non habeat Metropolitanus licentiam ex his, quæ defert Episcopus secum, sive jumentum, sive aliam speciem expetendi. Quòd si hoc egisse convictus fuerit, solvat quadruplum.

1 ¶ Et ut opportunè] *Græcè est* e καὶ τὸ ἐυθέως ἔχειν ὡς ἑτοιμασίαν, *id est,* Et quòd non benè parati sunt ad iter faciendum.

a *Bureh. l. 1. c. 47. Ivo p. 3. c. 159.* b *al. abire.* c *Ans. l. 1. c. 199. Ivo p. 4. c. 243.* d *abest à collectione Isidori & Ivone.* e *Ex versione Anastasii.* f *In Concilio Nicæno, c. 5. & Antiocheno, c. 20. Ivo p. 3. c. 373. sup. ead. c. habeantur. & c. propter.*

C. VIII. ¶ *Non cogatur Presbyter ad sacra Concilia eulogias deferre.*

Item Leo IV. *ad Episcopos Britanniæ, c. 3.*

DE eulogiis ad sacra Concilia deferendis nihil invenimus à Majoribus terminatum: sed ficut unicuique Presbytero placuerit. Nam si constitutum fuerit, illo in tempore benedictiones afferri, forsitan minùs libenter ad Synodos occurrent, & magis venire obtrectabunt. Quæ, ut arbitror, non sunt rationabiliter quærendæ; nec ultro delatæ, respuendæ.

¶ *Habetur hæc epistola Romæ manuscripta, ut in indice dictum est.*

C. IX. ¶ *Sine gravi necessitate Episcopus ad Synodum ire non tardet.*

Item ex Concilio Carthaginensi IV. *c. 21.*

EPiscopus a ad Synodum ire non tardet, nisi satis gravi necessitate inhibeatur: sic tamen, ut in persona sua Legatum mittat, suscepturus, salvâ fidei veritate, quicquid Synodus statuerit.

¶ *Similem sententiam, & penè eadem verba referunt Burch. lib. 1. c. 51. & Polyc. l. 2. tit. 16. ex Felice.*

C. X. ¶ *Excusatorias literas dirigant, qui gravati ad Synodum ire non possunt.*

Item ex Concilio Carthaginensi V. *c. 12.*

PLacuit b, ut quotiescunque congregandum est Concilium, Episcopi, qui neque ætate, neque ægritudine, neque aliâ graviori necessitate impediuntur, competenter occurrant. *& infrà.* ¶ Quòd si non potuerint occurrere, excusationes suas literatoriè 1 conscribant: nisi autem 2 rationem impedimenti sui apud Primatem suum reddiderint, Ecclesiæ suæ communione debent esse contenti.

1 ¶ Literatoriè] *In Concilii impressis legitur,* in tractatoria. *Dubitatum fuit, an legendum esset,* in tractoria. *Nam epistolæ, quibus Imperatores, vel Reges suos Præsides vocabant, vel vectigalium aliquam concedebant, tractoriæ dicebantur. Sic in codice Theodosiano, lib. 8. titulus sextus est,* de tractoriis & stativis. *& sic videtur emendandum in lib. Cod. 12. quamvis in impressis legatur,* de tractatoriis, *quam vocem,* tractoriam, *eâdem significatione Carolus Magnus in suis capitularibus usurpavit, lib. 4. c. 30. & 69. & eâdem notione est in Concilio Meldensi, cap. 71. Sanctus quoq; Augustinus in lib. post collationem contra Donatistas, c. 24. tractoriam pro epistolâ vocatoriâ usurpat, his verbis:* Sic autem à Primate suo per tractoriam fuerunt evocati. *Atque in hoc canone, ubi de vocandis Episcopis ad Concilium agitur, vox ista esset aptissima. Nam in Concilio Africano, inserto in codice canonum, c. 43. ubi hoc idem reperitur, & c. 57. & Lucianus, & Alypius in vetustis codicibus semper legitur,* tractoria, *ubi in impressis est,* tractatoria, *& in Carthaginensi Græco cap. 91. est,* ἡ συνοδικὴ ἐπιστολή. *Verum idem B. Augustinus utitur dictione,* tractatoria, *in eam, quæ nunc subjicietur, sententiam. Loquens enim de Episcopis, si vocati noluissent venire ad Concilium, & ibi objecta crimina purgare, epist. 162. ait:* Quòd si non fecerint, ibi etiam eorum pravitas, & perversitas innotescet: missaque tractatoria super eorum nomine per totum orbem terrarum, quacunque jam Christi Ecclesia dilatata est, ab omnibus Ecclesiis, eorum communio præcidetur. *In concione quoque secunda in Psal. 36. eadem vox quater invenitur: & epistolâ Syricii, quæ recitatur in Concilio Telepteni, ibi vocatur* tractatoria. *Cujus mentionem faciens Innocentius in epistola ad Exuperium Tolosanum, cap. 1. ait:* De his, & beatæ recordationis viri Syricii Episcopi monita evidentia commeârunt: *quibus verbis videtur indicare, non ad solos Africæ Episcopos, sed ad omnes provincias missam fuisse illam Tyricii tractatoriam. Ita Leo Papa secundus, postquam sextum universale Concilium sinem habue-*

a *Anselm. lib. 7. c. 151.* b *Anselm. l. 7. c. 188.*

rab-

rat, brevem ejus Concilij summam ad Hispaniæ Episcopos, ut ea subscriberent, misit, quam tractatoriam vocat, qua Leonis II. epistulæ manuscriptæ ex Hispania Romam sunt missæ.

2 ¶ Nisi autem] *In originali est*, vel si post adventum tractatoriæ aliquæ necessitates repentè forsitan ortæ fuerint, nisi rationem impedimenti sui apud suum Primatem reddiderint, ab Ecclesiæ communione debere esse contemptos. *In Africano, cap. 43. reliqua eodem modo. Sed in extremo est ferè ut apud Gratianum:* Ecclesiæ suæ communione debere esse contentos. *Item in Carthaginensi Græce:* Ὀφείλειν τὰς ἐκείνης τῆς χειροτονίας τῆς ἰδίας αὐτῶν ἐκκλησίας ἐκκλησιάζειν. *Simili quadam pœna imponitur in eodem Concilio infrà dist. 32. c. fin.*

C. XI. PALEA.

Item ex Concilio Turonensi *cap. 7.*

EPiscopus *a* non debet Abbatem cogere ad Synodum ire, nisi aliqua rationabilis causa existat.

¶ *Hæc Palea abest ab illis tantùm exemplaribus, in quibus pauccissima reperuntur, & refertur infrà 12. quæst. 2. post cap. fin. à Gratiano ex eodem Turonico: quemadmodum & à Burchardo, & Ivone.*

C. XII. ¶ *A communione sit alienus, qui Synodo adesse contempserit.*

Item ex Concilio Arelatensi, *cap. 19.*

SI *b* quis autem Synodo adesse neglexerit, vel cœtum fratrum, antequam dissolvatur Concilium, crediderit deserendum; alienum se à fratrum communione cognoscat: nec eum recipi liceat, nisi in sequenti Synodo fuerit absolutus.

C. XIII. ¶ *Usque ad proximam Synodum à communione abstineat, qui à Metropolitano vocatus, absque gravi necessitate Synodo adesse neglexerit.*

Item ex Concilio Agathensi, *cap. 31.*

SI *c* Episcopus Metropolitanus ad comprovinciales Episcopos epistolas direxerit, in quibus eos, aut ad ordinationem summi Pontificis, aut ad Synodum invitet; postpositis omnibus (exceptâ gravi infirmitate corporis, aut præceptione Regiâ) ad constitutum diem adesse non differant. Quòd si defuerint (sicut prisca canonum præcepit auctoritas) usque ad proximam Synodum à charitate fratrum, & Ecclesiæ communione priventur.

C. XIV. ¶ *A communione privetur Episcopus, qui à Metropolitano vocatus ad Synodum venire contemnit.*

Item ex Concilio Tarraconensi, *cap. 6.*

SI *d* quis Episcoporum commonitus à Metropolitano, ad Synodum, nullâ gravi intercedente necessitate corporali, venire contempserit (sicut statuta Patrum sanxerunt *e*) usque ad futurum Concilium cunctorum Episcoporum charitatis communione privetur.

C. XV. ¶ *Presbyteri & Diaconi, & cuncti, qui se læsos existimant, ad Metropolitanam Synodum conveniant.*

Item ex Concilio Martini 1 Papæ. *f*

PRopter Ecclesiasticas causas, & altercationum solutiones, bene placuit per singulas provincias bis in anno Concilium fieri, convocante Metropolitano Episcopo omnes provinciales Episcopos, ita ut ad Concilium veniant *g* omnes Presbyteri, & Diaconi, vel si 2, qui se læsos existimant; ut in Concilio causæ examinatæ ad justum judicium perducantur. Et si qui manifestè Episcopi, vel Presbyteri, aut Diaconi inventi fuerint in offensa, secundùm rationem excommunicentur, quamdiu communi consensu de his placuerit dare sententiam. Nulli autem Episcopo liceat, propria apud semetipsum Concilia facere, præter eos, quibus Metropoles sunt creditæ.

1 ¶ Martini] *Gratianus hoc primùm citat nomine Martini Papæ, deinceps eodem nomine multa citaturus: quæ omnia sumpta sunt ex libro capitulorum Græcarum Synodorum Martini Episcopi Bracharensis. (Antiquitùs enim Episcopi Papæ dicebantur.) Hic enim cùm esset Græcus, ad utilitatem Ecclesiarum Hispaniæ, ubi Episcopatum obtinebat, ea capitula Latina fecit, & in nonnullis quadam addidit, in aliis verò aliqua detraxit, quemadmodum in hoc capite, quod sumpsit ex Concilio Antiocheno, c. 20. sup. eod. c.* propter. *Aliqua etiam ex Toletanis Conciliis in eum libellum retulit.*

2 ¶ Vel hi] *In aliquot Conciliorum editionibus legitur*, ut eorum, qui se læsos existimant, in Concilio causæ, &c.

C. XVI. PALEA. 1

[*Item* ex Concilio Bylon.]

ANnis singulis Episcopus in sua diœcesi Synodum faciat de suis Clericis, nec non Abbatibus: & discutiat alteros Clericos, & Monachos.

Singuli verò Episcoporum suas Ecclesias notificare studeant, quæ in Concilio statuuntur.

1 ¶ Palea] *In nullo collatorum exemplarium habetur, sed versiculus, singuli, componitur est præcedentis capiti:* Propter Ecclesiasticas. *Sunt verba Gratiani.*

C. XVII. ¶ *Quæ in Concilijs statuuntur, singuli Episcoporum suis Ecclesijs notificent.*

Unde in Concilio Toletano XVI. *cap. 6.*

DEcernimus, ut dum in qualibet provincia Concilium agitur, unusquisque Episcoporum admonitionibus suis intra sex mensium spatia omnes Abbates, Presbyteros, Diaconos atque Clericos, seu etiam omnem conventum civitatis ipsius, ubi præesse dignoscitur, necnon & cunctam diœcesis suæ plebem aggregare nequaquam moretur: quatenus 1 coram eis plenissimè omnia referet, quæ eodem anno in Concilio acta vel definita esse noscuntur. *& infrà.* ¶ Quòd si quispiam hæc parvipendenda crediderit, sententiâ excommunicationis duorum mensium curriculo perstitat usquequaque mulctatus.

1 ¶ Quatenus] *In duobus exemplaribus hujus decimi sexti Concilij Toletani, locus hic ita legitur:* quatenus coram eis publicè omnia referata, de his, quæ eodem anno in Concilio acta, vel definita extiterint, plenissimè notiores efficiantur.

---

a Burch. l. 1. c. 73. Ivo par. 7. c. 91. b Burch. l. 1. c. 50. Polyc. l. 2. tit. 15. Ivo part. 3. c. 160. ex Concilio Spalensi, ut Burch. c Burch. lib. 1. c. 49. Ivo p. 3. c. 159. Pann. l. 4. c. 17. d Simile in Pannonia, l. 4. c. 18. ex Avernensi. e al. censuerunt. f Apud Martinum Bracharensem Episcopum in cap. Synod. Græc. c. 18. Polyc. lib. 3. tit. 17. g procedant] orig.

DISTINCTIO XIX.

1 ps DE epistolis verò Decretalibus quæritur, an tam auctoritatis obtineant, cùm in corpore canonum non inveniantur. *De his ita scribit* Nicolaus Papa *Archiepiscopis, & Episcopis per Gallias constitutis.*

C. I. ¶ *Decretales epistolæ tam auctoritatis habent.*

SI *a* Romanorum Pontificum decreto, cæterorum opuscula tractatorum approbantur, vel reprobantur: ita ut, quod sedes Apostolica probavit, hodiè teneatur acceptum: & quod illa repulit, hactenus ineffícax habeatur: quantò potius, quæ ipsa pro catholica fide, pro sanis dogmatibus, pro variis, & multifariis Ecclesiæ necessitatibus & fidelium moribus diverso tempore scripsit, omni debent honore præferri, & ab omnib. prorsus in quibuslibet opportunitatibus discretione, vel dispensatione magistra reverenter assumi? Quanquam quidam vestrûm scripserint, haud illa Decretalia priscorum Pontificum in toto canonum codicis corpore contineri

---

a Ivo part. 3. cap. 33.

descripta; cùm 1 ipsi, ubi hæc suæ intentioni suffragari conspiciunt, illis indifferenter utantur, & solùm nunc ad imminutionem sedis Apostolicæ potestatis, & ad suorum augmentum privilegiorum minùs accepta esse perhibeant. *Item infrà.* ¶ Si ideò non esse Decretales epistolas priscorum *a* Pontificum Romanorum admittendas dicunt, quia in codice canonum non habentur adscriptæ: ergo nec sancti Gregorii, nec ullius alterius, qui ante vel post ipsum fuit, est aliquod institutum, vel scriptum recipiendum, eò quòd in codice canonum non habeatur adscriptum. Ergo doctrinam eorum, & sanctiones, quæ ab omni lingua venerantur, quia in codice canonum non habentur adscriptæ, de codicibus suis eradant. Ut quid vel membranas occupant, postquam non habentur acceptæ? Sed quare multùm immoramur, cùm nec ipsas divinas Scripturas Veteris & Novi Testamenti jam recipiemus, si istos duxerimus audiendos? Etenim *b* neutrum horum in codice canonum Ecclesiasticorum habetur insertum. Sed responsuri sunt isti, qui ad resistendum potiùs, quàm ad obediendum semper sunt parati, dicentes *c*, quòd inter canones inveniatur capitulum sancti Papæ Innocentii *, cujus auctoritate doceatur, à nobis utrunque Testamentum esse recipiendum, quanquam in ipsis paternis canonibus nullum eorum ex toto contineatur insertum. Quibus ad hæc asserendum *d* est, quoniam si Vetus, Novumque Testamentum recipienda sunt, non quòd codici canonum ex toto habeantur annexa, sed quòd de his recipiendis sancti Papæ Innocentii prolata videatur esse sententia: restat nimirum, quòd Decretales epistolæ Romanorum Pontificum sunt recipiendæ, etiamsi non sint codici canonum compaginatæ: quoniam inter ipsos canones unum B. Leonis *e* capitulum constat esse permistum: quo ita omnia Decretalia constitura sedis Apostolicæ custodiri mandantur, ut si quis in illa commiserit, noverit sibi veniam denegari. Ait enim c. decimo *f* suarum Decretalium: [Ne quid verò sit, quod prætermissum à nobis fortè credatur, omnia Decretalia constituta, tam beatæ recordationis Innocentii, quàm omnium decessorum nostrorum, quæ de Ecclesiasticis ordinibus, & canonum promulgata *g* sunt disciplinis, ita à vestra dilectione custodiri mandamus, ut si quis in illa commiserit, veniam sibi deinceps noverit denegari.] Dicendo verò, [omnia decretalia constituta,] nullum de Decretalibus constitutis prætermisit, quod non mandaverit esse custodiendum. Et rursus asserendo, [omnium decessorum nostrorum,] nullum Pontificum Romanorum, qui ante se fuerunt, excepit: cujus ita non præceperit Decretalia constituta ab omnibus custodiri, ut si quis in illa commiserit, veniam sibi deinceps noverit denegari. Itaque nihil refert, utrum sint omnia necné Decretalia sedis Apostolicæ constituta, inter canones Conciliorum immista; cùm omnia in uno corpore compaginari non possint, & illa eis interfint, quæ firmitatem his, quæ desunt, & vigorem suum assignent, præsertim cùm Synodalia gesta, inter quæ ipsi canones statuti sunt, in codice canonum non habeantur, sed à nobis omni cultu debito venerentur. Consonat autem huic beatissimo Papæ Leoni sanctus & facundissimus in Decretis suis Papa Gelasius *h*, ita inquiens: [Decretales epistolas, quas beatissimi Papæ diversis temporibus ab urbe Roma pro diversorum Patrum consultatione dederunt, venerabiliter susciendas decernimus.] In quo notandum est, quia non dixit, [Decretales epistolas, quæ inter canones habentur,] nec tantùm [quas moderni Pontifices ediderunt;] sed [quas beatissimi Papæ diversis temporibus ab urbe Roma dederunt.] Dictis autem [diversis temporibus] etiam illa tempora vir sanctus comprehendit, quæ crebrescentibus Paganorum persecutionibus, ad sedem Apostolicam deferri causas Episcoporum difficillimè permittebant. His ita divinâ favente gratiâ prælibatis, ostendimus, nullam differentiam esse inter illa Decreta, quæ in codice *a* canonum habentur, sedis Apostolicæ Præsulum, & ea, quæ præ multitudine vix per singula voluminum corpora reperiuntur; cùm omnia, & omnium decessorum suorum Decretalia constituta, atque Decretales epistolas, quas beatissimi Papæ diversis temporibus ab urbe Romana dederunt, venerabiliter fore susciendas, & custodiendas, eximios Præsules, Leonem scilicet & Gelasium, mandâsse probavimus.

1 ¶ Cùm ipsi) *Locus fuit emendatus ex ipsa epistola Nicolai, quæ Romæ manuscripta habetur, & nuper impressa est in appendice Bibliothecæ sanctorum Patrum, ut dictum est supra dist. 10. c.* leges. *In qua epistola multa alia habentur, ad epistolas Decretales etiam antiquissimas pertinentia.*

C. II. ¶ *Omnes sanctiones Apostolicæ sedis irrefragabiliter sunt observandæ.*

Item Agatho Papa *omnibus Episcopis.*

SIc *b* omnes Apostolicæ sedis sanctiones accipiendæ sunt, tanquam ipsius divini Petri voce firmatæ sint.

C. III. ¶ *Tolerandum est jugum, quod à sancta sede imponitur, licèt importabile videatur.*

Item ex capitulis 1 Caroli Imperatoris.

IN *c* memoriam B. Petri Apostoli honoremus sanctam Romanam & Apostolicam sedem; ut quæ nobis Sacerdotalis mater est dignitatis, esse debeat Ecclesiasticæ magistra rationis. Quare servanda est cum mansuetudine humilitas: ut licèt vix ferendum ab illa sancta sede imponatur jugum, tamen feramus, & piâ devotione toleremus. Si verò (quod non decet) quilibet, sive sit Presbyter, sive Diaconus, aliquam perturbationem machinando, & nostro ministerio insidiando, redarguatur, falsam ab Apostolica *d* sede detulisse epistolam, vel aliud quid, quod inde non venerit *e*, salvâ fide 2, & integrâ circa Apostolicum humilitate; penes Episcopum sit potestas, utrum eum in carcerem, aut aliam detrudat custodiam, usquequò per epistolam, aut per idoneos suæ partis legatos Apostolicam interpellet sublimitatem, ut potissimùm suâ sanctâ legatione dignetur decernere, quid de talibus justo ordine lex Romana statuat definire, ut & is corrigatur, & cæteris modus imponatur.

1 ¶ Capitulis] *Sic emendatum est ex aliquot manuscriptis, & Ivone. At Nauclerus vol. 2. gen. 28. narrat, hoc esse unum ex viginti tribus legum capitulis, quæ Carolus Magnus ad omnes suæ provinciæ misit. Burchardus autem extat ex Concilio Triburiensi, c. 30. ubertatim extat.*

2 ¶ Salvâ fide] *Apud Burchardum est*, falsâ fide, & non integrâ.

C. IV. ¶ *Quicquid Romana Ecclesia statuit, vel ordinat, ab omnibus observandum est.*

Item Stephanus *f* Papa.

ENimverò, quia in speculum, & exemplum sancta Romana Ecclesia, cui nos Christus præesse voluit, proposita *g* est, ab omnibus, quicquid statuit, quicquid ordinat, perpetuò, & irrefragabiliter observandum est.

---

a *al. sanctorum.* b *al. etiam.* c *al. ajentes.* * *Innocent. Pap. 1. ad Exuperium, epist. 3. cap. ult.* d *al. referendum.* e *Leo Pap. 2. epist. 1. in fine.* f *al. quinto suorum Decretalium.* g *al. ordinata.* h *Gelasius Papa 1. cum 70. Episcopis. Habetur supra 15. dist. c. sancta Romana.* ¶. *item Decretales.*

a *al. corpore.* b *Deusdedit part. 3. Polyc. l. 1. tit. 17. Ivo part. 4. c. 238.* c *Extat in Concilio Triburiensi, c. 30. Burchard. l. 1. c. 220. Ivo p. 1. c. 19.* d *al. Apostolicæ detulisse.* e *al. convenerit.* f *al. Stephanus.* g *al. posita est omnibus, quicquid.*

C. V. ¶ *A-*

C. V. ¶ *A Pontificalibus sit alienus officiis, qui Apostolicis non vult obedire præceptis.*

Item Gregorius IV.

NUlli a fas est, vel velle, vel posse transgredi Apostolicæ sedis præcepta, nec nostræ dispositionis ministerium, quod vestram sequi oportet charitatem. 2 ps. ¶ Sit ergò ruinæ suæ dolore prostratus, quisquis Apostolicis voluerit contraire decretis, nec locum deinceps inter Sacerdotes habeat, sed extorris à sancto ministerio fiat; nec de ejus judicio quisquam posteà curam habeat, quoniam jam damnatus à sancta & Apostolica Ecclesia, ac auctoritate sua, de inobedientia, atque præsumptione à quoquam esse non dubitatur: quia majoris excommunicationis dejectione est abjiciendus b, cui sanctæ Ecclesiæ commissa fuerit disciplina, qui non solùm præfatæ sanctæ Ecclesiæ jussionibus parere debuit, sed etiam aliis, ne præterirent, insinuare. Sitque alienus à divinis, & Pontificalibus officiis, qui noluit præceptis Apostolicis obtemperare c.

¶ *Caput hoc est in eadem epistola Gregorii IV. ex qua sumptum est* c. Decreto nostro. *infrà 2. q. 6. Extat autem in codice sæpe memorato Bibliothecæ Dominicanæ.*

C. VI. ¶ *Inter canonicas Scripturas Decretales epistolæ connumerantur.*

Item Augustinus *de doctrina Christiana lib. 2. cap. 8.*

IN d canonicis Scripturis Ecclesiarum Catholicarum quamplurimùm divinarum Scripturarum solertissimus indagator auctoritatem sequatur, inter quas sanè illæ sunt, quas Apostolica sedes habere, & ab ea alii meruerunt accipere epistolas. Tenebit igitur hunc modum in Scripturis canonicis, ut eas, quæ ab omnibus recipiuntur Ecclesiis, præponat eis, quas quædam non accipiunt. In eis verò, quæ non accipiuntur ab omnibus, præponat eas, quas plures, gravioresque accipiunt, eis, quas pauciores, minorisque auctoritatis Ecclesiæ tenent. Si autem alias invenerit à pluribus, alias à gravioribus haberi (quanquam hoc inveniri vix possit) æqualis tamen auctoritatis eas habendas puto.

¶ *Caput hoc apud B. Augustinum loco indicato sic habes:* In canonicis autem scripturis Ecclesiarum Catholicarum quamplurium auctoritatem sequatur: inter quas sanè illæ sunt, quæ Apostolicas sedes habere, & epistolas accipere meruerunt. Tenebit igitur hunc modum in scripturis canonicis, ut eas, quæ ab omnibus accipiuntur Ecclesiis Catholicis, præponat eis, quas quædam non accipiunt. In eis verò, quæ non accipiuntur ab omnibus, præponat eas, quas plures, graviores que accipiunt, eis, quas pauciores, minoresque auctoritatis Ecclesiæ tenent. Si autem alias invenerit à pluribus, alias à gravioribus haberi, (quanquam hoc e inveniri non possit) æqualis tamen auctoritatis eas habendas puto. *Quæ quidem B. Augustini sententia, non ad Decretales Romanorum Pontificum, sed ad canonicas, & sacras Scripturas referenda est.*

C. VII. ¶ *Ministeris f divini se exortem intelligat, qui à soliditate Petri recedit.*

Item Leo Papa I. *ad Episcopos Viennenses, epist. 87.*

ITa g Dominus noster Jesus Christus humani generis Salvator instituit, ut veritas, quæ antè Legis & Prophetarum præconio continebatur, per Apostolicam tubam in salutem universitatis exiret: sicut scriptum est: [*In omnem terram* h *exivit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.*] Sed hujus muneris Sacramentum ita Dominus ad omnium Apostolorum officium pertinere voluit, ut in beatissimo Petro, Apostolorum omnium summo, principaliter collocaret: ut ab ipso quasi quodam capite dona sua, velut in corpus omne diffunderet: ut exortem se mysterii a intelligeret esse divini, qui ausus fuisset à Petri soliditate recedere. Hunc enim in consortium individuæ unitatis assumptum, id quod ipse erat, voluit nominari, dicendo, [*Tu* b *es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam:*] ut æterni ædificatio templi, mirabili munere gratiæ Dei, in Petri soliditate consisteret, hâc Ecclesiam suam firmitate corroborans, ut illam nec humana temeritas posset appetere, nec portæ inferi contra illam prævalerent. Verum hanc petræ istius sacratissimam firmitatem, Domino, ut diximus, ædificante, constructam, nimis impiâ vult præsumptione violare, quisquis ejus potestatem tentat infringere, favendo cupiditatibus suis, & id, quod accepit à veteribus, non sequendo.

Hoc autem intelligendum est de illis sanctionibus, vel Decretalibus epistolis, in quibus, nec præcedentium Patrum decretis, nec Evangelicis præceptis, aliquid contrarium inventur. Anastasius 1 *enim secundùm favore Anastasii Imperatoris, quos Acacius post sententiam in se prolatam Sacerdotes vel Levitas ordinaverat, ritè sunge accepto officio debere decrevit, ita inquiens.*

1 ¶ Anastasius] *Minimè verum est, sensisse Anastasium, ordinatos ab Acacio post latam in ipsum sententiam, ritè sunges accepto officio potuisse. Hoc enim duntaxat inquit in capite sequenti, firmam esse Sacramenti gratiam ab Acacio traditam. Quod verissimum est, sicut & aliæ omnes sententiæ, quas in ea epistola ex B. Aug. Anastasius accepit, vera sunt. Habetur autem hæc eadem Anastasii Papæ II. epistola in corpore canonum, quod Romana Ecclesia semper approbavit, ut infrà distinct. 20. cap.* de libellis, *est adnotatum. Itaque sine causa reprehenditur hoc loco Anastasius à Gratiano.*

C. VIII. ¶ *Nulla lasionis portio attingit eum, qui ab hæreticis jam damnatis ordinatur.*

Anastasius II. *ad Anastasium Augustum, epist. 1. c. 7. & 8.*

SEcundùm e Ecclesiæ Catholicæ consuetudinem, sacratissimum serenitatis tuæ pectus agnoscat, quòd nullum de his, quos baptizavit Acacius, vel quos Sacerdotes, sive Levitas secundùm canones ordinavit, ulla ex nomine Acacii portio læsionis attingat, quò forsitan per iniquum eradita Sacramenti gratia minùs firma videatur. Nam d & baptisma (quod procul sit ab Ecclesia) sive ab adultero, vel à fure datum fuerit, ad percipientem munus pervenit illibatum: quia vox illa, quæ fonuit per columbam, omnem maculam humanæ polutionis excusit: quâ declaratur, ac dicitur, [*Hic est* c, *qui baptizat in Spiritu sancto, & igne.*] Nam si visibilis Solis istius radii, cùm per loca fœtidissima transeunt, nulla contactûs inquinatione maculantur: multò magis illius, qui istum visibilem fecit, virtus, nullâ ministri indignitate constringitur. Nam & Judas, cùm fuerit sacrilegus, atque fur, quicquid egit inter Apostolos pro dignitate commissa, beneficia per indignum data, nulla ex hoc detrimenta senserunt, declarante hoc ipsum Domino manifestissimâ voce: [*Scriba* f, inquit, *& Pharisæi super cathedram Moysi sedent: quæ dicunt, facite: quæ autem faciunt, facere nolite; dicunt enim, & non faciunt.*] Quicquid ergò ad hominum profectum quilibet in Ecclesia minister pro officio suo videtur operari, hoc totum contineri implente g divinitatis effectu. Ita ille, per quem loquitur Christus, Paulus g affirmat: [*Ego plantavi, Apollo rigavit: sed Deus incrementum dedit. Itaque neque qui plantat*

a *Polyc. l. 1. t. 17. Anſel. l. 2. c. 21. l. Ivo p. 3. c. 11. & 349.* b *al. exigendus.* c *al. obedire.* d *Polyc. l. 1. tit. 25. Anſel. lib. 3. c. ult. & l. 6. c. 213.* e *facile.*] *orig. Antuerp.* f *al. Mysteris.* g *Ivo part. 3. c. 6.* h *Psal. 18.*

a *al. ministeris.* b *Matth. 16.* c *In codice canonum. fol. 156 B. Polyc. l. 3. t. 10. Anſ. l. 9. c. 62. Ivo p. 1. c. 151.* d *Nicolaus ad consulta Bulg. c. 15.* e *Ioan. 1. & 12.* f *Matth. 23.* g *al. implendo divinitatis effectum.* h *1. Cor. 3.*

est aliquid, neque qui regat; sed qui incrementum dat, Deus.] Adeò autem non quæritur, quis, vel qualis prædicet, sed quid *a* prædicet, ut *b* invidos etiam benè Christum prædicare affirmet: quo malo ipse Diabolus dejectus est, & hoc ipse *c* prædicare non desinit. Ideò ergò & hic, cujus nomen dicimus reticendum, malè bona ministrando, sibi tantum nocuit. Nam inviolabile Sacramentum, quod per illum datum est aliis, perfectionem suæ virtutis obtinuit. Quod *d* quidem generaliter verum est, nisi aliquorum in tantum se extenderet curiosa suspicio, ut imaginentur, prolato à Felice Papa judicio, postea inefficaciter in Sacramentis, quæ Acacius usurpavit, egisse; ac proinde eos metuere, qui vel in consecrationibus, vel in Baptismate mysteria *e* tradita susceperunt, ne irrita beneficia divina videantur.

Quæ ergò illicitè, & non canonicè, sed contra Decreta prædecessorum, & successorum suorum hæc scripta dedit, (ut probat Felix, & Gelasius, qui Acacium ante Anastasium excommunicaverunt, & Hormisda, qui ab ipsò Anastasio tertium eundem Acacium postèa damnavit:) ideò ab Ecclesia Romana repudiatus, & à Deo percussus legetur fuisse hoc modo.

C. IX. ¶ *Anastasius à Deo reprobatus, morte divino percussus est.*

ANastasius I secundus *f*, natione Romanus, fuit temporibus Theodorici Regis. Eodem tempore multi Clerici, & Presbyteri se à communione ipsius abegerunt, eò quòd communicâsset sine Concilio Episcoporũ, vel Presbyterorum, & Cleri cunctæ Ecclesiæ catholicæ, Diacono Thessalonicensi, nomine Photino, qui communi averat Acacio: & quia voluit occultè revocare Acacium, & non potuit, morte divino percussus est.

1 ¶ Anastasius] *Caput hoc habetur quidem Tomo secundo Conciliorum in vita Anastasii: sed esse omninò consutum, cùm ex multis aliis argumentis, tum ex hoc manifestè ostenditur, quòd Acacius (sicut Nicephorus lib. 16 c. 12. & Evagrius lib. 3. cap. 31. & sequentibus, & clarissimè Anastasius Bibliothecarius in Chronologia testantur) tempore Felicis III. obiit, cui successit Gelasius, & Gelasio Anastasius, qui initio epistolæ suæ & c. 1. ad Anastasium Imperatorem, Acacium mortuum jam, & ante judicium Christum una cum Felice adfuisse scripsit, ut Gelasius quoque ante ipsum scripserat, & habetur infrà 24. q. 2. c.* nec quisquam. *quomodo ergò potuit Anastasius de eo revocando tractare, quæ jam obierat?*

C. X. ¶ *Quæ circa indisciplinatos prælatos, vel ab eis geruntur, in irritum revocentur.*

Hinc etiam de Maximo I *Episcopo* in Constantinopolitana Synodo *statutum est sub Damaso Papa, c. 6.*

PRopter totius indisciplinationis ejus doctrinam, quæ Constantinopoli orta est, statutum est, ne Maximus fuisse, aut esse jam putetur Episcopus: neque hi, qui ab eo sunt ordinati, qualemcunque gradum Clericatûs obtineant, omnibus scilicet, quæ circa eum, vel ab eo gesta sunt, in irritum revocatis.

1 ¶ De Maximo] *Ex verbis hujus canonis, præsertim Gratiæ, & interpretatione Balsamonis, ac vita Gregorii Theologi per Gregorium Presbyterum descripta, & aliis ex locis (tametsi Theodoretus videtur parùm diligenter hoc tractâsse) apparet, hunc Maximum nunquam fuisse Episcopum, ac propterea reliti statu, nullum ab eo potuisse imprimi ordinis characterem, quod non erat de Acacio asserendum. Verba Græca hujus canonis hæc sunt:* Περὶ Μαξίμου τοῦ κυνικοῦ, καὶ τῆς κατ' αὐτὸν ἀταξίας, τῆς ἐν Κωνσταντίνου πόλει γενομένης. ὥστε μήτε Μάξιμον ἐπίσκοπον ὑπάρχειν, μήτε τοὺς παρ' αὐτοῦ χειροτονηθέντας ἐν οἷς δὲ ποτὲ ἔπραξε κλήρῳ, πάντων, καὶ τοῦ ἐπ' αὐτὸν καὶ τὰ παρ' αὐτοῦ γενομένων ἀκυροῦσθαι, *id est*, De Maximo cynico, deque iis rebus, quæ nullo ordine circa ipsum Constantinopoli gestæ sunt. Neque Maximum aut fuisse, aut esse Episcopum, neque eos, qui ab ipso sunt ordinati, in ullo Cleri gradu censendos: omnibus, quæ & in ipso, & ab ipso facta sunt, infirmatis. *At de eodem Maximo, quòd nunquam fuerit Episcopus, est locupletissimum testimonium in epistola Hadriani Papæ, scripta Basilio Imperatori, quæ habetur actione primâ octavæ Synodi manuscriptâ, quæ est penes Cardinalem Sirletum. Citatis enim Leonem primum, ait:* Dicit enim altisona tuba, sanctus videlicet sedis Apostolicæ Papa Leo, cujus sententiam, quicquid ubiq; catholicum est, velut cœleste miraculum celebrat, & veneratur oraculum; Cùm sæpè quæstio de malè accepto honore nascatur, quis ambigat nequaquam istis esse tribuendum, quod non docetur fuisse collatum? Neq; enim inter Photium mœchum, & Maximum cynicum à Synodo secunda damnatum, vel inter ordinationes hujus & illius, distinctionis aliquid esse conjicimus.

a *al.* quem. b *Philip. 2.* c *al.* ipso *cap. 2.* d *Quod cùm ita sit, aliquorum in tantum se extendit curiosa] org.* 2 *al.* ministeria. f *Ex libro (ut in corpore Conciliorum citatur) Pontificali. Ivo p. 14. cap. 42.*

a *al.* expostoribus] b *Matth. 16.* c *In suo regesto. Deusdedit p. 2. Polyc. p. 3. tit. 20. Ans. l. 3. cap. ult. Ivo p. 4. c. 72. Pann. l. 2. c. 118.* d *al.* cum illo in canone. e *al.* qui dicuntur Apostolorum. f *Apud Anselmum & Polycarpum, desunt omnia Pontificum nomina.*

DISTINCTIO XX.

1 pars. DEcretales itaque epistolæ canonibus Conciliorum parùm jure exæquantur. Nunc autem quærtur de expositionibus à sacra Scriptura, an exæquentur; an subjiciantur eis. Quòd enim quibusdam magis rationi nitatur, eò magis auctoritatis ejus verba esse videntur. Plurimi autem tractatorum, sicut plenitudo gratiæ sancti Spiritûs, ita ampliùs scientiæ alius præcellentes, rationi magis adhæsisse probantur. Unde nonnullorum Pontificum constituta, Augustini, Hieronymi, atque aliorum tractatorum dicta videntur esse præferenda.

2 pars. ¶ Sed aliud est causis terminum imponere: aliud sacras Scripturas diligenter exponere. In negotiis definiendis non solùm est necessaria scientia, sed etiam potestas. Unde Christus dicturus Petro b: [Quodcunque ligaveris super terram, erit ligatum & in cœlis, &c.] prius dedit sibi claves regni cœlorum: in altera dans ei scientiam discernendi inter lepram & lepram: in altera dans ei potestatem ejiciendi aliquos ab Ecclesia, vel recipiendi. Cum ergò quælibet negotia finem accipiant, vel in absolutione innocentium, vel in condemnatione delinquentium; absolutio verò, vel condemnatio, non scientiam tantum, sed etiam potestatem præsidentium desideret: apparet, quòd divinarum tractatores Scripturarum, etsi scientiâ Pontificibus præmineant, tamen, quia dignitatu eorum apicem non sunt adepti, in sacrarum quidem Scripturarum expositionibus eis præponuntur: in causis verò definiendis secundum potè eos locum merentur.

C. I. ¶ *Aliorum scriptura, Romanorum Pontificum decretis non sunt præponenda.*

Unde Leo Papa IV. *scribit Episcopis Britanniæ.*

DE libellis & commentariis aliorum non convenit aliquem judicare, & sanctorum Conciliorum canones relinquere, vel Decretalium regulas, id est, quæ habentur apud nos simul cum *d* canonibus. Quibus autem in omnibus Ecclesiasticis utimur judiciis, sunt canones I Apostolorum, *e* Nicænorum, Ancyranorum, Neocæsarienses, Gangrenses, Antiochenses, Laodicenses, Constantinop. Ephes. Chalcedonenses, Sardicenses, Africanenses, Carthaginenses 2, & cum illis regulæ Præsulum Romanorum *f*, Sylvestri, Syricii,

Innocentii, Zozimi, Cœlestini, Leonis, Gelasii, Hilarii, Symmachi, Hormisdæ, Simplicii, & Gregorii junioris. Isti omninò sunt, & per quos judicant Episcopi, & per quos Episcopi simul judicantur, & Clerici. Nam si tale emerserit, vel contigerit inusitatum negotium, quod minimè possit per istos definiri; tunc si illorum, quorum meminitis, dicta, Hieronymi, Augustini, Isidori, vel cæterorum similiter sanctorum Doctorum similium reperta fuerint, magnanimiter sunt retinenda, ac promulganda; vel ad Apostolicam sedem referendum de talibus. Quam ob causam luculentiùs, & magnâ voce pronunciare non timeo: quia, qui illa, quæ diximus, sanctorum Patrum statuta, quæ apud nos Canonum nomine prætitulantur, (sive sit ille Episcopus, sive Clericus, sive Laicus) non 3 indifferenter recipere convincitur; nec catholicam & Apostolicam fidem, nec sancta quatuor Evangelia utiliter & efficaciter ad effectum a suum retinere, vel credere probatur.

1 ¶ Sunt Canones] *Indicat canones, & regulas, ex quibus constat corpus, vel codex canonum, de quo in Præfatione dictum est, quo Romani Pontifices, præsertim in judiciis utebantur: in quo codice sunt canones tantùm, non Synodalia gesta, ut superius Nicolaus in* c. Romanorum, *19. distinct. scripsit.*

2 ¶ Carthaginensium] *In codice canonum unica est Synodus Carthaginensis, continens canones triginta tres, qui ex variis Conciliis, Carthagini habitis, collecti fuerunt. Eos canones fides Apostolica videtur probâsse, & usu eu esse, quando in codicem canonum referendos curavit. Eosdem etiam Græci, quo ordine apud Latinos habentur, cum aliis præterea multis Africanarum Synodorum conjunctos, in linguam suam verterunt: & ex ipsi sunt, quos eadem numeru Anselmus, Burchardus, & Ivo citant: quamvis Gratianus interdum quidem his utatur, interdum verò ex singulis Carthaginensibus Conciliis canones accipiat: quod suis locis indicabatur. Et de hac unica Carthaginensi Synodo intelligendum est, quod habetur supra dist. 16. c.* prima adnotatio, *vers. septima, quod hic declarandum dilatum fuit.*

3 ¶ Non indifferenter] *Anselmus, Deusdedit, & Gregorius Presbyter in Polycarpo habent*, qui eadem indifferenter non recipit, ipse se convincit, minimè catholicam & Apostolicam fidem ad effectum suum retinere salutis.

C. II. ¶ *Corripiendi sunt, qui Decreta Romanorum Pontificum non habent, vel non observant.*

Item Nicolaus I. *Photio, in* b *epistola, cujus initium est,* [Postquam beato Petro.]

SI e Decreta Romanorum Pontificum non habetis, de neglectu atque incuria estis arguendi. Si verò habetis & non observatis, de temeritate estis corripiendi, & increpandi.

C. III. ¶ *Ad quas sit recurrendum, cùm sacra Scriptura auctoritas non occurrit.*

Item Innocentius I Papa.

DE quibus d causis nulla solvendi, ligandique auctoritas in libris Veteris Testamenti, quatuor Evangeliorum, cum totis scriptis Apostolorum appareat, ad divina recurre scripta Græca e. Si neque in illis; canones 2 Apostolicæ sedis intuere. Si nec in illis; ad catholicæ Ecclesiæ historias catholicas, à Doctoribus catholicis scriptas, manum mitte. Si nec in illis; Sanctorum exempla perspicaciter recordare. Quòd si omnibus his inspectis, hujus quæstionis qualitas non lucidè investigatur, seniores provinciæ congrega, & eos interroga. Facilius namque invenitur, quod à pluribus senioribus quæritur. Verus enim repromissor Dominus ait a, [*Si duo ex vobis, vel tres convenerint super terram in nomine meo, de omni re quamcunque petierint, fiet illis à Patre meo.*]

1 ¶ Innocentius] *Caput hoc non est inter epistolas Innocentii primi, quæ multæ extant; neque verò Innocentii secundi esse potest, cùm ante ipsum scripserint Burchardus, & Ivo, à quibus hoc ipsum citatur.*

2 ¶ Canones] *Verba hæc, quæ apud Gratianum desunt, sunt apud Burchardum, & Ivonem, & Polycarpum, in quo Polycarpo habentur hoc ipso loco, in quem sunt restituta.*

a *al. prostratum.* b *Est eadem epist. 6. ex qua sumptum est. c. quod desitur. supra distinct. 18.* c *Anselm. lib. 3. cap. 33.* d *Polycarpus lib. 7. tit. 3. Burch. l. 3. c. 128. Ivo part. 4. cap. 70.* e *al. Græc.*

DISTINCTIO XXI.

1 DEcretis ergò Romanorum Pontificum, & sacris canonibus Conciliorum Ecclesiastica negotia, ut supra monstratum est, terminantur. ¶ Ministri verò sacrorum canonum, & decretorum Pontificum, sunt summi Pontifices, & infrà Præsules, ac reliqui Sacerdotes, quorum institutio in Veteri Testamento est inchoata, & in Novo plenius consummata. ¶ Summi enim Pontifices, & minores Sacerdotes à Deo sunt instituti per Moysem b, qui ex præcepto Domini, Aaron in summum Pontificem, filios verò ejus unxit in minores Sacerdotes. Postea verò David, cùm ministeria domûs Domini ampliaret, janitores, & cantores instituit. Verò Salomon quendam modum exorcizandi invenit, quo dæmones adjurati, ex obsessis corporibus pellebantur; hunc officio mancipati, Exorcistæ vocati sunt, de quibus Dominus in Evangelio c, [Si ego in Beelzebub ejicio dæmonia, filii vestri (videlicet Exorcistæ) in quo ejiciunt? *Hæc omnia in Novo Testamento Ecclesia imitata, habet janitores suos, quos Ostiarios appellamus. Pro Cantoribus, Lectores, & simul Cantores instituit. Exorcistas autem nomine antiquo & officio permanente recepit. Pro filiis verò Aaron, omnes infrà summum Pontificem Sacerdotum administrantes sunt consecrati.* ¶ *Inter eos quadam discretio servata est, ut alii appellentur simpliciter* Sacerdotes, *alii* Archipresbyteri, *alii* Chorepiscopi, *alii* Episcopi, *alii* Archiepiscopi, *seu* Metropolitæ, *alii* Primates, *alii* Patriarchæ, *alii* Summi Pontifices. ¶ *Horum discretio a Gentilibus maximè introducta est, qui suos Flamines, alios simpliciter Flamines, alios Archiflamines, alios Protoflamines appellabant. Simpliciter verò majorum, & minorum Sacerdotum discretio in Novo Testamento ab ipso Christo sumpsit exordium, qui duodecim Apostolos, tanquam majores Sacerdotes, & lxxii. discipulos, quasi minores Sacerdotes, instituit. Petrum verò quasi in summum Sacerdotem elegit, dum ei pro omnibus, & pro omnibus claves regni cælorum tribuit, & à se Petra, Petri sibi nomen imposuit, atque pro ejus fide se specialiter rogâsse testatus est, & ut cæteros confirmaret, sibi injunxit, dicens* d: [Ego rogavi pro te, Petre, ut non deficiat fides tua, & tu aliquando conversus, confirma fratres tuos.] *Hanc eandem formam Apostoli secuti, in singulis civitatibus Episcopos, & Presbyteros ordinaverunt. Levitas autem ab Apostolis ordinatos legimus, quorum maximus fuit beatus Stephanus* e. *Subdiaconos, & Acolythos procedente tempore Ecclesia sibi constituit.*

C. I. ¶ *Unde nomina Ecclesiasticorum graduum sumantur.*

¶ *De his ita scribit* B. Isidorus *lib. 7. Etymol. cap. 12. nomina illorum, & nominum causas exponens, ita inquiens.*

CLeros f & Clericos hinc appellatos credimus, quia Matthias g sorte electus est, quem primùm per Apostolos legimus ordinatum. Κλῆρος enim Græcè, sors Latinè, vel hæreditas dicitur. Propterea ergò dicti sunt Clerici, quia de sorte Domini sunt; vel quia Domini partem habent. Generaliter autem Clerici nuncupantur o-

a *Matth. 18.* b *Exod. 28. 1. Paral. 15. & 23.* c *Luc. 11.* d *Luc. 22.* e *Act. 6.* f *De officiis lib. 2. c. 1. Rabanus de instit. cler. lib. 1. c. 2.* g *Act. 1.*

mnes, qui in Ecclesia Christi deserviunt, quorum gradus, & nomina sunt hæc: Ostiarius, Psalmista, Lector, Exorcista, Acolythus, Subdiaconus, Diaconus, Presbyter, Episcopus. ¶ Ordo Episcoporum quadripartitus est, id est, in Patriarchis, Archiepiscopis, Metropolitanis, atq; Episcopis. Patriarcha, Græcâ linguâ, summus Patrum interpretatur: quia primum, id est, 1 Apostolicum retinet locum, & ideò, quia summo honore fungitur, tali nomine censetur, sicut Romanus, Antiochenus, & Alexandrinus. Archiepiscopus Græco dicitur vocabulo, quòd sit summus Episcoporum: tenet enim vicem Apostolicam, & præsidet tam Metropolitanis, quàm cæteris Episcopis. Metropolitani autem à mensura civitatum vocantur: singulis enim provinciis præeminent, quorum auctoritati & doctrinæ *a* cæteri Sacerdotes subjecti sunt, sine quibus nihil reliquos agere licet Episcopos: solicitudo enim totius provinciæ ipsis commissa est. Omnes autem superiùs designati ordines uno eodemque vocabulo Episcopi nominantur: sed ideò privato nomine quidam utuntur, propter distinctionem potestatum, quam singulariter acceperunt. Patriarcha Patrum princeps: Ἀρχὴ enim princeps: inde Archiepiscopus princeps Episcoporum, sicut Metropolitanus à mensura civitatum. ¶ Episcopatûs autem vocabulum inde ductum, quòd ille, qui efficitur *b* Episcopus, superintendat, scilicet curam gerens subditorum: Σκοπῶν enim Græcè, Latinè intendere dicitur. Episcopi autem Græcè, Latinè speculatores interpretantur: nam speculator est præpositus in Ecclesia dictus, eò quòd speculetur, & perspiciat populorum infra se positorum mores, & vitam. ¶ Pontifex princeps Sacerdotum est, quasi via sequentium. Ipse & summus Sacerdos, ipse & Pontifex maximus nuncupatur. Ipse enim efficit Sacerdotes, atque Levitas: ipse omnes ordines Ecclesiasticos disponit: ipse, quid unusquisque facere debeat, ostendit. Anteà autem qui Reges erant, & Pontifices erant. Nam majorum hæc erat consuetudo, ut Rex esset etiam Sacerdos & Pontifex. Unde & Romani Imperatores, Pontifices dicebantur. ¶ Vates à vi mentis appellatus est; cujus significatio multiplex est: nam modò Sacerdotem, modò Prophetam significat, modò Poëtam. ¶ Antistes Sacerdos dictus est, quòd antestat: Primus est enim in ordine Ecclesiæ, & supra se nullum habet. ¶ Sacerdos autem nomen habet compositum ex Græco & Latino, quasi sacrum dans: sicut enim Rex à regendo; ita Sacerdos à sacrificando vocatus est: consecrat enim, & sacrificat. Sacerdotes autem Gentilium, Flamines dicebantur. Hi in capite habebant pileum, in quo erat brevis virga, desuper habens lanæ aliquid, quod cùm propter æstum ferre non possent, filo tantùm capita religare cœperunt. Nam nudis penitùs eos capitibus incedere nefas erat. Unde à filo, quo utebantur, Flamines dicti sunt, quasi filamines. Verùm festis diebus filo deposito pileum imponebant, pro Sacerdotii eminentia. ¶ Presbyter Græcè, Latinè senior interpretatur: non modò pro ætate, vel decrepita senectute, sed etiam propter honorem & dignitatem, quam acceperunt, Presbyteri nominantur: unde 2 & apud veteres, iidem Episcopi & Presbyteri fuerunt; quia illud nomen dignitatis est, & non 3 ætatis. Ideò autem & Presbyteri Sacerdotes vocantur, quia sacrum dant, sicut Episcopi; qui licèt sint Sacerdotes, tamen Pontificatûs apicem non habent: quia nec chrismate frontem signant, nec paracletum Spiritum dant, quod solis deberi Episcopis, lectio Actuum *c* Apostolorum demonstrat. ¶ Levitæ ex nomine auctoris vocati. De Levi enim Levitæ exorti sunt, à quibus in templo Dei mystici Sacramenti ministeria explebantur. Hi Græcè Diaconi, Latinè Ministri dicuntur: quia sicut in Sacerdote consecratio, ita in Diacono ministerii *a* dispensatio habetur. ¶ Hypodiaconi Græcè, quos nos Subdiaconos dicimus, qui ideò sic appellantur, quia subjacent præceptis, & officiis Levitarum. Oblationes enim in templo Dei à fidelibus ipsi suscipiunt, & Levitis superponendas altaribus deferunt: hi apud Hebræos Nathinæi vocantur. ¶ Lectores à legendo, Psalmistæ à Psalmis canendis vocati: illi enim prædicant populis, quid sequantur; isti canunt, ut excitent ad compunctionem animos audientium: licèt & quidam Lectores ita miserabiliter pronuncient, ut quosdam ad luctum, lamentationemque compellant. Iidem etiam & pronunciatores vocantur, quòd potrò *b* annuncient. Tanta enim & tam clara eorum vox, ut quamvis longè positorum aures adimpleant. ¶ Cantor autem vocatus, quia vocem modulatur in cantu. Hujus duo genera dicuntur in arte Musica, sicut ea docti homines Latinè dicere potuerunt, Præcentor, & Succentor: Præcentor scilicet, qui vocem præmittit in cantu; Succentor autem, qui subsequenter canendo respondet. ¶ Concentor autem dicitur, quia consonat: qui autè non consonat, nec concinit, nec Cantor, nec Concentor erit. ¶ Acolythi *c* Græcè, Latinè ceroferarii dicuntur, à deportandis cereis, quando legendum est Evangelium, aut sacrificium offerendum: tunc enim accenduntur luminaria ab eis, & deportantur, non ad effugandas tenebras, dum Sol eodem tempore rutilet, sed ad signum lætitiæ demonstrandum, ut sub typo luminis corporalis, illa lux ostendatur, de qua in Evangelio legitur: *d* [*Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.*] ¶ Exorcistæ ex Græco in Latinum adjurantes, sive increpantes vocantur: invocant enim super Catechumenos, vel super eos, qui habent spiritum immundum, nomen Domini JESU, adjurantes per eum, ut egrediatur ab eis. ¶ Ostiarii iidem, & Janitores, qui in Veteri Testamento electi sunt ad custodiam templi, ut non ingrederetur in illud immundus in omni re. Dicti autem Ostiarii, quòd præsint ostiis templi. Ipsi enim tenentes clavem, omnia intùs, extraque custodiunt, atque inter bonos & malos habentes judicium, fideles recipiunt, & respuunt infideles.

1 ¶ Id est, Apostolicam] *Antè legebatur*, post Apostolicum. *Restituta est vera lectio, non modò ex Isidori, & veterum exemplarium Gratiani fide, sed ex ipsa ab Isidori allata ratione, qui Romanum, Antiochenum, & Alexandrinum, Patriarchas propterea vocat, quia Apostolicum locum tenent. Hoc idem B. Gregorius lib. 6. epist. 37. scribens Eulogio Alexandrino, declarat his verbis*: Itaque cùm multi sint Apostoli, pro ipso tamen principatu sola Apostolorum Principis sedes in auctoritate convaluit, quæ in tribus locis unius est. Ipse enim sublimavit sedem, in qua etiam quiescere, & præsentem vitam finire dignatus est. Ipse decoravit sedem, in qua Evangelistam discipulum misit. Ipse firmavit sedem, in qua septem annis, quamvis discessurus, sedit. *Atque hæc idem ait Anacletus, c. Sacrosancta. infrà, dist. 22.*

2 ¶ Unde & apud] *Restituta hæc sunt in locum suum, quo loco habentur apud sanctum Isidorum.*

3 ¶ Et non ætatis] *In originali est*, hoc ætatis, *& ita apud Hieronymum in epist. 13. ad Oceanum: sed ob glossam non est mutatum.*

C. II. ¶ *Romana Ecclesia à Christo primatum accepit.*

Item Anacletus *ad Episcopos Italiæ, epist. 2.*

IN *e* Novo Testamento post Christum Dominum à Petro Sacerdotalis cœpit ordo: quia ipsi primò Pontificatus in Ecclesia Christi datus est, Domino dicente ad eum: [*Tu es Petrus* f, *& super hanc petram ædificabo*

a *al. doctrina & potestati*] *orig.* b *superassicitur, superintendat.*] *orig. & Rab.* c *All. 1.*

a *al. mysterii.* b *al. populo.* c *Ivo part. 6. cap. 8.* d *Ioan. 1.* e *Anscl. l. 1. c. 1. Polyc. l. 1. c. 1. Ivo p. 3. cap. 1. Pann. l. 3. c. 22.* f *Matth. 16. & ult.*

Ecclesiam

Ecclesiam meam : & porta inferi non prævalebunt adversus eam : & tibi dabo claves regni cœlorum.] Hic ergò ligandi, atque solvendi potestatem primus accepit à Domino, primusque ad fidem populum virtute suæ prædicationis adduxit. Cæteri verò Apostoli cum eodem pari consortio honorem & potestatem acceperunt, ipsumque principem eorum esse voluerunt, qui etiam jubente Domino in toto orbe dispersi, Evangelium prædicaverunt. Ipsis quoque decedentibus, in locum eorum successerunt Episcopi : quorum ordinatio prætaxato debet fieri ordine & modo, quos qui recipit, & verba eorum, Deum recipit ; qui autem spernit eos, eum à quo missi sunt, & cujus legatione funguntur, spernit ; & ipse indubitanter spernetur à Domino. *Videntes* a *autem ipsi Apostoli messem esse multam, & operarios paucos, rogaverunt dominum messis, ut mitteret operarios in messem suam :* inde ab eis electi sunt LXXij. discipuli, quorum typum gerunt Presbyteri, atque in eorum locum sunt constituti in Ecclesia.

C. III. ¶ *Primatum Romanæ Ecclesiæ, non aliqua Synodus, sed Christus constituit.*
Item Gelasius urbis Romæ Episcopus *omnibus orthodoxis.*

Quamvis *b* universæ per orbem Catholicæ Ecclesiæ unus thalamus Christi sit, sancta tamen Romana, Catholica, & Apostolica Ecclesia ; nullis Synodicis constitutis, cæteris Ecclesiis prælata est, sed Evangelicâ voce Domini, & Salvatoris nostri primatum obtinuit : [*Tu es Petrus* c (inquiens) *& super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam : & portæ inferi non prævalebunt adversus eam. Et tibi dabo claves regni cœlorum ; & quodcunque solveris super terram, erit solutum & in cœlis.*] Cui data d est etiam societas beatissimi Pauli, vasis electionis, qui non diverso (sicut hæretici garriunt) sed uno tempore, uno eodemque die, gloriosâ morte cum Petro in urbe Roma sub Cæsare Nerone agonizans coronatus est, & pariter suprædictam sanctam Romanam Ecclesiam Christo Domino consecrârunt, eamque omnibus urbibus in universo mundo suâ præsentiâ, atque venerandô triumpho prætulerunt. Est ergo prima Petri Apostoli sedes Romana Ecclesia, non habens maculam, neque rugam, nec aliquid hujusmodi.

3 ps. *In his omnibus, quantò gradus celsior, tantò major auctoritas invenitur. In majoribus siquidem est regendi, & jubendi potestas : in minoribus obsequendi necessitas.*

C. IV. ¶ *Inferiorum facta, Superiorum sententiis obnoxia sunt.*
Unde Nicolaus Papa *ad Michaëlem Imperatorem, in epistola, cujus inscriptum est* [Proposuëramus.]

Inferior sedes superiorem absolvere non potest. Sola ergò potior inferiorem convenienter absolvit. Hinc liquidò providetur, quia quem non potest absolvere, nec potest judicio inferior potiorem ligare. *& infrà.* Unde Prophera ait: [*Numquid gloriabitur securis contra eum, qui secat in ea? aut exultabitur serra contra eum, qui trahit eam?*] His ita ex divina Scriptura, & probabilium Patrum doctrina commemoratis, sole clarius exhibuimus, non posse quemquam, qui minoris auctoritatis est, eum, qui majoris potestatis est, judiciis suis addicere, aut propriis definitionibus subjugare.

C. V. ¶ *De eodem.*
Idem *eâdem Epistolâ.*

Nolite nos existimare facta cujuscunque proximorum nostrorum, quæ sunt digna reprehensione, velle defendere, sed quòd ita velimus filios circa spiritualem patrem, & discipulos erga magistrum, devotos ac sobrios esse ; ut nullâ penitùs temeritate ad eorum vitam, ut non dicam dijudicandam, sed nec saltem tenuiter reprehendendam prosiliant.

C. VI. ¶ *Inferiores Majoribus nec benedicere, nec maledicere possunt.*
Idem Nicolaus Papa *eâdem epistolâ.*

Denique *a* si in Epistola legimus ad Hebræos *b*, quòd minor à majore benedicitur ; restat profectò, ut exigente ratione etiam maledicatur. Siquidem hæc utique præscientes periculosâ tempora illi, qui ante nos fuerunt, providam in Ecclesiis consuetudinem tradiderunt ; hodieque in Romana Ecclesia, quæ magistra est omnium Ecclesiarum, imprætermissa *c* servatur : ita ut nullus Sacerdos, majore suo non innuente *d* Consacerdote, cuilibet rei benedictionem *e* dare nitatur : sed anterior stans ad pronunciandam aliquam lectionem, benedictionem quidem postulat, sed ei quilibet inferior non audet penitùs benedicere. Cur hoc ? numquid benedicere peccatum est ? absit. De maledictis enim, non de benedictis dicit Apostolus *f*, quia regnum Dei non possidebunt : sed per hoc innuitur, quantæ censuræ freno inferiores quique à suis Præpositis judicandi, coërcendique sunt, si hi nec etiam benedicendi jus ullum penitùs obtineant.

C. VII. ¶ *De eodem.*
Idem *eâdem epistolâ.*

Nunc *g* autem divinâ inspiratione non nos pigebit, nec nobis impossibile erit, ostendere vobis (si tamen audire velitis) non posse quemquam ritè ab iis, qui inferioris dignitatis, vel ordinis sunt, judicialibus submitti definitionibus. Siquidem tempore Diocletiani, & Maximiani Augustorum, Marcellinus Episcopus urbis Romæ, qui posteà insignis Martyr effectus est, adeò compulsus est à Paganis, ut in templum eorum ingressus, grana thuris super prunas imponeret : cujus rei gratiâ collecto numerosorum Concilio Episcoporum, & inquisitione factâ, hoc idem Pontifex se egisse confessus est. Nullus tamen eorum proferre sententiam in eum ausus est, dum ei sæpissimè omnes perhiberent : Tuo ore judica causam tuam, non nostro judicio. Et iterum : Noli, ajunt, audiri in nostro judicio ; sed collige in sinu tuo causam tuam. Et rursus : Quoniam ex te, inquiunt, justificaberis, aut ex ore tuo condemnaberis. Et iterum dicunt : Prima sedes non judicabitur à quoquam. *Idem in eadem.* ¶ Sed & cùm quidam tempore quodam contra Xistum Papam tentâssent quædam mali *h* rumoris objicere, & in Concilio, cui & Valentinianus Augustus intererat, dictum fuisset : non licere adversùs Pontificem dare sententiam ; surrexit idem protinùs Imperator, & in arbitrio præfati Pontificis tribuit judicare judicium suum. Etenim nullus Pontificum, minorum, vel inferiorum urbium subactus judiciis invenitur.

C. VIII. ¶ *Majores à Minoribus judicari non possunt.*
Idem Nicolaus *eâdem epistolâ.*

Subjicitur Ignatius minorum, inferiorum, & subjectorum deliberationibus, cùm sacris canonibus præcipientibus, & exemplis sanctorum Patrum, semper, ubi est major auctoritas, sit eundum, & in omnibus controversiis, ad potioris sedis judicia actio *i* dirigatur. Quòd non solùm à catholicis, verùm etiam ab ipsis constat observatum hæreticis. Alioquin acephalum liquet esse Concilium, ubi de tanta persona agitur, & majorum non expectatur sententia : cùm nec in causa Clericorum

a *Luc. 10. Matth. 9.* b *In decretis cum 70. Episcopis. Polyc. l. 1. tit. 2. Anselm. l. 1. c. 69. Burchard. l. 3. c. 220. Pann. l. 2. c. 3.* c *Matth. 16.* d *Inf. dist. 22. c. sacrosancta. ex Anaci.*

a *Ansel. l. 7. cap. 144. Ivo part. 5. cap. 17. & part. 6. cap. 315.* b *Hebr. 7.* c *al. imprætermissa.* d *al. jubente.* e *al. benedicere nitatur.* f *Gal. 5.* g *Polyc. lib. 1. tit. 20. Anselm. l. 2. c. 67. al. 78. Ivo part. 1. cap. 2. Pann. l. 4. cap. 6.* h *al. non bona] erig.* i *erig. non habet.*

inferioris gradûs, solius Episcopi sui judicium tantummodò postulandum a sit.

C. IX. ¶ *Minorum sententiæ, Majores damnare non valent.*

Idem Nicolaus *eâd. epistolâ.*

IN b tantum hanc præsumptionem sancti Patres apud Chalcedonem detestati sunt, ut Dioscorum Alexandrinum Antistitem inter cætera, idcircò potissimùm sine ulla restitutione damnaverint, quia in contumacia 1 permanens erga primæ sedis Romanæ privilegium, relapsicere à suis superstitionibus, ut servaretur à prima sede Apostolica, noluit: & ponens * in cœlo os suum, & linguâ ejus transeunte super terram, excommunicationem in S. Leonem Papam dictavit; ita ut in sententia contra ipsum prolata, hoc videantur memorare præcipuè, dicentes: [Quoniam secundis excessibus priorem iniquitatem valde transcendit: Præsumpsit enim & excommunicationem dictare adversùs sanctissimum, & beatissimum Archiepiscopum magnæ Romæ Leonem.] Nunquid ibi legitur Inquisitionem fuisse factam, utrum justè, an injustè ipsam Dioscorus excommunicationem dictâsset? Non planè: sed absque omni controversia hoc in eo ulti sunt; quia cùm esset inferior, potiorem quibuslibet conatus est lacessere contumeliis, teste Anatolio Constantinopolitano Præsule, qui dicit c: [Propter fidem non est damnatus Dioscorus: sed quia excommunicationem fecit domino Archiepiscopo Leoni.]

1 ¶ In contumacia] *Hinc usque ad verb.* ponens, *addita sunt ex originali.*

DISTINCTIO XXII.

1 QUia ergò major à minori judicare non debet, videndum est, quo inter cæteras Ecclesias, primum locum, qua secundum, vel tertium obtineat. Romana Ecclesia (sicut supra dictum est) primum locum inter cæteras obtinet, Alexandrina secundum, Antiochena Ecclesia tertium ab ea locum accepit.

C. I. ¶ *Romana Ecclesia cæterarum primatum tenet.*

Unde Nicolaus Papa I. d *scribit Modoinenfibus per Petrum Damianum Legatum suum.*

OMnes e sive Patriarchii cujuslibet apices, sive Metropoleon primatus, aut Episcopatuum cathedras, vel Ecclesiarum cujuslibet ordinis dignitates instituit Romana Ecclesia. Illam verò solus ille fundavit, & super petram fidei mox nascentis erexit, qui beato æternæ vitæ clavigero terreni simul & cœlestis imperii jura commisit. Non ergò quælibet terrena sententia, sed illud verbum, per quod constructum est cœlum & terra, per quod denique omnia condita sunt elementa, Romanam fundavit Ecclesiam. Illius certè privilegio fungitur, cujus auctoritate fulcitur. Unde non dubium, quia quisquis cuilibet Ecclesiæ jus suum detrahit, injustitiam facit. Qui autem Romanæ Ecclesiæ privilegium ab ipso summo omnium Ecclesiarum capite traditum auferre conatur, hic proculdubiò in hæresim labitur; & cùm ille vocetur injustus, hic est proculdubiò dicendus hæreticus. Fidem quippe violat, qui adversùs illam agit, quæ mater est fidei: & illi contumax invenitur, qui eam cunctis Ecclesiis prætulisse cognoscitur. *& infrà.* ¶ Unde & ipse S. Ambrosius se in omnibus sequi magistram sanctam Romanam profitetur Ecclesiam.

C. II. ¶ *Non ab Apostolis, sed ab ipso Domino Romana Ecclesia primatum accepit.*

Item Anacletus *servus Christi Jesu ad omnes Episcopos, epistolâ 3. c. 3.*

SAcrosancta a Romana, & Apostolica Ecclesia non ab Apostolis, sed ab ipso Domino Salvatore nostro primatum obtinuit, & eminentiam potestatis super universas Ecclesias, ac totum Christiani populi gregem assecuta est: sicut ipse B. Petro Apostolo dixit b: (*Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adversus eam; & tibi dabo claves regni cœlorum, & quodcunque ligaveris super terram, erit ligatum & in cœlis.*) Adhibita c est etiam societas in eadem Romana urbe beatissimi Apostoli Pauli, vasis electionis, qui uno die, unoque tempore gloriosâ morte cum Petro sub Principe Nerone agonizans coronatus est, & ambo sanctam Ecclesiam Romanam consecraverunt, aliisque omnibus urbibus in universo mundo suâ præsentiâ, atque venerando triumpho prætulerunt. Et licèt pro omnibus assidua apud Deum omnium Sanctorum effundatur oratio; his tamen verbis Paulus beatissimus Apostolus d Romanis proprio chirographo pollicetur, dicens: [*Testis enim mihi est Deus, cui servio in spiritu meo in Evangelio Filii ejus; quòd sine intermissione memoriam vestri facio semper in orationibus meis.*] ¶ Prima e ergo sedes est cœlesti beneficio Romana Ecclesia, quam (ut memoratum est) beatissimi Petrus & Paulus suo martyrio consecrârunt. Secunda autem sedes apud Alexandriam, B. Petri nomine à Marco ejus discipulo atque Evangelista consecrata est: quia 1 & ipse in Ægypto primum verbum veritatis, directus à Petro, prædicavit, & gloriosum suscepit martyrium; cui venerabilis successit Abilius. Tertia verò sedes apud Antiochiam ejusdem, id est, beati Petri Apostoli nomine habetur honorabilis: quia illic, priusquam Romam veniret, habitavit, & Ignatium Episcopum constituit; & illic primùm nomen Christianorum novellæ gentis exortum est. *& post pauca.* f ¶ Inter beatos Apostolos quædam fuit discretio g potestatis: & licèt omnes essent Apostoli, Petro tamen à Domino concessum est (& ipsi inter se idipsum voluerunt) ut reliquis omnibus præesset Apostolis, & Cephas 2, id est, caput & principium teneret Apostolatûs; qui & eandem formam suis successoribus, & reliquis 3 Episcopis tenendam tradiderunt. Et non solùm hoc in Novo Testamento est constitutum, sed etiam in Veteri fuit: unde scriptum h est: [*Moysi, & Aaron in sacerdotibus ejus,*] id est, primi inter eos fuerunt. *& post pauca.* ¶ Hæc verò Apostolica i sedes, cardo, & caput (ut præfatum est) omnium Ecclesiarum à Domino, & non ab alio est constituta: & sicut cardine ostium regitur, sic hujus sanctæ sedis auctoritate omnes Ecclesiæ (Domino disponente) reguntur.

1 ¶ Quia] *Hinc usque ad verb.* Tertia. *addita sunt ex originali: quem ad modum & alia nonnulla.*

2 ¶ Cephas] *In Evangelium Joannis c. 1. Cephas (quæ vox Syriaca est) exponitur* ΚΕΦΑΣ, *quod Græcè petram significat: idq; docet etiam B. Hieronymus in comm. epist. ad Galatas, cap. 2. neque credendum est Hegesippum Anacletum: sed voluisse eum destinem ad Græcam linguam eo tempore notissimam referre. Quod fecit Cyrillus Hierosolymitanus, catechesi decimâ, in nomine, Jesus, non modò Hebraicam, sed etiam Græcam illi etymologiam tribuens.*

a *al. præstolandum.* b *Polyc. l. 1. tit. 20. Ansf. l. 2. cap. 63. Ivo p. 3. c. 1. Pann. l. 4. c. 6. & 7.* * *Psal. 72.* c *In Concilio Chalcedonen. actione 3.* d *junior.*] *Ansf.* e *Anselm. l. 1. c. 63. al. 64.*

a *Lib. 3. de Sacramentis, cap. 1. In præfatione Concilii Nicæni. Polycarp. l. 1. tit. 2. Ansel. l. 1. cap. 2. & 61. Ivo p. 3. c. 2. & 28. Pannorm. l. 4. cap. 2.* b *Matth. 16.* c *sup. dist. 21. cap. quamvis.* d *Roman. 1.* e *Pannorm. l. 4. cap. 3.* f *Polyc. lib. 1. tit. 1. Ansel. lib. 1. cap. 7. Burch. l. 1. cap. 149. Ivo part. 3. cap. 166.* g *al. discretio, & licèt.* h *Psal. 98.* i *Polyc. l. 1. titul. 1. Anselm. l. 1. c. 2. Burch. l. 1. cap. 178. Ivo part. 3. cap. 194.*

Atqui

Atque hoc ipsum nomen Cephas, Optatus Afer, antiquus, & probatus auctor, quem Hieronymus, & Augustinus magni faciunt, libro secundo, eodem modo, quo Anacletus, accepit, his utens verbis: Igitur negare non potes, scire te in urbe Roma, Petro primò cathedram Episcopalem esse collatam, in qua sederit omnium Apostolorum caput Petrus: unde & Cephas appellatus est. *Et Isidorus lib. 7. Etym. cap. 9. sic de Petro loquitur:* Cephas dictus, eò quòd in capite sit constitutus Apostolorum. Κεφαλὴ enim Græcè caput dicitur. *Verùm apud Burchardum & Ivonem sic habetur:* ut reliquis omnibus præesset Apostolis Cephas; id est, ut Petrus principatum teneret Apostolarùs.

3 ¶ Et reliquis] *In originali est*, & reliquis Apostoli Episcopis.

¶ *Hâc auctoritate Alexandrina Ecclesia secundum à prima locum habere censetur. Sed posteà in Constantinopolitana Synodo, Ecclesia Constantinopol. secundum à sede Apostolica locum accepit.*

C. III. ¶ *Secundum à Romana Pontifice Constantinopolitanus obtinet locum.*

Unde in eadem Synodo, id est, Constantinop. I. *c. 1. ita constitutum est.*

COnstantinopolitanæ a civitatis Episcopum habere oportet primatûs honorem post Romanum Episcopum: propterea quòd sit nova Roma.

¶ *Canon hic ex eo est, quos Apostolica Romana sedes à principio, & longo post tempore non recepit: quod ex epistola 31. aliàs 33. Leonis Papæ primi ad Anatolium Constantinopolitanum, & aliis ejusdem epistolis, facilè est cuivis cognoscere: utrumq; ex duabus epistolis Leonis IX. una ad versus præsumptiones Michaelis, & Leonis, cap. 21. altera ad eundem Michaelem. Sed multò clarius ex B. Gregorii epistola 31. lib. 6. ad Eulogium Alexandrinum, & Anastasium Antiochenum: atque ex epistola Nicolai primi ad Michaelem Imperatorem, qua incipit,* Proposueramus. *Quanquam Constantinopolitani Episcopi, Imperatorum potentiâ freti, secundum locum Patriarchalium sedium sibi usurpârunt: idq; tandem pacu, & tranquillitatis causâ fuit ipsis concessum, sicut in cap. antiqua, de privileg. Innocentius Papa III. declaravit.*

C. IV. ¶ *Apostolicæ sedi Constantinopolitanam constat esse subjectam.*

Item Gregorius *Ioanne Episcopo Syracusano, lib. 7. epist. 63.*

DE b Constantinopolitana Ecclesia quod dicunt, quis eam dubitet sedi Apostolicæ esse subjectam? quod & D. piissimus Imperator, & frater noster Eusebius, ejusdem civitatis Episcopus assiduè profitentur. Tamen si quid boni vel ipsa, vel altera Ecclesia habet, ego & minores meos, quos ab illicitis prohibeo, in bono imitari paratus sum. Stultus est enim, qui in eo se primum existimat, ut bona, quæ viderit, discere contemnat. *Idem eodem, epist. 64.* Nam quòd Primas Byzacenus sedi Apostolicæ dicit se subjici c. si qua culpa in Episcopis invenitur, nescio quis e ei subjectus non sit: cùm verò culpa non exigit, omnes secundùm rationem humilitatis æquales sumus.

Hoc caput sumptum est ex duabus epistolis eidem Ioanni Episcopo Syracusano scriptis: sed in epist. 63. ex qua accepta est prior pars, agitur de Constantinopolitana Ecclesia: in sequenti verò 64. agitur de Primate Byzacæno provinciæ Africæ, non autem Constantinopolitano, quod videntur & Gratianus, & Anselmus, apud quem eodem modo legitur, voluisse: additis fortasse summulâ illâ, quæ præfixa est epistolæ Gregorii. Auctor quidem glossæ, quod Gratianum putavit sensisse, apertè exposuit.

a *Ex presia versione. Polyc. l. 2. tit. 22.* b *Anselm. l. 2. cap. 66.* c *al. es Episcopus subjectus.*

C. V. ¶ *Constantinopolitanus Episcopus auctoritate Romani Pontificis deponitur.*

Item Gelasius Papa I. *ad Faustum magistrum legationis.*

QUâ a traditione majorum, Apostolicam sedem in judicium vocant? An secundæ sedis Antistites, & tertiæ, cæteriq; benè sibi conscii Sacerdotes depelli debuerunt, & qui religionis extitit inimicus, depelli non debuit? Viderint ergò, si alios habent canones, quibus suas ineptias exequantur. Cæterùm isti, qui sacri, qui Ecclesiastici, qui legitimi celebrantur, sedem Apostolicam ad judicium vocare non possunt: & Constantinopolitanæ civitatis Episcopus, qui utiq; per canones inter sedes nullum nomen accepit, in communionem recidens perfidorum, non debuit submoveri?

C. VI. ¶ *Constantinopolitana Ecclesia secundum à Romana obtinet locum.*

Item ex 6. Synodo sub Iustiniano congregata, cap. 36.

RENovantes 1 sancti Constantinopolitani decreta Concilii, petimus b, ut Constantinopolitana sedes similia privilegia, quæ superior 2 Roma habet, accipiat, necnon 3 in Ecclesiasticis rebus magnificetur, ut illa: sed hæc secunda post illam existens, priùs quàm Alexandrina sedes numeretur; deinde Antiochena, & post eam Hierosolymitana.

Hinc datur intelligi, quòd Alexandrina Ecclesia de secunda facta sit tertia, & Antiochena de tertia sit quarta: nisi fortè quis duas contendat esse secundas, ut Constantinopolitanam, & Alexandrinam parem sua dignitatis velit locum obtinere.

2 ¶ Renovantes] *Hîc agitur de quinto illo canone primæ Synodi Constantinopolitanæ, de quo supra eod. c.* Constantinopolitanæ, *dictum fuit Et quod attinet ad omnes hos canones, quos sexta Synodo tribuuntur, videnda est notatio ad c.* sextam, *supra 16. dist.*

1 ¶ Superior] *Ita habetur in aliquot vetustis Exemplaribus: nam in vulgato erat,* inferior. *Græcè est,* τῆς πρεσβυτέρας ῥώμης, id est, antiquioris, vel senioris Romæ, *ut infrà c.* proximo. *Omninò autem caput hoc longè brevius est in hac versione, quàm in Græco exemplari, uno tantùm loco copiosius, quòd Antiochenam numerat sedem, cujus in Græco vulgato nulla mentio.*

3 ¶ Necnon] *Sic emendatum est ex aliquot manuscriptis, & Græco: anteà enim legebatur,* non tamen.

C. VII. ¶ *Quæ Patriarchalium sedium primum, vel deinceps teneat locum.*

Unde in 8. Synodo, *habita sub Hadriano Papa II. can. 21.*

DIffinimus c, neminem prorsus mundi potentum, quenquam eorum, qui Patriarchalibus præsunt sedibus, inhonorare, aut movere à proprio throno tentare, sed omni reverentiâ, & honore dignos judicare, præcipuè quidem sanctissimum Papam senioris Romæ, deinceps autem Constantinopoleos Patriarcham, deinde verò Alexandriæ, ac Antiochiæ, ac Hierosolymorum.

DISTINCTIO XXIII.

1 ps BReviter, qua inter Ecclesiastica officia sit differentia, monstravimus. Nunc à supremo incipientes, & usque ad ultimum gradum descendentes, qualiter quisque eorum debeat ordinari, sanctorum auctoritatibus ostendamus.

C. 1. ¶ *Decretum Nicolai Papæ de electione summi Pontificis.*

Unde Nicolaus Papa II. *in Concil. Lateranensi.*

a *Ivo p. 1. c. 9.* b *id est, statuimus.* c *Deusdedit p. 3. Anselm. l. 2. c. 72.*

ἀρχιερέως

IN a nomine Domini nostri, & Salvatoris Jesu Christi. Anno ab incarnatione ejusdem M L IX. mense Aprili, Indictione xij. propositis sacrosanctis Evangeliis, præsidente quoque reverendissimo b, ac beatissimo Nicolao Apostolico Papâ, in basilica Lateranensis Patriarchii, quæ cognominatur Constantiniana, confidentib. etiam reverendissimis Episcopis, Abbatibus, Presbyteris, Diaconis; idem venerabilis Pontifex, auctoritate Apostolicâ, decernens de electione summi Pontificis, inquit. ¶ Novit beatitudo vestra, dilectissimi fratres, & Coepiscopi, inferiora quoque membra Christi non latuit, defuncto piæ memoriæ Domino Stephano prædecessore nostro, hanc Apostolica sedes, cui, auctore Deo, deservio, quot adversa pertulerit, quot denique per Simoniacæ hæresis trapezitas repetitis malleis, crebrisque tunsionibus subjacuerit: adeò, ut columna Dei viventis jamjam penè videretur concussa nutare, & sagena summi piscatoris, procellis intumescentibus cogeretur in naufragii profunda submergi. Unde, si placet fraternitati vestræ, debemus, auxiliante Deo, futuris casibus prudenter occurrere, & Ecclesiastico statui, ne recidiva c (quod absit) mala prævaleant, prævavere. Quapropter instructi prædecessorum nostrorum, aliorumque sanctorum Patrum auctoritate, decernimus, atque statuimus, ut obeunte hujus Romanæ universalis Ecclesiæ Pontifice, inprimis Cardinales Episcopi diligentissimè simul de electione tractantes, mox Christi d Clericos Cardinales adhibeant: sicque reliquus Clerus & populus ad consensum novæ electionis accedat, nimirum præcaventes, ne venalitatis morbus aliquâ occasione subrepat. Et ideò religiosissimi viri præduces sint in promovenda Pontificis electione, reliqui autem sequaces. Certus verò atque legitimus hinc electionis ordo perpenditur, si perspectis diversorum Patrum regulis, sive gestis, etiam illa B. Leonis prædecessoris nostri sententia recolatur. [Nulla e, inquit, ratio sinit, ut inter Episcopos habeantur, qui nec à Clericis sunt electi, nec à plebibus expetiti, nec à comprovincialibus Episcopis cum Metropolitani judicio consecrati.] Quia verò sedes Apostolica cunctis in orbe terrarum præfertur Ecclesiis, atque ideò super se Metropolitanum habere non potest, Cardinales Episcopi proculdubiò Metropolitani vice funguntur, qui videlicet electum Episcopum ad Apostolici culminis apicem provehant. Eligatur autem de ipsius Ecclesiæ gremio, si reperitur idoneus, vel si de ipsa non invenitur, ex alia assumatur: salvo debito honore & reverentiâ dilecti filii nostri Henrici, qui impræsentiarum Rex habetur, & futurus Imperator, Deo concedente, speratur, sicut jam sibi concessimus, & successoribus illius, qui ab hac Apostolica sede personaliter hoc jus impetraverint. Quòd si pravorum, atque iniquorum hominum ita perversitas invaluerit, ut pura, sincera, atque gratuita fieri in urbe non possit electio, Cardinales Episcopi cum religiosis Clericis, catholicisq; Laicis, licèt paucis, jus potestatis obtineant, eligere Apostolicæ sedis Pontificem, ubi congruere viderint. Planè, postquam electio fuerit facta, si bellica tempestas, vel qualiscunque hominum conatus malignitatis studio restiterit, ut is, qui electus est, in Apostolica sede juxta consuetudinem inthronizari non valeat: electus tamen, sicut verus Papa, obtineat auctoritatem regendi Romanam Ecclesiam, & disponendi omnes facultates illius: quod beatum Gregorium ante suam consecrationem fecisse cognovimus. Quòd si quis contra hoc nostrum decretum Synodali sententiâ promulgatum, per seditionem, vel præsumptionem, aut quolibet ingenio electus, aut etiam ordinatus, seu inthronizatus fuerit, authoritate divinâ, & sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, perpetuo anathemate cum suis auctoribus, fautoribus, & sequacibus, à liminibus sanctæ Dei Ecclesiæ separatus abjiciatur, sicut Antichristus, invasor, & destructor totius Christianitatis: nec aliqua f super hoc ei audientia reservetur: sed ab omni Ecclesiastico gradu, in quocunque fuerat prius, sine retractatione deponatur: cui quisquis adhæserit, vel qualemcunque tanquam Pontifici reverentiam exhibuerit, aut in aliquo eum defendere præsumpserit, pari sententiâ h sit mancipatus. Quisquis autem hujus nostræ decretalis sententiæ temerator extiterit, & Romanam Ecclesiam suâ præsumptione confundere, & conturbare contra hoc statutum tentaverit, perpetuo anathemate, atque excommunicatione damnetur, & *cum impiis, qui* d *non resurgent in judicio*, reputetur, Omnipotentis iram contra se sentiat, & sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, (quorum Ecclesiam præsumit confundere) in hac vita, & in futura furorem sentiat: *fiat* e *habitatio ejus deserta, & in tabernaculis ejus non sit, qui inhabitet: fiant* f *filii ejus orphani, & uxor ejus vidua: commotus amoveatur ipse, & filii ejus, & mendicent, & ejiciantur de habitationibus suis: scrutetur fœnerator omnem substantiam ejus, & diripiant alieni labores ejus: orbis* g *terrarum pugnet contra eum, & cuncta elementa sint ei contraria*, & omnium Sanctorum quiescentium merita illum confundant, & in hac vita super eum apertam vindictam ostendant. Observatores autem hujus nostri decreti, omnipotentis Dei gratia protegat, & auctoritas beatorum Apostolorum Petri & Pauli ab omnium peccatorum vinculis absolvat.

¶ *Hujus decreti integrum exemplum est in vetustissimo libro Abbatiæ monasterii Farfensis, literis Langobardicis ante annos penè quingentos scripto, & alibi.*

2 pars. *Episcopi verò, & cæteri ordines infrà constituti, qualiter ordinari debeant, ex auctoritate Carthaginensis Concilii quarti, cap. 1. cui interfuit Augustinus, tempore Honorii Augusti, ostendamus, ab eorum examinatione incipientes.*

C. 11. ¶ *Quomodo sit examinandus, qui in Episcopum eligitur.*

QUi b Episcopus ordinandus est, antèa examinetur, si naturâ sit prudens, si docibilis, si moribus temperatus, si vitâ castus, si sobrius, si semper suis negotiis cavens, si humilis, si affabilis, si misericors, si literatus, si in lege Domini instructus, si in Scripturarum censib. cautus, si in dogmatibus Ecclesiasticis exercitatus: & ante omnia, si fidei documenta verbis simplicibus asserat, id est, Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum unum Deum esse confirmans, totamq; Trinitatis Deitatẽ coëssentialem, & consubstantialem, & coæternalem, & coomnipotentem prædicans; si singulas i quasque in Trinitate personas plenum Deum, & totas tres personas unum Deum; si incarnationem divinam non in Patre, neque in Spiritu sancto factam, sed in Filio tantùm credat; ut qui erat in divinitate Dei Patris Filius, ipse fieret in homine hominis matris filius, Deus verus ex Patre, homo verus ex matre, carnem ex matris visceribus habens, & animam humanam rationalem, simulque in eo veritas utriusque naturæ, idem Deus & homo, una persona, unus Filius, unus Christus, unus Dominus creator omnium, quæ sunt, & auctor, Dominus, & rector cum Patre, & Spiritu Sancto omnium creaturarum: qui passus sit verâ carnis passione; mortuus verâ corporis sui morte; resurrexit verâ carnis suæ resurrectione k, & verâ animæ resumptione, in qua veniet judicare vivos

a *Paum. l. 3. c. 1.* b *al. reverentissimo.* c *al. redis viva.* d *al. Episcopi.* e *inf. dist. 62. c. Nulla ratio.*

a *al. aliquando.* b *al. sententia.* c *al. nostri.* d *Psalm. 1.* e *Psalm. 68.* f *Psalm. 108.* g *Sap. 5.* h *Ordo Romanus pag. 95. Burchard. lib. 1. cap. 8. Ivo part. 3. cap. 82. Polyc. l. 2. tit. 9.* i *al. singulam quamque personam.* k *al. receptione.*

& mor-

& mortuos. Quærendum etiam ab eo, si Novi & Veteris Testamenti, id est, Legis & Prophetarum, & Apostolorum unum eundemque credat auctorem Deum; si diabolus non per conditionem, sed per arbitrium factus sit malus. Quærendum etiam ab eo, si credat hujus, quam gestamus, & non alterius, carnis resurrectionem, si credat judicium futurum, & recepturos singulos pro his, quæ in carne gesserunt, vel pœnas, vel præmia *a*; si nuptias non prohibeat *b*; si secunda matrimonia non damnet; si carnium perceptionem non culpet; si pœnitentibus reconciliatis communicet; si in Baptismate omnia peccata, id est, tam illud originale contractum, quàm illa, quæ voluntariè admissa sunt, dimittantur; si extra Ecclesiam catholicam nullus salvetur. Cùm in his omnibus examinatus, fuerit inventus plenè instructus, tunc cum consensu Clericorum, & Laicorum, & conventu totius provinciæ Episcoporum, maximeque Metropolitani vel auctoritate, vel præsentiâ ordinetur Episcopus. Susceptio in nomine Christi Episcopatu, non suæ delectationi, nec suis motibus, sed his Patrum definitionibus acquiescat 1.

¶ *Caput hoc integrum extat in ordine Romano, additis ad initium his verbis,* Statuta Ecclesiastica; *cui simulem titulum totus Carthaginensi quarto Concilio esse præpositum in aliquot vetustis codicibus, testantur illi, qui tomos Conciliorum ediderunt.*

1 ¶ Acquiescat.] *Post hoc verbum tam in Concilio, quàm in ordine sequitur.* In cujus ordinatione etiam ætas requiratur, quam sancti Patres in præeligendis Episcopis constituerunt.

C. III. ¶ *Quales esse debeat Clericorum conversatio.*

Item Isidorus, *de Ecclesiasticis officiis, lib. 2. c. 2.*

2 His *c* igitur lege Patrum cavetur, ut à vulgari vita secessi, à mundi voluptatibus sese abstineant; non spectaculis, non pompis intersint; convivia publica fugiant; privata non tantùm pudica, sed & sobria colant; usuris nequaquam incumbant, neque turpium occupationes lucrorum, fraudisque cujusquam studium appetant; amorem pecuniæ, quasi materiam cunctorum criminum, fugiant, & seculares officia, negotiaque abjiciant; honoris gradus per ambitiones non subeant; pro beneficiis medicinæ Dei munera non accipiant; dolos & conjurationes caveant; odium, æmulationem, obtrectationem, atque invidiam fugiant; non vagis oculis, non effræni linguâ, aut petulanti, fluidoque *d* gestu incedant, sed pudorem, & verecundiam mentis simplici habitu, incessuque ostendant; obscœnitatem etiam verborum, sicut & operum, penitùs execrentur; viduarum, & virginum frequentationem *e* fugiant; contubernia extranearum fœminarum nullatenus appetant; castimoniam quoque inviolati corporis perpetuò conservare studeant; aut certè unius matrimonii vinculo fœderentur; senioribus quoque debitam obedientiam præbeant; neque ullo jactantiæ studio semetipsos attollant: postremò doctrinæ lectionibus, psalmis, hymnis, canticis, exercitio jugiter *f* incumbant. Tales enim debent esse, qui divinis cultibus se mancipandos studeat exhibere, scilicet, ut dum scientiæ operam dant, doctrinæ gratiam populis administrent.

C. IV. ¶ *Qui dignè Sacramenta tractare non possunt, ad ministerium non eligantur devenum.*

Item Clemens *ad Iacobum fratrem Domini, epist. 2.*

Tales *g* ad ministerium eligantur Clerici, qui dignè possint dominica Sacramenta tractare. Melius est enim Domini Sacerdoti paucos habere ministros, qui possint dignè opus Dei exercere, quàm multos inutiles, qui onus grave ordinatori adducant.

C. V. ¶ *Si electo in Episcopum aliqua objiciuntur, quinque vel sex Episcopi ad ejus purgationem conveniant.*

Item ex Concilio Carthaginensi 3. *c. 40.* *

Illud *a* statuendum est, ut quando ad eligendum Episcopum convenerimus, si qua contradictio fuerit oborta, (quia sæpè talia facta sunt apud nos) non præsumant ad purgandum eum, qui ordinandus est, tres tantùm *b*, sed postulentur ad numerum supradictorum duo, vel tres, & in eadem plebe, cui ordinandus est, discutiantur primò personæ contradicentium: postremò illa etiam, quæ objiciuntur, pertractentur, & cùm purgatus fuerit sub conspectu publico, ita demum ordinetur. Si hoc cum vestræ sanctitatis animo concordat, roboretur vestræ dignitatis *c* responsione. Ab universis Episcopis dictum est: Satis placet.

C. VI. ¶ *Vota suæ promissionis spondeant, quos Ecclesiastica promovet disciplina.*

Item ex Concilio Toletano II. *c. 10.*

Quanquam *d* omnes, qui sacris mancipantur ordinibus, canonicis regulis teneantur adstricti, expedibile tamen est, ut promissionis suæ vota sub cautione spondeant, quos ad promotionis gradus Ecclesiastica probat *e* disciplina. Solet enim plùs timeri, quod singulariter pollicetur, quàm quod generali sponsione concluditur. Et ideò placuit huic sancto Concilio, ut unusquisque, qui ad Ecclesiasticos gradus est ascensurus, non antè honoris consecrationem accipiat, quàm placiti *f* sui adnotatione promittat, ut fidem catholicam sincerâ cordis devotione custodiens, juste, & piè vivere debeat, & in nullis operibus suis canonicis regulis contradicat, atque ut debitum per omnia honorem, atque obsequii reverentiam præeminenti sibi unusquisque dependat, juxta illud beati Leonis *g* Papæ edictum: [Qui se scit aliquibus esse præpositum, non molestè ferat aliquem sibi esse prælatum: sed obedientiam, quam exigit, etiam ipse dependat.] Pœna etiam *h* juxta Ecclesiasticæ consuetudinis morem, & placitis talium inferenda *i*, & ab iis, qui transgressores fuerint, persolvenda est.

C. VII. ¶ *Qualiter ordinetur Episcopus. Debeat diffiniri, qualiter Ecclesiastica officia ordinantur,* in Concilio Carthagin. 4. *c. 2.*

Episcopus *k* cùm ordinatur, duo Episcopi ponant, & teneant Evangeliorum codicem super caput, & cervicem ejus, & uno super eum fundendo benedictionem, reliqui omnes Episcopi, qui adsunt, manibus suis caput ejus tangant.

C. VIII. ¶ *Qualiter ordinetur Presbyter.*

Presbyter *l* cùm ordinatur, Episcopo eum benedicente, & manum super caput ejus tenente, etiam omnes Presbyteri, qui præsentes sunt, manus suas juxta manum Episcopi super caput illius teneant. Sicut autem in die suæ ordinationis Sacerdos orario, utroque humero ambitur; ita tempore consecrationis, eodem orario debet uti instanter.

a *al.* gloriam. b *al.* improbet. c *Refertur in Conc. Mogunt. l. 1. c. 10.* d *al.* tumido & grosso. e *al. visitationes frequentissimas.* f *al.* jugi. g *Polyc. l. 4. tit. 31.*

* *Et in Concil. Afric. cap. 17.* a *Polyc. l. 2. tit. 8. Ansel. lib. 6. cap. 65. Burch. lib. 1. cap. 6. Ivo part. 3. cap. 60.* b *al. tantùm accedere.* c *al. dignationis.* d *Ansel. lib. 7. cap. 88.* e *al. provehit.* f *al. placita sibi.* g *epist. 22. ad Anastasium Thessal. Episcopum.* h *al. tamen.*] *erig.* i *al. inferenda.* k *Ordo Romanus, pag. 100. Polyc. lib. 2. tit. 9. Ansel. lib. 3. cap. 49. al. 53. Ivo part. 3. cap. 124. Pann. lib. 3. cap. 11.* l *Ex eod. Concilio, cap. 3. Polyc. lib. 2. tit. 32. Ansel. lib. 7. cap. 53. Ivo p. 6. cap. 12. Pannorm. lib. 3. cap. 33.*

C. IX. ¶ *Quod quisque accepit tempore consecrationis, ferat tempore oblationis.*

Unde in Concilio Bracharensi III. *c.3. legitur.*

Ecclesiasticâ, & antiquâ institutione præfixum novimus, ut omnis Sacerdos, cùm ordinatur, orario utroque humero ambiatur: scilicet, ut qui imperturbatus præcipitur consistere inter prospera & adversa, virtutum semper ornamento, utroque circumseptus appareat humero. Quâ ergò ratione tempore sacrificii non assumit, quod se in Sacramento accepisse non dubitat? Proinde modis omnibus convenit, ut quod quisque percepit in consecratione honoris, hoc retineat & in oblatione, vel perceptione suæ salutis: scilicet, ut cùm Sacerdos ad solennia Missarum accedit, aut per se Deo sacrificium oblaturus, aut Sacramentum corporis & sanguinis Domini nostri Jesu Christi sumpturus, non aliter accedat, quàm orario utroque humero circumseptus: sicut & tempore ordinationis suæ dignoscitur consecratus, ita ut de uno eodemque orario cervicem pariter & utrumque humerum premens, signum in suo pectore præparet a crucis. Si quis autem aliter egerit, excommunicationi debitæ subjaceat.

4 ps. *Dalmaticâ autem nec Episcopi, nec Diaconi absque Apostolicæ licentiæ usu permittatur.*

C. X. ¶ *Absque Apostolicæ licentia Dalmatici nec Episcopi, nec Diaconi uti licet.*

Unde Gregorius *Aregio Episcopo Francorum. lib. 7. epist. 111.*

Communis b filius Petrus Diaconus nobis innotuit, quòd fraternitas vestra tempore, quo hic fuit, popposcerit, ut sibi & Archidiacono suo utendi Dalmaticis licentiam præberemus. Sed qui ita, hominum suorum infirmitate compulsus, festinanter abscessit, ut nec ipse mœror incumbens diutiùs (ut dignum erat, & res desiderata poscebat) sineret permanere, & nos in multis implicitos, ut Ecclesiasticæ rationis est consideratio, novum hoc inconsulte, & subitò non permitteret indulgere; idcircò postulatæ rei prolongatus effectus est. Nunc verò charitatis tuæ bona revocantes ad animum, hujus auctoritatis nostræ serie, petita concedimus, atque te, & Archidiaconum tuum Dalmaticarum usu decorandos esse concessimus, easdemque Dalmaticas dilectissimo filio nostro Cyriaco Abbate deferente transmisimus.

C. XI. ¶ *Qualiter ordinetur Diaconus.*

Diaconus c dum ordinatur, solus Episcopus, qui eum benedicit, manum super caput illius ponat: quia non ad Sacerdotium, sed ad ministerium consecratur.

1 ps. *Quæritur autem, an post benedictionem manus Presbyterorum, & Diaconorum chrismatis liquare debeant perungi.*

C. XII. ¶ *Nec Presbyteris, nec Diaconis in consecratione, chrismate manus perungere licet.*

De his ita scribit Nicolaus Papa I. *Radulpho Archiepiscopo Bituricensi.*

Præterea d scisciatis, utrum solis Presbyteris, an & Diaconis debeant, cùm ordinantur, manus chrismatis liquore perungi? Quod in sancta hac Romana Ecclesia, cui Deo auctore deservimus, neutris agitur. Sed & quia sit à novæ legis ministris actum, nusquam (nisi nos fallat oblivio) legimus. Ergò ad B. Innocentii e Papæ canonica decreta sanctitatem tuam transmittimus & quæ tibi sint in consecrationibus, & ordinibus f observanda, principia paginæ ad Decentium Eugubinum Episcopum missæ, te statim edocebunt.

C. XIII. PALEA.

Ex 1 epistola a Simplicii Papæ Severo, & Florentino Episcopis directa. Ad cognitionem nostri examinis, Gabrenensis Diaconi relatu, pervenit de quibusdam ipsius Ecclesiæ Clericis, quorum cùm unus ad Presbyterium, duo ad Levitarum ministerium consecrarentur, Episcopus eorum, oculorum dolore detentus, fertur manum suam super eos tantùm posuisse, & Presbyterum quendam illis contra Ecclesiasticum ordinem benedictionem dedisse: qui propter tantam præsumptionis audaciam poterat accusatus judicio præsenti damnari, si adhuc in corpore positus, non fuisset mortis vocatione præventus. Sed quia jam ille examini divino relictus est, humano judicio accusati non potest; ii, qui supersunt, & ab eo non consecrationis titulum, sed ignominiæ potiùs elogium acceperunt, ne sibi licentiam talis ultra usurpatio faciat, decrevimus, ut à gradu Sacerdotalis, vel Levitici ordinis, quem perversè adepti sunt, depositi, æquo judicio abjiciantur. Tales enim meritò judicati sunt removendi, quia pravè inventi sunt constituti.

1 ¶ Ex epistola] *Hæc Palea in nullo manuscripto exemplari est inventa. Burchardus, & Ivonianæ hoc caput, quod incipit,* Ad cognitionem, *referunt aliud quoddam caput, quod incepit,* Relatio, *ex epistola Simplicii missâ Equitio Florentio, (sive Florentino) & Severo Episcopis. Quamobrem inde potest hæc esse translatus titulus. Cæterum caput hoc à Burchardo citatur ex Concilio Brach. ab Ivone in quinta quidem part. c.213. ex Carthaginensi, in sexta verò c.102. ex Hispalensi 2. cap.3. quo etiam loco extat; & sequens caput,* Quorundam, *est quasi hujus summa.*

Item quæritur, an eorum ordinatio sit rata habenda, quibus Episcopus, oculorum languore detentus, manus imponit, & Presbyter super eos orationem dicit.

C. XIV. ¶ *Et Ordinator, & ordinatus damnationis subeat pœnam, cùm Episcopus manum imponit, & alius orationem dicit.*

De his ita statutum est in Concilio b Toletano.

Quorundam c Clericorum, dum unus ad Presbyterium, duo ad Levitarum ministerium sacrarentur, Episcopus oculorum dolore detentus, fertur manum suam super eos imposuisse tantùm, & Presbyterum quendam illis contra Ecclesiasticum ordinem benedictionem dedisse. Sed quia jam ille examini divino relictus, humano judicio accusari non potest; ii, qui supersunt, gradum Sacerdotii, vel Levitici ordinis, quem perversè adepti sunt, amittant.

C. XV. ¶ *Qualiter Subdiaconus ordinetur.*

Item ex Concilio Carthagin. IV. *c.3.*

6 ps. Subdiaconus d cùm ordinatur, quia manûs impositionem non accipit, patenam de manu Episcopi accipiat vacuam, & calicem vacuum: de manu verò Archidiaconi accipiat urceolum cum aqua e, manile, & manutergium.

C. XVI. ¶ *Qualiter Acolythus ordinetur.*

Item ex eodem Concilio, *c. 6.*

Acolythus f cùm ordinatur, ab Episcopo quidem doceatur, qualiter in officio suo agere debeat: sed ab Archidiacono accipiat ceroferarium cum cereo, ut sciat se ad accendenda Ecclesiæ luminaria manciparî: accipiat & urceolum vacuum ad suggerendum vinum in Eucharistiam sanguinis Christi.

a *Præferat*] *manusi.* b *Ansel. l.6. c.11. al. 96.* c *Ex Conc. Carth. 4. cap. ordo Romanus. 91. col. 2. Polyc. l. 2. titul. 32. Anselm. l.7. c.52. al. 60. Ivo p.6. cap.13. Pann. l.3. c.31.* d *Ivo p. 6. cap.121.* e *Innoc. PP. 1. epist.1.* f *al. ordinationibus.*

2 *Ex Conc. Hispalensi. 2. cap.5. Burch. l.1. c.3. Ivo p.3. c.183. & 6. c.102.* b *In Concil. Hispal.2. cap.5.* c *Ordo Romanus p. 91. Rabanus de instit. cler. lib.1. cap.8. Isidorus lib.7. offic. c.12.* d *Polyc. l.2. tit 32. Anselm. l.7. c.52. Ivo p.6.c.14. Pannorm l.3. c.31.* e *al. aqua manile.* f *Polyc. ibid. Ansel.l.7. c.51. Ivo p.6. c.115. Pann. l.3. c.45.*

C. XVII.

C. XVII. ¶ *Qualiter Exorcista ordinetur, Item* ex eodem, *c.7.*

EXorcista *a* cùm ordinatur, accipiat de manu Episcopi libellum, in quo scripti sunt Exorcismi, dicente sibi Episcopo: [Accipe, & commenda memoriæ, & habeto potestatem imponendi manus super energumenum, sive baptizatum, sive catechumenum.]

C. XVIII. ¶ *Qualiter Lector ordinatur. Item* ex eodem Concilio, *c.8.*

LEctor *b* cùm ordinatur, faciat de illo Episcopus verbum ad plebem, indicans ejus fidem, ac vitam, atque ingenium: post hæc spectante plebe tradat ei codicem, de quo lecturus est, dicens ad eum: [Accipe, & esto relator *c* verbi Dei, habiturus, si fideliter & utiliter impleveris officium partem cum eis, qui verbum Dei ministraverint. *d*]

C. XIX. ¶ *Qualiter Ostiarius ordinatur. Item* ex eodem, *c.9.*

OStiarius *e* cùm ordinatur, postquam ab Archidiacono instructus fuerit, qualiter in domo Dei debeat conversari, ad suggestionem Archidiaconi tradat ei Episcopus claves Ecclesiæ de altario, dicens: [Sic age, quasi redditurus Deo rationem pro his rebus, quæ his clavibus recluduntur.]

C. XX. ¶ *Qualiter Psalmista ordinetur. Item* ex eodem Concilio.

PSalmista *f*, id est, Cantor, potest absq; licentia Episcopi, solâ jussione Presbyteri officium suscipere cantandi, dicente sibi Presbytero: [Vide, ut quod ore cantas, corde credas, & quod corde credis, operibus comprobes.]

Clerici comam nutrire prohibentur, quorum caput desuper in modum sphæra rasum esse debet.

C. XXI. ¶ *Clerici comam nutrire prohibentur. Vide* Anicetus Papa *Episcopis Galliæ.*

PRohibete *g*, fratres, per universas regionum vestrarum Ecclesias, ut Clerici, juxta Apostolum, comam non nutriant, sed desuper caput in modum sphæræ radant.

C. XXII. ¶ *De eodem. Item* ex Concilio Agathensi, *c.29.*

CLerici *h*, qui comam nutriunt, ab Archidiacono, etiamsi noluerint, inviti detondeantur. Vestimenta etiam, vel calceamenta eis, nisi quæ religionem deceant; uti, aut habere non liceat.

C. XXIII. ¶ *De eodem. Item* Gregorius II. *in Concilio Romæ habito in Basilica S. Petri, c.17.*

SI *i* quis ex Clericis relaxaverit comam, sit anathema.

C. XXIV. ¶ *Quibus vestibus Monachi sit induenda, cùm consecratur. Item* ex Concilio Carthagin. I V. *c.11.*

SAnctimonialis *k* virgo, cùm ad consecrationem suo *l* Episcopo offertur, in talibus vestibus applicetur, qualibus semper usura est, professioni & sanctimoniæ aptis.

Vasa quoque sacrata, & vestimenta altaris mulieres Deo dedicata contingere, & incensum circa altaria deferre prohibentur.

C. XXV. ¶ *Vestimenta altaris, & vasa sacrata mulieres tangere prohibentur. Unde* Soter Papa *omnibus Episcopis Italiæ, epist.2.*

SAcratas *a* Deo fœminas, vel Monachas sacra vasa, vel sacratas pallas penes vos contingere, & incensum circa altaria deferre, perlatum est ad Apostolicam sedem: quæ omnia reprehensione plena esse, & vituperatione, nulli rectè sapientum dubium est. Quamobrem hujus sanctæ sedis auctoritate hæc omnia vobis resecare funditùs, quantò citiùs poteritis, censemus. Et ne pestis hæc latiùs divulgetur, per omnes provincias abstergi citissimè mandamus.

C. XXVI. ¶ *Sacrarium Subdiaconis ingredi non licet. Item* ex Concilio Laodicensi I V. *c.21.*

NOn *b* oportet Subdiaconos licentiam habere in sacrarium, sive secretarium (quod Græci Diaconium appellant) ingredi, & contingere vasa Dominica.

C. XXVII. ¶ *De eodem. Item* ex eodem, *c.22.*

MInistrum *c* non oportet uti orariis, nec hostias 1 derelinquere.

1 ¶ Hostias] *Vera lectio, quæ habetur etiam in aliquot manuscriptis, est,* Ostia. *sed ob gl'ssam non est restituta.*

C. XXVIII. ¶ *De eodem. Item* ex eodem, *c.23.*

NOn *d* oportet Lectores, aut Psalmistas orariis uti, & sic legere aut psallere.

C. XXIX. ¶ *Mulier in conventu viros docere non permittitur. Item* ex Concilio Carthagin. I V. *c.98.& 99.*

MUlier *e*, quamvis docta & sancta, viros in conventu docere non præsumat. Laicus *f* autem præsentibus Clericis (nisi ipsis rogantibus) docere non audeat.

C. XXX. ¶ *Ministris non sacratis vasa Dominica contingere non licet. Item* ex Concilio Agathensi, *cap.66.*

NOn *g* oportet insacratos ministros licentiam habere in sacrarium (quod Græci Diaconium appellant) ingredi, & contingere vasa Dominica.

C. XXXI. ¶ *Cuilibet ex Lectoribus vasa sacra altaris portare non licet. Item* ex Concilio Bracharensi, *c.21.*

NOn *h* liceat cuilibet ex Lectoribus sacra altaris vasa portare, nec aliis, nisi iis, qui ab Episcopo Subdiaconi fuerint ordinati.

C. XXXII. ¶ *De eodem, ut Clerici comam non nutriant. Item* ex Concilio Martini Papæ, *c.41.*

NOn *i* liceat cuilibet ministeria tangere, nisi Subdiacono, aut Acolytho in secretario vasa Dominica. ¶ Nec *k* oportet Clericos comam nutrire, & ministrare: sed attonso capite, patentibus auribus, & secundùm *l* Aaron, talarem vestem induere, ut sine in habitu ornato.

C. XXXIII. ¶ *Qualiter sponsus & sponsa sint benedicendi. Item* ex Concilio Carthagin. IV. *c.13.*

SPonsus *m* & sponsa cùm benedicendi sunt à Sacerdote, à parentibus suis, vel à paranymphis offerantur, qui cùm benedictionem acceperint, eâdem nocte, pro reverentia ipsius benedictionis, in virginitate permaneant.

a Polyc. *l.3.tit.9. Ansel. l.7.c.240. Burch. lib.3.cap.215. Ivo p.2.cap.72. & part.3. cap.265.* b *Anselm. lib.7. cap.50. Ivo par.3.c.285.* c *Anselm. lib.7. cap.13.* d *Anselm. lib.7. cap.13.* e *Infrà, de consecrat. dist.4. cap.mulier. Burch. l.2.c.53. Ivo part.7. cap.101. & part.8.c.324.* f *Ibid. cap.91.* g *Ferè idem supra 1 ad.c.non oportet Subdiaconos.* h *Apud Mart. Bracbar. infrà cap. Grac. Synod. cap.42. & cap.66.* i *Ivo p.6.c.377.* k *Ibidem c.66. Ivo p.6. c.378.* l *Exod. 22.* m *Infrà 30. quæst.5.cap. Sponsus. Burch. l.9. cap.5. Ivo part.8.c.143.*

a Polyc. *l.2, tit.32. Ansel. l.7.c.37. Ivo p.6.c.16. Pann. l.3. c.37.* b *Polyc.ibid. Ansel. l.7. c.35. Ivo p.6.c.17. Pann. l.3. c.32.* c *al. lector.* d *bene administraverunt.*] *Ordo Rom.* e *Polyc.ib. Ansel. l.7.c.34. Ivo p.6.c.18. Pann.l.3.c.30.* f *Polyc.ibid. Ansel.l.7. c.33. Ivo p.6. c.19. Pann. l.3. cap.40.* g *Ivo par.6. c.46.* h *Ivo concor. p.6.c.265. & 378.* i *Extra de vit. & hon.cler.c.si quis.* k *Polyc.l.4.t.37. Burch.l.2. c.23. Ivo p.7.c.49.* l *al. suis.*

DISTIN-

DISTINCTIO XXIV.

1 ps. QUaliter Episcopus sit examinandus, & qualiter ipse, simul cum reliquis infrà ipsum constitutis, sit ordinandus, breviter monstratum est. Nunc autem videndum est de Sacerdotibus, & reliquis, an sine examinatione sint promovendi. De his ita scribit Paulus ad Timotheum: a [Manus nemini citò imposueris, & nihil sine præjudicio facias in alteram partem declinando.]

C. I. ¶ *De eodem.*

Ex decretis Sylvestri Papæ *in Synodo Rom. c. 9.*

NUllus b Acolythorum, vel Subdiaconorum 1 rem consecratam à Presbytero aliis porrigat, (quia aliud est minister, aliud assistens:) nisi tantum supportet, quod ei Sacerdos imposuerit suo ore benedictum.

1 ¶ Vel Subdiaconorum] *Verba hæc non sunt in Synodo Romana sub Sylvestro; sed habentur apud Burchardum, & Ivonem, & in iis Vaticanis Gratiani exemplaribus, in quibus est hoc caput. Nam in antiquioribus non est: sed post versiculum*, declinando, *sequitur continenter*, Nullus ordinetur.

C. II. ¶ *Ante probationem nullus ordinetur Clericus.*

Item ex Concilio Carthagin. 3. *c. 22.*

NUllus c ordinetur Clericus, nisi d probatus fuerit, vel Episcoporum examine, vel populi testimonio.

C. III. ¶ *Ad ministerium alicujus Ecclesiæ, Clerici ejusdem promoveantur.*

Item Gelasius Papa *Cælestino Episcopo.*

PResbyteri e, Diaconi, & universi Clerici Stomensis f civitatis petitorio nobis suggessêre porrecto, in Ecclesia beati martyris Eleutherii Episcopi (quæ in suprædicta civitatis parochia 1 probatur esse constructa) Presbyterum, qui constitutus fuerat, defecisse; atque in ejus locum Julianum, Diaconum ipsius Ecclesiæ, pro celebritate ipsius loci quantocyùs debere ordinari. Et ideò, frater charissime, si de ejus vita, vel moribus nihil est, quod contra canonum veniat statuta, suprascriptum Presbyterii honore decorabis, sciturus, eum Visitatoris te nomine, non Cardinalis creâsse Pontificis. Pariter etiam & Felicissimum Diaconum in ejus Ecclesiæ ministerio, si conversatio ejus patitur, subrogabis, ut locus processionis celeberrimus ad mysteriorum g consecrationem nec Sacerdote indigeat, nec ministro.

1 ¶ Parochia] *In omnibus antiquis codicibus, tam impressis, quàm manuscriptis, sic legitur: cujus vacua loca in recens impressis erat positum* paroecia. *Sed visum est antiquam lectionem esse retinendam: præsertim cùm dictio hæc etiam Græcè aptissimam habeat Etymologiam.*

C. IV. ¶ *Metropolitanorum, & Episcoporum examine promoveantur Episcopi.*

Item ex Concilio Laodicen. *c. 12.*

EPiscopi h judicio Metropolitanorum, & eorum Episcoporum, qui circumcirca sunt, provehantur ad Ecclesiasticam dignitatem i, id videlicet, qui plurimo tempore probantur, tam verbo fidei, quàm rectæ conversationis exemplo.

2 ps. ¶ *Cum itaque sine examinatione nullus sit ordinandus; quemadmodum, & quo tempore, Sacerdotum, & cæterorum infrà positorum examinatio debeat fieri, considerandum est.*

C. V. ¶ *Qui ordinandi sunt, feriâ quartâ ad examinationem conveniant.*

De his in Concilio Nanetensi, *c. 11, ita legitur.*

QVando a Episcopus ordinationes facere disponit, omnes, qui ad sacrum ministerium accedere volunt, feriâ quartâ ante ipsam ordinationem evocandi sunt ad civitatem, unà cum Archipresbyteris b, qui eos repræsentare debent: & tunc Episcopus à latere suo eligere debet Sacerdotes, & alios prudentes viros, gnaros divinæ legis, & exercitatos in Ecclesiasticis sanctionibus: qui ordinandorum vitam, genus, patriam, ætatem, institutionem, locum, ubi educati sunt, si sint bene literati, si instructi in lege Domini, diligenter investigent; ante omnia, si fidem catholicam firmiter teneant, & verbis simplicibus asserere queant. Ipsi autem, quibus hoc committitur, cavere debent, ne aut favoris gratiâ, aut cujuscunque muneris cupiditate illecti à vero devient, ut indignum, & minùs idoneum ad sacros gradus suscipiendos, Episcopi manibus applicent. Quod si aliter fecerint, & ille, qui indignè, accessit, ab altari removebitur; & illi, qui donum sancti Spiritûs vendere conati sunt, coram Deo jam condemnati, Ecclesiasticâ dignitate carebunt. Igitur per tres continuos dies diligenter examinentur: & sic Sabbatho qui probati inventi sunt, Episcopo repræsententur.

Aliàs autem, sine Clericorum videlicet Concilio, & populi testimonio, nullum Episcopus ordinare præsumat.

C. VI. ¶ *Sine Clericorum suorum Concilio Episcopus Clericos non ordinet.*

Unde in Concilio Carthagin. *4. c. 22. legitur.*

EPiscopus sine Concilio c Clericorum suorum Clericos non ordinet, ita ut civium conniventiam d, & testimonium quærat.

3 ps. *Quæritur, quid fieri debeat de his, qui sine examinatione provecti sunt.*

C. VII. ¶ *De iis, qui sine examinatione ordinantur, & postea peccata sua confitentur.*

De his ita legitur in Concilio Martini Papæ.

SI quis e Presbyter, aut Diaconus sine aliqua examinatione ordinati sunt, aut certè, cùm discuterentur, criminosa peccata sua confessi 1 sunt, aut post ordinationem ab aliis detecti sunt, abjiciantur ex clero. Similiter verò & de universo ordine Clericorum servetur. Nam hoc sibi, quod irreprehensibile est, sancta catholica defendit Ecclesia.

1 ¶ Confessi sunt] *In originali est*, confessi non sunt, & post ordinationem, &c. *Verùm in Concilio Nicæno, c. 9. unde hoc caput videtur sumptum, habetur sine negatione, quemadmodum hic, & infrà dist. 81. c.* si quis sine.

DISTINCTIO XXV.

1 ps. QVòd nullus sine examinatione ordinandus sit, breviter demonstratum est. Quid autem ad Episcopum, quid ad unumquemque inferiorem pertineat, Isidorus Hispalensis Episcopus in epistola ad Ludifredum f scribit, ut decens.

¶ *Integra hæc epistola habetur in codice Bibliothecæ monasterii Dominicanorum.*

C. I. ¶ *Quod Episcopi, & cæterorum sit ostiarius in Ecclesia.*

PErlectis g sanctitatis tuæ literis gavisus sum, quòd optatam salutem tuam earum relatu cognovi. De his autem, quæ in sequentibus insinuare eloquii tui ser-

---

a *Epistola 1. c. 1. Paulo aliter in reg.* b *Burch. lib. 3. c. 34. Ivo par. 2. cap. 43.* c *Ansel. l. 1. c. 89.* d *non probatus, vel] reg.* e *Ansel. l. 7. c. 23. al. 19. 93.* f *Steronsis.] Ans.* g *al. ministeriorum.* h *Dist. 61. c. Episcopum & 63. circa fin. Burch. l. 3. c. 9. Ivo p. 3. c. 83.* i *al. presbyterum.*

a *Burch. l. 2. c. 1. Ivo par. 6. c. 21. Polyc. l. 2. tit. 23. Pann. l. 3. c. 11.* b *al. presbyteris.* c *al. consilio.* d *assensum & conniventiam] reg.* e *Apud Martinum Bracharensem, cap. 24. Facit ad hoc epist. 5. Zachariæ ad Bonifacium. Episcopum, & 15. q. 1. Si quis Presbyter.] Ansel. l. 1. c. 23.* f *al. Lantfredum.* g *Burch. l. 1. c. 30. Ivo p. 6. c. 20. Pann. l. 3. c. 41.*

mo stu-

mo studuit, gratias ago Deo, quòd solicitudinem officii pastoralis impendis, qualiterque Ecclesiastica officia ordinentur, perquiris: & licèt omnia prudentiæ tuæ sint cognita; tamen, quia affectu fraterno me consulis, ex parte, quâ valeo, expediam & de omnibus Ecclesiæ gradibus, quid ad quemque pertineat, eloquar. ¶ Ad Ostiarium namque pertinent claves Ecclesiæ, ut claudat, & aperiat templum Dei, & omnia, quæ sunt intùs, extraque custodiat: fideles recipiat; excommunicatos, & infideles excipiat *a*. ¶ Ad Exorcistam pertinet exorcismos memoriter retinere, manusque super energumenos, & cathechumenos in exorcizando imponere. ¶ Ad Acolythum pertinet præparatio luminariorum in sacrario: ipse cereum portat: ipse suggesta *b* pro Eucharistia, calices Subdiaconis præparat. ¶ Ad Psalmistam pertinet officium canendi, dicere benedictiones, laudes *c*, sacrificium, responsoria, & quicquid pertinet ad canendi peritiam. ¶ Ad Lectorem pertinet lectiones pronuntiare, & ea, quæ Prophetæ vaticinârunt, populis prædicare. ¶ Ad Subdiaconum pertinet calicem, & patenam ad altare Christi deferre, & Levitis tradere, eisque ministrare; urceolum quoque, & aquam *d*, manile, & manutergium tenere; Episcopoque, & Presbytero, & Levitis pro lavandis ante altare manibus aquam præbere. ¶ Ad Diaconum pertinet assistere Sacerdotibus, & ministrare in omnibus, quæ aguntur in Sacramentis Christi; in baptismo scilicet, in chrismate, & patena, & calice: oblationes quoque inferre, & disponere in altario: componere etiam mensam Domini, atque vestire, crucem ferre, & prædicare Evangelium, & Apostolum. Nam sicut Lectoribus Vetus Testamentum, ita Diaconis Novum prædicare præceptum est. Ad ipsum quoque pertinet officium precum, & recitatio nominum: ipse præmonet aures habere ad Deum: ipse hortatur clamare 1: ipse donat pacem, & ipse annuntiat. ¶ Ad Presbyterum pertinet Sacramentum *e* corporis & sanguinis Domini in altario Dei conficere, orationes dicere, & benedicere dona Dei. ¶ Ad Episcopum pertinet basilicarum consecratio, unctio altaris, & confectio chrismatis. Ipse prædicta officia, & ordines Ecclesiasticos distribuit: ipse sacras virgines benedicit: & dum præcessit unusquisque in singulis, ipse tamen est præordinator in cunctis. ¶ Hi sunt ordines, & ministeria Clericorum, quæ tamen auctoritate Pontificali in Archidiaconi cura, & Primicerii, ac Thesaurarii solicitudine dividuntur. ¶ Archidiaconus enim imperat Subdiaconis, & Levitis, ad quem ista ministeria pertinent: ordinatio vestiendi altaris à Levitis, cura incensi, & sacrificii necessaria sollicitudo: quis Levitarum Epistolam, & Evangelium legat: quis preces dicat seu responsoria *f* in Dominicis diebus aut solennitatibus g decantet. Solicitudo quoque parochiarum 2 *h* & ordinatio, & jurgia ad ejus pertinent curam: pro reparandis diœcesanis basilicis ipse suggerit Sacerdoti: ipse inquirit parochias *i* cum jussione Episcopi, & ornamenta, vel res basilicarum parochiarum *k*: gesta libertatum *l* Ecclesiasticarum Episcopo idem refert; collectam pecuniam de communione ipse accipit, & Episcopo defert, & Clericis propria partes idem distribuit. ¶ Ab Archidiacono nuntiantur Episcopo excessus Diaconorum: ipse denuntiat Sacerdoti in sacrario jejuniorum dies, atque solennitatum, & ab ipso publicè in Ecclesia prædicatur 3: quando verò Archidiaconus absens est, vicem ejus Diaconus sequens adimplet. ¶ Archipresbyter 4 verò se esse sub Archidiacono ejusque præceptis, sicut Episcopi sui, sciat obedire: & (quod specialiter ad ejus ministerium pertinet) supra omnes Presbyteros in ordine positos curam agere, & assiduè in Ecclesia stare; & quando Episcopi sui absentia contigerit, ipse vice ejus Missarum solennia celebret, & collectas dicat, vel cui ipse injunxerit. ¶ Ad Primicerium pertinent Acolythi, Exorcistæ, Psalmistæ, atque Lectores: signum quoque dandum pro officio Clericorum, pro vitæ honestate, & officii meditandi, & peragendi sollicitè, lectiones, benedictiones, psalmum, laudes, offertorium, & responsoria quis Clericorum dicere debeat. Ordo quoque, & modus psallendi *a* in choro pro solennitate temporum: ordinatio quoque pro luminaribus deportandis. Si quid etiam necessarium est pro reparatione basilicarum, quæ sunt in urbe, ipse denuntiat Sacerdoti: epistolas Episcopi pro diebus jejuniorum parochitanis *b* per Ostiarios ipse dirigat: Clericos *c*, quos delinquere cognoscit, ipse distringat; quos verò emendare non valet, eorum excessus ad agnitionem Episcopi deferat: Basilicanos *e* ipse constituat, & matriculam *d* ipse disponat. Quando autem Primicerius absens est, ea, quæ prædicta sunt, ipse exquirat, qui ei aut lege *e* proximus est, aut eruditione *σ*. ¶ Ad Thesaurarium pertinet basilicarum, & Ostiarii ordinatio *f*, incensi præparatio, cura chrismatis conficiendi, cura baptisterii ordinandi, præparatio luminariorum in sacrario, & in sacrificiis *g*.

1 ¶ Clamare:] *In epistola B. Isidori, & apud Ivonem legitur*: ipse hortatur orare, ipse clamat, & pacem ipse annuntiat.

2 ¶ Parochiarum] *In epistola legitur*, parochitanorum: *quemadmodum & paulo inferius: & vox ista frequens est in antiquis exemplaribus Conciliorum Toletanorum.*

3 ¶ Prædicatur:] *Sic emendatum est ex manuscript. Grat. & originali. Antea legebatur*, prædicantur.

4 ¶ Archipresbyter] *Hinc usque ad vers.* Ad Primicerium, *non sunt in ipsa epistola Isidori, neque in Panormia, neque apud Burch. & extra cap. 1. de offic. Archipresbyt. citatur ex Concilio Toletano.*

5 ¶ Clericos,] *In primo Vaticano est*, clericos urbis, *& post verbum*, deferat, *additur*, cæteri enim, qui sunt extra urbem, ad Archidiaconi curam pertinent, *quemadmodum & in nonnullis aliis exemplaribus.*

σ ¶ Eruditione.] *In originali est*, eruditione his explendis certus.

2 ps. *Ex hac epistola liquet, quid cujusque officii sit. Est etiam alia distinctio Episcoporum, Presbyterorum, Diaconorum, quam facit* Clemens *in epistola sua tertia, ita dicens.*

C. II. ¶ *Quid ab Episcopo, quid à Presbyteris, quid à Diaconis audire oportet.*

AUdire *h* Episcopum attentiùs oportet, & ab ipso susципere doctrinam fidei: monita autem vitæ à Presbyteris inquirere, à Diaconis verò ordinem disciplinæ.

Sacerdos quoque utrumque humerum orario ambit: Diaconus verò sinistrum tantùm, ut ad ministerium expeditiùs discurrat.

C. III. ¶ *Quare Levitæ tantùm humerum orario ambit.*

Unde in Concilio Toletano IV. *c.39.*

UNum *i* orarium oportet Levitam gestare in sinistro humero, propter quod orat, id est, prædicat: dexteram autem partem oportet habere liberam, ut expeditiùs ad ministerium Sacerdotale discurrat.

3 pars. *Nunc autem per singulos gradus ordine recurrentes, qui, ex quibus ordinibus, in quem gradum conscen-*

a *al. ejiciat.* b *al. vasa suggesta.* c *laudis sacrificium.*] *orig.* d *aquamanile.*] *orig.* e *al. sacrificium.* f *al. responsorium.* g *Solennitatem.*] *orig. & Pann. Solennitatum.*] *Burch. & Ivo.* h *Parochitanorum.*] *orig.* i *Parochiam.* k *Parochitanorum.*] *orig.* l *al. & libertatum.*

a *al. canendi.* b *al. parochianis.* c *basilicarios.* d *al. matriculat.*] *orig. & manuscr.* e *loco.*] *orig.* f *reparatio.*] *orig.* g *præparatio sacrificii.*] *orig.* h *Anselm. l. 7. c. 76. al. 81.* i *Ansel. l. 7. c. 80. al. 84.*

dere possint; qui post lapsum valeant reparari, vel qui non; quibus culpis à proprio gradu mereantur dejici; quo accusante, quibus testificantibus possint convinci; cujus sententiâ sint absolvendi, vel condemnandi; breviter consideremus. ¶ Ac primùm à Pontificali gradu incipientes, qualem oporteat eum esse, qui in Episcopum est ordinandus, diligenter investigemus, Apostoli regulam secuti, quam in hujusmodi re Timotheo, & Tito scribit, dicens: [Oportet a Episcopum irreprehensibilem esse:] id b est, non obnoxium reprehensioni. Hoc ad Timotheum. Ad Titum c autem: [Oportet Episcopum sine crimine esse:] quod (ut Hieronymus scribit ad Oceanum d) idem est. Nomine autem criminis quodlibet peccatum intelligitur: unde in eadem epistola Hieronymus dicit: [Res 1 contra naturam penè est, ut sine peccato aliquis sit: sed talis eligatur, cujus comparatione cæteri græ dicantur.] In epistola verò ad Titum, crimen vocatur e crimen de peccatum, vel criminalis infamia: unde ibi 2 legitur f, [Crimen est querela, id est, peccatum accusatione & damnatione dignum.] Quod g autem sine crimine jubetur esse, qui in Episcopum eligitur, non ante baptismum, sed post baptismum intelligendum est: ut à tempore videlicet baptismatis nullius criminis conscientia mentem ejus remordeat 3. ¶ Criminis autem appellatio altàs latè patet, complectens omne peccatum, quod ex deliberatione procedit. Unde Beda 4 super epistolam Iacobi h: [Peccata, quæ ex ignorantia, vel infirmitate humana committuntur, dicit & præcipit alterutrum confiteri, quia facile dimittuntur: quæcunque verò fiunt ex deliberatione, non, nisi per pœnitentiam. ¶ Hinc etiam Augustinus ait: [Nullum peccatum i est adeò veniale, quod non fiat criminale, dum placet.] ¶ Aliàs autem ea demum significat, quæ semel commissa ad damnationem sufficiunt. Multa enim ex deliberatione procedunt, quæ nisi sæpius iterata, & in consuetudinem fuerint deducta, quamvis graventpost mortem, non tamen æternaliter perdunt: quia etsi quàdam ratione crimina appelluntur; tamen mortifera, & capitalia non sunt. Unde Augustinus in homilia k de igne purgatorio, exponens verba Apostoli: [Si quis super hoc fundamentum ædificaverit ligna, fœnum, & stipulam, &c.] ait: [Multi sunt, qui lectionem istâ malè intelligentes, falsâ securitate decipiuntur: dum credunt, quòd si supra l fundamentum Christi capitalia crimina ædificent, peccata ipsa per ignem transitorium possint purgari, & ipsi postea ad vitam perpetuam pervenire. Intellectus iste, fratres charissimi, corrigendus est: quia ipsi se seducunt, qui taliter sibi blandiuntur. Illo enim transitorio igne, de quo dicit Apostolus l, [Ipse autem salvus erit, sic tamen quasi per ignem:] non capitalia, sed minuta peccata purgantur m: de quibus, etsi non omnia, vel aliqua commemoranda sunt, ne aliquis se inaniter excusare conetur, & dicat se nescire, quæ sint minuta peccata, vel quæ crimina capitalia. Et quamvis Apostolus capitalia plura commemoraverit, nos tamen, (ne desperationem facere videamur) breviter dicimus, quæ sunt illa: sacrilegium, homicidium, adulterium, fornicatio n, falsum testimonium, furtum, rapina, superbia, invidia, avaritia; & si longo tempore teneatur, iracundia, & ebrietas, si assidua sit, in eorum numerum computantur o. Quicunque enim aliquod p de istis peccatis in se dominari cognoverit, nisi dignè se emendaverit, & si habuerit spatium, longo tempore pœnitentiam egerit, & largas eleemosynas erogaverit, & à peccatis ipsis abstinuerit, illo transitorio igne, de quo ait Apostolus, purgari non poterit, sed æterna illum flamma sine ullo remedio cruciabit. Quæ autem sint minuta peccata, licèt omnibus nota sint, tamen quia longum est, ut omnia replicentur, opus est, ut ex eis vel aliqua nominemus. Quoties aliquis in cibo, aut in potu plus accipit, quàm necesse sit, ad minuta peccata noverit pertinere: quoties plùs loquitur, quàm oportet, aut plus tacet, quàm expedit: quoties pauperem importune petentem exasperat: quoties cùm corpore sit sanus, aliis jejunantibus prandere voluerit, aut somno deditus tardiùs ad Ecclesiam surgit: quoties, excepto desiderio filiorum, uxorem suam cognoverit: quoties in carcere clausos, aut in vinculis positos tardiùs requisierit: quoties infirmos tardiùs visitaverit: si discordes ad concordiam revocare neglexerit: si plùs aut proximum, aut uxorem, aut filium, aut servum exasperaverit, quàm oportet: si amplius fuerit blanditus, quàm expedit: si cuicunque majori personæ, aut ex voluntate, aut ex necessitate adulari voluerit: si pauperibus esurientibus, nimium q delicioſa, aut sumptuosa convivia sibi præparaverit: si se in Ecclesia, aut extra Ecclesiam fabulis otiosis (de quibus in die judicii ratio reddenda est) occupaverit: si dum incautè juramus, & cùm hoc per aliquam necessitatem implere non poterimus, utique perjuramus, & cum omni facilitate, vel temeritate maledicimus, cùm scriptum r sit: Neq; maledici regnum Dei possidebunt.]

a 1. Timoth. 3. b Est glossa interlinearis ad eum locum. c cap. 1. d Epist. 83. & infra ead. c. primum. e & in gloss. ordinaria, ad locum epost. ad Timotheum. f In gl. interlineari, g infrà dist. 81. c. Apostolus. h Iacob. ult. i Sermone 41. de sanctis, sive 4. de animab. defunctorum. k 1. Cor. 3. l Ibid. m His omittuntur aliquot B. August. verba. n vox ista abest ab origen. o in eorum numero computantur.) orig. p aliqua) orig.

1 ¶ Res contra] Sic ferè in glossa ordinaria ad vocem illam: irreprehensibilem; & est epitome quædam verborum B. Hieronymi in epistola ad Oceanum, explanantis locum Apostoli ad Timotheum, & ad Titum.

2 ¶ Unde ibi] Id est non apud B. Paulum, sed in glossa ordinaria, ad locum B. Pauli. Sumpta autem sententia est ex B. Augustino, ex tractatu 41. ad c. 1. Ioannis: ejusq; verba habentur & apud Bedam ad eundem B. Pauli locum; & infra dist. 81. c. Apostolus.

3 ¶ Remordeat] Sequebatur in vulgatu: unde Hieronymus scribit in eadem epistola ad Titum: quæ verba sunt indulta, quoniam in nullo manuscripto sunt inventa: habentur autem infrà ead. ante cap. primum.

4 ¶ Unde Beda] In commentariis ipsius ad c. 5. epistola Iacobi, ad illa verba: confitemini alterutrum, sic legitur: In hac autem sententia illa debet esse discretio, ut quotidiana leviaque peccata alterutrum coæqualib⁹ confiteamur, eorumque quotidiana credamus oratione salvari: potiò gravioris lepræ immunditiam juxta legem Sacerdoti pandamus, atque ad ejus arbitrium, qualiter, & quanto tempore jusserit, purificari curemus.

r ¶ Nullum peccatum] In glossa ordinaria in cap. 11. 1. Corinth. ad ea verba: reus erit corporis & sanguinis Domini, citatur hæc sententia ex B. Augustin. homiliâ 24. in Ioannem, in hæc verba: Nullum peccatum veniale est, dum placet, quantumcunque parvum: sicut mortale, si vere displicet, nullum judicatur.

C. IV. ¶ Quæ sunt venialia peccata, quæ post hanc vitam purgantur.

Item Gregorius *Dialog. lib. 4. c. 39.*

Qualis hinc quisque egreditur, talis in judicio præsentatus: sed tamen de quibusdam levibus culpis esse ante judicium purgatorius ignis credendus est, pro eo, quod veritas dicit: c [Quæ si quis in Spiritum sanctum blasphemiam dixerit, neque in hoc sæculo remittetur ei, neque in futuro.] In qua sententia datur intelligi, quasdam culpas in hoc sæculo, quasdam verò in futuro posse laxari. Quod enim de uno negatur, consequens intellectus patet, quia de quibusdam conceditur. Sed tamen, ut prædixi, hoc de parvis, minimisque peccatis fieri posse credendum est, sicut est assiduus otiosus sermo, immoderatus risus, vel peccatum curæ rei familiaris, quæ vix sine culpa vel ab ipsis agitur, qui culpam qualiter declinare debeant, sciunt, aut in non gravibus rebus errot

a Cibum non dederat, aut nummum. orig. b 1. Corinth. 6. c Matth. 12.

ignoran-

ignorantiæ, quæ cuncta etiam post mortem gravant, si adhuc in hac vita positis minimè fuerint relaxata.

C. V. ¶ *De eodem.* PALEA.

[*Item* Augustinus *in libro de vera & falsa pœnitentia, c. 18.*]

QUi *a* in aliud seculum distulit fructum conversionis, prius purgandus est igne purgationis. Hic autem ignis, etsi æternus non sit, miro tamen modo gravis est. Excellit enim omnem pœnam, quam unquam aliquis passus est in hac vita, vel pati 1 potest.

1 ¶ Vel pati potest.] *Hæc verba non sunt in originali, neq; infrà de pœn. dist. 7. c. ult. §. fin. ubi hoc idem recitatur.*

Alias autem ea tantùm delicta significat, quorum est perpetua infamia.

C. VI. ¶ *A die Baptismi sine crimine debet inveniri, qui in Episcopum est ordinandus.*

Unde Hieronymus b *scribit in eadem epistola ad Titum, cap. 1.*

PRimùm itaque sine crimine jubetur esse c Episcopus, quod puto, alio verbo ad Timotheum, irreprehensibilem nominatum: non quòd eo tantùm tempore, quo ordinandus est, sine ullo sit crimine, & præteritas maculas novâ conversatione diluerit; sed *d* quòd ex eo tempore, quo in Christum renatus est, nullâ peccati conscientiâ remordeatur. Quomodo enim potest Præses Ecclesiæ auferre malum de medio ejus, qui in delicto simili corruerit? aut quâ libertate corripere peccantem potest, cùm tacitus sibi ipse respondeat, eadem se admisisse, quæ corripit?

Ecce, qui ordinandus est in Episcopum, non solùm tempore suæ ordinationis, sed etiam omni tempore post Baptisma à crimine immunis esse debet.

DISTINCTIO XXVI.

1 ¶ SEquitur in utraque epistola [unius e uxoris virum] *post baptisma videlicet, non ante baptismum.*

C. I. ¶ *Post baptismum debet esse monogamus, qui in Episcopum est ordinandus.*

Unde Hieronymus 1 *scribit ad Oceanum, epist. 83.*

UNius f uxoris virum, id est, monogamum, post baptismum. Si enim & antè conjugem habuit, quæ obierit, non ei imputatur, cui prorsus novo homini g nec stupra, nec alia, quæ antè fuerunt, jam obsunt.

1 ¶ Hieronymus] *Sententia quidem hujus, & sequentis capitis sunt Patrum, qui citantur, id est, Hieronymus, & Augustinus: verba tamen ipsa potiùs videntur sumpta ex collectaneis Bedæ, & ex glossa ordinaria, hujus quidem capitis in primam ad Timoth. c. 3. sequentis verò in epistolam ad Titum, cap. 1.*

C. II. ¶ *Qui ante baptismum habuerit unam, & post baptismum aliam, ordinandus non est.*

Augustinus *verò contrà restatur, scribens* h *in epistola ad Titum.*

ACutiùs i intelligunt, qui nec eum, qui catechumenus, vel paganus habuit alteram, ordinandum censuerunt: quia de Sacramento agitur, non de peccato 1. Nam in baptismo peccata omnia dimittuntur: & qui dixit: [*Si* k *nupserit virgo, non peccat.*] satis declaravit, nuptias non esse peccatum. Propter sanctitatem autem Sacramenti, sicut fœmina, si catechumena vitiata est, non potest post baptismum inter Dei virgines conse-

a *Infrà de pœnit. dist. 7. cap. ult. §. fin.* b *In commentariis ad cap. 1.* c *sit*] *orig.* d *1. Corinth. 5.* e *1. Timoth. 3. & Tit. 1.* f *Beda, & gl. ord. 1. Tim. 3. ad hæc verba.* g *gl. non habet.* h *In gloss. ordinaria in cap. 1. epistolæ ad Titum: sumpta tamen sententia ex B. August. in lib. de bono conjugali, cap. 18.* i *21. q. 3. c. acutiùs. Ivo p. 1. cap. 294. Pann. l. 6. c. 66. Ansel. l. 3. c. 139. Polyc. l. 2. tit. 31.* k *1. Cor. 7.*

crari: ita non absurdè visum est, bigamum non peccâsse, sed normam Sacramenti amisisse, non ad vitæ meritum, sed ad ordinationis Ecclesiasticæ signaculum necessariam. Et sicut plures antiquorum Patrum uxores, significaverunt futuras ex omnibus gentibus Ecclesias, uni viro subditas, id est, Christo: ita noster Antistes, id est, Episcopus unius uxoris vir significat ex omnibus gentibus unitatem uni viro Christo subditam.

2 pars. ¶ Itaque sicut duobus dominis servire *a*: sic ab uno Deo apostatare, & in alterius superstitionem ire, non licet.

1 ¶ De peccato.] *Sequebatur*, propter sanctitatem Sacramenti, sicut si fœmina, &c. *Restitutus est totus hic locus ex glossa ordinaria. Nam apud B. Augustinum, & reliquos collectores coponitur etiam est.*

C. III. ¶ *Bigamus 1 probatur, qui ante Baptismum habuerit unam, & post Baptismum alteram.*

Item Innocentius *Russo, & Eusebio, & cæteris Episcopis Macedoniæ, epistol. 22. c. 2.*

DEinde *b* opponitur, non dici oportere bigamum eum, qui cathechumenus habuerit, atque amiserit uxorem, si post Baptismum fuerit aliam sortitus, eamque primam videri, quæ novo homini copulata sit; quia illud conjugium per *c* Baptismi Sacramentum cum cæteris criminibus sit ablutum *d*. Quòd cùm de una utique dicitur, certè, si tres habuerit in vetere positus homine uxores 2, erit ei, quæ post baptismum quarta est, sic interpretantibus prima, & virginis æquè nomen accipiet, quæ quarto ducta est loco. Quis (oro) illud non videat contra Apostoli esse præceptum, qui ait, *unius uxoris virum oportere e fieri Sacerdotem*? Sed objicitur, quòd in baptismo totum, quicquid in veteri homine gestum est, sit solutum. Dicite mihi (cum pace vestra loquor) an crimina tantùm dimittuntur in baptismo, an & illa, quæ secundùm Domini *f* præcepta, ac Dei instituta complentur? Uxorem ducere, crimen est, an non est crimen? Si crimen est, ergò (præfatâ veniâ dixerim) erit auctor in culpa: qui, ut crimina committerentur, in *g* paradiso præcepit 3, cùm ipse eos benedixit. Si verò non est crimen, quia quod Deus instituit *h*, nefas sit crimen appellari, & Salomon 4 addidit: [*Etenim a Deo præparatur vera uxor:*] quomodo creditur inter crimina esse dimissum, quod auctore Deo legitur consummatum? Quid de talium filiis percensetur? Nunquid non erunt admittendi in hæreditatis consortio *k*, quia ex ea suscepti sunt, quæ ante baptismum fuit uxor, eruntq; appellandi vel naturales, vel spurii: quia non est legitimum matrimonium, nisi illud (ut vobis videtur) quod post baptismum assumitur? Ipse Dominus, cùm interrogaretur à Judæis, si liceret dimittere uxorem, atque exponeret fieri non debere, addidit: *l* [*Quod ergò Deus junxit, homo non separet.*] At ne de his locutus esse credatur, qui 4 post baptismum sortiuntur uxores, meminerint hoc & à Judæis interrogatum, & Judæis esse responsum. ¶ Quæro, & solicitus quæro, si una eademq; sit uxor ejus, qui antè catechumenus, postea sit fidelis, filiosque ex ea, cùm esset catechumenus, susceperit; ac postea alios, cùm fidelis: utrum sint appellandi fratres, an non habeant postea, defuncto patre, erciscundæ hæreditatis consortium, quibus filiorum nomen regeneratio spiritualis creditur abstuliss? Quod cùm ita sentire, atque judicare absurdum est, quæ (malum) ratio est, hoc defendi, & vacuâ magis opinione jactari, quàm aliquâ auctoritate roborari: cùm

a *Matth. 6.* b *Burch. l. 4. c. 92. Ivo p. 1. cap. 292. & p. 2. cap. 309. Polyc. l. 6. titul. 4.* c *post*] *orig.* d *al. ablatum.* e *1. Tim. 3. ad Tit. cap. 1.* f *legis*] *orig.* g *Gen. 1.* h *junxit.*] *orig.* i *Prov. 19. 28. quæst. 1. Nunquid.* k *al. consortium.* l *Matth. 19.*

non possit inter peccata deputari, quod lex præcepit & Deus conjunxit? Nunquid si quis cathechumenus virtutibus studuerit, humilitatem secutus fuerit, patientiam tenuerit, eleemosynas fecerit, morti destinatos quâlibet ratione eripuerit, adulteria exhorruerit, castitatem tenuerit: quæro, si hæc, cùm fuerit sanctus fidelis, amittit, quia per baptismum, totum, quod vetus homo gesserat, putatur auferri? Aspiciamus gentilem hominem Cornelium *a* orationibus, atque eleemosynis vacantem, Angelum audientem per revelationem, ipsumq; *f* Petrum videntem: nunquid per baptismum hæc illi ablata sunt, propter quæ ei baptismus videtur esse concessus? Si ita creditur, mihi credite, non modicùm erratur: quia quicquid benè gestum fuerit, & secundùm præcepta legalia custoditum, non potest facientibus deperire. Nuptiarum ergò copula, quia Dei mandato perficitur, non potest dici peccatum: & quod peccatum non est, solvi inter peccata, credi omninò non debet: eritque integrum æstimare, aboleri non posse prioris nomen uxoris, cùm non dimissum sit pro peccato, quòd *b* ex Dei sit voluntate completum.

1 ¶ Bigamus] *Rubrica hujus capitis, & sequentis, qua in codicibus impressa erant transposita, in suum locum ex aliquot manuscriptis sunt restituta.*

2 ¶ Homine uxores] *Sic in omnibus manuscriptis, & apud Burchardum, & Ivonem par. 1. c. 252. quamvis in originali, & apud eundem Ivonem part. 8. cap. 303. paulò aliter, & obscurius legatur.*

3 ¶ Præcepit] *In orig. & apud cæteros collect. legitur:* in paradiso, cùm ipse eos jungeret, benedixit.

4 ¶ Qui post baptismum] *Apud Burchardum, & Ivonem in prima parte legitur:* quæ post baptismū sortiuntur. *Sed in originali, & apud Ivonem part. 7. & in Pannormia, & infrà 28. q. 1. c.* nunquid, *hoc modo:* qui post baptismum uxores sortiuntur. *Verùm ob glossam nihil est mutatum.*

5 ¶ Ipsumque Petrum] *Apud Innocentium in codice canonum, & Burchardum est:* atque eleemosynis revelationem, Petrumque ipsum vidisse. *Apud ipsum Innocentium in tomis Conciliorum:* per revelationem Angelum, Petrumque ipsum vidisse. *Apud Ivonem:* Petrum ipsum revelatione vidisse.

C. IV. ¶ *In baptismate culpa dimittitur, non lex conjugii abeletur.*

Item Ambrosius *lib. 1. de officiis, c. ult.*

UNa *c* tantùm, nec repetita nobis copula permittitur, & in ipso conjugio lex est, non iterare conjugium, nec secundæ conjugis sortiri conjunctionem. Quod plerisq; mirum videtur, cur etiam ante baptismum iterata 1 conjugia electioni muneris, & prærogativæ ordinationis impedimenta generent; cùm etiam delicta obesse non soleant, si lavacri remissa fuerint sacramento. Sed intelligere debemus, quia in baptismo culpa dimitti potest, lex aboleri non potest. In conjugio non culpa, sed lex est. Quod culpæ est igitur, in baptismo relaxatur: quod legis est, in conjugio non solvitur. Quomodo autem potest hortator esse viduitatis, qui ipse conjugia frequentaverit?

1 ¶ Iterata] *Apud B. Ambrosium locus hic varie legitur. Nam in antiquis emendationibus habetur,* iterato conjugio: *in recentioribus verò,* iterati conjugii. *Item, in Pannormia, & apud Ivonem. In his tamen, quæ sequuntur, concordat, sic legendo,* ad electionem muneris, & prærogativam ordinationis impedimenta generentur.

Ioannes etiam Baptista, dum Herodem ab incestu prohiberet, dicens: [Non *d* licet tibi habere uxorem fratris tui;] *evidenter ostendit, inter infideles conjugia esse. Unde datur intelligi, quòd bigamos dicuntur, non solùm, qui post baptisma conjugia frequentant, sed etiam, qui ante baptismum unam, & post baptismum alteram habuisse probantur. Bigamus verò in Sacerdotem ordinari non debet: non quia deliquerit secundam accipiendo uxorem, sed quia prærogativâ exutus est Sacerdotii.*

C. V. ¶ *Non peccat Bigamus, sed prærogativâ Sacerdotii exutur.*

Unde Ambrosius *ad Vercellenses, lib. 10. epist. 82. ait.*

QUi *a* sine crimine est unius uxoris vir, tenetur *b* ad legem Sacerdotii suscipiendi. Qui autem iteraverit conjugium, culpam quidem non habet coinquinati, sed prærogativâ exuitur Sacerdotis.

DISTINCTIO XXVII.

1 ps QUòd autem unius uxoris vir Episcopus esse jubetur, quæritur: *an de tempore ordinationis hoc sit accipendum, ut tempore suæ administrationis, ejus possit copulâ fungi, quam unicam, & virginem sibi desponsavit.*

C. I. ¶ *Non ordinetur Diaconus, nisi castitatem fuerit professus.*

Hoc Martinus *c* Papa *probibet dicens.*

DIaconus *d* qui eligitur, si contestatus fuerit pro accipiendo matrimonio, & dixerit non posse in castitate permanere, hic non ordinetur. Quod si in ordinatione tacuerit, & ordinatus fuerit, & postea matrimonium desideraverit, alienus sit à ministerio, & vacet à Clero.

Hâc auctoritate datur intelligi, quòd illis, qui uxores habent, vel accipere volunt, nec Diaconi, nec Sacerdotes fieri possunt, nisi conventionem professionis faciant. ¶ *Si verò Diaconus à ministerio cessare voluerit, contracto matrimonio licitè potest uti. Nam etsi in ordinatione sua castitatis votum obtulerit; tamen tanta est vis in sacramento conjugii, quòd nec ex violatione voti potest dissolvi ipsum conjugium.*

C. II. ¶ *Nubentes post votum, non sunt adinvicem separanda.*

Unde Augustinus 1 *in libro de bono viduitatis ad Iulianam viduam, cap. 10.*

2 ps QUidam *e* nubentes post votum asserunt adulteros esse. Ego autem dico, quòd graviter peccent, qui tales dividunt.

1 ¶ Augustinus] *Verba propria hujus capitis non sunt inventa apud B. Augustinum. Sententia tamen habetur in libello de bono viduitatis. Omninò autem intelligendum hoc est de voto simplici, ut Gratianus in fine hujus distinctionis exponit.*

C. III. ¶ *De eodem.*

Item Theodorus *in pœnitentiali.*

SI *f* vir simplex 1 votum virginitatis habens adjungitur uxori, postea non dimittat uxorem, sed tribus annis pœniteat.

1 ¶ Simplex] *Abest vox ista ab omnibus manuscriptis, & infrà 27. q. 1. cap.* si quis votum. *etiam ab impressis. In aliquot tamen pervetustis, est glossa interlineata.*

C. IV. ¶ *Damnabile est voventibus virginitatem, velle nubere.*

Hieronymus 1 *verò è contrà scribit.*

VOventibus *g* virginitatem, non solùm nubere, sed etiam velle, damnabile est.

1 ¶ Hieronymus] *Gratianus hîc, & infrà 27. q. 1. c.* Voventibus. *& Magister sententiarum hoc tribuunt Hieronymo, apud quem non est inventum. In glossa ordinaria 1. Tim. cap. 5. ad ea verba,* habentes damnationem, *refertur ex B. Augustino, cujus propria verba habentur infra in c.* nuptiarum *27. q. 1. post principium.*

---

a *Act. 10.* b *al.* quia. c *Ivo p. 1. c. 291. Pann. l. 6. c. 64.* d *Matth. 14.*

a *Ivo p. 1. c. 290. Pann. l. 6. c. 63.* b *al.* teneatur. c *Apud Martinum Bracharensem, c. 39.* d *Dist. 28. diaconi. Ivo part. 6. cap. 376. Pannorm l. 3. c. 57.* e *Infrà 27. q. 1. cap. nuptiarum. 8. proinde.* f *Ibid. c. si quis votum.* g *Infrà 27. q. 1. c. Voventib. Sentent. 4. dist. 38.*

C. V.

C. V. ¶ *Damnationem habebit, si nupserit, qua virginitatem vovit.*

Idem *contra Iovinianum, lib. 1.*

SI *a* nupserit virgo, non peccat *b*: non illa virgo, quæ semet *c* Dei cultui dedicavit. Harum enim si qua nupserit, habebit damnationem; quia *d* primam fidem irritam fecit.

C. VI. ¶ *Quæ sanctimonialem se esse finxerat, nubere non valet.*

Item Nicolaus Papa *ad Albenum* e *Viennens. Ecclesiæ Archiepiscopum.*

QUod *f* interrogâsti de fœmina, quæ post obitum mariti sui sacrum velamen super caput suum imposuit, & finxit se sub eodem velamine sanctimonialem esse, posteà verò ad nuptias rediit: bonum mihi videtur, quia per hypocrisim Ecclesiasticam regulam conturbare voluit, & non legitimè in voto suo permansit, ut pœnitentiam agat de illusione nefanda, & revertatur ad id, quod spopondit, & in sacro ministerio *g* permaneat, quod inchoavit.

C. VII. PALEA.

NAm *h* si consensérimus, quòd omnia sacramenta Ecclesiastica quisque, prout vult, fingat, & non vere faciat, omnis ordo Ecclesiasticus turbabitur; nec catholicæ fidei jura consistunt, nec canones sacri ritè observantur. Quid enim profuit Simoni *i* Mago baptismum sacrum fictè susc̃ipere, & in Christianitate permansurum se finxisse, cùm per Apostolum fraude ejus detectâ, quod sibi futurum esset, prænunciatum fuit? Ait enim: [*Pecunia tua tecum sit in perditionem: cor enim tuum non est rectum coram Deo. Pœnitentiam itaque age ab hac nequitia tua, & roga Deum, si forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui: in felle enim amaritudinis, & obligatione iniquitatis video te esse.*] Ideò tales, nisi resipiscant, spirituali gladio percutere censemus. Non *k* enim fas est Spiritui Sancto mentiri, sicut Ananias, & Saphira mentiti sunt, & statim perierunt.

¶ *Caput hoc in multis Gratiani codicibus (in quibus habetur sine nomine* Palex,*) est conjunctum superiori, quemadmodum & apud Burchardum & Ivonem. In Panormia autem est sejunctum.*

C. VIII. ¶ *In sacris Ordinibus constituti, non duxerint uxores: & si duxerint, separentur.*

Item Calixtus Papa II.

PResbyteris 1, Diaconis, Subdiaconis, & Monachis concubinas habere, seu matrimonia contrahere, penitùs interdicimus: contracta quoque matrimonia ab hujusmodi personis disjungi, & personas ad pœnitentiam redigi debere, juxta sacrorum canonum diffinitiones judicamus.

1 ¶ Presbyteris] *Hic canon inventus est in cod. Vatic. Bibloth. in fragmento cujusdam Concilii ab Urbano II. habiti, c. 2. ex eodem verò Concilio sunt canones,* Alienationes. *12. q. 2. &* Paternarum. *24. q. 3.*

¶ *Hic distinguendum est, quòd voventium alii sunt simpliciter voventes, de quibus Augustinus & Theodorus locuti sunt: alii sunt, quibus post votum benedictus accedit consecrationis, vel propositum religionis, de quibus Hieronymus, & Nicolaus, & Calixtus scripserunt.*

C. IX. ¶ *Incestæ sunt virgines, quæ post consecrationem nubunt.*

Unde idem Hieronymus *contra eundem Iovinianum lib. 1. scribens, ait.*

VIrgines *l*, quæ post consecrationem nupserunt, non tam adulteræ sunt, quàm incestæ.

a *Ivo p. 7. c. 124. Pann. l. 3 c. 192. 1. Corinth. 7.* b *peccavit.*] *Hier.* c *al. quæ semel.* d *1. Tim. 5.* e *Valdè variant hæc nomina in exemplaribus, & Burch. & Ivone.* f *Burch. l. 1. cap. 47. Ivo part. 7. c. 85. & 152. Pann. l. 3. c. 205.* g *al. ministerio inchoavit.* h *Burch. & Ivo hîc. Pannor. l. 3. c. 206.* i *Act. 8.* k *Act. 5.* l *Ivo p. 7. c. 124. Pann. l. 3. c. 158.*

DISTINCTIO XXVIII.

1 ps FEce, *ostensum est, quòd nolentes vovere continentiam, nec ad Subdiaconatum, nec ad superiores possunt gradus conscendere. Unde ad Subdiaconatum accedentes, non sine voto castitatis juventur admitti, auctoritate* B. Gregorii, *qui scribens Petro Subdiacono lib. 1. epistolâ 42. in fine ait.*

C. I. ¶ *Non fiat Subdiaconus, qui se castè victurum non promiserit.*

NUllum *a* facere Subdiaconum præsumant Episcopi, nisi qui se victurum castè promiserit. *& nonnullis interjectis:* Quia nullus ad ministerium altaris accedere debet, nisi cujus castitas ante susceptum ministerium fuerit approbata.

C. II. ¶ *Subdiaconus, & suprà constitutus incontinentes, uxorem, aut concubinam ducentes, Ecclesiastico beneficio, & officio careant.*

Item Innocentius *in Concilio Rom. c. 5.*

DEcernimus *b*, ut ii, qui in ordine Subdiaconatûs *c* & suprà, uxores duxerint, aut concubinas habuerint, officio, atque Ecclesiastico beneficio careant. Cùm enim ipsi templum, vasa Domini, & sacrarium Spiritûs sancti debeant esse, & dici, indignum est, eos cubilibus & immunditiis deservire.

C. III. ¶ *Castè se victuros promittant, in Diaconos vel Presbyteros ordinandi.*

Item ex Concilio Toletano IV. *c. 26.*

2 ps QUando *d* Presbyteri, aut Diaconi per parochias constituuntur; oportet eos primùm professionem Episcopo suo facere, ut castè, & pure *e* vivant sub Dei timore, ut dum eos talis professio obligaverit, vitæ sanctæ disciplinam *f* retineant.

C. IV. ¶ *Qui longam corporis sui continentiam non habet, in Episcopum eligi non debet.*

Item Gregorius *Clero, & nobilibus civibus Neapolitanis, lib. 2. epist. 40.*

3 ps PRiusquam *g* ad nos scripta vestra discurrerent *h*, Joannem Diaconum, qui ab altera parte electus est, parvulam habere filiam, ex quorundam relatione cognovimus. Unde, si rationem voluissent attendere, nec alii eum eligere, nec ipse debuerat consentire. Nam quâ præsumptione ad Episcopatum audet accedere, qui adhuc longam corporis sui continentiam, filiolâ 1 teste, convincitur non habere?

1 ¶ Filiolâ] *Sic emendatum est ex originali, Anselmo, & Polycarpo, cùm antèà legeretur,* filia. *Superius etiam dixerat,* parvulam filiam, *quibus vocibus recens incontinentia manifestè exprimitur.*

C. V. ¶ *Ad Subdiaconatum accessuri continentiam profitéantur.*

Item ex Concilio Toletano II. *c. 1.*

4 ps DE iis *i*, quos voluntas parentum à primis infantiæ annis Clericatûs 1 officio mancipavit, statuimus observandum, ut mox detonsi, vel ministerio 2 Lectorum traditi, in domo Ecclesiæ sub Episcopali præsentia à præposito sibi debeant erudiri. At ubi octavum decimum ætatis suæ compleverint annum, coram totius Cleri, plebisque conspectu, voluntas eorum de expetendo conjugio ab Episcopo perscrutetur: quibus si gratia castitatis (Deo inspirante) placuerit, & promissionem *k*

a *Infrà dist. 31. ante triennium.* b *Pann. lib. 7. cap. 142.* c *Diaconatûs*] *Pann.* d *Burch. l. 2. c. 157. Ansel. lib. 7. c. 108. Ivo p. 3. c. 130. & p. 8. c. 242. Pann. l. 3. c. 22.* e *al. pie.* f *al. disciplina retineat.*] *Cod. Regius.* g *Ans. l. 6. c. 9 al. 16. Polyc. l. 2. tit. 2.* h *al. recurrerent.*] *al. discurrissent.* i *Ansel. l. 7. c. 42.* k *al. professionem.*

castimoniæ suæ absque conjugali necessitate spoponderint servaturos; hi tanquam appetitores arctissimæ viæ, levissimo Domini jugo subdantur; ac primò Subdiaconatûs ministerium habitâ probatione professionis suæ à vigesimo anno suscipiant. Quòd si inculpabiliter, ac inoffensè vigesimum quintum annum ætatis suæ peregerint, ad Diaconatûs officium, (si scienter implere posse ab Episcopo comprobantur) promoveri debent. Cavendum tamen est his, ne quando suæ sponsionis immemores, ad terrenas nuptias, aut ad furtivos *a* concubitus ultrà recurrant. Quod si fortè fecerint, ut sacrilegii rei *b* ab Ecclesia habeantur extranei. Quibus autem voluntas propria interrogationis tempore desiderium nubendi persuaserit, concessam ab Apostolo licentiam auferre non possumus; ita ut cùm provectæ ætatis in conjugio positi, renuntiaturos se pari consensu operibus carnis sponderint, ad sacros Ordines *c* adspirent.

1 ¶ Clericatûs] *In omnibus editionibus, & duobus codicibus Vaticanis Conciliorum legitur,* in Clericatûs officio, vel Monachali, [al. Monachi] posuit. *Sed in codice Lucensi regio habetur eodem modo, atque apud Gratianum.*

2 ¶ Ministerio Lectorum] *In omnibus codicibus Conciliorum antè citatis (etiam Lucensi) legitur,* ministerio electorum. *Verùm in epistola prima Syricii ad Himerium, c. 9. & Innocentii 24. c. 5. (ubi de eadem ferè re agitur) est,* Lectorum ministerio, seu officio.

C. VI. ¶ *In conjugio constitutus ad Sacerdotium assumi non debet.*

Item ex Concilio Arelatensi II. *c.* 2.

3 ASsumi *d* aliquem ad Sacerdotium in conjugii vinps culo constitutum non oportet, nisi fuerit promissa conversio.

C. VII. ¶ *Non ordinentur Diaconi, qui castitatem non profitentur.*

Item ex eodem 3.

PRæterea 1 placuit, ut deinceps non ordinentur Diaconi, nisi qui priùs conversionis proposito professi fuerint castitatem.

1 ¶ Præterea] *In Arelatensibus, quæ extant, hic ipse penitùs canon non invenitur. Sed sententia habetur in tertio c. 2. in fine.*

¶ *Verùm illa prior auctoritate Diaconis videtur permitti conjugium, cùm ad Sacerdotium tantùm conjugati prohibeantur assumi. Porrò sequenti auctoritate videtur permitti Subdiaconis, cùm de Diaconis specialiter præcipitur, ut sine probatione castitatis non ordinentur.*

C. VIII. ¶ *Diaconi non prohibeantur à ministerio, si in ordinatione dicunt se continere non posse.*

Hæc eadem in Ancyrana Synodo *videtur esse permissum, in qua, c. 10. (al. 9.) sic statutum est.*

DIaconi *e* quicunque, cùm ordinantur, si in ipsâ ordinatione protestati sunt, dicentes, velle se habere uxores, nec posse se continere; hi si posteà ad nuptias venerint, manèant in ministerio, propterea quòd his Episcopus licentiam dederit. Quicunque sanè tacuerunt, & susceperunt manûs impositionem, professi continentiam, si posteà ad nuptias venerint, à ministerio cessare debebunt.

C. IX. ¶ *Presbyter ducens uxorem, ab ordine deponatur.*

Item ex Concilio Neocæsariensi, *c.* 1.

6 PResbyter *f* si uxorem duxerit, ab Ordine suo ilps lum deponi debere: Quòd si fornicatus fuerit, vel adulterium commiserit, extra Ecclesiam abjici, & ad pœnitentiam inter Laicos 1 redigi oportet.

1 ¶ Inter Laicos] *Græcè legitur,* ἐξοβεῖσθαι τέλειον, καὶ ἄγεσθαι αὐτὸν ἐς μετάνοιαν: *quæ Dionysius Exiguus vertit,* amplius pelli debet, & ad pœnitentiam redigi. *Ubi nulla mentio fit pœnitentiæ inter Laicos agendæ: de quâ re copiosiùs dicetur infrà 30. dist. c. fin.*

C. X. ¶ *De eo, qui relictam cujusdam Diaconi duxit uxorem.*

Item Gregorius *lib. 11. epist. 60.*

7 QUia *a* sunt culpæ, in quibus culpa est, relaxare ps vindictam, quærenda semper est veritas, ut inquiri debeat, utrum accusatum noxa condemnet, an à pœna innocentia patefacta subducat. Itaque pervenit ad nos Fantinum *b* defensorem ultionem exercere in Petrum latorem præsentium voluisse, pro eo, quòd (quantum dicitur) relictam cujusdam Diaconi, tempore, quo conductor fuit, marito tradiderit. Sed quoniam iste conjugem Diaconi asserit non fuisse, dicens, nec eam virginem *c* ad eum venisse; denique *d* nec religiosam mutâsse vestem, postquam ille in sacro ordine promotus est; adjiciens etiam, priusquam ad Diaconum perveniret, & posteà, pravâ illam opinione vixisse: Ideò fraternitatem tuam his hortamur affatibus, ut cum Dei, sicut decet, timore causam hanc subtili omninò investigatione perquirat, ut, si in conjugio Diaconi mulierem, de qua agitur, fuisse constiterit, & suprascriptus lator memorato defensori, & rectori patrimonii, ad vindictam modis omnibus tradatur, & cum competenti emendatione ii, qui malè sociati sunt, disjungantur. Si verò in ejus conjugio non fuit, memoratum Fantinum ex nostro mandato commonere te volumus, ut ei facere nil præsumat, nec falsa *e* illum accusatio apud eum in aliquo prægravet.

C. XI. ¶ *De uxore Presbyteri, vel Diaconi, si alii se conjunxerit.*

Item ex Concilio Aurelianensi I. *c.* 15.

SI se cuiquam mulier duplici conjugio, Presbyteri, vel Diaconi relicta conjunxerit, aut *f* separentur: aut certè, si in criminis *g* intentione perstiterint, pari excommunicatione plectantur.

C. XII. ¶ *De eodem.*

Item ex Concilio Martini Papæ.

SI *h* qua vidua Episcopi, vel Presbyteri, aut Diaconi maritum acceperit, nullus Clericus, nulla religiosa persona *i* cum ea convivium sumat, nunquam communicet; morienti tamen *k* ei sacramenta subveniant.

C. XIII. ¶ *Cujusdam Episcopi ordinatio differtur, quia uxorem habet, & filios.*

Item Pelagius *Cethego patricio.*

8 DE *l* Syracusanæ urbis Antistite optaveramus in ps ipso initio, gloriæ vestræ desideriis obedire, nisi nos multiplex ratio ipsius non paucis temporibus ordinationem differre Sacerdotii coegisset, ob hoc, quòd vel personæ qualitas (sicut & vos meliùs nostis) vel superstes uxor, aut filii (per quos Ecclesiastica solet periclitari substantia) nostros animos diutiùs ab ejus ordinatione suspenderent. Et quantum ad cautelam humanam pertinet, integro pene anno distulimus, opinantes, quòd in melius Syracusanorum provenire posset electio. Sed quia in voluntatis suæ proposito irrevocabiliter perstiterunt, & nullus est alius in eadem repet-

a *al. abortivos.* b *al. res damnentur, & ab*] *orig. manuscr. reg.* c *al. gradus.* d *Paulò aliter in orig.* e *Pann. lib. 3. cap. 87. Polyc. l. 5. t. 41.* f *Burchard. lib. 2. cap. 101. Ivo part. 4. cap. 183. Panorm. lib. 3. cap. 31.*

a *Ivo part. 9. cap. 126.* b *Ivo part. 6. cap. 84.* c *virginem illam*] *orig.* d *ut nec religiosam vestem mutare præsumeret.*] *in orig. & apud Ivonem.* e *Est etiam apud Ivonem, non autem in orig.* f *al. castigati.*] *al. castitate servatâ separentur.* g *al. criminum.* h *Apud Martinum Bracharens. c. 23. & Concil. Tolet. 2. cap. 12.* i *absit à Concilio.* k *al. tantùm.* l *Anselm. lib. 4. c. 42. al. 46. Polyc. lib. 2. tit. 2.*

tus Ec-

tus Ecclesia, nisi longioribus adhuc temporum differretur spatiis; ne paulò amplius insanirent (sicut filii nostri magnifici viri Prætoris testificatione didicimus) inter hujusmodi ambiguitates illud consultiùs judicavimus faciendum, ut congruâ providentiâ causam, propter quam principalis constitutio *a* habentem filios, & uxorem ad Episcopatûs ordinem promoveri prohibet, salvâ dispositione consilii *b*, muniremus. Qua de re summo studio ab eodem Syracusanæ urbis Episcopo, priusquam à nobis contingeret ordinari, hujusmodi exegimus cautionem, per quam & suam fateretur, quantula esset, præsentis temporis habitâ rerum descriptione, substantiam; & nihil unquam per se, aut per filios, & uxorem, sive quamlibet propinquam aut domesticam, vel extraneam fortè personam, de rebus usurparet Ecclesiæ, & universa suî Episcopatûs quæsita tempore, Ecclesiæ suæ dominio sociaret: nihil ultra id, quod modò descriptum est, filiis suis, vel hæredibus relicturus.

1 ¶ Item Pelagius] *Anselmus, & auctor Polycarpi ex eadem epistola referunt hæc, quæ caput istud antecedunt:* Quòd de ordinando Ecclesiæ Catinensis Episcopo, salubris electione judicii fieri desideràstis, agnovimus: confestim sequenti die eum juxta morem discutientes, tertio, quo venit, die, Episcopum consecravimus: simili quidem modo de Syracusanæ, *& quæ sequuntur. In Polycarpo tamen inscriptio est*: Gelasius Papa Ceto. *Ivo autem in epistola ad Hugonem Archiepiscopum Lugdunensem, quæ incipit*, Causam Beluacensis, &c. *ita scribit*: Si enim Papa Gelasius quondam Syracusanæ urbis electum, uxorem habentem, & filios interveniente Cethego patricio, &c.

¶ *Ecce hâc auctoritate electus in Episcopatum non prohibetur* 1 *habere uxorem, & filios. Eligi autem ad Episcopatum non debet, nisi aut Sacerdos, aut Diaconus: Subdiaconus verò non, nisi necessitate cogente: sive ergò Presbyter, sive Diaconus, sive Subdiaconus fuerit, apparet, quòd in præfatis ordinibus constituti, licèt* c *matrimonio uti possunt.* ¶ *Quia ergò auctoritate Gregorii, qui relictam Diaconi uxorem marito tradidit, punienda est; item in Neocæsarensi Concilio, Presbyter ducens uxorem, non Diaconus, jubetur deponi; item in Ancyrana Synodo, Diaconi, qui in ordinatione sua dicunt, se velle habere uxores, si postea venerint ad nuptias, non prohibentur à ministerio: patet, quòd nec Diaconi, nec Subdiaconi sunt prohibendi à conjugio. Sed quod de electione objicitur, verum quidem est in Episcopatum non eligendum, nisi in sacris ordinibus constitutum: sed ipsum uxorem habere, & filios, non repugnat præmisso auctoritatibus de continentia Clericorum.* ¶ *In Laicali enim habitu, vel in nutritoribus ordinibus constitutus, potuit habere uxorem, & filios: & si postea ex consensu uxoris continentiam professus, Subdiaconatum, vel Diaconatum, vel Presbyteratûs gradum adeptus fuerat, attamen uxoris, & filiis ipsum necessaria subministrare oportebat.* ¶ *Illud autem Gregorii duobus modis solvitur: vel quia Ecclesia illa, cui Diaconus ille ministraverat* d, *nondum continentiæ votum susceperat in Diaconii & reliquis ministriis; vel quia (sicut de electo in Episcopum antè scriptum est) ante Subdiaconatum memoratus Diaconus eam in uxorem duxerat.* ¶ *Illud autem Neocæsarensis Concilii & Ancyrana Synodi, vel ex tempore, vel ex loco intelligitur. Ex tempore, quia nondum erat introducta continentia ministrorum altaris. Ex loco, quia utraque Synodus Orientalis est, & Orientalis Ecclesia non suscepit generale votum castitatis: hoc tamen diligenti observatione custodit, ut post adeptum Sacerdotium, defunctâ priore uxore, cum qua Sacerdos factus fuerat, si alteram duxerit, deponatur.*

2 ¶ Non prohibetur] *A plerisque vetustis exemplaribus abest dictio*, non: *Retenta tamen est, quicum hic Gratianus in alteram partem disputando, ex canonibus priùs citatis, præ se ferat hoc probare, Subdiaconis, Diaconis, atque etiam Presbyteris, non fuisse prohibitum usum conjugii. Quod tamen qualiter accipiendum sit, ipse posteà declarat à versic.* Sed quod, *usque ad versic.* Illud autem. *Hæc de re agetur etiam infrà in notatione ad principium dist. 31.*

C. XIV. ¶ *Presbyter causâ religionis non contemnat propriam uxorem.*

Item apponitur illud quod legetur in canone Apostolorum, *c. 6. al. 5.*

2 SI *a* quis docuerit, Sacerdotem sub obtentu religps gionis propriam uxorem contemnere, anathema sit.

¶ *Gratianus refert sensum canonis, cæteri collectores ipsa etiam fere verba.*

C. XV. ¶ *Anathema sit, qui Presbyterum conjugatum discernit à communione, nuptiarum occasione.*

Item ex Concilio Gangrensi, *c. 4.*

SI quis *b* discernit Presbyterum conjugatum, tanquam occasione nuptiarum, quòd offerre non debeat, & ab ejus oblatione ideò se abstinet, anathema sit.

¶ *Græcè est*, Εἴ τις διακρίνοιτο παρὰ πρεσβυτέρου γεγαμηκότος, ὡς διὰ γάμου, λειτουργοῦντα αὐτὸν, ἀποφορᾶς μέλλουσαν εἶναι, ἀνάθεμα ἔστω. *id est*: Si quis secernat se à Presbytero, qui uxorem duxit, tanquam non oporteat, illo liturgiam peragente, de oblatione percipere, anathema sit. *quæ versio non multum discrepat à versione Dionysii Exigui.*

C. XVI. ¶ *Ab officio abstineat Presbyter non legalibus nuptiis detentus.*

Item ex sexta Synodo in Trullo, *c. 26.*

10 PResbyterum *c* per ignorantiam non legalibus nupps ptiis detentum, cathedram quidem habere, sed ab officio 1 abstinere præcipimus: sufficit enim hujusmodi indulgentia ei. Quia benedicere aliis, eum, qui vulnera sua debet curare, consequens non est. Benedictio enim sanctificationis traditio est. Qui verò hanc non habet propter delictum *d* ignorantiæ, quomodo aliis tradet? Non igitur publicè, neque privatè benedicat; nec corpus Domini dispensèt aliis; nec alio modo ministret: sed sufficiat ei, quòd præsidet, & imploret à Deo, ut dimittatur ei iniquitas ignorantiæ suæ. Manifestum est autem, quòd hujusmodi non legitimæ nuptiæ solventur, & nullatenus vir accessum habebit ad eam, propter quam sacro ministerio privatus est.

1 ¶ Ab officio] *Græcè est*, τῶν λοιπῶν ἐκ ἔργων. *id est*, à cæteris officiis.

C. XVII. ¶ *De Presbytero non est Laicis judicandum.*

Item Nicolaus *ad consulta Bulgarorum, c. 70.*

11 COnsulendum *e* decernitis, utrum Presbyterum 1 ps habentem uxorem debeatis sustentare, & honorare; an à vobis projicere. Ad quod respondemus; quoniam licèt ipsi valdè sint reprehensibiles; vos tamen Deum convenit imitari, *qui* f *solem suum oriri facit super bonos, & malos.* Dejicere verò eum à vobis ideò non debetis, quoniam nec Judam Dominus, cùm esset mendax discipulus, de numero Apostolorum ejecit. Verùm de Presbyteris, vobis, qui Laici estis, nec judicandum est, nec de eorum vita quidpiam investigandum; sed Episcoporum judicio, quicquid est, per omnia reservandum.

a *Novella 6. & 123. in princ.* b *al. Concilii.*] *Gratian.* c *al. legitimè.* d *al. militaverat.*

a *Burch. lib. 1. cap. 78. Ivo part. 5. c 114. Pannorm. l. 3. cap. 113.* b *Burchard. lib. 3. cap. 75. Ivo part. 2. cap. 116. & part 3. cap. 158.* c *Simile etiam in 3. canon. ejusdem Synodi, & apud Basilium in epist. ad Amphilochium, cap. 27.* d τὸ ὂν τῆς ἀγνοίας πρόσκομμα. e *Ivo p. 2. c. 82. Pannor. l. 5. c. 12.* f *Matth. 5.*

1 ¶ Presbyterum] *In ultimo cap. harum responsionum referuntur Bulgarorum verba, dicentium: multos apud se esse Graecos, & Armenos, & alios, qui diversa docerent. Nondum enim à Romana fide Episcopum, aut Presbyterum acceperant. Quamobrem nihil mirandum, si Presbyter, de quo in hoc capite agitur, uxoratus erat.*

DISTINCTIO XXIX.

SEd notandum est, quòd secundùm Isidorum, pleraque capitula ex causa, ex loco, ex tempore, ex persona consideranda sunt.

C. I. ¶ *Ex tempore, loco, & persona, & causa regula canonum intelliguntur.*

Ait enim Isidorus.

SCiendum est, quòd pleraque capitula ex causa, ex persona, ex loco, ex tempore consideranda sunt, quorum modi, quia medullitùs non indagantur, in erroris labyrinthum nonnulli intricando impinguntur; cùm ante judicant, quàm intelligant; ante inculpant, quàm iterando lecta perquirant.

C. II. ¶ *Pro diversitate rerum temperantur regulæ sanctorum.*

Hinc etiam Gregorius *ait.*

REgulæ *a* sanctorum Patrum pro tempore, loco, & persona, & negotio, instante necessitate, traditæ sunt.

C. III. ¶ *Pro diversitate locorum, temporum, & hominum, scripturæ intelligendæ sunt.*

Item Hieronymus *in proœmio epistolæ ad Ephesios.*

NEcesse est, ut juxta diversitates locorum, & temporum, & hominum, quibus 1 scriptæ sunt, diversas causas, & argumenta, & origines habeant. Et quomodo B. Joannes *b* in Apocalypsi sua, ad septem scribens Ecclesias, in unaquaque earum specialia vel vitia reprehendit, vel virtutes probat: ita & sanctus Apostolus Paulus, per singulas Ecclesias vulneribus medetur illatis: nec ad instar imperiti Medici uno collyrio omnium oculos vult curare.

1 ¶ Quibus scriptæ] *Antè legebatur*, quibus diversæ scripturæ factæ sunt. *Emendatum hoc est ex manuscriptis, & originali, quemadmodum & nonnulla alia.*

DISTINCTIO XXX.

1 pr IPsud autem, quod in canone Apostolorum, & in Gangrensi Concilio, & in sexta Synodo legitur, ex causa consideratur, & ex tempore. *Causa fuit hæresis Manichæorum* 1, *quia conjugium detestabantur, sicut etiam quorundam superstitio, multa in Catholicorum detestationem introduxisse inventur, contra quos in Gangrensi Concilio capitibus sexdecim statutum legitur.*

1 ¶ Manichæorum,] *Propriè Gangrensis Synodus statuit contra Eustathianos, ut supra dist. 18. c.* prima adnotatio. *Sed hunc errorem Eustathiani hauserant à Manichæis.*

C. I. ¶ *De multimoda superstitione hæreticorum, quos Gangrensis Concilium anathematizavit.*

SI *c* qui filii parentes, maximè fideles, deseruerint occasione Dei cultus, hoc justum esse judicantes, & non potiùs debitum honorem parentibus reddiderint, ut hoc ipsum 1 in eis venerentur, quòd fideles sunt, anathema sint *d*.

¶ *In aliquot vetustis exemplaribus hæc omnia, quæ hìc citantur ex Concilio Gangrensi, unico capite, & conjunctâ oratione leguntur. Sunt autem ex prisca versione. Sed ea, quæ est Dionysii Exigui, longè magis respondet originali Græco quamvis neque ipsa usquequaque.*

1 ¶ Ut hoc ipsum] *Græcè est,* Προτιμωρήσῃ ἀλλοτρίαν ποιῆσαι αὐτοῖς τῆς Θεοσεβείας. *Id est,* Quòd scilicet divinus cultus apud ipsos omnibus rebus præferatur.

C. II. ¶ *De eodem.*

Item ex eodem, *c. 17.*

QUæcunque *a* mulier, religioni 1 judicans convenire, comam sibi amputaverit, quam Deus ad velamen ejus 2, & ad memoriam subjectionis illi dedit, tanquam resolvens jus subjectionis, anathema sit.

1 ¶ Religioni] *Græcè est,* Διὰ νομιζομένην ἄσκησιν, *id est,* Ob eam, quæ existimatur pietatis exercitatio: *quod Dionysius vertit;* propter divinum cultum, ut existimat. *Græci enim religiosorum, quos nos dicimus, vitam propriè ἄσκησιν nominabant. Burchardus, & Ivo in part. 7. secuti sunt versionem Dionysii, in octava autem Ivo priscam.*

2 ¶ Ad velamen ejus,] *Hæc non sunt in Græco originali, neque in versione Dionysii. Videntur autem sumpta ex epist. prima ad Corinth. c. 11.*

C. III. ¶ *De eodem.*

Item ex eodem, *c. 14.*

SIqua *b* mulier derelicto viro discedere voluerit, soluto vinculo conjugali, nuptias condemnando *c*, anathema sit.

C. IV. ¶ *De eodem.*

Item ex eodem, *c. 10.*

SI *d* quis propter Deum virginitatem professus, in conjugio positos per arrogantiam vituperaverit, anathema sit.

C. V. ¶ *De eodem.*

Item ex eodem, *c. 9.*

SI *e* quis vel virginitatem, vel continentiam professus 1, tanquam abominabiles nuptias judicat, & non propter hoc solùm, quòd continentiæ, & virginitatis bonum, sanctum propositum est, anathema sit.

1 ¶ Professus,] *Hìc erat additum*, in conjugio: *quod neque est in canone Græco, neque etiam in Latino, qui extatur infrà dist. 31. c.* quicunque. *neque in multis manuscriptis Gratiani codicibus.*

C. VI. ¶ *De eodem.*

Item ex eodem, *c. 13.*

SI *f* qua mulier suo proposito utile judicans, ut virili veste utatur, propter hoc virilem habitum imitetur 1, anathema sit.

1 ¶ Imitetur,] *Græcè legitur,* Καὶ ἀντὶ τοῦ ἰδιωτικοῦ γυναικείου ἀμφιάσματος, ἀνδρεῖον ἀναλάβῃ, *quæ Dionysius Exiguus aptè vertit,* & pro solito muliebri amictu virilem sumit; *sicq; habet Burchardus, & ferè etiam Ivo.*

C. VII. ¶ *De eodem.*

Item ex eodem, *c. 18.*

SI quis *g* tanquam hoc continentiæ convenire judicans, die Dominico jejunaverit, in ejusdem 1 diei contemptum, anathema sit.

1 ¶ In ejusdem] *In originali hujus priscæ versionis est,* aut in ejusdem diei contemptum: *quod in versione Dionysii, quam attulerunt Burchardus, & Ivo, istis vocibus videtur exprimi,* aut contumaciam, *al.* propter contumaciam. *Sed in Græco vulgato nihil est, quòd istis respondeat.*

---

a *Anselm. lib. 4. cap. 33.* b *Apocal. 2.* c *Ivo part. 8. cap. 13.* d *al. sit.*

a *Burch. lib. 8. cap. 62. Ivo part. 7. cap. 20. & part. 8. cap. 322.* b *Ivo part. 8. cap. 226. & 327.* c *al. contemnendo.* d *Reperitur infrà dist. 31. c. quicunque. ex versione Dionys. Burch. l. 8. c. 64. Ivo part. 7. cap. 22. & part. 8. cap. 316. & hoc secundo loco in hac eadem versione.* e *Burch. lib. 8. cap. 61. Ivo part. 7. cap. 78.* f *Burch. l. 8. cap. 60. Ivo part. 7. cap. 78.* g *Burch. l. 13. c. 218. Ivo part. 4. c. 31.*

C. VIII. ¶ *De eodem.*

Item ex eodem, *c. 19.*

SI quis *a* eorum, qui in proposito sunt continentiæ, propter necessitatem 1 corporalem superbiat, & jejunia communia putaverit contemnenda, totius Ecclesiæ perfectam in sua conscientia judicans rationem, anathema sit.

1 ¶ Propter necessitatem] *Nihil mutatum est ob glossas: aterùm multis modis discrepat à prisca versione, & à Dionysiana, quam secuti sunt Burchardus & Ivo. Prisca sic habet:* Si quis eorum, qui in proposito sunt continentiæ, præter necessitatem corporalem, & superbiens jejunia communia totius Ecclesiæ putaverit contemnenda, perfectam in sua scientia vindicans rationem, anathema sit. *Dionysiana autem hoc modo:* Si quis eorum, qui continentiæ studient, absque necessitate corporea, tradita in commune jejunia, & ab Ecclesia custodita, superbiendo dissolvit, stimulo suæ cogitationis impulsus, anathema sit. *Quæ versio in cæteris quidem partibus originali Græco vulgato satis respondet: sed in postremâ insignis est varietas. Nam ubi Dionysius habet;* stimulo suæ cogitationis impulsus, *in Græco vulgato est,* ὑπηνεγκὼν ἐν ἀυτῷ τελείᾳ λογισμῷ, *id est,* nimirum perfectâ, quæ in ipso est, ratiocinatione, illâ abrogante. *In manuscripto autem hujus canonis exemplaribus partim est,* ὑπηνεγκὼν, *id est,* perfectâ in eo residente ratione: *partim* ὑπηνεγκὼν, *id est,* perfectâ, quæ in ipso est, ratione sibi auxilium ferente. *Notantur verò Eusthatiani (quos postea Bogomilos sectatos sunt) qui ita statuebant, peractis certo quodam jejunio, ad eam se perfectæ vitæ rationem pervenisse, ut postea omnia sibi essent indifferentia, nullique præcepto obligarentur, sed soluti omnino essent, ac si ne peccare quidem possent: qua de re Balsamon in capitu hujus interpretatione.*

C. IX. ¶ *De eodem.*

Item ex eodem, *c. 20.*

SI *b* quis per superbiam tanquam perfectum se existimans, conventus, qui per loca, & basilicas sanctorum Martyrum fiunt, vel accusaverit, vel etiam oblationes, quæ ibidem celebrantur, spernendas esse crediderit, memoriasque Sanctorum contemnendas, anathema sit.

C. X. ¶ *De eodem.*

Item ex eodem, *c. 5.*

SI quis *c* docet, domum Dei contemptibilem esse debere, & congregationes, quæ in ea fiunt, anathema sit.

C. XI. ¶ *De eodem.*

Item ex eodem, *c. 6.*

SI quis *d* extra Ecclesiam privatim populos congregans, contemnat Ecclesiasticas sanctiones 1, ipsamq; Ecclesiam apud se sine Concilio *e* Episcopi cum Presbytero agat, anathema sit.

1 ¶ Sanctiones,] *Post hoc verbum in prisca versione ista sunt interjecta:* aliterque ea, quæ sunt Ecclesiæ, voluerit usurpare, non conveniente Presbytero juxta decretum Episcopi, ipsamque, *& cætera, quæ hîc sequuntur. Dionysii autem versio, quæ optimè respondet verbis Græcis, & refertur à Burchardo, hæc est:* Si quis extra Ecclesiam seorsum conventus celebrat, & despiciens Ecclesiam, ea, quæ sunt Ecclesiæ, voluerit usurpare, non conveniente Presbytero juxta decretum Episcopi, anathema sit.

C. XII. ¶ *De eodem.*

Item ex eodem, *c. 1.*

SI *f* quis nuptias in accusationem duxerit, & mulierem fidelem, ac religiosam cum viro suo dormientem, abominandam crediderit, aut etiam accusandam, tanquam non posse conjugatos in regnum Dei ingredi, anathema sit.

C. XIII. ¶ *De eodem.*

Item ex eodem, *c. 2.*

SI *a* quis carnem manducantem ex fide cum religione, præter sanguinem, & idolo immolatum *b*, & suffocatum, crediderit condemnandum, tanquam spem non habentem, qui eam manducant, anathema sit.

C. XIV. ¶ *De eodem.*

Item ex eodem, *c. 15.*

SI *c* quis dereliquerit proprios filios suos, & non eos aluerit, & (quod pietatis est 1) necessaria non præbuerit, sed sub occasione continentiæ negligendos putaverit, anathema sit.

1 ¶ Quod pietatis est] *Longè fidelius Dionysius:* & quod ad se pertinet, non ad pietatem divini cultûs informat. *Græce est enim,* καὶ τὸ ὅσον ἐπ' αὐτῷ ἀ θεοῦ προστέταται τῷ ἀνθρώπου ἀναγκῃ. *Subintelligitur autem particula negans, id est,* μὴ, *ex superiore membro.*

C. XV. ¶ *De eodem.*

Item ex eodem, *c. 12.*

SI *e* quis virorum putaverit, sancto proposito (id est, continentiæ) convenire, ut pallio utatur, tanquam ex eo justitiam habiturus; & reprehendat vel judicet alios, qui cum reverentia birris *f* utuntur, & aliâ veste communi, quæ in usu est, anathema sit.

C. XVI. ¶ *De eodem.*

Item ex eodem, *c. ultimo.*

2 HÆc *g* autem scripsimus, non abscindentes eos, ps qui in Ecclesia Dei secundùm Scripturas sanctum propositum continentiæ eligunt: sed eos, qui suscipiunt habitum 1 ejus, & in superbiam efferuntur adversùs eos, qui simpliciùs vivunt. Sed & hos condemnamus, qui se extollunt adversùs Scripturas, & Ecclesiasticos canones, & nova introducunt præcepta. Nos autem & virginitatem cum humilitate admiramur, & continentiam cum castitate & religione Deo acceptissimam dicimus; & renuntiationem secularium negotiorum atq; actuum cum humilitate approbando laudamus; & nuptiarum vinculum 2, quod secundùm castitatem *h* perdurat, honoramus; & divites cum justitia & operibus bonis non abjicimus 3.

1 ¶ Eos, qui suscipiunt habitum] *Græcè est,* τοὺς λαμβάνοντας τὸν τοιοῦτον τρόπον τῆ ἀσκήσεως ὡς ὑπαιτιωμένους καὶ τῶν ἀφελεστέρως βιούντων ὑπερηφανεύεσθαι καὶ τῆ πρὸς τὰς γραφὰς καὶ τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς κανόνας καινοτομίας εἰσαγομένους ; *id est,* qui ex instituto exercitationis hujusmodi, capiunt occasionem sese efferendi, seque extollunt adversùs eos, qui simpliciùs vivunt, & adversùs Scripturas & Ecclesiasticos canones introducunt novitates.

2 ¶ Et nuptiarum vinculum,] *Græcè:* καὶ γάμου σωφρονοῦντων σεμνὸν, *quæ Dionysius vertit:* & nuptiarum castum vinculum.

3 ¶ Non abjicimus.] *Post hæc verba in Concilio ipso proximè sequuntur, quæ habentur infrà cap.* parsimoniam. *dist. 41.*

C. XVII. ¶ *Anathematizatur, qui Manichæorum superstitiones sequitur.*

Item ex Concilio Martini *i* Papæ.

SI *k* quis Presbyter 1 propter publicam pœnitentiam à Sacerdote acceptam, absque aliqua necessitate die Dominicâ pro quadam religione jejunaverit, sicut Ma-

a *Burch. lib. 19. cap. 5. Ivo p. 4. c. 38.* b *Paunorm. l. 2. c. 3.* c *Burch. lib 3. c. 94. Ivo p. 3. cap. 34.* d *Burch. l. 3. cap. 93.* e *al. consilio.* f *¶ 31. dist. c. si quis nuptias. ex versione Dionysii. Burch. lib. 8. cap. 81. Ivo part. 7. cap. 79.*

a *Ivo part. 4. cap. 30.* b *al. immolatam, & suffocatam.* c *Ivo part. 8. cap. 318.* d *al.* ἐαυτῷ. e *Burchard. lib. 3. c. 63. Ivo part. 7. c. 8.* f *al. berin.* g *Ivo p. 8. c. 320.* h *castitatem secum*] *orig. & Ivo.* i *Apud Martinum Bracharensem cap. 17. & 18.* k *Burch. lib. 1. cap. 20. Ivo part. 4. cap. 42.*

nichæi, anathema sit. Similiter quia 2, quod ab Apostolis traditum est, canon tenet antiquus, placuit, ut per omnes dies Dominicas, & per omnes dies Paschæ usque ad Pentecosten *a*, non prosternant 3 se in oratione causâ *b* humilitatis: sed recto vultu ad Dominum fungantur orationis officio, quia in his diebus gaudium Resurrectionis Domini celebramus. Si quis etiam 4 non pro abstinentia, sed pro execratione escarum à carne abstineat, placuit sancto Concilio, ut prægustet, & sic, si vult abstinere, abstineat. Si autem spernit, ita ut olera cocta cum carnibus non degustet, iste non obediens, nec suspicionem hæresis à se removens, deponatur de ordine Clericatûs.

1 ¶ Presbyter] *Sequebatur*, vel Diaconus. *Quæ sublata sunt, quoniam absunt à plerisque manuscriptis, & originalis. Caterum Burchardus, & Ivo firmiter canonem extant ex Concilio Turonensi, atque ita habet:* Si quis propter publicam pœnitentiam à Sacerdote acceptam, aut pro aliqua necessitate. *In aliquot Gratiani manuscriptis est:* si quis præter publicam pœnitentiam, à Sacerdote acceptam, absque aliqua necessitate,&c. *quæ optima videtur lectio. Nam in c.18. Concilii Gangrensis, undehoc videtur Martinus sumpsisse, nulla Presbyteri sit mentio, sed universè pronunciatur, ut sup. ead. c.* si quis tanquam. Si quis ob pietatis, quemadmodum putatur, exercitationem, die Dominico jejunet, anathema sit: *& verba illa*, absque aliqua necessitate, *videntur hoc importata ex cap. 19. ejusdem Concilii. Neque verò Presbyteris hujusmodi pœnitentia more Laconum imponebatur, c.* illud. *cum sequent. dist. 50. & c. fin. vers.* nec enim. *Et. dist. Sed quando in gravissima crimina publicè incurrebant, depositi peregrinari jubebantur. c.* si quis Sacerdos. *50. q. 1. c.* Sacerdos. *de pœn. dist. 6.*

2 ¶ Similiter quia] *Hoc sumptum est ex canone ultimo Concilii Nicæni.*

3 ¶ Non prosternant] *In codice Lucensi regio legitur:* non prostrati, sed erecto vultu ad Dominum fungantur orationis officio.

4 ¶ Si quis etiam] *Hoc sumptum est ex Concilio Ancyrano, c. 13. (al. 14.) & in eo mentio fit Presbyteri, ac Diaconi.*

DISTINCTIO XXXI.

1 ps. TEmpus quoque, quia nondum 1 erat institutum, ut Sacerdotes continentiam servarent.

1 ¶ Nondum] *Quod ait hic Gratianus, fuisse tempus, quo nondum erat institutum, ut Sacerdotes continentiam servarent, in Subdiaconis (quam & hi Sacerdotum nomine interdum comprehenduntur, valetq; idem Sacerdotes nomen, atque ut sæcis constitutus, ut infrà ad unum distinct. 33. notatur, in gl. c.1. q. 1.* Qui per pecuniam) *locum habere potest. Fuit enim tempus, cum Subdiaconis in aliquibus provincia, ut in Sicilia, continentiæ legibus non adstringebantur: quod Gregorii locus, quo solus ad hanc rem confirmandam proximè à Gratiano citabatur, manifestè probat. Diaconis autem & Presbyteris in Latina Ecclesia nunquam licuisse uxoribus, quas ante sacros ordines duxerant, tuti ex canonibus, qui post primum in hac eadem distinct. citantur, & aliis multis, præsertim epistol. 2. Syricii ad Himerium Tarraconensem, clarè demonstratur.*

C. I. ¶ *Qui castitatem non promisit, ab uxore sua separari non cogatur.*

Unde Gregorius *scribit Petro Subdiacono Siciliæ, lib. 1. epist. 42.*

ANte c triennium Subdiaconi omnium Ecclesiarum Siciliæ prohibiti fuerant, ut more Romanæ Ecclesiæ nullatenus suis uxoribus miscerentur. Quod mihi durum, atque incompetens videtur, ut qui usum ejusdem continentiæ non invenit, neque castitatem antè promisit, compellatur à sua uxore separari, atque per hoc (quod absit) in deterius cadat. Unde *a* videtur mihi, ut à præsenti die Episcopis omnibus dicatur, ut nullum Subdiaconum facere præsumant, nisi qui se victurum castè promiserit, quatenus & præterita mala 1, quæ per propositum mentis appetita non sunt, violenter non exigantur, & futura cautè caveantur. ¶ Qui verò post eandem prohibitionem, quæ ante triennium facta est, continenter cum suis uxoribus vixerunt, laudandi, atque remunerandi sunt, & ut in bono suo *b* permaneant exhortandi. ¶ Eos autem, qui post prohibitionem factam se à suis uxoribus continere noluerint, ad sacrum ordinem volumus promoveri: quia nullus debet ad ministerium altaris accedere, nisi cujus castitas ante susceptum ministerium fuerit approbata.

1 ¶ Mala,] *Vox ista abest à Polycarpo, & aliquot vetustis Gratiani codicibus.*

2 ps. *Causa verò hujus constitutionis mundities Sacerdotalis fuit, ut liberè cunctis diebus orationi possint vacare. Si enim (ut c Paulus ait) ab uxoribus est cessandum, ut expeditius orationi vacemus; ministris utique altaris, quibus quotidiana necessitas orandi incumbit, nunquam conjugali officio vacare permittitur.*

C. II. ¶ *Sacerdotibus semper castitas observanda præcipitur.*

Unde Beda *in comment. super Lucam, ad cap. 1. ait.*

SAcerdotibus *d*, ut semper altari queant assistere, semper ab uxoribus continendum, semperque castitas observanda præcipitur.

C. III. ¶ *Qui divinis Sacramentis inserviunt, continentes esse oportet.*

Item in Concilio Carthaginensi II. *cap. 2.*

EPiscopos *e*, Presbyteros, & Diaconos ità placuit (ut decet sacros Antistites, ac Dei Sacerdotes) nec non & Levitas, vel qui Sacramentis divinis inserviunt, continentes esse in omnibus.

C. IV. ¶ *Sacerdotes, & Levitæ cum uxoribus suis mœchos non debent.*

Item Innocentius I. *Victricio Rothom. Episcopo, epist. 2. cap. 9.*

TEnere *f* debet omninò Ecclesia, ut Sacerdotes, & Levitæ cum uxoribus suis non misceantur, quia ministerii quotidiani necessitatibus occupantur. Scriptum est enim *g*: [*Sancti estote, quoniam & ego sanctus sum, Dominus Deus vester.*] Nam si priscis temporibus anno vicis suæ de templo Dei Sacerdotes non discedebant (sicut de Zacharia legimus *h*) nec domum suam omninò tangebant, quibus utique propter sobolis successionem, uxoris usus fuerat relaxatus, quia *i* ex alia tribu, & præterquam ex semine Aaron, ad Sacerdotium nullus accedere præcipiebatur *k*: quantò magis hi Sacerdotes, vel Levitæ pudicitiam ex die ordinationis suæ servare debent, quibus vel Sacerdotium, vel ministerium sine successione est, nec præterit dies, quâ vel à sacrificiis divinis, vel à baptismatis officio vacent.

C. V. PALEA.

NAm 1 sicut *l* Paulus ad Corinthios *m* scribit, dicens: [*Abstinete vos ad tempus, ut vacetis orationi:*] & hoc utique Laicis præcepit: multò magis Sacerdotes, quibus orandi, & sacrificandi juge sacrificium *n* est, semper debebunt ab hujusmodi consortio abstinere.

1 ¶ Nam sicut] *Hæc Palea in duobus Vaticanis (in quibus solùm reperitur) est conjuncta cum superiori capite, quem-*

a *Sup. distinct. 28. c. Nullum.* b *sic*] *orig.* c *1. Corinth. 7.* d *Pannorm. lib. 3. cap. 92.* e *infrà dist. 84. c. cum in præterito. Pann. lib. 3. cap. 31. Rab. pœn. cap. 19.* f *Burch. lib. 2. c. 116. Anselm. lib. 7. cap. 134. Ivo part. 6. cap. 94. & cap. 134. Pannorm. libr. 3. c. 94.* g *Levit. 11.* h *Luc. 1.* i *Num. 18.* k *al. præceptum fuerat.* l *Ibidem continenter. Anselm. l. 7. cap. 131.* m *1 Cor. 7.* n *al. officium.*

a *al. Quinquagesimam.* b *abest vox ista ab orig.* c *Pann. l. 3. c. 89. Polyc. l. 4. tit. 31.*

admodum

admodum etiam in epistola Innocentii: & legitur, Nam si Paulus. Sed non est mutatum, quoniam est initum capitu.

C. VI. ¶ *Quæ ab uxoribus sint abstinent, ad sacrificia admittantur.*

Item *Exuperio Tholosano Episcopo, epist. 3. c. 1.*

EOs 1 ad a sacrificia fas sit admitti, qui vel cum uxore non exercent carnale officium.

1 ¶ Eos] *Apud Innocentium, & ff. distinct. 32. cap.* Proposuisti, *ubi hoc idem est repetitum, legitur,* neque eos ad sacrificia fas sit admitti, qui exercent vel cum uxore carnale consortium.

C. VII. ¶ *Sacerdoti, cui est semper orandum, matrimonio semper est carendum.*

Item Hieronymus *contra Iovinianum, lib. 1.*

SI b Laicus, & quicunque fidelis orare non potest, nisi careat officio conjugali, Sacerdoti, cui semper pro populo offerenda sunt sacrificia, semper orandum est: si semper orandum est, ergò semper matrimonio carendum.

Quòd autem Manichæorum causâ de conjugio 1 *Sacerdotum illud suprà dictum sit,* ex Gangrensi Concilio *apparet, in quo cap. 1. sic statutum legitur.*

1 ¶ De conjugio] *Sequentem canonem Gratianus restrinxit ad conjuges Sacerdotum, cum tamen in eo damnentur illi, qui omnino nuptias vituperabant, nec volebant aliquem Christianum, etiam Laicum, liberos operam dare. Nec fuit edictus propriè contra Manichæos, sed contra quendam Eustathium, qui hunc errorem cum aliis multis in Armenia disseminaverat. Est autem caput hoc idem cum capite,* si quis nuptias, *sup. dist. 30. sed ex alia versione.*

C. VIII. ¶ *Anathema sit, qui nuptias vituperat.*

SI c quis vituperat nuptias, & dormientem cum viro suo fidelem ac religiosam detestatur, aut culpabilem æstimat, velut, quæ regnum Dei introire non possit, anathema sit.

C. IX. ¶ *De eodem.*

Item ex eodem, *cap. 8. & 9.*

QUicunque d virginitatem custodiens, aut continentiæ studens, velut horrescens nuptias, nec propter hoc, quod bonum & sanctum est, nomen virginitatis assumit, anathema sit.

3 ps. *Potest & aliter intelligi illud, quod in canone* e *Apostolorum legitur, ut iste sit sensus capituli:* [Si quis docet Sacerdotem uxorem suam contemnere,] *non quam uxorem in Sacerdotio accepit, sed quam, dum adhuc esset Laicus, vel in minoribus ordinibus constitutus, sibi copulavit, cum quia contumentiam professus est, cum ad sacros ordines ascenderet, quam nullus debet contemnere, hoc est, ab animo & cura sua abjicere, quin ei necessaria provideat.*

C. X. ¶ *Ministri altaris cum Episcopis, & Presbyteris eadem est lex continentiæ.*

Probatur autem hæc interpretatio auctoritate Leonis Papæ, *qui epist. 90. cap. 3. scribens Rustico Narbonensi Episcopo, ait.*

LEx f continentiæ eadem est altaris ministris, quæ Episcopis atq; Presbyteris: qui cùm essent Laici, sive Lectores, licitè & uxores ducere, & filios procreare potuerunt; sed cùm ad prædictos pervenerunt gradus, cœpit eis non licere, quod licuit. Unde, ut de carnali fiat spirituale conjugium, oportet eos nec dimittere uxores, & quasi g non habeant, sic habere, quò & salva sit charitas, & cessent h opera nuptiarum.

a ff. *dist. 32. c. proposuisti. Panorm. lib. 3. cap. 53.* b *Pann. lib. 3. cap. 58.* c *sup. dist. 30. c. si quis nuptias.* d *sup. dist. 30. c. si quis vel virginitatem. ex alia versione. Burch. lib. 1. cap. 61. Ivo p. 7. c. 79.* e *sup. dist. 28. c. si quis docuerit.* f *Burch. l. 2. c. 214. Anf. l. 7. c. 135. & 6. c. 204. Polyc. l. 4. tit. 31. Ivo p. 6. c. 62. Pann. l. 3. c. 106.* g *1. Corinth. 7.* h *al. cesset exercitatio nuptiarum.*

C. XI. ¶ *Episcopus, vel Presbyter uxorem propriam à cura sua non abjiciat.*

Item Leo IX. 1 *contra epistolam Nicetæ Abbatis.*

OMninò a confitemur, non licere Episcopo, Presbytero, Diacono, Subdiacono propriam uxorem causâ religionis abjicere à cura sua, scilicet, ut ei victum, & vestitum largiatur; non ut cum illa ex more carnaliter jaceat. Sic & sanctos Apostolos legimus egisse, beato Paulo Apostolo b dicente: [*Nunquid non habemus* 2 *potestatem mulierem sororem circumducendi, sicut fratres Domini, & Cephas?*] Vide insipiens, quia non dixit [nunquid non habemus potestatem sororem mulierem amplectendi?] sed [circumducendi] scilicet ut de mercede prædicationis sustentaretur ab eis: nec tamen foret deinceps inter eos carnale conjugium.

1 ¶ Leo IX.] *Habetur in responsione Humberti ad libellum Nicetæ Presbyteri, & Monachi adversùs Latinos editum: quam responsionem, cum nomine Leonis IX. cujus erat Legatus, scripserit, potest rectè nomine ipsius citari: sicut multa ex Eunodii libro nomine Symmachi citata inveniuntur, sup. dist. 17. c.* Concilia. & ff. *40. dist. c.* non nos. & *21. dist. c.* nemo rectè. *8. quæst. 4. cap.* nonne. & *9. q. 3.* aliorum. *Ac sup. dist. 22. nomine Nicolai citatur caput,* Omnes, *quod habetur in oratione Petri Damiani.*

2 ¶ Nunquid non habemus] *Variæ sunt hujus loci interpretationes, quod inter alios B. Hieronymus in 1. libro contra Iovinianum ostendit.*

Hinc & illud Gregorii [Presbyter quidam] *quod requiritur ff. dist. seq. cap. penult.* ¶ *Utigitur ex his auctoritatibus apparet, Sacerdotes uxoribus, quas in Laicali habitu, vel in minoribus ordinibus constituti, sibi legitimè copulârunt, necessaria ministrare, debita verò reddere non valent.*

4 ps. ¶ *Sed objicitur illud* Tripertitæ historiæ, *libro 2. capite 14.*

C. XII. ¶ *Dissuasa Paphnutii Nicæna Synodus non constituit, quòd Presbyteri cum suis uxoribus non dormirent.*

NIcæna c Synodus corrigere volens hominum vitam in Ecclesiis commorantium, posuit leges, quas Canones vocamus, in quorum tractatu videbatur aliquibus introducere legem, ut Episcopi, Presbyteri, Diaconi, & Subdiaconi 1 cum conjugibus, quas ante consecrationem duxerant, non dormirent. Surgens autem in medio Paphnutius confessor contradixit, honorabiles confessus nuptias, & castitatem esse dicens, cum propria conjuge concubitum, suasitq; Concilio, ne talem poneret legem, gravem esse asserens causam, quæ in ipsis, aut eorum conjugibus occasio fornicationis existeret. Et hæc quidem Paphnutius (licèt nuptiarum esset inexpertus) exposuit: Synodusque laudavit sententiam ejus, & nihil ex hac parte sancivit; sed hoc in uniuscujusque voluntate, non in necessitate dimisit.

1 ¶ Et Subdiaconi] *In aliquos vetustiores codicibus, & in originali Socratis non sunt duæ istæ voces. Sozomenus tamen lib. 1. cap. 22. habet tam Græcè, quam in Latina vetere, & nova versione, ut etiam Nicephorus.*

C. XIII. ¶ *Non in perpetuum, sed tempore oblationis à complexu suarum uxorum Sacerdotes abstineant.*

Item Synodus sexta, *cap. 13. lib. 3. c. 19.*

QUoniam 1 in d Romani ordine canonis esse cognovimus traditum, eos, qui ordinati e sunt Diaconi, vel Presbyteri, debere confiteri, quòd jam suis non copulentur uxoribus: nos antiquum sequentes canonem Apostolicæ diligentiæ, & constitutiones sacrorum virorum legales nuptias amodò valere volumus, nullo

a *Pannorm. libro 3. cap. 115.* b *1. Corinth. 9.* c *Pannorm. libro 3. cap. 59.* d *Pannorm. lib. 4. cap. 86.* e *ordinandi.*] *sed ab glossam non est mutatum.*

modo cum uxoribus suis eorum connubia dissolventes, aut privantes eos familiaritate ad invicem in tempore opportuno. Quicunque ergò diligens a inventus fuerit in Subdiaconali ordinatione, aut Diaconali, aut Sacerdotali, hic nullo modo prohibeatur ad talem ascendere gradum, pro uxoris suæ legitimæ cohabitatione: nec etiam tempore ordinationis suæ profiteri cogatur, quòd abstinere debeat à legali propriæ uxoris familiaritate. *Item* ¶. ¶ Oportet eos, qui altari ministrant, in tempore oblationis b sanctorum continentes esse in omnibus; ut à Deo possint consequi, quæ simpliciter postulant. ¶ Si quis igitur præsumpserit contra Apostolicos canones aliquos Presbyterorum, & Diaconorum privare contactu, & communione legalis uxoris, deponatur. Similiter & Presbyter aut Diaconus, qui religionis causâ uxorem suam expellit, excommunicetur: si verò in hoc permanserit, deponatur.

1 ¶ Quoniam] *Græcè sic habetur: ἐπειδὴ ἐν τῇ ἡμετέρᾳ συνηθείᾳ ἐν τάξει κανόνος παραδίδοται διάγνωσις. id est*, Quoniam in Romana Ecclesia loco canonis traditum esse cognovimus, &c. *Hanc verò Ecclesiæ Romanæ traditionem non solùm B. Hieronymus contra Iovinianum, Humbertus suprà citatus, & alii Latini scriptores defendunt, sed etiam Balsamon in explanatione hujus canonis satis apertè probat. Verùm de omnibus hujusmodi canonibus, qui sextæ Synodo adscribuntur, quid sit sentiendum, ad c.* Habeo librum. *dist. 19. satis explicatum fuit.*

Hoc autem ex loco intelligendum est: Orientalis enim Ecclesia (cui sextæ Synodus regulam vivendi præscripsit) votum castitatis in ministris altaris non suscepit.

C. XIV. ¶ *Occidentalis, non Orientalis Ecclesia castitatis obtulit votum.*

Unde Stephanus Papa *ait in prima actione Synodi, ab ipso in Basilica Lateranensi congregata.*

ps ALiter c se Orientalium traditio habet Ecclesiarum, aliter hujus sanctæ Romanæ Ecclesiæ. Nam earum Sacerdotes, Diaconi, atq; Subdiaconi matrimonio 1 copulantur: istius autem Ecclesiæ, vel Occidentalium nullus Sacerdotum à Subdiacono usque ad Episcopum licentiam habet conjugium sortiendi.

1 ¶ Matrimonio] *Id est, possint simul esse in sacris ordinibus, & matrimonio junctis. Nam neque illis, postquam ad sacros ordines ascendissent, licebat contrahere matrimonium.*

6 ps. ¶ *Similiter & capitulum Nicolai ex loco consideratur, quia gens Bulgarorum* d *nuperrimè ad fidem conversa, propositum sacræ religionis ex integro assumere nondum didicerat.* ¶ *Quòd autem in c. 8. Synodi, Presbyter non legitimis* e *nuptiis detentus, punitur, non legales nuptias secundas intelligendas sunt, à quibus auctoritate canonicâ Sacerdos quilibet debet esse immunis. Illud autem Gangrensis Concilii:* [Si f quis discernit Presbyterum conjugatum, &c.] *similiter intelligendum est vel localiter traditum, vel conjugatum ab ea appellatum, quam ante tempus ordinationis suæ duxerat. Illud quoque Martini* g *Papæ:* [Si Subdiaconus secundam duxerit uxorem] *non dissimiliter intelligendum est. Primam enim uxorem ante Subdiaconatum habere permittitur: quâ defunctâ, vel castitatem professâ, promovetur iste ad Subdiaconatum. Promotus autem, si secundas desideravit nuptias, sententiæ Martini Papæ subjacebit.*

DISTINCTIO XXXII.

1 SErvanda est ergò contenentia ab omnibus in sacris ordinibus constitutis.

C. I. ¶ *Neque etiam Subdiaconis connubium conceditur.*

Unde Leo Papa *ad Anastasium epist. 82. cap. 3. & 4. ait.*

OMnium a Sacerdotum tam excellens est electio, ut hæc, quæ in aliis membris Ecclesiæ vacant b à culpa, in illis tamen habeantur illicita. Nam cùm extra Clericorum ordinem constitutis, nuptiarum societati, & procreationi filiorum studere sit liberum: ad exhibendam tamen perfectæ continentiæ puritatem, nec Subdiaconis quidem connubium carnale conceditur, ut & qui habent, sint tanquam non habentes, & qui non habent, permaneant singulares. Quòd si in hoc ordine, qui quartus est à capite, dignum est custodiri; quantò magis in primo, vel in secundo, tertióve servandum est, ne aut Levitico ministerio, aut Presbyterali honore, aut Episcopali excellentiâ quisquam idoneus æstimetur, qui se à voluptate uxoria 1 nec dum frenâsse detegitur.

1 ¶ Uxoria] *Sic emendatum est ex epistola Leonis, & cæteris collectoribus, præterquam Ivone in part. 6. cap. 91. nam ibi est, ut autèa apud Gratianum*, luxuriæ. *Ex isto autem epistolæ loco ostenditur, eo quoque tempore in multis Ecclesiis eam fuisse consuetudinem, ut Subdiaconi à propriis uxoribus abstinerent. Quod tamen ante B. Gregorium non erat generatim omnibus Ecclesiæ præceptum, quippe cùm in Sicilia aliter observaretur. c.* nullum, *sup. dist. 28. & c.* ante triennium, *dist. 31.*

C. II. PALEA.

Item Gregorius *Leoni Episcopo Cathanensi, lib. 3. epist. 34.*

MUltorum c relatione comperimus, hanc apud vos olim consuetudinem tenuisse, ut Subdiaconi suis licitè miscerentur uxoribus. Quod ne denuò quisquam præsumeret, à servo Dei sedis nostræ Diacono, ex auctoritate nostri decessoris est isto modo prohibitum, ut eodem tempore hi, qui jam uxoribus fuerant copulati, unum è duobus eligerent, id est, aut à suis uxoribus abstinerent, aut certè nullâ ratione ministrare præsumerent. Et quantum dicitur, Speciosus tunc Subdiaconus pro hac re ab administrationis se suspendit officio, & usque in obitûs sui tempus notarii quidem gessit officium, & à ministerio, quod Subdiaconum oportuerat exhibere, cessavit. *& post aliqua.* ¶ De cætero verò fraternitas tua sit omninò solicita, ut quos ad hoc jam officium contigerit promoveri, hoc quàm maximè diligenter inspiciat, ne si uxores habent, miscendi se cum eis licentiâ potiantur, sed ad similitudinem sedis Apostolicæ, eos cuncta observare suâ nihilominùs districtione constituat.

C. III. ¶ *Extra sacros ordines constituti ducant uxores, & ab Ecclesia stipendia accipiant.*

Item Gregorius *Augustino Anglorum Episcopo, cap. 2. ad secundam interrogationem.*

SId qui verò sunt Clerici extra sacros ordines constituti, qui se continere non possunt, sortiri uxores debent, & stipendia sua exteriùs accipere, quia & de eisdem Patribus, de quibus præfati sumus, novimus scriptum e, quòd dividebatur singulis, prout cuique opus erat. De eorum ergò stipendio cogitandum atque providendum est, & sub Ecclesiastica regula sunt tenendi, ut bonis moribus vivant, & canendis psalmis invigilent, & ab omnibus illicitis cor, & linguam, & corpus Deo auctore conservent.

C. IV. ¶ *Subdiacono uxorem ducere non licet.*

a *Lege dignus*] *sed ob glossam non est mutatum.* b *al.* stationis. c *Pann. l. 3. c. 34.* d *sup. 28. dist. c. ult.* e *sup. 27. dist. c. Presbyterum.* f *sup. 28. dist. c. si quis.* g ¶ *34. dist. c. si Subdiaconus, ex Martino Bracharensi.*

a *Burch. lib. 1. cap. 5. & lib. 2. cap. 142. Ansel. lib. 7. cap. 157. & lib. 6. cap. 28. in fin. Ivo part. 3. c. 19. & p. 6. c. 95. & 221. Pann. lib. 2. cap. 100.* b *al. non vocantur ad culpam.* c ¶. *27. q. 1. Ansel. l. 7. cap. 138. Polyc. lib. 4. tit. 37.* d ¶. *12. q. 1. quia tua. §. si qui. Ivo part. 4. cap. 36. Panorm. lib. 3. cap. 108.* e *Alf. 2.*

Item

Item Nicolaus Papa Odoni a Viennensi Archiepiscopo.

DE *b* illo Clerico, Alverico *c* nomine, quem per ordines Ecclesiasticos usque ad Subdiaconatum castè vixisse dicitis, cur vestrâ auctoritate uxorem duxerit, miramur, eò quòd nulli unquam (exceptis illis, quibus Ecclesiastica regula habere permittit) uxorem ducendi *d* licentiam damus.

C. V. ¶ *Non audiatur Missa Presbyteri concubinam habentis.*

Item Nicolaus Papa *e omnibus Episcopis.*

1 NUllus *f* Missam audiat Presbyteri, quem scit concubinam indubitanter habere, aut subintroductam mulierem. Unde etiam ipsa sancta Synodus hoc capitulum sub excommunicatione statuit, dicens: [Quicunque Sacerdotum, & Diaconorum, &c.] *Sicut in subsequenti* 1 *cap. Alexandri II. continetur.*

1 ¶ Sicut in subsequenti] *Hæc clausula est Gratiani omittentis referre ex capite Nicolai ea, quæ proximè ex Alexandro relaturus erat. Sunt enim eadem verba. Nam Nicolaus II. in epist. quæ erat, omnibus Episcopis catholicis scripsit, se in Concilio, quod Roma habuit exiij. Episcoporum, hunc canonem edidisse, quem postea Alexander II. (ut ipse etiam testatur in epist. manuscripta) in Concilio à se habito iisdem verbis repetivit. Quare in Pannormia appellatur decretum Nicolai junioris, & Alexandri.*

C. VI. ¶ *Non est audienda Missa Presbyteri, qui concubinam habet.*

Item Alexander secundus. *g*

PRæter *h* hoc autem præcipiendo mandamus, ut nullus Missam audiat Presbyteri, quem scit concubinam habere indubitanter, vel subintroductam mulierem. Unde etiam sancta Synodus hoc capitulum sub excommunicatione statuit, dicens: ¶ Quicunque Sacerdos, Diaconus, Subdiaconus post constitutum beatæ memoriæ prædecessoris nostri sanctissimi Papæ *i* Leonis, ac Nicolai, de castitate Clericorum, concubinâ palàm duxerit, vel ductam non reliquerit, ex parte omnipotentis Dei, & auctoritate beatorum Apostolorum Petri, & Pauli præcipimus, & omninò contradicimus, ut Missas non canet, nec Evangelium, aut Epistolam ad Missam legat, neque in Presbyterio ad divina officia cum his, qui præfatæ constitutioni obedientes fuerint, maneat, neque partem ab Ecclesia suscipiat. ¶ Præcipientes etiam statuimus, ut hi prædictorum ordinum, qui eisdem prædecessoribus nostris obedientes castitatem servaverint, juxta Ecclesias, quibus ordinati sunt, (sicut oportet religiosos Clericos) simul manducent, & dormiant, & quicquid eis ab Ecclesiis competit, communiter habeant. Et rogantes 1 monemus, ut ad Apostolicam, communem scilicet vitam, summopere pervenire studeant, quatenus profectionem cum his consecuti, qui centesimo *k* fructu ditantur, in cœlesti patria mereantur adscribi. Deinde, ut decimæ & primitiæ, seu oblationes vivorum, & mortuorum Ecclesiis Dei, fideliter reddantur à Laicis, & ut in dispositione Episcoporum sint, quas qui retinuerint, à sanctæ Ecclesiæ communione separentur.

1 ¶ Et rogantes] *Hæc usque ad versi deinde, addita sunt ex epistola manuscripta Alexandri, quarum aliqua etiam sunt in Concilio Nicolai, in quo est præterea sequens versic.* deinde, *quæ in epist. Alexandri non est.*

3 pars. *Verum principia harum auctoritatum contraire videntur Hieronymo, & Augustino* l, *& cæteris, qui Christi sacramenta neque in bono, neque in malo homine fugienda ostendunt, sicut subsequens causa Simoniacorum plenius demonstrat. Sed Urbanus II. in epist. destinata præpositis sancti Iuventii hanc contrarietatem determinat, dicens:* [*Ad hoc* 1 *verò, quod subjungitur in eadem epistola, id est, utrum sit utendum ordinationibus, & reliquis sacramentis à criminosis exhibitis, ut ab adulteris, vel sanctimonialium violatoribus, vel hujusmodi: ad hoc, inquam, ita respondemus. Si schismate, vel hæresi ab Ecclesia non separantur, eorundem ordinationes, & reliqua sacramenta sancta, & veneranda non negamus, sequentes beatum Augustinum* a, *qui super Ioannem de hujusmodi tam copiosè, quàm veraciter disserit. Ait enim:* [Baptizat servus bonus, sive servus malus: non sciat se ille, qui baptizatur, baptizari, nisi ab illo, qui sibi tenuit baptizandi potestatem.] *& paulò post:* [Non horreat columba ministerium malorum, respiciat Domini potestatem.] *& infrà.* [¶ Attamen decessores nostri Nicolaus, & Gregorius à Missis Sacerdotum, quos tales reverà esse constiterit, fideles abstinere decreverunt, ut & peccandi licentiam cæteris auferrent, & hujusmodi ad dignæ pœnitentiæ lamenta revocarent.] *Scribit hoc prædecessor noster Gregorius* b *Rudolpho Duci Suevia, & Bertulpho Duci Carentanorum inter cætera:* [Officium Simoniacorum, & in fornicatione jacentium, scienter nullo modo recipiatis, & quantum potestis, tales à sanctis ministeriis e ut oportuerit, prohibeatis, *&c.*] *Porrò ad hæc, quæ sibi syllogistice in eadem epistola objiciuntur, id est, si corpus & sanguis Christi non sunt, & alia, quæ prædiximus, proprias non habent virtutis dignitates, quid agentibus obsunt? quòd si habent, cur sternuntur, si ab indigno præsumuntur? Ad hæc, inquam, ita respondemus, proprias quidem habent virtutis dignitates, ut præfatus Augustinus ait super Ioannem contra Donatistas; sed agentibus vel suscipientibus eadem sacramenta contra præfatorum Pontificum instituta, (nisi fortè solâ morte intervenente, utpote ne sine baptismate, vel communione quibuslibet humanis rebus excedat) eis, inquam, in tantum obsunt, ut verè* d *idololatra sint, cum talibus & ordinationum, & sacramentorum confectio, & aliter quàm præmissum est, scienter suscepta, vehementer à sanctis canonibus prohibeantur. Ait enim Samuel* e *Propheta:* [Quoniam quasi peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere.] ¶ *Hæc de malis catholicis, qui intra Ecclesiam sunt. Cæterum schismaticorum, & hæreticorum sacramenta, quoniam extra Ecclesiam sunt, juxta sanctorum Patrum traditiones; scilicet Pelagii, Gregorii, Cypriani, Augustini* f, *& Hieronymi, formam quidem sacramentorum, non autem virtutis effectum habere profitemur, nisi cum ipsi, vel eorum sacramenta intrata per manûs impositionem ad catholicam redierint unitatem.* g *Scendum verò, quòd canones Apostolorum, (quorum auctoritate Orientalis, & ex parte Romana utitur Ecclesia) & insignis Cypriani martyr, & lxxx. Episcopi cum eodem, baptisma hæreticorum lavacrum Diaboli appellant. Stephanus* h *verò, & Cornelius martyres, & Pontifices Romani, & venerabilis Augustinus* i *in libr. de baptismo eundem Cyprianum, & præfatos Episcopos ob hanc causam vehementer redarguunt: affirmantes baptisma, sive ab hæretico, sive schismatico, Ecclesiastico more celebratum, ratum esse: & meritò: quia alia in Baptismo, & alia in reliquis Sacramentis consideratio est, quippe cùm & ordine prior, & necessarior sit. Subitò enim morituro, prius baptismate, quàm Dominici corporis communione, vel aliis Sacramentis consulitur, & dum fortè Catholicus non invenitur, satius est ab hæretico Baptismi Sacramentum sumere, quàm in æternum perire. Et hanc sententiam præscriptorum Pontificum, Cornelii, Stephani, & Augustini, secuti sunt Ion-*

a *al. Adam.* b *Ivo p. 8. c. 119..* c *al. Alvico.* d *al. habendi.* e *In Synodo Romana 115. Episcoporum, in basilica Constantiniana.* f *Pann. 13. c. 135.* g *in epist. proxima not. indicata.* h *Pannorm. ibid. & lib. 2. cap. 142.* i *Leo IX. in Conc. Romano.* k *Matth. 13.* l *1. q. 1. neq; in homine.*

a *Tract. 5. ad cap. 1. Ioannis, circa medium.* b *Gregorius VII. lib. 2. reg. epist. 45.* c *mysteriis.] orig.* d *al. fortè.* e *1. Reg. 15.* f *Lib. 1. epist. 12. ad Ianuarium, & epist. ad Iubajanum, quæ ante illius Concilium posita est.* g *Can. 45. 46. & 47.* h *In Concil. Stephani 3.* i *Aug. lib. 7. contra Donatistas.*

nocentius a, *Syricius* b, *Leo* c, *Anastasius* d, *& magnus Gregorius & omnis catholica Ecclesia.*

4 pars. ¶ *Prohibentur ergò de manibus talium Sacerdotum Sacramenta suscipi, non quia sint vera, quantum ad formam, & effectum; sed quia, dum hujusmodi Sacerdotes se à populo contemptos vident, rubore verecundiæ facilius ad pœnitentiam provocentur.*

1 ¶ Ad hoc] *Hinc usque ad finem capitis omnia accepta sunt ex epistola Urbani II. L. Proposito sancti Iuventii apud Ticinum, quæ habetur in vetusto codice Bibliothecæ Vaticanæ, cujus epistolæ initium & magna pars habetur infrà, c. salvator. 1. q. 3. atque in aliquot vetustis Gratiani codicibus est caput distinctum cum rubrica,* De eodem.

C. VII. ¶ *Qui uxorem ducere voluerit, ante ordinem Subdiaconatûs hoc faciat.*

Item ex sexta Synodo, *cap. 6.*

SI e quis eorum, qui ad Clerum accedunt, voluerit nuptiali jure mulieri copulari, hoc ante ordinem Subdiaconatûs faciat.

C. VIII. ¶ *Lectores aut uxores ducant, aut continentiam profiteantur.*

Item ex Concil. Carthag. III. *cap. 19.*

LEctores f cùm ad annos pubertatis venerint, cogantur aut uxores ducere, aut continentiam profiteri.

C. IX. ¶ *Subdiaconos continentiam servare oportet.*

Item Gregorius *Bonifacio Episcopo Rhegino, lib. 3. epist. 5.*

SUbdiaconis g tuis hoc, quod de Siculis statuimus, decernimus observari, nec illam definitionem nostram cujusquam sinas contumaciâ aut temeritate corrumpi.

C. X. ¶ *Beneficio & officio careant, qui post Diaconatum uxoribus vacant.*

Item Urbanus II. *in Synodo apud Melphiam, cap. 13.*

EOs h, qui post Subdiaconatum uxoribus vacare volunt, ab omni sacro ordine removemus, officioque atque beneficio Ecclesiæ carere decernimus. Quòd si ab Episcopo commoniti non se correxerint, principib. indulgemus licentiam, ut eorum fœminas mancipent servituti. Si verò Episcopi consenserint eorum pravitatibus, ipsi officii interdictione mulctentur.

1 ¶ Subdiaconatum] *Antèa legebatur,* Diaconatum. *Sed emendatum est ex aliquot vetustis Gratiani exemplaribus, & ex ipso Concilio, cujus unum exemplar est in Bibliotheca Vaticana, & alterum missum est è Gallia. Diaconis enim nunquam in Latina Ecclesia legitur permissum fuisse conjugium, aut usum ipsius, quas Syricius, & Innocentius semper eâdem continentiæ lege cum Episcopis, & Presbyteris conjunxerunt. Subdiaconis quoque post B. Gregorium, & prohibitionem illam, quæ continetur in c.* ante triennium. *sup. distinct. 31. eadem lex fuit constituta, quam Urbanus II. hic innovandam statuit.*

C. XI. ¶ *Excludendi sunt à suorum graduum dignitate Subdiacani, & deinceps, si continentes esse nolunt.*

Item Dominico Patriarchæ Grandensi.

ERubescant i impii, & apertè intelligant judicio Spiritûs sancti eos, qui in sacris ordinibus, Presbyteratu, Diaconatu, Subdiaconatu sunt positi, nisi mulieres abjecerint, & castè vixerint, excludendos ab omni eorundem graduum dignitate. De manifestis quidem loquimur: secretorum autem, & cognitor Deus, & judex est.

C. XII. ¶ *Ad sacros ordines non accedat, nisi virgo, aut probatæ castitatis.*

Idem *in Melphiensi Synodo præsidens dixit, cap. 12.*

NEmo a ad sacrum ordinem permittatur accedere, nisi aut virgo, aut probatæ sit castitatis, & qui usque ad Subdiaconatum unicam, & virginem uxorem habuerit.

C. XIII. ¶ *In tribus gradibus constituti etiam ab uxoribus abstineant.*

Item in Concilio Carthaginensi V. *c. 3.*

PLacuit b Episcopos, Presbyteros, Diaconos 1 secundùm priora statuta 2 etiam ab uxoribus abstinere: quod nisi fecerint, ab Ecclesiastico removeantur officio: cæteros verò Clericos ad hoc non cogi, sed secundùm uniuscujusq; Ecclesiæ consuetudinem observari debere.

1 ¶ Diaconos] *Sequebatur,* Subdiaconos: *quæ vox sublata est, quoniam abest ab originali, & ab Africana, cap. 37. & Carthaginensi Græco, cap. 71. & 1. distinct. 24. c.* cùm de quorundam: *quam vis habeatur in Carthaginensi codice canonum, &c.*

2 ¶ Secundùm priora statuta] *Græcè est,* κατὰ τὸ πρότερον ὅρισμα, *& Balsamon interpretatur,* tempore vicis suæ, *quod ab originali sententia alienum est.*

C. XIV. ¶ *In minoribus ordinibus constituti uxorem ducant, nisi voto, aut religiosa habitu prohibeantur.*

Item Leo IX. *contra epistolam Nicetæ Abbatis.*

SEriatim c, & apertè prosequemur, quid sancta Romana Ecclesia in gradibus Clericorum agat. Clericos tantùm, Ostiarios, Lectores, Exorcistas, Acolythos, si extra votum, & habitum Monachi inveniantur, & continentiam profiteri noluerint; uxorem ducere virginem cum benedictione Sacerdotali permittit, non autem viduam, aut repudiatam: quia propter hoc deinceps nec ad Subdiaconatum provehi poterunt; quia nec Laicus non virginem sortitus uxorem, aut bigamus ad Clericatum potest ascendere. Quòd si quis ex præfatis ordinibus desiderat ad Subdiaconatum ascendere, nequibit hoc sine consensu uxoris suæ: ut fiat de carnali deinceps spirituale conjugium, nemine eos ad hoc cogente. Neque permittitur postèa uxor jungi eidem marito suo carnaliter, nec cuiquam nubere in vita, aut post mortem illius.

C. XV. ¶ *Non liceat Clericis alterius fœtæ uxorem accipere.*

Item ex Concilio Chalcedonens. *cap. 14.*

QUoniam d in quibusdam provinciis concessum est Lectoribus & Psalmistis uxores ducere, statuit sancta Synodus, non licere cuiquam ex his accipere fœtæ e alterius uxorem.

C. XVI. ¶ *Non habitent cum Clericis mulieres, nisi quas naturalis fœdere omnem suspicionem excludunt.*

Item in Nicæno Concilio, *cap. 3.*

¶ INterdixit f per omnia sancta g Synodus non Episcopo, non Presbytero, non Diacono, vel alicui omninò, qui in Clero est, licere subintroductam habere mulierem, nisi fortè aut matrem, aut sororem, aut amitam, aut etiam 1 eas idoneas personas, quæ fugiant suspiciones.

1 ¶ Aut etiam] *Græcè est,* ἢ τὰς μόνας ἐκείνας ἐπιτηδείους ὑπονοίας διαφεύγειν, *id est,* vel eas tantùm personas, quæ omnem fugerint suspicionem.

a *Innoc. Victricio, epist. 1. c. 15.* b *Syricius Himerio, cap. 1.* c *Leo de cons. dist. 4. hi, de quibus.*] d *Anast. dist. 29. c. 2.* e *Extrà de etat. & qualit. cap. à multis. Paun. lib. 3. c. 102.* f *Paun. l. 3. c. 111.* g *Paun. l. 3. c. 99.* h *Paun. l. 3. c. 101.* i *In cap. à multis. 5. erubescant. extr. de etat. & qual. Pannorm. l. 3. c. 103.*

a *In c. à multis. extr. de etat. & qual. Pannorm. lib. 3. cap. 104.* b *Pannorm. lib. 3. cap. 105.* c *Humbertus Cardinalensis, legatus Leonis IX. in responsione contra Nicetam. Pannorm. libr. 3. cap. 107.* d *Paun. lib. 3. c. 110.* e ἐτεροδόξου. f *Burch. l. 2. c. 109. Ansel. l. 7. c. 133. & 6. 6. 102. Ivo part. 6. c. 186. Paun. l. 3. c. 112.* g *al. magna.*

C. XVII.

C. XVII. ALEA.

[*Item* Hieronymus *ad Nepotianum de vita Clericorum, & alibi.*]

HOspitiolum 1 tuum aut raro, aut nunquam mulierum pedes terant. ¶ Quia non potest 2 toto corde cum Deo habitare, qui fœminarum accessibus copulatur. ¶ Fœmina 3 conscientiam secum pariter habitantis exurit. ¶ Nunquam de formis mulierum disputes. ¶ Fœminæ nomen tuum noverint 4; vultum nesciant. ¶ Fœminam, quam benè videris conversantem, mente dilige, non corporali frequentiâ 5. ¶ Si bonum est mulierem non tangere, malum est ergò tangere.

1 ¶ Hospitiolum] *Caput hoc habetur in multis manuscriptis, & sine Palea nomine. Est autem collectum ex variis B. Hieronymi locis, in quibus de vitanda mulierum consuetudine agitur.*

2 ¶ Non potest] *In epistola ad Oceanum, quæ non putatur esse B. Hieronymi, legitur:* Mihi crede, non toto corde cum Domino habitare, &c.

3 ¶ Fœmina] *Iisdem paulo superiùs*, flammigero igne percutit fœmina conscientiam paritèr habitantis, exutitque fundamenta mentium.

4 ¶ Noverint;] *Anteà legebatur* fœminæ nomen tuum nesciant. *Emendatum est ex aliquot manuscriptis, & ex epistola Hieronymi ad Rusticum Monachum.*

5 ¶ Frequentiâ.] *In epistola ad Oceanum est*, frequentes oculatu.

C. XVIII. ¶ *Presbyter uxorem suam quasi sororem diligat, & quasi hostem fugiat.*

Item Gregorius *in dialogo, lib. 4. cap. 11.*

PResbyter *b* quidam sibi commissam regebat Ecclesiam cum magno timore Domini, qui ex tempore acceptæ ordinationis Presbyteram suam ut sororem diligens, sed quasi hostem cavens, ad se propiùs accedere non sinebat, eamque sibi appropinquare nullâ occasione permittens, ab ea sibi communionem funditùs familiaritatis abscinderat.

C. XIX. ¶ *Vidua, vel seniores, Presbyteræ appellantur.*

6 ps. *Presbyterum verò quam debeamus accipere*, Laodicense Concilium, *c. 11. ostendit, dicens.*

MUlieres 1, quæ apud Græcos Presbyteræ appellantur, apud nos viduæ, seniores, univiræ, & matricuriæ appellantur, in Ecclesia tanquam ordinatæ constitui non debere.

1 ¶ Mulieres] *Sic habet prisca versio. Græcè:* διὰ τὸ μὴ δεῖν τὰς λεγομένας πρεσβυτίδας, ἤτοι καθημένας ἐν ἐκκλησίᾳ καθίστασθαι. *id est:* Quòd non oporteat eas, quæ presbyteræ, vel præsidentes dicuntur, in Ecclesia collocari, *quæ est Dionysii versio, præterquàm in ultimis verbis. Ille enim habet;* Ecclesiis ordinari. *Et videndus est Balsamon ad eum locum.*

DISTINCTIO XXXIII.

1 ps EOs, quòd in sacris ordinibus constituti uxores habere non possint, vel si bigami aliqui fuerint inventi, ad sacros ordines ascendere non valent. *Sed quæritur, si quis præter uxorem concubinam habuerit, utrum in Sacerdotem promoveri valeat? Talis à sacris ordinibus auctoritate* canonum Apostolorum *probibetur: in quibus cap. 17 sic statutum legitur.*

C. I. ¶ *Secundis nuptiis post baptisma copulatus, aut concubinam habens, ad sacrum ordinem conscendere non valet.*

SI quis *e* post acceptum baptisma secundis nuptiis fuerit copulatus, aut concubinam habuerit, non potest fieri *d* Episcopus, non Presbyter, aut Diaconus, aut prorsùs eorum, qui ministerio 1 sacro deserviant.

a *In epist. ad Oceanum. Ibid. In epist. ad Nepotianum propè finem. In epist. ad Rust. In epist ad Ocean. l. 1. contra Iovin.* b *Pann. l. 3. cap. 114.* c *Anselm. l. 6. c. 143. Ivo p. 8. c. 187. al. 151.* d *al. esse.*

1 ¶ Ministerio] *Græcè:* τὴν κανονικὴν τῶν ἱερατικῶν *id est*, qui sunt in catalogo Sacerdotali.

Deservientes sacro ministerio intelliguntur Subdiaconi, qui calicem Diacono offerunt, & Acolythi, qui cum cereo Diaconos præeunt, unde & Ceroferarii dicuntur: qui etiam vinum, & aquam præparando calici subministrant. Concubina intelligenda est præter uxorem, ut iste sit sensus capituli: [*Si quis post acceptum sacrum baptisma secundis nuptiis fuerit copulatus, aut concubinam duxerit:*] *distinguendum est, antequam uxorem duxerit, sive post mortem uxoris.*

C. II. ¶ *Duarum Matronarum maritus post baptismum, Clericus non ordinetur.*

Unde B. Gregorius 1 *dit.*

MAritum *a* duarum post baptismum matronarum Clericum non ordinandum; neque eum, qui unam quidem, sed concubinam, non matronam habuit: nec illum, qui viduam aut repudiatam, vel meretricem in matrimonium assumpserit: nec eum, qui semetipsum quolibet corporis sui membro indignatione aliquâ, vel justo, vel injusto timore superatus, truncaverit: nec illum, qui usuras accepisse convincitur, aut in scena lusisse dignoscitur: nec eum, qui publicâ pœnitentiâ mortalia crimina deflevit *b*: neque illum, qui in furiam aliquando versus insanivit, vel afflictione Diaboli vexatus est: neque eum, qui per *c* ambitionem ad imitationem Simonis Magi *d* pecuniam obtulerit *e*.

1 ¶ Gregorius] *Hoc caput sumptum est ex cap. 72. libelli de Ecclesiasticis dogmatibus, qui inter opera B. Augustini editus est, atque ex eo altius sæpissimè ab ipso Gratiano citatur. A Tertemio autem adscribitur Alcuino, ab aliis Isidoro. Sed plures, & majoris auctoritatis Gennadio tribuunt, ut Valfridus Strabo lib. de reg. Eccl. cap. 20. Petrus Lombardus sentent. 2. dist. 8. S. Thomas quodlib. 12. art. 10. Platina in Symmacho, & alii.*

C. III. ¶ *Arreptitii, vel epileptici sacris altaribus non ministrent.*

Item Pius Papa.

2 COmmuniter *f* diffinimus, ut nullus de iis, quæ ps aut in terram arrepti à dæmonibus eliduntur, aut quoliber modo vexationis incursibus efferuntur, vel sacris audeant altaribus ministrare, vel indiscussè se ingerant sacramentis divinis, exceptis illis, qui corporis incommoditatibus dediti, sine hujusmodi passionibus in terram prosternuntur elisi: qui tamen & ipsi tamdiu erunt ab officii sui ordine & loco suspensi, quousque unius anni spatio per discretionem Episcopi inveniantur ab incursu dæmonum liberati *g*.

C. IV. ¶ *De eodem.*

Item Nicolaus Papa.

CLerici *h*, qui in adolescentia à dæmonibus cognoscuntur obsessi, ad superiorem sacri regiminis gradum ascendere non possunt.

¶ *Simile quiddam habetur in Concilio Arausico 1. c. 16. Ivo citat Nicolaum Alvino Ivonis Archiepiscopo, ad quem etiam fortassè scribitur* c. quorundam, 7. *dist. 34.*

C. V. ¶ *De eodem.*

Item Gelasius Papa. *epist. ad universos Episcopos per Lucaniam constitutos, c. 21.*

USque *i* adeò sanè comperimus illicita quæque prorumpere, ut dæmonibus, similibusque passionibus irretitis ministeria sacrosancta tractare tribuatur. Qui-

a *Anselm. lib. 7. cap. 22. al. 26. Ivo p. 8. cap. 295. Polyc. l. 2. tit. 31.* b *deflet.*] *orig.* c *al. pro ordinatione.* d *Alter. f.* e *offert.*] *orig.* f *Burch. l. 3. c. 17. Ivo part. 2. cap. 125. Polyc. lib. 4. tit. 31.* g *absens.*] *cæteri codices.* h *Ivo p. 11. cap. 104.* i *Burch. l. 2. c. 20. Polyc. l. 3. & 9. cap. ult. Ivo p. 2. c. 12. & part. 6. cap. 40.*

bus si in hoc opere positis, aliquid propriæ necessitatis occurrat, quis fidelium de sua salute confidat, ubi ministros ipsos curationis humanæ tantâ perspexerit calamitate vexari? Atque ideò necessariò removendi sunt, ne quibuslibet, pro quibus Christus est mortuus, scandalum generetur infirmis. Postremò, si corpore sauciatum fortassis, aut debilem, nequaquam sancta contingere lex *a* divina permisit; quantò magis doni cœlestis dispensatores esse non convenit (quod est deterius) mente percussos?

C. VI. ¶ *Qui tempore Baptismi uxores habent, si postea religiosè vixerint, Clerici fieri non prohibentur.*

Item Innocentius Papa I. *Felici Episcopo Nucerino, epist. 4. c. 4.*

3. LAici *b*, qui habentes uxores baptizati sunt, ac sic se instituerunt, ut opinio eorum in nullo vacillaret, ut aut Clericis juncti sint, aut monasteriis, ex quo baptizati sunt, adhæserint, si non concubinam, non pellicem noverint, si in omnibus bonis operibus vigilaverint, non prohibentur hujusmodi ad Clericatûs sortem assumi.

4 ps. *Cæterùm ante susceptum sacrum ordinem quosdam legimus concubinam habuisse, quos tamen sacri canones non rejecerunt, si post sacrum ordinem ab ejus commistione sese immaculatos custodirent.*

C. VII. ¶ *De quodam Episcopo, qui ante sui Episcopatûs apicem concubinam habuit.*

Unde Gregorius *Andreæ Tarentino Episcopo, lib. 2. epist. 44. sive c. 53.*

HAbuisse *c* te concubinam, manifestâ veritate comperimus 1, de qua etiam contraria est quibusdam innata suspicio. Sed quia in rebus ambiguis absolutum non debet esse judicium, hoc tuæ conscientiæ elegimus committendum. Qua de re, si in sacro ordine constitutus ejus te permistione esse recolis maculatum, Sacerdotii honore depositò, ad ministrandum nullo modo præsumas accedere: scituras in animæ tuæ periculo *d* te ministrare, & Deo nostro te, sine dubio, reddere rationem, si hujus sceleris conscius in eo, quo es ordine, celans veritatem permanere volueris.

1 ¶ Comperimus,] *Sequebatur*, & te illius criminis participationem habere, *quæ verba sunt etiam in editione operum B. Gregorii Frobeniana. Verum sublata sunt, quemadmodum absunt & ab ejus editionibus & à cæteris collectoribus, & à Joanne Diacono, lib. 3. num. 43. vitæ ejusdem Gregorii: eminuit, sententiam perturbant.*

DISTINCTIO XXXIV.

1 ps. DOmesticarum quoq; personarum immoderatam familiaritatem Episcopum vitare oportet.

C. I. ¶ *Etiam consanguinearum immoderatam familiaritatem Episcopum vitare oportet.*

Unde Nicolaus Papa *ad Albanum* e *Archiepiscopum.*

QUorundam *f* relatione fidelium, nostris auribus intimatum est, quòd Lanfredus Episcopus, qui & juvenis esse dicitur, venationi sit deditus: quod vitium plurimos etiam de Clericali catalogo, genere duntaxat Germanos, & Gallos irreverenter implicat. Verùm iste (si ita est, ut audivimus) meritò juvenis dicitur, qui juvenilibus desideriis occupatus, nullâ *g* gravitate constringitur. &]. Nam (ut beatus dicit Hieronymus *h*) venatorem nunquam legimus sanctum. *& infra.* Nihilominùs autem de hoc Episcopo relatum est Apostolatui nostro, quòd cum quadam filia sua immoderatam teneat familiaritatem, & ob id mala fama ei orta sit: pro qua re à sanctitate tua, cæterisque Coëpiscopis suis commonitus atque correptus est, sed nullatenus emendatus: quæ res in hoc maximè displicet, & magis, ac magis deteriorem de se reddit opinionem, in quo beatitudinis tuæ, & cæterorum Coëpiscoporum suorum rationibus non obedit, & per inobedientiam in culpam protoplasti relabitur. Oportet ergò fraternitatem tuam Synodale cum Episcopis, & suffraganeis tuis convocare Concilium, & hunc salutaribus eloquiis Episcopum convenire, atque illi pastorali auctoritate præcipere, quatenus ab omnium bestiarum vel volucrum venatione penitùs alienus existat; atque ab immoderata filiæ suæ familiaritate semet omninò coërceat. Quòd si parere contempserit, & tam pro venationis declinatione, quàm pro immoderata filiæ suæ conversatione vitanda, vobis admonentibus obedire distulerit, à vestro collegio excommunicatus abscedat. Quòd si in hoc contumax adhuc apparuerit, à ministerio cessare debebit.

C. II. PALEA.

[*Ex* Concilio I Aurelianensi IV.]

EPiscopum *a*, Presbyterum, aut Diaconum canes ad venandum aut accipitres, aut hujusmodi res habere non licet. Quòd si quis talium personarum in hac voluptate *b* sæpius detentus fuerit, si Episcopus est, tribus mensibus à communione 1 suspendatur; Diaconus verò ab omni officio, & communione suspendatur.

1 ¶ Aurelianensi] *Hæc Palea etiam in Decretalibus tit. de Cleric. ven. cap. 1. citatur ex Concilio Aurelianensi, & in Pannormia ex cap. 2. Sed in Aurelianensibus, qua extant, non est inventa. Burchardus, & Ivo part. 6. cap. 281. citant ex Meldensi. Eadem verò sententia est in Agathensi, cap. 15. (quod etiam citat Ivo p. 3. c. 366. & p. 13. c. 30.) & in Epaunensi, cap. 3.*

2 ¶ A communione] *In Decretalibus legitur* à communione, si Presbyter, duobus; si Diaconus, ab omni officio suspendatur. *Apud Burchardum est*, se à communione suspendat, Presbyter duobus; Diaconus verò ab omni officio & à communione suspendatur: *neque multò aliter apud Ivonem, part. 6. & in Concilio Epaunensi. In Agathensi autem, & apud Ivonem part. 1.* Se à communione suspendat; Presbyter duobus mensibus se abstineat: Diaconus verò ab omni officio & e communione cessabit. *Verum apud eundem Ivonem, part. 13. ex Concilio item Agathensi hoc modo legitur:* se à communione abstineat *d*, Presbyter duobus mensibus se abstineat; Diaconus verò ab omni officio, vel communione cesset.

C. III. PALEA.

OMnibus *e* servis Dei venationes, & sylvaticas vagationes *f* cum canibus, & ut accipitres, aut falcones habeant, interdicimus.

¶ *Hæc etiam Palea habetur eod. tit. de Cleric. ven. cap. 2. ubi ex eodem Concilio Aurelianensi citatur, quemadmodum & apud Burchardum, & Ivonem. Sententia iisdem pene verbis est in Synodo Francica sub Zacharia Papa, qua & Conciliorum tomis est inserta, & habetur lib. 3. capitular. cap. 2. & manuscripta etiam inter epistolas Zachariæ, in codice sæpè memorato monasterii Dominicanorum.*

2 ps. *Concubina autem hic ea intelligitur, quæ cessantibus legalibus instrumentis unita est, & conjugalis affectu adsti-*

a *Levit. 21.* b *Anselm. l. 7. c. 29. al. 34. Ivo part. 8. cap. 51. Pannorm. l. 3. cap. 45.* c *Burchard. lib. 1. cap. 135. Ivo part. 5. cap. 310. Polyc. l. 4. t. 39.* d *al. periculum.* e *al. Alvinum.* f *Ivo part. 5. cap. 313.* g *nullâ senum gravitate.*]Ivo. h *ad cap. 3. Michææ, & in Psal. 90.*

a *Extrà de Cleric. ven. cap. 1. Burchard. lib. 2. cap. 213. Ivo part. 5. cap. 366. & part. 6. cap. 282. & part. 13. cap. 30. Pannorm. lib. 3. cap. 167.* b *al. voluntate sapius detentus,* c *al. vel.* d *al. suspendat.* e *Extrà de Cleric. venat. cap. 2. Burchard. lib. 2. cap. 214. Ivo part. 6. cap. 283.* f *al. fatigationes.*

statur,

scitur: hanc conjugem facit affectus, concubinam verò lex nominat. De hac dicatur in Concilio Toletano I. *c. 17.*

C. IV. ¶ *Qui non habet uxorem, sed loco illius concubinam, à communione non repellitur.*

IS, qui *a* non 1 habet uxorem, & pro uxore concubinam habet, à communione non repellatur: tamen *b* ut unius mulieris, aut uxoris, aut concubinæ sit conjunctione contentus.

1 ¶ Is, qui non] *Integer Concilii canon, qui apud Ivonem quoque & in Pannormia refertur, est hic:* Si quis habens uxorem fidelis *c*, concubinam habeat, non communicet. Cæterum is, qui non habet uxorem, & pro uxore concubinam habet, à communione non repellatur: tamen *d*, ut unius mulieris, aut uxoris, aut concubinæ (ut ei placuerit) sit conjunctione contentus. Alias vivens abjiciatur, donec desinat, & ad pœnitentiam revertatur. *Neque verò omnes concubinarum genus eo etiam tempore permittebatur. De quibus quid in legibus gentilium Imperatorum legatur, nihil opus est referre. Certè Justinianus Novellâ 18. c. 5. (ut est apud Iulianum antecessorem) quasdam concubinas comparat quodammodo uxoribus, quæ sine dotalium tabularum solemnitate ductæ fuerant. Ad quod concubinarum genus referendum est, quod scribit B. Augustinus in lib. de bono conjugali, & refertur infrà 32. q. 2. c.* solet. *In quibus hæc tria erant necessaria: primum, ut uterque esset solutus: deinde fides mutua, quòd alteri non jungerentur, neque à procreatione filiorum abhorrerent: tertium, ut usque ad mortem in ea vita conjunctione manendum sibi proponerent. Et in his quidem scribit B. Augustinus, posse aliquo modo dici, nuptias esse, & connubium, quam vis sic habitam non audeat appellare uxorem: quia non interveniant instrumenta dotalia, & alia, quæ lure Civili & Canonico requirebantur, ut esset legitima uxor: quod habetur in prædicta Novella 18. & infrà 30. q. 5. c.* aliter. *Itaque hujusmodi mulieres, cum non essent uxores, vocabantur concubinæ: sed ob illa tria, ac præcipuè, quòd in affectu maritali permanere statuerant, permittebatur ipsis communicare, habebanturq; tanquam uxores minùs solenniter ductæ. Et hoc est, quòd hic, & in sequenti capite dicitur, pro uxore, & loco uxoris habere concubinam: Idq; Gratianus ipse ad finem capitis antecedentis* §. concubina. *indicavit. Nam concubinarum ad tempus adhibitarum, etiamsi filiorum procreandorum causâ haberentur, planè illicitus erat concubinatus: quod asserit idem B. Augustinus, c.* audite. *infrà eod. & in eodem lib. de bono conjugali, cap.* concubinæ. *infrà 32. quæst. 2.*

C. V. ¶ *De eodem.*

Item Isidorus *de distantia* c *Novi & Veteris Testamenti.*

CHristiano *f* non dicam plurimas, sed nec duas simul habere licitum est, nisi unam tantùm, aut uxorem, aut certè loco uxoris (si conjunx deest) concubinam.

C. VI. PALEA.

[*Ex dictis* Augustini *in lib. 3. Homiliarum, Homiliâ 49.*]

AUdite *g* charissimi, membra Christi, & matris catholicæ Ecclesiæ filii. Quod dico competentibus 1 & fidelibus, audiant pœnitentes. Quod dico fidelibus, dico & competentibus, & pœnitentibus. Audiant catechumeni, audiant omnes, omnes timeant, nemo contemnat: sit mihi in consolationem vester auditus, ne vobis sit in testimonium dolor meus. Competentibus dico, fornicari vobis non licet: sufficiant vobis uxores 2, audiat Deus, si vos surdi estis: audiant Angeli, si vos contemnitis. Concubinas vobis habere non licet: esi non habetis uxores, tamen non licet vobis habere concubinas, quas posteà dimittatis, & ducatis uxores: tantò magis damnatio vobis erit, si volueritis habere uxores & concubinas.

1 ¶ Competentibus] *Hoc loco verba sunt ex originali in suum ordinem restituta. Qui autem vocarentur competentes, declarat B. Augustinus in sermone ad competentes: atq; intelligi etiam potest ex eodem B. Augustino alibi, & ex alijs.*

2 ¶ Uxores,] *In hac præcipuè parte non sunt relata propria verba B. Augustini; sed nonnulla omissa, ac mutata. Nam ipse ita scribit:* Sufficiant vobis uxores, aut nec uxores: concubinas vobis habere non licet Audiat Deus, si vos surdi estis: audiant Angeli ejus, si vos cotemnitis: concubinas vobis habere non licet: si audiant competentes, quod dico fidelibus, non habetis uxores, non licet vobis habere concubinas, quas posteà ducatis uxores; quantò magis damnatio vobis erit, si habere volueritis & concubinas, & uxores dimittatis.

3 pars. *Cæterum, si non talis concubina fuerit, & ætas illius de quo agitur, futuræ incontinentiæ suspicionem auferre dignoscatur, apostolicâ concessione ad ordinem Diaconatûs provehi potest.*

C. VII. ¶ *Qui post mortem uxoris habuerit de ancilla filios, Diaconus fieri permittitur.*

Unde Pelagius Papa *scribit Florentino* 2 *Episcopo.*

FRaternitatis *b* tuæ relatione susceptâ, ejus latorem secundas quidem nuptias expertum non fuisse didicimus, castitatem tamen eum *c* priori non servâsse conjugio designâsti. Et quamvis multa sint, quæ in hujusmodi casibus observari canonicæ jubeat sublimitatis *d* auctoritas: tamen quia defectus nostrorum temporum, quibus non solùm merita, sed corpora ipsa hominum defecerunt, districtionis illius non patitur in omnibus manere censuram, & ætas istius, de quo agitur, futuræ incontinentiæ suspicionem auferre dignoscitur; ut ad Diaconatum possit provehi, temporum, ut dictum est, condescendentes defectui, concessisse nos noveris. *& infrà.* ¶ Micenam *e* verò ancillam ejus, de qua se post transitum uxoris filios habere confessus est, jubemus, ut tuâ dispositione cuiquam monasterio continentiam professura tradatur 1.

1 ¶ Tradatur.] *Apud Anselmum sequitur:* ut meliori sorte, ad quod promovetur officium, sub bonæ possit famæ merito ministrare, nec aliqua opinionis ejus maculandæ relinquatur occasio: *neque multò aliter in Polycarpo.*

Hoc ex dispensatione misericordiæ: cæterùm ex rigore disciplinæ intelligatur illud Aurelianensis 2 Concilii.

2 ¶ Aurelianensis] *Hæc ad verbum habentur in Concil. Gerundensi, cap. 1.*

C. VIII. ¶ *Non admittatur ad Clerum, qui præter uxorem aliam cognoverit.*

SI quis *f* de Laicis post uxorem, aliam cujuscunq; conditionis cognoverit mulierem, in Clericum nullatenus admittatur.

4 pars. *Quod ergò de pellice, & meretrice apud Gregorium, & Innocentium scribitur, propter spem futuræ incontinentiæ constitutum creditur: quia difficilè continentiam servat, qui se illicito concubitu maculare non metuit. Vel* g *prohibetur ordinari, qui pellicem, vel meretricem cognovit maritali affectu; vel quia corrupta florem virginitatis amisit; vel quia meretricari non desinit, licèt in uxorem ducatur. Verùm g enim impedimentum cuilibet præstat, quò minùs ad sacros ordines pertingere valeat.*

---

a *Ivo part. 8. cap. 64. Pann. lib. 6. c. 49.* b *al. tantùm.* c *al. fidelem.* d *al. tantùm.* e *al. consonantia.* f *Ivo part. 2. c. 66. Pann. l. 6. c. 30.* g *Burch. l. 9. cap. 13. Polyc. lib. 6. tit. 1. Ivo part. 8. c. 133. Pann. l. 6. c. 43.*

a *al. Florentia.* b *Anselm. l. 7. c. 68. al. 73. Polyc. l. 2. tit. 1.* c *al. cum.* d *al. subtilitatis.* e *al. Micenam.* f *Burch. lib. 2. c. 31. Ivo p. 6. c. 139.* g *al. Et.*

C. IX. ¶ *Qui virginem non duxit uxorem, ad sacros ordines non accedat.*

Unde Hilarius Papa *in Synodo Romana, cap. 2. scribit, dicens.*

CUrandum *a* ergò *b* inprimis est, ne ad sacros ordines *c* (sicut gestis prioribus antè præscriptum est) quisquam, qui uxorem non virginem duxit, aspiret.

C. X. ¶ *Bigamus, vel pœnitens, corpore vitiatus, literas ignorans, curiæ vel conditioni obnoxius, Clericus non fiat.*

Item Gregorius urbis Romanæ Præsul *Squlatino* d *Episc. lib. 2. epist. 25.*

PRæcipimus *e*, ne unquam illicitas ordinationes facias: nec bigamum, aut qui virginem non est sortitus uxorem, aut ignorantem literas, vel in qualibet parte corporis vitiatum, vel pœnitentiæ *f*, vel curiæ aut cuilibet conditioni obnoxium, ad sacros ordines permittas accedere: sed si quos hujusmodi repereris, non audeas promovere.

C. XI. ¶ *Non fiat Sacerdos, cujus uxorem evidenter constat adulterium admisisse.*

Item in Neocæsariensi Concilio, *cap. 8.*

SI *g* cujus uxorem adulterium commisisse, cùm esset Laicus, evidenter fuerit comprobatum, hic ad ministerium Ecclesiasticum admitti non potest. Quòd si in Clericatu jam eo constituto adulteravit, dato repudio dimittere eam debet. Si verò retinere ejus consortium velit, non potest suscepto ministerio perfrui.

C. XII. ¶ *De eodem.*

Item ex Concilio Martini Papæ *8.*

SI Laici *i* uxor in adulterio fuerit deprehensa, hic talis ad ministerium Ecclesiasticum nullo modo adducatur. Si autem post ordinationem alicujus Clerici uxor adulterata fuerit, dimittat eam. Si autem cum ipsa voluerit permanere, à ministerio alienus sit.

Præmissis auctoritatibus, Bigami, & qui virgines non sunt sortes uxores, à sacris ordinibus prohibentur. Sed quæritur, si quis ante baptisma viduam duxerit uxorem, an propterea sit prohibendus à sacris ordinibus.

C. XIII. ¶ *Qui ante baptisma, seu post baptisma viduam duxit uxorem, non admittatur ad Clerum.*

De hic ita scribit Innocentius Papa *Victricio Rothomagensi Episcopo, epist. 2. cap. 5.*

SI *k* quis viduam (licèt Laicus) duxerit uxorem, sive ante baptismum, sive post baptismum, non admittatur ad Clerum; quia eodem vitio videtur exclusus. In baptismo enim crimina dimittuntur, non acceptæ uxoris consortium relaxatur. *& infrà.* *l* ¶ Quòd si non putatur uxor esse computanda, quæ ante baptismum ducta est; ergò nec filii, qui ante baptismum geniti sunt, pro filiis habeantur.

C. XIV. ¶ *Qui secunda conjuncta sortitur, Clericus non fiat.*

Prohibentur etiam bigami à qualibet ordine Clericatûs, juxta illud Ambrosii, *epist. 82. ad Vercellensem Ecclesiam.*

COgnoscamus *m*, non solùm hoc de Episcopo & Presbytero Apostolum statuisse, sed etiam Patres in Concilii *a* Nicæni tractatu addidisse, neque Clericum quenquam debere esse, qui secunda conjugia sortitus sit.

5 pars. *Similiter etiam viduarum maritis, vel ancillarum, vel meretricum, Clerici fieri non possunt.*

C. XV. ¶ *Spectaculis publicis mancipatam, vel ejectam, vel ancillam ducens uxorem, Diaconus non fiat.*

Unde in canonibus Apostolorum, *c. 18. legitur.*

SI quis viduam, aut ejectam acceperit, aut meretricem, aut ancillam, vel aliquam de iis, quæ publicis spectaculis mancipantur; non potest esse Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, aut ex eorum numero, qui ministerio sacro deserviunt.

C. XVI. ¶ *Qua sit vidua, vel ejecta, vel meretrix.*

6 ps. *Qua autem sit vidua, quæ ejecta, vel meretrix,* Hieronymus *epist. 128. ad Fabiolam de veste Sacerdotali ostendit, dicens.*

VIdua *b* est, cujus maritus est mortuus. Ejecta est, quæ à marito vivente projicitur. Meretrix, quæ multorum libidini patet.

7 pars. *Sed postea temporum defectus condescendens* Papa Martinus, *in minoribus ordinibus eos constitutos permisit, non regulam præfigendo, c dicens.*

C. XVII. ¶ *Inter Lectores, vel Ostiarios deputetur Subdiaconus, secundam ducens uxorem.*

SI *d* Subdiaconus secundam uxorem duxerit, inter Lectores vel Ostiarios habeatur, ita ut Apostolum non legat.

Necessitate tamen exigente bigamus usque ad Subdiaconatum potest promoveri.

C. XVIII. ¶ *Viduam ducens uxorem, Subdiaconus, si necessitas exigat, fieri potest.*

Unde Martinus Papa *ait* e.

LEctor, si viduam alterius uxorem acceperit, in Lectoratu permaneat: aut si forte necessitas sit, Subdiaconus fiat, nihil autem suprà. Similiter, & si bigamus fuerit.

8 pars. *Quibus autem propria conjugia prohibentur, interdicatur etiam nuptialibus conviviis interesse.*

C. XIX. ¶ *Nuptiarum convivia Presbyteri interesse non debent.*

Unde in Agathensi Concilio, *cap. 39. legitur.*

PResbyteri *f*, Diaconi, Subdiaconi, vel deinceps, quibus ducendi uxores licentia non est 1, etiam alienarum nuptiarum evitent convivia: nec his cœtibus misceantur, ubi amatoria cantantur & turpia, aut obscœni motus corporum choreis & saltationibus efferuntur: ne auditus, aut obtutus sacris mysteriis *g* deputati turpium spectaculorum, atque verborum contagione polluantur.

1 ¶ Licentia non est,] *In codicibus impressis legebatur,* licentia modò non est. *Expuncta est dictio,* modò, *quæ neque in originali, neque in vetustis exemplaribus Gratiani, aut Burch. Ivone, Concilio Venetico, c. 11. (ubi hoc idem reperitur) habetur. Ac Presbyteris quidem nunquam, ne apud Græcos quidem, licuit ducere uxores.*

9 pars. *Vidua verò intelligenda est, si post solemne fœdus nuptiarum, morte intervenente, à viro suo divisa fuerit. Cæterum, si antequam conveniant, fatali necessitate ab alterutro divisi fuerint, licet ex sponsalibus uxor sit appellata, non tamen post mortem sponsi, etiamsi in propria sit ducta, & cum eo velata, vidua appellatur; nec ex ejus copula à sacris ordinibus aliquis prohibetur.*

---

a *cavendum*] *orig.* b *Anst. l. 7. c. 12. al. 13. Pann. l. 3. c. 10.* c *gradus*] *orig.* d *forte Siciliæ.* e *Anst. l. 7. cap. 35. al. 42. Polyc. l. 2. tit. 31. Ivo part. 8. c. 228.* f *al. pœnitentem. al. publice pœnitentem. al. solenniter pœnitentem.* g *Anst. l. 7. c. 13.* h *Apud Martinum Bracharensem, cap. 28.* i *alicujus Laici*] *orig.* k *Anst. 7. c. 11. Ivo part. 8. c. 35.* l *cap. 6. ejusdem epist.* m *Ivo p. 8. c. 29. Pann. l. 6. c. 65.*

a *al. Concilio Nicæno tractatûs.*] *orig* b *Ivo part. 8. cap. 297. Panorm. l. 6. c. 61.* c *Hæc verba, non regulam præfigendo, absunt ab aliquot exemplaribus.* d *Apud Martinum Brach. c. 44. Ex Concil. Toletano 2. cap. 4.* e *Ibid. c. 43. Ex Concil. Toletan. 1. cap. 3.* f *Burch. l. 2. c. 134. Ivo p. 6. cap. 209. Polyc. lib. 4. tit. 31.* g *al. ministerio.*

C. XX.

C. XX. ¶ *Quæ cum alio velatam, non tamen illa nuptam, uxorem duxit, Sacerdos fieri non prohibetur.*

Unde Pelagius Papa *scribit.*

VAlentino a Clerico, cui mulier cum alio antè velata, non tamen ei nuptâ, sed virgo permanens, post mortem ejus, cum quo velata erat sponsa b, conjugali est copulâ sociata, quia iterum c velamen accepit, nullum in promovendo generetur obstaculum: quia nihil est (quantum ad hunc articulum pertinet) quod ei de canonicis obviet institutis.

DISTINCTIO XXXV.

Quibus ordinibus bigami prohibeantur, & utrum reputentur bigami, qui ante baptismum habuerunt unam, & post baptismum alteram, & an liceat fortes uxores in sacris ordinibus constitutis, multorum auctoritatibus breviter monstratum est. ¶ *Sequitur autem in descriptione illa Apostolica* d, ut sit sobrius, *qui ordinandus est*, non violentus: *quod ex auctoritate Veteris Testamenti introductum est. Ministri* e *enim templi prohibentur vinum & siceram habere, ne ebrietate graventur corda eorum, & ut sensus eorum vigeat semper, & tenuis sit, vel quasi venter mero æstuans facile desumat in libidinem. Unde Noe* f *inebrietate nudavit semota; Loth autem, quem Sodoma non vocat, vina vicerunt.*

¶ *Quod* g *tamen* h *violentus esse prohibetur, non semel, sed frequenter vino repletus debet intelligi.*

C. I. ¶ *Diaconus, Presbyter, & Episcopus ebrietati, & aleæ deservientes, nisi desierint, deponantur.*

Hinc etiam in canonibus Apostolorum, *Can. 42. & 44. legitur.*

EPiscopus, aut Presbyter, aut Diaconus, aleæ atque ebrietati deserviens, aut desinat, aut certè damnetur i. Suddiaconus, aut Lector, aut Cantor similia faciens, aut desinat, aut communione privetur k. Similiter etiam Laicus.

C. II. ¶ *Esus carnium, & vini potus, post diluvium concessus legitur: post Christi adventum inhibetur.*

Item Hieronymus *lib. 1. contra Iovinianum.*

AB l exordio conditionis humanæ nec carnibus vescebamur, nec habamus repudium, nec præputia nobis eripiebantur in signum. Hoc cursu ad diluvium usque pervenimus. Post diluvium autem cum dilatione Legis, quam implere nullus potuit, carnes ingestæ sunt ad vescendum, & repudia concessa duritiæ, & cultellus circumcisionis appositus, quasi Dei manus plus in nobis creaverit, quam necesse est. Postquam autem Christus venit in fine temporum, & Ω revolvit ad A, & extremitatem retraxit ad principia, nec repudium m nobis dare permittitur, nec circumcidimur n, nec comedimus carnes, dicente Apostolo o: [*Bonum est vinum non habere, & carnes non comedere.*] Vinum enim cum carnibus post diluvium dedicatum est.

C. III. ¶ *Alienum est à sapiente potationibus & ebrietatibus vacare.*

Idem *lib. 2. contra Iovinianum.*

LUxuriosa p res vinum, & tumultuosa ebrietas; omnis, qui cum his miscetur, non erit sapiens.

C. IV. ¶ *Ignominiosum est Sacerdoti assuere deliciis, epulo, atque lasciviis.*

Idem *in Michæam ad c. 2.*

ECclesiæ principes, qui deliciis affluunt, & inter epulas, atque lascivias pudicitiam servare se credunt, propheticus a sermo describit, *quòd ejiciendi sint de spatiosis domibus, lautiq; convivii, & multo labore epulo conquisito, & ejiciendi propter malas cogitationes, & opera sua.* Et, si vis scire, quo ejiciendi sunt, Evangelium b lege: *in tenebras scilicet exteriores, ubi erit fletus, & stridor dentium.* An non confusio, & ignominia est, Jesum crucifixum, magistrum paupertatis atque esurientem, fartis prædicare corporibus? jejuniorumque doctrinam rubentes buccas, tumentiaque ora proferre? Si in Apostolorum loco sumus, non solùm sermonem eorum imitemur, sed conversationem quoque, & abstinentiam amplectamur.

C. V. ¶ *De eodem.* PALEA.

Idem *ad Oceanum, epist. 83.*

VEnter c mero æstuans citò despumat in libidines. Ubi ebrietas, ibi libido dominatur, & furor.

C. VI. ¶ *De eodem.* PALEA.

[Idem *ad Nepotianum, de vita Clericorum.*]

VInolentum d Sacerdotem & Apostolus damnat, & vetus e lex prohibet. Sacerdotes qui ministrant f in templo Dei, prohibentur vinum, & siceram bibere, ne in crapula & ebrietate aggraventur corda eorum. Sicera Hebræo sermone omnis potio nuncupatur, quæ inebriare potest. *&* ℣. *g* ¶ Quicquid inebriat, & statum mentis evertit, fuge similiter ut vinum. [*Nolite*, ait Apostolus, h *inebriari vino, in quo est luxuria.*] *& supr.* i ¶ Qui altario deserviunt, vinum & siceram non bibant. Sponsa Christi i vinum fugiat ut venenum. Vinum & ebrietas incendium est.

i ¶ Sponsa Christi] *In epistola ad Eustochium sic habetur:* Hoc primùm moneo, hoc obtestor, ut sponsa Christi vinum fugiat pro veneno. *& paulò post:* vinum & adolescentia duplex est incendium voluptatis.

C. VII. ¶ *De eodem.*

Item Prosper *de vita contemplativa, lib. 2. cap. 23.*

LUxuriam facit, & nutrit vini perceptio nimia, non natura.

C. VIII. ¶ *In Paradiso abstinentia, post Paradisum edendi lascivia incepit.*

Item Ambrosius *in lib. de Elia, & jejunio, cap. 4. & 5.*

SExto die bestiæ sunt creatæ, & cum bestiis orta edendi potestas est, & usus escarum. Ubi cibus cœpit, ibi finis factus est mundi: ibi k cœpit sua incrementa nescire, ubi l cœperunt divina opera circa eum feriari. Quo indicio declaratum est, quòd per cibos mundus haberet imminui, per quos desiit augeri. *&* ℣. ¶ Et ut sciamus, non esse novum jejunium, primam illic legem constituit de jejunio. *&* ℣. ¶ Eousque nemo prævaricari noverat, ut adhuc orta non esset, quæ prima est prævaricatio. Indictum jejunium, abstinentiæ lex à Domino Deo: prævaricatio legis à Diabolo: culpa per cibum, latebra post cibum: cognitio infirmitatis in cibo, virtus firmitatis in jejunio. *& infrà.* ¶ Serpens gulæ persuadet, Dominus jejunare decernit. Itaque gula de Paradiso regnantem expulit; abstinentia ad Paradisum

a *Simile 27. q. 2. c. quod autem. & item si sponsa. Ivo part. 8. c. 213.* b *al. sponsi.* c *al. interim.* d *1. Tim. 3. & in gloss. ad eum locum habentur hæc omnia ex Hier. epist. 83.* e *Levit. 10. ℣. ead. c. venter.* f *Gen. 9. & 19.* g *gl. interlinearis. 1. Tim. 3.* h *al. autem.* i *ναὶ ααφ ελοῦσι, id est, deponatur.* k *communione priventur.* l *Burch. l. 14. c. 5. Polyc. lib. 8. tit. 21. Ivo part. 15. cap. 73. Panorm. lib. 3. cap. 730. Rab. de pœn. c. 21.* m *Matth. 19.* n *Act. 15. Gal. 5.* o *Rom. 14.* p *Prov. 20.*

a *Michæa 2.* b *Matth. 22.* c *suprà initio dist. Hieron. in epistola ad Titum, ad cap. 1.* d *in epistola ad Oceanum.* e *Levit. 10. Num. 6.* f *altario deserviunt,*] *orig.* g *Ad Nepotianum.* h *Ephes. c. 5.* i *Ad Eustochium, epistola 22.* k *ubi*] *orig.* l *ibi*] *orig.*

revocavit errantem. & ℣. a. ¶ In principio generis humani ignorabatur ebrietas: primus Noë vineam plantavit: dedit naturam, sed ignoravit potentiam. Itaque vinum nec suo pepercit auctori. & ℣. ¶ Sed illius ebrietas nobis suadet sobrietatem. Semel enim inebriatus est Noë. Ubi enim malum ebrietatis agnovit, jumentum b suum ad remedium temperavit: non effudit ad vitium. ¶ Manebat, antequam vinum inveniretur, omnibus inconcussa libertas: nemo sciebat à consorte naturæ suæ obsequia servitutis exigere. Non esset hodie servitus, si ebrietas non fuisset. Obrepserat quidem jam fraternæ prælationis invidia, manebat tamen adhuc paternæ pietatis reverentia. Læsa pietas est, dum ridetur ebrietas. Non illis itaque solis nocent vina, quos tentant; sed & illis amplius, quorum oculis temulenta ebriorum membra nudantur. ¶ Legimus c etiam, quòd patrem Loth inebriaverint filiæ in monte, ad quem timentes incendium Sodomitarum confugerant, & habitabant in spelunca. & ℣. d ¶ Fuit itaque ebrietas origo incesti, pessimæ regenerationis partus deterior. ¶ At non Abraham vina in suo convivio ministrabat, sed immolabat vitulum; butyrum & lac etiam Angelis hospitibus exhibebat. Cœli dominum, mundi agnoscebat auctorem. Vinum ergò exhibere non poterat. Sed rectè illic decrat materia peccati, ubi erat remissio peccatorum. Denique annuntiavit eum Ioannes e, *non manducans panem, neque bibens vinum.* Qui enim Christum annuntiat, ab omni vitiorum incentivo præstare se debet alienum.

C. IX. ¶ *Triginta diebus à communione abstineat Clericus, quem ebrium fuisse constiterit.*

Item ex Concilio Agathensi, *cap. 41.*

Ante f omnia Clericis vitetur ebrietas, quæ omnium vitiorum fomes, ac nutrix est. Itaque eum, quem ebrium fuisse constiterit, (ut ordo patitur) aut triginta dierum spatio à communione statuimus submovendum, aut corporali subdendum supplicio.

DISTINCTIO XXXVI.

1 pt. *Oportet etiam ordinandum esse* prudentem. *Quod contra eos notandum, qui sub nomine simplicitatis excusant stultitiam Sacerdotum.* Prudentem g *autem Episcopum oportet intelligi, non solum literarum peritia, verùm etiam secularium negotiorum dispositione* h.

C. I. ¶ *Illiterati, & corpore vitiati, non promoveantur ad Clerum.*

Unde in epistola Gelasii Papæ *ad Episcopos per Lucaniam, cap. 18. & 19.*

Illiteratos i, aut aliquâ parte corporis vitiatos, vel 1 imminutos, nullus præsumat ad Clericatûs ordinem promovere; quia literis carens sacris non potest esse aptus officiis: & vitiosum nihil Deo prorsus offerri legalia k præcepta sanxerunt. ¶ Similiter l qui seipsos abscindunt.

1 ¶ Vitiatos, vel] *Ista duo voces absunt à plerisque vetustis exemplaribus Gratiani, & originali, cujus expressa est potius sententia, quàm verba relata.*

C. II. ¶ *Ad summum Sacerdotium non aspiret, qui divinis stipendiis, vel disciplinis non est eruditus.*

Item Zozimus Papa *epist. ad Ischium Episcopum Salmitanum.*

Qui m Ecclesiasticis disciplinis per ordinem non est imbutus, & temporum approbatione divinis stipendiis eruditus, nequaquam ad summum Ecclesiæ Sacerdotium aspirare præsumat; & non solùm in eo ambitio inefficax habeatur, verùm etiam ordinatores ejus careant eo ordine, quem sine ordine contra præcepta Patrum crediderant præsumendum.

Ecce, quòd sacrarum literarum oportet Episcopum habere peritiam: unde in Veteri Testamento a *inter cætera ornamenta Pontifex rationale ferebat in pectore, in quo scribebatur manifestatio, & veritas: quia in pectore Pontificis manifesta debet esse cognitio veritatis.* ¶ *Hinc etiam vestes* b, *quibus arca portabatur, jugiter annulis erant inserti, ne cùm arca esset portanda, nulla fieret mora de intermittendis vectibus: quia prædicatores, per quos Ecclesia circumfertur, sacris literis semper debent insistere, ne tunc quærant discere, cùm ex officio alios debeant docere.* ¶ *Hinc etiam David* c *prius ex gratia Spiritûs Sancti donum scientiæ percepit, & postea administrationem regni assecutus est.* ¶ *Salomon* d *quoque non divitias, non longa tempora hujus vitæ, sed sapientiam à Deo petiit, & impetravit.* ¶ *Hinc etiam Dominus prius posuit verba sua in ore Prophetæ, & postea constituit eum super gentes, & regna, dicens ad Hieremiam* e: [Ecce dedi verba mea in ore tuo, ecce constitui te hodie super gentes, & super regna.] ¶ *Hinc etiam Malachias* f *ait:* [Labia Sacerdotis custodient scientiam, & legem requirent de ore ejus, quia Angelus Domini exercituum est.] ¶ *Hinc etiam Salvator* g *noster prius in medio doctorum sedit, audiens illos & interrogans, & postea prædicare cœpit: quia prius quisque discere, & postea prædicandi officium usurpare debet.* ¶ *Hinc etiam Salomon prius* h *ait,* [tempus tacendi] *& postea* i [tempus loquendi,] *quia veritas prius tacendo discitur, & postea loquendo prædicatur.* ¶ *Hinc idem Dominus ait* k: [Qui audit, dicat, veni.] ¶ *Hinc etiam prius Apostolos docuit, deinde eos ad prædicandum misit, dicens* l: (Estote ergò prudentes, sicut serpentes, & simplices, sicut columbæ.) *Sic etiam post Resurrectionem prius illis sensum aperuit, & Scripturas explanavit, & postea dixit* m *eis:* Euntes in mundum universum, &c.) *Unde, cùm* n *de quinque panibus quinque millia hominum vellet reficere, prius panes accipiens fregit, & postea discipulis dedit, & per eos demùm turbis apposuit: quia sacramenta Legis, & Prophetarum prius discrenda exposuit, & postea eorum scientiam discipulis dedit, & per eos tandem illam fidelibus distribuit.* ¶ *Hinc & Petrus, cùm scriptoribus Ecclesia scriberet, ait* o: (Parati esse debetis reddere rationem omni poscenti vos satisfactionem de ea fide & spe, quæ in vobis est.) ¶ *Hinc etiam Paulus* p *scribens ad Timotheum ait:* (Attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ.) ¶ *Ex quibus omnibus liquidò colligitur, quòd non sufficit Prælatis bona conversatio, & morum honestas, nisi addatur scientia doctrinæ.* ¶ *Unde Sacerdotes* q *ingressuri tabernaculum, prius lavabantur in labro æneo, quod fecerat Moyses ex speculis mulierum.* ¶ *Hinc etiam in Canticis Canticorum* r *oculi, per quos Prælati Ecclesiæ intelliguntur, assimilantur columbis, quæ residens juxta fluenta plenissima.*

C. III. ¶ *Sacerdotes est legis scientiam habere, non bellis, sed orationibus vacare.*

Hinc etiam Hieronymus 1 *in Levit.*

Si quis vult Pontifex non tam vocabulo esse, quàm merito, imitetur Moysen, imitetur Aaron. Quid enim dicitur *f* de eis? quòd non discedunt de tabernaculo Domini. Erat ergò Moyses indesinenter in tabernaculo Domini. Quod autem opus eius erat? ut aut à Deo aliquid disceret, aut ipse populum doceret. Hæc duo sunt

a *Ibid. c. 5.* b *Inventum*] *vera lectio.* c *Gen. 19.* d *Gen. 18.* e *Matth. 11.* f *Burch. l. 14. c. 11. Ivo par. 13. c. 79.* g *Gl. ordinaria, 1. Tim. 3.* h *al. dispensatione.* i *Burch. l. 2. c. 11. Ivo p. 6. c. 37. & 75. Pann. l. 3. c. 46.* k *Levit. 22.* l *Ibid. c. 19.* m ℣. *dist. 53. & 2. Anselm. lib. 6. cap. 28. Ivo part 3. cap. 102.*

a *Exod. 28. ex interpret. LXX.* b *Exod. 25.* c *2. Regum 5.* d *3. Regum 3. 2. Paralipom. 1.* e *Hierem. 1.* f *Malach. 2.* g *Luc. 2.* h *Eccles. 3.* i *Ibid.* k *Apoc. 22.* l *Matth. 10.* m *Marci 16.* n *Matth. 14.* o *1. Petri 3.* p *1. Tim. 4.* q *Exod. 30.* r *Cant. 5.* s *Levit. 8.*

Ponti-

Pontificis opera, ut, aut à Deo discat legendo Scripturas divinas, & sæpiùs meditando; aut populum doceat. Sed illa doceat, quæ à Deo ipse didicerit, non ex proprio corde, vel humano sensu, sed quæ Spiritus Sanctus docet. Est & aliud opus, quod facit Moyses: ad bella non vadit, non pugnat contra inimicos. Sed quid *a* facit? orat, & donec ille orat, vincit populus ejus: si relaxaverit, & demiserit *b* manus, populus ejus vincitur, & fugatur. Oret ergò & Sacerdos Ecclesiæ indesinenter, ut vincat populus, qui sub ipso est, hostes invisibiles Amalechitas, qui sunt dæmones impugnantes eos, qui volunt piè vivere in Christo.

1 ¶ Hieronymus] *Citatur ex B. Hieronymo, & extat in Homilia 6. Origenis in Leviticum: quas quidem Homilias cum aliis multis B. Hieronymus Latinas fecit, sed ita, ut noxia quæque detruncârit, utilia transtulerit. Quod ipsemet ad Theophilum epist. 61. ad Vigilantium epist. 75. & in Prologo lib. 2. in Michæam professus est. Ac frequenter Gratianus ea, quæ sunt Origenis, Hieronymi nomine citat, vel quia præcipui Ecclesiæ doctoris auctoritas majus pondus habet, vel quia Hieronymus eo, quo dictum est, modo illa vertendo, penè sua fecerat.*

DISTINCTIO XXXVII.

1 SEd quæritur, *an secularibus literis oporteat eos esse eruditos? De hu ita scribitur* in Concilio Carthagin. IV. *cap. 16.*

C. I. ¶ *Libros Gentilium non legat Episcopus.*

EPiscopus *c* Gentilium libros non legat: hæreticorum autem, pro necessitate, aut tempore.

C. II. ¶ *Reprehenduntur Sacerdotes, qui omissis Evangeliis Comœdias legunt.*

Item Hieronymus *ad Damasum Papam de filio prodigo, epist. 146.*

SAcerdotes *d* Dei omissis Evangeliis & Prophetis, videmus Comœdias legere, amatoria Bucolicorum versuum verba canere, Virgilium tenere *e*, & id, quod in pueris necessitatis est, crimen in se facere voluptatis.

C. III. ¶ *In vanitate & obscuritate sensûs ambulant, qui secularibus disciplinis occupantur.*

Idem *ad cap. 4. epist. ad Ephesios, lib. 2. comment.*

NOnne vobis videtur in *f* vanitate sensûs, & obscuritate mentis ingredi, qui diebus ac noctibus in Dialectica arte torquetur? qui Physicus perscrutator oculos trans cœlum levat, & ultra profundum terrarum, & abyssi *g*, in quoddam inane demergitur? qui Jambum fecit 1? qui tantam *h* metrorum sylvam in suo studiosus corde distinguit, & congerit? & (ut ad alteram partem transeam) qui divitias per fas & nefas quærit? qui adulatur Regibus, hæreditates captat alienas, & opes congregat, quas in momento, cui sit relicturus, ignorat?

1 ¶ Ferit] *Antea legebatur,* Jambum fervet. *In originali autem impressi est,* Jambum struit. *Emendatum verò est ex antiquis Gratiani exemplaribus. Nam Terentianus de Iambo sic scribit:*

Jambus ipse sex enim locis manet,
Et inde nomen inditum est senario;
Sed ter feritur, hinc trimetrus dicitur,
Scandendo binos quod pedes conjungimus.

Ac de iisdem senariis Isidorus lib. 1. Etymolog. cap. 38. ait: hos Græci, quia geminos feriunt, trimetros dicunt.

C. IV. ¶ *Qui Scripturas sacras malè intelligit, vel sæculari sapientiâ abutitur, vino inebriatur & ficerâ.*

Idem *lib. 9. ad cap. 28. Esaiæ.*

VIno inebriantur, quando Scripturas sanctas malè intelligunt, atque pervertunt: ficerâ, quando sæculari abutuntur sapientiâ & Dialecticorum tendiculis, quæ non tam vincula *a* sunt appellanda, quàm phantasmata, id est, umbræ quædam, & imagines, quæ citò pereunt, atque solvuntur. *Idem b.* ¶ Secundùm tropologiam Pseudoprophetas eos debemus accipere, qui aliter Scripturarum verba accipiunt, quàm Spiritus Sanctus sonat: & Divinos eos, qui conjecturâ mentis suæ incerta futurorum quasi vera pronuntiant, absque divinorum auctoritate verborum. *Idem c.* ¶ Quicunque Scripturas non ita intelligit, ut rei veritas habet, uvam acerbam comedit.

C. V. ¶ *Reprehenduntur Episcopi, qui filios suos sæcularibus eruiunt literis.*

Idem *lib. 3. ad cap. 6. epist. ad Ephes.*

LEgant *d* Episcopi, atque Presbyteri, qui filios suos sæcularibus literis eruiunt, & faciunt illos Comœdias legere, & Mimorum turpia scripta cantare, de Ecclesiasticis forsitan sumptibus eruditos. Et quod in corbonam pro peccato virgo, vel vidua, vel totam substantiam suam effundens quilibet pauper obtulerat, hoc in Calendariam strenam, & Saturnalitiam sportulam, & Minervale munus Grammaticus, & Orator; aut in sumptus domesticos, templi stipes, aut in sordida scorta convertit. Heli *e* Sacerdos ipse sanctus fuit: sed quia filios suos non erudivit in omni disciplina & correctione, supinùs cecidit, & mortuus est.

C. VI. PALEA.

[*Item* ex responsione Hadriani 1 Papæ *ad Carolum, cap. 49.*]

OMnem *f* vim venenorum *g* suorum in Dialectica disputatione constituunt hæretici, quæ, Philosophorum sententiâ, definitur non adstruendi vim habere, sed studium destruendi. Sed non in Dialectica complacuit Deo salvum facere populum suum. Regnum enim Dei in simplicitate fidei est, non in contentione sermonis.

1 ¶ Hadriani] *Hoc caput antea tribuebatur Urbano. Sed est in scripto Hadriani de imaginibus ad Carolum magnum, c. 49. & inde emendatum est. Eadem verò habentur apud B. Ambrosium lib. 1. de fide ad Gratianum Imper. cap. 3.*

C. VII. ¶ *B. Hieronymus ab Angelo verberatur, quia Ciceronis libros legebat.*

Item Rabanus *de præsbiteris Ecclesiasticis.*

LEgimus *h* de beato Hieronymo, quòd cùm libros legeret Ciceronis, ab Angelo est correptus, eò quòd vir Christianus Paganorum figmentis intenderet.

Hinc etiam filius ille prodigus in Evangelio i *reprehenditur, qui de siliquis, quas porci manducabant, ventrem suum replere cupiebat.* ¶ *Hinc etiam Origenes* 1 *cymphos & ranas, quibus Ægyptii sunt percussi, vanam Dialecticorum garrulitatem, & sophistica argumenta intelligit. Ex quibus omnibus colligitur, quòd non est ab Ecclesiasticis sæcularium literarum quærenda peritia. Sed contrà legitur, quòd Moyses* k *& Daniel* l *omni scientiâ Ægyptiorum & Chaldæorum eruditi fuerunt. Legitur* m *etiam, quòd præcepit Do-*

a *Exod. 17.* b *al. dimiserit.* c *Anselm. lib. 7. cap. 202. Burch. lib. 2. c. 95. Ivo part. 4. cap. 160. & part. 5. cap. 197. Pann. lib. 2. cap. 130. Polyc. lib. 4. tit. 7.* d *Ivo part. 4. c. 162. Pann. l. 2. c. 131.* e *al. tenere in manibus.* f *Ephes. 4.* g *al. abyssi quoddam immane demergit.* h *al. tantum.*

a *al. tendicula.* b *Hier. l. 1. ad c. 29. Ier.* c *Hier. l. 6. comment. ad c. 31. Ier.* d *Ivo p. 4. c. 166.* e *1. Reg. 2.* f *Ivo p. 4. c. 229.* g *al. inventorum.* h *Ex Hieron. ad Eustochium de custod. virg. Ivo p. 4. c. 164. Pann. l. 2. c. 132.* i *Luc. 15.* k *Act. 7.* l *Dan. 1.* m *Exod. 3. & 11.*

munus filiis Israel, ut expoliarent Ægyptios auro & argento, meo alter usitatum, ut sive aurum sapientiæ, sive argentum eloquentiæ apud Poëtas inveneremus, in usum salutiferæ eruditionis verteremus. ¶ *In Levitico* 2 etiam primitiæ 2 mellis, *id est*, dulcedinem humanæ eloquentiæ, Domino jubemur offerre. ¶ *Mystice* b quoq; tria munera obtulerunt Domino, in quibus nonnulli tres partes Philosophiæ volunt intelligi. Denique (ut in expositione Psalterii Cassiodorus testatur) omnis splendor Rhetoricæ eloquentiæ, omnis modus Poëticæ locutionis, qualibet varietas decora pronunciationis à divinis Scripturis sumpsit exordium. ¶ *Hunc & Ambrosius* 4 ait *super epistol. Colossiensium*: [Omnis ratio scientiæ supernæ, vel terrenæ creaturæ, in eo est, qui est caput eorum & auctor: ut qui hunc novit, nihil ultrà quærat, quia hic est perfecta virtus & sapientia; quicquid alibi quæritur, hic perfectè invenitur. In Daniele & Salomone ostendit infidelibus se totius auctorem sapientiæ. Quod infideles non putant, quia non legunt in Evangeliis, & Prophetis Astrologiam, Geometriam, & alia hujusmodi: quæ ideò despecta sunt à nostris, quia nihil valent ad salutem, sed mittunt in errorem, & dum his student, curam animæ non habent. Qui verò Christum novit, thesaurum sapientiæ & scientiæ invenit: quia id novit, quod utile est.]

2 ¶ Origenes] *In Homil. 4. ad cap. 7. Exodi, ranas quidem comparat Poëtis; synaphes autem Dialecticis.*

2 ¶ Primitias] *Levitici c. 2. prohibetur fermentum ac mel adolere in sacrificio Domini: primitiæ tamen eorum jubentur offerri, sed non super altare imponi. Ubi in glossa ordinaria* mel *exponitur* Gentilis eloquentia, *ab Ischus autem*, Paganorum doctrina, *cujus primitiæ ad imitationem B. Apostoli Pauli possunt Deo offerri.*

3 ¶ Cassiodorus] *In prologo Psalterii, c. 13. & sequenti, multis verbis Cassiodorus divina Scripturæ eloquentiam explicat, & commendat. Sed quæ affert in principio explanationis Psal. 6. valdè videntur his, quæ nunc referuntur, contraria.*

4 ¶ Ambrosius] *Ex B. Ambrosii principio expositionis c. 2. epist. ad Colos. hæc summatim collecta sunt, referuntur q; in glossa ordinaria, & ab Anselmo ad idem caput secundum, cujus Anselmi verbis, Gratiani verba magnoperè sunt similia.*

C. VIII. ¶ *Non prohibeantur Clerici seculares literas legere.*

Hinc etiam Beda *lib. 2. Regum, c. 9. in Samuelis allegoricis expositionibus.*

TUrbat a acumen legentium, & deficere cogit, qui eos à legendis sæcularibus literis omnimodò æstimat prohibendos: in quibus b si qua inventa sunt utilia, quasi sua sumere licet. Alioquin nec Moyses, & Daniel sapientiâ, vel literis Ægyptiorum paterentur eruditi, quorum tamen superstitiones simul & delicias horrebant. Nec ipse Magister gentium aliquot versus Poëtarum suis vel scriptis indidisset, vel dictis.

2 pars. *Cur ergò legi prohibentur, quæ tam rationabiliter legenda probantur? Sed seculares literas quidam legunt ad voluptatem, Poëtarum figmentis, & verborum ornatu delectati: quidam verò ad eruditionem eas addiscunt, ut errores Gentilium legendo detestentur, & utilia, quæ in eis inventunt, ad usum sacræ eruditionis devotè convertant. Tales laudabiliter seculares literas addiscunt. Unde B. Gregorius* c *quendam Episcopum non reprehendit, quia eas didicerat, sed quia contra Episcopale officium pro lectione Evangelica Grammaticam populo exponebat.*

C. IX. ¶ *Seculares litera legenda sunt, ne ignorentur.*

Hinc etiam Ambrosius *scribit super Lucam, in explanatione Prooemii.*

LEgimus d aliqua, ne negligantur 1: legimus, ne ignoremus: legimus, non ut teneamus, sed ut repudiemus.

1 ¶ Negligantur:] *Sic etiam in Pannormia, sed in originali, & in uno Gratiani manuscr.* ne legantur. *Ibi enim agitur de pseudo evangeliis. Sed non est mutatum ob glossam.*

C. X. ¶ *Grammatica legenda est, ut per eam sacra Scriptura intelligantur.*

Item Hieronymus *ad cap. 1. epistolæ ad Titum.*

SI e quis autem Grammaticam noverit, vel Dialecticam, ut rationem rectè loquendi habeat, & inter falsa & vera dijudicet, non improbamus 1. ¶ Geometria quoque, & Arithmetica, & Musica habent in sua scientia veritatem: sed non est scientia illa, scientia pietatis. Scientia pietatis est, nôsse Legem, intelligere Prophetas, Evangelio credere, Apostolos non ignorare. ¶ Grammaticorum 2 autem f doctrina etiam potest proficere ad vitam, dum fuerit in meliores usus assumpta.

1 ¶ Non improbamus.] *Absunt ista duo vocabula originalia. Exponens enim B. Hieronymus verba illa ex principio epistolæ ad Titum,* & cognitionem veritatis, quæ est juxta pietatem, *ita scripsit*: Est planè veritas, quæ non habet pietatem: & si quis Grammaticam, &c.

2 ¶ Grammaticorum] *Hæc non sunt B. Hieronymi, sed Isidori lib. 3. de summo bono, c. 13. ex quo citat Ivo.*

C. XI. ¶ *Exemplo Danielis probatur, non esse peccatum, secularibus literis eruditi.*

Item Hieronymus *in cap. 1. Danielis.*

QUi g de mensâ Regis, & de vino potûs ejus nolunt e comedere, ne polluantur; utique si ipsam sapientiam, atque doctrinam Babyloniorum scirent esse peccatum, nunquam acquiescerent discere, quod non licebat. Discunt autem, non ut sequantur, sed ut judicent atque convincant: quomodo si quispiam adversùs Mathematicos velit scribere imperitus mathematis, risui pateat: & adversùs Philosophos disputans, si ignoret dogmata Philosophorum. Discunt ergò eâ mente doctrinam Chaldæorum, quâ & Moyses f omnem sapientiam Ægyptiorum didicerat. *Idem g.* ¶ Si quando cogimur literarum secularium recordari, & aliqua ex his discere, quæ olim omisimus; non nostræ est voluntatis, sed, ut ita dicam, gravissimæ necessitatis; ut probemus ea, quæ à sanctis Prophetis ante sæcula multa prædicta sunt, tam Græcorum, quàm Latinorum, & aliarum gentium literis contineri.

C. XII. ¶ *Magistros, & Doctores Episcopi congruis locis constituant.*

Item ex Synodo Eugenii 1 Papæ II.

DE h quibusdam locis ad nos refertur, neque magistros, neque curam inveniri pro studio literarum. Idcirco in universis Episcopis, subjectisque plebibus, & aliis locis, in quibus necessitas occurrerit, omnino cura, & diligentia adhibeatur, ut Magistri & Doctores constituantur, qui studia literarum, liberaliumque artium dogmata assiduè doceant; quia in his maximè divina manifestantur atque declarantur mandata.

1 ¶ Eugenii] *Apud Anselmum citatur ex Synodo habita Romæ in consist. Lateran. à Beato * * * In Polycarpo eodem modo, & additur nomen Eugenii: ex qua etiam citat Ivo. Inventum verò est in Synodo Eugenii Papæ II. & in Synodo Leonis IV. quarum Synodorum, ut alibi dictum est, exemplaria sunt in Vaticana Bibliotheca. In indice etiam Synodi à Gregorio VII. Romæ habitæ, talis cujusdam capitis hæc ponitur summa,* ut omnes Episcopi artes literarum in suis Ecclesiis docere faciant.

---

a *Levit. 2.* b *Matt. 2. Rab. ad hunc locum Matt.* c *Ivo p. 4. c. 85. Pann. l. 2. c. 133.* d *al. quibus ubilibet inventa utilia.*] e *l. 9. reg. epist. 41. inf. 86. dist. c. cum multa.*

a *Pann. l. 12. c. 134.* b *Pann. l. 2. c. 135.* c *Ivo p. 4. c. 167. Pann. l. 2. c. 136.* d *Polyc. l. 4. t. 7.* e *non vult] ergo & Polyc. & sic deinceps.* f *Act. 7.* g *Hieronym. in prolog. in Dan.* h *Ivo part. 4. cap. 214. Ansel. 7. c. 2. Polyc. l. 4. tit. 22.*

C. XIII.

C. XIII. ¶ *Auctoritatibus Gentilium, eorum vanitas retunditur, atque convincitur.*

Item Augustinus *contra Faustum Manichæum, lib. 13. cap. 15.* a

SI quid veri de Deo Sibylla, vel Orpheus, aliivé Gentium Vates, aut Philosophi prædixisse perhibentur, valet quidem aliquid ad Paganorum vanitatem revincendam, non tamen ad istorum auctoritatem amplectiendam. Quantum *b* enim distat de Christi adventu inter prædicationem Angelorum, & confessionem dæmoniorum; tantum inter authoritatem Prophetarum, & curiositatem sacrilegorum.

C. XIV. ¶ *Ad intelligentiam sacrarum Scripturarum, secularium peritia necessaria ostenditur.*

Item Clemens Papa I. *epist. 1. ad suos discipulos.*

1 pars. RElatum est nobis, quòd quidam in vestris partibus commorantes, adversantur sacris *c* doctrinis: & prout eis videtur, non secundùm traditionem patris, sed juxta sensum suum, docere videntur. Multas enim quidam, ut audivimus, vestratum partium ingeniosi *d* homines, ex iis, quæ legunt, verisimilitudines capiunt. Et ideò diligenter observandum est, ut lex Dei cùm legitur, non secundùm propriam ingenii intelligentiam legatur, vel doceatur. Sunt enim multa verba in Scripturis divinis, quæ possunt trahi ad eum sensum, quem sibi unusquisque sponte præsumpsit; sed fieri non oportet. Non enim sensum *e*, quem extrinsecùs adulteretis, alienum, & extraneum debetis quærere; aut quoquo modo ipsum Scripturarum auctoritate confirmare: sed ex ipsis Scripturis sensum capere veritatis. Et ideò oportet ab eo intelligentiam discere Scripturarum, qui eam à Majoribus secundùm veritatem sibi traditam servavit, ut ipse possit ea, quæ rectè susceperit, competenter asserere. Cùm enim ex divinis Scripturis integram quis, & firmam regulam veritatis susceperit, absurdum non erit, si aliquid etiam ex eruditione communi, ac liberalibus studiis, quæ fortè in pueritia attigit, ad assertionem veri dogmatis conferat: ita tamen, ut ubi vera didicerit, falsa & simulata declinet.

C. XV. ¶ *Quare prohibeatur Christianis Poetica figmenta legere.*

Item Isidorus *in lib. 3. sententiarum de summo bono, cap. 13.*

4 IDeò *f* prohibetur Christianis figmenta legere Poëtarum, quia per oblectamenta inanium fabularum mentem excitant ad incentiva libidinum. Non enim solùm thura offerendo, dæmonibus immolatur, sed etiam eorum dicta libentiùs capiendo.

f pars. *Ut itaque ex præmisso apparet, imperitia* g *Sacerdotibus semper esse debet adversa: quia cum per ignorantiam cæcus* h *alium ducatum præstare cæperint, ambo in foveam cadunt: unde dicetur in Psalm.* i: [Obscurentur oculi eorum, ne videant; & dorsum eorum semper incurva.] *Cum enim obscurantur illis, qui præsunt, ad ferenda onera peccatorum facilè sequentes inclinantur. Elaborandum est itaque Sacerdotibus, ut ignorantiam à se quasi quandam pestem abjiciant. Licèt enim servus* k *voluntatem domini sui, & non faciens, dicatur vapulare paucis, non tamen hoc de omnibus generaliter intelligitur. Ait enim Apostolus* l: [Qui ignorat, ignorabitur.] *Quod de eo intelligendum est, qui noluit intelligere, ut benè ageret* m.

C. XVI. ¶ *Unde* Augustinus *ait, in libro Quæst. Veteris, ac Novi Testamenti, quæst. 67.*

NOn omnis ignorans immunis est à pœna. Ille enim ignorans potest excusari à pœna, qui, à quo disceret, non invenit. Istis autem hoc ignosci petit, qui, habentes à quo discerent, operam non dederunt. Hujusmodi non licet ignorare: accipient ergò veniam, si convertantur.

¶ *Caput hoc in plerisque vetustis Gratiani exemplaribus conjunctum est superiori. Est autem responsio ad quæstionem, quam præmisit B. Augustinus his verbis:* Quid est, quod in cruce positus Salvator *a* ait: [*Pater ignosce illis, non enim sciunt, quid faciunt.*] Si enim nesciunt, quid est, quod ignoscitur, maximè cùm dicat *b* Rex Abimelech ad Deum: [*Numquid gentem ignorantem perdes?*] Non omnis ignorans immunis est, &c. *In extremo autem addita sunt nonnulla ex B. Augustino, quò sententia sit integrior.*

DISTINCTIO XXXVIII.

1 pars. CUm itaque voluntaria ignorantia omnibus noxia sit, Sacerdotibus est periculosa.

C. I. ¶ *Sacerdotibus maximè ignorantia vitanda est.*

Unde in Concilio Tolet. IV. *cap. 24. legitur.*

IGnorantia *c* mater cunctorum errorum, maximè in Sacerdotibus Dei vitanda est, qui docendi officium in populis susceperunt. Sacerdotes enim legere sanctas Scripturas frequenter admonet Paulus Apostolus, dicens ad Timotheum *d*: [*Attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ*;] & *e* [*semper permane in his.*] Sciant igitur Sacerdotes Scripturas sanctas, & Canones *f*, ut omne opus eorum in prædicatione & doctrina consistat: atque ædificent cunctos, tam fidei scientiâ, quàm operum disciplinâ.

C. II. ¶ *Officialem libellum ab Episcopo accipiant Presbyteri, cùm ordinantur.*

Item ex eodem Toletan. IV. *cap. 25.*

QUando *g* Presbyteri in Parochiis ordinantur, libellum officialem à suo Sacerdote accipiant, ut ad Ecclesias sibi deputatas instructi succedant; ne per ignorantiam etiam in ipsis divinis sacramentis Christum offendant. Cùm verò ad Litanias, vel ad Concilium venerint, rationem Episcopo suo reddant, qualiter susceptum officium celebrent, vel baptizent.

C. III. ¶ *Insciția Sacerdotum nec excusatione digna est, nec veniâ.*

Item Leo *Episcopus ad Clerum & plebem Constantinopolitanæ urbis, epist. 22.*

SI *h* in Laicis vix tolerabilis videtur insciția; quantò magis in iis, qui præsunt, nec excusatione digna est, nec veniâ?

C. IV. ¶ *Canones non licet Sacerdotibus ignorare.*

Item Cœlestinus *universis Episcopis per Apuliam & Calabriam constitutis, epist. 3.*

NUlli *i* Sacerdotum liceat canones *k* ignorare, nec quicquam facere, quod Patrum possit regulis obviare. Quæ enim à nobis res dignè *l* servabitur, si Decretalium norma constitutorum, pro aliquorum libitu, licentiâ populis permissâ, frangatur?

C. V. ¶ *Quæ sint Sacerdotibus necessaria ad discendum.*

a *Sed ibi fusiùs.* b *ibid.* ¶. c *al. sanè.* d *secundùm ingeniosos hominum*] *erig.* c *al. sensum extrinsecùs alienum.* f *Ivo p. 4. c. 167. Pannorm. l. 2. cap. 137.* g *ex Greg. in l. 1 pastor. c. 1.* h *Matth. 15.* i *Psal. 68.* k *Luc. 12.* l *1. Cor. 14.* m *Psal. 38.*

a *Luc. 23.* b *Gen. 20.* c *Burch. l. 1. cap. 100. Ivo part. 3. cap. 202. Ansel. l. 7. c. 144.* d *1. Timoth. 4.* e *Ibidem inferius.* f *Concil. Arel. 4 c. 2.* g *Burch. lib. 2. cap. 37. Ansel. l. 7. c. 113. Ivo 9. 3. c. 179. Pann. l. 4. c. 23.* h *Ansel. l. 7. c. 119. Polyc. l. 4 t. 4.* i *Burch. l. 2. cap. 160. Ivo part. 6 cap. 251. Ansel. l. 7. c. 108. Polyc. l. 4. tit. 4.* k *al. suos canones.* l *al. digna.*

Item ex dictis Augustini.

QUæ *a* ipsis Sacerdotibus necessaria sunt ad discendum, id est, liber Sacramentorum, Lectionarius, Antiphonarius, Baptisterium, Computus, Canoni pœnitentialis, Psalterium, Homiliæ per circulum anni in Dominicis diebus, & singulis festivitatibus aptæ. Ex quibus omnibus si unum defuerit, Sacerdotis nomen vix in eo constabit: quia valdè periculosæ sunt Evangelicæ minæ, quibus dicitur *b*: [*Si cæcus cæco ducatum præstet, ambo in foveam cadunt.*]

¶ *Cæteri etiam Collectores Augustinum essent. Ferè autem omnia hæc habentur in pœnitentiali Bedæ, & in libro de officiis Ecclesiasticis, & aliis.*

C. VI. ¶ *Quæ oportet scire eum, qui Episcopus est ordinandus.*

Item ex VII. Synodo, *cap.* 2.

OMnes *c* psallentes repromittimus Deo: [*In d justificationibus tuis meditabor, non obliviscar sermones tuos.*] Quod omnes quidem Christianos observare saluberrimum est; sed præcipuè hos, qui hierarchicam consecuti sunt dignitatem. Unde decrimus omnem, qui ad Episcopatûs provehendus est gradum, modis omnibus Psalterium nôsse, ut ex hoc & omnis Clerus, qui sub ipso fuerit, ita moneatur & imbuatur. Inquiratur autem diligenter à Metropolitano, si in promptu habeat legere sensatiliter, & non transitoriè, tam sacros canones, & sanctum Evangelium, quàm divini Apostoli librum, & omnem divinam Scripturam; atque secundùm mandata Dei conversari, & docere populum sibi commissum. Substantia enim summi Sacerdotii nostri sunt eloquia divinitùs tradita; id est, vera divinarum Scripturarum disciplina, quemadmodum magnus perhibet Dionysius *e*. Quòd si disceptaverit, & ita libenter facere, & docere minimè spoponderit, nullatenùs consecretur. Ait enim propheticè *f* Deus: [*Tu scientiam repulisti, & ego repellam te, ne Sacerdotio fungaris mihi.*]

C. VII. ¶ *De eodem.*

Item ex Concilio Carthaginensi III. *c.* 3.

PLacuit, ut ordinandis Episcopis, vel Clericis priùs ab ordinatoribus suis decreta Conciliorum auribus eorum inculcentur; ne se aliquid contra statuta Concilii fecisse pœniteat *g*.

C. VIII. ¶ *Sacra Scriptura inhærentes, non obscurantur iniquitate mundanâ.*

Item Zepherinus Papa, *epist. 1. ad Episcopos Siciliæ.*

SIcut stellas cœli non extinguit nox; sic mentes fidelium, firmamento inhærentes sanctæ Scripturæ, non obscurat mundana iniquitas.

C. IX. ¶ *Ignorantia Scripturarum, est ignorantia Christi.*

Item Hieronymus *ad Eustochium in proœmio Comment. in Esaiam.*

SIjuxta *h* Apostolum Paulum, Christus Dei virtus est, Deique sapientia; & qui nescit Scripturas, nescit Dei virtutem, ejusque sapientiam; ignoratio Scripturarum, ignoratio Christi est.

C. X. ¶ *A Domino scivntur, vel ignorantur, qui ea, quæ Dei sunt, sapiunt, vel ignorant.*

Item Gregorius *in pastorali, part. 1. cap. 1.*

QUi ea, quæ Dei sunt 1, sapiunt, à Domino sapiuntur: & qui ea, quæ Dei sunt, nesciunt, à Deo nesciuntur, Paulo *i* attestante, qui ait: [*Si quis ignorat, ignoratur.*] *Idem* 2. Quicunque stultus est in culpâ, erit sapiens in pœna.

1 ¶ Dei sunt,] *In loco inducato legitur:* Qui ea, quæ sunt Domini, nesciunt, à Domino nesciuntur, Paulo attestante, &c.

C. XI. ¶ *Non qui aliquid nescit, sed qui putat se scire, quod nescit, errare probatur.*

Item Augustinus *in Enchiridio ad Laurentium, cap.* 17.

2 QUamvis *b* errare *c*, quantâ possumus curâ, cavendum sit, non solùm in majoribus, verùm etiam in minoribus rebus, nec nisi rerum ignorantiâ possit errari; non tamen est consequens, ut continuò erret, quisquis aliquid nescit, sed quisquis se existimat scire, quod nescit. Pro vero quippe approbat falsum, quod est erroris proprium. Veruntamen in qua re quisque erret, interest plurimùm. Nam in una eademque re, & nescienti scientem, & erranti non errans rectâ ratione præponitur. In diversis autem rebus, id est, cùm iste scit alia, ille alia; & iste utiliora, ille minùs utilia, vel etiam noxia; quis non in eis, quæ ille scit, ei præferat nescientem? Sunt enim quædam, quæ nescire, quàm scire sit melius.

3 pars. *Sed licèt per ignorantiam Grammaticæ artis aliquid vitiosum proferant Episcopi, vel Presbyteri, non tamen ideò à Scholasticis sunt despiciendi: quia morum vitia magis, quàm verborum sunt præcavenda.*

C. XII. ¶ *Non contemnant Scholastici Ecclesiasticam simplicitatem.*

Unde Augustinus *in libro de Catechizandis rudibus, cap.* 9.

SEdulò *d* monendi sunt Scholastici 1, ut humilitate induti Christianâ, discant non contemnere, quos cognoverint morum vitia, quàm verborum amplius devitare, & cordi casto linguam exercitatam nec conferre audeant, quam etiam præferre consueverant. *& infra.* His etiam maximè utile est nôsse, ita esse præponendas verbis sententias, ut præponitur animus corpori. Ex quo fit, ut ita malle debeant veriores, quàm disertiores audire sermones; sicut malle debent prudentiores, quàm formosiores habere amicos. Noverint etiam, non esse vocem ad aures Dei, nisi animi affectum. Ita enim non irridebunt, si aliquos Antistites, & Ministros Ecclesiæ fortè animadverterint, vel cum barbarismis, & solœcismis Deum invocare, vel eadem verba, quæ pronunciant, non intelligere, perturbateque distinguere: non quia ista minimè corrigenda sunt, ut populus ad id, quod planè intelligit, dicat Amen; sed quia *e* piè toleranda sunt ab eis, qui dicturi sunt, ut sono in foro, sic voto in Ecclesia benedici. Itaque forensis illa, nonnunquam fortè bona dictio, nunquam tamen benedictio dici potest.

1 ¶ Scholastici,] *Vox ista abest ab originali. Sed in eo hæc præcedunt:* Sunt item quidam de Scholis usitatissimis Grammaticorum, Oratorumque venientes, quos neque inter idiotas numerare audeas, neque inter illos doctissimos, quorum mens magnarum rerum est exercitata quæstionibus. His ergò, qui loquendi arte cæteris hominibus excellere videntur, cùm veniunt, ut Christiani fiant, hoc amplius, quàm illis illiteratis, impertire debemus, quòd sedulò admonendi sunt, ut humilitate, &c.

C. XIII. ¶ *De eodem.*

Item Gregorius *ad Leandrum Episcopum Hispalensem, in præfat. Moral. ad fin.*

INdignum vehementer existimo, ut verba cœlestis oraculi restringam sub regulis Donati.

¶ *Hoc & duo sequentia capita absunt à multis antiquis exemplaribus, neque glossam habent.*

a *Burch. l. 2, cap. 2. & lib. 19. c. 1. Ansel. l. 7. c. 109. Polyc. l. 4. tit. 3. Ivo p. 6. c. 22. Pann. l. 3. c. 24.* b *Matth. 15.* c *Mutatus est periodus duktus. Ivo p. 5. cap. 372.* d *Psal. 118.* e *Cap. 1. Eccles. Hierarch.* f *Osea 4.* g *al. pœnitent.*] *al. asserant.* h *1. Cor. 1.* i *1. Cor. 14.*

a *Lib. Moralium 17. cap. 23. mutato verborum ordine.* b *Sentent. l. 3. distinct. 38. c. illud.* c *al. error. q. p. c. cavendus.*] *orig.* d *Ivo part. 6. c. 363.* e *tamen*] *orig.*

C. XIV.

C. XIV. PALEA.

[*Item* Augustinus *de vera religione, cap. 49. & cap. 50.*]

LOcutio divinarum Scripturarum secundùm cujusque linguæ proprietatem accipienda est. Habet enim omnis lingua sua quædam propria genera locutionum, quæ cùm in aliam linguam transferuntur, videntur absurda.

C. XV. PALEA.

[*Item* Hieronymus *ad Pammachium, epist. 52. cujus initium est:* Christiani interdùm pudoris est.]

ECclesiásticæ interpretatio, etiamsi habet eloquii venustatem, dissimulare eam debet, & fugere *a*, ut non otiosis Philosophorum scholis, paucisque discipulis, sed universo loquatur hominum generi.

C. XVI. ¶ *Propter opprobrium senectutis, à parvulis, & à minimis non erubescat discere Episcopus.*

Item Clemens Papa, *epist. 3.*

NUllus Episcopus *b* propter opprobrium senectutis, vel nobilitatem generis à parvulis, vel minimis *c* eruditis, si quid fortè est utilitatis, aut salutis, inquirere negligat. Qui enim rebelliter vivit, & discere atque agere bona recusat, magis Diaboli, quàm Christi membrum esse ostenditur: & potiùs infidelis, quàm fidelis esse monstratur.

DISTINCTIO XXXIX.

ECce plenariè monstratum est, quòd Sacerdotes oportet literarum tam sacrarum, quam secularium esse peritos. Nunc quæritur, an secularium negotiorum oporteat eos habere peritiam? Hanc Prælatis esse necessariam multis rationibus probatur. Debent namque Prælati subditis non solùm spiritualia, sed etiam carnalia subsidia ministrare, exemplo Christi, qui turbas sequentes non solùm verbo docebat, sed etiam virtute sanabat, & corporalibus alimentis reficiebat. Ut autem Prælati hæc omnia plenè possint perficere, secularium negotiorum oportet eos habere scientiam: ut eorum cautelâ & Ecclesia serventur indemnes; & cuique necessaria pro suo modo ministrentur. Unde quidam in Episcopum electus, à Beato Gregorio pro sua simplicitate repellitur, ne ejus occasione res Ecclesiæ dilapidarentur.

¶ *Secularium negotiorum imperiti non sunt in Episcopos ordinandi.*

Sic enim scribit Gregorius *Clero & nobilibus Neapol. lib. 2. epist. 40.*

PEtrus *d* Diaconus, quem à vobis electum asseritis, omninò (ut dicitur) simplex est: & nostis, quia talis hoc tempore in regiminis debet arce constitui, qui non solùm de salute animarum, verùm etiam de extrinseca subjectorum utilitate & cautela sciat esse solicitus.

DISTINCTIO XL.

1 OPortet *e* quoque Episcopum esse ornatum, & hospitalem. *Ornamenta Episcopalia, virtutes debent intelligi, quæ à Domino ei repromittuntur, cùm dicitur:* [Sacerdotes *f* ejus induam salutari.] *Unde in Veteri* g *Testamento variis vestibus ex præcepto Domini Sacerdotes ornati leguntur: quia multimodis virtutibus debet splendere vita Pontificis, ut gradus conferat decorem, quem ab eo non accepit. Non enim loca, sed vita, & mores sanctum faciunt Sacerdotem. Unde ex suscepto officio non licentiam peccandi, sed necessitatem benè vivendi se noverint assecutos.*

a *al. non fugere.* b *abest ab originali.* c *al. minus.* d *Anselm. lib. 6. cap. 23. Polyc. l. 2. tit. 1.* e *1. Tim. 3.* f *Psalm. 131.* g *Exod. 28.*

C. I. ¶ *Officium Sacerdotis non confert, sed admittit peccandi licentiam.*

Unde Symmachus Papa *ait.*

NOn *a* nos beatum Petrum, (sicut dicitis) à Domino cum sedis privilegiis, vel successores ejus, peccandi judicamus licentiam suscepisse. Ille perennem meritorum dotem cum hæreditate innocentiæ misit ad posteros. Quod illi concessum est pro actuum luce, ad illos pertinet, quos par conversationis splendor illuminat. Quis enim sanctum dubitet esse, quem apex tantæ dignitatis attollit? In quo, si desunt bona acquisita per meritum, sufficiunt, quæ à loci decessore præstantur. Aut enim claros ad hæc fastigia erigit: aut qui eriguntur, illustrat.

¶ *Caput hoc, quod citatur ex Symmacho, est in libro, quem pro Symmacho Ennodius Diaconus scripsit: juxtà, Symmachi nomine citatur, quòd eum librum Symmachus, & universa quinta Synodus pro causa Symmachi habita, sic approbârunt, ut parem ei cum Synodis & Apostolicis decretis auctoritatem tribuerint.*

C. II. ¶ *Filii Sanctorum sunt, qui exercent opera eorum.*

Item Hieronymus *ad Heliodorum, epist. 1.*

NOn *b* est facilè stare loco Pauli; & tenere gradum Petri, jam cum Christo regnantium: quia hinc 1 dicitur, non Sanctorum filii sunt, qui tenent loca Sanctorum, sed qui exercent opera eorum.

1 ¶ Quia hinc] *Hæc usque ad finem non sunt inventa apud B. Hieronymum, ex quo tamen, aut ex ejus dictis, cætera collectores.*

C. III. ¶ *Morum nobilitas, non loci, vel generis, Sacerdotes notificet.*

Item Gregorius.

NOs, *c* qui præsumus, non ex locorum, vel generis dignitate, sed morum nobilitate innotescere debemus: nec urbium claritate, sed fidei puritate.

C. IV. ¶ *Non loca, vel ordines, sed merita nos Deo jungunt.*

Item Gregorius *ad Anastasium Presbyterum, lib. 6. epist. 29. vel 2. 193.*

NOn *d* loca, vel ordines Creatori nostro nos proximos faciunt: sed ei nos merita bona jungunt, aut mala disjungunt.

C. V. ¶ *Magnitudo peccati, vel dignitatis quemque fortiter dejecit.*

Item Ioannes Chrysostomus,] *id est, auctor operis imperfecti in Matthæum, homiliâ 40. ad c. 21.*]

1 HOmo Christianus fortiter cadit in peccatum propter duas causas: aut propter magnitudinem peccati, aut propter altitudinem dignitatis.

C. VI. ¶ *Damnatur Apostolicus, qui sua, & fraterna salutis est negligens.*

Item ex dictis *e* Bonifacii 1 martyris.

5 SI *f* Papa suæ & fraternæ salutis negligens deprehenditur, inutilis & remissus in operibus suis, insuper à bono taciturnus, quòd magis officit sibi, & omnibus, nihilominùs innumerabiles populos catervatim secum ducit primo mancipio gehennæ, cum ipso plagis multis in æternum vapulaturus *g*. Hujus culpas istic redarguere præsumit mortalium nullus: quia cunctos ipse judicaturus, à nemine est judicandus, nisi deprehendatur à fide devius: pro cujus perpetuo statu universitas fidelium tantò instantiùs orat, quantò suam salutem post Deum ex illius incolumitate animadvertit propensiùs pendere.

a *Polyc. l. 3. tit. 7.* b *Infrà 2. q. 7. c. non omnes. Polyc. libr. 3. tit. 2. Burch. l. 1. c. 207. Ivo p. 3. c. 311.* c *Burch. l. 1. c. 208. Ivo p. 3. cap. 312. Polyc. l. 3. tit. 7.* d *Polyc. ibid.* e *al. gestis.* f *Ivo p. 3. c. 23.* g *al. vapulaturos.*

1 ¶ Dictis Bonifacii] *Nauclerus Genes. 26. testatur, hoc fuisse dictum Bonifacii Martyris. Verum Drusius dicit Presbyter Cardinalis tit. Apostolorum in Eudoxia, tempore Victoris Papæ III. libros quatuor de rebus Ecclesiasticis compositi, qui in Bibliotheca Vaticana servantur. Et in libro 3. cap. 231. ex gestis (sic habent etiam multi Gratiani codices, & Ivo) Bonifacii Martyris, & Archiepiscopi Moguntini, sedu Apostolicæ Legati, hæc sanctissimus ille vir de Romano Pontifice, ac sede Apostolica verba refert, in quibus est hoc caput: & quidem ex antecedentibus, & sequentibus valdè illustratur.* Sancta Romana Ecclesia, privilegio specialis auctoritatis divinitùs & humanitus, caput omnium Ecclesiarum post Christum Jesum effecta, secundùm Antistitis vel Rectoris sui qualitatem, & valetudinem afficit totius Christianitatis membra, ut illius incolumitati sua respondeant incolumitate, & congaudeant: & nihilominùs ejus languoribus suo languore consentiant: & sicut ejus gloriâ juxta Apostolum *a* conglorificantur; sic ejus dejectione dejiciuntur, ut illud Propheticum in eo præcipuè compleri deprehendatur: [*Omne* b *caput languidum, & omne cor mœrens: a planta pedis usque ad verticem, non est in eo sanitas.*] Et reverà tantâ reverentiâ apicem præfatæ Apostolicæ sedis omnes suscipiunt, ut nonnullam sanctorum canonum disciplinam, & antiquam Christianæ religionis institutionem magis ab ore prædecessoris ejus, quàm à sacris paginis, & paternis traditionibus expetant: illius velle, illius nolle tantum explorant, ut ad ejus arbitrium suam conversationem & ipsi rem itent, aut intendant. Quòd si, ut summopere sibi & omnibus expedit, zelo domûs Dei sine intermissione tabescens, fidelis dispensator & prudens existens, Deo & hominibus, opere & sermone irreprehensibilem sese conservare studuerit, ut verè fatear, universum penè mundum secum attonitum, & solicitum post Deum currere facit, ex utroque sexu populos diversæ professionis, conditionis, & ætatis catervatim Domino suo super omnia bona ipsius constituendus ducit. Si verò suæ & fraternæ salutis negligens deprehenditur, inutilis & remissus in operibus suis, & insuper à bono tacitus (quod magis officit sibi & omnibus) nihilominùs innumerabiles populos catervatim secum ducit, primo mancipio gehennæ, cum ipso plagis multis in æternum vapulaturus: cujus culpas istic redarguere præsumit mortalium nullus: quia cunctos ipse judicaturus, à nemine est judicandus, nisi fortè deprehendatur à fide devius: pro cujus perpetuo statu universitas fidelium tantò instantiùs orat, quantò suam salutem post Deum ex illius incolumitate animadvertunt propensiùs pendere. Salvo enim divinæ omnipotentiæ mysterio, ut dignum est, loco ab ipso secundo, illud B. Job *c* non incongruè aptari sanctæ Romanæ Ecclesiæ potest: [*Si destruxerit, nemo est qui ædificet: & si incluserit hominem, nullus est, qui aperiat ei: si continuerit aquas, omnia siccabuntur: & si emiserit eas, subvertent terram.*] nec immeritò: cùm ipsa specialiùs in Petro cœli, terræque retentet habenas. Hæc cum omnium fidelium in Christo spiritalis sit mater, nemo debet renuere illius feriri disciplinâ, vel emendari cen urâ, juxta illa proverbia *d* Salomonis: [*Ne dimittas legem matris tuæ, liga eam in corde tuo jugiter: qui enim abjecit disciplinam, infelix est: & stultus homo despicet matrem suam.*] & rursùs *e*: [*Est maledictus à Deo, qui exasperat matrem: & maledictio matris eradicat fundamenta.*] illa utique, quæ arrogat *f*, divisa à sede illius, cui dictum est: [*Tu* g *es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.*] & super arenam concupiscentiæ carnalis, seu humanæ præsumptionis, probantur posita: cursùs rivi minimè prosperatur, si à suo fonte dividatur.

C. VII. ¶ *Non ordines, sed vita meritum Deo commendant.*

Item Augustinus *ad Valerium, epist. 141.*

4 ANte *a* omnia peto, ut cogitet religiosa prudentia pa tua, nihil esse in hac vita, & maximè hoc tempore facilius & latius, & hominibus acceptabilius, Episcopi, aut Presbyteri, aut Diaconi officio, si perfunctoriè, atque adulatoriè res agatur: sed nihil apud Deum miserius, & tristius, & damnabilius. ¶ Item *b* nihil esse in hac vita, & maximè hoc tempore difficilius, laboriosius, & periculosius, Episcopi, aut Presbyteri, aut Diaconi officio: sed apud Deum nihil beatius, si eo modo ministretur, quo noster Imperator jubet. Quis autem iste sit modus, nec à pueritia, nec ab adolescentia mea didici, & eo tempore, quo discere cœperam, vis mihi facta est merito peccatorum meorum, (nam quid aliud existimem nescio,) ut secundus locus gubernaculorum mihi traderetur, qui rerum tenere non noveram.

C. VIII. ¶ *Corrumpitur, & ad terram Sacerdotium trahitur, nisi legaliter, & justè servetur.*

Item Isidorus.

Sicut viri & mulieris digna conjunctio unum facit matrimonium; & sicut duorum copulatio unum perficit corpus: ita Clericatus, & Sacerdotium unum faciunt Presbyterum, & electio & consecratio unum faciunt Episcopum: quæ omnia unum efficiunt corpus: quod citiùs corrumpitur, & ad terram trahitur, nisi legaliter servetur, nisi justè vivendo laudetur.

C. IX. ¶ *Gratia, non locus, salvat animam.*

Item Ambrosius *lib. de Paradiso, c. 4.*

5 ILlud *a* autem animadverte, quia extra Paradisum pa vir factus est, & mulier intra Paradisum: animadvertas, quòd non loci, non generis nobilitate, sed virtute unusquisque gratiam sibi comparat. ¶ Denique extra Paradisum factus, hoc est, in inferiore loco, vir melior invenitur: & illa, quæ in meliore loco, hoc est, in Paradiso, facta est, inferior reperitur.

C. X. ¶ *De eodem.*

Item Gregorius *lib. 6. reg. epist. 1. seu c. 169.*

QUælibet *d* occulta loca sine gratia Dei animam salvare non possunt: quod aliquando in ipsis quoque conspicimus erratibus electorum. Nam Loth *e* in ipsa perversa civitate fuit justus: in monte peccavit. Sed ista cur dicimus, cùm majora noverimus? Quid enim Paradiso jucundius? quid cœlo securius? & tamen homo ex Paradiso, & Angelus de cœlo peccando cecidit.

C. XI. ¶ *De eodem.*

Idem.

ADam *f* primus homo pro peccato de Paradiso ejectus est: hoc est, quia Dei nobilitatem à se dejecit, nobilitate loci privatus est.

¶ *Primo libro B. Gregorii in Ezechielem, homil. 9. leguntur hæc verba, quæ nonnihil ad hanc rem facere videntur:* Quia autem loca mentem non mutant, ipse humani generis primus testatur parens, qui & in Paradiso cecidit.

C. XII. ¶ *Non est verus Sacerdos omnis, qui nominatur Sacerdos.*

Item Joannes Chrysostomus, [*ad est, auctor operis imperfecti, in Matth. hom. 44. aut c. 23.*]

6 MUlti Sacerdotes, & pauci Sacerdotes; multi nomine, pauci opere. Videte ergò, quomodo sedetis super cathedram; quia non cathedra facit Sacerdotem, sed Sacerdos cathedram; non locus sanctificat hominem,

a 2. Corinth. cap. 1. b Esa cap. 1. c Iob. cap. 12. d Proverbior. 1. 6. & 13. e Ecclesiast. 3. f fortasse arroganter. g Matth. 16.

a Ansel. lib. 8. cap. 169. Ivo part. 6. c. 389. b Ans. l. 8. c. 168. c Quò loco illud adverte,] orig. d al. Quamlibet. e Gen. 19. f Burch. lib. 1. cap. 206. Ivo p. 5. c. 421.

sc

sed homo locum; non omnis Sacerdos sanctus, sed omnis sanctus Sacerdos. Qui *a* benè sederit super cathedram, honorem accipit ab illa; qui malè sederit, injuriam facit cathedræ; ideoque malus Sacerdos de Sacerdotio suo crimen acquirit, non dignitatem. In judicio enim sedens, si quidem benè vixeris, & benè docueris, omnium judex es; si autem benè docueris, & malè vixeris, tui solius condemnator eris *b*. Nam benè vivendo, & benè docendo, populum instruis, quomodo debeat vivere: benè autem docendo, & malè vivendo, Deum instruis, quomodo te debeat condemnare. *Idem. c*

¶ Quicunque desideraverit *d* primatum in terra, inveniet confusionem in cœlo; nec 1 inter servos Christi computabitur, qui de primatu tractaverit; nec unusquisque eorum festinet, quomodo aliis major appareat, sed quomodo omnibus inferior videatur: quoniam non, qui major fuerit in honore, ille est justior, sed qui fuerit justior, ille major. Conversatio ergò melior est desideranda, non dignior gradus.

1 ¶ Nec inter] *In loco inducato legitur*, ut inter servos Christi non sit de primatu certamen, nec unusquisq; &c. *Sed obstitit glossa, ne mutaretur.*

DISTINCTIO XLI.

1 ps *Ecce quibus oporteat Sacerdotem esse ornatum moribus. Sed præterea oportet illum esse ornatum in exterioribus, habitu videlicet & incessu: habitu, ut nec fulgido, nec sordido se vestibus ornet. Ut enim ait Hieronymus* 1, *nec affectata sordes, nec exquisita delicia laudem pariunt: quod tam de vestibus, quàm de cibo intelligendum est.*

1 ¶ Hieronymus,] *Ad Eustochium de custodia virg. sic scribit:* nec affectatæ sordes, nec exquisitæ munditiæ conveniunt Christiano. *Ad Nepotianum quoque in eandem ferè sententiam:* vestes pullas æquè devita ut candidas, ornatus ut sordes pari modo fugiendæ sunt: quia alterum delicias, alterum gloriam redolet.

C. I. ¶ *Pro moribus eorum, cum quibus vivimus, etiam uti debemus alimentis.*

Unde Augustinus *ait lib. 3. de doctrina Christiana, cap. 12.*

QUisquis *e* rebus præteuntibus restrictiùs utitur, quàm sese habent mores eorum, cum quibus vivit, aut intemperans 1, aut superstitiosus est. Quisquis verò sic eis utitur, ut metas consuetudinis bonorum, inter quos versatur, excedat, aut aliquid significat, aut flagitiosus est. In omnibus enim talibus non usus rerum, sed libido utentis in culpa est. *& 3.* ¶ Quid igitur locis, & temporibus, personisque conveniat, diligenter attendendum est, ne temerè flagitia reprehendamus. Fieri enim potest, ut sine aliquo vitio cupidinis, vel voracitatis pretiosissimo cibo sapiens utatur, insipiens autem fœdissimâ gulæ flammâ in vilissimum olus ardescat: & saniùs *f* quisque maluerit, more Domini *g*, pisce vesci, quàm lenticulâ, more Esau *h* nepotis Abraham, aut hordeo, more jumentorum. Non enim propterea continentiores nobis sunt pleræque bestiæ, quia vilioribus aluntur escis. Nam in omnibus hujusce modi rebus, non ex earum rerum natura, quibus utimur, sed ex causâ utendi, & modo appetendi, vel probandum est, vel improbandum, quod facimus.

1 ¶ Intemperans,] *Apud sanctum August. & Ivonem legitur:* temperans. *Sed ob glossam non est mutatum.*

C. II. ¶ *Non cibus, sed appetitus in culpa est.*

Idem *super epistolam Joannis.*

DElicia quælibet, si absque desiderio percipiantur, non officiunt: & viles cibi appetenter accepti, impediunt profectum abstinentiæ. David *a* enim aquam malè concupitam effudit: & Helias *b* carnes comedit.

¶ *In operibus beati Augustini, aut impressis, aut manuscriptis, quæ hactenus ad manus venerunt, hæc non sunt inventa. Cæterùm apud Prosperum de vita contemplativa, l. 2. cap. 12. eadem ferè leguntur:* Nec deliciæ quælibet, si absque desiderio percipiantur, officiunt: & viles cibi plerunque abstinentiæ profectum, si appetenter accipiantur, impediunt. Hinc est, quòd sanctus David aquæ in se concupiscentiam castigavit; atque eam sibi à suis oblatam, ne desiderio suo ex ea satisfacere videretur, effudit: & sancto Heliæ perceptio carnium non concupita, non nocuit.

C. III. ¶ *Contra suæ infirmitatis consuetudinem, aliquibus cibis divites uti non cogantur.*

Idem *de verbis Domini secundùm Matthæum, serm. 5. c*

NOn cogantur divites pauperum cibis vesci: utantur consuetudine infirmitatis suæ, sed doleant aliter se non posse: si consuetudinem mutant, ægrotant. Utantur superfluis, dent inopibus necessaria: utantur pretiosis, dent pauperibus vilia.

C. IV. ¶ *Æquanimitas tolerandi, non usus, vel abstinentia cibi, justitiam facit.*

Idem *lib. 2. quæst. Evang. c. 11.*

QUod *d* dicit Dominus in Evangelio *e*, [*Justificata est sapientia ab omnibus filiis suis*:] ostendit filios sapientiæ intelligere, nec in abstinendo, nec in manducando esse justitiam, sed in æquanimitate tolerandi inopiam, & in temperantia per abundantiam non se corrumpendi, atque opportunè sumendi, vel non sumendi ea, quorum non usus, sed concupiscentia reprehendenda est. Non enim interest omninò, quid alimentorum sumas, ut succurras necessitati corporis, dummodò congruas, in generibus alimentorum his, cum quibus tibi vivendum est. Neque quantum sumas, interest multùm: cùm videamus aliorum stomachum citiùs saturari; & eos tamen illi ipsi parvo, quo satiantur, ardenter, & intolerabiliter, & omninò turpiter iuhiare: alios autem plusculo quidem satiari, sed tolerabiliùs inopiam perpeti, & vel ante ora positas epulas, si id in tempore aut opus sit, aut necesse sit, cum tranquillitate aspicere, neque tangere. Magis ergò interest, non quid, vel quantum alimentorum pro congruentia hominum, atque personæ suæ, & pro suæ valetudinis necessitate quis capiat; sed quantâ facilitate, atque serenitate animi careat, cùm his vel oportet, vel etiam necesse est carere; ut illud in animo Christiani compleatur, quod Apostolus *f* dicit: *Scio & mihi habere: scio & abundare: ubique & in omnibus imbutus sum, & satiari, & esurire, & abundare, & penuriam pati: omnia possum in eo, qui me confortat.*

C. V. ¶ *Temperantia ciborum & vestium, non dissolutio eorum laudatur.*

Item ex Concilio Gangrensi, *c ultimo.*

PArsimoniam *g* cum veste humili non reprobamus: sicut etiam ornatum præter corporis 1 diligentiam infusatum laudamus. Dissolutos autem, & fractos in vestibus incessus non recipimus: & domos Dei honoramus & conventus, qui in his fiunt, tanquam sanctos, & utiles recipimus: pietatem in privatis domibus non concludentes, sed omnem locum in nomine Dei ædificatum honorantes: & congregationem in Ecclesia factam ad utilitatem communem recipimus, & bona

a 1. Petr. 3. b al. ex. c Ibid. humiliâ 31. ad c. 20. d al. desiderat. e Ivo part. 4. cap. 24. Pann. l. 2. c. 139. f al. sanus. g Luc. 24. h Gen. 25.

a 2. Regum 23. b 3. Regum 17. c ad illa verba: [petite, & dabitur vobis.] sed paulò aliter. d Ivo part. 4. cap. 23. e Matth. 11. & Luc. 7. f Philip. 4. g Ivo part. 8. cap. 321.

opera, quæ supra vires 2 in fratres pauperes exercentur, secundùm Ecclesiasticas traditiones beatificamus: & omnia, quæ conveniunt traditionibus Apostolicis, & sanctarum Scripturarum præceptis, in Ecclesia fieri exoptamus.

1 ¶ Præter corporis] *Est ex prisca versione: Græcè est, ὅτι ἐπιμελείαν μόνον τοῦ σώματος ἀπεχόμενον: id est,* propter corporis tantùm curam minimè supervacaneam atque operosam: *sed ab glossam non est mutatum.*

2 ¶ Supra vires] *In prisca illa versione est:* juxta vires. *Dionysiana habet, ut Grat. Græcè autem: τὰς καθ' ὑπερβολὴν ὑπὲρ τοὺς ἀδελφοὺς τοὺς πλουσίους εὐποιΐας, ἀλλὰ τὰς συμμέτρους τοῖς πένησι γενομένας: id est,* eximias atque excellentes fratrum beneficentias, quæ secundùm traditiones per Ecclesiam in pauperes fiunt.

C. VI. ¶ *Sub specie virtutis sæpè sibi vitia ingerunt.*

Item Gregorius *Ioanni Constantinopolitano, lib. 1. Reg. epist. 24.*

SÆpè sibi vitia esse virtutes mentiuntur, ut tenacitas, parsimonia; effusio, largitas; crudelitas, zelus justitiæ; remissio, pietas velit videri.

C. VII. ¶ *Meritis fidei, & vitæ, non dignitatis, Episcopalis auctoritas quæritur.*

Item ex Concilio Carthagin. IV. *c. 15.*

EPiscopus vilem supellectilem, & mensam, ac victum pauperem habeat, & dignitatis suæ auctoritatem, fide & vitæ meritis quærat. ¶ Hospitium *a* quoq; non longè ab Ecclesia habeat.

C. VIII. ¶ *De eodem.*

Item ex eodem, *c. 45.*

CLericus *b* professionem suam & habitu, & incessu probet: & ideò nec vestibus, nec calceamentis decorem quærat.

Sicut ergò in cibis mores eorum, cum quibus vivimus, observare monemur; sic & de indumentis intelligendum est. Ut enim alibi c dicitur: [Quisquis contemptis his, cum quibus vivit, lautiora sibi, vel austeriora præ cæteris indumenta, vel alimenta quærit, aut intemperans sui, aut superstitiosus est.] *In incessu autem debet esse Sacerdos ornatus, ut gravitate sinceritatis, mentis maturitatem ostendat. Incompositio enim corporis (ut Augustinus d ait) inæqualitatem indicat mentis. Unde historiographus e ille, cum ejus mutabilitatem describeret, cujus consilientia excitata f curis mentem vastabat g, inter cætera hoc etiam notabile judicavit, dicens:* [Citus modò, & modò tardus incessus.]

DISTINCTIO XLII.

1 HOspitalem verò Sacerdotem esse oportet, ne sit in numero eorum, quibus in judicio dicetur: [Hospes *h* eram, & non suscepistis me.] *Qui enim Apostolii secutus, alios ad hospitalitatem debet invitare, quomodo hospitalitatis exhortator poterit esse, qui domum propriam hospitibus claudit? Si enim Sacerdos primum à seipso, & à domestica Ecclesia sua debet exigere, quòd postea populus imperet: si primum, imitando Christum, ipse debet facere, quæ postea populum docet; necesse est, ut pauperes hospitio recipiat, quo ad hospitalitatem facilius sui exemplo subditos attrahat.* ¶ *Ordinandus itaque Sacerdos ad memoriam revocet, quomodo Abraham i, & Loth per hospitalitatis opera, Deo placuêre, & Angelos hospitio meruerunt recipere: quomodo Angeli Sodomis hospitalem domum ingressi, Loth cum familia sua liberaverunt: quomodo clausæ domus cum hospitibus ignis ingressus perdiderit: quomodo etiam secundum Hieronymum 2, Abrahæ rapere convincatur, qui ultra necessaria sibi retinere probatur: ac si per opera pietatis se instruat, ut & præsentis vitæ subsidia, & æternæ claritatis præmia à Deo percipiat: utrumque enim pietatis promittitur.* ¶ *Unde Apostolus scribens ad Timotheum* b *ait:* [Exerce temetipsum ad pietatem. Nam corporalis quidem exercitatio ad modicum utilis est: pietas autem est utilis ad omnia, habens promissionem vitæ, quæ nunc est, & futuræ.] *Ab hac quisquis alienus fuerit, in Sacerdotem ordinari non poterit.* ¶ *Si enim vidua c ab Ecclesia recipi prohibetur, quæ pauperes non recepit hospitio, quia pedes Sanctorum non lavit, quæ omne opus bonum non est executa; multò magis sunt prohibendi à Sacerdotes, qui ab opere pietatis probantur alieni. Unde d hospitalitatis opera despicientes, in Gangrensi Concilio excommunicantur. Sic enim in eo statutum est, c. 11.*

C. I. ¶ *Non sunt despiciendi, qui convivia pauperibus exhibent.*

SI e quis despicit eos, qui fideliter agapas, id est, convivia pauperibus exhibent, & propter honorem Dei convocant fratres, & noluerit communicare hujuscemodi vocationibus, parvipendens, quod geritur, anathema sit.

Hinc etiam Ioannes Evangelista in epistola sua quendam Diotrephem excommunicavit, qui nec pauperes recipiebat, & recipientes de Ecclesia ejiciebat. In hospitalitate autem non est habendus delectus personarum, sed indifferenter quibuscunque sufficimus, hospitales nos exhibere debemus.

C. II. ¶ *In recipiendis hospitibus nulla debet esse distinctio.*

Unde Joannes Chrysostomus *in epist. ad Hebræos, hom. 11. ad c. 6. circ. fin.*

2 ps QUiescamus ab hac absurda curiositate, & diabolica & peremptoria *f*. Si enim in Clero se electum esse dicat, si Sacerdotem se nominet, scrutare: non enim sine periculo in talibus indiscussa communicatio est: circa majora periculum verituri, non enim das, sed accipis. Si verò pro nutrimento postulat, nihil in his examines. Inquire, quomodo Abraham hospitalem se circa omnes ostendebat. Si scrutator fuisset circa refugientes ad se, nunquam Angelos hospitio recepisset. Fortassis enim non putans eos Angelos esse, cum reliquis & hos repulisset: Sed quoniam omnes suscipiebat, suscepit & Angelos. Non enim ex vita eorum, quos accipis, mercedem tibi retributurus est Deus, sed ex voluntate tua, ex liberalitate, ex honorificentia multa, ex misericordia, ex bonitate.

3 ps. *Sed licet ipsa convivia despicienda non sint, non tamen in Ecclesiis celebrari, nec Clericos ad ea convocatos, ex eis partes sibi tollere oportet.*

C. III. ¶ *Clerici ad agapen vocati, partes sibi non tollant.*

Unde in Laodicensi Concilio, *c. 27.*

NOn *g* oportet ministros altaris, vel quoslibet Clericos 1 ad agapen vocatos, partes tollere propter injuriam 2, quæ ex hac occasione Ecclesiastico ordini possit deputari.

1 ¶ Clericos] *In Conciliis Græcis, & prisca etiam versione, additur,* vel Laicos.

2 ¶ Propter injuriam,] *Græcè est: διὰ τὸ τῶν ὕβρεων τὸν τόπον ἐπιφέρεσθαι τῇ ἐκκλησιαστικῇ, id est,* eò quòd Ecclesiastico ordini inuratur contumelia.

C. IV. ¶ *In locis Deo sacratis nec comedere, nec accubitus sternere licet.*

a *Ibid. cap. 14.* b *Burch. lib. 2. c. 209. Ivo part. 6. cap. 224. Anselm. l. 7. c. 102.* c *Supra 82. c. quisquis.* d *epist. 109. ad Monachos, habetur sensus.* e *Sallust. de Catilina.* f *al. excitata* g *al. vexabat.* h *Matth. 25.* i *Genes. 1. & 19. Gl. ord. Gen. 19. ex Alcuino.*

a *In regula Monachorum, c. de paupertate.* b *1. Timoth. 4.* c *1. Tim. 5. 31. q. 1. quomodo.* d *al. Unde quidam.* e *Burch. lib. 19. cap. 124. Ivo p. 15. cap. 136. Anselm. l. 5. c. 76.* f *al. pernecessa.* g *Anselm. l. 5. c. 77. Ivo part. 3. c. 138.*

Non

Item ex eodem, *c. 28.*

4 NOn *a* oportet in basilicis, seu in Ecclesiis agapen facere, & intùs 1 manducare, vel accubitus sternere.

1 ¶ Et intùs] *Græcè est*, καὶ ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ, *quod Dionysius vertit*, nec intra domum Dei, *sed apud Balsamonem abest* vox, Dei.

C. V. ¶ *Nisi necessitate coacti Clerici in Ecclesia non conveventur.*

Item ex Concilio Carthaginensi III. *c. 30.*

NUlli *b* Episcopi, vel Clerici in Ecclesia conviventur, nisi forte transeuntes hospitiorum necessitate illic reficiantur. Populi etiam ab hujusmodi conviviis, quantum potest fieri, prohibeantur.

C. VI. ¶ *De eodem.* PALEA.

Item ex dictis Beati Benedicti Abbatis *c.*

ORatorium *d* hoc sit, quod dicitur; nec ibi quicquam aliud geratur, vel condatur, quàm quod divinis ministeriis *e* conveniat.

C. VII. ¶ *De eodem.*

Item Augustinus *epist. 109. de regula Monachorum.*

IN oratorio *f* præter orandi, & psallendi cultum penitus nihil agatur, ut nomini huic & opera jugiter impensa concordent.

DISTINCTIO XLIII.

1 PUdicus quoque debet esse Sacerdos; ut & moribus & verbo pudorem indesinenter exhibeat. Unde in Canticis Canticorum *g* gena sponsæ; id est, prædicatores, turturi comparantur. ¶ Debet etiam gratiam docendi habere: quia, ut Hieronymus ait: *h* [Innocens, & absque sermone conversatio, quantum exempio prodest, tantum silentio nocet. Nam latratu canum, & baculo 1 pastorum, lupi sunt arcendi.] *In ipso autem doctrina discretum oportet esse rectorem, ne aut tacenda proferat, aut proferenda taceat.*

1 ¶ Baculo] *In epistola B. Hieronymi legitur*, baculoque pastoris luporum rabies deterrenda est. *Sed glossa ordinaria cum Gratiano concordat.*

C. I. ¶ *De discretione prædicationis, & silentii.*

Unde Gregorius *part. 2. sui pastoralis, c. 4. ait.*

SIt rector discretus in silentio, utilis in verbo, ne aut tacenda proferat, aut proferenda reticescat. Nam sicut incauta locutio in errorem pertrahit; ita indiscretum silentium hos, qui erudiri poterant, in errore derelinquit. Sæpè namque rectores improvidi, humanam amittere gratiam formidantes, loqui liberè rectà pertimescunt, & juxta veritatis vocem *i*, nequaquam jam gregis custodiæ, pastorum studio, sed mercenariorum vice deserviunt: quia veniente lupo *f* giunt, dum se sub silentio abscondunt. Hinc namque eos per Prophetam *k* Dominus increpat, dicens: [*Canes muti, non valentes latrare.*] Hinc rursus queritur, dicens *l*: [*Non ascendistis ex adverso, neque opposuistis murum pro domo Israel, ut staretis in prælio in die Domini.*] Ex adverso quippe ascendere, est pro defensione gregis, voce liberâ hujus mundi potestatibus contraire. Et in die Domini in prælio stare, est pravis decertantibus ex justitiæ amore resistere. Pastorem *m* enim recta timuisse dicere, quid aliud est, quàm tacendo terga præbuisse? qui nimirum, si pro grege se objicit, murum pro domo Israel hostibus opponit. Hinc rursùm delinquenti populo dicitur *n*: [*Prophetæ tui viderunt tibi falsa & stulta, nec aperiebant iniquitatem tuam, ut te ad pœnitentiam provocarent.*] Prophetæ quippe in sacro eloquio nonnunquam doctores vocantur, qui dum fugitiva esse præsentia indicant, quæ sunt ventura manifestant: quos divinus sermo falsa videre redarguit: quia dum culpas corripere metuunt, incassum delinquentibus promissâ securitate blandiuntur; qui iniquitatem peccantium nequaquam aperiunt: quia ab increpationis voce conticescunt. Clavis quippe apertionis sermo correptionis est: quia increpatio culpam detegit, quam sæpè nescit ipse etiam, qui perpetravit. Hinc Paulus ait *a*: [*Ut potens sit exhortari in doctrina sana, & eos, qui contradicunt, redarguere.*] Hinc per Malachiam *b* dicitur: [*Labia Sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirunt ex ore ejus, quia Angelus Domini exercituum est.*] Hinc per Esajam *c* Dominus admonet, dicens: [*Clama, ne cesses; quasi tuba exalta vocem tuam.*] Prædicatoris quippe officium suscipit, quisquis ad Sacerdotium accedit, ut ante adventum judicis, qui terribiliter sequitur, ipse scilicet clamando gradiatur. Sacerdos ergò, si prædicationis est nescius, quam clamoris vocem daturus est præco mutus? Hinc est enim, quòd super pastores primos in *d* linguarum specie Spiritus Sanctus insedit, quia nimirum, quos repleverit, de se protinùs loquentes facit. Hinc Moysi præcipitur *e*, ut tabernaculum Sacerdos ingrediens tintinnabulis ambiatur: ut videlicet voces prædicationis habeat, ne superni inspectoris judicium ex silentio offendat. Scriptum quippe est: [*Audiatur sonitus, quando ingreditur, vel egreditur sanctuarium in conspectu Domini, & non moriatur.*] Sacerdos namque ingrediens, vel egrediens moritur; si de eo sonitus non audiatur: quia iram contra se occulti judicis exigit, si sine prædicationis sonitu incedit. Aptè autem tintinnabula vestimentis illius describuntur inserta. Vestimenta etenim Sacerdotis, quid aliud, quàm recta opera debemus accipere? Prophetâ attestante, qui ait *f*: [*Sacerdotes tui induantur justitiâ.*] Vestimentis itaque illius tintinnabula inhærent, ut *g* vitæ viam cum linguæ sonitu ipsa quoque bona opera clament Sacerdotis. Sed cùm rector se ad loquendum præparat; sub quanto cautelæ studio eloquantur, attendat, ne si ordinatè ad loquendum rapitur, erroris vulnere audientium corda feriantur: & cùm fortasse sapiens videri desiderat, unitatis compagem insipienter abscindat. Hinc namque veritas dicit *h*: [*Habete sal in vobis, & pacem habete inter vos.*] Per sal quippe verbi sapientia designatur. Qui loqui igitur sapienter nititur, magnopere metuat, ne ejus eloquio audientium unitas confundatur. Hinc Paulus *i* ait: [*Non plus sapere, quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem.*] Hinc in Sacerdotis veste, juxta divinam *k* vocem, tintinnabulis mala Punica conjunguntur. Quid enim per mala Punica, nisi fidei unitas designatur? Nam sicut in malo Punico, uno exteriùs cortice multa interiùs grana muniuntur; sic innumeros sanctæ Ecclesiæ populos unitas fidei contegit, quos intùs diversitas meritorum tenet. Ne igitur rector incautus ad loquendum prorumpat, hoc, quod jam præmisimus, per semetipsam veritas discipulis clamat *l*: [*Habete sal in vobis, & pacem habete inter vos:*] ac si figuratè per habitum Sacerdotis dicat: Mala Punica tintinnabulis jungite, ut per omne, quod dicitis, unitatem fidei cautâ observatione teneatis. Providendum quoque est solicitâ intentione rectoribus, ut ab eis non solùm prava nullo modo, sed ne recta quidem nimiè & inordinatè proferantur: quia sæpè dictorum virtus perditur, cùm apud corda audientium, loquacitatis incautâ importunitate levigatur, & auctorem suum

a *Burch. l. 3. c. 31. Ivo part. 3. c. 32. Ans. l. 3. c. 71.* b *Burch. l. 3. cap. 13. Ivo p. 3. cap. 32. Ansel. l. 3. cap. 74.* c *In reg. B. Benedicti, c. 52.* d *Burch. l. 3. c. 31. Ivo part. 3. c. 71.* e *al. laudeb.* f *Sensus, tum verba. Isidor. Etym. l. 15. c. 4. Smaragdus in reg. B. Benedicti. c. 21. Burch. l. 3. c. 30. Ivo p. 3. c. 72.* g *Cant. 5. ex. gl. interlin. ibid.* h *Ad Oceanum epist. 13. & gl. ord. in 1. Tim. 3. in vers. doctorem.* i *Ioan. 20.* k *Es. 56.* l *Ezech. 13.* m *Pastores] org.* n *Thren. 2.*

a *Ad Tit. 1.* b *Mal. 2.* c *Es. 58.* d *Act. 2.* e *Exod. 28.* f *Psal. 131.* g *al. si.* h *Marc. 9.* i *Rom. 12.* k *Exod. 28.* l *Marc. 9.*

hæc eadem loquacitas inquinat, quæ seruire auditoribus ad usum profectus ignorat. Unde bene per Moysen dicitur *a*: [*Vir, qui fluxum seminis patitur, immundus est.*] In mente quippe audientium, semen secuturæ cogitationis, est qualitas auditæ locutionis; quia dum per aurem sermo concipitur, cogitatio in mente generatur. Unde & ab hujus mundi sapientibus prædicator egregius seminiverbius *b* est vocatus. Qui ergò fluxum seminis patitur, immundus asseritur; quia multiloquio subditus, ex eo se inquinat: quod si ordinatè promeret, prolem rectæ cogitationis edere in audientium corda *c* potuisset: dumque incautus per loquacitatem desinit, non ad usum generis, sed ad immunditiam semen effundit. Unde Paulus quoque, cùm discipulum de instantia prædicationis admoneret, dixit *d*: [*Testificor coram Deo, & Christo Iesu, qui judicaturus est vivos & mortuos, per adventum ipsius & regnum ejus, prædica verbum, insta opportune, importune:*] Dicturus [importune,] præmisit [opportune,] quia scil. apud auditoris mentem ipsâ suâ utilitate se destruit, si habere importunitas opportunitatem nescit.

C. II. ¶ *Porcis & canibus sacra non sunt committenda.*

Item Clemens *epist. 3. in extremo.*

2 pe IN mandatis *e* habemus, ut venientes ad civitatem discamus priùs, quis in ea dignus sit, ut apud eum cibum sumamus: quantò magis nôsse convenit, quis, qualisve sit is, cui immortalitatis verba credenda sunt? Solliciti enim, & valdè soliciti esse debemus, ne *f* margaritas nostras mittamus ante porcos. Sed & ob alias causas utile est viri hujus habere me notitiam. Si enim sciam, quia in his, de quibus non potest dubitari, quòd bona sint, emendatus est & inculpabilis; hoc est, si sobrius, si misericors, si justus, si mitis, & humanus (quæ utiq; bona esse nullus ambigit) tunc consequens videbitur, ut ei, qui obtinet bona virtutum, etiam quòd deest fidei & scientiæ, conferatur: & in quibus maculari ejus vita videtur, quæ est in reliquis probabilis, emendetur. Si verò in iis, quæ palàm sunt, peccatis involutus permanet, & inquinatus, non me oporteat ei aliquid de secretioribus, & remotis divinæ scientiæ proloqui, sed magis protestari, & convenire eum, ut peccare desinat, & actus suos à vitiis emendet. Quòd si ingesserit se, & provocaverit nos dicere, quæ eum minùs rectè agentem non oportet audire, prudenter eum debemus eludere. Nam nihil omninò respondere, auditorum causâ utile non videtur: ne forte existiment, nos responsionis penuriâ declinare certamen, & sic fides eorum lædatur, non intelligentium propositum nostrum.

C. III. ¶ *Verba prædicationis persecutoribus suis Prælati non subtrahant.*

Item Anacletus, *epist. 1. omnibus Episcopis.*

3 pe SCimus *g* autem multos ob id infestare Doctores, ut eos perdant, & placita propriæ voluntatis adimpleant. Non propterea tamen Doctores (in quantum vires suppetunt) à rectâ æmulatione, & bonâ intentione *h* recedere debent: scientes, quia beati *i*, qui persecutionem patiuntur propter justitiam.

C. IV. ¶ *Nouerit mundus à sanguine subjectorum, quos Dei consilium illi non annuntiat.*

Item Gregorius Venantio, *lib. 2. epist. 35.*

EPhesiis Paulus dicit *k*: [*Munda sunt manus tuæ à sanguine eorum vestrûm: non enim subterfugi, quò minùs annuntiarem omne consilium Dei vobis.*] Mundus ergò à sanguine eorum non esset, si eis Dei consilium annuntiare noluisset: qui cùm increpare delinquentes noluerit, eos proculdubiò tacendo pastor occidit.

C. V. ¶ *Æterna damnationis pœnam incurrit prædicator, qui semen divini verbi non spargit.*

Item Nicolaus *ad Michaelem Imperatorem in epistola, cujus initium est* [Propofueramus.]

DIspensatio *a* est nobis cœlestis seminis injuncta: [*Væ b mihi, si non sparserimus: væ si tacuerimus.*] Quod cùm electionis vas formidet, & clamet, quanto magis cuilibet exiguo metuendum est? Proinde, sicut non leve discrimen incumbit Pontificibus, filiisse pro divinitatis cultu, & Ecclesiæ correctione, quod congruit; ita his (quod absit) non mediocre periculum est, qui cùm debeant parere, despiciunt.

4. pars. *Pariter quoq; observare debet Sacerdos, ne indoctis, & non intelligentibus secreta mysteria, suâ prædicatione referare incepeat. Qui enim ea docet, quæ ab auditoribus non valent intelligi, non ad eorum utilitatem, sed ad sui ostentationem facit. Unde in expositione* [Beati immaculati.] *dicitur*: Vitium est secreta mysteria vulgare indignis: quod fit vel loquacitate incautâ, dum sine judicio volat irrevocabile verbum; vel adulatione, ut ei placeat, cui secreta revelat; vel jactatione scientiæ, ut plura scire videatur.] *In quibus omnibus profectò datur intelligi, quanta debeat esse discretio in prædicatorum Sacerdotu: quâ si fortè carueri, tanquam tosto naso, Sacerdotalis officis judicetur indignus.*

DISTINCTIO XLIV.

1 ge CUm autem vinolentus esse prohibetur, gula intemperantiam nequaquam habere permittitur. Neque enim ebrietas prohibetur, & voracitas permittitur. Utrumque enim inter opera tenebrarum Apostolus connumerat, scribens Romanis *d*: [Non in comessationibus, & ebrietatibus.] *Ventrem namq; ingluvies ad luxuriam provocat facile, & omne ipsa bonum dissolvit. Unde e venter & genitalia sibimetipsis vicina sunt: ut ex vicinitate membrorum confideratio intelligatur vitiorum. Hinc etiam Nabuzardam f principem coquorum murus Hierusalem destruenti fuisse legitur: quia venter, cui multitudo coquorum deservit, ædificia virtutum ad solum redigit. Sacerdos etiam de altari vivere, non luxuriari quærat, ut ait Hieronymus.* g: [Tibi ô Sacerdos altario vivere, non luxuriari permittitur.] *Sunt autem comessationes non solùm Sacerdotibus, sed etiam Laicis nocivæ: qui festivos, & solennes dies non aliter se dignè celebrare putant, nisi comessationibus deservant.*

C. I. ¶ *Nouellè vacandum comessationibus & ebrietatibus.*

Unde Augustinus *scribit ad Aurelium Episcopum, epist. 64.*

COmessationes *h* & ebrietates ita concessæ & licitæ putantur, ut in honorem etiam beatissimorum Martyrum, non solùm per dies solennes, (quod ipsum quis non lugendum videat, qui hæc non carneis oculis inspicit?) sed etiam quotidiè celebrentur. *& post pauca.* Non ergò asperè, quantùm existimo, non duriter, non modò imperiosè ista tolluntur: magis docendo, quàm jubendo; magis monendo, quàm minando. Sic enim agendum est cum multitudine peccantium *i*. Severitas autem exercenda est in peccata paucorum. Et si

a Levit. 15. b Aller. 17. c al. errde. d 2. Timoth. 4. e Matth. 10. Marc. 6. f Matth. 7. g Ivo p. 3. c. 237. circa medium. h al. institutione. i Matth. 5. k Act. 20.

a Dispensatione nobis] ereg. b 1. Corinth. 9. c Glossa ord. ex Ambros. serm. 2. in Psal. 118. in ver. [Abscondi eloquia tua.] d Rom. 13. e Hieron. in ep. ad Amandum, & August. de Temp. serm. 65. Gregor. in pastor. part. 3. cap. 20. f 4. Regum ultim. secundum 1xx. g In Michæam, cap. 3. in extremo. h Ivo part. 13. cap. 62. i abest ab ereg. Ivone & aliquot manuscriptis Gratiani.

quid

quid minamur, cum dolore fiat, de Scripturis comminando vindictam futuram, ne nos ipsi in nostra potestate, sed Deus in nostro sermone timeatur. Itaque prius movebuntur spirituales, vel spiritalibus proximi; quorum auctoritate, & lenissimis quidem, sed instantissimis admonitionibus, cætera multitudo frangatur.

C. II. ¶ *Nulli Clericorum aut continentium licet tabernas intrare.*

Item ex Concilio Laodicensi, *c. 24.*

NOn a oportet Clericos servientes 1 à Presbyteris usque ad Diaconos, & deinceps ordinis Ecclesiastici omnes usque ad Ministros, aut Lectores, aut Exorcistas, aut Ostiarios, aut Psalmistas, aut etiam eos, qui in proposito continentiæ sunt, tabernas 2 intrare.

1 ¶ Clericos servientes] *Græcè est*, ὑπηρετικοὺς, *quod Dionysius vertit*, sacro ministerio deditos: *quam versionem Concilium Aquisgranense, Burchardus & Ivo attulerunt.*

2 ¶ Tabernas] *Sequebatur in impressis*, nisi causâ necessitatis: *quæ sunt expuncta, quia neque in plerisque manuscriptis, neque in Burchardo, & Ivone, neque in ipso Concilio Laodicensi, aut Aquisgranensi (ubi c. 60. hoc idem repetitur) leguntur: videtur tamen accepta ex can. Apost. 14.*

C. III. ¶ *Deponatur Clericus, qui tabernam, aut ergasterium habere voluerit.*

Item ex sexta Synodo, *cap. 9.*

NUlli Clerico licet tabernam, 1 aut ergasterium habere. Si enim hujusmodi tabernam ingredi prohibetur, quanto magis aliis ministrare in ea? Si quis verò tale quid fecerit, aut cesset, aut deponatur.

1 ¶ Tabernam, aut ergasterium] *Græcè est*: καπηλικὸν ἐργαστήριον id est, cauponariam tabernam.

C. IV. ¶ *Nisi necessitate compulsi Clerici tabernas non ingrediantur.*

Item ex Concilio Carthag. III. *c. 27.*

CLerici b edendi vel bibendi causâ, tabernas non ingrediantur, nisi peregrinationis necessitate compulsi.

C. V. ¶ *Corripiendus est Episcopus, qui conviviis occupatur.*

Item Gregorius *Natali Episcopo, lib. 2. reg. indict. 10. epist. 14.*

2 MUltis ab urbe tua venientibus, frater charissime, ps didici; pastorali curâ derelictâ, solis te conviviis occupatum. Quæ audita non crederem, nisi hæc actionum tuarum experimentis approbarem. Nam quia nequaquam lectioni studeas, nequaquam exhortationi invigiles, sed ipsum quoque usum Ecclesiastici ordinis ignores; hoc est in testimonium, quòd eis, sub quibus es positus, reverentiam servare nescis.

C. VI. ¶ *De eodem.*

Idem *ad eundem lib. 2. epist. 37.*

CONvivia communia, quæ ex intentione impendendæ charitatis fiunt, rectè vestra fraternitas c in suis epistolis laudat. Sed tamen sciendum est, quia tunc ex charitate veraciter prodeunt, cùm in eis nulla absentium vita mordetur, nullus ex irrisione reprehenditur, nec in eis inanes secularium negotiorum fabulæ, sed verba lectionis sacræ audiuntur: cùm non plùs, quàm necesse est, servitur corpori, sed sola ejus infirmitas reficitur, ut ad usum exercendæ virtutis habeatur. Hæc itaque si vos in vestris conviviis agitis, abstinentium d, fateor, magistri estis.

C. VII. PALEA.

[*Item* ex Concilio Nanetensi.]

a *Conc. Aquisgran. cap. 60. Burch. lib. 2. cap. 131. Ivo p. 8. c. 205.* b *Aquisgran. Conc. c. 30. Burch. l. 2. cap. 130. Ivo p. 8. cap. 204.* c *al. sanctitas.* d *al. abstinentia.*

NUllus a Presbyterorum, quando ad anniversarium diem, trigesimum, aut septimum, vel tertium alicujus defuncti, aut quâcunque vocatione, ad collectam Presbyteri convenerit, se inebriare ullatenus præsumat, nec precatus amore b Sanctorum, vel ipsius animæ bibere, aut alios ad bibendum cogere, vel se alienâ precatione ingurgitare; nec plausus, & risus inconditos, & fabulas inanes ibi referre, aut cantare præsumat, aut turpia joca, vel ursos, vel tornatricibus ante se fieri c patiatur: nec larvas dæmonum 1 ante se ferri consentiat: quia hoc diabolicum est, & à sacris canonibus prohibitum.

1 ¶ Dæmonum] *Burchardus addit*, quas vulgò Talamascas dicunt.

C. VIII. ¶ *De eodem.* PALEA.

QUando d autem convenerint Presbyteri ad aliquod convivium, aliquis e prior illorum, versum ante mensam incipiat, & cibum benedicat; & tunc secundùm ordinem sedeant, alter alteri honorem præbentes; & per vices cibum & potum benedicant, & aliquis de illorum Clericis aliquid de sancta Scriptura legat. Et post refectionem similiter sanctum hymnum dicant ad exemplum f Domini, sicut in Cœna fecisse legitur: & sic se contineant omnes Presbyteri, maximè in talibus locis, ut non vituperetur ministerium illorum.

C. IX. ¶ *De eodem.* PALEA.

Item ex eodem.

QUando g Presbyteri per Kalendas simul conveniunt post peractum divinum mysterium h, ad necessariam collationem, non quasi ad plenam refectionem, sed quasi ad prandium, ibi ad tabulas resideant: ne per talia inhonesta convivia se invicem gravent: quia indecens est, & onerosum; sæpè etiam tarde ad Ecclesiam redeuntes, majus damnum de reprehensione consequuntur, quod i de gravedine mutua contrahunt, quàm lucrum ibi k faciant. Nam de hujusmodi conventu Paulus Corinthios l reprehendit, qui inconvenienter Cœnam Dominicam manducare conveniebant. Sic & qui ad Cœnam Dominicam, id est, ad collationem verbi sub occasione conveniunt, & ex veritate m ventris causâ conjunguntur, reprehensibiles coram Deo & hominibus habentur. Et ideò peractis omnibus, qui voluerint, panem cum charitate in domo fratris sui simul cum fratribus frangant, & singuli singulos bibere faciant; & maximè ultra tertiam vicem poculum non contingant, & sic ad Ecclesias redeant.

C. X. ¶ *Christiani ex Symbolis convivia non celebrent.*

Item ex Concilio Laodicensi, *c. 55.*

3 NOn n oportet ministros altaris, vel quoslibet Cleps ricos, aut etiam Laicos Christianos ex Symbolis [quæ o vulgus comessalia appellat] convivia celebrare.

C. XI. ¶ *Sacrarum Scripturarum lectio Sacerdotalibus semper conviviis misceatur.*

Item ex Concilio Toletano III. *c. 7.*

PRo p reverentia Dei & Sacerdotum, id universa sancta constituit Synodus, ut (quia solent crebrò mensis otiosæ fabulæ interponi) in omni Sacerdotali convivio lectio divinarum Scripturarum misceatur. Per hoc enim & animæ ædificantur ad bonum, & fabulæ non necessariæ prohibentur.

a *De consec. dist. 3. c. nullus. Burch. l. 2. cap. 161. Ivo part. 8. c. 252.* b *al. in amore.* c *al. facere permittat.* d *Burch. l. 2. cap. 162. Ivo p. 6. c. 253.* e *decanus, aut aliquis*] *Burchard. f Matth. 26.* g *Burch. l. 2. c. 164. Ivo p. 6. cap. 255.* h *al. ministerium.* i *&.* k *al. sibi.* l *1. Corinth. 11.* m *al. ingluvietate.* n *Conc. Aquisgran. c. 23. Rab. in pœn. c. 27.* o *Ista sunt addita loco cujusdam glossæ.* p *Burch. l. 2. c. 167. Ivo p. 6. c. 260. Raban. in pœn. c. 21.*

C. XII. ¶ *De conferiis nec convivia facere, nec ante horam diei tertiam Clericis comedere licet.*

Item ex Concilio Martini Papæ, *c. 61. & 66.*

NOn a liceat Sacerdotes, vel Clericos, sed nec religiosos Laicos convivia facere de confertis. ¶ Nec oportet b Clericos, vel Laicos religiosos ante sacram horam diei tertiam inire convivia, nec aliquando Clericos, nisi hymno dicto, comedere panem, & post cibos gratias auctori Deo referre.

Si ergò Laicis comessationes damnabiles sunt, multò magis Sacerdotibus imputantur ad gehennam. Venter enim pinguis (ut Hieronymus c ait) crassum sensum generat: cum Sacerdotalis sensus contrà vigil esse debeat, & tenuis: atque ideò edacitatis vitio obnoxii in Sacerdotes unge non debent. Hi enim (ut ait Gregorius in Moralibus d) qui adhuc vitiorum bellis subjacent, nequaquam per prædicationis usum præesse magisterio cæterorum debent.

DISTINCTIO XLV.

1 IPse Equitur e [non percussorem.] *Non enim oportet Episcopum iracundum esse & rabidum, & perturbatis sensibus, ut percutiat, qui debet esse patiens: sed sequatur eum, qui dorsum posuit ad flagella.*

C. I. ¶ *Verborum correptione, non verberibus timeri debet Episcopus.*

Unde Gregorius *scribat Joanni Episcopo Constantinopol. lib. 2. epist. 52. al. cap. 41.*

QUid f autem de Episcopis, qui verberibus timeri volunt, canones dicant, bene fraternitas vestra novit. Pastores etenim facti sumus, non percussores: & egregius prædicator dicit: g [*Argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina.*] Nova verò atque inaudita est ista prædicatio, quæ verberibus exigit fidem.

C. II. ¶ *De eodem.*

Item in Concilio Romano sub Sylvestro, *c. 17.*

NEminem h quisquam peccantem Clericum cæde attingat, non Presbyter, non Diaconus, non Episcopus Clericum, vel servitorem Ecclesiæ ad cædem perducat. Sed si ita causa exigit Clerici, triduo privetur honore, ut pœnitens redeat ad matrem Ecclesiam.

C. III. ¶ *Non asperis, sed blandis verbis, ad fidem sunt aliqui provocandi.*

Item Gregorius *Paschasio Episcopo Neapol. lib. 11. epist. 15.*

QUi sincerâ intentione extraneos à Christiana religione ad fidem copiunt rectam perducere, blandimentis, non asperitatibus debent studere, ne quorum mentem reddita ad i planum ratio poterat revocare, pellat procul adversitas. Nam quicunque aliter agunt, & eos sub hoc velamine à consueta ritûs sui volunt cultura suspendere, suas illi magis, quàm Dei causas probantur attendere. ¶ Judæi k siquidem Neapoli consistentes questi nobis sunt, asserentes, quòd quidam eos, à quibusdam feriarum suarum solennitatibus irrationabiliter nitantur arcere, ne illis sit licitum festivitatum suarum solennia colere, sicut eis nunc usque, & parentibus eorum longis retrò temporibus licuit observare. Quòd si ita se veritas habet, supervacuæ rei videntur operam dare l. Nam quid utilitatis est, quando etsi contra longum usum fuerint vetiti, ad fidem illis, & conversionem nihil proficit? Aut cur Judæis, qualiter ceremonias suas colere debeant, regulas ponimus, si per hoc eos lucrari non possumus? Agendum ergò est, ut ratione potiùs & mansuetudine provocati, sequi nos velint, non fugere, ut eos ex eorum occidibus offendentes, quæ dicimus, ad sinum matris Ecclesiæ Deo possimus adjuvante convertere. Itaque fraternitas tua eos monitis quidem, prout potueris, Deo adjuvante, ad conveniendum accendat, & de suis illos solennitatibus inquietari denuò non permittat; sed omnes festivitates, feriasque suas, sicut hactenus tam ipsi, quàm parentes eorum, per longa colentes retrò tempora tenuerunt, liberam habeant observandi, celebrandique licentiam.

C. IV. ¶ *Non severitate, sed benevolentiâ subditos Prælati corrigant.*

Item Gregorius IV. *in epistola Episcopis per Galliam & Germaniam constituta.*

LIcèt a plerunque accidant in Sacerdotibus, quæ sunt reprehendenda, plùs tamen erga corrigendos agat benevolentia, quàm severitas; plùs cohortatio, quàm comminatio b; plùs charitas, quàm potestas: cum nemo nostrûm sine reprehensione, aut sine peccato vivat. Nam si Dominus c statim post trinam negationem beatum Petrum Apostolum præceptorem nostrum judicâsset, non tantum ex eo fructum, sicut fecit, recepisset. Expectandi ergò, atque corrigendi magis sunt rectores Ecclesiæ, quàm statim judicandi: cùm majora negotia, & difficiliores causarum exitus, sanctorum Patrum canones spiritu Dei conditi, & totius mundi reverentiâ consecrati, jubeant sub nostræ sententiæ expectatione suspendi, nostroque moderamine finiri. Unde necesse est hæc, & alia Ecclesiastica quæque negotia, post multarum experimenta causarum, solicitiùs perspici d, & diligentiùs præcaveri: quatenus per spiritum charitatis & pacis, omnis materies scandalorum, & præsumptio invidorum, atque oppressio simplicium fratrum de Ecclesiis Domini auferantur. Et sicut non vult quisquam fratrum se aliorum judicio prægravari; ita non audeat alii inferre, quod sibi non vult fieri. Judæi non sunt cogendi ad fidem, quam tamen si inviti susceperint, cogendi sunt retinere.

1 ¶ Invidorum.] *In epistola Gregorii IV. (quæ est insepè memorato codice Bibliothecæ Dominicanæ,) & aliquot vetustis exemplaribus Gratiani legitur,* Judæorum.

C. V. ¶ *Sicut non sunt Judæi ad fidem cogendi, ita nec conversi ab ea recedere permittuntur.*

Unde in Concilio Toletano IV. *c. 56. statutum est.*

DE e Judæis autem præcipit sancta Synodus, nemini deinceps ad credendum vim inferri. [*Cui f enim vult Deus, miseretur, & quem vult, indurat.*] Non enim tales inviti salvandi sunt, sed volentes, ut integra sit forma justitiæ. Sicut enim homo proprii arbitrii voluntate serpenti obediens periit: sic vocante se gratiâ Dei, propriæ mentis conversione homo quisque credendo salvatur. Ergò non vi, sed liberi arbitrii facultate, ut convertantur, suadendi sunt, non potiùs impellendi. Qui autem jampridem ad Christianitatem coacti sunt venire, (sicut factum est temporibus religiosissimi Principis Sisebuti) quia jam constat eos Sacramentis divinis sociatos Baptismi gratiam suscepisse, & chrismate unctos esse, & corporis & sanguinis Domini extitisse participes, oportet, ut fidem, quam etiam vi, vel necessitate susceperunt, tenere cogantur, ne nomen Domini blasphemetur, & fides, quam susceperunt, vilis & contemptibilis habeatur.

a *Apud Martin. Bracharens. Burch. l. 2. c. 183. Ivo part. 6. cap. 256.* b *cap. 66. ejusd.* c *Epist. ad Nepotianum.* d *lib. 13. c. 12.* e *2. Tim. 1. & ibi gl. ordin. & Anselm. ex Hieron. ad Oceanum.* f *Isid. Diac. lib. 3. c. 9. Polyc. lib. 4. tit. 3.* g *2. Tim. 4.* h *Nemo*] *vetg.* i *al. à piano.* k *Ivo p. 14. cap. 109.* l *al. adhibere.*

a *Infrà ea. cap. licet. Ivo part. 3. cap. 362.* b *al. commovere.* c *Matth. 26.* d *al. prospici.*] *orig.* e *Burch. libr. 2. cap. 72. Ivo part. 1. cap. 276. & part. 13. cap. 84. Panormens. lib. 1. cap. 71.* f *Rom. 11.*

C. VI.

C. VI. ¶ *Benevolentia plus, quàm severitas erga corrigendos agat.*

Item Leo Papa, *epist. 12. ad Anastasium Episcopum Thessalonicensem, c.1.*

Licèt *a* nonnunquam accidant, quæ in Sacerdotalibus sunt reprehendenda personis, plùs tamen erga corrigendos agat benevolentia, quàm severitas; plùs cohortatio, quàm comminatio *b*; plùs charitas, quàm potestas. Sed hi, qui quæ sua sunt, quærunt, non quæ Jesu Christi, facile ab hac lege discernuntur: & dum dominari magis, quàm consulere subditis quærunt, placet honor, inflat superbia, & quod provisum est ad concordiam, tendit ad noxam.

C. VII. ¶ *Dejiciatur ab officio Presbyter, & Diaconus, & Episcopus verberibus timeri quærens.*

Item ex canone Apostolorum, *cap. 27. juxta priscam versionem.*

Episcopum *c*, aut Presbyterum, aut Diaconum percutientem fideles delinquentes, aut infideles iniquè agentes, & per hujusmodi volentem timeri, dejici ab officio suo præcipimus, quia nusquam nos docuit hoc Dominus. Econtrario verò ipse *d*, *cum percuteretur, non repercutiebat: cum malediceretur, non remaledicebat: cum pateretur, non comminabatur.*

C. VIII. ¶ *Non verberibus, sed verbis subditos Episcopi corripiant.*

Item ex Concilio Bracharensi III. *c.6.*

Cum beatus Apostolus *e* arguere, obsecrare, vel increpare in omni patientia præcipiat, extra hanc doctrinam novimus quosdam ex fratribus, tantis cædibus in honoratos *f* subditos effervescere, quantas poterant latrocinantium promereri personæ. Et ideo, qui gradus jam Ecclesiasticos meruerunt, id est, Presbyteri, Abbates, & Levitæ, qui exceptis gravioribus & mortalibus culpis, nullis debent verberibus subjacere, non est dignum, ut passim unusquisque ↑ raptus honorabiliora membra sua, prout voluerit & ei placuerit, verberibus subjiciat & dolori: ne dum incaute subdita percutit membra, ipse quoque debitam tibi subditorum reverentiam subtrahat, pixta illud, quod quidam sapiens dixit: [*Leviter* g *castigatus reverentiam eximet castiganti: asperitatis autem nimiæ increpatio nec correctionem recipit, nec salutem.*] Et ideo, si quis aliter, quàm dictum est, prædictos honorabiles subditos, licentiâ perceptæ potestatis elatus, malitiâ animi tantùm credideri verberandos, juxta modum verberum, quæ intulerit, excommunicationis pariter & exilii sententiam sustinebit.

2 gs. *Salomon verò contrà admonet, dicens:* [Percute *h* filium tuum virgâ, & liberabis animam ejus à morte.] *Hinc etiam B. Gregorius* ✻ *scribit in dialogo, B. Benedictum, quendam Monachum virgâ percutiendo sanâsse, quem crebrâ admonitione curare non poterat. Hinc etiam Dominus* i *flagello facto de funiculis, male versantes in templo flagellavit, & de oratorio domo ejecit. Hinc etiam Apostolus* k *fornicatorem illum Satanæ corporaliter vexandum tradidit: & magum* l *illum corporali excitate damnavit. Hinc etiam in canonibus* m, *pueri, qui ante rationales annos irrationabiliter versantur, verberibus castigari jubentur. Virgines quoq, si religionis veste depositâ alii se copulaverint, ergastulis retrudi præcipiuntur.*

C. IX. ¶ *Disciplina non est servanda sine misericordia, nec misericordia sine disciplina.*

Hinc etiam Gregorius *in Moralibus lib. 20. cap. 5. n. 6.* a

Disciplina, vel misericordia multùm destituitur, si una sine altera teneatur. Sed circa subditos suos inesse rectoribus debet, & justè consolans misericordiâ, & piè sæviens disciplinâ. Hinc est, quòd semivivi illius vulneribus, qui à Samaritano *b* in stabulum ductus est, & vinum adhibetur, & oleum, ut per vinum mordeantur vulnera; per oleum foveantur: quatenus unusquisque, qui sanandis vulneribus præest, in vino morsum districtionis adhibeat, in oleo mollitiem pietatis: per vinum mundentur putrida, per oleum sananda foveantur. Miscenda est ergò lenitas cum severitate, faciendumque quoddam ex utraque temperamentum, ut neque multâ asperitate exulcerentur subditi, neque nimiâ benignitate solvantur. Hoc nimirum illa tabernaculi *c* arca significat, in qua cum tabulis virga simul & manna est: quia cum Scripturæ sacræ scientia est in boni rectoris pectore, si est virga districtionis, sit & manna dulcedinis. Hinc etiam David *d* ait: [*Virga tua, & baculus tuus, ipsa me consolata sunt.*] Virgâ etenim percutimur, & baculo sustentamur. Si ergò est districtio virgæ, quæ feriat, sit & consolatio baculi, quæ sustentet. Sit itaque amor, sed non emolliens: sit rigor, sed non exasperans: sit zelus, sed non immoderatè sæviens: sit pietas, sed non plùs, quàm expediat, parcens. Intueri libet in Moysi pectore misericordiam cum severitate sociatam. Videamus amantem piè & districtè sævientem.

¶ Certè cùm Israëliticus populus ante Dei oculos penè inveniabilem contraxisset offensam, ita ut ejus rector audiret: [*Descende* e, *peccavit populus tuus.*] ac si ei divina vox diceret: qui in tali peccato lapsus est, jam meus non est, atque subjungeret: [*Dimitte me, ut irascatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciamq, te in gentem magnam:*] ille semel & iterum pro populo, cui præerat, obicem se ad impetum Dei irascentis opponens, ait: [*Aut dimitte eis hanc noxam: aut si non facis, dele me de libro tuo, quem scripsisti.*] Pensemus ergò, quibus visceribus eundem populum amavit, pro cujus vita de libro vita deleri se petiit. Sed tamen iste, qui tanto ejus populi amore constringitur, contra ejus culpas pensemus, quanto zelo rectitudinis accendatur. Mox enim ut petitione primâ, ne delerentur, culpæ veniam obtinuit, ad eundem populum veniens, ait *f*: [*Ponat vir gladium suum super femur suum: ite & redite de porta usque ad portam per medium castrorum, & occidat unusquisque fratrem, & amicum, & proximum suum: cecideruntq, in die illo quasi viginti* ↑ *tria millia hominum.*] Ecce qui vitam omnium, etiam cum sua morte petiit, paucorum vitam gladio extinxit. Intùs arsit ignibus amoris: foris accensus est zelo severitatis. Tanta fuit pietas, ut se pro illis coram Domino morti offerre non dubitaret: tanta severitas, ut eos, quos divinitùs feriri timuerat, ipse judicii gladio feriret. Sic amavit eos, quibus præfuit, ut pro eis nec sibi parceret: & tamen delinquentes sic persecutus est, quos amavit, ut eos etiam Domino parcente prosterneret. Utrobique legatus fortis, utrobique mediator admirabilis, causam populi apud Deum precibus, causam Dei apud populum gladiis allegavit. Intùs amans divinæ iræ supplicando obstitit: foris sæviens culpam feriendo consumpsit. Succurrit citiùs omnibus, offensâ morte paucorum. Et idcircò omnipotens Deus fidelem famulum suum citiùs exaudivit agentem pro populo; quia vidit, quid super populum acturus esset ipse pro Deo. In regimine

a *sup. eâd. cap. licèt. Polyc. lib. 4. tit. 49.* b *al. commotio.* c *Anf. l. 8. c. 19. Polyc. l. 4. tit. 9.* d *2. Petr. 2.* e *2. Tim. 4.* f *sic in codice regio.* g *Leniter*]*orig.* h *Proverb. 23.* ✻ *l. 2. dial. c. 4.* i *Joan. 2.* k *1. Cor. 5.* l *Act. 13.* m *Syricius Papa epist. 1. cap. 8.*

a *Lib. 20. cap. 8. ad cap. 29. lib. pastor. cur. part. 2. cap. 6. lib. 1. ex reg. epist. 24.* b *Luc. 10.* c *Hebr. 9.* d *Psalm. 22.* e *Exod. 32.* f *Ibid.*

ergo populi utrumque Moyses miscuit, ut nec disciplina deesset misericordiæ, nec misericordia disciplinæ. Unde hic quoque juxta utramque virtutem dicitur *a*: [*Cum ipse sederem quasi rex, circumstante exercitu, eram tamen mœrentium consolator.*] Sedere quippe, circumstante exercitu, vigor est ac disciplina regiminis: mœrentium verò corda consolari, ministerium pietatis.

1 ¶ Viginti tria] *Sic etiam legitur in codicibus B. Gregorii: sed in Hebræo, paraphraste Chaldaico, versione Septuaginta, & vulgatâ est*: tria millia.

C. X. ¶ *Justè judicans, misericordiam cum justitia servat.*

Item Isidorus *lib. 3. sententiarum, de summo bono, c. 54.*

OMnis *b*, qui justè judicat, stateram in manu gestat, & in utroque penso justitiam & misericordiam portat: sed per justitiam reddit peccanti sententiam; per misericordiam peccanti temperat pœnam: ut justo libramine quædam per æquitatem corrigat; quædam verò per miserationem indulgeat. Qui Dei judicia oculis suis proponit, semper timens & tremens in omni negotio formidat, ne de justitiæ tramite devians cadat, & unde non justificatur, inde potiùs condemnetur.

C. XI. ¶ *Qui remittit, & qui corripit, utrumque miseretur.*

Item Augustinus *in Enchiridio, c. 72.*

ET *c* qui emendat verbere, in quem potestas datur, vel coërcet aliquâ disciplinâ, & tamen peccatum ejus, quo ab illo læsus aut offensus est, dimittit ex corde, vel orat ut ei dimittatur, non solùm in eo, quòd dimittit atque orat, verùm etiam in eo, quòd corripit, & aliquâ emendatoriâ pœnâ plectit, eleemosynam dat, quia misericordiam præstat. Multa enim bona præstantur invitis, quando eorum consulitur utilitati, non voluntati, quia ipsi sibi inveniuntur esse inimici.

C. XII. ¶ *De multiplici genere eleemosynarum.*

Sunt enim multa genera eleemosynarum, de quibus Albinus *dicit.*

TRia *e* sunt genera eleemosynarum: una corporalis, egenti dare quicquid poteris: altera spiritualis, dimittere à quo læsus fueris: tertia, delinquentes corrigere, & errantes in viam reducere veritatis.

C. XIII. ¶ *Eleemosyna pecuniæ præfertur eleemosynæ cordis.*

Item Augustinus, *lib. 50. Homil. homiliâ 6.*

DUæ *f* sunt eleemosynæ, una cordis, altera pecuniæ. Eleemosyna cordis est, dimittere ei, à quo læsus es. Nam dare aliquid indigenti, aliquando quæris, & non habes; indulgere peccanti quantum volueris, redundabit tibi. *& infra.* ¶ Eleemosyna cordis multò major est, quàm eleemosyna corporis. *& infra.* ¶ Charitatis eleemosyna sine substantia terrena sufficit sibi: illa verò quæ corporaliter datur, si non benigno corde tribuitur, omninò non sufficit.

3 ps. *Ex his omnibus apparet, quòd nec lenitas mansuetudinis sine rectitudine severitatis, nec zelus rectitudinis sine mansuetudine in Prælatis debet inveniri. Percussores ergo, qui præmissæ auctoritatibus ab Episcopis officio removentur, non quilibet corporaliter flagellantes, sed prætermissâ mansuetudine ad verbera semper paratis intelligendi sunt: qui per flagella non vitia corrigere, sed timores appetunt: quibus Petrus scribit* g: [Ne sitis dominantes in Clero, sed forma facti gregis ex animo.]

a *lob. 29.* b *Burch. l. 16. cap. 25.* 4. *omnis.* c *4. sentent. dist. 15.* d *al. Alcuinus.* e *Panorm. cap. 192.* f *Panorm. l. 2. cap. 333.* g *1. Pet. 5.*

C. XIV. ¶ *Mansuetudo & districtio ab invicem non separentur.*

Hinc etiam Gregorius *scribit in Moralibus, l. 19. cap. 12. n. 18.* a

SUnt namque nonnulli ita districti, ut omnem etiam mansuetudinem benignitatis amittant: & sunt nonnulli ita mansueti, ut perdant districti juris regiminis. Unde cunctis rectoribus utraque sunimoperè sunt tenenda, ut nec in disciplinæ vigore benignitatem mansuetudinis, nec rursùm in mansuetudine districtionem deserant disciplinæ: quatenus nec à compassione pietatis obdurescant, cùm contumaces corrigunt; nec disciplinæ vigorem molliant, cùm infirmorum animos consolantur. Regat ergò disciplinæ vigor mansuetudinem, & mansuetudo ornet vigorem, & sic alterum commendetur ex altero, ut nec vigor sit rigidus, nec mansuetudo dissoluta.

C. XV. ¶ *Vera justitia miseris compatitur, delinquentibus indignatur.*

Item *homil. 24. in Evangel. circa init.*

VEra justitia compassionem habet: falsa verò *b* dedignationem, quamvis & justi soleant rectè peccatoribus dedignari. Sed aliud est, quod agitur typho superbiæ; aliud, quod zelo disciplinæ. Dedignantur *c* etenim, sed non dedignantes. *& post pauca.* ¶ At contrà hi, qui de falsa justitia superbire solent, cæteros quosque despiciunt, nullâ infirmantibus misericordiâ condescendunt, & quò se peccatores esse non credunt, eò deteriùs peccatores fiunt.

C. XVI. ¶ *Peccantes mansuetudine provocentur, non austeritate abjiciantur.*

Item Hieronymus *d, ad c. 4. Threnorum.*

REcedite (inquiunt) polluti; recedite, abite; nolite nos tangere: nolite in aliquo nobis communicare. Talis loquela non *e* illuminat cœcum, non sanat ægrotum, non curat infirmum, sed magis occidit, atque in desperationem periclitantem mittit. Boni etenim rectores ex sua infirmitate aliorum infirmitates pensantes, magis per humilitatis & mansuetudinis levamentum studeant peccantes ab erroris laqueo eruere, quàm per austeritatem in foveam perditionis nutantes propellere. Unde doctor gentium *f*, [*Factus sum*, inquit, *infirmus infirmis.*

C. XVII. ¶ *In populum ira Dei desævit, cùm prædicator delinquentes palpat, non corripit.*

Item ex Origene, *homiliâ 7. in Iosue.*

SEd illud non otiosè transmittendum est, quòd unò peccante ira Dei super omnem populum venit. Hoc quando accidit? quando Sacerdotes, qui populo præsunt, erga delinquentes benigni videri volunt, & verentes peccantium linguas, ne fortè malè de eis loquantur, Sacerdotalis severitatis immemores, nolunt complere quod scriptum *g* est: [*Peccantem coram omnibus argue, ut & cæteri timorem habeant.*] & iterum *h*: [*Auferte malum ex vobis ipsis.*] nec zelo Dei succensi imitantur Apostolum dicentem: [*Tradidi hujusmodi hominem Satanæ in interitum carnis, ut spiritus salvus fiat.*] Neque illud Evangelii *k* implere student, ut si viderint peccantem, primò secretè conveniant: post etiam duobus, vel tribus adhibitis *l*; quod si contempserit, & post hæc Ecclesiæ correctione non fuerit emendatus, de Ecclesia expulsum velut gentilem habeant, ac publicanum: & dum uni parcunt, universæ Ecclesiæ moliuntur interitum. Quæ ista bonitas? quæ ista misericordia est, uni par-

a In cap. 29. Iob cap. 12. b *justitia.*] *vrg.* c *al. indignantur.* d *Rabanus sunt, non Hieron. commentarii, Thren. 4.* e *Esa. 52.* f *1. Cor. 9.* g *1. Tim. 5.* h *1. Cor. 5.* i *ibid.* k *Matt. 18.* l *al. arbitru.*

core,

cere, & omnes in discrimen adducere? Polluitur enim ex uno peccatore populus. Sicut ex una ove morbida universus grex inficitur: sic etiam uno fornicâte, vel aliud quodcunq; scelus committente, plebs universa polluitur.

Hinc etiam alibi a *dicetur:* [Rectorem subditis pietas matrem, disciplina verò patrem exhibeat.

4 pars. ¶ *Percussor quinque dicitur, qui sermone inutili infirmorum conscientiam vulnerat.*

C. XVIII. ¶ *Qui sermone inanis conscientiam percutit infirmorum, percussor vocatur.*

Unde Anacletus Papa *epist. 2. ad Episcopos Italiæ.*

SAnè percussor ille dicitur Doctor, qui sermone inutili conscientiam percutit infirmorum *b*. Ideò tenere vos, & omnes fideles oportet eum, qui secundùm doctrinam est, fidelem sermonem, ut potens sit consolari in doctrina sana, & contradicentes redarguere, & rectè viventes, atque rectam fidem tuentes, consolidare.

DISTINCTIO XLVI.

1 pars SEquatur c [Non litigiosum.] *Nihil est enim impudentius arrogantiâ rusticorum, qui garrulitatem auditoribus inanant: quod ex arrogantia & superbia provenire manifestum est.*

C. I. ¶ *Arrogantes nesciunt inferre humiliter, quæ docent.*

Unde Gregorius *scribit in Moralibus, lib. 23. cap. 7. n. 13. ad c. 33. Iob.*

HOc habet proprium doctrina arrogantium, ut humiliter nesciant inferre, quod docent: & recta, quæ sapiunt, rectè ministrare non possint. In verbis enim eorum prodítur, quòd cùm docent, quasi in quodam sibi videntur sublimitatis culmine residere: eosq; quos docent, ut longè infra se positos, veluti in imo respiciunt *d*, quibus non consulendo loqui, sed vix dominando dignantur. Rectè autem his per Prophetam Dominus dicit *e*: [*Vos autem cum austeritate imperabatis eis, & cum potentia.*] Cum austeritate enim & potentia imperant, qui subditos suos non tranquillè ratiocinando corrigere, sed asperè inflectere dominando festinant. At contrà vera doctrina tanto vehementiùs hoc elationis vitium fugit per cogitationem *f*, quantò ardentius verborum suorum jaculis ipsum magistrum elationis insequitur. Cavet enim, ne eum magis elatis moribus prædicet, quem in corde audientium sacris sermonibus insectatur.

2 pars. *Ecce, quare litigiosi prohibentur in Episcopos ordinari. Est & alia causa huius prohibitionis. Litigiosi namq; vel adulationibus animos Principum sibi conciliant, vel fratribus suis detrahendo, infamiæ notam ingerunt, vel inter fratres discordiam seminando, seditionem nunquam facere cessant: quæ omnia in Prælato damnabilia esse probantur.*

C. II. ¶ *De iis, qui peccatoribus adulantur.*

Unde Gregorius *scribit in Moralibus, lib. 21. cap. 4. n. 3. ad cap. 27. Iob.*

SUnt nonnulli, qui dum malefacta hominum laudibus efferunt, augent quæ increpare debuerunt. Hinc enim per Prophetam dicitur: *g* [*Væ qui consuunt pulvillos sub omni cubito manûs, & faciunt cervicalia sub capite universæ ætatis.*] Ad hoc quippe pulvillus ponitur, ut molliùs quiescatur. Quisquis ergò malè agentibus adulatur, pulvillum sub capite vel cubito jacentis ponit, ut qui corripi ex culpa debuerat, in ea fultus laudibus molliter quiescat. ¶ Hinc rursum scriptum est: *h* [*Ipse ædificabat parietem, illi autem linebant eum.*] Parietis quippe nomine, peccati duritia designatur. Ædificare ergò parietem, est contra se quempiam obstacula peccati construere. Sed parietem liniunt, qui peccata perpetrantibus adulantur, ut quod illi perversè agentes ædificant, ipsi adulantes quasi nitidum reddant. ¶ Sed sanctus vir, sicut mala de bonis non æstimat, ita judicare bona de malis recusat, dicens *a*: [*Absit à me, ut justos vos judicem: donec deficiam, non recedam ab innocentia mea.*]

C. III. ¶ *Adulator, vel prodítor Clericus ab officio degradetur.*

Hinc etiam in Concilio Carthaginensi IV. *c. 36. legitur.*

CLericus *b*, qui adulationibus & proditionibus vacare deprehenditur, ab officio degradetur.

C. IV. ¶ *Excommunicentur ab Episcopo, qui fratribus non probanda objiciunt.*

Item ex eodem Concilio, *c. 55.*

ACcusatores fratrum Episcopus excommunicet, qui non probanda fratribus objiciunt 1. Et si emendaverint vitium, recipiat eos ad communionem, non ad Clerum.

1 ¶ Qui non probanda fratribus objiciunt.] *Verba ista neque in græcis, neque in multis Gratiani antiquis codicibus habentur.*

C. V. ¶ *Removeatur ab officio Clericus maledicus, sicut & fratrum profectibus invidens non promoveatur.*

Item ex eodem Concilio, *c. 57.*

¶ *Rubrica hæc pertinet simul ad hoc caput, & ad duo sequentia.*

CLericus *c* maledicus (maximè in Sacerdotibus) cogatur ad postulandam veniam; si noluerit, degradetur: nec unquam ad officium absque satisfactione revocetur.

C. VI. ¶ *De eodem.*

Item ex eodem Concilio, *cap. 60.*

CLericum *d* scurrilem, & verbis turpibus joculatorem, ab officio retrahendum censemus.

C. VII. ¶ *De eodem.*

Item ex eodem, *c. 54.*

CLericus *e* invidens fratrum profectibus, donec in vitio est, non promoveatur.

C. VIII. ¶ *Non sunt ordinandi, qui seditionibus vacant.*

Item ex eodem, *c. 67.*

SEditionarios *f* statuimus nunquam ordinandos Clericos, sicut nec usurarios, nec injuriarum suarum ultores.

C. IX. ¶ *Usuras exigere Clericum minimè licet.*

Item ex Concilio Laodicensi, *c. 5.*

3 pars NOn *g* licet fœnerari ministris altaris, vel in Sacerdotali ordine constitutis, vel usuras, vel lucra, quæ sesquipla *h* dicuntur, accipere.

C. X. ¶ *Nec suo nomine, nec alieno Clericus fœnerator existat.*

Item Leo Papa *Episcopis per Campaniam, epist. 1. cap. 4.*

SIcut *i* non suo, ita nec alieno nomine aliquis Clericorum exercere fœnus attentet. Indecens est enim, crimen suum commodis alienis impendere. Fœnus autem hoc solum aspicere *k* & exercere debemus, ut quod hic misericorditer tribuimus, ab eo Domino, (qui multiplicitèr, & in perpetuum mansura tribuit) recipere valeamus.

---

a Greg. pastor. 2. p. c. 6. b ad Tit. 1. c 1. ad Tim. 3. & ibi glossa ordin. & Ansel. ex Hieronym. in epistol. ad Oceanum. d al. despectum. e Ezech. 34. f al. cognitionem. g Ezech. 13. h Ibidem.

a Iob. 27. b Bur. l. 2. c. 176. Ivo p. 6. c. 267. Pann. l. 3. cap. 173. c Bur. l. 10. c. 66. Ivo p. 11. c. 11. & p. 13. c. 66. Ansel. l. 7. c. 163. d Burch. l. 2. c. 172. Ivo p. 6. c. 263. & p. 11. c. 79. Pann. l. 3. c. 172. e Burch. l. 2. c. 16. Ivo p. 6. cap. 35. Agath. Conc. c. 69. f Burch. l. 2. c. 17. Ivo p. 6. c. 36. g Ansel. l. 7. c. 150. h al. sesquipla. i Burch. l. 2. c. 12. Ivo p. 6. c. 66. k al. accipere.

DISTINCTIO XLVII.

1 ps QVod autem in fine hujus capituli usurariis ordinari prohibentur, inde est, quòd usuram exercentes cupiditati deservire probantur: cupidi autem ab Apostolo a ordinari prohibentur; quia tales facilè à justo deviarent.

C. I. ¶ *Diaconus, Presbyter, & Episcopus exigens usuras, nisi desierit, deponatur.*

Unde in canonibus Apostolorum, *c. 44. legitur.*

EPiscopus *b*, aut Presbyter, aut Diaconus usuras à debitoribus exigens, aut desinat, aut certè deponatur.

C. II. ¶ *Usuras exigens, sive Clericus, sive subjectus regulæ, dejiciatur.*

Item ex Concilio Nicæno, *c. 17.*

QUoniam *c* multi sub regula constituti avaritiam & turpia lucra sectantur, oblitique divinæ Scripturæ, dicentis *d*: [*Qui pecuniam suam non dedit ad usuram:*] mutuum dantes, centesimas exigunt; justè censuit sancta & magna Synodus, ut si quis inventus fuerit post hanc definitionem usuras accipiens, aut *e* ex adinventione aliqua, vel quolibet modo negotium transigens, aut hemiolia, id est, sescupla 1 *f* exigens, vel aliquid tale prorsus excogitans turpis lucri gratiâ, dejiciatur à Clero, & alienus existat à regula.

1 ¶ Sescupla] *Hoc sesquialterarum usurarum genus, quamvis gravissimum, in frugibus humidis, vel arentibus, Constantinus lege permiserat, quæ nunc extat in codice Theodosiano, lib. 2. tit. ult. de usur. l. 1. Eodem pertinet, quod scribit B. Hieronymus in commentariis in Ezechielem, lib. 6. c. 18. his verbis:* Solent in agris frumenti & milii, vini & olei, cæterarumque specierum usuræ exigi, sive, ut appellat sermo divinus, superabundantiæ: verbi gratiâ, ut hyemis tempore demus decem modios, & in messe recipiamus quindecim, hoc est, amplius partem mediam. *Quamobrem hoc canone, quo Patres illi omnes pecuniarias usuras Clericis interdicunt, voluerunt etiam sescuplam frugum expressè isthem interdicere. Postea verò in alio Concilio, & à Romano Pontifice ibus, genus omne usurarum, tanquam juri naturali ac divino contrarium, tam Clericis, quam Laicis fuit interdictum, quemadmodum apparet in Decretalibus, tit. de Usur.*

C. III. ¶ *Temporalibus lucris deservientes, Deo nequaquam militare probantur.*

Hinc etiam Gregorius *in lib. 19. Moralium, c. 16. n. 27. in 29. cap. Iob. scribit, dicens.*

OMnes hujus sæculi dilectores in terrenis rebus fortes sunt, in cœlestibus debiles. Nam pro temporali gloria usque ad mortem desudare appetunt, & pro spe perpetua ne parùm quidem in labore subsistunt: pro terrenis lucris quaslibet injurias tolerant, & pro cœlesti mercede vel tenuissimi verbi ferre contumelias recusant: terreno judici toto etiam die assistere fortes sunt, in oratione verò coram Domino vel unius horæ momento lassantur: sæpè nuditatem, dejectionem, famem pro acquirendis divitiis atque honoribus tolerant, & earum rerum se abstinentiâ cruciant, ad quas adipiscendas festinant; superna autem laboriosè quærere tantò magis dissimulant, quantò ea retribui tardiùs putant. ¶ Hi itaque quasi aliarum arborum more deorsum vasti sunt, sursum anguſti: quia fortes in inferiora subsistunt, sed ad superiora deficiunt. At contrà ex qualitate palmarum designatur proficiens vita justorum, qui nequaquam sunt in terrenis studiis fortes, & in cœlestibus debiles; sed longiùs, atque distantiùs studiosos se Deo exhibent, quàm sæculo fuisse meminerunt. ¶ Nam cùm quibusdam per prædicatorem nostrum dicitur: *a* [*Humanum dico, propter infirmitatem carnis vestræ. Sicut enim exhibuistis membra vestra servire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem; ita nunc exhibete membra vestra servire justitiæ in sanctificationem:*] eorum proculdubiò infirmitati condescenditur, ac si eis apertius diceretur: Si nequaquam amplius potestis, saltem tales estote in fructu bonorum operum, quales fuistis dudum in actione vitiorum, ne debiliores vos habeat sancta libertas aëris 1, quos in carne validos habuit usus terrenæ voluptatis.

1 ¶ Aëris,] *Apud B. Gregorium legitur*, sancta libertas hæredes: *vel*, sancta libertas charitatis, quam in carne. *In uno autem exemplari Gratiani Vaticano*, cœlestis conversationis, *quod in glossa ad explanandam dictionem*, aëris, *asservatur.*

C. IV. ¶ *Ad sacros ordines usurarii promoveri non debent.*

Item Gregorius *Clero & civibus Neapolitanis, lib. 1. epist. 40.*

DE *b* Petro insuper ad nos perveniſſe cognoscite, quòd solidos dederit ad usuram: quod vos oportet eum omni subtilitate perquirere: & si ita constiterit, alium eligite, & ab hujusmodi vos persona sine mora suspendite. Nam nos amatoribus usurarum nullâ ratione manus imponimus. Si verò subtili habitâ inquisitione hoc falsum esse patuerit, (quia persona ejus nobis ignota est, & utrum ita sit de simplicitate ejus, quod ad nos perlatum est, ignoramus) cum decreto à vobis facto ad nos eum venire necesse est; ut vitam moresque illius solicitiùs inquirentes, sensum quoque pariter agnoscamus, ut si huic judicio aptus extiterit, vestra in eo (adjuvante Domino) desideria compleamus.

C. V. ¶ *Degradetur Clericus, qui usuras accipere detegitur.*

Item ex Concilio Eliberitano, *c. 20.*

SI *c* quis Clericorum detectus fuerit usuras accipere, placuit degradari & abstinere.

C. VI. ¶ *Nec implicari errore, nec cupiditate violari Sacerdotem oportet.*

Item Leo *Anatolio Episcopo Constantinopolitano, epist. 51.*

2 VIrum *d* catholicum, & præcipuè Domini Sacerdotem, sicut nullo errore implicari, ita nullâ oportet cupiditate violari, dicente sanctâ Scripturâ *e*: [*Post concupiscentias tuas non eas.*] Mens enim potentiæ *f* avida, nec abstinere novit à vetitis, nec gaudere concessis, nec 1 pietati adhibere consensum.

1 ¶ Nec pietati] *Hoc postremum orationis membrum abest ab originali; sed habetur etiam apud Anselmum.*

C. VII. ¶ *Qui cupiditatem à se non abscindit, bonorum auctori inhærere non valet.*

Item Gregorius, *l. 7. epist. 110.*

BOnorum auctori inhærere aliter non valemus, nisi cupiditatem à nobis (quæ *g* omnium malorum radix est) abscindamus.

C. VIII. ¶ *Avarus est, hominum bona invadere, quorum necessitatibus subvenire valet.*

Item Ambrosius * *de eo, quod scriptum est in Evangelio* h: [Hominis cujusdam divitis fructus uberes ager attulit.]

SIcut *i* ii, qui per insaniam mente translati sunt, non jam res ipsas, sed passionis suæ phantasias vident:

a 1. Tim. 3. Burch. l. 2. c. 219. Ivo part. 6. cap. 195. & p. 13. cap. 15. Panorm. lib. 3. cap. 257. c inf. 14. q. 4. c. 2. ex alia versione. Polyc. l. 4. tit. 31. Rab. l. pœn. c. 32. Burch. l. 2. cap. 229. Ansel. l. 7. c. 134. Ivo part. 6. c. 196. & p. 13. c. 2. d Psal. 14. e redundat ista particula. f al. sesquipla.

a Rom. 6. b Ansel. l. 6. c. 9. Polyc. lib. 2. tit. 1. c Ivo p. 13. cap. 12. Panm. l. 3. c. 136. d Ansel. l. 7. c. 130. e Eccles. 18. f al. pecuniæ. g 1. Tim. 6. * Serm. 11. h Luc. 12. i Ex Basilii homilia, ad eundem Evangelii locum.

ita

ita etiam mens avari semel vinculis cupiditatis adstricta, semper aurum, semper argentum videt, semper reditus computat, gratiùs aurum intuetur, quàm solem *a*: ipsa ejus oratio & supplicatio ad Dominum, aurum quærit. *& post pauca.* ¶ Interdum etiam usuræ arte nequissimâ, ex ipso auro aurum nascitur. Sed quid agis? Nec satietas unquam, nec finis aderit cupiditati. *& infrà.* ¶ Sed ais: quid injustum est, si cùm aliena non invadam, propria diligentiùs servo? O impudens dictum! Propria dicis? quæ? ex quibus reconditis in hunc mundum detulisti? Quando in hanc ingressus es lucem, quando de ventre matris existi, quibus quæsò facultatibus, quibusque subsidiis stipatus ingressus es? *& post pauca.* ¶ Proprium nemo dicat, quod est commune 1, quod plùs quàm sufficeret sumptum, etiam violenter obtentum est. *& infrà.* ¶ Nunquid iniquus est Deus, ut nobis non æqualiter distribuat vitæ subsidia? ut tu quidem esses affluens & abundans, aliis verò deesset, & egerent? An idcircò magis, quia & tibi voluit benignitatis suæ experimenta conferre, & alium per virtutem patientiæ coronare? Tu verò susceptis Dei muneribus, etsi in sinum tuum redactis, nihil te putas agere iniquum, si tam multorum vitæ subsidia solus obtineas? Quis enim tam injustus, tam avidus, tam avarus, quàm qui multorum alimenta suum *c* non usum, sed abundantiam & delicias facit? Neque enim minùs est criminis habenti tollere, quàm cùm possis, & abundes, indigentibus denegare. Esurientium panis est, quem tu detines: nudorum indumentum est, quod tu recludis; & miserorum redemptio est & absolutio, pecunia, quam tu in terram defodis. Tot *c* te ergò scias evadere bona, quot *d* possis præstare, quod velis.

1 ¶ Commune] *Apud Beatum Ambrosium legitur:* Proprium nemo dicat, quod è communi plus quàm sufficeret sumptum, & violenter obtentum est. *Sed ab glossam non est mutatum.*

1 pars. *Necesse* e *est etiam ut ille, qui ordinandus est.* [suæ *f* domui sit bene præpositus;] *id est, si in Lares habetu uxorem habuit, vel filios, a vetu ad virtutum studia, & verbo & exemplo provocet, ut quod posteà præceperus est populo, prius exigat à domesticis. Unde Apostolus Ephesis* g *scribit, ut uxores suas sicut sua corpora diligant, & filios suos non ad iracundiam provocent, sed enutrient illos in omni disciplina & correctione Domini. Undecim Paulus ad Timotheum* h *scribens, dixisset.* [suæ domui bene præpositum:] *statim subjunxit.* [habentem filios sibi subditos in omni castitate,] [non *i* in accusatione luxuriæ.] *Non enim talium cohabitator frontem habet alios redarguendi. Unde de beato Iob* k *legitur, quòd pro filiis suis quotidiana offerebat Deo sacrificia, offerens holocausta per singulos, quos tanta charitatis perfectione in unum constrinxit, ut quoties eorum in suis dei convivium fratribus pararet, & ad epulandum secum tres sorores suas pariter invitaret. Quod quia Heli facere dissimulavit, ac saltem pietate superatus, delinquentes filios ferire noluit, (sicut in libro Regum legitur) apud districtum judicem semetipsum cum filiis crudele damnatione percussit: unde ei divinâ voce dicitur* l: [Honorâsti filios tuos magis, quàm me.] *Hinc etiam David erga filios benignitatem, non disciplinæ severitatem exercens, eorum juventutem experimento dedicit perniciosam, quorum pueritiam vagâ licentiâ permisit esse voluptuosam. Unus quippe eorum sororem suam stupro corrumpens, à fratre ejus, Absalone* m *videlicet, inter epulas, quas fratribus suis fraudulenter paraverat, obtruncatus est. Absalon* n *verò, postquam veniam à patre obtinuit, de regno illum expulit, & ad concubinas ejus ingressus est, demùm per invia deserta patrem persequens, quercus inhæsit, atque ita suspensus interiit* o. *Hinc etiam Paulus ad Timotheum* a *scribit, dicens:* [Qui suorum, & maximè domesticorum curam non habet, fidem negavit, & est infideli deterior.] *Iure ergò, qui domui suæ nescit præesse, in Episcopum ordinari prohibetur, quia qui in re minima, de qua sibi familiarior debet cura inesse, fidelis non est, quomodo in Ecclesia Dei (ubi tot sunt & alieni) sollicitam diligentiam adhibebit? unde Hieronymus* b: [Non enim e justus polluitur ex vitiis filiorum, sed libertas ab Apostolo Ecclesiæ Principi reservatur, ut talis fiat, qui non timeat propter vitia liberorum extraneos reprehendere.]

4 ps. *Quod tunc fiet, si non erit, quod sibi imputetur. Cum enim gressus hominis à Domino dirigantur* d, *nec sint* e *in homine ejus via; corripere quidem potest, corrigere autem non valet: pulsare potest, non aperire: manus comprimere, non animum mutare.*

C. IX. ¶ *Bonorum hominum disciplina malos immutare non valet.*

Unde Augustinus *Clero & populo Hipponensi, epist. 137.*

Quantumlibet vigilet disciplina domûs meæ, homo sum, & inter homines vivo: nec mihi arrogare audeo, ut domus mea melior sit, quàm arca Noe *f*, ubi tamen inter octo homines unus reprobus inventus est: aut melior sit, quàm domus Abrahæ, ubi dictum est: g [*Ejice ancillam, & filium ejus:*] aut melior sit, quàm domus Isaac, cui de duobus geminis dictum est *h*: [*Iacob dilexi, Esau autem odio habui.*] *& infrà.* ¶ Simpliciter autem fatcor charitati vestræ coram Domino Deo nostro, qui testis est super animam meam, ex quo Deo servire cœpi, quomodo difficile sum expertus meliores, quàm qui in monasteriis profecerunt; ita non sum expertus pejores, quàm qui in monasteriis reciderunt *i*, ita ut hinc arbitrer in Apocalypsi *k* scriptum: [*Iustus iustior fiat, & sordidus sordescat adhuc.*]

C. X. ¶ *Convicia perditorum à via rectitudinis nos movere non debent.*

Item Cyprianus, *lib. 1. epist. 3. Cornelio Papæ.*

Quod ad nos attinet, conscientiæ nostræ convenit, frater, dare operam, ne quis culpâ nostrâ de Ecclesia peteat: si quis autem ultrò, & crimine suo perierit, & pœnitentiam agere, atque ad Ecclesiam redire noluerit, nos in die judicii inculpatos futuros credimus, qui consulimus sanitati; illos solos in pœnis remansuros, qui noluerint consilii nostri salubritate sanari. Nec movere nos debent convicia perditorum, quò minùs à via recta, & à certa regula non recedamus, quando & Apostolus instruat, dicens *l*: [*Si hominibus placerem, Christi servus non essem.*]

DISTINCTIO XLVIII.

1 ps. Prohabentur etiam neophyti m *in Episcopos ordinari, ut qui hesi erat catechumenus, hodie non fiat Episcopus: qui heri erat in theatro, hodie non sedeat in Ecclesia: qui vesperi erat in circo, hodie non ministret altario: qua dudum fuerat fautor histrionum, hodie non sit consecrator virginum. Causa autem hujus prohibitionis est secundum Apostolum, ne elatus in superbiam, tanquam religio Christiana plurimum eo egeret, incidat in ruinam Diaboli. Momentaneus* n *namq; Sacerdos nesciat habere humilitatem, observare modos personarum, vel se contemnere: non jejunavit, non flevit, non se correxit, non pauperibus erogavit. In arrogantiam (quæ est ruina*

a *al. solem videt.*] *erig.* b *al. non secum.* c *al.* tantorum. d *al.* quantis. e *Heer. ad Oceau.* f *1. Tim. 3. & ibi glossator.* g *Ephes. 5.* h *1. Tim. 3.* i *Tit. 1.* k *Iob. 1.* l *1. Reg. 2.* m *2. Reg. 13.* n *2. Reg. 16.* o *2. Reg. 18.*

a *1. Tim. 5.* b *In comm. ad c. 1. epist. ad Titum.* c *Itaque*] *erig.* d *Psal. 36.* e *Hierem. 10.* f *Genes. 9.* g *Gen. 21.* h *Malach. 1.* i *al. defecerunt.* k *Apoc. 22.* l *Galat. 1.* m *1. Tim. 3. glossa ordin. ibidem. & Hier. Oceano.* n *Leo apud Ansl. 6. c. 3.*

Diaboli) incedunt, qui puncto horæ, nec dum discipuli sicut magistri: & sicut Innocentius a *ait:* [Miserum est, cum fieri magistrum, qui necdum didicit esse discipulus.]

C. I. ¶ *Neophytus in Episcopum non est ordinandus.*

Unde in Nicæno Concilio, *c.1 legitur.*

QUoniam *b* multa, sive per necessitatem, sive ex quacunque 1 causa, contra regulam gesta sunt, ita ut homines ex vita gentili nuper adhuc catechizati, vel instructi, statim ad spiritualem baptismum venissent, & continuò, cùm baptizati, etiam ad Episcopatum vel Presbyterium provecti sunt; recte igitur visum est, de cætero nihil tale debere fieri. Nam & tempore opus est, ut sit cathechumenus, & post baptismum multâ probatione indiget. Evidens namque est apostolicum præceptum, dicens: *c* [*Non Neophytum, ne forte elatus in judicium incidat, & laqueum Diaboli.*] Si verò præcedente *d* 2 tempore aliquod mortale 3 peccatum admiserit, & convictus duobus vel tribus testibus fuerit, cesset à Clero, qui hujusmodi est. Si quis verò præter hæc fecerit, tanquam contraria statutis sancti *e* Concilii gerens, ipse præcipitabitur de statu sui Cleri.

1 ¶ Quacunque causa,] *Græcè est:* ἢ ἄλλως ἐπαχθεμένων τῶν ἀνθρώπων: *quod Dionysius vertit*, aut aliàs cogentibus hominibus.

2 ¶ Præcedente] προϊόντος, *id est*, procedente: *sed ob glossam non est mutatum.*

3 ¶ Mortale] *Abest vox ista à prisca versione. Græcè est,* ψυχικὸν τι ἁμάρτημα: *quod Dionysius vertit*, delictum animæ.

Neophyti verò hodiè appellantur, propositum sacra religioni noviter assumentes.

C. II. ¶ *Quis dicatur Neophytus.*

Unde B. Gregorius *scribit Syagrio Episcopo, & aliis Episcopis, lib. 7. f epist. 112.*

SIcut *g* Neophytus tunc dicebatur, qui initiò *h* 1 sanctæ fidei erat eruditione plantatus; sic modò Neophytus habendus est, qui repentè in religionis habitu plantatus, ad ambiendos honores *i* sacros irrepserit. ¶ Ordinatè ergò ad ordines ascendendum est. Nam casum appetit, qui ad summi *k* loci fastigia postpositis gradibus per abrupta quærit ascensum. Scimus autem, quòd ædificati parietes non priùs tignorum pondus accipiunt, nisi à novitatis suæ humore siccentur: ne si antè pondera, quàm solidentur, accipiant, cunctam simul fabricam ad terram deponant.

1 ¶ Initiò sanctæ] *In lib. 7. epist. 110. ubi habetur prior pars hujus capitis usque ad vers.* Scimus autem. *legitur*, in sanctæ fidei erat conversatione plantatus. *lib. autem 4. ep. 31. sive c. 95. (ubi & eadem fere iisdem verbis habentur, ac præterea sequens pars usque ad finem) legitur hic loco*, qui adhuc noviter erat eruditione plantatus in fide.

DISTINCTIO XLIX.

ECce, à quibus viris debeant esse immunes, qui in Episcopum sunt ordinandi. Qui enim intercessores pro populo ad Deum parantur, necesse est, ut ejus gratiam bene vivendo mereantur. *Unde* Gregorius *ait in pastorali* l. ¶ Solicitè formidandum, ne qui placare posse iram Dei creditur, hanc ipse ex proprio reatu mereatur. Cuncti enim liquidò novimus, quia, cùm is, qui displicet, ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora provocatur. Qui ergò adhuc desideriis terrenis adstringitur, caveat, ne districti iram judicis gravius accendens, dum loco delectatur gloriæ, fiat subditis auctor ruinæ. Soleter ergo se quilibet metiatur, nec *a* locum regiminis assumere audeat, si in se adhuc vitium damnabiliter regnat: nec is, quem crimen depravat proprium, intercessor fieri appetat pro culpis aliorum.

C. I. ¶ *Sacrificium Deo non offerat, qui vitiis est maculatus.*

Idem *in eod. pastorali eod. c. 11. continenter.*

HInc etenim superna voce ad Moysen dicitur: *b* [*Loquere ad Aaron: homo de semine tuo per familias, qui habuerit maculam, non offerat panes Domino Deo suo, nec accedat ad ministerium ejus.*] Ubi & repentè subjungitur: [*Si cæcus fuerit, si claudus, si vel parvo, vel grandi & torto naso, si fracto pede, vel manu, si gibbus, si lippus, si albuginem habens in oculo, si jugem scabiem, si impetiginem in corpore, vel ponderosus* c.] Cæcus quippe est, qui supernæ contemplationis lumen ignorat: qui præsentis vitæ tenebris pressus, dum venturam lucem nequaquam diligendo conspicit, quò gressus operis porrigat *d*, nescit. Hinc etenim prophetante Annâ *e* dicitur: [*Pedes sanctorum suorum servabit, & impii in tenebris conticescent.*] ¶ Claudus verò est, qui quidem, quò pergere debeat, aspicit; sed per infirmitatem mentis, vitæ viam perfectæ *f* non valet tenere, quam videt: quia ad virtutis statum dum fluxâ consuetudine non erigitur, quò per desiderium innititur, illuc gressus operis efficaciter non sequuntur. Hinc etenim Paulus *g* dicit: [*Remissas manus & dissoluta genua erigite, & gressus rectos facite pedibus vestris; ut non claudicans quis erret, sed magis sanetur.*] ¶ Parvo autem naso est, qui ad tenendam mensuram discretionis idoneus non est. Naso quippe odores, fœtoresque discernimus. Rectè ergò per nasum discretio exprimitur, per quam virtutes eligimus, delicta reprobamus. Unde & in laude Sponsæ dicitur *h*: [*Nasus tuus, sicut turris, quæ est in Libano:*] quia nimirum sancta Ecclesia, quæ ex causis singulis tentamenta prodeant, per discretionem conspicit, & venura vitiorum bella ex alto deprehendit. Sed sunt nonnulli, qui dum æstimari hebetes nolunt, sapè se quibusdam exquisitionibus, plùs quàm necesse est, exercentes, ex nimia subtilitate falluntur. Unde hic quoque subditur, [*vel grandi & torto naso.*] Nasus enim grandis & tortus, est discretionis subtilitas immoderata: quæ dum plùs quàm decet excreverit, actionis suæ rectitudinem ipsa confundit. ¶ Fracto autem pede vel manu est, qui viam Dei pergere omninò non valet, atque à bonis actibus funditùs exors vacat: quatenus hæc, non ut claudus, saltem cum infirmitate teneat, sed ab his omnimodò alienus existat. ¶ Gibbus verò est, quem terrenæ solicitudinis pondus deprimit, ne unquam ad superna respiciat; sed solis his, quæ in infimis calcantur, intendat; qui & si quando aliquid ex bono patriæ cœlestis audierit, ad hoc, nimirum perversæ consuetudinis pondere prægravatus, cordis faciem non attollit: quia cogitationis statum erigere non valet, quem terrenæ solicitudinis usûs curvum tenet. Ex horum quippe specie Psalmista *i* dicit: [*Incurvatus sum, & humiliatus usquequaque.*] Quorum culpam quoque per semetipsam Veritas reprobans ait: *k* [*Semen autem, quod in spinis cecidit, hi sunt, qui audiunt verbum, & à sollicitudinibus, & divitiis, & voluptatibus vitæ euntes suffocantur, & non referunt fructum.*] ¶ Lippus verò est, cujus quidem ingenium ad cognitionem veritatis emicat, sed tamen hoc carnalia opera obscurant. In lippis quippe oculis pupillæ sanæ sunt, sed humore defluente infirmatæ *l* palpebræ grossescunt; quæ quia infusione crebrâ atteruntur, etiam acies pupillæ vitiatur. Et sunt nonnulli, quorum sensum carnalis vitæ operatio fauciat, qui videre

a *Epist. 12. ad Amelium.* b *Martinus Brach. Episcopus cap. 22.* c *1. Tim. 3.* d *al. procedente) orig.* e *al. magni.* f *Et lib. 4. epist. 31. Virgilio Episcopo Arelatensi.* g *Polyc. lib. 2. tit. 2. Anſl. l. 8. c. 26. Ivo part. 3. c. 132.* h *al. in instito.* i *al. ordines.* k *al. summa.* l *part. 1. cap. 11.*

a *al. ne) orig.* b *Levit. 21.* c *hernioſus.) vulgata.* d *al. dirigat.* e *1. Reg. 2.* f *al. perfectè.* g *Hebr. 12.* h *Cant. 7.* i *Pſal. 118.* k *Luc. 8.* l *al. infirmatæ.*

videre recta subtiliter per ingenium poterant, sed usu pravorum actuum caligant. Lippus itaque est, cujus sensum natura exacuit, sed conversationis pravitas confundit: cui benè per Angelum dicitur a: [*Collyrio ungue oculos tuos, ut videas.*] Collyrio quippe oculos, ut videamus, inungimus, cùm ad cognoscendam veri luminis claritatem, intellectûs nostri aciem medicamine bonæ operationis adjuvamus. ¶ Albuginem verò habet in oculo, qui veritatis lucem videre non finitur: quia arrogantiâ sapientiæ seu justitiæ excæcatur. Pupilla namque oculi nigra, videt: albuginem tolerans nihil videt: quia videlicet sensus humanæ cogitationis, si stultum se, peccatoremque intelligit, cognitionem intimæ claritatis apprehendit. Si autem candorem sibi justitiæ sive sapientiæ tribuit, à luce se supernæ cognitionis excludit: & eo claritatem veri luminis nequaquam penetrat, quò se apud se per arrogantiam exaltat, sicut de quibusdam dicitur b: [*Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt.*] ¶ Jugem verò habet scabiem, cui carnis peculantia sine cessatione dominatur. In scabie etenim fervor viscerum ad cutem trahitur, per quam rectè luxuria designatur: quia si cordis tentatio usque ad operationem prosilit, nimirum fervor intimus usque ad cutis scabiem prorumpit, & foris jam corpus fœdat: quia dum in cogitatione voluptas non reprimitur, etiam in actione dominatur. Quasi enim cutis pruriginem Paulus curabat abstergere, cùm dicebat c: [*Tentatio vos non apprehendat, nisi humana:*] ac si apertè diceret: Humanum quidem est tentationem in corde perpeti: dæmoniacum verò est in tentationis certamine in operatione superari. ¶ Impetiginem quoque habet in corpore, quisquis avaritiâ vastatur in mente: quæ si in parvis non compescitur, nimirum sine mensura dilatatur. Impetigo quippe sine dolore corpus occupat, & absque occupati tædio excrescens membrorum decorem fœdat: quia & avaritia captivam animam, dum quasi delectat, exulcerat: dum adipiscenda quæque cogitationi objicit, ad inimicitias accendit: & dolorem in vulnere non facit, quia æstuanti animo ex culpa abundantiam promittit. Sed decor membrorum perditur, quia aliarum quoque virtutum per hanc pulchritudo depravatur: & quasi totum corpus exasperat, quia per universa vitia animum supplantat, Paulo attestante, qui ait d: [*Radix omnium malorum est cupiditas.*] ¶ Ponderosus verò est, qui turpitudinem non exercet opere, sed tamen ab hac cogitatione continua sine moderamine gravatur in mente: qui nequaquam quidem usque ad opus nefarium rapitur, sed ejus animus voluptate luxuriæ sine ullo repugnationis obstaculo delectatur. Vitium e quippe est ponderis, cùm humor viscerum ad virilia labitur, quæ profectò cum molestia dedecoris intumescunt. Ponderosus ergo est, qui totis cogitationibus ad lasciviam defluens, pondus turpitudinis gestat in corde: & quamvis prava non exerceat opere, ab his tamen non evellitur mente, nec ad usum boni operis in aperto valet assurgere; quia gravat hunc in abditis pondus turpe. ¶ Quisquis ergo quolibet horum vitio subigitur, panes Domino offerre prohibetur: ne 1 profectò diluere aliena delicta non valeat is, quem adhuc propria devastant. ¶ Quia igitur paucis ad magisterium pastorale dignus qualiter veniat, atque hoc indignus qualiter pertimescat, ostendimus: nunc is, qui ad illud dignè pervenerit, in eo qualiter vivere debeat, demonstremus.

1 ¶ Ne profectò] *Sic etiam in originali impresso. In aliquot Gratiani manuscriptis legitur*: Nec profectò diluere aliena delicta valet is, quem adhuc propria devastant.

a *Apoc. 3.* b *Rom. 1.* c *1. Cor. 10.* d *1. Timoth. 6.* e *Sic & Arnobius.*

C. II. ¶ *Indoctus, terrena lucra sectans, virtutes ordinari non debet.*

Item Hieronymus a *super Malachiam, ad c. 1.*

Sacerdotes nomen Domini despiciunt, & quantum ad se, panem pollutum offerunt, qui ad altare indignè accedunt, quique dato munere Sacerdotium præsumunt. Panem quoque polluit, qui doctrinam Domini in populo malè dispergit b, & qui honorat potentem, & despicit pauperem. *& infrà.* ¶ [*Si offeratur cæcum ad immolandum, nunne malum est? &c.*] Superiùs accusâti de panibus, nunc accusantur de victimis. Cæcum animal offert, qui ordinat indoctum loco docti, magistrumque facit, qui vix discipulus esse poterat. Claudum offert, qui lucra terrena quærentem locat; utpote pedem in diversa ponentem, unum in divinis, alterum in carnalibus: cui potest inferri illud de libro Regum c: [*Usquequò claudicatis in duas partes?*] Languidum offert, qui vitiosum habet pro religioso, quique tardum, & pigrum probat 1 patientem, dicens illum negligentiæ redarguendum. Indignum est enim dare Deo, quod dedignatur homo.

1 ¶ Probat patientem,] *Sic interpungitur etiam in manuscriptis, & in glossa, cum tamen ita possit etiam distingui, & pigrum probat, patientem dicens illum, &c.*

DISTINCTIO L.

1 Ex præmissis auctoritatibus liquidò monstratum est, quòd variis criminibus irretiti in Sacerdotes ordinari non possunt. Nunc autem de eisdem quæritur, utrum post peractam d pœnitentiam, vel in propriis ordinibus remanere, aut ad majores gradus conscendere valeant? Multorum auctoritatibus, variis criminibus irretiti, à propriis ordinibus dejicuntur, & ab accessu majorum prohibentur.

C. I. ¶ *Lapsi in suum ordinem reparari non possunt.*

Unde Gregorius *aut Constantino Mediolanensi Episcopo, lib. 4. epist. 17. sive cap. 61.*

Si e lapsis ad suum ordinem revertendi licentia concedatur, vigor canonicæ procul dubiò frangitur disciplinæ: dum pro reversionis spe, pravæ actionis desideria quisque concipere non formidat. *& post pauca.* ¶ Illud igitur præ omnibus studete, ut lapsos in sacrum ordinem nullius vobis supplicatio aliquo modo revocare suadeat: ne hujusmodi non statuta, sed temporaliter dilata credatur eis esse vindicta.

C. II. ¶ *Qui post suam ordinationem labitur, depositus permanebit.*

Item Martinus Papa I. *Amando Episcopo.*

Qui f semel post suam ordinationem in lapsum ceciderit, deinceps jam depositus erit, nullumque gradum Sacerdotii poterit adipisci.

C. III. ¶ *Presbyter post lapsum nullâ ratione in sacro ordine reparari valet.*

Item Gregorius Papa *Saxinianæ Episcopæ lib. 7. epist. 25.*

Presbyterum g, de quo nos fraternitas tua latoris præsentium legatione h consuluit, nullâ ratione in sacro ordine post lapsum aut permanere, aut revocari posse cognoscas. Circa quem tamen mitiùs agendum est: quia commissum facinus facili dicitur professione confessus.

a *Sensus aliqua ex parte.* b *al. dispersit.* c *3. Reg. 18.* d *al. aliam.* e *Anselm. l. 8. cap. 25. & lib. 2. cap. 13. Ivo part. 6. cap. 10. Pann. l. 2. c. 145.* f *Pann. l. 3. c. 141.* g *Ansel. lib. 8. cap. 26. Panor. l. 3. c. 146.* h *al. relative.*

C. IV. ¶ *Post perpetratum homicidium Sacerdotale officium ministrari non potest.*

Item Joannes * VIII. *Cenomantico * Uticensi Episcopo.*

MIror *a* minùs *b* doctam scientiam tuam Sacerdotem putare post perpetratum homicidium posse in Sacerdotio ministrare: imò (quod est ineptius) nobis suadere velle, ut ipsi tali præsumptioni præberemus assensum. Quis enim tam demens, tamque perversi sensûs, tale quid æstimaret, vel post quantamcunque pœnitentiam concedendum, cùm omninò sit canonicæ disciplinæ contrarium? Debet ergò Sacerdotio privatus lachrymarum fonte flagitium tam immane diluere, ut talibus saltem remediis curatus, salutis possit invenire suffragium.

C. V. ¶ *Ad majorem gradum Clericus provehi non potest, qui Paganum occidit.*

Item Nicolaus Papa.

CLericum *c*, qui Paganum occiderit, non oportet ad gradum majorem provehi, qui carere etiam debet acquisito: homicida enim est. Nam cùm discreti sint milites seculi à militibus Ecclesiæ, non convenit militibus Ecclesiæ militare seculo, per quod ad effusionem sanguinis necesse sit pervenire.

C. VI. ¶ *Qui defendendo se Paganum occiderit, Sacerdotalis careat officio.*

Item *Osbaldo Chorepiscopo Quadrantino.*

DE his Clericis, pro quibus consuluisti, scilicet, qui se defendendo Paganum occiderunt, si postea per pœnitentiam emendati possint ad gradum pristinum redire, aut ad altiorem conscendere; scito, nos nullam occasionem dare, nec ullam tribuere eis licentiam quemlibet hominem quolibet modo occidendi. Verum si contigerit, ut Clericus Sacerdotalis ordinis saltem Paganum occiderit, multùm sibi consulit, si ab officio Sacerdotali recesserit: satiusque est illi in hac vita Domino sub inferiori habitu irreprehensibiliter famulari, quàm alta indebitè appetendo, damnabiliter in profundum demergi.

C. VII. ¶ *Cadat ab officio Episcopus, Presbyter, aut Diaconus capitale committens crimen.*

Item ex Concilio Agathensi, *c.* 50.

SI Episcopus, Presbyter, aut Diaconus capitale crimen commiserit, aut chartam falsaverit, aut falsum testimonium dixerit, ab officii honore depositus in monasterium detrudatur, & ibi, quamdiu vixerit, laicam tantummodò communionem accipiat.

C. VIII. ¶ *Qui homicidii facto, aut præcepto, aut consilio post baptismum conscius fuerit, Clericus non ordinetur.*

Item ex Concilio Martini *d* Papæ, *c.* 16.

SI e quis viduam, aut ab alio dimissam *f* duxerit, non admittatur ad Clericatum. Quod si irrepserit, dejiciatur. Similiter, si homicidii, aut facto, aut præcepto, aut consilio, aut defensione 1 post baptismum conscius fuerit, & per aliquam subreptionem ad Clericatum venerit, dejiciatur, & in fine vitæ suæ *g* Laicam communionem tantummodò recipiat.

1 ¶ Defensione] *In codice Lucensi Regio (in quo sunt etiam hæc capitula à Martino Bracharensi Episcopo collecta) & apud Anselmum, & in editione Conciliorum tribus tomis, in margine legitur*, assensione: *cui lectioni convenit, quod legitur in Concilio Triburiensi, c. 11. circa finem.*

* *Vide cap. 19. infra.* * *al. Cannomoco Venetiensi.*

a *Ivo part. 6. cap. 14. & part. 10. cap. 31. Panorm. lib. 3. cap. 173.* b *al. nimis.* c *Ivo part. 8. cap. 120.* d *Apud Mart. Brach.* e *Ansel. l. 7. cap. 11. Ex can. 32. Apost.* f *al. adultam.* g *al. sua communionem recipiat.*

C. IX. ¶ *De sacris ordinibus lapsi reparari non possunt.*

Item Gregorius *Iannario Episcopo Caralitano, lib. 3. epist. 26.*

PErvenit *a* ad nos, quosdam de sacris ordinibus lapsos vel post pœnitentiam, vel ante, ad ministerii sui officium revocari: quod omninò prohibemus, & in hac re sacratissimi quoque canones contradicunt. Qui igitur post acceptum sacrum ordinem lapsus in peccatum carnis fuerit, sacro ordine ita careat, ut ad altaris ministerium ulteriùs non accedat.

C. X. ¶ *De eodem.*

Idem *Venantio Lunensi Episcopo, lib. 4. epist. 5. seu c. 49.*

ACcedens *b* ad Gorgoniam insulam fraternitas vestra discutiat id, quod ad nos de Saturnino Presbytero 1 perlatum est. Pervenit namque ad nos, quia postquam pro crimine lapsûs sui à Sacerdotii ordine est dejectus, ad explendum ministerium Sacerdotii præsumpsit accedere, & omnipotenti Deo hostias immolare. Quod si ita factum fraternitas vestra repererit, eum sacri corporis & sanguinis Dominici participatione privatum in pœnitentiam redigat: ita ut usque ad diem obitûs sui in eadem excommunicatione permaneat, & viaticum tantummodò exitûs sui tempore percipiat. Sin autem eum fraternitas tua talem pœnitentiam agere cognoverit, ut ei justè ad recipiendam inter Laicos communionem, etiam ante exitum, debeat misereri, hoc in tuæ fraternitatis ponimus potestate. *& infrà c.* ¶ Præterea ad fraternitatis tuæ consulta respondentes statuimus, Diaconum & Abbatem de portu Veneris, quem indicas cecidisse, ad sacrum ordinem non debere, vel posse ullo modo revocari. Quem quidem sacro ordine privatum in pœnitentiam deputare te convenit: cujus si posteà actus, conversatioque meruerit, priorem inter alios Monachos, ubi tu tamen decreveris, standi locum obtineat. Subdiaconi quoque, quos similis culpa constringit, ab officio suo irrevocabiliter depositi, inter Laicos communionem accipiant. In portu autem Veneris, loco lapsi Diaconi, alium, qui hoc officium implere debeat, ordinabis. Saturninum verò Presbyterum, ut nunquam ad sacri ordinis ministerium præsumat accedere, scriptis cavere decrevimus: sed eum in Insula Gorgonia, atque Capraria solicitudinem de monasteriis gerere, & in eo, in quo est statu, sine cujusquam adversitate manere permittimus.

1 ¶ Presbytero] *In vetusto codice epistolarum B. Gregorii, & aliquot antiquis exemplaribus Gratiani legitur*, Expresbytero: *item*, *inferius in hoc eodem capite*: Saturninum verò Expresbyterum, *sive ut in impressa B. Gregorii*, Expresbytero. *Depositos enim Presbyteros, Expresbyteros, & eos, qui monasteria deseruerant, Exmanachos appellabant; sicut illi, qui consulatum aut quæsturam gesserant, Exconsules aut Exquæstores vocari solita fuerunt.*

C. XI. ¶ *Loco lapsi alius ordinandus est.*

Idem *Marciano Episcopo Ravennæ, lib. 6. epist. 39. seu c. 203.*

POstquam *d* quenquam criminaliter abscedentem *e* in locum, de quo lapsus est, nulla permittit ratio revocari, & ultra *f* tres menses Ecclesiam vacare Pontifice, statuta sacrorum canonum non permittunt: ne cadente pastore dominicum gregem antiquus (quod absit) hostis insidiando dilaniet, fraternitas vestra deprecationi eorum consentire, & in loco lapsi debet Episcopum ordinare.

a *Polyc. lib. 4. tit. 59. Anselm. l. 3. cap. 20. Ivo. part. 6. cap. 76. Panorm. l. 3. cap. 333.* b *Polyc. ibidem. Anselm. lib. 8. cap. 21. Ivo part. 6. cap. 83.* c *Eodem lib. 4. epist. 26. seu cap. 60. Panorm. lib. 3. cap. 333.* d *Anselm. l. 8. cap. 25.* e *al. cadentem.* f *dist. 72. 4. quoniam.*

C. XII.

C. XII. ¶ *Qui post ordinationem suam in lapsum ceciderit, sacra mysteria non debet tractare.*

Item Martinus Papa I. *in epistola ad Anxandum.*

SI post ordinationem suam quispiam in lapsum ceciderit, & prævaricationis peccato fuerit a deprehensus obnoxius, omnimodò prohibendus est, cum manibus lutulentis atque pollutis mysteria nostræ salutis tractare.

2 pars. *Econtrà exemplis & auctoritatibus probatur, posse aliam pœnitentiam proprios gradus licite posse administrare, & ad majores conscendere. Maria* b *enim soror Aaron, postquam leprâ percussa est, quia in Moysen murmuraverat, actâ pœnitentiâ, à peccato mundata & sanata est, & pristinam gratiam prophetandi recepit. Aaron* c *autem post conflatum vitulum etiam in summum Sacerdotem consecratus est. David* d *post adulterium & homicidium spiritum Prophetiæ recepit, & in proprio* e *gradu permansit. Achab* f *quoque post mortem Nabuthæ viri sanctissimi per pœnitentiam humiliatus, in regia sede remansit. Et ut prætereamus multa exempla Veteris Testamenti, Petrus* g *negavit Christum, & tamen postea Princeps Apostolorum factus est: Paulus* h *Stephanum lapidavit, & tamen a Deo in Apostolum electus est. Multi quoq; ab hæresi ad unitatem catholicæ fidei revertentes, in suis ordinibus sunt recepti: alii verò ad Episcopalem etiam gradum sunt promoti, utpote Augustinus, & alii complures.*

C. XIII. ¶ *De eodem.* PALEA 1.

IOannes i Chrysostomus à duabus Synodis orthodoxorum Episcoporum fuit dijudicatus k, sed iterum fuit restitutus. Marcellus Episcopus Ancyræ Galatiæ depositus fuit, sed postmodum proprium recepit Episcopatum. Asclepius dijudicatus a Synodo Ecclesiam suam postea recepit. Lucius Episcopus Adrianopolites damnatus à Papa Julio, recepit Ecclesiam sui Episcopatûs. Cyrillus Episcopus Hierosolymitanus depositus fuit, postea reconciliatus est Ecclesiæ suæ. Simili modo Polychronium ejusdem Ecclesiæ Hierosolymitanæ Pontificem Sixtus l Papa damnavit, & iterum ipse eum reconciliavit. Innocentius Papa Photinum Episcopum damnavit, sed postea eum in proprium locum restituit Ecclesiæ suæ. Misenum 2 Episcopum m à Felice Papa damnatum, Gelasius Papa successor illius reconciliavit n, & Ecclesiæ suæ restituit. Leontius, dum esset Presbyter, depositus fuit, sed postea in Antiochia Patriarcha extitit. Gregorius verò quartus Papa Theodosium, quem Eugenius ejus antecessor Presbyterii honore privaverat, sanctæ Ecclesiæ Signinæ conseravit Episcopum. Ibas namque Episcopus dijudicatus fuit, sed sancta Synodus canonica suam illi restituit Ecclesiam. Rothadum verò Episcopum sanctæ Suessionensis Ecclesiæ, à Synodo, cui Carolus interfuit, condemnatum, & Sophronium o Placentinum Episcopum meritò reprobatum, Nicolaus Papa ambos reconciliavit.

1 Palea] ¶ *Caput hoc à vetustioribus codicibus abest: in vulgatis inscribebatur:* Item ex epistola Cyrilli ad Ioannem Antiochenum: *quæ inscriptio sublata est, quamvis quæ in hoc capite tractantur, ex variis hostiensi sunt collecta, & aliqua longè post Cyrillum & Hierosolymitanum & Alexandrinum contexerunt. Nec apud Burchardum, & Ivonem ulla talis inscriptio est, sed tantum in Pannormia.*

2 ¶ Misenum] *Antea legebatur*, Nicænum. *Emendatum est ex Burchardo, Ivone, & c.* Gregorius. 1. 35. quæst. 9. *Atq; in Pontificali Romano manuscripto in vita Nicolai I. hæc leguntur:* Sicut beatus Papa Felix Vitalem & Misenum Episcopos, qui in Petro Alexandrino hæreticâ fæce coinquinato, coacti consenserant, Sacerdotali gradu, Ecclesiasticâ imò communione privavit.

C. XIV. ¶ *Clerici post lapsum in suis ordinibus reparari possunt.*

Præterea Calixtus Papa I. *de hujusmodi scribit ita, epist. 2. ad Episcopos Galliarum.*

POnderet unusquisque sermones suos, & quod sibi loqui non vult, alteri non loquatur. Unde benè sacra a ait Scriptura: [*Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.*] Nos enim tempore indigemus, ut aliquid maturiùs agamus. Nec præcipitemus consilia & opera nostra, neque ordinem corrumpamus. ¶ Sed b si aliquis lapsus quocunque modo fuerit, portemus c eum, & fraterno corripiamus affectu; sicuti ait B. Apostolus d: [*Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui spiritales estis, instruite hujusmodi in spiritu lenitatis, considerans teipsum, ne & tu tenteris. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi.*] ¶ Porrò sanctus David de criminibus mortiferis egit pœnitentiam, & tamen in honore permansit. ¶ Beatus quoque Petrus amarissimas lachrymas fudit, quando Dominum negâsse pœnituit, sed tamen Apostolus permansit. Et Dominus per Prophetam e peccantibus pollicetur, dicens: [*Peccator in quacunque die conversus ingemuerit, omnium iniquitatum illius non recordabor amplius.*] Errant f enim, qui putant, Domini Sacerdotes post lapsum, si condignam egerint pœnitentiam, Domino ministrare non posse, & suis honoribus frui, si bonam deinceps vitam duxerint, & suum Sacerdotium condignè custodierint. Et ipsi, qui hoc putant, non solùm errant, sed etiam contra g traditas Ecclesiæ claves disputare, & agere videntur: de quibus dictum h est: [*Quæcunque solveritis in terra, erunt soluta & in cœlo.*] Alioquin hæc sententia aut Domini non est, aut vera est. ¶ Nos verò indubitanter tam Domini Sacerdotes, quàm reliquos fideles post dignam satisfactionem posse redire ad honores credimus; testante Domino per Prophetam i: [*Numquid is qui dormit, non adjiciet ut resurgat?*] Et Propheta k David pœnitentiam agens dixit: *Redde mihi lætitiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me.*] Ipse namque post pœnitentiam & alios docuit, & sacrificium Deo obtulit, dans exemplum Doctoribus sanctæ Ecclesiæ, si lapsi fuerint, & condignam pœnitentiam Deo gesserint, utrumque facere posse. Docuit enim quando dixit: [*Docebo* l *iniquos vias tuas, & impii ad te convertentur.*] Et sacrificium Deo pro se obtulit, dum dicebat: [*Sacrificium Deo, spiritus contribulatus.*] Videns enim Propheta scelera sua mundata per pœnitentiam, non dubitavit prædicando, & Domino libando curare aliena. *& infrà.* ¶ Mundatur ergò homo à peccato, & resurgit, gratiâ Dei, lapsus, & in pristino manet officio, juxta prædictas auctoritates. Videat, ne amplius peccet, ut sententiâ Evangelii m maneat in eo: [*Vade, & amplius noli peccare.*] Unde ait Apostolus n, [*Non ergò regnet peccatum in vestro mortali corpore ut obediatis concupiscentiis ejus.*] *& infrà.* ¶ Sententiam, fratres, quæ misericordiam vetat, non solùm tenere, sed & audire, refugite; quia potior est misericordia omnibus holocaustomatibus, & sacrificiis.

a *al. deprehendatur*] *orig.* b *Num. 12. 33. quæst. 2. c. hoc ipsum.* c *Exod. 32.* d *2. Regum. 11. & 12.* e *al. pristino.* f *3. Regum 21.* g *Matt. 26. Ioan. 21.* h *Act. 7. & 9.* i *Burchardus lib. 2. cap. 233. Ivo in prologo. Pannorm. in prologo cap. 32.* k *al. judicatus.* l *Sixtus Papa III.* m *35. quæst. 9. c. Gregorius.* n *al. & communicavit.* o *al. Suffrenum*] *vel Suffredum.*] *ut 7. 6. quæst. 3. dicit, & Suffredus.*

a *Tob. 4.* b *Burchard. lib. 19 cap. 42. Ivo p. 6. c. 48.* c *non perdamus eum sed fraterne*] *in 15.* d *Gal. 6.* e *Ezech. 18.* f *Polycarp. l. 4. tit. 38. Pann. l. 3. c. 248.* g *al. traditæ Ecclesiæ claves disputare videntur.* ¶. *ex Augustin. c. ut constituerentur.* h *Matt. 16. Greg. lib. 2. epist. 33.* i *Psal. 40.* k *Psal. 50.* l *Ibid.* m *Ioan. 8. & Rom. 6.*

1 ¶ Nunquid] *In epistola Calixti, & apud collectores indicatos legitur:* Nunquid, qui cadit, non adjiciet, ut resurgat? & qui aversus est, non revertetur? *& alibi:* Nolo, inquit Dominus, mortem peccatoris, sed ut convertatur, & vivat. *Quæ duæ sententiæ habentur Hierem. 3. & Ezechiel. 33. Sed ob glossam nihil est mutatum.*

C. XV. ¶ *In priscum gradum post pœnitentiam revocari possunt Sacerdotes.*

Item Hieronymus *ad cap. 3. Malachiæ.*

ET a purgabit filios Levi: [*tempus* b *est enim, ut judicium incipiat à domo Dei.*] & alibi c scribitur: [*A sanctis meis incipite.*] In filiis autem Levi omnem Sacerdotalem intellige dignitatem. Si autem Sacerdotes purgandi sunt & colandi, ut purum aurum remaneat & argentum; quid de cæteris est dicendum? Qui cùm emundati fuerint & colati, tunc offerent Domino justa sacrificia, & placebit sacrificium eorum, quod offerunt pro Juda, & Hierusalem (hoc est, pro iis, qui Dominum confitentur, & pacem ejus mente conspiciunt) sicut dies seculi, & sicut anni antiqui: h.e. ut quomodo in principio placuerunt Deo, sic post peccatum & pœnitentiam placere incipiant, cùm omni fuerint peccatorum sorde purgati.

C. XVI. ¶ *Lapsi reparari possunt.*

Item Gregorius *Secundino lib. 7. epist. 13.*

QUia d sanctitas tua hoc à nobis requisivit, ut sibi de Sacerdotali officio post lapsum resurgendi auctoritates scriberemus, dum se dicit de hoc canones diversos legisse, & diversas sententias invenisse, alias resurgendi, alias nequaquam posse: Ideo nos 1 generales Synodos à Nicæna incipientes, hanc cum reliquis quatuor veneramur, quia ipsam sequentes cæteræ in cunctis canonicis sententiis unanimiter concordant. Nos verò præcedentes Patres sequi debemus, qui (auctore Deo) à sacra doctrina illorum non discordamus. A carite itaque incipientes usque ad quartum altaris ministrum, hanc formam servandam cognoscimus, ut sicut minorem major præcedit in honore, ita & e in crimine; & quem major sequitur culpa, majore plectatur vindictâ, & sic posteà f pœnitentia credatur esse fructuosa. ¶ Quid enim prodest triticum seminare, & fructum illius non colligere? aut domum construere, & non illic habitare? Post dignam igitur satisfactionem credimus, posse rediri ad honorem. & ℣. ¶ Ad fontem misericordiæ recurrentes, Evangelii g proferamus sententiam: [*Gaudet, inquit, super uno peccatore pœnitentiam agente, magis quam super nonaginta novem justis, qui non indigent pœnitentiâ.*] Et ovem perditam, nonaginta novem non errantibus relictis in deserto h, humero pii pastoris ad ovile reportatam, Dominus ipse testatur. Si ovis perdita errans post inventionem ad ovile humero reportatur, cur post pœnitentiam ad Ecclesiæ ministerium lapsus non revocetur? Sicut i in Apocalypsi dicitur de ministerio Ecclesiæ: [*Memento, unde excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac.*] Quid enim est gravius, aut carnale delictum admittere, sine quo pauci inveniuntur, aut Dei Filium jurejurando negare? In quo tamen hunc ipsum beatum Petrum Apostolorum Principem, ad cujus sacrum corpus indigni sedemus, lapsum esse cognoscimus. Sed post negationem pœnitentia secuta est, & post pœnitentiam misericordia data est, quia posteà ab Apostolatu eum non expulit, qui antè quidem ipsum se negare prædixit.

1 ¶ Ideo nos] *In duabus editionibus epistolarum B. Gregorii legitur:* ideò generalissima, quæ à Nicæno Concilio incipium, cum reliquis quatuor invenimus concordantia. Nam nos præcedentes, &c. *In uno manuscripto codice est,* generalissimè: *Reliqua eodem modo. Apud Burchardum, Ivonem, Pannormiam,* Nam nos generaliter: *cæteraqui parùm à Gratiano discordant.*

2 ¶ Sicut] *Hinc usque ad versic.* Quid enim. *in aliquot codicibus epistolarum excusis, & duabus manuscriptis, Burchardo, Ivone, & Ralano non habentur.*

C. XVII. ¶ *Post acerrimam pœnitentiam lapsi reparantur.*

Idem *super Ezechielem, Hom. 9. ad 2.*

QUid est hoc, quod Prophetæ jacenti dicitur: [*Sta super pedes tuos, & loquar tecum.*] Qui enim jacenti loquebatur, cur non se, nisi stanti promittit esse loquturum? Sed sciendum, quia alia sunt, quæ jacentes, alia quæ stantes audire debeamus. Jacenti enim dicitur, ut surgat; stanti autem præcipitur, ut ad prædicationem profici debeat. Adhuc enim nobis in infirmitatis confusione jacentibus præberi non debet auctoritas prædicationis. Sed cùm jam in bono opere surgimus, cùm jam recti stare cœperimus, dignum est, ut ad lucrandos alios in prædicationem mitti debeamus. Stans ergò Propheta visionem spiritalem vidit, & cecidit: cadens verò jam monitionis verbum susceptit, ut surgeret: surgens autem præceptum audivit, ut prædicaret. Nam qui adhuc ex superbiæ vertice stamus, cùm jam de æternitatis timore aliquid sentire cœperimus, dignum est, ut ad pœnitentiam cadamus. Et cùm infirmitatem nostram subtiliter cognoscentes, humiliter jacemus, per divini verbi consolationem surgere ad fortiora opera jubemur.

C. XVIII. ¶ *Deeodem.*

Idem *lib. 12. Moral. c. 16. ad cap. 21. Iob.*

FErrum de terra tollitur, cùm fortis propugnator Ecclesiæ à terrena, quam priùs tenuit, actione separatur. Non ergò in eo debet despici, quod fuit; quia jam incipit esse, quod non fuit.

C. XIX. ¶ *Post condignam pœnitentiam, prisiina recuperantur officia.*

Item Hieronymus *ad cap. 3. Michæa.*

CUm exaudiero eos, dabo eis virtutem Spiritûs mei, & implebo eos judicio meo, & fortitudine.] Animadverte, in præsenti loco posse docere aliquem post peccatum; si tamen vitia prisiina, pœnitentiâ digná diluerit. Unde David post adulterium & homicidium loquitur in Psalmo a: [*Asperges me hyssopo, & mundabor: lavabo me, & super nivem dealbabor.*] Nec suâ tantum puritate contentus est, sed infert: [*Redde mihi lætitiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me:*] cumq; hoc feceris, [*docebo,* ait, *iniquos vias tuas, & impii ad te convertentur.*]

C. XX. ¶ *De eodem.*

Item Hieronymus *lib. 2. contra Iovinianum.*

IEsus b filius Josedech Sacerdos magnus, quanquam in typo præcesserit Salvatoris, qui nostra peccata portavit & alienigenam sibi ex gentibus copulavit Ecclesiam; tamen secundùm literam post Sacerdotium sordidatus inducitur, & stat Diabolus à dextris ejus: & candida illi deinceps vestimenta reddantur.

C. XXI. ¶ *Per pœnitentiam Clerici correlli gradum suum & dignitatem recipiant.*

Item ex Concilio Agathensi c, *cap. 2.*

COntumaces d Clerici, prout dignitatis ordo permiserit, ab Episcopis corrigantur, & si qui, prioris gradûs elati superbiâ, communionem fortasse contempserint, aut Ecclesiam frequentare, vel officium suum implere neglexerint, peregrina eis communio tribuatur; ita, ut cùm eos pœnitentia correxerit, rescripti in matricula gradum suum, dignitatemq; recipiant.

a *Malach. 3.* b *1. Petr. 4.* c *Ezech. 9.* d *Rab. in pœn. cap. 1. Burch. l. 19. cap. 43. Ivo p. 6. cap. 85. Pann. l. 3. c. 147.* e *al. & crimine.* f *al. vindicta, quæ post pœnitentiam.* g *Luc. 15.* h *in deserto*] *abest ab orig.* i *Apocal. 2.*

a *Psal. 50.* b *Infrà, de pœn. dist. 2. si enim. 4. Iesus. Zachar. 3.* c *Et capitular. lib. 7. cap. 211.* d *Ivo p. 6. cap. 366.*

C. XXII.

C. XXII. ¶ *De eodem.*

Item ex Concilio Martini Papæ, *c. 17.*

SI a quis Presbyter aut Diaconus 1 inventus fuerit, aliquid de ministeriis Ecclesiæ venundâsse, quia sacrilegium commisit, placuit eum in ordinatione Ecclesiastica non haberi. In judicio tamen Episcopi dimittendum est, sive dignus sit, sive indignus in suo recipi debeat gradu: quia multoties hoc ipsum, quod de sacrosancto altario contaminatum est, in Episcopi potestate dimissum est.

1 ¶ Diaconus] *Sequebatur*, aut Subdiaconus: *quæ duæ dictiones expunctæ sunt, quia neque apud Martinum, aut Burchardum, aut Ivonem, neque in antiquis Gratiani codicibus habentur.*

C. XXIII. ¶ PALEA I.

[*Item* Augustinus *ad Bonifacium, epist. 50.*]

1 ¶ Palea] *In aliquot vetustis exemplaribus Gratiani hæ duæ Paleæ non habentur, sed post finem capitis*, si quis Presbyter, *sequitur conveniunter*, Quomodo igitur: *sunt tamen in multis, atque in eis quidem, à quibus plerunque Paleæ absunt. Ac videntur sumenda quædam partim præcedentium capitum*, ponderet. & quia sanctitas. *partim sequentis*, ut constitueretur. *quod refertur ex Augustino ad Bonifacium. Atque inde potuit in has Paleas hæc eadem irrepere cuiatio.*

BEne valet, Sacerdos restitui ad honorem suum post peractam pœnitentiam: licèt in hoc diversi diversa sentiant, dicentes, non posse restitui ad honorem. Sed sic dictum est propter simulatas pœnitentias quorundam, & propter affectatas honorum dignitates.

C. XXIV. ¶ PALEA.

SAcerdos quidem si cadit, valet, & habet restitutionis locum, post dignam peractam pœnitentiam, in honorem suum, Prophetâ attestante *b*, qui ait: [*Numquid qui cadit, non adjicit, ut resurgat?*] Et B. Gregorius * hoc dicit ad Secundinum inclusum, amicum suum. Etiam ab ipso Propheta in hoc argumentum habemus: qui cùm post peractum adulterium, & homicidium perpetravit, tamen postea peractâ dignâ pœnitentiâ per Dei gratiam ad pristinum officium restituitur.

1 pars. *Quomodo igitur hujusmodi auctoritatum dissonantia ad concordiam revocari valeat, breviter inspectamus. Sunt quidam, quos non odium trimius, sed timor voluntatis, & amissio propriæ gradus, & ambitus celsioris ad pœnitentiam cogit. Hos sacri canones irrecuperabiliter c dejecerunt: quia qui simulatione pœnitentiæ, vel affectatum honoris à Deo non consequatur veniam, nec ab Ecclesia reparationem meretur.*

C. XXV. ¶ *Quare constitutum est in Ecclesiâ, ne post pœnitentiam quis ad Clericatum redeat.*

Unde Augustinus *scribit ad Bonifacium, epist. 50.*

UT d constitueretur in Ecclesia, ne quisquam post alicujus criminis pœnitentiam Clericatum accipiat, vel ad Clericatum redeat, vel in Clericatu maneat, non desperatione indulgentiæ, sed rigore factum est disciplinæ. Alioquin contra claves datas Ecclesiæ disputabitur, de quibus dictum est, [*quæ solveritis in terra, soluta erunt & in cœlo.*] Sed ne fortè etiam de cæteris *e* criminibus, spe honoris Ecclesiastici animus intumescens superbe ageret pœnitentiam, severissimè placuit, ut post actam de crimine damnabili pœnitentiam, nemo sit Clericus: ut desperatione temporalis altitudinis, medicina major & verior esset humilitas. Nam & sanctus David de criminibus mortiferis pœnitentiam egit, & tamen in honore suo perstitit. Et B. Petrum, quando amarissimas lachrymas fudit, utique Dominum negâsse pœnituit, & tamen Apostolus mansit. Sed non ideo supervacua putanda est posteriorum diligentia; quia ubi saluti nihil detrahebatur, humilitati aliquid addiderunt, quo salus totius muniretur: experti, credo, aliquorum fictas pœnitentias per affectatas honorum potentias. Cogunt enim multas invenire medicinas, multorum experimenta morborum. Verùm in hujusmodi caulis, ubi *a* per graves dissensionum scissuras, non hujus aut illius hominis est periculum, sed populorum strages jacent, detrahendum est aliquid severitati, ut majoribus malis sanandis charitas sincera subveniat.

C. XXVI. ¶ *Reparationis beneficium non nisi post pœnitentiam potest concedi.*

Item ex epistola Cleri Romani, *missa Papæ Cypriano.*

ABsit *b* à Romana Ecclesia vigorem suum tam profanâ facilitate dimittere, & nervos severitatis eversâ fide majestate dissolvere, ut cùm adhuc non tantùm jaceant, sed & cadant eversorum fratrum ruinæ, properata nimis remedia communionum, utique non profutura præstentur, & nova per misericordiam falsam vulnera, veteribus transgressionis vulneribus imprimantur, ut miseris ad eversionem majorem eripiatur & pœnitentia. Ubi enim poterit indulgentiæ medicina proficere *c*, si etiam ipse medicus interceptâ pœnitentiâ indulget periculis? si tantummodò operit vulnus, nec sinit necessaria temporis remedia conducere cicatricem? Hoc non est curare, sed (si verum dicere volumus) occidere.

¶ *Locupletatum est caput hoc ex originali.*

C. XXVII. ¶ *Impœnitentibus venia concedi non potest.*

Item Cyprianus *in sermone de lapsis.*

SId quis præproperâ *e* festinatione temerarius remissionem peccatorum dare se cunctis putat posse, aut audet Domini præcepta rescindere, non tantum nihil prodest, sed obest lapsis. Provocâsse est iram, non servâsse sententiam: nec misericordiam priùs Dei deprecandam putare, sed contempto Domino de sua facilitate præsumere. &c. ¶ Mandant aliqua Martyres fieri: si justa, si licita, si non contra ipsum Dominum à Dei Sacerdote facienda; sit obtemperantis facilis & prona consensio, si petentis fuerit religiosa moderatio. Mandant aliquid Martyres fieri; sed si scripta non sunt in Domini lege, quæ mandant, ante est, ut sciamus illos de Deo impetrâsse, quod postulant, & tunc facere, quod mandant. Neque enim statim videri potest de divina majestate concessum, quod fuerit humanâ pollicitatione promissum. Nam & Moyses pro peccatis populi petiit, nec tamen peccantibus veniam, cùm petisset, accepit.

C. XXVIII. ¶ *Qui sunt reparandi post lapsum, vel quo non.*

Item Isidorus *ad Massonum* f *Episcopum.*

DOmino *g* sancto, meritisque beato fratri Massono Episcopo salutem. Quod in epistolis venerabilis fraternitas tua innuit, videlicet quod in canone 1 Ancyrano, cap. xix. *h* legitur, post lapsum corporalem restaurandum honoris gradum post pœnitentiam; alibi verò legitur, post hujusmodi delictum nequaquam reparandum antiqui ordinis meritum; hæc diversitas hoc modo solvitur. Illos enim ad pristinos gradus redire

a *Apud Martinum Bracharensem. Burch. lib. 1. cap. 179. ex Bracharensi. Ivo p. 3. c. 173. ex Martino, & 240. ex Bracharensi.* b *Mat. 8.* * *Gregor. lib. 7. epist. 53.* c *al. irreparabiliter.* d *In capitul. adjectus cap. 132. Polyc. l. 6. tit. 20. Anscl. l. 2. c. 5. Ivo in prolog. & p. 6. cap. 316. Pann. in prolog. cap. 8.* e *al. dejecit.*

a *Ancyr. 23. q. 4. ipsa peccat. 4. verum.* b *extat inter opera B. Cypriani l. 2. epist. 7. Ansel. l. 2. c. 20.* c *al. procedere.* d *Ansel. l. 2. cap. 32.* e *al. præpostera.* f *al. Massinem) al. Massenum) orig.* g *Ansel. l. 2. c. 37. Polyc. lib. 4. tit 39. Ivo part. 6. c. 397. p. 15. c. 37. & 16. Burchard. lib. 19. cap. 43. & 73. Pann. l. 3. c. 149. Rab. pœn. lib. 1. cap. 1. Concil. Neocæsarien. cap. 1.* h *al. xx.*

canones præcipiunt, quos pœnitentiæ præcessit satisfactio, vel condigna peccatorum confessio. At contrà hi, qui neque à vitio corruptionis *a* emendantur, atque hoc ipsum carnale delictum, quod admittunt, vendicare quâdam superstitiosâ temeritate nituntur, nec gradum utique honoris, nec gratiam communionis recipiunt. Ergò ita est determinanda sententia, ut necesse sit illos restaurari in locum honoris, qui per pœnitentiam reconciliationem recepisse merentur divinæ pietatis. Hi enim non immeritò consequuntur ademptæ *b* dignitatis statum, qui per emendationem pœnitentiæ recepisse noscuntur remedium vitæ. Id autem, ne fortè magis sit ambiguum, divinæ auctoritatis sententiâ confirmetur. Ezechiel *c* quidem Propheta, sub typo prævaricatricis Hierusalem, ostendit, post pœnitentiæ satisfactionem, pristinum posse restaurari honorem: [*Confundere*, inquit, *ô Iuda, & porta ignominiam tuam.*] & post paululum: [*Et tu*, inquit, *& filia tua revertimini ad antiquitatem tuam.*] ¶ Quod dixit, [*Confundere.*] ostendit post *d* peccati opus debere quemque erubescere, & post confessionem pro admissis sceleribus verecundam frontem humi prostratam demergere, pro eo quòd dignum confusione perpetraverit opus. Deinde præcepit, ut post ignominiam, & dejectionem nominis sui, sive dignitatis revertatur ad suam antiquitatem. Ergò dum quisque post opus confessionis suæ confunditur, atque ignominiam portans, depositionem suam cum humilitate luget, revocari secundum Prophetam ad priorem statum poterit. Item Joannes *e* Evangelista Angelo Ephesi Ecclesiæ, inter cætera quædam similia scribit: [*Memor esto unde excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac; alioqui veniam tibi, & movebo candelabrum tuum de loco suo.*] ¶ Ecce 2, in quantum valui, Concilii Ancyrani antiquam planè, & plenam auctoritatem sacris testimoniis explanavi, ostendens, eum posse restaurari in proprio gradu, qui per pœnitentiæ satisfactionem noverit propria delicta deflere. Qui verò negligit, nec luget quæ gessit, & lugenda sine ullo pudore religionis, vel timore judicii divini committit, eum nullo modo posse ad pristinum gradum restaurari, cognoscas. In fine 3 autem hujus epistolæ hoc adjiciendum putavi, ut *f* quotiescunque in gestis Conciliorum discors sententia invenitur, illius Concilii magis teneatur sententia, cujus aut antiquior, aut potior extat auctoritas.

1 ¶ *Sic habet hoc caput in epistola, quæ nuper unà cum aliis Isidori operibus est impressa Parisiis, & sic inscribitur*: Isidori Hispalensis Archiepiscopi epistola ad Massânum Episcopum. Domino sancto, meritisque beato, &c. *In epistola autem longiore, eodem argumento, & iisdem pene verbis, (quæ & ibidem, & antea Antuerpiæ, cum libris de summo bono, impressa est) non sic hoc loco mentio Concilii Ancyrani: sed tamen in editione Parisiensi titulus hic est*: Isidori Hispalensis Archiepiscopi epistola de restituendis in pristinam dignitatem Clericis pœnitentibus: *seu*, Explanatio canonum aliquot Ancyrani Concilii. *Verumtamen in Canone illo* XXX. *versionis Dionysii (qui apud Græcos & in aliis versionibus* XX. *est) ubi legitur*, perfectionem consequi secundum pristinos gradus. *Græce est*, κατὰ τοὺς βαθμοὺς τοὺς ἀρχαίους, *id est*, secundum gradus, qui eò deducunt. *& Balsamon longè aliam sententiam elicit, quam Isidorus.*

2 ¶ Ecce] *Hic in epistola longiore multa interjecuntur.*

3 ¶ In fine] *Hæc nunc leguntur in longiore epistola, non autem in alia, quam cæteroqui Gratianus videtur secutus.*

Quicunque igitur pro criminibus suis dignè Deo pœnitentiam obtulerint, auctoritate Gregorii, & Augustini, & Hieronymi, & Isidori gradum pristinæ dignitatis recipere possunt. Qui autem non odio criminis, sed temere voluntatis, vel ambitione honoris, falsas Deo pœnitentias offerunt, in pristinis honoris gradum reparare minimè poterunt.

C. XXIX. ¶ *Diaconus aut Presbyter in adulterio deprehensi reparari non possunt.*

Sed objicitur illud Hormisdæ Papæ, *qui scribit omnibus Episcopis per universas provincias.*

SI *a* quis 1 Diaconus, aut Presbyter, post acceptam benedictionem Leviticam, cum uxore sua incontinens invenitur, ab officio suo dejiciatur. ¶ Ecce manifestè constat, quia secundùm titulos antiquorum Patrum Sancto Spiritu 2 suggerente conscriptos, & secundum sententias cccxviij. Episcoporum, (quas etiam Gallicani canones continere videntur) Clerici in adulterio deprehensi, aut ipsi confessi, aut ab aliis convicti, ad honorem redire non possunt. Sed quia fortè non desunt, quibus pro nimia pietate suprascripta sanctorum Patrum severitas minimè placeat; sciant, se cccxviij. Episcoporum, qui fuerunt congregati in Concilio Nicæno, & reliquos statuerunt canones, sententias reprehendere, vel damnare. Sed fortè major est in illis pietas, quàm in suprascriptis cccxviij. Episcopis? major est in illis misericordia, quàm in sancto Joanne *b* Apostolico Papa? major charitas, quàm in reliquis sanctis Sacerdotibus, qui hoc *c* exemplo remedia Ecclesiarum suis definitionibus deliberaverunt? Et ideò aut promptâ *d* voluntate præceptis illorum consentiant, aut si non fecerint, omnibus illis contrarios se, & inimicos esse cognoscant. Quæ est ista justitiæ inimica benignitas, palpare criminosos, & vulnera eorum usque in diem judicii incurata servare? ¶ Quòd si eos durissimam pœnitentiam per plures annos videremus agere, tunc nos & saluti eorum possemus consulere, & statuta canonum deberemus temperare. Cùm verò in aliquibus nec compunctio humilitatis, nec instantia orandi vel plangendi appareat, nec beatum David imitentur, qui dicit: [*Lavabo* e *per singulas noctes lectum meum; lachrymis meis stratum meum rigabo.*] & illud: [*Cinerem* f *tanquam panem manducabam; & potum meum cum fletu miscebam.*] nec eos jejuniis vel lectionibus vacare videamus; possumus agnoscere, si ad pristinos honores redirent, cum quanta negligentia, & cum quanto torpore, & animæ suæ inimicâ securitate permanerent, credentes, quòd sic eis, non actâ pœnitentiâ dignâ, dimiserit Deus, quomodo Sacerdotes indulsisse videntur. Verè dico, quia illi ipsi, quibus cum periculosâ & falsâ misericordia indulgere videmur, cùm ante tribunal Christi pro tantis peccatis damnandi advenerint, contra nos causam dicturi sunt, dicentes, quòd dum aut asperitatem linguæ eorum expavimus, aut falsa blandimenta, & periculosas adulationes ipsorum libenter accepimus, in eisdem permanere peccatis, eis inutiliter indulgemus, aut ipsa peccata augere permittimus, non recolentes illud, quod in Veteri Testamento scriptum *g* est: quia uno peccante, contra omnes ira Dei desæviit.

1 ¶ Si quis] *Hinc usque ad versic.* Ecce, *sunt ex cap.* 13. *Concilii Aurasici, quod videtur citatum fuisse ab Hormisdâ, sive also quisquis fuerit hujus capitis auctor. Anselmus quidem & ipse Hormisdam citat.*

2 ¶ Sancto Spiritu] *Apud Anselmum legitur*, à sancto Joanne Papa transmissos, & cccxviij. Episcoporum sententias, *quod videtur convenire cum his, quæ paulò*

a *al. corpora.* b *al. adepta.* c *Ezechiel.16.* d *al. post confusionem, id est, peccati.* e *Apocal. 2.* f *Infrà 33. q. 2. hoc ipsum.*

a *Aurasicum c.23. & Aurel. 5 cap. 4. Pannorm. lib. 5 cap. 91. Anselm. lib. 11. c. 17.* b *supr. cap. nuper.* c *al. pro exemplo & remedio. Ansel.* d *al. prona.* e *Psalm. 6.* f *Psal. 101.* g *Numer. 16.*

insinuat

inferius habentur. Major est in illis misericordia, quàm in sancto Joanne Apostolico Papa?

C. XXX. ¶ *Difficile est post lapsum ad pristinum gradum redire.*
Item Hieronymus *a.*

QUicunque *b* dignitatem divini gradûs non custodiunt, contenti fiant animam salvare. Reverti enim in pristinum gradum post lapsum *c* difficile est.

¶ *Simile quiddam prætri parte hujus capitis habetur in Can. 27. Basilii ad Amphilochium, & in Can. 26. Synodi in Trullo.*

C. XXXI. ¶ *Lapsus post pœnitentiam altaris tantum ministret.*
Item Basilius I.

QUi * sub gradu *d* ceciderit post pœnitentiam, contentus fiat baptizare, communionem infirmis dare, & altario tantummodò ministrare.

1 ¶ Basilius.] *Ivo citat ex dicto Augustini. Habetur non-nihil ad hanc rem facere in epist. Basilii ad Amphilochium, Can. 27. Sed propiùs etiam ad hanc sententiam accedit Can. 14. Concilii Aurelianensis primi, & Canon 9. Concilii Neocæsariensis (qui habetur I. 15. quæst. 1. cap.* qui admisit.) *præcipuè si hîc legatur, quem admodum in plerisque Gratiani codicibus*, communionem infirmis dare, non autem sacrificare, & altario ministrare. *Similem quandam sententiam refert ex novella Leonis Balsamon ad canonem 21. Synodi in Trullo.*

C. XXXII. ¶ *De Sacerdotibus, Diaconis, & Laicis, qui idolis thurificant.*
Item ex Concilio Ancyrano, *cap. 1. & sequentibus.*

PResbyteros *e*, qui immolaverunt, & postèà certamen iterum inierunt, si ex fide 1 luctati sunt, & non ex compacto ad ostentationem, ut caperentur, ipsi fecerunt; hos placuit honorem quidem sedis propriæ retinere, offerre autem illis, & sermonem ad populum facere, aut aliquibus Sacerdotalibus officiis fungi non liceat. ¶ Diaconi similiter, qui immolaverunt, postèà verò iterum reluctati sunt, aliàs *f* quidem honorem habere oportet; cessare autem debent ab omni sacro ministerio, ita ut nec panem, nec calicem offerant, nec Evangelium pronuntient 2; nisi fortè aliqui Episcoporum conscii sint laboris eorum, & humilitatis, & mansuetudinis, & voluerint eis aliquid amplius tribuere, vel adimere. Penes ipsos ergò erit de his potestas. ¶ Qui autem fugientes comprehensi sunt, vel à domesticis traditi, vel ademptis facultatibus sustinêre tormenta, aut in custodiam trusi proclamaverunt se Christianos esse, & eousque adstricti sunt, ut manus eorum comprehendentes violenter attraherent, & funestis sacrificiis admoverent, aut aliquid polluti cibi per necessitatem sumere cogerentur, confitentes jugiter se Christianos esse, & luctum rei, quæ contigit, incessabiliter ostendentes, omni dejectione, & habitu, & humilitate vitæ, hos velut extra delictum constitutos, à communionis gratia non prohiberi decernimus. ¶ Si verò prohibiti sunt ab aliquibus propter ampliorem cautelam, vel propter quorundam ignorantiam, statim recipiantur. ¶ Hoc autem similiter & de Clericis, & de Laicis cæteris observari convenit. ¶ Perquisitum est autem & illud, si possint etiam Laici, qui in has necessitatis angustias inciderunt, ad Clericatûs ordinem promoveri. ¶ Placuit ergò & hos, tanquam qui nihil peccaverunt, si & præcedens eorum vita probabilis sit, ad hoc officium provehi.

a *al. ex dicto Hieronymi.* b *Polyc. lib. 4. tit. 39. Burchard. lib. 19. cap. 72. Ivo part. 15. cap. 91.* c *post lapsum*] *desunt ferè in omnibus exempl.* * *Burch. l. 19. cap. 20. Ivo part. 15. c. 19.* d *à suo gradu.* e *Burch. lib. 3. cap. 40. & 41. Ivo part. 2. cap. 45. & 50. Polyc. lib. 6. tit. 12. cap. 2.* f *illum*] *prisca versio, cap. 3.*

¶ De his *a* autem, qui negaverunt præter necessitatem, aut præter ablationem facultatum, aut præter periculum, vel aliquid hujusmodi (quod factum est sub tyrannide Licinii) placuit sanctæ Synodo, quamvis humanitate probentur indigni, tamen eis benevolentiam commodari.

1 ¶ Si ex fide] *Hîc verba Concilii sunt in compendium redacta: omninò autem versio Dionysii, quam attulerunt Burchardus & Ivo, propiùs accedit ad verba Græca. Sunt tamen nonnulla in hoc capite emendata & locupletata ex versionibus, quas Gratianus videtur secutus.*

2 ¶ Nec Evangelium pronuntient;] *In versione antiquo-re est*, nec pronuntient, *in alia, quam Burchardus attulit*, vel prædicando, *Græcè*, κηρύσσειν: *quod propriè significat Evangelium & fidei doctrinam prædicare.*

Sed illud Hormisdæ Papæ desidiosis & negligentes, non verè pœnitentes reparari prohibet. ¶ *Illud autem Hieronymi fatetur hoc esse difficile, non impossibile.* ¶ *Basilius autem circa delinquentes rigorem justitiæ servandum ostendit, quem circa pœnitentes alias relaxandum misericorditer affirmant.* ¶ *Possunt & aliter distingui præmissæ auctoritates. Quorum enim* b *crimina manifesta sunt ante, vel post ordinationem, à sacris ordinibus dejicendi sunt: quorum autem peccata occulta sunt, & satisfactione secretâ secundum Sacerdotis edictum purgata, in propriis ordinibus remanere possunt.*

C. XXXIII. ¶ *Non potest restitui in Sacerdotem, cujus crimen fuerit manifestum.*
Unde Nicolaus Papa *Carolo Archiepiscopo, & ejus suffraganeis.*

SAcerdotes *c*, si in fornicationis laqueum ceciderint, & *d* criminis manifestus, sive ostensus fuerit actus, Sacerdotis non possunt habere honorem, secundùm canonicæ institutionis auctoritatem.

C. XXXIV. ¶ *Qui valeant reparari post lapsum, vel non.*
Item Rabanus Archiepiscopus *scribit ad Heribaldum, lib. Pœn. cap. 1.*

DE *e* his verò visum est nobis scribendum, qui sacros ordines habentes, ante, vel post ordinationem contaminatos se esse in capitalibus criminibus confitentur. In quibus, ut mihi videtur, hæc distantia esse debet, ut hi, qui deprehensi, vel capti fuerint publicè in perjurio, furto, atque fornicatione, & cæteris hujusmodi criminibus, secundùm canonum sacrorum instituta, à proprio gradu decidant: quia scandalum est, populo Dei tales personas supra *f* se positas habere, quas ultra modum vitiosas esse constat. Nempe inde retrahuntur homines à sacrificio Dei (sicut *g* quondam Heli filiis peccantibus fecisse leguntur) & rebelles hinc, atque contrarii existentes, eorum pravis exemplis quotidie pejores fiunt. Qui autem de prædictis peccatis absconditè à se admissis, per occultam confessionem coram oculis *h* Dei, præsente etiam Sacerdote, qui eis indicturus est pœnitentiam, confitentur, & semetipsos graviter deliquisse querantur, si se per jejunia 1, & eleemosynas, vigiliasque, & sacras orationes purgare certaverint, his etiam gradu servato, spes veniæ de misericordia Dei promittenda est.

1 ¶ Si se per jejunia] *Sic etiam in manuscriptis, & apud Ivonem, & Pannormiam. In originali autem legitur*, si veraciter pœnituerint, & se per jejunia. *Item apud Burchardum, qui cap. hoc citat ex Concilio Herdensi.*

4 pars. *De lapsis etiam in hæresin hoc observandum est, ut ante sententiam Concilii nullius eu communicet.*

a *Concil. Nicænum 1. c. 11.* b *Rab. pœn. cap. 1.* c *In gestis Concilii Vormaciensis, c. 21. Vide Ivonem part. 10. c. 20. Pannorm. l. 4. c. 136.* d *al. aut.* e *Burch. l. 19. c. 159. Ivo p. 6. c. 400. Pannorm. lib. 3. c. 152.* f *al. superpositas.* g *1. Reg. 2.* h *al. Angelis.*

C. XXXV. ¶ *A communione abstineant, qui lapsi ante restitutionem communicant.*

Unde Cyprianus Papa *Antoniano ait inter cætera, lib. 4. epist. 2.*

DE a eo autem b, quod statuendum esset circa causam lapsorum, distuli, ut cùm quies & tranquillitas data esset, & Episcopis in unum convenire indulgentia divina permitteret, tunc communicato & librato de omnium collatione consilio, statueremus, quid fieri oporteret. Si quis verò ante consilium nostrum, & ante sententiam de omnium consilio statutam, lapsis temerè communicare voluisset, ipse à communicatione abstineret.

¶ pars. *Quod verò suprà de homicidio statutum legitur c, intelligendum est, quando facultas effugiendi datur, nec necessitate claudatur obsidionis. Cæterum, cùm necessitate angustiæ effugere non possunt, si tunc homicidium admiserint, purgati per pœnitentiam, & officio, & communioni reddantur.*

C. XXXVI. ¶ *Post duorum annorum pœnitentiam, officio & communioni restituantur Clerici, qui in obsidionis positi necessitate sanguinem fuderint.*

Unde in Concilio Ilerdensi, *cap. 1. legitur.*

DE his Clericis, qui in obsessionis necessitate positi fuerint, id statutum est, ut qui altario ministrant, & Christi corpus & sanguinem tradunt, vel vasa sacro officio deputata contrectant, ab omni humano sanguine, etiam hostili, se abstineant. Quòd si in hoc inciderint, duobus annis tam officio, quàm communione corporis Domini priventur, ita ut his duobus annis vigiliis, jejuniis, orationibus, & eleemosynis pro viribus, quas Dominus donaverit, expientur: & ita demùm officio, vel communioni reddantur: eâ tamen ratione, ne ulteriùs ad officia potiora provehantur. Quòd si in definito tempore negligentiores circa salutem suam exiterint, protelandæ ipsius pœnitentiæ tempus in potestate maneat Sacerdotis.

Casu quoq; si Clericus homicidium fecerit, in proprio gradu ex dispensatione remanere permittitur.

C. XXXVII. ¶ *Qui casu homicidium fecit, ex dispensatione in ordine suo permaneat.*

Unde Urbanus II. *scribit Guernerio Narbonen. Episc.*

CLerico d jaciente lapidem, puer dicitur interemptus: Nos pro amore tuo in suo ordine eum permanere permittimus, ut tamen semper in pœnitentia & timore permaneat.

C. XXXVIII. ¶ *De eodem.*

Item Stephanus V. *Suchiberto Corsicæ Episcopo.*

QUia e te quasi obnoxium judicas, eò quòd à Sarracenis captus homines interfeciſſe videris, benè facis. Sed quoniam non tuâ sponte id feciſſe cognosceris, inde canonicè nullo modo judicaris.

Si verò à Presbyter commotus aliquem interfecerit, etsi animum occidendi non habuerit, perpetuò tamen depositus erit.

C. XXXIX. ¶ *Perpetuò careat officio Presbyter, qui irâ commotus, licèt extra animum, aliquem interfecerit.*

Unde Nicolaus Papa *scribit Hrobaldo Chorepiscopo* 1 *Quadranensi.*

STudeat f sanctitas tua persuadere Episcopo tuo, sibi cœnonicum sociare numerum Collegarum, id est, sex ex vicinis provinciis fratres & Coepiscopos suos: quibus tecum junctis, & decernentibus, diligenter investigate, & omni nisu scrutari procurate, quatenus invenire valeatis, utrum percussione jam nominati Presbyteri, an cervicis fractione idem Diaconus, ut fertur, extinctus est. Et siquidem à sæpè fato Presbytero non ad mortem percussus est, sed ex equo cadens cervice fractâ interiit, secundùm arbitrium vestrum, pro percussione, incautè agenti Presbytero pœnitentiam competentem indicite; & aliquanto tempore à Missarum solemniis suspendatur, denuò post hæc ad Sacerdotale rediturus officium. Quòd si veraciter qualicunq; percussione ictus Presbyteri ille mortuus est Diaconus, nullâ hunc ratione ministrare Sacerdotis more decernimus: quoniam etsi voluntatem occidendi non habuit, furor tamen & indignatio, ex quibus motio illa mortifera prodiit, in omnibus, sed præcipuè in Dei ministris multipliciter inhibetur, atque ubique damnatur. Verùm si Presbyter adeò vestro studio obnoxius a fortè claruerit, præcipimus, ut tale beneficium sibi & Ecclesiæ suæ concedatur, quo & ipse & sui sufficienter possint habere suæ sustentationis solatium.

1 ¶ Chorepiscopo] *Antèà legebatur,* Coepiscopo: *emendatum est ex omnibus, quæ collata sunt, vetustis Gratiani exemplaribus, optimeq; convenit verbis Nicolai.*

C. XL. ¶ *De eodem.* PALEA.

Item ex Concilio Maticensi 1, *c. 6.*

QUi b verò odii meditatione, vel propter cupiditatem, Judæum vel Paganum occiderit, quia imaginem Dei, & spem futuræ conversionis exterminat c, quadraginta dies in pane & aqua pœniteat.

1 ¶ Maticensi] *Burchardus, & Ivo citant ex Concilio Moguntino: in nullis tamen eorum, quæ extant, habetur. Simile verò aliquid legitur in Concilio Vermatiensi, c. 27.*

C. XLI. ¶ *De eodem.* PALEA.

SI d quis homicidium fecerit, si Episcopus est, xv. annos pœniteat, & deponatur, cunctos quoque dies vitæ suæ peregrinando finiat: Presbyter xij. annis pœniteat, tres e ex his in pane & aqua, & deponatur superioris sententiâ. Diaconus x. annis pœniteat, tres ex his in pane & aqua. Clericus & Laicus septem annis pœniteat, tres in pane & aqua, & ad gradum cujuslibet Sacerdotii accedere non præsumat.

C. XLII. ¶ *Quinquennio à communione abstineant, qui casu homicidium fecerunt.*

Item ex Concilio Ancyrano, *c. 22. 4. usq; verò* f

EOs g verò, qui non voluntate, sed casu homicidium fecerint, prior quidem regula post septem annorum pœnitentiam communioni sociavit, secundùm gradus constitutos; hæc verò 1 humana h quinquennii tempus tribuit.

1 ¶ Hæc verò] *Græcè,* ὁ δὲ ὕστερος τὸν πεντετῆ χρόνον πληροῖ. *Id est:* Secunda verò quinquennii tempus explebit. *Atque ita ferè Burchardus, & Ivo ex Dionysii versione, & Ivo. eâd. cap.* Si quis voluntate.

C. XLIII. ¶ *Quibus temporum spatiis à communione abstineat, qui voluntate, vel casu ancillam suam interfecerit.*

Item ex Concilio i Elibertano, *cap. 5.*

SI k qua fœmina zeli furore accensa, flagellis verberaverit ancillam suam, ita ut intra tertium diem animam cum cruciatu effundat, eò quòd incertum sit, voluntate, an casu occiderit: si voluntate, post septem annos; si casu, post quinque annorum tempora (actâ legitimâ pœnitentiâ) ad communionem placuit admit-

a *Anselmus lib. 8. cap. 25.* b *al. tamen.* c *Suprà eâdem cap. Clericum. & cap. de his Clericis. & cap. miror.* d *Pannorm. libro 3. cap. 154.* e *Pannorm. libr. 3. cap. 155.* f *Ivo part. 10. cap. 24.*

a *al. noxium*] *Ivo.* b *Burch. l. 6. cap. 33. Ivo part. 10. c. 181.* c *al. extinxit.* d *Ansel. l. 11. cap. 35.* e *al. quatuor.* f *Ex prisca versione. Ex Trebur. cap. 52.* g *Polyc. lib. 6. tit. 10. Burchard. lib. 6. cap. 15. Ivo part. 10. c. 25. & 144.* h *al. humaniter.* i *Et in Concil. Vermac. c. 29.* k *Rab. pœn. c. 14. Burch. lib. 6. c. 29. Anselm. lib. 11. cap. 36. Ivo part. 10. cap. 22. & 142.*

ti. Quòd

ti. Quòd si intra tempora constituta fuerit infirmata, accipiat communionem.

C. XLIV. ¶ *De his, qui voluntate, vel casu homicidium faciunt.*

Item ex capitulis Martini Brachatensis Episc. *c.* 78.

SI *a* quis voluntariè homicidium fecerit, ad januam Ecclesiæ catholicæ semper subjaceat, & communionem in exitu vitæ suæ recipiat. Si autem non voluntariè, sed casu aliquod homicidium fecerit, prior canon septem annis agere pœnitentiam jussit, secundus canon quinque mandavit.

C. XLV. ¶ *De eodem.*

Item ff. tit. de furtis. *l.* Qui saccum.

QUi *b* saccum habentem pecuniam surripuerit, furti actione, etiam sacci nomine, tenetur, quamvis non sit ei animus sacci surripiendi.

C. XLVI. ¶ *De eodem.*

Contrà animum, non opus puniri, lib. 9. Cod. tit. ad leg. Cornel. de sicar. exemplo sacrarum literarum Diocletiani, & Maximiani *colligetur.*

EUm, qui asseverat homicidium se non voluntate, sed casu fortuito fecisse, cùm calcis ictu mortis occasio præbita videatur; si hoc ita est, nec super hoc ambigi poterit, omni metu ac suspicione, quam ex admissæ rei discrimine sustinet, secundùm id, quod adnotatione nostrâ comprehensum est, volumus liberari.

C. XLVII. PALEA.

[*Item* Imperator Antoninus *C. ad leg. Cornel. de sicar. l. 1.*]

FRater vester rectiùs fecerit, si se Præsidi provinciæ obtulerit. Qui si probaverit, non occidendi animo hominem à se esse percussum, remissâ homicidii pœnâ, secundum militarem disciplinam sententiâ proferet. Crimen enim contrahitur, si & voluntas nocendi intercedat. Cæterum ea, quæ ex improviso, casu potiùs, quàm fraude accidunt, fato plerunque, non noxæ imputantur.

C. XLVIII. ¶ *De eodem.*

Hinc & Gelasius *c* Papa.

QUantum dicit iste Placidus *d*, anno præterito dictum est de uxore illius, quia subitò inter caballos inventa est, & dum traherentur caballi, collisa est illa, & abortum fecit. ¶ Quod si ita est, fortè si caballos alienos tulerit, inde est culpabilis. Nam de muliere, quæ casu inter caballos confracta est, ubi voluntas illius non agnoscitur pernicioſa fuisse, non potest, nec debet addici per leges.

C. XLIX. ¶ *De eodem.*

Item Nicolaus Papa.

HI, qui arbores incidere videntur, si contigerit, ut eadens arbor occiderit hominem, inculpabiles sunt atque innoxii: quia nec voluntate eorum, nec desiderio homicidium perpetratum est. Si verò aliquâ culpâ eorum, vel neglectu, morientis hominis interitus cognoscitur advenisse, abjiciendi sunt à gradu, & in sacro ordine nullatenus suscipiendi.

C. L. ¶ *De eodem.*

Item ex Concilio Vormacienſi, *cap.* 29.

SÆpè *e* contingit, dum quis operi necessario insistens arborem inciderit, ut aliquis subtus ipsam veniens deprimatur. Et idcircò, si voluntate, vel negligentiâ incidentis arborem factum est, ut homicida pœnitentiæ debet omninò submitti. Quod si non voto, non incuriâ illius, non denique scientiâ contigit, sed dum ille operi necessario fortuitis incumberet, iste insperatus occurrens sub arbore improvisus devenit, & sub ipsa oppressus est; incisor arboris non tenetur pro homicida.

a *Ivo part. 10. cap. 39.* b *Pandect. l. 47. tit. 2. leg. 79.* c *al. Pelagius.* d *al. Plautius.* e *Burchardus libr. 8. cap. 32. Ivo part. 10. cap. 150.*

C. LI. ¶ *De eodem.*

Item ex Concilio Triburiensi, *cap. 36.* [*Sed ibi coprosius.*]

SI *a* duo fratres in sylva arbores succiderint, & appropinquante casurâ ipsius arboris, frater dixerit fratri, cave, & ille fugiens in pressuram arboris inciderit, & mortuus fuerit; vivens frater innocens de sanguine Germani dijudicetur.

Præmissis auctoritatibus, lapsis permittitur, ut post pœnitentiam in suis ordinibus reparari valeant: ad majorem autem conscendere post lapsum nullâ ex auctoritate permittitur, imò penitùs prohibetur.

C. LII. ¶ *Lapsi in suis ordinibus reparari possunt, sed non ad majora conscendere.*

Unde in Ilerdensi Concilio, *cap. 5. legitur.*

HI *b*, qui altario Dei deserviunt, si subitò in fœnda carnis fragilitate corruerint, & Domino respiciente, digne pœnituerint, ita ut mortificato corpore, cordis contriti sacrificium Deo offerant, maneat in potestate Pontificis, vel veraciter afflictos non diu suspendere, vel desidiosos prolixiore tempore ab Ecclesiæ corpore segregare: ita tamen, ut sic officiorum suorum loca recipiant, ne possint ad altiora officia ulteriùs promoveri. ¶ Quòd si iteratò 1 velut canes ad vomitum reversi fuerint, & veluti sues in volutabris luti jacuerint 2, non solùm dignitate officii careant, sed etiam sanctam communionem, nisi in exitu, non percipiant.

1 ¶ Quod si iteratò] *Hæc usque ad finem absunt in codicibus illis Gratianis, à quibus Palea abesse solent. In alto autem hic præpositum est nomen Palea.*

2 ¶ Et veluti sues in volutabris luti jacuerint,] *Hæc non leguntur in antiquis editionibus Conciliorum, Coloniensi, ac Parisiensi, duobus codicibus Vaticanis, Lucensi Regio, neque* [*c. 15. q. 1. c.* Hi qui. *Sunt tamen apud Ivonem, & in editione Colon. 4. volum.*

Sed exemplo B. Petri, (qui postquam trina negationis maculas confessione diluit amaru, non solum in gradu sui Apostolatûs remansit, verùm etiam in Pastorem totius Ecclesiæ à Christo institus meruit,) probantur lapsi, post dignam pœnitentiam, non solùm propria officia retinere, sed etiam ad majora posse conscendere. Quòd autem beatus Petrus post negationem Pastor Ecclesiæ à Domino sit institutus, probatur auctoritate beati Gregorii, *quæ in Homilia* c *Dominicæ Resurrectionis de eodem Principe Apostolorum scribit, dicens:*

C. LIII. ¶ *Petrus, post culpam negationis Princeps Apostolorum à Domino est institutus.*

COnsiderandum nobis est, cur omnipotens Deus eum, quem cunctæ Ecclesiæ præferre disposuerat, ancillæ vocem pertimescere, & se ipsum negare permisit. ¶ Quod nimirum magnæ actum esse pietatis dispensatione cognoscimus, ut is, qui futurus erat Pastor Ecclesiæ, in sua culpa disceret, qualiter aliis misereri debuisset. Prius itaque eum ostendit sibi, & tunc præposuit cæteris, ut ex sua infirmitate cognosceret, quàm misericorditer aliena infirma toleraret.

C. LIV. ¶ *Post negationem in fide & gradu Petrus profecit.*

Item Ambrosius *in Serm. 47. de fide Petri.*

FIdelior factus est Petrus, postquam fidem se perdidisse defluvit; atq; ideò majorem gratiam reperit, quàm amisit. Tanquam enim bonus Pastor tuendum gregem accepit, ut qui sibi antèa infirmus fuerat, fieret omnibus firmamentum; & qui ipse interrogationis tentatione nutaverat, cæteros fidei stabilitate fundaret. Denique

a *Burch. lib. 6. cap. 22. Ivo part. 10. c. 15.* b *15. q. 8. c. his qui. Rabanus pœn. cap. 1. Burchard. lib. 19. c. 74. Ivo part. 15. cap. 87.* c *Hom. 21. in Evang.*

pro soliditate devotionis, Ecclesiarum petra dicitur, sicut ait a Dominus: [Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.] Petra enim dicitur eò, quòd primus in nationibus fidei fundamenta posuerit, & tanquam saxum immobile totius corporis b Christianitatis compagem, molemque contineat.

6 pars. *Item objicitur, pœnitentes* c *ad sacros ordines promoveri non debent: non ergo lapsi post pœnitentiam ad majora pertingere possunt.*

C. LV. ¶ *Non ordinetur Clericus ex pœnitentibus.*

Unde in Concilio Carthaginensi IV. *cap. 62. & 69. legitur.*

EX d pœnitentibus, quamvis sit bonus, Clericus non ordinetur. Si per ignorantiam Episcopi factum fuerit, deponatur à Clero: quia se ordinationis tempore non prodidit fuisse pœnitentem. Si autem sciens Episcopus ordinaverit talem, etiam ipse ab 1 Episcopatu suo ordinandi duntaxat potestate privetur. Simili sententiæ subjacebit Episcopus, si sciens ordinaverit Clericum eum, qui viduam, aut repudiatam uxorem habuit, aut secundam.

1 ¶ Ipse ab] *In originali legitur*, ipse ab Episcopatûs sui ordinandi duntaxat potestate privetur. *al.* ipse Episcopatûs sui, *quemadmodum & apud Ivonem, p. 15. c. 5.*

C. LVI. ¶ *Bigamus, pœnitens, vidua maritus, sacra militia se ingerens, sine spe promotionis in suo ordine permaneat.*

Item Syricius Papa *Himerio Episcopo, epist. 1. c. 13.*

QUicunque e pœnitens, quicunque bigamus, quicunque viduæ maritus, ad sacram militiam indebitè & incompetenter irrepserit, hâc sibi conditione à nobis veniam intelligat relaxatam, ut in magno debeat computare beneficio, si ademptâ sibi omni spe promotionis, in hoc quo invenitur ordine, perpetuâ stabilitate permaneat.

C. LVII. ¶ *Non prohibeatur à Clero, qui pressus languore per communionem pœnitentia benedictionem acceperit.*

Item ex Concilio Gerundensi, *cap. 9.*

SI f verò, qui ægritudinis languore depressus pœnitentiæ benedictionem, quam viaticum deputamus, per communionem acceperit, & postmodùm reconvalescens caput pœnitentiæ in Ecclesia publicè non subdiderit, si prohibitis vitiis non detinetur obnoxius, admittatur ad Clerum.

C. LVIII. ¶ *Qui ad pœnitentiam agendam in monasterio recluditur, Presbyter non ordinetur.*

Item Hormisda Papa *omnibus Episcopis per universas provincias constitutis.*

SI g ille, qui ultrò petit pœnitentiam, quamvis eam perfectè agat, non potest Episcopus aut Presbyter ordinari, ita ut etiamsi per ignorantiam ordinatus fuerit, & postea convincitur pœnitentiam accepisse, dejiciatur: ille ergò, qui invitus ad pœnitentiam agendam mittitur in monasterium, (qui utique nihil aliud, quàm pœnitens dicendus est) quâ conscientiâ ad Sacerdotium venire permittitur? Nemo mihi aliâ quælibet contra auctoritatem sedis Apostolicæ, vel 318. Episcoporum, vel reliquorum canonum constituta objiciat: quia quicquid contra illorum definitionem (in quibus Spiritum sanctum credimus locutum) dictum fuerit, recipere non solum temerarium, sed etiam periculosum esse non dubito.

C. LIX. ¶ *Bigamus, vel qualibet post pœnitentiam sæcru non applicetur ministeriis.*

Item Gelasius urbis Romæ Episc. *omnibus Episcopis per Lucaniam, &c. cap. 5.*

NOn a confidat quisquam Pontificum bigamos h, aut conjugia sortientes ab aliis derelicta, sive quoslibet post pœnitentiam, vel sine literis, vel corpore vitiatos, vel conditionarios, aut curiæ, publicarumque rerum nexibus implicatos, aut passim nullâ temporis congruentis expectatione discussos, divinis servituros applicare ministeriis i.

C. LX. ¶ *Pœnitentes nec etiam Clerici fieri possunt.*

Item Innocentius *Agapito, & cæteris, epist. 6.*

CAnones d apud Nicæam constituti, pœnitentes etiam ab infimis officiis Clericorum excludunt.

Hoc non de quibuslibet pœnitentibus intelligetur, sed de illis tantum, qui post aliam pœnitentiam sæculari militiæ cingulum accipiunt. De quibus Innocentius Episcopus *scribit Victrisio Rotomagensi Episcopo, epist. 2. c. 2.*

C. LXI. ¶ *Non debet fieri Clericus, qui post remissionem peccatorum, militiæ cingulum habuit.*

SI e quis post remissionem peccatorum, cingulum militiæ sæcularis habuerit, ad Clericatum admittendus minimè non debet.

Potest & aliter intelligi. Est quædam pœnitentia, quæ solennis appellatur, quæ semel tantum in Ecclesia conceditur: de qua Ambrosius f *ait*: [Sicut unum est baptisma, ita una est pœnitentia.] *Item*: [Non est secundus locus pœnitentiæ.] [Merito g reprehenduntur 1, qui sic piùs agendam pœnitentiam putant, quia luxuriantur in Christo. Nam si verè agerent pœnitentiam, iterandum posteà non putarent.]

1 ¶ Reprehenduntur] *Legebatur*, reperiuntur. *Emendatum est hic ex originali: quod tamen fieri non potuit* ¶. 1. reperiuntur, *de pœnitent. distinct. 5. quia vox*, reperiuntur, *ibi est initium capitu.*

C. LXII. ¶ *De eodem.*

Item Augustinus *ad Macedonium, epist. 54.*

QUamvis h cautè, & salubriter provisum sit, ut locus illius humillimæ pœnitentiæ semel tantum in Ecclesia concedatur, ne medicina 1 nimis utilis, vilis habeatur; tamen quotidie peccantibus nunquam per pœnitentiam venia negatur.

1 ¶ Ne medicina] *In aliquot vetustis exemplaribus Gratiani caput hoc est conjunctum superiori. Locum enim D. Augustini sic modo aptat. Apud illum quidem hoc loco ita legitur*: Ne medicina vilis, minùs utilis esset ægrotis; quæ tantò magis salubris est, quantò minùs contemptibilis fuerit; quis tamen audeat dicere Deo: Quare huic homini, qui post primam pœnitentiam rursus se laqueis iniquitatis obstringit, adhuc iterum parcis? &c.

Hæc autem pœnitentia quomodo imponenda sit, in Agathensi Concilio *legitur, in quo sic statutum est, c. 15.*

C. LXIII. ¶ *Quomodo pœnitentes ad pœnitentiam accedant.*

POenitentes k tempore, quo pœnitentiam petunt, impositionem manuum & cilicium super caput à Sacerdote (sicut ubique constitutum est) consequantur. Si

a *Matth. 16.* b *operis Christiani*] *vrsg.* c *al. solenniter pœnitentes.* d *Polyc. lib. 2. tit. 31. Anselm. lib. 7. cap. 20. & 23. Burchard. lib. 2. cap. 36. Ivo part. 6. cap. 196. & p. 15. cap. 1. Pann. lib. 3. cap. 69. & 70.* e *Anselm. lib. 7. cap. 17. 20. & 21.* f *Is verò*] *manuscr. & vrsg.* g *Sup. cap. ex pœnitentibus. Polyc. lib. 2. tit. 31. Anselm. lib. 7. cap. 22. & lib. 11. cap. 87.*

a *Anselmus libro 7. cap. 18.* b *al. fas esse bigamos.* c *al. mysterio.* d *In Concil. Nicæno, cap. 10.* e *Anselmus lib. 7. c. 13.* f *Libro 2. de pœnit. cap. 10. De pœn. distinct. 3. cap. reperiuntur, & cap. fin. Hug. libro de sacram. par. 14. cap. 4.* g *Ambrosius ibidem.* h *Infra, de pœnit. distinct. 3. cap. quamvis. Magister, libro 4. distinct. 14. cap. 3. Ivo part. 15. cap. 24.* i *Capitul. libro 5. capite 18. & libro 7. cap. 310.* k *Burchardus libro 19. cap. 27. Ivo part. 15. cap. 17.*

autem comas non deposuerint, aut vestimenta non mutaverint, abjiciantur: & nisi dignè pœnituerint, non recipiantur. Juvenibus etiam pœnitentia non facilè committenda est, propter ætatis fragilitatem. Viaticum tamen omnibus in morte positis non est negandum.

C. LXIV. ¶ *Quæ sint servanda in solemni pœnitentia.*

Item ex eodem 1.

IN a capite Quadragesimæ omnes pœnitentes, qui publicam suscipiunt, aut susceperunt pœnitentiam, ante fores Ecclesiæ se repræsentent Episcopo civitatis, facco induti, nudis pedibus, vultibus in terram demissis, reos se esse ipso habitu & vultu protestantes. Ibi adesse debent Decani, id est, Archipresbyteri parochiarum, & Presbyteri 2 pœnitentium, qui eorum conversationem diligenter inspicere debent, & secundùm modum culpæ pœnitentiam per præfatos *b* gradus injungere. Post hæc eos in Ecclesiam introducant *c*, & cum omni Clero septem pœnitentiales Psalmos in terra prostratus Episcopus cum lachrymis pro eorum absolutione decantet; tunc resurgens ab oratione, juxta quod canones jubent, manus eis imponat, aquam benedictam super eos spargat, cinerem prius mittat, deinde cilicio capita eorum operiat: & cum gemitu & crebris suspiriis denuntiet eis, quòd sicut Adam projectus est de Paradiso, ita ipsi pro peccatis ab Ecclesia abjiciuntur: post hæc jubeat ministris, ut eos extra januas Ecclesiæ expellant: Clerus verò prosequatur eos cum responsorio: [*In sudore vultûs tui vesceris pane tuo, &c.*] ut videntes sanctam Ecclesiam pro facinoribus suis tremefactam, atque commotam, non parvipendant pœnitentiam. In sacra autem Domini Cœna rursus ab eorum Decanis, & eorum Presbyteris, Ecclesiæ liminibus repræsententur.

1 ¶ Ex eodem.] *Ex Agathensi etiam citant Burchardus & Ivo, & Rivhaldus Cardinalis (qui tempore Paschalis Pontif. claruit) in libro suo, de pœnitentia publicè non iterandâ. In uno tamen manuscripto Burchardi exemplari citatur ex Pœnitentiali Romano. Sententia verò hujus capitis magna ex parte habetur in Pontificali, & ordine Romano à pag. 24. usque ad 30.*

2 ¶ Et Presbyteri] *Apud Burchardum legitur*, id est, Presbyteri.

¶ *Hanc pœnitentiam nullis unquam Clericorum agere conceditur, atque idèo hujusmodi pœnitentes ad Clerum admitti prohibentur.*

C. LXV. ¶ *Clericis non imponatur manus, tanquam pœnitentibus.*

Unde in Carthaginensi Concilio V. *cap. 11. statutum est.*

COnfirmandum *e* est *f*, ut si quando Presbyteri, vel Diaconi in aliqua graviori culpa convicti fuerint, quâ eos à ministerio necesse sit removeri: non eis manus tanquam pœnitentibus, vel tanquam fidelibus Laicis imponatur, neque unquam permittendum, ut rebaptizati ad Clericatûs gradum promoveantur.

C. LXVI. ¶ *Nec Clerico pœnitentiam agere, nec pœnitenti ad Clericatum accedere permittitur.*

Unde Syricius Papa *Hymero, epist. 1. c. 14.*

ILlud *g* quoque nos par fuit providere, ut sicut pœnitentiam agere cuiquam non conceditur Clericorum, ita & post pœnitudinem, ac reconciliationem nulli unquam Laico liceat honorem Clericatûs adipisci: quia quamvis sint omnium peccatorum contagione mundati, nulla tamen debent gerendorum Sacramentorum instrumenta suscipere, qui dudum fuerunt vasa vitiorum.

C. LXVII. ¶ *Presbyteris & Diaconis tanquam pœnitentibus non debent manus imponi.*

Item Leo Papa *Rustico Narbonensi, epist. 90. a cap. 2.*

ALienum *b* est à consuetudine Ecclesiastica, ut qui in Presbyterali honore, aut in Diaconii gradu fuerint conserati, ii pro crimine aliquo suo per manûs impositionem remedium accipiant pœnitendi: quod sine dubio ex Apostolica traditione descendit, secundùm quod scriptum est: [*Sacerdos 1 si peccaverit, quis orabit pro eo?*] Unde hujusmodi lapsis ad promerendam misericordiam Dei, privata est expetenda secessio 2: ubi illis satisfactio, si fuerit digna, sit etiam fructuosa.

1 ¶ Sacerdos] *Vulgò sæpè indicatur in margine locus esse ex 1. Reg. 2. aut 1. de pœnitentia, dist. 1. c.* Si Sacerdos, *cum tamen in eo Scriptura loco in vulgata legatur:* Si autem in Deum peccaverit, quis orabit pro eo? *Verum B. etiam Gregorius ad illiùs locum in morali interpretatione, talem sententiam habet:* Quis ei intercessor remanet, cùm ille se transgrediendo præcipiat, qui ad intercedendum pro aliis ordinatus est?

2 ¶ Secessio] *Sic emendatum est ex antiquis codicibus, & epistola ipsa: & hanc lectionem habuit auctor glossæ, quod ex manuscripto glossæ constat: ideircò & in ea emendandum. Antè legebatur*, est expetenda successio.

Probantur etiam auctoritate Toletani Concilii I. *hujusmodi pœnitentes ad Clerum non admittendi: in quo, cap. 2. sic statutum est.*

C. LXVIII. ¶ *Causâ necessitatis ad Clerum pœnitentes admittantur.*

PLacuit *c*, ut pœnitentes non admittantur ad Clerum, nisi tantùm, si necessitas aut usus exegerit; & tunc inter Ostiarios deputentur, vel inter Lectores, ita ut Evangelia, aut Epistolam *d* non legant. ¶ Si qui autem antè ordinati sunt Diaconi, inter Subdiaconos habeantur, ita ut manum non imponant, nec sacra contingant. Eum verò pœnitentem *e* dicimus, qui post Baptismum, aut pro homicidio, aut pro diversis criminibus, gravissimisque peccatis publicam pœnitentiam gerens, sub cilicio *f* divino fuerit reconciliatus altario.

7 pars. *Apostata quoque ad Clericatûs officium admitti non debent.*

C. LXIX. ¶ *Ad Clericatûs officium non admittantur Apostatæ.*

Unde in Concilio Arelatensi II. *cap. 21.*

HI *g*, qui post sanctam religionis professionem apostatant, ad secularem *h* redeunt conversationem, & postmodùm pœnitentiæ remedia non requirunt, sine pœnitentia communionem penitùs non accipiant. Quos etiam jubemus ad Clericatûs officium non admitti. Et quicunque ille sit, post pœnitentiam secularem habitum accipere non præsumat. Quòd si præsumpserit, ab Ecclesia alienus habeatur.

DISTINCTIO LI.

1 EC*ce, quid criminosi, vel non verè pœnitentes, vel publicam pœnitentiam agentes, à sacris prohibentur ordinibus. Adjecit quoque sancta mater Ecclesia,* ut Curiales, *aut post baptisma* militantes, *aut in foro* decertantes, *à sacris prohibeantur ordinibus.*

a Burch. lib. 19. c. 26. Ivo p. 15. c. 45. b al. præfixos. c al. introducat. d Gen. 3. e al. [confirmatum] orig. f Burch. l. 19. c. 72. Ivo p. 15. c. 25. Capitul. 5. c. 66. g Ansel. 7. c. 20. Burc. l. 19. c. 45. Ivo p. 6. c. 54. & p. 15. cap. 63.

a al. 92. b Polyc. lib. 4. tit. 39. Burchardus lib. 19. c. 71. Ivo par. 6. cap. 67. c In cap. Martinus Brach. c. 23. Polyc. lib. 2. tit. 31. Burch. lib. 2. cap. 37. Ansel. lib. 7. cap. 31. Ivo part. 6. cap. 138. Pann. l. 3. cap. 61. d al. Apostolum] orig. e Expœnitentem] in cap. Martinus Brach. f al. Concilio. g Rab. pœnit. cap. 33. Burch. l. 19. c. 67. Ivo par. 15. c. 31. h sæculum redeunt] orig.

C. I. ¶ *Post baptismum militantes, vel in foro decertantes, à sacris prohibentur ordinibus.*

Unde ait Innocentius Papa *Episcopis in Toletana Synodo constitutis, epist. 24. c. 2.*

ALiquantos *a* ex his, qui post acceptam baptismi gratiam in forensi exercitatione versati sunt, & obtinendi pertinaciam susceperunt, accitos ad Sacerdotium esse comperimus, è quorum numero Rufinus & Gregorius perhibentur: aliquantos ex militia, qui cùm potestatibus obedierunt, sæva *b* necessariò præcepta sunt executi: aliquantos ex Curialibus, qui dum parent potestatibus, quæ sibi sunt imperata, fecerunt: aliquantos, qui voluptates & editiones populo celebrârunt, ad honorem summi Sacerdotii pervenisse, quorum omnium neminem, ne ad societatem quidem ordinis Clericorum oportuerat pervenisse. Quæ si singula discutienda mandemus, non modicos motus, aut scandala Hispaniensibus provinciis, quibus mederi cupimus, de studio emendationis inducemus: idcircò remittenda potius hæc putamus. Sed ne deinceps similia committantur dilectionis vestræ maturitas providere debebit, ut tantæ usurpationi saltem nunc finis necessarius imponatur: eo videlicet constituto, ut quicunque tales ordinati fuerint, cum ordinatoribus suis deponantur.

C. II. ¶ *De quibus Laicis aliquis ad Clericatum non possint pervenire.*

Idem *Felici Episcopo Nucerino, epist. 4. c. 3.*

DEsignata *c* sunt genera Laicorum, de quibus ad Clericatum pervenire non possunt, id est, si quis fidelis militaverit, si quis fidelis causas egerit, hoc est, postulaverit, si quis fidelis administraverit. De Curialibus autem manifesta ratio est: quoniam etsi inveniantur hujusmodi viri, qui debeant Clerici fieri; tamen quoniam sæpiùs à curia *d* repetuntur, cavendum ab his est propter tribulationem, quæ sæpè de his Ecclesiæ provenit.

C. III. ¶ *Non admittantur Curiales ad Clericale officium.*

Idem *Victricio Episcopo Rhotomagensi, epist. 2. cap. 11.*

PRæterea *e* frequenter quidam ex fratribus nostris, Curiales, vel quibuslibet publicis functionibus occupatos, Clericos facere contendunt, quibus postea major tristitia, cùm de revocandis eis aliquid ab Imperatore præcipitur, quàm gratia nascitur de accito *f*. ¶ Constat enim eos in ipsis muneribus *g* etiam voluptates exhibere, quas à Diabolo inventas esse non dubium est, & ludorum, & mimorum *h* apparatibus aut præesse, aut forsitan interesse. Sit certè in exemplum solicitudo & tristitia fratrum, quam sæpè pertulimus, Imperatore præsente, cùm pro his sæpiùs rogaremus, quàm ipse nobiscum positus cognovisti: quibus *i* non solùm inferiores Clerici ex curialibus, verùm etiam in Sacerdotio constituti ingens molestia, ut redderentur, instabat.

C. IV. ¶ *Non promoveatur ad Diaconatum, qui post baptismum ad fidelem necandum accinctus fuerit.*

Item ex Concilio Toletano I. *cap. 2.*

SI quis post baptismum militaverit, & chlamydem sumpserit, aut cingulum ad necandos fideles 1, etiamsi gravia non admiserit, si ad Clerum admissus fuerit, Diaconi non accipiat dignitatem.

1 ¶ Ad necandos fideles,] *Verba hæc non sunt in codice Lucensi Regio.*

a *Quantos enim*] *vrgvn. & per interrogationem.* b *severa*] *vrgvn.* c *Polyc. lib. 2. tit. 31. Anselmus lib. 7. cap. 10. Ivo part. 6. cap. 95.* d *al. ad curiam.* e *Ivo part. 6. cap. 349.* f *al. adjectis.* g *al. munite.* h *al. vel muneribus.* i *al. ex quibus*] *vrg.*

C. V. ¶ *A quibus debeat esse immunis, qui in Episcopum ordinatur.*

Item ex Concilio Toletano IV. *cap. 11.*

QUi in aliquo crimine detecti sunt, qui infamiæ notâ aspersi sunt, qui scelera aliqua per publicam pœnitentiam se admisisse confessi sunt, qui in hæresin lapsi sunt, vel qui in hæresi baptizati, aut rebaptizati esse noscuntur, qui semetipsos abscinderunt, aut naturali defectu membrorum, aut decisione, aliquid 1 minùs habere noscuntur, qui secundæ uxoris conjunctionem sortiti sunt, aut numerosâ conjugia frequentaverunt, qui viduam, vel à marito relictam duxerunt, aut corruptarum mariti fuerunt, qui concubinas, aut fornicarias 2 habuerunt, qui servili conditioni obnoxii sunt, qui ignoti sunt, qui Neophyti, vel Laici sunt, qui seculari militiæ dediti sunt, qui curiæ nexibus obligati sunt, qui inscii literarum sunt, qui nondum ad triginta annos pervenerunt, qui per gradus Ecclesiasticos non ascenderunt, qui ambitu honorem quærunt, qui muneribus honorem obtinere moliuntur, qui à decessoribus in Sacerdotium eliguntur. ¶ Sed nec ille deinceps Sacerdos erit, quem nec Clerus, nec populus propriæ civitatis elegit, vel auctoritas Metropolitani, vel comprovincialium Sacerdotum assensus non exquisivit. Quicunque ergò deinceps ad ordinem Sacerdotii postulatus, & in his, quæ prædicta sunt, exquisitus, in nullo horum deprehensus fuerit, & exammatus probabili vitâ & doctrinâ extiterit; tunc secundùm Synodalia, vel Decretalia constituta, cum omnium Clericorum, vel civium voluntate, ab universis comprovincialibus Episcopis, aut certè à tribus, in Sacerdotem die Dominicâ consecrabitur, conniventibus *a* cæteris, qui absentes sunt, literis suis, & magis auctoritate, vel præsentiâ ejus, qui est in Metropoli constitutus. Episcopus autem comprovincialis ibi consecrandus est, ubi Metropolitanus elegerit. Metropolitanus autem non nisi in civitate Metropoli, comprovincialibus *b* ibidem convenientibus. ¶ Si quis autem deinceps contra prædicta vetita canonum, ad gradum Sacerdotii indignus aspirare contenderit, cum ordinatoribus suis adepti honoris periculo subjacebit.

1 ¶ Aut decisione aliquid] *Addita hæc sunt ex Concilio olim Colonæ ac Lutetiæ impresso. In novissima verò Colonensi editione legitur*, vel defectione, *pro*, vel defectione.

2 ¶ Aut fornicarias] *In codice Lucensi Regio legitur*, ad fornicationes: *quod videtur intelligendum de concubinis ad tempus adhibitis, ut supr. distinct. 34. c.* Is qui, *est annotatum.*

DISTINCTIO LII.

QUi verò prætermissis aliquibus gradibus non superbè, sed negligentiâ ad majorem ascenderit, tamdiu à majoribus abstineat, quousque congruo tempore prætermissos accipiat.

¶ *De eo, qui Subdiaconatûs ordine postposito, Diaconus & Presbyter est ordinatus.*

Unde Alexander II. *scribit Grimaldo c Constantinensi d Episcopo.*

SOlicitudo *e* dilectionis tuæ statuit consulere, utrum portator istarum literarum, Diaconatûs & Presbyteratûs officium idoneus sit peragere, nec ne; cùm ad id præpostero *f* cursu, Subdiaconatûs ordine postposito, negligentiâ potiùs, quàm superbiâ cognoscatur ascendisse. Unde nos consulendo charitati tuæ mandamus, ut ab officio Sacerdotali eum prohibeas, donec proximo quatuor temporum jejunio Subdiaconatûs ministerium sibi ritè imponas, & sic deinceps ad majora officia eum redire concedas.

a *al. convenientibus.* b *al. à comprovincialib.* c *al. Ramaldo*] *al. Rumaldo.* d *al. Constantiensi.* e *Ivo p. 6. c. 406.* f *al. præpropere.*

¶ In

¶ *In hoc libro pervetusto est epistola ejusdem Alexandri ad Gervasium Rivemensem Archiepiscopum: cui hoc idem consilium dat, quod Rumaldo Constantiensi Episcopo se dedisse narrat.*

DISTINCTIO LIII.

Curiales autem, ut suprà a scriptum est, ideò ordinari prohibentur, quia frequenter, dum ab Ecclesia repetuntur, plurima incommoda Ecclesia consequuntur: vel quia iidem Curiales non voto religionis, sed ut officiorum suorum tædia fugiant, ad Ecclesiam se transferunt.

¶ *Quare sit constitutum, ne Curiales ordinentur.*

Unde Gregorius Papa *scribit lib. 7. Reg. indict. 1. epist. 11. omnibus Episcopis Siciliæ, de lege Mauritii Augusti.*

LEgem *b*, quam piissimus Imperator dedit, ne fortassis hi, qui militiæ, vel rationibus sunt publicis obligati, dum causarum suarum periculum fugiunt, ad Ecclesiasticum habitum veniant, vel in monasteriis convertantur, vestræ studui fraternitati transmittere; hoc maximè exhortans, quòd hi, qui sæculi actionibus implicati sunt, in Clero Ecclesiæ præpropere suscipiendi non sunt: quia dum in Ecclesiastico habitu non dissimiliter, quàm vixerant, vivunt, nequaquam student sæculum fugere, sed mutare. Quòd si etiam tales quoque monasterium petunt, suscipiendi nullo modo sunt, nisi priùs a rationibus *c* publicis absoluti fuerint. ¶ Si qui verò ex militaribus viris 1 in monasteriis converti festinant, non sunt temerè suscipiendi, nisi eorum vita fuerit subtiliter inquisita. Et juxta normam regularem debent in suo habitu per triennium probari, & tunc monachicum habitum (Deo auctore) suscipere.

1 ¶ Viris] *In aliquot vetustis Gratiani exemplaribus, & apud Ivonem legitur, numeris, ut significentur milites in breviculo, seu matricula descripti.*

DISTINCTIO LIV.

1 SErvi autem ordinari prohibentur, nisi à propriis dominis libertatem legitimam consequantur.

C. I. ¶ *Servus ad Clericatûs officium non promoveatur.*

Unde Leo Episcopus *scribit epist. 1. omnibus Episcopis per Campaniam &c.*

NUllus 1 Episcoporum *d* servum alterius ad Clericatûs officium promovere præsumat, nisi fortè eorum petitio, aut voluntas accesserit, qui aliquid sibi in eo vendicant potestatis. Debet enim *e* esse immunis ab aliis, qui divinæ militiæ est aggregandus, ut à castris dominicis, quibus nomen ejus adscribitur, nullis necessitatis vinculis abstrahatur.

1 ¶ Nullus] *Caput hoc videtur confectum ex titulo, qui in Codice canonum præponitur primo decreto Leonis primi, & ex parte posteriore ipsius decreti, in qua excepto eorum, qua priùs statuit, continetur: prior autem pars, qua hic deest, habetur 7. cdd. c.* admittuntur.

C. II. ¶ *De servili conditione nullus ad sacros ordines deveniat.*

Item ex Concilio Tribariensi 1.

NUlli *f* de servili conditione ad sacros ordines promoveantur, nisi priùs à propriis dominis legitimam libertatem consequantur: cujus liberratis charta ante ordinationem in ambone publicè legatur, & si nullus contradixerit, ritè consecrabuntur. Porrò servus non canonicè consecratus, postquam de gradu ecciderit, ejus conditionis sit, cujus fuerat ante gradum.

a *Dist. 51. c. designata.* b *Ivo p. 10. c. 124.* c *al. astrictis* orig. d *Polyc. l. 2. tit. 31. Ansel. l. 7. c. 28.* e *Burch. l. 2. c. 22. in fin. Ivo p. 6. c. 64.* f *Polyc. ibid. Burch. l. 2. c. 21. Ivo par. 6. c. 41. Pann. l. 3. c. 41.*

1 ¶ Concilio Triburiensi.] *Hujus capitis in Conc. Tribur. c. 29. sententia potiùs habetur, quàm verba, quæ aliquis ex parte videntur convenire cum eis, quæ scribuntur lib. 1. Capitul. c. 88. de ordinatione servorum, vers.* Et quandocunque.

C. III. PALEA.

[*Ex* Concilio Carthaginensi 1 primo, *cap. 1.*]

MAgnus *a* Episcopus Astiagensis dixit, quid dilectioni vestræ videtur, procuratores, actores & executores, seu curatores pupillorum si debeant ordinari? Gratus Episcopus dixit: si post depositia universa, & reddita ratiocinia, actus vitæ ipsorum fuerint comprobati in omnibus, debent & cum laude, Cleri, si postulati fuerint, honore munerari. Si enim ante libertatem negotiorum, vel officiorum ab aliquo sine consideratione fuerint ordinati, Ecclesia infamatur 2. Universi dixerunt, rectè omnia statuit sanctitas tua, ideoque ita est, & nostra ista quoque sententia.

1 ¶ Carthaginensi] *In codicibus impressis citatur ex Moguntinensi. Emendatum verò est ex Burchardo, Ivone, Decretal. in c. uni. de oblig. ad ratioc.*

2 ¶ Ecclesia infamatur.] *Sic emendatum est ex Concilio, & Decretal. & Burchardo, & Ivone. Antea legebatur,* ab ecclesia infirmentur.

C. IV. ¶ *Post donum libertatis famuli Ecclesiæ revocentur in Clerum.*

Item ex Concilio Toletano IX. *cap. 11.*

QUi *b* ex familiis *c* Ecclesiæ servituri devocantur in Clerum ab Episcopis suis, necesse est, ut libertatis percipiant donum: & si honestæ vitæ claruerint meritis, tunc demum majoribus fungantur officiis. Quos verò flagitii sordida verit incorrigibilis noxa, perpetua servitus conditionis religet in catenam.

Qui autem ordinandi, à dominis suis libertatem consequuntur, ab eorum patrociniis penitùs debent esse alieni, ut in nullo eorum obsequiis inveniantur obnoxii.

C. V. ¶ *Ad Clericatum suscipiuntur, qui nullo obsequio retento, à Dominis suis libertatem percipiunt.*

Unde in Concilio Toletano IV. *c. 72. legitur.*

QUicunque *d* libertatem à dominis suis ita percipiunt, ut nullum sibi in eis obsequium patronus retentet, isti si sine crimine *e* sunt, ad Clericatûs ordinem liberi suscipiantur, quia directâ manumissione absoluti noscuntur. Qui verò retento obsequio manumissi sunt, pro eo, quod adhuc patroni servitute tenentur obnoxii, nullatenùs sunt ad Ecclesiasticum ordinem promovendi, ne, quando voluerint eorum Domini, fiant ex Clericis servi.

C. VI. PALEA.

[*Ex* Concilio Toletano I. *cap. 22.* f]

DE *g* servorum ordinatione, qui passim ad gradus Ecclesiasticos promoventur *h*, placuit omnibus cum sacris canonibus concordari debere: & statutum est, ut nullus Episcoporum deinceps eos ad sacros ordines promovere præsumat, nisi priùs à dominis propriis libertatem consecuti fuerint. Et si quilibet servus dominum suum fugiens, aut *i* per literas, aut adhibitis testibus munere conductis vel corruptis, aut quâlibet calliditate, vel fraude ad gradus Ecclesiasticos pervenerit, decretum est, ut deponatur, & dominus ejus eum recipiat. Si verò avus, vel pater ab alia patria in aliam migrans, in eadem provincia filium genuerit, & ipse fi-

a *Ext. de oblig. ad ratioc. non ordin. cap. magnus. Burchard. l. 2. c. 36. Ivo p. 6. c. 37.* b *Ivo part. 6. c. 373.* c *al. famulu.* d *Polyc. l. 2. tit. 31. Burch. l. 2. c. 23. Ivo p. 6. c. 126. Pann. lib. 3. cap. 46.* e *crimine capitali* orig. f *Capit. l. 1. c. 88.* g *Ext. de serv. non ordin. c. 2. Burc. l. 2. c. 31. Ivo p. 6. c. 137. Pannor. l. 3. c. 163.* h *indiscretè promoventur,* capitul. i *aut latitans* capitul.

lius ibidem educatus, & ad gradus Ecclesiasticos promotus fuerit, & utrum servus sit, ignotum *a* sit, & postea veniens dominus illius legibus eum acquisierit, sancitum est, ut si dominus ejus illi libertatem dare voluerit, in gradu suo permaneat. ¶ Si verò eum catena servitutis à castris dominicis abstrahere voluerit, gradum amittat, quia juxta sacros canones, vilis persona manens Sacerdotii dignitate fungi non potest.

1 ¶ Toletano] *Sic etiam citatur apud Burchardum, & Ivonem. In Pancormia verò à versic.* si quilibet servus. *citatur ex lib. 1. Capitularium, ubi integrum extat hoc caput, atque etiam caput post hoc secundum.* De rebus verò illorum.

C. VII. ¶ *Sine patronis consensu non ordinetur, qui patrocinio cujuslibet est obligatus.*

Item ex Concilio Martini Papæ. [*id est, ex cap. Martini Episcopi Bracharensis, c. 40.*]

SI *b* quis obligatus est tributo servili, vel aliquâ conditione, vel patrocinio cujuslibet domûs, non est ordinandus Clericus: nisi probatæ vitæ fuerit, & patroni consensus accesserit.

C. VIII. PALEA.

Ex Concilio Toletano 1, *cap. 2.*

DE *c* rebus verò illorum, vel peculiari *d*, qui à propriis dominis libertate donantur, ut ad gradus Ecclesiasticos jure promoveantur, statutum est, ut in potestate dominorum consistat, quicquid ante libertatem habuerunt, utrum illis concedere, an sibi retinere *e* voluerint.

1 ¶ Toletano] *Hec Palea in capitularibus habetur conjunctè cum Palea antecedente.* De servorum: *sed apud Burchardum & Ivonem ex eodem Toletano separatim referuntur.*

Cæterùm, si à Dominis suis libertatem consecuti non fuerint, & ad Ecclesiasticos ordines aliquo modo irrepserint, Presbyter peculio amisso mulctetur, Diaconus verò aut vicarium pro se præstabit, aut in servitutem revocabitur: cæteri verò gradus non possunt quæquam à vinculo servitutis absolvere.

C. IX. ¶ *Servus si latenter irrepserit ad Sacerdotium, peculii amissione mulctetur.*

Unde Gelasius *scribit Martino f & Iusto Episcopis.*

EX *g* antiquis regulis, & novellâ Synodali explanatione comprehensum est, personas obnoxias servituti, cingulo cœlestis militiæ non præcingi. Sed nescio utrum ignorantiâ, an voluntate rapiamini, ita ut ex hac causa *h* nullus penè Episcoporum videatur extorris. Ita enim nos frequens, & plurimorum querela circumstrepit, ut ex hac parte nihil penitùs putetur constitutum. ¶ Actores *i* siquidem illustris viri filii nostri Amandi graviter conqueruntur, homines suo juri debitos, alios jam Clericos, alios jam Diaconos ordinatos, cùm non solùm post modernum Concilium (quod tantorum collectione *k* Pontificum sub omnium saluberrimæ provisionis assensu constat esse perfectum) hujusmodi personæ susci pi non deberent: verùm etiam, si qui fortè in divinæ cultu militiæ antè fuerint, ignorantiâ faciente, susceptì; eliminati prorsus, & exuti religioso privilegio, ad dominorum suorum possessiones justâ debuerint admonitione compelli. Et ideò, fratres charissimi, eos, quos supradicti viri actores in Clericatûs officio monstraverint detineri, discussos, & obnoxios approbatos, custodito legum tramite, sine intermissione restituite: ita ut si quis jam ex his Presbyter reperitur, in eodem gradu peculii sui *a* amissione mulctatus maneat. Diaconus verò aut vicarium præster, aut si non habuerit, ipse reddatur. Reliqua verò officia sciant, neminem posse ab hac obnoxietate, si convincitur, vendicari, quatenus hoc ordine custodito, nec dominorum jura, nec privilegia ullâ ratione turbentur.

C. X. ¶ *Servus Clericus factus, servituti obnoxius manet.*

Idem *Herculanio, Stephano, & Iusto Episcopis.*

FRequens *b* equidem, & assidua nos querela circumstrepit de his Pontificibus, qui nec antiquas regulas, nec decreta nostra noviter directa cogitantes, obnoxias possessionibus *c*, obligatasque personas, venientes ad Clericalis officii cingulum, non refutant. ¶ Nuper *d* enim actores illustris fœminæ Placidæ, petitorii oblatione conquesti sunt, Sabinum Marcellianensi, sive Clusinæ *e* urbis Antistitem, Antiochum servum juris patronæ suæ (absentiæ dominæ occasione captatâ) ad Presbyterii honorem usque perduxisse, ejusque fratrem Leontium Clericalis officii privilegio decorâsse. Et ideò, fratres charissimi, inter supradictos actores, & eos, qui extremæ conditionis repetuntur objectu, cognitionem vobis nostrâ auctoritate deputamus, ut omni veritate discussâ, si reverâ objectam sibi maculam justæ refragationis non poterunt ratione diluere, Leontium Clericum, quem gradus præfinitus legibus non defendit, ad sequendam conditionis sitæ necessitatem modis omnibus reddi jubeatis 1: Antiochum verò, quia propter sacerdotium reconciliari *f* non potest, si in sua Ecclesia, in hoc, in quo est, honore collocare desiderat domina, non velut redditum sibi habeat, sed pro mysteriorum celebratione susceptum.

1 ¶ Reddi jubeatis:] *In plerisque vetustis exemplaribus Gratiani, Anselmo, Ivone, & Polycarpo legitur,* redhibete: *sed ab glossam nunc est mutatum.*

C. XI. ¶ *De eodem.*

Idem *Rufino, & Aprili Episcopis.*

QUis *g* aut leges Principum, aut Patrum regulas, aut admonitiones modernas dicat debere contemni, nisi qui impunitum sibi tantùm æstimet transire commissum? Actores siquidem filiæ nostræ illustris & magnificæ fœminæ Maximæ, petitorii nobis insinuatione conquesti sunt, Sylvestrum atque Candidum, originarios suos, contra constitutiones, quæ suprà dictæ sunt, & contradictione præeunte à Lucerino Pontifice Diaconos ordinatos. Ideo, fratres charissimi, tantæ prævaricationis excessus noveritis sagaciùs inquirendos, & si constiterit querelam veritate fulciri, continuò, qui contradictione præeunte non legitimè sunt creati, à sacris officiis repellantur.

C. XII. ¶ *Nec ad religiosæ vitæ propositum, nec ad Clericatûs officium servi sine dominorum consensu admittantur.*

Idem *Episcopis per Lucaniam, &c. epist. 1. c. 16.*

GEneralis *h* etiam querelæ vitanda præsumptio est, quâ propemodùm causantur universi, passim servos & originarios, dominorum jura, possessionumque fugientes, sub religiosæ conversationis obtentu, vel ad monasteria sese conferre, vel ad Ecclesiasticum famulatum, conniventibus quippe Præsulibus, indifferenter admitti. Quæ modis omnibus est amovenda pernicies, ne per Christiani nominis institutum, aut aliena pervadi, aut publica videatur disciplina subverti: præcipuè

---

a *ignoraverit*] *capitul.* b *Ex Conc. Toletan. 1. cap. 10.* c *Burch. l. 2. c. 23. Ivo part. 8. c. 31.* d *al. peculio.* e *vendiare*] *capitul.* f *al. Martyres.* g *Sensus in epist. ad Episcopos per Lucaniam, &c. c. 16. Polyc. l. 2. tit. 31. Anselm. lib. 7. c. 29.* h *al. culpa.* i *Ivo p. 6. c. 433. Panorm. lib. 3. cap. 164.* k *al. collationes.*

a *al. sui sola.* b *Polyc. ibidem. Anselm. l. 7. c. 30.* c *al. possessoribus.* d *Ivo p. 6. c. 314. Pann. l. 3. c. 165.* e *al. Cusilinatis.* f *al. retulit.* g *supr. dist. 10. cap. 11. Justin. novel. const. 123. circa fin. Decundet p. 4. Ivo p. 6. c. 104. & part. 4. cap. 179. Panorm. lib. 2. c. 130.* h *Polyc. l. 4. tit. 34. Anselm. lib. 7. cap. 136. Ivo par. 8. cap. 100.*

cùm

cùm nec ipsam ministerii Clericalis hâc obligatione fuscari conveniat dignitatem, cogaturque pro statu militantium sibi, conditioneque jurgari, aut videri (quod absit) obnoxia. Quibus solicitâ competenter interdictione prohibitis, quisquis *a* Episcopus, Presbyter, aut Diaconus, vel eorum, qui monasteriis præesse noscuntur, hujusmodi personas apud se tenentes, non restituendas patronis, aut deinceps vel Ecclesiasticæ servituti, vel religiosis congregationibus putaverint applicandas, nisi voluntate forsitan dominorum sub Scripturæ *b* testimonio primitùs absolutas, vel legitimâ transactione concessas, periculum se proprii honoris non ambigant, communionisque subituros, si super hac re cujusquam verax nos querela pulsaverit. ¶ Magnis quippe studiis, secundùm B. Apostolum *c*, præcavendum est, ne fides & disciplina Domini blasphemetur. *Idem 2.* ¶ Nihil perire credimus Ecclesiasticis utilitatibus, si, quæ sunt aliena, reddantur.

1 ¶ Possessionumque] *Emendatum sic est ex decreto Gelasii, cum antea legeretur*, possessionemque. *Nam originarii non solùm dominis, sed fundis, ac possessionibus addicti erant. l. quemadmodum. & l. originarios. lib. 11. Cod. tit. de agric. Ac propterea supra in c.* frequens. *non est mutata vox*, possessionibus, *quamvis in plerisq; vetustis codicibus legatur*, possessoribus.

2 ¶ Idem] *Hæc non sunt inventa apud Gelasium, neque apud cæteros collectores habentur.*

1 pars. *Hoc tunc observandum est, cùm dominus & servus ejusdem professionis inveniuntur. Cæterùm si Iudæus mancipium Christianum emerit, Iudicis vel Episcopi auctoritate, etiam eo invito, ad libertatem debet perduci.*

C. XIII. ¶ *Ad libertatem perducantur mancipia Christiana à Iudæo comparata.*

Unde Gregorius *Libertino Præfecto Siciliæ, l. 2. epist. 37. seu cap. 76.*

MAncipia *d* Christiana, quæcunque Judæum comparâsse patuerit, ad libertatem juxta legum præcepta sine omni ambiguitate perducite, ne, quod absit, Christiana religio Judæis subdita polluatur.

C. XIV. ¶ *Officia publica Iudæi non sunt committenda.*

Item ex Concilio Toletano III. *c. 14.*

NUlla officia publica Judæis *e* injungantur, per quæ eis occasio tribuatur, Christianis pœnam inferre. Si qui verò Christiani ab eis Judaïsmi ritu sunt maculati, vel etiam circumcisi, non reddito pretio, ad libertatem, & religionem redeant Christianam.

De his autem, qui in infidelitate empti, ad gratiam Baptismi venire desiderant, quid fieri debeat, Gregorius Papa *scribit Fortunato Neapolitano Episcopo, lib. 3. epist. 31. seu c. 131.*

C. XV. ¶ *In libertatem vendicentur servi, qui ab infidelitate ad fidem accedunt.*

FRaternitatem *f* vestram de his oportet esse solicitam. Et si de Judæorum servitio non solùm Judæus, sed etiam quisquam Paganorum fieri voluerit Christianus, postquam voluntas ejus fuerit patefacta, ne hunc sub quolibet ingenio, vel argumento, cuipiam Judæorum venundandi facultas sit, sed is, qui ad Christianam converti fidem desiderat, defensione vestrâ in libertatem modis omnibus vendicetur. ¶ Hi *g* verò, quos hujusmodi oportet servos amittere, ne forsitan utilitates suas irrationabiliter æstiment impediri, solicitâ vos hæc convenit consideratione servare; ut si Paganos, quos mercimonii causâ de externis *h* finibus emerint, intra tres menses, dum emptor, cui *a* venditi fuerint, non invenitur, fugere ad Ecclesiam fortè contigerit, & velle se fieri dixerint Christianos, vel etiam extra Ecclesiam hanc talem voluntatem prodiderint; pretium eorum ibi à Christiano scilicet emptore percipiant. Si autem post præfinitos tres menses quisquam hujusmodi servorum velle suum edixerit *b*, & fieri voluerit Christianus, nec aliquis eum postmodùm emerit *c*, nec dominus qualibet occasionis specie audeat venundare, sed ad libertatis proculdubiò præmia perducatur: quia hunc non ad vendendum, sed ad serviendum sibi dicitur *d* comparâsse *e*.

C. XVI. PALEA.

[Idem *Ianuario Carulitano Episcopo, lib. 3. epist. 9.*]

SI *f* quilibet Judæorum servus ad venerabilia loca confugerit causâ fidei, nullatenus eum patiamini præjudicium sustinere: sed sive olim Christianus, sive nunc fuerit baptizatus, sine ullo Christianorum 1 pauperum damno, religioso Ecclesiasticæ pietatis patrocinio, in libertatem modis omnibus defendatur.

1 ¶ Christianorum] *Ioannes Diaconus in vita S. Gregorii, lib. 4. num. 44. referens hanc epistolam, & Ivo par. 13. cap. 102. habens hanc vocem: quæ tamen abest à codicibus epistolarum S. Gregorii tam impressis, quàm manuscriptis, quos sunt collati.*

C. XVII. PALEA.

[*Item* ex Concilio Toletano XII. *cap. 9.*]

ET *g* si *h* Judæorum servi, nec dum adhuc conversi, ad Christi gratiam convolaverint, libertate donentur.

C. XVIII. PALEA.

[*Item* ex Concilio Matisconensi I. *c. 16.*]

PRæsenti 1 Concilio *i*, Deo auctore, sancimus, ut nullum Christianum mancipium Judæo deinceps serviat; sed datis pro quolibet bono mancipio duodecim solidis, ipsum mancipium quicunque Christianus, seu ad ingenuitatem, seu ad servitium licentiam habeat redimendi. Et si Christianus fieri desiderat, & non permittitur, similiter faciat: quia nefas est, quem Christus Dominus sanguinis sui effusione redemit, blasphemum Christianæ religionis in vinculis tenere. Quòd si acquiescere his, quæ statuimus, quicunque Judæus noluerit, quamdiu ad pecuniam constitutam venire distulerit, liceat mancipium *k* ipsum cum Christianis, ubicunque voluerit, habitare.

1 ¶ Præsenti] *Caput hoc eodem modo refertur à Burchardo & Ivone: in Concilio tamen ipso paulo aliter habetur, & nonnulla desunt.*

C. XIX. ¶ *De eodem.*

Item ex Concilio Aurelianensi I. *cap. 10.*

SI *l* servus, absente vel nesciente domino, Episcopo tamen sciente, quòd servus sit, Diaconus, aut Presbyter fuerit ordinatus, ipso in Clericatûs officio permanente, Episcopus eum domino duplici satisfactione compenset. Si verò Episcopus eum servum nescierit, qui testimonium perhibent, aut eum supplicaverint ordinari, simili redhibitioni teneantur obnoxii.

C. XX. ¶ *De eodem.*

Item Constitutio nova.

SI *m* servus, sciente & non contradicente domino, in Clero fuerit ordinatus, ex hoc ipso, quòd constitutus est, liber & ingenuus erit. Sed si ignorante domi-

---

a *Ivo p. 16. cap. 47.* b *al. scripturis.* c *1. ad Tim. 6. 2. Pet. 2.* d *C. ne Iudæus Christianum mancipium. §. nulla.* e *al. Iudæos opus est agere.* f *Ioan. Diac. lib 4. num. 47.* g *Ivo p. 13. c. 106. Polyc. l. 7. tit. 4.* h *al. extraneis.*

a *Cui vendi debeant*] *orig.* b *al. dixerit.* c *emere*] *orig. Io. Diac. l. 4. c. 46.* d *intelligitur*] *orig.* e. *al. reservâsse.* f *Ivo p. 13. c. 102.* g *Burch. l. 4. c. 16. Ivo p. 1. c. 210.* h *Ut si*] *orig.* i *Burch. l. 4. c. 61. Ivo p. 1. c. 282.* k *al. mancipio ipsi.* l *Polyc. l. 2. tit. 31. Burch. l. 2. c. 24. Ivo part. 6. c. 125.* m *Iustin. de sanctis Episcopis. §. si servus. & in Authen. si servus. de Episc. & Cler.*

no, licet ei intra spatium unius anni, & servilem fortunam probare, & servum suum accipere. Verum a etiamsi legitimo probato experimento Monachus efficiatur, evadit jugum servitutis. Debent enim per triennium, antequam Monachi efficiantur, in monasterio permanere: posteà verò si Monachi effecti fuerint, liberi efficiuntur. Episcopalis b enim ordo liberat à fortuna servili, vel adscriptitia, sed non à curiali, sive officiali: nam & post ordinationem durat. Sed & jus c patriæ potestatis solvit Episcopalis dignitas. Adscriptitios d verò in ipsis possessionibus Clericos, etiam præter voluntatem dominorum, fieri permittimus: ita tamen, ut Clerici facti impositam sibi agriculturam adimpleant.

¶ *Extat hoc caput ad verbum in epitomis Novellarum Constitutionum ab Innocentio descripta, quæ post Codicem poni solent, utrumq; in Novella 123. c. 16. per Julianum antecessorem. Verba autem, quæ addita erant in textu,* Leo Imperator omnibus Episcopis, *videntur illuc irrepsisse ex sequenti titulo.*

C. XXI. ¶ *De eodem.*

Item Leo Papa *omnibus Episcopis, ep. 87. c. 1.*

Admittuntur e passim ad ordinem sacrum, quibus nulla natalium, nulla morum dignitas suffragatur: & qui à domibus suis libertatem consequi minimè potuerunt, ad fastigium Sacerdotii (tanquam servilis vilitas hunc honorem jure capiat) provehuntur. & f. Ab his itaque, fratres clarissimi, omnes vestræ provinciæ abstineant Sacerdotes: & non tantùm ab his, sed etiam f ab aliis originariis, vel qui alicui conditioni obligati sunt, volumus temperari, nisi fortè eorum petitio, aut voluntas accesserit, qui aliquid sibi in eos vendicant potestatis.

4 pars. *De servis monasteriis quæritur: An Ecclesiasticis officiis possint aggregari, an non? Sed famuli Ecclesiarum non sunt ordinandi, sicut suprà dictum est, nisi à proprio Episcopo libertatem consequantur. Porrò servus monasterii libertatem consequi non valet 1, non ergo ad Clericatum sibi accedere licet. Quòd autem liber fieri non possit, probatur auctoritate octavæ Synodi, in qua sic statutum legitur.*

1 ¶ Non valet.] *In primo Vaticano post hæc verba, sequitur:* qui enim sunt monasterii, in nullius jus tranfire possunt. Unde nec Abbas potest dicere, hoc meum est: non ergo, &c. *Caput autem, quod nunc à Gratiano citatur, alibi repertum non est, quàm apud Isidorum Hispalensem in reg. Monach. c. de famul. vita.*

C. XXII. ¶ *Monasterii servum Abbati vel Monacho non licet liberum facere.*

Abbati g vel Monacho monasterii servum non licebit facere liberum. Qui enim nihil proprium habet, libertatem rei alienæ dare non potest. Nam sicut etiam sæculi leges sanxerunt, non potest possessio alienari, nisi à proprio domino.

Hac auctoritate prohibentur servi adipisci libertatem recedendo ab obsequio monasterii: sed non prohibentur nanciscì libertatem promovendi ad sacros ordines. Potest enim in sacris ordinibus constituta, monasterio obsequio perpetuò deservire; ac si servus monasterii & libertatem adipisca, & sacris officiis associari valet. Unde in alio capitulo præsentis constitutionis hæc causa redditur: [Injustum est enim, ut Monachis rurale opus facientibus, servi eorum otio torpeant, ac deliciis affluant.]

1 ¶ Injustum.] *Infrà 17. quæst. 4. c. in venditionibus. vers. injustum. hoc ipsum citatur ex Concilio Agathensi, ubi etiam extat, c. 56.*

a *Authen. de Monach. §. hinc autem.* b *Tit. de sanctiss. Episcop. §. sed & quidem.* c *Authent. epistolu. de Episc. & Cleric. eod. Authent. sed epistolu. eod.* d *Auth. adscriptitios eod.* e *Anst. l. 7. c. 25. Burch. l. 2. cap. 22. Ivo p. 6. c. 64.* f *& ab aliis, quæ aut originalis, aut alicui] orig.* g *Isidorus Hispal. in reg. Monach. c. de famil. vita.*

5 pars. *Quòd autem servi Ecclesiarum (quo nomine etiam monasteris servos significari intelligimus) ad sacræ religionis propositum debeant assumi, auctoritate* Gregorii *probatur, qui in generali Synodo residens* a *dixit.*

C. XXIII. ¶ *Si conversationis probatæ fuerit famulus Ecclesiæ, potest ordinari.*

Multos b de c Ecclesiastica familia, seu sæculari militia novimus ad omnipotentis Dei servitium festinare, ut ab humana servitute liberi, in divino servitio valeant familiarius in monasteriis conversari. Quos si passim dimittimus, omnibus fugiendi Ecclesiastici juris dominium occasionem præbemus. Si verò festinantes ad omnipotentis Dei servitium incautè retinemus, illi invenimur negare quædam, qui dedit omnia. Unde necesse est, ut quisquis ex juris Ecclesiastici servitute, vel sæcularis militiæ, ad Dei servitium converti desiderat, probetur priùs in Laico habitu constitutus. Et si mores illius, atque conversatio, bono desiderio illius testimonium ferunt, absque ulla retractatione servire in monasterio omnipotenti Deo permittatur; ut à servitio humano liber recedat, qui divino amore districtiorem subitè appetit servitutem. Si autem & in Monastico habitu, secundùm Patrum regulas irreprehensibiliter fuerit conversatus, post præfixa sacris canonibus tempora, licenter jam ad quodlibet Ecclesiasticum officium provehatur: si tamen illis non fuerit criminibus maculatus, quæ in Testamento Veteri morte mulctantur.

Ecce, quomodo servi ad Clericatum assumi valeant, vel quomodo non admittantur. Liberti quoque non sunt promovendi ad Clerum, nisi ab obsequiis suis patroni fuerint absoluti.

C. XXIV. ¶ *Absque patroni assensu liberti non promoveantur ad Clerum.*

Unde in Concilio Eliberitano, *cap. 80.*

Prohibendum est, ut liberti, quorum patroni in sæculo fuerint, ad Clerum non provehantur.

DISTINCTIO LV.

1 ps *Corpore verò vitiati similiter à sacris officiis prohibentur.*

C. I. ¶ *Qui de monasterialibus desciplenis ad Clericale munus accedit, & de Laicis, anteacta ejus vita examinetur.*

Unde Gelasius Papa *Episcopis per Lucaniam & Brutios constitutis, epist. 1. c. 2. & 3. scribit, dicens.*

Priscis d igitur pro sui reverentia manentibus conditis (quæ, ubi nulla vel rerum vel temporum perurget angustia, regulariter convenit custodiri) eatenus Ecclesiis 1, quæ vel cunctis sunt privatæ ministris, vel sufficientibus usque adeò despoliatæ servitiis, ut plebibus ad se pertinentibus divina munera supplere non valeant, tam instituendi, quàm promovendi Clericalis obsequii, sic spatia dispensanda concedimus, ut si quis monasterialibus 2 disciplinis eruditus ad Clericale munus accedit, etiam de Laicis anteacta ejus vita requiratur. ¶ Ne e sit aliquo facinore infectus, vel illiteratus, vel bigamus, vel ab adolescentia sordidat 3, vel corpore vitiatus, vel servilis, vel originariæ conditionis, vel curiæ, vel publicarum rerum nexibus implicatus, vel publicâ pœnitentiâ notatus, vel nullâ congruentis temporis expectatione discussus.

1 ¶ Eatenus Ecclesiis.] *Restitutus est hic locus ex epistola Gelasii, & Ivone.*

a *al. præsidens.* b *Ex decretis B. Gregorii in extremo 11. lib. regesti, & aliqua ex parte l. 4. epist. 44. Ioan. Diac. l. 1. c. 16. In Conc. Tribur. cap. 29. Anselm. l. 7. c. 184. Polyc. l. 8. tit. 16.* c *al. ex.* d *Ivo p. 3. c. 142. & 143. Polyc. lib. 2. tit. 31. Ansl. 7. c. 47.* e *Ibid. c. 3. 3. dist. 77. si quis.*

2 ¶ Mona-

2 ¶ Monasterialibus] *Hic de industria videntur Gelasii verba mutata, & in compendium redacta: integra autem referuntur* I. *dist. 77. c.* si quis. *& ibi legenda.*

C. II. ¶ *Annua suspensioni subjaceat, qui praeter canonum formam aliquem ordinat.*

Item ex Concilio Arelatensi III. *c. 5.*

NUllus pœnitentem, nullus bigamum, nullus viduarum maritos in prædictis honoribus audeat ordinare. Et licèt hoc jam propè omnium canonum institutis contineant; tamen ne cuiquam Sacerdotum supplicantium (sicut jam diximus) importunitas, vel suggestio iniqua subrepat; necesse fuit, ut nunc severiorem regulam sibi velint Domini Sacerdotes imponere. Et ideò, quicunque ab hac die contra ea, quæ superiùs sunt comprehensa, Clericum ordinare præsumpserit, ab ea die, quâ ei potuerit hoc approbari, anno integro Missas facere *a* non præsumat. Quam rem si quis observare noluerit, & contra constitutum fratrum faciens, Missas celebrare præsumpserit, Ecclesiæ communione privetur 1, & ab omnium fratrum communione *b* noverit se alienum: quia dignum est, ut severitatem Ecclesiasticæ disciplinæ sentiat, qui toties salubriter à sanctis Patribus instituta observare contemnit.

1 ¶ Ecclesiæ communione privetur.] *Hæc verba non sunt in Concilio, & videntur eadem significare, ac sequentia: sunt tamen in vetustis quoque Gratiani codicibus.*

C. III. ¶ *Non ordinentur pœnitentes, vel illiterati.*

Item Hilarius ex Concilio Romano *ab ipso habito, c. 3.* [*paulò tamen aliter.*]

POEnitentes *c* vel insciі literarum, aut aliqua membrorum damna perpessi, ad sacros ordines aspirare non audeant. Quisquis autem talium consecrator extiterit, factum suum ipse dissolvet.

Corpore autem vitiati intelliguntur non casu, sed propriâ voluntate abscissi.

C. IV. ¶ *Qui semetipsum abscideris, non ordinetur.*

Unde in Canonibus Apostolorum, *c. 22. & 23. legitur.*

SI *d* quis abscidit semetipsum, [id est *e*, si quis amputavit sibi virilia] non fiat Clericus: quia sui est homicida, & Dei conditionis inimicus. ¶ Si quis cùm Clericus fuerit, abciderit semetipsum, omninò damnetur, quia sui est homicida.

C. V. ¶ *Non promoveantur ad Clerum, qui seipsos abscindunt.*

Item ex Concilio Arelatensi II. *c. 7.*

HI *f*, qui se, carnali vitio repugnare nescientes, abscindunt, ad Clerum pervenire non possunt.

C. VI. ¶ *Non est ordinandus, qui partem digiti volens sibi abscidit.*

Item Innocentius *scribit, Felici Nucerino Episcopo, epist. 4 cap. 1.*

QUi *g* partem cujuslibet digiti sibiipsi volens abscidit, hunc ad Clerum canones non admittunt. Cui verò casu aliquo contigit, dum aut operi rustico curam impendit, aut aliquid faciens se non ipsum percussit, hos canones præcipiunt & Clericos fieri, & si in Clero fuerint reperti, non abjici. ¶ In illis enim voluntas est judicata *h*, quæ sibi ausa fuit ferrum injicere 1; in istis verò casus veniam meruit.

1 ¶ Injicere.] *In originali sequitur, quòd scilicet & alii id facere dubitari non possit, in istis, &c.*

Similiter verò intelligendum est de iis, qui per languorem à Medicis sectantur, aut à Barbaris abscinduntur, aut à dominis castrantur.

C. VII. ¶ *Qui per languorem à Medicis desecatur, ad Clerum valet admitti.*

Unde in Nicæno Concilio, *cap. 1. legitur.*

SI *a* quis à Medicis propter languorem desectus est, aut à Barbaris excisus, hic in Clero permaneat. Si quis autem seipsum sanus abscidit, hunc & in Clero constitutum *b* abstinere convenit, & deinceps 1 nullum debere talium promoveri. Sicut autem hoc claret, quòd de his, qui hanc rem affectant, audentque semetipsos abscindere, dictum sit: sic eos, quos aut Barbari, aut domini castraverunt, si inveniuntur aliàs *c* dignissimi, tales ad Clerum susciпiat regula.

1 ¶ Et deinceps] *Hic verbum nihil respondet in Græco vulgato codice: sed optimè apud Balsamonem, quemadmodum & in Carthaginensi 6. in Capitulo Vicano Synodi à Trullo & Theatino versis.*

C. VIII. ¶ *Licèt ordinetur Episcopus, qui per hominum insidias eunuchizatur.*

Item ex canonibus Apostolorum, *c. 21.*

EUnuchus, si per insidias 1 hominum factus est, vel si in persecutione, ejus sunt amputata virilia, vel si ita natus est, & est dignus, fiat Episcopus 2.

1 ¶ Per insidias] ἐξ ἐπηρείας, id est, ex insultu, & injuria.

2 ¶ Episcopus.] *In Græcis exemplaribus non habetur vox ista, & videtur subintelligi,* κληρικὸς.

C. IX. ¶ *Non excludantur à Clero, qui à Medicis, vel Barbaris, vel à domino sua castrantur.*

Item ex Martino *Bracharensi Episcopo in Capitulis Synod. Grac. c. 21.*

SI *d* quis pro ægritudine naturalia à Medicis secta habuerit, similiter & qui à Barbaris, aut dominis suis fuerint castrati, & moribus digni fuerint visi, hos canon admittit ad Clericatûs officium promoveri. Si quis autem sanus, non per disciplinam religionis & abstinentiæ, sed per abscissionem plasmati à Deo corporis, existimans posse à se carnales concupiscentias amputari, castraverit se; non eum admitti decernimus ad aliquod Clericatûs officium. Quòd si jam antè fuerit promotus ad Clerum, prohibitus à suo ministerio deponatur.

C. X. ¶ *Non prohibetur à sacris ordinibus, qui à Medicorum incisione claudus efficitur.*

Item ex Concilio Ilerdensi.

SI *e* quis in infirmitate positus Clericus, Medicorum incisione claudus efficitur, promoveri ad sacros ordines eum non denegamus.

C. XI. ¶ *Non prohibetur à Clero, qui degitum sibi casu abscidit.*

Item Stephanus *Roberto Metensi Episcopo.*

LAtor *f* præsentium Flavius *g* scil. Clericus, ad sanctam sedem Apostolicam veniens, detulit à te nobis directam epistolam, quâ indagare studuisti, eum à Normannis nuperrimè captum, sinistræ manûs digitum habere abscissum; sciscitans, si ob hoc ad Ecclesiasticum ordinem valeat promoveri, an non. ¶ Quod & nos reperientes, quia solertia tua, magis super hoc solicita, à sede Apostolica doceri flagitat, normam justitiæ semper sequi exoptans, studium tuæ sanctitatis meritò collaudamus, reverentiam tuam scire volentes, quoniam si ita est,

---

a *al. celebrare.* b *al. charitate.* c *Anselm. l. 7. cap. 16.* d *Ex prisca versione.* e *ista est glossa in vetere versione. c. 23.* f *Si quis] orig.* g *In Concil. Trib. cap. 33. Polyc. lib. 2. tit. 31. Burc. l. 2. c. 24. Ivo p. 6. c. 58. Anselm. lib. 7. cap. 33. Panorm. l. 4. c. 43.* h *al. vindicata.*

a *In Tribur. ibid. Ansel. l. 7. c. 36. Polyc. ibid.* b ἐξευνοῦχισθῇ. c ἀδιόρθωτον. d *Ivo p. 6. c. 374. Panorm. lib 3. c. 56.* e *Concordat Triburiense c. 33 Burch. l. 2. c. 15. Ivo p. 6. c. 34. Panorm. lib 3. c. 42.* f *Ivo p. 6. c. 118. Panorm. l. 3. c. 42.* g *al. Flavianus.*

quòd à Normannis digitum ipsum habeat abscissum, ad promovendum (si alias dignus fuerit) nil ei nocebit: eò quòd quid de his, qui à dominis, vel Medicis, sive à Paganis non sponte tale quid patiuntur, sacri censeant canones, dilectionem tuam latere non credimus.

C. XII. ¶ *Tempore sinceritatis dignitas accepta sequente debilitatem amittitur.*

Item Gelasius Papa *Palladio Episcopo.*

PRæcepta a canonum, quibus Ecclesiastica regitur disciplina, sicut ad Sacerdotium debilos corpore non patiuntur venire; ita & si quis in b eo fuerit constitutus, ac tunc fuerit sauciatus, amittere non potest, quod tempore suæ sinceritatis accepit. ¶ Stephanus siquidem Presbyter petitorio nobis deflevit oblato, quod habetur 1 in subditis, olim sibi ante annos plurimos collatam Presbyterii dignitatem, quam revera immaculati corporis judicio c susceptisset; sed nuper propter provinciæ vastitatem (quam Thusciæ præ omnibus, Barbarorum feritas diversa sectantium, & ambiguitas invexit animorum) dum imminentes gladios evadere fugæ præsidio niteretur, acutis sudibus occurrentia sibi septa transiliens, inferiores partes corporis inseruisse suggessit, quæ vix adhibitâ curatione biennio potuissent abstergi d. Et ideo, frater charissime, supradicto locum suum, dignitatemque restitue, quatenus sacrosancta mysteria, sicut consuevit, exerceat. Neque enim convenit ob hoc auferri antè susceptum ordinem, in quo postmodùm in invaletudinem corporis casu probatur faciente collapsus.

1 ¶ Quod habetur] *Sic est emendatum ex Anselmo, & antiquis codicibus Gratiani. Nam hæc est usitata forma in epistolis Romanorum Pontificum, ubi propria verba petentium subjungunt. Antea legebatur:* quod haberet.

2 pars. *Hoc autem non de omnibus membris intelligendum est. Qui enim oculum casu amiserit, licèt desit voluntas, tamen Sacerdotium adipisci non potest.*

C. XIII. ¶ *Non sunt præstanda jura Sacerdotii, cui oculus erutus est.*

Unde Gelasius *e scribit Rufino Episcopo.*

SI *f* Evangelica admonitio iracundiam nec usque ad verbum furentem prosilire permittit, ne si Racha fratri suo quis dixerit, reus sit gehennæ ignis: quali putamus pœnâ plectendum esse, qui non solùm pugno impiè percussit hominem in Levitici officii ministerio servientem; sed quasi non sufficeret ad cædem manus, ita (instigante se Diabolo) raptus est ad iracundiam, ut fuste non solùm percuteret, sed etiam erueret oculum fratris? Et quamvis hujusmodi excessus graviori esset pœnâ plectendus, benè tamen fraternitas tua fecit, ab officio eum Presbyterii removere. Hoc tamen solicitudinis tuæ sit, ut locum ei pœnitentiæ constituas, & in aliquo eum monasterio retrudas, Laicâ tantummodò sibi communione concessâ. In loco autem illius alium te necesse est ordinare Presbyterum. Nam g illi, cui erutus est oculus, non possunt secundùm canones Sacerdotii jura concedi. Neque enim aliquid ei prodest, quòd oculum invitus amisit, cùm nec volens quisquam oculum amisisse credendus est; nec sacratissimos canones aliquem casum in amissione oculi, qui ad Sacerdotium adipiscendum non impediret, suis excepisse regulis invenimus: sed hoc tantummodò ad prohibitionem sufficisse videmus Patribus, ut qui careret oculo, Sacerdotii officium adipisci non possit. Sed nec illi ullatenus, quasi in compensationem injuriæ, sacratus ordo concedi poterit, qui ad tantam Sacerdotem proprium potuit iracundiam provocare, ut & ille officium, in quo erat, amitteret, & iste provectûs sui perderet facultatem.

a *Ansl. l. 7. c. 39. Ivo p. 8. c. 197. Pann. l. 3. cap. 35. Polyc. lib. 2. tit. 31.*
b *in eo altu.*] *Ivo.* c *al. indicio.* d *al. abstringi.*
e *al. Pelagius.* f *Polyc. ib. Ansl. lib. 11. cap. 69. Matth. 5.*
g *Ivo par. 7. c. 111.*

DISTINCTIO LVI.

1 pars. PResbyterorum etiam filii ad sacra officia non sint admittendi.

C. I. ¶ *Filii Presbyterorum à sacris prohibentur officiis.*

Unde Urbanus Papa II. *ait* a.

PResbyterorum b filios à sacris altaris ministeriis removemus, nisi aut in Cœnobiis, aut in Canoniis c religiosè probati, fuerint conversati.

2 pars. *Sed hoc intelligendum est de illis, qui paterna incontinentiæ imitatores fuerint. Verum si morum honestas eos commendabiles fecerit, exemplis & auctoritatibus non solùm Sacerdotes, sed etiam summi Sacerdotes fieri possunt.*

C. II. PALEA.

[*Unde* Damasus Papa *scribit* d.

OSius Papa fuit filius Stephani Subdiaconi. Bonifacius Papa fuit filius Jucundi Presbyteri. Felix Papa filius Felicis Presbyteri de titulo Fasciolæ. Agapitus Papa filius Gordiani Presbyteri. Theodorus Papa filius Theodori Episcopi de civitate Hierosolyma. Silverius Papa filius Silverii e Episcopi Romæ. Deusdedit Papa filius Stephani Subdiaconi. Felix enim tertius, natione Romanus, ex patre Felice Presbytero fuit. Item Gelasius, natione Afer, ex patre Episcopo Valerio natus est. Item Agapitus, natione Romanus, ex patre Gordiano Presbytero originem duxit. Complures etiam alii inveniuntur f, qui de Sacerdotibus nati Apostolicæ sedi præfuerunt.

¶ *In nullo vetusto Gratiani codice adscribitur hic nomen Palea. In decimo Vaticano, & aliis quibusdam habetur conjuncta cum verbo superscribus Gratiani, à versu.* Felix enim tertius, *usque ad finem. In alio autem satis etiam emendatè hæc eadem cohærent cum superscriptionibus: sed post illa verba,* ex patre Gordiano Presbytero originem duxit, *sequitur,* unde Damasus Papa scribit: Deusdedit Papa filius Stephani Subdiaconi, Bonifacius Papa filius Jucundi Presbyteri, Felix Papa filius Felicis Presbyteri de titulo Fasciolæ, Agapitus Papa filius Gordiani Presbyteri, Theodorus Papa filius Theodori Episcopi de civitate Hierosolyma, Silverius Papa filius Hormisdæ Episcopi Romæ. Complures etiam, &c. *Nec verò magnopere mirandum est hæc omnia ex Damaso citari, qui vexit ante illos, qui hic enumerantur. Liber enim, qui Pontificalis dicitur, ubi hæc scripta sunt locis legunturi, à Damaso captus est scribi: ideoque, licèt ab aliis multa deinde sint addita, retinuit tamen primi auctoris nomen. Ivo quidem eadem ferè illa refert ex Gestis Romanorum Pontificum. Omninò partem aliquam hujus capitis, saltem illam, quæ in decimo Vaticano habetur, ab ipso Gratiano scriptam esse, constat ex verbis Gratiani in extremo præcedente capite, & capite penultimo hujus distinctionis. Auctor verò Palea, dum unum per se caput conficere voluit, ordinem perturbavit, præsertim in repetitione Felicis III. & illud de Osio temerè adjecit, quod nulli Romanorum Pontificum nomen fuit.*

C. III. ¶ *Vitia parentum filiis non imputantur.*

Hinc Augustinus *ait lib. de bono conjug. c. 18.*

UNdecunque g homines nascantur, si parentum vitia non sectentur, & Deum rectè colant, honesti,

a *In Concilio Claromontensi, cap. 25. & Melphiensi, & in Concilio Innoc. II. cap. 19. Sententia est in Concil. Lateranen. sub Alex. III. par. 19. c. 2.* b *Ex decretis Greg. VII. & Urbani II.* c *al. canonicis*] *al. canonicis regularibus. Ansl. l. 6. c. 150 Ivo p. 8. c. 410. Pann. lib. 3. c. 51.* d *In Pontificali.* e *al. Hormisda.* f *Ivo in prologo, Pannorm. in prologo, c. 30. & 142. c. 32.* g *Sent. 4. dist. 11. q. 4. sicut & undecunque. infin. Ivo in prologo, & p. 8. c. 415. Pannorm. in prolog. c. 29.*

&c

& salvi erunt. Semen enim hominis ex qualicunq; homine, Dei creatura est; & eo malè utentibus malè erit, non ipsum aliquando malum erit. Sicut autem boni filii adulterorum, nulla est defensio adulterii *a*; sic mali filii conjugatorum, nullum est crimen nuptiarum.

C. IV. ¶ *De eodem.*

Item Ioannes Chrysostomus *homiliâ tertiâ in Matthæum* b.

NUnquam *c* de vitiis erubescamus parentum, sed unum illud quæramus 1, & amplectamur, virtutem videlicet. Hujusmodi enim, etiamsi alienigenam quis habeat matrem, etiamsi fornicatione pollutam, vel quolibet ejusmodi dedecore sordidatam; nihil tamen de ejus aut vilitate fuscabitur, aut crimine polluetur. Quòd si fornicatorem ipsum ad meliora conversum nequaquam prior vita commaculat, multò magis ex meretrice natus & adulterâ, si propriâ virtute decoretur, parentum suorum non dedecoratur opprobriis. *Item infrà.* ¶ Non est omninò, nec de virtute, nec de vitio parentum, aut laudandus aliquis, aut culpandus: nemo inde verè aut obscurus aut clarus est: imò etiam (si quiddam 2 à communi opinione abhorrens dicendum est) nescio, quomodo ille magis resplendet, qui ex parentibus à virtutibus prorsus alienis, ipse tamen fuerit de virtute mirabilis.

1 ¶ Quæramus,] *In versione, quæ nunc vulgata est, legitur,* atq; omnibus studiis assequamur, nobilitari propriarum honore virtutum. *Græc. integer locus sic habet:* πάθεν ἐ ἡμᾶς λέγ τῶν μεθόπω ἐγκαλύπ]εσθαι ἐπὶ τῇ τῶν πρόγονων ὠφελίᾳ, ἀλλ' ἐ μόνον ἐπιζητῆν τὴν ἀρετήν.

2 ¶ Si quiddam à communi] *Sic est emendatum ex Græco:* ἐ χρὴ τὸ παράδοξον ἐπεῖν. *Antè legebatur, quemadmodum fere & in vulgata versione, & apud Ivonem,* ut consideratius aliquid dicamus, aut expressius.

C. V. ¶ *Non parentum, sed propria culpa quemq; condemnat.*

Item Hieronymus *in epistola ad Pammachium, contra errores Ioannis Hierosolymitani.*

NAsci *d* de adulterio, non est ejus culpa, qui nascitur, sed illius, qui generat. Quomodo in seminibus non peccat terra, quæ fovet, non semen, quod in sulcis jacitur: non humor & calor, quibus temperata frumenta in germen pullulant; sed, verbi gratiâ, fur & latro, qui fraude & vi eripit semina: Sic in generatione hominum recipit terra, id est, vulva, quod suum est, receptum confovet, confotum corporat, corporatum in membra distinguit; & inter illas secretas ventris angustias Dei manus semper operatur, idemque est corporis Creator & animæ. Noli *e* despicere bonitatem figuli tui, qui te plasmavit, & fecit ut voluit. Ipse est Dei virtus, & Dei sapientia, qui *f* in utero virginis ædificavit sibi domum. Jephte *g* inter viros sanctos Apostoli voce numeratus, meretricis est filius. Sed audi, Esau de Rebecca & Isaac genitus, hispidus tam mente, quàm corpore, quasi bonum triticum in lolium, avenasq; degenerat: quia non in seminibus, sed in voluntate nascentis causa vitiorum est atque virtutum.

C. VI. ¶ *Iniquitates parentum filiis obesse non possunt.*

Item Augustinus *contra Faustum, lib. 22. c. 64.*

SPonsus *b* ille, qui vocaturus erat ad nuptias bonos & malos, suis congruens invitatis, nasci etiam voluit de bonis & malis: quo exemplo discant fideles, parentum suorum iniquitates sibi obesse non posse.

¶ *Apud B. Augustinum l. 22. contra Faustum, c. 64. sic legitur.* Fideles enim ejus venturi ex omnibus gentibus, etiam exemplo carnis ipsius discere debuerunt, parentum suorum iniquitates sibi obesse non posse. Proinde sponsus ille suis congruens invitatis, qui vocaturus erat ad nuptias bonos & malos, etiam nasci voluit de bonis & malis. *Et ex hiu compositum est hoc caput.*

C. VII. ¶ *Non alterna culpa, sed propria aliquem ab eo, quo fungitur, dejicit gradu.*

Item Gregorius *ad Columbum Episcopum Numidiæ, lib. 10. epist. 8.*

SAtis perversum, & contra Ecclesiasticam probatur esse censuram, ut frustrà pro quorundam voluntatibus quis privetur, quem sua culpa, vel facinus ab officii, quo fungitur, gradu non dejicit.

C. VIII. ¶ *Ex adulterinis natis conjunctionibus à Sacerdotio non prohibentur.*

Item Hieronymus.

DOminus *a* noster Jesus Christus voluit, non solùm de alienigenis, sed etiam de adulterinis commistionibus nasci: nobis magnam fiduciam præstans, ut qualicunque modo nascamur, dum tamen ejus vestigia imitemur, ab ipsius corpore non separemur, cujus per fidem membra effecti sumus. Et sicut illè verus est Pontifex, ex adulterinis natus conjunctionibus; ita qualicunq; ordine natus sit aliquis, tantùm *b* ut perfectam fidem habeat, & quod fide tenet, operibus impleat, sitque literatus, & vir uniusuxoris, nequaquam à Sacerdotio repellitur. Judas *c* enim Patriarcha concubuit cum Thamar nuru suâ, & ex illo concubitu nati sunt Phares & Zaram: inde postea Salmon, qui fuit dux in deserto: inde Obeth 1: inde quoque Booz *d*: inde postèà Isai, qui fuit pater David. Ex illa ergò progenie origo ducitur Christi, qui verus Sacerdos est: ideoque si filii ejus sumus, quæ ipse fecit, nos imitari debemus.

1 ¶ Inde Obeth] *In primo capite Evangelii S. Matthæi, Booz dicitur genuisse Obeth.*

C. IX. ¶ *A populo Dei non separat aliquem materna conditio, sed propria culpa.*

Item Augustinus *de unico Baptismo contra Donatistas, lib. 1. c. 15.*

ISmaël *e*, ut separaretur à populo Dei, non obfuit mater ancilla, sed obfuit fraterna discordia; nec profuit potestas uxoris, cujus magis filius erat, quia per ipsius jura conjugalia, & in ancilla seminatus erat, & ex ancilla susceptus.

3 pars. *Contrà* Bonifacius *Martyr scribens Echeldobaldo Regi Anglorum.*

C. X. ¶ *Vitia parentum etiam ad posteros transferuntur.*

SI *f* gens Anglorum (sicut per istas provincias divulgatum est, & nobis in Francia & in Italia improperatur, & ab ipsis Paganis improperatum est) spretis legalibus connubiis, adulterando & luxuriando, ad instar Sodomiticæ gentis, fœdam vitam duxerit; de tali commistione meretricum æstimandum est degeneres populos, & ignobiles, & furentes libidine fore procreandos, & ad extremum universam plebem ad deteriora & ignobiliora vergentem, & novissimè nec in bello seculari fortem, nec in fide stabilem, & nec honorabilem hominibus, nec Deo amabilem esse venturam; sicut aliis gentibus Hispaniæ, & Provinciæ, & Burgundiorum populis contigit, quæ sic à Deo recedentes fornicata sunt, donec judex *g* omnipotens talium criminum ultrices

a *al. adulteriorum.*] *orig.* b *ad illa verba, Iudas autem genuit, &c.* c *Sent. ibidem. Ivo p. 8. cap. 414.* d *Ivo p. 8. c. 414.* e *Eccles 33.* f *1. Cor. 1.* g *Iud. 11.* h *Matth. 22.*

a *Ansel. lib. 6. cap. 149. Tolet. l. 2. tit. 31. Burch. l. 2. c. 31.* b *al. tamen.* c *Gen 31.* d *Ruth. 4.* e *Ivo p. 8. cap. 61. Pann. lib. 6. c. 47.* f *Ivo p. 8. c. 224.* g *al. vindex.*

pœnas per ignorantes 1 legem Dei, id est a, per Saracenos venire, & fœvire permisit.

1 ¶ Per ignorantes] *In epistola B. Bonifacii Martyris, (quæ tamen cum multis aliis extat manuscripta in codice sæpè memorato Bibliothecæ Dominicanæ) legitur:* per ignorantiam legis Dei & per Saracenos, &c. *cum qua lectione concordant aliquot vetusta Gratiani exemplaria, & ferè etiam Ivo.*

C. XI. ¶ *Si religiosi inventi fuerint filii Sacerdotum, ordinentur.*

Unde Urbanus *in fine superioris capitis distinguendo subjunxit.*

¶ *Rubrica hujus capitis abest ab aliquot vetustis (neq; enim est ulla capitis distinctio) & præponitur sequenti capiti,* Apostolica.

Nisi b aut in Cœnobiis, aut in Canoniis c religiosè probati fuerint conversari.

C. XII. ¶ *De eodem.*

Item Alexander II.

Apostolicâ d auctoritate præcipimus vobis, ut si eum, qui ab Ecclesia electus est, altero digniorem esse, canonicamque ejus electionem probaveritis, fulti nostrâ auctoritate consecretis. Nam pro eo, quòd filius Sacerdotis dicitur, si cæteræ virtutes in eum conveniant, non rejicimus, sed suffragantibus meritis connivendo eum recipimus.

Hoc autem, quod de filiis Sacerdotum dicitur, ex dispensatione Ecclesiæ introductum videtur: & quod ex dispensatione introducitur, ad consequentiam regula trahi non potest.

C. XIII. ¶ *Filii Sacerdotum non prohibentur ab Episcopatu, si cæteræ virtutes in eis inveniantur.*

Unde Urbanus Papa II. *scribit Bartholomæo Turon. Archiepiscopo.*

Cœnomanensem e electum, pro eo, quòd filius Sacerdotis dicitur, si cæteræ virtutes in eum conveniunt, non rejicimus, sed suffragantibus meritis patienter suscipimus: non tamen, ut hoc pro regula in posterum assumatur, sed ad tempus Ecclesiæ periculo consulitur.

Cum ergò ex Sacerdotibus nati, in summos Pontifices suprà f legantur esse promoti, non sunt intelligendi de fornicatione, sed de legitimis conjugiis nati: quæ Sacerdotibus 1 ante prohibitionem ubiq; licita erant, & in Orientali Ecclesia usque hodie ea licere probatur.

Quòd autem vitiosa originis semina imputari negatur, videtur esse contrarium illi sententiæ, g [Adulterorum filii abominatio sunt Domino.] *Sed sicut suprà dictum est de Presbyterorum filiis, ita & hoc de filiis adulterorum intelligendum videtur; ut illi dicantur esse abominatio Domino, ad quos paterna flagitia hæreditariâ successione descendunt. Similiter & illud* Urbani *intelligendum est, quod ipse scribit Petronio Legionen. Episcopo.*

1 ¶ Sacerdotibus ante] *Hic ostendit apertè Gratianus, se in ea fuisse opinione, aliquando in Latina Ecclesia Presbyteris etiam licuisse uti conjugio, quod in Ecclesia Græcorum & olim & nunc pernecessium est. Id verò meminisse ita esse, superius initio dist. 31. est annotatum. De illo verò, quos antea narravit, creatos fuisse summos Pontifices, dicendum est, eos, antequam Patres ipsorum ullo sacro ordine essent decorati, fuisse generatos.*

C. XIV. ¶ *De eodem.*

Quia h simpliciter ad sedem Apostolicam veniens humiliter peccatum confessus es, quod Pontificii tui videbatur officium impedire, videlicet, quòd ex matre non legitima procreatus sis, quam vivente propriâ uxore pater tuus cognoviſſe dignoscitur i: Nos Apostolicæ mansuetudinis gratiâ admonente, à cæteris, quæ Sacerdotium impediunt, criminibus, tam tui professione, quàm fratrum testimonio, qui tecum sunt, immunem te agnoscentes, & vitam tuam religiosam audientes, ab hujus te peccati vinculo absolutum, in suscepto Sacerdotali officio confirmamus.

a *al. etiam.* b *Suprà eâd. cap. Presbyterorum.* c *al. canonicis.* d *Anſel. lib. 6. cap. 29.* e *Anſel. lib. 6. cap. 29. Pann. lib. 3. c. 31.* f *sup. eâd. c. Osius.* g *Sap. 3. sed paulo aliter.* h *Pann. lq. c. 54.* i *al. dicitur.*

DISTINCTIO LVII.

Item, qui in ægritudine constitutus baptizatur, Presbyter ordinari non debet.

¶ *Non ordinetur Presbyter, qui in ægritudine constitutus baptizatur.*

Unde in Neocæsariensi Concilio, *c. 12. legitur.*

Si a quis in ægritudine constituras fuerit baptizatus, Presbyter ordinari non debet. Non enim fides filius voluntaria, sed ex necessitate est: nisi forte posteà ipsius studium & fides probabilis fuerit, aut b hominum raritas exegerit.

¶ *Quod autem hic statuit, videtur multò antè in Romana Ecclesia observatum: quemadmodum ex epistola Cornelii Papæ de Novatano patet, cujus verba, tralata ab Eusebio Historia Eccles. lib. 6. c. 35. istuc spectantia, hæc sunt:* Qui quidem, ubi Exorcistarum præsidio, spiritu illo malo esset liberatus, & post in tam gravem morbum, ut jam fermè mori putaretur, incidisset; in lecto, in quo decumbebat, aquâ circumfusus baptismum accepit. *& paulo post, cum de ejus ordinatione agit, adjungit:* Qui quidem Episcopus, non solum ab universo Clero, sed etiam à multis Laicis vetitus; quoniam minimè licebat quenquam in lecto propter morbum baptizatum, sicut huic contigerat, in Clerum assumi; magnopere postulabat, sibi potestatem dari, huic soli manus in sortem Presbyterii imponendi.

DISTINCTIO LVIII. ¶

Item ex Monachali habitu nullius assumitur ad Ecclesiasticum officium, nisi fuerit oblatus voluntate proprii Abbatis.

C. I. ¶ *Monachus non ordinetur Clericus, nisi voluntate Abbatis Episcopo fuerit oblatus.*

Unde c Gregorius *scribit Mariano Episcopo Ravennati, lib. 7 epist. 11.*

Nullus ad Ecclesiasticum officium ex monasterio producatur Monachus; nisi quem Abbas loci admonitus propriâ voluntate obtulerit Episcopo.

C. II. ¶ *De eodem.*

Item ex Concilio Carthaginensi V. *c. 13.* d

Si quis de alterius monasterio repertum 1, vel ad Clericatum promovere voluerit, vel in suo monasterio majorem monasterii constituere 2; Episcopus, qui hoc fecerit, à cæterorum communione sejunctus, suæ tantùm plebis communione contentus sit, & ille neq; Clericus 3, neque Præpositus perseveret.

1 ¶ Repertum,] *Græce legitur:* ἐὰν τις ἀπ' ἀλλοτρίας μονασ τηρίας τινὰ ἐξενέγκῃ τινα, *id est,* si quis ab alieno monasterio receperit aliquem.

2 ¶ Constituere;] *Antè sequebatur,* sine licentia Abbatis & Monachorum: *quæ verba sunt expuncta; quia absunt à Concilio Carthagin. & Africano, & plerisque vetustis Gratiana codicibus.*

3 ¶ Clericus,] *Sequebatur,* neq; Canonicus, *quæ ob eadem causas sunt sublata.*

DISTINCTIO LIX.

Item, qui Ecclesiasticis disciplinis imbuti, & temporum approbatione discussi non sunt, ad sanctum Sacerdotium non assurgant.

a *Polyc. lib. 2. tit. 31. Burch. l. 4. cap. 43. Ivo p. 1. c. 2. & p. 6. c. 101.* b *al. &.* c *paulo aliter.* d *& in Afric. c. 47.*

C. I.

C. I. ¶ *Non assumat ad summum Sacerdotium, qui Ecclesiasticis disciplinis non est imbutus.*

Unde ait Zozimus Papa *ad Hesychium Salernitanum Episcopum, epist. 1.*

QUi [a] Ecclesiasticis disciplinis imbutus per ordinem non est, & temporum [b] approbatione divinis stipendiis eruditus, nequaquam ad summum Ecclesiæ Sacerdotium aspirare præsumat: & non solùm in eo ambitio inefficax habeatur; verùm etiam in ordinatore [c] culpa, ut careant eo ordine, quem sine ordine contra præcepta Patrum crediderant præsumendum.

C. II. ¶ *Ad Sacerdotale officium nullus, nisi per singulos gradus probatus, accedat.*

Idem *eadem epistolâ.*

SI [d] officia scecularia principem locum, non vestibulum actionis ingressis, sed per singulos [e] gradus examinatis, temporibus deferunt; quis illic tam arrogans, tam impudens inventur, ut in cœlesti militia, quæ propensiùs ponderanda est, & sicut aurum, repetitis ignibus exploranda, statim dux esse desideret, cùm tyro antè non fuerit, & priùs velit docere, quàm discere? Assuescat in Domini castris, in Lectorũ primitùs gradu divini rudimenta servitii; nec illi vile sit Exorcistam, Acolythum, Subdiaconum, Diaconum per ordinem fieri: nec hoc saltu, sed statutis majorum ordinatione temporibus. Jam verò ad Presbyterii fastigiũ talis accedat, ut & nomen ætas impleat, & meritum probitatis stipendia antecacta testentur. Jure inde summi Pontificis locum sperare debebit. Facit hoc nimia remissio Consacerdotum nostrorum, qui pompam multitudinis quærunt, & putant ex hac turba aliquid sibi dignitatis acquiri. Hinc passim numerosa populariras, etiam his locis, ubi solitudo est, taliam reperitur, dum [f] parochias extendi cupiunt, aut quibus aliud præstare non possunt, divinos ordines largiuntur. Quod oportet districti semper esse judicii. Rarum est enim omne, quod magnum est.

1 ¶ Idem] *Caput hoc antea tribuebatur Urbano. Emendata est inscriptio ex plerisque vetustis Gratiani exemplaribus: habetur enim in eadem epistola.*

C. III. ¶ *Cujuslibet meriti Laicus ad summum non assurgat Sacerdotium.*

Item Gregorius *lib. 7. reg. epist. 114.*

HOc [g] ad nos perveniſſe non dissimili dignum detestatione complectimur, quòd quidam desiderio honoris inflati, defunctis Episcopis tonsurantur, & fiunt repente ex Laicis Sacerdotes, atque invesecundè religiosi propositi [h] ducatum arripiunt, qui nec esse adhuc milites didicerunt. Quid putamus, quod isti subjectis præstituri sunt, qui antequam disciplinatûs limen attingant, tenere magisterii locum non formidant? Qua de re necesse est, ut quamvis inculpati quisque sit meriti, ante tamen per distinctos ordines Ecclesiasticis exerceatur officiis.

C. IV. ¶ *Non assumat ad summum Sacerdotium, qui Ecclesiasticis disciplinis non est imbutus.*

Item Cœlestinus *Episcopis Galliarum, epist. 1. c. 3.*

ORdinatos [i] verò quosdam, fratres charissimi, Episcopos, qui nullis Ecclesiasticis ordinibus ad tantæ dignitatis fastigium fuerint instituti, contra Patrum decreta, hujus usurpatione, qui se hoc recognoscit feciſſe, didicimus, cùm ad Episcopatum his gradibus, quibus frequentissimè cautum est, debeat perveniri, ut minoribus initiati officiis ad majora firmentur. Debet enim antè esse discipulus, quisquis doctor esse desiderat, ut possit docere, quod didicit: omnis vitæ institutio hâc, ad id quò tendit, se ratione confirmat. Qui minimè literis operam dederit, præceptor non potest esse literarum. Qui non per singula stipendia creverit, ad meritum ordinem stipendii non potest pervenire. Solum Sacerdotium inter ista, rogo, vilius est, quod facilius tribuitur, cùm difficiliùs impleatur.

a *Anselm. l. 6. cap. 28. Ivo part. 5. cap. 102. supra dist. 36.* b *temporis] orig.* c *al. ordinatores ejus careant.* d *Ansel. l. 6. c. 28.* e *al. plurimos] orig.* f *al. duos per parochias.* g *Ans. lib. 6. cap. 32. Polyc. lib. 2. tit. 1.* h *al. propositi.* i *Burchard. l. 1. cap. 18. Ivo p. 5. c. 72.*

DISTINCTIO LX.

FAcere ostensum ex parte est, qui possint ad Sacerdotii ordinem promoveri, & qui non. Nunc autem considerandum est, ex quibus ordinibus in Archipresbyterum, vel Præpositum, vel Episcopum, vel Archiepiscopum sint eligendi.

C. I. ¶ *Archipresbyter, vel Diaconus, aut Archidiaconus non nisi Diaconus, aut Presbyter ordinetur.*

De hâc ita statutum est in Concilio Urbani Papæ, *celebrato Alvernia.*

NUllus Episcopus in Ecclesia sua, nisi Diaconus sit, Archidiaconum instituere; nec Archipresbyterum, aut Decanum, nisi Presbyteri sint, ordinare præsumat. Quod, ut districtius teneatur, Apostolicâ auctoritate prohibemus & interdicimus.

¶ *In capitibus manuscripti Concilii Claromontensis habiti ab Urbano II. (quæ non sunt decreta ipsius Concilii, sed summa quædam ipsorum) in tertio hæc leguntur, quæ ad præsentem canonem faciunt:* ut nullus fiat Decanus in Ecclesia, nisi Presbyter; nullus Archidiaconus, nisi Levita.

C. II. ¶ *Nullus in Præpositum, vel Archipresbyterum, nisi Presbyter; nullus in Archidiaconum, nisi Diaconus ordinetur.*

Item Calixtus Papa.

NUllus in Præpositum, nullus in Archipresbyterum, nullus in Decanum, nisi Presbyter; nullus in Archidiaconum, nisi Diaconus ordinetur.

¶ *Et rubrica & caput emendata sunt ex manuscriptis codicibus.*

C. III. ¶ *De eodem.*

Item Innocentius secundus *in Concilio Romano, cap. 10.*

INnovamus [a] autem, & præcipimus, ut nullus in Archidiaconum, vel Decanum, nisi Diaconus, vel Presbyter ordinetur. Archidiaconi verò, vel Decani, vel Præpositi, qui infra ordines prænominatos existunt, si inobedientes ordinari contempserint, honore suscepto priventur. Prohibemus autem, ne adolescentibus, vel infra sacros ordines constitutis, sed qui prudentiâ & merito vitæ clarescunt, prædicti concedantur honores.

Horum unum propter procacitatem quorundam statutum est, qui nomen Præpositura adepti, officium contemnunt, nolentes fieri Sacerdotes: alias enim inane esset, cùm etiam in Episcopum eligi possint in Subdiaconatu constituti, juxta illud Urbani 1 Papæ.

1 ¶ Urbani] *Inc. à multis. extrà de ætate & qualit. tanquam decretum Urbani primi citatur. Apud Ivonem verò, & in Panormia, ex Synodo Beneventana, quæ tempore Victoris tertii, sub Urbanus secundus successit, habeta sunt. Nam Urbanus primus centum plus minùs annis Nicænam Synodum antecessit.*

C. IV. ¶ *Non eligatur in Episcopum, nisi in sacris ordinibus constitutus.*

NUllus [b] in Episcopum eligatur, nisi in sacris ordinibus religiosè vivens fuerit inventus. Sacros autem

a *Concordat Eugenius II. in Concil. Rhemensi, cap. 6. Pann. l. 2. c. 149.* b *Ivo p. 5. c. 72. Pann. l. 3. c. 3.*

ordines dicimus Diaconatum, & Presbyteratum. Hos siquidem solos *a* primitiva legitur habuisse Ecclesia: Subdiaconos verò, quia & ipsi altaribus ministrant, opportunitate exigente concedimus, si tamen spectatæ sint religionis & scientiæ. Quod ipsum non sine Romani Pontificis, vel Metropolitani licentia *b* 1 fieri permittimus.

Alterum verò, ut ex Episcopum, vel Archiepiscopum, nisi in sacris ordinibus constitutus non eligatur, propter dignitatem ordinis statutum est.

1 ¶ Licentia] *Sic mutatum est ex dicto cap.* à multis, *Ivone, & Pannormiâ: quamvis etiam in vetustis Gratiani codicibus legatur*, scientia.

DISTINCTIO LXI.

1 ps *Item Laïci non sunt in Episcopos eligendi: sed per singulos ordines priùs sunt probandi.*

C. I. ¶ *Sacerdotes ex Laïcis non sunt ordinandi.*

Unde Gregorius *Brunichildæ Reginæ Francorum, lib. 7. reg. epist. 119.*

SAcerdotale *c* officium vestris in partibus in tantam (sicut didicimus) ambitionem perductum est, ut Sacerdotes subitò, quod grave nimis est, ex Laïcis ordinẽtur.

C. II. ¶ *De eodem.*

Item Hormisda Papa *Episcopis per Hispaniam constitutis, epist. 3. c. 1.*

IN *d* Sacerdotibus eligendis curam oportet esse perspicuam. Irreprehensibiles enim esse convenit, quos præesse necesse est corrigendis. *& infrà.* ¶ Longâ debet vitam suam probatione monstrare, cui gubernacula committuntur Ecclesiæ.

C. III. ¶ *De eodem.*

Idem *eodem loco continenter.*

NOn *e* negamus esse in Laïcis Deo placitos mores, sed milites suos probatos sibi quæsierunt institutis fidelium. Discere priùs quisque debet, antequam doceat, & exemplum religiosæ conversationis de se potius aliis præstare, quàm sumere. Emendatiorem esse convenit populo, quem necesse est orare pro populo. Longâ observatione religiosus cultus tradatur, ut luceat: & Clericalibus obsequiis erudiendus inserviat, ut ad venerandi gradûs summam perductus, quis sit fructus humilitatis, ostendat. *& infrà.* ¶ Nec tantùm de Laïcis consecrari inhibemus; sed nec de pœnitentibus quidem quisquam ad hujusmodi gradum profanus temerator aspiret. Satis illi postulanti sit veniam concedi: quâ conscientiâ absolvat reum, qui se peccata suo populo scit teste confessum? Quis enim, quem paulò antè vidit jacentem, veneretur Antistitem? Præferens memorandi *f* criminis labem, non habet lucidam Sacerdotii dignitatem.

¶ *In plerisq; vetustis Gratiani codicibus caput hoc conjunctum est superiori: quemadmodum est in ipsâ Hormisdâ epist.*

C. IV. ¶ *De eodem.*

Item Innocentius Papa *ad Aurelium Carthaginensem Episcopum, epist. 12.*

MIserum *g* est, cum magistrum fieri, qui nunquam discipulus fuit; eum summum fieri Sacerdotem, qui nunquam in ullo gradu obsecutus fuerit Sacerdoti.

C. V. ¶ *De eodem.*

Item Leo Episcopus *ad Episcopos Africanos, epist. 85. al. 87. c. 1.*

MIramur *h* tantùm apud vos per occasionem temporis impacati, aut ambientium præsumptionem, aut tumultum valuisse popularem, ut indignis quibusque, & longè extra Sacerdotale meritum constitutis, Pastorale fastigium, & gubernatio Ecclesiæ crederetur. Non est hoc consulere populis, sed nocere; nec præstare regimen, sed augere discrimen. Integritas enim præsidentium, salus est subditorum: & ubi est incolumitas obedientiæ, ibi sana est forma doctrinæ. ¶ Principatus 1 autem *a*, quem aut seditio extorsit, aut ambitus occupavit, etiamsi moribus atque actibus non offendit, ipsius *b* tamen initii sui est perniciosus exemplo. Et difficile est, ut bono peragantur exitu, quæ malo sunt inchoata principio. ¶ Quod *c* si in quibuslibet Ecclesiæ gradibus providenter, scienterq; curandum est, ut in Domini domo nihil sit inordinatum, nihilq; præposterum; quantò magis elaborandum est, ut in electione ejus, qui supra omnes gradus constituitur, non erretur? Nam totius familiæ Domini status & ordo nutabit, si, quod requiritur in corpore, non inveniatur in capite. Ubi est illa beati Pauli Apostoli per Spiritum Dei emissa præceptio? quâ in persona Timothei omnium Sacerdotum Christi numerus eruditur, & proinde unicuique nostrum dicitur: [*Manus d citò nemini imposueris, neque communicaveris peccatis alienis.*] Quid 2 est *e* citò manus imponere, nisi ante maturitatem ætatis, ante tempus examinis, ante meritum laboris *f*, ante experientiam disciplinæ Sacerdotalem honorem tribuere non probatis? Et quid est communicare peccatis alienis, nisi talem effici ordinantem, qualis ille est, qui non meruit ordinari? ¶ Sicut *g* enim boni operis sibi comparat fructum, qui rectum tenet *h* in eligendo Sacerdote judicium; ita gravi lemetipsum afficit damno, qui ad sitæ dignitatis collegium sublimat indignum. Non enim in cujusquam persona prætermittendum est, quod institutis generalibus continetur: nec putandus est honor ille legitimus, qui fuerit contra *i* divinæ legis præcepta collatus. *& infrà.* ¶ Meritò sanctorum Patrum venerabiles sanctiones, cùm de Sacerdotum electione loquerentur, eos demùm idoneos sacris administrationibus censuêre, quorum omnis ætas, à puerilibus exordiis usque ad perfectiores *k* annos per disciplinæ Ecclesiasticæ stipendia cucurrisset, ut unicuique testimonium prior vita præberet, nec posset de ejus provectione dubitari, cui pro laboribus multis, pro moribus castis, pro actibus strenuis celsioris loci præmium deberetur. ¶ Si enim ad honores mundi sine suffragio temporis, sine merito laboris, indignum est pervenire, & notari ambitus solent, quos probitatis documenta non adjuvant; quàm diligens, & quàm prudens habenda est dispensatio divinorum munerum, & cœlestium dignitatum?

1 ¶ Principatus] *In plerisque manuscriptis Gratiani codicibus legitur*, Principatus, &c. *& infrà.* Quòd si, &c. *Id autem factum videtur, quia infrà 1. q. 1. c.* principatus, *citatur hoc versiculus, prout notatur in glossâ, quæ in illo etiam vetustis exemplaribus est, in quibus alia glossa non habentur.*

2 ¶ Quid est] *Sic in iisdem manuscriptis legitur:* Quid est citò manus imponere, &c. *& infrà:* Sicut enim. *& in margine citatur*, infrà dist. 78. c. quid est manus.

C. VI. ¶ *Non sunt eligendi ad Episcopatum, nisi quos probabilis vita commendat.*

Item ex Concilio Laodicensi, *c. 12.*

EPiscopum *l* non oportet præter judicium Metropolitanorum, & finitimorum Episcoporum constitui ad Ecclesiæ principatum. Nec eligantur, nisi hi, quos

a *al. sacros.* b *al. scientia.* c *Anselm. lib. 6. cap. 77. Polyc. lib. 2. tit. 1.* d *Polyc. ibid. Anselm. lib. 6. cap. 22.* e *Anselm. ibid. Polyc. ibid.* f *al. miserandi*] *orig.* g *Polyc. ibid. Anselm. l. 6. cap. 24.* h *Ivo p. 3. c. 114.*

a *1. quæst. 1. cap. principatus. Polyc. l. 2. tit. 1. Anselm. lib. 6. cap. 2.* b *al. ipse.* c *Anselm. l. 6. cap. 35.* d *1. Tim. 3.* e *Infrà d. 78. quid est manus.* f *al. obedientiæ.* g *Polyc. ibid.* h *al. sentiatur.* i *de prævaricatione collatus.*] *orig.* k *al. prevenerit.* l *Supra dist. 24. c. Episcopi.*

multò

multò antè nota, probabilisq; vita commendat, & nihilominus, si in sermone a fidei, & recta operatione per suam conversationem fuerint probati.

C. VII. ¶ *De eodem.*

Item Cœlestinus *ad Episcopos Apulia, & Calabria, epist. 3. cap. 2.*

QUid b proderit per singula Clericos stipendia militâsse, & omnem egisse in Dominicis castris ætatem, si hi, qui præfuturi sunt, ex Laicis requirantur? qui vacantes sæculo, & omnem Ecclesiasticum ordinem nescientes, saltu præpropero c in alienum honorem ambiunt immoderatâ cupiditate transcendere, & in aliud vitæ genus (calcatâ reverentiâ Ecclesiasticæ disciplinæ) transire? Talibus itaq; fratres charissimi, qui juris nostri, id est, canonum gubernacula custodimus, necesse est obviemus: hisq; fraternitatem vestram epistolis commonemus, ne quis Laicum ad ordinem Clericatûs admittat, & sinat fieri, unde & illum decipiat, & sibi causas generet, quibus reus constitutorum d decretalium fiat.

C. VIII. ¶ *Rudibus & imperitis gubernacula Ecclesiæ non sunt committenda.*

Item Leo, *epist. 87. al. 17. c. 1. ad Episcopos Africanos.*

STatuimus 1, ne e in aliquo Apostolica & Canonica decreta violentur, & ne his Ecclesia Domini regenda credatur, qui legitimarum institutionum nescii, & totius humilitatis ignari, non ab infimis sumere incrementum, sed à summis volunt habere principium: cùm valde iniquum sit & absurdum, ut imperiti magistris, novi antiquis, & rudes præferantur emeritis.

1 ¶ Statuimus.] *In epistola ipsa conjunguntur verba hujus capitis cum extremis verbis capitis,* Miramur. *suprà eâdem, hoc modo:* quàm diligens, & quàm prudens habenda est dispensatio divinorum munerum, & cœlestium dignitatum, ne in aliquo Apostolica & Canonica decreta violentur, & his Ecclesia Domini, &c. *totaq; oratio per interrogationem profertur.*

His omnibus auctoritatibus Laici prohibentur ne Episcopatum eligi.

2 pars. *Econtrà Beatus Nicolaus ex Laico electus est in Episcopum: beatus Severus ex lanificio assumptus est in Archiepiscopum: beatus Ambrosius, cùm nondum esset baptizatus, in Archiepiscopum est electus.* ¶ *Sed sciendum est, quod Ecclesiasticæ prohibitiones proprias habent causas, quibus cessantibus, cessant & ipsæ. Ut enim Laicus in Episcopum non eligeretur, hac causa fuit, quia vita Laicalis Ecclesiasticæ disciplinis per ordinem non erudita, nesciat exempla religionis de se præstare alijs, qua in seipsa experimento non didicit. Cum ergò quilibet Laicus meritò sua perfectionis Clericalem vitam transcendit, exemplo beati Nicolai, & Severi, & Ambrosij, ejus electio posset rata haberi.*

C. IX.

Unde idem Ambrosius *in epistola 82. ad Vercellenses, aut de seipso.*

NEophytus prohibetur ordinari, ne extollatur in superbiam. Sed si non deest humilitas competens Sacerdotio, ubi causa non hæret, vitium non imputatur. Itaque ordinationem meam Occidentales Episcopi judicio, Orientales etiam exemplo probârunt.

¶ *In aliquot vetustis exemplaribus caput hoc conjunctum est superiori. Nam Gratianus (quod sæpè facit) sententiam potius B. Ambrosij afferre voluit, quàm ipsa omninò, atq; eodem servato ordine, verba referre. Locus enim integer sic habet:* Quàm resistebam, ne ordinarer, postremò cùm cogerer, saltem ordinatio protelaretur. Sed non valuit præscriptio, valuit impressio. Tamen ordinationem meam Occidentales Episcopi judicio, Orientales etiam exemplo probârunt. Et tamen Neophytus prohibetur ordinari, ne extollatur superbiâ. Si dilatio ordinationi defuit, vis cogentis est: si non deest humilitas competens Sacerdotio, ubi causa non hæret, vitium non imputatur.

C. X. ¶ *Scholasticus ex foro, aut ex administratione postulari potest Episcopus.*

Item objicitur illud Sardicensis Concilii, *c. 13.*

OSius a Episcopus dixit. Et hoc necessarium arbitror, ut diligentissimè tractetur, si fortè aut dives Laicus 1, aut Scholasticus de foro, 2 aut de b administratione Episcopus fuerit postulatus, ut non priùs ordinetur, nisi antè & Lectoris munere, & officio Diaconi, aut Presbyteri fuerit perfunctus: & ita per singulos gradus (si dignus fuerit) ascendat ad culmen Episcopatûs.

1 ¶ Laicus,] *Abest vox ista à Concilio: sed ob glossam non est indulta.*

2 ¶ De foro, aut de administratione] *Græcè tantummodo est,* ἀπὸ τῆς ἀγορᾶς.

3 pars. *Sed c aliud est postulari, aliud eligi. Postulatur nexibus curiæ adstrictus ab Imperatore; Clericus alterius civitatis à suo Episcopo: sed non eligitur aliquis, nisi in sacris ordinibus constitutus. Fit enim electio cum solennitate decreti omnium subscriptionibus roborati; postulatio verò simplici petitione. Quam distinctionem* B. Gregorius *innuit in regesto,* d *lib. 2. epist. 19. scribens Benenato Episcopo.*

C. XI. ¶ *Electio Episcopi debet fieri cum solennitate decreti, omnium subscriptionib. roborati.*

EPiscopus, dum fuerit postulatus, cum solennitate decreti, subscriptionibus omnium roborati, & dilectionis tuæ testimonio literarum ad nos sacrandus occurrat.

Sic beatus Ambrosius 1 ante susceptum Baptisma ab Imperatore est postulatus, non electus.

1 ¶ Ambrosius] *Quòd Synodus elegerit Ambrosium & non Imperator, ostenditur in 2.* Valentinianus. *infrà dist. 63. Ac de sua electione ipsemet Ambrosius refert aliqua lib. 1. offic. c. 1. & de pœn. lib. 2. c. 1. & in epistola ad Vercellenses.*

4 pars. *Item Clerici alterius Ecclesiæ non sunt præferendi in electione eu, qui benè militant in propria Ecclesia.*

C. XII. ¶ *Extranei emeritis in suis Ecclesiis non præponantur.*

Unde Cœlestinus Papa *ad Episcopos Galliæ, epist. 2. c. 4.*

NEc e emeritis in suis Ecclesiis Clericis peregrini & extranei, & qui ante ignorati sunt, ad exclusionem eorum, qui benè de suorum civium merentur testimonio, præponantur.

C. XIII. ¶ *De eodem.*

Idem *ead. epist. cap. 5.*

NUllus f invitis detur Episcopus. Cleri 1, plebis & ordinis consensus, & desiderium requiratur. Tunc autem alter de altera eligatur Ecclesia, si de civitatis ipsius Clero, cui est Episcopus ordinandus, nullus dignus (quod evenire non credimus) poterit reperiri. Primùm enim illi reprobandi sunt, ut aliqui de alienis Ecclesiis meritò præferantur. Habeat unusquisque fructum suæ militiæ in Ecclesia, in qua suam per omnia officia transegit ætatem. In aliena stipendia minimè alter obrepat: nec alii debitam, alter sibi vendicare audeat mercedem. Sit facultas Clericis retinendi, si se viderint prægravari; & quos sibi ingeri ex transverso agnoverint, non timeant refutare. Qui etsi non debitum præmium, vel liberum de eo, qui eos rectùrus est, debent habere judicium.

---

a ἐκ τῆ πῦ ἐκκλ. λόγε πολιτεία. b *Nicol. ad Mich. Imp. in ep. quæ incipit, Principatum. Polyc. l. 2. tit. 1. Ansl. l. 7. c. 33.* c *al. præponere.* d *Constituit decretalib.*] *orig.* e *Polyc. ibid. Ansel. l. 6. c. 138. Ivo p. 3. c. 105. in fin.*

a *Burch. l. 1. c. 27. Ivo part 3. cap. 71.* b *al. ex administratore.* c *in ordine Romano.* d *Et alibi sæpè. & infrà eâd. c. obitum.* e *Polycarp. ibid. Anselm. l. 6. c. 11. Deusdedit part. 1.* f *Deusdedit ibid. Polyc. ibid. Ansel. l. 6. c. 21. Burch. l. 3. cap. 7. Ivo part 3. cap. 61. Pannorm. l. 3. c. 7.*

1 ¶ Cleri] *Hinc usque ad vers.* Tunc. *sunt addita ex orig. & referuntur infrà 63. cap.* Cleri.

C. XIV. PALEA. 1

IN *a* ordinatione Præpositi illa semper consideretur ratio, ut hic constituatur, quem sibi omnis concors congregatio secundum timorem Dei, sive etiam pars congregationis (quamvis parva) saniori consilio elegerit. Vitæ autem merito & sapientiâ eligatur, qui ordinandus est, etiamsi ultimus fuerit in ordine congregationis. Quòd si etiam omnis congregatio vitiis suis (quod absit) consentientem personam pari consilio elegerit, & vitia ipsa aliquatenus in notitiam Episcopi, ad cujus diœcesin pertinet locus ipse, vel *b* ad alios vicinos Præpositos, vel Christianos claruerint; prohibeant pravorum prævalere consensum, & domui Dei constituant dignum dispensatorem.

1 ¶ Palea] *Hæc Palea abest ab omnibus vetustis exemplaribus Gratiani, quæ sunt collata. Extat autem in regula S. Benedicti, ex qua nonnulla sunt emendata.*

C. XV. ¶ *De eodem.*

Item Gregorius *Clero, & nobilibus civibus Neapolitanis, l. 8. reg. epist. 40.*

STudii *c* vestri sit, etiam alium, qui aptus sit, providere, ut *d* si fortè Petrus, quem à vobis electum asseritis, huic ordini non videatur idoneus, sit, in quem *e* se vestra declinare possit electio. Nam grave Cleri illius erit opprobrium, ut si hic fortasse approbatus non fuerit, alium se dicant, qui eligi debeat, non habere.

C. XVI. ¶ *De eodem.*

Item Gregorius *Barbaro Episcopo, lib. 11. epist. 56.*

OBitum *f* Victoris Pannormitanæ civitatis Antistitis directa re[ti] patefecit. Quapropter visitationis destitutæ Ecclesiæ fraternitati tuæ operam solenniter delegamus. Quam ita te convenit exhibere, ut nihil de proventionibus Clericorum, reditu, ornatu, ministeriisque, vel quicquid est in patrimonio ejusdem, à quoquam præsumatur Ecclesiæ. Et ideò dilectio tua ad prædictam Ecclesiam properabit, & assiduis adhortationibus Clerum, plebemque ejusdem Ecclesiæ admonere festinet, ut remoto studio, uno eodemque consensu, talem sibi præficiendum expetant Sacerdotem, qui & tanto ministerio dignus valeat reperiri, & à venerandis canonibus nullatenus respuatur. Qui dum fuerit postulatus, cum solennitate decreti, omnium subscriptionibus roborati, & dilectionis tuæ testimonio literarum ad nos sacrandus occurrat. ¶ Commonemus *g* etiam fraternitatem tuam, ut nullum de altera eligi permittas Ecclesia; nisi fortè inter Clericos ipsius civitatis, in qua visitationis impendis officium, nullus ad Episcopatum dignus (quod evenire non credimus) potuerit inveniri: provisurus ante omnia, ne ad hoc 1 cujuslibet conversationis vel meriti Laicæ personæ aspirare præsumant; ne & conatus eorum habeatur inefficax, & tu periculum ordinis tui (quod absit) incurras. Monasteria autem, si qua sunt in ipsius constituta parochia, sub tua cura, dispositioneque, quousque illic proprius fuerit ordinatus Episcopus, esse concedimus.

1 ¶ Ne ad hoc] *Similis clausula est etiam eodem lib. proximè epist. 17. & lib. 2. indict. 10. epist. 19. Benenato Episcopo, & epist. 26. Ioanni Episcopo Scyllacено, & lib. 7. indict. 2. epist. 25. Fortunato Episcopo Neapolitano. Ex quibus locis, collatis veteribus codicibus harum epistolarum, emendatus est hic locus, ut non multùm discrepet ab antiqua lectione Gratiani. Verùm in recentioribus editionibus epistolarum B. Gregorii in epistola hic citata legitur,* ne ad id cujuslibet conversationis vel meriti Laicam personam aspirare permittas.

C. XVII. ¶ *De eodem.*

Item Pelagius Papa *Eucarpo Messanensi Episcopo.*

CAtinensis *a* Ecclesiæ visitationem tibi injungimus, cujus Episcopum de hac luce transisse suscepta Cleri relatione didicimus. Impossibile enim est, ut nos in provincia illa duntaxat in Syracusanis partibus alii cuilibet causas, quæ ad Deum pertinent, committamus, nisi fortè talem per te Deus nunc in Catinensi Ecclesia eligere voluerit, de cujus conscientia possimus esse securi, ut à te labores istos paululum removere possimus. Mox ergò dilectio tua ad supradictam Catinensem Ecclesiam pergat, & hominem de Clero, qui nec uxorem habeat, nec filios, nec crimen aliquod canonibus inimicum, eligi cum auxilio Dei compellat, atque suadeat: & statim eum ad urbem Romanam cum decreto, & testificatione relationis tuæ transmitte.

C. XVIII. ¶ *Qui in Episcopum eligitur, non sit reus criminum, quæ sacra lex morte punit.*

Item Gregorius *Pastori Episcopo, lib. 10. epist. 13.*

BEnè novit fraternitas vestra, quàm longo sit tempore Aprutium *b* pastorali solicitudine destitutum *c*: ubi diù quæsivimus, quis ordinari debuisset, & nequaquam potuimus invenire. Sed quia Opportunus mihi in moribus suis, in psalmodiæ studio, in amore orationis valdè laudatur, & religiosam vitam omnimodò agere dicitur: hunc volumus, ut fraternitas vestra ad se faciat venire, & de anima sua admoneat, quatenus in bonis studiis crescat. Et si nulla ei crimina, quæ per legis sacræ regulam morte mulctanda sunt, obviant, tunc hortandus est, ut vel Monachus, vel à vobis Subdiaconus fiat: & post aliquantum temporis, si Deo placuerit, ipse ad pastoralem curam debeat promoveri.

Cui autem visitatio injungitur, nihil de rebus ejusdem Ecclesiæ à quoquam præsumi patiatur.

C. XIX. ¶ *Non patiatur à quoquam præsumi de rebus Ecclesiæ, cui ejus fuerit injuncta visitatio.*

Unde Gregorius *Gaudentio Episcopo, l. 4. epist. 12. seu cap. 56.*

QUoniam *d* Festus Capuanæ Ecclesiæ Episcopus in Romana civitate positus de hac luce migravit, curæ nobis fuit (quæ universis Ecclesiis à nobis impenditur) ad fraternitatem tuam præsentia scripta dirigere, ut memoratæ Ecclesiæ visitator accedas: tic tamen, ut nihil de proventionibus *e* Clericorum, reditu, ornatu ministeriisq; vel quicquid prædicti loci esse potuerit, à quoquam præsumi patiaris; sed omnem vigilantiam, atq; cautelam circa Clerum, plebemq; ejusdem Ecclesiæ exhibere te convenit, ut in vigiliis, obsequioque Ecclesiastico sedulò ac devotè debeant deservire.

DISTINCTIO LXII.

BReviter monstratum est, *ex quibus ordinibus in quos gradus sunt eligendi. Nunc videndum est, à quibus sunt eligendi & consecrandi. Electio Clericorum est* 1 *petitio plebis.*

1 ¶ Est] *In vulgatis codicibus sic sequebatur*, consensus Principis. *In manuscriptis verò partim legitur*, consensus plebis, *partim* petitio plebis: *atque ita est emendatum.*

C. I. ¶ *Non sunt habendi inter Episcopos, qui nec à Clericis eliguntur, nec à plebibus expetuntur.*

Unde Leo Papa *Rustico Narbonensi Episcopo, epist. 90. al. 92. c. 1.*

NUlla *f* ratio finit, ut inter Episcopos habeantur, qui nec

---

a *Ex regula S. Benedicti, cap. 64.* b *vel Abbatibus, vel Christianis vicinis claruerint.* c *Anst. l. 6. cap. 13.* d *Ut si fortè hunc ordinis hic non videatur idoneus] orig.* e *quo] orig.* f *Ia. Diac. l. 3. c. 22. Decretal. p. 1. Anst. l. 6. c. 26.* g *Polyc. ibid.*

a *Polyc. ibid. Anst. l. 6. c. 44.* b *Aprutium civitas] orig.* c *destituta:] orig.* d *Anst. l. 5. c. 12.* e *ad proventibus.* f *Polyc. l. 2. tit. 1. Burch. l. 1. c. 2. Anst. l. 6. c. 75. Ivo p. 5. c. 85.*

nec

nec à Clericis sunt electi, nec à plebibus expetiti, nec à provincialibus *a* Episcopis cum Metropolitani judicio consecrati. Unde cùm sæpè quæstio de male accepto honore nascatur, quis ambigat, nequaquam istis esse tribuendum, quod nec *b* docetur fuisse collatum? Si qui autem *c* Clerici ab istis Pseudoepiscopis in eis Ecclesiis ordinati sunt, &c. *Ut infrà in causâ Simoniacorum.*

C. II. ¶ *Populus non debet præire, sed subsequi.*

Item Cœlestinus Papa *ad Episcopos Apuliæ & Calabriæ, epist. 3. c. 3.*

Docendus *d* est populus, non sequendus: nosque, si nesciunt, eos, quid liceat, quidve non liceat, commonere, non his consensum præbere debemus. Quisquis verò conatus fuerit tentare prohibita, sentiet censuram sedis Apostolicæ minimè defuturam. Quæ enim solâ admonitionis auctoritate non corrigimus, necesse est, ut per severitatem congruentem regulis vindicemus. Per totas ergò hoc, quæ propriis rectoribus carent, Ecclesias volumus innotescat, ut nullus sibi aliquâ spe fortsitan blanditus illudat.

Nisi autem canonicè electus fuerit, consecrari non debet.

C. III. ¶ *Non consecretur in Episcopum, nisi canonicè electus.*

Unde Calixtus Papa II.

NUllus *e* in Episcopum, nisi canonicè electum consecret. Quod si præsumptum fuerit, & consecrans, & consecratus absq; recuperationis spe deponatur.

1 pt. LIBER DISTINCTIO LXIII.

Alii verò nullo modo se debent inferre electioni.

C. I. ¶ *Laici electioni Pontificum non se inferant.*

Unde Hadrianus Papa *in 1. Synodo Constantinopoli sub ipso celebrata.*

NUllus *f* Laicorum Principum, vel potentum semet inferat electioni aut promotioni Patriarchæ, Metropolitæ, aut cujuslibet Episcopi: ne videlicet inordinata hinc, & incongrua fiat confusio, vel contentio, præsertim cum nullam in talibus potestatem, quemquam potestativorum, vel cæterorum Laicorum habere conveniat. *& infrà.* ¶ Quisquis *g* autem secularium Principum, & potentum, vel alterius dignitatis Laicus adversùs communem & consonantem, atque canonicam electionem Ecclesiastici ordinis agere tentaverit, anathema sit, donec obediat, & consentiat, quicquid Ecclesia de electione & ordinatione proprii Præsulis se velle monstraverit.

¶ *Hic citantur partes quædam vigesimæ secundi canonis octavæ Synodi, sub Hadriano Papa II. habitæ, & ab Anastasio Bibliothecario latinitate donatæ.*

C. II. ¶ *Eiusdem.*

Item ex octava Synodo, *ultione primâ.*

HAdrianus *h* Papa secundus (quod Nicolaus prædecessor ejus disposuerat) missos suos, Donatum scilicet Hostiensem Episcopum, & Stephanum Nepesinum Episcopum, & Marinum Diaconum sanctæ Romanæ Ecclesiæ, ad Basilium Imperatorem, & ad filios ejus Constantinum, & Leonem Augustos, Constantinopolim direxit, cum quibus & Anastasius Bibliothecarius Romanæ sedis, utriusque linguæ, Græcæ & Latinæ peritus, perrexit: & Synodo congregatâ (quam octavam universalem Synodum illuc convenientes appellaverunt) exortum schisma de Ignatii depositione, & Photii ordinatione sedaverunt, Photium anathematizantes, & Ignatium restituentes. In qua sic statutum est: Consecrationes *a* & promotiones Episcoporum concordans prioribus Conciliis, Clericorum electione, ac decreto Episcoporum collegii fieri, sancta hæc & universalis Synodus diffinit, & statuit: atque jure promulgat, neminem Laicorum Principum, vel potentum semet inferere electioni, vel promotioni Patriarchæ, vel Metropolitæ, aut cujuslibet Episcopi: ne videlicet inordinata hinc & incongrua fiat confusio, vel contentio; præsertim cùm in talibus nullam potestatem quemquam potestativorum, vel cæterorum Laicorum habere conveniat: sed silere, & attendere sibi, usquequò regulariter à collegio Ecclesiæ suscipiat finem electio futuri Pontificis. Si verò quisquam Laicorum ad contractandum *b*, & cooperandum invitatur ab Ecclesia, licet hujusmodi, cum reverentia, si fortè voluerit, obtemperare se adsciscentibus. Taliter enim dignum pastorem sibi regulariter ad suam Ecclesiæ *c* salutem promovet.

1 ¶ Promovet.] *Si hîc addatur vers. Quisquis: ex capite antecedente, erit integer 22. canon. 1. Synodi. In vulgatis sequebatur vox,* Clerus, *quæ in vetustioribus est glossa interlinearis.*

C. III. ¶ *Electioni Episcoporum Imperator interesse non debet.*

Item ex historia tripartita, *lib. 7. c. 8.*

VAlentinianus *d* Imperator veniens ab Oriente ad Hesperias partes (ut refert historia Ecclesiastica) mortuo Auxentio, Arianæ perfidiæ magistro, qui Mediolanensem Ecclesiam ut lupus dilaniaverat, cùm vellet catholicum, Deo ordinante, ibi consecrare Episcopum, evocans Episcopos, hæc eis locutus est: Nostis apertè, eruditi quippe divinis eloquiis, qualem oporteat esse Pontificem, & quòd non deceat eum verbo solo, sed etiam conversatione gubernare subjectos, & totius semetipsum imitatorem virtutis ostendere, testemque doctrinæ conversationem bonam habere. Talem itaque in Pontificali constituite sede, cui & nos, qui gubernamus imperium, sincerè nostra capita submittamus, & ejus monita, dum tanquam homines deliquerimus, necessariò velut curantis medicamenta suscipiamus. Hæc cùm dixisset Imperator, petiit Synodus, ut magis ipse decerneret sapiens & pius existens. At ille, super 1 vos est, inquit, talis electio. Vos enim gratiâ divinâ potiti, & illo splendore fulgentes, melius poteritis eligere. Tunc Sacerdotes egressi, de Episcopali sede tractabant. *& infrà.* ¶ Cùm autem ordinatione divinâ Ambrosius nondum baptizatus, electus fuisset, exultans Imperator ait: Gratias ago tibi Domine Deus omnipotens, & Salvator noster, quoniam huic viro ego quidem commiseram corpora, tu autem animas, & meam sententiam ostendisti tuæ justitiæ convenire. Cumque sanctus Ambrosius contristaretur de hoc, quod acciderat (ut idem ipse in suis epistolis *e* scribit) confortavit eum Imperator, & ait: Noli timere, quia Deus, qui te elegit, semper te adjuvabit, & ego adjutor & defensor tuus (ut meum ordinem decet) semper existam.

1 ¶ Super vos] *Vera lectio est,* supra nos. ὑπὲρ ἡμᾶς. *Sed ob glossam non est restituta.*

C. IV. ¶ *Auctoritate Apostolicâ, non Regio favore Episcopus est eligendus.*

Item Nicolaus Papa I. *Lothario Regi.*

POtrò *f* scias, quia relatum est nobis, quòd quicunque ad Episcopatum in regno tuo provehendus est, non nisi faventem tibi permittas eligi. Idcircò Apostolicâ auctoritate, sub divini judicii obtestatione injungimus

a *al. comprovincialibus.* b *al. non.* c *Infrà 1. q. 1. c. si qui.* d *Polyc. lib. 6. tit. 1. Burch. l. 15. c. 13. Ivo p. 16. cap. 14. Deusdedit. p. 1.* e *In Pontificali est mentio hujus decreti.* f *Anselm. lib. 6. cap. 23. & 77. Ivo part. 3. c. 122. Pann. l. 3. c. 3. Deusdedit. p. 1.* g ¶. *c. proximo. Polyc. l. 2. tit. 1.* h *Anselm. l. 6. c. 23. Ivo p. 3. c. 122. Panor. l. 3. c. 3. Deusdedit. p. 1. Polyc. l. 2. tit. 1.*

a *Promotiones & consecrationes*] orig. b *al. concertandum*] orig. & alii collect. c *al. & Ecclesia.* d *Caput est collectoris arbitratu communis positum.* e *In epist. ad Vercellenses.* f *Ivo part. 3. c. 317.*

tibi, ut in Trèverensi urbe, & in Agrippina Colonia nullum eligi patiaris, antequam relatum super hoc nostro Apostolatui fiat.

C. V. ¶ *Non recipiatur à comprovincialibus, qui Regiâ ordinatione Episcopale culmen est adeptus.*

Item ex Concilio Parisiensi 1. *cap. 8.*

SI *a* per ordinationem Regiam honoris istius culmen pervadere aliquis nimiâ temeritate præsumpserit, à comprovincialibus loci ipsius Episcopis *b* recipi nullatenùs mereatur, quem indebitè ordinatum cognoscunt. Si quis de comprovincialibus recipere eum contra interdicta *c* præsumpserit, sit à fratribus omnibus segregatus, & ab ipsorum omnium charitate semotus.

C. VI. ¶ *De eodem.*

Item ex Concilio Laodicensi, *c. 13.*

NOn *d* est permittendum turbis electionem eorum facere, qui sunt ad Sacerdotium promovendi.

C. VII. ¶ *Irrita sit electio Episcopi, vel Presbyteri, vel Diaconi à Principibus facta.*

Item ex septima 1 Synodo, quæ est secunda Nicæna, 350. Episcoporum, *c. 3.*

OMnis electio Episcopi, vel Presbyteri, vel Diaconi à Principibus facta, irrita maneat, secundùm regulã *e*, quæ dicit: [Si quis Episcopus sæcularibus potestatibus usus, Ecclesiam per ipsos obtinuerit, deponatur, & segregentur 2 ab Ecclesia omnes, qui illi communicant.]

1 ¶ Ex septima] *Citabatur antea ex secunda actione sexta Synodi. Restitutus est locus ex Ivone.*

2 ¶ Et segregentur] *In aliquot vetustis Gratiani exemplaribus est,* segregetur. *Sed plerisque cum vulgata lectione convenit. In canone 31. Apostolorum Græci sic legitur:* καθαιρεῖσθω, καὶ ἀφοριζέσθω, καὶ κοινωνοῦντες αὐτῷ πάντες. *& infr. 16. q. 7. c.* Si quis Episcopus, *ubi hic idem canon ex alia refertur versione, legitur:* & segregetur, omnesque, qui illi communicant: *eodemq; modo est apud Anselmum. Verùm in versione Anastasii Bibliothecarii legitur, quemadmodum apud Gratianum, & convenit cum versione prisca, ac Dionysiana.*

C. VIII. ¶ *Non eligantur à populo, qui sunt promovendi ad Clerum.*

Item ex Concilio Martini *f* Papæ, *c. 1.*

NOn *g* licet populo electionem facere eorum, qui ad Sacerdotium promoventur: sed in judicio Episcoporum sit, ut ipsi eum probent, si in sermone, & fide, & spirituali vita edoctus sit.

His omnibus auctoritatibus Laici excluduntur ab electione Sacerdotum, atque injungitur eis necessitas obediendi, non libertas imperandi.

2 pars. *Contrà verò scribit* B. Gregorius *Ioanni Episcopo prima Iustiniana Illyrica, lib. 4. epist. 31. seu c. 59.*

C. IX. ¶ *Voluntas Principis in ordinatione Pontificis desideratur.*

QUia *h* igitur susceptæ Fratrum, & Coëpiscoporum nostrorum relatio ad locum vos Sacerdotii, totius Concilii unito consensu, & serenissimi Principis voluntate declarat accersiri, gratias omnipotenti Deo creatori nostro magna cum exultatione retulimus, qui vitam, actusque vestros ita de præteritis fecit esse probabiles, ut omnium vos, quod est valdè laudabile, faceret placere judicio. Quibus nos quoque in personam fraternitatis tuæ per omnia consentimus: atque omnipotentem Dominum deprecamur, ut charitatem vestram, sicut suâ gratiâ elegit, ita in omnibus suâ protectione custodiat.

C. X. ¶ *Clerus, & populus Pontificis electioni intersint.*

Item Gregorius *Ioanne Subdiacono, lib. 2. Indict. 11. epist. 30. seu cap. 69.*

QUantò *a* Apostolica sedes, Deo auctore, cunctis prælata constat Ecclesiis; tantò inter multiplices curas, & illa nos valdè solicitat, ubi ad consecrandum Antistitem, nostrum exspectatur arbitrium. Defuncto igitur Laurentio, Ecclesiæ Mediolanensis Episcopo, suâ nobis relatione Clerus innotuit, in electione se filii nostri Constantii, Diaconi sui, unanimiter consensisse. Sed quoniam eadem non fuit subscripta relatio, ne quid, quod ad cautelam pertinet, omittamus, hujus idcircò præcepti auctoritate suffultum Genuam te proficisci necesse est. Et [illegible] multi illic Mediolanensium coacti barbaricâ feritate consistunt, eorum te voluntates oportet Clericis convocatis in communione perscrutari. Et si nulla eos diversitas ab electionis unitate disterminat, siquidem in prædicto filio nostro Constantio omnium voluntates, atque consensum perdurare cognoscis, tunc eum à propriis Episcopis, sicut antiquitatis mos exigit, cum nostræ auctoritatis assensu, solatiante & auxiliante Domino, facias consecrari: quatenus hujusmodi servatâ consuetudine & Apostolica sedes proprium vigorem retineat, & ei concessa aliis jura non minuat.

C. XI. ¶ *In electione Episcopi populus debet adesse.*

Item Gelasius *Papa Philippo & Gerontio* b *Episcopis.*

PLebs *c* Diotrensis datâ nobis petitione deflevit, dum se sine rectoris proprii gubernatione dispergi. Actum asseritur, is qui à vobis jam probatus dicitur, à paucis, & tenuibus putatur electus, cùm ad vos *d* pertineat, universos assiduâ admonitione compellere, ut omnes in unum, quem dignum Sacerdotio viderint, & sine aliqua reprehensione, consentiant. Et ideò, fratres charissimi, diversos ex omnibus sæpè dicti loci parochiis Presbyteros, Diaconos, & universam turbam vos oportet sæpius convocare, quatenus non prout cuilibet libuerit, sed concordantibus animis talem, vobis admonentibus, sibi quærant solâ divinitatis attentione personam, quam nulla contrarietas, à constitutis possit revocare præscriptis.

C. XII. ¶ *De eodem.*

Item Stephanus *Episcopus servus servorum Dei, Romano Archiepiscopo Ravennati.*

NOsse *e* tuam fraternitatem volumus, ad nostras aures fore perventum, Imolensem Episcopum ab hac luce migrâsse; in cujus successoris electione, populi divisionem provenisse audivimus. Quod quia sæpè contingere solet (quærentibus singulis, quæ *f* sua sunt, non quæ Jesu Christi) non adeò miramur. Verùmtamen in hac tuam plurimum oportet adhiberi solicitudinem, ut convocato Clero & populo, talis ibi eligatur per Dei misericordiam, cui sacri non obvient canones. Sacerdotum quippe est electio; & fidelis populi consensus adhibendus est; quia docendus *g* est populus, non sequendus.

C. XIII. ¶ *De eodem.*

Item Nicolaus Papa *Ioanni Ravennati Archiepiscopo.*

EPiscopos per Æmiliam non consecres, nisi post electionem Cleri, & populi.

a *Ivo parte 1. c. 123. Pann. l. 3. cap. 3.* b *al. Episcopus.* c *al. indicta*] *or 25.* d *Burch. l. 2. cap. 2. Ivo p. 6. cap. 28. Ansel. lib. 6. c. 38. al. 43. Douaedet, p. 1. & 4.* e *Can. Apost. 31. infrà 16. q. 7. c. si quis. Ivo p. 1. cap. 120. Ansel. l. 6. cap. 2. Burch. l. 3. cap. 109. Douaedet, ibid.* f *Apud Martinum Brachavensem, cap. 1.* g *Sup. dist. 24. Episcopi. & dist. 61. Episcopum. Burch. l. 1. c. 12. Ivo p. 3. c. 64. Ansel. l. 6. cap. 3. al. 12.* h *Ansel. l. 6. cap. 35.*

a *Ansel. l. 6. c. 26. Polyc. l. 1. tit. 3.* b *al. Gerontio.* c *Ansel. lib. 3. cap. 30.* d *al. mi.* e *Ansel. lib. 6. cap. 36.* f *Philip. 2.* g *Supra 62. dist. c. docendus.*

¶ In

¶ *In vetusto codice Mutinensi seu Canonis Roma habite referuntur capitula, quorum secundum est hoc. Et de hac eadem re habentur multa in Pontificali manuscripto, in gestis Nicolai primi.*

C. XIV. ¶ *De eodem.*

Item Pelagius Papa *Iuliano Episcopo Grumentano.*

Literas *a* charitatis tuæ suscepimus, quibus significas, Latinum Diaconum tuum ad Episcopatum Ecclesiæ Marcellianensis à Clero, & omnibus, qui illic conveniunt, postulari. *& infrà.* ¶ Sed nunc & hoc dicimus, ut si eum omnes eligunt, & vis eum concedere, gratum nobis esse cognosce; & si potest, ante diem sanctum festinet occurrere, ut vel Sabbatho ipso noctis magnæ post Baptismum cum Dei gratia valeat ordinari.

C. XV. ¶ *Ex sacra 1 Principis quis ordinatur.*

Item *Laurentio Episcopo Centumcellensi.*

PRincipali *b* devotissimorum militum, qui illic in civitate Centumcellensi consistunt, relatione ad nos directâ, sacram insinuant se clementissimi Principis impetrâsse, quæ eis Presbyterum, Diaconum, & Subdiaconum fieri debere præcipit. Ideò hortamur dilectionem tuam, ut personas ipsas videas, & diligenter inquiras, ne aliquid contra canones commisissent: & si eos inculpabiles repereris, & vitæ ipsorum laudabile testimonium videris, veniente mediana septimanâ *c* Paschæ, (si Dominus voluerit, & si vixerimus) unumquemque per officia, quæ prædiximus, non differas promovere.

1 ¶ Ex sacra] *Emendate est hæc rubrica, ut indicet illum, de quo agitur, fuisse ad petitionem Imperatoris ordinatum: Sacra enim Epistolam Imperatoris significat.*

C. XVI. ¶ *Papa rogat Augustum, ut Reatinam Ecclesiam custodem electo dignentur concedere.*

Item Leo IV. *Lotharo & Ludovico Augustis.*

REatina Ecclesia, quæ per tot temporum spatia pastoralibus curis destituta consistit, dignum est, ut brachio amplitudinis vestræ sublevetur, ac gubernationis regimine protegatur. Unde salutationis alloquio præmisso, vestram mansuetudinem deprecamur, quatenus Colono humili Diacono eandem Ecclesiam ad regendum concedere dignemini; ut vestrâ licentiâ acceptâ, ibidem eum, Deo adjuvante, consecrare valeamus Episcopum. Sin autem in prædicta Ecclesia nolueritis *d*, ut præficiatur Episcopus, Tusculanam *e* Ecclesiam, quæ viduata existit, illi vestra serenitas dignetur concedere; ut consecratus à nostro præsulatu Deo omnipotenti, vestroque imperio grates peragere valeat.

C. XVII. ¶ *Regis præcepto ab Apostolico Colonus Reatina Ecclesia ordinatur Episcopus.*

Item *Rita Comitissa.*

NObis dominus Imperator & Imperatrix per suas epistolas dixerunt, ut Colonum in Reatina Ecclesia, quæ Pastoris officio per longa jam tempora destituta videbatur, Episcopum facere deberemus, sicut & fecimus.

C. XVIII. ¶ *Imperatoris epistola in electionis confirmatione desideratur.*

Item Stephanus *Guidoni Comiti.*

LEctis *f* sagacitatis vestræ apicibus, qui defuncto Ecclesiæ Reatinæ Antistite, Clerum & plebem ejusdem Ecclesiæ elegisse sibi futurum Antistitem, nobisque consecrandum vestro studio directum esse, ne ipsa Ecclesia diù sine proprio constet Pastore, fatebantur; nos de obitu prioris dolentes, nunc ipsum electum unanimitate *g*, & canonica ipsius Ecclesiæ electione, ut mandâstis, tam citissime ordinare omisimus, eo quod Imperialem nobis, ut mos est, absolutionis minimè detulit epistolam. Pro qua scilicet re ambiguum est nobis: ideò voluntati vestræ in hoc parere distulimus, ne Augustalis animus durissimè hoc, quocunque modo, perciperet. Sed scientes, Ecclesiam Dei sine proprio diù Pastore non debere consistere, gloriæ vestræ mandamus, (quoniam aliter nos agere non debuimus) ut vestra *a* solertia Imperiali (ut prisca consuetudo dictat,) perceptâ licentiâ, & nobis, quemadmodum vos scire credimus, Imperatoriâ directâ epistolâ, tunc voluntati vestræ de hoc parebimus, eundemque electum, Domino adjuvante, consecrabimus: quod, charissime fili, molestè nullo modo suscipias.

C. XIX. ¶ *Clericorum & civium voluntate Metropolitanus est ordinandus.*

Item Leo Papa I. *ad Anastasium Thessalonicensem Episcopum, epist. 82. al. 84. c. 6.*

METropolitano *b* defuncto, cùm in loco ejus alius fuerit subrogandus, Provinciales Episcopi ad civitatem Metropolim *c* convenire debebunt, ut omnium Clericorum atque civium voluntate discussâ, ex Presbyteris ejusdem Ecclesiæ, vel Diaconis optimus ordinetur.

C. XX. ¶ *Cum Clero & populo Archipresbyteri fiat electio.*

Item Isidorus *in lib. officiorum.*

SI in plebibus Archipresbyteri obierint, aut pro aliquo reatu exinde ejecti fuerint, Archidiaconus, quamò ocyùs proficiscatur illuc, & cum Clericis, & populis *d* ipsius plebis electionem faciat, quatenus dignus Pastor domui Dei constituatur, & dum ordinatur, ejus providentiâ ipsa plebs custodiatur.

C. XXI. ¶ *Electus in Romanum Pontificem non ordinetur, nisi ejus decretum Imperatori primùm præsentetur.*

Item ex gestis Romanorum Pontificum.

AGatho *e* natione Siculus, cujus legatione fungens Joannes Episcopus Portuensis, Dominico die octavarum Paschæ, in Ecclesia sanctæ Sophiæ publicas Missas coram Principe & Patriarcha Latinè celebravit, hic susceptus ab illo divalem *f*, secundùm suam postulationem, per quam relevata est quantitas, quæ solita erat dari pro ordinatione Pontificia facienda *g*; sic tamen, ut si contigerit post ejus transitum electionem fieri, non debeat ordinari, qui electus fuerit, nisi prius decretum generale introducatur in Regiam *h* urbem, secundùm antiquam consuetudinem, ut cum ejus scientia & jussione debeat ordinatio provenire *i*. ¶ Item *k* Vitalianus natione Signiensis direxit responsales suos cum Synodica epistola, juxta consuetudinem, in Regiam urbem ad piissimos Principes, significans de ordinatione sua.

C. XXII. ¶ *Imperator jus habet eligendi Pontificem.*

Item in historia Ecclesiastica.

HAdrianus *l* Papa Romam venire Carolum Regem ad defendendas res Ecclesiæ postulavit. Carolus verò Romam veniens, Papiam obsedit, ibique relicto exercitu in sancta Resurrectione ab Hadriano Papa Romæ honorificè susceptus est. Post sanctam verò Resurrectionem reversus Papiam, cepit Desiderium Regem: deinde Romam reversus, constituit ibi Synodum cum Hadriano Papa in Patriarchio Lateranensi, in Ecclesia sancti Salvatoris: quæ Synodus celebrata est à CLIII. Episcopis religiosis, & Abbatibus. Hadrianus autem Papa

a *Infrà dist. 76. c. ult. Polyc. lib. 2. tit. 29. Ansel. l. 6. c. 62. Ivo p. 6. c. 112.* b *Anselm. lib. 7. cap. 94.* c *al. hebdomadâ.* d *al. voluerint.* e *al. Asculanam.* f *S. Antoninus part. 2. tit. 16. cap. 3. §. 1.* g *al. unanimi.*

a *al. ut à vestra.* b *Ansel. l. 7. c. 19. al. 15. Ivo p. 1. c. 342. Deusdedit p. 1.* c *al. Metropolitanam.* d *al. Presbyteris.* e *In Pontificali Vaticano, in decretis Agathonis, & Tomo 2. Conc. in decretis ejusdem.* f *justionem] orig.* g *al. faciendi.* h *al. regiâ urbe.* i *al. prosperari.* k *in Pontific. in gestis Vitaliani Papæ.* l *Pann. l. 1. cap. 134.*

cum universa Synodo tradiderunt Carolo jus & potestatem eligendi Pontificem, & ordinandi Apostolicam sedem. Dignitatem quoque Patriciatûs ei concesserunt. Insuper Archiepiscopos, & Episcopos per singulas provincias ab eo investituram accipere diffinivit, & ut nisi à Rege laudetur & investiatur Episcopus, à nemine consecretur: & quicunque contra hoc decretum ageret, anathematis vinculo eum innodavit, & nisi resipisceret, bona ejus publicari præcepit.

C. XXIII. ¶ *Electio Romani Pontificis ad jus pertinet Imperatoris.*

Item Leo Papa.

IN a Synodo 1 congregata Romæ in Ecclesia sancti Salvatoris. Ad exemplum B. Hadriani Apostolicæ sedis Antistitis, qui Domino Carolo, victoriosissimo Regi Francorum, & Longobardorum, Patriciatûs dignitatem, ac ordinationem Apostolicæ sedis, & investituram Episcoporum concessit: ego quoque Leo Episcopus, servus servorum Dei, cum toto Clero ac Romano populo constituimus, & confirmamus, & corroboramus, & per nostram Apostolicam auctoritatem concedimus, atque largimur Domino Othoni primo, Regi Teutonicorum, ejusq; successoribus hujus regni Italiæ, in perpetuum facultatem eligendi successorem, atque summæ sedis Apostolicæ Pontificem ordinandi, ac per hoc Archiepiscopos seu Episcopos, ut ipsi ab eo investituram accipiant, & consecrationem, unde debent: exceptis his, quos Imperator Pontificibus, & Archiepiscopis concessit: & ut nemo deinceps cujusque dignitatis vel religiositatis eligendi vel Patricium, vel Pontificem summæ sedis Apostolicæ, aut quemcunque Episcopum ordinandi habeat facultatem, absque consensu ipsius Imperatoris, (quod tamen fiat absque omni pecunia) & ut ipse sit Patricius & Rex. Quòd si à Clero & populo quis eligatur Episcopus, nisi à supradicto Rege laudetur, & investiatur, non consecretur. Si quis contra hanc regulam, & Apostolicam auctoritatem aliquid molietur, hunc excommunicationi subjacere decernimus: & nisi resipuerit, irrevocabili exilio puniri, vel ultimis suppliciis affici.

1 ¶ In Synodo] *Instrumenti hujus caput videtur esse istud.* Ad exemplum, &c. *verba autem, quæ antecedunt, ipsa quoque pertinere videntur ad tenorem, ut integer titulus ita habeat:* Leo Papa in Synodo congregata Romæ in Ecclesia Sancti Salvatoris. *Erat autem Leo octavus, de quo multa scribit Luitprandus in fine libri sexti, & S. Antoninus par. 2. tit. 16. c. 16.*

C. XXIV. ¶ *Præcepto Principum, Maximo remittitur, quod absque auctoritate Apostolica ordinatur.*

Item Gregorius *lib. 4. reg. epist. 34. seu cap. 32. ad Constantiam Augustam.*

SAlonitanæ b civitatis Episcopus me, ac responsali meo nesciente, ordinatus est: & facta res est, quæ sub nullis anterioribus Principibus evenit. Quod ego audiens, ad eundem prævaricatorem, qui inordinatè ordinatus est, protinùs misi, ut omninò Missarum solennia celebrare nullo modo præsumeret, nisi prius à serenissimis dominis cognoscerem, si hoc fieri ipsi jussissent: quod ei sub excommunicationis interpositione mandavi. Qui c contempto me, atque despecto, in audaciam quorundam secularium hominum, quibus, denudatâ suâ Ecclesiâ, præmia multa præbere dicitur, nunc usque Missas facere præsumit, atque ad me venire secundum jussionem dominorum noluit. Ego autem præceptioni pietatis eorum obediens, eidem Maximo, qui me nesciente ordinatus est, hoc, quòd in ordinatione sua me vel responsalem meum prætermittere præsumpsit, ita ex corde laxavi, ac si me auctore fuisset ordinatus. Alia verò perversa illius, scilicet mala corporalia, quæ cognovi, vel quia cum pecuniis est electus, vel quia excommunicatus Missas facere præsumpsit, propter Deum irrequisita relinquere non possum. *& infrà.* ¶ Et si ad me diù venire distulerit, in eo exercere districtionem canonicam nullo modo cessabo.

C. XXV. ¶ *In electione Episcoporum, Principis desideratur assensus.*

Item ex Concilio Toletano XII. *c. 6.*

CUm a longè lateque diffuso tractu terrarum, commeantium impediatur celeritas nuntiorum, quo aut non queat Regis auribus decedentis Præsulis transitus innotescì, aut de successore morientis Episcopi libera Principis electio præstolari, nascitur sæpè, & nostro ordini de relatione talium difficultas, & Regiæ potestati, dum consultum nostrum pro subrogandis Pontificibus sustinet, innumerosa b necessitas. Unde placuit omnibus Pontificibus Hispaniæ, atque Galliciæ c, ut salvo privilegio uniuscujusque provinciæ, licitum maneat deinceps Toletano Pontifici, quoscunque Regalis potestas elegerit, & jam dicti Toletani Episcopi judicium dignos esse probaverit, in quibuslibet provinciis, & in præcedentium sedibus præficere Præsules, & decedentibus Episcopis eligere successores: sic tamen, ut quisquis ille fuerit ordinatus, post ordinationis suæ tempus infra trium mensium spatium proprii Metropolitani præsentiam visurus accedat.

Electiones quoque summorum Pontificum, atque aliorum nisi à Præsulum, quondam Imperatoribus repræsentabantur: sicut de electione B. Ambrosii, & B. Gregorii legitur. Quibus exemplis, & præmissis auctoritatibus liquidò colligitur, Laicos non esse excludendos ab electione, neque Principes rejiciendos ab ordinatione Ecclesiarum. Sed quòd populus aut Princeps jubetur electioni interesse, non præcipitur advocari ad electionem faciendam, sed ad consensum electioni adhibendum. Sacerdotum d *enim (ut in fine superioris capituli Stephani Papæ legitur) est electio: & fidelis populi est humiliter consentire. Desiderium ergò plebis requiritur, ut Clericorum electionis concordet. Tunc enim in Ecclesia Dei rite præficietur Antistes, cùm populus pariter in eum acclamaverit, quem Clerus communi voto elegerat.*

C. XXVI. ¶ *Plebis non est eligere, sed electioni consentire.*

Unde Cœlestinus Papa *ait ad Episcopos Galliæ, epist. 2. c. 5.*

CLeri, e plebis, & ordinis consensus, & desiderium requiratur.

C. XXVII. ¶ *De eodem.*

Item Leo I. *ad Episcopos Viennensis provinciæ, epist. 87. al. 89. [sed paulo aliter, & copiosius.]*

VOta civium, testimonia populorum, honoratorum arbitrium, electio Clericorum in ordinationibus Sacerdotum expectantur. *& infrà.* ¶ Per pacem & quietem Sacerdotes, qui præfuturi sunt, postulentur: teneatur subscriptio Clericorum, honoratorum testimonium, ordinis consensus & plebis.

3 ps. *Principibus verò, atque Imperatoribus electiones Romanorum Pontificum, atque aliorum Episcoporum referendas, usus & constitutio tradidit, pro schismaticorum, atque hæreticorum dissensionibus, quibus nonnunquam Ecclesiæ Dei concussa perturbabatur: contra quos legibus fidelissimorum Imperatorum frequenter Ecclesia munita legitur.* ¶ *Repræsentabatur ergò electio Pontificum catholicorum Principibus, ut eorum auctoritate roborata, nullus hæreticorum vel schismaticorum auderet contraire, & ut ipsi Principes, tanquam devotissimi filii, in eum*

a *Paruer. l. 1. c. 156.* b *Polyc. l. 1. tit. 3.* c *al. Et]* orig.

a *Dum]* orig. *in quo hæc oratio pendet ab alio principio.* b *al. injuriosa.* c *al. Gallia.* d *Supra eâd. c. nosse.* e *supr. dist. 61. c. nullus. Polyc. lib. 2. tit. 31. & cæteri, ut supr.*

consentirent, quem sibi in patrem eligi viderent, ut ea in omnibus suffragatores existerent, sicut Valentinianus a beato Ambrosio supra legitur dixisse: [Noli timere, quia & Deus, qui te elegit, semper te adjuvabit, & ego adjutor & defensor tuus, ut mecum ordinem decet, semper existam.

C. XXVIII. ¶ *Præsentibus Legatis Imperatoris ordinetur Pontifex Romanus.*
Unde Stephanus Papa *statuit, dicens.*

QUia *b* sancta Romana Ecclesia, cui (auctore Deo) præsidemus, à pluribus patitur violentias, Pontifice obeunte, quæ ob hoc inferantur, quia absque Imperiali notitia Pontificis fit electio & consecratio, nec canonico ritu & consuetudine, ab Imperatore directi intersunt nuntii, qui scandala fieri vetent: volumus, ut cùm instituendus est Pontifex, convenientibus Episcopis, & universo Clero, eligatur præsente Senatu & populo, qui ordinandus est, & sic ab omnibus electus, præsentibus Legatis Imperialibus consecretur, nullusque sine periculo sui juramenta, vel promissiones aliquas novâ adinventione audeat extorquere, nisi quæ antiqua exigit consuetudo, ne vel Ecclesia scandalizetur, & Imperialis honorificentia minuatur.

4 pars. *Verùm, quia Imperatores quandoque modum sacum ignorantes, non in numero consentientium, sed primi destributorum, imò exterminantium esse voluerunt; frequenter etiam in hæreticorum perfidiam prolapsi, catholicæ matri Ecclesiæ unitatem impugnare conati sunt: idèo sanctorum Patrum statuta adversùs eos produxerunt, ut semet electioni non inferrent, & quisquis eorum suffragio Ecclesiam obtineret, anathematis vinculo innodaretur: sicut Scriptura quoque divina docet, quòd Ezechias c dissipavit excelsa, & contrivit statuas, & succidit lucos, & fregit serpentem æneum, quem fecit Moyses: videlicet, quia illum serpentem Deus fieri jusserat, ne serpentinâ morte populus interiret, idèo ipse populus colere & venerari eum cœperat: & idcircò destruxit ipse, quem jubente Deo fecerat ille. Ac per hoc magna auctoritas ista est habenda in Ecclesia, ut si nonnulli ex prædecessoribus nostris fecerunt aliqua, quæ illo tempore potuerunt esse sine culpa, & postea verterunt in errorem, & superstitionem sine tarditate aliqua, & cum magna auctoritate à posteris destruantur. Postremò præsentibus Legatu Imperatorum, & inconsultis, electiones Romanorum Pontificum sequutur celebrata, & tandem iidem Imperatores religiosa eventu officiu prædictis privilegiis renunciaverunt, multa insuper donaria Ecclesiæ conferentes.*

C. XXIX. ¶ *Inconsultis Legatis Imperatoris Hadrianus II. ad Pontificatum elegitur.*

Unde Gregorius 1 scribit.

CUm *d* Hadrianus secundus ad Romanum Pontificatum ab Ecclesia Dei genetricis Dominæ nostræ, quæ dicitur ad Præsepe, traheretur ad Lateranense Patriarchium, certatim à Clero, & proceribus, & plebe deportatus est. Quod audientes missi Ludovici Imperatoris molestè tulerunt, indignati scilicet, quòd dum præsentes essent, non fuerunt invitati, nec optatæ à se futuri Præsulis electioni interesse meruerunt. Qui acceptâ ratione, quòd non causâ contemptûs Augusti, sed futuri temporis prospectu omissum hoc fuerit (ne videlicet Legatos Principum in electione Romanorum Præsulum expectandi mos, per hujusmodi fomitem inolesceret) omnem indignationem medullitùs sedaverunt, & ad salutandum electum etiam ipsi humiliter accesserunt 2.

1 ¶ Gregorius] *Hoc antè citabatur ex Gregorio quarto, cujus esse non potest, cùm Hadrianus secundus, de quo hîc mentio fit, posterior sit Gregorio quarto. In Pontificalibus verò manuscriptis inter gesta Hadriani secundi, stemq; in collectio-*

ne manuscripta decretorum Romanorum Pontificum, in decretis ejusdem Hadriani secundi habetur.

2 ¶ Accesserunt.] *In iisdem Pontificalibus hæc continenter sequuntur:* Audiens hoc Ludovicus Imperator Christianissimus, mox Imperialem scribens epistolam, cunctos Romanos, qui dignum tanto peregissent officio Præsulem collaudavit: per quam epistolam videlicet innotuit, nulli quidpiam præmii fore pro consecratione Romani Pontificis quoquo modo pollicendum: cùm ipse hanc non suorum suggestione, sed Romanorum potiùs unanimitate ardentissimè cuperet provenire; maximè, cum reddi, quæ ablata fuerant, non auferri à Romana Ecclesia, vel deperire quicquam se diceret anhelare.

C. XXX. ¶ *Electio Romanorum Pontificum à Ludovico concedatur Romanis.*
Item pactum constitutionis Imperatoris primi Ludovici *cum Romanis Pontificib.*

EGo *a* Ludovicus Imperator Romanus Augustus statuo, & concedo per hoc pactum confirmationis nostræ, tibi beato Petro Principi Apostolorum, & per te Vicario tuo domino Paschali summo Pontifici, & universali Papæ, & successoribus ejus in perpetuum, sicut à prædecessoribus nostris usq; nunc in vestra potestate & ditione tenuistis, & disposuistis Romanam civitatem cum ducatu suo, & suburbanis, atque viculis *b* omnibus, & territoriis ejus montanis, & maritimis littoribus, & portubus, seu cunctis civitatibus, castellis, oppidis, ac villis in Tusciæ partibus. *Item infrà.* ¶ Quando divinâ vocatione hujus sacratissimæ sedis Pontifex de hoc mundo migraverit, nullus ex regno nostro, aut Francus, aut Longobardus, aut de qualibet gente homo sub nostra potestate constitutus, licentiam habeat contra Romanos aut publicè, aut privatim conveniendi, aut electionem faciendi, nullusque in civitatibus aut in territoriis ad Ecclesiæ beati Petri Apostoli potestatem pertinentibus, aliquod malum propter hoc facere præsumat; sed liceat Romanis cum omni veneratione, & sine qualibet perturbatione honorificam suo Pontifici exhibere sepulturam; & eum, quem divinâ inspiratione, & beati Petri intercessione, omnes Romani uno consilio, atque concordia sine qualibet promissione, ad Pontificatûs ordinem elegerint, sine aliqua ambiguitate, vel contradictione more canonico consecrare, & dum consecratus fuerit, Legati ad nos, vel ad nostros successores Reges Francorum dirigantur, qui inter nos & illum amicitiam & charitatem, ac pacem socient.

C. XXXI. ¶ *Electio, & consecratio Romani Pontificis non nisi justè & canonicè fiat.*
[*Item* Leo IV. *Lothario & Ludovico Augustis.*]

PALEA.

INter *c* nos & vos pacti serie statutum est, & confirmatum, quòd electio & consecratio futuri Romani Pontificis non nisi justè & canonicè fieri debeat.

C. XXXII. ¶ *Ab Imperatore vel nuntiis ejus electioni Romani Pontificis nullum obstaculum generetur.*
[*Item constitutio* 1 primi Henrici, & primi Othonis *cum Romanis Pontificibus.*]

PALEA.

COnstitutio *d* primi Henrici, & primi Othonis cum Romanis Pontificibus. Ut nullus missorum nostrorum cujuscunque impeditionis argumentum in electione Romani Pontificis componere audeat, omninò prohibemus. *Item.* *e* In electione Romanorum Pontificũ, neq; liber, neq; servus ad hoc venire præsumat, ut illis

a *Supra c. Valentinianus.* b *Panormi. lib. 3. c. 1. & Stephanus Papa.* c *4. Reg. 18.* d *Ivo p. 4. c. 16.*

a *C. Antoninus p. 2. tit. 16. c. 1. & 2. Volater. l. 3. Anst. l. 4. c. 31. Ivo p. 3. c. 31.* b *al. vitulu.* c *S. Antoninus ibid. Ivo part. 3. c. 14.* d *Anst. l. 4. c. 37. & l. 8. c. 7. Ivo p. 3. c. 32.* e *In legib. Longob. l. 3. tit. de Pontific. l. 3.* [*abest à Gratian. & Ivon.*]

Romanis, quos ad hanc electionem, per constitutionem sanctorum Patrum, antiqua admisit consuetudo, faciat aliquod impedimentum. Quòd si quis contra hanc nostram constitutionem [facere] præsumpserit, exilio tradatur.

1 ¶ Constitutio] *Ex antiquo exemplari Gratiani restitutus est hic titulus: in quo exemplari post titulum istum, interpositâ rubricâ, incipit caput.* Ut nullus, &c. *ut etiam apud Ivonem. Verum, quia receptum est, ut initium hujus capitu sit à dictione,* Constitutio, *relictâ sunt hæc verba etiam in principio ipsius. Extat verò hoc capitulum in vetustis quoque exemplaribus, in quibus Palea esse non solent.*

C. XXXIII. ¶ *Iuramentum Othonis, quod fecit domino Papæ Ioanni.*

Item constitutio Othonis.

Tibi *a* Domino Joanni Papæ ego Rex Otho promittere, & jurare facio per Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, & per lignum hoc vivificæ crucis, & per has reliquias Sanctorum, quòd si (permittente Domino) Romam venero, sanctam Romanam Ecclesiam, & te rectorem ipsius exaltabo secundùm posse meum, & nunquam vitam, aut membra, & ipsum honorem, quem habes, meâ voluntate, aut meo consilio, aut meo consensu, aut meâ exhortatione perdes: & in Romana urbe nullum placitum, aut ordinationem faciam de omnibus, quæ ad te, aut ad Romanos pertinent, sine tuo consilio: & quicquid de terra sancti Petri ad nostram potestatem pervenerit, tibi reddam: & cuicunque Italicum regnum commisero, jurare faciam illum, ut adjutor tui sit ad defendendam terram sancti Petri secundùm suum posse. Sic me Deus 1 adjuvet, & hæc sancta Dei Evangelia.

1 ¶ Sic me Deus] *Addita hæc sunt ex Cenzio Camerario, in cujus libro habentur multa forma juramentorum, & extat manuscriptus Romæ.*

C. XXXIV. ¶ *Liberum sit Clero & populo, de propria diœcesi Episcopum elegere.*

Item ex primo libro Capitulorum *b Caroli & Ludovici Imperatorum, c. 84.*

Sacrorum *c* canonum non ignari, ut in Dei nomine sancta Ecclesia suo liberiùs potiretur honore, assensum ordini Ecclesiastico præbuimus, ut scilicet Episcopi per electionem Cleri & populi, secundùm statuta canonum de propria diœcesi, remotâ personarum & munerum acceptione, ob vitæ meritum, & sapientiæ donum eligantur, ut exemplo & verbis sibi subjectis usquequaque prodesse valeant.

Ex constitutionibus his, & paßo Ludovici Imperatoris deprehenditur, Imperatores illis renuntiâsse privilegiis, quæ de electione summos Pontifices Hadrianus Papa Carolo Imperatori, & ad imitationem ejus, Leo Papa Othoni primo Regi Teutonicorum fecerat. Cùm ergò præmissis auctoritatibus cunctis liqueat electionem Clericorum tantummodò esse, quæritur, quorum sit ipsa electio, an Clericorum majoris Ecclesiæ tantùm, an etiam aliorum religiosorum, qui in eadem civitate fuerint? Sed (sicut in breviatione canonum Fulgentii, Carthaginensis Ecclesiæ Diaconi, invenitur) in septimo capitulo d Nicæni Concilii, & in Gangrensi statutum est, ut ad eligendum Episcopum sufficiat Ecclesia matricis arbitrium. Nunc autem sicut electio summi Pontificis, non à Cardinalibus tantùm, verùm etiam ab aliis religiosis Clericis, auctoritate Nicolai e Papæ est facienda; ita & Episcoporum electio non à Canonicis tantùm, sed etiam ab aliis religiosissimis Clericis, sicut in generali Synodo Innocentii *f* Papæ *Romæ habita, constitutum est. Ait enim.*

C. XXXV. ¶ *Absque religiosorum virorum consilio, Canonici majoris Ecclesiæ Episcopum non eligant.*

Obeuntibus sanè Episcopis, quoniam ultra tres menses vacare Ecclesiam sanctorum Patrum prohibent sanctiones, sub anathematis vinculo interdicimus, ut Canonici de sede Episcopali ab electione Episcoporum excludant religiosissimos viros, sed eorum consilio honesta & idonea persona in Episcopum eligatur. Quòd si exclusis eisdem religiosis electio fuerit celebrata, quod absque assensu eorum, & conniventia factum fuerit, inritum habeatur & vacuum.

Nunc ergò quæritur, si vota eligentium in duas se diviserint partes, quis eorum alteri sit præferendus. De hu ita scribit Leo *Episcopus ad Anastasium Thessalonicensem Episcopum, epist. 11. al. 14. cap. 5. [sed paulo alter.]*

C. XXXVI. ¶ *Cum vota eligentium in duas se diviserunt partes, quis sit præferendus alteri.*

Si *a* fortè [quod 1 nec reprehensibile, nec irreligiosum judicamus] vota eligentium in duas se diviserint partes, Metropolitani judicio is alteri præferatur, qui majoribus & studiis juvatur, & meritis: tantùm ut nullus invitis & non petentibus ordinetur, ne civitas *b* Episcopum non optatum aut contemnat, aut oderit.

1 ¶ [Quod nec reprehensibile, nec irreligiosum judicamus] *Hæc verba, quæ à cæteris codicibus non referuntur, non sunt inventa apud Lamem, sed apud Gregorium, ex quo referuntur infrà 2. q. 1. c.* nec novum.

DISTINCTIO LXIV.

1 pa. Hinc considerandum est, *à quibus, vel quo tempore sacri ordines sint tribuendi, vel quibus in locis Patriarchæ, Primates, Archiepiscopi, Episcopi, Chorepiscopi, & reliqui Sacerdotes sint ordinandi. A quibus ordinentur Episcopi,* in Nicæno primo Concilio *definitum est, in quo sic legitur, cap. 4.*

C. I. ¶ *Ab omnibus comprovincialibus Episcopi ordinentur.*

Episcopi *c* ab omnibus, qui sunt in provincia sua, debent ordinari. Si verò hoc difficile fuerit, vel aliquâ urgente necessitate, vel itineris longitudine, certè tres Episcopi debent in unum congregari, ita ut etiam exterorum, qui absentes sunt, consensum in literis teneant, & ita faciant ordinationem. Potestas sanè vel confirmatio pertinebit per singulas provincias ad Metropolitanum Episcopum.

C. II. ¶ *De eodem.*

Item Anacletus *ad Episcopos Italiæ, epist. 2.*

Ordinationes *d* Episcoporum auctoritate Apostolicâ ab omnibus, qui in eadem fuerint provincia, Episcopis sunt celebrandæ. *& infrà.* ¶ Quòd si simul omnes convenire minimè poterunt, assensum tamen suis apicibus 1 præbeant, ut ab ipsa ordinatione animo non desint.

1 ¶ Apicibus] *In epistola est,* precibus. *Apud Ivonem & Burchardum,* precibus & scriptis.

C. III. PALEA.

[*Ex* Concilio Arausicano *primo, c. 21.*]

De 1 abjectione *e* ejus, quem duo præsumpserint ordinare Episcopi in nostris *f* provinciis, placuit de præsumptoribus, ut scilicet contigerit duos Episcopos tertium ordinare *g*, & ipse 2, & auctores damnabuntur; quò cautiùs ea, quæ sunt antiquitùs instituta, serventur.

a *S. Antoninus p. 2. tit. 16. c. 1. §. 16. in medio. Ansel. lib. 1. c. 90. & l. 4. c. 76.* b *al. capitularium.* c *Ansl. l. 6. c. 6.* d *al. septimo Nicæno Concilio.* e *Nic. 2. al. 1. in Concil. Rom. c. 1.* f *Innoc. 2. c. 22.*

a *Polyc. l. 2. tit. 1. Ansl. l. 6. c. 19. Ivo p. 5. c. 347. Pann. l. 3. c. 6.* b *al. plebi invitæ.* c *In Conc. Nicæno 1. c. 3. Ansl. l. 6. c. 4. & 14. Ivo p. 5. c. 117. Burch. lib. 1. c. 27. concordat.* d *Dist. 75. cap. ordinationes. Ansl. l. 6. c. 13. Burch. lib. 2. cap. 15. Ivo part. 5. c. 69. Pann. l. 3. c. 12. & 17. Polyc. l. 2. tit. 6.* e *Burch. l. 2. c. 30. Ivo p. 5. c. 341. Panor. l. 3. c. 20.* f *al. vestris.* g *al. consecrare.*

1 ¶ *In*

1 ¶ *In Concilio ipso hoc est initium hujus capitis*, Duo si præsumpserint ordinare Episcopum, &c. *ac deinde tota res plenius exponitur. Apud cæteros verò collectores eodem ferè modo habet, atque hîc: & in multis vetustis Gratiani codicibus abest.*

2 ¶ Et ipse] *Sic emendatum est ex originali, & cæteris collectoribus. Antea legebatur*, & Episcopi, & auctores.

C. IV. ¶ *Cæteris assentientibus cum tribus provincialib. ordinetur Episcopus.*

Item Anicetus *in epistola ad Episcopos Galliæ.*

COmprovinciales *a* Episcopi, si necesse fuerit, cæteris consentientibus, à tribus, jussu Archiepiscopi, consecrari possunt Episcopis.

C. V. ¶ *Non ordinetur Episcopus extra conscientiam Metropolitani.*

Item Innocentius Papa *ad Victricium Episcopum Rothomagen. epist. 2. c. 1.*

EXtra *b* conscientiam Metropolitani Episcopi nullus audeat ordinare Episcopum. Integrum enim est judicium, quod plurimorum sententiis confirmatur. Nec unus Episcopus ordinare præsumat Episcopum, ne furtivum præstitum beneficium videatur. Hoc enim & Synodus Nicæna constituit, atque definivit.

C. VI. ¶ *Episcopi à suo Metropolitano, & ipse ab eisdem consecretur.*

Item Gelasius *universis per Dardaniam constitutis.*

2 QUia *c* per ambitiones illicitas non puder quosps dam Ecclesiarum jura turbare, ac privilegia, quæ Metropolitanis, vel provincialibus Episcopis decrevit antiquitas temerariâ præsumptione pervadere, propter quod etiam communionis Apostolicæ desiderant dissidium tenere, quò scilicet ab ejus auctoritate divisi, vel impunè proprias usurpationes exerceant, non respicientes, quia æterno judici rationem tam de catholicæ sinceritatis injuria, quam de traditionum præjudiciis paternarum, non sine perpetuæ sint damnationis interitu reddituri, si in hac obstinatione permanserint; charitatem vestram duximus instruendam, ut vos omnes in commune fratres, sive per Dardaniam, sive per unamquamque contiguam provinciam constituti, qui vos sub Metropolitanis vestris esse meministis, & ab eisdem substitui decernentes *d*, sicut vetus consuetudo deposcit, unanimiter statuatis Antistites: & vicissim si Metropolitanus humanæ conditionis sorte decesserit, à comprovincialibus Episcopis, sicut forma transmisit, sacrari modis omnibus censeatis: nec quemquam sibi, quod vobis antiquâ dispositione concessum est, patiamini vendicare: quatenus & inter ipsas adversantium voluntatum procellas, veterum regulas nullatenùs custodire cessetis; sicut persecutionum tempore diversarum Patres nostros constanter fecisse non dubium est.

C. VII. ¶ *De eodem.*

Item ex Concilio Martini *Papæ.*

3 EPiscopum *e* oportet maximè quidem ab omni ps Concilio constitui. Sed si hoc aut pro necessitate, aut pro longinquitate itineris difficile fuerit, ex omnibus tres eligantur *f*, & omnium præsentium, vel absentium subscriptiones teneantur, & sic posteà ordinatio fiat. ¶ Hujus autem rei potestas in omni provincia ad Metropolitanum pertineat Episcopum.

C. VIII. ¶ *Non erit Episcopus, qui præter Metropolitani sententiam fuerit ordinatus.*

Item ex Concilio Nicæno I. *cap. 6.*

ILlud *g* generaliter est clarum, quòd si quis præter sententiam Metropolitani fuerit factus Episcopus, hunc magna Synodus diffinivit, Episcopum esse non oportere.

a *Polyc. l. 2. tit. 8. Burch. l. 1. c. 28. Pann. l. 3. c. 10. Ivo part. 3. c. 139.*
b *Polyc. abid. Ivo p. 3. c. 133. Ansl. l. 6. c. 56.* c *Ansl. l. 6. c. 41. al. 39. ex Gelasio ad Natalem Episcopum propè idem.* d *decedentes*] *vera lectio.* e *In cap. Martinus Brach. c. 4. ex Conc. Nican. cap. 4.* f *al. colligantur.* g *Ansl. l. 6. c. 42. Deusdedit, p. 3.*

DISTINCTIO LXV.

1 COmprovincialium Episcoporum universaliter desideratur consensus in ordinatione Episcopi. *Quòd si aliquis animositate ducti contradicere voluerint, obtineat sententia plurimorum.*

C. I. ¶ *Si cæteris consententibus ordinationi Episcoporum, duo vel tres contradicant, obtineat sententia plurimorum.*

Unde in Nicæno Concilio, *c. 6.*

SAnè si communi omnium consensu 1 rationabiliter probato, secundùm Ecclesiasticam regulam, duo vel tres animositate ducti per contentionem contradicant, obtineat plurimorum sententia Sacerdotum.

1 ¶ Consensu] *Græcè legitur,* ψήφῳ ὁλόγῳ οὔσῃ, *quod Dionysius vertit*, decreto rationabili, & secundùm Ecclesiasticam regulam comprobato.

C. II. ¶ *De eodem.*

Item ex Concilio Martini Papæ *a.*

NOn debet ordinari Episcopus absque consilio & præsentia *b* Metropolitani Episcopi. Adesse autem oportet omnes, qui sunt in provincia Sacerdotes, quos per suam debet epistolam Metropolitanus convocare. Et quidem si omnes occurrerint *c*, benè; si autem hoc difficile fuerit, plures oportet occurrere. Qui autem non convenerint, præsentiam sui per epistolas faciant, & sic omnium facto consensu ordinationem Episcopi fieri oportet. Si autem aliter, præterquàm terminatum est à nobis, fuerit factum, talè ordinationè nihil valere decernimus.

2 pars. ¶ Si autem secundùm canones ordinatio Episcopi fuerit facta, & aliquis cum malitia in aliquo contradixerit, plurimorum consensus obtineat.

C. III. ¶ *De eodem.*

Item ex Concilio Antiocheno, *c. 19* d.

EPiscopus non est ordinandus sine consilio, & præsentia Metropolitani Episcopi, cui meliùs erit, si ex omni provincia congregentur Episcopi. Quod si fieri non potest, hi, qui adesse non possunt, propriis literis consensum suum de ipso designent, & tunc demùm posit plurimorum, sive per præsentiam, sive per literas consensum, sententia consona ordinetur. Quòd si aliter, quàm statutum est, fiat, nihil valere hujusmodi ordinationem. ¶ Si verò etiam secundùm definitas regulas ordinatio celebretur, contradicant autem aliqui propter proprias & domesticas simultates, his contemptis, sententia de eo obtineat plurimorum.

¶ *Verbis Græcis multò meliùs respondet altera versio, quæ Dionysii est, ideoque illa consulenda.*

Si autem provinciam Primatem habere constiterit, nec etiam à Metropolitano absque ejus conscientia Episcopum consecrare licebit.

C. IV. ¶ *Absque Primatis consensu Metropolitanus Episcopum non ordinet.*

Unde Leo Papa *Anastasio Episcopo, epist. 82. al. 84. c. 6.*

DE *e* persona autem consecrandi Episcopi, & de Clerici, plebisque consensu, Metropolitanus Episcopus ad fraternitatem tuam referat, quodque in provincia benè placuit, scire te faciat, ut ordinationem ritè celebrandam tua quoque confirmet auctoritas. Quæ rectis dispositionibus nihil moræ, aut difficultatis debet afferre, ne gregibus Domini diù desit cura pastorum.

C. V. ¶ *De eodem.*

Item ex Concilio Carthaginensi II. *c. 12.*

PLacet omnibus, ut inconsulto Primate cujuslibet

a *In c. Martinus Brach. c. 3. ex Concil. Antioch. c. 19.* b *al. conscientia.* c *al. concurrerint.* d *Ca. 18.* e *Deusdedit p. 1. Ivo p. 3. c. 341.*

provinciæ, tam facilè nemo præsumat, licet cum multis Episcopis, in quocunq; loco sine ejus (ut dictum est) præcepto Episcopum ordinare. ¶ Si autem necessitas fuerit, tres Episcopi, in quocunque loco sint, cum Primatis præcepto ordinare debeant Episcopum.

C. VI. ¶ *Unicuique Ecclesiæ proprius honor servetur.*

Item ex Concilio Nicæno, *c.6.*

MOs *a* antiquus perdurat *b* in Ægypto, vel Lybia, & Pentapoli, ut Alexandrinus Episcopus horum omnium habeat potestatem; quandoquidem & Episcopo Romano paritis 1 mos est. ¶ Similiter autem & apud Antiochiam, cæteras q́ue provincias, honor suus unicuiq; servetur Ecclesiæ.

1 ¶ Paritis] *Græcè legitur,* ἐπειδὴ καὶ τῷ ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐπισκόπῳ τοῦτο συνήθες ἐστι, *id est,* quoniam & Romæ Pontifici hoc usitatum est. *Quibus verbis nulla partes Romani, & Alexandrini Patriarchatûs inducitur, ut quidam male interpretati sunt. De qua re optimè Nicolaus primus in epistola ad Michaëlem Imperatorem, quæ incipit,* Proposueramus, *sic scripsit:* Nicæna Synodus noverat Romanæ Ecclesiæ omnia Domini sermone concessa: Si omnia, ergò defuit nihil, quod non illi concesserit. Denique, si instituta Nicænæ Synodi diligenter inspiciantur, invenietur profectò, quia Romanæ Ecclesiæ nullum eadem Synodus contulit incrementum; sed potiùs ex ejus forma, quod Alexandrinæ Ecclesiæ tribueret, particulariter sumpsit exemplum. *Hactenus Nicolaus. Statutum igitur fuit, ita in Alexandrina Ecclesia observandum, quia sic fieret in Romana.*

C. VII. ¶ *Eodem.*

Item ex eodem, *c.7.*

QUoniam mos antiquus obtinuit, & vetusta traditio, ut Æliæ, id est, Hierosolymorum *c* Episcopo honor deferatur, habeat consequenter honorem, manente tamen Metropolitanæ civitati propriâ dignitate.

Qui verò à comprovincialibus sui cum Metropolitani licentia fuerit ordinatus, infra constituta tempora ejus se repræsentet aspectibus.

C. VIII. ¶ *Metropolitano se repræsentet ma-per factus Episcopus.*

Vnde in Tarraconensi Concilio, *c.1 legitur.*

SIquis in Metropolitana civitate non fuerit Episcopus ordinatus, postquam susceptâ benedictione per Metropolitani literas honorem fuerit Episcopi adeptus: id optimum esse decernimus, ut postmodum statuto tempore, id est, impletis duobus mensibus, se Metropolitani sui repræsentet aspectibus, ut ab illo monitis Ecclesiasticis instructus plenius, quid observare debeat, recognoscat. Quòd si fortè hoc implere neglexerit, in Synodo increpatus à fratribus, corrigatur. Et si fortè infirmitate aliquâ, ne hoc impleat, fuerit præpeditus, hoc suis literis Metropolitano indicare procuret.

3 pars. *His auctoritatibus datur intelligi, quòd Episcopi à comprovincialibus suis debeant ordinari. Sed quæritur, si in provenerit plurimi Episcopi fuerint* d, *& contigerit fortè unum remanere Episcopum, quid fieri debeat? Ille, quia solus est, ordinare non potest Episcopum: comprovinciales enim non habet, cum quibus Episcopum consecrare valeat. Cùm ergò talis necessitas fuerit, quid faciendum sit,* in Sardicensi Concilio *definitur, in quo, cap 3. sic statutum legitur.*

C. IX. ¶ *Si fortè unus tantùm in provincia remanserit Episcopus, ad consecrationem Episcopi de vicina provincia convocentur.*

SI *e* fortè in provincia unum tantùm contigerit remanere Episcopum, superstes Episcopus convocet Episcopos vicinæ provinciæ, & cum eis ordinet comprovinciales sibi Episcopos. Quod si facere neglexerit, populi conveniant Episcopos provinciæ vicinæ, & illi prius commoneant Episcopum, qui in eadem provincia commoratur, & ostendant, quòd populi petant sibi Episcopum rectorem, & doceant justum esse, ut veniat 1 ipse, & cum eis ordinet Episcopum. Quòd si literis conventus tacuerit & dissimulaverit, nihilque rescripserit, tunc satisfaciendum est populis, ut conveniant ex vicina provincia Episcopi, & ordinent Episcopum.

¶ *Capitulum hoc, quomodo refertur à Gratiano, præsertim in prave parte, neque cum Latino, quod genuinum est in tomis Conciliorum, multoq; minus cum Græco canone convenit: quin etiam apud Burchardum & Ivonem varie legitur. Hujus verò Concilii canones à Latinis latinè, & à Græcis græcè à principio scripti fuisse, Nicolaus Papa Photio scribens in epistola, qua incipit,* Innumerabilium, *his verbis indicat:* Quomodo autem non esse apud vos Sardicenses canones, tu solus astruere poteris, quando non solùm à Latinis, verùm etiam cum aliis à Græcæ linguæ hominibus statuti sunt, & promulgati? Qua de re credibile non est, quod ibi diffinitum est, unumquemque ipsorum minimè propriæ linguæ tradidisse. *Dionysius quoque Exiguus in epistola ad Stephanum Episcopum, quâ ex suam Græcorum canonum interpretationem obtulit, Sardicense Concilium à principio inter Latinos latinè editum fuisse, his verbis significat:* Tunc sancti Chalcedonensis Concilii decreta subdentes, in his Græcorum canonum finem esse declaramus, ne quid præterea notitiæ vestræ credamus velle subtrahere. Statuta quoque Sardicensis Concilii, atque Africani, quæ Latinè sunt edita, suis à se numeris cernuntur esse distincta.

1 ¶ Ut veniat ipse,] *Tam in Concilio, quod est in codice canonum, quam quod in collectione Isidori, & apud Burchardum, & Ivonem legitur,* ut & ipsi veniant, & cum ipso ordinent Episcopum. *Græcus autem canon sic habet.*

Ὅτι δεῖ ἐπίσκοπον ἐπιτιμᾶσθαι συμβῇ ἐν μιᾷ ἐπαρχίᾳ, ἐν ᾗ πλείους ἐπίσκοποι τυγχάνουσιν, ἵνα ἐπίσκοπον ἀπαμείνωσι, καθὼς καὶ ἐν κώμῃ τινὰ ἀμέλειαν μὴ βουληθῇ συνελθεῖν τῇ συνοδικῇ τῶν πάντων ἀσῇ τῶν ἐπισκόπων, πλὴν πλήθη συναθροισθέντα παρακαλεῖν γίνεσθαι τὴν κατάστασιν ἐπ' αὐτῶν ἐπιζητεῖν ἐπισκόπου, χεῖρ ἀποτείνειν ἐκείνου τὸν ὑπομιμνήσκοντα ἐπίσκοπον ὑπομιμνήσκειν δὲ γράμμασιν τῶν ἐξάρχων τῆς ἐπαρχίας (λέγω δὲ τῶν ἐπισκόπων τῆς μητροπόλεως) ὅτι ἄξιον τὰ πλήθη πεμφθῆναι αὐτοῖς δόθηναι, ἡγεμὼν καλῶς ἔχειν τοῦτον ἐπιδέχεσθαι, ἵνα παραγένηται. Εἰ δὲ μὴ δι' γραμμάτων ἀξιωθεὶς παραγένηται, μήτε μὴν αὐτὸς ἀφῇ, τὸν ἀκαίρως τῇ βουλήσει τῶν πλήθους χρὴ γενέσθαι. χρὴ δὲ καὶ μετακαλεῖσθαι τὸν τῆς πλησιοχώρου ἐπαρχίας ἐπίσκοπον, ὡς τῷ κατέσται τὰ τῆς μητροπόλεως ἐπισκόπου, *id est,* Osius Episcopus dixit. Si qua in provincia, in qua plurimi sunt Episcopi, contigerit unum Episcopum morari absentem, neque is propter negligentiam quandam convenire voluerit, nec; Episcoporum creationi consentire, populi verò congregati postulent eum, quem ipsi expetunt, Episcopum constitui: primùm oportet Episcopum illum, qui absens moratur, admoneri literis Primatis provinciæ (nimirum Episcopi Metropolitani) de populorum postulato, Pastorem sibi dari petentium: rectè autem se habere puto, eum quoque, ut interfit, expectari *a.* Quod si neque per literas rogatus affuerit, ac ne rescripserit quidem, satisfaciendum populi voluntati est. Convocari autem oportet ex vicina etiam provincia Episcopos ad Metropolitani Episcopi creationem.

a Anst.l.4.c.46. Polyc.l.2. tit.21. b *perduret*] κρατεῖτο. c *al.Hierosolyma.* d *al.non fuerint.* e *Burch.lib.3.cap.26. Ivo part.3.c.137.*

a *al. admitti.*

DISTINCTIO LXVI.

1 ps Archiepiscopus autem ab omnibus suæ provinciæ Episcopis debet ordinari. a

C. I. ¶ *Ab omnibus Suffraganeis suis Archiepiscopus ordinetur.*

Unde Anicetus Papa *in epist. ad Episcopos Galliæ.*

Archiepiscopus 1 ab *b* omnibus suæ provinciæ Episcopis ordinetur. *& infrà.* 2 ¶ Illud tamen, quod de Archiepiscopi consecratione prædictum est, atque præceptum, id est, ut omnes Suffraganei eum ordinent, nullatenùs immutari licet: quia qui illis præest, ab omnibus Episcopis, quibus præest, debet constitui. Sin aliter præsumptum fuerit, viribus carere non dubium est, quia irrita erit ejus secùs acta ordinatio.

1 ¶ Archiepiscopus] *Hæc prior pars in epistola ipsa, & apud cæteros collectores fusiùs exponitur.*

2 ¶ *Hic in epistola cùm multa alia sint interjecta, tum c.* comprovinciales. *sup. dist. 64.*

2 ps. *De Episcopo autem non ordinando à paucioribus, quàm tribus Episcopis.* Anacletus *ep. 2. ad Episcopos Italiæ scribit, dicens.*

C. II. ¶ *Episcopus non minùs, quàm à tribus Episcopis ordinetur.*

POtrò & *c* Hierosolymitarum primus Archiepiscopus beatus Jacobus, qui Justus dicebatur, & secundùm carnem Domini nuncupatus est frater, à Petro, Jacobo, & Joanne Apostolis est ordinatus, successoribus videlicet suis dantibus formam, ut non minùs, quàm à tribus Episcopis, reliquisq; omnibus assensum præbentibus, ullatenùs Episcopus ordinetur, & communi voto ordinatio celebretur.

DISTINCTIO LXVII.

1 ps *Presbyteri verò, & Chorepiscopi ab uno Episcopo ordinari possunt.*

C. I. ¶ *Sacerdotes ab uno Episcopo possunt ordinari.*

Unde Anacletus *epist. 2. ad Episcopos Italiæ.*

RElíqui *d* Sacerdotes à proprio ordinentur Episcopo, ita ut cives & alii Sacerdotes assensum præbeant, & jejunantes ordinationem celebrent. Similiter & Diaconi ordinentur. Cæterorum autem graduum distributioni trium veracium testimonium, cum Episcopi scilicet approbatione, sufficere potest.

C. II. ¶ *De eodem.*

Item in Hispalensi Concilio secundo, *c. 6. legitur.*

2 ps EPiscopus Sacerdotibus, ac ministris solus honorem dare potest, solus auferre non potest.

DISTINCTIO LXVIII.

1 ps QUærtur de illis, qui ordinantur ab his, quos non constat fuisse Episcopos, an sint iterum consecrandi, an non? Quòd verò consecrandi non sint, probatur auctoritate Gregorii, *qui scribens Joanni Ravennati Episcopo, lib. 2. epist. 32. ait.*

C. I. ¶ *Semel consecratus, iterum consecrari non debet.*

Sicut *f* semel baptizatus iterum baptizari non debet; ita qui consecratus est semel, in eodem iterum ordine non debet consecrari. Sed si quis forsitan cum levi culpa ad Sacerdotium venit, pro culpa pœnitentia indici debet, & tamen ordo servari.

C. II. ¶ *De Presbyteris, qui ordinantur ab eis, quos constat Episcopos non fuisse.*

Contrà Gregorius III. *ad Bonifacium Episcopum, epist. 2. scribens, testatur.*

PResbyteri *a*, quos ibidem reperisti, si incogniti fuerint illi, qui *b* ordinant, & dubium est, eos Episcopos fuisse, an non, qui eos ordinaverunt; si bonæ actionis & catholici viri sunt ipsi Presbyteri, & in ministerio Christi, omniq́ue lege sanctâ edocti, ab Episcopo suo benedictionem Presbyteratûs suscipiant, & consecrentur: & sic ministerio sacro fungantur.

Quòd ergò consecratus, in eodem ordine iterùm consecrari prohibetur, de eo intelligendum est, qui consecratus est ab illo, quem certum erat consecrandi jus habere. Qui autem ab illo consecratur, quem non constat jus consecrandi habuisse, iterùm consecrandus est: quia si ille consecrandi jus non habuit, iste ex olei effusione nil consecrationis accepit. Et quia in ipso ordine consecratus non erat, nunc quasi primum ad consecrationem veniens ab Episcopo Sacerdotalem benedictionem, & consecrat onem consequitur. Si autem jus consecrandi habuit, in prima unctione consecutus est consecrationem: in secunda verò non restauratur consecratio, sed sola unctio; sicut de quo dubium est, an sit baptizatus, vel non, debet baptizari: qui si prius baptizatus non fuerat, consequitur gratiam Baptismi: si autem baptizatus erat, nihil accipit in secunda unctione: nec pertinet hoc ad restaurationem Baptismi, sed ad cautelam salutis. Hoc & de Ecclesiis consecrandis similiter observandum est.

C. III. ¶ *Non debet iterùm consecrari Ecclesia semel consecrata.*

Unde in Nicæno Concilio *legitur.*

ECclesiis *d* semel consecratis Deo, non iterùm debet consecratio adhiberi, nisi aut ab igne exustæ, aut sanguinis effusione, aut cujuscunque semine fuerint pollutæ: quia sicut infans à qualicunque Sacerdote in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti semel baptizatus, non debet iterùm baptizari: ita nec locus Deo dicatus, est iterùm consecrandus, nisi propter eas causas, quas superiùs nominavimus: si tamen fidem sanctæ Trinitatis tenuerunt, qui eum consecraverunt.

2 pars. *Inter Episcopos, & Chorepiscopos autem hæc est differentia, quòd Episcopi non nisi in civitatibus, Chorepiscopi etiam in vicis ordinari possunt. Episcopi formatas tribuunt literas, Chorepiscopi non nisi commendatitias, & pacificas dare valent. Episcopi jus consecrandi habent, Chorepiscopi tantum minores ordines tribuunt, Leviticam autem, & Sacerdotalem benedictionẽ non valent præstare*

C. IV. ¶ *In quibus Chorepiscopi ab Episcopis differant.*

De his ita scribit Leo I. *ad Episcopos Germaniæ, & Galliæ, epist. 86. al. 87.*

QUamvis *e* Chorepiscopis, & Presbyteris plurima cum Episcopis ministeriorum communis sit dispensatio, quædam tamen auctoritate veteris Legis, quædam novellis, & Ecclesiasticis regulis sibi prohibita noverint: sicut est Presbyterorum & Diaconorum, aut virginum consecratio, sicut constitutio altaris, ac benedictio, vel unctio. Siquidem nec erigere eis altaria, nec Ecclesias, vel altaria consecrare licet, nec per impositionem manuum fidelibus baptizatis *f*, vel conversis hæreticis *g* Paracletum Spiritum Sanctum tradere, nec chrisma conficere, nec chrismate baptizatorum frontes signare, nec publicè quidem in Missa quemquam pœnitentem reconciliare, nec formatas cuilibet epistolas mittere. Hæc enim omnia illicita sunt Chorepiscopis,

a *Sic Iustin. novel. 131. in prin.* b *Extrà de temp. ord. c. fi. Archiepiscop. Polyc. l. 2. tit. 8. Anselm. l. 6. c. 39. Burch. l. 1. c. 18. Ivo p. 5. c. 139. Pann. lib. 3. cap. 10.* c *Idem reperitur in epist. Anacleti. Polyc. ibid. Anselm. l. 6. cap. 13. Burch. l. 1. c. 15. Ivo p. 5. cap. 139. Pann. lib. 3. cap. 17.* d *Polyc. ibid. Anselm. l. 6. cap. 33. c. 15. q. 7. cap. Sexta. & cap. Episcopus.* f *a. sent. dist. 25. B. Polyc. l. 2. tit. 35. Anselm. l. 7. c. 104. Pannorm. lib. 3. c. 74. Ivo p. 6. c. 42.*

a *Anselm. l. 7. c. 110. Ivo p. 6. c. 116.* b *à quibus fuerint ordinati,*] orig. c *Iotiane.* d *De consecr. dist. 2. c. Ecclesiis.* e *Ivo p. 6. c. 72. Anselm. l. 7. c. 122. Polyc. l. 4. tit. 26.* f *baptizandis,*] orig. *& Ivo.* g *ex hæresi*] orig.

qui ad exemplum & formam lxxij *a* Discipulorum esse noscuntur, vel Presbyteris, qui eandem gestant figuram: quoniam quanquam consecrationem habeant, Pontificatûs tamen apicem non habent.

3 pars. *Hi verò propter insolentiam suam, quâ officia Episcoporum sibi usurpabant, ab Ecclesia hodie prohibiti sunt.*

C. V. ¶ *Ordo Chorepiscoporum à sacra sede reprobatur.*

Unde Damasus Papa *ait ad Episcopos Africæ, epist. 4.*

CHorepiscopi *b* tam ab hac sacra sede, quàm à totius orbis fuerunt Episcopis prohibiti. Nimis ergò eorum institutio improba, nimis est prava, quia ut hi de summo Sacerdotis ministerio aliquid præsumant, omni auctoritate caret. *& infrà.* ¶ Nam non amplius, quàm duos ordines inter Discipulos Domini esse cognovimus, id est, duodecim Apostolorum, & septuaginta *c* Discipulorum. Unde iste tertius processerit, funditùs ignoramus. Et quod ratione caret, extirpari necesse est.

4 pars. ¶ Quòd autem *d* Episcopi non sint, qui minùs, quàm à tribus sunt ordinati Episcopis, omnibus patet: quoniam, ut benè nostis, prohibitum à sanctis est Patribus, ut qui ab uno, vel à duobus sunt ordinati Episcopis, nec nominentur Episcopi. Si enim nomen non habent, qualiter officium habebunt?

C. VI. ¶ *Apostolorum in Ecclesia locum Episcopi teneant.*

Unde Urbanus Papa II.

QUorum vices in Ecclesia habeant Episcopi, & quis eis hanc dignitatem dare debeat, sanctus Augustinus ostendit, inquiens: [*Pro* e *patribus tui nati sunt tibi filii. Quid est, pro patribus tui nati sunt tibi filii? Patres missi sunt Apostoli: pro Apostolis filii nati sunt tibi, constituti sunt Episcopi. Hodie enim Episcopi, qui sunt per totum mundum, unde nati sunt? Ipsa Ecclesia patres illos appellat, ipsa illos genuit, & ipsa illos constituit in sedibus Patrum. Non ergò te putes desertam, quia non vides Petrum, quia non vides Paulum, quia non vides illos, per quos nata es: de prole tua tibi crevit paternitas. Pro patribus tui nati sunt tibi filii: constitues eos principes super omnem terram.*] & infrà. [*Felices genuit Ecclesia, constituit eos pro patribus suis principes super omnem terram.*]

DISTINCTIO LXIX.

1 TOnsura verò Clerici de manu Abbatis suscipi potest, si 35 eidem Abbati manûs impositio ab Episcopo facta noscatur.

C. I. ¶ *Abbates, quibus ab Episcopo manus imponitur, aliquos tonsurare possunt.*

Unde in septima Synodo, *c. 14. legitur.*

QUoniam *f* videmus, sine manûs impositione à parvula ætate tonsuram Cleri quosdam accipientes, nondumque ab Episcopo manûs impositione perceptâ, super ambonem irregulariter in collecta legentes, præcipimus amodò id minimè fieri. Idipsum quoque observandum est etiam inter Monachos.

2 pars. ¶ Lectoris autem manûs impositione *g* licentia est Abbati solummodò in proprio monasterio faciendi, si duntaxat eidem Abbati manûs impositio facta noscatur ab Episcopo [secundùm *h* morem præficiendorum Abbatum] dum constet illum esse Presbyterum. ¶ Simili etiam modo secundùm antiquam consuetudinem Chorepiscopos præceptione oportet Episcopi promovere Lectores.

a *al.* 70. b *Polyc. l. 4. tit. 16. Anf. l. 7. c. 123.* c *al.* 72. d *al. quinq.* e *Aug. in Comment. ad Psal. 44. circa fin.* f *Ivo p. 5. c. 176.* g *al. impositionem.* h *Hæc non sunt in Græco canone.*

C. II. ¶ *Non exorcizent, qui ab Episcopo provecti non sunt.*

Item ex Concilio Laodicensi, *c. 26.*

NOn oportet exorcizare eos, qui necdum ab Episcopis sunt promoti *a*, neq; in Ecclesiis, neque in domibus.

DISTINCTIO LXX.

A Episcopis alterius civitatis Clericus ordinari non potest, nec etiam à proprio absolutè ordinandus est: absoluta enim ordinatio Chalcedonensi Concilio *prohibetur, & vacuam habere manûs impositionem præcipitur: in qua sic statutum est, canone 6.*

C. I. ¶ *Nemo ordinandus est absolutè.*

NEminem *b* absolutè ordinari Presbyterum, vel Diaconum, vel quemlibet in Ecclesiastica ordinatione constitutum, nisi 1 manifestè in Ecclesia civitatis, sive possessionis, aut in martyrio, aut in monasterio, qui ordinatur, mereatur ordinationis publicatæ vocabulum. Eos autem, qui absolutè ordinantur, decrevit sancta Synodus, vacuam habere manûs impositionem, & nullum tale factum 2 valere ad injuriam ipsius, qui eum ordinavit.

1 ¶ Nisi manifestè] *Græcè legitur:* ἐὰν μὴ ἰδικῶς ἐν ἐκκλησίᾳ πόλεως, ἢ κώμης, ἢ μαρτυρίῳ, ἢ μοναστηρίῳ, ἢ χωροεπισκόπῳ ἐπικηρύττοιτο, *hoc est*; nisi propriè in Ecclesia civitatis, vel pagi, aut martyrio, aut monasterio, qui ordinatur, pronuntietur. *In ordine autem Romani sacramento talis pronuntiatur enis, Episcopi nomine per Archidiaconum facta.* De titulo S. Stephani eligimus Petrum ad Lectorem eundem titulum.

2 ¶ Nullum tale factum] *Græcè:* μηδαμῶς ὑπάρχειν ἐνεργῆ, *id est*, nunquam posse operari.

C. II. ¶ *Irrita sit ordinatio sine titulo facta.*

Item ex Concilio Urbani II. *habito Placentiæ.*

SAnctorum *c* canonum statutis consonâ sanctione decernimus, ut sine titulo facta ordinatio irrita habeatur, & in qua Ecclesia quilibet titulatus est, in eâ perpetuò perseveret. ¶ Omninò autem in duabus aliquem titulari non liceat, sed unusquisque in qua titulatus est, in ea tantùm Canonicus habeatur. Licèt enim Episcopi dispositione unus diversis præesse possit Ecclesiis, Canonicus tamen præbendarius, nisi unius Ecclesiæ, in qua conscriptus est, esse non debet. ¶ Si quæ tamen Capellæ sunt, quæ suis reditibus Clericos sustentare non possunt, ea cura ac dispositio Præpositi majoris Ecclesiæ, cui Capellæ subditæ esse videntur, imminet, & tam de possessionibus, quàm de Ecclesiasticis Capellarum officiis ipse provideat.

In eodem etiam Concilio antiquis novem Præfationibus decima addita est, qua ita se habet: [*Æquum & salutare, & te in veneratione, vel assumptione beatæ Mariæ collaudare, benedicere & prædicare, quæ & unigenitum tuum S. Spiritûs obumbratione concepit, & virginitatis gloriâ permanente lumen æternum mundo effudit, Jesum Christum Dominum nostrum.*]

DISTINCTIO LXXI.

DE Clericis verò non ordinandis ab Episcopo alterius civitatis, in Sardicensi Concilio, c. 11. & 19. statutum est, in quo Ianuarius Episcopus dixisse legitur.

a C. I. ¶ *Clerici ab Episcopo alterius civitatis non ordinentur.*

ILlud quoque sanctitas vestra statuat, ut nulli Episcopo liceat alterius civitatis Ecclesiasticum hominem sollicitare, & in sua diœcesi Clericum ordinare. Universi dixerunt, Placet: quia ex his contentionibus solent nasci discordiæ; & ideò prohibet omnium sententia, ne quis hoc facere audeat. ¶ Osius *d* Episcopus dixit: Et hoc universi constituimus, ut quicunque ex alia parochia

a *al. provecti.* b *Anf. l. 7. c. 105. Polyc. 2. tit. 31. Burc. l. 2. c. 6. Ivo p. 6. c. 26. Pann. d. 3. c. 27.* c *S. Antoninus p. 2. c. 1. §. 22.* d *c. 19. ejusdem,* volueris

voluerit alienum ministrum sine consensu Episcopi ipsius, & sine voluntate ordinare, non sit rata ordinatio ejus.

1 ¶ Hominem] *In Concilio Latino legitur:* Ecclesiasticum ministrum solicitare, & in suis parochiis Clericum, &c. *Inf. vid. cap.* primatus. (*ubi hujus canonis sententia videtur referri*) *legitur*, ut nemo alterius plebis hominem usurpet. *Græce autem caput istud, quod in Latino decimum octavum est, non habetur.*

C. II. ¶ *De eodem.*

Item Innocentius *ad Victricium Rothomagensem Episcopum, epist. 2. c. 7.*

De [a] aliena Ecclesia ordinare Clericum nullus præsumat [b], nisi ejus Episcopus precibus exoratus concedere voluerit.

C. III. ¶ *Qui sine Episcopi consensu ordinatur, irrita sit ejus ordinatio.*

Item ex Nicæno Concilio, *cap. 16. in fin.*

Si [c] quis ausus fuerit aliquem, qui ad alterum pertinet, in sua Ecclesia ordinare, cùm non habeat consensum illius Episcopi, à quo recessit Clericus, irrita sit hujusmodi ordinatio.

C. IV. ¶ *Clericus unius Ecclesiæ in alia non ordinetur.*

Item ex Concilio Chalcedonensi, *cap. 20.*

Clericos [d] in suis Ecclesiis constitutos, sicut jam diffinivimus, non licear in alterius civitatis Ecclesiis ordinari; sed quiescant in ea; in qua ab initio ministrare meruerunt: exceptis illis, qui proprias civitates perdiderunt, & ex necessitate ad alias Ecclesias migraverunt. Si verò quicunq; Episcopus post definitionem istam ad alium Episcopum pertinentem Clericum susceperit, placuit sanctæ Synodo, & eum, qui susceptus est, tamdiu excommunicatos manere, quamdiu ipse Clericus revertatur ad propriam Ecclesiam.

C. V. ¶ *Apostolicâ permissione unius Ecclesiæ Clericus in altera valeat ordinari.*

Item Gregorius *Fortunato Episcopo Neapolitano, lib. 5. epist. 11. seu cap. 111.*

Fraternitatem [e] tuam à nobis petiisse recolimus, ut Gratianum Ecclesiæ Benafranæ Diaconum tuæ concederemus Ecclesiæ cardinandum 1. Et quoniam nec Episcopum, cui obsecundare, nec propriam habet Ecclesiam, hoste scilicet prohibente, quo suum debeat ministerium exhibere; petitionem tuam non prævidimus differendam. Idcircò scriptis tibi præsentibus eum necessariò duximus concedendum, habituro licentiam Diaconum illum, nostrâ interveniente auctoritate, Ecclesiæ tuæ, Deo propitio, constituere Cardinalem.

1 ¶ Cardinandum] *Antea legebatur*, ordinandum. *Emendatum est ex ipsa epistola. Cardinare verò, seu Cardinalem constituere,* (*quod est in fine hujus capitis*) *ita videtur B. Gregorius accepisse, ut canonicam translationem significet. Nam cùm tempore S. Gregorii canon sextus Concilii Chalcedonensis accuratè observaretur, ut nullo modo daretur alicui loco in Ecclesia* (*qui nunc titulus vocatur*) *nisi simul ad eum locum ordinaretur, cùm aliquis jam ordinatus, necessitate aliquâ in aliam Ecclesiam transferebatur, ut in illa in eodem gradu, quo in prima ordinatus erat, deserviret, in secunda ducebatur incardinari; quod ex isto nunc indicato loco patere potest, & ex l. 3. epist. 14. & alibi. Quod etiam in Episcopis B. Gregorius faciebat, lib. 2. indict. 10. epist. 6. & epist. 23.* (*quod refertur* 7. q. 1. c. pastoralis) *& indict. 11. ep. 13. & sequenti, quod habetur* 21. q. 1. c. relatio. *De hac re Ioannes Diaconus lib. 3. cap. 2. 11. & 16. Gregorium verò Ioannes VIII. & facto ipso, & vocabulo in eadem notione accepto, esse imitatus, quod ex aliquot manuscriptis ipsius epistolis constat.*

C. VI. ¶ *Sine literis Episcopi sui in aliqua Ecclesia Clericus non suscipiatur.*

Item ex Concilio Carthaginensi I. *cap. 5.*

Primatus [a] Episcopus [b] Vegeselitanus dixit: Suggero sanctitati vestræ, ut statuatis, non licere Clericum alienum ab aliquo susci pi, sine literis Episcopi sui, neque apud se retinere, nec Laicum usurpare sibi de plebe aliena, ut eum obtineat [c] sine consci entia ejus Episcopi, de cujus plebe est. Gratus Episcopus dixit: Hæc observantia pacem custodit. Nam & memini in sanctissimo Concilio Sardicensi statutum, ut nemo alterius plebis hominem usurpet: sed si fortè erit necessarius, petat à colle ga suo, & per consensum sui Episcopi habeat.

C. VII. ¶ *Sine literis commendatitiis Clericus extra suam Ecclesiam non ministret.*

Item ex Concilio Chalcedonensi, *c. 13.*

Extraneo [d] Clerico, & Lectori extra civitatem suam sine commendatitiis literis proprii Episcopi nusquam penitus liceat ministrare.

C. VIII. ¶ *De eodem.*

Item ex sermone S. Augustini *ad populum.*

Hortamur [e] Christianitatem vestram juxta sanctorum canonum instituta, ut in Ecclesiis à vobis fundatis aliunde veniens Presbyter non susci piatur, nisi à vestræ fuerit Ecclesiæ consecratus Episcopo, aut ab eo per commendatitias literas susci piatur.

C. IX. ¶ *Absque formata Clerici peregrini non suscipiantur.*

Item ex Concilio Antiocheno, *cap. 7.*

Nullum absq; formata 1, quam Græci epistolam dicunt, peregrinorum Clericorum susci pi oportet.

1 ¶ Formata] *Græce est:* μηδένα αὐτῶν ἀφεκτικῶν δέχεσθαι τῶν ξένων: *quod Dionysius vertit,* nullus peregrinorum sine pacificis, id est, commendatitiis susci pitur epistolis. *Atq; ita Burch. & Ivo habent.*

DISTINCTIO LXXII.

Dimissorias verò literas Episcopus, nisi rogatus, non tribuat: sicut statutum est in Synodo habita Roma.

C. I. ¶ *Nisi eodem petente, nulli dimissoria literas præstentur.*

Unde Leo Papa *ait.*

Episcopus [f] subjecto sibi Sacerdoti, vel alii Clerico, nisi ab ipso postulatus, dimissorias non faciat, ne ovis quasi perdita, aut errans inveniatur.

C. II. ¶ *De eodem.*

Item ex Concilio Carthaginensi III. *cap. 21.*

Clericum [g] alienum, nisi concedente ejus Episcopo, nemo audeat vel retinere, vel promovere in Ecclesia sibi credita. Clericorum autem nomen etiam Lectores, & Psalmistæ, & Ostiarii retinent [h].

C. III. ¶ *In una Ecclesia ordinatus, in alia non susci piatur* [i].

Item ex Concilio Milevitano, *cap. 15.*

Placuit [k], ut quicunq; in una Ecclesia vel semel eligitur 1, ab alia Ecclesia ad Clericatum non teneatur.

1 ¶ Eligitur] *In Concilio Milevitano est*, vel semel legerit: *item in Concilio Carthaginensi Graco, capit. 91.* καὶ ἅπαξ ἀναγνῶ. *In Africano autem, capite 37.* vel semel susci pto officio legerit.

a *Pannorm. lib. 3. cap. 64.* b *al. usurpet.* c *Burch. lib. 1. cap. 109. Ivo part. 5. c. 11. ex alia versione.* d *Ansl. l. 6. cap. 125. & l. 7. cap. 109. Ivo p. 6. c. 361.* e *Io. Diac. l. 4. c. 20. Polyc. lib. 3. tit. 7. Anselm. lib. 7. cap. 80.*

a *al. privatus.* b *Burch. l. 2. c. 43. Ivo p. 6. c. 144. Ansel. l. 6. c. 124.* c *ordinet*] *orig.* d *Burch. l. 2. c. 139. Ansel. l. 7. c. 162. Polyc. l. 4. tit. 3.* e *Burch. l. 15. c. 30. Ivo p. 16. c. 31.* f *Ansel. l. 6. c. 122.* g *Burch. l. 2. c. 42. Ivo p. 6. c. 14.* h *al. retineat.* i *al. retineatur.* k *Conc. Africanum. c. 37.*

DISTINCTIO LXXIII.

QUaliter a verò commendatitia, vel dimissoria, seu formata epistola facienda sit, videndum est. Debent namq; litera Græca interponi in ea epistola, & non sine causa. Græca enim elementa literarum, numeros etiam exprimere, nullus qui vel tenuiter Græci sermonis notitiam habet, ignorat. Ne igitur in faciendis epistolis canonicis, quas nos Latinus Formatas vocat, aliqua fraus falsitatis temerè præsumeretur, hoc a Patribus CCCXVIII. Nicæa congregatis saluberrimè inventum est, & constitutum, ut formata epistola hanc calculationis seu supputationis haberet rationem: id est, ut assumantur in supputationem prima Græca elementa Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti, hoc est, π. υ. α: quæ elementa octogenarium & quadringentesimum, & primum significant numerum. Petri quoque Apostoli prima littera, id est, π, quæ numerum octoginta significat: ejus quoque, qui scribit, Episcopi b prima littera; cui scribitur, secunda littera; accipientis, tertia littera; civitatis quoque, de qua scribetur, quarta; & Indictionis, quæcunque est illius c temporis, numerus assumatur. Atque istabis omnibus Græcis literis, quas, ut diximus, numeros exprimunt, in unum ductis, unam, quæcunque fuerit collecta, summam epistola teneat: hanc qui suscipit, omni cum cautela requirat expresse d. Addat præterea separatim in epistola etiam nonagenarium, & nonum numerum, qui secundum Græca elementa significat, ϡθ.

C. I. ¶ *Exemplar formatæ epistolæ, quæ in Nicæna Synodo a CCCXVIII. Patribus facta est.*

IN e nomine Patris, π. & Filii, υ. & Spiritûs S. α. π. Walterio Spirensi Episcopo. Ego Burchardus sanctæ Wormaciensis Ecclesiæ devotus, gregis Christi famulus, in Deo vero summæ felicitatis beatitudinem. Cùm sancta catholica Ecclesia prompta sit sequi documenta Evangelica f, quæ dicunt: [*Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, accipiet mercedem Prophetæ: & qui recipit justum in nomine justi, mercedem justi accipiet*; &c.] & Apostolus g jubeat hospitalitatem sectari, & necessitatibus sanctorum virorum communicare; tamen propter eos, qui cauteriatam habent suam conscientiam, dicentes se esse simplices, cùm sint astutiâ diabolicâ repleti; & pro opere pietatis dicunt se de loco ad locum transire, cùm sint, suâ malitiâ faciente, fugitivi, & dicunt se esse ministerio sacro insertos, cùm non sint: statutum est à sanctis Patribus, neminem Clericum alienum & ignotum recipi ab aliquo Episcopo, & inthronizari in sua Ecclesia, nisi habeat à proprio Episcopo epistolam, quæ in canonibus nominatur Formata. Ideo notum facimus fraternitati h vestræ, quòd præsens frater noster, harum literarum portitor, nomine Hermannus i, non pro sua nequitia expulsus est à nobis, sed postulantibus fratribus, eò quòd ex familia nostra fuit, & noster baptizatus, fecimus ei libertatem receptam in k eorum altaris canonice, & ordinavimus eum ad gradum Presbyterii. Cui etiam has dimissorias, sive commendatitias literas facimus, & eum ad vestram dilectam fraternitatem dirigimus, ut in vestra parochia sub vestro sacro regimine & defensione consistere valeat. Ego, inquam, Burchardus, humilis Episcopus, in nomine Patris l, & Filii, & Spiritûs Sancti, & in unitate sanctæ Ecclesiæ, in qua Petro datum est jus ligandi, atque solvendi, absolvo Hermannum Presbyterum de civitate Wormacienſi, Indictione x. & licentiam do vobis inthronizandi eum, in quacunq; Ecclesia vultis vestræ parochiæ.

¶ Hanc ergò a epistolam Græcis literis hinc inde munire decrevimus, & annulo nostræ Ecclesiæ firmare censuimus. Fraternitatem vestram Christus nobis incolumem conservet ι. π. υ. α. π. β. ι. ζ. ξ. ϡθ. Data Wormaciæ Idibus Martii, anno Dominicæ incarnationis M. XII. Indictione X.

1 ¶ Conservet.] *In hoc & sequenti capite ea tantùm sunt emendata, quæ exemplarium auxilio restitui potuerunt. Cæterum qua hoc loco sequuntur, etiam apud Burchardum sunt depravata. Facilè autem restitui possunt ex regulis initio distinctionis traditis. Quibus quidem regulis optimè respondet exemplum ab Ivone allatum p. 6. cap. 431. si littera, in extremo 434. capitis posita, ponatur loco earum, quæ in ipso 431. afferuntur. Additâ enim illis distinctione, ϡθ, resultat numerus ibi notatus, id est,* ΙΧCCLXXVIII. *Bene etiam procedet exemplum c. 434. si ubi nunc summa est 1139. sata sit locum indicâsse.*

C. II. ¶ *Incipit epistola formata à CCCXVIII. Episcopis, & ab* Attico 1 *Constantinopolitana urbis Episcopo edita.*

SAnctissimo b in Christo fratri summâ dulcedine charitatis amplectendo. A. illius civitatis Episcopo v. illius Ecclesiæ Præsul perpetuæ beatitudinis optat in Christo salutem. π. υ. α. π. De cætero noverit sancta fraternitas vestra, quòd iste Clericus, Hermannus nomine, nostra in parochia institutus, ac detonsus, parvitatem nostram rogavit, quatenus illi commendatitias literas conscriberemus, quibus vestræ celsitudini commendatus, sub tuitione vestri regiminis degere posset: cujus voluntati consentientes, secundùm canonicam auctoritatem literas ei dimissorias dedimus, per quas & ipsi concedimus, ut sub vestro magisterio divinæ servituti insistens, suæ deserviat utilitati, & vobis licentiam tribuimus, ut, si dignum eum judicaveritis, ad sacros ordines promoveatis. Commendatum ergò eum curæ vestræ suscipite, & nostris ex partibus absolutum, in vestrarum ovium numero custodite. Quas literas, ut vigore veritatis firmatæ, indubitanter à vobis suscipiantur, literis Græcis, ut canonica docet auctoritas, confirmare fategimus. Sancta Trinitas vestram beatitudinem ad regimen sanctæ suæ Ecclesiæ perpetualiter benè valere concedat, ϡ ϡθ 2, vel sic, ϵ. 9. (quæ eandem summam exprimunt) indictione X. Continet hæc formata epistola summam numeri MCCCXV. b Y. Græcam in nomine illius primam ponimus, quia Græci eam in quibusdam locis pro, u, consonante ponunt, sicut est Δαυὶδ & ἐυαγγέλιον.

1 ¶ Ab Attico] *Antea legebatur*, Abbatibus. *Restitutus est locus ex conjectura (quod perraro factum est) quoniam evidenti ratione nitebatur.*

2 ¶ ϡθ, vel sic, ϵ. 9.] *Addita sunt hæc ex aliquot vetustis exemplaribus, & utrisque istis notis idem numerus nonagesimus nonus significatur. In codicibus verò impressis vel nihil erat, vel dictus, Amen, Latinè scripta, in qua nulla est numeri significatio.*

DISTINCTIO LXXIV.

IPse Quæritur de his, qui ab Episcopis suis promoveri contemnunt, an invitis sint sublimandi, an non?

C. I. ¶ *Annua suspensioni subjaceat Episcopus, qui invitum ordinare præsumit.*

De his ita statutum invenitur in Concilio Aurelianensi III. *cap. 7.*

EPiscopus, qui invitum, aut reclamantem præsumpserit ordinare, annali pœnitentiæ subditus, Missas facere non præsumat.

a *Ex Attico ad finem Concilii Chalcedonensis. Ansel. l. 6. c. 121. Ivo p. 6. cap. 334.* b *al. epistolam.* c *al. id.* d *al. expressam.* e *Burch. l. 2. c. 227. Ivo p. 6. c. 434. simile quiddam multoq; magis, cap. 431.* f *Matt. 10.* g *Rom. 12.* h *al. paternitati.* i *Ecmanus, Burch.* k *al. à.* l *al. patris π. & filii υ. & Spiritûs Sancti α.*

a *Ivo p. 6. cap. 434. simile.* b *Ansel. lib. 6. c. 121.* c *al. MCCCXXV.* d *al. ordinari.*

C. II.

C. II. ¶ *Nullus promoveatur invitus.*
Item Gregorius *Natali Episcopo Salonitano, in lib. 1. reg. epist. 19.*

GEsta *a*, quæ nobis in Concilii vestri confecta secretario direxistis, in quibus Archidiaconus Honoratus addicitur *b*, plena esse cognovimus semine jurgiorum: cùm uno eodemq; tempore una persona nolens ad Sacerdotii ordinem provehitur, quæ tanquam immerita à Diaconatûs officio removetur. Et sicut justum est, ut nemo crescere compellatur invitus; ita censendum puto similiter, ne quisquam insons ab ordinis sui ministerio dejiciatur injustè.

C. III. ¶ *Qui ab Episcopis suis promoveri contemnunt, à locis suis dejiciantur.*
Contrà invenitur c in Concil. Carthag. *c.31.*

SI qui *d* Clerici ab Episcopis suis promoveri contempserint, nec illic maneant, unde recedere noluerunt.

1 ¶ Si qui] *Verba hujus capitis sunt titulus sequentis capitis,* Placuit, *qui est proprius canon tricesimus primus Concilii Carthaginensis in codice canonum, & apud Græcos.*

C. IV. ¶ *De eodem.*

PLacuit *e*, ut quicunque Clerici, vel Diaconi pro necessitatibus 1 Ecclesiasticarum *f* rerum non obtemperaverint Episcopis suis, volentibus eos ad honorem ampliorem in Ecclesia sua promovere, nec illic ministrent in suo gradu, unde noluerunt recedere.

1 ¶ Pro necessitatibus] *Græci est:* Διὰ τινας ἀναγκαιας αἰτιας τῶν ἐκκλησιῶν αὐτῶν: *id est,* ob quasdam cogentes causas suarum Ecclesiarum.

C. V. ¶ *Posterior ei prioribus Episcopis non præponatur.*
Item ex Concilio Agathensi, *cap. 23.*

EPiscoporum etiam, quorum vita non reprehenditur, posteriorem priori nullus præponat, nisi *g* fortè superbiâ elatus, quod pro necessitate Ecclesiæ Episcopus fuerit, implere contemnat.

2 pars. ¶ Sanè si officium Archidiaconatûs *h* propter simpliciorem naturam implere, aut expedire nequiverit, ille loci sui nomen teneat, & ordinationem 1 Ecclesiæ, quem elegerit Episcopus præponendum.

1 ¶ Et ordinationem] *Quamvis in recentioribus Conciliorum editionibus Colonienſibus legatur,* & ordinationi Ecclesiæ, quem elegerit Episcopus, præponatur: *tamen in vetere Colonienſi, duobus Parisienſibus, & duobus codicibus Conciliorum Vaticani est eodem modo, atque apud Gratianum.*

C. VI. ¶ *In quo loco quisque ordinatus est, invitus teneri non debet.*
Item Gregorius *Ioanni Episcopo Syracusano, lib. 11. epist. 34.*

QUorundam ad nos relatione pervenit, Cosmam, qui ex Monacho monasterii sanctæ Luciæ à decessore vestro memorandæ *i* memoriæ Maximiano in Ecclesia Syracusana factus Subdiaconus, atque à vobis postea in possessione, quæ Juliana dicitur, Presbyter est ordinatus, ita nimiâ tristitiâ, & loci qualitate vehementer afflictum, ut vitam sibi pœnam existimet, & contritionis *k* suæ fugam quærat auxilium. Et ideò, quia tales erga subjectos nostros debemus existere, quales nobis, si subjecti fuissemus, nostros voluerамus esse præpositos; magnæ benignitatis est, si eum in Ecclesiam, ubi Subdiaconi est functus officio, sanctitas vestra reducere, atque illic Presbyterum voluerit constituere Cardinalem. Quod & facere, quantum arbitramur, debebitis, si tamen nihil est, quod justè contra ipsum animos vestros exasperet. Si verò aliqua culpa est, suis nobis hoc epistolis vestra fraternitas, ut scire possimus, insinuet.

3 pars. *Verùm illud Gregorii de his intellegendum est, quæ non causâ necessitatis, sed causâ ingratitudinis callidè ab Episcopis suis promoveri queruntur. Illud autem Carthaginensis Concilii de his intelligitur, qui nolunt obtemperare Episcopis suis propter necessitatem Ecclesiæ volentibus eos ad altiora promovere. Hanc distinctionem* ex decreto Simplicii Papæ *quilibet corroborare valet, qui scribens Ioanni Episcopo Ravennati, epist. 2. ait inter cætera.*

C. VII. ¶ *Non est aliquis invitus ad Episcopatum pertrahendus.*

UBi *a* ista didicisti, quæ in fratrem, & Coëpiscopum nostrum Gregorium, non dilectione *b*, sed invidiâ perpetrâsti: quem inexcusabili violentiâ pertrahi ad te passus es, atque vexari, ut ei honorem tantum non per animi tranquillitatem, sed per amentiam, sicut dicendum est, irrogares? Neq; enim talia potuissent fieri sanitate consilii. Nolumus exaggerare, quod gestum est, ne cogamur judicare, quod dignum est. Nam privilegium meretur amittere, qui permissâ sibi abutitur potestate. & *infrà.* c ¶ Denunciamus autem, quòd si posthac quicquam tale præsumpseris, & aliquem seu Episcopum, seu Presbyterum, seu Diaconum, invitum facere fortè crediderit, ordinationes tibi Ravennatis Ecclesiæ, vel Æmilienſis noveris auferendas.

C. VIII. ¶ *De eodem.*
Item Gregorius *Antemio Subdiacono, lib. 2. epist. 16. indict. 10.*

HOnoratus *d* Archidiaconus Ecclesiæ Salonitanæ à sanctæ memoriæ decessore meo, missâ supplicatione poposcerat, ut ab Antistite suo invitus provehi ad fortioris gradûs ordinem contra morem nullatenùs cogeretur. Hoc enim fieri sibi non provehendi gratiâ, sed causâ ingratitudinis perhibebat. Pro qua re tunc jam sanctæ memoriæ decessor noster scriptis suis Natali fratri, Coëpiscopoq; nostro interdixerat, ne prædictum Honoratum Archidiaconum invitum proveheret, nevé dolorem conceptæ ingratitudinis diutiùs in corde retineret. Cumque & à nobis hæc eidem summoperè fuerint interdicta, non solùm mandata Dei negligens, sed & scripta nostra contemnens, præfatum Archidiaconum quasi ad fortiorem honorem provehens, conatus est arte callidâ degradare. Unde actum est, ut eo de Archidiaconatûs loco summoto, alium adsciſceret, qui ejus obtemperare moribus potuisset. Quem Honoratum Archidiaconum arbitramur Antistiti suo aliunde displicere non potuisse, nisi quòd eum vasa sacra suis dare parentibus prohibebat. Quam causam subtili volumus, & tunc sanctæ memoriæ decessor meus, & nunc ego indagatione discutere, sed ipse suorum sibi actuum conscius, personam ad judicium postposuit destinare. Proinde experientiam tuam præsentis præcepti auctoritate duximus fulciendam, quatenus conveniens in Salona, Natalem fratrem, Coëpiscopumque nostrum saltem tot scriptis admonitum studeat adhortari, ut suprà memoratum Archidiaconum in suo statim loco suscipiat. Quòd si facere hoc contumaciter, ut consuevit, forte distulerit, usum ei pallii, qui ab hac sede concessus est, ex auctoritate sedis Apostolicæ contradices *e*. Quem si etiam amisso pallio adhuc in eadem pertinacia perseverare perspexeris, Dominici quoq; corporis & sanguinis eundem Antistitem participatione privabis.

Adhibenda est etiam disciplina, quâ nolentes promoveri ad sacros ordines, ad obediendum Episcopis suis provocentur.

---

a *Polyc. l. 2. tit. 33. Ivo part. 6. cap. 379.* b *al. adducitur.* c *In codice canonum.* d *Ivo p. 6. c. 42.* e *Burch. lib. 2. c. 178. Ivo part. 6. c. 41. Anſ. l. 6. cap. 103.* f *al. Ecclesiarum non obtemperaverint.* g *al. ne] orig.* h *al. Archidiaconus.* i *al. venerandæ.* k *al. contristationis.*

a *Polyc. lib. 2. tit. 33. Anſelm. lib. 6. cap. 66. & 67. Burch. lib. 1. cap. 20. Ivo p. 5. cap. 140.* b *al. electione.* c *11. q. 3. cap. prevalegium. 25. q. 2. c. denunciamus autem.* d *Anſ. l. 7. c. 73.* e *al. contradicite.] orig.*

In minoribus siquidem ordinibus constituti, paulatim per singulos gradus sunt provehendi, ne contemnentes statu obedire Episcopo, doleant sibi illos esse Prælatos, quos prius habebant subjectos.

C. IX. ¶ *Cùm majores ordinari contempserint, de minoribus promoveantur ordinibus.*

Unde Gelasius *scribit Victori Episcopo* a.

CONsuluit *b* dilectio tua de suorum promotione Clericorum, perhibens, quòd Diaconi ad Presbyterii gradum (quo Ecclesiam tuam memoras indigere) venire detrectant. Quapropter quia invitos fieri Ecclesiastica moderatio, gravitasque non patitur, ut ex nolentibus fiant volentes, ordinatio illa potest perficere *c*, si quos *d* habes vel in Acolythis, vel Subdiaconis maturiores ætate, & quorum sit vita probabilis, hos in Presbyteratum studeas promovere, ut qui in suis ordinibus proficere noluerint, reddantur suis inferioribus post minores *e*, ipsaq; commoda Presbyteri propensiùs, quàm Diaconi consequantur: ut hâc saltem ratione constricti & honorem, quem refugerant, appetere nitantur, & quæstum.

DISTINCTIO LXXV.

1 ps TEmpus autem consecrationis, sicut in ordine Romano habetur, *ad Episcopi benedictionem non eligitur. Omni enim tempore benedicuntur; dummodò jejuni, & horâ tertiâ benedictionem accipiant.*

C. I. ¶ *Ordinationes Episcoporum quâ horâ fieri debeant.*

Unde Anacletus Papa *scribit ad Episcopos Italiæ, epist. 2. in principio.*

ORdinationes *f* Episcoporum auctoritate Apostolicâ ab omnibus, qui in eadem fuerint provincia, Episcopis sunt celebrandæ. Qui simul convenientes, scrutinium diligenter agant, jejuniumque cum omnibus celebrent precibus, & manus in sanctis Evangeliis, quæ prædicaturi sunt, imponentes; Dominicâ die, horâ tertiâ orantes, sacrâq; unctione, exemplo *g* Prophetarum *h*, & Regum, capita eorum, more Apostolorum, & Moysis ungentes: quia omnis sanctificatio constat in Spiritu Sancto, cujus virtus invisibilis, sancto chrismati est permista: & hoc ritu solennem celebrent ordinationem.

2 pars. *Tempus autem consecrationis, trium mensium spatio claditur: ultra quod, nisi necessitate cogente, Episcoporum consecrationes post electionem differri non licet.*

C. II. ¶ *Ultra tres menses non differatur Episcoporum ordinatio.*

Unde in Chalcedonensi Concilio, *cap. 25. legitur.*

QUoniam *i* quidam Metropolitanorum, sicut ad nos perlatum est, negligunt creditos sibi greges, & differunt ordinationes facere Episcoporum; placuit sanctæ Synodo, intra tres *k* menses fieri ordinationes Episcoporum, nisi fortè inexcusabilis necessitas coëgerit tempus ordinationis *l* amplius protelari. Si autem quis 1 Episcoporum hæc non observaverit, ipsum debere Ecclesiasticæ condemnationi subjacere, reditus verò ejusdem viduatæ Ecclesiæ integros reservari apud œconomum ejusdem Ecclesiæ placuit.

1 ¶ Si autem quis] *Sic etiam in prisca versione. Græcè est:* εἰ δέ τις μὴ τοῦτο ποιήσει, ὑποκείσεται αὐτὸς (*al.* αὐτῷ) ὁ κλησιαστικῇ ἐπιτιμίᾳ: *quæ aliter Interpres vertit:* Quòd si hoc minimè fecerit, correptioni Ecclesiasticæ subjacebit. *De Metropolitano enim loquitur.*

3 pars. *Cæterorum verò ordinationes, non nisi in temporibus certis, & diebus, maximè Sacerdotum & Levitarum, fieri debent, vesperâ videlicet Sabbathi, vel manè diei Dominicæ continuato jejunio.*

C. III. ¶ *Ordinationes Presbyterorum, vel Levitarum quâ horâ fieri debeant.*

Unde Zepherinus Papa *scribit ad Episcopos Ægypti, epist. 2.*

ORdinationes *a* Presbyterorum, Levitarumque tempore congruo, multis coram adstantibus, solenniter agite, & probabiles, ac doctos viros ad hoc opus provehite, ut de eorum societate, & adjumento plurimum gaudeatis.

C. IV. ¶ *Presbyteri & Levitæ, quâ horâ ordinandi sunt.*

Item Leo Episcopus *Dioscoro Alexandrino Episcopo, epist. 79. cap. 1.*

QUod *b* à Patribus nostris propensiore curâ novimus esse servatum, à vobis quoque volumus custodiri, ut non passim diebus omnibus Sacerdotalis, vel Levitica ordinatio celebretur, sed post diem Sabbathi ejus noctis, quæ lucescit in prima Sabbathi, exordia *c* consecrandi eligantur, in quibus his, qui consecrandi sunt, jejunis & à jejunantibus sacra benedictio conferatur. Quod ejusdem observantiæ erit, si manè, ipso Dominico die, continuato jejunio Sabbathi, celebretur: à quo tempore præcedentis noctis initia non recedunt: quod *d* ad diem Resurrectionis (sicut etiam in Pascha Domini declaratur) pertinere non dubium est.

C. V. ¶ *Quare die Dominico Sacerdotum ordinationes celebrentur.*

Item eodem cap.

4 QUòd 1 die *e* Dominico ordinationes Sacerdotum celebrentur, non tantùm ex consuetudine, sed etiam ex Apostolica novimus venire doctrina; Scripturâ manifestante, quòd cùm Apostoli *f* Paulum & Barnabam ex præcepto Spiritûs Sancti ad Evangelium gentibus mitterent prædicandum, jejunantes & orantes imposuerunt eis manus: ut intelligamus, quantâ & dantium, & accipientium devotione curandum sit, ne tantæ benedictionis sacramentum negligenter videatur implotum. Et ideò piè & laudabiliter Apostolicis morem gesseris institutis, si hanc ordinandorum Sacerdotum formam per Ecclesias, quibus Dominus præesse te voluit, etiam ipse servaveris, ut his, qui consecrandi sunt, nunquam benedictio *g*, nisi in die Dominicæ Resurrectionis tribuatur: cui à vesperâ Sabbathi initium constat adscribi, & tantis divinarum dispensationum *h* mysteriis est consecrata, ut quicquid est à Domino insignius constitutum, in hujus diei dignitate sit gestum. In hac mundus sumpsit exordium: in hac per Resurrectionem Christi & mors interitum, & vita accepit initium. In hac, &c.

1 ¶ Quòd die] *Sumptum est caput hoc ex eodem loco, unde & antecedens, mutato tamen verborum ordine, & nonnullis inter adjecta. In ipsa enim epistola, post ultima verba præcedentis capitis, sequitur continenter:* Nam præter auctoritatem consuetudinis, quam ex Apostolica novimus venire doctrina, etiam sacra Scriptura manifestat, quòd cùm Apostoli, &c.

a *al. Episcopo Alexandrino.* b *Ansel. lib. 7. c. 102. Ivo p. 6. cap. 106. Polyc. lib. 2. tit. 31.* c *al. proficere.* d *al. quia scilicet si quis. Ivo p. 6. cap. 43.* e *al. posteriores.* f *supra dist. 64. c. ordinationes Episcoporum. Burch. lib. 1. cap. 25. Ivo p. 5. cap. 69. Anselm. lib. 6. cap. 53. Pannor. l. 3. cap. 32. Polyc. l. 2. tit. 6.* g *al. prophetarum exemplo Regum capita perungentium, eos more, &c.* h *De Prophetis. 3 Regum. 19. De Moyse. Exod. 29. De Regibus. 1. Reg. 10.* i *Polyc. l. 2. tit. 10. Burch. l. 1. c. 24. Ansel. l. 6. c. 40. Ivo p. 5. c. 133.* k *sup. dist. 70. c. 11.* l τῆς ἀναθολῆς.

a Polyc. lib. 2. tit. 21. Ansel. l. 6. c. 43. Burch. lib. 2. cap. 3. Ivo p. 6. cap. 73. & 47. b Polyc. ibid. Anselm. lib. 7. cap. 44. Ivo part. 6. cap. 71. c exordia delegantur, hoc est, sub lege divinis officiis substituantur,] orig. d quarum] orig. e Ivo part. 6. c. 70. Pannor. l. 3. c. 13. f Actor. 13. g al. benedictiones tribuantur.] orig. h dispositionum.

C. VI. ¶ *De eodem.* PALEA.

[*Item* in ordine Romano, *cap. de gradibus Ecclesiæ.*]

QUando *a*, & ubi libitum fuerit, usq; ad Subdiaconatûs officium ordinantur Clerici: Diaconi verò, atq; Presbyteri nunquam *b*, nisi in publica ordinatione.

C. VII. ¶ *De temporibus ordinationis.*

Item Gelasius *c ad Episcopos per Lucaniam, epist. 1. cap. 13.*

ORdinationes *d* Presbyterorum & Diaconorum, nisi certis temporibus, & diebus exerceri non debent, id est, quarti mensis jejunio, septimi & decimi: sed & etiam quadragesimalis initii, ac medianæ *e* hebdomadæ, & Sabbathi jejunio circa vesperam noverint celebrandas: nec cujuslibet utilitatis causâ, seu Presbyterum, seu Diaconum his præferre, qui ante ipsos fuerint ordinati.

DISTINCTIO LXXVI.

1 QUibus temporibus jejunia celebranda sint, Calixtus Papa *determinat, scribens Benedicto Episcopo, epist. 1.*

C. I. ¶ *Quibus temporibus jejunia celebrentur.*

IEjunium *f*, quod ter in anno apud nos celebrare didicisti, convenientiùs nunc per quatuor tempora fieri decernimus: ut sicut annus per quatuor volvitur tempora, sic & nos quaternum solenne agamus jejunium, per anni quatuor tempora.

C. II. ¶ *De eodem.*

Item ex Concilio Moguntino I. *capitul. 34.*

[*sed ibi fusius, hic summatim.*]

CONstituimus *g*, ut quatuor tempora anni ab omnibus communi *h* jejunio observentur: id est, in mense Martio, hebdomadâ primâ; in Junio, secundâ; in Septembri, tertiâ; in Decembri, quartâ.

¶ *Author Merenlogii cap. 24. & 25. de hoc ipso Moguntini Concilii canone disputans, apertè ait, hoc ex ignorantiæ traditionu Ecclesiastica fuisse professum. Unde & Leo Papa ait,* Hujus observationis, &c. *quod refertur infrà eâd. dist. cap. 6. Et ne qua occasione horum Conciliorum Germanicorum deciperetur, Gregorius septimus (quod in eodem Micrologo narratur) veterem Romanæ Ecclesiæ consuetudinem renovavit. De qua re in Concilio Claromontensi Urbani secundi, canone primo sic statuitur:* Primum jejunium quatuor temporum semper fiet primâ hebdomadâ Quadragesimæ: secundum in hebdomadâ Pentecostes, ablatis genuum flexione, cum Alleluja, & Gloria in excelsis Deo, & vestibus solennibus fiet; tertium plenâ hebdomadâ ante æquinoctium autumnale: quartum plenâ hebdomadâ ante Natalem Domini, vigiliâ ejusdem acceptâ. *Et idem repetitur in altero Concilio Placentiæ postea habito, quod est in Bibliotheca Vaticana, & citatur infrà eâd. cap.* statuimus.

C. III. ¶ *De eodem.*

Item ex Concilio Salegunstæ *habito, cap. 2.*

DE *h* jejunio autem incerto quatuor temporum, hanc certitudinem statuimus, ut si Calendæ Martiæ in quarta feria, sive anteà evenerint, eâdem hebdomadâ jejunium celebretur. ¶ Si autem Calendæ Martiæ in quintam feriam, aut sextam, aut Sabbathum distendantur, in sequentem hebdomadam jejunium differatur. Simili quoque modo, si Calendæ Junii in quarta feria, aut anteà evenerint, in subsequenti hebdomada jejunium celebretur; & si in quinta, aut sexta feria, aut Sabbatho contigerint, jejunium in tertiam hebdomadam reservetur. ¶ Et hoc sciendum est, quòd si quando jejunium mensis Junii in vigilia Pentecostes secundùm prædictam regulam evenerit, non ibi celebrandum erit, sed in ipsa hebdomada solenni Pentecostes: [quia vigilia 1 simul, & jejunium celebrari non debent:] & tunc, propter solennitatem Spiritûs S. Diaconi Dalmaticis induantur, & Alleluja cantetur, &, Flectamus genua, non dicatur. ¶ Eodem modo de Septembris jejunio constitutum est, ut si Calendæ Septembris in quarta feria evenerint aut anteà, jejunium in tertia hebdomada celebretur: & si in quinta, aut sexta, aut Sabbatho contigerint, in quarta hebdomada jejunandum erit. ¶ In Decembri verò illud observandum erit, ut in proximo Sabbatho ante vigiliam Natalis Domini celebretur jejunium: quia si vigilia in Sabbatho evenerit, simul vigiliam & jejunium celebrare non convenit.

1 ¶ Quia vigilia] *Hæc usque ad verbum,* debent, *non sunt in ipso Concilio impresso ex Burchardo: eadem verò sententia repetitur in fine capitis.*

C. IV. ¶ *De eodem.*

Contrà Urbanus in Concilio Placentino, *cap. 11.*

STatuimus *a* etiam, ut jejunia quatuor temporum hoc ordine celebrentur: primum in initio Quadragesimæ: secundum in hebdomada Pentecostes: tertium verò in Septembri: quartum in Decembri more solito fiat.

C. V. ¶ *De eodem.*

Item Leo Papa, *sermone primo de jejunio Pentecostes.*

IGitur *b* post sanctæ lætitiæ dies, quos in honorem Domini à mortuis resurgentis, ac deinde in cœlos ascendentis exegimus, postq; acceptum Sancti Spiritûs donum, salubriter & necessario consuetudo est ordinata jejunia, ut si quid fortè inter ipsa festivitatum gaudia negligens libertas, & licentia inordinata præsumpsit, hoc religiosæ abstinentiæ censura castiget.

C. VI. ¶ *De eodem.*

Idem *sermone 1. de jejunio decimi Mensis.*

HUjus *c* observantiæ utilitas, dilectissimi, in Ecclesiasticis præcipuè est constituta jejuniis: quæ ex doctrina Sancti Spiritûs ita per totius anni circulum distributa sunt, ut lex abstinentiæ omnibus sit adscripta temporibus. Siquidem jejunium vernum in Quadragesima, æstivum in Pentecoste, autumnale in mense septimo, hyemale autem in hoc, qui est decimus, celebramus, intelligentes divinis nihil vacuum esse præceptis, & verbo Dei ad eruditionem nostram omnia elementa servire, dum per ipsius mundi cardines, quasi per quatuor Evangelia incessabili tubâ discimus, quod & prædicemus, & agamus.

2 pars. *Primum verò mensem, quartum, septimum, & decimum, non Hebræorum ratione, sed nostrâ debemus accipere. Primus enim mensis apud illos est Aprilis, quartus Iulius, septimus October, decimus Ianuarius. In quibus, & præterea in quinto mense, qui est Augustus, qua fuerit ea causa jejunii,* Hieronymus *in commentariis ad cap. 8. Zachariæ exponit, dicens.*

C. VII. ¶ *Quare in suprascriptis mensibus jejunia lex imperavit.*

IEjunium *d* quarti, & jejunium quinti, & jejunium septimi, & jejunium decimi (ἀπὸ κοινοῦ enim subauditur mensis) domui Judæ & Hierusalem, in dies festos vertetur & gaudium: veritatem tantùm Deus quærit, & pacem. In hoc loco nostrorum multi multa dixerunt, & inter se dissonantia. *& pauca interjecta.* ¶ Cogimur

a *Anselm. lib. 7. cap. 61.* b *al. non.* c *Et Gregorius II. epist. 3.* d *Polyc. l. 2. tit. 25. Anselm. l. 7. c. 45. Ivo p. 6. cap. 74. Pannorm. lib. 3. c. 25.* e *mediana quadragesima die Sabbathi jejunio) erig.* f *Polyc. lib. 3. tit. 25. Ivo part. 4. cap. 27. Pannorm. lib. 2. cap. 173.* g *Capitul. 3. cap. 86. Burch. lib. 13. c. 2. Ivo p. 4. cap. 31. Pann. lib. 2. cap. 180.* h *al. cum.* i *Burch. in fine. Ivo part. 4. c. 33. Panorm. l. 2. c. 181.*

a *Polyc. libr. 3. titul. 25.* b *Polyc. ibid.* c *Polyc. ibidem.* d *Polyc. ibidem.*

igitur ad Hebræos recurrere, & scientiæ veritatem de fonte magis, quàm de rivulis quærere. *& paulò post.* ¶ Jejunium quarti mensis, qui apud Latinos vocatur Julius, die septimâ & decimâ ejusdem mensis illud arbitrantur, quando descendens Moyses *a* de monte Sina tabulas legis abjecit atque confregit, & juxta Hieremiam *b* muri primùm rupti sunt civitatis. In quinto mense, qui apud Latinos appellatur Augustus, cùm propter exploratores terræ Sanctæ seditio orta esset in populo, jussi sunt montem non ascendere, sed per quadraginta annos longis à c terra Sancta circumire dispendiis, ut (exceptis duobus, Chaleb *d* & Josue) omnes in solitudine caderent. In hoc mense & à Nabuchodonosor *e*, & multa post secula à Tito & Vespasiano templum Hierosolymis incensum est, atque destructum: capta urbs Bethel, ad quam multa millia confugerant Judæorum: aratum templum in ignominiam gentis oppressæ à Tito Annio Rufo. In septimo verò, qui apud nos appellatur October, sicut suprà diximus, occisus est Godolias, & Judæ tribus, ac Hierusalem reliquiæ dissipatæ. Legamus Hieremiam *f*. Mense decimo (qui apud nos Januarius dicitur, eò quòd janua anni sit, atq; principium) Ezechiel *g* in captivitate positus audivit, & cunctus populus captivorum, quinto mense templum esse subversum: quod plenissimè in eodem Propheta cognoscimus. Hoc est igitur omne, quòd dicitur, Dies planctus, & jejuniorum, quos hactenus habuistis in luctum, sciatis vobis (quia cogitavi, ut benefaciam Hierusalem, & domui Juda) in lætitiam, & gaudium, & solennitates esse vertendos; ita duntaxat, si veritatem diligatis, & pacem. Juxta anagogem, quia tunc jejunamus, quando *h* sponsus auferetur à nobis, & non meremur ejus habere præsentiam; cùm reversus fuerit Dominus ad nos, & cogitaverit, ut benefaciat nobis, omnis tristitia vertetur in gaudium, & fames pristina sermonis Dei, præsentiâ doctrinarum ejus & cœlestis panis saturitate pensabitur.

3 pars. *Non autem videntur jejunia quarti mensis posse celebrari ante diem Pentecostes. A die enim Dominicæ Resurrectionis usque in diem Pentecostes non indicuntur observanda jejunia.*

C. VIII. ¶ *De eodem.*

Unde Ambrosius *in ejusdem diei sermone 61. qui sic incipit.*

SCire debet 1 sanctitas vestra. Per hos quinquaginta dies nobis est jugis & continuata festivitas: ita ut hoc omni tempore neque ad observandum indicamus jejunia, neq; ad exorandum Deum genibus succedamus *i. & infrà.* ¶ Instar ergò Dominicæ, tota quinquaginta dierum curricula celebrantur, & omnes isti dies velut Dominici deputantur. Resurrectio enim Dominica est. Nam in Dominica resurgens Salvator reversus ad homines est, & post Resurrectionem totâ Quinquagesimâ cum hominibus commoratus est. Æqualis ergò eorum necessarium ut esset festivitas, quorum æqualis esset & sanctitas *k*. Sic enim disposuit Dominus, ut sicut ejus passione in Quadragesimæ jejuniis contristaremur; ita ejus Resurrectione in Quinquagesimæ feriis lætaremur. Non igitur jejunamus in Quinquagesima, quia in his diebus nobiscum Dominus commoratur. ¶ *Item in Apologia David,* l. Hunc numerum [Quinquagesimum videlicet] læti celebramus post Domini passionem, remisso culpæ totius debito, chirographo *m* quoque evacuato, ab omni nexu liberi, & suscipimus advenientem in nos gratiam Spiritûs Sancti: die Pentecostes vacante jejunio, laus dicitur Deo, Alleluja cantatur.

a *Exod. 32.* b *Hierem. 52.* c *al. ad terram sanctam*] *orig.* d *Numer. 14.* e *4. Reg. 25. Hierem. 39. & 41.* f *Hierem. 52.* g *Ezechiel. 33.* h *Ioan. 16.* i *succidamus.*] *orig. & aliquot Gratiani exemplaria vetusta, & recentes editiones.* k *sic quantum.*] *orig.* l *c. 1.* m *Coloss. 2.*

1 ¶ Scire debet] *In multis manuscriptis exemplaribus à capite* jejunium. *usq; ad cap.* post Pascha. *in aliquot etiam usq; ad ultimum, nulla est distinctio capitum. Tanquam enim unico contextu continentur multæ auctoritates à Gratiano citatæ. Ideò verba ista,* scire debet sanctitas vestra, *coharent cum extremis verbis Gratiani ad finem præcedentis capitis, atq; ita legendum: Unde* Ambrosius in ejusdem diei sermone 61. qui incipit, Scire debet sanctitas vestra, *accipiendæ subjungendum. Per hos quinquaginta, &c. Suo enim modo aptavit hunc locum Gratianus. Nam apud beatum Ambrosium paulò aliter habetur.*

Necessariò ergò Ecclesia constituit, ut post diem Pentecostes jejunia celebrentur. Sed quòd in illis quinquaginta diebus jejunandum esse negatur, ex observantia necessitate intelligitur.

C. IX. ¶ *De eodem.*

Unde idem Ambrosius *in ejusdem diei sermone 60. qui sic incipit.*

NOsse credo 1 vos fratres. Non minore lætitiâ celebramus diem Pentecostes, quàm sanctum Pascha celebravimus. Tunc enim, sicut modò fecimus, jejunavimus Sabbatho, vigilias celebravimus, orationibus pernoctantes *a* institimus: unde necesse est, similem observantiam *b* similis lætitia subsequatur.

1 ¶ Nosse credo] *Idem evenit in hoc capite, quod in superiore evenisse notatum est. Cohæret enim cum superioribus, primâ sermonis periodo quasi in summam redactâ.*

Observantia verò similis dicitur quoad factum non quoad necessitatem.

C. X. ¶ *De eodem.*

Unde Isidorus *lib. 1. de Ecclesiasticis officiis, cap. 42.*

POst Pascha usque ad Pentecosten, licèt traditio Ecclesiarum abstinentiæ rigorem prandiis relaxaverit; tamen si qui Monachorum vel Clericorum jejunare cupiunt, non sunt prohibendi: quia Antonius, & Paulus, & cæteri Patres antiqui, etiam his diebus in eremo legantur abstinuisse, neque solvisse abstinentiam, nisi tantùm die Dominico.

C. XI. ¶ *De eodem.*

Item Hieronymus *ad Lucinium, epist. 28.*

UTinam *c* omni tempore jejunare possemus, quod in Actibus *d* Apostolorum diebus Pentecostes, & die Dominico Apostolum Paulum, & cum eo credentes fecisse legimus. *& infrà.* ¶ Nec hoc dico, quòd Dominicis *e* diebus jejunandum putem, & contextas quinquaginta *f* diebus ferias auferam; sed unaquæque provincia abundet in suo sensu: & præcepta Majorum leges Apostolicas arbitretur.

C. XII. ¶ *Sabbatho magno post horam baptismi Episcopus valet ordinari.*

Item Pelagius Papa *Petro Episcopo Pontino.*

DIlectionis *g* tuæ scripta suscepimus, quibus significas, Latinum Ecclesiæ Gruentinæ Diaconum ad Episcopatum Marcellionensis Ecclesiæ, sive Clusitanæ *h* ab omnibus fuisse electum: quod jam ante hoc tempus retulisti, & jussimus, ut veniret, credentes eos de persona ejusdem ab Episcopo suo dimissorias accepisse. Quod si modò fecerunt, facite eum velociter ad urbem Romam occurrere, ut si Deus jusserit, in Sabbatho magno post horam baptismi ordinetur. Quòd si ante memoratum diem non occurrerit, cogetur usque ad quarti mensis jejunia subsistere.

a *Pernoctanter*] *orig.* b *similis observantia similem lætitiam subsequatur.*] *orig.* c *Polyc. l. 3. tit. 23.* d *Act. 19. 20. & 27.* e *al. festivis.* f *al. sexaginta.*] *orig.* g *sup. distin. 63. literas. Polyc. lib. 2. tit. 28. Ansel. lib. 6. cap. 53.* h *al. Cusinatu. Suprà distinct. 54. cap. frequens.*

DISTIN-

DISTINCTIO LXXVII.

His temporibus secundùm Anacletum, Zephirinum, Gelasium, & Pelagium, Episcopi, Presbyteri, & Diaconi sunt ordinandi. Metropolitanus autem juncta Leonem a ex Presbyterio ejusdem Ecclesiæ, vel ex Diaconis optimus ordinetur. Ex Monachis autem, vel Laicis nullus, nisi per gradus Ecclesiæ, debet ad summum Sacerdotium pervenire.

C. I. ¶ *Non nisi per distinctos gradus quisquam ad Sacerdotium assurgat.*

Unde Cajus Papa *Felici Episcopo, epist. sanctâ in extremo.*

ILlud nos statuentes, vobis, & omnibus servare mandamus, ut ad ordines Ecclesiasticos sic ascendant in Ecclesia, qui ordinari merentur: id est, si quis Episcopus esse meretur, sit primùm Ostiarius, deinde Lector, posteà Exorcista, inde sacretur Acolythus, demum verò Subdiaconus, deinde Diaconus, & posteà Presbyter, & exinde, si meretur, Episcopus ordinetur.

C. II. ¶ *Qua intervalla temporis in singulis gradibus servanda sint.*

Unde Zozimus *Episcopus urbis Romæ, ait ad Hesychium, epist. 1. cap. 3.*

IN *b* singulis gradibus hæc tempora sunt observanda, si ab infantia 1 Ecclesiasticis ministeriis nomen dederit, ut inter Lectores & Exorcistas quinquennio teneatur, exinde Acolythus, vel Subdiaconus 14. annis fiat, & sic ad benedictionem Diaconatûs, si meretur, accedat: in quo ordine quinq; annis, si inculpatè se gesserit, hærere debebit. Exinde suffragantibus stipendiis per tot gradus datis propriæ fidei documentis, Presbyterii Sacerdotium poterit promereri: de quo loco (si eum exactior ad bonos mores vita perduxerit) summum Pontificatum sperare debebit. *& infra.* ¶ Defensores etiam Ecclesiæ, qui ex Laicis sunt, supradictâ observatione teneantur, si meruerunt esse in ordine Clericatûs.

1 ¶ Si ab infantia] *Prior hæc hujus capitis pars summatim refertur. Integer locus sic habet:* Si ab infantia Ecclesiasticis ministeriis nomen dederit, inter Lectores usque ad vigesimum ætatis annum continuatâ observatione perduret. Si major jam, & grandævus accesserit, ita tamen, ut post baptismum statim se divinæ militiæ desideret mancipari, sive inter Lectores, sive inter Exorcistas quinquennio teneatur, exinde Acolythus, vel Subdiaconus quatuor annis, & sic ad benedictionem, &c. *Ac sanè in uno etiam pervetusto Gratiani codice, & apud Rabanum, lib. 1. cap. 13. de institut. Clericor. legitur*, quatuor annis, *non*, quatuordecim. *Sed ob glossam nihil mutatum, additúmve est.*

C. III. ¶ *De eodem.*

Item Syricius Papa *ad Hymerium Tarraconensem, epist. 1. cap. 9.*

QUicunque *c* itaque se Ecclesiæ voverit obsequiis à sua infantia, ante pubertatis annos baptizari, & Lectorum debet ministerio sociari. Qui ab accessu adolescentiæ usque ad vigesimum 1 ætatis annum, si probabiliter vixerit, una tantùm, & ea, quam virginem communi per Sacerdotem benedictione percepit, uxore contentus, Acolythus, & Subdiaconus esse debebit, posteaq; ad Diaconii gradum (si seipsum primitùs, continentiâ præeunte, dignum probaverit) accedat. Ubi si ultra 2 quinque annos laudabiliter ministraverit, congruè Presbyterium consequatur. Exinde post decennium Episcopalem cathedram poterit adipisci: si tamen per hæc tempora integritas vitæ ac fidei ejus fuerit approbata. Qui verò jam ætate grandævus, melioris propositi conversatione provocatus, ex Laico ad sacram militiam pervenire festinat, desiderii sui fructum non aliter obtinebit, nisi eo, quo baptizatur, tempore statim Lectorum, aut Exorcistarum numero societur: si tamen eum unam habuisse, vel habere, & hanc virginem accepisse constet uxorem. Qui dum initiatus fuerit, expleto biennio, per quinquennium aliud Acolythus, & Subdiaconus fiat, & sic ad Diaconatum (si per hæc tempora dignus judicatus fuerit) provehatur. Exinde jam accessu temporum, Presbyterio, vel Episcopatui, si eum Cleri ac plebis evocaverit electio, non immeritò societur.

1 ¶ Vigesimum] *In plerisque vetustis exemplaribus, & Gratiani, & epistola, atque apud Ivonem legitur*, trigesimum: *sed in epistola Zozimi, quæ relata est in antecedente notatione*, vigesimum.

2 ¶ Ultra] *Sic legitur in omnibus manuscriptis, & in originali ipso. In vulgatis erat*, intra.

C. IV. ¶ *De eodem.*

Item ex sexta Synodo, *c. 15.*

SUbdiaconus *a* non minor viginti annorum ordinetur. ¶ Si quis verò in aliquo ordine Sacerdotali præter constituta tempora ordinatus fuerit, deponatur.

C. V. ¶ *De eodem.*

Item ex Concilio Carthaginensi III. *cap. 4.*

PLacuit *, ut ante viginti quinq; annos ætatis nec Diaconi ordinentur, nec virgines consecrentur, & ut Lectores populum non salutent.

C. VI. ¶ *Minoribus xxv. annis Levitica non præfetur benedictio.*

Item ex Concilio Agathensi, *cap. 16. & 17.*

EPiscopus *b* benedictionem Diaconatûs minoribus quàm xxv. annorum penitùs non committat. ¶ Sanè si conjugati juvenes consenserint ordinari, etiam uxorum voluntas ita requirenda est, ut sequestrato mansionis cubiculo, religione promissâ, posteaquam pariter conversi fuerint, ordinentur. ¶ Presbyterum verò, vel Episcopum, ante triginta annos, id est, antequam ad viri perfecti ætatem perveniat, & Diaconos ante viginti quinque, nullus Metropolitanorum ordinare præsumat: ne per ætatem (quod aliquoties evenit) aliquo errore culpentur.

C. VII. ¶ *De eodem.*

Item ex Concilio Toletano IV. *cap. 19.*

IN *c* veteri lege ab anno vigesimoquinto Levitæ in tabernaculo servire mandantur: cujus auctoritatem in canonibus & sancti Patres secuti sunt. Nos & divinæ legis, & Conciliorum præcepti inmemores, infantes & pueros Levitas facimus, ante legitimam ætatem, ante experientiam vitæ: ideoq; ne ulteriùs fiat à nobis, & divinâ lege *d*, & canonicis admonemur *e* sententiis, ut *f* viginti quinque annis ætatis Levitæ consecrentur, & à triginta Presbyteri ordinentur.

C. VIII. ¶ *Per quæ intervalla temporum ordinetur, quis de Monachis in Clericatum eligatur.*

Item Gelasius Papa *ad Episcopos per Lucaniam, epist. 1. cap. 3.*

SI *g* quis de religioso proposito, & disciplinis monasterialibus eruditus ad Clericale munus accedat, inprimis ejus vita præteritis acta temporibus inquiratur, si nullo gravi facinore probatur infectus, si secundùm non habuit fortassis uxorem, nec à marito relictam fortitus ostenditur, si pœnitentiam 1 publicam fortassis non

a *Epist. 12. Anastasio.* b *Ansel. lib. 7. cap. 49. Rabanus de instit. Cler. l. 1. c. 3.* c *Ivo p. 6. c. 91. & 92.*

a *Et Conc. Carthag. codicis, can. 16. Burch. lib. 2. cap. 71. Ivo p. 6. cap. 31. Pannor. l. 3. c. 30. Polyc. lib. 2. tit. 7.* * *Anselm. l. 6. cap. 98. Ivo part. 3. c. 361. Burchard. lib. 2. cap. 9.* b *Ivo part. 6. c. 29. Pannorm. lib. 3. cap. 21. Polyc. lib. 2. tit. 27.* c *Burch. l. 2. cap. 72. Ivo part. 6. cap. 32. Pannorm. lib. 3. cap. 31.* d *Num. 1.* e *in codice regio, admonemus exemplo.* f *al. sed.* g *sup. dist. 72. cap. 1. Ansel. l. 7. c. 47. Ivo p. 3. c. 143.*

gessit, nec ullâ corporis parte vitiatus apparet, si servili, aut originariæ non est conditioni obnexius, si curiæ jam probatur nexibus absolutus, si assecutus est literas, sine quibus vix fortassis Ostiarii possit implere ministerium.

1 ¶ Si pœnitentiam] *Hinc usque ad finem addita sunt ex epistola ipsa, ut melius percipiatur nexus sequentis capitis. Nam post verbum*, ministerium, *continenter apud Gelasium sequitur*: ut si his omnibus, quæ sunt prædicta, fulcitur, continuò Lector, &c.

C. IX. ¶ *De eodem.*

Item eodem capite, & sequenti.

MOnachus 1 verò novitius si morum honestate fulcitur, continuò Lector, vel Notarius, aut certè Defensor effectus, post tres menses exiſtat Acolythus: maximè si huic ætas etiam suffragatur: sexto mense Subdiaconi nomen accipiat: ac si modestæ conversationis, honestæque voluntatis existit, nono mense Diaconus, completoque anno sit Presbyter: cui tamen, quod annorum interstitia fuerant collatura, sancti propositi sponte susceptа doceatur præstitisse devotio. ¶ Si *a* verò Laicus quispiam Ecclesiasticis est aggregandus officiis, tantò solicitiùs in singulis, quæ superius comprehensa sunt, hujusmodi decet examinari personam, quantum inter mundanam, religiosamque vitam constat esse discriminis: quia utique convenientia Ecclesiæ ministeria reparanda *b* sunt, non inconvenientibus meritis ingerenda: tantoque magis, quod sacris aptum possit esse servitiis, in eorum quæ rendum est institutis, quantum de tempore, quo fuerant hæc assequenda, decerpitur, ut morum habere doceatur hoc probitas, quod prolixior consuetudo non contulit, ne *c* per occasionem supplendæ penuriæ Clericalis, vitia potiùs divinis cultibus intulisse *d*, non legitimæ familiæ Domini computemur procuràsse compendia. Quorum promotionibus, super anni metas, sex menses nihilominus subrogamus: quoniam, sicut dictum est, distare convenit inter personam divino cultui deditam, & de Laicorum conversatione venientem. Quæ tamen eatenus indulgenda credidimus, ut Ecclesiis 2 ab hac occasione cessantibus, canonum paternorum vetus forma servetur.

1 ¶ Monachus] *Quomodo hic locus in originali habeat, proximè superiore notatione indicatum est.*

2 ¶ Ut Ecclesiis] *Hæc multò plenius à Gelasio exponuntur*: Ut illis, *inquit*, Ecclesiis, quibus infestatione bellorum, vel nulla penitùs, vel exigua remanserunt ministeria, renoventur: quatenus his, Deo propitio, restitutis, in Ecclesiasticis gradibus subrogandis canonum paternorum vetus forma servetur, nec contra eos ullâ ratione prævaleat, quod pro accidentis defectûs remedio providetur, non adversùs scita Majorum novâ lege proponitur, cæteris Ecclesiis ab hac occasione cessantibus, quas non simili clade vastatas pristinam faciendis ordinationibus convenit tenere sententiam.

DISTINCTIO LXXVIII.

QUâ verò ætate Sacerdotes ordinari debeant, Bonifacius 1 Papa *diffinivit, dicens.*

1 ¶ Bonifacius] *Cæteri collectores citant ex decretis Fabiani. Exstat apud* Martinum *Bracharensem Episcopum, in capitul. Græc. Synod. c. 10. ex Neocæsarens. cap. 11.*

C. I. ¶ *Ante annos triginta Presbyter non ordinetur.*

SI *e* quis triginta ætatis suæ annos non impleverit, nullo modo Presbyter ordinetur, etiamsi valdè sit dignus.

a *Isid. cap. 4.* b *al. deputanda.* c *al. nec.* d *al. intulisse judicemur.* e *Polyc. lib. 2. tit. 20. Burch. l. 2. c. 10. Ivo p. 6. c. 30. Panorm. lib. 3. cap. 29.*

C. II. ¶ *De eodem.* PALEA.

[*Item* in novellis in Authentica *de sanctiss. Episcopis.* ¶. *Clericos apud Iulian. Antec. constit. 123. c. 19.*]

NEmo *a* Presbyter consecretur, qui minor triginta annis sit: nemo Diaconus vel Subdiaconus fiat, qui minor vigintiquinque annis sit: nemo Lectoribus connumeretur, qui minor xviij. annis fuerit: nemo inter Diaconissas consecretur sacrosanctæ Ecclesiæ, quæ minor sit xl. annis, vel ad secundum matrimonium pervenerit.

C. III. ¶ *Non est ordinandus Sacerdos, nisi longo sit probatus examine.*

Item Leo Papa *ad Episcopos Africanos, epist. 87. cap. 1.*

QUid *b* est manus citò imponere, nisi ante ætatem maturitatis, ante tempus examinis, ante meritum obedientiæ *c*, ante experientiam disciplinæ, Sacerdotalem honorem tribuere non probatis? Et quid est communicare peccatis alienis, nisi talem effici ordinantem, qualis ille est, qui non meruit ordinari.

C. IV. ¶ *Ante triginta annorum ætatem Presbyter non ordinetur.*

Item ex Concilio Neocæsariensi, *cap. 11.*

PResbyter *d* ante xxx. annorum ætatem non ordinetur, quamvis sit probabilis vitæ: sed observet usque ad præfinitum tempus. Dominus enim noster Jesus Christus trigesimo anno baptizatus est, & tunc prædicavit.

Hoc e regulare est, unde & Christus, & Ioannes Baptista, & Ezechiel, & nonnulli Prophetarum non legantur ante hoc tempus prophetâsse, vel prædicâsse. Verùm, quia Hieremias f & Daniel g ante juvenilem ætatem spiritum prophetiæ accepisse leguntur, David & Salomon in adolescentia uncti inveniuntur, Ioannes etiam Evangelista h, *cum adhuc esset adolescens, à Domino in Apostolum electus, & cum aliis ad prædicandum missus invenitur; Paulus* i *quoque Apostolus in adolescentia à Domino electus, & ad prædicandum missus asseritur: Ecclesia similiter, necessitate exigente, nullos ante triginta annos ordinare consuevit.*

C. V. ¶ *Necessitate exigente xxv. annorum Presbyteri ordinentur.*

Unde Zacharias Papa, *Bonifacio Episcopo, epistolâ 6. cujus initium* [Benedictus Deus.]

SI triginta annorum non reperiuntur, & necessitas exposcit, à vigintiquinq; annis & suprà Levitæ & Sacerdotes ordinentur.

DISTINCTIO LXXIX.

1 ps APostolicus autem non nisi à Cardinalibus, & religiosis Clericis est inthronizandus.

C. I. ¶ *De eo, qui sine concordi Cardinalium electione inthronizatur.*

Unde Nicolaus Papa II. *ait in epistola, quâ Synodum à se Romæ habitam refert, cap. 1.*

SI *k* quis 1 Apostolicæ sedi sine concordi & canonica electione Cardinalium ejusdem Ecclesiæ, ac deinde sequentium religiosorum Clericorum inthronizatur, non Papa vel Apostolicus, sed apostaticus habeatur.

1 ¶ Si quis] *Verba Nicolai in epistola, quæ in voluminibus Conciliorum impressis post decreta Nicolai I. habentur, hæc sunt* Primò namque inspectore Deo est statutum, ut electio Romani Pontificis in potestate Cardinalium Epi-

a *Polycarp. lib. 2. tit. 27.* b *Sup. dist. 81. c. mirantur. ver. quod est cito. Anscl. l. 6. c. 34. Ivo p. 5. c. 103.* c *al. laboris.* d *Polyc. lib. 2. tit. 27. Anscl. lib. 7. c. 95. Panorm. l. 3. c. 29.* e *S. Gregor. in Ezechielem Homil. 2.* f *Hierem. 1.* g *Dan. 1.* h *Matth. 4.* i *Act. 7.* k *Polyc. lib. 2. tit. 4. Anselm. lib. 8. c. 15. ¶. sed. c. si quis pecuniâ.*

scoporum

scoporum sit: ita ut si quis Apostolicæ sedis sine præmissâ concordi & canonica electione eorum, ac deinde sequentium ordinum religiosorum Clericorum, & Laicorum consensu inthronizatur, &c. *Idem ferè habetur ad finem illius Synodi, & refertur infrà, c.* si quis pecunia.

C. II. ¶ *Papâ superstite, eo inconsulto, de electione futuri Pontificis nemo audeat loqui.*

Item Symmachus Papa, *in Synodo Romana prima, cap. 3. & 5.*

II. SI quis *a*, Papâ superstite, pro Romano Pontificatu cuiquam quolibet modo favorem præstare convincitur, loci sui honore, vel communione privetur. Si quis Presbyter 2, aut Diaconus, aut Clericus, Papâ incolumi, & eo inconsulto, aut subscriptionem pro Romano Pontificatu commodare, aut pyctacia promittere, aut sacramentum præbere tentaverit, aut aliquod certè suffragium polliceri, vel de hac causa privatis conventiculis factis deliberare atque decernere, loci sui dignitate atque *b* communione privetur. *& infrà c.* Propter occultas fraudes, & conjurationum secretas insidias, quas hujus sententia districtionis consequitur *d*, si quis ad Ecclesiasticam pertulerit notitiam consilia eorum, qui contra hanc Synodum de Pontificali egerint ambitu, & rationabili probatione convicerit, particeps actionis hujusmodi non solùm purgatus ab omni culpa sit, sed etiam remuneratione, quæ non indigna sit, sublevetur. Universa Synodus, &c.

1 ¶ Si quis, Papâ] *Instum hoc usq; ad versiculum,* Si quis Presbyter, *est caput secundum suggestionem Fulgentii Archidiaconi Romanæ Ecclesiæ: quod una cum tribus aliis capitulis, in tomis Conciliorum, præcedit primam, vel secundam Synodum sub Symmacho, cum hac inscriptione:* Capitula primæ Synodi Romanæ sub Symmacho Papa. *In codice verò canonum prænotantur his verbis:* Tituli decretorum Papæ Symmachi numero quatuor.

2 ¶ Si quis Presbyter] *Hæc sunt propria verba cap. 3. ipsius Synodi, quod est secundum in codice canonum.*

C. III. ¶ *In Apostolatûs culmen nullus nisi ex Cardinalibus promoveatur.*

Item ex Concilio Stephani Papæ III. [*Deusdedit addit, habito in basilica Constantiniana, ait 3.*]

OPortebat *e*, ut hæc sacrosancta domina nostra Romana Ecclesia (juxta quod à B. Petro, & ejus successoribus institutum est) ritè ordinaretur, & in Apostolatûs culmen unus de Cardinalibus, Presbyteris, aut Diaconis consecraretur.

C. IV. ¶ *De eodem.*

Item ex eodem.

NUllus *f* unquam Laicorum, neque ex alio ordine præsumat, nisi per distinctos gradus ascendens Diaconus, aut Presbyter Cardinalis factus fuerit, ad sacri Pontificatûs honorem promoveri.

¶ *In Pontificalibus manuscriptu, uno Vaticano, & altero Cardinalis Sirleti in vita Stephani Papæ III. referendo Synodum ipsius tempore habitam, hæc leguntur ad caput hoc pertinentia:* Tunc allatis sacratissimis canonibus, eisque liquidò perscrutatis, prolata est sententia ab eodem Sacerdotali Concilio, sub anathemate interdicens, ne ullus unquam præsumat Laicorum, neque ex alio ordine, nisi per distinctos gradus ascendens, Diaconus, aut Presbyter Cardinalis factus fuerit, ad sacri Pontificatûs honorem promoveri: & alia plura, quæ canonicâ indigebant correctione, in eodem Concilio statuerunt emendanda.

C. V. ¶ *Anathematizetur Episcopus, Monachus, vel Laicus Romanam Ecclesiam invadens, & in gradum filiorum ejus prorumpens.*

Item ex eodem.

III. SI *a* quis ex Episcopis, vel Presbyteris, vel Monachis, vel Laicis contra canonum, & sanctorum Patrum statuta prorumpens, in gradum filiorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ, id est, Presbyterorum Cardinalium, & Diaconorum ire præsumpserit, & hanc Apostolicam sedem invadere quilibet ex supradictis tentaverit, & ad summum Pontificalem honorem ascendere voluerit, ipsi, & sibi faventibus fiat perpetuum anathema. *& infrà.* ¶ Si quis resistere præsumpserit Sacerdotibus, atque Primatibus Ecclesiæ, vel cuncto Clero ad eligendum sibi Romanum Pontificem, secundùm canonicam *b* traditionem, anathema sit.

¶ *Deusdedit Presbyter Cardinalis tituli Apostolorum in Eudoxia, part. 2. cap. 131. refert multa ex Synodo habita à Stephano tertio, in quibus caput hoc integrum continetur.*

C. VI. ¶ *Anathema sit, qui Canonicæ electioni Romani Pontificis contradicere præsumpserit.*

Item ex Concilio Leonis Papæ IV.

IV. SI *c* quis ex Sacerdotibus, seu Primatibus nobilibus, seu cuncto Clero sanctæ Romanæ Ecclesiæ, electioni Romani Pontificis contradicere præsumpserit, sicut in Concilio Bonifacii, & Stephani Papæ legitur statutum, anathema sit.

C. VII. ¶ *Nullius Episcopi fiat electio, nisi post diem tertium depositionis alterius.*

Item ex Concilio Bonifacii Papæ III.

1 NUllus *d* Pontifice Romano vivente, aut Episcopo civitatis suæ præsumat loqui, aut partes sibi facere, nisi tertio die depositionis ejus, adunato Clero, & filiis Ecclesiæ, & tunc electio fiat.

3 pars. *Sed quæritur, si duo concertantium temeritate electi fuerint, quis eorum alteri præferendus sit? De his ita scribet* Honorius Augustus *ad Bonifacium Papam* e.

C. VIII. ¶ *Si temeritate concertantium duo fuerint ordinati.*

SI *f* duo fortè contra fas temeritate concertantium *g* fuerint ordinati, nullum ex his futurum penitùs Sacerdotem; sed illum solum in sede Apostolica permansurum, quem ex numero Clericorum, novâ ordinatione divinum judicium, & universitatis consensus elegerit.

4 pars. *Hoc autem capitulum* h *non de eo intelligendum est, qui uno per apostasiam ordinato, à Cardinalibus & religiosis Clericis Apostolicæ sedi inthronizatur, etiamsi ille apostaticus sta cathedram B. Petri violenter tenuerit, ut canonica electio intra urbem fieri non valeat.*

C. IX. ¶ *Deo eo, qui per pecuniam, vel populari tumultu, non canonicâ electione ordinatur.*

Unde Nicolaus Papa II. *in Concilio Romano* i *statuit, dicens.*

V. SI *k* quis pecuniâ, vel gratiâ humanâ, vel populari seu militari tumultu, sine concordi & canonica electione, ac benedictione Cardinalium Episcoporum, ac deinde sequentium ordinum religiosorum Clericorum, fuerit Apostolicæ sedi inthronizatus, non Aposto-

a *Burch. l. 1. c. 223. Ivo p. 5. c. 336. Polyc. l. 1. tit. 4. Anscl. l. 6. cap. 1.*
b *al. vel.* c *Cs. Polyc. ibid.* d *al. persequatur.* e *Deusdedit p. 1. Anscl. l. 6. c. 25. Polyc. l. 1. tit. 4.* f *Deusdedit ibid. Polyc. ibid. Ans. l. 6. c. 24. S. Ant. l. 6. c. 24.*

a *Deusdedit ibid. Anselm l. 6. c. 26. & 27. In Pontificali Rom. manuscr.* b *al. hanc canonicam.* c *Deusdedit ibid. Anselm. l. 6. c. 28.* d *In Pontific. Rom. manuscr. Ans. l. 6. c. 211. Deusdedit p. 1.* e *In tomis Conciliorum inter epistolas Bonif.* f *infr. dist. 97. c. Victor Honorius.* g certantes] *vrig.* h *Anselm. lib. 6. cap. 17.* i *in fine.* k *supr. ferè idem, dist. 22d. cap. si quis Apostolica. Ans. l. 6. c. 16. Polyc. l. 1. tit. 4. Ivo p. 4. c. 8.*

licus, sed apostaticus habeatur, liceatque Cardinalibus Episcopis, cum religiosis, & Deum timentibus Clericis & Laicis, invasorem, etiam cum anathemate, & humano auxilio & studio, à sede Apostolica repellere, & quem dignum judicaverint, præponere. Quòd si hoc intra urbem perficere nequiverint, nostrâ auctoritate Apostolicâ congregati in loco, qui eis placuerit, eligant quem digniorem, & utiliorem Apostolicæ sedi perspexerint, concessâ ei auctoritate regendi & disponendi res, & *a* utilitatem sanctæ Romanæ Ecclesiæ, secundùm quod ei melius videbitur, juxta qualitatem temporis, quasi jam omninò inthronizatus sit.

¶ pars. *Electio verò Romani Pontificis etiam cum deliberatione prædecessoris fieri debet.*

C. X. ¶ *Si Papa de electione sui successoris antè decernere non potuerit.*

Unde Symmachus Papa *ait in Synodo Romana prima, cap. 4.*

SI *b* transitus Papæ (quod absit) inopinatus evenerit, ut de sui electione successoris (ut suprà placuit) non possit antè decernere, siquidem in unum totius inclinaverit *c* Ecclesiastici ordinis electio, consecretur electus Episcopus. Si autem, ut fieri solet, studia cœperint esse diversa eorum, de quibus certamen emerserit, vincat sententia plurimorum: sic tamen, ut Sacerdotio careat, qui captus promissione, non recto judicio de electione decreverit. Synodus dixit; Placet, &c.

6 pars. *Sicut suprà monstratum est, electio summorum Sacerdotum à Cardinalibus & religiosis Clericis fieri debet: electio verò eorum, judicio datum reservata est.*

C. XI. ¶ *Summorum Pontificum electionem sibi Dominus reservavit.*

Unde Anacletus Papa *ait ad Episcopos Italiæ, epist. 2. c. 7.*

ELectionem *d* verò summorum Sacerdotum sibi Dominus reservavit, licèt electionem eorum bonis Sacerdotibus, & spiritualibus populis concessisset.

1 ¶ Summorum] *Sequebatur*, Pontificum, vel Sacerdotum. *Sublatæ sunt duæ priores voces, quia neque in originali, neque apud Ivonem, neque in vetustis Gratiani exemplaribus leguntur.*

DISTINCTIO LXXX.

pars LOca verò, *in quibus Primates, Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, Presbyteri sint ordinandi, hæc sunt secundum Lucium Papam, & Clementem, atque Anacletum.*

C. I. ¶ *In quibus locis Primates, vel Patriarchæ debeant ordinari.*

Ait enim Lucius Papa.

URbes *e* & loca, quibus Primates præsidere debent, non à modernis, sed etiam multis ante adventum Christi sunt statutæ temporibus: quarum Primates etiam Gentiles, pro majoribus etiam negotiis appellabant. In ipsis verò urbibus post Christi adventum, Apostoli & successores eorum, Patriarchas, vel Primates posuerunt, ad quos Episcoporum negotia (salvâ in omnibus Apostolicâ auctoritate) & majores causæ, post Apostolicam sedem sunt referendæ.

C. II. ¶ *De eodem.*

Item Clemens Papa *ad Iacobum, epist. 1.*

IN *f* illis verò civitatibus, in quibus olim apud Ethnicos primi *g* Flamines eorum, atque primi legis Doctores erant, Episcoporum Primates pon, vel Patriarchas B. Petrus præcepit, qui reliquorum Episcoporum causas *a*, & majora, quoties necesse foret, negotia in fide agitarent. *& paulò post.* ¶ In illis autem civitatibus, in quibus dudum apud prædictos erant Archiflamines, quos tamen minores tenebant, quàm memoratos Primates, Archiepiscopos institui præcepit. *& infrà.* ¶ In singulis verò reliquis civitatibus singulos, & non binos, vel ternos, aut plures, Episcopos constitui præcepit, qui non Primatum, aut Archiepiscoporum, aut Metropolitanorum nomine, quia mares civitatum non tenent; sed Episcoporum tantum vocabulo potirentur: quoniamo nec inter ipsos Apostolos par institutio fuit, sed unus omnibus præfuit.

C. III. ¶ *De eodem.*

Item Anacletus *h, epist. 3. cap. 2.*

EPiscopi *e* non in castellis, aut modicis civitatibus debent constitui, sed Presbyteri per castella, & modicas civitates, atque villas debent ab Episcopis ordinari, & poni singuli tamen per singulos titulos suos. Et Episcopus non ab uno, sed à pluribus debet Episcopis ordinari, & ut dictum est, non ad modicam civitatem, ne vilescat nomen Episcopi, sed ad honorabilem urbem titulandus & denominandus est. Presbyter verò ad qualemcunque *d* locum, vel Ecclesiam in eo constitutam, est præficiendus.

C. IV. ¶ *De eodem.*

Item Leo Papa *ad Episcopos Africæ, epist. 87. c. 2.*

ILlud *e* sanè, quod ad Sacerdotalem pertinet dignitatem, inter omnia volumus canonum statuta servari, ut non in quibuslibet locis, neque quibuslibet castellis, & ubi antè non fuerunt, Episcopi consecrentur: cùm ubi minores sunt plebes, minoresque conventus, Presbyterorum cura sufficiat: Episcopalia autem gubernacula non nisi majoribus populis, & frequentioribus civitatibus oporteat præsidere: ne, quod sanctorum Patrum divinitùs inspirata decreta vetuerunt, viculis & possessionibus, vel obscuris & solitariis municipiis, tribuatur Sacerdotale fastigium.

C. V. ¶ *De eodem.*

Item ex Concilio Laodicensi, *cap. 57.*

NOn debere in vicis & villis *f* Episcopos ordinari, sed visitatores 1, id est, qui circumeant, constitui: hos autem, qui antehac ordinati sunt, nihil agere censemus sine conscientia Episcopi civitatis. Similiter etiam Presbyteri nihil sine præcepto & consilio Episcopi agant.

1 ¶ Sed visitatores,] *In codice Græco impressò legitur,* ὁ περιοδευτὰς, *in tribus autem manuscriptis,* ἀλλὰ περιοδευτὰς.

2 pars. ¶ *Sedes autem Episcoporum non longo intervallo debent disjungi, ut ad consecrationem sui comprovincialis sine difficultate possint occurrere.*

C. VI. ¶ *Episcopales sedes non longo intervallo à se debent disjungi.*

Unde Gregorius *Augustino Anglorum Episcopo, responsio octava.*

FRaternitatem *g* tuam ita volumus in Anglia Episcopos ordinare, ut ipsi sibi Episcopi longo intervallo minimè disjungantur: quatenus nulla sit necessitas ut in ordinatione alicujus Episcopi convenire non possint. Nam Episcoporum ordinatio sine aggregatis tribus vel quatuor Episcopis fieri non debet.

DISTINCTIO LXXXI.

1 pars HÆc de ordinandis & ordinatoribus, atque de singulorum graduum distinctionibus & officiis dixisse non sufficiat. Verum quia aliquantulum

---

a *al. sin*] b *Deusdedit ibid. Polyc. ibid. Ansl. l. 6. c. 1. Pann. l. 3. c. 2.* c *al. convenerit.* d *Ivo p. 5. c. 131.* e *Extat apud Stephanum I. epist. 1. c. 5. Ansel. l. 6. c. 112.* f *Leo II. epist. 3. Polyc. l. 2. tit. 22. Burch. l. 3. c. 253. Ansel. l. 6. c. 113.* g *al. Archiflaminicos.*

a *Iudicia,*] *vrig.* b *Idem est Clementis in epist. proximè citata.* c *Bure. l. 1. c. 4. Ivo p. 5. c. 32. & 33.* d *quemcunque*] *vrig.* e *Polyc. l. 2. tit. 23. Bure. l. 2. c. 32. Ivo p. 5. c. 107. & 144. ead. de provil. c. 1.* f *al. castellis.* g *Pann. l. 3. c. 36.*

diffusiùs in his enumerati fuimus, quadam præcedentibus cohærentia sub epilogo ad memoriam subjicimus. Debet ordinandus in Episcopum (ut Apostolus a *scribit) esse sine crimine, id est, sine peccato mortali: quod non solùm de Episcopo, sed etiam de quolibet electo ad aliquam præposituram Ecclesiæ oportet intelligi.*

C. I. ¶ *Sine crimine & gravi peccato debet esse, qui ordinatur Episcopus.*

Unde Augustinus *scribit tractatu 41. ad cap. 8. Joannis.*

APostolus *b* Paulus, quando elegit ordinandos vel Presbyteros, vel Diaconos, & quicunque ordinandus est ad præposituram Ecclesiæ, non ait: Si quis sine peccato est, (hoc enim si diceret, omnis homo reprobaretur, nullus ordinaretur:) sed ait *c*: [*Si quis sine crimine est:*] sicut est homicidium, adulterium, aliqua immunditia fornicationis, furtum, fraus, sacrilegium, & cætera hujusmodi. *Item* d. ¶ Crimen autem est peccatum grave, accusatione & damnatione dignissimum.

2. pars. *Quilibet itaque horum implicatus, ordinari non debet; vel si jam ordinatus, ante tempus, vel post tempus suæ ordinationis aliquod eorum admisisse convincitur, susceptæ gradûs officio privabitur.*

C. II. ¶ *Monitoris personam non rectè suscipit, qui verbis, non operibus docet.*

Unde Symmachus Papa *ait.*

NEmo rectè monitoris personam suscipit, nisi qui actibus suis errata condemnat, & amorem innocentiæ conversatione demonstrat.

C. III. ¶ *Careat ordine, quem præstat, qui indegnum sublimare non metuit.*

[*Item* Cœlestinus *ad Episcopos Galliæ, epist. 2. c 3.*]

TAntis Daniel gravatus testimoniis, tantâ facinorum accusatione pulsatus, sacrarum, ut dicitur, virginum pollutus incestu, Episcopus asseritur ordinatus. Et, ut in nostri libellis scrinii continetur, quorum ad vos quoque exemplaria direximus, in Pontificii dignitatem, hoc tempore, quo ad causam dicendam, missis à nobis literis, vocabatur, obrepsit. Sacro nomini absit injuria. Facilius est, ut hanc dignitatem tali dando, ipse amiserit ordinator, quàm eam obtineat ordinatus. Cui convicto sociabitur, qui sibi eum credidit, largiendo Pontificium, sociandum. Qualis enim ipse sit, quisquis tales ordinaverit, ostendit.

C. IV. ¶ *Non recipit ordo Ecclesiasticus eum, qui sine examinatione, vel posteà confessus ordinatur.*

Item ex Concilio Nicæno, *cap. 9.*

SI *e* qui sine examinatione promoti Presbyteri sunt, & posteà examinati, confessi sunt peccata sua, & cùm confessi fuissent, contra regulam venientes homines eis manus imposuerunt; hos Ecclesiasticus ordo non recipit. In omnibus enim quod irreprehensibile est, sancta *f* defendit Ecclesia.

C. V. ¶ *Lapsi, per ignorantiam, aut contemptu ordinantium ordinati, deponantur.*

Item ejusdem Concilii, *cap. 10.*

QUicunque ex his, qui lapsi sunt, per ignorantiam sunt ordinati, vel contemptu 1 eorum, qui eos ordinaverunt, hoc non præjudicat regulæ Ecclesiasticæ. Cùm enim compertum fuerit, deponuntur.

1 ¶ Contemptu] *Græce est in Concilio vulgato,* ἢ πρὸς καταφρόνησιν τῶν κανονιζόντων: *id est,* vel etiam iis anteà scientibus, qui ordinaverunt.

C. VI. ¶ *Alienus fiat a ministerio, qui illud, vivendo illicitè, polluit.*

Item Innocentius *ad Maximum, & Severum, epist. 5.*

MAximianus *a* filius *b* noster agens in rebus hujusmodi, qualem querelam detulerit, libelli ejus series annexa declarat. Qui zelo fidei & disciplinæ ductus, non patitur Ecclesiam pollui ab indignis Presbyteris, quos in Presbyterio filios asserit procreâsse. Quod non licere exponerem, nisi nossem vestram prudentiam legis totius habere notitiam. Et ideò, fratres charissimi, libelli, qui subjectus est, tenore perspecto, eos, qui talia perpetrâsse dicuntur, jubebitis in medio collocari, discussisque objectionibus, quæ ipsis Presbyteris impinguntur, si convicti fuerint, à Sacerdotali removeantur officio (quia qui sancti non sunt, sancta tractare non possunt,) atque alieni efficiantur à ministerio, quod vivendo illicitè polluerunt.

C. VII. ¶ *Cuilibet ab ordine deposito, Episcopi providentiâ, locus pœnitentiæ deputetur.*

Item Eugenius Papa.

SAcerdos *c*, aut quivis alius in ordine Ecclesiastico provectus, si in eo scelere invenitur, quo abjiciendus comprobatur, depositus, providentiâ Episcopi, benè provisò loco constituatur, ubi peccata lugeat, & ulteriùs non committat.

C. VIII. ¶ *Retrudantur in monasterium Presbyteri, qui pœnitentiam agere contemnunt.*

Item ex Concilio Moguntino.

DIctum *d* est nobis, Presbyteros propter suam negligentiam canonicè degradatos, & seculariter gradu amisso vivere, & pœnitentiæ agendæ bonum negligere. Unde statuimus, ut, gradu amisso, agendæ pœnitentiæ gratiâ, in monasterium 1, aut in Canoniam regularem mittantur. ¶ Si verò hoc fieri causâ quælibet prohibuerit, ubicunque sint, pœnitentiam agere non desistant. Si autem amisso gradu seculariter vivere voluerint, & pœnitentiam agere neglexerint, ab Ecclesiæ communione separentur.

1 ¶ In monasterium,] *In Concilio Cabilonensi, ubi hoc canon habetur (licet Burchardus etiam, & Ivo ex Moguntino citent) & apud cæteros collectores legatur,* in monasterio, aut canonico, aut regulari: *in uno autem pervetusto Gratiani codice,* in monasterio juxta canonicam regulam.

C. IX. ¶ *Mutatio loci aliquando valet conversis ad pœnitentiam.*

Item Isidorus, *sententiarum de summo bono, lib. 2. cap. 10.*

VAlet interdum conversis pro animæ salute mutatio loci. Plerunque enim dum mutatur locus, mutatur & mentis affectus. Congruum est enim, ut eo etiam corporaliter avelli, ubi quisque illecebris deservivit. Nam locus, ubi quisque prave vixit, hoc in aspectu mentis apponit, quod sæpe ibi vel cogitavit, vel gessit.

C. X. ¶ *Clericus adulterâsse convictus vel confessus, in monasterio detrudatur.*

Item ex tertia Synodo Aurelianensi, *cap. 7.*

I. SI *e* quis Clericus adulterâsse aut confessus, aut convictus fuerit, depositus ab officio, communione concessâ, in monasterio toto vitæ suæ tempore detrudatur.

---

a *Ad Tit. 1.* b *Beda ad Tit. 1.* c *ad Tit. 1. & 1. Tim. 3.* d *August. ibid. supr. dist. 23. c. unum oratorium. Ex libello Ennodii pro defensione Synodorum Romanarum.* e *Rab. lib. pœn. c. 1. Buss. l. 1. c. 13. Ivo p. 6. c. 33. Anselm. l. 1. c. 33. supr. dist. 24. c. ult.* f *al. catholica] sic in epist. 1. Cal. 1.*

a *al. Maximilianus.* b *Polyc. lib. 4. tit. 39. Anselm. lib. 2. cap. 15. Ivo part. 6. cap. 96.* c *Anselm. lib. 1. in princ.* d *In Concil. Cabilonensi, cap. 30. Burch. lib. 2. cap. 191. Ivo part. 6. cap. 136.* e *Ivo part. 2. cap. 15. Panorm. l. 3. c. 143.*

C. XI. ¶ *De eodem.*

Item Pelagius Papa *Constantino defensori.*

ROmanus a Ecclesiæ Thxanensis Clericus, pro crimine adulterii, quod admisisse perhibetur, à Clericatûs ordine depositus, in monasterio, hic in urbe Romana, ad agendam pœnitentiam ex nostra jussione detrusus est.

C. XII. ¶ *In crimine captus Presbyter, vel Diaconus deponatur, non tamen communione privetur.*

Item ex canone Apostolorum 25.

PResbyter *b*, aut Diaconus, qui in fornicatione, aut perjurio, aut furto, aut homicidio 1 captus est, deponatur; non tamen communione privetur 2. Dicit enim Scriptura: [*Non* c *vindicabit Dominus bis in idipsum.*]

1 ¶ Aut homicidio] *Hæc dicta non est in canone 25. Apostolorum: sed in Concilio Triburiensi, cùm Patres illa ita dixissent;* legimus in canonibus Apostolorum, quòd Episcopus, Presbyter, & Diaconus, qui in fornicatione, aut perjurio, aut furto captus est, deponatur: *hinc argumentantur, idem multò magis statuendum esse de homicida: qua fortasse causa fuit, quamobrem à Gratiano & aliis collectoribus ea dicta huic canoni adjecta sit. In canone autem 32. Basilius idem statuitur de Clericis peccantibus peccatum ad mortem, quod etiam de fornicatoribus expositum erat in canone 3.*

2 ¶ Privetur.] *In codicibus impressis sequebatur, si paruerit sententiæ, quæ verba sunt expuncta, quia neque in originali, neq; in vetustis Gratiani exemplaribus leguntur.*

C. XIII. ¶ *De eodem.*

Item.

II. SI *d* quis Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus post Diaconii gradum acceptum fuerit fornicatus, aut mœchatus, deponatur, & ab Ecclesia projectus, inter Laicos 1 agat pœnitentiam.

¶ *Propriùs auctor hujus capitis non est inventus: sed simile habetur in Concilio Neocæsarensi, c. 1. & in capitulis Martini Bracharensis, cap. 27.*

1 ¶ Inter Laicos] *Hæ duæ dictiones non leguntur in cap. 1. Concilii Neocæsariensis, citato supr. dist. 21. c.* Presbyter (*ut ibi notatum est*) *neque in capitulo Martini Bracharensis.*

C. XIV. ¶ *De eodem.*

Item ex Concilio Arelatensi I. *c. 11. & 14.*

SI *e* Diaconus, aut Presbyter crimen capitale commiserit, simul & ab officio, & à communione pellatur. Si verò pro reatu suo se ab altaris communione sub pœnitentis professione submoverit, his *f* quoque, si alii defuerint, & causa certa necessitatis exoritur, poscentem baptisma liceat baptizare.

C. XV. ¶ *Non ingrediantur Ecclesiam Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, qui in fornicationis crimine jacent.*

Item Gregorius VII. *omnibus per regnum Italicum, & Teutonicorum, debitam S. Petro obedientiam exhibentibus.*

III. SI *g* qui sunt Presbyteri, Diaconi, vel Subdiaconi, qui in crimine fornicationis jaceant, interdicimus eis ex parte Dei omnipotentis, & S. Petri auctoritate, Ecclesiæ introitum, usque dum pœniteant, & emendent. Si qui verò in suo peccato perseverare maluerint, nullus vestrûm officium eorum audire præsumat: quia benedictio eorum vertitur in maledictionem, & oratio in peccatum, testante Domino per Prophetam *h*: [*Maledicam*, inquit, *benedictionibus vestris.*] Qui *i* verò huic salubberrimo præcepto obedire noluerit, idololatriæ peccatum incurrit, Samuele *a* testante, & B. Gregorio *b* adstruente: [*Peccatum ariolandi est non obedire, & quasi scelus idololatriæ non acquiescere.*] Peccatum igitur paganitatis incurrit, quisquis, dum Christianum se asserit, sedi Apostolicæ obedire contemnit.

¶ *In registo epistolarum Gregorii VII. non est inventa hæc epistola, in qua sint omnia prorsus verba hujus capitis. Sunt tamen in eo multa, quæ hujus decreti faciunt mentionem. Lib. 1. epist. 30. Episcopo Salzburgensi, & lib. 2. epist. 61. Leodiensi Episcopo, & sequentes epistolæ Sicardo Aquilegiensi. De quo decreto, ut ipsum exequi omninò curarent, eodem lib. 2. epist. 69. Burchardo Halberstatensi Episcopo, & epist. sequenti, Annoni Colonensi Archiepiscopo delegatissimè scribit, & lib. 3. epist. 3. Sigifredo Archiepiscopo Moguntino idem mandat, & lib. 4. epist. 10. Comitissa Flandriensi, & sequenti, Comiti de eadem re scribit. Inter decreta etiam Innocentii II. sit ipsius decreti mentio. Verùm propria verba hujus capitis usque ad versic.* Qui verò huic salubberrimo, *Marianus Scotus refert in fine suorum Chronicorum. Sequentia autem verba valde sunt ipsi Gregorio VII. familiaria.*

C. XVI. ¶ *Officio & beneficio privetur Episcopus, Presbyter, vel Diaconus fœminam accipiens, vel acceptam retinens.*

Item Alexander II. *Episcopis, & Regi Dalmatiarum.*

IV. SI *e* quis amodò Episcopus, Presbyter, aut Diaconus fœminam acceperit, vel acceptam retinuerit, proprio gradu decidat, usque dum ad satisfactionem veniat: nec in choro psallentium maneat, nec aliquam portionem de rebus Ecclesiasticis habeat.

C. XVII. ¶ *De eodem.*

Idem *Clero Mediolanensi.*

V. SI *d* quis Sacerdotum, vel Diaconorum, vel Subdiaconorũ officium contumaciter deserens, fœminam sibi potiùs eligit, sicut sponte ob fornicationem dimittit officium; ita ob prævaricationem dimittere cogatur etiam invitus beneficium.

C. XVIII. ¶ *De eodem.*

Idem *populo Mediolanensi.*

EOs *e* etiam, qui ut fornicari eis liceat, divinum officinm derelinquunt, & à Deo recedentes, Diabolo & operibus ejus serviunt, sicut se justissimè ab officio alienos faciunt; ita beneficio Ecclesiarum privatos esse adjudicamus.

C. XIX. ¶ *De eodem.*

Item Lucius Papa.

MInistri *f* altaris Presbyteri, sive Diaconi, ad Dominica tales eligantur officia, qui continentiam servent. ¶ Si verò post ordinationem suam ministros contigerit propriæ uxoris invadere cubile, sacratii non intrent limina, neque sacrarii 1 portitores fiant, neque altare contingant, neque ab offerentibus holocausti oblationem suscipiant, neque ad Dominici corporis portionem *g* accedant, neque propinent 2, neque sine majoris natu auctoritate minora gerant officia: urceum sanè ad altare, vel calicem ne suggerant.

1 ¶ Sacrarii] *In epist. 2. Clementis (unde caput hoc sumptum videri potest, & unde citat Ivo) legitur,* sacrificii. *In uno autem vetusto Gratiani codice,* sacri.

2 ¶ Neque propinent,] *In epistola Clementis est:* nec aquam Sacerdotibus porrigat ad manus, ostia foris secùs claudat, minora gerat officia, urceum, sive calicem ad

a *Pann. l. 3. c. 144.* b *In Conc. Trebur. c. 21. Rab. l. pœnit. c. 1. Ansel. l. 11. c. 29. Burc. l. 2. c. 189. Ivo part. 6. cap. 234. Polyc. lib. 4. tit. 31.* c Θεὸς ἐκδικήσει δὶς ἐπὶ τὸ αὐτό. *d supr. dist. 21. c. Presbyter. Anselm. lib. 1. cap. 31.* e *Ivo part. 6. cap. 361. & part. 5. cap. 18. cap. 15.* f *al. sic.* g *Anselm. l. 6. c. 277. Pann. l. 3. c. 134.* h *Malach. 2.* i *Ivo part. 5. cap. 36.*

a *1. Reg. 15.* b *lib. 35. Moral. cap. 12. 2. quæst. 1. c. secundum.* c *Pannorm. lib. 3. cap. 133.* d *Pannorm. lib. 3. c. 139.* e *Pannorm. lib. 3. cap. 140.* f *Habetur in epist. 2. Clementis ad Iacobum fratrem Domini. Anselm. lib. 2. cap. 2. Polyc. l. 4. tit. 31. Ivo p. 6. c. 17.* p *al. portationem.*

altare

altare non sufferat *a*. *Apud Ivonem verò*: Sed aquam tantùm Sacerdotum manibus porrigat, ostia forinsecùs claudat, minora gestet officia: urceum sanè ad altare suggerat.

C. XX. ¶ *Clericus matronarum domicilia frequentans deponatur.*

Idem.

3 CLericus *b* solus ad fœminæ tabernaculum non accedat, nec properet *c* sine majoris natu Sacerdotis *d* jussione 1: nec solus Presbyter cum sola fœmina fabulas misceat: nec Archidiaconus sub prætextu humilitatis aut officii frequenter intret domicilia matronarum, aut fortè per Clericos, aut domesticos *e* matronæ mandet aliquid *f* secretè. Si agnitum fuerit, & ille deponatur, & illa à liminibus arceatur Ecclesiæ.

1 ¶ Jussione:] *In epistola Clementis sequitur*: Nec Presbyter solus cum sola adjungatur, sed duobus adductis testibus visitet infirmam: nec solus cum sola fœmina fabulas misceat: nec Archidiaconus, aut Diaconus sub prætextu officii humilitatis frequentet, &c.

C. XXI. ¶ *De eodem.* PALEA.

[Idem.]

SEd *g* si fortè aliqua intercessio fuerit, Episcopo suggeratur. Et si talis est, ad quam debeat ire pio interventu, ipse pergat: sin autem, de latere suo dirigat 1, cum duobus, aut tribus testibus. Nemo tamen cum extranea habitet fœmina, nisi proxima, aut soror fuerit. Et hoc cum magna solicitudine fiat. [*Non h enim ignoramus malitias Satanæ.*]

¶ *Hæc Palea in plerisque vetustis exemplaribus habetur conjuncta capiti antecedenti.*

1 ¶ Dirigat,] *In epistola S. Clementis sequitur*: cum duobus ac tribus, qui hoc sanare *i* debeant. Sanè ad visitandum mulierem infirmam nullus Clericus ingrediatur, nisi cum duobus, aut tribus. Nemo tamen, &c.

C. XXII. ¶ *De eodem.* PALEA.

[*Ex decreto* 1 Eugenii Papæ.]

SI *k* quispiam Sacerdotum, id est, Presbyter, vel Diaconus, vel Subdiaconus, de quacunque fœmina crimine fornicationis suspectus, post primam, secundam, & tertiam admonitionem 2 inveniatur fabulari cum ea, vel aliquo modo conversari, excommunicetur: fœmina verò canonicè judicetur.

1 ¶ Ex decreto] *Hoc canon in Concilio Romano primùm ab Eugenio secundo editus, & postea à Leone quarto etiam in Concilio fuit repetitus, & extatur in decretalibus tit. de cohabit. Cleric. & mul. Et in plerisque vetustis exemplaribus est sine nomine.*

2 ¶ Admonitionem] *In eodem canone sequitur*, Metropolitani, vel alterius Episcopi, aut ejus, cui subjacere videatur.

C. XXIII. ¶ *Simul cum mulieribus Sacerdotes habitare non licet.*

Item Gregorius.

4 OPortet *l* Sacerdotes, quibus Domini populus commissus est, cum magna animi constantia vigilare super Dominicas oves, ne lupinis morsibus, id est, Diaboli stimulis lanientur. ¶ Neque enim hoc silere debeo, quod cum gravi animi tristitia dico: Sacerdotes cum fœminis habitare conspicio: quod nefarium est dicere, vel audire, & contra sanctorum Canonum sanctia. Ubi enim talis fuerit commorantium cohabitatio, antiqui hostis stimuli non desunt. Ideoque admonendi sunt, ut non antiqui hostis decipiantur fraude, quatenus juxta Apostoli *a* vocem non vituperetur ministerium nostrum. Cavere enim nos opotet, fratres, ab illicitis, ut mundas valeamus ad Dominum levare manus. Scriptum *b* est enim: [*Sancti estote, quoniam sanctus ego sum Dominus Deus vester.*] Si quis verò præsumpserit aliter agere, Sacerdotii sui honore privetur. Unde omnimodò cavendum est, fratres, ne fallamus populum, & illud Prophetæ *c* dictum impleatur in nobis: [*Sacerdotes mei contaminant sancta, & reprobant legem.*] quos & alius Propheta *d* increpat, dicens:] *O vos Sacerdotes, qui fallitis nomen meum, & dixistis, in qua re fallimus nomen tuum? quibus responsum est: offerentes ad altare meum panes pollutos. Non* e *est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus, & sacrificium non accipiam de manibus vestris, quia pollutus estis.*]

C. XXIV. ¶ *De eodem.*

Idem *Symmacho Defensori, lib. 1. Reg. Indict. 9. epist. 50.*

VOlumus *f*, ut Sacerdotes *g* prohiberi debeant, ne cum mulieribus conversentur: exceptâ duntaxat matre, sorore, vel uxore, quæ castè regenda est.

C. XXV. ¶ *De eodem.*

Idem *lib. 7. epist. 39.*

LEgitur *h*, quod B. Augustinus nec cum sorore habitare consenserit *i*, dicens: Quæ cum sorore mea sunt, sorores meæ non sunt. Docti ergò viri cautela, magna nobis debet esse instructio.

C. XXVI. ¶ *De eodem.*

Item ex VII. Synodo.

IN *k* omnibus observare convenit, ut certus quis, & certo tempore, & certo loco, & certis personis, vel apparere Clericus, vel loqui debeat mulieribus, ut excludatur omnis nefanda suspicio. Certè sosùm & ad solam accedere nulla religionis ratio permittit. *Melius* 1 *est enim duos esse simul, quàm unum.* Simul enim & fideliùs, & tutiùs res geritur. [*Væ* in *enim uni, quia si ceciderit, non est qui erigat eum.*]

¶ *Caput hoc etiam in aliquot manuscriptis citatur ex septima Synodo, in cujus sanè postremo capite aliqua huc spectantia habentur. Cæterùm in plerisque citatur ex octava, & sententia videtur sumpta ex cap. 23. Asceticorum B. Basilii, cujus regulas, sub nomine octavæ Synodi sæpè citari alibi notatum est.*

C. XXVII. ¶ *De eodem.*

Item ex Concilio Carthaginensi III. *cap. 17.*

CUm omnibus omninò Clericis extraneæ fœminæ non cohabitent, sed solæ matres, aviæ, & materteræ, amitæ, sorores, & filiæ fratrum, aut sororum, & quæcunque ex familia domestica necessitate, etiam antequam ordinarentur, jam cum eis habitabant, vel si filii eorum, jam ordinatis parentibus, uxores acceperunt, aut servis non habentibus in domo quas ducant, aliunde ducere necessitas fuerit.

C. XXVIII. ¶ *De eodem.*

Item ex Concilio Laodicensi, *cap. 30.*

NOn oportet ministros altaris, vel etiam Clericos quoslibet, aut continentes se, aut omnem omninò Christianum cum mulieribus lavacra habere communia. Hæc est enim apud gentiles prima reprehensio.

C. XXIX. ¶ *De eodem.*

Item Gregorius *ad Ianuarium Episcopum Caralitanum, lib. 3. epist. 26.*

ARchidiaconum tuum, ut audio, habitare cum mulieribus prohibuisti, & nunc usque in ea prohibitio-

a *al. suggerat.* b *Clemens Papa ibidem paulo infernè. Ivo part. 6. c. 89. Anselm. l. 7. c. 147. Polyc. l. 4. tit. 31.* c *al. frequentet.* d *al. ac Sacerdotii] al. principis.* e *al. domesticos ejus.* f *al. secreti aliquid.* g *Clemens ibidem contenenter. Polycarp. ibid.* h *2. Cor. 2.* i *al. scire.* k *Polyc. l. 4. tit. 31. ex Lucio. Ans. lib. 2. cap. 9. ex pœn. Romano.* l *Ivo part. 6. cap. 76. Polycarp. lib. 4. tit. 31.*

a *2. Cor. 6. 1. Tim. 2.* b *Levit. 20.* c *Soph. 3. secundùm 70.* d *Malach. 1. secundum 70.* e *Ibidem.* f *Ivo part. 6. c. 81.* g *Sacerdotes, qui in Corsica commorantur.] origin.* h *Apud Possidonium in vita Augustini.* i *al. conservarit.* k *Ivo p. 6. c. 77.* l *Eccles. 4.* m *Ibidem.*

ne despiceris, qui nisi jussioni tuæ paruerit, eum sacro ordine volumus esse privatum.

C. XXX. ¶ *Vemendentur ab Episcopo, quæ appetunt consortia Clericorum illicita.*

Item ex Concilio Toletano IV. *cap. 42.*

Quidam *a* Clerici legitimum non habentes conjugium, extrancarum mulierum, vel ancillarum suarum interdicta sibi consortia appetunt. Ideò, quæ conjunctæ tantùm cum Clericis sunt, ab Episcopo auferantur, & vemundentur, illis pro tempore relegatis ad pœnitentiam, quos suâ libidine infecerunt.

C. XXXI. ¶ *Non habeant fœmina cum Clericis, nisi quas necessitudo excusat.*

Item Syricius Papa *Humerio Episcopo, epist. 1. c. 12.*

Fœminas *b* non alias esse patimur in domibus Clericorum, nisi eas tantùm, quas propter solas necessitudinum causas habitare cum iisdem Synodus Nicæna permisit.

C. XXXII. ¶ *Nisi majorum jussione ad fœminarum domicilia Clerici non accedant.*

Item ex Concilio Africano, *c. 3.*

Clerici *c*, vel Continentes ad viduas, vel virgines, nisi ex jussu, vel permissu Episcoporum, aut Presbyterorum non accedant. Et hoc non soli faciant, sed cum Conclericis, vel cum quibus Episcopus, aut Presbyter jusserit. Nec ipsi Episcopi & Presbyteri soli habeant accessum ad hujusmodi fœminas, sed ubi aut Clerici præsentes sunt, aut graves aliqui Christiani.

C. XXXIII. ¶ *Episcopi provideant, ne occasione temporalium, Clericorum famelicarum tabibus virgines fiscentur.*

Item ex Concilio Carthaginensi IV. *cap. 101.*

Ad *d* rectum Episcopi pertines, vel Presbyteri, qui parochiæ præest, si sustentandæ vitæ præsentis causâ adolescentiores viduæ, vel Sanctimoniales, Clericorum familiaritatibus subjiciantur.

C. XXXIV. ¶ *De eodem.*

Item ex eodem, *cap. 103.*

Viduæ *e*, quæ stipendio Ecclesiæ sustentantur, tam assiduæ in Dei opere esse debent, ut & meritis, & orationibus suis Ecclesiam adjuvent.

DISTINCTIO LXXXII.

1 ¶ Enteraliter etiam pauperibus, & iis, qui suis manibus laborare non possunt, Episcopus necessaria provideat.

C. I. ¶ *De eodem.*

Unde in Concilio Aurelianensi I. *c. 18. legitur.*

Episcopus pauperibus, vel infirmis, qui, debilitate faciente, non possunt suis manibus laborare, victum & vestitum (in quantum *f* sibi possibile fuerit) largiatur.

C. II. ¶ *Qui voluptatem officio præponerent, modis omnibus submoveatur.*

Item Innocentius *Exuperio Tolosano, epist. 3. cap. 1.*

2 ps Proposuisti *g*, quid de his observari debeat, quos in Diaconii ministerio, aut in officio Presbyterii positos, incontinentes esse, aut fuisse, generati filii prodiderunt. De his & divinarum legum manifesta est disciplina, & beatæ recordationis viri Syricii Episcopi monita evidentia commeârunt *h*, ut incontinentes, in officiis talibus positi, omni Ecclesiastico honore privarentur, nec admittantur ad tale ministerium, quod solâ continentiâ oportet impleri. Est enim vetus admodum sacræ legis auctoritas jam inde ab initio custodita, quòd in templo, anno vicis * suæ habitare præcepti sunt Sacerdotes, ut servientes sacris oblationibus, puros *a* & ab omni labe purgatos sibi vendicent divina ministeria, neq; eos ad sacra *b* officia fas sit admitti, qui exercent vel cum uxore carnale consortium, quia scriptum est: [*Sancti estote, quia & ego sanctus sum, Dominus Deus vester.*] Quibus utique propter sobolis successionem, uxoris usus fuerat relaxatus: quia ex *d* alia tribu, & præterquam ex semine Aaron, ad Sacerdotium nullus fuerat præceptis accedere. Quò *e* magis hi Sacerdotes, vel Levitæ pudicitiam ex die ordinationis suæ servare debent, quibus vel Sacerdotium, vel ministerium sine successione est: nec præterit dies, quâ vel à sacrificiis divinis, vel à baptismatis *f* officio vacent. Nam si B. Paulus *g* Apostolus ad Corinthios scribit, dicens: [*Abstinete vos ad tempus, ut vacetis orationi,*] & hoc utique Laicis præcepit: multo magis Sacerdotes, quibus & orandi & sacrificandi juge officium est, semper debebunt ab hujusmodi consortio abstinere: qui *h* si contaminatus fuerit carnali concupiscentiâ 1, quo pudore vel sacrificare usurpabit, aut quâ conscientiâ, quove merito exaudiri se credit, cùm dictum *i* sit: [*Omnia munda mundis, coinquinatis autem, & infidelibus nihil mundum.*] Sed fortasse hoc licere credit, quia scriptum *k* est: [*Unius uxoris vir sis.*] Non dixit hoc 2, ut permaneret in concupiscentia generandi, sed propter incontinentiam futuram. Neque enim integros corpore non admisit, qui ait *l*: [*Volem autem omnes sic esse, sicut & ego.*] Quod & apertius declarat, dicens *m*: [*Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt. Vos autem jam non estis in carne, sed in spiritu.*] Et [*habentem n filios,*] non generantem dixit. Sed ea planè dispar, & diversa sententia est. Nam si ad aliquos forma illa Ecclesiasticæ vitæ pariter & disciplinæ, quæ ab Episcopo Syricio ad provincias commeavit, non probatur *o* pervenisse, his ignotantibus *p* venia non negabitur: ita ut de cætero penitùs incipiant abstinere: & ita gradus suos, in quibus inventi fuerint, retentent, ut eis non liceat ad potiora conscendere: quibus in beneficio esse debet, quòd hunc ipsum locum, quem tenent, non amittunt. ¶ Si qui autem scisse formam vivendi missam à Syricio deteguntur *q*, neque statim cupiditates libidinis abjecisse, illi sunt modis omnibus submovendi: quia post admonitionem cognitam, præponendam arbitrati sunt voluptatem.

1 ¶ Concupiscentia,] *Emendatum, & locupletatum est hic locus ex ipsa epistola Innocentii, quemadmodum & multa alia in hoc capite, ubi per glossam locuit. In epistola autem Syricii, quæ refertur in Concilio Telleptensi (ita enim pro Tellensi legendum videtur) sic legitur:* Quid faciet? excusabit? quo pudore? quâ mente usurpabit? quâ conscientiâ? quo merito hic exaudiri se credit?

2 ¶ Non dixit hoc,] *In originali sic legitur:* non ad permanentem in concupiscentia generandi hoc dixit.

C. III. ¶ *De eodem.*

Item Syricius Papa *ad Humerium Tarraconensem Episcopum, epist. 1. cap. 7.*

Plurimos * Sacerdotes Christi, atque Levitas, post longa consecrationis suæ tempora, tam de conjugibus propriis, quàm etiam de turpi coitu sobolem didicimus procreâsse, & crimen suum hâc præscriptione defendere, quia in Veteri Testamento Sacerdotibus ac ministris generandi facultas legitur attributa. Dicat mihi nunc,

a *Ans. l. 7. c. 142. Polyc. l. 4. tit. 31. Burch. lib. 2. cap. 110. Ivo p. 6. c. 32. & 187. Ans. l. 7. c. 149.* c *Concil. Carthag. III. c. 25. Ans. l. 7. c. 151.* d *Polyc. l. 4. tit. 37. Burch. l. 2. c. 55. Ivo part. 7. c. 73.* e *Polyc. ibid. Ivo part. 2. cap. 327.* f *al. possibilitas habuerit*] *orig.* g *Ivo p. 6. c. 37. Pann. l. 3. c. 137. Ans. l. 1. d. Polyc. l. 4. tit. 31. § cap. seq.* h *al. emanârunt.*

* *Luce 1. 1. Paralip. 24.* a *al. puri & purgati.* b *al. sacrificia. supr. dist. 31. c. 101.* c *Levit. 11. & 20.* d *Num. 18.* e *Quanto*] *orig.* f *al. orationis.* g *1. Cor. 7.* h *al. quia.* i *Tit. 1.* k *1. Tim. 3.* l *1. Cor. 7.* m *Rom. 8.* n *1. Tim. 3.* o *probabitur*] *orig.* p *al. ignorantiam.* q *al. detegentur.* r *Ivo p. 6. c. 32. Polyc. l. 4. tit. 31.*

quisquis

quisquis ille est sectator libidinum, præceptorque vitiorum, si æstimat, quòd in lege Moysis passim sacris ordinibus à Deo nostro laxata sunt frena luxuriæ, cur eos, quibus committebantur Sancta Sanctorum, prædicet, dicens *a*: [*Sanctificate, quia & ego sanctus sum Dominus Deus vester?*] Cur etiam, procul à suis domibus, anno vicis *b* suæ, in templo habitare jussi sunt Sacerdotes? Hâc videlicet ratione, ne vel cum uxoribus possint carnale exercere commercium, ut conscientiæ integritate fulgentes, acceptabile Deo munus offerrent. Quibus etiam expleto deservitionis suæ tempore, uxorius usus solius successionis causâ fuerat relaxatus: quia non ex alia, nisi ex tribu Levi, quispiam ad Dei ministerium fuerat præceptus admitti.

C. IV. ¶ *De eodem.*

Idem paulò inferius.

Quia *c* aliquanti, de quibus loquimur (ut tua sanctitas retulit) ignorantiâ *d* se lapsos esse dicunt; his hâc conditione misericordiam dicimus non negandam, ut sine ullo honoris augmento, in hoc, quo dejecti *e* sunt, quamdiu vixerint, officio perseverent: si tamen posthac continentes se studuerint exhibere. Hi verò, qui illiciti privilegii excusatione nituntur, & sibi asserunt veteri hoc lege concessum, noverint se ab omni Ecclesiastico honore, quo indignè usi sunt, Apostolicæ sedis auctoritate dejectos: nec unquam posse veneranda attrectare mysteria, quibus se ipsi, dum obscœnis cupiditatibus inhiant, privaverunt. Et quia exempla præsentia cavere nos præmonent in futurum, si quilibet Episcopus, Presbyter, atq; Diaconus (quod non optamus) deinceps fuerit talis inventus, jam nunc sibi omnem per nos indulgentiæ aditum intelligat obseratum: quia ferro necesse est, ut abscindantur *f* vulnera, quæ fomento nam non senserint medicinam.

¶ *Caput hoc in aliquot manuscripto Gratiani exemplaribus conjunctum est superiori.*

3 pars. ¶ *Qui autem propter peccata jubentur deponi, post condignam pœnitentiam in suo ordine poterunt reparari.*

C. V. ¶ *Quæ pœnitentia sit imponenda Sacerdoti, qui de fornicatione convictus fuerit.*

Unde in Concilio Hybernensi 1.

Presbyter *g*, si fornicationem fecerit, quanquam secundùm canones Apostolorum debeat deponi, tamen juxta auctoritatem B. Papæ Sylvestri, si in vitio non perduraverit, sed suâ sponte confessus adjecit, ut resurgat, decem annis in hunc modum pœniteat: tribus quidem mensibus privato loco à cæteris remotus, pane & aquâ à vesperâ in vesperam utatur, tantùm autem diebus Dominicis, & præcipuis festis modico vino, & piscibus, atque leguminibus recreetur, sine carne & sanguine, ovis & caseo: sacco indutus humi adhæreat, die ac nocte jugiter misericordiam Dei omnipotentis imploret: finitis tribus mensibus continuis exeat: tamen in publicum non procedat, ne grex fidelis in eo scandalum patiatur. Nec enim *h* debet Sacerdos publicè pœnitere, sicut Laicus. Posteà aliquantisper resumptis viribus, unum annum & dimidium in pane & aqua expleat, exceptis Dominicis, & præcipuis festis, in quibus vino & sagimine *i*, ovis & caseo juxta canonicam mensuram uti poterit. Finito primo anno & dimidio, corporis & sanguinis Domini, ne indurescat, particeps fiat, & ad pacem veniat, Psalmos cum fratribus in choro ultimus canat, ad cornu altaris non accedat, juxta beati Clementis *k* vocem, minora gerat officia. Deinde verò usque ad impletionem septimi anni, omni quidem tempore, exceptis Pascalibus diebus, tres legitimas ferias in unaquaque hebdomada in pane & aqua jejunet. Expleto septimi anni circulo, si sui confratres apud quos pœnituit, ejus condignam pœnitentiam conlaudaverint, Episcopus in pristinum honorem, juxta B. Calixti Papæ *a* auctoritatem, eum revocare poterit. Sanè sciendum est, quòd secundùm feriam unum psalterium canendo, aut unum denarium pauperibus dando (si opus *b* est) redimere poterit. Finitis autem septem annis, deinde usque ad finem decimi anni sextam feriam (nullâ interveniente redemptione) observet in pane & aqua. Eadem quoque pœnitentia erit Sacerdoti de omnibus aliis peccatis & criminibus, quæ eum in depositionem inducunt. Neque hoc cuilibet videatur onerosum, si Sacerdos post lapsum dignè, ut suprà dictum est, pœnitens, ad pristinos redeat honores.

1 ¶ Hybernensi.] *Caput hoc citabatur ex Concilio Gangrensi, in quo non legitur. Emendatum est ex Polycarpo, & aliis libris manuscripto pervetusto, in quo libro sunt multi canones pœnitentiales, & hic refertur ex Theodoro Archiepiscopo Hybernensi.*

2 ¶ Et caseo:] *In vulgatis sequebatur*, utatur: *quæ vox sublata est auctoritate omnium fere exemplarium Gratiani manuscriptorum, & Polycarpi, & libris manuscriptis insuperiore notatione indicatis.*

DISTINCTIO LXXXIII.

1 Providendum quoque est, ne is, qui ad ordinandum eligitur, etsi à proprio vitio videatur alienus, consentiendo alienis inquinetur. Ut enim Symmachus Papa *c* ait: Non est grandis differentia, an lethum inferas, an admittas. Mortem enim languentibus probatur infligere, qui hanc, cùm possit, non excludit.

C. I. ¶ *Suspendatur Episcopus ab officio, Clericorum suorum fornicationi consentiens.*

Hinc Gregorius VII. *ait in Reg. lib. 6. c. 10. Romana Synodi, celebrata Anno Dominicæ 1080. al. 1078.*

Si *d* quis Episcopus fornicationi Presbyterorum, Diaconorum, Subdiaconorum 1, vel crimini incestûs in sua parochia, pretio interveniente vel precibus consenserit, vel commissum, sibique compertum, auctoritate officii sui non impugnaverit, ab officio suspendatur.

1 ¶ Subdiaconorum,] *Additum hoc est ex originali, & Anselmo, quemadmodum & paulo post, verba illa:* sibique compertum. *Notum autem est, à tempore Gregorii I. Subdiaconos eâdem lege continentiæ, quâ Presbyteros, adstrictos fuisse.*

C. II. ¶ *Maximè Ecclesiam ledit, qui sub nomine sanctitatis delinquit.*

Item Gregorius *primâ parte pastoralis, c. 2.*

Nemo *e* quippe in Ecclesia nocet ampliùs, quàm qui perverse agens nomen vel ordinem sanctitatis habet. Delinquentem namque hunc nemo redarguere præsumit, & in exemplum culpa vehementer extenditur, quando pro reverentia ordinis peccator honoratur. Episcopus 1 itaq; *f*, qui talium crimina non corrigit, magis dicendus est canis impudicus, quàm Episcopus.

1 ¶ Episcopus] *Hæc non sunt ibi apud B. Gregorium. Similia citantur 7. q. 1. q. 1. c.* qui necregiminis. *ex Augustino* [*cui etiam reliqua hujus capitis antea tribuebantur*] *& ex eodem à Burchardo, & Ivone citantur. Cæterum iidem collectores, Burchardus quidem l. 1. c. 13. Ivo autem p. 5. c. 67. referunt aliqua ex Origene, quæ cum his aliquantulum conveniunt.*

a *Levit. 20.* b *Luc. 1.* c *Polyc. ibid. Ivo p. 6. cap. 30.* § *quæ.* d *ignoranter*] *orig.* e *al. detesti.* f *excidantur*] *orig.* g *Polyc. l. 4. tit. 39. Can. Apost. 25.* h *al. etiam.* i *al. sanguine.* k *Epist. 2.*

a *Epist. 2.* b *operarius*] *Polyc.* c *In libello Emendat.* d *Anselm. lib. 6. cap. 177.* e *Polyc. lib. 4. tit. 31. Burch. l. 1. c. 209. Ivo p. 5. c. 313.* f *Burch. l. 1. c. 203. Ivo part 4. c. 312. ex Gregorio.*

C. III. ¶ *Qui non resistit erroribus, consentit.*
Item Innocentius.

ERror *a*, cui non resistitur, approbatur, & veritas, cùm minimè defensatur, opprimitur. Negligere quippe, cùm possis deturbare perversos, nihil aliud est, quàm fovere. Nec caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori definit obviare.

C. IV. ¶ *Non prodest, suo errore non pollui, qui alieno consentit.*
Item Pius, *epist. 1. ad omnes Christi fideles.*

QUid enim prodest illi, suo errore non pollui, qui consensum præstat erranti?

C. V. ¶ *Qui non occurrit, consentit erranti.*
Item Gregorius I.

CONsentire *b* videtur erranti, qui ad resecanda, quæ corrigi debent, non occurrit.

1 ¶ Gregorius.] *In epistolis impressis B. Gregorii non habentur. Verum lib. 7. epist. 117. Syagrio Episcopo Augustudunensi post ea verba, qui non restiterit, in regesto manuscripta pervetusto, & in Polycarpo, ubi ipsa epistola integra refertur, hæc sequuntur:* Nam consentire videtur erranti, qui corrigenda, ut resecari debeant, non occurrit. Quia verò, &c.

Sicut autem aliorum vitia palpare non debet, ita nec malorum laudibus delectari.

C. VI. ¶ *Miserrimus est Episcopus, qui malorum laudibus gloriatur.*
Unde Anacletus Papa, *epist. 1. Episcopis omnibus.*

NIhil *c* illo est pastore miserius, qui luporum laudibus gloriatur. Quibus si placere voluerit, atque ab his amari delegerit, erit hinc ovibus magna pernicies. Nullus ergò pastorum placere lupis, & gregibus ovium potest. Perdit enim laborum i memoriam mens terrenis obligata carceribus. Sicut *d* artium in suo quoque opere invenitur mater instantia; ita noverca eruditionis est negligentia.

1 ¶ Labiorum.] *In epistola Anacleti legitur,* laboris: *apud Anselmum, & in uno ex vetustis codicibus Gratiani,* laborum: *unde potuit irrepsisse mendum: quod tamen ob glossam non est sublatum.*

2 pars. *Quanquam Sacerdotem tam à suis, quàm ab alienis criminibus oportet esse immunem, tamen si aliorsum sese habuerit, non ideò verba sua prædicationis debent contemni. Sicut enim* Hieronymus *e ait, ut lixivium per cinerem humidum fluens lavat, & non lavatur; ita bona doctrina per malum doctorem animas credentium lavat à sordibus peccatorum.*

DISTINCTIO LXXXIV.

1 *SOlicitum quoque & vigilantem oportet esse Episcopum circa defensionem pauperum, relevationem oppressorum, tuitionem monasteriorum. Quod si facere neglexerit, asperè corripiendus est.*

C. I. ¶ *Corripiatur Episcopus, qui circa officium suum negligens extiterit.*
Unde Gregorius *Anthemio Subdiacono Campaniæ, lib. 11. epist. 29.*

PErvenit ad nos, fratrem & Coëpiscopum nostrum Paschasium ita desidem, negligentemque in cunctis existere, ut in nullo, quia est Episcopus, agnoscatur: adeò ut neq; Ecclesia ipsius, neque monasteria, sive filii Ecclesiæ, vel oppressi pauperes *f*, ejus erga se dilectionis studium sentiant; nec aliquam supplicantibus sibi *g*, in quibus justum est, opem defensionis accommodet, & (quod adhuc dici est gravius) consilia sapientum, & recta suadentium nullâ patiatur ratione suscipere, ut quod per se nequit attendere, ab altero saltem possit addiscere. *& infrà.* *a* ¶ Quod si ita est, non sine culpa tua esse cognoscas, qui cum objurgare atque coërcere, ut dignum est, distulisti. Quia ergò hoc totum, non solùm ipsum reprobat, sed etiam ad Sacerdotalis officii pertinere probatur opprobrium; volumus, ut eum coram aliis Sacerdotibus, & *b* quibusdam de filiis suis nobilibus contestari pro hac re debeas, & hortari. *c* Si verò (quod non credimus) post hanc adhortationem nostram solito adhuc more negligens esse tentaverit, ad nos est modis omnibus transmittendus, ut hic positus discere possit, quid vel qualiter secundùm Dei timorem agere conveniat Sacerdotem.

C. II. ¶ *De eodem.*
Idem *ad eundem eod. lib. epist. 33.*

NUnciatum est nobis, Campaniæ Episcopos ita negligentes existere, ut immemores honoris sui, neque erga Ecclesias, neque erga filios suos paternæ vigilantiæ curam exhibeant, vel monasteriorum solicitudinem gerant, seu in oppressorum & pauperum se tuitionem impendant. Ideo hâc tibi auctoritate præcipimus, ut eis à *d* te convocatis, ex nostro illos mandato districtè commoneas; quatenus desides ulteriùs esse non debeant, sed Sacerdotalem se habere zelum, & solicitudinem opere doceant, atque ita in his, quæ eos justè secundùm Deum agere convenit, vigilantes existant, ut nullum nos de eis denuò murmur exasperet. Si quem verò eorum post hæc negligentem esse cognoveris, ad nos eum sine aliqua excusatione transmitte: ut quàm sit grave, nolle ab his, quæ reprehensibilia, & valdè vituperanda sunt, corrigi, regulari in se valeat districtione sentire.

2 pars. *Quod autem de munditia castitatis Sacerdotibus imperatur, hoc etiam de quibuslibet altaris servientibus intelligendum est.*

C. III. ¶ *Qui Sacramentis divinis inserviunt, continentiam in omnibus servent.*
Unde in Carthaginensi Concilio II. *e cap. 2. Aurelius Episcopus dixisse legitur.*

CUm in præterito Concilio de continentiæ & castitatis moderamine tractaretur, gradus isti tres conscriptione *f* quâdam castitati per consecrationes nexi sunt. Episcopos *g*, inquam, Presbyteros, & Diaconos ita placuit, ut condecet sacrosanctos Antistites, & Dei Sacerdotes, nec non & Levitas, vel qui Sacramentis divinis inserviunt, continentes esse in omnibus, quò possint simpliciter, quod à Deo postulant, impetrare: ut quod Apostoli docuerunt 1, & ipsa servavit antiquitas, nos quoque custodiamus 2. Ab *h* universis Episcopis dictum est: Omnibus placet, ut Episcopi, Presbyteri, & Diaconi, vel *i* qui Sacramenta contrectant, pudicitiæ custodes, etiam ab uxoribus abstineant. Ab omnibus dictum est: Placet, ut in omnibus, & ab omnibus pudicitia custodiatur, qui altario deserviunt.

1 ¶ Docuerunt,] *In vulgatis codicibus sequebatur,* exemplo, *quod est sublatum: quia neque in ipso secundo Carthaginensi, aut impresso, aut manuscripto, neque in unico codice canonum, cum quo Gratius canon convenit, neque in vetustis Gratiani exemplaribus habetur, & ex glossa videtur translatum in textum.*

2 ¶ Custodiamus.] *In codice canonum cap. 1. unici Carthaginensis sequuntur hæc:* Faustinus Episcopus Ecclesiæ Potentinæ provinciæ Piceni, Legatus Ecclesiæ Romanæ dixit: Placet, ut Episcopi, &c. *quæ in recentioribus Colonienſibus Conciliorum editionibus adscripta sunt aliis*

a *Demedebit par. 2. Eleutherius Papa ad Gallia provinciæ, & Orientales, in epist. ad Iulium, & Ægyptios in epist. ad Felicem II.* b *Polyc. lib. 4. tit. 31.* c *Anselm. lib. 6. cap. 154. Ivo part. 5. cap. 257. in fine.* d *al. sicut autem.* e *Burch. lib. 1. cap. 20. ex dictis Hieron. Ivo part. 5. cap. 318.* f *al. vel pauperes.* g *his] orig.*

a *Paulo plenius apud B. Gregorium.* b *vel] ergin.* c *Idem Paulo inferius.* d *al. ad.* e *In Carthag. canon. c. 3. & 4.* f *al. constrictione castitatis per.* g *Dist. 31. c. Episcopos.* h *dist. 31. c. aliter.* i *al. &.*

charalle-

characteribus. Verùm in prisca Colonienſi, duabus Pariſienſibus, & codicibus Vaticanis legitur, quemadmodum apud Gratianum.

C. IV. ¶ *De eodem.*

Item ex Concilio Carthaginenſi V. *cap. 3.*

CUm *a* de quorundam Clericorum, quamvis erga uxores proprias incontinentiâ referretur, placuit Epiſcopos, & Presbyteros, & Diaconos ſecundùm priora *b* ſtatuta etiam ab uxoribus continere, quod niſi fecerint, ab Eccleſiaſtico removeantur officio: cæteros autem Clericos ad hoc non cogi, ſed ſecundùm uniuſcujuſq; Eccleſiæ conſuetudinem obſervari debere 1.

1 ¶ Debere.] *In codicibus impreſſis hæc ſequebantur:* contrà Martinus Papa [ſi lector viduam duxerit] ut ſuprà legitur. Sed illud, ubi neceſſitas, hoc, ubi nulla neceſſitas urget. *Quæ ſunt expuncta, quia in vetuſtis codicibus aut non habentur, aut ſunt adſcripta in margine.*

3 pars. *Similiter, quòd monogamus Epiſcopus eſſe jubetur, etiam ad reliquos ordines Eccleſiaſticos derivari oportet.*

C. V. ¶ *Laicâ ſit tantùm communione contentus Clericus, viduam, aut ſecundam ducens uxorem.*

Unde Syricius Papa *Hymerio Tarraconenſi Epiſcopo, epiſt. 1. cap. 11.*

QUiſquis *c* Clericus, aut viduam, aut certè ſecundam conjugem duxerit, omni Eccleſiaſticæ dignitatis privilegio mox nudetur, Laicâ ſibi tantùm communione conceſſâ. Quam ita demùm poterit poſſidere, ſi nihil poſtea, propter quod hanc perdat, admittat.

4 pars. *Presbyterorum verò nomen, quanquam à ſenectute ſit ſumptum, magis tamen maturitatem indicat ſapientiæ, quàm canitiem corporis.*

C. VI. ¶ *Presbyteri ſeniores dicuntur, non tam ætate, quàm ſapientiâ.*

Unde Anacletus *ad Epiſcopos Italiæ, epiſt. 2.*

POrrò *d* Moyſi præcipitur, ut eligat Presbyteros [* id eſt, ſeniores.] Unde & in Proverbiis dicitur: [*Gloria ſenum canities.*] Hæc *f* verò canicies ſapientiam deſignat, de qua ſcriptum eſt *g*: [*Canities hominum prudentia eſt.*] Cumque nongentos & amplius annos ab Adam uſque ad Abraham, vixiſſe homines legerimus, nullus alius priùs appellatus eſt Presbyter, id eſt, ſenior, niſi Abraham, qui multò pauciores vixiſſe annis convincitur. Non ergò propter decrepitam ſenectutem, ſed propter ſapientiam Presbyteri nominantur.

DISTINCTIO LXXXV.

HOſpitalitas *h* verò uſque adeò Epiſcopis eſt neceſſaria, ut ſi ab ea inveniantur alieni, jure prohibeantur ordinari.

¶ *Hoſpitalitatem neſciens non ſiat Epiſcopus.*

Unde Gregorius *ſcribit Joanni Epiſcopo, lib. 12. epiſt. 6.*

ARchidiaconum *i* Florentinum Eccleſiæ Anconitanæ, qui ad Epiſcopatum fuerat electus, Scripturæ quidem ſacræ ſcientiam habere, ſed ita ætatis ſenio jam confectum accepimus, ut ad regiminis officium non poſſit aſſurgere: adjicientes etiam, ita illum tenacem exiſtere, ut in domo ejus amicus ad charitatem nunquam introeat. Ruſticus autem Diaconus ejuſdem Eccleſiæ, qui ſimiliter electus fuerat, vigilans quidem homo dicitur, ſed, quantum aſſeritur, Pſalmos ignorat. Florentium verò Diaconum Eccleſiæ Ravennatis, qui ab omnibus electus dicitur, ſolicitum eſſe novimus, ſed qualis ſit interiùs, omninò non ſcimus. Ideoq; fraternitas tua unà cum fratre & Coëpiſcopo noſtro Armenio, ſuprà ſcriptæ Eccleſiæ Anconitanæ viſitatore, illuc feſtinet accedere, & diligenter de moribus *a* ſingulorum requirere, ſi de nullo ſibi ſunt crimine conſcii, quod eos ad hoc officium vetet accedere. Pariter etiam requirendum eſt, ſi hoc, quod de præfato Archidiacono dictum eſt, quia nunquam amicus domum ejus ingreſſus eſt, ſi ita ſe veritas habeat, & utrum ex neceſſitate, an ex tenacia *b* talis ſit; aut ſi ita ſenex eſt, ut ad regendum non poſſit aſſurgere; vel ſi tactis ſacroſanctis Evangeliis (ſicut nobis nunciatum eſt) juſjurandum præbuerit, nunquam ſe ad Epiſcopatum accedere: Sed & de Ruſtico Diacono, quantos Pſalmos minùs teneat, perſcrutandum eſt. Florentio autem Diacono Ravennati, ſi nullum, ſicut diximus, crimen eſt, quod obſiſtat, apud Epiſcopum ejus agi neceſſe eſt, ut ei debeat ceſſionem concedere: non tamen ex noſtro mandato, vel edicto, ne contra ſuam voluntatem eum cedere *c* videatur.

a *In eod. canon. cap. 25. In Aſric. cap. 37. diſtinct. 32. c. placuit.* b *al. propria.* c *Anſelm. lib. 1. c. 7. Ivo p. 6. c. 51.* d *Anſ. l. 7. cap. 96. Burch. l. 2. c. 3. Ivo p. 6. c. 25.* * *Abſunt iſta ab orig.* e *Proverb. 20.* f *al. hic.* g *Sap. 4. apud 70.* h *Ioan. Diac. lib. 3. cap. 11.* i *al. Florentinum] al. Florentium Archidiaconum.*

DISTINCTIO LXXXVI.

1 pars. DOlorem autem Epiſcopum oportet eſſe, ne inferiorum culpæ in eum refundantur, qui docendi officium acceperit, quod exequi neſciat, vel negligit.

C. I. ¶ *Negligentia veſtrorum imputantur culpæ inferiorum.*

Unde Leo Epiſcopus *ſcribit Aquileienſi Epiſcopo, epiſt. 3. & 84. ſeu 86.*

INferiorum *d* culpæ ordinum, ad nullos magis referendæ ſunt, quàm ad deſides, negligentesq; Rectores: qui multam ſæpè nutriunt peſtilentiam, dum auſteriorem *1* diſſimulant adhibere medicinam.

1 ¶ Auſteriorem] *Sic legitur in epiſtola 84. Verùm in epiſtola tertia ejuſdem Leonis legitur,* neceſſariam. *Reliqua utrobique eadem ſunt.*

C. II. ¶ *Homines ſunt diligendi, peccata odio habenda.*

Item Leo Epiſcopus *Ruſticæ Narbonenſi Epiſcopo, epiſt. 90. ſeu 92. in princip.*

ODio habeantur peccata, non homines: corripiantur tumidi, tolerentur infirmi: & quod in peccatis ſeveriùs caſtigari neceſſe eſt, non ſævientis plectatur animo, ſed medentis.

C. III. ¶ *Qui negligit emendare, quod valet, ſaltem in culpam habet.*

Item Ioannes VIII.

FAcientis *e* culpam proculdubiò habet, qui quod poteſt corrigere, negligit emendare. Scriptum *f* quippe eſt: [*Non ſolùm qui faciunt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus,*] participes judicantur. ¶ Et *g* libat Domino proſpera, qui ab afflictis pellit adverſa. Et negligere, cùm poſſit deturbare perverſos, nihil aliud eſt, quàm fovere. Nec caret ſcrupulo conſenſionis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obviare. Et probat odiſſe ſe vitia, qui condemnat errantes. Nec relinquit ſibi locum deviandi, qui non pepercerit excedenti. Et primus innocentiæ gradus eſt odiſſe nefanda. Et latum pandit delinquentibus aditum, qui jungit cum pravitate conſenſum. Et nihil prodeſt alicui, non puniri proprio, qui puniendus eſt de alieno peccato.

¶ *Caput hoc ex variis ſententiis hinc inde collectis confectum eſt: quarum prima uſque ad verſ.* emendare, *ſumpta eſt ex epiſtola beati Gregorii 114. lib. 7. indict. 2. Theoderico & Theoberto Regibus Francorum.*

a *al. de vita & moribus.* b *al. tenacitate.* c *al. concedere] in recentioribus editionibus.* d *Anſel. lib. 6. cap. 115.* e *Gregor. lib. 7. reg. epiſt. 114. indict. 2.* f *Rom. 1.* g *Pelagius 2. epiſt. 3. Eleutherius ſup. diſt. 83. c. error. 2. q. 7. negligere. & 23. q. 3. c. qui poteſt. Ivo p. 6. cap. 115.*

2 pars. *Si autem in corripiendo quis modum excesserit, non à subditis, sed à Domino veniam petat.*

C. IV. ¶ *Veniam à subditis non petat, qui in corripiendo modum excesserit.*

Unde Augustinus *de vita 1 Clericorum.*

QUando *a* necessitas disciplinæ, minoribus coërcendis dicere vos verba dura compellit, si etiam ipsi *b* modum vos excessisse sentitis, non à vobis exigitur, ut ab eis veniam postuletis: ne apud eos, quos oportet esse subjectos, dum nimia servatur humilitas, regendi frangatur auctoritas. Sed tamen petenda est venia ab omnium Domino, qui novit etiam eos, quos plùs justo fortè corripitis, quantâ benevolentiâ diligatis.

1 ¶ De vita] *Inter opuscula B. Augustini anno Domini 1481. Parmæ impressa, sunt tres sermones de communi vita Clericorum, ex quibus in vulgatis tomis operum B. Augustini, tomo decimo reperiuntur duo sub numero 52. & 53. ad fratres in eremo. Tertius autem cum epistola 109. omninò convenit: sed quæ in epistola diriguntur ad Monachos, in sermone diriguntur ad viros. Ex istis tribus sermonibus de communi vita Clericorum, multa capita accepit Gratianus (ut suis locis notabitur) & hoc quidem ex tertio.*

3 pars. *In doctrina verò Sacræ Scripturæ auctoritatem debet Episcopus præferre, non sæcularium literarum peritiam ostentare. Non enim Episcopalis officii est Grammaticam exponere, ne laudes Iovis personent ore Pontificis.*

C. V. ¶ *Sacram Scripturam, non Grammaticam debet Episcopus exponere.*

Unde Gregorius *scribit Desiderio Episcopo, lib. 9. epist. 48.*

CUm *c* multa nobis bona de vestris fuissent studiis nuntiata, ita cordi nostro nata est lætitia, ut negare ea, quæ sibi fraternitas vestra concedenda poposcit, minimè valeremus. Sed post hoc pervenit *d* ad nos (quod sine verecundia memorare non possumus) fraternitatem tuam Grammaticam quibusdam exponere. Quam rem ita molestè suscepimus, ac sumus vehementiùs asperna ti, ut ea, quæ priùs dicta fuerint, in gemitum & tristitiam verteremus: quia in uno se ore cum Jovis laudibus Christi laudes non capiunt. Et quàm grave, nefandumque sit Episcopis, canere, quod nec Laico religioso conveniat, ipse considera.

4 pars. *Liberalem quoq; necessitatem patientibus Sacerdotem esse oportet; aliàs autem vacuum portabit nomen Episcopi.*

C. VI. ¶ *Sine liberalitate inane portatur nomen Episcopi.*

Unde Gregorius *scribit, lib. 5. epist. 29. seu cap. 129. Secundum servo Dei inter cætera.*

FRatrem nostrum Marinianum Episcopum verbis, quibus vales, excita: quia obdormisse eum suspicor. & *infrà.* ¶ Dic ergò ei, cum loco mutet & mentem. Non sibi credat solam lectionem, & orationem sufficere, ut remotus studeat sedere, & de manu minimè fructificare: sed largam manum habeat, necessitatem patientibus concurrat, alienam inopiam suam credat: quia si hæc non habet, vacuum Episcopi nomen tenet.

5 pars. *In ipsa autem liberalitate modus adhibendus est rerum & personarum. Rerum, ut non omnia uni, sed singula quædam præstentur, ut pluribus prodesse possimus, juxta illud Propheta e:* [Dispersit, dedit paupertibus.] *Personarum, ut primùm justo, deinde peccatoribus: quibus tamen dare prohibemur, non quia homines sunt, sed quia peccatores.*

C. VII. ¶ *Immane peccatum est res suas donare histrionibus.*

Unde Augustinus *tract. 100. ad c. 16. Ioannis.*

DOnare *a* res suas histrionibus, vitium est immane, non virtus. Et scitis de talibus, quàm sit frequens fama cum laude: quia sicut scriptum est: *b* [*Laudatur peccator in desideriis animæ suæ, & qui iniqua gerit, benedicetur.*]

C. VIII. ¶ *Graviter delinquunt, qui venatori aliquid donant.*

Idem *in Psal. 102. ad vers.* [Faciens misericordias.]

QUi *c* venatoribus donant, quare donant? dicant mihi, quare donant venatori? Hoc in illo amant *d*, in quo nequissimus est, hoc in illo pascunt, hoc in illo vestiunt: ipsam nequitiam publicam *e* spectaculis omnium. Qui donant histrionibus, qui donant aurigis, qui donant meretricibus, quare donant? nunquid non & ipsi hominibus donant? Non tamen ibi attendunt naturam operis Dei, sed nequitiam operis humani.

C. IX. ¶ *De eodem.*

Idem *ibidem paulo inferius.*

QUi *f* venatoribus donant, non homini donant, sed arti nequissimæ. Nam si homo tantùm esset, & venator non esset, non donares: honoras in eo vitium, non naturam.

C. X. ¶ *De eodem.*

Idem *in Ps. 147.*

VIdent *g* homines venatorem, & delectantur: væ miseris, si non se correxerint. Qui enim vident venatorem, & delectantur; videbunt Salvatorem, & contristabuntur.

C. XI. ¶ *De eodem.*

Item Hieronymus *h in Ps. 30. ad vers.* [Sperabo in Domino.]

ESau *i* venator erat, quoniam peccator erat. Et penitùs non invenimus in Scripturis sanctis sanctum aliquem venatorem: piscatores invenimus sanctos.

C. XII. ¶ *De eodem.*

Item Ambrosius *in homilia 35. de Quadragesima.*

QUid *k* prodest jejunare visceribus, & luxuriare venatibus? abstinere cibis, errare peccatis?

C. XIII. ¶ *De eodem.*

Idem *ibidem paulo inferius.*

AN *l* putatis illum jejunare, fratres, qui primo diluculo non ad Ecclesiam vigilat, non beatorum Martyrum loca sancta perquirit, sed surgens congregat servulos, disponit retia, canes producit, saltus, sylvasq; perlustrat? Servulos, inquam, secum pertrahit, fortasse magis ad Ecclesiam festinantes: & voluptatibus suis peccata accumulat aliena, nescíens reum se futurum tam de suo delicto, quàm de perditione servorum.

C. XIV. ¶ *Quæ sint in liberalitate servanda.*

Item Ambrosius, *lib. 1. de officiis, c. 30.*

NOn *m* satis est benevelle, sed etiam benefacere. Nec satis est iterum benefacere, nisi id ex bono fonte, hoc est, ex bona voluntate proficiscatur. *Infrà.* ¶ Perfecta liberalitas fide, causâ, loco, tempore commendatur, ut *n* primùm opereris circa domesticos fidei. Grandis culpa, si soiente te fidelis egeat, si scias eum sine sumptu esse, fame laborare, ærumnam perpeti, qui præsertim egere erubescat: si in causam ceciderit, aut captivitatis suorum, aut calumniæ, & non adjuves: si sit in carcere, & pœnis & supplicijs propter debitum aliquod justus excrucietur: (nam etsi omnibus debetur misericordia, tamen justo ampliùs:) si tempore afflictionis suæ nihil à te impetret: si tempore periculi, quo rapitur ad mortem, plùs apud te pecunia tua valeat, quàm vita morituri, non est leve peccatum 2.

1 ¶ Non satis] *Hinc usque ad c.* si quid verò, *in aliquot*

a *Ivo part. 8. c. 384.* b *In ipsis*] *orig.* c *Burch. lib. 1. c. 97. Ivo part. 4. cap. 161. & p. 5. c. 199.* d *Supra distinctione 37. cap. 8.* e *Psal. 111.*

a *Ivo p. 11. c. 84.* b *Ps. 9.* c *Ivo p. 13. c. 31.* d *al. amat,*] *orig. & sic deinceps.* e *al. publicant*] f *Ivo ibidem.* g *Ivo p. 13. c. 32.* h *Inter opera adscripta Hieronymo, tomo 1.* i *Ivo part. 13. c. 33.* k *Ivo p. 13. c. 34.* l *Ivo ibidem.* m *Ans. l. 13. c. 28. Polyc. l. 6. tit. 20.* n *Gal. 6.*

vetusto Gratiani exemplaribus, & apud Anselmum est unicum caput.

2 ¶ Non est leve peccatum.] *Verba hæc non sunt ibi apud Ambrosium, sed tamen apud Anselmum, & in Polycarpo.*

C. XV. ¶ *De eodem.*
Idem *ibidem paulo inferiùs.*

DOminus *a* non *b* vult simul effundi opes, sed dispensari, nisi fortè, ut Helisæus *c*, qui boves suos occidit, & pavit pauperes ex eo, quod habuit: ut nullâ curâ teneretur domesticâ, sed relictis omnibus in disciplinam se prophetican daret.

C. XVI. ¶ *De eodem.*
Idem *ibidem eximiantur.*

ESt *d* probanda illa etiam liberalitas, ut proximos seminis tui non despicias, si egere cognoscas. Melius est enim, ut ipse subvenias tuis, quibus pudor est ab aliis sumptum deposcere, aut alicui postulare subsidium necessitati: non tamen ut illi ditiores eo fieri velint, quod tu potes conferre inopibus: causam enim *1* natura præstat, non gratia. Neque enim propterea te Domino dicâsti, ut tuos divites facias, sed ut vitam tibi perpetuam fructu boni operis acquiras, & pretio miserationis peccata redimas tua. Putant se parum poscere? pretium *e* tuum quærunt, vitæ tuæ fructum adimere contendunt, & se justè facere putant: & accusans *f*, quòd eos divites non feceris, cùm te illi velint æternæ vitæ fraudare mercede.

1 ¶ Causam enim] *Apud B. Ambrosium legitur*, causa enim præstat, non gratia: *æternè apud Anselmum, & in Polycarpo. Sed vetusto codices Gratiani, & glossa cum impressu concordant. Alia autem innumera ex ipso Ambrosio sunt emendata.*

C. XVII. ¶ *De eodem.*
Idem *ibidem paulo inferiùs.*

COnsideranda *g* est etiam in largiendo ætas, atque debilitas, nonnunquam etiam verecundia, quæ ingenuos prodit natales, ut senibus plùs largiaris, qui sibi labore jam non queunt victum quærere. Similiter & debilitas corporis, & hæc juvanda promptiùs: tum si quis ex divitiis cecidit in egestatem: & maximè, si non vitio suo, sed aut latrocinio, aut proscriptione *h*, aut calumniis, quæ habebat, amisit.

C. XVIII. ¶ *De eodem.*
Idem *libro secundo officiorum, c. 21.*

PUlchra *1* etiam *i* liberalitas est, in ipso quoque pauperis dato mensuram tenere, ut abundes pluribus, non conciliandi favoris gratiâ ultra modum fluere. Quicquid ex affectu puro ac sincero promitur, hoc est decorum: non superfluas ædificationes aggredi, nec prætermittere necessarias. Et maximè Sacerdoti hoc convenit, ornare Dei templum honore *k* congruo, ut etiam hoc cultu aula Domini resplendeat: impensas misericordiæ convenientes frequentare: quantum oporteat largiri peregrinis, non superflua, sed competentia, &c. *Idem* l. ¶ Compatiamur alienis calamitatibus, necessitates aliorum, quantùm possumus, juvemus, & plùs interdum, quàm possumus. Melius est enim pro misericordiæ causas præstare, vel invidiam perpeti, quàm prætendere inclementiam: ut nos aliquando in invidiam incidimus, qui confregerimus vasa mystica, ut captivos redimeremus.

1 ¶ Pulchra etiam] *Apud B. Ambrosium legitur*: pulchra liberalitas, erga ipsos quoque pauperes mensuram tenere. *Sed apud Anselmum, & in Polycarpo habetur, ut apud Gratianum, & adest glossa in voce*, dato.

a *al. Deus*] *orig.* b *Polyc. ibidem. Ansel. ibid.* c *3. Regum. 19.* d *Ansel. ibid. Polyc. ibid.* e *al. præmium.* f *al. accusat*] *vrg. & sic deinceps.* g *Polyc. ibid. Ansel. ibid.* h *al. proscriptione.* i *Polyc. ibidem. Ansel. ibid.* k *decore*] *orig.* l *end. lib. c. 21.*

C. XIX. ¶ *De eodem.*
Idem *ad c. 3. Luca, in vers.* [Generatio viperarum.]

IN *a* singulis quoque generibus hominum conveniens tribuit Sanctus Baptista Ioannes responsum unum omnibus, ita: Publicanis, ne ultra præscriptum exigant: militibus, ne calumniam faciant, ne prædam requirant: docens idcircò stipendia constituta militiæ, ne dum sumptus quæritur, præda grassetur. Sed hæc & alia officiorum præcepta, propria singulorum, misericordia *b* communis est usus. Ideò commune præceptum omnibus officiis, omnibus ætatibus necessarium, & ab omnibus deferendum. Non publicanus, non miles excipitur, non agricola, vel urbanus, dives & pauper, omnes in commune admonentur, ut conferant non habenti. Misericordia enim plenitudo virtutum est. Et ideò omnibus est proposita perfectæ formæ virtutis; ne vestimentis, alimentisque suis parcant. Misericordiæ tamen ipsius pro possibilitate conditionis humanæ mensura servetur, ut non sibi unusquisque totum eripiat, sed quod habet, cum paupere partiatur.

C. XX. ¶ *De eodem.*
Idem *ad c. 11. Luca.*

CÆterùm Dei traditio est, ut priùs pascas patentes. Nam si juxta *c* divinum oraculum contumelia parentis morte luitur; quantò magis fames, quæ morte gravior est? Quo loco infolentem Dominus infræna jactantiam, &c.

C. XXI. ¶ *De eodem.*
Ibidem *in libro de officiis 1.*

PAsce *d* famè morientem. Quisquis enim pascendo hominem servare poteras, si non pavisti, occidisti.

1 ¶ De officiis.] *Caput hoc non est inventum apud B. Ambrosium, sed apud Anselmum, & in Polycarpo ex eodem extatur, & Bartholomæus Urbinas Eremita in Melleloquio, quod collegit ex dictis B. Ambrosii, affert hunc locum ex eodem Ambrosio in libro de alendis pauperibus, qui liber hactenus desideratur.*

C. XXII. ¶ *De eodem.*
Item Hieronymus *in commentariis ad Galatas, c. 6. in vers.*] Alter alterius.]

QUi clementiam non habet, nec indutus est viscera misericordiæ, & lachrymarum, quamvis spiritalis sit, non adimplet *e* legem Christi.

6 pars. *Similiter etiam oportet Episcopum non esse percussorem, id est, non ad vindictam facilem.*

C. XXIII. ¶ *Ad vindictam Episcopus facilis esse non debet.*
Unde Gregorius *scribit Ioanni Episcopo Panormitano, libro undecimo, epist. 49.*

SI *f* quid verò de quorumq; Clerico ad aures tuas pervenerit, quod te justè possit offendere, facile non credas, nec ad vindictam te res accendat incognita: sed præsentibus senioribus Ecclesiæ tuæ diligenter est veritas perscrutanda: & tunc, si qualitas rei poposcerit, canonica districtio culpam feriat delinquentis.

C. XXIV. ¶ *De quodam Episcopo, qui antequam Missarum solennia celebraret, diu Dominicum ad exarandam messem cultellum affixum esse.*
Idem *Ianuario Episcopo, lib. 7. indict. 2. epist. 7.*

TAnta *g* nequitia ad aures meas de tua senectute pervenit, ut eam nisi adhuc humanitùs pensaremus, fixâ jam maledictione feriremus. Dictû quippe mihi est, quòd Dominico die, priusquam Missarum solennia celebrares,

a *Singulis quoque*]*orig.* b *al. misericordia.* c *Matth. 15. Levit. 20. Exod. 21.* d *Anselm. lib. 13. cap. 28. Polycarp. lib. 3. tit. 20. D. T. 2. q. 32. ar. 3.* e *adimplebit*] *orig.* f *15. q. 7. si quid.* g *1. q. 7. tanta. Burch. lib. 1. cap. 177. Ivo p. 2. cap. 31. & p. 3. cap. 312.*

ad exarandam messem latoris præsentium perrexisti, & post exarationem ejus, Missarum solennia celebrâsti: post Missarum solennia etiam terminos possessionis illius eradicare minimè timuisti. Quod factum quæ pœna debeat insequi, omnes, qui audiunt, sciunt. Dubii autem de tanta hac perversitate fueramus, sed filius noster Cyriacus Abbas à nobis requisitus, dum esset Caralis, ita se cognovisse perhibuit. Et quia adhuc canis tuis parcimus, hortamur *a*, ut aliquando resipiscas miser senex, atque à tanta te levitate morum, & operum perversitate compescas *b*. Quantò morti vicinior efficeris, tantò fieri solicitior atque timidior debes. Et quidem pœnæ sententia in te fuerat jaculanda; sed quia simplicitatem tuam cum senectute novimus, interim tacemus. Eos verò, quorum consilio hæc egisti, in duobus mensibus excommunicatos esse decernimus: ita tamen, ut si quid eis intra duorum mensium spatium humanitùs advenerit, benedictione viatici non priventur. Deinceps autem ab eorum consiliis cautus existe: te quoque solicitè custodi, ne si eis in malo discipulus fueris, quibus in bono magister esse debuisti, nec simplicitati tuæ ulteriùs, nec senectuti parcamus.

7 pars. *Vel percussor esse prohibetur, ne videlicet propriis manibus aliquem cædat.*

C. XXV. ¶ *Non licet Episcopo propriis manibus aliquem cædere.*

Unde in Agathensi 1 Concilio *legitur.*

NOn e licet Episcopo manibus suis aliquem cædere. Hoc enim alienum à Sacerdote esse debet.

1 ¶ Agathensi] *Hoc caput non habetur in Agathensi, quod extat. Burchardus & Ivo citant ex decretis Bonifacii Papæ. Habetur autem in novellis Constit. 123. cap. 16. apud Iulianum antecessorem. Non dissimile etiam canon 21. Apostolorum, quem interpretatur Synodus Constantinopolitana, quæ prima & secunda dicta est, cap. 9.*

8 pars. *Prohibetur etiam Episcopus turpis lucri esse cupidus, ne aliqua inhonesta negotia voluptuum, vel cætera sibi necessaria quærat. Quod generaliter de omnibus divino cultui manicipatis, id est, Clericis & Monachis intelligi oportet.*

C. XXVI. ¶ *Qui connumerantur in Clero, turpibus lucris non inserviant.*

Unde in Chalcedonensi Concilio, *cap. 3. legitur.*

PErvenit *d* ad sanctam Synodum, quia de iis, qui in Clero connumerantur, quidam propter turpis lucri gratiam, alienarum possessionum conductiones, & cautas seculares *e* suscipiunt: & à sacris quidem officiis se per desidiam separant, ad domos autem secularium concurrunt, & substantiarum eorum gubernationes avaritiæ causâ suscipiunt. Decrevit ergò sancta & magna Synodus, neminem horum deinceps, hoc est, Episcopum, sive Clericum, aut Monachum conducere possessiones, aut miscere secularibus procurationibus; nisi fortè, qui legibus ad minorum ætatum tutelas, sive curationes inexcusabiles attrahuntur, aut cui civitatis ipsius Episcopus Ecclesiasticarum rerum commiserit gubernacula, & orphanorum, ac viduarum, quæ indefensæ sunt, & earum personarum, quæ maximè Ecclesiastico indigent adminiculo, propter timorem Dei. Si quis verò transgressus fuerit hæc præcepta, correctioni Ecclesiasticæ subjaceat.

DISTINCTIO LXXXVII.

1 pars. VIduis autem & orphanis Ecclesia præsidium imploranti-bus Episcopi debent adesse: & contra improborum violentias, procellarumq; patrocinium eis negare non debent.

a *al. hortamur, aliquando resipisce.* b *al. compesce.* c *Burch. lib. 2. c. 102. Ivo pars 3. c. 316.* d *Burch. l. 2. c. 145. Ivo p. 6. c. 218.* e *al. secularium.*

C. I. ¶ *Implorantibus patrocinium Episcopi debent adesse.*

Unde Gelasius *Gerontio* a *& Petro Episcopis.*

LIcèt omnibus de nobis sperantibus non debeamus, in quantum possumus, nos negare; plùs tamen viduarum & orphanorum causas, & impensiùs ducimus exequendas: quas tueri à nobis, vel ab omnibus divina manifestat assertio.

C. II. ¶ *De eodem.*

Idem *Anastasio Episcopo.*

DEfensionis propriæ desolatis auxilio, & qui suis actibus adesse *b* pro ætatis infirmitate non possunt, exoratum Pontificem decet subvenire: quia pupillis 1 tuitionem etiam Divinitas jussit impendi. Et ideò Maximo & Januario, Clericalis officii (qui se solatio parentum vel propinquorum asserunt destitutos) auxilium ex nostra delegatione præstabis: ut adversùs improbitates adversariorum suorum protecti, tuæ executionis animi noxia commenta non sentiant.

1 ¶ Pupillis] *In codicibus impressis sequebatur, & viduis. quæ voces nec junctæ sunt, quas absunt à plerisq; vetustis. Et quæ antecedunt ac sequuntur, ostendunt agi hic tantum de pupillis.*

C. III. ¶ *De eodem.*

Idem *Leontio & Petro Episcopis.*

QUisquis in negotiis suis nostri nominis intercessione sperat sibi remedia posse conferri, pronâ nos convenit animositate præstare.

C. IV. ¶ *De eodem.*

DIvinæ retributionis memor ad Pontificalem confidentiam non ambigas pertinere, egentium commodis piam solicitudinem non negare.

C. V. ¶ *Tuetur Ecclesia, quos in sui defensione suscepit.*

Idem *Fortunato Episcopo.*

IRreligiosum e prorsus, & execrabile judicamus, si quisquam 1 vel extraneos in sua tuitione susceptos, non omni fide, & totâ animi sui educaverit sanctitate. Accùm Olympius Diaconus dilectionis tuæ, Felicis & Olympii suggeratur avunculus, eosq; parvulos tutelæ vice susceperit nutriendos; ultra latrocinium esse judicamus, quòd eos bonisculis *d* parentum (sicut asserunt) reliquit extorres, alia retinendo, alia contra leges & jura vendendo.

1 ¶ Quisquam] *In vulgatis codicibus sequitur vox, Clericos, quæ in aliquot manuscriptis, & apud Ivonem non habetur, ideoq; sublata est. Non enim hic Clericos cum Laicis, sed extraneos cum sanguine junctis comparat.*

C. VI. ¶ *Confugientes ad Ecclesiam extrahere non licet.*

Item ex Concilio Arausicano I. *cap. 1. & sequentibus.*

EOs *e*, qui ad Ecclesiam confugerint, tradi non oportet, sed loci sancti reverentiâ & intercessione defendi. ¶ Si quis autem mancipia Clericorum pro suis mancipiis ad Ecclesiam confugientibus crediderit occupanda, per omnes Ecclesias districtissimâ damnatione feriatur. ¶ In Ecclesia *f* quoq; manumissos, & per testamentum Ecclesiæ commendatos, si quis in servitutem, vel obsequium, vel ad colonariam conditionem revocare tentaverit, animadversione Ecclesiasticâ coërceatur *f*.

a *al. Leontio.* b *al. prodesse.* c *Ivo pars 6. cap. 109.* d *al. bonusculi.* e *Rabanus pœn. cap. 22. Burch. lib. 3. cap. 195. Ivo p. 1. cap. 112. Ibidem, cap. 6.* f *Ivo p. 3. c. 114. & 245. Panorm. lib. 2. cap. 14. coërcebatur.] orig.*

C. VII.

C. VII. ¶ *In libertate Ecclesia tueatur libertos.*
Item ex Concilio Agathensi, *c.29.*

2 LIbertos *a* legitimè à dominis suis factos, Ecclesia, si ps necessitas exegerit, tueatur: quos, si quis ante audientiam aut pervadere, aut expoliare præsumpserit, ab Ecclesia repellatur.

C. VIII. ¶ *A Sacerdotibus defendantur liberti, ne in servitutem revocentur.*
Item ex Concilio Toletano IV. *c.71.*

LIberti, qui *b* à quibuscunque manumissi sunt, & Ecclesiæ patrocinio commendati existunt, sicut regulæ antiquorum Patrum constituerunt, Sacerdotali defensione à cujuslibet insolentia protegantur, sive in statu libertatis eorum, sive in peculio, quod habere noscuntur.

C. IX. ¶ *Expositus defendat Ecclesia, si quis eorum calumniator extiterit.*
Item ex Concilio Arelatensi II. *c.32.*

3 SI *c* expositus ante Ecclesiam cujuscunque fuerit ps miserationе collectus, contestationis ponat *d* epistolam, ut si is, qui collectus est, intra decem dies quæsitus, agnitusque non fuerit, securus habeat, qui collegit. Sanè, qui post prædictum tempus calumniator extiterit, ut homicida, Ecclesiasticâ districtione damnabitur, sicut Patrum sanxit auctoritas.

DISTINCTIO LXXXVIII.

1 PRohibentur ergò Clerici cupiditatis negotia suscipere, non ps pietatis curam viduis & orphanis impendere.

C. I. ¶ *De eodem.*
Unde Melchiades 1 Papa.

DEcrevit *e* sancta Synodus, nullum deinceps Clericum aut possessiones conducere, aut negotiis secularibus se miscere, nisi propter curam pupillorum, [& *f* orphanorum] ac viduarum, aut si forte Episcopus civitatis Ecclesiasticarum rerum solicitudinem habere præcipiat. Ubi liquidò patet, quia alia sunt negotia secularia, alia Ecclesiastica. Nonne Moyses *g* in seculo erat, cùm crebrò tabernaculum intraret, & exiret, qui intùs contemplatione raptus, foris infirmantium negotiis urgebatur? *& infrà.* Sic & Jacob *h* ascendentes & descendentes Angelos vidit: quia videlicet rectores Ecclesiæ non solùm Deo contemplando superna appetunt, sed deorsum quoque ad membra illius miserando descendunt. Et Domini Sacerdotes horum facta imitantur, & se custodiunt, & subditorum onera portant.

1 ¶ Melchiades] *Caput hoc habetur in scripto, de primitiva Ecclesia & munificentia Constantini, quod in antiquis Conciliorum voluminibus continenter sequitur post decreta Melchiadis (quamvis in recentioribus Concilium Neocæsarense sit interpositum) & ex illa conjunctione fortassè factum est, ut hoc quoque scriptum olim decretis Melchiadis adnumerari solitum esset, cùm tamen in eo de Nicæno Concilio, & aliis, quæ post Melchiadem gesta sunt, mentio fiat: quod ex capite, ad futuram. infrà 12. quæstione 1. apparet.*

C. II. ¶ *De eodem.*
Item Gelasius Papa *ad Episcopos per Lucaniam, cap. 17.*

COnsequens *i* est, ut illa quoq; quæ de Picenis partibus nuper ad nos missa relatio nuntiavit, non prætereunda putaremus: id est, plurimos Clericorum negotiationibus inhonestis, & lucris turpibus imminere *a*, nullo pudore cernentes Evangelicam lectionem, quâ ipse Dominus *b* negotiatores è templo verberatos flagellis asseritur expulisse, nec Apostoli verba recolentes, quibus ait *c*: [*Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus.*] Psalmistam *d* quoque David surdâ dissimulantes aure, cantantem: [*Quoniam non cognovi negotiationes, introibo in potentias Domini.*] Proinde hujusmodi aut ab indignis posthac quæstibus noverint abstinendum, & ab omni cujuslibet negotiationis ingenio, vel cupiditate cessandum; aut in quocunq; gradu sint positi, mox à Clericalibus officiis abstinere cogantur: quoniam domus *e* Dei, domus orationis & esse debet, & dici, ne per *f* officia negotiationis potiùs sit latronum spelunca.

C. III. ¶ *In sacris ordinibus constitutus, seculares curas assumere non debet.*
Item ex septimo canone Apostolorum.

1. EPiscopus, aut Presbyter, aut Diaconus, nequaquam seculares curas assumat; sin aliter, dejiciatur.

C. IV. ¶ *Episcopus secularibus causis occupari non debet.*
Item Gregorius *Romano defensori, l.8. epist. 11.*

PErlatum *g* est ad nos, reverendissimum Fratrem nostrum Basilium Episcopum, velut unum de Laicis in causis secularibus occupari, & prætoriis inutiliter deservire. Quæ res, quoniam & ipsum vilem reddit, & reverentiam Sacerdotalem annihilat, statim ut experientia tua hoc præceptum susceperit, eum ita ad revertendum districtâ executione compellat, quatenus ei illic te insistente quinque diebus sub qualibet excusatione immorari non liceat: ne si quolibet modo eum ibidem amplius moram habere permiseris, cum ipso apud nos graviter incipias esse culpabilis.

C. V. ¶ *Testamentorum tuitionem, & curam rei familiaris Episcopus non suscipiat.*
Item ex Concilio Carthaginensi IV. *c.12.*

II. EPiscopus *h* tuitionem testamentorum non suscipiat.

C. VI. ¶ *De eodem.*
Item ex eodem, *c.20.*

III. EPiscopus nullam rei familiaris curam ad se revocet, sed lectioni, & orationi, & verbi Dei prædicationi tantummodò vacet.

C. VII. ¶ *De eodem.*
Item ex eodem, *c.17.*

IV. EPiscopus *i* gubernationem viduarum, & pupillorum, ac peregrinorum non per seipsum, sed per Archipresbyterum, aut per Archidiaconum agat.

C. VIII. ¶ *Rationcinantium causas Clericus susceptere non debet.*
Item Gregorius *Quæstino expræfecto, epist. 30. lib. 10.*

INutile, & valdè laboriosum est, hominem literatum, rationciniorum causas assumere, & in eis se, quod non expedit, obligare.

C. IX. ¶ *Fugiendus est Clericus negotiator.*
Item Hieronymus *ad Nepotianum de vita Clericorum.*

NEgotiatorem Clericum, & ex inope divitem, ex ignobili gloriosum, quasi quandam pestem fuge.

---

a *Ivo part.3. cap.159. & p.16.cap.51. Panorm.l.2.c.12.* b *Burch. l.3.c.156. Ivo p.6.c.246. & p.16.c.52. Pann.l.2.c.13.* c *Capit.lib.6. c.142. concor. Vasense 1. c.9. Burch.l.3.c.201. Ivo p.3.c.52. Polyc. lib.3. tit.13.* d *al. ponatur epistola.* e *In scripto de primitiva Ecclesia, & munificentia Constantini ex Concilio Chalcedon. cap.3.* f *absunt ista duæ voces ferè ab omnibus manuscriptis.* g *Exod.33.* h *Gen.28.* i *Concil. Aquisgranen. cap.93. 14. quæst.4.c. Cleric. Polyc. lib.4. tit.31.*

a *al.inhiare.* b *Matth.21.* c *2.Tim.2.* d *Psal.70. vide infrà, c.quoniam.* e *Luc.19.* f *ne officina negotiationis, & spelunca potiùs sit latronum.*] *orig.* g *Ansl.l.6.c.179.* h *Polyc. l.4. tit.5.* i *Polyc. ibid.*

C. X. ¶ *Clerico negotiari non licet.*

Item Augustinus *in libro quæstionum Veteris, & Novi Testamenti, cap. 127.*

FOrnicari *a* omnibus, semper non licet: negotiari verò aliquando licet, aliquando non licet: Antequam enim Ecclesiasticus quis sit, licet ei negotiari: facto jam, non licet.

C. XI. ¶ *De eodem.* PALEA.

Item Joannes Chrysostomus *super Matthæum*, [*id est, Auctor operis imperfecti, hom. 38. ad c. 21. Matth.* b] EJiciens Dominus vendentes & ementes de templo, significavit, quia homo mercator vix, aut nunquam potest Deo placere. Et ideò nullus Christianus debet esse mercator, aut si voluerit esse, projiciatur de Ecclesia Dei, dicente Prophetâ *c*: [*Quia non cognovi negotiationes, introibo in potentias Domini.*] Quemadmodum enim, qui ambulat inter duos inimicos, ambobus placere volens, & se commendare, sine maliloquio esse non potest (necesse est enim, ut isti malè loquatur de illo, & illi malè de illo:) sic qui emit & vendit, sine mendacio & perjurio esse non potest. *& paucis interjectis.* ¶ Sed est nec stabilis substantia eorum, neque ad bonum proficit, quod de malo congregatur. Quemadmodum enim, si triticum, aut aliud *d* tale cernas in cribro, dum huc & illuc jactatur, grana omnia paulatim deorsum cadunt, & tandem in cribro nihil remanet, nisi stercus solum: sic de substantia negotiatorum novissimè nil remanet, nisi solum peccatum. Sed omnes homines videntur esse mercatores. Ostendam ergò, quis non est negotiator, ut qui talis non fuerit, cum intelligas esse negotiatorem. Quicunque rem comparat, non ut ipsam rem integram & immutatam vendat, sed ut materia sibi sit inde aliquid operandi, ille non est negotiator. Qui autem comparat rem, ut illam ipsam integram & immutatam dando lucretur, ille est mercator, qui de templo Dei ejicitur. Unde super omnes mercatores plùs maledictus est usurarius. Ipse namque rem datam à Deo vendit, non comparatam, ut mercator, & post fœnus rem suam repetit, tollens aliena cum suis, mercator autem non repetit rem venditam. Ad hoc dicit aliquis: Qui agrum locat, ut agrariam recipiat, aut domum, ut pensiones recipiat, nonne est similis ei, qui pecuniam dat ad usuram? Absit. Primùm quidem, quoniam pecunia non ad aliquem usum disposita est, nisi ad emendum. Secundò, quoniam agrum habens, arando accipit ex eo fructum, habens domum, usum mansionis capit ex ea. Ideò qui locat domum vel agrum suum, usum dare videtur, & pecuniam accipere, & quodammodò quasi commutare videtur cum lucro lucrum: ex pecunia reposita nullum usum capis. Tertiò ager vel domus utendo veterascit. Pecunia autem cùm fuerit mutuata, nec minuitur, nec veterascit. [*Et mensas nummulariorum subvertit.*] Pecuniâ spiritualiter homines intelliguntur: quia sicut nummus habet charagma Cæsaris; sic homo habet charagma Dei. Et quemadmodum solidus, qui non habet charagma Cæsaris, reprobus est; ita & homo, qui non ostendit in se imaginem Dei, reprobus æstimatur. Unde Esaias *e* dicebat ad Hierusalem: [*Pecunia tua reproba est, caupones tui miscent vinum cum aqua, &c.*] Ideò ergò mensas nummulariorum evertit, significans, quia in templo Dei non debent esse nummi, nisi spirituales, id est, qui Dei imaginem, non Diaboli, portant. Aut certè mensas nummulariorum, Sacerdotum dicit scripturas. Novo enim Testamento succedente priori, eversæ sunt scripturæ illorum.

¶ *Hæc Palea (quemadmodum & sequens) est in aliquot vetustis exemplaribus, in quibus Palea rarò habentur. Est autem sumpta ex auctore operis imperfecti (cujus multa sententiæ partem rejiciendæ, partim in bonam partem interpretandæ sunt) & quidem multis locis de industria, quod ubi plenius, hic in summam redactum est, incolumi ferè sententiâ. Quamobrem ea tantum mutata, aut incompletata sunt, quæ valdè conducere usum est. Quod etiam in sequenti capite est observatum.*

a *Ivo p. 1. c. 89. Pann. l. 7. c. 16.* b *Paulo aliter.* c *Psal. 70.* d *aliquam blandi speciem.*] c *Esa. 1.*

C. XII. ¶ *De eodem.* PALEA.

Item ex verbis Augustini [*hunc inde collectu, & in summam redactu ad Psal. 70. vers.* [Quoniam non cognovi.]

QUoniam non cognovi literaturam.] Aliqui codices habent [negotiationes:] in quo diversitas Interpretum sensum offendit, non errorem inducit. Ergò si propterea iste totâ die laudem Dei dicit, qui non cognovit negotiationes, corrigant se Christiani, non negotientur. Sed ait mihi negotiator: Affero ex longinquo merces, mercedem laboris mei, unde vivam, peto: *dignus* a *est enim operarius mercede suâ.* De mendacio, de perjurio agitur, non de negotio. Ego enim mentior, non negotium. Possem enim dicere, tanto emi, tanto vendam: si placet, eme. Quomodo ergò revocas à negotiatione? omnes artifices mentiuntur, sutores, agricolæ. Vis, ut optem carum tempus, ut possim vendere annonam, quam servavi? Sed non hoc faciunt, inquis, agricolæ boni: nec illa negotiatores boni. Quid enim? Etiam & filios habere malum est, quia quando eis caput dolet, male & infideles matres ligaturas sacrilegas, & incantationes quærunt? omnia ista hominum, non rerum peccata sunt. Quære ergò Episcope (dicit mihi negotiator) quomodo Psalmistam intelligas, & noli me prohibere à negotiatione: negotiatio enim me non facit malum, sed iniquitas mea, & mendacium meum. Quæramus ergò negotiatores, qui præsumunt gloriari ex suis operibus, si sunt contra illam gratiam, quam hic Psalmista commendat, ut nemo de suis operibus glorietur. Et sicut contra Medicos superbos salutis pollicitatores vigilat hoc, quod dictum est *b*: [*Tibi dic salutem tuam:*] sic contra negotiatores de operibus suis gloriantes vigilat hoc, quod dictum est *c*: [*Os meum annuntiabit justitiam d tuam.*] Unde & Dominus expulit illos de templo, volentes suam justitiam statuere, & ignorantes justitiam Dei. Merito dictum negotium, quia negat otium, quod malum est, neque quærit veram quietem, quæ est Deus.

C. XIII. ¶ *De eodem.*

Item Cassiodorus *in eundem Psalmum 70. in eundem versiculum.*

QUid est aliud negotium *e*, nisi quæ possint vilius comparari, cariùs velle distrahere? *& infra.* Negotiatores ergò illi abominabiles existimantur, qui justitiam Dei minimè considerantes, per immoderatum pecuniæ ambitum polluuntur merces suas plùs perjuriis onerando, quàm pretiis. Tales ejecit Dominus de templo, dicens: [*Nolite f facere domum patris mei, domum negotiationis.*]

C. XIV. ¶ *Nemine Sacerdotio careat, qui Dei ministros à suis vocat officiis.*

Item Cyprianus *ad Clerum, & plebem Furnitanorum, lib. 1. epist. 9.*

1 NEque *g* apud altare Dei meretur nominari in ps Sacerdotum prece, qui ab altari Sacerdotes & ministros voluit avocare. Et ideò Victor, cùm contra formam nuper in Concilio à Sacerdotibus datam, Geminium Faustinum Presbyterum ausus sit tutorem constituere, non est, quòd pro dormitione ejus apud vos fiat oblatio, aut deprecatio aliqua nomine ejus in Ecclesia frequentetur: ut Sacerdotum decretum religiosè, & necessariè factum servetur à nobis.

a *Luc. 10.* b *Psal. 87.* c *Psal. 70.* d *justitiam tuam, id est, non meam, &c.*] *Aug.* e *al. negotiari.* f *Isaiæ 2.* g *Ivo part. 6. cap. 329.*

DISTIN.

DISTINCTIO LXXXIX.

1 gs DOmnes a quoque sua oportet Episcopum bene esse præpositum, ut quadam inde quodammodo futura dispensationis argumenta sumantur. In dispensatione verò Ecclesiæ hanc regulam observandam noverit, ut nulli quantumlibet exercitatæ personæ duo simul officia committat: neque secularibus viris res Ecclesiasticas gubernandas committat.

C. I. ¶ Uni personæ duo non committantur officia.

Unde Gregorius 1 *scribit omnibus Episcopis.*

SIngula b Ecclesiastici juris officia, singulis quibusq; personis singulatim committi jubemus. Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent; ita in Ecclesiæ corpore, secundùm veridicam c Pauli sententiam, in uno, eodemque spiritu, alii conferendum est hoc officium, alii committendum est illud: neque uni, quantumlibet exercitatæ personæ, uno tempore duarum rerum officia committenda sunt: quia si totum corpus est oculus, ubi auditus? Sicut enim varietas membrorum per diversa officia, & robur corporis servat, & pulchritudinem repræsentat: ita varietas personarum per diversa nihilominùs officia distributa, & fortitudinem & venustatem sanctæ Dei Ecclesiæ manifestat. Et sicut indecorum est, ut in corpore humano alterum membrum alterius fungatur officio: ita nimirum noxium, simulque turpissimum, si singula rerum ministeria personis totidem non fuerint distributa.

1 ¶ Gregorius] *Caput hoc à collectoribus sta citatur, quasi sint verba alicujus epistolæ B. Gregorii. Verùm à Ioanne Diacono l. 2. vita ejusdem sancti Pontificis, num. 14. sic referuntur:* Singula Ecclesiastici juris officia, singulis quibusq; personis singulatim committi debere dicebat; asserens, quia sicut in uno, &c. *Ex eo autem nonnulla sunt emendata.*

C. II. ¶ Quilibet Episcopus vicedominum & œconomum habeat.

Item Gregorius *Anathemio Subdiacono, lib. 9. epist. 66.*

2 gs VOlumus d, ut frater noster Paschasius, & vicedominum sibi ordinet, & majorem domûs: quatenus possit vel hospitibus supervenientibus, vel causis, quæ eveniunt, idoneus & paratus existere. Si verò & negligentem eum prospicis, & ea, quæ diximus, implere differentem; omnis Clerus ejus adhiberi debet, ut communi consilio ipsi eligant, quorum personæ ad ea, quæ prædiximus, valent ordinari.

Hinc 1 *colligi potest Archidiaconi electionem à cuncto Clero, si Episcopus negligens vel differens fuerit, canonicè fieri posse. Officium vicedominatus est, Episcopatum* d *disponere.*

1 ¶ Hinc] *Verba hæc usque ad vers.* officium, *absunt à plerisque vetustis exemplaribus.*

C. III. ¶ Quod sit officium vicedomini.

Unde Gregorius *Clementinæ patricio, lib. 1. epist. 11. post alia.*

DIaconum e verò Anatolium, quem ad vos dirigi postulastis, hoc nos facere non posse, causæ magis modus, quàm rigoris austeritas facit. Vicedominatum enim eum constituimus, cujus arbitrio Episcopium commisimus disponendum.

C. IV. ¶ Decedem.

Item ex Concilio Chalcedonensi, *c. 26.*

QUia f in quibusdam Ecclesiis, sicut ad nos pervenit, sine œconomo Episcopi res Ecclesiasticas tractant; placuit omnes Ecclesias habentes Episcopos, etiam œconomum habere de proprio Clero, qui gubernet Ecclesiæ res cum arbitrio sui Episcopi: ut non sine testimonio sit gubernatio ipsarum rerum Ecclesiasticarum. & ex hoc eveniat res ejusdem Ecclesiæ dispergi, & Sacerdotali dignitati obtrectatio generetur. Si verò quis hoc non observaverit, divinis subjaceat regulis.

¶ *Hæc idem canon refertur infra 16. quæst. 7. c.* quoniam in quibusdam, *ex versione Dionysii. Hic enim est ex prisca, quæ extat in collectione Isidori.*

C. V. ¶ Secularibus viris res Ecclesiastica non committantur.

Item Gregorius *Ianuario Caralitano Episcopo, lib. 7. epist. 66.*

INdicatum a est nobis, quòd Laicis quibusdam curam vestri patrimonii commiseritis b, qui postmodùm in rusticorum vestrorum depræd ationibus, atque 1 fatigationibus fuerint deprehensi, & reddere res, quas indecenter retinent habitas, quasi suæ ditionis, quippe vestræ non suppositi curationi, postponant, vobisque despiciant actuum suorum reddere rationem. Quod si ita est, districtè à vobis discuti convenit, atque inter eos, Ecclesiæque vestræ rusticos causam examinare subtilius. Et quicquid in eis fuerit fraudis inventum, cum pœna legibus statuta reddere compellantur. De cætero verò cavendum à fraternitate vestra est, ne secularibus viris, atque non sub regula nostra degentibus, res Ecclesiasticæ committantur, sed probatis de vestro officio Clericis. In quibus, si quid reperiri poterit pravitatis, ut in subditis, emendare, quod illicitè gestum fuerit, valeatis: quò 2 videlicet apud vos habitus sui officium magis convenienter administrent, quàm accusent.

1 ¶ Atque fatigationibus] *In plerisque manuscriptis legitur*, atque ex fatigationibus: *in editionibus epistolarum B. Gregorii*, atque per hoc & fatigationibus: *in uno autem vetusto earundem epistolarum codice*, atque per hoc ex futigationibus.

2 ¶ Quò videlicet] *Apud B. Gregorium legitur*, quos apud vos habitus sui magis officium commendet, quàm excuset.

3 pars. *Propinquis etiam, vel favore sibi conjunctis, Ecclesiastica officia Episcopus committere non audeat.*

C. VI. ¶ Ecclesiastica officia non committat Episcopus propinquis, vel favore conjunctis.

Unde in Concilio Toletano X. *cap. 3. legitur.*

DEcenter omnibus placet, & in præsenti tale rescindere factum, & non esse de cætero faciendum. Quicunque c igitur Pontificum deinceps aut sanguine propinquis, aut favore personis quibuscunque sibi conjunctis d talia lucra e commendare tentaverit, ad suum nefandæ præsumptionis excidium, & quod jussum fuerit, devocetur in irritum, & qui ordinaverit, annuæ excommunicationi subjaceat. Quæ verò ablata fortasse fuerint, ab eo, qui tulerit, reddantur in duplum.

Porrò ipsa officia quæ sta sint distinguenda, & non uni personæ omnia committenda, ex auctoritate Gregorii & Bonifacii Papæ *datur intelligi, qui sic ajunt.*

C. VII. ¶ Graduum & ordinum distributio, Ecclesiasticam unitatem conservat.

¶ *Caput hoc penè eisdem verbis legitur in epistola Bonifacii secundi ad Eulalium, & Gregorii primi ad Episcopos Galliarum, l. 4. epist. 32. Sic quoq; in aliis epistolis B. Gregorii multa leguntur, quæ in scriptis superiorum Pontificum habentur.*

AD hoc dispensationis f divinæ provisio, gradus diversos & ordines constituit esse distinctos, ut dum reverentiam minores potioribus exhiberent, & potiores

---

a 1. Tim. 3. b Polyc. l. 4. tit. 23. Ansl. 7. c. 108. Ivo p. 6. c. 344. c Rom. 12. c Polyc. l. 4. tit. 22. Ansl. 6. c. 145. d Episcopium. e Ansel. lib. 7. c. 77. f 16. q. 7. c. quæsumus in quibusdam. Ansel. lib. 8. c. 143. Polyc. l. 4. tit. 21. Demudebat, p. 4.

a Ansl. 6. c. 146. b committentes,] orig. c Nam quisquis] orig. d devinctu] orig. e al. loca. f al. dispositionis.

minoribus dilectionem impenderent, vera a concordia fieret, & ex diversitate contextio, & rectè officiorum gereretur administratio singulorum. Neque enim universitas aliâ poterat ratione subsistere, nisi hujusmodi magnus eam differentiæ ordo servaret. Quia verò quæque creatura in una eademq; qualitate b gubernari, vel vivere non potest, cœlestium militiarum exemplar nos instruit: quia dum sunt Angeli, & sunt Archangeli, liquet, quia non sunt æquales, sed in potestate & ordine (sicut nostis) differt alter c ab altero.

DISTINCTIO XC.

1 ps Litigiosus quoque prohibetur ordinari: quia qui suâ potestate discordantes ad concordiam debet attrahere, qui oblationes dissidentium prohibetur recipere, nequaquam litigandi facilitate alios ad dissidium debet provocare.

C. I. ¶ *Clerici discordes dejiciantur, vel revocentur ad concordiam.*

Unde in Concilio Carthaginensi IV. *c. 59. legitur.*

Discordantes d Clericos Episcopus vel ratione, vel potestate ad concordiam trahat: inobedientes Synodus per audientiam damnet.

C. II. ¶ *Dissidentium fratrum, ex Ecclesia oblationum dona non recipiantur.*

Item ex eodem, *c. 93. & 94.*

Oblationes e dissidentium fratrum, neque in sacrario, neque in gazophylacio recipiantur. *Similiter.* f ¶ Dona g eorum, qui pauperes opprimunt, à Sacerdotibus refutanda sunt.

C. III. ¶ *Extra Ecclesiam esse probatur, qui pacem cum proximo non habet.*

Item Cyprianus *de unitate Ecclesiæ.*

Neque ad Cain munera respexit Deus. Neque enim pacatum habere Deum poterat, qui cum fratre pacem per zeli discordiam non habebat. Quam sibi igitur pacem promittunt inimici fratrum? Quæ sacrificia celebrare se credunt æmuli Sacerdotum? An secum esse Christum, cùm collecti fuerint, opinantur, qui extra Christi Ecclesiam colliguntur? Tales etiamsi occisi in confessione nominis fuerint, macula ista nec sanguine abluitur. Inexpiabilis, & gravis culpa discordiæ nec passione purgatur.

C. IV. ¶ *Murmurantes à fratrum unitate alienos efficiantur.*

Item ex octava Synodo.

Alienus h sit à fratrum unitate, qui murmurat, & opus ejus abjiciatur, qui murmurans 1 extiterit, ne pœnam murmurantium incurrat, de qua Apostolus i dicit: [*Neq; murmuraveritis, sicut quidam murmuraverunt, & perierunt ab exterminatore.*] Juxta 2 mensuram itaque operis peccator (quod in hac sententia Apostoli plenius declaratur) Sacerdotis judicio pœniteat.

¶ *In libello B. Basilii de institutis Monachorum, Rufino interprete, (qui nuper Coloniæ cum regula B. Benedicti est impressus) cap. 42. in ultima resp. sione habetur prima pars hujus capitu, usque ad ver.* abjiciatur.

1 ¶ Qui murmurans] *Ejusdem libelli, cap. 30. penultima interrogatio sic habet:* Si verò etiam quibus murmuret propter escam, quæ erga eum sententia servabitur? Resp. Ea, quæ circa eos, qui murmuraverunt in deserto. Dicit enim Apostolus: [*Neq; murmuraveritis, sicut quidam eorum murmuraverunt, & perierunt ab exterminatore.*]

2 ¶ Juxta] *Hæc pars non habetur in eo Basilii loco. Apud Burchardum verò & Ivonem (à quibus citatur ex Concilio Mogunt.) sic legitur:* juxta mensuram, opusque peccati, quia in hoc sententia, &c.

C. V. ¶ *Corripiantur, qui rixas & contentiones amant.*

Item ex eodem.

Si a quis Monachus 1 b contentiones vel rixas amaverit, vel manifestum convicium fratri intulerit, juxta arbitrium rectoris, modumq; peccati, diuturnâ expietur pœnitentiâ. *Item* c. ¶ Qui contentiosus, aut murmurans extiterit, secundum arbitrium prioris tamdiu 2 pœniteat, quamdiu culpæ qualitas exigit.

f ¶ Si quis Monachus] *Hanc priorem partem Burchardus & Ivo citant ex Concilio Agathensi, in quo etiam habetur ex codice librorum sexdecim, lib. 3. cap. 22. Abest autem fere ubique, etiam in multis Gratiani exemplaribus,* vox, Monachus.

2 ¶ Tamdiu] *Apud Burchardum & Ivonem (qui citant hanc partem posteriorem ex Moguntino; habetur autem in libro sententiarum Patrum, c. 96. ex statutis seniorum) legitur:* ita pœniteat, qualiter culpæ qualitas exigit.

C. VI. ¶ *Dissidentes Episcopi ad concordiam redire cogantur.*

Item ex Concilio Carthaginensi IV. *cap. 25.*

Dissidentes d Episcopos, si non timor Dei, Synodus reconciliet.

C. VII. ¶ *De eodem.*

Item ex eodem, *c. 26.*

Studendum e est Episcopis, ut dissidentes fratres, sive Clericos, sive Laicos, ad pacem magis, quàm ad judicium coërceant f.

C. VIII. ¶ *Non recipiantur dona eorum, qui pauperes opprimunt.*

Item ex eodem, *cap. 94.*

Eorum g, qui pauperes opprimunt, dona à Sacerdotibus sunt refutanda.

C. IX. ¶ *A cœtu alienentur fidelium, qui ad concordiam redire contemnunt.*

Item ex Concilio Agathensi, *cap. 31.*

Placuit h etiam, ut (sicut plerunq; fit) quicunq; odio aut longinquâ inter se lite dissenserint, & ad pacem revocari diuturnâ i obstinatione nequiverint, à Sacerdotibus civitatis primùm arguantur. Qui si inimicitias deponere perniciosâ intentione noluerint, de Ecclesiæ cœtu justissimâ excommunicatione pellantur.

C. X. ¶ *Inediis macereturacerrimis, qui fratri suo reconciliari noluerit.*

Item Fabianus Papa.

Si quis k contristatus noluerit reconciliari fratri suo, satisfaciente eo, qui contristavit, acerrimis macereturinediis, usque dum gratanti animo satisfactionem recipiat.

C. XI. ¶ *Episcopi ad pacem firmiter tenendam vicissim sibi consilium & auxilium præstent.*

Item Innocentius secundus.

2 ps Præcipimus l, ut Episcopi ad solum Deum & salutem populi habentes respectum, omni tepiditate semotâ, ad pacem firmiter tenendam mutuum sibi con-

a *Una concordia fieret ex diversitate contextio.*] *aliq.* b *aqualitate*] *Bur.* c *al. unus.* d *Burch. lib. 2. cap. 215. Ivo p. 6. c. 290.* e *Burch. l. 4. c. 38. & 39. Ivo p. 2. c. 47. & 48.* f *al. similiter dona eorum.* g *Infrà, c.* eorum. h *Burch. l. 10. cap. 32. & 34. Ivo p. 13. cap. 31. & 33. ex Concilio Moguntino.* i *1. Cor. 10.*

a *In regula Isidori, cap. 17. Burch. l. 10. c. 62. Ivo part. 13. cap. 83.* b *abest à multis exempl.* c *In libr. sententiarum Patrum, c. 96. ex statutis seniorum. Burch. l. 10. c. 53. Ivo p. 13. cap. 14.* d *Burch. l. 1. c. 62. Ivo p. 3. cap. 172.* e *Burch. lib. 2. cap. 201. Ivo p. 3. cap. 205.* f *cohortentur.*] *vera lectio.* g *Sup. add. oblationes. Burch. lib. 3. c. 39. Ivo p. 2. cap. 48.* h *Burch. lib. 10. c. 61. Ivo p. 13. c. 82.* i *al. diutinâ intentione.* k *Burch. l. 10. c. 59. Ivo part. 13. c. 82. ex Fabiano.* l *in Concil. Lateranen. c. 9. extra de treuga, & pace. c. 1. ¶. præcipimus. ex Alex. 3.*

filium

filium & auxilium præbeant: neque hoc alicujus amore vel odio prætermittant. Quòd si quis in hoc Dei opere tepidus inventus fuerit, damnum propriæ dignitatis incurrat.

C. XII. ¶ *Expellendi sunt à communione fideles, qui sibi invicem reconciliari noluerint.*

Item Victor Papa *ad Asos, epist. 2.*

PErlatum *a* est ad sedem Apostolicam, aliquos vestrûm nocere fratribus *b* velle, & ut cadant decertare: similiter in Sacramentis discrepare: & ob id contentiones & æmulationes fieri inter vos: à quibus dissensionibus vos avertere, & in his omnibus concordare, & opem ferre vicissim mandamus. Nam si hoc agere citò neglexeritis, & vicissim reconciliari non studueritis, ab Apostolicæ sedis, & totius Ecclesiæ communione vos pelli non dubitetis.

DISTINCTIO XCI.

QUi autem turpe lucro, vel inhonesto negotio victum sibi quærere probibentur, de oblationibus Ecclesiæ stipendia consequantur, propter artificiolo c, vel agricolturâ (exemplo Apostoli d, qui de labore manuum victum habebat) sibi necessaria inveniat: ita tamen, ut occasione sui operis vigiliis Ecclesiæ non desit. Quod absque inæqualitate sui corporis nullis impunè concedatur.

C. I. ¶ *Increpiantur Clerici, qui officia matutina, vel vespertina se subtrahunt.*

Unde Pelagius *e* Papa.

ELeutherius *f* Frater & Coëpiscopus noster queritur, Clericos suos sibi contra canones superbire, & id, quod nobis jubentibus factâ in scrinio cautione promisit, ut quotidianis diebus vigiliæ in ejus celebrarentur Ecclesia, illis contemnentibus implere non posse, sed magis unumquemque suis (posti posito Ecclesiæ servitio) vacare negotiis. Et ideò experientia tua eos, quos tibi esse ostenderit communaces, debitâ objurgatione compesce, & modis omnibus vigiliis vacare compelle.

C. II. ¶ *De eodem.*

[*Item* ex Concilio Nannetensi.]

PResbyter *g* manè, matutinali officio expleto, pensum servitutis suæ, canendo Primam, Tertiam, Sextam, Nonamq; persolvat: ita tamen, ut postea horis competentibus, & signis designantibus juxta possibilitatem aut à se, aut à scholaribus publicè compleantur. Deinde peractis horis, infirmis visitatis, si voluerit, ad opus rurale exeat jejunus, ut iterum necessitatibus peregrinorum, & hospitum, sive diversorum commeantium, infirmorum quoque, atque defunctorum succurrere possit, usque ad statutam horam pro qualitate temporis & opportunitate *h*. *Item ex dictis S. Benedicti* i. ¶ Prophetâ dicente: [*Septies in die laudem dixi tibi:*] qui septenarius sacratus numerus à nobis sic implebitur, si Matutinæ, Primæ, Tertiæ, Sextæ, Nonæ, Vesperæ. Completoriique tempore nostræ servitutis officia persolvamus: quia de his dixit Propheta *k*: [*Septies in die laudem dixi tibi.*] Nam de nocturnis vigiliis idem ipse Propheta ait: [*Mediâ nocte surgebam ad confitendum tibi.*] Ergò his temporibus referamus laudes Creatori nostro super judicia justitiæ suæ.

C. III. ¶ *Sine officii detrimento, artificiolo sibi Clericus necessaria quærat.*

Item in Concilio IV. Carthaginensi, *c. 31. & 49.*

CLericus *a* victum & vestimentum sibi artificiolo, vel agricolturâ, absque officii sui duntaxat detrimento, paret *b*. *Item c.* ¶ Clericus, qui absque corpusculi sui inæqualitate vigiliis deest, stipendio privatus excommunicetur.

1 ¶ Privatus] *In postrema Colonensi Conciliorum editione legitur,* privetur. *Sed in vetustioribus Colonensibus, duabus Parisiensibus exemplaribus, duobus hujus Concilii manuscriptis Vaticanis, & una Sorbonensi Regia legitur, quemadmodum apud Gratianum.*

C. IV. ¶ *De eodem.*

Item ex eodem, *c. 31. 33. & 42. & 50.*

CLericus *d*, quantumlibet verbo Dei eruditus, artificiolo victum quærat. *Item* c. ¶ Omnes Clerici, qui ad operandum validi sunt, & artificiola, & literas discant. Qui verò non pro emendo aliquid in nundinis, vel in foro deambulant, ab officio suo degradentur. Interemptores 1 autem ab officio declinantes, vel negligentiùs agentes, ab officio suo removeantur.

¶ *Caput hoc confectum est ex multis capitibus Carthaginensis quarti, non suo ordine dispositis.*

1 ¶ Interemptores] *In exemplaribus Concilii etiam manuscripto legitur:* Clericum inter tentationes ab officio suo declinantem, vel negligentiùs agentem, ab officio suo removendum. *Contrà enim eo canone 42. jubet,* Clericum inter tentationes officio suo incubantem, gradibus sublimandum. *Sed ob glossam non est mutatum. De tentationibus verò, ob quas (præter tyrannorum persecutionem) aliquis Clericus officium suum deserebant, agit B. Ambrosius, epist. 17.*

C. V. ¶ *De eodem.*

Item ex Concilio Aurelianensi I. *c. 30.*

CLerici verò, qui ad opus sanctum adesse contempserint, secundùm arbitrium Episcopi Ecclesiasticam susciplant disciplinam.

DISTINCTIO CXII.

1 ps *CUm autem ad Ecclesiam venerint, corde magis, quàm voce Deo cantandum meminerint.*

C. I. ¶ *Corde, non voce tantùm Deum laudare debemus.*

Unde Hieronymus *lib. 2. comment. ad cap. 5. epistola ad Ephesios.*

CAntantes *f* & psallentes in cordibus vestris Domino.] Audiant hæc adolescentuli: audiant ii, quibus psallendi in Ecclesia officium est: Deo non voce, sed corde cantandum: nec in Tragœdorum modum guttur & fauces dulci medicamine liniendæ *g* sunt, ut in Ecclesia theatrales moduli audiantur, & cantica; sed in timore, in opere, in scientia Scripturarum.

Ab officio autem cantandi & psallendi Diaconi inveniuntur exempti; ne dum vocis modulationi studeant, altaris ministeria negligant.

C. II. ¶ *Cantandi officium Diaconi sibi non usurpent.*

Unde Gregorius *l. 4. epist. 44. seu c. 32. & l. 12. post finem epistolarum, in Concilio ab ipsi habito.*

IN *h* sancta Romana Ecclesia dudum consuetudo est valdè reprehensibilis exorta, ut quidam ad sacri altaris ministerium 1 Cantores eligantur, & in Diaconatûs ordine constituti, modulationi vocis inserviant,

a *Panorm. l. 1. 47. Polyc. l. 4. tit. 19.* b *al. fratres.* c *al. artificio.* d *Act. 20. & 1. Cor. 4. 1. Thess. 2. & 2. Thess. 3.* e *al. Gelasius.* f *Anscl. 7. c. 165.* g *extrà de celeb. Miss. c. 1. ex Agathensi. Burch. l. 2. c. 104. Ivo p. 6. c. 181. ex Nannetensi.* h *al. opportunitate.* i *In reg. S. Benedicti, cap. 16. Burch. l. 2. c. 105. Ivo part. 8. c. 112.* k *Psal. 118.*

a *Burch. l. 2. c. 303. Ivo p. 7. c. 150.* b *al. apparet.* c *Cap. 47.* d *Burchard. lib. 2. c. 102. Ivo p. 6. c. 179. & 180.* e *C. 13. C. 41. Burch. l. 2. c. 210. Ivo part. 6. c. 281. Burch. l. 2. cap. 51. C. 50.* f *Ans. l. 7. cap. 70. Eph. 5.* g *al. collimendas, ut.* h *Ansel. l. 7. c. 69. Polyc. l. 4. tit. 3. Ivo p. 2. cap. 79.*

quos ad prædicationis officium, & eleemosynarum studium vacare congruebat. Unde fit plerunque, ut ad sacrum ministerium, dum blanda vox quæritur, quæri congrua vita negligatur, & Cantor ministet Deum moribus stimulet, cùm populum vocibus delectat. Quæ in re præsenti decreto constituo, ut in hac sede sacri altaris ministri cantare non debeant, solumque Evangelicæ lectionis officium inter Missarum solennia exolvant: Psalmos verò, & reliquas lectiones censeo per Subdiaconos, vel si necessitas exigit, per minores ordines exhiberi. Si quis autem contra hoc decretum meum venire tentaverit, anathema sit.

1 ¶ Ministerium] *In impressu sequebatur* constituti, *quæ vox expuncta est, quemadmodum neque in vetusta Gratiani exemplaribus est, neque apud S. Gregorium, neque apud alios collectores, & videtur addita in glossa ad verbi.* ministerium: *quæ etiam glossa non est inter vetustiores.*

2 pars. *A quibus ordinandos oporteat esse immunes, breviter monstratum est. De quorum verò manibus ordines suscipere debeant, facilè patet. Sacerdos enim, & cuncti infra ipsum constituti, ab Episcopis suis debent ordinari.*

C. III. ¶ *Qui non sunt ordinati ab Episcopo, ea pulpito non psallant, neque legant.*

Unde in Concilio Martini Papæ *legitur.*

NOn a liceat in pulpito psallere, aut legere, nisi qui ab Episcopo Lectores sunt ordinati.

De Episcopo autem, a quibus, vel in quibus locis ordinari debeant, supra definitum est.

2 pars. ¶ *Nunc autem quæritur de his, qui ordinati à parochiis suis non recipiuntur, vel pro aliqua causa eas adire noluerint, an in alterius parochia Episcopale possint officium celebrare? De hac* in Concilio Martini *Papa* b *sic statutum est.*

C. IV. ¶ *Sacerdotis tantùm officium gerat Episcopus, quem sua parochia non recepit.*

I SI c quis ordinatus Episcopus 1, pro contentione 2 populi, aut pro alicuja ratione, non pro sua culpa in parochiam, quæ ei fuerit data, non ierit, hunc oportet honorem Sacerdotii tantummodo contingere, ita ut de rebus Ecclesiæ, in quam venit d, nihil sibi præsumat, sustineat autem, quod de eo sanctum Concilium judicare voluerit.

1 ¶ Episcopus,] *In vulgatis sequebatur* ad parochiam, *cujus est electus: quæ erudita sunt auctoritate manuscriptorum, & originalis, ac cæterorum collectorum.*

2 ¶ Contentione] *In duobus vetustis exemplaribus Gratiani, & uno Constitutorum Regis Catholici legitur*, contemptione.

C. V. ¶ *De Episcopo ordinato, quem sua parochia non recepit.*

Item ex Concilio Antiocheno, c 18.

II SI e quis Episcopus ordinatus ad parochiam, cujus f est electus, minimè accesserit, non suo vitio, sed quòd eum aut populus vetet g 1, aut propter aliam causam, non tamen ejus vitio perpetratam, hic & honoris sit & ministerii particeps: dummodò rebus Ecclesiæ, ubi ministrare cognoscitur, in nullo molestus exsistat. Quem etiam observare 2 convenit, quicquid Synodus perfecta 3 provinciæ judicando decreverit.

1 ¶ Vetet,] Ἀφ' ὧν τὸν λαὸν παρακαταθήκην: eò quòd populus recuset.

2 ¶ Observare] ὑπόσχεσθαι, *id est*, expectare & suscipere.

3 ¶ Perfecta] *Antea legebatur*, perfectæ. *Restituta est vera lectio ex originali, & Burchardo, & Ivone. Quid autem sit Synodus, qua hic perfecta, & in paulo post sequentibus capitibus integra dicatur, exponitur infra eâd. c. si quis Episcopus. tertio.*

C. VI. ¶ *A sua parochia non recepti alia molestiam non inferant.*

Item ex Concilio Ancyrano, c. 18.

SI a qui Episcopi ordinati sunt, nec recepti ob illa parochia, in qua fuerant denominati, voluerintque alias occupare parochias, & vim Præsulibus earum inferre, seditiones adversùs eos excitando, hos abjici b placuit. Quòd si voluerint in Presbyterii ordine, ubi prius fuerant, ut Presbyteri residere, non abjiciantur à propria dignitate. Si autem seditiones commovent ibidem constitutis Episcopis, Presbyterii quoque honor talibus auferatur, fiantque damnatione c notabiles.

C. VII. ¶ *Communionem privetur Episcopus, qui sibi commissam Ecclesiam adire neglexerit.*

Item ex Concilio Antiocheno, *cap.* 17.

III SI d quis Episcopus per manûs impositionem Episcopatum acceperit, & 1 sibi commissum ministerium subire neglexerit, nec acquieverit ire ad Ecclesiam sibi commissam, hunc oportet communione privari, donec susceperit coactus officium, aut certè de ecaliquid integra decreverit ejusdem provinciæ Synodus Sacerdotum.

1 ¶ Et sibi] *Ita etiam Burchardus, & Ivo. Sed in versione Dionysii, quam in exteris partibus referunt, legitur*: & præsse populo constitutus ministerium subire, &c. *quod ad verbum de Græco expressum est.*

C. VIII. ¶ *Sine Concilio integri ordinis vacantem Episcopus vacuam Ecclesiam non adeat.*

Item ex eodem, c. 18.

IV SI e quis Episcopus vacans in Ecclesiam non habentem Episcopum, surripiens populos, sine Concilio integri ordinis irruerit, etiamsi populus, quem seduxit, defideret illum, alienum eum ab Ecclesia esse oportet. Integrum autem & perfectum Concilium dicimus illud, cui Metropolitanus 1 Episcopus interfuit.

¶ *Hæc versio, quam & Gratianus, & Burchardus, & Ivo sequuntur, eadem fere est atq; illa Martini Brachar. Dionysiana verò longè magis accedat ad verba Græca.*

1 ¶ Metropolitanus] *Addendus est* Metropolitanus etiam. *Sic enim Græce*, κὴ ὁ τῆς μητροπόλεως.

e pars. *Quòd autem supra Clerici se vigilia f subtrahentes excommunicari jubentur, de his intelligendum est, qui ab Episcopo frequenter admoniti, negligentiam suam corrigere contempserunt.*

C. IX. ¶ *Excommunicetur Clericus, qui ab Episcopo commonitus, matutinis vel vespertinis horis adesse neglexerit.*

Unde in Concilio Martini Papæ *legitur.*

V SI g quis Presbyter, aut Diaconus, vel quilibet Clericus Ecclesiæ deputatus, si intra civitatem fuerit, aut in quolibet loco, in quo Ecclesia est, & ad quotidianum psallendi officium h, matutinis vel vespertinis horis ad Ecclesiam non convenerit, deponatur à Clero, si tamen castigatus veniam ab Episcopo per satisfactionem noluerit promereri.

DISTINCTIO XCIII.

1 OBedientiam autem inferiores ordines i superioribus debent. Summus enim Pontifex ea debetur ab omnibus obedientia, ut nulli liceat ex eorum-

a *In capitulis Mart. Brach. c. 41.* b *Cap. Mart. Brach. c. 10.* c *Vide Pelag. 11. in epist. ad Benignum. Polyc. l. 2. tit. 13. Burch. lib. 1. cap. 40. Ivo p. 5. c. 151.* d *al. convenit.* e *In epist. Pelag. Polyc. shed. Burch. l. 1. c. 141. Ivo p. 5. c. 152.* f *al. sunt.* g *al. vetet.*

a *Polyc. shed. Burch. l. 1. c. 36. Ivo p. 5. c. 147.* b ἀφορίζεσθαι, *id est, segregari.* c συκοφάντες, *id est, abdicatos.* d *Polyc. lib. 2. tit. 11. Burch. l. 1. c. 37. Ivo part. 5. c. 148.* e *Apud Mart. Brachar. c. 9. Burch. l. 1. c. 39. Ivo p. 5. c. 150.* f *sup. dist. 91. c. Clericus vellem.* g *In cap. Martini Brachar. c. 64. ex Tolet. 2. c. 5.* h *al. sacrificium.* i *al. ex ordine.*

uocare, cui pro actibus suis inimicus ipse exiterit: nec in Ecclesia esse poterit, qua ejus cathedram deseret.

C. I. ¶ *Cui pro actibus suis Apostolicus inimicatur, ei communicare non debemus.*

Unde beatus Apostolorum Princeps Petrus in ordinatione Clementis populum alloquens, inter cætera ait.

SI [a] inimicus est iste Clemens alicui pro actibus suis, vos nolite expectare, ut ipse vobis dicat, cum illo nolite amici esse: sed prudenter observare debetis, & voluntati ejus absque commonitione obsecundare, & avertere vos ab eo, cui ipsum sentitis adversum: sed nec loqui his, quibus ipse non loquitur: ut unusquisque, qui in culpa est, dum cupit omnium vestrûm amicitias ferre [b], festinet citiùs reconciliari ei, qui omnibus præest, & per hoc redeat ad salutem, cùm obedire cœperit monitis præsidentis. Si verò quis amicus fuerit his, quibus ipse amicus non est, & locutus fuerit his, quibus ipse non loquitur; unus est & ipse ex illis, qui exterminare Dei Ecclesiam volunt, & cùm corpore vobiscum esse videatur, mente & animo contra vos est. Et est multò nequior hostis hic, quàm illi, qui foris sunt, & evidenter inimici sunt. Hic enim per amicitiarum speciem, quæ sunt inimica, gerit, & Ecclesiam dispergit, ac vastat. Ideoque 1, charissimi, his Apostolicis institutis vos monentes instruimus, ut efficta certior charitas vestra solicitiùs deinceps agere studeat, & cautiùs, ne perversi & infideles homines, lædendi fideles ac benevolos habeant facultatem.

1 ¶ Idcoque,] *Hinc usque ad finem sunt in Fabiani tantummodo epistola. Quamobrem ex ipsa potissimum videtur Gratianus cætera etiam sumpsisse.*

C. II. ¶ *A nullo debet suscipi, quem Romana depellit Ecclesia.*

Item Gregorius *lib. 3. epist. 26. seu c. 126.*

MIratus [c] valdè sum, quia in tanto Salonitanæ Ecclesiæ Clero, vel populo, vix duo ex sacris ordinibus inventi sunt, frater scilicet, & Coepiscopus noster Paulinus, & dilectissimus filius meus Honoratus, Archidiaconus ejusdem Ecclesiæ, qui communicare Maximo Sacerdotium rapienti, minimè consentirent, & se Christianos esse cognoscerent. Debuistis enim, filii charissimi, pensare ordines vestros, & quem sedes Apostolica repellebat, repulsum cognoscere, ut priùs, si posset, ab illatis criminibus mundaretur, & tunc ei vestra dilectio communicaret, ne particeps obligationis ejus existeret.

C. III. ¶ *Non est in Ecclesia, qui cathedram Petri non sequitur.*

Item Cyprianus *de unitate Ecclesiæ.*

QUi [d] cathedram Petri, super quam [e] fundata est Ecclesia, deserit, in Ecclesia se esse non confidat.

¶ *Apud Cyprianum Roma impressum hæc leguntur:* Hanc Ecclesiæ unitatem qui non tenet, tenere se fidem credit? Qui Ecclesiæ renititur & resistit, in Ecclesia se esse confidit? *Verùm in Vaticana Bibliotheca, præter ollo integra Cypriani exemplaria, est etiam aliud, in quo tantum opuscula quædam contemnuntur, & inter ea hic tractatus. Atque in eo codice, itemq; in altera integra Monasterii S. Salvatoris Bononiæ, sunt verba hæc, quæ à Gratiano & Ivone afferuntur. Ac sanè paulò antè Cyprianus hanc ipsam Petri cathedram offenderat, unde unitas Ecclesia penderet.*

Episcopi verò, qui Apostolicæ ordinationi subjacent, etiam hanc reverentiam debent, ut sese singulis annis, Apostolorum liminibus repræsentent.

C. IV. ¶ *Singulis annis Apostolorum limina visitent Episcopi, qui ordinationibus Apostolicis subjacent.*

Unde Anacletus, & Zacharias Papa.

IUxta [a] sanctorum Patrum & canonum instituta, omnes Episcopi, qui hujus Apostolicæ sedis ordinationi subjacent, qui propinqui sunt, annuè circa [b] Idus Maji sanctorum Principum Apostolorum Petri & Pauli liminibus præsententur, omni occasione sepositâ. Qui verò de longinquo, juxta chirographum suum impleant. Qui autem hujus constitutionis contemptor extiterit, præterquam si ægritudine fuerit detentus, sciat se canonicis subjacere sententiis.

¶ *Hic est canon quartus Synodi Romæ habitæ sub Zacharia Papa, quæ extat in Bibliotheca Vaticana, ex qua nonnulla sunt in hoc capite emendata.*

2 pars. *Reliqui verò in Ecclesia minores semper debent majoribus subesse, sicut* in Synodo Romana *S. Sylvestri, c. 7.* [f] *legitur.*

C. V. ¶ *Minores majoribus obedientiam exhibeant.*

A [c] Subdiacono usque ad Lectores omnes subditi sint Diacono Cardinali urbis Romæ, in Ecclesia repræsentantes ei honorem. Portò Pontifici Presbyter, Presbytero Diaconus, Diacono Subdiaconus, Subdiacono Acolytus, Acolyto Exorcista, Exorcistæ Lector, Lectori Ostiarius, Ostiario Abbas 1, Abbati Monachus, in omni loco repræsentent obsequium, sive in publico, sive in gremio Ecclesiæ.

¶ *Caput hoc & apud Gratianum, & in ipsius Synodi editionibus videtur valdè mendosum. Burchardus & Ivo sic habent:* A Subdiacono usque ad Lectorem, omnes subditi sint Diacono Cardinali urbis Romæ, in Ecclesia honorem repræsentantes tantùm. Pontifici verò Presbyter, Diaconus, Subdiaconus, Acolytus, Exorcista, Lector, Abbas, Monachus, in omni loco repræsentent obsequium, sive in publico, sive in gremio Ecclesiæ. *Verum ob magnam codicum varietatem, & propter glossas, ac Doctorum dicta nihil ferè in textu mutatum est.*

1 ¶ Abbas,] *De Abbate & Monacho in Synodi editionibus nulla mentio est.*

C. VI. ¶ *Quod sit officium Diaconorum.*

Item ex epist. 1. Clementis *ad ad Iacobum fratrem Domini.*

DIaconi [d] Ecclesiæ tanquam oculi sint Episcopi, obterrantes, & circumlustrantes cum verecundia actus totius Ecclesiæ, & perscrutantes diligentiùs, si quem videant vicinum fieri præcipitio, & proximum esse peccato, ut referant hæc ad Episcopum. *& infrà* 1. ¶ Sed & de peregrinis similiter Episcopo suggerant refovendis, & cætera his similia, quæ ad cultum Ecclesiæ, & disciplinam ejus pertinent, Diaconis curæ sint.

1 ¶ Et infrà.] *Sic legitur in plerisque manuscriptis. In vulgatis legebatur,* & ita. *alia verò nonnulla verba restituta sunt ex originali.*

C. VII. ¶ *De eodem.*

Item ex eodem, *eâdem epistolâ.*

SAcerdotes [e] verò B. Petrus sal terræ, & mundi lumen docens præcepit, in splendore bonorum operum patrem glorificare Deum, de quibus Dominus ait *ſ:* [*Beati estis, cum maledixerint vobis homines,* &c.] & iterum: [*Vos estis sal terræ.*]

a *Clemens epist. 1. Anacletus epist. 1. Alex. epist. 1. Fabianus epist. 1. Conc. Valen. 1. c. 6. 7. 8. 13. Ivo p. 14. c. 22. Ans. lib. 2. cap. 8. Polyc. l. 2. t. 16.* b *al. habere.*] *al. gratiam reparare.* c *Ans. l. 2. t. 11.* d *Ivo part 4. c. 361.* e *al. quem.*

a *Leo epist. 4. c. 7. Polyc. lib. 4. tit. 25. Anselm. lib. 8. cap. 164.* b *al. Idibus Maji.* c *Burchard. lib 2. c. 224. Ivo par. 8. c. 199. Ansel. l. 7. c. 65.* d *Et l. 2. constit. cap. 42.* e *Ans. l. 7. a. 87.* f *Matth. 5.*

C. VIII. ¶ *Hi non sunt habendi Clerici, qui Episcopali providentiâ non gubernantur.*

Item ex Concilio Parisiensi *a*.

NUllâ *b* ratione Clerici, aut Sacerdotes habendi sunt, qui sub nullius Episcopi disciplina & providentia gubernantur. Tales enim acephalos, id est, sine capite, prisca Ecclesiæ consuetudo nominavit.

C. IX. ¶ *De eodem.*

Item ex epist. 3. Clementis.

QUi suis Episcopis non obediunt, indubitanter rei, & reprobi existunt. Porrò ipsi à Deo donum summi muneris consequuntur, qui per justitiæ & præceptorum ejus semitas incedentes, Doctoribus suis, qui rectè Episcopi intelliguntur, libenter obediunt.

C. X. ¶ *Illi in Deum scandalizantur, qui suo non obediunt Episcopo.*

Item Anacletus *epist. 1.*

ILle *c* proculdubiò scandalizatur in Deum, qui rectè non docet, & qui ejus scandalizat Episcopum vel Sacerdotem.

C. XI. ¶ *Septem debent esse Diacons in unaquaque civitate.*

Item Evaristus *ad Episcopos Africanos, epist. 1.*

DIaconi *d* (qui quasi oculi videntur esse Episcopi) in unaquaque civitate, juxta Apostolorum constituta, septem debent esse, qui custodiant Episcopum prædicantem: ne aut ipse Episcopus *e* ab insidiatoribus quoquo modo infestetur, aut lædatur à suis, aut verba divina, detrahendo aut insidiando, polluantur, vel despiciantur; sed veritas spirituali redoleat fervore, & pax prædicata labiis, animi cum voluntate concordet.

C. XII. ¶ *De eodem.*

Item ex Concilio Neocæsariensi, *c. 14.*

DIaconi *f* septem esse debent secundùm regulam, quamvis 1 magna sit civitas. Regulæ autem auctoritas ista est, quòd & liber Actuum Apostolorum *g* idem insinuat.

1 ¶ Quamvis magna] *Antè legebatur*, quamvis non magna. *Emendatum est ex canone Græco (qui etiam recitatur in sexta Synodo c. 16.) & ex vulgatis etiam versionibus. In canonibus prima Nicænæ Synodi, qui ex Arabico in Latinum conversi nuper editi sunt, canone 62. multa habentur ad hanc rem pertinentia: quem fortassè canonem significavit Andreas Colossensis septimâ altione Synodi Florentinæ.*

3 ¶. *Ut igitur ex præmissis apparet, Diacons debent obedientiam Presbyteris, sicut Presbyteri Episcopis. Sed Diacons superbientes Sacerdotibus æquare, vel potius præferri quærebant: contra quorum insolentiam multorum auctoritates manaverunt, eorum superciliosum reprimentes, atq; ut Sacerdotibus condignam obedientiam exhibeant, decernentes.*

C. XIII. ¶ *Nihil eorum, quæ sunt decreta primis ordinibus, vendicent Diacons.*

Unde Gelasius 1 Papa *in epist. ad Episcopos per Lucaniam, c. 9. & 10. ait.*

DIaconos *h* propriam constituimus servare mensuram, nec ultra tenorem, paternis canonibus deputatum, quippiam tentare permittimus: nihil eorum suo ministerio penitùs applicare, quæ primis ordinibus propriè decrevit antiquitas. Absque Episcopo, vel Presbytero baptizare non audeant, nisi prædictis fortassis ordinibus *i* longiùs constitutis, necessitas extrema compellat. Quod & Laicis Christianis facere plerumq; conceditur. *& infrà* k. ¶ Sacri corporis prærogationem *l* sub conspectu Pontificis, seu Presbyteri (nisi his absentibus) jus non habeant exercendi.

1 ¶ Gelasius] *Sic est in plerisque manuscriptis, & apud Burch. & Ivonem. Nam in impressis erat*, Pelagius.

C. XIV. ¶ *Inferiores Presbyteris se Diacons cognoscant.*

Item ex Concilio Nicæno, *c. 14. seu 18.* a

PErvenit *b* ad sanctum Concilium, quod in locis quibusdam & civitatibus Presbyteris Sacramenta Diaconi porrigant. Hoc neque regula, neque consuetudo tradidit, ut hi, qui offerendi sacrificii non habent potestatem, his, qui offerunt, corpus Christi porrigant. Sed & illud innotuit, quòd quidam Diaconi etiam ante Episcopos Sacramenta 1 sumunt. Hæc ergò omnia amputentur, & in sua Diaconi mensura permaneant; sciences, quòd Episcoporum quidem ministri sunt, inferiores autem Presbyteris habentur. Per ordinem ergò post Presbyteros gratiam sacræ communionis accipiant, aut Episcopo aut Presbytero porrigente. Sed nec sedere in medio Presbyterorum Diaconis liceat: quia si hoc fiat, præter regulam & ordinem probatur existere. Si quis autem etiam post has definitiones obedire noluerit, à ministerio cessare debebit.

¶ *Prior pars hujus capitis usque ad vers.* amputentur, *est ex prisca versione, in canone 14. Reliqua verò pars est ex versione Dionysii, in canone 18. quam quidem totam afferunt & codex canonum, & Burchardus & Ivo.*

1 ¶ Sacramenta sumunt.] *Græcè est*, τῆς δὲ εὐχαριστίας ἅπτεσθαι τινας, *quod Dionysius vertit*, oblata contingant: *quamquam Burchardus & Ivo, hoc uno ferè loco discrepantes, habent, de quidem*, sacra oblata contingant, *hic verò*, sacram oblationem contingant.

C. XV. ¶ *Diaconus honorem exhibeat Presbytero, & ipse ab inferioribus honoretur.*

Item ex Concilio Laodicensi, *cap. 20.* c

I. NOn *d* oportet Diaconum coram Presbytero sedere; sed jussione Presbyteri sedeat: similiter autem Diaconus honorem habeat à sequentibus, id est, à Subdiaconis, & omnibus Clericis.

C. XVI. ¶ *Calicem benedicere, & panem dare Diaconis non licet.*

Item ex eodem, *c. 25.* e

II. NOn oportet Diaconos 1 panem dare, nec calicem benedicere.

1 ¶ Diaconos] *In vetustioribus prisca versionis editionibus est*, Diaconum. *Græcè est*, διακόνους, *quod Dionysius vertit*, Subdiaconos: *& sic habetur in Concilio Aquisgranensi.*

C. XVII. ¶ *Sicut Episcopi, ita & Presbyteri Diacons ministrent.*

Item ex Concilio Carthaginensi quarto 1, *c. 37.*

DIaconi *f* ita se Presbyteri, sicut Episcopi ministros esse cognoscant.

1 ¶ Quarto] *Caput hoc cum duobus sequentibus habetur in Concilio 4. Carthaginensi, & in codicibus Gratianæ etiam manuscriptis; itemq; apud Anselmum titulo hujus capitis erat additum:* Carthaginensi quarto, cui Papa Zozimus interfuit per Vicarios. *quod minimè convenire ostendunt acta sexta Synodi Carthaginensis, ad quam Zozimus Faustinum Potentinæ Ecclesiæ Episcopum, Philippum, & Asellum Legatos misit. Nam quarta habita est Honorio IV. & Eutychiano coss. Sexta verò Honorio XII. & Theodosio VIII. coss. id est, anno vigesimo post. Quo anno (prout ex Africano Concilio can. 76. & sequentibus apparet) contra Pelagi & Cælestii hæresin quædam sunt definita, cum Cælestius ad Zozimum Papam appellâsset, quod ex nonnullis manuscriptis Zozimi, & Episcoporum Africæ ad ipsum epistolis, quæ in Bibliotheca*

a *Concordat Concil. Meguntinum sub Carolo, c. 22.* b *Burch. l. 2. cap. 226. Ivo part. 8. c. 301.* c *Ivo part. 8. c. 245.* d *Polyc. l. 2. tit. 38. Ansel. l. 7. c. 69.* e *abest ab orig.* f *Ex prisca versione. Orda Rom. c. 9. Conc. Aquisgr. c. 8. 41. Burch. lib. 2. cap. 219. Ivo p. 6. c. 294. & 295.* g *Act. 7.* h *Polyc. lib. 3. tit. 10. Anselm. l. 7. cap. 63. Burch. lib. 4. cap. 57. Ivo p. 2. c. 232. & p. 8. c. 65.* i *al. officiis] orig.* k *c. 10. in medio.* l *al. erogatumetu.*

a *In Aquisgr. cap. 41.* b *Burch. l. 3. cap. 26. Ivo p. 2. cap. 36.* c *& in Agath. cap. 65. & Aquisgr. cap. 77.* d *Anselm. lib. 3. cap. 65. Burch. lib. 2. cap. 221. Ivo part. 8. c. 196.* e *Aquisgr. c. 78.* f *Polyc. lib. 2. tit. 33. Ansel. lib. 7. cap. 63.*

Vaticane

Vaticana servantur, demonstratur. Quare, cùm Zozimus in Pontificatu duos tantùm annos, & paucos aliquot vixerit, necessarium est, multò ante ipsius Pontificatum quartam Synodum Carthaginensem habitam fuisse.

C. XVIII. ¶ *De eodem.*

Item ex eodem, *c. 31.*

PRæsente *a* Presbytero Diaconus Eucharistiam corporis Christi populo, si necessitas cogat, jussus eroget.

C. XIX. ¶ *De eodem.*

Item ex eodem, *c. 39. 40. & 41.*

DIaconus *b* sedeat quolibet loco, jubente Presbytero. Item Diaconus in conventu Presbyterorum interrogatus loquatur. Albâ verò tempore oblationis tantùm vel lectionis utatur *c*.

C. XX. ¶ *Diaconi Presbyteris se superiores non cognoscant.*

Item ex Concilio Toletano IV. *cap. 31.*

NOnnulli *d* Diaconi in tantam erumpunt superbiam, ut sese Presbyteris anteponant, atque in primo choro ipsi priores stare præsumant, Presbyteris in secundo choro constitutis. Ergò, ut sublimiores se *e* Presbyteros agnoscant, tam hi, quàm illi in utroque 1 consistant.

1 ¶ In utroque] *Licèt in vulgatis Gratiani codicibus legatur*, in utroque ordine, *& in omnibus Conciliorum impressis*, in utroque choro: *tamen in vetusto codice Conciliorum Regu Catholici, & plerisque vetustis Gratiani, etiam impressis, neutra vox habetur.*

4 ps. *Compagis* f *verò calceari absque Apostolici licentia Diaconis non permittitur, sicut nec mappulâ uti absque ejusdem auctoritate quibuslibet Clericis conceditur.*

C. XXI. ¶ *Absque Apostolicæ licentia Diaconi compagis uti non præsumant.*

Unde Gregorius *Ioanni Episcopo Syracusano, lib. 7. epist. 32. indict. prima.*

PErvenit *g* ad nos, Diaconos Ecclesiæ Catinensis calceatos compagis procedere præsumpsisse: quod quia nulli hactenus per totam Siciliam licuit, nisi solis tantummodò Diaconis Ecclesiæ Messanensis, quibus olim à prædecessoribus nostris non dubitatur esse concessum, benè recolitis. Quia ergò tantæ temeritatis ausus non est leviter attendendus, cum omni hoc fraternitas vestra subtilitate perquirat: & si 1 ita, sicut ad nos pervenit, invenerit verum esse, utrum vel à se, vel alicujus hoc auctoritate præsumpserint, nobis subtiliter innotescat: ut cognitâ veritate, quid fieri debeat, disponamus. Nam si negligenter ea, quæ male usurpantur, omittimus, excessûs viam aliis aperimus.

1 ¶ Et si ita] *Hic & paulo inferiùs addita sunt aliquot verba ex originali.*

C. XXII. ¶ *Mappulas Clerici sine Apostolæ licentia uti non debent.*

Item *Ioanni Ravennate Episcopo, lib. 2. epist. 54. seu cap. 53. circa finem.*

ILlud *h* autem, quod pro utendis à Clero vestro mappulis scripsistis, à nostris est Clericis fortiter obviatum, dicentibus, nulli hoc unquam alii cuilibet Ecclesiæ concessum fuisse: nec Ravennates Clericos vel illic, vel in Romana civitate tale aliquid cum sua conscientia præsumpsisse: nec si tentatum esset, ex furtiva usurpatione sibi præjudicium generari: sed etiam, si in aliqua Ecclesia hoc præsumptum fuerit, asserunt emendandum, quod non concessione Romani Pontificis, sed solâ surreptione præsumitur *i*.

a *Polyc. ibidem. Ansel. l. 7. c. 66. Burch. lib. 4. cap. 13. Ivo p. 7. cap. 23.* b *Anselm. ibidem.* c *al. induatur.* d *Burch. lib. 2. c. 222. Ivo p. 6. c. 297.* e *al. sibi.* f *Ioann. Diac. l. 4. c. 3. Ans. lib. 7. cap. 74.* h *Ioann. Diac. l. 4. c. 2. Ans. l. 7. c. 168.* i *al. præsumat.*

C. XXIII. ¶ *Sicut in ministerio, ita in dispensatione sine Diacono Episcopus non vivat.*

Item Hieronymus *a de septem ordinibus Ecclesiæ, cap. 3.*

ſ DIaconi *b* sunt, quos in Apocalypsi *c* legimus, septem Angeli Ecclesiarum: hi sunt septem candelabra aurea: hi voces tonitruorum. *& infrà.* ¶ Virtutum operatione præclari, humilitate præditi, quieti, humiles, evangelizantes pacem, annuntiantes bona, dissensiones, & rixas, & scandala resecantes, docentes *d*, soli Deo colloquentes, in *e* templo nihil de mundo penitùs cogitantes, dicentes patri & matri, non novi *f* vos, & filios suos non agnoscentes. *& paulo post.* ¶ Sine hoc Sacerdos nomen 1 *g* non habet, ortum non habet, officium non habet. Hic minister Dei dicitur, quia scriptum est: [*Quis* h *major est, qui ministrat, an cui ministratur?*] Et sicut in Sacerdotio ministratio *i*, ita in ministro est Sacramenti dispensatio. *& paulò post.* ¶ Sacerdotibus etiam propter præsumptionem non licet de mensâ Domini tollere calicem, nisi eis traditus fuerit à Diacono. *& paucis interjectis.* ¶ Ita enim Deus noster omnipotens universa disposuit, ut qui majorem se esse crediderit, minor sit; & qui videretur minor, major existeret. Denique quàm hoc verum sit, ipse perpende. Levitæ inferunt oblationes in altari: Levitæ componunt mensam Domini: Levitæ cum Sacerdotibus, dum Sacramenta benedicunt *k*, assistunt: Levitæ ante Sacerdotes orant, ut si distincto locorum creditur, etiam in altari Dei videant sibi Episcopi, si superbi sunt, Diaconos anteponi. Si humilitatem diligunt, majores se esse in eo, quod sunt humiles, cognoscant. Tunc demum *l*, ut aures habeamus ad Dominum, Diaconus acclamat: ipse prædicat, ipse hortatur, ipse commonet, adstantibus Sacerdotibus, ne leviter hanc vocem, quæ loquitur hæc, & pacem annuntiat, aut negligenter aspicias, aut contemnendam putes. Sufficit huic ordini, tantum per Dominum fuisse concessum *m*, ut non solus Sacerdos in templo totum agere & implere videatur. *& infrà.* ¶ Nunc autem ex quo in Ecclesiis, sicut in Romano Imperio, crevit avaritia, periit lex de Sacerdote, & visio de Propheta. Singuli quique per *n* potentiam Episcopalis nominis, quam sibiipsi illicitè absque Ecclesia vendicârunt, totum, quod Levitarum est, in usus suos redigunt; nec hoc sibi, quod scriptum *o* est, vendicant, sed cunctis auferunt universa. Mendicat infelix Clericus in plateis, & civili *p* operi mancipatus publicam à quolibet deposcit alimoniam *q*. Et quidem ex eo despicitur cunctis Sacerdotale officium, dum misericordiâ desolatus, justè putatur ad hanc ignominiam devenisse. *& infrà.* ¶ Solus incubat bonis *r*, solus ministerio utitur, solus universa sibi vendicat, solus partes invadit alienas, solus occidit universos. *& paulo post.* ¶ Hinc propter Sacerdotum avaritiam odia consurgunt, hinc Episcopi accusantur à Clericis, hinc Principum *s* lites, hinc detractionis *t* causa, hinc origo criminis. Etenim si unusquisque ita in hoc *u* mundo visibili aliquid possidere jubetur, ut suâ tantùm possessione contentus sit, ac res non invadat alienas, non agrum pauperi tollat, non vineam, non subvectorium *x* aliquod, non famulos, non fructus; quantò magis, qui Ecclesiæ Dei præest, debet ita in omnibus servare justitiam, ut sibi hoc tantùm vendicet,

a *Inter opera B. Hieron. tom. 4. vel. 9.* b *Polyc. l. 2. tit. 39. Anselm. lib. 7. c. 72.* c *Apoc. 1.* d *abest ab orig.* e *Deut. 33.* f *al. novimus.* g *al. nomen habet.* h *Marc. 10.* i *consecratio,] vera lectio.* k *al. benedixerunt.* l *deinde,] orig.* m *Ezech. 7.* n *pro potentia] orig.* o *al. adscriptum.* p *al. servilis.* q *al. eleemosynam.* r *divitiis,] orig. al. domûs.* s *al. principum litis.* t *desolationum causa,] orig.* u *hunc mundum visibiliter possid.] orig.* x *al. subjectorum] al. subjunctorum.*

quod sui juris esse cognoscit, aliena non rapiat, aliena non contingat, æqualem se cæteris faciat, & sicut sine his in ministerio non vivit, ita in dispensatione non vivat? ¶ Certè, ut ipse nósti, qui visibiliter in hoc mundo jus invadit alienum, accusatur à paupere, damnatur à judice: ita & in Ecclesia Dei, cùm unusquisque stipendia sua perdit, clamat ad Deum, exauditur à Christo: nec differtur in hac parte ultionis sententia, si non redduntur universa. Moderatio enim Dei *a*, ac pietas solum nostrum reditum quærit, ac nos cupit suâ longâ *b* bonitate salvari. Sed si non convertimur, si duri corde sumus, si in peccatis usque ad mortem illicitè perduramus, assiduè peccantium, sicut scriptum est, Deus non miseretur.

1 ¶ Nomen non habet,] *Sic etiam in originali, sed in multis Gratiani manuscriptis, & apud Anselmum est*, nomen habet, officium non habet.

6 pars. *Hoc capitulo Sacerdotum avaritia reprehenditur, Diaconorum dignitas, sive officium commendatur. Sed quæ (ut suprà dictum est) Diaconi, insolescentes etiam Presbyteris se præferendos arbitrati sunt, contra eorum supercilium scribit* Hieronymus *ad Evagrium Episcopum, epist. 85. tom. 2.*

C. XXIV. ¶ *Diaconi Presbyteris debent subesse.*

LEgimus *c* in Esaia *d*: [*Factus sum loquens.*] Audio quendam in tantam erupisse vecordiam, ut Diaconos Presbyteris, id est, Episcopis anteferret. Nam cùm Apostolus perspicuè doceat, eosdem esse Presbyteros, quos Episcopos; quid *e* patitur mensarum & viduarum minister, ut supra eos se tumidus efferat, ad quorum preces Christi corpus, sanguisque conficitur? Quæris auctoritatem? Audi testimonium: [*Paulus f & Timotheus servi Christi Jesu omnibus sanctis in Christo Jesu, qui sunt Philippis, cum Episcopis & Diaconis.*] Vis & aliud exemplum? In Actibus *g* Apostolorum ad unius Ecclesiæ Sacerdotes ita Paulus loquitur: [*Attendite vobis, & cuncto gregi, in quo vos Spiritus Sanctus posuit Episcopos, ut regeretis Ecclesiam Domini, quam acquisivit sanguine suo.*] Ac ne quis contentiosè in una Ecclesia plures Episcopos fuisse contendat, audi & aliud testimonium, in quo manifestissimè comprobatur, eundem esse Episcopum atque Presbyterum: [*Propter h hoc reliqui te in Creta, ut quæ deerant, emendares, & constitueres Presbyteros per civitates, sicut & ego tibi mandavi. Si quis est sine crimine, unius uxoris vir, filios habens fideles, non in accusatione luxuriæ, aut non subditos. Oportet enim Episcopum sine crimine esse, quasi Dei dispensatorem.*] Et ad Timotheum *i*: [*Noli negligere gratiam, quæ in te est, quæ tibi data est per prophetiam 1, per impositionem manuum Presbyterii.*] Sed & Petrus *k* in prima epistola: [*Presbyteros*, inquit, *in vobis precor Compresbyter, & testis passionum Christi, & futuræ gloriæ, quæ revelanda est, particeps, regite gregem Christi, & inspicientes non ex necessitate, sed voluntarie juxta Deum.*] Quod quidem Græcè significantiùs dicitur ἐπισκοποῦντες, id est, superintendentes: unde & nomen Episcopi tractum est. Parva tibi videntur tantorum virorum testimonia? Clangat tuba Evangelica, filius *l* tonitrui, quem Jesus amavit plurimùm, qui de pectore Salvatoris doctrinarum fluenta potavit: [*Presbyter m Electæ dominæ, & filiis ejus, quos ego in veritate diligo.*] Et in alia *n* epistola: [*Presbyter Cajo charissimo, quem ego diligo in veritate.*] Quòd autem postea unus electus est, qui cæteris præponeretur, in schismatis remedium factum est, ne unusquisque ad se trahens Christi Ecclesiam rumperet. Nam & Alexandriæ à Marco Evangelistâ usq; ad Heraclam & Dionysium Episcopos, Presbyteri semper unum ex se electum, in excelsiori gradu collocatum, Episcopum nominabant: quomodo si exercitus Imperatorem faciat, aut Diaconi eligant de se, quem industrium noverint, & Archidiaconum vocent. Quid enim facit, excepta ordinatione, Episcopus, quod Presbyter non faciat? Nec altera Romanæ urbis Ecclesia, altera totius orbis existimanda est. Et Galliæ, & Britanniæ, & Africa, & Persis, & Oriens, & India, & omnes barbaræ nationes unum Christum adorant, unam observant regulam veritatis. Si auctoritas quæritur, orbis major est urbe. Ubicunque fuerit Episcopus, sive Romæ, sive Eugubii, sive Constantinopoli, sive Rhegii, sive Alexandriæ, sive Tanis, ejusdem meriti, ejusdem est & Sacerdotii. Potentia divitiarum & paupertatis humilitas, vel sublimior, vel inferior Episcopum non facit: cæterùm omnes Apostolorum successores sunt. ¶ Sed dicis, quomodo Romæ ad testimonium Diaconi Presbyter ordinatur? Quid mihi præfers unius urbis consuetudinem? Quid paucitatem, de qua ortum est supercilium, in leges Ecclesiæ vendicas? Omne quod rarum est, pius appetitur. Pulegium apud Indos pipere pretiosius est. Diaconos paucitas honorabiles, Presbyteros turba contemptibiles facit. Cæterùm etiam in Ecclesia Romæ Presbyteri sedent, & stant Diaconi, licèt paulatim increbrescentibus vitiis inter Presbyteros absente Episcopo, sedere Diaconum viderim, & in domesticis conviviis benedictiones *a* Presbyteris dare. Discant, qui hoc faciunt, non se rectè facere, & audiant Apostolos: [*Non b est dignum, ut relinquentes verbum Dei ministremus mensis.*] Sciant quare Diaconi constituti sint. Legant Acta Apostolorum: recordentur conditionis suæ. Presbyter & Episcopus, aliud ætatis, aliud dignitatis est nomen. Unde & ad Titum, & ad Timotheum de ordinatione Episcopi & Diaconi dicitur: de Presbyteris omninò reticetur: quia in Episcopo & Presbytero continetur. Qui provehitur, de minori ad majus provehitur. Aut igitur ex Presbytero ordinetur Diaconus, ut Presbyter minor Diacono comprobetur, in quem crescit ex parvo: aut si ex Diacono ordinetur Presbyter, noverit a se Laicis majorem, Sacerdotibus esse minorem.

1 ¶ Per prophetiam,] *Sic in vulgata editione, & Græc* διὰ προφητείας: *Sed hic apud B. Hieronymum*, prophetiæ.

2 ¶ Noverit se] *In originali est*, noverit se lucris minorem, Sacerdotio esse majorem. *Quòd etiam pertinet, quod idem Hieronymus ad caput ultimum Ezechielis scribit*: Levitarum multitudinem intelligere se à Sacerdotali grad: esse disjunctam, & ad decutiendam superbiam ministrorum, qui ignorantes humilitatem statûs sui, ultra Sacerdotes, hoc est, Presbyteros, intumescunt, & dignitatem non merito, sed divitiis æstimant. *Verum ob glossam non est mutatum.*

C. XXV. ¶ *De eodem.*

Item Cyprianus, *l. 3. epist. 10.*

DOminus *c* noster ipse Jesus Christus Rex, & Judex, & Deus noster usque ad Passionis diem servavit honorem Pontificibus & Sacerdotibus, quamvis illi nec timorem Dei, nec agnitionem Christi servâssent. Nam cùm leprosum emundâsset, dixit illi: *d* [*Vade, & monstra te Sacerdoti, & offer donum.*] Humilitate eâ, quâ nos quoque esse humiles docuit, Sacerdotem adhuc appellabat, quem sciebat esse sacrilegum. Item sub ictu passionis cùm alapam accepisset, & ei diceretur: [*Sic e respondes Pontifici?*] nihil ille contumeliosè locutus est in personam Pontificis, sed magis innocentiam suam tutatus est, dicens: [*Si malè locutus sum, exprobra de malo: si autem benè, quid me cædis?*] Quæ omnia ab eo ideò facta sunt humiliter atque patienter, ut nos humilitatis

a *Deus preces, ac solum*] *orig.* b *abest ab orig.* c *Polyc. ibid. Anselm. lib. 7. cap. 87.* d *Esa. 32.* e *al. quis patiatur.* f *Philipp. 1.* g *Act. 20.* h *Ad Tit. 1.* i *1. Timoth. 4.* k *1. Petr. 5.* l *Marc. 3.* m *2. Ioan.* n *3. Ioan.*

a *al. benedictionem coram Presbyteris.* b *Act. 6.* c *Ita part. 3. c. 355.* d *Luc. 5.* e *Ioan. 18.*

militatis ac patientiæ haberemus exemplum. Docuit enim Sacerdotes veros legitimè & plenè honorari, dum circa falsos Sacerdotes ipse talis extitit *a*. Meminisse autem Diaconi debent, quoniam Apostolos, id est, Episcopos & Præpositos *b* Dominus elegit: Diaconos autem post ascensum Domini in cœlos Apostoli sibi constituerunt Episcopatûs sui, & Ecclesiæ ministros. Quòd si nos aliquid audere contra Deum possumus, qui Episcopos facit; possunt & contra nos audere Diaconi, à quibus fiunt.

7 pars. *Hoc autem, quod de Diaconorum minoritate dicitur, ubique servandum est, nisi cùm locum Diaconus habuerit aut propriis Patriarcha, aut sui Metropolitani.*

C. XXVI. ¶ *Diaconus Sacerdotibus non præferatur, nisi locum Metropolitani sui obtineat.*

Unde in sexta Synodo, *c. 7. legitur.*

PRæcipimus ne Diaconus (quamvis etiam in dignitate, hoc est, in officio quolibet Ecclesiastico sit) ante Presbyterum sedeat, nisi cùm locum habuerit proprii Patriarchæ, aut Metropolitani sui pro aliquo Capitulo: tunc enim sicut illius locum tenens honorabitur. Si quis verò præsumpserit hoc tyrannicè facere, à proprio gradu repulsus, ultimus omnium fiat in ordine suo.

DISTINCTIO XCIV.

1 pars. *Subdiaconus etiam summus Patriarcha vices suas committere valet.*

C. I. ¶ *Etiam Subdiaconis vices suas Apostolica committit Ecclesia.*

Unde Gregorius I *ad Episcopos Siciliæ libro primo, epistolâ primâ ait.*

VAldè *d* necessarium esse perspeximus, ut sicut prædecessorum nostrorum fuit judicium, ita uni, eidemque personæ omnia committamus, ut ubi nos præsentes esse non possumus, nostra per eum, cui præcipimus, repræsentetur auctoritas. Quamobrem Petro Subdiacono sedis nostræ, intra provinciam Siciliam vices nostras, Deo auxiliante, commisimus. Nec enim de ejus actibus dubitare possumus, cui, Deo auxiliante, totum nostræ Ecclesiæ noscimur patrocinium *e* commisisse.

1 ¶ Gregorius] *Restituta est inscriptio ex Polycarpo. Nam antea legebatur,* Symmachus Papa.

2 pars. *Legatum verò Apostolicæ sedis quecunque impedierit, usque ad satisfactionem excommunicetur.*

C. II. ¶ *Excommunicetur, qui Legatum sedis Apostolicæ impedire tentaverit.*

Unde Alexander Papa I. *epist. 2. omnibus Episcopis* f.

SI g quis autem legationem impedit, non unius sed multorum profectum avertit *h*. Et sicut multis nocet, ità à multis arguendus est, & bonorum societate privandus *i*. Et quia Dei causam impedit, & statum conturbat Ecclesiæ; ideò ab ejus liminibus arceatur. Ab omnibus itaque *k* talis est cavendus, & non in communionem fidelium, usque ad satisfactionem, recipiendus.

1 ¶ Legationem] *In epistola ipsa, Concilio Triburiensi, & apud Burchardum additur,* vestram. *Ea enim legatio videtur significari, quâ Apostoli, & Episcopi pro Christo fungi docuit beatus Paulus 2. Corinth. c. 5.*

3 pars. *Archidiaconus verò, quamvis ex officio suo Clericorum vitam diligenti examinatione debeat inquirere, & qua corrigenda invenit, Episcopo nuntiare, tamen dominationem super eos exercere, & censum ab eis exigere prohibetur.*

a *al.* exstitit. b *al.* Presbyteros. c Ivo p. 6. c. 123. d Polyc. lib. 1. tit. 14. Anselm. l. 1. c. 26. e *al.* patrimonium. f Conc. Triburiense, c. 9. g Burch. l. 4. c. 37. h *al.* averti. i *al.* arcendus. k *al.* quoque.

C. III. ¶ *Archidiaconi super Presbyteros jurisdictionem non exercerant.*

Unde in Cabilonensi Concilio, *c. 15. legitur.*

DIctum *a* est, quòd in plerisque locis Archidiaconi super Presbyteros Parochianos quandam exercent dominationem, & ab eis censum exigunt: quod magis ad tyrannidem, quàm ad rectitudinis pertinet ordinem. ¶ Si enim juxta Apostoli *b* sententiam, Episcopi non debent esse dominantes in Clero, sed forma facti gregis ex animo; multò minùs facere isti hoc debent, sed contenti sint regularibus disciplinis, & teneant propriam mensuram: & quod ab Episcopis eis injungitur, hoc per Parochias suas exercere studeant, nil per cupiditatem & avaritiam præsumentes.

DISTINCTIO XCV.

1 pars. *Quod autem Sacerdotes suprà jubentur Episcopis tanquam subditi obedire, non ita intelligendum est, quasi non liceat eis, præsentibus Episcopis, sacra mysteria celebrare, (sicut Episcopali supercilio quidam ab his volebant Presbyteros prohibere:) sed qui a Presbyteri Pontificibus, tanquam filii parentibus, debent obedire. Baptizatos etiam chrismate contingere conceditur.*

C. I. ¶ *Ubi Episcopi desunt, baptizatos in frontibus Presbyteri chrismate tangant.*

Unde Gregorius *scribit* Januario Episcopo Caralitano, *lib. 3. epist. 28. indict. 12.*

PErvenit *c* quoque ad nos, quosdam scandalizatos fuisse, quòd Presbyteros chrismate tangere in fronte eos, qui baptizati *d* sunt, prohibuimus. Et nos quidem secundùm usum veterem Ecclesiæ nostræ fecimus. Sed si omninò hac de re aliqui contristantur, ubi Episcopi desunt, ut Presbyteri etiam in frontibus baptizatos *e* chrismate tangere debeant, concedimus.

Supra Leo Episcopus contra: f [Quamvis Chorepiscopis, &c.]

C. II. ¶ *Ultra suum modum Presbyteri tendere non præsumant.*

Item Gelasius *Papa Episcopis per Lucaniam, &c. epist. 1. c. 8.*

PResbyteros ultra suum modum tendere prohibemus, nec Episcopali fastigio debita sibimet audaciter assumere, non conficiendi chrismatis, non consignationis Pontificalis adhibendæ sibimet arripere facultatem.

Sed istud Gregorii pro scandalo sedando semel concessum legitur. Illud autem Leonis Papæ & Gelasii, usu approbante, prævaluit, nisi forte ubi aliquorum consuetudo hoc admisit, ut in absentia Episcopi, extremâ necessitate urgente, ex concessione Gregorii, Presbyteri baptizatos in fronte linuant. ¶ *Prohibitio verò Leonis & Gelasii in eo casu intelligatur, cum Episcopi præsentes sunt, vel cum non urget ultima necessitas. Oleo verò sanctificato permittitur eos ungere infirmos. Unde Jacobus* f *ait:* [Infirmatur quis in vobis? inducat Presbyteros Ecclesiæ, qui orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei salvabit infirmum.]

2 pars. ¶ *Sed quæritur, an Episcopus liceat eodem oleo ungere infirmos? vel si impœnitentibus hujusmodi unctio sit concedenda?*

C. III. ¶ *Oleo sanctificato non prohibetur Episcopus infirmos tangere.*

De his verò ita scribit Innocentius Papa *ad Decentium Eugubinum Episcopum, epist. 1. c. ult.*

ILlud *h* superfluum videmus adjectum, ut de Episcopo ambigatur, quod Presbyteris licere non dubium est.

a Ivo p. 3. c. 134. b 1. Pet. 5. c De consecr. dist. 4. Presbyteri baptizatos. Polycarp. lib. 3. tit. 10. Mag. 4. sentent. dist. 7. cap. 1. d baptizandi] *errg.* e baptizandos] *errg.* f Distinct. 68. g Jac. 5. h Alcuinus de divinis officiis, pag. 54. Conc. Veronacienf. c. 72. Ivo part. 2. cap. 75.

Nam idcirco de Presbyteris dictum est, quia Episcopi, occupationibus aliis impediti, ad omnes languidos ire non possunt. Cæterùm, si Episcopus aut potest, aut dignum ducit aliquem à se visitandum, & benedicere, & tangere chrismate, sine cunctatione potest, cujus est ipsum chrisma conficere. Nam non 1 pœnitentibus istud infundi non potest, quia genus est Sacramenti. Nam quibus reliqua Sacramenta negantur, quomodo unum genus putatur posse concedi? His ergò, frater charissime, omnibus, quæ tua dilectio voluit à nobis exponi, prout potuimus, respondere curavimus.

1 ¶ Non pœnitentibus] *In epistolis Innocentii tam impressis, quàm manuscriptis (licèt aliter testetur auctor glossæ) in Concilio V Vormatiensi, in quo hoc idem repetitur, apud Alcuinum & Ivonem, & in aliquot Gratiani codicibus legitur sine negatione. Et in glossa (ut est in antiquis exemplaribus) utrag. lectio exponatur.*

3 pars. *Chrisma verò à suis Episcopis ad Baptismi sanctificationem Presbyteri petant.*

C. IV. ¶ *Chrisma singulis annis à proprio petatur Episcopo.*

Unde in Concilio Carthaginensi IV. *c.* 36.

PResbyteri *a*, qui per diœceses Ecclesias regunt, non à quibuslibet Episcopis, sed à suis; nec per juniorem Clericum, sed omni anno 1 aut per seipsos, aut per illum, qui sacrarium tenet, ante Paschæ solennitatem chrisma petant.

¶ *Huic capiti rubrica est proposita ex aliquot vetustis exemplaribus.*

1 ¶ Omni anno] *Verba hæc non sunt in editionibus Conciliorum Colonensibus duobus, & quatuor tomis impressorum, neque infrà de consecr. dist. 4. ubi hoc idem, sed ex Concilio apud Valentias refertur. Verum & in Colonensi prisca, ac trium tomorum, & duobus Parisiensibus, duobusq; codicibus Vaticanis habentur. Et in c.* literis. *de consec. dist. 3. à Fabiano Papa singulis annis novum chrisma fieri præcipitur.*

C. V. ¶ *Presbyter idem est, qui Episcopus, ac stabi consuetudine præsunt Episcopi Presbyteris.*

Item Hieronymus *ad caput primum epistolæ ad Titum, ad ea verba:* [Et constituas.]

OLim *b* idem *c* erat Presbyter, qui & Episcopus. Et antequam Diaboli instinctu studia in religione fierent, & diceretur in populis: [*Ego d sum Pauli, ego Apollo, ego autem Cephæ,*] communi Presbyterorum consilio Ecclesiæ gubernabantur. Postquam verò unusquisque eos, quos baptizaverat, suos putabat esse, non Christi, in toto orbe decretum est, ut unus de Presbyteris electus superponeretur *e* cæteris, ad quem omnis Ecclesiæ cura pertineret, & schismatum semina tollerentur. *& paulo pòst.* ¶ Sicut ergò Presbyteri sciunt, se ex Ecclesiæ consuetudine ei, qui sibi Præpositus fuerit, esse subjectos; ita Episcopi noverint, se magis consuetudine, quàm dispensationis *f* Dominicæ veritate Presbyteris esse majores, & in commune debere Ecclesiam regere.

C. VI. ¶ *Coram Episcopis, Presbyteris decere licet* g.

Idem *ad* h *Rusticum Narbonensem Episcopum, de septem gradibus Ecclesiæ.*

ECce 1 ego *i* dico, præsentibus Episcopis suis, atque adstantibus in altari, Presbyteros posse Sacramenta conficere. *& infrà.* ¶ Sed quia scriptum est *k*: [*Presbyteri duplici honore honorentur, maximè qui laborant in verbo Domini,*] prædicare eos decet, utile est benedicere, congruum confirmare, convenit reddere communionem, necesse est visitare infirmos, orare pro invalidis, atque omnia Dei Sacramenta complere. *& infrà.* ¶ Nemo hinc Episcoporum invidiâ diabolicæ tentationis inflatus, irascatur in templo, si Presbyteri interdum exhortentur plebem, si in Ecclesiis prædicent, si plebibus, ut scriptum est, benedicant. Etenim abnuenti mihi ista, sic dicam: qui non vult Presbyteros facere, quæ jubentur à Deo, dicat, quis major est Christo? aut quid corpori ejus, aut sanguini poterit anteponi? Si Presbyter Christum consecrat, cùm in altario Dei Sacramenta benedicit, benedicere populo non debet, qui Christum etiam meruit consecrare? *& paulò pòst.* ¶ Circa 2 Laicos, ac mulieres, jubentibus vobis, ô injustissimi Sacerdotes, Presbyter Dei benedictionis perdit officium, amittit linguæ opus, non habet confidentiam prædicandi, truncatus est omni parte virtutum, solùm Presbyteri nomen habet, plenitudinem ac perfectionem, quæ consecrationi ejus competit, non retentat. ¶ Quis hic, rogo, ô Sacerdotes, honor vester est, ut damnum gibbi *a* inferatis? Quoniam cùm pastoribus per potentiam vestram auferitur Deo digna diligentia, contagium quoddam & calamitas crescit in gregibus: ac Dominici 3 patrimonii damna conquiritis, dum *b* soli vultis in Ecclesia potentari. *& paucis interjectis.* ¶ Presbyteri ab initio, ut legimus, negotiorum judices esse mandati sunt, Presbyteri interesse Sacerdotum concilio *c*: quoniam & ipsi Presbyteri, ut legimus, Episcopi nuncupantur, secundùm quod scriptum est ad 4 Episcopum: [*Noli d neglegere gratiam, quæ data est tibi per impositionem manuum Presbyterii.*] & alibi *e* ad majores natu: [*Qui vos putat Episcopos regere Ecclesiam Dei.*] *& infrà.* ¶ Sed oderunt hoc Sacerdotes superbi in Presbyteris nomen, qui nolunt esse hoc, quod Christus, qui Discipulorum pedes lavit *f*; qui baptizatus *g* est à Joanne, licèt baptizandum se Joannes à Domino proclamaret. Propterea hæc scribo, ut si præteriti temporis error non potest jam revocari, vel ad præsens in Ecclesiis servetur humilitas, ut Presbyteri hoc in Ecclesiis suis faciant, quod Romæ, sive quod in Oriente, quod in Italia, quod in Creta, quod in Cypro, quod in Africa, quod in Illyrico, quod in Hispania, quod in Britannia, quod etiam ex parte per Gallias, quod in omnibus locis, ubi humilitas perseverat, quod in cœlis sit (quod majus est) ubi sedes Angelorum *h* leges esse dispositas.

1 ¶ Ecce ergò] *Principium hujus capitis longè aliter legitur in libello de septem gradibus, & additur negatio:* Nec ego dico præsentibus Episcopis, atque adstantibus altari, Presbyteros posse Sacramenta conficere: sed si forte usus exegerit, ut venientes ad Ecclesiam Sacerdotes eisdem horis, quibus aut oblatio parata non sit, aut non possit offerri, non debere Episcopum repudiare Eucharistiam Presbyterorum, &c.

2 ¶ Circa Laicos] *In libello sic legitur:* tamen credendum est summi Sacerdotis judicio, & hoc faciendum, quod jusserit circa Laicos & mulieres. Jubentibus vobis injustissimè Sacerdotibus, non rectè Presbyter Dei, benedictionis, &c.

3 ¶ Ac Dominici] *Ibidem est*, ac Deo nostro non patrimonii sui damna conquiritis, dum soli vultis in Ecclesiis potentari?

4 ¶ Ad Episcopum] *Hoc loco longè plenior est oratio in libello, & pro hac auctoritate Apostoli ad Timotheum, multa alia asseruntur.*

C. VII. ¶ *Episcopi & Clerici invicem sibi honorem exhibeant.*

Item *ad Nepotianum, epist. secundâ.*

STa *i* subjectus Pontifici tuo, & quasi animæ patrem suscipe. *& paulo pòst.* ¶ Sed Episcopi Sacerdotes se

a *De cons. dist. 4. Presbyteri. Burch. lib. 4. c. 76. 1vo part. 1. c. 270. Pannor. l. 1. c. 101.* b *Anselm. l. 7. c. 117. Polyc. l. 2. tit. 39.* c *Idem ergò est Presbyter,*] *orig.* d *1. Cor. 1.* e *supponeretur*] *orig.* f *dispositionis*] *orig.* g *al. non licet.* h *inter opera Hier. tom. 4. vel 9.* i *Anselm. l. 7. c. 118.* k *1. Tim. 5.*

a *gregibus*] *vera lectio.* b *2. Tim. 3.* c *consilio.*] *orig.* d *1. Tim. 4.* e *Act. 20.* f *Joan. 13.* g *Matth. 3.* h *eorum*] *orig.* i *Anselm. l. 7. c. 121.*

esse

esse noverint, non Dominos, honorent Clericos quasi Clericos, ut & ipsis à Clericis quasi Episcopis honor deferatur. ¶ Scitum est illud Oratoris Domitii: *Cur ego te*, inquit, *habeam ut Principem, cùm tu me non habeas ut Senatorem?* ¶ Quod Aaron & filios ejus, hoc Episcopum & Presbyteros esse novimus. ¶ Unus Dominus, unum templum: unum sit etiam ministerium. ¶ Recordemur semper, quid Apostolus Petrus *a* præcipiat Sacerdotibus: [*Pascite eum, qui in vobis est, gregem Domini, providentes non coacti, sed spontanei, secundum Deum, neque ut turpis hujus gratiâ, sed voluntarie, neque ut dominantes in Clerum, sed forma facti gregis b ex animo; ut cùm apparuerit Princeps pastorum, percipiatis immarcescibilem gloriæ coronam.*] ¶ Pessimæ consuetudinis est in quibusdam Ecclesiis, tacere Presbyteros, & præsentibus Episcopis non loqui: quasi aut invideant, aut non dignentur audire. [*Et si alii, inquit Apostolus Paulus c, fuerit revelatum sedenti, prior taceat.*] *& paulò pòst.* [¶ *Gloria d patris est filius sapiens.*] Gaudeat e episcopus in judicio suo, cum tales Christo elegerit Sacerdotes.

C. VIII. ¶ *Presbyteri Episcopos non præcedant, sed comitentur, vel subsequantur.*

Item ex Concilio Laodicensi, *cap. 56.*

NOn oportet Presbyteros ante ingressum Episcopi ingredi, & sedere in tribunalibus, sed cum Episcopo ingredi, nisi fortè aut ægrotet Episcopus, aut in peregrinationis commodo 1 eum abesse constiterit.

1 ¶ In peregrinationis commodo] *Sic prisca versio: sed Dionysius longè propriùs ad verba Græca*, nisi fortitan infirmitate detineatur, aut proficiscatur Episcopus. πλὴν ἐὰν μὴ ἀσθενήσῃ, ἢ ὁδὸν ποιῆται ὁ ἐπίσκοπος.

C. IX. ¶ *Episcopus non Dominum, sed collegam se Presbyterorum cognoscat.*

Item ex Concilio Carthaginensi IV. *cap. 34.*

EPiscopus in quolibet loco sedens, stare Presbyterum non patiatur.

C. X. ¶ *De eodem.*

Item ex eodem, *c. 35.*

EPiscopus *e* in Ecclesia, & in consessu Presbyterorum sublimior sedeat. Intra domum verò collegam se Presbyterorum esse cognoscat.

C. XI. ¶ *Sine præcepto Episcopi Presbyter non signet infantes.*

Item ex Concilio Martini Papæ.

PResbyter *f* præsente Episcopo non signet infantes, nisi ab Episcopo fuerit illi præceptum.

C. XII. [¶ *De eodem.*] PALEA.

Item ex Concilio Neocæsariensi 1, *cap. 13.*

PResbyteri *g* ruris, in Ecclesia *h* civitatis, Episcopo præsente, vel Presbyteris ipsius urbis, offerre non possunt, nec panem sacrificatum 2 dare, calicemq; porrigere. Si verò absentes hi fuerint, & ad dandam orationem 3 vocentur, soli dare debebunt.

1 ¶ Neocæsarienſi,] *Antea citabatur ex Gemmensi. Restituta est inscriptio ex cæteris collectoribus. Est autem hæc fere Dionysii versio.*

2 ¶ Sacrificatum] *Alibi ubique legitur*, sanctificatum. *Græcè est in Concilio impresso*, ἄρτον διδόναι εἰς εὐχήν: *Sed apud Balsamonem* ἄρτον εὐχῆς, *id est*, panem mysticæ precationis.

3 ¶ Ad dandam orationem] ἐὰν εἰς εὐχὴν κληθῇ μόνος, δίδωσιν, *id est*, & solus ad mysticam precationem vocatus fuerit, dat.

a 1. Pet. 5. b *al.* gregis. c 1. Cor. 14. d Prover. 10. & 15. e Ivo part. 2. c. 337. f In cap. Mart. Brach. c. 52. de consecr. dist. 4. c. omnis tempore. g Mart. Brach. c. 56. Ansel. l. 7. c. 181. Burch. l. 3. c. 44. Ivo part. 2. c. 63. g εἰς τὴν κυριακήν.

DISTINCTIO XCVI.

ILlud a autem Honorii Augusti, quod de electione summi Pontificis suprà constituisse legitur, nullius esse momenti probatur: cùm non solùm de ordinibus, sed nec etiam de rebus Ecclesiasticis legatur aliquando Laicis attributa disponendi facultas. Unde quæcunq; à Principibus in ordinibus, vel in Ecclesiasticis rebus decreta inveniuntur, nullius auctoritatis esse monstrantur.

C. I. ¶ *De rebus Ecclesiasticis disponendis, Laicis nulla facultas relinquitur.*

Unde Symmachus *Episcopus Catholicæ Ecclesiæ urbis Romæ, Synodo præsidens, dixit.*

BEnè *b* quidem fraternitas vestra Ecclesiasticis legibus obsecuta, sub divini timore judicii, quæ erant statuenda, definivit; & ad justitiæ cumulum pervenit, dum sufficienter universa complectitur: nec adjectione indiget plenitudo, maximè de Clericis, quos amor dominationis invasit; & jugum disciplinæ Ecclesiasticæ fecit respuere. *& paulò pòst.* ¶ Quorum excessus enarrare difficile est: unum tamen, quod occurrit, venerando ordini vestro intimare non differo. Dixerunt inter alia, scripturam quandam illustris memoriæ Basilium, quasi pro Ecclesiasticæ amore substantiæ, conscripsisse, in qua nullus Romanæ Ecclesiæ nec interfuit, nec subscripsit Antistes, per quem potuisset sortiri legitimam firmitatem. Ne verò ego inde disputem, unde *c* potest vestrum judicare Concilium; requiratur, & deferatur in medium, ut ex lectione cognoscatis, cujusmodi possit habere substantiam. Sancta Synodus respondit: deferatur in medium; ut cujusmodi sit, possit agnosci. Et dum hoc diceret, Hormisda Diaconus recitavit. [Cùm in *d* Mausoleo 1, quod est apud B. Petrum Apostolum, resideret *e* sublimis, & eminentissimus vir Præfectus prætorio, atq; Patritius, agens etiam vices præcellentissimi Regis Odoacris; Basilius *f* dixit: Quanquam studii vestri *g* & religionis interfit, ut in Episcopatûs electione concordia principaliter servetur Ecclesiæ: ne tamen *h* per occasionem seditionis, status civitatis *i* vocetur in dubium, admonitione *k* beatissimi viri Papæ nostri Symmachi *l* Simplicii, quam ante oculos semper habere debemus, hoc nobis meministis sub obtestatione fuisse mandatum, ut propter illum strepitum, & venerabilis Ecclesiæ detrimentum, si eum de hac luce transire contigerit, non sine nostra consultatione, cujuslibet celebretur electio.] Hæc cùm legerentur, Cresconius Episcopus civitatis Tudertinæ Ecclesiæ, surgens è consessu dixit: [Hìc perpendat sancta Synodus, uti *m* prætermissis *n* personis religiosis, quibus maximè curæ est de tanto Pontifice, electionem Laici in suam redegerint potestatem, quod contra canones esse manifestum est.] Item Hormisda Diaconus legit: [Nam & cùm quid confusionis, atque dispendii venerabilis Ecclesia sustineret, miramur, prætermissis nobis, quicquam de rebus Ecclesiæ fuisse tentatum, cùm etiam Sacerdote nostro superstite nihil sine nobis debuisset assumi. Quare si amplitudini vestræ *o* vel sanctitati placet, incolumia omnia, quæ ad futuri Antistitis electionem respiciunt; religiosâ veneratione servemus, hanc legem specialiter præferentes, quam nobis, hæredibusque nostris Christianæ mentis devotione sancimus: ne unquam prædium, seu rusticum,

a *Sup. distinct. 69. c. si duo.* b *In Synod. Rom. 3. sub Symmacho, cap. 1. & seq.* c *sed ut possit*] *orig.* d *In unum apud beatum*] *orig. Ilord. cap. 2.* e *resedissent, sublatus*] *orig.* f *Verb. Basilii.* g *nostri*] *orig.* h *al. ne per.* i *al. cervicitatis.* k *al. tamen admonitione.* l *abest distinctio Symmachi*] *ab orig. sed auctor cautus, & glossa habuit.* m *al. utrum.* n *al. prætermissas personas religiosas.*] *codex can. Verba Basilii.* o *vestra sanctitatis.*

seu urbanum, vel ornamenta, aut ministeria Ecclesiarum, quæ nunc sunt, vel quæ ex quibuslibet titulis ad Ecclesiarum jura pervenerint, ab eo, qui nunc Antistes sub electione communi fuerit ordinandus, & illis, qui futuris seculis sequentur, quocunque titulo, atque commento alienari liceat. Si quis verò aliquid eorum alienare voluerit, inefficax, atq; irritum judicetur, sitq; facienti, vel consentienti, accipientiq; anathema.] ¶ Maximus Episcopus Bleranæ Ecclesiæ dixit: [Modò sancta Synodus dignetur edicere, si licuit Laico homini anathema in ordinem Ecclesiasticum dictare: aut si potuit Laicus Sacerdoti anathema dicere, & contra canones, quod ei non competebat, constituere. Dicite, vobis quid videtur? De me licuit Laico legem dare?] Sancta Synodus dixit: Non licuit, & adjecit: Lege sequentia. Hormisda a Diaconus legit: [Et is, qui prædium rusticum, vel urbanum juris Ecclesiastici fuerit consecutus, noverit se nullâ lege, vel præscriptione munitum; sed sive is, qui alienaverit, sive qui eum sequetur b, voluntate contrariâ prædium hujusmodi alienatum revocare 1 voluerit, id cum fructibus restituat, quos c illic fuerit consecutus.] ¶ Hæc cùm legeret, Stephanus Episcopus Venusinæ Ecclesiæ surgens è consessu dixit, Perlegatur. Hormisda Diaconus legit: [Quâ 3 pœnâ d placuit accipientis etiam hæredes afficere. In qua re cuilibet Clericorum contradicendi libera sit facultas. Iniquum est enim, & sacrilegii instar, ut quæ vel pro salute, vel pro requie animarum suarum e unusquisq; venerabili Ecclesiæ, pauperum causâ contulerit, aut certè reliquerit; ab his, quos hæc maximè servare convenerat, in alterum f transferantur. Planè quæcunque in gemmis, vel auro, atq; argento, necnon & vestibus minùs apta usibus, vel ornatui videbuntur Ecclesiæ, quæ servari, ac diù manere non possunt, sub justa æstimatione vendantur, & erogationi g religiosæ proficiant.] ¶ Cumque lecta fuisset, Laurentius Episcopus Mediolanensis Ecclesiæ dixit: [Ista scriptura nullum Romanæ civitatis potuit obligare Pontificem: quia non licuit Laicos statuendi in Ecclesia, præter Romanum Pontificem habere aliquam potestatem: quos obsequendi manet necessitas, non auctoritas imperandi: maximè cùm nec Papa Romanus subscripserit, nec alicujus secundùm canones Metropolitani legatur assensus.] ¶ Petrus Episcopus Ravennatis Ecclesiæ dixit: [Scripturam, quæ in nostra congregatione vulgata est, nullis eam viribus subsistere manifestum est: quia nec canonibus convenit, & à Laica persona concepta videtur: maximè quia in ea nullus Præsul sedis Apostolicæ interfuisse, vel propriâ subscriptione firmâsse monstratur.] ¶ Eulalius Episcopus Syracusanæ Ecclesiæ dixit: [Scripturam, quæ in Sacerdotali Concilio recitata est, evidentissimis documentis constat esse invalidam: Primùm, quòd contra Patrum regulas à Laicis, quamvis religiosis (quibus nulla de Ecclesiasticis facultatibus aliquid disponendi legitur unquam attributa facultas) facta videtur: deinde quòd nullius Præsulis Apostolicæ sedis subscriptione firmata docetur. Quòd si cujuslibet provinciæ Sacerdotes intra terminos suos Concilio habito, quicquid sine Metropolitani h sui auctoritate tentaverint, irritum esse debere sancti Patres sanxerunt; quantò magis, quod in Apostolica sede, non i existente Præsule (qui meritò & B. Petri Apostoli per universum orbem primatum obtinens Sacerdotii, statutis Synodalibus consuevit tribuere firmitatem) à Laicis (licèt consentientibus aliquantis Episcopis, qui tamen Pontifici, à quo consecrati l probantur, præjudicium inferre non potuerunt) præsumptum fuisse cognoscitur, viribus carere non dubium est, nec posse inter Ecclesiastica ullo modo statuta censeri.] Sancta Synodus dixit: Licet a secundum postulationem venerabilium fratrum nostrorum, Laurentii, Petri, Eulalii, Cresconii, Maximi, vel Stephani, nec apud nos incertum habetur, hanc ipsam scripturam nullius esse momenti; veruntamen, etiamsi aliquâ posset ratione subsistere, modis omnibus in Synodali conventu providâ beatitudinis vestræ sententiâ enervari conveniebat, & in irritum deduci: ne in exemplum remaneret, præsumendi quibuslibet Laicis, quamvis religiosis, vel potentibus, in quacunq; civitate quolibet modo aliquid decernere de Ecclesiasticis facultatibus, quarum solis Sacerdotibus disponendi indiscusse à Deo cura commissa docetur.

1 ¶ Cùm in Mausoleo] *Hoc initium scriptura Basilii in tomis Conciliorum & codice canonum sic habet:* Cum in unum apud B. Petrum Apostolum residissent, sublimis, &c. *Omninò autem multa sunt hujus capituli varietates in exemplaribus Graciani, in variis Conciliorum editionibus, & in codice canonum: ex quibus ea tantum partim indicata, partim notata sunt, quæ majores ponderis sunt visa.*

2 ¶ Revocare] *Sic est emendatum ex omnibus Conciliis exemplaribus & impressis & manuscriptis, cùm antè legeretur,* retinere.

3 ¶ Quâ pœnâ] *In omnibus editionibus Conciliorum legitur:* Quam pœnam placuit accipientis hæredes, probæredesque respicere. *In codice verò canonum manuscripto non est dictus,* probæredesque.

C. II. ¶ *Imperatores ad fidem confirmandam, non ad potentiam ostendendam, Synodo interesse debent.*

Unde in sexta actione Chalcedonensis Concilii *Martianus Imperator dixit inter cætera.*

NOs b ad fidem confirmandam, non ad potentiam ostendendam, exemplo religiosissimi Principis Constantini, Synodo interesse voluimus, ut inventâ veritate, non ultrà multitudo pravis doctrinis attracta discordet.

C. III. ¶ *De eodem.*

Item ex eadem sexta actione, *in fine.*

QUædam c capitula sunt, quæ ad honorem vestræ reverentiæ vobis servavimus, decorum esse judicantes, à vobis hæc regulariter potiùs firmari per Synodum, quàm nostrâ lege sanciri.

C. IV. ¶ *Synodali conventui Imperatores interesse non conveniat, nisi ubi de fide agetur.*

Item Nicolaus Papa *in epistola ad Michaelem Imp. quæ incipit,* [Proposueramus.]

UBinam d legistis, Imperatores antecessores vestros Synodalibus conventibus interfuisse, nisi fortitan in quibus de fide tractatum est, quæ universalis est, quæ omnium communis est, quæ non solùm ad Clericos, verùm etiam ad Laicos, & ad omnes omninò pertinet Christianos?

C. V. ¶ *De Præsulibus divinarum rerum, qui humanis rebus præsunt, judicare non possunt.*

Idem *in eadem epistola.*

DEnique e hi, quibus tantùm humanis rebus, & non divinis præesse permissum est, quomodo de his, per quos divina ministrantur, judicare præsumant, penitùs ignoramus.

C. VI. ¶ *Nec etiam Imperator jura Pontificis, nec Pontifex jura Regia usurpet.*

Idem *paulo inferius.*

CUm ad f verum i ventum est, ultrà sibi nec Imperator jura Pontificatûs arripuit, nec Pontifex nomen

a *Verba Basilii.* b *al. consequenter.* c *al. quædam.* d *cf. Basilii verba.* e *al. forsitan.* f *al. alienitatem.* g *al. erogatio religiosa proficiat.* h *Vide q. 3. c. 2.* i *al. nunc.* k *al. prærogativa.* l *al. consecrari.*

a *al. loquat.* b *Anselm. l. 3. c. 107.* c *Anselm. ibid. Deusdedit p. 3.* d *Anselm. l. 3. c. 75.* e *Anselm. ibid.* f *Sup. dist. 21. c. quoniam. Anselm. ibid.*

Impera-

Imperatorum usurpavit: quoniam idem mediator Dei & hominum, homo Christus Jesus, sic actibus propriis. & dignitatibus distinctis, officia potestatis utriusque discrevit, propriâ volens medicinali humilitate sursum efferri, non humanâ superbiâ rursus in infernum a demergi, ut & Christiani Imperatores pro æterna vita Pontificibus indigerent, & Pontifices pro cursu temporalium tantummodò rerum Imperialibus legibus uterentur, quatenus spiritualis actio carnalibus distaret incursibus, & ideò militans b Deo minimè se negotiis secularibus implicaret, ac vicissim non ille rebus divinis præsidere videretur, qui esset negotiis secularibus implicatus.

1 ¶ Ad verum] *Post ultima verba sapiriu antecedentis sequatur continenter in eadem Nicolai epistola*: Fuerunt hæc ante adventum Christi, ut quidam typicè Reges simul & Sacerdotes existerent. Quod sanctum Melchisedech c fuisse sancta prodit historia, quodque in membris suis Diabolus imitatus: (utpote qui semper, quæ divino cultui conveniunt, sibimet tyrannico spiritu vendicare contendit) ut pagani Imperatores iidem & maximi Pontifices dicerentur. Sed cùm ad verum ventum est, eundem Regem atque Pontificem, ultrà sibi, &c. *Nihil autem mutatum est, & ob glossam, & quoniam est initium capitis. Nonnulla verò alia huic pertinentia notata sunt, suprà distinct. 21. cap.* quoniam.

C. VII. ¶ *A seculari potestate Pontifex prorsus nec solvi, nec ligari valet.*

Idem *in eadem, paucis interjectis.*

SAtis d evidenter ostenditur, à seculari potestate nec ligari prorsus, nec solvi posse Pontificem, quem constat à pio Principe Constantino (quod longe superiùs memoravimus) Deum appellatum: nec posse Deum ab hominibus judicari manifestum est. Sed & e Theodosius minor 1, sanctæ Synodo scribens Ephesinæ primæ, dixit: [*Deputatus est igitur Candidianus, magnificentissimus Comes, strenuorum domesticorum transire usque ad sanctissimam Synodum vestram, & in nullo quidem eis, quæ facienda sunt de piis dogmatibus quæstiones, seu potius expositiones, communicare. Illicitum namque est eum, qui non sit ex ordine sanctissimorum Episcoporum, Ecclesiasticis intermiscere tractatibus* f.] *& post pauca.* ¶ His itaque manifestè repertis, apparet comministrum nostrum Ignatium per Imperialem tantummodò sententiam nullo modo potuisse prorsus expelli. In cujus damnatione, quia Præsulum quoque assensus est subsecutus, apparet id causâ fuisse patratum adulationis, non legitimæ sanctionis.

1 ¶ Theodosius minor,] *Verba hæc sunt accepta ex epistola Theodosii, ac Valentinianæ Imperatorum, Synodo Ephesinæ per Candidianum missa, quæ est in extremo primæ actionis ipsius Synodi. In versione antiquâ, quæ servatur in Bibliotheca Vaticana, & quæ Lutetiæ edita est, eadem planè hoc loco habentur verba cum his, quæ refert Nicolaus, & optimè conveniunt cum Græci.*

C. VIII. ¶ *Festa Pontificum Imperator judicare non debet.*

Idem *Ludovico Imperatori* g.

IN h scripturis narratur, Constantinus Imperator dixisse: [*Verè si propriis oculis vidissem Sacerdotem Dei, aut aliquem eorum, qui Monachico habitu circumamicti sunt, peccantem, chlamydem meam expulsarem i, & cooperirem eum, ne ab aliquo videretur.*] In k quibus, desideratissime fili, necessariò commonemini, ut quemadmodum fide & religione, ac honoris paritate ei adæquari videmini; ita quoque humilitate, atq; devotione æquiparari nihilominùs anheletis, ita ut in nullo inferior eo, seù potior inveniamini, post illius exempla, qui talem se exhibuit ante alia a prorsus exempla. Sed hoc quidem diximus, cautos vos reddere cupientes, ut si de Domini Sacerdotibus, qui jure Patres dicuntur, aliquid contigerit vos audire, quod confusionem piis mentibus ingerat, non infrunitum, sed pudoratos filios Noë * imitantes, paternam de reliquo verecundiam contegatis, ut affluenti, quemadmodum & illi, benedictione repleri, moderante Domino, mereamini.

C. IX. ¶ *Regum & Principum patres & magistros Sacerdotes esse censentur.*

Item ex epistola Gregorii VII. *ad Hermannum Metensem Episcopum, lib. 2. epist. 11.*

QUis b dubitet Sacerdotes Christi, Regum & Principum, omniumque fidelium patres, & magistros censeri? Nonne miserabilis insaniæ esse cognoscitur, si filius patrem, discipulus magistrum sibi conetur subjugare, & iniquis obligationibus illum suæ potestati subjicere, à quo credit non solùm in terra, sed etiam in cœlis se ligari posse & solvi?

C. X. ¶ *Auctoritas sacra Pontificum & Regalis potestas, hujus mundi gubernacula regunt.*

Item Gelasius Papa *Anastasio Imperatori* c.

DUo 1 sunt d quippe, Imperator Auguste, quibus principaliter hic mundus regitur: auctoritas sacra Pontificum, & Regalis potestas. In quibus tantò gravius pondus est Sacerdotum, quanto etiam pro ipsis Regibus e hominum, in divino sunt reddituri examine rationem.] *& post pauca.* [¶ Nósti itaque inter hæc, ex illorum te pendere judicio, non illos ad tuam redigi posse f voluntatem.] ¶ Talibus igitur institutis, talibusque fulti auctoritatibus plerique Pontificum, alii Reges, alii Imperatores excommunicaverunt. Nam si speciale aliquod de personis Principum requiratur exemplum, beatus Innocentius Papa Arcadium Imperatorem (quia consensit, ut sanctus Joannes Chrysostomus à sua sede pelleretur) excommunicavit 2. Et etiam Ambrosius g, licèt sanctus, non tamen universalis Ecclesiæ Episcopus, pro culpa, quæ aliis Sacerdotibus non adeò gravis videbatur, Theodosium Magnum Imperatorem excommunicans, ab Ecclesia exclusit: qui etiam in suis scriptis ostendit, quòd aurum non tam pretiosius sit plumbo, quam Regiâ potestate sit altior dignitas Sacerdotalis, hoc modo circa principium suæ Pastoralis scribens: [*Honor fratres, & sublimitas Episcopalis nullis poterit comparationibus adæquari. Si Regum fulgora comparet, & Principum diademata, longè erit inferius, quam si plumbi metallum ad auri fulgorem compares: quippe cum videas Regum colla, & Principum submitti genibus Sacerdotum, & osculatâ eorum dexterâ, orationibus eorum credant se communiri.*]

1 ¶ Duo sunt] *Caput hoc sumptum est ex eadem epistola Gregorii VII. ex qua antecedens: & ab hoc textu usque ad verbum*, voluntatem, *sunt verba ipsius Gelasii ex epistola, qua habetur impressa, citata a Gregorio VII.*

2 ¶ Excommunicavit.] *Si hic interponatur caput*, Alius item. *11. q. 6. hæc pars epistolæ integra habetur.*

C. XI. ¶ *Imperatores debent Pontificibus subesse, non præesse.*

Item Joannes Papa.

SI b Imperator Catholicus est (quod salvâ pace ipsius

a al. inferna. b 2. Timoth. 2. c Genes. 14. d Anselmus l. 1. c. 71. e Russinus in Historia l. 1. c. 2. f σκληρύνειν. g Habentur aliqua in eadem epist. ad Michaelem. h Ansel. ibid. i explicâssem, & cooperuissem eum. k Nicolaus in epist. ad Michael.

a al. talia. * Genes. 9. b Anselm. lib. 1. cap. 14. Ivo p. 1. cap. 371. Pannorm. lib. 3. cap. 101. c In eadem epist. Gregorii septimi. Capitul. lib. 5. cap. 167. Concil. Parisien. sub 2. cap. 3. d Polycarp. l. 1. tit. 27. Ansel. lib. 1. c. 73. Pann. l. 3. c. 103. e regiminibus. f al. velle. g Ambrosius de dignit. Sacerdot. cap. 2 h Polyc. l. 1. tit. 19. Ansel. l. 4. cap. 122. ex hoc usque l.

dixerimus) filius est, non Præsul Ecclesiæ: quod ad religionem competit, discere ei convenit, non docere: habet privilegia suæ potestatis, quæ administrandis legibus publicis divinitùs consecutus est, ut ejus beneficiis non ingratus contra dispositionem cœlestis ordinis nil usurpet. Ad Sacerdotes enim Deus voluit, quæ Ecclesiæ disponenda sunt, pertinere, non ad seculi potestates: quas, si fideles sunt, Ecclesiæ suæ Sacerdotibus voluit esse subjectas. Non sibi vendicet alienum jus, & ministerium, quod alteri deputatum est: ne contra eum tendat abrumpi, à quo omnia constituta sunt; & contra illius beneficia pugnare videatur, à quo propriam consecutus est potestatem. Non à legibus publicis, non à potestatibus seculi, sed à Pontificibus & Sacerdotibus omnipotens Deus Christianæ religionis Clericos & Sacerdotes voluit ordinari, & discuti, recipique de errore remeantes. Imperatores Christiani subdere debent executiones suas Ecclesiasticis Præsulibus, non præferre.

C. XII. ¶ *De eodem.*

Item Gelasius *ad Episcopos Orientales.*

NUnquam *a* de Pontificibus, nisi Ecclesiam judicâsse: non esse humanarum legum de talibus ferre sententiam, absq; Ecclesiæ principaliter constitutis Pontificibus: obsequi solere Principes Christianos decretis Ecclesiæ, non suam præponere potestatem: Episcopis caput subdere Principem solitum, non de eorum capitibus judicare.

C. XIII. [¶ *De eodem.*] PALEA.

I. COnstantinus *b* Imperator coronam, & omnem Regiam dignitatem in urbe Romana, & in Italia, & in partibus Occidentalibus Apostolico concessit. Nam in gestis B. Sylvestri (quæ beatus Papa Gelasius in Concilio LXX. Episcoporum à Catholicis legi commemorat, & pro antiquo usu multas hoc imitari dicit Ecclesias) ita legitur.

¶ *Apud Anselmum lib. 4. pro rubrica capitis 32. hæc habentur:* Quòd Constantinus Imperator Papæ concessit coronam, & omnem Regiam dignitatem in urbe Romana, & Italia, & in partibus Occidentalibus. *In principio verò ejusdem capitis 32. hæc leguntur*, In gestis beati Sylvestri, &c. *usque ad finem hujus & seq. Palea, quemadmodum etiam in collatione Deusdedit.*

C. XIV. ¶ *De eodem.* PALEA.

II. COnstantinus I Imperator *c* quartâ die sui Baptismi privilegium Romanæ Ecclesiæ Pontifici contulit, ut in toto orbe Romano Sacerdotes ita hunc caput habeant, sicut judices Regem. In eo privilegio ita inter cætera legitur: [Utile à judicavimus unà cum omnibus Satrapis nostris, & universo Senatu, optimatibusq; meis, etiam & cuncto populo Romanæ gloriæ Imperio subjacenti, ut sicut beatus Petrus in terris Vicarius Filii Dei esse videtur constitutus; ita & Pontifices, qui ipsius Principis Apostolorum gerunt vices, principatûs potestatem, ampliùs, quàm terrena Imperialis nostræ serenitatis mansuetudo habere videtur, concessam à nobis, nostroque Imperio obtineant, eligentes nobis ipsum Principem Apostolorum, vel *d* ejus Vicarios, firmos apud Deum esse patronos. Et sicut nostram terrenam Imperialem potentiam; sic ejus sacrosanctam Romanam Ecclesiam decrevimus veneranter honorari, & ampliùs quàm nostrum Imperium, & terrenum thronum, sedem sacratissimam beati Petri gloriosè exaltari: tribuentes ei potestatem, & gloriæ dignitatem atq; vigorem, & honorificentiam Imperialem. Atq; decernentes sancimus, ut principatum teneat tam super quatuor præcipuas sedes, Alexandrinam, Antiochenam *a*, Hierosolymitanam, Constantinopolitanam, quàm etiam super omnes in universo orbe terrarum Ecclesias Dei: & Pontifex, qui pro tempore ipsius sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ exiterit, celsior, & Princeps cunctis Sacerdotibus totius mundi existat, & ejus judicio, quæ ad cultum Dei, vel fidei Christianorum stabilitatem procuranda fuerint, disponantur. *& infrà.* ¶ Ecclesiis beatorum Apostolorum Petri & Pauli pro continuatione *b* luminariorum, possessionum prædia contulimus, & rebus diversis eas ditavimus, & per nostram Imperialem jussionem sacram tam in Oriente, quàm in Occidente, vel etiam Septentrionali, & Meridiana plaga, videlicet in Judæa, Græcia, Asia, Thracia, Africa & Italia, vel diversis Insulis, nostrâ largitate ei *c* concessimus, eâ prorsus ratione, ut per manus beatissimi patris nostri Sylvestri summi Pontificis, successorumq; ejus omnia disponantur. *& infrà.* ¶ Beato *d* Sylvestro Patri nostro, summo Pontifici, & universalis urbis Romæ Papæ, & omnibus ejus successoribus Pontificibus, qui usque in finem mundi in sede beati Petri erunt sessuri, de præsenti contradimus palatium Imperii nostri Lateranense, deinde diadema, videlicet coronam capitis nostri, simulque phrygium *e*, nec non & superhumerale, videlicet lorum, quod Imperiale circumdare assolet collum; verùm etiam & chlamydem purpuream, atque tunicam coccineam, & omnia Imperialia indumenta, sed & dignitatem Imperialem præsidentium Equitum 3, conferentes etiam & Imperialia sceptra, simulque cuncta signa, atq; banda *f*, & diversi ornamenta Imperialia, & omnem processionem Imperialis culminis, & gloriam potestatis nostræ. Viris autem reverendissimis Clericis in diversis ordinibus eidem sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ servientibus, illud culmen, singularitate, potentiâ & præcellentiâ habere sancimus, cujus amplissimus noster Senatus, videtur gloriâ adornari, id est, Patritios 4 atque Consules effici, necnon & cæteris dignitatibus Imperialibus eos promulgamus decorari. Et sicut Imperialis militia ornatur, ita & Clerum sanctæ Romanæ Ecclesiæ ornari decernimus. Et quemadmodum Imperialis potentia officiis diversis, Cubiculariorum nempe, & Ostiariorum, atque omnium Excubitorum ornatur, ita & sanctam Romanam Ecclesiam decorari volumus. Et ut amplissimè Pontificale decus præfulgeat, decernimus & hoc, Clericorum ejusdem sanctæ Romanæ Ecclesiæ manipulis & linteaminibus, id est, candidissimo colore decorari equos, ita & equitare. Et sicut noster Senatus calceamentis utitur, cum udonibus *g*, id est, candido linteamine illustratis; sic utantur & Clerici, ut sicut cœlestia, ita & terrena ad laudem Dei decorentur. Præ omnibus autem licentiam tribuimus ipsi sanctissimo Patri nostro Sylvestro, & successoribus ejus ex nostro indicto, ut quem placatus *g* proprio consilio clericare voluerit, & in religiosorum numero Clericorum connumerare, nullus ex omnibus præsumat superbè agere. Decrevimus itaque & hoc, ut ipse, & successores ejus diademate, videlicet coronâ, quam ex capite nostro illi concessimus, ex auro purissimo, & gemmis pretiosis uti debeant, & in capite ad laudem Dei pro honore B. Petri gestare. Ipse verò beatissimus Papa, quia super coronam Clericatûs, quam gerit ad gloriam B. Petri, omninò ipsâ ex auro non est passus uti coronâ, nos Phrygium candido *g* nitore splendidum, Resurrectionem Dominicam designans, ejus sacratissimo vertici manibus nostris imposuimus, & tenentes frænum equi ipsius pro reverentia B. Petri, stratoris officium illi exhibuimus,

a *In originali hæc pendent ex superioribus. Polyc. ibid. Ansel. lib. 6. cap. 137.* b *Ans. l. 4. cap. 31. Deusdedit lib. 4. c. 1.* c *In edicto Constantini, quod est post Concil. Nicenæ sacrosanctum. Ans. l. 4. c. 32. Deusdedit ibidem.* d *al. & ejus successores.*

a *Antioch. Alex.*] *orig. impressum.* b *al. concinnationi.* c *al. sibi libertatem concessimus.* d *Ivo part. 3. c. 49. Pann. l. 4. cap. 1.* e *al. phrygium, id est, mitram.* f *Suidas in hoc verbo βάνδα.* g *al. candidi nitoris splendidam.*

statuentes

statuentes eodem Phrygio omnes ejus successores singulariter uti in processionibus, ad imitationem Imperii nostri. Unde ut Pontificalis apex non vilescat, sed magis quàm terreni Imperii dignitas, gloriâ a & potentiâ decoretur, ecce tam palatium nostrum, ut prædictum est, quàm Romanam urbem, & omnes Italiæ, seu Occidentalium regionum provincias, loca & civitates, præfato beatissimo Pontifici nostro Sylvestro, universali Papæ contradicimus, atq; relinquimus: & ab eo, & à successoribus ejus per hanc divalem nostram, & pragmaticum constitutum decernimus disponenda, atque jure sanctæ Romanæ Ecclesiæ concedimus permansura. Unde congruum perspeximus nostrum Imperium, & regni potestatem in Orientalibus transferri regionibus, & in Byzantinæ provinciæ optimo loco, nomini nostro civitatem ædificari, & nostrum illic constitui Imperium, quoniam ubi principatus Sacerdotũ, & Christianæ religionis caput ab Imperatore cœlesti constitutum est, justum non est, ut illic Imperator terrenus habeat potestatem. Hæc verò omnia 7. quæ per hanc nostram Imperialem sacram, & per alia divalia decreta statuimus, atque confirmavimus, usque in finem mundi illibata & inconcussa permanere decernimus. Unde coram Deo vivo, qui nos regnare præcepit, & coram terribili ejus judicio obtestamur, per hoc nostrum Imperiale constitutum, omnes nostros successores Imperatores, vel cunctos Optimates, Sattrapas etiam, amplissimum Senatum, & universum populum in toto orbe terrarum nunc & in posterum, cunctis retrò temporibus Imperio nostro subjacentem, nulli eorum quoquo modo licere hæc aut infringere, aut in quoquam convellere. Si quis autem, quod non credimus, in hoc temerator, aut contemptor extiterit, æternis condemnationibus subjaceat innodatus, & sanctos Dei, Principes Apostolorum, Petrum & Paulum, sibi in præsenti & in futura vita sentiat contrarios; atque in inferno inferioti concrematus, cum Diabolo & omnibus deficiat impiis. Hujus verò Imperialis decreti nostri paginam propriis manibus roborantes, super venerandum corpus B. Petri, Principis Apostolorum posuimus. Datum Romæ 3. Calend. Aprilis, Domino nostro Flavio Constantino Augusto quater, & Gallicano V. C. Coss.

¶ *Hæc Palea in multis habetur exemplaribus, in quibus alia Palea esse non silent.*

1 ¶ Constantinus] *Verba hæc usq; ad vers.* In eo privilegio, *non solum habentur apud Anselmum & Deusdedit, sed etiam in gestu beati Sylvestri in hu, quæ à Constantino per octo dies post baptismum acta referuntur.*

2 ¶ Utile] *Hinc usque ad finem sumpta sunt ex gestis, seu actis sancti Sylvestri, in quibus multa præcedunt, ac multa deinceps plenius narrantur. Sed hic ea tantùm videntur relata, quæ in collectaneis Anselmi & Deusdedit habentur. Titulus proprius hujus partis in gestis ipsis est hujusmodi:* Privilegium sanctæ Romanæ Ecclesiæ, quod constituit C. Constantinus Augustus sancto Sylvestro Episcopo urbis Romæ, & omnibus successoribus ejus usque in perpetuum, & obtulit super corpus B. Petri Apostoli. *De quo item privilegio Leo IX. in epistola prima, seu libello adversus inaudatas præsumptiones Michaelis Constantinopolitani, & Leonis Acridani Episcoporum, cap. 13. sic loquitur:* Pauca ex privilegio ejusdem Constantini, manu cum cruce aurea, super cœlestis clavigeri venerabile corpus posito ad medium proferemus. *De iisdem gestis sive actis Gelasius in Concilio LXX. Episcoporum (& refertur sup. dist. 15. in cap.* sancta Romana) *sic loquitur, ut ea videatur approbare. Et in martyrologio Romano, & Usuardo in festo S. Sylvestri legitur:* cujus actus clari habentur. *Invenimus verò etiam hodie per vetustas literas descripta in Bibliotheca Vaticana, & Abbatia Nonantulæ: quorum Interpres in prooemio hæc ait:* Historiographus noster Eusebius Cæsareæ Palestinæ urbis Episcopus, cùm historiam Ecclesiasticam scriberet, prætermisit ea, quæ in aliis opusculis sunt, vel quæ se meminit retulisse. Nam viginti libros omnium pene provinciarum, passiones Martyrum, Episcoporum & Confessorum, & sacrarum Virginum, ac Mulierum continere fecit. Deinde secutus & ab Apostolo Petro omnium Episcoporum nomina & gesta conscripsit, & earum urbium, quæ arcem Pontificatûs per Apostolicas sedes tenere noscuntur, ut urbs Roma, Antiochia, Hierosolyma, Ephesus & Alexandria. Harum urbium Episcoporum omnium prateritorum nomina usque ad tempus suum, & gesta Graco sermone conscripsit. Ex quo numero unum Episcoporum urbis Romæ sanctum Sylvestrum me de Graco in Latinum transferre præcepisti, Domine sancte, ac beate Pater. *Quibus verbis, quicunq; sit auctor istius prooemii, eadem gesta ab Eusebio Græce scripta fuisse clarè profitetur. Quæ etiam in vetustissimis Pontificalibus & codicibus, in quibus Sanctorum vitæ sunt descriptæ, in vita beati Sylvestri referuntur. Partem horum alterum (quod ad baptismum Constantini, & imagines sanctorum Petri & Pauli stellat) refert Hadrianus Papa in epistola Constantino Imperatori, & matri Irenæ scripta, quam secunda altione septima universalis Synodi habetur. Ipsum autem privilegium ferè integrum refert Leo IX. loco superius indicato, & Theodorus Balsamon in Photii nomocanonem, titul. 9. cap. 1. quanquam alia in rebus (quod Græci plerunque solent) Romanæ Ecclesiæ non satis æquus. Hanc eandem donationem ante Gratianum recitârant Anselmus, Deusdedit, Ivo locis notatis. Quæ ea pertinent, quæ Petrus Damianus in disceptatione Synodali inter Regnum Advocatum, & Romanæ Ecclesiæ defensorem scripsit:* Lege, inquit, Constantini Imperatoris edictum, ubi sedis Apostolicæ constituit super omnes in orbe terrarum Ecclesias principatum. Nam postquam supra corpus B. Petri Basilicam fundator erexit, postquam Patriarchium Lateranense in beati Salvatoris honore construxit, mox per Imperialis rescripti seriem Romanæ Ecclesiæ constituit dignitatem, ubi nimirum beato Sylvestro, suisque successoribus obtulit, ut regali more, & aureâ coronâ plecterentur in capite, & cæteras regii cultûs insulas usurparent. Verùm beatus Sylvester ornamenta, quæ Sacerdotali congruere judicabat officio, in proprios usus assumpsit; coronam verò, vel cætera, quæ magis ambitiosa, quàm mystica videbantur, omisit. Cui etiam Constantinus Lateranense palatium, quod eatenus aula regalis extiterat, perpetuo jure concessit, regnum Italiæ judicandum tradidit. Nam & ipsius Regis hæc verba sunt: Unde congruum, inquit, prospeximus nostrum Imperium, & regni potestatem Orientalibus transferri ac mutari regionibus, & in Byzantina provincia in optimo loco nomini nostro civitatem ædificari, & nostrum illic constitui Imperium: quoniam, ubi principatus Sacerdotum, & Christianæ religionis caput ab Imperatore cœlesti constitutum est, justum non est, ut illic Imperator terrenus habeat potestatem. *De hac eadem re scribit Ado Viennensis in commentario ætatis sextæ, & Gotfredus Viterbiensis in Chronicis, part. 3. cap. 2.*

3 ¶ Præsidentium Equitum,] *Græcè est apud Balsamon.* ἐξιώματα τῶν βασιλικῶν ἀλόγων; *id est,* & dignitates Imperialium equorum.

4 ¶ Id est, Patritios] *Locus hic Græcè sic habet:* ἔχειν ἐκείνῳ τῷ ὑψηλότητα, καὶ μεγαλοπρέπειαν, ὡς κατέχοντα ἡ μεγάλη σύγκλητος ἡμῶν, ἤτοι οἱ πατρίκιοι, καὶ ὑπάτους, ἤτοι ἐξάπατους, καὶ λοιπὰ ἀξιώματα: *id est,* & illam habere celsitatem, atque amplitudinem, quâ ornatus est magnus noster Senatus, sive Patritii & Consules, sive Hypati & reliquæ dignitates.

5 ¶ Cum udonibus,] *Græcè totus hic locus habet paulò alter:* καὶ ὡς ἡ ἡμετέρα σύγκλητος φέρει ὑποδήματα,

a *al.* & gloria potentia.

ἢτοι σανδάλια λευκὰ ἢ ὑποδήματα, ἵνα τοῦτο καὶ τὰ ἐπουράνια, ὡς καὶ τὰ γήϊνα φῶς αἰνέσεως τῷ Θεῷ. *Id est:* Et quemadmodum Senatus noster fert calceos, seu sandalia cum lineis albis, ita etiam cœlestia, sicut terrestria ad Dei laudem.

6 ¶ Quem placatus] Ἵνα ἐὰν τις τῆς συγκλήτου βουλῆς θελήσει ἰδίᾳ θελήματι, καὶ κληρικὸς γενέσθαι κληρικὸς, καὶ ἐν τῷ ἀριθμῷ τῶν ἁγίων κληρικῶν συναριθμεῖσθαι, μή τις τολμῶν λάθῃ πάντων ἐμποδίζειν τοῦτο: *Id est:* Ut si quis ex Senatu sponte suâ, quodq; ita ipsi libeat, voluerit fieri Clericus, & in sanctorum Clericorum numerum adscribi, ne quis ex omnibus hoc audeat impedire.

7 ¶ Hæc verò omnia.] *Hic quoq; est magna verborum varietas, sed eadem ferè sententia.*

C. XV. ¶ *Imperialis auctoritas religiosa dispensationis mensuram non mutat.*

Item Gelasius *ad Episcopos Dardaniæ.*

Sicut quamvis parva civitas prærogativam præsentis regni non minuit, sic Imperialis præsentia mensuram dispensationis religiosæ non mutat. & ſ. ¶ Semper 1 est effectum in Sacerdotali Concilio de Sacerdotibus judicia provenire. Nam qualescunq; Pontifices sint, etsi errore humanitùs accidente, non tamen contra religionem nullatenùs excedentes, nullatenùs videantur à seculari potestate posse percelli.

1 ¶ Semper] *Mutatus est à collectore statutis ductus, ne, qua antecedunt, recitanda essent.*

C. XVI. ¶ *Ecclesias restaurare contritas, non Pontificis persequi, boni Principis est.*

Item Marcellus Papa *Maxentio* 1.

Boni a Principis est, ac religiosi b, Ecclesias contritas atq; conscissas restaurare, novas ædificare, & Dei Sacerdotes honorate atq; tueri. Unde sanctos Apostolos, eorumq; successores sub divina contestatione constituisse legimus, non debere fieri persecutiones, nec inferri fluctuationes, nec invidere laborantibus in agro Dominico, neque expellere æterni Regis dispensatores.

1 ¶ Maxentio] *In impressis addebatur*, Episcopo: *quæ vox abest ab omnibus manuscriptis.*

DISTINCTIO XCVII.

1 ps Hoc capitulo patenter ostenditur, quòd nec Imperatori, nec cuilibet Laico leges decernere, vel de electione Pontificis c, vel de rebus Ecclesiasticis. Quæcunq; autem ab eis constituta fuerunt, pro infectis habenda sunt, nisi subscriptione Romani Pontificis fuerint roborata. Unde illud Honorii Augusti ut suprà d dictum est, vanum esse videtur, quòd contra auctoritatem sacrorum canonum de electione summi Pontificis decernere tentaverit. Sed sicut ex eodem capitulo habetur, Ecclesia precibus Imperator in præsumptores valet decernere: sicut pro defensione fidei quondam decrevisse leguntur, ne hæretici aliquid nomine Ecclesiæ possiderent. Ab ea autem non invitatis de rebus Ecclesiasticis aliquid disponere non habent facultatem. Honorius verò Augustus non suâ auctoritate, sed B. Bonifacio supplicante, Ecclesiastica quæsta consuluit, & concertantium ambitionem punire curavit.

C. I. ¶ *Epistola Bonifacii ad Honorium Augustum.*

Unde idem Bonifacius Episcopus *supplicationis epistolam Honorio Augusto destinavit, dicens.*

Ecclesiæ e meæ, cui Deus noster meum Sacerdotium, vobis res humanas regentibus deputavit, nos cura constringit, ne causis ejus, quamvis adhuc corporis incommoditate detinear, propter conventus, qui à Sacerdotibus universis & Clericis, & Christianæ plebis perturbationibus agitantur, apud aures Christianissimi Principis desim. Si enim secus, quàm oporteat, eveniat, non vos id facere, qui cuncta æquâ moderatione componitis, sed nos per nostram tacentem a desidiam videbimur, quod civitatis quietem, & Ecclesiæ pacem pervertere valeat, admisisse. Cùm enim humanis rebus divinæ cultor religionis (Domino favente) provideas b, nostra culpa erit, si non id sub vestra gloria (quam certum est divinis semper rebus animo promptiore faviſſe) firmo & stabili jure custodiatur, quod per tot annorum seriem, & sub illis etiam Principibus obtinuit, quos nulla nostræ religionis cura constrinxit, id est, ut licita 1 serventur, & sub vestræ Imperio clementiæ minimè, quæ sunt illicita, formidentur. ¶ Ipsa enim Ecclesia devotionem tuam, Christianissime Imperator, meo c quidem sermone, sed suo venerabili appellat affectu d, quam Christus Deus noster, vestri fidus rector & gubernator Imperii, uni desponsatam sibi, & intactam virginem servat, ne in eam aliquos patiamini insidiantium procellarum fluctus illidi, & quietam faciem tempestatis insolitæ tumore turbari, gloriosissime & tranquillissime Imperator Auguste e. Ipsa ergo (quæ uni desponsata, nostra f tamen mater est) Ecclesia, hâc pietatem vestram legatione, quam suis Sacerdotibus commisit, appellat, præterita, præsentiaque repetit. Vobis, inquit, religiose imperantibus 2 crevit meus, qui modò tuus est, populus, tam fidus Deo, quàm tibi, qui es Princeps Christianus. Ecce enim inter ipsa mysteria, inter preces suas, quas pro vestri felicitate dependit Imperii, teste (apud quem, & de cujus sede agitur) sancto Petro, solicita pro religionis observantia vocibus clamat, cum solicita petitione miscetur oratio, ne humanas 3 res solito Tentatore occultè solicitante semel evulsâ discordia dilitrahat. Angeretur pluribus, Princeps Christianissime, mater Ecclesia, nisi apud te suarum esset cura g causarum, & nisi in oppressionibus idolorum, in hæreticorum correctionibus, fide tuâ, divino cultu pariter cum Imperio semper florente, viciſſet. ¶ Habet refugium, pium tuæ mansuetudinis animum, cum suæ religionis venerationè conjunctum: cum quicquid huic proficiat, vos agatis, & conferatis fratribus, & Consacerdotibus meis, probatissimis viris, à me, & ab omnibus (qui Ecclesiam faciunt h) Legatis: quibus (precamur) lacrymæ causam religionis prosequentibus, in urbe vestræ mansuetudinis hoc animo, quo postulatis annuitis, in perpetuum statui universalis Ecclesiæ consulatis.

1 ¶ Id est, ut licita] *In epistola ipsa legitur*, id est, ut fideæ utar licitis.

2 ¶ Imperantibus] *Additis aliquot ex epistola vocibus, emendatus est hic locus*, crevit meus, qui modò tuus est, populus.

3 ¶ Ne humanas] *In plerisque vetustis legitur*: ne hos in varias res solito, &c. *In originali verò*, ne [abas vos] in varias res semel evulsâ distrahat à cultu solito, Tentatore solicitante, discordia.

C. II. ¶ *Rescriptum* Honorii *ad Bonifacium Papam.*

Victor Honorius, inclytus triumphator, semper Augustus, sancto & venerabili Bonifacio Papa urbis æternæ. Scripta beatitudinis tuæ debitâ reverentiæ gratulatione suscepimus: quibus recensitis egimus omnipotenti Deo maximas gratias, quòd sanctimoniam tuam post longum incommodum optatæ redditam didicimus sanitati. Et ideò revertentibus venerabilibus viris gaudium nostrum, sacrorum apicum attestatione signamus, ac petimus, uti quotidianis orationibus Apo-

a *Aufel. lib. 6. cap. 192.* b *al. Regis.* c *al. Pontificum.* d *Dist. 79. cfi duo.* e *Epist. 1. ad Honorium.*

a *al. tacentes.* b *al. præsideas.* c *al. non meo.* d *al. affatu.* e *al. semper Auguste.* f *al. vestra.* g *al. fœtura] orig.* h *faciunt ipsi mecum.] orig.*

Solatiâ

stolatûs tuum studium, ac votum suum circa salutem, atque Imperium nostrum dignetur impendere. Illud autem piecati nostræ satis placitum esse cognoscere, quòd sanctimonia tua de Ecclesiarum, aut populi perturbatione solicita est. Quæ, ne aliquâ ratione possit evenire, satis clementiæ nostræ credidit esse provisum. Denique beatitudine tuâ prædicante, id ad cunctorum Clericorum notitiam volumus pervenire, ut si quid forte religioni tuæ (quod non optamus) humanâ forte contigerit, sciant omnes ab ambitionibus esse cessandum. Acti a duo, *ut supra. Et infra.* ¶ Unde id observandum est, ut omnes tranquillam mentem, & pacificos animos ex serenitatis nostræ admonitione custodiant, nec aliquid seditiosis conspirationibus tentare conentur: cum certum sit, nulli partium sua studia profutura.

2 pars. *Sine signatis apicibus non est mos Romanæ Ecclesiæ undecunq; legationem suscipere* t.

1 ¶ Suscipere.] *In vulgatis sequebatur*, neque mittere: *quæ absunt a vetustis, neque conveniunt cum his, quæ sequentis capite asseruntur.*

C. III. ¶ *Romana non consuevit Ecclesia sine signatis apicibus legationem undecunq; suscipere.*

Unde Nicolaus Papa.

NObilissimus vir atque strenuus vestræ sublimitatis Legatus, licèt nullam epistolam juxta consuetudinem à vobis nostro Pontificio detulisset, licèt nunquam Apostolicæ sedis modus *b* fuerit, absque signatis apicibus undecunque legationem suscipere: Nos tamen vos in illo honorantes, ejusque gravitatem, & eloquiorum illius veridicas cognoscentes assertiones, nihilominùs eum, & sicut decuit, suscepimus, & ei, sicut honestum fuit, credidimus.

DISTINCTIO XCVIII.

Qui circa ordinandos sint observanda, qua in eorum electione diligenter sint consideranda, multorum auctoritatibus monstrata sunt. Sed quia veritas rei nonnunquam obscuratur mutatione provinciæ, decretum est sacris canonibus, ut peregrini, nisi quinque, vel eo amplius suorum Episcoporum fuerint commendati chirographis, non ordinentur.

C. I. ¶ *Nisi quinq; Episcoporum literis designatum transmarinum hominem ad Clericatum nullus suscipiat.*

Unde Sylvester Papa *generali Concilio* c *præsidens dixit.*

NUllus *d* aliquâ ratione transmarinum hominem penes vos *e* in Clericatûs gradu suscipiat, nisi quinque [aut *f* eo amplius] Episcoporum designatus sit chirographis.

C. II. ¶ *De eodem.*

Item Anastasius I. *urbis Romæ Episcopus ad omnes Germaniæ ac Burgundiæ Episcopos, epist. 1. cap. 2.*

TRansmarinos *g* homines in Clericatûs honorem *h* nemo suscipiat, nisi quinque, aut eo amplius Episcoporum chirographis sint designati: quia multa per subreptionem solent evenire.

C. III. ¶ *De eodem.*

Item Gregorius *Romanæ Ecclesiæ Præful Equilatino Episcopo, lib. 2. indict. 10. epist. 25.*

AFros *i* passim, vel incognitos peregrinos, ad Ecclesiasticos ordines tendentes, nullâ ratione suscipias: quia Afri quidem aliqui Manichæi, aliqui rebaptizati, peregrini verò plurimi etiam in minorib. ordinib. constituti, fortiores 1 de se prætendisse honores sæpè probati sunt.

1 ¶ Fortiores] *Sic legitur in vetustis Gratiani & B. Gregorii codicibus: verum in Frobeniana, ac Lugdunensi ejusdem B. Gregorii operum editione,* ad fortiores prætendisse honores.

C. VI. ¶ *Non sunt promovendi ad Clerum, qui peregrè fuerint baptizati.*

Item ex Concilio Eliberitano, *cap. 24.*

OMnes *, qui peregrè a fuerint baptizati, eò quòd eorum minimè sit cognita vita, placuit ad Clerum non esse promovendos in alienis provinciis.

DISTINCTIO XCIX.

De Primatibus autem (quorum suprà mentionem fecimus) quæritur, quem gradum in Ecclesia obtineant? an in aliquo à Patriarchis differant? quam obedientiam Archiepiscopi eis debeant? Primates & Patriarchæ diversorum sunt nominum, sed ejusdem officii. Ab Archiepiscopis autem, quoties necesse fuerit, Episcopi ad Primates appellant: sed à Primatibus ad Archiepiscopos appellare non licet. Debent ergò obedientiam Primatibus Archiepiscopi in omnibus, quæ sibi ab eis justè fuerint imperata.

C. I. ¶ *Quæ obedientia sit exhibenda Primatibus & Patriarchis.*

Unde Anacletus Papa *ait ad Episcopos Italiæ, epist. 2.*

PRovinciæ *b* multò ante Christi adventum tempore divisæ sunt maximè ex parte, & postea ab Apostolis, & S. Clemente prædecessore nostro ipsa divisio est renovata. Et in capite provinciarum (ubi dudum Primates legis *c* seculi erant, ac prima judiciaria potestas, ad quos, qui per reliquas civitates commorabantur, quando eis necesse erat, qui adaulam Imperatoris, vel Regum confugere non poterant, vel quibus permissum non erat, confugiebant pro oppressionibus, vel injustitiis suis, ipsosque appellabant, quoties opus erat, sicut in lege eorum præceptum erat) ipsis quoque in civitatibus, vel locis nostros *d* Patriarchas vel Primates, qui unam formam tenent, licèt diversa sint nomina, leges divinæ & Ecclesiasticæ poni, & esse jusserunt, ad quos Episcopi, si necesse fuerit, confugerent, eosque appellarent; & ipsi Primatum nomine fruerentur, & nonalii. Reliquæ verò Metropolitanæ civitates, quæ minores judices habebant (licèt majores *e* comitibus essent) haberent Metropolitanos suos, qui prædictis justè obedirent Primatibus, sicut & in legibus seculi olim ordinatum erat: qui non Primatum, sed aut Metropolitanorum, aut Archiepiscoporum nomine fruerentur.

¶ *Hoc caput integrum repetitur à Gregorio VII. lib. 6. reg. epist. 35. Rothomagensi, Turonensi, ac Senonensi Archiepiscopis scripta, ex quo, & originali nonnulla sunt restituta.*

C. II. ¶ *Non vocentur Primates, nisi qui primas fides tenent.*

Item Anicetus *ad Episcopos Galliæ.*

2 NUlli *f* Archiepiscopi Primates vocentur, nisi illi, qui primas tenent civitates *g*, quarum Episcopos Apostoli, & successores Apostolorum regulariter Patriarchas & Primates esse constituerunt: nisi aliqua gens deinceps ad fidem convertatur, cui necesse sit propter multitudinem eorum *h*, Primatem constitui. Reliqui verò, qui alias Metropolitanas sedes adepti sunt, non Primates, sed Metropolitani nominentur.

---

a *Distinct. 70. si duo.* b *al. mos.* c *in fin. apologi Concilii Romani sub Sylvestro, sed paulo aliter.* d *Polyc. l. 2. tit. 31. Anselm. lib. 7. cap. 23.* e *al. nos.* f *absunt ab originali & aliquot Gratiani codicibus.* g *Polyc. ibid. Anselm. l. 7. c. 24.* h *al. homine nolite suscipere,*] *vers.* i *Polyc. ibid. Anselm. l. 7. cap. 25. Ivo part. 6. cap. 311.*

* *Ivo p. 6. c. 312.* a *al. in peregrinatione.* b *Ivo p. 3. c. 33. Panorm. l. 4. cap. 24.* c *al. leges.* d *al. nostris.* e *al. majorum comitum.* f *Polyc. lib. 1. tit. 21. Ivo part. 5. c. 54. Pann. lib. 4. c. 23.* g *al. sedes.* h *al. Episcoporum.*

C. III. ¶ *Prima sedis Episcopus non appelletur Princeps Sacerdotum, vel Summus Sacerdos.*

Item ex Concilio Africano, *cap. 6.* a

PRimæ *b* sedis Episcopus non appelletur Princeps Sacerdotum, vel Summus Sacerdos, aut aliquid hujusmodi, sed tantùm primæ sedis Episcopus.

3 pars. *Universalis autem nec etiam Romanus Pontifex appelletur.*

C. IV. ¶ *Nec etiam Romanus Pontifex Universalis est appellandus.*

Unde Pelagius II. *epist. omnibus Episcopis illicitè à Ioanne Constantinopolitano convocatis, &c.*

NUllus *c* Patriarcharum universalitatis *d* vocabulo unquam utatur: quia si unus *e* Patriarcha Universalis dicitur, Patriarcharum nomen cæteris derogatur. Sed absit hoc, absit à fidelis cujusquam mente, hoc sibi vel velle quempiam arripere, unde honorem fratrum suorum imminuere ex quantulacunq; parte videatur. Quapropter charitas vestra neminem unquam suis in epistolis Universalem nominet, ne sibi debitum subtrahat, cùm alteri honorem defert indebitum.

C. V. ¶ *De eodem.*

Item Gregorius *Eulogio Patriarchæ Alexandrino, lib. 7. epist. 30. indict. 1.*

ECce *f* in præfatione epistolæ, quam ad meipsum, qui prohibui, direxistis, superbæ appellationis verbum, Universalem me Papam dicentes, imprimere curâstis. Quod peto, dulcissima mihi sanctitas vestra ultrà non faciat: quia vobis subtrahitur, quod alteri plùs, quàm ratio exigit, præbetur. Ego enim non verbis quæro prosperari, sed moribus: nec honorem esse deputo, in quo fratres meos honorem suum perdere cognosco. Meus namque honor est, honor universalis Ecclesiæ: meus honor est, fratrum meorum solidus vigor. Tunc ego verè honoratus sum, cùm singulis quibusque honor debitus non negatur. Si enim Universalem me Papam vestra sanctitas dicit, négat se hoc esse, quod me fatetur universum. Sed absit hoc. Recedant verba, quæ vanitatem inflant, & charitatem vulnerant.

¶ *Apud B. Gregorium hæc sequuntur:* Et quidem in sancta Chalcedonensi Synodo, atq; pòst à subsequentibus Patribus hoc prædecessoribus meis oblatum, vestra sanctitas novit. Sed tamen nullus eorum uti hoc unquam vocabulo voluit, ut dum in hoc mundo honorem Sacerdotum diligerent omnium, apud omnipotentem Deum custodirent suum. *Quam rem etiam plenius exponit lib. 4. epist. 32. Refert autem B. Thomas in opusculo contra errores Græcorum, totam illam Synodum sancto Leoni sic acclamâsse:* Leo sanctissimus Apostolicus & Oecumenicus, id est, universalis Patriarcha per multos annos vivat. *Et Leo IX. Michaeli Constantinopolitano Archiepiscopo de hac eadem appellatione scribens, ait:* Licèt magno Leoni prædecessori nostro, & successoribus ipsius, hoc sanctia decrevit Chalcedonensis Synodus. *Sed in multis quoque libellis, qui actione tertiâ ejusdem Synodi habentur, hæc est inscriptio:* Sanctissimo ac beatissimo universali Patriarchæ magnæ Romæ Leoni. *Et in codicibus multarum epistolarum ad Romanos Pontifices, quæ manuscripta in Vaticana Bibliotheca servantur (quarum multa exempla sunt penes privatos) ad Hormisdam Papam plusquam trecenti Archimandritæ ac Monachi secundæ Syriæ sic scribunt:* Sanctissimo ac beatissimo orbis terræ Patriarchæ Hormisdæ, continenti sedem Principis Apostolorum Petri, deprecatio & supplicatio nihilominus Archimandritarum, & cæterorum Monachorum secundæ Syriæ. *Et in media sere epistola.* Quoniam Christus Deus noster Principem pastorum, & doctorem & medicum animarum constituit vos nostrum sanctum Angelum, dignum est passiones, quæ nobis contigerunt, exponere, &c. *Avitus quoque Gallia Episcopus ad eundem Hormisdam sic scribit:* Dum religionis statui, & plenis Catholicæ fidei regulis perfruitis convenire, ut gregem per tota vobis universalis Ecclesiæ membra commissum, pervigil cura me adhortationis informat. *Et Ioannes Episcopus Nicopolitanus ad eundem:* Decenter ad vestras orationes concurro, ut juxta consuetudinem Apostolicæ sedis vestræ, cunctarum Ecclesiarum earum, & Nicopolitanorum habere dignemini, secundùm antiquam specialem dispositionem vestram. *Et in breviario Liberati, cap. 22. Episcopus Patera hæc Imperatori de Synodo Papa ait:* multos esse in hoc mundo Reges, & non esse unum, sicut ille Papa est super Ecclesiam mundi totius. *Et Regino Germanus lib. 11. Chronicorum, de Nicolao primo loquens, sæpe illum vocat universalem Pontificem. Sed istum dictionis,* universale, *duæ sunt notiones, quod Innocentius III. l. 2. ep. 18. (quæ incipit,* Apostolicæ sedis) *Patriarchæ Constantinop. scribens, exponit his verbis:* Dicitur enim Universalis Ecclesia, quæ de universis constat Ecclesiis, quæ Græco sermone Catholica nominatur, & secundùm hanc acceptionem vocabuli, Ecclesia Romana non est universalis Ecclesia, sed pars universalis Ecclesiæ, prima videlicet & præcipua, veluti caput in corpore: quoniam in ea plenitudo potestatis exístit, ad cæteras autem pars aliqua plenitudinis derivatur. Et dicitur Universalis Ecclesia illa tota, quæ sub se continet Ecclesias universas. Et secundùm hanc nominis rationem Romana tantùm Ecclesia universalis nuncupatur: quoniam ipsa sola singularis privilegio dignitatis cæteris est prælata: sicut & Deus universalis Dominus appellatur (non quasi jam divisus in species aut specialissimas, aut etiam subalternas) quoniam omnia sub ejus Dominio continentur. Est enim una generalis Ecclesia, de qua Veritas inquit ad Petrum: [*Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam.*]

a *Et Carthag. 3. cap. 29.* b *Polyc. lib. 2. tit. 26. Burch. l. 1. c. 3. Ivo part. 3. cap. 37.* c *Polycarp. lib. 2. tit. 25. Anselm. lib. 1. c. 130.* d *al. hoc tam profano vocabulo,*] *orig.* e *al. summus*] *orig.* f *Ivon. Decr. lib. 3. cap. ultim. Polycarp. lib. 2. tit. 26. Ans. lib. 6. cap. 131.*

DISTINCTIO C.

1 pars. EPiscopos autem ordinare ante pallium acceptum, nec Archiepiscopo, nec Primati, nec Patriarchæ licet. Quod ex auctoritate Pelagii Papæ (licèt minùs evidenter) datur intelligi.

C. I. ¶ *Intra tres menses fidem suam exponere, & pallium postulare à Romana Ecclesia quisque Metropolitanus studeat.*

Ait enim Pelagius Papa.

QUoniam *b* quidam Metropolitanorum fidem suam secundùm priscam consuetudinem sanctæ sedi Apostolicæ exponere detrectantes, usum pallii neque expetunt, neque percipiunt, ac per hoc Episcoporum consecratio viduatis Ecclesiis non sine periculo protelatur, placuit, ut quisquis Metropolitanus ultra tres menses consecrationis sux, ad fidem suam exponendam, palliumque suscipiendum, ad Apostolicam sedem non miserit, commissâ sibi careat dignitate, sitque Metropolitanis aliis licentia, post secundam & tertiam commentionem, viduatis Ecclesiis cum consilio Romani Pontificis, ordinando Episcopos *c*, subvenire. Si *d* verò consecrandi Episcopi negligentiâ provenerit, ut ultra tres menses Ecclesia viduata consistat, communione privetur, quousq; aut loco cedat, aut se consecrandum offerre *e*

a *Matth. 16.* b *Polyc. l. 2. tit. 20. Burch. lib. 1. c. 21. Ans. l. 6. cap. 91. Ivo p. 3. c. 136. Pann. l. 3. c. 210.* c *al. Episcopo.* d *Innocent. III. lib. 1. epist. 117.* e *al. præbere.*

non differat. Quòd si ultra quinque menses per suam negligentiam retinuerit viduatam Ecclesiam, neque ibi, neque alibi consecrationis donum percipiat: imò Metropolitani sui judicio cedat.

¶ *Burchardus, Anselmus & auctor Pannormiæ citant ex decret. Damasi: Ivo verò extat ut Gratianus; utrumq; Innocentius III. lib. 1. epist. 117. Bituricensi Archiepiscopo (quæ incepit, Ne si universi) refert paragraphum: Si verò consecrandi, ex eodem Pelagio.*

C. II. ¶ *Honor pallii non detur, nisi meritis exigentibus, & fortiter postulanti.*

Item Gregorius Papa *Brunichildæ Reginæ, lib. 7. epist. 5.*

1 PRisca *a* consuetudo obtinuit, ut honor pallii, nisi ps exigentibus causarum meritis, & fortiter postulanti dari non debeat.

C. III. ¶ *De eodem.* PALEA.

[Idem *Ioanni Carnutinorum Episcopo, lib. 4. epist. 15. seu cap. 59.*]

NOvit *b* sanctitas *c* tua, quia priùs pallium, nisi dato commodo, non dabatur. Quod quoniam incongruum erat, facto Concilio ante corpus B. Petri, Apostolorum Principis, tam de hoc, quàm de ordinationibus aliquid accipere, sub districta interdictione vetuimus. Oportet *d* ergò, ut neque per commodum, neque per gratiam, aut quorundam supplicationem aliquos ad sacros ordines consentiatis, vel permittatis adduci.

¶ *Hæc Palea habetur in plerisq; vetustis exemplaribus.*

1 pars. *Causarum verò merita accipienda sunt, ut & is, qui postulat, meretur accipere, & fidei suæ professionem priùs juramento confirmet, & Apostolicis decretis, atq; Synodalibus statutis se obedituram nihilominus caveat. Pallia autem non nisi certis diebus, & intra Ecclesiam ad Missarum solennia cuiquam Metropolitano uti licebat.*

C. IV. ¶ *Nisi prius confuetam fidei professionem pallium dari non debet.*

Unde Joannes Episcopus *Vulberto* 1 *Agrippinensi Episcopo.*

OPtatum *e* tibi pallium nunc conferre nequivimus: quia fidei tuæ paginam minùs, quàm oporteat, continere reperimus: cùm videlicet in ea nullam sanctarum universalium Synodorum, in quibus fidei nostræ symbolum continetur, nec decretalium Pontificum Romanorum constitutorum, secundùm morem feceris mentionem: sed nec illam propriâ subscriptione munieris, nec aliquem, qui hanc jurejurando firmaret, miseris.

1 ¶ Vulliberto] *Restituendum est hoc nomen ex Anselmo. Nam antea erat,* Giliberto: *Nam Regino in ea ætate, quâ Ioannes octavus Romanæ Ecclesiæ præfuit, meminit Vulberti Episcopi Agrippinensis: & inter epistolas Ioannis Papæ octavæ, quæ in Bibliotheca Vaticana servantur, est epistola alterius argumenti ad eundem: & Denuadoit refert integram ejusdem Ioannis epistolam ad eundem Vulbertum.*

C. V. ¶ *Qui pallium desiderat accipere, priùs à se removere illicita promittat.*

Item Gregorius *Aregio Episcopo Francorum, lib. 7. epist. 111.*

IN *f* ea Synodo, quam contra simoniacam hæresim per fratrem, & Coëpiscopum nostrum Syagrium decrevimus congregari, sanctitatem vestram volumus interesse, atque eidem fratri ita pallium, quod transmisimus, tribui, si priùs se promiserit illicita, quæ prohibuimus per definitionem Synodicam, à sancta Ecclesia removere. De qua Synodo omnem nobis subtiliter ordinem tuam fraternitatem volumus scriptis discurrentibus nunciare, ut ipse, cujus nobis sanctitas valdè experta est, nos reddas de omnibus certiores.

C. VI. ¶ *Non nisi ad Missarum solemnia Archiepiscopo uti pallio licet.*

Idem *Virgilio Episcopo Arelatensi, lib. 4. epist. 51. seu cap. 51.*

4 PAllium *a* tibi transmisimus, quo fraternitas tua ps intra Ecclesiam ad sola Missarum solennia utatur.

C. VII. ¶ *De eodem.* PALEA.

[Item *Ioanni Ravennati Episcopo, lib. 2. epist. 54. seu cap. 93. indict. 11.*]

NOn *b* multum temporis intervallum est, quòd quædam nobis de tua fraternitate fuerunt nunciata, de quibus vobis, veniente illuc Castorio, Notario sanctæ, cui (Deo auctore) præsidemus, Ecclesiæ, subtiliter nos indicâsse meminimus. Perveneratnamque ad nos quædam in Ecclesia vestra contra consuetudinis atque humilitatis 1 tramitem geri, quæ sola (ut benè nostis) est officii Sacerdotalis erectio. Quæ, si sapientia vestra mansuete, vel cum Episcopali susceptisset studio, non de illis accendi debuerat, sed oportuerat te hæc eadem cum gratiarum actione corrigere.

1 ¶ Humilitatis] *Restituendum est hoc locum ex ipsa epistola. Antea enim legebatur,* contra utilitatem Ecclesiæ, & consuetudinis tramitem geri: quæ sola (ut benè nostis) est officii Sacerdotalis ereptio.

C. VIII. ¶ *De eodem.*

Idem *Ioanni Episcopo Ravennati, in eadem epistola.*

COntra *c* morem quippe Ecclesiasticum est, si non patientissimè toleratur, (quod à vobis absit) etiam injusta correctio *d. & infrà.* ¶ Illud, frater charissime, tibi non putamus ignotum, quòd penè de nullo Metropolitano in quibuslibet mundi partibus sit auditum, extra Missarum tempus, usum sibi pallii vendicâsse. Et quòd bene hanc consuetudinem generalis Ecclesiæ noveritis, vestris nobis manifestissimè significâstis Epistolis: quibus præceptum beatæ memoriæ prædecessoris nostri Joannis Papæ nobis in subditis transmisistis annexum, continens omnes consuetudines ex privilegio prædecessorum nostrorum concessas, vobis, Ecclesiæque vestræ debere servari. Confitemini igitur aliam esse generalis Ecclesiæ consuetudinem, postquam ea, quæ vos geritis, vobis ex privilegio vendicatis. Nulla ergo vobis in hac re, ut arbitramur, poterit remanere dubietas. Aut enim mos omnium Metropolitanorum etiam à tua est fraternitate servandus, aut si tuæ Ecclesiæ aliquid specialiter dicis esse concessum, præceptumve à prioribus Romanæ urbis Pontificibus, quòd hæc Ravennati Ecclesiæ sunt concessa, à vobis oportet ostendi. Quòd si hoc non ostenditur, restat, postquam talia agere neque consuetudine generali, neque privilegio vendicas, ut usurpâsse te comprobes, quod fecisti. *& infrà.* ¶ Decorari pallio volumus, forsan moribus indecori, dum nihil in Episcopali cervice splendidius fulget, quàm humilitas. Oportet igitur fraternitatem tuam, si honores suos sibi quibuslibet argumentis stabili proposuit mente defendere, aut generalitatis usum ex non scripto sequi, aut ex scriptis *e* privilegiis se tueri. Quòd si postremò nihil horum est, aliis Metropolitanis hujusmodi te præbere nolumus præsumptionis exemplum.

5 pars. *Privilegia quoque cum usu pallii semper debent conceda.*

a *Anselm. lib. 6. c. 93. Polyc. lib. 2. tit. 24.* b *Ioan. Diac. lib. 3. c. 5. Anselm. lib. 6. c. 90. Polyc. l. 2. tit. 1.* c *al. fraternitas vestra,*] *orig.* d *1. quæst. 1. c. de ordinationibus.* e *Anf. lib. 6. c. 91.* f *Anſel. l. 6. c. 92.*

a *Anselm. lib. 6. cap. 98.* b *Anselm. lib. 6. c. 87.* c *Anſ. lib. 6. cap. 93. Polyc. lib. 2. tit. 20.* d *al. correptio.* e *al. scripta privilegia.*

C. IX. ¶ *Cum usu pallii aliqua privilegia debent concedi.*

Unde eidem Gregorius *Syagrio Episcopo Augustudunensi, lib. 7. epist. 112.*

RAtionis *a* ordo omninò nos admonet, ut cum usu pallii aliqua simul, sicut diximus, largiri privilegia debeamus. Sed quoniam cum honoris augmento, cura quoque solicitudinis debet accrescere, ut cultui vestium, actionis quoque ornamenta conveniant, oportet, ut enixiùs in cunctis se studiis vestra fraternitas exerceat, & circa 1 subjectorum actus sit curâ vigilans, ut vestrum illis exemplum instructio, & vita magistra sit.

1 ¶ Et circa] *Locupletatus est hic locus ex originali.*

C. X. ¶ *Usus pallii conceditur, & antiqua privilegia innovantur.*

Idem *Joanni Episcopo primæ Justinianæ Illyricæ, lib. 4. epist. 11. seu c. 59.*

PAllium *b* vobis ex more transmisimus, & vices vos Apostolicæ sedis agere iteratâ innovatione decernimus.

C. XI. ¶ *De eodem.*

Idem *Episcopis Epiri, lib. 5. epist. 7. seu cap. 107. indict. 14.*

SCriptorum *c* vestrorum insinuatio, fratres charissimi, patefecit, Andream fratrem nostrum Nicomediæ civitatis Episcopum, Deo propitio, solenniter ordinatum: *& infrà.* ¶ Suprascripto igitur Andreæ fratri, & Coëpiscopo nostro pallium nos direxisse agnoscite, atque privilegia, atque cuncta concessisse, quæ prædecessores nostri ejus prædecessoribus contulêre.

a *Polyc. l. 2. tit. 21. Ansel. lib. 6. c. 26.* b *Ansel. lib. 6. cap. 99.* c *Ansel. l. 6. c. 100.*

DISTINCTIO CI.

IN una autem provincia duo Metropolitani esse non debent: sicut in Chalcedonensi Concilio, *cap. 12. statutum est.*

¶ *Duo Metropolitani in una & eadem Provincia esse non debent.*

PErvenit *a* ad nos, quòd quidam præter Ecclesiasticas ordinationes affectantes potentiam, per Pragmaticum sacrum 1 unam provinciam in duas dividant, ita ut ex hoc inveniantur duo Metropolitani Episcopi in una eademque provincia esse. Statuit ergò sancta Synodus deinceps nihil tale attentari à quolibet Episcopo: eos verò, qui aliquid tale attentaverint, cadere de proprio gradu.

1 ¶ Pragmaticum sacrum] *Versiones priscæ, & Dionysiana habent*, per pragmaticam formam: *Græce autem est,* Διὰ πραγματικοῦ: *quod in eodem capite paulò pòst dicitur,* Διὰ γραμμάτων βασιλικῶν, *id est, per literas Imperiales.*

Hactenus de electione, & ordinatione Clericorum tractavimus. Nunc ad Simoniacorum ordinationes transeamus. Et ut facilè queat, quid super hac hæresi sanctorum Patrum decreverit auctoritas, causa deducatur in medium: cujus negotium, & de scienter à Simoniaco ordinato, & de ignoranter à Simoniaco consecratis, & de ordinationibus, quæ per pecunias fiunt, contenat.

a *Polyc. lib. 2. tit. 24. Ivo part. 3. cap. 146. Burchardus l. cap. 31.*

DECRETI PRIMÆ PARTIS FINIS.

DECRETI PARS SECUNDA.

CAUSA I.

QUidam habens filium, obtulit eum devotissimo Cœnobio: exactus ab Abbate & à fratribus decem libras solvit, ut filius susciperetur, ipso tamen (beneficio ætatis) hoc ignorante. Crevit puer, & per incrementa temporum & officiorum ad virilem ætatem, & Sacerdotii gradum pervenit. Exindè suffragantibus meritis in Episcopum eligitur, intervenente obsequio, & paternis precibus, datâ quoque pecuniâ eisdem ex Constantia Archiepiscopo, consecratur iste in Antistitem, nescius paterni obsequii & oblata pecunia. Procedente verò tempore nonnullos per pecuniam ordinavit, quibusdam verò gratis benedictionem Sacerdotalem dedit: tandem apud Metropolitanum suum accusatus & convictus sententiam in se damnationis accepit.

1. q. *Hic primùm quæritur, an sit peccatum emere spiritualia?*

2. q. *Secundò, an pro ingressu Ecclesiæ sit exigenda pecunia, vel si exacta fuerit, an sit persolvenda?*

3. q. *Tertiò, an ingressum, vel prabendas Ecclesiæ emere, sit Simoniacum?*

4. q. *Quartò, an iste sit reus criminis, quod eo ignorante pater admisit?*

5. q. *Quintò, an liceat ei esse in Ecclesia, vel fungi eâ ordinatione, quam paternâ pecuniâ est assecutus?*

6. q. *Sextò, an illi, qui ab eo jam Simoniaco ignorante ordinati sunt, abjiciendi sint, an non?*

7. q. *Septimò, si renuncians sua hæresi sit recipiendus in Episcopali dignitate, vel non?*

QUÆSTIO I.

1 ps QUid autem spiritualia emere peccatum sit, probatur multorum auctoritate.

C. I. ¶ *Simoniaci gratiam non præstant, quam vendere quærunt.*

Ait enim Leo Papa.

GRatia 1 si *a* non gratis datur, vel accipitur, gratia non est. Simoniaci autem non gratis accipiunt: igitur gratiam, quæ maximè in Ecclesiasticis ordinibus operatur, non accipiunt. Si autem non accipiunt, non habent; si autem non habent, nec gratis, nec non gratis cuiquam dare possunt. Quid ergò dant? profectò, quod habent: quid autem habent? Spiritum utiq; mendacii. Quomodo hoc probamus? quia si Spiritus veritatis (testante *b* ipsâ Veritate, de qua procedit) gratis accipitur, proculdubiò spiritus mendacii esse convincitur, qui non gratis accipitur.

1 ¶ Gratia] *Similima primum verbis hujus capitis habentur in epistola Leonis primi Nicetæ Aquileiensi Episcopo scripta, quæ*

a *Deusdedit in tract. de Simonia.* b *Matth. 10.*

est 14. Loquens enim de gratia ait: quæ nisi gratis detur, non est gratia, sed merces. Reliqua apud ipsum non sunt inventa.

C. II. ¶ *Inaniter Sacerdos dicitur, quicunq; Simoniacè ordinatur.*

Item Gregorius *Syagrio Episcopo Augustudunensi, lib. 7. epist. 110.*

Quicunque *a* studet pretii datione sacrum ordinem mercari, dum non officium, sed nomen attendit, Sacerdos non esse, sed dici tantummodò inaniter concupiscit.

¶ *Caput hoc ex originali est emendatum, & locupletatum.*

C. III. ¶ *Spolietur honore, qui Ecclesiam per pecuniam obtinet.*

Item ex regesto.

Presbyter *b* si per pecuniam Ecclesiam obtinuerit, non solùm Ecclesiâ privetur, sed etiam Sacerdotii honore spolietur: quia altare, & decimas, & Spiritum Sanctum emere, vel vendere, Simoniacam hæresim esse, nullus fidelium ignorat.

¶ *Non est in veterum in regesto B. Gregorii, unde videtur citari. Similia habentur apud Gregorium VII. lib. 6. reg. in indice Concilii eo anno habiti, & in Concilio Turonensi sub Carolo Magno, cap. 15. in Remensi, c. 21. Moguntino sub Rabano, c. 12. & altero Moguntino sub Arnulpho, cap. 3. & infrà eâdem quæst. 3. cap.* altare. *quod ibi citatur ex Paschali.*

C. IV. ¶ *Deeodem.*

Item Gregorius I. *dictâ epist. 110. lib. 7.*

Benedictio *c* illi in maledictionem convertitur, qui ad hoc, ut fiat hæreticus, promovetur.

¶ *In aliquot vetustis exemplaribus caput hoc conjunctum est superiori, & præter epistolam 110. indicatam, eadem sententia habetur lib. 4. epist. 31. & lib. 5. epist. 107. Episcopo Epiri.*

C. V. ¶ *Partem habebit cum Simone, qui contra Simoniacos vehementer non exarserit.*

Item *in eodem.*

Quisquis *d* per pecuniam ordinatur, ad hoc, ut fiat hæreticus, promovetur. Quisquis ergò contra Simoniacam, & Neophytorum hæresim, pro officii sui loco vehementer non exarserit, cum eo se non dubitet habiturum portionem, qui prius commisit hoc piaculare flagitium.

¶ *Verba prorsus ipsa hujus capitis non sunt inventa in epistolis B. Gregorii. Verum Paschalis Papa II. (ut est apud Ivonem ac Polycarpum) citat hæc ex ipso beato Gregorio: ac simillima prorsus partis hujus capitis sunt lib. 4. epist. 15. & 16. posterioris vero partis lib. 10. epist. 33. Victori Episcopo. Et Joannes Diaconus lib. 3. cap. 4. scribit, generalem sententiam à B. Gregorio contra Simonia & Neophytorum hæresim prolatam, in epistola Victoris scripta contineri. Capitulum 42. Concilii Meldensis ab Ivone p. 3. c. 71. citatum, partim convenit cum ipsa epistola Victori scripta, & partim cum iis, quæ Ivo & Polycarpus citant ex Paschali, & cum his, quæ hoc loco refert Gratianus. De qua hæresi è Gallia ejiciendâ Gregorius lib. 4. epist. 31. scribit Virgilio Arelatensi, & l. 7. epist. 110. Syagrio, & alijs Episcopis Galliæ.*

C. VI. ¶ *Simoniè damnatis dantem & accipientem pariter involvit.*

Item Gelasius Papa *ad Episcopos per Lucaniam constitutos, epist. 1. cap. 26.*

Quos *a* constiterit indignos meritis, sacram mercatos esse prerio dignitatem, convictos oportet arceri, non sine periculo facinus tale perpetrantes: quia dantem pariter & accipientem damnatio Simonis, quam sacra lectio * testatur, involvit.

C. VII. ¶ *Anathematis sententiâ damnatur, qui Simoniacè ordinatur.*

Item Ambrosius 1 *in libro pastorali.*

Reperiuntur *b* quamplurimi negotio *c* muneris perituri, mercati velle gratiam Spiritûs Sancti: dum vile pretium donant, ut Pontificalis ordinis sublime culmen accipiant, obliti verborum Petri, qui dixit ad Simonem: [*Pecunia d tua tecum sit in perditionem, quoniam donum Dei existimâsti per pecuniam possideri.*] Proinde, quia & usitatum est tantum malum, & majorum frequenter constat mucrone succisum, nos quoque huic vulneri cancroso ignitum (quod superest adhuc) injicimus ferrum: decernentes omninò, ut quicunq; deinceps propter accipiendam Sacerdotii *e* dignitatem quodlibet præmium fuerit detectus obtulisse, ex eodem tempore se noverit anathematis opprobrio condemnatum, atque à participatione Christi corporis & sanguinis alienum: ex quo illum constat execrabile Christo perpetrâsse flagitium. Quòd si aliquis extiterit, qui accuset, ille, qui hunc ordinem munerum fuerat datione lucratus, & suscepto honoris gradu privetur, & in monasterio sub perenni pœnitentiâ retrudatur *f*. Illi verò, qui hâc causâ munerum acceptores extiterint, si Clerici fuerint, honoris amissione mulctentur: si verò Laici, anathemate perpetuo condemnentur.

1 ¶ Ambrosius] *Caput hoc in libro pastorali B. Ambrosij, unde citatur, non est inventum. Habetur tamen in Concilio Toletano VIII. cap. 3. quem canonem integrum Anselmus lib. 6. cap. 13. partem verò ipsius Ivo p. 3. c. 13. ex dicto Concilio citant.*

C. VIII. ¶ *Damnatur Episcopus, qui per pecuniam ordinationem facit.*

Item ex Concilio Chalcedonensi, g *cap. 2.*

Si *h* quis Episcopus per pecuniam ordinationem fecerit, & sub pretio redegerit gratiam, quæ vendi non potest, ordinaveritque per pecuniam Episcopum, Chorepiscopum, Presbyterum, aut Diaconum, vel quemlibet de his, qui connumeratur in Clero, aut promoverit per pecunias dispensatorem, aut defensorem, vel mansionarium, vel quencunq; omninò, qui subjectus est regulæ, pro suo turpissimi *i* lucri commodo, is, qui hoc attentâsse probatus fuerit, proprii gradûs periculo subjacebit, & qui ordinatus est, nihil ex hac ordinatione, vel promotione, quæ est per negotiationem facta, proficiat, sed sit alienus à dignitate, vel solicitudine, quam pecuniis acquisivit. Si quis verò mediator tam turpibus & nefandis datis, vel acceptis extiterit, & ipse, si quidem Clericus fuerit, proprio gradu decidat: si verò Laicus, aut Monachus, anathematizetur.

C. IX. ¶ *A Sacerdotio est alienus, qui per pecunias ordinat, vel ordinatur.*

Item ex octava 1 Synodo.

Qui *k* per pecunias quencunq; consecraverit, vel ab alio consecratus est, alienus à Sacerdotio fiat.

a *Polyc. lib. 2. tit. 1. Anselmus libro 6. cap. 79.* b *Infrà eâd. quæst. 3. cap.* altare. c *Infrà cap. cum loqueat. in fine. Polyc. ibidem. Anselmus libro 6. cap. 42. Burchardus lib. 1. cap. 21. Ivo part. 3. cap. 75. & 112.* d *Concil. Met. cap. 75. Deusdedit part. 2. Polyc. lib. 2. tit. 2. Ivo part. 2. cap. 14. & part. 3. cap. 73. Ansel. lib. 6. cap. 77.*

a *Polyc. l. 7. tit. 6. Deusdedit part. 2. Burch. l. 1. c. 22. Ivo part. 1. c. 76.* * *Act. 8.* b *Anselm. l. 6. c. 13. Ivo p. 3. c. 13.* c *al. negotiatione.* d *Act. 8.* e *al. divini dni.* f *al. relegetur.* g *c. 97. circa medium infrà eâdem.* h *Polyc. l. 2. tit. 37. Ans. l. 6. c. 18. Burch. l. 1. c. 112. Ivo p. 4. cap. 118. Pann. lib. 3. cap. 112.* i *al. turpissimi.* k *Novell. 6. c. 1. & nov. 123. c. 3. apud Iulianum antecessorem. Ans. l. 6. c. 7. Ivo p. 3. c. 121.*

1 ¶ Octava] *In aliquot vetustis exemplaribus caput hoc citatur ex septima Synodo, in qua capitulo quinto refertur canon trigesimus Apostolorum ad hanc rem factens. In epistola autem Tarasii ad Hadrianum Papam, (quæ in exemplaribus Bibliothecæ Vaticanæ, & aliis, est in fine ipsius septimæ Synodi) refertur canon vigesimus secundus Synodi, quæ in Trullo, his verbis:* Eos, qui per pecunias ordinati sunt, sive Episcopi, sive quicunque Clerici, & non secundùm probationem, & vitæ optionem, deponi præcipimus; sed & illos, qui hos ordinâsse noscuntur. *Extat etiam hac de re epistola Basilii ad Episcopos sibi subjectos.*

C. X. ¶ *Nec ordinari, nec promoveri in Ecclesia Dei per pecuniam aliquem valet.*

Item Calixtus Papa.

SAnctorum Patrum exempla sequentes, & officii nostri debito innovantes, ordinari quenquam per pecuniam in Ecclesia Dei, vel promoveri, auctoritate sedis Apostolicæ modis omnibus prohibemus. Si quis verò in Ecclesia ordinationem, vel promotionem taliter acquisierit, acquisitâ prorsus careat dignitate.

¶ *Est Calixtus secundus, qui paulo ante Gratianum vixit, & aliquot Concilia à se habita contra Simoniam, & investituras Ecclesiarum, quas Germanicus Imperatores usurpaverant, multa decrevit: de quibus Abbas Urspergensis ab anno Domini M. C. XVIII. in quo electus est Pontifex, usque ad annum M. C. XXIV. accuratè scribit.*

C. XI. ¶ *De eodem.*

Item Gregorius Nazianzenus.

QUi studet donum Dei pretio mercari, in sacro ordine nullâ ratione de cætero permanere, aut revocari posse dubium non est. Talis à communione omnibus modis abscindatur. Nam Spiritûs Sancti donum pretio comparari, quid aliud est, quàm capitale crimen, & Simoniaca hæresis? quod quàm detestabiliter in utroque Testamento vindicatum sit, multorum exemplis facilè apparet. Giezi gratiam sanitatis Naaman *a* Syro vendidit: eandem gratiam sanitatis, Helisæo vindicante, leprosus factus amisit. Judas *b* omnium Redemptorem vendidit, mox laqueo suspensus eandem Redemptoris *c* gratiam non obtinuit: & meritò; quia nemo potest retinere, quod vendidit. Simon *d* etiam Magus cùm eandem Spiritûs Sancti gratiam emere vellet, damnationis sententiam à Petro audivit: [*Pecunia tua tecum sit in perditionem, quia donum Dei existimâsti pecuniâ possideri.*] Dominus etiam, ut vendentes & ementes hujus gratiæ expertes ostenderet, cunctos peccatores per gratiam in templo dimisit, singulariter vendentes & ementes increpans & flagellans de templo ejecit, in quo venditores & emptores suos gratiâ Spiritûs Sancti constat destitutos esse, & vacuos. Quos enim Christus *e* ejecit de templo, nunquid Spiritus Christi faciet sibi templum?

¶ *In operibus B. Gregorii Nazianzeni, qua multa Græcè & Latinè extant, nihil tale repertum est. Habentur autem similia in epistola Tarasii ad Hadrianum.*

C. XII. ¶ *Simoniaci Sacerdotes esse non possunt.*

Item Gregorius.

QUicunque *f* sacros ordines vendunt, aut emunt, Sacerdotes esse non possunt. Unde scriptum est: [Anathema danti, anathema accipienti, hoc est, Simoniaca hæresis.] Quomodo ergò, si anathema sunt, & sancti non sunt, sanctificare alios possunt? Et cùm in Christi corpore non sint, quomodo Christi corpus tradere, vel accipere possunt? Qui maledictus est, benedicere quomodo potest?

¶ *Deusdedit in tractatu contra Simoniacos, refert hoc ex epistola Paschalis Papæ secundi ad Mediolanenses.*

C. XIII. ¶ *De eodem.*

Item Gregorius *Syagrio, & aliis Episcopis, lib. 7. epist. 110.*

CUm *a* liqueat hanc hæresim ante omnes 1 radice pestiferâ surrepsisse, atque in ipsâ origine sua, Apostolicâ esse detestatione damnatam, cur non cavetur? cur non perpenditur, quia benedictio *b* illa in maledictionem convertitur, qui ad hoc, ut fiat hæreticus, promovetur?

1 ¶ Omnes] *Antèà legebatur*, omnia: *sed glossa videtur magis convenire lectioni restitutæ: quæ est in aliquot manuscriptis, & ipso originali.*

C. XIV. ¶ *Qui pretio ordinat, lepram, non officium confert.*

Item Ambrosius *de ministeriis c, seu de dignitate Sacerdotali, cap. 5.*

CUm *d* ordinaretur Episcopus, quod dedit, aurum fuit, quod perdidit, anima fuit: cùm alium ordinaret, quod accepit, pecunia fuit, quod dedit, lepra fuit.

C. XV. ¶ *De eodem.*

Idem *ibidem.*

GRatiam *e*, cùm ordinaretis, non suscepisti, quia gratuitò eam non meruisti.

C. XVI. ¶ *De eodem.*

Idem *lib. 4. ad cap. 4. Luca.*

CItò *f* turpem sequitur lepra meredem, & pœnia corpus animumque malè quæsita commaculat. & paulò pòst. ¶ Vides, quia facto auctoris, successio damnatur hæredis. Inexpiabilis est enim venditi culpa mysterii *g*, & gratiæ vindicta cœlestis transit ad posteros. ¶ Denique *h* Moabitæ, & cæteri, non intrabunt Ecclesiam usque ad tertiam & quartam generationem: tamdiu videlicet (ut simpliciùs interpretemur) donec culpam auctorum multiplicis successio generationis aboleret. Sed cùm illi, qui in Deum idololatriæ errore deliquerunt, in quartam 1 generationem videantur esse mulctati, profectò durior videtur esse sententia, quâ Giezi semen, usque in æternum pro cupiditate habendi, Prophetica auctoritate damnatur (præsertim cùm Dominus noster JESUS Christus per lavacri regenerationem omnibus remissionem dederit peccatorum 2) nisi *i* vitiorum magis, quàm generis semen intelligas. Sicut enim, qui *k* filii promissionis sunt, æstimantur in semen bonum; ita etiam qui filii erroris sunt, æstimantur in semen malum. Nam & Judæi *l* ex patre Diabolo, non utique carnis successione, sed criminis. Ergò omnes cupidi, omnes avari Giezi lepram cum divitiis suis possident, & malè quæsita mercede, non tam patrimonium facultatum, quàm thesaurum criminum congregârunt æterno supplicio, & brevi fructu.

1 ¶ In quartam] *Antèà legebatur*, in tertiam & quartam: *Sed & à B. Ambrosio, & ab uno vetusto Gratiani codice abest vox*, tertiam. *Deuteronomius autem 23. Idumæorum quidem, & Ægyptiorum filii permittuntur tertiâ generatione intrare in Ecclesiam Domini, sed de Moabitis sic scribitur:* Ammonites, & Moabites, etiam post decimam generationem, non intrabunt Ecclesiam Domini in æternum.

2 ¶ Peccatorum] *Sequebatur*; cur ergò Giezi semen in æternum damnatur? *quæ apud beatum Ambrosium non habentur.*

2 ps. *Quia ergò auctoritate Leonis Papæ Simoniaci non*

a 4. Regum 5. b Matth. 27. c al. redemptionis. d Act. 8. e Ioan. 2. f Deusdedit part. 4. ex Paschali, post 8 cap. Placuit.

a Ioan. Diac. lib. 3. cap. 4. Polyæ. lib. 11. tit. 2. Burch. lib. 3. cap. 121. Deusdedit part. 2. Ivo part. 3. cap. 75. b supr. cap. benedictio. c mysterii. d Deusdedit part. 2. Ivo part. 3. c. 95. e Ivo ibidem. Deusdedit ibidem. f Ivo p. 3. c. 192. g al. ministerii. h Deusdedit p. 2. i al. nisi ut viderum. k Rom. 9. l Ioan. 8.

nisi spiritum mendacii accipiunt, secundum Gregorium apud Simoniacos Sacerdotium non subsistit 1, benedictio eorum in maledictionem convertatur, apud eos manet anathema dantis & accipientis, cùm sancti non sint, nec in Christi corpore constituti, cùm sint maledicti, nec sanctificare alios possunt, nec corpus Christi tradere vel accipere, nec benedicere aliis valent: secundum a Ambrosium verò anathematis opprobrio condemnantur, atque à participatione corporis & sanguinis Christi alienantur, cùm accipiatur aurum, & lepra detur, cùm inexpiabilis sit culpa vendentis mysterii b: secundum Chalcedonense Concilium, ex tali ordinatione nihil proficere judicantur: secundum Gelasium Simonis damnatione involvuntur: secundum Gregorium Nazianzenum in sacro ordine permanere, aut renovari nullâ ratione possunt; ab Helisæo lepra aspersi dantur: à Petro in perditionem damnantur; à Christo verò de templo ejiciuntur. Quid aliud Simoniacus Simoniaco in sua ordinatione potest conferre, nisi quod Innocentius * de cæteris hæreticis testatur, dicens epist. 18. ad Alexandrum, cap. 3.

1 ¶ Non subsistit,] *Simoniaci recipiunt quidem character-em, sed sunt ipso facto suspensi. Ita ratione habitâ istius, verè dicis potest ipsorum Sacerdotium non subsistere, ac propterea rectissimè B. Gregorius l. 10. epist. 33. Victori Episcopo scribens, Simoniacam ordinationem vocat illicitam, & effectu carentem.*

C. XVII. ¶ *Qui Spiritûs perfectionem non habent, ipsam dare non possunt.*

QUi c perfectionem Spiritûs, quam acceperant, perdiderunt, non ejus dare plenitudinem possunt (quæ maximè operatur in ordinationibus) quam per suam pertidiam perdiderunt. *& iterum.* ¶ Qui d honorem non habuit, honorem dare non potuit: nec aliquid ille accepit, quia nihil erat in dante: sed damnationem, quam habuit, per pravam manûs impositionem dedit.

¶ *In hoc capite non referuntur ipsa prorsus verba Innocentii, qua tamen habentur partim infrà eâd. c. Arianos. partim in capite nunc sequenti*, ventum est, *in versiculo*. Sed econtrariò.

C. XVIII. ¶ *Simoniacus per pravam manûs impositionem, non benedictionem, sed damnationem præstat.*

Idem *Rufo, & aliis Episcopis, epist. 22. c. 3.*

VEntum e est ad tertiam quæstionem, quæ pro sui difficultate longiorem exigit disputationem. Cùm nos dicamus ab hæreticis ordinatos, vulneratum per illam manûs impositionem habere caput, ubi vulnus infixum est, medicina est adhibenda, quâ possit recipere sanitatem. Quæ sanitas post vulnus secuta, sine cicatrice esse non poterit, atque ubi pœnitentiæ remedium necessarium est, illic ordinationis honorem locum habere non posse decernimus. ¶ Nam si f (ut legitur g) quod tetigerit immundus, immundum erit; quomodo ei tribuetur, quod munditia ac puritas consuevit accipere? ¶ Sed econtrariò asseritur, eum, qui h honorem amisit, honorem dare non posse, nec illum aliquid accepisse: quis nihil in dante erat, quod ille posset accipere. Acquiescimus, & verum est certè, quia quod non habuit, dare non potuit. Damnationem utique, quam habuit, per pravam manûs impositionem dedit, & qui particeps effectus est damnationis, quomodo debeat honorē accipere, invenire non possum. ¶ Sed dicitur i vera ac justa legitimi Sacerdotis benedictio auferre omne vitium, quod à vitioso fuerat injectum. Ergò a si ita est, applicentur ad ordinationem sacrilegi, adulteri, atque omnium criminum rei: quia benedictione ordinationis crimina, vel vitia putantur auferri: nullus sit pœnitentiæ locus; quia id potest præstare ordinatio, quod longa satisfactio præstare consuevit. Sed b nostræ lex Ecclesiæ est, venientibus ab hæreticis, qui tamen illic baptizati sunt, per manûs impositionem Laicam tantùm tribuere communionem, nec ex his aliquem in Clericatûs honorem vel exiguum subrogare.

3 pars. *Sed objicitur: Alii hæretici à fide exorbitant, Simoniaci autem, etsi gratiam Spiritûs Sancti venalem putant, tamen à fide aliquis non sunt: atq; adeò, quod ab Innocentio de cæteris hæreticis decernatur, non valet de his consequenter intelligi. Huic ita respondetur: Simoniaci, etsi fidem tenere videantur, infidelitatis tamen perditionis subjacentur.*

C. XIX. ¶ *Simoniaci fidei integritatem non habent.*

Unde B. Ambrosius *in lib. 1. de pœnit. cap. 4. adversùs Novatianos scribit, dicens.*

PEtrus Simoni, qui magicæ artis consuetudine depravatus putâsset, quòd gratiam Christi per impositionem manûs, atq; infusionem Spiritûs Sancti compararet pecuniâ, ait c: [*Non est tibi pars, neque sors in hac fide 1: quia cor tuum non est rectum apud Deum, &c.*] Vides, quòd hunc magicâ vanitate blasphemantem in Spiritum Sanctum, Apostolicâ auctoritate contemnet, & eò magis, quia puram conscientiam fidei non habebat.

1 ¶ In hac fide:] *Vulgata editio habet*, in sermone isto. *Græcè est*, ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ.

C. XX. ¶ *Simoniacus infidelis esse probatur.*

Item Gregorius *lib. 9. epist. 53. ad Theodoricum Regem.*

CUm d omnis avaritia idolorum sit servitus, quisquis hanc, & maximè in dandis Ecclesiasticis honoribus vigilanter non præcavet, infidelitatis perditioni subjicitur, etiamsi tenere fidem, quam negligit 1, videatur.

1 ¶ Quam negligit,] *Sic est emendatum ex manuscriptis exemplaribus, & originali. In vulgatis enim legebatur*, fidem verbis, quam negat facto, videatur.

C. XXI. ¶ *Simoniacorum hæresis cæteris damnabilior esse probatur.*

Item ex epist. Tarasii Constantinopolitani Episcopi, *missa Papæ Hadriano.*

EOs e, qui per pecunias manus imposuerunt, vel imponunt, Petrus divinus Apostolus (cujus cathedram sortita est sanctitas vestra) tanquam Simonem Magum deponit. *& infrà.* ¶ Tolerabilior est enim Macedonii, & eorum, qui circa ipsum sunt, Spiritûs Sancti impugnatorum impia hæresis. Illi enim creaturam, & servum Dei Patris & Filii, Spiritum Sanctum delirando fatentur: Isti verò eundem Spiritum efficiunt suum servum. Omnis enim dominus, quod habet, si vult, vendit, sive servum, sive aliquid aliud eorum, quæ possidet. Similiter & qui emit, dominus ejus volens esse, quod emetit, per pretium pecuniæ illud acquirit. Ita & qui hanc iniquam actionem operantur, detrahunt Spiritui Sancto, æqualiter peccantes his, qui blasphemaverunt, dicentes f Christum in Beelzebub ejicere Dæmonia: atque ut verius dicamus, Judæ comparantur proditori, qui Judæis Dei occisoribus Christum vendidit. g Cùm ergò Spiritus Sanctus consubstantialis sit Christo, ejusdem omninò & ipsi portionis erunt. Et proculdubiò in eis non

a *Sup. c. reperiuntur.* b *al. ministerat.* * *adde c. 57. circa medium infrà eâdem.* c *Anst. l. 6. c. 73.* d *Epist. 22. cap. 3. ad Episcopos Macedoniæ in fine. adde c. 73. 97. & 98. infrà eâdem.* e *Polyc. l. 2. tit. 31. & l. 7. tit. 7. Anst. l. 6. c. 73. al. 70. Ivo p. 6. cap. 59. Pann. l. 3. c. 130.* f *Inf. eâd. Arianos.* g *Num 19. Levit. 15. & Aggæi 2.* h *Sup. qui perfectionem. versic. qui honorem.* i *eâdem epistolâ, cap. 4.*

a *Ivo p. 6. c. 60.* b *Ivo in proœmio. Pannorm. lib. 3. tit. 5. cap. 17.* c *Act. 8.* d *Anst. l. 13. c. 44.* e *Anst. l. 6. c. 26. al. 73. Decretalis part. 2.* f *Matth. 12.* g *Matth. 26.*

est gratia Spiritûs Sancti, id est, Sacerdotii sanctitas. Nam quod non acceperunt, non habent. Ait enim Petrus a Simoni: [*Non est tibi pars, neque sors in sermone isto, quia existimâsti donum Dei pecuniâ possideri.*] *& suprà.* ¶ Nam & vicesimus nonus canon sanctorum Apostolorum, & actus eorundem, & tertius, & quartus liber Regum, alienum omninò à Sacerdotio pronuntiant eum, qui aliquando dederit, vel acceperit pecuniam in aliquo tempore, sive ante manûs impositionem, sive in ipsâ manûs impositione, sive post. Accipere enim est, quandocunque accipere.

¶ *Caput hoc est pars epistolæ Tarasii ad Hadrianum. Sed immutata est aliquot locis series verborum, & epitome quædam adhibita, quemadmodum & apud Anselmum. Integra habetur manuscripta post septimam Synodum in Vaticana Bibliotheca, & in Græcis ejus Synodi codicibus, & in Latina ex versione Anastasii Bibliothecarii. Extat etiam Latinè impressa apud Balsamonem. Sed in ea versione, aut interpretis, aut exemplaris, quod secutus est, vitio, flagitosum mendum inest. Nam ubi Tarasius Hadrianum mirificè laudat, interpres reprehendendum inducit his verbis:* Fraterna ergò vestra Sacerdotalis sanctitas, quæ non jure, nec ex Dei voluntate Pontificale munus administrat, magnâ laborat infamiâ: *quamvis cum alia multa, tum proximè sequentia verba manifestè repugnant: in quibus enim vocat verum desiderium spiritûs, & alia præclara titulis ornat: Exemplaria quidem Græca Vaticana, & septimæ Synodi, & ipsum Balsamonis optimè habent. Quare necessarium visum est, priorem epistolæ partem cum Græci, tum nova cum versione afferre. Reliqua ex Balsamone impressa pers poterunt.*

Τῷ τὰ πάντα ἀγαπητῷ, καὶ μακαριωτάτῳ ἀδελφῷ καὶ συλλειτουργῷ κυρίῳ Ἁδριανῷ Πάπᾳ τῆς Πρεσβυτέρας Ῥώμης.

Ταρασίου ἀπὸ ἐπισκόπων Κωνσταντινουπόλεως τὸ Κυρίῳ χαίρειν.

Πολυμερῶς, καὶ πολυτρόπως ἐκκλησιαστικῶς, καὶ ἀποστολικῶς τε καὶ πατερικῶς διδασκόμεθα ἀφιλαργύρου τοῦ τρόπου ἔχειν ἐν τῇ τῶν ἱερωσύνης ἀρχαῖς, καὶ μὴ χρυσίζειν, ἢ ἀργυρίζειν καὶ σφετερίζειν ἐπὶ χειροτονίαις παντὸς ἱερατικοῦ ἀξιώματος, ὡς ἂν διείληφεν ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς χρόνοις χάριτι θεοῦ τὰ θεοφιλῆ ἡγεμόνα, καὶ πατερικῶν διδασκαλίων. Οἱ γὰρ ἐπισκοπεύοντες τὰς χάριτας, ὑπηρέται τοῦ πνεύματός εἰσιν, καὶ πάντων τοῦ πνεύματος. Δωρεὰν γὰρ λαβόντες τὴν χάριν τοῦ πνεύματος, δωρεὰν δίδουσι τοῖς ὑπ' αὐτοὺς μεταλαμβάνουσιν ἐπιφοιτήματος οὐκ ἐν κυριακῇ φωνῇ παυτῶν τῶν ἱλαρὸν δεκτὴν ἱλαρότητα ἱλαρότητος. a Εἰ δὲ τις ἱλαρόχειρ δώσει παντὶ ἀνεπιλήπτως, ἀπαιτήσει τοῦτον ἐν τῇ τῶν ἱερωσύνης πίστεως b. Καὶ ἐὰν ἐν ἐνίοις τῶν ἱερωσύνων κανόνων, ἀλλ' οὐκ ἀμφιβόλως) ὁ λόγος ἐπὶ τῷ πράγματι. ἀδύνατον γὰρ θεῷ δωρεῖσθαι δώματα, καὶ μαμωνᾶν ὡς ἐναγελικῶς ἐμαθήκαμεν. Καὶ ἐπεὶ ἐκάστοτε ὡς θεοφιλέστατος ὁ θεὸς βοᾶντος, [ἱερεῖς λαλήσατε εἰς τὴν καρδίαν Ἱερουσαλήμ] ἀνάγκη τε ἐπιπλέκοντος, καὶ λέγοντος· [ὁ σκοπὸς ἐνώπιον τῶν ὀφθαλμῶν ἐστιν μου, ἐν σημείῳ τῆς σιλπιγγος, ἐν ἀλλὰ μὴ φυλάξητε, καὶ ἐλθῶ καὶ ἐξολεθρεύσω λαὸν ἐξ αὐτῶν ψυχῶν, τὸ αἷμα αὐτῶν ἐν χερὶ σου ἐκζητήσω.] φόβῳ δὲ τῆς σωτηρίας κατακόμματος ἀκαταισχύντως τοῖς ἀποδέουσι πᾶσι τῶν καθ' ἡμᾶς ἐκκλησιῶν, ἵνα μὴ ψαιρέσεως κατὰ τὸν θεῖον ἀπόστολον ἀπωμαι, καθαρεῖ ἐστιν

a *Act. 1.* b ἀξίως.

λοῦ τὸ αἷματος τῶν πεφραυσμένων τῆς καρδίας ἀμφιβλήτως, καὶ πίονα μᾶλλον τῶν ἐπὶ χρήμασι χειροτονουμένων καὶ χειροτονηθέντων. Πίστις δὲ θεοῦ ἀπειλήσει, καὶ τῷ καθ' ἑαυτὸν ἐκκληρώσεται κατὰ ἀποστολικὰ ὑμῶν ἀγιότης, ὡς Σίμωνα τὸν μάγον, τοῦτος καθέλοντος. τοῦτο ἰσχυρὸν καὶ ὑποτελὲς ἐστὶ τὸ ἀναγγέλλειν τὴν ἀλήθειαν, φυλαττόντες καὶ κρατοῦντες τὸ παρὰ τοῦ ἁγίου καὶ θεοφθόγγου ἀποστόλου, καὶ τῶν ἀειμνήστων πατέρων ἡμῶν κανονικῶς ἐκδοθέντα. καὶ ἐπὶ τούτοις παρεκάλεσεν τὸν παῖδα βίβλον τοῦ ἐμοῦ θεοῦ. ἃ ἐν ὑμῖν ἀδελφικὰ δεχόμενοι πέμπει ἀγωγιῶν εὐθυσμούς, καὶ κατ' ἀξίαν βούλεσθαι σπουδάσειν τὴν ἱεροφαντικὴν ἀγιότητα, ἀμφοῦντος ἔχειν τὴν δόξαν. ἔφησε γὰρ ἀμφ' ἡμῶν ὁ σοφώτατος καὶ μέγας θεολόγος ὁ χρυσοῦς ὁ θεῖος ἡμῶν, [ζῶ ἐγὼ, ἀλλ' οὐκ ἐγὼ ἐν ἐμοὶ Χριστός· ἀεί σε ἐν ἐμοὶ ἔχω, ἐν βάλοιτο, πάντα, ἔστι δικαίτλω, ἔστι ἕτερον ἐν κλίνῃ). ὡσαύτως καὶ ὁ χρυσόστομος διδάσκων βαλόμενος ἐν ἡμῖν ἐν ἀγαθοσύνῃ, ἀμφ' ἡμῶν ἀγγελικὸν τοῦτο κτῆμα. ἵνα δὲ ταύτῃ τῇ ἀδύτῳ σοφίᾳ ἱερολόγῳ καταβάζοντι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐπὶ ἀμφοτέροις τοῖς βλασφημοῦσι εἰς βασιλέα ἐπαθλον τὸ δαιμόνιον τὸ χεῖρον, καὶ τοῖς ἀλλοδιδασκάλοις παρεικάσει ἐκεῖνα τῷ ἀποδόντι, ὃς τοῖς διδάσκουσι ἐκεῖνα ἀμφὶ ἡμῶν ἀγγελικὸν τὸν κύριον ἀναπαλαίσαι. εἰ δὲ τὸ ἅγιον πνεῦμα ὁμοούσιον ἐστὶ χριστῷ τῷ θεῷ ἡμῶν, εἰ αὐτὸς παντέλειος θεὸς ἐστὶν μεσίτης, ὡς ἀποδέδεικται ἐξ ὧν ἐπράσσετο, ἀποδεδεικται γὰρ, ἀδιαιρέτως, ἀδιαμερίστως ἐστὶν ἐν αὐτοῖς ἐνεργείᾳ δὲ ἁγίου πνεύματος, ἔστι δὲ καὶ ἡ τῆς ἱερωσύνης ἀξιότης, καὶ ὁ σὺν ἐλαβεν, κλῆσις. μηνοῦντος δὲ ἁγίου Πέτρου πρὸς τὸν τὴν ἐπιθεσπεσίαν ἔννοιαν λέγοντος· [ἐν ἐστὶ τοι μερὶς, οὐδὲ κλῆρος ἐν τῷ λόγῳ.] ἐν γὰρ ἀπερισκαλῷ) ἐν τοῖς ἱερωσύνης ἀξίαις, ἔφη b ἀφεστῶτα παρ' αὐτοῖς ἡ κρίσις τῶν βίων σημεῖα πολιτεία, καὶ ἡ ἐν ἀγνείᾳ καὶ ἁγιωσύνῃ διαγωγή. ἀφεστῶτες κατ' αὐτοὺς καὶ Παῦλος ὁ θεῖος ἀποστόλος διδάσκων ὃν τὸν ἐπίσκοπον ἀνεπίληπτον εἶναι, σώφρονα, κόσμιον, διδακτικὸν, οἰνοφλυγία, μὴ πάροινον, ἀλλὰ ἐπιεικῆ, ἄμαχον, ἀφιλάργυρον· ἵνα δυνατὸς ᾖ καὶ παρακαλεῖν ἐν τῇ ὑγιαινούσῃ διδασκαλίᾳ, καὶ τοὺς ἀντιλέγοντας ἐλέγχειν. ὁμοίως τοίνυν καὶ ὁ πρῶτος τῶν ἱερωσύνης. αἱ ἐν ὑπακοῇ ἀγαπητοὶ χρεοὶ ἀδιάτριτοι πάντη τῆς ἱερωσύνης δοκιμάσαντες τὸν ποτὲ δέντα ἢ λαβόντα ἐν οἷα δήποτε χρόνῳ, εἴτε ἐν τῷ ἐπὶ τῆς χειροτονίας, εἴτε ἐν τῇ χειροτονίᾳ, εἴτε ἐν μετὰ τὴν χειροτονίαν. λαβὼν γὰρ ἐστὶ τὸ λαβεῖν ὁπωσοῦν. ἀλλὰ καὶ πάσης τοὺς ἀποδόλους τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἀφορίζειν ἐπιτὸ χρημάτων δόσεως.

Fratri, & comministro usquequaque sanctissimo, & beatissimo Domino Hadriano Papæ veteris Romæ.

Tarasius *indignus Episcopus Constantinopolis novæ Romæ, Domino S.*

Multipliciter, multisque modis ex Evangelio, & Apostolorum, Patrumque præceptis docemur, in sanctificatione Sacerdotii mores ab avaritia longè alienos præstare; neque in ullius Sacerdotalis viri ordinatione

---

a ἐπ' ὄν. b ἄρρ. c ἀφαιρέσεις.

aurum,

aurum, argentumve accipere, aut aliud quidpiam nobis vendicare: quod sententiæ ex divinis Scripturis, & Patrum doctrinis infrà subjectæ demonstrabunt. Qui enim manus imponunt, ministri sunt Spiritûs, non venditores Spiritûs. Nam cùm gratis gratiam Spiritûs acceperint, gratis etiam iis, qui ab ipsis accipiunt, dare jussi sunt ex voce Domini, hâc ipsâ libertate, potestateque acceptâ. Quòd si quis eam auro emisse convictus fuerit, hunc ex Sacerdotali ordine *a* excidisse pronuntiant, quanquam nomine Sacerdocium sortitus est, sed in eum falso nomen istud conferri re ipsâ comprobatur. *Nemo* b *enim potest Deo & Mammonæ servire*, prout ex Evangelio didicimus. Et quoniam audivimus Deum per os Prophetæ *c* clamantem: [*Sacerdotes loquimini ad cor Hierusalem*] rursusque *d* minantem, ac dicentem: [*Si speculator viderit gladium venientem, & non insonuerit buccinâ, & populus se non custodierit, venerito, gladius, & tulerit de eo animam: ille quidem in iniquitate sua captus est, sanguinem autem viri de manu speculatoris requiram:*] hujus igitur, quæ ex silentio imminet, condemnationis metu, omnibus earum, quæ apud nos sunt, Ecclesiarum præfectis annuntiamus; ita ut fidentes divinum Apostolum *e* imitantes, dicamus, mundi simus à sanguine eorum, qui transgrediuntur canonicas constitutiones, & multò magis eorum, qui ob pecunias ordinaverunt, aut ordinati sunt: quippe cùm Petrus, divinus ille Apostolus, cujus & cathedram sortita est fraterna vestra sanctitas, hos deposuerit, ut Simonem Magum. Propterea non refugimus, quin veritatem prædicemus, servantes ac retinentes ea, quæ à sanctis, & omniquaque benedictis Apostolis, & ab inclytis Patribus nostris canonicè sunt tradita. Et si quid horum ab aliquibus violatum est, aversamur. Fraterna igitur vestra summo Sacerdotio congruens sanctitas, legitimè & aptè ad voluntatem Dei Sacerdotalem sanctificationem administrans, celebrem adepta est gloriam. Dixit enim per Prophetam *f* primus & magnus Pontifex Christus: [*Vivo ego, nisi eos, qui me glorificant, glorificabo.*] Nôsti enim, ô vir eorum desiderium, quæ Spiritûs sunt, longè tolerabiliorem esse Macedonii, & eorum, qui ab illo, Sancti Spiritûs impugnatorum hæresim. Nam cùm illi Sanctum Spiritum Dei, & Patris creaturam, & servum negentur: hi suum ipsorum, quantùm putant, servum ipsum faciunt. Omnis enim Dominus, quicquid habet, cùm libuerit, vendit, sive famulum, sive aliquid aliud ex his, quæ possidet. Similiter & qui emit, volens emptæ rei dominus fieri, argenti pretio eam acquirit. Ita qui hoc nefarium facinus admittunt, Sanctum deprimunt Spiritum, æquè peccantes, atque illi, qui Christum in Beelzebub ejicere dæmonia ore blasphemo dicebant: vel, ut verius dicam, Judæ proditori sunt similes, qui Dei interfectoribus Judæis argenti pretio Dominum vendidit. Quando igitur Spiritus Sanctus consubstantialis est Christo Deo nostro, perspicuum omninò est, eos in eadem parte, ac sorte numerandos esse, ut demonstravimus. Quòd si non venditur, quemadmodum certè non venditur, compertissimum quoque est, in istis Sancti Spiritûs gratiam non esse, aut Sacerdotii sanctificationem, & quod non acceperunt, non habent. Meminerint sancti Petri ad eum, qui id procurârat, hoc modo dicentis *g*: [*Non est tibi pars, neq; sors in sermone isto.*] Nam si venditur Sacerdotii dignitas, supervacua igitur apud ipsos est honesta vitæ institutio & puritatis, virtutisque cultus: supervacuus apud ipsos & Paulus divinus Apostolus *h*, docens, *oportere Episcopum esse sine crimine, temperantem, modestum, aptum ad docendum, continentem, sobrium, insistentem fideli secundùm doctrinam sermoni, ut potens sit & exhortari in doctrina sana, & eos qui adversantur redarguere.* Pereunt igitur hæc omnia ex eo, quòd Sacerdotium venditur & emitur. Subjectæ igitur sententiæ ex sanctis collectæ alienum omninò à Sacerdotio pronuntiant eum, qui quocunque tempore dederit, vel acceperit, sive ante ordinationem, sive in ordinatione, sive post ordinationem. Accipere enim est, quandocunque accipere. Sed & omnes Ecclesiasticas promotiones, in quibus pecunia intervenit, irritas esse jubent.

a *al. dignitate.* b *Matth. 6.* c *Esa. 40.* d *Ezech. 33.* e *Act. 20.* f *1. Reg. 2.* g *Act. 8.* h *1. Tim. 3. & Tit. 1.*

C. XXII. ¶ *Et qui dat, & qui accepit, ut ordines sacri præstentur, anathema sit.*

Item ex Concilio Bracharensi II. *cap. 3.*

PLacuit *a*, ut de ordinatione Clericorum Episcopi munera nulla accipiant: sed sicut scriptum est *, quod gratis donante Deo accipiunt, gratis dent. Non aliquo pretio gratia Dei, & impositio manuum venundetur: quia antiqua definitio Patrum ita de Ecclesiasticis ordinationibus statuit, dicens *b*: [*Anathema sit dans & accipiens.*] Propterea, quia aliquanti multis sceleribus obruti *c*, sancto altario indigne ministrantes, non hoc testimonio bonorum actuum, sed profusione munerum obtinent; oportet *d* non per gratiam munerum, sed per diligentem prius discussionem, deinde per multorum testimonium Clericos ordinare.

Ex illa auctoritate B. Ambrosii, & Gregorii patet, quòd Simoniaci (sicut & alii hæretici) a fide exorbitant, & ideò consequenter de illis intelligitur, quod de alio decernitur.

4 pars. ¶ *Item opponitur, quòd prophetia donum Spiritûs Sancti est: hæc* e *autem in Veteri Testamento à sanctis Prophetis vendi consueverat. Unde Saul* f *ad Samuelem pro vaticinio expetendo non nisi cum munere ire præsumpsit. Uxor* g *etiam Hieroboam ad hominem Dei non nisi cum munere accessit. Item Christus* h *à Juda venditur, auriculam servo samavit. Exemplo itaq; Saulis, & uxoris Hieroboam patet, quòd donum Spiritûs Sancti emere, vel vendere non est peccatum. Exemplo Christi liquet, quòd Spiritus Sanctus etsi injustè à Simoniacis venalis putetur, virtutis tamen suæ non obliviscitur, nec desinat effectum suæ gratiæ, etiam venditus, præstare. Sed de Prophetia* B. Hieronymus *in c. 3.* i *Michææ competenter solvit, malos tantum accepisse, & non bonos denuntiare.*

C. XXIII. ¶ *Mali Prophetæ, non boni Prophetiam vendebant.*

IUdices, inquit, ejus in muneribus judicabant, & Sacerdotes ejus in mercede respondebant, & Prophetæ ejus in pecunia divinabant, & super Dominum requiescebant, dicentes: Nonne Dominus in nobis est? non venient super nos mala. Idcirco propter vos Sion quasi ager arabitur, & Hierusalem, ut custodia pomarii erit.] Nemo ambigit, Hierusalem propter scelera, quæ in hoc capitulo describuntur, fuisse subversam. *& infrà.* ¶ Poterat utique Petrus Simoni Mago vendere, quod petebat; imò poterat simulare vendentem (Spiritus & enim Sanctus nec venundari, nec emi potest;) sed oblatam pecuniam cum offerente damnavit. *& paulo post.* ¶ Nec quenquam moveat illud, quod in primo Regum *l* libro *m* legimus, Saulem volentem ire ad Samuelem dixisse puero suo, ad eum se ire non posse, quia pretium, quod offerret pro vaticinio, non haberet, & puerum respondisse: [*Ecce inventa est in manu mea quarta pars sicli pecuniæ, & dabo viro Dei, & annuntiabit nobis viam nostram.*] Non enim scriptum est, quod Samuel acceperit, aut quòd illi obtulerint: quin potiùs à Propheta pascuntur, & invitantur ad prandium.

a *Ivo part. 3. cap. 128.* * *Matth. 10.* b *supr. c. quicunque.* c *al. obnoxii.* d *oportet ergò] orig.* e *al. hoc.* f *1. Regum. 9.* g *3. Reg. 14.* h *Luc. 22.* i *Michæa 3. secundum 70.* k *Act. 3.* l *al. reguerum.* m *1. Reg. 9.*

sed fac eum accepisse: stipes magis æstimandæ sunt tabernaculi, quàm munera Prophetiæ: siclus enim viginti obolos habet; & quarta pars sicli, quinque sunt oboli. Et nostri igitur Sacerdotes, si volunt vendere Prophetiam, & columbas in cathedris suis proponere, quas Dominus flagello subvertit, quinque tantùm 1 obolorum sint mercede contenti, qui utinam non pretia villarum, sed quinque obolos acciperent. ¶ Hoc ipsum sonat, & in tertio *a* Regnorum libro, quòd uxor Hieroboam infirmante filio pergit ad Achiam hominem Dei, & defert ei decem panes 2. & crustulam, & vas mellis; quia hæc magis 3 in sumptum Prophetæ, quàm muneri Prophetiæ reputanda sunt. Licèt potuerint hi, qui ad Ariolos ire consueverant (quia multi Divini, & Arioli erant in Israël) malâ consuetudine æstimâsse idipsum etiam de Prophetis, & voluisse sanctis viris offerre, quod Divinis offerre consueverant. ¶ Unde in 4 quarto *b* libro Regum *c* legitur, [*quod Helisæus venit Damascum, & Benadad Rex Syriæ ægrotabat, annuntiaverunt ei, dicentes: Venit vir Dei huc: & ait Rex ad Azaelem: Tolle tecum munera, & vade in occursum viri Dei, & consule Dominum per eum, dicens, si evadere de infirmitate hac potero. Ivit ergò Azael in occursum ejus, habens secum munera, & omnia bona Damasci, onera quadraginta camelorum.*] Sed non est credendum accepisse: sicut de eodem Helisæo legitur *d*, quòd Naaman mundatus à lepra obtulerit munera, dicens: [*Obsecro, ut accipias benedictionem à servo tuo. At ille respondit: Vivit Dominus, ante quem sto, quia non accipiam. Cumq; vim faceret, penitùs non acquievit.*]

¶ *Caput hoc in uno vetustis exemplaribus conjunctum est superiori, & loco primæ distinctionis,* Judices, *legitur,* Duces; *quemadmodum est apud B. Hieronymum in versione 70.*

1 ¶ Quinque tantùm obolorum sint mercede contenti, qui.] *Ista omnia absunt à recentioribus editionibus B. Hieronymi, atque etiam à vetustioribus, præter distinctionem,* qui. *Sed non sunt expunctia, quia sententiæ non officiunt.*

2 ¶ Decem panes,] *Sic in vulgata Latina B. Hieronymus habet,* panes, & uvas passas, & vasculum mellis. *In Græca autem vulgata, & crustula, & uvæ passæ commemorantur,* ἄρτους, *inquit,* καὶ κολλύρια τοῖς τέκνοις αὐτῆς, καὶ σταφυλάς.

3 ¶ Quia hæc magis] *Ista usque ad vers.* Licèt, *non habentur hîc apud B. Hieronymum, sed loco eorum hæc:* Dicitur enim, quid secum illa portaverit: & tamen Propheta non scribitur accepisse: quippe cùm & corripuerit eam, & venturum luctum prædixerit: licèt, &c.

4 ¶ Unde in quarto] *Hæc usque ad finem non sunt inventa apud B. Hieronymum.*

C. XXIV. ¶ *Quòd divinatio in bonum non accipitur.*

Idem *in eodem capite.*

NUnquam divinatio in Scripturis in bonam partem accipitur. [*Non e est augurium in Iacob, neque divinatio in Israël.*] Videbantur sibi quidem esse Prophetæ: sed quia pecuniam accipiebant, Prophetia ipsorum facta est divinatio.

¶ *Hoc etiam caput in aliquot vetustis est conjunctum superiori, & legitur, ut in originali,* Nunquam enim.

Cum ergò secundùm Hieronymum bona Prophetæ non munera Prophetiæ accipiebant, sed stipes tabernaculi: malum autem, qui accipiebant, Prophetia, quæ Dei erat donum, in divinationem, quæ diabolica est, convertebatur; quod aliud colligitur, nisi quòd Simoniacus (quod superiùs dictum est) nulla spiritualis gratiæ cooperatur? Cum enim in Sacramentis, neque qui plantat f, neque qui rigat, sit aliquid, sed qui incrementum dat, Deus; quæ operatur in eis, si Dominus, quis incrementum dat, in eo non lucet, sed est otiosus? Item, quod dicitur a de Christo, quòd sicut Christus venditus avunculum vestitus Malchi, & fecit miracula; sic & Spiritus Sanctus possit vendi, & in ipsa venditione suam gratiam operari, non valet hæc similitudo. Non enim hoc operatur Spiritus Sanctus spiritualiter in perfidia mercimonii avaritiæ, quod Christus gessit corporaliter certi mysterii causâ ad exemplum patientiæ. Si enim omnimoda est similitudo, cùm credatur posse vendi, sicut Christus; credatur etiam Spiritum Sanctum posse crucifigi: quod impossibile est. Potest etiam intelligi (ut à similitudine non recedamus) quòd sicut Christus venditus non vendatori, vel ementi, sed eis, qui nescientes aderant, dona suæ gratiæ contulit, pro quibus etiam in cruce supplicavit; sic & Spiritus Sanctus non vendenti, vel ementi; sed his, qui de manibus eorum, ignorantiâ ducti, Sacramenta Dominica accipiunt, suæ gratiæ effectum largiri probatur. Item objectetur, quòd etsi malum sit Ecclesiastica vendere, tamen sæpe sinistra principia ad felices perveniunt exitus. Ut Iacob b per supplantationem pervenit ad benedictionem; ut Seges, quæ leprosâ manu seritur, mundâ tamen metitur; ut ex adulterum concubitu pulchra soboles nascitur: sic & pecunia, quæ per Simoniam acquiritur, felicem habet exitum, cùm pauperibus profutura erogatur. Sed nihil horum Simoniæ patrocinatur.

C. XXV. ¶ *Quæ malo inchoantur principio, non peragantur bono exitu.*

Ait enim Leo Episcopus *ad Maurum Episcopum, epist. 15. al. 87.*

PRincipatus *e* quem aut seditio extorsit, aut ambitus occupavit, etiamsi moribus atque actibus non offendit, ipsius *d* tamen initii sui est perniciosus exemplo. Et difficile est, ut bono peragantur exitu, quæ malo sunt inchoata principio.

C. XXVI. ¶ *Non superædificatur bonum opus, ubi Christus fundamentum non est.*

Item Gregorius *Anastasio, Antiocheno Episcopo, lib. 7. epist. 47. indict. 2.*

CUm Paulus dicat *e*: [*Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id, quod positum est, quod est Christus Iesus,*] consequenter probatur, quia ubi Christus non est fundamentum, nullum boni operis est superædificium.

¶ *Apud B. Gregorium sic legitur:* Prædicator autem egregius dicit: [*Fundamentum, &c.*] Quisquis ergò cum dilectione Dei & proximi, fidei, quæ in Christo est, firmitatem tenet; eundem Jesum Christum, Dei & hominis filium, apud se posuit fundamentum. Sperandum ergò est, quòd ubi Christus fundamentum est, bonorum quoque operum sequatur ædificium.

C. XXVII. ¶ *Non potest fieri eleemosyna ex pecunia Simoniacè acquisita.*

Idem *Syagrio, & aliis Episcopis, lib. 7. epist. 110.*

NOn *f* est putanda eleemosyna, si pauperibus dispensetur, quod ex illicitis rebus accipimus; quia qui hæc intentione malè accipit, ut quasi benè dispenset, gravatur potiùs, quàm juvatur 1. *& paulo pòst.* Unde etiam illud certum est, quia etsi monasteria, aut xenodochia, vel quid aliud de pecunia, quæ pro sacris ordinibus datur, construantur, mercedi non proficit. *& paulo pòst.* ¶ Ne ergò sub obtentu eleemosynæ cum peccato aliquid studeamus accipere, apertè sacra Scriptura nos prohibet, dicens 2: [*Hostiæ impiorum abominabiles, quæ offerentur ex scelere.*] Quicquid enim in Dei sacrificio ex scelere offertur, omnipotentis Dei non placat iracundiam,

---

a 3. Reg. 14. b 4. Reg. 8. c al. Regnorum. d 4. Reg. 5. e Num. 23. f 1. Corinth. 3.

a Luc. 22. Ioan. 18. b Genes. 27. c Ansl. l. 7. c. 17. dist. 61. c. miramur. d al. ipso. e 1. Cor. 3. f Ioan. Diac. Polyc. lib. 2. tit. 1. Anselm. lib. 3. c. 30. Panu. l. 2. cap. 194. Ivo p. 5. c. 122.

g Prov. 21.

sed

sed irritat. Hinc rursus scriptum est a: [*Honora Dominum de tuis justis laboribus.*] Qui ergò malè tollit, ut quasi benè præbeat, constat sine dubio, quia Dominum non honorat. Hinc quoq; per Salomonem b dicitur: [*Qui offert sacrificium de substantia pauperum, quasi victimat filium in conspectu patris.*] Quantus autem dolor patris sit, perpendamus, si in ejus conspectu filius victimetur. Et hinc facilè cognoscimus, quantùm apud Deum dolor exasperatur, quando ei sacrificium ex rapina tribuitur. Nimis ergò declinandum est, dilectissimi fratres, sub obtentu eleemosynæ, peccata Simoniacæ hæreseos perpetrare. Nam aliud est propter peccata eleemosynas facere: aliud propter eleemosynas peccata committere c *s. & post pauca.* ¶ Quisquis ergò Sacerdotium non ad elationis pompam, sed ad utilitatem adipisci desiderat, prius vires suas cum hoc, quod est subiturus, onere metiatur, ut si impar est, abstineat; & ad id cum metu etiam, cui d se sufficere existimat, accedat.

1 ¶ Juvatur.] *Si hic interponatur caput,* Eleemosyna. *infrà, 14. q. 5. erit integer hic locus.*

2 ¶ Committere.] *Hic apud B. Gregorium interjecuntur c.* Hoc quoque. *dist. 19. & c.* Sicut Neophytus. *dist. 42.*

C. XXVIII. ¶ *Pastor Simoniacus nullam ovibus præbet medicinam.*

Item *Theodorico & Theoberto* c *Regibus Francorum, libro septimo, epistola 114.*

FErtur f Simoniaca g hæresis (quæ prima contra Dei Ecclesiam diabolicâ plantatione subrepsit, & in ipso ortu suo, zelo h Apostolicæ ultionis percussa, atque damnata est) in regni vestri finibus dominari: cùm in Sacerdotibus fides sit eligenda cum vita. Si enim vita deest, fides meritum non habet, beato Jacobo attestante, qui ait i: [*Fides sine operibus mortua est.*] Quæ enim operæ esse valeant Sacerdotis, qui honorem tanti Sacramenti convincitur obtinere per præmium? *& post pauca.* ¶ Hinc igitur non solùm in ordinatoris, & ordinati animam lethale vulnus infligitur; verùm etiam excellentiæ vestræ regnum k. Episcoporum culpâ (quorum magis intercessionibus juvari debuerat) prægravatur. Si enim dignus is Sacerdotio creditur, cui non actionis merita, sed præmiorum copia suffragatur, restat, ut nihil sibi in Ecclesiasticis honoribus gravitas, nihil defendat industria, sed totum auri profanus amor obtineat. Et dum vitia remunerantur honore, in locum ultoris, is, qui fortasse fuerat ulciscendus, adducitur: atque hinc Sacerdotes non proficere, sed perire potiùs judicantur. Vulnerato namque pastore, quis curandis ovibus adhibeat medicinam? aut quomodo populum orationis clypeo tueatur, qui jaculis se hostilibus feriendum exponit? aut qualem de se fructum producturus est, cujus gravi peste radix infecta est? Major ergò merenda est locis illis calamitas, ubi tales intercessiones ad locum regiminis adducuntur, qui Dei in se magis iracundiam provocant, quam per semetipsos placare debuerant.

Cùm ergò secundùm Leonem Simonia non bono peragatur exitu, secundum Gregorium nullum bene operi sequatur ædificium, nec sit putanda Eleemosyna, quæ ex pretio Simoniæ erogatur pauperibus, vulnerato pastore medicina non adhibeatur curandis ovibus, de infecta radice fructus non producatur, major etiam calamitas in futuro metuatur, de tam sinistro principio quis felix exitus speretur?

C. XXIX. ¶ *Simoniacorum Sacramenta effectu gratia carent.*

Hinc etiam Augustinus *ait.*

SIcut Eunuchus fuit, qui * Joseph comparavit; ita qui gratiam mercatur, vivum semen non habet siccis genitalibus. Sic quoq; ignis a sacrificii, qui per septuaginta annos Babylonicæ captivitatis sub aqua vixerat, extinctus est, Antiocho Jasoni vendente Sacerdotium: quod significavit Spiritûs Sancti ignem non lucere in Simoniacis b Sacramentis.

Quid in his similitudinibus beatus Augustinus notare voluit, nisi quia Sacramenta Simoniacorum (sicut & cæterorum hæreticorum) licèt sint vera, quantum ad formam, inania tamen, & falsa sunt, quantùm ad effectum, cùm non possint in cordibus hominum gignere, vel accendere cœlestem gratiam?

5 pars. *Sed objicitur illud* Augustini *contra hæreticos tractatu 5. super Evangelium Ioannis.*

C. XXX. ¶ *Sive bonus, sive malus sit minister, per utrumque effectus gratiæ confertur.*

SI c justus fuerit minister, computo eum cum Paulo, qui gloriam suam non quærit, dicens: [*Ego d plantavi, Apollo rigavit, Deus autem incrementum dedit.*] Qui verò fuerit superbus minister, cum Diabolo computatur: sed non contaminatur donum Christi, quia per illum 1 purus fluvius transit, & venit ad fertilem terram. Scio, quia lapis ex aqua fructum ferre non potest, & si per lapideos canales transit aqua ad areolas, in canali lapideo nihil generatur, sed tamen hortis plurimum fructum affert. Spiritualis enim virtus Sacramenti ut lux pura ab illuminandis excipitur, sed per immundos transiens non coinquinatur.

¶ *Ab initio hujus capitis usque ad vers.* donum Christi. *Algerus lib. 3. c. 5. citat ex beato Augustino, cujus tamen propria verba habentur infrà de consec. dist. 4. cap.* aliud. ¶ si fuerit.

1 ¶ Quia per illum.] *Apud B. Augustinum tractatu 5. legitur:* Quod per illum fluit, purum est, quod per illum transit liquidum, venit ad fertilem terram: putà, quia ipse lapideus est, quia ex aqua fructum ferre non potest. Per lapideum canalem transit aqua ad areolas, in canali lapideo nihil generans, sed tamen hortis plurimum fructum affert. Spiritalis enim virtus Sacramenti ita est, ut lux, & ab illuminandis pura excipitur, & si per immundum transeat, non inquinatur.

C. XXXI. ¶ *De eodem.*

Idem *ad Vincentium Donatistam, epist. 48.*

EX e catholica Ecclesia sunt omnia Dominica Sacramenta: quæ sic habetis, & datis, quemadmodum habebantur, & dabantur, etiam priusquam inde exiretis.

C. XXXII. ¶ *De eodem.*

Idem *de Baptismo contra Donatistas, lib. 5. cap. 19.*

SIc f autem g Deus adest Sacramentis, & verbis suis, per qualeslibet administrentur, & Sacramenta Dei ubique recta sunt, sicut h mali homines, quibus nihil prosunt, ubique perversi sunt.

C. XXXIII. ¶ *De eodem.*

Idem *lib. 4. de Bapt. contra Donatistas, cap. 12.*

NEc i foris ergò, sicut nec intùs quisquam, qui ex parte k Diaboli est, potest vel in se, vel in quoquam maculare Sacramentum, quod Christi est.

---

a *Prov. 3.* b *Eccl. 34.* c *al. perpetrare.* d *al. qui.* e *al. Theodeberto.* f *Polyc. ibidem. Ansl. l. 8. cap. 76. Ivo part. 5. cap. 111.* g *al. Simoniacam hæresim.* h *al. tela.* i *Iac. 2.* k *al. regimen vestrarum Episcoporum.*

* *Gen. 39.* a *2. Mach. 1. & 4.* b *al. Simoniacorum.* c *Infrà de consec. dist. 4. c. aliud. Alger. l. 3. c. 5. Ansel. l. 9. c. 30. Polyc. l. 3. tit. 10.* d *1. Cor. 3.* e *Alger. l. 3. c. 9. Deusdedit in tract. de Simoniacis. Polyc. l. 3. tit. 10.* f *al. si.* g *Alger. l. 3. c. 2. Ivo p. 1. c. 117.* h *al. &.* i *Algerus ibid. Deusdedit in tractatu de Simoniacis. Ansl. l. 9. c. 48. Polyc. ibid.* k *al. patre Diabolo.*

C. XXXIV. ¶ *Sacramenta quæ non mutantur, catholicis & hæreticis communia probantur.*

Idem *ad Emeritum, epist.164.*

SAcramenta *a*, quæ non mutâstis, sicut habetis, approbantur à nobis: ne fortè cùm vestram pravitatem corrigere volumus, illis mysteriis Christi, quæ in vestra pravitate depravata non sunt, sacrilegam faciamus injuriam. Neque enim & Saul *b* depravaverat unctionem, quam acceperat, cui unctioni tantum honorem Rex David, pius Dei servus, exhibuit.

C. XXXV. ¶ *De eodem.*

Idem *ad Donatistas.*

SIcut ficti veraciter, non fictè recipiunt, nec eorum baptisma reprobatur; sic & illa, quæ schismatici, vel hæretici, si non aliter habent, nec aliter agunt, quàm vera Ecclesia, cùm ad nos veniunt, non emendamus, sed potiùs approbamus.

¶ *Verba ipsa primis partis hujus capitis usque ad ver.* reprobatur, *non sunt inventa apud B. Augustinum: sed habetur sententia lib.1.de Baptismo contra Donatistas c.12. Reliqua autem hujus capitis pars est in eodem lib. c.13.*

C. XXXVI. ¶ *Non fugiantur Sacramenta Dei, à quacunque ministrentur.*

Idem *contra literas Petiliani, lib.3. c.9.*

NEque *c* in homine bono aliquis Dei Sacramenta fugiat, neque in homine malo.

¶ *Libro tertio contra literas Petiliani, unde videtur sumptum esse hoc caput, sic legitur:* Nemo glorietur, nec in homine bono: nemo bona Dei fugiat, nec in homine malo. *Hoc autem caput significatur supra distinct 32.c.* præter. §. verùm principia.

C. XXXVII. ¶ *Hominum malitia Sacramenta non profanat.*

Idem *de Baptismo contra Donatistas, lib. 6. c.44.*

NOnne Sodomitæ Ethnici erant, id est, Gentiles? Pejores ergò erant Judæi, quibus Dominus dicit *d*: [*Terra Sodomæ & Gomorræ in die judicii, quàm vobis.*] Et quibus Propheta *e* dicit: [*Justificâsti Sodomam,*] id est, in comparatione vestri *f* justa facta est. Nunquid tamen ideò Sacramenta divina, quæ apud Judæos erant, talia erant, quales ipsi erant? quæ Dominus ipse quoque præcepit, & ad ea celebranda leprosos *g*, quos mundaverat, misit, & ea Zachariæ *h* ministranti Angelus adstitit, eumq; in templo sacrificantem exaudítum esse nuntiavit. Hæc eadem Sacramenta & in bonis hominibus illius temporis erant, & in malis pejoribus, quàm sint Ethnici, quandoquidem Sodomitis in malitia præstant: & tamen illa Sacramenta erant in utrisq; integra, atque divina. Nam & ipsi Gentiles, si quid divinum, & rectum in doctrinis suis habere potuerunt, non improbaverunt sancti nostri *i*: quamvis illi per suas superstitiones, & idololatriam, & superbiam, cæterosque perditos mores detestandi essent, & nisi corrigerentur, divino judicio puniendi.

C. XXXVIII. ¶ *Sacramenta malè habere possunt, licèt virtutem Spiritûs Sancti habere non possint.*

Idem *libr.3. cap.18.*

MUltæ *k* autem operationes sunt Spiritûs Sancti, quas Apostolus, cùm quodam loco, quantùm sufficere arbitratus est, commemorâsset, ita concludit *k*: [*Omnia autem hæc operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis prout vult.*] Cùm ergò aliud sit Sacramentum, quod habere etiam Simon a Magus potuit, aliud Prophetia *l*, quæ in malis hominibus etiam fieri solet, ut in Saul; aliud operatio ejusdem Spiritûs, quam nisi boni habere non possunt, sicut est *fides c præceptis, charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta*; quodlibet hæretici, & schismatici accipiant: *charitas d quæ cooperit multitudinem peccatorum*, proprium donum est catholicæ unitatis & pacis: nec est in omnibus, quia nec ejus sunt omnes.

C. XXXIX. ¶ *Licèt Sacramenta malè ministrent, remissionem peccatorum non præstant.*

Idem *eodem libro, c. 18.*

REmissionem *e* peccatorum *f* avari non dabant: quæ per orationes sanctorum, id est, per columbæ gemitus datur, quicunque baptizet, si ad ejus pacem illi pertinent, quibus datur. Non enim raptoribus, & fœneratoribus diceret *g* Dominus: [*Si cui dimiseritis peccata, remittuntur illi, si cui retinueritis, tenebuntur.*] Foris quidem nec ligari aliquid potest, nec solvi, ubi non sit, qui aut ligare possit, aut solvere: sed solvit, qui cum columba fecerit pacem, & ligatur, qui cum columba non habet pacem, sive apertè foris sit, sive intus esse videatur.

Si ergò Sacramenta in modum lucis ab immundis coinquinari non possunt, si in modum puræ fluviæ per lapideos canales ad fertilissimos perveniunt, patet, quòd Simoniaci Sacramentum unitatis sibi quidem inutiliter & perniciosè habent, alios autem utiliter & salubriter eandem unitatem administrent. Sicut ergò sunt verè Sacramenta hæreticorum, quantum ad formam; ita sunt vera, & non inania, quantum ad effectum.

6 pars. *Sed notandum est, quòd Sacramentorum alia h sunt necessitatis, alia dignitatis. Quia enim necessitas non habet legem, sed ipsa sibi facit legem, illa Sacramenta, quæ salutis sunt necessaria, quia iterari non possunt, cùm sint vera, auferri, vel amitti non debent, sed cum pœnitentia rata esse permittuntur. Illa verò Sacramenta, quæ sunt dignitatis, nisi dignè fuerint administrata, ita ut digni dignè à dignis provehantur, dignitates esse desinunt: non ut annullentur veritas Sacramenti, sed ut cesset officium administrandi, vel loco, vel tempore, vel promotione.*

Loco, ut ait Leo *ad Rusticum Narbonensem Episcopum, epistolâ 90. al. 92. cap. 1.*

C. XL. ¶ *Debiti, qui à Pseudoëpiscopis ordinantur.*

SI *i* qui Clerici ab istis Pseudoëpiscopis in eis Ecclesiis ordinati sunt, quæ ad proprios Episcopos pertinebant, & ordinatio eorum cum consensu, & judicio præsidentium facta est, potest rata haberi, ita ut in ipsis Ecclesiis perseverent. Aliter autem vana est habenda ordinatio, quæ nec loco fundata est, nec auctoritate munita.

¶ *Caput hoc emendatum est, ac locupletatum ex ipsa epistola, & refertur supra dist.62. c.1. §.* si qui.

Ecce aliquis à Pseudoëpiscopis ordinatus, si locum suæ ordinationis mutaverit, vana est, & sine administratione erit talis ordinatio.

Tempore, ut ait Innocentius *epist. 24. cap. 1. de ordinatis à Bonoso.*

C. XLI. ¶ *Quæ pro necessitate concedantur, eadem cessante cessabunt.*

QUod *k* pro necessitate temporis statutum est, cessante necessitate, debet utiq; cessare pariter, quod urgebat: quia alius est ordo legitimus, alia usurpatio, quam ad præsens fieri tempus impellit.

a *Aller.1.3.c.9. Polyc.l.7.tit.10.* b *1.Reg.24. & 26.* c *Sup. dist.32.c.prater hoc. §.verùm principia. Ivo p.10. c.76.* d *Matt.11.* e *Ezech.16.* f *al. vestra Sodoma justificata est.* g *Luc.17.* h *Zachar.1.* i *al. viri.* k *Polyc.lib.3.tit.10. Anse.lib.9. c.29.* l *1.Corinth.12.*

a *Aller.2.* b *al. operatur Spiritus, quæ in mihi.s.f. sicut Saul habuit Prophetiam; aliud, &c.*] *orig.* c *1.Timoth.1.* d *1.Pet.4.* e *Remissam*] *orig.* f *Polyc. ibid. Anse. lib.9. c.31.* g *Ioan.20.* h *adde c.206. infrà eâdem.* i *Supra dist.82. c.1. Burch. l.1. c.11. Ivo p.5.c.65.* k *Ivo in prologo fol.3. Pan.c.13. in prologo.*] *add.9. c. quod pro remedio.*

l ¶ Quam

1 ¶ Quam ad præsens] *Hæc sunt addita ex Innocentio, cujus verba in hoc capite in summam redacta: infra autem q.7.c.* quod pro remedio, *plenius referuntur.*

Ergo aliquis alio tempore, ab eo qui Bonosi similis sit, ordinatus, essalvet ab administratione, quæ pro necessitate illius temporis fuit permissa.

Item promotione, ut ait Leo *epistolâ tertiâ ad Italianum a Aquilejensem.*

C. XLII. ¶ *Qui ab hæreticis redeunt, sine spe promotionis in suis ordinibus recipi possunt.*

SI *b* quis hæreticæ communionis contagione se maculârit 1, hoc in magno habeat beneficio, si ademtâ sibi omni spe promotionis, in quo invenitur ordine, permaneat.

1 ¶ Maculârit] *Hic apud B. Lesnem, cùm alia verba sunt interjecta, cum c.* saluberrimum, *infrà q.7. Caput enim hoc est quasi summa quædam, quemadmodum & c.* omnis. *infrà eâdem, tametsi illud paulò plenius sit.*

Ecce si Clericus vel in ordinatione, vel quilibet Sacramenta hæreticu communicat, cessans à promotione vix in suo ordine perseverat. Non est enim de Sacramento hoc, ut de cæteris. Cætera enim vel ad culpas abluendas dantur, ut Baptismus & Pœnitentia; vel pro culpis non in æternum, sed ad horam negantur, ut Eucharistia, quæ in articulo mortis pœnitentes etiam de nefariis peccatis consecutur. Hoc solum non solum pro culpa, sed etiam pro infamia interdicitur c, & pro immunda mundissimæ, vel exteriori, vel interiori sanctæ perfectionis prærogativa, ut bigamo, vel vidua marito, vel alitera, vel corporis qualibet parte vitiatu denegatur: quibus tamen Baptismus, vel Eucharistia non negatur. Potest etiam talis cætera Sacramenta sacerdotaliter administrare, qui istud solum non valet conferre.

C. XLIII. ¶ *De Episcopis, qui talem consecrant, qualem consecrare non licet.*

Unde Leo *ait ad Episcopos Africæ, epist. 87. al. 87. cap. 2.*

SI *d* qui Episcopi talem consecraverint Sacerdotem, qualem non liceat, etiamsi aliquo modo damnum proprii honoris evaserint, ordinationis tamen jus ulterius non habebunt, nec *e* illi unquam Sacramento intererunt, quod, neglecto divino judicio, immeritò præstiterunt.

Ecce cùm honoris periculum evadant, ut cætera Sacramenta sacerdotaliter administrare permittantur, ab hoc solo non modò pro hæresi, vel pro qualibet majori culpa, sed etiam pro negligentia removentur. In quibus omnibus solicitè notandum est, quod Sacramentum Sacerdotalis promotionis pra cæteris omnibus magis accuratè & digne dandum vel accipiendum est; quia nisi rite collatum fuerit, eo desinet esse ratum, quò non fuerit rite perfectum. Cætera enim Sacramenta unicuiq; propter se dantur, & unicuique talia sunt, quali corde, vel conscientiâ accipiuntur. Istud solum non propter se solum, sed propter alios datur: & ideò necesse est, ut vero corde, munda q; conscientiâ, quantum ad se sumatur, quantum ad alios vero, non solum sine omni culpa, sed etiam sine omni infamia propter scandalum fratrum: ad quorum utilitatem, non solum ut præsint, sed etiam ut prosint, Sacerdotium datur.

C. XLIV. ¶ *Simoniaci rei sunt infidelitatis eorum, qui à se scandalizantur.*

Unde Hieronymus *ad c.3. Michæa.*

HI, quoscunque de assectis suis ordinant Clericos, & vitam eorum in scandalum populis exponentes, rei sunt infidelitatis eorum, qui scandalizantur.

Revera enim, qui ad hoc eligunter, ut cæteris præsint, sicut præordinantur dignitate, sic præeminere debent sanctitate. Alioquin, cur cæteris præferuntur, qui nullâ meritorum gratiâ à cæteris æstimantur? Hoc etiam Symmachus *Laurentio Mediolanensi Episcopo post sextam Synodum Romanam.*

C. XLV. ¶ *Sicut honore, ita & sientiâ quisque præcellere debet.*

VIlissimus *a* computandus est, nisi præcellat scientiâ & sanctitate, qui est honore præstantior.

7 pars. *Patet ergò illud Augustini* b (*Sacramenta videlicet Christi per hæreticos ministrata suo non carere effectu*) *non de omnibus intelligi generaliter, sed de Sacramento Baptismi.*

C. XLVI. ¶ *Baptismus sive per bonum, sive per malum ministretur, reiterari non debet.*

Unde idem Augustinus *ait tract. 5. in Ioannem.*

DEdit Baptismum Judas, & non baptizatum est post Judam: dedit Joannes, & baptizatum est post Joannem: quia qui datus est à Juda, Baptismus Christi erat: qui autem à Joanne datus, Joannis erat. Non Judam Joanni, sed Baptismum Christi, etiam per Judæ manus datum, Baptismo Joannis, etiam per manus Joannis dato, rectè præponimus. *& paulo post.* ¶ Quos baptizavit Joannes, Joannes baptizavit, quos autem baptizavit Judas, Christus baptizavit. Sic ergò quos baptizavit ebrius 1, quos baptizavit homicida, quos baptizavit adulter, si Baptisma Christi erat, Christus baptizavit. *Item paucis interjectis.* ¶ Quod *e* Sacramentum tam sanctum est, ut nec homicidâ ministrante polluatur.

1 ¶ Ebrius] *Addita, sublata, & emendata sunt nonnulla in hoc capite ex originali, non tamen vox ista ob glossam. Legendum est enim,* ebriosus.

C. XLVII. ¶ *De eodem.*

Idem *de Baptismo contra Donatistas, lib.4. c.4.*

SIcut *d* urgeri videor, cùm mihi dicitur, ergò hæreticus dimittit peccata? sic & ego urgeo, cùm dico, ergò qui cœlestia mandata non servat, avarus, raptor, fœnerator, invidus, verbis, non factis sæculo renuncians, dimittit peccata? Si per vim Sacramenti Dei, sicut & ille, ita & ille. Si per meritum suum, nec ille, nec ille. Illud enim Sacramentum & in malis hominibus Christi esse cognoscitur: in corpore autem unicæ *e* columbæ, incorruptæ, sanctæ, pudicæ, non habentis maculam, aut rugam, nec ille, nec ille invenitur. [Ut si cujus 1 manus esset arida, verum quidem esset membrum, quamvis sine sanguine, & inefficax esset, & mortuum: sic & fides, cùm sit vera, tamen sine *f* operibus mortua est.] *Item paulo post.* ¶ Sic ergò in hæresi baptizatus in nomine sanctæ Trinitatis, tamen non fit templum Dei, si ab hæresi non recesserit, quomodo neque in avaritia in eodem nomine baptizatus fit templum Dei, si ab avaritia *g* non recedat, quæ est idolorum servitus.

1 ¶ Ut si cujus] *Verba hæc usque ad vers.* Item, *in vulgatis B. Augustini codicibus, eo loco non leguntur, neque apud cæteros collectores.*

8 pars. *Ex his itaq; verbis apparet, Baptismum, quod ab hæreticis traditur, virtute suâ remissionem conferre peccatorum.*

Sed idem Augustinus *contrà testatur libro sexto de Baptismo contra Donatistas, c.1. dicens.*

C. XLVIII. ¶ *Baptisma Christi, etsi nullâ perversitate violetur, apud hæreticos tamen caret effectu.*

ETiam corde tardiores, quantum existimo, intelligunt Baptismum Christi nullâ perversitate hominis, sive dantis, sive accipientis posse violari. Sed 1 quia aliud est Sacra-

a al. Iamarium. b *Infrà eâd. c. omnis. & quæst. 7. c. saluberrimum.* c *al. interdum etiam pro.* d *25. quæst. 2. c. si quis Episcops. Anselm. lib.6. cap.74. 1vo part.3. cap.107.* e nec ei Sacramento] *orig.*

a *Vilissimis comparandus*] *orig.* b *Sup.c.ex catholica. & c. justus.* c *Alg.l.3.c.10.* d *Polyc.l.3.tit.10. Anf.l.9.c.35. 1vop.1.c.165. & p.2.c.54.* e *Eph.5.* f *Iac.2.* g *Col.3.*

mentum, ab effectu Sacramenti, cùm eos, qui in ipsa unitate Ecclesiæ perditè vivunt, constet remissionem peccatorum nec dare, nec habere posse, quia non malignis, sed bonis filiis dictum est: [*Si cui dimiseritis peccata, dimittuntur ei, si cui tenueritis, tenebuntur*;] patet ergò hæreticos tantùm dare vel accipere Sacramentum Baptismi, & non dare remissionem peccatorum.

1 ¶ Sed quia aliud] *Hinc usque ad finem, verbis B. Augustini in summam redactis, sententia tamen manet inconvulsa. Integer locus habetur de consecrat. distinct. 4.* Quomodo. 4. Non ob aliud.

C. XLIX. ¶ *De eodem.*

Idem *in sermone undecimo de verbis Domini, de blasphemia in Spiritum Sanctum.*

COrporalia Sacramenta, quæ portant & celebrant etiam segregati ab unitate corporis Christi, formam possunt exhibere pietatis. Virtus verò pietatis invisibilis & spiritualis ita in eis non potest esse, quemadmodum sensus non sequitur hominis membrum, quando amputatur à corpore.

¶ *In aliquot vetustis codicibus hoc & sequens caput sunt conjuncta superiori.*

C. L. ¶ *De eodem.*

Item Ambrosius *in libro de initiandis tractatus.*

NOn a sanat Baptismus perfidorum, non mundat, sed polluit 1: quia in *b* diluvio aquarum multarum ad Dominum non approximatur, quia ut per Apostolum dicitur *c*: [*Quicquid non est ex fide, peccatum est*:] & ipsis, qui faciunt, & quibus faciunt, non solùm non prodest, sed ad judicium est.

1 ¶ Polluit:] *Hucusque Ambrosius. Sed Algerus libro tertio c. 1. referens hunc locum, addit usque ad vers.* approximatur. *ac deinde c. 13. citans etiam eundem librum B. Ambrosii, adjungit reliqua hujus capitis usque ad finem.*

C. LI. ¶ *Per manûs impositionem confirmentur, qui ab hæreticis Baptisma accipiunt.*

Item Leo *ad* d *Nicetam Aquilegiensem Episcopum, epist. 77. al. 79. c. 7.*

HI *e*, qui Baptismum ab hæreticis acceperunt, cùm baptizati antèa non fuissent, solâ invocatione Spiritûs Sancti per impositionem manuum confirmandi sunt: quia formam tantùm Baptismi sine sanctificationis virtute sumpserunt. Et hanc *f* regulam, ut scitis, servandam omnibus Ecclesiis prædicamus, ut lavacrum semel initum nullâ iteratione violetur, dicente *g* Apostolo: [*Unus Dominus, una fides, unum baptisma*:] Cujus ablutio nullâ iteratione temeranda est: sed, ut diximus, sola sanctificatio Sancti Spiritûs invocanda est, ut quod ab hæreticis nemo accipit, à catholicis Sacerdotibus consequatur.

9 pars. *Sed notandum est, quòd hæretici, ut Ariani, & Sabelliani, quorum alii inæqualitatem, alii confusionem personarum confitebantur, Baptisma non in forma Ecclesiæ, sed sua perversitatis ministrabant.* ¶ *De his specialiter Ambrosius locutus est, dicens:* [Non sanat Baptismus perfidorum &c.] *sed etiam, ut rebaptizetur, & reordinentur*, in Concilio Nicæno, *c. 19. statutum est.*

C. LII. ¶ *Rebaptizentur & ordinentur, qui de Paulianistis & Cataphrygis ad Ecclesiam redeunt.*

SI quis confugerit ad Ecclesiam catholicam de Paulianistis & Cataphrygis 1, statutum est, rebaptizari eos omninò debere. Si qui verò Clerici erant apud eos, si quidem inculpati fuerint & irreprehensibiles, rebaptizandi sunt, & rursus etiam ab Episcopo Ecclesiæ catholicæ ordinentur. Si verò examinati, minùs fuerint apti deprehensi, deponi eos oportet. Similiter autem & circa Diaconos 2, & de omnibus, qui in eodem Clero inveniuntur, eadem forma servabitur.

1 ¶ Cataphrygis,] *Legitur hæc dictio in prisca versione, quæ est in variis exemplaribus collectionis Isidori impressis, ac manuscriptis: sed non est in canone Græco, neq; in versione Dionysii, aut aliis recentioribus. Quòd autem & isti baptizandi sint, traditum est in Concilio Laodiceno, c. 8. in Synodo septima, seu secunda Nicæna, c. 7. & infrà de consecr. dist. 4. c.* hi verò, *quod est Gregorii.*

2 ¶ Diaconos,] *Græcè est:* περὶ τῶν Διακονισσῶν, καὶ ὅλως περὶ τῶν ἐν τῷ κανόνι ἐξεταζομένων, *id est*, De Diaconissis, & de his omninò, qui in canone connumerantur.

C. LIII. ¶ *De eodem.*

Item Innocentius *ad Episcopos Macedoniæ, epist. 22. c. 2.*

PAulianistæ in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti minimè baptizabant: & Novatiani iidem tremendis venerandisque nominibus baptizant: nec apud istos de unitate potestatis divinæ, hoc est, Patris, Filii & Spiritûs Sancti, quæstio aliquando mota est.

Alii formam Ecclesiæ in baptizando servant. Sed dum ab iis baptizantur, qui in hæresi vel schismate ejus communicant, Sacramentum quidem Baptismi ab eis accipiunt, virtutem verò non consequuntur, quam sine fide nullus consequi potest. Unde de Domino dictum 2, *quòd in patria sua non poterat facere signum, propter incredulitatem eorum.*

C. LIV. ¶ *Dum verbum accedit ad elementum, fit Sacramentum.*

Unde Augustinus *tract. 80. ad c. 15. Joannis, & sermone de Catechismo, c. 3. inter.*

DEtrahe verbum, & quid est aqua, nisi aqua? accedit verbum ad elementum, & fit Sacramentum, *& infrà.* ¶ Unde ista tanta virtus aquæ, ut corpus tangat, & cor abluat, nisi faciente verbo? non quia dicitur, sed quia creditur. Nam & in ipso verbo aliud est sonus transiens, aliud virtus manens.

De his etiam, qui in hæresi vel schismate baptizantur, sentit Augustinus libro de fide, ad Petrum Diaconum, c. 36. decim.

C. LV. ¶ *Extra Ecclesiam baptizati permanent, fit cumulant, si ad Ecclesiam non redierint.*

FIrmissimè *b* tene, & nullatenùs dubites, extra Ecclesiam baptizatis. si ad Ecclesiam non redierint, Baptismo cumulari perniciem. Tantum enim valet Ecclesiasticæ societatis communio *c* ad salutem, ut Baptismo non salvetur, cui non ibi datur, ubi oportet, ut detur.

C. LVI. ¶ *Infirma sunt dicta, quæ præter unitatem Ecclesiæ habentur.*

Idem *tractatu 13. ad c. 3. Joannis.*

TEneamus, fratres mei, unitatem. Præter unitatem, & qui facit miracula, nihil est. In unitate enim erat populus Israël, & non faciebat miracula: præter unitatem erant Magi Pharaonis, & faciebant *d* similia Moysi. Populus Israël, ut dixi, non faciebat miracula. Qui erant salvi apud Deum, qui faciebant, an qui non faciebant? Petrus *e* Apostolus resuscitavit mortuum. Simon Magus fecit multa. Erant ibi multi Christiani, qui non poterant facere, nec quod faciebat Petrus, nec quod faciebat Simon. Sed unde gaudebant? quia *f* nomina eorum erant scripta in cœlo.

C. LVII. ¶ *Baptisma semel traditum non est reiterandum.*

Item Leo *ad Nicetam Episcopum, epist. 77. al. 79. c. 7.*

HAnc *g* regulam, ut scitis, servandam omnibus Ecclesiis prædicamus, ut lavacrum semel initum nullâ iteratione violetur, dicente *h* Apostolo: [*Unus Domi-*

---

a *Alg. l. 3. c. 1. & 13.* b *Ps. 31.* c *Rom. 4.* d *adde c. 97. infrà eâd.* e *Polyc. l. 3. tit. 20.* f *Infrà eâd. c. hanc regulam.* g *Eph. 4.* h *Sup. c. non sanat.*

a *Luc. 4.* b *Alger. l. 3. c. 12.* c *unitas*] *orig.* d *Exod. 7.* e *Act. 3. & 9.* f *Luc. 10.* g *Sup. eâd. c. hi, qui.* h *Eph. 4.*

nus, una fides, unum baptisma.] Cujus ablutio nullâ iteratione temeranda est: sed, ut diximus, sola sanctificatio Sancti Spiritûs invocanda est, ut quod ab hæreticis nemo accipit, à catholicis Sacerdotibus consequatur

10 pars. *Nemo in hæresi vel schismate constitutus intelligendus est. Cæterùm, si cum fidei integritate, & animi puritate de manu hæreticorum in firma Ecclesia absquis Baptismo acceperit, tunc impletur illud* Augustini: [Per *a* lapideum canalem aqua transit ad areolas.] *& iterum:* [Spiritualis virtus Sacramenti, &c.]

C. LVIII. ¶ *Etiam per malos bonos colliguntur.*

Idem *sermone undecimo de verbis Domini, de blasphemia in Spiritum Sanctum.*

SPiritus *b* Sanctus in sancta Ecclesia, etiam isto tempore, quo velut granum *c* cum palea trituratur, sic operatur, ut nullius veram confessionem aspernetur, nullius simulatione fallatur, atque ita reprobos fugiat, ut etiam per eorum ministerium probos colligat.

Ecce quando d *ab hæreticis Baptisma cum sua virtute accipitur; cujus tamen necessaria administratio est, ut nec etiam à Paganis datum possit reiterari. Unde in Ecclesiastica historia* e *legitur, quòd Alexander Episcopus Alexandriæ, cum Petri Martyris solemnia celebraret, post expleta Missarum sacramenta, vidit super oram maris puerorum ludum, tunc tantum, ut fieri solet. Episcopum, & gerentium ea, quæ in Ecclesia gerè suos est. Mox eos ad se perduci jubet, & quid egissent, percunctatur. Illi rei ordinem panduni: baptizatos à se esse quosdam catechumenos confitentur per Athanasium puerum, qui illis fuerat Episcopus simulatus. Ubi ex responsis eorum vidit secundum religionis nostræ ritum cuncta constare, statuit illis, quibus integris interrogationibus & responsionibus aqua fuerat infusa, iterari Baptismum non debere, sed adimplere ea, quæ Sacerdotibus necesse fuit.*

C. LIX. ¶ *De his, qui per ignorantiam ordinantur, antequam baptizentur.*

Hinc etiam Isidorus *ait.*

SI *f* quis per ignorantiam ordinatur, antequam baptizetur, debent ab eo baptizati iterùm baptizari, & ipse ulteriùs non ordinetur. Sed Romanus Pontifex non hominem judicat, qui baptizat, sed Spiritum Dei subministrare gratiam Baptismi, licèt paganus sit, qui baptizat.

¶ *Caput hoc Burchardus & Ivo citant ex dicto Isidori: ex qua citandi formula solet indicari, non esse propria auctoris verba. Videtur autem in priore parte vel propria quæstio, vel falsa alicujus opinio recitari, cui deinde in posteriore parte opponatur vera:* Sed Romanus, &c. *quæ infrà etiam de confecrat. dist. 4. cap.* Romanus, *citatur ex Isidoro. Idq; clarius lib. 5. Capitularium, c. 4. exponitur his verbis:* Si quis baptizatus est à Presbytero non baptizato, & sancta Trinitas in ipso Baptismo invocata fuit, baptizatus est, sicut Sergius Papa dixit, impositione verò manûs indiget. Gregorius Episcopus Romanus, & Joannes Sacellarius sic senserunt.

C. LX. PALEA.

SI *g* Presbyter ordinatus deprehenderit se non esse baptizatum, baptizetur, & ordinetur iterùm 1.

¶ *Hæc Palea & locus indicatus, & in collectione, quæ est in tomo tertio Conciliorum, post decreta Alexandri tertii, & cap. 1.* de Presbytero non baptizato, *citatur ex Concilio apud Compendium.*

1 ¶ Iterùm.] *Sequebatur,* & omnes, quos priùs baptizavit: *quæ sunt expuncta, quia non habentur in dicto c. 1.* de Presbytero non baptizato, *neq; in cap.* veniens. *eod. tit. ubi refertur, licèt habeantur in alio loco inducatio.*

Quòd autem cætera Sacramenta ab hæreticis ministrari non possint, testatur Hieronymus *in Aggeum Prophetam, cap. 2.*

C. LXI. ¶ *Non placent Deo, quæ ab hæreticis offeruntur.*

SIc *a* populus 1 iste hæreticorum omnium est in conspectu meo, dicit Dominus: omne, quod fecerint, quod mihi obtulerint, vel 2 vota, vel pro salute, vel pacifica, vel pro peccato, vel pro delicto, vel in holocaustum, sive eleemosynas, sive jejunia, sive victûs continentiam, & corporis castitatem, contaminata erunt in conspectu meo. Quamvis enim sancta videantur specie sui, quæ offeruntur à talibus; tamen, quia tacta sunt ab eo, qui pollutus in anima est, omnia polluentur.

1 ¶ Sic populus] *In originali legitur:* Sic populus iste, & sic gens ista, Judæorum videlicet, atque Gentilium, & hæreticorum omnium, &c.

2 ¶ Vota,] *Ibidem habetur:* vel vota pro salute: *sed ab glossam non est mutatum.*

C. LXII. ¶ *De eodem.*

Item *in Amos Prophetam, c. 5.*

ODit *b* Deus sacrificia hæreticorum, & à se projicit, & quotiescunque sub *c* nomine Domini fuerint congregati, detestatur fœtorem eorum, & claudit nares suas.

C. LXIII. ¶ *De eodem.*

Idem *in Oseæ, cap. 6.*

ILli offerunt panem sacrilegum, & dant eleemosynas, & sectari videntur humilitatem. Quæ ergò, si verè fiant, holocausta interpretor. Cùm autem scientiam Dei reliquerint, frustrà truncato capite fidei, cætera membra habere se jactant.

C. LXIV. ¶ *Sine fide & charitate nec Evangelium habetur, nec prosunt aliqua bona.*

Idem *in epistol. ad Gal. c. 1.*

MArcion, & Basilides, & cæteræ hæreticorum pestes non habent Dei Evangelium; quia non habent Spiritum S. sine quo humanum fit Evangelium, quod docetur. Nec putemus in verbis Scripturarum esse Evangelium, sed in sensu; non in superficie, sed in medulla; non in sermonum foliis, sed in radice rationis.

C. LXV. ¶ *De eodem.*

Idem *ad c. 5. ejusdem epistola.*

VIde, quantum bonum sit charitatis. Si ita martyrium fecerimus *d*, ut nostras velimus ab hominibus reliquias honorari; si opinionem vulgi sectantes, intrepidi sanguinem fuderimus, & substantiam nostram usque ad mendicitatem propriam dederimus; huic operi non tam præmium, quàm pœna debetur, & perfidiæ magis tormenta sunt, quàm corona victoriæ.

C. LXVI. ¶ *Hæreticorum benedictio, maledictio est.*

Item ex Concilio Laodicensi, *cap. 32.*

NOn *e* oportet hæreticorum benedictiones accipere: quoniam magis sunt maledictiones, quàm benedictiones.

C. LXVII. ¶ *Neque cum hæreticis, neque cum schismaticis licet orare.*

Item ex Concilio Martini Papæ, *c. 28.*

NOn *f* liceat Clericis, vel Laicis ab hæreticis eulogias accipere, quia maledictiones sunt magis, quàm benedictiones: neque liceat aut cum hæreticis, aut cum schismaticis orare.

---

a *Sup. eâd. c. si justus.* b *Infr. eâd. c. sta sit. Ivo part. 2. cap. 124.* c area] *orig.* d *al. quomodo.* e *lib. 10. cap. 14.* f *Cap. lib. 5. c. 4. Burch. lib. 4. cap. 100. Alg. l. 3. cap. 6. Ivo part. 1. c. 294. Panorm. lib. 1. c. 97. Magister lib. 4. dist. 3. in princ.* g *Extra c. 1. de Presbytero non baptizato, l. 6. Capit. c. 93. Burch. l. 4. c. 74. Ivo p. 2. c. 263. Pann. l. 1. c. 96.*

a *al. sit.* b *Alger. l. 3. cap. 12. Deusdedit p. 2. Anselm. lib. 3. cap. 42.* c *antea legebatur, in nomine.* d *al. ferimus.* e *Deusdedit p. 2. & 4. Burch. lib. 3. cap. 259. Ivo part. 3. cap. 280.* f *In cap. Martini Brachar.*

C. LXVIII. ¶ *Extra Ecclesiam non sunt vera sacrificia.*

Item Leo *ad Anatolium Constantinopolitanum Episcopum, epist. 43. cap. 2.*

IN a Ecclesia Dei, quæ corpus Christi est, aliter nec rata sunt Sacerdotia, nec vera sacrificia, nisi in nostræ proprietate naturæ verus nos Pontifex reconciliet, & verus immaculati agni sanguis emendet.

C. LXIX. ¶ *Imperatorum manibus divina Sacramenta se subducunt.*

Idem *Leoni Augusto, epist. 73.*

MAnifestum b est, per crudelissimam, insanissimamq; sævitiam c in Alexandrina sede omne cœlestium Sacramentorum lumen extinctum. Intercepta est sacrificii oblatio: defecit chrismatis sanctificatio: & parricidalibus manibus impiorum omnia se subtraxêre mysteria.

C. LXX. ¶ *Sacramenta extra Ecclesiam ministrari possunt, salutem verò conferre non possunt.*

Item beatus Martyr Cyprianus *in epistola* d *contra hæreticos.*

SI quis, inquit, de Ecclesia, hæreticâ præsumptione, exierit, à semetipso damnatus est. Cum hujusmodi, secundùm Apostolum e, nec cibum quidem sumere debemus. Declaratur hoc in libro Regum f, ubi cùm homo Dei ad Hieroboam missus esset, qui ei peccata sua exprobraret, atque ultionem futuram prædiceret, panem quoque apud illum g edere, & aquam bibere vetaretur. Quod cùm non custodisset, divinâ sententiâ inde rediens, morsù Leonis in itinere interiit. ¶ Et audet h quisquam dicere, aquam Baptismi salutarem, & gratiam cœlestem communem cum hæreticis i esse posse, cum quibus nec terrestris cibus, nec secularis potus debet esse communis? Constat autem oleum, unde baptizati unguntur, sanctificari, & Eucharistiam fieri apud illos omninò non posse, ubi spes nulla est, & fides falsa, ubi omnia per mendacium geruntur. Nam k hæreticus l simiarum more, quæ cum homines non sint, humana tamen imitantur, vult Ecclesiæ catholicæ auctoritatem sibi, & veritatem vendicare, quando ipse in Ecclesia non sit. Benedicit m à Deo maledictus, vitam pollicetur mortuus, Deum invocat blasphemus, Sacerdotium administrat profanus, ponit altare sacrilegus. Ad hæc omnia n accedit & illud malum, ut Antistes Diaboli audeat Eucharistiam facere, quando nec sanctificari oblatio illic possit, ubi Spiritus Sanctus non sit, nec cuiquam Dominus per ejus orationes & preces prosit, qui Dominum ipse violavit. Si enim o qui Ecclesiam contemnunt, & Ethnici, & publicani habentur; multò magis utique rebelles & hostes, falsa altaria, & illicita Sacerdotia, & sacrificia sacrilega, & nomina adulterina fingentes, inter Ethnicos & publicanos necesse est computentur: quos omnes constat à charitate atque ab unitate Ecclesiæ recessisse. Ergò p omnia quæcunque faciunt hæretici, carnalia sunt, & inania, & falsa; ita ut nihil eorum, quæ illi gesserint, à nobis probari debeat. Non statim suscipienda sunt, & assumenda, quæ jactantur in Christi nomine, sed quæ geruntur in Christi veritate. Quomodo enim perficere, quæ agunt, aut impetrare aliquid illicitis conatibus à Deo possunt, qui contra Deum, quod eis non licet, moliuntur? ¶ Quare a, qui hæreticis b & schismaticis patrocinantur, censurâ 1 divinâ in eorum probantur facinore, & pœnis non solùm duces & auctores, sed etiam participes destinari, nisi se à communione malorum separaverint, præcipiente per Moysen Domino, ac dicente: c [*Separamini à tabernaculo hominum impiorum durissimorum, & nolite tangere ab his omnibus, quæ sunt eis, ne simul pereatis in peccatis eorum.*] Et quod comminatus per Moysen Dominus fuerat, implevit, ut quisque se à Chore, & Dathan, & Abiron non separâsset, pœnas statim pro impia communione persolveret. Sicut etiam per Oseæ r Prophetam Spiritus Sanctus contestatur, & dicit: [*Sacrificia eorum tanquam panis luctûs: omnes qui manducant ea, contaminabuntur:*] docens scilicet, & ostendens omnes omninò cum auctoribus supplicio conjungi, qui fuerint eorum peccato contaminati.

¶ *Caput hoc collectum est ex variis locis epistolarum beati Cypriani, & Conciliis ab ipso habitis, interdum immutatis, & in summam redactis, quæ in margine sunt indicata.*

1 ¶ Censurâ] *In epistola ipsa sic habetur:* Frustrà contendunt baptizari & sanctificari illic aliquem salutari Baptismo posse, ubi constet baptizantem baptizandi licentiam non habere. Atq; ut magis intelligi posset, contra ejusmodi audaciam, quæ sit censura divina, invenimus in tali facinore non solùm duces & auctores, sed & participes pœnis destinari, &c.

C. LXXI. ¶ *Vera sacrificia non nisi in fide Ecclesiæ celebrantur.*

Item Augustinus *lib. sententiarum* [*per Prosperum Aquitanicum Episcopum Reg. collectarum*] *c. 6.*

EXtra catholicam Ecclesiam non est locus veri sacrificii.

C. LXXII. ¶ *De manu hæreticorum communio non est recipienda.*

Item Gregorius f *in 3. lib. dialog. cap. 31. ut de Ermegildo Rege Leovigildi* g *filio.*

SUperveniente h Paschalis festivitatis die, intempesta noctis silentio ad eum perfidus pater Arianum Episcopum misit, ut ex ejus manu sacrilegæ consecrationis communionem perciperet, atque per hoc ad patris gratiam redire mereretur. Sed vir Deo deditus Arianò Episcopo venienti exprobravit, ut debuit, ejusq; à se petitionem dignis increpationibus repulit.

C. LXXIII. ¶ *Sacerdotes hæreticorum, Christi honoribus non habentur digni.*

Item Innocentius i *ad Alexandrum Episcopum, epist. 22. cap. 3.*

ARianos k præterea, cæterasque hujusmodi pestes 1 quia eorum Laicos conversos ad Dominum, sub imagine pœnitentiæ, ac Sancti Spiritûs sanctificatione per manûs impositionem suscipimus, non videtur Clericos eorum cum Sacerdotii, aut ministerii cujuspiam suscipi debere dignitate. Quoniam quibus solum Baptismum ratum esse permittimus (quod utique in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti perficitur) nec Spiritum Sanctum eos habere ex illo Baptismate, illisque mysteriis arbitramur. Quoniam cùm à catholica fide eorum auctores desciscerent, perfectionem Spiritûs, quam acceperant, amiserunt i, nec dare ejus plenitudinem possunt, quæ maximè in ordinationibus operatur, quam per impietatis suæ perfidiam potiùs, quàm per fidem dixerim, perdiderunt. Propter m quod fieri non potest n,

a *Lanfranc. in l. de Eucharistia. Alg. l. 1. c. 10. Ivo p. 2. c. 9.* b *Anf. lib. 9. c. 40.* c *al. profanum.* d *Ex epist. 6. ad Magnum, ubi declarat locum Pauli ad Tit. 3. 4. sent. dist. 23.* e *Tit. 3. 1. Cor. 5.* f *Ibid. paulo infrà. 3. Reg. 13.* g *illos*] *orig.* h *Ex epist. 72. & in Concilio, sub persona Cæcilii. Alger. l. 3. c. 1.* i *Schismatici*] *orig.* k *eadem ad Iubajanum.* l *Novatianos*] *orig.* m *Ex Concilio, eodem loco.* n *Ex epist. 7. l. 1. ad Epictetum.* o *Ex eadem epistola ad Magnum.* p *Ibidem paulò superius. Ex Concilio cap. 4. Ex eadem epist. 12.*

a *Ad Iubajanum. Ex eadem ad Magnum.* b *Novatianos, seu cæteros ejusmodi schismaticos,*] *orig.* c *Num. 16.* d *al. de.* e *Osee 9.* f *adde c. 57. infrà add.* g *al. Levegildi.* h *24. q. 1. ex. §. superveniente. Deusdedit p. 2.* i *adde c. 57. inf. eâdem.* k *Ansel. lib. 3. c. 18. Pann. l. 3. c. 119.* l *Sup. eâd. cap. qui perfectionem.* m *al. Quomodo fieri potest?* n *Innocentius Episcopus Macedoniæ, epist. 22. cap. 3.*

ut eo-

ut eorum profanos Sacerdotes, dignos Christi honoribus arbitremur, quorum Laicos imperfectos, ut dixi, ad Sancti Spiritûs percipiendam gratiam cum pœnitentiæ imagine recipimus. *Item a.* ¶ Si, ut legitur *b*: [*Qui tetigerit* 2 *immundum, immundus erit:*] Quomodo ei tribuetur, quod munditia ac puritas consuevit accipere? *& infrà.* ¶ Qui particeps effectus est damnati *c*, quomodo debeat honorem accipere, invenire non possum.

1 ¶ Pestes:] *Anteà sequebatur*, detestamur: *quod est sublatum, quia nec est in vetustis codicibus, nec in ipsa epistola, neque apud Anselmum, aut in Pannormia habetur.*

2 ¶ Qui tetigerit] *In epistola est*, quod tetigerit immundus: *sed ob glossam non est mutatum, nec hujus etiam lectionis sententia habetur ullo indicatu Scripturæ loco.*

Ex eo autem, quòd manûs impositio iterari præcipitur, Sacramentum non esse offenditur.

C. LXXIV. ¶ *Manus impositio non est Sacramenti iteratio.*

Unde Augustinus *lib. 3. de Baptismo contra Donatistas, c. 16.*

MAnus *d* impositio, non sicut Baptismus, repeti non potest. Quid enim est aliud, nisi oratio super hominem?

Cùm ergo Innocentius solum Baptisma hæreticis ratum esse permittat; cum Gregorius sacrilegam vocet consecrationem Arianorum; cum Cyprianus quæcunq; ab hæreticis fiunt, carnalia, & inania, & falsa judicet; cum Hieronymus omnia, quæ ab eis offeruntur, contaminata in conspectu Dei asserat; cum Leo extra Ecclesiam nec rata Sacerdotia, nec vera sacrificia esse testetur: patet, quòd Sacramenta Ecclesiastica præter Baptisma (ut suprà dictum est) ab hæreticis ministrari non possunt.

C. LXXV. ¶ *Qui in Baptismo sanctus est, ad altare peccator non erit.*

Item objicitur illud Hieronymi *e adversùs Luciferianos.*

SIcut *f* Christus est, qui baptizat; ita Christus est, qui sanctificat. Unde oro te, ut aut sacrificandi licentiam ei tribuas, cujus Baptisma probas: aut reprobes ejus Baptisma, quem non putas esse Sacerdotem. Neque enim potest fieri, ut qui in Baptismo sanctus est, sit ad altare peccator.

¶ Initium hujus capitis usque ad vers. oro te, *non est eo loco apud B. Hieronymum. Est tamen apud Algerum, lib. 3. cap. 10. apud quem etiam nonnulla verba ex iis, quæ sequuntur, eodem modo habentur, atque apud Gratianum, licèt apud B. Hieronymum alter legantur.*

Sed hoc de peccatore 1 *tantùm catholico, non de hæretico intelligendum est. Quicquid enim cum fide catholica pro officio suo facit, licèt indignus, tamen divinâ gratiâ cooperante ratum esse creditur. Alioquin si de hæretico dictum intelligeretur, ipse sibi contrarius esset, cùm dicat ad c. 3. Amos* g: [Sacrificia eorum odit Dominus.] *& alibi in personâ Domini.*

1 ¶ Peccatore] *B. Hieronymus eo loco argumentatur, ut solent Dialectici dicere, ad hominem: neque id agit, ut constituat, ac sanciat aliquid; sed tantùm, ut adversarium modestum reddat. Nam postquam illum eò adduxit, ut se non amplius adversarium, sed discipulum profiteatur, tunc verissimam ei rationem exponit, cur Ecclesia Episcopos recipiat, qui in Arimineñsi Concilio imprudentes hæresim consenserant.*

C. LXVI. ¶ *Benedictionibus hæreticorum Deus maledicit.*

MAledicam *h* benedictionibus vestris:] hoc est, quicquid à vobis benedicitur, à me erit maledictum.

¶ Hæc sunt in glossâ interlineari ad eum Malachiæ locum ex Hieronymo.

a *Inf. eâd. c. ventum est.* b *Num. 19. Levit. 22.* c *al. damnate.* d *Polyc. l. 3. tit. 19. Ansel. l. 9. cap. 24.* e *Tomo secundo.* f *Alg. l. 3. c. 10.* g *al. Ose. 9.* h *Sent. 4. dist. 19. Mal. 2.*

11 pars. *Hoc ergò intelligendum est de hæretico: illud autem adversùs Luciferianos de Ecclesiastico peccatore. De quo* Augustinus 1 *ait in libro de corpore Domini.*

1 ¶ Augustinus] *Caput hoc etiam ab Algero lib. 3. cap. 8. extatur ex Augustino in libro de corpore Domini: sed Possidius in indiculo operum B. Augustini, nullam hujus libri mentionem facit, & ad verbum (excepto ultimo versiculo) hæc leguntur in libro Paschasii Abbatis de corpore & sanguine Domini, cap. 12. ex quo etiam libro sunt c.* iteratur, *cum sequentibus, infrà de consecrat. dist. 2.*

C. LXXVII. ¶ *Boni & mali Sacerdotes aquè corpus Christi conficiunt.*

INtra *a* Catholicam Ecclesiam in mysterio *b* corporis & sanguinis Domini, nihil à bono majus, nihil à malo minus perficitur Sacerdote: quia non in merito consecrantis, sed in verbo perficitur Creatoris, & virtute Spiritûs Sancti. *& infrà c.* ¶ Si enim in merito esset Sacerdotis; nequaquam ad CHRISTUM pertineret. Nunc autem sicut ipse est, qui baptizat; ita ipse est, qui per Spiritum Sanctum hanc suam efficit carnem, & transfundit in sanguinem. Credendum 1 est enim, quòd in verbis Christi Sacramenta conficiantur. Cujus priùs creantur imperio, ejus utique verbo recreantur ad melius.

1 ¶ Credendum] *Hæc eodem modo leguntur apud Algerum. Sed Paschasii verba, c. 15. hæc sunt:* Cujus ergò potentiâ creata sunt priùs, ejus utique verbo ad melius recreantur: quia nemo creator alicujus rei, aut recreator, nisi unus Deus catholicè prædicatur. Propterea veniendum est ad verba Christi, & credendum, quòd in ejusdem verbis ista conficiantur.

C. LXXVIII. ¶ *De eodem.*

Item Augustinus *lib. 2 contra epistolam Parmeniani, c. 12.*

OMnia *d* Sacramenta cùm obsint indignè tractantibus, prosunt tamen per eos dignè sumentibus: sicut & verbum Dei *e*. Unde dictum *f* est: [*Quæ dicunt, facite, quæ autem faciunt, facere nolite.*

C. LXXIX. ¶ *De iis qui sanctis malè utuntur.*

Idem *in Psalmum 103. vers.* [Qui tegis.]

PRophetavit & Saul malus Rex, & tunc prophetavit, cùm David sanctum persequeretur. *& infrà.* ¶ Non ergò se jactent, qui fortè sine charitate habuerint hoc munus Dei sanctum: sed videant, qualem rationem habituri sunt cum Deo, qui sanctis non sanctè utuntur. Ex his erunt, qui dicturi sunt *g*: [*In nomine tuo prophetavimus.*] Non illis dicetur, Mentimini: sed dicetur: [*Non novi vos, &c.*]

¶ In tractatu 7. in epistolam Joannis sunt aliqua, quæ ad sententiam hujus capitis referri possunt, atque inde antea citabatur. Sed ipsa prorsùs verba sunt loco indicato.

Spiritum ergò Prophetiæ docendi sunt habuisse, non meritum.

C. LXXX. ¶ *Quasi non tam sanctificatur ex hostiis, quàm pro peccato pollutur.*

Item Hieronymus *in cap. 2. Aggæi.*

OPropheta, qui altari tantùm extructo, & domo meâ dirutâ hostias mihi offers in altari, & victimis ejus sanctificari te putas: scito, quoniam sanctum quidem est, quod offertur in altari; sed non tam sanctificaris ex hostiis, quàm ex mortuis operibus polluêris.

¶ Apud B. Hieronymum sic legitur: ô populе, qui altari tantùm extructo, & dirutâ domo meâ hostias mihi offers in altari, & victimis ejus, & carnibus te sanctificari putas: scito, non tam sanctificari te ex hostiis, quæ templo diruto tibi prodesse non poterunt, quàm contaminari omnia opera tua, & cuncta, quæ agis, ex eo quod negligis, & tuam magis domum, quàm meam.

a *De consecr. dist. 2. utrum. Mag. 4. sent. dist. 13.* b *al. ministerio.* c *Alg. l. 1. c. 21. & l. 3. c. 2.* d *§. eâd. c. per Esaiam, & hoc penè. Alg. l. 3. c. 11.* e *Dei testatur.] orig.* f *Matt. 23.* g *Matt. 7.*

extruere conatus es. Sanctum quidem est, quod offertur in altari: sed non tam sanctificaris ex hostiis, quàm ex eo, quòd in convallibus habitas, & interes mortuis operibus, polluëris. *In duobus etiam Gratiani vetustis codicibus legitur,* ô populè: *Verùm idem Hieronymus continuò ista eadem per anagogen aptat Ecclesiasticè vero.*

C. LXXXI. ¶ *Contra Spiritum Sanctum verbum dicitur, cum ex dispersione nunquam redditur.*

Item August. *in lib. de verbis Domini, serm. 11. circ. fin.*

ITa *a* fit *b* verbum contra Spiritum Sanctum, cùm ex dispersione ad congregationem nunquam venitur, quæ ad remittenda peccata accepit Spiritum Sanctum. Ad quam congregationem etiamsi per malum Clericum, sed tamen catholicum ministrum, reprobum & fictum, si aliquis accesserit corde non ficto, in ipso Spiritus 1 Sanctus *c* operatur remissionem peccatorum, qui in sancta Ecclesia ita operatur, ut reprobos fugiat, & tamen per eorum ministerium probos colligat.

1 ¶ Spiritus Sanctus] *Hoc loco concessè refertur sententia B. Augustini: plenius autem supr. eâd. c.* Spiritus Sanctus.

C. LXXXII. ¶ *Non meritis hominum, sed virtute Spiritûs Sancti peccata remittuntur.*

Idem *in sermone de remissione peccatorum* d.

UT evidenter hoc ostenderet Dominus, à Spiritu Sancto, quem donavit fidelibus suis, dimitti peccata, non meritis hominum, quodam loco sic ait *e*, resurgens à mortuis: [*Accipite Spiritum Sanctum:*] & continuò subjecit: [*Si cui dimiseritis peccata, dimittuntur ei:*] hoc est, Spiritus dimittit, non vos. Proinde 1 sicut is, quem Sacerdos tolerat in Ecclesia, est tamen extra Ecclesiam, & extra corpus, cujus caput est Christus, si ei Ostiarius non aperuerit 2: ita non ideò extra Ecclesiam est, & non est de corpore, si quis pastoris præjudicio compellitur foris esse.

1 ¶ Proinde] *Verba ipsa hujus partis non sunt inventa apud B. Augustinum. Similima habentur apud Origenem hom. 14. ad c. 24. Levitici, & referuntur* ¶. 24. q. 3. c. cùm aliquis. *& c.* si quis non recto.

2 ¶ Aperuerit:] *In nonnullis vetustis codicibus legitur,* aperuit: *in aliis,* aperiat: *ab uno autem abest negativa.*

C. LXXXIII. ¶ *Dominus non merita personarum, sed Sacerdotum officia considerat.*

Item Ambrosius *de iis, qui initiantur mysteriis, c. 5.*

CUm *f* Scriptura tibi testetur, quòd ad Hieroboam *g* preces ignis descenderit de cœlo *h*, & rursus precante Heliâ ignis est missus, qui sacrificia *i* consumeret; datur 1 intelligi, quòd Deus non merita personarum considerat, sed officia Sacerdotum. *& paulo pòst.* ¶ Ignis illis visibilis mittebatur, ut crederent: nobis invisibilis operatur, qui credimus. *& paucis interjectis.* ¶ Crede ergò adesse Dominum Jesum invocatum precib. Sacerdotum, qui ait *k*: [*Ubi fuerint duo, vel tres, ibi & ego sum.*]

1 ¶ Datur intelligi] *In originali non sunt hæc verba. Sed cum antecedentia pendeant ex superioribus, hîc nova incipit periodus:* Non merita personarum consideres, sed officia Sacerdotum. *Nonnulla autem alia varietates, & quidem non minimi ponderis in margine sunt indicata.*

C. LXXXIV. ¶ *Non merita Sacerdotum, sed virtus divina Sacramenta sanctificat.*

Item Gregorius.

MUlti *l* secularium hominum, cùm plùs Sacerdotum vitam, quàm suam discutiunt, in magnum contemptionis divinorum Sacramentorum crimen incurrunt. Magnâ enim trabe vulneratos habentes oculos, eamque negligentes, festucam *a* tenuem in aliorum conspiciunt oculis, quam dum incautè festinant avellere, erroris in foveam delabuntur: minùs quidem considerantes, quòd non eos Sacerdotum vita læderet, si ipsi humiliter bonis Sacerdotum admonitionibus autem accommodarent. Sed dum, hypocritarum more, plùs illorum famam, quàm propriam vitam, vel vitæ negligentias dijudicant, spernunt sancta monita, & spiritualia dona. Unde fit, ut non solùm ab eis dicta respuant, sed (quod est deteriùs) divina etiam mysteria contemnant, ut nec corporis communionem, aut sanguinis Domini nostri Jesu Christi eorum ministerio confectam assumant: putantes, hanc minùs esse sanctificatam, si illorum fiat officio, quorum vita eorum oculis videtur ignobilis. ¶ Heu in quàm magnum laqueum incidunt, ut divina & occulta mysteria plùs ab aliis sanctificata posse fieri credant: cum unus idemq; Spiritus Sanctus in Ecclesia diffusa per totum orbem terrarum incomprehensibiliter ea mysteria, & occultè, atque invisibiliter & operando sanctificet, & benedicendo *b* benedicat. ¶ Mysterium 1 itaq; *c*, fratres, ob hoc dicitur, quòd secretam & reconditam habeat dispensationem: sacrificium autem, quasi sacrum factum: quia prece mysticâ consecratur pro nobis in memoriam Dominicæ passionis. *& infrà.* ¶ Sacramentum verò est in aliqua celebratione, cùm res gesta ita fit, ut aliquid significare intelligatur, quod sanctè accipiendum est. Sunt autem Sacramenta, baptisma, chrisma, corpus & sanguis Christi: quæ ob id Sacramenta dicuntur, quia sub tegumento corporalium rerum virtus divina secretiùs salutem eorundem *d* Sacramentorum operatur. Unde & à secretis virtutibus, vel locis, Sacramenta dicuntur. Quæ ideò fructuosè pro Ecclesiam fiunt, quia sanctus in ea manens Spiritus eorundem Sacramentorum latenter operatur effectum. Cujus panis & calicis Sacramentum Græcè Eucharistia dicitur, Latinè bona gratia interpretatur. Et quid melius corpore & sanguine Christi? ¶ Unde sive per bonos, sive per malos ministros intra Dei Ecclesiam dispensetur, Sacramentum tamen est; quia Spiritus Sanctus mysticè illud vivificat, qui quondam Apostolico in tempore visibilibus *e* apparebat operibus. Nec bonorum meritis dispensatorum amplificatur, nec malorum attenuatur: quia *f* neq; qui plantat, est aliquid, neque qui rigat, *sed qui incrementum dat, Deus* g. Hoc de corpore & sanguine Domini nostri Jesu Christi, hoc etiam de baptismate & chrismate sentiendum est, & tenendum: quia virtus divina secretiùs operatur in eis, & divina solummodò hæc est virtus, sive potestas, non humanæ efficaciæ. Polluimus 2 itaque *h* panem, id est, corpus Christi, quando indigni accedimus ad altare, & sordidi mundum sanguinem bibimus. *& infrà 1.* Maledicam *i*, inquit, benedictionibus vestris, hoc est, iis, quæ nunc meis benedictionibus possidetis, seu quicquid à vobis benedicitur, maledicam: vel quoniam 4 non benedicunt sanctis ex vero corde: vel quia, qui iniquè agunt, benedicuntur ab eis, adulanturque peccatoribus, dummodò divites sint.

¶ *Caput collectum est partem ex sententia B. Gregorii, partim ex verbis ipsis B. Isidori atque Hieronymi.*

1 ¶ Mysterium itaq;] *Hæc usq; ad vers.* Hoc de corpore, *sunt apud Isidorum, non tamen eodem prorsus ordine.*

2 ¶ Polluimus] *Sumptum est ex B. Hieronymo in commentariis ad cap. primum Malachiæ, in illis verbis:* Et dicitis, in quo polluimus, &c.

---

a *Ivo part. 2. cap. 104.* b *dicitur*] *orig.* c *Sup. eâd. Spiritus Sanctus.* d *In lib. 50. homil. hom. 25.* e *Ioan. 20.* f *Alger. l. 3. c. 10.* g *Hieroboal*] *orig. Ambros. sed Scriptura, Hieroboam.* h *Iud. 6. 3. Reg. 18.* i *sacrificium consumpsit*] *origin.* k *Matth. 18.* l *4. sentent. dist. 13.*

a *Matth. 7.* b *al. sanctificando.* c *Isidorus lib. 6. Etym. c. 19.* d *al. eandem.* e *al. visibiliter.* f *1. Corinth. 3.* g *Hadrianus Isidorus.* h *Hieron. in c. 1. Malachiæ.* i *Idem in cap. 2.*

§ ¶ Ma-

3 ¶ Maledicam,] *Apud eundem ad c.2 sic habetur:* Et maledicam (inquit) benedictionibus vestris, hoc est, quæ nunc meis benedictionibus postponitis: sive quicquid à vobis benedicitur, à me maledictum erit. Et maledicam illis, subauditur, benedictionibus vestris: quoniam noluistis intelligere, quæ dicuntur: hoc est enim quod dicitur, [*non posuistis super cor.*]

4 ¶ Quoniam] *Sumptum est ex eodem loco paulò inferiùs, ubi hæc leguntur:* Vel certè, quia ad Sacerdotes propriè mandatum est, vertuntur benedictiones eorum in maledictionem, quando non benedicunt sanctis ex vero cordis affectu, sicut Isaac Jacob, & Jacob Patriarchis, & Moyses duodecim tribubus: sed per dulces sermones, & benedictiones decipiunt corda innocentium, & qui iniquè agunt, benedicuntur ab eis, adulanturque peccatoribus, dummodò divites sint, atque eorum vitiis blandiuntur.

C. LXXXV. ¶ *Non Sacerdotum vitam, sed quæ docent & ministrant, considerare debemus.*

Item Fabianus Papa *Episcopis Orientalibus, epist. 2.*

SIgnificâstis *a* insuper plerosque attendere, multos in ipsis honoribus Ecclesiasticis non congruenter vivere sermonibus & Sacramentis, quæ per eos populis ministrantur. Miseros homines, qui hos intuendo Christum obliviscuntur! qui & multò antè prædixit, ut legi Dei potiùs obtemperetur, quàm imitandi videantur illi, qui *b* ea, quæ dicunt, non faciunt: & traditorem suum tolerans usque in finem, etiam ad evangelizandum cum cæteris misit. Nam Apostoli talem consuetudinem non habuerunt, nec habendam docuerunt.

C. LXXXVI. ¶ *De eodem.*

Item Nicolaus Papa *Michaëli Imperatori, in epist. quæ incipit:* [Proposueramus.]

NOn *c* quales Sacerdotes Domini sint, sed quid de Domino loquantur, est vobis magnoperè prævidendum: nec in vicariis B. Petri Apostoli vobis est attendendum, qui sint; sed quid pro correctione Ecclesiarum, quid pro salute vestra satagant. Nec enim illos inferiores dicetis Scribis & Pharisæis sedentibus super cathedram Moysi, de quibus Dominus præcepit, dicens *d*: [*Quæcunque dixerint vobis, observate & facite, secundum opera verò eorum nolite facere.*] Ergò, Imperator, considera, si illos dixit audiendos, qui super cathedram Moysi sedebant; quantò potiùs his, qui super cathedram Petri residunt, esse existimetis obaudiendum?

C. LXXXVII. ¶ *Sacerdotum immunditia Sacramenta non polluit.*

Item Augustinus *contra duas epist. Petiliani, lib. 2. c. 22.*

DOminus *e* declaravit in uno cœtu hominum eadem Sacramenta sumentium, aliquorum immunditiam mundis obesse non posse. *&* ¶. *f* ¶ Petilianus dixit: At si quisquam carmina Sacerdotis memoriter teneat, nunquid inde Sacerdos est, quòd ore sacrilego carmen publicat Sacerdotis? Augustinus respondit: Ita istud dicis, quasi modò quæramus, quis sit verus Sacerdos, & non quid sit verum Baptisma. Ut enim sit quisque verus Sacerdos, oportet, ut non solo Sacramento, sed justitiâ quoque induatur, sicut scriptum est *g*: [*Sacerdotes tui induantur justitiâ.*] ¶ Qui autem solo Sacramento Sacerdos est, sicut fuit Pontifex Caiphas, persecutor unius & verissimi Sacerdotis, quamvis ipse non sit verax, quod dat tamen, verum est, si non det suum, sed Dei. *Item paulò inferius.* ¶ Dixit quidam ex ipsis proprius eorum Propheta: [*Cretenses h semper mendaces, mala bestia, ventres pigri. Testimonium hoc verum est.*] Si ergò Apostolus, nescio cujus alienigenæ testimonio, quia verum comperit, etiam ipse attestatus est: cur nos apud quemlibet invenerimus, quod Christi est, & verum est, etiamsi ille, apud quem invenitur, perversus & fallax est, non discernimus vitium, quod homo habet, & veritatem, quam non suam, sed Dei habet, & dicimus, Sacramentum hoc verum est, sicut ille ait, Testimonium hoc verum est? Nunquid ideò dicimus etiam ipse homo verax est, quia dicimus, Sacramentum hoc verum est? *& paulò pòst.* ¶ Vos autem necesse est, ut semper erretis, quamdiu propter hominum vitia Dei Sacramenta violatis, aut nos propter Dei Sacramenta, quæ in nobis *a* violare nolumus, etiam vestri schismatis sacrilegium assumere putatis. *Item* b. ¶ Baptismi ergò puritas à puritate, vel immunditia conscientiæ, sive dantis, sive accipientis omninò distincta est. *Item* c. ¶ Memento ergò Sacramentis Dei nihil obesse mores malorum hominum, quò illa vel omninò non sint, vel minùs sancta sint. *Item* d. ¶ Quæro, si non habebat Saul *e* Sacramenti sanctitatem, quid in eo David venerabatur? Si autem habebat innocentiam, quare innocentem persequebatur? Nam eum propter sacrosanctam unctionem & honoravit vivum, & vindicavit occisum. Et quia vel panniculum ex ejus veste præscidit, percusso corde trepidavit. Ecce Saul non habebat innocentiam, & tamen habebat sanctitatem, non vitæ suæ, (nam hoc sine innocentia nemo potest) sed Sacramenti Dei, quod & in malis hominibus sanctum est. *Item* f. ¶ Nos dicimus tale cuique sacrificium fieri, qualis accedit, ut offerat, & qualis accedit, ut sumat: & eos de sacrificiis talium manducare, qui ad illa tales accedunt, quales & illi sunt. Itaque si offerat Deo malus, & accipiat inde bonus, tale cuique esse, qualis quisque fuerit, quia & illud scriptum *g* est: [*Omnia munda mundis.*] Per hanc sententiam veridicam, & catholicam etiam vos Optati sacrificio non estis polluti, si facta ejus displicebant vobis. Nam utique panis illius, panis luctûs erat, sub cujus iniquitatibus Africa tota lugebat: sed panem luctûs, omnibus vobis communem esse, omnium vestrûm malum schismatis facit. *Item* h. ¶ Gratias Deo, quia tandem confessus es, posse valere invocatum nomen Christi ad aliorum salutem, etiamsi à peccatoribus invocetur. Hinc ergò intellige, cùm Christi nomen invocatur, non obesse aliorum saluti aliena peccata.

1 ¶ Vitæ suæ] *Sequebatur,* sed unctionis: *quæ voces absunt ab omnibus vetustis Gratiani exemplaribus, licèt in codicibus eviam B. Augustini impressis legantur.*

C. LXXXVIII. ¶ *Etiam per malum ministrum dona Dei ad eos perveniunt, qui cum fide accipiunt.*

Idem *in Psalmum 10. in vers.* [Justus autem quid fecit?]

CHristus *i* quid fecit vobis, qui traditorem suum tantâ patientiâ pertulit, ut ei primam *k* Eucharistiam confectam manibus suis, & ore suo commendatam, sicut cæteris Apostolis, traderet? Quid vobis fecit Christus, qui eundem traditorem suum, quem Diabolum nominavit, qui ante traditionem Domini, nec loculis Dominicis fidem potuit exhibere, cum cæteris Discipulis *l* ad prædicandum regnum cœlorum misit, ut demonstraret, dona Dei pervenire ad eos, qui cum fide accipiunt, etiam si talis sit, per quem accipiunt, qualis Judas fuit?

C. LXXXIX. ¶ *Sacramentis Episcopi malitia non nocet.*

Item Gregorius.

NOn nocet malitia Episcopi, neque ad Baptismum infantis, neque ad Ecclesiæ consecrationem: quia

a *Aug. in hom. 50. de pan. c. 13.* b *Matth. 23.* c *Anf. l. 6. c. 25. Ivo p. 3. c. 18.* d *Matth. 23.* e *Algerus l. 3. c. 11. Ivo p. 2. c. 98. & 99.* f *Ejusdem l. c. 90.* g *Psal. 131.* h *Ad Tit. c. 1.*

a *al. vobis.* b *Eod. l. c. 35.* c *Ibid. c. 47.* d *Ibid. c. 48.* e *1. Reg. 10. & 24.* f *Ibid. c. 52.* g *Tit. 1.* h *Ibid. c. 54.* i *Ivo p. 2. c. 205.* k *Ioan. 13. & 12.* l *Matth. 10.*

Baptisma à Deo datur, non ab homine venit: sic & Eucharistia, & omnia, quæcunque in altari ponuntur, non ab homine, sed à Deo sanctificationem accipiunt.

Sed objicitur illud Hieronymi *in Sophoniam, c.3.*

C. XC. ¶ *Non verba, sed merita Sacerdotum Eucharistiam faciunt.*

SAcerdotes *a*, qui Eucharistiæ serviunt, & sanguinem Domini populis ejus dividunt, impiè agunt in legem Christi: putantes Eucharistiam imprecantis facere verba, non vitam, & necessariam esse tantùm solennem orationem, & non Sacerdotum merita, de quibus dicitur *b*: [*Et Sacerdos, in quo fuerit macula, non accedet offerre oblationes Domino.*]

C. XCI. ¶ *Tantò facilius Sacerdotes exaudiuntur, quantò apud Deum sunt digniores.*

Item Alexander, *epist. 2.*

IPsi *c* Sacerdotes pro populo interpellant, & peccata populi comedunt, quia suis precibus & oblationibus ea delent, atque consumunt: qui quantò digniores fuerint, tantò facilius pro necessitatibus, pro quibus clamant, exaudiuntur.

C. XCII. ¶ *Non adest Sacramentis Spiritus Sanctus, quæ per criminosos ministrantur.*

Item Gelasius *Elpidio Episcopo.*

SAcrosancta *d* religio, quæ catholicam continet disciplinam, tantam sibi reverentiam vendicat, ut ad eam quilibet, nisi purâ conscientiâ, non audeat pervenire. Nam quomodo ad divini mysterii consecrationem cœlestis Spiritus invocatus *e* adveniet, si Sacerdos, & *f* qui eum adesse deprecatur, criminosis plenus actionibus reprobetur?

C. XCIII. ¶ *Manus immunda, tacta inquinat, non mundat.*

Item Gregorius *in regesto, lib.1. epist.24.*

NEcesse *g* est, ut esse munda studeat manus, quæ diluere sordes curat: ne tacta quæque deteriùs inquinet, si sordida ipsa stercoris *h* lutum tenet: scriptum *i* namque est: [*Mundamini, qui fertis vasa Domini.*] Domini etenim vasa ferunt, qui proximorum animas ad interiora *k* perducendas, in conversationis suæ exemplo suscipiunt.

C. XCIV. ¶ *Æquè servandum est verbum Christi, & corpus Christi.*

Item Augustinus *lib.50. homiliarum, homil. 26.*

INterrogo *l* vos fratres vel sorores, dicite mihi, quid vobis plùs esse videtur, verbum Dei, an corpus Christi? Si verum vultis respondere, hoc utique dicere debetis, quòd non sit minùs verbum Dei, quàm corpus Christi. Et ideò, quantâ solicitudine observamus, quando nobis corpus Christi ministratur, ut nihil ex ipso de nostris manibus in terram cadat; tantâ solicitudine observemus, ne verbum Dei, quod nobis erogatur, dum aliud aut cogitamus, aut loquimur, de corde nostro pereat: quia non minùs reus erit, qui verbum Dei negligenter audierit, quàm ille, qui corpus Christi in terram cadere negligentiâ suâ permiserit.

C. XCV. ¶ *De eodem.*

Item *lib.4. de Trinitate, c.14.*

NEque *m* potest id ritè offerri, nisi per Sacerdotem justum & sanctum, nec nisi ab eis accipiatur, quod offertur, pro quibus offertur, atque id sine vitio sit, ut pro vitiosis mundandis possit offerri. Hoc certè omnes cupiunt, qui pro se offerri sacrificium Deo volunt.

Cum vera Sacerdotum Eucharistia necessaria esse dicatur, non consecrationi, sed effectui intelligendum est. Non enim effectum salutis confert ei, quem merita faciunt indignum: potius completur in eo illud Apostoli: [Qui *a* manducat corpus Domini, & ejus sanguinem bibit indigne, judicium sibi manducat & bibit.] *Ergò contra eos, qui crebrâ oblatione sacrificii se putant posse mundari, non cessantes impiè agere in legem Dei, intelligitur illud esse dictum Hieronymi* b. *Quòd verè Sacerdos, etiamsi malus sit, tamen pro officio suæ dignitatis gratiam transfundat hominibus, testatur* Augustinus *in lib. quæst. Veteris Test. c.11.*

C. XCVI. ¶ *Sacerdotes nomen Domini invocant, Dominus autem benedictionem præstat.*

DIctum *c* est à Deo in Numeris *d* ad Moysen & Aaron Sacerdotes: [*Vos ponite nomen meum super filios Israël: ego Dominus benedicam eos:*] ut gratiam traditio per ministerium ordinantis transfundat hominibus: nec voluntas Sacerdotis obesse, aut prodesse possit, sed meritum benedictionem poscentis. ¶ Quanta autem sit dignitas ordinis Sacerdotalis, hinc advertamus. Dictum est enim de nequissimo Caipha, interfectore Salvatoris, inter cætera: [*Hoc e autem à semetipso non dixit, sed cum esset Princeps Sacerdotum anni illius, prophetavit.*] Per quod ostenditur, Spiritum gratiarum non personam sequi aut dignì, aut indigni, sed ordinationem traditionis, ut quamvis aliquis boni meriti sit, non tamen possit benedicere, nisi fuerit ordinatus, ut officium ministerii habeat. Dei autem est, effectum tribuere benedictionis.

Quòd verò per hæreticos Sacramenta dignitatis ministrata dicuntur carere effectu, improbatur auctoritate Anastasii Papæ, qui ordinationem Acacii, quamvis hæretici, ratam approbat, utpote eis, quos post damnationem suam baptizavit vel ordinavit, in nullo ream personam nocuisse asserat. Sed hoc 1 *eum illicite, & non canonice, imò contra decreta suorum prædecessorum fecisse probant Felix & Gelasius, qui Acacium ante Anastasium excommunicaverunt, & Hormisda, qui ab ipsis Anastasio tertio eundem Acacium damnavit. Unde etiam ab Ecclesia Romana repudiatur, & à Deo fuisse percussus legitur in gestis Romanorum Pontificum hoc modo:* [Anastasius *f* secundus natione Romanus, &c.] *Require retrò in tractatu decretalium epistolarum.*

1 ¶ Sed hoc eum] *Supra dist. 19. c.* Anastasius, *ostensum est, immeritò reprehensum esse Anastasium, & verissima ipsa, quæ ipse de Acacio scripsit & decrevit.*

C. XCVII. ¶ *Qui recedit ab Ecclesia, nec Baptisma, nec jus dandi amittit.*

Item objicitur illud Augustini *lib.2.contra epist. Parmeniani c.13.*

QUod *g* quidam dicunt, Baptisma, quod 1 accepit, non amittit, qui recedit ab Ecclesia, sed jus tamen dandi, quod accepit, amittit, multis modis apparet frustrà & inaniter dici. ¶ Primò, quia nulla ostenditur causa, cur ille, qui ipsum Baptismum admittere non potest, jus dandi amittere possit. Utrunque enim Sacramentum est, & quâdam consecratione utrunque homini datur, illud, cùm baptizatur, istud, cùm ordinatur: ideoque in catholica utrunq; non licet iterari. ¶ Nam *h* si quando ex ipsâ parte venientes etiam præpositi pro bono pacis, correcto *i* schismatis errore suscepti sunt, etsi visum est opus esse, ut eadem officia gererent, quæ gerebant, non sunt rursus ordinandi *k*, sed sicut Baptismus in eis, ita ordinatio mansit integra, quia in præci-

a *Ivo p.2.c.110.* b *Levit.21.* c *Ivo part.2.c.69.& p.6. c.45.* d *Ivo p.2.c.90 & p.6.c.110.* e *al.advocatus.* f *al. etiam.* g *Et Pann. p. 2.c.2.* h *al.insequens.* i *Esa.52.* k *al.in interna sacrificia] al.in æterna saluaria.* l *Ivo part.2. cap.106.* m *Ivo p.2.c.107.*

a *1.Corinth.11.* b *Sup.cùd.Sacerdotes.* c *Ivo p.2.c.100. Pannorm.l.3.c.79.* d *Num.6.* e *Ioan.11.* f *Sup.dist.19. cap.9.* g *Sent.4.dist.25. Alg.lib.3.cap.10.Pannor.lib.1.tit.2.c.30.* h *Ivo part. 2. cap. 97. Pannorm. lib. 1. cap. 77.* i *al.correpto.* k *al.ordinati.*

sione fuerat vitium (quod unitate a pacis est correctum) non in Sacramentis, quæ ubicunque sunt, ipsa vera sunt. Et cùm expedire hoc videatur Ecclesiæ, ut præpositi eorum venientes ad catholicam societatem, honores suos ibi non administrent, non eis tamen ipsa ordinationis Sacramenta detrahuntur, sed manent super eos. Ideoque non eis in populo manus imponitur, ne non homini, sed ipsi Sacramento fiat injuria. *& infrà.* ¶ Sicut autem habent in Baptismo, quod per eos dari possit, sic in ordinatione jus dandi: utrunque quidem ad perniciem suam, quamdiu charitatem non habent unitatis: sed tamen aliud est, prorsus non habere; aliud, perniciosè habere; aliud, salubriter habere. Quicquid non habetur, dandum est, cùm opus est dari: quod verò perniciosè habetur, per correctionem, depulsâ pernicie, agendum est, ut salubriter habeatur. Quanquam, etti Laicus aliquâ b peremptis dederit necessitate compulsus, quod cùm ipse acciperet, dandum esse addidicit, nescio, an piè quisquam dixerit esse repetendum. Nullâ enim cogente necessitate si fiat, alieni muneris usurpatio est. Si autem necessitas urgeat, aut nullum, aut veniale delictum est. Sed etsi nullâ necessitate usurpetur, & à quolibet cuilibet detur, quod datum fuerit, non potest dici non datum, quamvis rectè dici possit illicitè datum. Illicitam ergò usurpationem corrigit reminiscentis & pœnitentis affectus. Quòd si non correxerit, manebit ad pœnam usurpatoris, quod datum est, vel ejus, qui illicitè dedit, vel ejus, qui illicitè accepit: non tamen pro non dato habebitur. Neque 2 ullo modo per devotum militem, quod à privatis usurpatum est, signum regale violabitur. ¶ Si enim aliqui furtim, & extraordinarie, non in monetis publicis, aurum vel 3 argentum percutiendo signaverint, cùm fuerit deprehensum; nonne illis punitis, aut indulgentiâ liberatis, cognitum regale signum thesauris regalibus cogetur inferri? *& paulò pòst.* ¶ Si fortè illum militiæ characterem in corpore suo, non militans pavidus exhorruerit, & ad clementiam Imperatoris confugerit, ac prece fusâ, & impetratâ jam veniâ militare cœperit; nunquid homine liberato, atque correcto, character ille retractatur, ac non potiùs agnitus approbatur? An fortè minùs hærent Sacramenta Christiana, quàm corporalis hæc nota, cùm videamus, nec Apostatas carere Baptismate, quibus utique per pœnitentiam redeuntibus non restituitur, & ideò amitti non posse judicatur? *& paulò pòst.* ¶ De iis, qui ab Ecclesiæ unitate separati sunt, nulla jam quæstio est, quin & habeant, & dare possint, & quin perniciosè habeant, perniciosèque tradant extra vinculum pacis. *& infrà.* ¶ Neutri Sacramento injuria facienda est. *& infrà.* ¶ Sicut non rectè habent, qui ab unitate discedunt, sed tamen habent, & ideò redeunti c non redditur: sic etiam non rectè dat, qui ab unitate discedit, sed tamen dat; & ideò, quod ab eo accepit, venienti ad unitatem non iteratur. *& infrà.* ¶ Sicut redeunti non redditur, quod & foris habebat: sic venienti repetendum non est, quod etiam foris accepit. Unde consequenter intelligitur perversitatem hominum esse corrigendam; sanctitatem autem Sacramentorum in nullo perverso esse violandam. Constat enim, eam in perversis & sceleratis hominibus, sive in eis, qui intùs sunt, sive in eis, qui foris sunt, impollutam atque inviolabilem permanere; & quia dicantur ea mali polluere, quantùm in ipsis est, dicuntur, cùm illa impolluta permaneant: sed in bonis permanent ad præmium, in malis permanent ad judicium. *& infrà.* ¶ Quomodo d Catholici non clarificant Deum, qui promissa ejus nullis hominum sceleribus, quò minùs implerentur, impediri posse confidunt? qui Sacramenta ejus tam debitâ veneratione prosequuntur, ut ea, si etiam ab indignis tractata fuerint, illis suâ perversitate damnatis, illa intemeratâ sanctitate permanere demonstrentur?

a *al.* unitatis pace. b *alicui perenti.* c *adde c. 111. infrà eâdem.* d *Eod lib. 2. c. 19.*

1 ¶ Quod accepit] *Sic etiam Algerus, licèt paulò aliter habeat originale.*

2 ¶ Neque ullo modo] *Hæc usque ad verbum*, violabitur, *addita sunt ex originali: ex quo etiam alius loci caput hoc incipletatum est.*

3 ¶ Vel argentum] *In codicibus B. Augustini impressa sequitur*, sed æs: *in duobus autem manuscriptis Vaticanis* vel æs.

12 pars. *Ex his verbis Augustinò constat, in omnibus tam Apostatis, quàm hæreticis, vel damnatis permanere Christi Sacramenta vera, quantùm ad se, & sancta, & nisi pœnitentiâ, vel indulgentiâ subventum fuerit, ad damnationem usurpatores pervenient, vel habentis, vel dantis, vel accipientis. Quid ergò prodest, quod vera & sancta sunt, cùm usurpatores suos aquè permant, ac si essent mala & noxia? Crassus aurum sitivit, & aurum bibit: aquè perist vero auro, sicut vero veneno.* ¶ *Item* a *aurum aquè verum est in arca furis, sicut in thesauris Regis. Sed à fure, quia illicitè habetur, illicitè datur, vel accipitur: à Rege autem licitè habetur, licitè datur, & accipitur: ideò ipse fur, & communicator furtis, nisi fortè de consentia furti se purgaverint (ut perhibet Gelasius ad Anastasium Imperatorem, uterque justè & digne damnabitur.* ¶ *Opponitur autem huic sententiæ Augustini: Potestas dandi Baptismum, & jus consecrandi Dominicum corpus, & largiendi sacros ordines, plurimùm inter se differunt. Suspenso enim, vel deposito Sacerdote, nulla ei relinquitur potestas sacrificandi. Sacramentum tamen Baptismi non solùm à Sacerdote depósito, vel Laico catholico, verùm etiam ab hæretico, vel Pagano, si ministratù fuerit, nullâ reiteratione violabitur: nulla autem ratio sinat, ut inter Sacerdotes habeantur, qui de manibus Laici, vel Pagani cleum sacræ (imò execrandæ) unctionis assumunt. Non ergò consequenter colligitur, ut si recedentibus à fide jus baptizandi relinquatur, potestas etiam distribuendi sacros ordines eis relinquatur, quamvis utrumq; à consecratione proveniat. Degradatus enim Episcopus potestatem largiendi sacros ordines non habet, facultatem tamen baptizandi non amisit.* ¶ *Sed* 1 *ne Augustinum in hac sententia penitùs reprobemus, intelligamus aliud esse potestatem distribuendi ordines sacros: aliud esse executionem illius potestatis. Qui enim extra unitatem catholicæ Ecclesiæ constituti, Sacerdotalem vel Episcopalem unctionem accipiunt, officium & executionem sui officii ex consecratione adipiscuntur. Recedentes verò ab integritate fidei, potestatem acceptam Sacramento tenùs retinent, effectu suæ potestatis penitùs privantur: sicut conjugati ab servitium discedentes, conjugum semel unctum non dissolvunt, ab opere tamen conjugali inveniuntur alieni.* ¶ *De his ergò, qui acceptâ Sacerdotali potestate ab unitate catholicæ Ecclesiæ redeunt, loquitur Augustinus, non de illo, qui in schismate vel in hæresi positus Sacerdotalem unctionem accipiunt: alioquin esset contrarius Chalcedonensi* b *Concilio, in quo ordinati à Simoniaco, in nullo proficere judicantur; & Innocentio, qui ordinatos à cæteris hæreticis, per pravam manûs impositionem, solam damnationem, & capitis vulnus assecutos testatur.* ¶ *Quamvis possint generaliter dici, Sacramenta, quæ apud hæreticos non aliter, quàm in Ecclesia Dei celebrantur, vera & rata esse, quantùm ad se, falsa vera & inania, quantùm ad effectum, & in eis, à quibus male tractantur, & in illis, à quibus malè suscipiuntur. Nec mirum. Ipsa enim salus nostra buccellam* c *Iudæ dedit: stativo cum buccella non bonus, sed malignus spiritus intravit: quare? non quia bonus non daret bonum; sed quia malus malè accepit bonum: sicq; bonum effectum bonum non habuit, quia, ubi illud faceret, non invenit.*

a *Alg. l. 3 c. 12.* b *Sup. ead. c. si quis Episcopus. 2. sup. ead. c. qui perfectionem. 17.* c *Ioan. 13.*

¶ Item Dominus a *in patria sua præsens & verus affuit: non per malum ministrum, sed per seipsum nihil potuit: quia fidem non invenit, pro perfidia aliorum non caruit suâ veritate, sed effectus boni virtute.* ¶ *Quod ut planè in omnibus Sacramentis ostenderet, bis est transfiguratus, cum esset in carne. In una transfiguratione,* b *sicut Sol apparuit mirabilis, ut fides credentium augeretur, ad contemplandam cœlestem gloriam super se elevatam. In altera, ut peregrinus* c, *& incognoscibilis de fi dubitantibus tro longius se finxit, & ne agnosceretur, oculos eorum tenuit: ad quid aliud? nisi, ut quia per fidem non erat in cordibus eorum, longius se ab eis recedere ostenderet, & quia ipsum non credebant esse, quod erat, viderent & cum alium, quam erat? Ecce in utraque visione sua erat præsentia & veritas: sed in una exercebatur fides, ut magis crederent quàm credebant: in altera tenebatur incredulitas, ne etiam agnoscerent, quod videbant. Sacramentum ergò corporis & sanguinis sui aliis est ad salutem, alsis ad judicium. Fides etiam, quamvis sit vera, tamen sine* d *operibus mortua est. Sic & omnes decem virgines* e *æqualiter erant virgines: sed ex his quinque erant fatuæ, & quinque prudentes. Æqua erat virginitatis veritas, sed pro eujusdem virginitatis intentione non omnibus æqua merita identitas. Sic etiam est ac* f *sonans, aut cymbalum tinniens, martyrium, vel eleemosyna, quam nescit charitas. Si verò cæcus cæco lucerna ministret veritatem, neuter tamen ideò magis suam illuminat cæcitatem. Sic & malus ministras malo vera Sacramenta, sed non ideò dona spiritualia: quia malis eorum meritis Spiritus Sanctus impeditur, ne in eis, quod suum est, operetur. Unde Innocentius* g, *cum hæreticorum Baptisma concedat esse ratum, non tamen ex illo Baptismate concedat haberi Spiritum Sanctum. Et Leo* h *hos, qui formam Baptismatis acceperunt, non sinit rebaptizari; sed jubet Spiritum Sanctum, quem ab hæreticis nemo accipit, per ejus invocationem, & manûs impositionem à catholicis Sacerdotibus consequi. Sciendum verò est, quòd Sacramenta hæreticorum dicuntur irrita, vel etiam damnanda, falsa, & inania, non quantum ad se, cùm sint sancta & vera, etiam ab hæreticis celebrata; sed quia, cùm illicitè dantibus perfidis sint ad judicium, illicitè ab eis accipientibus non conferunt Spiritum Sanctum. Irrita & non vera dicuntur, quia quod promittunt & conferre creduntur, non trahunt: & ideò damnanda, ut ea dare, vel recipi ab hæreticis non approbentur, sed interdicantur. Non enim quantùm ad se, polluta sunt, quamvis ab hæreticis pollui dicantur. Unde Gregorius* i *communionem Arii vocat execrationem, & Innocentius* k *vocat Bonifi ordinationem, damnationem: non quòd ita in se sint, sed quia male dantibus, vel accipientibus id efficiunt. Sic etiam Hieronymus in Oseæ* l *sacrificia eorum panem luctûs vocat, non quantum ad se, sed quantum ad effectum: quod ipsemet ostendit, subjungens:* [Quicunque comederit ex eo, contaminabitur, quia sibi ad judicium sumet.]

1 ¶ Sed ne Augustinum] *Hîc Gratianus ita videtur loqui de B. Augustino, quasi ipsius hac in re sit dubia aut incerta sententia: cùm tamen nemo ipso melius ac fusius in libro contra Donatistas rem hanc exposuerit, omninoq; cum Chalcedonensi Concilio & Innocentio concordet.*

C. XCVIII. ¶ *Sacramenta quamvis obsint indignè tractantibus, prosunt tamen dignè sumentibus.*

Hinc etiam Augustinus *lib. 2. contra epist. Parmeniani, cap. 5.*

PEr m Esaiam n Dominus dicit: [*Facinorosus, qui sacrificat mihi vitulum, quasi qui canem occidat, &* 1 *qui coquit similaginem, quasi sanguinem porcinum, & qui offert thus in memoriam, quasi blasphemus.*] *& paucis interjectis.* ¶ Quilibet ubilibet offert sacrificium tali *a* corde, vel factis, hoc *b* ut mereatur audire, perniciem sibi infert, non illis bonis, qui accipiunt ab eis Sacramenta eadem, qui secundùm Prophetam Ezechielem *c* gemunt, & mœrent peccata, quæ fiunt in medio eorum, quamvis non se inde corporaliter separent. *& infrà* d. ¶ Sacrificia impiorum eis ipsis obeunt, qui offerunt impie. Nam unum atque idem sacrificium propter nomen Domini, quod invocatur, & semper sanctum est, & tale cuique fit, quali corde ad accipiendum accesserit. [*Qui* e *enim manducat & bibit indigne, judicium sibi manducat & bibit.*] non ait, aliis, sed sibi, *& infrà* f. ¶ Hoc penè in omnibus talibus quæstionibus intelligendum admonemus, scilicet quia omnia Sacramenta, cùm obsint indignè tractantibus, prosunt tamen per eos dignè sumentibus. *& infrà* g. ¶ Spiritus Sanctus in Ecclesiæ præposito vel ministro sic inest, ut si fictus non est, operetur per eum Spiritus Sanctus, & ad ejus mercedem in salutem sempiternam, & eorum regenerationem, vel ædificationem, qui per eum sive consecrantur, sive evangelizantur. Si autem fictus est, quoniam verissimè scriptum *h* est: [*Spiritus enim Sanctus disciplinæ effugiet fictum:*] deest quidem saluti ejus, ut auferat se à cogitationibus, quæ sunt sine intellectu: ministerium tamen ejus non deserit, quo per eum salutem operatur aliorum.

1 ¶ Et qui coquit] *Apud B. Augustinum legitur,* & qui similaginem, quasi sanguinem porcinum, & qui offert thus, quasi benedicat idolo. *Et sic etiam Ivo, nisi quòd habet,* & qui ponit similaginem: *sicut etiam B. Augustinus contra literas Petiliani lib. 2. cap. 13. Lectionem Græca vulgata optimè respondet versio B. Hieronymi secundùm LXX.* Iniquus autem, qui immolat vitulum, quasi percutiens virum: sacrificans de grege, quasi qui occidat canem: qui offert similam, quasi qui sanguinem suillum: qui dat thus in memoriale, quasi blasphemus. *Vulgata autem Latina ex Hieronymo secundùm Hebraum exemplar sic habet:* Qui immolat bovem, quasi qui interficiat hominem: qui mactat pecus, quasi qui excerebret canem: qui offert oblationem, quasi qui sanguinem suillum offerat: qui recordatur thuris, quasi qui benedicat idolum *i.*

Constat ergò, ut Innocentius k *ait, de cæterùs hæreticis ordinatos à Simoniacis per pravam manûs Simoniacæ impositionem vulneratum habere caput.* ¶ *Sed objicitur, quòd in ordinatis Simoniacorum hoc solùm reprehensibile inveniatur, quòd gratia Spiritûs Sancti sub pretio redigi putetur: alioquin autem omnibus integra forma Sacramentorum servetur. Cùm ergò illicita Sacramenta usurpatio per pœnitentiam correcta fuerit, ut gratia Spiritûs Sancti gratuita, & non venalis existimetur, integer debet adesse unctionis effectus: Imò etiam, si non sequatur pœnitentia, licèt Simoniacè, tamen reverà consecratus reputetur: sicut illi, qui quondam non nisi pretio dato, nec ad sacri Baptismatis regenerationem, nec ad sancta communionis participationem admittebantur, licèt Simoniacè, tamen non ideò minùs baptizati, vel sacræ communionis participes reputati sunt. Sed hoc tantùm* l *sacris canonibus constitutum est, ne de cætero Sacramenta Christi Simoniacè distribuantur.*

C. XCIX. ¶ *A baptizandis, vel consignandis pretia non exigantur.*

Unde Gelasius *ad Episcopos per Lucaniam, epist. 1. c. 7.* m

BAptizandis n, consignandisque fidelibus Sacerdotes pretia nulla præfigant, nec illationibus quibuslibet impositis exagitare cupiant renascentes: quoniam, quod o gratis accipimus, gratis dare mandamur. Et ideò nihil à

a Matth. 13. b Matth. 17. c Luc. 24. d Iac. 1. e Matth. 25. f 1. Cor. 13. g supr. eâd. cap. Arianos. 73. h supr. eâd. c. hi, qui. i supr. eâd. c. superveniente. 72. k c. qui perfectionem. 17. c. ventum. 21. l In cap. 9. Oseæ. m Ivo p. 2. c. 97. n Esa. 66.

a tale] ereg. b al. hæc. c Ezech. 9. d eod. l. contra epist. Parmen. c. 6. e 1. Cor. 11. f eod. l. 2. c. 10. g Ibid. c. 11. h Sup. l. i al. idola. k Sup. eâd. quis perfectionem. 17. l al. tamen. m C. 6. c. 180. n Burch. l. 4. c. 71. Ivo part. 2. c. 73. & 263. o Matth. 10.

prædictis

prædictis prorsus excipere moliantur, quò vel paupertate cogente deterriti, vel indignatione revocati, redemptionis suæ causas adire despiciant: certum habentes, quòd qui prohibita deprehensi fuerint admisisse, vel commissa non potiùs suâ sponte correxerint, periculum subituri proprii sint honoris.

CAP. C. ¶ *A percipiente gratiam a communionis pretium exigi non debet.*

Item ex sexta Synodo, *cap. 23.*

NUllus *b* Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, qui sacram dispensat communionem, à percipiente gratiam 1 communionis aliquod pretium exigat. Neque enim venditur gratia, neque pro pretio gratiam Spiritûs Sancti damus, sed dignis munere sine defraudatione participare concedimus. Si quis verò eorum, qui connumerantur in Clero, abeo, cui sacram communionem dispensat, aliquod pretium exegerit, deponatur, sicut imitator Simoniacæ fraudis.

1 ¶ Gratiam] *Sic etiam Ivo. In uno vetusto Gratianæ codice est*, gratia communionis, *quod Græca lectioni magis convenit:* παρὰ τῦ μεταλαμβάνοντος ἐπιζητεῖν, τῆς τοιαύτης μεταλήψεως χάριν, ὀφείλει, ἢ διὸ τὸ οἰκεῖον: *id est*, ab eo qui percipit communionem, ejusmodi participationis gratiâ, obolos, vel aliam quamvis speciem exigat. *Sunt etiam alia nonnulla exemplaria non magna ponderis.*

C. CI. ¶ *Munera invisibilis gratiæ quæstibus non sunt comparanda.*

Item ex Concilio Toletano XI. *c. 1.*

QUicquid *c* invisibilis gratiæ consolatione 1 tribuitur, nunquam 2 quæstibus, vel quibusliber præmiis venundari penitùs debet, dicente *d* Domino: [*Quod gratis accepistis, gratis date.*] Et ideò quicunque deinceps in Ecclesiastico ordine constitutus, aut pro baptizandis, consignandisque fidelibus, aut collatione chrismatis, vel promotionibus graduum pretia quælibet, vel præmia (nisi 3 voluntariè oblata) pro hujusmodi ambitione susceperit, equidem, si sciente loci Episcopo tale quicquam à subditis perpetratum fuerit, idem Episcopus duobus mensibus excommunicationi subjaceat, pro eo, quòd 4 scita mala contexit, & correctionem necessariam non adhibuit. Sin autem suorum quispiam, eodem nesciente, pro suprædictis quodcunque capitulis acceperit, sciendum esse sibi crediderit, si Presbyter est, quatuor mensium excommunicatione plectatur; si Diaconus, trium; Subdiaconus verò, vel Clericus his cupiditatibus serviens, & 5 competenti pœnâ, & debitâ excommunicatione plectendus est.

1 ¶ Consolatione] *In Concilio olim Coloniæ, ac Lutetiæ impressis, duobus ipsorum codicibus Vaticanis, uno Regio catholico, & apud Ivonem legitur*, collatione: *sed ob glossam non est emendatum.*

2 ¶ Nunquam quæstibus,] *In eodem codice Regio legitur*, nummorum quæstu, vel quibusliber præmiis venundari penitùs non debet: *in alio verò supra citato*, nunquam quæstu.

3 ¶ Nisi] *Ab eodem codice Regio abest dictio ista*, nisi: *ita ut in his casibus voluntarias etiam oblationes prohibeat: sicut de Baptismo in Concilio Elyberitano est constitutum, infra câd. c.* emendari. *& de sacris ordinationibus in Concilio Tridentino sess. 21. c. 1. In aliis tamen codicibus est ipsa dictio*, nisi.

4 ¶ Quòd scita] *Antea legebatur*, in conscientia mala. *Emendatum est ex codice Regio, & Ivone: in Conciliis verò impressis varie legitur.*

5 ¶ Et competenti,] *In vulgatis legebatur*, pro arbitrio competenti pœnâ: *sublatæ sunt voces*, pro arbitrio, *quia in vetustis exemplaribus, in Conciliis impressis, & manuscriptis, & apud Ivonem non habentur, neque ullius glossa eas agnovit.*

C. CII. ¶ *Nihil à Sacerdotibus exigatur pro balsamo, quod in chrismate ponitur.*

Item ex Concilio Bracharensi 1 II. *c. 4.*

PLacuit, ut nullus Episcoporum pro modico balsami, quod benedictum pro Baptismi Sacramento per Ecclesias datur, quia singuli *a* tremissem pro ipso exigere solent, nihil ulteriùs exigatur: ne fortè, quod pro salute animarum per invocationem Sancti Spiritûs consecratur, sicut Simon *b* Magus donum Dei pecuniâ voluit emere, ita nos venundantes damnabiliter venundemur.

1 ¶ Bracharensi] *Emendata est inscriptio ex aliquot vetustis codicibus. Nam in vulgatis erat*, ex Carthaginensi quarto, *in quo non habetur.*

C. CIII. ¶ *Non est aliquid exigendum ab iis, qui infantes suos ad baptizandum adducunt.*

Item ex eodem, *cap. 7.*

PLacuit, ut unusquisque Episcopus per Ecclesias suas hoc præcipiat, ut hi, qui infantes suos ad Baptismum offerunt, si quid voluntariè pro suo offerunt voto, suscipiatur ab eis. Si verò per necessitatem paupertatis aliquid non habeant, quod offerant, nullum eis pignus violenter tollatur à Clericis. Nam multi pauperes hoc timentes, filios à Baptismo retrahunt: qui si forte, dum differuntur, sine gratia Baptismi de hac vita recesserint, necesse est, ut ab illis eorum perditio requiratur, quorum spolia pertimescentes, à Baptismi gratia se retraxerunt.

C. CIV. ¶ *Qui baptizatur, nullos nummos in concham mittat.*

Item ex Concilio Eliberitano, *c. 48.*

EMendari placuit, ut qui baptizantur (ut fieri solebat) nummos in concham non mittant: ne Sacerdos, quod gratis accepit, pretio distrahere videatur. Neque pedes eorum lavandi sunt à Sacerdotibus, vel Clericis.

C. CV. ¶ *Pro perceptione Baptismi vel chrismatis aliquid exigi non debet.*

Item ex Concilio Triburiensi.

DIctum *e* est, solere in quibusdam locis pro perceptione chrismatis nummos dari, similiter pro Baptismo, & communione. Hoc Simoniacæ hæresis semen detestata est sancta Synodus, & anathematizavit, & ut de cætero nec pro ordinatione, nec pro chrismate, vel Baptismo, vel pro balsamo, nec pro sepultura, vel communione quicquam exigatur, statuit; sed gratis dona Christi gratuitâ dispensatione donentur.

C. CVI. ¶ *Nemo pro dedicandis basilicis, vel pro cæteris Sacramentis Ecclesia conferendis aliquid exigi debet.*

Item ex Concilio Cabilonensi, *tempore Caroli Magni, c. 16.*

STatuimus *d*, ut sicut pro declinandis basilicis, & dandis ordinibus nihil accipiendum est; ita etiam pro balsamo, sive luminaribus emendis, nihil Presbyteri chrisma accepturi dent. Episcopi itaque de facultatibus Ecclesiæ balsamum emant, & luminaria singuli in Ecclesiis suis concinnanda provideant.

13 pars. *Sicut ergò hæc Sacramenta, licèt Simoniacè ministrentur, tamen benedictionis efficium conferunt accipienti: sic & Sacerdotio utitur, licèt Simoniacè ministretur, suo tamen non debet carere effectu. Sed, sicut suprà* c

a *al gratia.* b *Ivo part. 2. cap. 92.* c *Ivo p. 1. c. 137. & part 3. c. 126.* d *Matth. 10.*

a *al. à singulis tremisses exigi,*] *al. singuls tremisses exigi.* b *Alb. 3.* b *Burch. lib. 4. c. 101. Ivo p. 1. c. 295.* d *Burch. l. 4. c. 93. Ivo p. 1. cap. 267. Pann. l. 1. c. 98.* e *supr. cap. remissionem. 33. 9, sed notandum.*

dictum est, illa Sacramenta sunt necessitatis, hæc dignitatis, & ideò privilegia illorum non possunt generare communem legem istorum. Habent ergò Simoniaci vulneratum caput per Simoniaca manûs pravam impositionem. Hoc autem de illis intelligitur, quos nec excusat ignorantia, nec attractosve violentia: qui ab illis ordinantur, quos indubitanter sciunt esse Simoniacos, sive Simoniacè, sive non Simoniacè ordinentur ab eis. Ut enim distinguat Nicolaus Papa, alios Simoniacè ordinantur à Simoniacis; alios Simoniacè à non Simoniacis; alios non Simoniacè à Simoniacis. Hanc distinctionem innuit Nicolaus Papa *secundus, scribens omnibus Episcopis.*

C. CVII. ¶ *De tripl ici genere Simoniacorum.*

STatuimus *a* decretum de Simoniacis tripartitâ hæresi, id est, de Simoniacis Simoniacè ordinatoribus vel ordinatis, & de Simoniacis Simoniacè à non Simoniacis, & de Simoniacis non Simoniacè à Simoniacis.

¶ Simoniaci Simoniacè ordinati, vel ordinatores secundùm Ecclesiasticos canones à proprio gradu decidant. Simoniaci quoq; Simoniacè à non Simoniacis ordinati, similiter ab officio malè accepto removeantur. ¶ Simoniacos autem non Simoniacè à Simoniacis ordinatos, misericorditer per manûs impositionem pro temporis necessitate in officio concedimus permanere.

Sed hoc intelligendum est de iis, qui ordinantur à Simoniacis, quos ignorabant esse Simoniacos. Hos facit Simoniacos, non reatus criminis, sed ordinatio Simoniaci.

C. CVIII. ¶ *De iis, qui non Simoniacè à Simoniacis ordinantur.*

De quibus Urbanus Papa *in Concilio Placentino, c. 3. & 4. ait.*

SI *b* qui à Simoniacis non Simoniacè ordinati sunt, si quidem probare potuerint se, cùm ordinarentur, nescisse eos Simoniacos esse, & si 1 tunc pro catholicis habebantur in Ecclesia, talium ordinationes misericorditer sustinemus: si tamen eos laudabilis vita commendat. Qui verò scienter se à Simoniacis consecrari (imò execrari) permiserint, eorum consecrationem omninò irritam esse decernimus.

1 ¶ Et si tunc] *Anteà legebatur, & quòd tunc, quasi onus id probandi incumberet volenti se purgare. Emendatum verò est ex duobus manuscriptis ejusdem Concilii exemplaribus.*

C. CIX. ¶ *De eo, qui ordinatur ab illo, quem scit Simoniacum esse.*

Idem Nicolaus junior. *Hoc idem* Alexander secundus.

DE cætero statuimus *c*, ut si quis in posterum ab eo, quem Simoniacum esse non dubitat, se consecrari permiserit, & consecrator, & consecratus non dispar rem damnationis sententiam subeant: sed uterque depositus pœnitentiam agat, & privatus propriâ dignitate perfruatur.

¶ *Verba hujus, & sequentis cap.* erga Simoniacos, *sunt in epistola Nicolai secundi, in qua Concilium à se habitum refert: atq; ea repetivit Alexander secundus in epistola* d *omnibus catholicis Episcopis directa, quæ habetur Romæ manuscripta in tribus pervetustis codicibus.*

C. CX. ¶ *Simoniacis in dignitate servandâ, nulla est impendenda misericordia.*

Item *paulò superiùs.*

ERga *e* Simoniacos nullam misericordiam in dignitate servanda habendam esse decernimus; sed juxta canonum sanctiones, & decreta sanctorum Patrum, eos omninò damnamus, ac deponendos esse, Apostolicâ auctoritate sancimus.

Subaudiendum est, nisi violenter attracti fuerint. De his enim, & à quibuslibet hæreticis violenter ordinatis ait Innocentius *ad Episcopos Macedoniæ, epist. 22. c. 3.*

C. CXI. ¶ *De iis, qui inviti ad hæreticorum ordinationem trahuntur.*

COnstat multos vim passos, atque invitos, attractos, repugnantesque ab hæreticis ordinatos: sed hujusmodi aliquis, si post ordinationem talem non interfuit, cùm illi conficerent Sacramenta, si communioni eorum participatus non est, si statim discedentibus illis 1 pessimo conciliabulo eorum *a* abrenuntiavit, & ad Ecclesiam rediit, iste talis potest habere colorem aliquem excusationis. Cæterum, qui post mensem aut amplius redierunt, cùm se considerarent ab hæreticis ordinatos, quamvis nihil ab eis acceperunt, rei sunt usurpatæ dignitatis.

1 ¶ Illis] *In editione trium tomorum legitur*, discedens de ejus pessimo. *Sed edatio quatuor tomorum, & codex canonum habet, ut Gratianus: multa autem in hoc capite vellet ordinatu suo aptavit.*

Tales plerunque ex intuitu pietatis reformat catholica manûs impositio cum satisfactione, & medicina pœnitentiæ: sed damnationem Simoniacorum, & eorum, qui eis consenserunt, ignotus: medicinam verò authenticam ex hac hæresi nominatim non legimus: nisi quòd, sicut usurpatum est in Novatianos, vel Donatistis, minoribus utique hæreticis, non canonicè, sed ex intuitu pietatis; ita etiam ex his posse fieri colligimus, ideoq; etiam, qua aliorsum per omnia orthodoxam habent fidem, nisi quòd Spiritum Sanctum credunt esse carnalem. Et, ut ait beatus Augustinus b, hæretici, cùm redierint, quâ parte se absciderint ab Ecclesia cernitur, quâ verò parte adhæserint, agnoscantur.

C. CXII. ¶ *Qui ab hæresi ad Ecclesiam redeunt, in quo ei veniuntur ordine, ex beneficio perseverent.*

Hinc & Leo *Januario 1 Aquileiensi, epist. 3.*

OMnis *c* cujuslibet ordinis Clericus, qui catholicam deserens unitatem, hæreticæ, vel schismaticæ conjunctionis contagione se maculaverit, si ad Ecclesiam redierit cum legitima satisfactione, & erroris sui damnatione, hoc in magno beneficio habeat, si ademptâ sibi omni spe promotionis, in quo invenitur ordine permaneat.

1 ¶ Januario] *Sic etiam citatur infrà eâd. q. 7. c. saluberrimum, & sic habetur in manuscriptis Leonis codicibus, quamvis in excusis sit*, Juliano. *Cæterum verba ipsa epistolæ reperiuntur in dicto c.* saluberrimum. *& ex parte sup. eâd. c.* si quis hæreticæ. *Nam hîc sententia passim affertur.*

De his autem, qui ordinantur Simoniacè à non Simoniacis (utpote illis, qui data pecuniâ Archidiaconus, vel Consiliarius Episcopi, Episcopo ignorante, hoc efficiunt, ut de manu ejus sacros ordines accipiant) sic scribit Gregorius VII. *lib. 6. Reg. in Synodo Romæ habita, anno Domini 1078. die 9. Novembris, cap. 5.*

C. CXIII. ¶ *Ordinationes, quæ Simoniacè sunt, falsa judicantur.*

ORdinationes *d*, quæ interveniente pretio, vel precibus, vel obsequio alicui personæ eâ intentione impenso, vel quæ non communi consensu Cleri & populi secundùm canonicas sanctiones fiunt, & ab iis, ad quos consecratio pertinet, non comprobantur, falsas *e* esse dijudicamus: quoniam, qui taliter ordinantur, non per ostium, id est, per Christum intrant; sed, ut ipsa Veritas testatur, fures *f* sunt & latrones.

14 qs. *Quia ergò Simonia tripliciter in capitulo notatur, videndum est, quot modis pretium in hac hæresi detur.*

a 4. sent. dist. 25. Panorm. lib. 3. cap. 127. b Magister ibid. c Ivo p. 3. c. 79. Pann. l. 3. c. 126. d C. 4. e Magister ibid. Desidet p. 2. Ivo p. 3. c. 79. Pann. l. 3. c. 125.

a Eadem] *orig. id est*, Bonosi. b *sup. eâd. cap. quòd quidam. 97. vers. sed sicut.* c *sup. eâd. c. si quis hæretica. & 7. eâd. q. 7. c. saluberrimum. Polyc. l. 7. tit. 5. Pann. l. 3. c. 151.* d *Polyc. ead. l. 2. tit. 38. Ivo p. 3. c. 81.* e irritas] *orig. & Polyc.* f *Ioan. 10.*

C. CXIV.

C. CXIV. ¶ *De multiplici genere Simoniacorum.*

Hoc beatus Gregorius *in Evangeliorum tractatu hom. 4. in fine exponit, dicens.*

SUnt a nonnulli, qui quidem nummorum præmia ex ordinatione non accipiunt, & tamen sacros ordines pro humana gratia largiuntur, atque de largitate eadem, laudis solummodo retributionem quærunt. ¶ Hi nimirum, quod gratis acceptum est, gratis non tribuunt: quia de impenso officio sanctitatis, nummum expetunt favoris. Unde benè, cùm justum virum describeret Propheta b, ait: [*Qui excutit manus suas ab omni munere.*] Neque enim dicit, qui excutit manus suas à munere, sed adjunxit, [*ab omni:*] quia aliud est munus ab obsequio, aliud munus à manu, aliud munus à lingua. Munus quippe ab obsequio est subjectio c indebitè impensa. Munus à manu, pecunia est. Munus à lingua, favor. Qui ergò sacros ordines tribuit, tunc ab omni munere manus excutit, quando in divinis rebus non solùm nullam pecuniam, sed etiam humanam gratiam non requirit.

C. CXV. ¶ *Æternam damnationem invenit, qui quolibet munere ad sacros ordines accedit.*

Idem *in regesto.*

SI quis neque sanctis pollens moribus, vel neque à Clero, populoque vocatus, vel pulsatione coactus, impudenter Christi Sacerdotium, jam quolibet facinore pollutus, injusto cordis amore, vel sordidis precibus oris, sive comitatu, sive manuali servitio, sive fraudulento munusculo Episcopalem, seu Sacerdotalem, non lucro animarum, sed inanis gloriæ avaritiâ fultus dignitatem acceperit, & in vita sua non sponte reliquerit, eumque inspera ta 1 mors pœnitentem non invenerit, proculdubiò in æternum peribit.

1 ¶ Insperata] *In aliquot vetustis Gratiani codicibus legitur,* in aspera mors pœnitentia.

C. CXVI. ¶ *Pro ordinationibus nihil omninò accipiatur.*

Hinc idem Gregorius *Ioanni Corinthiorum Episcopo, lib. 4. epist. 35. seu cap. 19. scribit.*

DE d ordinationibus aliquid accipere sub districta interdictione vetuimus. Oportet ergò, ut neque per commodum e, neque per gratiam, aut quorundam supplicationem aliquos ad sacros ordines consentiatis, vel permittatis adduci.

C. CXVII. ¶ *Nec pretio, nec prece, nec gratiâ, nec supplicatione aliquis ad sacros ordines accedant.*

Item *universis Episcopis per Helladem* f *provinciam constitutus, circa lib. epist 36. seu cap. 100* g.

QUibusdam b narrantibus agnovi, quòd in illis partibus nullus ad sacrum ordinem sine commodi datione perveniat. Quod si ita est, flens dico, gemensq; denuntio; quia cùm Sacerdotalis ordo intùs cecidit, foris quoque diù stare non poterit. ¶ Scimus quippe ex Evangelio i, quid Redemptor noster per semetipsum fecerit: quia ingressus in templum, cathedras vendentium columbas evertit. Columbas quippe vendere est, de Sancto Spiritu (quem sibi consubstantialem Deus omnipotens per impositionem manuum hominibus tribuit) commodum temporale percipere. Ex quo, ut prædixi, innuitur, quid sequatur: quia, qui in templo Dei columbas vendere præsumpserunt, eorum, Deo judice, cathedræ ceciderunt. ¶ Qui videlicet error in subditis cum augmento propagatur. Nam ipse quoque, qui ad sacrum ordinem perducitur, jam in ipsa provectûs sui radice vitiatus, paratior est aliis vendere, quod emit. Et ubi est, quod scriptum est: [*Gratis accepistis, gratis date?*] Et cùm primò contra sanctam Ecclesiam Simoniaca hæresis sit exorta, cur non perpenditur, cur non videtur, quia eum, quem cum pretio ordinat, provehendo agit, ut hæreticus fiat? Ideoque hortamur, ut nullus vestrûm denuò hoc fieri patiatur, sed neque gratiâ alicujus, neque supplicatione aliquos ad sacros ordines audeat promovere, nisi eum, quem vitæ & actionis qualitas ad hoc dignum esse monstraverit. Nam si aliter factum denuò senserimus, districtâ ac canonicâ illud noveritis ultione compesci.

C. CXVIII. ¶ *Ad Episcopalem honorem nullus per ambitum accedat.*

Item Symmachus *ad Cæsarium, epist. 1. c. 1.*

NUllus b itaq; per ambitum ad Episcopalem honorem permittatur accedere. Nam cùm hic excessus in laica conversatione culpetur, quis dubitat, quin religiosis, & Deo servientibus incutiat opprobrium?

C. CXIX. ¶ *De eodem.*

Item Gregorius *Adeodato Episcopo, lib. 2. indict. 11. epist. 48.*

EStote ergò præcipuè in ordinatione soliciti, & ad sacros ordines c, nisi provectiores ætate, & mundos opere, nullatenùs admittatis, ne fortè semper esse desinant, quod immaturè esse festinant. Eorum enim, qui in sacro sunt ordine collocandi, priùs vitam, moresque discutite; & ut dignos huic officio adhibere possitis, non vobis potentia, aut supplicatio quarumlibet subrepat personarum. Ante omnia autem cautos vos esse oportet, ut nulla præveniat in ordinatione venalitas: ne (quod absit) & ordinatis, & ordinantibus periculum majus imminet. Si quando igitur de his tractari necesse est, graves, expertosque viros consiliis d vestris adhibete participes, & cum eis communi de hoc deliberatione pensate.

¶ *Caput hoc duobus locis, ubi visum est expedire, locupletatum est ex originali.*

C. XX. ¶ *Neque favore, neque venalitate ad sacros ordines quisquam promoveatur.*

Idem *Columbo Episcopo, lib. 2. indict. 11. epist. 47.*

PUeri e ad sacros ordines nullatenùs admittantur, ne tantò periculosiùs cadant, quanto citiùs conscendere ad altiora festinant. Nulla sit in ordinatione venalitas; potentia, vel supplicatio personarum nihil adversùs hæc, quæ prohibemus, obtineat. Nam proculdubiò Deus offenditur, si ad sacros ordines quisquam non ex merito, sed ex favore (quod absit) aut ex venalitate provehitur.

Econtrà idem Gregorius *quibusdam supplicantibus, unum Acolythum, & alterum Diaconum legitur ordinâsse: sicut ipse scribit lib. 7. indict. 1. epist. 2. Petro* 1 *Episcopo Corsica inter cætera.*

1 ¶ Petro] *In codicibus impressis epistola, unde caput hoc sumptum est, inscribitur* Chrysanto Episcopo. *Verum in codice pervetusto Vaticano earundem epistolarum, inscribitur* Petro Episcopo per Corsicam. *Anselmus autem eodem modo habet ac Gratianus. Ad Petrum Episcopum Alexandriæ de Corsica legitur epistola alia quarto libro, c. 122. quamvis sit fortasse mendum in voce,* Alexandriæ, *& scribendum videatur,* Aleriæ.

C. CXXI. ¶ *Episcopo intervenente, Papa quendam Acolythum ordinavit.*

LAtorem f præsentium per intercessionem g sanctitatis

a *Anselm. l. 6. cap. 83. Burch. l. 2. c. 219. Ivo part 3. cap. 86. Pann. l. 3. cap. 121.* b *Esa. 33.* c *al. servitus.* d *sup. dist. 100. c. novit. Anselm. lib. 6. cap. 90. Polyc. lib. 2. tit. 1.* e *al. donum.* f *al. Helladem.* g *Ex eod. l. epist. 31. & 35. & l. 3. epist. 7.* h *Burch. lib. 2. c. 21. Ivo p. 3. c. 108.* i *Matth. 21.*

a *Matth. 10.* b *Anselm. l. 6. cap. 6.* c *al. ordines assirare, nisi [ornatos].* d *al. consilio vestri.* e *Ansel. lib. 7. cap. 46.* f *Anselm. 7. cap. 79.* g *al. pro intercessione.*

vestræ acolytum fecimus, quem ad obsequia vestra transmisimus, ut si in lucrandis animabus ampliùs servierit, proficere ampliùs possit.

C. CXXII. ¶ *Quisquis in Romana Ecclesia sacrum ordinem acceperit, ab ea ulteriùs egredi non poterit.*

Idem *Helisæ Presbytero & Abbati, lib. 4. epist. 3.* *seu 1. 74.*

FIlium *a* vestrum *b* Epiphanium mandâstis, ut ad sacrum ordinem provehere deberemus, vobisque transmittere. Sed in uno vos audivimus, in alio autem minimè audire potuimus. Diaconus quidem factus est: sed quisquis semel in hac Ecclesia ordinem *c* acceperit, egrediendi ex ea ulteriùs licentiam non habet. Si ergò vos videre non potui, hac ex re consolationem habeo, quia in filio vestro requiesco.

Non itaque quorumlibet precibus ordinationes facta, falsa dijudicantur; sed ha demùm, quæ precibus ordinandi, vel ejus amicis, non spiritualis, sed carnalis affectus porrectis fiunt, cum aliàs futura non essent: quæ non charitas interveniens, sed ambitio supplicans extorquet. Non solùm autem Clericos cujuslibet Episcopi summus Pontifex in Ecclesia Romana valet ordinare, verum etiam opportunitate exigente Monachos, & quoslibet Clericos convocare potest, & invitare.

C. CXXIII. ¶ *De eodem.*

Unde Nicolaus Papa *Michaëli Imperatori in epist. qua incepit:* [Proposueramus.]

PEr *d* principalem beatorum Apostolorum Petri & Pauli potestatem, jus habemus non solùm Monachos, verùm etiam quoslibet Clericos de quacunque diœcesi, cùm necesse fuerit, ad nos convocare, atque Ecclesiasticis exigentibus opportunitatibus invitare.

1 ¶ *Quilibet ergò munere interveniente falsâ dijudicatur ordinatio. Sicut autem pretio intervenente sacri ordines non sunt tribuendi, ita nec restituendi. Ut enim ait beatus Ambrosius, sacri ordines nec pretio sunt emendi, nec redimendi.*

C. CXXIV. ¶ *Pretio intervenente Sacerdotale officium non restituatur.*

Hinc etiam Gregorius VII. *ait lib. 6. reg. in Concilio habito anno Domini 1078. Pontificatûs sui 6. c. 10.*

NUllus *e* Episcopus gravamen, seu servile servitium ex usu contra Ecclesiasticam normam Abbatibus, seu Clericis suis imponat: vel interdictum Sacerdotale officium pretio interveniente restituat. Quod si fecerit, officii sui periculum subeat.

Qui autem pecuniam accipiunt, ut ordinandis sacros ordines non tribuant, vel ut canonica electionis assensum non præbeant, aut Ecclesiæ ædificandæ vel consecrandi lapidem benedictum, vel consecrationem subtrahant; multa argumenta accepta pecunia rei, & infames esse probantur.

C. CXXV. ¶ *Sacrilegi sunt judicandi, qui Ecclesiam Dei non permittunt regulariter ordinari.*

Ait enim Paschalis secundus.

SUnt quidam, qui vel violentiâ, vel favore non permittunt Ecclesias regulariter ordinari. Hos etiam decrevimus ut sacrilegos judicandos.

C. CXXVI. ¶ *De eodem.*

Codicis lib. 9. ad legem Juliam repetundarum, Impp. Gratian. Valentin. & Theodosius.

IUbemus *f*, & hortamur, ut si quis fortè honoratorum, decurionum, possessorum, postremò etiam colonorum, à cujuslibet ordinis judice fuerit aliquâ ratione concussus; si quis scit de jure venalem fuisse sententiam, si quis pœnam vel pretio remissam, vel vitio cupiditatis ingestam; si quis postremò quacunque de causâ improbum judicem potuerit approbare; is vel administrante eo, vel post administrationem depositam in publicum prodeat, crimen deferat, delatum approbet; cùm probaverit, & victoriam reportaturus, & gloriam.

C. CXXVII. ¶ *De eodem.*

Item in Digestis lib. 3. titulo de calumniatoribus, a leg. primâ. [Ulpianus *lib. 10. ad Edictum.*]

IN eum, qui, ut calumniæ causâ negotium faceret, vel non faceret, pecuniam dicetur *b* accepisse, intra annum 1 utilem, in quadruplû ejus pecuniæ, quam accepisse dicetur, post annum simpli *c* in factum actio competit.

¶ *In hac & sequentibus legibus, quæ ex ff. citantur, reposita sunt tituli ex vetustis exemplaribus Gratiani, qua cum Pandectis Florentinis valdè conveniunt.*

1 ¶ Utilem,] *Hæc dictio non est in antiquis codicibus Gratiani, neq; in Pandectis; sed ob glossam non est sublata.*

C. CXXVIII.

Ibidem lib. 47. tit. 13. l. 2. de concussione. [Macer, *lib. 1. publicorum judic.*]

COncussionis judicium publicum non est. Sed si ideò pecuniam quis accepit, quòd crimen minatus sit, potest judicium publicum esse ex Senatusconsultis, quibus pœnâ legis Corneliæ teneri jubentur, qui in accusationem innocentium coierint, quivé ob accusandum, vel non accusandum, denuntiandum, vel non denuntiandum testimonium, pecuniam acceperint.

C. CXXIX. PALEA.

Ibidem lib. 48. tit. 11. ad legem Juliam repetundarum, l. 3 [Macer, *lib. 1. publ. jud.*]

LEge Juliâ repetundarum tenetur, qui, cùm aliquam potestatem haberet, pecuniam ob judicandum, vel non judicandum 1, decernendumvé acceperit: [Venulejus Saturninus *l. vel quo. eod. tit.*] vel quò magis, aut minùs quid ex officio suo faceret.

1 ¶ Vel non judicandum,] *Sic etiam in Digesto vulgato: sed à Pandectis Florentinis absunt ista voces. Est autem Palea ista ferè in omnibus vetustis exemplaribus Gratiani: & a cap.* Sunt quidam. *usque ad finem quæstionis nulla est distinctio capitum.*

C. CXXX. ¶ *De eodem.*

Idem *eod. tit. l. 6.*

EAdem lege tenentur, qui ob denuntiandum, vel non denuntiandum testimonium pecuniam acceperint 1. *& post pauca.* ¶ Lege Juliâ repetundarum cavetur, ne quis ob militem legendum mittendumvé, as accipiat: nevé quis ob sententiam in Senatu, Consiliové publico dicendam, pecuniam accipiat, vel ob accusandum vel non accusandum. ¶ Macer *libr. 1. publ. judic. l. 1.* Lex Julia de repetundis præcipit, ne quis ob judicem, arbitrumvé dandum, mutandum, jubendumvé, ut judicet: nevé ob non dandum, non mutandum, non jubendũ, &c. nevé ob litem æstimandam, judiciumvé capitis, pecuniævé faciendum, vel non faciendum, aliquid accipiat, *& infrà.* ¶ Hodie ex lege Julia repetundarum extra ordinem puniuntur: & plerunque vel exilio puniuntur, vel etiam durius, prout admiserint. Venulejus *eod. tit. l. 6.* Hâc lege damnatus, testimonium publicè dicere, aut judex esse, postulárevé prohibetur.

1 ¶ Acceperint.] *In Pandectis sequitur versiculus:* Hâc lege damnatus, *qui reponitur in fine hujus capitis.*

a *Anselm. lib. 7. cap. 72.* b *nostrum*] *erg.* c *al. sacrum ordinem.* d *7. q. 1. q. 1. c. 1. per principalem. Ansel. l. 1. c. 75. & lib. 2. c. 24.* e *Polyc. lib. 4. tit. 21.* f *Tit. 27. l. 4. In codic. Theod. lib. 9. eod. tit.*

QUÆSTIO II.

1 ¶ *SEquitur secunda quæstio, quâ quæritur, an pro ingressu monasterii, pecunia sit exigenda, vel exacta persolvenda? Hoc utrumque licitè fieri, utrumque Testamenti serie comprobatur. Legitur enim*

a *Tit. 6.* b *al. detegitur.* c *al. in simplum.* d *1. Reg. 1. in pri-*

in primo d libro Regum, quod Anna detulit secum Samuelem, postquam ablactatus fuerat, in tribus vitulis, & tribus modiis farinæ, & amphorâ vini ad domum Domini in Silo. ¶ *In Actibus* a *verò Apostolorum legitur, quòd* multitudinis credentium erat cor unum, & anima una: *nec aliquid eorum, quæ possidebant, quisquam proprium esse dicebat; sed erant illis omnia communia, & singula vendebant prædia sua, & ponebant pretia eorum ante pedes Apostolorum: quorum unus, Ananias* b *nomine, dum partem sibi reservaret, cum uxore sua Sapphira, sententiâ maledictionis acceptâ, ante pedes Apostoli cecidit mortuus.* ¶ *Hinc liquidò apparet, quòd ingressuri monasterium sua debent offerre rectoribus: nec aliter sunt recipiendi, nisi sua obtulerint. Sed aliud est, sua sponte offerre, aliud, exalta persolvere. Anna mater Samuelis non exalta, neque petita, sed sponte munera Sacerdotibus obtulit. Credentes etiam sua sponte offerebant Apostolis, ut indigentium necessitatibus deservirent, qua instante persecutione infidelium, eis possidere non licebat. Ananias quoq; non idèo damnatus est, quia sua nollet offerre: sed quia Spiritui Sancto mentitus, pretia eorum, quæ Apostolis obtuleret, ex parte fraudabat. Non ergò his auctoritatibus permittitur rectoribus ab ingressuris aliquid exigere, sed sponte oblata suscipere; quia illud damnabile est, hoc verò maximè.*

C. I. ¶ *Tres dedicandis Ecclesiis nihil exigatur.*

Unde in Concilio Bracharensi e II. *cap. 5. legitur.*

PLacuit *d*, ut quoties ab aliquo fidelium ad consecrandas Ecclesias Episcopi invitantur, non quasi ex debito munus aliquod à fundatore requirant: sed si ipse quidem aliquid ex suo voto obtulerit, non respuatur: si verò aut paupertas illum, aut necessitas retinet, nihil exigatur ab illo. Hoc tamen unusquisque Episcoporum meminerit, ut non prius dedicet Ecclesiam, nisi anteà dotem basilicæ, & obsequium ipsius per donationem chartulæ confirmatum e accipiat. Nam non levis culpa est istâ temeritas, si sine luminariis, vel sine substantiali sustentatione eorum, qui ibidem servituri sunt, tanquam domus privata, consecretur Ecclesia.

C. II. ¶ *Ab iis, qui ad conversionem accedunt, nihil est exigendum, nec pretio aliquis ad conversionem est invitandus.*

Item Bonifacius *urbis Romæ Episcopus scribit omnibus Catalitanæ Ecclesiæ Cœnobitis.*

QUàm pio mentis affectu, fratres charissimi, vestræ destitutioni Romana compatiatur Ecclesia, vobis fortassis est incognitum; sed cognitori omnium non incognitum habetur. Dubitationi autem vestræ, quòd idoneum demus responsum, Deum testificor, ipsa quoque me dubitatio reddit anxium & ineptum. Nusquam *f* enim legimus Domini Discipulos, vel eorum ministerio conversos, quempiam ad Dei cultum aliquo muneris interventu provocâsse: nisi fortè de pauperum alimento quis inconcinnè proponat, quorum nulli, cujuscunque professionis esset, victualia negabantur. Scimus *g* equidem, quòd *omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est descendens à patre luminum*, à quo bonæ voluntatis donum accipit, qui sancto deliberationis arbitrio gratis Deo servire disponit. Restat ergò, ut qui pro aliqua Ecclesiastica susceptione munus accipit, donum Dei, quod à patre luminum descendere debuit, vendat; munus autem largiens importunus emat. Quid autem de divini doni venditoribus vel emptoribus consequatur, concludi necesse non est. ¶ Cavete ergò, fratres, quàm sit ambiguum, quod petiistis consilium; quod quidem secundùm vestræ voluntatis propositum nullâ invenimus ratione confirmatum. Veruntamen, si vestræ necessitati adeò est opportunus, quem reperistis *a*, dum tamen omnis absit pactio, omnis cesset conventio, nullaque vestræ Ecclesiæ fiat distractio; accedat gratis, Deo servire incipiat, suique regiminis devotè gestet obsequium: & postmodùm vos quasi subsidii gratiâ, aliqua suæ Ecclesiæ munera largiri fratrum solatio Romana permittit Ecclesia.

¶ *B. Thomas citat hoc cap. 2. 2. quæst. 100. in fine articuli tertii: & rem, quam ibi tractat, solâ hujus capitis auctoritate constituit.*

C. III. ¶ *De eodem.* PALEA.

[*Unde* Urbanus Papa *in Concilio apud Meliam, c. 12.*]

NUllus *b* Abbas pretium sumere, vel exigere ab eis, qui ad conversionem veniunt, aliquâ pacti *c* occasione præsumat. Regulam antiquam sequens, nulli unquam de ordinationibus aliquid omninò accipiendum esse constituo, neque ex datione pallii, neq; ex traditione chartarum, neq; ex ea, quam nova per ambitionem simulatio invenit, appellatione pastelli. Quia enim I ordinando Episcopo Pontifex manum imponit, Evangelicam lectionem minister legit, confirmationis autem ejus epistolam Notarius scribit.

¶ *In nonnullis vetustis exemplaribus, in quibus pauca sunt Palea, habetur caput hoc usq; ad vers.* Regulam. *Reliqua verò sunt B. Gregorii locis indicatis.*

1 ¶ Quia enim] *In plerisque exemplaribus, quæ habent hanc Paleam, non sunt istæ duæ voces. Verùm apud B. Gregorium leguntur, quoniam pendet adhuc oratio, & conjungitur cum iis, quæ in sequenti capite afferuntur, hoc modo:* Quia enim ordinando Episcopo Pontifex manum imponit, Evangelicam lectionem minister legit, confirmationis autem ejus epistolam Notarius scribit, sicut Pontificem non decet, &c.

C. IV. ¶ *Ab ordinando non debet aliquid exigi, sed nec voluntariè oblata respui oportet.*

Item Gregorius *in Registis lib. 4. epist. 44. sive cap. 32. in Synodo Romæ habita.*

SIcut *d* Episcopum non decet manum, quam imponit, vendere; ita minister, vel Notarius non debet in ordinatione ejus vocem suam, vel calamum venundare. *& paulo pòst.* ¶ Is autem, qui ordinatus fuerit, si non ex placito *e*, neque exactus, neque petitus, post acceptas chartas, & pallium, aliquid cuilibet ex Clero, gratiæ tantummodò causâ, dare voluerit, hoc accipi nullo modo prohibemus: quia ejus oblatio nullam culpæ maculam ingerit, quæ non *f* ex ambientis petitione processit.

Auctoritate Bonifacii patenter ostenditur, quòd sicut nullus pretio est invitandus ad conversionem; ita nullo pecuniæ interventu, Ecclesiæ largiri oportet ingressum. Auctoritate verò Gregorii datur intelligi, quòd pro ingressu Ecclesiæ non licet pecuniam exigere, sed spontaneè oblatam licet suscipere.

2 pars. *Item opponitur illud* Apostoli *1. ad Timotheum, cap. 5.*

C. V.

VIduas honora, quæ verè viduæ sunt. [*Quæ autem non sunt verè viduæ, id est, quæ suis, vel parentum opibus sustentari possunt, non recipiantur,*] *ut Ecclesia sufficiat iis, quæ verè viduæ sunt.*

a *Act. 4.* b *Act. 5.* c *& in VVorm. ut, cap. 3. ferè idem.* d *Burch. lib. 3. c. 37. Ivo p. 3. c. 42.* e *al. confirmatam.* f *al. nunquam.* g *Iac. 1.*

a *al. expostis.* b *Anselm. lib. 3. tit. 2. c. 17. Ivo p. 5. cap. 107. Polycarp. lib. 2. tit. 1. B. Gregorius lib. 4. epist. 44. & lib. 12. post epist.* c *placitis] orig.* d *extra de Simoniac. c. 1. Polyc.] Anselm.] ibid. Ivo.]* e *al. passo.* f *ex accipientis ambitu non processit.] orig.*

¶ *Caput hoc in multis vetustis codicibus est consutum superiori.*

C. VI. ¶ *Qui sumptibus propriis sustentari potest, ab Ecclesia stipendia non accipiat.*

Item Hieronymus *ad Damasum Papam.*

CLericos *a* autem illos convenit Ecclesiæ stipendiis sustentari, quibus parentum & propinquorum nulla suffragantur bona. Qui autem bonis parentum, & opibus suis sustentari possunt, si,quod pauperum est,accipiunt, sacrilegium profectò committunt,& per abusionem talium,judicium sibi manducant & bibunt.

¶ *Infrà etiam 16. quæst. 1. cap. fin. cetatur ex Hieronymo. Ac similia habentur in regula Monachorum ex dicto Hieronymi, in c.* de paupertate; *& in glossa ordinaria ad c. 3. primæ ad Timoth. ex Hieronymo.*

C. VII. ¶ *Quibus sua sufficiunt, Ecclesia alimentis non sustententur.*

Item Prosper *de contemplativa vita, lib. 2. cap. 9. & 10.* b

PAstor *c* Ecclesiæ iis,quibus sua sufficiunt,non debet aliquid erogare, quando nihil aliud sit habentibus dare, quàm perdere. Nec illi, qui sua possidentes dari sibi aliquid volunt, sine grandi peccato suo,unde pauper victurus erat, accipiunt. De Clericis quidem dicit per Prophetam *d* Spiritus Sanctus: [*Peccata populi mei comedunt.*] Sed sicut nihil habentes proprium, non peccata, sed alimenta, quibus indigere videntur, accipiunt; ita possessores non alimenta, quibus abundant, sed aliena peccata suscipiunt.

Verum his auctoritatibus prohibentur ab Ecclesia suscipi, non illi, qui quondam fuerunt divites, postea verò omnia reliquerunt, ut e *Petrus, & Matthæus, & Paulus; aut pauperibus distribuerunt, ut Zachæus* f; *aut Ecclesiæ rebus adjunxerunt, sicut illi* g, *qui prædia sua vendentes, ponebant pretia ante pedes Apostolorum,ut essent illis omnia communia: sed illi, qui in domibus parentum residentes, vel sua relinquere nolentes, Ecclesiasticis facultatibus pasci desiderant.*

C. VIII. ¶ *Qui sua relinquere non vult, non debet sumptibus Ecclesiæ sustentari.*

De quibus in eodem libro Prosperi, *cap. 10. subinfertur* h.

SI quis propter hoc non vult sua relinquere, ut habeat, unde vivat, ut quid accipit, unde rationem reddat? ut quid peccatis alienis sua multiplicat? *Idem ibidem paulò superius.* ¶ Non est meum dicere, quali peccato cibos pauperum præsumendo suscipiunt, qui Ecclesiam, quam juvare de propriis facultatibus debuerant, suis expensis insuper gravant; propter hoc fortassis in congregatione viventes,ne aliquos pauperes pascant, ne advenientes excipiant, aut ne suum censum expensis quotidianis imminuant. ¶ Quod si aliquid de fructibus suis Ecclesiæ, velut pro ipsa expensa sua contulerint, non se præferant inani jactantiâ illis, quos nihil habentes pascit & vestit Ecclesia: quia perfectior est ille, qui se mundi rebus expoliat, aut *i* qui cùm nihil habuerit, nec habere desiderat, quàm ille, qui ex multis, quæ possidet,Ecclesiæ aliquid præstat, ac se de eo, quod præstiterit, forsitan jactat.

Ecce, qui prohibentur ab Ecclesia suscipi. Illi verò, qui omnia sua relinquunt, vel pauperibus distribuunt, vel Ecclesiæ rebus adjungunt; & ab Ecclesia laudabiliter suscipiendi sunt, & ejus opibus sustentandi.

a 16. quæst. 2. c. fin. b *In Concil. Aquisgr. c. 107.* c *Prosper ibidem cap. 10.* d *Ose. 4.* e *Matth. 4.* f *Luc. 19.* g *Act. 4.* h *& in Concil. Aquisgr. ibid.* i *al. &.*

C. IX. ¶ *Qui sua relinquunt, vel pauperibus distribuunt, vel Ecclesiæ rebus adjungunt, laudabiliter Ecclesiastica dispensant.*

Unde in eodem libro *a, cap. 11. legitur.*

SAcerdos, cui dispensationis cura commissa est, non solùm sine cupiditate, sed etiam cum laude pietatis accipit à populo dispensanda, & fideliter dispensat accepta: quia omnia sua aut parentibus 1 reliquit, aut pauperibus distribuit, aut Ecclesiæ rebus adjunxit, & se in numero pauperum, paupertatis amore, constituit, ita ut unde pauperibus subministrat, inde & ipse tanquam pauper voluntarius vivat. Clerici quoque,quos pauperes aut voluntas,aut nativitas fecit, cum perfectione virtutis, vitæ necessaria sive in domibus suis,sive in congregatione viventes accipiant: quia ad ea accipienda non eos habendi ducit cupiditas, sed cogit vivendi necessitas. *& infrà* b *cap. 14.* ¶ De talibus dicere videtur Apostolus *c*: [*Qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt, edunt, & qui in altario deserviunt, cum altario participant.*] Qui nisi hoc de contemptoribus facultatum suarum vellet intelligi, nunquam secutus adjungeret: [*Ita & Deus ordinavit, his, qui Evangelium annuntiant, de Evangelio vivere.*] De Evangelio vivunt, qui nihil proprium habere volunt; qui nec habent, nec habere aliquid concupiscunt, non suorum, sed communium possessores. Quid est aliud de Evangelio vivere, nisi laborantem inde, ubi laborat, necessaria vitæ percipere? Apostolus tamen, quia Evangelium prædicavit, ut nec de Evangelio viveret, sed necessaria sibi suis manibus ministraret, de se confidenter eloquitur: [*Ego autem nullo horum usus sum.*] Et quare hoc dixerit, secutus aperuit,dicens: [*Expedit mihi mori magis, quàm ut gloriam meam quis evacuet.*] Evacuare dicit gloriam suam, si ab eis, quibus prædicabat, voluisset accipere vitæ temporalis *d* expensam. Nolebat quippe in re præsenti laboris sui fructum, sed in futuro recipere.

1 ¶ Aut parentibus] *In aliquot manuscriptis Gratiani legitur,* aut pauperibus reliquit. *In vetusto autem Prosperi codice, & in Concilio Aquisgranensi legitur:* quia omnia sua aut reliquit, aut Ecclesiæ rebus adjunxit. *Sed quoniam multa exemplaria Gratiani & Prosperi habent vulgatam lectionem, nihil est mutatum.*

C. X. ¶ *Iuxta meritum laboris, Ecclesiastica stipendia Sacerdotes distribuant.*

Item ex Concilio Agathensi, *cap. 36.*

CLerici omnes, qui Ecclesiæ fideliter, vigilanterque deserviunt, stipendia sanctis laboribus debita,secundùm servitii sui meritum,per *e* ordinationem canonum à Sacerdotibus consequantur.

Multorum 1 auctoritatibus luce clarius constat, quòd ab ingressuris monasterium non licet pecuniam exigere,nè & ille, qui exigit, & ille, qui solvit, Simoniæ crimen incurrat.

1 ¶ Multorum] *In vulgatis codicibus hucusque* Multorum, *proponebatur hic titulus.* Item ex Concilio Urbani Papæ habito Alvernix: *qui sublatus est, quoniam abest ab omnibus vetustis exemplaribus collatis, & in plerisque hic* ¶. *est autem sequentis tertiæ quæstionis.*

QUÆSTIO III.

SEd adhuc objicitur, quòd qui ingressuri monasterium pecunias tribuunt, non propositum relinquunt, sed participationem stipendiorum Ecclesiæ emunt. Temporalia ergo,non spiritualia ementes, nequaquam Simoniaci habendi sunt. ¶ Huic itaq; respondetur: Non solùm, qui spiritualia, sed etiam, qui temporalia ea ambitione

a *Et in Aquisgr. c. 108.* b *In Aquisgr. c. 111.* c *1. Cor. 9.* d *al. corporalia.* c *al. vel.*

nexa

nexu pretio accipiunt, vel tribuunt a, Simoniaci judicantur. Unde Malachias b loquens ex persona Domini: [Quis est, inquit, in vobis, qui claudat ostia, & incendat altare meum gratuitò? Non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum, & munus non suscipiam de manu vestra.] Ostia claudere non est sacri muneris officium, sed tantum sibi adjunctum.

C. I. ¶ *De iis, qui sacros ordines munerum acceptione dispensant.*

Item Gregorius *scribit universis Episcopis Hispaniæ.*

AUdivimus, dilectissimi, quod nos audisse oportuit, sed audisse profectò non libuit: quosdam scilicet esse sacrorum ordinum professores, qui sub munerum datione vel acceptione, Dei Ecclesias, vel earum sibi beneficia usurpant. Quod quidem scelus vos non jamdudum acriter correxisse vehementer admiramur. Justè enim uterque corripiendus est, & à sanctæ liminibus Ecclesiæ submovendus, & qui pro Ecclesiæ ambitu munera largitur, & qui, ut Ecclesiam adeat, quicquam præsumit accipere. Ille quippe donum Dei emere, hic autem præsumit vendere. A sacrilegio quoque hoc facinus non dispar dixerim: cùm id, quod sponte & sacro deliberationis arbitrio gratis fieri debuit, sub pecuniæ pactione causatur. Quare, fratres charissimi, quæ taliter facta sunt, curiosè retractate, infecta prohibete, vestrisq; jussionibus resistentes digno anathematis vinculo percutere non dubitate.

C. II. ¶ *De iis, qui Ecclesias, vel Ecclesiastica vendunt.*

Item *Rothomagensi Episcopo, & Gallicis omnibus.*

SI c quis dator, vel acceptor, Dei Ecclesias, vel Ecclesiastica beneficia (quæ quidam Præbendas vocant) sub pecuniæ interventu susceperit, sive dando emerit, sive accipiendo vendiderit, à Simonis non excluditur perditione. Sed si perseverans fuerit, perpetuâ mulctetur damnatione. Nam qui sub religionis obtentu Deo famulari voluerit, si quid accipit, & meritum perdit, & beneficio accepto frustratur. Rationis ergò vigore cogitur, quod injustè receperit, restituere, & quicquid turpis lucri gratiâ receperat, non tenere.

C. III. ¶ *Ab officiis suspendatur Episcopus, beneficia, vel Ecclesiastica officia vendens.*

Item Gregorius VII. Papa, *lib. 6. reg. in Synodo, cap. 4.*

SI quis Episcopus Præbendas, Archidiaconatus, Præposituras, vel aliqua Ecclesiastica officia vendiderit, vel aliter, quàm statuta sanctorum Patrum præcipiunt, ordinaverit, ab Ecclesiæ officio suspendatur. Dignum est enim, ut sicut gratis Episcopatum accepit; ita membra ejusdem Episcopatûs gratis distribuat.

C. IV. ¶ *Nec Altaria, nec Præbendas Episcopi vendere licet.*

Item ex Concilio Urbani Papæ *habito Alvernæ.*

QUæsitum est de Episcopis, qui Altaria monasteriis datâ frequenter redimi compellebant pecuniâ: quia quidam Simoniacæ pravitatis usus in Galliarum partibus jam diutiùs inolevit, ut Ecclesiæ, vel decimæ (quæ vulgari vocabulo apud eos altaria nuncupantur) monasteriis datæ, sæpiùs ab Episcopis sub palliata avaritia vendantur; mortuis nimirum, seu mutatis Clericis, quos personas d vocant. Nos auctore Deo venalitatem omnem tam ex rebus, quàm ex ministeriis Ecclesiasticis propellentes, hoc ulteriùs fieri auctoritate Apostolicâ prohibemus, sicut etiam Præbendas omnes venundandas interdicimus. Porrò quæcunque Altaria, vel decimas ab annis triginta, & suprà, sub hujusmodi redemptione possedisse monasteria noscuntur, quietè deinceps, & sine molestia qualibet eis possidenda firmamus. ¶ Salvo utiq; Episcoporum censu annuo, quem ex eisdem Altaribus habere soliti sunt.

¶ *In summis capitulorum Conciliis Claromontensis habiti Alvernæ (de quibus suprà ad cap. 1. distinct. 60. dictum est) cap. 6. hæc leguntur, quæ ad caput hoc videntur spectare:* Ut altaria congregationibus Canonicorum vel Monachorum per personas data, mortuis personis, libera redeant in manus Episcoporum, nisi fuerint illis per eorum scripta, vel privilegia confirmata.

C. V. ¶ *Quicquid datâ vel promissâ pecuniâ in sacris ordinibus acquiritur, irritum habeatur.*

Idem 1 in Concilio Placentino, *c. 1. & 2.*

EA, quæ à sanctis Patribus de Simoniacis statuta sunt, nos quoq; & judicio Sancti Spiritûs, & Apostolicâ auctoritate firmamus. Quicquid ergò vel in sacris ordinibus, vel in Ecclesiasticis rebus, vel datâ a, vel promissâ pecuniâ acquisitum est, nos irritum esse, & nullas unquam vires habere censemus.

1 ¶ *Anteà legebatur:* Item Gregorius. *Sed in aliquot vetustis rectè est,* Idem, *nimirum Urbanus II. in cujus Synodo hæc habentur.*

C. VI. ¶ *Quicquid possidetur, nomine pecuniæ intelligitur.*

Item Augustinus *de disciplina Christiana, vel de doctrina disciplinæ, cap. 1.* b

TOtum, quicquid homines possident in terra, omnia quorum Domini sunt, pecunia vocatur: servus sit, vas, ager, arbor, pecus, quicquid horum est, pecunia dicitur. *& infrà.* ¶ Ideò autem pecunia vocata est, quia antiquî totum, quod habebant, in pecoribus habebant.

C. VII. ¶ *Qui Ecclesiastica beneficia emerit, Ecclesias quoque emere probatur.*

Item Paschalis Papa.

SI c quis objecerit, non consecrationes emi, sed res ipsas, quæ ex consecratione proveniunt, penitùs 1 desipere probatur. Nam cùm corporalis 2 Ecclesia, aut Episcopus, aut Abbas, aut tale aliquid sine rebus corporalibus in nullo proficiat, sicut nec anima sine corpore corporaliter vivit, quisquis horum alterum vendit, sine quo nec alterum provenit, neutrum invenditum derelinquit. Nullus 3 igitur emat Ecclesiam, vel Præbendam, vel aliquid Ecclesiasticum: nec pastellum, nec pastum anteà, vel postea pro hujusmodi solvat.

1 ¶ Penitùs] *Deusdedit & Anselmus legunt:* videtur quidem aliquid dicere, nihil autem penitùs sapere.

2 ¶ Corporalis Ecclesia,] *Deusdedit sic habet:* cùm corporalis Ecclesiæ Episcopus, vel Abbas sine rebus, &c. *Reliqui collectores, & vetusti codices Gratiani concordant cum vulgata lectione.*

3 ¶ Nullus igitur] *Deusdedit, Polycarpus, Ivo, & codex manuscriptus Decretorum Pontificum (in quo integra fere Paschalis epistola, unde caput hoc acceptum est, refertur) non habent hæc verba; sed post verbum,* derelinquit, *continenter subjungunt:* Quam tamen objectionem facer Chalcedonensis canon penitùs exterminat, &c. *Auctor verò hujus capitis, ac totius hujus epistolæ est Paschalis primus. Nam in eo Decretorum codice hæc epistola Paschalis est post decreta Hadriani I. I. cùm decreta Paschalis secundi sint post Urbanum secundum, eo planè ordine, quo sibi successerunt: quod etiam ex sequenti capite indicatur.*

---

a *Hæ voces* [vel tribuunt] *absunt à pleriisq; manuscr.* b *Malach. 1.* c *Polyc. lib. 2. tit. 4.* d *al. personatus.*

a *al. datâ, vel acceptâ, vel promissâ.* b *C. 2.* c *Deusdedit part. 2. Magister lib. 4. distinct. 25. Polycarp. lib. 7. titul. 6. Anselmus libr. 13. capite 33. Ivo part. 2. cap. 14. Panormi. libr. 3. capite 123.*

C. VIII. ¶ *De eodem.*

Item Urbanus II. *Episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio L.* a *Præposito Ecclesiæ Sanctæ Iuventis apud Ticinum, salutem, & Apostolicam benedictionem.*

SAlvator *b* prædicit in Evangelio *c*, circa finem seculi Pseudochristos & Pseudoprophetas surgere, & multos seducere, & fideles suos in mundo multas habituros pressuras, sed tamen portas inferi adversus Ecclesiam non prævalituras. Proinde (quia, ut ait Apostolus *d*, oportet hæreses esse, ut, qui probati sunt, manifesti fiant) oportet nos cum Propheta *e* ex adverso consurgere, & murum opponere pro domo Israël, & cum eodem Apostolo *f* per multas tribulationes intrare in regnum Dei: quoniam non *g* sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis. ¶ Igitur, quia innotuisti nobis, quòd tibi objicitur, utrum vendere Ecclesiasticam rem Simoniacum sit, hoc Simoniacum esse patenter colligitur ex hoc, quòd beatus Apostolus Petrus ait *h* Simoni: [*Pecunia tua tecum sit in perditionem: quia existimâsti donum Dei pecuniâ possideri.*] Donum quippe Dei est Spiritus Sanctus, & donum Dei est res ipsi Ecclesiæ oblata. Et si benè animadvertis, Simon Magus, qui ad fidem fictè accessit, non Spiritum Sanctum propter Spiritum Sanctum *i*, quo ipse erat indignus (quoniam, ut scriptum *i* est, Spiritus Sanctus disciplinæ effugiet fictum) sed ideò, quantùm in ipso erat, emere voluit, ut ex venditione ignorum, quæ per eundem fierent, multiplicatam pecuniam lucraretur. Nec Apostolus emptionem Spiritûs Sancti (quam benè fieri non posse noverat) sed ambitionem quæstûs talis, & avaritiam, quæ est idolorum servitus, in eodem Simone exhorruit, & maledictionis jaculo perculsit. Quisquis *k* igitur res Ecclesiasticas (quæ dona Dei sunt, quoniam à Deo fidelibus, & à fidelibus Deo donantur, quæ ab eodem gratis accipiuntur, & ideò gratis dari debent) propter sua lucra vendit, vel emit, cum eodem Simone donum Dei possideri pecuniâ existimat. Ideò, qui easdem res non ad hoc, ad quod institutæ sunt, sed ad propria lucra munere linguæ, vel indebiti obsequii, vel pecuniæ largitur, vel adipiscitur, Simoniacus est: cùm principalis intentio Simonis fuerit sola pecuniæ avaritia, id est, idololatria, ut ait *l* Apostolus Paulus. Alioquin, cur sancta Synodus Chalcedonensis DCXXX. Episcoporum *m*, Procuratorem, vel Defensorem Ecclesiæ, vel quenquam regulæ Subjectum, adeò per pecuniam ordinari prohibet, ut interventores quoque tanti sceleris anathematizet, nisi quòd eosdem Simoniacos judicet? Quòd si præfati milites *n* Ecclesiæ ob hujusmodi scelus taliter percelluntur, nemo sapiens negabit, non militantes Ecclesiæ multò damnabiliùs ob hanc causam, id est, emptionis vel venditionis, debere percelli. Sed & beatus prædecessor noster Paschalis 1 de consecratione affirmat, quòd quisquis *o* eorum alterum vendiderit, sine quo alterum non provenit, neutrum invenditum derelinquit: ac per hoc eum, qui rem Ecclesiæ vendit, vel emit, Simoniacum esse intelligitur *p*. Nomine verò Procuratoris intelligit præfata Synodus quemlibet Ecclesiasticarum rerum administratorem, ut verbi gratiâ, Præpositum, Oeconomum, Vicedominum: Defensoris nomine Advocatum, sive Castaldum, & Judicem: in Subjecto verò regulæ, Archipresbyterum, Archidiaconum, Canonicum, Monachum, vel quemlibet Ecclesiastico mancipatum officio. Quòd verò Spiritum Sanctum, quantùm in se est, vendat, vel emat, qui præposituram, vel aliquid hujusmodi vendit, vel emit, audi Augustinum *a* super Joannem: [*O quot Præposituras fecerunt! Alterum Præpositum habet Carthagine Primianus, alterum habet Maximianus, alterum habet in Mauretania Rogatus, alterum habent in Numidia illi & illi, quos jam nec nominare sufficimus. Circuit ergo aliquis emere columbam* b: *unusquisque laudat Præpositum* 4 *suum, quod vendit, &c.*] Ecce venerabilis Augustinus de præposituræ distractione agens, nomine columbæ Sancti Spiritûs venditionem vel emptionem accipit, sicut & omnes hujus Evangelici capituli tractatores. Pensandum verò est, quâ pœnâ multentur, quijam Deo & Ecclesiæ suæ oblata vendunt, vel emunt, si cum flagellis à Dei templo ejecti sunt, qui, quæ Deo erant offerenda, vendebant vel emebant. Si de offerendorum venditoribus vel emptoribus dictum *c* est: [*Vos fecistis domum patris mei, domum negotiationis, & spelunicam latronum:*] quid dicetur de Ecclesiæ jam oblatorum venditoribus vel emptoribus? Et ne quis insanus objiciat, meritò hoc Dominum tam acerbè vindicâsse, quia tunc illa in Dei templo vendebantur, Ecclesiastica verò res modò extra templum distrahuntur; attende superius Augustinum non determinantem locum venditionis vel emptionis præpositorum, sed tantùm indefinitè dicentem: [*Circuit aliquis emere columbam, unusquisque præpositum suum laudat, quod vendit:*] non adjiciens, in templo, vel extra templum. Hæc circa venditores vel emptores rerum sacrarum sufficiant.

¶ *Integram epistolam Urbani II. dilecto filio L. Præposito Ecclesiæ B. Iuventis apud Ticinum refert Deusdedit in sua collectione.*

1 ¶ Propter Spiritum Sanctum.] *Addita sunt hæc duo verba, & totus hic locus emendatus est ex ipsa epistola, quemadmodum & alia nonnulla.*

2 ¶ Paschalis] *Antea legebatur:* Paschasius libro de consecratione. *Restitutus autem est locus ex vetustis codicibus, & originali. Citatur enim hîc, quod habetur in capite auctoritas ex epistola Paschalis Papæ.*

3 ¶ O quot Præposituras] *Apud B. Augustinum (cujus multi vetustæ codices hoc loco collati sunt) legitur:* ô quot proposita fecerunt: alterum propositum, &c. *Apud Urbanum verò ubique, est,* proposita & propositum.

4 ¶ Præpositum suum.] *Apud B. Augustinum legitur:* unusquisque ad propositum suum laudat, quod vendit. *In epistola verò Urbani:* unusquisque propositum suum laudat, quod vendit. *Nomine autem propositi apud B. Augustinum interdum significari sillam quandam constat ex 2. lib. contra Cresconium, cap. 36.*

C. IX. ¶ *Ministri & servitores Ecclesiæ absque ulla venalitate ab Episcopis ordinentur.*

Item Alexander II. *Episcopus, servus servorum Dei, Lucensis Ecclesiæ Clero & populo salutem perpetuam.*

EX *d* multis temporibus hoc detestabile malum intra vestram Ecclesiam inolevisse cognovimus, ut nulli unquam Clerico, quamvis religioso, quamvis scientiâ & moribus prædito, Ecclesiasticum beneficium concederetur, nisi ei, qui profano pecuniæ munere illud emere studuisset: fiebatque Ecclesia & res ejus ita venalis, veluti quædam terrena & vilis merx, à negotiatoribus ad vendendum exposita. Quod malum, quàm detestabile, quantum Deo, sanctisq; sit contrarium, & sacri canones docent, & ferè omnibus manifestum existit. ¶ Chalcedonense *e* namque Concilium, unum ex principalibus, simili pœnâ condemnat eos, qui Ecclesiæ beneficium in-

a *Lucæ,*] *Ansel.* b *Deusdedit p. 2. Anselm. lib. 3. cap. 42.* c *Matth. 24.* d *1. Corin. 11.* e *Ezech. 13.* f *Actor. 14.* g *Rom. 8.* h *Actor. 8.* i *Sap. 1.* k *infrà cap. 101 Ecclesiæ. 12.* l *Coloss. 3.* m *C. 2.* n *al. militantes.* o *Sup. add. cap. si quis. 2.* p *al. intelligat.*

a *Tract. 10 in 1. 2. Ioannis.* b *Ioan. 2.* c *Matth. 21.* d *Deusdedit p. 2.* e *C. 2. sup. add. quæst 3. cap. si quis Episcopus.*

terventu

terventu pecuniæ acquirunt, & eos, qui sacram manûs impositionem (per quam Spiritus Sanctus confertur) mercari dignoscuntur. Utrosque enim auctoritate inexpugnabili, illos à beneficio, istos à sacro ordine jubet expelli. Unde humani generis Redemptor omnes ementes & vendentes de templo ejiciens, cathedras vendentium columbas evertit, nummulariorum effudit æs, præcepti sui auctoritate denuntians, & dicens *a*: [*Nolite facere domum patris mei domum negotiationis.*] Illud quoque in eodem facto solicitè considerate, quòd per totum textum sancti Evangelii nusquam reperitur, Dominum tantâ severitate, tam districtâ censurâ justitiæ, peccantes corripuisse, cùm non solùm eloquio increpans, verùm etiam facto flagello *b* de funiculis verberans omnes eliminavit de templo: apertè demonstrans, quòd tales negotiatores, non sicut cæteri peccatores sunt corripiendi, sed à templo Dei, id est, à sancta Ecclesia longiùs sunt projiciendi. Nam sicut per columbarum venditores illi denotantur, qui sacram manûs impositionem vendere conantur; sic per nummularios, Ecclesiastici beneficii venditores designantur, qui domum Dei, teste Evangelio, speluncam latronum efficiunt. Quapropter ego Alexander, sanctæ Romanæ Ecclesiæ & Apostolicæ sedis Episcopus (imò minister indignus) tot & tanta mala in multis Ecclesiis, & maximè in Lucensi Ecclesia, ex *c* iniqua concupiscentia fieri conspiciens, ne sanguis iniquorum à districto judice de manu nostra requiratur, illa extirpare, & penitùs eradicare decrevimus. Constituimus itaque, & præsenti decreto firmamus (sicut olim nostri prædecessores fecisse noscûtur) ut nullus deinceps Episcoporum, beneficium Ecclesiæ (quod quidam Canonicam *d*, vel Præbendas, seu etiam Ordines *e* vocant) pro aliquo pretio, vel munere Clericis audeat unquam conferre: sed omnes ministros, & servitores Ecclesiæ gratis, & absque ullâ venalitate in sancta Ecclesia studeant ordinare. Nec eligant in domo Domini, qui majores sacculos pecuniæ conferant, sed eos, qui moribus & disciplinâ atque scientiâ divites, pro officio suo ipsam valeant sustentare Ecclesiam. Constituimus, & eodem modo firmamus, ut nullus cujuscunq; gradûs Clericus pro Ecclesiæ beneficio aliquid audeat conferre, aut fabricæ Ecclesiarum, vel donariis Ecclesiarum, seu etiam quod pauperibus sit tribuendum, quia (teste Scripturâ 1) qui *f* aliquid malè accipit, ut quasi benè dispenset, potiùs gravatur, quàm juvatur. Quod si aliquis divinorum præceptorum, & animarum salutis immemor, præfatum beneficium Ecclesiæ, iniquâ cupiditate ductus, vendere vel emere temerario ausu præsumpserit, sicut in Chalcedonensi Concilio definitum est, gradûs sui periculo eum subjacere decernimus: nec ministrare possit Ecclesiæ, quam pecuniâ venalem fieri concupivit, & insuper terribili anathematis mucrone perfossus (nisi resipuerit) ab Ecclesia Dei, quam læsit, modis omnibus abscindatur.

¶ *Extat integra hæc epistola in Bibliotheca Vaticana post librum Anselmi Lucensis.*

1 ¶ Teste Scripturâ] *Hic referuntur verba ipsa beati Gregorii ex epistola ad Syagrium, qua habentur sup. eâdem quæst. 1. c.* non est putanda.

C. X. ¶ *Qui dona Dei vendunt vel emunt, pariter à Deo damnantur.*

Item Gregorius *Homiliâ 39. Evangeliorum.*

VEndentes *g* & ementes è templo eliminat Christus, quia vel eos, qui pro munere impositionem manuum tribuunt, vel eos, qui donum Spiritûs emere nituntur, damnat. *Item infrà.* ¶ Vendentes in templo sunt, qui hoc, quod quibusdam jure competit, ad præmium largiuntur. Justitiam enim vendere, est hanc pro præmii acceptatione *a* servare. Ementes verò in templo sunt, qui dum hoc persolvere proximo, quod justum est, nolunt, dumq; rem jure debitam facere contemnunt, dato patronis pretio *b* emunt peccatum.

C. XI. ¶ *Qui gratiam, quam à Deo acceperunt, non gratis exercent, venditores columbarum sunt.*

Item Beda *ad cap. 2. Joannis.*

NOn *c* solùm venditores sunt columbarum, & domum Dei faciunt domum negotiationis, qui sacros ordines, largiendo pretium pecuniæ, vel laudis, vel etiam honoris inquirunt; verùm ii quoque, qui gradum vel gratiam in Ecclesia spiritualem, quam Domino largiente perceperunt, non simplici intentione, sed cujuslibet humanæ causâ retributionis exercent; contra illud Petri *d* Apostoli: [*Qui loquatur, quasi sermones Dei: qui ministrat, tanquam ex virtute, quam administrat Deus, ut in omnibus honorificetur Deus per Jesum Christum.*] Quicunque ergò tales sunt, si nolunt veniente Domino de Ecclesia auferri, auferant ista de actibus suis, ne faciant domum Dei domum negotiationis.

C. XII. ¶ *Quæ ex consecratione proveniunt, in suum jus vi, vel munere nemo convertat.*

Item ex epistola Urbani Papæ.

REs Ecclesiæ, quæ ex consecratione proveniunt, in suum jus, vel vi, vel aliquo munere aliquem convertere non debere, docens sanctus Urbanus *e* ait: [*Quinquin res Ecclesiasticas (quæ dona Dei sunt, quoniam à Deo fidelibus, & à fidelibus Deo donantur, quæq; ab eodem gratis accipiuntur, & ideò gratis dari debent) propter sua lucra vendit, vel emit, cum eodem Simone donum Dei pecuniâ possideri existimat.*]

1 ¶ Quisquis] *Hæc sunt ex epistola Urbani II. quæ refertur supr. c.* Salvator. *Verba autem antecedentia nusquam reperta sunt: quamvis similia quædam, dissimilis tamen sententiâ, legantur in epistola B. Urbani I. In aliquot vetustis Gratiani exemplaribus caput hoc sic citatur:* Item Beda ex epistola Urbani Papæ: *quod non cohæret.*

C. XIII. ¶ *Simoniacus est Episcopus, qui decimas & oblationes Laicis, non Clericis distribuit.*

Item Gregorius VII.

PErvenit *f* ad nos fama siniſtra, quòd quidam Episcoporum non Sacerdotibus propriæ diœcesis decimas atque Christianorum oblationes conferant, sed potiùs Laicalibus personis, militum videlicet, sive servitorum, vel (quod gravius est) consanguineis. Unde si quis amodò Episcopus inventus fuerit hujus divini præcepti transgressor, inter maximos hæreticos, & inter Antichristos non minimus habeatur: & sicut Nicæna Synodus de Simoniacis censuit, & qui dat Episcopus, & qui recipiunt ab eo Laici, sive pretio, sive beneficio, æterni incendii ignibus deputentur.

¶ *Infrà etiam 16. quæst. 7. c.* pervenit. *citatur caput hoc ex Gregorio. Ac sanè Lambertus Schafnæburgensis narrat, Episcopum quendam Bambergensem, Ecclesiam illam contra excommunicationem, & privationem Gregorii VII. favore milstum, quibus multa largiebatur, per aliquod tempus retinuisse, & in ipsius Gregorii regesto lib. 6. epist. 5. simile quiddam reprehendatur in Gerimanno Episcopo Metensi.*

C. XIV. ¶ *Spiritum Sanctum vendit, qui decimas pro pecunia tribuit.*

Item Paschalis II.

ALtare *g* & decimas per pecuniam dare, & Spiritum

a *Matth. 21.* b *Ioan. 2.* c *Ezechiel 3.* d *al. canonicas.* e *al. ordinationes.* f *sup. eâd. q. 1. c. non est putanda. 27.* g *Ivo p. 5. c. 81. Panorm. l. 3. c. 119.*

a *al. acceptione.* b *al. præmio.* c *Ivo p. 5. c. 97. Panorm. l. 3. c. 124.* d *1. Pet. 4.* e *supr. eâd. cap. Salvator. 3.* f *Infrà 16. q. 7. c. pervenit. Polycarp. lib. 4. tit. 21.* g *Polyc. l. 3. tit. 31.*

sanctum vendere, Simoniacam hæresim esse, nullus fidelium ignorat.

¶ *Supra eâd. q. 1. c.* Presbyter. *hoc idem tribuitur Gregorio, quod hîc Paschali secundo. Et fortassis Paschalis hoc, ut multa alia, accepit à Gregorio VII. qua ipse innovavit. In Polycarpo lib. 3. tit. 11. citatur ex Concilio Toletano.*

C. XV. ¶ *Careat honore malè acquisito, qui Ecclesiastica beneficia pro pecunia invenire tentaverit.*

Item Innocentius II. *in Synodo Romana, cap. 2.*

SI a quis Præbendas, vel Prioratum, seu Decanatum, aut honorem, vel promotionem aliquam Ecclesiasticam, seu quodlibet sacramentum Ecclesiasticum, utpote chrisma, vel oleum sanctum & consecrationes altarium, vel Ecclesiarum, interveniente execrabili ardore avaritiæ per pecuniam comparaverit, honore malè acquisito careat, & emptor atque venditor, & interventor notâ infamiæ percellantur: & nec pro pastu, nec sub obtentu alicujus consuetudinis antè vel post à quoquam aliquid exigatur, vel ipse dare præsumat, quoniam Simoniacum est; sed liberè, & absque diminutione aliqua, collatâ sibi dignitate atque beneficio 1 perfruatur.

1 ¶ Beneficio] *Ex duobus manuscriptis hujus Concilii exemplaribus in uno sic legitur, in altero verò,* officio.

De secunda & tertia quæstione quid sacri canones diffiniant, auctoritatibus hinc inde in medium deductis patefactum est.

QUÆSTIO IV.

1 gs NUnc ergò de quarta quæstione est pertractandum, an paternum crimen huic imputetur, quod eo ignorante constat admissum? Quòd ignorantia hunc excusset, multorum auctoritatibus probatur.

C. I. ¶ *Alienum crimen nescientem non maculat.*

Ait enim Augustinus, *epist. 48. ad Vincentium.*

NUllius crimen maculat nescientem.

C. II. ¶ *De eodem.*

Item *in eadem epistola.*

QUis locus innocentiæ relinquitur, si alienum crimen maculat nescientem?

¶ *Verba B. Augustini sunt hæc:* Quis locus innocentiæ reservatur, si crimen est proprium, nescire crimen alienum?

C. III. ¶ *De infantibus, qui ab hæreticis baptizantur.*

Item in Africano b Concilio, *c. 14. legitur.*

PLacuit c de infantibus, qui ab hæreticis baptizantur, ne, quod non suo fecerunt judicio, cùm ad Ecclesiam Dei salubri proposito fuerint conversi, parentum illos error impediat, quò minùs promoveantur sacri altaris ministri.

C. IV. ¶ *De eodem.*

Item in eodem, *c. 14.*

QUi d apud Donatistas parvuli baptizati sunt, nondum scire valentes erroris eorum interitum, & posteaquam ad ætatem rationis capacem pervenerunt, agnitâ veritate, falsitatem eorum abhorrentes, ad Ecclesiam Dei catholicam per universum mundum diffusam, ordine antiquo per manûs impositionem recepti sunt, tales ad suscipiendum munus Clericatûs non debet impedire nomen erroris.

C. V. ¶ *Consanguineorum maleficia in nullo Clericis obsunt, nisi consensi fuerint.*

Item Leo IV. e *Ebruino, & Adelfrido Episcopis.*

QUia præsulatûs nostri (quod benè nôstis) magisterium non solùm de Sacerdotum, verùm etiam de

a *Pannor. l. 1. c. 158. ex Cabilonensi.* b *Et Carthag. 3. cap. 42.* c *Paulò aliter in originali.* d *Deusdedit p. 2.* e *al. Sortius.*

sæcularium utilitatibus debet esse solicitum, propterea fraternitatem vestram scire volumus, hunc præsentem Presbyterum ad sedem Apostolicam venisse, nobisque violentiam, & excommunicationem suam per ordinem retulisse: quod etiam sine justo legis tramite illi sua fuisset ablata Ecclesia, similiter indicavit: quam alius dato munere Sacerdos zelo ductus invidiæ usurpare præsumpsit. Inde parentes ejus magno dolore compulsi Presbyterum illum, qui suam tenebat Ecclesiam, mox comprehenderunt, & ei oculos eruerunt. Tamen ipse sæpè dictus Sacerdos dicit, quòd absq; sua voluntate, & sine ejus consilio hoc sit peractum. Quod si ita est, ut ipse nobis suo ore testatus est, nobis magnoperè providendum est, ut, si canonicè ipse excommunicatus non est, canonica super eum fiat remissio.

C. VI.

Degestu a *tit.* de pœnis, *l. crimen.*

CRimen, vel pœna paterna nullam maculam filio infligere potest. Namque unusquisq; ex suo admisso sorti subjicitur, nec alieni criminis successor constituitur. Idque divi fratres Hierapolitanis rescripserunt.

C. VII. ¶ *Perfidia parentum filiis obesse non debet.*

Item ex Concilio Toletano IV. *c. 61.*

IUdæi baptizati, si posteà prævaricantes in Christum quâlibet pœnâ damnati extiterint, à rebus eorum fideles filios excludi non oportebit: quia scriptum h est [*Filius non portabit iniquitatem patris.*]

C. VIII. ¶ *Non imputantur peccata parentum illis, qui ab eis personaliter divisi probantur.*

Item Augustinus *ad Bonifacium, epist. 23.*

IAm e itaque, cùm homo in seipso est, ab eo, qui genuit eum, alter effectus, peccato alterius sine sua confessione non tenetur obnoxius. Traxit ergò reatum, qui unus erat cum illo, & in illo, à quo traxit, quando quod traxit, admissum d est. Non autem trahit alter ab altero, quando sua unoquoq; propriâ vitâ vivente, jam est unde dicatur e: [*Anima, quæ peccaverit, ipsa morietur.*] Ut autem possit regenerari per officium voluntatis alienæ, cùm offertur consecrandus, facit hoc unus spiritus, ex quo regeneratur oblatus.

C. IX. ¶ *Ei, qui imitatur, impietas alterius nocet.*

Hinc etiam Gregorius *in lib. 24. Moralium, cap. 1. in cap. 35. Iob.*

HOmini f, qui similis tui est, nocebit impietas tua; & filium hominis adjuvabit justitia tua.] Humana impietas ei nocet, quem perverrendo inquinat: & rursus cum adjuvat nostra justitia, quem à pravis actionibus mutat. Nocere enim, vel juvare nesciunt ea, quæ vel à bono corrumpere, vel à malo permutare non possunt.

Econtrà Dominus ad Moysen g: [Ego sum Deus zelotes, qui visito peccata patrum in filios usque in tertiam & quartam generationem.] *licèt non æqualitate judicii, sed magnitudine clementiæ Augustinus asserit hoc dictum, ita dicens:* [In tertia & quarta generatione peccatum patrum se Dominus comminatur in lege filiis redditurum, non inæqualitate judicii, ut alii peccent, & alii puniantur, sed magnitudine clementiæ, dum semper expectat ad pœnitentiam, & quod in prima generatione delinquitur, non priùs corrigit & emendat, nisi & tertia & quarta generatio veneret.] *Cum ergò de baptizatu ab hæreticis Innocentius* h *scribat:* [Lex est Ecclesiæ iis, qui ab hæreticis baptizati

a *Lib. 48. tit. 19. l. 26.* b *Ezech. 18.* c *Inscript. c. 407.* d *al. admissum.* e *Ezech. 18.* f *Iob. c. 35.* g *Exod. 20.* h *supr. q. 1. c. ventum. 18.*

ptizati sunt, per manûs impositionem Laicam tantùm communionem præbere, nec ex his aliquem in Clericatûs honorem vel exiguum subrogare:] *patet, quòd infantes, qui ab hæretico baptizati sunt, sola excusat ignorantia, ut juxta illud Africani a Consulto ad suscipiendum Clericatûs officium non eos impediat nomen erroris.*

C. X. ¶ *De eodem.*

Item sicut Augustinus *scribit ad Auxentium Episcopum, epist. 71.*

NOn imputantur filiis peccata parentum, quæ post eorum nativitatem à parentibus committuntur: nec pro peccatis parentum spirituali pœnâ filii sunt plectendi.

¶ *In aliquot vetustis exemplaribus & caput hoc & sequentia, usque ad finem quæstionis, conjuncta sunt superiori. Nam sententiis hinc inde acceptis verba ferè de suo (quod sæpè facit) in hu Gratianus assert. Et hujus quidem partis sententia est apud B. Augustinum loco indicato. Verba autem ipsa referuntur infrà 24.q.3. c.* si habes.

Officiis autem, vel beneficio Ecclesiæ privari, spiritualis pœna est: non igitur hanc ex peccato patris promeretur filius. Item si excusatur, qui ignoranter à Simoniaco ordinatur, ut sup. in cap. Urbani *b legitur; & iste excusandus est, qui per ignorantiam Simoniacè ordinatur.*

2 pars. *Sed objicitur illud* Gregorii 1.

1 ¶ Gregorii.] *In aliquot vetustis codicibus legitur,* Augustini. *Anselmus verò citat ex Alexandro secundo.*

C. XI. ¶ *De Ecclesia, quæ pactione consecratur.*

ECclesia c, quæ pactione consecrata fuerit, potiùs execrata, quàm consecrata dici debet.

Item peccato servum thesauri Hiericho anathematizati leguntur. Unde Achan d, *qui regulam auream, & quædam alia pretiosa furatus est, de anathemate dicitur tulisse.* ¶ *Item peccato Amalechitarum animalia eorum jussa sunt interfici: quibus quia Saul pepercit, audivit à Samuele* e: [Nescis, quia peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere?] ¶ *Item peccato Ægyptiorum* f *possessiones eorum grandine tradita, jumenta, & primogenita eorum morte consumpta sunt.* ¶ *Item peccato Israelitarum arca* g *Domini Philistæis tradita est. Si ergò qua sensuvarent, ut Ecclesia, altare, arca Domini, lapides Hiericho, vel execrantur, vel peccatoribus traduntur, vel anathematizantur, vel grandine devastantur; si ea, quæ vim intelligendi non habent, ut animalia Ægyptiorum & Amalechitarum, peccatis hominum perduntur morte: patet, quòd nullum excusat ignorantia criminis; maximè cum ex eis utilitas deferatur ignorantibus: veluti si quis fram de latrocinio & rapina filio suo ignoranti divitias congreget, non excusat filium ignorantia, quin post mortem patris cogatur reddere male acquisita.* ¶ *Item peccato Achan* h *plebis Israëlitica in manibus hostium tradita est.* ¶ *Item peccato filiorum Heli* i, *populus in manu Philistæorum corruit.* ¶ *Peccato quoque plebis* k *electi eorum sæpè sunt impediti, & tandem cum eis Prophetæ duêti sunt captivi.*

3 pars. *His ita respondetur. Insensibilia & irrationabilia peccato hominum vel execrantur, vel anathematizantur, vel morte pereduntur, non participatione peccati, sed causâ Sacramenti, vel detestatione peccati, vel flagello delinquentium. Causâ Sacramenti, ut thesauri Hiericho, & animalia Amalechitarum. Hiericho enim Luna interpretatur, & significat Mundum istum. Amalechita interpretantur lingentes sanguinem, & significant cupidos, & avaros, & damnes. Israelita interpretantur vere videntes Deum, & significant multitudinem sanctorum. Lapides ergò, & thesauri Hiericho anathematizantur, animalia Amalechitarum interfici jubentur, ad examinandam cupiditatem Israelitica plebis, & ut significaretur, quòd muri vitiorum, & hujus mundi thesauri, qui per lapides & thesauros Hiericho designantur, irrationabiles quoque viventium motus, qui per animalia Amalechitarum intelliguntur, non debent transire in sortem sanctorum. Animalia verò Ægyptiorum, & possessiones eorum, & primogenita, grandine & morte consumpta sunt, ut in illis punirentur, quorum felicitate lætabantur, & ut daretur intelligi, quòd mundus peribit, & concupiscentia ejus. Sed & terra a Israëlitarum in salsuginem versa est, & segetibus eorum imbres adversi sunt, animalia eorum sterilitate & morbo confecta sunt, ut auctorem suum, quem per beneficia cognoscere noluerunt, saltem inter supplicia sentirent. In detestationem verò peccati, pecunia Simonis damnata est, cui dictum* b *est:* [Pecunia tua tecum sit in perditionem, quia existimâsti donum Dei pecuniâ possideri.] *In detestationem quoque ejusdem criminis altare & Ecclesia, quæ per Simoniam consecrantur, non tam consecrari, quàm execrari dicuntur: quia quæ interventu pecuniæ oleum consecrationis effundit, non consecrare, sed execrare dicendus est. Hinc est, quòd B. Gregorius* c *Ecclesias ab Arianis consecratas iterùm consecrari præcepit: quia sanctificationem consecrationis, quæ non nisi in fide Trinitatis perficitur, præstare non poterant, qui fide carebant. Arca verò & Prophetæ peccatis suorum civium hostibus traditi sunt. Electi quoque, quâ murmurare eorum impediti sunt, non in parvum crimen, sed in experimentum, & exemplum patientiæ hæc passi sunt.*

¶ *Item populus, qui peccato Achan, & filiorum Heli in manibus hostium traditus est, significat subditos corporaliter flagellari, ut inter ipsa flagella peccata Prælatorum ferantur: sicut Achan fortè deprehensus, lapidibus obrutus est.*

Sic & navicula d *Jonæ periclitatur, ut fugitivus forte deprehensus, fluctibus immergeretur. Aliquando pro meritis Prælatorum depravatur vita subditorum, ut Prælatis suis subditi favendo ad malum, cum eis simul corruant: sicut filii Israël diu portarent peccata Sacerdotum, tandem cum eis ceciderunt in manibus hostium. Item David* e *populum numeravit: quo peccato gladius Domini desævit in populum. Sed in lata* f *gente gloria Regis est, in diminutione plebis contritio Principis. Qui ergò de numerositate suæ gentis superbivit, jure in ejus diminutione punitus est.*

¶ *Item parvulos Sodomitarum* g *non excusavit ignorantia, quin pro paterno scelere cœlesti igne consumerentur: sed igne hoc pœna illis diminuta est, quibus successu paterni sceleris est adempta. Porrò etiam demonstratum est, peccatis parentum parvulos aliquando corporaliter flagellari. Illud idem intelligendum est de parvulis, qui peccato Dathan* h *& Abiron vivi descenderunt ad inferos.*

¶ *Item Cham* i *peccante, Chanaan filius ejus maledicitur. Giezi* k *delinquente, lepra transmittitur ad posteros. Judæi* l *clamantibus:* [Sanguis ejus super nos, & super filios nostros,] *etiam reliquiæ eorum pœnæ mortis Christi addictæ sunt. Achab* m *quoq; peccante, posteri ejus Regni solium amiserunt: & qui de ejus semine in Regno Juda nati sunt, usq; ad purgatam labem illius familiæ, à genealogia Domini sunt exclusi. Odium quoque Esau (ut Malachias* n *testatur) transivit ad Idumæos. Ex quibus omnibus colligitur, quòd ignorantia peccati non excusat aliquem.* ¶ *Sed his exemplis non probantur teneri peccato aliorum, nisi imitatores nequitiæ eorum. Quicunq; enim de semine Esau & cæterorum, ad Deum conversi, paternam malitiam detestati sunt, non odium, sed Dei clementiam experti sunt.*

C. XII.

Item ut Ambrosius *ait sermone 11.*

TUrbatur o navicula Petri, in qua erat Judas? quia, qui suis meritis erat firmus, turbatus est alienis.

a *Sup. add. qui apud. 4.* b *sup. add. 9. 1. si qui à Simoniacis.* c *Anf. 13. c. 20.* d *Ios. 6.* e *1. Reg. 15.* f *Exod. 9.* g *2. Reg. 4.* h *Ios. 7.* i *1. Reg. 4.* k *Psal. 77.*

a *Psal. 106. 1. Ioan. 2.* b *Alber. 8.* c *De conf. dist. 1. c. Arianorum.* d *Ionæ 1.* e *2. Regum ult.* f *Prov. 14. secundùm 70.* g *Genes. 19.* h *Numer. 16.* i *Genes. 9.* k *4. Reg. 5.* l *Matth. 27.* m *3. Regum 21. Hieron. Ad c. 1. Matth.* n *Malach. 1.* o *¶. 24. q. 1. c. non turbatur.*

¶ *Hujus etiam capitis sententia sumpta est ex sermone 11. Ambrosii, & lib. 5. c. 1. comment. ad c. 5. Lucæ. Ipsa autem verba habentur* 7. 24. q. 1. c. non turbatur.

Ignorabat autem Petrus peccatum Iudæ. Non ergò ignorantia excusavit illum. Sed turbatio hæc non peccati cuiuspiam, sed corporalis persecutionis intelligitur: quia meritis malorum nonnunquam adeò premuntur boni, ut eorum turbetur firmitas. Non itaq; his auctoritatibus Simoniaci probantur, pro quibus ignorantibus pecunia data est. Non ergò potest probari esse reus criminis, cujus non habuit consentiam.

4 pars. *Notandum quoque est, quòd non omnis ignorantia aliquem excusat. Est enim ignorantia alua facti, alia iuris. Facti, alia est ejus facti, quod oportuit eum scire: alia, quod non oportuit eum scire. Quod non oportuit eum scire, sicut Apostolus* a *ait:* [Si quis infidelium vocaverit vos ad cœnam, & vultis ire, quicquid vobis appositum fuerit, comedite, nihil interrogantes. Si quis vobis dixerit, hoc idolis immolatum est, nolite comedere.] *Ecce quòd vocatum ad cœnam non oportuit scire, carnes sibi appositas fuisse idolis immolatas. Quod oportuit eum scire, sicut ignorantia Iudæorum, & reliquorum infidelium, qui ea, quæ à Prophetis de Christo fuerunt pronuntiata, adhuc ignorant esse completa, unde à Iudæis adhuc exspectatur venturus. Hæc neminem excusat.* ¶ *Item ignorantia iuris, alia naturalis, alia civilis. Naturalis omnibus adultis damnabilis est. Ius verò civile aliis permittitur ignorare, aliis non. Iuris civilis ignorantia nemini obest in damno vitando, si negotium inde contegerit, ut si minor pecuniam dederit filiofamilias, repetit: in majore verò quasi debitum est.* ¶ *Item si successionem etiam tibi majore delatam, eum alio sine judice dividas, putans testamentum jure subnixum, cum non esset, solidam successionem obtinebis: vel si id, quod nullo jure debuisti, aut jure naturali non debuisti, sed civili, tanquam ex chirographo solvas, aut promittas, repetis: non ita, si delictum. Nam si putat rem suam sibi per legem licere rapere, incidit in constitutionem* 1 *illam Codicis lib. 8.* b *tituli*, unde vi.

1 ¶ Constitutionem] *In plerisque vetustis codicibus legitur*, incidit in constitutionem, si quis in tantum. *reliqua vacant.*

C. XIII. PALEA.

[*Imperator* Valentinianus *Augustus.*]

SI quis in tantam furoris audaciam pervenerit, ut possessionem rerum apud fiscum, vel apud quoslibet homines constitutarum, ante eventum c judicialis arbitrii, violenter invaserit, Dominus quidem constituens, possessionem, quam abstulit, restituat possessori; & dominium ejus d rei amittat. Si verò alienarum rerum e possessionem invasit, non solùm eam possidentibus reddat, verùm etiam æstimationem earundem rerum restituere compellatur.

In hoc autem non fuit ignorantia juris, sed facti, & illius, quòd non oportuit eum scire. A reatu ergò criminis cum ignorantia excusat paternæ delicti: quod etsi oportuisset eum scire, infirmitate tamen ætatis deprehendere non potuit.

QUÆSTIO V.

1 ps QUod verò quinto loco quæritur, *an liceat eb esse in Ecclesia, vel fungi eâ ordinatione, quam paternâ pecuniâ est assecutus, auctoritate* Urbani *definitur, qui scribens de Simoniacis, ait inter cætera in Concilio Placentino, c. 5. & sequentibus, itemq; in Concilio Romano.*

C. I. ¶ *De parvulis, qui cupiditate parentum, Ecclesias emunt.*

QUicunque f sanè cupiditate parentum, cùm adhuc parvuli essent, Ecclesias, vel Ecclesiarum partes 1 per pecunias adepti fuerint, postquam eas omnino dimiserint, si canonicè in eis vivere voluerint, pro magna misericordia ibidem eos esse concedimus: neq; pro hoc facto à sacris ordinibus removemus, si aliàs digni inveniantur. ¶ Illi *a* verò, qui per seipsos, cùm jam majoris essent ætatis, nefandâ ducti cupiditate eas emerunt, si in aliis Ecclesiis canonicè vivere voluerint, servatis propriis ordinibus pro magna misericordia ibi eos ministrare permittimus. Quòd si ad alias fortassis transferri non potuerint, & in eis canonicè vivere promiserint, minoribus contenti ad sacros ordines non accedant, salvâ tamen in omnibus Apostolicæ sedis auctoritate. ¶ Si *b* qui tamen ante emptionem catholicè ordinati sunt, cùm ea, quæ emerunt, dimiserint, & vitam canonicam egerint, in suis gradibus permittantur: nisi fortè ejusmodi Ecclesia sit, ut ibi primum locum debeant obtinere. Primum enim, vel singularem, vel Præpositura 2 locum in emptis Ecclesiis eos habere non patimur.

1 ¶ Partes] *In Concilio ipso legitur*, beneficia: *sed ob id non est emendatum.*

2 ¶ Præpositura] *In Concilio subjungitur*, vel officii.

2 pars. *Hoc autem eum non in præjudicium canonum, sed ex misericordia dispensatione dixisse, ex epistola ejusdem colligitur, missa Vitali Presbytero, in hæc verba.*

C. II. ¶ *In dignitate servanda Simoniacæ misericordia potest impendi, si eos vita commendat.*

EOs, qui Ecclesiam emerunt, si persona talis est, quam vita commendet, videlicet, ut in Canonis c, vel Monasteriis regulariter vivat, in sui honoris officio, misericorditer condescendendo, ministrare concedimus, absque tamen sanctorum canonum præjudicio.

¶ *In libro manuscripto decretorum Pontificum hoc caput sumptum est ex Nicolao ad Vitalem Presbyterum Prunetensem.*

3 pars. *Ex hac itaque auctoritate colligitur, quòd ignorantia tales excusat à reatu criminis, ut supra dictum est, non à nullo emptionis, cùm in Ecclesiis, quas parentum pecuniâ adepti sunt, non nisi postquam eas omninò dimiserint, & ex misericordia ibidem eis esse concedatur. In quo patet, quòd etsi illis ignorantibus Simoniæ peccatum sit admissum, fructum tamen paternæ emptionis retinere non possint. Quòd verò à crimine excusentur, hinc patet, quia pro hoc facto à sacris ordinibus non removentur. Si enim illius criminis participes essent, ad sacros ordines conscendere non possent. Illud idem intelligendum est de eo, qui per pecuniam est adeptus Sacerdotii dignitatem, non Episcopo, sed cuidam ex Principibus ejus datam; ut tamen, ordinatore videlicet & ordinato, hoc ignorante.*

C. III. ¶ *De quodam, pro cujus parentum pecuniam dedit, non Episcopo, sed uni Principum ejus.*

Unde Urbanus II. *scribit Alberto Metensi Episcopo.*

PRæsentium portitorem, quem parentum incuriâ per pecuniam non Episcopo, sed cuidam Principum ejus datam, invitum Sacerdotii dignitatem obtinuisse significâsti, licèt sancti canones deponendum esse testentur, tamen quia culpam ipsam nesciens, & coactus commisit, & quia ab eodem ordine ut deponeretur, supplicavit ultroneus, ex consideratione discretionis (quæ mater est omnium virtutum) magis, quàm ex rigore canonum, misericordiæ viscera adhibendo, ipsum in eodem ordine esse, fraternitati tuæ consulimus: ita tamen, ut si *d* Ecclesia illa, cui deservit *e* Sacerdotum penuriam non patiens, suspensus à Sacerdotali officio permaneat. Quòd si fortassè Ecclesiæ utilitas exegerit, ut curam regiminis assumat, liceat ei ex concessione sui Episcopi, fratrumque obedientia, Sacerdotali officio fungi.

a 1. Corinth. 10. b tit. 4. lib. 7. c al. adventum. d al. ejusdem. e al. alienam possessionem. f Anselm. libro 7. cap. 109. c. 5.

a C6. b C7. c al. canonicis. n al. qua. e al. deserviunt.

QUÆ-

QUÆSTIO VI.

QUid verò de his fieri debeat, qui ignoranter à Simoniacis ordinati sunt (quod sexto loco quæsitum est) suprà, in capitulo videlicet Urbani a, quod sic incipit: [Si qui à Simoniacis &c.] requiratur. Nunc autem de illis quæritur, qui non pro ordinatione pecunias obtulerunt, sed pro electione, vel ut decretum electionis fiat, vel ut subscriptione firmetur, vel ut electioni non resistatur, aliquibus præmia largiuntur: an eorum electio vitiosa sit judicanda? Non enim videntur Spiritûs Sancti donum emere, qui non pro consecratione, sed pro electione munera largiuntur, cùm nullius spiritualis gratia aliquos faciat electio participes. Sed sicut Ecclesiasticarum rerum emptores Simoniaci judicantur, quia Ecclesiastici officii ita adjuncta sunt, ut alterum sine altero alicui non proveniat: ita quia per electionem venitur ad consecrationem, perinde Simoniacus habetur, qui pro electione præmia largitur, ac si pro consecratione munera dedisset.

C. I. ¶ *De iis, qui pro muneribus ordinationem faciunt.*

Unde Symmachus *scribit Cæsario Episcopo, epist. 1. ex.*

SI b quis autem Episcopatum desiderat, datâ pecuniâ potentes personas minimè suffragatrices adhibeat: nec ad decretum sibi faciendum Clericos, vel cives ad subscribendum, adhibito cujuslibet generis timore, compellat, vel præmiis quibuslibet exhortetur.

C. II. ¶ *Simoniacus est, qui, ut eligatur, præmia largitur.*

Item Gregorius *Salonæ c. consistentibus, lib. 3. epist. 26.*

EGo d autem & vestræ dilectioni providens, & meæ animæ omnipotentis Dei judicium pertimescens, ejusdem Maximi causam subtiliter exquiri desidero, si nullis criminibus pressus, quæ sacro ordini contradicunt, si non per Simoniacam hæresim, id est, præmia quibusdam se eligentibus præbendo, ad Sacerdotale pertingere officium conatur. Tunc enim liber pro vobis apud Dominum intercessor erit, si non obligatus de suis ad locum intercessionis venerit.

C. III. ¶ *Sicut ordinatio, sic electio, vel consensus sine venalitate debet præferri.*

Item Gregorius *Syagrio Episcopo Augustodunensi, & aliis Episcopis lib. 7. epist. 110.*

SIcut e is, qui invitatus renuit, quæsitus refugit, sacris est altaribus admovendus: sic qui ultrò ambit, vel importunè se ingerit, est proculdubiò repellendus. Nam qui sic nititur ad altiora conscendere, quid agit, nisi ut crescendo decrescat, & ascendendo exteriùs, interiùs ad profunda descendat? Itaque, fratres charissimi, in Sacerdotibus ordinandis sinceritas vigeat: sit simplex sine venalitate consensus: pura præferatur electio, ut f ad summa 1 Sacerdotii non suffragio venditorum provectus, sed Dei credatur esse judicio.

1 ¶ Summa] *In vulgatis codicibus legebatur*, ad summum Sacerdotii, vel Pontificii. *Emendatus verò est hic locus ex originalis, Anselmo, Polycarpo, & plerisq; vetustis Gratiani exemplaribus.*

Si autem pecunia promissa fuerit, vel soluta, electo vel ordinato penitùs ignorante, nec eo modo ad electionem vel ordinationem per venerit, ei nullatenùs obesse videtur: nec ad reatum criminis pertinet, cujus conscientiam non habuit, nec ad electionis vel ordinationis cassationem, ad quam aliàs non per pravam illorum cupiditatem perventisse docetur.

a eâd. q. 1. b *Polyc. l. 2. tit. 1. Anſel. l. 6. c. 69.* c *al. Salonit.* d *Anſel. l. 6. c. 76. Polyc. l. 2. tit. 3.* e *Anſel. l. 6. c. 79. Polyc. l. 2. tit. 2.* f *Anſ. l. 6. c. 80.*

QUÆSTIO VII.

1 gs NUnc autem de septima quæstione tractandum est, an renuncians suæ hæresi sit recipiendus in Episcopali dignitate, vel non?

C. I. ¶ *Qui redeuntes ab hæresi in suis ordinibus recipiantur.*

De his ita scribit Cyprianus, *lib. 2. epist. 1.*

SI a qui Presbyteri, aut Diaconi, qui vel in Ecclesia Catholica priùs ordinati fuerint, & postmodùm perfidi, ac rebelles contra Ecclesiam steterint, vel apud hæreticos à Pseudoëpiscopis, & Antichristis contra Christi dispositionem profanâ ordinatione promoti sint, & contra altare atque divinum verbum, sacrificia foris falsa ac sacrilega offerre conati sint; eos quoque hâc conditione suscipi convenit 1, cùm revertuntur, ut communicent Laici b, & satis habeant, quòd admittuntur ad pacem, qui hostes pacis extiterint; nec debere eos revertentes ea apud nos ordinationis & honoris arma retinere, quibus contra nos rebellaverint.

1 ¶ Convenit.] *In originali non est verbum istud, sed loco ipsius hæc hujus capitis antecedunt:* Addimus planè & adjungimus, frater charissime, consensu & auctoritate communi, ut etiam si qui Presbyteri, &c. *Multa verò in hoc capite ex ipso B. Cypriano sunt emendata.*

C. II. ¶ *De iis, qui pro muneribus ordinationem faciunt, & qui redeuntes ab hæresi, in suis ordinibus recipiuntur.*

Item ex septima Synodo c.

SI d quis 1 omnem traditionem Ecclesiasticam scriptam, vel non scriptam violat, anathema sit. ¶ Omnis * Episcopus 2 vel Presbyter, aut Diaconus convictus, quòd pro muneribus ordinationem dederit, vel acceperit, à Sacerdotio cadat. ¶ Sed dicunt fortassè quidam, quia pœnitentiam agimus pro peccato, & Deus indulget illud. Ita & ego dico, quia omnem pœnitentiam recipit Deus, & indulget per pœnitentiam peccata, quæ jam facta sunt. Novi enim, quòd David fornicatorem & homicidam per pœnitentiam receperit Deus, & quòd dixerit de e eo: [*Inveni virum secundùm cor meum, qui faciet omnes voluntates meas.*] Novi rursus eundem audientem f à Deo: [*Non ædificabis mihi domum, quia vir sanguinum es.*] Scio Manassæ g per confessionem dimissam impietatem suam. Scio Meretrices h, & Telonarios per pœnitentiam receptos: nullum tamen eorum, qui ante 3 Baptismum peccavit, Sacerdotibus connumeratum. Scio 4 quosdam, dum essent in mundo, in multa fornicatione mansisse, Monachos verò factos quasi luminaria mundi resplenduisse: nullum tamen ad Sacerdotium ascendisse. Quod etsi 4 rarò contigit, nulla tamen lex Ecclesiæ fuit. Novimus peccatricem priùs Mariam k, post conversionem, quamvis sancta & casta, tamen inter Diaconissas non est computata. **Sed quid hoc dico?** Sequens sanctos Apostolos l, & venerabiles Patres m, cum omni fiducia clamo: Qui per Simoniam ordinatus est, sive Episcopus, sive Presbyter, sive Diaconus, alienus est à Sacerdotio: neque enim venalis est gratia Spiritûs Sancti. Caiphæ traditio, & adinventio Simonis, à sancto Sacerdotio est aliena. ¶ Et si in fornicationem lapsus est aliquis post Baptismum, in Sacerdotium non recipitur. Canones n enim hoc prohibent. Si quis verò cum hoc peccato ad Sacerdotium provectus est, cognitus degradetur. *Item paulò*

a *Decudedit part. 2. & 4. Anſel. l. 1. cap. 39.* b *al. Laicis.* c *Ex altercat. 1. in 7. anathematiſ.* d *Deusdedit p. 2. Ivo p. 4. cap. 198.* * *Ex epiſt. Tarasii ad Ioannem. Ivo p. 1. c. 121. Anſ. lib. 6. c. 27.* e *Act. 13.* f *1. Paral. 22. & 1. Paral. 28.* g *2. Paral. 33.* h *Matth. 21. Marc. 2. Luc. 5.* i *Can. 30. Apoſt.* k *Ioan. 11.* l *Act. 8.* m *Can. 16. Apoſt.* n *Conc. Neocæſ. c. 9. 15 q. 8 & 3. Polyc. l. 6. tit. 12.*

post. ¶ Episcopum, qui per pecuniam ordinatus est, confiteor, quia per pœnitentiam recipitur. Deus enim bonus est in omnibus, & aperta viscera ejus omni hominum pœnitenti. Sed quoniam juxta Apostolum a, oportet Episcopum irreprehensibilem esse, quicunque per pecuniam vel ordinaverit aliquem, vel ordinatus est, ab omni Sacerdotio alienus sit. ¶ Tarasius f Patriarcha b dixit: Quicunque per pecuniam vel ordinant, vel ordinaverunt, vel ordinati sunt Episcopi, vel Presbyteri, vel Diaconi, vel quilibet de numero Sacerdotali, repellantur omninò à Sacerdotali honore; sicut Simon Magus à Petro. Quicunque g per pecuniam c, dispensationem, vel curam sortiti sunt Monasteriorum, vel Ecclesiarum, vel religiosarum domorum, gerontocomiorum, xenodochiorum, orphanotrophiorum, cum depositione expellantur à dispensatione illa & curâ. Qui post Baptismum cadens in fornicationem ordinatus est, si postmodum confessus fuerit, cesset à ministerio: si verò convictus ab aliquo, deponatur omninò. Similiter d percussor Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, per se, vel per aliquem alium, quasi per hoc timeri volens, deponatur. *Item.* ¶ Qui per seculares potestates e ordinatus fuerit, aut Ecclesiam obtinuerit, deponatur: si verò 7 religiosam domum, expellatur.

1 ¶ Si quis] *Caput hoc ex magna parte collectum est ex variis locis septimæ Synodi, sed non ex versione Anastasii Bibliothecarii, quâ alioqui sæpè uti solet Gratianus. Initium quidem est in actione prima, anathematismo septimo.*

2 ¶ Omnis Episcopus] *Hæc usque ad vers.* Tarasius Patriarcha, *sumpta sunt ex epistola Tarasii ad Ioannem Presbyterum, amissa tamen interdum nonnullis verbis: quæ quidem epistola in versione Anastasii est post actiones & canones septimæ Synodi: sed in nova versione impressa in tomis Conciliorum, est ante ipsam Synodum.*

3 ¶ Ante Baptismum] *Hoc quidem loco perspicuum erratum est, quod auctori glossa negotium exhibuit.* Θεῖναι γὰρ τῶν εἰς ἱερωσύνην δεδεμένων, εἰ μήπω πρὸ τοῦ βαπτίσματος τοῦτο πεπράχει: *Id est;* neminem verò horum in Sacerdotio annumeratum, nisi fortè ante Baptismum hoc admisit.

4 Etsi ratò] *Longè plenius in nova versione:* Quòd si autem id semel atque iterum factum est, non tamen confestim legem in Ecclesia præscribit. *Græcè est,* εἰ δὲ μὴ ἅπαξ γέγονε, ἢ νόμον ἐκκλησίας τοῦτο.

5 ¶ Tarasius] *Hæc videntur sumpta ex epistola Tarasii ad Hadrianum (de qua dictum est supr. q. 1. ad c. eos, qui.) aut ex quinto capite septimæ Synodi: quibus locis refertur canon trigesimus Apostolorum.*

6 ¶ Quicunque per pecuniam] *Hæc habentur etiam novellâ 123. c. 24. apud Iulianum antecessorem.*

7 ¶ Si verò religiosam] *Hæc non sunt in canone Apost.*

C. III. ¶ *De eodem.* PALEA.

[*Item* ex Concilio Meldensi *f. c. 43.*]

CAvendum g est, & summoperè studendum h, ac per virtutem Christi sanguinis interdicendum & Episcopis, & Regibus, & omnibus sublimioribus potestatibus, atque cunctis fautoribus, & electoribus quorumcunque, atque consensoribus, seu ordinatoribus in gradu Ecclesiastico, ut nemo per Simoniacam hæresim, regiminis locum obtineat, quâcunque factione, calliditate, promissione, seu commoditate, aut datione per se, aut per submissam i personam.

a 1. Tim. 3. b *In epist. Tarasii ad Hadrianum, & in 7. Synod. c. 5. ex canone Apost. 30.* c *In eâd. epist. & c. 5. ex Concil. Chalced. c. 2. Novel. 123. c. 24. apud Iulianum antecess. Concil. Neocæs. c. 9.* d *Can. 26. al. 21. Apost.* e *dist. 83. omnis electio. Can. Apost. 29. al. 31. & in sept. Synod. c. 3.* f *Et capitulis in scheda, de quib. 12. q. 2. precaria.* g *Burch. l. 1. c. 21. Ivo p. 3. cap. 77.* h *al. præcavendum.* i *al. emissam.*

C. IV. ¶ *Qui redeuntes ab hæresiu recipi possint, vel non.*

Item in eadem *Synodo septimâ, actione primâ.*

2 COnvenientibus apud Nicæam Bithyniæ, & considentibus Petro Archipresbytero, & Petro Presbytero, & Abbate monasterii sanctæ Sabæ, locum tenentibus Hadriani Papæ, & Tarasio Archiepiscopo Constantinopolis, & Joanne, & Thomâ Apocrysariis Apostolicarum sedium Orientalium, & cæteris Episcopis, Episcopi Siciliæ dixerunt: Dignum est 1, ut de futuris inquiramus. ¶ Item Basilius Episcopus Ancyræ dixit: Constitutio 2 Ecclesiastica habet canonicè tradita ab antiquo à sanctis Apostolis, & successoribus eorum, sanctis Patribus nostris & magistris, & sanctis universalibus sex Synodis, & localibus Synodis orthodoxis, ut qui ab aliqua hæresi revertuntur ad orthodoxam fidem, & traditionem catholicæ Ecclesiæ, scripto negare debeant hæresim suam, & confiteri Catholicam fidem. ¶ Item Tarasius Patriarcha dixit: Videtur vobis, ut sedes suæ recipiant, qui ab hæresi revertuntur? ¶ Religiosissimi Monachi dixerunt: Sicut receperunt universales sex Synodi ab hæresi revertentes, ita & nos recipimus. ¶ Sancta Synodus dixit: Placet omnibus nobis. Et jussi sunt Basilius Episcopus Ancyræ, & Theodorus Episcopus Myrorum a civitatis, & Theodosius Episcopus Amorii sedere in gradibus, & in sedibus suis. ¶ Item Constantinus 4 Episcopus Cypri dixit: Non oportet nos, qui Episcopi sumus, indigere doctrinâ, sed aliorum esse doctores. ¶ Item Tarasius Episcopus dixit: Malorum 4 doctorum mala est doctrina. Ecclesia de malis doctoribus Sacerdotes non recipit. ¶ Item Joannes 5 Apocrysarius Orientalium sedium dixit: Hæresis separat omnem hominem ab Ecclesia. ¶ Item Tarasius Episcopus dixit: Ecce multi canonici libri, & Synodici, & paterni lecti sunt: & ab hæresi reverentes docuerunt nos recipere, si aliqua 6 alia causa non est in eis. ¶ Item Petrus 7 Apocrysarius Papæ dixit: Romæ exulatus est Macharius hæreticus à sancta sexta Synodo, & quadraginta dierum inducias dedit illi pater noster Benedictus Papa, & quotidie mittebat ad eum Bonifacium Consiliarium suum, & instruebat eum commonitoriis verbis ex divina Scriptura, & nullatenus voluit emendari. Hoc autem faciebat, ut eum reciperet in ordine suo. ¶ Item Tarasius Episcopus b dixit: Quid dicitis de Anatolio? Nonne etiam in quarta Synodo factus est Princeps? & ecce ab ipso Dioscoro ordinatus est. Et nos igitur ita recipiamus eos, qui ab hæreticis ordinati sunt, sicut & Anatolius receptus est. ¶ Item. Verè vox c Dei est: quoniam non morientur filii pro patribus, sed unusquisque in peccato suo morietur: addatur, quoniam ex Deo est ordinatio. ¶ Item Tarasius Patriarcha dixit: Audivimus paterna mandata. Quid igitur? Oportet recipere ab hæreticis ordinatos? ¶ Sancta Synodus dixit: Audivimus, domine, & oportet nos recipere. ¶ Tarasius Patriarcha dixit: Plures eorum, qui in sexta Synodo convenerunt, à Sergio, Pyrrho, Paulo & Petro ordinati sunt, qui fuerunt principes hæreseos Monothelitarum: quoniam isti continuatim d in Constantinopolitana sede sederunt; & ab ultimo eorum, Petro scilicet, usque ad sextam & Synodum non fuerunt plures, quàm duodecim anni. Thomas verò, & Joannes, & Constantinus ab hæreticis illis Archiepiscopi facti sunt, & tamen propter hoc non sunt reprobati. ¶ Sancta Synodus dixit: Hoc manifestum est. ¶ Constantinus Episcopus Cypri dixit: Sufficienter ostensum est, quòd ab hæreticis venientes recipiendi sunt. Si verò quis sponte ad hæreticum vadit, & accipit ordinationem, non recipiatur. ¶ Item Tarasius Patriar-

a *al.* Myron. b *al.* Patriarcha. c *Ezech. 18. 4. Reg. 14.* d ἀμεσάδην.

cha dixit: Et ego refuto eos, qui ob hujusmodi causam ad fidei subversionem ordinati sunt: & maximè, cùm præsentes essent orthodoxi Episcopi, à quibus poterant ordinari. Sic est enim paternus intellectus. Si verò 9 Synodalis consonantia fuerit, & unitas Ecclesiarum de orthodoxis, qui præsumpserint ab immundis hæreticis ordinari, depositioni subjaceant. Sancta Synodus dixit: Hoc est justum judicium.

¶ *Hoc etiam caput collectum est ex variis locis prima actionis ejusdem septimæ Synodi, omnino, opera pretium est, integram illam actionem perlegere; nonnulla tamen intabuntur.*

1 ¶ Dignum est.] *Locus hic est post recitationem nominum Episcoporum, qui convenerant; sed valde consuè refertur: quod in aliis etiam locis hujus capitis evenit.*

2 ¶ Constitutio.] *Verba, quæ proximè huic parti antecedunt, sunt hæc, δεῖ δὲ λοιπὸν εἰπεῖν ἡμᾶς: id est, ut interpretatur Anastasius, ex libello legit ita. Non enim sententiam dicit nunc Basilius, sed abjurat hæresim, in quam cum aliis lapsus fuerat: quam abjurationem una cum professione catholicæ fidei oportuit ipsum ex libello, quod nunc etiam in more positum est, recitare. Libellus verò hoc incipit,* Constitutio, &c.

3 ¶ Constantinus.] *Post receptionem Basilii, Theodori, & Theodosii, accesserunt alii Episcopi, qui in eandem hæresim lapsi, admissi se à sancta Synodo eodem modo postulabant, & cum unus ipsorum, excusationem gratiâ, dixisset, se à malo magistro seductum fuisse, Constantinus Episcopus Constantiæ, quæ in Cypro est, hoc ex improbavit. Exprobratio Græcè sic habet,* ἔδει ὑμᾶς ἐπισκέπτεσθαι ὅπως μὴ διδασκάλους δεξάμενοι, κακοὺς διδασκάλους ἔσχητε ἡμῶν: *quæ sic Anastasius vertit:* Oportebat vos, cùm essetis Episcopi, discendi nullam necessitatem habere, sed magistros esse potiùs aliorum.

4 ¶ Malorum.] *Cùm Hypatius, & alii Episcopi, qui à sancta Synodo admitti petebant, dixissent, à malo magistro malas se doctrinas accepisse, respondens ei Tarasius Patriarcha, inquit:* ἐπειδὴ εἴπατε, κακὰν διδασκαλίαν κακῷ τινὶ μαθητῇ, ἢ ἐκκλησίᾳ σὺν κακῷ διδασκάλου μὴ δεῖν ἡμᾶς δέχεσθαι: *Id est;* Quandoquidem dixistis, malorum doctorum malæ disciplinæ, Ecclesia, ut ex malis doctoribus Sacerdotes admittat, non facilè adducitur. *Ex quo apparet, Tarasium non contradixisse Constantino, ut auctor glossæ putavit.*

5 ¶ Item Joannes.] *Post recitata verba Tarasii, cùm in Synodo dubitaretur, an etiam his, sicuti tres priores recepti erant, statim essent recipiendi, Ioannes Apocrysiarius Patriarcha Antiochæ, & Constantinus Episcopus Constantiæ Cypri petierunt, ut canones, & sanctorum Patrum libri eò allatos legerentur, ut maturius posset constitui, quomodo redeuntes ab hæresi ad Ecclesiam catholicam essent recipiendi, & cùm de vetusto canone primæ Nicænæ Synodi (in qua de Catharis recipiendis agitur) dissereretur, Ioannes hæc est interlocutus.*

6 ¶ Si aliqua alia causa.] *Græcè est,* εἰ μή τις αἰτία πονηρὰ εὑρεθείη ἐν αὐτοῖς: *quæ Anastasius vertit:* nisi forte in eis maligna fuerit noxa reperta. & *paulò pòst:* si non est in illis aliqua causa nefaria.

7 ¶ Petrus.] *Post multas canonum leges, & multas sanctorum Patrum auctoritates recitatas, cùm Tarasius ex illis collegisset, ab hæresi revertentes esse recipiendos in catholica Ecclesia, Petrus Legatus Hadriani Papæ, exemplo Benedicti Papæ id confirmat.*

8 ¶ Usq; ad sextam.] *Græcè est,* ἕως τῆς ἕκτης συνόδου ἔτη πλείονα διῆλθεν, ἢ δεκαπέντε: *Id est;* usque ad sextam Synodū non intercesserunt anni plures, quàm quindecim.

9 ¶ Si verò Synodalis.] *Græcè legitur,* ἐὰν δὲ συνοδικὴ ὁμοφωνία γένηται, καὶ ὁμόνοια τῶν ἐκκλησιῶν ἐπὶ ὀρθοδοξίᾳ, ὁ πλείων λαὸς τῶν βεβήλων αἱρετικῶν χειροτονίας, τῆς καθαιρέσεως ὑποκείσθω: *Quæ Anastasius vertit:* Si autem Synodica promulgatio, & concordia Ecclesiarum causâ orthodoxiæ facta fuerit, qui præsumpserit à profanis hæreticis ordinari, depositioni succumbet.

1 pars. ¶ *Ex hac auctoritate datur intelligi, quòd qui ab unitate catholica fidei in hæreticorum societatem transierit, ut de manibus eorum Ecclesiastica dignitatis Sacramenta percipiat: vel qui contemptis orthodoxis ab hæreticis ordinari desideraverit, etsi postea sua abnegantiam hæresi ad Ecclesiam reducit, officio tamen accepto fungi non poterit. Auctoritate verò Cypriani à prohibentur ab administratione Ecclesiastica, qui intra catholicam Ecclesiam ordinati ad fidei impugnationem dilabuntur.* ¶ *Porrò Semoniaci nec ab hæreticis ordinantur ad fidei subversionem: nec intra Ecclesiam catholicam ordinati adversùs fidem armantur. Quamvis enim nonnullos per pecuniam ordinent, non tamen fidem impugnant, nec gratiam Spiritûs Sancti venalem prædicant. Unde veraci pœnitentiâ, cùm hæresim suam detestati fuerint, præmissis auctoritatibus non prohibentur recipi in suis gradibus. Veruntamen capitula illo Nicæna Synodi* b, si quis per pecuniam, &c. *& illo alio septimæ Synodi* c, si quis omnem traditionem, &c. *& Innocentii, & aliorum* d *multorum auctoritatibus irreprobabiliter damnari jubentur.*

C. V. ¶ *In ordine malè accepto Simoniaci pœnitentiam agere non possunt.*

Hinc etiam Leo I V. *Episcopis Britanniæ.*

REquiritis e de iis, qui turpissimo lucro columbas in templo Domini vendere non pertimescunt, & sua facta, improbâ temeritate, Simonis hæresi conjungunt, utrùm possint in ordine pœnitentiam agere, an tantummodò extra ordinem, & Sacerdotalem fieri gradum? Quod nos quidem convictis & iis, qui tam detestabile nefas (quod jam multis est damnatum Conciliis) peregisse noscuntur, nullâ possumus pœnitentiâ subvenire, & tot spiritualibus Patribus obviare, sed in illorum Patrum me sententia convenire omnibus certum sit.

¶ *Epistola hujus Leonis quarti ad Episcopos Britanniæ magna pars (in qua etiam est hoc caput) habetur in Codice per vetusto.*

4 pars. ¶ *Nisi riger disciplina quandoque relaxetur ex dispensatione misericordiæ. Multorum enim crimina sunt damnabilia, quæ tamen Ecclesia tolerat pro tempore, pro persona, intuitu pietatis, vel necessitatis, seu utilitatis, & pro eventu rei. Pro tempore: sicut Gelasius, qui cùm necessitate temporis videret, Italicam Ecclesiam propter belli furorem, incursionem ferè omnium Clericorum officio destitutam, adeò ut plerisque populis subsidia regendarum deessent animarum, concessit de Monachis, vel de Laicis Clericos assumi, ita dicens Episcopis per Lucaniam, epist. 1. c. 1.*

C. VI. ¶ *Pro temporum necessitate Apostolicæ sedis decreta temperantur.*

NEcessariâ f rerum dispensatione constringimur, & Apostolicæ sedis moderamine convenimur, sic canonum paternorum decreta librare, & rectò Præsulum, prædecessorumq; nostrorum præcepta metiri, ut quæ præsentium necessitas temporum in restaurandis Ecclesiis relaxanda deposcit, adhibitâ diligenti consideratione (quantùm potest fieri) temperemus.

Item, Priscie igitur, &c. [*Require supr. in tractatu ordinandarum.*] *Item* Innocentius g Papa, *cùm pro necessitate temporis, ne nimium scandalum esset in Ecclesia, ordinatos à Bonoso hæretico susceperet, ait in decretis suis, epist. 22. ad Episcopos Macedoniæ, &c.*

C. VII. ¶ *Cessante necessitate, debet cessare, quod urgebat.*

QUod pro remedio, ac necessitate temporis statutum est, constat primitùs non fuisse. & ¶. ¶ Quod ergò necessitas pro remedio reperit, cessante h necessitate, debet utique cessare pariter, quod urgebat: quia aliud 1 est ordo legitimus, aliud, quod usurpatio ad præsens fieri tempus impellit.

1 ¶ Quia aliud.] *In originali, & apud Ivonem, & in multis manuscriptis Gratiani legitur:* alius est ordo legitimus, alia usurpatio, quam ad præsens fieri tempus impellit.

a *Suprà eâd. si qui Presbyteri.* b *Fortè supr. eâd. qu. 1. quæ per pecuniæ. aut. q. 7. c. si quis omnem.* 4. *quæcunq; per pecuniam.* c *sup. eâd. q. 7 si quis. q. 3. c. ult. q. 1. c. Arianis.* d *q. 1. c. si quis consugerit. & cap. qui studet. & c. si quis Episcopus per pecuniam.* e *Ivo p. 1. c. 215.* f *Polyc. l. 7. t. 13. Ans. l. 2. c. 34. Ivo p. 3. c. 141.* g *dist. 35.* h *supr. eâd. q. 1. quod pro necessitate. Ivo in prolog.*

Similiter ex dispensatione etiam in Nicæno Concilio, *c.8. de Novatianis statutum est, ut ad Ecclesiam redeuntes ordinentur.*

C. VIII. ¶ *Iterum ordinentur, qui ex Novatianis ad Ecclesiam redierint.*

SI qui voluerint venire ad Ecclesiam Catholicam & Apostolicam ex Novatianis, placuit sancto Concilio, ut 1 ordinentur, & sic maneant in Clero. Ante omnia autem hanc ab eis confessionem per scripturam exigi oportet, ut fateantur se communi consensu Ecclesiæ Catholicæ & Apostolicæ statuta observaturos.

1 ¶ Ut ordinentur,] *Græcè est,* ὥστε χειροθετηθήναι αὐτοὺς μένειν ἕτως ἐν τῷ κλήρῳ: *quod Dionysius vertit;* ut impositionem manûs accipientes sic in Clero permaneant. *At Tarasius Patriarcha Constantinopolitanus, in actione prima septimæ Synodi, post recitationem istius canonis, istam vocem,* χειροθεσίαν, *interpretatur* benedictionem, *non* ordinationem.

C. IX. ¶ *Iuramentum à schismate redeuntium. Item* Gregorius *lib. 10. reg. epist. 31.*

QUoties *a* cordis oculus nube erroris obductus, supernæ illustrationis lumine fit serenus, magnâ cautelâ nitendum est, ne latenter auctor schismatis irruat, & ab unitatis radice eos, qui ad eam reversi fuerant, telo iterùm erroris abscindat. Et ideò postquam ego ille civitatis illius Episcopus, comperto divisionis laqueo, quo tenebar, diutinâ mecum cogitatione pertractans, pronâ & spontaneâ voluntate ad unitatem sedis Apostolicæ, divinâ gratiâ duce, reversus sum, & ne non purâ mente, sed simulatâ reversus existimer: spondeo sub ordinis mei casu, & anathematis obligatione, atque promitto tibi, & per te sancto Petro, Apostolorum Principi, atque ejus Vicario beatissimo Gregorio, vel successoribus ipsius, me nunquam quorumlibet suasionibus, vel quocunque alio modo, ad schisma, de quo Redemptoris nostri misericordiâ liberante ereptus sum, reversurum; sed semper me in unitate sanctæ Ecclesiæ Catholicæ, & communione Romani Pontificis per omnia permansurum. Unde jurans dico per Deum omnipotentem, & hæc sancta quatuor Evangelia, quæ in manibus meis teneo, & salutem *b* dominorum nostrorum Rempublicam gubernantium, me in unitate, sicut dixi, Ecclesiæ Catholicæ, & communione Romani Pontificis, semper & sine dubio permanere. Quòd si (quod absit) aliquâ excusatione, vel argumento ab hac me unitate divisero, perjurii reatum incurrens, æternæ pœnæ obligatus inveniar, & cum auctore schismatis habeam in futuro seculo portionem. Hanc autem professionis, promissionisque meæ chartulam Notario meo cum consensu Presbyterorum, & Diaconorum, atque Clericorum, qui me in hac unitate obligantes, in suprascriptis omnibus pronâ simul voluntate secuti, atque propriis manibus subscripturi sunt, scribendam dictavi, & propriâ manu subscribens tibi tradidi. Acta in loco illo, die illo, & Consulibus suprascriptis. Subscriptio Episcopi illius. Ego ille 1, Episcopus civitatis illius, huic confessioni promissionique meæ, præstito de conservandis suprascriptis omnibus sacramento, subscripsi.

1 ¶ Ego ille,] *Reposita est antiqua nota,* ille, *ex codicibus epistolarum B. Gregorii impressis, ac manuscriptis, quæ quidem notam in hoc capite multoties repetitur. Pro ea in vulgatis Gratiani exemplaribus erat N. Absque verò alia, quæ parum ab originali discrepabant, nihil causæ visum est, cur mutarentur.*

Cæterùm ex canonum rigore contrà scribit Felix Papa III. *omnibus Episcopis, epist. 1. c. 3.*

a *Anselm. lib. 6. c. 161. Polyc. lib. 7. tit. 6.* b *al. salutem gentium, atque illustrium dominorum*] *al. gentiumq; illustrium*] *Anselm.*

C. X. ¶ *Qui extra Ecclesiam baptizati fuerint, vel rebaptizati, ad Ecclesiasticam militiam non admittantur.*

QUi *a* in qualibet ætate alibi, quàm in Ecclesia Catholica aut baptizati, aut rebaptizati sunt, ad Ecclesiasticam militiam prorsus non *b* permittantur accedere. Quibus satis esse debet, quòd in Catholicorum numero sunt recepti. Quoniam de suo ordine & communione videbitur ferre judicium, quisquis hoc violaverit institutum, vel qui non removerit eum, quem ex *c* ejus cœtu ad ministerium Clericale obrepsisse cognoverit.

Pro persona: sicut beatus Gregorius *scribens Iannario Episcopo, lib. 7. indict. 2. epist. 1. ait.*

C. XI. ¶ *Rigor canonum pro persona aliquando relaxatur.*

TAnta *d* nequitia ad aures meas de tua senectute pervenit, ut eam, nisi adhuc humanitùs pensaremus, fixâ jam maledictione feriremus. *& infrà.* ¶ Et quidem pœnæ sententia in te fuerat jaculanda: sed quia simplicitatem tuam cum senectute novimus, interim tacemus.

Pietatis intuitu: sicut de illuteratis e, *& corpore vulneratis* Gelasius *aut Episcopus per Lucaniam, epist. 1. c. 18.*

C. XII. *Canonum decreta pietatis intuitu nonnunquam relaxantur.*

SI qui vel temeritate propriâ, vel incuriâ præsidentium tales antè susceptì sunt; in his, in quibus constituti sunt, locis eatenùs perseverent, ut nihil unquam promotionis accipiant, satisque habeant, hoc ipsum sibi pro nimia miseratione concessum.

Necessitatis intuitu: sicut Hilarius Papa, *qui cùm de quodam Episcopo præter notitiam atque consensum Metropolitani ordinato loqueretur, ne in utroque grave scandalum fieret, autem epistola* f *sua ad Ascanium, & universos Episcopos Tarraconensis provinciæ.*

C. XIII. ¶ *Necessitatis causâ quædam in Ecclesia tolerantur.*

QUoniam quicquid ab alterutra parte est indictum, omni videmus perversitate confusum, temporum necessitate perspectâ, hâc ratione decernimus ad veniam pertinere, quod gestum est, ut nullus 1 deinceps præter notitiam atque consensum Metropolitani ordinetur *g* Antistes.

1 ¶ Nullus] *Hoc loco verba Hilarii summatim referuntur.*

C. XIV. ¶ *De eodem. Item* Innocentius *Episcopus Macedoniæ, epist. 22. c. 6.*

QUoties à populis, aut à turba peccatur, quia in omnes propter multitudinem non potest vindicari, multum solet transire. Priora ergò dimittenda dico Dei judicio, & de reliquo maximâ solicitudine præcavendum.

C. XV. ¶ *Ex dispensatione quædam tolerantur, quæ canonum rigor condemnat. Item ex epistola* Cyrilli *h missa Maximo Diacono Antiocheno.*

DIdici *i* à diligendo mihi Paulo Monacho, quia recusat pietas tua usque hodie communionem reverendissimi Episcopi Joannis amplecti, pro eo, quòd quidam in Antiochena Ecclesia malè adhuc cum Nestorio vel sentiant, vel jam senserint quidem, sed fortitan resipuerint. Probet igitur tua modestia, utrùm aliquando hi, qui dicuntur colligi, nudè ac irreverenter

a *Ansel. 7. c. 17. Burch. l. 4. c. 253. Ivo p. 1. c. 253.* b *ne unquam*] *orig.* c *ex eis ad ministerium*] *orig.* d *Supra dist. 34. tanta. Burch. l. 1. c. 197. Ivo p. 2. cap. 78. & p. 5. c. 312.* e *Supra distin. 36. illteratos.* f *Ante c. 1.* g *consecretur*] *origin.* h *In prima actione septimæ Synodi.* i *Ivo in prologo. Pann. in prologo, c. 23.*

cum

cum Nestorio sentiant, & invicem colloquantur: licèt aliquando cauteriatam habuerint conscientiam, colligantur autem nunc, actâ pœnitentiâ super iis, in quibus subrepti sunt: quamvis confiteri fortassis revereantur excessum. & ℣. a ¶ Ut autem non æstimemur amare contentionem, amplectamur Episcopi reverendissimi Joannis communionem, indulgentes ei, & causâ dispensationis, ejus negotium non subtiliùs vel districtiùs, sive vehementiùs erga se recognoscat agitari. Dispensationis enim gratiâ, (sicut dixi) eget negotium multùm.

¶ *Hæc epistola beati* Cyrilli *refertur in actione prima septimæ Synodi. Et quoniam in magni ponderis argumento versatur, ac prudentissimè scripta est, multa autem in hac versione corrigenda fuissent, placuit Græcam ipsam epistolam cum interpretatione nova afferre.*

Τῷ ἁγίῳ πατρὶ ἡμῶν Κυρίλλῳ ἀρχιεπισκόπῳ Ἀλεξανδρείας, Μαξίμου Διακόνου Ἀντιοχείας, χαίρειν.

Ἔμαθον παρὰ τοῦ ἀγαπητοῦ μοναζοντος Παύλου, ὅτι παρατέτακται ἡ σὴ ὁσιότης μέχρι τέλους τῷ κοινωνεῖν τῷ ἁγίῳ τὸν ἀδιάβλητον Ἰωάννην, ἀλλὰ τὸ παρὰ σὲ τῇ Ἀντιοχέων ἐκκλησίᾳ ἢ Φρουσίνῳ ἐπὶ τοῦ Νεσσελίου, ἢ πεφρονηκόσιν μόνοις, ἀνεχομένους ἴσως εἶναι. δοκιμαστὴν τούτων τὸν σὸν ἐπιεικῆ, πότερον πότε οἱ λεγόμενοι σωκλῆς, γυμνῶν, καὶ ἀδιαλύτως τοῦ Νεσσελίου, καὶ Φρουσίνου, καὶ λαλάσσων ἐτέρων, ἠκικωτεμαστρίων μόνον ἐχόντων πόθον τοῦ σωθῆναι, σωθῶσι ἢ νῦν μεταμελήσαντες ἐφ' οἷς σωκηρπάγησαν, ἀσχιστόμονοι ἢ ἴσως ὁμολογοῦντα τὸ πάθος. συμβαίνει γάρ τινα τοιοῦτον οἷον τοὺς ἀπατηθέντας γίνεσθαι. καὶ ὅδῳ σωτηρίᾳ τοῦ τῇ ὀρθῇ πίστει, ἀμνησικακεῖν οἷον τῶν προειλημμένων. βουλόμεθα γὰρ μᾶλλον δοκεῖν εἶναι αὐτὸς ὀρθῶς, ἢ ἀδιαλύτως γνώμην συναιρεῖσθαι τοῖς Νεσσελίου κακίαις. ἵνα μὴ δοκῶμεν φιλόνεικοι, ἀπαραιτήτως τῷ περὶ τὸν ἐλαχίστου ἐπίσκοπον Ἰωάννου κοινωνίᾳ, συγχωροῦντες αὐτοῖ. ἐπιεικείας ἕνεκα μὴ ἀκριβολογήσθαι σφόδρα, οἷον τοὺς μετανοοῦντας. οἰκονομίας γὰρ, ὡς ἔφην, δεῖται τὸ πρᾶγμα πολλῆς.

Sanctî Patris nostri Cyrilli Archiepiscopi Alexandrini *ad Maximum Diaconum Antiochenum admonitio.*

COgnovi ex dilecto Monacho Paulo, pietatem tuam usque ad hunc diem recusare communionem religiosissimi Episcopi Joannis: eò quòd aliqui sunt in Ecclesia Antiochena, qui vel adhuc cum Nestorio sentiunt, vel senserunt quidem, nunc autem ab eo fortassè abstinent. Perpendat igitur æquitas tua, utrùm tandem, qui dicuntur convenire, palàm atque impudenter Nestoriana & sentiant, & cum aliis etiam loquantur: an aliquando quidem cauteriatam habuerint conscientiam, nunc autem ideò conveniant, quòd ipsos pœnituerit erratorum, quibus simul abrepti fuerant, pudeat autem fortassè lapsum suum fateri. Solet enim ferè tale quiddam iis, qui decepti sunt, usuvenire. Quòd si illos nunc ad rectam fidem conversos videas, malorum præteritorum memoriam depone. Malumus enim eos videre negantes, quàm defendentes Nestorii vitia. Cæterùm, ne videamur contentionis cupidi, religiosissimi Joannis communionem amplectamur, indulgentes ei, atque ut conveniens in his rebus moderatio teneatur, non nimiùm diligenter in eos, qui resipiscunt, inquirentes. Res enim, ut dixi, magnæ eget moderationis.

¶ *In eandem sententiam scribit Ioannes Antiocheno Patriarchæ, in epistola, quæ habetur tomo 3. act. Concilii Ephesini super Ingolstadii impressi, hoc verbo:* Optamus autem, ut omnes res suas agant, neque turbas Ecclesiis, per Christi gratiam, Doctorumque ubilibet agentium prudentiam utcunque jam sedatas, denuò excitent, neque vel sibiipsis, vel aliis negotia facessant. Cæterùm si sunt, qui à Nestorio aliquando steterunt, nunc verò ex animo resipiscentes à nugis illis discedere, mutatâque voluntate rectam, inculpatamque fidem complecti cupiunt, eos placidè suscipere oportet, nec cuiquam illorum, præteritorum gratiâ, convicium facere: ne quâ ratione ansa quibusdam præbeatur, ut cunctantiùs ad meliora festinent.

C. XVI. ¶ *De eodem.*

Idem *ad Gennadium Presbyterum, & Archimandritam.*

DIspensationes a rerum nonnunquam cogunt parùm quidem à debito quosdam foràs exire, ut majus aliquid lucri faciant. Sicut enim ii, qui mare navigant, tempestate urgente, navique periclitante anxiati, quædam exonerant, ut cætera salva permaneant: ita & nos, cùm non habemus salvandorum omnium negotiorum 1 penitùs certitudinem, despicimus ex iis quædam, ne cunctorum patiamur dispendia 2.

1 ¶ Negotiorum] *Græcè est*, ὅτω καὶ ἡμεῖς ἐν τοῖς πράγμασιν, ὅταν μὴ δῶμεν τὸ λίαν ἀκριβοῖς ἐξετάσεσι μεμφόμενοι: *Id est:* Sic & nos in negotiis, ubi non licet exquisitissimam illam rationem servare, despicimus quædã.

2 ¶ Dispendia.] *Omisit hîc Gratianus ex hac epistola ea referre, quæ ad propositam quæstionem maximè faciunt. Sunt autem hæc, quæ Ivo etiam recitat:* Et hæc scribo cognoscens, quòd pietas tua tristetur in sanctissimum, & Dei cultorem fratrem, & comministrum nostrum Proclum Episcopum, eò quòd admiserit in communionem Æliensium Hegumenum, quem quidem Ecclesiæ leges, Palæstinæ Præpositum non noverunt. & ℣. ¶ Igitur ne refugiat pietas tua sanctissimi, & Deo amicissimi Procli Episcopi communionem. Una enim fuit cura mihi, & sanctitati ejus, & dispensationis modus nulli sapientium displicuit. *Vocem* Hegumenum, *id est, Præpositum, videtur supplesse Anastasius, ut exprimeret locutionem Græcam,* τὸν τῶν αἰλιασίων, *aut fortassè illam in suo codice habuit.*

Utilitatis intuitu: sicut in Meldensi Concilio, *c. 64. perhibetur de filiis virginum vi raptarum, & sic ad conjugium raptorum applicatarum.*

C. XVII. ¶ *Utilitatis intuitu quædam in Ecclesia tolerantur.*

TAli conjugio generati, Ecclesiasticis ordinibus non applicentur, nisi fortè eos aut maxima Ecclesiæ utilitas, vel necessitas postulet, vel evidens meritorum prærogativa commendet.

Huic Petrus b *concordans ait:* [In veritate comperi, quia non est acceptor personarum Deus, &c.]

Pro eventu etiam rei quædam in Ecclesia tolerantur: sicut Leo *in decretis suis de Laicis subitò contra decreta canonum ordinatos Episcopis aut, epist. 85. al. 87. c. 1. Episcopis Africæ.*

C. XVIII. ¶ *Laicis, qui contra decreta canonum ad Episcopatum promoventur, ex misericordia susceptum officium relinquatur.*

EXigunt 1 causæ, ut non solùm in tales Præsules, sed etiam in ordinatores eorum ultio competens proferatur. Sed circumstant nos, hinc mansuetudo clementiæ, hinc censura justitiæ, ut credamus quædam delicta utcunque toleranda, quædam verò penitùs amputanda. Illos ergò, quorum provectio hoc tantùm reprehensionis incurrit, quòd ex Laicis ad officium Episcopale delecti sunt, locum suum tenere permittimus, non præjudicantes Apostolicæ sedis statutis, nec beatorum Patrum regulas solventes: quia remissio peccati non dat licentiam delinquendi, nec quod potuit aliquâ ra-

a *Ivo ibid. Pann. ibid. c. 24.*

a *Edd. act. 1. septimæ Synodi ex versione Anastasii. Ivo in prolog. Pann. in prolog. c. 25.* b *Act. 10.*

tione concedi, fas erit ampliùs impunè committi: ne 2, quod ad tempus piâ lenitate concessimus, justâ post hæc ultione plectamus.

1 ¶ Exigunt causæ,] *In ipsa epistola Leonis hæc antecedunt:* Cùm ergò inter vos tantum valuerint aut studia populariùm, aut ambitus superborum, ut non solùm Laicos, sed etiam secundarum (*sic enim vellè legitur in epistolis cum aliis beati Leonis operibus Colonæ impressis, non secularium, ut in tomis Conciliorum*) uxorum viros, aut viduarum maritos, ad officium cognoscamus pastorale provectos, nónne aptissimæ exigunt causæ, ut Ecclesiæ, in quibus ista commissa sunt, judicio severiore purgentur, & non solùm in tales Præsules, &c. *Est verò caput hoc multis locis in summam redactum, omissâ narratione delictorum illorum, quibus minimè sanctissimus ille Pontifex ignoscit.*

2 ¶ Ne, quod ad tempus] *Hæc, quæ repetuntur infrà, c.* Donatum, *sumpta sunt ex secundo capite ejusdem epistolæ.*

C. XIX. ¶ *Donatistæ & Novatiani, quamvis reprehensibiliter ordinati, tamen ex necessitate tolerantur.*

Idem *in eadem epist. c.3.*

MAximum quoque ex Laico, licèt reprehensibiliter ordinatum, tamen si Donatista jam non est, & à spiritu schismaticæ pravitatis alienus, ab Episcopali, quam quoquo modo adeptus est, non repellamus dignitate: ita ut ipse libello ad nos directo *a* Catholicum se esse manifestet.

C. XX. ¶ *De eodem.*

Idem *ibidem inter, c.4.*

DOnatum autem Salicinensem *b* ex Novatiano cum sua (ut comperimus) plebe conversum, ita Dominico volumus gregi præsidere, ut libellum fidei suæ ad nos meminerit dirigendum: quo & Novatiani dogmatis damnet errorem, & plenissimè confiteatur Catholicam veritatem. Quæ e enim nunc certarum remisimus consideratione causarum, antiquis deinceps custodienda sunt regulis, ne, quod ad tempus piâ lenitate concessimus, justâ post hæc ultione plectamus.

C. XXI. ¶ *Redeuntes ab hæresi, post publicam professionem, in suis ordinibus recipi possunt.*

Idem *Ianuario d Episcopo Aquilegiensi, epist.3.*

SAluberrimum e enim, & spiritualis medicinæ utilitate plenissimum est, ut sive Presbyteri, sive Diaconi, aut cujuslibet ordinis Clerici, qui se correctos videri volunt, atque ad Catholicam fidem, quam jampridem amiserant, rursum revertiambiunt, priùs errores suos, & ipsos auctores errorum, damnari à se sine ambiguitate fateantur: ut sensibus pravis etiam peremptis nulla sperandi supersit occasio, ne ullum membrum talium possit societate violari: cùm per omnia illis professio propria cœperit obviare. Circa quos etiam illam canonum constitutionem præcipimus custodiri, ut in magno habeant beneficio, si ademptâ sibi omni spe promotionis, in quo inveniuntur ordine, stabilitate perpetuâ maneant: si tamen iteratâ tinctione non fuerint maculati.

C. XXII. ¶ *Ab hæresi redeuntes, hæresim & ejus auctores publicè detestentur.*

Item ex Concilio *f* Martini Papæ, *c.36.*

SI quis Episcopus, sive alicujus Episcopi Presbyter, aut Diaconus in alicujus hæresis opinionem offenderit, & ob hanc causam fuerit excommunicatus, nullus Episcopus eum in communionem recipiat, nisi priùs in communi Concilio, porrecto fidei suæ libello, satisfaciat omnibus, & ita liberam suam teneat purgationem. Hoc idem & de fidelibus Laicis sit decretum, si in aliqua hæresis opinione fuerint nominati.

a *al. edito.* b *al. Semimacensem.* c *Ibid. c.2.* d *al. Iuliano.* e *Idem epist.13. ad Septimium. Ansel.12. c.39. Ivo p.6. c.93. c.9.1. omnes cujus libet.* f *In capitulis Martini Brach.*

f pars. *Ecce, quibus de causis quædam in Ecclesia tolerantur, quæ eisdem cessantibus piâ severitate vindicantur. Quando autem toleranda sint, quando rescindenda, Gelasius Papa distinguit, docens Episcopos per Lucaniam, epist.1.c.11.*

C. XXIII. ¶ *Quando in Ecclesia aliqua sint toleranda.*

ETsi illa nonnunquam sinenda sunt, quæ, si cæterorum constet integritas, nocere sola non valeant: illa tamen sunt magnoperè præcavenda, quæ recipi, nisi manifestâ decoloratione non possunt. Ac si ea ipsa, quæ nullo detrimento aliquoties indulgenda creduntur, vel rerum, temporumque cogit intuitus, vel acceleratæ provisionis respectus excusat; quantò magis illa nullatenùs mutilanda sunt, quæ nec ulla necessitas, nec Ecclesiasticæ prorsus extorquet utilitas?

Aliquandoenim pro necessitate, vel utilitate Ecclesiæ mutilantur & laxantur præcepta canonica.

6 pars. *Breviter ostendimus, qui reverentes ab hæresi in suis ordinibus valeant recipi, vel qui non. Nunc autem quæritur de iis, qui ab hæreticis ordinati sunt; si ad unitatem catholicæ matris Ecclesiæ redierint, utrùm in eodem ordine iterùm valeant ordinari? Semel enim consecratus (ut ait B. Gregorius* a *) iterùm consecrari non debet. ¶ Item Sacramenta, quæ ab hæreticis forma Ecclesiæ minuistrantur (sicut Augustinus* b *testatur) reiterari non debent, ne non homini, sed Sacramento videatur injuria fieri. ¶ Sed illud Gregorii de his intelligitur, qui consecrationem Sacerdotalem, vel Episcopalem acceperunt: qui aut per manûs impositionem, cùm ad Ecclesiam redeunt, efficium sua unctionis c amittunt, aut ab ejus administratione perpetuò cessare jubentur. Similiter illud Augustini de eadem re ejusdem unctione, & de Sacramento Baptismatis intelligitur. ¶ Sunt autem in Ecclesia alii ordines, qui sine sacramentali unctione, solâ Episcopi benedictione, cum quadam verborum, vel indumentorum distributione præstantur; ut sunt Levitæ, & cæteri infra eos constituti. His quamvis ab hæreticis ordinentur, tamen ad Ecclesiam redeuntes in eodem ordine (si aliàs digni fuerint) ab Ecclesia ordinentur: nec fiet in eis reiteratio muneris, cum ab hæreticis nihil doceatur eis fuisse collatum.*

C. XXIV. ¶ *Redeuntes ab hæreticis sunt ordinandi.*

Unde Urbanus II. *scribit Petro Pisiorensi Episcopo, & Rustico Abbati Vallis umbrosæ.*

DAibertum d à Nezelone 1, licèt Simoniaco, non Simoniacè ejusdem confessione reperimus in Diaconum ordinatum: & B. Innocentii Papæ sententiâ constat declaratum, quòd Nezelon (quem constat ab hæreticis ordinatum) quia nihil habuit, nihil dare potuit, cui manus imposuit. Nos igitur tanti Pontificis auctoritate firmati, & Damasi e Papæ testimonio roborati, qui ait: [*Reiterari oportet, quod male actum est:*] Daibertum ab hæreticis corpore & spiritu digressum, atque utilitatibus Ecclesiæ pro viribus insudantem, ex integro (Ecclesiæ necessitate ingruente) Diaconum constituimus. Quod non reiterationem existimari censemus, sed tantùm integram Diaconii dationem: quoniam, ut prædiximus, qui nihil habuit, nihil dare potuit.

1 ¶ Nezelone,] *Marianus Scotus in vita Gregorii VII. mentionem facit Archiepiscopi Magdeburgensis hoc nomine appellati.*

C. XXV. ¶ *De eodem.*

Item Damasus Papa, *epist.4. de Chorepiscopis.*

PEr illicitam f manûs impositionem vulneratum caput illi, qui videbantur aliquid accepisse, habebant: & ubi vulnus infixum est, necesse est medicinam adhibere, quâ infixa sanetur macula: id est, reiterari necesse est, quod legitimè actum, aut collatum minimè probatur 1. Nam quomodo honorem possit retinere, qui ab illo acceperit, qui potestatem dare legitimè non habuit, invenire non possum.

a *suprà dist.68.c.1.* b *supr. eâd.q.1. quod quidam.* c *al. ordinationis.* d *Pann.l.3.c.21.* e *supr.1. q.1. ventum. c.sequent. per illicitam.* f *9.q.1. per illicitam.*

1 ¶ Probatur.]

1 ¶ Probatur.] *In originali hæc additur: si perfectum esse debebit.*

C. XXVI. ¶ *Item lib. 9. Cod. tit.* a *ad legem Iuliam repetundarum.* Impp. Theodosius ac Valentinianus *AA. Florentio.*

7 SAncimus ejusmodi viros ad provincias regendas accedere, qui ad honoris insignia non ambitione vel pretio, sed probatæ vitæ, & amplitudinis tuæ *b* solent testimonio promoveri: ita sanè, ut quibus hi honores per sedis tuæ, vel per nostram fuerint electionem commissi, jurati inter gesta depromant, se pro administrationibus sortiendis neque dedisse quidpiam, neque daturos unquam postmodùm fore, sive per se, sive per interpositam personam, in fraudem legis, sacramentique, aut donationis, venditionisvé titulo, aut alio velamento cujuscunq; contractûs: & ob hoc (exceptis solis salariis) nihil penitùs tam in administratione positos, quàm post depositum officium pro aliquo præstito beneficio tempore administrationis, quam gratuitò meruerint, accepturos. Et licèt neminem divini timoris, contemnendo jusjurandum, arbitremur immemorem, ut saluti proprix ullum commodum anteponat; tamen ut ad salutis timorem etiam necessitas periculi subjungatur, si quis ausus fuerit præbita Sacramenta negligere, non modò adversùs accipientem, sed etiam adversùs dantem, accusandi cunctis, tanquam publicum crimen, concedimus facultatem, quadrupli pœnâ eo, qui convictus fuerit, modis omnibus feriendo.

C. XXVII. ¶ *De eodem.*

Item Paschalis Papa.

PAtet Simoniacos, veluti primos & præcipues hæreticos, ab omnibus fidelibus respuendos, & si commoniti non resipuerint, ab exteris potestatibus opprimendos. Omnia enim crimina ad comparationem Simoniacæ hæresis quasi pro nihilo reputantur.

¶ *In trivus vetustis exemplaribus post caput* sancimus, *omissâ inscriptione Paschalis, & capite isto,* Patet, *sequuntur continenter subjecta Gratiani verba,* His breviter, &c.

His breviter præmissis ad ea veniamus, quæ Ecclesia severitate disciplinæ parata est ulcisci: ostendentes, quibus accusantibus, vel testificantibus quibus sint convincendi; quo judice quisq; debeat condemnari, vel absolvi; si causa vitiata fuit, quo remedio possit sublevari; si accusatores defecerint, an reus sit cogendus ad purgationem. Et ut faciliùs pateat, quod dicturi sumus, exemplum ponatur sub oculis, in quo auctoritates hinc inde controversantes distinguantur, & quid sanctorum Patrum sententiæ auctoritas, liquidò intuemur.

CAUSA II.

QUidam Episcopus de lapsu carnis à Laico impetitur. Duo Monachi, unus Subdiaconus, & duo Levita adversùs ipsum testimonium ferunt. A Metropolitano suo sentit se pragravari. In ipsa ventilatione causæ tres ex testibus deficiunt, sive promissione decepti *c*, sive canonicè examinatione reprobati. Expostulatur tamen Episcopus, quia crimen ejus notorium erat.

q. 1. Hic primùm quæritur, an in manifesto judiciarius ordo sit requirendus?

2. *Secundò, an expoliatus ab aliquo sit judicandus?*

3. *Tertiò, quâ pœnâ sint ferendi, qui in accusatione, vel testificatione defecerint?*

4. *Quartò, an duorum testimonio sit condemnandus?*

5. *Quintò, si deficientibus accusatoribus sit cogendus ad purgationem?*

6. *Sextò, si remedium sit dandum ei, qui causâ dilationis vocem appellationis exhibuerit?*

7. *Septimò, si Laici, Monachi, vel quilibet inferiorum ordinum in accusatione majorum sint audiendi?*

8. *Octavò, quomodo debeat fieri accusatio, an in scriptis, an sine scriptis?*

a *Tit. 27. l. 6.* b *al. sua.* c *al. illecti.*

QUÆSTIO I.

1 QUòd autem nullus sine judiciario ordine damnari valeat, auctoritatibus multis probatur.

C. I. ¶ *Damnari non valet, nisi aut convictus, aut sponte confessus.*

De eo namq; ait Augustinus *hom. 50. de utilitate pœnitentiæ.*

NOs *a* in quenquam sententiam ferre non possumus, nisi aut convictum, aut sponte confessum.

C. II. ¶ *De eodem.*

Item Constantinus *b* Imperator.

IUdex *c* criminosum discutiens, non antè sententiam proferat capitalem, quàm aut reum se ipse confiteatur, aut per innocentes testes convincatur.

¶ *Habetur caput hoc Cod. Theod. l. 9. tit. 40. in legis prima interpretatione: stamq; in capitulo Hadrianæ, c. 17. & C. 5. c. 136.*

Hoc 1 *idem testatur Augustinus, & eisdem verbis.*

1 ¶ Hoc] *Absunt ista ab uno ex pervetustis exemplaribus.*

C. III. ¶ *De eodem.*

Item Gregorius *lib. 8. epist. 30.*

SIcut *d* sine judicio quenquam nolumus condemnari; ita quæ justè 1 diffinita fuerint, nullâ patimur excusatione differri.

1 ¶ Justè] *Abest vox ista ab originalis. In uno autem manuscripto Gratiani est,* justâ sunt diffinita sententiâ.

C. IV. ¶ *De eodem.*

Item Eleutherius *Episcopus ad Episcopos Galliæ.*

NIhil *e* [contra *f* quemlibet accusatum] absque legitimo, & idoneo accusatore fiat. Nam & Dominus noster Jesus Christus Judam furem esse sciebat; sed quia non est accusatus, ideò non est ejectus.

C. V. ¶ *De eodem.*

Item Felix Papa I. *ad Paternum Episcopum.* g

PRimates *h* accusatum discutientes Episcopum, non antè sententiam proferant damnationis, quàm Apostolicâ 1 freti auctoritate, aut reum se ipse confiteatur, aut per innocentes, & canonicè *i* examinatos regulariter testes convincatur. Aliter irritam esse censemus, & injustam Episcoporum damnationem, & idcircò à Synodo retractandam, ita ut oppressis ab omnibus in cunctis subveniatur causis.

1 ¶ Apostolicâ freti auctoritate,] *Hæc addita sunt ex epistola Felicis & Zepherini. Nam damnari Episcops sine consensu & auctoritate Romani Pontificis nec tunc potuerant, nec nunc possunt. 3. q. 6. c.* discutere. *& alibi.*

C. VI. ¶ *Multi per tolerantiam sustinendi sunt, quam vis sententiâ divini judicii sint condemnati.*

Idem decrevit Zepherinus Papa *k. Item* Augustinus *l.*

UNus ex vobis me traditurus est.] ¶ Benè dixit *l*, ex vobis, & non ex nobis. Ex vobis enim est, à quibus per judiciariam potestatem confessus, aut convictus, exclusus non est. A me verò, qui nullis indigeo argumentis, & omnia certissimè novi, separatus & divisus est. Tale enim est, ac si diceret, etsi ego eum per occulti judicii sententiam damnatum habeo, vos tamen adhuc illum per tolerantiam sustinete.

1 ¶ Augustinus] *Sic in multis vetustis exemplaribus: quamvis verba hujus capitis apud S. Augustinum non sint inventa.*

C. VII. ¶ *Nullum servetur judicium, nisi rationabiliter habitum.*

Item Gregorius *Ioanni Defensori, euntiin Hispaniam, lib. 11. epist. 50.*

INprimis *m* requirendum est de persona Presbyteri, dilectissimi *n* fratris & Coëpiscopi nostri Januarii,

a *inf. eâd. multi.* b *In capitulo per Hadrianum collecto. c. 57. Cap. 5. c. 136.* c *Burch. l. 16. c. 6. Pann. l. 4. c. 111.* d *Anst. l. 3. c. 30.* e *Anst. l. 3. c. 54. Polyc. l. 3. tit. 1. Pann. l. 4. c. 113.* f *absunt ista ab origin.* g *Et Zepherinus epist. 1. ad Episcopos Siciliæ, usq; ad vers. aliter.* h *Anst. l. 3. c. 61. Burch. l. 1. c. 159. Ivo p. 3. c. 243. & 247. Pann. l. 4. c. 13. 31. 43. irritam.* i *abest ab epist. Zepherini.* k *Zepherinus loco proximè indicato.* l *Matth. 26.* m *Anst. l. 3. c. 33.* n *forsitàn legendum, & dilectissimi.*

& si ita se veritas habet, sicut ejusdem Episcopi petitio continet, in Ecclesia, atque in loco suo, modis omnibus idem Presbyter revocetur. Si autem dictum fuerit, quia contra ipsum causa aliqua mota, sive probata est, subtiliter ipso præsente, & pro se rationem reddente, quærendum est & genus causæ, & modus probationis, ut ex hoc colligere valeas, utrùm adhuc in exilio i demorari, an certè in Ecclesia sua, & officio suo debeat revocari. ¶ De Episcopi supradicti persona hoc statuendum est, ut si nulla contra eum criminalis causa, quæ exilio vel depositione digna est, mota, sive probata est, is qui eo superstite Episcopus pervertè, ac contra canones in Ecclesia ejus ordinari præsumpsit, Sacerdotio privatus, ab omni Ecclesiastico ministerio repellatur. Quj etiam eidem dilectissimo Januario fratri, & Coëpiscopo nostro tradendus est, ut ab ipso aut in custodia habeatur, aut certè ab eo ad nos per omnia transmittatur. Episcopi verò, qui eum ordinaverunt, vel ordinationi ejus consentientes interfuerunt, sex mensibus Dominici corporis & sanguinis communione privati, agere pœnitentiam decernantur in monasterio, & suprascriptus Januarius loco & ordini suo modis omnibus reformetur. Si verò communione privatis, mortis contigerit imminere periculum, benedictio eis viatici non negetur. Si autem Episcopi in præjudicium 2 condemnationis vel depositionis memorati Episcopi, se metu judicis consensisse, ac talia fecisse non suâ sponte fassi fuerint, & tempus eis abbreviandum est, & modus pœnitentiæ temperandus. Si verò ille, qui locum ejus invasit, de hac fortassè luce migravit, & alter est ordinatus, quia levioris *a* culpæ videtur (cùm non quasi isti superstiti, sed successisse defuncto videatur) Episcopatûs illi officium in illa Ecclesia tantummodò interdicatur, ut in alia Ecclesia, quæ Sacerdote vacaverit, si electus fuerit, possit esse Episcopus: ad Malachitanam tamen Ecclesiam nunquam aliquo modo reversurus. ¶ Gloriosus autem Comitiolus, quicquid prædictus Episcopus per violentiam, atque insecutionem ipsius expendisse, vel damnum pertulisse dato sacramento firmaverit, eidem Episcopo restituere compellatur *b*. Si *c* autem aliter, quàm antefati Episcopi petitio continet, actum esse forsitan perhibetur, subtiliter quærendum est, & veritate cognitâ, cum Dei timore, quod justitiæ ordo suaserit, judicandum. ¶ Quia ergo Stephanus Episcopus odio *d* sui quædam ficta, & de falsis se capitulis accusatum, neque aliquid ordinabiliter factum, sed injustè se asserit condemnatum, diligenter quærendum est primò, si judicium ordinabiliter est habitum, id est *e*, si alii accusatores, atq; alii testes fuerunt. Deinde causarum qualitas est examinanda, si digna exilio, vel depositione fuit; si eo *f* præsente, qui accusatus est, sub jurejurando contra eum testimonium dictum est; si scriptis actum est, vel ipse licentiam respondendi, & defendendi se habuit. Sed & de personis accusantium, ac testificantium subtiliter quærendum est, cujus vitæ, cujus conditionis, cujusvé opinionis, aut ne inopes patrimonii sint, aut ne fortè aliquas contra prædictum Episcopum inimicitias habuissent, & utrùm testimonium ex auditu dixerunt, aut certè se scire specialiter testati sunt, si scriptis judicatum est, & partibus præsentibus sententia recitata est. Quòd si fortè hæc solenniter acta non sunt, nec causa probata est, quæ exilio, vel depositione digna sit, in Ecclesiam suam modis omnibus revocetur. Hi verò, qui eum contra Dei timorem & canonum statuta condemnaverunt, excommunicati in monasterium ad agendam pœnitentiam sex mensibus mittendi sunt: ita sanè, ut si cuiquam eorum mortis contigerit imminere periculum, viatici benedictio non negetur. Ipse autem, qui eo vivente locum ejus temerarie ambivit, privatus Sacerdotio, ab omni ministerio Ecclesiastico repellatur, atque eidem dilectissimo fratri & Coëpiscopo nostro tradatur, ut eum aut ipse ad nos transmittat, aut apud se in custodia habeat. Episcopi verò, qui eum ordinare præsumpserunt, vel perversæ ipsius ordinationi præbuêre consensum, iidem communione privati, sex mensibus ad agendam pœnitentiam in monasterio deputentur. Si autem Episcopi in præjudicium condemnationis, vel depositionis memorati Stephani se metu judicis consensisse, ac talia fecisse non suâ sponte professi fuerint, tempus eis abbreviandum est, & modus pœnitentiæ temperandus. Si igitur is, qui prædicti Stephani locum invasit, fortassè defunctus est, atque alius in Ecclesia ejus Episcopus ordinatus est, illud de eo statuendum est, quod superiùs de causa fratris, & Coepiscopi nostri Januarii diximus. ¶ Quòd si fortè aliqua de objectis contra memoratum Stephanum Episcopum probata sunt, aliqua verò doceri minimè potuerunt, cautâ omninò consideratione pensandum est, utrùm leviora capitula, an certè graviora probata sint, ut ex eis, qualiter diffinitionem tuam formare debeas, possis scire. ¶ Gloriosus verò Comitiolus, si suprascriptus Episcopus innocens esse claruerit, quicquid de rebus ejus, vel Ecclesiæ ipsius tulit, ei sine aliqua restituat dilatione. Sed & quæque se in persecutionem ac violentiam ejus expendisse, vel damnum idem Episcopus pertulisse juraverit, idem memoratus Gloriosus Comitiolus reddat ac satisfaciat. Si autem Episcopum antedictum talem culpam commisisse conterit (quod absit) &c. *ut* ℣. *in causa Monachorum.* De persona Presbyteri, &c. *ut* ℣. a *in causa*, Clericus adversus Clericum. *Et* ℣. *in eadem epistola 14. undecimo libri.* De persona Januarii Episcopi sciendum est, graviter omninò, & contra leges esse actum, ut violenter de Ecclesia traheretur; dum si quamlibet aliam injuriam à quocunq; Episcopo passus fuerit in Ecclesia, injuriantem capitali pœnâ percutiat, & sicut majestatis reum omnibus det accusandi illum licentiam, ut hujus legis series loquitur Codicis *b* lib. 1. tit. VI. constitutione decimâ. Si quis in hoc genus sacrilegii proruperit, ut in Ecclesias Catholicas irruens, Sacerdotibus & ministris, vel cultoribus ipsis, vel ipsi cultui, locoque aliquid importet injuriæ, &c. & ℣. *in eadem epistola c.* De persona Stephani Episcopi ad hoc attendendum est, quia nec invitus *ad judicium* trahi, nec ab Episcopis alieni Concilii debuit judicari. & ℣. ¶ Contra hæc si dictum fuerit, quia nec Metropolitanum habuit, nec Patriarcham, dicendum est, quia à sede Apostolica (quæ omnium Ecclesiarum caput est) hæc causa audienda, ac dirimenda fuerat: sicut & prædictus Episcopus petiisse dignoscitur, qui Episcopos alieni Concilii judices habuit omninò suspectos. Quia ergò sententia non à suo judice dicta nihil firmitatis obtineat, lectionis hujus tenor ostendit libro Codicis septimo, &c. & ℣. ¶ Quòd autem dicitur à servis suis accusatus, sciendum est, quia audiri minimè debuerunt. & ℣. ¶ Si verò de crimine *d* majestatis dicitur accusatus, nec ipsum de eo credendum fuit, si vita, vel opinio ejus talis antè non extitit. & ℣. ¶ Quòd autem dicit idem Episcopus, quia se absente, aliqui sint vilissimi testes exhibiti: hoc si verum est, nullius esse momenti lege noscendum est. & ℣. ¶ Testes autem quales, vel cujus opinionis ad testimonium admittendi sunt, plurimæ leges ostendunt, quæ penè nulli habentur incognitæ, quæ

a *al. levior culpa.* b *al. condemnetur.* c *Ivo p. 6. c. 343. Fann. l. 4. c. 82.* d *al. in odio sui.* e *al. aut si alii accusatores, aut testes fuerunt.* f *al. aut si.*

a *16. q. 6. cap. si Episcopum. 11. q. 1. de persona ex Gregor. lib. 11. epist. 54.* b *l. si quis. Cod. de Episc. & Cleric. Cod. Theodos. lib. 16. tit. 2. cap. 31.* c *17. q. 4. si quis suadente.* d *Si verò dictum fuerit, quia de hoc accusatus est, quod ad majestatis crimen attinet.] 27 q.*

etiam

etiam sanciunt, ut vilissimis testibus sine corporali discussione credi non debeat. ¶ Quòd autem dicitur, quia nihil scriptis judicatum est, legendus est titulus XLIV. libri VII. Codicis, quia scriptis debuit judicari. Nam ibi inter alia dicitur atque præcipitur, ut sententia, quæ sine scripto dicta fuerit, ne nomen quidem sententiæ habere mereatur.

1 ¶ Exilio] *In vulgatis sequebatur*, vel deportatione: *quæ voces sublatæ sunt, quia neque in vetustis Gratiani, neq; apud B. Gregorium leguntur.*

2 ¶ Si autem Episcopi in præjudicium] *Hæc usq; ad vers.* Quòd si forte, *addita sunt ex epistola; quemadmodum & paulò inferius à verbo*, dilatione, *usq; ad vers.* Si autem Episcopum, *ut gratiarum cursus sit expeditior. Nam Gratianus referebat se ad superiora, in quibus habentur similia, hoc modo, &c.* ut suprà de causa Januarii Episcopi. *Quorum autem capitum mutua citantur ex inferioribus causis, ea sic relicta sunt, quemadmodum antea se habebant, ut modus citandi Gratiani ustitatus agnoscatur.*

C. VIII. ¶ *Ultima sententia debet de scripto proferri.*

Item Codicis libro septimo, titulo à *de sententiis ex breviculo recitandis*, Imppp. Valentinianus, Valens, & Gratianus *A. A. A.*

STatutis generalibus jussimus, ut universi judices, quibus reddendi juris in provinciis permissimus facultatem, cognitis causis, ultimas definitiones de scripti recitatione proferant. Huic adjicimus sanctioni, ut sententia, quæ dicta fuerit, cùm scripta non esset, nec nomen quidem sententiæ habere mereatur, nec ad rescissionem perperàm decretorum, appellationis solennitas requiratur.

¶ *In duobus vetustis codicibus hoc & sequens caput non habentur, & hanc legem Codicis B. Gregorius in præcedenti capite manifestè indicaverat.*

C. IX. ¶ *De eodem.*

Item ex Concilio apud S. Medardum, *Hincmarus Rhemorum Archiepiscopus dixit.*

LEgum *b* Ecclesiasticarum consuetudo & auctoritas talis est, ut in causis gestorum semper scripturam requirant, adeò, ut qui ad sacrum fontem accedit, suum dare nomen præcipiatur. Qui ad summum Sacerdotium provehitur, decreto manibus omnium roborato eligitur. Ordinatus autem à suis ordinatoribus literas accipere jubetur. Qui etiam ab Ecclesiastica societate quolibet excessu discinditur, libelli c inscriptione aut recipitur, aut ejicitur. Sed & 1 qui accusatur, aut excommunicatur, seu reconciliatur, per scripturam accusari, vel reconciliari jubetur. Et sic in cæteris hujusmodi in tantum scriptura deposcitur, ut sicut beatus Gregorius *d* in commonitorio ad Joannem Defensorem ex Romanis legibus *e* sumens scribit: [*Sententia, quæ sine scripto profertur, nec nomen sententiæ habere mereatur* f.]

1 ¶ Sed & qui] *In originali est:* Sed qui accusatur, vel qui excommunicatur, reconciliatus per scripturam accusari, vel reconciliatus commendari jubetur. Et sic, &c.

C. X. ¶ *Restituendus est, quem neq; convictum, neque confessum constat esse ejectum.*

Item Nicolaus Papa *Gerardo* g *Turonensi Archiepiscopo.*

NOtum *h* sit tuæ fraternæ charitati, quòd iste Presbyter pauper, nomine Christophorus, de sua angustia ad nostram clementiam lachrymabiliter sit conquestus, dicens, se falsis criminibus impetitum, & ab Ecclesia sua non convictum, neque confessum, irrationabiliter fuisse ejectum. Nam, ut ipse refert, tuâ diligentiâ per tres vices inquisitione factâ, nulla in se neque de fornicationis crimine, neque de homicidii consensione 1. (de quibus impetebatur) reperiri potuit culpa, nisi quia suæ paupertatis causâ, quæ petebantur, aut consentire noluit, aut implere non potuit. Quæ suus tamen æmulus ultroneus egit, qui injustè illius Ecclesiam præripuit. Idcircò magnoperè monemus reverentiam tuam, ut etiam quæ, te fortè ignorante, Gieziacâ cupiditate peracta esse videntur, tuæ fraternitatis censurâ celeri emendatione corrigantur: scilicet restituendo Ecclesiæ propriæ jam dictum Sacerdotem, atque ei reddendo tuâ pietate pristinum, quem perdidit, honorem, & nullatenùs canonica instituta alicujus temeritate contemni permittas: quia facientem & consentientem par pœna constringit.

1 ¶ Consensione] *Sic est emendatum ex pleriisque vetustis exemplaribus. Nam antea legebatur*, confessione. *Ivo autem habet*, consensu.

C. XI. ¶ *Antequam causa probetur, aliquis excommunicari non debet.*

Item *de libro constitutionum.*

NEmo *a* Episcopus, nemo Presbyter excommunicet aliquem, antequam causa probetur, propter quam Ecclesiastici canones hoc fieri jubent. Si quis autem adversùs eam *b* excommunicaverit aliquem, ille quidem, qui excommunicatus est, majoris Sacerdotis auctoritate ad gratiam sanctæ communionis redeat: is autem, qui non legitimè excommunicavit, in tantum abstineat tempus sacrosanctâ communione, quantum majori Sacerdoti visum fuerit, ut quod injustè fecit, ipse justè patiatur.

C. XII. ¶ *Incerta & dubia judicari non possunt.*

Item Augustinus *in epistola 137. ad Clerum, & universam plebem Hipponensem.*

NOmen *c* Presbyteri propterea non ausus sum de numero collegarum ejus vel supprimere, vel delere, ne divinæ potestati, sub cujus examine causa adhuc pendet, facere viderer injuriam, si illius judicium meo vellem judicio prævenire: quod nec in negotiis secularibus judices faciunt, quando causæ dubitatio ad majorem potestatem refertur, ut pendente relatione aliquid audeant commutare. Et in Episcoporum Concilio constitutum est, nullum Clericum, qui nondum convictus sit, suspendi à communione debere, nisi ad causam suam examinandam se non præsentaverit.

C. XIII. ¶ *Nec suspitionis arbitrio, nec ante verum & justum judicium aliquis condemnetur.*

Item Melchiades Papa *Episcopis Hispaniæ.*

PRimò *d* semper ante omnia diligenter inquirite, ut cum justitia & veritate *e* definiatis: neminem condemnetis ante verum & justum judicium: nullum suspicionis arbitrio judicetis: sed primùm probate, & posteà charitativam proferte sententiam: & quod *f* vobis non vultis fieri, alteri nolite facere.

C. XIV. ¶ *Qui ab accusatione prohibeantur, & qui recipiantur.*

Item ff. lib. XLVIII. tit. g de accusationibus, & inscriptionibus *l. Qui accusare.*

PRohibentur accusare alii propter sexum, vel ætatem, ut mulier, & pupillus. Alii propter sacramentum, ut qui stipendium merent. Alii propter magistratum potestatemvé, in qua agentes sine fraude in jus vocari *h* non possunt. Alii propter delictum proprium, ut infames. Alii propter turpem quæstum, ut qui duo judicia adversùs duos reos subscripta habent, nummosvé ob

a *tit. 44. l. 3.* b *Extrà de libello oblat. c. 1. Burch. l. 2. c. 197. Ivo part. 8. cap. 269.* c *Libellaris scripturæ*] *orig.* d *Sup. ad c. imprimis.* e *Cl. 7. tit. 44.* f *meretur. forig.* g *al. Astrardo.* h *Ivo p. 6. c. 429.*

a *Apud Iulianum Antecessorem novel. 123. c. 15. 24. q. 3. de illicita. Ivo p. 3. cap. 371. & p. 14. c. 42.* b *al. eâ.* c *Ivo p. 6. c. 381.* d *Polyc. l. 1. tit. 8. Pann. l. 4. c. 11. 15.* e *al. charitate.* f *Tob. 4.* g *tit. 2. l. 1.* h *al. evocari.*

accusandum, vel non accusandum acceperint. Alii propter conditionem suam, ut libertini *a* contra patronos. Alii *b* propter suspicionem calumniæ, ut illi, qui falsum testimonium subornati dixerunt. Nonnulli *c* propter paupertatem, ut sunt, qui minùs, quàm quinquaginta aureos habent. Hi tamen *d* omnes, si suam injuriam exequantur, mortemvé propinquorum defendant, ab accusatione non excluduntur. ¶ Liberi, libertique non sunt prohibendi suarum rerum defendendarum gratiâ, de facto parentum, patronorumvé queri; putà *e* si dicant, vi se à possessione ab his expulsos: scilicet non ut crimen vis eis intendant, sed ut possessionem recipiant. Nam & filius quidem non prohibitus est de facto matris queri, si dicat suppositum ab ea partum, quòmagis cohæredem haberet: sed eam ream lege Cornelià facere, permissum ei non est. ¶ Ab alio delatum alius deferre non potest: sed eum, qui abolitione publicâ, vel privatâ interveniente, aut desistente accusatore, de reis exemptus est, alius deferre non prohibetur. ¶ Mulierem *f* propter publicam utilitatem ad annonam pertinentem audiri à Præfecto annonæ deferentem Divus Verus *g* & Antoninus rescripserunt. Famosi quoq; accusantes sine ulla dubitatione admittuntur. Milites quoque, qui causas alienas deferre non possunt, qui pro pace excubant, vel magis ad hanc accusationem admittendi sunt. Servi quoque deferentes audiuntur.

2 pt. *His omnibus auctoritatibus datur intelligi, quòd nullus est condemnandus, nisi judicio ordinabiliter habito aut convincatur, aut reum seipse confiteatur. Verùm hæc de illis intelligenda sunt, quorum crimina sunt occulta: cæterùm, quæ manifesta sunt, judiciarium ordinem non requirunt.*

C. XV. ¶ Sine accusatione, manifesta judicentur.

Unde Ambrosius.

MAnifesta, accusatione non indigent.

¶ *Ivo in epistola ad Hugonem, quæ incipit*, Literas V. P. *sic ait:* Manifesta autem, accusatione non indigere, testatur beatus Ambrosius super epistolam ad Corinthios, ita dicens de eo, qui cum noverca: [*Judicii non est*, &c.] *ut infrà c.* de manifesta.

C. XVI. ¶ De eodem.

Item Nicolaus Papa *Ludovico Regi in epistola, quæ incipit:* [Syllabarum.]

QUæ *h* Lotharius Rex nepos vester facit, accusatore non indigent. *Manifesta quippe sunt* (teste *i* Apostolo) *opera carnis, fornicatio, immunditia, &c.*

¶ *Sumptum est ex epistola, quæ habetur in codice sæpè memorato monasterii Dominicanorum, in qua hæc præcedunt:* Accusatorem autem habere Lotharium non nisi illum, qui accusator fratrum in Apocalypsi appellatur, & opera ejus, quæ & ipsa ejusdem antiqui hostis instinctu patrantur, profectò comperimus. Quæ verò Lotharius Rex, &c.

In manifestis enim calliditate accusantium non opprimitur reus, nec tergiversatione proprium crimen celatur, cum culpâ suâ oculis omnium sponte se ingerat: atque ideò in talibus judiciarius ordo non requiritur: qui ideò institutus est, ut nec innocentia insidiis pateret adversantium, nec culpa delinquentium sententiam effugeret justis examinibus.

C. XVII. ¶ Ordinem judiciarium manifesta non desiderat causa.

Unde Stephanus Papa V. *Leoni Episcopo Tiburtinensi.*

DE *a* manifesta & nota pluribus causa non sunt quærendi testes, ut sanctus Ambrosius in epistola ad Corinthios dixit, de fornicatore sententiam exponens Apostoli *b*: [*Judicii*, inquit, *non est sine accusatore damnare, quia & Dominus Judam, cum fur esset, sciebat: sed quia non est accusatus, minimè abjecit.*] *Ut tolleretur de medio vestrùm, qui hoc opus fecit.* [*Cognito opere isto pellendum illum fuisse de cœtu fraternitatis Apostolus censuit. Omnes enim crimen ejus sciebant, & non arguebant. Publicè enim nequitiam suam loco luxus habebat: in qua re nec, testibus opus erat, nec, tergiversatione aliquâ poterat tegi crimen.*] & paulò pòst. [*Absens facie, præsens autem auctoritate Spiritûs, qui nusquam abest, jam judicavi ut præsens eum, qui hoc admisit, tradi Satanæ in interitum carnis.*]

¶ *Extat integra hæc epistola in collectione canonum sine auctoris nomine in Vaticana Bibliotheca.*

3 pars. *Sed scrutandum est, quid eorum, quæ manifesta sunt, alia sunt nota judici, & incognita aliis: alia sunt manifesta aliis, & occulta judici: quædam verò sunt nota judici, & aliis. Quæ judici tantùm nota sunt, sine examinatione ferri non possunt: quia dum accusatoris persona assumitur, judiciaria potestas amittitur. In una enim eademq; causa nullus simul potest esse accusator & judex.*

C. XVIII. ¶ Quando aliqui sunt corrigendi, quando tolerandi.

Item Augustinus *in homelia de pœnitentia (quæ est 50.)*

MUlti *e* corriguntur, ut Petrus: multi tolerantur, ut Judas: multi nesciuntur, *donec d veniat Dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarum. & infrà.* ¶ Nos verò à communione prohibere quenquam non possumus (quamvis hæc prohibitio nondum sit mortalis, sed medicinalis) nisi aut sponte confessum, aut in aliquo sive seculari, sive Ecclesiastico judicio nominatum, atque convictum. Quis enim sibi utrunque audeat assumere, ut cuiquam ipse sit & accusator, & Judex? Cujusmodi regulam etiam Paulus Apostolus in eadem ad Corinthios epistola breviter insinuâsse intelligitur, cùm quibusdam commemoratis criminibus, Ecclesiastici judicii formam ad omnia similia ex quibusdam daret. Ait *e* enim: [*Scripsi vobis in epistola non commisceri fornicariis. Non utiq; fornicariis hujus mundi, aut avaris, aut raptoribus, aut idolis servientibus: aliquin debuerat de hoc mundo exisse.*] Non enim possunt homines in hoc mundo viventes, nisi cum talibus vivere: nec *f* eos possunt lucrifacere Christo, si eorum colloquium, convictumq; vitaverint. Unde & Dominus cum publicanis & peccatoribus comedens: [*Non g est opus*, inquit, *sanis Medicus, sed male habentibus. Non enim veni vocare justos, sed peccatores.*] Et ideò sequitur Apostolus *h*, & adjungit: [*Nunc scripsi vobis non commisceri. Si quis frater nominatur in vobis, aut fornicator, aut idolis serviens, aut avarus, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum hujusmodi nec quidem cibum simul sumere. Quid enim mihi de his, qui foris sunt, judicare? Nonne de his, qui intùs sunt, vos judicatis? De his autem, qui foris sunt, Deus judicabit. Auferte malum à vobis ipsis.*] Quibus verbis satis ostendit, non temerè, aut quomodolibet, sed per judicium auferendos esse malos ab Ecclesiæ communione; ut si per judicium auferri non possunt, tolerentur potiùs, ne pervertè malos quisque *i* evitando, ab Ecclesia ipse discedens, eos, quos fugere videtur, vincat *k* ad gehennam. Quia & ad hoc nobis sunt in Scripturis sanctis exempla proposita: velut in *l* messe, ut palea sufferatur usque ad ultimum ventilâbrum: vel intra *m* illa retia, ubi pisces boni cum malis usque ad segregationem, quæ futura est in littore, id est, in fine seculi, æquo animo tolerentur. Non enim

---

a *al. liberti.* b *leg. 9.* c *lege 10.* d *leg. 11.* e *al. veluti.* f *leg. 13.* g *al. Severus. Reposita hic sunt aliquot verba ex Pandectis Flor.* h *Anf. l. 12. c. 33.* i *Gal. 5.*

a *Vide suprà c. manifesta. Ivo p. 6. c. 431. Paul. l. 4. c. 17. Ambr. ad 1. 5.* b *1. Cor. 5. 23. q. 4. si quis.* c *Beda 1. Cor. 5. Anf. l. 3. c. 70. Polyc. l. 7. tit. 7.* d *1. Cor. 4.* e *1. Cor. 5.* f *23. q. 4. 1. infideles.* g *Matth. 9.* h *1. Cor. 5.* i *2. quemque.* k *al. mutatis.* l *Matth. 3.* m *Matth. 13.*

contrarium

contrarium est huic loco id, quod alio loco dicit Apostolus a: [*Tu quis es, qui judicas alienum servum? suo Domino stat, aut cadit.*] Noluit enim hominem ab homine judicari ex arbitrio suspicionis, vel etiam extraordinario usurpato judicio; sed potiùs ex lege Dei secundùm ordinem Ecclesiæ, sive ultrò confessum, sive accusatum, atque convictum. Alioquin illud cur dixit? [*Si quis frater nominatur aut fornicator, aut idolis serviens, &c.*] nisi quia eam nominationem intelligi voluit, quæ fit in quenquam, cùm sententia ordine judiciario, atque integritate profertur? Nam si nominatio solæ suffirit, multi damnandi sunt innocentes, quia sæpè falsò in b quoquam crimina nominantur. ¶ Non ergò illi, quos monemus agere pœnitentiam, quærant sibi comites ad supplicium, nec gaudeant, quia plures invenerint. Non enim propterea minùs ardebunt, quia cum multis ardebunt.

C. XIX. ¶ *Peccatum, quod tantùm Judici notum est, ab eo damnari non valet.*

Idem sermone 16. de verbis Domini.

Si peccaverit, inquit, in te frater tuus, corripe eum inter te, & ipsum solum. Quare? quia peccavit in te. Quid est, [*In te peccavit?*] Tu scis, quia peccavit. Quia enim secretum fuit, quando in te peccavit, secretum quære, cùm corrigis, quod in te peccavit. Nam si solus nôsti, quia peccavit in te, & eum vis coram omnibus arguere, non es corrector, sed proditor. Attende, quemadmodum vir justus Joseph c, tanto flagitio, quod de uxore fuerat suspicatus, tantâ benignitate pepercit: antequam sciret, unde illa conceperat, quam gravidam senserat, & se ad illam non accessisse noverat. Restabat itaque certa adulterii suspicio: & tamen, quia ipse solus senserat, ipse solus sciebat, quid de illo ait Evangelium? [*Joseph autem, cùm esset vir justus, & nollet eam divulgare.* Mariti dolor non vindictam quæsivit: voluit prodesse peccanti, non punire peccantem.] [*Cùm, inquit, nollet eam divulgare, voluit eam occulti dimittere.*] *& infrà.* ¶ Ergo ipsa corripienda sunt coram omnibus, quæ peccantur coram omnibus. Ipsa verò corripienda sunt secretiùs, quæ peccantur secretiùs. Distribuite tempora, & concordat Scriptura. Sic agamus, & sic agendum est, non solùm, quando in nos peccatur, sed etiam quando peccatur ab aliquo, ut ab altero nesciatur, in secreto debemus corripere. *& paulò infrà.* ¶ Novit enim nescio quem homicidam Episcopus, & alius illum nemo novit. Ego nolo d illum publicè corripere, & tu quæris inscribere? Prorsus nec prodo, nec negligo: corripio in secreto: pono ante oculos ejus Dei judicium: terreo cruentam conscientiam: persuadeo pœnitentiam. Hâc charitate præditi esse debemus. Unde aliquando homines reprehendunt nos, quòd quasi non corripiamus: aut putant nos scire, quòd nescimus: aut putant nos tacere, quod scimus. Sed fortè quod scis, & ego scio: sed non coram te corripio, quia curare volo, non accusare. ¶ Sunt homines adulteri in domibus suis, in secreto peccant: aliquando nobis produntur ab uxoribus suis, plerunq; zelantibus; aliquando maritorum salutem quærentibus. Nos non prodimus palàm, sed in secreto arguimus. Ubi contigit malum, ibi moriatur malum. Non tamen vulnus illud negligimus, ante omnia ostendentes, homini in tali peccato constituto, sauciamq; gerenti conscientiam, illud vulnus esse mortiferum.

4 pars. *Quando verò crimen est notum alii, & non judici, nec tunc sine examinatione ferendum est: quia in crimen sibi occultum judex sententiam ferre non debet.*

a *Rom. 14.* b *iniquoq; crimine*] *Beda in c. 5. 1. ad Cor.* c *Matthæi 1.* d *al. volo*] *orig.*

C. XX. ¶ *Sententia non præcipitanter ferenda est.*

Unde Evaristus Papa a *epist. 2.*

Deus b omnipotens, ut nos à præcipitatæ sententiæ prolatione compesceret, cùm omnia e nuda & aperta sint oculis ejus, mala tamen Sodomæ noluit audita judicare, priusquam manifestè agnosceret, quæ dicebantur. Unde ipse ait d: [*Descendam, & videbo, utrum clamorem, qui venit ad me, opere compleverint, an non est ita, ut sciam.*] Deus omnipotens, cui nihil est absconditum, sed omnia ei manifesta sunt, etiam antequam fiant, non ob aliud hæc & alia multa (quæ hîc prolixitatem vitantes non inseruimus) per se inquirere dignatus est, nisi ut nobis exemplum daret, ne præcipites in discutiendis & judicandis negotiis essemus, & ne mala quorumque priùs quisquam præsumat credere, quàm probare. Cujus exemplo monemur, ne ad proferendam sententiam unquam præcipites simus, aut temerè, indiligenterque indiscussa quæque quoque modo judicemus, dicente Veritatis voce: [*Nolite e judicare, ut non judicemini: in quo enim judicio judicaveritis, judicabimini,* & reliqua.] Nam mala audita nullum moveant: nec passim dicta absque certa probatione quisquam unquam credat: sed antè audita diligenter inquirat, ne præcipitando quicquam aliquis agat. Si enim Dominus omnium, Sodomorum mala, quorum clamor ad cœlum usque pervenerat, omnia sciens priùs, nec credere, nec judicare voluit, quàm ipse ea cum fidelibus testibus diligenter investigans, quæ audierat, opere veraciter cognosceret: multo magis nos humani f, & peccatores homines, quibus incognita sunt occulta judicia Dei, & hæc præcavere, & nullum g ante veram, justamque probationem judicare, aut damnare debemus, manifestè Apostolo dicente Paulo h: [*Tu quis es, qui judicas servum alienum? suo enim Domino stat, aut cadit.*]

1 pars. *Quando autem crimen notum est judici & aliis, aliquando reus efficitur falsum: veluti si quis negaret, se interfecisse eum, quem sub oculis judicis in conspectu multorum interfecit. Hoc, quia se reum negat, sine examinatione ferri non potest. Aliquando evidentia ipsa operis reum esse testatur, quando opere publico crimen suum confitetur: tunc post secundam & tertiam correctionem sine examinatione damnandus est, vel puniendus, si incorrigibilis extiterit. In hoc itaque ultimo casu intelligenda est auctoritas illa Ambrosii i, & Nicolai k:* [Manifesta, accusatione non indigent.] *Fornicator enim ille, in quem, sine examinatione, sententia Apostolica processerat, publicè coram omnibus novercam suam pro uxore habebat. Lotharius quoq; Rex, de quo Nicolaus scribat, similiter publicè uxorem suam dimiserat, & aliam super duxerat.*

C. XXI. ¶ *Sine accusatione, manifesta ferienda sunt.*

Unde idem Nicolaus Papa *scribit Archiepiscopis, & Episcopis per Galliam, Italiam, & Germaniam constitutis.*

Scelus l, quòd Lotharius Rex (si tamen Rex veraciter dici possit, qui nullo salubri regimine corporis appetitus refrenat, sed lubricâ enervatione magis illicitis ejus motibus cedit) in duabus fœminis, Thietberga scilicet & Gualdrada, commisit, omnibus manifestum est. ¶ Sed & dudum Episcopos Thietgan-

a *Et Gregorius l. Mor. 19. cap. 23. & in Conc. Tribur. cap. 22.* b *Anselm. lib. 3. c. 67. Polyc. lib. 7. tit. 2. Burch. lib. 11. c. 9. Pann. l. 4. cap. 116. Ivo p. 5. c. 240.* c *Hebr. 4.* d *Genes. 18.* e *Matth. 7.* f *al. qui sumus homines & peccatores, quibus.* g *30. q. 5. c. nullum ante.* h *Rom. 14.* i *Supra eâd. manifesta.* k *sup. eâd. c. quæ Lotharius.* l *Ivo p. 3. c. 226. Regino omnia hæc refert lib. 2. Chron. num. 875.*

dum & Gunterium in tali facto eum habuisse tutores, atque fautores penè totus nobis orbis undique ad limina, seu sedem confluens Apostolicam referebat. *& infrà.* ¶ Igitur decernente nobiscum sanctâ Synodo, in præsentia depositi, & ab officio Sacerdotali excommunicati, atque à regimine Episcopatûs alienati indubitanter existunt.

QUÆSTIO II.

QVod autem expoliatus ante Iudicem stare non possit, multis auctoritatibus probatur.

C. I. ¶ *Ante litem contestatam possessori cuncta sunt restituenda.*

Ait enim Ioannes Papa I. a *ad Zachariam Archiepiscopum.*

ANtiquitùs *b* decretum est, ut omnes possessiones, & omnia sibi sublata, atque fructus cunctos ante litem contestatam perceptos 1 Episcopus, vel Primas possessori restituat.

1 ¶ Perceptos] *In vetustis exemplaribus, & epistola Ioannis, stemq; Eusebii est* Perceptor, vel Primas possessori restituat.

C. II. ¶ *De eodem.*

Item Nicolaus Papa.

OMnes *c* leges tam Ecclesiasticæ, quàm vulgares, & publicæ præcipiunt, ut omnia sibi ablata restituantur ei, qui suis est rebus expoliatus.

C. III. ¶ *Nullus debet accusari, dum suis rebus fuerit spoliatus.*

Item Stephanus Papa, *epistolâ secundâ.*

NUllus *d* Episcoporum, dum suis fuerit rebus expoliatus, aut à sede propria, quâlibet occasione pulsus, debet accusari, aut à quoquam potest ei crimen objici, priusquam integerrimè restauretur, & omnia, quæ illi ablata quocunque ingenio fuerant, legibus redintegrentur, & ipse propriæ sedi, & pristino statui regulariter reddatur: ita ut omnes possessiones, & cuncta sibi injustè ablata, atque fructus omnes ante cœptam accusationem Primates, & Synodus Episcopo, de quo agitur, funditùs restituant.

¶ *Caput hoc sua integritati ex originali est restitutum.*

C. IV. ¶ *Nec convocari ad Synodum, nec in aliquo debet judicari spoliatus.*

Item Eusebius *e fratribus constitutis per Alexandriam & Ægyptum, epist. 2.*

IN *f* scripturis vestris reperimus, quosdam Episcopos vestris in partibus à propriis ovibus accusatos: aliquos videlicet ex suspicione, & aliquos ex certa ratione: & idcircò quosdam suis esse rebus expoliatos, quosdam verò à propria sede pulsos. Quos sciatis nec ad Synodum comprovincialem, nec ad generalem posse vocari, nec in aliquo judicari, antequam cuncta, quæ eis sublata sunt, legibus potestati eorum redintegrentur.

C. V. ¶ *De eodem.*

Item Julius Papa *in epistola ad Orientales, cap. 35. & 2.*

NUllus *g* potest convocari, aut judicari, antequam omnia sibi ablata, & omnia jura ei in integrum restituantur: quia non habet privilegium, quo possit exui jam nudatus.

¶ *Caput hoc confictum est ex decretis Iulii tricesimoquinto & sexto, ut his tamen mutatis, & alio modo dispositis.*

C. VI. ¶ *De eodem.*

Item Zepherinus Papa *a ad Episcopos Ægyptii, epist. 2.*

PRæceptum *b* ergò est in antiquis statutis, Episcopos ejectos atque suis rebus expoliatos Ecclesias proprias recipere, & primò sua omnia eis reddi, & demùm, si quis eos justè accusare voluerit, æquo periculo facere: Judices esse decernentes, Episcopos recta sapientes, & in Ecclesia convenientes, ubi testes essent singulorum, qui oppressi videbantur: nec priùs eos respondere debere, quàm omnia sua eis, & Ecclesiis eorum, legibus integerrimè restituantur.

QUÆSTIO III.

1 ps QVâ autem pœnâ ferendi sint, qui in accusatione desciunt, canonum censura desinit. Pœnam enim illatæ omnis cum dispendio existimationis accipiunt.

C. I. ¶ *De iis, qui non probanda objiciunt.*

Unde Cajus 1 Papa *c.*

SI quis circa hujusmodi personas non probanda detulerit, auctoritate hujus sanctionis intelligat se jacturam infamiæ sustinere, ut damno pudoris, & existimationis dispendio discat, sibi alienæ verecundiæ impunè insidiari saltem de cætero non licere.

1 ¶ Cajus] *Sic est in plerisque vetustis: & habetur hoc caput in epistola sancta ipsius, in qua proximè hic antecedunt verba capitis,* Si quis Episcopus, *supra eâd. quæst. 7. In vulgatis autem sic extabatur Gelasius.*

C. II. ¶ *Si accusator in accusatione defecerit, talionem recipiat.*

Item Damasus Papa *ad Stephanum Archiepiscopum, epist. 3.*

CAlumniator *d*, si in accusatione defecerit, talionem recipiat.

¶ *Verba ipsa Damasi referuntur infrà 4. q. 4. c.* nullus introducatur.

C. III. ¶ *De eodem.*

Item ex decreto Hadriani Papæ *in capitulis ab ipso collectis, c. 52. in medio.*

QUi *e* non probaverit, quod objecit, pœnam, quam intulerit, ipse patiatur.

C. IV. ¶ *De his, qui falsis criminibus aliquem impetunt.*

Item 1.

SI *f* quis Episcopum, aut Presbyterum, aut Diaconum falsis criminibus appetierit, & probare non potuerit, nec 2 in fine dandam ei communionem censemus.

1 ¶ Item.] *Sic est in plerisque vetustis codicibus. In vulgatis autem legebatur:* Item Damasus Papa. *Extat autem caput hoc in capitulis Hadriani, c. 92. & in Concilio Eliberitano, cap. 51. Ivo citat ex Carthaginensi. Et in tomis Conciliorum adjungitur Carthaginensi tertio.*

2 ¶ Nec in fine] *Sic legitur in Concilio Eliberitano, non hoc tantùm canone, sed etiam in aliis. Quam ob causam, arg. etiam ob glossam nihil est mutatum. Apud Hadrianum tamen est,* nisi in fine dandam ei non esse communionem. *Apud Ivonem,* nonnisi in fine dandam ei esse communionem.

2 pars. *Aliud est accusationem non implere, & aliud est, convictum non probare. Illud enim nullis sine absolutione, hoc omnibus licet.*

C. V. ¶ *Convictum non est pro accusatione habendum.*

Unde Fabianus Papa *ad Hilarium Episcopum, epist. 3.*

---

a *Et Euseb. Papa epist. 2.* b *Pannor. l. 4. c. 47.* c *33. q. 2. historia. & hæc omnes. In præfatione Isidor. in collectionem suam.* d *Burch. l. 1. c. 241. & 242. Ivo part. 3. c. 255. & 256. Concor. Pann. l. 4. c. 49.* e *Et in decretis Ioannis I.* f *Anselm. l. 3. c. 144. Ivo part. 3. c. 249. Pann. l. 4. c. 43.* g *Burch. l. 1. c. 244. Ivo p. 3. c. 257. Pann. l. 4. c. 46.*

a *Capit. 6. c. 287. & in capitulis Hadr. c. 2.* b *Ivo p. 3. cap. 246. Pann. l. 4. c. 43.* c *In cap. Hadriani, c. 24. in epist. Sixti tertii. Cod. Theod. lib. 10. tit. 2. c. 32.* d *4. q. 4. nullus introducatur.* e *Et ex Fabiano infrà. 3. q. 8. c. 1. & ex Sixto inf. eâd. q. 1. qui crimen.* f *Anselm. l. 3. c. 92. Ivo p. 6. c. 240. Burch. l. 2. c. 191.*

SI a quis iratus crimen aliquod cuilibet temerè obje-cerit, convitium non est pro accusatione habendum: sed permisso tractandi spatio, si id, quod iratus dixit, per scripturam se probaturum esse fateatur, ut si fortasse resi-piscens, quæ præiracundia dixit, iterare, aut scribere no-luerit, non ut reus criminis teneatur.

1 pars. *Sed aliud est crimen illatum non posse probare 1, aliud aliquâ promissione accusationem deserere. Huic enim, qui promis-sione 2 deceptus accusationem deserit, venia datur: illi verò, qui crimen illatum probare non valuerit, infamia irrogatur.*

1 ¶ Probare,] *In pleris exemplaribus sequitur:* quia fal-sum est, aliud, &c. *Sed in emendatioribus ea verba vel non ha-beantur, vel aliâ manu sunt addita.*

2 ¶ Promissione] *Non est simpliciter dicendum illis, qui pro aliqua promissione deserunt accusationem, semper veniam dari. Nam in Paulo, de quo in subjecto capite loquitur B. Gregorius, alia ade-rant causa, quæ in ipsa epistola exponuntur, his verbis:* tamen quia plus esse convenit nos misericordes, quàm distric-tos, hanc ei culpam ignoscimus, atque eum in ordine, locoq; suo recipiendum esse censemus. Nam ei à tem-pore prolatæ sententiæ afflictionem, quam pertulit, cre-dimus ad vindictam hujus posse culpæ sufficere. *Et infe-riùs in eadem epistola refert aliqua à prædicto Paulo in utilitatem Ecclesiæ facta, quæ etiam movere B. Gregorium potuerunt, ut erga eum esset clementior. Erant autem in ipsis capite multa B. Gregorii verba omissa, quorum nonnulla visa sunt addenda.*

C. VI. ¶ *De eo, qui promissione illectus ac-cusationem deserit.*

Unde beatus Gregorius *scribit Ioanni Episcopo Co-rinthiorum, lib. 4. epist. 30. seu cap. 94.*

PAulum *b* itaq; Diaconum, quamvis culpa sua vehe-menter confundat, quòd deceptus promissione ab ac-cusatione nuper depositi quondam Episcopi sui destite-rit, tamen hanc ei culpam ignoscimus.

Omnis 1 igitur, qui crimen objicit, scribat se probatu-rum. Reverà ibi semper causa agitur *c*, ubi crimen ad-mittitur; & qui non probaverit, quod objecit, pœnam, quam intulerit, ipse patiatur.

1 ¶ Omnis] *Hinc usq; ad finem in vetustioribus, ac melioribus Gratiani codicibus non leguntur: nec sunt Gregorii, sed Fabiani & Hadriani Pontificum: quæ infrà q. 3. c.* qui crimen. *& 3. q. 6. c. 1. extantur ex Fabiano, & c. fin. ex capitulo Hadriani.*

C. VII. ¶ *De iis, qui accusationem deserunt, ut Ecclesiasticos ordines accipiant.*

Item Gregorius *eâdem epistolâ.*

EUphemium *d*, atq; Thomam, qui pro deserenda ac-cusatione Episcopi 1 sui sacros ordines acceperunt, eisdem sacris privatos ordinibus esse censemus, atque ita, sicuti sunt depositi, volumus permanere.

1 ¶ Episcopi sui] *Hæc verba in eo epistolæ loco non sunt: sed ex eo, quæ antecedunt, innotuit, eum, à quo Euphemius & Thomas idcò ordinati fuerunt, ut ab ipsius accusatione desisterent, fuisse pro-prium illorum Episcopum.*

Hinc colligitur Clericorum infamiam per Romanum Pontificem abolerì posse, contra illud Gelasii e: [Quanquam animas per pœnitentiam salvare possimus, infamiam tamen abolere non possumus:] *contra illud Stephani, qui cùm causas enumerás-set, ex quibus infamia irrogatur:* [Hos omnes, inquit, sub nota perpetuæ infamiæ ad pœnitentiam suscipimus.] *Vel non sunt infames lege canonum omnes, quas leges seculi infames pronun-tant, cùm Paulus f Diaconus, qui non impetratâ abolitione ab ac-cusatione destiterat, hâc auctoritate dignitatem officii sui recupera-verit, quem Senatusconsultum g Turpilianum infamem pronun-tiat. Quod etiam de ea fateri cogimur, quæ intra tempus lustri nubit: cùm matrimonia hodie regantur jure poli, non jure fori; & jure poli, mortuo a vitro muliere soluta est à lege viri, & nubat, cui vult. Sed idem Stephanus econtrà scribit, dicens:* [Infames dici-mus, quoscunq; leges seculi infames pronuntiant.] *Sed illud Gelasii, & Stephani* b: [Quanquam animas, &c.] & [Sub nota perpetuæ infamiæ, &c.] *de illo intelligitur, quibus per ju-dicem civilem infamia irrogatur: quamvis sicut examinatio & castigatio, ita & in integrum restitutio, non nisi ad civilem judicem spectat. De ea verò, quæ intra tempus lustri nubit, non est contrarium ei, quod Stephanus ait:* [Infames dicimus, &c.] *Cùm enim leges seculi præcipuè in matrimonio sacros canones sequi non dedignentur, non videntur pronuntiare infamem eam, quæ Apostolicâ & canonicâ auctoritate non illicitè nubit.*

4 pars. *Notandum est quoq;, quòd aliud est, cùm aliquem pœnituerit criminaliter accusâsse, & inscriptionem fecisse, si ab innocente fuerit absolutus: aliud, si pecuniam à nocente acceperit, ut à probatione ejus, quod objecerat, desistat.*

C. VIII. ¶ *De eo, quem pœnitet criminaliter accusâsse.*

Unde in libro Capitularium, *c. 175. legitur.*

SI e quem pœnituerit accusâsse criminaliter, & in-scriptionem fecisse de eo, quod probare non potuerit, si ei cum accusato innocente convenerit, invicem se ab-solvant. Si verò Judex cum, qui accusatus est, crimino-sum esse cognoverit, & inter reum & accusatorem per ob-reptionem 1 convenerit de colludio, pœnam accipiat le-gibus constitutam.

1 ¶ Per obreptionem] *Apud Ivonem legitur,* factum per corruptionem consensum, de colludio pœnam excipiat legibus constitutam. *Sed in interpretatione leg. primæ, quæ est in Codice Theodosiano, hoc modo,* per corruptionem de absolu-tione reatûs convenerit, is, qui reus probatur, remoto conlûdio, pœnam excipiat legibus constitutam.

5 pars. *Notandum quoque est, quòd sicut Digest.* d *lib. 48. ti-tulo, de abolitionibus criminum, l. primâ legitur:* [Accusatorum temeritas tribus modis detegitur, & tribus pœnis subjici-tur. Aut enim calumniantur, aut prævaricantur, aut tergi-versantur. Calumniari est falsa crimina intendere: prævaricari, vera crimina absconde re: tergiversari, in universum ab accusatione desistere. Calumniatoribus pœna legitimè *e* irrogatur. Sed non utique, qui non probat, quod inten-dit, protinùs calumniari videtur. Nam ejus rei inquisitio arbitrio cognoscentis committitur: qui, reo absoluto, de accusatoris incipit consilio quærere, quâ mente ductus ad accusationem processit: & si quidem justum ejus errorem repererit, absolvit eum: si verò in evidenti calumnia eum deprehenderit, legitimam pœnam ei irrogat. Quorum alterutrum ipsis verbis pronuntiationis manifestatur. Nam si quidem ita pronuntiaverit, *Non probâsti:* pepercit ei: sin autem pronuntiaverit, *Calumniatus es:* condemnavit eum. Et quamvis nihil de pœna subjecerit, tamen legis potestas adversùs eum exercebitur. Nam (ut Papinianus respondit) facti quidem quæstio in arbitrio est judican-tis: pœnæ verò persecutio non ejus voluntati mandatur, sed legis auctoritati reservatur. Si autem 2 interloquendo dixerit, *Titius temerè accusâsse videtur,* non calumniatorem pronuntiavit. Temeritas enim facilitatis veniam conti-net, & inconsultus calor calumniæ vitio caret: & ob hoc nullâ pœnâ huic irrogari oportet.] *Vipian. lib. 47. tit. de pra-varicatorib. l. 1.* [¶ Prævaricator, est quasi varicator, qui di-versam partem adjuvat proditâ causâ suâ. Quod nomen Labeo à varia certatione tractum ait. Nam qui prævari-catur, ex utraque parte constitit *f*, quinimò ex altera. Is autem prævaricator propriè dicitur, qui publico judicio accusaverit. Cæterùm Advocatus non propriè prævatica-

a *Cod. Theod. l. 9. tit. 1. l. 1. in interpretatione, & in l. 7. C. 364. & in epist. Sixti tertii, 43. & in c. Hadrianus c. 51. Ans. l. 3. l. c. 36. Ivo part. 6. c. 324. Pann. l. 3. c. 74.* b *Polyc. l. 1. tit. 9. Ans. l. 3. c. 113.* c *al. agatur.* d *Ans. l. 3. c. 36.* e *Ivo p. 8. c. 13. omnia hæc ex Calixto, in cujus se-cunda epistola habentur.* f *Sup. proximè antecedenti cap.* g *1. ff. ad Senatusconsult. Turpillianum.*

a *1. Cor. 7.* b *6. q. 1. infames. & in cap. Hadrianus, c. 21.* c *Cod. Theod. libr. 9. tit 37. cap. 1. in interpretatione. Ivo part. 16. c. 251.* d *Titul. 16. Ad Senatusconsult. Turpillianum.* e *al. lege Rhemiâ, al. Mammâ.* f *al. confitetur.*

tor dicitur. Quid igitur de eo fiet? Sive privato judicio, sive publico prævaricatus est, hoc est, prodiderit causam, hic extra ordinem solet puniri. ¶ Sciendum *a* est, quòd hodie iis, qui prævaricati sunt, pœna injungitur extraordinaria.] *& infrà.* [¶ Accusator *b* de prævaricatione convictus, postea ex lege non accusat. ¶ In *c* omnibus causis (præterquam in sanguine) qui delatorem corrupit, pro victo habetur.] *& infrà lib. 4. tit. de abolitionibus criminum.* [¶ Prævaricatorem *d* esse eum ostendimus, qui contulit *e* cum reo, & translatitiè munere accusandi defungitur, eò quòd proprias quidem probationes dissimularet, falsas verò rei accusationes admitteret. ¶ Si quis autem ab accusatione citra abolitionem destiterit, punitur. Abolitio privatim à præsidibus *f* postulari ac impetrari solet: item pro tribunali, non de plano: nec præses hanc cognitionem alteri demandare potest. Si plura crimina idem eidem intulerit, singulorum abolitionem debet petere, alioqui, prout quid admiserit *g*, ejus nomine Senatusconsulti pœnam patietur.] *& tenuis eodem.* [Destitisse *h* eum accipimus, qui in totum animum agendi deposuit, non qui distulit accusationem: sed qui permissu Imperatoris ab *i* accusatione destitit, impunitus est.] *Abolitio enim pœnam remittit, infamiam non tollit. Unde Impp. Valentinianus, Valens, & Gratianus AAA. lib. 9. Cod. eod. titulo, de generali abolitione dixisse leguntur.* [¶ Indulgentia *k*, Patres conscripti, quos liberat, notat: nec infamiam criminis tollit, sed pœnæ gratiam facit. Si autem, restituo te in integrum, Princeps dixerit, infamiam tollit.] *Unde in eodem lib. tit. de sententiam passis, & restitutis, cuidam deportato in insulam Imperator Antoninus dixisse legitur:* l [Restituo te in integrum provinciæ tuæ.] *& adjecit:* [Ut autem scias, quid sit in integrum restituere, restituo te honoribus & ordini tuo, & omnibus cæteris.]

1 ¶ Calumniatoribus pœna legitimè irrogatur.] *Hæc verba, licèt in collatis Gratiani manuscriptis exemplaribus non habeantur, tamen quia sunt etiam in Pandectis, non sunt expuncta.*

2 ¶ Si autem interloquendo] *Hactenus retulerat Gratianus verba Iurisconsulti. Hinc autem usq; ad vers.* oportet, *refert tantummodò sententiam.*

QUÆSTIO V.

¶ *Quintam ponit post tertiam, quia harum quæstionum similis eorum est argumentum.*

1 ps *DEficientibus verò accusatoribus, reus non videtur esse cogendus ad purgationem. Sicut enim res possessor deficiente actore titulum suæ possessionis probare non cogitur, sic qui impetitur, ad innocentiam suam probandam cogendus esse non creditur. Auctoritate quoque Papæ Cornelii, & Triburiensis Concilii Sacerdotes jurare prohibentur, nisi pro recta fide.*

C. I. ¶ *Iuramentum à Sacerdotibus non est exigendum.*

Ait enim Cornelius *epist. secundâ ad Rufum, Episcopum Orientalem.*

SAcramentum *m* hactenus à summis 1 Sacerdotibus vel Dei ministris exigi, nisi pro fide rectâ, minimè cognovimus: nec sponte eos jurâsse reperimus.

¶ *In vetustis codicibus caput hoc conjunctum est cum duobus sequentibus, quia sunt ex eadem epistola Cornelii Papæ.*

1 ¶ Summis] *Sic habet originale. Sed Burchardus & Ivo in quinta parte*, ab Episcopis, & reliquis ordinibus exigi. *Idem verò Ivo in parte 12.* à summis Sacerdotibus, vel reliquis Dei ministris.

C. II. ¶ *De eodem.*

Idem *paulo inferius.*

NOs *a* sanctorum exempla sequentes, sanctorum Apostolorum, eorumque successorum jura firmamus, & Sacramenta incauta fieri prohibemus.

C. III. ¶ *De eodem.*

Idem *ibidem.*

NOs Sacramentum Episcopis nescimus oblatum: nec unquam fieri debet 1.

1 ¶ Debet.] *Sequebatur*, nisi pro rectâ fide, *quæ subinta sunt: quia neq; in optimis manuscriptis, neq; in ipsa epistola hoc loci habentur, sed sup. eâd. cap. 1.*

C. IV. ¶ *Si quis Presbyter contra Laicum, vel Laicus contra Presbyterum querimoniam habeat, Episcopo præcipiente terminetur.*

Item ex Concilio Triburiensi, *c. 21.*

SI *b* quis Presbyter contra Laicum, vel Laicus contra Presbyterum aliquam habet querimoniæ controversiam, Episcopo præcipiente *c*, sine personarum acceptione finiatur, & Laicus per juramentum *d* (si necesse sit) se expurget: Presbyter verò vice juramenti *e*, per sanctam consecrationem interrogetur *f*, quia Sacerdotes ex levi causâ jurare non debent. Manus enim, per quam corpus & sanguis Christi conficitur, juramento polluetur? Absit: cùm Dominus in Evangelio Discipulis suis (quorum vicem nos indigni in sanctâ gerimus Ecclesiâ) dicat: [*Nolite* g *omninò jurare: Sit autem sermo vester, sic, sic: non, non. Quod autem his abundantius est, a malo est.*]

2 pars. *Verum his cautè statutis non omnimoda juramenta prohibentur fieri à Sacerdotibus; sed tantùm incauta, & ea, quæ pro qualibet causâ temporali judicio offeruntur. Cùm autem populus infamiâ Sacerdotes opprimuntur, tunc ad innocentiæ suæ assertionem juramenta debent offerri.*

C. V. ¶ *Sacerdos à populo accusatus, juramento innocentiam suam asserat.*

Unde Gregorius Papa III. *ad Bonifacium, epist. 1.* h

PResbyter *i*, vel quilibet Sacerdos, si à populo accusatus fuerit, & certi non fuerint testes, qui crimen illato approbent veritatem, jusjurandum in medio erit, & illum testem proferat de innocentiæ suæ puritate, cui nuda & aperta sunt omnia.

C. VI. ¶ *De Leone Episcopo, quem beatus Gregorius purgationem præbere fecit.*

Item ex regesto Gregorii, *lib. 2. indict. 10. epist. 9. ad Iustinum Prætorem* 1.

HAbet *k* hoc proprium antiqui hostis invidia, ut quos in pravorum actuum perpetratione (Deo sibi resistente) dejicere non valet, opiniones eorum, falsâ ad præsens simulando, dilaceret. Quoniam igitur quædam contra Sacerdotale propositum de Leone fratre & Coepiscopo nostro siniſter rumor aspersit, utrum vera essent, districtâ diutiùs fecimus inquisitione perquiri: & nullam in eo de his, quæ dicta fuerant, culpam invenimus. Sed ne quid videretur omissum, quod nostro potuisset dubium cordi remanere, ad beati Petri sacratissimum corpus districta eum ex abundanti fecimus Sacramenta præbere. Quibus præstitis magnâ summæ exultatione gavisi, quòd hujuscemodi experimento innocentia ejus evidenter enituit. Pro qua re gloria vestra prædictum virum cum omni charitate suscipiat, & reverentiam ei, qualem Sacerdoti decet, exhibeat: nec aliquæ in cordibus remaneat, de iis, quæ sunt jam purga-

a *L. 2. Sciendum.* b *l. 1. Accusator.* c *l. fin. eod. tit.* d *d. l. 1. ad Senatusconsult. Turpill.* e *prævaricatorem.* f *al. concludat.* g *al. præsidè.* h *al. amiserit.* i *l. 23. destitisse.* k *al. accusatione.* l *tit. 43. l. 3. & in Cod. Theod. l. 3. tit. 38.* l *tit. 52. l. 1. §. restitue.* m *Burch. lib. 1. c. 199. Ivo p. 5. c. 309. & p. 12. c. 71.*

a *Ivo p. 12. c. 77.* b *Burch. l. 2. c. 180. Ivo p. 6. c. 227. Pann. l. 5. tit.* c *al. regente.* d *al. præjuramento.* e *al. præjuramenta.* f *al. constringatur.* g *dicat. 5.* h *& l. 7. cap. 281.* i *Ansl. l. 3. c. 79. Burch. l. 2. c. 166. Ivo p. 6. c. 231. Pann. l. 5. c. 9.* k *Polyc. l. 8. tit. 11. Ansl. l. 8. c. 162. Burch. l. 1. c. 194. Ivo p. 5. c. 309. Pann. l. 5. c.*

12. Glo-

ta, dubietas. Sed ita suprascripto vos Episcopo devotissime oportet in omnibus adhærere, ut congrue, decenterque Deum in ejus persona, cujus minister est, videamini honorare.

1 ¶ Prætorem.] *In codicibus Gratiani est*, Imperatorem. *In epistola excusa legitur*, Justino Presbytero: *emendatum verò est ex duobus vetustis codicibus epistolarum, & Polycarpo: est ij, idem Iustinus, ad quem scripta est secunda epistola primi libri, in libris etiam impressa incorruptâ inscriptione.*

C. VII. ¶ *Quomodo beatus Gregorius Mennam Episcopum juramento purgari fecit.*
Item ex eodem *ad Brunichildam Reginam Francorum, lib. 11. epist. 8.*

MEnnam *a* verò reverendissimum *b* fratrem & Coëpiscopum nostrum, postquam ea, quæ de eo dicta fuerant, requirentes, in nullo invenimus culpabilem esse, qui insuper ad sacratissimum corpus beati Petri Apostoli sub juræjurando satisfaciens, ab his, quæ objecta ejus opinioni fuerant, se demonstravit alienum, reverti illuc purgatum, absolutumque permisimus: quia sicut dignum erat, ut si in aliquo reus existeret, culpam in eo canonicè puniremus; ita dignum non fuit, ut eum adjuvante innocentiâ diutiùs retinere, vel affligere in aliquo deberemus. ¶ Purgationem 1 tamen *c* ante te duobus sibi Sacerdotibus junctis, ubi accusator cessaverit, eundem ex se præbere tuo committimus arbitrio. Vulgarem denique, ac nullâ canonicâ sanctione fultam legem, ferventis scilicet, sive frigidæ aquæ, ignitique ferri contactum, aut cujuslibet popularis inventionis (quia fabricante hæc sunt omnino ficta invidiâ) nec ipsum exhibere, nec aliquo modo te volumus postulare, imò Apostolicâ auctoritate prohibemus firmissimè.

1 ¶ Purgationem.] *Hic erat gravissimus error. Conjunxit enim hæc legebantur cum superioribus, quæ Brunichildæ sunt scripta: quasi purgatio Presbyteri à B. Gregorio mulieri committeretur. Sed nil tale legitur in epistola B. Gregorii, ex qua prior pars hujus capitis est accepta. Verum Ivo p. 10. c. 17. & Pann. l. 5. c. 8. citant hoc ex epistola Alexandri secundi, Raynaldo Cumano Episcopo, cujus epistola unicum est infrà eâdem. c. super causâ. Et hic versiculus, Purgationem, conveniunter legendus est post extrema verba illius capitis. Ac propter errorem doctorum hunc quidem textus non est: sed additum est in margine nomen Alexandri secundi. Ita nihil loca relinquatur admirationi cuilibet glossæ. Nusquam veteres Romani Pontifices hujusmodi causas mulieribus leguntur commisisse.*

C. VIII. ¶ *De Maximo Salonitano Episcopo, qui sacramento seipsum purgavit.*
Item Gregorius *Castorio Notario Ravennæ, lib. 7. indict. 2. epist. 20.*

QUantò à nobis credi tibi, & necessarias vides causas injungi; tantò te strenuum debes & solicitum exhibere. Proinde, si Maximus Salonitanus præstito sacramento firmaverit se Simoniacâ hæresi non teneri, atq; de aliis ante corpus sancti Apollinaris tantummodò requisitus, innoxium se esse responderit, & de inobedientia sua pœnitentiam (sicut deputavimus) egerit; volumus, ut ad consolandum illum, epistolam, quam ad eum scripsimus (ubi ei gratiam nostram, & communionem nos reddidisse signavimus) experientia tua dare debeat: quia sicut in contumacia persistentibus severos nos esse convenit; sic iterùm humiliatis & pœnitentibus negare locum veniæ non debemus.

C. IX. ¶ *De eodem.*
Idem *Marciano Episcopo Ravennæ, lib. 7. epist. 79.*

QUæ *d* de causâ Maximi sint agenda, ex epistolis, quas ad vos antè transmisimus, agnovistis. Sed quia, qualis de hac re fraternitatis vestræ voluntas sit, ac magis petitio, à præsentium latore Castorio chartulario nostro renunciante cognovimus: ideò, si idem Maximus coram vobis, & prædicto chartulario nostro, de Simoniaca hæresi præstito se sacramento purgaverit, atque de aliis ante corpus sancti Apollinaris (ut scripsimus) tantummodò requisitus, liberum se esse responderit, causam ipsius, fraternitatis vestræ, de eo, quod excommunicatus Missarum solennia agere præsumpserit, judicio committimus, quâ debeat pœnitentiâ talis culpa purgari. Et ideò quicquid vobis secundùm Deum placet, securi disponite, nec aliquod de nobis dubium habeatis. Nam quicquid à vobis de hac causâ fuerit ordinatum, nos & gratè suscipimus, & libenter admittimus.

C. X. ¶ *Qualiter Sixtus semetipsum purgavit.*
Item Sixtus Papa III. *epist. ad Orientales Episcopos, c. 1.*

MAndâstis *a*, ut scriberem vobis, qualiter instans jurgium contra me susc itatum sit, vel à quo, ut vestro adminiculo pelleretur, & causa mea firmaretur. Scitote me criminari à quodam Basso, & injustè persequi. Quod audiens Valentinianus Augustus, nostrâ auctoritate Synodum congregari jussit. Et facto Concilio, cum magna examinatione satisfaciens omnibus (licèt evadere satis aliter potuissem) suspicionem tamen fugiens, coram omnibus me purgavi, me scilicet à suspicione & æmulatione liberans; sed non aliis, qui noluerint, aut sponte hoc non elegerint, faciendo *b* formam, exemplumque dans.

C. XI. ¶ *De causâ Guillandi Presbyteri.*
Item Alexander *Raynaldo Cumano Episcopo.*

SUper *e* causâ Guillandi Presbyteri tui de morte Episcopi sui, prædecessoris tui, infamati, in medium consuluimus: itaq; circumstantium fratrum unanimi assensu tuæ dilectioni rescribimus, præfatum Guillaudum Presbyterum ante te præsentandum, ubi si certi accusatores defuerint, tunc dictante justitiâ sine omni controversia Presbyter, quæcunq; ob hoc injustè amisit, ac Sacerdotium accipiat, & integra beneficia 1.

1 ¶ Beneficia.] *In epistolâ hoc loco sequitur versus.* Purgationem, *supra eâd. c.* Mennam: *ut ibi notatum est.*

C. XII. ¶ *De purgatione Clericorum, si convinci non potuerint.*
Item ex Concilio Agathensi.

SI *d* legitimi accusatores crimina 1 Sacerdotis probare non potuerint, & ipse negaverit, tunc ipse cum septem sociis sui *e* ordinis (si valet) à crimine semetipsum expurget. Diaconus verò, si eodem crimine accusatus fuerit, cum tribus semetipsum excuset.

1 ¶ Crimina.] *Apud cæteros coll. Clores legitur:* si autem accusatores legitimi non fuerint, qui ejus crimina manifestis judiciis probare contenderint, & ipse, &c.

C. XIII. ¶ *De eodem.*
Item ex Concilio *f* Ilerdensi.

PResbyter *g* si à plebe sibi commissâ, malâ opinione infamatus fuerit, & Episcopus legitimis testibus approbare non potuerit, suspendatur *h* usque ad dignam satisfactionem, ne populus fidelium in eo scandalum patiatur. Digna verò satisfactio est, (sicut 1 à majoribus constitutum esse docetur) quando sive

a *Polyc. ibid. Burch. l. 1. c. 196. Ivo p. 3. c. 311. Pann. l. 5. c. 6.* b *al. reverentissimum.* c *Alex. II. Raynaldo Episcopo. Ivo p. 10. c. 17. Pann. l. 5. c. 1.* d *Polyc. lib. 2. tit. 37.*

a *Nic. epist. 7. ad Michaëlem.* b *al. faciendi.* c *Pann. l. 5. c. 7. Ivo p. 10. c. 18. & in ep. ad Wildebertum Cenomanensem.* d *ext. de purg. can. c. si quis Presbyter. Burch. lib. 2. c. 181. Ivo p. 6. c. 226. Pann. l. 5. c. 5.* e *al. suis ejusdem ordinis.* f *c. 18. 7. eâd.* g *Burch. lib. 2. c. 184. Ivo p. 6. c. 229. Panner. lib. 5. c. 3.* h *al. suspendatur ab officio Presbyter usque.*

secundùm canones, sive ad arbitrium Episcopi septem sibi collegas adjungit, & jurat in sacrosancto 2 Evangelio coràm posito, quòd crimen sibi illatum non perpetravit. Et hâc satisfactione purgatus, securè deinceps suum exequatur officium.

1 ¶ Sicut à majoribus constitutum] *Hoc loco, sicut & paulo infrà, plura sunt verba apud cæteros collectores.*

2 ¶ Sacrosancto] *Apud eosdem legitur*, in sacro coràm posito Evangelio, *quò facit cap.* testimonium *in versic.* nemo Clericum. *infrà 11. q. 1.*

C. XIV. ¶ *De eodem.* PALEA.

[*Item* Sylvester Papa.]

ACcusatum Simoniacum necesse habuimus summoperè per scripturam prohibere, ne Missarum solennia celebrare debuisset, donec quid esset, verius potuissemus cognoscere.

¶ *Citatur hic ex Sylvestro: ferè idem est in decret: tit. de Simon.* c, accusatum. *& ibi trabuntur Deodato Pontifici. Sed in nullo horum duorum Pontificum scripto, quæ extant, tale aliquid est inventum. In regesto B. Gregorii lib. 5. epist. 3. Maximo præsumptori Ecclesiæ Salonitanæ, hæc leguntur:* Pervenit itaque ad nos, quòd per Simoniacam hæresim fueris ordinatus. Sed & alia de te multa hic dicta sunt, de quibus unum quàm maximè fuit, propter quod necesse habuimus te summoperè per scripta nostra prohibere, ne Missarum solennia celebrare debuisses, donec quid esset, verius potuissemus addiscere. *Et ex hac epistola videri potest hæc cepta hæc Palea, & c.* accusatum. *& c.* quoties. *extracta Simon. Nam initium ipsius epistolæ est:* Quoties contra, &c.

C. XV. PALEA.

[*Item* ex Concilio Triburiensi.]

NObilis *a* homo, vel ingenuus, si in Synodo accusatur, & negaverit, si eum constiterit fidelem esse, cum duodecim ingenuis se expurget: si anteà deprehensus fuerit in furto, aut perjurio, aut falso testimonio, ad juramentum non admittatur, sed (sicut qui ingenuus non est) ferventi aquâ, vel candenti ferro se expurget.

¶ *Burchardus etiam citat ex Concilio Triburiensi, cap. 10. & in Triburiensi illo, quod extat impressum, habentur nonnulla ad hanc rem facientia.*

C. XVI. ¶ *De eodem.*

Item Hincmarus *Rhemorum Episcopus.*

SI *b* mala fama de Presbytero exierit, & accusatores ac testes legales defuerint *c*, ne, contrà Apostolum *d*, infirmorum corda de mala fama Presbyteri percutiantur, & ne vituperetur ministerium nostrum, nevé seculariores Presbyteri existentes licentiùs in peccatum prolabantur, secundùm decreta 1 majorum cum denominatis sibi vicinis Presbyteris, quos scimus se nolle pejerare, sacramento famam suam purget.

¶ *In Concilio Rhemensi Trosleano 9. c. refertur Synodus ab Hincmaro Rhemorum Archiepiscopo habita, in qua habetur hoc caput.*

1 ¶ Secundùm decreta] *In Synodo legitur:* secundùm decretum Gregorii junioris, sit jusjurandum in medio, & habeat malæ famæ Presbyter in sacramento purgationis suæ eum testem, quem habebit & judicem.

C. XVII. ¶ *De eodem.*

Item Innocentius *Aquilegiensi Patriarchæ & Mantuano Episcopo.*

QUoties frater noster Tridentinus Episcopus in nostra præsentia de Simonia sit impetitus, prudentiam vestram latere non credimus: cujus causa tandem in nostra præsentia ventilata, producti sunt adversùs eum accusatores, vivâ *e* voce & scripto asserentes, quòd Ecclesiam sancti Petri de Pado *f*, Presbytero Paulo dederit pro quatuor modiis frumenti *g*, quos ab ejusdem Ecclesiæ Laicis acceperit. Verùm quoniam nec accusatores, nec testes secundùm formam canonum, & sanctorum Patrum statuta, in causa ipsa procedere potuerunt, communi fratrum nostrorum concilio judicamus, ut tertiâ manu sui ordinis, & quatuor *a* Abbatum & religiosorum Sacerdotum de supradicta Simonia in vestra præsentia se debeat expurgare. Porro purgationis tenor erit hujusmodi. Idem Episcopus super sancta Evangelia primùm jurabit, quòd pro Ecclesia sancti Petri de Pado, Presbytero Paulo danda, neque ipse per se, neque per submissam personam, neque alius pro eo, se sciente, pretium receperit. Deinde verò purgatores super sancta Dei Evangelia jurabunt, quòd sicut ipsi credunt, verum juravit. Nos itaq; causæ hujus seriem committentes prudentiæ vestræ, mandamus vobis, ut congruo loco in unum convenire curetis, & ita causam ipsam juxta præsentium tenorem præstante Domino restauretis, quatenus & omnis de cætero hujus quæstionis scrupulus auferatur, & utrique parti sua justitia conservetur. Si quis verò de vobis, certâ præpediente causâ, interesse non poterit, vos, qui adesse poteritis, idem judicium terminate. Quòd si prædictus frater noster A. prædictam purgationem fecerit, vos ei auctoritate nostrâ prædictum officium & Tridentinam Ecclesiam restituite. Hanc autem purgationem ante proximam Purificationem beatæ Mariæ virginis adimplere jubemus.

¶ *Caput hoc extat in Decret. tit. de purg. canon. & tribuitur Innocentio tertio. Sed visum est ibi esse mendum, ut lll. sit posium pro 11. Namcollector Decretalium solet in Pontificibus hunc ordinem observare, ut eos, qui anteceserunt, prius ponat. Ita, cum alius caput habeatur ante aliquot canones Alexandri, ac Lucii tertii, qui præcesserunt Innocentium III. non videtur hujus posse tribui: quamquam habeatur etiam eidem adscriptum inter opera ipsius pauli sermones, & in Conciliis, quæ in quatuor tomos sunt divisa, tomo tertio. Aplerisq; autem manuscriptis Gratiani codicibus, etiam iis, in quibus Palea esse solent, totum istud caput abest. A versiculo autem,* Nos itaque, *usque ad finem, abest ab omnibus.*

In præmissis auctoritatibus subintelligitur, si reus se purgare voluerit, ut sacri canones modum, non necessitatem purgandi accusati imponant: sicut apparet ex fine capitula Sixti Papæ, *& auctoritate Leonis, qui datâ purgatione ait de seipso.*

C. XVIII. ¶ *De Leone, qualiter se purgavit.*

AUditum *b* est, fratres charissimi, qualiter mali homines in me gravia crimina confinxerunt. Quamobrem ego Leo Pontifex sanctæ Romanæ Ecclesiæ, purifico me in conspectu vestro coram Deo & Angelis ejus: quia istas criminosas & sceleratas res, quas illi mihi objiciunt, nec perpetravi, nec perpetrari jussi. Hoc autem faciens, non legem præscribo cæteris, quâ id facere cogantur.

¶ *Caput hoc est Leonis tertii. Tota verò historia falsa accusationis & purgationis ipsius refertur in vetustis Pontificalibus, ex quibus magnam partem accepit S. Antoninus p. 2. histor. tom. 1. cap. 1. §. 2. de qua etiam re meminit Marianus Scotus, & Aymonius lib. 4. cap. 90. Apud Burchardum & Ivonem plenius est hoc caput, atque hæc visa sunt notatu digna:* Quamobrem ego Leo Pontifex S. R. E. à nemine judicatus, neque coactus, sed spontaneâ meâ voluntate purifico me in conspectu vestro, coram Deo & Angelis ejus, qui conscientiam meam novit, & beato Petro, Principe Apostolorum, in cujus conspectu consistimus, quia istas criminosas & sceleratas res, quas illi mihi objiciunt, nec perpetravi, vel perpetrari jussi. Testis est mihi Deus, in cujus judicium venturi sumus, & in cujus conspectu consistimus. Et hoc propter suspiciones malas tollendas meâ spontaneâ voluntate facio, non quasi in canonibus inventum sit, aut quasi ego hanc consuetudinem,

a Extr. de purg. can. c. 1. Burch. lib. 16. c. 19. b Ivo p. 6. c. 420. c al. defecerint. d 2. Corinth. 6. e al. unâ. f al. Pajo. g al. farina.

a al. quartâ manu. b Burchard. lib. 2. c. 198. Ivo p. 5. cap. 313. Pann. lib. 5. c. 4.

aut

aut decretum in sancta Ecclesia successoribus meis, necnon & Fratribus & Coëpiscopis nostris imponam, sed ut meliùs à vobis abscindatis rebelles cogitationes.

Ecce qualiter Summus Pontifex semetipsum purgat, nec tamen cæteris necessitatem purgandi præscribit. Unde datur intelligi, quòd satisfactio purgationis in voluntate consistat accusati, non in arbitrio judicis. Sed cum in Ilerdensi a Concilio Presbyter jubeatur sustinendo usque ad dignam satisfactionem, cum etiam in decreto Leonis in arbitrio ponatur Episcopi, quærà manu Sacerdos purgare se debeat, pater, quòd ad purgationem cogendus est, nec in sua voluntate, sed in arbitrio Iudicis consistit.

C. XIX. ¶ *Qualiter Sacerdotes si purgare debeant.*

Unde Leo Papa *scribens ad Carolum Regem ait.*

OMnibus b vobis visu, aut auditu notum esse non dubitamus, quòd sæpissimè, suadente antiquo hoste, Sacerdotibus crimina diversa objiciantur. Sed qualiter c ex eis ab his rationabilis examinatio & satisfactio fiat, licèt tempore bonæ memoriæ Domini genitoris vestri d Pipini, sive priscis temporibus à sanctis Patribus, & reliquis bonæ devotionis hominibus sæpissimè ventilatum fuerit, nos tamen pleniter & ad liquidum definitum reperire minimè quivimus. Nostris quippe temporibus idipsum, à sanctis Episcopis, & reliquis Sacerdotibus, & exteris Ecclesiasticæ dignitatis ministris, vestris e in regnis, seu in aliis Deo degentib⁹, nobisq; unà cum eis agentibus, sæpissimè propter multas & nimias reclamationes, quæ ex hoc ad nos ex diversis partibus venerunt, ventilatum est. Sed qualiter consultu Domini & patris nostri Leonis Apostolici, cæterorumque Romanæ Ecclesiæ Episcoporum, & reliquorum Sacerdotum, sive Orientalium, & Græcorum Patriarcharum, & multorum sanctorum Episcoporum & Sacerdotum, necnon & nostrorum 1 Episcoporum, omniumque cæterorum Sacerdotum, ac Levitarum auctoritate & consensu, atque reliquorum fidelium, & cunctorum consiliariorum nostrorum consultu definitum est, vos f omnes utriusque ordinis ministros scire volumus. Statutum est namque ratione, & necessitate ac auctoritate prædictâ consultu omnium, ut quotiescunque cuiquam Sacerdoti crimen imponitur, si ipse accusator talis fuerit, ut recipi debeat, (quia quales ad accusationem Sacerdotum admitti debeant, in canonibus pleniter expressum est:) si autem (ut dictum est) ille accusator, qui canonicè est recipiendus, eum cum legitimo numero verorum & bonorum testium approbare in conspectu Episcoporum poterit, tunc canonicè dijudicetur: & si culpabilis inventⁿ fuerit, canonicè damnetur. Si verò eum suprascripto prætextu approbare ipse accusator minimè poterit, & hoc canonicè definiatur. Ipse ergò Sacerdos, si suspiciosus, aut incredibilis suo Episcopo, aut reliquis suis Consacerdotibus, sive bonis & justis, de suo populo vel de sua plebe, hominibus fuerit, ne in crimine, aut in prædicta suspicione remaneat, cum tribus, aut quinque, vel septem bonis ac vicinis Sacerdotibus, exemplo Leonis Papæ (qui duodecim 2 Episcopos in sua purgatione habuit) vel eo amplius, si suo Episcopo visum fuerit, aut necesse propter tumultum populi inesse prospexerit, & cum aliis bonis & justis hominibus se sacramento coram populo super quatuor Evangelia dato purgatum Ecclesiæ reddat. Si quis autem scire desiderat, quales testes ad accusationem Sacerdotum recipi debeant, & quicquid g de accusatione faciendum sit, pleniter in canonibus reperire poterit.

¶ *Apud collectores caput hoc ita refertur, quasi acceptum sit ex aliqua decretali epistola Leonis ad Carolum. Verum ex lib. quinto Capitularium, (ubi hoc ipsum est caput 34.) atq; ex ipsa etiam orationis forma satis constat, editum fuisse hoc capitulare nomine Caroli Magni, ipso Leone tertio consulto, & cum consilio multorum Episcoporum. Quod tamen prius Princeps, quia sibi jurisdictionem in Presbyteros arrogâsse videbatur, libro septimo Capitularium, c. 281. emendavit, ita scribens:* Omnibus vobis, tam præsentibus, quàm & futuris scire cupimus, quia de consultu sedis Apostolicæ, & omnium nostrorum Episcoporum, ac reliquorum Sacerdotum, atque maximè cunctorum fidelium nostrorum, de criminatorum purgatione Sacerdotum causam tractavimus, eamque cum testibus (sicut in anteriori Capitulari nostro continetur) fieri decrevimus: quoniam nesciebamus eandem causam, à beato Gregorio Papa esse definitam. Nam cùm Wormaciæ generalem conventum habuissemus, allata est nobis à Riculfo Magontiacensi Metropolitano epistola beati Gregorii Papæ, in qua inter cætera continebantur hæc: [De Presbytero verò, vel quolibet Sacerdote, à populo accusato, si certi non fuerint testes, qui crimini illato approbent veritatem, juxtà ordinem erit in medio, & illum testem proferat de innocentiæ suæ puritate, cui nuda & aperta sunt omnia, sicque maneat in proprio gradu.] Ista verò omnia, quia vires nostras excedunt, in judicio Episcoporum juxta canonicam sanctionem definienda relinquimus, ut hæc, quando orta fuerint, ita definire satagant, ut nec secundùm seculum justam reprehensionem, nec penes Dominum (quod absit) damnationem, sed æterna beatitudinis, ipso auxiliante, qui omnia infucata præstat, præmia consequantur.

1 ¶ Nostrorum Episcoporum,] *In vulgatis legebatur,* nostrorum Romanorum Episcoporum: *sed vox,* Romanorum, *abest non modò à Capitulari, sed etiam à vetustioribus Gratiani codicibus, & ab Ivone. Panormia autem habet:* nostrorum Episcoporum, omniumque Romanorum Sacerdotum.

2 ¶ Qui duodecim] *Hæc usque ad vers.* habuit, *sunt etiam apud cæteros collectores, sed non in Capitulari.*

3 pars. *Iuramento verò, candentis ferri, vel ferventis aquæ purgatio non est adjicienda.*

C. XX. ¶ *Candentis ferri, & ferventis aquæ judicium in Ecclesia fieri prohibetur.*

Unde Stephanus V. *Humberto* a *Episcopo Moguntino.*

COnsuluisti b de infantibus, qui in uno lecto dormientes cum parentibus mortui reperiuntur, utrùm ferro candente, aut aquâ fervente, seu alio quolibet examine, parentes se purificare debeant, eos non oppressisse. Monendi sunt namque & protestandi parentes, ne tam tenellos secum in uno lecto collocent, ne negligentiâ quâlibet proveniente suffocentur, vel opprimantur, unde ipsi homicidii rei inveniantur. Nam ferri candentis, vel aquæ ferventis examinatione confessionem extorqueri à quolibet, sacri non censent canones: & quod sanctorum Patrum documento sancitum non est, superstitiosâ adinventione non est præsumendum. Spontaneâ enim confessione, vel testium approbatione publicata delicta, habito præ oculis Dei timore, commissa sunt regimini nostro judicare. Occulta verò, & incognita illi sunt relinquenda, qui c solus novit corda filiorum hominum. Hi autem, qui probantur, vel confitentur talis reatûs se noxios, tua eos castiget moderatio: quia si ille, qui conceptum in utero per abortum deleverit, homicida est; quantò magis, qui unius saltem dici puerulum peremerit, homicidam se esse excusare nequibit?

Hoc autem, utrùm ad omnia genera purgationis, an ad hæc duo tantùm, quæ hîc prohibita esse videntur, pertineat, non im-

a *Suprà eâd. Presbyter si à plebe.* b *Cap. 5. cap. 34. Ivo p. 6. cap. 419. Panorm. lib. 5. 63.* c *al. quoniam qualiter.* d *al. nostri*] *cap.* e *al. nostris*] *cap.* f *volu omnibus*] *cap.* g *al. quod.*

a *al. Lamberto.* b *Ivo part. 10. cap. 27.* c *1. Reg. 8.*

meritò dubitatur propter sacrificium zelotypiæ, & illud Gregorii a: [Si vir, qui frigidæ naturæ esse dicitur, per verum judicium probare potuerit, uxorem suam nunquam se cognovisse, separetur ab ea.]

C. XXI.

IN libro namq; Numerorum b legitur, Dominum præcepisse c Moysi, ut loqueretur filiis Israël, & diceret eis: [Vir, cujus uxor erraverit, maritumq; contemnens dormierit cum altero viro, & id maritus deprehendere nequiverit, sed latet adulterium, & testibus argui non potest, quia non est inventa in stupro, si spiritus zelotypiæ concitaverit virum contra uxorem suam, quæ vel polluta est, vel falsâ suspicione appetitur, adducet eam ad Sacerdotem, & offeret oblationem pro illa decimam partem sati farinæ hordeaceæ: non fundet super eam oleum, nec imponet thus: quia sacrificium zelotypiæ est, & oblatio investigans adulterium. Offeret igitur eam Sacerdos, & statuet coram Domino, assumetq; aquam sanctam in vase fictili, & pauxillum terræ de pavimento tabernaculi mittet in eam. Cumque steterit mulier in conspectu Domini, discooperiet caput ejus, & ponet super manus illius sacrificium recordationis, & oblationē zelotypiæ. Ipse autem tenebit aquas amarissimas, in quibus cum execratione maledicta congessit, adjurabitq; eam, & dicet: Si non dormivit vir alienus tecum, & si non polluta es desertо mariti thoro, non nocebunt tibi aquæ istæ amarissimæ, in quas maledicta congessi. Si autem declinâsti à viro tuo, atq; polluta es, & concubuisti cum altero viro, his maledictionibus subjacebis: det te Dominus in maledictionem & exemplum cunctorum in populo suo: putrescere faciat femur tuum, & tumens uterus tuus dirumpatur: ingrediantur aquæ maledictæ in ventrem tuum, & utero tumescente putrescat femur tuum. Et respondebit mulier, Amen, Amen. Scribetque Sacerdos ista maledicta in libello, & delebit ea aquis amarissimis, in quas maledicta congessit, & dabit ei bibere: quas cùm exhauserit, tollet Sacerdos de manu ejus sacrificium zelotypiæ, & elevabit illud coram Domino, imponetque illud super altare: ita duntaxat, ut prius pugillum sacrificii tollat de eo, quod offertur, & incendat super altare, & sic potum det mulieri aquas amarissimas. Quas cùm biberit, si polluta est, & contempto viro adulterii rea, pertransibunt eam aquæ maledictionis, & inflato ventre computrescet femur, eritque mulier in maledictionem, & in exemplum omni populo. Maritus verò absque culpa erit, & illa recipiet iniquitatem suam. Quòd si polluta non fuerit, innoxia erit, & faciet liberos.]

4 pars. *Sed quilibet hujusmodi purgatio videtur esse inhibita, cùm in præmissa auctoritate Stephanus Papa dicatur:* [Spontaneâ confessione, &c.]

¶ *Capita hæc in vulgatis erat præpositum nomen Paleæ: sed in omnibus, quæ collata sunt, manuscriptis habetur sine ullo nomine Paleæ, & quidem conjunctum cum præcedenti capite. Ac certè versiculus,* Sed quælibet, *videtur indicare, totum hunc Numerorum ab ipse Gratiano recitatum fuisse.*

1 ¶ Maritus verò] *Hæc usque ad verſ.* quòd si, *sunt hùc transpositа ex extremo ejusdem quinti capitis Numerorum.*

C. XXII. ¶ *In Novo Testamento monomachia non recipitur.*

Item ex decretis Nicolai Papæ.

MOnomachiam d verò in lege non assumimus, quam præceptam fuisse non reperimus: quia licèt quosdam iniisse legerimus, sicut sanctum David & Goliam sacra prodit historia e, nusquam tamen, ut pro lege teneatur, alicubi divina sanxit auctoritas: cùm hoc, & hujusmodi sectantes, Deum solummodò tentare videantur.

¶ *Epistola scripta Caroli Regis parvo Lotharii, (ex qua caput hoc est acceptum) extat Romæ in codice sapè citato monasterii Dominicanorum. In quo inter alia refertur, Lotharium, cùm scire vellet, an Theutperga, sive Thietberga (ut vocat Rhegino) ipsius uxor adulterium patrâsset, voluisse duos homines monomachiam committere: ita ut si ille, qui partes Theutpergæ tueretur, caderet, ipsa planè adulterii convicta censeretur. Hoc valdè reprehendit Nicolaus, docens, hanc non esse legitimam rationem probandi crimina (quamvis in Longobardicis constitutionibus, & in Capitularibus habeatur) sed potius nihil aliud esse, quàm Deum tentare. Addit verò denegatam fuisse à Lothario Theutpergæ justam purgationem, his verbis:* Sed de adulterio illa coram missi nostri præsentia purgare se voluit, sed ipse non annuit. *Totam hanc historiam describit Rhegino lib. 2. Chronicorum. Ex his verò ostenditur, rubricam hujus capitis apud Gratianum nimis esse generalem, quippe cùm Nicolaus hoc tantum velit demonstrare, non esse standum monomachiæ ad purgationem.*

5 pars. *Contrà in* Concilio Wormacensi, *c. 15.*

C. XXIII. ¶ *Si furta in monasterio fiunt, judicio Monachi se expurgent.*

SÆpè a contingit, ut in monasteriis furta perpetrentur, & qui hæc committant, ignorentur. Idcirco statuimus, ut quando ipsi fratres de talibus se expurgare debuerint b, Missâ ab Abbate celebretur, vel ab aliquo, cui ipse Abbas præceperit, præsentibus fratribus, & sic expletâ 1 Missâ omnes communicent in hæc verba: Corpus Domini sit mihi ad probationem hodie.

1 ¶ Sic expletâ] *In hoc capitulo addita sunt nonnulla verba ex Concilio, quæ a collectoribus videbantur omissa. Sed hoc satis visum est, varietatem indicare. Nam in Concilio ipso sic legitur:* & sic in ultima Missæ celebratione, pro expurgatione sua corpus & sanguinem Domini nostri Jesu Christi percipiant, quatenùs ita inde innocentes se esse ostendat.

C. XXIV. ¶ *Quicunque de adulterio accusatur, probabili judicio se expurget.*

Item in Salegustadiensi Concilio, *c. 7.*

INterrogatum c est, si duo de adulterio inculpati fuerint, & unus profitetur, & alter negat, quid inde agendum sit? Decretum est à sancto Concilio, ut ille, qui negaverit, probabili se judicio expurget, & qui professus fuerit, dignam pœnitentiam agat.

C. XXV. ¶ *Cùm plures de adulterio accusantur, & unus cæteros purgare voluerit, omnes rei habeantur, si ipse in judicio ceciderit.*

Item in eodem, *c. 14.*

STatuit d quoq; sancta Synodus, ut si duo de adulterio accusati fuerint, & ambo negaverint, & orant sibi concedi, ut alter illorum utrosque divino purget judicio, si unus in hoc ceciderit e, ambo rei habeantur.

C. XXVI. ¶ *Pro singulis Missa celebretur, qui de aliquo crimine accusantur.*

Item in Concilio Wormacensi, *c. 10.*

SI f Episcopo, aut Presbytero causa criminalis, hoc est, homicidium, adulterium, furtum, & maleficium imputatum fuerit, pro singulis Missam celebrare debet, & communicare, & de singulis sibi imputatis innocentem se ostendere g. Quod si non fecerit, quinquennio à liminibus Ecclesiæ extraneus habeatur.

1 ¶ Celebrare] *In Concilio, & apud Burchardum, & Ivonem sequitur:* & secretam publicè dicere.

Illud verò, quod Saxtus & Leo in fine sua purgationis adscripserunt, ex eorum exemplo intelligendum est: exemplo enim sua satisfactionis noluerunt cæteris præscribere legem purgandi.

QUÆSTIO VI.

1 ps QUod verò quarto loco quæritur, an duorum testimonio Episcopus sit condemnandus, multorum auctoritate probatur. Sicut enim in Evan-

a 33.q.1.c.1.& 2. b *al.* Numeri. c Num. 5. d Burch. l. 9. c. 51. Ivo p. 2. c. 187. e 1. Reg. 17.

a Burch. l. 11. cap. 66. b *al.* debeant. c Burch. in fine operis. Ivo par. 15. c. 173. d Burchard. ibid. Ivo par. 15. cap. 180. e *al.* decideris. f Burch. l. 2. c. 199. Ivo par. 8. c. 272. g *al.* reddere.

gelio Iuan-

gelio Ioannis a legatur, aut Christus ad Iudæos: [In lege b vestra scriptum est, quoniam duorum hominum testimonium verum est.] Hinc consequenter contra eos argumentatur, dicens: [Si duorum hominum testimonium verum est, quare testimonium meum & Patris non accipitis?] Item Paulus in epistola ad Corinthios c: [In ore duorum vel trium stabit omne verum.] Item in epistola ad Hebræos d: [Quis prævaricans legem Moysi, duobus vel tribus testibus convictus, sine miseratione lapidabitur e.]

C. I. ¶ *Quot testibus quisque Clericorum convinci debeat.*

Item ex Concilio Bracharensi II. *c.* f

PLacuit g, ut si quis aliquem Clericorum in accusatione b fornicationis impetit, secundùm præceptum Pauli Apostoli, duo vel tria testimonia requirantur ab illo. Quòd si non potuerit datis testimoniis approbare, quod dixit, excommunicationem accusati accusator accipiat.

2 pars. *Ex præmissis itaq; colligitur, quòd duorum, vel trium testimonio Episcopus convinci & damnari potest. Porrò* Sylvester Papa *in* i *generali Synodo residens, contrà dixit.*

C. II. ¶ *Quot testibus Episcopus, vel Presbyter, vel reliqui Clerici sint convincendi.*

PRæsul non damnabitur, nisi cum k lxxij. testibus: nec Præsul l Summus à quoquam judicabitur, quoniam scriptum est *i*: [*Non est discipulus super magistrum.*] Presbyter autem Cardinalis *m* nisi cum xliv. *n* testibus non damnabitur; Diaconus verò Cardinalis urbis Romæ, nisi cum xxvij. testibus *o* non condemnabitur. Subdiaconus, Acolytus, Exorcista, Lector, Ostiarius, non nisi septem testibus condemnabitur. Testes autem, & accusatores sine aliqua sint infamia.

1 ¶ Nec Præsul Summus.] *Ex Concilio Romano sub Sylvestro, & cæteris locis inducitis (excepto Pannormitâ) addita sunt hæc usque ad vers.* Presbyter. *Ac mirandum est de auctore glossæ, qui puta vel Pontificem Maximum minore numero testium posse condemnari, quàm Diaconum Cardinalem, atque Ostiarium: cum tamen ipse Pontifex à generali saltem Præsulis nomine minimè esset excludendus.*

C. III. ¶ *Episcopi non nisi lxxxij. testibus condamnandi sunt.*

Item Leo IV. *in epistola Episcopi Britanniæ.*

NUllam p damnationem Episcoporum unquam esse censemus, nisi aut ante legitimum numerum Episcoporum (qui fit per duodecim Episcopos) aut certè probatâ sententiâ per lxxij. testes idoneos, qui tales sint, qui & accusare possint. ¶ Et priùs ad sacra Christi quatuor Evangelia sacramenta præstent, quòd nihil falsum deponunt: sicut r nobis beatus Sylvester tradidit, & Romana sancta videtur tenere Ecclesia. ¶ Et si inter eos, quos damnandos esse dixerint homines, fuerit Episcopus, qui suam causam in præsentia Romanæ sedis Episcopi petierit audiri, nullus super illum definitivam præsumat dare sententiam: sed omninò eum audiri decernimus.

1 ¶ Sicut nobis] *Hinc usque ad finem,* Ecclesia, *non leguntur in epist. Leonis manuscripta: habentur tamen apud Ivonem.*

Sed hoc vel speciali privilegio de Clericis Romanæ Ecclesiæ intelligitur, vel propter improbitatem quorundam, qui cum non sint stellata vita, & scientia, in accusationem ministrorum Dei repentè prosiliunt. Quorum verò vita adeò laudabilis est, ut omnibus imitanda appareat, de quorum assertione nulla dubitatio nasci poterit, eorum testimonio duorum vel trium testium quilibet jure convinci & damnari poterit.

a *Ioan. 8.* b *Deut. 17.* c *2. Cor. 13.* d *Hebr. 10.* e *al. lapidabatur.* f *Et capit. 15. c. 240.* g *Burch. l. 2. c. 202. Ivo part. 8. c. 276. Pannor. lib. 4. c. 97.* h *al. macula fornicationis.* i *in epilogo Concilii Romani, c. 3.* k *al. in.* l *Matth. 10. & Luc. 6.* m *abest ab orig.* n *al. lxiv.* o *al. xxxvj. testibus.* p *In cap. Hadriani, c. 72. In Conc. Magunt. 2. c. 12. C. l. 1. c. 135. Pann. l. 4. c. 91. Polyc. l. 3. tit. 1. Deusdedit p. 3. Ivo p. 3. c. 118. Zepherinus epist. 1.*

QUÆSTIO VI.

1 SEquitur sexta quæstio, quâ quæritur, quo remedio causa vitiata sublevetur: & si remedium illud sit dandum ei, qui causâ dilationis vocem appellationis exhibuerit. Causa verò vitiata remedio appellationis sublevari poterit.

C. I. ¶ *Causa vitiatæ remedium appellationis subveniat.*

Unde Fabianus Papa *ait ad Hilarium Episcopum, epist. 3. c. 3.* a

LIceat b appellatori vitiatam causam remedio appellationis sublevare.

C. II. ¶ *De eodem.* PALEA.

[Idem *paulò antè.*]

APpellationem c non debet afflictio ulla, aut carceris, aut detentionis injuriare custodia.

C. III. ¶ *De eodem.*

Item Anacletus Papa *epist. 1. in fine.*

OMnis d oppressus liberè Sacerdotum (si voluerit) appellet judicium, & à nullo prohibeatur: sed ab his fulciatur & liberetur. Si autem difficiles causæ, aut majora negotia orta fuerint, ad majorem sedem referantur. Et si illic facilè discerni e non poterunt, aut justè terminari, ubi fuerit summorum congregata congregatio 1, (quæ per singulos annos bis fieri solet & debet) justè, & Deo placitè coram Patriarcha, aut Primate Ecclesiastica negotia 2, & coram Patritio secularia judicentur negotia in commune f.

1 ¶ Congregatio,] *In vulgatis sequebatur,* sub Metropolitano: *quæ sublata sunt, quia in nullo manuscripto, neque in originali habentur, & in sequentibus verbis exponitur, coram quibus sit habendum Concilium.*

2 ¶ Ecclesiastica negotia,] *In epistola legitur,* Primate Ecclesiastico, & coram Patritio secularia, &c.

C. IV. ¶ *Quisquis pulsatus fuerit, Apostolicam sedem appellet.*

Item Sixtus Papa *epist. 2. omnibus rectoribus Ecclesiæ scribit, dicens.*

SI g quis vestrûm pulsatus fuerit in aliqua adversitate, licenter hanc sanctam & Apostolicam sedem appellet, & ad eam, quasi ad caput, suffugium habeat, ne ipse innocens damnetur, aut Ecclesia sua detrimentum patiatur.

C. V. ¶ *In gravioribus causis pulsatus Apostolicam sedem appellent.*

Item Grato 1, *epistolâ primâ.*

OMnes h Episcopi, qui in quibusdam gravioribus pulsantur, vel criminantur causis, quoties necesse fuerit, liberè Apostolicam appellent sedem, atque ad eam, quasi ad matrem confugiant.

1 ¶ Grato,] *Sic est restituendum ex plerisque vetustis: (nam in vulgatis erat,* Item Gregorius.) *quanquam in tomis Conciliorum hæc epistola tribuatur Sixto II. illa verò, ex qua caput antecedens, Sixto I.*

C. VI. ¶ *Ab omnibus appelletur ad Romanam Ecclesiam.*

Item Marcellus Papa *epist. 2. ad Episcopos Antiochenæ provinciæ.*

1. AD i Romanam Ecclesiam omnes Episcopi, qui voluerint, vel quibus necesse fuerit, quasi ad caput

a *Et in decretis Sixti tertii, c. 3. Cod. Theod. l. 2. tit. de appell. in interpr. l. 13.* b *Ansl. 2. c. 31. & l. 3. c. 22.* c *Lab. 7. cap. c. 333. Burch. l. 2. c. 142. Pann. l. 4. c. 121.* d *Sixtus ibid. Polyc. l. 2. tit. 7. Ansel. l. 2. c. 11.* e *al. decerni.* f *al. communi.* g *Ivo p. 3. c. 3. Ansl. 2. c. 8.* h *Iulius Papa epist. 2. ad Orientales, cap. 2. Burch. l. 2. c. 144. Ivo p. 3. c. 257. Pann. l. 4. c. 124. Anselm. l. 2. cap. 12.* i *Polyc. lib. 2. tit. 7. Ansl. 2. c. 7. Pann. l. 4. c. 123.*

sufugere, eamque appellare debent, ut inde accipiant tuitionem atque 1 consecrationem. Quod omnibus minimè convenit denegare Episcopi: sed absque ulla custodia, aut excommunicatione, vel damnatione, vel expoliatione liberè ire concedatur.

1 ¶ Atque consecrationem.] *In originali est*, ut inde accipiant tuitionem & liberationem, unde acceperunt informationem, atque consecrationem: *sed ob glossam non est mutatum.*

C. VII. ¶ *Qui à proprio Metropolitano se gravari putaverit, majorem sedem appellet.*

Item Victor *ad Theophilum Alexandrinum, epist. 1. c. 3.*

SI a quis putaverit se à proprio Metropolitano gravari, apud Patriarcham, vel Primatem diœceseos, aut penes universalis Apostolicæ Ecclesiæ judicetur sedem.

C. VIII. ¶ *Ad Romanam Ecclesiam, quasi ad matrem, appelletur ab omnibus.*

Item Zepherinus *b urbis Romæ Episcopus, epist. 1.*

II. AD c Romanam Ecclesiam ab omnibus, maximè tamen ab oppressis appellandum est, & concurrendum quasi ad matrem, ut ejus uberibus nutriantur, auctoritate defendantur, & à suis oppressionibus relevenur: quia non potest, nec debet mater oblivisci filium suũ.

C. IX. ¶ *Quotes aliquis appellaverit, audientia sibi non denegetur.*

Item Julius Papa *in decretis, sive in rescriptis ad Orientales, c. 22.*

PLacuit, ut à quibuscunque judicibus Ecclesiasticis ad alios judices Ecclesiasticos (ubi est auctoritas major) fuerit provocatum, audientia non negetur.

C. X. ¶ *Injustè damnati, restitutionem, & oppressi auxilium à Romana Ecclesia debent habere.*

Item *cap. 30.*

IDeò huic sanctæ sedi præfata privilegia specialiter sunt concessa, tam de congregandis Conciliis & judiciis, ac restitutionibus Episcoporum, quàm etiam de summis Ecclesiarum negotiis, ut ab ea omnes oppressi auxilium, & injustè damnati restitutionem sumant: Et talia ab improbis ne præsumantur absque ultione, nec exerceantur absque damnatione.

2 pars. *Cum ergò Zepherinus dicat, ab omnibus esse appellandum, maximè tamen ab oppresso, & Marcellus scribat:* [Omnes Episcopi, qui voluerint, vel quibus necesse fuerit, appellare debent:] *patet, quòd accusato (sive gravetur, sive non) vox appellationis non est deneganda. Quidam tamen sta distinguunt, ut* [volentes] *ad consecrandos,* [necessitatem patientes] *ad oppressos referant, ut sit sensus: Omnes, qui voluerint à Romana Ecclesia consecrationem accipere, & ab aliquibus impediuntur, eam debent appellare: quibuscunq; in suo oppressionibus necesse fuerit ad eam suffugere, similiter vocem appellationis exhibeant, ut isti tuitionem, & illi consecrationem ab ea accipiant. Similiter & illud Zepherini distinguitur:* [Ab omnibus est appellandum ad Romanam Ecclesiam,] *intelligendum est, qui ab ea consecrationem voluerint accipere, vel qui à Prælatis suis aliquem injuriam passi fuerint, maximè tamen ab oppresso. Secundùm primam interpretationem, oppressi intelliguntur aliquâ injuriâ affecti: juxta secundam verò, oppressi dicuntur à judice injustè condemnati. Secundùm hanc distinctionem, qui in aliquibus negotiis non ad re velandum, sed ad defferendum, vocem appellationis exhibuerint, appellandi auctoritatem non habent.*

C. XI. ¶ *De causa appellationis cognoscere non licet, nisi ei, ad quem appellatur.*

Sed cum Gregorius *scribat omnibus per diversas provincias.*

DEcreto d nostro vestram rogantes charitatem mandamus, ut si aliquis (quod non optamus) suorum æmulorum, Aldricum Cænomanensis Ecclesiæ Episcopum accusare damnabiliter attentaverit, ut 1 honoretur beati Petri Apostolorum Principis memoria, Ecclesiæq; Romanæ, cui præsedit, privilegium, nostri nominis auctoritas, liceat illi post auditionem Primatum diœceseos (si necesse fuerit) nos appellare, & nostrâ auctoritate, aut ante nos, aut ante Legatos nostros e ex latere missos, juxta Patrum decreta, suas exercere atque diffinire actiones: nullusque illum ante hæc judicet, aut judicare præsumat. Sed si quid (quod absit) grave, intolerandumque ei objectum fuerit, nostra erit expectanda censura, ut nihil priùs de eo, qui ad sinum sanctæ Ecclesiæ Romanæ confugit, & ejus implorat auxilium, decernatur, quàm ab ejusdem Ecclesiæ auctoritate fuerit præceptum: quæ vices suas ita aliis impertivit Ecclesiis, ut in partem sint vocatæ solicitudinis, non in plenitudinem potestatis. *& infra.* ¶ Si autem (quod non arbitramur) à quoquam secus præsumptum fuerit, ab officio Cleri submotus, auctoritatis e Apostolicæ reus ab omnibus judicetur: ne lupi, qui sub specie ovium subintraverunt, bestiali sævitiâ quæq; audeant lacerare: & quod sibi fieri nolunt, aliis inferre præsumant.

1 ¶ Ut honoretur] *Hinc usque ad ver.* auctoritas, *addita sunt ex ipsa epistola, quæ extat in Bibliotheca Dionysiana, & videtur esse Gregorii quarti, ex qua etiam sumptum est quæ,* Nulli fas. *distinct. 19. & apud Ivonem utrumque caput simul habetur. Istius autem Aldrici (ut ex catalogo Episcoporum Ecclesiæ Cænomanensis colligitur) mentio est in Concilio apud Sanctum Idardum, quod paulo post Gregorium quartum habitum fuit. Ideoque defensio ipsi à Gregorio præstita profuit.*

C. XII. ¶ *Judicia appellantium ab eis sunt audienda, ad quos appellatur.*

Item cùm Vigilius Papa *in epistola ad Eleutherium, c. ult. dicat.*

QUi d se scit aliis esse præpositum, non molestè ferat, aliquem esse sibi prælatum. Ipsa namque Ecclesia, quæ prima est, ita reliquis Ecclesiis vices suas credidit largiendas, ut in partem sint vocatæ solicitudinis, non in plenitudinem potestatis. Unde omnium appellantium Apostolicam sedem Episcoporum judicia, & cunctarum majorum negotia causarum eidem sanctæ sedi reservata esse liquet; præsertim cùm in his omnibus eius semper sit expectandum consultum: cujus tramiti, si quis obviare tentaverit Sacerdotum, causas se non sine honoris sui periculo apud eandem sanctam sedem noverit redditurum.

¶ *Restituendum est caput hoc Vigilio antiquorum exemplorum auctoritate. Antea verò tribuebatur Iulio, in cujus etiam epistola prima habetur prior pars hujus capitis usq; ad ver.* ipsa namque. *(quemadmodum & apud Leonem epist. 24. quod refertur supra dist. 23. c.* quanquam. *& in c. sequenti, qui sunt.) & eadem sententia cæterarum partium.*

C. XIII. ¶ *De Rhemensi Archiepiscopo, qui appellantem Romanam sedem judicare est ausus.*

Item cùm Nicolaus Papa *in Hincmarum Rhemensem Archiepiscopum invehatur, qui Rhotandum e Episcopum appellantem Apostolicam sedem damnare ausus est, sta dicens.*

ARguta f sapientia tua, utinam in bono accepta, fomitem judicii, & materiam depositionis advet-

a Iulius Papa epist. 2. ad Orient. cap. 4. In cap. Hadrianus, c. 6. Polyc. l. 2. tit. 7. Burch. l. 1. c. 244. Panorm. lib. 4. c. 126. Ivo p. 5. c. 257. Anſel. l. 2. c. 8. b In epist. Lucii 1. & in Conc. Carth. 3. c. 10. In cap. Hadriani. c Anſel. l. 3. c. 88. Ivo part. 6. c. 326. ex Lucio.

a Polyc. l. 1. tit. 7. Ivo par. 5. c. 349. Anſ. l. 2. c. 19. b al. nostros. c al. injuriarum reus. d Anſel. l. 2. c. 10. Polyc. lib. 1. tit. 14. e al. Rothaldum. In appendice Bibliothecæ sanctorum Patrum. f Anſelm. l. 3. cap. 67.

sus

sus Rhotandum assumpsit, & ab itinere Apostolicæ sedis removit *a*, & continuatim Apostolicam sedem appellantem damnavit, & carcerali custodiæ mancipavit. & *infra* *b*. ¶ Privilegia tamen Apostolicæ sedis vos oblivioni tradere nullatenus debuistis, quibus venerandi canones judicia totius Ecclesiæ ad hanc deferri jubent. & *infra*. ¶ Hæc quippe nos in Rhotando idcirco noveritis operatos, ut privilegia sedis Apostolicæ, quæ malè à vobis violata videbantur, & à nobis tot impensis laboribus, vestrâ resistente contumaciâ, recuperari non poterant, auctoritate Apostolicâ, & canâ 1 Patrum deliberatione, pristino tandem genio, & proprio decorarentur honore.

1 ¶ Canâ] *Cùm antea legeretur*, canonicâ, *emendatum sic est ex epistola ipsa, quæ habetur manuscripta, & nuper est impressa in appendice Bibliothecæ: & in lib. Ennodii pro Symmacho legitur*, cana miracula, & canum genium, *juxta illud Virgilii*:

Cana fides, & Vesta, Remo cum fratre Quirinus,
Jura dabant. — — —

C. XIV. ¶ *Quisque eam obedientiam majoribus exhibeat, quam ab inferioribus desiderat.*

Item Leo Papa *ad Anastasium Thessalonicensem Episcopum, epist. 81. al. 84.*

Qui scit, se quibusdam esse præpositum, non molestè ferat aliquem sibi esse prælatum: sed obedientiam, quam exigit, etiam ipse dependat: & sicut non vult gravis oneris sarcinam ferre, ita non audeat alii importabile pondus imponere. Discipuli enim sumus humilis & mitis magistri, dicentis *c* [*Discite à me, quia mitis sum & humilis corde.*]

Patet ergò, quòd nulli appellanti sunt inducia deneganda. Cæterum, si causâ frustratoriæ dilationis appellaverit, à judice, ad quem provocatum fuerit, condemnabitur. Tempus verò appellationis est ante datam, vel post datam sententiam. Quotiescunque quis se gravari senserit, libere potest appellare.

C. XV. ¶ *Qui gravatur à proprio Metropolitano, Primatem, aut universalis Ecclesiæ sedem appelles.*

Unde Sixtus *d* Papa II. *epist. 1. ad Gratum Episcopum aet.*

Si *e* quis putaverit se à proprio Metropolitano gravari, apud Primatem diœceseos, aut penes universalis Apostolicæ Ecclesiæ Papam judicetur.

C. XVI. ¶ *Romanam sedem appellet, qui judicem suspectum habet.*

Item Felix II. *ad Episcopos in Alexandrina Synodo congregatos, cap. 19.*

Quoties *f* Episcopi sedi suis comprovincialibus, vel à Metropolitano putaverint prægravari, aut eos suspectos habuerint, mox Romanam appellent sedem, ad quam eos absque ulla detentione, aut suarum rerum ablatione libere licebit ire: & dum prædictam Romanam matrem appellaverint Ecclesiam, aut ab ea se audiri poposcerint, nullus eos aut excommunicare, aut eorum sedes surripere, aut res eorum auferre, aut aliquam eis vim inferre præsumat, antequam eorum causa Romani Pontificis auctoritate finiatur. Quòd si aliter à quoquam præsumptum fuerit, nihil erit, sed viribus carebit.

C. XVII. ¶ *De eodem.* PALEA.

Item Julius Papa *in rescripto ad Episcopos Orientales, c. 30.*

Ideò *g* huic sanctæ sedi prædicta privilegia specialiter concessa sunt, ut ab ea omnes auxilium oppressi, & injustè damnati restitutionem sumant.

¶ *Est summa quadam capitum recitatæ suprà ead. c.* Ideo. *& habetur in vetustis exemplaribus, in quibus Palea esse non solent.*

Oppressi, & se prægravari putantes intelliguntur ante datam sententiam: injustè verò damnati, post datam sententiam.

C. XVIII. ¶ *Ante exitum causæ per appellationem recedere licet.*

Unde Eutychianus *urbis Romanæ Episcopus scribit Episcopis per Siciliam, epistolâ 2. c. 1.*

Non *a* ita in Ecclesiasticis agendum est negotiis, sicut in secularibus. Nam in secularibus legibus, postquam vocatus quis venerit, & in foro decertare cœperit, non licet ei ante peractam causam recedere. In Ecclesiasticis verò, dictâ causâ, recedere licet, si necesse fuerit, aut si se prægravari viderit.

3 pars. *Qui verò ex contumacia judicibus obtemperare noluerit, communione privetur.*

C. XIX. ¶ *Excommunicetur, qui judicibus suis obtemperare non vult.*

Unde in Concilio Milevitano, *c. 24.*

Quisquis *b* probatus fuerit per contumaciam nolle obtemperare judicibus, cùm hoc primæ sedis Episcopo fuerit probatum, det literas, ut nullus ei communicet Episcoporum, donec obtemperet.

Item quòd post datam sententiam appellari possit, Fabianus Papa *c* testatur, *diversis Helarii Episcopo, epist 3 c. 2.*

C. XX. ¶ *Non denegetur appellatio ei, quem in supplicium sententia destinavit.*

Liceat *d* etiam in criminalibus causis appellare: nec appellandi vox denegetur ei, quem supplicio *e* sententia destinavit.

Quod paulò antè idem affirmat eodem cap.

C. XXI. ¶ *Ante datam sententiam licet alicui appellare.*

Si *f* quis judicem adversum sibi senserit, vocem appellationis exhibeat.

4 pars. *Post datam verò sententiam, qui appellare voluerit, intra quinq. dies appellet, & intra eosdem, à quo provocavit, literas dimissorias acceperat, & intra eosdem, ad quem appellavit, iter arripiat.*

C. XXII. ¶ *Post latam sententiam intra quod tempus quisque appellare debeat.*

Unde in Theodosianis 1 *legibus sic statutum invenitur.*

Propter *g* superfluam appellatorum licentiam, ne in retractandis vel revocandis sententiis liberum habere arbitrium videantur, & tempora appellationis, & pœnæ constitutæ sunt, ut quicunque apud judicem, qui causam ejus audivit, appellare, & ad alium judicem appellare *g* voluerit, intra quinque dies appellet, & his ipsis quinque diebus ad judicem, ad quem provocaverit, sine aliqua dissimulatione perveniat: & ipse dies, quo accepit literas, in his quinque diebus specialiter computetur. Quòd si longius iter sit, exceptis his quinque diebus, spatium dierum, quo iter agi possit, computetur.

1 ¶ Theodosianis] *Hoc & quatuor sequentia capita, quæ extantur ex legibus Theodosianis, habentur lib. 5. sententiarum Iulii Pauli cum interpretatione. Ex quo apparet, Gratianum etiam tempore has sententias conjunctas fuisse cum codice Theodosiano, seu breviario Alarici. Alaricus autem in præfatione profitetur, se volumen illud non ex solo Theodosiano codice, sed ex variis libris collegisse.*

a *al. revocavit,*] *orig.* b *Ansel. l. 2 c. 35.* c *Matth. 11.* d *Et Victor epist. 1. & Iulius sup. ead. c. si quis putaverit. 1. sup. c. 7.* e *Polyc. l. 7. tit. 6. Ansel. 2. c. 9. & 11. Pann. l. 4. c. 126.* f *Ansel. 2. c. 68.* g *Sup. ead. cap. ideò.*

a *Ansel. l. 3. cap. 73. Polyc. l. 1. tit. 1. Ivo p. 6. c. 336. Pann. l. 4. c. 100.* b *Pann. l. 4. c. 122.* c *Cod. Theod. l. 11. tit. 30. in interpr. l. 20.* d *Ansel. l. 2. cap. 11. Burch. l. 1. c. 142. Ivo p. 3. c. 261. Pann. l. 4. c. 122.* e *in supplicium.* f *Ivo p. 3. c. 242. Ansel. bis. Burch. ibid. Pannor. lib. 4. c. 120.* g *in sententiis Iulii Pauli cum interpr. Antonii, lib. 5. tit. 33. c. 1. Ivo part. 3. cap. 221. Pann. lib. 4. cap. 127.* h *al. provocare.*

gisse, & in legum collectione, atq; interpretatione Episcoporum præcipuè operâ usum fuisse.

C. XXIII.

HAbitâ a dinumeratione XX. millium diurnorum per singulos dies, computetur.

¶ *Caput hoc abest à vetustioribus Gratiani codicibus, & ab originali, & Ivone, & Pannormia. In uno autem Gratiani valdè emendato, est in margine superiori capitu, tanquam glossa quadam.*

C. XXIV. ¶ *A quo appellatur, ad quem appellatum fuerit, dimissoria littera dirigantur.*

Item ibidem, *tit.* 34.

AB b eo, quo appellatum est, ad eum, qui de appellatione cognituru est, dimissoriæ literæ dirigantur, quæ vulgò apostoli appellantur, quarum postulatio & acceptio intra quinque dies ex officio finienda d est. [¶ Ista e jam superiùs sub titulo de cautionibus & pœnis appellationum interpretata sunt.] ¶ Qui intra statuta tempora dimissorias non postulaverit, vel acceperit, vel reddiderit, præscriptione ab agendo submovetur, & pœnam appellationis ferre cogitur.

C. XXV. ¶ *De his, qui causâ dilationis appellant.*

Item ibidem, *tit.* 35. *c.* 2.

QUicunque f non confidentiâ justæ causæ, sed causâ afferendæ moræ, ne contra eum sententia proferatur, appellaverit, vel si de facto suo confessus, ne addicatur g, appellare voluerit, hujusmodi appellationes non recipiuntur.

C. XXVI. ¶ *Cùm possessor appellat, dum eventus causa dubius est, possessionis fructus sequestrentur.*

Item ibidem, *tit.* 36. *c.* 1.

QUoties h post auditam causam judicii possessor appellat, fructus possessionis, de qua agitur, dum secundæ audientiæ eventus dubius est, merito sequestrantur. Nam si petitor appellaverit, hoc ab eo postulari non potest: quia non potest sequestrari, quod non habet. Si propter i prædia urbana, vel mancipia appelletur, pensiones eorum, vel mercedes, vecturæ etiam, si de navi agatur, deponi solent.

C. XXVII. ¶ *Injustè appellans omninò puniendus est.*

Item ibidem, *tit.* 37. *c.* 1.

OMninò k puniendus l est, ut quoties injusta appellatio pronuntiatur, sumptus, quos dum sequeretur adversarius impendit, reddere cogatur, non simplos, sed quadruplos.

1 ¶ Omninò puniendus] *In sententiis Pauli legitur*, Omnimodò probandum est, &c. *Sed quæ est initium capitulo, & de hujusmodi punitione multa sunt à Doctoribus adnotata, non est mutatum: tantummodò ductus orationis est emendatus, additâ particulâ*, ut.

Præmissis auctoritatibus intra quinq; dies post datam sententiam cuique appellare permittatur. Quod postea Justinianus in constitutionibus suis corrigens, intra decem dies appellationis remedium cuique dandum decrevit, dicens.

C. XXVIII. ¶ *Intra decem dies remedium appellationis conceditur.*

Imperator Justinianus *l* Augustus.

ANteriorum legum acerbitati plurima remedia imponentes, & maximè hæc circa appellationes facientes, in præsenti ad hujusmodi beneficium pervenire duximus esse necessarium. Antiquitati etenim cautum erat, ut si quis per se litem exercuerit, & fuerit condemnatus, intra duos dies tantummodò licentiam appellationis haberet; sin autem per procuratorem causa ventilata sit, & in triduum proximum eam extendi. Ex rerum autem experientia invenimus hoc satis esse damnosum: plures enim homines ignaros legum subtilitatis, & putantes in triduum esse provocationes porrigendas, in promptum periculum incidisse, & biduo transacto causas perdidisse. Unde necessarium duximus hujusmodi rei competenter mederi. ¶ Et sancimus omnes appellationes, sive per se, sive per procuratores, seu per defensores, vel curatores & tutores ventilentur, posse intra decem dierum spatium à recitatione sententiæ enumerandum, judicibus ab his, quorum interest, offerri, sive magni, sive minores sint (exceptâ videlicet sublimissimâ Prætorianâ præfecturâ) ut liceat homini intra id spatium plenissimè deliberare, sive appellandum ei sit, sive quiescendum; ne timore instante opus appellatorium frequentetur, sed sit omnibus inspectionis copia, quæ indiscussos hominum calores potest refrenare. ¶ Ad hæc sancimus, si quando lis speratur in nostrum inferri consistorium, si fortè contigerit Imperatoriam majestatem occupatam publicis causis ex mundanis provisionibus, non posse convocare Patres, quatenùs causa agiteur, non ex hoc litem periclitari. Quod enim vitium est litigantium, si culmen Imperatorium occupetur? vel quis tanta est auctoritatis, ut nolentem Principem possit ad convocandos Patres, cæterosque Proceres coarctare? Sed si quid tale evenerit, causa intacta permaneat, donec Imperator suâ sponte motus, & convocari Proceres jusserit, & litem inferri patiatur, & omnia secundum morem procedere. ¶ Illud etiam in tertio capitulo disponendum est, quod antiquitas benè statuit, novitas autem neglexit. Cùm enim veneranda vetustas auctoritas ita magistratus digesserit, ut alii majores, alii medii, alii minores sint, & appellationes à minoribus judicibus non solùm ad maximos judices remitterentur, sed ad spectabilium judicum tribunal, quatenùs & ipso sacro auditorio adhibito litem exercerent, novitas autem hoc dereliquerit, evenit, ut super minimis causis maximi nostri judices inquietentur: & homines propter minimas causas magnis fatigentur dispendiis, ut forsitan totius litis æstimatio ad sumptus judiciales non sufficeret. Ideoque sancimus, si quando ex Ægyptiaco tractu, vel adjunctâ ei utrâque Lybiâ provocatio speratur usque ad decem librarum auri quantitatem, non in hanc Regiam urbem eam veniri, sed ad Præfectum Augustalem, qui audiat, & causam dirimat vice sacri cognitoris, nullâ ei penitùs post difficultivam sententiam appellatione porrigendâ. Similique modo quoties in Asiana diœcesi, vel Pontica, tale aliquid emerserit, usque ad prædictam quantitatem decem librarum auri, appellationes ad viros spectabiles, Comites fortè, vel Proconsules, vel Prætores, vel Moderatores, quibus specialiter easdem lites peragendas deputavimus, remittantur: quatenùs & hi ad similitudinem præfecti Augustalis, vice sacri Cognitoris intercedant, & causas sine spe quidem appellationis, Dei tamen & legum timore proferant decidendas. Orientalem autem tractum causas appellatione suspensas, & usque ad decem librarum auri quantitatem limitatas, ad virum spectabilem Comitem Orientis mittere, simili modo audientiam & finem eis imposituru. Illo videlicet observando, ut viri spectabiles duces, vel alii spectabiles judices, non ad alios eâdem spectabilitate decoratos judices suas transmittant appellationes in litibus, quantæcunque sint quantitatis (cùm non oporteat ad compares judices appellationes referri, sed à minori judicio in majus tribunal ascendere:) sed ad illustris-

a *ff. siquis caut. l.* 1. b *Ivo p.* 3. *c.* 282. *Pannor. libr.* 4. *c.* 128. c *al. quorum.* d *al. facienda.* e *Sunt verba interpretis.* f *Ex interpretatione. Ivo p.* 1. *c.* 283. *Pann. l.* 4. *c.* 129. g *antea legebatur, objiciatur, vel objiciatur.* h *Ex interpretatione. Ivo part.* 3. *c.* 284. *Pannor. l.* 4. *c.* 130. i *Ex Paulo ibidem.* k *Ivo part.* 1. *cap.* 285. *Pann. lib.* 4. *cap.* 131. *Ex Paulo.* l *Novellâ* 23. *apud Iulianum antecessorem.*

illustrium præfecturam illorum appellationes, cujuscunque sint quantitatis (ut dictum est) dirigantur, quæ a unà cum viro excelso pro tempore Quæstore eas dirimat, utroque officio subministrante, id est, tam ex sacris scriniis more solito, quàm præfectorio. Ita tamen hæc sancimus, ut nec à ducibus, vel aliis spectabilibus judicibus (quibus fortè, & si privati sint, Imperialis majestas causas injunxerit) appellatio ad memoratos spectabiles judices currat, ne causa non gradatim procedere, sed perperàm videatur: sed à Præsidibus quidem provinciarum, & judicibus à nobis datis, si non sint spectabiles judices, intra memoratam quantitatem referetur. Si autem vel illustres sint dati à nobis judices, (quibus apices dignitatum super spectabilitatem sunt) vel duces, qui omnimodò spectabilitate sunt decorati, vel hi, qui à Principe delegati sunt, spectabilem habeant dignitatem, eorum appellationes sub quacunque quantitate in hanc Regiam urbem ad competentes antiquo more judices referantur: omnibus aliis, quæ in appellationibus statuta sunt, vel ab antiqua prosapia, vel ab auctoritate anteriorum constitutionum, vel à nostra humanitate, intactis, illibatisque custodiendis.

C. XXIX. ¶ *Quando appellandum sit primò, vel secundò.*

Item lib. 49. Digest. *tit.* quando appellandum sit. *lege 1. 6. biduum.*

BIduum, vel triduum appellationis ex die sententiæ latæ computandum erit. ¶ Quid ergò, si sententia fuerit sub conditione dicta, utrùm ex die sententiæ latæ tempus computamus ad appellandum, an verò ex die, quo conditio sententiæ extitit? Sanè quidem non est sub conditione sententia dicenda. Sed si fuerit dicta, quid fiet? Et est utile, statim tempora ad appellandum computari debere. ¶ Quod in sententiis receptum *b* est, ut vel alteriâ die, vel tertiâ provocetur, hoc etiam in cæteris observandum est, ex quibus sententia quidem non profertur, appellari tamen oportere & posse, suprà relatum est, *ut 1 cùm quis ad tutelam, vel ad alia civilia munera nominatur, & ejus excusatio non admittitur.* ¶ Dies autem istos, in quibus appellandum est, ad aliquid utiles esse, oratio divi Marci voluit, si fortè ejus, à quo provocatur, copia non fuerit, ut ei libelli dentur. Ait enim: Is dies servabitur, quo primò facultas adeundi erit. Quare si fortè, post sententiam statim dictam, copiam sui non fecerit is, qui pronuntiavit, (ut fieri assolet) dicendum est, nihil nocere appellatori. Nam ubi primum copiam ejus habuerit, poterit provocare. Ergò si statim se subduxit, simili modo subveniendum est. ¶ Quid igitur, si conditio horæ effecit, ut se reciperet? Si forte dicta sit sententia jam suprema horâ, utique non videbitur se subtraxisse. ¶ Adeundi autem facultatem semper accipimus, si in publico sui copiam fecit. Cæterùm, si non fecerit, an imputetur alicui, quòd ad domum ejus non venerit, quodque in hortos non accesserit, & ulteriùs, quòd ad villam suburbanam? Magisque est, ut non debeat imputari. Quare si in publico ejus adeundi facultas non fuit, meliùs dicetur, facultatem non fuisse adeundi. ¶ Si quis, ipsius quidem, à quo appellavit, adeundi facultatem non habuerit, *ut 2 ei libellos daret*, ejus autem, quem appellavit, habeat copiam, videndum est, ut *c* ei præscribi possit, quòd eum non adierit. Et hoc jure utimur, ut si alterius adeundi fuerit copia, præscriptio locum habeat. ¶ In propria causa biduum accipitur. Propriam causam ab aliena quemadmodum discernimus? Et palàm est, eam propriam esse causam, cujus emolumentum vel damnum ad aliquem suo nomine pertinet. *& infrà.* ¶ Si adversùs absentem fuerit pronuntiatum, biduum, vel triduum, ex quo quis scit, computandum est, non ex quo pronuntiatum est. Quod autem dicitur absentem posse provocare, ex quo scit, sic accipit *a*, si non in causa per procuratorem defensus est. Nam si ille non provocavit, difficile est, ut hic audiatur. ¶ Si quem *b* in insulam *c* deportandum adnotaverit Præses provinciæ, & Imperatori 3 scripserit, ut deportetur, videamus, quando sit provocandum, utrùm cùm Imperator rescripserit *d*, ut deportetur, an cùm ei scribitur? Et putem, tunc esse appellandum, cùm recipi eum Præses jubet, sententiâ 4 prolatâ, Imperatori scribendum, ut deportetur. Cæterùm verendum est, ne serò sit, ut tunc provocetur, cùm Imperator insulam ei assignaverit. Comprobatâ enim sententiâ Præsidis, tunc solet insulam assignare. ¶ Rursus illud verendum est, si mendaciis apud Principem oneravit eum, quem deportandum laborabat, interclusi illi viam provocandi. Quid ergò est? Rectè dicetur humanitate suggerente, ut & hoc, & illo tempore non frustrà provocaretur: quia non adversùs Principem, sed adversùs judicis calliditatem provocavit. *& infra* c. ¶ Illud quoque videamus, si, cùm Imperatori scriberetur, exemplum literarum litigatori editum sit, neque is appellaverit, & posteà contra eum rescriptum sit, an appellare à literis pridem sibi editis possit? 5 quia, qui tunc non appellavit, vera esse, quæ scripta sunt, consensisse videtur: nec est audiendus, si dicat, eventum sacri rescripti se sustinuisse.

1 ¶ Ut cùm quis] *Hinc usq; ad verſ.* non admittitur, *non sunt in Pandectis: sed quia superiùs in eadem lege sententia ipsorum exprimuntur, non sunt expuncta, sed descripta aliis characteribus.*

2 ¶ Ut ei libellos daret,] *Verba hæc non sunt in Pandectis, sed ob glossam non sunt inducta.*

3 ¶ Imperatori scripserit,] *Sic est emendatum ex Pandectis. Anteà legebatur*, Imperator rescripserit.

4 ¶ Sententiâ prolatâ,] *Hæc usq; ad verſ.* Cæterùm *sunt addita ex Pandectis.*

5 ¶ Possit?] *In vulgatis codicibus sequebatur*, certè non potest: *quæ neq; in vetustis, neq; in Pandectis habentur.*

C. XXX.

Item Ulpianus *lib. 49. in tit. de recipiendis appellationibus, vel non, leg. primâ.*

NOn solent audiri appellantes, nisi hi, quorum ipsius interest, vel quibus mandatum est, vel qui negotium alienum gerunt, quod mox ratum habetur. Sed etsi mater 1, cùm filii rem sententiâ eversam animadverteret, provocaverit, pietati dans, dicendum est & hanc audiri debere, & si litem præparandam curare maluerit, intercedere non videtur, licèt ab initio defendere non potest. ¶ *Scævola libro quarto regularum* f. Ante sententiam appellari potest, si quæstionem in civili negotio habendam judex interlocutus sit, vel in criminali, si contra leges hoc faciat. ¶ *Macer libro primo de appellationibus, lege quartâ.* Ejus, qui ideò causam agere frustratur, quòd dicit se libellum Principi dedisse, & sacrum rescriptum expectare, audiri desiderium prohibetur: & si ob eam causam provocaverit, appellatio ejus recipi sacris constitutionibus vetatur.

1 ¶ Mater,] *Anteà brevius legebatur*: sed & si mater ex pietate provocaverit, dicendum, &c. *Multa verò alia in hoc & sequenti capitulo ex ipsis Pandectis sunt emendata.*

C. XXXI. ¶ *De dimissoriis libellis.*

Item Martianus *l. 1. de appellationibus, tit.* g *de libellis dimissoriis, l. unicâ.*

POst appellationem interpositam literæ dandæ sunt ab eo, à quo appellatum est, ad eum, qui de appellatione cogniturus est sive Principem, sive quem alium: quas literas dimissorias, sive apostolos appellant.

a qui] *vrg.* b *al. præceptum.* c *al. an.*

a *al. accipimus.* b *al. quidem.* c *In principio ejusdem legis primæ.* d *al. scripserit.* e *l. ult. eod. tit.* f *leg. 2. ibidem.* g *lib. 49. digest. tit. 6.*

Sensus autem literarum talis est: appellâsse (putà) Luciũ Titium à sententia illius, quæ inter illos dicta est. Sufficit autem petiisse intra tempus dimissorias instanter, & sæpiùs: ut, & si non accipiat, id ipsum contestetur. Nam instantiam repetentis a dimissorias constitutiones desiderant. Æquum est igitur, si per eum steterit, qui debeat dare literas, quò minùs det, ne hoc accipienti noceat. ¶ *Ulpianus libro quarto* b *de appellationibus, titulo, nihil innovari appellatione interpositâ, lege unicâ.* Appellatione interpositâ, sive ea recepta fuerit, sive non, medio tempore nihil novari oportet. *& infrà.* ¶ Si quis ex pluribus facinoribus condemnatus, propter quædam appellaverit, propter quædam non, utrum differenda pœna ejus sit, an non, quæritur? Et si quidem graviora sunt crimina, ob quæ appellatio interposita est, levius autem id, propter quod non appellavit, recipienda est omninò appellatio, & differenda pœna. Si verò graviorem sententiam meruit ex ea specie, ex qua non est appellatum, omnimodò pœna imponenda est.

Forma Apostolorum hæc est: Ego ille, sanctæ Bononiensis Ecclesiæ Episcopus, te Presbyterum Rolandum, Capellanum sancti Apollinaris, ad Apostolicam sedem, quam appellâsti, ab observatione mei judicii hu apostolu dimitto. Forma verò appellantis ante sententiam hæc est: Ego Adelinus sanctæ Rhegiensi Ecclesiæ minister (licèt indignus) sentiens me pragravari à Domino Gualtero, sanctæ Ravennatis Ecclesiæ Archiepiscopo, Romanam sedem appello, & apostolos peto. ¶ *Si verò post datam sententiam appellare voluerit, hoc erit ei modus appellandi: Ego A. sanctæ Rhegiensi Ecclesiæ minister (licèt indignus) contra sententiam Domini G. S. Rav. Ecclesiæ Archiepiscopi injustè in me latam pridie Kal. Maji, Anno Dominicæ incarnationis M c xli. 1 indictione quartâ, Romanam sedem appello, & apostolos peto.* ¶ *Si autem unus, vel duo pro pluribus appellare voluerint, sic appellabunt: Ego P. & G. Syndici Canonicorum S. B. E. sentientes nos pragravari, vel contra sententiam, & c. Romanam sedem appellamus, & apostolos postulamus. Et hujusmodi appellationes in scriptis fieri debent.*

1 ¶ Mcxli.] *In vulgatis erat.* Mclxi. *qui numerus, ut rectè in glossa dicitur, constare non potest. Quod hinc etiam confirmatur, quia quarta Indictio, de qua hîc est mentio, non convenit cum anno illo. In manuscriptis autem cùm varia sit lectio, hæc vera est mea, quæ notarum tantùm transpositione restituta patuit, & quarta Indictio cum hoc anno concurrit.*

Ad judicium autem alterius fides, catholicus appellare non licet.

C. XXXII. ¶ *Excommunicetur catholicus, qui committit causam suam judicio alterius fidei.*

Unde in Concilio Carthaginensi IV. *c.* 7.

CAtholicus, qui causam suam, sive justam, sive injustam, ad judicium alterius fidei judicis provocat, excommunicetur.

6 pars. *Notandum verò est, quòd quidam Iudices sunt, à quibus appellari non oportet.*

C. XXXIII. ¶ *A quibus Iudicibus provocari non licet.*

Unde in Concilio Milevitano *c, c.* 24. *legitur.*

AJudicibus *d*, quos communis consensus elegerit, non liceat provocare.

Quod de arbitris intelligendum est. Iudicum enim alii sunt ordinarii, alii arbitrarii. Ordinarii verò sunt, qui ab Apostolico, ut Ecclesiasticis, vel ab Imperatore, utpote seculares, legitimam potestatem accipiunt. Arbitrarii sunt, qui nullam potestatem habentes, cum consensu litigantium in judices eliguntur, in quos compromittitur, ut eorum sententia stetur. Horum alii sunt ordinarii & arbitrarii, alii arbitrarii tantùm. Ordinarii & arbitrarii sunt, qui legitimam potestatem habentes, ab eis eliguntur ad arbitrandum, qui non sunt sua jurisdictioni suppositi. Ab his, etsi ut arbitrariis a sedeant, & non ut ordinariis, privilegio tamen ordinariæ dignitatis gravatus aliquis appellare valebit.

C. XXXIV. ¶ *A judicibus, qui eliguntur communi consensu, provocare licet.*

Unde in Concilio *b* Carthaginensi III. *c.* 17.

SAnè *c*, si ex consensu partium judices electi fuerint, etiam à pauciore numero, quàm constitutum est, liceat 1 provocari.

1 ¶ Liceat] *Hunc canonem citat Gratianus (quod ipsimet apertè profitetur) ut ostendat ab hujusmodi judicibus licere appellari. Verùm in Concilio Carthaginensi tam impresso, quàm manuscripto, cum variis exemplaribus collato, & unico iodicis canonum etiam impresso, ac manuscripto, & Græco, quod cum ipso concordat, & Africano, ubi hoc repetitur, & apud Ivonem legitur,* non liceat. *Et quæ in ipso canone antecedunt, & referuntur ista eâd. c.* hoc etiam, *ostendunt omninò cum negatione legendum esse.*

C. XXXV. ¶ *Qui de Episcoporum judiciis queruntur, à vicinis Episcopis audiantur, vel ab aliis, ex consensu eorum adhibitis.*

Item ex Concilio Milevitano *d*, *c.* 22.

PLacuit, ut Presbyteri *e*, Diaconi, vel cæteri inferiores Clerici, in causis, quas habuerint, si de judiciis Episcoporum suorum questi fuerint, vicini Episcopi eos audiant, & inter eos quicquid est, finiant, adhibitis ab eis ex consensu Episcoporum suorum. Quòd si ab eis provocandum putaverint, non provocent, nisi ad Africana concilia, vel ad Primates provinciarum suarum. Ad transmarina autem qui putaverit appellandum, à nullo intra Africam in communione suscipiatur.

Nisi forte 1 *Romanam sedem appellaverint. Is autem qui appellaverit, ad eum, à quo appellavit, remitti non debet.*

1 ¶ Nisi fortè] *Hæc in antiquis codicibus scribuntur tanquam Gratiani verba. Et ad hanc sententiam demonstrandam affert sequens caput ex Concilio Sardicensi.*

C. XXXVI. ¶ *De eodem.*

Unde in Sardicensi Concilio, *c.* 7.

SI *f* quis Episcopus accusatus fuerit, & judicaverint congregati Episcopi regionis ipsius, & de gradu suo eum dejecerint, si appellaverit, qui dejectus fuerit, & confugerit ad beatissimum Romanæ Ecclesiæ Episcopum, & voluerit se 1 audiri, si justum putaverit, ut revocetur, 2 vel renovetur examen, scribere Episcopis dignetur his, qui in finitima & propinqua provincia sunt, ut ipsi diligenter omnia requirant, & juxta fidem veritatis definiant. Quòd 3 si is, qui rogat causam suam iterùm audiri, deprecatione suâ moverit Episcopum Romanum, ut de latere suo Presbyteros mittat, erit in potestate ejus, & quid velit, & quid æstimet. Et si decreverit mittendos esse, qui præsentes cum Episcopis judicent, ut etiam habeant auctoritatem personæ illius, à quo destitati sunt, erit in ejus arbitrio. Si verò crediderit sufficere Episcopos 4, ut negotio terminum imponant, faciat, quod sapientissimo consilio suo judicaverit.

1 ¶ Se audiri,] *Græcè est,* κὴ βουληθείη αὐτὸν ἀκουσθῆναι, *id est,* si Romanus Episcopus voluerit ipsum audire.

2 ¶ Revocetur, vel] *Hæc absunt à Concilio tam impresso, quàm manuscripto, cum variis exemplaribus collato, & igitur tantummodò* renovetur, *quemadmodum Græcè est,* ἀνανεώσασθαι, *& sic refertur à Nicolao, & Ivone: sed ob glossam non sunt inducta.*

3 ¶ Quòd si is, qui rogat] *Græcè est,* ἐὰν ὁ τὰς ἀξίωσιν κὴ πάλιν αὐτὸ τὸ πρᾶγμα ἀνακινήσειν: *id est;* Si quis autem postulet & rursus negotium suum audiri: *ne sit secunda*

a *al.* petentis. b *eod. l.* 49. tit. 7. c Et in *Afric. c.* 89. d *in epist. Nicol. s. Ivo p.* 6. *c.* 485. *Pann. l.* 4. *c.* 132.

a *al.* arbitris. b *& Afric. c.* 89. c *Ivo part.* 6. *cap.* 363. *Anselm. lib.* 3. *c.* 123. d *& Afric. c.* 92. e *11. q.* 3. Presbyteri. f *Nicol. in epist. ad Michaëlem, quæ incipit:* [Præsentium] *& in epist. ad Episcopos apud Carvicinum congregatos. Ivo p.* 3. *c.* 87. *Concil. Afric. c.* 101.

appellatæ, quæ etiam significatur in capite, Gaudentius, *quod apud Græcos proxime antecedit huic capiti.*

4 ¶ Episcopos,] *Sequebatur in codicibus Gratiani, etiam in manuscripto, quemadmodum & apud Ivonem*, comprovinciales: *quæ vox non est in Canonibus, nec, apud Nicolaum. Græcè legitur* κατὰ ἐπαρχίαν τῶν ἐπισκόπων: *id est*; & ipsius Episcopi sententiam. *Balsamon tamen videtur legisse*, τῶν ἐπισκόπων, *& pronum interpretatur de Episcopis provincialibus, deinde de aliis.*

Arbitrares tantùm sunt, qui nullam legitimam potestatem acceperunt, à quibus appellari non licet, quia eis imputandum est, quòd sibi talis elegerunt. Si verò sententia eorum, à quibus appellatur, soluta fuerit 1, *nisi eis obsterit, nisi forte vel inimicitiæ, vel pecuniæ depravatæ injustam probentur tulisse sententiam.*

1 ¶ Fuerit,] *Sequebatur in vulgatis*, per eum, ad quem appellatum est: *quæ sunt expuncta, quia in vetustis codicibus non habentur.*

C. XXXVII. ¶ *Cùm per appellationem sententia solvitur, non debet obesse ei, qui non iniquo animo judicavit.*

Unde in Concilio Carthaginensi III. *c.10. legitur.*

7 HOc etiam *a* placuit, ut à quibuscunque judicibus Ecclesiasticis ad alios judices Ecclesiasticos, ubi est major auctoritas, fuerit provocatum, non eis obsit, quorum fuerit soluta sententia, si convinci non potuerint, vel iniquo *b* animo judicâsse, vel aliquâ cupiditate, aut gratiâ depravati.

Quæritur autem de eo, à quo appellatur, an sit evocandus in testimonium apud eum, ad quem appellatur, super negotio, cujus cognitionem suscepit?

C. XXXVIII. *c* ¶ *Clericus non devocetur in testimonium illius causæ, cujus primùm cognitionem suscepit.*

De hoc ita statutum est in Concilio Carthaginensi V. *c.1.*

STatutum *d* est, ut qui fortè in Ecclesia quamlibet causam jure Apostolico Ecclesiis imposito agere voluerit, & fortasse decisio Clericorum uni parti displicuerit, non liceat Clericum in judicium ad testimonium devocari eum, qui Præses *e* vel Cognitor fuit, & nulla ad testimonium dicendum Ecclesiastici *f* cujuslibet persona pulsetur.

Ab eo quoque, ad quem provocatum fuerit (*sicut in* Africano Concilio, *c.63. legitur*) *ulteriùs provocare non licet.*

C. XXXIX. ¶ *Non liceat provocari ab his, ad quos provocatum fuerit.*

SI autem provocatum fuerit, eligat, qui provocaverit, judices, & cum eo & ille, contra quem provocaverit, ut ab ipsis deinceps nulli liceat provocare.

Tollit secundam provocationem intelligendam est: tertiò enim in una eademq; causa super eisdem capitulis provocare non licet. Unde in 7. libro Codicis g, *titulo, ne liceat in una eademq; causa tertiò provocare, lege unicâ, Imperator Justinianus scribit:* [Si quis in quacunque lite iterùm provocaverit, non liceat ei tertiò in eadem lite super eisdem capitulis provocatione uti, vel sententias excellentissimorum prætectorum prætorio retractare, licentia danda litigatoribus, arbitro dato, ipsius audientiam qui eum dedit, ante litis contestationem invocare, & hujusmodi petitione minimè provocationis vim obtinente.] ¶ *Cum autem in causa capitali vel statûs interpellatum fuerit, non per procuratores, sed per semetipsos appellantes causam suam agere oportet.*

C. XL. ¶ *Appellationem in causa capitali vel statûs interpositam, per procuratorem exequi non licet.*

Unde Hadrianus Papa *ait in capitulo à se collecto, c.44.* h

SI *a* quando in causa capitali, vel causa statûs interpellatum fuerit, non per exploratores *b*, sed per semetipsos est agendum.

Tempus autem exequendæ appellationis annus est, vel si justa causa intercesserit, biennium.

C. XLI. ¶ *De eodem.*

Unde in Authenticis, *constit. 11. collat. 3. c legitur.*

EI, qui appellat, impertitur annus, intra quem secundùm se communitervé cum adversario litem exequatur, aut, si justa causa intercesserit, alius annus indulgeatur: quo transacto, lite non completâ, rata manet sententia. ¶ Appellatore cessante, cùm unus mensis supersit ex biennio, licet victori ingredi, ut reus quæratur, quo sive invento, sive non, suas afferat allegationes, & vel confirmetur, vel rescindatur sententia, omni casu absente expensis *d* condemnando secundùm tempora fatalium dierum. Neutro verò concurrente post secundum fatalem permaneat sententia rata. *Constitutione secundâ, in collatione quarta* e. ¶ Sed lis, quæ speratur in consistorium Principis inferri, absque damno moræ manet intacta, donec ipse faciat eam introduci, & à Proceribus secundùm morem dirimi.

Si verò u, qui appellavit, pœnitentiâ ductus ab appellatione desistere voluerit, non prohibetur: sicut in 7. libr. Codicis, tit. de appellationibus, l. 28. Impp. Arcadius & Honorius statuisse leguntur. ¶ *Si* i *quis libellos appellatorios ingesserit, sciat se habere licentiam arbitrium commutandi, & suos libellos recuperandi, ne justa pœnitudinis humanitas amputetur.* ¶ *Est autem, quando appellationem interpositam non est necesse. In eodem namq; libro, & eod. tit. l.27. eidem Impp. decreverunt.* ¶ *Nominationes veri libelli, vel edictu facta, extra concilium* f *publicum non valent, de quibus nec appellare necesse est, si solemnitas desit.*

8 pars. *Diffinitiva* g *quoq; sententia, qua condemnationem, vel absolutionem non continet, pro nulla habetur.* ¶ *Item sententia* h *extra solitum ordinem judiciorum à Præside prolata, auctoritatem rei judicatæ non obtinet.* ¶ *Item si* i *sententia lata fuerit contra res priùs judicatas, à quibus provocatum non est, sententia auctoritatem non obtinebit, & ideò appellare non est necesse.* ¶ *Item si* k *sententia contra jus scriptum feratur, veluti dum defunctus, & minor xiv. annis fuisse, & testamentum jure fecisse dicatur, nullas vires obtinet, nec contra eam est necessarium auxilium provocationis.* ¶ *Si* l *verò contra jus litigatoris sententia dicatur, veluti dum minor xiv. annis, annum xiv. implevisse, ac per hoc testamentum jure fecisse pronuntiatur, ad provocationis remedium oportet confugere.* ¶ *Item si* m *plures judices dati sunt, & unus tantùm ex eis pronuntiâsse proponitur, non videtur appellandi necessitas fuisse, cùm sententia firmitatem jure non obtineat.* ¶ *Item cum certa* n *ratione & fine certo judices mulctare possunt, si aliter contra statutum legis modum mulctam irrogaverint, quod contra jus gestum videtur, firmitatem non tenet, & sine appellatione potest rescindi.* ¶ *Venales* o *quoq; sententias, qua in mercedem à corruptis judicibus proferuntur, etiam citrà interpositæ provocationis auxilium infirmas esse decretum est.* ¶ *Item si* p *propter infirmitatem status ad honorem, ad quem nominatus est, inhabilem se esse probaverit, præmissâ appellatione, iniqua nominatio removebatur.* ¶ *Sunt etiam, quorum appellationes non recipiuntur. Non* q *enim potest recipi ejus appellatio, qui per contumaciam absens, cùm ad agendam causam vocatus esset, negotia priùs summatim perscrutato, condemnatus est.*

¶ *Nullus* r *etiam homicidarum, veneficorum, maleficorum, adulterorum, item q; eorum, qui manifestam violentiam com-*

a *Ivo p.6. c.363. Pann. l.4.c.133.* b *inimica*] *vera lectio.* c *Ivo p.6. c.230. & Et in Affric.c.26.* d *al.statuendum*] *orig.* e *al.cognitor, vel præsens*] *orig.* f *al. Ecclesiasticus cujuslibet ordinis.* g *Tit.70.* h *in Cod.Theod.lib.5.sententiarum Pauli, tit. 31. c.1. in interpretatione cap. l. 7. c. 317.*

a *Anf.lib.3.c.11.* b *procuratores*] *vera lectio.* c *C.de temp.& repar.appellat. Authen. 11, qui. l.7.tit.63.* d *al. in expensis.* e *Supra eâd.anteriorum.28.C.eod.tit.Auth.sed & iu.l.2.* f *al.constitutum.* g *Leg.3.Cod.tit.45.de sent.& interloc.* h *ibid. l.4.prolatam.* i *Leg.1.C.tit.64.quando provocare non est necesse.* k *Leg.2.si cum.ibid.* l *Eâd.l.4.quod si.* m *Leg.4. ibid.* n *Leg.3.* o *Leg.7.* p *Leg.2.si pater.* q *Leg.3.C.tit.61. quorum appellat.non recipiuntur.* r *leg.2.observare.eod.*

miserunt, argumentis convictus, testibus superatus, voce etiam propriâ vitium scelusq; confessus audiatur appellans. ¶ Hoc in notorijs. ¶ In occultis autem.] Si a testibus productis, instrumentis prolatis, aliisq; argumentis præstitis sententia contra eum lata sit, & ipse, qui condemnatus est, aut minimè voce suâ confessus sit, aut formidine tormentorum territus, contra si aliquid dixerit, provocandi licentia ei non denegatur. ¶ Nulli b quoque Officialium à sententia propriæ judicis provocato tribuatur, nisi in eo tantum negotio, quod civilis ratione super patrimonio fortè apud proprium judicem inchoaverit. ¶ Quoties etiam fiscalis c calculi satisfactio postulatur, aut tributum exposcitur, aut publici, vel etiam privati debiti evidentia & convicta redhibitio flagitatur, appellatione excluså necessariò in contumaciam vigor judiciarius exercetur. ¶ Ab d executione sententiæ appellari non potest, nisi fortè executor sententiæ modum judicationis excedat. ¶ Si quis etiam ausus fuerit provocare, ne e voluntas defuncti testamento scripta referatur, vel ne ei, quos scriptos patuerit heredes, in possessionem mittantur & in, cujus de ea re notio erit, appellationem receperit, & judex, qui tam ignavam conventiam adhibuerit, & litigator, qui tam importunè appellaverit, viginti libris argenti mulctentur. ¶ De f possessione etiam, & ejus momento, si causa dicatur (quæ sententia interlocutoria appellatur) quamvis provocatio interposita fuerit, tamen lata sententia firmitatem effectum. ¶ Quandoque g unam & eandem plures simul repertæ condemnationem, nec diversitas factorum separationem accepit: quo casu si omnes appellaverint, & uno ex his agente, eorum appellatio justa pronuntiata fuerit, emolumentum victoriæ etiam ad alios pertinebit. Si h autem unus tantùm appellavit, ejusq; appellatio justa pronuntiata est, ei quoque prodest, qui non appellavit. Quòd si ætatis auxilio unus contra sententiam restitutionem impetraverit, majori, qui sua jura non appellaverit, hoc rescriptum non prodest. ¶ Judicibus i autem non solùm suscipienda appellationis necessitas videtur imposita, verùm etiam xxx. dierum spatia ex die sententiæ definita sunt, intra quæ gesta unà cum relatione litigatoribus convenit præstari. ¶ Similiter k arbiter appellationem suscipere, & relationem dare compellitur, si delegatus fuerit. Litigatoribus l verò copia est, etiam non scripto libello illicò voce appellare, cùm res judicata poscerit, tam in civilibus, quàm in criminalibus causis. Ab m eo autem, quæ de appellatione cognoscit, non potest fieri recursus ad judicem, à quo fuerit provocatum. Quapropter remittendi litigatores ad provincias remotam sibi occasionem atque exclusam penitùs intelligant, cùm super omni causa interpositam provocationem, vel injustam tantùm liceat pronuntiare, vel justam. ¶ Hæc omnia in vij. lib. Codicis invenies, à tit. de appellationibus, usq; ad tit. ne liceat in una eademq; causa.

1 ¶ Si quis libellos] Hunc usque ad finem hujus capitis varias leges Codicis Gratianus refert, quarum non retulit eadem omninò verba: sed quæ ad quæstionem suam facere judicavit.

QUÆSTIO VII.

1 §1 QUòd verò Laici in accusatione Episcoporum non sint audiendi, Evaristus Papa testatur, dicens Episcopis per Ægyptum, epist. 2.

C. I. ¶ *Laici in Episcoporum accusationem non sunt recipiendi.*

NOn n est à plebe, aut vulgaribus hominibus arguendus, vel accusandus Episcopus, licèt sit inordinatus: quia pro meritis subditorum dispositur à Deo vita rectorum. *& infrà.* ¶ Ideò ista dico, quia insidiator bona sæpissimè solet convertere in malum, & in electis ponit maculam.

a *6. sicut. add leg.* b *Leg. 3.* c *Leg. 4.* d *Leg. 5.* e *Leg. 6.* f *Leg. simili. C. tit. 69. si de moment. poss.* g *L. 1. C. tit. 58. si unus ex pluribus appell.* h *Leg. 2. eod. tit. ibid.* i *Leg. judicibus. 24. Cod. tit. 62. de appellationibus.* k *Leg. si appellationem. 31. in fin. eod.* l *Leg. litigatoribus. 14. eod.* m *Leg. Eos, qui. 6. eod.* n *Anselm. libr. 3. cap. 11. Ivo p. 3. c. 240. Pann. l. 4. c. 37.*

C. II. ¶ *Laicus Clericum non accuset.*

Item Sylvester Papa *in epilogo Concilii Romani.*

NUllus a Laicus audet Clerico crimen inferre.

C. III. ¶ *De eodem.*

Item Marcellinus Papa *ad Episcopos Orientales, ep. 2.*

LAico b non licet quemlibet Clericum accusare.

C. IV. ¶ *Anathematizatus Sacerdotes accusare non potest.*

Item Julius Papa *in decretis, c. 36.*

IN sancta Nicæna Synodo statutum est, ut nemo anathematizatus c in nostra suscipiatur accusatione: nec illi, qui nos in sua nolunt recipere querela, vel accusatione, cùm nos super illos sciamus à Domino constitutos, non illos super nos: & sicut major non potest à minore judicari, ita nec obligari *d:* quia rarum est omne, quod magnum est. Portamus onera omnium, qui gravantur quinimò hæc portat in nobis B. Apostolus Petrus, cujus vice fungimur legatione, & cujus regulâ informamur, quatenus ejus fulti auxilio ab omnibus nunc & in perpetuum tueamur adversis.

C. V. ¶ *De eodem.*

Item Eusebius *ad Episcopos Galliæ, epist. 1.*

LAicos e non accusare Episcopos hactenus observatum & constitutum est: quia ejusdem non sunt conversationis, & oppidò eis quidam infesti existunt; quippe cùm vita eorum, & conversatio debeat esse secreta, & à Laicorum actibus remota, nec ab eis imperi debeant, qui eorum castitatem & gravitatem nolunt imitari, maximè cùm nec hi eos in suis volunt recipere accusationibus.

C. VI. ¶ *Nec Clerici in accusatione Laicorum, nec Laici in accusatione Clericorum sunt suscipiendi.*

Item Fabianus Papa *ad Episcopos Orientales, epist. 2.*

SIcut f Sacerdotes, vel reliqui Clerici à secularium Laicorum excluduntur accusatione; ita illi ab illorum sunt excludendi & alienandi criminatione: & sicut isti ab illis, ita illi ab istis non recipiantur: quoniam sicut Domini Sacerdotum segregata debet esse conversatio ab eorum conversatione; ita & litigatio: quia servum Domini g non oportet litigare.

C. VII. ¶ *De eodem.*

Item ex Concilio Maguntino.

DEcretum h est, ut Presbyteri suos plebejos i & accusare, & attestimoniare possint. Si autem neglexerint, sui gradûs periculo subjacebunt.

¶ *Caput hoc abest à plerisque antiquis exemplaribus Gratiani, neque hic rectè collocatur: sed extat apud Burchardum, qui pro* ce, plebejos, *habet,* plebesanos.

C. VIII. ¶ *Laici Clericos accusare non debent.*

Item Clemens *ad Iacobum, epist. 1.*

SAcerdotes, & reliqui Ecclesiæ ministri, omnesq; plebes Episcopos suos diligere debent, & eorum præceptis obedire, etiamsi ipsi aliter (quod absit) agant, nisi in fide erraverint.

¶ *In hoc & sequenti capite non referuntur ipsa prorsus verba sancti Clementis.*

C. IX. ¶ *De eodem.*

Item ad eundem *Episcopum, epist. 2.*

QUalis condemnatio eis imminet, qui in Patres peccant, Scriptura divina ostendit. Si enim Cham k, quia non operuit pudenda patris, maledictus est; multò ampliori condemnatione digni sunt, qui Patribus legatione Dei fungentibus contumeliam inferunt.

Personæ inferiorum ordinum in superiorum accusationem recipiendæ non sunt.

a *Burch. lib. 1. c. 151. Ansel. l. 3. cap. 24. Ivo p. 3. c. 264.* b *n. q. 1. Clericum. 8. nec Laico.* c *al. anathema.* d *al. obligari.* e *Ch. 1. epist. 1.* f *Polyc. l. 1. tit. 1. Ivo p. 6. c. 320. Pann. l. 4. c. 61.* g *2. Timoth. 2.* h *Burch. l. 16. c. 7.* i *al. plebesanos.* k *Gen. 9.*

C. X.

C. X. ¶ *Minores non debent accusare majores.*

Unde Sylvester Papa *in epistola Concilii* a *Romani.*

CLericus *b* adversùs Exorcistam, Exorcista adversùs Acolytum, Acolytus adversùs Subdiaconum, Subdiaconus adversùs Diaconum, Diaconus adversùs Presbyterum, Presbyter adversùs Episcopum accusationem dare, aut 1 testimonium ferre non valet.

1 ¶ Aut testimonium ferre] *Hæc non sunt in originali, neque in aliis locis indicatu, ac totus eiusdem ordo in enumeratione est immutatus: ita enim in Concilio, & apud cæteros:* Fecit hos gradus in gremio Synodi, ut non Presbyter adversùs Episcopum, &c.

C. XI. ¶ *De eodem.*

Item Zepherinus Papa *ad Episcopos Siciliæ, epist. 1.*

MAjorum *c* quispiam minorum accusationibus non impetatur.

¶ *In originali, quemadmodum & apud Ivonem est:* nec summorum quispiam minorum accusationibus impetatur, aut dispereat.

C. XII. ¶ *De eodem.*

Item Anacletus Papa, *epistolâ 3.*

SEntentiâ *d* Cham filii Noë damnantur, qui suorum Doctorum, vel Præpositorum culpam produnt, ceu Cham *e*, qui patris pudenda non operuit, sed magis deridenda monstravit.

C XIII. ¶ *Oves Pastorem suum (nisi à fide exorbitaverit) non possunt accusare.*

Item Eusebius Papa *ad Episcopos* f *Alexandriæ, epist. 2.*

OVes *g*, quæ Pastori suo commissæ sunt, eum nec reprehendere (nisi à rectâ fide exorbitaverit) debent, nec ullatenùs accusare possunt: quia facta pastorum oris gladio ferienda non sunt, quanquam rectè *h* reprehendenda videantur.

2 pars. *Hoc auctoritatibus probatur, quòd subditi, sive sint Laici, sive Clerici, Prælatos suos accusare non possunt. Verum de criminosis, & de infamibus hoc intelligendum est, qui vitam suorum Prælatorum parati sunt reprehendere, non imitari: quod ex verbo* Anacleti *datur intelligi, quis sit.*

C. XIV. ¶ *Quare Laici in accusatione Episcoporum non audiantur.*

LAici in accusatione Episcoporum audiendi non sunt, quia oppidò eis quidam infesti sunt: & indignum est, ut ab eis accusentur, qui eorum gravitatem nolunt imitari.

¶ *Apud Anacletum ex qua citatur, non extat. Eadem tamen ferè verba habentur in epist. Eusebii, supra eâd. c.* Laicos.

C. XV. ¶ *Sacerdotes non nisi à viris idoneis & probatis accusari possunt.*

Item Anacletus *ad Episcopos Italiæ, epist. 2.*

1. ACcusatio *i* quoque eorum, super qua nos consulere voluistis, non nisi ab idoneis & probatissimis viris, qui & suspicionibus & sceleribus carent, fieri debet: quia Dominus sacri sui corporis tractatores à vilibus & reprobis, ac non idoneis personis infamari noluit, nec calumniari permisit: sed ipse proprio flagello peccantes Sacerdotes à templo ejecit *k*. Unde liquet, quòd summi Sacerdotes id est, Episcopi à Deo sunt judicandi, non ab humanis, aut pravæ vitæ hominibus lacerandi, sed potiùs ab omnibus fidelibus portandi: ipso Domino exemplum dante, quando per seipsum, & non per alium vendentes & ementes ejecit de templo. & paulò post. ¶ Nullus enim (ut reor) invenitur inter nos, qui velit suum servum ab alio, quàm à se judicari. Quod si præsumptum fuerit, aut multâ ipse indignatione irascitur, aut potiùs ultionem quærit super eum. & ℣. ¶ Unde & Dominus per Prophetam *a* inquit: [*Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei.*] & paulò post. ¶ Si detractores quorumcunque graviter judicantur, & in perditionis laqueum cadunt; multò magis laceratores & detractores, atque accusatores memoratorum Dei famulorum, atque persecutores damnantur, & in barathrum (nisi se correxerint, & per eorum satisfactionem condignam egerint pœnitentiam) indubitanter cadunt *b*, & vindicibus flammis exuruntur. & ℣. c ¶ Hæc & alia periculosa considerantes Apostoli statuerunt, ne facilè commoverentur, aut laceratentur, vel accusarentur columnæ sanctæ Dei Ecclesiæ, quæ Apostoli, & successores eorum non immeritò dicuntur. Sed si quis adversùs eos, vel Ecclesias eorum commotus fuerit, aut causas habuerit, priùs ad eos recurrat charitatis studio, ut familiari colloquio commoniti ea sanent, quæ sananda sunt, & charitativè emendent, quæ justè emendanda agnoverint. Si autem aliqui eos, priusquam hoc egerint, lacerare, accusare, aut infestare præsumpserint, excommunicentur, & minimè absolvantur, antequam per satisfactionem (ut jam dictum est) condignam egerint pœnitentiam: quoniam injuria eorum ad Christum pertinet, cujus legatione funguntur.

C. XVI. ¶ *Communione privetur, qui publicè* d *adversùs Episcopum conqueritur, priusquam familiariter eum convenerit.*

Item Alexander, *epist. 1. c. 3.*

SI *e* quis erga Episcopum, vel actores Ecclesiæ quamlibet querelam justam se habere crediderit, non priùs Primates, aut alios judices adeat, quàm ipsos, à quibus se læsum æstimat, conveniat familiariter, & non semel, sed sæpissimè, ut ab eis aut suam justitiam accipiat, aut justam excusationem. & ℣. f ¶ Si autem secùs egerit, ab ipsis, & ab aliis communione privetur, tanquam Apostolorum, Patrumque aliorum contemptor.

C. XVII. ¶ *Nisi opinione discussâ, non audiantur accusatores Episcoporum.*

Item Evaristus Papa *Episcopis per Ægyptum, epist. 2.*

SI *g* qui sunt vituperatores, aut accusatores Episcoporum, vel reliquorum Sacerdotum, non oportet eos à judicibus Ecclesiæ audiri, antequam eorum discutiatur æstimationis suspicio, vel opinio, quâ intentione, quâ fide, quâ temeritate, quâ vitâ, quâ conscientiâ, quove merito, si pro Deo, aut pro vana gloria, aut inimicitia, vel odio, aut cupiditate ista præsumpserint, necne.

C. XVIII. ¶ *Majores natu non accusent, nisi qui sint recta fidei & conversationis.*

Item Calixtus Papa *ad Episcopos Galliæ, epist. 2.*

QUærendum *h* est in judicio, cujus sit conversationis & fidei is, qui accusat, & is, qui accusatur: quoniam hi, qui non sunt rectæ conversationis ac fidei, & quorum vita est accusabilis, & quorum fides, vita, & libertas nescitur, non permittuntur majores natu accusare. *i* Neq; viles personæ in eorum recipiantur accusatione.

C. XIX. ¶ *Absque duobus vel tribus testibus non recipiantur Episcoporum accusationes.*

Item Sixtus Papa II. *ad Episcopos Hispaniæ, epist. 2.*

II. ACcusatio Episcoporum non est facilè recipienda, dicente *k* Domino: [*Non suscipies vocem*

---

a *Cap. 1. c. 139. in Concil. Magunt. sub Arnulpho, c. 12.* b *Polyc. lib. 3. tit. 1. Burch. l. 1. c. 151. Ivo p. 5. c. 264.* c *Ivo p. 5. c. 245.* d *Isidorus l. 3. sent. c. 39. ℣. ead. c. plerung. Ansel. lib. 3. c. 37. Deusdedit p. 3. Ivo p. 5. cap. 239.* e *Gen. 9.* f *Et in 5. Synodo sub Symmacho & Greg. Past. p. 3. c. 3.* g *Polyc. lib. 5. tit. 1. Ans. lib. 3. c. 44. Burch. lib. 1. cap. 139. Ivo p. 5. c. 238. Panorm. l. 4. c. 39.* h *al. scelle.* i *Deusdedit p. 4. Anselm. lib. 3. cap. 31. Ivo p. 5. c. 238. Pann. l. 4. cap. 38.* k *Isan. 2.*

a *Zach. 2.* b *vadunt,*] *erg.* c *In cap. Hadriani c. 2. & l. 6. Cap. t. 1. c. 217. Pann. l. 5. c. 34.* d *al. permati.* e *Refertur multis verbis omissis Ans. lib. 3. c. 35. Burch. l. 2. c. 132. 142. & 144.* f *Ivo part. 3. c. 242. Pann. l. 4. c. 31.* g *Pann. l. 4. c. 39.* h *Steph. 1. epist. 2. c. 10. Conc. Carth. 4. c. 89. Burch. lib. 1. c. 171. Pann. lib. 4. cap. 17. Ivo p. 5. c. 219.* i *Mutatus est verborum ordo.* k *Exod. 23.*

mendacii.] Et Apostolus inquit a, adversùs Presbyterum inscriptionem non recipiendam absque duobus vel tribus idoneis testibus. Si hæc de Presbyteris, vel cæteris fidelibus sunt præcavenda, quantò magis de Episcopis?

C. XX. ¶ *Pro sola conventione Episcopi, non submoveatur aliquis à communione.*

Item ex Concilio Aurelianensi I. *c. 8.*

SI quis ab Episcopo suo, vel de Ecclesia, vel de proprio jure aliquid rediderit repetendum, si nihil convicii, aut criminationis objecerit, eum pro sola conventione à communione Ecclesiæ non liceat submoveri.

C. XXI. ¶ *Quare subditi Prælatos suos reprehendere non possint.*

Item Evaristus Papa, *epist. 2.*

SUnt nonnulli, qui Præpositos suos perversè reprehendunt, si vel parùm ipsis molesti extiterint.

Ex his omnibus datur intelligi, quòd illi ab accusatione removentur, qui non affectione charitatis, sed pravitate suæ actionis vitam eorum diffamare & reprehendere quærunt. ¶ *Quòd verò præmissis auctoritatibus criminosi prohibeantur ab accusatione Prælatorum, testatur* Augustinus *in lib. Soliloquiorum, ita dicens.*

C. XXII. ¶ *Non omnes subditi, sed criminosi tantùm, prohibentur accusare Prælatos.*

PRæsumunt Prælati non debere se reprehendi, vel accusari, pro eo, quòd canones non eos passim constituunt accusandos. Quod tamen negatur solis criminosis, cùm de reprehendendo Veritas ipsa constituat b: [*Si malè locutus sum, testimonium perhibe de malo, &c.*]

Opponitur huic distinctioni: Ipsi sacri canones distinguunt, in quo casu Pastores sint accusandi à subditis, dicentes: [Oves c Pastores suos non accusent, nec reprehendant, nisi à fide exorbitaverint.] *Ecce in quo casu sunt accusandi a subditis: in alio autem minimè.*

3 pars. *Huic oppositioni respondetur sic: Distinctio illa canonum de criminosis & infamibus intelligitur. Oves enim criminosa & infames Pastorem suum accusare, vel reprehendere non possunt, nisi à fide exorbitaverit. Cæterum si à fide exorbitaverit, tanta est labes illi us criminis, quòd ad ejus accusationem & servi adversùs Dominum, & quilibet criminosi & infames adversùs quemlibet admittuntur.*

C. XXIII. ¶ *Infames & hæretici, homines bonæ famæ accusare non possunt.*

Unde Dionysius Papa *ad Severum Episcopum, epist. 2.*

ALieni d erroris socium, vel à sui voluntariè propositi tramite recedentem, aut sacris Patrum regulis & constitutionibus non obedientem suscipere non possumus, nec debemus: nec impetere rectè credentes, vel sanctorum Patrum sanctionibus obtemperantes permittimus: quia infames omnes esse censemus, qui suam, aut Christianam prævaricantur legem, aut Apostolicam, vel regularem libenter postponunt auctoritatem.

¶ *In multis vetustis exemplaribus rubrica hujus capitis sic habet:* Infames accusare possunt hæreticos. *In aliis verò nonnullis:* Infames non possunt accusare catholicos.

C. XXIV. ¶ *Christianos accusare, vel in eos testificari non possunt, qui fidem acceptam deseruerunt.*

Item ex Concilio Toletano IV. *c. 63.*

NOn e potest erga homines esse fidelis, qui Deo exiterit infidus. Judæi ergo, qui dudum Christiani effecti sunt, & nunc Christi fidem prævaricati sunt, ad testimonium dicendum admitti non debent, quamvis esse se Christianos annuntient: quia sicut in fide Christi suspecti sunt, ita & in testimonio humano dubii habentur. Infirmari ergò oportet eorum testimonium, qui in fide falsi docentur, nec eis est credendum, qui veritatis à se fidem abjecerunt.

C. XXV. ¶ *Hæretici, Judæi vel Pagani Christianos accusare non possunt.*

PAgani a, vel Hæretici, sive Judæi non possunt Christianos accusare, aut vocem eis infamationis inferre.

¶ *Verba epistolæ sunt:* Primò cuidem scias Paganos & Hæreticos non posse Christianos accusare, &c.

In hoc capite decernatur, ut hæretici non impetant rectè credentes. Unde econtrà intelligatur, quòd hæretici ab hæreticis impetipossunt. Item à tramite sui propositi voluntariè recedentes, non possunt impetere servantes limitem suæ professionis. Ex his datur intelligi, quòd recedentes à suo proposito, similiter recedentes criminare possunt. Item non obedientes sanctionibus sanctorum Patrum, non possunt accusare obtemperantes sacris constitutionibus. In quo similiter intelligitur, quòd inobedientibus inobedientes accusare licet. Unde generaliter colligitur, quòd in accusatione æqualitas fidei & conversationis inter accusantem & accusatum semper consideranda est, ut is, qui accusat, vel par, vel superior inveniatur.

C. XXVI. ¶ *Hæreticus hæreticum accusare, & contra eum testificari potest.*

Item Novellarum constitut. *novellâ 45. in fine.* b

SI v hæreticus contra hæreticum litiget, licet cuivis eorum hæreticum testem adducere. Sin autem orthodoxus contra hæreticum litiget, tunc orthodoxo quidem etiam hæretici testimonium valeat: contra orthodoxum aurem solius orthodoxi testimonium valeat. ¶ Orthodoxis autem litigantibus, ad testimonium nulli hæretico pateat aditus.

Sed quæritur, si flagitiosissimus Catholicus possit carere hæreticum de alio crimine, quam de hæresi? Huic quæstioni respondetur. In quo hæreticus inferior est, videlicet in regula fidei, in eo à malo catholico accusari potest. In quo autem superior fuerit, videlicet in conversatione vitæ, in eo à flagitiosissimo convenirinon potest. ¶ *Item quod dicitur, Pastores pro suis actibus magis sunt tolerandi, quàm corripiendi, duplicitèr intelligitur: vel quia à criminosis tolerandi sunt, & non corrigendi; unde ibi subjungitur, quia sæpè d pro meritis subditorum depravatur vita rectorum. Quorum ergò merito (Deo permittente) vita rectorum deteritur, ab eo potius sunt tolerandi, quàm corrigendi. Vel quia sunt quidam, qui sæpè deferuntur publicis documentis, & crimen, quod intendant, probare non valent.*

C. XXVII. ¶ *Quæ publicis documentis probari non possunt, toleranda sunt.*

De quibus in homilia e *de pœnitentia, c. 12.*

Augustinus *ait.*

PLerunque 1 boni viri propterea sufferunt aliorum peccata, & tacent, quia sæpè deferuntur publicis documentis, quibus ea, quæ ipsi sciunt, judicibus probare non possunt.

1 ¶ Plerunque] *In aliquot vetustis codicibus legitur, pleraque: quæ mad modum & apud Isidorum, & in originali, cujus tamen non ipsa prorsus verba hîc referuntur.*

4 pars. *De his etiam illud Anacleti intelligitur:* [Sententiâ f Cham filii Noë damnantur, qui suorum Doctorum, vel Præpositorum culpam produnt, seu Cham, qui patris pudenda non operuit, sed magis detestanda monstravit.] *Hâc enim auctoritate subditi non prohibentur ab accusatione, sed à prodítione. Aliud est enim prodere, aliud accusare. Prodit, qui non probanda defert: accusat, qui reo præsente crimen judici offert, probaturus quod intendit. Cham scelus vidit pudenda patris, & idcò per vim intelliguntur, qui cùm sola sint conscii criminum suorum Prælatorum, atque ideo accusare non possunt, notam tamen eorum infamandi,*

a *Anf. l. 2. c. 46. Paun. l. 4. c. 63* b *Apud Iuliannum antecess 116.* c *Ivo p. 16. c. 151. Paun. lib. 5. cap. 22.* d *sup. dist. 6. non est à plebe & c. accusatus 1.* e *l. 30. homil. hom. 38. c. 12. Beda, 1. Cor. 5.* f *sup. 23. d. 2. sententia. Gen. 9.*

a *1. Timoth. 5.* b *Ioan. 18.* c *supr. c. duos. 2.* d *Infrà 3. q. 4. c. alienæ.] in decretis Iulii. cap. 18. Anselm. lib. 3. cap. 85. Polyc. lib. 5. tit. 1.* e *Ivo p. 13. cap. 46.*

alius redeundam offerunt. ¶ Item objicitur, quòd subditi etiam religiosi Prælatos suos accusare non possunt. Legitur enim in Exodo a, quòd Maria soror Aaron, qua prima post transitum maris rubri sumpto tympano hymnum cantare meruit, postea murmurans in Moysen, eò b quòd Æthiopissam duxerat in uxorem, à Domino lepra percussa est. ¶ Item in lib. c Regum legitur, quòd cum David fugeret à facie Saul, latuit in spelunca: in quam cum Saul divertisset ad purgandum ventrem, David præcidit oram chlamydis ejus: quod se fecisse postea graviter doluit, & vehementer pœnituit. Saul d à Domino erat reprobatus, & ex invidia David persequebatur, ut eum mori traderet. David erat ver humilis & mitis, Saul à Domino substitutus, per Samuelem unctus in Regem: sed tamen, quia præcidit oram chlamydis Saul, graviter flevit, cum à Saule sibi admodum unctionis superaretur. Unde datur intelligi, quòd subditi, quamvis religiosi sint, Prælatos suos criminosos accusare non possunt. Nam e per Saulem, qui ventrem purgabat, Prælati intelliguntur, qui malitiam suam corde conceptam in opus producunt. ¶ Item legitur in libro f Regum, quòd cum Arca Domini reduceretur de Gabaa in Hierusalem, bobus recalcitrantibus Arca inclinata est: cui dum Oza Levita manum adhiberet, ut eam erigeret, a Domino percussus interiit. Per Arcam Prælati intelliguntur; per Ozam subditi; per inclinationem Arcæ, casus intelligitur Prælatorum; per illum, qui manum adhibuit, intelliguntur reprehendentes, vel accusantes vitam Doctorum, qui à Domino percussi intereunt. ¶ His ita respondetur: Verum est per Arcam significari Prælatos, & per Ozam subditos. Illud verò falsum est, quòd per inclinationem Arcæ casus significetur Prælatorum. ¶ Aliud est enim inclinari, vel descendere, aliud cadere. Legitur g enim, quòd Salvator noster se inclinaverit, sicut quando digito scribebat in terra; & de montibus frequenter descenderit, in quos ascendebat, vel ut pernoctaret in oratione; vel ut Discipulis in monte altiora doceret præcepta; vel ut turbas fugiens, ex altitudine montis eas resisteret, & liberè posset docere. Inclinatio vel descensio humilitatem significat, quâ spirituales nonnunquam carnalibus condescendunt, & eorum infirmitati compatiuntur, juxta illud Apostoli h: [Quis infirmatur, & ego non infirmor?] Hoc etiam significaverunt Angeli, quos i Jacob vidit in scala descendentes. De hiu etiam per Prophetam k dicitur: [Inclinavit cœlos, & descendit.] Per Arcam ergò inclinatam intelliguntur Prælati, qui Subditorum culpam misericorditer portant, & eorum infirmitati humaniter compatiuntur. Unde bene dicitur, quòd bobus recalcitrantibus Arca inclinata est. Boves quippe recalcitrantes subditos significant suis Doctoribus non obedientes, quibus dum Prælati compatiuntur, quasi bobus recalcitrantibus Arca inclinatur. Levita qui manum adhibuit, significat illos, qui misericordiæ compassionem in Prælatis suis reprehendunt, eo ipso, in se verstatis amaritudinem erigere volunt. Unde bene Levita iste Oza dicitur. Oza quippe robustus dicitur. Illi enim robusti dicuntur, qui cum de sua justitia præsumunt, misericordiam peccantibus negandam putant, & impendentes reprehendunt. Unde à Domino percussi intereunt, quia l judicium sine misericordia erit illi, qui nolunt facere misericordiam delinquentibus. Cui per Salomonem m dicitur: [Noli esse nimis justus, quia est justus, qui perit in justitia sua.] Sic & illud Moysi intelligitur. Per Moysen enim Prælati intelliguntur, per Æthiopissam peccatores designantur. Moyses Æthiopissam uxorem ducit, cum qualibet prædicator peccatorem sibi copulat, ut ex eo sobolem bonorum operum Deo gignere valeat. Hanc copulam dum Maria, id est, subditi reprehendunt, leprâ peccati infecuntur. Vel per Mariam Synagoga intelligitur, quæ in Moysen, id est, in Christum murmuravit, quia Æthiopissam, id est, Ecclesiam de gentibus sibi copulavit, quos lepra perfidiæ & erroris sordidos fecit. Non n ergò his auctoritatibus subditi prohibentur ab accusatione suorum Prælatorum, sed monentur, ne reprehendant misericordiam compassionem eorum. ¶ Item o per Saulem Prælati intelliguntur, & per David subditi. Saul purgans ventrem eos significat, qui malitiam corde conceptam foràs in opus producunt. Sed in præcisione chlamydis non significatur 1 nisi reprehensis peccati. Per chlamydem enim regni potestas intelligitur. Hanc præcidit, qui Prælatum sententiâ damnationis fecit: quod nulli subditorum licet. Falx enim a pastoris, ait gladius, id est, sententia damnationis à subditis ferienda non sunt. Hinc est, quod Hieronymus ait super Marcum b de Pontifice, qui scidit vestimenta sua. Scissio vestis scissionem significat Sacerdotis, quod in proximo erat scindendum, & auferendum Judæi. Vel per David significantur, qui nequitiam suorum Prælatorum videntes, majora eorum peccata contemnunt, minima verò & levia, quasi extremam oram chlamydis præcidentes reprehendere & lacerare satagunt. Vel quia Saul sibi divertit in spelunca, in qua David 2 solus latebat. ¶ Item super hoc potest intelligi, quod de c Cham dictum est, qui solus vidit pudenda patris, qua non cooperuit sed ridenda monstravit. Hinc itaque auctoritate non inhibetur subditis accusare Prælatos, si accusabiles fuerint. Item probatur, quòd subditi Prælatos suos accusare non possunt, etiam si religiosi fuerint. Infames enim sunt eo ipso, quòd suorum Doctorum vitam reprehendere conantur. Infames etiam sunt (ut canonum tradit auctoritas) omnes, qui in Patres armantur, & qui Doctorum suorum vitam reprehendunt, vel accusant. Nullus autem infamis d in accusatione Prælatorum est audiendus, nisi forte à fide exorbitaverit, ut suprà dictum est. Cum ergò subditi eo ipso, quòd in accusationem Prælatorum prosiliunt, infames efficiantur, infamibus autem copia accusandi denegetur, patet, quòd subditi Prælatos suos accusare non possunt. ¶ His ita respondetur: Non omnes Prælati pro Prælatis habentur. Nomen enim non facit Episcopum, sed vita.

1 ¶ Non significatur] *In aliquot vetustis exemplaribus legitur*, non significatur reprehensio peccati: *in aliis verò nonnullis*, significatur reprehensio peccati.

2 ¶ David solus] *Primo Regum c. 24. legitur*: Porrò David, & viri ejus in interiore parte speluncæ latebant.

C. XXVIII. ¶ *Quem ætas, non vita seniorem facit, graviter est increpandus.*

Unde Gregorius e *Januario Episcopo scribit, lib. 7. indict. 2. epist. 1.*

PAulus f dicit: [*Seniorem ne increpaveris.*] Sed hæc ejus regula in eo g servanda est, cùm culpa senioris exemplo suo non trahit ad interitum corda juniorum. Ubi autem senior juvenibus exemplum ad interitum præbet, ibi districtâ increpatione ferendus est. Nam scriptum h est: [*Laqueus juvenum omnes vos.*] & rursus Propheta i dicit: [*Maledictus* 1 *puer centum annorum.*]

1 ¶ Maledictus puer] *In codicibus B. Gregorii partim isto fere modo legitur, partim verò*, & peccator centum annorum maledictus est, *quemadmodum & apud Joannem Diaconum, & in vulgata, nisi quòd hæc habet non, est, sed, erit. Septuaginta autem, ut est apud B. Hieronymum, habuerunt*, & qui moritur peccator centenarius, maledictus erit.

C. XXIX. ¶ *Dignitas non facit Episcopum, sed vita.*

Item Hieronymus *ad Heliodorum, epist. 1. de laude vitæ solitariæ.*

NOn omnes Episcopi sunt Episcopi. Attendis Petrum: sed & Judam considera. Stephanum suspicis: sed & Nicolaum respice. & ſ. ¶ Non facit Ecclesiastica dignitas Christianum. Cornelius k Centurio adhuc ethnicus dono Sancti Spiritus mundatur, Presbyteros Daniel l puer judicat. & ſ. ¶ Non est facile m stare loco Pauli, tenere gradum Petri, jam cum Christo regnantium. & ſ. ¶ Infatuatum n sal ad nihilum prodest, nisi ut projiciatur foràs, & à porcis conculcetur.

a Exod. 15. b Num. 12. c 1. Reg. 24. d 1. Regum 16. e Glos. ordinaria. f 2. Reg. 6. g Ioan. 8. h 2. Corin. 11. i Gen. 28. k Psal. 17. l Iac. 2. m Eccles. 7. n Gregorius past. p. 3. c. 3. o Nicolaus in epist. 7. ad Michael.

a Supra cap. 2. b ad cap. 4. c supra eâd. c. sententia. d c. 13. sup. eâd. e Ioan. Diac. l. 3. n. 32. f 2. Timoth. 5. g al. nunc. h Esa. 42. i Esa. 65. k Actor. 10. l Dan. 13. m sup. dist. 40. non est facile. n Luc. 14.

C. XXX. ¶ *Non Episcopi nomen, sed vita reverentiam meretur.*

Item Augustinus *tractatu 6. in c. 1. Ioannis.*

NOn omnis, qui dicit: Pax vobiscum; quasi columba est audiendus. *& infrà.* ¶ Corvi de morte pascuntur. Hoc columba non habet: de frugibus terræ vivit, innocens ejus victus est.

C. XXXI. ¶ *Docti ab indoctis, Clerici à Laicis quandoq; meritò reprehenduntur.*

Item Beda *ad c. 2. epistolæ secundæ Petri.*

SEcuti *b* sunt viam Balaam & Bosor, qui mercedem iniquitatis amavit: correptionem verò habuit suæ vesaniæ. Subjugale mutum in hominis *c* voce loquens, prohibuit Prophetæ insipientiam.] Plerunque hæretici tam stulta dogmata, tam execranda proferunt Sacramenta, ut etiam hebetum sensus, & Paganorum, & qui ratione divinæ agnitionis omnimodò carent, illorum detestetur insaniam, & illorum distorta, & Deo contraria itinera saniùs sapiendo redarguat. Et (quod pejus, quia frequentius est) nonnunquam multi catholicorum in tantum mercedem amant iniquitatis, ut etiam docti ab indoctis, à Laicis Clerici meritò redarguantur *d*: qui jure comparantur Prophetæ, qui verbis asinæ contra naturam loquentis corripitur, nec tamen à proposito pravi itineris retardatur. Quibus etiam aptissimè nomen congruit civitatis, de qua Balaam venisse perhibetur. Bosor namque carneus, sive in tribulatione 1 interpretatur. Neque enim alia major *e* causa luxuriosis existit, verbum veritatis amore pecuniæ, vel desiderio rerum temporalium adulterare, quàm quòd carnis se concupiscentiæ mancipaverunt. *& ff.* ¶ Sed & nomen ipsius Balaam, qui vanus populus, sive præcipitans eos, interpretatur, talibus convenit. Qui enim agnitam veritatis viam sponte ipsi deserunt, quid nisi vanus sunt populus? Quid, nisi in præcipitium suos mergunt auditores, quibus non salutaria, quæ corrigant, sed quæ illos delectent, erronea prædicant? De quibus bene subditur: [*Hi sunt fontes sine aqua, & nebula turbinibus exagitata, quibus caligo tenebrarum reservatur.*]

1 ¶ Tribulatione] *Sequebatur*, positus; *quæ dictio sublata est, quia neq; apud Bedam, neque apud B. Hieronymum in nominum Hebraicorum interpretatione habetur.*

Quia ergò non g *omnes Episcopi sunt Episcopi, Presbyteri à Daniele puteo judicantur, sed infatuatum à portis conculcatur, & qui dicit, Pax vobiscum, plerunque non columba, sed corvus reputatur: patet, quòd non semper pro officii atque* h *auctoritate persona ab accusatione est cessandum: imò contra pravos est agendum, cùm unius persona criminaliter peccans alteretur, & (ut ita dicam) legibus capite minor censeatur. Qui enim* i *facit peccatum, servus est peccati, tam in pœna, quàm in culpa.*

C. XXXII. ¶ *Qui susceptum officium non administrat, non est Episcopus, sed canis impudicus.*

Unde Augustinus *ait.*

QUi *k* nec regiminis in se rationem habuit, nec sua delicta detersit, nec filiorum crimen correxit, canis impudicus dicendus est magis, quàm Episcopus.

¶ *Caput hoc apud B. Augustinum, ex quo citatur, non est inventum. Burchardus & Ivo citant ex Gregorio, & eadem ferè verba ipse quoque Gratianus sup. dist. 83. submittit capiti,* Nemo quippe. *quod est Gregorii. Simile quiddam Burchardus l. 1. c. 13. & Ivo p. 1. c. 67. affirmant ex Origene.*

Quibus ergò Hieronymus, Augustinus, Gregorius auferunt nomen columbæ, Episcopi, sententiæ; nimis & privilegium est auferendum dignitatis, ut possint à subditis reprehendi? Unde Scriptura dissimulans prærogativum pravæ senectutis, ait: [Maledictus *l*] *non senior, sed* [puer centũ annorum.] *Apparet ergò, quòd his ex accusatione Prælatorum infames sunt, qui eorum vitam reprehendere & lacerare conantur, qui locum sui regiminis non meritis tantum, sed vitâ & moribus tenent. Alii autem potius laudabiles sunt ex accusatione Prælatorum suorum, quàm infames. Item quod dicitur:* [Majorum *a* quispiam minorum accusationibus non impetatur,] *minores intelligendi sunt, non dignitate, sed vitâ.*

C. XXXIII. ¶ *Majores & minores non dignitate, sed vitâ intelligi oportet.*

Unde Hieronymus *ait de Paulo super epistolam ad Galatas.*

PAulus *b* Petrum reprehendit: quod non auderet, nisi se non imparem sciret.

¶ *Caput hoc, quod citatur in plerisque exemplaribus ex B. Hieronymo, & in aliquot ex B. Augustino, in neutrius libris reperitur est: sed in glossa ordinaria ad ea verba ipsius epistolæ ad Galatas:* In faciem ejus restiti; *additur hæc interlinearis explanatio, quod non auderet, nisi se non imparem sentiret.* Et *in commentariis B. Ambrosii in illum eundem locum hæc legentur:* Nam quis eorum auderet Petro primo Apostolo, cui claves regni cœlorum Dominus dedit, resistere, nisi alius talis, qui fiduciâ electionis suæ sciens se non imparem, constanter improbaret, quod ille sine consilio fecerat.

Hoc non de officio Ecclesiastica dignitatis, sed de privata vitæ sanctitate conversationis intelligitur. Solus enim Petrus inter Apostolos primatum gerebat.

C. XXXIV. ¶ *Non Episcopi nomen, sed vita majorem facit.*

Hinc Augustinus *ait ad Hieronymum, epist. 19. prope finem.*

QUanquam secundum honorum vocabula, quæ jam Ecclesiæ usus obtinuit, Episcopatus major Presbyterio sit, tamen Augustinus in multis rebus Hieronymo minor est.

C. XXXV. ¶ *Episcopi licèt pares sint meritis gradu tamen differunt dignitatis.*

Idem *lib. 1. de Baptismo contra Donatistas, c. 1.*

PUto *c*, quòd sine ulla fili contumelia Cyprianus Episcopus Petro Apostolo comparatur, quantum attinet ad martyrii coronam. Cæterùm magis vereri debet, ne in Petrum contumeliosus existam. Quis enim asserit illum Apostolatûs principatum cuilibet Episcopatui præferendum? Sed etsi distat cathedrarum gratia, una tamen est martyrum gloria. *Item* ff. ¶ Cum Petrus à Paulo posteriore corrigitur, & pacis atque unitatis vinculo custodito *d* ad martyrium promovetur *e* quanto facilius & fortius, quod per universæ Ecclesiæ sanctæ firmatum est, vel unius Episcopi auctoritati, vel unius provinciæ Concilio præferendum est?

C. XXXVI. ¶ *Non in honore, sed in veritate filius æquatur, vel præponitur patri.*

Idem *tractatu 50. in Ioannem, in fine.*

QUeritur pater de malo filio, aut queritur filius de duro patre. Servamus honorificentiam, quæ debetur Patri à filio, quæ deficit à filio. Non æquamus filium patri in honore, sed præponimus. si bonam causam habet: filium æquamus patri in veritate: & sic tribuimus honorem debitum, ut non perdat æqualitas *f* meritum.

C. XXXVII. ¶ *Æquales fuerunt meritis (licèt gradu differentes) Petrus & Paulus.*

Item Ambrosius *sermone 66. de natali Petri & Pauli.*

BEati Petrus & Paulus eminent inter universos Apostolos, & peculiari quâdam prærogativâ præcellunt: verùm inter ipsos, quis cui præponatur, incertum est. Puto eos im illos æquales esse meritis, quia æquales sunt passione, & simili eos fidei devotione vixisse, quos

a *Et ibi gloss. ordin.* b *2. Pet. 2. Num. 22.* c *al. matum hominis.* d *al. lacerentur.* e *al. magis.* f *ibid.* g *sup. c. non omnes. & c. non omnis.* h *al. vel.* i *Ioan. 8.* k *Burchard. l. 1. c. 203. Ivo p. 3. c. 313.* l *sup. eâd. Paulus.*

a *Supra eâd. 2. majorum.* b *Gal. 2.* c *Ivo part. 3. cap. 24.* d *al. custoditus.* e *al. provehitur.* f *al. æquitas.*

simul

simul videmus ad martyrii gloriam perveniſſe. ¶ Non enim ſine cauſa factum putemus, quòd unâ die, uno in loco, unius Tyranni toleravêre ſententiam. Unâ die paſſi ſunt, ut ad Chriſtum pariter pervenirent: uno in loco, ne alteri Roma deeſſet: ſub uno perſecutore, ut æqualis crudelitas utrumque conſtringeret. Dies ergò pro merito, locus pro gloria, perſecutor decretus eſt pro virtute. Et in quo tandem loco iidem martyrium pertulerunt? In Urbe Roma, quæ principatum & caput obtinet nationum: ſcilicet ut ubi caput ſuperſtitionis erat, illic caput quieſceret ſanctitatis: & ubi Gentilium principes habitabant, illic Eccleſiarum principes morerentur.

¶ *Sermo, unde hoc caput ſumptum eſt, inter ſermones B. Ambroſii eſt 66. inter ſermones B. Auguſtini de ſanctis 29. & apud Maximum Taurinenſem 5. in feſto eorundem, qui num. 14. eſt.*

5 pars. *Item pœnitentes, bigami, Sacerdotes accuſare non poſſunt. Unde generaliter colligetur, quòd quicunq; Sacerdotes non ſunt, vel eſſe Sacerdotes non poſſunt, in Sacerdotes accuſationem, vel teſtificationem proferre non poſſunt.*

C. XXXVIII. ¶ *Qui Sacerdotes eſſe non poſſunt, Sacerdotes accuſare non valent.*

Unde Fabianus *aut epiſt. 2. ad Epiſcopos Orientales.*

IPſi a Apoſtoli, & eorum ſucceſſores olim ſtatuerunt, ut Sacerdotes Domini non accuſent, nec in eos teſtificentur, qui ſui ordinis non ſunt, nec eſſe poſſunt.

C. XXXIX. ¶ *Sacerdotes accuſare, vel in eos teſtificari non valent, qui ad Sacerdotium prohibentur eligi.*

Item Damaſius Papa *ad Stephanum Archiepiſcopum, epiſt. 3. c. 3.*

TEſtes 1 abſque b ulla infamia, aut ſuſpicione, vel manifeſta macula, & veræ fidei plenitudine 2 inſtructi eſſe debent, & tales, quales ad Sacerdotium eligere jubet divina auctoritas. ¶ Quoniam c Sacerdotes (ut antiqua tradit auctoritas) criminari non poſſunt, nec in eos teſtificari, qui ad eundem non debent, nec poſſunt provehi honorem.

1 ¶ Teſtes] *Damaſi verba hæc ſunt:* Accuſatores enim Epiſcoporum, & teſtes, ſuper quibus rogitâſtis, abſque ulla infamia, aut ſuſpicione, &c. *ſicq; referuntur à Burchardo & Ivone: Panormia autem habet, ut Gratianus.*

2 ¶ Plenitudine] *In epiſtola ipſa legitur,* pleniter. *Burchardus verò & Ivo habent,* verâ fide pleniter.

Sic & illud Sylveſtri intelligetur: [Laicus d non accuſet Clericum, &c.] *id eſt, qui in inferiori gradu conſtitutus ad ſuperiorem aſcendere non poſſunt, in ſuperioribus agentes accuſare non debent.*

¶ *Ecce, oſtenſum eſt, quid reſpondeatur auctoritatibus & argumentis, quibus ſubditi ab accuſatione Prælatorum videbantur repellendi. Nunc demonſtrandum eſt, quibus rationibus probentur recipiendi, & quid contrà reſpondeatur à Prælatis. Chriſtus, qui erat paſtor paſtorum, ovibus ſuis, de quibus ait* e: [Non ſum miſſus, niſi ad oves, quę perierunt, domûs Iſraël, &c.] *inter opprobria, & verbera, quæ ab eis patiebatur, ait* f: [Si malè locutus ſum, teſtimonium perhibe de malo. &c.] *Item* g: [Quis ex vobis arguet me de peccato?] *At quicunque ad teſtificandum in aliquem, vel ad arguendum admittuntur, ad eundem accuſandum admitti poſſunt. Cum ergò oves, ut adverſùs paſtorem ſuum teſtimonium ferant, & ut ipſum (ſi poſſunt) reprehendant, admittantur, patet, quòd ſubditi poſſunt accuſare Prælatos ſuos.* ¶ *Hoſtia reſpondetur: Chriſtus, quamvis eſſet Paſtor ſuarum ovium, quas verbo & exemplo paſcebat, tamen quantum ad officiorum diſtributionem (ex qua hodie in Eccleſia alii præſunt alii, unde quidam Prælati, quidam ſubditi vocantur) in populo ſuo* h *paſtorale officium non gerebat. Myſticè enim & viſibiliter unctione, nec in Regem, nec in Sacerdotē unctus erat, quæ ſola duæ perſonæ in populo illo prælaturæ nomen ſibi vendicabant.* ¶ *Non ergò ex hac auctoritate ſubditi probantur admittendi in accuſatione Prælatorum, ſed tantùm oſtenditur, quòd auditores eos reprehendere poſſint, & in eos teſtificari, qui curæ officia Eccleſiaſtica non habeant, verbo tamen & exemplo, quoſcunque valent, lucrari Deo ſatagunt. Reſpondetur & aliter. Aliud eſt, quod de rigore cogimur ſervare diſciplinæ: aliud, quod admittitur ex perfectionis conſideratione. Chriſtus ad ſe arguendum ſubditos admiſit perfectionis humilitatis, non ſeveritatis juris. Si enim legis rigore eſſent admiſſi, hâc auctoritate criminoſi & infames in accuſatione religioſorum eſſent recipiendi, cùm eſſent ſceleratiſſimi, qui de Chriſti nece tractantes, innocentem condemnare valebant. Hoc ergò exemplo Prælati non coguntur recipere ſubditos in accuſatione ſua, ſed permittuntur ſi velint.* ¶ *Item Paulus a Petrum reprehendit, qui Princeps Apoſtolorum erat. Unde datur intelligi, quòd ſubditi poſſunt reprehendere Prælatos ſuos, ſi reprehenſibiles fuerint. Sed hoc facilè refellitur, ſi, unde ſit reprehenſus, advertitur. Petrus cogebat Gentes judaizare, & à veritate Evangelii recedere, cum Judæis gregum faciens, & à cibis Gentilium latenter ſe ſubtrahens. Par autem in ſe eſt, à fide exorbitare, & alios exemplo vel verbo à fide dejicere. Ergò hoc exemplo non probantur Prælati accuſandi à ſubditis, niſi forte à fide exorbitaverint, vel alios exorbitare cogerint.* ¶ *Item cum b Petrus intrâſſet ad Cornelium, conqueſti fratres ſunt, qui erant in Judæa, & reprehenderunt eum, quòd ad Gentilem divertiſſet. Ecce, quòd Prælati jure poſſunt reprehendi à ſubditis.*

C. XL. ¶ *Petrus à fidelibus interrogatus, cur ad Gentes intrâſſet, non ex poteſtate reſpondit, ſed humiliter rationem reddidit.*

Sed huic oppoſitum B. Gregorius *reſpondit, dicens Theoteſtæ patriciæ, lib. 9. epiſt. 39.*

PEtrus poteſtatem regni acceperat, & tamen idem c Apoſtolorum primus querimoniæ contra eum à fidelibus factæ, cur ad Gentes intrâſſet, non ex poteſtate officii, (quâ poſſet dicere, oves paſtorem ſuum non accuſent, nec reprehendant:) ſed ex ratione divinæ virtutis, quâ Gentiles acceperant Spiritum Sanctum, reſpondit.

¶ *Opera pretium fuerit ad ipſum B. Gregorium adire: capiosè enim exponit, qua hîc à Gratiano conciſè referuntur.*

Cùm ergò Petrus potuit ex officio repellere querelas, ſed noluit, non hoc exemplo Prælati coguntur ſuſcipere reprehenſionem ſubditorum. Ex hac etiam humiliatæ diſpenſatione intelligitur illud Leonis IV. *Ludovico Auguſto dictum.*

¶ *Apud Ivonem hujus capitis hæc eſt inſcriptio:* Quòd in præſentia Legatorum Imperatoris Leo Papa cauſam ſuam examinari voluerit, idem Nicolaus Imperatori.

C. XLI. ¶ *Imperiali judicio Apoſtolicus ſe emendare promittit, ſi quid erga ſubditos injuſtè commiſit.*

NOs d, ſi incompetenter aliquid egimus, & in ſubditis juſtæ legis tramitem non conſervavimus, veſtro, ac miſſorum veſtrorum cuncta volumus emendare judicio: quoniam ſi nos, qui aliena debemus corrigere peccata, pejora committimus, certè non veritatis diſcipuli, ſed (quod dolentes dicimus) erimus præ cæteris erroris magiſtri. Inde magnitudinis veſtræ magnoperè clementiam imploramus, ut tales, ad hæc quæ diximus perquirenda, miſſos in his partibus dirigatis, qui Deum per omnia timeant, & cuncta (quemadmodum ſi veſtra præſens fuiſſet Imperialis gloria) diligenter exquirant; & non tantùm hæc ſola, quæ ſuperiùs diximus, quærimus, ut examuſſim exagitent, ſed ſive minora, ſive etiam majora illis ſint de nobis indicata negotia, ita eorum cuncta legitimo terminentur examine, quatenùs in poſterum nihil ſit, quod ex eis indiſcuſſum, vel indiffinitum remaneat.

a *Anſelm. l. 3. c. 47. Polyc. l. 5. tit. 2.* b *Mutata eſt verborum ſeries. Polyc. ib. Burch. l. 1. c. 172. Ivo p. 3. c. 190. Pann. l. 4. c. 186.*
c *Anſ. l. 3. c. 41. Supra eâd. Sacerdotes.* d *Sup. eâd. nullus Laicus.*
e *Matth. 15.* f *Ioan. 18.* g *Ioan. 8.* h *al. ſibi.*

a *Galat. 2.* b *Act. 11.* c *Act. 11.* d *Ivo p. 3. c. 22.*

G pars. *Item, cum* a *Balaam asriolus iret ad maledicendum populum, Angelus Domini asinæ, cui insidebat, in via se opposuit, evaginatoq; gladio eam ab itinere compescuit, quam dum ille verberibus affligeret, in vocem prorupit, & Prophetæ vesaniam redarguit. Si ergò animal mutum, Angelicâ virtute, Prophetæ insipientiam reprehendit; multò magis subditi possunt accusare Prælatos suos.* ¶ *Huic ita respondetur. Verum est, quòd per asinam subditi significantur, & per Balaam Prælati: non tamen hoc exemplo probantur Prælati accusandi a subditis: sed subditis tantùm forma datur humiliter retinendi Prælatu, si forte eos ad malum cogere voluerint. Balaam namq; asinam urgens, ut ad maledicendum populo Dei eum veheret, significat eos, qui verberibus, & cruciatibus à subditis exigunt, ut eis in malo fautores & coadjutores existant. Sed quia Angelus, quilibet videlicet prædicator, evaginato gladio, apertè scilicet prædicato timore & horrore futuræ vindictæ, à consensu alienæ malitiæ illos revocat, licet eis in hujusmodi vocem conquestionis prorumpere, & Prælatis suis dicere: Cur nos verberibus affligitis? cur nobis injustè irascimini? nunquid vobis inobedientes aliquando fuimus, nisi nunc, cùm ad malum cogimur? Videte illum, qui prohibet ab incepto. Non ergò hinc Prælati probantur accusandi à subditis.* ¶ *Item cum David* b *adulterium & homicidium commisisset, missus est à Deo Nathan Propheta, ut eum redargueret. Ecce, quòd Prælati sunt arguendi, & reprehendendi à subditis.* ¶ *Sed notandum est, quòd duæ sunt personæ, quibus mundus iste regitur, Regalis videlicet, & Sacerdotalis. Sicut Reges præsunt in causis sæculi; ita Sacerdotes in causis Dei. Regum est corporalem irrogare pœnam; Sacerdotum spiritualem inferre vindictam. David ergò, etsi ex regali unctione Sacerdotibus & Prophetis præerat in causis sæculi, tamen suberatur eis in causis Dei. Unde* c *Reges à Prophetis & à Sacerdotibus ungebantur, & eorum oblatione peccata Regum expiabantur.* ¶ *Sicut* d *ergò Oziam à Domino lepra percussus est, quia Sacerdotum officia usurpare voluit; sic Sacerdotibus & Prophetis Regum usurpare officia non licuit. Nathan ergò Propheta, cùm Regem redarguit, suum est executus officium, in quo erat Rege superior, non usurpavit Regis officium, in quo erat Rege inferior: monuit eum, ut per pœnitentiam peccata sua expiaret, non tulit in eum sententiam, quâ tanquam adulter & homicida morti addiceretur.* ¶ *Sic & beatus Ambrosius Theodosium* e, *& beatus Innocentius Imperatorem Arcadium excommunicavit, & ab Ecclesiæ ingressu prohibuit.* ¶ *Sicut enim non sine causa judex gladium portat; ita non sine causa claves Ecclesiæ Sacerdotes accipiunt. Ille* f *portat gladium ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum: isti habent claves ad exclusionem excommunicandorum* g, *& reconciliationem pœnitentium. Hoc ergò exemplo subditi probantur reprehendendi à Prælatis, non Prælati à subditis.* ¶ *Item, Daniel* h *nullâ legitimâ potestate fultus, judices à populo constitutos, de falsò testimonio convicit, & convulsos damnavit. Constat ergò, quòd nullam potestatem habentes possunt redarguere dignitatibus sublimatos.* ¶ *His ita respondetur. Miracula (& maximè Veteris Testamenti) sunt admiranda non in exemplum nostræ actionis trahenda. Multa enim concedebâtur tunc, quæ nunc penitùs prohibentur. Tunc enim Samuel Agag* i *pinguissimum Regem Amalech in frusta dividendo conscidit; nunc nulli Ecclesiasticorum judicum judicium sanguinis agitare licet. Tunc Phinees* k *Iudæum coeuntem cum Madianita interfecit, & reputatum est ei ad justitiam: hodie Sacerdotibus hujusmodi actus in perniciem sui officii verteretur. Exemplo ergò Danielis non solum accusandi, vel redarguendi, sed etiam judicandi potestatem subditi sibi in Prælatos vendicarent, si illud in argumentum nostræ actionis liceret assumi, quod nullâ unquam auctoritate permittitur. Magis ergò ex hoc facto datur intelligi, quòd in novissimis temporibus suscitaret Deus spiritum pueri junioris, illum videlicet, de quo per Prophetam* l *dicitur:* [Puer natus est nobis.] *& rursùm:* [Ecce puer meus] *qui judices iniquitatis, Scribas fictos, & Pharisæos falsis criminibus Susannam, id est, Ecclesiam accusantes, & ream adulterii pronuntiantes, ut quod Christum sequeretur, convinceret, & condemnaret.* ¶ *Item Hieronymus* 1 *refert in libro virorum illustrium, quòd Damasus Papa à subditis de adulterio accusatus, cum quadraginta a duobus Episcopis se purgavit.* ¶ *Item Symmachus* b *Papa in Romana Synodo dignitate suâ expoliatus, primi status sui redditi decernitur, ut tunc veniret ad causam, & si ita vellet vocaretur, accusantium propositionibus responderet. Digna res visa est maximo numero Sacerdotum, atq; meritis efficitur: & cum postmodùm ordinaretur, quomodo esset accusandus præsatus Papa, ut causam diceret, occurrebat: sed ab æmulis est impeditus.*

1 ¶ Hieronymus] *In catalogo B. Hieronymi aut alio ipsius libro nihil tale legitur: in vetustis tamen Pontificalibus in vita Damasi hoc refertur.*

C. XLII. ¶ *Redarguendi se licentiam B. Gregorius aliis præstat.*

Item Gregorius *ait de seipso.*

SI e quis super his nos arguere voluerit, vel extra auctoritatem nos facere contenderit, veniat ad sedem Apostolicam, quò omnia Ecclesiastica negotia, de quibus quæstio habetur, confluere jussa sunt: ut ibi ante confessionem S. Petri mecum justè decertet, quatenùs inibi unus ex nobis sententiam susciat suam.

¶ *Est Gregorii quarti in epistola citata sup. eâd. q. 6. decreto nostro. & dist. 19.* nulli fas. *in qua epistola cum multa tangit de privilegiis & primatu Romanæ Ecclesiæ, ista adjungit.*

Ex his omnibus colligetur, quòd subditi possint reprehendere, & accusare Prælatos suos. Sed sicut de Christo dictum est quando laudi dixit: [Si malè locutus sum, &c.] *ita de illis intelligendum est, quòd sui exemplo Prælatis dederunt facultatem reprehendi subditos in accusationem sui, sed non coegerunt.*

C. XLIII. ¶ *De eodem.*

Item.

PAulus d *Dyaclinæ* e *civitatis Episcopus accusatur à subditis de lapsu carnis: convincitur, deponitur, alius loco ejus substituitur.* ¶ *Hoc an ex dispensatione accusati, an ex rapto juris sit factum, ex regesto* Gregorii *ad Ioannem Episcopum prima Iustiniani, l. 10. epist. 35. potest deprehendi, ubi ait.*

¶ *Verba sunt Gratiani, quæ proponit summam sequentis capituli, quod sæpe facere solitum esse multis locis est notatum.*

C. XLIV. ¶ *Paulus Dyaclinæ* f *civitatis Episcopus subditorum accusatione convictus deponitur.*

LAtor g Nemesion ad nos veniens indicavit, quòd Paulus Dyaclinæ h civitatis Episcopus, inter alia mala in corporali crimine lapsus, à suis Clericis accusatus & convictus, Episcopali sententiâ depositus est: posteà cum auxilio secularium veniens, Episcopatum more prædonis ingressus est; ablatisque rebus Ecclesiæ, dilectissimum Nemesion latorem præsentium sibi substitutum, ab eo Episcopatu projecit, & ad summam injuriam, ac necem penè perduxit. Fraternitas itaque vestra hæc omnia curet addiscere, & quæcunque Ecclesiæ abstulit, omni morâ vel excusatione cessante, reddere compellat. Si verò nihil Ecclesiæ, sed proprium se dixerit abstulisse, (quamvis grave & iniquum fuerit, ut non à vobis, vel à Metropolitano ejus hoc petierit, sed temerario ausu agere præsumpserit:) veruntamen si quid proprium tulit, sub fraternitatis vestræ debet examine constare, si verum est. Sed & illud diligenter quærendum est, si quid malè de rebus dilapidavit Ecclesiæ, ut ex eo, quod nunc abstulit, illud reformare, ac satisfacere modis omnibus compellatur.

In hoc capite non referuntur ipsa omnino verba Gregorii (quod à Burchardo & Ivone fit) sententia tamen satis expressa est.

---

a *Num. 22.* b *2. Reg. 12.* c *2. Reg. 6.* d *2. Paral. 26.* e *Theod. hist. Eccl. l. 5. c. 17. Niceph. l. 13. c. 34.* f *Rom. 13. 1. Pet. 2.* g *al. excommunicatorum.* h *Dan. 13.* i *1. Reg. 15.* k *Num. 25.* l *Esa. 9. & 42.*

a *al. xlv.* b *Initio 4. Synodi sub Symmacho.* c *Polyc. l. 2. tit. 18. Anst. l. 2. c. 20.* d *Burch. l. 2. c. 182. Ivo p. 1. c. 398.* e *al. Docleatina.* f *al. Docleatina.* g *Burch. l. 2. c. 212. Ivo p. 3. c. 238.* h *al. Docleatina.*

Hic

Hoc adulto a *non in accusatores, vel depositores ulciscetur, sed in depositum ulteriùs prosequitur, ut si ultrà ad Episcopatum aspirare tentaverit, modis omnibus repellatur, & ad agendam pœnitentiam perennem in monasterium deputetur. Quem ergò Gregorius ad Episcopatum affirantem omnibus modis repellit, quem gravi pœnitentiæ subjicit, patet, non suâ dispensatione, sed canonum censurâ à subditis esse accusatum & convictum. Et ut jam non exemplis, sed legibus agamus, videndum est, quid* Gregorius *scribat Innocentio* 1, *& reliquis Episcopis Sardiniæ, lib. 7. indict. 2. epist. 2. ita dicens.*

1 ¶ Innocentio,] *In originali impressum est:* Vincentio, atque quamplurimis Episcopis. *In vetusto autem exemplari Vaticano exprimuntur nomina Episcoporum, ad quos hæc epistola scribitur, hoc ordine:* Vincentio, Innocentio, Mariniano, Libertino, Agathoni, & Victori Episcopis Sardiniæ.

C. XLV. ¶ *Quòd subditi Prælatos suos accusare possint.*

METropolitanum vestrum in aliquo postponere non præsumaris, excepto si (quod non optamus) contra eundem habere vos aliquid causæ contingat, ut ob hoc sedis Apostolicæ judicium petere *b* debeatis.

C. XLVI. ¶ *Vitam Prælatorum subditi nullâ dissimulatione negligant.*

Item universis Episcopis Concilii Vizachii, *lib. 10. epist. 37.*

SIcut (inquit) laudabile, discretumque est, reverentiam & honorem debitum exhibere prioribus; ita rectitudinis & Dei timoris est, si quâ inter *c* eos correctione indigent, nullâ dissimulatione postponere, ne totum (quod absit) corpus incipiat morbus invadere, si languor non fuerit curatus in capite. Quædam 1 enim ad nos de Clementio Primate vestro perlata sunt, quæ quoniam ita gravia sunt, ut transire indiscussa ullo modo non debeant, fraternitatem vestram hortamur, ut cum omni solicitudine ac vivacitate mentis indagare multis modis debeatis illata, & si sunt, ut audita sunt, ultione canonicâ resecentur. ¶ Admonemus autem, ut non cujusquam personæ gratia, non favor, non quodlibet blandimentum quenquam vestrum, vel ad discutiendum, quæ nobis nuntiata sunt, molliat, vel à veritate excutiat: sed sacerdotaliter ad investigandam vos propter Deum veritatem accingite. Nam si quis in hoc piger aut negligens esse præsumpserit, dictis criminibus apud Deum se noverit esse participem, cujus zelo ad perscrutandas subtiliter nefandi causas facinoris non movetur.

1 ¶ Quædam] *Et hic summatim referuntur verba B. Gregorii. Quare pauca tantùm quædam sunt addita, quæ necessaria videbantur.*

Hæc si quis specialia, & ex hoc generalem regulam colligi non oportere contendat, audiat, quid Gelasius *C. xxviij. 1 dicat omnibus Clericis* d *cujuscunque ordinis, ita scribens.*

1 ¶ C.xxviij.] *Hic citatur numerus capitum, ut est in codice canonum, de quo in præfatione dictum est.*

C. XLVII. ¶ *Clerici excessus suâ Episcopi, auribus deferant Romani Pontificis.*

QUapropter nec Clericorum quisquam se Apostolicæ *e* offensæ futurum confidat immunem, si in his, quæ salubriter sequenda Apostolica deprompsit *f* auctoritas, sive Episcopum, sive Presbyterum, sive Diaconum viderit excedentem, non protinus ad aures *g* Romani Pontificis deferre curaverit, probationibus duntaxat competenter exhibitis, ut transgressionis ultio fiat, & cæteris interdictio delinquendi. Sin *a* verò, modis omnibus erit unusquisque Pontificum ordinis & honoris sui elisor, si cuiquam Clericorum, vel Ecclesiæ totius auditui hæc putaverit supprimenda.

C. XLVIII. ¶ *De eodem.*

Idem.

SI *b* quid in Ecclesia damni, aut in his, quæ sunt præceptionis nostræ auctoritate 1 prohibita, Pontificem vestrum videritis admittere, mox nostris auribus relatione signate, ut quid fieri debeat, censeamus.

1 ¶ Auctoritate] *Abest ista dictio à plerisque vetustis exemplaribus, & ab aliis collectoribus, qui etiam Gelasium citant.*

C. XLIX. ¶ *Clerici aut Laici sine examinatione ad Episcoporum accusationem non admittantur.*

Item ex Concilio Chalcedonensi, *c. 21.*

CLericos *c* aut Laicos accusantes Episcopos aut Clericos, passim 1 & sine probatione ad accusationem non recipiendos decernimus, nisi priùs eorum discutiatur existimationis 2 opinio.

1 ¶ Passim] ἀπλῶς, κ) ἀδοκιμάστως: *quæ Dionysius vertit,* temerè, atque indifferenter: *possunt & etiam conjungi cum sequenti membro. Id verò copiosè exponitur in Concilio Constant. 1. cap. 6.*

2 ¶ Existimationis opinio.] ἡ ὑπόληψις, *id est, existimatio.*

C. L. ¶ *Quælibet persona Episcopo, aut alios accusans, monstranda documenta inferat.*

Item ex Synodo Romana.

SI *d* quis Episcopus, Presbyter, aut Diaconus, vel quilibet Clerici apud Episcopos (quia alibi non oportet) à qualibet persona fuerint accusati, quicunque fuerit ille, sive sublimis vir honoris, sive ullius alterius dignitatis, qui hoc genus illaudabilis intentionis arripuerit, noverit docenda 1 probationibus, monstranda documentis se debere inferre.

1 ¶ Docenda] *Sic apud Sixtum tertium, & in Capitularis apud Cajum verò & Hadrianum paulo aliter, quemadmodum & alibi loci hujus capitis nonnulla, sed non magni ponderis, sunt variationes.*

C. LI. ¶ *Sacerdotes non accusent, qui ad eundem ordinem provehi non possunt.*

Item Damasus Papa, *Stephano Archiepiscopo, epist. 3. cap. 3.*

SAcerdotes *e* (ut antiqua tradit auctoritas) criminari non possunt, nec in eos testificari, qui ad eundem non debent, nec possunt provehi honorem.

C. LII. ¶ *Nisi irreprehensibiles in majorum accusatione non recipiantur.*

Item Iginus Papa, *epist. 1.* f

CRiminationes *g* majorum natu per alios non fiant, nisi per ipsos, qui crimina intendunt, si tamen ipsi digni & irreprehensibiles apparuerint, & actis publicis docuerint, omni se suspicione carere & inimicitiâ, atque irreprehensibilem fidem habere, ac conversationem ducere.

Colligitur itaque ex his omnibus, quòd subditi in accusatione Prælatorum sunt admittendi. Nunc videndum est, an Monachi in accusatione Episcoporum sint audiendi? Hadrianus Papa *h in capitulis, c. 31. videtur eos ab accusatione removere, sic dicens.*

a *al. dicto.* b *al. judicium requiratis.* c *al. in eis.* d *Gelasius Episcopis per Lucaniam, & Brutium, & Siciliam constitutis, epist. 1. c. 30.* e *al. hujus.* f *al. prompsimus.* g *al. nostræ.*

a *al. Sui verò modis omnibus erit unusquisque Pontificum ordinis & honoris elisor.* b *Ivo p. 3. c. 151. Ansel. l. 7. c. 161. Polyc. lib. 3. tit. 12. & l. 4. tit. 18.* c *Ansel. l. 3. c. 115.* d *In c. Hadriani, c. 24. Cajus in epist. ad Felicem, c. 2. Sixtus III. Episcopu Orientalis. cap. 2. Lib. 7. capitul. c. 458.* e *supr. eâd. c. 28 & 30. vers. Sacerdotes. Polyc. l. 3. tit. 1. Burch. l. 1. c. 172. Ivo p. 5. c. 290.* f *Item Lucius Papa epist. unic.* g *Ivo p. 6. c. 326.* h *Item Stephanus epist. 2. & Melchiades epist. unic. Cap. l. 7. c. 322.*

C. LIII. ¶ *Monachi Sacerdotes accusare, vel in eos testificari non possunt.*

PLacuit *a* eorum accusandi Sacerdotes, & testificandi in eos vocem obstruere, quos non humanis 1, sed divinis vocibus mortuos esse scimus: quia vocem *b* funestam interdici *c* potiùs, quàm audiri oportet.

1 ¶ Non humanis,] *In epistola Stephani est:* quos humanis & divinis vocibus damnatos, vel mortuos esse cognoscimus. *In epistola autem Melchiadis est, quemadmodum hic restitutum est ex vetustis exemplaribus Gratiani, & capitulo Hadriani; sed subjungitur:* Quoniam infidelis homo mortuus est in corpore vivente: *& fortasse significatur locus Matth. 8.* Dimitte mortuos sepelire mortuos suos: *aut locus Pauli, 1. Tim. 5.* vivens mortua est. *Quamobrem quod propriè pertinet ad homines infames, maximèque flagitiis obnoxios (ut est infrà 3. q. 5. c.* canonica, *) non benè videtur hic referri ad Monachos: sed minimè id malitiosè factum est, cùm Gratianus Monachus esset.*

Item in Concilio Chalcedonensi, *c. 4. præcipitur, ut Ecclesiasticas actiones Monachi attrectare non præsumant.*

C. LIV. ¶ *Monachi in accusatione non sunt audiendi.*

Item Pelagius II. *Episcopis Italiæ.*

NUllus *d* Monachus talia unquam arripiat, nec sæcularia, aut Ecclesiastica negotia perturbare præsumat: quia mortua in talibus vox est eorum.

Sed aliud est, quod ex præsumptione assumitur temeritatis: aliud, quod ex necessitate geritur charitatis. Monachi enim ex præsumptione Episcopos accusare non possunt: ex charitate possunt. Unde & in canonibus præcipitur, ut Cubicularii e *Episcopi sint vel religiosi Clerici, vel electi Monachi, ut de ejus vita testimonium dicere possint.*

7 pars. ¶ *Item illud* Eleutherii Papæ *in epist. ad Gallos provinciales, omnibus generaliter dicitur.*

C. LV. ¶ *Consentire convincitur, qui cùm possit, perversis neglegit obviare.*

NEgligere *f*, cùm possis deturbare perversos, nihil aliud est, quàm fovere. Nec caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obviare.

C. LVI. ¶ *Quantum ex vita merito quis Ecclesiam ædificat, tantum nocet, si destruentibus non resistat.*

Item Hieronymus *g tam de se, quàm de aliis Monachis in primo prologo Biblia 1 scribit, decens.*

SAncta quippe rusticitas solùm sibi prodest: & quantum ædificat ex vitæ merito Ecclesiam Christi, tantum nocet, si destruentibus non resistat.

1 ¶ Bibliæ] *In plerisq; vetustis Gratiani codicibus legitur,* Bibliothecæ.

C. LVII. ¶ *Subditi vitia Prælatorum reprehendere studeant.*

Item Gregorius.

ADmonendi sunt subditi, ne plus, quàm expedit, sint subjecti: ne cùm student plus, quam necesse est, hominibus subjici, compellantur vitia eorum venerari.

¶ *Collecta est hæc sententia ex verbis B. Gregorii tertiæ partis Pastoralis, admonitione 11. ubi de elatis & humilibus loquitur.*

C. LVIII. ¶ *Clerici, sive electi Monachi sint Cubiculatii Episcopi.*

Item Generali 1 Synodo *præsidens dixit, c. 2.*

CUm 1 Pastoris vita esse discipulis semper debeat in exemplo, plerunque Clerici, qualis in secreto sit vita sui Pontificis, nesciunt, quam, ut dictum est, seculares pueri sciunt. De qua re præsenti decreto constituo, ut quidam ex Clericis, vel etiam ex Monachis electi, ministerio cubiculi *a* Pontificalis obsequantur, ut is, qui in loco regiminis est, tales habeat testes, qui vitam *b* ejus in secreta conversatione videant, qui ex visione sedula exemplum profectûs sumant.

C. LIX. ¶ *Pravos in sua societate Episcopus habere non debet.*

Item *Virgilio Episcopo Arelatensi, lib. 9. epist. 43.*

PErvenit ad nos, frater, & Coëpiscopum nostrum Serenum Massilienses pravos homines omnino in societate sua recipere, ita denique, ut Presbyterum quendam, qui post lapsum in suis adhuc dicitur iniquitatibus volutari, familiarem habeat. Quod à vobis subtiliter inquirendum est: & si ita constiterit, curæ vobis sit, nostrâ hoc sic vice corrigere, ut & qui talem recipit, non familiaritate fovere, sed discat potiùs ultione comprimere: & qui receptus est, idem discat cum lachrymis peccata diluere, non iniquitatem immunditiis maculare.

C. LX. ¶ *Viros bona testimonia semper Episcopi secum habeant.*

Item Paschalis Papa.

EPiscopi lectioni & orationi vacent, & semper secum Presbyteros, & Diaconos, aut alios boni testimonii Clericos habeant, ut secundùm Apostolum *c*, & sanctorum Patrum instituta, possint irreprehensibiliter ministrari.

Item Joannes Baptista *d cùm diceret eremiticam vitam, Scribas & Pharisæos, Sacerdotes & Levitas Judæorum ad se venientes asperâ increpatione redarguit.* ¶ *Item ex contrario jubentur e:* [Illi Sacerdotes accusare possunt, qui ad eundem gradum conscendere valent.] *Cùm ergò Monachi ad Sanctitatis gradum laudabiliter pertingere valeant, patet, quòd & ipsi Sacerdotes liberè accusare possunt.*

QUÆSTIO VIII.

1 pa DE accusatione verò, qualiter fieri valeat, in canonibus apertè decernitur.

C. I. ¶ *Accusatio semper fiat in scriptis.*

Ait enim Calixtus Papa *f ad Episcopos Galliæ, epistolâ secundâ.*

ACcusatorum *g* personæ nunquam recipiantur sine scripto: nec absente eo, quem accusare voluerint, quibuslibet accusare permittatur.

¶ *In epistola Calixti, etenim, apud Burchardum, & Ivonem sic habetur:* Rimandæ sunt enucleatim personæ accusatorum, quæ sine scripto difficile, per scripturam autem nunquam recipiantur: quia per scripturam nullus accusare, vel accusari potest, sed propriâ voce, & præsente eo, quem accusare voluerit, cuicunque *h* accusatori credatur. *Quorum verborum bona pars refertur infrà. 3. q. 9. cap.* absente. 1. *quod sumptum est ex hac eadem epistola loco.*

C. II. ¶ *De eodem.*

Cod. *lib. 4. tit. de probationibus 1, l. fin.*

SCiant cuncti accusatores, eam se rem deferre debere in publicam notionem, quæ munita sit idoneis testibus, vel instructa apertissimis documentis, vel indiciis ad probationem indubitatis, & luce clarioribus expedita.

a *Anf. l. 3. c. 12. Ivo p. 16. c. 232. Pann. l. 5. c. 45.* b *Cod. l. pen. qui accus. non possient.* c *al. intercidi.* d *16. qu. 1. qui verò. Anf. l. 3. c. 63. Polyc. l. 4. tit. 34.* e *3. dist. c. cùm Pastoris.* f *supr. dist. 83. c. error. & distinct. 86. cap. facientis.* g *Ad Paulinum.* h *l. 4. reg. epist. 44. seu c. 32. & post lib. 12.* i *Anf. l. 6. cap. 134. Polyc. lib. 4. tit. 5.*

a *Cap. 14. suprà eâdem.* b *habeat tales, qui veram] al. reg.* c *1. Tim. 3.* d *Luc. 3.* e *suprà dist. c. Sacerdotes.* f *Et Stephanus, epist. 2. c. 11.* g *3. q. 9. c. absente. Burchard. lib. 1. cap. 171. Ivo par. 5. cap. 289.* h *al. quæquam accusator credatur.* i *tit. 19.*

C. III. ¶ *Ac-*

C. III. ¶ *Accusatio semper debet fieri in scripta.*

Item Eutychianus Papa *Episcopis Sueviæ, epist. 2.*

QUisquis *a* ille est, qui crimen intendit, in judicium veniat, nomen rei indicet, vinculum inscriptionis arripiat, custodiæ similitudinem 1 (habitâ tamen dignitatis æstimatione *b*) patiatur, nec impunitam fore sibi noverit licentiam mentiendi; cùm calumniantes ad vindictam poscat similitudo supplicii. *& infra.* c ¶ Qui verò ad sortilegos, magosque concurrerint, nullatenus ad accusationem sunt admittendi.

1 ¶ Custodiæ similitudinem] *In originali impressum est,* custodiat similitudinem, habitâ tamen dignitatis æstimatione potiatur, nec fortè sibi noverit, &c. *Item ibi apud Hadrianum, nisi quod habet,* nec sibi fore noverit. *Item ibi apud Ivonem, & in aliquot vetustis Gratianis codicibus, in quorum uno est,* habitæ tamen dignitatis. *In Pannormia autem legitur* custodiat similitudinem supplicii, habitâ tamen dignitatis æstimatione. Nec fortè sibi noverit, &c. *In codice est eadem lectio, quæ hic retenta est.*

C. IV. ¶ *De eodem.*

Item Sixtus III. *in epist. ad Episcopos Orientales, cap. 4.*

QUi *d* crimen objicit, scribat se probaturum. Reverà 1 ibi semper causa agatur, ubi crimen admittitur. Et qui non probaverit, quod objecit, pœnam, quam intulerit, ipse patiatur.

1 ¶ Reverà] *Addita est hæc clausula ex originali, quæ est etiam apud Fabianum, ¶. 3. q. 6. c. 1.*

C. V. ¶ *De eodem.*

Sed Stephanus Papa *contrà videtur scribere, dicens epist. 2. cap. 4.*

PEr *e* scripta nullius accusatio suscipiatur, sed propriâ voce (si legitima & condigna accusatoris persona fuerit) præsente videlicet eo, quem accusare desiderat, quia nullus absens aut accusari potest, aut accusare.

Sed Calixtus Papa *præcipit, ut accusator præsente eo, quem accusat, in scripta judici accusationem offerat, & propriâ voce literas sua accusationis legat. Stephanus* f *autem prohibet, ne absens aliquem per epistolam accusare audeat.*

2 pars. ¶ *Qua verò sit forma accusationis, & quis modus accipiendorum libellorum, Paulus in Digesto, libro* g *de publicis judiciis, titulo de accusationibus & inscriptionibus, lege 3. ostendit, dicens:* [Libellorum inscriptionis conceptio talis est. Consul & dies. Apud illum Prætorem vel Proconsulem Lucius Titius professus est, se Mæviam lege Juliâ de adulteriis *h* ream deferre, quòd dicat eam cum Cajo Sejo in civitate illa, domo illius, mense illo, Consulibus illis, adulterium commisisse. Utique enim & locus designandus est, in quo adulterium commissum est, & persona, cum qua admissum dicatur, & mensis. Hoc enim lege Juliâ publicorum judiciorum 2 cavetur, & generaliter præcipitur omnibus, qui aliquem reum deferunt. Neq; autem diem, neq; horam invitus comprehendet. Quòd si libelli inscriptionum legitimè ordinati non fuerint, Rei nomen aboletur, & ex integro repetendi reum potestas fiet. ¶ Item subscribere debebit is, qui dat libellum *k*, se professum esse, vel alius pro eo, si literas nesciat. Sed etsi aliud crimen objiciat, veluti quòd domum suam præbuit, ut stuprum materfamilias pateretur, quòd adulterum deprehensum dimiserit, quòd pretium pro compecto stupro acceperit, & si quid simile, idipsum *a* libello comprehendendū erit. Si accusator decesserit, aliavé quæ *b* causa eum impedierit, quòminùs accusare possit, & si quid simile est, nomen Rei aboletur, postulante reo, idq; & lege Juliâ de vi, & Senatusconsultis *c* cautum est, ita ut liceat alii ex integro repetere reum: sed intra quod tempus, videbimus. Et utique xxx. dies utiles observandi sunt.]

a *Cod. de accusat. lib. 9. t. 2. l. ult. Cod. Theod. l. 9. t. 1. c. 12. In Cap. Hadriani, c. 8. Polyc. lib. 5. tit. 1. Ivo part. 8. c. 332. Pann. l. 4. c. 76.* b *al. existimatione.* c *In Cap. Hadriani, c. 67. ¶. 3. q. 5. c. constituimus. Ivo p. 8. c. 333.* d *Et Fabianus epist. 3. ¶. 3. q. 6. c. 1. supr. 2. q. 3. c. 3. & 8. Burch. l. 16. c. 3. ex Concil. Arausico. Pann. l. 3. c. 75.* e *Polyc. l. 5. tit. 1. Burch. l. 1. c. 197. Ans. l. 3. c. 35.* f *Ivo p. 5 c. 293. & p. 8. c. 328. Pann. l. 4. c. 53. & 55.* g *In vulgatis legebatur, lib. 1.* h *al. lege Iuliâ adulterii reum,* i *absit à Pandectis Florentinis.* k *al. libellus.*

CAUSA III.

QUidam Episcopus à propria sede dejectus est, petit restitui: post restitutionem ducitur in causam, inducias postulat, tandem ad ejus accusationem procedit quidam non legitimè conjunctus, & duo infames, & tres religiosi: accusatores testes de domo sua producunt, & alios sibi inimicos extra suam provinciam: reus criminosus judici offertur ab uno tantùm audiendus & judicandus. Quidam de accusatoribus & testibus absentes per epistolam illum accusare, & in eum testificari contendunt: cum multa capitula ei objicerentur, in primo accusatores deficiunt, demum accusatio in accusatorem vertitur.

1 *Hic primùm quæritur, an restitutio danda sit quibuslibet expoliatis?*
2 *Secundò de inducis, an post restitutionem tantùm, an etiam post vocationem ad causam quibuslibet concedenda sint?*
3 *Tertiò, quo spatio mensium utrique sint concedenda?*
4 *Quartò, an infames, & non legitimè conjuncti, ad accusationem sint admittendi.*
5 *Quintò, an testes de domo accusatorum sint producendi, vel inimicorum vox sit audienda?*
6 *Sextò, an extra provinciam reus sit producendus?*
7 *Septimò, an sit audienda ejus sententia, quem cum re par infecit malitia?*
8 *Octavò, an ab uno tantùm Episcopo sit audiendus vel judicandus?*
9 *Nonò, an accusatores vel testes in absentem vocem accusationis vel testificationis exhibere valeant?*
10 *Decimò, an deficientes in primo capitulo, sint admittendi ad sequentia?*
11 *Undecimò, an accusato liceat accusationem in accusatorem vertere?*

QUÆSTIO I.

Quòd restitutio quibuslibet danda sit, multis auctoritatibus probatur.

C. I. ¶ *Expoliatio vel ejectio omnia sunt redintegranda.*

Ait enim Gajus Papa, *epist. unicâ ad Felicem Episcopum, cap. 3.*

EPiscopis *d* suis rebus expoliatis, vel à propriis sedibus ejectis, omnia, quæ eis ablata sunt, legibus sunt redintegranda: quia priusquam hoc fuerit factum, nullum crimen eis objici potest.

C. II. ¶ *De eodem.*

Item Fabianus Papa, *epist. 2. Episcopis Orientalibus.*

EPiscopi *e*, si à propriis sedibus, aut Ecclesiis sine auctoritate Romani Pontificis 1 expulsi fuerint, antequam ad Synodum vocentur, proprius locus, & sua omnia eis redintegranda sunt. Nulla enim permittit ratio, dum ad tempus eorum bona, vel Ecclesiæ, atque res ab æmulis, aut à quibuscunque detinentur, ut aliquid illis objici debeat. Nec quicquam potest eis quoquo modo quili-

a *al. & ipsum libellum.* b *aliavé causa.* c *al. Senatusconsulto.* d *Mutatis verbis, sed eucolumis sententiâ. Ans. lib. 1. c. 46.* e *Ans. l. 3. c. 30.*

bet majorum vel minorum objicere, dum Ecclesiis, rebus, aut potestatibus carent suis.

1 ¶ Sine auctoritate Romani Pontificis.] *Sunt hæc verba etiam apud Anselmum, licèt non sint expressa in originals: cujus hîc sententia potiùs, quàm ipsamet verba referuntur, usque ad vers.* Nulla.

Sed notandum est, quòd restitutionis sententia sola non sufficit, nisi præsentialiter omnia judicii officia restituantur, ut ejectus, vel spoliatus etiam naturalem possessionem recipiat, sive animo suo & corpore alieno, veluti per procuratorem, sive animo & corpore suo. Cuncta quoque, quæ sibi ablata fuerant, quâcunque conditione, in eodem loco, unde surrepta fuerant, revocanda sunt.

C. III. ¶ *De eodem.*

Unde Joannes a *urbis Romæ Episcopus scribit Zachariæ Archiepiscopo, epist. 1.*

I. REdintegranda *b* sunt omnia expoliatis, vel ejectis Episcopis præsentialiter ordinatione Pontificum, & in eo loco 1, unde abscesserant, funditùs revocanda, quâcunq; conditione temporis, aut captivitate, aut dolo, aut violentiâ *c* majorum, aut per quascunque injustas causas, res Ecclesiæ, vel proprias, aut substantias suas perdidisse noscuntur ante accusationem 2, aut regulatem ad Synodum vocationem eorum, & reliqua.

1 ¶ In eo loco,] *Apud Ioannem, & Symmachum legitur:* & in eorum, unde abscesserunt, potestatem funditùs revocanda. *Apud Eusebium verò*, in eorum, unde abscesserunt, loca funditùs revocanda.

2 ¶ Ante accusationem,] *Hæcusque ad finem addita sunt ex originali, quibus erato absolvitur, & quarum parem sine cujus quæstionis à Gratiano repetitur.*

C. IV. ¶ *De eodem.*

Item Eusebius *Apostolicæ sedu Episcopus, epist. 2. ad Ægyptios.*

II. REdintegranda *d* sunt omnia expoliatis vel ejectis Episcopis, &c. *usq;* funditùs revocanda, *eodem modo, ut suprà.*

C. V. ¶ *Non est Sacerdos, sed schismaticus, qui fratrum se subtrahit obsequiis.*

Item Alexander Papa, *epist. 2. in princip.*

NUlli dubium est, quia boni à malis semper persequuntur & tribulantur. Propter quod humiliemur *e* sub potenti manu Dei, ut liberet nos in tempore tribulationis. Nam, sicut leo rugiens circuit, quærens quem devoret: sic Diabolus non cessat circumire, & quærere quos ex fidelibus perdat, & maximè illos, quos ardentiores in servitio Salvatoris, eique familiares invenerit. Familiares dico eos, quos sibi sacrari, & in ordine Apostolatûs constitui voluit. Ipsi enim *f* pro populo interpellant, & populi *g* peccata comedunt, quia precibus suis & oblationibus ea delent atque consumunt. *& infrà.* ¶ Qui autem ex vestro collegio fuerit, & ab auxilio vestro se subtraxerit, magis schismaticus, quàm Sacerdos esse probabitur. [*Ecce* (inquit Propheta *h*) *quàm bonum, & quàm jucundum habitare fratres in unum.*] Illi verò in unum non habitant, qui à fratrum solatio se subtrahunt, aut (quod deterius est) fratribus insidias præparant, aut laqueos ponunt. *& in fine epist. 3.* Dominum crucifigunt, qui eum in Sacerdotibus suis persequuntur, quia crux à cruciatu dicitur. Magnum verò cruciatum sustinet, qui vim patitur.

C. VI. ¶ *Excommunicentur, qui opprobrium & calumniam inferunt Sacerdotibus.*

Item Fabianus Papa *epist. 2. ad Episcopos Orientales.*

DEus ergò, Fratres, ad hoc prædinavit vos, & omnes, qui summo Sacerdotio funguntur, ut injustitias removeatis, & præsumptiones abscindatis, & in Sacerdotio laborantibus succurratis, opprobriis & calamitatibus eorum locum non præbeatis, sed ei, qui calumniâ & opprobrium patitur, adjutorium feratis: illum verò, qui calumniam, vel opprobrium facit, abscindatis, & Domino in suis Sacerdotibus opem feratis.

Patet ergò, quòd expoliati prius sunt præsentialiter restituendi, antequam ad causam sint vocandi. Sed objicitur, ubi non fuit legitima institutio, ibi non potest esse restitutio. Non enim probatur restitutus, qui prius non fuit institutus: ac per hoc nec restauratorem postulare potest. Illi ergò, quorum electio vetusta est, vel qui à Clero non sunt electi, vel à populo expetiti, vel qui per Simoniâ irrepserunt, non sunt habendi inter Episcopos: & ideò, si à sedibus, quas tenere videbantur, expulsi fuerint, non possunt restitutionem petere, antequam vocentur ad causam. Unde suprà a *intralto ordinandorum:* [Si quis pecuniâ, vel gratiâ humanâ, seu populari, vel militari tumultu, &c.] *Sed hoc in eo tantum casu intelligetur, quo Apostolica sedes per violentiam occupatur: qua casu judex non invenitur, cujus officio ille Apostaticus possit excludi. In alio autem loco non habet, cùm violenta possessio, nisi per judicis sententiam, violento detentore detrahi non possit. Et autem verus dominus, bello non continuato, sed renovato, ut illum de possessione ejecerit, judicis auctoritate pradonis possessionem restituat. Si ergò Episcopi à sedibus, quas quoquomodo tenere videbantur, non per judicem, sed violenter ejecti fuerint, post ejectionem restituendi sunt ante regulatem ad Synodum vocationem.*

a *Et Eusebius epist. 2. & in 3. Synodo Romana sub Symmacho.* b *Anfel. l. 3. c. 31. & 44.* c *al. virtute.* d *Anfel. ibidem.* e *1. Pet. 5.* f *Suprà 1. q. 1. ipsi Sacerdotes. Burch. l. 1. c. 219. Ivo p. 1. c. 229.* g *Osee 4.* h *Psal. 32.*

QUÆSTIO II.

1 ps DE induciis autem post restitutionem præstandis, & quo spatio temporis concedenda sint, scribit Joannes Papa b *epist. 1. ad Zachariam Archiepiscopum, dicens.*

C. I. ¶ *Secundum tempus expoliatorum concedantur inducia restituendis.*

QUanto c tempore expoliati, vel expulsi esse videantur, antequam ad Synodum convocentur, sub eodem spatio temporis eis inducia indulgeantur.

C. II. ¶ *Dum possessores, vel res Episcopi detinentur, aliquid sibi objici non potest.*

Item Pelagius Papa II. *Episcopis Italiæ.*

CUm d Ecclesiæ alicujus Episcopi, aut possessiones, vel res ab æmulis ejus, vel à quibuscunque aliis non sua sponte detinentur, aliquid illi non debet, aut potest à quoquam, ante redintegrationem omnium rerum suarum objici. Sed priùs illi legibus redintegranda sunt omnia, & posteà tempore à patribus definito, sunt negotia ventilanda.

C. III. ¶ *Ante litem contestatam violenter ablata restituantur.*

Item Stephanus Papa quintus 1 *Girardo Lemovens.*

OPortet, ut primùm vos tam de invasis civitatibus, & monasteriis, & mansis, quàm de reliquis generaliter rebus redinvestiri faciatis: quia nec nudi contendere, nec inermes inimicis nos debemus opponere.

1 ¶ Quintus] *Addita est hæc vox ex vetustis codicibus, & restituta vox,* Leodiensi, *cùm antèa legeretur* Laodicensi. *Nam manssi, de quibus in subjecto capite agitur, ostendunt non ad Graium Episcopum, sed Germanum, vel Gallum hæc fuisse scripta.*

C. IV. ¶ *Dejiciantur à Clero, & infames sint, qui loca expulsorum adulterinâ fallacia invaserunt.*

Item Evaristus Papa, *epist. 1.*

AUdivimus e quosdam à vobis infamatos, & dila-

a *suprà dist. 79. si quis pecuniâ.* b *Et Eusebius epist. 2.* c *¶. edd. cap. primo. Ipsa prorsus verba.* d *Anselmus lib. 3. cap. 63.* e *Polyc. l. 2. tit. 11. Burch. l. 1. c. 240. Ivo p. 5. c. 245. Anf. l. 4. c. 45.*

ecclatos

ceratos Episcopos, ac è civitatibus propriis pulsos (quia alibi Episcopi constitui non possunt, nisi in civitatibus non minimis) & alios in eis, ipsis viventibus, constitutos. Ideò hæc vobis scribimus, ut sciatis hoc fieri non licere, sed proprios revocari, & integerrimè restitui debere. Illos verò, qui adulterinâ fœditate sponsas suas, (quas & uxores eorum præfixo tenore esse intelligimus) tenent, ejici ut adulteros, atque infames fieri, eosque ab Ecclesiasticis honoribus arceri jubemus. Si autem adversùs eos aliquam querelam habueritis, his peractis inquirendum erit, & auctoritate hujus sanctæ sedis terminandum.

C. V. ¶ *Inducta sex mensium ejectis, vel expoliatis præstentur.*

Item Gajus a *epistolâ primâ ad Felicem.*

EJectis, vel expoliatis, post integram restitutionem anniversariæ inducias, vel sex mensium indulgendæ sunt.

C. VI. ¶ *Post restitutionem inducia præstanda sunt.*

Item Eusebius *b* Papa, *epist. 2.*

PRiùs *c* ergò oportet omnia illis expoliatis legib. redintegrari, & Ecclesias, quæ eis sublatæ sunt, cum omni privilegio sibi *d* restitui, & postmodùm non sub angusti temporis spatio, sed tantum temporis spatium eis indulgeatur, quantum expoliati, vel expulsi esse videntur, antequam ad Synodum convocentur.

C. VII. ¶ *De eodem.*

Item Felix Papa II. *in rescripto ad Episcopos Ægypti, cap. 1.*

TAmdiu *e* in sede propria pacificè & potestativè cuncta disponens resideat, quamdiu expulsus, vel expoliatus suis carere visus est rebus.

C. VIII. ¶ *Ante restitutionem aliquis ad causam vocari non debet.*

Item Felix Papa I. *epist. 2. ad Episcopos Galliæ.*

SI *f* Episcopus suis fuerit, aut Ecclesiæ sibi commissæ rebus expoliatus, aut (quod absit, quod alienum ab omnibus esse debet fidelibus) à sede propria ejectus, in detentione aliqua à suis ovibus fuerit sequestratus, tunc 1 canonicè antè in pristinum statum restituatur, cum omni privilegio sui honoris, & sua omnia, quæ insidiis inimicorum suorum ei ablata fuerant, legibus redintegrentur. ¶ Non *g* enim convocari poterit, vel præjudicari, nisi ipse pro sua necessitate (minimè tamen judicandus) advenire sponte elegerit. Nullatenùs ergò à quoquam respondere cogatur, antequam integerrimè omnia, quæ per suggestiones inimicorum suorum amiserat, potestati ejus ab honorabili concilio, legali ordine, redintegrentur. Præsul verò *h* cum omni honore statui pristino reddatur, & ipse dispositis, ordinatisq; liberè ac securè diu suis rebus, tunc regulariter intra quatuor, vel quinque, vel sex, aut septem menses, juxta quod possibilitas ei fuerit, & non antè convocatus ad tempus in concilio legitimo & canonico, veniat ad causam, & si ita justè videtur, accusantium propositionibus respondeat.

1 ¶ Tunc canonicè] *In originali sic legitur:* tunc canonicè, (antequam in pristino statu restituatur, cum omni privilegio sui honoris, & sua omnia, quæ insidiis inimicorum suorum ei ablata fuerunt, legibus redintegrentur) nec convocari, nec judicari poterit, nisi ipse, &c. *Nec multo secus habent Ivo, & Pannormia, nisi quòd loco,* antequam, *legunt, ut Gratianus,* antè.

2 pars. *Quòd si malè vivendo facultates Ecclesiæ dispersit Episcopus, ab ejus patrimonio, quousque de dilapidatione rerum Ecclesiasticarum cognoscatur, submovendus est: exemplo tutorum & curatorum, qui dum fuerint suspecti, à tutela, vel cura removentur, donec de suspecto cognoscatur.*

C. IX. ¶ *Ab administratione removentur, qui res Ecclesiæ malè vivendo dispergunt.*

Unde Pelagius Papa *Petro Presbytero.*

QUia ea, quæ de fraudibus Maximiliani 1 flebili ad aures nostras supplicum relatione venerunt, non facilè secundùm veritatem agnosci poterunt, nisi facultas Ecclesiæ, quam in usus suos malè convertendo dispersit, ab ejus potestate, donec causa cognoscatur, seponatur: idcircò nos eum & à supradictæ Ecclesiæ patrimonio volumus interim submoveri, & in vestro, discussionis ipsius tempore, moderamine detineri.

1 ¶ Maximiliani] *In vulgatu sequebatur,* Presbyteri, *quæ vox inducta est, quia in nullo vetusto codice Gratiani, ex iis, qui collati sunt, habetur. Gratianus autem caput hoc de Episcopo, non de Presbytero accepit.*

QUÆSTIO III.

1 ipse QUòd verò post vocationem venientes ad judicium, inducta neganda non sint, Felix Papa II. *in epistola ad fratres Ægypti, cap. 2. testatur, dicens.*

C. I. ¶ *Venienti ad judicium inducia non negentur.*

CUm *a* accusatus ad judicium venerit, si voluerit, & necesse fuerit 1, inducias ei petenti à Patribus constitutas, absque impedimento concedantur, & judices à se electi sibi tribuantur.

1 ¶ Et necesse fuerit,] *Hæc addita sunt ex epistola ipsa, Ivone & Pannormia, habenturq; infrà eâdem cap.* inducias. 2.

C. II. ¶ *Quot mensium inducia Episcopo præstanda sint.*

Item ex eadem *epist. ad fratres Ægypti, c. 10.*

DE induciis *b* verò *c* Episcoporum, super quibus consuluistis, diversas à Patribus regulas invenimus institutas. Quidam enim ad repellenda impetitorum *d* machinamenta, & suas præparandas responsiones, & testes confirmandos, & consilia Episcoporum atque amicorum quærenda, annum & *e* sex mandaverunt menses concedi. Quidam autem annum, in quo plurimi concordant. Minùs verò quàm sex menses, non reperi: quia & Laicis hæc indulta sunt, quantò magis Domini Sacerdotibus? *& infrà.* f ¶ Inducia namque non sub angusto tempore, sed sub longo spatio concedendæ sunt, ut accusati se præparare, & universos communicatores in provinciis positos convenire, & testes præparare, atque contra insidiatores se pleniter armare valeant.

C. III. ¶ *De inducis præstandis.*

Item Eleutherius Papa *in epist. ad Gallia provinciæ.*

I. INducias *g* non modicæ ad inquirendum dandæ sunt, ne aliquid præproperè agi à quacunque parte videatur: quia per subreptionem multa proveniunt.

C. IV. ¶ *De eodem.* PALEA.

Item Damasus Papa *epist. 3. ad Stephanum Archiepiscopum.*

II. INducias *h* accusatis in criminalibus causis *i* sex mensium, vel eo amplius, si necesse fuerit, concedendæ sunt.

2 pars. *Spatium verò dilationum,* (sicut in lib. 3. Codicis, tit. 11. de dilationibus *k* invenitur) *hac ratione modo-*

a *In vulgat. legebatur, Gelasius.* b *Et Ioan. epist. 2. sup. edd. c. quanto.* c *Ivo p. 5. c. 249. Anselm. l. 3. c. 44. Pann. l. 4. c. 50.* d *al. sus.* e *Polyc. sibid. Anselm. l. 3. c. 43. Pann. l. 4. c. 52.* f *Anselm. l. 3. c. 84.* g *Ivo p. 5. c. 248. Pann. l. 4. c. 44.* h *Pann. l. 4. c. 94.*

a *Ivo p. 6. c. 331. Pann. l. 4. c. 98. Anselm. l. 3. c. 53.* b *al. judicii.* c *Anselm. l. 3. c. 118. & 119. Polyc. l. 5. tit. 3. Burch. l. 1. c. 180. Ivo part. 4. c. 298.* d *antea legebatur, imperitorum.* e *aut sex] orig.* f *Pann. l. 4. c. 102.* g *Burch. l. 16. c. 31. Ivo p. 6. c. 317. Pann. l. 4. c. 103. Anselm. l. 3. c. 56.* h *Anselm. l. 2. c. 76. Ivo p. 5. c. 287. Pann. l. 4. c. 101.* i *al. Episcopis.* k *l. 1. 8. quod hâc ratione.*

randum est, ut, si ex ea provincia, ubi tu agitur, vel persona, vel instrumenta posciantur, non amplius quam tres menses indulgeantur. Si verò ex continentibus provinciis, sex menses custodiri justitia est. In transmarina autem dilatione novem menses computari oportebit. Judicantes autem 1 hâc ratione non sibi concessum intelligant danda dilationis arbitrium: sed eandem dilationem (si eorum urgentissima ratio flagitaverit, & necessitas desiderata instructionis exegerit) non facilè amplius, quam semel, nec ullâ trahendi arte sciant esse tribuendam. ¶ Ei autem a dilatio penitus est deneganda, qui rescriptum ad extraordinarium judicem deportaverit b. Illi autem, qui in judicium vocatur, danda est ad probanda c precum mendacia, vel proferenda aliqua instrumenta, vel testes: quoniam instructus esse non potuit, qui prater spem ad alienum judicium trahatur. ¶ Cùm d verò ad appellationem, consultationemvè à Principe rescriptum fuerit, sive sit primo judicio petita dilatio, & ea tributa non sit, sive nec petita quidem, eam dari cuiquam non licebit eâdem ratione, quâ ne in judicio quidem cognitionum Imperialium dilatio tribus solet. ¶ A judice e procedente dilationem non conventi postulari, etiam si utráque parte præsente tribuatur, cùm non alias, nisi causâ cognitâ, indulgere queat, & cognitio causa non interpellatione plenariâ, sed considerante f magi judice legitimè colligatur, ut si fortè dilationis petitio fuerit improbata, suscepta quæstio per sententiam judicis dirimatur.] Constitutione septimâ, in collatione septima. ¶ [Libellum g verò non aliàs actor dirigat, nisi prius & in ipsum, quem dicit obnoxium, & in negotii executorem exponat cautionem, se vel intra duos menses litem contestaturum, vel omne damnum ei, qui conventus, consurgens restituturum in duplum.] In coll. 7. const. 6.

3 pars. [Offeratur h ei, qui vocatur ad judicium, libellus, & exinde præbitis sportulis, datâ fidejussione, &c. dierum gaudeat indutiis, quibus deliberet, cedatné, an contendat; atq; judicium alium sociari i petat, an recuset eum: nisi ille sit is, quem ipse alio recusato jam petierit. Denig; præsens interrogetur, an hoc tempus litis transierit, quod non modò k ex ipsius responsione, sed etiam ex libelli subscriptione manifestetur, quam in initio facere debet. Litis ergò contestato contra hoc indultum l habita, pro nihilo est m.] Ibidem. [¶ Quod n fieri non debet, nisi actor satisdederit, certam promittens quantitatem se daturum, si litem non exequatur, aut exequens non vincat causam. Si igitur post tempus à se constitutum intra decem dies reo præsente non occurrat, demittatur res, excepto eo, quod promissum est: & si quid circa litem plus impendisse cum taxatione judicis juraverit. Exceptio o fori 2 dilatoria est, atque ideò in initio litis debet opponi, & probari. Peremptorias autem exceptiones, ut sunt præscriptiones longi temporis, sufficit in ultimo litis contestari.]

1 ¶ Judicantes autem] *In codice Justinianeo legitur:* Quod ita constitutum judicantes sentire debebunt, ut hâc ratione, &c.

2 ¶ Exceptio fori] *Postrema hæc pars abest à plerisque vetustis exemplaribus. In uno autem est in margine, cum hoc titulo,* glossa Joannis. *Eadem autem verba leguntur infrà eâd. q. 6. c.* si quis Episcoporum. 9. exceptio. *& ibi sunt in omnibus antiquis codicibus.*

a *Ibidem, lege 2. sed mutata est verborum series.* b *al.* reportaverit. c *improbanda*] *orig.* d *Lege 3. mutatis quibusdam vocibus.* e *Lege 4.* f *al. considente.* g *Cod. de litis contestat. auth. libellum.* h *Cod. de litis contestat. auth. offeratur. Iulianus antecessor novellâ 53. c. 3.* i *al. associari.* k *al. mox.* l *pro privilegium*] *orig.* m *al. ducenda est.*] *orig.* n *Cod. de dilationibus, authen. quod fieri.* o *Ex Cod. de except. l. ult. & l. 8. Infrà eâd. quæst. 6. cap. si quis Episcoporum.*

QUÆSTIO IV.

*Quòd verò infames * & non legitimè conjuncti ad accusationem admitti non debeant, & qui generaliter ab accusatione removendi sint, multorum auctoritatibus claret.*

C. I. ¶ *Infames, eos, qui sunt bonæ famæ, accusare non possunt.*

Ait enim Iginus Papa, *epist. 2.*

ALieni a erroris societatem b sectantem, vel à sui propositi tramite recedentem, aut Apostolicæ sedis jussionibus inobedientem suscipere non possumus: nec imperere rectè credentes, vel sanctorum Patrum jussionibus obtemperantes permittimus c: quia inter fideles & infideles magna debet esse discretio.

C. II. ¶ *Qui legem suam sponte transgreditur, ante suam versionem recte agentes accusare non potest.*

Item Anacletus Papa *in prima decretali.*

BEatus d prædecessor noster Clemens, vir Apostolicus, & spiritu Dei plenus, unà cum reliquis sanctis Collegis suis statuit, dicens: Accusandi & testificandi licentia denegetur his, qui Christianæ religionis & nominis dignitatem, & suæ legis, vel sui propositi normam, aut regulariter prohibita neglexerint. Transgressores enim sponte legis suæ, ejusque violatores, & recedentes, apostatæ nominantur. Omnis enim apostata refutandus est ante reversionem suam, non in accusatione recte agentium, aut testimonio suscipiendus est.

C. III. ¶ *A suo proposito discedentes sunt infames.*

Item Pius Papa, *epist. 1.*

SI e quis f verò à suo proposito retrorsum exhibitaverit, & jussum Apostolicæ sedis libenter transgressus fuerit, infamis efficitur. Reprobari ergò oportet eorum redargutiones, qui in recta fide suspecti sunt. Vides autem, & conversatio primùm scrutanda est, & deinde g, qui irreprehensibiles apparuerint, sunt recipiendi, & non priùs.

C. IV. ¶ *Incestuosi & non legitimè conjuncti, Sacerdotes & legitimè conjunctos accusare non possunt.*

Item Calixtus Papa *ad Episcopos Galliæ, epist. 2. cap. 4.*

COnsanguineorum h conjunctiones nec legitimæ sunt, nec manere possunt, sed sunt repellendæ. & infrà, *cap. 3.* ¶ Quisquis ergò non legitimè conjunctus, vel absque dotali titulo, ac benedictione Sacerdotis constat copulatus, Sacerdotes, vel legitimè conjunctos criminari, vel in eos testificari minimè potest: quoniam omnis incesti maculâ pollutus, infamis est, & accusare supradictos non permittitur. Non solùm ergò hi rejiciendi sunt, & infames efficiuntur, sed etiam omnes eis consentientes. ¶ Similiter de raptoribus, vel eis, qui seniores impetunt, fieri censemus. Hos ergò leges seculi interficiunt, sed nos misericordiâ præeunte sub infamiæ nota ad pœnitentiam recipimus.

C. V. ¶ *Qui non sunt recipiendi in accusatione.*

Idem *in eadem epistola.*

COnspiratores i in nullius accusatione sunt recipiendi.

* *Supra 2. quæst. 7. cap. alienæ. ex Dionysio.* a *Iulius in rescript. ad Orient. cap. 13. Polyc. l. 2. tit. 17. Anst. l. 2. c. 16. & l. 1. c. 9. Pann. l. 4. c. 70. & 81.* b *al.* fuisse à sui proposito] *al.* fuisse te maculatum, *vel à sui.* c *al.* permittimur:] *orig.* d *Anst. l. 3. c. 9. Pann. l. 4. c. 60.* e *Anst. l. 3. c. 4.* f *al. Si quis à suo verò proposito.* g *al. denuò.* h *Burch. l. 7. c. 1. Ivo p. 3. cap. 13.* i *Ivo p. 6. c. 364.*

piendi.

piendi, nec eorum vel anathematizatorum vox ullum nocere, vel accusare *a* potest.

C. VI. ¶ *De eodem.*

Item Stephanus Papa, *epist. 2.*

NUllus *b* anathematizatorum *c* suscipiatur, nec à quoquam credantur, quæ ab eis dicuntur, vel conscribuntur. Eos *d* dico anathematizatos esse, quos Episcopi suis scriptis anathematizaverunt, aut eorum statuta anathematizant.

C. VII. ¶ *Anathematizati, fideles accusare non possunt.*

Item Fabianus Papa, *epist. 1. ad Ecclesiæ monstros.*

OMnes *e*, quos sanctorum Patrum statuta tam præteritis, quàm futuris temporibus anathematizant, submovemus, & ab omni accusatione fidelium alienamus.

C. VIII. ¶ *Clericus, qui Episcopum accusaverit, infamis efficitur.*

Item Stephanus Papa, *epist. 2. c. 1.*

CLericus verò, qui Episcopum suum accusaverit, aut ei insidiator extiterit, non est recipiendus, quia infamis effectus est, & à gradu debet recedere, ac curiæ tradi servaturus.

C. IX. ¶ *Infames & exules fiant, qui Episcopos persequuntur.*

Item Alexander Papa, *epist. 1. cap. 1.*

HI *f* qui Episcopos suos 1 persequuntur, & amovere nituntur injustè, contra Apostolicam auctoritatem, etsi à morte prohibentur, dicente Domino *g*. [*Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur, & vivat.*] perpetuâ tamen notantur infamiâ, & exilio digni judicantur finitimo: de quibus à temporibus Apostolorum, & infra ista tenemus, atque decreta habemus *h*, quibus eorum accusandi Episcopos, vel testificandi in eos vocem obstruimus, quos non humanis, sed divinis actibus mortuos esse scimus.

1 ¶ Suos] *Vox ista abest à pleris. manuscriptis & originali: sed ob glossam non est sublata.*

C. X. ¶ *Detractores, & inimicorum aulitores Episcopos non accusent.*

Item Zepherinus Papa, *epist. 1. ad Episcopos Siciliæ.*

DEtractores *i* (qui divinâ auctoritate eradicandi sunt,) & auctores *k* inimicorum ab Episcopali submovemus accusatione, vel testimonio.

C. XI. ¶ *Infamis, vel sacrilegus religiosum Christianum accusare non potest.*

Item Eutychianus Papa, *epist. 1. ad Episcopos Siciliæ.*

NUlli *l* unquam infimi, atque sacrilego de quocunq; negotio liceat adversùs religiosum Christianum, (quamvis humilis, servilisque persona sit) testimonium dicere, nec de qualibet re, actione, vel inscriptione Christianum impetere.

Notandum verò, quòd aliud sit excommunicatio, & aliud anathematizatio.

C. XII. ¶ *Aliud est excommunicatio, aliud anathematizatio.*

Unde Joannes Papa VIII. *scribit cuidam Episcopo.*

ENgeltrudam *m* uxorem Bosonis noveris non solùm excommunicatione, quæ à fraterna societate separat, sed etiam anathemate, quod ab ipso Christi corpore (quod est Ecclesia) recidit, crebrò percussam esse.

¶ *Epistola hæc Joannis VIII. non est inventa. Verùm* Nicolaus I. *in Concilio à se Romæ habito, de Metensi Synodo penitùs abolenda, cap. ultim. narrat, hanc Engeltrudam sic à se fuisse anathemate percussam. Cujus mulieris flagitia, ob quæ justissimè hanc pœnam tulit, refert Regino lib. 2. Chronicorum. Potuit autem tempore Joannis Octavi vivere hæc fœmina, quantam Hadrianus II. qui inter Nicolaum I. & Joan. VIII. intercessit, quantum sui Pontificatûs annum non implevit.*

Unde datur intelligi, quòd anathematizati intelligendi sunt non simpliciter à fraterna societate, sed etiam à corpore Christi (quod est Ecclesia) omninò separati.

a *al. ledere.* b *Pann. l. 4. c. 71.* c *al. anathema*] *reg.* d *al. ejus quoq; dicta*] *reg.* e *Ansl. l. 3. c. 16. Polyc. l. 5. tit. 2.* f *Ansl. l. 3. c. 79.* g *Ezech. 33.* h *Supr. 2. q. 7. c. placuit.* i *Ansl. l. 3. c. 33. Ivo part. 5. c. 245.* k *al. adlatores.* l *Ansl. l. 3. c. 25. Burch. l. 16. c. 21. Ivo p. 8. c. 333. Pann. lib. 4. c. 92.* m *11. q. 3. nemo Episcoporum. Ivo p. 14. c. 52.*

QUÆSTIO V.

Quòd verò testes de domo accusatorum producendi non sint, & quòd vox inimicorum non sit audienda, multorum auctoritatibus probatur.

C. I. ¶ *Consanguinei & familiares adversùs extraneos testimonium non dicant.*

Ait enim Calixtus Papa, *epist. 2. ad Episcopos Galliæ.*

COnsanguinei *a* accusatoris *b* adversùs extraneos testimonium non dicant, nec familiares, vel de domo prodeuntes: sed si voluerint, & invicem consenserint, inter se parentes tantummodò testificentur, & non in alios.

C. II. ¶ *Nuper inimici, accusatores vel testes esse non possunt.*

Item Anacletus Papa, *epist. 3. c. 4.*

1. ACcusatores *c* & testes esse non possunt, qui ante hesternum diem, aut nudiustertius inimici fuerunt, ne irati nocere cupiant, vel læsi se ulcisci velint. Inoffensus igitur accusatorum & testium affectus quærendus est, & non suspectus.

C. III. ¶ *De eodem.*

Item Symmachus Papa, *in quinta Synodo Romana, sub ipso habita.*

ACcusatoribus verò inimicis, vel de inimici domo prodeuntibus, vel qui cum inimicis immorantur, aut suspecti sunt, non credatur, ne irati nocere cupiant, ne læsi ulcisci se velint. *& infrà.* ¶ Si quis hæc, quæ hodie in hac sancta Synodo prohibita sunt, infringere præsumpserit, aut voluntariè transgredi tentaverit, si Clericus est, gradu proprio penitùs careat: si verò Monachus, aut Laicus fuerit, communione privetur: & si non emendaverit vitium, anathemate feriatur. Secretas verò insidias, vel manifestas Pontificibus à quibuscunque illatas, vel ea, quæ hujus sanctæ Synodi sententia complectitur, si quis ad Ecclesiæ pertulerit notitiam, potiatur honore: & hi, qui adversùs eis moliuntur (sicut à sanctis Patribus dudum statutum est, & hodie Synodali, & Apostolicâ auctoritate firmatur) penitùs abjiciantur, & exilio (suis omnibus sublatis) perpetuò tradantur.

C. IV. ¶ *Qui non possunt esse accusatores, vel testes.*

Item Pontianus *sanctæ & universalis Ecclesiæ Episcopus, epist. 2. omnibus Christianis.*

SUspectos *d*, aut inimicos, aut facilè litigantes, & eos, qui non sunt bonæ conversationis, aut quorum vita est accusabilis, & qui rectam non tenent & docent fidem, accusatores esse & testes, & antecessores nostri Apostolici 1 prohibuerunt, & nos eorum auctoritate submovemus, atque futuris temporibus excludimus.

1 ¶ Apostolici.] *Sic est emendatum ex Vaticanis codicibus. Antea enim legebatur,* Apostoli. *Originale autem impressum sic habet:* & antecessores nostri Apostolicâ repulerunt auctoritate, & nos submovemus, atque futuris, &c.

a *Anselmus l. 3. c. 58. Polyc. l. 5. tit. 1. Burch. l. 1. c. 171. Ivo p. 3. c. 289. Pann. l. 4. c. 81.* b *accusatores*] *reg.* c *Ambros. Syagrio, epist. 64. Ansl. l. 3. c. 13. Burch. l. 1. c. 152. Ivo p. 5. c. 239. Pann. l. 8. c. 84.* d *supr. 2. q. 7. c. quærendum. Polyc. ibid. Anselmus l. 3. c. 16.*

C. V. ¶ *Ab accusationibus Clericorum repellantur, quos leges sæculi non admittunt.*

Item Eusebius *Episcopus Galliarum, epist. 1.*

DE a accusationibus Clericorum, super quibus mandâstis, scitote, à tempore Apostolorum in hac sancta Urbe servatum esse, accusatores, & accusationes, quas exterarum consuetudinum leges non ascisciunt, à Clericorum accusatione submotas. *& infrà.* ¶ Idcirco & nos sequentes *b* Patrum vestigia, pro salvatione servorum Dei, quæcunque ad accusationem personas leges publicæ non admittunt, his impugnandi alterum, & nos licentiam submovemus, & nullæ accusationes à judicibus audiantur Ecclesiasticis, quæ legibus sæculi prohibentur.

C. VI. ¶ *Alienigenæ, & quos divina voces mortuos appellant, Episcopos accusare non possunt.*

Item Pelagius Papa II. *Episcopis Italiæ.*

CAnonica *c* sanctorum Patrum statuta (ne columnæ sanctæ Ecclesiæ vacillent) sequentes, ac roborantes, omnes infames, cunctosque suspectos, vel inimicos, & eos, qui non sunt eorum gentis, vel quorum fides, vita & libertas nescitur, & qui non sunt bonæ conversationis, vel quorum vita est accusabilis, ab omni accusatione Episcoporum funditùs submovemus. Similiter & omnes, quos divinæ leges mortuos appellant, submovendos esse ab eadem accusatione, & publicæ pœnitentiæ submittendos, judicamus.

C. VII. ¶ *A Clericis repelluntur accusationes, quas leges sæculi non admittunt.*

Item ex Synodo Romana, *habita sub Hadriano* d *Papa.*

ACcusationes *e* & accusatores, atque eorum *f* negotia, quæ seculares non ascisciunt leges, divinâ ac synodicâ funditùs à Clericis repelli auctoritate censemus: quia indignum est, superiores pati ab inferioribus, quæ inferiores ab eis pati despiciunt.

¶ *Caput hoc, & c.* Neminem *infrà eâd. q. 6. qua extantur ex Synodo Romana, extant in capitulo Hadriani, ea autem expressius etiam appellantur Synodi nomine infrà 5. q. 3. in principio.*

C. VIII. ¶ *Nec servus, nec libertus, nec infamis Episcopos accusare præsumant.*

Item Stephanus *Romanæ Ecclesiæ Episcopus* g *omnibus Episcopis, epist. 2. de accusationibus Sacerdotum, c. 3.*

II. ACcusatores *h*, & accusationes, quas sæculi leges non recipiunt, & antecessores nostri prohibuerunt, & nos submovemus. Nullus enim alienigena, aut accusator fiat eorum, aut judex. Unde & de Loth *i* scriptum est: [*Ingressus es ut advena, nunquid ut judices?*] Accusator autem nostrorum *k* nullus sit servus, aut libertus, nullaque suspecta persona, aut infamis.

C. IX. *Infames, qui ad sortilegos & divinos concurrunt, nec accusatores, nec testes esse possunt.*

Item Eusebius Papa *I, epist. 3. ad Episcopos Thusciæ.*

COnstituimus *m* iterum, firmantes cana Patrum statuta, cum omnibus, qui nobiscum sunt, Episcopis, sicut dudum decretum reperimus, ut homicidæ, malefici, fures, sacrilegi, raptores, adulteri, incesti, venefici, suspecti, criminosi, domestici, perjuri, & qui raptum fecerunt, vel falsum testimonium dixerunt, seu qui ad sortilegos *a*, divinosque *b* concurrerunt, similesque eorum, nullatenùs ad accusationem, vel ad testimonium sint admittendi, quia i[n]fames sunt; & justè repellendi, quia infesta est vox eoru[m].

C. X. ¶ *Suspecti, aut gratiosi ad accusationem non admittantur.*

Item Julius Papa *in rescripto ad Orientales, c. 3.*

SImiliter *c* in jam præfixa Synodo est decretum, ne suspecti, aut infames, aut criminosi, aut gratiosi, vel calumniatores, vel affines, aut scelerati, aut facilè litigantes suscipiantur accusatores, sed tales, qui omni careant suspicione.

C. XI. ¶ *Qui inimicitiis studet, vel facilè litigat, nec accusator, nec testis esse potest.*

Item Felix Papa II. *epist. 1. c. 14.*

NUllus *d* servus, nullus libertus, nullus infidelis *e*, nullus criminibus irretitus, nullus calumniator, nullus, qui inimicitiis studet, nullus, qui frequenter litigat, & ad accusandum, vel detrahendum est facilis, nulla infamis persona, vel omnes, quos ad accusanda crimina publica leges publicæ non admittunt, permittantur Episcopos accusare.

C. XII. ¶ *Familiares, suspecti, de domo prodeuntes, non recipiantur in accusatione.*

Item Calixtus Papa, *epist. 2. ad Episcopos Galliæ.*

III. ACcusatores *f*, vel testes suspecti non recipiantur, nec familiares, vel de domo prodeuntes, nec etiam consanguinei accusatoris adversùs extraneos testimonium dicant: quia propinquitatis *g*, & familiaritatis, ac dominationis affectio veritatem impedire solet. Amor carnalis, & timor, atque avaritia plerunque sensus hebetant humanos, & pervertunt opiniones, ut quæstum pietatem putent, & pecuniam, quasi mercedem prudentiæ.

C. XIII. ¶ *Qui inimici, vel suspecti sunt, & qui odio quoslibet insequuntur, ab accusatione removeantur.*

Item Pelagius *h* Papa II. *epist. 3. c. 4.*

OMnes *i*, qui adversùs Patres armantur, ut Patrum invasores, & mactatores, infames esse censemus. *& infrà.* ¶ Horum ergò vitiorum auctores vel potratores, non sunt in accusatione Pontificum recipiendi, sed penitùs repellendi: quoniam jubent canonica decreta Patrum, ut accusatio, vel testimonium eorum, qui odio quoslibet persequuntur, vel qui inimici, aut suspecti habentur, nullo modo recipiantur.

C. XIV. ¶ *De eodem.* PALEA.

[*Item* Paschalis Papa.]

NUlli *k* Episcoporum ab accusatione sua repellere liceat, quos *1*, antequam ab eis impeteretur, à sua communi familiaritate neglexerit separare.

¶ *In uno pervetusto exemplari Gratiani, à quo plerag. Palea absunt, caput hoc habetur non hîc, sed sup. 2. q. post c. B. Petrus & Paulus: ubi etiam extatur ex Paschali II.*

1 ¶ Quos antequam] *In eodem codice legitur,* quos & antequam ab eis impeterentur, à sua communi familiaritate neglexerint separare. *In alio verò nonnullis, in quibus hæc Palea habetur hoc loco, legitur,* quos antequam ab eis se impetendos cognoscerent, à sua, &c. *In decretalibus autem non multò secus,* antequam se ab eis impetendum cognosceret, à sua, &c.

---

a *Anselm. l. 3. c. 16.* b *infr. 6. q. 1. nec sequentes.* c *Ans. l. 3. c. 19.* d *In Cap. Hadriani, cap. 21. Concor. Damasus epist. ad Stephanum.* e *Ans. l. 3. c. 20.* f *ea] orig.* g *Conc. Tholesphorus, epist. unicâ, c. 4. Iulius in rescript. ad Orient. c. 5.* h *Polyc. ibidem. Ansel l. 3. c. 12. Ivo p. 5. c. 257. & p. 6. c. 327.* i *Gen. 19.* k *ve strorum] orig.* l *& in Cap. Hadriani, c. 67.* m *Polyc. ibidem. Ans. l. 3. c. 19.*

a *al sacrilegos.* b *supr. 2. q. 8. quisquis.* c *Polyc. ibid. Ans. l. 3. c. 21.* d *Ans. l. 3. c. 67.* e *insidus] orig.* f *Polyc. ibid. Ans. l. 3. c. 57. Burch. l. 1. c. 171. Ivo p. 5. c. 289.* g *supr. 3. eâd. c. consanguinei.* h *antea legebatur, Gelasius.* i *Prædus ad Dionysium in act. 14. Concil. Chalc. Ans. lib. 4. c. 6.* k *extr. de accus. c. nulli.*

Quid

Quid verò inimici ab accusatione prohibeantur, inde est, quia eorum calliditate, innocentia frequenter oppressi solet. Sed cùm Athanasius a sua cathedra reddi præcipitur, quia de inimicitia suis Patriarcha conquestus est, patet, quòd etsi manifesta crimina alicujus sint, non tamen condemnandus est accusatione inimici.

C. XV. ¶ *Qui inimici sunt, Iudices esse non possunt.*

Unde Nicolaus Papa *scribit Michaëli Imperatori in epistola, quæ incipit:* [Proposueramus.]

Quòd *b* suspecti & inimici judices esse non debeant, & ipsa ratio dictat, & plurimis probatur exemplis. ¶ Nam *c* quid gratiùs & amabiliùs dare quis inimico potest, quàm si eí ad impetendum commiserit, quem lædere forte voluerit? Quod provide Constantinopolitana Synodus canonum suorum sexto 1 dignoscitur prohibere capitulo. *& infrà.* ¶ Veniamus ergo & ad sanctam Chalcedonensem Synodum, & quid nobis de Athanasio Paræmorum Episcopo referat, audiamus. Is enim Antistes tertiò evocatus ad Synodum, quia non occurrit, à Patriarcha suo canonicè condemnatus extiterat: sed solùm, quia, cùm vocaretur ad Synodum, quòd inimicus suus esset ipse, qui judicabat, clamavit, à sancta Chalcedonensi Synodo *d* ad causas illatas sibi examinandas reservatur: & nisi denuò convincatur, recipere Ecclesiam propriam judicatur. Quòd si Athanasius à Patriarcha suo depositus, quia de inimicitia ipsius conquestus est, iteratò ad judicium renovandum dirigitur, etsi 2 manifesta sibi officiant crimina, tamen suæ reddi Ecclesiæ præcipitur; quantò magis Ignatius, qui non à Patriarcha, sed ipse potius existens Patriarcha, minimè debuit Ecclesiâ propriâ (inimicis, & suspectis judicibus decernentibus) expoliari? *& paulò pòst* c. ¶ Veniat & facundissimus noster Papa Gelasius, hæreticorum expugnator fortissimus, & quod de Constantinopolitanis Episcopis more solito tunc ægrotantibus dixit, etiam nunc nobis edisserat. [*Quæro*, inquit, *tamen ab his judicium, quod pretenditur, ubinam possit agitari? an apud ipsos, ut eidem inimici sint & testes & judices? Sed tales judices nec humana debent committi negotia.*] Quòd si judicio, ubi iidem sunt inimici, qui judices, nec humana debent committi negotia; quantò minùs divina, id est, Ecclesiastica? Quj sapiens est, intelligat. ¶ Et reverà hinc Justinianus Imperator pius legibus suis promulgâsse dignoscitur, dicens: [*Liceat* f *ei, qui suspectum judicem putat, antequam lis inchoetur, eum recusare, ut ad alium recurratur.*] Nam quodammodò naturale est suspectorum judicium insidias declinare, & inimicorum judicium semper velle refugere. ¶ Hinc S. Athanasius inimicorum ferè declinavit insidias. Hinc S. Joannes, os aureum, Concilii contra se congregati renuit intrare collegium.

1 ¶ Sexto] *Hic canon est sextus Concilii Constantinopolitani primi apud Græcos, qui in Concilia quatuor volumina conjecto (nam in aliis editionibus abest) tomo primo bis affertur, primùm in Concilio ipsi Constantinopolitano, deinde in libello Synodicarum constitutionum. De quo capitulo, & aliis canonibus hujus Concilii supra dist. 22. est notatum, & infrà 4. quæst. 1. c.* quod autem, *aliquid dicetur.*

2 ¶ Etsi manifesta] *Vera lectio est:* & nisi manifesta sibi officiant crimina, suæ reddi Ecclesiæ præcipitur. *Est ergo idem quod antea retulerat ex ipsis Concilio*, & nisi denuò convincatur, recipere Ecclesiam propriam judicatur. *Verùm non est emendatum ob glossam, & quia Gratianus in verbis sequentibus manifestè ostendit, falsâ lectione se usum esse:*

a *al. Anastasius.* b *al. Quia.* c *Ivo part. 3. cap. 33.* d *act 24. in fin.* e *In commonitorio ad Faustum.* f *Cod. de judiciis, l. apertissimi.*

quæ etiam, quod hìc dicitur de inimicitia judicis, ad accusatoris inimicitiam transfulit. Nec verò (quod ex tota illa actione 14. facilè constat) Athanasius in ea causa erat actor, qui restitutionem peteret, (quippe cum, licèt in Concilio Antiocheno depositus, postèa tamen per Dioscorum Episcopatum recuperâsset, tuncq; possideret) sed Saverianus, qui pòst Athanasii depositionem in ejus locum à Metropolitano, & comprovincialibus Episcopis suffectus, ab eodem Dioscoro ejectus fuerat, ideoq; restitui sibi Episcopatum petebat. In ipso autem Concilio Chalcedonensi statutum fuit, ut (quando Athanasius diceret, se ad Concilium Antiochenum ter vocatum, ideò non venisse, quòd Dominus ea tempore Patriarcha Antiochenus sibi inimicus esset) Saverianus quidem maneret in Episcopatu, interim verò causa Athanasii apud Maximum tunc Antiochia Patriarcham ageretur, atq; intra octo menses cognosceretur, an Athanasius crimen depositione dignum commisisset, ac, nisi commisisse constaret, suus illi Episcopatus redderetur. Ex quo toto facto Nicolaus *partem illam accepit, quæ ad rem suam optimè facrebat.*

Patet ergò, quòd etsi manifesta sint crimina alicujus, tamen accusatione inimici condemnandus non est.

QUÆSTIO VI.

1 ¶ *Extra provinciam autem reus nullatenùs est producendus.*

C. I. ¶ *Ubi crimen admittitur, ibi causa ventiletur.*

Unde Fabianus Papa *scribit Hilario Episcopo, epist. 3. cap. 4.*

Ibi *a* semper causa agatur, ubi crimen admittitur, & *b* qui non probaverit, quod objecit, pœnàm, quam intulerit, ipse patiatur.

C. II. ¶ *Accusatus non nisi in foro suo audiatur.*

Idem *eádem epist. c. 2.* c

Si *d* quis Episcoporum super certis accusetur criminibus, ab omnibus audiatur, qui sunt in provincia sua, Episcopis: quia non oportet accusatum alibi, quàm in foro suo audiri.

Exceptio fori dilatoria est, atq; ideò in initio litis debet opponi & probari. Peremptorias autem exceptiones (ut sunt præscriptiones longi temporis) sufficit tempestivo litis contestari.

C. III. ¶ *De eodem.*

Idem Fabianus *ibidem.* e

Pulsatus *f* ante suum judicem causam dicat, & ante non suum judicem pulsatus, si voluerit, taceat. Pulsatis verò, quoties appellaverint, inducíæ dentur.

Hoc autem, quod de loco dictum est, tunc intelligendum est, cùm veritas causæ non nisi in loco admissi criminis deprehendi potest: aut nisi altera pars judicium mutare persona interpellaverit, sive declinando judicium, sive revelando sententiam.

C. IV. ¶ *Intra provinciam, & à comprovincialibus tantùm causa est audienda.*

Unde Stephanus, *sancta & Apostolica, atque universalis Ecclesia Romana Episcopus, scribit omnibus Episcopis, epist. 2. cap. 7.* g

Ultra *h* provinciarum *i* terminos accusandi licentia non progrediatur: sed omnis accusatio intra provinciam audiatur, & à comprovincialibus terminetur, nisi tantùm & ad Apostolicam sedem fuerit appellatum.

a *Reverà ibi*] *orig.* b *Sup. 2. quæst. 3. qui non probaverit. & q. 8. qui crimen. & infrà eád. c. fin.* c *Et Cyprianus l. 1. epist. 3.* d *Polyc. lib. 5. tit. 1. Ansel. 3. cap. 77. Burch. lib. 1. c. 147. Ivo p. 5. c. 260.* e *Cap. l. 9. cap. 367.* f *Polyc. l. 1. tit. 7. Ivo part. 6. c. 323. Pann. l. 4. c. 123.* g *In Codice Theod. l. 9. tit. 1. l. 10.* h *Ansel. l. 3. cap. 47. Pann. l. 4. c. 33.* i *al provincia.* k *al. tamen.*

C. V. ¶ *A comprovincialibus accusatus vel judicatus, Apostolicam sedem appellet.*

Item Sixtus *a* Papa II. *epist. 1. ad Gratum Episcopum.*

Accusatus *b* vel judicatus à comprovincialibus in aliqua causa Episcopus, licenter appellet, & adeat Apostolicæ sedis Pontificem, qui aut per se, aut per vicarios suos ejusdem retractari negotium procuret. Et dum iterato judicio Pontifex causam suam agit, nullus alius in ejus loco ponatur, aut ordinetur Episcopus: quoniam quanquam comprovincialibus *c* Episcopis accusati causam Pontificis scrutari liceat, non tamen diffinire *d* inconsulto Romano Pontifice permissum est.

C. VI. ¶ *De eodem.*

Item Damasus Papa *Stephano Archiepiscopo, epist. 3. c. 2.*

Discutere *e* Episcopos, & summas Ecclesiasticorum negotiorum causas, Metropolitano unà cum omnibus suis comprovincialibus (ita ut nemo ex eis desit, & omnes in singulorum concordent negotiis) licet: sed diffinire eorum, atq; Ecclesiasticarum summas querelas causarum, vel damnare Episcopos absq; hujus sanctæ sedis auctoritate minimè licet, quam omnes appellare, si necesse fuerit, & ejus fulciri auxilio oportet.

¶ *Caput hoc in aliquot vetustis exemplaribus non habetur, nec in ipsum adest glossa.*

C. VII. ¶ *Comprovinciales & Metropolitani Episcoporum causam audire, sed diffinire non possunt.*

Item Eleutherius Papa *scribens ad Galliæ provinciæ, c. 2.*

Quamvis *f* liceat apud comprovinciales *g*, & Metropolitanos, atque Primates Episcoporum ventilare accusationes & criminationes, non tamen licet diffinire 1 sine hujus sanctæ sedis auctoritate, sicut ab Apostolis, eorumque successoribus multorum consensu Episcoporum jam diffinitum est. Nec in eorum Ecclesiis alii aut præponantur, aut ordinentur, antequam hîc eorum justè terminentur negotia. Reliquorum verò Clericorum causas apud Provinciales, & Metropolitanos, ac Primates & ventilare, & justè finire licet.

1 ¶ Diffinire] *In epistola ipsa sequitur,* secus quàm prædictum est: reliquorum verò, &c. *Superiùs verò hæc prædicta fuerant,* finitiva Episcoporum tantùm judicia hûc deferantur, ut hujus sanctæ sedis auctoritate finiantur, sicuti ab Apostolis, &c. *usq; ad verbum,* Reliquorum.

C. VIII. ¶ *Ante Apostolicam censuram in causis Episcoporum non est diffinitiva ferenda sententia.*

Item Leo Episcopus *urbis Romæ Anastasio Episcopo Thessalonicensi, ep. 81. al. 84. c. 1.*

Multùm stupeo, frater charissime, sed & plurimùm doleo, quòd in eum, de quo nihil amplius indicaveras *h*, quàm quòd evocatus adesse differret, & excusationem infirmitatis obtenderet, tam atrociter & tam vehementer potueris commoveri, præsertim cùm etsi tale aliquid meretur, expectandum tibi fuerat, quid ad tua consulta rescriberem. &c. ¶. ¶ Sed etiamsi quid grave, intolerandumque gessisset, nostra expectanda erat censura, ut nihil priùs ipse decerneres, quàm quid nobis placeret, agnosceres. Vices enim nostras ita tuæ credidimus charitati, ut in partem sis vocatus solicitudinis, non in plenitudinem potestatis. Unde, sicut multùm nos ea, quæ à te piè sunt curata, lætificant; ita nimirum ea, quæ perperàm sunt gesta, contristant.

C. IX. ¶ *Præter sententiam Romani Pontificis, nec Concilia celebrare, nec Episcopum damnare oportet.*

Item Julius Papa *Orientalibus Episcopis, epist. 1.*

Dudum à sanctis Apostolis, successoribusque eorum in antiquis *a* decretum fuerat statutis, quæ hactenus sancta & universalis Apostolica tenet Ecclesia *b*, non oportere præter sententiam *c* Romani Pontificis Concilia celebrari, nec Episcopum damnari, quoniam sanctam Romanam Ecclesiam Primatem omnium Ecclesiarum esse voluerunt: Et sicut beatus Petrus Apostolus primus fuit omnium Apostolorum; ita & Ecclesia suo nomine consecrata (Domino instituente) prima, & caput sit cæterarum, & ad eam, quasi ad matrem atque apicem, omnes majores Ecclesiæ causæ, & judicia Episcoporum recurrant, & juxta *d* ejus sententiam terminum sumant: nec extra Romanum quicquam ex his debere decerni Pontificem.

1 pars. *Aliquando inconsulto Romano Pontifice plures Episcoporum damnati inveniuntur, & alii in eorum locum subrogati, quorum damnationem & subrogationem probato pacis ex dispensatione tolerâsse legitur Ecclesia.*

C. X. ¶ *Quorundam Episcoporum depositionem extra consentiam Romani Pontificis factam, pro pace toleravit Ecclesia.*

Unde Joannes Papa *Salomoni tertio & ultimo Regi Britonum.* e

Hæc quippe est ordinatio Dei patris tui, & hæc est lex Ecclesiæ matris tuæ, videlicet, ut omnes Episcopos regni tui ad Turonensem Archiepiscopum minime non detrectes, ipsiusque judicium postulare non dedigneris. Ipse enim est Metropolitanus, & omnes Episcopi tui regni, Suffraganei ejus sunt: sicut conscriptiones prædecessorum meorum evidenter ostendunt: qui prædecessores tuos, quia illos ab ipsius cura subtraxerant, fortè invectione corripere studuerunt, quamvis nec nostra scripta super hac re missa deesse videantur. Cùmque coram designato Turonicæ Ecclesiæ præsule, & integro numero collegarum, id est, duodecim Episcoporum celebrato conventu fuerint ejecti Episcopi regulariter examinati, apparueritque, quòd canonicè fuerint ejecti, ipsis in sua dejectione manentibus, qui in locis eorum consecrati sunt, potuerunt utique Episcopatûs honore potiri. Quòd si Episcopi ejecti insontes fuerint declarati, his amotis, qui illis subrogati sunt, Ecclesias suas ipsi recipiant. Nam cùm antecessores mei Præsules ejectionem eorum Episcoporum, qui ab Ecclesiis suis expulsi sunt, nec admiserunt, nec approbaverunt, nec ipsos, qui eis subrogati 1 post sunt, viventibus illis, legitimos Episcopos dixerunt. Sanè, si ad Turonensem forte Archiepiscopum mittere præfatos Episcopos dedignaris, stude duos Episcopos de expulsis, & duos de subrogatis unà cum Ecclesiæ tuæ Legato ad Apostolicam B. Petri sedem transmittere: ubi dignâ examinatione præmissâ, qui legitimi Episcopi sunt, appareant, & suas Ecclesias irregulariter non amittant. Nihil enim quod aliud in præsenti negotio diffinire. Quia verò magni, quis sit Metropolitanus apud Britannos, contentio est, licèt nullius memoria teneat vos in vestra regione ullam habuisse Metropolitanam Ecclesiam, tamen si libet (postquam Deus omnipotens pacem inter vos, & dilectum filium nostrum, Carolum regem gloriosum, constituerit) facilè hoc poteritis advertere. Quòd si adeò contentiosè creditis agere, ad nostrum Apostolatum

a *Et Iulius in rescript. ad Orient. c. 3.* b *Polyc. ibid. Ansl. l. 2. c. 52. Burch. l. 1. cap. 176. & 144. Ivo p. 5. c. 4. & 257. Pann. l. 4. c. 125.* c *al. à comprovincialibus.* d *al. diffinire.* e *Ansel. lib. 2. c. 61. Burch. l. 1. c. 179. Ivo p. 5. c. 291.* f *Ivo p. 5. c. 316. Pann. l. 4. c. 134. & 136.* g *al. provinciales.* h *al. judicaverit.*

a *Præfatu]* orig. b *Codic. lib. 6. cap. 217.* c *in vulgatis legebatur, confisentiam.* d *al. ejusq; justâ sententiâ.* e *Regem lib. 2. Orosii.*

destinare

destinare contendite, quatenus nostro libramine, quæ fuerit apud vos antiquitùs Archiepiscopalis Ecclesia, luce clarius innotescat: & deinceps omni ambiguitate recisâ, quam sequi Episcopi vestri debeant, incunctanter agnoscant. Neque enim Ecclesias Dei per discordias Regum, divisionis aliqua pati damna necesse est, cùm (quantùm ex se est) pacem, quam prædicant, servare studeant invicem, & in omnes.

1 ¶ Subrogati post sunt,] *Sic restitutum est ex aliquot vetustis & valdè emendatis codicibus. Antea legebatur,* subrogari possunt.

3 pars. *Aliàs autem irrita erit Episcoporum sententia, & à Synodo retractanda.*

C. XI. ¶ *Damnatio injusta irrita est, & à Synodo retractanda.*

Unde Felix Papa I. *a epist. primâ ad Paternum.*

IRritam *b* esse censemus & 1 injustam Episcoporum damnationem, & idcircò à Synodo retractandam, ita ut oppressis ab omnibus, in cunctis subveniatur causis.

1 ¶ Et injustam] *Sic in originali, & antecedit vox,* aliter: *sed in decretis Iulii, & in Concilio Carthaginensi quarto (unde citatur infrà 11. q. 3. c.* irritam) *& in capitulis Hadriani, & apud Anselmum est,* irritam esse injustam Episcoporum damnationem, &c. *quæ lectio videtur magis convenire cum rubrica hujus capitu.*

Quòd autem Metropolitanum suum contemnere, & aliorum judicium alicui expetere non liceat, Sixtus Papa III. *testatur in epist. ad Orientales Episcopos, c. 3. dicens.*

C. XII. ¶ *Peregrina judicia sunt submovenda.*

PEregrina *d* judicia (salvâ in omnibus Apostolicâ auctoritate) generali sanctione prohibemus: quia indignum est, ut ab extraneis *e* judicentur, qui comprovinciales, & à se electos debent habere judices, nisi fuerit appellatum.

C. XIII. ¶ *De eodem.*

Item Anacletus Papa, *epist. 1. c. 3.*

LEges Ecclesiæ Apostolicâ firmamus auctoritate, & peregrina judicia submovemus. Unde & Dominus mentionem faciens Loth *f*, per Moysen loquitur, dicens: [*Ingressus es quidem (inquiunt) ut advena, nunquid ut judex?*]

C. XIV. ¶ *Nulli liceat aliarum provinciarum judicium expetere.*

Item Innocentius *g* Papa *ad Victricium Rothomagensem Episcopum, epistolâ 2. c. 3.*

NOn *h* liceat cuiquam (sine præjudicio tamen Romanæ Ecclesiæ, cui 1 in omnibus causis reverentia & auctoritas debetur) relictis his Sacerdotibus, qui in eadem provincia Dei Ecclesias nutu divino gubernant, ad alias convolare provincias, vel aliarum provinciarum Episcoporum judicia expetere *i*, vel pati. Quod si quis præsumpserit, & ab officio Cleri submotus, & injuriarum reus ab omnibus judicetur.

1 ¶ Cui] *In epistola & Marcelli & Innocentii legitur,* sine præjudicio tamen Romanæ Ecclesiæ, cui *k* in omnibus causis debet reverentia custoditi: *quamvis à posterna Conciliorum in quatuor tomis editione absint illa duæ voces.* sine præjudicio: *quemadmodum & paulò superiùs ipse,* vel aliarum provinciarum Episcoporum judicia expetere, vel pati: *quæ tamen habentur in alio loco vindicatis.*

Reverentia autem, quæ Apostolicæ debetur Ecclesiæ, & ejus auctoritas intelligenda est, cùm vel ad ipsam appellatum fuerit, vel ab ea judices electi concedantur. Unde Sixtus a *Papa, cùm decreret:* [Comprovinciales & à se electos debent habere judices,] *statim subjungit,* [nisi fuerit appellatum.]

C. XV. ¶ *Absque Apostolicæ sedis decreto extranei judices adiri non possunt.*

Item Anacletus Papa, *epist. 1. c. 3.*

UNaquæque *b* provincia tam juxta Ecclesiæ, quàm juxta seculi leges, suos debet justos, & non iniquos habere judices, & non extraneos *c*, nisi Apostolicæ sedis hujus decreverit auctoritas.

C. XVI. ¶ *Nisi per appellationem, alterius provincia judices adire non oportet.*

Item ex Romana *d* Synodo.

NEminem *e* exhiberi de provincia ad provinciam, vel ad comitatum oportet, nisi ad relationem judicis, ad quem 1 fuerit appellatum, ita ut actor rei forum sequatur. *& infrà.* ¶ Illa 2, quæ *f* sunt per unamquamque provinciam, ipsius provinciæ Synodus dispenset, sicut in Nicæno constat decretum esse Concilio. ¶ Ultra provinciæ terminos accusandi licentia non progrediatur. ¶ Omnis accusatio intra provinciam audiatur, & à comprovincialibus terminetur, nisi 3 Prælatus sit, qui accusatur.

1 ¶ Ad quem fuerit appellatum,] *Hæc sunt addita ex Hadriano, epistola Synodica Felicis, & Ivone.*

2 ¶ Illa, quæ] *Hæc usque ad finem in capitulis tantùm Hadriani sunt inventa.*

3 ¶ Nisi Prælatus sit, qui accusatur.] *Verba hæc neque in capitulis Hadriani, neq. in antiquioribus Gratiani exemplaribus leguntur: in aliis verò, loco ipsorum, sunt hæc:* nisi ad sedem Apostolicam fuerit appellatum.

C. XVII. ¶ *De eodem.*

Item Sixtus.

SI quis *g* Clericus super quibuslibet criminibus accusatus fuerit, in provincia, in qua consistit ille, qui accusatur, suas exerceat *h* actiones: nec existimet *i* eum accusator suus alibi, aut longiùs ad judicium pertrahendum *k*.

¶ *Caput hoc, quod citatur ex Sixto, in nulla epistola Pontificum hujus nominis est inventum. In aliquot vetustis exemplaribus est tantùm,* Item: *ut videatur citare eadem Synodus Romana, quæ in superiori capite, id est, qua continetur in capitulis Hadriani. Ivo autem part. 6. cap. 318. citat ex Eleutherio: cap. autem 329. citat ex Felice primo.*

C. XVIII. ¶ *Ubi crimen admittitur, ibi causa ventilatur.*

Item ex decreto Hadriani I Papæ.

QUi crimen objicit, sciat *m* se probaturum. Revertà *n* ibi causa agatur, ubi crimen admittitur.

QUÆSTIO VII.

1 QUòd judex esse non possit, quem cum reo par, aut major macula inficiat, multis authoritatibus probatur.

a *Et in decretis Iulii, cap. 27. Cap. Hadriani, c. 51.* b *11. q. 3. c. irritam. ex Carth. 4. c. 21. Ansc. lib. 3. c. 89.* c *Et inter decreta Hugon. c. 4. in epist. 2. Felicis inter decreta Iulii, c. 16. In C. Hadriani, c. 29. in adjectu capitul.* d *Polyc. l. 5. tit. 1. Ansc. l. 13. c. 76. Burch. l. 1. cap. 147. Ivo p. 5. cap. 260. & p. 6. c. 341.* e *al. externis.* f *Gen. 19.* g *Et Marcellus epist. 1. in codice canonum, inter decreta Innocentii.* h *Capitularium l. 6. c. 267. Ansc. l. 2. c. 52. & 3. c. 79.* i *al. experiri.* k *al. cujus.*

a *Suprà eâd. c. peregrina.* b *Ansc. lib. 3. c. 80.* c *al. externos* d *In c. Hadriani, c. 51. & 10. Felix I. epist. 2.* e *Ivo p. 5. cap. 241. & p. 6. c. 331.* f *Suprà eâd. c. ultra. infrà, 3. q. 4. c. duodecim. 4. item Hadrianus.* g *Eleutherius ad Galliæ provin. Felix I. epist. 1. in decretis Iulii, c. 25. In c. Hadriani, c. 7. Ivo p. 6. c. 318. & 329.* h *al. exerat.* i *al. æstimet.* k *al. pertrahendum.* l *In c. Hadriani, c. 52. & suprà eâd. c. ibi semper, ex Fabiano.* m *al. scribat.* n *Burch. l. 16. c. 3. Ivo p. 6. c. 324. Panorm. lib. 4. c. 75.*

C. I. ¶ *Infames, Judices esse non possunt.*

Docet enim sancta Romana a Synodus.

INfamis persona, nec Procurator esse potest, nec cognitor.

Tria sunt, quibus aliqui impediuntur, ut judices non fiant: [*Naturâ, ut surdus, & mutus, & qui perpetuò furiosus est, & impubes: quia judicio carent. Lege, qui senatu ametus* b *est. Moribus, fœmina & servi: non quia non habeant judicium, sed quia receptum est, ut civilibus officiis non fungantur.*

¶ *Prior pars hujus capituli usque ad vers.* cognitor. *habetur in epistola secunda Felicis primæ; in qua refert Synodum à se habitâ: quod in principio epistolæ commemorat his verbis:* Nos verò ad supplementum vestrum fratres, & Coëpiscopos nostros vocavimus ampliùs quàm septuaginta, cum quibus hæc, quæ subtùs habentur inserta, regulariter tractanda decrevimus. *Eadem pars habetur in capitulis Hadriani, quæ (ut superiùs ead. q. 5. c.* accusationes, *adnotatum est) nomine Romanæ Synodi interdum citantur. Reliqua verò hujus capitu videntur esse Gratiani, sumpta tamen ferè ad verbum ex l.* cùm prætor. *versic.* quidam enim. ff. de judiciis. *quemadmodum & in sequenti capite multa colliguntur ex variis legibus Digestorum & Codicis. Quamobrem in antiquioribus codicibus omnia hæc usq; ad c.* qui sine peccato, *conjunctè habentur.*

Veruntamen, si servus, dum putaretur liber, ex delegatione sententiam dixit, quamvis postea in servitutem depulsus sit, sententia ab eo dicta, res judicata firmitatem tenet.

C. II.

In Digestis c *tit. de postulando.*

INfames *d* non possunt esse Procuratores, vel Patroni causarum. Sunt autem tres ordines eorum, qui postulare prohibentur. ¶ Est autem postulare, desiderium suum, vel amici sui, in jure apud eum, qui jurisdictioni præest, exponere, vel alterius desiderio contradicere. ¶ Nam, ut præmisimus, non postulantium tres ordines sunt. Quidam prohibentur omninò postulare, vel propter ætatem, ut minores decem & septem annis; vel propter casum, ut surdus, qui prorsus non audit. Alii prohibentur, ne pro aliis postulent, vel propter sexum, ut fœminæ; vel propter casum, ut utroque lumine orbati; vel propter notam turpitudinis, ut ii, qui corpore suo muliebria passi sunt: nisi fortè vi prædonum, vel hostium stuprati probentur. Similiter qui capitali crimine, vel calumniæ *e* causâ publico judicio sunt damnati, vel qui operas suas locaverunt, ut cum bestiis depugnarent in arena, pro aliis postulare prohibentur. His personis pro se allegare permittitur, pro aliis postulare prohibetur: nisi fortè tutelam impubenum, vel curam adolescentium non affectatam, sed necessariam administrent. Pro his enim, quorum curam gerunt, eis postulare conceditur. Alii enim omnes, qui ut infames notantur, nisi pro se, & pro certis personis, postulare non possunt, nisi in integrum restitutionem acceperint.

¶ Permittitur *f* autem eis postulare pro parente, pro patrono, patronave, liberis, parentibusque patroni, patronæque: pro liberis etiam suis, fratribus & sororibus, uxore, socero, socru, genero, nuru, vitrico, noverca, privigno, privigna, pupillo, pupilla, furioso, furiosa, fatuo, fatua, muto, surdo, prodigo, & adolescente. ¶ Item *g* pro iis, quibus propter infirmitatem curatores dari solent, & qui negotiis suis aliquo perpetuo morbo superesse non possunt. ¶ Omnes *a* autem, qui non sponte, sed necessariò funguntur officio, sine offensa edicti postulare possunt, etiamsi ii sint, quibus non nisi pro ipsis postulare permittitur. ¶ Affinitates *b* verò non ea accipere debemus, quæ quondam fuerunt, sed præsentes. Nurus & generi appellatione, & soceri, & socrus, & ulteriores, quibus [*pro*] præpositio solet accedere, continentur.

2 pars. Arcentur etiam à professione Advocatorum (*sicut in secundo libro Codicis, tutulo de postulando* c *invenitur*) qui sub nomine honorariorum ex ipsis negotiis, quæ tuenda susceperint, emolumentum sibi certæ partis, cum gravi damno litigatoris, & deprædatione poscentes inveniuntur. ¶ Item *d* si quis adeò procax fuerit, ut non ratione, sed probris putet esse certandum, opinionis suæ imminutionem patiatur. Præterea non licet Advocato ullum contractum inire, ullam pactionem conferre cum eo litigatore, quem in propriam recepit fidem, nec ex industria jurgium protrahere.

¶ Apud urbem Romanam etiam honoratis, qui hoc putaverint eligendum, eousque liceat orare, quousque maluerint, videlicet, ut non ad turpe compendium, hisque deformem hæc arripiatur occasio. Nam si lucro, pecuniâque capiantur, veluti degeneres inter vilissimos numerabuntur. ¶ Si *e* verò in uno auditorio duo tantùm præ cæteris fuerint, vel plures, quorum fama sit hilarior, in judicantis officio sit, ut par Causidicorum distributio fiat, & exæquetur partibus auxilium singulorum. ¶ Si *f* quis verò monitus à judice, cà excusatione, quæ nequeat comprobari, cuicunque parti patrocinium denegaverit, careat foro: sciat etiam nunquam sibi ad agendum copiam posse restitui. ¶ Si *g* quis autem ex litigatoribus detectus fuerit, separatim tractasse cum plurimis, & adversario suo tali fraude subtraxisse partis defensionis copiam, ostendet proculdubiò iniquam à se litem foveri, & auctoritatem judiciarium à se elusam experietur. ¶ Item, quamvis illi, qui causam *h* fisci egissent, prohibeantur adversùs fiscum patrocinium præstare; tamen hodie etiam adversùs fiscum patrocinium possunt exhibere privatis, dùm eam causam declinent suscipere, quam tractaverant, dum fisci Advocati fuerunt. ¶ Item, si *i* contra patrem pupilli causam egisti, tutor, vel curator datus, eandem causam defendere non prohiberis. ¶ Cognitores verò ex officio *k* intelliguntur, non ex arbitrio. Nihil *l* enim refert 1, is, qui arbitrium suscipit, an sit integræ famæ, an ignominiosus. ¶ Filius *m* etiam in re patris arbiter esse potest. Nam & judicem eum esse posse plerisque placet. ¶ Si *n* quis verò judex sit, arbitrium recipere ejus rei, de qua judex est, & in se compromitti jubere prohibetur lege Juliâ: & si sententiam dixerit, non est danda pœnæ persecutio. Servus *o* arbiter esse non valet: libertinus potest. ¶ Porrò infamia multipliciter irrogatur. Aliquando enim contrahitur genere delicti declarati per sententiam; veluti cum judex pronuntiat, injuriam *p* fecisti, hæreditatem expilâsti, calumniatus es. Aliquando genere pœnæ: sicut illi, qui damnantur in *q* opus publicum, qui pristinum quidem statum obtinent, sed damno infamiæ etiam post impletum tempus subjiciuntur. Aliquando genere pœnæ, & delicti declarati per sententiam: veluti dum fustibus *r* cæso per præconem dicitur ἰσονομοφόβητος, id est, *calumniatus es.*

---

a *In Cap. Hadriani, cap. 5. & in 2. epist. Felicis. Ansel. l. 3. c. 7. Polyc. l. 3. tit. 1.* b *motus] orig. Ivo part. 3. c. 248. & p. 6. c. 331. Pann. l. 4. c. 78.* c *lib. 3. tit. 1.* d *Ex l. 1. ff. de postulando. verbis aliis modo aptatis.* e *al. calumniâ publicæ judicii.* f *Ex l. 2. & 3. eod.* g *Ex l. 4. & 5.*

a *Ex l. 6.* b *Ex l. 3. eod.* c *tit. 6. l. 1.* d *l. 6. §. 1. Cod. eod.* e *l. 7. C. eod.* f *ibid. vers. si quis verò.* g *ibidem. vers. si quis autem.* h *Ex l. 2. C. tit. 9. de advocat. fisci.* i *l. bis qui fisci. ff. de postul.* k *l. 3. in fin. ff. lib. 4. t. 1. de recept. qui arbitr.* l *Ex leg. Paduus. ff. ibid.* m *l. 5. l. 6. ff. ibid.* n *l. 9. §. 2. ibidem.* o *l. 9. in pr.* p *l. decuriones. Cod. lib. 2. tit. 12. ex quibus causis inf. irrog. l. 12. C. eod.* q *l. 6. Cod. eod.* r *l. 1. l. 16. Cod. eod.*

Aliquando

Aliquando ipso genere facti, ut exercentes improbum *a* fœnus, & illicitè exigentes usuras usurarum, & mulier, quæ intra *b* tempus, quo moris est lugere maritum, contrahit matrimonium, & qui sciens eam uxorem duxerit.

Idem testatur Felix Papa, *& eisdem* c *verbis.* ¶ *Item in Evangelio* d, *qui trabem gestat in oculo, probatur non posse educere festucam de oculo fratris sui.* ¶ *Item David in lib. Psalmorum* e: [Peccatori autem dixit Deus, quare tu enarras justitias meas, & assumis testamentum meum? &c.] ¶ *Item Gregorius* f: Cujus vita despicitur, restat, ut ejus præjudicatio contemnatur.

¶ *Caput hoc (quemadmodum in superiori notatione significatum est) in vetustioribus exemplaribus non est sejunctum à superiori, & est collectio variarum legum facta à Gratiano. Sed quoniam plerag, verba sunt ipsorummet auctorum, & in vulgatis est distinctum caput, ideò iisdem characteribus impressum est, quibus cætera auctorum capita.*

1 ¶ Nihil enim refert,] *Verba legis, ex quibus hunc, & versiculum*, servus arbiter, *Gratianus accepit, sunt hæc:* Fabius libro nono, & Pomponius libro trigesimo tertio scribunt, parvi referre, ingenuus quis, an libertinus sit, integræ famæ quis sit arbiter, an ignominiosus. In servum Labeo compromitti non posse, libro undecimo scribit, & est verum.

C. III. ¶ *Qui aliorum vitia puniunt, sua prius corrigere studeant.*

Idem *in Moralibus, lib. 14. in Iob. cap. 13. al. 15.*

3 Qui g sine peccato est vestrûm, primus in illam ps lapidem mittat.] Ad aliena quippe punienda peccata ibant, & sua reliquerant. Revocantur itaque intùs ad conscientiam, ut priùs propria corrigant, & tunc aliena reprehendant. Hinc est, quòd cùm tribus *h* Benjamin in carnis scelere fuisset obruta, collectus omnis Israël ulcisci iniquitatem voluit, sed tamen semel & iterum in belli certamine ipse prostratus est. Consulto enim *i* Domino, si ad ulciscendum ire debuisset, jussum est, [ut *k* iret,] qui juxta divinæ vocis imperium perrexit, & semel, & secundò perdidit, & tunc demùm peccatricem tribum valdè feriens penè funditùs extinxit. Quid est, quòd in ultionem sceleris inflammatur, & tamen priùs ipse prosternitur? nisi quòd priùs ipsi purgandi sunt, per quos aliorum culpæ feriantur, ut ipsi jam mundi per ultionem veniant, qui aliorum vitia corrigere festinant.

C. IV. ¶ *Ille de vita alterius judicet, qui non habet in seipso, quod puniat.*

Item Ambrosius *super* [Beati immaculati] *sermone 10. ad vers.* [Miserationes tuæ Domine.]

Iudicet *l* ille de alterius errore, qui non habet, quod in seipso condemnet. Judicet ille, qui non agit eadem, quæ in alio putaverit punienda; ne cùm de alio judicat, in se ferat ipse sententiam. Judicet ille, qui ad pronuntiandum nullo odio, nullâ offensione, nullâ levitate *m* ducatur. *& paulò pauca.* ¶ Bonus judex nihil ex arbitrio suo facit, & domesticæ proposito voluntatis: sed juxta leges & jura pronuntiat, statutis n juris obtemperat, non indulget propriæ voluntati, nihil paratum, & meditatum domo defert: sed sicut audit, ita judicat, & sicut se habet negotii natura, decernit: obsequitur legibus, non adversatur, examinat causæ merita, non mutat. Discite judices seculi, quem in judicando tenere debeatis affectum, quam sobrietatem, quam sinceritatem. *& paulò pòst.* ¶ Qui judicat, non voluntati suæ obtemperare debet, sed tenere, quod legum est. *& post pauca.* ¶ In judicando magis cordi sit veritatis custodia, quàm obedientia voluntatis.

C. V. ¶ *Gravatus criminibus judicare non valet.*

Item Gregorius.

In a gravibus peccatis quis positus, dum suis premitur, aliena non diluit. ¶ Cuncti *b* enim liquidò novimus, quia cùm is displicet, qui ad intercedendum mittitur, irati animus proculdubiò ad deteriora provocatur. ¶ Scriptum *c* quippe est: [*Vitima impiorum abominabiles Deo sunt, vota justorum placabilia.*] Neque enim in omnipotentis Dei judicio, quid *d*, sed à quo datur, inspicitur. ¶ Hinc est enim, quod scriptum *e* est: [*Respexit Dominus ad Abel & ad munera ejus, ad Cain autem & ad munera ejus non respexit.*] Dicturus quippe, quia Dominus respexit ad munera, præmisit solicitè, quia respexit ad Abel. Ex qua re patenter ostenditur, quia non offerens à muneribus, sed munera ab offerente placuerunt. [¶ *Dona* 1 *quippe* f *iniquorum non probat altissimus, nec respicit in oblationes eorum, nec in multitudine sacrificiorum eorum propitiabitur peccatis.*] ¶ Item, [*Longè* g *est Dominus ab impiis, & orationes justorum exaudiet.*]

1 ¶ Dona] *Hæc non leguntur ibi apud B. Gregorium: sunt tamen Ecclesiast. cap. 34. & repetuntur infrà 14. quæstion 5. cap.* scriptum.

C. VI. ¶ *Primùm nosmetipsos, deinde proximos debemus corrigere.*

Item Beda *in c. 8. Ioannis de judicio adulteræ.*

Postularus Dominus judicare de peccatrice, non statim dat judicium, sed priùs inclinans se deorsum, digito scribebat in terra, ac sic demùm quàm obnixè rogatus judicat: nos videlicet typicè instituens, ut cùm quælibet proximorum errata conspicimus, non hæc antè reprehendendo judicemus, quàm ad conscientiam nostram humiliter reversi, digito eam discretionis solerter exculpamus, & quid in ea Conditori placeat, quidvè displiceat, sedulâ examinatione dirimamus, juxta illud Apostoli *h*: [*Fratres, si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, &c.*] *& infrà.* ¶ Qui *i* sine peccato est vestrûm, id est, primò vos ipsi justitiam legis implete, & sic innocentes manibus, & mundo corde ad lapidandam eam concurrite.

C. VII. ¶ *Sacerdos primùm sua peccata, deinde aliena detergat.*

Item Augustinus *ad quendam Comitem.*

Sacerdos *k*, ut sapiens & perfectus Medicus, primùm sciat curare / peccata sua, & postèa aliena vulnera detergere & sanare, & non publicare.

¶ *In vetusta impressione epistolarum B. Augustini extat epistola longissima ad Iulianum Comitem, in recentioribus autem omnium operum editionibus habetur quarto tomo, sub titulo de salutaribus documentis, in cujus libelli cap. 32. hoc est caput.*

Item, in Evangelio m *sal insatuatum ad nihilum utile esse dicitur, nisi ut projiciatur foras, & ab hominibus conculcetur.* ¶ *Ex quibus omnibus datur intelligi, quòd criminosus alterius criminis judex esse non potest, & seipsum condemnat, dum in ulterius crimen sententiam profert. Sed objicitur. Saul* n *cùm à Domino esset reprobatus, populum Dei judicabat, & ejus judicium universus populus expetebat. Item, David cùm esset adulter & homicida, interrogatus à Propheta, sententiam in divitem dedit, qui ewem pauperis rapuit, dicens* o: [Judicium mortis est viro huic.] *Item, Salomon* p *cùm amore mulierculatum Deos Gentium coleret, ta-*

a *L. 20. Cod. eod.* b *l. 15. Cod. eod.* c *Sup. q. 5. nullus servus, sed non iisdem verbis.* d *Matth. 7.* e *Psal. 49.* f *Homil. 12. in Evang.* g *Ioan. 8.* h *Iud. 20.* i *autem*] *org.* k *absunt ista duæ voces ab originali.* l *Ans. l. 3. c. 34.* m *al. vanitate*] *org.* n *status*] *org.*

a *Prafationes in Iob. c. 3. al. 6.* b *Past. p. 2. c. 11.* c *Prov. 15. 14. q. 3. scriptum est. ex Reg. epist. 126. l. 7. ad Recharedum Regem.* d *quid datur,*] *orig.* e *Gen. 4.* f *Eccles 34.* g *Prov. 15.* h *Gal. 6.* i *Ioan. 8.* k *Anselm. lib 3. c. 101.* l *al. diluere.* m *Matth 5.* n *1. Reg. 15.* o *2. Reg. 12.* p *3. Reg. 11.*

men universa plebs Israelitica ad ejus judicium constituebat. Sic & Achab a quamvis coleret Baal, tamen decem tribus judicabat. Multi etiam alii tam in Veteri Testamento, quàm in Novo inveniuntur, quorum vita cùm esset blasphemabilis, tamen eorum sententia, quatenus officio suo servata judiciarii ordinis integritate processit, inventa est servata. Unde & Dominus ait in Evangelio b: [Super cathedram Moysis sederunt Scribæ & Pharisæi, &c.] *Hinc liquidò constat, quòd mali Pastores, dum sententiâ justi examinis aliorum crimina feriunt, filii ipsi nocent, dum sine exemplo suæ emendationis alienum vitæ corrigere curant: subditis verò prosunt, si eorum increpatione correcti, vel sententiâ coërciti, vitam suam in melius commutare didicerint. Ac per hoc dum ab Ecclesia tolerati fuerint, eorum judicium subterfugere non licet.*

QUÆSTIO VIII.

Quòd autem Episcopus absente tantùm audiri, vel à judicari non debeat, Zepherinus Papa testatur, epistolâ primâ ad Episcopos Siciliæ, dicens.

C. I. ¶ *Episcopus non nisi à pluribus audiatur & judicetur.*

Accusatores *d* Episcoporum omni careant suspicione, quia columnas suas Dominus firmiter stare voluit, non à quibuslibet agitari. ¶ Nullum namque eorum sententia à non suo judice dicta constringat; quia & leges seculi idipsum fieri præcipiunt: ut codice 1 libro septimo, titulo de sententiis & interlocutionibus omnium judicum, lege penultimâ. [*Cujus in agendo quis observat arbitrium, eum habere etiam contra se judicem eo ipso eadem negotia non dedisse videtur.*] ¶ Judices *e* duodecim quilibet Episcopus accusatus (si necesse fuerit) eligat, à quibus ejus causa justè judicetur. Nec priùs audiatur, aut excommunicetur, vel judicetur, quàm ipse per se eligantur, & regulariter vocato *f* ad suorum primò conventum Episcoporum, per eos ejus causa justè audiatur, & rationabiliter discernatur. Finis verò ejus causæ ad sedem Apostolicam deferatur, ut ibidem terminetur. Nec antèà finiatur (sicut ab Apostolis, vel successoribus eorum olim statutum est) quàm ejus auctoritate fulciatur. *& paulò supernè.* ¶ Absens *g* verò nemo judicetur. Nisi 2 ex contumacia absens fuerit: quia & divinæ & humanæ hoc prohibent leges.

1 ¶ Ut Codice] *Hinc usq; ad vers.* Judices, *non sunt in epistola Zephirini, neq; in vetustis Gratiani codicibus.*

2 ¶ Nisi ex contumacia absens fuerit:] *Hæc absunt à pleriſq; manuscriptis, & epistola ipsa, & Anselmo & Ivone. Infrà verò eâd. q. 3. c.* Absens, *habentur tanquam Gratiani verba.*

C. II. ¶ *A quot Episcopis audiatur Episcopus, qui in reatum incederit.*

Item Felix Episcopus *dixit in Concilio Carthaginensi II. c. 10.*

Suggero secundùm *h* statuta veterum conciliorum, ut si quis Episcopus (quod non optamus *i*) in reatum aliquem incurrerit, & nimia necessitas ei fuerit, non posse plurimos congregare, ne in crimine remaneat, à duodecim audiatur Episcopis 1.

1 ¶ Episcopis.] *Quæ hoc loco in capite decreto Concilii Carthaginensis secundi adduntur, referuntur infrà 15. q. 7. c.* Felix. *& ibi notabitur varietas.*

a 3. Reg. 16. b Matth. 23. c al. &. d Ansel. l. 2. c. 38. Ivo part. 1. c. 241. e 1. quæst. 4. Duodecim judices. Ans. lib 3. c. 45. f al. vocatur. g Inf. eâd. quæst. 3. absens. Ans. l. 3. c. 61. h 15. quæst. 7. Felix. In Concil. Tiburion. c. 10. Ans. l. 3. c. 46. Burch. l. 1. c. 249. Ivo p. 5. c. 282. i al. optamus.

QUÆSTIO IX.

1 gs *De accusatoribus verò, vel testibus, quòd in absentem vocem accusationis vel testificationis exhibere non valeant, multorum auctoritatibus liquet.*

C. I. ¶ *Reo præsente, accusator non audiatur.*

Ait enim Telesphorus Papa, *epistolâ unicâ.*

Accusatori *a* omninò non credi decernimus, qui absente adversario causam suggerit, ante utriusque partis justam discussionem.

C. II. ¶ *Absente adversario sententiam ferre non licet.*

Item Eleutherius Papa *b in epistola ad Episcopos Galliæ.*

Caveant *c* judices Ecclesiæ, ne absente eo, cujus causa ventilatur, sententiam proferant, quia irrita erit: imò etiam & causam in Synodo pro facto dabunt. Prolatoris verò nec calumnia, nec vox audiatur.

C. III. ¶ *Reo absente accusator non audiatur.*

Item Calixtus Papa, *epistolâ secundâ, ad Episcopos Galliæ.*

Absente *d* eo, quem accusare voluerit quispiam *i*, accusatori non credatur: quia sine scripto difficilè, per scriptum autem nunquam recipiatur: quia per scripturam nullus accusare, vel accusari potest; sed propriâ vice, & præsente eo, quem accusare voluerit, suam quisque agat accusationem.

C. IV. ¶ *Quæ in absentes geruntur, omninò evacuentur.*

Item Cornelius Papa *ad Rufum, epist. 2. c. 1.*

Omnia *f*, quæ adversùs absentes in omni negotio aut loco aguntur, aut judicantur, omninò evacuantur: quoniam absentem nullus addicit, nec ulla lex damnat.

C. V. ¶ *Non judicetur, qui præsentialiter non accusatur, vel convincitur.*

Item Marcellus Papa *ad Maxentium, epist. 2.*

Non oportet quenquam judicari, vel damnari, priusquam legitimos habeat præsentes accusatores, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina.

C. VI. ¶ *De eodem.*

Item Damasus *ad Stephanum Archiepiscopum, epist. 3. c. 2.*

Habetur *g* quoque in decretis sanctorum Patrum sancitum, non fore canonicum, quenquam sacerdotum judicare, vel damnare, antequam accusatores canonicè examinatos præsentes habeat, locumque defendendi accipiat, id est, inducias Ecclesiasticas ad abluenda crimina.

C. VII. PALEA.

[*Idem* Damasus *ibidem continuatur.*]

Nec *h* extra propriam 1 fiat provinciam primò *i* discussionis accusatio, sine Apostolica præceptione, cui in omnibus causis debet reverentia custodiri: quoniam & antiqua docet hoc Patrum regula, in qua & Imperialia *k* pariter statuta concinunt. Criminum, inquiunt, discussio ibi agenda est, ubi crimen admissum est. Nam alibi crimina reus prohibetur audiri. Et alibi in canonibus præcipitur: [Quæcunque negotia in suis locis, ubi orta sunt, finienda sunt] & reliqua talia,

a Ansel. l. 3. c. 32. & 97. b In rescripto habi, c. 24. In Conc. Carth. 4. c. 30. In cap. Hadrian. c. 13. In capitul. l. 7. c. 219. c Burch. l. 1. c. 14. Ansel. l. 3. c. 27. Ivo p. 6. c. 319. d Sup. 2. q. 1. c. 1. Ans. l. 3. c. 31. Burch. l. 1. c. 191. Ivo p. 5. c. 284. e al. cuicunq; accusatori. f Ans. l. 3. c. 62. g Ans. l. 3. c. 39. Ivo p. 6. c. 347. h Ansel. & Ivo ibid. i al. prima. k Cod. ubi de crim. ag. oper. l. 1. & in Cod. Theod. l. 9. tit. 1. in expositione legis 2.

& his

& his similia: salvâ tamen in omnibus Apostolicâ auctoritate, ut nil in his definiatur, priusquam ei placere cognoscatur, quâ omnes suffultos esse oportet.

1 ¶ Propriam] *Sic est emendatum ex epistola ipsa, Anselmo & Ivone. Anteà legebatur:* Nec extra patriam fiat provinciæ. *Addita autem & nonnulla sunt ex epistola.*

C. VIII. ¶ *De eodem.*

Item *ad Episcopos Italiæ, epist. 6.*

QUi *a* accusare alium elegerit, præsens per se, & non per alium accuset, inscriptione videlicet præmissâ. Neque ullus unquam judicetur, antequam legitimos accusatores præsentes habeat, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina.

C. IX. ¶ *De eodem.*

Item ex Concilio Toletano *b* VI. *c. 11.*

DIgnum *c* est, ut innocentis vita nullâ maculetur pernicie accusatorum: ideò si quis *d* à quolibet criminatur, non antè accusatus supplicio detur, quàm accusator præsentetur, atque legum & canonum sententia exquiratur. Quòd si indigna ad accusandum persona invenitur, ad ejus accusationem non judicetur *e*, nisi 1 ubi pro capite Regiæ majestatis causa versatur.

1 ¶ Nisi] *Hæc sunt addita ex originali.*

C. X. ¶ *Sententiâ ferratur, qui causa sua negligat adesse.*

Item Bonifacius Papa *ad Gallos, epist. 2.*

DEcernimus *f*. vestram *g* debere intra provinciam esse judicium, & congregari Synodum ante diem Calendarum Novembrium: ut si adesse voluerit, præsens, si confidit ad objecta respondeat: si verò adesse neglexerit, dilationem sententiæ de absentia non lucretur. Nam manifestum est, confiteri eum de crimine, qui indulto, & toties delegato judicio, purgandi se occasione non utitur. Nihil enim interest, utrum in præsenti examine non 1 omnia, quæ dicta sunt, comprobentur, cùm ipsâ quoque pro *h* confessione procurata toties constet absentia.

1 ¶ Non omnia] *In originali, & apud cæteros collectores & in uno per totum Gratiani codice est*, omnia: *sed quæ idem sensus elicetur, & adest glossa, non est mutatum.*

C. XI. ¶ *Absentes nec accusari, nec judicari possunt.*

Item Felix Papa I *ad Episcopos Galliæ, epist. 2.*

ABsente *k* adversario non audiatur accusator, nec sententia, ablente aliâ parte, à judice dicta, ullam obtineat firmitatem.

C. XII. ¶ *Alterâ parte absente, diffinitiva non feratur sententia.*

Item Nicolaus Papa *I. Galliæ Archiepiscopo Senonensi* m.

REverà justus mediator non est, qui uno litigante, & altero absente, amborum emergentes lites decidere non formidat. His ita præmissis, volumus, & Apostolicâ auctoritate monemus, ut si Presbyter, de quo agitur, post excommunicationem suam, Apostolicam sedem adire voluerit, nullus iter ejus impedire præsumat.

C. XIII. ¶ *In absentem non est ferenda sententia.*

Item Zepherinus Papa *ad Episcopos Siciliæ, epist. 1.*

ABsens *n* verò nemo judicetur: quia & divinæ & humanæ hoc prohibent leges.

a *Anselm. l 3. cap. 51. Ivo part. 6. c. 341.* b *Et in VVormacien. c. 42.* c *Burch. l. 16. c. 3.* d *al. quisquis.* e *al. decidetur*] *al. deputetur.* f *al. Decrevimus. Anselm. lib. 3. cap. 31. Burch. l. 1. cap. 161. Ivo part. 1. c. 271. & p. 6. c. 331.* g *al. vestrum.* h *Anteà legebatur* [*professio ex procurata.*] i *& in cap. Hadrianus, c. 4.* k *Polyc. lib. 5. tit. 1. Ans. lib. 3. c. 7. Ivo part. 3. c. 248. & p. 6. cap. 331. Panorm. lib. 4. c. 54.* l *Sententia habetur in epist. Nic. ad Episcopos, qui in Convicensium conventu convenerant, nuper impressa.* m *al. Senonensis.* n *2. q. 3. c. 1. Burch. l. 16. c. 13. Ans. l. 3. cap. 62. Ivo p. 3. c. 243.*

Nisi fuerit absens ex contumacia. Pro præsente namq; cum contumacia haberi facit.

C. XIV. ¶ *De eodem.*

Item Nicolaus Papa *Galloni Senonensi* a *Archiepiscopo.*

INdicas Hermannum *b* Episcopum super quibusdam frequenter fuisse accusatum: pro quibus (quia ex parte ipsius persona deest) nos uni parti ad discrimen alterius credere proculdubiò non possumus: quamvis nec usq; adhuc, qui fuerint illi excessus, dixeris, nec utrum sanæ mentis erat idem Antistes, necné, cùm ipsos excessus perpetrabat, evidenter ostenderis: satiusq; arbitramur, quamlibet interim infirmitatem ad pœnam peccati, quàm ad ipsum pertinere peccatum, cui magis consulendum sit, & compatiendum, quàm puniendum, vel aliquo modo feriendum.

C. XV. ¶ *Testes non dicant testimonium, nisi de his, quæ præsentialiter & veraciter noverunt.*

Item Calixtus Papa *ad Episcopos Gallia, epist. 2.*

TEstes *c* per quamcunq; scripturam testimonium non proferant, sed præsentes de his, quæ noverunt & viderunt, veraciter testimonium dicant. Nec de aliis causis vel negotiis dicant testimonium, nisi de his, quæ sub præsentia eorum acta esse noscuntur.

2 pars. *De his etiam, quæ audierunt si ad hoc convocati sunt, in cavis causæ testimonium dicere possunt, ut in Authenticis coll. 7. tit. de testibus d, legitur:* ¶ *Si debitum scriptum sit, & probatio solutionis proferatur à litigantibus per testes sine scriptura, tunc suscipiebatur eam apud judicem esse volumus, dum ad hoc ipsum testes assumantur, ut perhibeant testimonium pro facienda solutione, aut pro memoria alicujus jam factæ solutionis, & pro confessione ejus, quæ pecunias accepit. Hæc autem omnia, & ex transitu perhibita testimonia (ut si propter aliud opus adveniens, audivit aliquem dicentem, se accepisse ab aliquo aurum, aut debere alicui) nullâ ratione valere censemus.*

1 pars. *Simul autem necesse est, ut videant. Quòd si alius uno, alius alio tempore viderit, diversitas temporum eorum testimonium non admittit.*

C. XVI. ¶ *Non admittuntur ad testimonium, qui non eodem tempore negotio interfuisse constiterit.*

Unde Leo Papa.

NIhilominùs quoque puniendi sunt testes, qui ad calumniam aliquid testificantur, nec eorum voces tanquam plurium admittuntur, quos temporum quidem diversitas simul interfuisse prohibuit.

C. XVII. ¶ *Ad seriem gestorum testu ex suo nihil adjiciat.*

Item Ambrosius *in libro de Paradiso, c. 12.*

PUra *e* & simplex 1 testimonii series intimanda est. Plerunque testis, dum aliquid ad seriem gestorum ex suo adjicit, totam testimonii fidem partis mendacio decolorat. Nihil igitur, vel quod bonum videtur, addendum est.

1 ¶ Simplex] *Integer locus B. Ambrosii est:* Pura & simplex mandati forma servanda, vel testimonii series intimanda est.

C. XVIII. ¶ *Absens per alium nec accusare, nec accusari potest.*

Item Felix Papa *ad Episcopos Galliæ, epist. 2.*

ABsens *f* per alium accusari, aut accusare non potest, nec affinis testis admittitur.

4 pars. *Nisi in crimine injuriarum, in quo illustris persona etiam per procuratorem intendere & excipere potest, servatis cæteris solennitatibus, ut Codice tit. de injuriis, leg. ultimâ.*

a *al. Senonensis.* b *al. Hermannum.* c *Burch. l. 1. c. 171. Ansel. lib. 3. c. 33. Ivo p. 3. c. 219. Panorm. l. 4. c. 93.* d *Novellâ 90. c. 2. non iisdem omnino verbis.* e *Ansel. lib. 3. c. 38.* f *Polyc. l. 5. tit. 1. Ivo p. 3. c. 248. & p. 6. c. 331.*

C. XIX. ¶ *Reo absente libellus accusationis frustrà offertur.*

Item Pelagius Papa *Sindulæ* 1 *magistro militum.*

CHartæ, quas dedit nobis Lucidius, si illo tempore adversarius ipsius illic præsens fuisset, validæ erant. Sed quia adversario absente gesta, quæ nobis recensuit, facta leguntur, talia leges non recipiunt.

1 ¶ Sindulæ] *Ivo p.8.c.67. refert aliud quoddam caput epistolæ à Pelagio ad Sindulam magistrum militiæ scriptæ.*

C. XX. ¶ *Testes corporaliter præstito juramento testimonium dicant.*

Idem *Decorato patricio.*

HOrtamur, ut sub timore Domini consuetam conscientiæ vestræ sinceritatem in hoc quoq; negotio conservantes, omnem personis, quæ veritatem causæ istius scire possunt, faciatis amputari formidinem, & vestris præsentari conspectibus, tactis sacrosanctis Evangeliis, præbito etiam legaliter sacramento, quæ in veritate rerum noverunt, professione suæ testificationis aperiant, ut patefactis omnibus, quæ secundùm leges & justitiam censenda sunt, cognoscatis, & competentem *a* legibus & veritati terminum detis.

C. XXI. ¶ *Accusator & accusatus simul debent adesse.*

Item Nicolaus Papa *Hincmaro Rhemorum Archiepiscopo.*

NEcesse est secundùm sacrarum Scripturarum documenta, ac secundùm justitiæ tramitem, & accusatum & accusatorem simul adesse, & unam partem, quantacunque & qualicunq; prædita sit auctoritate, sic prorsus audiri, ut alteri parti nullum præjudicium irrogetur.

QUÆSTIO X.

QUod verò deficientes 1 *in primo capitulo non sint admittendi ad sequentia,* ex Concilio Carthaginensi *b* septimo *confirmatur, in quo sic cap. tertio statutum legitur.*

1 ¶ Deficientes] *In vulgatu codicibus legebatur,* testes deficientes: *sed expuncta est vox,* testes, *quæ abest à plerisq; vetustis codicibus. Quæ enim in hac quæstione afferuntur, non ad testes, sed ad accusatores pertinent. Et superviis inutio causa in propositione hujus quæstionis decima, nulla est mentio testium.*

C. I. ¶ *Qui in primo capitulo deficit, ad cætera non admittatur.*

PLacuit *c*, ut quotiescunque Clericis ab accusatoribus multa crimina objiciuntur, & unum ex his, de quo priùs egerint, probare non valuerint, ad cætera jam non admittantur.

Probatur illud idem auctoritate Arelatensis Concilii *d* secundi, *in quo sic c.24. definitum est.*

C. II. ¶ *Qui falsa fratribus objecerunt, usque ad exitum non communicent.*

EOs, qui falsa fratribus capitula *e* objecisse convicti fuerint, placuit usque ad exitum non communicare, (sicut magna Synodus *f* antè constituit) nisi dignâ satisfactione pœnituerint.

C. III. ¶ *Qui, quod objecit, probare non valet, de cætero ad arguendum non admittitur, nisi propriam causam civilem duntaxat asserere voluerit.*

Item Felix Papa *in secunda decretali, Episcopis Galliæ.*

SI *g* accusatorum personæ in judicio Episcoporum culpabiles apparuerint, ad arguendum Episcopos 1 de cætero non admittantur, nisi proprias causas asserere (non tamen criminales, vel Ecclesiasticas) voluerint.

1 ¶ Episcopos de cætero] *Voces istæ absunt ab omnibus vetustis codicibus, & cæteris locis inducitis. Auctor tamen easdem habuit & ponderavit.*

Cum ergo, qui falsa fratribus objecerunt, usque ad exitum vitæ à communione prohibeantur; cùm illi, qui in Episcoporum judices culpabiles inveniuntur, ad arguendum de cætero admitti prohibeantur apparet, quòd in primo capitulo deficientes, tanquam falsorum objectores, ad sequentia procedere non valent.

QUÆSTIO XI.

1 ps AB accusato verò accusatorem in accusatorem verti, multorum auctoritatibus prohibetur.

C. I. ¶ *Accusare, nisi prius se purgaverint, alios accusare non possunt.*

Ait enim Stephanus *a* Papa, *epist. 2. c.3.*

I. NEganda *b* est accusatis licentia criminandi, priusquam se crimine, quo premuntur, exuerint: quia non *c* est credendum contra alios eorum confessioni, qui criminibus implicati sunt, nisi se priùs probaverint innocentes: quoniam periculosa est, & admitti non debet rei adversùs quemcunque professio.

C. II. ¶ *De eodem.*

Lib. 9. Codicis, titulo d *primo, l. 19.* Imppp. Valentinianus, Valens & Gratianus, AAA.

II. NEganda est accusatis (qui non suas, suorumve injurias persequuntur *e*) licentia criminandi in pari vel minori crimine, priusquam se crimine, quo premuntur, exuerint, secundùm scita veterum juris conditorum: ita tamen, ut & ipsi inscriptiones contra eos eâm pendente accusatione deponere possint.

C. III. ¶ *De eodem.*

Item ex decreto Hadriani *f* Papæ, *c.13.*

NOn *g* est credendum contra alios eorum confessioni, qui criminibus implicantur, nisi se priùs probaverint innocentes: quia periculosa est, & admitti non debet rei adversùs quemcunque professio *h*.

Hoc autem intelligendum est in pari, vel minori crimine. Cæterùm si homicidii crimine eum accusare voluerit (veluti, si accusetur de fornicatione, de perjurio, de homicidio, vel Simonia, vel quolibet alio hujusmodi crimine accusatorem suum impetere voluerit) jus auctoritatibus non prohibitur. ¶ *Aliquando enim criminalis quæstio præjudicat civili, aliquando criminali* 1. *Unde in lib. 3. Codicis, tit. 1. de ordine judiciorum, lege quartâ, legitur:* ¶ [Civili quæstione *k* intermissâ sæpè fit, ut priùs de crimine judicetur, quod, utpote majus, minori merito præferatur.]

1 ¶ Aliquando criminali.] *Antea legebatur,* aliquando civilis criminali: *expuncta est dictio,* civilis, *auctoritate veterum codicum. Nam hic tantùm agitur, quando causa criminalis civili, aut criminali præjudicet. In sequenti autem c. 8.* aliquando civilis, *exponitur, quando civilis, & civili & criminali præferatur.*

C. IV.

Item lib 9. Cod. *tit.* 1 *de his, qui accus. non possunt, &c.*

PRiùs est, ut criminibus, quæ tibi ut graviora ab adversario tuo objiciuntur, cædis atque vulnerum respondeas, & tunc ex eventu causæ judex æstimabit, an tibi permittendum sit eundem accusare, tametsi prior inscriptionem deposuisti.

2 pars. *Aliquando civilis præjudicat civili, aliquando criminali.*

a *al. convenientem.* b *Et Afric. c. 97.* c *Rab. in pœn. c. 1. Burch. l. 2. cap. 198. Ivo p. 6. c. 271. Pann. l. 4. c. 64.* d *Capitul. l. 6. c. 241. & Arelatense 1. c. 14.* e *al. capitalia.* f *Arelat. 2. c. 14.* g *Inf. 4. quæst. 6. si accusatorum. In capit. Hadrianus. c. 4. Capit. l. 5. c. 241. Anselm. l. 3. c. 86. Ivo p. 6. c. 412.*

a *In Cod. Theod. l. 9. tit. 1. leg. 12.* b *Burch. lib. 2. cap. 184. Anselm. lib. 3. cap. 74. Ivo p. 3. cap. 274. Pannorm. lib. 4. cap. 67.* c *Inf. non est credendum.* d *titulo, de his, qui accusare non possunt. l. neganda.* e *al. exequuntur.* f *In c. Hadrianus, cap. 11.* g *Anselm. l. 3. cap. 92. Supr. c. neganda. 1.* h *al. confessio.* i *tit. lib. 4.* k *al. disceptatione] orig.* l *tit. 1.*

criminali.

criminali. Sicut enim in septimo lib. Codicis, tit. de a *ordine cognitionum l. si de hæreditate, legitur.* ¶ [Si de hæreditate & libertate controversia est, priùs agi causa liberratis debet.] *Item lege sequenti.* b ¶ [Si crimen aliquod inferatur ei 1, qui ingenuus esse dicitur, antè liberalis causa suo ordine agi debet, cognitionem suam præside præbente: quoniam necesse est ante sciri si delictum probatum fuerit, utrum ut in liberum, an ut in servum constitui oporteat judicium.] *Item* ¶ [*Qui c confitetur se pati controversiam libertatis, frustra postulat sibi dari potestatem accusandi eum, qui se suum dominum esse fatetur.*

3 pars. ¶ *Causa verò liberalis terminatâ, si servus pronuntiatus fuerit, dominum suum accusare non potest.*] *Codicis lib. 9. tit. 1. l. penultimâ.* ¶ [Si d quis ex familiaribus, vel ex servis cujuslibet domûs, cujuscunq; criminis delator, atq; accusator emerserit, ejus existimationem, caput, atque fortunas petiturus, cujus familiaritati, vel dominio inhæserit, ante exhibitionem testium, atque examinationem judicii, in ipsa expositione criminum, atque accusationis exordio, ultore gladio feriatur. Vocem enim funestam intercidi oportet potiùs, quàm audiri. Majestatis autem crimen excipimus.] *Similiter ultimâ.* ¶ [Si e liberti accusatores manumissorum hæredumvé esse præsumpserint, eodem quo servi supplicio tenebuntur, luituri pœnas ante prohibitæ delationis exordium.]

1 ¶ Ei, qui ingenuus esse dicitur,] *In lege ipsa est*, quam ingenuam esse dicis. *Mulieres enim alloquitur. Quare paulò etiam inferius, ubi apud Gratianum legitur* utrum ut in liberum & ingenuum, an ut in servum, *in lege est* utrum ut in liberam & ingenuam, an ut in ancillam. *Duas etiam, quas proximè recitat leges, Gratianus suo modo in summâ redegit.*

CAUSA IV.

Vidam in excommunicatione constitutus, Episcopum accusare disponit: adolescentem infra decimum & quartum ætatis annum ad assertionem suæ causæ adducit: prohibetur ab accusatione, adolescentem accusaturem, & se testem facit: adolescens personam accusatoris & testis gerere cupit: dies statuta ad judicium electorum judicum & episcopi nomine occurrit: a communione suspenditur: tandemve revocato judicio accusator culpabilis in accusatione invenitur: demum ad assertionem propriæ causæ procedit.

a *Hic primum quæritur, an in excommunicatione constitutus aliam accusare valeat?*

2 *Secundò, an infra decimum quartum annum in criminali causa testari queat?*

3 *Tertiò, an ab accusatione prohibitus, personam testificantis possit assumere?*

4 *Quarto, an idem possit esse accusator & testis?*

Quintò, an die constituta non occurrens, a communione sit removendus?

6 *Sextò, si in Episcoporum judicio accusatoris persona culpabilis inventa fuerit, an ad assertionem propriæ causæ deinceps sit admittenda?*

QUÆSTIO I.

De prima quæstione sic statutum legitur in primo & secundo capite Concilii Carthaginensis f septimi, cui interfuit Faustinus Romanæ Ecclesiæ Legatus.

C. 1. ¶ *Ad accusationem non admittatur, qui in excommunicatione perseverat.*

Diffinimus g, cum recitè ad accusationem non admittatur, qui postquam excommunicatus fuerit, in ipsa adhuc excommunicatione constitutus, sive sit Clericus, sive Laicus, accusare voluerit. ¶ Omnes etiam infamiæ maculis aspersi, id est, histriones, acturpitudinibus subjectæ personæ, hæretici etiam, sive pagani, sive Judæi ab 1 accusatione prohibentur.

1 ¶ Ab accusatione prohibentur.] *A Concilio absunt hæc verba: subintelliguntur enim illa ex principio capitis*, ad accusationem non admittuntur.

C. 11. ¶ *Hæretici probantur, qui schismate, vel excommunicatione ab Ecclesia sunt separati.*

Item Nicolaus Papa *in epistola ad Michaëlem Imperatorem, cujus exstium est:*

[Proposueramus.]

Quòd a autem hi, qui à jam fato fratre, & comministro nostro Ignatio depositi, excommunicati, vel anathematizati fuerant, nullam adversùs eum damnationē intorquere potuerint, ex prolato 1 secundæ universalis Synodi capitulo declaratur, cùm dicitur: [Si verò Ecclesiasticum fuerit crimen, quod Episcopo illatum extiterit, tunc probari oportet accusantiū personas, ut primò quidem hæreticis non liceat accusationes contra orthodoxos Episcopos pro Ecclesiasticis negotiis facere.] Sed ne hos hæreticos esse denegetis, audite sequentia: [Hæreticos autem (inquiunt) dicimus tam eos, qui olim 2 ab Ecclesia projecti sunt, quàm qui post hæc à nobis anathematizati sunt.] Porrò, si adhuc nec sic creditis, audite quod subditur: [Præter hos autem (ajunt) & eos, qui fidem sanam simulant confiteri, Schismaticos 3 etiam, & eos, qui seorsum à communicantibus nobis Episcopis collectas faciunt.] Deinde verò, & si quidam ab Ecclesia super causis quibusdam reprehensi fuerunt, & projecti, aut excommunicati, sive ex Clero, sive ex Laicali ordine, nec his licere accusare Episcopum, antequam proprio crimine primitùs exuantur. Similiter autem & eos, qui sub accusatione priori constituti, non antè esse acceptabiles in accusatione Episcopi, aut aliorum Clericorum, quàm innoxios semetipsos illatorum sibi offenderint criminum. Quid autem periculi regula hujus immineat contemptoribus, non ignoratis.

1 ¶ Ex prolato] *Nicolaus hic citat canonem, qui apud Græcos est sextus Concilii primi Constantinopolitani, cujus canonis priorem partem paulò superiùs in eadem epistola recitârat, & significatur supra a. 3. q. 5. cap. fin. Ea autem loco Nicolaus, de isto capitulo hæc verba addiderat:* Quod tamen non apud nos invenitur, sed apud vos haberi perhibetur. *Nam non modò hic canon nec, in versione Dionysii, nec in prisca habetur, sed de omnibus illius Concilii canonibus hæc scribit B. Gregorius ad Eulogium, lib. 6. epist. 31.* Romana autem Ecclesia eosdem canones, vel gesta Synodi illius hactenus non habet, nec accipit. In hoc autem eandem Synodum accepit, quod est per eam contra Macedonium definitum.

2 ¶ Olim ab Ecclesia] *Statuitur in hac parte canonis, perinde pro hæreticis habendos esse Macedonianos, & Eudoxianos, qui in isto primo Constantinopolitano Concilio damnabantur, atq; habendi erant Paulianistæ, & Ariani, quos olim Nicæna Synodus à catholica Ecclesia abscinderat. Quamobrem non de quolibet excommunicato hac sententia pronuntiatur, quod putavit auctor gloss.*

3 ¶ Schismaticos etiam] *Ita in epistola Nicolai, & apud Ivonem. Græcè autem est,* καὶ τοὺς μὲν τῶν πίστιν μὲν τὴν ὑγιῆ ἀσπαζομένους ὁμολογεῖν, διοχλήσαντας δὲ ἀδίκως τοῖς κανονικοῖς ἡμῶν ἐπισκόποις: *id est*, Præterea verò & illos, qui fidem quidem sanam simulant confiteri, schisma autem faciunt, & adversùs regulares nostros Episcopos conventum habent. *Ut nihil mirandum sit, istos etiam pro hæreticis censeri,*

a *tit. 19. l. 2.* b *Ibid. l. 3.* c *Ex l. 1 & 2. aliis modo aptatis verbis.* d *Ivo p. 10. c. 61.* e *Ivo ibid. c. 62.* f *in Africano, c. 51. & 66.* g *Ivo part. 14. cap. 69. Panorm. lib. 4. c. 72. Ivo part. 15. c. 84. C. 1. ejusdem 7. Conc. Carth. & c. 69. Africani.*

a *Anf. l. 1. c. 71 Ivo p. 14. c. 70.*

quemadmodum & Balsamon interpretatur. Simulant enim illam tueri fidem, quam oppugnant.

QUÆSTIO II. & III.

1 ps. *SEcunda autem, & tertia quæstio eodem* Concilio Carthaginensi septimo *a, uno eodemq; capitulo quarto terminantur.*

Illud verò est hujusmodi.

C. I. ¶ *Qui ab accusatione repelluntur, aut ad annum 14. nondum perveneruntt, testes esse non possunt.*

TEstes *b* autem ad testimonium non admittendos esse censemus, qui nec ad accusationem admitti præcepti sunt, vel etiam, quos ipse accusator de domo sua produxerit. Ad testimonium autem infra annos quatuordecim ætatis suæ non admittantur.

C. II. ¶ *De eodem.* PALEA.

[*Item ex* Concilio Maticensi *c, c.6.*]

PLacuit *d* sancto Conventui, ut testes ad testimonium dicendum pretio non conducantur, & ut quique optimi & fideliores in testimonium assumantur: ut is, contra quem testimonium *e* ferre debent, nullam eis possit afferre *f* calumniam, & ut nullus testimonium dicat, nisi jejunus.

2 ps. *Item in criminali causa.*

¶ [Produci testis non potest, qui antè in eum reum testimonium dixit.] *sicut in 22. lib. ff. tit. de testibus, lege 23.* g *invenitur.*

Item titulo eod. l. ob carmen. §. si testes.

C. III.

SI testes omnes ejusdem honestatis & existimationis sint, & negotii qualitas, ac judicis motus cum his concurrat, sequenda sunt omninò *h* testimonia. Si verò ex his quidam eorum *i* aliud dixerint, (licèt in pari *k* numero) credendum quidem est, sed quod naturæ negotii convenit, & quod inimicitiæ aut gratiæ suspicione caret: confirmabitque judex motum animi sui ex argumentis & testimoniis, quæ rei aptiora, & vero proximiora esse compererit. Non enim ad multitudinem respici oportet, sed ad sinceram testimoniorum fidem, & testimonia, quibus potiùs lux veritatis assistit. *Item lege secundâ. ff. eod.* ¶ In testibus *l* fides, dignitas, mores, gravitas examinanda est: & ideò testes, qui adversùs fidem testationis suæ vacillant, audiendi non sunt. *Item l. 3.* ¶ Testium fides diligenter examinanda est: ideoque in persona eorum explorandi erunt inprimis conditio cujusque, utrùm quis decurio, an plebejus sit, & an honestæ, & inculpatæ vitæ, an verò quis notatus, & reprehensibilis, an locuples, vel egens sit, ut lucri causâ quid facile admittat, vel an ei inimicus sit, adversùs quem testimonium fert, vel amicus ei, pro quo testimonium dat. Nam si careat suspicione testimonium, vel propter personam, à qua fertur, quòd honesta sit, vel propter causam, quòd neque lucri, neque gratiæ, neque inimicitiæ causâ fiat, admittendum est. *Item eâdem lege paulò inferiùs.*

3 ps. ¶ Lege Juliâ de vi cavetur, ne hâc lege in reum testimonium dicere liceat ei, qui se ab eo, parentevè ejus liberaverit, quivè impubes erit, quivè judicio publico damnatus erit, qui eorum in integrum restitutus non erit, quivè in vinculis, custodiâvè publicâ erit, quivè ad bestias, ut depugnet, se locaverit, quævè palàm quæstum faciat, fecerítvè, quivè ob testimonium dicendum, vel non dicendum, pecuniam accepisse judicatus vel convictus erit. *Item l. quartâ.* ¶ Lege Juliâ publicorum judiciorum cavetur, ne invito denuntietur, ut testimonium litis dicat adversùs socerum, generum, vitricum, privignum, sobrinum, sobrinam, sobrinovè natum, eosvè, qui priore gradu sint. ¶ Item, ne liberto ipsius, liberorumvè ejus, parentum, viri, uxorisvè. ¶ Item *a*, ut nec patroni, patronævè adversùs libertos, neq; liberti adversùs patronum cogantur testimonium dicere. ¶ Cùm *b* autem excipitur, ne gener, aut socer invitus testimonium dicere cogatur, generi appellatione sponsum filiæ quoque contineri placet. ¶ Item soceri, sponsæ Patrem. *Item lege sextâ.* Idonei non videntur esse testes, quibus imperari potest, ut testes fiant. *Item lege septimâ.* Servi responso tunc credendum est, cùm alia probatio ad eruendam veritatem non est. *Item lege octavâ.* Inviti *c* testimonium dicere non coguntur senes, valetudinarii, vel milites, vel illi, qui cum magistratu Reip. causâ absunt, vel quibus venire non licet. *Item lege decimâ nonâ.* ¶ Publicani etiam testimonium non dicunt inviti. ¶ Item is, qui non detrectandi testimonii causâ aberit. ¶ Item is, qui exercitui præbenda *d* conduxerit. Sed nec pupillis testimonium denuntiari potest. *Item l. 20.* ¶ In testimonium accusator citare non debet eum, qui judicio publico reus erit, aut qui minor viginti annis erit. *Item l. 21.* ¶ Ob carmen famosum damnatus, intestabilis fit. *Item.* * Si res exigat, non tantùm privati, sed etiam magistratus, si in præsenti sint, testimonium dicant. Prætor quoque testimonium dare debet in judicio adulterii causâ. Si autem ea rei conditio sit, ut arenarium testem, vel similem personam admittere cogamur, sine tormentis testimonium ejus credendum non est. *Item l. 24.* ¶ Testes eos, quos accusator de domo produxit, interrogari non placuit. *Item l. 25.* ¶ Patroni quoque in causa, cui patrocinium præstiterunt, testimonium non dicant, quod & in executoribus negotiorum observandum est. *Item l. 26.*

4. ps. ¶ Qui falsò *e*, vel variè testimonia dixerunt, vel utriq; parti prodiderunt, à judicibus competenter puniantur. *Item l. 27.* ¶ Pater & filius, qui in potestate jus est; item duo fratres, qui in ejusdem patris potestate sunt, testes utrique in eodem testamento, vel eodem negotio fieri possunt: quoniam nihil nocet, ex una domo plures testes alieno negotio adhiberi. *Item l. 15.* ¶ Hermaphroditus *f* an ad testimonium *g* adhiberi possit, qualitas incalescentis sexûs ostendit. *Item l. 9.* ¶ Testis idoneus Pater filio, aut filius Patri non est. *Item l. 10.* ¶ Nullus idoneus testis in re sua intelligitur. *Item l. 11.* ¶ Ad fidem rei gestæ faciendam etiam non rogatus testis intelligitur. *Item l. 12.* ¶ Ubi numerus testium non adjicitur *h*, etiam duo sufficient. Pluralis enim locutio duorum numero contenta est. *Item l. 3.* ¶ In testibus considerandum est, qui simpliciter visi sunt dicere, utrùm unum, eundemque, & præmeditatum sermonem attulerint, an ad ea, quæ interrogantur, ex tempore verisimilia responderint. *Item paulò inferiùs.* ¶ Sæpè sine publicis monumentis ejusque rei veritas deprehenditur, aliàs numerus testium, aliàs dignitas & honestas, aliàs veluti consentiens fama confirmat rei, de qua quæritur, fidem. Non ergò ad unam probationis speciem cognitionem statim judex alligare debet, sed ex sententia animi sui existimare *k*, quid aut credat, aut parùm sibi probatum opinetur. *Item paulò inferiùs.* ¶ Aliâ est auctoritas præsentium testium, alia testimoniorum, quæ recitari solent. *Item Codicis lib. 4. tit. 1 in*

a *& in Affric. c. 98. C. 1. 9. c. 101.* b *Rabanus in pœn. cap. 1. Burch. l. 16. c. 20. Ivo p. 6. c. 364. Pann. l. 4. c. 33.* c *al. Manticensi.* d *extra de testib. c. 1. Bur. l. 16. c. 35.* e *al. testimonium.* f *al. inferre infamiam.* g *Tit. 5. l. produci.* h *al. omnia.* i *abest ab orig.* k *al. impare] orig.* l *testimoniis] orig.*

a *Et] orig. Ibidem ex l. 5.* b *In legibus, quibus excipitur, &c.] orig.* c *l. invitis. 2.] mutata est enim verborum series.* d *qui quid exercitui prabendum conduxerit.] orig.* * *Hæc desunt in Basilicorum.* e *al. falsa, vel varia] orig.* f *L. simil. sed paulò aliter.* g *al. testamentum] orig.* h *al. admittitur. Reputandarum.* i *L. testium. §. in magn. sed paulò aliter.* k *al. æstimare.* l *Tit. 20.*

testibus. l. 2. ¶ Soli testes ad ingenuitatis probationem non sufficiunt, nisi instrumentis & argumentis adjuventur. *Item l. 3.* ¶ Etiam jure civili domestici testimonii fides improbatur. *Item l. 4.* ¶ Solâ attestatione *a* probatam, nec aliis legitimis adminiculis causam approbatam, nullius esse momenti certum est. *Item l. 5.* ¶ Eos testes ad veritatem adjuvandam adhiberi oportet, qui omni gratiæ & potentatui fidem religioni judiciariæ debitam possint præponere. *Item l. 6.* ¶ Parentes & liberi invicem adversùs se nec volentes ad testimonium admittendi sunt. *Item l. 7.* ¶ Qui *b* intendit, suæ intentionis proprias debet afferre probationes, non petere adversarium cogi ad exhibitionem eorum, per quos sibi negotium fiat. *Item l. 8 c.* Servi neque pro domino, neque adversùs dominũ, sed pro facto suo interrogari possunt. *Item l. 9 d.* Jurisjurandi religione testes priùs, quàm perhibeant testimonium, coarctentur 2, & honestioribus potiùs testibus fides habeatur. Unius verò testimonium nemo judicum in quacunq; causa facilè patiatur, admitti: imò unius testis responsio omninò non audiatur, etiamsi præclaræ curiæ honore præfulgeat. *Item l. 10.* Omnibus in re propria dicendi testimonii facultatem jura submoverunt. *Item l. 11.* Liberi *e* testes ad causas postulantur alienas, si socii & participes criminis non dicantur, sed fides ab iis notitiæ postuletur. Venturis *f* autem ad judicium per accusatorem, vel ab iis, per quos fuerant postulati, sumptus competentes ministrentur, etiamsi in pecuniaria causa ab alterutra parte testes producendi sint. *Item l. 12.* Liberti *g* adversùs patronos sponte prodire non audeant, sed ne vocati quidem in judicium venire cogantur. *Item l. 13.* Si quis testibus usus fuerit, iidemque testes adversùs eum in alia lite producantur, non licebit ei personas eorum excipere, nisi ostenderit, inimicitias inter se & illos postea emersisse, ex quibus testes repelli leges præcipiunt: non adimenda scilicet ei licentia ex ipsis depositionibus testimonium eorum arguere. Sed & si liquidis probationibus datione vel promissione pecuniarum eos corruptos esse ostenderit, etiam eam allegationem integram ei servari oportet.

¶ *In hoc capite varias leges Digestorum & Codicis ita refert Gratianus, ut interdum eadem prorsus afferat verba, interdum verò mutet, ac transponat, & in summam redigat. Ac plura quidem sunt ex originali emendata, nisi ubi Gratianus de industria mutaverat.*

1 ¶ Per quos] *In vulgatis legebatur*, per quæ. *Emendatum verò est ex manuscripto, & lege ipsa, in qua agitur de exhibitione testium, non autem de editione instrumentorum.*

2 ¶ Coarctentur,] *Sic in aliquot manuscriptis, quæ testes cum hu verbu legu, arctari præcipimus, magis convenit, quàm* vox, coërceantur, *quæ erat in impressu.*

Sed objicitur illud beati Britii h, *quæ voce pueri triginta dies ab ortu habentis innocens probatus est. Sed miracula divina sunt admiranda, non in exemplum humanæ allevatis trahenda.*

QUÆSTIO IV.

Ps. DE quarta verò quæstione Fabianus Papa, *epist. 2. ad Episcopos Orientales constituit, dicens.*

C. I. ¶ *Accusator & testis, vel judex alicujus simul esse non potest.*

I. NUllus *i* unquam præsumat accusator simul esse, & judex, vel testis: quoniam in omni judicio quatuor personas necesse est semper adesse; id est, judices electos, accusatores idoneos 1, defensores congruos, atque testes legitimos. Judices 2 autem debent uti æquitate, testes veritate, accusatores intentione ad amplificandam causam, defensores extenuatione ad minuendam causam.

1 ¶ Idoneos,] *Apud Fabianum, & Burchardum, & Ivonem hic locus ita habet:* judices electos, & accusatores, ac defensores, atque testes. *Verùm, quia voces illæ*, idoneos, congruos, legitimos, *sunt in omnibus vetustis codicibus Gratiani, & Pannormia, nihil est mutatum.*

2 ¶ Judices autem] *Hæc neque in epistola sunt, neque apud alios collectores, nisi in Pannormia.*

C. II. ¶ *Quilibet in causa duas personas gerere non debet.*

Item Damasus Papa, *epist. 3. c. 7.*

II. NUllus *a* introducatur personaliter, sed accusatores & accusati æquâ audiantur ratione, juxta quod gestorum ordo exigit. Accusatores verò, & judices non iidem sint, sed per se accusatores, per se judices, per se testes, per se accusati, unusquisque in suo ordinabiliter ordine.

2 ps. ¶ Nam inscriptio primò semper fiat, ut talionem calumniator recipiat, quia ante inscriptionem nemo debet judicari, vel damnari, cùm & seculi leges hæc eadem retineant.

Ut Codice libro nono, titulo de accusationibus & inscriptionibus, l. 7. & Codice, eodem libro, de adulteriis, l. 8. & titulo de Abigeis, l. unicâ. ¶ *Aliquando etiam sine inscriptione accusatio fieri potest.* [Ea *b* enim, quæ per Officiales *c* Præsidibus denuntiantur, & citra solennia accusationum posse perpendi incognitum non est.] ¶ *Item Codice de adulteriis, l. 6. Si maritus jure mariti, hoc est, intra sexaginta dies utiles, adulterium uxoris suæ accusare voluerit, quam ex suspicione sola ream facere valet, non contenetur vinculo inscriptionis. Item C. de Abigeis, l. unicâ.* [Abacti animalis accusatio non solùm cum inscriptionibus, sed etiam sine observatione proponitur.] ¶ *Item Cod. de accusat. l. 1.* [Si quis se injuriam ab aliquo passum putaverit, & querelam deferre voluerit, non ad stationarios decurrat, sed præsidalem adeat potestatem, aut libellos offerens, aut querelas suas apud acta deponens.] ¶ *In 1 also autem criminalibus causis dignum est, ut inscriptiones proponantur, quæ magnitudinem videlicet criminis, tempus q; designent, ut alterutram partem digna legum terrere possit auctoritas* 2.

1 ¶ In aliis autem] *Lex 16. Cod. de accus. sic habet:* In causis criminalibus, *cætera verò eodem planè modo atq; à Gratiano referuntur.*

2 ¶ Auctoritas.] *In vulgatis hîc repetebatur versiculus*, Inscriptio, *ex capitulo Damasi: sed abest à vetustioribus codicibus, & frustrà repetitur.*

3 ps. *De domo etiam judicis accusator, vel testis produci non debet, ne in causam suspicionis incidat judex.*

C. III. ¶ *Suspicionis incidet in crimen judex, de cujus domo vel accusator, vel testis producitur.*

Unde Nicolaus Papa *ad Michaëlem Imp. epistolâ, cui jus mittimus est:* [Proposueramus.]

COntra ritum Ecclesiasticum, contrà; venerandas leges producitur accusator de Imperialibus ædibus, & cui imperari potest, ad falsum dicendum testimonium adhibetur. Fiunt suspecti judices, & mercenarii, & lupi custodes, qui videbontur esse pastores.

¶ *Caput hoc emendatum est ex ipso originali Romæ impresso.*

a *Testatione*] *orig.* b *L. nimis grave.*] *mutatâ verborum serie.* c *Paulo aliter.* d *Paulò aliter.* e *L. quoniam liberi.* f *Paulo aliter.* g *L. Libertorum. aliquibus verbis præmissis.* h *Sulpitius Severus l. 2. vita S. Martini.* i *Anf. l. 3. c. 75. Burch. l. 16. c. 35. Ivo p. 8. c. 321. Pann. l. 4. c. 11.*

a *Polyc. l. 3. tit. 1. Burch. l. 16. c. 31. Pann. l. 4. c. 80. Ivo part. 8. cap. 337.* b *Ea quidem. C. de accus. & inscript.* c *officium] orig.*

QUÆSTIO V.

De quinta verò quæstione in Concilio a Carthaginensi III. c.7. sic inventur definitum.

CAP. ¶ *Non est à communione suspendendus, qui de statutâ ad causam venire non potuit.*

QUisquis *b* Episcoporum accusatur, ad Primatem provinciæ ipsius causam deferat accusator. Nec à communione suspendatur, cui crimen intenditur, nisi ad causam suam dicendam, electorum 1 judicum, die statutâ, literis evocatus minimè occurrerit; hoc est, intra spatium mensis ex ea die, quâ eum literas accepisse constiterit. Quòd si *c* aliquas veras necessitatis causas probaverit, quibus eum occurrere non potuisse manifestum sit, causæ suæ dicendæ intra alterum mensem integram habeat facultatem. Verùm tamdiu post mensem secundum non communicet, donec purgetur. Sin autem nec ad Concilium universale 2 occurrere voluerit, ut vel ibi causa ejus terminetur, ipse in se damnationis suæ sententiam dixisse judicetur. Tempore sanè, quo non communicat, nec 3 in sua Ecclesia vel parochia communicet. Accusator autem ejus, si nunquam diebus causæ dicendæ defuerit, à communione non removeatur. Si verò aliquando defuerit subtrahens se, restituto in communionem Episcopo, removeatur à communione accusator: ita tamen, ut nec ipsi adimatur facultas causæ peragendæ, si se ad diem occurrere non noluisse *d*, sed non potuisse probaverit.

1 ¶ Electorum judicum] *Ista duo voces absunt ab editione Colonensi Conciliorum in quatuor tomis.*

2 ¶ Universale] *In Concilio ipsò additur,* anniversarium: *quod in Africano Concilio c. 62. ostenditur de universali Concilio Africæ esse intelligendum.*

3 ¶ Nec in sua Ecclesia,] *Sic in cæteris Conciliorum editionibus, & codice canonum, & apud cæteros collectores. Sed in editione quatuor tomorum est,* nec in sua plebe communicet. *Græcè, c.19. legitur,* μηδὲ ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐκκλησίᾳ, μηδὲ ἐν παροικίᾳ κοινωνήσῃ: *id est;* neque in propria Ecclesia, neque in parochia communicabit.

QUÆSTIO VI.

Sexta verò quæstio eodem septimo capitulo Concilii Carthaginensis III. *terminatur, in qua sequitur.*

C. I. ¶ *In civili & proprio dumtaxat negotio ad arguendum admittitur, qui in Episcopi accusatione culpabilis invenitur.*

ILlud *e* verò placuit, ut cùm agere cœperit in Episcoporum judicio, si fuerit accusatoris persona culpabilis, ad arguendum *f* non admittatur, nisi proprias causas, non tamen Ecclesiasticas, vel 1 criminales asserere *g* voluerit.

1 ¶ Vel criminales] *Abest hoc à Concilio, & cæteris collectoribus, sed retentum est ob casum, & reperitur in c.* si accusatorum.

C. II. ¶ *Propriam causam agere valet, cui accusare non licet.*

Item ex Concilio Carthaginensi VII. *c.2. prope finem.*

OMnibus *h*, quibus accusatio denegatur, in causis propriis accusandi licentia non est deneganda.

C. III. ¶ *In accusatione Episcoporum desiens, civiliter tantùm experiri potest.*

Item Felix Papa *omnibus Episcopis per Gallia provincias constitutis, epistolâ secundâ.*

SI a accusatorum personæ in judicio Episcoporum culpabiles apparuerint, ad arguendum non admittantur, nisi proprias causas asserere, non tamen criminales, vel Ecclesiasticas voluerint.

C. IV. ¶ *De eodem.*

Item Hadrianus Papa *in capitulis, c. 5.*

QUòd si accusatorum personæ in judicio Episcoporum culpabiles apparuerint, ad arguendum non admittantur, nisi proprias causas habuerint, non tamen criminales, vel Ecclesiasticas.

CAUSA V.

IN infamiam cujusdam Episcopi chartula anonymi occultè conscribitur: tandem accusator prodit in publicum. Episcopus autem semel literis evocatus, causa sua die statutâ adesse non valens, per procuratorem Iudici se præsentavit: absq; Synodali audientia damnatur. Demùm judicio per appellationem reverso, de accusatoris inimicitia Episcopus conqueritur: tandem ipse probatione defecit accusator.

1 *Primò quæritur, quâ pœnâ sit ferendus, qui famosum libellum clanculò scribens, probare neglexit, quæ scripta mandavit?*

2 *Secundò, quoties sit vocandus ad causam, antequam sententiam damnationis accipiat* b?

3 *Tertiò, an per procuratorem causam suam agere valeat, quæ ipse ipsum causa sua adesse non potest?*

4 *Quartò, an absq; Synodali audientia sit damnandus?*

5 *Quintò, an ideò aliquo habendus sit inimicus, quia crimina intentat?*

6 *Sextò, quâ pœnâ sit plectendus, qui, quod intulit, probare valet?*

QUÆSTIO I.

De prima quæstione Hadrianus Papa *scribit in capitulis, c cap.49.al.50. dicens.*

C. I. ¶ *Flagelletur, qui scripta in alterius famam neglexerit probare.*

QUi *d* in alterius famam publicè 1 scripturam, aut verba contumeliosa confinxerit, & reperta scripta non probaverit, flagelletur: & qui ea prius invenerit, rumpat, si non vult auctoris facti causam subire.

1 ¶ Publicè] *Hadrianus, Capitulare Caroli, & hoc habent,* in publico.

C. II. ¶ *De eodem.*

Item Gregorius *l. 5. epist. 30. sive c. 130.*

QUidam *e* maligni Spiritûs consilio repletus, contra Castorium Notarium, ac responsalem nostrum, nocturno silentio in publico 1 civitatis loco contestationem posuit in ejus crimine loquentem, mihiq; etiam de facienda pace callidè contradicentem 2. Et quia quisquis veraciter loquitur, semetipsum innotescere non debet formidare, oportet, ut publicè exeat, & quæcunque in contestatione sua loqui præsumpsit, offendat. Quòd si non exierit, neque publicè confessus fuerit, quisquis ille sit, qui hoc agere præsumpsit, vel consensum in tantæ iniquitatis consilio præbuit, ex Dei, & Domini nostri JESU CHRISTI spiritu definimus, ut sancti ejus corporis ac sanguinis participatione privatus sit. Si verò, quia lateat, & quoniam nescitur, teneri ad disciplinam *f* non valet, si tanti mali conscius, etiam prohibitus, corpus ac sanguinem Domini

a Et Felix Epist.2.ad Episcopos Gallia. b Ans.l.3.c.121. Burch.l.1.c.160. Ivo p.3.c.270. Pann.l.4.c.106. c inf.5.q.3 si agrotans. d al.voluisse. e Anselm.l.3.c.121. Burch.ibidem, Ivo ibid. Pann. ibid. f al.ad accusandum, vel agendum. g al. dicere. h Ivo part.16.c.64.

a 3.q.10.c.fin. Ivo p.6.c.418. b al. excipiat. c Capit. l.7.c.361. d Ans.l.3.c.88.Ivo p.4.c.156.& p.16.c.231. e Ivo p.6.c.321. f al. à disciplina] orig.

percipere

percipere præsumit, anathematis ultione percussus sit, & ut fallax, ac pestifer à sanctæ Ecclesiæ corpore sit divisus. *& infrà.* Sin autem in eadem civitate egressus ad publicum potuerit docere, quæ dixit, vel certè sciens se non posse, quæ scripsit, ostendere, errorem suum fuerit apertè confessus, Dominici corporis ac sanguinis participatione non sit privatus, neque à corpore sanctæ Ecclesiæ alienus existat.

1 ¶ Publico.] *Hæc vox abest à manuscriptis, & originali, & Ivone: sed ob casum est retenta, & in aliquot vetustis est glossa interlinearis.*

2 ¶ Contradicentem.] *Quæ sequuntur usq; ad vers.* Quòd si, *addita sunt ex ipsa epistola, & referuntur etiam ab Ivone.*

3 ¶ Percussus sit,] *Anteà legebatur*, percutiatur: *sed cùm ea, quæ antecedunt, ipsò facto ligent, quia ad occultum delictum referuntur, emendatum hoc est, quemadmodum alia multa, ex epistola ipsa. Apud Ivonem verò legitur*, anathematis ultione percussus, ut fallax, &c.

C. III. ¶ *Anathematizentur, qui famosos libellos in Ecclesia ponunt.*

Item in Concilio Eliberitano, *c.* 52.

SI *a* qui inventi fuerint famosos libellos in Ecclesia ponere, anathematizentur.

Item Codice lib. 9. titulo de famosis libellis, lege unicâ, Imppp. Valentinianus & Valens, AA. [¶ Si quis famosum libellum domi, sive in publico, vel quocunq; loco ignarus repererit, aut corrumpat, priusquam alter inveniat, aut nulli confiteatur inventum. Si verò non statim easdem chartulas vel corruperit, vel igne consumpserit, sed vim earum manifestaverit, sciat, se quasi auctorem hujusmodi delicti capitali sententiæ subjugandum.] *& infrà.* [Hujusmodi autem libellus alterius opinionem non lædat.]

QUÆSTIO II.

VOcatus autem ejus, qui impetitur, non semel, sed bis, & tertiò pro congruum spatium rationabilibus scriptis fieri debet.

C. I. ¶ *Vocatio ad Synodum ejus, qui impetitur, & in scriptis, & per spatium fiat congruum.*

Unde Damasus Papa *Stephano Archiepiscopo epist. 3. scribit, dicens.*

VOcatio *b* ad Synodum juxta decreta Patrum canonica ejus, qui impetitur, rationabilibus 1 scriptis per spatium fieri debet congruum atque canonicum: quia, nisi canonicè vocatus fuerit, suo tempore & canonicâ ordinatione, licèt venerit ad conventum quâcunque necessitate, nisi sponte voluerit, nullatenus suis respondebit insidiatoribus.

1 ¶ Rationabilibus scriptis] *In epistola Damasi loco horum verborum legitur*, tam suâ præsentiâ, quàm & scriptis, atque apocrysariis: *verùm Anselmus, Burchardus, auctor Polycarpi, & Ivo cum vulgata lectione conveniunt.*

C. II. ¶ *Quibus temporum spatiis reus vocetur ad causam.*

Item Sylvester Papa.

PRæsenti *c* decreto censemus, ut inprimis paternaliter *d* vocentur, & per septem dies expectentur, nullius Ecclesiasticæ rei interdictâ licentiâ. Huic verò expectationi iterùm addantur septem dies, interdictâ Ecclesiam intrandi licentiâ, & omnia divina officia audiendi. Pòst verò addantur duo dies, quibus à pace, & communione sanctæ Ecclesiæ sint suspensi. Deindè verò iterùm aliis duobus diebus sub eadem expectatione deportentur 1. Quibus uno die superaddito, omni expectatione veluti jam desperatâ, reus mox anathematis gladio feriatur.

1 ¶ Deportentur.] *Anteà legebatur*, expectentur. *Emendatum est ex Polycarpo, Anselmo, & vetustis Gratiani exemplaribus, in quorum nonnullis hæc est glossa interlinearis*; id est, expectentur.

C. III. ¶ *Nullius accusatio per scripta suscipiatur.*

Item Damasus Papa *ad Episcopos Italiæ, epist. 6.*

RElatum *a* est ad sedem Apostolicam, vos accusationes fratrum per scripta suscipere absque legitimo accusatore. Quod deinceps in omni terrarum orbe fieri Apostolicâ auctoritate prohibemus, & quod nuper factum est, absque ulla retardatione corrigere *b* curamus, nec *c* unquam priùs per scripta eorum, qui accusantur, causam discutere liceat, quàm per querelantium institutionem *d* vocati canonicè ad Synodum veniant, & præsens per præsentem agnoscat veraciter, & intelligat, quæ ei objiciuntur. *& infrà.* ¶ Leges enim seculi accusatores præsentes exigunt, & non per scripta absentes. Unde canonica Patrum constituta non semel, sed sæpissimè clamant, nec accusationes, nec testimonium *e* ullum per scripta posse proferre, nec de aliis negotiis quicunque testimonium dicant, nisi de his, quæ sub præsentia eorum acta esse noscuntur. Similiter, & qui *f* alium accusare elegerit, præsens per se, & non per alium accuset, inscriptione videlicet præmissâ. Neque ullus unquam judicetur, antequam legitimos accusatores præsentes habeat, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina. Curandum namq; *g* est, ne ira quenquam subripiat *h*, faciatque citiùs omne, quod non licet.

C. IV. ¶ *Vi, aut timore ejecti, aut suis rebus expoliati, ad Synodum non vocentur.*

Item Felix Papa II. *Anastasio, & omnibus Orientalibus Episcopis, epist. primâ, c. 3.*

SI *i* Primates, accusatores Episcoporum cum eis pacificare familiariter minimè potuerint, tunc tempore legitimo eos ad Synodum canonicè convocatam, non intra angusta tempora canonicè convocent, & non priùs, quàm eis per scripta significent, quid eis opponitur, ut ad responsionem præparati adveniant. Nam si aut vi, aut timore ejecti, aut suis rebus expoliati fuerint, nec canonicè vocari ad Synodum possunt, nec respondere æmulis debent, antequam canonicè restituantur, & sua eis omnia legaliter reddantur.

His auctoritatibus evidentissimè datur intelligi, quòd nisi quis canonicè vocatus fuerit, etiamsi aliquâ occasione ad Synodum veniat, sua nullatenus cogitur respondere insidiatoribus. Canonica autem vocatio est, quando servato dierum interstitio, secundùm auctoritatem beati Sylvestri, causa sua iterùm adesse jubetur, quibus, quid ex objiciatur, auctoritate Felicis Papæ significari oportet.

QUÆSTIO III.

QVòd autem per procuratorem suum causam agere valeat, qui impedit ua causa sua adesse non valet, auctoritate Romanæ Synodi, quæ tempore Hadriani *k* Papæ celebrata est, probari videtur, in qua *c.* 5. sic statutum legitur.

C. I. ¶ *Prosè Legatum ad Synodum mittat, quem gravis necessitas premit.*

SI *l* ægrotans fuerit Episcopus, aut aliqua eum gra-

a *Cap. l. 6. c. 143 Polyc. l. 3. tit. 21. Ansl. l. 3. c. 19. Ivo p. 3. c. 211. & 4. c. 154. Burch. l. 3. c. 69.* b *Polyc. l. 3. tit. 1. Ansl. l. 3. c. 50. Burch. l. 1. c. 156. Ivo p. 3. c. 266.* c *Polyc. l. 5. tit. 3. Ansl. l. 3. c. 120.* d *al. personaliter.*

a *Ansl. l. 3. c. 48. Polyc. l. 5. tit. 1.* b *corrige rogamus,*] *orig.* c *11. q. 3. c. eorum qui.* d *al. institutiones.* d *testimonia*] *orig.* f *3. q. 9. qui accusare.* g *al. quoque.* h *al. cuquam subrepat,*] i *Burch. l. 1. c. 211. Ivo p. 3. c. 333.* k *In cap. Hadriani, c. 3. & Felix I. epist. 2.* l *Polyc. l. 3. tit. 1. Burch. l. 2. c. 31. Ivo p. 3. c. 16. Pann. l. 4. c. 19. 4. q. 3. c. unico.*

vis necessitas detinuerit, pro se Legatum ad Synodum mittat, nec à communione suspendatur, cui crimen intenditur, nisi ad causam suam dicendam, electorum judicum die statutâ literis evocatus, minimè occurrerit, hoc est, (nisi aliena a præoccupaverit necessitas) infra duorum, vel trium mensium spatium, & eo amplius, prout causa dictaverit.

Codicu lib. 9. tit. de accusat. & inscript. l. 3. Imp. Alexander Augustus. ¶ [Reos capitalium criminum absentes etiam per procuratorem defendi leges publicorum judiciorum permittunt.] ¶ *Ecce, quòd Episcopus impeditus, & causæ suæ adesse non valens, Legatum pro se jubetur ad Synodum mittere. Sed Legatus iste non ad causam agendam, sed ad necessitatem Synodo exponendam mittitur, quâ impeditus Episcopus Synodo præsentiam suam exhibere non valuit. Causam autem (maximè criminalem) nulli, nisi per se agere licet.*

C. 11. ¶ *Criminaliter accusans, vel accusatus per se experiatur.*

Unde Hadrianus Papa *in capitulis, c. 38. ait.*

IN *b* criminalibus causis nec accusator, nisi per se, aliquem accusare potest, nec accusatus per aliam personam se defendere permittitur.

C. III. ¶ *In omnibus causis, præterquam in criminalibus, Episcopi & Sacerdotes pro se Advocatum habeant.*

Item Anacletus Papa.

QUia Episcopus, universique Sacerdotes ad solam laudem Dei, bonorumque operum actiones constituuntur, debet unusquisq; eorum tam pro Ecclesiasticis, quàm etiam pro suis actionibus (excepto publico videlicet crimine) habere Advocatum, non malæ famæ suspectum, sed bonæ opinionis, & laudabilis artis inventum: ne dùm humana lucra attendunt, æterna præmia perdant.

¶ *Hoc capitulum, quod ex Anacleto extatur, habetur in Concilio Eugenii Papæ secundi, tempore Ludovici ac Lotharii Imperatorum habito, cap. 19. Quod etiam à Leone quarto est repetitum. Ex quo canone Lotharius, lib. 2. legum Longobard. tit. de advocatis, & Vicedominis, ordinem Capitulare composuit.*

QUÆSTIO IV.

QUod autem absq; Synodali audientia damnari non debeat, auctoritate Julii Papæ *c probatur, qui epist. 1. ait.*

C. I. ¶ *Nisi in legitima Synodo Episcopus judicari, vel audiri non debet.*

NUllus Episcopus, nisi in legitima Synodo, & suo tempore Apostolicâ auctoritate convocatâ, super quibusdam *d* criminationibus pulsatus audiatur, vel *e* judicetur, vel damnetur. Sin aliter præsumptum à quibusdam fuerit, in vanum deducatur, quod egerint, nec inter statuta *1* Ecclesiastica ullo modo reputetur.

1 ¶ Statuta] *Abest hæc dictio ab originali, & cæteris locis indicatis.*

C. II. ¶ *Episcopus accusatus à duodecim audiatur, causa verò finis ad sedem Apostolicam deferatur.*

Item Zepherinus *Urbis Romæ Archiepiscopus, epistolâ primâ Episcopis Siciliæ.*

DUodecim *f* judices quilibet Episcopus accusatus, si necesse fuerit, eligat, à quibus ejus causa justè judicetur: nec priùs audiatur, aut excommunicetur, vel judicetur, quàm ipsi per se eligantur, & regulariter vocatus *g* ad suorum primò conventum Episcoporum, per eos ejus causa juste audiatur, & rationabiliter discernatur. Finis vero ejus causæ ad sedem Apostolicam deferatur, ut ibidem terminetur: nec antèa finiatur (sicut ab Apostolis, vel successoribus eorum olim statutum est) quam ejus auctoritate fulciatur.

Quod verò absq; Synodali audientia Episcopus damnare prohibetur, sive præjudicio Romanæ sedis oporteat intelligi, quæ suâ auctoritate quoslibet valet damnare, vel damnatos absolvere. Unde Gelasius Papa: [Ipsi sunt canones, &c.] *infrà causâ nonâ, sententiâ a excommunicationis notatus.* ¶ *Item Hadrianus, c. 2.* [Salvo Romanæ Ecclesiæ in omnibus Primatu, manifestum est, quòd illa, quæ sunt per unamquamque provinciam, ipsius provinciæ Synodus dispensat: sicut in Nicæno *b* constat decretum esse Concilio.] *Cum verò accusatus ad Concilium venerit, quicquid considentium consultationibus agitur, aut ab accusantium parte proponitur, non contentiosis vocibus, sed mitissimâ verborum relatione proferatur.*

C. III. ¶ *In cognitione causarum contentiosi locum non habeant.*

Unde in Toletano Concilio XI. *c. 1. legitur.*

IN loco *c* benedictionis considentes Domini Sacerdotes nullis debent aut indiscretis vocibus perstrepere, aut quibuslibet tumultibus perturbari *d*, nullis etiam vanis fabulis, vel risibus agi, & (quod deterius est) obstinatis disceptationibus tumultuosas voces effundere. [*Si quis enim* (ut Apostolus *e* ait) *putat se religiosum esse, non refrenans linguam suam, sed seducens cor suum, hujus vana est religio.*] Cultum enim suum justitia perdit, quando silentia judicii obstrepentium turba *f* confundit, dicente Prophetâ *g*: [*Erit cultus justitia silentium.*] Debet ergò quicquid aut consultationibus *h* considentium agitur, aut ab *i* accusantium parte proponitur, sic mitissimâ verborum relatione proferri, ut nec contentiosis vocibus sensus audientium turbent, nec judicii *k* vigorem dementu enervent. Quicunque ergò in conventu Concilii hæc, quæ præmissa sunt, violanda crediderit, & contra has interdicta aut tumultu, aut contumeliis, vel risibus Concilium conturbaverit, juxta divinæ legis edictum, qui præcipitur: *l* [*Ejice derisorem, & exibit cum eo jurgium,*] & cum omni dedecore de confessione *m* abstractus, à communi cœtu secedat, & tium dierum excommunicationis sententiam perferat.

QUÆSTIO V.

NUnc autem quæritur, an sit aliquis judicandus malevolus, qui crimen alterius indicat. De hoc scribit B. Augustinus *n serm. 3. de communi vita Clericorum, seu regulâ tertiâ, dicens.*

C. I. ¶ *Magis nocet, qui crimen celat, quàm qui amicabiliter indicat.*

NOn vos judicetis esse malevolos, quando crimen alterius indicatis. Magis quippe innocentes non estis, si fratres vestros, quos indicando corrigere potestis, tacendo perire permittitis. Si enim frater tuus vulnus habet in corpore, quod velit occultari, dum timet secari, nonne crudeliter à te filetur, ac misericorditer indicatur? quantò ergò potiùs debes *o* manifestare crimen, ne deterius putrescat in corde?

a *alia*] *orig.* b *Anf. l. 3. c. 38. Pann. l. 4. c. 36.* c *Et in C. Hadriani, c. 3. Capitular. l. 6. c. 289.* d *al. quibusvis.* e *al. id est.* f *3. q. 1. c. 1. Polyc. l. 3. tit. 4. Anf. l. 3. c. 45. Ivo part. 3. c. 241.* g *al. vocatus.*

a *est initium causa nona.* b *Supra 3. q. 6. nemineni.* c *Anfel. in princ. Ivo p. 4. c. 243.* d *al. perturbare.* e *Isa. 1.* f *al. turbo. al. quando silentium perit, & judicium obstrepentium turba confundit.*] g *Esa. 32.* h *alter collocutoribus.* i *alter à causantium.* k *al. judicum* l *Proverb. 22.* m *in vulgatu legebatur, confessione, & al. concessione.* n *Idem epist. 109.* o *cum debes manifestare, ne, &c.*] *orig.*

C. 11. ¶ *Nec qui parcit, est amicus, nec qui verberat, inimicus.*

Idem *ad Vincentium Donatistam, & Rogatistam, epist. 48.*

NOn a omnis, qui parcit, amicus est, nec omnis, qui verberat, inimicus. [*Meliora sunt vulnera amici, quàm voluntaria oscula inimici.*] Melius est cum severitate diligere, quàm cum lenitate decipere. ¶ Utilius esurienti panis tollitur, si de cibo securus justitiam negligebat, quàm esurienti panis frangitur, ut injustitiæ seductus acquiescat. ¶ Et qui phreneticum ligat, & qui lethargicum excitat, ambobus molestus, ambos amat. Quis nos potest amplius amare, quàm Deus? Et tamen nos non solùm docere suaviter, verùm etiam salubriter terrere non cessat. Fomentis lenibus, quibus consolatur, sæpè etiam mordacissimum medicamentum tribulationis adjungens, exercet fame Patriarchas *b*, etiam pios & religiosos; populum contumacem pœnis gravioribus agitat; non aufert ab Apostolo *c* stimulum carnis tertiò rogatus, ut virtutem in infirmitate perficiat. *& infrà.* ¶ Noveris 1 aliquando furem avertendis pecoribus pabulum spargere, aliquando pastorem flagello ad gregem pecora errantia revocare.

1 ¶ Noveris] *Apud B. Augustinum legitur:* & noveris, *pendet q, hæc pars ex superiore periodi parte:* & putas nullam vim adhibendam esse homini, &c.

C. VIII. ¶ *Non odio habetur, sed dilegitur, qui castigatur & corripitur.*

Item ex sermone 24. Ambrosii, *qui sic incipit:*

[Amarior fortasse.]

NOn osculatur semper pater filium, sed & aliquando castigat. Ergo, quando castigatur, qui diligitur, tunc circa eum pietas exercetur. Habet enim & amor plagas suas, quæ dulciores sunt, cùm amarissimè *d* inferuntur. Dulcior enim est religiosa castigatio, quàm blanda remissio. Unde ait Propheta *e*: [*Dulcera sunt vulnera amici, quàm voluntaria oscula inimici.*]

Ex his verbis datur intelligi, quòd magis confert utilitate fraterna, qui crimen accusando vel indicando persequitur, quàm qui celando severe nititur. Eusebius *autem Papa contrà statuere videtur, dum aliorum crimina sponte confitentes in Episcoporum accusatione recipi prohibet, dicens epist. primâ ad Episcopos Gallia.*

C. IV. ¶ *Ad accusationem non admittantur aliorum crimina sponte confitentes.*

ILli *f*, qui aut in fide Catholica, aut in inimicitia fuerunt, ad pulsationem Episcoporum non admittantur: quia veritatem professionis infidelitas & inimicitia impedire solet. Nec illi credendi sunt, aut admittendi, qui aliorum sponte crimina confitentur. Et ideò replicanda est solicitè veritas, quam sponte prolata in illis vox habere non potest. Hanc diversis cruciatibus è latebris suis religiosus *g* tortor exigere debet, ut dum pœnis corpora subjiciuntur, quæ gesta sunt, fideliter & veraciter exquirantur.

C. V. ¶ *De eodem.*

Item *in Proverbiis, c. 11.*

QUi ambulat fraudulenter, revelat arcana: qui autem fidelis est, celat amici commissum. *Item infra cap. 25.* Quæ viderunt oculi tui, ne proferas in jurgio cito, ne postea emendare non possis, cùm dehonestaveris amicum tuum.

Sed aliud est, ex charitate aliorum crimina deferre, ut quos secretâ admonitione corrigere non possumus, convictos judicii sententia corripiat: atq; aliud, insidiando falsa objicere, vel insultando vera facilè exprobrare. Illud verò charitatis, hoc autem impietatis est officium. Unde in eodem Proverbio, cap. 12. dicitur: [Verba impiorum insidiantur sanguini: os justorum liberabit eos.] *& infrà.* [Qui quod novit loquitur, judex 1 justitiæ est: qui autem mentitur, testis est fraudulentus.] *Item.* ¶ [Labium veritatis firmum erit in perpetuum: qui autem testis est repentinus, concinnat linguam mendacii.] *Item c. 13.* ¶ [Qui custodit os suum, custodit animam suam: qui autem inconsideratè *a* loquitur, sentiet mala.] *& infrà.* [Verbum mendax justus detestabitur: impius autem confundit, & confundetur.] *Item Augustinus in Psal. 37.* b [Si aliquando 2 humanâ infirmitate pedes nostri in aliquod peccatum moventur, insurgunt linguæ iniquissimorum inimicorum, cùm fuisset miserendum: irrident impii, unde dolent pii.]

1 ¶ Judex] *Sic in Bibliis etiam Complut. & Antuerpiæ impressis. Sed in nonnullis manuscriptis habetur,* index. *Græce autem ἐπὶ ἐκκυψάσῃ πίστει ἀπαγγέλλει δίκαιος, ὁ δὲ μάρτυς τῶν ἀδίκων δόλιος: id est,* clarum testimonium dat justus, testis autem injustorum dolosus.

2 ¶ Si aliquando] *Hic versiculus videtur sumptus partim ex verbis B. Augustini, partim ex glossa marginali & interlineari, in eundem locum ex eod. B. Augustino & Cassiodoro.*

a 23. q. 4. nemirum. 9. non omnis. Proverb. 27. b Gen. 42. c 2. Cor. 12. d al. amaritud. e Proverb. 27. f Anf. l. 3. c. 23. g rogatus] vulg.

QUÆSTIO VI.

1 Quæ autem, quod intendit, probare non valet, punitendus est.

C. I. ¶ *Punitur, qui aliis falsa intulerit.*

Unde Hadrianus Papa *ait in capitulis c. c. 41.*

OMnis *d*, qui aliis falsa intulerit, puniatur, & pro falsitate ferat infamiam.

C. II. ¶ *De eodem.*

Item Gregorius Papa.

QUi calumniam illatam non probat, pœnam debet incurrere, quam si probâsset, reus utique sustineret.

¶ *Hic Gratianus partem sequentis capitulo, quasi quandam per se sententiam, quod non raro solet, proponit.*

C. III. ¶ *Quâ pœnâ feriatur, qui crimen illatum non probat.*

Item *in Regesto.*

QUia *e* juxta canonicas Patrum sententias, qui calumniam illatam non probat, pœnam debet incurrere, quam si probâsset, reus utique sustineret, ac per hoc, quia Subdiaconus crimen Diacono probare non potuit, quoniam impositionem manûs (quâ carere non potuisset) non habuit, non solùm 1 Sacerdotio, sed officio caruit, & tanquam reverà infamis meruit verberibus castigari. Nam cui cum tribus testibus, veluti Laico crimen quodlibet approbatur, non est mirum, quod objecit, dum probare non sufficit, si corporali infamiæ, quemadmodum Laicus, ex juris similitudine subjugatur. Quod enim esset Diacono gradum amittere, hoc fuit Subdiacono famæ plenitudine caruisse.

¶ *In regesto B. Gregorii hæc non sunt inventa, sed habentur omnia in vita ipsius à Ioan. Diacono scripta lib. 4. c. 31. Item, postquam scripsit epistolam 66. libri unius, Anthemio Subdiacono scripsit, unde ista collegit:* Idcirco Gregorius non probantem, quod objecerat, Subdiaconum officio jubet privari, quia juxta canonicas Patrum sententias, qui calumniam, &c. *usq; ad finem. Sicut autem caput hoc ex Ioan. Diacono sumptum est; ita in Decretalibus caput primum tit. de calumniat. ex ipsa Gregorii ad Anthemium epistola est acceptum.*

1 ¶ Solùm] *Vox ista abest ab originali, sed ob glossam non est indulta.*

Codice libro primo, titulo de Episcopis & Clericis. l. 1. Imperator Theodosius.

2 pars. ¶ *Presbyter citra injuriam quæstionis testimonium*

a *inconsideratus est ad sequendum,*] vulg. b *in versic. quæ dixi.* c *C. 1. c. 277.* d *Anf. l. 3. c. 92.* e *Ioan. Diacon. l. 4. vitæ B. Gregorii, c. 31.*

discant, ita tamen, ut falsa non simulent. Cæteri verò Clerici, qui eorum a *deinde gradum, vel ordinem sequuntur, si ad testimonium dicendum petiti fuerint, prout leges præcipiunt, audiantur: ut salva tamen sit litigatoribus falsi actio, si fortè Presbyteri, qui suo* b *nomine superiorem locum testimonium dicere extra aliquam corporalem injuriam sunt præcepti, hoc ipsi, quòd nihil metuant, vera suppresserint. Multò magis enim pœnâ dignè sunt, quibus cum plurimum honoris per nostram jussionem delatum est, si occultè* c *inventi sunt in crimine.* ¶ Item constitutione tertiâ, coll. nonâ *d. ¶ Presbyteri, seu Diaconi, si falsum testimonium dixerint, si quidem in re pecuniaria, devoto ministerio duntaxat per tres annos separati, monasterio tradantur: sin in criminali, Clericatûs honore nudati, legitimis pœnis subjaciantur. Cæteri verò Clerici communi* 1 *jure ab officio Ecclesiastico pulsi, sine delectu causæ legitimè coerceantur.*

1 ¶ Communi] *Hæc omnia verba, communi jure ab officio Ecclesiastico pulsi, absunt à manuscriptis, sunt tamen in translatione, quæ habetur in Codice. Nec verò Gratianus ipsa omninò verba aut veteris interpretationis, aut Iuliani, aut Itemis retulit. Quare operæ pretium fuerit Novellam ipsam Græcam, & vulgatas interpretationes conferre: extant enim aliqua varietates non contemnenda.*

C. IV. ¶ *Ad sanctæ communionis ministerium* e *non accedat, qui crimen illatum non probat.*

Item Gregorius *Ianuario Episcopo, lib. 3. epist. 24.*

EPiphanium 1 Presbyterum quorundam Sacerdotum *f* literis criminaliter accusatum, cujus nos, ut valuimus, discutientes causam, nihilque in eo objectorum reperientes, ut ad locum suum reverteretur, absolvimus. Criminis ergò ejus auctores te volumus perscrutari & nisi qui easdem transmisit epistolas, paratus fuerit, hoc, quod objecit, canonicis atque districtissimis probationibus edocere, nullatenùs ad sanctæ ministerium *g* communionis accedat.

1 ¶ Epiphanium] *In epistola hac antecedunt*: Præterea nôsti latorem præsentium Epiphanium Presbyterum quorundam, &c.

C. V. ¶ *Quâ pœnâ delator sit feriendus.*

Item ex decreto Hadriani Papæ *h, cap. 49.*

DElatori *i* autem lingua capuletur, aut convicto caput amputetur. ¶ Delatores autem sunt, qui invidiâ produnt alios.

¶ *Habetur inter capitula Hadriani, c. 49. allatum, quantum conjicere licet ex legibus secularibus. Nam in Codice Theod. libro 10. tit. 10. l. 2. ferè idem, in libro autem 7. Capitul. c. 360. prorsus idem habetur.*

C. VI. ¶ *De eodem.* PALEA.

Item ex Concilio *k* Eliberitano.]

DElator *l* si quis extiterit fidelis, & per delationem ejus aliquis fuerit proscriptus, vel interfectus, placuit, non 1 nisi in fine accipere communionem. Si levior causa fuerit, infra quinquennium accipere poterit communionem. Si catechumenus fuerit, post quinquennii tempora admittatur ad baptismum.

1 ¶ Non nisi] *In Concilio ipso, & Capitularibus legitur*, nec in fine: *quod in multis ejusdem Concilii decretis reperitur. Quomodo autem hic, & apud Burchardum, act. 9, Ivonem legitur, convenit canoni 13. Nicæni Concilii, in quo sic statutum est*: De his, qui ad exitum veniunt, etiam nunc lex antiqua, regularisque servabitur, ita, ut si quis egreditur è corpore, ultimo & necessario viatico minimè privetur. *Hanc controversiam explicat explicat Innoc. I. epist. 3. c. 2. Exuperio Episcopo Tolosano.*

a *alter eum.* b *alter sub.* c *al. si in occulto inveniatur crimen.* d *Cod. eod. tit. Authentica seq. Presbyteri. Novellâ 123. §. reverendissimis.* e *al. mysterium.* f *al. Sardorum.* g *al. mysterium.* h *In capit. Hadriani, cap. 49.* i *Capit. l. 7. c. 360. Ans. l. 3. c. 88.* k *Capit. l. 6. c. 244.* l *Burch. l. 6. c. 27. Ivo p. 12. c. 156.*

C. VII. ¶ *Qui innocentem falso crimine maculaverit, Sacerdotis arbitrio pœnâ diuturnâ purgetur.*

Item ex octava Synodo. a

SI quis falsum dixerit, vel personam innocentis falso crimine maculaverit, juxta Sacerdotis arbitrium diuturnâ pœnitentiâ expurgetur.

¶ *Caput hunc ex vulgatis erat præpositum nomen Palea, quod sublatum est auctoritate omnium vetustarum exemplarium, quæ quæ collata sunt. Extat autem in regula Monachorum B. Isidori, c. 17.*

C. VIII. ¶ *A communione coerceatur vel sæcularis, vel Laicus, qui Ecclesiam, vel Clericum per calumniam fatigaverit.*

Item ex Concilio Agathensi, *c. 52.*

SI *b* quis verò secularium per calumniam Ecclesiam, aut Clericum *c* fatigare tentaverit, & convictus fuerit, ab Ecclesiæ liminibus, & à Catholicorum communione, nisi dignè pœnituerit, coerceatur *d.*

CAUSA VI.

DUo fornicatores, & infamiâ notati, quendam religiosum Episcopum de Simonia accusare nituntur: reus alterius provinciæ Archiepiscopi judicium expetit: tandem in probatione deficit accusator: an cogitur ad sua innocentia assertionem.

1 *His præmissis quæritur, an crimine irretiti, vel infamiâ notati ad hujusmodi* c *accusationem sint admittendi?*

2 *Secundò, si Episcopus in eos accusationem vertere voluerit, an simplices assertiones sua sit fides habenda?*

3 *Tertiò, si liceat sibi expetere judicium Archiepiscopi alterius provinciæ?*

4 *Quartò, cujus judicium sibi sit expetendum, si forte suam sententiam Episcopus suæ provinciæ discordare contingeret?*

5 *Quintò, si in probatione deficit accusator, an reus sit cogendus ad probationem suæ innocentiæ?*

QUÆSTIO I.

QUòd autem crimine irretiti alios accusare non possint, Anacletus Papa *testatur, epistolâ secundâ, Episcopis Italiæ datâ.*

C. I. ¶ *A criminosis Sacerdos accusari non permittitur.*

SI Sacerdos sine crimine eligi præcipitur, nullatenùs ab hominibus criminibus irretitis accusari aut calumniari permittitur; nec ab aliis, quàm ab iis, qui sine crimine sunt, & juxta 1 electionem Sacerdotes ordinari possunt, & tales per omnia inveniuntur, quales Sacerdotes eligi jubentur.

1 ¶ Juxta electionem] *Sic in omnibus collatis manuscriptis codicibus, præterquam in uno, in quo est*, justâ electione. *In vulgatis erat*, juxta electionem canonicam. *In epistola autem ipsa sic legitur*: & juxta electionem, si necessitas fuerit, aut ipsi volendo Domino servire elegerint, Sacerdotesque sine crimine fieri, & ordinari possint, & tales per omnia fuerint, quales eligi Sacerdotes jubentur.

C. II. ¶ *Infames, & qui culpis exigentibus ad Sacerdotium provehi non possunt, Sacerdotes non accusent.*

Item Hadrianus Papa *in capitulis, c. 21.*

1. OMnes *f* verò infames esse dicimus, quos leges seculi infames appellant, & omnes, qui culpis

a *In regula Isidori, c. 17.* b *Ans. l. 3. c. 116. Burch. l. 1. c. 3. Ivo p. 6. c. 362. & p. 16. c. 6.* c *Clerum*] orig. d *al. arcessitur.* e *al. hujus.* f *Polyc. l. 5. tit. 1.*

exigenti-

exigentibus ad Sacerdotium non possunt provehi. Indignum est enim, ut illi eos accusent, qui esse non possunt, quod ipsi sunt: quoniam sicut majores à minoribus non judicantur, ita nec criminari possunt.

C. III. ¶ *Infames sunt, qui regnum Dei consequi non valent.*

Item Fabianus Papa *epist. 2. Episcopis Orientalibus.*

ILli, qui illa peccata perpetrant, de quibus Apostolus *a* ait: [*Quoniam, qui talia agunt, regnum Dei non consequentur:*] valdè cavendi sunt, & ad emendationem, si voluntariè noluerint, compellendi: quia infamiæ maculis sunt aspersi, & in barathrum delabuntur, nisi eis Sacerdotali auctoritate subventum fuerit. ¶ Similiter & illi, de quibus ipse ait *b*: [*Cum hujusmodi hominibus nec cibum sumere:*] quia infamiâ sunt notati, antequam Sacerdotali auctoritate sanentur, & in gremio sanctæ matris Ecclesiæ redintegrentur: quia, qui extra nos sunt, nobiscum communicare non possunt.

C. IV. ¶ *Ante satisfactionem excommunicati ad accusationem non admittantur.*

Item Fabianus, *epist. 1.*

OMnes *c* illi sunt ab accusatione repellendi, quos Apostolus commemorat, dicens *d*: [*Cum eis nec cibum sumere,*] & ante satisfactionem Ecclesiæ non sunt suscipiendi.

C. V. ¶ *Sacerdotes non nisi à coæqualibus accusari debent.*

Item Clemens Papa *Iacobo Hierosolymorum* 1 *Episcopo. epist. 1.*

BEatus *e* Petrus homicidas & adulteros, & cunctos criminalibus nexibus alligatos, & qui eis coæquales non erant, ab Episcoporum *f* vexatione & accusatione, dicente *g* Domino, prohibebat. & non nisi coæqualibus aliquid eis inferri debere docebat. *& paulò pòst.* ¶ Infames etiam omnes, & quos rimates, & leges sæculi non suscipiunt, sed & Laicos ab eorum accusatione, & vexatione semper repelli debere rogabat, & cunctos illis subditos esse præcipiebat: cunctorum Sacerdotum vitam superiorem, sanctioremque, ac discretam à secularibus, & Laicis hominibus esse, & spirituales quosque, atque Sacerdotes supercarnales, ac Laicos semper constituendos docebat, quoniam pro minimo nobis esse debet, ut à talibus arguamur, & judicemur, vel ab humano die *h*. Majores verò à minoribus nec accusari, nec judicari ullatenus posse dicebat: quoniam non solùm hoc divinas, sed & leges sæculi inhibere docebat.

1 ¶ Hierosolymorum] *Antea erat*, Metropolitano. *Emendatum est ex plerisq; manuscriptis codicibus. Nam & Clemens in epistola sic ipsum Iacobum vocat.*

C. VI. ¶ *Qui criminosus fuerit, Sacerdotes accusare non potest.*

Item Hadrianus Papa *in capitulis, c. 68.*

QUi *i* crimen intendit, agnoscendum est, si ipse ante non fuerit criminosus: quia periculosa est, & admitti non debet rei adversùs quemcunque professio. *& infrà, c. 72.* ¶ Testes autem sine aliqua sint infamia, uxores, & filios habentes, & Christum omninò prædicantes.

Non solùm autem criminosi, sed etiam qualibet alii ab accusatione Episcoporum repelluntur.

C. VII. ¶ *Deo non placet, qui servos suos accusat.*

Unde Anacletus Papa, *epist. 1. ait.*

SI omnia in hoc sæculo vindicata essent, locum divina judicia non haberent. Supervacuis enim ad beneficia laborat impendiis, qui solem certat facibus adjuvare. Ideò si aliquis putat se Deo in hoc placere, quod servos suos accusat, & ut meliores fiant, dicit se hoc agere, in vanum laborat, & plùs invidiæ stimulis agitatur, quàm charitatis: quoniam gratiæ plenitudo adjectione non indiget, nec ulla requirit commendationis augmenta.

C. VIII. ¶ *Populus Sacerdotes arguere, vel increpare non valet.*

Item Telesphorus *a epistolâ unicâ, c. 3.*

SAcerdotes *k*, qui proprio ore corpus Domini conficiunt, ab omnibus sunt audiendi, atque timendi; non dilacerandi, aut detrahendi: quia à quibus se Domini populus benedici, salvari & instrui cupit, nullatenùs debet eos arguere, nec vulgus in eorum accusatione suscipi. Populus enim ab eis docendus est, & corripiendus; non ipsi ab eo: quia non *e* est discipulus super magistrum. *& infrà.* ¶ Dei ergò accusat ordinationem, qui eos, qui ab eo constituuntur Sacerdotes, accusat, vel damnari cupit. *Idem infrà. d* ¶ Hi, qui 1 non sunt idonei, non suscipiantur ad accusationem: omnes, qui adversùs Patres armantur, infames esse censemus. Patres enim omnes venerandi sunt, non respuendi, aut insidiandi.

1 ¶ Hi, qui] *In aliquot vetustis codicibus est caput distinctum à superiore.*

C. IX. ¶ *De eodem.*

Item Pius Papa *e epist. 1.*

OVes *f* pastorem suum non reprehendant; plebs Episcopum non accuset, nec vulgus eum arguat: quoniam non *g* est discipulus super magistrum, neq; servus supra Dominum. Episcopi autem à Deo sunt judicandi, qui eos sibi oculos elegit. Nam à subditis, aut pravæ vitæ hominibus non sunt arguendi, vel accusandi, aut lacerandi. *& infrà.* ¶ Nemo bonum faciens, alteri verbo, aut facto nocere vult: quantò minùs in suspicionem debet venire fidelis homo, ut dicat, aut faciat ea, quæ pati non vult: quia omnis suspicio potiùs repellenda est, quàm approbanda, vel recipienda.

Ipsa autem detractio, licet ex vitio detrahentium, tamen justo Dei judicio, nonnunquam adversus bonos excitatur; ut quos vel domestica præsumptio, vel aliorum favor in altum extulerat, detractio humiliet.

C. X. ¶ *Ne quis de se præsumat, lingua malorum ex Dei præcepto contra eum excitantur.*

Unde Ambrosius *ad c. 22. Luc.*

¶ *Rubrica hæc non valdè convenit subjecto capiti, & piè est interpretanda: nam simili locutione utitur David, 2. Regum 16. loquens de Semei.*

IMitare Petrum tertiò alibi *h* dicentem: [*Domine, tu scis, quia diligo te.*] Etenim, quia tertiò negaverat, tertiò confitetur; sed negavit in nocte, confitetur in die. Hæc autem ideò dicta sunt, ut sciatis, neminem jactare se debere. Nam si Petrus lapsus est, quia dixit *i*: [*Et si alii scandalizati fuerint in te, sed non ego,*] quis alius jure de se præsumat? Denique & David, quia dixerat *k*: [*Ego dixi in mea abundantia, non movebor in æternum;*] eam sibi jactantiam obfuisse profitetur, dicens: [*Avertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus.*]

C. XI. ¶ *Ut boni salubriter humilientur, lingua malorum contra eos insurgunt.*

Item Gregorius *lib. 9. epist. 39. ad Theoctistam patriciam.*

SUnt plurimi, qui vitam bonorum ampliùs, quàm debent, laudant: & ne qua elatio de laude surrepat,

a *Gal.5.* b *1.Cor.5.* c *Anf.l.3.c.1.* d *1.Cor.5.* e *Ioan.8. Anf. ibid.* f *eorum*] *erig.* g *docente*] *erig.* h *1.Cor.4.* i *Anf. l.3.c.81. suprà, 3. q.11. neganda.*

a *Et Iulius in decr. cap. 10.* b *Anf.l.3. c. 12. Ivo p. 16. c.314.* c *Matth.10.* d *Ivo p.6.c.431.* e *Et Cornelius ep.2.* f *Polyc. lib.5.tit.1. Ivo p.5. c.243. Pann. l.4. c.36.* g *Luc.6.* h *Ioan.21.* i *Marc.14.* k *Psal.29.*

permittit omnipotens Deus malos in obtrectationem & objurgationem prorumpere, ut si qua culpa ab ore laudantium in corde nascitur, ab ore vituperantium suffocetur. Hinc est ergò, quod Doctor gentium se in prædicatione curtere testatur per infamiam, & bonam famam, qui etiam dicit a: [Ut seductores, & veraces.]

Verùm b *hâc auctoritate prohibentur spirituales à carnalibus accusari, non carnales à spiritualibus. Quod ex verbis ejusdem datur intelligi, quibus in eodem capitulo* 1 *subjunxit, dicens:* [Capite c languescente, faciliùs reliqua corporis membra inficiuntur:] *sicut scriptum* d *est:* [Omne caput languidum, & omne cor mœrens; à planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas.] *Quapropter manifestum est, Diabolum (qui sicut Leo* e *rugiens circuit, quærens quem possit devorare) cordibus plebium suadere, ut Doctoribus atque Pastoribus suis detractiones irrogent, vel eos accusent, ut plebes languescentes (non tenentibus pastoribus frena eorum) lasciviant, atque in vana ruant, ut saltem sic perire tuto possint. Multum verò distant damna morum à damnis rerum temporalium, cùm ista extra nos sint, illa verò in nobis.* [& *infrà* f.] *Pejus* 2 *malum fore non existimo, quàm Christianos suis videre Sacerdotibus.*

1 ¶ Capitulo] *Quæ subjungit Gratianus*, capite languescente, &c. *sunt in epist. 3. Anacleti & apud Isidorum de summo bono, lib. 3. c. 38.*

2 ¶ Pejus] *Sunt in prima epist. Alexandri I.*

C. XII. ¶ *Deo recte famulantes persequi non licet.*

Hinc etiam Felix II. *ait Episcopis in Alexandrina Synodo congregatis.*

QUiescite (inquit sancta & magna Nicæna Synodus,) & nolite persequi eos, qui rectè g Deo famulantur, & sincerâ voluntate superni h Dei mandata custodiunt, & nostris legibus subjugantur; quia nec decet, nec ordo patitur, ut iniqui & carnales spirituales persequantur.

C. XIII. ¶ *Subditi Prælatos suos accusare non debent.*

Item Anterus I Papa, *epistolâ unicâ.*

EX i merito plebis nonnunquam Episcopi depravantur, quatenùs procliviùs cadant, qui sequuntur. Capite languescente cætera corporis membra inficiuntur. Deteriores k sunt, qui vitam, moresque bonorum corrumpunt, his, qui substantias aliorum, prædiaque diripiunt. Caveat unusquisque, ne aut linguam, aut aures habeat prurientes, id est, ne aut ipse aliis detrahat, aut alios audiat detrahentes. [*Sedens (inquit l) adversùs fratrem tuum loquebaris*] detrahendo: [*Et adversùs filium matris tuæ ponebas scandalum, &c.*] Parcant singuli detractioni linguæ, custodiantque sermones suos, & sciant, quia cuncta, quæ de aliis loquuntur, suâ sententiâ judicabuntur. Nemo m invito auditori libenter refert. Officii singulorum sit, dilectissimi, non solùm oculos castos servare, sed & linguam, nec quid in cujusquam domo agatur, alia domus per eos n unquam noverit. Habeant o omnes simplicitatem columbæ, nec cuiquam machinentur dolos, & serpentis astutiam, ne aliorum supplantentur insidiis.

1 ¶ Anterus] *Sic restitutum est ex pleriq; vetustis. Nam anteà erat,* Gregorius. *Videtur tamen Gratianus hoc tribuisse etiam Gregorio, supra c.* sunt plurimi, *in illo verbo:* Quod ex verbis ejusdem datur intelligi, quibus in eodem capitulo, &c. *Confectum autem caput hoc est magna ex parte ex Anacleti sententia, in epist. 3.*

a 2. Corinth. 6. b *Eusebius in epistola ad Gallia Episcopos.* c *Infrà eâdem, cap. ex merito.* d *Esa. 1.* e 1. Petr. 5. f *paulò aliter in originali impressa.* g *al. Deo perfectè ministrant.* h *al. superna.* i *Anacletus epist. 3. Isidorus lib. 3. de summo bono, c. 38. Supra eâd. sunt plurimi.* k *Infrà eâdem, deteriores. & 9. quæst. 3. fatta.* l *Psal. 49.* m *Hieronymus ad Nepotianum simile.* n *vos] orig.* o *Idem Hier. 7. 16. q. 1. si cupis.*

C. XIV. ¶ *Sapiens nocere non cupit.*

Item Lucius Papa a *epist. unicâ, Episcopis Galliæ & Hispaniæ scribens.*

SApiens b non est omnis, qui nocet.

C. XV. ¶ *Raptoribus deteriores sunt Episcoporum detractores.*

Item Anacletus Papa, *epist. 3.*

DEteriores c sunt, qui Doctorum vitam, moresq; corrumpunt, his, qui substantias aliorum, prædiaq; diripiunt. Ipsi enim ea, quæ extra nos, licèt nostra sint, auferunt: nostri autem detractores, & morum corruptores nostrorum, sive qui adversùs nos armantur, propriè nos ipsos diripiunt 1, & ideo justè infames sunt, & meritò ab Ecclesia extorres fiunt. Pro meritis ergo plebis sæpè Pastores depravantur Ecclesiæ, ut procliviùs corruant, qui sequuntur.

1 ¶ Diripiunt,] *Anteà legebatur,* nos ipsos decipiunt. *Emendatum est ex Isidoro, libro 3. de summo bono, cap. 38. Anacleti verba, quantum conjecta potest, referentes & optimè convenit cum iis, quæ antecedunt. Verum in duobus antiquis exemplaribus epistolarum Anacleti, altero Vaticana, altero Florentina Bibliotheca, habetur,* non nos, sed propriè se ipsos decipiunt.

C. XVI. ¶ *De eodem.*

Item Alexander Papa, *epist. 3.*

SUmma d iniquitas est, fratres detrahere, & murmure. Unde scriptum e est: [*Omnis, qui detrahit fratri suo, homicida est: & omnis homicida non habet partem in regno Dei.*]

Patet ergò, ut præmissum est, quòd carnales prohibentur ab accusatione spiritualium, non spirituales ab accusatione carnalium.

2 pars. *Cum itaq; criminosi & infames ab accusationibus prohibeantur, videndum est, quos canonum sacra auctoritas infames appellet.*

C. XVII. ¶ *Quæ persona infames habeantur.*

De his Stephanus *Romanæ Ecclesiæ Episcopus scribit Hilario, epist. 1. cap. 1. dicens.*

INfames f esse eas personas dicimus, quæ pro aliqua culpa notantur infamiâ, id est, omnes, qui Christianæ legis normam abjiciunt, & statuta Ecclesiastica contemnunt; similiter fures, sacrilegos, & omnes capitalibus criminibus irretitos; sepulchrorum quoque violatores, & Apostolorum, atque successorum eorum, reliquorumq; Patrum statuta libenter violantes, & omnes, qui adversùs Patres armantur, qui in omni mundo infamiâ notantur: similiter & incestuosos, homicidas, perjuros, raptores, maleficos, venenicos, adulteros, de bellis publicis g fugientes, & qui indigna sibi petunt loca tenere, aut facultates Ecclesiæ abstrahunt injustè, & qui fratres calumniantur, aut accusant, & non probant, vel qui contra innocentes Principum animos ad iracundiam provocant, & omnes anathematizatos, vel pro suis sceleribus ab Ecclesia pulsos, & omnes, quos Ecclesiasticæ, vel sæculi leges infames pronuntiant. Hi ultimum h omnes, nec servi ante legitimam libertatem, nec pœnitentes, nec bigami, nec illi, qui curiæ deserviunt, vel non sunt integri corpore, aut sanam non habent mentem vel intellectum, aut inobedientes sanctorum decretis existunt, aut furiosi manifestantur; hi

a *Et Cornelius Papa epist. 2.* b *Ivo part. 3. c. 104.* c *sup. eâd. cap. ex merito. Burchard. l. 1. c. 138. Deusdedit p. 3. Ivo part 1. c. 396. Anf. lib. 3. c. 11.* d *Anselm. lib. 6. cap. 137.* e 1. Ioan. 3. f *Polyc. lib. 5. tit. 1. Deusdedit p. 3. Anf. l. 3. c. 5. Burch. l. 1. c. 171. Ivo p. 1. c. 291. Pann. l. 4. c. 66.* g *hæc vox abest ab orig.* h *paulò aliter in originali.*

omnes,

omnes, inquam, nec ad sacros gradus debent provehi, nec isti, nec liberti, neque suspecti, nec rectam fidem, vel dignam conversationem non habentes, summos Sacerdotes possunt accusare 1.

1 ¶ Accusare.] *In vulgatis codicibus sequebatur:* nec ad accusationem, seu ad testimonium nullatenùs justè possunt recipi, *quæ sunt expuncta, quoniam absunt à manuscriptis, (uno excepto) & originali, & Burchardo, & Ivone. In Panormia tamen hæc postrema pars post verbum* manifestantur, *sic habet:* Hi omnes nusquam nec ad sacros gradus debent provehi, nec ad accusationem, seu ad testimonium ullatenùs justè possunt recipi.

C. XVIII. ¶ *Infamis efficitur, qui sciens perjerare præsumit.*

Item Fabianus Papa.

5 QUicunque *a* sciens se perjuraverit *b*, quadraginta ps dies in pane & aqua, & septem sequentes annos pœniteat, & nunquam sit sine pœnitentia, & nunquam in testimonium recipiatur: communionem tamen post hæc percipiat.

C. XIX. ¶ *Accusatores c, & personæ, quas legesæculi non admittunt, Ecclesiasticæ quoque repellunt.*

Item Eusebius Papa, *epist. 1. ad Episcopos Galliæ.*

NOs *d* sequentes Patrum vestigia pro salvatione servorum Dei, quascunque ad accusationem personas leges publicæ non admittunt, his impugnandi alterum & nos licentiam submovemus: & nullæ accusationes à judicibus audiantur Ecclesiasticis, quæ legibus sæculi prohibentur.

Sed licet infames ab accusatione Episcoporum prohibeantur, non tamen isti ab hujusmodi e accusatione prohibendi sunt. Hæreticus namque accusare infamibus non prohibetur, ut supra patuit, in ea f causa, ubi de accusatione minorum adversus majores disputatum est.

C. XX.

Item.

CUm majores scientiâ & moribus à minoribus accusari prohibeantur, non æquales ab æqualibus, vel minores à majoribus: ab hujus ergò 1 accusatione non sunt hi prohibendi, cum hæreticus catholico minor sit.

¶ *Caput hoc in plerisque vetustis exemplaribus conjunctum est superiori. Quare conjicere licet hæc esse verba Gratiani.*

1 ¶ Ab hujus ergò] *Locus hic emendatus est ex manuscripto. In impresso legebatur,* ab accusatione hujusmodi sunt prohibendi. *Ex qua lectione vix apta sententia elici poterit.*

C. XXI. ¶ *Dubium est, an sciens avarus, an nesciens hæreticus gravius peccet.*

Sed hoc an generaliter accipiendum sit, Augustinus non g *definivit, lib. 4. de Baptismo contra Donatistas, c. 3. dicens.*

QUæro ergò, quis peccet gravius, an qui nesciens in hæresim incurrerit, an qui sciens ab avaritia, id est, ab idololatria non recesserit? Secundùm quidem illam regulam, quâ peccata scientium peccatis ignorantium præponuntur, avarus cum scientia vincit in scelere. Sed ne fortè hoc fiat, facit in hæresi sceleris ipsius magnitudo, quod facit in avaritia scientis admissio, ut hæreticus nesciens avaro scienti coæquetur. *Item cap. 20. ejusdem libri.* Utrùm autem Catholicum pessimis moribus alicui hæretico, in cujus vita, præter id, quòd hæreticus est, non inveniunt homines, quod reprehendant, præponere debeamus, non audeo præcipitare sententiam.

4 pars. *Verum hoc Augustini, & illud de infamium accusatione, de his sic intelligendum est, quos constat esse hæreticos, non de his, qui se negant in hæresim lapsos. Hinc autem in omnibus religiosus apparens, dum se negat hæretica communionis aliquando maculâ infectum, infames, atque alios hujusmodi à sua accusatione ipse repellit.* ¶ *Hæc licet ratione niti videantur, exemplo tamen læsæ majestatis vana intelliguntur: ad cujus accusationem dum socius inita factionis admittitur, non quæritur, an cogitare contra animam Principis sit majestatem ledere, sed an aliquis de nece ejus tractaverit.*

C. XXII.

Unde Impp. Arcadius & Honorius A A. *in nono libro Codicis, tit. ad legem Iuliam majestatis, leg. 5. scripsisse leguntur.*

SI quis *a* cum militibus vel privatis, vel barbaris etiam, sceleratam inierit factionem, aut factionis ipsius susceperit sacramentum, vel dederit, de nece etiam virorum illustrium, qui consiliis & consistorio nostro interfuerunt, Senatorum etiam (nam & ipsi pars corporis nostri sunt) vel cujuslibet postremò, qui nobis militat, cogitaverit: (eâdem enim severitate voluntatem sceleris, quâ effectum, puniri jura voluerunt:) ipse quidem, utpote majestatis reus, gladio feriatur, bonis ejus omnibus fisco nostro addictis. ¶ Filii verò ejus, quibus vitam Imperatoriâ specialiter lenitate concedimus, (paterno enim deberent perire supplicio, in quibus paterni, hoc est, hæreditarii criminis exemplo metuuntur *b*) à materna, vel avita, omnium etiam proximorum hæreditate ac successione habeantur alieni, testamentis extraneorum nihil capiant, sint perpetuò egentes & pauperes, infamia eos paterna semper comitetur, ad nullos prorsùs honores, ad nulla sacramenta perveniant, sint postremò tales, ut his perpetuâ egestate sordentibus sit & mors solatium, & vita supplicium. ¶ Denique jubemus etiam eos notabiles esse sine venia, qui pro talibus unquam apud nos intervenire tentaverint. *& infrà.* ¶ Sanè, si quis ex his in exordio initæ factionis, studio veræ laudis accensus, initam prodiderit factionem, præmio & honore à nobis donabitur. Is verò, qui usus fuerit factione, si vel *c* serò, incognita tamen adhuc consiliorum arcana patefecerit, absolutione tantùm, ac veniâ dignus habebitur.

¶ *Hæc & sequens caput in vetustis exemplaribus sunt conjuncta antecedenti, quare nec rubricas habent.*

Porrò Simonia accusatus ad instar publici criminis læsæ majestatis procedere debet, sicut Leo Imperator in lib. 1. Codicis d *decrevisse legitur, tit. de Episcopis & Clericis, l. si quenquam. Quod de accusatione, non de pœna intelligi oportet.*

C. XXIII.

Unde Imppp. Valentinianus, Valens, & Gratianus AAA. *lib. 9. Cod. tit.* e *ad l. Iul. majest. l. nullus.*

NUllus omninò, cui inconsultis ac nescientibus nobis fidicularum tormenta inferuntur, militiæ, vel generis, aut dignitatis uti defensione prohibeatur: exceptâ tantùm majestatis causâ, in qua solâ omnibus æqua conditio est.

Sed cum omnes isti assumantur in hac accusatione Simonia, qui possunt accusare de crimine majestatis, constat, quòd sicut ibi non dubitatur de crimine majestatis, sed an reus commiserit illud: sic & hic non negatur hæresis, sed impetitur accusatus, an commiserit hæresim.

---

a *Pabyc. lib. 6. tit. 11. Burch. lib. 12. cap. 8. Ivo part. 12. cap. 61.* b *al. sciens perjeraverit.* c *al. Accusationes.* d *3. quæst. 5 de accusationibus. 6. idcirco. Ansl. 3. cap. 23.* d *al. hujus.* f *al. eâdem. 2. q. 7. per totum.* g *al. Augustinus diffinivit.*

a *Quæsivit*] *vrig. & est initium legis.* b *al. metuuntur.* c *al. frustra.* d *Tit. 3. d. 29.* e *Tit. 8. l. 4.*

QUÆSTIO II.

Vòd autem quæritur, si Episcopus in accusatorem accusationem vertere voluerit, an sua simplici assertione fides sit adhibenda? facilè solvitur, si sanctorum Patrum auctoritas diligenter inspiciatur. Ut enim sancti Patres definiunt, nullius a persona, quantumlibet exercitata, confessionis fides est adhibenda, nisi competentes probationes adsint.

C. I. ¶ *Episcopus alicui crimen objiciens, in Synodo probet, quod objicit.*

Unde in Carthaginen. Concilio IV. *c. 29. legitur.*

EPiscopus, si Clerico, vel Laico crimen impegerit, deducatur ad probationem in Synodum.

Sed objicitur: Si se solum alieni sceleris conscium noverit, probare illud testibus non valet. Quid ergò tunc sibi faciendum sit, ex Concilio Vasensi I. *c. 1. sic definitur.*

C. II. ¶ *Episcopus non proferat, quod probare non potest.*

SI *b* tantùm Episcopus alieni sceleris se conscium novit, quamdiu probare non potest, nihil proferat, sed cum ipso ad compunctionem ejus secretis correptionibus elaboret. Quòd si fortè correptus pertinaciot fuerit, & se communioni publicæ ingesserit, etiam si Episcopus in redarguendo illo, quem reum judicat, probatione deficiat, indemnatus 1 (licèt ab iis, qui nihil sciunt, secedere ad tempus pro personæ majoris auctoritate jubeatur) ille tamen, quamdiu nihil probari potest, in communione omnium, præterquam ejus, qui eum reum judicat, permanebit.

1 ¶ Indemnatus] *In originali legitur,* indemnatus licèt, ab his, qui nihil sciunt, secedere ad tempus pro persona majoris auctoritatis jubeatur, illo, quamdiu probari nihil potest, in communione omnium, præterquam ejus, qui eum reum judicat, permanente.

C. III. ¶ *De Episcopo, qui sibi soli dixerit aliquem crimen suum fuisse confessum.*

Item ex Concilio Africano *c. cap. 99. & 120.*

PLacuit *d*, ut si quando Episcopus dicit aliquem sibi soli proprium crimen fuisse confessum, atque ille neget *e*, non putet ad injuriam suam Episcopus pertinere, quòd illi soli non creditur. Et si scrupulo propriæ conscientiæ se dicit neganti nolle communicare 1, quamdiu excommunicato non communicaverit suus Episcopus, eidem Episcopo ab aliis non communicetur Episcopis, ut magis caveat Episcopus, ne dicat in quenquam, quod aliis documentis convincere non potest.

1 ¶ Communicare,] *Sic in* Carthaginensi VII. *cap. 1. cui ad verbum respondet hoc caput. In Africano autem hic sequitur:* secretè tamen *f* interdicat ei communionem, donec obtemperet: *quemadmodum & apud Burchardum. Sequentia autem verba,* Quamdiu, &c. *sunt mutuum capitu cavesimus.*

QUÆSTIO III.

Videtur verò Archiepiscopi alterius provinciæ alicui expetere non licet.

C. I. ¶ *Alterius parochianum alicui judicare non licet.*

Unde Gregorius *ait respons. 9. ad Augustinum Anglorum Episcopum.*

SCriptum est in Lege *g*: [*Per alienam messem transiens, falcem mittere non debes, sed manu spicas conterere, & man-*

ducare.] Falcem ergò judicii mittere non potes in eam segetem, quæ alteri videtur esse commissa: sed per effectum a boni operis frumenta Dominica vitiorum suorum paleis expolia, & in Ecclesiæ corpus mordendo, & persuadendo, quasi mandendo, converte.

C. II. ¶ *Quot civitates unaquæque provincia habeat.*

Item Pelagius Papa II. *epist. 1. omnibus Episcopis.*

SCitote *b* certam provinciam esse, quæ habet decem aut undecim civitates, & unum Regem, & totidem minores potestates sub se, & unum Metropolitanum *c*, aliosque Suffraganeos *d* x. vel xi. Episcopos judices: ad quorum judicium omnes causæ Episcoporum, & reliquorum Sacerdotum, ac civitatum referantur, ut ab his omnibus justè, consonâ voce discernantur *e*, nisi ad majorem auctoritatem fuerit ab iis, qui judicandi sunt, appellatum. Unde non oportet, ut degradetur, vel dehonoretur unaquæque provincia; sed apud semetipsam habeat Judices, Sacerdotes, & Episcopos, singulos videlicet secundùm ordines suos, & quicunque causam habuerit, à suis Judicibus judicetur, & non ab alienis, id est, à suæ justis judicibus provinciæ, & non ab extraneis *f*, nisi (ut jam est prælibatum,) à judicandis *g* fuerit appellatum.

C. III. ¶ *Non aliorum, sed Primatis sui judicio quemque se subjicere Episcopum.*

Item Nicolaus Papa.

DEnique Suffredus *h*, si tale in se crimen noverat, quo rectè posset Episcopatu privari, vel infirmum se sentiebat forsitan prægravari, quâ impeditus nullis posset proximis suâ prælatione prodesse, primatis sui tribuerat, & non aliorum diœceseos Antistitum præsumsit judicium. Quòd si quælibet ambiguitas, vel aliqua fortasse super ejus examinatione, vel Episcopatûs abrenuntiatione oborta fuisset contentio, ex more ad Apostolicam sedem referri convenerat, & nostra in his omnibus debuerant cuncti decreta penitus expectare. Quod quia omissum 1 hactenus dolemus, dilectissimam mihi gloriam vestram vehementer efflagito, ut jam dictus Suffredus Episcopus proprio restituatur Episcopio: & si quid reprehensione dignum gessit, postea vel correctione, vel dignâ animadversione definietur.

1 ¶ Omissum] *Lacuna hoc emendatur ex plerisq; verbis Gratiani collectibus.*

Est tamen casus, in quo Episcopus ulterius Parochianum excommunicare valet.

C. IV. ¶ *Quando Episcopus alterius Parochianum excommunicare valet.*

Unde in Concilio apud Compendium, *cap. 1.*

PLacuit *i* pro communi utilitate, & instante necessitate, ut nullus Episcoporum graviter ferat, si ejus Parochianum pro depræ dationis causa alter Episcopus excommunicaverit.

C. V. ¶ *De eodem.* PALEA.

[*Item* ex Concilio Meldensi, *c. 2.*]

DE *k* illis autem, qui intra parochiam beneficium aut hæreditatem habent, & alterius Episcopi Parochiani sunt, & de loco ad locum iter faciunt, & rapinam, & depræ dationes peragunt, placuit, ut excommu-

a 25. q. 6. c. ult. b Ivo p. 5. cap. 264. c & Carthag. 7. cap. 3. d Burch. l. 12. c. 127. Ivo p. 5. c. 363. e neget, & pœnitere noluerit, non putet, &c.] Africanum. f abest ab aliquot exemplaribus. g Deut. 23.

a Affectum] b Polyc. l. 3. tit. 1. Anf. l. 8. c. 107. Pan. l. 4. cap. 24. c Episcopum,] orig. d suffragaretur] orig. e al. decernantur. f al. externis. g al. judicatu. h vide supra dist. 30. cap. 13. i Burchard. lib. 1. cap. 12. Ivo part. 14. cap. 12. k Extra. de rapt. cap. 1. Burchard. lib. 71. cap. 45. Ivo part. 14. cap. 109.

nicemus.

nicentur, nec ante ex parœcia exeant, quàm, quæ perpetrárunt, dignè emendent. Quorum excommunicatio seniori eorum, & proprio Episcopo significanda est, ne eos recipiat *a*, antequam illuc redeant, ubi rapinam *b* fecerunt, & ibi omnia pleniter emendent.

QUÆSTIO IV.

Porrò cujus judicium sibi expetendum sit si judices electi inter se discordare cœperint, in Concilio Antiocheno, *cap. 14. si conveniatur dissentiens.*

C. I. ¶ *A quo sit ferenda sententia, quando comprovinciales Episcopi discordant.*

Si e quis Episcopus criminaliter *d* in judicio Episcoporum fuerit accusatus, contingat autem Episcopos provinciæ, qui convenerint, diversas habere sententias, & alios quidem innocentem eum pronuntiare, alios reum: propter hujusmodi controversiam amputandam placuit sanctæ Synodo Metropolitanum 1 Episcopum alterius provinciæ vicinæ advocari, & aliquantos cum eo Episcopos alios, qui pariter residentes, quæcunque fuerint, dirimant quæstiones: propter hoc, ut firmum sit judicium, quod ab unius provinciæ Episcopis fuerit promulgatum.

¶ *Caput hoc in multis etiam vetustis Gratiani exemplaribus citatur ex Concilio Laodiceno. In uno tamen perantiquo est ex Concilio Antiocheno, in quo etiam extat, & est antiqua versio.*

1 ¶ Metropolitanum] *Græcum exemplar hîc valdè dissentit ab hac versione. Nam ex hu verbu colligetur, Concilium illius provinciæ, in quo necesse est adesse proprium Metropolitanum, posse advocare vicina provincia Metropolitanum, cum aliquot Episcopis. Quod Martinus etiam Bracharensis in sequenti capite, quod ex Concilio Antiocheno accepit, confirmat. Græcè verò locus ita habet:* δόξει τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ τὸν τῆς μητροπόλεως ἐπίσκοπον δεῖν τῆς περιοχῆς εἰπαρχίας μεῖζον καλεῖσθαι τινὰς τῆς ἐπισκοπῆς, ἢ τῶν ἀμφισβητούντων διαλύσεως, τὸν βεβαιοῦντα σὺν τοῖς τῆς ἐπαρχίας τὰ πάντα ἀφορον. *Quod Dionysius, quemadmodum etiam est in Codice canonum, sic vertit:* Sanctæ Synodo placuit, ut Metropolitanus Episcopus à vicina provincia judices alios convocet, qui controversiam tollant, ut per eos simul, & per comprovinciales Episcopos, quod justum visum fuerit, approbetur. *Ac sanè, quòd Metropolitanus ad alterius Metropolitani vocationem deberet venire, atque in eodem Concilio duo Metropolitani futuri essent, vix videtur convenire.*

C. II. ¶ *Quando judices electi de sententia inter se discordes extiterint, de vicina provincia Archiepiscopus advocetur.*

Item ex Concilio Martini Papæ *e*, [*id est, Episcopi Bracharensis, c. 17.*]

Si quis Episcopus in aliquibus causationibus judicatur, & viderit ipsos Episcopos, qui in provincia sua sunt, inter se judicio discrepare, ita ut alii videantur eum, qui judicatur, justificare, alii condemnare, pro definitione hujus dissensionis, hoc placuit sancto Concilio, ut de provincia vicina alter Metropolitanus convocetur Episcopus, ut per eum confirmetur, quod secundùm rectum placuerit canonem.

Nisi eadem provincia Primatem habuerit, ad quem negotia, quæ per Metropolitanum terminari non valent, referenda sint.

a *al. recipiant.* b *al. rapinas.* c *Burch. l. 1. c. 130. Ivo p. 3. c. 169.* d *al. de aliquibus causis criminalibus.* e *In capitulo Synod. Græc. cap. 13.*

C. III. ¶ *Primates deferantur negotia, quæ Metropolitanus explicare non valet.*

Unde Bonifacius Papa, *Episcopis 1 Galliæ.*

Si *a* inter Episcopos ejusdem Concilii dubitatio emerserit de Ecclesiastico jure, vel de aliis negotiis, primùm Metropolitanus eorum cum aliis in Concilio considerans rem dijudicet, & si non acquiescat utraque pars judicatis, tunc Primas regionis inter ipsos audiat, & quod Ecclesiasticis canonibus, & legibus vestris consentaneum sit, hoc definiat, & nulla pars calculo ejus valeat contradicere.

1 ¶ Episcopis] *Sic est emendatum ex aliquot vetustis codicibus, Burchardo, Ivone & Polycarpo: Anteà erat,* populis. *Similima verò huic capita leguntur Novellâ 123. cap. 34. apud Iulianum antecessorem.*

C. IV. ¶ *De eodem.* PALEA.

[*Item* Alexander Papa.]

Si *b* Metropolitanus à quocunq; comprovinciali Episcopo 1 in causa propria appellatus eum audire distulerit, in proxima Synodo negotii sui habeat licentiam exercendi, & quicquid per *c* justitiam à comprovincialibus suis fuerit statutum, debet custodiri.

1 ¶ Episcopo] *Burchardus & Ivo addunt,* bis fuerit in causa, *&c.*

Sed si omnium comprovincialium concordi sententiâ fuerit damnatus, manebit ergò eum immobilis censura.

C. V. ¶ *Episcopus, qui ab Episcopis suæ provinciæ consonam sententiam reportaverit, ab aliis judicari non poterit.*

Unde in Antiocheno Concilio, *cap. 15. legitur.*

Si quis Episcopus criminaliter accusatus, ab omnibus, qui sunt intra provinciam, Episcopis, acceperit *d* unam, consonamq; sententiam, ab aliis ulteriùs judicari non poterit, sed manere circa eum oportet tanquam convenientem, quæ ab omnibus prolata est, firmam, ratamque sententiam.

Subintelligendum verò est, nisi ad judicem majoris auctoritatis fuerit provocatum. Tunc enim per appellationem soluta sententia firmitatem non obtinet.

C. VI. ¶ *Semel definitum retractari non licet, nisi ubi major auctoritas fuerit.*

Unde Nicolaus Papa *ait in ep. ad Carolum Regem, cujus tres sunt:* [Nunquam dolorem generat.]

Quod *e* benè semel definitum est, & interpositis juramentis deliberatum, nullâ debet iteratione (nisi fortassis, ubi fuerit major auctoritas) retractari.

C. VII. ¶ *In renovatione judicii, B. Petri memoria est habenda.*

Item ex Concilio *f* Sardicensi, *c. 4.*

Osius *g* Episcopus dixit: Quòd si aliquis Episcopus adjudicatus fuerit in aliqua causa, & putat se bonam causam habere, ut iterùm judicium renovetur, si vobis placet, sancti Petri Apostoli memoriam honoremus, ut scribatur vel ab his, qui examinaverunt, vel etiam ab aliis Episcopis, qui in provincia proxima morantur, Romano Episcopo. Et *h* si judicaverit renovandum esse judicium, renovetur, & det judices. Si autem probaverit talem causam, ut ea non refricentur, quæ acta sunt, quæ decreverit Romanus Episcopus, confirmata erunt. Si hoc ergò omnibus placet, statuatur. Synodus respondit: Placet.

a *Polyc. l. 3. tit. 4. Burch. l. 1. c. 37. Ivo part. 5. c. 167. Pann. l. 4. c. 22.* b *Burch. l. 1. c. 39. Ivo part. 3. cap. 169.* c *al. propter.* d *al. excoperit.* e *Burch. l. 3. cap. 49.* f *Nicol. Episcopis qui in Convicenum convenerunt.* g *Anf. l. 2. c. 77.* h *paulò aliter in Græco.*

QUÆSTIO V.

Vòd autem deficiente accusatore, non sit reus cogendus ad probationem, auctoritate Gregorii *probatur, qui lib. 5. epist. 25.* a *scribens Maximo, ait.*

C. I. ¶ *Onus probationis reo non incumbit.*

Quòd autem postulas, ut illuc personam dirigere debeamus, quâ *b* de his, quæ dicuntur, possit esse probatio, esset utcunque excusabile, si unquam ratio ei, qui accusatur, necessitatem probationis imponeret. At postquam non tibi, sed accusantibus hoc onus incumbit, ad nos, sicut præfati sumus, dilatione cessante venire non desinas.

Item accusatus non negationem, sed exceptionem probare debet. Colleti lib. 4. tit. c *de probationibus. l. alter.*

C. II. ¶ *De eodem.*

Accusator *d*, quod asseverat, probare se non posse profitendo, reum necessitate monstrandi contrarium non adstringit: cùm per rerum naturam, factum negantis probatio nulla sit.

Hoc autem servandum est, quando reum publica fama non vexat. Tunc enim auctoritate ejusdem Gregorii *propter scandalum removendum, famam suam reum* c *purgare oportet.*

CAUSA VII.

Vidam Episcopus langâ ægritudine f *gravatus, alium sibi substitui rogavit, cujus precibus summus Pontifex annuit, & quod rogaverat, ei concessit. Postea verò convaluit idem Episcopus, & quod prius fecerat, cupit rescindi: adversus eum, qui sibi successerat* g, *quæstionem movet, suamq; cathedram tanquam sibi debitam reposcit.*

1 *Hic primùm quæritur, utrùm vivente Episcopo alius possit in eadem Ecclesia ordinari?*

2 *Secundò, an iste valeat reposcere cathedram, quam suâ intercessione alter accepit?*

QUÆSTIO I.

Ipse Quòd autem vivente Episcopo alius superponi, aut superordinare non possit, ex Concilio apud h *Arvernia* 1 celebrato definitum est, *in quo legitur*, [ut nullus, vivente Episcopo, alius superponatur, aut superordinetur Episcopus, nisi forsitan in ejus locum, quem capitalis culpa dejecerit.]

1 ¶ Arverniam] *Burchardus etiam, & Ivo citant eu Arvernense, c. 13. extat autem in Aurelianensi quinto, cap. 12.*

C. I. ¶ *Pro molestia corporis sui honore non privetur Episcopus.*

Item ex regesto Gregorii Papæ, *lib. 9. epist. 41. ad Anatolium Constantinopolitanum Diaconum.*

Scripsit i mihi tua dilectio, piissimum Dominum nostrum reverendissimo fratri nostro Joanni primæ Justinianæ Episcopo pro ægritudine capitis, quam patitur, præcipere succedi: ne fortè, dum Episcopi jura eadem civitas non habet, (quod absit) ab hostibus pereat. Et quidem k nusquam canones præcipiunt, ut pro ægritudine Episcopo succedatur: & ideò injustum est, ut si molestia corporis irruat, honore suo privetur ægrotus. Atque ideò hoc per nos fieri nullatenùs potest, ne peccatum in mea anima ex ejus depositione veniat. Sed suggerendum est, ut si is, qui est in regiminæ, ægrotat, dispensator illi requiratur talis, qui possit ejus curam omnem agere, & locum illius in regimine Ecclesiæ (ipso non deposito) conservare, ac in custodia civitatis implere, ut nec omnipotens Deus offendatur, neque civitas inveniatur esse neglecta.

¶ *Caput hoc emendatum & locupletatum est ex originali.*

C. II. ¶ *Flagellatis à Domino, afflictio addi non debet.*

Item *lib. 2. indict. 10. epist. 5. ad Candidum Episcopum.*

Cum a percussio corporalis imminet, utrùm pro purgatione, an pro vindictæ contingat, Dei in hoc judicium ignoratur: & ideò non debet à nobis addi flagellatis afflictio: ne nos culpæ (quod absit) offensa respiciat.

¶ *In Decretalibus tit. de Cler. ægrotan. c. 1. assertæ unium tantummodo hujus capitis, & ex ipso, quid agendum sit, definitur.*

C. III. ¶ *Infirmitatis causâ loco suo qui privari non debet.*

Idem Gregorius *lib. 3. epist. 13. Maximiano* 1 *Episcopo Syracusano.*

Præsentium latoris Adeodati querelam, qui se à sui Presbyteratûs loco incongruè dicit expulsum, licet subditæ tibi textus petitionis explanet, tamen paulò latiùs judicavimus, apertiusque retexendam. Asserit namque à Quintiano fratre & Coëpiscopo nostro in loco suo pro quibusdam se suis ordinandis negotiis illatum, ægritudinisque causâ per duorum mensium spatium suæ se Ecclesiæ defuisse: cujus rei occasionem aptantem prædictum fratrem nostrum, alium loco ejus illic Presbyterum ordinâsse. Hortamur itaque fraternitatem tuam, ut causam ejus solicitè perquiras, districtèque discutias: & si manifestæ ægritudinis, sicut dicitur, causâ, Ecclesiæ suæ eum defuisse reperieris, nullum ei ex ordinatione alterius Presbyteri permittas præjudicium generari: sed in locum suum sine aliqua cum fide dubitate restitui. *& infrà.* ¶ Illud autem charitatem tuam specialiter admonemus, ut si vera fuerit hujus suggestio, atque in suum fuerit ordinem restitutus, de Presbytero, qui in loco ejus ordinatus est, subtiliter, districtèque debeas esse solicitus. Et si quidem sine datione aliqua ad eundem ordinem pervenerit, ut in Simoniacam hæresim non potuisset incidere, in alia qualicunque vacante Ecclesia eum volumus ordinari. Sin autem in eo quippiam (quod avertat Dominus) fuerit tale repertum, ipsum etiam Presbyteratûs privetur ordine, quem non causâ replendæ necessitatis Ecclesiæ, sed solâ comprobatur ambitione suscepisse.

1 ¶ Maximiano] *Sic est emendatum ex originali tam impresso, quàm manuscripto: Nam antea erat,* Clementino Episcopo, Primati Byzanceno.

C. IV. ¶ *Pro infirmitate vel ægritudine Pontifices non sunt abjiciendi, nec in eorum locum alii substituendi.*

Item Nicolaus Papa *Alvuno* b *Iauuensi Archiepiscopo.*

Pontifices c, qui aliquâ occupantur infirmitate, vel ægritudine, abjiciendi non sunt, nec alios in loco eorum consecrari oportet, nisi ex hac fuerint luce subtracti. Quòd si de ministerio sibi concesso conquerantur, quæ licita sunt, Sacerdotes expleant. In his verò, quæ his præsumere non licet, vicinorum usus ad recipiendam sanitatem Episcoporum auxilia subrogentur: & hoc cum cautelæ studio peragatur, ne per necessitatis occasionem præsum-

a *Seu cap. 125.* b *quâ præsente] orig.* c *titul. 19. lib. 23.* d *Alter] orig.* e *supr. 2. quæstion. 5. c. quanto, & c. qua de causa.* f *al. invaletudine.* g *al. accesserat.* h *In Concil. Aurelianensi V. cap. 12. Burch. lib. 1. cap. 186. Ivo part. 5. cap. 302.* i *Polyc. l. 2. tit. 17. Anselm. lib. 8. cap. 201. Burch. l. 1. c. 188. Ivo p. 5. c. 304.* k *Polyc. lib. 2. tit. 19.*

a *Ext. de Cler. ægrotan. c. 1.* b *al. Albeno Viennens.* c *Ivo p. 5. c. 332.*

præsumptionis pullulet ambitio. Episcopos verò, qui Dominici gregis susceperunt curam atq; solicitudinem, ab administratione eorum discedere non oportet, ut accepti talenti pulchritudo non deleatur, sed certamine *a* eorum salubriter augeatur, & triplicetur fructus *b*.

C. V. ¶ *Vivente Episcopo alius sibi succedere non valet.*

Item *ex lib. 4. epist. 2.* Cypriani *Episcopi, & Martyris ad Antonianum.*

FActus *c* est Cornelius Episcopus, de Dei & Christi ejus judicio, de Clericorum penè omnium testimonio, de plebis, quæ tunc affuit, suffragio, & de Sacerdotum antiquorum & bonorum virorum collegio 1, cùm nemo ante se factus esset, cùm Fabiani locus, id est, cùm locus Petri, & gradus cathedræ Sacerdotalis vacaret: quo occupato de Dei voluntate, atque omnium nostrûm consensione firmato, quisquis jam Episcopus fieri voluerit, foris fiat necesse est, nec habeat Ecclesiasticam ordinationem, qui Ecclesiæ non tenet unitatem. Quisquis ille fuerit, multùm de se licèt jactans, & sibi plurimùm vendicans, profanus est, alienus est, foris est. Et cùm post primum secundus esse non possit, quisquis post unum, qui solus esse debeat, factus est, non jam secundus ille, sed nullus est.

1 ¶ Collegio.] *Sic legetur in codicibus Cypriani impressis, & manuscriptis, & Polycarpo. Ac similiu ferè locutio est in sequenti capite, & 23. q. 1.* si quis membrorum. *Antea erat,* consensu.

C. VI. ¶ *Non est Episcopus, qui in locum venentio irrepserit.*

Item *in eadem epistola infernis.*

NOvatianus 1 Episcopus *d* non est, qui Cornelio Episcopo in Ecclesia à sedecim Coepiscopis facto, adulter, atque extraneus Episcopus fieri à desertoribus per ambitum nititur: & cùm sit à Christo una Ecclesia per totum mundum in multa membra divisa, item Episcopatus unus, Episcoporum multorum concordi numerositate diffusus, ille post Dei traditionem, post connexam, & ubiq; conjunctam Catholicæ Ecclesiæ unitatem, humanam conatur *e* Ecclesiam facere, & per plurimas civitates novos Apostolos suos mittit, ut quædam recentia institutionis suæ fundamenta constituat: cumque jampridem per omnes provincias, & per urbes singulas ordinati sint Episcopi in ætate antiqui, in fide integri, in pressura probati, in persecutione proscripti, ille super eos creare alios Pseudoepiscopos audet: quasi possit, aut totum orbem novi conatûs obstinatione peragrare, aut Ecclesiastici corporis compaginem 2 discordiæ suæ seminatione rescindere, nesciens Schismaticos semper inter initia fervere, incrementa verò habere non posse, nec augere, quòd illicitè cœperint, sed statim cum prava sua æmulatione deficere. *& infra.* ¶ Qui ergò nec unitatem Spiritûs, nec conjunctionem pacis obtervat, & se ab Ecclesiæ vinculo, atque à Sacerdotum collegio separat. Episcopi nec potestatem potest habere, nec honorem, qui Episcopatûs nec unitatem voluit tenere, nec pacem.

1 ¶ Novatianus] *Recte aptatum est à collectoribus hoc initium, ne superiora etiam afferenda essent. Nam apud Cyprianum sic legitur post multa:* nisi si Episcopus tibi videtur, qui Episcopo in Ecclesia, &c.

2 ¶ Corporis compaginem] *Sic emendatum est ex aliquot vetustis, & Anselmo, & ipso originali: antea enim legebatur,* ordinis compagem.

C. VII. ¶ *Non est in Ecclesia, qui cum Episcopo pacem non habet.*

Idem *ad Florentinum Puppianum, eod. l. 4. ep. 9.*

SCire *f* debes Episcopum in Ecclesia esse, & Ecclesiam in Episcopo; & si quis cum Episcopo non sit, in Ecclesia non esse: & frustrà sibi blandiri eos, qui pacem cum Sacerdotibus Dei non habentes obrepunt, & latentes apud quosdam communicare se credunt; quando Ecclesia *a*, quæ catholica una est, scissa non sit, neque divisa.

C. VIII. ¶ *Suo jure quis cedere non debet.*

Idem *ad Iubajanum.*

QUàm periculosum sit in divinis rebus, ut quis cedat jure suo, & potestate, Scriptura sancta declarat, cùm in Genesi Esau *b* primatus suos inde perdiderit; nec recipere id postmodùm potuerit, quod semel cessit.

C. IX. ¶ *Perditionem sibi acquirunt, qui ab Episcopo recedentes, unitatem Ecclesiæ scindunt.*

Idem *Lib. 1. epist. 6. ad Magnum.*

DEnique quàm sit inseparabile unitatis sacramentum, & quàm sine spe sint, & perditionem sibi maximam de indignatione Dei acquirant, qui schisma faciunt, & relicto Episcopo alium sibi foris Pseudoëpiscopum constituunt, declarat in libris Regnorum Scriptura divina, ubi à *c* tribu Juda & Benjamin decem tribus scissæ sunt, & relicto Rege suo *d*, alterum sibi foris constituerunt. [*Et* e *indignatus est*, inquit, *Dominus in omne semen Israël, & dimovit eos, & dedit eos in direptionem, donec abjiceret eos à facie sua; quia dissipatus est Israël à domo David, & constituerunt sibi Regem Hieroboam, filium Nabat.*] Indignatum esse Dominum dicit, & eos in perditionem dedisse, quòd ab unitate dissipati essent, atque alterum sibi Regem constituissent. Et tanta indignatio Domini extitit adversùs illos, qui schisma fecerant, ut etiam cùm *f* homo Dei ad Hieroboam missus esset, qui ei peccata sua exprobraret, atque ultionem futuram prædiceret, panem quoque apud illos edere, & aquam bibere vetaretur. Quod cùm non custodisset, & contra præceptum Dei prandisset, statim divinæ censuræ majestate percussus est, ut inde regrediens, impetu ac morsu leonis in itinere necaretur. *& paucis interjectis.* ¶ Satìs *g* adhuc in Evangelio suo Dominus, & majorem intelligentiæ suæ lucem manifestat, quòd iidem, qui se tunc à tribu Juda & Benjamin scinderant, & Hierosolymis derelictis Samariam secesserant, inter profanos & Gentiles computarentur. Nam, cùm primùm Discipulos suos in ministerium salutis mitteret, mandavit, & dixit *g*: [*In viam Nationum ne ieritis, & in civitatem Samaritanorum ne introieritis.*] Ad Judæos priùs mittens, Gentiles adhuc præteriri jubet. Addendo autem & civitatem Samaritanorum debere omitti, ubi erant Schismatici, ostendit Schismaticos Gentilibus adæquari. *& post pauca.* ¶ Quòd *h* verò eundem, quem nos Deum Patrem, eundem Filium Christum, eundem Spiritum Sanctum nòsse dicuntur, nec hoc adjuvare tales potest. Nam *i* & Core, & Dathan, & Abyron cum Sacerdote Aaron, & Moyse eundem Deum noverant: pari lege & religione viventes, unum & verum Deum, qui colendus, atque invocandus fuerat, invocabant; tamen quia loci sui ministerium transgressi, contra Aaron Sacerdotem, qui Sacerdotium legitimum dignatione Dei, atque ordinatione perceperat, sacrificandi sibi licentiam vendicaverunt, divinitùs percussi pœnas statim pro illicitis conatibus rependerunt: nec potuerunt rata esse, & proficere sacrificia irreligiosè, & illicitè contra jus divinæ dispositionis oblata. Thuribula quoque ipsa, in quibus incensum illicitè fuerat oblatum, ne in usu de cætero essent Sacerdotibus, sed potiùs indignationis & ultionis divinæ memoriâ corrigendis posteris exhiberent, jussu Domini cõflata, atq; igne purgata, in

a *al. certamen.* b *abest à multis.* c *Polyc. lib. 7. tit. 4. Anselm. l. 6. c. 48. Ivo p. 5. c. 319.* d *Anselm. l. 6. cap. 59.* e *contra ord.* f *Ivo part. 5. c. 320.*

a *al. Ecclesia catholica, quæ una.* b *Genes. 25.* c *3. Reg. 12.* d *abest ab ord.* e *4 Reg. 17.* f *3. Regum 13.* g *Matth. 10.* h *Infra 24. q. 2. c. didicimus. 9. quòd verò.* i *Num. 16.*

laminas ductiles producuntur, & affiguntur altari, secundùm quod loquitur Scriptura divina a: [Memoriale, inquit, filiis Israël, ut non accedat quisquam alienigena, qui non est ex semine Aaron, imponere incensum ante Dominum, ut non sit, sicut Core.] Et tamen illi schisma non fecerant, nec foràs egressi, contra Dei Sacerdotes impudenter atque hostiliter rebellaverant: quod nunc hi Ecclesiam scindentes, & contra pacem, atque unitatem Christi rebelles, cathedram sibi constituere, & primatum assumere, & baptizandi atque offerendi licentiam vendicare conantur.

1 ¶ Satiat adhuc] *Antè legebatur:* Sed adhuc. *Emendatum est ex vetustis Codicibus Cypriani, quos Romana editio hoc loco secuta est. Hoc verbo utitur etiam in libro de opere, & Eleemosynis, sic scribens:* deprecationes solas parum valere, nisi factorum & operum accessione satientur. *Ita enim habent vetusti codices, & cætera editiones præter Romanam, in qua operarum culpa, ejus verbi loco, positum est,* adjuvantur.

C. X. ¶ *Non est defendendus, qui viventis locum invadat.*

Item Leo IV. *Vernoni Duci Britannie.*

NOn furem, nec latronem, qualem Gillandum b esse lentimus in Nannetica sede, qui viventis (quod non licuit) locum non timuit usurpare, pro cujuscunque muneris donis ultrà debes defensare.

C. XI. ¶ *Non licet Episcopo Ecclesiam suam dimittere.*

Item Evaristus Papa, *epist. 2. omnibus Episcopis.*

SIcut c vir non debet adulterare uxorem suam, ita nec Episcopus Ecclesiam suam, id est, ut illam dimittat, ad quam sacratus est, absque inevitabili necessitate, aut Apostolica vel regulari mutatione, & alteri se ambitûs causâ conjungat. Et sicut uxori non licet dimittere virum suum, ut alteri se, vivente eo, matrimonio societ, aut eum adulteret, licèt fornicatus sit vir ejus, sed juxta Apostolum d, aut viro suo reconciliari debet, aut manere innupta: ita Ecclesiæ non licet dimittere Episcopum suum, aut ab eo se segregare, ut alterum, vivente eo, accipiat: sed, aut ipsum habeat, aut innupta maneat: id est, alterum Episcopum, suo vivente, non accipiat, ne fornicationis aut adulterii crimen incurrat. Si verò adulterata fuerit, id est, si alteri Episcopo junxerit, aut suus er se alterum Episcopum adduxerit, aut esse fecerit, vel desideraverit, per acerrimam pœnitentiam aut suo reconcilietur Episcopo, aut innupta permaneat, *& pausè pòst.* ¶ Episcopum e verò oportet opportunè & importunè, atq; sine intermissione Ecclesiam suam docere, eamq; prudenter regere & amare, ut à vitiis se abstineat, & salutem consequi possit æternam. Et illa cum tanta reverentia ejus doctrinam debet suscipere, eumque amare & diligere, ut Legatum Dei, & præconem veritatis.

Ecce hu auctoritatibus patenter ostenditur, quòd Episcopo vivente alius superordinari non potest. nec etiam pro ejus ægritudine. Sed illud f Gregorii intelligendum est, quando ille, qui ægrotat, alium sibi substitui non rogat. Cæterum quando aliquis vel senectute, vel infirmitate gravatus susceptum officium administrare non valet, si alium sibi substitui petierit, rationabiliter fieri potest. Unde in eodem capitulo g *sequitur:* Si verò idem Joannes 1 fortasse pro molestia sua petierit, ut ab Episcopi honore debeat vacare, ei petitionem scripto dante, concedendum est: aliter autem nos id facere pro omnipotentis Dei timore omnimodo non audemus.] *Hunc etiam B. Augustinus Episcopo suo nondum defuncto, sed senectute gravato, cathedram Episcopalem suscepit.*

a *Num. 16.* b *al. Gistardum.* c *Polyc. l. 1. tit. 1. Burch. l. 1. c. 7. Ans. l. 6. c. 102. Ivo p. 5. c. 121.* d *1. Cor. 7.* e *Burch. l. 1. c. 189. Ivo p. 5. c. 405.* f *sup. ead. c. scripsit.* g *l. 9. tit. epist. 41.*

1 ¶ Si verò idem Joannes] *Hæc sunt in regesto B. Gregorii, lib. 9. epist. 41. & sequuntur post c. scripsit. sup. ead.*

C. XII. ¶ *Augustinus non tam successit, quàm accessit.*

Unde in epistol. Paulini unica *ad Romanianum legitur.*

NOn a autem tantùm hoc scribimus gratulandum, quòd Episcopatum Augustinus acceperit, sed quòd hanc Dei gratiâ curam meruerint Africanæ Ecclesiæ, ut verba cœlestia Augustini ore perciperent, qui ad majorem Dominici muneris gratiam novo more provectus, ita consecratus est, ut non succederet in cathedra Episcopo, sed accederet. Nam incolumi Valerio Hipponensis Ecclesiæ Episcopo, Coepiscopus Augustinus est.

Hoc idem probatur auctoritate B. Gregorii, qui Ariminensi Episcopo, dolore capitis laboranti, alterum subrogavit, ita scribens in 7. libr. regesti sui, indict. 2. epistol. 49. ad Marcianum Episcopum Ravennæ.

C. XIII. ¶ *Episcopo gravato infirmitate, cui subrogari possit.*

QUaliter b ordinati à nobis Sacerdotis, corporis, quæ nostris, impediente molestiâ, Ariminensis Ecclesia pastorali hactenus sit regimine destituta, dudum fraternitas vestra cognovit. Quem, dum habitatorum loci illius precibus permoti sæpius hortaremur, ut si de eadem capitis, quâ detinebatur, molestia, melioratum se esse sentiret, ad suam, auxiliante Domino, reverteretur Ecclesiam, datis induciis in hoc quadriennio experatus est. Quem, dum monitu Cleri, civiumque illos venientium, nosque precibus urgentium c instantiùs hortaremur, ut si valeret, cum eis auxiliante Domino remearet, datâ in scriptis supplicatione nos petiit, ut quis ad ejusdem Ecclesiæ regimen, vel susceptum officium pro eadem, quâ detinetur, molestia assurgere nullatenus posset, Ecclesiæ ipsi ordinare Episcopum deberemus. Unde, quia cunctarum Ecclesiarum in unctæ nos solicitudinis cura constringit, ne diutiùs gregi fidelium deest custodia pastoralis, illorum precibus, hujusque ex sui impossibilitate renunciatione compulsi, visum nobis est, eidem Ariminensi Ecclesiæ debere Episcopum ordinari: & datis ex more præceptis, Clerum, plebemque ejusdem Ecclesiæ non destitimus admonere, quatenus ad eligendum sibi Antistitem concordi provisione concurrant. Hortamur igitur, ut fraternitas vestra eum, quem uno consensu omnes elegerint, sicut & ipsi à nobis poposcisse noscuntur, ad se faciat evocari: quem curâ ex omnibus examinatione discutite, & si ea, in eo, quæ in recta Heptateuchi 1 morte mulctata sunt, minimè Domino fuerint opitulante reperta, atque fidelium personarum relatione ejus vobis quoque vita placuerit, ad nos eum cum decreti pagina, vestr quoque additâ testificationis epistolâ destinate: quatenus ejusdem à nobis Ecclesiæ Domino disponente consecretur Antistes.

1 ¶ Heptateuchi] *Apud B. Gregorium in hac epistola, & in multis aliis locis legitur,* Eptatici, *sicut est etiam in Burchardo & Ivone, & aliquot vetustis Gratiani exemplaribus. Et ne hæc vocis notarum esset supra distinct. 15. c.* sancta Romana. *in versic.* Pentateuchum.

C. XIV. ¶ *De eodem.*

Item ex eodem *regesto, lib. 11. epist. 7. ad Eleutherium Episcopum.*

QUamvis d triste nobis sit valdè, quod loquimur, atq; fraterna nos compassio flere potius urgeat, quàm aliquid de auditis definire permittat: suscepti tamen solicitudo regiminis cor nostrum instanti nullatenus patitur, magnâ nos Ecclesiis curâ prospicere, & ne qua earum possit

a *B. Augustin. epist 34. & 110 adde cap. 16. in fin. infra eadem.* b *Burch. l. 1. c. 189. Ivo p. 5. c. 305.* c *al. argentum.* d *Burchard. lib. 1. cap. 191. Ivo p. 5. c. 317.*

utilitas

utilitas deperire, quod fieri debeat, Deo auctore, disponere. Pervenit igitur ad nos, quibusdam referentibus quendam Episcopum ita passionem capitis incurrisse, ut quod mente alienatâ agere soleat, gemitus & fletus audire sit. Ne ergò languente pastore grex (quod absit) insidiatoris laniandus dentibus exponatur, vel Ecclesiæ ipsius utilitates depereant, cautâ nos necesse est provisione tractare. Et ideò, quia viventem Episcopum ab officio suo necessitas infirmitatis, non crimen abducit, alium loco ejus (nisi recusante eo) nulla finit ratio ordinari: sed si intervalla ægritudinis habere est solitus, ipse datâ petitione non se ulteriùs ad hoc ministerium intellectum habere, nec ad alia officia subvertente infirmitate posse fateatur assurgere, & alium loco suo expetat ordinandum. Quo facto, omnium solenniter electione, alter, qui dignus fuerit, Episcopus solenniter ordinetur: sic tamen, ut quousq; eundem Episcopum in hoc sæculo vita tenuerit, sumptus ei debiti de eadem Ecclesia ministrentur. Enimverò, si nullo tempore ad sanæ redit mentis officium, persona fidelis, ac vitæ probabilis est eligenda, quæ ad regimen Ecclesiæ idonea possit existere, atque de animarum utilitate cogitare, inquietos sub disciplinæ vinculo restringere, Ecclesiasticarum rerum curam gerere, & maturum, atque efficacem se in omnibus exhibere: qui etiamsi Episcopo, qui nunc ægrotat, superstes extiterit, loco ejus debeat consecrari.

2 pars. *Ne autem hujusmodi passionibus Sacerdotibus subitò occupatis, cœptum officium inexpletum remaneat, institutum est, ut Sacerdos, sive psallens, sive sacrificans, alter secum habeat, qui, si hujusmodi casus intervenerit, inchoata ministeria perficere valeant.*

C. XV. ¶ *Quisq; sacrificans Sacerdotem sibi vicinum habeat, qui cœpta sacramenta expleat, si ei aliqua necessitas ingrueret.*

Vide in Concilio Toletano XI. *c.14.*

ILlud 1 divini a oraculi monentis singuli præcaventes, quo scribitur b: [*Væ soli, quia cum ceciderit, non habet sublevantem,*] summoperè verendum nobis est, & cavendum, ne horis illis atque temporibus, quibus Domino psallitur vel sacrificatur, unicuique divinis singulariter officiis insistenti, perniciosa passio, vel corporis quælibet invaletudo occurrat, quæ aut corpus subitò subruat faciat, aut mentem alienatione, vel terrore confundat. Pro hujusmodi ergò casibus præcaventes, necessarium duximus instituere, ut ubi temporis, vel loci, sive Cleri copia suffragatur, habeat quisquis c illic canens Deo, atq; sacrificans, post se vicini solaminis adjutorem: ut si aliquo casu ille, qui officia impleturus accedit d, turbatus fuerit, vel ad terram elisus, à tergo semper habeat, qui ejus vicem exequatur intrepidus. *Sed si 2 hoc sacrificanti frequenter acciderit, tunc omnimodò ab oblatione prohibeatur.*

1 ¶ Illud] *In Concilio impresso legitur*, Et illud. *In codice verò Lucensi Regio*, Væ illud. *In duobus autem Vaticanis*, ut illud: *& sic est infrà de consec. dist. 1. c.* ut illud *& apud Burchar. & Ivonem.*

2 ¶ Sed si hoc] *Hæc sunt impressa aliis characteribus, quia non sunt in Concilio Toletano, neq; in pluribus, vetustis Gratiani exemplaribus. In codice per antiquo sunt glossæ ad verbum*, vicem, *& post verbum*, prohibeantur, *additur*, ut infrà eâd. q. 1. c. in literis tuis. *Apud Burchardum verò & Ivonem, quæ extant decreta Soteris Papæ, & infrà de cons. loco citato, horum verborum loco leguntur hæc:* & officium incœptum adimpleat.

a *De cons. dist. 1. ut illud. Burch. l. 3. c. 73. Ivo p. 2. c. 126.* b *Eccles. 4.* c *al. sibi.* d *al. accedet.*

C. XVI. ¶ *Si Sacerdos necessitate præoccupatus fuerit, cœpta sacramenta per alium expleantur.*

Item ex Concilio Toletano VII. *c. 2.*

NIhil a contra ordinis statutum temeritatis ausu præsumatur, neque illa, quæ summâ veneratione censentur, vel minimo præsumptionis actu 1 solvantur, cùm ad hoc 2 tantùm fieri jussa sunt, ne interrupta noscantur, vel languoris proventu robore salutis privetur natura. Non ergò fragilitati solùm consulitur humanæ, sed etiam 3 sacro honori mysteriorum Dei providâ cavetur solicitudine. Censuimus ergò convenire, ut cùm à Sacerdotibus Missarum tempore sancta mysteria consecrantur, si ægritudinis acciderit quilibet eventus, quo cœptum nequeat consecrationis expleri mysterium, sit liberum Episcopo vel Presbytero alteri consecrationem exequi officii cœpti. Non enim aliud ad supplementum initiatis mysteriis competit, quàm aut incipientis aub subsequentis completa 4 benedictio Sacerdotis: quia nec perfecta videri possunt, nisi perfectionis ordine compleantur. Cùm enim simus omnes unum in Christo, nihil contrarium personarum diversitas format, ubi efficaciam prosperitatis unitas fidei repræsentat. Quod etiam consultum cuncti ordinis Clerici individuum 5 sibi esse non ambigant: sed, ut præmissum est, præcedentibus libenter alii pro complemento succedant. Ne tamen, quod naturæ languoris causâ consulitur, in præsumptionis perniciem convertatur, nullus post cibum, potumque quemlibet minimum sumptum Missas facere, nullus absque proventu patentis molestiæ ministet vel Sacerdos, cùm cœperit, imperfecta officia præsumat omninò relinquere. Si quis hæc temerariè præsumpserit, excommunicationis sententiam sustinebit.

1 ¶ Actu] *Sic est emendatum ex codice Regio: nam in impresso Conciliorum codicibus, & apud Burchardum, & Ivonem, est*, tactu.

2 ¶ Cùm ad hoc tantùm] *Magna est hoc loco varietas. In codice Regio legitur:* cùm ad hoc tantùm quaqua fieri jussa sunt, interrupta noscuntur, ne languoris, &c. *Apud Burchardum.* cùm adhuc tantùm fieri jussa sunt, nec interrupta noscuntur, ne languoris, &c. *Apud Ivonem*, cùm hoc, *&*, nec languoris, *cætera eodem modo.*

3 ¶ Sed etiam sacro] *Hic quoq; magna varietas. In codice Regio plenior est oratio.* sed etiam honori mysteriorum Dei providetur abundè, dum ab offensionis casu procuratur etiam caveri solicitè.

4 ¶ Completa benedictio] *Sic restitutum est ex codice Regio, cum quo aliquot editiones conveniunt, multæq; etiam aliæ in hoc capite emendatæ.*

5 ¶ Individuum] *In codice Regio est*, indultum.

3 pars. *Ecce, quòd Episcopo petente, precibus etiam populi, infirmitate gravato alius possit subrogari, patenter monstratur. Senectute autem gravato, non successor, sed coadjutor dari debet, qui ei decedenti in locum regiminis succedat. Sic Augustinus dicitur* b *accessisse Hipponensium Episcopo.*

C. XVII. ¶ *Senectute gravato coadjutor est dandus, qui morienti succedat.*

Hinc etiam Zacharias Papa *scribit Bonifacio Maguntino Archiepiscopo.*

PEtisti, ut cum nostro consulto pro superveniente tibi senectute, atque corporis imbecillitate, si poteris invenire alium in eadem sede, in qua præes, pro tui persona debeas collocare. Nos verò, adjutore Deo, consilium præbemus tuæ sanctitati, ut pro salute animarum rationabilium, fautore Christo, sedem, quam obtines, Maguntinæ Ecclesiæ nequaquam relinquas. Sin verò Dominus dederit juxta petitionem tuam homi-

a *Burch. l. 3. c. 70. Ivo p. 2. c. 124.* b *Sup. eâd. c. non autem. & 2. quæst. 1. c. 1. §.*

dem perfectum, qui possit solicitudinem habere, & curam pro salute animarum, pro tui persona illum ordinabis Episcopum, eritque in Evangelio tibi credito, & ministerio Christi portando in omni loco requirens, & confortans Ecclesiam Dei. *Item ad eundem epist. ultimâ.* ¶ Si eundem divina voluerit clementia post tui diem transitûs superesse, si eum aptum cognoveris, & in tua voluntate fuerit diffinitum, eâ horâ, quâ te de præsenti seculo migraturum cognoveris, præsentibus cunctis, tibi successorem designa, ut hûc veniat ordinandus. Hoc nulli concedi alii patimur, quod tibi charitate cogente largiri censuimus. *Item eisdem paulo superius.* ¶ De eo autem, quòd tibi successorem constituere dixisti, ut te vivente in tuo loco eligatur Episcopus, hoc nullâ ratione concedi patimur: quia contra omnem Ecclesiasticam regulam, vel instituta Patrum esse monstratur; sed volumus, ut tibi ministret, & sit in Evangelium Christi adjutor. & ℣. ¶ Nimis enim reprehensibile esse manifestum est, ut te vivente tibi alium substituamus: sed hoc commonemus, ut quamdiu te divina jusserit clementia superesse, sine intermissione orare non cesses, ut tibi Deus illum successorem concedat, qui ei possit esse placabilis, & populum irreprehensibiliter regere valeat.

¶ *Prior pars hujus capituli usq; ad versic.* Item si eundem, *sumpta est ex epistola Zachariæ Papæ, cujus inscriptum est,* Sacris liminibus: *quæ extat Romæ manuscripta in Bibliotheca Dominicana; quam etiam edidit frater Laurentius Surius in vita S. Bonifacii, sed ex codice parum emendato. Reliqua habentur in epistola ultima in tomis Conciliorum.*

C. XVIII. ¶ *Non succedat, sed coadjutor venienti Episcopo detur.*

Item Pelagius Papa *Clero Narniensi* a.

QUia frater & Coëpiscopus noster Joannes, Ecclesiasticæ utilitatis studio suadente, & naturæ suæ simplicitate laudabili consideratione tractata, ob hoc, quòd se in gerenda patrimonii gubernandi cura, vel in disciplina Ecclesiastica conservanda minimè fatetur idoneum, Constituti Presbyteri ad hæc explenda sibi exposcit adhiberi personam: ut ea, quæ sunt necessaria, competenti disponente solicitudine fiant, nihil indecens fieri, vel inutile permittatur. Ideoque præsenti vobis jussione præcipimus, ut servatâ primo in loco Episcopo memorato reverentiâ, quam vos convenit inculpabiliter exhibere, in omnibus, quæ ad divini cultûs obsequium pertinent, vel quæ Ecclesiasticæ utilitatis peragere cura suaserit, præbeatis obedientiam Constituto competentem, in nullo dispositionibus ejus spiritu contumaci resultantes: imò competenti vigilantiæ vestræ studio, quæ pro Ecclesiastica utilitate gerenda Constitutus monuerit, adimplentes: ut his ita dispositis, & consueta vobis stipendia ministrentur, & quæcunque in præfatæ Ecclesiæ patrimonio, vel de rebus ad eam pertinentibus repetendis sunt necessaria, compleantur.

Illud verò Cyprians b *de hæreticis intelligendum est, qui Catholicorum Ecclesiæ sibi usurpare contendunt.* ¶ *Illud verò Evaristi* c *Papæ tunc intelligendum est, quando nec inevitabili necessitate (persecutorum videlicet) nec Apostolicâ, aut regulari mutatus, sed ambitûs sola Episcopum de Ecclesia ad Ecclesiam transire vetat.* ¶ *Unde cùm in præcipuis sua capitulis dixerat:* [Episcopus non debet dimittere Ecclesiam suam,] *subsequenter adjunxit:* [Aliquæ inevitabili necessitate, aut Apostolicâ, vel regulari mutatione, & alteri se ambitûs causâ conjungere.]

4 part. *Ambitionis omnis causâ, quacunque Ecclesia sua meâ discretate destitutâ, ad majorem Ecclesiam transire voluerit, debet revocari ad propriam. Quòd si redire contempserit, careat alienâ, & propriâ.*

a *al. Navarensi*] *al. Narinensi.* b *Supra eâd. caus. fac. 1. & cap. Novatianus.* c *Sup. eâd. sicut vir.*

C. XIX. ¶ *Episcopus, vel quilibet Clericus relictâ suâ Ecclesiâ non debet ad aliam transire.*

Unde in Nicæno Concilio d, *cap. 15. legitur.*

NOn *b* oportet Episcopum, vel reliquos ordines de civitate ad civitatem migrare; non Episcopus, non Presbyter, non Diaconus transeat. Si quis autem post definitionem sancti & magni Concilii tale quid agere tentaverit, & se hujusmodi negotio manicaverit, hoc factum prorsus in irritum ducatur, & Ecclesiæ restituatur, cujus fuit Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus ordinatus.

¶ *Ex duobus codicibus collectaneum Anselmi in hoc emendatiore caput hoc ita habet, ut verba hæc:* Quòd non oporteat Episcopum, vel reliquos ordines demigrare, *sit rubrica & capitulum hoc modo incipiat:* Ut de civitate ad civitatem, non Episcopus, non Presbyter, non Diaconus transeat. *In altero verò eadem rubrica est negativa literis scripta, & est initium capituli: unde videtur caput hoc esse excusatum, quemadmodum est apud Gratianum, salvâ sententiâ ipsius canonis.*

C. XX. ¶ *In monasterio deputetur Episcopus, qui in Ecclesia sua residere contemnit.*

Item Gregorius *Anthemio Subdiacono, lib. 3. epist. 23. sive c. 173.*

PErvenit e ad nos, Pigmenium Amalphitanæ civitatis Episcopum in Ecclesia sua residere non esse auratum, sed foris per diversa loca vagari. & ℣. ¶ Idcircò tibi auctoritate præcipimus, ut suprædicto Episcopo interminari non desinas, quatenus hoc de cætero fieri non præsumat, sed in Ecclesia sua secerdotali more fideat. Quem si forte non emendari post tuam interminationem cognoveris, in monasterio cum degatur, & nobis curabis modis omnibus indicare: ut quid super te debeas, nostrâ iterùm præceptione cognoscas.

C. XXI. ¶ *Episcopo nullo concedatur principalem cathedram relinquere, & ad aliam Ecclesiam se transferre.*

Item ex Concilio Carthaginensi V. *c. 5.* d

PLacuit e, ut nemini sit facultas, relictâ principali cathedrâ, ad aliquam Ecclesiam in diœcesi constitutam se conferre, vel in re propria diutiùs, quàm oporteat, constitutum, curam, vel frequentationem propriæ cathedræ negligere.

C. XXII. ¶ *Intercessori cathedram, cui datus est, tenere non licet.*

Item ex eodem Carthaginensi V. *c. 1.* f

COnstitutum est, ut nulli intercessori licitum sit, cathedram, cui intercessor datus est, quibusliber populorum studiis, vel seditionibus retinere: sed dare operam, ut intra annum eisdem Episcopum provideat. Quod si neglexerit, anno expleto g interveniat alius trabeatur.

C. XXIII. ¶ *Excommunicentur Clerici, qui relictâ suâ Ecclesiâ ad eam redire noluerint.*

Item ex Concilio Nicæno, *c. 16.*

SI h q i verò sine respectu agentes, & timorem Dei ante oculos non habentes, neque Ecclesiastica statuta custodientes, recesserint ab Ecclesia sua, sive Presbyter, sive Diaconus, vel in quocunque Ecclesiastico ordine positi fuerint, hi non debent suscipi in alia Ecclesia, sed cum omni necessitate cogantur, ut redeant ad Ecclesiam suam. Quòd si permanserint, excommunicari eos oportet.

a *Et in Aquisgran. c. 43.* b *Ansl. l. 8. cap. 312. Burch. l. 15. 47. Ivo p. 8. cap. 174.* c *Ansl. l. 8. c. 176.* d *Et in Africano, cap. 13.* e *Ansl. l. 8. c. 176.* f *Et in Africano, c. 41.* g *vel exempto.* h *Ansl. l. 8. c. 167. Burch. l. 2. cap. 8. Ivo p. 6. c. 275.*

C. XXIV.

C. XXIV. ¶ *De eodem.*

Item ex Concilio Antiocheno *a, c.3.*

I. SI quis Presbyter, vel Diaconus, vel quilibet Clericus, desertâ suâ Ecclesiâ, ad aliam transeundum esse crediderit, & ibi paulatim tentet, quò migravit, perpetuò manere, ulterius ministrare non debet; præsertim, si ab Episcopo suo ad revertendum fuerit exhortatus. Quòd si post evocationem sui Episcopi non obedierit, sed inobediens perseveraverit, omnimodò ab officio suo deponi debere, nec aliquando spem restitutionis habere decernimus: si verò propter hanc culpam depositum, alius Episcopus susceperit, & ipse à communi Synodo pœnam merebitur increpationis 1, tanquam Ecclesiastica jura dissolvens.

1 ¶ Increpationis] *Græcè est,* ἐπιτιμίας τυγχάνειν, *quod in alio versionibus est,* arguatur, *vel* coërceatur, *vel* puniatur.

C. XXV. ¶ *Non licet Episcopo Ecclesiam suam relinquere, & ad aliam transire.*

Item ex eodem Antiochens., cap. 21.

EPiscopum *b* de diœcesi ad diœcesim alteram non debere transire, neque si seipsum ingesserit, neque si à populis fuerit violenter attractus *c*, neque si etiam hoc ei ab Episcopis suadeatur: manere autem eum debere in Ecclesia Dei, quam ab initio sortitus est, & non ab ea alibi demigrare. secundùm regulam super hoc olim à Patribus constitutam decernimus.

C. XXVI. ¶ *De eodem.*

Item ex Concilio Chalcedonensi, *c.5.*

PRopter *d* eos Episcopos, sive Clericos, qui de civitate ad civitatem transeunt, placuit definitiones datas à sanctis Patribus habere propriam firmitatem.

C. XXVII. ¶ *Alienæ plebes ab Episcopo non usurpentur.*

Item ex Concilio Carthaginensi III. *c.10.*

PLacuit *e*, ut à nullo Episcopo usurpentur plebes alienæ, nec aliquis Episcoporum supergrediatur in diœcesi collegam suum.

C. XXVIII. ¶ *Alienos Clericos ordinare, & altaria consecrare, Episcopo non licet.*

Item Anacletus.

EPiscopis in diœcesim alienam ad alienos Clericos ordinandos, vel consecranda altaria irruere non debet. Quod si fecerit, amotis his, quos ordinavit, altaris tamen consecratione manente, transgressor canonum uno anno à Missarum celebratione cessabit.

C. XXIX. ¶ *Diebus solemnibus (.rucis Ecclesia sua desisi non debet.*

Item ex Concilio Agathensi, *cap. 64.*

II. SI quis in Clero constitutus ab Ecclesia sua diebus solennibus defuerit, id est, Nativitate Domini, Epiphaniâ, Paschâ, vel Pentecoste, dum potiùs secularibus *f* lucris studet, quàm servitio Dei parere, convenit, ut triennio à communione suspendatur. ¶ Similiter Diaconus, vel Presbyter, si per tres hebdomadas ab Ecclesia sua defuerit, huic damnationi succumbat.

C. XXX. ¶ *Removendus est Episcopus ab Ecclesia, cui irrepserit, & ad suam cogendus est redire.*

Item Hilarius Papa *Episcopis Tarracon. c.3.*

REmoto *g* ab Ecclesia Barcinonensi, atque ad suam remisso Irenæo Episcopo, sedatis per Sacerdotalem modestiam voluntatibus, quæ per ignorantiam Ecclesiasticarum legum desiderant, quod non licet, obtinere, talis protinùs de Clero proprio Barcinonensibus ordinetur Episcopus, qualem te præcipuè, frater Ascani, oportet eligere, & decet consecrare: ne si fortè aliter *a* factum sit, non sine objurgatione tui maximè nominis retundat nostra præceptio, quod ad injuriam Dei (à quo specialiter Sacerdotalium est gratia dignitatum) didicerimus admissum.

C. XXXI. ¶ *Qui alienam cathedram appetit, ab ea expulsus, etiam propriâ careat.*

Item Leo Episcopus *urbis Romæ Anastasio Thessalonicensi Episcopo, epist.82. al.84.c.2.*

III. SI *h* quis Episcopus mediocritate civitatis suæ despectâ, administrationem celebrioris loci ambierit, & ad majorem plebem se quâcunque ratione transtulerit, non solùm à cathedra quidem pellatur aliena, sed carebit & propriâ: ut nec illis præsideat, quos per avaritiam concupivit, nec illis, quos per superbiam sprevit. Suis igitur terminis contentus sit quisque, nec supra mensuram juris sui affectet argeri.

C. XXXII. ¶ *Utrâq; careat Ecclesiâ, qui contemptu minoris Ecclesiæ ad majorem aspirat.*

Item ex Concilio Meldensi, *c.30.*

IV. SI quis *i* de ordine Sacerdotali, contemptu minoris Ecclesiæ ambitiosè & improbè ad potiorem aspiraverit *d*, canonica erga eum definitio conservetur, hoc 1 est, ut utràque careat.

1 ¶ Hoc est, ut utràque careat.] *Hæc non sunt in Meldensi impressa, habentur tamen apud cæteros quoque collectores.*

Qui verò pretio Ecclesiam vacantem ingressus fuerit, ab officio suo deponendus est, sicut in Rothomagensi Concilio *legitur.*

C. XXXIII. ¶ *Dejectatur à Clero, qui muneribus Ecclesiam acquirere tentat.*

SAncitum est *e* atque omnibus modis prohibitum, ut si quis Presbyter inventus fuerit alicui Clerico vel Laico munera dare, vel dedisse, aut aliam pecuniam tribuere, ut alterius Presbyteri Ecclesiam surripiat 1, aut vacantem pretio redimat, pro hac cupiditate, seu rapina, seu præsumptione, turpis lucri gratiâ, dejiciatur à Clero, & alienus existat à regula.

1 ¶ Surripiat, aut] *Addita sunt ista duo verba ex Burchardo. Nam vivente Presbytero possessore non potest dici vacans Ecclesia. In lib.7. Capitularium, c.206. est verbum,* surripiat, *sed deest alterum membrum,* aut vacantem pretio redimat. *Ivo, & auctor Pannormiæ habent, ut antea Gratianus,* Ecclesiam vacantem pretio redimat.

¶ pars. *Quòd verò communi consilio, atq; aliorum utilitate mutationes Episcoporum fieri possint, & ex Ecclesiis, à quibus recesserint, ex viventibus alii substituti valeant,* Anterus Papa *demonstrat, epistolâ septimâ, scribens Episcopis Bætica & Toletanæ provinciæ.*

C. XXXIV. ¶ *Necessitatis, vel utilitatis causâ Episcoporum mutationes fieri possunt.*

MUtationes *f* Episcoporum scitote communi utilitate atque necessitate fieri licere, sed non propriâ *g* cujusquam voluntate, aut dominatione. Petrus sanctus magister noster, & Princeps Apostolorum, de Antiochia, utilitatis causâ, translatus est Romam, ut ibidem potiùs proficere posset. Eusebius quoque de quadam parva civitate, Apostolicâ auctoritate, mutatus est

a Et in Chalced. *c.20. In Aquisgran. c.71. Anselm. l.7. cap.170.* b *9.9.2. nullum. Burch.l.1.c.72. Ivo p.5.c.179.* c ἀνεγκλήτους. d *Sup.cùm. non oporteat. Ex Nicæna Synodo. lib.Cap.6.c.236.* e *Burch.l.1.c.64. Ivo p.5.c.173. In Aurelian.3.c.15.* f *al. singulari: iucro.* g *Anf.l.6.c.109.*

a *al. similiter.* b *Polyc.l.1.tit.9. Anf.l.6.c.104. Burch.l.1. c.74. Ivo p.5.cap.103.* c *Burch.l.3.cap.48. Ivo p.3.c.52. Pann.l.2. cap.45.* d *al. asserare contenderit.* e *In Capit.l.7. cap.206. Burch.l.3.c.114. Ivo p.3.c.90. Pann.l.2.cap.49.* f *Polyc.l.1.tit.9. Anf.l.6.c.49. Burch.l.1.c.77. Ivo p.5.c.133. Pann.l.3. c.69.* g *al. non libitu cujusquam, aut dominatione. Plura sunt verba in originali.*

Alexandriam. Similiter Felix de civitate, in qua ordinatus erat, electione civium propter doctrinam, vitamq; bonam, quam habebat, [auctoritate 1 hujus sanctæ sedis, & licentiâ] communi Episcoporum, & reliquorum Sac & licentiâ] communi Episcoporum, & reliquorum Sacerdotum, ac populorum consilio translatus est Ephesum. Non enim transit de civitate ad civitatem, nec transfertur de minori ad majorem, qui hoc non ambitu, nec propriâ voluntate facit, * sed aut vi à propria sede pulsus, aut necessitate coactus, aut utilitate loci, aut populi, non superbe, sed humiliter ab aliis translatus, & inthronizatus est. &c. ¶ Nam sicut Episcopi habent potestatem ordinare regulariter Episcopos, & reliquos Sacerdotes; sic quoties utilitas aut necessitas coëgerit, supradicto modo & mutare & inthronizare potestatem habent: [non tamen sine sacrosanctæ Romanæ sedis auctoritate & licentia.] &c. ¶ Alia etenim *a* est causa utilitatis & necessitatis, alia avaritiæ, ac præsumptionis, aut propriæ voluntatis.

1 ¶ Auctoritate hujus sanctæ sedis, & licentiâ.] *Hæc verba non leguntur in epistola Anteri, neq; in Pannormia, neq; apud Burch. & Ivonem. Sunt tamen apud Anselmum, & in Polycarpo, & vetustis Gratiani exemplaribus. Idem quoq; est de verbis illis prope finem capitis*, non tamen sine sacrosanctæ Romanæ sedis auctoritate & licentia: *quæ propter hanc causam virgulis sunt inclusa.*

C. XXXV. ¶ *Causa necessitatis mutationes Episcoporum fieri possunt.*

Item Pelagius Papa 11. *Benigno Archiepiscopo, epist. 2.*

SCias *b*, frater dilectissime, aliud esse causam necessitatis & utilitatis, aliud causam præsumptionis, ac propriæ voluntatis. Non ergò mutat sedem, qui non mutat mentem, id est, qui non causâ avaritiæ, aut dominationis, aut propriæ voluntatis, vel suæ delectationis *c* migrat de civitate ad civitatem, sed causâ necessitatis, aut utilitatis mutatur. Nam plurimorum utilitas unius utilitati, aut voluntati præferenda est. Aliud est enim mutare, & aliud mutari. &c. ¶ Nam aliud est sponte transire, & aliud est coactè, aut necessitate venire. Unde non isti mutant civitates, sed mutantur: quia non sponte, sed coactè hoc agunt. &c. ¶ Non ergò benè intelligunt Ecclesiasticas regulas, qui hoc negant causâ necessitatis, vel utilitatis fieri posse, quoties communis utilitas, aut necessitas persuaserit.

C. XXXVI. ¶ *Christum negare convincitur, qui necessitatem patientibus misericordiam non impendit.*

Idem *in eadem epistola, paulò inferiùs.*

OMnis, qui gemebat, & vexabatur à *d* Saul, fugiebat, & veniebat ad David.] Si ergò piissimus atque justissimus David sciret peccatum esse, persecutionem fugientes, & transeuntes de loco ad locum, & de civitate ad civitatem recipere, tales nequaquam reciperet, nec secum teneret, nec in aliis civitatibus eos collocaret. Qui enim persequuntur Domini Episcopos, eosque de civitatibus ad civitates transire compellunt, non eos tantum persequuntur, quantum Dominum nostrum Jesum Christum, cujus legatione funguntur. Nec ipsi in hoc peccant Episcopi, quoniam non sponte, sed coactè hoc agunt; sed illi, qui eos persequuntur: nec ipsis Episcopis hoc imputari potest, sed illis, qui eos hoc agere cogunt. &c. ¶ Qui autem negant misericordiam faciendam fugientibus, ac necessitatem patientibus, ipsum Christum negant, qui est misericordia & veritas. &c. ¶ Negat misericordiam necessitatem patientibus, qui populis indigentibus divinis ministeriis *e*, & non habentibus proprium Episcopum, qui eos instruat, causâ utilitatis, atque necessitatis, ex alia civitate, licet minor sit, in eam, quæ non habet Episcopum doctiorem, vel utiliorem, meliori consilio, non sponte transeuntem, sed majorum exhortatione mutare *a*, aut Episcopum ejectum, & persecutionem patientem causâ utilitatis, aut necessitatis inthronizari non permittit.

C. XXXVII. ¶ *Non ambitione, sed Synodali auctoritate, de Ecclesia ad Ecclesiam Episcopus transeat.*

Item ex Concilio Carthaginensi IV. *c. 27.*

EPiscopus *b* de loco ignobili ad nobilem per ambitionem non transeat, nec quisquam inferioris ordinis Clericus. Sanè, si utilitas Ecclesiæ fiendum poposcerit, decreto pro eo Clericorum, & Laicorum Episcopis porrecto, in præsentia Synodi transferatur, nihilominus alio in locum ejus Episcopo subrogato. Inferioris verò gradûs Sacerdotes, vel alii Clerici concessione suorum Episcoporum possunt ad alias Ecclesias transmigrare.

C. XXXVIII. ¶ *In proprio gradu Episcopi, vel Presbyteri in aliena suscipiantur Ecclesia.*

Item ex eodem Carthaginensi IV. *c. 28.*

EPiscopi, vel Presbyteri, si causâ visitandi ad Ecclesiam alterius Episcopi venerint, in gradu suo suscipiantur, & tam ad verbum faciendum, quàm ad oblationem consecrandam invitentur.

C. XXXIX. ¶ *Ecclesia unius Episcopi ab alio disponi non debet.*

Item Calixtus Papa *omnibus Galliarum Episcopis, epist. 2. c. 3.*

SIcut *e* alterius uxor nec adulterari ab aliquo, vel judicari, aut disponi, nisi à proprio viro, eo vivente, permittitur; sic nec uxor Episcopi *d*, quæ ejus Ecclesia, vel parochia indubitanter intelligitur, eo vivente, absque ejus judicio & voluntate, alteri *e* judicari, vel disponi, aut ejus concubitu frui, id est, ordinatione, concedimus. Unde ait Apostolus *f*: [*Alligata est uxor legi, quamdiu vir ejus vivit: eo verò defuncto, soluta est à lege viri.*] Similiter & sponsa Episcopi (quia sponsa, uxorque ejus dicitur Ecclesia) illo vivente, ei est alligata: eo verò defuncto, soluta est. [*Et * cui voluerit, nubat, tantùm in Domino*;] id est, regulariter. Si enim eo vivente alteri nupserit, adultera judicabitur. Similiter & ille, si alteram sponte duxerit, adulter existimabitur, & communione privabitur. Si autem persecutus fuerit in sua Ecclesia, fugiendum illi est ad alteram, eique est associandus, dicente Domino *g*: [*Si vos persecuti fuerint in una civitate, fugite in aliam.*] Si autem utilitatis causâ fuerit mutandus, non per se hoc agat, sed fratribus invitantibus, & auctoritate hujus sanctæ sedis faciat, non ambitûs causâ, sed utilitatis aut 1 necessitatis.

1 ¶ Aut necessitatis.] *Hæc non sunt in ipsa epistola, sed habentur apud Anselmum. Necessitas autem præbet justam causam translationi. supra eâd. c.* Scias.

c pars. *Hoc non solùm de Episcopis, verùm etiam de quibuslibet Ecclesiæ ministris intelligitur, ne videlicet in locum vocatus aliter obrepat.*

C. XL. ¶ *Deponatur, qui locum alterius invadere non timet.*

Unde B. Gregorius *scribit Natali Salonitano Episcopo, de eo, qui in Archidiaconatum alterius se promoveri consenserat, lib. 2. indict. 10. epist. 14. & 16.*

EUm *h*, qui contra justitiæ regulam in Archidiaconatum alterius se provehi consensit, ab ejusdem

---

* Plura sunt verba in originali. a *al.* quoq;. b *Polyc. li. tit. 9. Anselm. l. 6. c. 97.* c *al.* electionis] *al.* dilectionis. d *1. Reg. 20.* e *negligerit.*

a *al.* mutari. b *Ivo p. 5. c. 329. Pann. l. 3. c. 70.* c *Polyc. l. 7. tit. 8. Anselm. l. 6. c. 109. Burch l. 3. c. 40. Ivo p. 8. c. 53. & pars 1. cap. 191.* d *al.* Episcopo, *vel* Presbyteri,] e *al.* ab altero disjudicari,] f *1. Cor. 7.* * *ibid.* g *Matth. 10.* h *Ivo part. 6. c. 342.*

Archidia-

Archidiaconatûs honore deponimus. Qui, si ulteriùs in loco eodem ministrare præsumpserit, se participatione communionis sacræ noverit esse privatum.

C. XLI. ¶ *In una Ecclesia duo Prælati esse non debent.*

Item Hieronymus *ad Rusticum Monachum, epist. 4.*

IN *a* apibus Princeps *b* unus est; grues unam sequuntur ordine literario: Imperator unus, judex unus provinciæ. Roma, ut condita est, duos fratres simul habere Reges non potuit, & parricidio dedicatur. In *c* Rebeccæ utero Esau & Jacob bella gesserunt: singuli Ecclesiarum Episcopi, singuli Archipresbyteri, singuli Archidiaconi, & omnis ordo Ecclesiasticus suis rectoribus nititur.

7 pars. *Ecce in quibus casibus Episcopo vivente, alius potest ei substitui: Quanquam secundùm rei veritatem non vivente Episcopo talu probetur succedere. Translatus enim ab una civitate ad aliam, desinit esse Episcopus illius civitatis, à qua transfertur: atq; ideò, qui hunc succedit, non vivente, sed defuncto quodammodò Episcopo, probatur substitui. Sed inter eum, qui hostilitatis necessitate, & eum, qui utilitatis causâ transfertur, hoc interest, quòd ille, qui metu hostilitatis ad alium transit, si priorem contigerit aliquando ab hostibus liberam fieri, ad eandem illum redire oportet.*

C. XLII. ¶ *Qui metu hostilitatis ad alium locum transierit, postèa ad suam Ecclesiam redire oportet.*

Unde Gregorius Papa *scribit Ioanni Episcopo Scyllatino* d, *lib. 2. indict. 10. epist. 25.*

PAstoralis *e* officii cura nos admonet, destitutis Ecclesiis proprios constituere Sacerdotes, qui gregem Dominicum debeant pastorali solicitudine gubernare. Propterea te Joannem ab hostibus captivatæ Lissitanæ civitatis Episcopum in Scyllatina Ecclesia Cardinalem necesse duximus constituere Sacerdotem: ut susceptam semel animarum curam intuitu futuræ retributionis impleas. Et licèt à tua Ecclesia sis hoste imminente depulsus, aliam, quæ pastore vacat, Ecclesiam debes gubernare: ita tamen, ut si civitatem illam ab hostibus liberam effici, & Domino protegente ad priorem statum contigerit revocari, ad eam, in qua prius es ordinatus, Ecclesiam revertaris: sin autem prædicta civitas continuâ captivitatis calamitate premitur, in hac, in qua à nobis incardinatus 1 es, debeas Ecclesia permanere.

1 ¶ Incardinatus] *Supra distinct. 71. c.* fraternitatem, *de hujus vocis notione est notatum.*

Qui verò utilitatis causâ transfertur, nequaquam ad priorem redire cogitur. Est etiam alius casus, in quo Episcopus viventi Episcopo substituitur. Cùm enim aliquis relictâ priore cathedrâ, sui authoritate ad alteram transierit, si alius ei substitutus fuerit, licèt ille prioris Ecclesiæ Episcopus esse non desierit, substitutus tamen Episcopatum habebit.

C. XLIII. ¶ *De Sacerdotibus, qui relictis suis Ecclesiis ad alias migrârunt.*

Unde Damasus *urbis Romæ Episcopus scribit ad Paulinum Antiochenum, dicens.*

EOs *f* Sacerdotes, qui ab Ecclesiis ad Ecclesias migrârunt, tamdiu à nostra communione habemus alienos, quamdiu ad eas redierint civitates, in quibus primitùs sunt constituti. Quòd si quis alius alio transmigrante, in locum viventis ordinatus est, tamdiu vacet Sacerdotii dignitate, qui suam deseruit civitatem, donec successor ejus quiescat in Domino.

Episcopalium etiam sedium mutationes, metu hostilitatis intervenente nonnunquam fieri solent.

C. XLIV. ¶ *Necessitate temporis Episcopalium sedium mutationes fieri possunt.*

Unde Gregorius *scribit Ioanni Episcopo Vallstrano, lib. 2. epist. 11.*

TEmporis *a* qualitas admonet, Episcoporum sedes, antiquitùs certis civitatibus constitutas, ad alia, quæ securiora putamus, ejusdem diœcesis loca transponere, quò & habitatores nunc *b* degere, & barbaricum possint periculum faciliùs declinare. Propterea te Joannem fratrem, Coëpiscopumq; nostrum Vellitrensis civitatis, sedemque tuam in loco quondam *c* Arenata ad sanctum Andream Apostolum, præcipimus exinde transmigrari: quatenùs ab hostilitatis incursu liberior existere valeas, & illic consuetudinem 1 solennium festivè disponas.

1 ¶ Consuetudinem] *Apud Ioannem Diaconum legitur,* consuetudine solenni festa disponas. *Apud Burchardum & Ivonem,* consuetudinem solennium festorum. *In variis B. Gregorii epistolarum editionibus,* consuetudinum solennium festa disponas.

8 pars. *Item cùm aliquis causâ humilitatis, Apostolicâ concessione, de Episcopali sede ad Monachalem descenderit subjectionem, alius loco ejus subrogari poterit; ille verò ad Pontificatum resurgere nequaquam ulteriùs valebit.*

C. XLV. ¶ *Episcopus, qui causâ humilitatis Monachus efficitur, ad Pontificatum redire non valet.*

Unde in quinta 1 *altione* Constantinopolitanæ Synodi, *CCCLXXXIII. Patrum, sub Ioanne Papa VIII. cui præfuit Petrus Presbyter Cardinalis, & Paulus Ancomitanus Episcopus, & Eugenius Ostiensis Episcopus, Apocrysiarii Papæ dixerunt.*

HOc *d* nequaquam apud nos habetur, ut quicunque de Pontificali ordine ad Monachorum, id est, pœnitentium descenderit vitam, ulteriùs possit ad Pontificatum reverti.* *Item.* ¶ Præcepit sancta Synodus, ut quicunq; de Pontificali dignitate ad Monachorum vitam, & ad pœnitentiæ descenderit locum, nequaquam jam ad Pontificatum resurgat. Monachorum enim vita subjectionis habet *e* verbum, & discipulatûs, non docendi, vel præsidendi, vel pascendi alios.

¶ *Hæc Synodus sub Ioanne VIII. extat Græcè in Vaticana Bibliotheca. Cujus Synodi tres tantùm canones cum explanatione Balsamonis editi sunt Lutetiæ, & apud ipsum inscribitur, Synodus in templo Sapientiæ habita sub Photio Patriarcha. In secundo autem trium illorum capitulo habetur sententia hujus capitis. Visum autem est, ut omnia melùs percipiantur, locum hunc Græcè, & cum nova interpretatione esse adscribendum.*

Φώτ. ὁ πατριάρχης ἀπε. Πῶς ὑμῖν δοκεῖ περὶ τῶν ἀπὸ τῆς ἀρχιερατικῆς τάξεως ἰωάν. ἐὰν ἀπὸ τῶν μοναχῶν κληθῶσιν χώραν, ἀρα ἀπὸ ὑπατείαν ἰωάν. προεδρίας ἰωάν. εἰ αὐτοὶ τῆς αὐτῆς πολιτείας ἔχουσι οἱ ἀληθινοὶ τοποτηρηταὶ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης ἀπε. τοῦτο πρὸ ἡμῶν σκεπτέον, ἀδελφοί. οὐκ ἔστιν ἀπὸ ἀρχιερατικῆς τάξεως, τουτέστι τῶν μοναχῶν, τοὺς μετανοοῦντας κληρικοὺς χώραν, ἢ ἀνώ. ἐπὶ τὸ τῆς ἀρχιερωσύνης ἰωάν. διακρίνειν ἀξιοῦμεν. Βασίλειος, ὁ Ἡλίας οἱ τοποτηρηταὶ τῶν ἀποστολικῶν θρόνων ἀπε. ἀδελφοὶ πρὸ ἡμῶν ἐφοβήθη τοῦτο ποτε γενόμενον, τὰναντίον μᾶλλον μεγάλως σπουδάσαι εἰς ἀρχιερέας, ἀπὸ ἀρχιερέων εἰς μοναχοὺς κατερχόμενοι ἀρχιερεῖς μένειν ἀνώ. ἡ ἁγία συνόδ. ἀπε. οὐκοῦν καὶ ἐπὶ τούτου κανὼν, παλαιὸς καὶ ἐν ἡμῖν ἀμφιβολίαν γίνοντος ἐπὶ τῆς ὑποθέσεως

a *Ivo part. 3. cap. 317.* b *principes sunt,*] *orig.* c *Genes. 25.* d *al. Squalatino.* e *Ioann. Diac. l. 3. c. 15. Polyc. l. 1. tit. 2. & l. 2. tit. 14. Anselm. l. 6 cap. 99. Burch. l. 1. cap. 123. Ivo p. 3. cap. 223.* f *Polyc. l. 1. tit. 9. Anselm. l. 9. cap. 95.*

a *Ioan. Diac. in vita B. Gregor. l. 3. c. 17. Ansl. l. 6. c. 91. Burch. l. 3. c. 89. Ivo p. 3. c. 179. Pann. l. 2. c. 37.* b *al. securè.* c *al quem Harenata ad S. Andream Apostolum dicunt.* d *Ivo p. 7. c. 149.* c λόγον ἔχει.

ται τῆς, τῶν μὲν λεγόντων μοναχοὺς τοὺς ἀρχιερεῖς μοναχοῖς γινομένους τὸ τῶν ἀρχιερέων πλῆθος, τῶν δὲ σιωπώντων ἐπὶ τούτῳ. εἰ ἀρέσκοιτο τοῖς προκειμένοις ἅπασι, σκοπήσατε ὑμεῖς. ἡμεῖς δὲ σιωπῶμεν. ἅπαξ, ἐπὶ δὲ ἀξιώματι ἐκπεπτώκασι κανόνες ἐκκλησιαστικοὶ τοὺς τοιούτους, καὶ ἀπονοίας ἐλθόντων λαϊκῶν, ὥστε ἀρχιερεῖς ἢ ἱερεῖς μὴ τιμᾶσθαι, ἢ φυλακίζειν, καὶ τὰ λοιπά.

Φώτιος ὁ Πατριάρχης ἅπαξ· ἃ κελεύει ἡ ὑμετέρα ἁγιωσύνη, ἀναγινωσκέσθωσαν οἱ κανόνες. καὶ λαβὼν Πέτρος ὁ θεοφιλέστατος Διάκονος, καὶ Πρωτοκαθέδρου ἀνέγνω. ἃ καὶ μέχρι νῦν τινὲς τῶν ἀρχιερέων εἰς τὸ τῶν μοναχῶν κρατῆσαι σχῆμα ἐπὶ τῇ τῆς ἀρχιερωσύνης εὐτελίζοντο ἀξιώματι ὕφει, καὶ τοῦτο πεπτωκότες παιδευθῶσι, ἀλλ' ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ αὕτη σύνοδος, καὶ τοῦτο ῥυθμίζουσα τὸ παράπαν, καὶ πρὸς τοὺς τῆς ἐκκλησιαστικῆς κανονίσεως ὅρους τοὺς ἅπαντα τοιοῦτον ἐπανάγουσα πρόξενον ἀρετῆς, ἵνα εἴ τις Ἐπίσκοπος, ἢ ἄλλος τῶν ἀρχιερατικῶν ἀξιώματος πρὸς τὸν μοναδικὸν βίλησιν κατελθεῖν βίον, καὶ τὸν τῆς μετανοίας τόπον ἐπιλεξάσθω, μηκέτι τόπου τῆς ἀρχιερατικῆς αὐτὸν ποιείτω ἀξίας. αἱρῶ δὲ μοναχῶν συνήκοον ὑπάρχειν ἰσχνολογίᾳ καὶ μωρολογίᾳ, ἀλλ' ἐν ἁγιασμοῖς ἢ ὁσιότησι, καὶ ποιμένι ἄμωμοι, ἀλλὰ ποιμαίνειν ἀναγκάζονται. διὸ καὶ ὠφέλητε, παρακαλῶ, μηκέτι τοῦτο τῶν ἀρχιερατικῶν καταλόγων, καὶ ποιμένων ἐξεπιζητῶμεν ἐν τῷ τῶν ποιμαινομένων, καὶ μετανοοῦντων χώρῳ ἑαυτὸν μεταπλάττειν. ἢ τις τὰ τοιαῦτα τολμήσας πράξει μετὰ τῶν ἀκριβώσει, καὶ διάγνωσιν τῶν ἀκριβωτέρων ψήφῳ, ἀνὴρ ἑαυτὸν ἀρχιερατικὸν ἀποστερήσας εὑρεθῇ, ἐκπίπτει πρὸς τὸ πρέπειν, ὑπὸ μὲν τὸ ἔργον ἦν ἡσυχίαν, ἀξίωμα ἐπανατρέχει. *Id est:*

Photius Patriarcha dixit: Quid censetis de iis, qui ex Antistitum ordine seipsos in Monachorum locum conferunt? Num qui se ipsos subjectos esse voluerunt, possunt adhuc iidem idem in gregem imperium tenere? Sanctissimi locum tenentes antiquioris Romæ dixerunt: Id apud nos minimè fit, neque in more est positum. Quicunque enim ex Antistitum ordine Monachorum, id est, pœnitentium ordini annumeratus fuerit, is Antistitis dignitatem non potest sibi amplius vendicare. Basilius & Helias locum tenentes Orientalium sedium dixerunt: Neque apud nos id unquam evenisse observatum est. Nam contrà quidem Monachi ad Antistitum ordinem provehuntur, at qui ex Antistitibus ad Monachos descendunt, hi Antistites manere non possunt. Sancta Synodus dixit: De hac etiam re canon constituatur. Nam & apud nos sæpè hac de causâ dubitationes exoriuntur, nonnullis quidem ita dicentibus, non prohiberi Antistites, quò minus, cùm Monachi facti fuerint, Antistitum muneribus fungantur: nonnullis verò hanc sententiam minimè probantibus. Sanctissimi locum tenentes dixerunt: Feratur canon. Sancta Synodus dixit: Præterea verò æquum ducimus ferri canones de Laicis illis, qui eò insaniæ ac superbiæ devenerunt, ut Antistites vel Sacerdotes Dei verberent, aut custodiæ tradant, & reliqua. ¶ Photius Patriarcha dixit: Si vestra sanctitas jubet, legantur canones: eosque in manus sumens Petrus, Deo amicissimus Diaconus & Protonotarius, legit: Quamvis hucusque nonnulli Antistites ad Monachorum habitum descendentes, conati sint in Antistitum fastigio manere, cumque id facerent, ea res neglecta est: Sancta tamen, & œcumenica hæc Synodus, hanc quoque negligentiam corrigens, atque inordinatam hanc actionem ad leges, quæ de statu Ecclesiastico sunt, revocans, statuit, ut si quis Episcopus, sive quis alius Antistitis dignitatem obtinens, ad vitam monasticam descendere, & pœnitentiæ locum implere voluerit, hic Antistitis dignitatem amplius non retineat. Monachorum enim institutæ ad obedientiæ, ac disciplinæ rationem pertinent, minimè verò ad magisterii, vel præfecturæ: atque eorum sunt, qui non alios pascere, sed pasci profiteantur. Quocirca, quemadmodum dictum est, decernimus, ne quis posthac eorum, qui in Antistitum catalogo sunt, atque in pastorum numero censentur, in eorum, qui pascuntur, ac pœnitentiam agant, locum se transferat. Quòd si quis post promulgationem ac notitiam hujus, quæ nunc pronuntiatur, sententiæ id facere ausus fuerit, quando ipse seipsum Antistitis gradu privavit, pristinam, quam factis contemptis, dignitatem amplius non recuperabit.

Hoc ad pœnitentiam agendam, non ad quietem servandam quibusdam conceditur.

1 ¶ In quinta] *Apud Ivonem part. 7. c. 143. provinciæ hujus capitula leguntur hæc:* Ex actione quintæ Synodi Constantinopolitanæ trecentorum & octoginta trium Patrum, sub Joanne Papa VIII. cui præfuit Petrus Presbyter Cardinalis, & Paulus Anconitanus Episcopus, & Eugenius Ostiensis Episcopus. *Interim verò ipsius capitulo II,* Apocrysiarii Papæ dixerunt, Hoc nequaquam, &c.

C. XLVI.

¶ Pro infestationibus malorum non licet Episcopo gregem relinquere.

Unde Liberius Papa *scribit omnibus Episcopis, epist. 2.*

SUggestum a nobis est, quòd pro præteritis laboribus & infestationibus, nonnulli vestrûm assignatas sibimet, & à Deo commissas relinquant plebes, & in finitimos plures relinquere velint eas, quas tueri debent, Ecclesias, & pro ovibus sibi commissis laborare negligant, & monasteriorum se quieti contradere festinent, & vacationem ab Episcopatûs laboribus eligere, & in silentio atque in vitam degere magis appetant, quàm in his, quæ sibi commissa sunt, permanere, dicente Domino b: [*Beatus, qui perseveraverit usque in finem.*] Unde namque est beata perseverantia, nisi de virtute patientiæ? quoniam secundùm Apostolicam c prædicationem, [*Omnes, qui volunt in Christo pie vivere, persecutionem patiuntur.*] Ideò, fratres charissimi, non vos afflictionum amaritudo à pio mentis vestræ proposito coarctet recedere. Considerate namque, quanta pro absolutione nostra & liberatione Creator Dominusqs & Redemptor noster pertulerit, quibusvé se contumeliis afficiendum tradiderit, ut nos à vinculis potestatis Diabolicæ liberaret. Attendite d itaque vobis, & omni gregi, in quo vos Spiritus Sanctus constituit Episcopos, regere Ecclesiam Dei, *quam* acquisivit proprio sanguine, ut non sit, qui vos decipiat, aut seducat in subtilitate sermonis, ut plebes vobis commissas relinquatis, & alicui propter malorum opprobrium hominum quieti vos tradatis, & ut vos solummodò salvetis, & filios orphanos relinquatis.

C. XLVII.

¶ In persecutionibus Episcopus Ecclesiam suam non deserat.

Item Nicolaus Papa *Humifredo Morinensi Ecclesiæ Episcopo.*

SCiscitaris itaque per Guldagarium Presbyterum, utrùm, cùm à Normannis de Episcopo depellaris, debeas de cætero in monasterio conversari. In quo scias, charissime frater, quòd si perniciosum est properantem tranquillitate navim deserere, quantò magis in fluctibus? Ubi non dicimus, quòd persecutorum non fugiamus (maximè paganorum sinistidias, cùm ad tempus sæviunt, & ob multitudinem delictorum nostrorum nocendi facultatem divinitùs assequuntur: præsertim cùm eis prodire ultrò non debeamus, & multos Prophetas, & Apostolos, ipsumque Dominum e hujusmodi fugisse insectatores luce clariùs constet: sed quòd præcipuè

a. *Polyc. l. 4. tit. 11.* b *Matth. 10.* c *2. Timoth. 3.* d *Act. 20.* e *Ioan. 8.*

nos, qui tanquam arietes ducatum gregibus præbemus, imò qui & horum pastores sumus, Deo auctore cum eis in periculis pro viribus persistere pro certo conveniat: & cùm tranquillitas reddita divinâ fuerit pietate, sopitaq; furentium infestatio, mox gregem requisere, & in unum colligere, & ejus animos cœlestis Patriæ pace, ac potissimùm securitate prædicatâ, sursum erigere debemus. Et tamdiu super eorum cautela oportet nos esse solicitos, ut si Dei judicio præsentis temporis commoda fortassis amittunt, futuræ vitæ se sperent gaudia absque ambiguitate percipere sempiterna.

C. XLVIII. ¶ *Non est reprobatio, sed virtutis probatio bonorum adversitas.*

Item Gregorius *lib. 7. epist. 126. ad Recharedum Regem.*

ADversitas, quæ bonis votis objicitur, probatio virtutis est, non judicium *a* reprobationis. Quis enim nesciat, quàm prospectum fuit, quòd beatus Paulus Apostolus *b* prædicaturus ad Italiam veniebat, & tamen veniens naufragium pertulit? Sed navis cordis in maris fluctibus integra stetit.

9 pars. *Hoc etiam tunc servandum intelligitur, quando inter subditos aliqui reperiuntur, quibus Prælatorum vita proficiat: quando nec specialiter Prælatus quæritur, nec per alios tuta potest esse Ecclesiæ salus, ne si deserere incipiat, quibus prodesse potest, deseratur de eo:* [Mercenarius *c* autem, & qui non est pastor, cujus non sunt oves propriæ, videt lupum venientem, & deserit oves, & fugit.] *Cùm verò specialiter quæritur, fugiat* d *exemplo Christi, qui à facie Herodis fugit in Ægyptum: fugiat* e *exemplo Pauli, qui à fratribus per murum submissus est in sporta. Unde Augustinus* 1 *ait* f: [Fugiat minister Christi, sicut ipse Christus in Ægyptum fugit: fugiat & qui specialiter quæritur, dum per alios firma est Ecclesiæ salus.] *Hinc etiam ait Dominus Discipulis:* [Si *g* vos persecuti fuerint in una civitate, fugite in aliam.] *Hinc etiam idem* h *abscondit se, & exivit de templo, quando Judæi lapides tulerunt, ut jacerent in eum. Hinc etiam Augustinus* i *ait de eodem in Psalm. 54.* [Ecce elongavi fugiens, illud tangit, quòd Christus vitabat persequentes, ut occasionem iræ demeret, & manebat in desertis orans: in quo docebat nos in secreto conscientiæ orare, & quiescere, cùm à malis premimur.] *Cùm verò non Prælatorum tantùm, sed totius Ecclesiæ salus quæritur, fides impugnatur, necesse est, ut ex adverso adsendant, & in die belli stepbes ut murum* k *opponant pro domo Domini, & animas suas ponant pro ovibus suis: ut exemplo suæ passionis accendant, quos sermone doctrinæ destruis confirmare non valent. Et hoc quidem de manifestis persecutionibus. Est & aliud genus persecutionis, in quo Apostolus laborabat, dicens* m: [Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non uror? &c.] *Hinc Augustinus* n *in Psalm. 101.* [Ossa, id est, fortes, quorum frixorium sunt, qui scandalizantur: tantum enim frigitur bonus, quantum amat.] ¶ *Hinc idem in Psal. 30.* [Irascitur justus pro peccatis palearum, non tamen odit, in quo extingueretur oculus: *venter* pro interioribus, quæ turbantur, quando nec corripi possunt impii, quibus non o clamat, *quia defecit in dolore vita mea*, videns non proficere, quod prædicat.] ¶ *Hinc idem ait* p *in Psalm. 69. utrumque hoc genus persecutionis distinguens:* [Vox tribulatorum Christo, id est, martyrum inter passiones periclitantium, sed de capite præsumentium. Cum illis vox omnis justi, cui ex charitate, abundans iniquitas etiam Christianorum est passio: ut Loth corporalem persecutionem à nullo in Sodomis sustinuit, sed à malis factis eorum, cum *a* quibus habitabat. Est ergò persecutio justi, vel à leone in impetu, vel à draconc in insidiis, unde omnes clamant: *Deus in adjutorium meum intende.*] ¶ *Cum autem vitia subditorum Prælatus affligitur, aliquando omnium est una & insatiabilis obstinatio, aliquando mali inveniuntur boni admixti. Quando boni simulcum malis habitant, non sunt deserendi bonis propter malos: ne perverse malos evitando vincamus, quos fugimus, ad gehennam* b, *sed potiùs mali tolerentur propter bonos. Unde Gregorius* c: [Abel esse renuit, quem Cain malitia non exercet.] *Ferrum quippe nostra mentu ad acumen non potest pervenire veritatis, nisi hoc alterius eraserit lima pravitatis. Hinc etiam Augustinus* d: [Tu bonus tolera malum, &c. *infrà, de tolerando malo, in prima* 2. *causa hæreticorum.*] *Idem ait* e [Majus malum in separatione bonorum committimus, quàm in conjunctione malorum fugimus.] *& infrà.* [¶ Tali non imputat Deus sua peccata, quia non fecit: non aliena, quia non approbavit: non negligentiam, quia non tacuit: non superbiam, quia in unitate permansit.] ¶ *Hinc idem* f *in Psal. 54.* [*Quis dabit mihi pennas, sicut columbæ?* non ait, sicut corvo. Columba à molestiis quærit avolare, sed dilectionem non amittit, & semper gemit. Sic bonus vult separare se corpore, non amore, ab his, quibus non potest prodesse.] *&* ¶. [¶ Sed aliquando ligatur, non visco cupiditatis, sed curâ & officio, ut deserere non possit, nisi solvatur. Quòd si non solvitur, tunc dicat: *Cupio* g *dissolvi, & esse cum Christo: Sed manere in carne necessè est propter vos:* & sic est meritum ex desiderio. ¶ *Ecce elongavi fugiens*, non loco, ne rumpatur charitas bonorum, ne perdatur exercitium malorum, quos Deus admisceat, ut Judam Apostolis,] *quem* h *quamvis secretè furem esse, tamen ad prædicandum misit, & ei Eucharistiam dedit, docens, in Ecclesia tolerari malos, nec obesse bonis malorum consortia. Quando verò omnium subditorum est obstinata malitia, nec prodest eis Prælatorum præsentia, tunc etiam corpore licet ab eis recedere: ne & illorum nequitia semper in deteriùs proficiat, & ipsi quidem fructum amittant, quem de alterius profectu possent invenire. Sic B. Benedictus deseruisse legitur, quos in necem suam unanimiter viderat conspirâsse.*

1 ¶ Unde Augustinus] *Multa in hac disputatione citat Gratianus ex Augustino, quorum sententia quidem apud illum habetur, sed verba ipsa sunt in glossa ordinaria loco indicato. De hac verò quæstione, quando liceat Episcopo recedere ab Ecclesia sua, disserit Beatus Augustinus, epist. 180. Honorato Episcopo scripta.*

2 ¶ In prima causa] *Indicat causam vigesimam tertiam, in qua primum de hæreticis ex proposito agitur: quo mos citandi habetur etiam 1. q. 7.* necessaria. *& alibi.*

C. XLIX. ¶ *Quando liceat Prælatis subditos deserere, vel non.*

Hinc etiam B. Gregorius *Petro Diacono interroganti, an liceat Prælato gregem semel susceptum deserere, l. 2. Dial. c. 3. respondit, docens,*

IBi adunati æquanimiter portandi sunt mali, ubi inveniuntur aliqui, qui adjuventur, boni. Nam ubi omnimodò de bonis fructus deest, sit aliquando de malis labor supervacuus: maximè si è vicino causæ suppetant, quæ fructum Deo ferre valeant meliorem. *& paulo post.* ¶ Sæpe agitur in animo perfectorum, quod silentio prætereundum non est: quia cùm laborem suum sine fructu esse considerent, in locum alium ad laborem cum fructu migrant. Unde ille quoque egregius prædicator *k*, qui dissolvi cupit, & cum Christo esse, cui vivere Christus est, & mori lucrum; qui passio-

---

a *al. indecium.* b *Act. 27.* c *Ioan. 10.* d *Matth. 2.* e *Act. 9.* f *Glos. ordin. ad c. 11. 2. ad Cor. in fin. ex Augusti. ep. 180. ad Honoratum.* g *Matth. 10.* h *Ioan. 8.* i *Glos. ordin. ex Cassiod.* k *Ezech. 13.* l *Ioan. 10.* m *2. Cor. 11.* n *Glos. ordin. ex Augusti. ad ver.* [*& ossa mea, sicut in frixorio.*] *& Beda 2. Cor. 12. Eadem ex Aug. ad vers.* [*Miserere mei Domine.*] o *non clamat clarè, sed intùs ingemiscit.*] p *Glos. ordin. Eadem ex eodem in præfatione Psal.*

a *cui non fuit dictum, ut non ibi habitaret.*] *Glos. ordin.* b *al. venamus ad gehennam.* c *lib. 2. Mor. c. 29. & l. 9. reg. epist. 39.* d *23. q. 4. tu bonus.* e *Glos. ordin. in c. 1. 2. ad Cor. in fin. ex Augusti. serm. 18. de verbis Domini.* f *Glos. ordin. ex Augusti.* g *Philipp. 1.* h *Glos. interlinearis ex Augusti. in Psalm. 54. 23. q. 4. tu bonus.* i *vacuus:*] *reg.* k *Philipp. 3. 2. Cor. 11.*

num certamina non solum ipse appetiit, sed ad toleranda hæc, & alios accendit, Damasci *a* persecutionem passus, ut posset evadere, murum, funem, sportamque quæsivit, seque latenter deponi voluit. Nunquid *b* Paulum mortem dicimus timuisse, quam se ipse pro amore Jesu restaurat appetere? Sed cùm in eodem loco minorem sibi fructum adesse conspiceret, ad gravem e laborem se alibi cum fructu servavit: fortis etenim præliator Dei teneri intra claustra noluit, certaminis campum quæsivit.

Multorum auctoritatibus apparet, quando viventibus Episcopis alii possint substitui, & quando non.

QUÆSTIO II.

Quòd autem iste valetudine receptâ suam possit repetere cathedram, nullâ auctoritate vetatum habetur. Celebrationem verò sacrificiorum, si d infirmitatis causâ dimiserit, valetudine recuperatâ exequi non prohibetur.

C. I. ¶ *De quodam Presbytero, qui caduco morbo laborabat.*

Unde Alexander secundus *scribit* Gebonardo Vivariensi e *Archiepiscopo.*

IN *f* tuis literis continebatur sic: Hic Clericus ordinem habet Presbyterii: sed quia caduco morbo laborat, & ipsi impræsentiarum hoc agnovimus, non ausi fuimus concedere sibi, ut offerret, vel Missam celebraret. Quia verò languor in culpa non est, super hac re auctoritatis nostræ decreto consulendo deliberavimus. Consulimus itaque, ut si frequenter hoc morbo tangitur, ab oblatione & Missarum celebratione modis omnibus prohibeatur. Indecens enim est, & periculosum, ut in consecratione Eucharistiæ morbo victus epileptico cadat. Si verò Dei misericordiâ convaluerit (quandoquidem non culpa, sed infirmitas est in causa) eum sacrificare jam non interdicimus.

§. II. ¶ *A regimine suspendatur Ecclesia, qui in terram frequenter elidit ur.*

Item Gelasius Papa *Rustico & Fortunato Episcopis.*

NUper Foropopulensis *g* Ecclesiæ Clerici, unà cum Sabino Episcopo, & Pelagio, & Laicis, propriâ suggestione referârunt, Præsulem suum gravi quâdam necessitate vexari, cujus eum dicerent incursione frequenter elisum. Quod ne scandalum fidelibus videretur ingerere, & Ecclesiam Dei ubique positam hâc offensione turbare, præcipuè cùm, eodem ipso volente, hûc se perrexisse firmarent, ad dilectionem vestram scripta direximus, ut Ecclesiæ, cujus rector tali casu tenetur adstrictus, visitationem congruam reddatis. Verùm, quia nunc idem ipse venit hûc Pontifex, falsâque omnia de se jactata disseminat, sub divini contemplatione judicii, vestræque conscientiæ, existimationisque respectu, rerum fide solertissimè perquisitâ, si aliquando scilicet, vel in domo, vel in processione, vel in alio quocunque loco probatur repentè collapsus, vocesque dedisse confusas, & spumas ore jactâsse, quantâ fieri potest examinatione quæratur. Quod tamen, sive non possit aliquorum factum testificatione firmari, sive nunquam contigisse dicatur, non putandum est posse sufficere, sed certum, manifestumque documentum, quia de tanta re non segnius agendum est. Faciat rem tua dilectio, frater Rustice, sui moris, & aptam magno Pontifici, ut eum triginta 1 diebus tecum esse constituas, eumque carnibus indifferenter uti necessariâ probatione compellas.

1 ¶ Triginta] *In duobus vetustis codicibus legitur,* octuaginta.

a *Act. 9.* b *al.* nùmnam. c *Et gravi labore ad laborem] orig.* d *al. quam.* e *al. Viennensi.* f *Ivo p. 6. c. 405.* g *al. Foropopiliensis.*

CAUSA VIII.

Quidam Episcopus agens in extremis, successorem sibi ex testamento instituit: inde suorum amicorum patrocinio in eundem Episcopatum eligitur: post electionem pro indemnitate Ecclesiæ Canonicis juramentum præbuit: accusatur de Simonia, tanquam munus ab obsequio præstiterit: ante tempus sententiæ à Clericis suis derelinquitur: sine literis Apostolicis a *ad Ecclesiam suam revertitur Episcopus.*

1 *Hic primùm quæritur, an liceat Episcopo sibi successorem instituere?*

2 *Secundò, an amicorum patrocinia in electione debeant evitare?*

3 *Tertiò, an sit habendus Simoniacus, qui post electionem hujusmodi juramentum Canonicis præstat?*

4 *Quartò, an liceat Clerico ante sententiæ tempus ab Episcopo suo discedere?*

5 *Quintò, an sine literis Apostolicis* b *debeat redire ad propriam Ecclesiam?*

QUÆSTIO I.

1 ps *Quòd autem Episcopo successorem sibi instituere liceat, ex verbis Zachariæ* c *Papæ conjicitur, quibus Bonifacio Archiepiscopo permisit adjutorem sibi facere, qui ei defuncto in plenitudinem potestatis succederet.* ¶ *Item ex verbis Symmachi Papæ dicentis:* [Si d transitus lapsu impiorum natus evenerit, ut de sui electione successoris non possit antè decernere, &c.] *apparet, quòd Episcopi successores sibi instituere possunt.* ¶ *Item exemplo B. Petri aliud idem probatur, qui beatum Clementem sibi successorem instituit.*

C. I. ¶ *Quòd Petrus Linum & Cletum adjutores sibi asciverit, sed Clementem successorem.*

Unde Joannes tertius *scribit Episcopis Germaniæ, & Galliæ, epistolâ unicâ, c. 2.*

SIc Petrus Princeps Apostolorum adjutores sibi asciv it Linum & Cletum, non tamen potestatem Pontificii, aut solvendi, aut ligandi eis normam tradidit, sed successori suo sancto Clementi: qui sedem Apostolicam post eum, & potestatem Pontificalem, tradente sibi beato Petro, tenere promeruit. Linus verò & Cletus ministrabant exteriora: Princeps autem Apostolorum Petrus verbo & orationi insistebat.

C. II. PALEA.

Unde ipse Clemens in epistola f *ad Iacobum Hierosolymitanum missa, inter cætera scribit, quòd Petrus adhuc vivens Clementem in Episcopum elegit.*

¶ Simon *g* Petrus in ipsis diebus, quibus vitæ finem sibi præsensit, apprehensâ manu meâ repentè consurgens, in auribus totius Ecclesiæ hæc protulit verba: * Clementem hunc Episcopum vobis ordino, cui soli mea prædicationis & doctrinæ cathedram trado, quem præ cæteris expertus sum Deum colentem, homines diligentem, castum, discendi studiis deditum, sobrium, benignum, justum, patientem, & scientem ferre nonnullorum, etiam ex his, qui in verbo Dei instituuntur, injurias.

Sed in Antiocheno Concilio *hoc omninò fieri prohibetur, in quo c. 23. sic statutum legitur.*

C. III. ¶ *Episcopo successorem sibi constituere non licet.*

1. EPiscopo *h* non licere pro se alterum successorem sibi constituere, licèt ad exitum vitæ perveniat.

a *al. Apostolici.* b *al. Apostolico.* c *Sup. 7. q. 1. peruisti.* d *Distinct. 79. si transitus.* e *Anscl. l. 1 cap. 51. Polyc. l. 1. tit. 2.* f *Clemens epist. 1.* g *Anscl. l. 1. c. 3.* * *Omittuntur hîc aliquot verba.* h *Polyc. l. 2. tit. 17, Ansel. l. 6. c. 57. Burch. l. 2. cap. 187. Ivo p. 5. cap. 301.*

Quòd

Quòd si tale aliquid factum fuerit, irritum sit hujusmodi constitutum. Servetur autem jus Ecclesiasticum, id continens, non oportere aliter fieri, nisi cum Synodo, & judicio Episcoporum 1, qui post obitum quiescentis potestatem habent eum, qui dignus extiterit, promovere.

1 ¶ Episcoporum] *In codicibus Gratiani etiam manuscriptis sequebatur, & electione Clericorum: quæ sunt expuncta, quia neq; in originali, neq; apud cæteros collectores leguntur.*

C. IV. ¶ *De eodem.*

Item ex Concilio Martinæ Papæ *a, c. 8.*

II. Episcopo *b* non liceat ante finem vitæ alium in loco suo constituere successorem. Si quis autem hoc usurpare tentaverit, talis constitutio irrita erit. Non ergò aliter fieri oportet, nisi cum consilio, & judicatu Episcoporum, qui post exitum prædecessoris potestatem habent dignum eligere.

C. V. ¶ *De eodem.*

Item Hilarius Papa *in Synodo Romana c, c.5.*

PLerique Sacerdotes * in mortis confinio constituti, in locum suum feruntur alios designatis nominibus subrogare: ut scilicet non legitima expectetur electio, sed defuncti gratificatio pro populi habeatur assensu. Quod, quàm grave sit, æstimate. Atq; 1 ideò, si placet, etiam hanc licentiam generaliter de Ecclesiis auferamus: ne, quod turpe dictu est, homini quisquam putet deberi, quod Dei est. Ab universis acclamatum est: Hæc præsumptio nunquam fiat. Quæ Dei sunt, ab homine dari non possunt.

1 ¶ Atq; ideò,] *Hæc usq; ad versic.* Ab universis, *addita sunt ex ipso Concilio, Anselmo, Polycarpo, & Ivone.*

C. VI. ¶ *De eodem.*

Item Hieronymus *ad Titum* d, *c. 1.*

MOyses amicus Dei, cui *e* facie ad faciem Deus locutus est, potuit utique successores principatûs filios suos facere, & posteris propriam relinquere dignitatem: sed extraneus de alia tribu eligitur Jesus: ut sciremus, principatum in populos non sanguini deferendum esse, sed vitæ. At nunc cernimus plures hanc rem beneficium facere, ut non quærant eos in Ecclesia erigere columnas, quos plùs cognoscant Ecclesiæ prodesse; sed quos, vel ipsi amant, vel quorum sunt obsequiis deliniti, vel pro quibus majorum quispiam rogaverit, & (ut deteriora taceam) qui, ut Clerici fierent, muneribus impetrárunt.

C. VII. ¶ *De eodem.*

Item Innocentius Papa II. *in Concilio Romano, c. 16.*

APostolicâ *f* auctoritate prohibemus, ne quis Ecclesias, & Præbendas, Præposituras, Cappellanias *g*, aut aliqua Ecclesiastica officia hæreditario jure valeat vendicare, aut expostulare præsumat. Quòd si quis improbus, aut ambitionis reus attentare præsumpserit, debitâ pœnâ mulctabitur, & postulatis carebit.

Hu omnibus auctoritatibus prohibentur Episcopi successores sibi constituere. Sed aliud est de successoru electione cum fratribus deliberare, aliud est ex testamento, tanquam suæ dignitatis hæredem sibi quærere. Illud fieri permittitur: hoc autem penitus prohibetur. Illud autem beati Petri Apostoli ab illo valet in argumentum assumi, qui tales sibi substituunt, qualem sibi successorem beatus Petrus quæsivit. Verùm, quia officium non vita, sed sanguis capit deferri, atq; ad Episcopatum tales quisq; sibi successores quærere cæpit, qui vel odiosi populo, vel à plebe decedenti inveniretur: idcircò sacris canonibus statutum est, ne quisquam sibi suis officiis quærat successorem; sed populi electione quæratur, qui eorum utilitati dignè deserviat, qui illorum utilitatem, non sua lucra quærat, qui Christo semen velut suscitare, non sibi divitias congregare. Quod qui facere contempserit, jure ab Ecclesia repudiatur.

C. VIII. ¶ *Qui sibi, & Ecclesiæ prodest, utroque pede calceatus intelligitur.*

Unde Augustinus *contra Faustum Manichæum, lib. 32. cap. 10.*

2 OLim jussus *a* est frater præmortui fratris uxorem ducere, ut non sibi, sed illi sobolem suscitaret, ejusque vocaret nomine, quod inde nasceretur. Quod si recusaret, discalceatus uno pede conspui solebat in faciem. Nunc Evangelii quisque prædicator ita debet in Ecclesia laborare, ut defuncto fratri, id est, Christo, suscitet semen, qui pro nobis mortuus est: & quod suscitatum fuerit, ejus nomen accipiat. At verò qui electus ab Ecclesia ministerium evangelizandi 1 renuerit, ab Ecclesia ipsa meritò, digneq; contemnitur. Qui enim & sibi prodest, & Ecclesiæ, benè intelligitur utroque pede calceatus. Unde illud: [*Quam speciosi b pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona.*] Qui autem curam lucrandorum refugit aliorum, discalceati illius non figuratum significabit, sed in se impletum portabit opprobrium.

¶ *His verba beati Augustini & in summam redacta, & interdum mutata sunt, quod alibi etiam locis est adnotatum.*

1 ¶ Evangelizandi] *Sequebatur in vulgatis,* & baptizandi: *quæ sunt expuncta, quia in manuscriptis non leguntur, sicut neq; in originali.*

C. IX. ¶ *Locus regiminis sicut desiderantibus est negandus, ita fugientibus est offerendus.*

Item Gregorius Papa *in registro, lib. 6. epist. 5. sive capite 169. Cyriaco Episcopo.*

IN *c* scripturis *d* vestris vos magnoperè requiem quæsisse narratis: sed per hoc ad pastoralem solicitudinem vos congruè venisse ostenditis: quia, sicut locus regiminis desiderantibus negandus est, ita fugientibus offerendus. ¶ Et sicut scriptum est *e*: [*Nec quisquam sibi sumit honorem, sed qui vocatur à Deo, tanquam Aaron:*] & rursus idem prædicator egregius dicit: [*Si unus f pro omnibus mortuus est, ergò omnes mortui sunt: & pro omnibus mortuus est Christus, ut & qui vivunt, jam non sibi vivant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit:*] & pastori sanctæ Ecclesiæ dicitur *g*: [*Simon Joannis amas me? Pasce oves meas.*] Ex quibus verbis colligitur, quia si is, qui valet, omnipotentis Dei oves renuit pascere, ostendit se pastorem summum minimè amare. Si enim unigenitus Patris pro explenda utilitate omnium, de secreto Patris egressus est ad publicum nostrum, nos quid dicturi sumus, si secretum nostrum præponimus utilitati proximorum? ¶ Quies itaque nobis ex corde appetenda est, & tamen pro multorum lucro aliquando postponenda. Nam, sicut toto desiderio debemus occupationem fugere; ita, si desit, qui prædicet, occupationis onus libenti necesse est humero *h* subire. Quod ex duorum Prophetarum opere docemur, quorum unus prædicationis officium vitare conatus est, & alter appetiit. Nam mittenti se Domino Hieremias *i* respondit, dicens: [*A, a, a, Domine Deus, nescio loqui, quia puer ego sum.*] Et cùm omnipotens Deus personam ad prædicandum quæreret, dicens: [*Quem mittam, & quis ibit ex vobis?*] ultrò se obtulit Esaias *k*, dicens: [*Ecce ego: mitte me.*] En ab utrisque exteriùs diversa vox prodiit, sed non à diverso dilectionis fonte emanavit. Duo quippe sunt præcepta charita-

a *Id est, in capitulo Martini Bracharensis, cap. 8.* b *Burch. l. 1. c. 217. Ivo p. 5. c. 303.* c *utiq; ex Concilio Spalensi.* * *Polyc. lib. 2. tit. 12. Anf. l. 6. c. 56. Ivo p. 3. c. 104.* d *In commen. ad ea verba.* [*& constituas per civitates Presbyteros.*] e *Exod. 33. Numer. 27.* f *Pann. l. 2. c. 152.* g *al. capellas.*

a *Deuter. 25.* b *Esa. 52. Rom. 10.* c *Ivo p. 3. c. 330.* d *al. scriptu.* e *Heb. 5. Num. 25.* f *2. Cor. 5.* g *Ioan. 21.* h *al. animo.* i *Hier. 1.* k *Esa. 6.*

tis, Dei videlicet amor, & proximi. Per activam igitur vitam prodesse proximis cupiens Esaias, officium prædicationis appetiit. Per contemplativam verò Hieremias amori conditoris sui sedulò inhærere desiderans, ne mitti ad prædicandum debeat, contradicit. Quod ergò laudabiliter unus appetiit, hoc laudabiliter alter expavit: iste, ne tacitæ contemplationis lucra loquendo perderet: ille, ne damna studiosi operis tacendo sentiret. Sed hoc in utrisque est subtiliter intuendum, quia & is, qui recusavit, plenè non restitit: & is, qui mitti voluit, antè se per altaris calculum purgatum vidit: ne aut non purgatus adire quisquam sacra ministeria audeat, aut quem superna gratia elegit, sub humilitatis specie superbe contradicat.

C. X. ¶ *Locus dejectionis in voto, dignitatis semper sit in necessitate.*

Idem *in Moralibus, lib. 31. c. 13. al. 10. ad c. 42. Iob.*

SCiendum summoperè est, quòd obedientia aliquando, si de suo aliquid habeat, nulla est: aliquando autem, si de suo aliquid non habuerit *a*, minima. Nam cùm hujus mundi successus præcipitur, cùm locus superior imperatur, is, qui ad percipienda hæc obedit, obedientiæ sibi virtutem evacuat, si ad hæc etiam ex proprio desiderio anhelat. Neque enim se sub obedientia dirigit, qui ad accipienda hujus vitæ prospera libidini propriæ ambitionis servit. Rursus, cùm mundi despectus præcipitur, cùm probra adipisci & contumeliæ jubentur, nisi ex seipso animus hæc appetat, obedientiæ sibi meritum minuit: quia ad ea, quæ in hac vita despecta sunt, invitus, nolensque descendit. *& paulò superiùs. b* ¶ Obedientia *c* quippe victimis jure præponitur: quia per victimas aliena caro, per obedientiam verò voluntas propria mactatur. Tantò igitur quisque Deum citiùs placat, quantò ante ejus oculos repressâ arbitrii sui superbiâ, gladio præcepti se immolat. Quo contrà, a iolandi peccatum inobedientia dicitur, ut quanta sit virtus obedientiæ demonstretur. Ex adverso igitur melius ostenditur, quid de ejus laude sentiatur. Si enim *d* [*Quasi ariolandi peccatum est repugnare, & quasi scelus idolatriæ, nolle acquiescere,*] sola est, quæ fidei meritum possidet, obedientia *e*: sine qua quisque infidelis esse convincitur, etiamsi fidelis esse videatur.

C. XI. ¶ *Qui præesse, & non prodesse desiderat, episcopari non debet.*

Item Augustinus *lib. 19. de civit. Dei, c. 19.*

QUi *f* Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Exponere voluit, quid sit Episcopatus: quia nomen est operis, non honoris. Græcum est enim, atque inde ductum vocabulum, quòd ille, qui præficitur, eis, quibus præficitur, superintendit, curam eorum scilicet gerens: ἐπὶ quippe, super; σκοπὸς verò intentio est. Ergò Episcopos 1, si velimus, Latinè Superintendentes possumus dicere: ut intelligat non se esse Episcopum, qui præesse dilexerit, non prodesse. Itaque à studio cognoscendæ veritatis nemo prohibetur, quod ad laudabile pertinet otium. Locus verò superior, sine quo regi populus non potest, etsi ita teneatur atque administretur, ut decet, tamen indecenter appetitur. Quamobrem otium sanctum quærit charitas veritatis: negotium justum suscipit necessitas charitatis: quam sarcinam si nullus imponit, percipiendæ atq; intuendæ vacandum est veritati: si autem imponitur, suscipienda est propter charitatis necessitatem: sed nec sic omnimodò veritatis delectatio deserenda est, ne subtrahatur illa suavitas, & opprimatur 2 justa necessitas.

1 ¶ Episcopos,] *Apud sanctum Augustinum, & Anselmum legitur, ἐπισκοπεῖν*, si velimus, Latinè superintendere possumus dicere.

2 ¶ Opprimatur] *In originali est*, & opprimat ista necessitas: *sed ab glossam non est emendatum.*

C. XII. ¶ *Pro ingenio discentium Doctor moderetur verba doctrinæ.*

Item Petrus *a.*

3 OPortet eum, qui docet & instruit animas rudes, ps esse talem, ut pro ingenio discentium semetipsum possit aptare, & verbi ordinem pro audientis capacitate dirigere. Debet ergò ipse præcipuè apprimè esse eruditus & doctus, irreprehensibilis, maturus, pavidus *b*: sicut ipse probâstis *c* fore hunc Clementem post me.

C. XIII. ¶ *Qui omnibus præsse, singulos relevare contendat.*

Item ejusdem *d.*

CLemens, tanquam qui omnibus præesse te noveris, singulos, prout potueris, juva, & singulos releva, qui & singulorum onus & solicitudinem portas.

C. XIV. ¶ *Contra Christum faciunt, qui gratiâ, non meritu gradum Ecclesiasticum tribuunt.*

Item Hieronymus *ad Titum e, c. 1.*

QUi *f* vos spernit, me spernit. Ex quo manifestum est eos, qui Apostoli lege contemptâ, Ecclesiasticum gradum non merito voluerint alicui deferre, sed gratiâ, contra Christum facere, qui qualis in Ecclesia Presbyter constituendus sit, per Apostolum suum in sequentibus executus est.

C. XV. ¶ *Ad Sacerdotium non eligatur, nisi qui cæteris & sanctior & doctior habetur.*

Item Hieronymus *g in libro Leviticî.*

LIcèt ergò Dominus de constituendo Principe præcepisset *h*, & Dominus elegisset, tamen convocatur etiam Synagoga. Requiritur enim in ordinando Sacerdote & præsentia populi, ut sciant omnes, & certi sint, quia qui præstantior est ex omni populo, qui doctior, qui sanctior, qui in omni virtute eminentior, ille eligitur ad Sacerdotium, & hoc astante *i* populo, ne qua postmodum retractio cuiquam, ne quis scrupulus resideret. Hoc est autem, quòd & Apostolus *k* præcepit in ordinatione Sacerdotis, dicens: [*Oportet autem illum & testimonium habere bonum ab his, qui foris sunt.*] Ego tamen & ampliùs aliquid video in eo, quòd dicit: [*quia convocavit Moyses omnem Synagogam:*] & puto, quòd convocare Synagogam hoc sit, colligere omnes animi & in unum congregare virtutes: ut cùm sermo de Sacerdotalibus sacramentis habetur, vigileut omnes animi virtutes, & intentæ sint, ut nihil in eis lapientiæ, nihil scientiæ, nihil desit industriæ; sed adsit omnis multitudo sensuum, adsit omnis congregatio sanctarum cogitationum: ut quid sit Pontifex, quid unctio, quid *l* indumenta ejus, conferens intra sacrarium cordis sui, possit advertere.

¶ *In hoc, & duobus sequentibus capitulis pro Origene citatur S. Hieronymus, harum homiliarum interpres. Quod cur fieri potuerit, suprà dist. 36. c.* si quis, *est admonitum.*

C. XVI. ¶ *Populi gubernatores divinâ electione præfectur.*

Idem *m ex libro Numerorum.*

SI ergò tantus ille ac talis Moyses non permittit *n* judicio suo de eligendo Principe populi, de constituendo successore, quis erit, qui audeat, vel ex plebe,

a *al. habeat.* b *C. 12.* c *1. Reg. 15.* d *Ibidem.* e *abest ab orig.* f *Ansel. l. 6. c. 28. 1. Tim. 5.*

a *In epist. 1. Clementis ad Iacobum.* b *al. imparatus.* c *al. probabitis.* d *In eadem epist.* e *In comment. ad ea verba* [*& constituas per civitates.*] f *Luc. 10.* g *Origenes homil. 8. ad cap. 2. Levitici.* h *Levitic. 2.* i *al. astruente.* k *1. Timoth. 3.* l *al. quæ.* m *Origenes homil. 22. ad cap. 27. Numer.* n *permittitur.*

quæ

quæ sæpè clamoribus ad *a* gratiam, aut ad pretium fortasse excitatis, moveri solet: vel ex ipsis etiam Sacerdotibus, quis erit, qui se idoneum ad hoc judicet, nisi si cui oranti & petenti à Domino reveletur? Sicut & Deus dicit ad Moysen *b*: [*Assume ad temetipsum Iesum filium Nave, hominem qui habet Spiritum Dei in semetipso, & impones manus tuas super eum, & statues eum coram Eleazaro Sacerdote: & præcepta ei dato in conspectu totius Synagogæ, & præcipe de ipso coram eis; & dabis claritatem tuam super illum, ut audiant illum filii Israël.*] Audis evidenter ordinationem Principis populi tam manifestè descriptam, ut penè expositione non egeat. Nulla hic populi acclamatio, nulla consanguinitatis ratio, nulla propinquitatis habita contemplatio est. Propinquis agrorum & prædiorum relinquatur hæreditas, Gubernatio populi illi tradatur, quem Deus elegerit, homini scilicet tali, qui habet (sicut scriptum audistis) in semetipso Spiritum Dei, & præcepta Dei in conspectu ejus sunt, & qui Moysi valdè notus & familiaris sit, id est, in quo sit claritas legis & scientia, ut possint eum audire filii Israël.

C. XVII. ¶ *Non ex favore, sed ex judicio debet venire electio.*

Item Gregorius *Clero & civibus Neapolitanis, lib. 8. epist. 40.*

NEc *c* novum, nec reprehensibile est, in eligendo Episcopo populi se vota in duas partes dividere: sed grave est, quando in hujusmodi causis non ex judicio, sed ex solo favore venit electio.

Cùm d *autem gubernatio populi ei tradi jubetur, quem Deus elegerit, datur intelligi, quòd aliquando quibusdam traditur, quos Deus non elegerit.*

C. XVIII. ¶ *Non ex arbitrio Dei aliquando datur Princeps Ecclesiæ.*

Unde Hieronymus *e.*

4 AUdaciter fortassis aliquid dicimus: tamen quod ps scriptum est, dicimus. Non semper Princeps populi *f* & Ecclesiæ Judex per Dei arbitrium datur, sed prout merita nostra deposcunt. Si mali sunt actus nostri, & operamur malignum in conspectu Domini, dantur nobis Principes secundùm cor nostrum. Et hoc tibi de scripturis probabo. Audi namq; quod Dominus dixit *g*: [*Fecerunt filii Regem, & non per me: Principem, & non per consilium meum.*] Et hoc dictum videtur de Saul illo, quem utiq; ipse Dominus elegerat, & Regem fieri jusserat. Sed quoniam non secundum voluntatem Dei, sed secundùm peccatoris populi meritum fuerat electus, negat eum sua voluntate, vel consilio constitutum. Tale ergo aliquid intelligamus etiam in Ecclesiis fieri: quòd pro meritis populi, aut in verbo & opere potens à Deo tribuitur rector Ecclesiæ: aut si malignum faciat populus in conspectu Domini 1, talis Ecclesiæ Judex datur, sub quo famem *h* & sitim populus patiatur: non famem panis, neque sitim aquæ, sed famem audiendi verbum Domini.

1 ¶ Domini,] *In vulgatis sequebatur, & tales perseverent, quæ sunt inducta auctoritate manuscriptorum, homilia ipsius, & glossa ordinaria. In uno autem manuscripto sunt glossa interlineata.*

C. XIX. ¶ *Non sunt filii, sed mercenarii, qui honorem ab hominibus appetunt.*

Item Augustinus *tractatu 46. ad c. 10. Ioannis.*

SUnt *i* in Ecclesia quidam Præpositi, de quibus Paulus Apostolus dicit: [*Sua k quærentes, non quæ Iesu Christi.*] Quid est, [*sua quærentes?*] non Christum gratis diligentes, non Deum propter Deum quærentes, temporalia commoda sectantes, lucris inhiantes, honores ab hominibus appetentes. Hæc quando amantur à præposito, & propter hæc servitur Deo, quisquis est talis, mercenarius est, inter filios se non computet.

Non ergò qui præficiuntur, semper cæteris meliores intelliguntur.

C. XX. ¶ *Ex electione non præficiuntur Episcopi, sed comprobantur.*

Unde Hieronymus *ad Titum* a, *c. 1.*

ILlud inferendum est adversùm eos, qui de Episcopatu intumescunt, & putant, se non dispensationem Christi, sed imperium consecutos: quia non statim omnibus his meliores sunt, quicunque Episcopi non fuerint ordinati; & ex eo, quòd ipsi electi sunt, se magis existiment comprobatos: sed intelligant propterea *b* quosdam à Sacerdotio remotos, quia eos vitia liberorum impedierint: si autem peccata filiorum justum ab Episcopatu prohibent, quantò magis unusquisque se considerans, & sciens, quia potentes potenter tormenta patientur, retrahet se ab hoc, non tam honore, quàm onere, & aliorum locum, qui magis digni sunt, non ambiet occupare?

C. XXI. ¶ *Pro gradu suæ officii quemq; meliorem esse oportet.*

Item ejusdem *ad Titum c, c. 2.*

QUalis enim ædificatio erit discipuli, si se intelligat magistro esse majorem? Unde non solum Episcopi, Presbyteri, & Diaconi debent magnoperè providere, ut cunctum populum, cui præsident, conversatione, sermone, & scientiâ præcedant; verùm etiam & inferior gradus, Exorcistæ, Lectores, Æditui, Acolyti 1, & omnes omninò, qui domui Dei serviunt: Quia vehementer Ecclesiam Christi destruit, meliores Laicos esse, quàm Clericos.

1 ¶ Acolyti,] *Est hæc dictio in omnibus vetustis Gratiani exemplaribus, quæ tamen apud B. Hieronymum non legitur.*

C. XXII. ¶ *Populus judicabit Episcopum sua officia non agentem.*

Idem *ad Titum* d, *cap. 1.*

VEreor, ne quomodo Regina *e* Austri, veniens à finibus terræ audire sapientiam Salomonis, judicatura est homines temporis sui, & viri Ninivitæ actâ pœnitentiâ ad prædicationem Jonæ condemnabunt eos, qui majorem Jonâ Salvatorem audire contempserunt; sic plurimi in populis Episcopos judicent, subtrahentes se ab Ecclesiastico gradu, & eo, quæ Episcopo non conveniunt, exercentes.

C. XXIII. ¶ *Qui Clericos suos non corrigit, populum corrigere non valet.*

Item Ambrosius *in increpatione ad populum, serm. 13.*

QUid autem ego vos arguo, cùm possitis me uno sermone convincere? convincor enim, cùm in hac parte Clericos vobis magis video negligentes. Quomodo enim possum corrigere filios, cùm fratres emendare non possum? aut quâ fiduciâ succenseam Laicis, cùm à consortibus pudoris verecundiâ conticescam? Ego autem, fratres, non de omnibus loquor: sunt certè quidam devoti, sunt & alii negligentes. Ego neminem nomino; conscientia sua unumquemq; conveniat.

C. XXIV. ¶ *Episcopo ad salutem non sufficit, moribus & vitâ populo adæquari.*

Item Beda *super Matthæum f.*

---

a *al. aut gratiâ, aut pretio fortasse excitata.* b *Numer. 27.* c *Anselm. lib. 9. Polyc. l. 2. tit. 1.* d *Sup. si ergò.* e *Origines hom. 4. in lib. Iudicum, & glossa ordin. ad cap. 4. Iudic.* f *al. populo.* g *Osee 8.* h *Amos 8.* i *Anselm. 7. c. 148.* k *Phil. 2.*

a *In comm. ad eum locum,* [*Si quis est sine crimine.*] b *Sap. 6.* c *In comm. ad locum,* [*Nemo te contemnat.*] d *In comm. ad eos verba,* [*Sed hospitalem.*] e *Matth. 12.* f *Simile quiddam author operis imperfecti in Matth. hom. 40.*

NEc sufficere nobis ad salutem arbitremur, si turbis negligentium, vel quorumlibet indoctorum, fide vel actibus adæquemur, quibus sacris literis unica est credendi pariter & vivendi regula præscripta.

Ne ergò (ut suprà a dictum est) tales sui officii successores aliquin sibi quæreret, prohibentur Episcopi alterum pro se successorem sibi statuere, ac designatis nominibus in locum suum alium subrogare.

QUÆSTIO II.

QVòd autem amicorum patrocinia in aliquorum electione convalescere non debeant, auctoritate beati Gregorii Papæ *probatur, qui in secundo libro Regesti, indict. 11. ep. 22. seu cap. 61. scribit Antonio Subdiacono, dicens.*

C. I. ¶ *In electione Episcopi non munerum datio, nec aliquorum patrocinia convalescant.*

ILlud b quidem præ omnibus tibi curæ sit, ut in hac electione nec datio quibuscunque modis interveniat præmiorum, nec quarumlibet personarum patrocinia convalescant. Nam si quorundam patrocinio fuerit quisquam electus, voluntatibus eorum, cùm fuerit ordinatus, obedire, reverentiâ exigente, compellitur: sicq; fit, ut & res illius minuantur Ecclesiæ, & ordo Ecclesiasticus non servetur. Talem ergò, te admonente, personam debent sibi eligere, quæ nullius incongruæ voluntati deserviat, sed vitâ ac moribus decorata, tanto ordine digna valeat inveniri.

C. II. ¶ *In electione Antistitis communis utilitatis, non suo lucro quisq; prospexerit.*

Idem *ad Clerum Mediolanensem, lib. 2. indict. 11. epist. 29. seu c. 61.*

DIlectissimi c filii, officii nostri censurâ commoniti suademus, ut in hac suscipiendi Antistitis causa nullus vestrûm, neglectâ utilitate communi, suo lucro prospiciat; ne, si quisquam propria commoda appetit, frivolâ æstimatione fallatur: quia nec libero judicio præferendam sibi personam examinat mens, quam cupiditas ligat. Pensantes igitur, quæ cunctis expediunt, ei, quem vobis divina gratia prætulerit, integerrimam semper in omnibus obedientiam præbete. Judicari namque à vobis ultrà non debet semel Prælatus: sed tantò nunc subtiliter judicandus est, quantò postmodùm judicandus non est.

QUÆSTIO III.

QVòd autem Simoniacus habendus non sit, qui post electionem pro indemnitate Ecclesiæ juramentum præstitit, facilè probatur. Aliud est enim ante electionem juramentum facere, vel se facturum pacisci, ad hoc, ut eligatur: aliud est, nullâ præcedente conventione, post electionem hujusmodi juramentum offerre. Illud ab officio tanquam munus impensum dejicit: hoc autem consecrando nullum impedimentum generat.

De priori casu scribit Pelagius Papa *Clero Catinensi.*

C. I. ¶ *Qui in Episcopum eligitur, de rebus Ecclesiasticis aliquam securitatem nullis facias.*

TAlia d quidem jamdudum ad fratrem & Coëpiscopum nostrum Eucarpum de visitatione Catinensis Ecclesiæ scripta direximus, ut in eis judicium nostrum potuisse agnoscere. Verumtamen, quia quosdam ibi non sanâ intentione, sed pravis studiis dissensiones suscitare, vestrâ etiam relatione cognovimus, qui scientes se ad Episcopatum nec ætate, nec scientiâ, nec vitæ meritis posse perduci, ad hoc tantummodò inquietare Ecclesiam volunt, ut sibi de his, quæ ex ipsa præsumpta sunt, impunitatem futurus promittat Episcopus, & fiat rapinæ securitas, Episcopatûs ambitio, hoc etiam vos duximus commonendos, ut decretum in Elpidium Diaconum factum, & subscriptum ab omnibus, quos vestra relatio designavit, ad nos cum prædicti visitatoris epistola, & cum eodem Diacono maturetis, Deo propitiante, perducere. *& post pauca.* ¶ Cùm igitur hùc filius noster, magnificus vir, Leo Prætor, venisset, retulit nobis de singulis, quæ ibi mota sunt, & quomodo vota propè totius civitatis in Elpidio Diacono concordarent. Unde quia de memorati viri testimonio dubitare omninò non possumus, idcircò, sicut dictum est, Elpidium Diaconum ad nos facite properare, nec expectetis ulteriùs, ut admonitio ad eum nostra debeat destinari a. Quem b tamen hoc per vestram dilectionem in præsenti jussione specialiter admonemus, ne cui se aliquid dare, vel daturum esse promittat: sed neque de Ecclesiasticis præteritis causis aliquam securitatem cuiquam audeat facere, sive promittere, aut quasi factus Episcopus ea, quæ direpta sunt, non repetat; sed apud eos, à quibus direpta sunt, permanere liberè patiatur: sciens, quòd si tale aliquid fecit, vel fecerit, nec à nobis omninò permittitur valere ipsa promissio, & cum judicii nostri, quod de ipso habuimus, damno, pastoralis consecrationis ordinem promereri non poterit.

De secundo verò casu gestu Urbani secundi *legitur.*

C. II. ¶ *Post electionem pro indemnitate Ecclesiæ facta electo juramentum præstare.*

ARtaldus Arelatensis 1 Episcopus, Narbonensis Ecclesiæ Suffraganeus, Romam consecrandus ad Dominum Papam Urbanum venit: suus quippe Archiepiscopus eum consecrare nolebat, quoniam post electionem suam propter bona Ecclesiæ conservanda Canonica juravit. Consecratus itaque est à Domino Papa Urbano, antè purgatus hujusmodi juramento: De juramento, quod Canonicis nostræ Ecclesiæ feci post electionem, nullam conventionem antè, ut eligerer, feci. Narbonensis verò Archiepiscopus, nullius, præter id, criminis causâ, consecrationem nostram omisit, me sciente, neque mihi criminis conscius sum, propter quod à sacra e me unctione repellat.

1 ¶ Arelatensis] *In manuscriptis etiam sic habetur. Sed visum est subesse mendum, quia hic Episcopus vocatur Suffraganeus Archiepiscopi Narbonensis: in Concilio autem secundo Arelatensi, Arelate refertur ad provinciam Viennensem. Et quamvis Guilelmus Durandi in speculo de auctor. & usu pallii, hoc caveat, ut ostendat, Arelatensem Archiepiscopum subesse Narbonensi; tamen Ioannes Andreæ in notis ad illum locum expressè scribit, in hoc capitulo non agi de Arelatensi Archiepiscopo. Et valdè probabile est, pro Elicitensi, seu Elatensi, qui verè est Suffraganeus Archiepiscopi Narbonensis, corruptè scriptum fuisse,* Arelatensis.

QUÆSTIO IV.

QVòd autem Clericis ante sententiæ tempus ab Episcopo suo discedere non liceat, probatur auctoritate Symmachi 1 Papæ, *dicentis.*

1 ¶ Symmachi] *Citatur libellus Ennodii, nomine Symmachi Papæ, cujus res reddita est ratas supr. distinct. 31. c.* omninò. *& 40. c.* non nos.

C. I. ¶ *Ante tempus sententia non licet Clericis ab Episcopo suo discedere.*

NOnne d directa sunt verba canonum 1: [Quicunque Clericorum ab Episcopo suo ante sententiæ tempus pro dubia suspicione discesserit, manifestam eum manere censuram.] *& infrà.* Lex Ecclesiastica

a Supr. Apostolica. b Polyc. l. 2. tit. 3. Ivo p. 3. c. 129. c Polyc. ibid. Ivo p. 3. c. 130. d Ansel. l. 6. c. 4. Polyc. l. 2. tit. 4.

a al. iterari. b Emendatus est hic locus ex Anselmo & Polycarpo. c al. Sacerdotio me repellat. d Ivo part. 6. cap. 140. & 141.

Pontificem ab aliis accusatum, priusquam sub luce objecta constiterint, exigit non relinqui.

1 ¶ Canonum] *Sic emendatum est ex vetustis codicibus, Ennodius ipse, & Ivone, cùm prius legeretur,* Decreti. *Citare autem Ennodius voluit canones, qui ante Symmachum de hac re editi erant. Qui verò in glossa citantur, sunt ex epistolis Pontificum Symmacho posteriorum. In Carthaginensi quidem Concilio inserti in codice canonum est undecimus canon, qui citatur infrà, 11. q. 3. c.* si quis Presbyter. *& decimus nonus relatus sup. 4. q. 5. c.* quisquis Episcoporum. *& vigesimus quartus, citatus ibidem, c.* placuit. *ad quos, & præcipuè ad primum videtur spectasse Ennodius.*

QUÆSTIO IV.

Sine literis Apostolicis a Episcopus accusatus, & à sancta sede vocatus, ad suam non revertatur Ecclesiam.

CAP. I. ¶ *A sede Apostolica vocatus Episcopus ad domum non revertatur, nisi purgatus, & Apostolicis literis instructus.*

Unde Sixtus Papa I. *ait epist. 2. c. 3.*

QUilibet *b* fratrũ pulsatus, atque ab hac sancta sede vocatus, cùm se nobis repræsentaverit, ad Ecclesiam tamen suam non prius revertatur, quàm literis Apostolicis, vel formatis, pleniter instructus atque purgatus sit, si fuerit unde: ut postquam domum reversus fuerit, cognoscant vicini sui, qualiter suam aliorumque causam hic finierit: quatenùs eam absque ambiguitate ulla nuntiare, & prædicare omnibus possit. Ab hac enim sancta sede & à sanctis Apostolis tueri, defendi, & liberari Episcopi jussi sunt: ut sicut eorum dispositione, ordinati te Domino, primitùs sunt constituti; sic hujus sanctæ sedis (cujus dispositioni eorum causas, & judicia servaverunt) protectione, futuris temporibus sint ab omnibus perversitatibus semper liberi. Unde culpantur ii, qui aliter circa fratres egerint, quàm hujus sedis rectoribus placere cognoverint.

CAUSA IX.

Sententiâ excommunicationis notatus quidam Archiepiscopus, aliquot Clericos alterius Metropolitani ordinavit: quendam Capellanum sui Suffraganei, illo insonsulto, deposuit, atque alium in loco ejus ordinavit.

1. *Hic primùm quæritur: an ordinatio, quæ ab excommunicatis facta est, aliquo modo possit rata haberi?*
2. *Secundò, an liceat Episcopo, Archiepiscopo, Primati, vel Patriarcha Clericos alterius sine propriis literis ordinare?*
3. *Tertiò, an Archiepiscopus Clericos Suffraganei sui, illo insonsulto, damnare valeat, vel damnatos absolvere?*

QUÆSTIO I.

Quòd ordinatio, quæ ab excommunicatis celebratur, nullas omninò vires obtineat, nec etiam consecratio appellanda sit, testatur Gregorius *lib. 3. epist. 10. dicens.*

C. I. ¶ *Non potest appellari consecratio, quæ fit ab excommunicatis.*

NOs *c* consecrationem dicere nullo modo possumus, quæ ab excommunicatis hominibus est celebrata.

C. II. PALEA.

EXcommunicati illicitè manus imponunt: quia potestatem ordinandi non habent. Ubi autem illicita est manûs impositio, vulnus infigitur. Unde reiterari necesse est, quod minimè probatur esse collatum.

¶ *Hæc & sequens Palea absunt à pæne vetustis Exemplaribus: habentur tamen in uno valdè emendato, in quo pauca habere solent. Prior autem hæc videtur esse summa quædam sequentis.*

C. III. PALEA.

[*Unde* Damasus Papa *epist. 4. ait.*]

PEr *a* illicitam manûs impositionem vulneratum caput illi, qui videbantur aliquid accepisse, habebant: & ubi vulnus infixum est, necesse est medicinam adhiberi, quâ infixa sanetur macula, id est, reiterari necesse est, quod legitimè actum, aut collatum minimè probatur, si perfectum esse debebit. Nam quomodo honorem possit retinere, qui ab illo acceperit, qui potestatem dare legitimè non habuit, invenire non possum.

Sed excommunicati b hîc intelligendi sunt, qui in ipsa sua ordinatione pœnam excommunicationis contraxerunt, qui nunquam in numero catholicorum fuerunt. Cæterùm, qui inter Catholicos priùs deputati sunt, si postea excommunicationis sententiâ notati fuerint, ordinationes tamen eorum ab Ecclesia misericorditer tolerantur.

C. IV. ¶ *Ordinationes ab excommunicatis non Simoniacè factæ, ex misericordia tolerantur.*

Unde Urbanus Papa II. *scribit, dicens.*

AB *c* excommunicatis, quondam tamen Catholicis Episcopis ordinatos, si quidem non Simoniacè ordines ipsos acceperunt, & si ipsos Episcopos Simoniacos non fuisse constiterit; ad hæc, si eorum religiosior vita, & doctrinæ prærogativa visa fuerit promereri, pœnitentiâ indictâ, quam congruam duxeris, in ipsis, quos acceperunt, ordinibus permanere permittas. Ad superiores autem conscendere non concedimus, nisi necessitas, vel utilitas maxima flagitaverit, & ipsorum sancta conversatio promeruerit.

Sed & illud Gregorii d de nominatim excommunicatis intelligitur: quorum ordinationes sunt irritæ, si eorum damnatio non erat ordinandis incognita.

C. V. ¶ *Qui nominatim excommunicati sunt, & qui aliorum sedes invadunt, alios ordinare non possunt.*

Unde idem Urbanus *ait in Synodo Placentina, cap. 9. & sequentibus.*

ORdinationes *e*, quæ ab Hæresiarchis nominatim excommunicatis factæ sunt, & ab eis, qui catholicorum adhuc viventium Episcoporum sedes invaserunt, irritas esse judicamus; nisi probare valuerint, se, cùm ordinarentur, eos nescisse damnatos. ¶ Qui *f* verò ab Episcopis quondam catholicè ordinatis, sed in schismate à Romana Ecclesia separatis consecrati sunt, eos, nimirum cùm ad Ecclesiæ unitatem redierint, servatis propriis ordinibus, misericorditer suscipi jubemus: si tamen vita & scientia eos commendat. ¶ Amodò *g* verò, quicunque à prædictis Schismaticis, sanctæque Romanæ Ecclesiæ adversariis se ordinari permiserit, nullatenùs hâc veniâ dignus habeatur. ¶ Quamvis *h* autem misericordiæ intuitu, magnâque necessitate cogente, hanc in sacris ordinibus dispensationem constituerimus; nullum tamen præjudicium sacris canonibus fieri volumus: sed obtineant proprium robur, & cessante necessitate illud quoque cesset, quod pro necessitate factum est. Ubi enim multorum strages jacet, ibi subtrahendum est aliquid severitati, ut 1 addatur ampliùs charitati.

1 ¶ Ut addatur, &c.] *Hæc sunt addita ex Concilio ipso. Electio quoque, nisi à Catholicis facta fuerit, irrita esse probatur.*

a *al. Apostolica.* b *Anst. 2. c. 2.* c *Polyc. lib. 2. tit. 37. Ivo p. 14. c. 74. & p. 5. c. 134.*

a *Sup. 1. q. 7. per illicitam.* b *sup. edd. nos consecrationem.* c *Anst. l. 12. c. 74. Ivo p. 6. c. 426.* d *sup. edd. nos consecrationem.* e *Polyc. l. 7. tit. 16. & lib. 2. tit. 38. C. 9. & 10.* f *C. 11.* g *C. 12.* h *C. 13.*

C. VI. ¶ *Irrita sit electio, quæ non a Catholicis sancta probatur.*

Unde Gregorius *scribit Mediolanensibus, lib. 2. epist. 65.*

NOs *a* in hominem, qui non à Catholicis *b* eligitur, nullâ præbemus ratione consensum: nec, si alicujus præsumptionis usurpatione factus fuerit, in locum vel ordinem illum Sacerdotis suscipimus.

QUÆSTIO II.

1 ps QUod autem Episcopus, vel quilibet superiorum Clericos alterius sine proprio literis ordinare non debeat, Calixtus Papa *scribit, epist. 2. ad Episcopos Galliæ, dicens.*

C. I. ¶ *Alterius Ecclesiæ parochianum nullus judicare præsumat.*

NUllus *c* alterius terminos usurpet, nec alterius parochianum judicare, vel ordinare *d*, aut excommunicare præsumat: quia talis judicatio, vel ordinatio, aut excommunicatio, vel damnatio, nec rata erit, nec vires ullas habebit: quoniam nullus alterius judicis, nisi sui, sententiâ tenebitur, aut damnabitur. Unde & Dominus loquitur, dicens *e*: [*Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt Patres tui.*]

C. II. PALEA.

[*Unde* 1 Urbanus Papa.]

PLacuit *f*, ut deinceps nulli Sacerdotum liceat quemlibet commissum alteri Sacerdoti recipere ad pœnitentiam sine ejus consensu, cui prius se commisit, nisi per ignorantiam *g* illius, cui pœnitens prius confessus est. Qui verò contra hæc statuta facere præsumpserit, gradûs sui periculo subjacebit.

1 ¶ Unde] *Anteà erat*, Idem, *hoc est, Calixtus: quæ, cùm Palea hæc nondum esset inserta, sequebatur cap.* nullus Primas, *quod est Calixti. Hanc autem Paleam citat Gratianus ex Urbano secundo, infrà de pœnit. dist. 6. c. fin.*

C. III. ¶ *In alterius parochia, nisi eo vocante, nullo aliquid agere licet.*

Item Calixtus *epist. 2.*

NUllus *h* Primas, nullus Metropolitanus, nullusque reliquorum Episcoporum, alterius adeat civitatem, aut ad possessionem accedat (quæ ad eum non pertinet, & alterius Episcopi est parochia) super cujusquam dispositione, nisi vocatus ab eo, cujus juris esse dignoscitur, aut quicquam ibi disponat, vel ordinet, aut judicet, si sui gradûs honore potiri voluerit. Sin aliter præsumpserit, damnabitur, & non solùm illi, sed cooperatores, eique consentientes: quia sicut ordinatio, ita eis & judicatio, & aliarum rerum dispositio prohibetur. Nam *i* qui ordinare non poterit, qualiter judicabit? nullatenùs proculdubio judicabit, aut judicare poterit.

C. IV. ¶ *De eodem.*

Item ex Concilio Nannetensi, *c. 1.*

IN *k* Dominicis vel festis diebus Presbyteri, antequam Missas celebrent, plebem interrogent, si alterius parochianus in Ecclesia sit, qui proprio contempto Presbytero ibi Missam velit audire: quem si invenerint, statim ab Ecclesia abjiciant, & ad suam parochiam redire compellant.

¶ *Hoc & sequens caput absunt à sex vetustioribus & emendatioribus Gratiani exemplaribus. In cæteris autem habentur sine nomine Paleæ, quemadmodum & in excusis. Extat autem utrumq; in Conc. istis Nannetensi, & ex eo cæterus hoc primum in Decretum, tit. de paroch. c. 2. & à Burchardo & Ivone; sic q; emendatum est, cum antea cæteretur ex Concilio Meldensi.*

C. V. ¶ *De eodem.*

Item ex eodem Concilio Nannetensi *a, c. 2.*

NUllus *b* Presbyter, aut 1 Diaconus alterius plebanum *c* (nisi in itinere fuerit, vel placitum ibi habuerit) ad Missam recipere audeat.

1 ¶ Aut Diaconus] *Ista duæ voces neq; in Concilio, neq; in Capitularibus, neq; apud Burchardum leguntur.*

C. VI. ¶ *Ad ordinationem Clericorum, vel Ecclesiarum alterius Episcopi, nisi ab eodem invitatus, non accedat Episcopus.*

Item ex Concilio Antiocheno, *c. 9.*

NUllum *d* Episcoporum audere debere ex alia provincia ad aliam transitum facere, & ordinare aliquos in Ecclesiis, aut proferre ad sacrum ministerium. Nec ab aliis illuc trahatur Episcopis *e*: nisi fortè per literas rogatus abierit, non solùm à Metropolitano, sed & ab his, qui cum eo sunt, omnibus ipsius provinciæ Episcopis. Quòd si nullo invitante inordinatè superveniat, & aliquos vel ordinare præsumpserit, vel quoslibet alios illi Ecclesiæ competentes, qui ad se minimè pertinent, usurpare tentaverit, vacua quidem & inania erunt omnia, quæ gesserit: ipse verò hujus indisciplinati ausûs, & irrationabilis cœpti dignas causas expendat *f*, tanquam depositus à sancta Synodo, & propter hujusmodi præsumptionem jam prædamnatus.

¶ *Hæc est prisca versio. Dionysii autem interpretatio quæ Conciliorum tomis est inserta, & à Burchardo & Ivone affertur, ipsius expressit sententiam canonis Græci. Tamen, quoniam non ipsa omnibus locis omnino respondet, visum est verba Græca cum versione apponere.*

Μηδένα ἐπίσκοπον τολμᾶν ἀφ' ἑτέρας ἐπαρχίας εἰς ἑτέραν μεταβαίνειν, πρὸς χειροτονίαν ἢ σύγκλητον μετάκλησιν τοιαύτην λειτουργίας, μηδὲ εἰ σὺν αὐτῷ πείθοιτο τοσοῦτοι, εἰ μὴ παρακληθεὶς ἢ κληθείη ὑπὸ τῶν τῆς μητροπόλεως, πρὸς τῶν αὐτῷ ἐπισκόπων, εἰς τὸ χεῖρον παρέρχοιτο. εἰ δέ τις μηδὲν τοιοῦτον ἀπὸ τοῦ ἀπόντος ἐπὶ χειροθεσίᾳ τινῶν, ἢ κοσμικῇ τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων μὴ προσηκόντως τοῦ αὐτοῦ ἄνευ ἐξουσίας τοῦ ἰδίου ἐπιτρόπου ἐπιχειρήσειεν, καθηρημένον σύνοδος αὐτὸν τῆς ἀξίας σωσάτω.

Nullus Episcopus audeat ab una provincia in aliam transire, & in Ecclesia aliquos ordinare ad promotionem liturgiæ *g*, nec si alios unà secum adducat, nisi ad eum venerit per literas Metropolitani, & eorum, qui cum illo, Episcoporum, in quorum regionem accedat. Quod si nemine vocante inordinatè advenerit, ut aliquos ordinet, ac negotia Ecclesiastica ad se minimè pertinentia conficiat, irrita quidem sunto, quæ ab eo gesta fuerint: verum & ipse suæ impudentiæ, & iniqui inceptæ justam pœnam subeat, hinc jam à sancta Synodo depositus.

C. VII. ¶ *Ad ordinationem Ecclesiæ, quæ sibi commissa non fuerit, minimè accedat Episcopus.*

Item ex eodem *Antiocheno, c. 22.*

EPiscopum *h* non debere in alienam irruere civitatem, quæ illi probatur non esse subjecta, neque in regio-

a *Polyc. l. 2. tit. 1.* b *Catholicis, & maximè à Longobardis] orig.* c *Ansel. l. 8. c. 120. Ivo p. 14. c. 72. & p. 5. c. 236.* d *abest ab orig.* e *Deut. 19. Proverb. 22.* f *sententi. 4. dist. 21. De pœnitentia, dist. 6. c. fin.* g *al. pro ignorantia.* h *Polyc. lib. 2. tit. 24. Burch. l. 1. c. 60. Ansel. l. 8. c. 119. Ivo p. 5. c. 101. Pann. l. 4. c. 28.* i *ordinationem Episcopum. vers. nam si.* k *ext. de paroch. c. 2. Burch. l. 2. c. 92. Ivo p. 1. cap. 122.*

a *Ex eo Capit. l. 1. c. 113.* b *Burch. lib. 2. c. 91.* c *al. plebanum] al. parochianum.* d *Burch. l. 1. c. 108. Ivo part. 3. c. 210. & simile p. 1. c. 108. ex epistola Bonifacii.* e *al. Nec aliter illuc attrahat Episcopus.* f *al. excepto.* g *id est, sacri ministerii.* h *Burch. l. 2. c. 71. Ivo p. 3. c. 178.*

nem, quæ ad ejus curam minimè noscitur pertinere, ad aliquid 1 ordinandum, neque Presbyteros aut Diaconos constituere, ad alios 2 Episcopos pertinentes, nisi forte cum voluntate & testimonio 3 propriæ regionis Episcopi. Quòd si 4 quispiam horum quid tale facere voluerit, irrita quidem erit hujusmodi ordinatio, & quæ malè 4 usurpaverit, à Synodo arguantur. Nam 5 si ordinare non potuerit, nullatenùs ad alios pertinentes judicare præsumat.

1 ¶ Ad aliquid] *In hoc etiam canone Dionysii versio parum est: hic autem habet, super ordinatione cujusquam: quod Græcè est, ἐπὶ χειροτονίᾳ τινός, id est*, ut quempiam ordinet.

2 ¶ Ad alios Episcopos] *Eodem fere modo Dionysius. Græcè legitur, ὡς τίνας ἑτέρου ἐπισκόπου χειροτονῆσαι: id est*, in locis alteri Episcopo subjectis.

3 ¶ Et testimonio] *Græce tantùm est, μὴ γνώμης: quod Dionysius vertit*, cum consilio & voluntate.

4 ¶ Et quæ male] *Sic est emendatum ex vetustis exemplaribus, & ex cæteris editionibus Conciliorum, præter hanc postremam quatuor tomorum. Dionysius habet*, & ipse coërceatur à Synodo, *quod Græcè est*, καὶ αὐτὸν ἐπιτιμίοις ὑπὸ τῆς συνόδου συγχωρεῖν: *id est*, & ipse puniatur à Synodo.

5 ¶ Nam si] *Tota hæc clausula in Græco caret, cujus tria exemplaria manuscripta collata sunt, minimè habetur: sed & prisca versio & Dionysiana habent. Simulq; sententia legitur suprà*, c. nullus Primas.

C. VIII. ¶ *Non accedant Episcopi ad Ecclesias, quæ sunt extra eorum diœcesim.*

Item ex Synodo Constantinopolitana prima, c. 2.

EPiscopi, qui extra diœcesim sunt, ad Ecclesias, quæ extra terminos eorum sunt, non accedant, neq; confundant, & permisceant Ecclesias. Secundùm 1 regulas statutas, Alexandriæ quidem Episcopi, ea, quæ sunt in Ægypto, tantummodo gubernent. Orientales autem Episcopi solius Orientis curam gerant, servatis tamen honoribus Primatûs Ecclesiæ Antiochenæ, qui in regulis Nicænæ Synodi continentur. Sed & Asianæ diœcesis Episcopi ea, quæ sunt in Asia, & quæ ad Asianam tantummodò diœcesim pertinent, gubernent. Ponti autem Episcopi, Pontica tantùm diœcesis habeant curam. Thraciæ verò, ipsius tantummodò Thraciæ.

1 ¶ Secundùm] *Mutata est interpunctio, ut magis respondeat Græco canoni, ἀλλὰ μὴ τοὺς κανόνας τοὺς περὶ Ἀλεξανδρείας, &c. quod Dionysius vertit*, sed juxta canones, Alexandrinos Antistes, &c. *In editione autem Conciliorum in tribus tomis desunt hæc verba*, ea, quæ sunt in Ægypto, tantummodò gubernent. Orientales autem Episcopi.

C. IX. ¶ *De eodem.*

Item ex eodem, c. 3.

NOn invitati Episcopi ultra diœcesim accedere non debent super ordinandis aliquibus, vel quibuscunque disponendis Ecclesiasticis causis, servatâ regulâ 1, quæ suprà scripta est de unaquaq; diœcesi. Manifestum namq; est, quòd per singulas quasq; provincias provincialis Synodus administrare & gubernare omnia debeat, secundùm ea, quæ sunt in Nicæa definita.

1 ¶ Servatâ regulâ,] *Ita in omnibus editionibus hujus prisca versionis: sed in Græco canone hic finitum periodi, & quæ sequuntur, ex ipsis pendent, quemadmodum Dionysius vertit:* servatâ verò quæ scripta est de gubernationibus *b* regulâ, manifestum est, quòd illa, quæ sunt per unamquamque provinciam, ipsius provinciæ Synodus dispenset, &c.

2 pars. *His auctoritatibus probabuntur quidam Episcopi Clericos alterius ordinare. Sed quæritur, si contingat eos aliquibus sacros ordines distribuere, an ordinati ab Episcopis suis in propriis ordinibus recipi possint?*

C. X. ¶ *Clerici ab Episcopo alterius parochiæ ordinati, à proprio in suis ordinibus recipi possunt.*

De his ita scribit Urbanus Papa *Hugoni Lugdunensi Archiepiscopo.*

LUgdunensis *a* parochiæ *b* Clericos, quos contra statuta canonum ab alterius parochiæ Episcopis ordinatos literarum tuarum significatione monstrâsti, cum graduum suorum honore recipere religionis tuæ prudentia poterit, si eos aliàs canonicè, & sine pravitate aliqua ordinatos constiterit: si tamen eorum probabilem vitam id indulgentiæ perspexeris promereri. Legimus *c* quippe, sanctum Epiphanium Episcopum ex diœcesi sancti Joannis Chrysostomi quosdam Clericos ordinâsse: quod sanctus vir omninò non fecisset, si ei *d* detrimentum fore perpenderet. Quos igitur recipiendos moderatio tua arbitrata fuerit, injunctâ satisfactionis gratiâ, propter Ecclesiam, quam offenderunt, congruâ pœnitentiâ, miserationis intuitu in suo quemque honore recipies, salvâ in omnibus sanctorum canonum disciplinâ.

QUÆSTIO III.

QVòd autem Archiepiscopus Clericos sui Suffraganei illo inconsulto damnare valeat, vel absolvere, sic videtur posse probari. Sicut totius Episcopatus Ecclesia in potestate sunt Episcopi, sic & Ecclesia totius Archiepiscopatus ad diœcesim pertinent Archiepiscopi. Vocantur enim Episcopi à Metropolitano in partem solicitudinis, non in plenitudinem potestatis. Sic quippe vices suas eis impertitur, ut potestatem suam sibi non adimat. Unde & sine ejus consilio nihil eis agere licet, sicut in Concilio Martini Papæ e legitur, c. 4.

C. I. ¶ *Nec Episcopi sine Metropolitani consensu, nec ille sine eorum consensu aliquid agere debet.*

I. PEr singulas provincias oportet Episcopos cognoscere Metropolitanum *f* suum, & ipsum Primatûs curam suscipere: nihil autem agere reliquos Episcopos præter eum, secundum quod antiquitùs à Patribus nostris constitutum continetur in canone *g*. Propter quod Metropolitanus Episcopus nihil præsumptive assumat *h* absque consilio cæterorum.

C. II. ¶ *Sine Metropolitani conscientia extra suam diœcesim nihil agat Episcopus.*

Item ex Concilio Antiocheno, c. 9.

II. PEr singulas provincias Episcopos singulos scire oportet, Episcopum Metropolitanum, qui præest, curam & solicitudinem totius provinciæ suscepisse. Propter quod ad Metropolitanam civitatem ab his, qui causas habent, concurratur. Qua propter placuit eum & honore præcellere, & nihil ultrà sine ipso reliquos Episcopos agere, secundùm antiquum Patrum nostrorum canonem *i*, nisi hoc tantùm, quod uniquique Ecclesiæ per suam diœcesim competit. Unumquemque enim Episcopum oportet habere suæ diœcesis potestatem, ut regat & gubernet secundùm competentem singulis reverentiam, & providentiam gerat omnis regionis, quæ sub ipsius est civitate: ita ut etiam ordinare ei Presbyteros & Diaconos probabili judicio liceat, & de singulis ipsius regionis causis cum moderatione & pondere disceptare. Ultrà autem nihil agere permittitur citra Metropolitani Episcopi conscientiam 1: nec Metropolitanus sine cæterorum aliquid gerat consilio Sacerdotum.

---

a Sup. c. nullus Primas. b περὶ τῶν διοικήσεων.

a Sup. d. c. 412. b al. Ecclesia. c Socrates l. 6. Hist. c. 11. & 13. Trip. l. 10. c. 11. Niceph. l. 13. c. 13. d al. eis. e In capitulis Martini Bracharensis, c. 4. f al. Primatum Metropolitanæ Episcopo. g Apost. can. 34. h al. sibi assumat. i Apost. can. 34.

1 ¶ Conscientiam] *Græce est*, διχα τῆ μητροπόλεως ἐπισκόπυ, μηδὲ αὐτὸν ἄνευ τῶν τῆς λοιπῶν γνώμης. Itaq; eâdem voce γνώμης utitur canon, tam in consensu Metropolitani, quàm Suffraganeorum. Sed ob multas varietates placuit apponi verba Græca cum versione nova.

Τοὺς καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν ἐπισκόπους εἰδέναι χρὴ, τὸν ἐν τῆ μητροπόλει φροντίδα πάσης τῆς ἐπαρχίας ἀναδέχεσθαι τὸν ἐν τῆ μητροπόλει πανταχόθεν σπουδάζειν πάντας τοὺς τὰ πρωτεῖα ἔχοντας. ἄνευ γνώμης δὲ τῆς τούτου, μηδένα τολμᾶν πράττειν τοὺς λοιποὺς ἐπισκόπους ἄνευ αὐτοῦ, καὶ τὰ δόξαντα κυρωθήσεται τῶν πατέρων ἡμῶν κανόνα, ἃ ἐψηφισμένα, ὅσα τῆ ἑκάστου ἐπιβάλλει παροικία, καὶ τοῖς ὑπ' αὐτὸν χώραις: ἑκάστου γὰρ ἐπισκόπου ἐξουσίαν ἔχειν τῆς ἑαυτοῦ παροικίας, διοικεῖν τε κατὰ τὸν ἑκάστου βούλημα εὐλαβούμενον, καὶ πρόνοιαν ποιεῖσθαι πάσης τῆς χώρας τῆς ὑπὸ τὴν ἑαυτοῦ πόλιν, ὡς καὶ χειροτονεῖν πρεσβυτέρους, καὶ διακόνους, καὶ κρίνειν ἕκαστα διαλαμβάνειν. πρωτείου] μηδὲν πράττειν ἐπιχειρῶν, διχα τῆ τῆς μητροπόλεως ἐπισκόπυ, μηδὲ αὐτὸν ἄνευ τῆς τοῦ λοιπῶν γνώμης.

Episcopos, qui in unaquaque provincia sunt, nôsse oportet eum, qui Metropoli præest, universæ quoque provinciæ curam susci pere, eò quòd in Metropoli undique conveniunt omnes, quicunque negotia habent. Quapropter placuit & honore ipsum præcellere, & reliquos Episcopos nihil aliud *a* sine ipso facere (secundùm veterem, qui viguit, Patrum nostrorum canonem) quàm ea sola, quæcunq; ad cujusq; parochiam, subjectasq; parochiæ regiones pertinent. In cujusq; enim Episcopi potestate esse propriam ipsius parochiam, ut eam administret, pro ea, quæ cuiq; convenit, integritate, & universæ regioni, quæ suæ civitati subjecta est, prospiciat, consultaq; ita ut & Presbyteros, Diaconosq; ordinet, & singula quæque cum judicio explicet. Præterea verò nihil quicquam facere aggrediantur, sine Metropolitani Episcopi, neque ipse sine reliquorum sententia.

Nisi forte Episcopi ipsi œconomos in Ecclesia sua ordinare contempserint.

C. III. ¶ *Metropolitanus constituat œconomos, quos Episcopus habere neglexerit.*

Unde in septima Synodo, *c. 11. legitur.*

CUm *b* simus debitores omnes sacras regulas custodire, & eam, quæ dicit, in unaquaq; Ecclesia œconomos esse debere, modis omnibus inviolabilem custodire debemus. Et, si quidem unusquisque Metropolitanus in sua Ecclesia constituerit œconomum, benè utique est. Sin autem, ex auctoritate propria Constantinopoleos Episcopis licentia est præponendi œconomos in ejus Ecclesia: similiter & Metropolitanis, si Episcopi, qui sub eis sunt, non fategerint œconomos statuere in suis Ecclesiis. Idipsum autem servandum est etiam in monasteriis.

Probatur illud idem exemplo Apostoli, qui fornicatorem Corinthium impœnitentem Satanæ tradidit: postea pœnitentem Ecclesiæ reconciliavit, hoc tantùm scribens Corinthiis in prima c, & secunda epistola, ut excommunicato non communicarent, & reconciliato sociâ charitate copularentur. Sed contrà probatur auctoritate multorum.

C. IV. ¶ *Metropolitanus sine Episcoporum consensu, vel præsentiâ alicujus eorum non audiat causas.*

Ait enim Higinus Papa d, *epist. 1. c. 2.*

SAlvo *a* in omnibus Romanæ Ecclesiæ privilegio, nullus Metropolitanus absque cæterorum omnium comprovincialium Episcoporum instantia, aliquorum audiat causas *b*: quia irritæ erunt aliter actæ, quàm in conspectu eorum omnium ventilatæ, & ipse, si fecerit, coërceatur à fratribus.

C. V. ¶ *De eodem.*

Item Anicetus Papa *Episcopis Galliæ, c. 1.*

ARchiepiscopus nihil de Episcoporum causis, aut de aliis communibus, juxta statuta *c* Apostolorum, absque cunctorum illorum agat consilio, nec illi, nisi quantùm ad suas parochias pertinet, sine suo: quoniam rali gaudet concordiâ Altissimus, & gloriatur in membris suis.

C. VI. ¶ *De eodem.*

Item in eadem *epist. c. 3.*

SId autem aliquis Metropolitanorum inflatus fuerit, & sine omnium comprovincialium præsentia, vel consilio Episcoporum, aut eorum, aut alias causas, (nisi eas tantùm, quæ ad propriam suam parochiam pertinent) agere, aut eos gravare voluerit, ab omnibus districtè corrigatur, ne talia deinceps præsumere audeat. Si verò incorrigibilis, eisque inobediens apparuerit, ad hanc Apostolicam sedem, cui omnia Episcoporum judicia referri *e* præcepta sunt, ejus contumacia referatur, ut vindicta de eo fiat, & cæteri timorem habeant.

C. VII. ¶ *De eodem.*

Item Calixtus Papa *f Episcopis Galliæ, epist. 2. c. 3.*

NUllus *g* Primas, vel Metropolitanus diœcesani Ecclesiam, vel parochiam, aut aliquem de ejus parochia præsumat excommunicare, vel judicare, vel aliquid agere, absque ejus consilio, vel judicio: sed hoc observet, quod ab Apostolis, ac Patribus, & prædecessoribus nostris est statutum, & à nobis confirmatum: id est, si quis Metropolitanus Episcopus (nisi quod ad suam solummodò propriam pertinet parochiam) sine consilio & voluntate omnium comprovincialium Episcoporum extra aliquid agere tentaverit, gradûs sui periculo subjacebit, & quod egerit, irritum habeatur & vacuum. Sed quicquid de provincialium Coëpiscoporum causis, eorumque Ecclesiarum, & Clericorum, atque secularium necessitatibus agere, aut disponere necesse fuerit, hoc communi *h* consensu comprovincialium agant Pontificum, nec aliquo dominationis fastu, sed humillimâ atque concordi administratione, sicut Dominus ait: *i* [*Non veni ministrari, sed ministrare.*] & alibi *k* [*Qui major est vestrûm, erit minister vester.*] Similiter, & ipsi comprovinciales Episcopi cuncta cum ejus consilio (nisi quantùm ad parochias proprias pertinet) agant, juxta sanctorum constituta Patrum. *& infra.* ¶ Ut uno animo, uno ore concorditer sancta glorificetur Trinitas in secula.

C. VIII. ¶ *In Suffraganei parochia nihil absque ejus consilio Metropolitanus agat.*

Item Nicolaus Papa *Rodulpho Bituricensi Archiepiscopo.*

COnquestus *l* est Apostolatui nostro frater noster Sigedodus Archiepiscopus Narbonensis, quòd Clericos suos eo invito ad judicium tuum venire compellas, & de rebus ad Ecclesiam suam pertinentibus, co

incon-

a ἀβεστ. b *Ivo p. 1. c. 374. Concil. Chalced. cap. 26. sup. dist. 19. quia in quibusdam. & infra. 16. q. 7. quoniam in quibusdam.* c *1. Cor. 5. 2. Cor. 2.* d *& Iulius c. 4.*

a *Burch. l. 1. c. 63. Ivo p. 1. c. 99. & 174.* b *al. causa earum.* c *can. Apost. 34.* d *Polyc. l. 2. tit. 24. Burch. l. 1. c. 63. Pann. l. 4. c. 26.* e *al. terminare.* f *Concord. Lucius epist. 1. 2.* g *Polyc. ibidem. Burch. l. 1. c. 60. Ivo p. 3. c. 10. & p. 14. c. 71. Pann. l. 4. c. 27. Anf. l. 4. c. 11.* h *al. cum omnium.* i *Matth. 20.* k *Matth. 23.*

l *Ivo p. 3. c. 56. Pann. l. 4. c. 29.*

inconsulto, quasi jure Patriarchatûs tui disponas: cum hoc nec antiquitas (cui Patres sanxerunt reverentiam) habeat, & auctoritas sacrorum canonum penitùs interdicat: nisi fortè pro causis, quæ apud se terminare non possunt, ad te quasi ad Patriarcham suum provocaverint, vel si Episcopus suus decesserit, res Ecclesiæ suæ judicio tuo dispensare voluerint. Primates enim, vel Patriarchas nihil privilegii habere præ cæteris Episcopis, nisi quantùm sacri canones concedunt, & prisca consuetudo illis antiquitùs contulit, definimus: ita ut secundùm Nicænas regulas sua privilegia serventur Ecclesiis: præterquam si Apostolica sedes aliquam Ecclesiam, vel ipsius rectorem quolibet speciali privilegio decreverit honorare.

C. IX. ¶ *De eodem.*

Item Beda a *super Apocalypsim:* [Et Angelo Ecclesiæ Ephesi scribe.]

EPiscopo scribit, de cujus manu peccata subditorum requirit, ne sine ejus consensu subditos judicare debeat.

¶ *In glossa ordinaria sic legitur,* & Angelo, id est, Episcopo scribit: de manu cujus peccata subditorum requirit, & sine cujus consensu subditos judicare non præsumit ipse Joannes.

Sola enim Romana Ecclesia, suâ auctoritate valet judicare de omnibus: de ea verò nullis judicare permittitur.

C. X. ¶ *Apostolica sedis judicium à nemine est retractandum.*

Unde Nicolaus Papa *ad Michaëlem Imperatorem in epistola, cujus exitum:* [Proposueramus.]

PAtet *b* profectò sedis Apostolicæ (cujus auctoritate major non est) judicium à nemine fore retractandum: neque cuiquam de ejus licere judicare judicio: juxta quod 1 Innocentius Papa Ruffo, & cæteris Episcopis per Thessaliam constitutis scribens ait: [*Nemo unquam Apostolicæ culmini (de cujus judicio non licet retractare) manus obvias audaciter intulit, nemo in hoc rebellis exstitit, nisi qui de fe voluit judicari.*] Et beatus Papa Gelasius *c*: [*Nec de ejus judicio (id est, Romana Ecclesia) canones unquam præceperunt judicari, sententiamque illius constituerunt non oportere dissolvi, cujus potius sequenda decreta mandaverunt.*]

¶ *Caput hoc apud cæteros etiam collectores, multis verbis amissis, in summam quandam redactum est.*

1 ¶ Innocentius] *In epistola Nicolai, & apud reliquos collectores est,* Bonifacius. *Verum neq; in Bonifacii, neq; in Innocentii epistolis inventum est, quod hic affertur. In ea verò epistola Nicolaus refert etiam alia quædam ex epistola Bonifacii ad Episcopos per Thessaliam.*

C. XI. ¶ *Ab aliis damnatos vel excommunicatos Apostolica solvit auctoritas.*

Item Athanasius *Patriarcha Papæ Felici secundo* d.

FUit *e* semper vestræ sanctæ Apostolicæ sedi licentia injustè damnatos, vel excommunicatos potestativè suâ auctoritate restituere, & sua eis omnia reddere, & illos, qui eos condemnaverunt, aut excommunicaverunt, Apostolico punire privilegio: sicut etiam nostris, & anterioribus cognovimus actum temporibus.

C. XII. ¶ *De eodem.*

Item *ibidem paulò inferiùs.*

ANtiquis *f* regulis sancitum *g* est, ut quicquid (quamvis in remotis, aut in longinquo positis provinciis) super Episcoporum querelis, aut accusationibus ageretur, non priùs tractandum, vel accipiendum esset, quàm ad notitiam almæ sedis vestræ fuisset deductum, ut hujus auctoritate, juxta 1 quod fuisset faciendum, pronuntiatio infirmaretur, aut firmaretur.

1 ¶ Juxta quod] *Ivo legit,* juxta quod fuisset pronuntiatio, infirmaretur, aut firmaretur. *In corpore Concilierum,* juxta quæ fuisset pronuntiatio, &c.

C. XIII. ¶ *Prima sedes nullius judicio subjacebit.*

Item Innocentius Papa. *a*

NEmo judicabit primam sedem, justitiam 1 temperare desiderantem. Neque enim ab Augusto, neque ab omni Clero, neque à Regibus, neque à populo judex judicabitur.

¶ *In omnibus vetustis Gratiani exemplaribus citatur ex Innocentio. Sed forè eadem habentur in Concilio Romano, sub Sylvestro, c. 20. & ex ipso citant indicari collectores.*

1 ¶ Justitiam temperare desiderantem.] *Sic etiam in Panormia ex Sylvestro. Sed in vulgata Conciliis editione est:* quoniam omnes sedes à prima sede justitiam desiderant temperari.

C. XIV. ¶ *De eodem.*

Item Symmachus Papa *b.*

ALiorum *c* hominum causas Deus voluit homines terminare, sed sedis istius Præsulis *d* suo, sine quæstione, reservavit arbitrio. Voluit beati Petri Apostoli successores cœlo tantùm debere innocentiam, & scrutinii subtilissimi discussoris indagini inviolatam exhibere conscientiam. Nolite æstimare eas animas inquisitionis *e* non habere formidinem, quas Deus præ cæteris suo reservavit examini. Non habet apud illum reus de allegationis nitore subsidium, quando ipsorum factorum utitur eo teste, quo judice. Dicas forsitan, omnium animarum talis erit in illa disceptatione conditio: replicabo, uni dictum est: [*Tu es Petrus &, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam: & quæcunque solveris super terram, erunt soluta & in cœlo.*] Et rursus sanctorum voce patet, Pontificum dignitatem sedis ejus, factam toto orbe venerabilem: dum illi, quicquid fidelium est ubique, submittitur: dum totius corporis caput esse designatur. De hac mihi videtur dictum per Prophetam *g*: [*Si hac humiliatur, ad cujus confugietis auxilium? & ubi relinquetis gloriam vestram?*]

C. XV. ¶ *De eodem.*

Item Anterus Papa *ad Episcopos provinciarum Baticæ & Toletanæ.*

FActa *h* subditorum judicantur à nobis: nostra verò judicat Deus. *& infrà.* ¶ Deteriores *i* sunt, qui vitam, moresque bonorum corrumpunt, his, qui substantias aliorum, prædiaque diripiunt.

C. XVI. ¶ *De eodem.*

Item Gelasius Papa *k ad Faustum Legatum.*

IPsi *l* sunt canones, qui appellationes totius Ecclesiæ ad hujus sedis examen voluêre deferri. Ab ipsa verò nusquam prorsus appellari debere sanxerunt: ac per hoc illam de tota Ecclesia judicare, ipsam ad nullius commeare judicium: nec *m* de ejus unquam præceperunt judicio judicari, sententiamque illius constituerunt non oportere dissolvi, cujus potiùs decreta sequenda mandârunt.

C. XVII. ¶ *De eodem.*

Idem *omnibus Episcopis* n.

CUncta *o* per mundum novit Ecclesia, quòd sacro-

a *Glos. ord. ad eum locum Apoc. 2.* b *Anſ. l. 4. cap. 75. Ivo p. 5. c. 13. Panorm. l. 4. c. 21.* c *Infrà eâd. ipsi sunt.* 6. *nec de ejus.* d *In comm. Conc.* e *Ivo part. 3. cap. 13.* f *Ivo ibid.* g *al. censuit.*

a *Sylvester in Conc. Romano, c. 20. Polyc. l. 2. tit. 16. Deusdedit p. 3. Anselm. l. 1. c. 19. & l. 4. c. 39. Pann. l. 4. c. 5.* b *In lib. Ennodii.* c *Polyc. ibid. Anſ. l. 1. c. 24. Ivo p. 5. c. 10. Pann. l. 4. c. 1.* d *al. Præsulem.* e *al. de inquisitionibus.* f *Matth. 16.* g *Esa. 10.* h *Polyc. ibid. Anſ. l. 1. c. 33.* i *Suprà, 6. q. 1. c. 10. ex merito. 3. cum seq.* k *Nicol. ad Michaëlem, epist. 5.* l *Anselm. l. 2. c. 36. Ivo p. 5. c. 9.* m *Sup. eâd. patet. in fin.* n *In epist. ad Episcopos per Dardaniam constitutos.* o *Polyc. l. 1. tit. 2. Anſ. l. 1. c. 47. & l. 3. c. 16. & 24. Pann. l. 4. c. 7.*

sancta Romana Ecclesia fas de omnibus habeat judicandi: neque cuiquam de ejus liceat judicare judicio. Siquidem ad illam de qualibet mundi parte appellandum est: ab illa autem nemo est appellare permissus. ¶ Sed nec illa prætermimus, quòd Apostolica sedes sine ulla Synodo præcedente, & solvendi, quos Synodus iniquè damnaverat, & damnandi, nullâ existente Synodo, quos oportuit, habuit facultatem: & hoc nimirùm pro suo principatu, quem beatus Petrus Apostolus Domini voce & tenuit semper, & tenebit.

¶ *Omnia, quæ in hoc capite leguntur, habentur in epistola Gelasii ad Episcopos per Dardaniam: sed non eodem ordine composita. Caput autem sequens, in quo multa hujus ipsius capitis verba continentur, in eadem epistola eodem prorsus modo habentur. Itaq; fieri potest, ut ex alia epistola caput hoc sumptum sit, qua non extet: aut Gratianus hæc duo tanquam diversa capitula referat, quod apud antiquiores etiam collectores distincta repererat. In epistola etiam Nicolai ad Episcopos Galliæ, quæ nuper est impressa in appendice bibliothecæ, hoc citatur ex Gelasio.*

C. XVIII. ¶ *De eodem.*

Idem *Episcopis per Dardaniam constitutis.*

CUncta per mundum novit Ecclesia, quoniam quorumlibet sententiis ligata Pontificum Sedes beati Petri Apostoli jus habeat resolvendi, utpote, quæ de omni Ecclesia fas habeat judicandi, &c.

C. XIX. ¶ *De eodem.*

Item Sixtus Papa II. *Hispanorum Episcopis, epist. 2. c. 4.*

FRatres *a*, quos timore terreno injustè damnâstis, scitote à nobis justè esse restitutos: quibus ex sancti Petri Apostolica auctoritate omnia, quæ eis ablata sunt, integerrimè reddi præcipimus, si non vultis & vos, & Principes vestri à collegio nostro, & membris Ecclesiæ separari.

C. XX. ¶ *Cujuslibet Ecclesiæ Clericos Papa valet ordinare.*

Item Stephanus Episcopus *Gualberto Patriarchæ.*

NUnc *b* verò iteratò tibi scribimus, nolentes alicujus Ecclesiæ privilegium infringere, licet Apostolicâ prærogativâ possimus de qualibet Ecclesia Clericum ordinare: desine jam cujuspiam zelo Cumensis 1 Ecclesiæ Antistitem protelare: quia si protelaveris, & eum consecrare jam toties monitus non maturaveris, procul dubiò ad nos veniens, consecratus abibit.

1 ¶ Cumensis] *Sic etiam Anselmus, sed apud Ivonem plenius:* Desine jam cujuspiam zelo electum à Clero, & expetitum à populo Lintuardum Cumensis Ecclesiæ Antistitem protelare.

C. XXI. ¶ *De eodem.*

Item Nicolaus Papa *Michaëli Imperatori in epistola, cujus initium,* [Proposueramus.]

PEr e principalem beatorum Apostolorum Petri & Pauli, de qua suprà partim exposuimus, potestatem, jus habemus, non solùm Monachos, verùm etiam quoslibet Clericos de quacunque diœcesi, cùm necesse fuerit, ad nos convocare, atque Ecclesiasticis exigentibus opportunitatibus invitare.

Sed aliud est, quod ex temeritate assumitur præsumptionis: aliud, quod ex necessitate geritur charitatis. Cum Suffraganei Archiepiscoporum subditis suis ad malum favere cœperint, atq; eorum correctiones negligentes extiterint, tunc licet Metropolitanis præter illorum voluntatem, & ligandos damnare, & reconciliandos absolvere. Cùm verò Episcopi zelo divinæ charitatis accensi, bonis verbo & exemplo adsistant, & malorum vitia asperâ increpatione redarguunt, absq; talium consilio non liceat Metropolitanis in eorum parochia aliquid agere, vel disponere. Unde in fine capitulo Martini Papæ *non simpliciter dictum est* [nihil agat] *sed cum determinatione* [nihil præsumptivè à assumat absque eorum consilio:] *ut votum præsumptionis videatur improbatum, non officium charitatis. Sic & Apostolus, quia Corinthios videt negligentes circa correctionem fornicatoris, sed auctoritate illum damnavit. Ioannes verò, quia Episcopum Ephesiorum vidit paratum ad corrigenda vitia subditorum, sine ejus auctoritate b illos corrigere noluit, sed illum tantùm de eorum correctione admonuit.*

a *Anſl. 2. c. 25. Polyc. l. 1. tit. 3. Burch. l. 1. c. 192. Ivo part. 3. c. 247.*
b *Anſl. l. 6. c. 31. Ivo p. 3. c. 31.* c *sup. 1. qu. 1. Anſl. lib. 2. c. 12. & dd. c. 14.*

CAUSA X.

QUidam Laicus basilicam à se factam à diœcesana lege segregare quærit: Episcopus Ecclesiam cum omni dote sua ad suam dispositionem pertinere contendit: tandem evincit Episcopus, & per parochias militibus comitatus crudeliter desævit: qua Ecclesiæ sunt, tanquam sibi debita, usurpare contendit.

1 *Modò primùm quæritur, an basilica cum omni dote sua ad Episcopi ordinationem pertineat?*
2 *Secundò, an res Ecclesiarum Episcopi usurpare liceat?*
3 *Tertiò, quid nomine cathedratici à suis Sacerdotibus exigere valeat?*

QUÆSTIO I.

1 ps DE prima quæstione sic definitur in Concilio Ilerdensi, *cap. 3.*

C. I. ¶ *Basilica, quæ consecratur, à diœcesana lege non segregetur.*

SI ex Laicis quispiam à se factam basilicam consecrari desiderat, nequaquam eam sub monasterii specie à congregatio non colligitur 1, à diœcesana lege audeat segregare.

1 ¶ Colligitur.] *In Concilio impresso, ac manuscripto legitur,* vel regula ab Episcopo non constituitur.

C. II. ¶ *Ecclesiæ cum decimis suis in Episcopi potestate consistant.*

Item ex Concilio *e* Toletano III. *c. 10.*

SIc *d* quidam contra omnem *e* auctoritatem Ecclesias, quas ædificaverunt, postulant consecrare, ut decem, quam eidem Ecclesiæ contulerint, censeant ad Episcopi ordinationem non pertinere. Quod factum taliter 1 in præteritum corrigitur, ut & in futuro, ne fiat, prohibeatur: sed omnia secundùm constitutionem antiquam, ad Episcopi ordinationem & potestatem pertineant.

1 ¶ Taliter] *Sic est in antiquioribus editionibus, & Italus Vaticanis Conciliorum codicibus: sed in Colonensi quatuor tomorum editione, & in codice Lucensi Regio, & in Concilio Vormacensi, & Maguntino, & in Pannormia hoc modo:* quod factum, & in præteritum displicet, & in futuro prohibetur.

C. III. ¶ *Ecclesiæ, & omnia jura earum, ad ordinationem Episcopi pertinent.*

Item ex Concilio II. Cabilonensi.

DEcretum *f* est, ut omnes Ecclesiæ cum dotibus suis, & decimis, & omnibus suis 1, in Episcopi potestate consistant, atque ad ordinationem suam semper pertineant.

1 ¶ Suis,] *In vulgatis sequebatur,* juribus, *quæ vox abest ab omnibus collatis manuscriptis. Apud Ivonem & Burchardum est,* omnibus suis rebus.

C. IV. ¶ *Unaquæq; parochia Episcopi provisione regatur.*

a *suprà eâd. per singulas. 1. Sup. cum simus. & probatur.* b *Suprà, Episcopo.* c *Et in Vormacensi, cap. 6. & 31. & in Maguntino sub Arnulpho, cap. 4. In Trul. cap. 6.* d *Burchard. l. 3. c. 11. Ivo p. 3. cap. 13. Pann. lib. 2. c. 12.* e *al. earundem.* f *Burch. l. 3. c. 14. Ivo p. 3. c. 211.*

Item

Item Leo Papa IV. *in epistola ad Episcopos Britanniæ, c. 2.*

REgenda est unaquæque parochia sub provisione ac tuitione Episcopi per Sacerdotes, vel cæteros Clericos, quos ipse cum Dei timore providerit, cui jure pertinere videtur, & circumire, ut sibi necessarium visum fuerit, Ecclesiasticâ utilitate cogente.

C. V. ¶ *Iudicem & potestate Episcopos res Ecclesiasticas gubernentur.*

Item ex Concilio Antiocheno, *c. 24.*

QUæcunque 1 res *a* Ecclesiæ sunt, convenit cum omni diligentia & bona fide, quæ Deo debetur, qui omnia providet, atque judicat, gubernari & dispensari cum judicio & potestate Episcopi, cui totius plebis animæ videntur esse commissæ.

1 ¶ Quæcunque] *Græcè significantius, τὰ τῆς ἐκκλησίας, τῆ ἐκκλησίᾳ φυλαττέσθω ὑπὸ χειρὸς ἐχόμενα est*, rectè habet, quæ Ecclesiæ sunt, ipsi Ecclesiæ servari oportere.

C. VI. ¶ *Basilicarum conditores in rebus Ecclesiarum nullam potestatem sibi habere cognoscant.*

Item ex Concilio Toletano IV. *c. 32.*

NOverint *b* conditores basilicarum, in rebus, quas eisdem Ecclesiis conferunt, nullam sibi potestatem habere: sed juxta canonum instituta, sicut Ecclesiam, ita & dotem ejus ad ordinationem Episcopi pertinere.

C. VII. ¶ *De eodem.*

Item ex Concilio Aurelianensi I. *c. 17.*

DE *c* his, quæ parochiis in terris, vineis, mancipiis, atque peculiis quicunque fideles obtulerint, antiquorum canonum statuta ferventur, ut omnia in Episcopi potestate consistant: De his tamen, quæ altario acceserint, tertia pars fideliter Episcopis deferatur.

C. VIII. ¶ *De his, quæ altario deferuntur, medietatem sibi vendicet Episcopus.*

Item ex eodem, *c. 16.*

ANtiquos canones relegentes, priora statuta credimus renovanda: ut de his, quæ in altario oblatione fidelium conferuntur, medietatem sibi Episcopus vendicet, & medietatem sibi dispensandam secundùm gradus Clerus accipiat, tam de propriis prædiis, quàm de omni commoditate in Episcoporum potestate durantibus.

C. IX. ¶ *De Episcopis, qui diœcesim suam visitare contemnunt, & ad redimendas mansiones, quas visitantibus debentur, Clericos cogunt.*

Item ex Concilio Toletano.

RElata *d* est coram sanctâ Synodo querimonia plebium, quòd sint quidam Episcopi nolentes ad prædicandum, vel ad confirmandum suas per annum parochias circumire: qui tamen exigunt, ut mansiones, quibus in profectione uti debuerant, aliquo *e* pretio redimant, qui parare debebant. Quæ duplex infamia, negligentiæ & avaritiæ, sanctæ Synodo magno fuit horrori. Statuerunt itaque, ne quis ultrà exerceat id cupiditatis ingenium, & ut solicitiores sint Episcopi de suis gregibus visitandis.

¶ *In libro manuscripto privilegiorum Ecclesiæ Toletanæ refertur hoc, tanquam caput 15. quarti Concilii Toletani: sed in duobus ipsius exemplaribus ex Hispania missis non habetur. Burchardus & Ivo citant ex Concilio Triburiensi tempore Arnulphi Regis.*

C. X. ¶ *Annuis vicibus Ecclesiæ ab Episcopis visitentur.*

Item ex Concilio Tarraconensi, *c. 1.*

DEcrevimus *a*, ut antiquæ consuetudinis ordo servetur, & annuis vicibus ab Episcopo diœceses visitentur, & si qua fortè basilica fuerit reperta destituta, ordinatori 1 ejus reparari præcipiatur: quia tertia pars ex omnibus, per antiquam traditionem, ut accipiatur ab Episcopis, novimus esse statutum.

1 ¶ Ordinatori] *In exemplaribus Concilii impressis, & manuscriptis, apud Burchardum & Ivonem legitur*, ordinatione ipsius: *sed ob glossam non est mutatum. Reliqua verò ex iisdem sunt emendata. Burchardus autem, & Ivo addunt præterea in extremo*, in principibus novimus statutum.

2 pars. *Si autem Episcopus infirmitate impeditur, diœceses suas per semetipsum visitare non poterit, visitationis officium committat alio.*

C. XI. ¶ *Infirmitate gravatus Episcopus, visitationis officium alio committat.*

Unde in Concilio Toletano IV. *c. 31. legitur.*

EPiscopum *b* per cunctas diœceses, parochiasque suas per singulos annos ire oportet, ut exquirat, quo unaquæque basilica in reparatione sui indigeat. Quòd si ipse aut languore detentus, aut aliis occupationibus implicatus, id explere nequiverit, Presbyteros probabiles, aut Diaconos mittat, qui reditus basilicarum, & reparationes, & ministrantium vitam inquirant.

3 pars. *Visitantes autem Episcopi, quod à Clericis suis exquirere debeant, & quid eos docere, in* Concilio Bracharensi I. *cap. 1. sic statutum legitur.*

C. XII. ¶ *Quæ visitantes Episcopi à Clericis suis exquirere debeant.*

PLacuit *c* omnibus Episcopis, ut per singulas Ecclesias Episcopi, & per diœceses ambulantes primùm discutiant Clericos, quomodo ordinem Baptismi teneant, vel Missarum, & qualiter quæque officia in Ecclesia peragant. Et si rectè quidem invenerint, Deo gratias agant: sin autem minimè, docere debent ignaros, & hoc modis omnibus præcipere, sicut antiqui canones jubent *d*, ut ante viginti dies Baptismi, ad purgationem exorcismi concurrant catechumeni, in quibus viginti diebus omninò *e* catechumeni symbolum, quod est [*Credo in Deum Patrem omnipotentem*] specialiter doceantur. Postquam ergò in his suos Clericos discusserint, vel docuerint Episcopi, aliâ die, convocatâ plebe ipsius Ecclesiæ, doceant illos, ut errores fugiant idolorum, vel diversa crimina, id est, homicidium, adulterium, perjurium, falsum testimonium, & reliqua peccata mortifera; & quod nolunt sibi fieri, alteri ne faciant; & ut credant resurrectionem omnium hominum, & diem judicii, in quo unusquisq; secundùm opera sua recepturus sit. Et sic posteà Episcopus de Ecclesia illa proficiscatur ad aliam.

C. XIII. ¶ *Oblationes Ecclesiæ Laicis usurpare non licet.*

Unde Hieronymus *in epistola f ad Damasum Papam de oblationibus altaris.*

QUia *g* Sacerdotes pro omnibus orare debent 1, ps quorum eleemosynas & oblationes accipiunt, quâ fronte præsumunt Laici oblationes, quas Christiani pro peccatis suis offerunt, vel comedere, vel aliis concedere, cum ipsi non debeant ex 2 officio suo pro populo orare. Ob hoc, Papa glorioſe, mittere te oportet illos præsumptores in excommunicationem perpetuam, ut & cæteri metum habeant, & amplius hæc in Ecclesia ne fiant.

1 ¶ Debent,] *In vulgatis, & in epistola impressa legitur,*

---

a 12. q. 1. præcipimus.] *ex Can. Apost. 41.* b *Polyc. l. 3. tit. 12. Burch. l. 3. c. 205. Ivo p. 3. c. 355. Panorm. l. 2. c. 4.* c *Polyc. l. 3. tit. 11. Burch. l. 3. c. 236. Ivo p. 3. c. 202. Pann. l. 2. c. 61.* d *al. Delata. Burch. l. 2. c. 229. Ivo p. 3. c. 141.* e *al. alio.*

a *Burchardus l. 3. cap. 31. Ivo p. 3. c. 31.* b *Burch. lib. 1. cap. 87. Ivo p. 3. c. 193.* c *Burchardus l. 1. c. 85. Ivo p. 1. c. 77. & p. 3. cap. 191.* d *De Cons. dist. 4. Ante viginti.* e *al. omnes.* f *Tom. 4.* g *Polyc. l. 3. tit. 3.*

solent: *sed in pleriſq; manuſcriptis Gratiani exemplaribus, & Polycarpo*, debent. *Sic etiam Lupus in regula Monachorum, ex Hieronymo ſcripta collecta, c. de contemplatione, oratione, & lectione:* Sacerdotes quoque pro omnibus orare debent, quorum eleemoſynas, oblationesque recipiunt.

2 ¶ Ex officio ſuo.] *Hæc abſunt à pleriſq; codicibus Gratiani, & epiſtola ipſa, & Polycarpo.*

C. XIV. ¶ *Minimè auferantur à Laicis oblationes altaribus, vel crucibus fixæ.*

Item Calixtus Papa ſecundus 1.

SAnctorum *a* Patrum canonibus conſona ſancientes, oblationes de ſacratiſſimo & reverendiſſimo altari beati Petri, & Salvatoris, & ſanctæ Mariæ rotundæ, aut aliis Eccleſiarum altaribus, ſive crucibus, à Laicis auferri penitùs interdicimus, & ſub diſtrictione anathematis prohibemus: & Eccleſias à Laicis incaſtellari, aut in ſervitutem redigi, auctoritate Apoſtolicâ prohibemus.

1 ¶ Secundus.] *Additum hoc eſt ex pleriſq; vetuſtis. Neque verò primus eſſe poteſt, cujus tempore nondum Pantheon vocabatur templum ſanctæ Mariæ rotundæ. Bonifacius enim fuit, qui tempore Phocæ Imperatoris illud beatæ Mariæ & omnibus Sanctis dicavit.*

C. XV. ¶ *Eccleſiarum oblationes ſub Laicorum dominio non detineantur.*

Item Damaſus Papa.

HAnc *b* conſuetudinem, quæ contra ſanctam Eccleſiam catholicam augeri *c* videtur, omninò interdicimus, ut nullo modo unquam oblationes, quæ intra ſanctam Eccleſiam offeruntur, ſub dominio Laicorum detineantur: ſed tantummodò Sacerdotibus, qui quotidie Domino ſervire videntur, liceat comedere & bibere: quia in Vetere Teſtamento prohibuit *d* Dominus panes ſanctos comedere filiis Iſraël, niſi tantummodò Aaron & filiis ejus: qui panes longè erant ab iſtis panibus, qui nunc in ſancta Eccleſia offeruntur: quia illi ſub umbra legis erant, qui verò modò, ſub gratia Spiritûs ſancti, toto mundo Evangelico coruſcante, lucidiores eſſe videntur. Quâ fronte, aut quâ conſcientiâ oblationes vultis accipere, qui vix valetis pro vobis, nedum pro aliis, Deo preces offerre? quia pravum eſt, & contra Dominicum præceptum, & detrimentum animæ ſuæ infert, qui illud agere conatur, quod ei nullâ ratione conceditur. Quia omnibus ſanctis Patribus, noſtriſque prioribus placuit hanc ſanctionem fieri, & nos ſimiliter in eisdem perſiſtere volumus, ut nullus audeat irrirum facere hoc, quod conſtitutum eſt, ſi in perpetua damnatione noluerit perſiſtere. Si quis verò contra hanc regulam noſtram, & contra regulam ſanctorum cccxviij. Patrum, qui in Nicæno Concilio hoc conſtituerunt, temerarius præſumptor fuerit, & de cætero oblationes de ſacris Eccleſiis auferre molitus fuerit, ſub anathematis vinculo ſit colligatus, & condemnatus. Reſponderunt omnes, Fiat, fiat.

Præterea auctoritatibus, Eccleſia cum omnibus rebus ſuis ad Epiſcopi ordinationem pertinere monſtrantur, & rarò Eccleſiæ, quam oblationes, & facultates earum, à Laicorum diſpoſitione probantur eſſe immunes.

QUÆSTIO II.

1 SEd cùm in Epiſcoporum poteſtate facultates Eccleſiæ conſtitutæ eſſe dicantur, poteſtas diſpenſandi intelligenda eſt, non diſtrahendi, vel diſſipandi.

C. 1. ¶ *Res Eccleſiæ aliquo modo Epiſcopis alienare non licet.*

Unde in Agathenſi Concilio, c. 7. legitur.

CAſellas, vel mancipiola Eccleſiæ, Epiſcopi (ſicut priſca canonum præcepit auctoritas) vel vaſa miniſterii, quaſi commendata fideli præpoſito, integro Eccleſiæ jure poſſideant, id eſt, ut neque vendere, neque per quoſcunque contractus res, unde pauperes vivunt, alienare præſumant 1.

1 ¶ Præſumant.] *In aliquot melioribus Gratiani codicibus poſt hoc verbum ſequitur* ſ. quòd ſi neceſſitas, uſque in finem, (*quæ nunc habetur infrà add. ad finem Palea* Hujuſmodi) *& ſic legit, quia caſum ſcripſit.*

Codicis lib. 1. titulo a *de ſacroſanctis Eccleſiis, lege.* [Sancimus nemini.] *Imp. Juſtinianus.* [exceptâ videl. causâ captivitatis.]

C. II. ¶ *De eodem.*

Impp. Leo & Anthemius. AA.

EA *b* enim, quæ ad beatiſſimæ Eccleſiæ jura pertinent, vel poſthac fortè pervenerint, tanquam ipſam ſacroſanctam & religioſam Eccleſiam, intacta convenit venerabiliter cuſtodiri.

Conſtitutio nova.

Hoc *c* jus porrectum eſt ad omnem venerabilem locum, omneque collegium, quod actio pia conſtituit, ut nec res eorum pignorentur. Et hoc perpetuò ſervetur in his rebus immobilibus, quæ ab Imperiali domo prædictis locis applicantur. In cæteris eatenus excipitur, ſi debitum urget. ¶ Præterea *d*, ſi habeat ſuperflua vaſa, cùm debitrix ſit, nec aliunde ſolvere valet, ne quid immobile alienetur, vel diſtrahatur, ea (geſtis habitis coram eo, cujus eſt loci ordinatio) integra, vel aliis locis venerabilibus oblata dentur, vel conflata cuilibet alii vendantur. Qui autem hæc acceperit contra *e* hanc obſervationem, iisdem pœnis ſubjaceat, quæ in rebus immobilibus proditæ ſunt. Si *f* autem debitum ex mobilibus ſolvi non valet, primò res immmobiles ſpecialiter detur pignori, quarum fructus creditor ſibi reputet tam in ſortem, quàm in uſuras, uſque ad quartam centeſimæ. Quòd ſi nolit creditor ita accipere, tunc ordinator domûs apud eum, à quo ordinatur, habitis abſque diſpendio geſtis, juret, (majore parte ibidem ſervientium conſtetiente) & debitum urgere *g*, nec ex mobilibus ſolvi poſſe. Quo ſubſecuto, per viginti dies rem Eccleſiæ venalem eſſe publicè notum ſit, ut plus offerenti detur, pretio modis omnibus pro debito dando. Aliter enim res empti non conceditur: & hoc inſcribatur, nihil eſſe factum in ea re ad damnum divinæ domûs. Emptore verò non invento, res æſtimata diſtrictè creditori detur in ſolarum, addità in pretio univerſæ æſtimationis decimâ parte, & accedente conſenſu ordinatoris & majoris partis ibidem ſervientium. Sit tamen ea res mediocris inter cæteras, inſpectâ ipſius qualitate, & quantitate, & onere. Et is creditor hîc intelligatur, qui, quod credidit, probat in utilitatem divinæ domûs proceſſiſſe. ¶ Sicut *h* autem alienatio rerum Eccleſiæ interdicitur; ita prohibetur, ne quæ ſterilis ei detur poſſeſſio, aut alioquin onoroſa, veluti fiſcalium nomine, vel onere. ¶ Item *i* prædium propter onus fiſcale inutile alienatur, geſtis (ut ſuprà) conficiendis, eodem juramento præſtito: id eſt, quòd alia de cauſa non alienatur, niſi ut immunitas ejusdem venerandæ domûs ſervetur. ¶ Sed & *k* permutare Principi licet pro re majori, meliori, vel æquali, ſi Reſp. hoc expoſcit, & pragmaticâ formâ ſuper hoc præcedente. ¶ Item *l* ſibi invicem rectè permutant cum utriuſque indemnitate, eorum ſcilicet conſenſu intervenient, qui ſuprà referuntur.

a *Polyc. l. 3. tit. 3.* b *Polyc. ibid.* c *al. vigere.* d *1. Reg. 21.*

a *tit. 2. leg. 21.* b *tit. 2. leg. jubemus, nulli. verſ. ſimiles.* c *eod. tit. authen. hoc jus. Iuſtianus antec. conſtit. 7. c. 1.* d *authen. præterea. C. eod. tit. Iuſtianus conſtit. 120. & fin.* e *al. extra.* f *authen. hoc jus. ſuprà citat.* g *al. exigere.* h *Auth. ſequenti.* i *Auth. item prædium.* k *Auth. ſed & permutare. Burch. l. 3. c. 161. Ivo p. 3. c. 184.* l *Auth. ſequentes. Iuſt. novell. 34. Ivo part. 3. cap. 189.*

1 pars. ¶ Perpetua *a* quoque emphyteusis in his permittitur rebus, si res in eorum geratur præsentia, quibus hoc adsignatur lege, jurantibus his, quorum interest, ex eo contractu nihil ad læsionem divinæ domûs effici: solito reditu ipsius rei, qui fuit, cùm divino juri dedicaretur, non minuendo, nisi in sextam partem: aut si ob cladem deminuta fuerit, tunc pro constante nunc pensione in emphyteusim detur. Quòd si res pretiosa quidem est, parùm tamen, aut nihil præstat pensionum, res subtiliter æstimanda est, ut ex hac pensio justa constituatur. Ea tamen sola dentur in emphyteusim, quæ ad hoc congrua videntur œconomo, & aliis gubernatoribus. ¶ Qui *b* rem hujusmodi conductam, vel in emphyteusim acceptam fecerit deteriorem, aut emphyteuticum canonem per biennium non solverit, hâc lege repelli potest, ut tamen solvat totius temporis pensionem, & id, in quo rem læsit, resarciat, non repeturus, si quid impendit nomine meliorationis. ¶ Si *c* quas verò ruinas habent memoratæ divinæ domus, quas reædificare non valent, & hæ in emphyteusim dentur perpetuam, emphyteutâ usuro materiâ habitationis depositæ domûs, ut pensio deminuatur in tertiam partem ab ea, quæ stantibus adhuc ædificiis colligebatur: aut priùs eo reædificante, ex additis illis per æstimationem pensionibus, medietas detur religiosæ domui. Nam priore casu, ab initio emphyteusis præstanda est pensio. ¶ Qui *d* verò res jam dictas non gratuito alienationis titulo citra formam legis accepit, rem quidem cum omni incremento medii temporis restituat: ejus autem, quod dedit, nullam actionem contra venerabilem locum, sed adversùs eum, qui alienavit, habet. Donatarius autem & rem cum omni causa, & fructum restituat, & aliud tantundem. Creditor quoque restitutâ re pignoratâ, crediti actionem contra solum pignoris datorem habeat. Emphyteusis acceptor & ab ea cadat, nec, quod dedit, repetat: imò statim solvat, quod soluturus esset unoquoque anno, si jure contraxisset. Sed meliùs dicitur omninò denegandas esse actiones hujusmodi acceptori. Imp. Leo. ¶ Si œconomus *e* Ecclesiæ prospexerit expedire, ut desideranti cuiquam certarum possessionum atque prædiorum (urbanorum scilicet, sive rusticorum) ad jus Ecclesiasticum pertinentium, temporalis ususfructûs possessio pro ipsius petitione præstetur, tunc ejus temporis, quod inter utrosque convenerit, sive in diem vitæ suæ ab eo, qui desiderat, postuletur, pacta cum eo, qui hoc elegerit, ineat œconomus, atq; conscribat, per quæ & tempus, intra quod hoc præstari placuerit, statuatur, & manifestum sit, quod quisque acceperit ad invicem.

C. III. PALEA.

HUjusmodi *f* beneficii gratiâ, præstando quidem Ecclesiastici prædii pro tempore usumfructum, post statutum autem tempus, & placitum *g*, ipsorum reditum proprietate ad dominium & jus Ecclesiasticum recurrente firmiter: ita scilicet, ut sive completo spatio, quod fuerit inter eos constitutum, seu mortis suæ tempore (si hoc quoque convenerit) is, qui possessionem Ecclesiasticam, & certorum reditum usumfructum habendi gratiâ interveniente pacto suscepit, non minùs, quàm alterius tantæ quantitatis, quantæ acceperat reditus, cum ipsorum prædiorum dominio, & rebus immobilibus, eorumque colonis & mancipiis Ecclesiæ derelinquat. Nisi enim hâc conditione pacta inita fuerint, ea quoque decernimus non valere. ¶ Nam 1 hæc *h* usûs præstatio locum habet in omni domo religiosa. Quo finito, res utraque pleno jure perveniat in domum jam dictam, nec tributis quidem gravata majoribus sit ea res, quæ datur invicem, & ejusdem reditûs sit. ¶ Quibuscunque *a* modis hoc jus aliis permittitur, interdicitur certis personis res hujusmodi accipere, ut œconomo, ejusque cognatis. Quòd *b* si necessitas compulerit, ut pro Ecclesiæ necessitate aut utilitate, vel in usufructu, vel in directa venditione aliquid distrahatur, apud duos, vel tres comprovinciales, vel vicinos Episcopos causa, qua necesse sit vendi, primitùs comprobetur, ut habitâ discussione Sacerdotali, eorum subscriptione *c*, quæ facta fuerit venditio, vel transactio, corroboretur. Aliter facta venditio, vel transactio non valebit. *& infrà.* ¶ Minùs verò utiles possessiones peregrinis, vel Clericis, salvo jure Ecclesiæ, in usum præstari permittimus.

¶ *In aliquot vetustis exemplaribus, in quibus pauca sunt Palea, continenter post ultima verba superiorum capitu sequuntur sine ulla distinctione verba hujus, quemadmodum & in ipsa lege Codicis. In duobus autem vetustissimis, in quibus ferè nulla sunt Palea, deest prior pars hujus capitis, usq; ad vers.* completo spatio. *cætera verò leguntur conjunctè cum superioribus, usq; ad vers.* quòd si necessitas. *Nam hic versiculus in eisdem exemplaribus, non hoc loco, sed suprà ead. cap.* casellas. *habetur, ut ibi esse notatum.*

1 ¶ Nam] *Hæc vox non est in authentica, & in vetustis Gratiani codicibus pro ista voce est,* N. C. *& significatur,* novella constitutio.

C. IV. ¶ *Ecclesiasticarum rerum precaria qualiter fieri debeant.*

Item ex Concilio Mediomatricis *d.*

I. PRecariæ *e* à nemine de rebus Ecclesiasticis fieri præsumantur: nisi quantùm de qualitate conveniens datur ex proprio, duplum accipiatur ex rebus Ecclesiæ, in suo tantùm, qui dederit, nomine, si res proprias & Ecclesiasticas usufructuario tenere voluerit. Si autem res proprias ad præsens dimiserit, ex rebus Ecclesiasticis triplum fructuario usu in suo tantùm quis *f* nomine sumat: quia sic eas quemque tractare oportet, ut rerum Ecclesiasticarum dispensatorem, non ut propriarum largitorem 1. ¶ Decrevit *g* etiam sancta Synodus, & Imperialis auctoritas denuntiavit, ut à nulla potestate quis cogatur facere precariam de rebus proprie Deo & Sanctis ejus dicatis, cùm ratio & usus obtineat neminem, cui *h* non vult, contra utilitatem & rationem cogi 2, de proprio facere beneficium. ¶ Nec *i* communicationes rerum, vel mancipiorum Ecclesiasticorum quælibet persona sine licentia & consensu Regio & facere præsumat.

¶ *Citatur hic canon ex Concilio Mediomatricis: à Burchardo autem, & Ivone ex Concilio Bellouacensi, præter ultimum versiculum,* Nec commutationes, *quem citant ex Maticensi. In Concilio etiam Meldensi, c. 22. refertur ex eodem Concilio Bellouacensi. Extat in capitularibus editis anno quarto regni Caroli Regis, & Ludovici Imperatoris filii in villa Colonia, c. 37. non est autem mutatus titulus, quia potuit idem in omnibus illis Conciliis repeti: quod in Germanicis & Gallicis, quæ extant, sæpè fallum cognoscitur. Aliquid etiam de precariis habetur in Concilio Rhemensi, cap. 36. & 37. & in Concilio Maguntino sub Arnulpho, cap. 28.*

1 ¶ Largitorem.] *In Concilio Meldensi, & Capitularibus post hoc verbum sequitur continenter,* & à nulla potestate quis cogatur, &c. *sine verbis illis hic interjectis, quorum ta-*

a *Authen. perpetua.* b *Authen. qua rem, eod. tit.* c *Authen. si quas.* d *Authen. qui res. Ivo p. 3. c. 185.* e *eod. tit. leg. jubemus.* f *sani ne omnia.* f *Ibidem continuò.* g *al. placitum temporum proprietate.* h *Authen. Hæc usus. eod. tit.*

a *Authent. quibuscunq;.* b *In Conc. Agathensi, cap. 7.* c *al. præscriptione.* d *In Concilio Meldensi, cap. 22. in adjectis capitulis cap. 37.* e *Polyc. l. 3. tit. 14. Burch. l. 3. cap. 167. Ivo part. 3. cap. 228.* f *al. quisquis.* g *Burch. l. 3. c. 168. Ivo p. 3. c. 220.* h *al. quæ.* i *Burch. l. 3. c. 172. Ivo p. 3. c. 233.* k *religionis*] *Ivo.*

men similia asseruntur a Burchardo & Ivone ad verf. Nec commentationes.

2 ¶ Cogi,] *Sic in omnibus vetustis codicibus Gratiani. & adest glossa: sed in Concilio Meldensi, & Capitularis, & apud Burchardum, & Ivonem est*, præstitum.

C. V. ¶ *De eodem.* PALEA.

Item ex Concilio Beluacensi *a.*

II. PRecariæ *b* de quinquennio in quinquennium secundùm antiquam consuetudinem & auctoritatem renoventur.

C. VI. ¶ *De eodem.* PALEA.

[*Item* ex Concilio Carthaginensi I.]

DE *c* precariis, quæ à rectoribus Ecclesiarum irrationabiliter fiebant, & se, suosque successores pœnâ gravi obligabant, ut facta ipsorum nequiviſſent dissolvere, præcipimus, ut nemo successor in antecessoris sui pœna sit obligatus: sed suæ providentiæ sit concessum, ut si antecessor ejus res Ecclesiæ irrationabiliter distribuit, ab eo ad jus Ecclesiæ ejusdem revocentur.

1 ¶ Carthaginensi.] *Etiam in decretalibus, tit. de precariis, citatur ex Concilio Carthaginensi: sed in nullo ipsorum est inventum: potuit esse alicujus aliarum provinciarum Concilii: extat autem in legibus Longobardeis, lib. 3. tit. 8. l. 2.*

C. VII. ¶ *Res Ecclesia dispensandi potestatem habeat Episcopus.*

Item ex Concilio Martini Papæ *d, c. 16.*

3 pars. EPiscopus *e* habeat potestatem in rebus Ecclesiæ, ut dispenset necessitatem habentibus cum omni reverentia, & timore Dei. Participare etiam cum oportet, quæ necessaria sunt. Si tamen ipse, aut qui cum eo sunt fratres indiguerint aliquo, ut necessitatem nullo modo patiantur, secundùm sanctum Apostolum dicentem *f*: [*Victu, & tegumento, his contenti simus.*] Si autem res Ecclesiasticas Episcopus in suas voluntates usurpare voluerit, & loca Ecclesiæ, & fructus agrorum non cum Presbyterorum, vel Diaconorum consilio contaminaverit *g*, aut fratribus, vel filiis, vel quibuscunque propinquis suis dederit potestatem, ut per eos latenter lædantur res Ecclesiæ, tunc oportet obnoxium esse Concilio: sin autem 1 Episcopus, vel qui cum eo sunt, Presbyteri aut Diaconi accusentur, quia ea, quæ vel ex reditu, vel ex quolibet actu 2 Ecclesiæ veniunt, in sinus suos colligunt, & pauperes fraudant, & fame conficiunt, hos corripi oportet, secundùm quod ordinatum fuerit à sancto Concilio.

1 ¶ Sin autem] *In capitulo habetur, similiter: sed melior videtur lectio duorum vetustorum Gratiani codicum*, sin aliter: *propius enim accedit ad Græcam Concilii Antiochem, cap. 25. unde hoc sumptum est:* ἐὰν δὲ μὴ κατὰ τοῦτο, *id est*, si autem & aliter, *ut infr. 12. q. 2. c.* Episcopus.

2 ¶ Actu] *Hæc vox in simili re habetur infr. 12. q. 2.* Vulterannæ: Vulteranæ Ecclesiæ actus, vel patrimonii. *Græce est*, ἢ κατὰ ἐπίτευξιν τοῦ ἁγιωτάτου ἐκκλησιαστικοῦ *sed est*, vel etiam ex qualibet alia causâ & occasione Ecclesiastica.

4 pars. *Si verò contra hanc prohibitionem aliquam h de rebus Ecclesiæ Episcopum vendere contigerit, & res ipsa Ecclesiæ restauranda, & ipse gradu suo dejicendus decernitur.*

C. VIII. ¶ *De Episcopo, qui nullâ necessitate res Ecclesiæ vendit.*

Unde in eodem Concilio Martini Papæ *i, c. 14. legitur.*

SI *k* quis Episcopus nullâ Ecclesiasticæ rationis necessitate compulsus, in Clero 1 suo, aut ubi fortè non est Presbyter, de rebus Ecclesiasticis aliquid præsumpserit vendere, & res ipsas Ecclesiæ propriæ restaurare cogatur, & in judicio Episcoporum dejiciatur auditus & 2 convictus, & tanquam furti aut latrocinii reus suo privetur honore.

1 ¶ In Clero suo,] *In codice Lucensi Regis legitur*, inficia Clero.

2 ¶ Et convictus,] *Hæ duæ voces non sunt in capitulo Martini, neq; apud Burchardum, neq; apud Ivonem parte tertiâ. Parte autem quartâ abest præterea vox*, auditus: *vetustis tamen exemplis Gratiani codicibus convenit cum vulgatis.*

QUÆSTIO III.

1 pars. QUid verò nomine cathedraticæ Episcopus exigere debeat, *in secundo Concilio Bracharensi, capitulo secundo legitur.*

C. I. ¶ *Præter honorem cathedraticæ nihil Episcopus per diœceses exigat.*

PLacuit, ut nullus Episcoporum per suas diœceses ambulans, præter honorem cathedræ suæ, id est, duos solidos, aliud aliquid per Ecclesias tollat: neque tertiam partem ex quacunque oblatione populi in Ecclesiis parochialibus requirat: sed illa tertia pars pro luminaribus Ecclesiæ, vel reparatione servetur, & singulis annis Episcopo inde ratio fiat. Nam si tertiam partem illam Episcopus tollat, lumen, & sarta tecta abstulit Ecclesiæ. Similiter & parochiales Clerici servili more in aliquibus locis Episcopo *a* servire non cogantur: quia scriptum *b* est: [*Neq; ut dominantes in Clero.*]

C. II. ¶ *Basilicarum reparationi proficiat tertia, quam Episcopus accipere consuevit.*

Item ex Concilio Emeritensi, *c. 16.*

PRiscis quidem *c* canonibus erat decretum, ut Episcopus de parochianis *d* Ecclesiis tertiam consequeretur *e*, cui sua plenissimè sufficere 1 possunt: Placuit huic sancto Concilio, ut nullus provinciæ Lusitanæ Episcopi sententiæ hujus terminum excedat, nec à qualibet parochiana Ecclesia tertiam auferre præsumat: sed quæ 1 exinde consequi poterat, totum in reparatione basilicarum proficiat.

¶ *Caput hoc in codicibus Gratiani etiam manuscriptis corrupti citabatur ex Concilio Merech. Est autem in Emeritensi, c. 16. cujus Concilii duo exemplaria ad S.D.N. Gregorium XIII. missa sunt. Hujus Concilii, & capitis meminit Innocentius tertius in epistola Romæ impressa, lib. 2. epistolâ Petro Compostellano scriptâ, his verbis: Emeritense verò Concilium authenticum esse multis rationibus astruebas, tum quia cum aliis Conciliis continetur in libro, qui Corpus Canonum appellatur, quem Alexander Papa per interlocutorem authenticum comprobavit, tum quia de ipso Concilio sumptum est caput:* [*Priscis quidem canonibus,*] quod continetur in corpore Decretorum.

1 ¶ Sufficere possunt.] *Sublata est negatio, quæ erat in vulgatis, quoniam & ab utroq; exemplari Concilii, & à vetustis Gratiani codicibus abest: & hoc modo magis convenit cum ratione legis.*

2 ¶ Sed quæ exinde] *In exemplaribus Concilii legitur:* Sed quæque exinde consequi potuerat, totum in reparatione ipsarum basilicarum proficiat.

C. III. ¶ *Non accipiant Episcopi tertiam partem, nisi dirutas Ecclesias reparare voluerint.*

Item ex Concilio Toletano XVI. *c. 4.*

UNio nostræ congregationis *f* decernit, atque instituit, ut tertias, quas antiqui canones de parochiis suis habendas Episcopis censuerunt, si eas exigendas crediderint, ab ipsis Episcopis dirutæ Ecclesiæ reparen-

In Meldensi, c. 22. in fin. ext. de precariis, c. 1. b *Burch. l. 3. c. 169. Ivo p. 3. cap. 230.* c *Ext. de precariis.* d *In c. Martinus Bracharensis ex Conc. Antioch. c. 25.* e *12. quæst. 1. Episcopus Ecclesiasticarum.* f *1. Tim. 8.* g *ita monaverit,*] *codex regius.* h *al. aliqua.* i *In eadem capit.* k *Burch. l. 1. c. 215. & l. 3. c. 181. Ivo p. 3. c. 172. & 241. & p. 4. c. 329.*

a *al. Episcopi.* b *1. Pet. 5.* c *al. quippe.* d *al. parochianis.* e *sequeretur,*] *reg.* f *al. adunationis.*

tur. Sin

tur. Sin verò eas maluerint cedere, ab earundem Ecclesiarum cultoribus, sub cura & solicitudine sui Pontificis, reparatio eisdem est adhibenda basilicis. Quòd si omnes Ecclesiæ aut incolumes fuerint, aut quæ dirutæ erant, reparatæ extiterint, secundum antiquorum canonum instituta, si tertias sibi debitas unusquisque Episcopus assequi voluerit, facultas illi omnimoda erit: ita videlicet, ut citra ipsas tertias nullus Episcoporum quidpiam pro Regiis inquisitionibus à parochianis a Ecclesiis exigat, nihilq; de prædiis ipsarum Ecclesiarum cuiquam causâ stipendii dare præsumat. ¶ Sed & hoc necessariò instituendum deligimus, ut plures Ecclesiæ uni nequaquam committantur Presbytero: quia solus per totas Ecclesias nec officium valet persolvere, nec populis Sacerdotali jure occurrere, sed nec rebus earum necessariam curam impendere, eâ scilicet ratione, ut Ecclesia, quæ usque ad decem habuerit mancipia, super se habeat Sacerdotem: quæ verò minus decem mancipia habuerit, aliis conjungatur Ecclesiis. Si quis sanè Episcoporum hanc nostram constitutionem parvipenderit, spatiis duorum mensium se noverit excommunicatione mulctari 1.

¶ *Caput hoc est pars quarta canonis Concilii 16. Toletani, cujus duo exemplaria missa sunt ex Hispania: ex quibus nonnulla sunt in hoc capite emendata, & addita. Habitum verò est Concilium hoc Æra DCCXXXI. cùm illud Emeritense habitum fuerit Æra DCCIV.*

1 ¶ Mulctari.] *In Concilio sequitur*; ita nempe, ut postquam ab excommunicationis interdicto ad ordinis sui remeaverit locum, cunctas hujus canonis sanctiones modis omnibus studeat adimplere.

C. IV. ¶ *De eodem.*

Item Pelagius *Cresconio Illustri.*

ILlud b te volumus modis omnibus custodire, ne qui Episcoporum Siciliæ de parochiis ad se pertinentibus nomine cathedratici ampliùs, quàm duos solidos præsumant accipere, neque compellere Presbyteros, aut Clerum parochiarum suarum supra vires suas eis convivia præparare.

C. V. ¶ *Baptizandi numerus non imponatur, nec cathedraticum ultra vetustum morem exigatur.*

Item Gelasius Papa *Fabiano Episcopo.*

NEc numerus baptizandis justè creditur imponendus, cùm quanti petierint, vel ad regenerationem festinaverint, non sint pro alterius voluntate repellendi. Et ideò, frater charissime, hujusmodi superfluam constitutionem modis omnibus removebis, ut unusquisque aut in vicina sibi Ecclesia, aut in electa pro suæ mentis baptizetur arbitrio. Cathedraticum etiam non ampliùs, quàm vetusti moris esse constiterit, ab ejus loci Presbytero noveris exigendum: & de his, quæ die dedicationis fuerint offerentium devotione collata, consuetudinem, quæ generaliter omnibus Ecclesiis est præscripta, servabis.

2 pars. *Cathedraticum, quod his auctoritatibus Episcopis permittitur exigere, præter meditatem, vel tertiam partem oblationum, quæ etiam pro varia Ecclesiarum consuetudine ex præmissis auctoritatibus Episcopo debetur, intelligendum est: nec illa pars oblationum omnium generaliter intelligenda est, sed vel anniversaria dedicationis, vel quorundam etiam solemnium dierum, prout inter Episcopum & Sacerdotem tempore dedicationis convenerit. De his verò Episcopis, qui per parochias suas crudeliter desæviunt sic est statutum* in tertio Concilio Toletano, *c. 20.*

C. VI. ¶ *Ultra morem antiquum à parochianis Presbyteris Episcopi nil exigant.*

QUia c cognovimus Episcopos per parochias suas non Sacerdotaliter, sed crudeliter desævire, & dum scriptum sit a: [*Forma estote gregi, non ut dominantes in Clero,*] exactiones diœcesi suæ, vel damna infligant: ideò censemus (excepto quod veterum constitutiones à parochiis habere jubent Episcopos) ut alia, quæ illis hucusque præsumpta sunt, denegentur, hoc est, neque in angariis Presbyteri, aut Diaconi, neque in aliquibus fatigentur indictionibus: ne videamur in Ecclesia Dei exactores potiùs, quàm Dei Pontifices nominari. Hi verò Clerici, tam locales, quàm diœcesani, qui se ab Episcopo gravari cognoverint, querelas suas ad Metropolitanum deferre non differant, & Metropolitanus non moretur ejusmodi præsumptiones coërcere b.

C. VII. ¶ *A parochianis stipendia non nisi cum charitate Episcopi exigant.*

Item ex Concilio Cabilonensi II. *c. 14.*

CAvendum est, ne cùm Episcopi parochias suas peragrant, quandam damnosam erga subditos, seu erga socios tyrannidem exerceant, nec (quod absit) cum charitate, sed cum quadam judiciaria invectione c stipendia ab eis exigant. Observandum etiam modis omnibus, ut si quando eis peragrandæ parochiæ necessitas incumbit, in confirmandis hominibus, in inquirendis rebus emendatione dignis, in prædicatione verbi Dei, in lucris animarum potiùs, quàm in deprædandis & spoliandis hominibus, & scandalizandis fratribus operam dent. Et si quando eis ad peragendum ministerium suum à fratribus, aut subditis aliquid accipiendum est, hoc summoperè observare debent, ne quem scandalizent, aut gravent. Tanta ergò in hac re discretio tenenda est, ut & verbi Dei prædicator, ubi proprii sumptus desunt, à fratribus accipiat, & item fratres illius potentiâ non graventur, exemplo Apostoli Pauli d, qui, ne quem gravaret, arte & manibus victum quærebat.

C. VIII. ¶ *Ultra duos solidos à parochianis Ecclesiis Episcopus non præsumat accipere.*

Item ex Concilio Toletano VII. *c. 4.*

INter cætera denique, quæ communi consensu nos conferre competenter oportuit, querimonias etiam parochialium e Presbyterorum Galliæ 1 provinciæ solertissimè discernere decuit, quas contra Pontificum suorum rapacitates necessitas, ut comperimus, tandem compulit in publicum examen deferri. Hi f enim Pontifices, ut evidens inquisitio patefecit, indiscreto moderamine parochianas g Ecclesias prægravantes, dum in exactionibus superflui h frequenter existunt, penè usque ad examinationem extremæ virtutis quasdam basilicas perduxisse probantur. Ne ergò fiat de cætero, quod constat hactenus inordinatè præsumptum, non ampliùs, quàm duos solidos unusquisq; Episcoporum præfatæ provinciæ per singulas diœcesis suæ basilicas, juxta Synodum Bracharensem, annuâ illatione sibi expetat inferri: monasteriorum tamen basilicis ab hac solutionis i pensione sejunctis. ¶ Cùm k verò Episcopus diœcesim visitat, nulli præ multitudine onerosus existat, nec unquam quinquagenarium 1 numerum evectionis excedat, aut ampliùs, quàm unâ die per unamquamque basilicam remorandi licentiam habeat. Quicunque verò Pontificum eorundem aliter, quàm decernimus, egendum præsumpserit, correptioni proculdubiò canonum subjacebit, tanquam constitutorum Synodalium transgressor, & priscorum Patrum edictorum l corruptor.

---

a 1. Petr. 5. b al. districtè coërcere. c al. invectione. d 2. Thess. 3. e al. parochianorum. f Ansel. 7. c. 169. g al. parochitanas. h al. superfluis frequenter. Sup. add. placuit. i al. falutisme pensionis. k Burch. l. 2. c. 86. Ivo p. 3. c. 232. l al. edictis.

2 al. parochianis. b Ivo p. 3. c. 236. c Ivo p. 3. c. 237.

1 ¶ Galliæ] *In concilio impressis & aliquot Gratiani exemplaribus legitur,* Galliciæ. *In aliis autem, & emendatioribus, atque in codice Conciliorum Lucensi Regio habetur,* Gallicanæ provinciæ. *Nam eo tempore Archiepiscopus Narbonensis, & ejus provinciæ Episcopi ad Synodos Toletanas convenitebant, quod ex subscriptionibus Toletani tertii apparet. In eo enim Nigetius Narbonensis Metropolitanus, Sergius Episcopus Carcassonensis, & Nebridius Episcopus Agathensis, & procuratores Magalonensis & Nemausensis Episcoporum subscribunt. Ejusdem quoq; Metropolitani, & ipsius provinciæ Episcoporum subscriptiones in quarto & sexto Toletanis Conciliis impressis leguntur, & illa, quæ in manuscriptis habentur, omittuntur.*

2 ¶ Quinquagenarium] *In vastis editionibus hujus Concilii legitur,* quinarium. *Verum in codice Lucensi Regio, uno Vaticano, & altero Bibliotheca Dominicana manuscriptis, & vetustis exemplaribus Gratiani, & Burchardo, & Ivone est,* quinquagenarium. *Et hanc lectionem secutus est Innocentius III. in Concilio Lateranensi, c.* cùm Apostolus. *extra de cens. & exact.*

C. IX. ¶ *Sacerdotes ab Episcopis suis ultra modum non graventur.*

Item Gregorius *Episcopis Siciliæ, lib. 11. epist. 20.*

RElatum est nobis, sanctæ memoriæ decessoris mei temporibus per servum Dei Diaconum, qui tunc Ecclesiastici patrimonii curam gessit, fuisse dispositum, ut Sacerdotes per universas vestras diœceses constituti, quoties ad consignandos infantes egredimini, ultra modum gravari minimè debuissent. Summa enim præfixa fuerat, vobis, ut audio, consentientibus, quæ ab eisdem Sacerdotibus pro labore Clericorum dari debuisset. Atque hoc, quod tunc placuit, sicut nunc dicitur, minimè custoditur. Unde fraternitatem vestram admoneo, ut subjectis vestris non graves studeatis existere.

C. X. ¶ *Secundùm loci mediocritatem Episcopis convivia parentur.*

Item Pelagius *Cresconio Illustri.*

ILlud *a* magnitudinem tuam minimè volumus ignorare, quòd Syracusanæ civitatis Episcopus, inter alia, quæ in cautionum suarum pagina spopondit, hoc etiam specialiter sub interpositione pœnæ legitimè promisisse legitur, nunquam se à quolibet suæ diœcesis Presbytero ultra duos solidos cathedratici nomine petiturum, nec per quamlibet aliam occasionem quicquam in ejus se dispendio esse gesturum. Quod magnitudo tua, non solùm à prædicto Episcopo, sed de omnium Episcoporum Siciliæ personis competenti solicitudine custodire non desinat, nec ipsa quoque prandia enormia fieri, sed secundùm mediocritatem uniuscujusque loci Episcopo ad consignationem venienti susceptionis præparari convivium: quia nec eo prætextu pauperibus incuti damna volumus, aut quâlibet ratione permittimus.

CAUSA XI.

CLericus adversùs Clericum quæstionem de prædio agitavit, quem ad civilem judicem producere voluit: reus non nisi ante judicem Ecclesiasticum stare volebat: alter vero potentiâ civilis judicis illum à possessione sua dejecit. Quo audito, Episcopus eum ab officio suspendit: ille contemptâ Episcopi sententiâ, officium suum administravit. Hoc comperto Episcopus, sine spe restitutionis, in eum sententiam dedit.

1 *Hic primùm quæritur: utrùm Clericus ante civilem judicem sit producendus?*

2 *Secundò, si producendus non est, an hac culpa sit digna suspensione?*

3 *Tertiò, si digna non fuerit, an contemptorem sententiæ suæ Episcopus irreparabiliter operiat deponi?*

a *Anf. l. 6. t. 271. Polyc. l. 4. tit. 21.*

QUÆSTIO I.

1 QVod Clericus apud seculares judices accusandus non sit, Cajus Papa, *epistolâ ad Felicem Episcopum, cap. secundo scribat, dicens.*

C. I. ¶ *Apud secularem judicem nullus Clericus convenatur.*

NEmo unquam Episcopum apud judicem secularem, aut alios *a* Clericos accusare præsumat.

C. II. PALEA.

1. NUllus *b* judicum, neque Presbyterum, neq; Diaconum, aut Clericum ullum, aut juniores *c* Ecclesiæ, sine licentia *d* Pontificis per se distringat, aut condemnare præsumat. Quod si fecerit, ab Ecclesia, cui injuriam irrogare dignoscitur, tamdiu sit sequestratus, quousque reatum suum agnoscat, & emendet.

¶ *Apud Burchardum, & in aliquot Gratiani codicibus ex iis, qui hanc Paleam habent, & in Decretalibus, tit. de foro competenti, c. 2. statur ex Concilio Parisiensi, c. 10. Verùm in Concilio Rhemensi Trosleano, c. 8. refertur ex capitularibus, in quibus habetur hæc pars, lib. 6. c. 154. & lib. 7. c. 159. Simile quid legitur in Concilio Aurelianensi 4. c. 20. & Antissiodorensi, c. 43.*

C. III. ¶ *De eodem.*

Item Marcellinus *e* Papa, *epist. 2.*

1. CLericum 1 cujuslibet *f* ordinis absque Pontificis sui permissu nullus præsumat ad secularem *g* judicem attrahere: nec Laico *h* quemlibet Clericum liceat accusare.

1 ¶ Clericum] *In epistola Marcellini secunda, & Concilio Aurelianensi 3. ubi hoc reperitur, & in Pannormia sic legitur:* Clericus cujuslibet ordinis absq; Pontificis sui permissu nullum præsumat, &c. *Verùm ob glossas, & citationes Doctorum nihil est mutatum.*

C. IV. ¶ *Ab eis quæstio judicanda est, quos sibi judices elegerit.*

Item ex Nicæno Concilio.

IUdices *i* autem alii esse non debent, quàm quos ipse, qui impetitur, elegerit, aut quos suo cum consensu hæc sancta sedes, aut ejus Primates, auctoritate hujus sanctæ sedis delegaverint.

¶ *In Concilio Nicæno hodie canon hoc non habetur: sed fuisse illum plures canones illius Concilii supra dist. 18. cap. septuaginta. est adnotatum. Quorum partem refert Julius in rescripto omnia Orientales, ubi numero 30. habetur hoc caput: & ex eo sumitur in Polycarpo.*

C. V. ¶ *Ad seculares judices nullus Clericus est pertrahendus.*

Item Valentinianus, Theodosius, & Arcadius Imppp. AAA.

COntinuâ *k* lege sancimus, ut nullus Episcoporum, vel eorum, qui Ecclesiæ necessitatibus serviunt, ad judicia sive ordinariorum, sive extraordinariorum judicum pertrahatur. Habent illi suos judices, nec quisquam his publicis est commune cum legibus. *Item.* ¶ Constantinus *l* Imperator præsidens 1 in sancta Synodo, quæ apud Nicæam congregata erat, cùm querelam quorundam conspiceret coram se delatam, ait: Vos à nemine dijudicari potestis: quia ad *m* Dei solius judicium reservamini.

1 ¶ Præsidens] *Quàm humaniter ibi se gesserit Constantinus, docent Eusebius 2. lib. de vita ipsius, cap. 10. Socrates lib. 1. cap. 3. Theodoretus l. 1. c. 7.*

a *al. relequat.* b *Extra de foro compet. c. 2. Cap. lib. 6. c. 154. & l. 7. c. 159. Burch. l. 16. cap. 22.* c *al. minores.* d *al. sententia*] *al. permissu.* e *Et in Concilio Aurelian 3. cap. 30.* f *Anf. l. 1. c. 22. Pann. l. 4. c. 31.* g *al. seculare judicium.* h *2. q. 7. Laus.* i *Polyc. l. 5. tit. 4. Pann. l. 4. c. 89.* k *In Cod. Theod. l. 16. tit. de Epis. aud. c. ult. Anf. l. 3. c. 169. Polyc. lib. 1. tit. 19.* l *12. q. 1. futuram. & 11. q. 1. Sacerdotibus. Hist. Ecclesiast. l. 10. c. 2. Russinus auctore.* m *al. quia Dei solius judicio reservamini.*

C. VI.

C. VI. ¶ *De eodem.* PALEA.

[*Item* ex Concilio Matisconensi I. *c.* 1.]

II NUllus *a* Clericus alium Clericum ad judicem secularem accusare, aut ad causam dicendam trahere quocunque modo præsumat: sed omne negotium Clericorum, aut I in Episcopi sui, aut Presbyterorum cum Archidiaconi præsentia finiatur. Quòd si quis Clericus hoc adimplere distulerit, si minor fuerit, uno minùs de quadraginta ictus *b* accipiat: si verò honoratior, triginta dierum inclusione mulctetur.

1 ¶ Aut in Episcopi sui] *In Concilio Matisconensi legitur:* aut in Episcopi sui, aut in Presbyteri, aut in Archidiaconi præsentia finiatur. *Verùm in prima collectione Decretalium Bernhardi, tit. de foro competenti, c. 2. caput hoc refertur eodem modo, atq; in hac Palea.*

C. VII. ¶ *De eodem.* PALEA.

Item Marcellinus I *epist. secundâ, ad Episcopos Orientales.*

QUæcunq; c contentiones inter Christianos ortæ fuerint, ad Ecclesiam deferantur, & ab Ecclesiasticis viris terminentur. Et si 2 obedire noluerint, quousque obediant, à liminibus Ecclesiæ excludantur.

1 ¶ Item Marcellinus] *In vulgatu citabatur ex Bonifacio ad Episcopos Galliæ, sed in aliquot vetustis legitur,* Marcel. *Et enim hoc caput in secunda epistola Marcellini, & ipsi tribuit Ivo: sequens autem est, quod in vetustis Gratiani exemplaribus, & à Burchardo, & Ivone citatur ex Bonifacio ad Episcopos Galliæ, ut ibi etiam dicetur.*

2 ¶ Et si obedire] *Hæc usque ad finem non leguntur in ipsa epistola: sunt tamen apud Burchardum & Ivonem.*

C. VIII. ¶ *Neq; pro civili, neq; pro criminali causa Episcopus apud civilem judicem producatur.*

Item Bonifacius *ad Episcopos Galliæ.*

III. NUllus *d* Episcopus, neq; pro civili, neq; pro criminali causa, apud quemvis judicem, sive civilem, sive militarem producatur, vel exhibeatur. Magistratus enim, qui hoc jubere ausus fuerit, amissionis cinguli condemnatione plectetur.

¶ *Hoc adscribebatur Marcello: sed, ut dictum est in proxima superiore notatione, in vetustis codicibus Gratiani, & apud Burchardum, & Ivonem part. 3. c. 278. tribuitur Bonifacio: & sic est mutatum. Fere eadem habentur apud Iulianum antecessorem, novell. 123. cap. 10. quod in aliis, qua nomine Bonifacii citantur, solet evenire. Et Ivo eâdem parte, c. 369. hoc ipsum caput citat ex libro constitutionum, additis nonnullis verbis, quæ sunt apud Iulianum.*

C. IX. ¶ *Quilibet Clericus non est in publico examinandus.*

Item Sylvester Papa *in Synodo Romana, c. 14.*

TEstimonium e Clerici adversùs Laicum nemo recipiat: nemo enim *f* Clericum quemlibet in publico examinare præsumat, nisi in Ecclesia.

¶ *In Synodo Romana sub Sylvestro, c. 14. & in Pannormia legitur eodem modo atq; apud Gratianum, ac propterea nihil est mutatum. Verùm in epitoge ejusdem Concilio habetur,* Testimonium Laici adversùs Clericum nemo recipiat. *Et eodem modo legitur in capitulis Hadriani, c. 72. in Concilio Triburiensi, c. 4. & ex ipso apud Burchardum & Ivonem.*

Item Codicis libro 1. titulo g *de Episcopis & Clericis* Imperator Theodosius: [Nec honore, nec legibus Episcopus ad testimonium dicendum flagitetur.] ¶ *Item dixit.* [Episcopum ad testimonium dicendum admitti non decet: nam & persona dehonoratur *h*, & dignitas Sacerdotis excepta *i* confunditur.]

Novella constitutio a.

[Episcopus non flagitetur ad testimonium jurejurando I, sed Evangeliis tantùm coram positis.] ¶ *Item* [Sed *b* judex mittat ad eum ex suis ministris, ut propositis sacrosanctis Evangeliis, secundùm quod decet Sacerdotes, dicat quæ noverit.]

1 ¶ Jurejurando,] *Dictio hæc non est in Novella. Et verba Græca, qua ad hoc faciunt, sunt hæc;* ἐὰν δὲ καὶ τῶν ἀρχόντων ἐξέστω τὸν φιλεύσεβεστάτην ἐπισκοπὴν αὐτομολεῖν ἐπὶ δίκαιον παρακαλεῖσθαι ἐπὶ τῇ νεύσει μαρτύρια: *id est;* Præterea nulli magistratuum licebit Dei amantissimos Episcopos cogere, ut perhibendi testimonii causâ in jus prodeant.

C. X. ¶ *Clericus ad civilem judicem Clericum perducens, anathema sit.*

Item Sylvester *in epilogo Concilii Romani.*

I. SIquis Clericus accusans Clericum in curiam introierit, anathema sit.

Subaudiendum est, si publicorum judiciorum cognitionem petierit: Episcopale namq; judicium nihil obest ab Imperatore postulare.

C. XI. ¶ *Propria privetur honore, publica judicis cognitionem ab Imperatore postulans.*

Unde in Carthaginensi c Concilio VIII. *legitur.*

I. PLacuit, ut quicunque ab Imperatore cognitionem publicorum judiciorum petierit, honore proprio privetur. Si autem Episcopale judicium ab Imperatore postulaverit, nihil ei obsit.

Sic & sequentes auctoritates intelligenda sunt, quibus Clericorum causas non nisi Clerici cognoscere jubentur.

¶ *In antiquis etiam codicibus citatur Carthaginense effatum, quo nomine videtur significari Concilium Milevitanum, in quo caput hoc extat, cap. 19.*

C. XII. ¶ *A seculari judice Clericus non est audiendus.*

Unde Gelasius Papa *scribit Exychio* d *Comiti.*

CHristianis gratum semper debet esse, quod ab eorum poscitur dignitate præstandum: quia Deo servientibus beneficium negare non convenit. Sylvester e itaq; atque Faustinianus, qui se à cunabulis Clericos confitentur, à Theodora se opprimi per violentiam conqueruntur: quia dicunt se ingenuos, atq; Deo auctore, pristinæ conditionis nexibus absolutos, in sortem deterrimæ iterùm servitutis addici, & per auctoritatem Regiam, contra leges publicas, cùm clericali cingulo tenerentur adstricti, per Archidiaconum urbis Grumentinæ esse conventos, cùm constet eum, qui cœlestem militem pulsat, non nisi ejus forum debere sectari. Et ideò, dilecte fili, depenso salutationis affatu, supradictos Clericos tibi commendo, ut si ad delegatorum judicium eorum adversarii f venire contempserint, sublimitatis tuæ tuitione vallentur: ne quid illis, aut surreptio, aut inimica legibus violentia necessitatis imponat: quia, qui judicium refugit, apparet eum de justitia diffidere.

C. XIII. ¶ *Non nisi ad Episcoporum judicium Clericus vocetur.*

Idem *Crispino* g, *& Sabino Episcopis.*

SYlvester h & Faustinianus Ecclesiæ Grumentinæ Clerici, lachrymosâ nobis insinuatione conquesti sunt, libertatem sibi Domini sui benignitate concessam, hæredum ejus oppressione pulsari, sibique in Clericatûs officio penè à cunabulis servientibus, etiam manumissore vivente, in eodem actu nihilominùs constitutis, divinis ministeriis i impendere servitium non licere,

a *Burch. l. 16. c. 21.* b *al. sthenus.* c *Burch. l. 3. c. 199. Ivo p. 3. c. 201.* d *Auth. nullus Episcopus. Cod. de Epis. & Clericis. Burch. lib. 1. c. 162. Ivo p. 3. c. 278. & 369.* e *Burch. lib. 2. c. 204. Ivo p. 6. c. 276. Pann. l. 4. c. 89.* f *al. etiam.* g *tit. 3. l. 7. & in cod. Theod. d. 11. tit. 39. ibid.* h *al. inhonoratus.* i *al. exempta.*

2 *Novell. 123. 8. præterea nulli.*] *apud Iulianum novell. 123. c. 9.* b *Ivo p. 3. c. 369. Auth. sed judex. Cod. de Episcopis & Cler.* c *In Milevitano cap. 19. & in Afric. c. 71.* d *al. Zeno.* e *Inscr. ad Sylvest.* f *al. adversaria venire contempserit.* g *al. Crispo.* h *Anst. d. c. 108.* i *mysteriis.*

cùm (si petitionem veritas subsequatur) contra patris & auctoris sui factum venientibus, ut indignis, hæreditas legibus auferatur, nec eis liceat hæreditatem capientibus contra auctoris sui profilire judicium. Et ideò, fratres *a* charissimi, quoniam se etiam ab Archidiacono dictæ Ecclesiæ queruntur oppressos, qui per eorum absentiam moderatoris judicium promilit eos esse secuturos, calcatis omnibus rationibus *b*, & contra leges divinas, & publicas pulsatis, forum suum putavit auferri, in vestro judicio, quisquis ille est, qui Clericum lacessit, adveniat, ut Ecclesiæ jura, quæ vetusti Principes assiduâ sanctione firmaverunt, impetitis Clericis non negentur.

C. XIV. ¶ *Ante judicem civilem Sacerdotes non accusentur.*

Item Alexander *omnibus orthodoxis, per diversas provincias Christo Domino famulantibus, epist. 1. c. 1.*

RElatum est ad hujus sanctæ & Apostolicæ sedis apicem (cui summarum dispositiones causarum, & omnium negotia Ecclesiarum ab ipso Domino tradita sunt, quasi ad caput, ipso dicente Principi Apostolorum Petro: [*Tues* c *Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam,*] quòd quidam æmuli Christi, ejusque sanctæ Ecclesiæ insidiatores, Sacerdotes Dei ad judices publicos accusare præsumant: cùm magis Apostolus *d* Christianorum causas ad Ecclesias deferri, & ibidem terminari præcipiat. Taliter prævaricantes prævaricati sunt in Deum suum, & non obedierunt præceptis ejus.

C. XV. ¶ *Alter forum res sequatur.*

Item Pelagius Papa *Benegesto Defensori.*

EXperientiæ *e* tuæ præsenti auctoritate mandamus, ut in causis, in quibus quælibet Ecclesiastici officii persona loco petitoris existit, quenquam Laicum pulsatura, apud suæ provinciæ judicem suas proponere actiones non deserat. In iis verò negotiis, in quibus Ecclesiastici officii persona pulsatur, totius submoto pulsationis obstaculo ad Episcopi vel Presbyterorum, in loco, ubi quæstio vertitur, constitutorum, occurrat indifferenter examen.

C. XVI. ¶ *De eodem.*

Item *f* Sergio Cancellario.

SI quisquam Clericus, sive inferioris, sive potioris gradûs petitor existat, & contra Laicam personam suas dirigat actiones, iste modis omnibus, non alibi, quàm apud provinciæ judicem, negotium suum dicturus occurrat. Si quis autem Laicus Clericum cujuscunque gradûs duxerit esse pulsandum, ad Episcoporum judicium in eadem civitate, vel territorio constitutorum, proponat eas, quas se habere existimat actiones. Quem ordinem legibus per omnia convenientem atque consentaneum demonstrari, illa regula manifestat, quæ præcepit, actorem forum semper sequi pulsati *g*. Clericis verò pulsatis in Episcopali judicio forum competere, principalium quoque sanctionum designat auctoritas.

C. XVII. ¶ *Episcopo non permittente, apud seculares judicem Clericus pulsari non debet.*

Item in Concilio Agathensi, *c. 32. legitur.*

II. CLericum *h* nullus præsumat apud secularem judicem, Episcopo non permittente, pulsare: sed si pulsatus fuerit, non respondeat, vel *i* proponat: nec audeat criminale negotium in seculari judicio proponere.

¶ *In Concilio Agathensi, c. 32. in prima parte legitur:* Clericus nec quenquam præsumat, &c. *& posterior ejusdem capitis pars (quæ habetur sup. 3. q. 4. c. fin.) in qua quasi ex adverso agitur de Laico, qui Ecclesiam, vel Clerum vexant, offendit in primo dictum esse de Clerico, qui sine permissu Episcopi sui Laicos pulsarent: & cum originals concordat Ivo.*

C. XVIII. ¶ *Clericus suo inobediens Episcopo, depositus curiæ tradatur.*

Item Pius Papa, *epistolâ 2.*

II. SI a quis Sacerdotum, vel reliquorum Clericorum suo Episcopo inobediens fuerit, aut insidias ei paraverit, aut contumeliam, aut calumniam, aut 1 convitia intulerit, & convinci potuerit, mox depositus 2 curiæ tradatur, & recipiat 3, quod iniquè gessit.

1 ¶ Aut convitia intulerit,] *Sic etiam in vetusto, & apud Anselmum, & Polycarpum: sed in epistola ipsa, & apud Ivonem non habentur ista verba.*

2 ¶ Depositus] *Abest ista dictio ab originali, & Ivone.*

3 ¶ Et recipiat,] *In epistola Polycarpi, & apud Anselmum legitur:* Qui autem facit injuriam, recipiat hoc, quod iniquè gessit.

C. XIX. ¶ *Principalis cogatur auctoritate, qui plebem invasam non vult deserere.*

Item ex Concilio Carthaginensi *b* III. *c. 31.*

PEtimus, ut dignemini dare fiduciam, quâ *c* necessitate ipsâ cogente, liberum sit nobis rectorem provinciæ, secundùm statuta gloriosissimorum Principum, adversùs illum adire, qui 1 plebem, quam invaserat, ossi hodie commonitus, secundùm quod statutum fuerat, relinquere contemnit: ut qui miti admonitioni sanctitatis vestræ acquiescere noluit, & emendare illicitum, auctoritate judiciariâ protinùs excludatur. Aurelius Episcopus dixit: Servatâ formâ disciplinæ, non affectabitur appetitus, si à vestra charitate modestè *d* contentus, recedere detrectaverit, cùm fuerit, suo contemptu & contumaciâ faciente, etiam auctoritate judiciariâ superventus. Honoratus & Urbanus Episcopi dixerunt: Hoc enim omnibus placet. Ab universis Episcopis dictum est: Justum est, Placet.

1 ¶ Qui plebem,] *Hæc usque ad vers. contemnit, sunt à collectore ex verbis in eodem capite præcedentibus hùc congesta, ne illa omnia referenda essent.*

C. XX. ¶ *A Principibus corrigantur, quæ Ecclesia corrigere non valet.*

Item Gregor. Papa.

ISTud *e* est, quod à vobis popposcimus, & nunc iterùm postulamus, ut Paulinum Aquileiensem Pseudoepiscopum, & illum Mediolanensem Episcopum ad clementissimum Principem sub digna custodia dirigatis, ut & iste, qui Episcopus esse nullatenùs potest, quia contra omnem canonicam consuetudinem factus est, alios ultrà non perdat; & ille, qui contra morem antiquum eum ordinare præsumpsit, canonum vindictæ subjaceat.

¶ *Hoc capitulum in Polycarpo refertur sine auctoris nomine: in libro autem septimo, titulo quinto, simile quiddam refertur ex Gelasio ad Ioannem magistrum militum: sed in eo libro sæpè pro Pelagio, scribitur Gelasius. Anselmus quidem integram epistolam Pelagii refert, cujus prior pars est hoc caput, posterior verò cap. nec licuit. sup. dist. 17.*

C. XXI. ¶ *Proprium gradum amittant Clerici conjurantes, vel conspirantes.*

Item in Concilio Chalcedonensi *f, c. 18.*

COnjurationum *g* & conspirationum crimen (quod apud Græcos dicitur Φρατρίαι) publicis etiam legibus certum est penitùs inhiberi. Hoc multò magis in sancta Dei Ecclesia ne fiat, convenit abdicari. Si qui verò Clerici vel Monachi inventi fuerint conjurationes aut conspirantes, aut phratrias, vel factiones compo-

a *Sup. eâdem Christiani.* b *abest à multis.* c *Matth. 16. & 1. Corinth. 6.* d *Polyc. lib. 1. tit. 2.* e *al. Idem.* g *Supra 3. quæst. 6. nemanem.* h *Ivo part. 6. c. 367.* i *add. Clericum nullus.* k *al. nec.*

a *Polyc. lib. 4. tit. 34. Anselm. l. 9. c. 17. Ivo p. 5. c. 143.* b *Et in Afric. c. 11.* c *al. quoniam.* d *al. modestiæ.* e *Anst. l. 12. c. 42. Polyc. l. 1. tit. 13.* f *Et in Vernacensi, c. 24.* g *Infra eâd. c. si qui Clericus.*

nentes

nentes aliquas suis Episcopis, aut Clericis aliis, omninò cadant de proprio gradu.

C. XXII. ¶ *Clerici conspirantes, proprio amisso gradu, retrudantur in carcerem: cæteri excommunicentur.*

Item Calixtus Papa *Episcopis Galliæ, epist. 2.*

CONspirationum *a* crimina vestris in partibus vigere audivimus, & plebes contra Episcopos suos conspirare nobis manifestum est: cujus criminis astutia non solùm inter Christianos abominabilis est, sed etiam inter Ethnicos, & ab exteris legibus prohibita. Et idcircò hujus criminis reos non solùm Ecclesiasticæ, sed etiam seculi damnant leges: & non solùm conspirantes, sed etiam consentientes eis. Antecessores verò nostri cum plurima turba Episcoporum, quicunque eorum in Sacerdotali honore sunt positi, aut existunt Clerici, honore, quo utuntur, carere *b* præceperunt: cæteros verò communione privari, & ab Ecclesia extorres fieri jusserunt, omnesque simul utriusque ordinis viros infames esse censuerunt, & non solùm facientes, sed & eis consentientes.

C. XXIII. ¶ *Clerici aut Monachi conjurantes, proprio priventur honore.*

Item ex Concilio Chalcedonensi, *c. 18.*

I. SI qui Clerici aut Monachi reperti fuerint conjurantes *a*, aut conspirantes, aut insidias ponentes Episcopis, aut Clericis *d*, gradu proprio penitùs abjiciantur.

¶ *Hoc canone est pars canonis 18. Concilii Chalcedonensis, qui paulo ante c.* conjurationum, *integer ex alia refertur versione.*

C. XXIV. ¶ *De eodem.*

Item ex Concilio Toletano.

SI *e* Clerici, aut Monachi inventi fuerint conspirantes, aut per conjurationem calumniam machinantes Episcopis, vel Clericis, proprium amittant gradum.

¶ *Ivo etiam, & auctor Polycarpi citat ex Toletano: sed in nullo est inventum, & est idem canon cum priore, verbis tantum mutatis.*

C. XXV. ¶ *De eodem.*

Item ex Concilio Aurelianensi III. *c. 21.*

II. SI qui Clericorum (ut nuper multis locis per superbiam, Diabolo instigante, actum fuisse perpatuit) rebelli auctoritate se in unum conjuratione intercedente collegerint, & aut sacramenta inter se data, aut chartulam conscriptam fuisse patuerit, nullis excusationibus hæc præsumptio elabatur *f*: sed re detectâ, cùm in Synodum ventum fuerit, in præsumptores juxta personarum & ordinum qualitatem, à Pontificibus, qui tunc in unum collecti fuerint, vindicetur: quia sicut charitas ex præceptis divinis *g* corde, non chartulæ conscriptione, vel conjurationibus est exhibenda; ita quæ *b* supra sacras admittuntur scripturas, auctoritate & districtione Pontificali sunt reprimenda.

C. XXVI. ¶ *Inter Clericos, & Laicos causa exorta ab Episcopis audiantur.*

Item Innocentius Papa *ad Victricium Rothomagensem, epist. 2. c. 3.*

SI *i* quæ causæ, vel contentiones inter Clericos, vel 1 inter Laicos & Clericos, tam superioris ordinis, quàm etiam inferioris fuerint exortæ, placuit, ut secundum Synodum Nicænam *k*, congregatis omnibus ejusdem provinciæ Episcopis, judicium 2 terminetur.

1 ¶ Vel inter] *Sic in editione Conciliorum tribus tomis. In illa autem quatuor tomorum absunt hæc*, vel inter Laicos & Clericos. *In Gratiani codicibus legebatur*, contentiones inter Clericos & Laicos.

2 ¶ Judicium] *In aliquot editionibus ipsius epistolæ, apud Anselmum, in Capitularibus, & in epistola Nicolai Episcopi Galliæ, in appendice Bibliothecæ sanctorum Patrum, in qua caput hoc refertur, legitur*, jurgium.

Cum ergò his omnibus auctoritatibus Clerici ante civilem judicem denegentur producendi, cùm (nisi prius depositi, vel nudati fuerint) curia non sint repræsentandi, patet, quòd ad sæcularia judicia Clerici non sunt pertrahendi.

2 pars. *His ita respondetur. Clerici ex officio Episcopo sunt suppositi: ex possessionibus prædiorum Imperatori sunt obnoxii. Ab Episcopo ultrò census, decimationes, & primitias accipiunt: ab Imperatore verò prædiorum possessiones nanciscuntur. Unde* Augustinus *ait super Joannem:* [Quo *a* jure villas defendis? divino, an humano?] *Require in principio, ubi differentia signatur inter jus naturale, & jus constitutionis. Bona ergò, ut prædia possideantur, Imperiali lege factum est, patet, quòd Clerici ex prædiorum possessionibus Imperatori sunt obnoxii.*

C. XXVII. ¶ *Imperatori tributum Ecclesia denegare non debet.*

Item Ambrosius *b contra Auxentium, in oratione de tradendis basilicis.*

SI tributum petit Imperator, non negamus: agri Ecclesiæ solvunt *c* tributum. Si agros desiderat Imperator, potestatem habet vendicandorum. *Ac paucis interjectis.* ¶ Tollant eos, si libitum est: Imperatori non dono, sed non nego.

C. XXVIII. ¶ *Potestatibus tributa non sunt deneganda.*

Idem *in commentariis ad c. 3. Luca, lib. 4. c. penult.*

MAgnum quidem est, & spirituale documentum, quo Christiani viri sublimioribus Potestatibus docentur debere esse subjecti: ne quis constitutionem terreni Regis putet esse solvendam. Si enim censum *d* Dei Filius solvit, quis tu tantus es, qui non putes esse solvendum?

Item Apostolus e: [Omnis anima sublimioribus potestatibus subdita sit.] *Item Petrus* f *Apostolus generaliter omnibus fidelibus scribit:* [Estote subditi Dominis vestris, sive Regi, quasi præcellenti, sive Ducibus, tanquam ab eo missis, ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum.]

C. XXIX. ¶ *De secularibus negotiis Episcopus cognoscere non debet.*

Item ex epist. 1. Clementis *ad Iacobum fratrem Domini.*

TE *g* quidem oportet irreprehensibiliter vivere, & summo studio niti, ut omnes vitæ hujus occupationes abjicias: ne fidejussor existas: ne advocatus litium fias: nevè in ulla aliqua occupatione prorsus inveniaris mundialis negotii occasione perplexus. Neque enim judicem, aut cognitorem secularium negotiorum hodie te ordinare vult Christus: ne præfocatus præsentibus hominum curis non possis verbo Dei vacare, & secundùm veritatis regulam secernere bonos à malis. Ista namque opera, quæ tibi minùs congruere superiùs exposuimus, exhibeant sibi invicem vacantes 1 Laici: & te nemo occupet ab his studiis, per quæ salus omnibus datur.

1 ¶ Vacantes Laici:] *In epistola Clementis legitur*, discentes, id est, Laici: *sed Gratianus etiam infrà post Paleam*, Clericus nullum, *eodem modo legit atq; hîc.*

C. XXX. ¶ *In his, quæ ad communem vitæ usum pertinent, Laici sibi invicem operam dent.*

Item ibidem *continenter.*

---

a *Polyc. lib. 4. tit. 30. Ans. l. 1. c. 18. Burch. l. 10. c. 64. Ivo p. 12. c. 81. & part. 8. c. 346.* b *al. cadere.* c *Sup. add. conjurationum. Polyc. l. 4. tit. 34. Burch. l. 10. c. 68. Ivo p. 12. c. 87.* d *al. conclericis.* e *Polyc. ib. Burch. l. 10. c. 69. Ivo p. 12. c. 83. Ans. lib. 3. c. 18.* f *al. prævaleat:*] *al. prævalerur.*] g *al. Dominicis.* h *al. quod admittitur, est reprimendum.* i *Cap. 1. 6. c. 217. Ans. l. 3. c. 13.* k *C. 3. Conc. Blic.* l *abest à nonnullis Conciliorum editionibus.*

a *Dist. 8. quo jure.* b *Ls epistolarum post epist. 32.* c *al. solvant.* d *Matth. 17.* e *Rom. 13.* f *1. Pet. 2.* g *Inducitur Petrus loquens Clementi.*

SIcut enim tibi impietatis crimen est, neglectis verbi Dei studiis, solicitudines suscipere seculares: ita & unicuiq; Laicorum peccatum est, nisi invicem sibi etiam in his, quæ ad communis vitæ usum pertinent, operam fideliter dederint. Te verò securum facere ex his, quibus non debes instare *a*, omnes communiter elaborent. Quòd si fortè à semetipsis hoc Laici non intelligunt, per Diaconos edocendi sunt, ut tibi solius Ecclesiæ solicitudines derelinquant.

Ex his omnibus datur intelligi, quòd in civili causa Clericus ante civilem judicem convenendus est. Sicut enim Ecclesiasticarum legum Ecclesiasticus judex est administrator; ita & civilium non nisi civilis debet esse executor. Sicut enim ille solus habet jus interpretandi canones, qui habet potestatem condendi eos: ita ille solus civilium legum debet esse interpres, qui eis jus & auctoritatem impertit. In criminali verò causa non nisi ante Episcopum est Clericus examinandus. Et hoc est illud, quod legibus & canonibus suprà definitum est, ut in criminali videlicet causa ante civilem judicem nullus Clericus producatur, nisi fortè cum consensu Episcopi sui; veluti quando incorrigibiles inveniuntur, tunc detracto eis officio, curiæ tradendi sunt.

C. XXXI. ¶ *Qui Episcopo insidiatur, semotus à Clero curiæ tradatur.*

Unde Fabianus Papa *ait epist. 2. Episcopis Orientalibus.*

STatuimus *e*, ut si quis Clericorum suis Episcopis infestus, aut insidiator fuerit, eosque criminari voluerit, aut conspirator fuerit, mox ante examinatum judicium submotus à Clero, curiæ tradatur, cui diebus vitæ suæ deserviat, & infamis absque ulla restitutionis spe permaneat.

Quia ergò ille non in criminali, sed in civili causa Clericum ante civilem judicem produxit, non est judicandus transgressor canonum, nec est dicendus pertraxisse reum ad judicem non suum; quia de civili causa non nisi judex civilis cognoscere debet.

3 pars. *Econtrà ea, quæ in alterius defensione dicta sunt, verisimilia quidem videntur, sed ponderè cavent. Sacris enim canonibus & forensibus legibus, tam in civili, quàm in criminali causa Clericus ad civilem judicem pertrahendus negatur.*

C. XXXII. ¶ *Fratres apud Presbyteros judicentur.*

Unde in epistola prima Clementis *ad Iacobum legitur.*

III. SI *d* qui ex fratribus negotia habent inter se, apud cognitores seculi non judicentur: sed apud Presbyteros Ecclesiæ, quicquid illud est, diritmatur.

C. XXXIII. ¶ *Nullus Clericus propter aliquam causam intret curiam.*

Item Sylvester Papa *in epilogo* e *Concilii Romani.*

IV. NUllus *f* Clericus, vel Diaconus, vel Presbyter, propter quælibet causam intret in curiam, nec ante judicem civilem 1 causam dicere præsumat.

1 ¶ Civilem] *In epilogo Synodi Romanæ sub Sylvestro, unde hoc videtur sumptum, legitur*, cinctum: *cingulo enim militiæ ac magistratus ab Imperatore donabantur.*

C. XXXIV. ¶ *Ecclesiasticum, non forense judicium pœnitens expetat.*

Item Leo Papa *ad Rusticum, epist. 90. al. 92. c. 9.*

ALiud *g* quidem est, debita justè reposcere, aliud, propria perfectionis amore contemnere. Sed illicitorum veniam postulantem oportet etiam à multis licitis abstinere, dicente Apostolo *h*: [*Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt.*] Unde si quis pœnitens habet causam, quam negligere fortè non debeat, melius expetit Ecclesiasticum, quàm forense judicium.

Non aut propter criminale tantum, sed generaliter propter quamlibet causam, eam civilem, quàm criminalem intelligens.

C. XXXV. ¶ *Cuicunq; licet sacrosancta sedis Antistitis judicium eligere.*

Unde Theodosius Imperator *a.*

QUicunq; litem habens, sive possessor, sive petitor fuerit, vel in *b* initio litis, vel decursis temporum curriculis, sive cùm negotium peroratur, sive cùm jam cœperit promi sententia, judicium elegerit sacrosanctæ sedis *c* Antistitis, illicò sine aliqua dubitatione, etiamsi alia pars refragatur, ad Episcoporum *d* judicium cum sermone litigantium 1 dirigatur.

1 ¶ Dirigatur.] *In Cod. Theodosiano, lib. 16. tit. de Episcopali judicio. l. 1. quæ repetitur l. 6. Capitul. c. 281. & in Concilio tenti Valentini, sub Lothario, & apud Ivonem, & Anselmum sequuntur hæc:* Multa enim, quæ in judicio captiosæ præscriptionis vincula non patiuntur, investigat, & promit sacrosanctæ religionis auctoritas, *ac statim adoecitur cap. sequens.* Omnes itaque causæ.

C. XXXVI. *Item* ibidem.

OMnes *e* itaque causæ, quæ vel prætorio jure, vel civili tractantur, Episcoporum sententiis terminatæ, perpetuo stabilitatis jure firmentur: nec ulteriùs licitat retractari negotium, quod Episcoporum sententiâ decideriit. ¶ Testimonium etiam, ab uno *licet* Episcopo perhibitum, omnes judices indubitanter accipiant; nec alius audiatur, cùm testimonium *f* Episcopi à qualibet parte fuerit repromissum. Illud est enim veritatis auctoritate firmatum, illud incorruptum, quod à sacrosancto homine conscientia mentis illibatæ protulerit. Hoc nos edicto salubri aliquando censuimus: hoc perpetuâ lege firmamus, malitiosa litium semina comprimentes.

Hæc si quis antiquata contendat, quia in Justiniani codicem non inveniuntur ista inserta, per Carolum *renovata cognoscat, quæ in suis Capitularibus, l. 6. c. 221. ait inter cætera.*

C. XXXVII.

VOlumus *g*, atque præcipimus, ut omnes ditioni nostræ, Deo auxiliante, subjecti, tam Romani, quàm Franci, Alemanni, Bavari, Burgundiones, Saxones, Thuringi, Frisones, Galli, Britones, Longobardi, Gasconi, Beneventani, Gothi, Hispani, exteriùsque nobis subjecti omnes, quocunque videantur legis vinculo constricti, vel consuetudinario more connexi, hanc sententiam, quam ex sextodecimo Theodosii Imperatoris libro, capitulo videlicet undecimo, ad interrogata Ablavii Ducis, illi & omnibus rescriptam 1 sumpsimus, & inter nostra capitula pro lege tenendam consultu omnium fidelium nostrorum, tam Clericorum, quàm & Laicorum posuimus, lege *h* cuncti perpetuâ teneant, id est: Quicunq; litem habens, sive possessor, sive petitor fuerit, &c. [ut suprà *i.*]

1 ¶ Rescriptam sumpsimus.] *Sic est emendatum ex capitulari. Antea legebatur*, per scripturam misimus.

C. XXXVIII. ¶ *Presbyter apud Episcopum tantùm judicari debet.*

Item Gregorius *lib. 11. epist. 54. Ioanni defensori tunc in Hispaniam, mandata dixit.*

DE *k* persona Presbyteri hoc attendendum est, quia, si quam causam habuit, non ab alio teneri, sed

---

a Vacare,] *orig.* b *Anselm. 7. c. 159. Polyc. l. 4. tit. 31.* c *al. ponderè veritatis.* d *Polyc. l. 1. tit. 1. Ivon. p. 6. c. 345. Anselm. lib. 6. c. 158.* e *Et in Conc. apud. c. 26.* f *Pann. l. 4. c. 30.* g *Inscr. de pan. disp. 1. c. aliud.* h *1. Cor. 6.*

a *Cod. Theodos. l. 16. de Episcopali judicio. l. 1. & quicunq. extr. de judic. c. novit. Capit. l. 6. c. 282. Anselm. 3. c. 108. Ivon p. 16. c. 312.* b *al. inter initia.* c *al. legu.* d *al. Episcopum cum.* e *Capitulorum Anselmi lib. Ivo 16. Pann. l. 1. c. 23.* f *al. testimonium.* g *Anselm. lib. 6. c. 158.* h *lege cunctis perpetuò tenendam.*] *orig.* i *sup. eâd. cap. quicunq.* k *Anselm. 3. c. 91. Diversi. 129. & si quis contra.*

Episcopus

Episcopus ipsius aditi debuit: sicut novella constitutio a manifestat, quæ loquitur de sanctissimis, & Deo amabilibus, ac reverendissimis Episcopis, Clericis, & Monachis: [Imp. Justinianus Augustus *Petro gloriosissimo præfecto* 1 *prætorio. Si quis contra aliquem Clericum, aut Monachum, aut Diaconissam, aut Monasteriam, aut Asceteriam habeat aliquam actionem, adeat* b *primæ sanctissimum Episcopum, cui horum unusquisque subjaceat. Ille verò causam inter eos dijudicet. Et si quidem utraque pars his, quæ judicata sunt, non acquieverit* 2, *jubemus per hos judicem hæc* c *executionis perfectè mandari, &c.*] Ne d verò objiciatur, quia de Clerico hoc loquitur, non de Presbytero; sciendum est, quia superiùs in eadem constitutione lib. Cod. 1. e legitur appellatione Clericorum, etiam Presbyteros & Diaconos contineri. Verba autem legis ista sunt: [*Presbyteros autem & Diaconos, & Subdiaconos, Cantores, & Lectores, quos omnes Clericos appellamus*, & reliqua.]

1 ¶ Præfecto prætorio.] *Græcè est,* ὑπάτῳ καὶ θείων ἐμῶν ἐφήκων: *id est*, magistro divinorum nostrorum officiorum.

2 ¶ Non acquieverit,] *In Authentica de sanctiss. Episcopis, & apud Iulianum abest negatio.*

C. XXXIX. ¶ *Clericus Clericum ad publica judicia non pertrahat.*

Item Gregorius *lib. 9. epist. 32. Romano, defensore Siciliæ.*

PErvenit ad nos, quòd si quis contra Clericos quoslibet causam habeat, despectis eorum Episcopis, eosdem Clericos in tuo facias judicio exhiberi. Quod si ita est, quia valdè constat esse incongruum, hâc tibi auctoritate præcipimus, ut denuò hoc facere non præsumas: sed si quis contra quemlibet Clericum causam habuerit, Episcopum ipsius adeat, ut aut ipse cognoscat, aut certè ab eo judices deputentur; aut si fortè ad arbitros eundum est, partes ad eligendos f judices ab ipso executio deputata compellat. Si quis verò Clericus, vel Laicus contra Episcopum causam habuerit, tunc te interponere debes, ut inter eos aut ipse cognoscas, aut certè te admonente sibi judices eligant. Nam si sua unicuiq; Episcopo jurisdictio non servatur, quid aliud agitur, nisi ut per nos, per quos Ecclesiasticus custodiri debuit ordo, confundatur?

C. XL. ¶ *A Laicis judicibus Clerici non sunt opprimendi.*

Idem *Venerio Episcopo Caralitano, lib. 3. epist. 26.*

FRatris & Coëpiscopi nostri Felicis, & Cyriaci Abbatis relatione cognovimus, quòd in insula Sardinia Sacerdotes à Laicis judicibus opprimantur, & fraternitatem tuam ministri tui despiciant: dumque solùm simplicitati à vobis studetur, quantum videmus, disciplina negligitur.

C. XLI. ¶ *Sacerdotes à Regibus sunt honorandi, non judicandi.*

Item Gregorius *Mauritio Imperatori, lib. 4. epist. 31. seu cap. 75.*

SAcerdotibus g autem non ex terrena potestate Dominus noster citiùs indignetur, sed excellenti consideratione propter eum, cujus servi sunt, eis ita dominetur, ut etiam debitam reverentiam impendat. Nam in divinis h eloquiis Sacerdotes aliquando Dii, aliquando Angeli vocantur. Nam & per Moysen de eo, qui ad juramentum deducendus est, dicitur i: [*Applica illum ad Deos*] id est, ad Sacerdotes. Et rursus scriptum est: [*Diis non detrahes,*] scilicet Sacerdotibus. Et Propheta a ait: [*Labia Sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirent ex ore ejus, quia Angelus Domini exercituum est.*] Quid ergò mirum, si illos vestra pietas dignetur honorare, quibus in suo eloquio honorem tribuens, eos aut Angelos, aut Deos ipse etiam appellat Deus? Ecclesiastica quoque historia testatur, quia cùm piæ memoriæ Constantino b Principi, in scripto oblatæ accusationes contra Episcopos fuissent, libellos quidem accusationis accepit, & eosdem, qui accusati fuerant, Episcopos convocans, in eorum conspectu libellos, quos acceperat, incendit, dicens: Vos Dii estis, à vero Deo constituti. Ite, & inter vos causas vestras discutite: quia dignum non est, ut nos judicemus Deos. In qua tamen sententia sibi magis ex humilitate, quàm illis aliquid præstitit ex reverentia impensa. ¶ Ante eum quippe Pagani in Rep. Principes fuerunt, qui verum Deum nescientes, Deos ligneos & lapideos colebant, & tamen eorum Sacerdotibus honorem maximum tribuebant. Quid ergò mirum, si Christianus Imperator veri Dei Sacerdotes dignetur honorare, dum Pagani, ut prædiximus, Principes, honorem impendere Sacerdotibus noverunt, qui Diis ligneis & lapideis serviebant? Hæc j ergò non tantum specialiter, quantum generaliter pro omnibus asserimus Sacerdotibus: quoniam adhuc nescimus, quis in terribili judicio Dei qualis futurus sit. Etenim Paulus egregius prædicator dicit c: [*Nolite judicare ante tempus, donec veniat Dominus*, & reliqua.] Nam sunt multa, quæ de judicio illius homines ignorant: quia fortasse, quæ vos laudatis, ille reprehendet, & quæ vos reprehenditis, ille laudabit.

1 ¶ Hæc ergò] *Sic etiam habet locus hic apud Nicolaum, in epistola, cujus initium,* Proposuceramus: *sed in originali pro isto hæc leguntur:* Hæc ergò pietati Dominorum, non pro me, sed pro cunctis Sacerdotibus suggero. *Et multa interjecit, quæ hîc non referuntur, subdit:* Nam adhuc nescimus, quis sibi qualis sit: & Paulus egregius prædicator, &c. *præstatq; omninò integrum illum locum legere, Apostolica libertatis plenum.*

C. XLII. ¶ *Quâ pœnâ feriatur Clericus, Clericum ad seculares judicia pertrahens.*

Item ex Concilio Milevitano.

INolita d præsumptio usque adeo illicitis ausibus aditum patefecit, ut Clerici Conclericos suos, relicto Pontifice suo, ad judicia publica pertrahant. Proinde statuimus hoc de cætero non præsumi. Si quis hoc præsumpserit facere, conventus 1 & causam perdat, & à communione efficiatur extraneus.

¶ *In Concilio Milevitano, quod habetur, nihil tale extat. Ex ipso tamen citatur etiam ab Innocentio III. in c. si diligenti. extrà, de foro compet. Habetur autem in Toletano 3. c. 13.*

1 ¶ Conventus] *Distio ista in nullo Concilii exemplari, aut impresso, aut manuscripto est inventa.*

C. XLIII. ¶ *Clericus apud civilem judicem judicari non debet.*

Item ex Concilio Carthaginensi III. *c. 9.*

11. PLacuit e, ut quisquis Episcoporum, Presbyterorum & Diaconorum, seu Clericorum, cùm in Ecclesia ei crimen fuerit intentatum, vel civilis causa fuerit commota, si derelicto Ecclesiastico judicio, publicis judiciis purgari voluerit, etiamsi pro ipso fuerit prolata sententia, locum suum amittat. Et hoc in criminali actione. In civili verò perdat, quod evicit, si locum suum obtinere maluerit: siquidem 1 ad eligendos judices iniquè de Ecclesiæ consortio judicat, qui de universa Ecclesia malè sentiendo, de judicio seculari posuit auxilium:

a *Nov. 123.* b *Adeat*] *orig.* c *al. hoc.* d *In eadem Novell. 6. Presbyteros, apud Iustianum, c. 30.* e *al. L. 1. 2. id est. c. 11. novella. Auth. de sanctissimis Episcopis. Presbyteros.* f *eligendum judicem*] *vrig.* g *Nicolaus epist. 7. ad Michaëlem Imper. c. 33.* h *Exod. 22.* i *ibidem.*

a *Malach. 2.* b *Sup. eâd. c. continua. 4. item Constantinus. B. Augustin. epist. 66.* c *1. Corinth. 4.* d *In Tolet 3. c. 13. Et in Concil. apud Palatium Vermis habito, c. 18.* e *Ivo part. 8. cap. 362. 4. item placuit.*

cum privatorum Christianorum causas Apostolus a etiam ad Ecclesiam deferri, atque ibi determinari præcipiat.

1 ¶ Siquidem] *In cæteris Conciliorum editionibus, & uno Vaticano codice legitur:* siquidem ad eligendos judices sibi de Ecclesiæ consortio dubitat, vilesque Ecclesiæ consortium judicat, qui de universa, &c. *In recentiore autem quatuor tomorum editione hoc modo:* cui enim ad eligendos judices undique patet auctoritas, ipse se indignum fraterno consortio judicat, qui de universa, &c. *eodemq; fere modo est in codice Lucensi Regio, & refertur in Concilio apud Palatium Vernis habito, c. 18.*

C. XLIV. ¶ *Clericus non accusetur, nisi ante Ecclesiasticum judicem.*

Item ex eodem.

De *b* diversis ordinibus Ecclesiæ servientibus, si quis in causam criminis incurrerit, & abnuerit judicium Ecclesiasticum, debet periclitari.

¶ *Est summa capituli præcedentis, & in Conciliis olim Colonia ac Lutetia impressis, duobus exemplaribus Vaticanis, & codice canonum omnino est loco summæ, nec multò aliter apud Ivonem part. 6. cap. 362.*

C. XLV. ¶ *Qui cum Clerico litigium habet, Episcopum ipsius adeat.*

Item constitutione 74. *c. 1.* c

III. Si *d* quis cum Clerico litigium habuerit, si quidem de causa pecuniaria, adeat prius Episcopum, cujus judicio Clericus suppositus est. Ille enim sine damno, & sine dilatione competentem finem liti impositurus est. Sin autem noluerit 1 Episcopus litem dirimere, tunc ad civilem judicem disceptatio causæ perveniat. Ubi autem Episcopus causam dirimere vult, sine scriptura omnia procedant, & diffinitiva sententia sine scriptis ab eo proferatur 2. ¶ Quòd si de criminali 3 causa litigium emerserit, tunc competentes judices in hac civitate, vel in provinciis interpellati, consentaneum legibus terminum causæ imponant: ita tamen, ut disceptatio litis duorum mensium spatium non excedat, à litis contestatione numerandum 4. *Item.* ¶ In criminalibus verò causis nunquam sine scriptura procedere debet. Non aliter autem puniatur Clericus, nisi obnoxius repertus, Sacerdotio nudatus fuerit ab Episcopo suo, vel Clericatûs honore. Sin autem crimen Ecclesiasticum est, tunc secundùm canones ab Episcopo suo causæ examinatio & pœna procedat, nullam communionem aliis judicibus in hujusmodi causis habentibus.

1 ¶ Noluerit] *Ita etiam apud Iulianum, & Ivonem, & sic legit auctor glossæ: sed in Novella ipsa Iustiniani additur,* vel non potuerit.

2 ¶ Proferatur.] *In Novella ipsa sequuntur hæc:* nisi fortè partes voluerint, ut in scriptis ea inferatur. Quòd si, &c. *Apud Ivonem loco dicto nostro,* proferatur, *est,* inferatur: *quod suspicionem facit, intermedia scriptoris vitio deesse.*

3 ¶ De criminali] *In Novella Iustiniani additur,* civili tamen.

4 ¶ Numerandum.] *Quæ sequuntur usque ad versicul.* Non aliter, *neque in Novella, neque apud Iulianum, aut Ivonem, neque in vetustis Gratiani codicibus habentur: sed ob Doctorum cavillationes non sunt expuncta.*

C. XLVI. ¶ *Clericus adversùs Clericum negotium habens, sæcularia judicia non exerceat.*

Item ex Concilio Chalcedonensi, *c. 9.*

Si *e* Clericus adversùs Clericum habeat negotium, non relinquat suum Episcopum, & ad sæcularia judicia non concurrat: sed priùs negotium agitetur apud proprium Episcopum: vel certè 1 si fuerit negotium *f* ipsius Episcopi, apud arbitros ex utraque parte electos audiatur negotium. Si quis verò contra hæc fecerit, canonum subjaceat correctionibus. ¶ Et si Clericus adversùs suum vel alium Episcopum habeat causam, apud audientiam Synodi provinciæ ejus conquiratur. ¶ Si verò contra ipsius provinciæ Metropolitanum Episcopum Episcopus, sive Clericus habeat controversiam, pergat ad ipsius diœcesis Primatem, aut certe ad Constantinopolitanæ Regiæ civitatis sedem, ut eorum ibi negotium exquiratur *g.*

1 ¶ Vel certè si fuerit] *Græce est,* ἤγουν γνώμῃ αὐτῶν τῶν ἐπισκόπων, παρ' οἷς ἐὰν τὶς ἀμφότερα μέρη βούληται, τὴ τῶν ὅρκων συνοχῇ τεθῶ: *Id est,* vel certè ex ipsius Episcopi sententia, apud eos, quos utraque pars voluerit, ea, quæ ad judicium pertinent, agitentur. *Non longe aliter vertit Dionysius, cujus versionem attulerunt Burchardus, & Ivo, & Innocentius, extra de foro comp. c. 1. Sententia verò, qua hic loco ex prisca versione effertur, habetur paulo post in versic.* Et si Clericus adversùs suum. *Quare non benè hic inculcatur, sed ob glossam non est mutatum.*

C. XLVII. PALEA.

[*Item* ex Concilio Agathensi, *cap. 32.*]

III. Clericum *h* nullus præsumat apud secularem judicem Episcopo non permittente pulsare. Sed si pulsatus fuerit, non respondeat, nec proponat, nec audeat criminale negotium in judicio seculari proponere.

¶ *Abest à plerisq; vetustis exemplaribus, & frustra hic notatur, quod planè idem habetur sup. eâd. c.* Clericum nullus. *De lectionis autem varietate ibi notatum est.*

Ex his omnibus datur intelligi, quòd Clericus ad publica judicia nec in civili, nec in criminali causa est producendus, nisi forte eadem causam Episcopus decidere noluerit, vel in criminali, seu in re cingulo eum nudaverit. ¶ *Illud* c *autem, quod in epistolæ fragmento dictum est:* [Non cognitorem secularium negotiorum te vult Deus esse,] *ex Episcopali unitione intelligendum est. Non enim in Episcopum ungitur, ut negotiis secularium negotiorum assideat, sed ut procurator animarum, & distributor spiritualium existat. Prohibetur ergò secularibus negotiis occupari, ne ad tempus sequestret sieri. Vel sæcularia judicia, non de rebus sæcularibus, sed sæcularium rerum intelligenda sunt. Judicia de rebus sæcularibus, sæcularia appellantur, juxta illud Apostoli* d: [Sæcularia igitur judicia si habueritis, contemptibiles, qui sunt in Ecclesia, constituite.] *Judicia verò sæcularium, sæcularia appellentur, juxta illud Apostoli in epistola Clementis: quod ex subsequentibus datur intelligi, cùm dicitur* e: [Hæc opera, quæ tibi minus congruere diximus, exhibeant sibi invicem vacantes Laici.] *Prohibentur ergò Clerici à negotione negotiorum sæcularium rerum, non sæcularium causarum. Negotia quippe Clericorum, sive criminalia, sive civilia fuerint, non nisi apud Ecclesiasticum judicem ventilanda sunt.*

C. XLVIII. ¶ *Non nisi ex foro audiatur Clericus.*

Unde Hadrianus *f* Papa, *c. 31.*

Clericus *g*, sive Laicus, si crimine aut lite pulsatus fuerit, non alibi, quàm in foro suo provocatus audiatur.

C. XLIX. ¶ *De eodem.*

Idem *ibid. c. 40.*

In *h* Clericorum causa hujusmodi forma servetur, ne quenquam eorum sententia à non suo judice dicta constringat.

Res verò in litigio posita, ante legitimum cognitionis eventum in nullam debet omninò transferri personam.

---

a *1 Cor. 6.* b *Ivo ibid. initio capitis.* c *Novella 83. apud Iulianum.* d *Ivo p. 8. c. 427. & part. 16. c. 150.* e *ext. de foro comp. c. 2. Polyc. l. 4. tit. 31. Burch. l. 2. c. 183. Ivo part. 6. c. 228.* f *al. judicium.*

a *al. terminetur.* b *sup. eâd. Clericum nullus. Ivo part. 6. c. 367.* c *sup. eâd. te quidem.* d *1. Corinth. 6.* e *sup. eâd. te quidem.* f *In cap. Hadriani, c. 31.* g *Anf. 2. q. 2. cap. 16.* h *Anf. ibid. Denudatis p. 3.*

C. L. ¶ *In nullam transferatur personam res in litigio posita ante cognitionis eventum.*

Unde Gelasius Papa *Quingesio* 1 *Episcopo.*

QUia res in litigio posita in nullam transferri potest omninò personam, donec legitimæ cognitionis eventu, cui potiùs debeatur, judiciariâ disceptatione possit agnosci, ex eadem re quispiam non sinatur exigere pensiones: sed in eodem statu, re eâdem positâ, in quo videtur (sicut dictum est) ante constituta *a*, quisquis sibi putat quippiam posse competere, juridico pulsèt examine, præjudiciis omnibus inde submotis.

1 ¶ Quingesio] *In antiquis exemplaribus partim est ista vox, partim* Lucio *partim* L. *partim* Quinquagesimo.

QUÆSTIO II.

QVèd *b* verò culpa illa suspensione digna sit, *ex capitulo illo Melevitani Concilii liquidò constat. Si enim communione prævaricator est, qui Clericum ad cæleste judicium crediderit pertrahendum; multò magis suspensione dignus est, qui suos Episcopos judicium interpellantem, ad judicium seculare pertrahere non dubitavit.*

QUÆSTIO III.

1 pa SEd *penatur, quòd hæc culpa suspensione digna non fuerit: quæritur, utrum sit deponendus, qui officium contra prohibitionem Episcopi celebrare ausus est? Sed quòd sententia Episcopi, sive justa, sive injusta fuerit, timenda sit,* Gregorius *homil. 29. in Evangelia testatur, dicens.*

C. I. ¶ *Timenda est sententia Pastoris.*

SEntentia Pastoris, sive justa, sive injusta fuerit, timenda est.

¶ *Ipsa prorsus B. Gregorii verba leguntur* 3. *eâd. c.* non solùm. *vers.* utrum juste.

C. II. ¶ *A suo Episcopo excommunicatus, non est ab alio recipiendus.*

Item ex Concilio Antiocheno *c. 2. 6.*

1 SI quis à proprio Episcopo excommunicatus est, non eum priùs ab aliis debere suscipi, nisi aut à suo fuerit receptus Episcopo, aut Concilio facto, Episcopis 1 occurrat & respondeat, & si Synodo satisfecerit, quòd *e* statuerit sub alia sententia eum recipi. Quod etiam circa Laicos, & Presbyteros, & Diaconos, & omnes, qui in Clero sunt, convenit observari.

1 ¶ Episcopis) *Apud auctores indicatos prior tantùm pars hujus canonis refertur, & ex versione Dionysii, qua etiam in toto hoc loco longè melior est:* aut certè (inquit) ad Synodum, quæ congregatur, occurrens per se satisfaciat, & persuadens concilio, sententiam suscipiat alteram. *Græcè enim est,* πείσας τὴν συνοδον, κατὰς ἑξοι ψῆφον ἀποφασιν.

C. III. ¶ *Excommunicationis meretur sententiam, qui excommunicatis communicat.*

Item Nicolaus Papa *ad Lotharium Regem in epistola, cujus initium,* [Audito.]

PRæcipuè *f* Gualdradæ pellicis tuæ, & jamdudum à te repudiatæ communionem declina: excommunicata est enim, & usque ad præsentiam nostram ab omni Christianorum contubernio sequestrata. Quamobrem cavendum est, ne cum ea pari mucrone percellaris sententiæ, ac pro unius mulierculæ passione vinctus & obligatus ad perenne trabaris exitium. Deteriùs quippe in populis Prælati delinquunt: ac per hoc ipsi crudeliùs, quàm cæteri puniuntur, ut ait beatus Gregorius *g*: [Scire enim Prælati debent, quia si perversa unquam perpetrant, tot mortibus digna sunt, quot ad subditos suos perditionis exempla transmittunt. Unde necesse est, ut tanto se cautius à culpa custodiant, quanto per prava, quæ faciunt, non solùm moriuntur.] *& infrà.* ¶ Cæterùm præcave, ne quando nobis secundùm Domini præceptum, duos, aut tres testes adhibeamus, imò verò, ne hoc sanctæ Ecclesiæ dicamus, & (quod non optamus) de cætero fias cunctis sicut *a* Ethnicus & Publicanus.

¶ *Sumptum est caput hoc ex epistola Nicolai, quæ incipit,* Audito revertente misso vestro. *& extat Romæ in monasterio Dominicanorum. Est autem quasi in epitomen redactum, multis verbis omissis. Hujus epistolæ bonam partem refert Regino lib. 2. Chronicorum.*

C. IV. ¶ *De eodem.*

Item ex Concilio Sardicensi *b, c. 17.*

SI e Episcopus quis fortè iracundus (quod esse non debet) citò & asperè commoveatur adversùs Presbyterum, sive Diaconum suum, & exterminare eum de Ecclesia voluerit, providendum est, ne innocens damnetur, aut perdat communionem. Et ideò habet potestatem is, qui abjectus est, ut Episcopos finitimos interpellet, & causa ejus audiatur, ac diligentiùs tractetur: quia non oportet ei negari audientiam roganti. Et ille Episcopus, qui aut justè, aut injustè eum abjecit, patienter accipiat, ut negotium discutiatur: ut vel probetur sententia ejus à plurimis, vel emendetur. Tamen, priusquam omnia diligenter & fideliter examinentur, eum, qui fuerit à communione separatus, ante cognitionem nullus alius debet præsumere, ut communioni societ.

¶ *Canon hic eodem fere modo refertur in Concilio Africano, cap. 101. usque ad versic.* Tamen. *Sed Græcus Sardicensis, qui est decimus quartus, paulò copiosior est, & aliquot locis diversa etiam sententia. Propterea visum est verba Græca cum versione nova apponere.*

Ὁ αὐτὸς ἐπίσκοπος εἶπεν. τὸ μὲ πάντοθέν με κινεῖν δίκαιον οὐκ ὀφέλει. ἐὰν τις ἐπίσκοπος ὀξύχολος ὑπάρχοι, ὥστε τὸν ὀφέλοντα εἰς τιμωρίαν δοῦναι πολλάκις, καὶ πολλὰ μὲν ἀκαίρως πρεσβύτερον, ἢ διάκονον κινεῖσθαι ἐκκλησίας πολλὰ ἐκβάλλοντι, ἀγνοοῦντος ἵνα μὴ αὐτῶν τὸν θᾶττον κατακρίνεσθαι, καὶ τῆς κοινωνίας δοκιμάζωμεν. πάντες ἀρέσκουσιν. ὁ ἐκβαλλόμενος ἐχέτω ἐξουσίαν ἐπὶ τὸν ἐπίσκοπον τῆς μητροπόλεως τῆς αὐτῆς ἐπαρχίας καταφυγεῖν. εἰ δὲ ὁ τῆς μητροπόλεως ἀπέσῃ, ἐπὶ τὸν πλησιόχωρον καταφύγοι, καὶ αἰτεῖν, ἵνα μὴ ἀκριβῶς αὐτὸν ἐξετάζῃ τὸ πρᾶγμα. καὶ γὰρ οὐ μὴ ὑπάρχῃ τοῖς ἀκριβῶς οὕτως αἰτοῦσιν. κἀκεῖνος ὁ ἐπίσκοπος ὁ δικαίως ἢ ἀδίκως ἐκβαλὼν τὸν τοιοῦτον, χειροτονίας φέρειν ὀφέλει, ἵνα ἡ ἐξέτασις τὰ πράγματος γένηται, καὶ ἡ κυρωθῇ αὐτῷ ἡ ἀποφασις, ἢ διορθώσεως τύχῃ. πλὴν ὁ ἐπιμελὼς καὶ μὴ πίστας ἐκφυγὼν ἐξετασθῇ, ὁ μὴ ἔχων τὴν κοινωνίαν ἐν τῇ ἀναγνώσει τὰ πράγματος αὐτῷ οὐκ ὀφέλει ἐνδικεῖν τὴν κοινωνίαν.

Osius Episcopus dixit: Quod autem me undequaque commovet, tacere non debeo. Si quis Episcopus existat ad iracundiam proclivis (quod quidem à tali viro longè abesse debet) & citò adversùs Presbyterum, vel Diaconum commotus, ex Ecclesia quemlibet ejicere voluerit, providendum est, ne is repentè condemnetur, & communione privetur. Omnes dixerunt: Qui ejicitur, facultatem habeat confugiendi ad Episcopum Metropolis ejusdem provinciæ: sin autem Metropolitanus absit, finitimum adeundi, ac rogandi, ut ipsius causa diligenter cognoscatur. Minimè enim decet aures non

a *al. constitutam litem.* b *Sup. q. 1. inolita.* c *Et in Aquisgran. c. 72.* d *Burch. lib. 11. c. 37. Ivo p. 14. c. 27. & 101. Panorm. l. 9. c. 101. Demed. p. 4.* e *al. satisfecerit, statuamus.* f *Ansl. l. 3. c. 66. Regino Chron. l. 2.* g *Pastor. p. 3. c. 5.*

a *Matth. 18.* b *Et in Afric. c. 101.* c *Polyc. l. 7. tit. 1. Ansl. l. 3. c. 71. Ivo p. 14. c. 21. Panorm. l. 3. c. 127.*

præbere rogantibus. Et ille verò Episcopus, qui jure vel injuriâ justum ejecit, generosè ferre debet causam cognosci, ipsiusque sententiam vel confirmari, vel corrigi. Verùm, priusquam diligenter ac fideliter singula quæq; examinata fuerint, qui communionem non habet, ante causæ cognitionem non debet suo sibi jure communionem vendicare.

C. V. ¶ *De eodem.*

Item ex Concilio Carthaginensi II. *c. 8.*

II. SI *a* quis Presbyter ab Episcopo 1 suo correptus fuerit, debet utiq; apud vicinos Episcopos conqueri, ut ab ipsis causa possit audiri, ac per ipsos suo Episcopo reconciliari. Quod nisi fecerit, sed superbiâ (quod absit) inflatus, secernendum se ab Episcopi sui communione duxerit, ac separatim cum aliquibus schisma faciens, sacrificium Deo obtulerit, anathema habeatur, & locum amittat. At 2 si querimoniam 3 justam habuerit adversùs Episcopum, inquirendum est *b*.

1 ¶ Episcopo] *In secundo Carthaginensi, c. 8. cum Alypius proponit, sta legitur:* Si quis fortè Presbyter ab Episcopo suo correptus, aut excommunicatus, &c. *Sed cum ab universis Episcopis canon fertur, loco Episcopi assertur nomen præpositi, & sta in Carthaginensi codice canonum, c. 11. legitur*, à præposito suo correptus. *Græcè est*, ἐν τῇ ἀξιώσει αὐτὸν καθαγιώσθαι; *id est*, in sua *c* vitæ agendæ ratione condemnatus fuerit. *Burchardus autem & Ivonis convenit cum Gratiano.*

2 ¶ At si] *In codice canonum, & Carthaginensi Græco, & apud collectores nihil hic est interjectum. Verùm in exemplaribus Conciliis impressis & manuscriptis, ante istam clausulam hæc inseruntur:* Nihilominùs & de civitate, & de congregatione, in qua fuerit, longiùs repellatur, ne vel ignorantes, vel simpliciter viventes serpentinâ fraude decipiat: quoniam secundùm Apostolum *d* Ecclesia una est, una fides, unum baptisma. Et si querimoniam, &c.

3 ¶ At si querimoniam] *Locus hic sta habet apud Burchardum & Ivonem:* Si querimoniam justam adversùs Episcopum non habuerit, inquirendum erit. *Græcè est*, πρόπερ μήποτε καὶ πρὸς ἐπισκόπου μεμψίν ἔχοι δίκαιον: *id est*, hoc considerato, nunquid adversùs Episcopum justam habeat expostulationem.

C. VI. ¶ *De his, qui damnati à Synodo sacra ministeria contingunt.*

Item ex Concilio Antiocheno *e*, *c. 4.*

III. SI *f* quis Episcopus damnatus 1 à Synodo, vel Presbyter, aut Diaconus à suo Episcopo, ausi fuerint aliquid de ministerio sacro contingere, sive Episcopus juxta præcedentem consuetudinem, sive Presbyter, aut Diaconus, nullo modo liceat ei, nec in alia Synodo, restitutionis spem, aut locum habere satisfactionis: sed & communicantes ei omnes abjici de Ecclesia oportet *g*, & maximè, si postquam didicerint adversùm memoratos prolatam fuisse sententiam, eisdem communicare tentaverint.

1 ¶ Damnatus] *Græcè est*, καθαιρεθὲς, *id est*, depositus.

C. VII. ¶ *Sine spe sit reconciliationis, qui excommunicatis communicare præsumit.*

Item ex Concilio Martini Papæ *h*, *c. 37.*

IV. SI quis Episcopus in Concilio excommunicatus fuerit, sive Presbyter, aut Diaconus à suo Episcopo, & post excommunicationem præsumpserit, sive Episcopus ille, aut Presbyter, aut Diaconus facere oblationem, vel matutinum, aut vespertinum sacrificium, quasi in officio suo agere, sicut priùs, non liceat ei nec in alio Concilio spem reconciliationis habere, nec ultra recolligi *a*: sed etiam eos, qui ei communicaverint, omnes ab Ecclesia respui, maximè eos, qui sciebant, eum esse dejectum. Si autem permanserit turbans, & concitans Ecclesiam per forinsecam 1 potestatem, oportet eum sicut seditionarium ab omni plebe expelli.

1 ¶ Forinsecam] *In aliquot Gratiani & Conciliis editionibus est*, forasticam. *In canone quinto Concilii Antiocheni, unde hoc sumptum est, legitur*, Διὰ τῆς ἐξωθεν ἐξουσίας: *qua Dionysius vertit*, per potestates exteras.

C. VIII. ¶ *De Episcopis, qui innocentes, aut tenuibus causis culpabiles excommunicant.*

Item ex Concilio Agathensi *i*, *c. 3.*

EPiscopi *c*, si Sacerdotali moderatione postpositâ innocentes, aut minimis causis culpabiles excommunicare præsumpserint, aut ad gratiam Baptismatis *d* festinantes fortasse recipere noluerint, à vicinis Episcopis ejusdem *d* provinciæ literis moneantur: & si parere *e* noluerint, communio *f* illis usq; ad tempus Synodi à reliquis Episcopis denegetur 2: ne forte propter excommunicationis *g* peccatum excommunicati longo tempore morte præveniantur.

1 ¶ Baptismatis] *Sic etiam in manuscripto, & Dionysiana vocem agnoscunt. Verum in omnibus editionibus Conciliorum, & duobus codicibus Vaticanis, tam in Concilio Agathensi, quam in Vermacensi, c. 14. (ubi caput hoc repetitur) & a Burchardo & Ivone abest ea dictio. Et cum hic de excommunicatis agatur, verisimile est eos tantùm, qui sunt baptizati, & ad gratiam, id est, reconciliationem cum suo Episcopo festinant.*

2 ¶ Denegetur:] *Sic habet Ivo, & Pannormia, & antiquiores Conciliorum editiones, & duo Vaticana exemplaria: cui huic simile, quod legitur, sup. 6. q. 2. c. fin. sed in recentioribus editionibus est*, non denegetur.

C. IX. ¶ *De his, qui tempore suæ excommunicationis communicare præsumunt.*

Item ex Concilio Africano.

PLacuit *h* universo Concilio, ut qui excommunicatus fuerit pro suo neglectu, sive Episcopus, sive quilibet Clericus, & tempore excommunicationis suæ ante audientiam communicare *i* præsumpserit, ipse in se damnationis judicetur sententiam protulisse.

¶ *In Concilio, quod hodie inscribitur Africanum, caput hoc non habetur: sed in Carthaginensi inserto in codice canonum, & in Græco, c. 29. & refertur in quinta Synodo, sessione 7. in repet. Vigilii.*

C. X. *Depositus Episcopi, qui excommunicatis communicant.*

Item Nicolaus *k* Papa.

TEugualdum *l* Trevirensem, & Primatem Belgicæ provinciæ, & Guntharium Agrippinæ Coloniæ Archiepiscopos, nunc coram nobis & sancta Synodo, sub gestorum *m* insinuatione, qualiter causam Lotharii Regis, & duarum mulierum ejus, Theibergæ scilicet, & Gualdradæ, recognoverint & judicaverint, scriptum super hoc propriis manibus roboratum offerentes, nihil se plùs, vel minùs, aut aliter egisse, ore proprio multis coràm positis testibus affirmantes, & sententiam, quam à sede Apostolica in Engeltrudam uxorem Bosonis sanctissimus frater noster Mediolanensis Archiepiscopus Thado, & cæteri Coëpiscopi nostri perlegerant emissa-

a Burchard. lib. 2. c. 194. Ivo p. 6. c. 239. Ansel. 12. cap. 33. Polyc. lib. 7. tit. 1. b al. erit. c al. in sua conversatione condemnatus d Ephes. 4. e Et Aquisgr. c. 47. extra, de Cler. exc. depos. c. 2. & 2. Nic. Papa epist. 8. f Polyc. ubi. Burch. l. 1. cap. 199. Ivo part. 5. cap. 362. Ansel. l. 12. c. 6. g abest à multis. h In capitulis Martini Bracharensis.

a al. reconciliari. b Et in Vermac. c. 14. c Burch. l. 11. cap. 11. Ivo p. 14. cap. 16. & 11. Pann. l. 5. c. 111. d al. injuriabat. e al. parcere. f 6. q. 2. c. fin. paulò aliter apud Burch. & Ivonem, c. 81. g al. excommunicatores] vera lectio. h Burch. l. 1. c. 201. Ivo p. 5. c. 314. Ansel. l. 12. c. 27. Polyc. l. 7. tit. 1. i al. communionem. k In Synodo Romana, c. 2. l al. Thietgendum. Ivo p. 1. c. 218. m al. suggestorum.

dam,

dam, & nos divino succensi zelo sub anathematis attestatione canonicè protuleramus, publicè se vivâ *a* voce violâsse confitentes: in quibus omnibus invenimus, eos Apostolicas atque canonicas sanctiones in pluribus excessisse, & æquitatis normam nequiter temerâsse, omni judicamus Sacerdotii officio manere penitùs alienos, Sancti Spiritûs judicio, & B. Petri per nos auctoritate, Episcopatûs exutos regimine consistere 1 definientes. Prædictis autem depositis licentiam concedimus Ecclesiam ingrediendi, & communicandi, sicut Laici, & loquendi suas utilitates, non autem turbas concitandi, vel scandalum solicitandi, illis tribuimus facultatem. Quantum autem ad Episcopale ministerium specialiter pertinet, nulla eis sit licentia contingendi: sicut nos cum sancta Synodo jam decrevisse constat.

¶ *Caput hoc Ivo citat ex Nicolao Episcopis & Archiepiscopis per Galliam, Italiam, Germaniam, atq; per universas provincias constitutis. In qua epistola videtur retulisse, quod in Concilio à se Romæ habito, de Metensi Synodo penitùs abolenda, & depositione Thietgandi, & Gunsharii statutum fuerit. De quo quidem Concilio, & horum Episcoporum depositione, Regino lib. 2. Chronicorum, accuratè hæc scribit:* Intereà Thietgandus, & Guntharius Archiepiscopi Romam profecti sunt, eâ animi intentione, ut Regem innoxium in prædicto facto demonstrarent, ac se cum cæteris Coëpiscopis, Ecclesiastica atque Apostolica exercuisse decreta: stultitiæ quidem elogio decorandi, qui illam Petri sedem aliquo pravo dogmate fallere posse arbitrati sunt, quæ nec se fefellit, nec ab aliqua hæresi unquam falli potuit. Itaque cùm in præsentiam Nicolai Papæ venissent, libellum obtulerunt, in quo continebantur gesta Synodalia, quæ in Mediomatrico Urbe, & Aquis ab eis statuta fuerant. Qui cùm à Notario coram omnibus recitatus esset, interrogavit Pontifex, si hæc scripta verbis confirmarent? Responderunt inconveniens videri, ut quod propriis manibus roboraverant, verbis infirmare mallent. Et sic nec repulsâ, nec admissâ eorum assertione, jussi sunt ire ad hospitia sua, quousque revocarentur. Paucis interpositis diebus ad Synodum, quam Papa congregaverat, sunt accersiti: ubi eorum damnata & anathematizata sunt scripta, & ipsi omnibus adjudicantibus Episcopis, Presbyteris & Diaconis, sunt depositi, & omni Ecclesiasticâ dignitate privati.

1 ¶ Consistere] *In secundo capite Concilii locus hic ita habet,* consistere: Diffinientes, quòd si juxta præcedentem consuetudinem tanquam Episcopi ausi fuerint aliquid de sacro ministerio contingere, nullo modo liceat eis, nec in alia Synodo restitutionis spem, aut locum habere satisfactionis. Sed & communicantes eis, omnes abjici de Ecclesia, & maximè, si posteaquam didicerint adversùs memoratos prolatam fuisse sententiam, eisdem communicare tentaverint, *& sunt verba sumpta ex capite:* Siquis Episcopus damnatus. *suprà eâdem, ex Concilio Antiocheno.*

C. XI. ¶ *Clerici & Laici, qui non obediunt Episcopis, infames efficiuntur.*

Item Clemens *epist. 3. omnibus Coëpiscopis.*

SI autem vobis Episcopis non obedierint omnes Presbyteri, Diaconi, ac Subdiaconi, & reliqui Clerici, omnesque Principes, tam majoris ordinis, quàm inferioris, atque reliqui populi, non solùm infames, sed & extorres à regno Dei, & consortio fidelium, ac à liminibus sanctæ Dei Ecclesiæ alieni erunt.

C. XII. ¶ *In Christum peccat, qui veritatis Doctorem contristat.*

Item Petrus *in ordinatione Clementis* b.

QUicunque contristaverit Doctorem veritatis, peccat in Christum, & Patrem omnium exacerbat Deum, propter quod & vitâ carebit.

C. XIII. ¶ *Simulatâ virtutum affectione a, obedientia Episcopo non denegetur.*

Item Ambrosius *lib. 2. de officiis, c. 24.* b

VSI quis verò non obediat Episcopo, extollere atque exaltare sese desiderans, quærens etiam obumbrare merita Episcopi simulatâ affectione *c* doctrinæ, aut humilitatis, aut misericordiæ, is à vero devius superbit: quoniam veritatis ea est regula, ut nihil facias commendandi tui causâ, quò minor alius fiat: neque si quid boni habeas, id ad deformationem alterius, & vituperationem exerceas. ¶ Non defendas improbum, & sancta indigno committenda *d* non arbitreris. ¶ Neque iterùm arguas *e* & impugnes eum, cujus crimen non deprehenderis.

C. XIV. ¶ *Episcopo non obedienti, dæmonum ore discerpitur.*

Item Anterus Papa *Episcopis Hispaniæ.* f

ABsit, ut quicquam ministrum de his arbitremur *g*, qui Apostolico gradui succedentes, Christi corpus sacro ore conficiunt, per quos nos etiam Christiani sumus: qui claves Regni cœlorum habentes, ante *h* judicii diem judicant. Veteri *i* quidem lege habetur: quicunque Sacerdotibus non obtemperâsset, aut extra castra positus lapidabatur à populo, aut gladio cervice subjectâ contemptum expiabat cruore *k*. Nunc verò inobediens spiritualis animadversione truncatur, & ejectus ab Ecclesia rabido dæmonum ore discerpitur.

C. XV. ¶ *Quibus Papa est inimicus, his nec loqui debemus.*

Item Petrus *in ordinatione Clementis.*

SI inimicus est iste Clemens *l* alicui pro actibus suis, vos nolite expectare, ut ipse vobis dicat, &c. *ut suprà in tractatu ordinandorum, ubi agitur de obedientia minorum erga majores.*

C. XVI. ¶ *Excommunicatus est, qui excommunicato communicat.*

Item Fabianus Episcopus, *epist. 1.*

SIcut *m* Apostoli statuerunt dicentes: [*Cum excommunicato non est communicandum: & si quis cum excommunicato adversando* n *regulas, scienter saltem* 1 *in domo simul locutus fuerit, vel oraverit, ille communione privetur.*]

1 ¶ Saltem] *In epistola Fabiani est,* scienter psallat in domo, aut simul locutus, &c. *Sed lectio Gratiani videtur magis consentire cum canone Apostolico,* ὃς ἂν μετὰ ἀκοινωνήτου, καὶ ἐν οἴκῳ, σταθεὶς ἔξωτος, ἢ προσεύξηται: *qua Dionysius vertit:* Si quis cum excommunicato, saltem in domo, simul oraverit, iste communione privetur.

C. XVII. ¶ *De eodem.*

Item Calixtus Papa *epist. 1. cap. 1.*

EXcommunicatos *o* quoscunq; *p* à Sacerdotibus nullus recipiat aut rejiciat, ante utriusq; partis justam examinationem: nec cum eis in oratione, aut cibo, aut potu, aut osculo communicet, nec Ave eis dicat: quia quicunque in his, vel aliis prohibitis, scienter excommunicatis communicaverit, juxta Apostolorum institutionem, & ipse simili excommunicationi subjacebit.

---

a *al.* sinâ. b *Clemens epist. ad Iacobum, & Alexander epist. 1.*

a *al.* affectatione. b *Et in Concil. Aquisgr. cap. 9.* c *al.* affectatione. d *al.* committenda arbitreris. e *al.* urgeas. f *Hieronymus ad Heliodorum.* g *loquar,*] *erig.* h *quodammodò ante*] *Hieronym.* i *Deut. 17.* k *mucrone.*] *Hieronym.* l *Clemens epist. 1. Anst. 1. c. 6. Ivo p. 14. c. 22. distinct. 93. si inimicus.* m *Can. Apost. 11. Burch. l. 1. c. 33. Pann. l. 3. c. 91.* n *al.* avertendo. o *Polyc. l. 7. tit. 1. Anst. 1. 22. cap. 14. Burch. l. 11. c. 38. Ivo part. 14. c. 28. & 102. Pann. l. 3. c. 94. Can. Apost. 11.* p *al.* quisque.

C. XVIII. ¶ *De eodem.*

Item Isidorus *in regula Monachorum, c. 18.*

CUm a excommunicato neque orare, neque loqui (nisi quæ ad eandem excommunicationem pertinent) nec vesci liceat. Si quis enim 1 cum eo aut palàm, aut absconsè locutus fuerit, statim cum eo communem excommunicationis contrahet pœnam.

¶ *Prior pars hujus capituli usque ad vers.* Si quis enim, *habetur in regula sancti Isidori (quæ missa est ex Hispania) c. 11. ex qua citat hoc Smaragdus, in expositione regulæ S. Benedicti, c. 26. exceptâ tamen istâ clausulâ, nisi quæ ad eandem excommunicationem pertinent, quæ neque in regula B. Isidori legitur, neque apud Smaragdum. Est tamen apud Burchardum, & Ivonem.*

1 ¶ Si quis enim] *Hæc usque ad finem refert Smaragdus ex quodam magistro Monachorum, quod notabitur infrà eâd. c.* si quis frater.

C. XIX. ¶ *De eodem.*

Item ex Concilio Carthaginensi IV. *c. 73.*

QUi b communicaverit, vel oraverit cum excommunicato, si Laicus 1 est, excommunicetur, si Clericus, deponatur.

1 ¶ Si Laicus] *Ita apud Burchardum, & Ivonem par. 14. cap. 101. & in Pannormia. Sed in Concilio ipso cum variis codicibus collato, & apud Ivonem eâdem parte, c. 21. legitur,* sive Clericus, sive Laicus excommunicetur.

C. XX. ¶ *Excommunicatorum nomina vicinis omnibus palàm & publicè annuntientur.*

Item ex decreto Honorii Papæ.

CUræ c sit omnibus Episcopis, excommunicatorum omninò d nomina tam Episcopis vicinis, quàm suis parochianis pariter indicare, eaque in celebri loco posita præ e foribus Ecclesiæ cunctis convenientibus inculcare: quatenùs in utraque diligentia, & excommunicatis ubique Ecclesiasticus aditus f excludatur, & excusationis causa omnibus auferatur.

¶ *Burchardus etiam, Anselmus, & Ivo p. 14. c. 113. citant ex decretis Honorii: Sed idem Ivo eâdem parte, c. 65. hoc ipsum tribuit Joanni VIII. in Concilio apud Ravennam.*

2 pars. *Verùm hoc denominatim excommunicatis intelligitur. Excommunicationis enim pœnam dupliciter subimus, & dum reatum incurrimus, & dum sententiâ notamur.*

C. XXI. ¶ *Duobus modis aliquis Satanæ traditur.*

Unde Hieronymus g *in lib. Jud. homil. 2.*

AUdi denique Apostolum dicentem de eo, qui peccaverat: [*Tradidi* h, inquit, *hujusmodi hominem Satanæ in interitum carnis, ut spiritus salvus fiat.*] Vides ergò, quia non solùm per Apostolos suos tradidit Deus delinquentes in manus inimicorum, sed & per eos, qui Ecclesiæ præsident, & potestatem habent non solùm solvendi, sed etiam ligandi, traduntur peccatores in interitum carnis, cum pro delictis suis à Christi corpore separantur. Et (ut mihi videtur) dupliciter etiam nunc traduntur homines de Ecclesiæ in potestatem Zabuli. Uno modo, quo superiùs diximus, cùm delictum ejus manifestum sit Ecclesiæ, & per Sacerdotes de Ecclesia pellitur, ut notatus ab omnibus erubescat, & converso eveniat illi illud, quod sequitur: [*ut i spiritus salvus fiat in die Domini nostri IESU Christi.*] Alio autem modo quis traditur Zabulo, cùm peccatum ejus manifestum non fit hominibus: Deus autem, qui videt in occulto, perspiciens ejus mentem & animam, vitiis ac passionibus servientem, & in corde ejus non a se diligi, sed aut avaritiam, aut libidinem, aut jactantiam, aut alia hujusmodi: istum talem ipse Dominus tradit Satanæ. Quomodo eum tradit Satanæ? Discedit à mente ejus, & avertit se, & refugit à cogitationibus ejus malis, & desiderio indignis, & relinquit domum cordis ejus vacuam.

¶ *In hoc & sequenti capite citatur B. Hieronymus, quid ipse hac Origenis homilias Latinas fecit: sicus etiam suprà, dist. 36. c.* si quis. *est adnotatum.*

Cum ergò per sententiam quis nominatus fuerit, cum eo communicare non debemus. Cùm autem solo reatu occulte excommunicationis contraxerit pœnam, non est ab ejus communione cessandum. Unde Dominus b *in Evangelio tunc demùm peccatorem dixit habendum sicut Ethnicum & Publicanum, cùm Ecclesiam audire contempserit. Apostolus* c *quoque ait: Si quis frater est fornicator; sed* [si quis frater nominatur fornicator, &c.] *sententia nominationem intelligens. Hunc* d *etiam Urbanus Papa II. Guitmundo Episcopo:* [Sanè quod super Richardo.] *Requiris in causâ* e: [Quidam Episcopus in haresim lapsus.] *Hinc etiam Christus in Evangelio* f *zizania dixit esse tolleranda usque ad messem.*

C. XXII. ¶ *Mali à bonis penitùs separari non possunt.*

Hinc etiam Hieronymus.

NOlite g recedere à Domino in hodierno h die: hoc est, donec seculum stat: ostendat ergò mihi, quomodo Hiebusæus, donec seculum stat, habitet cum filiis Juda in Hierusalem: quippe cùm ne ipsi quidem filii Juda habitent in Hierusalem. Ideò ergò nec istud verum esse poterit, quòd Hiebusæi cum Judæis habitent in Hierusalem, quandoquidem ne ipsi quidem habitant in ea. Sed nos intelligamus hæc spiritualiter, assumentes Evangelii parabolam, quæ dicit de i zizaniis: [*Sinite usque crescere: ne fortè cum vultis eradicare zizania, eradicetis simul cum ipsis etiam triticum.*] *& infrà.* ¶ Audi ergò Scripturam k dicentem, quia non potuerunt filii Juda disperdere Hiebusæos: sed habitaverunt cum ipsis usque in hodiernum diem in Hierusalem. Unde deprecor vos, qui fideles estis, ut ita vitam vestram & conversationem servetis, ne in aliquo vel ipsi scandalum patiamini, vel aliis scandalum faciatis: sed sit vobis summi studii, summæque cautelæ, ne quis in hanc sanctam congregationem vestram pollutus introeat: ne quis Hiebusæus habitet vobiscum. Vides ergò, quia dicit Scriptura, quòd non potuerunt ejicere filii Juda Hiebusæos de Hierusalem. Hiebusæus autem interpretatur conculcatio. Ergò, quia non possumus ejicere istos, qui non conculcant, eos saltem, quos possumus, quorũ peccata manifesta sunt, ejiciamus. Ubi enim peccatum non est evidens, ejicere de Ecclesia neminem possumus: ne fortè eradicantes zizania, eradicemus simul cum ipsis etiam triticum. Movet me tamen, quod dixit, quia non potuerunt ejicere Hiebusæos, id est, eos, qui interpretantur conculcatio. Et ideò videamus, qui sunt in Ecclesia conculcantes. Illi sine dubio, de quibus dicit Dominus in Evangeliis l: [*Nolite mittere sanctum canibus, neque margaritas vestras ante porcos, ne fortè conculcent eas pedibus suis, & conversi dirumpant vos.*] Ille est ergò Hiebusæus, conculcatio, qui indigni m auditant verbum Dei, & cùm audierint, neque ut infideles discedunt, neque permanent ut fideles; sed perceptâ mysteriorum notitiâ, & fidei nostræ secretioribus scrutatis, conversi postmodùm impugnant nos, & contradictionibus suis corda nostra dirumpunt, conculcantes verbi

a *Polyc. abud. Burch. l. 11. cap. 31. & 32. Anselm. l. 12. c. 16. Ivo p. 14. c. 95. & 96.* b *Polyc. ibid. Ans. l. 12. cap. 18. Burch. l. 11. c. 44. Ivo p. 14. c. 28. & 108. Pann. l. 5. c. 89.* c *Polyc. ibid. Ans. l. 12. c. 32. Burch. l. 11. c. 49. Ivo p. 14. c. 25. & 119.* d *al. omnibus.* e *al. pro.* f *al. auditus.* g *Origenes homil. 2. ad c. 2. Iudicum.* h *1. Cor. 5.* i *ibidem.*

a *Non solùm amorem sicuti, sed*] *corr.* b *Matth. 18.* c *1. Corinth. 5.* d *Vide inf. eâd. c. Ad mensam*] *in notarunt.* e *24. q. 2. sanè quod.* f *Matth. 13.* g *Origenes hom. 21. ad cap. 11. Iosuæ.* h *al. usque in hodiernum diem.* i *Matth. 13. & Ios. 15.* l *Matth. 7.* m *al. indigni.*

Dominicâ

Dominici margaritas, & ornamenta fidei maculantes. De istis ergò dicitur, quia non potuerunt filii Juda ejicere Hiebusæum de Hierusalem usque in hodiernum diem.

C. XXIII. ¶ *Porcis & canibus sancta non sunt committenda.*

Item idem *super duodecim* a *Prophetas.*

QUando ergò vir Ecclesiasticus, & prudens atque intelligens, multas impietates in ea, quæ vocatur domus Dei, esse cognoverit, & non solùm multas, sed & fortes, & quæ opprimere possint justitiam, & in tantum doctorum rabiem processisse, ut accipiant pretium in judicio, & omnia pro muneribus faciant, pauperes quoque devitent in portis, & audire contemnant, taceat in illo tempore, ne det *b* sanctum canibus, & ne mittat margaritas ante porcos, qui conversi conculcent eas: & imitetur Hieremiam *c* dicentem: [*Solus sedebam, quia amaritudine repletus sum:*] & illud in Psalm. *d*: [*Singulariter sum ego, donec transeam.*]

C. XXIV. ¶ *Cum Pagano comedere, sed cum excommunicato minimè licet.*

Item Joannes Chrysostomus, *Hom. 25. ad cap. 11. epist. ad Hebræos.*

AD mensam quippe Paganorum si volueris ire, sine ulla prohibitione permittimus. *& infrà.* ¶ [*Si enim quis frater*, inquit, *nominatur inter vos.*] Fratrem in hoc loco omnem fidelem simpliciter intellige, non Monachum tantùm. Quid autem est, quod facit fraternitatem, nisi lavacrum regenerationis, quod facit posse vocari Deum, patrem? *& infrà.* ¶ [*Si quis*, inquit, *nominatus* 1 *fuerit frater fornicator, aut avarus, aut ebriosus, cum hujusmodi nec cibum sumere.*] Cùm autem de Paganis ageret, non ita: sed *f* [*Si quis vos vocaverit ex infidelibus*, (Paganos significans) *& vultis ire, omne, quod apponitur vobis, edite.* *Si quis frater nominatur ebriosus, &c.*] O quanta integritas *g*. Nos autem non solùm non fugimus ebriosos, sed etiam imus ad eos, participantes cum eis.

1 ¶ Nominatus] *Gratianus putavit Chrysostomum eo modo interpretari ipsam vocem, quo fere interpretatus est Augustinus, supr. 2. q. 1. c.* multi. *Locus integer Græce sic habet.*

Καὶ ἐὰν τὸν Παῦλον ἐἰδοικῶς εἰς μὲν ἐκλείων τραπέζαν, ἐὰ βαλείμεθα, ἀκωλύτως συγχωρήσομεν ἁπλῶς, εἰς δὲ τὰς τῶν πλουσίων ἢ δὲ βαλομένους ἑαυτούς. ἐὰν γὰρ τὰς ἀδελφὰς ὀνομάζομεν ἐνθένδε, ἀδελφὰν οὐ τοῦτο λέγων πάντα τὸν πλησίον ἀπλῶς, ἃ τὸν μοιχεύοντα. τὶ γὰρ ἐκὶ τῷ πεῖσαι τὸν ἀδελφὸν ἐκεῖ τὸ λυτρῶν τῆς παλιγγενεσίας, τὸ δυνηθῆναι καλέσαι πατέρα τὸν θεόν. ὥσε ὁ μὲν καταχρώμενος, κὰν μυρίας ἢ, οὐκ ἀδελφός· ὁ δὲ πιστὸς, κὰν κοσμικὸς ἐκεῖνος ᾖ, ἀδελφός ἐστιν. ἐ τοίνυν, φησὶν, ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος. ἐ γὰρ ἐγὼ τοῦτο μανθάνουσιν, ἀλλὰ πάντα ἀνθρωπον κοσμικὸν ἐκέλευσε ὁ μακάριος ἔτι, ἐκεῖνος, φησὶν, ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος, ἢ πόρνος, ἢ πλεονέκτης, ἢ μέθυσος, τῇ τοιαύτῃ μηδὲ συνεσθίειν, ἀλλ', ἐν ἐπὶ τῶν ἐκλείων ἔτως, ἀλλ' ἐκεῖνός τις ὑμῖν καλέσῃ τῶν ἀπίστων (τοὺς ἐκλείους λέγω) ἢ ἕλλην παρέλθῃ, πῶς τοιαύτην ἐγκράτειαν ὑμῖν ἐσθίστι. ἐκεῖνός τις ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος, φησὶ, μεθύων βάσκανος ἁρπαγὰς ᾖ μόνον ἢ φόβησθε τοὺς μεθύοντας, ἀλλὰ ἢ ἀπιτρέπομεν ἐδὲ αὐτοῖς, μεθίεντες τῶν παρ' ἡμῶν. *Id est.*

Et neq; Paulum veritus es, ad mensam quidem Græcorum, si voluerimus, ire non prohibentem: ad mensam autem avarorum, & aliena auferentium ne volentes quidem permittentem. [*Nam si* i *quis*, inquit, *qui frater nominatur inter vos,*] fratrem hoc loco dicens omnem fidelem simpliciter, non Monachum tantùm. Quid autem est, quod facit fraternitatem? lavacrum regenerationis, id quod possumus Deum vocare patrem. Proinde, qui catechumenus est, etiamsi Monachus sit, non est frater: qui verò fidelis est, etiamsi secularis sit, frater est. [*Si quis*, inquit, *qui frater nominatur.*] Neque enim vestigium tunc Monachi erat: sed omnia ad seculares loquebatur tunc B. Paulus: [*Si* a *quis*, inquit, *qui frater nominatur, fuerit fornicator, aut avarus, aut ebriosus, cum hujusmodi nec cibum sumere.*] Cùm autem de Græcis ageret, non ita, sed *b*: [*Si quis vocat vos infidelium*] Græcos significans [*& vultis ire, omne quod vobis apponitur, manducate.*] [*Si quis*, inquit, *qui frater nominatur, sit ebriosus.*] Papæ quanta diligentia! Nos autem non solùm non fugimus ebriosos, sed etiam abimus ad eos, unà sumpturi quæ ab ipsis.

Evidenter itaque ex præmissis apparet, quid eorum communionem vitare non cogimur, qui sententiâ notati non sunt. Sed ipsius sententiæ notatio multiplicater intelligitur. ¶ *Aliquando enim arcetur quis à liminibus Ecclesiæ, & à communione corporis & sanguinis Christi, vel teste conscientiâ, juxta illud Apostoli* c: [Probet se homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat: quia qui indignè manducat & bibit, judicium sibi manducat & bibit.] *Item illud Prosperi:* [Faciliùs sibi Deum placabunt, &c.] *require infrà causâ* XXXIJ. Maleficiis impeditus. *quæst. 1. de pœnitentia. Vel sententiâ Ecclesiasticâ: sicut panitentes, quibus tempore præfixo beneficium reconciliationis impenditur. Hæc sententia excommunicatio vocatur: quia à communione corporis & sanguinis Christi notatum prohibet: sicut & Adam ab esu ligni vitæ excommunicatus est, Domino dicente* d: [Videte, ne fortè sumatis de ligno vitæ.] *Quâ sententiâ non separatur quis à consortio fidelium. Est & alia sententia, qua anathema vocatur: quâ quisque separatur à consortio fidelium, de qua supra* e: [Cum excommunicatis nolite communicare.] ¶ *Hanc distinctionem licet cuique advertere ex auctoritate Ioannis Papæ:* [Engeltrudam *f* uxorem Bosonis, &c.] *require supra in causa:* [Quidam Episcopus à propria sede dejectus.] *Item ex auctoritate ejusdem:* [Si quis domum *g* Dei violaverit, &c.] *require infrà in causâ* XVIJ: [Quidam Presbyter infirmitate gravatus.] ¶ *Item ex auctoritate Sylvestri Papæ:* [Præsenti *h* decreto censemus, &c.] *require suprà in causa:* [In infamia cujusdam Episcopi.] *Juxta igitur hanc distinctionem intelligenda est illa auctoritas Innocentii Papæ II.* i: [Si quis suadente diabolo, &c.] *ut infrà in causa:* [Quidam Presbyter.] *ut juxta etymologiam vocabuli, anathemati, id est, separationis subjaceat. qui in ædificium illud incenderit, qui à corpore & sanguine Christi, & ab ingressu Ecclesiæ se alienum fecit: qui impias manus in Clericum injicere ausus fuerit: qui etiam à nullo Episcoporum absolvi, ad est, more pœnitentium reconciliari poterit, nisi primum Apostolico consilio se repræsentare curaverit.* ¶ *Illud autem Petri de Clemente* k: [Si inimicus est iste Clemens, &c.] *de sententia notatis intelligendum est, sicut & illud Urbani:* [Quibus Episcopi non communicant, &c.] *ut infrà in eadem causa. Cæterum falsum esset illud Vasensis* l *Concilii secundi:* [Si tantùm Episcopus alieni sceleris se consium novit.] *Item, & illud* m: [Placuit, ut si quando Episcopus, &c.] *require suprà in causa:* [Duo fornicatores, & infamiâ notati.]

C. XXV. ¶ *Communicare non licet iis, qui excommunicatis communicant.*

Item Gregorius *Clero, & populo Salonitano* 1.

1 ¶ Salonitano.] *In regesto B. Gregorii lib. 3. c. 14. legunter hæc verba in epist. 48. scripta Clero, nobilibus, ac populo Iadera consistentibus, al.* Jadertino.

ROgo, hortor, & moneo, ut à prohibitæ vos communionis consortio per omnia suspendatis: ne cui-

a *Hieron. in Amos Prophetam, cap. 3. circa medium.* b *Matt. 7.* c *Hebr. 13.* d *Psal. 49.* e *1. Corinth. 5.* f *1. Corinth. 10.* g *al. diligentia, ἀκρίβεια.* h *in Vernensi est* σχέσ. i *1. Corinth. 5.*

a *Ibid.* b *1. Cor. 10.* c *1. Cor. 11.* d *Gen. 3.* e *supr. eâd. multis capitib. habetur sententia.* f *3. q. 4. c. fin.* g *17. q. 4. quisquis. 4. idem, si quis domum.* h *3. q. 2. c. 2.* i *17. q. 4.* k *supr. eâd.* l *6. q. 2. c. 2.* m *ibid. c. 3.*

quam Sacerdoti, suprascripto Maximo communicanti, contra animam suam quisquam vestrûm communicare præsumat.

C. XXVI. ¶ *Nullus Clericorum, vel Laicorum ad domum excommunicati accedat.*

Item ex Concilio Toletano I. *c. 15.*

VI. SI *a* quis Laicus abstinetur, ad hunc, vel ad domum ejus, vel Clericorum, vel religiosorum nullus accedat. Similiter & Clericus si abstinetur, à Clericis devitetur. Si quis cum illo colloqui, aut convivari fuerit deprehensus, etiam ipse abstineatur. Sed hoc pertineat ad eos Clericos, qui ejusdem Episcopi sunt, & ad omnes, qui commoniti fuerint de eo, qui abstinetur, sive Laico quolibet, sive Clerico.

3 pars. *Sed hoc specialiter in his, qui excommunicatis nominatim communicant. Unde Urbanus:* [Sanè quod super Richardo, &c.] *infrà* b *in causâ:* [Quidam Episcopus in hæresim lapsus.] *Item Nicolaus Papa in cap.* [Excellentissimus Rex Carolus, &c.] *infrà circa finem hujus causæ.*

C. XXVII. ¶ *Sententia pastoris timenda est, licèt injustè liget.*

Item Urbanus *omnibus Episcopis, c. 5.*

QUibus *c* Episcopi non communicant, non communicetis: & quos ejecerint, non recipiatis. Valdè enim est timenda sententia Episcopi, licèt injustè liget.

C. XXVIII. ¶ *Excommunicationis contrahit pœnam, qui excommunicatis communicat.*

Item ex octava Synodo.

VII. SIquis *d* frater aut palâm, aut absconsè cum excommunicato fuerit locutus, aut junctus communione, statim cum eo excommunicationis contrahat pœnam.

¶ *Canon hic neque habetur in octava Synodo, quæ habita fuit tempore Nicolai primi, neque in alia, quæ & ipsa nominatur octava sub Joanne octavo celebrata, quæ in Bibliotheca Vaticana servantur. Multa verò, quæ à Gratiano ex octava Synodo citantur, in regulis Basilii, Isidori, & aliis scriptis ad Monachos pertinentibus inventa sunt. Hoc quidem supra ead.* cum excommunicato, *fuit tributum Isidoro, quemadmodum etiam à Burchardo, & Ivone. Sed Smaragdus in expositione regulæ B. Benedicti, cap. 26. cùm antea egisset de Monacho, à suo præposito excommunicato, hæc scribit valde similia:* Hinc quidam magister Monachorum ait: [Si quis verò frater, aut palâm, aut absconsè cum eo fuerit locutus, aut conjunctus, communem cum eo excommunicationis contrahat pœnam.] *quæ lectio convenit cum lectione Burchardi & Ivonis.*

C. XXIX. ¶ *De eodem.*

Item ex Concilio Carthaginensi II. *cap. 7.*

QUi *e* merito facinorum suorum ab Ecclesia pulsi sunt, si ab aliquo Episcopo, aut Presbytero, vel Clerico fuerint in communione susceptì, etiam ipse pari cum eis crimine teneatur obnoxius, refugiens 1 sui Episcopi regulare judicium.

1 ¶ Refugiens] *In Concilio, cum multis impressis & manuscriptis codicibus collato, legitur,* refugientes: *apud Burchardum verò & Ivonem,* refugientibus, *quod convenit cum canone Græco, qui est nonus: omnia verò hæc verba,* refugientes sui Episcopi regulare judicium, *in recentioribus Conciliorum editionibus non sunt hoc loco, sed post vers.* suscepti. *A Sorbonicis autem codice Regio catholici omninò absunt.*

C. XXX. ¶ *Qui sententiam Episcopi putat esse injustam, recurrat ad Synodum.*

Item ex Concilio Carthaginensi IV. *cap. 66.*

CLericus, qui Episcopi circa se districtionem injustam putat, recurrat ad Synodum.

C. XXXI. ¶ *Vincula Ecclesiastica non sunt contemnenda.*

Item Joannes Chrysostomus, *homil. 4. ad c. 2. epist. ad Hebræos.*

I. NEmo *a* contemnat vincula Ecclesiastica. Non enim homo est, qui ligat, sed Christus, qui nobis hanc potestatem dedit, & dominos fecit homines tanti honoris.

C. XXXII. ¶ *Satana traditur, qui ab Ecclesia excommunicatur.*

Item Augustinus *de verbis Apostoli, sermone 18.*

OMnis *b* Christianus, dilectissimi, qui à Sacerdotibus excommunicatur, Satanæ traditur: quomodo? scilicet, quia extra Ecclesiam Diabolus est, sicut in Ecclesia Christus: ac per hoc quasi Diabolo traditur, qui ab Ecclesiastica communione removetur. Unde illos, quos tunc Apostolus Satanæ esse traditos prædicat, excommunicatos à se esse demonstrat.

¶ *Sic etiam citat Ivo p. 14. c. 50. sed p. 2. c. 94. conjunctis cum multis aliis verbis videtur citare ex libris de unico Baptismo.*

C. XXXIII. ¶ *De eodem.*

Idem *tractatu 27. ad cap. 6. Joannis.*

NIhil sic debet formidare Christianus, quàm separari à corpore Christi. Si enim separatur à corpore Christi, non est membrum ejus. Si non est membrum ejus, non vegetatur spiritu ejus. *Quisquis autem,* inquit Apostolus *d, Spiritum Christi non habet, hic non est ejus.*

Item Hieronymus 1: [Quorum *e* remiseritis peccata, &c.] *id est, quibus Ecclesiam interdixeritis, nisi resipiscant per satisfactionem fuerint, ipsis janua regni cœlestis clausa erit.*

1 ¶ Hieronymus:] *Hæc non sunt inventa apud B. Hieronymum, sed in epist. 2. Eutychiani, quem citat Ivo.*

C. XXXIV. ¶ *Vicini Episcopi audiant eos, qui de judiciis Episcoporum suorum questi fuerint.*

Item ex Concilio Milevitano *f, cap. 22.*

PResbyteri *g*, Diaconi, vel cæteri inferiores Clerici, in causis, quas habuerint, si de judiciis Episcoporum suorum questi fuerint, vicini Episcopi eos audiant, & inter eos, quicquid est, finiant, adhibiti ab eis ex consensu Episcoporum suorum. Quòd si & ab eis provocandum putaverint, non provocent nisi ad Africana Concilia, vel ad Primates provinciarum suarum. Ad transmarina autem qui putaverit appellandum, à nullo intra Africam in communione suscipiatur.

¶ *Hæc capita in vulgatu codicibus præpositum erat nomen Paleæ: sed in omnibus vetustis Gratiani exemplaribus habetur. Citatur autem supra, 2. q. 6. c.* placuit.

C. XXXV. ¶ *Injusta Episcoporum damnatio irrita esse censetur.*

Item ex Concilio Carthaginensi IV. *c. 18.*

IRritam *h* esse injustam *i* Episcoporum damnationem, & idcircò à Synodo retractandam.

C. XXXVI. ¶ *Qui causa sua adesse, & innocentiam suam asserere voluerit, intra annum excommunicationis hoc faciat.*

Item ex Concilio Carthag. V. *k c. 12.*

RUrsus *l* constitutum est, ut quoties Clericis convitia

---

a *Ivo p. 14. cap. 30.* b *24. qu. 2.* c *Polyc. l. 6. titul. 1. Anf. l. 6. c. 243. & l. 12. c. 25. Burchard. l. 11. c. 1. Ivo p. 14. c. 74.* d *Supr. ead. cum excommunicato. Burch. l. 11. c. 32. Ivo part. 14. c. 96.* e *Polyc. l. 7. tit. 1. Burch. lib. 11. c. 43. Ivo p. 14. c. 28. & 107. Pann. l. 3. c. 98.*

a *Ivo p. 14. c. 42. Pann. l. 3. c. 22.* b *Ivo p. 2. c. 94. & p. 14. c. 50.* c *al. traducatur. 1. Tim. 1. 1. Cor. 5.* d *Rom. 8.* e *Matt. 18. Ivo p. 14. c. 73.* f *Et Afric. c. 92.* g *2. q. 6. placuit, ut Presbyteri.* h *3. q. 6. Irritam ex Eclect.* i *al. & injustam k & in Afric. c. 46. & Vormac. c. 71.* l *Polyc. l. 7. tit. 1. Bur. l. 2. c. 181. Ivo p. 6. c. 252.*

vel

vel i confessis in aliquo crimine, vel propter eorum, quorum verecundiæ parcitur, vel propter Ecclesiæ opprobrium, aut insolentem insultationem Hæreticorum, atque Gentilium, si fortè causæ suæ adesse voluerint, & innocentiam suam asserere, intra annum excommunicationis hoc faciant. Si verò intra annum causam suam purgare contempserint, nulla eorum vox posteà penitùs audiatur.

1 ¶ Vel] *In omnibus locis indscatu legitur, &c. Sed manuscripta Gratiani exemplaria concordant cum vulgatis. In aliquibus tamen est, convicti Clerici, vel confessi. Apud Ivonem verò legitur:* ut aliquoties Clerici convicti, & confessi, & vocem aliquoties, *habet etiam Burchardus.*

C. XXXVII. ¶ *Audientiam sibi negat, qui excommunicationis causam agere intra annum differt.* a

Item Gelasius.

Quicunq; b intra anni spatium civiliter, sive publicè causam suam coram suis excommunicatoribus non peregerint, ipsi sibi aditum audientiæ clausisse videantur. Quòd si obstinato animo sine communione defuncti fuerint, nos eorum causam, juxta beati Leonis c prædecessoris nostri sententiam, divino judicio reservantes, quibus vivis non communicavimus d, nec mortuis communicare debemus.

C. XXXVIII. PALEA.

Qui e verò excommunicato scienter communicaverit, & amodò saltem in domo simul oraverit, atque latebras f, quò minùs ad satisfactionem perducatur, præbuerit, donec ab excommunicatore pœnitentiam accipiat, corporis & sanguinis Domini communione privatum se esse cognoscat.

C. XXXIX. ¶ *Tardiùs recipiatur ad veniam, qui Sacerdote jubente de Ecclesia exire contemnit.*

Item ex Concilio Hilerdensi, c. 19.

Qui jubente Sacerdote pro qualicunque culpa ab Ecclesia exire contempserit, pro noxa contumaciæ g tardiùs recipiatur ad veniam.

Sed quæritur si ante damnati absolutionem Episcopum mori contigerit, utrum damnatus posteà valeat absolvi?

C. XL. ¶ *A successore solvatur, qui post mortem Episcopi remanet ligatus.*

De his sta statutum est in Concilio Epaunensi, *cap. 22.*

II. Si h Episcopus ante damnati absolutionem obitu rapiatur, correctum aut pœnitentem successori licebit absolvere.

Præmissis auctoritatibus, quibus injusta sententia usq; ad examinationem utrinsq; partis parere jubemur, ita respondetur: Gregorius non decet sententiam injustè latam esse servandam, sed timendam, sicut & Urbanus. Timenda est ergò, id est, non ex superbia contemnenda. Reliqua verò auctoritates de excommunicatis loquuntur, qui vel vocati ad Synodum venire contempserunt, vel calliditatibus adversantium occurrere nescientes, injustam sententiam à judice reportaverunt, vel qui neglectu sua vita sinistram de se opinionem nasci permittentes, sententiam ipse excæcerunt. Hos siquidem solos excommunicationis sententiâ ferire licet.

a *al. dissimulat.* b *Polyc. ibid. Ans. l. 2. c. 24. Burchard. l. 11. c. 47. Ivo p. 14. c. 111. Pann. l. 5. c. 130.* c *24. quæst. 2. c. 1.* d *al. mortuis communicare non possumus.* e *Polyc. ibid. Anselm. ibid. Burch. l. 11. c. 48. Ivo p. 14. cap. 112. Ex ejusdem Gelasii decretis.* f *al. latebras defensionis.* g *al. contumelia.* h *Burch. l. 11. 650. Ivo p. 14. c. 114. Pann. l. 5. c. 121.*

C. XLI. ¶ *Quibus culpis exigentibus aliquis sit communione privandus.*

Unde in Meldensi Concilio, *cap. 56.* a

II. Nemo b Episcoporum quemlibet sine certa & manifesta peccati causa communione privet Ecclesiastică. Sub anathemate 1 autem sine conscientia Archiepiscopi, aut Coëpiscoporum nullum præsumat ponere, nisi unde canonica docet auctoritas: quia anathema est æternæ mortis damnatio, & non nisi pro mortali debet imponi crimine, & illi, qui aliter non potuerit corrigi.

1 ¶ Sub anathemate] *In Concilio Meldensi, & adjectis capitularibus Caroli filii Ludovici legitur:* Anathema autem sine consensu Archiepiscopi, aut Coëpiscoporum, prælatâ etiam Evangelică admonitione, nulli imponat. *Cæteri autem collectores parùm à Gratiano discrepant.*

C. XLII. ¶ *Pro paucis, & levibus causis nullus communione privetur.*

Item ex Concilio Arvernensi.

Nullus Sacerdotum quenquam rectæ fidei hominem pro parvis & levibus causis à communione suspendat: præter eas culpas, pro quibus antiqui Patres arceri ab Ecclesia jusserunt committentes.

¶ *In Concilio Arvernensi, quod extat, non habetur, sed in Aurelianensi IV. c. 2. & in Vormaciensi, c. 15.*

C. XLIII. ¶ *Pro his tribus criminibus quilibet communione privetur.*

Item ex Concilio Triburiensi.

Certum c est d, pro his tribus criminibus aliquem excommunicari debere: cùm ad Synodum canonicè vocatus venire contemnit: aut si postquam illuc venerit, Sacerdotalibus respuit obedire præceptis: aut si ante finitam causæ suæ examinationem à Synodo abire e præsumit.

4 pars. *De his, inquam, & hujusmodi, præmissa auctoritates loquuntur, non de injustè latis sententiis. Quòd autem injusta sententia parendum non sit, multis auctoritatibus probatur. Quarum prima est illa* Hieronymi f, *super Matthæum lib. 3.*

C. XLIV. ¶ *Sententia pastoris rectum, vel innocentem non constituit, vel facit.*

Quomodo g Sacerdos mundum leprosum non facit; sic Episcopus, vel Presbyter, non alligat eos, qui insontes sunt, nec solvit noxios: sed pro officio suo cùm peccatorum varietates audierit, scit, qui ligandus sit, qui solvendus.

¶ *Varie hic locus legitur apud collectores. Apud B. Hieronymum sic habet:* Legimus in Levitico de leprosis, ubi jubentur, ut ostendant se Sacerdotibus, & si lepram habuerint, tunc à Sacerdote immundi fiant: non quò Sacerdotes leprosos faciant, & immundos, sed quò habeant notitiam leprosi & non leprosi, & possint discernere, qui mundus, quive immundus sit. Quomodo ergò ibi leprosum Sacerdos mundum vel immundum facit, sic & hic alligat, vel solvit Episcopus & Presbyter, non eos, qui insontes sunt, vel noxii, sed pro officio suo, cùm peccatorum audierit varietates, scit qui ligandus sit, quive solvendus.

C. XLV. ¶ *De eodem.* PALEA.

[*Item* Augustinus *super Matthæum.*]

Ridiculum est, ut eum mundum esse dicamus, qui vinculis peccatorum suorum ligatus est, propter hoc solum, quòd Episcopus dicitur habere hujusmodi potestatem, ut soluti ab eo, soluti sint in cœlo, & ligati in

a *Et in adjectis capitularibus Caroli filii Ludovici.* b *Burch. l. 11. c. 10. Ivo p. 14. c. 10. Pann. l. 5. c. 93.* c *al. Decretum.* d *Polyc. l. 7. tit. 1. Burch. l. 11. c. 74. Ivo p. 14. c. 122. Pann. l. 5. c. 111.* e *al. profugus abire.* f *In comment. ad c. 16.* g *Polyc. l. 7. tit. 3. Ans. l. 7. c. 130. Ivo p. 14. c. 7. Pann. l. 5. c. 26.*

terris, ligati sint in cœlo. Sit ergò irreprehensibilis, qui alterum ligat, aut solvit.

C. XLVI. ¶ *Non est petenda solutio, cùm inquè servetur sententia.*

Item Gelasius Papa *Episcopis Orientalibus* 2, *de damnatione* I. *Dioscori.*

CUi *b* est illata sententia, deponat errorem, & vacua est: sed si injusta est, tantò eam curare non debet, quantò apud Deum & Ecclesiam ejus neminem potest iniqua gravare sententia. Ita ergò eâ se non absolvi desideret, quâ se nullatenùs perspicit obligatum.

1 ¶ Damnatione Dioscori.] *Sic etiam in manuscriptis. Apud Ivonem est*, de communione Achatii vitanda. *Et Dioscorus quidem in Chalcedonensi Synodo, & à sancto Leone I. damnatus est: Achatius autem à Felice III. & Gelasio ipso.*

C. XLVII. ¶ *Deus non nocet, nec nocere aliquem patitur injustè.*

Item Augustinus *de summo bono* c.

SEcundùm *d* Catholicam fidem, & sanam doctrinam, & intelligentibus perspicuam veritatem, nec naturæ Dei nocere potest quisquam, nec natura Dei nocere injustè cuiquam, vel nocere injustè *e* patitur quemquam. *Quis enim nocet* (ait Apostolus *f*) *recipiet aliud quod nocuit.*

C. XLVIII. ¶ *Injusta vincula dirumpit justitia.*

Idem *sermone* 16. *de verbis Domini.*

COepisti *g* habere fratrem tuum tanquam Publicanum: ligas illum in terra, sed ut justè alliges, vide. Nam injusta vincula dirumpit justitia. Cùm autem 1 correxeris, & concordaveris cum fratre tuo, solvisti illum in terra: cùm solveris in terra, solutus erit & in cœlo.

1 ¶ Cùm autem] *Emendatus & locupletatus est hic locus ex originali, Ivone & Pannormia.*

C. XLIX. ¶ *Temeritas judicandi non ei, qui judicatur, sed judici nocet.*

Idem *de sermone Domini in monte, lib. 2. c. 19.*

TEmeraria *h* judicium plerunque nihil nocet ei, de quo temerè judicatur. Ei autem, qui temerè judicat, ipsa temeritas necesse est ut noceat.

C. L. ¶ *Non obest homini injusta sententia.*

Idem *ad Clerum Hipponensem, epist.* 137.

QUid *i* obest homini, quòd ex illa tabula non vult eum recitari humana ignorantia, si de libro vivorum non eum delet iniqua conscientia?

C. LI. ¶ *De eodem.*

Item *in libro contra Secundinum Manichæum, cap.* 1.

SImi *k* de Augustino quicquid libet: solùm ne in oculis Dei conscientia non accuset.

C. LII. ¶ *Quæ conscientia justificat, aliorum maledicta non timeant.*

Item Gregorius *Constantino Mediolanensi Episcopo, lib. 6. epist. 14. seu cap.* 172.

IN *l* cunctis, quæ in hac vita adversa proveniunt, sola est, sicut nostis, omnipotentis Dei districtio pensanda, atque ad cor semper proprium recurrendum, ut nullius nos ibi lingua implicet, ubi conscientia non accusat. Quem enim conscientia defendit, & inter accusationes liber est: & liber, vel sine accusatione esse non potest, si sola, quæ interius addicit *m*, conscientia accuset. De vestra igitur sanctitate absit à Christianorum judicio, ea, quæ maledicorum hominum rumoribus conficta credimus, in qualicunque modulo suspicionis adduci: quia ex sacri eloquii testimonio tenemus, ut majora mala 1, cùm forsitan dicuntur, nisi probata, credi non debeant, sed probata citiùs ulcisci. *& infrà.* ¶ Hæc igitur dixi, ut nimiæ esse levitatis ostenderem, si quis mala gravia credere studeat, quæ probari non possunt. Unde sanctitas vestra debet mentem suam à maledicorum hominum rumoribus, atque obtrectatione disjungere, & sola, quæ æternæ vitæ sunt, atque ad utilitatem subditorum proficiunt, cogitare.

1 ¶ Majora mala,] *Sic emendatum est ex originali & Nicolao: & sæpe in hac epistola repetitur*, mala gravia. *Antea legebatur*, mala majorum.

C. LIII. ¶ *Frustrà damnatur ab homine, quem Deus justificat.*

Item Augustinus *in Psal. 36. concione 3. ad vers.* [Nec damnabit eum.]

ET *a* si ad tempus 1 damnaris ab homine, & si dixit sententiam Proconsul in Cyprianum, alia est sella terrena, aliud tribunal cœlorum. Ab inferiore accepit sententiam, à superiore coronam.

1 ¶ Et si ad tempus] *Apud B. Augustinum de diverso judicem agentem, sic legitur:* Quando ergò ventum fuerit ad illud judicium, non eum damnabit: & si ad tempus videtur damnari ab homine, & si dixit sententiam, &c.

C. LIV.

Idem *in Psal. 37. ad vers.* [Quoniam in te speravi.]

CUstodi *b* intùs innocentiam tuam, ubi nemo opponit causam tuam. Prævalebit *c* in te falsum testimonium, sed apud homines. Nunquid apud Deum valebit, ubi causa tua dicenda est? Quando Deus judicaverit, alius testis quàm conscientia tua non erit. Intra ipsum judicem, & conscientiam tuam noli timere, nisi causam tuam.

C. LV. ¶ *Non hominum linguæ, sed conscientias curare debemus.*

Item Gregorius Papa *Palladio Presbytero, lib. 8. epist. 45.* d

INter verba laudantium, sive vituperantium, ad mentem semper recurrendum est: & si in ea non invenitur bonum, quod de nobis *e* dicitur, magnam tristitiam generare debet: & rursum si in ea non invenitur malum, quod de nobis homines loquuntur, in magnam debemus lætitiam prosilire. Quid enim, si homines *f* laudent, & conscientia nos accusat? aut quæ debet esse tristitia, si omnes accusent, & sola conscientia liberos nos esse demonstret? Habemus Paulum dicentem *g*: [*Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ.*] Job *h* quoque dicit: [*Ecce in cælo testis meus.*] Si ergò est nobis testis in cœlo, testis in corde, dimittamus stultos foris loqui, quod volunt. Quid aliud detrahentes faciunt, nisi quod in pulverem sufflant, atque in oculos suos terram excitant, ut unde plus detractionis perflant, inde magis nihil veritatis videant? Vocandi tamen etiam sunt ipsi, & tranquillè admonendi, eisque satisfieri modis omnibus debet, scientes, quid de Judæis veritas dicit *i*: [*Ne fortè scandalizemur eos.*] Si autem satisfieri sibi ex veritate noluerint, habes consolationem, quam in sancto Evangelio conspicias. Cùm enim Domino dictum fuisset: [*Scis k, quia Pharisæi audito verbo hoc scandalizati sunt?*] respondit *l*: [*Sinite illos: cæci sunt, & duces cæcorum.*] Paulus quoque Apostolus admonet, dicens *m*: [*Si fieri potest, quod ex vobis est, cum*

---

a *Sententia habetur aliqua ex parte in tomo Gelasii de anathematis vinculo.* b *Ivo part. 14. c. 8.* c *l. 3. de natura boni, c. 39.* d *Ivo p. 14. c. 9.* e *impunè*] *vera lectio.* f *Coloss. 3.* g *Ivo p. 14. c. 5. Pann. l. 5. c. 83.* h *Ivo p. 14. c. 10.* i *Polyc. l. 7. tit. 1. Ivo p. 14. c. 11.* k *Ivo p. 14. c. 22.* l *Nicolaus epist. 2. ad Michaelem Imper.* m *al. audit.*

a *Ivo p. 14. c. 13.* b *Ivo p. 14. c. 14.* c *al. prævalebit.* d *Et in epistola Sixti III.* e *al. nobis.* f *al. omnes.* g *2. Cor. 1.* h *Iob. 16.* i *Matth. 17.* k *Matth. 17.* l *Matth. 15.* m *Rom. 12.*

omnibus hominibus pacem habentes.] Dicturus quippe [*cum omnibus pacem habentes,*] quia hoc difficile esse prospexit, præmisit, [*si fieri potest.*] Sed tamen adjunxit, quòd possit fieri, cùm dixit, [*quod ex vobis est:*] quia si nos in mente charitatem erga obedientes servare cupimus, etsi illi nobiscum pacem non habent, nos tamen cum illis sine dubio habemus.

1 ¶ Quid enim] *Addita sunt nonnulla ex epistola B. Gregorii, & partim etiam Sixti III. in qua idem ferè repetitur.*

Hoc inter eos observandum est, qui parati sunt suspicari, quod non vident, paratis semper reprehendere, nunquam imitari. Apud alios autem conscientia est necessaria nobis, fama illis.

C. LVI. ¶ *Conscientia nobis, & fama proximis est necessaria.*

Unde Augustinus *lib. de bono viduit. cap. 22.*

NOn *a* sunt audiendi, sive viri sancti, sive fœminæ, quando reprehensâ in aliquo negligentia sua, per quam fit, ut in malam veniant suspicionem, unde suam vitam longè abesse sciunt, dicunt sibi coram Deo sufficere conscientiam, existimationem hominum non solùm impudenter, verùm etiam crudeliter contemnentes, cùm occidant *b* animas aliorum, sive blasphemantium viam Dei (quibus secundùm suam suspicionem, quasi turpis, quæ casta est, displicet vita Sanctorum:) sive etiam cum excusatione imitantiù, non quod vident, sed quod putant. Proinde quisquis à criminibus flagitiorum atque facinorum vitam suam custodit, sibi benefacit: quisquis autem etiam famam, & in alios misericors est. Nobis enim necessaria est vita nostra, aliis fama nostra.

C. LVII. ¶ *Apud Deum maledicitur, qui moribus dissonam profert sententiam.*

Item Hieronymus *super* c *epist. Pauli ad Philemonem.*

VIII. SI *d* quis dixerit justum injustum, & injustum justum, abominabilis uterque apud Deum est. Similiter, qui sanctum dicit esse non sanctum, & rursum non sanctum asserit sanctum, abominabilis apud Deum est.

C. LVIII. ¶ *Christum violat, qui sanctum non sanctum, vel non sanctum sanctum esse crediderit.*

Idem *ibidem paulò superiùs.*

IX. SI quis hominem, qui sanctus non est, sanctum esse crediderit, & Dei eum junxerit societati, Christum violat, cujus corporis omnes membra sumus. & ℣. ¶ Omnes credentes, secundùm Apostolum *e*, Christi corpus efficiuntur. Qui in Christi corpore errat & labitur, asserens membrum ejus vel sanctum esse, cùm non sit, vel non sanctum esse, cùm sit, vide, quali crimini obnoxius fiat: [*Væ* (ait Esaias *f*) *qui dicunt dulce amarum, & amarum dulce, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras.*] Dulce puto esse sanctimoniam: amarum, quod sanctimoniæ contrarium est.

C. LIX. ¶ *Æternum væ maledictionis inveniet, qui bonos malos, & malos bonos dixerit.*

Item Esaias, *cap. 5.*

VÆ *g*, qui dicitis malum bonum, & bonum malum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras. *& paulò superiùs.* ¶ Propterea captivus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam: & nobiles ejus interierunt fame, & multitudo ejus siti exaruit. Propterea dilatavit infernus animam suam, & aperuit os suum absque ullo termino: & descenderunt fortes ejus, & populus ejus, & sublimes, gloriosique ejus ad eum. & incurvabitur homo, & humiliabitur vir, & oculi sublimium deprimentur: & exaltabitur Dominus exercituum in judicio, & Deus sanctus sanctificabitur in justitia.

C. LX. ¶ *Legandi, solvendi, potestate se privat, qui hanc injustè exercet.*

Item Gregorius *homil. 26. in Evang.*

IPse *a* ligandi atque solvendi potestate se privat, qui hanc pro suis voluntatibus, & non pro subjectorum moribus exercet.

C. LXI. ¶ *De eodem.*

Idem *ibidem paulò inferiùs.*

IUdicare *b* de subditis dignè nequeunt, qui in subditorum causis sua vel odia, vel gratiam sequuntur.

C. LXII. ¶ *Non est vera præsidentis absolutio, nisi sequatur arbitrium interni* c *judicis.*

Idem *ibidem paulò inferiùs.*

TUnc vera est absolutio præsidentis, cùm interni *d* sequitur arbitrium judicis. Quod benè quatriduani mortui resuscitatio illa significat: quæ videlicet demonstrat, quia priùs mortuum Dominus suscitavit, & vivificavit, dicens *e*: [*Lazare, veni foras,*] & postmodùm is qui vivens fierat, egressus, à discipulis est solutus, sicut scriptum est.

C. LXIII. ¶ *Privilegio meretur exui, qui eodem abutitur.*

Idem *in Regesto.* f

PRivilegium *g* omninò meretur amittere, qui permissâ sibi abutitur potestate.

¶ *In regesto B. Gregorii, ex quo citatur, non est inventum. Habetur autem in epist. 12. Simplicis Papæ, cui etiam Nicolaus I. in epist. ad Hincmarum, cujus initium est,* Epistolam beatitudinis tuæ. *& Burchardus, & Ivo, & aliquot vetusta Gratiani exemplaria tribuunt: suprà etiam distinct. 74. c.* ubi. 9. nam privilegium. *citatur ex eodem Simplicio. Simile est, quod B. Augustinus sermone de tempore 247. scribit:* Judicio enim legum, jure ab obtenta dignitate dejicitur, qui privilegio sibi concesso abutitur.

C. LXIV. ¶ *Is, in quem canonica non fertur sententia, panam non debet ferre canonicam.*

Item Gregorius *Antemio Subdiacono, lib. 2. indict. 11. epist. 9.*

NOn debet is pœnam sustinere canonicam, in cujus damnatione non est canonica prolata sententia.

Ex his datur intelligi, quòd injusta sententia nullum alligat apud Deum, nec apud Ecclesiam ejus aliquis gravatur inquâ sententiâ, sicut ex h *Gelasii capite habetur. Non ergò ab ejus communione abstinendum est, nec ei ab officio cessandum, in quem cognoscitur iniqua prolata sententia. Cur ergò capitula Carthaginensis, & Africani, atq; aliorum Conciliorum, prohibent injustè damnatum ex communione recipi, ante* i *judicii examinationem? Cur & illud* in Concilio Maguntinensi *statutum est?* k

C. LXV. ¶ *Qui damnatur à Synodo, quomodo in secunda innocens reperatur.*

EPiscopus *l*, Presbyter, aut Diaconus à gradu suo injustè dejectus, si in secunda Synodo innocens reperiatur *m*, non poterit esse, quod fuerat, nisi gradus amissos recipiat coram altari de manibus Episcoporum: si Episco-

a 12. q. 1. nolo, ut aliquis. b al. secedunt. c Ad locum, [Gratias ago Deo meo.] d Ivo p. 14. c. 8. Panorm. l. 5. cap. 84. Proverb. 17. secundum 70. e Rom. 12. 1. Corinth. 8. f Esa. 5. g Eod. c.

a *Infrà eâd. plerunque. Polyc. lib. 7. tit. 1. Ivo p. 14. cap. 3. Pann. lib. 1. cap. 79.* b *Ivo ibidem. Pann. lib. 5. cap. 10.* c *al. aternis.* d *aterni*] *vrig. infr. eâd. plerunque. Ivo ibidem. Pann. l. 5. c. 11.* e *Ioann. 11.* f *Simplicius Papa epist. 2.* g *Ansel. 4. c. 3. Burch. lib. 2. c. 29. Ivo p. 3. c. 140.* h *Supra eâd. cui est.* i *Suprà eâd. si Episcopus. & c. Placuit.* k *In Toletano IV. cap. 27.* l *Burch. lib. 2. cap. 91. Anselm. lib. 5. cap. 27. Polyc. lib. 2. tit. 30. Ivo p. 3. cap. 367. & part. 6. c. 237. Panormit. lib. 3. cap. 60.* m *inveniatur.*

pus est, orarium, annulum & baculum: si Presbyter, orarium & planetam: si Diaconus, orarium & albam: si Subdiaconus, patenam & calicem. Sic & reliqui gradus in reparatione sua recipiant ea, quæ, cùm ordinarentur, perceperant.

¶ *Hoc habetur in Concilio Toletano IV. c. 17. ex quo citant Ivo p. 3. c. 367. & Polycarpus l. 2. tit. 36. Idem tamen Ivo part. 6. c. 257. & Burchardus tribuunt Concilio Magunt. : auctor autem Pannormiæ, & Magunt. & Tolet.*

Y pars. *Si ergò injustè dejecti, nec etiam per Episcopos reparari possunt, nisi de mandatis eorum recipiant, quæ ameserant: quomodo suâ auctoritate cuiq; licet injustè legatis communicare, & eis, non potestate absolutionis, sua celebrare officia, sicut Gelasius vocatur sentire? Ad hoc respondendum est, quòd sententia aliquando est injusta ex animo proferentis, justa verò ex ordine & causa: aliquando est justa ex animo & causa, sed non ex ordine: aliquando justa ex animo & ordine, sed non ex causa. Cùm autem ex causa injusta fertur, aliquando nullum in eo omninò, qui accusatur, delictum est, quod sit damnatione dignum: aliquando non est in eo illud, supra quod fertur sententia: sed exactis notandus est. Ex animo est injusta, cùm aliquis servatâ integritate judiciarii ordinis in adulterum, vel in quemlibet criminosum, non amore justitiæ, sed livore odii, vel pretio, aut favore adversariorum indultus sententiam profert. Unde Beda super epistolam Iacobi ait:* ¶ Ira a enim viri justitiam Dei non operatur: *] quasi qui iratus in aliquem sententiam profert, etsi ille quantum ad se, justam reportet sententiam, iste tamen, qui non amore justitiæ, sed livore odii in eum sententiam dedit, justitiam Dei, in quem perturbatio non cadit, non imitatur.*

C. LXVI. ¶ *Sententia justitia non est pro præmio ferenda.*

Item Gregorius. b

QUi c rectè judicat, & præmium inde remunerationis expectat, fraudem in Deum perpetrat: quia justitiam, quam gratis impertiri debuit, acceptione pecuniæ vendit. Bonis malè utuntur, qui justè pro temporali lucro judicant. Tales quippe ad veritatem non justitiæ defensio, sed amor præmii d provocat: quibus si spes nummi subtrahitur, confestim à justitiæ defensione recedunt. Acceptio nummorum e prævaricatio veritatis est. Unde & pro justo dicitur: [*Qui excutit manus suas ab omni munere, iste in excelsis habitabit.*]

¶ *Apud B. Gregorium non est inventum: sed apud Isidorum lib. 3. de summo bon. cap. 32. quem citant Burchardus & Beda in scintillis.*

C. LXVII. ¶ *In Præpositorum operibus sibi totum raro vendicet.*

Item Gregorius *lib. 8. epist. 12. ad Guidofalcum.*

ILla f Præpositorum solicitudo utilis est, illa est cautela laudabilis, in qua totum ratio agit, & furor sibi nihil vendicat. Restringenda sub ratione potestas est, nec quicquam agendum, priusquam concitata ad tranquillitatem mens redeat. Nam commotionis tempore justum omne g putat, quod fecerit.

C. LXVIII. ¶ *Graviter delinquit, qui ex ira sententiam profert.*

Item Ambrosius *libro de sancto Iosepho, c. 13.*

IRa sæpè etiam innocentes in crimen adducit: quia dum justo amplius irascimur, & volumus alienum coercere peccatum, graviora peccata committimus. Ideò Apostolus h ait: [*Non vos ipsos vindicantes, charissimi: sed date locum iræ;*] hoc est, declinemus eam, ne nos illa corripiat. Unde Dominus i Jesus dimittens ad evangelizandum discipulos, misit eos sine auro, sine argento, sine pecunia, sine virga; id est, ut & incentiva litis, & instrumenta eriperet ultionis.

C. LXIX. ¶ *Ratio debet corrigere, quod furore promulgatum est.*

Item ex lib. 11. Ecclesiast. historiæ Rufini, *c. 18.*

CUm apud Thessalonicam seditione exortâ, quidam vir ex militaribus impetu fuisset populi furentis extinctus, Theodosius repentini nuntii atrocitate succensus, ad ludos Circenses invitari populum, eique ex improviso circumfundi milites, atque obtruncari passim, ut quisq; occurrisset, gladio jubet, & vindictam dari, non criminis, sed furori: ob hoc, cùm à Sacerdotibus Italiæ argueretur, agnovit delictum, culpamque cum lachrymis professus, publicam pœnitentiam in conspectu totius Ecclesiæ egit a, & in hoc sibi tempus adscriptum absq; Regali fastigio patienter implevit. Quibus omnibus illud quoque mirabiliter adjecit. Lege sanxit in posterum, ut sententiæ Principum super animadversione prolatæ, in diem vigesimum ab executoribus differrentur, quò locus misericordiæ, vel, si res tulisset, pœnitentiæ non periret.

C. LXX. ¶ *In distandis sententiis rectores nullo furore ducantur.*

Item ex b *dictis* Gregorii.

SUmmoperè c præcavere debent rectores Ecclesiarum, & qui publica judicia exercent, ut in distandis sententiis nullatenus levitate, aut furore ducti sint præcipites; sed causis prius diligenter ventilatis, cùm res, quæ ignorabatur, plenius ad notitiam venerit, tunc divina & humana lex resolvatur d, & tunc secundùm quod ibi constitutum est, remotâ personarum acceptione, definitiva proferatur sententia. Hinc est, quod Moyses e quoties populi semper ad Dominum tabernaculum ingressus referebat, & juxta quod Dominus imperabat, judicia proponebat. nimirùm nos instruens, ut non ex corde nostro, sed ex præcepto divino, condemnationis, vel justificationis sententiam proferamus.

¶ *De non præcipitanda sententia leguntur summa apud B. Gregorium, lib. 19. Mor. c. 23. ad ea verba Iob.* Causam, quam nesciebam, diligentissimè investigabam. *& lib. 12. regist. epist. 26. & alibi.*

C. LXXI. ¶ *Justum judicium vendi non potest.*

Item Augustinus *ad Macedonium, epist. 54.*

NOn f licet judici vendere justum judicium, etsi licet advocato vendere justum patrocinium, & justè consulto rectum consilium.

¶ *Propria verba B. Augustini referuntur infrà, 14. q. 3. c. fa. versic.* sed non ideò.

C. LXXII. ¶ *De eodem.*

Item Isidorus *lib. 3. de summo bono, c. 58.*

PAuper g dum non habet quod offerat, non solùm audiri contemnitur, sed etiam contra veritatem opprimitur. Citò violatur auro justitia, nullamque rem pertimescit culpam, quam redimere nummis existimat.

Hujusmodi sententia, quæ non amore justitiæ, sed ex alia quacunq; causa fertur in quempiam, humiliter obedienda est.

C. LXXIII. ¶ *Non recipiantur ab aliis, qui seorsum Episcoporum contrahunt offensam.*

Unde in Nicæno h Concilio, *cap. 5.*

SErvetur i ista sententia, ut hi, qui ab aliis excommunicantur, ab aliis ad communionem non recipiantur. Requiratur sanè, si fortè ex aliqua indignatione &

animi,

a *Mutatis verbis, sed salvâ sententiâ. Iac. 1.* b *Isidorus sententiarum de summo bono l. 3. c. 51.* c *Beda in scintillis, c. 71. Burch. l. 16. c. 21.* d *al. pecunia.* e *al. munerum. Esa. 33.* f *Burch. l. 13. c. 29. Ivo p. 16. c. 30.* g *al. ira.* h *Rom. 12.* i *Luc. 9.*

a *al. exegit.* b *al. Gregorius.* c *Burch. l. 16. c. 1. Ans. l. 13. c. 25.* d *revolvatur.* e *Exod. 33.* f *supr. 14. quæst. 1. c. fin. Isid. absit. cap. 59.* g *Burch. lib. 16 c. 12.* h *Extat Aquisgr.* i *Burchard. l. 20. c. 39. Ivo part. 14. c. 100. Polyc. lib. 7. tit. 1. c. 42.* k μικροψυχία.

animi, aut contentione, aut qualibet tali commotione a Episcopi sui absenti b sint. & infrà. ¶ Ut ita demum hi, qui ob culpas suas Episcoporum suorum offensas meritò contraxerunt, dignè etiam à cæteris excommunicati similiter habeantur, quousque Episcopo 1 suo visum fuerit, humaniorem circa eos ferre sententiam.

1 ¶ Episcopo suo] *In prisca versione, quæ est in collectione Isidori, & huic valdè similis est, legitur,* quousq; in communi, vel ipsi Episcopo suo: *nec multùm aliter in altera vulgata versione. Græcè est,* μεχρις αὐ τοῦ ηγουμένου ἢ ἐπισκόπου δόξῃ; *id est,* quousque communi Episcoporum videatur.

Item sententia est injusta ex ordine, quando non servato judicialis ordine, quilibet pro sua culpa damnatur.

C. LXXIV. ¶ *Res dubia non definatur certâ sententiâ.*

Unde Gregorius *scribit Constantino Mediolanensi Episcopo, lib. 3. epist. 30.*

GRave satis est & indecens, ut in re dubia certa detur c sententia.

C. LXXV. ¶ *Non credantur, quæ certis indiciis non demonstrentur.*

Item Augustinus *in libro de pœnitentia* d, *c. 3.*

QUamvis e vera sint quædam, non tamen judici sunt f credenda, nisi certis indiciis demonstrentur.

C. LXXVI. ¶ *Antequam examinentur alii, non judicentur.*

Item Damasus Papa, *epistolâ sextâ.*

EOrum g, qui accusantur, causas discutere non licet, priusquam canonicè vocati ad Synodum veniant, & præsens per præsentem agnoscat veraciter h, & intelligat, quæ ei objiciuntur. Quod benè, & persapientiam i Salomonis 1 dicitur: [*Antequam scruteris, ne reprehendas. Intellige prius, & tunc arrepta. Antequam audieris, ne responseas.*] Et licèt apertissima sit contrariorum reprehensio, veruntamen oportet ab his, qui dati k sunt ad eorum examinationem, ordinem servari.

1 ¶ Salomonis] *Extat liber sapientiæ Sirach, id est, Ecclesiasticus, nomine Salomonis. Et sic citatur etiam à B. Gregorio, l. 9. 1.* non est putanda. *& à Cypriano, lib. 3. ad Quirinum, c. 20. & à Clemente Alexandrino, Stromatum l. 7. & ab Origene hom. 18. in Numeros, & ab Hilario in Psal. 67. & ab aliis Patribus: cujus rei rationem reddidit B. Augustinus, l. 2. de doct. Christiana, c. 8. & alibi.*

C. LXXVII. ¶ *Qui falsum de alio profert, & is, qui crimina credit, uterq; reus erit.*

Item ex octava Synodo.

I. NOn l solùm ille reus est, qui falsum de alio profert, sed & is, qui aurem citò criminibus præbet.

¶ *De hac inscriptione octavæ Synodi, notatum est sup. eâdem, q. 3.* si quis frater.

G pars. *Cum ergò sententia ex ordine injusta est, nec tunc ab ea recedendum est: quia etiam, antequam sententia daretur in eum, pro qualitate reatûs sui legatus apud Deum tenebatur. Contingeret aliquando, ut adulter sententiam profacrilegio reportet, cujus reatum in conscientia non habet. Hæc sententia etsi injusta sit, quia non est in ea crimen, super quod lata est sententia, tamen justè ab eo reportata est, quia ex reatu adulterii jamdiu apud Deum excommunicatus fuerat. Et in hoc casu intelligenda est illa auctoritas Gregorii* m: [Sententia pastoris, &c.] *Injustam sententiam vocat, quando crimen subest, super quod fertur: injustam, quando illud non subest: quæ tamen timenda, vel servanda est, quia ex alio jam dudum damnandus erat. Unde cum præmisisset Gregorius* a: [Utrùm justè an injustè obliget pastor, pastoris tamen sententia gregi timenda est, *subsecutus adjecit:* [Ne is, qui subest, & cùm injustè forsitan ligatur, ipsam obligationis suæ sententiam ex alia culpa mereatur. Pastor ergò vel absolvere indiscretè timeat, vel ligare. Is autem, qui sub manu pastoris est, ligari timeat vel injustè, nec pastoris sui judicium temere reprehendat: ne, etsi injustè ligatus est, ex ipsa tumidæ reprehensionis superbia, culpa, quæ non erat, fiat.] ¶ *Aliquando nullum subest crimen, & tamen vel odio judicis, vel fallitate sinistrorum opposita sibi sententiam damnationis in se excipit.*

a ἀκδίκε. b *al.* excommunicatis. δέτω συνάγεσθαι. c *al.* dicatur. d *al.* pœnitentia medicina. e *Ivo p. 5. c. 247. Pann. l. 4. c. 114. 30. q. 3. si quis divinis. ex Sixto.* f faciles sunt] *ereg. Aliquot verbu mutatu.* g *Ans. l. 3. c. 50.* h *al.* veritatem. i *Eccl. 21. secundum 70.* k *al.* deputati. l *Isidorus l. 3. de summo bono, c. 39.* m *Sup. eâd. c. 1.*

C. LXXVIII. ¶ *Quot modis humanum judicium pervertitur.*

Unde Gregorius *ait.* b

QUatuor c modis pervertitur humanum judicium: timore, dum metu potestatis alicujus veritatem loqui pertimescimus: cupiditate, dum præmio animum d alicujus corrumpimus: odio, dum contra quemlibet adversarium e molimur: amore, dum amico, vel propinquo complacere contendimus.

¶ *Apud Gregorium non est inventum: sed apud Isidorum [quem citat Burchardus] & paulò etiam plenius: & sequitur nonnullis interjectis post caput, qui rectè. sup. eâd.*

Quam verò grave sit, vel odio, vel amicitiâ, vel metu, vel munere, vel qualibet modo judicium pervertere, testatur Hieronymus *in f Amos, cap. 6. dicens.*

C. LXXIX. ¶ *De iis, qui aliquo modo judicium pervertunt.*

QUicunq; aut consanguinitate, aut amicitiâ, & econtrario vel hostili odio, vel inimicitiis in judicando ducitur, pervertit judicium Christi, qui est justitia, & fructum illius vertit in amaritudinem.

C. LXXX. ¶ *De iis, qui metu potestatis veritatem occultant.*

Item Augustinus *ad Casulanum.* g

QUisquis h metu cujuslibet potestatis veritatem occultat, iram Dei super se provocat: quia magis timet hominem, quàm Deum. *& post pauca.* ¶ Uterq; i reus est, & qui veritatem occultat, & qui mendacium dicit: quia & ille prodesse non vult, & iste nocere desiderat.

¶ *Caput hoc non est inventum apud B. Augustinum, cujus posteriorem partem citat etiam Burchardus ex dictis Augustini. Simillima leguntur in eodem libro tertio Isidori, cap. 59.*

C. LXXXI. ¶ *De eodem.*

Item.

III. NEmo peritorum, aut prudentium putet, quòd minus sit periculum in verbis, linguâ mentiendo, quàm manibus sanguinem fundendo. Meliùs est autem pro veritate pati supplicium, quàm pro adulatione recipere beneficium.

C. LXXXII. ¶ *De eodem.*

Item Pelagius Papa II. *epist. 2. Benigno Archiepiscopo.*

UNicuique providendum est, ne aliquem injustè persequatur, judicet, vel puniat: ne Jesum persequatur, judicet, vel puniat.

Hic quoque, qui veritatem pro pecunia negat, vel falsum testimonium contra aliquem dicit, Deum negare, vel vendere probatur.

a *Hom. 26. in Evang.* b *Isidorus l. 3. de summ. bono, c. 58.* c *Burch. lib. 16. c. 28.* d *al.* muneres alicujus corrumpitur:] *Isid.* e *al.* adversa. f *Similia apud Isidorum eod. l. 3. c. 57. & apud B. Hier. in Amos, c. 6. ad illud:* [Quoniam convertistis in amaritudinem judicium.] g *Isid. ibid. c. 59.* h *Demedecas p. 1. Burch. l. 16. cap. 16.* i *Extra de crim. falsi, cap. 1.*

C. LXXXIII. ¶ *Qui falsum testimonium dicunt, & veritatem pro pecunia negant, sicuti Iudæ participes sunt.*

Unde Beda *ad* a *c. 14. Marc.*

ABiit *b* Judas ad summos Sacerdotes, & constituerunt ei pecuniam se daturos.] ¶ Multi hodie scelus Judæ, quia Dominum ac magistrum, Deumque suum pecuniâ vendiderit, velut immane & nefarium exhorrent: nec tamen cavent. Nam cùm pro muneribus falsum contra quemlibet testimonium dicunt, profectò, quia veritatem pro pecunia negant, Deum pecuniâ vendunt. Ipse enim dixit: *c* [*Ego sum veritas.*] Cùm societatem fraternitatis aliquâ discordiæ peste commaculant, Deum produnt: quia Deus *d* charitas est. ¶ Qui ergò charitatis & veritatis jussa spernunt, Deum utique, qui charitas est & veritas, produnt: maximè cùm non infirmitate, vel ignorantiâ peccant, sed in similitudinem Judæ quærunt *e* opportunitatem, qualiter arbitris absentibus, mendacio veritatem, virtutem crimine mutent.

C. LXXXIV. ¶ *Christum negat, qui perversis se socium facit.*

Item Hieronymus *in epistolam ad Titum, c. 1. in extremo.*

EXistimant quidam in eo tantùm Christum negari, si in persecutione quis à Gentilibus comprehensus, se tenuerit esse Christianum. Sed ecce Apostolus *f* omnibus, quæ perversa sunt, factis, Deum asserit denegari. Christus sapientia est, justitia, veritas, sanctitas, fortitudo. Negatur per insipientiam sapientia, per iniquitatem justitia, per mendacium veritas, per turpitudinem sanctitas, per imbecillitatem animi fortitudo. Et quotiescunque vincimur à vitiis atque peccatis, toties Deum negamus: & econtrario, quoties benè quid agimus, Deum confitemur. Nec arbitrandum est in *g* die judicii illos tantùm à Dei filio denegandos, qui in martyrio Christum denegârunt, sed *h* & illos omnes, quorum opere, vel sermone, vel cogitatione Christus negatus negat, vel confessus confitetur. De hac puto confessione & discipulis præcepit, dicens: *i* [*Eritis mihi testes in Hierusalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & usq; ad extremum terræ.*]

C. LXXXV. ¶ *Qui Christianum se negat, Christum negare convincitur.*

Item Augustinus *tractatu 123. ad cap. 18. Ioannis.*

11. NOn solùm abnegat Christum, qui dicit eum non esse Christum; sed ille etiam, qui cùm sit, negat se esse Christianum. Dominus *k* enim non ait Petro, discipulum meum te negabis, sed [*me negabis.*] Negavit ergò ipsum, cùm se negavit esse ejus discipulum. Quid autem aliud isto modo, quàm se negavit esse Christianum? *Item* 1 *tractatu 66.* Timendo *l* mortem carnis tuæ, mortem dabis animæ tuæ. Quanta enim vita est confiteri Christum, tanta mors est negare Christum. An Apostolus Petrus (sicut eum quidam favore perverso excusare nituntur) Christum non negavit, quia interrogatus ab ancilla, hominem se nescire respondit?

1 ¶ Item] *In duobus vetustis Gratiani exemplaribus hoc est aliud caput, & rubricam habet,* De eodem. *Est enim ex tractatu 65. in Ioan.*

C. LXXXVI. ¶ *Veritatem prodit, non solùm qui pro veritate mendacium loquitur, sed etiam qui veritatem non liberè prædicat.*

Item Joannes Chrysostomus, [*id est, Auctor operis imperfecti, in Matth. hom. 23.*]

NOlite *a* timere eos, qui occidunt corpus:] ne fortè propter timorem mortis non liberè dicatis, quod audistis, nec fiducialiter prædicetis omnibus, quod in aure soli audistis. Sic ergò ex his verbis ostenditur, quòd non solùm ille proditor est veritatis, qui transgrediens veritatem, palàm pro veritate mendacium loquitur: sed etiam ille, qui non liberè veritatem pronuntiat, quam liberè pronuntiare oportet, aut non liberè veritatem defendat, quam libere defendere convenit, proditor est veritatis. Nam sicut Sacerdos debitor est, ut veritatem, quam audivit à Deo, liberè prædicet; sic Laicus debitor est, ut veritatem, quam audivit quidem à Sacerdotibus probatam in Scripturis, defendat fiducialiter. Quod si non fecerit, proditor est veritatis. [*Unde* b *enim creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem.*]

Hæc sententia potiùs judicem ladit, quàm eum, in quem temerè fertur.

C. LXXXVII. ¶ *Injustè aliquem anathematizans, sibi, non alii nocet.*

Unde Augustinus *ait.*

ILlud *c* planè non temerè dixerim, quòd si quisquam fidelium fuerit anathematizatus injustè, potiùs ei oberit, qui facit, quàm qui hanc patitur injuriam. Spiritus enim Sanctus habitans in sanctis, per quem quisque ligatur, aut solvitur, immeritam mali ingerit pœnam. Per eum quippe diffunditur charitas *d* in cordibus nostris, quæ non agit perperam. Pax 1 Ecclesiæ *e* dimittit peccata, & ab Ecclesiæ pace alienatio tenet peccata, non secundùm arbitrium hominum, sed secundùm arbitrium Dei. Petra enim tenet, petra dimittit: columba tenet, columba dimittit: unitas tenet, unitas dimittit.

1 ¶ Pax] *Hæc pars (nam superior non est inventa apud B. Augustinum) ex ipso est emendata, & nonnihil aucta.*

Item Salomon f: [Sicut avis in incertum volans, & passer quolibet vadens: sic maledictum frustrà prolatum, venit super eum, qui misit illud.]

C. LXXXVIII. ¶ *Cujus vita offuit non congruit, alios ligatus solvit.*

Item Gregorius Papa *homiliâ 26. in Evangelia.*

PLerunq; *g* contingit, ut hic judicis *h* locum teneat, cujus ad locum vita minimè concordat: ac proinde sæpè agitur, ut vel damnet immeritos, vel alios ipse ligatus solvat: sæpè in solvendis, ac ligandis subditis, sua voluntatis motus, non autem causarum merita sequitur. Unde fit, ut ipse *i* ligandi *k*, aut solvendi potestate se privet. *& infra.* ¶ Sæpè fit, ut erga quemlibet proximum odio, vel gratiâ moveatur pastor. Judicare *l* autem dignè de subditis, &c. Unde rectè per Prophetam *m* dicitur: [*Mortificabant animas, quæ non moriuntur, & vivificabant animas, quæ non vivunt.*] Non morientem quippe mortificat, qui justum damnat: & non victurum vivificare nititur, qui reum à supplicio absolvere conatur. Causæ ergò pensandæ sunt, & tunc ligandi atque solvendi potestas exercenda. Videndum

a *Et ad cap. 26. Matth.* b *Marc. 14. Matth. 26.* c *Ioan. 14.* d *1. Ioan. 4.* e *Matth. 26.* f *Tit. 1.* g *Matth. 16.* h *al. sed per omnia opera, sermones, cogitationes Christus vel negatus, &c.* i *Actor. 1.* k *Luc. 22.* l *Luc. 11.*

a *Matth. 10.* b *Rom. 10.* c *Anselm. lib. 12. c. 67. Polyc. lib. 1. sine authoris nomine.* d *Rom. 5.* e *Aug. de Baptismo contra Donatistas, l. 3. c. 18.* f *Prov. 26. sed paulò aliter.* g *Ivo p. 14. c. 3. Pann. l. 5. c. 72. 79. & 80.* h *al. judicis.* i *al. hâc ipsâ.* k *sup. c. 83. ipse ligandi.* l *sup. eâd. judicare.* m *Ezech. 13.*

est,

est, quæ culpa præcessit a, & quæ sit pœnitentia secuta post culpam: ut quos omnipotens Deus per compunctionis gratiam visitat, illos pastoris sententia absolvat. Tunc b enim vera est absolutio, &c. *& infrà.* ¶ Ex qua considerationè intuendum est, quòd illos nos debemus per pastoralem auctoritatem solvere, quos auctorem nostrum cognoscimus per suscitantem gratiam vivificare. *& infrà.* ¶ Veniat itaque foras mortuus, id est, culpam confiteatur peccator. Venientem verò foras solvant discipuli: ut pastores Ecclesiæ ei pœnam debeant amovere, quam meruit, qui non erubuit confiteri, quod fecit. ¶ Hæc de solutionis ordine breviter dixerim, ut sub magno moderamine pastores Ecclesiæ vel solvere studeant, vel ligare.

C. LXXXIX. ¶ *Verbis caret sententia injustè prolata.*

Item Calixtus Papa *epist. 1. ad Benedictum Episcopum.*

INjustum c judicium, & definitio injusta, Regio metu, aut jussu, aut cujuscunque Episcopi, aut potentis, à judicibus ordinata vel acta, non valeat. ¶ Homini religioso parum esse debet inimicitias aliorum non exercere, vel non augere malè loquendo, nisi etiam eas extinguere benè loquendo studuerit. ¶ Melior d est in malis factis humilis confessio, quàm in bonis superba gloriatio.

C. XC. ¶ *Præmium meretur, qui injustè maledicitur.*

Item Augustinus *super Psal. 111. ad vers.* [Faciens misericordias Dominus.]

QUi justus est, & injustè maledicitur, præmium illi redditur.

Hoc est, ut dictum est, non teneatur legatus apud Deum, sententia tamen parere debet: ne ex superbia legatur, qui prius ex puritate conscientiæ absolutus tenebatur.

7 pars. *Idem est, quando contra æquitatem sententia fertur: veluti quando subditi nonn possunt cogi ad malum scientes, obedientiam non esse servandam Prælatis in rebus illicitis.*

C. XCI. ¶ *Non est obediendum Episcopo, qui pro hæreticis Missam canere jubet.*

Unde Eutychianus 1 Papa *ait.*

SI e quis Episcopus, aut Abbas Presbytero, aut Monacho suo jusserit Missas pro hæreticis 2 cantare, non licet, & non expedit obedire eis.

1 ¶ Eutychianus] *Burchardus & Ivo referunt ex Eutychiano simul caput hoc, &c.* si quis. *24. q. 1. quod tamen Gratianus citat ex Iulio.*

2 ¶ Hæreticis] *Cæteri collectores addunt*, mortuis, *quam vocem his auctor glossa supplevit.*

C. XCII. ¶ *Præcepto non obedire multoties expedit.*

Item Augustinus.

NOn semper malum est non obedire præcepto: cùm enim Dominus jubet ea, quæ sunt contraria Deo, tunc ei obediendum non est.

¶ *Hujus capitis partim verba ipsa, partim sententia habentur apud beatum Ambrosium, lib. de Paradiso, c. 6.*

C. XCIII. ¶ *De eodem.*

Item Hieronymus *in epist. ad Titum 3. c. 2. vers.* [Servi Dominis suis subditi sint.]

SI f Dominus ea jubet, quæ non sunt adversa Scripturis sanctis, subjiciatur servus Domino. Si verò contraria præcipit, magis obediat spiritûs, quàm corporis Domino. *& infrà. c. 3.* ¶ Si g bonum est, quod præcipit Imperator & Præses, jubentis obsequere voluntati: si verò malum, respondeo ei illud de Actibus Apostolorum *a*: [*Obedire oportet Deo magis, quàm hominibus.*] Hoc ipsum & de servis intelligamus apud Dominos, & de uxoribus apud viros, & de filiis apud parentes: quòd in illis tantùm debeant Dominis, viris, parentibus esse subjecti, quæ contra Dei mandata non veniunt.

1 ¶ Titum,] *Sic est emendatum ex Polycarpo, cùm antea cæteretur, ad Ephesios, emendata etiam, & nonnihil locupletata ipsa capite ex originali.*

C. XCIV. ¶ *Non sunt audiendi, qui contra Deum aliquid jubent.*

Item Ambrosius.

IUlianus b Imperator, quamvis esset apostata, habuit tamen sub se Christianos milites: quibus cùm diceret, producite aciem pro defensione Reipublicæ, obediebant ei. Cùm autem diceret eis, producite arma in Christianos, tunc cognoscebant Imperatorem cœli.

¶ *Infrà eadem c.* Imperatores. *4.* Julianus, *habetur hæc sententia: fortassis g, ex eo loco mutatu verbo consessum est hoc capitulum.*

C. XCV. ¶ *Non jubet aliquid injustum, qui Deum timere probatur.*

Item Fabianus Papa, *epist. 2. omnibus Episcopis.*

QUi omnipotentem Deum metuit, nec contra Evangelium, nec contra Apostolos, nec contra Prophetas, vel sanctorum Patrum instituta aliquid ullo modo agere consentit.

C. XCVI. ¶ *Et qui peccat, & qui peccanti consentit, uterque reus est.*

Item Nicolaus Papa *Lothario Regi.*

ITa c corporis tui cedere motibus consensisti, & relaxatis voluptatum habenis temetipsum in lacum miseriæ, & in lutum facis prohibitum dejecisti, ut qui positus fueras ad gubernationem populorum, effectus sis ruina multorum. Probat hoc Thiegualdi *d*, & Guntharii dudum Episcoporum legitimus casus: qui pro eo, quòd te minimè competenter erudierunt, quinimo quia prævaricationem tuam tegere argumentis suis, & sub quadam justitiæ specie, fucatis quibusdam exquisitis adinventionibus, æquitatem obruere studuerunt, nostrâ sunt Apostolicâ depositi auctoritate, & ab omni Episcopatûs regimine regulariter sequestrati.

C. XCVII. ¶ *De eodem.*

Item Augustinus *sermone 6. de verbis Domini.*

QUi e resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Sed quid f si illud jubeat, quod non debeas facere? Hic sanè contemne potestatem, timendo potestatem. Ipsos humanarum legum g gradus advertite. Si aliquid jusserit Curator, nonne faciendum est? Tamen, si contrà Proconsul h jubeat, non utique contemnis potestatem, sed eligis majori servire. Nec hinc debet minor irasci, si major prælata est. Rursus si aliquid ipse Proconsul jubeat, & aliud jubeat Imperator, nunquid dubitatur illo contempto, illi esse serviendum? Ergò, si aliud Imperator, & aliud Deus, quid judicaris? Solve tributum: esto mihi in obsequium. Rectè, sed non in idolio. In idolio prohibet Quis prohibet? Major potestas. Da veniam: tu carcerem, ille gehennam minatur. Hic jam tibi assumenda est fides tua tanquam i scutum, in quo possis omnia ignita jacula inimici extinguere.

¶ *Emendatum & locupletatum est caput hoc ex ipso originali.*

C. XCVIII. ¶ *De eodem.*

Idem *Donatisti, epist. 166.*

IMperatores k, si in errore essent, (quod absit) pro errore suo contra veritatem leges darent, per quas justi

a *Abest ab vrig.* b *Sup. eâd. tunc vera.* c *25. q. 1. omne. 4. injustum. ex Marcellino. in c. Hadrian c. 72. eâd. l. 1. c. 211. Burch. l. 15. c. 8. Ans. l. 3. c. 84. Ivo p. 5. c. 233. & p. 16. c. 9.* d *Aug. l. confess. 9. c. 9.* e *Polyc. l. 7. tit. 5. Burch. l. 19. c. 105. Ivo p. 15. c. 117.* f *Ansel. lib. 13 c. 36.* g *Polyc. l. 1. tit. ult.*

a *Act. 5.* b *Infrà. eâd. c. Imperatores. 4. Iulianus.* c *Ivo p. 2. c. 227. Ps. 39.* d *Sup. eâd. Teugualdum.* e *Beda Rom. 13. Polyc. l. 1. tit. 27. Rom. 13.* f *sed si] vrig.* g *al. rerum.* h *al. proconsulem.* i *Epi. 6.* k *Sup. dist. 9. c. 1. Polyc. ibid.*

& probarentur, & coronarentur, non faciendo quod illi jubebant, quia Deus prohiberet. Sicut jusserat Nabuchodonosor *a*, ut aurea statua adoraretur: quod qui facere noluerunt, Deo talia prohibenti placuerunt. Quando autem Imperatores veritatem tenent, pro ipsa veritate contra errorem jubent. Quod quisquis contempserit, ipse sibi judicium acquirit. Nam & inter homines pœnas luit, & apud Deum sortem *b* non habebit, quia hoc facere noluit, quod ei per cor Regis ipsa veritas jussit. Sicut ipse Nabuchodonosor *c* postea miraculo salutis trium puerorum commotus, atque mutatus, pro veritate contra errorem edictum proposuit, ut quicunque blasphemarent Deum Sidrach, Misach, & Abdenago, in interitum irent, & domus eorum in dispersionem. Et non vultis, ut aliquid tale contra vos jubeant Imperatores Christiani, cùm sciant à vobis in eis, quos rebaptizatis, Christum exsufflari? *Idem in Psalmis. d* ¶ Julianus extitit infidelis Imperator. Nonné extitit apostata, iniquus, idololatra? Milites Christiani servierunt Imperatori infideli. Ubi veniebatur ad causam Christi, non agnoscebant, nisi illum, qui in cœlo erat. Quando volebat, ut idola colerent, ut thurificarent, præponebant illi Deum. Quando autem dicebat, producite aciem, ite contra illam gentem, statim obtemperabant. Distinguebant Dominum æternum à Domino temporali: & tamen subditi erant propter Dominum æternum etiam Domino temporali.

C. XCIX. ¶ *Per obedientiam bonum deserere, malum verò nunquam facere licet.*

Item Gregorius, *c. 12. al. 10. lib. 35. in Iob.*

Quid ergò mirum, si homo peccator se obedientiæ in præsentis vitæ brevitate subjicit, quando hanc mediator Dei & hominum tenuit 1, & tenendam præcepit, & cùm obedientes remunerat, non relinquit? Sciendum verò est, quòd nunquam per obedientiam malum fieri, aliquando autem per obedientiam debet bonum, quod agitur, intermitti. Neque enim in paradiso arbor mala extitit, quam Deus homini, ne contingeret, interdixit; sed ut meliùs per obedientiæ meritum homo benè conditus crescceret, dignum fuerat, ut hunc etiam à bono prohiberet: quatenus tantò veriùs hoc, quod ageret, virtus esset, quantò & à bono cessans, auctori suo se subditum humiliùs exhiberet.

1 ¶ Tenuit, & tenendam præcepit,] *Hæc absunt à plerisque manuscriptis, & ab originali. Simile quiddam legitur apud B. Augustinum, sermone 5. ad fratres in eremo.* Nec mirum, inquit, si nos peccatores obedientiæ subjicimur, quando hanc mediator Dei & hominum etiam in morte non deseruit, & ei se subjecit, qui per omnia erat Patri æqualis.

CAP. C. ¶ *Apud Deum maledicatur, qui peccantibus consentit.*

Item Isidorus. *e*

Qui *f* consentit peccantibus, & defendit alium delinquentem, maledictus erit apud Deum & homines, & corripietur increpatione severissimâ. Hinc etiam quidam sanctissimus Pater ait: Si quis peccantem defendit, acriùs quàm ille, qui peccavit, coërceatur. Hinc & alius Pater ait: Si quis alterius errori consenserit, & illi consilium dederit, ut se tardiùs humiliet, sciat se cum illo simili modo judicandum culpabilem.

¶ *Prima pars hujus capituli usque ad vocem, severissima, habetur in regula beati Pachomii, Romæ edita. Totum verò extat apud Smaragdum in expositione regulæ beati Benedicti, cap. 69. Citat autem Basilium, quemadmodum & Burchardus, & Ivo; & sensus est in regulis ipsius Basilii brevioribus, regula septimâ.*

C. CI. ¶ *Non est obediendum, quod contra Deum præcipitur.*

Item Isidorus.

Si is, qui præest, fecerit, aut cuiquam, quod à Domino prohibitum est, facere jusserit, vel, quod præceptum est, præterierit, aut præterire mandaverit, sancti Pauli *a* Apostoli sententia ei ingerenda est, dicentis: [*Etsi nos, aut Angelus de cœlo evangelizaverit vobis, præterquam quod vobis evangelizavimus, anathema sit.*] *Idem.* ¶ Si quis 1 prohibet vobis, quod à Domino præceptum est, vel rursùs imperat fieri, quod Dominus prohibet, execrabilis sit omnibus, qui diligunt Deum. *Idem.* ¶ Is, qui præest, si præter voluntatem Dei, vel præter quod in sanctis Scripturis evidenter præcipitur, vel dicit aliquid, vel imperat, tanquam falsus testis Dei, aut sacrilegus habeatur.

¶ *In regulis brevioribus B. Basilii, c. 114. & 303. similima legantur huic omnibus, quæ in hoc capite continentur.*

1 ¶ Si quis prohibet] *In lib. B. Basilii de institutis Monachorum, Rufino interprete, ferè eadem habentur, c. 14. quemadmodum ultimus vers.* Is, qui præest. *18. d. c. 16.*

Cùm ergò subditi excommunicantur ideò, quia ad malum agi non possunt, tunc sententia non est obediendum: quia juxta illud Galat. b: [Nec apud Deum, nec apud Ecclesiam ejus, quemquam gravat iniqua sententia.]

8 pars. *Quod autem suprà, communicantes excommunicato de Ecclesia abjici jubentur, non de quolibet modo communicantibus intelligendum est.*

C. CII. ¶ *De his, qui cum excommunicatis communicant.*

Unde Nicolaus Papa *Hincmaro Rhemorum Archiepiscopo.*

Excellentissimus *c* Rex Carolus Apostolatum nostrum consuluit, quid agendum sit de his, qui communicant cum his, qui cum Engeltruda *d* sæpe damnata fœmina communicant: quoniam eam cum communicatoribus suis, & fautoribus pari vinculo anathematis constat esse adstrictam. Quapropter nunc beatitudini tuæ injungimus, ut super hoc nostrâ auctoritate fretus, curam de his sumere studeas: & quia docta divinitùs sanctitas tua valdè novit, aliud esse ex necessitate, aliud ex ignorantia, atque aliud, quod ex studio delinquitur, ittudq; posterius duobus prioribus districtiùs esse puniendum; idcirco solerter invigilet, & cautâ discretione singulorum modos dijudicet: quatenus, qui ex necessitate, aut ignorantiâ delinquunt, auctoritate nostrâ per te absolvantur: si tamen ipsa eorum ignorantia, vel necessitas vera, & non simulata, vel non ex voluntate processerit: quia, ut benè nôsti, plerique sunt, qui possunt quidem, sed nolunt recta nôsse. Unde Psalmista *e* de hujusmodi: [*Noluit*, inquit, *intelligere, ut benè ageret.*] Illos autem, qui studio suo obligantur, & contemptu interdicta nostra postponunt, non nisi dignâ satisfactione præveniente volumus à te prorsùs absolvi.

C. CIII. ¶ *De iis, qui sine culpa excommunicatis communicant.*

Item Gregorius VII. *lib. 1. Registri in Concilio Romæ habito.*

Quoniam *f* multos peccatis nostris exigentibus pro causa excommunicationis perire quotidie cernimus, partim ignorantiâ, partim nimiâ simplicitate, partim timore, partim etiam necessitate, devicti misericordiâ, anathematis sententiam ad tempus, prout possumus, opportunè temperamus. Apostolicâ itaq; au-

a *Daniel. 3.* b *al. frontem.* c *Dan. 3.* d *In Psal. 124. ad vers.* [*Quoniam non derelinquit.*] *Beda ad Ephes. 6. supr. c. Iulianus. Ivo p. 3. c. 7.* e *Smaragdus c. 69.* f *Anselm. 12. d. 3. Burch. l. 12. c. 46. Ivo p. 14. c. 110.*

a *Galat. 1.* b *Sup. c. cui est illata.* c *Ivo p. 14. c. 46. Pann. l. 5. c. 106.* d *B. Greg. l. 14. mor. cap. 16.* e *Psal.* f *Ivo p. 14. c. 43. Pann. l. 5. c. 82.*

toritate

ctoritate ab anathematis vinculo hos subtrahimus: videlicet uxores, liberos, servos, ancillas, seu mancipia, necnon rusticos servientes, & omnes alios, qui non adeo curiales sunt, ut eorum consilio scelera perpetrentur, & eos, qui ignoranter excommunicatis communicant, sive illos, qui communicant cum eis, qui excommunicatis communicant. Quicunque autem orator, sive peregrinus, aut viator in terram excommunicatorum devenerit, ubi non possit emere, vel non habeat unde emat, ab excommunicatis accipiendi licentiam damus. Et si quis excommunicatis non *a* in sustentationem superbiæ, sed humanitatis causâ dare aliquid voluerit, non prohibemus.

C. CIV. ¶ *De Bonifacio, qui excommunicatis, & Pseudoepiscopis se non communicaturum juravit.*

Item Bonifacius Martyr *Zachariæ Papæ, in epist. quæ incipit,* [Paternæ.]

ANtecessor *b* prædecessoris vestri venerandæ memoriæ Gregorius, dum me indignum ordinavit, & ad prædicandum verbum Dei Germanicis gentibus misit, sacramento me constrinxit, ut Canonicis, & justis Episcopis, & Presbyteris, in verbo, facto, consensu, adstipulator fierem & adjutor (quod cum divina gratia adimplere studui:) fallos autem Sacerdotes, hypocritas & seductores populorum, vel corrigerem ad viam salutis, vel declinarem & abstinerem à communione ipsorum: quod ex parte servavi, & ex parte custodire & implere non potui: sed spiritualiter implevi sacramentum, quia in *c* consensum, & in consilium eorum non venit anima mea, corporaliter autem ab eis omninò abstinere non potui. Dum enim venissem ad Principem Francorum, cogente Ecclesiarum necessitate, non tales ibi reperi, quales volui: sed tamen in sancta communione corporis Christi illis non communicavi.

1 ¶ Et Pseudoëpiscopis] *Hic in aliquot vetustis antea legebatur,* excommunicatis à Pseudoëpiscopis.

¶ *Epistola, in qua habetur capitulum hoc, edita est per Laurentium Surium in vita sancti Bonifacii, Legati Germaniæ, & Martyris. Emendatior autem extat manuscripta Romæ in Bibliotheca monasterii Dominicani.*

C. CV. ¶ *Excommunicatis non communicat, qui eis animo non consentit.*

Item Zacharias Papa *Bonifacio Martyri in epistola, cujus initium est.* [Benedictus Deus.]

QUòd *d* prædecessor noster beatæ memoriæ Gregorius, hujus sanctæ sedis Apostolicæ Præsul, dum ad prædicandum verbum Evangelii tuam misisset fraternitatem in Germaniæ partibus, & gentibus illis paganis, verbo pollicitationis illam voluit antè esse munitam *e*: ita ut orthodoxos Episcopos, Presbyteros, vel quoscunque reperire potuisses in verbo exhortationis perfectos, amplius confirmares, & eis communicares (quòd & factum est:) si quos verò seductores Episcopos, aut Pseudopresbyteros, vel quoslibet à recto fidei tramite devios reperisses, nulla tibi cum eis esset communio: quod te, solatiante Deo, usque ad præsens spiritualiter servâsse confessus es: vel, si omninò propter principalem, & humanum favorem gentis Francorum, dum ad eos accessisses, corporaliter abstinere non valuisti, cogente Ecclesiarum Dei necessitate, attamen in eorum consilio, & consensu communionis anima tua non est coinquinata. Itaque propter hoc, quòd cum eis conversatus es, non consentiens iniquitati eorum, nullum tibi est detrimentum coram Deo.

¶ *In epistola præcedunt hæc verba:* Suggessit itaque sancta fraternitas tua in suis apicibus, quòd prædecessor noster, &c.

a *al. in sustentationem, non superbiæ.* b *Ivo p. 2. c. 93. & Gen. 93.* d *Ivo p. 2. c. 36.* e *al. munitam.*

9 pars. *Excommunicationis autem forma, & modus, atque reconciliationis hæc est.*

C. CVI. ¶ *Modus, & forma excommunicationis.*

DEbent *a* duodecim Sacerdotes Episcopum circumstare, & lucernas ardentes in manibus tenere, quas in conclusione anathematis, vel excommunicationis projicere debent in terram, & conculcare pedibus: deinde epistola per parochias mittatur, continens excommunicatorum nomina, & causam excommunicationis.

¶ *Apud Burchardum & Ivonem ea, quæ in hoc capite continentur, & multa alia eodem pertinentia, extantur ex Concilio Rothomagensi. In collectione verò canonum incerti auctoris manuscripta, iisdem verbis, quibus hic, referuntur ex Zacharia Papa.*

C. CVII. ¶ *De eodem.*

Item ex Concilio Arausico.

CAnonica *b* instituta, & sanctorum Patrum exempla sequentes, Ecclesiarum Dei violatores 1 auctoritate Dei, & judicio Sancti Spiritûs à gremio sanctæ matris Ecclesiæ, & à consortio totius Christianitatis eliminamus, quoadusque resipiscant, & Ecclesiæ Dei satisfaciant.

1 ¶ Violatores] *In eadem collectione, & apud Burchardum, & in duobus vetustis Gratiani codicibus sequitur N. Ab aliis tamen Gratiani exemplaribus, & ab Ivone abest nota ista.*

C. CVIII. ¶ *Modus reconciliationis excommunicatorum.*

Item ex eodem.

CUm *c* aliquis vel excommunicatus, vel anathematizatus, pœnitentiâ ductus, veniam postulat, & emendationem promittit, Episcopus, qui eum excommunicavit, ante januas Ecclesiæ venire debet, & duodecim Presbyteri cum eo, qui eum hinc inde circumstare debent 1. Et si ille tertiæ profratus veniam postulat, & de futuris cautelam sponder, tunc Episcopus apprehensâ manu ejus dexterâ, in Ecclesiam illum introducat, & communioni Christianæ reddat, & septem Psalmos pœnitentiales decanter, cum istis precibus, Kyrie eleyson, Pater noster, Salvum fac servum tuum. *Oratio:* Præsta quæsumus Domine huic famulo tuo dignum pœnitentiæ fructum, ut Ecclesiæ tuæ sanctæ, à cujus integritate deviaverat peccando, admissorum veniam consequendo, reddatur innoxius. Per, &c.

1 ¶ Debent.] *Apud Burchardum, qui etiam ex Concilio Arausico citat, hæc sequuntur:* Ubi etiam adesse debent illi, quibus injuria, vel damnum illatum est, *& multa alia, quæ omninò perlegenda sunt.*

10. pars. *Presbyteris verò, qui excommunicatis sacrum ministerium contingere præsumunt, qua pœnitentia sit imponenda,* Joannes VIII. *Clero & ordini Salernitano* d *scribens, definit, decens.*

C. CIX. ¶ *Quæ sit pœnitentia Sacerdotum, qui excommunicatis sacrum ministerium contingere præsumunt.*

DE *e* illis Presbyteris, qui tempore sanctissimi prædecessoris nostri Domini Papæ Nitolai excommunicati, sacrum ministerium *f* contingere præsumpserunt, ipsi in se damnationis (sicut sacri canones statuerunt) sententiam intulerunt. Tamen, quia miseratio Apostolica veniam solet præstare correctis, ob multitudinem misericordiæ illis hanc indulgentiam exhibemus, ut sanctâ communione saginati, studeant tribus continuis annis per hebdomadam omni 1 secundâ, &

a *Burchard. lib. 11. cap. 3. Ivo part. 14. c. 76.* b *Burch. lib. 11. cap. 7. Ivo part. 3. cap. 126.* c *Burch. lib. 11. cap. 1.* d *al. Salernitano.* e *Ivo part. 14. cap. 35. Panorm. lib. 3. c. 114.* f *al. mysterium.*

quartâ, & sextâ feriâ à 2 vino & à carne penitùs jejunare, & ultra lugenda nequaquam committere.

1 ¶ Omni secundâ,] *Apud Ivonem, & in aliquot vetustis Gratiani exemplaribus legitur*, omni secundâ & sextâ feriâ: *in uno autem*, omni quartâ, & sextâ feriâ.

2 ¶ A vino] *In Pannormia est*, aut à vino, aut à carne: *apud Ivonem*, à vino, aut aceto.

Qui autem excommunicatis communicant, pro modo peccati pœnitentiam accipiant.

C. CX. ¶ *Pro modo peccati punitantur, qui excommunicatis communicant.*

Unde Urbanus II. *Genebaldo* a *Constantiensi Episcopo.*

SAnctis *b* quippe canonibus eautum constat, ut qui excommunicatis communicaverit, excommunicetur. Ipsius *c* tamen pœnitentiæ, atque absolutionis modos eo moderamine decernimus, ut quicunque seu ignorantiâ, seu timore, seu necessitate negotii cujusquam maximi, & maximè necessarii, eorum se convictu, salutatione, oratione, osculatione *d* contaminaverint, cum minoris pœnitentiæ medicina societatis nostræ participationem *e* sortiantur. Eos verò, qui aut spontaneè, aut negligenter inciderint, sub ea volumus disciplinæ coërcitione *f* susci pi, ut cæteris metus incutiatur.

CAUSA XII.

Quidam Clerici propria relinquere volunt: de suis & Ecclesiæ rebus testamentum conficiunt: de rebus Ecclesiæ nonnulla largiuntur.

1 *Modò primum quæritur, utrum liceat Clericis proprium habere?*

2 *Secundò, an res Ecclesiæ, quæ ab eis data sunt, possint constare aliquâ firmitate eis, qui eas acceperunt?*

3 *Tertiò, si ante tempus ordinationis suæ, qui nihil habere videbantur, & post ordinationem aliqua invenisse noscuntur, an possint ea relinquere, quibus voluerint, an non?*

4 *Quartò, si de suis & Ecclesiæ rebus aliqua acquisisse noscuntur, an utraque communiter, an singulariter Ecclesiæ, vel Sacerdoti, jure proveniant?*

5 *Quintò, si testamenta liceat eis conficere?*

QUÆSTIO I.

1 CLericos nihil possidere, multis auctoritatibus jubetur g.

C. I. ¶ *Impuberes, & adolescentes in uno conclavi manentes, probatissimo Seniori deputentur.*

Ait enim Toletanum Concilium IV. *cap. 23.*

OMnis *h* ætas ab adolescentia *i* in malum prona est. Nihil enim incertiùs, quàm vita adolescentium. Ob hoc constituere oportuit, ut si qui in Clero impuberes *k*, aut adolescentes existunt, omnes in uno conclavi atrii commaneant *l*, ut lubricæ ætatis annos non in luxuria, sed in disciplinis Ecclesiasticis agant, deputati probatissimo seniori, quem & magistrum disciplinæ, & testem vitæ habeant. ¶ Quòd si aliqui ex his pupilli existunt, Sacerdotali tutelâ foveantur: ut & vita eorum à criminibus intacta sit, & res ab injuria improborum. Qui autem his præceptis resultaverint, monasteriis deputentur, ut vagantes animi, & superbi, severiori regulâ distringantur.

2 *al. Gebehardo.* b *Ivo p. 14. c. 45. Pann. l. 5. c. 107.* c *al. ipse.* d *al. osculòve.* e *al. participium.* f *al. coërcitione.* g *al. approbatur.* h *Ans. l. 7. c. 1.* i *Genes. 6. & 8. Prov. 20.* k *al. puberes.* l *al. commorentur.*

C. II. ¶ *Omnibus Clericis communis est vita servanda.*

Item Clemens *in epist. 3.*

DIlectissimis *a* fratribus & condiscipulis, Hierosolymis cum dilectissimo fratre Jacobo Coëpiscopo habitantibus, Clemens Episcopus. Communis vita, fratres, omnibus necessaria est, & maximè his, qui Deo irreprehensibiliter militare cupiunt, & vitam Apostolorum, eorumque discipulorum imitari volunt. ¶ Communis enim usus omnium, quæ sunt in hoc mundo, omnibus esse hominibus debuit. Sed per iniquitatem alius hoc suum esse dixit, & alius illud, & sic inter mortales facta divisio est. ¶ Denique Græcorum quidam sapientissimus, hæc ita sciens esse, ait: Communia debere esse amicorum omnia. [In omnibus 1 autem sunt sine dubio & conjuges.] Et sicut non potest, inquit, dividi aër, neque splendor solis; ita nec reliqua, quæ communiter in hoc mundo omnibus data sunt ad habendum, dividi debere, sed habenda esse communia. Unde & Dominus per Prophetam *b* loquitur, dicens: [*Ecce quàm bonum, & quàm jucundum, &c.*] ¶ Istius enim consuetudinis more retento, etiam Apostoli *c*, eorumque discipuli, ut prædictum est, unà nobiscum & vobiscum communem vitam duxêre. Unde, ut benè nôstis, erat multitudinis eorum cor unum, & anima una: nec quisquam eorum, aut nostrûm de his, quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat: sed omnia illis & nobis erant communia: nec quisquam egens erat inter nos. ¶ Omnes autem, qui domos, vel agros possidebant, vendebant eos, & pretia eorum, & reliquas res, quas habebant, afferebant, ponentes ante pedes Apostolorum *d* (sicut nobiscum quidam vestrûm cognoverunt, & viderunt:) & dividebantur singulis, prout cuique opus erat. ¶ Ananias autem vir auctorus, & Sapphira uxor ejus, qui mentiti sunt Apostolis de pretio agrorum suorum, quos vendiderant, nobis præsentibus, in conspectu omnium circumstantium, à conspectu Apostolorum propter peccatum eorum, & mendacium, quod fecerunt, mortui elati sunt ambo. Cætera, quæ de talibus cognovimus, & vidimus, nec recordatione, nec demonstratione digna sunt. Quapropter hæc vobis cavenda mandamus, & doctrinis, & exemplis Apostolorum obedire præcipimus: quia hi, qui mandata eorum postponunt, non solùm rei, sed extorres sunt. Quæ non solùm vobis cavenda, sed & omnibus prædicanda sunt. *& infrà.* ¶ Unde consilium dantes, vestram prudentiam hortamur, ut ab Apostolicis regulis non recedatis; sed communem vitam ducentes, & Scripturas sacras rectè intelligentes, quæ Domino vovistis, adimplere satagatis.

1 ¶ In omnibus autem sunt sine dubio & conjuges.] *Verba hæc absunt ab originali, in recentioribus Conciliorum editionibus impressa, & duobus ipsius manuscriptis codicibus, uno Vaticano, altero Bibliothecæ sancti Marci Florentinæ, & ab Anselmo. Illæ verò sententiam à Platone acceptam, hæreticæ quidam vocabuli in Christianam religionem invehere. Ita enim scribit Epiphanius hæres. 32.* Primùm quidem, quòd ipse Epiphanes cum patre suo, & sectæ Antistite Carpocrate, ac fodalibus ejus, communes esse hominum uxores sancivit, ex Platonis de republ. libris occasionem nactus, & propriam concupiscentiam perficiens. *Verùm apud veteres etiam Christianorum uxorum communionem vehementer damnari solitam, Tertullianus in Apologetico evidenter testatur, his verbis:* Omnia indiscreta sunt apud nos, præter uxores. In illo loco consortium solumus, in quo solo cæteri homines consortium exercent: qui non amicorum solummodò matrimonia usurpant, sed & sua amicis patientissimè subministram, ex illa eodo majorum & sapientissimorum disciplina, Græci Socratis, & Romani Catonis, qui uxores suas amicis communicaverunt, &c.

a *Ans. ibid.* b *Psal. 132.* c *Act. 4.* d *Act. 5.* C. III.

C. III. ¶ *Iuxta Ecclesiam Clericorum claustra constituantur.*

Item Eugenius Papa II. & Leo IV. *c. 7.*

NEcessaria *a* etenim res exigit, ut juxta Ecclesiam claustra constituantur, in quibus Clerici disciplinis Ecclesiasticis vacent. Itaque omnibus unum sit refectorium, ac dormitorium, seu cæteræ officinæ ad usus Clericorum necessariæ. Ministri verò post Episcopum super eos eligantur, quorum vita atque doctrina illos potiùs exornet, quàm dehonestet.

¶ *Est caput septimum Concilii Romani ab Eugenio II. primùm habiti, & postea à Leone IV. renovati. Anteà celebratur Leo IX. Nec in atrio Ecclesiæ aliæ ædificia, nisi Clericorum ponantur.*

C. IV. ¶ *Nec in atrio Ecclesiæ, nisi Clericorum ædificia ponantur.*

Unde Nicolaus Papa *b.*

NUlla ædificia in atrio Ecclesiæ ponantur, nisi tantùm Clericorum.

¶ *Ferè eadem leguntur in Concilio Salegunstadtensi, c. 12. quod habetur in fine collectionis Burchardi, & refertur ab Ivone p. 15.*

C. V. ¶ *Clericus nihil seculare possideat.*

Item Hieronymus *ad Nepotianum.*

CLericus *d*, qui Christi servit Ecclesiæ, interpretetur primò vocabulum suum: & nominis definitione prolatâ, nitatur esse, quod dicitur. Si enim κλῆρος Græcè, sors Latinè appellatur, propterea vocantur Clerici, vel quia de sorte sunt Domini, vel quia Dominus ipse sors, id est, pars Clericorum est. Quia autem vel ipse pars Domini est, vel Dominum partem habet, talem se exhibere debet, ut & ipse possideat Dominum, & possideatur à Domino. Qui Dominum possidet, & cum Propheta e dicit: [*Pars mea Dominus,*] nihil extra Dominum habere potest. Quòd si quippiam aliud habuerit præter Dominum, pars ejus non erit Dominus: verbi gratiâ, si aurum, si argentum, si possessiones, si variam suppellectilem, cum istis partibus Dominus fieri pars ejus non dignatur. Si autem ego pars Domini sum, & funiculus hæreditatis ejus, nec accipio partem inter cæteras tribus: sed quasi Levita & Sacerdos vivo de decimis, & altari serviens, altaris oblatione sustentor. Habens *f* victum & vestitum, his contentus ero, & nudam crucem nudus sequar.

C. VI. ¶ *Nihil præter Deum debet curare, qui in ejus sortem eligitur.*

Item Ambrosius *de fuga sæculi, cap. 2.*

CUi portio Deus est, nihil debet curare, nisi Deum: ne alterius impediatur necessitatis munere. Quod enim ad alia officia confertur, hoc religionis cultui, atque huic nostro officio decerpitur. Hæc enim vera est Sacerdotis fuga, abdicatio domesticorum, & quædam alienatio charissimorum: ut suis se abneget, qui servire Deo elegerit *g*.

C. VII. ¶ *Clerici & Deo devoti, nec causas agere, nec aliquid proprium habere licet.*

Item Hieronymus *ad quendam suum Levitam, de duobus generibus hominum.*

DUó sunt genera Christianorum. Est autem unum genus, quod mancipatum divino officio, & deditum contemplationi, & orationi, ab omni strepitu temporalium cessare convenit: ut sunt Clerici, & Deo devoti, videlicet conversi. κλῆρος enim Græcè, Latinè sors. Inde hujusmodi homines vocantur Clerici, id est, sorte electi. Omnes enim Deus in suos elegit. Hi namq; sunt Reges, id est, se & alios in virtutibus regentes: & ita in Deo regnum habent. Et hoc designat corona in capite. Hanc coronam habent ab institutione Romanæ Ecclesiæ, in signum regni, quod in Christo expectatur. Ratio verò capitis, est temporalium omnium depositio. Illi *a* enim victu & vestitu contenti, nullam inter se proprietatem habentes, debent habere omnia communia. Aliud verò genus est Christianorum, ut sunt Laici. Λαὸς enim Græcè, est populus Latinè. His licet temporalia possidere, sed non nisi ad usum. Nihil enim miserius est, quàm propter nummum Deum contemnere. His concessum est uxorem ducere, terram colere, inter virum & virum judicare, causas agere, oblationes super altari apponere, decimas reddere: & ita salvari poterunt, si vitia tamen benefaciendo evitaverint.

C. VIII. ¶ *Clerici nihil proprium possideant.*

Item Gregorius *Augustino Anglorum Episcopo, responsionum, c. 1. & 2.*

QUia *b* tua fraternitas monasterii regulis erudita, sorsum non debet fieri *c* à Clericis suis in Ecclesia Anglorum, quæ auctore Deo nuper ad fidem perducta est, hanc debet instituere conversationem, quæ in initio nascentis Ecclesiæ fuit Patribus nostris, in quibus nullus eorum ex iis, quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia. Si *d* qui verò sunt Clerici extra sacros ordines constituti, qui se non possunt continere, sortiri uxores debent, & stipendia sua exteriùs accipere: quia & de eisdem Patribus, de quibus præfati sumus, novimus scriptum *e*: [*quod dividebatur singulis, prout cuique opus erat.*] De eorum ergò stipendio cogitandum, atque providendum est: & sub Ecclesiastica regula sunt tenendi: ut bonis moribus vivant, & canendis Psalmis invigilent, & ab omnibus illicitis cor, & linguam, & corpus, Deo auctore, conservent. Communiter *f* autem viventibus jam de faciendis portionibus, vel exhibendâ hospitalitate, & adimplendâ misericordiâ nobis quid erit loquendum: cùm omne, quod supereſt, in causis piis, ac religiosis erogandum est: Domino & magistro omnibus dicente: [*Quod* g *supereſt, date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis.*]

C. IX. ¶ *Clericis omnia communia esse debent.*

Item Urbanus Papa *omnibus Catholicis, epistolâ unicâ, c. 1.*

SCimus *h* vos non ignorare, quia hactenus vita communis inter omnes *i* Christianos viguit, & adhuc gratiâ Dei viget: & maximè inter eos, qui in sortem Domini sunt electi, id est, Clericos: sicut in Actibus legitur Apostolorum *k*: [*Multitudinis autem credentium erat cor unum, & anima una, nec quisquam eorum, quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat: sed erant illis omnia communia.*] *& infrà.* ¶ Quicunque *l* vestrûm communem vitam susceptam habet, & vovit se nihil proprium habere, videat, ne pollicitationem suam irritam faciat: sed hoc, quod Domino est pollicitus, fideliter custodiat, ne damnationem, sed præmium sibi acquirat: quoniam satiùs est non vovere, quàm votum, prout melius potest, non perficere. Gravius enim puniuntur, qui votum fecerunt, aut fidem percepérunt, & votum non perfecerunt, aut in malis vitam finierunt, quàm illi, qui vitam sine voto finierunt, aut sine fide mortui sunt, & tamen bona egerunt opera.

---

a *Anselm. l. 7. c. 5. & l. 4. c. 1.* b *In Conc. Salegunst. c. 12.* c *Ivo p. 15. c. 178.* d *Decret. p. 3. Anst. l. 7. c. 2. Ivo p. 6. c. 1.* e *Psal. 15.* f *1. Tim. 6.* g *gestit.] sic g.*

a *Aug. serm. 21. ad fratres in eremo.* b *Ioan. Diac. in vita, l. 2. cap. 37. Ansel. l. 7. cap. 3.* c *al. vivere.* d *32. dist. si qui verò.* e *Actorum 4.* f *al. Communis autem vita.* g *Luc. 11.* h *Ans. lib. 7. c. 4. Ivo part. 3. c. 139.* i *al. bonos.* k *Act. 4.* l *Innocent. epist. c. 6.*

C. X. ¶ *De eodem.*

Item Augustinus *in sermone de communi vita Clericorum.*

NOlo *b*, ut aliquis de vobis inveniat malè vivendi occasionem. Providemus enim bona, ut ait Apostolus *c*, non solùm coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Propter nos, conscientia nostra sufficit nobis: propter vos fama nostra non pollui, sed polleré debet in vobis. Tenete, quod dixi, atque distinguite. Duæ res sunt, conscientia & fama. Conscientia necessaria est tibi; fama proximo tuo. Qui fidens conscientiæ suæ negligit famam suam, crudelis est. *& infrà.* ¶ Nulli liceat in societate nostra habere aliquid proprium: sed si fortè aliqui *d* habent, nulli licet; & qui habuerit, faciunt quod non licet. *& infrà.* ¶ Enthecam nobis habere non licet. Non enim Episcopi est servare aurum, & à se revocare mendicantis manum. Quotidiè tam multi petunt, tam multi gemunt, tam multi inopes nos interpellant, ut plures tristes relinquamus: quia, quod possimus dare omnibus, non habemus. Non habeamus ergò enthecam. *& infrà* e. ¶ Qui habere voluerit proprium, & de proprio vivere, & contra ista præcepta facere, parum est, ut dicam, non mecum manebit, sed nec Clericus erit. Dixeram enim, & scio me dixisse, quòd si nollent suscipere vitam socialem mecum, non illis tollerem Clericatum: sed seorsum manerent, seorsum viverent: quomodo nossent, Deo viverent; & tamen ante oculos posui, quantum malum sit à proposito cadere. Malui enim habere cœcos, vel claudos, quàm plangere mortuos. Qui enim hypocrita est, mortuus est. Quomodo ergò quicunque voluisset extrà manere, & de suo vivere, non tollerem ei Clericatum: ita modò, quia placuit illis, Deo propitio, socialis hæc vita, quisquis cum hypocrisi vixerit, quisquis inventus fuerit habens proprium, non illi permitto, ut inde faciat testamentum, sed delebo eum de tabula Clericorum. *Item sup.* f. ¶ Qui 1 non vult mecum manere, & in communi vivere, habeat libertatem; sed videat, utrùm habere possit felicitatis hæreditatem *g*.

¶ *Intrum hujus capitis usq; ad vers.* Qui habere voluerit, *legitur in sermone 2. de communi vita Clericorum, seu 52. ad fratres in eremo: cætera verò partim in sermone 53. ad fratres in eremo, sive serm. 3. de communi vita Clericorum; partim in eodem 52. sive 2. de quibus sermonibus adnotatum est suprà, dist. 86. Partem hujus capitis refert Beda in comment. 2. ad Cor. c. 8. sub hoc titulo:* Ex sermone de vita & moribus Clericorum.

1 ¶ Qui non vult] *In sermone ipso præcedit* c. certè ego. *infr. eâdem: & paucis interjectis sequitur,* qui hoc non vult, habeat libertatem, &c.

C. XI. ¶ *Non licet habere proprium iis, qui sibi renuntiant, & communiter vivere spondent.*

Idem *sermone tertio* h *de communi vita Clericorum.*

NOn dicatis aliquid proprium: sed sint vobis omnia communia. *& infrà.* ¶ Quicunque autem in tantum progressus fuerit malum, ut occultè ab aliquo literas, vel quodlibet munus accipiat, si hoc ultrò confitetur, parcatur illi, & oretur pro illo. Si autem deprehenditur, atque convincitur, secundùm arbitrium Presbyteri, vel Præpositi gravius emendetur. *& J.* ¶ Cùm 1 hujus nostræ congregationis fratres non solùm facultatibus, sed voluntatibus propriis in ipsa ordinationis susceptione renuntiaverint, & se per promissam obedientiam penitùs aliorum potestati, & imperiis in Christo, & pro Christo subdiderint; certum 2 est eos nihil habere, possidere, dare, vel accipere debere sine superioris licentia. Quòd *a* si propinquus, vel amicus, vel quilibet fratrum cuiquam aliquid offerre voluerit, primò quidem Priori insinuetur, & sic susc ipiatur, si ipse mandaverit. De quo tamen nihil fiat aliud, nisi quod Priori placuerit.

¶ *Caput hoc sumptum est ex sermone 3. de communi vita Clericorum, in quo regula B. Augustini continetur, ac repetitur epist. 109. sed mea ad Monachas oratio convertitur.*

1 ¶ Cùm hujus nostræ] *Hæc usq; ad vers.* certum est, *non sunt inventa apud B. Augustinum.*

2 ¶ Certum] *Hæc habentur in prima regula, c. 4.*

C. XII. ¶ *De eodem.*

Idem *tractatu 50. ad c. 12. Ioannis.*

EXemplum Domini accipe conversantis in terra. Quare habuit loculos, cui Angeli ministraverunt, nisi quia Ecclesia ipsius loculos suos habitura erat? Quare furem admisit, nisi ut ejus Ecclesia fures patienter toleret?

C. XIII. ¶ *Ecclesiarum Præpositi, rerum dispensatores efficiuntur.*

Item Prosper b *de vita contemplativa, lib. 2. cap. 3.*

EXpedit facultates Ecclesiæ possideri, & proprias perfectionis amore contemni. Non enim propriæ sunt, sed communes Ecclesiæ facultates: & ideo quisquis omnibus, quæ habuit, dimissis, aut venditis, fit rei suæ coemptor, cùm Præpositus fuerit factus Ecclesiæ, omnium, quæ habet Ecclesia, efficitur dispensator. Denique sanctus Paulinus, ut ipsi meliùs nostis, ingentia prædia, quæ fuerunt sua, vendita pauperibus erogavit: sed cùm sibi esset Episcopus, non contempsit Ecclesiæ facultates, sed fidelissimè dispensavit. Quo facto satis ostendit, & propria debere propter perfectionem contemni, & sine impedimento perfectionis posse Ecclesiæ facultates, quæ *c* sunt profectò communes, possideri. Quid sanctus Hilarius? nónne & ipse omnia bona sua aut parentibus reliquit, aut vendita pauperibus erogavit? Is tamen, cùm merito perfectionis suæ fieret Ecclesiæ Arelatensis Episcopus, quæ illa tunc habebat Ecclesia, non solùm possedit, sed etiam acceptis fidelium numerosis hæreditatibus ampliavit. Isti *d* ergò tam sancti, tam perfecti Pontifices factis evidenter clamant, posse & debere fieri, quod fecerunt. Qui utiq; homines tam secularium, quàm divinarum rerum sine ambiguitate doctissimi, si scirent res Ecclesiæ debere contemni, nunquam eas debuerant, qui omnia sua reliquerant, retinere *e*.

C. XIV. ¶ *Diaconi, vel qualibet religiosa persona regularem vitam ducere cogantur.*

Item Gregorius *Felici Episcopo de Aretio, lib. 2. epist. 29.*

QUoniam *f* Velina, Vixentina, & Blandana Ecclesiæ, quæ tibi in vicino sunt constitutæ, Sacerdotis noscuntur vacare regimine, propterea fraternitati tuæ earum solenniter operam visitationis injunximus: illud præomnibus commonentes, ut ubi præfatarum Ecclesiarum, sive diœceseos earum, vel Diaconi, vel religiosæ personæ inventæ fuerint, districtè, canonicèq; vivant.

C. XV. ¶ *Quare in primitiva Ecclesia prædia vendebantur.*

Item Melchiades Papa.

FUturam *g* Ecclesiam in Gentibus Apostoli prævidebant: idcircò prædia in Judæa minimè sunt adepti, sed pretia tantummodò ad fovendos egentes. At verò

a *Serm. 52. ad fratres in eremo. In Conc. Aquisgr. c. 112.* b *Beda 2. ad Cor. 8. 11. q. 3. non sunt audiendi. Ansl. lib. 7. cap. 6.* c *Rom. 12. & 2. Cor. 8.* d *aliquid] orig. Insr. eâd. q. 2. vobis enim.* e *Serm. 53.* f *Serm. 52. in extremo.* g *al. æternitatem.* h *Et epist. 109. ad Monachos.*

a *In prima regula, c. 4.* b *& in Conc. Aquisgr. c. 31.* c *Quæ sunt profectò communia,] orig.* d *Additus est ex reg. hæc clausula.* e *al. suscipere.* f *Ansel. l. 7. c. 7.* g *Polyc. l. 1. tit. 23. Burch. l. 3. c. 2. & 3. Ivo p. 3. c. 4. & 7. Pann. l. 2. 63.*

cùm

cùm inter turbines, & adversa mundi succresceret Ecclesia, eousque pervenit, ut non solùm Gentes, sed etiam Romani Principes, qui penè totius orbis monarchiam tenebant, ad fidem Christi, & Baptismi sacramenta concurrerent. E quibus vir religiosissimus Constantinus, primus fidem veritatis patenter adeptus, licentiam dedit per universum orbem, sub suo degentes Imperio, non solùm fieri Christianos, sed etiam fabricare Ecclesias, & prædia tribuere posse constituit. Denique idem præfatus Princeps donaria immensa contulit, & fabricam templi primæ sedis beati Petri Principis Apostolorum instituit: adeò, ut sedem Imperialem, quam Romani Principes possederant, relinqueret, & beato Petro, successoribusque *a* suis profuturam concederet. Idem verò præsidens *b* in sancta Synodo, quæ apud Nicæam congregata est, cùm querelam quorundam conspiceret coram se delatam, ait: [*Vos à nemine dijudicari potestis: quia solium Dei judicium reservamini. Dei etenim vocati estis: & idcirò non potestis ab hominibus judicari.*] Ab illo etenim tempore, & deinceps, viri religiosissimi non solùm possessiones & prædia, quæ possederant, sed etiam semetipsos Domino consecrârunt, ædificantes basilicas in suis fundis in honorem sanctorum Martyrum per civitates, ac monasteria innumera, in quibus cœtus Domino servientium conveniret.

¶ *Cæteri etiam collectores Melchiadem errant: quod constare non posse velle animadvertit auctor glossæ. Fit enim in hoc capite mentio Nicæna Synodi: quo tempore (ut ex ipsa Synodo, Eusebio & cæteris Historicis apparet) jam Melchiades obierat. Habetur autem integrum in scripto de primitiva Ecclesia, & munificentia Constantini, quod in collectione Isidori, Lucretii &c impressa, sequatur statim post decreta Melchiadæ, quemadmodum suprà, dist. 18. ad c.* decrevit, *annotatum est.*

C. XVI. ¶ *Quæ prædia fidelium hodiè ab Ecclesia non alienentur.*

Item Urbanus Papa, *epistolâ unicâ, c.1.*

VIdentes *c* autem summi Sacerdotes, & alii, atque Levitæ, & reliqui fideles, plus utilitatis posse conferre, si hæreditates & agros, quos vendebant, Ecclesiis, quibus præsidebant, Episcopi traderent; eò quòd ex sumptibus eorum, tam præsentibus, quàm futuris temporibus plura & elegantiora ministrare possent fidelibus communem vitam *d* ducentibus, quàm ex pretio ipsorum: cœperunt prædia & agros, quos vendere solebant, matricibus Ecclesiis tradere, & ex sumptibus eorum vivere. ¶ Ipsæ vero res in ditione singularum parochiarum Episcoporum (qui locum tenent Apostolorum) erant, & sunt usque adhuc, & futuris semper debent esse temporibus. E quibus Episcopi, & fideles dispensatores eorum, omnibus communem vitam degere volentibus, ministrare cuncta necessaria debent, prout melius potuerint, ut nemo in eis egens inveniatur. ¶ Ipsæ enim res fidelium oblationes appellantur, quia Domino offeruntur. *& infra, c.3.* ¶ Memoratis ergò augmentationibus ac cultibus in tantum Ecclesiæ, quibus Episcopi præsident, Domino adminiculante creverunt, & tantis maxima pars earum abundat rebus, ut nullus sit in eis, communem gerens *e* vitam, indigens: sed omnia necessaria ab Episcopo, suisque ministris percipit. ¶ Ideò, si aliquis extiterit modernis, aut futuris temporibus, qui hæc avellere nitatur, jam dictâ damnatione feriatur.

C. XVII. ¶ *De eodem.*

Item Augustinus *f tractatu 62. in Ioannem.*

HAbebat *g* Dominus loculos, & à fidelibus oblata conservans, & suorum necessitatibus, & aliis indigentibus tribuebat. Tunc primùm Ecclesiasticæ pecuniæ forma est instituta, ubi intelligeremus, quod præcepit, non *a* cogitandum esse crastino, non ad hoc fuisse præceptum, ut nihil pecuniæ servetur à sanctis; sed ne Deo pro ista serviatur, & propter inopiæ timorem justitia deseratur.

2 ps. *Hîc omnibus auctoritatibus claret, quòd Clericis nullo modo licet habere quid proprium: quòd si habuerint, non Clerici erunt: non tamen Clericatus eis tollendus est.*

C. XVIII. ¶ *Clericatus non tollitur eis, qui volunt habere aliquid proprium.*

Unde Augustinus *in serm.2. b de communi vitæ Clericorum.*

CErtè *c* ego sum, qui statueram, sicut nôstis, nullum ordinare Clericum, nisi qui mecum vellet manere: aut si vellet recedere à proposito, rectè illi tollerem Clericatum: quia desereret sanctæ societatis promissum, cœptumque consortium. Ecce in conspectu Dei & vestro, muto consilium. Qui volunt habere aliquid proprium, quibus non sufficit Deus & Ecclesia sua, maneant ubi volunt, & ubi possunt: non eis aufero Clericatum: nolo habere hypocritas. Malum enim esse, quis nescit? Malum est, cadere à proposito: sed pejus est, simulare propositum. *& post pauca.* ¶ Si non *d* servat sanctitatem foris, dimidius cecidit: si verò intus habuerit simulationem, totus cecidit. Nolo, ut habeat necessitatem simulandi. Scio, quomodo homines ament Clericatum. Nemini eum tollo nolenti mecum communiter vivere.

Econtrà sunt aliæ auctoritates, quibus conceditur propria habere, non solùm aliis, sed etiam Episcopis.

C. XIX. ¶ *De rebus propriis vel acquisitis Episcopi hæredibus suis derelinquant.*

Unde in Concilio Agathensi, *c.42. legitur.*

EPiscopi de rebus propriis, vel acquisitis, vel quicquid de proprio habent, hæredibus suis, si voluerint, derelinquant. Quicquid verò de provisione suæ Ecclesiæ fuerit, sive de agris, sive de fructibus *e*, sive de oblationibus, omnia *f* in jure Ecclesiæ reservare censuimus.

C. XX. ¶ *De eodem.*

Item ex Concilio Martini Papæ *g*, *c.15.*

MAnifesta autem debent esse, quæ ad Ecclesiam pertinent, his, qui circa ipsos sunt, Presbyteris & Diaconis; ut si Episcopo contigerit inopinatus transitus, res Ecclesiæ nullo modo possint minui & perire, neque res propriæ Episcopi importunitatem patianrur pro rebus Ecclesiæ: ut nec Ecclesia incurrat damnum, nec Episcopus in suis rebus pro rebus Ecclesiæ proscribatur.

C. XXI. ¶ *De eodem.*

Idem statutum est in canonibus Apostolorum, *c.40. ubi legitur.*

SInt *h* manifestæ res propriæ Episcopi, (si tamen habet proprias) & manifestæ Dominicæ: ut potestatem habeat de propriis moriens Episcopus, sicut voluerit, & quibus voluerit, derelinquere: nec sub occasione Ecclesiasticarum rerum, ea, quæ Episcopi esse probantur, intercidant. Fortassis enim aut uxorem habet, aut filios, aut propinquos, aut servos. Et justum est hoc apud Deum & homines, ut nec Ecclesia detrimentum patiatur ignoratione rerum Pontificis, nec Episcopus, vel ejus propinqui sub obtentu Ecclesiæ proscribantur, & in causas incidant, qui ad eum pertinent, morsque 1 ejus injuriis malæ famæ subjiciatur.

1 ¶ Morsque ejus] *Antè legebatur,* mortisque ejus in-

a *al. suos, præsulibus.* b *11. quæst. 3.* c *Anselm l.7. c.6. Burch. lib.3. c.3. Ivo p.3. c.5.* d *al. fidem.* e *al. eligens*] *al. degens.* f *Et Beda ad c.13. Ioan. & ibi glossa ordin.* g *Aug. l.3. c.32. Polyc. l.3. tit.24.*

a *Matth.6.* b *aliter 52. ad fratres in eremo.* c *Anselmus lib.7. cap.1.* d *Si servat*] *ereg.* e *aliter frugib.* f *aliter omnia jure.* g *In capit. Martini Bracharen. ex can. 4. Concil. Antiocheni, mutatis verbis, sed salvâ sententiâ.* h *Anselmus lib.6. cap.167.*

juriis infamentur. *Restitutus est locus ex prisca versione, cui totum reliquum caput convenit. Græcè est,* τὸν αὐτῷ θανάτῳ ἀνοφημίας a ἐπεβάλλεσθαι: *id est*; & ejus mors maledictis undique appetatur.

C. XXII. ¶ *Ex rebus Ecclesiæ Episcopus, si indiget, sibi & suis necessaria sumat.*

Item in eisdem canonibus, *c. 41.*

EX his autem, quibus Episcopus indiget (si tamen indiget) ad suas necessitates, & peregrinorum fratrum usus & ipse percipiat, ut nihil ei 1 possit omninò deesse. Lex *b* enim Dei præcipit, ut qui altario deserviunt, pascantur de ipso.

1 ¶ Ei possit] *Legitur etiam*, eis possit. *Nam & in Græcis codicibus partim est* αὐτῷ, *partim* αὐτοῖς.

C. XXIII. ¶ *Res Ecclesiasticas Episcopus dispenset.*

Item ex Concilio Antiocheno *c, cap. 25.*

EPiscopus *d* Ecclesiasticarum rerum habeat potestatem ad dispensandum erga omnes qui indigent, cum summa reverentia & timore Dei. Participet autem & ipse, quibus indiget (si tamen indiget) tam in suis, quàm in fratrum, qui ab eo suscipiuntur, necessariis usibus profuturis; ita ut in nullo quâlibet occasione fraudentur, juxta sanctum Apostolum *e* sic dicentem: [*Habentes victum & tegumentum, his contenti simus.*] Quod si contentus istis minimè fuerit, convertat autem res Ecclesiæ in suos usus domesticos, & ejus commoda, vel agrorum fructus, non cum Presbyterorum conscientia, Diaconorumque pertractet; sed horum potestatem domesticis suis, aut propinquis, aut fratribus, filiisque committat, ut per hujusmodi personas occultè 1 res lædantur Ecclesiæ, Synodo provinciæ pœnas iste persolvat. Si autem & aliter accusetur Episcopus, aut Presbyteri, qui cum ipso sunt, quòd ea, quæ pertinent ad Ecclesiam, vel ex agris, vel ex aliis qualibet Ecclesiastica facultate sibimet usurpent, ita ut ex hoc affligantur quidam pauperes, criminationi verò, & blasphemiis tam sermo prædicationis, quàm ii, qui dispensant, taliter exponantur, & hos oportet corrigi, sanctâ Synodo, id quod condecet, approbante.

1 ¶ Occultè res] *Inversione Dionysii legitur*, ut per hujusmodi personas occultè cæteri *f* lædantur fratres Ecclesiæ: *& concordat cum alia antiqua versione, quæ & ipsa est in tomis Conciliorum*, ut per eorum secretam diligentiam Ecclesiastici lædi videantur. *Græcè in codicibus, qui scitè sunt, habetur*, ὡς τὸ λεληθὸς τῶν λαϊκῶν βλάπτεσθαι, τοὺς λόγους τῆς οἰκονομίας: *id est*; ut ex his rationes Ecclesiæ latenter lædantur.

C. XXIV. ¶ *Res Ecclesiæ sint in Episcopi potestate.*

Item in canonibus Apostolorum, *c. 41.*

PRæcipimus *g*, ut in potestate sua Episcopus Ecclesiæ res habeat. Si enim animæ hominum pretiosiores *h* illi sunt creditæ *i*, multò magis oportet eum curam pecuniarum gerere, ita ut potestate ejus, indigentibus omnia dispensentur per Presbyteros & Diaconos, & cum Dei timore, & omni solicitudine *k* ministrentur. Ex his autem, quibus indiget, &c. *ut supra* l.

Cum ergò in Concilio Agathensi, & Martini, & canonibus Apostolorum dicatur: [Sint manifestæ res propriæ Episcopi,] *cum in eisdem canonibus, & in Concilio Antiocheno præcipiatur, ut Episcopus participet res* m *Ecclesiæ, si tamen indiget, nonne patenter ostenditur, quòd Episcopus habeat libere propria? Dicendo enim* [*si indiget res Ecclesiæ*] *notat eum habere propria, quæ fortasse suis necessitatibus non sufficiunt. Quomodo ergò Clericus, si proprium habere voluerit, Clericus non erit? & Episcopus habere propria non solum non desinit esse Episcopus, verum etiam cunctas Ecclesiasticas facultates in sua subesse habere potestate?* ¶ *Sed notandum est, Episcopos Orientales uxores habere, & filios: quosdam autem ex nostris partibus, cum in Laicatu, sive in minoribus ordinibus constituti, habeant uxores & filios, sive mortuorum interveniente, sive continentiâ pari voto servatâ, ad sacros ordines accedere. His omnibus concedatur habere propria ad suos & suorum usus. Qui autem ab infantiâ sacris mancipati traditi sunt, nullo modo eis permittitur habere propria: quia nulla est eis excusatio præsentis temporis, nisi fortasse retinendo sua, à sanctorum Ecclesiæ abstinent. Quod fieri posse* Prosper *de vita contemplativa, lib. 2. cap. 12. testatur, docens.*

C. XXV. ¶ *De iis, qui tam infirmi sunt, ut suis rebus renuntiare non possint.*

ILli autem, qui tam infirmi sunt, ut possessionibus suis renuntiare non possint, si ea, quæ accepturi erant, dispensatori relinquant, nihil habentibus conferendo, sine peccato possident sua: quia & ipsi quodammodo sua relinquunt, quando propriis contenti rebus, nihil eorum, quæ laboris, vel ordini suo deberi arbitrantur, accipiunt.

De rebus verò Ecclesiæ quæritur, an liceat eas per Præsidis studia, ut annuos reditus quisque sibi specialiter vendiet. Hoc non posse fieri, argumento & auctoritate probatur. Clerici sacrorum eorum sunt, de quibus dicitur a: [Multitudinis autem credentium erat cor unum, & anima una.] *Necesse est ergò, ut eorum sequantur vitam, quorum in Ecclesia gradum administrant. Non ergò aliquid proprium sibi vendicabunt, sed erunt ei omnia communia.*

C. XXVI. ¶ *Res Ecclesiæ quasi communes Episcopus dispenset.*

Item Urbanus Papa *ait in epistola unica, c. 2.*

RES *b* Ecclesiæ non quasi propriæ, sed ut communes, & Domino oblatæ, cum summo timore non in alios, quàm in præfatos usus sunt fideliter dispensandæ.

C. XXVII. ¶ *Non liceat Episcopo res Ecclesiarum in proprios usus convertere.*

Item ex Synodo habita Romæ ab Eugenio Papa II. *c. 16.*

NUlli Episcoporum liceat res mobiles aut immobiles, de subjectis plebibus, aliisque piis locis, in proprio usu habere: ne majores enormiter locupletentur, & minores tali facto pauperes inveniantur. Contrà agens, canonicâ auctoritate coarctatus existat.

Si ergò res Ecclesiæ, non quasi propriæ, sed quasi communes habenda sunt, cùm de communi nullus dicat, hoc meum est, ex his rebus Ecclesiæ, hæc est mea, potest aliquis dicere: ne videatur non imitari charitatem illorum, in qua nullus aliquid erat proprium, sed erant illis omnia communia. Hæc ita respondetur. Sicut perfectam charitatis manentis, secundùm discretionem Ecclesiarum, distributo sit Ecclesiasticarum facultatum, dum aliis possessiones hujus Ecclesiæ ad dispensandum committuntur, ex quibus, licèt res Ecclesiæ omnibus debeant esse communes, primùm tamen sibi, & suæ Ecclesiæ deservientibus, necessaria submministret d, *reliqua, quæ superfuerint, fidelium usibus ministraturus; ita & Prabenda Ecclesiarum, eadem charitate manente, piè & religiosè possunt distribui, nec tunc rebus Ecclesiæ, ut propriis, sed ut communibus utilitatibus deservitur: ut ex his, quæ sibi assignata sunt, primùm sibi necessaria percipiat: si qua verò suis necessitatibus superfuerint, in communes usus Ecclesiæ expendat.*

a ἀνοφημία. b *1. Cor. 9.* c *Et in Parisien. Conc. l. 1. c. 15.* d *Ansil. l. 6. c. 163.* e *1. Tim. 6.* f *al. cætera lædantur Ecclesiæ.* g *Anselm. l. 6. cap. 150.* h *pretiosa*] *orig.* ἀτιμότερον, *id est, credenda.* k ὁλοθείας, *id est, integritate.* l *Sup. cùm. 6. ex his autem.* m *al. rebus.*

a *Actor. 4.* b *Ansil. l. 1. c. 31. Polyc. l. 6. tit. 15.* c *Act. 4.* d *al. Episcopus submministret.*

C. XXVIII. ¶ *De eodem.*

Unde Augustinus *ad Bonifacium Comitem, epist. 50.*

SI a privatum b possidemus, quod nobis sufficiat, non illa nostra sunt, sed pauperum: quorum procurationem quodammodo gerimus, non proprietatem nobis usurpatione damnabili vendicamus.

Ostensum est, quomodo liceat Clericis habere proprium, & quomodo non. Item, quomodo res Ecclesiæ per Prabendas dividi possint.

QUÆSTIO II.

NUnc quæritur, *si Sacerdotes aliqua de rebus Ecclesiæ dedisse noscuntur, an hi, qui eas acceperunt, aliquâ firmitate constabunt? Quòd res Ecclesiæ nullo modo distrahi possint, & distracta possideri, multis auctoritatibus probatur.*

C. I. ¶ *Ecclesiæ pecunias auferens velut homicida damnatur.*

Ait enim Stephanus Papa.

QUi c Christi pecunias & Ecclesiæ aufert, fraudat & rapit, ut homicida in conspectu judicis deputabitur.

¶ *In epistolis Stephani primi, quæ extant, caput hoc non habetur: sed in epistola prima Anacleti, ex quo citatur a Burchardo & Ivone, & in Concilio Triburiensi, & infra câd. c.* qui abstulerit. *Idem etiam legitur apud Lucium Papam.*

C. II. ¶ *Quicquid de sacratis vasis, vel ministeriis à quolibet Clericorum usurpatum fuerit, Ecclesiæ restituatur.*

Item Pelagius *Hostilio Episcopo.*

AUgustine nostræ sedis Notario suggerente didicimus, quòd ei dilectio tua directis apicibus indicâsset, quosdam de Clero tuo, & maximè parochiarum ad te pertinentium non pauca sacrata vasa, vel ministeria distraxisse, & aliqua hujusmodi perpetrâsse, quæ à religioso aliena sunt proposito. Charitatem verò tuam (ut hoc competenti solicitudine debeat insequi, vel ulcisci) nostræ præceptionis auctoritate cupis communiri. Qua de re præsentibus mandatus affatibus, ut cum petentis vivacitatis instantiâ, quicquid de sacratis vasis, vel ministeriis à quolibet Clericorum usurpatum vel distractum fuisse comperieris, sine cujuscunam mora interventu exigere non dimittas, & Ecclesiasticis usibus reformare.

C. III. ¶ *Quicquid Domino consecratur, ad jus pertinet Sacerdotum.*

Item Bonifacius d Papa.

NIlli e liceat ignorare, omne quod Domino consecratur, sive fuerit homo, sive animal, sive ager, vel quicquid semel fuerit consecratum, sanctum sanctorum Domino erit, & ad jus pertinebit Sacerdotum. Propter quod inexcusabilis erit omnis, qui à Domino & Ecclesia, cui competunt, aufert, vastat, invadit, vel eripit, & usque ad emendationem, Ecclesiæque satisfactionem, ut sacrilegis judicetur: & si emendare noluerit, excommunicetur.

C. IV. ¶ *Excommunicationi subjaceat, qui Ecclesiastica prædia invadit.*

Item Gregorius VII. *lib. 6. Regest. in Concilio, c. 1.*

QUicunque f militum, vel cujuscunque ordinis, vel professionis persona, prædia Ecclesiastica à quocunque Rege, seu seculari Principe, vel ab Episcopis invitis, seu Abbatibus, aut aliquibus Ecclesiarum rectoribus susceperit, vel invaserit, vel de rectorum depravato, seu vitioso consensu tenuerit, nisi eadem prædia Ecclesiis restituerit, excommunicationi subjaceat.

C. V. ¶ *Sacrilegii crimen incurrit, qui prædia Ecclesiastica vexat.*

Item Pius Papa, *epistolâ 2.*

PRædia a divinis usibus tradita, quidam humanis applicant usibus, & Domino, cui tradita sunt, ea subtrahunt, ut sibi b inserviant. Quapropter ab omnibus illius usurpationis contumelia depellenda est: ne prædia usibus secretorum cœlestium dicata, à quibusdam irruentibus vexentur. Quòd si quisquam præsumpserit, ut sacrilegus habeatur.

C. VI. ¶ *De eodem.*

Item Anacletus Papa c, *epist. 1.*

QUi d abstulerit aliquid patri vel matri, dicitque hoc peccatum non esse, homicidæ particeps est. Pater noster sine dubio Deus est, qui nos creavit: mater verò nostra, Ecclesia, quæ nos in Baptismo spiritualiter regeneravit. Ergò qui e Christi pecunias & Ecclesiæ rapit, aufert, vel fraudat, homicida est.

C. VII. ¶ *Quadruplum restituat, qui res Ecclesiæ invadit.*

Item Joannes Papa I. *ad* f *Zachariam Archiepiscopum.*

IN antiquis Ecclesiæ statutis decretum est, ut qui aliena invadit, non exeat impunitus, sed cum multiplicatione omnia restituat. Unde & in Evangelio g scriptum est: [*Quòd si aliquid defraudavi, reddo quadruplum.*] Et in legibus h seculi cautum habetur: [*Qui rem surripit alienam, &c.*] *ut infrà in auctoritate Eusebii Papæ.*

C. VIII. ¶ *Tyro tenere secularium leges punientur invasores rerum Ecclesiasticarum.*

Item Gregorius *ad Constantiam Reginam Galliæ, lib. 4. epist. 32. seu c. 77.*

CUm i devotissimam & Dominam sciam de cœlesti vita l, atque remedio animæ suæ sedulò cogitare, culpam me committere vehementer existimo, si ea, quæ pro timore omnipotentis Domini sunt suggerenda, siluero, & te sanctissimam de Ecclesiastica pace sedulò non commonuero. Nimis me Juliani fratris & Coepiscopi nostri proclamatio nuper contristavit, maximè cum villæ suæ, videlicet Ecclesiæ, à nequissimis prædonibus sint deprædatæ, atque nocturnis incendiis more furum combustæ: & dum iidem maligni juxta nostri prædecessoris Bonifacii decreta pro violata i emunitate illud emendare noluerint, dum & seculi leges hæc eademita se habere voluerint, lege vulgari teste, in qua sic scribitur m: [*Si quis manu armatâ usque ad quatuor homines in vicum alterius ad malefaciendum venerit, ille, qui prior est, pro illicita præsumptione componat solidos nongentos: sequaces verò ejus, unusquisque solidos octingentos. Si verò incendium fecerint, sibi res vicinantium componant: si prædam verò, in quadruplum restituant.*]

¶ *Institum hujus capitis usque ad vers.* siluero. *est acceptum ex epistola indicata. Reliqua non sunt inventa.*

1 ¶ Violata] *Hæc dicta abest à plerisque vetustis, & hîc, & in sequentes capite, ubi in vulgatu est,* emunitas violata.

---

a *Et infr. 23 q. 7. quòd autem. 6. si autem prevaluit.* b *al. prevalent, quæ nobis sufficiant, possidemus.*] *orig.* c *Anacletus epist. 1. c. 2. Lucius cap. 6. In Concilio Trebur. c. 7. Burch. lib. 11. cap. 12. Ivo part. 14. c. 22.* d *6. Capit. c. 303. al. Ex decretis Bonif. Papæ.* e *Polyc. l. 6. tit. 15. Burch. l. 11. c. 17. Ivo p. 14. cap. 87. Panorm. lib. 5. c. 113.* f *Polyc. l. 4. tit. 15.*

a *Polycarp. ibid. Anselm. lib. 5. cap. 36. Ivo part. 13. cap. 59.* b *al. suis usibus.* c *Et in epist. Lucii, c. 6.* d *Polyc. ibid. Burchard. lib. 11. cap. 18. Ivo part. 14. cap. 18.* e *Suprà, câd. qui Christi.* f *Et in epist. 2. Eusebii Papæ ad Ægyptios, & in decret. Iulii. c. 1. & Symmachus in 5. Synodo.* g *Luc. 19.* h *infrà câd. in legibus.* i *Burch. l. 11. c. 26. Ivo p. 13. cap. 36.* k *serenissimam*] *orig.* l *al. patria, atque anima sua vita sedulo.* m *libr. 1. legum Longobard. tit. de aggres. in vic. fact. leg. 1.*

C. IX. ¶ *De eodem.*

Item.

SI *a* seculi leges talem justitiam habere voluerunt, lex divina cur inferior esse debebit? cùm in ipsâ veritatis præsentia à Zachæo *b* collaudatum sit, ut si aliquem defraudaret, in quadruplum restitueret? Et quia summum in rebus bonum est, justitiam colere, ac sua cuiq; jura servare, & in subjectos non sinere, quod potestatis est, fieri, sed quod æquum est, custodiri (quod & vos diligere, & omninò confidimus studere;) ea propter excellentiæ vestræ, mense Novembri præsentis anni, secundâ indictione, Petrum fratrem & Coëpiscopum nostrum à gremio sanctæ Romanæ Ecclesiæ transmittemus, ut fratribus ejusdem provinciæ in unum congregatis, immunitas violata, & præsumptio, & sacrilegium canonicâ auctoritate, & vestrâ Regiâ dignitate talem terminum accipiant, ne posthac membra Diaboli, filii nequam, in sancta Ecclesia, te etiam ibi regnante, talia præsumant.

¶ *In plerisque vetustis codicibus, & apud Burchardum, & Ivonem caput hoc est conjunctum superiori.*

C. X. ¶ *Ecclesiæ res surripiens, in decuplum restituat, quod abstulit.*

Item Eusebius Papa, *c epist. 2.*

IN *d* legibus seculi cautum habetur: [*Qui rem surripuit alienam, illi, cujus res direpta est, in undecuplum* e, *quæ sublata sunt, restituat.*] Et in lege divina *f* legitur: [*Maledictus omnis, qui transfert terminos proximi sui, & dicet omnis populus, Amen.*] Talia *g* ergò non præsumantur absque ultione, nec exerceantur absque suâ damnatione. Proinde 1, si quis Ecclesiasticas oblationes, & quod Deo consecratum est, rapuerit, vel consenserit facientibus, ut sacrilegus dijudicetur, & damnum in quadruplum restituat, & canonicè pœniteat.

1 ¶ Proinde,] *Hunc usque ad finem non sunt in epistola Eusebii, neque apud Ioannem, aut Symmachum. Habentur tamen apud Burchardum & Ivonem part. 13. cap 37. & in Polycarpo, interpositis etiam aliquot verbis, quæ in epistola habentur post vers.* damnatione.

Contrà Gregorius *scribit, cap. 4. responsionum ad Augustinum Anglorum Episcopum, de his, qui furtem auferunt aliquid de Ecclesia.*

C. XI. ¶ *Sine augmento sibi ablata Ecclesiam recipere oportet.*

FRaternitas *h* tua ex personâ furis pensare potest, qualiter valeat corrigi. Sunt enim quidam, qui habentes subsidia, furtum perpetrant: & sunt alii, qui hac in re ex inopia delinquunt. Unde necesse est, ut quidam damnis, quidam verò verberibus, & quidam districtiùs, quidam verò leviùs corrigantur. Et cùm paulò districtiùs agitur, ex charitate agendum est, & non ex furore: quia ipsi hoc præstatur, qui corrigitur, ne gehennæ ignibus tradatur. *& infrà.* ¶ Addis etiam, quo augmento ea, quæ furto de Ecclesiis abstulerunt, reddere debeant. Sed absit, ut Ecclesia cum augmento recipiat, quod de terrenis rebus videtur amittere, & lucra damnis quærat.

Verùm illud Eusebii de legum severitate: illud i *Gregorii de Ecclesiastica mansuetudine dictum intelligitur.*

C. XII. ¶ *Non sunt alienanda in Episcopatu acquisita.*

Idem Gregorius *lib. 10. epist. 45. Deusdedit* k *Episcopo Mediolanensi.*

REs *a* in Episcopatu acquisitas, Sacerdotibus nulla est alienandi licentia.

C. XIII. ¶ *Vasa sacra, nisi pro redemptione captivorum, non sunt alienanda.*

Item ex octava 1 Synodo universali, *c. 17.*

APostolicos *b* & paternos canones renovans hæc sancta & universalis Synodus, diffinivit neminem prorsus Episcopum vendere, vel utcumque alienare cimelia *c* & vasa sacrata, exceptâ causâ olim ab antiquis canonibus ordinatâ, videlicet 2 pro redemptione captivorum: sed nec tradere salaria Ecclesiarum in emphyteutica pacta, nec alias rusticas possessiones vendndare, ac per hoc Ecclesiasticos reditus lædere, quos ad propriam utilitatem, & ob escam pauperum, & peregrinorum sustentationem esse decernimus 3. *& paulò post.* ¶ Quisquis autem apparaverit post hanc diffinitionem nostram contrarium quid huic sanctæ ac universali Synodo agere, deponatur ut prævaricator divinarum legum & præceptorum: cassatâ videlicet omninò, quæ facta est in scriptis vel sine scriptis ab Episcopo venditione, vel emphyteuticâ traditione, vel aliâ quâlibet alienatione, cimeliorum scilicet, & salariorum locorum. Qui verò emerit, aut perceperit aliquid ex prædictis cimeliis, vel salariis, & non restituerit Ecclesiæ iterùm, quæ Ecclesiæ sunt, vel non dederit ad incidendum chartam venditionis vel emphyteuseos, sit anathema, usque dum fecerit, quod ab hac sancta & universali Synodo confirmatum est. ¶ Si autem Episcopus convictus fuerit construxisse monasterium de reditibus Ecclesiasticis, tradat ipsum eidem Ecclesiæ monasterium.

1 ¶ Octava] *Sic est emendatum ex Anselmo, cùm ante legeretur,* sexta. *Est autem canon decimus quintus Synodi illius, habita tempore Hadriani Papæ II. contra Photium, ex versione Anastasii Bibliothecarii.*

2 ¶ Videlicet pro redemptione] *In Concilio ipso, & apud Anselmum legitur,* quæ accipiuntur in redemptionem captivorum.

3 ¶ Decernimus.] *In ipso canone sequuntur hæc:* Omnem verò Ecclesiasticarum rerum potestatem habentem, & has meliorare, ac dilatare, prout oportuerit: Ecclesiastica loca, quæ per reditus fiunt, & insuper propriam rerum dispositionem distribuere, ac committere, seu conferre quibuscunque voluerit, & judicaverit, juxta propriam potestatem ac dominatum. Quisquis autem apparaverit, &c.

C. XIV. ¶ *Pro redemptione captivorum sacra vasa non prohibentur alienari.*

Item Gregorius *lib. 6. epist. 31. seu cap. 59. Demetrio Episcopo Messanensi.*

ET sacrorum canonum, & legalia *d* statuta permittunt, ministeria Ecclesiæ pro captivorum esse redemptione vendenda.

C. XV. ¶ *Res Ecclesiæ licitè impenduntur pro redemptione captivorum.*

Idem *Demetrio & Valeriano Clericis Firmanis, lib. 7. indict. 2. epist. 14.*

SAcrorum *e* canonum statuta, & legalis permittit auctoritas, licitè res Ecclesiasticas in redemptionem captivorum impendi. Et ideò, quia edocti à vobis sumus, ante annos ferè xviij. virum reverendissimum quendam Fabium Episcopum Ecclesiæ Firmanæ, libras xj. argenti de eadem Ecclesia pro redemptione vestra, ac patris vestri Passivi, Fratris & Coëpiscopi nostri, tunc verò Clerici, necnon matris vestræ, hostibus impendisse, atque ex hoc quandam formidinem vos habere, ne hoc, quod datum est, à vobis quolibet tempore repetatur, hujus præcepti auctoritate suspicionem vestram prævidimus auferendam; constituentes, nullam vos exinde, hæredesq; vestros quolibet tempore repetitionis molestiam

a Burchard. & Ivo ibid. b Luc. 19. c Et Symmachus in 3. Synodo, & Ioan. 1. epist. 1. d supr. eâd. in antiquis. Polycarp. l. 2. titul. 15. e al. Decuplum. f Deuteron. 27. in decret. Iulii, c. 1. g Anf. l. 5. c. 41. Burchard. l. 11. cap. 27. Ivo p. 2. c. 37. & p. 3. c. 249. & p. 3. c. 249. Pann. l. 4. c. 47. h Polyc. l. 8. tit. 16. Ivo p. 13. c. 5. i al. ipsius. k al. Deodato.

a Infrà, eâd. q. 3. c. nulli. b Anfl. l. 6. c. 171. c κτημάτια. d Leg. Sancimus. Cod. de sacros. Eccles. Anf. l. 5. c. 41. e Ivo p. 3. c. 241.

molestiam sustinere, nec à quoquam vobis aliquam objici quæstionem.

C. XVI. ¶ *Res Ecclesiæ desolatæ non præponantur captivis.*

Idem *lib. 6. epist. 35. ad Dominum Episcopum.*

Sicut *a* omninò grave est, frustra Ecclesiastica ministeria venundare, sic iterùm culpa est, imminente hujusmodi necessitate, res maximè desolatæ Ecclesiæ captivis suis præponere, & in eorum redemptione cessare.

2 ps. *Quæ verò pœnitentia hujusmodi invasoribus, atque prædonibus, qui vasa sacra, & reliqua divino cultui dedicata arripuerunt, & quasi profana contrectant, sit indicenda,* Nicolaus Papa *definit, scribens Frontario Archiepiscopo Burdegalensi.*

C. XVII. ¶ *Invasoribus rerum Ecclesiasticarum, quæ pœnitentia sit imponenda.*

De viro nefando, Burgando nomine, qui rabie infanâ commotus, diabolicis se irretire laqueis non dubitavit, atque Gentilium more per abrupta itinera, & compita insidians vobis in vestræ Ecclesiæ villa, unà cum Clericis vestris manentibus, & populum salubribus instruere dogmatum monitis decertantibus, paneque spiritualis verbi vacua hominum corda reficientibus, atque laudabile propriæ salutis desiderium habentibus, sancta Apostolorum Petri & Pauli limina visitare, collectis malitiæ suæ sequacibus, & iniquitatis complicibus nefarias invasiones, & depræ dationes violentas inferre dæmoniaco ausu præsumpsit: &, ut epistolæ vestræ textus eloquitur, sacrum altare, sacraque Dominici corporis & sanguinis vasa, insuper & sanctum chrisma pollutis arripere manibus, quasi vilia, & ad usum communem apta præsumpsit, dilectio nos vestra consuluit, si ipse, vel qui cum eo in tam impio, & iniquo scelere fuerunt, ad pœnitentiam quandoque gratiâ tracti *b* divinâ venire voluerint, quo eos pœnitentiæ vinculo constringatis, nostræ institutionis censuram exposcere curâstis. De quibus (si tamen ita est) jubemus, cùm ad pœnitentiam reverti acceleraverint, uno anno extra Ecclesiam Dei consistere, cujus sacratissima vasa, extra citum fidei Christianæ, diripiendo auferre non dubitaverunt. Secundo verò anno ante fores Ecclesiæ sine communione maneant. Tertio verò anno Ecclesiam Dei ingrediantur, & inter audientes adstent sine oblatione, non manducantes carnem, neque bibentes vinum, præter Natalis & Resurrectionis Dominicæ dies. Quarto præterea anno (si his prioribus tribus eorum fructuosus fuerit pœnitentiæ labor) communioni fidelium restituantur: totâque mentis intentione spondentes, talia se ulteriùs nunquâ facturos, corpus & sanguinem Domini suscipere mereantur, & usque ad septimum annum tribus in hebdomada diebus sine esu carnium, & vini potatione maneant pœnitentes.

¶ *Caput hoc alibi non est inventum, quàm in collectanea canonum incerti auctoris.*

C. XVIII. ¶ *Res Ecclesiæ Episcopus usurpare, vel alienare non præsumat.*

Item in Concilio Leonis Papæ IV.

1 ps Monemus *c*, & irrefragabiliter affirmamus, ut nullus Episcoporum, vel Sacerdotum, rem tituli sui usurpare præsumat: sed neque salarium à Christianis, sanctis locis oblatum causâ amicitiæ, vel timoris, aut muneris pertentet auferre: ne Ecclesia Dei ad nihilum redigatur. Quod qui facere præsumpserit Episcopus, vel Sacerdos, canonicam sine dubio subeat ultionem, & quod Ecclesiæ injustè ablatum est, reddere compellatur; ita ut deinceps nullas vires pro his ad litigandum, vel possidendum habere possit.

a *Ivo part. 3. cap. 176.* b *al. talis.* c *Deusdedit part. 4. Polyc. l. 4. tit. 19.*

C. XIX. ¶ *Episcopo, vel Abbati res Ecclesiæ alienare non licet.*

Item ex septima Synodo, *c. 12.*

Quisquis *a* Episcopus vel Abbas inventus fuerit de sacrariis 1 Episcopii vel monasterii transferre quicquam in Principum manus, vel etiam alii personæ conferre, irritum sit, quod datum esse constiterit, secundùm canonem *b* sanctorum Apostolorum, qui dicit: [*Omnium Ecclesiasticarum rerum Episcopus habeat sollicitudinem, & dispenset eas, tanquam Deo contemplante. Non liceat autem ei fraudare 2 quicquam ex illis, vel cognatis propriis donare, quæ Dei sunt. Quòd si pauperes fuerint, ut pauperibus largiatur: sed non sub horum occasione, quæ sunt Ecclesiæ, defraudentur.*] ¶ Quòd si excusationem prætenderit damnum facere, & nihil ad profectum agrum existere, nec sic Principibus, qui per loca illa sunt, tribuatur ager, vel locus; sed Clericis vel agricultoribus. ¶ Quòd si calliditate usus fuerit, & à colono, vel à Clerico emerit Princeps agrum, irrita sit venditio, & restituatur Episcopio vel monasterio: & Episcopus vel Abbas hoc faciens abjiciatur, Episcopus 3 quidem ab Episcopio, Abbas autem à monasterio, tanquam qui dispergit, quæ non collegit.

¶ *Apud Gratianum, quemadmodum & apud Anselmum extabatur, ex historia Eusebii Episcopi Cæsariensis. Ivo verum auctorem citavit. Versio autem est Anastasii Bibliothecarii, ex cujus codicibus manuscriptis nonnulla sunt emendata.*

1 ¶ Salariis] *Græcè est,* ἐκ τῶν ἀυτοχθῶν, *pro qua voce in Parisiensi Græcorum canonum editione legitur in rubrica,* ἐκ τῶν ἀφαρείων, *id est,* ex suburbanis, *quasi suburbana vocentur autargia, quòd ipsius possessoris manibus colantur. Eustathius tamen eos agros interpretatur, qui per se ipsi sine magna cultura fructum ferre possunt, ut sylva, & alia hujusmodi.*

2 ¶ Fraudare] σφετερίζεσθαι, *id est,* sibi vendicare, & suum facere.

3 ¶ Episcopus quidem ab Episcopio, Abbas autem à monasterio,] *Hæc ad sententiæ integritatem addita sunt ex ipso canone.*

C. XX. ¶ *Tradia Ecclesiæ non liceat Papa alienare.*

Item Symmachus Papa in Synodo III. *c. cap. 4. & sequentibus usque ad nonum.*

Non *d* liceat Papæ prædium Ecclesiæ alienare aliquo modo pro aliqua necessitate, nec in usumfructum 1 rura dare: nisi tantummodò domos, quæ in quibuslibet urbibus non modicâ impensâ sustentantur. Quâ lege omnes custodes adstringantur, ut donator, accensator, venditor honorem perdat. Et qui subscripserit, anathema sit cum eo, qui dedit, vel qui recepit, nisi restituatur. Liceat etiam quibuslibet Ecclesiasticis personis contradicere, & cum fructibus alienata reposcere. Quod 2 non modò in Apostolica servandum est Ecclesia, verùm etiam universis Ecclesiis per provincias quidem dicitur convenire.

¶ *Caput hoc collectum est ex pluribus capitibus Synodi Romanæ tertiæ sub Symmacho, in epitomen tamen redactæ.*

1 ¶ In usumfructum] *In Conciliorum editionibus partim legitur, sed nec in usufructuario jure aliquibus dare liceat, partim, sed nec in usumfructum jura aliquibus, &c. quemadmodum & in codice canonum impresso. Nam in vetusto manuscripto est, sed nec usufructuario aliquibus dari liceat. Idem verò significare usufructuarium, & usumfructum scribit Smaragdus in expositione regulæ B. Benedicti, cap. 19. his verbis:* Usumfructum dicit, quod nos dicimus usufructuarium.

a *Polyc. lib. 6. tit. 15. Ansel. lib. 6. cap. 164. Ivo part. 5. c. 375.* b *Can. Apost. 39.* c *Et in Concil. Parisiensi l. 1. c. 17.* d *Ans. l. 4. cap. 29.*

2 ¶ Quod non modo] *In ipsa Synodo longè aliter habetur.* Hujus autem constitutionis legem in Apostolica tantùm volumus sede servari, universis Ecclesiis per provincias secundùm animarum considerationem, quem proposito religionis convenire rectores earum viderint, more servato.

C. XXI. ¶ *Qui res Ecclesiasticas vendit, ad altare non audeat accedere.*

Item in Synodo VI.

INdignè *a* ad altare Dei properare permittitur, qui res Ecclesiasticas audet invadere, aut injustè 1 possidere, aut iniquâ, vel injustâ defensione in eis perdurat. *& paulo pòst.* ¶ Debet tamen esse provisio, ut vindictam admonitio 2 præcedat, & res usurpatas injustè qui abstulit, aut injustè ablatas retinet, æquitate patrocinante, legibus restituat. Quòd si neglexerit, & necessitas compulerit, demùm prædonem Sacerdotalis districtio maturata perculiat. *& infrà.* ¶ Valdè *b* iniquum ergò & ingens sacrilegium est, ut quæcunque vel pro remedio peccatorum, vel salute, vel requie animarum suarum unusquisque venerabili Ecclesiæ contulerit, aut certè relinquerit, ab iis, quibus hæc maximè servari convenit, id est, Christianis, & Deum timentibus hominibus 3, & super omnia à Principibus, & primis regionum in aliud transferri, vel converti permittatur. Propterea, qui hæc non præviderit, & aliter quàm scriptum est, prædia Ecclesiis tradita perierit, vel acceperit, aut possederit, vel 4 injustè defenderit, aut retinuerit, nisi citò se correxerit, quo iratus Deus animas percutit, anathemate feriatur: litúque accipienti, & danti, & possidenti anathema, & institutæ pœnæ contubernium assiduum. Nec aliquo se ante tribunal Christi obstaculo muniat, qui à religiosis animabus ad substantiam pauperum derelicta, contra fas, sine aliqua pietatis consideratione dispergit.

1 ¶ Aut injustè] *In Synodo legitur*, aut injustè, id est, sine licentia Episcopi possidere.

2 ¶ Admonitio] *In Synodo additur*, manifesta.

3 ¶ Hominibus,] *Quæ sequuntur usque ad vers.* in aliud. *addita sunt ex Synodo.*

4 ¶ Vel injustè defenderit, aut retinuerit,] *Addita sunt & ista, sicq; omnia, quæ in usurpationis hujusmodi rerum accidere solent, expenduntur.*

C. XXII. ¶ *Excommunicentur, qui Principum auctoritate res invadunt Ecclesiæ.*

Item Nicolaus Papa *Adonis Viennensi Archiepiscopo in epistola, cujus exemplum:* [Quia sanctitatis vestræ.]

DE *c* rebus, quæ semel Deo contributæ, atque dicatæ sunt, & postea sub occasione concessionis Principum à quibusdam invaduntur, atque diripiuntur, sancimus, ut priùs consulatis Principem, ad resecandam tam præsumptivam factionem, & cognoscendum, utrùm illius sit concessio, an invasoris præsumptio. Quòd si Principis inordinata fuerit largitio, ipse sit Princeps pro emendatione redarguendus. Si autem invasoris declaratur præsumptio, usque ad emendationem, excommunicationis sit vindictâ coërcendus.

¶ *Extat epistola hæc in libro sæpè citato Bibliotheca Dominicana: in qua respondet Nicolaus ad nonnullas quæstiones ab Adone d sibi propositas.*

C. XXIII. ¶ *De rebus Ecclesiæ non est aliquid alienandum.*

Item Gelasius *Justino Archidiacono, & Faustino e defensori.*

4 VObis *f* enim, & famæ vestræ consultum duximus, ut Pontificis vestri loco, vobiscum ab eodem aliquis subrogetur, qui ejus nomine pariter universa disponat: quatenùs omnia prædia ad vestrum revocetis studium, nec cuiquam Clerico pro portione sua aliquod solùm Ecclesiæ putetis esse deputandum, ne per incuriam & negligentiam minuatur: sed omnis pensionis summam ex omnibus prædiis rusticis, urbanisque collectam, ad Antistitem deferatis. Ex qua tamen collectione habeatur ratio, quid ad causas, vel expensas accidentium necessitatum opus esse perspicitur, ut de medio sequestretur, & quatuor portiones, vel de fidelium oblatione, vel de hac fiant modis omnibus pensione: ita ut unam sibi tollat Antistes, aliam Clericis pro suo judicio, & electione dispertiat, tertiam pauperibus sub omni *a* conscientia faciat erogari: fabricis verò quartam, quæ competit ad ordinationem Pontificis, erogatione vestrâ decernimus esse pensandam. Si quid forte sub annua remanebit expensâ, electo idoneo ab utraque parte custode, tradatur enthecis: ut si major emerserit fabrica, sit subsidio, quod ex diversi temporis diligentia poterit custodiri: aut certè ematur possessio, quæ utilitates respiciat communes.

C. XXIV. ¶ *Divina muneris participatione privetur, qui Ecclesiastica privilegia calcat.*

Idem *Majorico, Sereno, & Ioanni Episcopis.*

QUi *b* & divinis, & humanis legibus in civili damnatione calcatis, & reverentiâ religionis abjectâ, vel Ecclesiastica privilegia calcare contendunt, vel obliti in pauperum profilire dispendium, nec hujusmodi, ut item commoniti, convictique, nequitiam sopire contentiunt, atque illata sacris rebus detrimenta sarcire; meritò divini muneris participatione sunt privandi, ut hujus perceptione careant, quod sacrilegis ausibus habent despectui. Cælestinus verò Presbyter fratris & Coëpiscopi nostri Sereni, qui contra Pontificale judicium, contraque Apostolicæ sedis mandata prorumpens, suprædictis communionem sacram ministrare præsumpsit; cùm non potuerit ignorare sententiam propriii Sacerdotis, ab officio protinùs Ecclesiastico pellatur: ut nullus Ecclesiæ ministrorum contra Pontificalia instituta venire contendat.

C. XXV. ¶ *De eodem.*

Idem *eisdem Iustino* 1 *Archidiacono, & Faustino defensori.*

VUlteranæ *d* Ecclesiæ actus, vel patrimonium, quod hactenus comperimus destitutum, post damnationem Eucharisti, quo fuerat depravante dispersum, curæ vestræ decrevimus esse delegandum: ut diligentiâ (quæ vos pro utilitatibus Ecclesiæ existimamus esse vigilantes) prædia culturæ restituatis antiquæ, & revocetis, si qua sunt vendita, aut donata mancipia. Possessiones etiam, quas ab Eumancio, & Opilione Episcopis, vel cæteris quovis jure videritis teneri (quia contra constituta Synodi ab Episcopis prædia alienari nullo potuerunt commento) nihilominùs revocentur. Si temporibus ad eum recursus, qui præsumpsit aliquid de Ecclesiæ rebus illicitâ venditione distrahere, ita ut pensiones annuas ad Pontificem deferatis, cui privilegia sua integra convenit omni ratione servari, ut ejus dispensatione portiones proveniant consuetæ: ita ut portionem quartam, quæ ad eos pertinet, suâ Pontifex ordinatione distribuat, prout cujusque locum, meritumque cognoscit. Pariter etiam ex fidelium oblatione faciendum est, ut Clericis quartam eroget pro consideratione suæ electionis Antistes. Fabricarum etiam portio Episcopo sciente & disponente, vestrâ erogatione pendatur: quatenùs nihil penitùs in detrimentum alicujus rei patiamini generari.

a *Ivo part. 3. cap. 182.* b *10. quæstion. 1. in canonibus.* §. *valdè.* c *Ivo part. 3. cap. 152.* d *al. Odone.* e *al. Fausto.* f *Dewsdedit p. 3. cap. 93.*

a *al. omnium.* b *Ivo p. 3. c. 170. & p. 4. c. 185.* c *Quæ & humanis*] *plerique Exempl. & Ivo.* d *al. Volaterrana. Ivo part. 3. c. 173.*

1 ¶ Justi-

1 ¶ Justino, &c.] *Anteà legebatur:* Idem eisdem. *Emendatum est, & posita istorum verorum nomina ex Ivone: ad quos etiam scriptum est superius penultimum caput,* vobis enim. *Nec verò hæc, quæ nunc afferentur, pertinere posse ad Episcopos, quibus proximè præcedens caput scribebatur, indicant non modò, quæ à Gratiano hic referuntur, sed etiam apertiùs verba, quæ apud Ivonem post ultima hujus capitis sequuntur:* Si quis verò in Ecclesiæ vestræ damnum, aut in his, quæ sunt præceptionis nostræ prohibita, Pontificem vestrum videritis admittere, &c.

C. XXVI. ¶ *Redituum & oblationum duæ portiones Clericis committantur.*

Idem *Clero, & Ordini, & Plebi Brundusii.*

COncesso *a* vobis, quem petistis, Antistite, fratre jam & Coëpiscopo meo Juliano, necessarium fuit (eodem ad Ecclesiam suam mox remisso) ad vos nostra scripta pariter destinari: quibus agnosceretis eidem fuisse præceptum, ne unquam ordinationes præsumat illicitas. *& infrà.* ¶ Reditus, & oblationes fidelium in quatuor partes dividat: quarum unam sibi ipse retineat: alteram Clericis pro officiorum suorum sedulitate distribuat: fabricis tertiam: quartam pauperibus, & peregrinis habeat fideliter erogandam: quarum rationem divino est redditurus examini.

¶ *Epistola Gelasii, in qua est hoc caput, missa est cum aliis ex Hispania. Eadem verò inter epistolas Gregorii II. impressas est tertia, Clero, & plebi Tiburtinæ scripta. Talis quædam epistola, sed brevior, refertur in libro, qui inscribitur, Ordo Romanus, & formata Episcopo danda nuncupatur.*

C. XXVII. ¶ *De oblationibus fidelium quot portiones fiant, & quæ cuiq; proveniat.*

Idem *in epistola ad Episcopos per Lucaniam* b, *& Brutios, c. 29.*

QUatuor *c* autem tam de reditu, quàm de oblatione fidelium, prout cujuslibet Ecclesiæ facultas admittit (sicut dudum rationabiliter est decretum) convenit fieri portiones: quarum sit una Pontificis, altera Clericorum, tertia pauperum, quarta fabricis applicanda. De quibus sicut Sacerdotis interest integram ministris Ecclesiæ memoratam dependere quantitatem; sic Clerus ultra delegatam sibi summam nihil insolenter noverit expetendum. Ea verò, quæ Ecclesiasticis ædificiis attributa sunt, huic operi veraciter prærogata, locorum doceat instauratio manifesta sanctorum: quia nefas est, si sacris ædibus destitutis, in lucrum suum Præsul impendia his deputata convertat. Ipsam nihilominùs adscriptam pauperibus portionem, quanquam divinis rationibus se dispensâsse monstraturus esse videatur: tamen juxta quod scriptum est *d*: [*Ut videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cœlis est*;] oportet etiam præsenti testificatione prædicari, & bonæ famæ præconiis non taceri. Quapropter *e* nec Clericorum quidpiam, &c.

C. XXVIII. ¶ *De reditibus oblationum, & redituum Ecclesiæ quatuor portiones Presbytero dispensanda committendas.*

Item Simplicius Papa *Florentino, & Equitio, & Severo Episcopis, epist. 3.*

DE *f* reditibus Ecclesiæ, vel oblatione fidelium, quid deceat, nescienti nihil licere permittat: sed sola Episcopo ex his una portio remittatur: duæ Ecclesiasticis fabricis, & erogationi peregrinorum, & pauperum profuturæ, à Bonagro *a* Presbytero sub periculo sui ordinis ministrentur: ultima inter se Clericis pro singulorum meritis dividatur. *& infrà.* ¶ Cui, *id est, Gaudentio,* hoc specialiter præcipimus, ut tres illas portiones, quas triennio *b* dicitur sibi tantummodò vendicâsse, restituat.

¶ *Addita sunt in hoc capite aliquot verba ex originali, quæ ad sententiam facere aliquid videbantur.*

C. XXIX. ¶ *De reditibus Ecclesiæ, etiam novitèr quæsitis, quarta pars Clericis erogetur.*

Item Gregorius *Maximiano Episcopo Syracusano c lib. 3. epist. 11.*

COgnovimus *d* de reditibus Ecclesiæ noviter acquisitis canonicam dispositionem quartarum minimè provenire; sed Episcopos locorum distribuere tantummodò quartam antiquorum redituum, nunc verò quæsita suis usibus retinere. Quam rem *e* pravam, subintroductamque consuetudinem fraternitas tua vivaciter emendare festinet: ut sive de præteritis reditibus, sive de his, quæ obvenient *f*, vel obvenientibus, quartæ secundùm distributionem canonicam dispensentur. Incongruum namque est unam, eandemque Ecclesiæ substantiam duplici quodammodò jure censeri, id est *g*, usurpationis & canonum.

C. XXX. ¶ *De stipendio Ecclesiæ quatuor debent fieri portiones.*

Idem *Augustino Episcopo Anglorum in respons. ad primam interrogationem.*

MOs est *h* Apostolicæ sedis ordinatis Episcopis præceptum tradere, ut de omni stipendio, quod accedit, quatuor fieri debeant portiones, una videlicet Episcopo & familiæ ejus, propter hospitalitatem & susceptionem, alia Clero, tertia verò pauperibus, quarta Ecclesiis reparandis.

C. XXXI. ¶ *De eodem.* PALEA.

[*Item* ex Concilio Toletano.]

SAncimus omnibus Episcopis curam Laicorum instare, ut si quos in fide Christi invenerint, nimio affectu diligant. Insuper confirmamus, ut si aliqua ab ipsis accipiant dona, statim in quatuor dividant partes: ita, ut prima pars secundùm 1 Apostolorum præcepta, titulorum, nec non cœmeteriorum restaurationibus diligenter attribuatur, secunda Clericis, tertia cunctis pauperibus, quarta verò advenis.

¶ *Caput hoc (quod in omnibus vetustis exemplaribus, exceptis duobus, & sine Palea nomine habetur, & glossam habet) in nullo Toletano Concilio aut impresso, aut manuscripto inventum est. In collectione canonum incerti auctoris, quæ asservatur in Vaticana Bibliotheca, tribuitur Sylvestro: quamvis in Synodo Romana sub ipso habita, cap. 4. paulo aliter hæ partes assignentur, id est, ut in præcedentibus hujus capitibus.*

1 ¶ Secundùm Apostolorum præcepta,] *In ea collectione non sunt hæc verba. In uno vetustissimo Gratiani codice est,* secundùm Apostolorum præcepta.

C. XXXII. ¶ *Omnes Presbyteri secundùm jussionem Episcopi res Ecclesiæ dispensare studeant.*

Item ex Concilio Agathensi, *c. 22.*

5 STatuimus *i* (quod omnes canones 1 jubent) ps ut civitatenses, sive diœcesani Presbyteri, vel Clerici, salvo jure Ecclesiæ, rem Ecclesiæ, sicut permiserunt Episcopi, teneant: vendere autem, aut donare penitùs non præsumant. Quòd si fecerint, vel fecerunt, & facta venditio non valebit, & de facultatibus, si quas habent

a *Anf. libr. 6. cap. 43.* b *Et in Concil. Parisiensi, l. 1. c. 15.* c *Polyc. l. 3. tit. 11. Anf. l. 5. c. 68. Burch. l. 3 c. 157. Ivo p. 3. c. 203. Pann. lib. 2. cap. 7.* d *Matth. 5.* e *2. quæst. 7. quapropter.* f *Anselm. lib. 3. cap. 66.*

a *al. ab Onagro.* b *al. per triennium.* c *Joannes Diac. l. 4. num. 34.* d *Anf. l. 5. c. 72.* e *al. ob rem.* f *al. nunc obvenerunt, vel obvenerint.* g *addita ex vrig.* h *Anf. l. 3. cap. 64. Pann. l. 2. c. 8.* i *Polyc. lib. 3. tit. 12.*

propriis, indemnem Ecclesiam reddant,& communione priventur.

1 ¶ Canones] *Restituta est hæc vox ex originali. Antea legebatur*, Episcopi. *In Polycarpo autem tantùm est*, quod omnes jubent.

C. XXXIII. ¶ *De Clericis, qui documenta Ecclesia supprimunt, aut adversariis tradunt.*

Item ex eodem Concilio, *cap. 26.*

SI a quis de Clericis documenta, quibus Ecclesiæ possessio firmatur, aut supprimere, aut negare, aut adversariis fortasse tradere, damnabili & puniendâ obstinatione præsumpserit,quicquid per absentiam documentorum damni Ecclesiæ illatum est, de propriis facultatibus reddat, & communione privetur. Hi etiam, qui in damno Ecclesiæ impiè solicitati, à traditoribus aliquid acceperint, superiori *b* sententiâ teneantur.

C. XXXIV. ¶ *Episcopus hæredem non habens, non alium, quam Ecclesiam sibi hæredem instituat.*

Item ex eodem, *cap. 33.* c

EPiscopus *d*, qui filios aut nepotes non habuerit 1, alium quàm Ecclesiam non relinquat hæredem. Si quid de Ecclesia non in Ecclesiæ causa,aut necessitate præsumpserit, quod distraxit, aut donavit,irritum habeatur. Qui verò filios habet, de bonis, quæ reliquit, ab hæredibus ejus, indemnitatibus Ecclesiæ consulatur.

1 ¶ Non habuerit,] *In originali impresso, & manuscripto, & in Polycarpo legitur*, non habens alium, quàm Ecclesiam reliquit hæredem; si quid,&c. *& ad hanc lectionem propriis accedunt verba Hispalensis Concilii primi, c. 1. sed ob glossam non est mutatum.*

C. XXXV. ¶ *Qui in Clero constituti sunt, de rebus Ecclesiæ nihil alienare præsumant.*

Item ex eodem, *cap. 49.*

DIaconi *e*, vel Presbyteri in parochia constituti, de rebus Ecclesiæ sibi creditis nihil audeant commutare, vendere, vel donare: quia res sacratæ Deo esse noscuntur.Similiter & Sacerdotes nihil de rebus Ecclesiæ sibi commissæ (ut superius comprehensum est) alienare præsumant. Quòd si fecerint, convicti in Concilio, & ab honore depositi,de suo aliud tantum restituant, quantum visi sunt præsumpsisse 1. *& infra.* ¶ Libertos tamen,quos Sacerdotes,vel Diaconos de Ecclesia sibi commissa facere voluerint, actus Ecclesiæ prosequi jubemus. Quòd si facere contempserint, placuit eos ad proprium reverti servitium.

1 ¶ Præsumpsisse.] *Si hæc interponas c.* si quis qualibet. *infrà eâdem, habebis integrum canonem 49. ipsius Concilii Agathensis.*

C. XXXVI. ¶ *De possessione Ecclesiasticæ juris quicquid à Presbytero distrahitur, inane habeatur & vacuum.*

Item ex eodem *f. c. 33.*

QUicquid *g* parochiarum Presbyter de Ecclesiastici juris possessione distraxerit, inane habeatur & vacuum vendicatione 1 comparantis, & actione vendentis.

1 ¶ Vendicatione] *Sic etiam in recentioribus Conciliorum editionibus. In aliis,& duobus etiam Vaticanis codicibus legitur*, venditore comparantis. *Apud Ivonem*, venditione comparantis. *In Epaunensi, ubi hæc vedetur repeti*, in venditorem comparantis actione vertenda.

a *Infrà, eâd. si quis de Clericis. Burchard. libr. 3. cap. 183. Ivo part. 3. cap. 136.* b *alter pars.* c *& in Hispalen. 1. cap. 1.* d *Polyc. lib. 3. tetul. 12.* e *Ivo part. 3. cap. 161.* f *Et in Epaunensi, c. 7.* g *Ivo p. 3. c. 102.*

C. XXXVII. ¶ *Alienationes facta ab intrusis, & ordinationes sine consensu Clericorum, irrita sunt.*

Item Urbanus Papa.

ALienationes omnium per intrusionem, seu canonicè electorum sub Episcopi nomine, aut Abbatis,qui secundùm Ecclesiæ suæ usum consecrandus est, alienationes dico quocunque modo factas, nec non & ordinationes personarum ab eisdem sine communi consensu Clericorum Ecclesiæ, sive per simoniam itidem factas, irritas judicamus. ¶ Illud etiam per omnia interdicimus, ut nullus Clericus Præbendam suam, seu beneficium aliquod Ecclesiarum aliquo modo alienare præsumat.Quòd si præsumptum olim fuit, vel aliquando fuerit, irritum erit, & ultioni canonicæ subjacebit.

¶ *Post collectionem Anselmi in codice peronensi, habetur fragmentum cujusdam Concilii Urbani II. in cujus initio hæc leguntur:* Alienationes, quæ specialiter per Ottonem, Guidonem, Hieremiam, seu fortè Philippum ubilibet de possessionibus Ravennatis Exarchatûs factæ sunt damnamus. Generaliter autem omnium per intrusionem,seu canonicè electorum sub Episcopi nomine, vel Abbatis... Ecclesiæ suæ consecrandus est, alienationes quocunque modo factas, *& cætera usque ad finem hujus capitis, nulla varietate.*

C. XXXVIII. ¶ *Episcopo defuncto, vel alio in supremis agente, de rebus Ecclesiæ nihil est usurpandum.*

Item ex Concilio Ilerdensi *a, c. 16.*

HÆc hujus placiti constitutione inter nos emissa placuit custodiri, ut defuncto Antistite, vel etiam adhuc in supremis agente, nullus Clericorum cujuslibet ordinis, officii, gradûsvé sit, quicquam de domo præsumat, vel quod de utilitate instrumenti domûs esse cognoscitur, id est, mobilis & immobilis rei Ecclesiasticæ conetur invadere; nihil furto 1, nihil dolo suppriment, auferens atque abscondens. Sed is, cui domus commissa est, subjunctis 2 sibi uno, vel duobus fidelissimis Clericis, omnia usque ad tempus Pontificis substituendi debeat conservare, & his, qui in domo inveniuntur, Clericis consuetam alimoniam administrare. Substitutus autem Antistes susceptæ 3 sedis commoda ordinabit, velut Deus imperabit: ut eis uti cum his debeat, quos cognoverit disciplinæ, & charitati prædecessoris sui fideliter paruisse. Quòd si quisquam post hæc cujuslibet ordinis (ut superiùs dictum est) Clericus quâcunque occasione, de omni facultate quippiam probatus fuerit abstulisse, vel forsitan dolo aliquo suppressisse, reus sacrilegii prolixiori anathemate condemnetur, & vix quoque peregrina ei communio concedatur: quia durum est, ut hi, quos constat in servitio Domini cum prima sedis Antistite defudâsse,ab his, qui suarum rerum incubatores *b*, vel utilitatibus servientes, atque vacantes fuisse noscuntur, despecti aliquatenùs crucientur.

1 ¶ Nihil furto,] *In codice Lucensi Regio sequitur*, nihil vi.

2 ¶ Subjunctis sibi] *In Conciliorum editionibus sequitur*, cum consilio: *& in codice Regio additur*, Clerici: *fortasse autem legendum*, cum consilio Cleri.

3 ¶ Susceptæ sedis] *In eodem Regio codice est*, susceptæ ea, prout decessor suus ordinavit, vel ut Deus imperavit.

C. XXXIX. ¶ *Episcopi, qui nihil Ecclesiæ intulerunt, famulos ejus libertate non donent.*

Item ex Concilio Toletano IV. *c. 66.*

ET *c* si illi, qui nulla ex rebus suis pauperibus Christi distribuunt, æterni judicis voce in futuro con-

a *Concord. Concilium Valent. cap. 2.* b *alter inhabitatores atque vagantes fuisse.* c *Burchardus lib 3. cap. 189. Ivo par. 3. c. 249.* dem-

demnabuntur; quanto magis ii, qui auferunt pauperibus, quod non dederunt? Qua propter Episcopi, qui nihil ex suo proprio Ecclesiæ Christi compensaverunt, hanc divinam sententiam metuant, & liberos *a* ex familia Ecclesiæ ad condemnationem suam facere non præsumant. Impium enim est, ut qui res suas Ecclesiæ Christi non contulerit, damnum inferat, & jus Ecclesiæ alienare contendat. Tales ergò liberos *b* successor Episcopus absque ulla oppositione ad jus Ecclesiæ revocabit: quia eos non æquitas, sed improbitas absolvit.

C. XL. ¶ *De Clericis, qui documenta Ecclesiæ supprimunt, aut negant, aut aliis damnabiliter tradunt.*

Item ex Concilio Aurelianensi.

SI *c* quis de Clericis documenta, quibus Ecclesiæ possessio firma tenetur, aut supprimere, aut negare, aut avertere, aut fortasse tradere, damnabili & puniendâ obstinatione præsumpserit, quicquid pro absentia documentorum damni Ecclesiæ illatum est, de propriis facultatibus reddat.

¶ *Hoc idem citatur suprà eâd.* si quis de Clericis, *ex Concilio Agathensi, in quo habetur. Non est autem mutatus titulus: quia potuit in aliquo etiam Aurelianensi, quod non extet, esse repetitum.*

C. XLI. ¶ *Ministri Ecclesiæ de rebus ejusdem Ecclesiæ absque Episcopo permissu nihil alienare licet.*

Item ex Concilio Aurelianensi III. *cap. 25.*

ABbatibus *d*, Presbyteris, cæterisque ministris de rebus Ecclesiasticis, vel sacro ministerio deditis alienare, vel obligare absque permissu, & subscriptione Episcopi sui nihil liceat. Quod qui præsumpserit, degradetur communione concessâ: & quod temerè præsumptum, aut alienatum est, ordinatione Episcopi revocetur.

C. XLII. ¶ *Res Ecclesiæ, quæ absente Episcopo distrahuntur, ad jus Ecclesiasticum revocentur.*

Item ex Synodo Ancyrana, *cap. 15.*

SI *e* quæ de rebus Ecclesiæ, cùm Episcopus non est, Presbyteri vendiderint, placuit rescisso contractu ad jus *f* Ecclesiasticum revocari. In judicio autem erit Episcopi constitutum *g*, si pretium debeat recipi, nec ne: propterea quòd sæpe contingit distractarum rerum reditus ampliorem summam pro accepto pretio reddi 1.

1 ¶ Reddi.] *Sic in quibusdam exemplaribus prisca versionis. In aliis verò est,* reddidisse. *Græcè legitur,* Διὰ τὸ πολλάκις τὴν ἴσην ὀφείλειν τιμὴν δοῦναι ἐὰν ἀποδῶσιν αὐτὰς τέσσαρας πλείονα τῆς τιμῆς: *id est,* propterea quòd sæpè rerum venditarum reditus majus pretium his ipsis reddiderit. *Sed ob glossam non est mutatum.*

C. XLIII. ¶ *Post mortem Episcopi res ad eum pertinentes Clerici non rapiant.*

Item ex Concilio Chalcedonensi *h*, *cap. 22.*

NOn liceat Clericis post mortem Episcopi sui rapere res pertinentes ad eum: sicut jam præcedentibus regulis constitutum habetur. Si verò hoc fecerint, periclitari se noverint in proprio gradu.

C. XLIV. ¶ *Rescindantur precaria, & commutationes ab invasoribus facta.*

Item ex Concilio Mediomatricis *i.*

PRecariæ *k*, & commutationes tempore viduatarum Ecclesiarum factæ ab his, qui loca Episcoporum occupaverant, rescindantur, & cum auctoritate Ecclesiastica, vel civili, si faciendæ sunt, fiant.

¶ *Quod hîc ex Concilio Mediomatricu citatur, in Concilio Meldensi refertur ex Concilio Bellnacensi, ex quo etiam citant Burchardus & Ivo. Sed quia in Concilio Galliæ & Germaniæ sæpè eadem repetuntur, non est mutata inscriptio. In adjectis Capitularibus, quæ ex Gallia sunt habita, inter cætera leguntur quædam capitula excerpta à Domno Rege Carolo & Principibus suis ex his capitulis, quæ anno DCCCCXLVI. ediderunt Episcopi in Synodis, &c. Quorum capitulorum unum est hoc,* ut precariæ & commutationes tempore viduatarum Ecclesiarum factæ ab his, qui loca Episcoporum occupaverunt, rescindantur, & cum auctoritate Ecclesiastica, vel civili denuò, si fienda, fiant.

C. XLV. ¶ *Pro labore inventarii nihil accipiant œconomi de rebus Ecclesiæ.*

Unde Gregorius *a Maximeano Syracusano Episcopo, lib. 3. epist. 11.*

CHaritatem tuam commonere curavimus, ut si quispiam Episcoporum de hac luce migraverit, vel (quod absit) pro suis fuerit remotus excessibus, convenientibus œconomis 1, cunctisque Clericis *b* primoribus, atque in sui præsentia inventarium Ecclesiæ rerum facientibus, omnia, quæ reperta fuerint, subtiliter describantur: nec (sicut antèa fieri dicebatur) species quædam, aut aliud quodlibet de rebus Ecclesiæ, quasi pro faciendi inventarii labore tollatur. *& infrà.* ¶ Visitatores Ecclesiarum, Clericique eorum, qui cum ipsis per non suæ civitatis parochias fatigantur, aliquod laboris sui capiant te disponente subsidium. Justum namque est, ut illi *c* consequantur stipendium, qui *d* pro tempore suum commodare reperiuntur obsequium.

1 ¶ Oeconomis,] *Sic etiam in omnibus vetustis: sed in originali tam impresso, quàm manuscripto legitur*, hierarchicis. *Ioannes Diaconus habet*, hieraticis.

C. XLVI. ¶ *Excommunicentur Laici, qui morientium Clericorum audent bona dispergere.*

Item ex Concilio Urbani Papæ *Arvernis celebrat.*

DE Laicis quæstio facta est, qui morientibus Episcopis, sive aliis Clericis res defunctorum invasas, Ecclesiæ, pauperibusque subripiunt. Contra quos commune totius Concilii anathema prolatum est, ipso Papâ hujusmodi sententiam promulgante. Si quis post interdicti præsentis cognitionem Episcoporum, seu Presbyterorum, aut aliorum Clericorum res invaserit, usque ad satisfactionem excommunicetur. ¶ Episcoporum verò deficientium res per Archipresbyterorum, seu Archidiaconorum manus, aut secundùm mortuorum judicium pro ipsorum salute in eleemosynas dispensentur, aut successori, qui futurus est, reserventur. Idipsum de Presbyterorum, seu Clericorum aliorum rebus per Episcopum, vel supradictas personas, aut cui deficientes commiserint, fiat. Si quis autem adversùs ista præsumpserit, anathema sit.

¶ *In titulo capitulorum Concilii Claremontensis (quod Arvernæ celebratum est) titulo penultimo, hæc leguntur ad caput hoc spectantia:* Ne aliquis Clericus res Episcoporum, vel Clericorum, vel in vita, vel post mortem eorum diripiat, vel in usus proprios conferat. Quòd si quis fecerit, anathema sit, & dictum est ab omnibus, fiat.

C. XLVII. ¶ *De eodem.*

Item Innocentius Papa II. *in Concilio Lateranensi, cap. 4.*

ILlud *e* quod in sacro Chalcedonensi Concilio constitutum est, irrefragabiliter conservari præcipimus: ut videlicet decedentium bona Episcoporum à nullo omninò hominum diripiantur, sed ad opes Ecclesiæ, & successoris sui in libera œconomi, & Clericorũ permaneant

a al. libertos ex familia. b al. libertos. c Ivo p. 3. c. 156. d Lib. 7. Cap. cap 273. Polyc. l. 3. tit. 21. e Anf. l. 6. cap. 162. f αὐταβαλλόντος τὸ κυριακόν. g al. si constitutum pretium. h Et in Aquisgran. c. 11. i In Meldensi, c. 21. k Burch. l. 3. c. 166. Ivo p. 3. c. 227. in Bellovacensi.

a Ioannes Diac. l. 3. c. 23. b al. Cleri. c al. illis. d al. quo. c Suprà eâd. non licent. Pann. l. 2. c. 141.

potestate. Cesset igitur de cætero illa detestabilis & læva rapacitas. Si quis autem amodò hoc attentare præsumpserit, excommunicationi subjaceat. Qui verò morientium 1 Presbyterorum, vel Clericorum bona rapuerunt, simili sententiæ subjaceant.

1 ¶ Morientium] *In vulgatis sequebatur*, Episcoporum: *quæ vox & à vetustis, & ab ipsis Concilio manuscripto abest. & frustrà repeteretur. Sunt autem ex originali addita paulo superiùs aliquot verba.*

Hoc non solùm de Laicis, verùm etiam de Metropolitanis, & quibuslibet aliis Clericis intelligendum est: sicut in sexta Synodo, *cap. 31. legitur.*

C. XLVIII. ¶ *Res Episcopi morientis Metropolitano non licet invadere.*

NOn liceat alicui Metropolitano, mortuo Episcopo, qui sub eo est, aut res ejus, aut Ecclesiæ suæ auferre: sed sint sub custodia Cleri Ecclesiæ defuncti Episcopi, usque dum alius ordinetur Episcopus. Si verò Clerici in Ecclesia non fuerint, tunc Metropolitanus illibata omnia Episcopo, qui ibi ordinabitur, reddat.

Sicut autem res Ecclesiæ nulli usurpare licet; ita Ecclesiæ alienas invadere non permittitur.

C. XLIX. ¶ *Alienæ Ecclesiæ non licet invadere.*

Unde Gregorius, *lib. 7. epist. 43. ad Benenatum Episcopum.*

SIcut Ecclesia propria res amittere non debet, ita eam rapacitatis ardore invadere alienas non oportet.

His omnibus auctoritatibus perspicuè monstratur, quòd nulli Sacerdotum res Ecclesiasticas alicui tradere licet: & ille, qui de manu Sacerdotis facultates Ecclesiæ acceperit, nullo jure eas vendicare poterit: sed potiùs cogetur restituere, quod illicitè accepit. Sed notandum est, quòd quibuslibet causis exigentibus, res Ecclesiæ distrahi possint. Causa enim necessitatis cum consilio Clericorum, vel ut meliora prospiciant, res Ecclesiæ à Sacerdotibus distrahi possunt.

C. L. ¶ *Nisi causâ necessitatis, nec Episcopo rem Ecclesiæ suæ usurpare licet.*

Unde in Africano Concilio a *legitur.*

NOn b habenti c necessitatem, nec Episcopo licet matricis Ecclesiæ 1 rem sui tituli usurpare.

¶ *Gratianus citat hoc ex Concilio Africano, & sequens ex Carthaginensi. Sed in unico Carthaginensi inserto in codice Canonum, hoc quidem est pars posterior, sequens verò prior capitis ejusdem, quod est ultimum, id est, XXXIII. & Burchardus, & Ivo integrum caput referunt ex Carthaginensi.*

1 ¶ Ecclesiæ] *In Codice Canonum, & apud Burchardum sequitur,* nec Presbyterorum: *apud Ivonem verò legitur,* nec Episcopo liceat rem matris Ecclesiæ ignorante Concilio, vel Presbyteris, suis titulis usurpare. *Post sequens autem caput apponetur integer Canon Græcè, nova cum versione.*

C. LI. ¶ *Nec Presbyteri ignorantibus Episcopis, nec Episcopi ignorante Concilio rem Ecclesiæ vendant.*

Item ex Concilio Carthaginensi unico, *c. ultimo.*

PLacuit d, ut Presbyteri non vendant rem Ecclesiæ, ubi sunt constituti, nescientibus Episcopis suis: quomodo nec Episcopis liceat vendere prædia Ecclesiæ inconsulto Concilio, vel cuncto 1 Presbyterio sine ulla necessitate.

1 ¶ Vel cuncto] *In canone unico Carthaginensis legitur,* vel Presbyteris suis. Non habente ergò necessitatem, &c. *ut proximo superiore capite, quemadmodum apud Burchardum etiam & Ivonem: licet ipsi legant,* habenti: *Græcè autem ita totus Canon habet.*

Ὁρίσαι ἡμεῖς, ὥστε τοὺς πρεσβυτέρους παρὰ γνώμην τῶν ἰδίων αὐτῶν ἐπισκόπων μηδὲν πραγματεύεσθαι τῶν ἐκκλησιαστικῶν, ἵνα καὶ ἀφαιρεῖται μὲν τρόπον τινὰ τοὺς ἐπισκόπους τὴν ἐξουσίαν πράττειν χωρὶς τῆς συνόδου, ἢ τῶν ἰδίων πρεσβυτέρων. μὴ οὔσης τινὸς ἀναγκαίας, μηδὲ ἐπισκόπῳ ἐξὸν κοινωνεῖσθαι πράγματος τῆς πόλεως τῆς ἐκκλησιαστικῆς μητρὸς.

Similiter placuit, ut Presbyteri præter suorum Episcoporum sententiam non vendant rem Ecclesiæ, in qua consecrantur: quemadmodum neque Episcopis licet prædia Ecclesiæ vendere insciente Synodo, vel propriis Presbyteris. Ergò, nisi adsit necessitas, neque Episcopo liceat abuti re aliquâ ex titulo Ecclesiasticæ matricis.

C. LII. ¶ *Nisi ut meliora prospiciat, rem Ecclesiæ non licet distrahere Episcopo.*

Item ex epistola Leonis Papæ, *universis Episcopis per Siciliam constitutis.*

SIne e exceptione decernimus, ne quis Episcoporum de rebus Ecclesiæ suæ quicquam donare, vel commutare, vel vendere audeat; nisi fortè aliquid horum faciat, ut meliora prospiciat, & cum totius Cleri tractatu atque consensu id eligat, quod non sit dubium profuturum Ecclesiæ. *& infrà.* ¶ Episcopus b rebus Ecclesiæ tanquam commendatis, non tanquam propriis utatur. Irrita enim Episcoporum venditio & commutatio rei Ecclesiasticæ erit absque conniventia 1, & subscriptione Clericorum.

1 ¶ Conniventia,] *Antè legebatur*, absque omnium conniventia. *Indicta verò est dictio*, omnium, *quæ neque in vetustis exemplaribus, neque in Decretalibus, cap. 1. de his, quæ fiunt à præl. neque apud cæteros colligere: habetur. Apud Ivonem, qui citat Concilium Carthaginens. IV. & in Pannormia, qui Leonem ex Concilio apud Valentiam, loco istius vocis,* conniventia, *est,* collaudatione.

Item domus urbium, vel castrorum, quæ Ecclesiæ plus commodi, quàm utilitatis afferunt, licet reliquis Ecclesiarum (sicut superiori capitulo Symmachi: [Non liceat Papæ, &c.] *continetur*) vendere, vel commutare.

C. LIII. ¶ *De eodem.*

Item, sicut in Agathensi Concilio, *c. 41. legitur.*

6 TErrulas d, aut vineolas exiguas, & Ecclesiæ minùs utiles, aut longè positas & parvas, Episcopus sine consilio fratrum (si necessitas fuerit) distrahendi habeat potestatem.

¶ *Capitulum hoc in aliquot vetustis codicibus est conjunctum superiori.*

Servos quoque fugitivos, qui revocati veterum possint, similiter Episcopi distrahere licet.

C. LIV. ¶ *Alienentur fugitivi, qui retineri non possunt.*

Unde in eodem Concilio, *cap. 48. legitur.*

FUgitivi domos suas, aut familias deserentes, qui etiamsi revocati fuerint, non possunt teneri, simili ratione ab Episcopo, si voluerit, aut si ita illi meruerint, distrahantur.

C. LV. PALEA.

[*Item* ex Concilio *apud Tanusicum c. 2.*]

INjustum f videtur & impium, ut mancipia, quæ fideles viri, seu fœminæ pro redemptione g animæ suæ Deo, & sanctis ejus consecraverint, cujuscunque muneris pretio, vel commutationis commercio iterum in seculare servitutem redigantur: cùm canonica auctoritas servos fugitivos tantummodò distrahi permittat. Et ideò omnes rectores Ecclesiarum summoperè caveant, ne unius eleemosyna, alterius peccatum fiat: & est ab

a *Ex tit Magunt. sub Rabano, cap. 2.* b *Burch. l. 3. c. 178. Ivo p. 3. c. 179.* c *al. habente.* d *Burch. ibid. Ivo ibid.*

a *Anf. lib. 5. c. 69. & l. 6. c. 189.* b *In Concil. Carthag. 4. c. 31. Ibid. c. 32. & ext. de his, quæ fiunt à præl. c. 1. Ivo p. 3. c. 167. Pann. l. 2. c. 16.* c *sup. cod.* d *Ivo p. 3. c. 180.* e *al. Carisiacum.* f *Ext. de rerum permut. c. injustum. Burch. l. 3. c. 174. Ivo p. 3. c. 235.* g *al. remedio.*

surdum

surdum, ut Ecclesiasticâ dignitate servus decedens, humanæ obnoxius sit servituti.

¶ *A Burchardo, & Ivone citatur ex Concilio apud Carisiacum: in Decretalibus verò tit. de rerum permut. ex Concilio apud Sylvanectum. Et habetur hæc Palea in plerisque vetustis Gratiani exemplaribus.*

7 pars. *Item si reliores Ecclesiæ de rebus propriis tantundem Ecclesiæ restituere voluerint, Ecclesiasticas facultates liberè dare possunt, & confirmabunt hæ, quibus data fuerint, perpetuâ firmitate.*

C. LVI. ¶ *Alienatio de rebus Ecclesiæ quomodo rata esse poterit.*

Unde in Agathensi Concilio, *c. 49. legitur.*

SI a quis quâlibet b conditione de rebus Ecclesiæ aliquid alienare præsumpserit, si de suo proprio tantum Ecclesiæ contulerit, quantum visus est abstuliſſe, tum demum illud stare licebit.

8 pars. *Item si servus Ecclesiæ libertate Episcopus donaverit, ea, quæ in manumissione data illi fuerint, perpetuâ firmitate tenebunt: si tamen quantitatem earumdem præfixam data non excesserint.*

C. LVII. ¶ *De eodem.*

Unde in eodem Concilio, *cap. 7. legitur.*

SI c quos de servis Ecclesiæ benemeritos sibi 1 Episcopus libertate donaverit, collatam libertatem à successoribus placuit custoditi, cum hoc, quod eis manumissor in libertatem contulerit. Quod tamen jubemus viginti solidorum numerum d, & modum in terrula, & vineola, vel hospitiolo tenere. Quod ampliùs datum fuerit, post manumissoris mortem Ecclesiæ revocetur.

1 ¶ Sibi] *Sic etiam legitur in editionibus Conciliorum, & duobus codicibus Vaticanis. Sed apud Ivonem, & in nov. vetusto Gratiani exemplari abest dictio,* sibi.

Sed notandum est, quòd servi Ecclesiarum manumitti non possunt, non retento Ecclesiastico patrocinio: nisi forte manumissor duos ejusdem meriti, & ejusdem peculii Ecclesiæ conferre voluerit.

C. LVIII. ¶ *De Episcopo, qui non retento patrocinio servos Ecclesiæ manumittit.*

Unde in Concilio Toletano IV. *cap. 67. legitur.*

EPiscopus e, qui mancipium juris Ecclesiæ non retento Ecclesiastico patrocinio, manumitti desiderat, duo meriti ejusdem, & peculii coram concilio Ecclesiæ, cui præeminet, per commutationem subscribentibus Sacerdotibus offerat, ut rata, & justa inveniatur diffinitio commutantis. Tunc etiam liberam manumissionem sine patrocinio Ecclesiæ concedere poterit: quia eum, quem libertati tradere disponit, jam juri proprio acquisivit. Hujusmodi f autem liberto, adversus Ecclesiam, cujus juris extitit, accusandi, vel testificandi denegetur licentia. Quod si præsumpserit, placet, ut stante commutatione in servitutem propriæ Ecclesiæ revocetur, cui nocere conatur.

Libertus enim (nisi venia impetratâ) patronum in jus vocare non permittitur. Unde in lib. 2. Digestarum, tit. de in jus vocando. l. fin. [¶ Si g sine venia edicti impetrata Libertus Patronum in jus vocaverit, ex querela Patroni, vel h supradictam pœnam, id est, quinquaginta aureos dat: vel à præfecto urbis i quasi inofficiosus castigatur, si inopiâ dignoscitur laborare.] ¶ *Si verò à collegio quis manumissus fuerit, non singulis, sed universitati reverentiam debet. Unde in eodem libro, tit. eod. l.* sed si hac. [¶ Qui k manumittitur à corpore aliquo, vel collegio, vel civitate, singulos in jus vocabit. Nam non est illorum libertus, sed reipublicæ honorem habere debet. ¶ Etsi adversùs rempublicam vel universitatem velit experiri, veniam edicti petere debet, quamvis actorem eorum constitutum in jus sit vocaturus.] *Si verò ingenuum Princeps facit, Patrem reverentiam non debet.* ¶ *In criminali verò causa, si libertus patronum in jus vocaverit, caput ejus & fortunas petiturus, ante litis exordium capite puniendus est. Crimen* b *verò læsæ majestatis excipitur, vel si Patronum illicito servi concubitu uti deprehenderit, quo casu, etiam servo cum munere libertatis Dominam accusare permittitur: sicut Cod. lib. 9. tit.* c *de mulieribus, quæ se propriis servis junxerunt. l. unicâ, Imperator Constantinus constituisse legitur:* [Si qua cum servo occultè rem habere detegitur, capitali sententiæ subjugetur, tradendo ignibus verberone. Sitque omnibus facultas crimen publicum arguendi: sit officio copia nuntiandi: sit etiam servo licentia deferendi: cui probato crimine libertas dabitur.] *In Patronos etiam testificari non possunt, nisi in quibusdam casibus, in quibus etiam servi in Dominos torqueri jubentur.*

a *Ivo part. 3. cap. 162.* b *al. pro qualibet.* c *Ivo part. 16. cap. 30.* d *al. numeri modum.* e *Polyc. lib. 3. tit. 13. Burch. lib. 3. cap. 176. Ivo part. 3. c. 237.* f *Ivo p. 16. c. 63.* g *tit. 4. l. 25.* h *al. vel quinquaginta aureorum pœnam dat:*] i *al. urbis.* k *leg. 29. §. qui manumittitur.*

C. LIX. ¶ *De eodem.*

Unde in libro eod. Codicis, *tit.* d *de quæstionibus. l. primâ. Impp.* Antoninus & Verus, A A.

QUæstionem de servis contra Dominos haberi non oportet, exceptis adulterii criminibus, item fraudati census accusationibus, & crimine majestatis, quod ad salutem Principis pertinet. ¶ In cæteris autem, quanquam ea, quæ servus contra Dominum dixit, judicaturi sententiam formare non debeant; tamen; si aliis quoque probationibus fides veritatis investigetur, præscriptionis invidia evanescit. ¶ In pecuniariis verò causis ex inopia 1 probationum servos contra Dominum posse interrogari manifestum est.

¶ *In aliquot vetustis codicibus caput hoc conjunctum est superiori.*

1 ¶ Ex inopia] *In antiquis codicibus Gratiani legitur,* nec inopia, *& sic videtur etiam legisse auctor glossæ. In antiquiore etiam editione codicis Justiniani, tit. de quæstionibus, l. quæstionem, eodem modo habet, eandemq; lectionem secutus est auctor illarum glossarum, & in Basil. tit. 50. de quæst. eadem est lectio. Sed quia in codice ab Haloandro edito legitur,* ex inopia, *& in l. Devus. ff. de quæstionibus, videtur statutum, ex inopiâ probationum etiam in causis pecuniariis posse torqueri servos, nihil est mutatum.*

C. LX. ¶ *De eodem.*

Item *ibidem, l. secundâ.*

INsolitum est, & grave exemplo, audiri servos adversùs tutores, vel matrem Dominorum suorum, nisi tutelæ agatur.

Si verò libertus suâ auctoritate à patrocinio Ecclesiæ recesserit, si admonitus redire contempserit, in servitutem revocabitur.

C. LXI. ¶ *De libertis Ecclesiæ, qui ab ejus patrocinio discedunt.*

Unde in Concilio Toletano IV. *cap. 70. legitur.*

LIberti e Ecclesiæ, qui ab ejus patrocinio discedentes quibuslibet personis adhæserunt, si admoniti redire contempserint, manumissio eorum irrita sit; quia per inobedientiæ f contemptum ingrati actione tenentur.

C. LXII. ¶ *Revocentur in servitutem Ecclesiarum liberti, qui contra ejus libertatem superbiunt.*

Item ex Concilio Hispalensi II. *cap. 8.*

OCtava discussio agitata est de quodam Elisæo ex familia Agabrensis Ecclesiæ; qui ab Episcopo suo traditus libertati, de libertate confestim ad contumaciæ

a *Ex l. si quis ex familiaribus.* b *C. qui accus. non poss.* c *titul. 11.* d *titul. 41. l. 1.* e *Burch. lib. 3. cap. 184. Ivo part. 3. cap. 344.* f *al. obedientia.*

morbum transilivit; sicque per superbiam non solùm ejusdem Episcopi veneficis *a* artibus salutem lædere voluit, sed etiam patronam Ecclesiam libertatis immemor prædamnavit. Adversùs quem ingrati actio, canonum & legum auctoritate, justè dirigitur: scilicet, ut immeritæ libertatis damno mulctatus, ad servitutis nexum revocetur. Talium *b* enim status, qui contra Episcopum suum, vel patronam Ecclesiam nituntur, decidi potiùs, quàm conservari convenit: ut quorum libertas pernicioſa est, sit salutifera servitus: & qui superbire noverunt adeptâ libertate 1, proditi, discant obedire subjecti.

1 ¶ Adeptâ libertate,] *Magna hoc loco est varietas in vetustis Gratiani codicibus. Nam partim concordant cum hac vulgata, partim habent*, ademptâ libertate proditi, *partim*, adeptâ libertate prædìti, *ut Concilium ipsum impressum & manuscriptum, etiam in codice Lucensi Regio. Apud Ivonem verò legitur*, adeptâ libertate elati, perditâ discant obedire subjecti.

C. LXIII. ¶ *A patrocinio non discedant Ecclesia Liberti ad sacros ordines promoti.*

Unde ex Concilio Toletano III. *cap. 6.*

DE Libertis autem hoc præcipit sancta Synodus, ut si qui Presbyteri, vel Diaconi 1 ab Episcopis facti sunt secundùm modum, quo canones antiqui dant licentiam, sint liberi: & tamen à patrocinio Ecclesiæ tam ipsi, quàm ab eis progeniti non recedant. ¶ Ab aliis quoque libertati traditi, & Ecclesiis commendati, patrocinio Episcopi *c* colligantur, & ne cuiquam donentur, à Principe hoc Episcopus postulet.

1 ¶ Presbyteri, vel Diaconi] *In Concilio Coloniæ quatuor tomis impressis, & in codice Lucensi Regio legitur*: De libertis autem id Dei præcipiunt Sacerdotes, ut si qui ab Episcopis, &c. *nullâ Presbyterorum, aut Diaconorum mentione factâ.*

Ne verò longinquitate temporis obscuretur conditio originis: tempore suæ manumissionis servabant Liberti professionem, quâ se profiteantur de familia esse Ecclesiæ, & ab ejus obsequio se nunquam recessuros.

C. LXIV. ¶ *Professionem suæ conditionis Liberti Ecclesiæ faciant.*

Unde in Concilio Toletano VI. *c. 9. legitur.*

LOnginquitate sæpè fit temporis, ut non pateat conditio originis. Unde jam decretum est in anteriori 1 universalis Concilii canone *d*, ut professionem suam Liberti Ecclesiæ debeant facere, quâ profiteantur se & de familiis Ecclesiæ esse *e*, & ejus obsequium nunquam relicturos. Unde his quoque nos adjicimus, ut quoties cursum vitæ Sacerdos impleverit, & de hac vita migraverit, mox cùm successor ejus advenerit, omnes Liberti Ecclesiæ, vel ab eis progeniti chartulas suas in conspectu omnium debeant ipsi substituto Pontifici publicare, & professiones suas in conspectu Ecclesiæ renovare: quatenùs status sui vigorem & illi obtineant, & obedientiâ eorum Ecclesia non careat. Si autem aut scripturas libertatis suæ intra annum ordinationis novi Pontificis manifestare contempserint, aut professiones renovare noluerint, vacuæ & inanes chartulæ ipsæ remaneant, & illi origini suæ redditi, sint perpetuò servi.

1 ¶ In anteriori] *Significatur Canon 69. Concilii Toletani quarti, qui proximo cap. refertur. Nam quartum illud Toletanum, quod fuit plenissimum, in sequentibus Toletanis vocari solet universale Concilium, ut in 5. cap. 2. & 7. & in 6. Concilio c. 1. 3. 7. & 18. Et in principio ipsius quarti Concilii Episcopi ajunt*, quoniam generale Concilium agimus.

a *al. maleficii.* b *Ivo p. 16. c. 66.* c *al. Episcopali regantur.* d *infrà eâd. c. proximo.* e *al. manumisseos.*

C. LXV. ¶ *Nec Liberti, nec eorum posteri a patrocinio discedant Ecclesiæ.*

Item ex Concilio Toletano IV. *cap. 63.*

LIberti *a* Ecclesiæ (quia nunquam moritur eorum patrona) à patrocinio ejusdem nunquam discedant, nec posteritas quidem eorum, sicut priores canones decreverunt. Ac ne fortè libertas *b* eorum in futura prole non pateat, ipsaque posteritas naturali ingenuitate obnitens, sese ab Ecclesiæ patrocinio *c* non subtraxit, necesse est, ut tam hi Liberti, quàm ab eis geniti *d* professionem Episcopo suo faciant: per quam ex familia Ecclesiæ Libertos effectos se esse fateantur, ejusque patrocinium non relinquant: sed juxta virtutem suam obsequium ei, vel obedientiam præbeant.

Pro remuneratione etiam impensi obsequii res Ecclesiasticæ utiliter possunt donari.

C. LXVI. ¶ *Quæ doribus Ecclesiæ in remunerationem obsequii præstantur, rata permaneant.*

Unde in Toletano Concilio IV. *cap 36. legitur.*

QUicunque Episcopi suffragio cujuslibet aliquid Ecclesiasticæ utilitatis providerint, & pro eo quodcunque commodum in remunerationem promiserint, promissi solutionem eos exolvere oportebit: ita ut id ad Concilium provinciale deferatur *e*, ut eorum consensu confirmetur, quia (sicut Paulus *f* ait) dignus est operarius mercede suâ.

C. LXVII. ¶ *Servi Ecclesiarum in eorum dominium transferri possunt, quos Ecclesiasticis utilitatibus deservisse viderint.*

Item Gregorius *lib. 2. indict. 11. epist. 18. Theodoro Consiliario.*

ECclesiasticis *g* utilitatibus desudantes, Ecclesiastick dignum est remuneratione gaudere, ut qui se voluntariis obsequiorum necessitatibus sponte subjiciunt, dignè nostris provisionibus consolentur. Quia igitur te 1 Theodorum, virum eloquentissimum, Consiliarium nostrum, mancipiorum cognovimus ministerio destitutum, ideò puerum nomine Acosinum, natione Siculum, juri, dominioque tuo dari, tradique præcipimus: quem quoniam traditum ex nostra voluntate jam possides, hujus te necesse fuit scripti *h*, pro futuri temporis testimonio ac robore largitatis, auctoritate fulciri: quatenùs, Domino protegente, securè eum semper, & sine ullius retractationis suspicione, quippe ut Dominus, valeas possidere 2.

1 ¶ Te] *Addita est vox ista, & cætera sunt emendata ex originali, ut intelligatur eundem esse, cui scribit, & cui fit donatio.*

2 ¶ Possidere.] *Apud B. Gregorium hæc sequuntur*: Neque enim quenquam fore credimus, qui tam parvam largitatem pro tua tibi devotione concessam desideret, ut tentet ullo modo revocare: cùm uno eodemque tempore & verecundum sit à decessoribus benè gesta resolvere, & verecundum sit docere cæteros in sua quandoque resolutoriam proferre largitate sententiam.

Miserationis quoque intuitu servi Ecclesiarum libertate donari possunt.

C. LXVIII. ¶ *Miserationis, & pietatis intuitu servi Ecclesiarum possunt manumitti.*

Unde Gregorius *Montano* i, & *Thomæ lib. 5. epist. 12. seu cap. 112.*

CUm Redemptor noster, totius conditor creaturæ, ad hoc propitiatus humanam voluerit carnem assu-

a *Polyc. lib. 3. tit. 12. Burch. l. 3. c. 183. Ivo p. 3. c. 243.* b *al. libertinitas.* c *al. patrocinio subtrahat.* d *al. progenies.* e *al. ductum, eorum conventu confirmetur.* f *1. Timoth. 5.* g *Polyc. l. 3. tit. 13.* h *abest ab orig.* i *al. Montani.*

mere,

mere, ut divinitatis suæ gratia, diruptō, quo tenebamur captivi, vinculo servitutis, pristinæ nos restitueret libertati: salubriter agitur, si homines, quos ab initio natura liberos protulit, & jus Gentium jugo substituit servitutis, in eo, in qua nati fuerant, manumittentis beneficio libertate reddantur. Atque ideò pietatis intuitu, & hujus rei consideratione permoti, vos Montanum *a* atq; Thomam, famulos sanctæ Romanæ Ecclesiæ, cui (Deo adjutore) deservimus, Liberos ex hac die, civesq; Romanos efficimus, omneque vestrum vobis relaxamus servitutis peculium 1. *& infra.* ¶ Hanc autem manumissionis paginam Paterio Notario scribendam dictavimus, & propriâ manu unà cum tribus Presbyteris prioribus, & tribus Diaconis, pro plenissima firmitate subscripsimus, vobisque tradidimus. Actum in urbe Romana.

1 ¶ Peculium.] *In vetusto codice epistolarum B. Gregorii Bibliotheca Vaticana legitur,* periculum.

Item servi Ecclesiarum publicis angariis non debent fatigari.

C. LXIX. ¶ *Servi Ecclesiarum publicis angariis non fatigentur.*

Unde in Concilio Toletano III. *c. 21. legitur.*

Ecclesiarum 1 servos *b*, & Episcoporum, vel Presbyterorum, vel omnium Clericorum à judicibus, vel actoribus publicis in diversis angariis fatigari dolemus. Propter quod omne Concilium à pietate gloriosissimi Domini nostri poposcit, ut tales deinceps ausus inhibeat: sed servi suprascriptorum officiorum in eorum usibus vel Ecclesiæ laborent. Si quis verò judicum, aut actorum, Clericum, aut servum Clerici, vel Ecclesiæ, in publicis ac privatis negotiis occupare voluerit, à communione Ecclesiastica, cui impedimentum facit, efficiatur extraneus.

1 ¶ Ecclesiarum] *In cæteris hujus Concilii exemplaribus impressis & manuscriptis, quæ collata sunt, & apud Ivonem legitur quemadmodum apud Cratianum: præterquam in editione quatuor tomorum, & codice Lucensi Regio, in quibus inutilem caput 21. sic habes:* Quoniam cognovimus in multis civitatibus Ecclesiarum servos, & Episcoporum, vel o. c. a. j. v. a. p in diversis angariis fatigari, omne Concilium, &c. *Et hic quidem nulla facta est mutatio: alia verò, in quibus omnes Conciliorum codices concordant, sunt emendata.*

Item pro alimonia pauperum, pro redemptione captivorum res sacras destrahi licet.

C. LXX. ¶ *Res sacræ quibus ex causis alienari debeant.*

Unde Ambrosius *ait lib. 1. de officiis, c. 28.*

Aurum *c* Ecclesia habet, non ut servet, sed ut eroget, & subveniat in necessitatibus. Quid opus est custodire, quod nihil adjuvat? An ignoramus *d*, quantum auri atque argenti de templo Domini Assyrii sustulerunt? Nonne melius conflat Sacerdos propter alimoniam pauperum, si alia subsidia desint, quàm si sacrilegus contaminata asportet hostis. Nonne dicturus est Dominus: Cur passus es tot inopes fame emori? Et certè habebas aurum, unde *e* ministrâsses alimoniam. Cur tot captivi deducti in commercium *f* sunt, nec *g* redempti, ab hoste occisi sunt? Melius fuerat, ut vasa viventium servares, quàm metallorum. His non posset responsum referri. Quid enim diceres? Timui, ne templo Dei ornatus deesset? Responderet: Aurum sacramenta non quærunt, neque auro placent, quæ auro non emuntur. Ornatus sacramentorum, redemptio captivorum est. Et verè illa sunt vasa pretiosa, quæ redimunt animas à morte. Ille verus thesaurus est Domini, qui operatur, quod sanguis ejus operatus est. *& post pauca.*

¶ Nemo enim potest dicere, cur pauper vivit? Nemo potest queri, quia captivi redempti sunt. Nemo potest accusare, quia templum Dei ædificatum est. Nemo potest indignari, quia humandis fidelium reliquiis spatia laxata sunt. Nemo potest dolere, quia in sepulturis Christianorum requies defunctorum est. In his tribus generibus vasa Ecclesiæ etiam initiata confringere, conflare, vendere licet. Opus est, ut de Ecclesia mystici poculi forma non exeat, ne ad usus nefarios sacri calicis ministerium transferatur. Ideò intra Ecclesiam primùm quæsita sunt vasa, quæ initiata non essent: deinde comminuta: postremò conflata, per minutas erogationes dispensata egentibus, captivorum quoque pretiis profecerunt. Quòd si desint nova, & quæ nequaquam initiata videantur, in hujusmodi usus, quos suprà diximus, arbitror omnia piè posse converti.

C. LXXI. ¶ *Non parietes templi ornare, sed pauperibus providere, gloria Episcopi est.*

Item Hieronymus *ad Nepotianum* a *de vita Clericorum.*

Gloria Episcopi est pauperum inopiæ *b* providere: ignominia Sacerdotis est propriis studere divitiis. Natus in paupere domo, & in tugurio rusticano, qui vix milio, & cibario pane rugientem saturare ventrem poteram, nunc similam & mella fastidio. *Item paulò inferius.* ¶ Multi ædificant parietes, & columnas Ecclesiæ subtrahunt *c*, marmora nitent, auro splendent laquearia, gemmis altare distinguitur: & ministrorum Christi nulla electio est. Neque verò mihi aliquis opponat dives in Judæa templum, mensam, lucernas, thuribula, patellas, scyphos, mortariola, & cætera ex auro fabrefacta. Tunc hæc probabantur à Domino, quando Sacerdotes hostias immolabant, & sanguis pecudum erat remissio *d* peccatorum: quanquam *e* hæc omnia præcesserint in figura, scripta autem sint propter nos, in quos fines seculorum devenerunt. Nunc verò, cùm paupertatem domûs suæ pauper Dominus dedicârit, portemus *f* crucem, & divitias lutum putemus. *Item ibidem in extremo.* ¶ Amico *g* qui; piam rapere, furtum est: Ecclesiam fraudare, sacrilegium est: accepisse, quod pauperibus erogandum sit, & esurientibus plurimis vel cautum esse velle, vel timidum, aut, quod apertissimi sceleris est, aliquid inde subtrahere, omnium prædonum crudelitatem superat. *Item ejusdem ad Paulinum* h, *de institutione Monachi.* ¶ Crates ille Thebanus, homo quondam ditissimus, cùm ad philosophandum Athenas pergeret, magnum auri pondus abjecit: neque putavit se simul posse & virtutes & divitias possidere. Nos suffarcinati auro Christum pauperem sequimur, & sub prætextu eleemosynæ pristinis opibus incubantes, quomodo possumus aliena fideliter distribuere, qui nostra timidè reservamus? Plenus venter facilè de jejuniis disputat. Non Hierosolymis fuisse, sed Hierosolymis benè vixisse, laudandum est.

Item largitate etiam Episcopo stipendium de rebus Ecclesiæ Clericis dare licet: cujus professio sub precariæ nomine fieri debet.

C. LXXII. ¶ *Qui beneficium ab Ecclesia accepit, ejus professionem nomine precariæ faciat.*

Unde in Concilio Toletano VI. *cap. 5.*

Sæpe *i* fit, ut proprietati originis obsistat longinquitas temporis. Quapropter providentes decernimus, ut si quis Clericorum 1 stipendium de rebus Ecclesiæ cujusquam Episcopi percepit largitate, sub precariæ nomine debeat professionem scribere: ut nec per

a *al. Montanum.* b *Lib. 6. Capit. cap. 290. Ivo p. 3. c. 138.* c *Polyc. l. 6. tit. 20. Ivo part. 3. c. 110. Anselm. l. 13. c. 28.* d *4. Reg. 24.* e *al. ut.* f *in vulgatis legebatur, in captivitatem ducti]* g *nec redempti? Cur tot ab hoste] sic.*

a *Epist. 2.* b *al. opibus.* c *substruunt,] vera lectio.* d *al. redemptio.* e *1. Cor. 10.* f *al. cogitemus.* g *13. quæst. 2. c. 10.* h *Epist. 13.* i *Ivo p. 6. c. 372.*

ventionem *a* diuturnam præjudicium afferat Ecclesiæ; & quæcunque in usu perceperit, debeat utiliter laborare: ut nec res divini juris videantur aliquâ occasione negligi, & subsidium ab Ecclesia, cui deserviunt, percipere possint Clerici. Quòd si quis eorum contempserit facere, ipse se stipendio suo videbitur privare.

1 ¶ Clericorum] *In codice Conciliorum Lucensi Regro sequitur*, vel aliarum quarumlibet personarum.

Religiosis quoque instituta ea, in quibus Ecclesiæ detrimentum non patitur, monasteriis tradi possunt.

C. LXXIII. ¶ *Licet religiosis instituta res Ecclesiæ alienare.*

Unde in III. Toletano Concilio, *c. 4. legitur.*

SI *b* Episcopus unam de parochianis Ecclesiis suis monasterium dicare voluerit, ut in ea Monachorum regulariter congregatio vivat, hoc de consensu Concilii sui habeat licentiam faciendi. Qui etiam si de rebus Ecclesiæ pro eorum substantia aliquid, quod detrimentum Ecclesiæ non exhibeat, eidem loco donaverit, sit stabile. Rei enim bonæ statuendæ sanctum Concilium dat consensum.

C. LXXIV. ¶ *Non ultra quinquagesimam partem rerum Ecclesiæ, monasterio, quod constituit, Episcopo licet conferre.*

Item ex Toletano IX. *cap. 5.*

BOnæ *c* rei dare consultum *d*, & præsentis habetur vitæ subsidium, & æternæ remunerationis expectare cernitur præmium. Quisquis itaque Episcoporum in parochia sua monasterium construere forte voluerit, & hoc ex rebus Ecclesiæ, cui præsidet, ditare decreverit, non ampliùs ibidem, quam quinquagesimam partem dare debebit: ut hâc temperamenti æquitate servatâ, & cui tribuit, competens subsidium conferat, & cui tollit, damna gravia non infligat. Ad Ecclesiam verò, quæ monasticis non informabitur regulis, aut quam pro suis magnificare *e* voluerit sepulturis, non ampliùs quàm centesimam partem censûs Ecclesiæ, cui præsidet, ibidem conferre licebit: eâ tamen cautelâ servatâ, ut unam tantummodò, quæ placuerit, ex his duabus remunerationem *f* assumat.

C. LXXV. ¶ *Jure proprietatis res Ecclesiæ monasteriorum ædificiis tradere licet.*

Item Gregorius *lib. 2. indict. 11. epist. 17. Gratioso Subdiacono.*

REligiosam *g* vitam eligentibus congruâ nos oportet consideratione prospicere, ne cujusquam necessitatis occasio aut desides faciat, aut robur (quod absit) conversationis infringat. Idcircò præsenti tibi auctoritate præcipimus, quatenùs domum positam in hac urbe, regione quartâ, juxta locum, qui appellatur, ad gallinas albas, vel hortum juris sanctæ Romanæ Ecclesiæ, cui auctore Deo præsidemus, in qua Campana quondam uxor 1 Patritii mansisse dignoscitur, simul & hortum atque hospitia, quæ intra eandem domum janua concludit, Floræ *h* Abbatissæ debeas tradere proprietatis jure proculdubiò possidendam: in qua domo monasterium Virginum (ubi cum congregatione sua habitare possit) Christo queat adjuvante constituere: & *i* tam ipsa, quàm quæ in ejus loco, honoreque successerit, prædictam domum, & hortum cum omnibus ad se pertinentibus (sicut diximus) quieto, inconcussoque jure à nobis pietatis consideratione concessâ valeat possidere.

1 ¶ Uxor] *In aliquot epistolarum editionibus, & nonnullis Gratiani exemplaribus non est ista dictio. In vetusto autem Vaticano epistolarum codice legitur*, quondam patritia.

Ecce ostensum est, quomodo res Ecclesiæ sine culpa dari possint, & constare his, quibus data fuerint.

a *al.* retentionem. b *Ivo p. 3 cap. 161.* c *Ivo part. 4. c. 170.* d *alt. conficium.* e *alt. munificare.* f *alt. remunerandum.* g *Anselmus lib. 3. cap. 31.* h *antea legebatur, eidem.* i *alt. aut*] *erra.*

QUÆSTIO III.

1 ps. NUnc quæritur, si ante tempus suæ ordinationis nihil habere videbantur, quid de his fieri debeat, qui sibi ordinationem suam invenisse noscuntur?

C. I. ¶ *De his, qui primum nihil habentes, tempore suæ administrationis aliqua acquirunt.*

De his ita statutum est in Concilio Carthaginensi *a* III. *c. 49.*

PLacuit *b* ut Episcopi, Presbyteri, Diaconi, vel quicunque Clerici, qui nihil habentes ordinantur, & tempore Episcopatûs, vel Clericatûs sui agros, vel quæcunque prædia nomine suo comparant, tanquam rerum Dominicarum invasionis crimine teneantur *c*, nisi admoniti Ecclesiæ eadē ipsa contulerint. Si autem ipsa propriè aliquid liberalitate alicujus, vel successione cognitionis obvenerit, faciant inde, quod eorum propositi congruit. Quòd si à suo proposito retrorsum conversi tentaverint, honore Ecclesiastico indigni tanquam apostatæ judicentur.

C. II. ¶ *De ministris, qui nulla Ecclesiæ ratione, sed sua voluntate aliqua acquirunt.*

Item ex Concilio Toletano IX. *c. 4.*

QUicunque de Sacerdotibus, vel ministris pro familiaritate, atque amicitia, vel præstatione, aut quoquomodo, aut per scripturæ seriem aliquid meruerint à quolibet percipere, in rebus Ecclesiæ non poterit numerari: sed quod exinde voluerint facere, ipsorum voluntatis arbitrio subjacebit. Quod si hoc post eorum mortem inordinatum fortasse remanserit, Ecclesiæ, cui præfuit, vel minister extitit, hoc sibi in perpetuum vendicabit.

Ecce quòd illa, quæ non ex officio Ecclesiastico, sed ex aliqua personæ suæ utilitate lucrativa est, potest dari, quibus voluerit.

2 pars. *Sed quæritur de his, quæ filii communiter cum Ecclesia, vel sequestratim pro remedio animæ offeruntur, vel de terra parte, quam de rebus parochialium Ecclesiarum filii dilectis acquirunt, si ea possint dimittere, quibus voluerint.*

C. III. ¶ *De Pontificibus, quibus ab extraneis, vel cum Ecclesia, vel sequestratim aliquod donatur.*

De his ita definitur in Concilio Agathensi, *cap. 6.*

POntifices *d*, quibus in summo Sacerdotio constitutis ab extraneis *e* aliquid, aut cum Ecclesia, aut sequestratim, aut dimittitur, aut donatur (quia hoc ille, qui donat, pro redemptione animæ suæ, non pro commodo Sacerdotis offerre probatur) non quasi suum proprium, sed quasi dimissum Ecclesiæ, inter facultates Ecclesiæ computabunt; quia justum est, ut sicut Sacerdos habet, quod Ecclesiæ dimissum est; ita & Ecclesia habeat, quod relinquitur Sacerdoti. ¶ Sanè quicquid per fidei commissum aut Sacerdoti, aut Ecclesiæ fortasse dimittitur, cuicunque alii postmodum profuturum, id inter facultates suas Ecclesia computare, aut retinere non poterit.

a *Et in Moguntino sub Rabano, capite 1.* b *Burch. lib. 3. c. 120. Ivo p. 3. c. 96. Pann. l. 2. c. 12.* c *al. teneantur obnoxii.* d *Extra, de testamentis, c. requisisti; Burch. l. 1. c. 107. Ivo p. 1. c. 111.* e *al. extraneis donatur.*

C. IV. ¶ *Episcopus tertiam partem sibi debitam Ecclesia relinquere potest.*

Item ex Concilio Toletano IX. *cap. 6.*

EPiscopus *a*, si tertiam partem, quam de rebus parochialium Ecclesiarum sanctione paternâ sibi debitam novit, aut ipsi Ecclesiæ, cujus res esse patebit, aut alteri Ecclesiæ, quàm elegit, conferre decreverit, & licitum mancat, & irrevocabile robur ejus sententiâ ferat.

QUÆSTIO IV.

QVòd autem quæritur, si desint, & Ecclesia rebus aliqua acquisisse noscuntur, eas provenant? ita definitur, in eodem Concilio Toletano IX. *c. 4.*

C. I. ¶ *De his, qui de suis, & Ecclesia rebus aliqua acquisisse noscuntur.*

SAcerdotes *b*, vel quicunque illi sunt, quibus Ecclesiasticarum rerum cura commissa est, quæcunque administrationis suæ tempore emerint, si de rebus propriis vel vile, vel carum habuerint, ad Ecclesiæ nomen, cui præsunt, chartarum conficere instrumenta procurent: non enim convenit, ut Ecclesia, quem suscepit extraneum, efficiat in alieno divitem, & in suo retineat fraudatorem. ¶ Hi verò, qui suarum rerum noscuntur habere compendium, ex omni re, quam post ordinationis suæ diem visi sunt acquisisse, sive nulla, sive aliqua sint instrumenta confecta, compensatione 1 tam juris sui, quàm Ecclesiasticarum rerum habità, si se utriusque rei quantitas exæquaverit, inter Ecclesiam & decedentis hæredes æquo jure conquisitio pertinebit.

1 ¶ Compensatione] *In Concilio ipso, cum vetustis exemplaribus collato, legitur*, compensatâ tam juris sui, quàm Ecclesiasticarum rerum habitudine.

Si quis verò pro compendio suarum rerum, Ecclesiæ rebus detrimentum intulerit, vel si occasione rerum Ecclesiasticarum in rebus propriis detrimentum passus fuerit, vicissim qua lucrum sentiunt, detrimentum patentibus resarcient.

C. II. ¶ *Resarcientur detrimenta Sacerdotis, vel Ecclesiæ, quæ alterius occasione aliter senserit.*

Unde in Concilio Bracharensi III. *cap. 5. legitur.*

QUicunque sub hoc neglectu res divinas laborare distulerit, placito speciali distringendus est, qualiter si de rebus, seu augmentis Ecclesiæ quæsitum laboribus suis propriè auxit, & ex hoc Ecclesiasticis rebus aut neglectum laboris exhibuit, aut minorationem, vel perditionem induxit, quicquid in rebus Ecclesiæ minuit, illi restituat, ex cujus rebus, atque suffragiis suos convictus fuerit ampliâsse labores. Quòd si aliquid pro utilitatibus Ecclesiæ, aut substantiæ expendit, aut dispendii, vel perditionis quippiam pertulerit, si hoc comprobari potuerit, totum illi à rebus Ecclesiæ ejusdem reformabitur, pro cujus utilitate id expendisse probatur.

Si verò de rebus Ecclesiæ tantummodo aliqua acquisisse noscuntur, & ad nomen Ecclesiæ instrumenta debent componere, nec aliquibus poterunt illa donare.

C. III. ¶ *De his, quæ Sacerdotes emunt, ad Ecclesiæ nomen scripturam faciant.*

Unde in Agathensi Concilio, *c. 14. legitur.*

PResbyter *c*, dum diœcesim tenet, de his, quæ emerit, ad Ecclesiæ nomen scripturam faciat, aut ab ejus, quam tenet, Ecclesiæ ordinatione discedat.

¶ *Caput hoc ab Ivone etiam, & auctore Panormia citatur ex Agathensi, in quo extat. In decretalibus verò, tit. de pecul. Cler. ex Concil. Arelatensi, & apud Burchardum, & in prima collectione decretalium, ex Concilio Arausico.*

a *Ivo part. 3. c. 171.* b *Ivo p. 3. c. 163.* c *Ext. de pecul. Cler. c. Presbyter. Burch. l. 3. c. 119. Ivo p. 3. c. 91. Pann. l. 2. c. 51.*

QUÆSTIO V.

TEstamenta verò non licet eum conficere, nisi de rebus propriis.

C. I. ¶ *Quomodo de rebus Ecclesiæ liceat testare Sacerdotibus.*

Unde Gregorius *scribit Deusdedit* 1 *Episcopo* a, *lib. 10. epist. 45.*

NUlli *b* dubium est, quia sicut Sacerdotibus res in Episcopatu acquisitas nulla est alienandi licentia; ita de his, quas antè habuerint, quicquid judicare voluerint, non vetamur. Itaque fraternitatem tuam tempore, quo ad nos fuit, questam esse recolimus, quòd quædam mobilia 2, quæ Constantius decessor vester Luminosæ ancillæ Dei, filiæ fratris sui, testamenti serie, legati titulo reliquit, jam Episcopus acquisisset, decrevisseque nos, ut si hoc constaret, nullum ex his Ecclesia vestra præjudicium pateretur. Quod & vos oportet recolere, & molestiam aliquam prædictæ ancillæ Dei non facere, nec ei sine cognitione de his, quæ possidet, quicquam auferre.

1 ¶ Deusdedit] *Antea legebatur*, Lucidio. *Restituta est inscriptio ex originali: quæ inscriptio integra est suprà, eâd. q. 2.* res in Episcopatu. *Illud enim caput in hoc continetur.*

2 ¶ Mobilia,] *In originali impresso, & manuscripto est*, immobilia: *sed non est mutatum propter Doctorum scripta: nonnulla verò alia sunt emendata.*

C. II. ¶ *De eodem.*

Idem *lib. 4. epist. 22. seu c. 66. Cypriano Diacono.*

OBitum Theodori Episcopi dilectionem tuam jam credimus cognovisse. Sed quia ipse testamentum dicitur condidisse, subtiliter te (ne quid de rebus Ecclesiæ suæ consumpsisset) oportet inquirere. Et siquidem eum exinde aliquid incongruè minuisse dideceris, ita age, ut res ipsæ ab eo, cujus interest, modis omnibus reparentur.

C. III. ¶ *Quæ monasterio ab Episcopo conferuntur, revocari non debent.*

Item Gregorius *Marciano Episcopo Ravennate, lib. 5. epist. 1. seu c. 101.*

QUia Joannes quondam decessor tuus 1, dum viveret, sæpiùs à nobis expetiit, ut ea, quæ in monasterio illo contulerat, quod juxta Ecclesiam sancti Apollinaris ipse construxerat, nostrâ debuissemus auctoritate firmare, & nos facturos hoc esse promisimus, fraternitatem vestram necessariò duximus adhortandam, ut nihil de his, quæ illic contulit, atque constituit, aliquo modo patiatur imminui, sed omnia firmâ studeat stabilitate servari. Hujus igitur monasterii, & collectarum illic rerum, quia in testamento, quod condidit, feciſse noscitur mentionem, sciendum vobis est, non ea nos ideò confirmâsse, quoniam supremam ejus sequimur voluntatem, sed quia ei hoc (sicut diximus) viventi promisimus. Hæc itaque sic solicitè fraternitas vestra implere festinet: quatenus & quæ in suprascripto monasterio constituit, & à nobis sunt firmata, serventur, & illa, quæ in damnum dari, vel fieri per testamentum suæ decrevit Ecclesiæ, nullam, prohibente nempe lege, obtineant firmitatem.

1 ¶ Joannes quondam decessor tuus,] *Hæc verba non sunt hoc loco apud B. Gregorium, sed ex superioribus hùc comportata.*

C. IV. ¶ *Quæ ante suam ordinationem, vel post, hæreditariâ successione acquisivit Episcopus, cui vult, derelinquat.*

Item ex Concilio Hispalensi.

¶ *Sic etiam citant Burchardus, & Ivo, & in Hispalensi primo habentur nonnulla ad hanc rem facientia. Sed integrum caput habetur in Concilio Parisiensi, l. 1. c. 14. & in Capitularibus, l. 5. c. 173. refertur inter alia decreta Concilii Parisiensis.*

FIxum *c* abhinc, & perpetuò mansurum esse decrevimus, ut Episcopus rebus sui juris, quas aut ante

a *al. Deusdato.* b *sup. eâd. q. 2. res in Episcopatu. Polyc. l. 4. tit. 19.* c *Burch. l. 1. c. 214. Ivo p. 3. c. 321.*

Episcopatum, aut certè in Episcopatu hæreditariâ successione acquisivit, secundùm auctoritatem canonicam quicquid vult, faciat, & cui vult, eas conferat. Postquam autem Episcopus factus est, quascunque res de facultatibus Ecclesiæ, aut suo, aut alterius nomine, quâlibet conditione comparaverit, decrevimus, ut non in propinquorum suorum, sed in Ecclesiæ, cui præest, jura deveniant.

De rebus verò Ecclesiasticis testari licet Episcopo, si tantundem de propriis restituat.

C. V. ¶ *Quomodo possunt esse rata, quæ de Ecclesia proprietate testamento legantur.*

Unde in Agathensi a Concilio, *c.31. statutum est.*

Si b Episcopus condito testamento aliquid de Ecclesiasticis juris proprietate legaverit, aliter non valebit, nisi tantundem de juris proprii facultate suppleverit.

2 pars. *Sed si Episcopus, vel quilibet ex gradu Ecclesiastico intestatus defunctus fuerit, nec aliqui inventi fuerint, qui jure cognationis ei succedant, Ecclesia sua ei succedat in integrum: nec licebit alicui aliqua ex rebus ejus præsumere.*

C. VI. ¶ *Episcopo intestato Ecclesia succedat in integrum.*

Unde in Tarraconensi Concilio, *c.12. statutum est.*

Si cubi defunctus fuerit Episcopus intestatus, post defunctionem ejus 1 à Presbyteris & Diaconis de rebus ipsius inventarium fideliter conscribatur, à minimo usq; ad maximum, id est, de utensilibus, vel de omni suppellectile: ita tamen, ut si quis exinde vel præsumpsisse aliquid, vel occultè fuerit tulisse convictus, secundùm furti tenorem restituat universa.

1 ¶ Defunctionem ejus] *Antèa legebatur*, hanc diffinitionem. *Emendatum est ex variis Conciliorum editionibus, & duobus codicibus Vaticanis, quemadmodum & nonnulla alia. In codice autem Lucensi Regio legitur*, post depositionem ejus.

C. VII. ¶ *De eodem.*

Item ex Concilio Triburiensi.

Quicunque c ex gradu Ecclesiastico sine testamento, & sine cognatione decesserit, hæreditas ejus ad Ecclesiam, ubi deservivit, devolvatur. Similiter de Sanctimonialibus.

¶ *Burchardus etiam, & Ivo extant capitulum hoc ex Concilio Triburiensi, cui præfuit Arnulphus. Sed in eo, quod extat, non habetur. Similima leguntur apud Iulianum antecessorem Novellâ 131. cap.18.*

CAUSA XIII.

Diœcesani cujusdam baptismalis Ecclesiæ, cladibus bellorum pressi, hostilis metu compulsi, domicilia sua transtulerunt in aliam diœcesim: prædia tamen antiqua non desiverunt colere: cœperunt persolvere decimas illi Ecclesiæ, in cujus diœcesim transierunt: & apud eam sibi elegerunt sepulturas. Transactis quinquaginta annis, Clerici, quibus quondam persolvebant decimas, cœperunt movere quæstionem in eos, qui ab istis accipiunt d *primitias & decimas: veniunt ad causam.*

1 *Modò primùm quæritur, si illi, quorum domicilia sunt in diœcesi hujus baptismalis Ecclesiæ, debeant persolvere decimas illi Ecclesiæ, & celebrare suas exequias apud eam Ecclesiam, in qua quondam hæc fiebant à parentibus eorum?*

2 *Secundò, an præscriptione temporis, jus percipiendi decimas, & funerandi tollatur?*

a *Et in Epaunensi, cap. 17.* b *Burchard. lib. 1. cap. 212. Ivo part.3.cap.326.* c *Burch.l.2. cap. 207. Ivo part.6.c.282.* d *al. acceperunt.*

QUÆSTIO I.

1 pr. Quòd presbyteri Ecclesiæ hæc omnia jure persolvenda sint, alleres hu argumentis probare contendunt. *Constat unamquamque baptismalem Ecclesiam habere diœcesim sibi legitimè assignatam: sicut & parochiales Ecclesiæ habent parochias sibi distributas.*

CAP. ¶ *Singuli Sacerdotes proprias debent habere Ecclesias.*

Unde Dionysius Papa *Severo Episcopo, epistolâ secundâ.*

Ecclesias a singulas singulis Presbyteris dedimus: parochias, & cœmeteria eis divisimus: & unicuique jus proprium habere statuimus: ita videlicet, ut nullus alterius parochiæ terminos, aut jus invadat; sed sit unusquisque suis terminis contentus, & taliter Ecclesiam, & plebem sibi commissam custodiat, ut ante tribunal æterni judicis ex omnibus sibi commissis rationem reddat: & non judicium, sed gloriam pro suis actibus accipiat.

In diœcesi autem designata quæcunque prædia colantur, proventus decimationum baptismalis Ecclesiæ assignatus debet solvi. Quæ ergò prædia hac intra terminos nostræ diœcesis constituta, & proventus decimationum nobis legitimè assignatus, nostræ Ecclesiæ persolvendus est.

2 pars. *Hu ita respondetur. Decima* b *à Deo ordinata sunt per Moysen, ut persolverentur à populo filiis Levi pro ministerio, in quo deserviebant ei in tabernaculo. Non accipiant filii Levi decimas, nisi ab eis, pro quibus offerebant preces & sacrificia. Quia ergò nos servimus Domino in tabernaculo, offerendo ei preces & sacrificia, & ipsi debent nobis persolvere decimas & primitias.* ¶ *Item, cùm decimæ darentur filiis Levi, non eidem offerenti persolvebantur, ut contempto Levitâ, qui servire ei elegerat, cui vellet decimas dare. Nam dictum c est:* [Levita qui tecum moratur & intra muros tuos habitat, comedet eas.] *Ideo ex singulis tribubus civitates ad habitandum acceperat ut unaquæque tribus illis persolveret decimas, quas sicum erat. Nam Moysis præcepit filiis Israël: (sicut legitur* d *in Deuteronomio)* [In loco, quem elegerit Dominus Deus vester, ut sit nomen ejus in eo, illuc omnia, quæ præcipio, conferetis holocausta, & hostias, & decimas, ac primitias manuum vestrarum, & quicquid præcipuum est in muneribus vestris, quæ voveritis Domino. Ibi epulabimini coram Domino Deo vestro, vos, & filii, & filiæ vestræ, famuli & famulæ, atque Levita, qui intra urbibus vestris commoratur. Neque enim habet aliam partem, atque possessionem inter vos.] *& infra.* [¶ Decimam frumenti, vini, & olei tui, primogenita armentorum, & pecorum, & omnia, quæ voveris, & sponte offerre volueris, & primitias manuum tuarum coram Domino Deo tuo, comedes ea in loco, quem elegerit Dominus Deus tuus, tu, & filius tuus, & filia tua, servus & famula, atque Levita, qui manet in urbibus tuis.] *Quia ergò nos intra muros urbis istarum fidimus, & eis habitatione junctis sumus, rectè ab eis decimas accipimus. Item aut Propheta* e: [Producens fœnum jumentis, & herbam servituti hominum.] *Fœnum & herba ex terra producitur: sed quibus? jumentis irrationabilibus eam, id est, hominibus colentibus eam* f, *& in hoc servientibus ipsi. Item Apostolus* g: [Communicet autem is, qui catechizatur verbo, ei qui se catechizat, in omnibus bonis.] *Hic Galatis. Corinthiis* h *autem probat specialiter sibi debere sumptus, qui eis spiritualia ministrabat, dicens:* [Si nos vobis spiritualia seminavimus, magnum est, si nos carnalia vestra metamus?] *Item i:* [Si alii potestatis vestræ

a *Polycarp.lib.4.tit.31. Burch.lib.3.c.43. Ivo p.3.c.47. Anselm. l.3.c.73. Pann. lib.2.c.42.* b *Numer.18.* c *Deuter.14. & 26.* d *Deut.12.* e *Psal.103.* f *alium.* g *Galat.6.* h *1.Cor.9.* i *Ibidem.*

participes sunt, quare non potiùs nos?] Item: [Quis plantat vineam, & de fructu ejus non edit?] *Nos plantavimus vineam, & vos vultis fructus ejus edere? Item præcepit a Dominus per Moysen, ut nemo mittat falcem in alienam messem. Hæc messis nostra est, & vos vultis falcem in eam mittere? Item* b: [Non alligabis os bovi trituranti.] *Nos sumus boves triturantes: vos vultis alligare os nostrum, & de nostra tritura vultis vobis quæritis? Item Apostolus* c: [Qui altario serviunt, de altario vivant.] *Sed numquid de eo, cui non serviunt? Item:* [Qui in sacrario operantur, cum sacrario participant.] *Sed numquid cum illo, in quo non operantur? Nos servimus altario: vos ei participare vultis? nos verò vacuos & inanes dimittere quæritis? Item Apostolus* d: [Laborantem agricolam oportet primùm accipere de fructibus suis:] *vos autem contrà quæritis? Nos sumus agricolæ laborantes: vos primùm vultis percipere de fructibus nostris? imò non primùm: quia nec ultimum nobis relinquere vultis. A principiis enim incipientes, paulatim serpitis, & totum usurpare contenditis: ut pro vobis videatur dictum, frustatim lupus comedit agnum. Item* e: [Quis militat stipendiis suis unquam? quis pascit gregem, & de lacte ejus non edit?] *Nos militamus: & vos stipendia nostra militiæ vobis quæritis? Nos gregem pascimus: & vos lac ejus, & lanam accipere vobis vultis? Sapere est, de alieno labore victum quærere, si tamen sapere est velle quod non possis.* ¶ *Item Dominus dixit* g *discipulis suis:* [In quamcunq; domum intraveritis, in eadem manete, edentes & bibentes, quæ apud illos sunt. Cùm autem intraveritis, primùm dicite, pax huic domui.] *Nos domum hanc ingressi sumus, & ei pacem obtulimus: vos autem quasi otiosi alieno cibo pasci gaudetis? Videte, ne in vos vertatur illud:* [Vide h, quid faciat otium, & cibus alienus.] ¶ *Item Propheta* i: [Sumite psalmum, & date tympanum.] *Isti à nobis sumunt psalmum, & vos ab eis quæritis tympanum?* ¶ *Item Leo quartus:* [De k decimis non tantum nobis, sed etiam majoribus nostris justo ordine visum est plebibus tantum, ubi sacrosancta baptismata dantur, debere dari.] ¶ *Quibus autem plebibus debentur? illis, à quibus baptisma accipiunt, an aliis? Nos enim baptizamus, & vos ab eis decimas sumitis? Honesta ista interpretatio est: utinam inveniatur, qui sic pro nobis interpretentur. Quia ergò nos rigamus populum hunc, imbrem doctrinæ ei ministrantes, quia colimus eum vomere prædicationis, corda ejus ad fidem aperientes, si non vultis sinere, vel* l *patiamini nobis eum fructificare* m, *& qualia vobis fieri non vultis, nobis inferre cavete: ne* n *si pergitis dicere, quæ vultis, audiatis, quæ non vultis.*

3 pars. *Ad hæc: Callidè quidem & multiplici argumentatione jura nostra auferre contenditis: ita, ut si fides verbis adhiberetur, non verba pro verbis, sed res pro verbis reportaretis. Sed Deo propitio, si verba dedistis, verba recipietis.* ¶ *Aquisivi nos, quòd ea, quæ vobis debentur, subripere quærimus, quia vestra persequimur. Sapienti quidem, & philosophica ore prolata sententia: suum persequi, etsi non aliena rapere? Unde ad vos hæc sententia manavit, nisi quia tanto ardore nostra concupiscitis, ut vestra putetis vobis auferri, cùm nos nostra consequimur? Unde, cùm causa nostra debitum finem fortita fuerit, exclamabitis:* Ah miser, crucior tantum o bolum esse ereptum ex faucibus. *Sed videte, ne damnum effusi unguenti vobis recompensare quæratis. Constituistis vos plantatores vinearum, fossores agrorum, trituratores arearum, rigatores camporum, & multa alia hujusmodi officia vobis assumpsistis: & debita vobis obsequia à nobis subtrahi conquesti estis. Sed nos non negamus, quod vestrum est. Bovi trituranti palea, & tegumenta servantur. Sint hæc vobis, & grana nobis relinquite. Pastinatores vinearum, fossores agrorum, rigatores camporum, trituratores arearum, diurnâ mercede acceptâ, provenientes fructus dominis relinquunt. Vos ergò receptâ mercede vestri operis in quotidianis oblationibus, & aliis obsequiis, quæ pro spiritualibus, quæ à vobis accipiunt, quotidiè deferuntur, provenientes fructus decimationum & primitiarum nobis relinquite.* ¶ *Item præcepit Dominus discipulis suis, ut comederent & biberent ea, quæ apud auditores suos erant, sed non jussit eis, ut dominos de domibus suis ejicerent, & rebus suis spoliarent. Non facilè invenietis, qui tales hospites libenter suscipiant. Mus in pera, ignis in sinu, serpens in gremio malè suos remunerant hospites. Vide in Proverbiis dicitur:* [Qui a serpentem in sinu suo nutrit, percutietur ab eo.] *Tales inveniatis vobis hospites, quales nobis esse vultis. Non sufficit vobis edere & bibere, quæ in domo nostra sunt, dum quotidianos fructus oblationum percipitis, ex quibus vestrum & vestitum habeatis: quibus cum Apostolo* b *debetis esse contenti: sed non vultis, quia imitatores ejus non estis: sed potiùs nos de domo nostra expellere, & rebus nostris nos penitùs expoliare contenditis, dum nec etiam eorum decimationes nobis relinquere vultis. Ut autem universaliter omnia colligantur, cuncta, quæ pro vobis inducta sunt, sive delaborante agricolâ, sive de eo, qui suis stipendiis non militat, ad hunc articulum deferimus, ut fructum vestri operis, quem adeò recipere contenditis, in oblationibus, & quotidianis obsequiis istorum recipiatis: decimationes verò eorum, quæ nobis debentur, intactas nobis relinquite: ne, dum quæritis usurpare quod vestrum non est, justâ animadversione etiam illud exigamini amittere, quod vobis aliquo modo videbatur competere. Quòd autem hæ decimationes nullo jure vobis debeantur, facilè probamus. Dicitur enim in quodam Concilio:* [Si c quis Laicus, vel Clericus, sive utriusq; sexûs persona proprietatis suæ loca, &c.] *sicut in eodem capitulo in causâ Monachorum notata invenitur. Si ergò Laicus, vel Clericus, vel quælibet persona, loca suæ proprietatis vendens aut donans, provenientes decimationum ab Ecclesiâ, cui legitimè assignatus est, nullo modo potest abstrahere; nec isti de diœcesi ad diœcesim transeuntes, decimas suorum prædiorum, quæ intra terminos nostræ parochiæ continentur, nobis auferre possunt. Quantum enim ad jus percipiendarum decimarum attinet, idem est possessorem de diœcesi ad diœcesim transire, quod possessionem de Diœcesano ad Diœcesanum transferre.*

a *Deuter. 25.* b *Deut. 25.* c *1. Cor. 9. sed paulo aliter.* d *2. Tim. 2.* e *1. Cor. 9.* f *Terentius.* g *Luc. 10.* h *Terentius.* i *Psal. 80.* k *16. q. 1. de decimis.* l *al. saltem patiuntur.* m *Tob. 4. Matth. 7.* n *Terentius.* o *Terentius.*

a *Extr. de Iudæis, c. etsi. citatur hoc tanquam vulgare proverbium, Serpens in gremio.*] b *1. Tim. 6.* c *16. q. 1. si quis Laicus.* d *16. q. 3. c. 2. 4. illud etiam. Anf. l. 3. c. 19. Burch. l. 3. cap. 143. Pann. l. 2. c. 63.* e *16. q. 3. licet in regulis.* f *16. q. 4.*

QUÆSTIO II.

1 pars. AD hæc, decimationes istæ, etsi jure vobis debentur, ut asseritis, tamen tricennalis oblectio vobis silentium imponit. Omnis enim possessio tricennaria præscriptione tollitur, vel quadragenaria (sicut possessiones religiosarum domorum) vel centenaria, sicut prædia sanctæ Romanæ Ecclesiæ.

C. 1. ¶ *Quæ triginta annis ab Episcopis possidentur, jure ab eis vendicantur.*

Unde Gelasius Papa *ait Episcopis Siciliæ, epist. 2. c. 2.*

FAcultates d Ecclesiæ, nec non & diœceses, si quæ ab aliquibus possidentur Episcopis, jure sibi vendicent, quod tricennalis lex conclusit: quia & filiorum nostrorum Principum ita emanavit auctoritas, ut ultra xxx. annos nulli liceat pro eo appellare, quod legum tempus exclusit.

At illi contrà. Cujus auctoritate nobis silentium imposuit, ejusdem auctoritate vestra ora claudimus. Ait enim idem Gelasius: [Nullâ e præsumptione statum Parochiarum, &c.] *Si ergò temporalis objectio diœcesim semel constitutam divellere non potest, patet, quòd nec vobis patrocinabitur, ut statum parochiæ nostræ mutantes, decimationes nobis quondam legitimè assignatas, vindicabili usurpatione vobis vendicetis.* ¶ *Quomodo autem distinguenda sint hæ auctoritates, in causâ Monachorum* f *invenietur.*

2 pars. *Nunc autem quæritur de jure funerandi: quæ harum Ecclesiarum habeat jus tumulandi istos? Sicut* Hiero-

nymus scribit, conjugati in uno sepulchro videntur esse ponendi.

Ait enim.

C. 11. ¶ *In sepulchro parentum suorum filii sunt collocandi.*

EBron b dicitur esse civitas quatuor 1 virorum, quia in ea sepulti sunt tres Patriarchæ in spelunca duplici cum tribus uxoribus suis, id est, Abraham & Sara, Isaac & Rebecca, Jacob & Lia, præter ipsum Adam & Evam uxorem suam. Tobias c dicit ad filium suum: [*Cùm aceperit Deus animam meam, corpus meum sepelies, & honorem habebis matri tuæ omnibus diebus vitæ ejus: & cùm ipsa compleverit tempus suum, sepelias eam juxta me in uno sepulchro.*] *Ibidem.* ¶ Quos d conjunxit unum conjugium, conjungat unum sepulchrum: quia una caro sunt; & quos Deus conjunxit, homo non separet.

1 ¶ Quatuor] *Sic emendatum est, cùm anteà legeretur,* trium. *Sic enim legitur apud B. Hieronymum in quæstionibus Hebraicis in Genesim, de locis Hebraicis, & in epitaphio Paulæ. Ac dictio Hebraica significat quatuor, & quatuor Patriarchæ hîc numerantur, qui ibi sepulti sunt: Abraham, Isaac, Iacob, & Adam cum uxoribus suis.*

C. 111.

Item Augustinus e.

3 UNaquæque f mulier sequatur virum suum, sive in vita, sive in morte. *Item Gregorius* g. ¶ Soror B. Benedicti sepulta est in sepulchro, quod ipse sibi præparaverat: ut quorum mens una fuit semper in Domino, eorum quoque corpora sepultura non separaret.

¶ *In plerisque vetustis caput hoc conjunctum est superiori, nec ipsa prorsus auctorum verba afferuntur.*

Item Ioseph h, *moriens in Ægypto, rogavit fratres suos, ut tempore visitationis sua ossa sua secum deferrent, & in sepulchro Patrum suorum ea collocarent.* ¶ *Item. Dictum* i *est Prophetæ, qui contra præceptum Domini comederat in Bethel:* [Non inferetur cadaver tuum in sepulchrum Patrum tuorum.] ¶ *Item. De nonnullis legitur in libro Regum:* [Obiit, & appositus est ad Patres suos,] *hoc est, in sepulchro Patrum suorum.* ¶ *Item. In Novo* k *Testamento B. Philippus legitur ædificâsse sibi sepulchrum, in quo ipse, & filiæ ejus quieverunt.* ¶ *Item. Beatus* l *Severus Ravennatum Archiepiscopus tumulum fieri jussit, in quo se, & uxorem, & filiam collocavit.* ¶ *His omnibus exemplis colligitur, quòd in sepulchris parentum corpora filiorum collocanda sunt. Quia ergò parentes filiorum apud priores Ecclesias sepulti sunt, & hi apud easdem debent tumulari.* ¶ *Econtrà, Adam,* m *ut asseritis, in civitate Arbea tumulatus est. Sed nunquid omnes filii ejus sepulti sunt ibi? tanta multitudo humani generis tam brevi tumulo non tam facile posset includi.* ¶ *Item Abraham* n *ibi sepultus est. Sed nunquid Ismael, & Madai, & alii, quos de Cethura genuit, ibi sepulti sunt?* ¶ *Item Isaac ibi sepultus est. Sed nunquid Esau cum eo tumulatus est?* ¶ *Item Iacob ibi collocatus est. Sed nunquid aliquis filiorum ejus præter Ioseph ibi sepultus est? Rachel quoq; non in Ebron, sed juxta Bethlehem* o *tumulata legitur. Exemplo igitur istorum liquet, quòd liberum est filiis sepelire in sepulchris Patrum suorum, & liberum est eis alibi pro locorum & temporum opportunitate corpori sua hospitium invenire. Non ergò hoc exemplo isti coguntur sepeliri in sepulchris Patrum suorum.* ¶ *Item, qua legibus definita sunt, mutare non licet. Qua autem legibus expressa non sunt, arbitrium sequuntur humanæ voluntatis. At legibus definitum est, quibus decima sint persolvenda, & ideò danti mutare non licet. Ubi autem quisque tumulandus sit, legibus expressum non est, & ideò in voluntate tumulandi consistit.*

C. IV. ¶ *Ultima voluntas defuncti servari debet.*

Unde B. Gregorius *ait.*

ULtima a voluntas defuncti modis omnibus conservari debet.

¶ *Sententia hujus capituli habetur lib. 3. epist. 9. in verbis, qua referuntur* 7. 16. q. 1. admonere. *item, lib. 9. epist. 10.* Necesse est, inquit, ut si impletum hoc fuerit, defuncti dispositio conservetur. *Sic enim in manuscriptis: licèt in vulgatis sit,* depositio conservetur.

4 ¶. *Quod de libero, & non de servo intelligendum est. Servus enim testamenti paginam condere non potest.*

C. V. ¶ *Servus testamentum facere non potest.*

Unde Gelasius Papa *scribit Honorio Episcopo.*

ILlud b etiam sinceritatem tuam volumus non latere, ad nos fuisse perlatum, quòd Amplius conductor (quem non solùm servum constat esse Ecclesiæ, sed ita ejus rationibus à multis temporibus implicatum, ut etiamsi esset ingenuus, donec rationicinia cuncta dedoceret, modis omnibus obnoxius haberetur) ausu temerario molitus fuerit condere paginam testamenti, cujus esset peculium Ecclesiastico juri legibus non dubitetur obnoxium. Quapropter his præsumptionibus, vice nostrâ, tua fraternitas contradicat: nec fieri prorsus aliquâ cessatione permittat. Ac si eidem quicquam humanitus forte contigerit, quia grandævus esse memoratur, nec ejus fine dilatione substantiam præcipiat humanitas tua filiis ejus duntaxat, quibus patrimonium probatur esse commissum, sub fideli descriptione contradi, donec universis temporibus, quibus hoc patrimonium gubernâsse cognoscitur, partes Dominicas reddere cogatur indemnes.

1 pars. *Quia ergò secundùm Gregorium ultima voluntas defuncti conservanda est, pro istorum voluntate corpora eorum sunt tumulanda, non pro arbitrio vestra dispositionis.*

C. VI. ¶ *Ubi quisque decimas persolverit, ibi sepulturam eligere debet.*

Item in Triburiensi Concilio *legitur.*

UBicunque d temporum vel locorum facultas tulerit, apud majorem Ecclesiam, ubi sedes est Episcopi, sepulturæ celebrentur. Si autem propter temporis vel loci asperitatem hoc difficile fuerit visum, apud Ecclesiam, in qua religiosorum Canonicorum, vel Monachorum, vel Sanctimonialium religiosa congregatio communiter degerit, sepeliatur. Si autem & hoc ineptum visum fuerit, ubi quis decimas persolvebat vivus, ibi sepeliatur & mortuus.

¶ *In Triburiensi impresso, cap. 51. habetur eadem sententia, sed non iisdem omnino verbis expressa.*

Quia ergò decimam nobis persolvebat vivus, & apud nos persolvendus est mortuus. Item, si quis de parœcia ad parœciam transiret, & ibi domicilium sibi collocaret, liber fallus à diœcesi prioris judicii, jurisdictioni illius judicis subjaceretur, in cujus provincia sedem sibi elegeret. Quia ergo isti à vestra diœcesi in nostram transferuntur, liberi à vestra detentione, nostro juri subjacentur. Nostrum est ergò jus funerandi eos.

Sed objicitur illud Melchiadis Papæ.

C. VII. ¶ *Propriâ temeritate sepulturam parentum relinquere non licet.*

PLacuit per omnia magno Concilio, ut nullus proprii arbitrii temeritate aliam Ecclesiam, nisi cui usus antiquorum parentum sepulturæ cautâ adire procuret: nisi jacere perhibetur, sepulturæ cautâ adire procuret: nisi infirmitatis causâ prapeditus, in aliam fuerit regionem quolibet negotio progressus. Ad hæc, si quis Prælatus

a in 9. Hebraicis in Genesim, & de locis Hebraicis. b Polyaarp. l. 3. tit. 3. Burchard. l. 3. c. 160. Ivo p. 3. c. 223. c Tob. 4. & 14. d Matth. 19. Burch. l. 3. c. 161. Ivo p. 3. c. 224. e Aliquid simile 9. conf. ff. c. 11. ex sententia aliquando matris suæ. f Pol. ibid. Burchar. lib. 3. c. 162. & 163. Ivo p. 3. c. 225. & 226. g B. Greg. lib. 2. Dial. c. 34. h Genes. 50. i 3. Reg. 13. k Rufinus hist. Eccl. l. 3. c. 31. l in vi. SS. tom. 1. & in pomario Ecclesiæ Ravennatis. m Gen. 25. n Genes. 35. 49. & 50. o in vulgatis legebatur, Bethel.

a 16. q. 1. admonere. b Ivo p. 16. c. 21. c al. unanimiter. d 16. q. 1. ubicunque. Burch. l. 3. c. 247. Ivo p. 3. c. 278.

contra

contra hoc agere fategerit, Ecclesiastico vinculo se subdi cognoscat.

Sed aliud est ex temeritatis superbia usum antiquorum parentum non sequi, atq; aliud, rationabili occasione novam sibi sepulturam eligere. Contra Melchiadis Papæ auctoritatem nititur, qui superbiâ, vel odio ductus, sive vanis persuasionibus, aut variis munusculis illectus, sepulturam parentum suorum sequi contemnit 1. *Secundum Gregorium autem liberam habet voluntatem, qui certa rationis causâ novum sui corpori quærit hospitium.* ¶ *Velut quidam distinguunt, libera est ultima voluntas cujusq; non in sepultura sibi eligenda, sed in testamento conficiendo. Unde & testamentum appellatur, quia eo quisq; liberè testatur, quod post suum decessum de propriis rebus fieri velit.* ¶ *Sed non videtur libera testatoris voluntas, cùm secundum Augustinum pro a numero filiorum debeat fieri testamentaria distributio facultatum: veluti, si quis habet unum filium, Christum putet alterum: si verò duos, Christum faciat tertium: & sic per ordinem. Et secundum Leonem, quisq; modestiam* b *eorum, qua Christo testatur, Ecclesia jubetur relinquere, apud quam fidei sacramenta suscepit. Sed illud* Augustini *non est jubentis, sed debentantis, ne quis iratus filium suum exheredaret, atq; totum Christo relinqueret.*

Ait enim in serm. 2. c *de vita Clericorum.*

1 ¶ Sequi contemnit.] *In duobus exemplaribus Gratiani Vaticanis sequitur:* Ait Leo Episcopus, &c *& ponitur integrum caput, relatum. extra, tit. de sepult. quod etiam refertur ab Ivone p. 7. c. 130. & ab Ans. l. 3. c. 35 & in Polyc. l. 4. tit. 34. ex Leone nono. Verùm in aliis duobus vetustis, & valdè emendatis hoc idem caput ponitur post versic.* Sacramenta susceptit. *Et certè verba ista,* & secundum Leonem, &c *indicant alicubi hanc Leonis auctoritatem à Gratiano esse relatam.*

C. VIII. ¶ *Pro numero filiorum pars hæreditatis Deo offeratur.*

Si d quis irascitur filio suo, & moriens exhæredat eum, si viveret, non eum placarem? non ei filium reconciliare deberem? Quomodo ergò cum filio suo volo, ut habeat pacem, cujus appeto hæreditatem? Sed planè sic faciat, quod sæpè hortatus sum. Unum filium habet; putet Christum alterum: duos habet; putet Christum tertium: decem habet; Christum undecimum faciat. & suscipio.

Hâc nimirum auctoritate mensura testatori præfigitur, non quam cogatur exolvere, sed quam prohibetur transcendere.

6 pars. *Oblationes ergo defunctorum qui reddere noluerit, excommunicetur.*

C. IX. ¶ *Excommunicentur, qui defunctorum oblationes Ecclesiis negant.*

Unde in Carthaginensi Concilio IV. c 93.

Qui e oblationes defunctorum aut negant Ecclesiis, aut difficulter reddunt, tanquam egentium necatores excommunicentur.

C. X. ¶ *Ut infideles ejiciantur ab Ecclesiis, qui defunctorum oblationes retinent.*

Item ex Concilio Vasensi I. *cap. 4.*

Qui f oblationes defunctorum retinent, & Ecclesiis tradere demorantur, ut infideles sunt ab Ecclesia abjiciendi: quia usque ad inanitionem fidei pervenire certum est hanc pietatis divinæ exacerbationem: quia & fideles de corpore recedentes, votorum suorum plenitudine, & pauperes consolatu alimoniæ, & necessariâ sustentatione fraudantur. Hi enim tales quasi egentium necatores, nec credentes judicium Dei habendi sunt. Unde & quidam Patrum hoc scriptis suis insecruit, congruente sententiâ, quâ ait: [*Amico a quippiam rapere, furtum est: Ecclesiam verò fraudare, sacrilegium.*]

C. XI. ¶ *Qui oblata Ecclesiis, aut testamento relicta retinere præsumpserint, excommunicentur.*

Item ex Concilio Agathensi, *c. 4.*

Clerici b, vel seculares, qui oblationes parentum aut donatas, aut testamento relictas retinere perstiterint, aut id, quod ipsi donaverint Ecclesiis vel monasteriis, crediderint auferendum, sicut sancta Synodus constituit, velut necatores pauperum, quousque reddant, excludantur Ecclesiis. ¶ Si quis autem Clericus furtum Ecclesiæ fecerit, peregrina ei communio tribuatur.

7 pars. *Item quæritur, an pro sepultura mortuorum aliquid sit exigendum?*

C. XII. ¶ *Pro sepultura nihil muneris exigendum est.*

Dehis ita scribit Gregorius c *lib. 7. regesti, indict. 2. epist. 55. Januario Episcopo Sardiniæ.*

Questa d est nobis Nereida fœmina clarissima, quòd ab ea centum 1 solidos pro filiæ suæ sepultura fraternitas vestra velit e exigere. *& inf.* ¶ Hoc autem vitium & nos, postquam, Deo auctore, ad Episcopatûs honorem accessimus, de Ecclesia nostra omninò vetuimus; & per pravam denuò consuetudinem nequaquam usurpari permisimus: memores, quia dum Abraham f à filiis Ephron 2, hoc est, à filiis Seor, sepulchri terram pretio ad humandum corpus conjugis postularet, præmium accipere renuit, ne commodum videretur de cadavere consecutus. Si ergò tantæ considerationis Paganus vir fuit; quantò magis nos, qui Sacerdotes dicimur, hoc facere non debemus? Unde ne hoc avaritiæ vitium vel in alienis denuò tentari præsumatur, admoneo. Sed si quando aliquem in Ecclesia vestra sepeliri conceditis, siquidem parentes ipsius, proximi, vel hæredes pro luminaribus sponte quid offerre voluerint, accipere non vetamus. Peti verò aliquid, aut exigi omninò prohibemus: ne (quod valdè irreligiosum est) aut venalis fortasse (quod absit) dicatur Ecclesia, aut vos de humanis videamini mortibus gratulari, si ex eorum cadaveribus studeatis quærere quolibet modo compendium 3.

1 ¶ Centum.] *Dictio ista abest à nonnullis exemplaribus Gratiani, & epistolarum B. Gregorii. Sed quia in aliis earundem codicibus etiam manuscriptis legitur, non est inducta.*

2 ¶ Ephron,] *Locus hic variè legitur. In epistola B. Gregorii magis recepta lectio hæc est,* à filiis Emor, hoc est, Ephron, filio Seor. *& Gen. 23. habetur,* intercede pro me apud Ephron, filium Seor.

3 ¶ Compendium.] *Post hoc caput in duobus antiquis exemplaribus recitantur duo Urbani secundi, qua placuit hîc asserri, ne plani intexirent, quod alibi non facilè invenientur, & unum eorum extat extra de sepult. c.* certificari. Urbanus II. Gothfredo Magalonensi Episcopo.

¶ Mortuorum, qui in monasteriis sepeliri desiderant, aut omninò juxta prædecessoris nostri Leonis decretum, partem eleemosynarum mediam, aut juxta dispensationem nostram in Lateranensi Concilio promulgatam, partem tertiam parochialibus Ecclesiis statuimus derelinquendam. Idem eidem.

¶ Capellanos quoq; Monachorum, sicut reliquos parochiæ tuæ Clericos, debitam tibi obedientiam persolvere volumus.

a *Inf. c. proximo.* b *Ex tit. de sepult. c. relatum.* c *Sive serm. 25. ad fratres in eremo. Omittuntur autem verba aliquot.* d *In Conc. Aquisg. 112. Ivo p. 3. c. 171.* e *Burch. l. 3. cap. 141. Ivo p. 3. c. 201.* f *Decretal. p. 4. Ivo p. 3. c. 155.*

a *Sup. 12. q. 2. gloria.* b *Burch. l. 3. c. 140. ex Concilio apud Valentias. Ivo p. 3. c. 206. Pann. l. 2. cap. 5.* c *Ex in Concil. Meldens. cap. 72.* d *Polyc. l. 2. tit. 5. Ivo p. 3. c. 101.* e *al. non grabo sed.* f *Gen. 23. Abr. 7.*

C. XIII. ¶ *Etiam coacti de sepultura pretium non debemus accipere.*

Item Hieronymus *in quæst. Hebr. ad c.23. Gen.*

POstquam *a* pretio victus est Ephron, ut sepulchrum venderet argento, licèt cogente Abraham, vau litera, quæ apud illos pro o legitur, ablata de ejus nomine est, & pro Ephron appellatus est Ephran: significante Scripturâ, non eum fuisse consummatæ, perfectæque virtutis, qui potuerit memoriam vendere mortuorum. ¶ Sciant igitur, qui sepulchra venditant, nec coguntur, ut accipiant pretium, sed à nolentibus quoque extorquent, immutari nomen suum, & perire quid de merito eorum: cùm etiam ille reprehendatur occultè, qui invitus acceperit.

C. XIV. ¶ *De eodem.*

Item ex Concilio Triburiensi, *c.16.*

IN *b* Ecclesiastico *c* namque libro scriptum est: [*Mortuo non prohibeas gratiam, siens, quoniam omnes timescemus.*] & item *d*: [*Omnia quæ de terra sunt, in terram convertentur.*] Quid terra terram vendis? memento, quoniam terra es, & in terram ibis 1, & quoniam mors tibi futura est: approperat, & non tardat. Recordare, quoniam non hominis est terra: sed ut Psalmista *e* commemorat: [*Domini est terra, & qui habitant in ea.*] Si terram vendis, invasione alienæ *f* rei reus teneberis. Gratis accepisti à Deo: gratis da pro eo. Quare interdictum sit omnibus omninò Christianis terram mortuis vendere, & debitam sepulturam denegare: nisi fortè proximi, & amici defuncti propter nomen *g*, & redemptionem animæ viri gratis aliquid dare velint.

1 ¶ Ibis.) *In codicibus vulgatis erat*, reverteris, *& sequebantur hæc*, & alibi de homine dictum est: terram terris, terram geris, & in terram converteris, qui de terra sumeris: *quæ sunt expuncta: quia absint à plerisque vetustis, & ab originali.*

C. XV. ¶ *De eodem.*

Item ex Concilio Varensi.

PRæcipiendum *h* est secundùm canonum auctoritatem, ut de sepulchris & hominibus sepeliendis nihil muneris exigant: nisi fortè qui sepelitur, vivens jusserit Ecclesiæ, in cujus atrio sepelitur, aliquid de suis rebus tribuere, aut etiam post mortem ipsius, illi, quibus commissum est ejus eleemosynam facere, de rebus illius aliquid sponte dare voluerint: & tamen nullatenùs à Presbyteris Ecclesiæ *i* illius aliquid exigatur, sive ab illis, qui locis & villis *k* præsunt. ¶ Prohibendum est etiam secundùm majorum instituta, ut in Ecclesia nullatenùs sepeliantur, sed in atrio, aut in porticu, aut in *l* exhedris Ecclesiæ. Intra Ecclesiam verò, & prope altare, ubi corpus & sanguis Domini conficitur, nullatenùs sepeliantur.

¶ *Extat in Concilio Namnetensi, c.4. ex quo citatur à Burchardo & Ivone: sed quia potuit esse repetitum in aliquo Varensi, seu Vasensi, non est mutatum. In epitome quidem Conciliorum est in Vasensi, c.3.*

C. XVI. ¶ *A sacris locis non juvantur post mortem, quibus peccata non sunt dimissa.*

Item Augustinus.

QUibus *m* peccata dimissa non sunt, à sacris locis post mortem adjuvari non possunt: quia, quos peccata graviora deprimunt, si in sacris locis se sepeliri faciunt, restat, ut de sua præsumptione judicentur: quia *n* eos sacra loca non liberant, sed culpa temeritatis accusat.

a *Pænor. l.2. c.26.* b *Ivo part.3. cap.215.* c *Eccles.7.* d *Eccles.40. Genes.32.* e *Psalm.23.* f *al. Dominica.* g *al. nomen Domini.* h *Burch. l.3. cap.159. Ivo part.3. c.222.* i *al. illis aliquid.* k *al. vicis.* l *al. extra Ecclesiam.* m *Polyc. l.3 tit.3. Burch. lib.3. c.152. Ivo p.3. c.214.* n *in Concil. Tribur. c.17.*

¶ *Caput hoc à Burchardo etiam & Ivone citatur ex Augustino, & nonnihil ad hanc rem faciens habetur in libro de cura agenda pro mortuis, c.1. sed videtur confectum ex duobus locis, lib.4. dialog. B. Gregorii; uno quidem in c.31. altero autem in c.33. quod refertur in Concil. Tribur. c.17. Nam capite quidem 31. cùm narrasset, quandam Sanctimonialem, quæ in Ecclesia sepulta fuerat, vosmet fuisse ibi cremari, ex eo colligit:* Qua ex re aperte datur intelligi, quia hi, quibus peccata dimissa non fuerint, ad evitandum judicium sacris locis post mortem non valeant adjuvari. *In c.autem 33. cum memorasset, corpus cujusdam Valentini è sepulchro per dæmonas fuisse extractum, & extra Ecclesiam projectum, hæc subjungit:* Ex quo Petre collige, quia his, quos peccata gravia deprimunt, si in sacro loco sepeliri se faciant, restat, ut etiam de sua præsumptione judicentur: quatenùs eos sacra loca non liberent, sed etiam culpa temeritatis accuset.

C. XVII. ¶ *Quibus prosit in Ecclesia sepeliri.*

Item Gregorius a *lib.4. dial. c.40.*

CUm gravia *b* peccata non deprimunt, hoc prodest mortuis, si in Ecclesia sepeliantur, quòd eorum proximi, quoties ad eadem sacra loca veniunt, suorum, quorum sepulchra aspiciunt, recordantur, & pro eis Domino preces fundunt. Nam quos peccata gravia deprimunt, non ad absolutionem potiùs, quàm ad majorem damnationis cumulum, eorum corpora in Ecclesiis ponuntur.

C. XVIII. ¶ *Qui sepeliantur in Ecclesia.*

Item ex Concilio Maguntiaco I. *c.52.*

NUllus *c* mortuus intra Ecclesiam sepeliatur, nisi Episcopi, aut Abbates, aut digni Presbyteri, vel fideles laici.

Quid verò mortuis prosit juxta Ecclesiam sepeliri, quidve ei obsit, pervenire, Augustinus in lib. de agenda cura pro mortuis, cap. ult. ostendit, dicens.

C. XIX. ¶ *Quare mortui juxta Ecclesiam sepeliantur.*

NOn *d* æstimemus *e* ad mortuos, pro quibus curam gerimus, pervenire, nisi quòd pro eis sive altaris, sive orationum, sive eleemosynarum sacrificiis solemniter supplicamus. Quamvis non pro quibus fiunt, omnibus prosint: sed his tantùm, quibus dum vivunt, comparatur, ut prosint. Sed quia non discernimus, qui sint, oportet ea pro regeneratis omnibus facere, ut nullus eorum pretermittatur, ad quos hæc beneficia possint & debeant pervenire. Melius enim supererunt ista eis, quibus nec obsunt, nec prosunt, quàm eis deerunt, *quibus prosunt.* ¶ Diligentius tamen facit hoc quisque pro necessariis suis, quò *f* pro illo fiat similiter à suis. ¶ Corpori autem humando quicquid impenditur, non est præsidium salutis, sed humanitatis officium, secundùm affectum, quo nemo *g* unquam carnem suam odio habet. Unde oportet, ut quam potest, pro carne proximi curam gerat, cùm ille recesserit, qui gerebat *h*. Et si hæc faciunt, qui carnis resurrectionem non credunt; quantò magis debent facere, qui credunt? ut corpori mortuo, sed tamen resurrecturo, & in æternitate mansuro, impensum ejusmodi officium sit etiam quodammodò ejusdem fidei testimonium. ¶ Quòd verò quisque apud memoriam Martyrum sepelitur, hoc tantùm mihi videtur prodesse defuncto, ut commendans eum etiam Martyrum patrocinio affectus pro illo supplicationis augeatur.

Econtrà Hieronymus *in epistola ad Galat. c.6. ad ea verba* [Unusquisque onus suum.]

C. XX. *Post mortem orationes viventium mortuis damnatis non prosunt.*

a *Nic. ad consulta Bulgarorum, c.93.* b *Quos]* scrip. *Polyc. ibid. Burch. l.3. c.153. Ivo p.3. c.216.* c *Burch. l.3. c.153. Ivo p.3. c.274.* d *Ivo p.2. c.131.* e *al. existimemus.* f *al. quod.* g *Ephes.5.* h *al. regebat.*

In præsenti

IN præsenti sæculo scimus sive orationibus, sive consiliis invicem posse nos coadjuvari. Cùm autem ante tribunal Christi venerimus, non Job, non Daniel, nec Noë rogare posse pro quoquam, sed unumquemque portare onus suum.

¶ *Verba B. Hieronymi sunt hæc:* Obscurè licèt, docemur per hanc sententiolam novum dogma, quod latitat, dum in præsenti sæculo sumus, sive, &c.

Verùm hoc de impœnitentibus accipiendum est, de quibus Propheta a dicit: Non dabit Deo placationem suam, nec pretium redemptionis animæ suæ: & ideò frater non redimet eum, sed laborabit in æternum, & vivet adhuc in finem. *De aliis autem intelligi non potest.*

C. XXI. ¶ *In pœnitentia defuncti bona prosunt viventium.*

Unde Gregorius Papa II. *Bonifacio Episcopo, epist. ultimâ.*

PRo b obeuntibus quippe consuluisse dignoscaris, si licèat oblationes offerre: sancta sic tenet Ecclesia, ut quisque pro suis mortuis verè Christianis offerat oblationes, atque Presbyter eorum memoriam faciat: & quamvis omnes peccatis subjaceamus, congruit, ut Sacerdos pro mortuis Catholicis memoriam faciat & intercedat: non tamen pro impiis (quamvis Christiani fuerint) tale quid agere licebit.

C. XXII. ¶ *Anima mortuorum quatuor modis solvuntur.*

Item c.

ANimæ 1 d defunctorum quatuor modis solvuntur, aut oblationibus Sacerdotum, aut precibus Sanctorum, aut charorum eleemosynis, aut jejunio cognatorum. ¶ Curatio e verò funeris, conditio sepulturæ, pompa exequiarum, magis vivorum solatia sunt, quàm subsidia mortuorum. Si aliquid prodest impio sepultura pretiosa, oberit pio vilis, aut nulla. & ʃ. ¶ Nec ideo tamen contemnenda & abjicienda sunt corpora defunctorum, maximeque justorum, ac fidelium. & ʃ. ¶ Ubi & illud salubriter discitur, quanta possit esse remuneratio pro eleemosynis, quas viventibus & sentientibus exhibemus; si neque hoc apud Deum perit, quod exanimis hominum membris officii, diligentiæque persolvitur.

1 ¶ Animæ] *Horum verborum usque ad vers.* Curatio. *nullus auctor inventus est. Ea Burchardus citat ex dicto Origenis. Ivo ex dictis Gregorii.*

C. XXIII. ¶ *Ante diem judicii sacrificiis & eleemosynis mortui juvantur.*

Item Augustinus *in Enchiridio, c. 109. & 110.*

TEmpus f. quod inter hominis mortem, & ultimam resurrectionem interpositum est, animas abditis receptaculis continet, sicut unaquæque digna est vel requie, vel ærumnâ, pro eo quod sortita est in carne, dum viveret. ¶ Neque negandum est, defunctorum animas pietate suorum viventium relevari, cùm pro illis sacrificium mediatoris offertur, vel eleemosynæ in Ecclesia fiunt. Sed hæc eis prosunt, qui cùm viverent, ut hæc sibi posteà possent prodesse, meruerunt. ¶ Est enim quidam vivendi modus, nec tam bonus, ut non requirat ista post mortem; nec tam malus, ut ei non prosint ista post mortem. Est verò talis in bono, ut ista non requirat: & est rursus talis in malo, ut nec his valeat, cùm hæc vita transierit, adjuvari. Quocirca hic omne meritum comparatur, quo possit post hanc vitam relevari quispiam, vel gravari. *& post pauca.* ¶ Cùm sacrificia altaris, sive quarumcunque eleemosynarum pro baptizatis defunctis omnibus offeruntur, pro valdè bonis gratiarum actiones sunt: pro non valdè malis, propitiationes sunt: pro valdè malis, etsi nulla sunt adjumenta mortuorum, qualescunque vivorum consolationes sunt. Quibus autem prosunt, aut ad hoc prosunt, ut fit plena remissio, aut certè, ut tolerabilior fiat ipsa damnatio.

2 pars. *De observatione autem tertii, septimi, trigesimi, vel quadragesimi dies quæritur, unde exordium sumpserit?*

C. XXIV. ¶ *Quare certi dies in mortuorum commemoratione servantur.*

Ambrosius *in lib. de obitu Theodosii Imperatoris dicit, ferè in principio.*

QUia a alii tertium 1 diem, alii tricesimum, alii septimum, alii quadragesimum observare consueverunt, quid doceat lectio, consideremus b. [*Defuncto*, inquit, *Jacob, præcepit Joseph pueris suis sepultoribus, ut sepelirent eum, & sepelierunt sepultores Israël, & repleti sunt ei quadraginta dies. Sic enim dinumerantur dies sepultura. Et luxit eum Israël 2 septem diebus.*] Hæc ergò sequenda solennitas, quam præscribit lectio. Sic etiam in Deuteronomio c scriptum est: [*Quia planxerunt filii Israel Moysem diebus triginta, & consummati sunt dies luctûs.*] Utraque ergò observatio habet auctoritatem, quâ necessarium pietatis impletur officium.

1 ¶ Alii tertium] *Apud B. Ambrosium legitur:* Quia alii tertium diem & tricesimum, alii septimum & quadragesimum. *Verum in Missalibus Romanis tam antiquis, quàm recentioribus, & Ambrosianis nulla est mentio diei quadragesimi, neque in c.* nullus. *sup. dist. 40. & infrà de consec. dist. 5. ex Concilio Nannetensi. Est tamen frequens apud Græcos.*

2 ¶ Israël septem] *Codices B. Ambrosii habent,* & luxit eum Ægyptus septuaginta diebus: *quemadmodum habet editio 70. & vulgata. Sed tamen visa est ferri posse lectio hæc, quæ est in omnibus etiam Gratiani manuscriptis: quoniam paulo post in eodem c. 50. Gen. hæc adduntur de Joseph, & cæteris filiis Israël:* Veneruntque ad aream Adad, quæ sita est trans Jordanem: ubi celebrantes exequias, planctu magno atque vehementi impleverunt septem dies.

10 pars. *Lugere autem, & tristari tam pro nostra, quàm pro aliorum morte* Cyprianus *prohibet, dicens in sermone de mortalitate.*

C. XXV. ¶ *Nec pro nostra, nec pro aliorum morte tristari debemus.*

QUàm præposterum est, quamque perversum, ut cùm Dei voluntatem fieri postulemus, quando evocat nos, & accersit de hoc mundo Deus, non statim voluntatis ejus imperio pareamus: obtemperemur & reluctamur: & pervicacium more servorum ad conspectum Domini cum tristitia, & mœrore perducimur, exeuntes istinc necessitatis vinculo, non obsequio voluntatis: & volumus ab eo præmiis cœlestibus honorari, ad quem venimus inviti. *Idem paulo inferiùs.* ¶ Nobis quoque ipsis minimis & extremis quoties revelatum est, quàm frequenter, atque manifestè de Dei dignatione præceptum est, ut contestarer assiduè, & publicè prædicarem, fratres nostros non esse lugendos, accersione d Dominicâ de sæculo liberatos, cùm sciamus non eos amitti, sed præmitti; precedentes præcedere, ut proficiscentes, & e navigantes solent.

C. XXVI. ¶ *Ex pusillanimitate mortuos lugere contingit.*

Item Joannes Chrysostomus *hom. 26. in c. 11. epist. ad Hebræos.*

UBicunque f sepeliamur, Domini est terra, & plenitudo ejus. Omninò sit, quod oportet fieri. Lugere autem, & deplorare, & lamentari eos, qui de hac vita decedunt, ex pusillanimitate contingit.

a *Psal. 42.* b *Polyc. l. 8. tit. 7.* c *al. Idem.* d *Polyc. l. 2. tit. 6. Burch. l. 19. cap. 112. Ivo p. 15. c. 224.* e *August. de cura pro mortuis. c. 2. & l. 1. de civit. c. 12. & 13.* f *Sent. 4. dist. 45. Anselm. l. 7. c. 170.*

a *Polyc. l. 8. tit. 7. Anselm. lib. 7. c. 169.* b *Gen. 50.* c *Deut. 34.* d *al. accersitione.* e *al. ut.* f *Psal. 23.*

Hoc autem ex desperatione futuræ resurrectionis intelligitur. Unde & Apostolus non simpliciter ait : a [Nolumus vos ignorare de dormientibus, ut non contristemini :] *sed addidit,* [sicut & cæteri, qui spem non habent.] *Pietatis namque affectu, & humanitatis intuitu mortuos lugere non prohibemur : sicut nonnullos Sanctorum, aliorum exequiis pias lachrymas impendisse legimus.*

C. XXVII. ¶ *Qui spem futuræ resurrectionis habent, de mortuis tristari non debent.*

Hinc etiam Anastasius Papa *epist. 2. ad Nersanum* b.

HAbent *c* forsitan illi justam longi doloris excusationem, qui vitam alteram nesciunt, qui de hoc sæculo ad melius esse transitum non confidunt. Nos autem, qui novimus, qui hoc credimus & docemus, contristari nimium de obeuntibus non debemus : ne quod apud alios pietatis tenet speciem, hoc magis nobis in culpa sit. Nam diffidentiæ quodammodo genus est, contra hoc, quod quisque prædicat, to queri 1 mœstitiâ, dicente Apostolo *d* : [*Nolumus vos ignorare de dormientibus, ut non contristemini, sicut & cæteri, qui spem non habent.*]

1 ¶ Torqueri] *Sic est emendatum ex epistola B. Gregorii, in qua hoc idem habetur. In epistola Anastasii legitur,* contra quod quisque prædicator quæritur, justitiam amans, dicente, &c. *In codicibus autem Gratiani etiam manuscriptis videbatur nostra esse lectio ex utraque, hoc modo,* contra hoc, quod quisque prædicat quærere, justitiam amans, dicente, &c.

C. XXVIII. ¶ *De eodem.*

Item ex Concilio Toletano III. *cap. 22.*

QUi divinâ vocatione ab hac vita recedunt, cum Psalmis tantummodo, & psallentium vocibus debent ad sepulchra deferri. Nam 1 funebre *e* carmen, quod vulgò defunctis cantari solet, vel in pectoribus se, aut proximos, aut familias cædere omninò prohibemus. Sufficiat autem, quòd in spe resurrectionis, Christianorum corporibus famulatus divinorum impenditur cantiorum. Prohibet enim nos Apostolus *f* nostros lugere defunctos, dicens : [*De dormientibus autem nolo vos contristari, sicut & cæteri, qui spem non habent.*] Et Dominus *g* non flevit Lazarum mortuum, sed ad vitæ hujus ploravit ærumnas resuscitandum. Si autem *h* potest hoc Episcopus omnes Christianos prohibere, agere non moretur. Religiosis *i* tamen omninò aliter fieri non debere censemus. Sic enim Christianorum per omnem mundum humari oportet corpora defunctorum.

1 ¶ Nam funebre] *Hinc usque ad vers.* sufficiat. *addita sunt ex originali, ut intelligatur, quæ illa sint, quæ in hoc canone prohibentur.*

11 pars. *De mortuis etiam quæritur, utrùm sciant ea, quæ hîc à vivis gerantur? Esaias* k *ex persona populi afflicti ait :* [Abraham pater noster nescivit.] *Augustinus quoque in libro de agenda cura pro mortuis, illud idem testatur, dicens, c. 15.*

C. XXIX. ¶ *Mortui ex se nesciunt, quæ hîc à vivis gerantur.*

FAtendum est, nescire quidem mortuos, quid hîc agatur, sed dum hîc agitur : posteà verò audire ab eis, qui hinc ad eos moriendo pergunt, non quidem omnia, sed quæ sinuntur indicare, qui sinuntur etiam ista meminisse, & quæ illos, quibus hæc indicant, oportet audire. Possunt & ab Angelis, qui rebus, quæ aguntur hîc, præstò sunt, audire aliquid mortui, quod unumquemque illorum audire debere judicat, cui cuncta subjecta sunt. *&c.* ¶ Multi 1 quoque ad vivos, aliquos ex mortuis venire credunt, sicut econtrariò Paulum ex vivis in Paradisum raptum esse divina Scriptura testatur.

1 ¶ Multi quoque] *Apud B. Augustinum sic legitur:* Mitti quoque ad vivos aliquos ex mortuis, sicut econtrario Paulus ex vivis in paradisum raptus est, divina Scriptura testatur. *Sed ob glossam non est emendatum. Veritatem verba sententia confirmat B. Augustinus aliquot aliis exemplis Scripturæ sacræ : quare ex textu depravato auctor glossæ errandi occasionem sumpsit.*

12 pars. *De his autem, qui in patibulis suspenduntur, quæritur, an juxta Ecclesias sint sepeliendi? De quibus in Maguntinensi a* Concilio II. *sub Rabano c. 27. ita statutum est.*

C. XXX. ¶ *Non est deneganda communio his, qui in patibulis suspenduntur.*

QUæsitum *b* est ab aliquibus fratribus de his, qui in patibulis suspenduntur pro suis sceleribus, post confessionem Deo peractam, utrùm cadavera eorum ad Ecclesias deferenda sint, & oblationes pro eis offerendæ, & Missæ celebrandæ, an non? Quibus respondimus, si omnibus de peccatis suis puram confessionem agentibus, & dignè pœnitentibus communio in fine secundùm canonicum jussum danda est : cur non 1 eis, qui pro peccatis suis pœnam extremam persolvunt? Scriptum *c* est enim : [*Non vindicat Deus bis in idipsum.*]

1 ¶ Cur non eis,] *Restitutus est hic locus ex epistola Maguntino, & Vormaciensi, indultis aliquot verbis, qui prius perturbabant, quàm illustrarent.*

C. XXXI. PALEA.

FUres *d* & latrones, si in furando aut deprædando occidantur, visum est pro eis non orandum. Si comprehensi, aut vulnerati, Presbytero vel Diacono confessi fuerint, communionem 1 eis non negamus.

1 ¶ Communionem] *Anteà legebatur,* confessionem. *Emendatum verò sic est ex Burchardo, Ivone & Decretali quibus locus hoc idem citatur ex Concilio Triburiensi, & in eo, quod extat, habetur sententia c. 31. copiosius exposita : ubi etiam Diacono nulla fit mentio, sed uta dicitur,* Deoque & Sacerdoti.

C. XXXII. ¶ *De eodem.* PALEA.

[*Item ex Concilio Aurelianensi.*]

SI *e* fur, aut latro captus in præda, absque occisione potest comprehendi, & tamen interficitur, quia ad imaginem Dei creati, & in nomine ejus baptizati sunt, interfectores eorum quadraginta diebus non intrent Ecclesiam. Laneâ veste induti ab escis & potibus, qui interdicti sunt, à thoro, à gladio, ab equitatu se abstineant. In tertia, quinta feria, & sabbatho, aliquo genere leguminum, vel olerum, & pomis, parvisque piscibus, cum mediocri cervisia vicissim utantur, & temperatè. Sin autem à veridicis comprobatur testibus, quòd sine odii meditatione se, suaque liberando, Diaboli membra interfecerint, & 1 capi non poterant, pœnitentiam pro homicidio eis non injungimus : nisi ipsi voluerint aliquid, quod humanitatis est, facere. At si Presbyter est, non deponatur : cunctis tamen diebus vitæ suæ pœnitentiam agat.

¶ *Sic in omnibus codicibus, in quibus est hæc Palea, & apud Burchardum, & Ivonem, & in Decretali : ex quibus sunt multa emendata, & magni ponderis.*

1 ¶ Et capi non poterant,] *Loco istorum verborum in codicibus Gratiani erant hæc,* & pariter pœniteant : *quæ videntur pugnare cum proximè sequentibus,* pœnitentiam pro homicidio eis non injungimus. *Restitutus autem est locus ex cæteris collectoribus.*

a *1. Thess. 4.* b *Et in regesto B. Gregorii, lebr. 7. epist. 111.* c *Anselm. l. 7. cap. 171. Burch. l. 19. cap. 129. Ivo p. 11. cap. 139.* d *1. Thessal. 4.* e *al. funeris precamen.* f *1. Thessal. 4.* g *Ioann. 11.* h *al. enim.* i *al. Ariolgiosis.* k *Esa. 63.*

a *Et in Vormaciensi, c. ult.* b *Burch. l. 11. c. 76. Ivo p. 14. c. 124. Panor. l. 5. c. 22.* c *Num 1. secundum 70.* d *Extra de fur. c. 2. In Triburiensi. cap. 31. Polyc. l. 8. tit. 18. Burch. l. 11. c. 54. Ivo p. 13. c. 45.* e *Sententia habetur extrà de hom. c. 2. Polyc. ibid. Burch. l. 11. c. 60. & l. 19. c. 4. interfectis fuerint. Ivo p. 11. c. 41.*

CAUSA XIV.

Quidam a amici a cujusdam Ecclesiæ quæstionem movent de prædiis: testes ex fratribus suis producunt: negotiatoribus pecuniam credidérunt, ut ex eorum mercibus emolumenta acciperent.

1 Hic primùm quæritur, an liceat eis sua repetere?
2 Secundò, an illi testes sint audiendi?
3 Tertiò, an illud sit usuras exigere?
4 Quartò, an liceat Clericis vel Laicis à quolibet usuras expetere?
5 Quintò, an eleemosyna de usuris fieri possint?
6 Sextò, an usurarii pœnitentiam agere valeant, nisi, quod malè acceperunt, restituant.

QUÆSTIO I.

Quòd autem sua repetere non possint, facilè videtur posse probari. Ait enim Dominus in Evangelio b: [Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus.] Quia ergò isti iter perfectionis arripiunt, non licet eis sua habere. Multò ergo minus licet eis repetere: quia non debet repeti, quod possidere non licet. ¶ Item c: [Si quis voluerit tunicam tuam tollere, & in judicio tecum contendere, dimitte ei & pallium.] ¶ Item Apostolus in epist. ad Corinthios d: [Secularia igitur judicia si habueritis, omninò peccatum est in vobis.] ¶ Item Gregorius e exponens: [Omnia mihi licent: sed ego sub nullius redigar potestate,] inquit: [Cùm mens concepta desideria sequitur, servire rebus convincitur, quarum amore superatur.]

C. I. ¶ *Pro rebus transitoriis Episcopus provocatus non litiget.*

Item ex Concilio Carthaginensi IV. *cap. 19.*

Episcopus nec provocatus pro rebus transitoriis litiget.

Quia ergò generaliter perfectis prohibetur in judicio contendere, patet, quòd istis non licet stare coram judice. ¶ *His ita respondetur. Prohibetur perfecto in judicio stare, captando lucrum, sed non evitando damnum. Vel aliter: Aliud est sua possidere: aliud est communium procuratorem esse. Canonici non possident sua: quia res Deo oblatæ non sunt alicujus. Utuntur enim rebus Ecclesiæ, non ut suis, sed tanquam ad dispensandum sibi creditis. Unde Prosper in lib. de vita contemplativa:* [Sacerdos f cui dispensationis cura commissa est, &c.] *requiretur in causa ejus, à quo pro ingressu monasterii pecunia exigebatur.* ¶ *Sicut ergò isti non sua possident; ita nec sua repetunt; sed res Ecclesiæ, quarum procurationem gerunt. Similiter, quòd in judicio prohibentur contendere, sic intelligendum est, videlicet, ut non sibi stent coram judice, sed aliis. Alias autem coram judice adstitisse, & pro eis judicem interpellâsse, nonnullos Sanctorum legimus. Hi autem non sibi stant, sed pauperibus, quorum necessitatibus profutura repetunt: & ita non prohibentur stare coram judice.* ¶ *Illud verò Evangelii:* [Si quis abstulerit tibi tunicam, &c.] *non est præcipientis, sed exhortantis.*

C. II. ¶ *Peccat, qui ultrà debitum exigit, non qui sibi debita reposcit.*

Unde Augustinus *ait lib. 19. contra Faustum, c. 25.*

Quod debetur, etsi benignè dimittitur, non tamen iniquè repetitur. Peccat autem, qui exigit ultra debitum: ideoque lex modum figens, pœnam talionis instituit. Sed tu eò longè es à peccato injustè exactoris, quòd omninò non exigis debitum: ideoque bonus magister g ait: [Qui te percutit in unam maxillam, præbe ei & alteram:] præsertim ne cogamur & ipsi reddere debitum ab eo, qui nullum habet debitum.

¶ *In aliquot vetustis exemplaribus capitulum hoc conjunctum est superiori, & consultum est ex verbis S. Augustini, lib. 19. contra Faustum, c. 25. hinc inde acceptis, & interdum etiam immutatis. Quæ præstat integrum illud caput perlegere.*

Sic & cætera accipias.

2 *ad. Clerici.* b *Matth. 19. Luc. 18. Marc. 10.* c *Matth. 5. & 1. Cor. 6.* d *L. 2. moral. c. 1. ad. 3. c. Iob.* f *Sup. 1. q. 2. Sacerdos.* g *Luc. 6. Matth. 5.*

C. III. ¶ *De eodem.*

Item *in lib. de sancta virginitate 1, c. 14. & 15.*

Quisquis a præceptis non obtemperat, reus est, & debitor pœnæ. *& paulò post* b. ¶ Præcepto Domini non obedire, peccatum est: consilio si uti nolueris, minus boni adipiscêris, non mali aliquid perpetrabis. *Item Hieronymus* c *lib. 1. contra Iovinianum.* Quod præcipitur, imperatur: quod imperatur, necesse est fieri: si non fiat, pœnam habet. *& infrà.* ¶ Ubi consilium datur, offerentis arbitrium est: ubi præceptum, necessitas est servientis 2.

1 ¶ Virginitate,] *Restituta est citatio ex Polycarpo. Antèa citabatur,* ex sermone Domini in monte. *Sic etiam §.* Quod præcipitur, *restituta est à B. Hieronymo.*

2 ¶ Servientis.] *Sequebantur hæc verba,* ut obediat; vel imperantis, ut ei obediatur: *quæ sunt expuncta auctoritate codicum vetustorum. & originalis.*

QUÆSTIO II.

De eo autem, quod quæritur, an de suis fratribus testes producere possint, multis auctoritatibus videtur esse prohibitum. Leges enim tam sacrorum canonum, quàm secularium Principum prohibent adversùs aliquem d *testem de sua domo produci. Contra se enim quisque testari potest, pro se verò minimè. Quia ergò isti producuntur, ut pro seipsis testimonium ferant: (Non enim utilitatis suæ Ecclesiæ se penitus immunes arbitrantur futuros;) patet, quod eorum vox in talibus non est audienda. Sed distinctio e hæc, & testium examinatio in criminalibus causis servanda est; in civilibus autem non usquequaque. In criminali enim causa non licet testem de propria domo produci, in civili autem Prælatis Ecclesiæ licet.*

C. I. ¶ *Clerici pro suæ Ecclesiæ testimonium ferre possunt.*

Unde Paschalis II. *Guidoni Archiepiscopo Viennensi, Apostolicæ sedis Legato scribit, dicens.*

Super prudentia tua plurimùm admiramur, quòd in negotio beati Stephani, Clericorum ipsorum acceptare nolueris testimonium. Diversæ namque sunt species causarum: nec in omnibus causis crimina agitantur. In criminibus f siquidem, accusatorum & testium illa districtio observanda est, quæ in canonibus continetur; ne qui ad probationem domestici assumantur. Cæterùm in possessionum, vel hujusmodi negotiis hi potissimùm assumendi sunt, qui eadem negotia tractaverunt, de quorum auditu & visu hæsitatio esse non debeat. Si ergò iidem Clerici idonei sunt ad assertionem causæ illius, nullatenus removeantur: sed sicut aliis literis deliberatum est, inter S. Joannis & S. Stephani Canonicos lis illa plenius decidatur.

Potest etiam intelligi aliter. Domestici ad probationem non admittantur, ut pro his videlicet, quorum sunt domestici, testimonium ferant. Hi autem (sicut suprà de alteribus dictum est) non pro domesticis, sed pro Ecclesia, quæ mater est omnium pauperum, testimonium dicant. In conficiendis autem instrumentis secularium negotiorum Presbyteri non vocentur ad testimonium: sed si casu contractus eos interfuisse contigerit, jubente Episcopo testimonium dicant.

C. II. ¶ *In conficiendis instrumentis Sacerdotes ad testimonium non vocentur.*

Unde in Synodo habitâ Romæ ab Eugenio Papa II. *statutum est, c. 13.*

Quanquam g Sacerdotum testimonium credibilius habeatur, tamen ipsi in secularibus negotiis pro 1 testimonio, aut conficiendis instrumentis non regentur: quia eos in talibus rebus esse non convenit. Si autem 2 eventu aliquo causæ interfuerint, & aliquid viderint, vel audierint, ubi nullæ idoneæ secularium

a *Polyc. lib. 1. tit. 24.* b *Cap. 15.* c *in vulgatis erat. Greg. in epistol. ad Iovinianum.* d *alii extraneum.* e *al. districtio.* f *al. criminalibus.* g *Polyc. lib. 4. tit. 31.*

inveniantur personæ; ne veritas occultetur, & malus ut bonus æstimetur, in providentia proprii Episcopi sit, ut aut coram se & competentibus judicibus, aut aliter honorificè veritatem a attollant.

1 ¶ Pro testimonio,] *Sic est emendatum ex Conciliis Eugenii II. & Leonis IV. & Polycarpo. Anteà enim legebatur,* pro conficiendis instrumentis ad testimonium non rogentur.

2 ¶ Si autem] *In Conciliis ipsis, & Polycarpo legitur:* Si enim eventæ causæ aliquid viderint, &c.

QUÆSTIO III.

Vòd autem præter summam emolumenta sectari, sit usuras exigere, Augustini *auctoritate probatur, qui in Psalmum 36. ad vers.* [Totâ die] *scribit, dicens.*

C. I. ¶ *Qui plus, quàm dederit, accipit, usuras expetit.*

SI b fœneraveris homini, id est, mutuam pecuniam tuam dederis, à quo aliquid plus, quàm dedisti, expectes accipere, non pecuniam solam, sed aliquid plus quàm dedisti, sive illud triticum sit, sive vinum, sive oleum, sive quodlibet aliud, si plus, quàm dedisti, expectas accipere, fœnerator es, & in hoc improbandus, non laudandus.

C. II. ¶ *Quicquid suprà datum exigitur, usura est.*

Item Hieronymus *super* c *Ezechielem, lib. 6. ad c. 18.*

PUtant d quidam usuram tantùm esse in pecunia. Quod prævidens Scriptura divina, omnis rei aufert superabundantiam, ut plus non recipias, quàm dedisti. *Item ibidem.* ¶ Alii pro pecunia fœnerata solent munuscula accipere diversi generis: & non intelligunt usuram appellari, & superabundantiam, quicquid illud est, si ab eo, quod dederint, plus acceperint.

C. III. ¶ *Quicquid sorti accedit, usura est.*

Item Ambrosius *in lib. de Tobia, c. 14.*

PLerique e refugientes præcepta legis, cùm dederint pecuniam negotiatoribus, non in pecunia usuras exigunt, sed de mercibus eorum, tanquam usurarum emolumenta percipiunt. Ideò audiant, quid lex f dicat: [*Neque usuram*, inquit, *ejus rum accipies, neque amplius rerum.*] *Item paulò post.* ¶ Et esca usura est, & vestis usura est, & quodcunque sorti accedit, usura est; quod velis cinomen imponas, usura est. *Item paucis interjectis.* ¶ Si quis instaurandum convivium putat, ad negotiatorem mittit, ut absynthiaci g 1 cupellam sibi gratis deferat: ad cauponem dirigit, ut Picenum vinum, aut Tyriacum h requirat: ad lanium, ut hilam i sibi procuret: ad alium, ut poma sibi adornet.

1 ¶ Absynthiaci] *De hoc vino, quod tardam coctionem accelerat, ideoq; instaurandis convivijs aptum est, meminit Dioscorides, lib. 5. cap. 49. Lampridius de Heliogabalo inquit,* & rosato, atque absynthio k vulgus ad bibendum invitavit. *De hoc Alciatus parer. lib. 7. cap. ult.*

C. IV. ¶ *Quando amplius, quàm debetur, exigitur, usura est.*

Item ex Concilio Agathensi *l.*

USura m est, ubi amplius requiritur, quàm datur. Verbi gratiâ, si dederis solidos decem, & amplius quæsieris: vel dederis frumenti modium unum, & super aliquid exegeris.

Ecce evidenter ostenditur, quòd quicquid ultra sortem exigitur, usura est.

a *al. testificentur.* b *Sent. 3. dist. 37. Ivo p. 13. c. 17.* c *Et ibi gl. ord.* d *Sent. ibid. Ivo p. 13. c. 18. Pann. l. 3. c. 160.* e *Ivo p. 13. c. 26.* f *Deut. 23.* g *al. absynthiats.* h *al. theriacum.* i *al. vultum.* k *fortasse absynthiaco, aut absynthiato.* l *Cap. l 1. c. 225.* m *Burch. l. 2. c. 226. Ivo part. 6. c. 200. Panorm. l. 3. cap. 161.*

QUÆSTIO IV.

Vòd verò nec Clericis, nec Laicis liceat usuras exigere, probatur auctoritate Gelasii, & aliorum.

C. I. ¶ *A quæstibus negotiationis Clerici abstineant.*

Ait enim Gelasius Papa, *scribens Episcopis per Lucaniam & Siciliam, c. 17.*

CLerici a aut ab indignis quæstibus noverint abstinendum, & ab omni cujuslibet negotiationis ingenio vel cupiditate cessandum: aut in quocunque gradu sint positi, si cessare 1 noluerint, mox a Clericalibus officiis abstinere cogantur.

1 ¶ Si cessare noluerint,] *Hæc non sunt in epistola, neque referuntur supr. distinct. 88. c.* consequens, *sed non sunt expuncta ob glossam.*

C. II. ¶ *Excommunicentur ministri, qui fœnerantur.*

Item ex Concilio Arelatensi I. *quod confirmavit Papa Sylvester, cap. 22.*

MInistri b, qui fœnerantur, placuit juxta formam divinitùs datam eos à communione abstinere.

C. III. ¶ *Qui volunt esse in Clero, à studio negotiationis abstineant.*

Item ex Concilio Tarraconensi, *cap. 1.*

CAnonum c statutis firmatum est, ut quicunque in Clero esse voluerit, emendi vilius, vel vendendi curiùs studio non utatur. Quod certè si voluerit exercere, cohibeatur à Clero.

C. IV. ¶ *Alienetur à Clero, usuras aut superabundantiam exigens.*

Item ex Concilio Martini Papæ *d, c. 12.*

I. SI quis oblitus timorem Domini, & sanctam Scripturam, quæ dicit *ex* [*Pecuniam suam non dedit ad usuram,*] post hanc cognitionem magni 1 Concilii fœneraverit, & centesimas exegerit, aut ex quolibet negotio turpe lucrum quæsierit, aut per diversas species vini, vel frugis, vel cujuslibet rei, emendo, vel vendendo aliqua incrementa susceperit, de gradu suo dejectus, alienus habeatur à Clero.

1 ¶ Magni Concilii] *Sic loquitur Martinus Bracharensis quoniam hanc sententiam accepit ex capite 17. Concilii Nicæni quod citatur. 7. edd. c.* quoniam, *& in duobus vetustis Gratiani exemplaribus post hoc continuò illud subjungitur.*

C. V. ¶ *Pro pecunia, quam Clericus mutuo dedit, justo pretio species accipere potest.*

Item ex Concilio Tarraconensi, *c. 7.*

II. SI f quis Clericus solidum in necessitate præstiterit, hoc de vino, vel frumento accipiat, quod mercandi causâ tempore statuto decretum fuerit venundari. Cæterùm si speciem non habuerit necessariam, ipsum, quod dedit, sine ullo augmento recipiat.

C. VI. ¶ *Clericus non accipiat plus quàm commodavit.*

Item ex Concilio Carthaginensi g III. *cap. 16.*

NUllus h Clericorum amplius recipiat, quàm cuiquam accommodaverit: si pecuniam, pecuniam accipiat: speciem eandem, quantum dederit, accipiat: & quicquid aliud, tantum, quantum dederit, accipiat.

C. VII. ¶ *Etiam Laicis usura damnabilis est.*

Item Leo Papa, *epist. 1. c. 3.* i

a *Distinct. 88. consequens.* §. *proinde. Ivo p. 13. c. 18.* b *De ministris,*] *orig. Ivo p. 13. c. 20.* c *Burch. l. 2. c. 222. Ivo part. 13. c. 13. & p. 6. c. 197.* d *In Capit. Mart. Brach.* e *Hisp. 14.* f *Ivo p. 6. c. 369. & p. 13. c. 14. Pann. l. 3. c. 179.* g *Ivo vulgatis erat, Agathensi 3.* h *Anf. l. 7. c. 113 Burch. l. 2. c. 224. Ivo p. 6. c. 298. & p. 13. c. 9. Pann. l. 2. c. 158. Rab. panut. cap. 32.* i *Et in Concil. Aquisgr. c. 62.*

Nec

NEc a hoc quoq; prætereundum esse duximus, quosdam lucri turpis cupiditate captos, usurariam exercere pecuniam, & fœnore velle ditescere. Quod nos, non dicam in eos, qui sunt in Clericali officio constituti, sed & in Laicos cadere, qui Christianos se dici cupiunt, condolemus. Quod vindicari acriùs in eos, qui fuerint confutati, decernimus, ut omnis peccandi opportunitas adimatur.

C. VIII. ¶ *Ejiciantur à Clero turpia lucra sectantes.*

Item ex Nicæno Concilio *b, cap. 17.*

QUoniam c multi Clerici, avaritiæ causâ turpia lucra sectantes, obliti sunt divini præcepti, quo dictum est: d [*Qui pecuniam suam non dedit ad usuram:*] fœnerantes, centesimas exigunt; statuit hoc sanctum Concilium, ut si quis inventus fuerit post hanc definitionem usuras accipere, vel ex quolibet tali negotio turpia lucra sectari, vel etiam species frumentorum ad sescuplum dare, omnis, qui tale aliquid conatus e fuerit ad quæstum, dejiciatur à Clero, & alienus ab Ecclesiastico habeatur gradu.

¶ *Supra d. dist. 47. hic idem canon affertur ex versione Dionysii, qui nunc ex prisca, quæ est in collectione Isidori.*

C. IX. ¶ *Turpe lucrum sequatur, qui minùs emit, ut plus vendat.*

Item Julius Papa *f.*

QUicunque g tempore messis, vel vindemiæ non necessitate, sed propter cupiditatem comparat annonam vel vinum, verbi gratiâ, de duobus denariis comparat modium unum, & servat, usque dum vendatur denariis quatuor, aut sex, aut amplius, hoc turpe lucrum dicimus.

¶ *Caput hoc ad Burchardum & Yvonem part. 8. cap. 201. & in Panormia citatur ex decretis Iulii Papæ usurariis missis. Verùm idem Ivo part. 13. cap. 21. citat ex capitularibus, quorum libr. 1. c. 131. habetur.*

C. X. ¶ *Rapinam facit, qui usuram accipit.*

Item Ambrosius *in libro de bono mortis, c. 12.*

SI quis usuram acceperit, rapinam facit, vita non vivit.

C. XI. ¶ *Non minùs crudelis est, qui pauperem trucidat fœnore, quàm qui divitis alienam rapit.*

Item Augustinus *ad Macedonium, epist. 54.*

QUid h dicam de usuris, quas etiam ipsæ leges & judices reddi jubent? An crudelior est, qui subtrahit aliquid, vel eripit diviti, quàm qui trucidat pauperem fœnore? Hæc atque hujusmodi male utique possidentur, & vellem, ut restituerentur, sed non est, quo judice repetantur. Jam verò, si prudenter intueamur, quod scriptum i est: [*Fidelis hominis tota mundi divitiæ sunt: infidelis autem, nec obolus:*] nonne omnes, qui sibi videntur gaudere licitè conquisitis, eisque uti nesciunt, aliena possidere convincimur? Hoc enim certè alienum non est, quod jure possidetur: hoc autem jure, quod justè: & hoc justè, quod benè. Omne igitur quod malè possidetur, alienum est: malè autem possidet, qui malè utitur.

¶ *Porrò, à quo usura exigenda sint,* Ambrosius *testatur, dicens in libro de Tobia, c. 15.*

C. XII. ¶ *Ab illo usuram exigere possumus, cui jure nocemus.*

AB k illo usuram exige, cui meritò nocere desideras: cui jure inferuntur arma, huic legitimè indicantur usuræ, quem bello vincere facile non potes. De hoc citò potes centesimâ vindicare te. Ab hoc usuram exige, quem non sit crimen occidere. Sine ferro dimicat, qui usuram flagitat: sine gladio se de hoste ulciscitur, qui fuerit usurarius exactor inimici. Ergò ubi jus belli, ibi etiam jus usuræ.

a *Polyc. lib. 4. tit. 31. Burch. lib. 2. cap. 123. Anf. l. 7. c. 149. Ivo part. 8. c. 61.* b *Et in Aquisgran. c. 40.* c *distinct. 47. quoniam multi. Burch. l. 2. c. 12. Ivo part. 13. c. 1.* d *Psal. 14.* e *al. commentus.* f *Capit. l. 1. c. 131.* g *Polyc. ibid. Burch. lib. 2. c. 127. Ivo part. 6. cap. 201. & part. 13. cap. 21. Panorm. l. 3. c. 161.* h *Polyc. l. 6. tit. 20.* i *Proverb. 17.* k *ibi inquit] 0118. Ivo p. 13. c. 77.*

QUÆSTIO V.

1 QUod verò eleemosyna non sint facienda ex sanore, vel usuris, nec ex quolibet male acquisito. Augustinus 10. statur in libro de verbis Domini, serm. 38.

C. I. ¶ *De usuris eleemosynæ fieri non possunt.*

NOlite a velle eleemosynas facere de fœnore & usuris.

C. II. ¶ *Oblatio de rapina reprobatur à Deo.*

Item Ecclesiastici 34.

IMmolans b ex iniquo, oblatio ejus maculata. *& infrà.* ¶ Dona iniquorum non probat altissimus, nec respicit in oblationes iniquorum: nec in multitudine sacrificiorum eorum propitiabitur peccatis. Qui offert sacrificium de substantia pauperum, quasi qui victimat filium in conspectu patris sui. Panis egentium, vita pauperis est. Qui defraudat illum, homo sanguinis est. Qui aufert in sudore panem, quasi qui occidit proximum. Qui effundit sanguinem, & qui fraudem facit mercenario, fratres sunt.

C. III. ¶ *Non est aliquid rapiendum divitibus, ut detur egenis.*

Item Augustinus *in lib. 50. Homiliarum, hom. 7.*

FOrtè aliquis hoc secum cogitat, & dicit: Multi sunt Christiani divites, avari, cupidi, non habebo peccatum, si suum illis abstulero, & pauperibus dedero. Unde enim illi nihil boni agunt, mercedem habere potero, si ego eleemosynas dedero. Etiam in hac re parcat unusquisque animæ suæ: quia hujusmodi cogitatio ex Diaboli calliditate suggeritur. Nam etiamsi totum tribuat pauperibus, quod abstulerit, addit potiùs peccata, quàm minuat.

C. IV. ¶ *De eodem.* PALEA.

[*Item* Hieronymus.]

NEmo qui c rapit, moriens, si habet, unde reddat, salvatur. Si eos, quorum fuit, invenire non poterit, Ecclesiæ vel pauperibus tribuat.

¶ *Hæc & sequens Palea absunt à plerisque vetustis, etiam in quibus cætera esse solent. In una autem habentur supra, câd. q. 4. post c.* si quis usuram.

C. V. ¶ *De eodem.* PALEA.

[*Item* Ambrosius.]

RApinam emere non licet, nisi eâ intentione, ut cui est ablata, reddatur.

C. VI. ¶ *Furtum committit, qui inventum non reddit.*

Item Augustinus *in lib. 50.* d *Homiliarum, hom. 9.*

SI e quid invenisti, & non reddidisti, rapuisti: quantùm potuisti, fecisti. Quia plus non invenisti, ideò non plus rapuisti. Qui alienum negat, si posset & tolleret, & paucis interjectis. ¶ Deus cor interrogat, non manum.

C. VII. ¶ *Qui de rebus concessis, & benè quæsitis eleemosynam impendit, illa placet Deo.*

Item Gregorius *lib. 7. epist. 110. ad Siagrium.*

ELeemosyna f Redemptoris nostri oculis illa placet, quæ non ex illicitis rebus, & iniquitate conge-

a *Ivo p. 13. c. 16.* b *Immolantis] arg.* c *al. in rapina manentes.* d *Et serm. 12. de verbis Apost.* e *Polyc. l. 6. tit. 16.* f *Polyc. l. 2. tit. 1. Panorm. l. 2. c. 151.*

ritur, sed quæ de rebus concessis & benè acquisitis impenditur.

¶ *In epistola B. Gregorii verbis hujus capitis præponuntur verba capitis,* non est putanda. *supra, 1. q. 1.*

C. VIII. ¶ *Peccat, qui rem inventam non reddit.*

Item Hieronymus *in lib.* a *Levitici.*

Multi sine peccato putant esse, si alienum, quod invenerint, teneant: & dicunt, Deus mihi dedit, cui habeo reddere? Discant ergò peccatum hoc esse simile rapinæ, si quis inventa non reddat.

C. IX. ¶ *Bonus usus non justificat injustè quæsita.*

Item Augustinus *libr. de bono conjugali, c. 14.*

Neque enim si agris iniquè ac perpetam invasis, ita quisque *b* utatur, ut ex eorum fructibus largas eleemosynas faciat, ideò rapinam justificat. ¶ Neque si alius ruri paterno, vel justè quæsito, avarus incumbat, ideò culpanda est jurisciviilis regula, quâ possessor legitimus factus est. ¶ Nec tyrannicæ factionis perversitas laudabilis erit, si Regiâ clementiâ tyrannus subditos tractet. ¶ Nec vituperabilis ordo Regiæ potestatis, si Rex crudelitate tyrannicâ sæviat. Aliud est namque, injustè à potestate justè velle uti: & aliud est, justâ potestate injustè velle 1 uti.

1 ¶ Velle uti.] *Post hæc verba apud B. Augustinum sequitur cap.* concubinæ, *infrà. 32. q. 2.*

C. X. ¶ *Cum alterius detrimento alteri subvenire non licet.*

Item Ambrosius *lib. 3. de officiis, c. 9.*

Denique si non potest subveniri alteri, nisi alter lædatur, commodius est neutrum juvari, quàm gravari alterum. Ideoque in causis pecuniariis intervenire non est Sacerdotis: in quibus non potest fieri, quin frequenter lædatur alter, qui vincitur: quoniam intercessoris beneficio se victum arbitratur. Sacerdotis est igitur nulli nocere, prodesse velle omnibus: posse autem solius Dei est.

C. XI. ¶ *Eleemosyna & sacrificia non placent Deo, quæ offeruntur ex scelere.*

Item Gregorius *in regesto lib. 7. indict. 2. epist. 126. Recaredo Regi.*

Scriptum *c* est *d*: [*Victima impiorum abominabiles Deo: vota justorum placabilia:*] neque enim in omnipotentis Dei judicio, quod datur, sed à quo detur, inspicitur. Hinc est enim quod scriptum est *e*: [*Respexit Dominus ad Abel, & ad munera ejus: ad Cain autem, & munera ejus non respexit.*] Dictum quippe, quia Dominus respexit ad munera, præmisit solicitè, quia respexit ad Abel. Ex qua re patenter ostenditur, quia non offerens à muneribus, sed munera ab offerente placuerunt 1. [*Dona f quippe iniquorum non probat altissimus: nec respicit in oblationes eorum, nec in multitudine sacrificiorum, eorum propitiabitur peccatis.*] Item: [*Longè g est Dominus ab impiis: & orationes justorum exaudiet.*]

1 ¶ Placuerunt.] *Hucusque B. Gregorius, sicut supra, 3. q. 7. c.* in gravibus. *est notatum.*

2 pars. *Contrà in Exodo* h *legitur, quòd filii Israël, exituri de Ægypto, à vicinis suis acceperunt mutuò vasa aurea & argentea, ex quibus postea ædificaverunt tabernaculum Domino. Hu respondet* Augustinus i *in lib. quæst. Exod. q. 39.*

C. XII. ¶ *Non licet aliena rapere exemplo Israëlitarum spoliantium Ægyptios.*

Dixit k Dominus ad Moysem: [*Petat vir à proximo, & mulier à proximia, vasa aurea & argentea, & vestem.*] Non hinc quisquam sumendum exemplum putare debet ad expoliandum isto modo proximum. Hoc enim Deus jussit, qui noverat, quid quemque pati oporteret. Nec Israëlitæ furtum fecerunt; sed Deo jubenti ministerium præbuerunt.

3 pars. *Item objicitur. Aliena rapere non est contra præceptum. Nullo siquidem Dei mandato rapina videtur prohibita. Sed nomine furti omnis illicita usurpatio rei alienæ intelligitur.*

C. XIII. ¶ *Majoris pœnæ est violenter aliquid eripere, quam furari.*

Unde Augustinus *in eodem lib. q. 71.*

Poenale *a* est occultè auferre: multò majoris pœnæ est visibiliter eripere. Auferre ergò nolenti, sive occultè, sive palàm, habet præceptum suum. Furti 1 enim nomine benè intelligitur omnis illicita usurpatio rei alienæ. Non enim rapinam permisit, qui furtum prohibuit: sed utique furti nomine in lege Veteris Testamenti & rapinam intelligi voluit. A parte enim totum significavit, quicquid illicitè rerum proximi auferrur.

1 ¶ Furti enim.] *Hæc sunt verba B. Augustini, licet mutato orationis ductu: quæ autem antecedunt, apud ipsum non sunt inventa. Integer locus B. Augustini de furto & rapina, habetur infrà 32. q. 4.* meretrices.

His auctoritatibus probatur, quòd neque ex rebus inventis, ex malè conquisitis, eleemosynam quisquam facere potest.

4 pars. *Sed* Augustinus *contrà testatur serm. 3. de verbis Domini, dicens.*

C. XIV. ¶ *De malè acquisitis bonum fieri potest.*

Qui *b* habetis de malo, facite inde bonum. Qui non habetis de malo, nolite acquirere de malo. Ita bonus tu, qui bonum facis de malo, & cùm cupieris aliquid boni facere de malo, noli remanere tu malus. Nummi tui convertuntur in bonum, tu autem remanes malus?

Sed hoc multipliciter intelligitur. Facit enim de malo bonum, qui reddit, quod illicitè abstulit. Nomine etiam mali, vera & sollicitudo mortalium exprimitur. De malo ergò bonum facit, qui pauperibus dispensat, quod cum labore & sollicitudine acquisivit, juxta illud Evangelii c: [*Facite vobis amicos de mammona iniquitatis.*] *Vel ex malo acquiritur, quod ex tempore usu possidetur: veluti cum Mathematicus ex arte, quam docet, vel ex futuris, quæ prænuntiat, nonnulla lucratur. Quæ verò de malo sic acquiruntur, in bonum possunt converti. Deprecatio etiam aliqua nonnunquam acquiruntur, quæ pauperibus justè erogantur.*

C. XV. ¶ *Quæ malè acquiruntur, aliquando benè possunt expendi.*

Unde Augustinus *ad Macedonium. epist. 54.*

Non *d* sanè, quicquid ab invito sumitur, injustè aufertur. Nam plerique nec Medico volunt reddere honorem suum, nec operario mercedem: nec tamen hæc, quæ ab invito accipiunt, per injuriam accipiunt, quæ potiùs per injuriam non darentur. Sed *e* non ideò debet judex vendere justum judicium, aut testis verum testimonium, quia vendit Advocatus justum patrocinium, Jurisperitus verum consilium. Illi enim inter utramque partem ad examen *f* adhibentur: ibi ex una parte consistunt. Cùm autem judicia & testimonia, quæ nec justa, nec vera vendenda sunt, iniqua & falsa venduntur: multòsceleratiùs utique pecunia sumitur, quia scelerate etiam, quamvis à volentibus, datur. Ille tamen solet tanquam malè sibi ablatam pecuniam repetere, qui justum judicium emit: quoniam venale esse non debuit. Qui verò pro iniquo judicio dedit, vellet quidem repetere, nisi timeret, vel puderet emisse. Sunt aliæ personæ inferioris loci, quæ ab utraque parte non insolenter accipiunt, sicut Officialis, & qui *g* amoveturr, & cui

---

a *Origenes hom 4. ad c. 6. Levitici.* b *al. quisquam.* c *3. q. 7. in gravibus.* d *Proverb. 15.* e *Genes. 4.* f *Eccles. cap. 34.* g *Proverb. 15.* h *Exod. 3.* i *Paulò aliter in orig.* k *Burch. l. 11. c. 33. Ivo p. 13. c. 2.*

a *32. quæst. 4. meretrices. Sent. 3. dist. 37. Burch. l. 11. c. 14. Ivo p. 13. c. 3. Polyc. l. 6. tit. 16. Anst. l. 11. cap. 109.* b *Ivo p. 11. c. 16.* c *Luc. 16.* d *Polyc. l. 6. tit. 20. capit. 16.* e *Sup. 11. q. 3. non licet.* f *examina.* g *à quo] orig.* admo-

admovetur officium. Ab his extorta per immoderatam improbitatem, repeti solent: data 1 per tolerabilem consuetudinem, non solent: magisque reprehendimus, qui talia inusitatè repetiverunt, quàm qui ea de more sumpserunt: quoniam multæ necessariæ personæ rebus humanis vel invitantur hujusmodi commodis, vel tenentur. ¶ Isti, si viam vitæ mutaverint, aut excellentioris conscenderint sanctitatis gradum, facilius ea, quæ hoc modo acquisierunt, tanquam sua, pauperibus largiuntur, quàm eis, à quibus accepta sunt, tanquam aliena restituant. Qui verò contra jus societatis humanæ furtis, rapinis, calumniis, oppressionibus, invasionibus abstulerit, reddenda potius, quàm donanda censemus, Zachæi *a* publicani Evangelico exemplo.

1 ¶ Data per tolerabilem consuetudinem, non solent:] *Addita sunt hæc ex originali, sine quibus sequentia non satis constabant.*

QUÆSTIO VI.

1 pars. *Quod verò pœnitentia agi non possit, nisi res aliena reddatur, testatur* Augustinus *ad Macedonium, epistolâ 54.*

C. I. ¶ *Pœnitentia non agitur, si aliena res non restituatur.*

Si *b* res aliena, propter quam peccatum est, cùm reddi possit, non redditur, non agitur pœnitentia, sed fingitur. Si autem veraciter agitur, non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum: sed, ut dixi, cùm restitui potest. Plerunque enim qui aufert, amittit, sive alios patiendo malos, sive ipse malè vivendo: nec aliud habet, unde restituat. ¶ Huic certè non possumus dicere, redde quod abstulisti, nisi cùm habere credimus, & negare. Ubi quidem si aliquos sustinet cruciatus à repetente 1, dum existimatur habere quod reddat, nulla est iniquitas: quia etsi non est, unde reddat *c* ablatam pecuniam, meritò tamen, dum eam per molestias corporales reddere *d* compellitur, peccati, quo malè ablata est, pœnas luit. ¶ Sed inhumanum non est, etiam pro talibus intercedere, tanquam pro reis criminum, non ad hoc, ut minimè restituantur aliena; sed ne fruſtrà homo in hominem sæviat. *& paulò pòst.* ¶ Illud verò fidentissimè dixerim, eum, qui pro homine ad hoc intervenit, ne malè ablata restituat, & qui ad se confugientem (quantùm honestè potest) ad restituendum non compellit, socium esse fraudis & criminis. Nam misericordius opem nostram talibus subtrahimus, quàm impendimus. Non enim opem fert, qui ad peccandum adjuvat 2, ac non potius subvertit atque opprimit. Sed nunquid ideò nos aut exigere, aut ad exigendum tradere, vel 3 ossumus, vel debemus? Agimus quantùm Episcopalis facultas dat *e*, & humanum quidem non nunquam, sed maxime ac semper divinum judicium comminantes. Nolentes autem reddere, quos novimus & malè abstulisse, & unde reddant habere, arguimus, increpamus, obtestamur *f*; quosdam etiam, quosdam palàm, sicut diversitas personarum diversam videtur posse recipere *g* medicinam.

1 ¶ Repetente,] *Sic est emendatum ex codice epistolarum Vaticano, & editione Antverpianâ, cum antè legeretur,* repentè.

2 ¶ Adjuvat,] *Quæ sequuntur, emendata sunt ex codicibus epistolarum impressis, & manuscriptis. Antè legebatur,* qui ad peccandum adjuvat, ac non potiùs adjuvat, sed obviat subvertendo, atque opprimendo. *Glossa autem optimè convenit in vocem,* adjuvat, *sive loco positam.*

a *Luc. 19. Sequitur apud B. August. c. quid dicam. sup. câd. q. 4.* b *Polyc. l. 6. tit. 20. Ivo p. 13. c. 4. & p. 15. c. 25.* c *al. luat.* d *al. redhibere.* e *datur,*] *orig.* f *& detestamur,*] *orig.* g *al. velle accipere.*

2 pars. *Si verò rem alienam quis consecraverit, non eandem, sed æstimationem ejus restituere debet.*

C. II. ¶ *Qui rem alienam consecrat, ejus æstimationem restituat.*

Unde Gregorius *lib. 7. indict. 2. epist. 58. Fantino defensori.*

Comperimus, nullam extitisse causam, pro qua res Judæorum 1 potuissent rationabiliter occupari, atque eas esse inconsultè ac temerè consecratas. Idcircò experientiæ tuæ præcipimus, ut quia, quod semel consecratum est, eis non valet ultrà restitui, studii tui sit, ut ipse Episcopus debeat pretium dare.

1 ¶ Judæorum] *Reposita est hæc dictio ex epist. B. Gregorii, ut intelligatur facilius, quò referantur ea, quæ in hoc capite continentur: ac nonnulla etiam alia sunt emendata.*

3 pars. *Pro malis autem apud Principes Ecclesia debet intercedere, non eos temerario ausu defendere.*

C. II. ¶ *Ecclesia pro malis intercedat, non eos temerario ausu defendat.*

Unde Gregorius *Romano defensori, lib. 7. indict. 2. epist. 24.*

Hi *a* qui in furtis publicis implicati sunt, à nobis non videantur injustè defendi, ne opinionem malè agentium ex indiscretæ defensionis ausu in nos ullo modo transferamus: sed quantùm decet Ecclesiam, admonendo, & verbum intercessionis adhibendo, quibus valetis, succurrite: ut & illis opem feratis, & opinionem sanctæ Ecclesiæ non inquinetis.

¶ *Infrà, 23. q. 5. recos. refertur summa hujus capitis, cum hæc sint propria verba B. Gregorii.*

4 pars. *Furtum autem non tam in quantitate rei, quàm in affectu furantis consideratur.*

C. IV. ¶ *Non solùm in majoribus furtum committitur, sed etiam in minoribus.*

Unde Hieronymus *in epistolam ad Titum, ad c. 2.*

Fur *b* autem non solùm in majoribus, sed etiam in minoribus judicatur. Non enim id, quod furto ablatum est, sed mens furantis attenditur. Quomodo in fornicatione non idcircò diversa fit fornicatio, si mulier sit pulchra aut deformis, ancilla aut ingenua, paupercula aut opulenta, sed qualiscunque illa fuerit, una est fornicatio: ita & in furto, quantumcunque quis abstulerit, furti crimen incurrit.

¶ *Referuntur verba B. Hieronymi, nonnullis tamen omissis, & mutatis: quemadmodum etiam apud Burchardum & Ivonem.*

CAUSA XV.

Quidam Sacerdos *c* in crimen carnis lapsus esse perhibetur, antequam Sacerdotalem benedictionem consequeretur. Postquam verò Sacerdotium adeptus est, in furorem versus quendam interfecit. Recuperatâ verò sanitate, apud Episcopum accusatur ab ea, cum qua lapsus esse dicitur. Episcopus autem dies Dominico causam examinat. Sacerdos insciatur crimen sibi illatum: quorundam Clericorum sibi patrocinia quærit: illi verò non sine pretio sibi patrocinantur: tandem Episcopus confessionem quæstionibus extorquet: demum solus & absque Synodali audientiâ illum sententiâ ferit.

1 *Quæritur autem, an ea, quæ mente alienatâ fiunt, sint imputanda?*
2 *Secundò, an prò impensis patrociniis liceat Clericis munera exigere?*
3 *Tertiò, an ex mulieris confessione iste sit condemnandus?*
4 *Quartò, an die Dominico ejus causa sit ventilanda?*
5 *Quintò, an sibi neganti purgatio sit deferenda?*
6 *Sextò, an ejus confessio cruciatibus sit extorquenda?*

a *Polyc. lib. 6. tit. 16.* b *al. Furtum. Polyc. ibid. Burch. l. 11. c. 33. Ivo p. 13. c. 41.* c *al. Clericus.*

7 *Septimò, an absque Synodali audentia Episcopus valeat Sacerdotem damnare?*

8 *Octavò, si sponte confessus, aut ab aliis convictus fuerit, quòd ante ordinationem peccaverit, an suscepti ordinis officium exequi sibi liceat?*

QUÆSTIO I.

1 QUod autem ea, quæ alienat à mente fiunt, non sint imputanda, facilè videtur posse probari. Peccata namque alia penes voluntatem animi, alia circa naturæ infirmitatem videntur consistere. Est autem voluntas (ut ait Augustinus lib. 1. a retractat. cap. 15.) animi motus cogente 1 nullo ad aliquid vel non imitandum 2, vel adipiscendum. Quod propterea dictum est, ut hâc definitione voluntas à nolente differretur. ¶ Ex b voluntate itaq; peccata procedunt, quæ libero mentis arbitrio, & delinquentis proposito committuntur. Porrò infirmitas alia est animi, alia carnis. Infirmitas animi est ignorantia. Carnis infirmitas est concupiscentia. Ex utraq; autem infirmitate quæ procedunt, imputantur ad pœnam. Unde de quibusdã ignorantibus dictum est: c [Si quis ignorat, ignorabitur.] Tales illi erant, de quibus Christus ait d Apostolo: [Extra Synagogam facient vos: quia arbitrabuntur obsequium se præstare Deo.] De eisdem etiam Apostolus e scribit in epistola ad Romanos: [Testimonium illis perhibeo, quia zelum Dei habent, sed non secundùm scientiam.] Nullum tamen eorum in sua perfidia perseverantem hac ignorantia excusat. Ex carnis infirmitate procedunt, quæ naturâ languore fiunt: quæ nisi imputarentur ad pœnam, nequaquam Apostolus lege carnis gravatus diceret: [Infelix f ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus, &c.] sive ergò penes voluntatem, sive penes infirmitatem peccata consistant, semper imputantur ad pœnam. Cui sententiæ illud Augustini de vera religione g, c. 14. contrarium videtur: [Usque adeò peccatum voluntarium malum est, ut nullo modo peccatum sit, si non sit voluntarium, & hoc quidem adeò manifestum est, ut nulla hinc Doctorum paucitas, nulla indoctorum turba dissentiat.] Quare aut negandum est peccatum committi; aut fatendum est voluntate committi. Sed hoc non generaliter de omnibus peccatis intelligendum esse, idem Augustinus in lib. primo retract. cap. 13. h ostendit, dicens: [Usque adeò peccatum voluntarium malum est, ut nullo modo peccatum sit, si non sit voluntarium. Potest videri falsa hæc definitio: sed si diligenter discutiatur, invenietur esse verissima. Peccatum quippe illud cogitandum est, quod tantummodò peccatum est, non quod est etiam pœna peccati i. Quamvis & illa, quæ non 3 immeritò non voluntaria peccata dicuntur, quia vel à nescientibus, vel à coactis perpetrantur, non omninò possint non k voluntaria dici.] Idem in eodem libro c. 13. [Definitio peccati, quam diximus: Peccatum est voluntas retinendi, vel consequendi, quod justitia vetat, & unde liberum est abstinere; propterea vera est, quia id definitum est, quod tantummodò peccatum est, non quod est etiam pœna peccati.]

1 ¶ Cogente nullo] *Hæc sunt addita ex B. Augustino, ut verba sequentia à melius intelligantur.*

2 ¶ Imitandum,] *Apud B. Augustinum in lib. de duabus animabus & in lib. 1. retractationum, legitur,* amittendum: *ob glossam tamen non est mutatum: sed sublata est priori loco vox,* imitandum, *quæ abest etiam à manuscriptis Gratiani codicibus. Nam in vulgatis erat,* ad aliquid imitandum, vel non imitandum.

3 ¶ Non immeritò] *In libris B. Augustini impressis legitur,* immeritò.

C. I. ¶ *Non sunt peccata nolentium, nisi nescientium.*

Idem *lib. 4. quæstionum, q. 24. ad c. 15. Numerorum.*

MEritò quæritur, quæ sint ipsa peccata nolentium; utrum quæ à nescientibus committuntur, an etiam possit rectè dici peccatum esse nolentis, quod facere compellitur. Nam & hoc contra voluntatem facere dici solet: sed utique vult, propter quod facit: tanquam 1 si pejerare nolit: quod tamen facit, cùm vult vivere, si scilicet quisquam, nisi fecerit, mortem minetur. Vult ergò facere, quia vult vivere; & ideò non per seipsum appetendo, ut falsum juret, sed ut falsum jurando vivat. Quod si ita est, nescio, utrum possint dici ista peccata nolentium, qualia hîc dicuntur expianda. Nam si diligenter consideratur, fortè ipsum peccare nemo velit, sed propter aliud fit, quod vult, qui peccat. Omnes quippe homines, qui scientes faciunt, quod non licet, vellent illicere. Usque adeò ipsum peccare nemo appetit propter hoc ipsum, sed propter illud, quod ex eo consequitur. Hæc si ita se habent, non sunt peccata nolentium, nisi nescientium, quæ discernuntur à peccatis volentium.

1 ¶ Tanquam si pejerare nolit: quòd tamen facit,] *Hæc non sunt in vulgatis codicibus B. Augustini.*

C. II.

ff. tit. de injuriis, *l. 3. 2.* a

ILlud relatum peræquè est, eos, qui injuriam pati possunt, & facere posse: sanè sunt quidam, qui facere non possunt, ut putà furiosus, & impubes, qui doli capax non est. Namq; hi injuriam pati solent, non facere. Cùm enim injuria ex affectu facientis consistat, consequens est dicere, hos, sive pulsent, sive convitium dicant, injuriam fecisse non videri. Itaq; pati quis injuriam, etiamsi non sentiat, potest: facere nemo, nisi qui scit se injuriã facere, etiamsi nesciat, cui faciat. Quare si quis per locum pervenerit, aut dum certat, injuriarum non tenetur. Si quis hominem liberum ceciderit b, dum putat servum suum, in cujus causa est, ne injuriarum teneatur.

¶ *In aliquot vetustis exemplaribus à capite,* meritò. *usq; ad cap.* mulier. *nulla est distinctio capitulorum.*

Itaque, ut ex præmissis appareat, sive ex voluntate, sive ex infirmitate peccata procedant, palàm est illa imputari. Sed carnis infirmitas dupliciter intelligitur. Est enim languor naturæ, qui carnis concupiscentia appellatur: quæ verius anima infirmitas dici potest, sed ideò carnis infirmitas dicitur, quia accidit anima ex corrupta c carnis conjunctione. Porrò alia est infirmitas, quæ propriè carnis dicitur: quâ (elementorum, seu humorum concordiâ turbatâ) ipsa caro afficitur, & tandem dissolvatur. Similiter animi infirmitas duplex est. Una, quæ vitium appellatur, quâ anima à Deo separatur: ut est ira, odium, & alia hujusmodi. Alia infirmitas animi, quæ cùm ipsa non sit peccatum, est tamen pœna, & causa peccati, ut est oblivio, & ignorantia. Fatur autem, cùm non sit peccatum, est tamen pœna peccati: ut febres, & cætera passiones, quæ propriè carnis dicimus esse: quarum motus, id est, ea, qui illis perturbantibus fiunt, nullis imputantur ad pœnam. ¶ Sed objicitur de Lamech, qui cùm cæcus esset, Cain interfecit: nec enim cæcitas excusat infirmitas. Unde dictum est d: [Septuplum ultio dabitur de Cain: de Lamech verò septuagies septies.] Sed cæcitas ignorantiæ similis est. ¶ Ex utraque enim quædam fiunt, quæ imputantur: quædam verò minimè. Cæcus namque si debitum suæ uxori se credens reddere, alienam polluit, non est nec adulterii. Si autem ludo, vel exercitatione virium, vel venatione jaculum mittens aliquem perimat, quia ab eo penitùs hoc debuit esse alienum, homicidii reus habetur. Mens verò alienata furet, cùm sui compos non sit, eorum, quæ admittit, reatum non contrahit: quia facultatem deliberandi non habuit. Unde populo furioso in malefactis subvenitur: ut non eis imputentur ad peccatum, quæ ex mentis deliberatione non processerunt 1. Quod non solùm humanis, sed etiam divinis legibus noscitur approbatum.

1 ¶ Processerunt.] *Hoc loco in vulgatis erant interjecta hæc verba,* ff. tit. de injuriis, illud relatum. Requiesce suprà. *quæ absunt à manuscriptis, ideoq; indulta.*

a *Et in l. de duabus animab. c. 10.* b *Sent. 2. dist. 47.* c *1. Cor. 14.* d *Isan. 16.* e *Rom. 10.* f *Rom 7.* g *Sent. 2. dist 35.* h *Et in l. de duabus animalus, c. 11.* i *hîc omittuntur aliquot verba.* k *sine voluntate committi.*] *ori.*

a *Lib. 47. digest. tit. 10.* b *al. occiderit.* c *al. conjunctu carnis corruptione.* d *Gen. 4.*

C. III.

Ait enim Augustinus *de parvulis, in lib. de fide ad Petrum Diaconum, cap. 30.*

FIrmissimè *a* tene, & nullatenùs dubites, exceptis illis, qui pro nomine Christi suo sanguine baptizantur, nullum hominem accepturum vitam æternam, qui non hic à malis suis fuerit per pœnitentiam, fidemque conversus, & per Sacramentum fidei & pœnitentiæ, id est, per Baptismum liberatus. Et majoribus quidem necessarium esse, & pœnitentiam de malis suis agere, & fidem catholicam secundùm regulam veritatis tenere, & sacramentum Baptismatis accipere: parvulis verò, qui nec propriâ voluntate credere, nec pœnitentiam pro peccato, quod originaliter trahunt, agere possunt, Sacramentum fidei, quod est sanctum Baptisma, quandiu rationis ætas eorum capax esse non potest, sufficere ad salutem.

Ex eo autem, quod in fine hujus auctoritatis dicitur: [Quandiu scilicet rationis eorum ætas capax esse non potest:] *evidenter datur intelligi, nulli posse Baptismum peccata imputari, sive sit adultus, sive impubes, nisi rationis sit capax. Unde etiam de brutis animalibus eadem ratio ab Augustino in eodem lib. c. 3. redditur, quare sua facta eis non imputentur:* [Animalia igitur, *inquit*, præsentis seculi cursum atque ornatum secundùm Creatoris incomprehensibilem peragunt voluntatem, quæ de suis factis nullam rationem reddituri sunt, quia rationabilia non sunt. Nunquid *b* enim de bobus cura est Deo? Homines verò, quia rationales facti sunt, & de se, & de omnibus rebus, quas in usum vitæ præsentis acceperunt, rationem reddituri sunt Deo, & pro suorum actuum qualitate recipient aut pœnam aut gloriam.] *Sacra tamen legis auctoritate animalia jubentur interfici, non propter conscientiam peccati, sed quia reficiant memoriam facti.*

C. IV. ¶ *Non propter culpam, sed propter memoriam facti pecus occiditur, ad quod mulier accesserit.*

Vide Augustinus *super Leviticum ad c. 20. q. 74.*

MUlier *c* quæ accesserit ad omne pecus, & vult ascendi ab eo, interficietis mulierem & pecus: morte moriantur, rei sunt.] ¶ Quæritur, quomodo sit reum pecus, cùm sit irrationale, nec ullo modo legis capax? *& infrà.* ¶ Pecora indè credendum est jussa interfici, quia tali flagitio contaminata, indignam refricant facti memoriam.

2 ps. *De furiosis autem evidentissimè scribit* Augustinus *in lib. quæstionum Veteris & Novi Testamenti, q. 2. in fine, ita dicens.*

C. V. ¶ *Culpa non necessitate, sed voluntate reum constringit.*

ALiquos *d* scimus subitò dementes factos, fuste, ferro, lapidibus, morsibus, multis nocuisse: quosdam etiam occidisse: captos autem industriâ, & judiciis *e* oblatos, minimè reos factos: eò quòd non voluntate, sed impellente vi, nescio quâ, hæc gesserint nescientes. Quomodo enim reus constitueretur, qui nescit, quid fecerat?

C. VI. ¶ *Reus voluntate, non necessitate constringitur.*

Item Ambrosius *in Hexameron f, in tractatu primi diei.*

ILla cavenda sunt, quæ ex nostra voluntate prodeunt delicta juventutis, & irrationabiles passiones corporis. Quorum igitur nos sumus domini, horum principia extrinsecùs non requiramus, nec derivemus in alios, sed agnoscamus ea, quæ propriè nostra sunt. Quod enim possumus non facere, si volumus, hujus electionem mali nobis potiùs debemus, quàm aliis adscribere.

a *Ivo part. 5. cap. 30.* b *1. Corinth. 9.* c *Ivo part. 9. cap. 107. Levit. 20.* d *Ivo part. 13. c. 92.* e *al. judicibus.* f *Lib. 1. c. 1.*

Ideò etiam in judiciis istis voluntarios reos, non ex necessitate compulsos, culpa stringit, pœna condemnat. Neque enim si per furorem aliquis innocentem peremerit, obnoxius morti est: quinetiam ipsius divinæ *a* legis oraculo, si quis per imprudentiam intulerit necem, accipit impunitatis spem, refugii facultatem, ut possit evadere. Hoc igitur de eo, quod propriè malum videtur, dictum sit. Mala enim non sunt, nisi quæ crimine mentem implicant, & conscientiam ligant. Cæterùm pauperiem, ignobilitatem, ægritudinem, mortem, nemo sapiens mala dixerit, nec in malorum sorte numeraverit: quia nec 1 contraria istis in bonis habentur maximis, quorum alia nobis ex natura, alia ex commoditate accidere videntur.

1 ¶ Nec contraria istis] *Emendatum est ex originali. Nam anteà legebatur:* quia necessaria ista in bonis, &c. *In multis tamen antiquis finis hujus capituli est in verbo*, numeraverit.

C. VII. ¶ *Veniam habent, quæ ignorantes ebrii committunt.*

Idem *in libro de Patriarchis, c. 8. lib. 1. de Abraham.*

SAnè discimus vitandam ebrietatem, per quam crimina cavere non possumus. Nam quæ sobrii cavemus, per ebrietatem ignorantes committimus. *& paulò pòst.* ¶ Nesciunt quid loquantur, qui nimio vino indulgent: jacent sepulti: ideoque si qua per vinum deliquerint, apud sapientes judices veniâ quidem facta donantur, sed levitatis damnantur *b* auctores.

C. VIII. ¶ *Inobedientia, vel concupiscentia non habet culpam in corpore non consentiente.*

Item Augustinus *lib. 1. c. de civitate Dei, c. 25.*

SI concupiscentia 1, vel inobedientia, quæ adhuc in membris moribundis habitat, præter nostræ voluntatis legem, quasi lege suâ movetur; quantò magis absque culpa est in corpore non consentientis, si absque culpa est in corpore dormientis?

1 ¶ Concupiscentia, vel] *In originali legitur:* Quòd si illa concupiscentialis inobedientia.

C. IX. ¶ *Loth non de incestu, sed de ebrietate culpatur.*

Idem *lib. 22. contra Faustum, c. 44.*

INebriaverunt *d* Loth filiæ ejus, & se nescienti miscuerunt. ¶ Quapropter culpandus est quidem non tamen, quantum ille incestus, sed quantum illa meretur ebrietas.

C. X. ¶ *Nemo trahitur ad culpam, nisi ductus propriâ voluntate.*

Item Ambrosius *lib. 1. de Iacob, & vita beata, c. 3.*

NOn est, quòd cuiquam nostram adscribamus ærumnam 1. nisi nostræ voluntati. Nemo tenetur ad culpam, nisi voluntate propriâ deflexerit. Non habent crimen, quæ inferuntur reluctantibus. Voluntaria tantùm commissa sequitur delictorum invidia, quam *e* in alios derivamus. Voluntarium sibi militem legit Christus: voluntarium servum sibi Diabolus auctionatur 2. Neminem jugo servitutis adstrictum possidet, nisi se priùs peccatorum ære ei vendiderit.

1 ¶ Ærumnam,] *Apud B. Ambrosium legitur,* culpam: *sed ob glossam non est mutatum.*

2 ¶ Auctionatur.] *In vulgatis codicibus sequebatur,* & acquirit juri suo: *quæ sunt expuncta, quoniam absunt à manuscriptis, & originali.*

C. XI. ¶ *Minister Dei est, qui invitus homicidium facit.*

Idem *in l. 1. de Cain & Abel, c. 4.*

a *Deut. 4. & 19.* b *al. notantur] orig.* c *Et l. 2. contra Iulianum, in fin.* d *Ivo p. 9. c. 115. Gen. 19.* e *al. quod ea aliis derivemus.] orig.*

NEc is, qui invitus aliquod fecerit homicidium, extra ministerium est. Siquidem lex ait *a* de eo: [*Quia Deus dedit eum in manus ejus.*] Manus ergò ejus, instrumenti modo, divinæ ultioni ministerium præbuerunt. Levites igitur minister remissionis est. Percussor autem, qui tamen non ex dispositione, sed præter voluntatem fecerit homicidium, divinæ minister est ultionis. ¶ Illud quoque spectà, quia cùm interficitur impius, Christus infunditur, & ubi abominatio aboletur, sanctificatio conseceratur 1; quia Dominus dixit *b*: [*In ea die, quâ interfecero omne primogenitum Ægypti, sanctificabo mihi omne primogenitum Israel.*] Quod non ad unum diem afflictionis Ægypti refertur, sed ad omne tempus 2.

1 ¶ Consecratur;] *Apud B. Ambrosium legitur*, congregatur.

2 ¶ Omne tempus.] *Post hæc in originali sequitur c.* cùm renuntiatur. *infrà 32. q. 1.*

Cùm itaque, qui invitus hominem interfecerit, minister Dei sit; cùm innocentem furore perimens mortis nequaquam obnoxius sit; cùm subitò dementes eorum, quæ faciunt, reatum minimè gestent, patet hunc Sacerdotem homicidii reum non esse: unde nec Sacerdotio privari debet.

Objicitur autem illud, quod est in pœnitentiali Theodori *c.*

C. XII. ¶ *In seroversus pœnitentiam agat, qui insaniens aliquem occidit.*

1. SI *d* quis insaniens aliquem occiderit, si ad sanâ mentem pervenerit, levior ei pœnitentia imponenda est.

¶ *In Concilio Vermacensi, & apud Burchardum, & Ivonem hæc sequuntur, quàm ei, qui sanâ mente tale quid commiserit.*

Sed hoc fortè de eo intelligitur, quem propria culpa ad furorem perduxit. ¶ *Item objicitur: Sunt quædam, quæ etsi non imputentur ad pœnam, tamen impediunt sacramenti signaculum. Ambitio namque parentum filio non imputatur ad pœnam: cui tamen obest ad Ecclesiæ munus accipiendum. Sic quæ mente alienatâ fiunt, etsi non imputentur ad pœnam, tamen sacri muneris executionem impediunt.*

C. XIII. ¶ *Innocens est, qui non iratus, sed propter disciplinam casu aliquem interfecit.*

Unde Hieronymus *ait* e.

II. SI quis non iratus, sed propter disciplinam, palmam alicui dederit, & eventu occiderit, sicut fieri solet, quantùm ad gratiam, innocens est: quia voluntatem, non opus requirit. Quantùm autem ad legem, reus est: quia opera requirit. ¶ Item si *f* in persecutione virgo fuerit oppressa, repellitur lege: quia opus inspicit, non voluntatem: In gratia autem quasi virgo suscipitur: quia non opera quærit, sed voluntatem.

¶ *Verba hujus capitis usque ad vers.* Item si in persecutione, *leguntur in homil. 22. operis imperfecti, ad c. 11. Matthæi. Reliqua autem & ferè eadem ubi leguntur, & simillima in comment. B. Hieronymi in idem 11. cap. Matth. Ipsa autem prorsus B. Hieronymi verba referuntur infrà, 32. q 5.* c. de pudicitia. *vers.* finge.

Sicut ergò, qui propter disciplinam casu homicidium facit, quantùm ad legem, reus est, quantùm ad gratiam, innocens: sic iste Sacerdos, qui furore homicidium fecit, quantùm ad culpam innocens est, quantùm ad suscepti muneris executionem reus probatur. ¶ *Hu ita respondetur. Non omnia quæ ordinandum impedunt, ordinatum dejiciunt.* ¶ *Non enim potest ad Sacerdotium provehi, qui aliquando insanivit. Verumtamen si post Sacerdotium furere cœperit, non ideò Sacerdotio carebit: nisi fortè nunquam ad sanæ mentis officium illum redire contingat.* ¶ *Sicut de quodam Episcopo Gregorius* g *scribit in regesto ad Eleutherium Episcopum:* [Quamvis triste sit vobis, &c.] *ut suprà in causa:* [Longâ invaletudine gravatus.]

a *Exod 21. Deut 19.* b *Num. 3.* c *In Conc. Vermacien. c. 22.* d *Burch. l. 6. c. 25. Ivo p. 10. c 154.* e *Auctor operis imperf. in Matthæum hom. 22.* f *32. q 5. de pudicitia.* g *7. q. 1. quamvis.*

QUÆSTIO II.

PRo impensis vero patrociniis in Tarraconensi Concilio Clerici exigere munera prohibentur: *in quo sic statutum legitur, c. 10.*

CAP. ¶ *Pro patrociniis impensis Clericus munera exigere non debet.*

OBservandum quoque decrevimus, ne quis Sacerdotum vel Clericorum, more secularium judicum, pro impensis patrociniis munera audeat accipere *a*, nisi fortè in Ecclesiis gratuitò oblata: quæ non favore muneris videantur accepta, sed collatione devotionis illata. Quod si quis ista *b* probatur accipere, velut exactor fœnoris, aut usurarum possessor, secundum statuta Patrum se noverit degradandum.

Hoc autem de illis intelligendum est, qui canonicam vitam professi, regulariter se victuros proposuerunt. Generalis namque Ecclesiæ consuetudine receptum est, & moribus approbatum, ut Clerici more Advocatorum patrocinia impendant, & pro impensis munera exigant, & pro impensis suscipiant.

QUÆSTIO III.

TErtiò quæritur, an ex mulieris confessione sit fornicator damnandus? *In quo primo videndum est, an mulier Sacerdotem accusare valeat? Quod sacris canonibus omnino vetitum esse prohibitum. Generaliter* c *enim statutum est ex decretali Papæ, ut Sacerdotes Domini non accusent, nec in testimonium vocentur, qui sui ordinis non sunt, nec esse possunt. Mulieres autem non solum ad Sacerdotium, sed nec etiam ad Diaconatum provehi possunt. Unde nec Sacerdotes accusare, nec in eo testificari valent. Legibus* d *quoque cautum est, ut ob verecundiam sui sexûs mulier apud Prætorem pro alio non intercedat: nisi forte suas, vel suorum injurias persequi voluerit. Hæc autem, quæ nec suas, nec suorum injurias persequitur, ad hanc accusationem admitti non debet.* ¶ *Econtrà qui judicii personam gerere valet, ab accusandi officio non removetur. Mulieres autem in Veteri Testamento populum judicâsse, quicunque librum Judicum* e *legerit, ignorare non potest. Non itaque, ab accusatione removeri possunt, quas etiam judicii personam frequenter gessisse constat: nec ullâ serie divinarum Scripturarum ab accusatione prohibentur.* ¶ *Hu ita respondetur. In veteri lege multa permittebantur, quæ hodiè per sollemnem gratiæ abolita sunt. Cum enim mulieribus permitteretur populum judicare, hodiè pro peccato, quod mulier induxit, ab Apostolo* f *ei imperatur verecundari, viro subditas esse, in signum subjectionis velamen capiti habere. Quæ ergò his omnibus viro subjecta esse ostenditur, ei pro alio postulare non conceditur, ad accusationem admittenda non redditur. Econtrà, quamquam passim & indifferenter ad accusationem mulier non admittatur, sunt tamen quædam crimina, quorum accusationem mulier subire non prohibetur.*

C. I.

¶ *Unde* in libro Codicis nono, *tit. 1. l. 12. Imp. Diocletianus scribit* g, *dicens.*

DE crimine, quod publicorum fuerit judiciorum, mulieri accusare non permittitur, nisi certis ex causis, id est, si suam, suorumque persequatur injuriam, secundùm antiqui *h* juris statuta tantùm, de quibus specialiter ei concessum est, non exactâ subscriptione. Unde aditus Præses provinciæ inprimis examinabit, an talis sit crimen, cujus accusationem mulier subire non prohibeatur?

¶ *In aliquot vetustis exemplaribus ab initio quæstionis, usque ad cap. sanè. nulla est distinctio capitulorum.*

a *al. exigere.* b *al. ita.* c *2. q. 7. sicut Sacerdotes.* d *ff. de reg. jur. l. fœmina.* e *Jud. 4.* f *Epb. 5.* g *tit. de his, qui accusare non possunt.* h *al. antiquatus statuta.*

C. II.

Item in libro Digestorum, *Paulus lib. 2. de adulteriis, a tit. de testibus. l. 18.*

EX eo, quod prohibet lex Julia de adulteriis, testimonium dicere condemnatam mulierem, colligitur, etiam mulieres in judicio testimonium *b* dicendi jus habere. *Item Digestis, titulo de accusationibus & inscriptionibus l. 2.* c ¶ Non est permissum mulieri publico judicio quemquam reum facere: nisi scilicet parentum, liberorumque, & patroni, & patronæ, & eorum filii, filiavé, nepotis, neptisve mortem exequatur.

C. III.

Papinianus *leg. 2. eod. tit.*

CErtis de causis concessa est mulieribus publica accusatio: veluti si mortem exequantur eorum, earumque, in quos ex lege publicorum judiciorum testimonium invitæ non dicunt. ¶ Idem & in lege Cornelia testamentaria Senatus statuit: sed & de testamento paterni liberti, vel materni, mulieribus publico judicio dicere permissum est. ¶ Pupillis, ex consilio tutorum, patris mortem; item pupillæ avi sui mortem exequi, concessum est lege testamentariâ. Nam & de patris quidem testamento pupillis agere divus Vespasianus permisit. Sed etsi non exhibeantur tabulæ, per interdictum possint experiri. *Codice de iis, qui accusare possunt,* d *vel non, lege quartâ* Imp Alex. Dionysio. Uxor tua, si consobrini sui necem vindicandam existimat, adeat Præsidem provinciæ. *In Digestis ad legem Iuliam Majestatis, lege octavâ. Papinianus libro 12. Responsorum.* e ¶ In quæstionibus læsæ Majestatis etiam mulieres audiuntur. ¶ Et conjurationem denique Lucii *f* Catilinæ Fulvia mulier detexit, & M. Tullium Consulem in judicium ejus instruxit.

Quæcunq; verò persona ad accusationem publicorum judiciorum, vel læsæ majestatis admittitur, eadem accusationem Simoniæ subire non prohibetur.

C. IV. ¶ *Læsæ majestatis, & publicorum judiciorum, & Simoniæ accusatio æqualiter proponatur.*

Unde in primo lib. Codicis, *Imp Leo Armasio Præfecto Præt leg. 31.* g

SAnè *h* quisquis hanc sanctam & venerandam Antistitis sedem pecuniæ interventu subiisse, aut si quis, ut alterum ordinaret vel eligeret, aliquid accepisse detegitur, ad *i* instar publici criminis, & læsæ majestatis, accusatione propositâ, à gradu Sacerdotii retrahatur. Nec solùm hoc deinceps honore privari, sed perpetuæ quoque infamiæ damnari decernimus: ut eos, quos facinus par coinquinat & æquat, utrosque similis pœna comitetur.

Cum autem sacris canonibus accusationes omnino submoveantur, quas leges seculi non asciscunt, è diverso videntur admittendæ, quas legibus seculi non prohibentur. Verum hoc non obtinet. Quicunque enim Clericorum sacris canonibus nuptias contrahere prohibentur, etiã legibus Imperatorum. Non autem consequenter omnium copulam leges admittunt, quorum conjunctionem sacri canones non prohibent: Legibus 1 *enim filii Cantores & Lectores: canonibus autem etiam Acolyti uxores ducere possunt. Quamvis igitur sacris canonibus submoveantur accusationes, quas leges seculi non asciscunt, non ideò consequenter recipiantur, quascunq; Principum leges admittunt. ¶ Sed (sicut circa hujus operis initium* k *præmissum est) toties legibus Imperatorum in Ecclesiastico negotio utendum est, quoties sacris canonibus obviare non inveniuntur. ¶ Unde aut specialiter sacris canonibus mulier ab accusatione læsæ majestatis & Simoniæ ostendatur prohibita, aut præmissis rationibus ad hu usmodi accusationem admittenda probetur. Nec quisquam distinguere quærat, ad aliorum, non ad Sacerdotum accusationem in hoc casu Simoniæ mulieres esse admittendas. Cum enim generaliter legibus hoc eis permissum inveniatur, nisi quis specialiter aliquâ lege hoc prohibitum ostenderit, ejus distinctio locum non habebit. Verum, cùm contra generales regulas quædam crimina specialiter excepta sint, in quibus mulieri accusare permittitur, inter quæ fornicatio non numeratur: patet, quod hujus accusatio duplicater infirmatur, & quia fornicationis crimen intendit, & quia dum de se confitetur, super alienum crimen ei credi non oportet.*

1 ¶ Legibus enim] *Discrepantia hæc legum & canonum vera non est. Sed fortasse in hanc opinionem venit Gratianus ex quibusdam verbis novellæ vigesimæ secundæ, quæ in vulgatis authenticis habetur, coll. 4. tit. de nuptiis* §. sed & si quis inter reverendissimos constitutus Clericos, (ultra Lectorem aut Cantorem dicimus) omninò contraxerit nuptias, hunc ex nostra constitutione cadere Sacerdotio constituimus, atque volumus. *Iulianus autem antecessor eâdem novellâ 22. num. 27. illud,* supra Lectorem & Cantorem, *exponit,* veluti Subdiaconus & Diaconus. *Hoc autem canones etiam nuptias prohibent. Et Leo in c. lex continentiæ. sup. dist. 31. fere iisdem verbis usus est, quibus Iustinianus in hac novella, & nomine* Lectorum *omnes minores ordines significavit.*

C. V. ¶ *Rei professio adversùs quemlibet admitti non debet.*

Unde Juliamus Papa *a scribit in decretis, c. 12. dicens.*

NEmini *b* (præterquam 1 de crimine læsæ majestatis) de se confessio credi potest *c* super crimen alienum: quoniam ejus atque omnis rei professio periculosa est, & admitti adversùs quemlibet non debet.

1 ¶ Præterquam de crimine læsæ majestatis] *Hæc excepta in nullo ex locis indicatis habetur; præterquam apud Anselmum.*

Quia ergò ista de se confitetur, super alienum crimen ei credi non oportet, sed contra eam sua confessio interpretanda est.

QUÆSTIO IV.

QUod verò die Dominico nec Episcopo, nec Presbytero causam aliquam ventilare liceat, in Tarraconensi Concilio *prohibetur, in quo sic statutum est, c. 4.*

C. I. ¶ *Ministri Ecclesiæ die Dominico causas ventilare non debent.*

NUllus *d* Episcoporum aut Presbyterorum, vel Clericorum die Dominico propositum cujuscunque causæ negotium audeat ventilare *e*, nisi hoc tantùm, ut Deo statuta solennia peragant. Cæteris verò diebus, convenientibus personis, illa quæ justa sunt, habent licentiam judicandi, excepto *f* criminali.

C. II. ¶ *Solemnibus diebus, & legitimorum jejuniorum secularia placita non agantur.*

Item ex Concilio apud Erphesfurt 1 habito, *præsente Rege Henrico.*

PLacita *g* secularia Dominicis diebus, vel aliis præcipuis festis, seu etiam in his diebus, in quibus legitima jejunia celebrantur, secundùm canonicam constitutionem minimè fieri decernimus. Insuper etiam sancta Synodus decrevit, ut nulla judiciaria potestas licentiam habeat suâ auctoritate Christianos ad placitum bannire in supradictis diebus, id *h* est, septem dies ante Natalem Domini usque in octavas Epiphaniæ, & à Quinquagesima usque ad octavas Paschæ, & septem dies ante nativitatem sancti Joannis Baptistæ: quatenùs adeundi Ecclesiam, orationibusque vacandi liberiùs habeatur facultas.

---

a *l. digest. 22 tit 5.* b *al. testimonii.* c *lib. 47. titul. 2. leg. 2.* d *lib. 6. tit. 1. l. uxor.* e *libr 48. tit. 4. l. in quæstionibus* f *al. Sergii.* g *tit. 2. de Episcopis & Cler. l. si quemquam.* h *Cum sanè si quis.*] *orig.* i *al. instar.* k *Dist. 18. c. 2.*

a *Et Dionysius, epist. 2.* b *Anselm. l. 3. c. 75. Ivo p. 5 c. 228 Pann. l. 4. c. 69.* c *al. oportet*] *al. debet.* d *Ivo p. 4. c. 22.* e *al. judicare.* f *al. exceptis criminalibus negotiis.* g *Burch l. 19. c. 211 Ivo p. 3. 63.* h *&*] *fortasse.*

1 ¶ Erphesfurt] *In vulgatis legebatur*, Ephesum, *quasi hoc esset decretum aliquod Concilii Ephesini, habiti tempore Cælestini Papæ, & Theodosii junioris. Hoc verò est Germanicum Concilium habitum præsente Henrico Rege, prout etiam apud Burchardum & Ivonem dicitur. Et codices Gratiani manuscripti habent, quemadmodum est restitutum. In hoc autem oppido petiit Bonifacius à Zacharia Papa constitui Episcopum, & impetravit. Quod apparet ex prima epistola Bonifacii ad Zachariam, & ultima Zachariæ ad Bonifacium.*

C. III. ¶ *De eodem.*

Item Hadrianus Papa *in capitulis, c. 84.*

NUllus [a] Episcopus, vel infrà positus, die Dominico causas judicare præsumat.

QUÆSTIO V.

PVrgationem verò neganti esse præstandam, Stephanus scribit Leoni Episcopo Thenensi.

¶ *Idem est titulus in c.* de manifesta. *sup. 2. q. 1.*

C. I. ¶ *Diaconus si de crimine convinci non potuit, apud Episcopum se ipsum secretò purificet.*

DE [b] crimine sibi illato Diaconus tuus verissimè fatebatur se esse immunem. Veruntamen si suspicio habetur, & accusatores idonei reperiuntur, & tales testes, quales sacri canones sanciunt, accito tecum certo Episcoporum numero veniant accusatores, vocetur & ipse Aldericus Diaconus: & si negaverit, ventiletur causa canonicè: & si vel sponte confessus, vel legitimis testibus fuerit approbatus, canonicâ feriatur sententiâ. Qui si nec sponte confitetur, nec accusatores & testes legitimi reperti fuerint, & malâ famâ crebruerit, non publico examine, sed coram te, & aliquantis reverendissimis Presbyteris & Diaconis tuæ Ecclesiæ secreto juramento se purificet. Et tu deinceps boni testimonii eum annuntia: & compesce, & commone Ecclesiæ tuæ filios, ne Sacerdotem Dei ulteriùs infamare præsumant, timentes, quòd Cham [c] maledictus est, qui patris verenda derisit.

C. II. ¶ *Non est spoliandus Presbyter, vel Diaconus, nisi sponte confessus, vel legitimè convictus fuerit.*

Item Nicolaus *Salomoni Constantiensi Episcopo.*

PResbyter [d], aut Diaconus, quem asseris crimina nolle publicè confiteri, sed velle cum sacramento defendere se, etsi tamen actum sit Episcopo esse scelus ab ipso perpetratum, non potest per aliquam pœnitentiam Sacerdotali vel Diaconali officio potiri; sed mirandum est, si ipse confessus non fuerit, quomodo notum possit esse Episcopo scelus ab ipso perpetratum, nisi accusatore fortè idoneo per testes idoneos approbante. Unde si examinante Episcopo causam Presbyteri vel Diaconi non fuerit per testium approbationem Presbyter [e] vel Diaconus fortè convictus, non est scelus Episcopo legitimè manifestum, nisi suâ sponte scelus ipse confiteatur. Quod nisi fecerit, interim non videmus suo debere Presbyterum vel Diaconum officio privari. Sola ergò spontanea confessio, & canonicus numerus, vel qualitas testium (decernentibus Episcopis, & accusatore quod objecerat, comprobante) Clericum privat proprio gradu.

QUÆSTIO VI.

1 ps QVòd verò confessio cruciatibus extorquenda non sit, Alexander Papa testatur, scribens omnibus orthodoxis, epist. 1. cap. 2.

C. I. ¶ *Ministrorum confessio non sit extorta, sed spontanea.*

SI [a] quandoque à Sacerdotibus & auctoribus 1 Ecclesiæ, quædam scripturæ quoquo modo per metum, aut fraudem, aut per vim extortæ fuerint, vel ut se liberare possint, quocunque ab eis conscriptæ aut roboratæ fuerint ingenio, ad nullum eis præjudicium vel nocumentum valere [b] censemus: nequenullam eos infamiam vel calumniam, aut à suis sequestrationem bonis unquam, Deo auctore, & sanctis Apostolis, eorumq; successoribus, sustinere permittimus. Confessio verò in talibus non compulsa, sed spontanea fieri debet. *& infrà.* ¶ Omnis enim confessio, quæ [f] ex necessitate, fides non est. *& paulò pòst.* ¶ Confessio ergò in talibus non extorqueri debet, sed potiùs sponte profiteri. Pessimum enim est de suspicione aut extorta confessione quempiam judicare: cùm magis sit inspector cordis Dominus, quàm oculi, *& paucis interjectis.* ¶ Non potest autem humano condemnari examine, quem Dominus suo reservavit judicio. Si omnia namque in hoc sæculo vindicata essent, locum divina judicia non haberent. *Item multò superiùs.* ¶ Est etiam & ad hanc sanctam sedem perlatum (quod pudet dicere, & non solùm Sacerdotali, sed etiam omni Christiano nomini est inimicum) quòd nonnulli Episcopos vel Sacerdotes aut metu compellunt, aut vi extorquent, aut fraude decipiunt, aliquas confessionis suæ in alterum partem, quàm debeant, literas scribere, aut professum non requisitione causarum [g], aut (quod deterius est) pro alieni erroris secta scripturas facere, & propria manibus roborare, & coram populis recitare, atque confiteri. Aliquos dicunt carceribus & ergastulis retrudi [h], ut sic tem his territi insidiis devient Domini Sacerdotes, & suis faveant voluntatibus. *Item ubi suprà* c. ¶ Confessio verò in talibus non compulsa, sed spontanea fieri debet, ipso attestante, qui ait: [*Ex* [i] *corde enim procedunt homicidia, adulteria, fornicationes, blasphemiæ,*] & cætera, quæ sunt ad hæc pertinentia. ¶ Nec tantum attendenda sunt, quæ fiunt, quantum quo animo fiant. *& paulò pòst.* ¶ Amplius autem respicit Deus ad cogitationes, & spontaneas voluntates, quàm ad actus, qui per simplicitatem aut per necessitatem fiunt.

1 ¶ Auctoribus] *Ivo habet*, si Sacerdotibus, vel actoribus Ecclesiæ, *quemadmodum etiam in eadem epistola dicitur*, si quis erga Episcopum, vel actorem Ecclesiæ, *& refertur supr. 2. q. 7.* si quis erga. *Hoc autem loco in epistola legitur, similiter si hujusmodi personis quædam scripturæ, &c. Præsseram autem eam multa alia, tum quæ referantur in hoc eodem capite, in vers.* Est etiam, & ad hanc. *Confectum enim est hoc caput ex locis epistolæ hinc inde sumptis, ordine non semper servato.*

2 ¶ Literas scribere] *Hæc absunt ab originali. Sufficiunt enim illa, quæ sequuntur, scripturas facere. Sed ab glossam non sunt expuncta.*

C. II. ¶ *Apostolica auctoritas penitùs illicita in irritum deducit juramenta.*

Item Nicolaus Papa *Episcopis Galliæ.*

AUctoritatem [g] venerabilium prædecessorum nostrorum secuti, & nominatim beatissimi Papæ, & Martyris 1 Alexandri quinti à beato Petro, ab omnibus juramentis [h], & cujuscunque modi obligationibus, quibus illi se se coacti violentiâ impiorum obligaverunt, absolvimus: & ne illa serventur, vetuimus tam præfatum Archiepiscopum Trevirensem, quàm ejus præpositum, & omnes, qui tunc temporis capti se illis quo quo modo obligaverunt: neque ullam eos proinde infamiam vel calumniam, aut à suis bonis sequestrationem unquam auctore Deo, & sanctis Apostolis, & nostris prædecessoribus sustinere permittimus: sicut per Prophetam Dominus dicit *i*: [*Dissolve colligationes im-*

a *Burchardus lib. 1. c. 112. Ivo p. 5. c. 204.* b *Ivo p. 8. c. 460.* c *Gen. 9.* d *Ivo p. 6. c. 122.* e *al. ille Presbyter.*

a *Ivo p. 5. c. 241. Pann. l. 4. c. 112.* b *al. provenire.* c *recusati,] orig.* d *Sup. in hoc eod. cap.* e *rum.* f *Maithæi 15.* g *Polyc. 6. tit. 11.* h *al. juramentis illis.* i *Esaiæ potatis.*

impietatis.] Quinetiam præfato fratri nostro, filiisque Trevirensis Ecclesiæ, illiusque defensoribus hæc in mandatis damus, ut spirituali simul & materiali gladio tamdiu malignos illos, eorumque fautores insequantur, quousque cum integritate possessiones, vel quæcunque res Ecclesiasticæ hoc facto, vel quocunque pacto distractæ seu direptæ sunt, revocentur.

1 ¶ Alexandri] *Nicolaus citat epistolam Alex. 1. de qua re notatum est suprà, dist. 19.* Si Romanorum.

2 pars. *A fidelitatis etiam juramento Romanus Pontifex nonnullos absolvit, cùm aliquos à sua dignitate deponit.*

C. III. ¶ *Pontificalis auctoritas à juramento fidelitatis nonnullos absolvit.*

Unde Gregorius Papa.

ALius a item Romanus Pontifex, Zacharias scilicet, Regem Francorum, non tam pro suis iniquitatibus, quàm pro eo, quòd tantæ potestati erat inutilis, à regno deposuit: & Pipinum Caroli magni Imperatoris patrem in ejus locum substituit, omnesque Francigenas à juramento fidelitatis, quod illi fecerant, absolvit. Quod etiam ex auctoritate frequenti agit sancta Ecclesia, cùm milites absolvit à vinculo juramenti: quod factum est his Episcopis, qui Apostolicâ auctoritate à Pontificali gradu deponuntur.

¶ *In manuscriptis est, ut in vulgatis,* Gelasius Papa Anastasio Imperatori. *Cujus Gelasii esse non potest. Zacharias enim & Carolus magnus, quorum in hoc capite mentio fit, multò post Gelasium vixerunt. Habetur autem in regesto Gregorii 7. libr. 1. epist. 21. Herimanno Metensi Episcopo scripta, quam refert Ivo. In qua quidem epistola paulo ante multa ex epistola Gelasii Anastasio Imperatori scripta afferuntur.*

C. IV. ¶ *Excommunicati vinculo fidelitatis non tenentur obnoxii.*

Item Gregorius VII. b *Romanæ Synodo præsidens, dixit.*

NOs c sanctorum prædecessorum nostrorum statuta tenentes, eos, qui excommunicatis fidelitate aut sacramento constricti sunt, Apostolicâ auctoritate à sacramento absolvimus: & ne eis fidelitatem observent, omnibus modis prohibemus, quousque 1 ipsi ad satisfactionem veniant.

2 ¶ Quousque, &c.] *Verba hæc non sunt in codice manuscripto Vaticano.*

C. V. ¶ *Antequam reconcilientur, fidelitatem excommunicatis nullus servare cogitur.*

Item Urbanus II. *Episcopo Vapicensi.*

IUratos d milites Hugoni Comiti, ne ipsi, quandiu excommunicatus est, serviant, prohibeto e. Qui si sacramenta prætenderint, moneantur f, oportere Deo magis servire, quàm hominibus. Fidelitatem enim, quam Christiano Principi jurârunt, Deo ejusque Sanctis adversanti, & eorum præcepta calcanti, nullâ cohibentur auctoritate persolvere.

QUÆSTIO VII.

1 pars. AEsque Synodali vetè audientia Sacerdotem damnari, in Hispalensi II. Concilio, *cui Isidorus interfuit, cap. 6. sic prohibetur.*

C. I. ¶ *Sine Concilii examinatione Presbyter vel Diaconus non dejiciatur.*

SExtâ actione comperimus, Fragitanum Cordubensis Ecclesiæ Presbyterum, injustè olim à Pontifice suo dejectum, & innocentem exilio condemnatum. Quem rursus ordini suo restituentes, id deinò adversùs præsumptionem nostram 1 decrevimus, ut juxta priscorum Patrum Synodalem sententiam nullus nostrûm sine Concilii examine quemlibet Presbyterum vel Diaconum dejicere audeat. Nam multi sunt, qui indiscussos potestate tyrannicâ, non auctoritate canonicâ damnant. Et sicut nonnullos gratiâ favoris sublimant, ita quosdam odio, invidiâque permoti humiliant, & ad levem opinionis auram condemnant, quorum crimen non approbant. Episcopus a enim Sacerdotibus ac ministris solus honorem dare potest; solus auferre non potest. Si enim hi, qui in seculo à dominis suis honorem libertatis adepti sunt, in servitutis nexum non revolvuntur, nisi publicè apud Prætoris ac Præsidis tribunal in foro fuerint accusati; quantò magis hi, qui divinis altaribus consecrati honore Ecclesiastico decorantur? Qui profectò nec ab uno damnari, nec uno judicante poterunt honoris sui privilegiis exui: sed præsentati Synodali judicio, quod canon de illis præceperit, oportet diffiniri.

1 ¶ Restituentes] *Sic est emendatum ex codicibus Conciliorum impressis & manuscriptis. Sic enim apertius declaratur, illum canonicè à Concilio esse restitutum, quàm ex lectione Gratiani vulgata,* restitutum esse comperimus.

2 ¶ Nostram] *Antea legebatur,* vestram, *In recentioribus autem Conciliorum editionibus est,* novam. *Emendatum est ex antiquioribus editionibus, & duobus codicibus Vaticanis, & Lucensi Regio, quemadmodum & paulò post,* nullus nostrûm, *cùm antea esset,* nullus vestrûm. *Modesti enim & religiosi Episcopi sibi etiam meruunt. Alia verò quædam sunt ex iisdem codicibus emendata.*

C. II. ¶ *Causas Clericorum Episcopus non nisi cum senioribus Ecclesiæ audiat.*

Item Gregorius *Ioanni Episcopo Panormitano, lib. 11. epist. 49.*

SI b quid de quocunque Clerico ad aures tuas pervenerit, quod te justè possit offendere, facilè non credas: nec ad vindictam te res accendat incognita; sed præsentibus senioribus Ecclesiæ tuæ diligenter est veritas perscrutanda: & tunc, si qualitas rei poposcerit, canonica districtio culpam feriat delinquentis.

C. III. ¶ *A quot Episcopis Presbyteri vel Diaconi sint audiendi.*

Item ex Concilio Carthaginensi 1 primo, *c. 11.*

SI quis tumidus vel contumeliosus extiterit in majorem natu, vel aliquam causam habuerit, à tribus vicinis Episcopis, si Diaconus 2 est, qui arguitur; si Presbyter, à sex; si Episcopus, à duodecim Consacerdotibus audiatur. Universi Episcopi dixerunt: Contemptus debet contumaciæ & superbiæ in omnibus frangi. Causæ c verò pro personis d ab his statuto numero audiantur.

1 ¶ Carthaginensi] *Sic est emendatum ex vetustis codicibus. Nam in vulgatis erat,* Agathensi primo, *cùm unicum duntaxat Agathense memoretur.*

2 Si Diaconus est,] *In vulgatis Conciliorum editionibus legitur,* si Diaconus est, arguatur Presbyter, &c.

C. IV. ¶ *De eodem.*

Item ex Concilio Carthaginensi II. *cap. 10.*

FElix Episcopus Selemselitanus dixit: Etiam hoc adjicio secundùm e statuta veterum Conciliorum, ut si quis Episcopus (quod non optamus f) in reatum aliquem incurrerit, & fuerit ei nimia necessitas, non posse plurimos congregare, ne in crimine remaneat, à duodecim Episcopis audiatur, & à sex Presbyter 1, & à tribus Diaconus, cum proprio suo Episcopo.

1 ¶ Presbyter,] *Sic legitur in Concilio, quod est in codice canonum, c. 12. & Græco, & duobus codicibus Conciliorum Vaticanis, & uno alio peruetusto, & concordat cum sequenti capite.*

a Gregor. 7. l. 2. reg. Ivo p. 3. cap. ult. b l. 3. regest. c Paun. l. 3. c. 110. d Paun. l. 3. c. 111. e al. prohibete. f Alii. 3.

a Suprà, add. Episcopus. & suprà, distinct. 67. Episcopus. b dist. 86. si quid. c al. causa audiatur. d al. personis statuto. e 3. q. 8. suggero. Ansel. l. 3. c. 121. Burch. l. 1. c. 149. Ivo p. 3. c. 284. f al opinamur.

In editionibus autem Conciliorum Parisiensibus ac Coloniensibus habetur, & à sex Presbyteris, & tribus Diaconis; quemadmodum & in multis Gratiani manuscriptis.

C. V. ¶ *De eodem.*

Item ex Concilio Carthaginensi III. *c. 8.*

SI *a* autem Presbyteri vel Diaconi fuerint accusati, adjuncto sibi ex vicinis locis proprius *b* Episcopus legitimo numero collegarum, quos ab eodem accusati petierint, id est, unà secum in Presbyteri nomine 1 sex, in Diaconi tribus, ipsorum causas discutiat *c*, eâdem dierum *d*, & dilationum, & à communione remotionum, & discussione personarum, inter accusatores & eos qui accusantur, formâ servatâ: reliquorum autem Clericorum causas etiam solus Episcopus loci agnoscat & finiat.

1 ¶ Nomine sex,] *Sic in cæteris codicibus impressis & manuscriptis, præterquam in editione Coloniensi quatuor tantorum, in qua habetur,* Presbyteri nomine quinque, in Diaconi duobus.

2 pars. *Solus autem ad exclusionem aliorum Episcoporum, non suorum Clericorum dicitur, sine quorum præsentia ejus sententia erit irrita.*

C. VI. ¶ *Absque præsentia Clericorum nullius causam Episcopus audiat.*

Vide in Concilio Carthaginensi IV. *c. 24. legitur.*

I. EPiscopus *e* nullius causam audiat absque præsentia suorum Clericorum: alioquin irrita erit sententia Episcopi, nisi Clericorum præsentiâ confirmetur.

C. VII. ¶ *Nisi in Synodo canonicè vocati Sacerdotes damnari non possunt.*

Item ex Concilio Hispalensi II. *c. 6.*

II. EPiscopus *f* Sacerdotibus ac ministris solus honorem dare potest, auferre solus non potest. Si enim hi, qui in seculo à dominis suis honorem libertatis adepti sunt, in servitutis jugum non *g* revocantur, nisi publicè apud Prætoris ac Præsidis tribunal in foro fuerint accusati; quantò magis hi, qui divinis altaribus consecrati, honore Ecclesiastico decorantur? Qui profectò nec ab uno damnari, nec uno judicante poterunt honoris sui privilegiis exui: sed præsentati Synodali judicio, quod canon de illis præceperit, definiri.

QUÆSTIO VIII.

DE ultima verò quæstione sic statutum est in Concilio Neocæsariensi, *c. 9. & 10.*

C. I. ¶ *Presbyter, qui ante ordinationem confitetur se corporaliter lapsum, postea non offerat.*

QUi *h* admisit corporale peccatum, & hic postea Presbyter ordinatus est, si confessus fuerit, quod ante ordinationem suam peccaverit, non quidem offerat, maneat autem *i* in aliis officiis propter 1 ejus studii utilitatem. Nam cætera peccata censuerunt plurimi etiam ordinatione privari 2. Quòd si de his non fuerit confessus, nec ab aliquibus potest manifestè convinci, huic ipsi de se potestas est committenda. Similiter & Diaconus, si in eodem culpæ genere fuerit involutus, sese à ministerio cohibebit.

1 ¶ Propter ejus studii utilitatem.] *Græcè est,* διὰ τὴν ἀσκήσεως ἀνάγκην, *id est,* propter studium ac diligentiam, quam cæteroquin adhibet.

2 ¶ Privari.] *Græcè legitur,* τὴν χειροθεσίαν ἀφίεσθαι, *id est,* manûs impositionem dimitti: *quemadmodum ferè vertit Dionysius, cujus versionem cæteri collectores attulerunt, hâc tamen clausulâ omissâ. Nam hæc verba, quam Gratianus affert, est prisca, quæ est in collectione Isidori. Ita ex his verbis longè aliud elicitur sententia, atque auctor glossæ putârit.*

C. II. ¶ *Deservientes altaris, si carnis fragilitate deliquerint, Episcopi arbitrio subjaceant.*

Item ex Concilio Ilerdensi, *c. 5.*

HI *a*, qui altario Dei deserviunt, si subitò in fœda carnis fragilitate corruerint, & Domino respiciente dignè pœnituerint, ita ut mortificato corpore cordis contriti sacrificium Deo offerant, maneat in potestate Pontificis, vel veraciter afflictos non diu suspendere, vel desidiosos prolixiore tempore ab Ecclesiæ corpore segregare: ita tamen, ut sic officiorum suorum loca recipiant, ne possint ad altiora officia ulteriùs promoveri. Quod si iteratò velut canes ad vomitum reversi fuerint, & veluti sues in volutabris luti jacuerint, non solùm dignitate officii careant, sed etiam sanctam communionem, nisi in exitu, non percipiant.

C. III. ¶ *Ex ministris Ecclesiæ geniti, in servitutem devocentur ejusdem.*

Item ex Concilio Toletano IX. *c. 18.*

CUm *b* multæ super incontinentia *c* ordinis Clericorum hactenus emanaverint sententiæ Patrum, & nullatenùs ipsorum reformari quiverit correctio morum, usq; adeò sententiam judicantium protraxêre commissa culparum, ut non tantùm ferretur ultio in actores scelerum, verùm & in progeniem damnatorum. Ideòque quilibet ab Episcopo usque ad Subdiaconum detectus, qui vel ex ancillæ, vel ex ingenuæ detestandò connubio, in honore constituti filios procreaverint, illi quidem, ex quibus geniti probabuntur, canonicâ censurâ damnentur. Proles autem alienâ *d* pollutione nata, non solùm hereditatem *e* nunquam accipiet, sed etiam in servitutem ejus Ecclesiæ, de cujus Sacerdotis vel ministri ignominia nati sunt, jure perenni manebunt.

C. IV. ¶ *Qui confitetur se ante ordinationem peccâsse, non sacrificet: convictus autem deponatur.*

Item ex Concilio Martini *f* Papæ, *c. 2.*

SI *g* quis Presbyter ante ordinationem peccaverit, & post ordinationem confessus fuerit, quod antè peccaverit, non offerat, sed tantùm pro religione nomen Presbyteri portet. Si autem non ipse confessus, sed ab alio publicè fuerit convictus, nec hoc ipsum habeat, ut nomen Presbyteri portet. Similiter & de Diaconis observandum est, ut si ipsi confessi fuerint, ordinem Subdiaconi accipiant *h*.

C. V. ¶ *De manu Sacerdotis, qui ab Ecclesia ejeratur, licitè Sacramenta sumuntur.*

Item Nicolaus *ad consulta Bulgarorum, c. 77.*

SCiscitantibus *i* vobis, si à Sacerdote, qui sive deprehensus in adulterio, sive de hoc solâ famâ respersus est, debeatis communionem suscipere, necnè respondemus. Non potest aliquis, quantumcunque pollutus sit, Sacramenta divina polluere, quæ purgatoria cunctarum contagionum existunt: nec potest solis radius per cloacas & latrinas transiens aliquid exinde contaminationis attrahere. Proinde qualiscunque Sacerdos sit, quæ sancta sunt, coinquinare non potest. Idcirco ab eo, usquequò judicio Episcoporum reprobetur, communio percipienda est: quoniam mali bona administrando

a *Anf. l. 4. c. 103. Burch. l. 2. c. 205. Ivo p. 8. c. 280.* b *cum proprio Episcopo.* c *al. discutiant.* d *al. dierum dilatione.* e *Burch. l. 2. c. 149. Ivo p. 5. c. 214.* f *Supra, eâd. cap. sextâ allatione. & distinct. 67. Episcopus* g *al. nexum non revolvuntur.* h *Rabanus lib. pœnit. c. 1. Polyc. l. 4. tit. 39. Burch. l. 2. c. 49. Ivo p. 8. c. 230. Pann. l. 3. c. 131. Cap. 10. ibid.* i *al tamen.*

a *Dist. 50. his, qui altario. Rabanus l. pœn. c. 1. Burch. l. 19. c. 34. Ivo p. 15. c. 87.* b *Ivo p. 6. c. 421.* c *al. innocentia.* d *al. tali.* e *al. hæreditatem parentum.* f *In capit. Martini Brach. Ex Conc. Neocæsar. c. 9. & 10.* g *Burch. l. 2. c. 42. Ivo p. 8. c. 149. Pann. l. 3. c. 170.* h *al. retineant.* i *Extra de inhab. Cler. & mul. 4. testra duxit. Ivo p. 2. c. 83. Pann. l. 3. c. 13.*

ministrando

ministrando se tantummodò lædunt: & cerea 1 fax accensa sibi quidem detrimentum præstat, aliis verò lumen in tenebris administrat: & unde aliis commodum exhibet, inde sibi dispendium præbet. Sumite ergò intrepidi ab omni Sacerdote Christi mysteria *a*, quia *b* omnia fide *c* Christi purgantur. Fides *d* est enim, quæ hunc mundum vincit: & quia non dantis *e*, sed accipientis sit, dicente *f* beato Hieronymo 2: [*Ad ordendum in anima omni Baptismate est perfectus: & in omni Sacerdote corpus Christi est perfectum.*] ¶ Qui rursùs sacræ Scripturæ *g* concordans ait: [*Priusquam audias, ne judicaveris quemquam:*] atque ante probationem accusationis illatæ neminem à tua communione suspendas: quia non statim, qui accusatur, reus est, sed qui convincitur, criminosus.

1 ¶ Et cerea] *Ante legebatur,* &c. *Restitutum est ex originali, ex quo alia etiam sunt emendata & addita.*

2 ¶ Hieronymo:] *Est in epistola de septem gradibus, quemadmodum & quod sequitur,* priusquam audias, &c. *est videre superius.*

CAUSA XVI.

QUidam Abbas habebat parochialem Ecclesiam: instituit ibi Monachum, ut officium celebraret populo: possedit eam per quadraginta annos sine aliqua interpellatione: tandem querela adversùs Abbatem movetur à Clericis baptismatis Ecclesiæ, in cujus dicecesi parochiana Ecclesia illa consistebat.

1 *Hic primùm quæritur, utrum Monachis liceat populis officia celebrare, pœnitentiam dare & baptizare?*

2 *Secundò, si contigerit, eos capellam habere Episcopali beneficio, an ab eis sint instituenda, an ab Episcopis?*

3 *Tertiò, an jura Ecclesiarum præscriptione tollantur?*

4 *Quartò, si Ecclesia adversùs Ecclesiam præscribat, an etiam monasterium adversùs Ecclesiam præscribere possit?*

5 *Quintò, si capellam in suo territorio ædificatam jure territorii sibi vendicare valeat?*

6 *Sextò, si Archipresbyter vel Episcopus suâ auctoritate, non judiciariâ sententiâ capellam illam irreperit, an cadat à causâ: ut Ecclesia, cui præsidet, non ultrà habeat jus repetendi, quod suus pastor illicitè usurpavit?*

7 *Septimò quæritur, si Laici capellam illam tenebant (ut quibusdam moris est) & in manibus Abbatis eam refutaverint, & ordinandam tradiderint, an consensu Episcopi & Clericorum Abbas possit eam tenere?*

QUÆSTIO I.

1 QUòd Monachi officia populis celebrare non possint, multis auctoritatibus probatur: quarum prima est illa sanctæ Nicænæ Synodi. *quâ dicitur.*

¶ *Caput hoc neque in prima Nicæna Synodo, neque in secunda habetur. Est autem aliquid simile in canonibus Nicænis versis ex Arabico, can. 76.*

C. 1. ¶ *Monachorum conversatio ab omnibus debet esse discreta.*

1 PLacuit *h* omnibus residentibus in sancta Nicæna Synodo, ut Monachorum conversatio & vita secundùm etymologiam nominis ab omnibus discrepet. Monachus enim Græcè, Latinè singularis dicitur. Unde Monachum per omnia singulariter agere oportet. Quamobrem firmiter & insolubiliter omnes præcipimus, ut aliquis Monachus pœnitentiam nemini tribuat, nisi sibi invicem, ut justum est: mortuum non sepeliat, nisi Monachum in monasterio secum commorantem: vel si fortuitò quenquã advenientiũ fratrum ibi mori contigerit.

C. 11. ¶ *Monasterii districtionem, & Ecclesiasticum ministerium quilibet simul tenere non potest.*

Item Gregorius *Ioanni Ravennati Episcopo, lib. 4. epist. 1.*

NEmo *a* potest & Ecclesiasticis obsequiis *b* deservire, & in monachica regula ordinatè persistere: ut ipse monasterii districtionem teneat, qui quotidie in ministerio *c* Ecclesiastico cogitur permanere.

C. 111. ¶ *Monachi, qui ad Clericatum promoventur, à priori proposito discedere non debent.*

Item Innocentius *ad Victricium, epist. 2. c. 10.*

DE *d* Monachis, qui diu morantes in monasteriis, si postea ad Clericatûs ordinem pervenerint, statuimus, non debere eos à priore proposito discedere *e*.

Si ergò (sicut Innocentius definit) à suo proposito eis discedere non licet; & sicut Gregorius testatur, in monastica regula devotè persistere, & Ecclesiasticis obsequiis simul deservire non possunt; patet, quod parochianis Ecclesiis Monachi præfici non possunt.

C. 1V. ¶ *Monachus non habet officium docentis, sed plangentis.*

Item Hieronymus *ad Riparium Presbyterum, adversùs Vigilantium.*

MOnachus *f* non docentis *g*, sed plangentis habet officium: qui vel se, vel mundum lugeat, & Domini pavidus præstoletur adventum.

C. V. ¶ *In populari frequentia Monachi esse non debent.*

Idem *ad Paulinum, de institutione Monachi, epist. 13.*

SI *h* cupis esse, quod diceris, Monachus, id est, solus, quid facis in urbibus, quæ utique non sunt solorum habitacula, sed multorum? *& infrà.* ¶ Habeto simplicitatem columbæ, ne cuiquam machineris dolos, & serpentis astutiam, ne aliorum supplanteris insidiis. Non multùm distat in vitio vel decipere posse, vel decipi. Christianum *i*, quem senseris tibi aut semper, aut crebrò de numuis loquentem (exceptâ eleemosynâ, quæ indifferenter omnibus patet) institorem potiùs habeto, quàm Monachum. Præter victum & vestitum, & manifestas necessitates nihil cuiquam tribuas: ne filiorum panem canes comedant.

C. V1. ¶ *Monachus pascitur, Clerici pascunt.*

Idem *ad Heliodorum de laude vitæ solitariæ, epist. 1.*

ALia *k* causa est Monachorum, alia Clericorum. Clerici pascunt oves, ego pascor: illi de altario vivunt, mihi quasi infructuosæ arbori securis ponitur ad radicem, si munus ad altare non defero. *& infrà.* ¶ Mihi ante Presbyterum sedere non licet. Illi, si peccavero, licet me tradere *l* Satanæ in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die Domini Jesu.

C. V11. ¶ *Non licet aliquid Monachis agere sine Presbyterorum consilio.*

Idem *m ad Rusticum.*

ECclesia *n* habet Senatum cœtum Presbyterorum, sine quorum consilio nihil Monachis agere licet. Roboam *o* filius Salomonis ideò perdidit regnum, quia noluit audire Presbyteros suos. Senatum quoque Romani habebant, cujus consilio cuncta agebant: & nos habemus Senatum nostrum cœtum Presbyterorum.

¶ *Apud B. Hieronymum in commentariis ad c. 3. Esaiæ, unde hæc caput videtur acceptum, hæc leguntur:* Roboam filius Salomonis ideò perdidit regnum, quia noluit audire Pres-

a *al. ministeria.* b *Act. 15.* c *al. in fide.* d *1. Ioan. 5.* e *al. dantis meritum.* f *In epistola de septem gradibus, tom. 4.* g *Eccles. 11.* h *Anselm. l. 5. c. 66. & l. 6. c. 214. Polyc. l. 4. tit. 31.*

a *Ivo p. 3. c. 18.* b *al. officiis.* c *al. obsequio.* d *Polyc. ibid. Anse. l. 5. c. 67.* e *al. deviare.* f *Polyc. ibid. Anse. l. 7. c. 128. Ivo p. 7. c. 128. Pann. l. 3. c. 176.* g *al. delleris.* h *Ivo p. 7. c. 2. Pann. l. 3. c. 175.* i *al. decipi Christianum. Quem*] *erig.* k *Polyc. ibid. Anse. l. 7. c. 223.* l *1. Cor. 12.* m *Habetur in comm. ad c. 3. Esaiæ.* n *Densedit p. 5.* o *3. Reg. 14.*

byteros. & paulo inferius. Senatûs quoque consulta dicuntur, & Principes quondam Romani Consules appellati sunt, vel à consulendo civibus, vel ab agendo cuncta consilio. Et nos habemus in Ecclesia senatum nostrum, cœtum Presbyterorum.

C. VIII. ¶ *Secundùm etymologiam nominis solitariam vitam ducat Monachus.*

Item Eugenius Papa.

II. PLacuit *a* communi nostro Concilio, ut nullus Monachorum pro lucro terreno de monasterio exire nefandissimo ausu præsumat, neque pœnitentiam dare, neque filium de Baptismo accipere, neque baptizare, neque infirmum visitare, neque mortuum sepelire, neque ad Ecclesiam secularem transire, neque aliis qualibuscunque negotiis sese implicare: sit clausstro suo contentus; quia sicut pisces sine aqua caret vitâ, ita sine monasterio Monachus. Sedeat itaque solitarius, & taceat, quia mundo mortuus est, Deo autem vivit *b*. ¶ Agnoscat nomen suum: Monos enim Græcè, Latinè est unus: achos Græcè, Latinè tristis sonat. Inde dicitur Monachus, id est, unus tristis. Sedeat ergò tristis, & officio suo vacet.

¶ *Anselmus etiam citat ex decretis Eugenii, & ex eodem habetur in vetustis Decretorum libro.*

C. IX. ¶ *Absque Episcoporum consensu Episcopalia jura Monachi non usurpent.*

Item Paschalis II. *Victori Bononiensi Episcopo.*

PErvenit *c* ad nos (unde valdè miramur) quòd quidam Monachi & Abbates in parochia vestra contra sanctorum Patrum decreta Episcopalia jura & officia sibi arroganter vendicant: videlicet pœnitentiam, remissionem peccatorum, reconciliationem, decimas, & Ecclesias: cùm absque proprii Episcopi licentia, vel Apostolicæ sedis auctoritate hoc nullatenùs præsumere debeant: sicut in Chalcedonensi Concilio de hujusmodi à sanctis Patribus cautum est, & sub anathematis vinculo Monachis omnibus prohibitum. Mandamus *d* itaque dilectioni tuæ, ut eos convenias, & ne talia deinceps præsumant, omninò prohibeas.

C. X. ¶ *De eodem.*

Item Calixtus Papa II.

INterdicimus etiam Abbatibus & Monachis publicas pœnitentias dare, infirmos visitare, & unctiones facere, & Missas publicas cantare. Chrisma & oleum, consecrationes altarium, ordinationes *e* Clericorum ab Episcopis accipiant, in quorum parochiis manent.

C. XI. ¶ *Monachi intra clausstra morantes, Clericorum officia exteriùs non ministrent.*

Item Alexander II.

IUxta *f* Chalcedonensis tenorem optimi Concilii Monachis, quamvis religiosis, ad normam sancti Benedicti intra clausstrum morari præcipimus, vicos, castella, civitates peragrare prohibemus, & à populorum prædicatione omninò cessare censuimus: nisi fortè quis de suæ animæ salute solicitus, ut eorum habitum assumat, eos intra clausstrum consulere voluerit.

C. XII. ¶ *Monachi, qui sunt in civitatibus, Episcopo debent esse subjecti.*

Item ex Concilio Chalcedonensi, *c. 4.*

QUi *g* verè pureque solitariam eligunt vitam, digni sunt convenienti honore 1. *& infrà.* ¶ Eos verò, qui per civitates singulas, seu possessiones in monasteriis sunt, placet nobis Episcopo esse subjectos, & quieti operam dare, atque observare jejunia & orationes, in locis, in quibus semel se Deo devoverunt, permanentes, & neque 2 communicare Ecclesiasticas *h*, neque seculares aliquas attrectare actiones, relinquentes propria monasteria: nisi fortè jubeantur propter urgentes necessitates ab ipsius civitatis Episcopo. Et neminem servorum suscipi in monasterium, ut sit cum eis Monachus, nisi cum domini proprii licentia *a*. Prætereuntem verò hæc, decrevimus extra communionem esse, ne nomen Domini blasphemetur. ¶ Convenit verò civitatis Episcopo curam, solicitudinemque necessariam monasteriis exhibere.

1 ¶ Honore.] *Sequitur contemnere c.* Quidam Monachorum. *infrà, 12. q. 2. quod est ex eodem prisca versione, atque caput hoc.*

2 ¶ Et neque communicare] *Græcè est,* μήτε ἐκκλησιαστικοῖς, μήτε βιωτικοῖς πραγμάτοις, ἢ ἐπικοινωνεῖν: *id est*; neque Ecclesiastica, neque secularia negotia turbare, vel iis se immiscere.

His ita respondetur. Auctoritas illa Nicæna Synodi prohibet Monachos de monasteriis exire, & per capellas mortuorum sepulturas celebrare, constituere videlicet more Clericorum ad cujuslibet exequias celebrandas. Cæterùm si apud monasterium aliquis sanctus ipsum tumulari voluerit, non est prohibendus.

C. XIII. ¶ *Missæ celebrari, & mortui sepeliri in monasterio non prohibentur.*

Unde Gregorius *scribit Joanni Episcopo decurio veteri, lib. 1. epist. 12.*

AGapitus Abbas monasterii sancti Gregorii *i* nimavit nobis, plurima se à vestra sanctitate gravamina sustinere: quòd in eodem monasterio Missas prohibeas celebrari: mortuos etiam ibidem interdicas sepeliri. A qua inhumanitate vos hortamur suspendi, & sepeliri ibidem mortuos, Missas celebrari, nullâ ulteriùs habitâ contradictione permittas.

C. XIV. ¶ *Non sunt cassanda pia voluntates defunctorum.*

Item *Januario Caralitano Episcopo, libr. 3. epist. 9.*

ADmonere *e* te volumus, ne pias vivorum aut defunctorum voluntates, tuâ (quod absit) remissione cassentur.

C. XV. ¶ *Testatoris arbitrium servari oportet.*

Item Gelasius Papa.

COnsideratio Ecclesiasticæ utilitatis hoc postulat, ex justa dispositione 1 testatoris servandum arbitrium.

1 ¶ Dispositione] *In vetustis exemplaribus legitur, dispensatione.*

C. XVI. ¶ *De eodem.*

Item ex Concilio Triburiensi, *c. 8.*

UBicunque *d* facultas rerum, & opportunitas temporum suppetit, &c. [sicut in eodem capite suprà legitur in causa eorum, qui de diœcesi ad diœcesim transierunt.]

¶ *In aliquot vetustis codicibus caput hoc consutum est superiori. Ecce his auctoritatibus patet, quòd si quis apud monasterium sepulturam sibi eligere voluerit, liberè à Monacho potest sepeliri. Unde liquidò colligitur, prohibitionem illam Nicænæ Synodi propter improbitatem circumvagantium esse factam.*

C. XVII. ¶ *Monachi, qui sine licentia Episcopi vagantur, ad propria loca redire cogantur.*

Unde in Chalcedonensi Concilio, *c. 23. legitur.*

QUidam Monachi nihil habentes sibi injunctum à proprio Episcopo, interdum verò etiam illi, qui ab eo fuerant excommunicati, veniunt ad regiam civitatem Constantinopolitanam, & in ea perturbationes tranquillitati Ecclesiasticæ inferunt, & diversorum domos corrumpunt. Statuit igitur sancta Synodus, hos primùm commoneri 1, ut exeant à regia civitate: deinde

a *Anf. l. 5. c. 75. & l. 6. c. 213.* b *vivus.* c *Anf. l. 5. c. ult.* d *Infrà cùm qui verè.* e *al. ordines.* f *Ivo part. 7. c. 151.* g *Concor. Ca. l. 5. c. 25. Polyc. l. 3. tit. 1. & l. 4. tit. 34. Anf. l. 5. c. 54. Ivo p. 7. c. 1. Pann. l. 3. c. 274.* h *al. Ecclesiasticis.*

a *al. conscientia.*] πικὸν γνώμην. b *al. Georgii Polyc. ibid.* c *Anselm. l. 5. c. 66. Hic aliquot epistolæ verba emittuntur.* d *13. q. 2. ubicunque.*

mùm *2. ultima.*

mùm eos invitos dejici, ac inde per defensorem compelli, ut ad sua loca redeant.

1 ¶ Commoneri.] *In hac potissimùm postrema parte videtur de industria versio prisca in epitomen redacta. Integer canon sic habet.*

Ἤλθεν ἐς ἡμᾶς τὰ ἁγίας συνόδου, ὡς κληρικοί τινες καὶ μοναζοντες μηδὲν ἐγκεχειρισμένοι παρὰ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, ἔτι δὲ ὅτε καὶ ἀκοινώνητοι γενόμενοι πρὸς αὐτὸν, καταλαμβάνοντες τὴν βασιλεύουσαν Κωνσταντινούπολιν, ἐπὶ πολὺ ἐν αὐτῇ διατρίβουσι, πραγμάτων ἐμποιοῦντες, καὶ θορυβοῦντες τὴν οἰκλησιαστικὴν κατάστασιν, ἀναστρέφεσθαί τινας οἴκους πονηροὺς ἄφωνοι τίνων ἡ ἁγία σύνοδος, τοὺς τοιούτους ἐπιμεμφόμενος. πρὸ μὲν οὖν τοῦ διατρίβειν τοὺς τοιούτους ἐν τῇ βασιλευούσῃ πόλει ἀκωλύτως οἰκλησίας ἐπὶ τὸ ἐξελθεῖν τὴν βασιλεύουσαν πόλιν ἐκ τοῦ αὐτοῦ πράγματος ἐπιμίνουσι ἀναγκωτέον, καὶ ἀκίνητος αὐτοὺς, διατρίβειν οἰκοῦντας, καὶ τοὺς ἰδίους καταλαμβάνειν τόπους.

¶ Pervenit ad aures sanctæ Synodi, nonnullos Clericos & Monachos, quibus nihil à proprio Episcopo commissum est, quibusque interdum etiam ab eo communione est interdictum, ad regiam Constantinopolim se conferentes, diu in ea morari, tumultus excitantes, & statum Ecclesiasticum perturbantes, ac domos nonnullorum subvertere. Statuit igitur sancta Synodus, hujusmodi homines primùm quidem per defensorem sanctissimæ Constantinopolitanæ Ecclesiæ admoneri, ut ex regia civitate exeant: deinde verò, si impudenter agentes iisdem negotiis hærere perseveraverint, ipsos, etiam invitos, per eundem defensorem ejici, & ad propria reverti loca.

C. XVIII. ¶ *Monachi circumvagantes per defensores sunt compellendi.*

Item Pelagius Papa *Paulino Solitario* a.

PRobinum *b* Phariæ 1, & Milianum, atque Probinianum *c*, vel alios pseudomonachos Joanni defensori præcipimus, ut eos debeat detinere; quatenùs, si quam desiderant suæ contentionis rationem cognoscere, ad nos, ut informentur, debeant exhiberi. Certè, si solâ obstinatione ab Ecclesiastico corpore sunt scissi, in Reatina *d* (sicut perlisti) insula ut exulent, prædicto defensori duximus injungendum.

1 ¶ Phariæ.] *Sic est emendatum ex Anselmo & Polycarpo, cùm antèà legeretur,* Samariæ. *Est autem Pharia civitas Dalmatiæ.*

C. XIX. ¶ *Nullus Monachus præter Domini Sacerdotes audeat prædicare.*

Item Leo Papa *ad Theodoritum Episcopum Cypri, epist. 61. al. 63.*

ADjicimus *e* illud etiam, quod nobis propter improbitatem quorundam Monachorum religionis *f* vestræ verbo mandâstis per Vicarios nostros & hoc specialiter statuentes, ut præter Domini Sacerdotes nullus audeat prædicare, sive Monachus, sive Laicus ille sit, qui cujuslibet scientiæ non inglorietur.

Ecce in hoc capite & vitium est expressum, & generali constitutione evacuatum. Quòd verò pœnitentiam dare prohibentur, inde est, quia nulli Sacerdotum licet alterius parochianum ligare vel solvere. Monachi autem, etsi in dedicatione sui Presbyteratûs (sicut & cæteri Sacerdotes) baptizandi, prædicandi, pœnitentiam dandi, peccata remittendi, beneficiis Ecclesiasticis perfruendi ritè potestatem accipiant, ut amplius & perfectius agant ea, quæ Sacerdotalis officii esse sanctorum Patrum constitutionibus comprehantur: tamen executionem suæ potestatis non habent, nisi à populo fuerint electi, & ab Episcopo cum consensu Abbatis ordinati. Ecclesiasticas verò atque seculares actiones attrectare prohibentur, ut non præsumant sibi patrocinia causarum, nisi ab Episcopo commoneti fuerint, nec secularibus causis occupentur, ut resideant cognituræ dirimendarùm litium.

C. XX. ¶ *Monachus defensor fieri non debet.*

Unde Pelagius *scribit Antonino Patriciæ, & Decio.*

DE *a* præsentium portitore, quòd defensor factus non est, nulla vobis animi molestia sit: quia verè satis amarissimum habeo de isto proposito ad illud *b* officium homines deduci, in quo nullo modo, quæ à Monachis Deo promissa sunt, valeant adimpleri. Omnimoda enim est illius habitus & istius officii diversitas. Illic enim quies, oratio, labor manuum: at hic causarum cognitio, conventiones, actus, publica litigia, & quæcunque vel Ecclesiastica instituta, vel supplicantium necessitas poscit. Faciat autem Deus, ut tales sint hi, qui vel à nobis in isto habitu nutriuntur, vel in monasteriis crescunt, ut provecti ætate, & vitâ probatâ, non ad litigiorum officia, sed ad Sacerdotium valeant promoveri.

Gelasius tamen (sicut in tractatu de promotionibus Clericorum invenitur, in capitulo illo, Monachus *c* novitius, &c.) *permittit illos ex dispensatione fieri defensores.*

2 para. *Quòd verò Sacerdotalium officiorum potestatem habeant, testatur* Ambrosius, *dicens.*

C. XXI. ¶ *Clericorum officia celebrare Monachi Presbyteri non prohibeantur.*

DOctos ac probos Monachos, Presbyterii honore dedicatos, baptizare, prædicare, pœnitentiam dare, debita miseris laxare, & decimarum, primitiarum, oblationum vivorum & mortuorum portione justâ perfrui debere, moderatâ dispensatione commendamus; ut juxta Apostolum *d* de altario, cui serviunt, viventes, per obsequium Dominicæ plebis panem & vinum immaculatâ benedictione transforment in corpus & sanguinem Domini nostri Jesu Christi.

¶ *Apud B. Ambrosium nihil tale est inventum: & videtur auctoris alicujus longè recentioris.*

C. XXII. ¶ *Beneficia Ecclesiasticis Monachus Presbyter liberè perfruatur.*

Item Innocentius Papa.

SI Monachus ad Clericatum promoveatur, beneficia ei pleniter, & annonæ, & decimæ donentur, absque ulla minoratione & dilatione, ut quantò meliùs possit, juxta possibilitatem suam, quando necessitas extiterit, ad opera Ecclesiastica, & ipsam restaurandam Ecclesiam adjutorium faciat.

C. XXIII. ¶ *De eodem.*

Item Gregorius.

MOderamine *e* Apostolicæ auctoritatis decernimus, ut Monachi, si Presbyterii honore dedicati sunt, cum ligandi, solvendique potestate, decimarum, primitiarum, oblationum, donationum, quæ fiunt pro vivis & pro defunctis, portionem juxta *f* canonem ad suam, proximorumque utilitatem merito perfectioris justitiæ non minùs, quàm cæteri Sacerdotes laudabiliter sibi vendicent.

C. XXIV. ¶ *Clericorum officia Monachi Presbyteri liberè administrent.*

Idem.

EX *g* auctoritate hujus decreti (quod Apostolico moderamine, & pietatis officio à nobis est constitutum) Sacerdotibus Monachis Apostolorum figuram tenentibus, liceat prædicare, baptizare, communionem dare, pro peccatoribus orare, pœnitentiam imponere, atque peccata solvere.

C. XXV. ¶ *Monachi Presbyterii honore decorati potestatem habent ligandi & solvendi.*

Item ex decreto Bonifacii Papæ.

a *al.* Salonitano.] *al.* Solatino. b *Polyc. l. 4. tit. 34. Ans. l. 7. c. 179.* c *al.* Probianum. d *fortassè* Rythymna. e *Burch. l. 2. c. 58.* f *al.* regionis.

a *Ivon. p. 7. c. 23.* b *al.* aliud. c *dist. 77. c. ult.* d *1 Cor. 9.* e *Ans. l. 7. in fine.* f *al.* justo canone. g *Ans. ibid.*

SUnt a nonnulli nullo dogmate fulci, audaciſſimè quidem, zelo magis amaritudinis, quam dilectionis inflammati, aſſerentes Monachos, quia mundo mortui ſunt & Deo vivunt, Sacerdotalis officii potentiâ indignos: neque pœnitentiam, neque Chriſtianitatem largiri, neque abſolvere poſſe per Sacerdotalis officii divinitùs ſibi injunctam poteſtatem: ſed omninò labuntur. *& infrà.* ¶ Neque enim beatus Benedictus, Monachorum præceptor almificus, hujus rei aliquo modo fuit interdictor: ſed eos ſecularium negotiorum edixit expertes fore tantummodò. Quod quidem Apoſtolicis documentis, & omnium ſanctorum Patrum inſtitutis non ſolùm Monachis, ſed etiam Canonicis maximoperè imperatur. [*Nemo* b *enim* 1 *militans Deo implicat ſe negotiis ſecularibus.*] Nos verò tantorum Patrum inſtituti exemplis (quibus periculoſiſſimum eſt refragari) credimus à Sacerdotibus Monachis ligandi, ſolvendique officium Deo operante digne adminiſtrari, ſi eos dignè contigerit hoc miniſterio ſublimari. *& infrà.* ¶ Decertantes igitur monaſticæ profeſſionis Presbyteros Sacerdotalis potentiæ arcere officio, omnimodò præcipimus, ut ab hujuſcemodi nefandis auſibus reprimantur inpoſterum; quia quantò quiſque eſt celſior, tantò eſt & in his potentior.

¶ *Caput hoc cum nonnullis aliis miſſum eſt ex Hiſpania, deſcriptum ex vetuſto codice Monaſterii Populeti, cujus hic eſt titulus:* Ex Concilio Bonifacii Papæ, qui quartus à beato Gregorio: quomodo Monachis liceat cum Sacerdotali officio ubi & ubi miniſtrare.

1 ¶ Nemo enim] *Hæc Scripturæ Sententia abeſt à codice Populeti, & Polycarpo, & Ivone.*

His omnibus auctoritatibus perſpicuè monſtratur, Monachos poſſe pœnitentiam dare, baptizare, & cætera Sacerdotalia officia licitè adminiſtrare. Quòd verò populi electione, Epiſcoporum inſtitutione, & Abbatis conſenſu poſſit item ſuam exequi valeant, Hieronymi, Gelaſii & Gregorii auctoritate probatur.

C. XXVI. ¶ *Dignè in monaſterio vivens, per populi electionem ad Clericatum poterit promoveri.*

Ait enim Hieronymus *ad Ruſticum Monachum, epiſt. 4.*

SIc vive in monaſterio, ut Clericus eſſe merearis. *& infrà.* ¶ Multo 1 tempore diſce, quæ poſtmodùm doceas: & inter bonos ſemper ſectare meliores. Quòd ſi populus vel Epiſcopus te in Clericum elegerit, age ea, quæ Clerici ſunt.

1 ¶ Multo tempore] *Alia eſt verborum ſerie, & clarior apud B. Hieronymum.* Cùm ad perfectam, inquit, ætatem veneris, ſi tamen vita comes fuerit, & te vel populus, vel Pontifex civitatis in Clericum elegerit, agito quæ Clerici ſunt, & inter ipſos ſectare meliores. *& infrà.* ¶ Multo tempore diſce, quod doceas.

C. XXVII. ¶ *Ad ordinem Clericatûs promoveri Monachi poſſunt.*

Idem *ad eundem, eadem epiſtolâ ſuperiùs.*

SIc Clericatûs te titillat deſiderium, diſcas, quod poſſis docere, & rationabilem Chriſto hoſtiam offeras: ne miles antè, quàm tyro, ne priùs magiſter ſis, quàm diſcipulus. ¶ Non eſt humilitatis meæ, neque menſuræ judicare de Clericis, & de miniſtris Eccleſiarum ſiniſtrum quippiam dicere. Habeant illi ordinem & gradum ſuum: quem ſi tenueris, quomodo tibi in eo vivendum ſit, editus ad Nepotianum liber docere te poterit. ¶ Nunc Monachi incunabula, moreſq; diſcutimus, & ejus Monachi, qui liberalibus ſtudiis eruditus, in adoleſcentia jugum Chriſti collo ſuo impoſuit. Primumque tractandum eſt, utrùm ſolus, an cum aliis in monaſterio vivere debeas. Mihi quidem placet, ut habeas Sanctorum contubernium, nec ipſe te doceas, & abſque doctore ingrediaris viam, quam nunquam ingreſſus es.

C. XXVIII. ¶ *In loco, quo Abbas judicaverit, Monachus eligatur, & ab Epiſcopo Sacerdos ordinetur.*

Item Gelaſius Papa.

I. SI quis Monachus fuerit, qui venerabilis vitæ merito Sacerdotio dignus videatur, & Abbas, ſub cujus imperio Regi Chriſto militat, illum fieri Presbyterum petierit, ab Epiſcopo 1 debet eligi, & in loco, quo judicaverit, ordinari: omnia quæ ad Sacerdotis officium pertinent, vel populi, vel Epiſcopi electione provide ac juſte acturus.

1 ¶ Epiſcopo] *In duobus vetuſtis codicibus legitur, ipſo.*

C. XXIX ¶ *Tempore maturitatis Eccleſiaſticis Monachis promoveantur ordinibus.*

Item Syricius Papa *ad Himerium, epiſt. 1. cap. 13.*

MOnachos a quoque, quos tamen morum gravitas, & vitæ ac fidei inſtitutio ſancta commendat, Clericorum officiis aggregari & optamus & volumus: ita ut qui intra tricefimum ætatis annum ſunt digni in minoribus, per gradus ſingulos creſcente tempore promoveantur ordinibus, & ſic ad Diaconatûs vel Presbyterii inſignia maturæ ætatis conſecratione perveniant: nec ſubitim ſaltu ad Epiſcopatûs culmen aſcendant, niſi vitis eisdem, quæ ſingulis dignitatibus ſuperiùs præfinimus, tempora fuerint cuſtodita.

C. XXX. ¶ *Eccleſiaſtica officia nec avidâ alacritate Monachi ſuſcipiant, nec blandiente deſidiâ reſpuant.*

Item Auguſtinus *ad Eudoxium, epiſt. 81.*

VOs b autem fratres exhortamur in Domino, ut propoſitum veſtrum cuſtodiatis, & uſque ad finem perſeveretis: ac ſi quam operam veſtram mater Eccleſia deſideraverit, nec elatione avidâ ſuſcipiatis, nec blandiente deſidiâ reſpuatis; ſed miti corde obtemperetis Deo, cum manſuetudine portantes eum, qui vos regit, qui dirigit mites in judicio, qui docet manſuetos vias ſuas. Nec veſtrum otium neceſſitatibus Eccleſiæ præponatis: cui parturienti ſi nulli boni miniſtrare vellent, quomodo naſceremini, non inveniretis.

C. XXXI. ¶ *Gelaſius* d *quendam Ruffinum Monachum jubet Sacerdotem fieri, & in quadam baſilica ordinari.*

Item Pelagius Papa *Bono Epiſcopo Savinati.*

IN e parochia tua, baſilica S. Laurentii, quæ in poſſeſſione filii & Conſiliarii noſtri, viri magnifici Theodori fundata eſt, officium Presbyteri deeſſe cognovimus. Et quia præfatus filius noſter nobis retulit, ſe invenisse Ruffinum quendam Monachum, olim ſibi vitâ, religione, & moribus comprobatum, & hunc poſtulat ibi Presbyterum conſecrari (quod ſubitò fieri non prorogatâ f obſervantiâ non acquievimus:) ideò dilectio tua his literis acceptis, ſabbatho veniente faciat cum Diaconum: & ſi Deus voluerit & vixerimus, mediana hebdomadâ Presbyterum faciemus; quatenùs ſuperveniente Paſchali feſtivitate ſacra miniſteria in memorata baſilica à perſona competenti valeant adimpleri.

a *Anſ. ibid. Polyc. l. 4. tit. 34. Ivo p. 7. c. 22.* b *1. Timoth. 2.* c *Ivo p. 7. c. 4.*

a *Polyc. l. 2. tit. 31. Anſ. l. 7. c. 101. Ivo p. 6. c. 153.* b *Pann. l. c. 179.* c *Pſalm. 24.* d *Pelagius.* e *Polyc. l. 2. tit. 31. Anſ. l. 7. c. 96. ex Gelaſio.* f *al. prorogata.*

C. XXXII. ¶ *Qui de Clerico Monachus efficitur, proprio Episcopo ordinante poterit eligi & consecrari.*

Item Gregorius *l. 1. regest., epist. 40.*

SIquem à Clericatu in monasticam contigerit venire conversationem, si talis vitæ Monachus fuerit, ut Episcopus, cui antèà militaverat, eum dignum Sacerdotio prævideat, in loco, quo judicaverit, eligi poterit, & ordinari.

¶ *Verba ipsa B. Gregorii hæc sunt:* Si quos autem à Clericatu in monachicam conversationem venire contigerit, non liceat eis ad eandem, vel aliam Ecclesiam, quarum pridem milites fuerant, suâ voluntate denuò remeare, nisi talis vitæ Monachus fuerit, ut Episcopus, cui antè militaverat, Sacerdotio dignum prævideri, ut ab eo debeat eligi, & in loco, quo judicaverit, ordinari.

C. XXXIII. ¶ *Sine testimonio Abbatis ad Clericatûs officium Monachi non eligantur.*

Item ex Concilio Agathensi, *c. 27.*

MOnachi *a* vagantes ad officium Clericatûs (nisi eis testimonium Abbas suus dederit) nec in civitatibus, nec in parochiis ordinentur *1. & infrà.* ¶ Si enim necesse fuerit Clericum de Monachis ordinari, cum consensu & voluntate Abbatis præsumat Episcopus.

1 ¶ Ordinentur.] *In Concilio ipso sequitur c. fin. infr. 20. q. 4.*

C. XXXIV. ¶ *Cum Abbatis voluntate Monachi ordinentur, quos pro utilitate Ecclesiæ Episcopus ordinare voluerit.*

Item ex Concilio Ilerdensi, *c. 3.*

CUm pro utilitate Ecclesiæ aliquos Monachorum Episcopus probaverit in Clericatûs officio promovendos, cum Abbatis voluntate debent ordinari. Ea verò, quæ in jure monasterii de facultatibus offeruntur, in nullo diœcesanâ lege ab Episcopis contingantur.

C. XXXV. ¶ *Sine Abbatis imperio Ecclesiastica ministeria Monachi celebrare non præsumant.*

Item ex Concilio Tarraconensi, *c. 11.*

MOnachi à monasterio foras egredientes, ne aliquod ministerium Ecclesiasticum præsumant agere, prohibemus: nisi fortè cum Abbatis imperio. Similiter, ut nullus eorum, id est, Monachorum, forensis negotii susceptor vel executor existat, nisi quod monasterii exposcit utilitas, Abbate sibi nihilominus imperante.

¶ *Talis est rubrica in plerisque vetustis. Nam in vulgatis erat:* Sine Abbatis imperio ad Clericatûs officium Monachi non eligantur.

C. XXXVI. ¶ *Ad Clericatûs militiam non eligantur desertores monasteriorum.*

Item Augustinus *ad Aurelium, epist. 76.*

LEgi *b* epistolam benignitatis tuæ de Donato & fratre ejus, & quid responderem, diu fluctuavi. Sed tamen etiam atque etiam cogitanti, quid sit utile saluti eorum, quibus in Christo nutriendis servimus, nihil mihi aliud occurrere potuit, nisi non esse istam viam dandam servis Dei, ut se facilius putent eligi ad aliquid melius, si ficti fuerint deteriores. Et ipsis enim facilis *c* lapsus, & ordini Clericorum sit indignissima injuria, si desertores monasteriorum ad militiam Clericatûs eligantur; cùm *d* ex eis, qui in monasterio permanent, non tamen nisi probatiores, atque meliores in Clerum assumere soleamus: nisi fortè (sicut vulgares dicunt) Malus Choraula, bonus Symphoniacus est; ita isti etiam ipsi vulgares de nobis jocabuntur, dicentes: Malus Monachus, bonus Clericus est. Nimis dolendum, si ad tam ruinosam superbiam Monachos surrigamus, & tam gravi contumeliâ Clericos dignos putemus, in quorum numero sumus: cùm aliquando etiam bonus Monachus vix bonum Clericum faciat, si adsit ei sufficiens continentia, & tamen desit institutio necessaria, aut personæ regularis integritas. Sed de istis credo arbitrata sit beatitudo tua, quòd nostrâ voluntate (ut suis potiùs corregionalibus utiles essent) de monasterio recessissent. Sed falsum est: sponte abierunt, sponte deseruerunt, nobis, quantùm potuimus, pro eorum salute renitentibus.

3 pars. *His omnibus auctoritatibus monstratur, quòd Monachi, qui sunt à populo electi, & ab Episcopo cum consensu sui Abbatis sunt ordinati, legitimè potestatem suam exequi valent. Illud verò Gregorii:* [Nemo *e* potest obsequiis Ecclesiasticis deservire, &c.] *de illis intelligendum est, qui in numero Cardinalium vel Episcoporum ordinati, monasterii sui dispensationem sibi reservare contendunt.*

C. XXXVII. ¶ *Pro Abbatis vel Monachi promotione nullo modo graventur monasteria.*

Unde idem Gregorius *scribit Marinianæ Episcopo Ravennati, lib. 6. epist. 40. seu c. 204.*

NE pro *b* cujuslibet Monachi aut Abbatis promotione onus fortasse aliquod monasteria sustineant, studendum vobis est, ut si quispiam Abbatum aut Monachorum ex quocunque monasterio ad Clericatûs officium, vel ordinem sacrum accesserit, non illic aliquam habeat ulteriùs, ut diximus, potestatem.

C. XXXVIII. ¶ *Qui Ecclesiis quoquomodo militant, Abbates monasteriorum esse non possunt.*

Idem *Maximiano Syracusano Episcopo, lib. 3. epist. 11.*

PResbyteros *c*, Diaconos, cæterosque cujuslibet ordinis Clericos, qui Ecclesiis quoquomodo 1 militant, Abbates per monasteria esse *d* non permittas: sed aut admissâ 2 Clericatûs militiâ monasticis non promoveantur ordinibus, aut si in Abbatis loco permanere decreverint, Clericatûs nullatenùs permittantur habere militiam. Satis enim incongruum est, si cùm unum ex his præ sui magnitudine diligenter quis non possit explere, ad utrumque judicetur idoneus.

1 ¶ Quoquomodo] *Hæ voces absunt ab originali impresso & manuscripto.*

2 ¶ Admissâ] *Sic invenustis quoque codicibus Gratiani, & epistolarum B. Gregorii, & cæteris earundem editionibus præter antiquam Parisiensem, in qua, & apud Anselmum legitur:* Aut omissâ Clericatûs militiâ monachicis promoveantur ordinibus.

Hoc vel generaliter, vel speciali privilegio dictum potest intelligi: sicut & de quodam monasterio in regesto Gregorii *legitur hoc modo.*

C. XXXIX. ¶ *De quodam Xenodochio, cujus Abbas ad Episcopatum eligi prohibetur.*

HInc est etiam, quod Xenodochium atque *e* monasterium, quod in eodem Francorum regno constitutum est, quia per ambitiones & contentiones quorundam non canonicè tractabatur, à perversitate malorum liberare cupiens præcepit, ut sine regali provisione *f*, & Monachorum electione nullus ibi Abbas aliquâ unquam subreptione introduceretur. Præcepit etiam, ut ejusdem monasterii Abbas nunquam ad Episcopatum eligeretur: ne fortè occasione Episcopatûs Abbatia aliquid detrimenti pateretur. Quod privilegium ita est illius Ecclesiæ, ut communem legem Regibus vel Abbatibus omninò dare non possit. Non enim quod uni sigillatim conceditur, statim omnibus convenit.

a *Ivo part. 3. cap. 157.* b *Ivo p. 7. cap. 7.* c *al. facilior.* d *Pann. l. 3. c. 180.*

a *Sup. eâd. c. nemo.* b *al. per promotionem.* c *Ans. l. 7. c. 183. Polyc. l. 3. tit. 15.* d *fieri] forig.* e *al. seu.* f *al. providentia.*

¶ *Author hujus capitis refert constitutionem B. Gregorii de Abbate Xenodochii in civitate Augustudunensi, quæ habetur lib. 11. regesti, epist. 10.*

Superiori auctoritate non prohibentur Abbates Sacerdotes fieri, cùm beatus Benedictus jubeat Abbatem fratribus egredientibus & regredientibus benedictionem dare, quod non nisi Sacerdotum est. Lectionem quoque Evangelii similiter Abbati ad legendum tribuit, quam subsequenti oratione legere similiter Sacerdotalis officii est. Sed tales Sacerdotes vel Diaconos fieri prohibet, qui in Ecclesiastica militia cogantur jugiter permanere. ¶ *Item illud Hieronymi ad Riparium Presbyterum:* [Monachus *a* non docentis, sed plangen is habet officium.] *& ad Heliodorum:* [Alia *b* causa est Monachi, alia Clerici.] *& ad Rusticum:* [Sine *c* consilio Presbyterorum Monachis nihil agere licet.] *non ita generaliter intelligendum est, ut nullis Monachorum liceat docendi officium assumere: ne beatum Gregorium aut Augustinum Anglorum Episcopum, beatum quoque Martinum, innumeros etiam, quos de monachica conversatione ad summum Sacerdotii gradum Scriptura testatur esse promotos, cogamur negare officiū docendi habuisse: aut in die consecrationis suæ asseramus eos à priori proposito discessisse: quod (ut Innocentius testatur) nulli facere licet. Voluit ergo Hieronymus distinguere inter personam Monachi & Clerici, ostendens, quid cuiq; ex proprio officio conveniat.* ¶ *Aliud enim convenit cuiq; ex eo, quòd Monachus est: aliud ex eo, quòd Clericus est. Ex eo, quòd Monachus est, sua & aliorū peccata deflendi habet officium: ex eo, quòd Clericus, docendi & pascendi populum.* ¶ *Monachos verò usque ad tempus Eusebii, Zozimi & Syricii, Monachos simpliciter, & non Clericos fuisse, Ecclesiastica testatur historia. Idem etiam Hieronymus* 1 *refert, Monachos Scythiæ* d *convenisse in unum, ut Sacerdotem sibi invenirent, qui eis Missarum solennia celebraret.*

1 ¶ Hieronymus] *Is. Andreæ ait esse in epist. de oper. & humil. Monachorum. In tomo autem secundo operum ipsius B. Hieronymi, in epist. 60. quæ est Epiphanii ad Ioannem Hierosolymitanum, ab eo Latinè reddita, legitur Epiphanium ordinâsse Presbyterum Monachis possentibus, qui eis Domini sacramenta conficeret. Erat autem monasterium in diœcesi Ioannis.*

C. XL. ¶ *Omnes Clerici vel Monachi tutelæ immunitatem habere debent.*

Item Leo Augustus *lib. 1. Codicis, de Episcopis & Clericis, lege 52.*

GEneraliter sancimus, omnes viros reverendissimos Episcopos, nec non Presbyteros, sive Diaconos & Subdiaconos, & præcipuè Monachos, licèt non sint Clerici, immunitatem ipso jure omnes habere tutelæ, sive testamentariæ, sive dativæ, sive legitimæ: & non solùm tutelæ esse eos expertes, sed etiam curæ: non solùm pupillorum & adultorum, sed & furiosi, & surdi, & muti, & aliarum personarum, quibus tutores vel curatores à veteribus legibus dantur. Eos tamen Clericos & Monachos hujusmodi habere beneficium sancimus, qui apud sacrosanctas Ecclesias vel monasteria permanent, non divagantes, neque circa divina ministeria desidescùm propter hoc ipsum beneficium eis indulgemus *e*, ut, aliis omnibus derelictis, Dei omnipotentis ministeriis inhæreant. Et hoc non solùm in vetere Roma, vel in hac regia civitate, sed in omni terra, ubicunque Christianorum nomen colitur, obtinere sancimus. ¶ *Novarum etiam collationum, & sordidorum munerum immunitatem acceperunt. Unde* Constantinus *cuidam scribit Clerici, sit eodem f, lege primâ.* Juxta sanctionem, quam dudum 1 meruisse perhibemini, fundos & mancipia vestra nullus novis collationibus obligabit: sed vacatione gaudebitis. *Item Imperator Honorius & Theodosius eodem libro, titulo de sacrosanctis Ecclesiis, lege quintâ* g. ¶ Placet, rationabilis Concilii tenore perpenso, districtâ moderatione præscribere, à quibus specialiter necessitatibus singularum urbium Ecclesiæ habeantur immunes. Prima quippe illius usurpationis contumelia depellenda est, ne prædia usibus cœlestium secretorum dedicata, sordidorum munerum face vexentur, nil extraordinarium abhinc, superindictumvé flagitetur: nulla translationis *a* solicitudo signetur: & postremò nihil præter canonicam illationem 2, nisi quam adventitiæ necessitatis sarcina repentina poposcerit, ejus functionibus adscribatur. Si quis contrà venerit, post debitæ ultionis acrimoniam, quæ erga sacrilegos jure promenda est, exilio deportationis perpetuo *e* subdatur.

¶ *In codice Iustiniani hæc lex ipsi Iustiniano tribuitur, non Leoni.*

1 ¶ Meruisse] *In codice Iustiniani legitur*, meruistis & vos, & mancipia, &c. *In Theodosiano*, meruisse perhibemini & vos, & mancipia, &c.

2 ¶ Illationem,] *In vulgatis codicibus sequebatur*, nisi quam si adventitiæ. *In codice Iustiniani vulgato legitur*, & quam adventitiæ. *In manuscripto, & Haloandri non est copulat. In codice Theodosiano*, quod adventitiæ. *In plerisque vetustis Gratiani*, præterquam adventitiæ. *Dictum verò, si, absit ab omnibus, & ideo indulta.*

Hoc idem datur intelligi de verbis B. Sylvestri, qui obedientiam minorum ergà majores assignans, ait: [Abbas *d* Oblatio, Monachus Abbati sit subditus.] *supràq; in tractatu ordinandorum. Ostendit ergo Hieronymus, quod simpliciter Monachum nihil liceat agere sine consilio Presbyterorum. Nec officium docendi sibi assumere liceat sine auctoritate Clericorum, nisi forte sit levioris gratiæ intùs communiti: sicut beatus Gregorius e refert in dialogo de beato Benedicto, qui homines montis Cassini ad fidem attraxit, & aram Apollinis, quæ erat ibi erecta, subvertit: & de f quodam Equitio, cui Angelus in somnis apparuit, & eum ad prædicandum misit: qui cùm de vitio linguæ conquereretur, Angelus pollicitus linguam ejus tetigit, & totum illud vitium curavit. Quid verò Hieronymus seipsum talibus connumerat, tale est, quale illud Apostoli ad Philippenses* g: [Quicunque imperfecti *h* sumus, hoc sentiamus.] *seipsum imperfectis connumerans. Hinc idem Hieronymus alibi ait:* i [Natus in paupere domo, & tugurio rusticano.] *& ipsâ.* [Nos suffarcinati auro.] *& fumelicum fastidientibus mella, pauperem divitibus connumerans: supràq; ubi agitur de Clericis, qui propria relinquere nolunt, Cap.* Gloria *k* Episcopi. ¶ *Ecce sufficienter monstratum est, quod Monachis Presbyterii honore decoratis, à populo electis, ab Episcopo institutis, eadem liceant, quæ & aliis Sacerdotibus. Probatur hoc etiam ex similitudine consecrationis. Non enim in consecratione eorum aliud dicitur, & aliud in consecratione aliorum. Utrobique enim in commune à Domino benedictionem infundit Episcopus ubicunq; deposcit. Et dum consecrat, cunctis Sacerdotibus singillatim dicit:* [Consecrentur & sanctificentur, Domine, manus istæ, ut quicquid consecraverint, consecratum sit, & quæcunque benedixerint, benedicta sint.] *Ecce communis est benedictio: unde igitur divortium? Sicut ergò in benedictione utriq; communem nanciscuntur potestatem; ita in institutione communiter assequuntur potestatis executionem. Cæterùm absque Episcoporum licentia non solùm Monachis, sed etiam omnibus generaliter Clericis potestatis executio interdicitur.*

C. XLI. ¶ *Sacerdotalia sine permissu Episcoporum non agant Presbyteri.*

Unde Clemens *epist. 3.*

CUnctis *l* fidelibus, & summoperè omnibus Presbyteris, & Diaconis, & reliquis Clericis attendendum est, ut nihil absque Episcopi proprii licentia agant: non utique Missas sine ejus jussu quispiam Presbyterorum in sua parochia agat: non baptizet, nec quicquam absque ejus permissu faciat.

a *Sup. eâd. Monachus.* b *Sup. eâd. alia causa.* c *Sup. eâd. Ecclesia.* d *al. Scotia.* e *al. indulgeamus.* f *Et in Cod. Theod. l. 16. tit. 11. c. 1. ex Constantio. Aug.* g *& in Theod. ibid. c. 49.*

a *al. translatione*] *al. translationum.* b *al. gignatur.* c *al. perpetuum mulctetur.* d *dist. 93. A Subdiacono.* e *Lib. 1. dist. c. 8.* f *Lib. 1. cap. 4.* g *Philip. 3.* h *Apud Apostolum legitur, perfecti.* i *In epistola ad Nepotianum. In epistola ad Paulinum.* k *12. quæstion. 2. gloria.* l *Burch. lib. 2. cap. 88. Ivo p. 2. c. 123. & part. 8. cap. 90.*

4 pars. *De his verò, qui intra monasterii claustra consistunt, quibus populus ad regendum non committitur, quæritur, utrum dare, vel accepere decimas debeant? In quibus hæc discretio servanda est, ut de agris & vineis, quæ ad proprium stipendium coluntur, decimas sibi retineant. Si enim decimæ à populo filiis Levi reddebantur pro ministerio, quo Domino deserviebant in tabernaculo, offerendo sacrificia & holocausta pro populo; patet, quòd Monachi de propriis prædiis non magis, quàm alii Sacerdotes decimas solvere cogantur. Sed dicitur, quòd prædia Monachorum, sive pretio sint empta, sive pro salute animarum oblata, antequam in jus eorum venirent, baptismalibus Ecclesiis, sive quibuslibet aliis primitias & decimas persolvebant: illa autem Ecclesia sua jure privari non possunt.*

C. XLII. ¶ *Qui res suas alicui delegaverit, decimationum proventum priori Ecclesiæ auferre non poterit.*

Unde in Maguntinensi Concilio *statutum inveniur.*

II. SI a quis Laicus, vel Clericus, vel utriusque sexûs persona, proprietatis suæ loca, vel res alicui dare delegaverit, decimationum proventum priori Ecclesiæ legitimè assignatum inde abstrahere nullam habeat potestatem. Quòd si facere tentaverit, talis traditio irrita prorsus ducatur, & ipse ad emendationem Ecclesiasticâ coërceatur censurâ.

C. XLIII. ¶ *Antiquiores Ecclesiæ nec decimis, nec ullâ possessione priventur.*

Item ex Concilio Cabilonensi *b.*

ECclesiæ c antiquitùs constitutæ, nec decimis, nec ullâ possessione priventur, ita ut novis Oratoriis tribuantur.

C. XLIV. ¶ *Antiquiores Ecclesiæ propter novas justitiam suam non perdant.*

Item ex Concilio Vormacienſi.

QUicunque d voluerit in sua proprietate Ecclesiam ædificare, & consensum, & voluntatem Episcopi habuerit, in cujus parochia est, licitum sit. Veruntamen omnino providendum est Episcopo, ut aliæ Ecclesiæ antiquiores propter novas suam justitiam, aut decimam non perdant, sed semper ad antiquiores Ecclesias persolvatur.

¶ *Burchardus etiam & Ivo citant ex Concilio Vormacienſi, c.5. quo loco in eo, quod extat, habetur aliquid ad hanc rem facient.*

Decimas autem baptismalibus Ecclesiis persolvendas, Leo Papa IV. *affirmat, dicens.*

C. XLV. ¶ *Baptismalibus Ecclesiis decimæ dari debent.*

DE e decimis justo ordine non tantùm nobis, sed etiam majoribus nostris visum est plebibus tantùm, ubi sacrosancta baptismata dantur, debere dari.

¶ *Ivo ferè eadem citat ex Gelasio: sed Anselmus & Polycarpus ex Leone, ut Gratianus.*

Si ergo nulli licet decimationum proventum à priori Ecclesia, cui assignatus fuerat, abstrahere, si jus antiquioris Ecclesiæ novis tribuendum non est, si decimæ tantummodò baptismalibus Ecclesiis dandæ sunt; patet, quòd Monachi ex propriis prædiis decimas dare cogantur. Sed & illa auctoritas Maguntinensis Concilii f *de venditore vel donatore loquitur, definiens, quòd ille, qui vendit aut donat, non potest proventum decimationum illi Ecclesiæ detrahere, cui prius legitimè fuerat assignatus. Monachi autem decimas & primitias non auctoritate vendentis, vel donantis, sed auctoritate ejusdem Concilii, & Paschalis Papæ debent: à quibus definitum est, ut Monachi de propriis prædiis decimas non solvant.*

C. XLVI. ¶ *Non persolvant de propriis prædiis Abbates & Episcopi decimas.*

Sic enim in Maguntinensi a Concilio *statutum est.*

QUæsti b sunt prætereà quidam fratres, quòd essent aliqui Episcopi & Abbates, qui decimas non finerent dari ad c Ecclesiam, ubi illorum coloni Missas audiunt. Proinde decrevit sacer iste conventus, ut Episcopi & Abbates de agris & vineis, quæ ad suum, vel fratrum stipendium habent, decimas ad Ecclesias suas 1 deferri faciant: familiæ d verò eorum ibi dent decimas suas, ubi infantes eorum baptizantur, & ubi per totum anni circulum Missas audiunt.

¶ *Caput in nullo Concilio Maguntino, quod extet, habetur, sed in Cabilonensi, unde citant Burchardus & Ivo. In libro Vaticanæ Bibliothecæ, in quo sunt duo Concilia Urbani II. Placentinum & Melphiense, hæc etiam leguntur:* Perlatum est ad sanctam Synodum, quòd sint quidam Episcopi & Abbates, qui colonos ad se pertinentes non finant decimas dare ad Ecclesias, ubi Missas audiunt, & infantes eorum baptizantur. Proinde decrevit sacer iste conventus, ut Episcopi & Abbates de vineis, vel agris, ac frugibus, quæ ad suum, vel fratrum usum laborant, decimas sibi pro benedictione, vel hospitum susceptione habeant: familiæ verò ibi dent decimas suas, ubi per totum anni circulum Missas audiunt, & infantes eorum baptizantur.

1 ¶ Suas] *Vox ista abest ab ipso Concilio, & cæteris collectoribus: sunt etiam nonnulla aliæ varietates, quæ indicatæ sunt in margine.*

C. XLVII. ¶ *De propriis laboribus Monachi & Canonici decimas minimè solvere cogantur.*

Item Paschalis II.

DEcimas e à populo Sacerdotibus ac Levitis esse reddendas, divinæ legis sanxit f auctoritas. Cæterùm à Monachis, sive Clericis communiter viventibus nulla ratio sinit, ut milites, aut Episcopi, aut personæ quælibet decimas de laboribus, seu nutrimentis suis propriis extorquere debeant. Unde B. Gregorius sic ait: [*Communis* g *vitâ viventibus jam de faciendis pertonibus, vel exhibenda hospitalitate, & adimplenda misericordia nobis quid erit loquendum?*] cùm omne quod superest, in causis piis ac religiosis erogandum sit, dicente h Domino: [*Quod superest, date elemosynam: & ecce omnia munda sunt vobis.*]

f ps. *Quòd autem dicitur, quòd antiquiores Ecclesiæ propter novas, nec decimis, nec ullâ possessione priventur, non ita intelligendum est, ut nullo modo credatur licere Episcopo aliquam partem possessionum, vel decimationum unius Ecclesiæ alteri pro tempore tribuere. Sicut enim Papa duos Episcopatus in unum potest redigere; ita & unus proprio consentiente Episcopo in duos potest dividi, vel etiam Metropolitano invito qualibet Ecclesia ab ejus jurisdictione Apostolicâ eximi auctoritate.*

C. XLVIII. ¶ *Duos Episcopatus in unum redigere Apostolica potest auctoritas.*

Unde Gregorius Papa *scribit Benenato Episcopo, lib. 2. epist. 31.*

ET i temporis qualitas, & vicinitas nos locorum invitat, ut Cumanam, atque Misenatem 1 unire debeamus Ecclesias, quoniam nec longo itineris spatio à se sejunctæ sunt, nec (peccatis facientibus) tanta populi

a 13. q.1. c. ult. Burch. l.3. c.241. Ivo p.3. c.ult. b Arelat.3. c.20. Capitul.l.2. c.36. Magunt.3. sub Arnulpho, c.22. & sub Carolo, c.41. & in Rhemensi Trosleano. c Deusdedit p.3. Burch. l.3.cap.9. Ivo part.3. c.12. d Burch. l.3. c.7. Ivo p.3. c.9. e 31.q.1. Ecclesias. 4. item Leo. Polyc. l.3. tit.1. Deusded. p.3. Anselm. l.3. c.33. Ivo p.4. c.251. f supr. eâd. si quis Laicus.

a In Cabilonensi sub Carolo Magno, c.19. b Ans. l.5. c.57. Burch. l.3. c.132. Ivo p.3. c.158. Pann. lib.2. c.59. c al. Ecclesiis, ubi illi coloni. d al. familia det. e Deusded. part.3. f Num.11. g communiter autem viventibus] in orig. Gregoris cum aliis etiam verborum varietatibus. h Luc.11. i Ans. l.6. c.108. Polyc. lib.3. tit.30.

multitudo est, ut singulos, sicut olim fuit, habere debeant Sacerdotes. Quia igitur Cumani castri Sacerdos cursum vitæ hujus explevit, utrasque nos Ecclesias præsentis auctoritatis paginâ unisse, tibique commisisse cognosce, propriumque utrarumque Ecclesiarum scito te esse Pontificem. Et ideò te, quæcunque tibi de earum patrimonio, vel Cleri ordinatione, sive promotione, juxta canonum statuta visa fuerint ordinare atque disponere, habebis ut proprius revera Sacerdos liberam ex nostræ auctoritatis consensu atque permissione licentiam. Ubi verò commodiùs atque utiliùs esse perspexeris, ibi habitato: ita sanè, ut alteram Ecclesiam, cui corporaliter præsens non es, solicitâ, providentique curâ disponas, quatenùs divina illic mysteria *a* solenniter auxiliante Domino peragantur.

1 ¶ Misenatem] *Sic emendatum est ex vetusto codice B. Gregorii: quamvis in vulgatis, sicut etiam apud Gratianum, esset,* Musitanam.

C. XLIX. ¶ *Duos Episcopatus in unum redigere Apostolica valet auctoritas.*

Idem *b Ioanni Episcopo Velitreno, lib. 2. epist. 35.*

POstquam *c* hostilis impietas diversarum civitatum ita (peccatis facientibus) desolavit Ecclesias, ut reparandi eas spes nulla, populo deficiente, remanserit, majori valdè curâ constringimur, ne defunctis earum Sacerdotibus, reliquiæ plebis nullo pastoris moderamine gubernatæ, per invia fidei hostis callidi rapiantur (quod absit) insidiis. Hujus ergò rei solicitudine sæpè commoti, hoc nostro sedit cordi consilium, ut vicinis eas mandaremus Pontificibus gubernandas. Ideoque fraternitati tuæ curam, gubernationemque Triumtabernensium 1 Ecclesiæ providimus committendam: quam tuæ Ecclesiæ aggregari, unirique necesse est; quatenùs utrarumque Ecclesiarum Sacerdos rectè, Christo adjutore, possis existere: quæque tibi de ejus patrimonio, vel Cleri ordinatione, seu promotione vigilanti ac canonicâ visa fuerint curâ disponere: quippe ut Pontifex proprius liberam habeas *d* ex præsenti nostra permissione licentiam.

1 ¶ Triumtabernensium] *In vulgatis legebatur,* Trevirensium. *Emendatum est ex aliquot vetustis, & originali, & Ioanne Diacono. Nam, ut is testatur, hæc epistola scripta est Ioanni Episcopo Veliterno. Oppidum autem Triumtabernarum Veliternis vicinum est.*

C. L. ¶ *Non habeant Episcopum diœceses, quæ nunquam habuerunt.*

Item ex Concilio Carthaginensi *e* II. *c. 5.*

FElix *f* Episcopus Selemselitanus dixit: Etiamsi hoc placet, sanctitati vestræ insinuo, ut diœceses, quæ nunquam Episcopos habuerunt *g*, non habeant, & illa diœcesis, quæ aliquando habuit, habeat proprium 1. Secundùm autem hanc prosecutionem 2 sanctitas vestra æstimet, quid fieri debeat. Ab universis dictum est, Placet.

1 ¶ Proprium.] *In Concilio ipso sequuntur hæc:* Et si accedente tempore, crescente fide Dei, populus multiplicatus desideraverit proprium habere rectorem, ejus videlicet voluntate, in cujus potestate est diœcesis constituta, habeat Episcopum.

2 ¶ Prosecutionem] *Emendatus est hic locus ex originali impresso & manuscripto. Nam antea legebatur:* Secundùm hanc persecutionem sanctitatis vestræ est æstimare.

C. LI. ¶ *Nisi cum voluntate Episcopi diœcesis, quæ ab eo retinentur, non recipiant proprios Episcopos.*

Item ex Africano Concilio *h c. 20.*

MUltis *a* Conciliis hoc statutum est à cœtu Sacerdotali, ut plebes, quæ in diœcesibus ab Episcopis retinentur, quæ Episcopos nunquam habuerunt, non nisi cum voluntate ejus Episcopi, à quo tenentur, proprios accipiant rectores 1.

1 ¶ Rectores.] *In Concilio Africano & Carthaginensi sequitur,* id est, Episcopos: *quod additur etiam in glossa.*

C. LII. ¶ *Apostolica auctoritas à jurisdictione Archiepiscopi Episcopos valet eximere.*

Item Gregorius *Ioanni Episcopo Larissæ, lib. 1. indict. 11. epist. 7. seu c. 42.*

FRater *b* noster Hadrianus, Thebanæ civitatis Episcopus, ad Romanam urbem veniens, lachrymabiliter est conquestus de quibusdam capitulis, se à fraternitate tua, nec non à Joanne, primæ Justinianæ *c* Episcopo, non legitimè neque canonicè condemnatum. & ſ. ¶ De nequissimo autem, damnandoque ejus judicio alias jussimus, juvante Domino, tractaturi. Hadrianum verò Episcopum reperimus, & tuo contra Sacerdotales mores odio laborâsse, & nullo jure pecuniariis in causis eum fraternitatis tuæ condemnatum fuisse sententiâ. Quia igitur & ab antefato Joanne primæ Justinianæ Episcopo contra jus, canonesque depositus, honoris sui gradu carere non potuit. in sua eum reformari Ecclesia, atque in propriæ dignitatis ordinem decrevimus revocari. Etsi tum oportuisset te ex eo Dominici corporis communione privari, quòd admonitione *d* sanctæ memoriæ decessoris nostri contemptâ (per quam eum, Ecclesiamque ejus de tuæ jurisdictione potestatis exemit) rursus in eis aliquid tibi jurisdictionis servare præsumpseris, tamen non inhumaniùs decernentes, communionisque tibi sacramentum interim conservantes, decernimus, ut fraternitas tua ab eo, Ecclesiaque ejus omnem antehabitæ suæ potestatem jurisdictionis abstineat: & secundùm scripta decessoris nostri, si qua causa vel fidei, vel criminis, vel pecuniaria adversùs præfatum Hadrianum Consacerdotem nostrum potuerit evenire, vel per eos, qui nostri sunt, vel fuerint in urbe regia responsales, si mediocris est quæstio, cognoscatur; vel hûc ad Apostolicam sedem, si ardua est, deducatur: quatenùs nostræ audientiæ sententiâ decidatur. Quòd si contra hæc, quæ statuimus, quolibet tempore, seu quâlibet occasione, vel surreptione venire tentaveris, sacrâ scias te communione privatum; nec eam re, excepto ultimo vitæ tuæ tempore, nisi cum concessâ Romani Pontificis decernimus jussione percipere 1. & paulo post, ¶ Res autem sive sacras, sive alias mobiles, immobilesque ejus Ecclesiæ, quas hactenus diceris retinere (quarum notitiam nobis oblatam præsentibus annectimus literis) sine aliqua ei dilatione fraternitas tua restituat. De quibus, si qua inter vos quæstio vertitur, volumus, ut apud responsalem nostrum in urbe regia ventiletur.

1 ¶ Percipere.] *Hic in epistola interjicitur cap.* hâc *e consonâ.* ſ. *23. q. 1.*

Si autem necdum in diœcesi alicujus Episcopi illa loca assignata fuerint, ex vigore Apostolicæ sedis proprium Episcopum accipiant.

C. LIII. ¶ *Ubi multitudo fidelium excrevit, ibi Episcopi sunt ordinandi.*

Unde Gregorius junior *scribit Bonifacio Episcopo epist. 1.*

PRæcipimus, ut juxta sacrorum canonum statuta, ubi multitudo excrevit fidelium, ex vigore Apostolicæ sedis debeas ordinare Episcopos; piâ tamen contemplatione, ut non vilescat dignitas Episcopatûs.

Sicut duo Episcopatus suprascripto modo in unum possunt redigi, & unus in duos valet dividi, sic etiam Episcopus de una

---

a *al. ministeria.* b *Ioannes Diacon. l. 3. c. 25.* c *7. q. 1. temporis qualitas. Anſ. l. 5. c. 24. Polyc. l. 2. tit. 3.* d *al. habebis.* e *Et in Toletano 12. c. 4.* f *Burch. l. 1. c. 33.* g *al. aperuerunt.* h *Et in Carthag. 3. c. 42.*

a *Burch. ibid.* b *Anſ. l. 6. c. 225. Polyc. l. 1. tit. 7.* c *al. Iustiniana urbe.* d *al. post admonitionem contemptam.* e *al. hæc. præsumpſeris.*

prismalibus & parochialis Ecclesiis facere potest cum consensu suorum Clericorum. Quod cum factum fuerit, illa pars populi quæ novæ Ecclesiis supponitur, à jure prioris Ecclesiæ absolvitur. Hoc nisi fieri posset, multitudo Ecclesiarum ad paucitatem redigeretur. Plures autem baptismales Ecclesias in una terminatione facere non potest.

C. LIV. ¶ *In una terminatione plures baptismales Ecclesiæ esse non possunt.*

Unde in Toletano Concilio *legitur.*

PLures *a* baptismales Ecclesiæ in una terminatione esse non possunt, sed una tantummodò cum suis *b* capellis. Et si contentio fuerit de terminatione duarum matricum, plebes utrarumque discernant; & si non convenerint, lis Dei judicio discernatur.

¶ *Caput hoc in nullo Toletano est inventum. Burchardus & Ivo citant ex Concilio Aquisgranensi.*

a pars. *Jus ergò Ecclesiarum ita interpretandum est, ut nisi Episcopo disponente aliis Ecclesiis fuerit assignatum, in nullo priorum reddituum diminutionem patiantur.*

C. LV. ¶ *Communione privetur, qui decimas vel oblationes extra Episcopi conscientiam tenere voluerit.*

Unde Anastasius *c* Papa.

STatuimus *d*, ut si quis oblationes Ecclesiæ, vel decimas, quas populus dare debet, tenere contenderit, vel extra baptismalem Ecclesiam dare voluerit, præter conscientiam Episcopi, vel ejus, cui hujusmodi officia commissa sunt, nec cum eorum voluerit agere consilio, bannum nostrum componat, & communione privetur.

Cum addit, [Extra conscientiam Episcopi.] *intelligendum relinquit, quòd Episcopo consentiente aliis Ecclesiis dare possint.*

C. LVI. ¶ *Juxta dispositionem Episcopi decimæ distribuantur.*

Item *e.*

IN *f* sacris canonibus præfixum est, ut decimæ juxta Episcopi dispositionem distribuantur. Quidam autem Laici, qui vel in propriis, vel in beneficiis suas habent basilicas, contemptâ Episcopi dispositione, non ad Ecclesias, ubi baptismum, & prædicationem, & manûs impositionem, & alia Christi sacramenta percipiunt, decimas suas dant; sed vel propriis basilicis, vel aliis 1 Ecclesiis pro suo libitu tribuunt: quod omnimodis divinæ legi, & sacris canonibus constat esse contrarium. Unde 2 vestram potestatem, ut eos corrigatis, expetimus.

1 ¶ Aliis Ecclesiis] *In Concilio Ticinensi, unde hoc capitulum videtur acceptum, legitur,* suis Clericis: *Apud Anselmum verò,* suis Ecclesiis.

2 ¶ Unde vestram] *Verba hæc referuntur ad Imperatorem Ludovicum II. qui illi Synodo interfuit. Quare in eo sequitur,* sacra docet, &c.

Cum autem reprehendantur, quia contemptâ Episcopi dispositione hoc faciunt, intelligitur, quòd si Episcopo disponente hoc fecerint, irreprehensibiles inveniantur.

C. LVII. ¶ *Anathema sit, qui præter Episcopi conscientiam decimas & oblationes dispensare voluerit.*

Item Symmachus Episcopus *Ecclesiæ* g *catholicæ urbis Romæ dixit in Synodo sexta Romana.*

IN *h* canonibus in Gangrensi Ecclesia Apostolicâ auctoritate conditis, de fructuû oblationibus, quæ ministris Ecclesiæ debentur, & de his, quæ in usus pauperum conferuntur, scriptum habetur: [*Si quis* i *oblationes* 1 *Ecclesiæ accipere, vel dare voluerit præter Episcopi conscientiam, vel ejus, cui hujusmodi sunt officia commissa, nec cum ejus voluerit agere consilio, anathema sit.*] Et iterum in eodem Concilio Gangrensi: [*Si* a *quis oblata Deo dederit vel acceperit præter Episcopum, vel eum, qui constitutus est ab eo ad dispensandam misericordiam pauperibus, & qui dat, & qui accipit, anathema sit.*] Valdè iniquum ergò, & ingens sacrilegium est, ut quæcunque vel pro remedio peccatorum, vel salute, vel requie animarum suarum unusquisque venerabili Ecclesiæ contulerit, aut certè reliquerit, ab his, à quibus hæc maximè servari convenit, id est, Christianis, & Deum timentibus hominibus, & super omnia à Principibus, & primis regionum in aliud transferri, vel converti. *& infrà.* ¶ Generaliter *b* verò, quicunque res Ecclesiæ confiscare, aut competere, aut pervadere periculosâ suâ infestatione præsumpserit, nisi 2 se citissimè per Ecclesiæ, de qua agitur, satisfactionem correxerit, perpetuo anathemate feriatur. Similiter & hi, qui res Ecclesiæ, jussu, vel largitione Principum, vel quorundam potentum, aut quâdam invasione, aut tyrannicâ potestate retinuerint, & filiis, vel hæredibus suis (ut à quibusdam jam factum audivimus) quasi hæreditarias reliquerint, nisi citò res Dei admoniti à Pontifice agnitâ veritate reddiderint, perpetuo anathemate feriantur. Iniquum enim esse censemus, ut custodes potiùs chartarum, quàm defensores rerum creditarum (ut præceptum est) judicemur. *& infrà.* ¶ Ferro enim abscindenda sunt vulnera, quæ fomenta non sentiunt. ¶ Similiter & illi extorres debent fieri ab Ecclesia, qui Sacerdotali admonitione non corriguntur, dicente e Domino: [*Auferte malum ex vobis.*] Universa Synodus surgens acclamavit: Ut ita fiat, rogamus. Dictum est octies. Ista serventur 3, precamur. Dictum est decies. Ut in perpetuum maneant, & vestrâ auctoritate firmentur. Dictum est duodecies. Exaudi Christe, Symmacho Papæ vita sit. Dictum est duodecies.

1 ¶ Oblationes Ecclesiæ] *In Concilio ipso Gangrensi legitur,* si quis oblationes Ecclesiæ extra Ecclesiam accipere, &c.

2 ¶ Nisi se] *Hæc usque ad versic.* Similiter. *sunt addita ex Symmachi Synodo.*

3 ¶ Ista serventur,] *Item hæc usque ad versic.* Exaudi.

C. LVIII. ¶ *Eâdem plectuntur pœnâ, quæ Ecclesiarum res & bona Episcoporum invadunt.*

Item in eadem Synodo.

SImiliter *d* & hoc ad omnium Ecclesiarum notitiam vestrâ cunctorum exhortatione & judicio censemus pervenire, & ab omnibus firmiter teneri, quia Episcoporum res Ecclesiæ non dubitantur esse, si in eorum facultatibus simili furore crudelitate grassatum, pervasores rerum memoratarum prædictæ canonum districtionis feriantur vindictâ: ut qui moribus propriis, ac nullâ conscientiæ castigatione corriguntur, saltem Ecclesiasticæ & canonicæ vindictæ persodiantur aculeis.

C. LIX. ¶ *Res Ecclesiæ Principum auctoritate distribui non possunt.*

Item ex lib. 1. Capitulorum Caroli & Ludovici Imperatorum, *c.* 83.

QUia *e* juxta sanctorum Patrum traditionem novimus res Ecclesiæ vota esse fidelium, pretia peccatorum, & patrimonia pauperum, eaque non solùm habita conservare, verùm etiam multa, Deo opitulante, conferre optamus. Ut *f* autem ab Ecclesiasticis 1 de dividendis 2 rebus Ecclesiæ suspicionem dudum conceptam amoveremus, statuimus, ut neque nostris, neque filiorum, & Deo dispensante, successorum nostrorum temporibus, qui nostram vel progenitorum nostrorum voluntatem, vel exemplum imitari voluerint, ullam penitùs divisionem aurjacturam patiatur.

1 ¶ Ecclesiasticis] *Sequebatur,* officiis, *qua vox neque*

a *Burch. l. 3. c. 22. Ivo p. 3. c. 27.* b *al. subditis.* c *Cap. l. 6. c. 285. & l. 7. c. 7.* d *Ans. l. 5. c. 43.* e *In Concil. Ticinensi, c. 11.* f *Ans. l. 5. c. 46.* g *Et in Aquisgran. sub Pipino, cap. 26.* h *Deusdedit p. 4. Ans. l. 5. c. 44.* i *Cap. 7. Gangren. Cap. lib. 7. c. 7.*

a *In Gangren. c. 1. Burch. l. 3. c. 144. & 145. Ivo p. 3. cap. 209. & 210. 12. q. 2. indignè.* b *Ivo part. 3. c. 143.* c *Deut. 13. & 1. Cor. 5.* d *Ivo p. 3. cap. 148.* e *Deusdedit p. 3. Anselm. l. 4. c. 43.* f *al. tamen ut.*

in vetustis, neque in ipso capitulari est. Refertur enim ad homines, non ad officia.

2 ¶ Dividendis] *In capitulari impresso legitur,* non dividendis. *In capitulis autem manuscriptis, quæ ab Episcopis provinciarum Rhemensis, ac Rhotomagensis Ludovico Regi missa fuerunt, hæc habentur ad hunc locum pertinentia:* Quia verò Carolus Princeps, Pipini Regis Pater, qui primus inter omnes Francorum Reges ac Principes, res Ecclesiarum ab eis separavit atque divisit, pro hoc solo maximè est æternaliter perditus. Nam S. Eucherius Aurelianensis Episcopus, qui in monasterio S. Trudonis requiescit, in oratione positus, ad alterum seculum raptus, & inter cætera, quæ Domino sibi ostendente conspexit, vidit illum in inferno inferiori torqueri. Cui interroganti ab Angelo ejus ductore responsum est quia Sanctorum judicatione, qui in futuro judicio cum Domino judicabunt, quorumcunque res abstulit & divisit, ante illud judicium animâ & corpore sempiternis pœnis deputatus est, & recepit simul cum peccatis suis pœnas propter peccata omnium, qui res suas & facultates in honore & amore Domini ad Sanctorum loca in luminaribus divini cultûs, & alimoniis servorum Christi, ac pauperum, pro animarum suarum redemptione tradiderant. Qui in se reversus S. Bonifacium, & Fuldradum Abbatem monasterii S. Dionysii, & summum Capellanum Regis Pipini ad se vocavit, eisque talia dicens in signum dedit, ut ad sepulchrum illius irent, & si corpus ejus ibidem non reperissent, ea, quæ dicebat, vera esse concrederent. Ipsi autem pergentes ad prædictum monasterium, ubi corpus ipsius Caroli humatum fuerat, sepulchrumque ipsius aperientes, visus est subitò exiisse Draco, & totum illud sepulchrum interiùs inventum est denigratum, acsi fuisset exustum. Nos autem illos vidimus, qui usque ad nostram ætatem duraverunt, qui huic rei interfuerunt, & nobis vivâ voce veraciter sunt testati, quæ audierunt atque viderunt. Quod cognoscens filius ejus Pipinus, Synodum apud Liptinas congregari fecit, cui præfuit cum S. Bonifacio Legatus Apostolicæ sedis, Gregorius nomine. Nam & Synodum ipsam habemus, & quantumcunque de rebus Ecclesiasticis, quas pater suus abstulerat, potuit, Ecclesiis reddere procuravit. Et quoniam res Ecclesiis, à quibus ablatæ erant, restituere propter concertationem, quam cum Vvaifaro Aquitanorum Principe habebat, non prævaluit, precarias fieri ab Episcopis exinde petiit, & nonas, ac decimas ad restaurationes tectorum, & de unaquaque casata duodecim denarios ad Ecclesiam, unde res erant beneficiatæ (sicut in libro capitulorum Regum habetur) dari constituit, usque dum ipsæ res ad Ecclesiam revenirent. Unde & Dominus Carolus Imperator adhuc in regio nomine constitutus, edictum fecit, ut nec ipse, nec filii ejus, neque successores, hujusmodi res agere attentarent. Quod manu suâ firmavit, cui plenitudinem habemus, & de quo capitulum excerptum in libro capitulorum ejus, quicunque librum illum habet, & legere voluerit, invenire valebit. Hanc etiam relationem & in scripturis habemus, & quidam nostrûm etiam vivâ voce Dominum Ludovicum Imperatorem patrem vestrum referre audivimus. *Hujus historiæ mentio etiam est in vita B. Eucherii, Episcopi Aurelianensis, & B. Rhigoberti, Archiepiscopi Rhemensis. Qualis verò esset hujusmodi Ecclesiasticorum bonorum divisio, quam Carolus Martellus induxit, Pipinus autem & Carolus Imperator prohibuerunt, eodem libro primo Capitularium, ante capitulum istud 83. sic exponitur:* Tempore Hadriani Papæ, & Caroli Magni Imperatoris, quando Paulinus Episcopus tenuit vices Apostolicæ sedis, in Aquis fuit factum istud capitulum, propter hoc, quia Laici homines solebant dividere Episcopia & monasteria ad illorum opus, & non remansisset ulli Episcopo, nec Abbati, nec Abbatissæ, nisi tantùm, ut velut Canonici & Monachi vivegent.

Cum ergò præter conscientiam Episcopi, vel ejus, cui officia hujusmodi commissa sunt, quælibet prohibetur oblationes Ecclesiæ distribuere, liquidò apparet, quòd cum Episcopi consensu quælibet Ecclesiis possint distribui.

Huic interpretationi videtur contraire auctoritas illa Toletani Concilii IV. *cap. 32.*

C. LX. ¶ *Nihil de jure suæ diœcesis Episcopi præsumant auferre.*

CONstitutum *a* est à præsenti Concilio, Episcopos diœceses suas ita regere, ut nihil ex earum jure præsumant auferre; sed juxta priorum auctoritatem Conciliorum, tam de oblationibus, quàm de tributis *b* ac frugibus tertiam consequantur. Quòd si amplius quippiam ab eis præsumptum extiterit, per Concilium restauretur, appellantibus aut ipsis conditoribus, aut certè propinquis eorum, si jam illi à seculo discesserunt.

C. LXI. ¶ *Possessiones Ecclesiæ derelictæ nulli sit alienandi licentia.*

Item Symmachus Papa *ad Cæsarium fratrem, c. 1.*

POssessiones *c*, quas unusquisque Ecclesiæ proprio dedit aut reliquit arbitrio, alienari quibuslibet titulis atque distractionibus, vel sub quocunque argumento non patimur: nisi fortè aut Clericis bonorum *d* meritorum, aut monasteriis religionis intuitu, aut certè peregrinis, si necessitas largiri suaserit: sic tamen, ut hæc ipsa non perpetuò, sed temporaliter perfruantur.

Sed illud Toletani Concilii ita intelligendum est, ut Episcopi præter quartam, vel tertiam, quæ secundum locorum diversitatem eis debetur, nihil contingant.

C. LXII. ¶ *A Clericis & piis locis ultra statuta Patrum aliquid Episcopus non exigat.*

Unde in Concilio Leonis Papæ IV. *c. 26. statutum est.*

NUlli e Episcoporum liceat à subjecto Sacerdote, vel alio quolibet Clerico, & piis locis dationes ultra statuta Patrum exigere, aut superpositas *f* in angariis inferre. Sed cùm optimus sit perspector, ita prospicat *g* ut universæ sibi oves commissæ à se maximè alantur, atque in necessitatibus adjuventur, non illicitis exactionibus *h* opprimantur, quia Dominus pascere & docere nos docuit, & omnibus ministrare, non terrenis lucris vel avaritiis delectari.

C. LXIII. ¶ *De redditibus Ecclesiæ quarta pars Clericis est distribuenda.*

Item Gregorius *Leoni Episcopo Catenensium i lib. 7. epist. 2.*

AD *k* hoc locorum gradus rationis ordo distinxit, & judicia esse constituit, ut nec præpositi in opprimendos se frustra valeant occupare subjectos; nec subjectis iterùm contra suos præpositos effrenata sit resultandi licentia. *& infrà.* ¶ Volumus igitur, ut quicquid Ecclesiæ tuæ ex reditu, vel quolibet alio titulo fortassis accesserit, quartam exinde portionem sine diminutione aliqua debeas segregare, atque eam secundum Dei timorem in Presbyteris, Diaconis, ac Clero (ut tibi visum fuerit) discretè dividere.

C. LXIV. ¶ *Episcopus turpis lucri gratiâ nihil à Monachis vel Clericis suis exigere debet.*

Item ex septima Synodo, *c. 4.*

PRædicator *l* veritatis Paulus *m* divinus Apostolus, ac si canonem ponens Ephesiorum Presbyteris, imò verò & omni sacratæ multitudini *n*, ita

---

a *Burch. l. 3. c. 203. Ivo p. 3. c. 255.* b *al. decimis tributis.* c *Polyc. l. 3. tit. 12. Ans. l. 1. c. 47.* d *al. honorem meritis.* e *Polyc. l. 4. tit. 21. Ans. l. 6. c. 166.* f *in vulgatis erat, suppositæ.* g *al. perspiciat.* h *al. exactis decimibus.* i *al. Catinensi.* k *Ansegis. l. 3. c. 67.* l *Ans. l. 6. c. 185. Polyc. l. 4. tit. 1.* m *Act. 20.* n *al. plenitudini.* πληρώματι.

fiducia.

fiducialiter perhibuit: [*Argentum & aurum, aut vestem nullius concupivi. Omnia ostendi vobis, quoniam sic laborantes oportet suscipere infirmos, beatius existimans a dare, quàm* b *accipere.*] Propter quod & nos edocti ab eo definimus, Episcopum nullatenùs turpis lucri gratiâ excogitare 1 ad excusandas excusationes in peccatis expetere aurum, vel argentum, aut aliam speciem ab Episcopis, vel Clericis, vel Monachis, qui sub ipso sunt. Ait c enim Apostolus: [*Iniqui regnum Dei non possidebunt: nec debent filii thesaurizare parentibus, sed parentes filiis.*] & infrà. Præcepit enim & d Petrus Apostolorum summus: [*Pascite, qui in vobis est, gregem Dei, non coactè, sed spontaneè secundum Deum, non turpis lucri gratiâ, sed voluntariè: neque ut dominantes in Cleris, sed forma facti gregis. Et cùm apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcescibilem gloriæ coronam.*]

¶ *Caput hoc antea citabatur ex sexta Synodo. Est autem in septima ex versione Anastasii, ex qua nonnulla hîc sunt addita, empta, emendata.*

1 ¶ Excogitare] *Verba Græca,* ὀφείλομεν μηδόλως αἰσχροκερδῶς ὑπὸ τινὸς ἐπισκοπεῖν ἀσφαλίζομεν ἀσφαλῶς ἐν ἀμεμπτίαις, ἀκαιρῶν χρόνων: *Sic clarius verterentur, statuimus, ne ullo modo turpis lucri gratiâ in mentem veniat Episcopo excusanti excusationes in peccatis poscere aurum, &c.*

Illud autem, quod in fine capituli Symmachi ponitur: [Hæc ipsa non perpetuò, sed temporaliter perfruantur,] *ad personales tantùm possessiones, Clericorum videlicet & pauperum, non ad monasteriales referendum est.*

7 pars. *Quam verò sit grave, apud Deum decimas, & oblationes, ac primitias Sacerdotibus non solvere, auctoritate Hieronymi & Augustini apparet.*

C. LXV. ¶ *Reus apud Deum habetur, qui decimas Sacerdotibus non solverit.*

Ait namque Hieronymus *in comment. ad c. 3. Malachiæ.*

REvertimini ad me, & revertar ad vos, dicit e Dominus exercituum: & dixistis, in quo revertemur? Si affiget homo Deum, quia vos configitis me: & dixistis, in quo configimus te? in decimis & primitiis. In penuria vos maledicti estis: & me configitis gens tota.] Nunc sequamur ordinem prophetiæ. Quia mihi non reddidistis decimas & primitias, idcircò in fame & penuria maledicti estis: & vos me supplantatis, sive fraudatis, atque privatis gens tota. Pro 1 gente, quæ in Hebraico scribitur עַם annum LXX. transtulerunt, ἔτος, pro עֵת; & est sensus: Ecce annus expletus est, & nihil in meos thesauros, sed in vestra horrea comportâstis: & pro decimis & primitiis *f*, quæ parva erant, si à vobis darentur, ubertatem possessionum vestrarum, & omnem frugum abundantiam perdidistis. Ut autem sciatis me hoc irascente perfectum, quia fraudâstis me parte meâ, hortor vos, atque commoneo, ut inferatis decimas in horrea *g*. hoc est, in thesauros templi, & habeant Sacerdotes atque Levitæ, qui mihi ministrant cibos, & probate me, si non tantas pluvias effudero, ut cataractæ cœli apertæ esse credantur: [*Et effundam vobis benedictionem usque ad abundantiam.*] Verbum effusionis, nomen largitatis ostendit. Sed fieri potest, ut agros irrigantibus pluviis sit quidem fertilitas, verùm aut locusta, aut bruchus, aut ærugo, aut eruca destruant, & labores hominum pereant. Propterea jungit, & dicit: [*Et increpabo pro vobis devorantem,*] locustam videlicet, & reliqua quæ diximus, [*& non corrumpet fructum terræ vestræ.*] & infrà. ¶ Si quando fames, & penuria, & rerum omnium egestas opprimunt mundum, sciamus, hoc ex Dei ira descendere, qui in pauperibus, si non accipiant eleemosynam, fraudari se loquitur, & suas 2 possessiones possumus decimas & primitias interpretari. ¶ Si quis doctus & eruditus legem Dei potest cæteros erudire, non debet suæ assignare prudentiæ, ingenioque, quod possidet: sed gratias agat primùm Deo, qui cuncta largitur; deinde Sacerdotibus ejus, ac magistris, à quibus doctus est. Si enim non egerit gratias, sed sibi scientiam vendicaverit, in penuria maledicetur. Quòd si intelligens largitorem Deum, & agens his gratias, per quos à Deo eruditus est, humiliaverit se, & in horreum Dei intulerit cibos, hoc est, Scripturæ sanctæ alimenta in Ecclesia populis ministraverit, statim aperientur super eum cataractæ cœli, & effundetur pluvia spiritalis: & mandabit Deus nubibus suis, ut pluant super eum imbrem: & abundantiâ rerum omnium perfruetur.

1 ¶ Pro gente,] *Hæc usque ad vers.* Ecce annus, *addita sunt ex B. Hieronymo ad sententiæ integritatem.*

2 ¶ Et suas] *In originali sic legitur,* fraudari se loquitur, & suâ portione privari. Possumus decimas & primitias etiam sic interpretari. *Sed ob glossam non est mutatum. Alia verò quædam emendata sunt.*

C. LXVI. ¶ *Quòd decimæ Sacerdotibus sunt tradendæ.*

Item Augustinus *serm. 219. de tempore.*

DEcimæ a tributa sunt egentium animarum. Quòd si decimas dederis, non solùm abundantiam fructuum recipies, sed etiam sanitatem corporis & animæ consequêris. Non igitur Dominus Deus præmium postulat, sed honorem. Deus enim noster, qui dignatus est totum dare, decimam à nobis dignatus est recipere, non sibi, sed nobis sine dubio profuturam: sed si tardius dare peccatum est, quantò pejus est non dedisse? De militia, de negotio, de artificio redde decimas. Cùm enim decimas dando & terrena & cœlestia possis præmia promereri, quare pro avaritia duplici benedictione fraudaris? Hæc est enim Dei justissima consuetudo, ut si tu illi decimam non dederis, tu ad decimam revoceris. Dabis impio militi, quod non vis dare Sacerdoti. Benefacere semper Deus paratus est, sed hominum malitiâ prohibetur. Decimæ enim ex debito requiruntur; & qui eas dare noluerit, res alienas invasit. Et quanti pauperes in locis, ubi ipse habitat, illo decimas non dante, fame mortui fuerint, tantorum homicidiorum reus ante tribunal æterni judicis apparebit, quia rem à Deo pauperibus delegatam suis usibus reservavit. Qui ergò sibi aut præmium comparare, aut peccatorum deliberat indulgentiam promereri, reddat decimam: etiam de novem partibus studeat eleemosynam dare pauperibus.

¶ *Caput hoc confectum est ex locis B. Augustini in serm. 219. (qui est primus Dominica xij. post festum Trinitatis) & seria verborum, & verbis ipsis sæpè mutatis: eodemq; modo apud Anselmum habetur.*

C. LXVII. ¶ *Seipsum condemnat, qui evangelizantibus necessaria subtrahit.*

Item Hieronymus *in comm. ad c. 3. epistolæ ad Titum, in fine.*

APostolicis viris, & Evangelizatoribus Christi in necessariis usibus nolle tribuere, sterilitatis seipsum est condemnare.

C. LXVIII. ¶ *Liberum est Clericis decimas Monachis contedere.*

Quòd autem decima Episcoporum consensu Monachis licitè tribuantur, B. Hieronymus *Damaso Papæ scribit, dicens.*

QUoniam quicquid habent Clerici, pauperum est, & domus illorum omnibus debent esse communes, susceptioni peregrinorum & hospitum invigilare debent, maximè curandum est illis, ut de decimis &

a *Existimantes*] *orig. In Scriptura autem citatur tanquam sententia Domini.* b *Psal. 140.* c *1. Corinth. 6. 2. Corinth. 12.* d *1. Pet. 5.* e *Malach. 3.* f *al. primitivis.* g *al. horrea mea.*

a *Anf. l. 3. c. 34. Polyc. l. 3. tit. 11.*

oblationibus, cœnobiis & xenodochiis, qualem voluerint & potuerint sustentationem impendant. Liberum est enim Monachis, & spiritualibus viris Deum timentibus & colentibus, decimas & oblationes, cunctaque remedia concedere, & de jure suo in dominium illorum, & usum transferre, nec tam in pauperibus paupertatem, quàm religionem attendere. Quòd autem beatitudo tua quæsivit, utrùm usus decimarum & oblationum sæcularibus provenire possit, novit vestra sanctitas omninò non licere, protestantibus hoc divinis auctoritatibus paternorum canonum. Quamobrem, si aliquando fuerint ab his malè detenta, quæ divini juris esse noscuntur, & in usum transierint Monachorum & servorum Dei, Episcopo tamen loci illius præbente consensum, constabunt eis omnia perpetuâ firmitate & stabilitate subnixa. ¶ Clericos [a] autem illos convenit Ecclesiæ stipendiis sustentari, quibus parentum & propinquorum nulla suffragantur. Qui autem bonis parentum, & opibus sustentati possunt, si quod pauperum est accipiunt, sacrilegium profectò committunt, & per abusionem talium judicium sibi manducant & bibunt.

¶ *Suprà etiam 1. q. 2.* Clericos. *pars hujus capitis citatur ex B. Hieronymo, in cujus, qua extant, scriptis nihil hujusmodi inventum est.*

De prædiis autem, quæ à colonis eorum coluntur, sic definitum est in Maguntino Concilio: [Questi sunt præterea, &c.] *suprà eâd.*

QUÆSTIO II.

1 ps. DE capellis verò, quæ ab eis possidentur, quòd per eorum institutionem à Sacerdotibus sint gubernanda, Joannes Papa *probat, scribens Isaac Syracusano Episcopo.*

C. I. ¶ *Presbyteri in monasteriorum Ecclesiis per Abbates instituantur.*

VIsis literis charitatis vestræ, quibus satis perpenditur, quanto studio huic sanctæ sedi reverentiam exhibetis, non modicè gavisi sumus. Nunc itaque super ea, quæ consuluistis, ut charissimo fratri benignè discretum consilium damus. Delegavit enim nobis pia mansuetudo vestra, utrùm Ecclesiæ pro quiete Monachorum à sanctis Conciliis, catholicisque Episcopis ei traditæ, per Sacerdotes ab eis ordinatos & investitos debeant institui. Addidit quoque fraternitas tua, litem & seditionem inter Clericos, Monachosque ex hac causa non modicam esse ortam: quod instigatione versuti hostis esse factum nemo ambigat. Habet [b] enim mille nocendi modos, nec ignoramus astutias ejus. Conatur namque à principio ruinæ suæ unitatem Ecclesiæ rescindere, charitatem vulnerare, sanctorum operum dulcedinem invidiæ felle inficere, & omnibus modis humanum genus evertere & perturbare. Dolet enim satis, & erubescit charitatem, quam in cœlo nequivit habere, homines constantes ex lutea materia tenere in terra. Unde oportet (quantum fragilitati nostræ conceditur) ut omnes aditus nocendi ejus versutiæ diligentissimè muniamus, ne mors ingrediatur per portas nostras. Consilio itaque multorum fratrum diligenter exquisito decrevimus, ut amodo Ecclesiæ Monachis traditæ per suos Sacerdotes instituantur. Divinæ enim leges habent & seculares, ut cujus est possessio, ejus fiat institutio: & si in dando, quod majus est, facilis fuit charitas, sit facilior in concedendo, quod minus est, sancta largitas. Majus enim fuit possessionem dare, quàm sit investituram concedere. Quomodo possessoris jura cognoscentur, & suarum [c] rerum sibi tributa reddentur, ubi quod suum est, per alterum datur, & cùm voluerit, auferetur? Humani moris est illum vereri, cujus judicio & voluntate nunc erigitur, nunc deprimitur. Unde fit, ut in partem Episcopi ad serviendum Sacerdos proclivior fiat; & sic Episcopus, quod sanctè & religiosè dederat, quâdam simulatâ auctoritate ad se trahat [d]. Sic itaque privatur mercede, quam consecuturus fuerat, tum quia fictâ charitate aufert, quod dederat, tum quia prævorum Sacerdotum discordias, & scissuras amantium, lites & dissensiones inter Episcopos seminantium, verbis nimis factus credulus, quod priùs fucatè moliebatur lucrari, post detectâ fraude conatur quâdam usurpatione ex toto auferre. Quorum avertentes [e] calliditates, & hostis versuti suasiones, deinceps omnibus licentiam Monachis damus suarum Ecclesiarum investitores fieri: ita tamen, ut judicio Synodi, si contra Sacerdotium agere præsumpserint, multentur, & felici mucrone Episcopi Sacerdotum piacula resecentur.

¶ *Caput hoc est cum aliis, quæ ex antiquo codice manuscripto Populeti sunt habita: ex cujus codicis exemplo & vetustis Gratiani aliquot sunt emendata.*

2 ps. *Hâc auctoritate Monachis conceditur investitura suarum Ecclesiarum. Sed videtur contraire* Urbanus Papa II. *dicens:*

¶ *Post hæc verba in exemplaribus, in quibus non sic Palea, sequitur c. sanè. In quatuor autem his interpositis Palea nihil Monachis agitur, & hæc prior est in Concilio Magontino primo, c. 1. & sententia repetitur in 2. c. 10. & in 3. c. 17.*

C. II. PALEA.

ADmonemus [f], atque præcipimus, ut decimæ omninò dari Deo non negligatur, quas ipse Deus dari constituit: quia timendum est, ut quisquis Deo decimam subtrahit [g], ne fortè Deus per peccatum suum auferat ei necessaria sua.

C. III. ¶ *De eodem.* PALEA.

Item Nicolaus Papa II. *epist. unicâ, cap. 3.*

PRæcipimus [e], ut decimæ & primitiæ, seu oblationes vivorum & mortuorum Ecclesiis Dei fideliter inferantur à Laicis, & ut in dispositione Episcoporum sint: quas qui retinuerint, à sanctæ Ecclesiæ communione separentur.

C. IV. ¶ *De eodem.* PALEA.

Item Leo Papa.

NUllus decimas ad alium pertinentes accipiat.

C. V. PALEA.

Item Ambrosius *sermone primo de Quadragesima.*

NAm qui Deo non vult reddere decimas, quas retinuit, & homini non studet reddere, quod injustè ab eo abstulit, non timet adhuc Deum, & ignorat, quid sit vera pœnitentia, veraque confessio. Iste talis homo non potest veram [g] facere eleemosynam.

¶ *Habetur in sermone primo de Quadragesima, cujus initium,* Ecce nunc, *qui cum aliis B. Ambrosii nomen præferentibus servatur in Bibliotheca Vaticana, ac Monasterii Mediolanensis ejusdem B. Ambrosii.*

C. VI. ¶ *Abbates absque Episcopi consilio in parochialibus Ecclesiis Presbyteros non ordinent.*

Item Urbanus II.

SAnè quia Monachorum quidam Episcopis jus suum auferre contendunt, statuimus, ne in parochialibus Ecclesiis, quas tenent, absque Episcoporum consilio Presbyteros collocent, sed Episcopi parochiæ curam cum Abbatum consensu Sacerdoti committant: ut ejusmodi Sacerdotes de populi quidem cura Episcopis rationem reddant, Abbati verò pro rebus temporalibus ad monasterium pertinentibus debitam subjectionem exhibeant, & sic sua cuique jura serventur. *Item.* ¶ In

---

a 1. q. 2. Clericos. *In regula Monachorum, c. de paupertate, habentur quædam similia.* b 2. Cor. 2. c *al.* suorum sibi.

a *al.* retrahat. b *al.* advertentes. c *Ruvb. l. 3. cap. 130. Ivo part. 3. c. 197. Pann. l. 2. c. 57.* d *al.* abstrahit. e *dist. 30. præter hoc, §. deinde.* f *al.* quæcunque oblationes. g *al.* homo. parochia-

parochialibus Ecclesiis Presbyteri per Episcopos instituantur a, qui eis respondeant de animarum cura, & his, quæ ad Episcopum pertinent.

C. VII. ¶ *Quorumcunque Monachorum Ecclesiæ Episcoporum subdantur regimini.*

Item ex Concilio apud Eaventiam habito.

STatuendum nobis est, quatenùs Ecclesiæ quorumcunque Monachorum in singulis parochiis sitæ, Episcoporum, ut decet, divinitùs subdantur regimini, eisque debita obsequia exhibeant.

Ecce Urbanus Papa probubet investituras parochialium Ecclesiarum per Monachos fieri, quas Innocentius Papa eis concessit. Sed illud Innocentii Papæ intelligendum est de illis Capellis, quæ cum omni jure suo ab Episcopis Monachis concedantur. Istud autem Urbani intelligitur de illis, quas Abbates in propriis prædiis ædificant in villis, vel in castellis suis.

QUÆSTIO V.

¶ *Videtur contra ordinis rationem, ut inter secundam & tertiam quæstionem quinta sit posita. Et in omnibus antiquis exemplaribus, exceptis duobus pervetustis, in secunda quæstione sunt omnes hi canones, quibus constat quinta quæstio: deinceps sequitur tertia & quarta cum suis capitulis, ut in vulgatis codicibus: tum verba Gratiani, qua in vulgatis habentur initio sexta quæstionis, &c. consuetudo, faciunt quintam quæstionem: reliqua verò sextam. Verùm hanc, quæ nunc tractatur, esse quintam quæstionem, ex propositione antiqua causa facta perspicuum est. Et potuit Gratianus ideo ordinem nunc mutare, quia argumentum quintæ quæstionis valde conjunctum est iis, quæ in fine secundæ allata erant. Quam ob causam, ac præterea ob auctoritatem illorum duorum codicum, & receptum usum citandi hos canones sub quinta quæstione, retinendum videbatur esse mutandum.*

TAles, etsi jus territorii habeant, tamen potestatem gubernandi populum, & spiritualia ministrandi non habent. Quod etiam de Episcopo intelligendum est.

C. I. ¶ *Episcopus, qui in alterius diœcesi Ecclesiam ædificat, ejus consecrationem sibi vendicare non valet.*

Unde Nicolaus Papa *ait.*

SI quis b Episcoporum in alicuius civitatis territorio pro quacunque suorum opportunitate Ecclesiam ædificare disponit, non præsumat dedicationem facere, quæ illius est, in cujus territorio Ecclesia assurgit. Ædificatori verò Episcopo hæc gratia reservetur, ut quos desiderat Clericos in re sua ordinari, ipsos ordinet is, cujus territorium est: vel si ordinati jam sunt, ipsos habere acquiescat: & omnis Ecclesiæ ipsius gubernatio ad eum, in cujus civitatis territorio Ecclesia surrexit, pertinebit.

¶ *Anfolenus citat ex Arausica, in cujus tit. cap. ferè idem legitur.*

C. II. ¶ *Basilicæ noviter conditæ ad Episcopum pertinent, cujus Conventus esse constiterit.*

Item ex Concilio Toletano IV. *c. 34.*

POssessio c territorii Conventum non adimit: ideoque basilicæ, quæ novæ conditæ fuerint, ad eum proculdubiò pertinebunt Episcopum, cujus Conventus esse constiterit.

¶ *Canon 34. Concilii quarti Toletani sic habet:* Sicut diœcesim alienam tricennalis possessio tollit: ita territorii conventum non adimit, &c. *ut infrà eâd. q. 3.* sicut diœcesim.

C. III. ¶ *Ædificatori Episcopo in diœcesi alterius Ecclesiam consecrare non licet.*

Item Gregorius *lib. 11. epist. 19. ad Isaiam Subdiaconum.*

LAtor a præsentium Joannes, frater & Coëpiscopus noster f, indicavit nobis, quòd quidam Exuperantius Episcopus ausu temerario in diœcesi ipsius Oratorium construxerit, idque sine præcepti auctoritate contra morem præsumpserit dedicare, Missasque illic publicas celebrare non metuit. Quam rem cum summa te celeritate b ac districtione convenit emendare, nec ulteriùs tale aliquid attentare permittas.

1 ¶ Noster,] *Hoc loco in epistola ipsa interjiciuntur multæ. Quod de jure ordinandi, non possidendi intelligendum est. His auctoritatibus facilè perpendi potest, quòd sive Abbates, sive Episcopi in suis castellis, vel villis Ecclesias ædificaverint, non ideò Episcopo, in cujus diœcesi fuerint, Conventus adimitur: & ideò Sacerdotes, juxta illud Urbani & Nicolai, in eis non nisi per Episcopos, cum consensu tamen & electione ædificantium, ordinari possint.*

QUÆSTIO III.

1 QUòd autem præscriptione temporis omnia jura tollantur, probatur auctoritate Chalcedonensis Concilii, & Gelasii Papæ, & Toletani Concilii. *Prima hæc est* c.

C. I. ¶ *Rusticanæ parœciæ apud Episcopos, qui eas possident, triginta annis sine violentia permaneant immobiles.*

PEr d singulas Ecclesias 1 parochias rusticanas, sive 2 in possessionibus, manere immobiles apud eos, qui eas retinent, Episcopos decernimus: & maximè si sine violentia eas jam per triginta annos tenentes gubernaverunt. Si verò intra triginta annos facta fuerit, aut fiat de his dubitatio e, liceat eis, qui se dixerint læsos, propter eas movere apud Synodum provinciæ certamen.

¶ *Caput hoc est ex prisca versione, quia est in collectione Isidori: atque ex ea cum duabus Vaticanis ejusdem collectionis codicibus collata, est emendatum.*

1 ¶ Ecclesias] *Apud Balsamonem in codicibus manuscriptis legitur,* καθ' ἑκάστην ἐνορίαν, *id est,* in unaquaque provincia. *Sed in Græco canone vulgato,* καθ' ἑκάστην ἐκκλησίαν.

2 ¶ Sive in possessionibus,] *Græcè est,* ἀγροικικὰς παροικίας, ἢ τὰς ἐγχωρίους: *id est*; parochias, quæ in ruribus, aut quæ invicis & pagis sunt.

C. II. ¶ *Triginta annis ab Episcopis possessa, immobiles permaneant diœceses.*

Item Gelasius *epist. 2. ad Siculos, c. 1.*

PRæsulum f nostrorum auctoritas emanavit, ut facultates Ecclesiæ Episcopi ad regendum habeant potestatem: ita tamen, ut viduarum, pupillorum, atque pauperum, necnon & Clericorum stipendia distribuere debeant. Hoc eis etiam statuimus dari, quod hactenus decretum est: reliquum sibi Episcopi vendicent, ut, sicut antèa diximus, peregrinorum atque captivorum largitores esse possint. *Idem ibid. c. 2.* ¶ Illud g etiam annecti placuit, ut si, quod absit, facultates Ecclesiæ, nec non diœceses ab aliquibus possidentur Episcopis, jure sibi vendicent, quod tricennalis lex concluserit: quia & filiorum nostrorum Principum ita emanavit auctoritas.

C. III. ¶ *Territorii possessio Conventum non adimit.*

Item ex Concilio Toletano IV. *c. 34.*

SIcut h diœcesim alienam tricennalis possessio tollit, ita territorii 1 Conventum non adimit 2.

a *al. constituantur.* b *Anst. l. 5. c. 9.* c *supr. eâd. q. 3. sicut diœcesim. Burch. l. 3. c. 247. Ivo p. 3. c. 212.*

a *Anst. l. 5. cap. 27. Polyc. l. 1. tit. 13.* b *celebritate*] *orig.* c *In Chalc. c. 17. & in sexta Syn. c. 23.* d *Polyc. l. 3. tit. 12. Anst. l. 5. c. 26. Burch. l. 3. c. 148. Ivo p. 3. c. 196. Pann. l. 2. c. 64.* e *al. altercatio.* f *Polyc. l. 3. tit. 12. Ivo p. 3. c. 147.* g *13. q. 2. c. 1. Ivo p. 3. cap. 144. Burch. l. 3. c. 149. Pann. l. 2. c. 63.* h *supr. eâd. q. 3. possessio. Polyc. l. 3. tit. 12. Anselm. l. 5. c. 27. Burch. l. 3. c. 147. Ivo p. 3. c. 212.*

1 ¶ Territorii] *In vulgatis sequebatur*, possessio : *quæ abest à vetustis, à Burchardo, & Pannormia, & codicibus Conciliorum impressis & manuscriptis.*

2 ¶ Non admit.] *Sic in editionibus Conciliorum Colonienſibus, & Codice Regio, & vetuſtis Gratiani exemplaribus, & in Panormia. Verum in duabus editionibus Conciliorum Pariſienſibus, & apud Ivonem habetur*, non amittit, *& in duobus codicibus Vaticanis, & apud Burchardum*, non admittit.

C. IV. ¶ *Tricennalis poſſeſſio intra unam provinciam ſervari debet.*

Item ex eodem, *c. 33.*

QUicunque *a* Epiſcopus alterius Epiſcopi diœceſim per triginta annos ſine aliqua interpellatione poſſederit, quamvis 1 ſecundùm jus legis ejus non videatur eſſe diœceſis, admittenda tamen non eſt contra eum actio repoſcendi. Sed hoc intra unam provinciam 2, extra verò nullo modo, ne dum diœceſis defenditur, provinciarum termini confundantur.

1 ¶ Quamvis] *In Concilio impreſſo cum manuſcriptis collato legitur* : Quia ſecundùm jus legis ejus videtur eſſe diœceſis, admittenda non eſt, &c. *Ivo autem in tertia parte etiam clarius poſt verſic.* poſſederit, *ſic habet*, eam teneat : quia ſecundùm jus legis ejus videtur eſſe diœceſis & admittenda non eſt, &c. *Burchardus autem*, quamvis ſecundùm jus legis ejus videtur eſſe diœceſis. *In Pannormia verò quemadmodum apud Gratianum.*

2 ¶ Provinciam,] *Auctor gloſſæ interpretatur*, id eſt, diœceſim : *& in variis Conciliorum editionibus, & duobus codicibus Vaticanis legitur*, parochiam, *quâ voce ſæpè diœceſis ſignificatur, ut in Canone Apoſtolorum 14.* Epiſcopo non liceat alienam parochiam propriâ relictâ pervadere : *& in Concilio Antiocheno, c. 21. vocem* παροικίαν *alii verterunt parochiam, alii diœceſim, omninoq; in Toletanis hæ voces confunduntur, ut Toletano 3. c. 20. & Toletano 4. c. 32. & 33. & Bracharenſi 2. c. 2. Et in hujus capitis initio vox*, diœceſis, *partem quandam, id eſt, parochiam ſignificat. Verùm in codice Conciliorum Lucenſi Regio, & in vetuſtis exemplaribus Gratiani, & Pannormia, & apud Ivonem, p. 3. in margine eſt*, provinciam.

2 pars. *Ecce his auctoritatibus probatur, quòd poſſeſſionis & gubernationis jura præſcriptione tolluntur.*

Sed idem Gelaſius *contrà teſtatur ſcribens Maximo & Euſebio Epiſcopis.*

C. V. ¶ *Statuta parochiarum nec præſumptione, nec temporis præſcriptione mutari poteſt.*

LIcèt *b* in regulis contineatur antiquis, parochias unicuique Eccleſiæ priſtinâ diſpoſitione deputatas nullâ poſſe ratione convelli, ne per conſuetudinem peſſimam, exempli mali temeritate creſcente, univerſalis confuſio naſceretur ; tamen etiam decretis noſtris ante non multum temporis deſtinatis, omnia juſſimus, quæ taliter fuerant invaſa, reſtitui. Sed quia temeritas pervadentium legem ſibi poſſe putat generari, ſi ſceleri ſuo pertinaciam retentionis adjungat, ea, quæ inter fratrem & Coëpiſcopum noſtrum Conſtantinum, Anuſcanæ 1 Eccleſiæ Sacerdotem, & inter nuntios *c* directos ab Anconitano Pontifice decrevimus, per vos impleri cupimus, tunc formam in cæteris cognitionibus, quæ ſit ſequenda, perſcripſimus. Nullâ *d* igitur præſumptione ſtatum parochiarum, qui perpetuæ ætatis firmitate duravit, patimur immutari : quia nec negligentia Pontificis, nec temporalis objectio (quæ per incuriam ſortè generatur) neque ignaviâ faciente conſenſus adhibitus, nec ſubrepente *e* ſupplicatione præceptio divellere poteſt ſemel diœceſim conſtitutam : ex qua ſemper ad regenerationem, atque conſignationem plebs devota convenit. Territorium 2 etiam non facere diœceſim, olim noſcitur ordinatum.

1 ¶ Anuſcanæ] *In vetuſtis codicibus varie legitur, ut eſt*, Canuſcanæ, Camuſcanæ, Tamuſcanæ.

2 ¶ Territorium] *Hæc referuntur etiam ab Auctore, licèt non ab Ivone.*

Hoc multipliciter diſtinguitur. Sunt quædam diœceſes, quæ certis limitibus diſtincta ſunt : hæ nullo modo præſcribi poſſunt. Alia verò, quæ non ſunt certis limitibus diſtincta, & de quibus certa definitio non olim præceſſit, præſcriptione tolluntur.

C. VI. ¶ *Limitis poſſeſſio præſcribi non poteſt.*

Unde Innocentius Papa.

INter *a* memoratos fratres noſtros, Fulgentium Aſtigitanum & Honorium Cordubenſem Epiſcopos, diſcuſſio agitata eſt propter parochiam baſilicæ cujuſdam, quam horum alter Cellanenſem 1, alter Rhegienſem aſſeruit. Et quia inter utraſque partes hactenus limitis actio ventilata *b* eſt, cujus quamvis ſit vetuſta retentio, nullum tamen juris præjudicium affert *c* ; ideò ne in dubium ultrà inter eos noſtra devocaretur ſententia, prolatis canonibus ſynodalia decreta perlecta ſunt. Quorum auctoritas præmonet, ita oportere inhiberi cupiditatem, ut ne quis terminos alienos uſurpet : ob hoc placuit inter alternas partes inſpectores *d* viros mittendos, ita 1 ut diœceſis poſſidentis (ſi tamen baſilicam veris ſignibus manifeſtis præfixus monſtraverit) Eccleſiæ, cujus eſt jus *e* retentionis, ſit æternum dominium. Quòd ſi limes legitimus eandem baſilicam non concludit *f*, & tam longi temporis probatur objecta præſcriptio, appellatio præſentis *g* Epiſcopi non valebit, quia illi tricennalis objectio ſilentium imponit. Hoc enim & ſecularium principum edicta præcipiunt, & Præſulum Romanorum decrevit auctoritas. Sin verò intra metas tricennalis temporis extra alienos terminos baſilicæ injuſta retentio reperitur, repetentis Epiſcopi juſti ſine mora reſtituatur.

¶ *Caput hoc extat in Concilio Hiſpalenſi 2. c. 2. & ex illo Burchardus citat.*

1 ¶ Cellanenſem,] *In Concilio impreſſo ac manuſcripto legitur Celticenſem : & Plinius l. 3. c. 1. inter oppida conventui Haſtalenſi ſumerat Celticam.*

2 ¶ Ita ut diœceſis] *In Conciliorum editionibus, & duobus codicibus Vaticanis legitur*, ita ut, ſi in diœceſi poſſidentis ſitam baſilicam veteribus ſignis limes prævifus, (al. pervifus) monſtraverit, Eccleſiæ, &c. *Item in codice Lucenſi Regio, niſi quòd loco dictionis*, prævifus, *habetur*, præfixus.

C. VII. ¶ *Spatia, quæ definita fuerunt, tempore præſcribi non poſſunt.*

Item Gelaſius Papa, *Juſto Epiſcopo.*

DIlectio *h* tua ſtudeat, quæſitâ omnium fideliter rerum veritate, ut ſi de ſpatiis, de quibus memoratur orta contentio, definitio dudum certa proceſſerit, inconcuſſa ſervetur : alioquin ſi nihil unquam conſtiterit terminatum, tunc de præſcriptione temporum, ſi qua pars confidit, præbeat ſacramentum : ut tamen de iis, quæ hactenus poſſediſſe probatur *i*, juſjurandum ſinatur offerre.

3 ps. *Poteſt etiam aliter diſtingui. Quæ quiſque ſuâ auctoritate uſurpat, quia nullo titulo poſſidere incipit, præſcribere non poteſt, & in hoc caſu intelligenda eſt illa auctoritas Gelaſii* : [Temporalis objectio, quæ per incuriam fortè generatur, non poteſt divellere diœceſim ſemel conſtitutam] *Intelligendum eſt, ſi nullo titulo, ſed ſolâ uſurpatione eam poſſidere cœpit. Si verò judicis auctoritate, & privilegiorum longâ conſuetudine poſſidere cœperit, tunc temporalis objectio alteri ſilentium imponit.*

---

a *Polyc. l. 3. tit. 12. Anſ. l. 5. c. 28. Burch. l. 1. c. 67. Ivo p. 3. c. 132. & p. 5. c. 175. Pann. l. 2. c. 67.* b *Ivo p. 3. c. 97.* c *al. & dare-tur.* d *Anſ. l. 5. c. 15.* e *al. ſubripiente.*

a *In Concil. Hiſpalenſi 2. c. 2. Polyc. l. 8. tit. 10. Burch. l. 1. c. 69. Ivo part. 3. c. 99.* b *al. vendicata.* c *al. afferret, ſtatuebat.* d *al. inſpectoris.* e *al. juſta retentio.* f *al. concluſit.* g *al. repetentis.* h *Ivo p. 3. c. 135. & p. 6. c. 185. Pann. l. 2. c. 69.* i *al. perlabetur.*

C. VIII. ¶ *Debent privilegia xxx. annis possessa immobiliter observari.*

Unde Gelasius Papa *a ait.*

PLacuit *b* huic sanctæ, magnæque Synodo, ut res & privilegia, quæ Dei Ecclesiis ex longa consuetudine pertinent, & sive à divæ recordationis Imperatoribus, sive ab aliis Dei cultoribus in scriptis donata, & ab eis per annos xxx. possessa sunt, nequaquam à potestate Præsulum eorum *c* quæcunq; persona secularis per potestatem subtrahat, aut per argumenta quælibet auferat: sed sint omnia in potestate ac jussu *d* Præsulis Ecclesiæ, quæcunque intra xxx. annorum spatium ab Ecclesiis possessa fuisse noscuntur. Quisquis ergò secularium 1 contra præsentem definitionem egerit, tanquam sacrilegus judicetur, & donec se correxerit, & Ecclesiæ propria privilegia seu res restituerit, anathema sit.

¶ *Quod hic tribuitur Gelasio, habetur in Synodo octava, habitâ ab Hadriano II. c. 12. & ex ea citatur apud Anselmum & Polycarpum. Sed manuscripti codices Gratiani concordant cum vulgatis.*

1 ¶ Secularium] *In vulgatis legebatur:* Quisquis ergò Clericorum vel secularium. *Sed absunt illa duæ voces,* Clericorum vel, *ab aliquot vetustis, & ab ipso Concilio manuscripto. In Concilio impresso legitur:* Qui contrà fecerit, ut sacrilegus judicetur, & donec talia privilegia, &c.

C. IX. ¶ *Repeti non possunt, quæ xxx. annis quietè possidentur.*

Idem *Episcopis Dardaniæ inter cætera inquit.*

POst *e* quingentos annos constituta Christi quosdam audio velle subvertere, cùm xxx. annorum lex hominum non possit abrumpi.

¶ *Caput hoc non legitur in epistola Gelasii, quæ extat ad Episcopos per Dardaniam. Nicolaus I. in epistola ad Episcopos Galliæ, cujus instituti est: Quamvis singularum, nuper, ut dictum est, impressa in appendice Bibliothecæ, citat ex epistola Gelasii ad Orientales. Deusdedit Cardinalis & Anselmus absolutè Gelasium citant.*

4 pars. *Item si de rebus Ecclesiæ controversia mota est, & definitio subsecuta, etsi injusta sit, tamen quia non suâ, sed definientis auctoritate possidere cœpit, tricennalis præscriptio petiteri silentium imponit: ita tamen, ut supputatio præscriptionis non à tempore definitionis, sed à decessu definientis exordium sumat.*

C. X. ¶ *Vitia irritè disponentis non poterit pertinere ad tricennium temporis.*

Unde in Toletano Concilio IX. *c. 2. statutum est.*

SI Sacerdotes *f*, vel ministri, dum gubernacula Ecclesiarum administrare videntur, contra Patrum sanctissimas sanctiones de rebus Ecclesiæ definisse aliqua dignoscuntur, non ex die, quo talia scribendo decreverunt, sed ex quo talia moriendo definita reliquerunt, supputationis ordo subsistabit. Nunquam enim 1 poterit ad tricennium *g* temporis pertinere vitia irritè hoc judicantis, quia status contractuum initia non sumpsit ab origine æquitatis.

1 ¶ Nunquam enim] *Sic in vetustis etiam codicibus Gratiani, & in codice Conciliorum Lucensi Regio. In duobus Vaticanis est quidem dictio,* tricennium, *sed in cæteris verbis aliqua varietas. In Conciliis verò impressis legitur:* Nunquam enim ad triennium temporis pertinebit potestas iritum (al. irritè) hoc judicantis: *& ab aliquibus editionibus abest vox,* potestas.

f pars. *Item ea, quæ beneficiis possidentur, sive quæ metu hostilitatis intervenientæ diutius possessa fuerint, præscribi non possunt.*

a *In Synod. 8. sub Hadriano II. c. 12.* b *Polyc. lib. 3. tit. 12. Anse. l. 4. c. 20.* c *abest ab orig.* d *al. usu.* e *Anselm. l. 4. c. 27. Deusdedit part. 1.* f *Sacerdos, vel minister,*] *orig. & sic consequenter.* g *al. triennium*] *orig.*

C. XI. ¶ *Quæ in beneficiis possidentur, præscribi non possunt.*

Unde in Agathensi *a* Concilio, *c. 59. definitum est.*

CLerici *b* quilibet quantacunque diuturnitate temporis de Ecclesiæ remuneratione aliqua possederint, in jus proprium præscriptione temporis non revocentur *c*, dummodò pateat Ecclesiæ rem fuisse: ne videantur 1 etiam Episcopi tempore administrationis prolixæ aut precarias, cùm ordinati sint, facere non debuisse, aut diu retentas facultates in jus suæ proprietatis posse transcribere.

1 ¶ Ne videantur] *In Concilio impresso & apud Ivonem legitur:* ne videantur Episcopi administrationes prolixas aut precatorias, cùm ordinati sint, facere debuisse *d. In Epaunensi autem locus manifestè corruptus est.*

C. XII. ¶ *Quæ humanitatis intuitu aliquibus præstantur, præscribi non possunt.*

Item ex Concilio Aurelianensi I. *cap. 25.*

SI *e* Episcopus humanitatis intuitu mancipiola, vineolas, vel terrulas Clericis, aut Monachis, vel quibuslibet 1 præstiterit excolendas, vel pro tempore tenendas, etiamsi longa transisse annorum spatia comprobentur, nullum Ecclesia præjudicium patiatur: nec secularis legis præscriptio, quæ Ecclesiæ aliquid impediat, opponatur.

1 ¶ Vel quibuslibet] *Hæ voces sunt etiam apud Anselmum, sed absunt à Concilio impresso & manuscripto.*

C. XIII. ¶ *Temporalis præscriptio non objicitur, ubi hostilitatis metus intervenerit.*

Item ex Concilio Hispalensi II. *cui interfuit Isidorus, cap. 1.*

6 PRimâ actione Theodulphi Malacitanæ Ecclesiæ ps Antistitis ad nos oblata precatio est, asserentis antiquam ejusdem urbis parochiam militaris quondam *f* hostilitatis discrimine fuisse decisam, & ex parte aliqua ab Ecclesiis Astigitanæ, Eliberitanæ, atque Ægabrensis urbium esse retentam. Pro qua re placuit, ut omnis parochia, quam antiquâ ditione ante militarem hostilitatem retinuisse Ecclesiam suam quisque comprobaret, ejus privilegio restitueretur. Sicut enim per legem mundialem iis, quos barbarica feritas *g* captivâ necessitate transvexit, postliminio revertentibus redditur antiqua possessio; non aliter & Ecclesia receptura est parochiam, quam antè tenuit cum rebus suis, sive ab aliis Ecclesiis possideatur, sive in cujuslibet possessionem transfusa sit. Non enim erit objicienda præscriptio temporis, ubi necessitas interest hostilitatis.

C. XIV. ¶ *Temporis non currit præscriptio, ubi furor hostilitatis incumbit.*

Item Joannes Papa VIII. *Paulo Episcopo fungenti legatione in Germania & Pannonia.*

POrrò *h* si de annorum numero fortè quis causatur, sciat, quia inter Christianos & eos, qui unius fidei sunt, numerus certus affixus est. Cæterùm, ubi paganorum & incredulorum furor in causa est, quantalibet prætereant tempora, juri non præjudicant Ecclesiarum; quæ corporalia nescientes arma solum Dominum & propugnatorem suum, quando ei placuerit misereri, patienter expectant. Verùm si annorum prolixitas in talibus impediat, Deus ipse reprehendendus est; qui post quadringentos & triginta annos filios Israël *i* de durissima servitute Pharaonis, & fornace ferrea liberavit: sed ipse per se noster Redemptor fuit, qui humanum genus post tot annorum millia de inferni claustris eripuit.

a *Et in Epaunensi, c. 18.* b *Ivo p. 3. c. 156.* c *al. vocentur.* d *al. non debuisse.* e *Ansel. l. 5. c. 27.* f *al. quodam.* g *al. severitas.* h *Polyc. l. 1. tit. 21. Deusdedit par. 1. Ansel. l. 2. c. 23.* i *Deut. 4.*

7 pars. *Tollantur etiam præscriptione illa diœceses, quas propriis Episcopis negligentibus alii ab hæresi ad fidei integritatem revocaverant.*

C. XV. ¶ *Si qui Episcopi diœceses suas lucrari Deo negligunt, post triennium eis constabunt Episcopi, quorum studio fides sunt recentilata.*

Unde in Africano a Concilio, *c. 11. legitur.*

PLacuit *b*, ut quicunque Episcopi negligunt loca ad suam cathedram pertinentia in catholicam unitatem lucrari, conveniantur à diligentibus vicinis Episcopis, ut id agere non morentur. Quòd si intra sex menses à die conventionis non effecerint, qui potuerit ea lucrari, ad ipsum pertineant : ita sanè 1, ut si ille, ad quem pertinuisse videbantur, probare potuerit, magis illius electam negligentiam ab hæreticis, ut impunè ibi sint, & suam diligentiam fuisse prætentam, ut eo modo ejus cura solicitior *c* vitaretur *d*, cùm hoc judices Episcopi cognoverint, suæ cathedræ loca restituantur *e*.

1 ¶ Ita sanè,] *Græcus Canon in emendatis codicibus hoc loco sic habet :*

Οὕτως μὲν τοι, ἵνα ἐαὐ ὀκῆν@ σπὲρ ἔν δέκτιωτος αὐτὸν ἐι τοιοῦτοι, ἐξ ἐπίπδες ἀλφ πνὰ ἐικοσωμίαν ἐθεξεν ἀμελῆν, τῦτο τῶν αἱρετικῶν ἐυιλιξαβρῶν, ὡς ἐ ἀδεμόνως αὐτὸς πιεῖν δίζασθ, κὴ ἐν τοὐτῳ ἡ αὐτὸν ἐπιμέλεια δόξῃ ἐτέρᾳ σεφελκφθῆν ἡ πνι ἡ κατεχέσατο, τὸς αὐτὸς αἱρετικὸς πλέον ἐκκλιζειν, τῦτο μεταξὺ ἐπισκόπων κρατόντων ἀληθεσπερδμ. *Id est.*

Ita sanè, ut si ille, ad quem hi pertinere ostenduntur, de industria ad rem commodiùs tractandam negligenter agere visus fuerit, id probantibus hæreticis, ut sine tumultu reciperentur, atque interea suam diligentiam alius occupârit, quâ quidem si usus esset, ipsis hæreticis majus damnum attulisset, cùm hoc judicantes Episcopi cognoverint, &c.

Potest etiam aliter intelligi præscriptio illa longi temporis, quâ Gelasius negat statum parœchiarum posse mutari. Longum enim tempus, sicut ex legibus habetur, decennium, vel vicennium intelligitur. Hujus ergo longi temporis præscriptio auctoritate Gelasii, & secularium legum Ecclesiis obici non potest.

8 pars. *Præscriptionum aliæ sunt introductæ odio potentis, & favore possidentis : aliæ tantùm odio potentis. Qui enim bonâ fide, & justo titulo rem præsentis per decennium, absentis verò per viginti annos tenuerit, perpetuâ exceptione tutus erit, non solùm adversus alios, sed etiam adversus creditores, quibus res ipsa obligata fuerat, etiam adversus verum dominum. Si verò aliquo casu à possessione ceciderit, etiam adversus verum dominum utiliter rem vendicare poterit. Si autem nullo titulo, bonâ tamen fide, per triennium rem alicujus possederit, simili gaudebit præsidio. Bona verò fides non ad tractum medii temporis, sed ad initium possessionis refertur. Sufficit enim in initio cuiq; bonâ fide possidere cœpisse, etiamsi medio tempore scientiam f rei alienæ habuerit. ¶ Hæ præscriptiones introductæ sunt favore possidentis, & odio potentis : quia lex favet his, qui bonâ fide & justo titulo, vel bonâ fide tantùm possident : odit autem, & punit circa rem suam negligentes & desides. ¶ Quòd si malâ fide rem alienam quis possidere cœperit, post xxx. annos adversùs omnem petentem exceptione tutus erit. Si verò aliquo casu à possessione ceciderit, actionem non habebit : quia hæc præscriptio non favet malæ fidei possessori, sed odio tantùm rem suam persequi negligentis introducta est. Si autem res ad creditorem suum, vel ad dominum pervenerit, detentionis commodum habebit : si verò ad alium, creditor, vel 1 alius dominus adversùs eum experiri poterit : nec sibi proderit exceptio medii 2 temporis possessoris : quæ nam ab eo habuit causam possidendi. Quòd si violenter possessio ad eos pervenerit, malæ fidei possessor indistincta possessionis commodum recipiet. ¶ Hæc de præscriptionibus decennii, vel vicennii, vel triccennii intelligenda sunt, si sine interruptione possessa probentur. Quòd si per naturalem detentionem possessio interrupta fuerit, à die recuperatæ possessionis novi triginta anni in omnibus 3 præscriptionibus numerabuntur. Si per litis contestationem, ab ultimo die litigii, quadraginta anni computabuntur. Quòd si absens, qui in causa præscribendi erat, possessionem aliquis nanciscatur, tempus præcedens cum sua possessionis tempore continuare poterit. [Is *a* autem, cujus res præscribitur, si litem contestari non poterit, vel propter adversarii absentiam, vel infantiam, vel furoris laborem, cùm neminem rutorem vel curatorem habeat, vel quia in magna potestate constitutus est, intra constituta tempora præsidem adeat, libellum ei porrigat, & hoc in querimoniam deducat, & sic temporis interruptionem faciat. Si autem præsidem adire non poterit, saltem ad Episcopum locorum, vel defensorem civitatis eat, & suam manifestare voluntatem in scriptis deproperet. Quòd si Præses, vel Episcopus, vel defensor abfuerit, liceat ei publicè proponere, ubi domicilium habet possessor, seu cum tabulariorum subscriptione; vel si civitas tabularios non habeat, cum trium testium subscriptione : & hoc sufficiat ad omnem temporalem interruptionem sive triennii, sive longi temporis, sive triginta, vel quadraginta annorum sit.] *Hæc de præscriptionibus inter privatos. Cæterùm adversùs loca religiosa non nisi quadraginta annorum præscriptio currit. Undecim autem.*

¶ [Quas *b* actiones triennalis præscriptio excludit, si loco religioso competant, quadraginta annis excludantur.] *Et in Novellis c :* [Neque *d* decennii, vel vicennii, &c.] *In canonibus verò Ecclesia adversùs Ecclesiam triginta annis, monasterium adversùs Ecclesiam non nisi quadraginta annis præscribere permittitur. Quòd si privatus primitus & dominus sive cum titulo, sive sine titulo possederit, nullâ temporis præscriptione tutus esse poterit. Quæ e enim ab initio de jure fortiri effectum non possunt, tractu temporis non convalescunt. Unde si libri bona longo tempore pro servo detineantur, etiamsi quadraginta annorum curricula excesserint, solâ temporis longinquitate libertatis jura minimè mutuabuntur. Ad hæc Ecclesia 4 reipublicæ, primitiæ & decimationes civilium functionum instar obtinent. ¶ Porrò publicæ functiones præscribi non possunt.*

1 ¶ Vel alius dominus] *In duobus vetustis exemplaribus non est dictio*, alius : *in uno autem legitur*, vel alius, scilicet dominus.

2 ¶ Medii temporis possessoris:] *Aversus codicibus partim abest dictio*, temporis ; *partim dicta*, possessoris.

3 ¶ In omnibus præscriptionibus] *Hæ voces in aliquot manuscriptis non sunt.*

4 ¶ Ecclesia reipub.] *Emendatum est ex manuscriptis. Nam anteà legebatur*, Ecclesia, respublica. *Omisit autem interdum, & mutat nonnulla verba Gratianus earum legum, quas refert.*

C. XVI.

Unde in 7. lib. f Codicis, *tit. de triginta, vel quadraginta annorum præscriptione, Imp. Anastasius.*

IUbemus eos, quî rem aliquam per continuum annorum quadraginta curriculum sine quadam legitima interpellatione possederint, de possessione quidem rei, seu dominio nequaquam removeri : functiones autem, seu civilem canonem, vel aliam quampiam publi-

a Et in Milevit. cap. 24. & in Carthag. Græco, cap. 8. b Burch. l. 2. c. 81. Pro p. 2. c. 176. c al. solertior. d al. vetaretur. e al. restituant. f al. consuetudinem.

a *l. ult. Cod. de Episcopali audient. l. ut perfectiùs. Cod. de annali except.* b *Cod. de sacrosancta Ecclesia. Authen. quas actiones.* c *Novellâ 131. c. 6. pro tempore alibus. & eâdem apud Balsamon. cap. 6.* d *vetera edd. 4. c. fin.* e *Digest. de reg. jur. l. quòd initio.* f *tit. 19. leg. 6.*

cam

cam collationem impositam eis dependere compelli, nec huic parti cujuscunque temporis præscriptionem oppositam admitti.

¶ *In plerisque vetustis exemplaribus caput hoc conjunctum est superiori.*

¶ *Sive etiam prædia, sive sint privati, sive Ecclesia, possunt præscribi. Proventus primitiarum, & decimationum præscriptione tolli non possunt, etiamsi à Romano Pontifice quilibet Laicus super his rescriptum impetraverit.* ¶ *Rescripta* a *enim, quæ contra jus scriptum impetrata fuerint, nisi talia sint, quæ illis, quibus data fuerint, prosint, & nullis obsint, nullius momenti esse censentur.* ¶ *Item. Decimæ* b *Deo mandante Sacerdotibus & Levitis separata sunt, ut de sorte Domini vescerentur, qui in ejus sorte commanent. Non ergò cujuslibet privilegio Laicis concedi possunt: ne divinis mandatis auctoritas humana præjudicium inferat. Unde Impp. Valentinianus & Theodosius* c: [¶ Universis terras, quæ à colonis, seu emphyteuticariis dominici juris, reipub. vel juris sacrorum templorum in qualibet provincia venditæ, vel ullo alio pacto alienatæ sunt, ab his, qui perperam atque contra leges eas detinent, nullâ longi temporis præscriptione officiente, jubemus restitui; ita ut nec pretium quidem iniquis comparatoribus reposcere liceat.]

9 pars. *De præscriptionibus verò longi temporis in authenticis invenitur collatione octavâ, constitutione sextâ.* [¶ Quas d actiones aliàs tricennalis, decennalis, vicennalis præscriptio excludit, si loco religioso competunt, quadraginta annis elauduntur, usucapione, & quadriennii præscriptione suum locum habentibus 1.]

1 ¶ Habentibus.] *In plerisque vetustis exemplaribus legitur:* sed solâ præscriptione xxx. annorum, &c.: *In uno autem hæc sequuntur:* Hujus ergò longi temporis præscriptio, auctoritate Gelasii & secularium legum, Ecclesiis objici non potest: sed sola præscriptio xxx. annorum, &c. *Cod. autem de sacrosan. Eccles. l. fin. locus auth. ita habet:* Quas actiones aliàs decennalis, aliàs vicennalis, aliàs tricennalis præscriptio excludit, hæ, si loco religioso competant, quadraginta annis excluduntur, usucapione triennii, vel quadriennii præscriptione in suo robore durantibus, solâ Romanâ Ecclesiâ gaudente centum annorum spatio, vel privilegio.

10 pars. *Sed sola præscriptio xxx. annorum, & deinceps: à qua tamen præscriptione privilegia Romana Ecclesia sunt exclusa, qua non nisi centum annorum spatio præscribi possunt.*

C. XVII. ¶ *Privilegia Romanæ Ecclesiæ non nisi centum annorum præscriptione tolluntur.*

Unde Joannes VIII. *scribit Ludovico Regi.*

NEmo e de annorum numero resaltandi sumat fomentum: quia sanctæ Romanæ (cui Deo auctore servimus) Ecclesiæ privilegia, quæ in firma Petri stabilitatis petra suscepit, nullis temporibus angustantur, nullis regnorum portionibus præjudicantur. Sed venerandæ Romanæ leges divinitus per ora piorum Principum promulgatæ, rerum ejus præscriptionem non nisi per centum annos admittunt.

QUÆSTIO IV.

OStensum est, quando Ecclesia adversùs Ecclesiam præscribere possit? Nunc videndum est, si monasterium adversùs Ecclesiam præscribere valeat? Quod Urbanus Papa II. *prohibuit, dicens.*

a 25. quæst. 2. rescripta. *ex l. rescripta. Cod. de precibus Imp. offerendis.* b *Sup. eâd. quæst. 2. decimas. Num. 18.* c *Cod. l. 7. titul. 38. l. 2. Anselm. l. 4. cap. 38.* d *Cod. de sacrosancta Ecclesia. l. fin. Novellâ 131. ut suprà.* e *Anselmus libro 4. cap. 41.*

C. I. ¶ *Tricennio temporis aliquid præscribere Abbates vel Monachi non valent.*

POssessiones Ecclesiarum & Episcoporum tricennales a, Abbates vel Monachos habere omnimodis prohibemus.

Sed si eis tollitur tricennalis possessio, à B. Gregorio conceditur eis quadragenalis præscriptio.

C. II. ¶ *Quadraginta annorum præscriptio religiosis domibus conceditur.*

Ait enim *Petro Subdiacono, lib. 1. epist. 9.*

VOlumus b accedentem te ad Pannormitanam civitatem, quæstionem ipsam tali ratione discutere (dominio rei apud possessorem, sicut hactenus possessum c est, videlicet permanente) ut si monasterium præfatum sancti Theodori fines d, de quibus causatio mota est, inconcussos e quadraginta annis possedisse repereris, nullam deinceps (etiam si quid sanctæ Romanæ Ecclesiæ competere potuit) patiaris sustinere calumniam: sed quietem eorum inconcussam omnibus modis procurare. Sin verò actores f Ecclesiæ non eos possedisse quadraginta annis inconcusso jure moustraverint, sed aliquam intra tempora hæc motam aliquando fuisse quæstionem eorundem finium, electis arbitris tranquillè & legaliter sopiatur.

C. III. ¶ *De eodem.*

Item ex Novellis Justiniani, *Novel. 131.*

NEque g decennii, neque vicennii, vel xxx. annorum præscriptio, sed sola xl. annorum curricula religiosis domibus opponantur, non solùm in cæteris rebus, sed etiam in legatis & hæreditatibus.

¶ *Hicnoque Novella, neque Iuliani antecessoris, neque Capitularis propria omnia verba referuntur.*

Sicut ergo religiosis domibus ex lege non nisi quadragenaria est objicienda præscriptio; ita & auctoritate Gregorii adversùs alias Ecclesias præscribere possunt eodem spatio temporis.

QUÆSTIO VI.

1 pr QUòd autem ea, quæ Ecclesiæ debentur, rectores h ejusdem suâ auctoritate judiciis prætermissis repetere non valeant, B. Gregorius *testatur, lib. 4. reg. ep. 44. seu c. 32. decret.*

¶ *Capitulum hoc sumptum est ex Concilio à B. Gregorio habito, quod in regesto ipsius bis habetur, semel lib. 4. post epist. 43. iterum post librum 12. ejusdem regesti.*

C. I. ¶ *Judicio, non manibus, res Ecclesiæ defendantur.*

COnsuetudo i nova in Ecclesia hac, & valdè reprehensibilis erupit; ut cùm rectores ejus patrimonii urbana vel rustica prædia juri illius competere posse suspicantur, fiscali more titulos imprimant, atque hoc, quod competere pauperibus existimant, non judicio, sed manibus defendant; & cùm per prædicatores suos veritas dicat: [*Nihil* k *per contentionem*;] etiam ipsum litigiosæ contentionis malum transcenditur l: & res quælibet, cùm æstimatur Ecclesiæ posse competere, per vim tenetur. Proinde præsenti decreto constituo, ut si quis Ecclesiasticorum unquam titulos ponere sive in rustico, sive urbano prædio suâ sponte præsumpserit, anathema sit. Et respondérunt omnes, Anathema sit. ¶ Is autem, qui Ecclesiæ præest, si hoc vel ipse fieri præceperit, vel sine sua præceptione factum dignâ punire animadversione neglexerit, anathema sit. Et respondérunt omnes, Anathema sit.

a 13. q. 2. c. 1. b *Ans. l. 3. c. 75.* c *al. possessa.* d *Pro p. 3. c. 146. Parm. l. 2. c. 66.* e *inconcussis*] *orig.* f *al. auctores sanctæ Ecclesiæ.* g *Apud Iulianum eâd. novel. c. 6. & 5. Cap. c. 256.* h *al. actores*] *al. auctores.* i *Polyc. l. 4. tit. 3.* k *Philip. 2.* l *al. transcendunt.*

2 pars. *Quod autem quisquis suâ auctoritate, quod sibi deberi putat, usurpat, nec per judicem reposcit, cadat à causa,* ex auctoritate Milevitani *a* Concilii *habetur, in quo ita statutum legitur, c. 21.*

C. II. ¶ *Causa sua detrimentum patiatur Episcopus, qui Ecclesias suas ab alio detentas propriâ auctoritate quærit adire.*

PLacuit *b*, ut quicunque Episcopi quascunque Ecclesias vel plebes, quas ad suam cathedram existimant *c* pertinere, non ita repetierint, ut causas suas Episcopis judicantibus agant, sed alio retinente irruerint, sive volentibus, sive nolentibus plebibus, causæ suæ detrimentum patiantur. Et quicunque hoc jam fecerint, si nondum est inter Episcopos finita contentio, sed adhuc inde contendunt, ille inde discedat, quem constiterit prætermissis judicibus *d* Ecclesiasticis irruisse. Nec *e* sibi quisquam blandiatur, si à Primate, ut retineat, literas impetrârit: sed sive habeat literas, sive non habeat, conveniat eum, qui tenet, & ejus literas accipiat: ut eum appareat pacifice tenuisse Ecclesiam ad se pertinentem. Si autem ille aliquam quæstionem retulerit, per Episcopos judices causa finiatur, sive quos eis Primas *f* dederit, sive quos ipsi vicinos 1 ex consultu Primatis 2 delegerint.

1 ¶ Vicinos] *Anteà legebatur,* vicini. *Emendatum est ex editionibus Conciliorum Coloniensibus, uno Codice Vaticano, Sorianoque Regio, Burchardo & Ivone. In exemplari etiam antiquo Concilii Carthaginensis Graci, cap. 121. legitur,* γειτνιῶντας: *ubi in impresso est,* γειτνιῶντες.

2 ¶ Ex consultu Primatis] *Sic etiam legitur in editionibus Conciliorum vetustioribus, codice Sorianoque Regio, & duobus Vaticanis. Sed in recentiore Coloniensi quatuor tomorum editione, & apud Burchardum & Ivonem est,* vicinos ex consensu delegerint: *itemq; in Concilio Africano in omnibus editionibus.*

3 pars. *Econtrà* Gregorius *Joanni defensori, cuntis in Hispaniam scribit l. 11. epist. 50. dicens.*

C. III. ¶ *Delictum persona in damnum Ecclesiæ converti non potest.*

SI *g* Episcopum talem culpam admisisse constiterit (quod absit) ut constet eum non irrationabiliter fuisse depositum, eadem ejus depositio confirmetur, & Ecclesiæ res suæ omnes restituantur, quæ ablatæ claruerint: quia delictum personæ in damnum Ecclesiæ non est convertendum. Si enim, ut dicunt, Comitiolus defunctus est, ab hærede ejus, quæ injustè ab illo ablata sunt, sine excusatione reddantur.

C. IV. ¶ *In personam delinquentis, non in facultates ejus ultio procedat.*

Idem *Petro Subdiacono, lib. 1. epist. 42.*

COgnovimus *h*, quòd si quis ex familia culpam fecerit Ecclesiæ 1, non in ipsum *i*, sed in ejus substantiam *k* vindicatur. De qua re præcipimus, ut quisquis culpam fecerit, in ipsum *l* quidem, ut dignum est, vindicetur: à communione 2 autem ejus omninò abstineatur.

1 ¶ Ecclesiæ,] *Hæc vox abest à plerisque vetustis Gratiani codicibus, & duobus epistolarum B. Gregorii (quamvis sit in impressis) & Joanne Diacono & Ivone.*

2 ¶ A communione] *Sic etiam legitur in Frobeniana editione operum B. Gregorii: sed in cæteris editionibus, & apud Diaconum & Ivonem,* à commodo, *quæ vox in epistola sæpè repetitur ad significandas facultates ipsas. Quare hæc statim subdentur:* nisi fortè parum aliquid, quod in usum executoris, qui ad eum transmissus fuerit, proficere non possit.

a *Et in Afric. c. 17.* b *Polyc. l. 3. tit. 12. Burch. l. 1. c. 70. Ivo p. 5. c. 177.* c *al. æstimant.* d *al. judiciis.* e *Burch. l. 1. c. 143. Ivo p. 5. c. 258.* f *al. Primates dederint.* g *2. q. 1. in primis. §. si autem Episcopum.* h *Joannes Diac. in vita. l. 2. num. 42. Ivo p. 16. c. 21.* i *al. ipsa.* k *al. substantia.* l *al. ipso.*

C. V. ¶ *Res eorum, qui ex Clero labuntur, simul cum ipsis monasterio tradantur.*

Idem *in eadem epistola.*

DE *a* lapsis Sacerdotibus, vel Levitis, vel quolibet ex Clero, observare te volumus, ut in rebus eorum nullâ contaminatione miscearis; sed pauperrima regularia monasteria require, quæ secundùm Deum vivere sciuntur *b*, & in eisdem monasteriis ad pœnitentiam lapsos trade; ut res lapsorum in eodem loco proficiant, in quo agere pœnitentiam traduntur: quatenùs ipsi ex rebus illorum subsidium habeant, qui de correptione eorum solicitudinem gerunt. Si verò parentes habent, res eorum legitimis parentibus dentur: ita tamen, ut eorum stipendium, qui in pœnitentiam dati fuerint, sufficienter debeat procurari. ¶ Si qui verò ex familia Ecclesiastica Sacerdotes, vel Levitæ, vel Monachi, vel Clerici, vel quilibet alii lapsi fuerint, dari eos in pœnitentiam volumus; sed res eorum Ecclesiastico juri non subtrahi. Ad usum tamen suum accipiant, unde ad pœnitendum *c* subsistant: ne, si nudentur, locis, in quibus dati fuerint, onerosi sint.

C. VI. ¶ *Inutilis Sacerdos Ecclesiam suam dignitate non privat.*

Item Leo IV. *d Carolo Regi.*

SI *e* fortassis (quod non credimus) apud vos inimicus judicamur, Ecclesia tamen, cui permittente Domino præsumus, non inutilis, sed caput, principiumque omnium meritò simul ab omnibus vocatur.

C. VII. ¶ *Possessiones monasterii pro peccato Abbatis Episcopo tollere non licet.*

Item in Maguntinensi Concilio.

EPiscopo *f* non licet possessionem monasterii tollere quamvis Abbas peccaverit; sed subjiciat 1 eum potestati Abbatis alterius monasterii.

1 ¶ Subjiciat] *Apud Burchardum & Ivonem legitur, mittat eum in aliud monasterium in potestatem alterius Abbatis.*

C. VIII. ¶ *Quæ Sacerdotes dederunt, subsequentes Pontifices nullatenùs auferre præsumant.*

Item Gelasius.

ILlud *g* statuendum censuimus, ut quascunque munificentias Clericis, aut sibi servientibus de rebus Ecclesiæ in usum, aut de propriis in proprietatem præcedentes dederint Sacerdotes, subsequentes Pontifices nullatenùs auferre præsumant. Si quid tamen culpæ extiterit, pro qualitate personarum, vel regula præcedentium canonum in persona habeatur, non in facultate districtum.

Si ergo delictum persona in damnum Ecclesiæ converti non potest, quia procurator conditionem Ecclesiæ potest facere meliorem, non deteriorem: si peccato Abbatis possessiones monasterii auferri non licet, quomodo delictum Episcopi vertetur in damnum Ecclesiæ, ut inde detrimentum causæ suæ patiatur? Sed detrimentum causæ pati non sic est accipiendum, ut Ecclesia suo jure privetur, sed potiùs, quia Clericis coram suo judice stantibus, Episcopus tacebit, & præinjuria illa multabitur, si propria habuerit.

QUÆSTIO VII.

1 pars. QUod autem Ecclesias de manu Laicorum nec Abbati, nec alicui accipere liceat, omnium canonum refutat auctoritas. Generaliter enim tam Ecclesia, quam res

a *Anf. l. 8. c. 1. Ivo p. 8. c. 380. & p. 15. c. 20.* b *al. sciunt.* c *al. pœnitentiam.* d *fortassè, tertius.* e *Ivo p. 1. cap. 21.* f *Burch. lib. 3. c. 82. Ivo p. 7. c. 206.* g *Anf. l. 8. c. 172.*

Eccle-

Ecclesiarum in Episcoporum potestate consistunt. Laici autem nec suâ, nec Episcoporum auctoritate decimas, vel Ecclesias possidere possunt. Unde Episcops sive beneficio, sive pretio Ecclesias, vel decimas Laicis dederint, damnum eorum negotiationis, & spoliationem latronum facit. Unde post eversionem cathedræ à cœtu fidelium segregati, æterno verbere à Domino flagellabuntur.

C. I. ¶ *Decimæ à Laicis non possideantur.*

Unde Gregorius VII. *ait in Concilio Lateranensi cap. 7. lib. 6. regesti.*

DEcimas *b*, quas in usum pietatis concessas esse canonica auctoritas demonstrat, à Laicis possideri Apostolicâ auctoritate prohibemus. Sive enim ab Episcopis, vel Regibus, vel quibuslibet personis eas acceperint, nisi Ecclesiæ reddiderint, sciant se sacrilegii crimen committere, & æternæ damnationis periculum incurrere. Oportet *c* autem 1 congruentiùs nos decimas & primitias, quas jure Sacerdotum esse sancimus, ab omni populo accipere: quas fideles Domino præcipiente offerunt, juxta illud vaticinium Malachiæ *d* Prophetæ: [*Inferte omnem decimationem in horreum meum, ut sit cibus in domo mea.*] Has verò decimas sub manu Episcopi fore censemus: ut ille, qui cæteris præest, omnibus justè distribuat, nec cuiquam personæ honorabiliùs exhibeat, unde alii scrupuloso corde moveantur: sed sint omnia communia: quia inhonestum videtur, ut alii Sacerdotes habeant, alii verò detrimentum patiantur: sed sicut una est fides catholica, ita necesse est, ut ille, qui provisor est loci, quamvis multæ sint Ecclesiæ, omnibus tamen fideliter distribuat.

¶ *Est Canon septimus Concilii à Gregorio VII. Romæ in Laterano habiti anno Domini 1078. quod habetur libr. 6 regesti ejusdem Gregorii. Eundem canonem reperivit Innocentius II. in Concilio à se Romæ habito, c. 9. Utrumque Concilium extat in Bibliotheca Vaticana.*

1 ¶ Oportet autem] *Quæ sequuntur usque ad finem, in neutro Concilio, neque in Polycarpo, aut Pannormia, neque apud Anselmum habentur.*

C. II. ¶ *De eodem.* PALEA.

Unde Urbanus II.

COngregato *e* apud Claromontensem urbem multorum Episcoporum Synodali conventu, proposita nobis est à quibusdam eorum quæstio de Ecclesiis, vel de Ecclesiasticis possessionibus, à Clericis vel Monachis usq; in præsentiarum, inconsultis Episcopis, acquisitis. Nos autem usi saniori consilio eorundem Episcoporum, condescendentes pro tempore, providentesque Ecclesiasticæ paci, vel quia aliter absque inevitabilis scandali periculo hujusmodi quæstio non poterat procedere. Apostolicâ auctoritate decrevimus, ut ea, quæ à Clericis vel Monachis, vel à quibuscunque personis, prout potuerint, usque hodie fuerint acquisita, rata perenniter & inconcussa permaneant: hoc tamen tenore, ne in posterum inconsultis Episcopis talia præsumant.

¶ *Caput hoc in Concilio Urbani non est inventum. Habetur autem in prima collectione Decretalium Bernardi Papiensis, tit. de capellis Monachorum, ex eodem Urbano citatum.*

C. III. ¶ *De eodem.*

Item Gregorius VII.

PErvenit *f* ad nos fama sinistra, quòd quidam Episcoporum non Sacerdotibus propriæ diœcesis, decimas atque Christianorum oblationes conferant, sed potiùs laicalibus personis, militum videlicet, sive servitorum, vel (quod gravius est) etiam consanguineis. Unde si quis amodò Episcopus inventus fuerit hujus divini præcepti transgressor, inter maximos Hæreticos & Antichristos non minimus habeatur. Et sicut Nicæna Synodus de Simoniacis censuit, & qui dat Episcopus, & qui recipiunt ab eo Laici, sive pretio, sive beneficio, æterni incendii ignibus deputentur.

¶ *In vulgatis codicibus hunc capiti erat præpositum nomen Palea: sed habetur in omnibus manuscriptis. Refertur autem planè eisdem verbis 1. q. 3.* pervenit. *& de eo ibi notatum est. In Polycarpo positum est longè copiosiùs, & citatur ex Concilio Africano.*

C. IV. ¶ *Fideliter decimas dat qui omnium suarum decimas solvit.*

Item Ambrosius *in sermone Quadragesimæ, cujus initium:* [Ecce nunc tempus.]

QUicunque recognoverit *a* in se, quòd fideliter non dederit decimas suas, modò emendet, quod minùs fecit. Quid est fideliter decimas dare? nisi ut nec pejus, nec minus aliquando Deo offerat, aut de grano suo, aut de vino suo, aut de fructibus arborum, aut de pecoribus, aut de horto, aut de negotio, aut de ipsa venatione sua.

¶ *In sermonibus sæpè citatis, qui B. Ambrosio inscripti in Bibliotheca Vaticana, & monasterii Mediolanensis servantur sermone primo de Quadragesima, habetur hoc capitulum.*

C. V. ¶ *Excommunicentur, qui Sacerdotibus decimas dare nolunt.*

Item ex Concilio Rothomagensi.

OMnes *b* decimæ terræ, sive de frugibus, sive de pomis arborum, Domini sunt, & illi sanctificantur *c* boves 1. & oves. & capræ, quæ sub pastoris virga transeunt; quicquid decimum venerit, sactificabitur Domino. Non eligetur nec bonum, nec malum, nec altero commutabitur. Si quis mutaverit, & quod *d* mutatum est, & pro quo mutatum est, sanctificabitur Domino, & non redimetur.] Sed quia modò multi inveniuntur, decimas dare nolentes, statuimus, ut secundùm Domini nostri præceptum admoneantur semel, & secundò, & tertiò. Qui si non emendaverint, anathematis vinculo feriantur, usque ad satisfactionem & emendationem congruam.

¶ *Hic etiam auctoritate veterum codicum inductum est nomen Palea.*

1 ¶ Boves,] *Hæc usque ad versic.* sed quia, *in aliquot vetustis codicibus non habentur. Sunt tamen etiam apud cæteros collectores.*

C. VI. ¶ *Veterum exemplo decimæ solvantur.*

Item ex Concilio Maguntinensi.

DEcimas *e* Deo, & Sacerdotibus Dei dandas, Abraham factis, & Jacob promissis insinuat: deinde lex statuit, & omnes sancti doctores commemorant.

Non autem decimæ sunt redimendæ à populo, si aliter dare eas noluerint.

C. VII. ¶ *Decimæ non sunt à populo redimendæ.*

Unde in eodem Concilio *f legitur.*

DEcimas *g*, quas populus dare non vult, nisi quolibet munere ab eo redimantur, ab Episcopis prohibendum est, ne fiat.

¶ *Burchardus & Ivo citant ex Concilio Mediomatricis. Habetur in Capitularibus lib. 5. cap. 46. & in legibus Longobardicis lib. 3. tit. de decimis.*

---

a *Matth. 21.* b *Polyc. l. 3. tit. 11. Anselm. lib. 5. c. 51. Pann. l. 1. c. 143.* c *Deusded. l. 3.* d *Mal. 3.* e *In collect. 1. c. de capel. mon.* f *Sup. 1. q. 3. pervenit. Polyc. l. 3. tit. 11.*

a *al. recognovit.* b *Burchard. libr. 3. cap. 130. Ivo part. 3. cap. 156. Pannorm. l. 2. cap. 58. Levit. 27.* c *omnium decimarum bovis & ovis, &c.*] *erig.* d *al. & quod mutat, & quod mutatum est.* e *Burch. l. 3. c. 133. Ivo p. 3. c. 199. Pann. lib. 2. c. 60.* f *Lib. 3. Capit. c. 46. & in leg. Longobard. lib. 3. tit. de decimis.* g *Burchard. l. 3. c. 134. Ivo part. 3. cap. 200. Pannor. l. 2. cap. 62.*

C. VIII. ¶ *Quia decimæ Deo non redduntur, maledictio fisci accessit.*

Item Augustinus *lib. 50. homiliarum, hom. 48.*

MAjores nostri ideò copiis omnibus abundabant, quia Deo decimas dabant, & Cæsari censum reddebant. Modò autem, quia discessit devotio Dei, accessit indictio fisci. Noluimus partiri cum Deo decimas: modò autem totum tollitur. Hoc tollit fiscus, quod non accipit Christus.

C. IX. ¶ *Columbas vendit, qui Ecclesiam indisciplinatis committit.*

Item Origenes *homil. 13. ad c. 21. Matthæi.*

ET hoc diximus secundùm simplicem intellectum. Juxta moralem autem talia dicemus: & primùm quidem de templo, de quo per Prophetam *a* dixit Deus: [*Domus mea, domus orationis vocabitur.*] Ergò secundùm corporalem circumcisionem carnis, & secundùm corporales legis festivitates & sacrificia, consequenter & templum Dei æstimabatur, quod ex lapidibus insensatis erat constructum; primùm quidem à Salomone, deinde reparatum ab Esdra, posteà verò post Christi adventum à Romanis destructum: & illa æstimabatur domus orationis: quâ destructâ, necesse est, ut Judæi, quasi non jam habentes domum orationis, jam non habeant privilegiũ speculationis Dei, nec possint secundùm legem Deo servire. ¶ Hoc ergò facto, omnia Christus ejecit in mysterio spiritualium actuum suorum; & tunc visibiliter fecit, quod semper invisibiliter agit, ejiciens vendentes & ementes de templo, & mensas nummulariorũ evertens, & cathedras vendentium columbas ad correptionem populi: ut non pro 1 mundanis festivitates in nomine Dei celebrent, nec emptionibus & venditionibus vacent in loco non competenti, in quo non debent emere & vendere, sed orationibus vacare, qui congregantur quasi in domo orationis. ¶ Nunc autem arbitror templum Dei ex lapidibus vivis constructum, esse Ecclesiam Christi. Sunt autem multi in ea, non, sicut decet, viventes spiritaliter, sed secundùm carnem militantes: qui & domum orationis de lapidibus vivis constructam faciunt speluncam esse latronum, actibus suis non Ecclesiâ Dei dignis, sed speluncâ latronum. Qui enim considerat in multis Ecclesiis talium Christianorum peccata, qui arbitrantur quæstum esse pietatem, & cùm deberent de Evangelio vivere, secundùm quod vivere decet servos Dei, hoc non faciunt, sed divitias, & multas possessiones acquirunt, nonne dicet speluncam latronum factam esse sub illis Ecclesiam? ut rectè dicat Christus ad eos propter dissipationem Ecclesiæ suæ: [*Quæ* b *utilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem?*] Item ipse per Oseæ *c* tali modo: [*Væ mihi, quoniam factus sum sicut qui colligit stipulam in messe; & sicut qui racemum in vindemia, cum non sunt* d *botri ad manducandum primogenita. Væ animæ meæ: quia perit timoratus à terra: & qui corrigat in hominibus non est.*] Et cùm intellexeris Jesum dicentem talia, & lugentem peccata nostra, aspice simul & illud, quod in Evangelio scribitur *e*: [*Cùm vidisset Hierusalem, flevit super eam, & dixit, quia si cognovisses & tu.*] Et si rationabiliter flevit super Hierusalem, & rationabiliùs flebit super Ecclesiam, ædificatam quidem, ut esset domus orationis, factam autem propter turpia lucra, & luxus quorundam (quod utinam non esset) Principum populi, speluncam latronum. *& infrà.* ¶ Et arbitror convenire verbum de venditoribus columbarum, eis, qui tradunt Ecclesias avaris, & tyrannicis, & indisciplinatis, & irreligiosis Episcopis, aut Presbyteris. Propter quod & cathedras tantummodò appellavit Evangelista eversas esse ab Jesu. Et utinam audirent hæc cum dicentis *a* admonitione Scripturæ, qui gloriantur de cathedris Moysi, in *b* quibus sedent, & vendunt omnes Ecclesias columbarum, & traduns eas talibus præpositis, ad quos rectè dicatur à Domino per Hieremiam Prophetam *c*: [*Principes populi mei non cognoverunt. Filii enim sunt insipientes, & non intelligentes: sapientes sunt ad malefaciendum, bene autem facere nescierunt.*]

a *Esa. 56. Matth. 21.* b *Psal. 29.* c *Michææ*] *orig. & est Michæa 7.* d *al. sit botrio*] *orig.* e *Luc. 19.*

1 ¶ Pro mundanis] *Apud Origenem legitur*, ut non pro mundi festivitatibus in nomine Dei emptionibus & venditionibus vacent. *Et hoc quidem propter ejusdem mutatum non est: multa verò alia partim ex Originali, partim ex vetustis codicibus sunt emendata & locupletata.*

Cùm ergò Ecclesia, & oblationes earum non consistant, nisi in potestate Episcoporum; patet profectò, quòd non sint ab alio recipienda, quàm de manu eorum.

C. X. ¶ *Omnes basilicæ ad eum pertinent Episcopum, in cujus territorio positæ sunt.*

Unde in Aurelianensi Concilio I. *cap. 19. statutum est.*

OMnes *d* basilicæ, quæ per diversa loca constructæ sunt, vel quotidiè construuntur, placuit secundùm priorum canonum regulam, ut in ejus Episcopi potestate consistant, in cujus territorio positæ sunt.

C. XI. ¶ *Archidiaconus, Archipresbyter, Præpositus, vel Decanus, nec officia, nec beneficia Ecclesiastica sine consensu Episcopi tribuat.*

Item Calixtus *e* Papa.

NUllus omninò Archidiaconus, aut Archipresbyter, sive Præpositus, vel Decanus animarum curam, vel Præbendas Ecclesiæ sine judicio vel consensu Episcopi alicui tribuat: imò, sicut sanctis canonibus constitutum est, animarum cura, & pecuniarum Ecclesiasticarum dispensatio in Episcopi judicio & potestate permanet. Si quis verò contra hoc facere, aut potestatem, quæ ad Episcopum pertinet, sibi vendicare præsumpserit, ab Ecclesiæ liminibus arceatur.

C. XII. ¶ *De manu Laici Episcopatus vel Abbatia suscipi non debet.*

Item Gregorius VII. *in* f *generali Synodo præsidens dixit, cap. 1. & 2.*

1. SI quis *g* deinceps Episcopatum vel Abbatiam de manu alicujus laicæ personæ susceperit, nullatenus inter Episcopos vel Abbates habeatur: nec ulla ei, ut Episcopo seu Abbati, audientia concedatur. Insuper ei & gratiam beati Petri, & introitum *h* Ecclesiæ interdicimus, quousque locum, quem sub crimine 1 tam ambitionis, quàm inobedientiæ (quod est scelus idololatriæ) cœpit, resipiscendo non deserit. Similiter etiam de inferioribus Ecclesiasticis dignitatibus constituimus. *Item c. 1.*

¶ Si quis Imperatorum, Regum, Ducum, Marchionum, Comitum, vel quilibet secularium potestatum, aut personarum investituram *i* Episcopatuum, vel alicujus Ecclesiasticæ dignitatis dare præsumpserit, ejusdem sententiæ vinculo se esse sciat obstrictum.

1 ¶ Sub crimine] *Anteà legebatur*, sub crimine tam inobedientiæ, quàm ambitionis, ex qua scelus idololatriæ cœpit. *Emendatum est ex Concilio ipso, & Anselmo. Et est locutio valdè familiaris Gregorio VII. ex primo Regum cap. 15.*

a *decenti.* b *Matth. 23.*] *orig.* c *Hier. 4.* d *Polycarp. l. 3. tit. 22. Burch. l. 3. c. 2. Ivo p. 3. c. 10.* e *al. ex Concil. Rothomagensi.* f *Lib. 6. regesti ejusdem.* g *Ansel. l. 1. c. 13. Deusd. p. 1.* h *1. Reg. 15.* i *investituras*] *orig.*

C. XIII.

C. XIII. ¶ *Excommunicationi subjaceat, nec investituras sumat frustum, qui de manu Laici Ecclesiam susceperit.*

Idem *ubidem, cap. 3.*

QUoniam *a* investituras Ecclesiarum contra statuta sanctorum Patrum à Laicis personis in multis partibus cognovimus fieri, & ex eo plurimas perturbationes in Ecclesia (imò ruinam sanctæ religionis) oriri, ex quibus Christiana religio conculcatur, decernimus, ut nullus Clericorum investituram Episcopatûs, vel Abbatiæ, vel Ecclesiæ de manu Imperatoris, vel Regis, vel alicujus laicæ personæ, viri vel fœminæ, suscipiat. Quòd si præsumpserit, recognoscat investituram illam Apostolicâ auctoritate irritam esse, & se usque ad congruam satisfactionem excommunicationi subjacere.

C. XIV. ¶ *De eodem.*

Item ex Canone Apostolorum 31.

II. SI *b* quis Episcopus secularibus potestatibus usus, Ecclesiam per ipsos obtineat, deponatur, & segregetur, omnesque, qui illi communicant.

¶ *De hoc canone notatum est sup. dist. 63. c.* omnis electio. *in vers.* segregetur.

C. XV. ¶ *De eodem.*

Item ex Chronico Anastasii Bibliothecarii.

SAnè Thessalonicensi Episcopo communicante ob metum Imperatoris Anastasii Timotheo Constantinopolitano Episcopo, quem *c* Concilium Chalcedonense anathematizaverat, quadraginta Episcopi Illyrici & Græciæ convenientes in unum, per professionem in scriptis factam, ut à proprio Metropolitano discesserunt ab eo, & Romam mittentes Romano communicare in scriptis professi sunt. *& paulo pòst* d. ¶ Cùm 1 Dioscorus (*junior*) manûs impositionem accepisset, recesserunt multitudines populorum *e*, dicentes, quia nisi secundùm quod sanctorum continent Apostolorum canones fiat, non recipietur Episcopus. Principes enim inthronizaverant eum.

¶ *Caput hoc acceptum est ex Chronico Anastasii Bibliothecarii, in vit. qua de Anastasio Imperatore narrat: multaq; ex ipso originali sunt emendata.*

1 ¶ Cùm Dioscorus] *Hæc est altera electio à presbyteris, & ipsa facta non canonicè, & potestate Laicâ: nam prior est Timothei ad sedem Constantinopolitanam: hæc verò posterior Dioscori junioris ad Alexandrinam. Utraque verò à Bibliothecario coponse exponitur.*

C. XVI. ¶ *Excommunicetur, qui per Laicos Ecclesias obtinet.*

Item Paschalis Papa II.

III. SI *f* quis Clericus, Abbas vel Monachus per Laicos Ecclesias obtinuerit, secundùm sanctorum Apostolorum canones, & Antiocheni 1 Concilii capitulum, excommunicationi subjaceat.

¶ *Caput hujus & sequentis sensus est in fragmento manuscripto Concilii apud Guardastallum à Paschali habiti anno Domini 1116. quod in Bibliotheca Vaticana servatur. Nanclerus etiam Gen. 36. narrat, Paschalem apud Trecas Concilium habuisse: ubi inter multa sententiam de libera pastorum electione, & de coercenda Laicorum in Ecclesiasticas dignitates præsumptione juxta prædecessorum suorum decreta promulgârat.*

1 ¶ Antiocheni] *In Concilio Antiocheno nihil expressè statuitur contra eos, qui per Laicos obtinent dignitates Ecclesiasticas. Verùm cap. 23. præcipitur, ut in Episcopo eligendo servetur jus Ecclesiasticum: nempe, ut non eligatur Episcopus, nisi cum Synodo & judicio Episcoporum: quibus verbis Laici videntur excludi. In Synodo autem Nicæna secunda, cap. 3. repetitur, & confirmatur Canon Apostolorum.*

C. XVII. ¶ *Qui per Laicos Ecclesias obtinet, & qui manus imponat, communione privetur.*

Idem.

COnstitutiones sanctorum canonum sequentes statuimus, ut quicunque Clericorum ab hac hora in anteà investituram Ecclesiæ, vel Ecclesiasticæ dignitatis de manu laica acceperit, & ipse, & qui ei manum imposuerit, gradûs sui periculo subjaceat, & communione privetur.

C. XVIII. ¶ *De eodem.*

Idem.

NUllus *a* Laicorum Ecclesias, vel Ecclesiarum bona occupet, vel disponat. Qui verò secus egerit, juxta beati Alexandri 1 capitulum ab Ecclesiæ liminibus arceatur.

1 ¶ Alexandri] *In epistolis Alexandri Papæ primi nihil legitur, quod ad hanc rem pertineat. Verùm in epistola Alexandri II. in qua Synodum à se habitam repetit (quæ epistola ex vetusto codice descripta Romam ex Hispania missa est) hæc inter alia habentur:* Decimæ & primitiæ, seu vivorum & mortuorum oblationes Ecclesiis Dei fideliter reddantur à Laicis; & ut in dispositione Episcoporum sint: quas qui retinuerint, à sanctæ Ecclesiæ communione separentur, *quod ferè est idem cum c.* præcipimus. *sup. eâd. q. 2. ex Nicolao II.*

C. XIX. ¶ *De eodem.*

Idem.

SIcut Domini vestimentum scissum non est, sed de eo sortiti sunt; ita nec Ecclesia scindi debet, quia in unitate tota consistit. In potestatem ergò proprii Episcopi Ecclesiæ reducantur, & ab ipso (sicut sacris canonibus cautum est) ordinentur. Alioquin & Ecclesiæ ipsæ, & Clerici earundem divinis destituantur officiis.

C. XX. ¶ *Nullus Clericus per Laicos Ecclesiam obtineat.*

Item Alexander Papa II.

PEr Laicos nullo modo quilibet Clericus vel Presbyter obtineat Ecclesiam, nec gratis, nec pretio. Nullus habitum Monachi suscipiat, spem aut promissionem habens, ut Abbas fiat. Nullus Presbyter duas habeat Ecclesias.

¶ *Habetur in eadem epistola Alexandri II. paulò superiùs in c.* nullus Laicorum, *citata. Nam statim post vers.* separentur, *sequitur,* & ut per Laicos, &c.

C. XXI. ¶ *Singuli Episcopi suos habeant œconomos.*

Item ex Concilio Chalcedonensi, *c. 26.*

QUoniam *b* in quibusdam Ecclesiis, ut rumore comperimus, præter *c* œconomos Episcopi facultates Ecclesiasticas tractant, placuit omnem Ecclesiam habentem Episcopum, habere œconomum de Clero proprio, qui dispenset res Ecclesiasticas secundùm sententiam proprii Episcopi: ita ut Ecclesiæ dispensatio præter testimonium 1 non sit: & ex hoc dispergantur Ecclesiasticæ facultates, & sacerdotio maledictionis 2 derogatio procuretur. Quòd si hoc minimè fecerit, divinis constitutionibus subjacebit.

1 ¶ Testimonium] *In vulgatis sequebatur,* Episcopi: *quæ vox inducta est auctoritate manuscriptorum, & originalis ex versione Dionysii, quæ concordat cum prisca, & Græco verbo. Alia etiam nonnulla sunt emendata.*

2 ¶ Maledictionis] *Græcè est,* τῆ λοιδορίᾳ τῆ ἱερωσύνῃ προσκοπτόντως; *quod in prisca versione est;* & sacerdotali dignitati obtrectatio generetur.

---

a *Polyc. lib. 2. titul. 4. Anf. l. 6. c. 73.* b *Dist. 63. omnis electio. Denffeldt part. 1. Barch. lib. 3. cap. 109. Ivo p. 4. c. 81. & p. 1. c. 119.* c qui] *orig.* d *Denffeld. p. 1.* e alii, rustici rum,] *orig.* f *Can. Apost. 31.*

a *Polycarp. lib. 2. tit. 4.* b *Distinct. 89. quia in quibusdam. Anselm. lib. 6. cap. 143.* c alii. non per] διὰ οἰκονόμων, *sive œconomia.*

C. XXII. ¶ *Laici non sunt constituendi œconomi, sed ex proprio Clero eligendi.*

Item ex Concilio Hispalensi II. *cui interfuit Isidorus, cap. 9.*

IN *a* nona actione didicimus, quosdam ex nostro collegio contra mores Ecclesiasticos, Laicos habere in rebus divinis constitutos œconomos. Proinde pariter tractantes eligimus, ut unusquisque nostrûm secundùm Chalcedonensium *b* Patrum decreta, ex proprio Clero œconomum sibi constituat. Indecorum est enim Laicum Vicarium esse Episcopi, & seculares in Ecclesia judicare. In uno enim eodemque officio non debet dispar esse professio. Quod etiam in lege divina prohibetur, dicente *c* Moyse: [*Non arabis in bove simul & asino:*] id est, homines diversæ professionis in officio uno non sociabis. Unde & oportet nos & divinis libris, & sanctorum Patrum obedire præceptis, constituentes, ut hi, qui in administrationibus Ecclesiæ Pontificibus sociantur, discrepare non debeant nec professione, nec habitu. Nam cohærere & conjungi non possunt, quibus & studia, & vota diversa sunt. Si quis autem Episcopus posthac Ecclesiasticam rem, aut per laicalem procurationem administrandam elegerit, aut sine testimonio œconomi gubernandam crediderit, verè ut contemptor canonum, & fraudator Ecclesiasticarum rerum, non solùm Christo de rebus pauperum judicabitur reus, sed etiam Concilio manebit obnoxius.

C. XXIII. ¶ *Non habeat Laicus aliquid statuendi in Ecclesia facultatem.*

Item in Synodo Romana III. Symmachi Papæ, *cap. 3.*

NOn *d* placuit Laicum *e* statuendi in Ecclesia (præter Papam Romanum) habere aliquam potestatem: cui *f* obsequendi manet necessitas, non auctoritas imperandi.

C. XXIV. ¶ *Ecclesiasticas facultates Laici dispensare non possunt.*

Item ibidem Eulalius *g* Episcopus *Syracusana Ecclesia* dixit.

LAicis *h* quamvis religiosis, nulla de Ecclesiasticis facultatibus 1 aliquid disponendi legitur attributa facultas.

1 ¶ Facultatibus] *Antè legebatur*, dignitatibus. *Emendatum est ex originali, ut suprà, dist. 96.* Bene quidem.) *epistola Stephani primi, & decreto Paschalis II. manuscripto: quibus locis hæc idem repetitur.*

C. XXV. ¶ *Laicus sacrilegus habetur, qui dispositionem, vel dominationem rerum Ecclesiasticarum usurpat.*

Item Calixtus Papa.

IV. SI quis Principum, vel aliorum Laicorum dispositionem seu dominationem *i* rerum, sive possessionum Ecclesiasticarum sibi vendicaverit, ut sacrilegus judicetur.

¶ *Inter decreta Calixti, ex quo citatur, non est inventum. Habetur in decretis Paschalis II. manuscriptis, cap. 5. sed non est mutatum nomen Calixti: quia Pontifices isti, qui eisdem fere temporibus fuerunt, frequenter eadem decreta suorum antecessorum repetebant.*

C. XXVI. ¶ *In Ecclesia, quam quis ædificat, nihil sibi præ cæteris vendicet.*

Item Gelasius Papa *Senecionis Episcopo.*

1 PLæ *k* mentis amplectenda devotio est, quâ se ps Julius *l* nobis in re Juliana *m* suijuris fundâsse perhibetur Ecclesiam, quam in honorem sancti Viti confessoris ejus nomine cupit consecrari. Hanc igitur, frater charissime (si ad tuam diœcesim pertinere non ambigis) ex more convenit dedicari, collatâ primitùs donatione solenni, quam ministris Ecclesiæ destinâsse se præfati muneris testatur oblator, sciturus sine dubio præter processionis aditum, qui omni Christiano debetur, nihil ibidem se proprii juris habiturum.

C. XXVII. ¶ *De eodem.*

Idem.

FRigentius *a* verò *b* petitorià nobis insinuatione suggessit, in re sua, quod *c* Sextilianum vocatur, basilicam se sanctorum Michaëlis Archangeli, & Martini confessoris pro sua defensione *d* fundâsse. Et ideò, frater charissime, si ad tuam pertinet parochiam, benedictionem suprà memoratæ basilicæ solenni veneratione dependе. Nihil tamen sibi fundator ex hac basilica noverit vendicandum, nisi processionis aditum, qui Christianis omnibus in commune debetur.

C. XXVIII. ¶ *De eodem.*

Item Clemens *epist. 2. ad Iacobum.*

ECclesias *e* per congrua & utilia facite loca, quas *f* divinis precibus sacrare oportet, & in singulis 1 sacerdotes divinis orationibus Deo dicatos poni, quos ab omnibus venerari oportet, & non à quoquam gravari.

1 ¶ Et in singulis] *Additæ sunt hæ voces ad text. quos, ex Originali.*

C. XXIX. ¶ *Laici Presbyteros de Ecclesiis non ejiciant.*

Item Leo IV. g *Carolo Regi.*

COntra *h* sanctorum Patrum censuras videmur existere, si Secularis vel Laicus Presbyteros ab Ecclesiis, a quibus tempore ordinationis eorum nominati 1. vel introducti fuerint, videtur *i* expellere. Si verò fundatores Ecclesiarum ad inopiam vergere cœperint, ab eisdem Ecclesiis temporalis vitæ suffragia percipiant.

1 ¶ Nominati,] *In vetustis exemplaribus, & apud Ivonem legitur*, denominati, *ut significet recitationem nominis ejus, qui promovebatur, & Ecclesiæ, ad quam ordinabatur: de qua dictum est suprà dist. 70. c.* neminem. *Erat autem hæc cautio adjecta & instituta ad illam Ecclesiam, & non simplex nominatio, prout aliter glossa accepit.*

C. XXX. ¶ *Fundatores Ecclesiarum, si inopes ceperint esse, ab iisdem alimenta accipiant.*

Unde in Toletano Concilio IV. *c. 31. legitur.*

QUicunque fidelium devotione propriâ de facultatibus Ecclesiæ aliquid contulerint, si forte ipsi, aut filii eorum redacti fuerint ad inopiam, ab eadem Ecclesia suffragium vitæ pro temporis usu percipiant.

Si ergò Ecclesiasticas facultates dispensandi potestatem non habent Laici, multò minus Ecclesiæ ipsas quibuslibet ad regendum committere, vel aliis auferre valent. ¶ *Hic autem distinguendum est, quid juris fundatores Ecclesiarum in eis habeant, vel quid non? Habent jus providendi, & consulendi, & Sacerdotem inveniendi: sed non habent jus vendendi, vel donandi, vel utendi, tanquam proprio.*

C. XXXI. ¶ *Hæredes ejus, qui Ecclesiam construxit, & ipsi pro ea sollicitudinem gerere debent.*

Unde in Canonibus invenitur Concilio Toletano IX. *c. 1.*

FIlii, vel nepotibus, ac honestioribus propinquis ejus, qui construxit vel ditavit Ecclesiam, licitum sit hanc bonæ intentionis habere solertiam, ut si Sacerdo-

a *Burch. lib. 1. cap. 89. Ivo p. 5. c. 195.* b *Cap. proximè superiore.* c *Deut. 22.* d *Sup. dist. 96. benè quidem. Deusded. p. 1. & 4. Anse. l. 5. & 9.* e *al. non licuit Laico*] *orig. al. non licuit Laicis*] *d. 96.* f *al. quos.* g *Et epist. 2. Stephani I. c. 9. & in decretis Paschalis II. manuscript.* h *Polyc. l. 6. tit. 1. Deusdedit p. 4.* i *al. donativum.* k *Anse. l. 5. c. 9.* l *al. Senilius.* m *al. Iuvriana.*

a *al. Frigetius.* b *Polyc. libr. 3. titul. 12. Anselm. l. 5. cap. 11.* c *al. qua.* d *al. devotione.* e *De cens. dist. 1. Ecclesias.* f *al. quæ.* g *al. tertius.* h *Deusded. p. 4. Ivo p. 3. c. 222.* i *al. uteretur.*

tem seu ministrum aliquid ex collatis rebus prævideriut defraudare, aut commonitionis honestæ conventione compescant, aut Episcopo vel judici corrigenda denuntient. Quòd si talia Episcopus agere tentet, Metropolitano ejus hæc insinuare procurent. Si autem Metropolitanus talia gerat, Regis hæc auribus intimare non differant. ¶ Ipsis tamen hæredibus in eisdem rebus non liceat quasi juris proprii potestatem præferre, non rapinam, non fraudem ingerere, nec violentiam quamcunque præsumere: sed hoc solùm in salutarem solicitudinem adhibere, quòd aut nullam *a* noxam operatio nocens attingat, aut multam *b*, vel aliquam partem salutaris mercedis *c* assumat. Si quis verò deinceps hæc monita temerare præsumpserit, & male rapta cum confusione restituet, & excommunicationis annuæ sententiam sustinebit.

C. XXXII. ¶ *Fundatores Ecclesiarum ordinandos in eu Episcopo afferant.*

Item ex Concilio Toletano IX. *cap. 2.*

DEcernimus, ut quamdiu fundatores Ecclesiarum in hac vita superstites extiterint, pro eisdem locis curam permittantur habere solicitam, atque rectores idoneos in eisdem basilicis iidem ipsi offerant Episcopis ordinandos 1. Quòd si tales forsitan non inveniantur ab eis, tunc, quos Episcopus loci probaverit Deo placitos, sacris cultibus instituat cum eorum conniventia servituros. Quòd si spretis 2 ejusdem fundatoribus rectores ibidem præsumpserit Episcopus ordinare, & ordinationem suam irritam noverit esse, & ad verecundiam suam alios in eorum loco (quos iidem ipsi fundatores condignos elegerint) ordinari.

1 ¶ Ordinandos.] *Quæ sequuntur usque ad vers.* Quòd si spretis. *addita sunt ex ipsa Concilio.*

2 ¶ Spretis] *Sic etiam legitur in codice Lucensi Regio: sed in Conciliorum editionibus, & duobus codicibus Vaticanis*, Quòd si superstitibus.

C. XXXIII. ¶ *A dominio constructoris monasterium non est auferendum.*

Item ex Romana Synodo Eugenii II. & Leonis IV. *c. 21.*

MOnasterium vel Oratorium canonicè constructum à dominio constructoris eo invito non auferatur, liceatque illi Presbytero, cui voluerit, pro sacro officio illius diœcesis cum consensu Episcopi, ne malus existat, commendare.

C. XXXIV. ¶ *De eodem.*

Item Gregorius Papa *lib. 7. indict. 1. Secundino Episcopo Tauromenitano.*

RAtionis *d* ordo non patitur, ut monasterium contra voluntatem fundatorum ab eorum dispositione ad arbitrium suum quis debeat vendicare.

¶ *Apud Anselmum & in Polycarpo hoc eodem modo habetur. In ipsa autem epistola pendet oratio ex superioribus, & sic legitur:* Quia rationis ordo non patitur, ut monasterium ipsum, & maximè contra voluntatem fundatorum, ab eorum dispositione ad arbitrium suum præsertim laica persona subducat, aut aliquod sibi in id jus debeat vendicare. *Et cum inquit*, ab eorum dispositione, *significat Monachos, de quibus suprà dixerat.*

Providentiâ tamen & admonitione Episcopi à fundatoribus Ecclesia honorari debent.

C. XXXV. ¶ *Episcoporum providentiâ à fundatoribus Ecclesia honorentur.*

Unde Gregorius.

COnsiderandum *e* est de Ecclesiis, quæ inter cohæredes divisæ sunt, quatenùs si secundùm providentiam & admonitionem Episcopi ipsi cohæredes eas voluerint tenere & honorare 1, faciant. Sin autem hoc contradixerint, in Episcopi potestate maneat, utrùm eas consistere permittat, aut reliquias inde auferre velit.

¶ *In Capitularibus, & legibus Longobardicis, & apud Burchardum & Ivonem, qui & ipsi citant ex decretis Gregorii Papæ, sic habetur:* De Ecclesiis, quæ inter cohæredes divisæ sunt, considerandum est, quatenùs, &c. *quæ quoniam sententiam clariorem reddunt, visa sunt addenda, alio tamen ordine, ne vulgatum capituli initium mutaretur. Antea legebatur:* Considerandum est, quatenùs, &c.

1 ¶ Honorare,] *In vulgatis Longobardicis est*, honores faciant.

C. XXXVI. ¶ *Reliquiæ auferantur Ecclesiis, si plures hæredes de eis contenderint.*

Item ex Concilio Triburiensi *a, c. 32.*

SI *b* plures hæredes contenderint de communi Ecclesia, auferri jubeat Episcopus reliquias sacras, & Ecclesiam claudi, donec communi consensu, & consilio Episcopi statuant ibi Presbyterum, & unde vivat.

4 pars. *Ut ergò ex auctoritatibus colligitur, de manu Laicorum Ecclesia recipienda non sunt, nisi cum consensu Episcoporum, juxta illud* Concilii Maguntini primi *c* sub Carolo, *cap. 7.*

C. XXXVII. ¶ *Non liceat Laicis Presbyteros de Ecclesia ejicere.*

LAici *e* Presbyteros de Ecclesiis non ejiciant, neque *d* in eis constituant sine consensu Episcoporum suorum.

C. XXXVIII. ¶ *Absque Episcoporum consensu Laici Presbyteros de Ecclesiis non ejiciant.*

Item ex Concilio Cabilonensi II. *c. 42.*

INventum *e* est, quòd multi, arbitrii sui temeritate, & (quod est gravius) ducti cupiditate, Presbyteris quibuslibet absque consensu Episcoporum Ecclesias dant, vel auferunt. Unde oportet, ut canonicâ regulâ servatâ, nullus absque consensu Episcopi sui cuilibet Presbytero Ecclesiam det: quam si justè adeptus fuerit, hanc non nisi gravi culpâ suâ, & coram Episcopo canonicâ severitate amittat.

Sicut ergò auctoritate Hieronymi f decimas malè possessas à Laicis, Episcopo consentiente licet Monachis de manu Laicorum recipere, & eas perpetuâ stabilitate tenere; sic & Ecclesias à Laicis malè detentas cum consensu Episcoporum licet Monachos ad ordinandum accipere, & eis in perpetuum providere.

C. XXXIX. ¶ *Sine voluntate Episcoporum decimas vel Ecclesias à Laicis Monachi non suscipiant.*

Unde Urbanus Papa II.

DEcimas & Ecclesias à Laicis Monachi non suscipiant, absque consensu & voluntate Episcoporum. Quòd si aliter præsumptum fuerit, canonicæ ultioni subjaceant.

C. XL. ¶ *Nulli liceat in jus suum monasterium convertere, alio tamen ad ordinandum tradere illud valet.*

Item ex decreto Sylvestri *g* Papæ *h.*

NEmini *i* Regum, aut cuiquam hominum in proprium *k* jus liceat monasterium tradere, nisi ad aliud monasterium, vel commutare, nisi cum alio mo-

a *al. in nullam.* b *al. in multam.* c *al. mercer.* d *Ansf. l. 5. c. 2. Polyc. l. 3. tit. 22.* e *lib. 5. Cap. c. 44. & in legib. Longob. lib. 3. tit. de Episcopis & Clericis, leg. 44. Ansf. l. 5. c. 2. Burch. l. 3. c. 41. Ivo p. 3. c. 41.*

a *Sed ibi caprosius.* b *Ansf. l. 5. c. 31. Burch. l. 3. cap. 40. & simile, cap. 42. ex Concil. Mediomatricis, itemq; Ivo part. 3. cap. 46.* c *In cap. l. 5. c. 22. Burch. l. 3. cap. 111. Pann. l. 2. c. 47. Ivo p. 3. c. 37.* d *al. neque constituant.* e *Burch. l. 3. c. 112. Ivo. p. 3. c. 38. Pann. l. 2. c. 46.* f *sup. eâd. q. 1. c. ult.* g *al. Silverii.* h *In Cap. l. 5. c. 233.* i *Polyc. l. 3. tit. 22. Burch. l. 3. c. 28. Ivo p. 3. c. 27. Ansf. l. 5. c. 30.* k *al. proprium liceat.*

nasterio, vel quocunque commercio a vendere 1. Quod si factum fuerit, non valebit, sed ipsum monasterium in pristinum reformetur statum.

¶ *In Capitularibus sic habetur:* Nemini Regum, aut cuiquam hominum liceat monasterium tradere, vel commutare, vel quocunque commercio vendere.

1 ¶ Vendere.] *In locis indicatis hæc sequuntur:* Hoc etiam divina, & Apostolica, atque canonica sub anathematis pœna sanxit auctoritas.

C. XLI. ¶ *Episcopi & fratrum consilio monasterium ad meliorandum aliis supponere vel-lus prohibeatur.*

Item ex b decreto Bonifacii.

pr Si a quis vult monasterium suum ad meliorandum in alium locum ponere, fiat cum consilio Episcopi & fratrum suorum: & dimittat Presbyterum in priori loco ad ministeria Ecclesiæ.

C. XLII. ¶ *Publicæ pœnitentiæ subjiciantur, qui circumveniendo aliquos tonderi præsumunt.*

Item ex Concilio d Maguntinensi.

6 pr COnstituit e sanè sacer iste conventus, ut Episcopi, sive Abbates, qui non in fructum animarum, sed in avaritiam & turpe lucrum inhiantes, quoslibet homines circumveniendo totonderunt, & res eorum tali persuasione surripuerunt, pœnitentiæ canonicæ, utpote turpis lucri sectatores, subjaceant. Hi verò, qui illecti comam deposuerunt, in eo, quod cœperunt, perseverare cogantur: res verò eorum hæredibus reddantur.

¶ *Caput hoc à Burchardo etiam & Ivone recitatur ex Maguntino, & multò plenius, eodemq; planè modo, quo nunc legitur in Cabilon. 2. c. 7.*

C. XLIII. ¶ *Sine voluntate fratrum aliquem de suis propinquis Abbas sibi substituere non valet.*

Item ex Concilio f Toletano.

COngregatio g debet sibi eligere Abbatem post Abbatis sui mortem, vel eo vivente, si ipse discesserit, vel peccaverit. Episcopus enim non debet Abbatem violenter retinere in loco suo. Ipse autem non potest aliquem ordinare de suis propinquis vel amicis sine voluntate fratrum.

CAUSA XVII.

QUidam Presbyter infirmitate gravatus, se fieri velle Monachum dixit: Ecclesiam & beneficium in manu Advocati renuntiavit. Postquam convaluit, mox se futurum Monachum negavit, & Ecclesiam & beneficium repostit.

1 *Hic primum quæritur, utrùm reus voti teneatur, an liceat ei à proposito sui cordis discedere?*

2 *Secundò, an Ecclesia & beneficium ei reddenda sint, quæ priùs liberè voluntate refutavit?*

3 *Tertiò, si contigisset eum se & sua monasterio tradidisse, an sine licentia Abbatis liceret ei ad propria h redire?*

4 *Quartò, si sine licentia Abbatis retrò abierit, an suasibi ab Abbate reddenda sint?*

QUÆSTIO I.

1 pr QUòd à voto discedere non liceat, multis auctoritatibus probatur. Ait enim Propheta i: [Vovete, & reddite Domino Deo vestro.]

C. I. ¶ *Quæ Deo voventur, necessariò reddantur.*

Item Augustinus.

SUnt quædam, quæ etiam non voventes debemus: quædam etiam, quæ nisi voverimus, non debemus: sed postquam ea Deo promittimus, necessariò reddere constringimur.

¶ *Hujus capitulo ipsa omninò verba non sunt inventa apud B. Augustinum, sed fere eadem habentur apud Cassiodorum in Psal. 75. ad vers.* vovete, *quem citat glossa ordinaria ad eum locum.*

C. II. ¶ *De eodem.*

Item Hieronymus a.

VOventibus b virginitatem non solùm nubere, sed etiam velle, damnabile est.

C. III. ¶ *Dignus est supplicio, qui sponsum Deo subtrahit à voto reditus.*

Item Gregorius *in registro, lib. 1. epist. 11. ad Venantium.*

ANanias c pecunias Deo voverat, quas post diabolicâ victus persuasione subtraxit. Sed quâ morte mulctatus est, scis. Si ergò ille mortis periculo dignus fuit, qui eos, quos dederat, nummos Deo abstulit, considera, quanto periculo in divino judicio dignus eris, qui non nummos, sed temetipsum Deo omnipotenti (cui te sub monachali habitu devoveras) subtraxisti.

C. IV. ¶ *Ante Deum culpâ cadunt, qui bona, quæ concipiunt, agere recusant.*

Idem *super Ezechielem* d, *lib. 1. homil. 3.*

QUi bona agunt, si meliora agere deliberata post deliberata non faciunt, licèt in bonis prioribus perseverent, in conspectu tamen Dei ceciderunt ex dilectione. *Item paulo superius.* ¶ Sunt qui cœlestia relinquere, & Dei servitio se subdere, & freno castitatis se stringere deliberant: sed cùm post castitatem alios cecidisse conspicient, se rettahendo, meritum perdunt.

Si ergò post votum quæ que necessariò cogitur solvere, quod vovet si voventibus non solùm nubere, sed etiam velle, damnabile est: patet, quòd Sacerdos iste ad executionem sui voti cogendus est; & non solùm non fieri, sed etiam velle Monachum non fieri, sibi damnabile est. Quòd verò inter voventes iste computandus sit, patet ex verbis Augustini e, *dicentis:* [Dixi confitebor, &c.] *Magna pars Dei est, ut ad solam promissionem peccata dimittat. Nondum enim pronuntiat ore, & tamen Deus jam audit in corde: Votum enim pro opere reputatur. Sicut ergò Propheta inter voventes reputatur, quia dixit: Ego confitebor; sic iste inter istos computandus est, quia dixit: Fiam Monachus. Hi tantummodo dicitur: Aliud est propositum corde concipere, & etiam ore enuntiare; aliud est subsequenti obligatione se reum voti facere. Quia ergò iste propositum sui cordis simpliciter enuntiavit, non autem monasterio, aut Abbati se tradidit, nec promissionem scripsit, nequaquam reus voti habetur.*

1 ¶ Quia ergò] *In plerisque vetustis exemplaribus hic est initium quæstionis secundæ.*

QUÆSTIO II.

C. I. ¶ *Non cogitur aliquis in Monasterio manere, nisi professionem fecerit in manu Abbatis.*

Unde Alexander Papa II. *ait.*

GOnsaldus f Presbyter quondam in infirmitate fervore passionis pressus, Monachum se fieri promisit: non tamen monasterio, aut Abbati se tradi-

a al. commento] al. commodo. b al. ex eodem. c Polyc. l. 3. tit. 12. Burch. l. 3. c. 28. Ivo p. 3. c. 31. d In Cabilon. 2. c. 7. 20. 9 3. constitut. e Burch. l. 1. c. 93. Ivo p. 3. c. 111. f al. ex eodem.] id est, Maguntino. g Burch. l. 1. c. 86. Ivo part. 7. c. 104. h al. priora. i Psal. 75.

a Aug. de bona viduitatis, capit. 9. & glossa ord. ad c. 3. 1 Tim. b sup. dist. 27. voventibus. inst. 27. quæst. 1. supervacuum. Senten. 4. dist. 37. c Act. 5. d Sensus summarium reddimus. e Sent. 4. dist. 37. c. Act. 5. d Sensus summarium reddimus. e Sent. 4. distinct. 16. Aug. Cassiodorus, & glossa ordin. in Psal. 50. infra de pœnitentia, dist. 1. cap. 5. f Ivo p. 9. cap. 422. & capitulo Panm. l. 3. cap. 181.

se tradi-

se tradidit, nec promissionem scripsit: sed beneficium Ecclesiæ in manu Advocati refutavit. At postquam convaluit, mox se Monachum negavit fieri. Quapropter quia & beati Benedicti regula, & præcipuè Patris & prædecessoris nostri sancti Gregorii Papæ canonica institutio, interdicit Monachum ante unius anni probationem effici; judicamus, & auctoritate Apostolicâ præcipimus, ut præfatus Presbyter beneficia 1 & altaria recipiat, habeat, & quietè retineat.

1 ¶ Beneficia] *In vetustis exemplaribus, & apud Ivonem (apud quem caput hoc capositus habetur) legitur,* beneficium: *sed ob glossam non est mutatum.*

C. II. ¶ *Uxor post propositum continentiæ ducta dimitti non debet.*

Item Augustinus *ad Bonifacium Comitem, epist. 74.*

NOs *a* novimus, nos testes sumus, quòd omnes actus publicos, quibus occupatus eras, relinquere cupiebas, & te in otium sanctum conferre, atque in ea vita vivere, in qua servi Dei Monachi vivunt. Cùm ergò te esse in hoc proposito gauderemus, navigâsti, uxoremque duxisti. Si conjugem non haberes, dicerem tibi, quod & Tubunis diximus, ut in sanctitate continentiæ viveres: sed ut te ad istam vitam non exhorter, impedimento conjunx est, sine cujus consensione continenter tibi non licet vivere: quia & si tu post illa tua verba Tubunensia ducere non debebas, illa tamen nihil eorum sciens innocenter tibi, & simpliciter nupsit.

¶ *Consectum est hoc caput ex verbis B. Augustini, in epist. 7. sed in epitomen redactis. Ivo autem integrè refert.*

Ecce iste corde concepit se Monachum fieri, & ore pronuntiavit se velle in alium sanctum conferre, non tamen postea coactus est suscipere, quod corde concepit, & ore pronuntiavit. Auctoritas illa Alexandrà secuta institutionem B. Gregorii & beati Benedicti probandis animum vidulget, sed notis: ignotis verò triennium conceditur.

C. III. 1 ¶ *Ante probationem triennii nullus in monasterio suscipiatur.*

Unde ex decreto Bonifacii *b.*

SI c quis incognitus monasterium ingredi voluerit, ante triennium Monachi habitus ei non præstetur. Et si intra tres annos, aut servus, aut libertus 2 colonus *d* quæratur à Domino suo, reddatur ei cum omnibus, quæ attulit, fide tamen acceptâ de impunitate. Si autem intra triennium non fuerit requisitus, postèa quæri non potest, nisi sit tam longè, quòd inveniri non possit. Sed 3 tantùm ea, quæ in monasterium adduxerit, Dominus servi accipiat.

1 ¶ *Caput hoc etiam in Pannormia citatur ex Bonifacio. At Burchardo autem & Ivone, & in plerisque vetustis exemplaribus Gratiani tribuitur Concilio Toletano. Sed ex nullo eorum, quæ impressa, aut manuscripta habentur, inventum est: eadem tamen ferè sunt in Capitularibus, & apud Iulianum antecessorem, novellâ 123. cap. 42.*

2 Libertus] *Sic emendatum est ex aliquot manuscriptis, & ex locis indicatis, quam lectionem habuit etiam auctor glossæ. Antea legebatur,* liber.

3 ¶ Sed tantùm] *Hæc addita sunt ex locis indicatis.*

QUÆSTIO III.

QUòd autem quæritur, an post traditionem sit ei fas cum licentia Abbatis ad propria e redire? facilè manifestatur non posse fieri. Ipsum enim redire criminosum est. Qui autem manifesto facinori desinit obviare, cùm potest, consentit. Hic autem non solùm non obviat, sed etiam permittendo fautor existit. Non ergò licet Abbati dare licentiam alicui retrò abeundi: nec illi licet utiquè retrorsum abire; quia ex quo semel se Abbati subjecit, absque ejus permissione nihil agere potest.

a *Ivo p. 7. cap. 9. & 10. & part. 1. c. 16.* b *Novell. 5. c. 2. & apud Iulianum antecess. novell. 123. cap. 32. Cap. l. 5. cap. 227.* c *Burch. lib. 1. cap. 20. Ivo p. 7. c. 41. Pannorm. lib. 3. cap. 124.* d *al. vel colonus.* e *al. priora.*

QUÆSTIO IV.

1 ps SI autem sine licentia Abbatis de monasterio discesserit, quæritur, utrùm sua sint ei reddenda, an non? Sed possessiones, & res Ecclesiæ traditas quolibet modo alienare nec Abbati, nec alicui licet.

C. I. ¶ *Honore privetur, qui de jure Ecclesiæ aliquid alienare præsumpsit.*

Unde Symmachus Papa [Possessiones *a*, quas unusquisque, &c.] *& iterum in Synodo Romana 3. c. 6.*

QUicunque *b* Episcoporum, Presbyterorum, Diaconorum obitus Dei, & decreti hujus immemor 1 in constitutum præsens committens, prædium 2 Ecclesiæ magnum, vel exiguum, vel quicquam de jure Ecclesiæ alienare tentaverit, & donator, & alienator, & venditor honoris sui amissione mulctetur.

1 ¶ Immemor] *In Concilio ipsi sequitur,* cujus Romanæ civitatis Sacerdotes volumus religiosis nexibus devinciri. *Nam, ut suprà 12. q. 2.* non liceat, *dictum est, in ea Synodo Romanæ tantum Ecclesiæ legem Symmachus præscripsit.*

2 ¶ Prædium] *Hoc loco omissis verbis sexti capitis, eorum loco referuntur hæc ex titulis ejusdem Concilii: omninoq; caput ibi ex verbis illius Synodi suo modo collector aptavit.*

C. II. PALEA.

[*Item* Gregorius *Anthemio Subdiacono, lib. 11. epist. 31.*

RAtio *c* nulla permittit, ut propriis cujusquam usibus applicetur, quod pro communi utilitate datum esse cognoscitur.

C. III. ¶ *Qui revocandum putat, quod Ecclesiæ contulit, sacrilegii crimen incurrit.*

Item Ambrosius *lib. 2. de pœnitentia, c. 9.*

SUnt, qui opes suas tumultuario mentis impulsu, non judicio perpetuo, ubi Ecclesiæ contulerunt, postèa revocandas putaverunt. Quibus nec prima merces rata est, nec secunda: quia nec prima judicium habuit, & secunda habuit sacrilegium. Sunt, quos pœnituerit opes suas divisisse pauperibus. Sic eos 1, qui pœnitentiam agunt, hoc solùm timere oportet, ne ipsius pœnitentiæ agant pœnitentiam.

1 ¶ Sic eos,] *In originali legitur:* Sed eos, qui pœnitentiam agunt, hoc sòlum pœnitere non debet, nec ipsius, &c. *Sed ob glossam non est emendatum.*

C. IV. ¶ *Qui sacris locis derelicta retinere contenderit, sacrilegium committit.*

Item Gregorius *Sabino Subdiacono, lib. 2. epist. 6.*

SAcrilegium *d*, & contra leges est, si quis, quod venerabilibus locis relinquitur, pravæ voluntatis studiis, suis tentaverit compendiis retinere.

C. V. ¶ *Sacrilegi judicantur, qui Ecclesiæ facultates alienant.*

Item Lucius Episcopus *ad Gallia & Hispania Episcopos, epist. 1. cap. 6.*

OMnes *e* Ecclesiæ raptores, atque sitarum facultatum alienatores à liminibus sanctæ matris Ecclesiæ anathematizamus *f*, Apostolicâ auctoritate pellimus & damnamus, atque sacrilegos esse judicamus:

a *Supr. 16. quæstion. 1. possessiones.* b *Anselm. lib. 4. c. 30. Polyc. lib. 6. tit. 13.* c *Extr. de prabendis, cap. ratio. Anse. l. 5. cap. 38. Polycarp. l. 3. tit. 12.* d *Anse. lib. 12. c. 4. Polyc. lib. 3. tit. 12.* e *Anse. l. 12. cap. 4. Burch. l. 11. cap. 19. Ivo part. 3. c. 140. & p. 14. c. 89.* f *anathematizamus. orig.*

& non solùm eos, sed omnes consentientes eis, quia non solùm qui faciunt, rei judicantur, sed etiam qui consentiunt facientibus. Par a enim pœna & agentes & consentientes comprehendit.

C. VI. ¶ *Excommunicetur, qui confinia Ecclesiæ frangere tentaverit.*

Item Nicolaus Papa b *omnibus Episcopis.*

2 SIcut c antiquitùs à sanctis Patribus statutum est, ps statuimus, ut major Ecclesia per circuitum XL. d passus habeat, Capellæ verò vel minores Ecclesiæ triginta. Qui autem confinia earum e confringere tentaverit, aut personam hominis, vel bona ejus inde subtraxerit, nisi publicus latro fuerit, quousque emendet, & quod rapuerit reddat, excommunicetur.

C. VII. ¶ *Solvatur altario, quod pro emunitate emendatur Ecclesiæ.*

Item ex Concilio Triburiensi.

1 SI f quis in atrio Ecclesiæ pugnam committit, aut homicidium facit, quicquid pro emunitate 1 violata emendandum est, altario solvatur, cujuscunque fuerit Ecclesia illa.

1 ¶ Emunitate] *Sic etiam apud Burchardum. Ivo habet*, pro immunitate violata. *In aliquot vetustis Gratiani exemplaribus legitur*, pro emunitate Ecclesiæ violatæ. *Summa autem hujus capitis ferè habetur in Triburiensi, quod extat & capit. 4. & 6.*

C. VIII. ¶ *Non licet alicui hominem de Ecclesia rapere.*

Item Augustinus *ad Bonifacium, epist. 117.*

MIror g, quomodo tam subitò fidei murum aries ruperit inimici. Novi enim, quâ religione semper sis Ecclesiam Dei veneratus. Quo instigante facere ausus es? hominem de Ecclesia rapuisti? Tuus si de tuo amico fortè præsumeret fugitivus, posset proculdubiò intercessoris causâ veniam promereri. Ergò si amicus intenditur, cur Deus offenditur? Sed si de potestate præsumitur, Nabuchodonosor Regem intende, qui causâ superbiæ in bovem est ex homine commutatus 1. Non ut confundam te, hæc scribo, sed ut h filium meum charissimum moneo. Ecclesiæ igitur illæsum revoca, quem ut irreligiosissimus rapuisti. Oblatio verò domûs tuæ à Clericis ne suscipiatur, indixi i: communionemque tibi interdico, donec peractâ pro ausibus vel errore à me definitâ tibimet pœnitentiâ, & tempore ordinato k, pro hoc facto corde contrito & humiliato dignum offeras sacrificium Deo.

1 ¶ Commutatus.] *Hoc loco ista erant interjecta*, atque à regno suo profugus recedens, non antè regnum recepit, quàm conversus Deum prædicavit. *quæ à multis vetustis absunt, & originali, & Ivone. Sunt autem inter verba Gratiani infrà de pœnitentia, dist. 1. c.* voluissent.

C. IX. ¶ *Fugientem ad Ecclesiam nemo audeat abstrahere.*

Item ex libro l Capitularium 5. *c. 90.*

REum m ad Ecclesiam confugientem nemo abstrahere audeat, neque inde donare 1 ad pœnam vel ad mortem; ut honor Dei, & Sanctorum ejus conservetur: sed rectores Ecclesiarum pacem & vitam, ac membra ejus obtinere studeant: tamen legitimè componat, quod iniquè fecit.

1 ¶ Donare] *Sic est emendatum (anteà enim legebatur*, damnare) *ex capite Caroli, & Concilio Maguntino, & plerisque vetustis Gratiani exemplaribus, & cæteris collectoribus: quanquam apud Burchardum ex Concilio apud Theodonis villam, & in Panormia ex libro Capitularium longè expressius hoc caput referatur.*

C. X. ¶ *Ab Ecclesia arceatur ingressu, qui aliquem de Ecclesia violenter rapuerit.*

Item Gelasius *Villeri, Constantino, Martyrio, Felicissimo, Sereno, & Timotheo Episcopis.*

FRater a & Coëpiscopus noster Epiphanius suâ nobis relatione suggessit, Benenatum & Maurum Beneventanæ municipes civitatis, in contumeliam religionis verbâ nimis & plectibili contumaciâ prosiluisse qui confugientem ad Ecclesiæ septa curialem suum, nec illic quidem tutum, aut de injuria sua securum esse fiverunt: aut irruptione b temerariæ mentis admittere, quod nec Potestatibus quidem, vel Principibus unquam licuit perpetrare, ut hominem in sanctuariis constitutum (captatâ Sacerdotis absentiâ) reluctantem, reclamantemque violenter abstraherent. Quos, quantùm suâ nobis suggestione patefecit, meritò indignos esse sacrâ communione judicavit. Et si revera tanti facinoris conflat admissum, nostra etiam auctoritas in hac parte conferet. Nec enim jure ad supplicandum debet admitti, qui c admittere sacrilegium non dubitavit. Nullus eram intra limina tantæ venerationi deputata, utrumque sibi fieret existimet pro sitæ voluntatis arbitrio, ut & humilitatem sibi vendicet, & furorem. Et ideò, fratres charissimi, supradictos, si manifesta reos facit conquestio, ab omnibus parochiarum vestrarum Ecclesiis nostræ perceptionis auctoritate prohibete: ut non solùm hi, qui in injuriam sanctorum locorum prosiluisse probantur d, merito consequantur pro facti sui qualitate vindictam, verùm etiam cæteri à tali præsumptione, ultionis illustratum revocentur.

C. XI. ¶ *Ecclesiarum non est dignus ingressu, qui eas violat.*

Idem *Epiphanio Episcopo.*

AD e Episcopos cæteros direximus jussionem, ut eos, qui Ecclesias violâsse perhibentur, accessu earum judicent esse indignos.

C. XII. ¶ *Qui Ecclesiam Dei vastat, & ejus Sacerdotem insequitur, sacrilegus judicatur.*

Item Pius Papa, *epist. 2. Italico.*

SIcut f qui Ecclesiam Dei vastat, & ejus prædia & donaria expoliat & invadit, sit sacrilegus; sic & ille, qui ejus Sacerdotes insequitur, sacrilegii reus existit, & sacrilegus judicatur. *& infrà.* ¶ Non ergò gravius peccatum est fornicatio, quàm sacrilegium. Et sicut major est peccatum, quod in Deum committitur, quàm quod in hominem; sic gravius est sacrilegium agere, quàm fornicari.

C. XIII. ¶ *Quâ pœnâ feriatur, qui Ecclesiæ usibus dedicata prædia vexare tentaverit.*

Item Urbanus g *in epist. ad omnes Episcopos, cap. 2.*

ATtendendum est omnibus, ne prædia usibus secretorum cœlestium dedicata, à quibusdam irruentibus vexentur. Quòd si quis fecerit, post debitæ ultionis acrimoniam (quæ erga sacrilegos jure promenda est) perpetuâ damnetur infamiâ, & carceri tradatur, aut exilio perpetuæ deportationis uratur g.

a *Rom. 1.* b *Inter decreta Nic. in codice Ormanetti.* c *Ansel. l. 5. c. 47. Ivo p. 3. c. 16. Pann. l. 2. c. 81.* d *al. lx.* e *al. eorum.* f *Burch. l. 3. c. 196. Ivo p. 3. c. 113.* g *Ivo p. 3. c. 122.* h *1. Cor. 4.* i *al. interdixi.* k *al. condonato.* l *Et in adjectis, c. 29. & in Concil. Maguntin. c. 35.* m *Burch. l. 3. cap. 54. Ivo p. 4. c. 123. Pann. l. 2. c. 73.*

a *Polyc. l. 7. tit. 1. Ivo p. 3. c. 120.* b *al. irreptione.* c *al. alio.* d *al. probabuntur.* e *Ivo p. 3. c. 119.* f *Polyc. l. 6. tit. 2. Ansel. l. 3. c. 30. Burch. l. 11. c. 29. Ivo p. 6. c. 243. & part. 15. c. 39.* g *l. Cap. 6. c. 215. & in Maguntino sub Arnulpho, c. 11.* h *al. fe-*

riatur.

C. XIV.

C. XIV. PALEA.

Item Iginus Papa.

II. SI *a* quis Ecclesiam igne combusserit *b*, quindecim annis pœniteat, & eam sedulò restituat, & pretium 1 suum pauperibus distribuat.

¶ *Hæc Palea in uno tantùm Vaticano codice habetur, in quo sicut in vulgatis, & Pannormia citatur ex Igino: à Burchardo autem & Ivone ex decretis Iulii.*

1 ¶ Pretium suum] *Apud Burchardum l. 19. in c. de sacrilegio, sic legitur:* Incendisti Ecclesiam, aut consensisti? si fecisti, Ecclesiam restitue, & pretium tuum, id est, vui regeldum tuum pauperibus distribue, & quindecim annis per legitimas ferias pœniteas

C. XV. ¶ *Iuda similis probatur, qui ornamenta surripuit Ecclesiæ.*

Item Clemens *epist. 2. ad Iacobum.*

SI *c* fortè quispiam Presbyter, sive Diaconus, sacrarii sindonem, vel velum subtractum *d* vendiderit, Judæ Iscariotis similis æstimabitur. Qui propter cupiditatem fecerit hoc opus, noverit se supradicti Judæ suscepturum pœnam.

C. XVI. ¶ *De eodem.*

Item ex pœnitentiali Theodori.

PEcunia Ecclesiastica furata vel rapta, reddatur in quadruplum; populi verò duplicitèr. Si quis aliquid de ministerio sanctæ Ecclesiæ furatus fuerit, septem annis pœniteat, tres in pane & aqua.

C. XVII. ¶ *De eodem.* PALEA.

Item ex pœnitentiali Romano.

III. SI quis Clericus furtum fecerit capitale, id est, quadrupedem, vel domum fregerit, aut quamlibet rem melioris pretii furatus fuerit, septem annis pœniteat; Laicus quinque. Si quis autem de minoribus semel aut bis furtum fecerit, reddat proximo suo, & uno anno pœniteat in pane & aqua: & si reddere non potuerit, tribus annis pœniteat.

¶ *Similia horum leguntur apud Burchardum, lib. 11. c. 39. & Ivonem p. 13. c. 44.*

C. XVIII. ¶ *Sacrilegium facit, qui pecuniam Ecclesiæ rapit.*

Item Anacletus *e epist. 1. c. 2.*

QUi rapit pecuniam proximi sui, iniquitatem operatur: qui autem pecuniam, vel res Ecclesiæ abstulerit, sacrilegium facit.

C. XIX. ¶ *Segregetur ab Ecclesia Clericus, qui servum aut discipulum suum ad eam fugientem verberare præsumit.*

Item ex Concilio Ilerdensi, *c. 1.*

NUllus *f* Clericorum, servum aut discipulum suum fugientem ad Ecclesiam extrahere audeat, vel flagellare præsumat. Quòd si fecerit, donec dignè pœniteat, à loco, cui honorem non dedit, segregetur. ¶ Si *g* qui Clerici in mutuam cædem proruperint, prout dignitas officiorum in tali excessu contumeliam pertulerit, à Pontifice districtiùs vindicentur.

C. XX. ¶ *Qui de atrio vel porticibus Ecclesiæ fugientem abstrahit, excommunicetur.*

Item ex Concilio Triburiensi, *c. 29.* h

IV. SI quis *i* contumax, vel superbus timorem Dei, vel reverentiam sanctarum Ecclesiarum non habuerit, & fugientem servum suum, vel quem ipse persecutus fuerit, de atrio 1 Ecclesiæ, vel de porticibus quolibet modo Ecclesiæ adhærentibus per vim abstraxerit, pro immunitate nongentos solidos Episcopo componat, & ipse publicâ pœnitentiâ justo *a* judicio Episcopi mulctetur.

1 ¶ Atrio] *In duobus vetustis codicibus Gratiani legitur,* de altario: *in Capitularibus verò,* de Ecclesia.

Sacrilegium ergò est, quoties quis sacrum violat, vel auferendo sacrum de sacro, vel sacrum de non sacro, vel non sacrum de sacro. Dicitur etiam sacrilegium committere, qui violentas & impias manus in Clericum injecerit. Porrò ipsum sacrilegium duplicem continet pœnam, pecuniariam videlicet & excommunicationis. Pecuniaria eis persolvenda est, ad quos querimonia sacrilegii pertinet.

C. XXI. ¶ *De multiplici genere sacrilegii, & pœna ejusdem.*

Unde Joannes Papa VIII. *scribit omnibus Episcopis.*

QUisquis *b* inventus fuerit reus sacrilegii, Episcopis, vel Abbatibus, sive personis, ad quas querimonia sacrilegii justè pertinuerit, triginta libras examinati argenti purissimi componat. ¶ Sacrilegium committitur, si quis infregerit Ecclesiam, vel triginta Ecclesiasticos passus, qui in circuitu Ecclesiæ fuerint, vel domos, quæ intra prædictos passus fuerint, aliquid inde diripiendo, vel auferendo: seu qui injuriam, vel ablationem rerum intulerit Clericis arma non ferentibus, vel Monachis, sive Deo devotis, omnibusque 1 Ecclesiasticis personis. Capellæ, quæ sunt intra ambitum murorum castellorum, non ponuntur in hac triginta passuum observatione. Similiter sacrilegium committitur auferendo sacrum de sacro, vel non sacrum de sacro, sive sacrum de non sacro. *Idem.* ¶ Si *c* quis domum Dei violaverit, & aliqua sine licentia illius, cui commissa esse dignoscitur, inde abstulerit, vel Ecclesiasticis personis injuriam fecerit, donec in conventu admonitus legitimè satisfaciat, sciat se communione *d* privatum. Si verò post secundam & tertiam conventionem coram Episcopo satisfacere detrectaverit, sacrilegii periculo ab omnibus obnoxius teneatur: ita ut secundum Apostolum *e* nemini fidelium misceatur. *Idem.* ¶ Si *f* qui monasteria, & loca Deo dedicata, & Ecclesias infringunt, & deposita, vel alia quælibet exinde abstrahunt, damnum novies componant, & emunitatem tripliciter, & velut sacrilegi canonicæ sententiæ subigantur.

¶ *In epistola manuscripta Joannis VIII. scripta Episcopis & Abbatibus per Narbonensem & Hispanicas provincias constitutis, præcipitur observari lex contra sacrilegos in Concilio Trecassensi edita, coram Ludovico Imperatore, & quinquaginta tribus Episcopis. Diversa autem sunt istius epistolæ verba ab his, quæ recitantur & à Gratiano, & à cæteris collectoribus, sed eadem sententia.*

1 ¶ Omnibusque Ecclesiasticis] *Apud Ivonem legitur,* devotis hominibus Ecclesiasticis personis. Non enim Capellæ, quæ infra ambitum murorum castellorum sunt, mittuntur vel ponuntur in hac observatione. *Nec multò aliter apud alios collectores.*

C. XXII. ¶ *Nisi canonicè judicatum Episcopum qui comprehenderit Laicus, excommunicetur.*

Item Alexander Papa II. *g.*

V. SI quis deinceps priorum, aut cujuscunque dignitatis, vel cujuscunque ordinis Laicorum Episcopum comprehenderit, percusserit, aut aliquâ vi à propria fede expulerit, nisi fortè judicatum canonicè, auctores

a Polyc. l. 6. tit. 15. Anse. l. 5. c. 18 Burch. l. 3. c. 204. Ivo part 3. c. 127. Pann. l. 2. c. 70. b *al.* comburit. c Ivo p. 2. c. 63. & p. 6 cap. 88. d *al.* subtraxit. e & in epist. Lucii, cap. 6. f Ivo p. 3 c. 117. Pann. l. 2. c. 67. g *ibid. c.* 31. h Et lib. 3. Capit c. 163. & in legibus Bolariorum, tit. 7. i Burch. l. 3. c. 197. Ivo p. 3. c. 114.

a *al.* juxta judicium. b Anse. l. 1. c. 40. Polyc. l. 6 tit. 10. Ivo p. 3. c. 98. Pann. l. 2. c. 10. & 79. c Suprà, 11. q. 3. ad mensam. Anse. l. 5. c. 51. d *al.* sive privatum. e 1 Cor. 5. f Anse. l. 5. c. 47. Burch. l. 11. c. 22. Ivo p. 2. c. 124. & p. 14. c. 96. g Simile in 8. Synodo sub Photio, c. 3.

& cooperatores tanti sceleris anathematizentur, & bona eorum Ecclesiæ ipsius juri perpetuò tradantur. ¶ Si verò in Presbyterum, vel in quemcunque inferiorum graduum Clericum hæc eadem præsumpserit, canonicæ pœnitentiæ atque depositioni subjacebit. Si contumax fuerit, excommunicetur.

C. XXIII. ¶ *Flagellatores Presbyterorum post tertiam admonitionem, si non resipuerint, excommunicentur.*

Item Nicolaus Papa *Thatoni Archiepiscopo Mediolanensi* a.

DE b Presbyterorum flagellatoribus, & occisoribus, & prædonibus, scilicet, qui seculari brachio minimè coërcentur, juxta præceptum Domini placet, ut fraterno amore conveniantur secundò, ac tertiò. Qui si te non audierint, conveniente Ecclesiâ eos sacrâ communione privare, atque (si in sua obstinatione permanentes Sacerdotalia monita fortè contempserint) ab Ecclesiæ compage sub anathematis interdictione resecare licentiam tribuimus. ¶ Quos etiam resipiscentes tandem dignâ satisfactione præmissâ in gremium sanctæ matris Ecclesiæ revocari noveris posse.

C. XXIV. PALEA.

[*Item* ex Concilio Maguntino *sub Rabano, c. 24.*]

QUi c Presbyterum occiderit, duodecim 1 annorum ei pœnitentia secundùm canones imponatur: at si negaverit, si liber est, cum septuaginta duobus 2 juret; si autem servus, super duodecim vomeres ferventes se expurget. Convictus verò noxæ usque ad ultimum vitæ tempus militiæ 3 cingulo careat, & absque spe conjugii maneat.

¶ *Hæc Palea in uno tantùm Vaticano Gratiani codice habetur.*

1 ¶ Duodecim] *Sic in codice Vaticano, & cæteris locis indicatis. In vulgatis Gratiani codicibus legebatur*, viginti annorum pœnâ.

2 ¶ Cum septuaginta duobus] *In Concilio ipso legitur*, cum duodecim: *Burchardus tamen, & Ivo, & codex Vaticanus concordant cum vulgata lectione.*

3 ¶ Militiæ cingulo] *Sic etiam in Decretalibus, & apud Burchardum & Ivonem. In Concilio autem legitur*, cingulum deponat, & uxorem amittat.

C. XXV. PALEA.

[*Item* ex Concilio Triburiensi.]

UT d Presbyteri non vadant, nisi stolâ, aut orario induti. Et si in itinere spoliantur, aut vulnerantur, vel occiduntur non stolâ vestiti, simplici emendatione solvantur: si autem cum stola, triplici.

C. XXVI. PALEA.

[*Item* ex eodem, *c. 5.*]

OMnes e Presbyteri interfectores 1 compositione Episcopi, aut cujus parochiam pertinent, solvantur: ita videlicet, ut medietatem Vuiregeldi 2 *sc.* ejus Episcopus utilitatibus Ecclesiæ, cui præfuit, tribuat, & alteram medietatem in eleemosynam illius justè dispertiat: quia nullus nobis ejus hæres proximior videtur, quàm ille, qui ipsum domino sociavit.

¶ *Hæc quoque Palea in uno tantùm Vaticano codice habetur. Est autem in capitularibus (unde citatur in Panormia) l. 4. c. 15. & in Decretalibus, tit. de pœnis. c.* Presbyteri. *In Concilio etiam Triburiensi, quod extat, c. 4. habetur quiddam simile.*

1 ¶ Interfectores] *Sic etiam in Panormia. Vaticanus codex habet*, interfecti. *In capitulari legitur*: Presbyteri interfecti Episcopo, ad cujus parochiam pertinent, solvantur secundùm capitulare glorioli Caroli genitoris nostri: ita videlicet, &c. *Verùm in Decretalibus, & apud Burchardum & Ivonem hoc modo*: Presbyteri interfecti compositio Episcopo, ad cujus parochiam pertinebat, solvatur: ita videlicet, &c. *& similia locutio habetur in Concilio Triburiensi, c. 4. Sed quoniam est initium capitis, nihil vetustum est hic mutandum: reliqua autem sunt emendata ex locis indicatis.*

2 ¶ Vuiregeldi] *Antèa legebatur*, Renaldus. *Emendatum est ex cæteris locis indicatis, præterquam ex Decretalibus, unde abest utraque vox: legitur tamen in prima collectione.*

C. XXVII. ¶ *Pro graduum varietate mulctentur, qui Clericum occiderint.*

Item *ex lib. 3. Cap.* a *c. 25.*

QUi b Subdiaconum occiderit, c c c. solid. componat: qui Diaconum, c c c c. qui Presbyterum, d c. qui Episcopum, dcccc. qui Monachum, cccc.

C. XXVIII. ¶ *Decolem.*

Item *ex lib. 6. Cap. c. 50.*

QUi e occiderit Monachum, aut Clericum, arma relinquat, & Deo in monasterio serviat, cunctis diebus vitæ suæ, nunquam ad seculum reversurus, & septem annis publicam pœnitentiam agat d.

C. XXIX. ¶ *Qui Clericum percusserit, excommunicetur, & nisi à Romano Pontifice absolvatur.*

Item Innocentius Papa II. *in Concilio Lateranensi, c. 15.*

VI. SI e quis suadente diabolo hujus sacrilegii reatum incurrerit, quòd in Clericum vel Monachum violentas manus injecerit, anathematis vinculo subjacet, & nullus Episcoporum illum præsumat absolvere, nisi mortis urgente periculo) donec Apostolico conspectui præsentetur, & ejus mandatum suscipiat.

1 ¶ Reatum] *Sic est emendatum ex codicibus hujus similis manuscriptis, & Concilio Eugenæ tertii, c. 18. ubi locus repetitur. Antèa legebatur*, vitium, vel crimen incurrerit.

3 ps. *Qui autem de Ecclesia vi aliquem exemerit, vel ex ea Ecclesia, vel loco, vel cultui, Sacerdotibus, & ministris aliquid injuriæ importaverit, ad instar publici criminis, & læsæ majestatis censebitur; & tonsuratus, sive confessus, capitali sententiâ retrudetur: & in primo libro Codicis legitur, simili in Episcopis & Clericis, leg.* [Si quis in hoc genus sacrilegii proruperit.] *& in Digestis titul. Ad legem Juliam repetundarum, l. ultimâ. Committunt etiam sacrilegium, qui contra divinæ legis sanctionem aut nesciendo committunt, aut negligendo violant & offendunt: aut qui de principali judicio disputant, dubitantes, an is dignus sit, quem Princeps elegerit: vel qui intra provinciam, in qua provinciales & cives habentur, efficiunt gerenda ad suscipiendæ administrationis desiderant, ut Codicis lib. 9. titulo de crimine sacrilegii. Similiter de judicio summi Pontificis aliquis disputare non licet.*

C. XXX. ¶ *Nemini est permissum de eo, quod Papa statuit, judicare, vel ejus sententiam retractare.*

Unde Nicolaus Papa *omnibus Episcopis.*

NEmini g est de sedis Apostolicæ judicio judicare, aut illius sententiam retractare permissum: videlicet propter Romanæ Ecclesiæ primatum, Christi munere in beato Petro Apostolo divinitùs collatum.

¶ *Epistola, ex qua hoc caput est sumptum, non extat:*

---

a *In chronico Mediolan.* b *Ivo p. 10. c. 20.* c *Ext. de pœn. & remiss. c. 2. Burch. l. 6. c. 7. Ivo. p. 10. c. 136.* d *Prima pars habetur Cap. lib. 6. cap. 269. Burch. lib. 6. cap. 10. Ivo p. 10. c. 135.* e *Cap. l. 4. c. 15. extrà, de pœnis, cap. Presbyteri. Burch. l. 6. c. 11. Ivo p. 10. c. 140. Pavn. l. 5. c. 6.* f *al. Vuirgildi.*

a *Et in Conc. Trudejano, c. 13. & inter leges Longobar. tit. de homicid. lib. luminis. l. 27.* b *Pavn. l. 2. c. 7. Burchardus l. 1. c. 5. Ivo p. 10. c. 9. & 134. similia quadam.* c *Ivo p. 10. c. 11. Pavn. l. 5. c. 1.* d *al. gerat.* e *Pavn. l. 5. c. 149.* f *Pavn. l. 5. c. 1.* g *Tonsuratus. l. sacrilegi.*] *vera lectio, ut in glossa.* § *Augustin. l. 1. c. 21. Pavn. l. 4. c. 18.*

aliquid

aliquid tamen simile habetur in epistola prima ad Michaëlem Imperatorem.

Sacrilegis quoque reatum incurrit, qui Iudæis publica officia committit.

C. XXXI. ¶ *Sacrilegium faciunt, qui Iudæis publica officia committunt.*

Unde in Toletano Concilio IV. *c. 64. legitur.*

CONstituit *a* sanctum Concilium, ut Judæi, aut hi qui ex Judæis sunt, officia publica nullatenùs appetant: quia sub hac occasione Christianis injuriam faciunt. Ideoque judices provinciarum cum Sacerdotibus eorum surreptiones fraudulenter elicitas 1 suspendant, & officia publica eos agere non permittant. Si quis autem judicum hoc permiserit, velut in sacrilegum excommunicatio proferatur, & is qui surrepserit, publicis cædibus deputetur.

1 ¶ Elicitas] *Sic est emendatum ex codice Lucensi Regio: quamvis in aliis codicibus Conciliorum, & Gratiani legatur,* relictas.

4 pars. *Verùm ne reverentia religionis dominos suo jure fraudaret, si famuli ad Ecclesia septa confugientes inde nequaquam abstraherentur, sacris canonibus est institutum, ut præstito à Domino sacramento impunitatis, ea etiam reddantur servis.*

C. XXXII. ¶ *Post præstitam securitatem servo restituantur domino, qui ad Ecclesiam confugiunt.*

Unde Gelasius *b* Papa *scribit Bonifacio Episcopo.*

MEtuentes *c* dominos famuli, si ad Ecclesiæ septa confugerint, intercessiones debent quærere, non latebras: ne hæc ipsa præsumptio tarditatis temeritatem augeat renitendi. Filius etenim noster vir spectabilis Petrus queritur servum suum in Ecclesia sancti Clementis diutiùs commorari *d*, cui cùm deputâsset sacramenta præstari, illum egredi nullâ ratione voluisse. Et ideò directus supradictus *e* homo de præsenti cum eo, quem elegeris esse mittendum, cùm de impunitate ejus sacramenta præbuerit, eum statim facias ad dominum suum modis omnibus remeare: aut si in hac pestinacia *f* fortè perstiterit, post sacramentum sibi præstitum reddatur invitus.

C. XXXIII. ¶ *Securitate receptâ ad rationis reddendæ fugitivi ab Ecclesia redire cogantur.*

Idem *Ioannis Episcopo Viennensi* g.

UXor *h* Felicis & filiæ Romam, quia sic oportuit, pervenerunt. Siquidem hunc ipsum primùm se ad Barbarorum basilicam conferentem, seque bonas causas habere jactantem, egredi sub hac conditione præcipimus, ut si actus suos fideliter & rationabiliter allegaret, nihil circa eum prorsus asperum fieri, durumque pateremur. Alioqui si contra fidem, & utilitatem Dominicam venisse probaretur, ipse sibimet imputaret, atque *i* domini ordinationi congruæ subjaceret. Qui superveniente filio nostro, viro spectabili Osthasio, sic est ad singula quæque convictus, ut os aperire non posset, & vera esse, quæ huic objicerentur, voce propriâ fateretur; ideoque tenetur custodiæ mancipatus.

C. XXXIV. ¶ *Eripiatur sit libertatem servus, cui Christiano Iudæus signaculum circumcisionis impressit: alioquin ab Ecclesia domino suo reddatur invitus.*

Idem *Syracusano, & Constantino, & Laurentio Episcopis.*

IUdas *k*, qui Judaicæ professionis exitit, mancipium sui juris, quod ante paucos annos se asserit comparâsse, nunc ad Ecclesiam Venefranam confugisse suggessit (sicut petitorii tenor annexus ostendit) eò quòd dicat sibi ab infantia Christiano nuper à præfato domino signaculum circumcisionis infixum. Quapropter vestra diligenter inter utrumque solicita cura rerum fideliter examinet veritatem, quatenùs nec religio temerata videatur, nec servus hâc objectione mentitus competentis jura domini *a* declinare contendat.

C. XXXV. ¶ *De atrio Ecclesiæ (quod triginta passibus clauditur) nisi prius datâ securitate fugiens non abstrahatur.*

Item ex Concilio Toletano XII. *c. 12.*

DIffinivit *b* sanctum Concilium, ut nullus audeat confugientes ad Ecclesiam, vel residentes inde abstrahere, aut quodcunque nocibilitatis, vel damni, seu spolii, residentibus in loco sancto inferre: sed esse potiùs his ipsis, qui Ecclesias petunt, per omnia licitum, in triginta passus ab Ecclesiæ januis progredi, in quibus triginta passibus uniuscujusque Ecclesiæ in toto circuitu reverentia defendatur: sic tamen, ut hi, qui ad eam confugiunt, in extraneis, vel longè separatis ab Ecclesia domibus nullo modo abscedant *c*: sed in hoc triginta passuum numero absque domorum extranearum receptaculo progrediendi *d* aditum obtinebunt: qualiter ad *e* requisitæ naturæ usum debitis exeant locis, & nullo teneantur eventu necessitudinis, qui Dominicis se defendendos commiserint claustris. Si quis autem hoc decretum tentaverit violare, & Ecclesiasticæ excommunicationi subjaceat, & severitatis Regiæ feriatur sententiâ. Ipsos autem, qui ad Ecclesiam confugium fecerunt, si juxta priscorum canonum institutа hi, qui eos repetunt, sacramenta reddiderint, & Sacerdos Ecclesiæ ipsius ab Ecclesiæ non abstraxerit foribus, aut fuga talium, si evenerit, Sacerdoti quærenda est, aut damnorum sententia secundùm electionem Principis hujusmodi Sacerdotibus irroganda.

C. XXXVI. ¶ *Ante securitatem acceptam de atrio Ecclesiæ fugitivus non cogatur exire.*

Item ex Concilio Aurelianensi I. *c. 3. & 5.*

ID *f* constituimus observandum, quod Ecclesiastici canones decreverunt, & lex Romana constituit, ut ab Ecclesiæ atriis, vel domo Episcopi reos 1 abstrahere omninò non liceat: sed nec alteri consignare, nisi ad Evangelia datis sacramentis de morte, & debilitate, & omni pœnarum genere sint securi: ita ut ei, cui reus fuerit criminosus, de satisfactione conveniat. Quòd si quis sacramenta sua convictus fuerit violâsse, reus perjurii non solùm à communione Ecclesiæ, vel omnium Clericorum, verùm etiam & à Catholicorum convivio separetur. Quòd si is, cui reus est, noluerit 2 sibi intentione faciente componi, & ipse reus de Ecclesia actustimore discesserit, ab Ecclesiæ Clericis non quæratur. ¶ Servus *g* etiam, qui ad Ecclesiam confugerit, pro qualibet culpa, si à domino pro admissa culpa sacramentum susceperit, statim ad servitium domini sui redire cogatur: & postquam dato sacramento domino suo fuerit consignatus, si aliquid pœnæ pro eadem culpa, quâ excusatur 3, probatus fuerit pertulisse, pro contemptu Ecclesiæ, & prævaricatione fidei, à communione & convivio Catholicorũ extraneus habeatur. Si verò servus pro culpa sua ab Ecclesia defensatus sacramenta Domini *h* Clericis

a *Dist. 54. nulla. Ivo p. 13. c. 97.* b *al. Gregorius.* c *Ivo p. 16. c. 68. & p. 4. c. 115. Pann. libr. 2. c. 77. & 74.* d *al. commoratum.* e *al. supradicti.* f *al. pervicacia.* g *al. Vivanensi.* h *Ivo p. 11. c. 77.* i *al. atque ordinationi.* k *Ivo p. 4. c. 114.*

a *al. dominii.* b *Ivo p. 3. c. 121. Pann. l. 2. c. 78.* c *al. obcalentur:] orig.* d *al. progredientes.* e *al. qualiter requisita natura usum debitis expleant locis.* f *Rabanus pœnit. c. 22. Burch. l. 3. c. 150. Ivo p. 3. c. 107.* g *C. 5. Burch. l. 4. c. 192. Ivo part. 3. c. 109. Pann. l. 2. c. 73.* h *al. sui Domini.*

exigentibus de impunitate perceperit, exire nolentem à Domino liceat occupari.

1 ¶ Reos] *Sic est emendatum ex originali, Rabano, Burchardo & Ivone, cùm in Gratiani codicibus etiam manuscriptis legeretur,* eos.

2 ¶ Noluerit sibi] *Anteà legebatur,* voluerit. *Mutatum est ex Conciliis exemplaribus etiam manuscriptis, & nonnullis ipsius Gratiani, & cæteris collectoribus : quamvis in recentiore Colonienſi editione abſit dictio,* sibi.

3 ¶ Excusatur,] *Sic in omnibus Gratiani & Conciliorum codicibus impressis & manuscriptis. Apud cæteros collectores est,* accusatur.

5 pars. *Occasione namque religionis servos dominum suum contemnere, & ejus ministerium destituere non debet.*

C. XXXVII. ¶ *Religionis occasione dominum suum non audeat servus contemnere.*

Unde in Gangrensi Concilio, *c. 3. legitur.*

VII. Si *a* quis servum alienum occasione religionis docet dominum suum contemnere, & ejus ministerium destituere, ac non potiùs docuerit eum suo domino bonâ fide, & cum omni honorificentia deservire, anathema sit.

C. XXXVIII. ¶ *Corripiatur durissimè, qui causâ religionis docet servum dominum suum contemnere.*

Item ex Concilio Martini Papæ, *b c. 47.*

VIII. Si *c* quis servum alienum causâ religionis docet contemnere dominum suum, & recedere à servitio ejus, durissimè in omnibus arguatur.

C. XXXIX. ¶ *Primati insinuetur necessitas, qua res Ecclesiæ distrahere compellit.*

Item ex Concilio Carthaginensi *d, c. 26.*

NUllus *e* res Ecclesiæ distrahat. Quòd si reditus 1 non habet, & aliqua nimia necessitas cogit, hanc insinuandam esse Primati ipsius provinciæ censemus, ut cum statuto numero Episcoporum, utrùm faciendum sit, arbitretur. Quòd si tanta urget necessitas Ecclesiæ, ut non possit ante *f* Primatem consulere, saltem vicinos 2 testes convocet Episcopos, curans ad Concilium referre omnem Ecclesiæ necessitatem. Quòd si non fecerit, reus Deo & sancto Concilio venditor honore amisso 3 teneatur.

¶ *Hoc est caput 26. Carthaginensis vnici, inserti in codice canonum, itemq; Græci, quod sumptum est ex c. 4. Concilii quinti Carthaginensis. In neutro tamen sunt hæc omnino verba,* nullus res Ecclesiæ distrahat : *sed,* Placuit, ut rem Ecclesiæ nemo vendat, *quemadmodum & apud Ivonem.*

1 ¶ Quòd si reditus] *Græcè est,* ὅταν πᾶγμα ἐκὼν πωλοῦντος μὴ ἔχῃ : *id est;* Quæ quidem res si reditus non habeat.

2 ¶ Vicinos testes] *Sic in codice canonum, & ferè in Græco canone, & in margine recentiorum Colonienſium editionum. In contextu autem ipsarum, & vetustioribus editionibus, ac duobus Vaticanis codicibus, & apud Ivonem legitur,* saltem post factum curiositatem habeat, & vicinis Episcopis hoc antè judicare, & ad Concilium, &c. *In Sorienſi autem Regio,* curet hoc statim agere, vel vicinos, &c.

3 ¶ Honore amisso] *Verba hæc sunt in Concilio inserto in codice canonum, in codice Sorienſi Regio, & canone Græco. Absunt autem ab omnibus editionibus Concilii quinti Carthaginensis, & duobus Vaticanis exemplaribus & Ivone.*

a *Ivo par. 16. c. 102. & part. 13. c. 49.* b *In capit. græcarum Synod. Martini Brachar.* c *Burch. l. 2. c. 25. Ivo part. 7. cap. 43.* d *Et in Carthag. 5. c. 4.* e *Anſ. l. 3. cap. 45. Ivo p. 4. cap. 133.* f *al. antè consulere.*

C. XL. ¶ *Sine licentia Episcopi, quicquid Abbas vendiderit, irritum deducatur.*

Item ex Concilio Agathensi, *c. 36.*

IN *a* venditionibus, quas Abbates facere præsumunt, hæc forma servetur, ut quicquid sine Episcopi licentia 1 venditum fuerit, ad potestatem Episcopi revocetur. ¶ Mancipia *b* verò Monachis donata ab Abbate non liceat manumitti. Injustum enim putamus, ut Monachis quotidianum rurale opus facientibus, servi eorum libertatis otio potiantur.

1 ¶ Licentia] *Sic est adscriptum in margine in recentioribus Colonienſibus editionibus : sed in antiquioribus, & codicibus manuscriptis, & apud Ivonem est,* notitia.

6 pars. ¶ *Etiamsi Episcopo consentiente monasterii possessa ab Abbate data fuerit, nullius momenti erit donatio, nisi forte in Ecclesiæ fabricam erigendam donatio processerit. Quo casu tantum ei donare licet, quantum Ecclesiæ parietes concludunt.*

C. XLI. ¶ *Nullo titulo res monasterii valent ab ejus jure segregari.*

Unde Gregorius *scribit, lib. 7. indict. 1. epist. 33. Iohanni Episcopo Scyllacæno c.*

QUesti nobis sunt prædicti monasterii Monachi, Abbatem suum terram intra Scyllacænum 1 castrum, quæ in sexcentos pedes extenditur, sub præsenta fabricandæ Ecclesiæ fraternitati tuæ donationis titulo concessisse. Et ideò volumus, quantum parietes possint artificatæ Ecclesiæ circumdare, juri Ecclesiæ vendicari. Quicquid verò extra parietes ejusdem Ecclesiæ esse poterit, ad jura monasterii sine difficultate aliqua reverantur : quia nec mundanarum legum, nec sacrorum canonum statuta permittunt, res monasterii de jure ejus quolibetvsus segregari. Eapropter donationem ejusdem terræ, quæ contra rationem facta est, sine aliqua dilatione resti[tu]it.

1 ¶ Intra Scyllacænum] *Sic est emendatum ex multis antiquis epistolarum : à qua lectione nonnulla Gratiani exemplaria parùm discrepabant. In vulgatis erat,* in Tranquillianum castrum.

C. XLII. PALEA.

HAnc *d* ergò scriptorum nostrorum paginam omni in futuro tempore à te ab omnibus Episcopis firmam statuimus, illibatamque servari : ut & hæc Ecclesiæ, juvante Domino, tantummodò sint jure contenti, & monasteria Ecclesiasticis conditionibus, seu angariis, sive quibuslibet obsequiis secularibus nullo modo subjaceant, nullis canonicis juribus deserviant, sed remotis vexationibus, divinum opus cum summa devotione perficiant.

¶ *Hæc Palea abest à vetustis exemplaribus, non excepto, & hùc temerè translata est : cùm habeatur infr. 12. q. 2. c. quàm sit. §. hanc ergò. ubi nonnulla notabuntur.*

7 ps. *Sed notandum est, quòd aliud est in suos vel propinquorum usus res Ecclesiæ convertere (quam perniciosum sacrilegium sacri canones ubique prohibent, & damnabilem ostendunt :) aliud est, quòd ex dispensatione charitatis humana infirmitas conspicitur : ut quondam illi sua reddantur, qui in sacro proposito manere contemnit. Quod non tam jure fori, quàm jure pii nominis contemnit. Quod non tam jure fori, quàm jure pii nominis nullos Sanctorum feciſſe legimus. Beatus* e *enim Ioannes Evangelista duobus juvenibus, quos pænituerat omnia sua pro Christo reliquisse, & pauperibus erogasse, aurum & gemmas reddidit, ut cuncta, quæ vendiderant, sibi redimerent. Sed abjecerunt : Beatus Ioannes non oblata reddidit, quæ pauperibus jam erogata fuerant, sed alia recompensavit, quæ in pauperum*

a *Ivo part. 3. c. 163.* b *Sup. dist. 54. Abbati.* c *al. Scholitano.* d *Inf. 12. q. 2. quàm sit. §. hanc ergò.* e *Abdias l. 5. historiæ Apostolicæ.*

vel Ecclesiarum facultatibus nunquam computata fuerant. Similiter si Abbas vel Episcopus aliqua habuerit, quæ in Ecclesiasticis facultatibus nondum sunt annumerata, exemplo beati Ioannis det illa recedenti; oblata verò Ecclesiæ retineat. ¶ *Sequitur* 2 *ergò aliud exemplum, quo eadem, quæ oblata sunt, laudabiliter reddenda monstrentur.*

C. XLIII. ¶ *Non debet Ecclesia suscipere, quæ filius exhæredato sibi offerantur.*

Ait enim Augustinus b *in sermone 2. de vita Clericorum.*

QUicunque c vult exhæredato filio hæredem facere Ecclesiam, quærat alterum, qui suscipiat, non Augustinum: imò, Deo propitio, neminem inveniet d. Quàm laudabile factum sancti & venerandi Episcopi Aurelii Carthaginensis? quomodo implevit os omnium e, qui sciunt, laudibus Dei? Quidam enim cùm filios non haberet, neque speraret, res suas omnes (retento sibi usufructu) donavit Ecclesiæ. Nati sunt ei filii posteà: & reddidit Episcopus nec etiam opinanti illi, quæ donaverat. In potestate habebat Episcopus non reddere, sed jure fori, non jure poli f.

Ecce, quòd aliquando oblata jure & laudabiliter redduntur. Verumtamen non hoc exemplo recedenti sua reddenda monstrantur. Aliud est enim in professione sua vitæ persistere, aliud à proposito sui ordinis discedere. Si sanctus Aurelius degenti in laicali habitu oblata reddidit, quia post oblationem filios accepit, non ideò in apostasiam euntibus sua reddenda sunt, quibus utilius necessaria subtraherentur, ut coacti redirent ad ordinem, à quo recesserant. Sed sicut inimicis & persecutoribus jubemur necessaria subministrare, sicut ab Apostolo g *monemur tempus redimere, ut expeditiùs orationi vacemus: sic ne Ecclesia scandalum patiatur, ne discedens vir deterior præcipitetur, ne in perniciem Monachorum, aut incendium monasteriis occasione suorum exardescat, laudabilius sibi sua non dico reddantur, sed auferri sinantur, quàm ab illo ista inferantur.*

CAUSA XVIII.

QUidam *Abbas consecratus in Episcopum, priùs monasterio multa contulit, posteà in Episcopatu plura acquisivit: cui dum fratres successorem quærerent, Episcopus loci semet electioni volebat inserere, ut per ipsum Abbas in monasterio ordinaretur: fratres renituntur.*

1 *Quæritur primò, an monasterium possit petere, quæ ab Episcopo quæsita sunt, an Episcopatus Ecclesia possit sibi vendicare, quæ monasterio fuerunt tradita* h?

2 *Secundò, an per Episcopum Abbas sit eligendus & ordinandus, an tantummodò à propriis fratribus sibi instituendus?*

QUÆSTIO. I.

PRima quæstio terminatur in Concilio habito apud Altheum, *in quo sic statutum legitur.*

¶ *Burchardus lib. 1. cap. 230. stat Concilium apud Alth. præsente Conrado Rege: itemq; Ivo part. 5. c. 343. sed exprimit*, Altheium. *Idem verò part. 14. c. 116. plura de hoc Concilio refert his verbis*: Regno Conradi piissimi & Christianissimi Regis, quintò congregata est sancta generalis Synodus apud Altheum (al. Altheium) in pago Rhetiæ, præsente videlicet domini Joannis Papæ Apocrisario, sanctæ Ostiensis Ecclesiæ Petro venerabili Episcopo.

CAP. ¶ *Qui de Monacho Episcopus ordinatur, quod ante consecrationem habuit, monasterio; quod verò post consecrationem acquisivit, propriæ Ecclesiæ relinquat.*

STatutum a est, & rationabiliter secundùm sanctos Patres à Synodo confirmatum, ut Monachus, quem canonica electio à jugo regulæ monasticæ professionis absolvit, & sacra ordinatio de Monacho Episcopum facit, velut legitimus hæres paternâ sibi hæreditatem posteà jure vendicandi potestatem habeat: sed quicquid acquisierat, vel habere visus fuerat, monasterio relinquat, & Abbatis sui, qui fuerat secundùm regulam sancti Benedicti, arbitrio. Postquam enim Episcopus ordinatur, ad altare, ad quod sanctificatur, & titulatur b, secundùm sacros canones, quod acquirere poterit, restituat.

QUÆSTIO II.

1 pr. SEcundam verò quæstionem terminat auctoritas Toletani Concilii IV. *c. 30. dicens.*

C. I. ¶ *Abbates & alia officia per Episcopos debent institui.*

HOc tantùm sibi in monasterio vendicent Sacerdotes, quod præcipiunt canones, id est, Monachos ad conversationem sanctam prædicare, Abbates, aliaque officia instituere, atque extra regulam facta corrigere. Quòd si aliquid in Monachos canonibus interdictum præsumpserint, aut usurpare quippiam de monasterii rebus tentaverint, non deerit ab illis sententia excommunicationis.

2 pr. *Econtrà* Gregorius *scribit Castorio Ariminensi Episcopo.*

C. II. ¶ *Congregatio monasterii, non Episcopus, aut aliquis extraneorum, Abbatem instituat.*

I. ABbas in monasterio non per Episcopum, aut per aliquem extraneorum ordinetur: neque ab Episcopo Missa ibi celebretur, ut nulli Ecclesiæ subjiciatur.

¶ *Hujus capitis eadem est sententia ac sequentis, in quo sunt ipsa B. Gregorii verba. Itaq; hæc videtur summa quadam sequentis: & propterea in aliquot vetustis exemplaribus non sunt distincta.*

C. III. ¶ *De eodem.*

Idem *eidem Castorio Episcopo, lib. 4. epist. 43. seu cap. 27.*

I. ABbatem c cuilibet d monasterio non alium, sed quem dignum moribus atque actibus monasticæ disciplinæ communi consensu congregatio tota poposcerit, ordinari e volumus. Missas autem publicas per Episcopum vel Clericos in f monasterio fieri omnimodò prohibemus.

1 ¶ Vel Clericos.] *Verba hæc non leguntur apud B. Gregorium: omninoq; nonnulla videntur consultò immutata à collectore.*

C. IV. ¶ *Ille debet Abbas institui, quem sua congregatio, & possessionis dominus ordinari poposcerit.*

Item Pelagius Papa *Mollito Subdiacono.*

II. ABbatem g in monasterio illum volumus ordinari, quem sibi de sua congregatione & Monachorum electio, & possessionis dominus, & (quod magis observandum est) ordo vitæ, ac meritum poposcerit ordinari.

---

2 *aliter Sequatur.* b *Et serm. 52. al. 13. ad fratres in eremo, & in Concil. Aquisgran. cap. 112.* c *Ivo p. 3. cap. 177.* d *aliter inveniat.* e *al. eos omnes.* f *aliter cæli.* g 1. *Cor. 7.* h *al. contradita.*

a *Burchardus l. 1. c. 231. Ivo p. 5. c. 343.* b *al. intitulatur.* c *Anf. l. 7. c. 174. Polyc. l. 4. tit. 15. & l. 4. tit. 33. Pann. l. 3. c. 168.* d *aliter eidem] orig.* e *al. volumus te ordinare.] orig.* f *aliter illic] orig.* g *Ivo p. 7. c. 24.*

C. V. ¶ *De libertate Monachorum.*

Item Gregorius *omnibus Episcopis* a.

QUàm sit necessarium Monachorum *b* quieti prospicere, &c. *& infrà.* ¶ Interdicimus *c* igitur in nomine Domini Jesu Christi, & auctoritate beati Petri Principis Apostolorum prohibemus (cujus vice huic Ecclesiæ Romanæ præsidemus) ut nullus Episcoporum aut 1 secularium ultrà præsumat de reditibus, vel rebus, vel chartis 2 monasteriorum, vel de cellulis, vel de villulis, quæ ad ea pertinent, quocunque modo, vel quâlibet occasione *d* minuere, vel dolos, vel immissiones, aut violentias aliquas facere. *& infrà.* Defuncto *e* verò Abbate cujusquam *f* congregationis, non extraneus eligatur *g*, nisi de eadem congregatione, quem sibi propriâ voluntate concors fratrum societas elegerit, & qui electus fuerit, sine dolo vel venalitate aliqua ordinetur. Quòd si aptam inter se personam invenire nequiverint, solerter sibi de aliis monasteriis similiter eligant ordinandum. *& infrà.* ¶ Pariter autem custodiendum est, ut invito Abbate ad ordinandum *h* alia monasteria, aut ad ordines sacros, vel Clericatûs officium tolli exinde Monachi non debeant. *& infrà.* ¶ Nullus 3 Monachus *i* sine testimonio & *k* concessione Abbatis sui in Ecclesia aliquem locum teneat, vel ad aliquem promoveatur honorem. ¶ Hanc *l* ergò scriptorum nostrorum paginam omni in futuro tempore ab omnibus Episcopis firmam *m* statuimus, illibatamq; servari, ut & suæ 4 Ecclesiæ, juvante Domino, tantummodò sint jure contenti, & monasteria Ecclesiasticis conditionibus, seu angariis *n*, vel quibuslibet obsequiis secularibus nullo modo subjaceant, nullis canonicis juribus 5 deserviant: sed remotis vexationibus, ac cunctis gravaminibus, divinum opus cum summa animi devotione perficiant.

¶ *Caput hoc habetur in decreto Concilii Lateranensis, edito à B. Gregorio, pro quiete, ac libertate Monachorum: quod extat secundo tomo Conciliorum, inter decreta Gregorii primi: ejusq; magnam partem ipsemet refert lib. 7. reg. indict. primâ, epist. 18. Marciniano Episcopo Ravennati.*

1 ¶ Aut secularium] *Absunt ab aliquibus Conciliorum editionibus & Gratiani manuscriptis exemplaribus.*

2 ¶ Chartis] *In Concilio legitur,* curtis. *sed in epistola, & apud Fronem,* chartis.

3 ¶ Nullus Monachus] *Hinc usq; ad finem non habentur in epistola, sed in Concilio.*

4 ¶ Ut & suæ Ecclesiæ,] *In Concilio legitur:* Et sanctæ Ecclesiæ, juvante Domino, suo termino, sive jure contentæ, &c. *In epistola verò 43. lib. 4. (ubi idem ferè scribit Castorio Arimenensi Episcopo) hoc modo:* Ut & tua Ecclesia, juvante Domino, suo tantummodò sit jure contenta, & monasterium illud, &c.

5 ¶ Juribus] *In Concilio est,* curis: *in epistola,* canonicæ vè jurisdictioni.

C. VI. ¶ *Missas publicas in cœnobio Episcopi non celebrent, ne aliquod ei gravamen inferant.*

Idem *Castorio Episcopo Arimenensi* o.

LUminoso *p* Abbate referente plurimis in monasteriis multa à Præsulibus præjudicia atque gravamina Monachos pertulisse cognovimus. Oportet ergò, ut tuæ *q* fraternitatis provisio de futura quiete eorum salubri disponat ordinatione; quatenùs conversantes in illis, in Dei servitio, gratiâ ipsius suffragante, mente liberâ perseverent. Missas quoque publicas in *a* cœnobiis fieri omnimodò prohibemus: ne in servorum Dei recessibus, & in eorum receptaculis ulla popularis conventûs præbeatur occasio, [vel mulierum fiat illic *b* introitus,] quia non expedit animabus eorum. Nec audeat ibi cathedram collocare Episcopus *r*, vel quamlibet potestatem exercere imperandi, nec aliquam ordinationem, quamvis levissimam, faciendi; nisi ab Abbate loci fuerit rogatus: quatenùs Monachi semper maneant in Abbatum suorum potestate: ut *c* remotis vexationibus, ac cunctis gravaminibus, divinum opus cum summa devotione animi perficiant.

¶ *Libro quarto regesti est epist. 41. Luminoso Abbati, & 42. Castorio Arimenensi Episcopo scripta, in quibus legatur, quia ad hoc caput pertinent. Propria tamen verba usq; ad vers.* Missas. *non habentur in epistolis illis, sed in Concilio, de quo in proximo superiori capite dictum est, excepto primo verbo,* Luminoso Abbate referente. *& ex eo nonnulla sunt emendata & addita.*

1 ¶ Episcopus,] *In Concilio sequitur,* seu quâcunque alià dignitate præditus, aut potestate, vel quamlibet potestatem imperandi, &c.

C. VII. ¶ *Baptisterium in monasterio non permittatur fieri.*

Item Gregorius *d* Papa *lib. 2. indict. 11. epist. 36. Secundino Episcopo.*

PRidem *e* præcepimus, ut de monasterio S. Andreæ, quod est super Mascalas, baptisterium propter Monachorum molestias *f* debuisset auferri, atque in eodem loco, quo fontes sunt, altare fundari: cujus rei perfectio hactenus est protracta. Admonemus igitur fraternitatem tuam, ut nullam jam moram post susceptos præsentes literas nostras inferre debeas, sed repleto loco ipsorum fontium, altare ad sacra celebranda mysteria illic sine dilatione aliqua fundetur: quatenùs & prædictis Monachis opus Dei securiùs liceat celebrare, & non de negligentia vestra contra fraternitatem tuam nostrer animus excitetur.

C. VIII. ¶ *Cum permissione Episcopi Abbas locum suum deserere potest.*

Item ex Concilio Maguntino.

II. ABbas *g* pro humiliatione, & cum permissione Episcopi, locum suum potest relinquere: tamen eligant sibi fratres Abbatem de ipsis, & habent: sin autem, de extraneis.

3 pars. *Ecce in Toletano Concilio dicitur, quod Sacerdotes h, Abbates, & alia officia instituere debeant. Beatus Gregorius & Pelagius prohibent, dicentes, Abbatem à fratribus sua congregationis eligendum & ordinandum. Quomodo ergò hæc tanta diversitas ad concordiam revocabitur? Sed sciendum est, quosdam Monachos esse indomitæ cervicis, & effrenatæ superbiæ: quos dum Abbates ad religionem cogere voluerint, in eorum detestationem conspirant, & alium moribus suis convenientem sibi præficere contendunt: quales erant illi, qui in necem beati Benedicti conspirâsse leguntur. Pro hujusmodi constitutum est, ut Abbates, & alia officia per Sacerdotes instituantur.*

C. IX. ¶ *Non licet Monachis Abbates pro suo arbitrio expellere, aut alios ordinare.*

Unde Pelagius Papa *scribit Opilioni* i *defensori, dicens.*

NUllam *k* potestatem de cætero, nullam licentiam

a *In Conc. Later. sub Greg. 1. reg. l. 7. indict. 1. ep. 18. Marciniano Episcopo.* b *al. monasteriorum*] *orig.* c *Polyc. l. 3 tit. 25. Ansel. l. 3. c. 58. Ivo p. 7. c. 11.* d *al. exquisitione.* e *Pann. l. 3. c. 121. Polyc. l. 4 tit. 33.* f *al. cujuscunq;* g *abest ab orig.* h *al. ordinanda.* i *al. Monachorum.* k *al. vel consensu.* l *Suprà, 17. q. 4. l. 4. reg. ep. 43.* m *al. & quibuscunq; aliis firmam.* n *al. angariis, aut etiam procurationibus, vel quibuslibet subsidiis, obsequiis.* o *In eodem Concil.* p *Ivo p. 7. c. 12.* q *al. nostra*] *in Conc. ibidem inferius, & l. 4. tit. 44.*

a *al. eo in cœnobio*] *in Conc. id est ab Episcopo.* b *novum] orig.* c *Ibid. inferius. sup. c. 1.* d *Anteà legebatur, Gelasius.* e *Polyc. l. 4. tit. 34. Anselm. lib. 3. cap. 42. Ivo p. 3. c. 58.* f *al. institutum.* g *Burch. l. 2. c. 86. Ivo p. 7. c. 104.* h *al. Episcopi.* i *al. Apollonio.* k *Ansel. 3. 42.*

Monachis

Monachis relinquimus pro arbitrio suo aut Abbates expellere, aut sibimet alios ordinare: quia nulla auctoritas remanebit Abbati, si Monachorum potestati cœperit subjacere: ut de cætero fideliter & studiosè universa, quæ vel ad divini cultûs reverentiam, vel ad utilitatem ejusdem monasterii pertinent, Abbatis solicitudo, ad quem potestas tota pertinere convenit, debeat adimplere.

4 ps. *Hinc etiam constitutum est, ut Clerici singulorum monasteriorum sint in potestate Episcoporum, nec alicui liceat extra eorum consentientiam monasteria ædificare.*

C. X. ¶ *Sine consentia Episcopi, monasterium nullus ædificet.*

Unde in Chalcedonensi Concilio, *c. 4. legitur.*

QUidam a Monachorum habitu utentes indifferenter per civitates incedunt, necnon & monasteria, & seipsos præsumptione propriâ commendant. Placuit igitur neminem aut ædificare, aut constituere monasteria, aut Oratorii domum sine consentia ipsius civitatis Episcopi. *Item c. 4.* ¶ Clerici b in ptochiis 1, & in monasteriis, aut martyriis constituti, sub potestate sint ejus, qui in ea est civitate Episcopus, secundùm traditionem sanctorum Patrum; nec per præsumptionem recedant à suo Episcopo. ¶ Eos verò, qui ausi fuerint rescindere hujusmodi institutionem quocunque modo, vel si noluerint subjacere proprio Episcopo, si quidem fuerint Clerici, pro 2 personarum ordinatione subjaceant condemnationibus canonum; si verò Laici vel Monachi fuerint, communione priventur. *Item.* ¶ Clerici 3, qui pauperum dispositioni, vel c monasteriorum, vel martyriorum præsunt, sub potestate singularum civitatum Episcoporum secundùm canonum traditionem perdurent; neque per suam temeritatem Episcopi sui moderationem d declinent. Qui autem hujusmodi dispositionem quolibet modo subvertere ausi fuerint, & Episcopo suo non obedierint, si quidem Clerici fuerint, canonicæ damnationi subjaceant, si autem Monachi vel Laici sunt, à communione suspendantur.

¶ *Quoniam verba hujus capitis usq; ad verse.* Clerici, *primò, est alia ab iis, quæ circumferuntur in Conciliorum codicibus, licet apud Ivonem, & in Panormia idem fere sit sensus: placuit asserri verba Græca, & novam interpretationem.*

Οἱ ἀληθῶς καὶ εἰλικρινῶς τὸν μονήρη μετιόντες βίον, τῆς εὐσχημόνης ἀξιούσθωσαν τιμῆς. ὑπάρχουσι δέ τινες τῶν μοναχικὸν κεχρημένοι σχήματι, τοὺς τε οἴκους καὶ τὰς πολιτικὰς διαπραγματευόμενοι πράγματα, ἐθέλοντες ἀνεμποδίστως ἐν ταῖς πόλεσι, καὶ μᾶλλον ἐν μοναστηρίοις ἐμαυτοῖς σωτηρίαν ἐπιτηδεύοντες, ἔδοξεν μηδένα μὴν μηδαμῶς οἰκοδομεῖν, μὴ συνεστῶτος μοναστηρίου ἢ εὐκτηρίου οἴκου πρὸ γνώμης τοῦ τῆς πόλεως ἐπισκόπου. *Id est:*

Qui verè & sincerè monasticam vitam degunt, convenienti honore afficiantur. Verùm, quoniam nonnulli speciem monachicam præ se ferentes, & Ecclesias, & civilia negotia perturbant, in civitatibus indifferenter vagantes, ac præterea monasteria sibi ipsi constituere aggredientes; placuit neminem quidem uspiam ædificare, neque constituere monasterium, vel oratoriam domum præter sententiam Episcopi civitatis.

1 ¶ Ptochiis,] *Sic in nonnullis vetustis codicibus Gratiani, & Vaticano Conciliorum, & in versione prisca, (ex qua videtur esse hic versiculus,) & est vox canonis Græci. In vulgatis autem Gratiani, & aliquot libris Conciliorum est,* parochiis.

2 ¶ Pro personarum ordinatione] *Sic in eadem prisca; sed in canone Græco, & in versione Dionysii Exigui nihil est quod his verbis respondeat.*

3 ¶ Item Clerici,] *Est idem quod in proximo superiore paragrapho, sed ex alia versione, qua non extat in Conciliorum voluminibus; atq; hanc eandem repetitionem licet animadvertere apud Ivonem p. 6. c. 358. & 359.*

C. XI. ¶ *Examinetur ab Episcopo, qui religiosæ fœminis præponendus est.*

Item ex Concilio Carthaginensi IV. *cap. 97.*

QUi a religiosis fœminis præponendus est, ab Episcopo loci comprobetur.

Monasterium quoq; absq; Episcopi permissione nullis incipere aut fundare liceat.

C. XII. ¶ *Sine permissione Episcopi nullus monasterium præsumat incipere aut fundare.*

Unde in Agathensi Concilio, *c. 27. legitur.*

DE Monachis 1, monasterium novum (nisi Episcopo aut permittente, aut probante) nullus incipere aut fundare præsumat.

1 ¶ De Monachis,] *Absunt ista voces à recentioribus editionibus Conciliorum, sed non à vetustioribus, & manuscriptis codicibus, aut Ivone.*

C. XIII. ¶ *De eodem.*

Item ex eodem, b *cap. 18.*

CEllulas c novas, aut congregatiunculas 1 Monachorum, absque Episcopi notitia prohibemus institui.

1 ¶ Congregatiunculas] *Antè legebatur,* congregantium Ecclesias. *Emendatum est ex pleriq; manuscriptis, & loco indicatu.*

C. XIV. ¶ *Absq; Episcopi vel Abbatis voluntate nullus Monachorum cellulam construere præsumat.*

Item ex Concilio Aurelianensi d I. *c. 24.*

NUllus Monachus congregatione monasterii derelictâ, ambitionis & vanitatis e impulsu cellulam construere, sine Episcopi permissione, vel Abbatis sui voluntate præsumat.

f ps. *Item sunt & alii, qui pro executione diversarum causarum quolibet admittunt, quâ districtionem eorum solvant, & quietem religionis perturbent.*

C. XV. ¶ *Abbas, qui cautus in regimine non fuerit, à proprio Episcopo, & à vicinis Abbatibus à suo arceatur honore.*

De quibus in Concilio Triburiensi *legitur.*

SI f quis Abbas cautus in regimine, humilis, castus, misericors, discretus, sobriusque non fuerit, ac divina præcepta verbis & exemplis non ostenderit, ab Episcopo, in cujus territorio consistit, & à vicinis Abbatibus, & exteris Deum timentibus à suo arceatur honore; etiamsi omnis congregatio, vitiis suis consentiens, eum Abbatem habere voluerit.

C. XVI. ¶ *In Episcoporum potestate Abbates consistant.*

Item ex Concilio Aurelianensi I. *c. 21.* g

GAbbates h pro humilitate religionis in Episcoporum potestate consistant, & si quid extra regulam fecerint, ab Episcopis corrigantur, qui semel 1 in anno in loco, ubi Episcopus elegerit, acceptâ vocatione conveniant. ¶ Monachi autem Abbatibus omni obedientiâ & devotione subjaceant: Quòd si quis per contumaciam extiterit indevotus, aut per loca aliqua vagari, aut peculiare aliquid habere præsumpserit, omnia quæ acquisierit, ab Abbatibus auferantur,

a *Ivo p. 7. c. 1. Panorm. l. 3. c. 174.* b *Ivo p. 6. c. 358. Polyc. l. 4. tit. 34.* c *cod. c. 2. ex alia versione. Ivo ibid. c. 359.* d *al. ordinationem.*

a *Burch. l. 2. c. 76. Ivo p. 6. c. 94.* b *Et in Epaunensi, cap. 18.* c *Burch. l. 3. c. 34. Ivo p. 3. c. 185. & p. 7. c. 92.* d *Capit. l. 6. c. 138.* e *al. varietatis.* f *Burch. l. 2. c. 96. Ivo p. 7. c. 114. Simile sup. distin. 61. cap. in ordinatione. quod est ex regul. S. Benedicti.* g *& in Capit. l. 6. c. 17.* h *Burch. l. 2. c. 67. Ivo p. 7. c. 83.*

secundùm regulam monasterio profutura. Ipsi autem, qui fuerant pervagati, ubi inventi, fuerint, cum auxilio Episcopi tanquam fugaces sub custodia revocentur. ¶ Et reum se ille Abbas futurum esse cognoscat, qui in hujusmodi personas *a* non regulariter animadverterit, vel qui susceperit Monachum alienum.

1 ¶ Semel] *Sic etiam legitur in Concilio impressa, & manuscriptis, & capitularibus. Verùm apud Burchardum & Ivonem post versic.* corrigantur, *est insertum c.* non semel. *infrà cad.*

C. XVII. ¶ *De eadem.*

Item ex Concilio Arelatensi *b*.

MOnasteria, vel Monachorum disciplina ad eum pertineant Episcopum, in cujus sunt territorio constituta.

C. XVIII. ¶ *Nullus ministret Abbatibus Episcopalia, qui alicui Episcoporum nolunt subesse.*

Item Paschalis Papa II.

ABbatibus, qui neque sub Episcopo, neque sub Metropolitano, neque sub Primate, neque sub Patriarcha sunt, nullus prorsus Episcoporum Episcopalia quælibet administret. Cùm enim se nulli Episcopo omninò subesse profiteantur, consequens est, ut nullus Episcoporum, quæ sua sunt, eis tanquam extraneis largiatur.

Pro hujusmodi ergò statutum est, ut causæ & utilitates monasteriorum per Episcopos disponantur.

C. XIX. ¶ *Utilitates monasterii à proprio Episcopo debent disponi.*

Unde Gregorius scribit *Vitali defensori Sardiniæ, lib. 7. epist. 61.*

COgnovimus *c*, quòd monasteria servorum Dei, vel etiam fœminarum pro suo quisque libitu, & diversarum causarum executione perturbat. Quod omninò non gratè suscipimus, tuamq; experientiam ex hoc commonemus, ne quemquam hoc usurpare denuò, acceptâ nostrâ auctoritate permittas; sed ut Episcopo loci illius, sub cujus moderamine degunt, curæ sit eorum causas, utilitatesque disponere. Valdè enim est incongruum, ut omisso eo alius quilibet eorum se causis admisceat: sed ille eorum vitam competenti, regulariq́ue debet moderamine disponere, qui pro commissis eorum animabus compellitur reddere rationem.

7 pars. *Pro hujusmodi etiam prohibet* beatus Gregorius, *mulieres passim ad monasterium accedere, & Monachorum commatres fieri, scribens Valentino Abbati, libro 3. epist. 40.*

C. XX. ¶ *Neque commatres sibi facere, neque ad fœminas accedere Monachis licet.*

1. PErvenit *d* ad nos, quòd in monasterio tuo passim mulieres ascendant *e*, & (quod adhuc est gravius) Monachos tuos sibi commatres facere, & ex hoc incautam cum eis communionem habere. Ne ergò hâc occasione humani generis inimicus suâ eos (quod absit) calliditate decipiat, ideò hujus te præcepti serie commonemus, ut neque mulieres in monasterio tuo deinceps quâlibet occasione permittas ascendere *f*, neque Monachos tuos commatres sibi facere. Nam si hoc denuò ad aures nostras quocunque modo pervenerit, sic te severissimæ noveris ultioni subdendum, ut emendationis tuæ qualitate cæteri sine dubio corrigantur.

8 pars. *Non sibium autem incauta familiaritas altarum mulierum eis interdicitur, verùm etiam à Sanctimonialium g habitatione prohibentur.*

C. XXI. ¶ *Cum Sanctimonialibus, Monachis habitare non licet.*

Unde in VII. Synodo, *c. 20. legitur.*

DIffinimus *a* minimè duplex monasterium fieri: quia scandalum id, & offendiculum multis efficitur. Si verò aliqui cum cognatis mundo abrenuntiare, & monasticam vitam sectari voluerint, debent quidem viri virorum adire cœnobium, fœminæ verò mulierum ingredi monasterium. In hoc enim placatur Deus. Quæ autem hactenus fuerunt *b* dupla, secundùm regulam sancti Patris nostri Basilii, & secundùm præceptionem ejus, ita formentur. Non habitent in uno monasterio Monachi & Monachæ. Adulterium enim intercipit cohabitationem 1, si habeat aditum Monachus ad Monacham, vel Monacha ad Monachum secretò singulariter ad collocutionem. Non cubet Monachus in muliebri monasterio: neque singulariter cum Monacha conviventur: & quando necessaria vitæ à parte virorum ad regulares deferuntur, extra portam hæc suscipiat Abbatissa monasterii fœminarum, cum aliqua vetula Monacha. Portò si contigerit, ut aliquam propinquam suam videre voluerit Monachus, in præsentia Abbatissæ huic confabuletur per modica & compendiosa verba, & in brevi à ab ea discedat.

1 ¶ Cohabitationem,] *Sic est emendatum ex plerisq; manuscriptis Gratiani, & duobus codicibus versionis Anastasii; cujus tamen hæc non est ipsa omnino versio. Antea legebatur,* cohabitatio: *Græcè est,* γυναικὶ γὰρ μετὰ ἀνδρὸς συνοικεῖν.

2 ¶ Et in brevi] *Hæc non sunt in canonum Graecorum vulgata editione, sed apud Balsamonem habentur.*

C. XXII. ¶ *Monachi & Monachæ in nullo simul cohabitent loco.*

Item in regesto Gregorii *c.*

IN *d* nullo loco Monachos & Monachas permittimus unum monasterium habitare; sed nec ea, quæ duplicia vocant. Et si quod tale est, religiosius Episcopus mulieres quidem in suo loco manere studeat, Monachos autem aliud monasterium ædificare cogat. Si autem plurima sint talia monasteria, separentur in aliis monasteriis Monachæ, & in aliis Monachi: res autem, quas habent communes, secundùm jura eis competentia distribuantur.

¶ *Burchardus etiam & Ivo Gregorium citant, apud quem nonnihil habetur ad hanc rem facens lib. 1. reg. epist. al. & lib. 7. indict. 2. epist. 39. Verba tamen ipsa leguntur apud Iustinum augustum novellâ 123. cap. 34.*

C. XXIII. ¶ *A monasterio Monachorum longius construantur monasteria puellarum.*

Item ex Concilio Agathensi, *c. 21.*

MOnasteria *e* puellarum longiùs à monasteriis Monachorum, aut propter insidias diaboli, aut propter oblocutiones hominum collocentur.

C. XXIV. ¶ *Puellarum monasteria Monachorum præsidio & ministerio regantur.*

Item ex Concilio Hispalensi II. *c. 11.*

IN decima *f* actione communi consensu decrevimus, ut monasteria virginum in provincia Betica Monachorum administratione ac præsidio gubernentur. Tunc enim salubria Christo dicatis virginibus præbemus *g*, quando eis Patres spirituales eligimus, quorum non solùm gubernaculis tueri, sed etiam doctrinis ædificari possint: eâ tamen circa Monachos cautelâ servatâ, ut remoti ab earum familiaritate *h*, nec

a *al. personis non regulari animadversione distrinxerit.* b *al. Aurelianensis.* c *Anselm. lib. 7. cap. 124. Polyc. l. 3. tit. 3.* d *Anselm. l. 7. cap. 123.* e *al. accedant.* f *al. accedere.* g *al. Monialium.*

a *Ivo p. 7. c. 25.* b *aliter sunt.* c *Apud Iulianum augustum novellâ 123. c. 34.* d *Burch. l. 2. c. 65. Ivo part. 7. c. 25. Polyc. l. 4. tit. 2. novellâ 123. c. 34.* e *Ivo part. 3. cap. 152.* f *undecimâ] aliter tit. 34. Ivo p. 3. c. 12.* g *al. providemus. Burch. lib. 8. c. 13. Ivo p. 7. c. 72.* h *al. familiaritate.*

usque

usque ad vestibulum habeant accedendi familiare permissum. Sed neque Abbatem a, vel eum, qui præficitur, extra eam quæ præest, loqui virginibus Christi aliquid, quod ad institutionem 1 earum pertineat, licebit, neque cum ea sola, quæ præest, frequenter eos loqui oportet; sed sub testimonio duarum vel trium sororum: ita ut rara sit accessio, & brevis omninò locutio.

1 ¶ Institutionem] *Sic legitur in vetustis Gratiani codicibus, & in antiquioribus Conciliorum editionibus, & duobus Codicibus Vaticanis; in recentioribus autem Colonien sibus,* quod ad institutionem morum non pertineat.

9 pars. *Prohibentur etiam Sanctimoniales propria receptacula habere.*

C. XXV. ¶ *Sanctimonialibus receptacula, seu domicilia privata habere non licet.*

Vide Innocentius II. *in Concilio Roma habito, c.26. & 27.*

PErniciosam & detestabilem consuetudinem quarundam mulierum (quæ licèt neque secundùm regulam beati Benedicti, neque Basilii, aut Augustini vivant, Sanctimoniales tamen vulgò censeri desiderant) aboleri decernimus. Cùm enim juxta regulam 1 degentes in cœnobiis, tam in Ecclesia, quàm in refectorio, atque dormitorio communiter esse debeant, propria sibi ædificant receptacula, & privata domicilia, in quibus sub hospitalitatis velamine passim hospites, & minùs religiosos, contra sacros canones, & bonos mores suscipere nullatenùs erubescunt. Quia b ergò omnis, qui malè agit, odit lucem, ac per hoc ipsæ absconditæ in justorum tabernaculo se opinantur posse latere oculos judicis cuncta cernentis, hoc tam inhonestum, detestandumque flagitium, ne ulteriùs fiat, omnimodis prohibemus, & seb pœna anathematis interdicimus. ¶ Simili c modo prohibemus, ne Sanctimoniales simul cum Canonicis vel Monachis in Ecclesia in uno choro conveniant ad psallendum.

1 ¶ Regulam] *In vulgatis sequebatur,* S. Benedicti: *cùm tamen paulo superiùs aliarum etiam regularum sit facta mentio. Quare inducta sunt ista voces auctoritate vetustorum codicum, & ipsius Concilii, ex quo etiam alia nonnulla sunt emendata.*

10 pars. *Item sunt alii, quos Episcopi pragravantes, salutem ipsarum animarum negligunt: quibuslibet* d *occasionibus bona monasteriorum distrahere cupiunt. Tales erant quidam Clerici Ravennatis Ecclesia, qui simulatà religione monasteriis cupiebant præsici, non transeuntes ad monasticum habitum, neque renuntiantes Ecclesiastica militiæ.*

C. XXVI. ¶ *Monasteria Clericorum aut Laicorum habitacula fieri non debent.*

De quibus Gregorius *scribit Ioanni Ravennati Episcopo, lib.4.epist.1.*

IL PErvenit e ad me, quòd in Ecclesia fraternitatis tuæ aliqua loca dudum monasteriis consecrata, nunc habitacula Clericorum, aut etiam Laicorum facta sunt: dumque hi, qui sunt in Ecclesiis, fingunt se religiosè vivere, monasteriis præponi appetunt; & per eorum vitam monasteria destruuntur. Nemo enim potest Ecclesiasticis officiis, &c. *& infrà.* ¶ Proinde f fraternitas tua hoc, quolibet in loco fàcium sit, emendare festinet: quia ego nullo modo patior, ut sacra loca per Clericorum ambitum destruantur.

C. XXVII. ¶ *Qui in sacro ordine sunt constituti, in monasteriis nullam habeant potestatem.*

Idem *Mariniano Episcopo Ravennati, lib.6. epist.40 sive c.204.*

DUdum a ad nos multorum relatione pervenerat, monasteria in Ravennæ partibus constituta, omninò Clericorum vestrorum dominio prægravari: ita ut occasione quasi regiminis ea (quod dici grave est) velut in proprietate possideant. Quibus non modicum condolentes decessori vestro epistolas misimus, ut hoc per omnia emendare debuisset. Sed quoniam vitæ est termino citiùs occupatus, ne hoc onus monasteriis remaneret, fraternitati vestræ hæc eadem nos scripsisse recolimus. Et quia, ut comperimus, in hujus rei hactenus correctione cessatum est, hæc ad vos iterùm prævidimus scripta dirigere. Hortamur ergò, ut omni morâ, omnique excusatione submotâ, ita monasteria ipsa ab hujusmodi studeatis gravamine relevare, quatenùs nullam deinceps in eis Clerici, vel ii, qui sunt in sacro ordine constituti, ob aliud (nisi hortandi 1 tantummodò causâ) accedendi habeant licentiam, aut si fortè ad peragenda sacra Missarum fuerint invitati mysteria. Sed ne procuiuslibet Monachi aut Abbatis promotione, &c. *& infrà b.* ¶ Nec illic ulteriùs habeat potestatem aliquam, ne monasteria hujus occasione velamine eâ, quæ prohibemus 2, sustinere onera compellantur. Hæc itaque omnia vigilanti curâ emendare jam secundò commonita sanctitas vestra non differat; ne, si post hæc negligentes vos esse (quod non credimus) senserimus, aliter monasteriorum quieti prospicere compellamur. Nam notum vobis sit, quia tantæ necessitati servorum Dei congregationem amplius subjacere non patiemur.

1 ¶ Hortandi] *In originali impresso & manuscripto legitur,* orandi. *Sed ob glossam & quia in sequenti capite est vox,* exhortandi, *non est mutatum. Alia vero sunt emendata.*

2 ¶ Prohibemus,] *In vulgatis sequebatur,* simul cum Canonicis & Monachis in Ecclesia, *quæ sublata sunt auctoritate originalis, & duorum Gratiani exemplarium.*

C. XXVIII. ¶ *Causâ visitandi & exhortandi monasterium Episcopus adire potest.*

Idem *eidem, lib.7.indict.1. epist.18.*

IL VIsitandi e exhortandique gratiâ ad monasterium, gs quoties placuerit, ab Antistite civitatis accedatur: sed sic charitatis officium illic Episcopus impleat, ut gravamen aliquod monasterium non incurrat.

C. XXIX. ¶ *Frequenter Episcopi monasteria visitent, & quæ corrigenda sunt, corrigant.*

Item ex Concilio Aurelianensi.

NOn d semel, sed sæpiùs in anno Episcopi visitent monasteria Monachorum: & si aliquid corrigendum fuerit, corrigatur.

¶ *Hoc caput apud Burchardum & Ivonem est insertum capiti* Abbates. *supra, edd. ut ibi notatum est: simile quiddam habetur in Pœnitentiali ex Concilio Rothomagensi, lib.3 cap.125.*

12 pars. *Pro talibus, qui animarum curam non habentes, bona tamen monasteriorum in suos usus convertere cupiebant, statutum est, ut monasteria cum suis rebus penitùs sint libera à potestate & dominio Episcoporum. Quòd autem nullis canonicis juribus monasteria dicantur esse subjecta, non ita intelligendum est, quin ipse Episcopo aliquid nomine eulogiæ, vel in die dedicationis, vel in natali* e *Sanctorum, quorum nomine ipsum monasterium dedicatum est, debeat offerri.*

C. XXX. ¶ *Non debet Episcopus aliquid à monasterio exigere, præter condiciones, quæ dedicationis tempore constitutæ sunt.*

a *al. Abbati, vel ei.* b *Ioan 3.* c *In Concil.c.22.* d *alii. quibuslibet verò.* e *Anfel.l.3.c64. Ivo p.2.c.18. Polyc.l.3.tit.15.* f *supr.16. q.1. nemo.*

a *Polycarp. ibid. Anſ.l.3. cap.65.* b *Sup.16.quæſt.1.nemo.* c *Ivo part 7.cap.14.* d *Burch.lib.2.cap.62.Ivo part.7.cap.85.* e *al. vacuitem.*

Unde Pelagius I Papa *ait.*

ELeutherius *a* frater & Coëpiscopus noster queritur, quòd mater ejus in casa, quæ Castellum dicitur, Oratorium construxerit, ac dedicaverit, & in eodem loco Monachos constituerit, ex quibus unus est Presbyter. Hoc autem tempore dedicationis inter Episcopum Cardellum (cujus ipsa diœcesis est) & matrem suam asserit convenisse, ut quicquid dedicationis, vel natalis Martyrum die, quorum in eodem monasterio reliquiæ sunt, per fidelium oblationes intraverit, medietatem quidem habeat ipsum monasterium, medietas autem Episcopo offeratur. Contra quam conventionem Marium Presbyterum (sive sciente, sive nesciente Episcopo) Monachis ipsis, vel Presbytero, qui ex eis est, vim dicitur intulisse, & frequenter molestias generare, ita ut memoratum Presbyterum propè exciderit, & Missas eum facere nullo modo permittat; dicens, ut quasi pensionis nomine aliquid statuere debeat. Hæc igitur omnia diligenter te examinare jubemus, & si apud te evidenti ratione *b* constiterit, quia tempore, quo dedicatum est ipsum monasterium, conditiones superiùs positæ convenerint, servari eas ex nostra auctoritate præcipimus, nec aliquid amplius exinde ab aliquo exigatur *c*. Si verò nil tale constiterit *d*, mediante te, quid Episcopo ipsi nomine eulogiæ offerri debeat, inter ipsos Monachos & Presbyterum volumus definiri: salvo tamen eo, ut Presbyter Gaudentius, qui etiam Monachus est, Missas in monasterio suo sicut consuevit facere, à nullo ulteriùs debeat prohiberi.

1 ¶ Pelagius] *Antè legebatur,* Gelasius. *Mutatum est ex Polycarpo, & quia supra dist. 31. c.* Eleutherius, *alia pars hujusmet epistolæ citatur ex Pelagio: & Anselmus, qui hoc & illud caput conjunctè affert, Pelagio tribuit.*

C. XXXI. ¶ *Consueta servitia Episcopis monasteria exhibeant.*

Item Urbanus II.

SErvitium, quod monasteria, aut eorum Ecclesiæ à tempore Gregorii VII. usque ad hoc tempus fecerunt, & nos concedimus.

Canonica ergò jura, quibus monasteriis subjecta non sunt, Synodales exactiones intelliguntur. Non e *enim cogendus est Abbas (sicut in Concilio Turonico statuitur) ad Synodum ire, nisi aliqua rationabilis causa existat. Sunt etiam quædam servitutis officia, ut angaria operum, crebræ receptiones, annuæ exactiones, mulctationes peccantium, à quibus omnibus monasteria libera sunt.*

CAUSA XIX.

DUo Clerici ad monasterium transire voluerunt: uterque licentiam ab Episcopo suo petiit: unus relictâ Ecclesiâ propriâ eo invito, alter dimissâ regulari canonicâ f correptus se contulit.

1 *Modo quæritur, si Episcopus debeat permittere, ut relictâ propriâ Ecclesiâ Clericus monasterium ingrediatur?*

2 *Secundo quæritur, si Episcopus licentiam dare noluerit, an eo invito monasterium possit adire?*

3 *Tertiò, si contigerit ipsis regulares Canonicos fuisse, utrum concedendus esset eis monasterii ingressus?*

QUÆSTIO I.

QVòd Episcopus licentiam Clericis adeundi monasterium dare debeat, in Toletano IV. Concilio præcipitur, in quo c. 49. sic statutum legitur.

a *Anf. l. 7. c. 145. Polyc. l. 4. tit. 27.* b *al. veritate.* c *alii tenetur exigere.* d *al. si non invenit.* e *dist. 18. Episcopus non debet.* f *al. canonicâ.*

CAP. ¶ *Non debet negari ingressus Clericis, qui Monachorum propositum appetunt.*

CLerici *a*, qui Monachorum propositum appetunt (quia meliorem vitam sequi cupiunt) liberos eis ab Episcopis in monasteriis largiri oportet ingressus, nec 1 interdici propositum eorum, qui ad contemplationis desiderium transire nituntur.

1 ¶ Nec interdici] *Hæc usque ad finem absunt à manuscriptis, sunt tamen in Concilio.*

QUÆSTIO II.

INvito verò Episcopo Clericum ejus à nullo esse suscipiendum, Leo Episcopus b *testatur, scribens Anastasio* c *Thessalonicensi Episcopo, epist. 82. al. 84. c. 9.*

C. I. ¶ *Invito Episcopo ejus Clericus nemo suscipiat.*

ALienum *d* Clericum, invito Episcopo ipsius, nemo suscipiat.

Sed subaudiendum est, nisi ad propositum melioris vitæ transire voluerit. Tunc enim liberum est illi, etiam Episcopo contradicente, monasterium ingredi.

C. II. ¶ *Qui Monachorum propositum appetit, etiam invito Episcopo suscipiendus est.*

Unde Urbanus Papa II. *in Capitulo sancti Russi* e

DUæ *f* sunt, inquit, leges: una publica, altera privata. Publica lex est, quæ à sanctis Patribus scripta est confirmata; ut est lex canonum, quæ quidem propter transgressiones *g* est tradita. Verbi gratiâ: Decretum est in canonibus, Clericum non debere de suo Episcopo ad alium transire sine commendatitiis literis sui Episcopi: quod propter criminosos constitutum est, ne vitiosi infames ab aliquo Episcopo suscipiantur personæ. Nolebant enim officia sua, cùm non poterant in suo Episcopatu, in alieno celebrare, quod jure præceptis & scriptis detestatum est. ¶ Lex *h* verò privata est, quæ instinctu Sancti Spiritûs in corde scribitur: sicut de quibusdam dicit Apostolus *i*: [*Qui habent legem Dei scriptam in cordibus suis.*] & alibi *k*: [*Cùm gentes legem non habeant, naturaliter ea, quæ legis sunt, faciunt, ipsi sibi sunt lex.*] Si quis horum in Ecclesia sua sub Episcopo populum *l* retinet, & seculariter vivit, si afflatus Spiritu Sancto in aliquo monasterio, vel regulari Canonia *m* salvare se voluerit, quia lege privatâ ducitur, nulla ratio exigit, ut à lege publica constringatur. Dignior est enim lex privata, quàm publica. Spiritus *n* quidem Dei lex est, & qui spiritu Dei aguntur, lege Dei ducuntur: & quis est, qui Spiritui Sancto possit dignè resistere? Quisquis igitur hoc Spiritu ducitur, etiam Episcopo suo contradicente, erat liber nostrâ auctoritate. Justo enim lex non est posita: sed ubi *o* Spiritus Dei, ibi libertas: & si Spiritu Dei ducimini, non estis sub lege.

QUÆSTIO III.

1 ps Canonicos autem regulares ad monasterium transire multis auctoritatibus probatur.

C. I. ¶ *Regulares Canonici, Monachi fieri non debent.*

Unde in Concilio Educensi *congregato sub Gregorio VII. legitur.*

NUllus Abbas vel Monachus Canonicos regulares à proposito professionis canonicæ revocare, & ad monasticum habitum trahendo suscipere audeat, ut Mo-

a *Polyc. l. 3. tit. 15. & l. 4. tit. 34. Burch. l. 8. c. 21. Ivo p. 6. c. 170.*
b *In Concilio Aquisgranen. cap. 51.* c *Antè legebatur, Rufum Narbon.* d *Anf. l. 6. c. 161. Burch. l. 11. c. 42. Ivo p. 8. c. 82.* e *al. Russi.* f *Polyc. l. 4. tit. 31. Gal. 3.* g *al. transgressores.* h *al. Russi.* i *Rom. 2.* k *Ibidem.* l *proprium] cet. extra, de regular.* m *al. canonica.* n *Rom. 7. & 8. Gal. 2.* o *2. Corinth. 3. Galat. 5.*

nachi fiant, quandiu ordinis sui Ecclesiam invenire quiverint, in qua canonicè vivendo, Deo servire, & animam suam salvare possint. Quòd si temerario ausu id agere tentaverint, anathematis vinculo obligentur.

C. II. ¶ *De eodem.*

Item Urbanus Papa II.

MAndamus *a*, & universaliter interdicimus, ne quis Canonicus regulariter professus, nisi (quod absit) publicè lapsus fuerit, Monachus efficiatur. Quòd si decreto nostro contraire præsumens id agere tentaverit, ad ordinem canonicum præcipimus ut redeat, & deinceps memorialem *b* cucullam deferat, & ultimus in choro maneat.

Subaudiendum verò est, nisi eum patris sui licentia religionis propositum induerit. Unde Urbanus Papa II. *scribit Abbati sancti Ruffini* c.

C. III. ¶ *Patris sui concessione regulares Canonici, Monachi fieri possunt.*

STatuimus *d*, ne professionis canonicæ quispiam, postquam Dei vice supra caput sibi hominem imposuerit, alicujus levitatis instinctu, vel districtioris religionis obtentu, ex eodem claustro audeat sine Patris 1 & totius congregationis permissione recedere. Discedentem verò nullus Abbatum vel Episcoporum, nullus Monachorum sine communi literarum cautione suscipiat.

1 ¶ Patris, &c.] *Intribus vetustis codicibus legitur,* Patris totius congregationis: *apud Ivonem,* sine Abbatis totiusque congregationis.

2 pars. *Quæritur, si monasteria, quæ semel dedicata sunt, possint transire in Clericorum vel secularium habitacula. Quod* in Chalcedonensi Concilio *omnibus modis prohibetur,* c. 24.

C. IV. ¶ *Quæ semel sunt dedicata monasteria, semper monasteria perseverent.*

QUæ *e* semel dedicata sunt monasteria cum consilio Episcoporum, maneant perpetuò monasteria: & res, quæ ad ea pertinent, monasteriis reservari oportet, nec posse ea ultra fieri secularia habitacula. Qui verò permiserint hoc fieri, subjaceant his condemnationibus, quæ per canones constitutæ sunt.

¶ *Hæc versio parum discrepat à Dionysiana, quam afferunt Burchardus & Ivo,* c. 22.

C. V. ¶ *Qui loca sacra communia diversoria fecerit, Clericus deponatur, Laicus excommunicetur.*

Item in Synodo VII. *c.* 13.

QUoniam à quibusdam viris quædam venerabiles domus surripiuntur, tam videlicet Episcopia, quàm monasteria, & facta sunt communia diversoria: si quidem voluerint hi, qui hæc retinent, reddere ea, ut secundùm antiquitatem restaurentur, benè & optimè est: alioquin si de sacrato catalogo fuerint, hos deponi præcipimus: si verò Monachi vel Laici, excommunicari: quos nimirum constat condemnatos esse à Patre, & Filio, & Spiritu Sancto *f*, & deputentur, ubi vermis *f* eorum non moritur, & ignis non extinguitur: quia voci Domini adversantur, qui dicit *g*: [*Nolite facere domum patris mei domum negotiationis.*]

¶ *Initium hujus canonis in Synodo septima ab Anastasio versa sic habet:* Quoniam propter calamitatem, quæ pro peccatis nostris in Ecclesia facta est, subreptæ sunt à quibusdam viris quædam venerabiles domus, tam videlicet, &c. *Ex ejus autem versionis duobus manuscriptis exemplaribus nonnulla sunt in hoc capite emendata.*

3 pars. *Quæritur de his, qui ad conversionem veniunt, quo tempore debeant tonsurari? De his ita scribit* Gregorius *Fortunato Episcopo Neapolitano, lib.* 2. *epist.* 25.

C. VI. ¶ *Antequam biennium in conversione compleverit, aliquis tonsurare non debet.*

MOnasteriis *a* omnibus fraternitas vestra districtiùs interdicat, ut eos, quos ad conversationem *b* susceperint, priusquam biennium in conversatione *c* compleant *d*, nullo modo audeant tonsurare. Sed hoc spatio vita, moresque eorum solicitè comprobentur: ne quis eorum aut non sit contentus eo, quod voluit, aut ratum non habeat, quod elegit. Nam dum grave sit inexpertos hominum sociari obsequiis, quis possit dicere, quàm sit gravius ad Dei servitiũ improbatos 1 applicare? Miles verò, si converti voluerit, priusquam nobis renuntietur, nullus eum sine 2 nostro consensu qualicunque præsumat ratione suscipere.

1 ¶ Improbatos applicari?] *Anteà legebatur,* improbos applicare. *Emendatum est ex originali impressò & manuscripto.*

2 ¶ Sine nostro] *Hoc præcepit eo tempore B. Gregorius, ne omnino videretur contemnere legem, quam Mauritius Imperator tulerat, ne milites ante completum tempus militiæ in monasterijs recipi possent: quam legem idem Gregorius lib.* 2. *indict.* 11. *epist.* 61. *ipsi Mauritio scribens, vehementer reprehendit: quod auctor glossæ non videtur attendisse.*

4 pars. *Quæritur, si ingressus monasterium ultrà relinquatur licentia testandi? Hoc* Gregorius *probebat, ita scribens Lamario Caralitano Episcopo, lib.* 7. *indict.* 2. *epist.* 7.

C. VII. ¶ *Post monasterii ingressum nulli relinquitur licentia testandi.*

QUia *e* ingredientibus monasterium convertendi gratiâ, ulteriùs nulla sit testandi licentia, sed res eorum ejusdem monasterii juris fiant, apertâ legis definitione decretum est.

C. VIII. ¶ *Post monasterii ingressum eidem monasterio omnia sunt conferenda.*

Item Gregorius Papa *Cypriano Diacono, lib.* 3. *epist.* 6.

PErlatum est ad nos Petronellam nomine de provincia Lucaniæ progenitam, per exhortationem Agnelli Episcopi fuisse conversam, resque suas omnes, quas habere potuit, licèt sibi jure potuissent competere, tamen eadem monasterio, quod ingressa est, etiam specialiter donationis titulo contulisse.

Econtrà Paulus primus Eremita in testamento 1 exhibuit suum Athanasio Alexandrino Episcopo reliquat tunicam verò beato Antonio. Sed aliud est de his, qui in monasterium ingressi se & sua tradiderunt: aliud de his, qui solitariam vitam ducentes, se nulli Ecclesiæ tradiderunt 2. *Illi semel tradita nulli tradere possunt: isti nulli oblata liberè testari possunt.*

1 ¶ In testamento] *Longè aliter B. Hieronymus in vita Pauli. Scribat enim beatum Antonium pallio, quod ei donaverat Athanasius, Pauli corpus involvisse, & additne quid pius hæres ex intestati bonis non posset, tunicam ejus sibi vendicavit, quam in sportarum modum de palmæ foliis ipse sibi contexuerat.*

2 ¶ Tradiderunt.] *Sic est emendatum ex plerisque manuscriptis. Anteà legebatur,* tradere possunt.

C. IX.

Item in authenticis *f, constitutione* 9.

SI qua mulier aut vir monasticam elegerit vitam, & intraverit monasterium, liberis non extantibus, monasterio, quod ingreditur, res ejus competere jubemus.

a *Polyc. lib.* 4. *tit.* 31. b *memoriale sua præsumptionis cucullam*] *Polyc.* c *al. Ruffi.* d *Ivo p.* 6. *c.* 411. e *Polyc. l.* 3. *tit.* 35. *Ansel. l.* 2. *c.* 80. *Burch. lib.* 3. *c.* 19. *Ivo p.* 3. *c.* 17. & 22. *Pann. l.* 2. *c.* 15. f *Marc.* 9. *ex Esa.* 66. g *Ioan.* 2.

a *Ansel. l.* 2. *c.* 197. b *al. convertendum.* c *al. conversione.* d *al. compleverint.* e *Extra, de testament. c. quia. Ans. l.* 7. *c.* 182. f *Cod. de sacrosanct. Eccles. authent. si qua mulier. Apud Iulianum archiepiscop. novell.* 123. *cap.* 38. *coll.* 3. *tit.* 6. *al.* 15. *si qua.*

¶ Sed si persona liberos habens, antequam de rebus suis inter eos disponat, monasterium intret, liceat ei posteà inter eos dividere, legitimâ a non diminutâ: & quod eis non dederit, monasterio competet. ¶ Sed si omnem substantiam inter filios dividere voluerit, suâ personâ filiis connumeratâ, partem sibi retineat, quæ monasterio competere debet. ¶ Sed si post ingressum moriatur, antequam inter eos dividat, filii legitimam percipiant, reliquâ substantiâ monasterio competente. *In authenticis* b *de monach. constitut. 5. in collat. 1.* ¶ Nunc c autem cùm Monachus factus est, hoc ipso res suas obtulisse videtur, si priùs testatus non sit: & exinde judicio ejus cessante, lege disponitur, ut si liberos habeat, in quos aut nihil, aut minùs legitimâ portione quoquo donandi titulo contulerit, eatenùs substantiæ monasterio destinatæ detrahatur, ne quid contingat circa liberos iniquum.

C. X.

Item ex Novella 123. d

NOn liceat parentibus liberos, vel liberis parentes ab hæreditate repellere Monachos factos: quamvis dum Laici fuerant, in causam ingratitudinis inciderint. ¶ Item non liceat parentibus liberos suos ad solitariam vitam transeuntes abstrahere de monasteriis.

¶ *Hoc caput expressè habetur apud Iulianum antecessorem, novellâ 123. cap. 19. In quo aliqui Gratianum reprehenderunt, qui hanc Iuliani epitomen videre minimè potuerint.*

CAUSA XX.

DUo pueritia annos agentes à parentibus monasterio traditi sunt: unus invitus, alter spontaneus cucullam induit. Ad annos pubertatis venientes, invitus ad secularem militiam rediit, spontaneus monasterium districtius petit.

1 Nunc præmium quæritur, si in pueritiæ annis traditi, cogantur religionis propositum tenere?

2 Secundo, si prater voluntatem parentum tonsuram, vel religionis vestem quis in pueritia acceperit, an possit sibi detrahi, an non?

3 Tertiò, qui prater propriam voluntatem cucullam induerit, an cogatur eam retinere, an non?

4 Quarta, si ab uno monasterio in aliud districtius liceat alteri transire?

QUÆSTIO I.

1 p. QUòd intra annos pueritiæ traditi, cùm adulti fuerint, liberum habeant arbitrium manendi vel discedendi, probatur auctoritate nonæ 1 Synodi.

1 ¶ Nonæ] *In nonnullis vetustis exemplaribus est, octavæ. Verum octava ab Hadriano II. habita non habetur, sed in libro B. Basilii de institutis Monachorum, Russino interprete, cap. 2. Similia etiam sunt apud eundem B. Basilium in regulis fusius disputatis, cap. 15.*

C. I. ¶ *Virginitatis professio quo tempore firma esse incipit.*

FIrma autem tunc erit professio virginitatis, ex quo adulta jam ætas esse cœperit, & ea, quæ solet apta nuptiis deputari, ac perfecta 1.

1 ¶ Ac perfecta.] *Hæc non sunt in eo B. Basilii loco.*

Si virginitatis professio tunc incipit esse firma, cùm ætas cœperit esse adulta, & religionis professio tunc demum debet esse firma, cùm ad adultam ætatem perventum fuerit. Sed hîc de illa professione agitur, quæ in annis pueritiæ proprio arbitrio Deo offertur, quam non confirmat parentum consensus. Cæterùm, quæ à parentibus Deo offertur professio, inviolatam servari oportet.

a *al. legitimâ portione nulli.* b *Novellâ 26.* c *Cod. de Episcopis, & Cler. authen. nunc autem.* d *Habetur apud Iulianum antecess. cap 59. & 60.*

C. II. ¶ *Non licet de monasterio egredi, quem pater vel mater intra annos infantiæ fecerit ordinari.*

Unde Gregorius *scribit ad Augustinum, Anglorum Episcopum.*

ADdidistis a adhuc, quòd si pater vel mater filium, filiamvé intra septa monasterii in infantiæ annis sub regulari tradiderint disciplina, utrùm liceat eis, postquam pubertatis b annos impleverint, egredi, & matrimonio copulari. Hoc omninò devitamus: quia nefas est, ut oblatis à parentibus Deo filiis voluptatis c frena laxentur.

¶ *Sic etiam citat Ivo. Extat in epistola quarta Gregorii tertii ad Bonifacium Legatum Germaniæ: & simile habetur in Concilio Vormacensi, cap. 22.*

C. III. ¶ *Aut propria professio, aut paterna devotio Monachum facit.*

Item ex Concilio Toletano IV. c. 41.

MOnachum d aut paterna devotio, aut propria professio facit. Quicquid horum fuerit, alligatum e tenebit. Proinde his ad mundum revertendi intercludimus aditum, & omnes ad sæculum interdicimus regressus.

1 ¶ Alligatum] *In duobus Vaticanis Conciliorum codicibus, & Lucensi Regio legitur,* allegatum.

C. IV. ¶ *In monasterio perpetuò maneant, quæ à parentibus traditi sunt.*

Item Isidorus.

QUicunque à parentibus propriis in monasterio fuerit delegatus, noverit se ibi perpetuò permansurum. Nam Anna Samuelem puerum natum & ablactatum, Deo cum pietate obtulit: qui & in ministerio templi, quo à matre fuerat deputatus, permansit, & ubi constitutus est, deservivit.

¶ *Hoc non est inventum in libris B. Isidori: sed Smaragdus in expositione regulæ B. Benedicti, cap. 59. hoc idem ex ipso Isidoro refert.*

C. V. ¶ *De eodem.*

Item ex regesto Gregorii, *lib. 1. epist. 42. ad Anthemium.*

QUia e autem dura est in insulis congregatio Monachorum, etiam pueros in eisdem monasteriis ante xviij. annorum tempora suscipi prohibemus: vel si qui nunc sunt, tua eos providentia auferat, & in urbem Romanam transmittat. Hoc & in Palmaria, aliisque insulis te per omnia volumus custodire.

C. VI. ¶ *Qui à primogenitoribus monasterio traditus est, de eo egredi non licet.*

Item ex Concilio Triburiensi.

QUem f primogenitores ad monasterium tradiderunt, & in Ecclesia cœpit canere, & legere, nec uxorem ducere, nec monasterium deserere poterit: sed si discesserit, reducatur: si tonsuram dimiserit, cursus tondeatur: uxorem si usurparverit, dimittere compellatur.

C. VII. PALEA.

[*Item* ex Pœnitentiali Theodori.]

INfans pro infante potest dari in monasterio, quamvis alter vocatus g sit. Tamen melius est votum solvere. Similiter & pecora æquali pretio (si necesse est) sunt redimenda.

2 pars. *Ex his auctoritatibus colligitur, quòd paterna professio pueros tenet obligatos: nec licebit eis à proposito discedere, quod paternâ devotione in puerilibus annis susceperunt. Sed adjicitur illud* Leonis Papæ, *epistol. 92. ad Rusticum Episcopum, cap. 13. & 14.*

a *Ivo part. 7. c. 10.* b *al. ad pubertatis.* c *alii voluntatis.* d *Polyc. lib. 4. tit. 54. Anselm. l. 7. c. 216. & l. 8. c. 6. Burch. l. 2. c. 6. Ivo p. 7. c. 30.* e *Extra in regul. 6.* f *Burch. l. 2. c. 97. Ivo p. 7. cap. 115.* g *forte]* votus.

C. VIII.

C. VIII. ¶ *Non licet puellis nuptias eligere, quæ spontaneâ voluntate virginitatis susceperunt propositum.*

PUellæ *a*, quæ non coactæ parentum imperio, sed spontaneo judicio virginitatis propositum atque habitum susceperunt, si posteà nuptias eligunt, prævaricantur, etsi consecratio non accessit, cujus utique non fraudarentur munere, si in proposito permanerent. Ambigi verò non potest crimen magnum admitti, ubi & propositum deseritur, & consecratio violatur. Nam si humana pacta non possunt impunè calcari, quid eos *b* manebit, qui corruperint fœdera divini sacramenti?

Cum ergò in principio hujus capituli dicatur: [Puellæ, quæ non coactæ imperio parentum,] *datur intelligi, quòd si coactæ habitum virginitatis sumpserint, sine prævaricatione ipsum deserere possint. Sed puella hoc nubilis intelligitur, cujus (ut in sequentibus demonstratur) post duodecimum annum est liberum arbitrium: nec in electione propositi cogitur sequi parentum imperium.*

C. IX. ¶ *Extra voluntatem propriam retrusi in monasteriis non teneantur.*

Sed & illud intelligendum est, quod est statutum
in Synodo habita ab Eugenio
Papa II. *c.* 32.

SIcut, qui monasteria elegerunt, à monasteriis egredi non permittuntur: ita hi, qui inviti sine justæ offensionis causa sunt intromissi, nisi volentes, non teneantur: quia quod non petunt, non observant. Ideoque tales considerandi sunt magis *c* peccata committere, quàm plangere, sicut in decreto sanctissimi Leonis Papæ manifestissimè continetur.

C. X. PALEA.

[*Vnde* Marcellus Papa.]

ILlud autem statuendum esse censemus, ut si in minori ætate filii monasterio oblati fuerint, & *d* sacram tonsuram, vel velamina susceperint, dignum quidem duximus, ut xv. anno à prælatis moniti *e* inquirantur, utrùm in ipso habitu permanere cupiant, an non. Si verò permanere professi fuerint, ulteriùs pœnitendi locum minimè amplecti possunt. Sin autem ad secularem habitum reverti voluerint, redeundi licentia nullo modo denegetur: quia satis inutile est, ut coacta servitia Domino præstentur.

¶ *Notatur nomine Palea etiam ab auctore glossa: sed extat ferè in omnibus vetustis, & sine Palea nomine.*

3 pars. *Velamen autem non licet imponere virginibus, nisi certis diebus.*

C. XI. ¶ *Non nisi certis diebus velamen imponatur virginibus.*

Vnde Gelasius Papa *ad Episcopos per Lucaniam, c.* 14. & 15.

DEvotis *f* Deo virginibus, nisi aut Epiphaniorum die, aut in albis Paschalibus, aut in Apostolorum Natalitiis sacrum velamen minimè imponatur *g*: nisi forsan (sicut de baptismate dictum est) gravi languore correptis, ne sine hoc munere de seculo exeant, implorantibus non negetur. ¶ Viduas autem velare, Pontificum nullus attentet.

4 pars. *Tempus quoque consecrationis earum similiter observatur.*

C. XII. ¶ *Ante sexagesimum ætatis suæ annum virgines non consecrentur.*

Vnde Gregorius *in regesto, lib.* 3. *epist.* 11.

IUvenculas *h* fieri Abbatissas vehementissimè prohibemus. Nullam igitur fraternitas tua, nisi sexagenariam virginem, cujus vita *a* hoc atque mores exegerint, velari permittat.

C. XIII.

Item ex Concilio Carthaginensi III.

SAnctimoniales ante annum quadragesimum non velentur.

¶ *Sic citatur etiam in omnibus vetustis: sed in nullo Carthaginensi est inventum. Idem verò nonnullis additis habetur in Concilio Agathensi, cap.* 19.

C. XIV. ¶ *Ante vigesimum quantum annum virgines non consecrentur.*

Item ex Concilio Carthaginensi III. *c.* 4.

PLacuit *b* ut ante xxv. annos ætatis nec Diaconi ordinentur, nec virgines consecrentur; & ut Lectores populum non salutent.

¶ *Anteà citabatur ex Concil. Africano IV. sed sup. dist.* 77. *c.* placuit, *citatur ex Carthaginensi III. ubi habetur.*

C. XV.

Item Pius Papa *c.*

VIrgines *d* non velentur ante xxv. annos; nisi fortè necessitate periclitantis pudicitiæ virginalis: & non sunt consecrandæ *e* nisi in Epiphania, & in sabbatho 1 Paschæ, & in Apostolorum Natalitiis; nisi causâ mortis urgente.

¶ *Caput hoc inter decreta Pii non est inventum, & abest à tribus vetustis Gratiani exemplaribus. De causis verò, ob quas ante xxv. annos possint virgines velari, agitur in Concilio Milevitano, c.* 26. & *Africano, c.* 93. *ex quo Africano refertur Capit. l.* 1. *c.* 46.

1 ¶ Sabbatho] *In uno vetusto legitur,* in albis, & *apud cæteros collectores,* in albis Paschalibus.

5 pars. *Quamvis autem viduæ velare prohibeantur, viduitatis tamen professio in scriptis ab eis est facienda. Vestis quoque professioni conveniens est eis tradenda, quâ ubique utantur.*

C. XVI. ¶ *Professionem viduitatis faciant, & habitum sumant religionis, quæ castitatem servare proponunt.*

Vnde in Concil. Toletano X. *cap.* 4.

VIdua, quæ sanctæ religionis obtinere propositum voluerit, Sacerdoti vel ministro, ad quem aut ipsa venerit, aut quem ad se venire contigerit, scriptis professionem faciat à se aut signo, aut subscriptione notatam, continentem se & religionis propositum velle, & hoc perenniter inviolatè servare. Tunc acceptâ à Sacerdote, vel ministro aptâ religionis professioni *f* veste, seu in lectulo quiescens, sive in quocunque loco consistens constanter *g* eâ utatur, nec diversi coloris, aut diversæ partis eadem sit notabilis vestis, sed religiosa, & non suspecta.

a *Burch. lib.* 2. *c.* 2. *Ivo p.* 7. *c.* 29. *Polyc. l.* 4. *tit.* 35. b *al. de vir.* c *alii maximè.* d *alii. vel.* e *alii. moniti verbis.* f *Polyc. l.* 4. *tit.* 35. *Anselm. lib.* 7. *cap.* 150. *Burch. l.* 3. *c.* 45. *Ivo p.* 7. *cap.* 56 *Pann. l.* 3. *c.* 189. g *al. imponat.*] *erig.* h *Polyc. ibid. Anselm. l.* 7. *c.* 91.

QUÆSTIO II.

1 pars DE his verò, qui præter voluntatem parentum tonsuram, vel religiosam vestem susceperint, sic definitur in X. Concilio Toletano, *cap.* 6.

C. I. ¶ *Tonsura, vel vestis religiosa in minori ætate susceptæ, à parentibus irrita fieri potest.*

SI in *h* qualibet minori ætate, vel religioni debitam vestem, vel religionis tonsuram in utroque sexu filiis, aut unus aut ambo parentes dederint 1 fortè, aut nolentibus, aut nescientibus sese susceptam, non mox viam in filiis abdicaverint, sed vel coram se, vel coram Ec-

a *al. atat.*] b *Polyc. l.* 2. *tit.* 27. *Burch. lib.* 2. *c.* 11. *Ivo p.* 6. *c.* 31. *Pann. l.* 3. *c.* 30. c *Capit. l.* 1. *c.* 46. d *Polyc. l.* 4. *tit.* 35. *Burch. l.* 2. *c.* 18. *Ivo p.* 3. *cap.* 39. *Pann. l.* 3. *cap.* 190. e *al. offerenda.* f *al. usui.* g *incunctanter.* h *Gregorius III. epist* 3. *Polyc. l.* 4. *tit.* 34. *Burch. l.* 2. *c.* 1. *Ivo p.* 7. *c.* 27. *Pann. l.* 3. *c.* 136.

clesia *a*, palamque in conventu eosdem filios talia habere permiserint, ad secularem reverti habitum filiis ipsis quandoque penitùs non licebit, sed convicti, quòd tonsuram, aut religiosam vestem aliquando habuerint, mox ad religionis cultum, habitumq; revocentur, & sub strenua districtione hujusmodi observantiæ inservire cogantur. ¶ Parentibus sanè filios suos religioni contradere non ampliùs, quàm usque ad quartum decimũ eorum ætatis annum licentia poterit esse: posteà verò, an cum voluntate parentum, an suæ devotionis sit solitarium votum, erit filiis licitum religionis assumere cultum. Quisquis autem vel abolitione tonsuræ, vel secularis vestis assumptione detectus fuerit attigisse transgressionem, & excommunicationis censuram accipiat, & religioni semper inhæreat.

1 ¶ Dederint fortè,] *In Conciliis etiam manuscriptis legitur,* dederint certè aut nolentibus, &c. *In Pannormia verò,* dederint, aut certè nolentibus, &c.

2 ¶ Quartum decimum] *Sic etiam in Pannormia: in nostro autem vetusto Gratiani, & Conciliorum codicibus etiam manuscriptis legitur,* usque ad decimum: *apud cæteros verò collectores,* ad duodecim.

C. II. ¶ *Usque ad annos xij. paterna voluntatis puella subjacebit arbitrio.*

Item ex Concilio Triburiensi, *cap.24.*

PUella *b*, si ante xij. annos ætatis sponte suâ sacrum sibi velamen assumpserit, possunt statim parentes ejus, vel tutores id factum irritum facere, si voluerint. At si annum & diem id dissimulando consenserint, ulteriùs nec ipsi, nec ipsa mutare hoc poterunt. ¶ Si *c* verò in fortiori ætate adolescentula, vel adolescens servire Deo elegerit, non est potestas parentibus prohibendi.

2 pars. *Velamen autem nulli Sanctimoniali, alteri impetere licet.*

C. III. ¶ *Abbatissa præsumens velare virginem vel viduam, excommunicetur.*

Unde Eutychianus Papa *ait* d.

STatuimus *e*, ut si Abbatissa, aut quælibet Sanctimonialis post hanc diffinitionem in tantam audaciam proruperit, ut aut viduam, aut puellam virginem velare præsumat, judicio canonico usque ad satisfactionem subdatur.

3 pars. *Hâc auctoritate prædictâ, & paternâ professione detinetur adstringi qualibet in puerilibus annis, & præter voluntatem eorum propositi suscepto perhiberetur teneri, visi tonsuram, vel religiosam vestem parentes mox visam abdicaverint. Parvuli verò, dum offeruntur, non nisi sub multorum testimonio suscipiendi sunt.*

C. IV. ¶ *Infantes oblati a parentibus, sub plurimorum testimonio suscipiantur.*

Unde in nona *f* Synodo *legitur.*

OPortet infantes cum voluntate & consensu parentum, imò ab ipsis parentibus oblatos, sub plurimorum testimonio suscipi: ut omnis occasio maledicti gratiâ excludatur hominum pessimorum 1.

¶ *Est in eodem libello B. Basilii, & eodem capite, in quo est cap.* firma. *supra eâd. q.1. & sequitur continenter post illud.*

1 ¶ Pessimorum.] *In eo libello est,* plurimorum.

QUÆSTIO III.

1 ps QUòd autem qui invitus propositum religionis susceperit, non sit cogendus ad inviti propositi observationem, testatur Leo Papa *epist. 90. aliter 92. ad Rusticum Episcopum, cap. 12. dicens.*

C. I. ¶ *Non potest deseri propositum Monachi sponte susceptum.*

PRopositum *a* Monachi proprio arbitrio & *b* voluntate susceptum deseri non potest absq; peccato. Quod enim vovit *c* Deo, debet & reddere. Unde qui relictâ singularitatis professione ad militiam, vel ad nuptias devolutus est, publicæ pœnitentiæ satisfactione purgandus est: quia etsi innocens militia, & honestum potest esse conjugium, electionem tamen melioremd deseruisse, transgressio est.

C. II. ¶ *Qui religiosum habitum sponte susceptum deserere voluerit, ad ipsum redire cogatur.*

Item ex Concilio Toletano VI. *cap. 6.*

PRoclivis *e* cursus est ad voluptatem, & imitatrix natura vitiorum. Quamobrem quisquis virorum vel mulierum habitum semel induerit spontaneæ religionis, aut si vir deditus Ecclesiæ choro, aut fœmina fuerit delegata puellarum monasterio; in utroque sexu prævaricator ad propositum invitus reverti cogatur, ut vir detondeatur, & puella ad monasterium regrediatur. Si autem quolibet patrocinio desertores permanere voluerint, Sacerdotali sententiâ, ita à Christianorum cœtu habeantur extorres, ut nec locus 1 eis ullus sit communionis. Viduæ quoque (sicut universalis Synodus *f* jamdudum statuit) professionis vel habitûs sui desertrices supernâ sententiâ condemnentur.

1 ¶ Ut nec locus] *In libro Conciliorum Lucensi Regis legitur,* ut nec locutio cum eis ulla sit communis. *Reliqua verò dicta concordant cum Gratiano. Apud Ivonem est,* ut nec locus ei ullus sit communis.

C. III. ¶ *Semel in Clero taxati, vel monasterio deputati, ad militiam non redeant.*

Item ex Concilio Chalcedonensi *g. cap. 7.*

EOs *h*, qui semel in Clero taxati fuerint, sive in monasterio deputati, decrevimus neq; ad militiam, neq; ad honores seculares venire. Eos autem, qui hoc ausi fuerint facere, & non ejus rei pœnitere maluerint *i*, ut quod hoc idem revertantur, quod antè obtentu Dei sibi proposuerunt, convenit anathematizari.

2 pars. *Cùm dicitur, propositum Monachi proprio arbitrio & voluntate susceptum, intelligitur, quòd si propria voluntate susceptum non fuerit, observari non cogitur.*

C. IV. ¶ *Monasterialibus disciplinis nullus subjiciatur invitus.*

Unde Nicolaus Papa *scribit omnibus Episcopis in regno Ludovici.*

PRæsens & Clericus, nomine Lambertus, unà cum patre suo, nomine Attho, quondam videlicet Comite, nunc autem Clerico, ad limina Apostolorum properans, adiit præsentiam nostram, asserens qualiter idem pater ejus in laicali adhuc ordine *l* in prædiis propriis ædificâsset duo monasteria, voluntatem gerens, ut post suum decessum præsens ejus filius Lambertus in locum ejus succederet: quem infra teneram ætatem inter octavum & decimum annum constitutum, memoratus pater proprio arbitrio absque regulari institutione extra omnem illius voluntatem cucullam induit. Igitur post quoddam ipsius temporis spatium (ut ipse dicit) Salomon Episcopus cum quibusdam aliis absque patris oblatione, vel Abbatis percepta benedictione, eundem Lambertum monasticum habitum induere fecit (ut ferunt) invitum: & sub hac occasione, paternâ, seu maternâ hæ-

a *al. Episcopo.* b *Burch. lib. 2. c. 92. Ivo p. 7. c. 116. Pann. l. 3. cap. 187. concor.* c *Porrò si*] *orig.* d *Capitul. Pariss. lib. 1. c. 43. Capit. l. 1. c. 76. concor.* e *Burch. l. 2. c. 17. Ivo p. 7. c. 37. Pann. l. 2. c. 174.* f *al. octava.*

a *Polyc. lib. 4. tit. 34. Anselm. lib. 7. c. 187. Burch. l. 2. c. 1. Ivo p. 7. c. 19. Pann. l. 3. c. 182.* b *al. aut.* c *al. vovit quis.* d *al. melioris*] *al. melioris.* e *Burch. l. 2. c. 14. Ivo p. 7. c. 35.* f *in Tolet. 4. cap. 55.* g *Et in Aquisgr. c. 25. Ex prisca versione.* h *Burch. lib. 2. c. 4. Ivo part. 7. c. 21.* i *al. voluerint.* k *Ivo part. 6. c. 376.* l *al. habitu.*

reditate à fratribus suis privatum esse, atque contra omnem (ut dictum est) voluntatem suam, quasi regularem illum Monachum permanere volunt *a*. Super qua re diligenti curâ investigantes, etiam sub adjuratione patrem ipsius, si verum diceret, interrogavimus: sed idem pater Attho respondit, se talem habuisse & habere voluntatem, ut filius suus verus Monachus fieret, & in locum ejus succederet. Sub testificatione autem jurejurando firmavit, quòd quando primitùs ei cucullam induit, idem Lambertus semper restitit, & nunquam se fieri Monachum consensit; sed demùm ab insequentibus monastico habitu violenter est indutus, asserens, quòd nunquam regulam aliquam promisit, neque ego, pater ejus, pallio *b* altaris indutum illum obtuli, neque à quocunq; Sacerdote vel Abbate, (ut mos poscit) benedictione perceptâ regulæ unquam se Monachorum subjectum futurum promisit. Super his omnibus etiam protestatus est prafatus Clericus Attho, quia si eo tempore, tam duræ observantiæ monasticam intellexisset regulam, nunquam eundem filium Lambertum coëgisset portare cucullam. Quapropter consultè Psalmographi *c* verba recolentes, quibus voluntariè se Deo sacrificare pronuntiat, & voluntaria oris sui benep'acita fieri in conspectu Dei obsecrat, præsentem, ut dictum est, Clericum, nomine Lambertum, minimè debere existimavimus sub tali violentia fieri Monachum. Quod enim quis non eligit, nec optat, profectò non diligit: quod autem non diligit, facilè contemnit. Nullum quippe bonum, nisi voluntarium. Idcircò Dominus *d* non ferendam in via virgam, per quam violentia ulli inferatur, præcepit. Quapropter consultiùs agetur, si piis suasionibus contemptum mundi, & amorem Dei prædicando, quàm violentiam inferendo, ad cœlestem amorem illum accenderitis. Unde omnium vestrûm charitati hanc nostri Apostolatûs mandare decrevimus epistolam, monentes atque præcipientes, quatenùs (si ita verum est, ut isti dicunt) nullus Episcopus vel Abbas, seu Monachorum reliquorum conventus, monasticis illum regulis invitum subjacere compellat; neque ullo modo fratres ejus per hanc occasionem licentiam habeant paternâ seu maternâ illum hæreditate privare: sed usque dum divinâ inspiratione compunctus propriâ voluntate regulæ se subdat, liceat eum à mundanis & laicalibus remotum vagationibus vel negotiis, inter religiosos & Ecclesiasticos viros in canonica degere vita. Non enim putamus (quod absit) Canonicos religiosos à sanctorum Monachorum vita & consortio sejunctos: quia unusquisque secundùm Apostolum *e*, propriam mercedem accipiet secundùm laborem suum.

3 pars. *Si verò Episcopi vel Abbatis illecti promissionibus aliqua tonsuram, vel religionis vestem susceperint, ipsi quidem in eo, quod coperunt permaneant, res verò eorum hæredibus sua restituantur.*

C. V. ¶ *Restituantur hæredibus res eorum, qui ab Episcopo vel Abbatibus decepti comam deposuerunt.*

Vide in Maguntino Concilio *f legitur.*

CONstituit *g* sanè sacer iste conventus, ut Episcopi, sive Abbates, qui non in fructum animarum, sed in avaritiam & turpe lucrum inhiantes, quoslibet homines circumveniendo totonderunt, & res eorum tali persuasione surripuerunt, pœnitentiæ canonicæ (utpote turpis lucri sectatores) subjaceant. Hi verò, qui illecti comam deposuerunt, in eo, quod cœperunt, perseverare cogantur, res verò eorum hæredibus reddantur.

¶ *De hac citatione dictum est sup. 16. q. 7. c. penult.*

a *al voluit.* b *al palla.*] *aliquot manuscript. & Ivo.* c *Psal. 53. 108. 118.* d *Matth. 10.* e *1. Corinth. 3.* f *In Cabil. 1. cap. 7.* g *Supra 16. quæstion. 7 constituit. Burchard. lib. 3. cap. 91. Ivo p. 7. cap. 112.*

QUÆSTIO IV.

1 pars. QUòd verò ab uno monasterio in aliud districtius transire Monachus liberum sit, ex Concilio a Tributiensi *habetur: in quo sic statutum est.*

C. I. ¶ *Non sunt prohibenda virgines sacræ, quæ causâ religionis aliud monasterium adire desiderant.*

VIrgines *b* sacræ, si pro lucro animæ suæ propter districtiorem vitam ad aliud monasterium pergere disposuerint, ibidemque commanere decreverint, Synodus concedit. Si verò fugâ disciplinæ alium locum quæsierint, redire cogantur.

Quod autem de virginibus sacris hoc capitulo statuitur, de Monachis etiam consequenter intelligitur, & de quolibet etiam Clerico.

2 pars. *Sed objicitur illud* Basilii.

C. II. ¶ *Vota Monachi sine consensu Abbatis sui irrita sunt.*

MOnacho *c* non licet votum vovere sine consensu Abbatis sui; si autem voverit, frangendum erit.

¶ *Sensus hujus capitis aliquo modo elici potest ex sermone 2. de institutione Monachorum, & cap. 18. monasticarum constitutionum B. Basilii.*

C. III. ¶ *Monachum nullus suscipiat aut ordinet, absque Abbatis sui permissu.*

Item illud Agathensis Concilii, *cap. 27.*

MOnachum *d*, nisi Abbatis sui aut permissu, aut voluntate ad alterum monasterium commigrantem, nullus Abbas suscipere aut retinere præsumat: sed ubicunque fuerit, Abbati suo auctoritate canonum revocetur. ¶ Item *e* Clericis sine commendatitiis literis Episcopi sui licentiâ non pateat evagandi. In Monachis quoque præsentis sententiæ forma servetur, quos si verborum increpatio non emendaverit, etiam verberibus statuimus coërceri. Servandum *f* quoq; de Monachis, ne eis ad solitarias cellulas liceat à congregatione discedere; nisi fortè probatis post emeritos labores, aut propter infirmitatis necessitatem asperior, Abbatis licentiâ 1, regula remittatur 1. Quòd ita demùm fiat, ut intra eadem monasterii septa manemes, tamen sub Abbatis potestate, separatas habere cellulas permittantur. Abbati quoque 2 singulas diversas cellulas, aut plura monasteria habere non liceat, nisi tantùm propter incursum hostilitatis intra muros receptacula collocare.

1 ¶ Licentiâ.] *Hæc vox abest à vetustioribus Conciliorum editionibus, & duobus codicibus Vaticanis, duobusq; item Gratiani exemplaribus. In recentioribus autem Coloniensibus legitur,* asperior ab Abbatibus regula permittatur. *Sed apud Iulianum antecessorem novellâ 123. num 33. ubi simile habetur, licentia Abbatis requiritur.*

2 ¶ Abbati quoque.] *Sic in aliquot Conciliorum editionibus. In aliis autem, præsertim in Coloniensi quatuor tomorum legitur:* Abbatibus quoque singulis diversas cellulas.

Verum hoc intelligendum est de Monachis religiosè viventibus, quibus vota specialis abstinentiæ, vel alicujus districtionis, quæ generalem consuetudinem suorum fratrum excedat, sine Abbatis consensu vovere non licet, ne super eos fratres scandalizentur. Causâ etiam illorum statutum est hoc, qui regularem disciplinam subterfugientes peregrinationis vota sibi assumunt, quod nec Monachis, nec alicui Clerico licet, ne hâc occasione ad secularem conversationem redeat.

a *Similè in Concil. Triburiensi, quod extat, cap. 31.* b *Burch. lib. 3 cap. 34. Ivo part. 3 cap. 42.* c *Polyc. lib. 4, tit. 34. Burch. lib. 2. cap. 9. Ivo p. 7. c. 30.* d *Ivo part. 3. c. 57.* e *Ex eodem Concil. cap. 38. & Venet. c. 3. Pann. l. 3. cap. 67.* f *Concord. Iulian. anteces. novell. 123. 6. 3.*

CAUSA XXI.

ARchipresbyter cujusdam Ecclesiæ præposituram alterius accepit, nec priorem vult relinquere: secularium quoque negotiorum Procurator efficitur: clarís & fulgidis vestibus se exornans, ab Episcopo suo corripitur, relicto officio suo ad secularem judicem confugit.

1 Primùm quæritur, an Clericus in duabus Ecclesiis possit conscribi?
2 Secundò, si unam voluerit relinquere, an liceat ei ad aliam transire?
3 Tertiò, an procurationes secularium negotiorum Clericis liceat suscipere?
4 Quartò, an clarís & fulgidis vestibus eis ornari expediat?
5 Quintò, an ab Episcopo correpti suum officium relinquere, & ad secularem judicem confugere valeant?

QUÆSTIO I.

IN duabus Ecclesiis aliquem connumerari posse, septima Synodus prohibet, dicens, c.15.

C. I. ¶ *In duabus Ecclesiis Clericus conscribi nullo modo debet.*

CLericus a ab instanti tempore non connumeretur in duabus Ecclesiis. Negotiationis enim hoc est, & turpis b lucri proprium, & ab Ecclesiastica consuetudine penitùs alienum. Audivimus enim ex ipsa Dominica c voce, quòd nemo potest duobus Dominis servire. Aut enim unum odio habebit, & alterum diliget: aut unum sustinebit, & alterum contemnet. Unusquisque enim secundùm Apostolicam d vocem, in quo vocatus est, in hoc debet manere, & in una locari Ecclesia. Quæ enim per turpe lucrum in Ecclesiasticis rebus efficiuntur, aliena consistunt à Deo: ad vitæ verò hujus necessitatem studia sunt diversa. Ex his ergò, qui voluerit, acquirat corporis e opportuna. Ait enim Apostolus f: [*Ad ea, quæ mihi opus erant, & his qui mecum sunt, ministraverunt manus istæ.*] Et hæc quidem in hac à Deo servanda 1 urbe. Cæterùm in villis 2, quæ foris sunt, propter inopiam hominum indulgeatur.

1 ¶ A Deo servanda] *Antèa legebatur*, in hac urbe servandum. *Emendatum est ex Anastasii exemplaribus: Græcè enim est*, ἐν ταύτῃ τῇ θεοφυλακτῳ πόλει. *Apud Ivonem est*, in hac servanda urbe.

2 ¶ Villis,] *Græcè est*, χωρίοις, *quod latiùs patet. Significat enim sæpè regiones.*

Sed duæ Ecclesiæ intelliguntur Ecclesia duarum civitatum, in quibus nullus debet conscribi.

C. II. ¶ *De eodem.*

Unde in Chalcedonensi g Concilio, *cap.10. statutum est.*

CLericum h in duarum Ecclesiis civitatum eodem tempore conscribi non oportet.

Sed i *contrà nonnunquam Episcopus civitatis unius efficitur Archiepiscopus alterius civitatis, nec tamen priorem Ecclesiam deserit: sed prior Ecclesia quasi commendata relinquitur, secunda quasi titulata habetur.*

C. III. ¶ *In una Ecclesia titulatus, alteram sibi commendatam potest habere.*

Unde Leo IV. *scribit.*

QUi plures Ecclesias retinet, unam quidem titulatam, aliam verò sub commendatione retinere debet.

C. IV. ¶ *Duobus monasteriis unus Abbas præesse non potest.*

Sic & illud Agathensis Concilii a, *cap.57. intelligendum est.*

VNum b Abbatem duobus monasteriis præsidere interdicimus.

Potest etiam utrique tanquam titulata c *præesse, sed jure speciali, non communi.*

C. V. ¶ *Unus Episcopus duabus præficitur Ecclesiis.*

Unde Gregorius *libr.2. epist.13. seu cap.32. ad Agnellum Episcopum.*

RElatio d Cleri simul & populi Tarracinensis 1 nos valdè lætificat, ob hoc, quòd de tua fraternitate bona testatur. Et quia defuncto Petro Pontifice suo, sibi Cardinalem postulant constitui te Sacerdotem, eorum vota necessariò complenda esse prævidimus, & ipsa. ¶ Totâ igitur mentis intentione ita lucrum animarum Deo nostro facere festinato, ut digna te merces ante ejus conspectum in die retributionis inveniat. Quicquid verò de prædictæ rebus Ecclesiæ, vel ejus patrimonio, seu Cleri ordinatione, promotionevé, & omnibus generaliter ad eum pertinentibus solerter atque canonicè ordinare, fiereque provideris, liberam habebis (quippe ut Sacerdos proprius) modis omnibus facultatem.

¶ *Alia est sententia B. Gregorii, ac Gratiani putaverunt. Hunc enim Agnellum, qui antèa Fundorum erat Episcopus, quia ea civitas ab hoste esset vastata, Tarracinæ Cardinalem constituisse Sacerdotem, ut in sequenti capite. De quare notatum est supra, distinct. 71. cap.* fraternitatem.

1 ¶ Tarracinensis] *Sic est emendatum ex vetustis, cum vulgatis esset*, Tarraconensis gentis. *In originali autem legitur*, Tarracinæ degentis.

C. VI.

ILlud e quoque fraternitatem tuam scire necesse est, quoniam sic te prædictæ Tarracinensis Ecclesiæ Cardinalem esse constituimus Sacerdotem, ut & Fundensis Ecclesiæ Pontifex esse non desinas, nec curam, gubernationemque ejus prætereas: quia ita fraternitatem tuam sæpè dictæ Tarracinensi Ecclesiæ, sicut prafati sumus, præesse præcipimus, ut antedictæ Fundensis Ecclesiæ tibi jura, protestatemvé nullo modo subtrahamus.

¶ *In vetustis codicibus hoc est conjunctum superiori, quæ eximendum in ipsa epistola, & apud Anselmum.*

Non enim potest utrique præsidere, tanquam titulata, sed uni tanquam commendata, alteri verò tanquam titulata præesse valet.

QUÆSTIO II.

1 ps QUi verò relictâ suâ Ecclesiâ ad aliam transire voluerit, nequaquam sine dimissoriis literis suæ Episcopi suscipiatur.

C. I. ¶ *Sine dimissoriis literis in aliena Ecclesia Clericus non ordinetur.*

Unde in sexta Synodo f, *cap.17. legitur.*

QUoniam diversarum Ecclesiarum Clerici suas, in quibus ordinati sunt, Ecclesias relinquentes, ad alios concurrunt Episcopos, & ignorante 1 Episcopo proprio in alienis constituuntur Ecclesiis, ubi contingit 2 eos sine sui examinatione permanere: præcipimus amodò, ut nullus Clericorum omninò, in quocumque gradu sit, licentiam habeat sine dimissoriis literis sui Episcopi in altera constitui Ecclesia. Qui verò hoc amodò non observaverit, ad opprobrium ejus 3, qui ordinaverit eum, deponatur tam ipse, quàm qui eum sine ratione susceperit.

---

a Anselm. lib.7. cap.97. Ivo part.6.c.31. b al. commodi] ἀυμφοντεδ ἰαυς. c Matth.6. d 1.Cor.7. e al. corpori. f Act.20. g Et 8m Aquisgr.c.50. h Burch.l.2.c.96. Ivo p.6.c.173. i Agitur de hac re sup. dist.70. cap.fin. & 16.quæst.7. per Latos.

a In Concil. Epaunen.c.9. b Burch.l.2.c.21. Ivo p.3. cap.164. & p.6.c.99. c al. titulata. d Anselm.l.3.c.28. Polyc.l.2.tit.3. e Anselm. ibid. f Et in 7.c.12.

1 ¶ Igna-

1 ¶ Ignorante] *Græcè est*, γνώμης δίχα τῦ οἰκείυ Ἐπισκόπυ: *id est*; sine sententia proprii Episcopi.

2 ¶ Ubi contingit] *Græcè legitur*, ὃν τῦτο τε συνέβη αὐτοπάκτως αὐτὸς καταδῦναι: *id est*, atque hinc evenit, ut ipsi reddantur non subjecti.

3 ¶ Ad opprobrium ejus] *Græcè est*, ἵνα ὁ μὴ τῦτο δόξῃ τῷ τιμῷ παραφυλαττόμενος, ἀλλὰ χρήμασι χαίρων, τοιοῦτ' αὐτῷ, τὸν τῶν χειροτονιῶν αὐτῷ ἐπιτιθεὶς πόνον, κερδαίνειν: *id est*; Nam qui à præsenti tempore hoc non observat, sed quantum in se est, eum, qui ipsi manus imposuit, dedecorat, deponatur, &c.

C. II. ¶ *Ad aliam Ecclesiam transire Clerico non licet, si proprius ministerio sua fuerit destituta.*

Item ex Concilio Hispalensi II. *cap.* 3.

PLacuit, ut si quis Clericus ministeriis Ecclesiæ propriè destitutus ad aliam transitum fecerit, compellente, ad quem fugerit, Sacerdote, ad Ecclesiam, quam priùs incoluerat, remittatur. Qui verò eum susceperit, nec statim sine ullo nisu exceptionis ad propriam Ecclesiam remittendum elegerit, quamdiu eum restituat, communione se privatum agnoscat. Desertorem autem Clericum cingulo honoris, atque ordinis sui exutum, aliquo tempore monasterio relegari convenit, sicque postèa in ministerium Ecclesiastici ordinis revocari. Nam non poterit in talibus propagationis 1 aboleri licentia, nisi fuerit in eis propter correptionem disciplinæ subsecuta correctio.

1 ¶ Propagationis] *In Conciliorum editionibus & codicibus Vaticanis partim est*, propagationis, *partim* pervagationis. *In codice verò Lucensi Regio legitur*, prævaricationis.

Objicitur autem illud Chalcedonensis *a* Concilii, *c.* 10.

C. III. ¶ *Nihil commune habeat cum Ecclesia priori, qui de una ad aliam translatus est.*

2 SI quis jam translatus est ab alia Ecclesia in aliam, nihil habeat commune cum priore Ecclesia, sive sub hac Ecclesia constitutis martyriis, sive in parochiis *b*, sive xenodochiis, aut eorum negotiis. Eos verò, qui ausi fuerint post ordinationem hujus magnę & universalis Synodi agere, quæ prohibita sunt, statuit sancta Synodus cadere de proprio gradu.

Sed aliud est transferri, atq; aliud propriâ temeritate transire. Illud Apostolicâ auctoritate fieri licet, hoc verò omnimodis prohibetur.

3 pars. *Sicut autem duabus Ecclesiis unus præponi non debet, ita nec una Ecclesia inter plures dividi valet.*

C. IV. ¶ *Una Ecclesia duobus Sacerdotibus dividi non potest.*

Unde in Rhemensi Concilio *legitur.*

SIcut *c* in unaquaque Ecclesia unus Presbyter debet esse, ita ipsa, quæ sponsa, vel uxor ejus dicitur, non potest dividi inter plures Presbyteros, sed unum tantummodò habebit Sacerdotem, qui eam castè & sincerè regat. Unde interdicimus, ut nullus præsumat Ecclesiam inter duos vel plures dividere: quia Ecclesia Christi uxor & sponsa debet esse, non scortum, sicut Calixtus Papa *d* testatur.

4 pars. *Conductitiis quoq; Presbyteris Ecclesia committi non debet.*

C. V. ¶ *Conductitius Presbyter Ecclesiæ non committatur.*

Unde Innocentius II. in Synodo *e* Romana, *c.* 10.

PRæcipimus etiam, ne conductitiis Presbyteris Ecclesię committantur: & unaquæque Ecclesia, cui facultas suppetit, proprium habeat Sacerdotem.

a *Et in Aquisgr. c.*30. b *al.* ptochiis.] *orig.* c *Burch. l.*2.*c.*45. *Ivo p.*3.*c.*49. *Pann. l.*2.*c.*44. d 7. *q.* 1. *sicut.* e *& in Concil. Eugenii III. c.*18.

¶ *Hoc caput iisdem verbis repetit Eugenius III. in Concilio Lateranensi, quod extat in Vaticana Bibliotheca.*

QUÆSTIO III.

Quòd autem Clerici secularium negotiorum procuratores esse non valeant, auctoritate Carthaginensis Concilii I. *probatur: in quo Nicasius* 1 *Episcopus Calusitanus dixisse legitur, cap.* 6.

1 ¶ Nicasius] *Emendata est hæc inscriptio ex ipso Concilio & vetustis Gratiani codicibus, cum antèa mendosè legeretur*, Nicolaus Papa Episcopis Castilianis. *Pertinet autem hic titulus ad cap.* credo. *proximè post Paleam interjectam sequens.*

C. I. PALEA.

PErvenit in sanctam Synodum *a*, quia de eis, qui in Clero connumerantur, quidam propter turpis lucri gratiam alienarum possessionum conductiones, & seculares causas suscipiunt: & seipsos quidem à ministeriis sanctis per desidiam separant; ad domos autem secularium concurrunt, & substantiarum eorum gubernationes avaritiæ causâ suscipiunt. Decrevit igitur sancta & magna Synodus, neminem deinceps eorum, hoc est, non Episcopum, sive Clericum, aut Monachum conducere possessiones, aut miscerі secularibus procurationibus: nisi fortè, qui legibus ad minorum ætatum tutelas, sive procurationes inexcusabiles attrahantur: aut cui ipsius civitatis Episcopus Ecclesiasticarum rerum commiserit gubernacula: vel orphanorum, aut viduarum, quæ indefensæ sunt, aut earum personarum, quæ maximè Ecclesiastico indigent adminiculo propter timorem Dei. Si quis verò transgressus fuerit hæc statuta, correctioni *b* Ecclesiasticæ subjaceat.

¶ *Hic idem Canon tertius Concilii Chalcedonensis affertur supr. dist.* 86. *c.fin. ex alia versione. Abest autem hæc Palea à collatis exemplaribus, exceptis duobus.*

C. II. ¶ *Qui Clero annexi sunt, secularium possessionum procuratores non fiant.*

CRedo *c* placere suggestionem meam sanctitati vestræ, & displicere vobis, ut qui serviunt Deo, & annexi sunt Clero, accedant ad actiones *d*, seu administrationes, vel procurationes domorum secularium. Gratus Episcopus dixit: Apostolorum statuta sunt, quæ dicunt [* *Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus.*] Proinde aut Clerici sint sine actionibus domorum, aut actores sine officio Clericorum. Universi dixerunt: Hoc observamus.

C. III. ¶ *De eodem.*

Item ex Concilio Carthaginensi III. *c.* 15.

PLacuit *e*, ut Episcopi, Presbyteri, & Diaconi, vel Clerici non sint conductores, neque procuratores, neque ullo turpi vel inhonesto negotio victum quærant: quia respicere debent scriptum esse: [*Nemo f militans Deo implicat se negotiis secularibus.*]

C. IV. ¶ *Secularium negotiorum procurationem Clerici non suscipiant.*

Item ex epistola Cypriani *ad Presbyteros, & Diaconos, & plebem Furnitanorum, lib.* 1. *epist.* 9.

CYprianus *g* Presbyteris, & Diaconis, & plebi Furnis consistentibus *h* salutem. Jampridem in Concilio Episcoporum est statutum, ne quis de Clericis, & Dei ministris tutorem, vel curatorem testamento suo constituat *i*: quando singuli divino Sacerdotio honorati, & in Clerico ministerio constituti, non nisi altari, & sa-

a *In Conc. Chalced. cap.* 3 *supr. dist.* 86. *pervenit. Burch. l.*2.*c.*148. *Ivo p.*6.*c.*214. b *al.* correptioni. c *supr. distinct.*45. *magnus. Burch. l.*2.*c.*150. d *al.* actus. * 2. *Timoth.* 2. e *Anselm. l.*3.*c.*191. *Burch. l.*2.*c.*111. *Ivo p.*6.*c.*142. f 2. *Timoth.*2. g *Ivo p.*6.*c.*139. h *consistenti.* i *al.* nomina verti.

crificiis deservire, & precibus atque orationibus vacare debeant. Scriptum est enim: [* *Nemo militans Deo obligat se negotiis a saecularibus, ut possit placere ei, cui b se probavit.*] & *infrà*. ¶ Quod Episcopi & antecessores nostri religiosè considerantes, & salubriter providentes censuerunt, ne quis frater excedens ad tutelam vel curam Clericum nominaret: ac si quis hoc fecisset, non offerretur pro eo, nec sacrificium pro dormitione ejus celebraretur. Neque c enim apud altare Dei meretur nominari in Sacerdotum prece, qui ab altari Sacerdotes & ministros voluit avocare.

C. V. ¶ *Non licet Clericis mollitiis & saecularibus rebus obligari.*

Item ex eadem.

MOllitiis 1, & d laqueis saecularibus obligari non debent, qui divinis rebus, & spiritualibus occupati, ab Ecclesia recedere, & ad terrenos & saeculares actus vacare non possunt.

1 ¶ Mollitiis.] *Vera lectio est*, molestiis. *Sed quia est initium capitu, non est mutatum: alia autem nonnulla, & in hoc, & in antecedenti capite emendata sunt.*

C. VI. ¶ *Saecularibus negotiis Clerici non alligentur.*

Item ex eadem.

HI e, qui in Ecclesia Domini ad f ordinationem clericam 1 promoventur, in nullo ab administratione divina avocentur, nec molestiis & negotiis saecularibus alligentur 2: sed in honore sportulantium fratrum, tanquam decimas ex fructibus accipientes, ab altari & sacrificiis non recedant, sed die ac nocte cœlestibus rebus, & spiritualibus serviant.

1 ¶ Clericam.] *Restituta est vera lectio Cypriani, quam manuscripti vetustissimi codices retinent. Et lib. 2. epist. 3. bis, & l. 3. epist. 21. prope finem, in omnibus Cypriani codicibus legitur*, ordinatio clerica, & epistolæ clericæ.

2 ¶ Alligentur:] *Emendatus & locupletatus est hic locus ex Originali impresso & manuscripto.*

C. VII. ¶ *De eodem.*

Item, ut suprà, Cyprianus *ibidem.*

SAcerdotium g decretum religiosè & necessariè factum servetur à nobis; simul & cæteris fratribus detur exemplum, ne quis Sacerdotes & ministros Dei, altari ejus, & Ecclesiæ vacantes, ad saeculares molestias devocet. Observari enim de cætero poterit, ne ultrà hoc fiat circa personam Clericorum, si quod nunc factum est, fuerit vindicatum.

QUÆSTIO IV.

QUid verò fulgidis & claris vestibus eis ornari non liceat, in septima Synodo jubetur: in qua sic statutum est, cap. 16.

C. I. ¶ *Corripiantur Clerici, qui unguentis, & claris vestibus, & fulgidis laserviunt.*

OMnis h jactantia & ornatura corpotalis à sacrato ordine aliena est. Eos ergo Episcopos, vel Clericos, qui se fulgidis & claris vestibus ornant, emendari oportet. Quòd si in hoc permanserint, epitimio tradantur. Similiter & eos, qui unguentis inunguntur. ¶ Quoniam verò radice amaritudinis exortâ contaminatio facta est in Ecclesia Catholica, Christianos calumniantium hæresis 1, & hi, qui hanc receperunt, non solùm imaginarias i picturas abominati sunt, sed etiam omnem reverentiam repulerunt, eos, qui religiosè ac piè vivunt, offendentes (ac per hoc completur in eis, quod scriptum est k: [*Abominatio est peccatori Dei cultus.*]) Igitur si inventi fuerint deridentes eos, qui vilibus & religiosis vestibus amicti sunt, per epitimium corrigantur. ¶ A priscis enim usque temporibus omnis sacratus vir cum mediocri & vili a veste conversabatur. Omne quippe, quod non propter necessitatem suam, sed propter vanitatem accipitur, elationis habet calumniam, quemadmodum magnus ait Basilius b. Sed neque ex sericis texturis vestem quis variatam induebat, neque apponebat variorum colorum ornamenta in summitate c vestimentorum. Audierant enim ex Deifona lingua, quia [*Qui d mollibus vestimentur, in domibus Regum sunt.*]

1 ¶ Hæresis,] *Cùm antea legeretur*, hæreticorum: *sic est emendatum ex Anastasio, & Ivone, & respondet Græca versio*, αἱρετικῶν: *atq; ex iisdem nonnulla alia sunt restituta.*

C. II. ¶ *Clerici sive in itinere ambulantes, sive alibi degentes, congruis sibi vestibus utantur.*

Item ex Synodo VI. *cap. 27.*

NUllus eorum, qui cõnumerantur in Clero, vestimentum indecens habeat, sive in civitate degens, sive in itinere ambulans, sed stolis utatur, quæ concessæ sunt Clericis. Si verò quis tale quid fecerit, per unam hebdomadam suspendatur e.

C. III. ¶ *Non saecularibus vestibus, sed vilioribus suo conventibus Clerici utantur.*

Item Zacharias Papa *in Synodo Romana, cap. 3.*

EPiscopi, Presbyteri, Diaconi, saecularibus indumentis non utantur, nisi, ut condecet, tunicâ Sacerdotali: sed neque dum ambulaverint in civitate, aut in via, aut in plateis, sine operimento præsumant ambulare, præter si in itinere longo ambulaverint: quia sicut mulier orans in Ecclesia non velato capite deturpat caput suum, juxta Apostoli f vocem; ita Sacerdos sine operimento deturpat Sacerdotium suum. Quòd si temere præsumpserit contra statuta agere, communione privetur, donec, quæ statuta sunt, adimplere maturet.

¶ *Hæc Synodus à Zacharia Papa habita extat in Bibliotheca Vaticana & Regiensi.*

C. IV. ¶ *Extra domum sine proprio ornatu Sacerdotes non appareant.*

Item Leo Papa IV. *in Synodo Romana, c. 11.*

SIne g ornatu Sacerdotali extra domos Sacerdotes apparere non convenit, ne, ut aliquis saecularium, injurias patiantur: sed ea solummodò, quæ per Patres constituta videntur, observet. Contrarius denique inventus, aut desinat, aut canonicæ subjaceat disciplinæ.

C. V. ¶ *Careant beneficiis Ecclesiasticis, qui corrigi ab Episcopis contemnunt.*

Item Innocentius Papa II. *in Concilio Lateranensi* h, *cap. 4.*

PRæcipimus i, ut tam Episcopi, quàm Clerici in statu mentis, in habitu corporis, Deo & hominibus placere studeant, & nec in superfluitate, scissura 1, aut colore vestium, nec in tonsura intasentium (quorum forma & exemplum esse debent) offendant aspectum, sed potius, quod eorum deceat sanctitatem, præ se ferant: quòd si moniti ab Episcopis emendare noluerint, Ecclesiasticis careant beneficiis.

¶ *Hoc caput editum est ab Innocentio II. in Conc. Lateranensi, deinde ab Eugenio III. in Concilio Romano est innovatum.*

1 ¶ Scissura,] *Hæc vox non est in Concilio Innocentii. In Synodo autem Eugenii in Exemplari Gallico legitur*, fissura. *In Vaticano autem*, scissuræ: *& in nonnullis Gratiani vetustis exemplaribus*, fissuræ.

---

* 2. Tim. 2. a *al.* molestiis. b *al.* cui. c *Dist. 88.* d *Ivo p. 6. c. 244.* e *Ivo p. 6. c. 255.* f *al.* ordinatione clericâ. g *al.* Sacerdotum] *vera lectio, Ivo p. 6. c. 256.* h *Ansel. l. 6. c. 138. Ivo p. 5. cap. 133.* i *al.* imaginarias. k *Eccl. 1.*

a κρίσεως. b *In reg. brev. c. 49.* c *al.* summitatib. *in* τοῖς ἄκροις. d *Matth. 11.* e ἀφοριζέσθω, *id est*, segregetur. f *1. Cor. 11.* g *Ansel. l. 5. cap. 161. Ivo p. 14. cap. 5.* h *Et Conc. Eugenii III. c. 2.* i *Pann. l. 12. c. 140.*

QUÆ-

QUÆSTIO V.

Sunt verò Episcopum relinquere, & ab officio suo discedere, atq; ad secularem judicem confugere nulli licet.

C. I. ¶ *Clericus ad judicem secularem confugiens de communione Ecclesiæ depellatur.*

Unde in Agathensi Concilio, *c. 8. legitur.*

PLacuit *a*, ut Clericus, si relicto officio suo propter districtionem ad secularem judicem 1 fortasse confugerit, & is, ad quem recurrit, solatium ei defensionis impenderit, cum eodem de Ecclesiæ communione pellatur.

1 ¶ Judicem] *Sic in retentioribus Conciliorum Colonienſibus editionibus: sed à vetustioribus, & codicibus Vaticanis, & capitulari abest vox ista.*

C. II. ¶ *Presbyter vel Diaconus ab Episcopo depositus Imperatorem non adeat.*

Item ex Concilio Antiocheno *b, cap. 12.*

I. SI *c* quis à proprio Episcopo depositus Presbyter vel Diaconus, aut etiam si à Synodo quilibet Episcopus fuerit exautoratus, molestiam Imperialibus auribus inferre non præsumat, sed ad majorem Episcoporum Synodum sese convertat, & quæ se putat habere justa, in eorum Concilio alleget, atque ab his de se exspectet, quæ fuerit deprompta sententia. Quòd si deficiens pusillanimitate hoc noluerit facere, sed importunus fuerit Imperatori, hujusmodi nullam veniam habeat, neq; locum ullius assertionis suæ, nec spem recipiendi gradûs habeat in futurum.

C. III. ¶ *Non defensetur ab aliquo, qui Episcoporum judicio damnatur.*

Item ex Concilio Carthaginensi V. *cap. 2.*

II. SI *d* quis cujuslibet honoris Clericus judicio Episcoporum pro quocunque crimine fuerit damnatus, non liceat eum sive ab Ecclesiis, quibus præfuit, sive à quolibet homine defensari: interpositâ pœnâ damni pecuniæ, atque honoris; quo nec ætatem, nec sexum excusandum esse præcipimus.

C. IV. ¶ *Communione privetur, qui Ecclesiastica disciplinæ regulam fugientem dispensare præsumit.*

Item ex Concilio Arelatensi, *cap. 4.*

SI fortè aliquis Clericorum regulam disciplinæ Ecclesiasticæ subterfugiens, fuerit evagatus, quicunque eum susceperit, & non solùm Pontifici suo non reconciliaverit, sed magis defensare præsumpserit, Ecclesiæ communione privetur.

C. V. ¶ *Spe reconciliationis careat, quì ab Episcopo condemnatus Imperatorem adierit.*

Item ex Concilio Martini Papæ *e, cap. 35.*

III. SI *f* quis Episcopus, Presbyter, aut Diaconus excommunicatus, in Concilio injustè se queritur condemnatum, ad majorem 1 Episcoporum Synodum revertatur, & eorum inquisitionem, & judicium expectans, si quas se justas causas habere putat, illis exponat. Si autem contempserit, & importans *g* se palatio, aures Principum inquietare voluerit, hic ad nullam veniam poterit pervenire, neque spem futuræ reconciliationis habebit.

1 ¶ Majorem] *Antea legebatur*, majorum Episcoporum Concilium. *Emendatum est ex codice Lucensi Regio, quoniam concordat cum Canone Antiocheno supr. eâd.* si quis à proprio. *unde videtur sumptum.*

a *In Cap. l. 6. c. 149.* b *Est in Aquisgran. c. 74.* c *Burch. l. 2. c. 180. Ivo p. 6. c. 225.* d *Deusdedit p. 4.* e *In Capitulis Synod. Graec. Mart. Brachar. c. 35.* f *Concord. supr. eâd. cap. si quis à proprio.* g *al. importunus] al. importunus palatio.*

C. VI. ¶ *Episcoporum causa coram Principibus examinari non debent.*

Item Gregorius *Constantinæ Augustæ, lib. 4. epist. 43.*

SI a Episcoporum causæ mihi commissorum apud piissimos dominos aliorum patrociniis disponuntur, infelix ego in Ecclesia ista quid facio? Sed ut Episcopi mei me despiciant, & contra me refugium ad seculares judices habeant, omnipotenti Deo gratias ago, peccatis meis deputo. Hoc tamen breviter suggero, quia aliquantulum exspecto, & si ad me diu venire distulerint *b*, exercere in eos districtionem canonicam nullo modo cessabo.

¶ *In vulgatis & plerisq; manuscriptis legitur*, Constantino Augusto. *Emendatum est ex uno vetusto Gratiani, & altero epistolarum B. Gregorii: licet in editionibus illarum sit*, Constantiæ Augustæ. *Nam uxorem Mauritii Imperatoris, ad quam scribit B. Gregorius, Constantinam vocatam esse testantur Zonaras, Nicephorus, Cedrenus, & Anastasius Bibliothecarius: & Joannes Diaconus in vita B. Gregorii, l. 3. num. 51. referens epistolam, ex qua sumptum est hoc caput, Constantinæ Augustæ scriptam asserit.*

CAUSA XXII.

QUidam Episcopus juravit falsum, quod putabat verum: quo comperto, Archidiaconus ejus juravit sè nunquam præstiturum ei obedientiam. Compellitur Archidiaconus ab Episcopo ad exhibendam sibi consuetam reverentiam. Accusatur Episcopus de duplici perjurio, & deeo, quòd falsum juravit, & quia Archidiaconum ad peierandum compellit.

1 *Primo quæritur, an juramentum sit præstandum, an non?*
2 *Secundo, si sit perjurus, qui jurat falsum, quod putabat verum?*
3 *Tertiò, si licuit Archidiacono denegare Episcopo consuetam obedientiam?*
4 *Quarto, si constiterit esse illicitum, quod juravit Archidiaconus, an sit servandum?*
5 *Quintò, si constiterit illud servandum esse, an Episcopus sit reus perjurii, qui contra juramentum Archidiaconum suum ire compellit?*

QUÆSTIO I.

1 QUòd juramentum præstandum non sit, auctoritate Capitis Canonica Scriptura probatur. Ait enim Christus in Evangelio discipulis d: [Sit sermo vester, Est est, non non: quod autem amplius est, à malo est.] *Item Iacobus e in epistola:* [Ante omnia, fratres mei, nolite jurare omninò.] *Utrâq; auctoritate juramentis prohibemur præstare. Sed aliud est ad juramentum sponte accedere: aliud, vel ad asserendam innocentiam suam, vel ad pacis fœdera confirmanda, vel ad persuadendum auditoribus, quando pigri sunt, credere, quod eis utile est, juramentum offerre. Primum prohibetur, secundum conceditur. Non enim jurare omninò peccatum est.*

C. I. ¶ *Iuramentum pro fœdere pacis est faciendum.*

Unde in Concilio Toletano VIII. *c. 2. legitur.*

OMne f quod in pacis fœdera venit, tunc solidiùs subsistit, cùm juramenti hoc interpositio roborat. Sed & omne, quod amicorum animos conciliat, tunc fideliùs g durat, cùm eos sacramenti vincula ligant. Omne etiam, quod testibus h adstipulatur, tunc versùs constat, cùm id adjectio jurationis affirmat. Quòd si & testis

a *Isan. Diac. l. 3. c. 31.* b *al. distulerit,] orig.* c *in eo] orig.* d *Matt. 5.* e *Iac. 5.* f *Ivo p. 12. c. 3. Panor. l. 2. cap. 13.* g *al. fixius.* h *al. testis.*

deficiat, innocentis fidem sola jurisjurandi taxatio manifestat.

1 ¶ Si & testis] *In vetustioribus Conciliorum editionibus, & duobus codicibus Vaticanis, & uno monasterii Dominicanorum legitur:* Quòd etsi gestis deficiat, nocentis fidem, &c. *Sed recentiores editiones Colonienses, & codex Lucensis Regius habent, ut Gratianus, & Ivo, & Pannormia.*

C. II. ¶ *Iuratio non est prohibenda, nec tanquam bonum appetenda.*

Item Augustinus a *super epistolam ad Galatas, cap. 1. in fine.*

NOn *b* est contra præceptum juratio, quæ à malo est, non jurantis, sed incredulitatis ejus, cui jurare cogitur. Nam hinc intelligitur ita Dominum prohibuisse à jurando, ut, quantum in ipso est, quisque non juret: quod multi faciunt, in ore habentes jurationem tanquam magnum, aut suave aliquid. Nam utique Apostolus noverat præceptum Domini, & juravit tamen. Non enim audiendi sunt, qui has jurationes esse non putant. Quid enim facient de illa? [*Quotidie c morior per vestram gloriam, fratres, quam habeo in Christo Iesu Domino nostro:*] quam Græca exemplaria manifestissimam jurationem esse convincunt. Prohibemur 1 ergò jurare cupiditate, aut delectatione *d* jurandi. Quamvis enim juramentum *e* ampliùs sit, quàm est est, non non, & ideò à malo sit; non tamen à malo tuo, sed infirmitatis, aut incredulitatis eorum, qui non aliter moventur ad fidem.

1 ¶ Prohibemur ergò] *Apud B. Augustinum, & cæteros collectores hic locus ità habet:* Quantum ergò in ipso est, non jurat Apostolus: non enim appetit jurationem cupiditate aut delectatione jurandi. Ampliùs enim est, quàm est est, non non, & ideò à malo est, sed infirmitatis, &c.

C. III. ¶ *Pejerare peccatum est, non jurare.*

Item Augustinus *in epist. 154. ad Publicolam.*

IN *f* Novo Testamento dictum *g* est, ne omninò juremus. Quod quidem mihi propterea dictum videtur, non quia verum jurare peccatum est, sed quia pejerare immane peccatum est, à quo longè nos esse voluit, qui omninò ne juremus, admonuit.

C. IV. ¶ *In necessariis verum jurare peccatum non est.*

Idem *h sermone 28. al. 30. de verbis Apostoli.*

UT *i* noveritis, verum jurare non esse peccatum, invenimus & Apostolum Paulum jurâsse *k*: [*Quotidie morior, per vestram gloriam, fratres, quam habeo in Christo Iesu Domino nostro.*] Per vestram gloriam juratio est: Non enim sic ait, per vestram gloriam morior, quasi vestra gloria me facit mori, quomodo si diceretur per venenum 1, per gladium, per bestiam, per inimicum, mortuus est; intelligeretur faciente inimico, faciente gladio, faciente veneno mortuus est.

1 ¶ Per venenum,] *Apud B. Augustinum & Bedam sic legitur:* quomodo si diceret, per venenum mortuus est, per gladium mortuus est, per bestiam mortuus est, per inimicum mortuus est, id est, faciente inimico, faciente gladio, faciente veneno, & similia: Non sic dixit, per vestram gloriam.

C. V. ¶ *Nec tanquam bonum appetendum, nec tanquam malum juramentum est vitandum.*

Idem *de sermone Domini, lib. 1. c. 30.*

ITa ergò præcepisse Dominum intelligitur, ne jurétur, ne quisquam, sicut bonum, appetat jusjurandum, & assiduitate jurandi ad perjurium per consuetudinem delabatur. Qua propter qui intelligit non in bonis, sed in necessariis jurationem habendam, refrenet se quantùm potest, ut non eâ utatur, nisi necessitas *a* cogat: videlicet, cùm videt pigros esse homines ad credendum, quod eis utile est credere, nisi juratione firmetur. Ad hoc itaque pertinet, quod sic dicitur *b*: [*Sit autem sermo vester, sic est, non non.*] Hoc bonum est, & appetendum: [*Quod autem amplius est, à malo est:*] id est, si jurare cogeris, scias de necessitate venire infirmitatis eorum, quibus aliquid suades, quæ infirmitas utique malum est: unde nos quotidie liberari deprecamur, cùm dicimus *c*: [*Libera nos à malo.*] Itaque non dixit, quod autem amplius est, malum est. Tu enim *d* non malum facis, qui benè uteris juratione.

C. VI. ¶ *Iurare non est peccatum.*

Idem *ibidem continenter.*

TU *e* malum non facis, qui benè uteris juratione, quæ etsi non bona, tamen necessaria est, ut alteri persuadeas, quod utiliter persuades. Sed à malo est illius, cujus infirmitate jurare cogeris.

1 ¶ Quæ etsi] *Apud B. Augustinum post ultima verba capitis præcedentis,* benè uteris juratione, *sequitur continenter,* quæ etsi non bona, &c. *quemadmodum & in uno priorum Gratiani codice, in quo hæc duo capita non sunt distincta.*

C. VII. ¶ *Per Deum jurare permittitur, non per idola juretur.*

Item Hieronymus *super Hieremiæ, ad c. 4.*

ET *f* jurabunt 1, vivit Dominus, in veritate, & in judicio, & in justitia: & benedicent eum Gentes ipsum que laudabunt.] Quomodo ergò Evangelium jurare non prohibet? Sed hic, [*jurabis*] pro confessione dictum, & ad condemnationem idolorum, per quæ jurabat illud. Denique auferuntur offendicula, & juratur per Dominum, quodque dicitur: [*vivit Dominus,*] in Testamento Veteri jusjurandum est, ad condemnationem mortuorum, per quos jurat omnis idololatra.

1 ¶ Et jurabunt,] *Apud Hieremiam capit. 4. legitur,* & jurabis: *verùm quia est initium capitis, non est mutatum: sed paulò post repositum est,* jurabis, *ubi autem legebatur,* judamentum.

C. VIII. ¶ *Infirmis jurare concedatur.*

Item Hieronymus *super Matthæum lib. 1. in cap. 5.*

COnsidera *g*, quòd hic Salvator non per Deum jurare prohibuerit, sed per cœlum, & terram, & Hierosolymam, & per caput tuum. Et hoc quasi parvulis fuerat lege concessum, ut quomodo victimas immolabant Deo, ne eas idolis immolarent, sic & jurare permitterentur in Deum: non quòd rectè hoc facerent, sed quòd melius esset Deo id exhibere, quàm Dæmonibus.

C. IX. ¶ *Excommunicetur Clericus per creaturas pertinaciter jurans.*

Item ex Concilio Carthaginensi IV. *c. 81. & 82.*

CLericum *h* per creaturas jurantem, acerrimè objurgandum, si perstiterit in vitio, excommunicandum. Inter epulas verò cantantem, supradictæ sententiæ severitate coërcendum decernimus.

C. X. ¶ *Clericus deponatur Laicus anathematizetur, per capillum vel caput Dei jurans.*

Item Pius Papa.

SI *i* quis per capillum Dei, vel caput juraverit, vel alio modo blasphemiâ contra Deum usus fuerit, si in

a *Et Beda, 1 Cor. 15.* b *Sent. 3 dist. 39. Polyc. l. 6. tit. 11. Ivo p. 12. c. 3. Pann. l. 3. c. 24.* c *1 Cor. 15.* d *al. dilectione.* e *Matt. 5.* f *Ivo p. 12. c. 4. Pann. l. 3. c. 85.* g *Matth. 5.* h *Beda 1 Cor. 15.* i *Polyc. l. 6. tit. 11.* k *1 Cor. 11.*

a *necessitatem cùm videt.*] *orig.* b *Matth. 5.* c *Matth.* d *al. autem.* e *Ivo p. 12. c. 5. Pann. l. 3. c. 86.* f *Sent. 3. dist. 39. Ivo p. 17. c. 32. Hier. 4.* g *Sent. 3 dist. 39. Ivo p. 12. c. 6. Pann. l. 3. c. 87.* h *Burch. l. 2. c. 170. & 175. Ivo p. 5. c. 266. & 281.* i *Burch. l. 10. c. 25. Ansel. l. 11. c. 72. Ivo p. 12. c. 72.*

Ecclesiastico

Ecclesiastico ordine est, deponatur, si Laicus, anathematizetur. Et si quis per creaturam juraverit, acerrimè castigetur, & juxta id, quod Synodus dijudicaverit, pœniteat. Si quis autem talem hominem non manifestaverit, non est dubium, quin divinâ condemnatione coerceatur. Sed si Episcopus ista emendare neglexerit, acerrimè a corripiatur.

¶ *Simillima his habentur Novellâ 77. apud Iulianum antecessorem, sed non prorsus eadem. Quare apud Ivonem Novella locus affertur p. 12. c. 32. hoc autem caput refertur c. 72. ex decretis Pii, quemadmodum & apud Burchardum.*

1 pars. *Quæritur, quis magis teneatur, an ille, qui per Deum, an ille, qui super sacra Evangelia jurat?*

Hanc quæstionem Joannes Chrysostomus *b respondet, dicens.*

C. XI. ¶ *Non est majus per Evangelium, quam per Deum jurare.*

SIc aliqua causa fuerit, modicum videtur facere, qui jurat per Deum. Qui autem jurat per Evangelium, majus aliquid fecisse videtur. Quibus similiter dicendum est: Stulti, Scripturæ sanctæ 1 propter Deum sunt, non Deus propter Scripturas.

1 ¶ Sanctæ.] *Sic est emendatum ex aliquot vetustis, & originali, & Polycarpo. Antea legebatur,* factæ.

C. XII. ¶ *Non solùm in altari, vel reliquiis, sed etiam in communi loquela perjurium caveatur.*

Item Hieronymus *d.*

HAbemus *e* in lege Dei scriptum: [*Non perjerabis in nomine meo, nec pollues nomen Dei tui in vanum.*] Ideò admonendi sunt omnes, ut diligenter cavent perjurium, non solùm in altari, seu Sanctorum reliquiis, sed etiam in communi loquela.

¶ *Burchardus & Ivo citant ex dictis Hieronymi, apud quem non est inventum, sed in Capitularibus lib. 2. c. 63.*

C. XIII. ¶ *Non prohibet Deus jurare, sed pejerare.*

Item Isidorus *sententiarum lib. 2. c. 31.*

NOn *f* est contra Dei præceptum jurare; sed dum jurandi usum facimus, perjurii crimen incurrimus.

C. XIV. ¶ *Iuratio non est peccatum.*

Item Augustinus *de verbis Apostoli, sermone 28. al. 30.*

SI *g* peccatum esset juratio, nec in vetere lege diceretur: [*Non pejerabis: reddas autem Domino juramenta* h *tua.*] Non enim peccatum præciperetur nobis. *Item* ¶. Non vobis dicimus, nos non jurare. Si enim hoc dicimus, mentimur. Quantùm ad me pertinet, juro, sed quantùm mihi videtur, magnâ necessitate compulsus: cùm videro non mihi credi, nisi faciam, & ei, qui mihi non credit, non expedire, quod non credit. Hâc perpensâ ratione, & considerationè libratâ, cum magno timore dico: [*Coram Deo,*] aut, [*testis est Deus,*] aut, [*sicut Christus*] sic esse in animo meo: & video, quia plus est, id est, quia ampliùs est, quàm est est, non non. Sed quod ampliùs est, à malo est, etsi non à malo jurantis, à malo est non credentis.

3 pars. *Ex præmissis colligitur, quòd jurare non est peccatum: non tamen tanquam bonum est appetendum, ne consuetudine jurandi labamur in perjurium. Sed cùm dicatur procedere à malo non credentis, videtur, quòd est jurare peccatum non sit, juramentum tamen recipere malum sit. Sed nomine mali non malitia, sed peccati pœna intelligitur. Ex pœnali enim infirmitate incredulitas illa processit, quâ ad jurandum compellimur. Ipsum autem jurare, sicut peccatum non est, ita juramentum ab aliquo recipere malum non est.*

C. XV. ¶ *Iuramentum accipere non prohibemur.*

Unde Augustinus *scribit ad Publicolam, epist. 154.*

QUamvis *a* dictum sit, ne juremus, nusquam me in Scripturis sanctis legisse memini, ne ab aliquo jurationem accipiamus.

4 pars. *Sed quæritur, an sit utendum fide ejus, qui per dæmonia jurat? De his ita scribit* Augustinus *eâdem epist. 154. ad Publicolam.*

C. XVI. ¶ *Licet uti fide ejus, qui, ut eam servet, per dæmonia jurat.*

MOvet *b* te, utrùm ejus fide utendum sit, qui, ut eam servet, per dæmonia juraverit. Ubi te volo priùs considerare, utrùm si quispiam per Deos falsos juraverit se fidem servaturum, & eam non servaverit, non tibi videatur bis peccâsse? Si enim tali juratione promissam servaret *c* fidem, ideò tantùm peccâsse judicaretur, quia per tales Deos juravit. Illud autem nemo rectè reprehenderet, quia fidem servavit. Nunc verò quia & juravit, per quos non debuit, & contra pollicitam fidem fecit, quod non debuit, bis utique peccavit: ac per hoc, qui utitur fide illius, quem constat jurâsse per Deos falsos, & utitur non ad malam rem, sed ad licitam & bonam, non peccato ejus se sociat, quo per dæmonia juravit, sed bono pacto ejus, quo fidem servavit. Neque enim hic eam *d* fidem dico servari, quâ fideles vocantur, qui baptizantur in Christo. Illa enim longè alia est, longeque discreta à fide humanorum placitorum atque pactorum. Veruntamen sine ullâ dubitatione minus malum est per Deos falsos *e* veraciter jurare, quàm per Deum verum fallaciter. Quantò enim per quod juratur, magis est sanctum, tantò magis est pœnale perjurium. ¶ Alia ergò quæstio est, utrum non peccet, qui per falsos Deos sibi jurari facit; quia 1 ille, qui ei jurat, jurat per Deos falsos, quos colit. Cui quæstioni possunt illa testimonia suffragari, quæ ipse commemorâsti de Laban *f* & Abimelech, si tamen Abimelech per Deos suos juravit, sicut Laban per Deum Nachor 2.

1 ¶ Quia ille,] *In epistolis B. Augustini exemplis legitur,* quando ille, qui ei jurat, falsos Deos colit. *In codice verundem Vaticano,* quando ille, qui ei jurat, falsos Deos colit: *in editione Frobeniana, & apud Ivonem,* quia ille, qui ei jurat, falsos Deos colit.

2 ¶ Nachor.] *Sic est emendatum ex loco ipso Geneseos, Ivone, & uno vetusto Gratiani codice, in cujus quidem vulgato erat,* per Deum Sochot: *in B. Augustino autem,* per Deum Jacob.

Sic etiam cum in libro g *Machabæorum Romani leguntur pacem firmâsse cum Iudæis, intelligendi sunt jurâsse per falsos Deos, sicut & Iudæi juraverant per Deum verum. Sic etiam & de juramento, quod fit per creaturas, intelligendum est: quod ipsum quidem jurare per creaturas malum est, quia à Deo prohibitum est: sed servare quod juratur, bonum est, ut evitetur peccatum mendacii & dolositatis. ¶ Sed* h *objicitur, quòd Ioseph, vir sanctus, per creaturas juravit, dum dixit fratribus suis:* [*Per* i *salutem Pharaonis non exibitis hinc.*] ¶ *Sed sciendum est, quòd Sancti non tam per creaturas, quàm per auctorem creaturarum jurabant, nec in creaturis aliud, quàm creatorem ipsarum venerabantur: sicut Ioseph, qui per Pharaonem jurando, hoc in eo veneratus est, quòd Dei judicio postpositus erat in infimis* k. *Unde Apostolus* l *ait:* [Omnis potestas à Deo est.] *Item Christus Pilato* m: [Non haberes in me potestatem, nisi esset tibi datum desuper.] *Deus autem per creaturas jurare prohibuit, ne vel more Gentilium aliquod numen deitatis*

a *al. à Synode. Burch.* b *Auctor operis imperfecti in Matthæum 4.4.* c *Sent 3. dist. 39. Polyc. lib. 6. tit. 11.* d *Capitul. l. 1. cap. 63.* e *Burch. lib. 12. cap. 2. Ivo p. 12. c. 59. Levit. 19.* f *Polyc. lib. 6. tit. 12. Burch. l. 12. c. 20. Ivo p. 12. cap. 7. Pann. l. 8. c. 58.* g *Ivo part. 12. cap. 8. Panorm. lib. 8. cap. 15. Polyc. l. 6. tit. 11.* h *al. præjurandum tuum.*

a *Ivo p. 12. c. 4. Sent 3. dist. 39. Anselm. l. 11 c. 71.* b *Ivo part. 12. cap. 31. Pann. l. 8. c. 117. Polyc. l. 6. tit. 11.* c *al. custodierit.* d *al. eandem.* e *al. Deum falsum.* f *Gen. 21. & 31.* g *1. Mach. 8.* h *Sent 3 dist. 39.* i *Gen. 42.* k *al. Memphin.* l *Rom. 13.* m *Ioan. 19.*

creaturis ineffe crederetur, vel ne creaturas contemptibiles judicando, per eas promissa pro nihilo duceremus. Sed quæritur, quid gravius sit, an per creaturas, an per creatorem jurare fallaciter? Duplicitèr enim reus est, qui per creaturas jurat mendaciter; quia & contra prohibitionem jurat, per quod sibi jurare non licet, (à quo peccato est immunis, qui non nisi per creatorem jurat,) & proximum dolo capit, quod facit etiam per creatorem mendaciter jurans. Sed si perjurium tanto magis pœnale est, quanto sanctius illud est, per quod juratur, apparet, quod etsi per creaturas mendaciter jurans dupliciter peccet, graviori tamen se subjicit pœnæ, qui per creatorem jurat mendaciter.

¶ pars. *Perjurii autem pœna gravissima est: quam si quis timens, ad confessionem venire noluerit, à fidelium consortio est abjiciendus.*

C. XVII. ¶ *Fidelium consortio careat, qui pœnitentiam perjurii agere noluerit.*

Unde Eutychianus Papa.

PRædicandum *a* est etiam, ut perjurium fideles caveant, & ab hoc summopere abstineant, scientes hoc grande scelus esse, & in lege, & in Prophetis, & in Evangelio prohibitum. Audivimus enim quosdam parvipendere hoc scelus, & levem quodammodo perjurii pœnitentiæ modum imponere: qui nósse debent, talem de perjurio pœnitentiam imponi debere, qualem & de adulterio, & de fornicatione, & de homicidio sponte commisso, & de cæteris criminalibus vitiis. Si quis verò perpetrato perjurio, aut quolibet criminali peccato, timens pœnitentiam *b* longam, ad confessionem venire noluerit, ab Ecclesia repellendus est, sive à communione & consortio fidelium, ut nullus cum eo comedat, neque bibat, neque oret, neque in domo sua eum recipiat.

¶ *Burchardus etiam, Polycarpus, & Ivo citant ex Eutychiano. Invenitur verò illud inter quædam capitula Theodulphi Episcopi Aurelianensis ad suos Presbyteros scripta, cap. 26. quæ in antiquo codice Romæ habentur.*

1 ¶ Neque oret.] *Additum id est ex Theodulpho, Burchardo, & Ivone.*

QUÆSTIO II.

1 p. QUòd autem perjurium sit, falsum jurare, facilè probatur. *Ait enim* Augustinus *in libro Psalmorum super* [Domini est terra.]

C. I. ¶ *Pejerat, qui aliter facturus est, quàm promittit.*

IN dolo jurat, qui aliter facturus est, quàm promittit, cùm perjurium sit, nequiter decipere credentem.

¶ *Quod hîc citatur ex B. Augustino in glossa interlineari Psalmi 23. in vers.* Nec juravit in dolo. *refertur ex Cassiodoro.*

C. II. ¶ *Quos deboat habere comites jusjurandum.*

Item Hieronymus *super Hieremiam, lib. 1. ad c. 4.*

ANimadvertendum *c* est, quòd jusjurandum hos habeat comites, veritatem, judicium, atque justitiam. Si ista defuerint, nequaquam erit juramentum, sed perjurium.

Item, qui falsum jurat, mentitur. Mentiendo autem jurare nihil aliud est, quàm pejerare. ¶ *Cum ergo omnes, qui loquuntur mendacium, perdendi sint, juxta illud Psalmista* d: [Perdes omnes, qui loquuntur mendacium:] *multò magis damnabiles sunt, qui mentiendo pejerare convincuntur: quia nomen Dei sui in vanum assumunt.* ¶ *Sed* e *aliud est, falsum jurare, aliud jurare in dolo. Non enim omnis, qui aliter facturus est, quàm promittit, in dolo jurat. Licet enim Apostolus aliter facturus esset, quàm promitteret Corinthiis in prima epistola, cùm sit* a: [Veniam ad vos,] *non tamen in dolo juravit, aut mendaciter promisit. Ille enim in dolo jurat, aut mendaciter promittit, in cujus mente est, non sic se facturum, ut promittit. Ille autem, qui promittit falsum, quod putat verum, nec in dolo jurat, nec mendaciter promittit.*

C. III. ¶ *De eo, qui jurat falsum, quod putat verum.*

Unde Augustinus *de verbis Apostoli, serm. 28. al. 30.*

HOmines *b* falsum jurant, vel cùm fallunt, vel cùm falluntur. Aut enim putat homo verum esse, quod falsum est, & temerè jurat: aut scit, vel putat falsum esse, & tamen pro vero jurat, & nihilominus cum scelere jurat. Distant autem *c* ista perjuria, quæ duo commemoravi. Fac 1 illum jurare, qui verum putat esse, pro quo jurat: verum putat esse, & tamen falsum est: non ex animo iste pejerat *d*, fallitur: hoc pro vero habet, quod falsum est, non pro re falsa sciens jurationem interponit. Da alium, qui scit falsum esse, & dicit verum esse, & jurat tanquam verum sit, quod scit falsum esse. Videtis, quàm ista detestanda sit bellua, & de rebus humanis exterminanda? Quis enim hoc fieri velit? Omnes homines talia detestantur. Fac alium, qui putat falsum esse, & jurat tanquam verum sit, & forte verum est. Verbi gratiâ (ut intelligatis) pluit in illo loco: interrogas hominem, & putat non pluisse, & ad negotium ipsius competit, ut dicat, pluit, sed putat non pluisse: Dicitur ei, vere pluit? vere & jurat 2: & tamen pluit ibi, sed ille nescit, & putat non pluisse, perjurus est. Interest, quemadmodum verbum procedat ex animo. Ream linguam non facit, nisi mens rea.

1 ¶ Fac illum] *Sic etiam apud Ivonem, & in uno Vaticano codice sermonum B. Augustini, & in Antuerp. editione. Nam alias est, facilius jurat.*

2 ¶ Et jurat:] *Addita hæc sunt ex originali & Ivone, ubicunque sit integer. Necesse enim est præcedere juramentum, ut quis perjurus dicatur, cujus juramenti in codicibus Gratiani nulla erat mentio. Alia etiam nonnulla sunt emendata.*

Quia ergo mens hujus non erat rea (nesciebat enim falsum esse, quod juravit esse verum) nec temerè, vel negligenter, sed cum magna diligentia videbatur sibi deprehendisse verum, quod juravit falsum, perjurii reus nequaquam est judicandus. Dum, quod dicitur, qui falsum jurat, mentitur, non universaliter hoc accipi debet. Non enim omnes, qui falsum dicit, mentitur: sicut nec omnis, qui mentitur, falsum dicit.

C. IV. ¶ *Non est mentiri, dicere falsum, quod putat verum.*

Unde Augustinus *in Enchiridio, c. 22.*

IS *e* autem, qui mentitur, contrà id quod animo sentit loquitur, voluntate fallendi. ¶ Et utique verba propterea instituta sunt, non per quæ se invicem homines fallant, sed per quæ in alternis quisque notitiam cogitationes suas proferat. Verbis ergo uti ad fallaciam, non ad quod instituta sunt, peccatum est. Nec ideò ullum mendacium putandum est non esse peccatum, quia possumus aliquando alicui prodesse mentiendo. Possumus enim & furando aliquando alicui prodesse, si pauper, cui palàm datur, sentit commodum, & dives, cui clam tollitur, non sentit incommodum: nec ideò tale furtum quisquam dixerit non esse peccatum. *& supr. c. 18.* ¶ Nemo *f* mentiens judicandus est, qui dicit falsum, quod putat verum: quoniam, quantùm in ipso est, non fallit ipse, sed fallitur. Non itaque mendacii, sed aliquando temeritatis arguendus est, qui falsa incautus credit & ac pro veris habet: potiusque è contrario, quantùm in ipso est, mentitur ille, qui dicit verum, quod putat falsum. Quantùm enim ad animum ejus attinet, quia non

a *Polyc. l. 6. tit. 11. Anst. l. 1. c. 71. Burch. l. 12. c. 14. Ivo p. 12. cap. 7.* b *al. pœnitentia longam arumnam.* c *Sent. 3. dist. 39. Ivo p. 12. c. 22. Pann. l. 4. c. 123.* d *Psal. 5.* e *Sent. ibid.*

a *2. Cor. 1.* b *Sent. 3. dist. 39. Ivo p. 12. c. 39. Pann. l. 8. c. 110.* c *al. tamen.* d *al. per jurat,*] *orig.* e *al. Omnis*] *orig. Sent. 3. dist. 38.* f *Sent. ibid. Pann. l. 8. c. 133. Ivo p. 12. c. 51.* g *incautius credita pro veris habet.*] *orig.*

quod

quod sentit, hoc dicit, non verum dicit, quamvis verum inveniatur esse, quod dicit. Nec ullo modo liber est à mendacio, qui ore nesciens verum loquitur, sciens autem voluntate mentitur. Non consideratis itaque rebus ipsis, de quibus aliquid dicitur, sed solâ intentione dicentis, melior est, qui nesciens falsum dicit, quoniam id verum putat, quàm qui mentiendi animum sciens gerit, nesciens verum esse, quod dicit.

C. V. ¶ *Non mentitur, qui animum fallendi non habet.*

Item Gelasius Papa.

BEatus Paulus Apostolus non ideò (quod absit) fefelliſſe credendus est, aut sibi extitisse contrarius, quoniam cùm ad Hispanos se promisisset iturum, dispositione divinâ majoribus occupatus ex causis implere non potuit, quod promisit. Quantùm enim ipsius voluntatis interfuit, hoc pronuntiavit, quod revera voluisset efficere. Quantum enim ad divini secreta consilii (quæ, ut homo, omnia non potuit, licèt spiritu Dei plenus, agnoscere) supernâ præteremisit dispositione præventus. Nec quia B. Petrus Apostolus pro affectu divinæ reverentiæ ipsi Domino respondit *a*: [*Non lavabis mihi pedes in æternum,*] fefelliſſe (quod absit) aut in sua putabitur minimè constitisse sententia, quia mox eidem divinæ voluntati cesserit, & quod se dixerat non esse facturum, causis adstrictus humanæ salutis, passus est pronâ voluntate faciendum.

2 pars. *Ille ergò falsum jurando mentitur, qui scit falsum esse, quod jurat. Est enim mendacium (ut Augustinus b ait) falsa significatio vocis c cum voluntate fallendi. Sed cùm fallere semper sit voluntatis, falli autem, vel infirmitatis, vel temeritatis; gravius autem sit, quod ex voluntate, quàm quod ex temeritate, vel infirmitate procedit: aliquando contingit falli vel nullum, vel minimum esse peccatum, aliquando ex ipsa rerum varia consideratione minus esse fallere, quàm falli.*

C. VI. ¶ *Falli in his, quæ ad fidem non pertinent, aut parvum, aut nullum est peccatum.*

Unde Augustinus *in Enchiridio, c. 21.*

IN d quibus e rebus nihil interest ad capessendum Dei regnum, utrùm credantur, an non, vel utrùm vera sive sint, sive putentur, an falsa: in his errare, id est, aliud pro alio putare, non arbitrandum est esse peccatum, aut si est, minimum esse atque levissimum.

C. VII. ¶ *In his, quæ ad fidem pertinent, gravius est falli, quàm alios decipere.*

Idem *in Enchiridio, c. 22.*

IN f ipsarum consideratione rerum, quæ dicuntur, tantum interest, quia sive quis fallatur, sive mentiatur, utcunque g falli, quàm mentiri, minus est malum, quantùm pertinet ad hominis voluntatem; tamen longè tolerabilius est in his, quæ à religione sejuncta sunt, mentiri, quàm in his, sine quorum fide vel notitia Deus coli non potest, falli.

¶ *Apud B. Augustinum, nec multò aliter apud Ivonem legitur:* In ipsarum autem, quæ dicuntur, consideratione rerum tantum interest, quia in re quisq; fallatur, sive mentiatur, ut cùm falli, quàm mentiri minus sit malum, quantùm pertinet ad hominis voluntatem, tamen longe tolerabilius sit in his, &c. *Verum ob glossam in versic.* utcunque, *ad.* ubicunque, *non est mutatum.*

3 pars. *Item, quod dicitur:* [Perdes omnes, qui loquuntur mendacium:] *non de omni mendacio intelligendum est. Sunt enim quædam mendacia, in quibus etsi sit aliqua culpa, non tamen damnabilia sunt: imo tanquam non mendacia habenda sunt. Sunt & alia mendacia, quæ sunt graviora culpa, de quibus intelligitur:* [Perdes omnes, qui loquuntur mendacium.] *Ut autem appareat, quæ mendacia sint venialia, & quæ damnabilia, distinguendum est, quot sint genera mendacii.*

C. VIII. ¶ *Quot sunt genera mendacii. De quibus* Augustinus *scribit in libro de mendacio, c. 14.*

PRimum *a* est capitale mendacium, longeque fugiendum, quod sit in doctrina religionis: ad quod mendacium nullâ conditione quisquam debet adduci. Secundum autem, ut aliquem lædat injustè, quod tale est, ut & nulli prosit, & obsit alicui. Tertium, quod ita prodest alteri, ut obsit alteri, quamvis non ad immunditiam obsit corporalem. Quartum, quod fit solâ mentiendi, fallendique libidine, quod mirum *b* mendacium est. Quintum, quod fit placendi cupiditate de suaviloquio. His omnibus penitus evitatis atque rejectis, sequitur sextum genus, quod & nulli obest, & prodest alicui: veluti si quispiam pecuniam alicujus injustè 1 tollendam sciens, ubi sit, nescire se mentiatur, quocunque 2 interrogante. Septimum, quod & nulli obest, & prodest alicui: veluti si nolit hominem ad mortem quæsitum prodere, mentiatur. & ℣. *ibidem.* Octavum est genus mendacii, quod & nulli obest, & ad hoc prodest, ut ab immunditia corporali aliquem tueatur. & ℣. *c. 21.* ¶ Non est igitur mentiendum in doctrina pietatis: magnum enim scelus est, & primum genus detestabilis mendacii. Non est mentiendum secundo genere, quia nulli facienda est injuria. Non est mentiendum tertio genere, quia nulli cum alterius injuria consulendum est. Non est mentiendum quarto genere, propter mendacii libidinem, quæ per se ipsam vitiosa est. Non est mentiendum quinto genere, quia nec ipsa veritas fine *c* placendi hominibus enuntianda est; quantò minus mendacium, quod per seipsum, quia mendacium est, utique turpe est. Non est mentiendum sexto genere: neque enim rectè etiam testimonii veritas pro cujusquam temporali commodo ac salute corrumpitur: ad sempiternam verò salutem nullus ducendus est opitulante mendacio. & ℣. Neque septimo genere mentiendum. Non enim cujusquam commoditas, aut salus temporalis, perficiendæ fidei præferenda est. Nec se quisquam 3 in rectè factis nostris tam malè moveri sentiat, ut fiat etiam animo deterior, longeque à pietate remotior. & ℣. Nec octavo genere mentiendum est: quia & in bonis castitas animi pudicitiæ 4 corporis præfertur, & in malis id, quod ipsi facimus, eo, quod fieri finimus, nobis damnabilius est. ¶ In his autem octo generibus tantò quisque minùs peccat, cùm mentitur, quantò 5 magis à primo recedit. Quisquis autem esse aliquod genus mendacii, quod peccatum non sit, putaverit, decipiet seipsum turpiter, cùm honestum se deceptorem arbitratur aliorum.

1 ¶ Injustè] *Abest ab originali vox ista, pro qua in duobus Gratiani codicibus legitur,* juste.

2 ¶ Quocunque interrogante.] *Addita hæc sunt ex origin.*

3 ¶ Se quisquam] *Apud B. Augustinum & Ivonem est:* Nec si quisquam in rectè factis nostris tam malè movetur, ut fiat etiam animo deterior longeq; à pietate remotior, propterea rectè facta deserenda sunt. *Sed ob glossam in vers.* rectè factis, *non est mutatum.*

4 ¶ Pudicitiæ] *Apud eudem habetur,* pudicitia corporis: & in malis id, quod ipsi facimus, eo, quod fieri finimus, majus est. *Sed eadem causa obstitit, ne mutaretur.*

5 ¶ Quantò magis] *In originali legitur,* quantò emergit ad octavum: tantò amplius, quantò devergit ad primum. *Sed erat glossa in vers.* recedit.

a *Isan. 13.* b *In libro ad Consentium contra mendacium, cap. 12. Ivo p. 12. c. 48. Pann. l. 8. c. 125.* c *abest ab orig.* d *Sent. 3. distinct. 39. Ivo p. 12. c. 45. Pann. l. 8. c. 132.* e *al. quibuslam] orig.* f *Ivo part. 12. c. 31.* g *al. ubicunque.* h *Psal. 5.*

a *Sent. 3. dist. 38. Ivo p. 12. c. 1. Pann. l. 1. c. 214.* b *mentum] orig.] al. verum.* c *al. causâ.*

C. IX. ¶ *Non licet alicui humilitatis causâ mentiri.*

Item Augustinus *de verbis Apostoli, sermone 31. al. 29.*

4 CUm *a* humilitatis causâ mentiris, si non eras peccator antequam mentireris, mentiendo efficeris quod evitaveras. Veritas in te non est, nisi te ita dixeris peccatorem, ut etiam esse cognoscas. Veritas autem ipsa est, ut quod es, dicas. Nam quomodo est humilitas, ubi regnat falsitas?

C. X. ¶ *De eodem.*

Item Gregorius *lib. 26. Moralium, c. 2. al. 3.*

INcautè sunt 1 humiles, qui se mendacio illaqueant.

1 ¶ Incautè sunt] *Sic in pleriſq; manuſcriptis. Vulgata lectio erat,* incauti sunt homines. *Integer autem B. Gregorii locus sic habet:* Incautè sunt humiles, qui se mendacio illaqueant, dum arrogantiam vitant, imò mentiendo superbiunt: quia contra veritatem se erigunt, quam relinquunt.

C. XI. ¶ *Non licet mentiri, ut arrogantia vitetur.*

Item Augustinus *super Ioannem, tractatu 43.*

NOn ita caveatur arrogantia, ut veritas relinquatur.

C. XII. ¶ *Non omne mendacium æque peccatum est.*

Idem *in Enchiridio, c. 18.*

MIhi *b* autem videtur peccatum esse quidem omne mendacium, sed multùm interesse, quo animo, & quibus de rebus quisque mentiatur. Non enim sic peccat ille, qui consulendi, quomodo ille, qui nocendi voluntate mentitur: nec tantum nocet, qui viatorem mentiendo in adversum *c* iter mittit, quantum is, qui viam vitæ mendacio fallente depravat.

¶ *Nonnulla in hoc capite sunt inducta, & alia emendata ex B. Augustino & Ivone.*

C. XIII. ¶ *Non est aliquo modo quilibet decipiendus.*

Item Augustinus *in libro de conflictu vitiorum atque virtutum, c. 19.*

NEc *d* artificioso mendacio *e*, nec simplici verbo oportet decipere quenquam: quia quomodolibet 1 mentitur quis, occidit animam.

1 ¶ Quomodolibet] *In ipso libello legitur,* quolibet artis modo mentiatur, os, quod mentitur, occidit animam. *Sed Ivo cum Gratiano concordat.*

C. XIV. ¶ *Pro temporali vita alicujus, perfectus mentiri non debet.*

Item Augustinus *in quinto Psalmo ad versic.* [Perdes omnes qui loquuntur.]

NE *f* quis arbitretur perfectum & spiritualem hominem pro ista temporali vita, in cujus morte non occiditur sive sua, sive alterius anima, debere mentiri. Quoniam aliud est mentiri, aliud est verum occultare: siquidem aliud est falsum dicere, aliud verum tacere; ut si quis fortè vel ad istam visibilem mortem non vult hominem prodere, paratus esse debet verum occultare, non falsum dicere, ut neque prodat, neque mentiatur, ne occidat animam suam pro corpore alterius. & ℣. ¶ Duo *g* sunt omninò genera mendaciorum, in quibus non est magna culpa, sed tamen non sunt sine culpa; cùm aut jocamur, aut, ut proximis prosimus, mentimur. Illud primum in jocando ideò non est perniciosissimum, quia non fallit. Novit enim ille, cui dicitur, joci causâ esse dictum. Secundum autem ideò minus *h* est, quia retinet nonnullam benevolentiam. Illud verò quod non habet duplex cor, nec mendacium quidem dicendum est: tanquam, verbi gratiâ, si cui gladius commendetur, & promittat se redditurum, cùm ille, qui commendavit, popoſcerit; si fortè gladium tuum repetat furens, manifestum est tunc non esse reddendum, ne vel se occidat, vel alios, donec ei sanitas restituatur. Hic ideò non habet duplex cor, quia ille, cui commendatus est gladius, cùm promittebat se redditurum poscenti, non cogitabat furentem posse repetere. *& infra.* ¶ Manifestum 1 est non esse culpandum, aliquando verum tacere, falsum autem dicere, non invenitur concessum esse perfectis.

1 ¶ Manifestum] *Apud B. Augustinum hæc antecedunt:* Verum autem occultavit & Dominus, cùm discipulis nondum idoneis dixit: *Multa a habeo vobis dicere, sed modo non potestis portare illa.* & Apostolus Paulus, cùm ait: *Non b potui loqui vobis, quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus.* Unde manifestum est, &c.

C. XV. ¶ *Nostro peccato, alterius salutem consulere non debemus.*

Idem *in libro contra mendacium, c. 17.*

FAciat e homo etiam pro temporali hominum salute, quod potest. Cùm autem ad hunc articulum ventum fuerit, ut tali saluti consulere, nisi peccando, non possit, jam se existimet non habere, quid faciat, quando id reliquum esse perspexerit, quod non 1 rectè faciat.

1 ¶ Non] *Addita est negatio ex originali & Ivone: nec enim glossa impediebat.*

C. XVI. ¶ *De eodem.*

Item Isidorus *in Synonymis,* d *cap. 20.*

OMne *e* genus mendacii summopere fuge: nec cùm studio loquaris falsum: nec ut præstes, mentiri studeas: nec quâlibet fallaciâ vitam alicujus defendas. Cave mendacium in omnibus.

C. XVII. ¶ *De eodem.*

Item Augustinus *in lib. de mendacio, cap. 6.*

SI quis ad te confugiat, qui mendacio tuo possit à morte liberari, non es mentiturus. Os enim *f* quod mentitur, occidit animam. *& ℣.* ¶ Cùm ergo mentiendo vitæ æternæ amittitur, nunquam pro cujusquam vita temporali mentiendum est.

¶ *Caput hoc abest à pleriſq; vetuſtis, & in duobus eſt cum nomine Palea.*

C. XVIII. ¶ *Non reputantur mendacia, cùm ea quæ non sunt, joco dicuntur.*

Item Augustinus *in libro quæstionum Gen. 44. quæst. 141.*

QUòd *g* autem ait fratribus suis Joseph: [*Nescitatio, quia augurio auguratur homo, qualis ego*:] de hoc augurio etiam mandavit eis dicendum per hominem suum, quid sibi velit, quæri solet. An quia non serio, sed joco dictum est, ut exitus docuit, non est habendum mendacium? Mendacia enim à mendacibus serio aguntur, non joco. Cùm autem quæ non sunt tanquam joco dicuntur, non deputantur mendacia.

Sed in Vetere Testamento multa permittebantur, quorum exemplis hodie uti non licet.

C. XIX. ¶ *Veterum exemplo mentiri non licet.*

Unde Gregorius *lib. 18. Moral. c. 3. al. 4.*

SI quis per Vetus Testamentum vult sinum tueri mendacium, quia minùs illic quibusdam fortasse nocuerit, dicat necesse est, rerum alienarum raptum, & retributionem injuriæ, quæ infirmis illic concessa sunt, sibi noncere non posse. Quæ omnia cunctis liquet, quantâ animadversione veritas insequitur, quæ nobis jam significationis suæ umbrâ postpositâ, in vera carne declaratur.

---

a *Ivo p. 12. c. 42. Pann. l. 1. c. 122.* b *Ivo p. 12. c. 51.* c *al. diversum.* d *Ivo p. 12. c. 44.* e *al. ingenio.* f *Anſ. l. 11. c. 79. Ivo p. 12. c. 46. Pann. l. 4. c. 130.* g *In Conc. Toletano I. c. 2.* h *al. minus.*

a *Ibi. 16.* b *1 Cor. 3.* c *Ivo p. 12. c. 48. Pann. l. 1. c. 126.* d *Capit. de mendacio, in recen. impreſſ. & ſimile l. 2. de ſummo bono, cap. 20.* e *Ivo p. 12. c. 43. Pann. l. 4. c. 116.* f *Sap. 1.* g *Ivo p. 12. c. 47. Pann. l. 4. c. 129.*

C. XX.

C. XX. ¶ *Obstetrices de pietate remuneratæ, de mendacio sunt punitæ.*

Idem *eod. lib. c. 2. al. 4.*

SI a quælibet culpa sequenti solet piâ operatione purgari, quantò magis hæc facillimè abstergitur, quam mater boni operis pietas ipsa comitatur? Nonnulli verò de obstetricum fallacia conantur asserere, hoc mendacii genus non esse peccatum, maximè quòd illis mentientibus scriptum b est: [*quia ædificavit illis Dominus domos.*] In qua magis recompensatione cognoscitur, quid mendacii culpa mereatur. Nam benignitatis earum merces, quæ eis in æterna potuit vita retribui, præmissâ c culpâ mendacii, in terrenam est recompensationem declinata.

Abraham quoque loquens ad pueros suos ait d: [Sedete hic cum asino: ego & puer illuc usque pertransibimus: & cùm adoraverimus, revertemur ad vos;] *licet aliud se facturum deliberaret, tamen excusatur à mendacio. Unde Ambrosius in libro de Patriarchis.* [¶ Prophetavit e Abraham, quod ignorabat. Ipse solus disponebat redire immolato filio. Sed Dominus per os ejus locutus est, quod parabat. Captiosè autem loquebatur cum servulis, ne cognito negotio, aut impediret aliquis, aut gemitu obstreperet, aut fletu.]

f pars. *Quandoque aliquid jubendo significamus velle fieri, quod tamen fieri nolumus, sed experimentum obedientiæ quærimus: sicut Abraham à Deo tentatus legitur,* f *cùm jussus est immolare filium, quem Dominus nolebat ab eo occidi. Unde in eodem libro idem* g *Ambrosius:* [¶ Non enim volebat Deus immolari à patre filium: nec impleri hoc munus volebat, qui ovem pro filio immolandam obtulit: sed tentabat affectum patris, si Dei præcepta præferret filio.] *& infrà.* [Non injicias, *inquit,* manum in puerum, neque facias ei quicquam] *& ſ.* [Affectum tuum inquisivi, non factum exegi: tentavi mentem tuam, si etiam filio dilectissimo non parceres propter me. Non aufero, quod donavi ipse: nec hæredem invideo, quem largitus sum non habenti.]

C. XXI. ¶ *Simulatio utilis est, & in tempore assumenda.*

Item Hieronymus *in epist. ad Galatas, c. 2.*

UTilem simulationem, & in tempore assumendam, Jehu Regis Israël nos docet exemplum: qui cùm non potuisset interficere Sacerdotes Baal, nisi se finxisset velle idolum colere, dixit *h*: [*Congregate mihi omnes Sacerdotes Baal. Si enim Rex Achab servivit Baal in paucis, ego serviam ei in multis.*] Et David *i*, quando mutavit faciem suam coram Abimelech, & dimisit eum, & abiit. Nec mirum quamvis justos homines, tamen aliqua simulare pro tempore ob suam & aliorum salutem: cùm & ipse Dominus noster non habens peccatum, nec carnem peccati, simulationem peccatricis carnis assumpserit, ut condemnans in carne peccatum, nos in se faceret justitiam Dei.

Ecce, quæ mendacia sint venialia, & quæ damnabilia. ¶ *Sed quæritur, quare dicat Augustinus, non esse mentiendum pro temporali vita alicujus: cum Abraham* k *descendens in Ægyptum rogaverit Saram, ut sororem ejus se esse mentiretur, dicens:* [Novi quòd pulchra sis mulier, & quòd cùm viderint te Ægyptii, dicturi sunt, uxor illius est, interficient me, & te reservabunt. Die ergò, obsecro te, quòd soror mea sis, ut benè sit mihi propter te, & vivat anima mea ob gratiam tui.] *Sed Abraham non mendacium dici, sed verum tacere voluit.*

C. XXII. ¶ *Quomodo Abraham excusetur à mendacio, qui Saram sororem suam esse dixit.*

Unde idem Augustinus *ait in quæstim. Genes. q. 26.*

QUæritur, cur Patriarcha mentiri voluit, ut diceret Saram sororem suam, & non potiùs Deo commisit, qui si vellet, ejus pudicitiam apud Pharaonem servare posset. Sed veritatem voluit celari, non mendacium dici. Soror enim dicitur, quia filia fratris erat. Et in hoc ostenditur, quòd nemo debet tentare Deum suum, dum habet, quod rationabili consilio faciat. Fecit a quod potuit: quod non potuit, Deo commisit, in quem speravit: nec eum fides, aut spes fefellit. Si autem interrogatus illam fœminam indicâsset uxorem, duas res tuendas contulisset Deo, & vitam, & uxoris pudicitiam.

¶ *In quæstione ipsa vigesima sexta non sunt omnia verba hujus capituli: sed confectum est etiam ex lib. 22. contra Faustum, & contrà Secundinum, & ex aliis locis.*

Item opponitur, quòd Iacob b *mentiendo & sibi profuit, & alii nocuit, nec tamen reprehenditur, sed commendatur. Sed Iacob decendo se esse Esau primogenitum, non erat mentitus. Non enim dixit se esse primogenitum, nascendo, sed jus primogenituræ, illo vendente, rite adeunde. Sic & Christus Ioannem dixit* c *esse Heliam, non personâ, sed imitatione virtutis. Erat ergò Iacob Esau, non nascendo, ut diximus, sed emptione primogenituræ, de non primogenito in primogenitum transeunde: sicut & ipse Esau primogenita vendendo, de primogenito non primogenitus fieri meruit. Sic & Iudæi, cùm essent filii Abrahæ carne, quia non fuerunt filii ejus imitatione, non deputantur inter filios Abrahæ, sed dicuntur filii diabolo: cujus filii sunt, non nascendo, sed imitando. Unde à Domino audire meruerunt* d: [Si filii Abrahæ estis, opera Abrahæ facite: nunc autem quæritis me interficere, hominem, qui veritatem locutus sum vobis. Hoc Abraham non fecit. Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri facere vultis.] ¶ *Econtrà Gentiles, cùm secundum originem carnis ab Abraham essent alieni, tamen imitatione fidei & justitiæ successerunt in filios Abrahæ. Unde ab Apostolo* e *dicitur eisdem:* [Si autem Christi, ergò Abrahæ semen estis.] *Hinc idem Apostolus scribens* f *Romanis ait:* [O tu Judæe, si circumcidaris, nec legem observes, circumcisio tua præputium facta est: quomodo & præputium, si justitias legis custodiat, in circumcisionem reputatur.] *Præfertur ergò, ut ex præmissis colligitur, imitatio operis origini carnis. Veraciter ergò, non mendaciter Iacob se dixit Esau esse: nec mentiendo, sed verum dicendo sibi profuit, alteri verò non nocuit; quia benedictionem sibi debitam accepit, non alienum* g *surripuit.* ¶ *Episcopus verò iste, de quo agitur, etsi falsum juravit, tamen quia, ut suprà dictum est, ream* h *linguam non facit nisi rea mens, nequaquam reus perjurii habetur. Probatur hoc etiam exemplo Saulis, qui cùm esset pugnaturus contra Philistæos, juravit se interfecturum quicunque ante sæ-lum cæsum comederet. Ionathas* i *autem filius ejus non audito Regis juramento, cùm pugnando magnam hostium stragem dedisset, & salutem fecisset in Israel, fame laborans, videt favum mellis, quem regâ virgâ quam gestabat in manibus, accepit, & comedit: statimq; oculi, quos ferè fames clauserat, aperti sunt, & facies ejus exhilarata est. Quo comperto, Saul voluit eum dare neci: sed precibus, & piâ populi supplicatione placatus, mortis revocavit sententiam, ne interficeretur ille, per quem salus data erat in Israel, & quo pugnante, de manibus hostium populus ille liberatus fuerat. Ecce Saul falsum juravit, quia quod jurejurando se facturum decrevit, precibus populi revocatus* k *non fecit. Nec tamen perjurii reus arguitur; quia, quantum in ipse fuit, quod juravit, implevit, dum sententiam mortis in filium dedit; quam non carnali affectu, sed populi supplicatione revocavit.*

QUÆSTIO III.

CUm ergò, ut ratione & exemplo monstratum est, Episcopus reus perjurii non esset, consueta obedientia ab Archidiacono sibi denegari non debuit: cùm etiamsi criminosum

a *Ivo part. 12. c. 41.* b *Exod. 1.* c *al pro admissa.* d *Gen. 22.* e *l. 1. de Abraham, c. 8.* f *Gen. 22.* g *Ibid. in principio capitu. 22.* h *4. Reg. 10.* i *1. Reg. 21.* k *Gen. 12.*

a *Lib. 22. contra Faustum, c. 36. 33. & rursus 36.* b *Genes. 22. & 25.* c *Matth. 11.* d *Ioann. 8.* e *1. Corinth. 4.* f *Roman. 2.* g *alienam.* h *Suprà cùd. homines.* i *1. Regum 22.* k *al. provocatus.*

illum esse constaret, ante definitivam tamen sententiam, ut suprà monstratum est, nulli Clericorum suorum ab eo liceret discedere. Constat ergò illicitum esse, quod Archidiaconus juramento firmavit.

Unde meritò quæritur, an debeat servari, vel non?

QUÆSTIO IV.

1 pr. QUod autem illicita juramenta servari non debeant, in Toletano Concilio VIII. *cap. 2 legitur: in quo sic statutum est.*

C. I. ¶ *Melius est vota stultæ promissionis non implere, quàm crimen committere.*

SI *a* publicis sacramentorum gestis (quod Deus avertat) à quibuslibet illicita, vel non bona extitisset *b* conditio allegata, quæ aut jugulare animam patris, aut agere compelleret stuprum sacratissimæ virginis: nunquid non tolerabiliùs esset stultæ promissionis vota rejicere, quàm per inutilium promissorum custodiam, exhorrendam criminum implere mensuram?

C. II. ¶ *Aliquando non expedit promissum servare sacramentum.*

Item Ambrosius *de officiis, lib. 3. cap. 30.* c

EST *d* etiam contra officium nonnunquam solvere promissum, sacramentum custodire 1: ut Herodes, *e* qui juravit, quoniam, quicquid petitum esset, daret filiæ Herodiadis: & necem Joannis præstitit, ne promissum negaret.

1 ¶ Custodire:] *Addita est vox ista ex originali, & Concilio Toletano, in quo refertur.*

Item in sermone S. Augustini f *Episcopi de Decollatione S. Joannis Baptistæ, qui sic incipit:* [*Cùm S. Evangelium legeretur.*]

C. III. ¶ *Pietas fuit, quod David Nabal, sicut juraverat, non occiderit.*

QUòd *g* David juramentum per sanguinis effusionem non implevit, major pietas fuit. Video 1 David pium hominem & sanctum in temerariam jurationem cecidisse, & maluisse non facere, quod juraverat, quàm jurationem suam fuso hominis sanguine implere.

1 ¶ Video] *Hæc sunt verba B. Augustini in eo sermone. Antecedentia autem videntur summæ quadam: nec sunt apud Ivonem, aut in Panormia.*

C. IV. ¶ *De eodem.*

Idem *ibid.*

IUravit *h* David temerè, sed non implevit jurationem majori pietate. *&c.* ¶ Ecce sanctus David non quidem iratus sanguinem hominis fudit: sed eum falsum juràsse negare quis poterit? De duobus peccatis elegit minus: sed minus fuit illud in comparatione majoris. Nam per seipsum appensum, magnum malum est, falsa juratio.

C. V. ¶ *Turpia vota servanda non sunt.*

Item Isidorus *in Synonymis* 1. *libro secundo* 1.

IN *k* malis promissis rescinde fidem. In turpi voto muta decretum: quod incautè vovisti, ne facias. Impia enim est promissio, quæ scelere adimpletur.

1 ¶ Secundo.] *Etiam B. Braulius in vita Isidori memorat duos Synonymorum libros. Et in Synonymis, quæ nuper cum aliis Isidori operibus sunt Parisiis impressa, facilè locum haberet divisio in duos libros. Nam ex posteriore parte videtur sumptus libellus de norma vivendi, qui in eodem Parisiano codice habetur. Alter autem libellus de contemptu mundi, qui & ibidem, & antea Antverpiæ & alibi Venetiis sub hoc titulo,* Isidorus de homine, & ratione defiente, & de homine, & ratione consolante, *impressus est, videtur epitome quædam Synonymorum.*

C. VI. ¶ *Non est observandum juramentum, quo malum incaute promittitur.*

Item Beda *in homil.* à 44. *in Natali Decollationis S. Joannis.*

SI *b* aliquid fortè nos incautiùs jurâsse contigerit, quod observatum pejorem vergat in exitum, liberè illud consilio salubriore mutandum noverimus, ac magis instante necessitate pejerandum nobis, quàm pro vitando perjurio in aliud crimen gravius esse divertendum. Denique juravit David *c* per Dominum occidere Nabal virum stultum & impium, atque omnia, quæ ad illum pertinerent, demoliri. Sed ad primam intercessionem Abigail fœminæ prudentis mox remisit minas, revocavit ensem in vaginam, neque aliquid culpæ se tali perjurio contraxisse doluit.

C. VII. ¶ *De duobus malis, minus eligi oportet.*

Item *ibid.*

NOn *d* solùm in jurando, sed in omni, quod agimus, hæc est moderatio solertiùs observanda: ut si in talem fortè lapsum versuti hostis inciderimus insidiis, ex quo sine aliquo peccati contagio surgere non possimus, illum potiùs evadendi aditum petamus, in quo minus periculi nos perpessuros esse cernimus.

C. VIII. ¶ *Tolerabilius est juramentum non implere, quàm quod turpe est, facere.*

Item Ambrosius *de officiis, lib 3. c. 12.* e

UNusquisque *f* simplicem sermonem profert: ut suum in sanctificatione possideat: nec fratrem sum circumscriptione verborum inducat: nihil promittat inhonestum: aut si promiserit, tolerabiliùs est promissum non facere, quàm facere, quod turpe sit. Sæpè *g* plerique constringunt seipsos jurisjurandi sacramento, & cùm ipsi cognoverint, promittendum non fuisse, sacramenti tamen contemplatione faciunt, quod spoponderunt: sicut de Herode suprà scripsimus, qui *h* saltatrici præmium turpiter promisit, crudeliter solvit. Turpe, quòd regnum pro saltatione promittitur; crudele, quòd mors Prophetæ pro jurisjurandi religione donatur. Quantò tolerabilius tali fuisset perjurium sacramento *i*? Si tamen perjurium possit dici, quòd ebrius inter vina juraverat, quòd eviratus 1 inter saltantium choros promiserat. Infertur disco Prophetæ caput, & hoc æstimatum est fidei esse, quod amentiæ fuit. *& post pauca de lapsu* k *differens.* Miserabilis, *inquit*, necessitas, quæ solvitur parricidio. Melius est non vovere, quàm vovere id, quod sibi is, cui promittitur, nolit exolvi. *& post paulò.* ¶ Non semper igitur promissa solvenda omnia sunt. Denique *l* ipse Dominus frequenter suam mutat sententiam, sicut Scriptura indicat.

1 ¶ Eviratus] *Emendatum est ex B. Ambrosio & Beda. Antea enim legebatur,* & juratus.

C. IX. ¶ *Incommutabilis Deus quandoque sua mutat statuta.*

Item ex Concilio Toletano VIII. *c. 2.*

INcommutabilis, eademque semper existens Dei natura, parcens sua sæpè in sacris literis legitur mutâsse promissa, & pro misericordia temperâsse sententiam. Unde quamlibet sit impassibilis, atque immutabilis, ejusdemque deitatis, licet sint dicta firmissima, crebrò

a *Ivo part. 12. c. 9. Pann. l. 8. c. 90.* b *al. extitisse conditio allegatur.* c *Ibid. in Tolet. 8.* d *Sent. 3. dist. 39. Ivo p. 12. c. 3. Pann. l. 8. c. 91.* e *Matth. 14.* f *Serm. 11. de sanctis, cujus principium est:* [*Propter hunc.*] g *Sent. ib. Ivo p. 12. c. 11. Pan. l. 8. c. 92.* h *Sent. ibid. Ivo ibid. Pann. l. 8. c. 93.* i *Cap. de mendacio. an impressè Parisiis.* k *Ivo p. 12. c. 12. In Tolet. 8. c. 2. & in Tribur. c. 23.*

a *Et glossa ordinaria in cap. 14. Matthæi in verbo, juramentum.* b *Infrà eâdem si aliquid. cap. 16. Burchard. l. 12. c. 16. Ivo p. 12. c. 12. & 71. Pann. l. 8. c. 94. & 118.* c *1. Reg. 25.* d *Ivo p. 12. cap. 13. Pann. l. 8. c. 95.* e *In Tolet. 8. c. 2.* f *Ivo p. 12. c. 17.* g *Pann. l. 8. c. 96.* h *Matth. 14.* i *homicidio.*] *Ivo ibid.* k *Ibid. in cap. 101.* l *Infr. eâd. non semper.*

tamen ejus & juramenta leguntur, & pœnitentia, quæ sacris extant mysteriis adoperta. Jurare namque Dei, est à seipso nullatenùs ordinata convellere : pœnitere verò, eadem ordinata, cùm voluerit, immutare. Sic per Hieremiam *a* dicit : [*Repentè loquar adversùm gentem, & adversùm regnum, ut eradicem, & destruam, & disperdam illud. Si pœnitentiam egerit gens illa super malo suo, quod locutus sum adversùs eam, agam & ego pœnitentiam super malo, quod cogitavi, ut facerem ei.*]

¶ *Initium hujus capituli emendatum est ex recentioribus editionibus Conciliorum Coloniensibus, & codice Lucensi Regio. In vetustioribus autem editionibus, & duobus codicibus Vaticanis, duobusq; monasterii Dominicani post versic.* innectenda. *quod in ipso Concilio antecedit huic capitulo, sequitur continenter :* Etenim immutabilis deitatis licet dicta sint firmissima, crebrò tamen, &c. *intermissis omissis.*

C. X. ¶ *Sapientiæ est revocare, quod malè loquitur.*

Item Augustinus.

MAgnæ sapientiæ est, revocare hominem, quod malè locutus est.

C. XI. ¶ *Quâ pœnâ feriatur, qui illicitum juramentum facit.*

Item ex Concilio Ilerdensi, *c.* 8. b

QUi sacramento se obligaverit, ut litigans cum quolibet ad pacem nullo modo redeat : pro perjurio uno anno à communione corporis & sanguinis Domini segregatus, reatum suum eleemosynis, fletibus, & quantis potuerit jejuniis, absolvat. Ad charitatem verò, quæ *c* operit multitudinem peccatorum, celeriter venire festinet.

C. XII. ¶ *Non omnia promissa solvenda sunt.*

Item Ambrosius *lib. 3. officiorum, c. 12.* d

NOn semper promissa omnia solvenda sunt. Denique ipse Dominus frequenter suam mutat sententiam, sicut Scriptura indicat.

C. XIII. ¶ *De eodem.*

Item Isidorus *sententiarum lib. 2. c. 31.* e

NOn *f* est observandum juramentum, quo malum incautè promittitur : veluti si quispiam adulteræ perpetuam cum ea permanendi fidem polliceatur. Tolerabiliùs est enim non implere sacramentum, quàm permanere in stupri flagitio.

C. XIV. ¶ *Malè jurans pœnitentiam agat.*

Item ex Concilio Toletano, *c. 1.*

NEcesse *g* est, ut malè jurans dignam pœnitentiam agat, eo quod nomen Domini contra præceptum illius sumpsit in vanum : quia in Exodo scriptum est *h* : [*Nec enim insontem habebit Dominus eum, qui assumpserit nomen Domini Dei sui frustrà.*]

¶ *Verba propria hujus & sequentis capitis non sunt in canone secundo Concilii Toletani editi : ex quo tamen citata Rabanus in lib. pœnit. c. 21. & Burchardus lib. 12. c. 29. Conjunctè enim hoc affert cum iis, quæ in secundo illo canone leguntur. Idem verò Burchardus, c. 7. citat ex Toletano, c. 9. Ivo autem absolutè ex Toletano. Suntq; apud ipsos hæc duo capita conjuncta, quemadmodum & in aliquot vetustis Gratiani exemplaribus, sine voce ista,* Item,

C. XV.

[*Item*] & in Levitico *i.*

NOn *pejerabis in nomine meo, nec pollues nomen Dei tui, ego Dominus.*] Malum tamen, quod facturum se sacramento devoverit, omninò non faciat, quia stulta vota frangenda sunt.

¶ *Ita etiam cæteri collectores. Sed suprà eâd. caput, si aliquid istiusdem verbi affertur ex Beda, apud quem habetur, ut ibi est indicatum.*

C. XVI. ¶ *Juramentum, quo malum incautè promittitur, non est servandum.*

Item ex decreto Soteris Papæ, *c. 3.*

SI *a* aliquid fortè incautiùs nos jurâsse contigerit, quod observatum pejorem vergat in exitum, illud consilio salubriore mutandum noverimus : & magis instante necessitate pejerandum *b* nobis, quàm pro 1 facto juramento in aliud crimen majus esse divertendum.

1 ¶ Pro facto] *Apud Ivonem & in Panormia legitur,* pro vitando perjurio, *ut sup. eâd. c. 8. In Polycarpo autem,* profectò in aliud. *Anselmus habet quemadmodum Gratianus.*

C. XVII. ¶ *Temeritas emendetur, cum incauta diffinitio solvitur.*

Item ex Concilio Eliberitano *c, c. 1.*

DIffinitio *d* incauta laudabiliter solvenda est : nec est prævaricatio, sed temeritatis emendatio.

¶ *Ivo citat ut Gratianus. Burchardus autem ex Concilio Eliberitano, & sic est in manuscripta collectione canonum incerti auctoris.*

C. XVIII. ¶ *Illicitum juramentum non est servandum.*

Item.

ACtione 1 quartâ *e* septimæ Synodi] Joannes Apocrisiarius Orientalium sedium dixit. Significat sermo patris nostri Sophronii, quòd meliùs sit jurantem pejerare, quàm servare sacramentum in fractione sacrarum imaginum. Hoc autem dicimus, quia sacramento quidam se excusant. Tharasius Patriarcha dixit *f.* Quia 2 pater Sophronius noverat bonitatem Dei, propterea transgredi voluit impium juramentum. *Item paulo post.* ¶ Tharasius Patriarcha dixit : Herodes servavit juramentum, & periit : Petrus verò negavit cum juramento, & conversus flevit, & salvatus est. Omne enim peccatum bonus Deus indulget, si quis ex toto corde pœniteat. Sancta Synodus dixit : Sic nos docet sancta Scriptura. Item Leontius *g* Episcopus Phoceæ dixit : Scriptum *h* est : [*Juramentum mendax ne diligatis.*] Qua de causa juramentum nostrum mendax dissolvatur, quasi nullam habens virtutem.

1 ¶ Actione quartâ septimæ Synodi] *Hæc verba in uno vetusto Gratiani codice sunt titulus (quemadmodum & apud Ivonem) Initium verò capitis est,* Joannes, &c. *& versio hæc non est Anastasii Bibliothecarii.*

2 ¶ Quia pater] *Aliter habet locus ille Synodi. Ibi enim ex Limonario, seu horto spirituali, cujus auctor est Sophronius, refertur consilium Abbatis Theodori Æliota datum inducto, ut juramentum diabolo præstitum, de non adoranda imagine Virginis Mariæ, Jesum infantem gestantis, nullo modo servaret.*

C. XIX. ¶ *Non observentur juramenta, quæ sunt contra divina mandata.*

Idem Isidorus.

SI quis prævenius fuerit, ut definiat agere aliquid eorum, quæ non placent Deo, pœnitentiam agat : & quod contra mandatum Domini statutum est, in irritum revocetur. *Item Hieronymus in libro de natura rerum.* ¶ Tribus siquidem modis juramenta contracta solvenda sunt. Primò, cùm quis malè jurat. Secundò,

a *Hierem. 18.* b *Burch. l. 12. c. 17. Ivo part. 12. c. 84. Rabanus in pœnit. c. 10.* c *1. Pet. 4.* d *In Tolet. 8. c. 2. sup. eâd. unusquisque, in fine. Ivo part. 12. c. 27. Panm. l. 2. c. 102.* e *Conc. Tolet. 8. c. 2. Beda in Scintillis, c. 36. Glossa ordinaria in cap. 14. Matth.* f *Pol. l. 6. tit. 12. Burch. l. 12. c. 10. Ivo part. 12. c. 46. & 67. Panm. lib. 8. c. 111.* g *Rabanus lib. pœnit. cap. 21. Burch. lib. 12. c. 7. & 29. Ivo p. 12. c. 64.* h *Exod. 20.* i *Levit. 19.*

a *Sup. eâd. si aliquid. Polyc. l. 8. tit. 11. Ansel. l. 11. c. 73. Ivo p. 12. c. 73. Panm. lib. 2. c. 118.* b *al. perjurandum.* c *al. Hibernens.* d *Burch. lib. 12. c. 25. Ivo part. 12. c. 30.* e *Sentent. 3. distinct. 39. Ivo p. 12. c. 25. Panm. l. 2. c. 98. 100.* f *In Limonario, c. 17.* g *al. Leo.* h *Zachar. 8.*

cùm quis incautè jurat, non putans hoc esse peccatum. Tertiò, si pueri vel puellæ in domo parentum se juramento constrinxerint, patribus *a*, postquam audierint, contradicentibus.

¶ *In libro de institutis Monachorum B. Basilii, Russino interprete, hæc leguntur:* Si quis præventus fuerit, ut diffiniat agere aliquid eorum, quæ non placent Deo. *In responsione verò subjicitur,* pœnitentiam debet agere *& postea,* oportet irrita revocare, quæcunque ex præsumptione contra mandatum Dei statuuntur.

2 pars. *Ecce, quòd juramenta illicita laudabiliter solvuntur, damnabiliter servantur. Quod tunc intelligendum est, quando juramentum illicitum deseritur, ut ad bonum redeatur. Cæterùm, si propterea deseritur, ut in aliud malum transeatur, illicitum sacramentum damnabiliter servatur, sed damnabilius contemnitur.*

C. XX. ¶ *Non est appellanda fides, quæ ad peccatum faciendum adhibetur.*

Unde Augustinus *de bono conjugali, c. 4.*

Si *b* ad peccatum faciendum fides adhibetur, mirum, si fides appellanda est. Veruntamen qualiscunque sit, si & contra ipsam sit, pejus sit: nisi cùm propterea deseritur, ut ad veram fidem, legitimamque redeatur: id est, ut peccatum emendetur voluntatis pravitate correctâ: tanquam si quis, cùm hominem solus expoliare non possit, inveniat socium iniquitatis, & cum eo paciscatur, ut simul id faciant, spoliumq; partiantur: quo facinore commisso totum solus auferat: dolet quidem ille, & fidem sibi non esse servatam, conqueritur. Verùm in ipsa sua querela cogitare debet, potius in bona vita ipsi humanæ societati fidem fuisse servandam, ne præda iniqua ex homine fieret, si sentit, quàm iniquè sibi in peccati societate servata non fuerit. Ille quippe utrobique perfidus, profectò scelleratior judicandus est.

C. XXI. ¶ *Si propterea fides non servatur, ut ad bonum redeatur, non ideò violari dicitur.*

Idem *ibidem.*

Mulier *c*, si fide conjugali violatâ, fidem servet adultero, utique mala est: sed si nec adultero, pejor est. Porrò si eam flagitii pœniteat, & ad castitatem rediens conjugalem, pacta ac placita adulterina rescindat, miror, si eam fidei violatricem vel ipse adulter putabit.

Ex his itaque apparet, quòd si quispiam, ut diximus, illicitum juramentum non servaverat, ut in aliud malum perniciosum declinet, tanto gravius delinquit, quanto damnabilius accumulantur peccata peccatis. Si autem propterea deseritur, ut ad bonum redeatur; nihil culpæ pro tali perjurio contrahitur: potius defendum est, si in aliquo illius juramenti occasione nos deliquisse contigerit. Unde Augustinus scribit Severo Milevitano Episcopo, consulenti de quodam Hubaldo, qui à consanguinea cujusdam pellicis coactus fuerat jurare, se illam ducturum in conjugem, nec matri suæ vel fratribus ulteriùs necessaria subministraturum.

Rescribit ergò B. Augustinus, *ut diximus, Severo Milevitano Episcopo, sta dicens.*

C. XXII. ¶ *De quodam Hubaldo, qui juravit se non ministraturum necessaria matri & fratribus.*

Inter cætera, ut rogaveras, à patre nostro Ambrosio quæsivi, quid tibi, charissime, agendum sit de Hubaldo parochiano tuo, qui captus, & timore necis impulsus, suæ concubinæ juramento firmavit, ipsam in conjugem suscipere, propriamque matrem cum fratribus de domo expellere, nihilque eis alimoniæ unquam impendere. Quia verò, quam prius concubinam habuerat, non est peccatum in conjugem suscipere, matrimonium sit in Deo firmum & stabile. Porrò juramentum non ob hoc fuisse institutum invenitur, ut esset vinculum iniquitatis, vel matricidii, vel fratricidii, seu cujuscunque criminis. Nec credo sacramentum ad hoc debere fieri, ut injusta juratio suorum bonorum sit injustè jurantibus expoliatio, & accipienti æterna damnatio. Perjurii namq; percutitur pœnâ, & velut homicida in extremo examine à justo judice degrandinabitur *a*, per quem sacrosanctum Evangelium ad injustum & illicitum, & Deo minimè amabile, quasi testimonium justæ & humanæ petitionis adducitur. Foveat itaq; Hubaldus matrem & fratres: & lugeat, si coactione & timore juramenti aliquid defuit matri. Qui verò eum jurare coëgerunt, quod non debuit, reatu perjurii impliciti teneantur. Injuria quippe injustè irrogata, ejus est infamia, qui facit. Nec enim ullo modo ad opprobrium coactæ voluntatis trahitur, quod illicita conditio necessitatis extorsit.

3 pars. *Sed cùm his omnibus illicita juramenta non servanda probentur, opponitur, quod Josue* b *Gabaonitæ contra præceptum Domini non deleverit, quia seniores Israël juramento cum eo pacem firmaverant. Sed notandum est, quòd seniores Israël, essi fierent à Domino esse imperatum, ut delerent gentes terræ promissionis, decepti tamen à Gabaonitis, nesciebant eos esse incolas terræ sibi promissæ. Venerunt enim (ut historia refert) attritis calceamentis, & cum aridis panibus, dicentes: Veri pacifici, veximus de terra longinqua: calceamenta sunt attrita in pedibus nostris: panis desiccatus in sarcinis nostris: audivimus Dominum esse vobiscum, & venimus componere pacem. Quod verbum placuit senioribus Israël, & fecerunt pacem cum eis. Post diem verò tertium, cùm filii Israël appropinquarent Gabaonitis, occurrerunt eis, quibus juraverant seniores Israël. Illi autem videntes se esse deceptos, voluerunt delere, sed pepercit eis Josue propter juramentum seniorum Israël.*

C. XXIII. ¶ *Quædam, licèt à Deo prohibeantur, tamen juramento firmata non sunt evitanda &c.*

Unde Ambrosius *in l. officiorum 3. c. 11.*

Innocens *d*, credit omni verbo.] Non vituperanda facilitas, sed laudanda bonitas. Hoc est innocentem esse, ignorare, quod noceat: & si circumscribitur ab aliquo, de omnibus tamen benè judicat, qui fidem esse in omnibus arbitratur. Hâc igitur mentis suæ devotione inclinatus Josue, ut crederet Gabaonitis, testamentum disposuit, pacem dedit, confirmavit societatem. Sed ubi in terras eorum ventum est, deprehensâ fraude, quòd cùm essent finitimi, advenas se esse simulaverint: circumscriptum se populus Patrum indignari cœpit: Josue tamen pacem, quam dederat, revocandam non censuit; quia firmata erat sacramenti religione: ne dum alienam perfidiam redargueret *e*, suam fidem solveret. Mulctavit tamen eos vilioris obsequio ministerii. Clementior sententia, sed diuturnior.

Illicitum ergò juramentum, quod servari prohibetur, intelligendum est, quod scitur esse illicitum, dum juratur. Si autem restatur illicitum esse, ipsa ignorantia excusat, si putetur licitum esse non ex ignorantia juris, sed facti. Aliud enim est, si alicujus copula credatur esse licita, quia nescitur esse consanguinea, vel quia creditur esse vidua: aliud, si ideò putatur licita, quia consanguineorum conjunctio, vel relictarum copula nullo jure creditur esse prohibita. Hic enim est ignorantia juris, quæ neminem excusat, nisi cui permittitur jus ignorare: ibi verò ignorantia facti, quâ quisque verè f excusatur. Senatres autem Israël non ignorabant gentes terræ promissionis ex præcepto Domini esse delendas: sed ignorabant Gabaonitas esse incolas terræ promissionis. Ignorabant siquidem factum, sed non ignorabant jus facti: atque ideò, essi illicitum esse quod juraverunt, tamen licitè servari debuit, quod juramento firmaverunt. Quòd autem illicitum juramentum servari prohibetur, non est generaliter intelligendum. Juramentum g namq; (ut Hieronymus testatur super Hieremiam) debet habere tres comites, veritatem,

a *al. parentibus.* b *Ivo p. 12. c. 24. Pann. l. 8. c. 96.* c *Ivo ibid. Pann. lib. 8. c. 97.*

a *al. degradabitur,*] *al. condemnabitur.* b *Ios. 9.* c *Sic in vetustis, nam in vulgatis erat, servanda.* d *Prov. 14.* e *al. arguit,*] *vrig.* f *al. seriò.* g *sup. q. 2. anima advertendum.*

judicium,

judicium, & justitiam: ubi autem ista defuerint, non est juramentum, sed perjurium. Unde datur intelligi, illicitum esse juramentum, cui aliquod istorum defuerit: non tamen cuicunque contigerit aliquod istorum deesse, prohibetur servari. Aliquando namque juramento deest justitia: veluti, cùm quispiam post votum castitatis ducit uxorem, juramento firmans, nunquam se ab ea discessurum: quod quamvis illicitum sit, quia justitia sibi probatur deesse, tamen auctoritate Augustini servari præcipitur. Hoc autem si quis contendat prærogativa conjugii, non propter religionem juriurandi servari, animadvertat Gabaonitas ob solam religionem contra Domini imperium reservatos. Cùm ergò omne Domini præceptum justum sit, patet ex justitiam deesse, quod ejus præcepto contrarium invenitur. Iudicium quoque aliquando juramento constat deesse, veluti cùm propriâ temeritate aliquis ductus jurat se manducaturum & bibiturum. Hoc quamvis levitate indiscretâ illicitum probetur, non tamen ideò violari jubetur. Iuramentum itaque multipliciter illicitum intelligitur. Est enim illicitum aliquando ex eo quod juratur, aliquando ex causa extrà venienti, aliquando ex modo jurandi. Ex eo quod juratur, tunc est illicitum juramentum, quando id, quod juratur, in sua natura vitiosum est, vel vitam adimens, ut adulterium, homicidium, & his similia; vel reparari non permittens, veluti cum inimico ad pacem non redire, indigenti misericorditer non subvenire. Ista, quia perspicuam in se habent injustitiam, etsi juramento firmentur, tamen servari non debent. Circa hæc utique à juramenta, intelligenda sunt, quæ de illicitis juramentis non observandis suprà statuta leguntur. Quisquis ergo se juramento firmaverit aliquid falsurum, quo vel corporalis, vel spiritualis salus adimatur, vel sine quo utraque salus reparari, vel confirmari non possit, fidem promissam servare prohibetur: quorum exempla præmissa auctoritates subjiciunt, dum eum, qui homicidium facere, vel alimenta matri & fratribus non subministrare, in adulterio perseverare, vel ad pacem cum adversario non redire, juramentum præstando promiserit, salubriori consilio illicita vota observare non permittunt. Est etiam id quod juratur, aliquando vitiosum, non naturâ sua, sed ex causis extrà venientibus: veluti cùm aliquis post votum castitatis jurat alicui se habiturum eam in conjugem. ¶ Conjugem namque habere, in seipso malum non est: tamen huic ex voto pernitiosum est. Hoc autem juramentum, etiamsi illicitum sit, non tamen servari prohibetur: sed de violatione voti pœnitentia sibi jubetur indici. Ex modo jurandi tunc est illicitum juramentum, quando inconsideratè & incircumspectè aliquid juratur, quo nec corporalis, nec spiritualis salus adimitur, & sine quo utraque salus reparari, & vita conservari valet: veluti dum aliquis à parentibus coactus, ut Clericatûs tonsuram, vel Religionis vestem suscipiat, se neutrum falsurum juramento firmaverit. Hoc quamvis aliquibus videatur reprehensibile, quia opus charitatis juramento se non falsurum promisit, nullâ tamen auctoritate servari prohibetur, quia etsi nunquam Clericatûs tonsuram, vel Religionis vestem susceperit, non tamen ideò minùs salutem promereri valet: cùm nonnulli in laicali habitu sanctissimi, & Deo dilecti inveniantur. Quo exemplo evidenter datur intelligi, quoties aliquis jurat se non falsurum aliquid, quo expeditior sibi via pararetur ad beatitudinem, dummodò sine eo valeat salutem invenire, quòd juramentum non prohibetur servare. Unde cùm juramus nos non daturos aliquid alicui, sine quo utraque salus ejus posset esse incolumis, etsi aliqua ex eo sibi commoditas præstaretur, nullâ tamen auctoritate juramentum servare prohibemur, dummodò sit ndei alia via necessitatibus subveniendi.

QUÆSTIO V.

QVod autem quinto loco quæritur, si licitum esset, quòd Archidiaconus juraverat an Episcopus esset reus perjurii, qui ad pejerandum Archidiaconum cogebat? facile patet discerni. Si enim consentiens pari pœnâ cum faciente puniendus est, multò magis ille, qui cogit, reus admissi criminis probatur.

a *al.* itaque.

C. I. ¶ *Qui pejerare compellit, & qui compellitur, perjurus uterque probatur.*

Unde Pius Papa *ait.*

QUi compulsus à Domino sciens *a* perjurat, utrique sunt perjuri, & Dominus, & miles: Dominus, quia præcepit: miles, quia plùs Dominum, quàm animam dilexit. Si liber est, quadraginta dies in pane & aqua pœniteat, & septem sequentes annos: si servus ejusdem, tres quadragesimas & legitimas ferias pœniteat.

¶ *Anselmus hoc citat ex Pœnitentiali Theodori, quemadmodum Burchardus & Ivo seq. citat.*

C. II. ¶ *Pœnitentia ejus, qui in manu Episcopi, aut in cruce consecrata pejerat.*

Idem.

QUi pejerat *b* se in manu Episcopi, aut in cruce consecrata, tres annos pœniteat: si verò in cruce non consecrata, annum unum pœniteat. Qui autem coactus fuerit, & ignorans se pejeraverit *c*, & posteà cognoscit, tres Quadragesimas pœniteat.

C. III. ¶ *Quâ pœnâ sit feriendus, qui necessitate coactus perjurat.*

Item ex Pœnitentiali Theodori *d.*

I. SI *e* quis coactus pro vita redimenda, vel pro qualibet causâ vel necessitate perjurat, quia plùs corpus, quàm animam dilexit, tres quadragesimas pœniteat. Alii verò judicant tres annos, unum ex his in pane & aqua.

C. IV. ¶ *Qui pejerat, & alios pejerare facit, quâ pœnâ sit feriendus.*

Item Gelasius Papa.

II. SI *f* quis pejeraverit *g*, & alios sciens in perjurium duxerit, quadraginta dies pœniteat in pane & aqua, & septem sequentes annos, & nunquam sit sine pœnitentia: & alii, si conscii fuerint, similiter pœniteant.

¶ *Polycarpus tribuit hoc Pio: cæteri verò indicati colligerent Pelagio.*

C. V. ¶ *Homicidam vincit, qui sciens ad perjurium hominem compellit.*

Item Augustinus *in sermone de decollatione S. Ioannis,* [*id est, serm. 11. de Sanctis.*]

ILle *h*, qui hominem provocat *i* ad jurationem, & scit eum falsum esse juraturum, vincit homicidam: quia homicida corpus occisurus est, ille animam, imò duas animas, & ejus quem jurare provocavit, & suam. Scis verum esse, quod dicis, & falsum esse, quod ille dicit, & jurare compellis? Ecce jurat, ecce pejerat, ecce perit. Tu quid invenisti? imò & tu peristi, qui de illius morte te satiare voluisti.

C. VI. ¶ *Non peccat, qui juramentum exigit ab eo, quem nescit falsum jurare.*

Idem *in sermone de perjuriis* [*id est, in sermone de verbis Apostoli, 30. al. 28.*]

QUi *k* exigit juramentum, multùm interest, si nescit illum falsum juraturum, an scit. Si enim nescit, & ideò dicit, Jura mihi, ut fides ei fiat, non *l* est peccatum: tamen humana tentatio *l* est. Si autem scit eum fecisse, novit fecisse, videt fecisse, & cogit jurare, homicida est. Ille enim suo se perjurio perimit: sed iste manum interficientis & impressit *m*, & pressit.

a *al.* sciens se. *Ansel. l. 11. c. 63. Burch. l. 12. c. 4. Ivo p. 12. c. 61.* b *al.* perjurat. *Pol. l. 6. tit. 11. Ansel. lib. 11. c. 64. Burch. lib. 12. c. 5. Ivo p. 12. cap. 62.* c *al.* perjuraverit. d *al.* Romano. e *Polyc. ibid. Burch. lib. 12 c. 6. Ivo part. 12. c. 63.* f *Polyc. l. 6. tit. 11. Ansel. l. 11. cap. 67. Burch. lib. 12. cap. 9. Ivo p. 12. cap. 66.* g *al.* perjuraverit. h *Sent. 3. dist. 36. Ivo p. 12. c. 28. Bonn. lib. 3. c. 108.* i *provocavit*] *orig.* k *Sent. ibid. Ivo p. 12. c. 30. Pann. lib. 8. c. 110.* l *al.* contentio. m *al.* expressit.

1 ¶ Non est peccatum] *In originali est*, non audeo dicere non esse peccatum. *Sed ab casum non est mutatum.*

C. VII. ¶ *Vsq; ad exitum vitæ non communicet, qui alios ad perjuria trahit.*

Item ex Concilio Matisconensi 1. *c. 17.*

III. SI *a* quis convictus fuerit alios ad falsa 1 testimonia, vel perjuria attraxisse, vel quâcunque corruptione sollicitâsse, ipse quidem usq; ad exitum vitæ non communicet: ii verò, qui ei in perjurio consensisse probantur, posteà ab omni testimonio sunt removendi *b*: & secundùm legem infamiâ notabuntur.

1 ¶ Falsa] *In Concilio ipsò Matisconensi (restituta enim est nitori ex manuscripto, cum antea citaretur Moguntinense) legitur*, falsum testimonium vel perjurium.

2 pars. *Item, qui audit aliquem falsum jurare, & tacet, delinquit.*

C. VIII. ¶ *Cui sit indicandum falsum, quod ab aliquo juratur.*

Unde Augustinus *ait in quæstionibus Levitici* c *q. 1. ad c. 5.* [Anima quæ audierit vocem jurantis falsum. &c.]

HOc *d* videtur dicere, peccare hominem, quo audiente jurat aliquis falsum, & scit eum falsum jurare, & tacet. Tunc autem scit, si ei rei, de qua juratur, testis fuit, aut vidit, aut conscius fuit, id est, aliquo modo cognovit, aut oculis suis conspexit, aut ipse, qui jurat, illi indicavit. Ita enim potuit esse conscius. Sed inter timorem hujus peccati, & timorem proditionis hominum non parva existit *e* plerunque tentatio. Possumus enim paratum ad perjurium admonendo, vel prohibendo à tam gravi peccato revocare: sed si non audierit, & coram nobis de re, quam novimus, falsum juraverit, utrum prodendus sit, si proditus etiam periculum mortis incurrat, difficillima quæstio est. Sed quia non expressit, cui hoc indicandum sit, utrùm illi, cui juratur, an sacerdoti cuipiam *f*, qui non solùm eum persequi non potest irrogando supplicium, sed etiam orare pro illo potest; videtur mihi, quòd se homo solvat à peccati vinculo, si *g* indicet talibus, qui magis possunt prodesse, quàm obesse perjuro, sive ad corrigendum eum, sive ad Deum pro illo placandum, si & ipse confessionis adhibeat disciplinam.

Si ergò iste, ut suprà dictum est, qui audit falsum jurare, & tacet, delinquit; multò magis ille reus est, qui ad pejerandum aliquem compellit.

3 pars. *Quæritur de eo, qui verborum calliditate se circumvenire putat illum, cui juramentum adfert, an sit reus perjurii, nisi servaverit, quod jurâsse creditur.*

C. IX. ¶ *De eo qui calliditate verborum jurat.*

De hoc ita scribit Hidorus *sententiarum lib. 2. cap. 31.*

QUâcunque *h* arte verborum quisque juret, Deus tamen, qui conscientiæ testis est, ita hoc accipit, sicut ille, cui juratur, intelligit. Dupliciter autem reus fit, quia *i* & Dei nomen in vanum assumit, & proximum dolo capit.

C. X. ¶ *Perjurus est, qui super lapidem falsum jurat.*

Item ex sermone sancti Augustini *trigesimo, de verbis Apostoli.*

ECce *k* dico charitati vestræ, & qui super *l* lapidem falsum jurat, perjurus est. Unde hoc dico? quia multi & in hoc falluntur, & putant, quia nihil est, per quod jurant, non se crimine teneri perjurii. Prorsus perjurus es, quia per id, quod sanctum non 1 putas, falsum juras. Si tu 2 illud sanctum non putas, sanctum puta 3, cui juras. Non enim quando juras, tibi juras, aut lapidi juras, sed proximo juras. Homini juras ante lapidem, sed nunquid non ante Deum? Non te audit lapis loquentem, sed punit te Deus fallentem.

1 ¶ Non putas,] *Sic etiam Ivo. In originali est sine negatione, & forte legendum*, putat.

2 ¶ Si tu illud] *In codicibus Augustini impressis, & non Vaticano legitur*, sed ego illud sanctum non puto. *In altero verò etiam Vaticano, & apud Ivonem*, sed ego illum sanctum non puto.

3 ¶ Puta,] *Sic in codicibus impressis B. Augustini: sed in uno Vaticano, & apud Ivonem, & Pannormiam, & in aliquot vetustis Gratiani exemplaribus*, putat.

C. XI. ¶ *Apud Deum verba nostra non ex ore, sed ex corde procedant.*

Sed objicitur illud Gregorii 16. *libro Moralium, c. 7.*

HUmanæ aures verba nostra talia judicant, qualia foris sonant. Divina verò judicia, talia ea audiunt, qualia ex intimis proferuntur *a*. ¶ Certè noverit ille, qui intentionem & voluntatem alterius variis explicat verbis: quia non debet aliquis verba considerare, sed voluntatem & intentionem: quia non debet intentio verbis deservire, sed verba intentioni.

Si ergò divina judicia verba nostra talia foris audiunt, qualia ex intimis proferuntur, si intentio non debet servare verba, sed verba intentionis; patet, quod Deus non accipiat sic juramentum, sicut ille cui juratur: sed potiùs, sicut qui jurat, intelligit; cum recipiens non ex intimis, sed ex his quæ proferuntur foris, verba nostra pensat. ¶ *Item objicitur, qui jurat super lapidem, putans se jurare super sacrosancta Evangelia, perinde tenetur, ac si super Evangelia juraverit: licèt ille cui jurat, ideò super lapidem illum jurare fecerit, si non servando quod promisit, reatu perjurii teneatur.* ¶ *Item objicitur de civibus, qui credunt se jurare obedituros Consulibus suis in omnibus, quæ sibi imperata fuerint pro bonore sua civitatis: si verò obedientiam recusantes, reatu perjurii illaqueentur. Supponitur breve juramenti, in quo aliud continetur, quàm se juraturi arbitrentur; videlicet ne Padam in Nilum convertant, vel aliquid hujusmodi faciant. Si ergò contra hoc, quod se jurâsse credebant, Consulibus suis obedientiam denegarent, nunquid secundùm intentionem recipientis, an potiùs secundùm intentionem juramenti Deus illud acciperet?* ¶ *Item, si innocens de adulterio, vel furto imputatus, innocentiam suam vellet asserere, juravit autem se ab objecto sic esse immunem, sicut in brevi illo continetur, quod malebus suis se scripsisse arbitratur, continetur autem in illo brevi rerum esse objectorum, nunquid à Domino perjurus reputabitur? aut nunquid postea argui se jurâsse, adulteri, aut furta reatum incurrisse? Non.*

C. XII. ¶ *Inter juramentum, & locutionem seu delusum nulla debet esse differentia.*

Hunc etiam Chromatius 1 *in cap. 5. Matthæi.*

IUramenti hæc causa est, quia omnis, qui jurat, ad hoc jurat, ut quod verum est, eloquatur. Et ideò Dominus inter juramentum, & loquelam nostram, nullam vult esse distantiam: quia sicut in juramento nullam convenit esse perfidiam; ita quoque in verbis nostris nullam debet esse mendacium; quia utrumque & perjurium & mendacium divini judicii pœnâ damnatur, dicente Scriptura: *b* [*Os, quod mentitur, occidit animam.*] Quisquis ergò verum loquitur, jurat; quia scriptum est: *c* [*Testis fidelis non mentitur.*]

1 ¶ Chromatius] *Antea citabatur*, Chrysostomus: *cui errori occasionem dederat simultanea primarum literarum,*

a *Burch. l. 16. c. 8. Ivo p. 12. c. 26.* b *al. prohibendi.* c *Glossa ordin. initio c. quinti Levit.* d *Ivo p. 12. c. 19. Pann. l. 8. c. 109.* e *al. extitit.* f *vel cuipiam,] orig. & Ivo.* g *al. etiamsi.* h *Sent. 3. dist. 39. Ans. l. 11. c. 76. Polyc. l. 6. tit. 22. Burch. l. 12. c. 10. Ivo part. 12. c. 56. & 67. Pann. l. 8. c. 112.* i *al. qui.* k *Ivo p. 12. c. 54. Pann. l. 8. c. 118.* l *per*] *vera lectio.*

a *Hucusq; B. Greg. ex lect.* b *Sap. 1.* c *Prov. 14.*

C. XIII.

C. XIII. ¶ *Antequam aliquis juret, pejerat, si contra conscientiam jurare parat.*

Idem a.

QUi pejerare paratus est, antequam juret, jam perjurus esse videtur: quia Deus non ex operibus judicat, sed ex cogitationibus, & ex corde.

Ex his omnibus colligitur, quòd juramenta secundùm intentionem præstantis, non recipientis, à Deo judicantur. Quomodo ergò, secundum Isidorum, quicunque arte verborum quis jurat, Deus sic accipit, sicut ille, cui juratur, intelligit? Sed sicut aliud est, callidâ arte verborum jurare, aliud simpliciter intentionem suam jurando enuntiare: sic aliud est simplici intentione juramentum falsum recipere, aliud in recipiendo calliditate uti: quia sicut quisquam apud Deum non valet aliquem ladere; sic nec præter ejus intentionem valet quis alicui subvenire. Deus autem duplicitatis abhorrator simplicem intentionem utriusq; considerat: & tam ex parte recipientis, quam ex parte præstantis verborum artem aspernatur & odit.

4 pars. *De ætate verò jurantium quæritur, quâ ætate quisq; ad jurandum debeat cogi? De quo in primo* libro Capitularium, *c.63. sic inventur definitum.*

C. XIV. ¶ *Ante rationabiles annos, aliqui non cogantur jurare.*

PArvuli, b qui sine rationabili ætate sunt, non cogantur jurare, sicut 1 Gunebodigni faciunt. Et qui semel perjuratus fuerit, nec testis sit post hoc, nec ad sacramentum accedat, nec in sua causa, vel alterius jurator existat.

1 ¶ Sicut Gunebodigni faciunt.] *Addita isthæc sunt ex originali.*

C. XV. ¶ *Ante quatuordecim annos nullus jurare cogatur.*

Item ex Concilio Eliberitano.

PUeri c anteannos quatuordecim non cogantur jurare. Puella quoque, si in puerili ætate sita in domo patris, illo nesciente, juramento se constrinxerit, & pater ejus, ut audierit, statim contradixerit, vota ejus, & juramenta irrita erunt, & facilius emendabitur.

¶ *Burchardus hoc citat ex Concilio Hibernensi: ut alia, quæ Concilio Eliberitano tribuuntur.*

C. XVI. ¶ *De eodem, & ut à jejunis juramenta præstentur.*

Item Cornelius Papa d.

HOnestum e etiam videtur, ut qui in sanctis audet f jurare, hoc jejunus faciat, cum omni honestate & timore Dei, & ut pueri ante annos quatuordecim non cogantur jurare.

¶ *Ceteri etiam collectores citant ex decretis Concilii Papæ. Extat autem lib. 1. Capitular. c.63. nonnullis præterea verbis interjectis. Et inde refert primam hujus capitis partem Ivo c.33.*

Præterea sunt quædam tempora, quibus jurare prohibemur.

C. XVII. ¶ *Quibus temporibus jurare prohibemur.*

Unde in Concilio apud sanctum Medardum habito.

DEcrevit g sancta Synodus, ut à Septuagesima usq; in octavam Paschæ, & ab adventu Domini usq; in octavam Epiphaniæ, nec non & in jejuniis Quatuor temporum, & in Litaniis majoribus, & in diebus Dominicis, & in diebus Rogationum (nisi de concordia & pacificatione) nullus super sacra Evangelia jurare præsumat.

f pars. *De* h *forma verò fidelitatis, & quid quisq; debeat Domino, vel econverso, sic invenitur in epist.* Fulberti Episcopi.

C. XVIII. ¶ *Quæ in fidelitate sunt observanda.*

DE a forma fidelitatis aliquid scribere monitus, hæc vobis, quæ sequuntur, breviter ex librorum auctoritate notavi. Qui domino suo fidelitatem jurat, ista sex semper in memoria debet habere; incolume, tutum, honestum, utile, facile, possibile. Incolume videlicet, ne sit in damnum domino suo de corpore suo. Tutum, ne sit ei damnum de secreto suo, vel de munitionibus, per quas tutus esse potest. Honestum, ne sit ei in damnum de sua justitia, vel de aliis causis, quæ ad honestatem ejus pertinere videntur. Utile, ne sit ei in damnum de suis possessionibus. Facile vel possibile, ne id bonum, quod dominus suus facere leviter poterat, faciat ei difficile; néve id quod possibile erat, reddat ei impossibile. Ut fidelis hæc nocumenta caveat, justum est. Sed 1 quia non sufficit abstinere à malo, nisi fiat id, quod bonum est, restat, ut in eisdem sex supradictis consilium & auxilium domino suo fideliter præstet, si beneficio dignus videri vult, & salvus esse de fidelitate, quam juravit. Dominus quoque fideli suo in his omnibus vicem reddere debet. Quod si non fecerit, meritò censebitur malefidus: sicut ille, qui 2 in eorum prævaricatione, vel faciendo, vel consentiendo deprehensus fuerit perfidus & perjurus.

¶ *Epistola hæc Fulberti missa est è Gallia, descripta ex vetusto codice Ecclesiæ Bellovacensis: cujus hic est titulus,* Glorioso duci Aquitanorum VV. Fulbertus Carnotensis Episcopus orationis suffragium.

1 ¶ Sed quia non sufficit] *In ipsa epistola legitur:* Sed non ideò cassamentum meretur: non ei sufficit. *Apud Ivonem verò,* Sed non ideò cassamentum b meretur. Non enim sufficit, &c.

2 ¶ Qui in eorum] *In epistola legitur,* si mox prævaricatione: *apud Ivonem,* si in eorum prævaricatione: *In Panormia verò ut apud Gratianum.*

C. XIX. ¶ *De eodem.*

Augustinus.

SIc qui Laicus juramentũ violando profanat, quod Regi & domino suo jurat, & posteà perversè & dolosè ejus regnum tractaverit, & in mortem ipsius aliquo machinamento insidiatur, quia sacrilegium peragit, in Christum Domini manum mittens, anathema sit: nisi per dignam pœnitentiæ satisfactionem emendaverit, sicut constitutum à sancta Synodo est, id est, sæculum relinquat, arma deponat, in monasterium eat, & pœniteat omnibus diebus vitæ suæ: veruntamen communionem in exitu vitæ suæ cum Eucharistia percipiat. Episcopus verò, Presbyter, Diaconus, si hoc crimen commiserit, degradetur.

¶ *Caput hoc in melioribus Gratiani codicibus non habetur. Burchardus & Ivo citant ex dictis Augustini. Simile autem habetur in Concilio Toletano 16. c.8. ex Hispania misso.*

6 pars. *Ut itaq; ex præmissis apparet, mendacium nec simplici sermone debet proferri, nec juramento firmari. Mendacium autem non solùm in verbis, sed etiam in simulatis operibus esse probatur.*

C. XX. ¶ *Mentitur, qui professionem suam operibus non ostendit.*

Unde Ambrosius *ait in sermone habito in Dominica de Abraham.*

¶ *Initium hujus sermonis est,* Scitote fratres.

CAvete d, fratres, mendacium, quia omnes qui amant mendacium, filii sunt diaboli 1. & *infrà.* ¶ Non solùm in falsis verbis, sed etiam in simulatis operibus mendacium est. Mendacium namque est Christianum se dicere, & opera Christi non facere. Menda-

a *al. Item.* b *Ivo part.12. c.23. Pann.l.8. c.103.* c *Burch. lib.12. c.26. Ivo part.12. c.21. Pann. l.8. c.104. & 105.* d *Capitul. l.1.cap.63.* e *Burch. lib.12. c.12. Ivo p.12. cap. 69. & 33. Pann.l.8. cap.120. Cap. præcedenti.* f *al. habet.* g *Simile quiddam in sobedis Capitularium è Gallia missis. Burch. l.12. c.20.* h *In usibus feudorum, lib.2. tit. 6.*

a *Ivo part.12. cap.76. Pann.l.8.c.122.* b *al. cassamentum.* c *Anfel.l.11.c.74. Polyc.l.6.tit.11. Burch.l.12.c.21. Ivo p.12.cap.82.* d *Pann.l.8.c.127.*

cium est, Episcopum, Sacerdotem vel Clericum se profiteri, & contraria huic ordini operari.

1 ¶ Diaboli.] *In codice Vaticano, ubi hic sermo habetur, sequuntur hæc*, quia non solùm mendax est, sed etiam & pater, & inventor ipsius mendacii est. Omnis enim simulatio, & omnis duplicitas mendacium est. Ergò non solùm, &c.

C. XXI. ¶ *Quoties sermo malus de ore nostro procedat.*

Item Hieronymus *in c. 4. epist. ad Ephesios.*

QUoties verò loquimur, aut non in tempore, aut importuno loco, aut non ut convenit audientibus, toties sermo malus procedit de ore nostro ad destructionem eorum, qui audiunt. Consideremus itaque, quid loquamur: quia pro omni otioso verbo reddituri sumus rationem in die judicii.

7 pars. *Juramentum verò Clericus Laico præstare non debet.*

C. XXII. ¶ *Cuiquam Laico Clericus nihil jurare præsumat.*

Unde in Remensi Concilio *legitur.*

NUllus *a* ex Ecclesiastico ordine cuiquam Laico quicquam super sacrosancta Evangelia jurare præsumat: sed simpliciter cum veritate & puritate dicat, est est, non non. Sed si est aliquid, quod sibi objiciatur 1, prout judicaverint, qui ejusdem ordinis sunt, aut corrigatur, aut expurgetur.

1 ¶ Objiciatur,] *Apud Burchardum & Ivonem sequitur*, ad Episcopum, in cujus territorio est, deferatur; & juxta id, quod illi, qui ejusdem sunt ordinis, dijudicaverint, aut corrigatur, aut expurgetur.

Episcopo similiter Clericus juramentum præstare non debet, nisi forte is, cui Ecclesiæ procurationem committit.

C. XXIII. ¶ *De eodem.*

Unde Urbanus II. *ait.*

NUllus *b* Episcopus Clericos suos, nisi fortè quibus Ecclesiasticarum rerum dispensatio commissa fuerit, sibi jurare compellat.

¶ *In aliquot vetustis exemplaribus finis hujus causæ est in verf.* expurgetur. *Absunt autem hæc verba, & sequens caput*, nullus. *In uno autem non modò ista habentur, sed etiam caput primum de juramento calumniæ, & constitutio nova Henrici.*

CAUSA XXIII.

QUidam Episcopi cum plebe sibi commissa in hæresim lapsi sunt, circumadjacentes Catholicos miris & crudelibus ad hæresim compellere cœperunt: quo comperto, Apostolicus catholicis Episcopis circumadjacentium regnorum, qui ab Imperatore civilem jurisdictionem acceperant, imperavit, ut Catholicos ab hæreticis defenderent, & quibus modis possent, eos ad fidei veritatem redire compellerent. Episcopi hæc mandata Apostolici *c* recipientes, convocatu militibus, aperte, & per insidias contra hæreticos pugnare cœperunt. Tandem non nullis eorum vel traditis, aliis, rebus suis vel Ecclesiasticis, expoliatis, aliis carcere & ergastulo reclusis, ad unitatem catholicæ fidei coacti redierunt.

1 *Hic primum quæritur, an militare peccatum sit?*

2 *Secundò, quod bellum sit justum, & quomodo à filiis Israël justa bella gerebantur?*

3 *Tertiò, an injuria facientium armis sit propulsanda?*

4 *Quarto, an vindicta sit inferenda?*

5 *Quintò, an sit peccatum judici, vel ministro reos occidere?*

6 *Sextò, an mali sint cogendi ad bonum?*

7 *Septimò, an hæretici sicis & Ecclesia rebus sint expoliandi, & quis possidet ab hæreticis ablata, an dicatur possidere aliena?*

8 *Octavò, an Episcopis, vel quibuslibet Clericis suâ licèat auctoritate, vel Apostolici, vel d Imperatoris præcepto arma movere?*

a *Burch. l. 2. c. 188. Ivo p. 6. c. 133. Pann. l. 5. c. 11.* b *Ext. de jurejur. c. nullus.* c *al. Apostolica.* d *al. sine Imperatoris.*

QUÆSTIO I.

Quòd militare alienum videatur ab Evangelica disciplina, hinc videtur posse probari, quia omnis militia vel ob injuriam propulsandam, vel propter vindictam ipsa erdum est instituta: Injuria autem vel à propria persona, vel à sicis repellitur, quod utrumque Evangelicâ lege prohibetur. Cum enim dicitur: a [Si quis te percusserit in unam maxillam, præbe ei & alteram] *& iterum:* [Qui angariaverit te mille passus, vade cum eo duo millia.] *Item cum Apostolus dicat:* b [Non vos defendentes, charissimi, sed date locum iræ:] *quid aliud prohibemur, quàm propria persona injuriam repellere? ¶ Item, cum Petro, gladio magistrum defendenti, Christus dixerit:* c [Converte gladium tuum in vaginam: an putas, quia non possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi plus quàm duodecim legiones Angelorum?] *denique sicut de B. Andrea legitur* d, *cum fieret tumultus populorum, ut de manibus iniqui judicis eum eriperent, & ab injuria mortis illum defenderent, ipse contra & exemplo & verbo patientiam docens, rogabat eos, ne suum martyrium impedirent: quid aliud monemur, quàm sicut proprias, ita & sicariorum injurias patienter tolerare, nec ad arma concurrere, sed eorum exemplo ad similia ferenda animum præparare? ¶ Item, cum in proverbiis* 1 *dicitur:* e [Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit Dominus.] *Item, cum in Evangelio dicatur:* f [Nolite judicare, & non judicabimini.] *Item,* g *cum paterfamilias dicat servis suis: sinite utraque crescere usque ad messem: & tunc dicam messoribus, colligite zizania, & colligate in fasciculos ad comburendum.] ¶ Item cum Rex ille, qui nuptias fecerat filio suo, missis exercitibus suis, Angelorum videlicet, dicatur perditurus homicidas Prophetarum & Apostolorum, qui vocati ad nuptias venire contempserant crudeles. Item, cum Paulus Apostolus dicat in epistola ad Romanos:* h [Nolite judicare invicem.] *Item:* [Tu quis es, qui judicas alienum servum? Suo Domino stat, aut cadit. Sive ergò vivimus, sive morimur, Domini sumus. In hoc enim Christus mortuus est, & resurrexit, ut & vivorum, & mortuorum dominetur:] *In his omnibus quid aliud præcipitur, quàm ut nullus à delinquentium divino reservetur examini? Cum ergò, ut suprà dictum est, militia videatur instituta vel ob injuriam propulsandam, vel ad vindictam inferendam, utrumque autem lege Evangelicâ prohibeatur, apparet, quòd militare peccatum sit.*

1 ¶ In proverbiis] *Sententia illa sicet quidem proverbii loco usurpari: sed non habetur in libro Proverbiorum. Affertur à B. Paulo ad Rom. cap. 12. (conjunctè cum alia sententia ex c. 25. Proverb.) & ad Hebræos 10. Deut. c. 32. in Cantic. sic scriptum est: Mea est ultio, & ego retribuam.*

C. I. ¶ *Bella carnalia bellorum spiritualium figuram gerunt.*

Hinc etiam Gregorius *ait* i.

NIsi bella ista carnalia figuram bellorum spiritualium gererent, nunquam, ut opinor, Judaicarum historiarum libri discipulis Christi, qui venit pacem docere, legendi in Ecclesiis fuissent ab Apostolis traditi. Quid enim eis bellorum proficeret ista descriptio, quibus dicitur ab Jesu: [Pacem k meam do vobis, pacem meam relinquo vobis?] & quibus per Apostolum l jubetur & dicitur: [Non vosmetipsos vindicantes, sed magis injurias accipite, & magis fraudem patimini?] Unde denique sciens Apostolus nulla nobis jam ultrà bella esse carnaliter peragenda, sed animæ certamina contra spirituales adversarios desudanda, velut magister militiæ, præceptum dat militibus Christi, dicens m: [Induite vos armaturam Dei, ut possitis stare adversus insidias diaboli.]

a *Matth. 5.* b *Roman. 12.* c *Matth. 26.* d *In martyrio ipsius.* e *Deuteron. 32. Roman. 12.* f *Matth. 7.* g *Matth. 13.* h *Roman. 14.* i *Origenes homilià 17. super Josue.* k *Joan. 14.* l *1. Corinth. 6.* m *Eph. 6.*

His ita respondetur. Præcepta patientiæ non tam ostentatione corporis, quam præparatione cordis sunt retinenda.

C. II. ¶ *Præcepta patientiæ, virtute animi, non ostentatione corporis servanda sunt.*

Unde Augustinus *ait in sermone de puero Centurionis.*

PAratus *a* debet esse homo justus & pius patienter eorum malitiam sustinere, quos fieri bonos quærit, ut numerus potiùs crescat bonorum, non ut pari malitiâ se quoque numero addat malorum. Denique ista præcepta magis ad præparationem cordis, quæ intus est, pertinere, quàm ad opus quod in aperto fit (ut teneatur in secreto animi patientia cum benevolentia, in manifesto autem id fiat, quod eis videtur prodesse posse, quibus bene velle debemus.) ¶ *b* Hinc liquidò ostenditur, quòd ipse Dominus Jesus, exemplum singulare patientiæ, cùm percuteretur in faciem, respondit: [*Si c male dixi, exprobra de malo: si autem bene, quid me cædis?*] Nequaquam igitur præceptum suum, si verba intueamur, implevit. Neque enim præbuit percutienti alteram partem, sed potius prohibuit, ne, qui fecerat injuriam, augeret. Et tamen paratus venerat non solùm percuti in faciem, verùm etiam pro his quoque, à quibus hæc patiebatur, crucifixus occidi, pro quibus ait in cruce pendens: [*Pater d ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt.*] ¶ Nec Paulus Apostolus præceptum Domini & magistri sui videtur implêsse, ubi etiam ipse percussus in faciem, dixit Principi Sacerdotum: [*Percutiet e te Deus paries dealbate: sedes judicare me secundum legem, & contra legem jubes me percuti?*] Et cùm à circumstantibus diceretur: [*Injuriam facis principi Sacerdotum?*] Irridens *f* eos admonere voluit, quid dixerit: ut qui saperent, intelligerent jam destruendum esse adventu Christi parietem dealbatum, hoc est, hypocrisim sacerdotii Judæorum. Ait quippe: *g* [*Nesciu fratres, quia princeps est. Scriptum est enim: Principi populi tui non maledices,*] cùm proculdubiò, qui in eodem populo creverat, atque *h* in lege fuerat eruditus, illum principem Sacerdotum nescire non posset, nec eos, quibus ita notus erat, ullo modo falleret, quòd nesciret. Sunt ergò ista præcepta patientiæ semper in cordis præparatione retinenda: ipsaque benevolentia, ne reddatur malum pro malo, semper in voluntate complenda est. ¶ Agenda sunt autem multa etiam cum invitis benignâ quâdam asperitate plectendis, quorum potiùs utilitati consulendum est, quàm voluntati. *& infrà.* Nam in corripiendo filio, quamlibet asperè, nunquàm profectò amor paternus amittitur. Fiat tamen quod nolit & doleat, qui etiam invitus videtur dolore sanandus. ¶ Ac per hoc si terrena ista respublica præcepta Christiana custodiat, & ipsa bella sine benevolentia non gerentur, ut *i* ad pietatis, justitiæque pacatam societatem victis facilius consulatur. Nam cui licentia iniquitatis eripitur, utiliter vincitur: quoniam nihil est infelicius felicitate peccantium, quâ pœnalis nutritur impunitas, & mala voluntas, velut hostis interior, roboratur. *& paulò pòst.* ¶ Nam *k* si Christiana disciplina omnia bella culparet, hoc potiùs militibus, consilium salutis petentibus, in Evangelio diceretur, ut abjicerent arma, seque militiæ omninò subtraherent. Dictum est autem eis: [*Neminem l concusseritis, nulli l calumniam feceritis: sufficiant vobis stipendia vestra.*] Quibus proprium stipendium sufficere debere præcepit, militare utique non prohibuit.

¶ *Sic etiam citat Anselmus. Polyc. non affert auctorem. Habetur autem in epist 5. Aug. ad Marcellum.*

a *Polyc. l. 7. tit 7. Anselm. l. 13 c 3.* b *Non erat his faciendum initium novi paragraphi, cohærent enim hæc cum antecedentibus.* c *Ioan. 18.* d *Luc. 23.* e *Act. 23.* f *al. inuidenter*] *al. verè dicenter.* g *Exod. 22.* h *al. ibi.* i *al. sed ut.* k *Psam. 2. c. 42.* l *Luc. 3.*

1 ¶ Nulli] *Repositus est integer locus Evangelii, ut est in ipsa epistola, & lib. 22. contra Faustum, c. 74. Antea erat,* Contenti estote stipendiis vestris.

C. III. ¶ *In bellicis armis milites Deo placere possunt.*

Item ejusdem *ad Bonifacium, epist. 207.*

NOli *a* existimare neminem Deo placere posse, qui in armis bellicis militat. In his erat sanctus David, cui Dominus tam magnum perhibuit testimonium. In his etiam plurimi illius temporis justi. In his erat & ille Centurio, qui Domino dixit: *b* [*Non sum dignus, ut intres sub tectum meum.*] *& infrà.* ¶ Hoc ergò primùm cogita, quando armaris ad pugnam, quia virtus tua etiam ipsa corporalis donum Dei est. Sic enim cogitabis 1 de dono Dei non facere contra Deum. Fides enim, quando promittitur, etiam hosti servanda est, contra quem bellum geritur: quanto magis amico, pro quo pugnatur? Pacem habere debet voluntas, bellum necessitas, ut liberet Deus à necessitate, & conservet in pace. Non enim pax quæritur, ut bellum excitetur: sed bellum geritur, ut pax acquiratur. Esto ergò etiam bellando pacificus, ut eos, quos expugnas, ad pacis utilitatem *c* vincendo perducas. [*Beati enim pacifici* (ait Dominus) *quia filii Dei vocabuntur.*] Si autem pax humana tam dulcis est pro temporali salute mortalium, quantò est dulcior pax divina pro æterna salute Angelorum? Itaque hostem pugnantem necessitas perimat, non voluntas. Sicut rebellanti & resistenti violentia redditur, ita victo vel capto misericordia jam debetur, maximè in quo pacis perturbatio non timetur.

1 ¶ Sic enim cogitabis] *Antea legebatur,* Sic enim cogitabis de dono Dei, non facies contra Dominum. *Emendatum est & hoc & multa alia ex originali.*

C. IV. ¶ *Quæ sunt in bello jure reprehendenda.*

Item ejusdem *contra Manichæos,* [*id est, libro 22. contra Faustum, cap. 74. & 75.*]

QUid culpatur in bello? An quia moriuntur quandoque morituri, ut dominentur *d* in pace victuri? Hoc reprehendere timidorum est, non religiosorum. Nocendi cupiditas; ulciscendi crudelitas, impacatus atque implacabilis animus, feritas rebellandi, libido dominandi, & si qua similia, hæc sunt, quæ in bellis jure culpantur. Quæ plerunque ut etiam jure puniantur, adversus violentiam resistentium (sive Deo, sive aliquo legitimo imperio jubente) gerenda ipsa bella suscipiuntur à bonis: cùm in eo humanarum rerum ordine inveniuntur, ubi eos vel jubere tale aliquid, vel in talibus obedire justè ordo ipse constringit. Unde 1 neque Joannes *e* ab armis jubet discedere milites: & Christus *f* tributa Cæsari monet reddi, quia propter bella necessariò militi stipendium præbetur. Ordo tamen ille naturalis mortalium paci accommodatus hoc posuit, ut suscipiendi belli auctoritas atque consilium apud Principes sit. *& infrà.* ¶ Sed si humanâ cupiditate bellum geritur, non nocet sanctis, in *g* quos non habet quisquam potestatem, nisi desuper datam. Non *h* enim est potestas, nisi à Deo, sive jubente, sive sinente. Ergò vir justus, si fortè sub Rege, homine etiam sacrilego, militet, rectè potest illo jubente bellare, si vice *i* pacis ordinem servans, quod *k* sibi jubetur, vel non esse contra Dei præceptum, certum est, vel utrùm sit, certum non est; ita ut fortasse reum faciat Regem iniquitas imperandi, innocentem autem militem ostendat ordo serviendi.

1 ¶ Unde neque] *Hinc usque ad vers.* Ordo, *Gratianus summatim retulit sententiam S. Augustini, qua ab eo copio-*

a *Polyc. l. 7. tit. 13. Ansel. l. 13. c. 4. Ivo p. 10. c. 126.* b *Matt. 8.* c *al. unitatem.* d *al. dimentur. Psam. l. 2. c. 45.* e *Luc. 3.* f *Matth 22.* g *Ioan. 19.* h *Rom. 13.* i *al. civica*] *prig.* k *al. cui quod jubetur.*

sius & clarius exponitur : sicut etiam à vers. Sed si humana, *usq; ad vers.* Non enim.

C. V. ¶ *Militare non est peccatum.*

Item ejusdem in libro de verbis Domini tractatu, sive sermone 19.

Militare *a* non est delictum, sed propter prædam militare peccatum est: nec rempublicam gerere criminosum est, sed ideò gerere *b* rempublicam, ut rem familiarem potiùs augeas, videtur esse damnabile. Propterea enim providentia quadam militantibus sunt stipendia constituta, ne dum sumptus quæritur, prædo *c* grassetur. *Item infrà.* ¶ Dicit ipse Dominus, *d* [*Reddite quæ Dei sunt, Deo, & quæ Cæsaris, Cæsari.*] Igitur, quod Cæsar præcepit, ferendum est: quod Imperator indicit, tolerandum est: sed fit intolerabile, dum prædam exactores accumulant. *Item infrà.* ¶ [*Interrogaverunt Joannem milites, dicentes: Quid faciemus & nos? Ait e illis Joannes, neminem concutiatis, neque calumniam faciatis, sed contenti estote stipendiis vestris.*] Hic jam cognoscere se debet omnis homo, qui militat. Non enim tantùm de his militantibus Scriptura loquitur, qui armatâ militiâ detinentur: sed quisquis militiæ suæ cingulo utitur, dignitatis suæ miles adscribitur: atque ideò hæc sententia potest dici (verbi gratiâ) militibus, protectoribus, cunctisque rectoribus. Quicunque sibi stipendia publicè decreta consequitur, si amplius quærit, tanquam calumniator & concussor Joannis sententiâ condemnatur.

C. VI. ¶ *Pacata sunt bella, quæ geruntur, ut mali coërceantur, bonique sublevantur.*

Item ejusdem de diversis Ecclesiæ observationibus.

Apud *f* veros Dei cultores etiam ipsa bella pacata sunt, quæ non cupiditate aut crudelitate, sed pacis studio geruntur, ut mali coërceantur, & boni sublevantur.

¶ *Sic etiam citat Ivo: quod tamen apud E. Augustinum non est inventum, quamvis epistola ad Ianuarium talem forè habeat titulum. Simile habetur sup. câd. noli. §. esto ergò. & de civitate Dei, lib. 19. c. 12.*

C. VII. ¶ *Summa est laus militiæ, reipub. utilitatibus obedientiam exhibere.*

Item Gregorius *universis militibus* g *Neapolitanis, lib. 12. epist. 24.*

Summa *h* militiæ laus, inter alia bona merita, hæc est, obedientiam reipub. *i* utilitatibus exhibere, quodque sibi utiliter imperatum fuerit, obtemperare: sicut & nunc devotionem vestram fecisse didicimus, quæ epistolis nostris, quibus magnificum virum Constantium Tribunum custodiæ civitatis deputavimus præesse, paruit, & congruam militaris devotionis obedientiam demonstravit. Unde scriptis vos præsentibus curavimus admonendos, uti prædicto viro magnifico Tribuno, sicut & fecistis, omnem debeatis pro serenissimorum dominorum utilitate, vel conservanda civitate, obedientiam exhibere: quatenus quicquid à vobis hactenus benè gestum agnoscitur, per præsentis temporis vigilantiam ac solicitudinem augmentetis.

Ex hac omnibus colligitur, quòd militare peccatum non est, & quòd præcepta patientiæ in præparatione cordis, non in ostentatione corporis servanda sunt.

QUÆSTIO II.

Quod autem quæritur, quòd sit justum bellum, Isidorus Etymol. l. 18. c. 1. inquit.

C. I. ¶ *Quod sit justum bellum.*

Iustum *a* est bellum, quod ex edicto i geritur, de rebus repetendis *b*, aut propulsandorum hostium causa. *& cap. 15.* ¶ Judex *c* dictus, quasi jus dicens populo, sive quòd jure disceptet. Jure autem disceptare, est justè judicare. Non est autem judex, si non est in eo justitia.

i ¶ Edicto] *In vetustis Isidori etiam manuscriptis legitur*, ex prædicto. *Citat enim Ciceronem ex libris de republ. qui negat justum esse bellum, nisi denuntiatum, nisi indictum, & nisi de repetitis rebus.*

C. II. ¶ *Nihil ad justitiam interest, sive aperti, sive ex insidiis aliquos pugnet.*

Item Augustinus *in libro quæstionum 6. q. 10.*

Dominus noster jubet *e* ad Jesum Nave, ut constituat sibi retrorsus insidias, id est, insidiantes bellatores ad insidiandum hostibus. Hinc admonemur hoc *f* non injustè fieri ab his, qui justum bellum gerunt, ut nihil homo justus præcipuè cogitare debeat in his rebus, nisi ut justum bellum suscipiat, cui bellare fas est. Non enim omnibus fas est. Cùm autem justum bellum susceperit, utrùm apertâ pugnâ, utrum insidiis vincat, nihil ad justitiam interest. Justa autem bella definiri solent, quæ ulciscuntur injurias, si qua gens, vel civitas, quæ bello petenda est, vel vindicare neglexerit, quod à suis improbè factum est, vel reddere, quod per injurias ablatum est. Sed etiam hoc genus belli sine dubitatione justum est, quod Deus imperat, apud quem non est iniquitas, & novit quid cuique fieri debeat: in quo bello ductor exercitus, vel ipse populus non tam auctor belli, quam minister judicandus est.

Cùm ergò justum bellum sit, quod ex edicto geritur, vel ob injuria ulciscuntur, quæritur, quomodo à filiis Israël justa bella gerebantur.

C. III. ¶ *Innoxius transitus filiis Israël negatur, atq; ideò justa bella gerebant.*

De his ita scribit Augustinus *in quæstionibus Numerorum, q. 44. ad c. 20.*

Notandum *g* est sanè, quemadmodum justa bella gerebantur [à *b* filiis Israël contra Amorrhæos.] Innoxius enim transitus denegabatur, qui jure humanæ societatis æquissimo patere debebat.

QUÆSTIO III.

Quod verò injuria socionum armis propulsanda non sit, exemplis & auctoritatibus probatur. Dominus i enim cum ab Herode quæreretur ad interficiendum, non patrocinium sibi quæsivit armorum, cum occulto tamen posset ei cum convertisse manus Iudæorum, sed fugiens in Ægyptum, latuit ibi per septennium. Sic etiam, cum à Iudæis k lapidibus peteretur, abscondit se, & exivit de templo. Sic etiam cum duceretur ad crucem, noluit l commovere adversus seevos Iudæorum turbam, qua nuper es obviam processerat, & cum palmis & laudibus eum receperat. Sic etiam interrogatus à Pilato, an Rex esset, ait: [Regnum meum non est de hoc mundo. Si enim esset de hoc mundo, ministri mei utiq; decertarent, ut ego non traderer Judæis.] *Insinuans illos ad regnum hujus mundi pertinere, qui auxilio humanarum virium, non divino præsidio ab imminenti injuria se tueri contendunt. Item, cum discipulis suis ait:* m [Si vos persecuti fuerint in una civitate, fugite in aliam:] *non arma armis, sed fugam persequentibus dicunt apponi.* ¶ *Item, sicut legitur in Esaia, Ægyptus à Nabuchodonosor devastata est, quia filiis Israël contra Assyros & Chaldæos protectionis & defensionis auxilium promisit. Unde dictum n illi:* [Baculus arundineus Rex Ægypti: super quem si alicui quis innixus fuerit, confringetur, & perforabit manum innitentis.] *Ipsi etiam Iudæi capti & dulci sunt, quia num innitentis.*

a Beda, & glossa ord. Luc. 3. Ivo p. 10. c. 125. Pann. lib. 1. cap. 60. b agere] orig. c præda] orig. d Matt. 22. e Luc. 3. f Ivo p. 10. c. 105. g Episcopis] orig. impressum. h Ansl. l. 13. c. 3. i sanctæ reipubl. exhibere,] orig.

a Ivo p. 10. c. 116. Pann. l. 8. c. 54. b al. repetitis. c Ex l. 14. d Ex eadem ferè habetur l. 1. de officiis. e Ios. 8 f abest ab orig. g Ivo p. 10. c. 119. Pann. l. 8. c. 57. h absunt ab orig. i Mat. 1. k Matt. 21. l Ioan. 18. m Matt. 10. n Esa. 19. 36. Ezech. 29.

Item

spem suæ liberationis non in solo Deo, sed in homine posuerunt. Sic etiam de primis credentibus legitur, a *quòd rapinam suorum bonorum cum gaudio susciperebant, non quærentes sibi alienum patrocinia, sed gaudentes, quoniam digni inveniebantur pro nomine Iesu contumeliam pati. Sic & Apostolus in prima epistola suadet Corinthiis,* b *ut injuriam & fraudem patienter ferant potius, quàm repetendo fratres scandalizent. Sic ab idolothytis, & à qualibet esca censet abstinendum potius, quàm cum scandalo fratrum edamus. Sic & à sumptibus abstinet, ne aliquod offendiculum Evangelio Christi præstaret. Cùm ergo ille, qui ab injuria armis arcetur, non minus scandalizetur, quàm ille, à quo ablata coram judice repetuntur; patet, quòd ad propulsandum injuriam non sicut petenda armorum auxilia. Quod autem petendum non est, illud jure præstari non debet. Sed contra multa riti præstantur, quæ tamen jure non petuntur. Bonus enim non rixi injuria vindictam petit, quia malum pro malo redderet, quam tamen judex rectè infligeret, nec nisi bonum pro malo redderet.*

C. I. ¶ *Quæ sint differentiæ retributionum.*

Unde Augustinus *in* c *expositione Psalmi 108. ait.*

SEx differentiæ sunt, reddere bona pro malis, non reddere mala pro malis; hæc duo bonorum sunt, & prius melius. Non reddere bona pro bonis, reddere mala pro bonis; hæc duo malorum sunt, & posterius deterius. Reddere bona pro bonis, mala pro malis; hæc duo mediocrium *d* sunt: prius propinquum bonis, convenit 1 etiam malis, quod Christus non arguit, sed plus oportere dicit, *e* quia & Ethnici hoc faciunt: posterius propinquum malis, convenit tamen etiam bonis. Unde & lex *f* modum ultionis statuit: [*Oculum pro oculo.*] Quæ, si dici potest, injustorum justitia est, non quia iniqua est ultio, quam lex statuit, sed quia vitiosa est libido ulciscendi, magisque ad judicem pertinet hoc inter homines decernere *g*, quàm bonum hominem sibi expetere. Hic enim redderet malum pro malo: judex 2 verò punit, non delectatione alienæ miseriæ, quod est malum pro malo; sed dilectione justitiæ, justum pro injusto, quod est bonum pro malo: quod etiam Deus judex facit.

¶ *B. Augustinus in explanatione Psalmi 108. hæc sex differentias apertissimè explicavit: cujus sententiam auctor glossa ordinaria in eodem loco breviter retulit, ex qua glossa videtur acceptum hoc caput.*

1 ¶ Convenit etiam malis,] *Verba hæc non sunt in plerisq; vetustis, neq; in glossa: sed non longè discedunt à verbis B. Augustini.*

2. ¶ Judex verò] *In glossa ordinaria & plerisq; Gratiani manuscriptis legitur,* judex verò non, *sed dilectione justitiæ, quod est bonum pro malo, quod & Deus judex facit. Non sunt tamen reliqua inducta, quoniam apud B. Augustinum in eadem explanatione aliquantò inferius eadem ferè habentur.*

Item ab aliquo capto injustè sua exiguntur, pro vita tamen redimenda justè offeruntur. ¶ *Item vasa sacra ab aliquo barbaro injustè exiguntur, pro redemptione tamen captivorum justè præstantur. Sic & injuria propulsatio, licet injustè postuletur, tamen justè præstatur: quanquam & ipsa postulatio non usquequaq; injusta probetur. Aliud enim est injuriam propellere, ut sibi liceat voluptuosè vivere, aliud ut aliorum utilitati liberè possit vacare. Sicq; aliud est suffragium ab homine tanquam à ministro justitia postulare, ut mala voluntas adversantium ejus ministerio careat effectu, & bonorum voluntas ejus suffragio fortiatur effectum; aliud spem suam à Deo in hominem transferre, ut adversa, qua inferuntur à Deo ad vitæ correctionem, humano pellantur auxilio, nullâ præcedente correctione: sicut Israelita, qui captivitatem sibi imminentem Ægyptiorum suffragio se putabant posse evadere, sive pœnitentia præteritæ vitæ, non revocantes ad memoriam:* [Da *h* nobis auxilium de tribulatione, quia vana salus hominis.] *& idem* i [Hi in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine Dei nostri invocabimus.] *Petere ergò, vel præstare in tribulatione subsidium, ut voluptuosis quis in crimine vivat, damnabile est. Petere autem, vel præstare solatium, ut malus facultate delinquendi adornetur, ut Ecclesia pacem adipiscatur, ut aliquis multorum utilitati serviatur, utile est & honestum: dissimulare verò est gravissimum. Hinc de Paulo legitur,* a *quod cum quidam Iudæorum juràssent se non comesturos panem, nisi eum interficerent, petiit milites a prætore, quorum præsidio illæsus servaretur ab injuria Iudæorum, non sua voluptati, sed omnium utilitati victurus. Hinc in Evangelio* b *mercenarius vocatur, qui videt lupum venientem, & dimittit oves, & fugit. Hinc etiam Ecclesia auxilium ab Imperatore ad sui defensionem petere monetur.*

C. II. ¶ *Ab Imperatore Ecclesia auxilium postulare debet.*

Unde Augustinus *ad Bonifacium ait, epist. 50.*

MAximianus *e* Episcopus Vagiensis auxilium petiit ab Imperatore Christiano [contra *d* hostes Ecclesiæ,] non tam sui ulciscendi causâ, quàm tuendæ Ecclesiæ sibi creditæ. Quòd si prætermisisset, non ejus fuisset laudanda patientia, sed negligentia meritò culpanda. Neque enim & Apostolus *e* Paulus vitæ suæ transitoriæ consulebat, sed Ecclesiæ Dei, quando contra illos, qui eum occidere conspiraverant, consilium eorum Tribuno ut proderetur, effecit. Unde factum est, ut eum ad locum, quò fuerat producendus, deduceret miles armatus, ne illorum pateretur *f* insidias.

C. III. ¶ *Catholici adversùs hæreticos à potestatibus ordinatis defensionem possunt postulare.*

Item Augustinus *ad Emeritum, epist. 164.*

NOstri *g* adversùs illicitas & privatas vestrorum violentias (quas & vos ibi, qui talia non 1 facitis, doletis & gemitis) à potestatibus ordinatis tuitionem petunt, non quâ vos persequantur, sed quâ se defendant.

1 ¶ Non facitis,] *Addita est negatio ex originali & Ivone, & alia etiam emendata. Refert autem ibi B. Augustinus id, quod decretum fuerat in sancto Concilio Carthaginensi, ac repetitur in Concilio Africano, cap. 60. citatur autem infrà eâdem, cap.* ab Imperatoribus.

C. IV. ¶ *Quantùm intereſt inter persecutionem Catholicorum & Hæreticorum.*

Item ejusdem *contra literas Petiliani, lib. 2. c. 88.*

PRo *h* membris Christi adversùs vos sæviunt, & vobis resistunt, quicunque in catholica parvæ adhuc fidei eo animo sunt, quo tunc Petrus fuit, cùm 1 ferrum pro Christi nomine strinxit. Sed multùm interest inter vestram persecutionem, & istorum. Vos similes estis servo Sacerdotis Judæorum, quia servientes principibus vestris adversùs Ecclesiam catholicam, id est, adversùs Christi corpus armamini. Isti autem tales sunt, qualis tunc Petrus fuit, qui pro Christi corpore, id est, pro Ecclesia etiam corporaliter pugnavit.

C. V. ¶ *Iustitiæ plenus est, qui patriam bello tuetur à barbaris.*

Item Ambrosius *libro primo de officiis, c. 27.*

FOrtitudo, *k* quæ vel in bello tuetur à barbaris patriam, vel domi defendit infirmos, vel à latronibus socios, plena justitiæ est.

C. VI. ¶ *Prodest latroni vel piratæ, qui membra ejus debilitat.*

Item Hieronymus *super Sophoniam, ad c. 1.*

a *Hebr. 10. Act 3.* b *1. Cor. 6. 8. 9.* c *Glossa ordin. ibid. ad verſ.* [*Pro eo, ut diligerent me.*] d *al. medietarum.* e *Matth. 4.* f *Exod. 21.* g *al. discernere.* h *Psal. 59.* i *Psal. 19.*

a *Act. 27.* b *Ioan. 10.* c *Polyc. l. 1. tit. ult. Ivo p. 10. c. 19.* d *absunt ab orig.* e *Aller. 23.* f *al. pateret insidias.* g *Ivo p. 10. c. 30. Pann. l. 8. c. 26.* h *Ivo p. 10. c. 75.* i *Ioan. 18.* k *Ivo p. 10. c. 109. Pann. l. 8. c. 30.*

SI a quis fortitudinem latronis, & piratæ, & furis enervat b, infirmosque eos reddat, prodest illis sua infirmitas. Debilitata enim membra, quibus priùs non benè utebantur, à malo opere cessabunt.

C. VII. ¶ *Qui socii non repellit injuriam, similis est ei, qui facit.*

Item Ambrosius *libro primo de officiis, cap. 36.*

NOn c in inferenda, sed in depellenda injuria lex virtutis est. Qui enim non repellit à socio injuriam, si potest, tam est in vitio, quàm ille, qui facit. Unde S. Moyses hinc priùs orsus est tentamenta bellicæ 1 fortitudinis. Nam cùm d vidisset Hebræum ab Ægyptio injuriam accipientem, defendit, ita ut Ægyptium prosterneret, atque in arena absconderet. Salomon e quoque ait: [*Eripe eum, qui ducitur ad mortem.*]

1 ¶ Bellicæ] *Sic emendatum est ex originali, cùm etiam in manuscriptis Gratiani legeretur*, imbellis.

C. VIII. ¶ *Malorum impietati favet, qui eis obviare cessat.*

Item Anastasius & Damasus Papa.

QUi f potest obviare & perturbare perversos, & non facit, nihil aliud est, quàm favere eorum impietati. Nec enim caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obviare.

C. IX. ¶ *Qui divina mandata contemnunt, severiùs coerceantur vindictis.*

Item Calixtus, *epist. 2. ad Episcopos Galliæ.*

IUstum g est, ut qui divina contemnunt mandata, & inobedientes Patrum existunt justionibus, severioribus corrigantur vindictis: quatenùs cæteri talia committere timeant, & omnes gaudeant fraternâ concordiâ, & cuncti sumant severitatis atque bonitatis exemplum. Nam si (quod absit) Ecclesiasticam solicitudinem, vigoremque negligimus, perdit desidia disciplinam, & animabus fidelium profectò nocebitur.

C. X. ¶ *Imperatores cum Episcoporum provisione Ecclesiæ defensionem adversùs divitum potentiam debent suscipere.*

Item ex Concilio Carthaginensi V. h *cap. 9.*

AB Imperatoribus universis visum est 1 postulandum propter afflictionem pauperum, quorum molestiis sine intermissione fatigatur Ecclesia, ut defensores eis adversùs potentias 1 divitum cum Episcopotum provisione delegentur.

1 ¶ Visum est] *Sic est emendatum ex codicibus Conciliis impressis & manuscriptis. Antea legebatur*, justum est auxilium postulandum.

Ecce, quòd nonnunquam est obviandum perversis, & injuriæ sociorum armis est propulsanda, ut & malis adempta facultas delinquendi prosit, & bonis optata facultas liberè consulendi Ecclesiæ ministretur. Hoc qui non facit, consentit.

C. XI. ¶ *Non sunt immunes à scelere, qui non liberant eos, quos possunt à facto liberare.*

Unde Augustinus *ait in Psal. 81.*

OStendit k [Propheta] nec illos immunes à scelere esse, qui permiserunt Christum principibus interficere, cùm præ multitudine timerentur, & possent illos à facto, & se à consensu liberare. Qui 1 desinit obviare cùm potest, consentit.

1 ¶ Qui desinit] *Hæc in eadem glossa referuntur ex Cassiodoro, cujus verba sunt hæc:* Nam cum potuis obviare perversis, si desinas adversari, consensus erroris est.

a *Ivo p. 10. c. 13. Pann. l. 8. c. 30.* b *diripiat,*] *orig.* c *Nos,*] *orig.* d *Exod. 2.* e *Proverb. 24.* f *Damasus epist. 3. ad Stephanum, cap. 2. sup. dist. 23. error. & dist. 36. facientis. Polyc. l. 7. tit. 11. Anselm. l. 13. cap. 19.* g *Polyc. ibid. Ansel. l. 13. cap. 13. Ivo p. 6. cap. 346.* h *& in Africano cap. 42.* i *al. impotentias, vocavit &.* k *Glossa ord. ibi. ex B. August. & Cassiodoro ad illud* [*Eripite pauperem.*]

QUÆSTIO IV.

Vòd autem vindicta inferenda non sit, multis modis probatur. Mali enim tolerandi sunt, non abscondi; increpatione fervendi, non corporaliter expellendi.

C. I. ¶ *Quomodo mali sunt tolerandi, & quomodo ab eis recedendum sit.*

Unde Augustinus *ait libro de verbis Domini, sermone 18.*

TOlerandi sunt quidem mali pro pace, nec a corporaliter ab eis recedatur: sed spiritualiter 1 exigere, est facere, quod pertinet ad correctionem malorum, quantùm licet pro gradu cujusque, salvâ pace: displicere, est non tangere. Non enim Prophetæ, qui hæc dicebant, populum suum dimiserunt: sed inter eos habitabant, quos increpabant, unum templum cum eis intrabant, eadem sacramenta celebrabant. Hoc est exire, ore non parere: hoc est immundum non tangere, voluntate non consentire.

¶ *Caput hoc est in glossa ordinaria, 2. Cor. 6. ad ea verba,* exite de medio eorum. *Sententia verò est accepta ex sermone 18. Augustini de verbis Domini: ex quo insuà edd. cap.* ecce. *& cap.* recedite. *ad idem pertinentia referuntur.*

1 ¶ Spiritualiter] *Hic interposita erant duo verba, spiritualiter autem, quæ sunt expuncta, quasi & à priscis textu, & à glossa ordinaria abessent.*

C. II. ¶ *Quòd mali sint tolerandi à bonis.*

Idem.

TU bonus tolera malum. Nam & Christus b Judam, cùm sciret furem esse, toleravit, & ad prædicandum misit, eique cum aliis Eucharistiam dedit.

¶ *Initium hujus capitis est in tractatu 10. in Ioannem. Reliqua verò videntur accepta ex glossa ordinaria in Psalmum 9. ad verba,* Dixit enim in corde suo. *& explanatione B. Augustini in Psalmum 10. cujus propria verba referuntur sup. 2. q. 1.* Christus. *Ac eadem verò copiosè hæc eadem sententia exponitur in epistola 162.*

C. III. ¶ *Pro pace Ecclesiæ mali sunt tolerandi.*

Idem *super Ioannem tractatu 10. ad 2. 12.*

QUid c ergò voluit Dominus noster Jesus Christus, fratres mei, admonere Ecclesiam suam, quando unum perditum inter duodecim habere voluit, nisi ut malos toleremus, ne corpus Christi dividamus? Ecce inter sanctos est Judas: ecce fur est Judas: & ne contemnas, fur sacrilegus, non qualiscunque fur: fur loculorum, sed Dominicorum loculorum, sed sacrorum. Si crimina discernuntur in foro qualiscunque furti, & peculatûs (peculatûs enim furtum dicitur de re publica, & non sic judicatur furtum rei privatæ, quomodo publicæ) quærò vehementiùs judicandus est sacrilegus fur, qui ausus fuerit non undecunque tollere, sed de Ecclesia tollere? Qui aliquid de Ecclesia furatur, Judæ proditori comparatur.

¶ *Multa in hoc capite sunt emendata ex beato Augustino.*

C. IV. ¶ *De eadem.*

Idem *sermone 18. de verbis Domini.*

ECce, d inquiunt, dicit Propheta. [*Recedite, recedite, & immundum ne tetigeritis.*] Quomodo ergò malos pro pace tolerabimus, à quibus exire & recedere jubemur, ne tangamus immundum? Nos istam recessionem spiritualiter intelligimus: illi corporaliter. Nam & ego clamo cum Propheta: & 1 qualiacunque sumus vasa, utitur nobis Deus in dispensatione vasa nostra. Clamamus & nos, & dicimus vobis, recedite, exite inde, & immundum ne tetigeritis: sed contactu cordis,

a *al. ne.* b *7. q. 1. adversùs circa finem.* c *Polyc. l. 7. tit. 7.* d *Beda, 2. Cor. 6. Polyc. ibid. Ansel. l. 12. c. 85. Esa. 52.*

non corporis. Quid est enim tangere immundum, nisi consentire peccatis? Quid est autem exire inde, nisi facere, quod pertinet ad correctionem malorum, quantùm pro uniuscujusque gradu atque persona, salvâ pace, fieri potest? *& paulò pòst.* ¶ Ergò, fratres mei, quotquot habetis inter vos, qui adhuc amore seculi prægravantur, avaros, perjuros, adulteros, inspectores *a* nugarum, consultores mathematicorum, phanaticorum, augurum, aruspicum, ebriosos, luxuriosos, quicquid inter vos malorum esse nôstis, quantùm potestis, improbate, ut corde recedatis: & redarguite, ut exeatis inde: & nolite consentire, ut immundum non tangatis.

1 ¶ Et qualiacunque] *Sic emendatum est ex B. Augustino & Beda. Antea legebatur,* æqualia.

C. V. ¶ *Pacificus est, qui corrigit, quod potest, vel excludit à se, quod non potest.*

Idem *in secundo libro contra epistolam Parmeniani, c. 1.*

Quisquis vel quod potest, arguendo corrigit, vel quod corrigere non potest, salvo pacis vinculo excludit, vel quod salvo pacis vinculo excludere non potest, æquitate improbat, firmitate supportat, hic est pacificus, & ab illo maledicto, de quo Scriptura dicit: *b* [*Væ his, qui dicunt, quod nequam est, bonum, & quod bonum est, nequam, & reliqua:*] omninò liber, prorsùs securus, penitùs alienus. *& infrà.* ¶ Quomodo, inquit Parmenianus, incorruptus poteris permanere, qui corruptis sociaris? 1

1 ¶ Sociaris?] *Apud B. Augustinum hanc interrogationem Parmeniani sequitur continenter responsio, quæ habetur in proximè sequenti capite,* Ita planè. *Ac certè multò aptius interrogatio Parmeniani, & B. Augustini responsio unico capitulo comprehenderentur.*

C. VI. ¶ *Quid sit malis sociari.*

Idem *in eodem capite 21. continuè.*

Ita *c* planè, si sociatur quis malis, id est, si mali aliquid cum eis committit, aut committentibus favet. Si autem neutrum facit, nullo modo sociatur. Porrò, si addit tertium, ut non sit in vindicando piger, sed vel corripiat justus in misericordia, & arguat, vel etiam, si eam personam gerit, & ratio conservandæ pacis admittit, coram *d* omnibus peccantes arguat, ut cæteri timeant, removeat etiam vel ab aliquo gradu honoris, vel ab ipsâ communione sacramentorum, & hæc omnia cum dilectione corrigendi, non cum odio persequendi, plenissimum officium non solùm castissimæ innocentiæ, sed etiam diligentissimæ severitatis implevit. Ubi autem cætera impediuntur, illa duo semper retenta incorruptum, castumque custodiunt, ut nec faciat malum, nec approbet factum.

C. VII. ¶ *Aliena peccata in Ecclesia alicus non præjudicant.*

Idem *in epistola* e *152. contra Donatistas.*

Si quis *f* à catholica Ecclesia fuerit separatus, quantumlibet laudabiliter se vivere existimet, hoc solo scelere, quòd à Christi 1 unitate disjunctus est, non habebit vitam, sed Dei ira manet super eum. Quisquis autem in hac Ecclesia benè vixerit, nihil ei præjudicant aliena peccata; quia in ea unusquisque proprium onus portabit, sicut Apostolus dicit *g. & infrà.* ¶ Ergò communio malorum non maculat aliquem participatione sacramentorum, sed consensione factorum. Nam si in malis factis non eis quisq; consentiat, portat malus causam suam, & personam suam, nec præjudicat alteri, quem in consensione mali operis socium non habet criminis.

1 ¶ Christi unitate] *Antea legebatur,* Christianitate. *Restitutum est ex originali & Beda: itemq; alia nonnulla.*

a *al. spectatores.* b *Esa. 5.* c *Polyc. ibid.* d *Psal. 140. 2. Tim. 3.* e *Beda 1. Corinth. 11.* f *Ivo part. 2. cap. 101.* g *Gal. 6.*

C. VIII. ¶ *Non te maculat malus, si ei non consentis, sed ipsum redarguis.*

Idem *a in sermone 12. de verbis Domini.*

A Malis *b* semper corde disjungimini: ad tempus cautè corpore copulamini. *& infrà.* ¶ Duobus modis non te maculat malus: si ei non consentias, & si redarguas. Hoc est non communicare, non consentire: communicatur quippe, quando facto ejus consortium voluntatis vel approbationis adjungitur. *& infrà.* ¶ Neque ergò consentientes sitis malis, ut approbetis; neque negligentes, ut non arguatis; neque superbientes, ut insolenter arguatis.

C. IX. ¶ *Immundum tangere, est peccatis consentire.*

Idem *ex* c *eodem.*

Recedite *d*, exite inde, & immundum ne tetigeritis. Sed contactu cordis, non corporis. Quid est enim tangere immundum, nisi consentire peccatis? Quid est autem exire inde, nisi facere, quod pertinet ad correctionem malorum, quantùm pro uniuscujusque gradu atque persona, salvâ, pace fieri potest? Displicuit tibi, quod quisque peccavit? non tetigisti immundum. Redarguisti, corripuisti, monuisti, adhibuisti etiam, si res exigit, congruam, & quæ unitatem non violet, disciplinam? existi inde. *& infrà.* ¶ Clamavit ista Moyses *e*, clamavit Esaias *f*, clamavit Hieremias *g*, clamavit Ezechiel *h*. Videamus, si dimiserunt populum Dei, & se ad alias gentes transtulerunt. Quàm multa, & quàm vehementer Hieremias increpavit in peccatores & sceleratos populi sui? Inter eos tamen erat, unum cum eis templum intrabat, eadem sacramenta celebrabat, in eadem sceleratorum hominum congregatione vivebat; sed clamando exibat inde. Hoc est exire inde, hoc est immundum non tangere, & voluntate non consentire, & ore non parcere.

C. X. ¶ *Non maculant innocentes facta nocentium, quæ ab eis credi non possunt.*

Idem *in epistola 48. ad Vincentium.*

Quàm magnum est crimen ab istorum innocentium communione separari? Nam & facta *i* nocentium, quæ innocentibus demonstrari, vel ab innocentibus credi non possunt, non coinquinant quenquam, si propter innocentium consortium etiam cognita sustinentur. Non enim propter malos boni deserendi, sed propter bonos mali tolerandi sunt, sicut toleraverunt Prophetæ, contra quos tanta dicebant, nec communionem sacramentorum illius populi relinquebant: sicut ipse Dominus nocentem Judam usque ad condignum ejus exitum toleravit, & eum sacram cœnam cum innocentibus communicare permisit: sicut toleraverunt Apostoli eos, qui *k* per invidiam (quod ipsius diaboli vitium est) Christum annuntiabant.

C. XI. ¶ *Mali, quos Ecclesia recipit, nec expellit, à bonis sunt tolerandi, non judicandi.*

Idem *in sermone 24. de verbis Apostoli.*

Fortè *l* in populo Dei stat juxta te avarus, raptor, inhians rebus alienis, quem nôsti talem, & fidelis est, vel potiùs fidelis vocatur. Non eum potes de Ecclesia pellere, non habes aliquem aditum castigando & corripiendo corrigere, accessurus est tecum ad altare. Noli timere: unusquisque *m* proprium onus portabit. *Item infrà.* ¶ Quomodo (inquis) ferrem, quem novi malum? nonne melius ipsum ferres, quàm te foras efferres? Ecce, quomodo feres *n*: attende Apostolum dicentem: *o* [*Unusquisq; proprium onus portabit.*] Liberet te ista sententia. Non enim cum illo commu-

a *Beda Eph. 5.* b *Ivo p. 2. c. 102.* c *Beda 2. Cor. 6. supra eâd. c. ecce. Ivo p. 2. c. 103.* d *Esa. 52.* e *Num. 16.* f *Esa. 52.* g *Thren. 4.* h *Ezech. 14.* i *infrà eâd. nimium.* k *Philip. 1.* l *Talis es, & sortè] orig. Ivo part. 2. cap. 94.* m *Gal. 6.* n *al. ferres, si attenderes.] orig.* o *Gal. 6.*

nicares avaritiam, sed communicares cum illo Christi mensam. Et quid tibi obesset, si cum illo communicares Christi mensam? Apostolus dicit: a [*Qui enim manducat & bibit indigne, judicium sibi manducat & bibit:*] sibi, non tibi. Sane si judex es, si judicandi potestatem accepisti, Ecclesiasticâ regulâ, si apud te accusatur, si veris b documentis, testibusque convincitur, coerce, corripe, excommunica, degrada.

¶ *Antea citabatur ex libro primo de unico baptismo, ubi non habetur.*

Est & alia distinctio tolerandorum & cavendorum, quam ex verbis Augustini *licet colligere, dicentis serm. 49. de verbis Domini.*

C. XII. ¶ *Pastor est diligendus, mercenarius tolerandus, latro cavendus.*

TRes c personas dixit Dominus (& debemus illas investigare) in Evangelio, pastoris, mercenarii, & furis. *& paulò post.* ¶ Pastorem dixit *d* animam suam ponere pro ovibus suis, & intrare per januam. Furem dixit [& latronem 1] ascendere per aliam partem. Mercenarium dixit, lupum vel furem si videat, fugere, quia non est illi cura de ovibus: mercenarius est enim, non pastor. Ille intrat per januam, quia pastor est: ille ascendit per aliam partem, quia fur est: ille videns eos, qui volunt tollere oves, timet & fugit, quia mercenarius est; quia non est illi cura de ovibus, mercenarius est enim. Si invenerimus tres istas personas, invenit sanctitas vestra & quos diligatis, & quos toleretis, & quos caveatis. Diligêdus est pastor, tolerandus est mercenarius, cavendus est latro.

1 ¶ Et latronem] *Hæc duæ voces non sunt in originali: Anselmus tamen illas habet.*

Ecce quòd mali tolerandi sunt, nec corporali, sed spirituali vindictâ sunt puniendi. Unde cum discipuli non recepti à Samaritanis ignem cœlitùs super eos deducere voluerunt, dicentes e *magistro:* [Vis dicamus, descendat ignis de cœlo, & consumat eos?] *audierunt:* [Nescitis, cujus spiritûs estis] *Item:* f [Omnis, qui gladium acceperit, gladio peribit.]

C. XIII. ¶ *Spiritualis nunquam carnalem persequatur, sed econverso.*

Hinc etiam Hieronymus *ait in comment. epistolæ ad Gal. c. 4.*

QUi secundùm carnem natus erat, persequebatur spiritualem: nunquam enim spiritualis g carnalem persequitur, sed ignoscit ei, quasi rusticano fratri. Scit eum posse proficere per tempus: & si quando Ægyptiæ filium viderit irascentem, recordatur unius patris, qui boves 1 creavit, & culices: & h in magna domo non solùm esse vasa aurea & argentea, sed & lignea & fictilia.

1 ¶ Boves] *In codicibus B. Hieronymi impressis legitur*, qui lucem boves; *verùm in codice Vaticano horum commentariorum habetur*, qui lucam bovem. *Significat autem elephantem.*

C. XIV. ¶ *Boni à malis nunquam in hac vita penitus possunt separari.*

Item Augustinus *in libro quarto de baptismo, c. 12.*

QUantus arrogantiæ tumor est, quanta humilitatis & lenitatis oblivio, arrogantiæ quanta jactatio, ut quis aut audeat, aut facere se posse credat, quod nec Apostolis concessit i Dominus, ut zizania à frumento putet se posse discernere?

¶ *Verba sunt Cypriani lib. 4. epist. 2. ad Antonianum, citata ab Augustino lib. 4. c. 12. de baptismo contra Donatistas.*

C. XV. ¶ *Præsens Ecclesia simul recipit bonos & malos.*

Item Gregorius *homiliâ 38. Evang.*

HÆc autem vita, quæ inter cœlum & infernum sita est, sicut in medio subsistit, ita utrarumque partium rives communiter recipit: quos tamen sancta Ecclesia & nunc indiscretè suscipit, & postmodùm in egressione discernet. Si 4 ergò boni estis, quamdiu in hac vita subsistitis, æquanimiter tolerare malos debetis. Nam quisquis malos non tolerat, ipse sibi per intolerantiam suam testis est, quia bonus non est. Abel *k* enim esse renuit, quem Cain malitia non exercet.

2 pars. *Ex his omnibus colligitur, quòd malorum vindicta Deo reservanda est, nec sunt corporaliter puniendi, sed crebrâ admonitione, & charitatis beneficio ad correctionem invitandi. Unde Christus in Evangelio* c *ait:* [Audistis, quia dictum est in lege; *d (quem modum ultionis lex statuit)* Oculum pro oculo, dentem pro dente.] *Ego autem hanc vicissitudinem tollens, & ad mansuetudinem, & charitatis perfectionem vos invitans, duo vobis:* [Nolite resistere malo, sed diligite inimicos vestros, benefacite iis, qui oderunt vos, ut sitis filii patris vestri, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super justos & injustos.] *Hinc Paulus* e *ait:* [Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi.] *Omnis* f *enim iniquus, bonorum est inimicus: omnis* g *autem amicus hujus seculi, etiam inimicus est Dei. Inimicus autem Dei, benignitati & justitiæ est inimicus, ac per hoc amatorem justitiæ & benignitatis diligere non potest. Cum ergo inimicos diligere, vel illis benefacere, cibum & potum subministrare jubemur: inimicos persequi, & punire prohibemur.* ¶ *In lege enim Veteris Testamenti corporale pœna statuta est: in lege verò Evangelii omni peccanti per pœnitentiam promittitur venia. Unde illa à terrore incepit, dicens:* h [Ego sum Dominus Deus zelotes, visitans peccata patrum in filios usque in tertiam & quartam generationem.] *Hæc verò à lenitate mansuetudinis & misericordiæ, ita inquiens:* i [Beati pauperes spiritu, beati mites, beati misericordes; quoniam ipsi misericordiam consequentur.] *Ipse illa docebatur:* k [Qui fecerit hoc vel illud, morte morietur.] *In ista:* l [Gaudeo super uno peccatore pœnitentiam agente, quàm super nonaginta novem justis, quæ non indigent pœnitentiâ.] *Item:* m [Non veni vocare justos, sed peccatores ad pœnitentiâ. Estote *n* misericordes, sicut & pater vester misericors est.] *Initium quoq; prædicationis Salvatoris nostri, & præconis ejusdem, ad pœnitentiam peccatores invitavit. Sic enim utrq; exordia est, dicens:* [Pœnitentiam *o* agite, appropinquavit *p* enim regnum cœlorum.] *Sic & in Actibus Apostolorum, cùm Iudas compunctus de fidelibus morte Christi, dicerent Petro:* [Quid faciemus viri fratres?] *hortatur Petrus respondisse:* q [Pœnitentiam agite, & baptizetur unusquisq; vestrum.] *Et, ut universaliter dicatur, in lege & pœnis ille rudis servuli timore pœnarum cogebatur: unde & legem ut* r *pædagogum accepit. In Evangelio autem populus gratiæ liber & adultus filiali amore, & hæreditatis certitudine alacritate divina servitutis invitatur. Unde, cùm quidam legem, quasi coercentem, prædicarent esse tenendam simul cum gratia, ait* s *Apostolus:* [Non enim accepistis spiritum servitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba Pater.] *Hinc etiam* Gregorius *ait in expositione* u *Evangelii:* [Simile factum est regnum cœlorum homini Regi, qui fecit nuptias filio suo.]

C. XVI. ¶ *In lege cuiq; permittebatur diligere amicum, & odire inimicum.*

CUm in lege x scriptum sit: [*Diliges amicum tuum, & odio habebis inimicum tuum.*] accepta tunc licentia justis fuerat, ut Dei inimicos, suosque adversarios, quantâ possent virtute, comprimerent, eosque in ore 1 gladii ferirent. Quod in novo proculdubiò Testamento comperitur, cùm per semetipsam Veritas prædicat, dicens: [*Diligite* y *inimicos vestros: benefacite iis, qui oderunt vos:*] Qui ergò per tauros, nisi Veteris Testamenti Patres signantur z? Nam dum ex permissione legis astres signantur z? Nam dum ex permissione legis atres coeperant, quatenus adversarios suos odii terribilitate

a 1 Cor. 11. b al. innumeris. c Ans. l. 6. c. 148. d Ioh. 10. e Luc. 9. f Matt. 26. g Gal. 4. h 2. Tim. 2. i Matth. 13.

a Matt. 5. b Gen. 4. c Matt. 5. d Ex. 21. e Rom. 12. f Prov. 25. g Iac. 4. h Ex. 20. i Matt. 5. k Exod. 13. & alibi. l Luc. 15. m Matt. 9. n Luc. 6. o Matt. 3. p al. appropinquaverit. q Act. 2. r Exod. 5. s Gal. 4. t Rom. 8. u Est hom. 38. Matt. 22. x Levit. 19. y Luc. 6. z significantur] orig. percutierent,

percuterent, (ut ita dicam) quid aliud, quàm tauri erant, qui inimicos suos corporeæ virtutis cornu feriebant? Quid verò per altilia, nisi Patres Novi Testamenti figurantur? qui dum gratiam internæ pinguedinis percipiunt, æternis desideriis innitentes, ad sublimia contemplationis suæ pennis sublevantur.

1 ¶ In ore] *In originali, & quo utuntur Gratiani vetustiores est,* jure gladii.

Hic ita respondetur: Sunt quædam, quæ salubri duntaxat admonitione sunt corripienda, non corporalibus flagellis animadvertenda; sed eorum vindicta divino examini tantùm est reservanda, quando in delinquentes videlicet disciplinam exercere non possumus, vel quia non sunt nostri juris, vel quia illorum crimina, etsi nobis nota sunt, tamen manifestis indiciis probari non possunt. ¶ *De his, qui non sunt nostri juris, ait Apostolus in prima epistola* a *ad Corinthios:* [Quid enim mihi attinet de his, qui foris sunt, judicare: de his enim Dominus judicabit.]

C. XVII. ¶ *Infidelium colloquia & convivia non sunt evitanda.*

Quod Augustinus *exponens, ait.*

INfideles *b* non possumus Christo lucrari, si eorum colloquium vitamus & convivium. Unde & Dominus *c* cum publicanis & peccatoribus manducavit & bibit. In his verò, qui intus sunt, id est, infidelibus putredo resecanda est.

¶ *Sensus hujus capitis habetur apud B. Augustinum de pœnitentia medicinali c. 3. verba verò ferè omnia sunt in gloss. ord. 1 Cor 5. ad vers.* alioquin. *& interlineari ad vers.* intus.

Hinc etiam cum Propheta d *dicit:* [Facit Dominus judicium omnibus injuriâ patientibus,] *exponendo addidit Augustinus:* [ab his, qui non sunt sui juris, in quos nequit disciplina exerceri.] *Item, quando multitudo est in sectore, nec salvâ pace Ecclesiæ mali puniri possunt, tolerandi sunt potius, quàm violatâ pace Ecclesiæ puniendi.*

C. XVIII. ¶ *Quædam mala punienda sunt, & quædam toleranda.*

Unde Augustinus *ait in libro de fide & operibus, c. 4. & 5.*

QUidam verò e contrario periclitantes, cùm bonorum, malorumque permistionem in Ecclesia demonstratam, seu prædictam esse perspexerint, & patientiæ præcepta didicerint, (quæ ita nos firmissimos reddunt, ut etiamsi videntur in Ecclesia esse zizania, non tamen impediatur aut fides, aut charitas nostra, aut quoniam zizania in Ecclesia esse cernimus, ipsi de Ecclesia recedamus) destituendam 1 putent Ecclesiæ disciplinam, quandam perversissimam securitatem præpositis tribuentes, ut ad eos non pertineat, nisi dicere, quid cavendum, quidve faciendum sit; quodlibet autem quisque facrat, non curare. Nos verò ad sanam doctrinam pertinere arbitramur, ex utrisque testimoniis tutam sententiam moderati, ut & canes in Ecclesia propter pacem Ecclesiæ toleremus, & canibus sanctum, ubi pax Ecclesiæ tuta est, non demus. Cùm ergò sive per negligentiam Prepositorum, sive per aliquam excusabilem necessitatem, sive per occultas obreptiones invenimus in Ecclesia malos, quos Ecclesiasticâ disciplinâ corrigere aut coërcere non possumus, tunc ne *f* ascendat in cor nostrum impia & perniciosa præsumptio, qui existimemus nos ab his esse separandos, ut peccatis eorum non inquinemur, atque ita post nos trahere eonemur, veluti mundos, sanctosque discipulos, ab unitatis compage, quasi à malorum consortio segregatos: veniant in memoriam illæ de Scripturis similitudines, & divina oracula, vel certissima exempla, quibus demonstratum & prænunciatum est, malos in Ecclesia permistos bonis usque in finem seculi, tempusque judicii futuros, & nihil bonis in unitate ac participatione sacramentorum, qui eorum factis non consenserint, obfuturos. Cùm verò eis, per quos Ecclesia regitur, adest salvâ pace potestas disciplinæ adversùs improbos aut nefarios exercendæ, tunc rursus, ne socordiâ, segnitiâque dormiamus, aliis aculeis præceptorum, quæ ad severitatem coërcitionis *g* pertinent, excitandi sumus, ut gressus nostros in via Domini ex utrisque testimoniis illo duce atque adjutore dirigentes, ne patientiæ nomine torpescamus, nec obtentu diligentiæ sæviamus.

1 ¶ Destituendam] *Apud B. Augustinum legitur*, instituendam putant esse & Ecclesiam & disciplinam: *sed cæteri collectores cum Gratiano concordant. Multa verò alia ex illo, & originali in toto hoc capite sunt restituta.*

C. XIX. ¶ *Latens occulta, severiùs autem puniendæ sunt ab Ecclesia delicta manifesta.*

Item *contra epistolam Parmeniani, lib 3. c. 2.*

CUnctis *h* quisque fratrum, id est, Christianorum intus in Ecclesiæ societate constitutorum, in aliquo tali peccato fuerit deprehensus, ut anathemate dignus habeatur, fiat hoc, ubi periculum schismatis nullum est. *& infrà.* ¶ Quando ita cujusque crimen notum est omnibus, & omnibus execrabile apparet, ut vel nullos prorsus, vel non tales habeat defensores, per quos possit schisma contingere, non dormiat severitas disciplinæ.

3 pars. *Est & alia causa, quâ correptio verborum, vel verborum videtur esse inutilis, vel superflua. Prædestinati enim ad vitam sine correptione mutantur: sicut Petrus, c quem Dominus respiciens, nemine corripiente commotus ad lachrymas. Præscitè ad mortem inter flagella detestores sunt, sicut Pharao. Bona ergò superflua, damnandi hac inveniuntur esse inutilia. Hic ita respondetur auctoritate Gregorii & Augustini.*

C. XX. ¶ *Sicut ab oratione cessandum non est, sic nec à correptione.*

Augustinus *enim in libro de correptione & gratia, c. 5. sic ait.*

SIcut non est ab oratione cessandum pro eis, quos corrigi volumus, etiamsi nullo hominum orante pro Petro, Dominus respexit *d* eum, & fecit eum suum peccatum flere: ita non est negligenda correptio, quamvis Deus, quos voluerit, etiam non correptos, faciat esse correctos. Tunc autem correptione proficit homo, cùm miseretur, atque adjuvat, qui facit, quos voluerit, etiam sine correptione proficere.

C. XXI. ¶ *Soli prædestinati salvantur, qui in postulando suo labore meruerunt.*

Gregorius *verò in dialogo, lib 1. c. 8.*

OBtineri *e* nequaquam possunt, quæ prædestinata non fuerunt. Sed ea, quæ sancti viri orando efficiunt, ita prædestinata sunt, ut precibus obtineantur. Nam ipsa quoque perennis regni prædestinatio ita est ab omnipotenti Deo disposita, ut ad hoc electi ex *f* labore perveniant: quatenùs postulando mereantur accipere, quod eis omnipotens Deus ante secula disposuit donare.

C. XXII. ¶ *Occulto Dei judicio mali obdurantur flagellis, boni emendantur.*

Item Augustinus *in lib. de prædestinatione & gratia, c. 13.*

NAbuchodonosor *g* pœnitentiam meruit fructuosam. Nonne post innumeras impietates flagellatus pœnituit, & regnum quod perdiderat, rursus accepit? *h* Pharao autem ipsis flagellis est durior effectus, & periit. Hic mihi rationem reddat, qui divinum consilium nimium alto *i* sapientique corde dijudicat; cur medicamentum unius medici manu confectum, alii ad interitum, alii valuerit ad salutem; nisi quia

---

a 1. Corinth. 5. b 2. quæst. 1. c. multi. 11. c Luca 5. d Psal. 145. e Polyc. l. 7 tit. 7. Arsl. 21. c. 63. f nec] orig.

a al. cœrtionis. b Polyc. ibid. Ivo p. 2. c. 97. Pann. in prol. c. 33. & 14. c Luc. 22. d Luc. 22. e Eutrop. l. 20. c. 18. Ivo p. 17. c. 31. f al. pro. g Dan. 4. h Exod. 5. usq; ad 15. i altum sapienti corde] orig.

Christi *a* bonus odor aliis est odor vitæ in vitam, aliis odor mortis in mortem? Quantùm ad naturam, ambo homines erant. Quantùm ad dignitatem, ambo Reges. Quantùm ad causam, ambo captivum populum Dei possidebant. Quantùm ad pœnam, ambo flagellis clementer admoniti. Quid ergò fines eorum fecit esse diversos, nisi quòd unus manum Dei sentiens, in recordatione propriæ iniquitatis ingemuit, alter libero contra Dei misericordissimam veritatem pugnavit arbitrio?

C. XXIII.

Idem *b*.

VAsis *c* iræ nunquam Deus redderet interitum, si non spontaneum inveniretur homo habere peccatum: quia nec Deus peccanti homini justè inferret iram, si homo ex prædestinatione Dei cecidisset in culpam. *Idem* d. ¶ Prædestinationem Dei sive ad bonum sive ad malum in hominibus operari ineptissimè dicitur, ut ad utrumque homines quædam necessitas videatur impellere: cùm in bonis voluntas sit intelligenda non sine gratia; in malis autem voluntas intelligenda sine gratia. Cùm verò aliquos à Deo, aut traditos desideriis suis, aut obduratos legimus, aut relictos, magnis peccatis suis hoc ipsos meruisse profitemur: quia talia eorum crimina præcesserunt, ut ipsi sibi pœnas debuerint, quæ eis etiam supplicium verterent in reatum. Atque *e* ita nec de judicio Dei quærimur, quo deserit meritos deseri, & misericordiæ ejus gratias agimus, quâ liberat non meritos liberari. Vires itaque obedientiæ non ideò cuiquam subtraxit, quia eum non prædestinavit, sed [ideò *f* eum non prædestinavit,] quia recessurum ab ipsa obedientia esse prævidit. Prædestinatio *g* igitur Dei semper in bono est, quæ peccatum solâ hominis voluntate commissum, aut remittendum novit cum laude misericordiæ, aut plectendum cum laude justitiæ. In malis autem operibus nostris sola præscientia Dei intelligenda est: quia sicut præscivit, & prædestinavit, quæ ipse fecit, & ut faceremus dedit, ita præscivit tantùm, non etiam prædestinavit, quæ nec ipse fecit, nec ut faceremus, exegit. Hi *h* autem, de quibus dicitur: *i* [*Ex nobis exierunt, sed non fuerunt ex nobis. Si enim fuissent ex nobis, manssissent utique nobiscum:*] voluntate exierunt, voluntate ecciderunt: & quia præsciti sunt casuri, non sunt prædestinati: essent autem prædestinati, si essent reversuri, & in sanctitate ac veritate mansuri. Ac per hoc prædestinatio Dei multis est causa standi, nemini est causa labendi.

¶ *In pleriſq; vetuſtis caput hoc conjunctum eſt ſuperiori, & in titulo eſt,* Item, *non* Idem: *eſt autem confectum ex locis indicatis, Fulgentii, Proſperi, & B. Auguſtini.*

Non ergo neceſſitatem facit correctionis, vel obdurationis divina prædeſtinatio, ſeu præſcientia, cum boni per gratiam corrigantur, & libero arbitrio mali pereant. Neq; enim quia prædeſtinatio, ſeu præſcientia Dei falli non poteſt, neceſſario eveniunt, quæ prædeſtinantur, vel præſciuntur, ſicut nec neceſſariò prædeſtinantur, vel præſciuntur, quæ futura ſunt: ſed quia bona abſq; ejus gratia, mala præter ejus ſcientiam evenire non poſſunt. ¶ *Quamvis ergo convenienter dicatur, ſi hæc prædeſtinata ſunt, vel præſcita, neceſſariò evenient: non tamen ideò abſolutè verum eſt, neceſſariò evenient, quæ prædeſtinata ſunt, vel præſcita: quia hîc neceſſitas refertur ad rerum eventum, ibi ad intuitum divinæ præſcientiæ. Unde Auguſtinus:* [Duæ 1 ſunt, *inquit,* neceſſitates, ſimplex *k* una, veluti quâ neceſſe eſt omnes homines eſſe mortales: altera conditionis, ut ſi aliquem ambulare quis ſcit, eum ambulare neceſſe eſt. Quod enim quiſque eſſe novit, id eſſe aliter, quàm notum eſt, nequit. Sed hæc minimè ſecum illam ſimplicem trahit. Hanc enim neceſſitatem non propria facit natura, ſed conditionis adjectio. Nulla enim neceſſitas cogit incedere voluntate gradientem, quamvis cum tunc, cum graditur, incedere neceſſarium ſit. Eodem igitur modo, ſi quid providentia præſens videt, id neceſſe eſt eſſe, tametſi nullam naturæ habeat neceſſitatem. Atqui Deus ea futura, quæ ex libertate arbitrii proveniunt, præſentia contuetur. Hæc igitur ad intuitum relata divinum, neceſſaria fiunt per diſpoſitionem divinæ notionis. Per ſe verò conſiderata, abſolutam 2 naturæ ſuæ libertatem non deſerunt. Fient igitur proculdubiò cuncta, quæ futura Deus eſſe prænoſcit; ſed eorum quædam de libero proficiſcuntur arbitrio, quæ quamvis eveniant, exiſtendo tamen naturam propriam non amittunt, quâ priusquàm fierent, etiam non evenire potuiſſent.] ¶ *His omnibus mala noſtra libero adſcribuntur arbitrio, cùm altèr divina adſcribantur indignationi. Unde Gregorius:* a [Cùm ſuperna indignatio ſeſe, ut ita dixerim, medullitùs movet, hanc opinio, vel oppoſitio humana non removet: nec ſecuiſlibet utiliter deprecatio objicit, cùm ſemel Deus aliquid ab intimis iraſcendo diſponit. Hinc eſt enim, quòd Moyſes, *b* qui reatum totius plebis apud Dominum ſuis precibus terſit, dumque ſe obicem obtulit, divinæ iracundiæ vim placavit, ad petram Oreb veniens, & pro aquæ exhibitione diffidens, repromiſſionis terram ingredi Domino inſcente non potuit.] ¶ *Item Auguſtinus: De* 3 *Tyro* c *vero, & Sydonio quid aliud poſſumus dicere, quàm non eſſe dictum, ut crederent, quos etiam credituros fuiſſe ipſa Veritas dixit* d, *ſi talia, qualia apud non credentes facta ſunt, virtutum ſigna eſſent? Quare autem hoc ei negatum fuerit, dicant, ſi poſſunt, qui murmurant, & offendant, cur apud eos Dominus mirabilia, quæ profutura non erant, fecerit, & apud eos, quibus profutura erant, non fecerit. Nos etenim,* e *ſi rationem fulti, & profundiſſimum judicii ejus penetrare non poſſumus, manifeſtiſſimè tamen ſcimus, & verum eſſe quod dixit, & juſtum eſſe quod fecit: & non ſolum Tyrios & Sydonios, ſed etiam Corozaim & Bethſaida potuiſſe converti, & fideles ex infidelibus fieri, ſi hoc in eis voluiſſet Dominus operari. Neq; enim ullî falſum videri poteſt, quod Veritas ait:* f [Nemo poteſt venire ad me, niſi fuerit ei datum à Patre meo.] *Item qui per Prophetã* g *Judaica plebi promiſit:* [Ecce ego ſepiam vias tuas ſpinis, & muniam eas lapidibus quadris] *id eſt, adimam tibi facultatem peccandi. Idem per Pſalmiſtam* h *de damnandis dixit:* [Fiant viæ illorum tenebræ, & lubricum, & Angelus Domini perſequens eos.] *Sed in his omnibus vitia noſtra humana adſcribuntur motui arbitrii, quod divina clementia in electis miſericorditer vertit ad bonum, in damnandis juſtè relinquit ad malum. Sicut ergo, quamvis certiſſimi ſcamus, neminem ultra terminum à Deo ſibi præfixum eſſe victurum, omnibus tamen languentibus non incongrue medemur, ſic quamvis nemo ſalvetur, niſi prædeſtinatus ad vitam, omni tamen delinquenti eſt adhibenda correptio, nec malorum eſt negligenda diſciplina.*

1 ¶ Duæ ſunt] *Hæc à Burchardo & Ivone citantur ex B. Auguſtino in libro de prædeſtinatione. Et ſententia habetur copioſè explicata in libello de prædeſtinatione Dei, inter opera B. Auguſtini, tomo* 7.

2 ¶ Abſolutam] *Apud Burchardum & Ivonem legitur,* ab abſoluta libertate non deſinunt.

3 ¶ De Tyriis] *Similima his legentur apud B. Auguſtinum in libro de bono perſeverantiæ, cap.* 14. *Eadem verè ſed ſparſim apud Proſperum ad excepta Iamenſium, in reſponſ. ad dubium* 8. *ſeve* 9.

C. XXIV. ¶ *Non ſemper in eos, qui peccant, vindicta eſt exercenda.*

Unde idem Auguſtinus *ait epiſt.* 32.

Bonifacio.

a *1.Cor.2.* b *al.Item.* c *Fulgentius l.1. ad Monymum. Burch.l.20.c.31. Ivo p.17.c.46. Proſper in reſp. ad Capitula Gallorum, cap.6.* d *Ibidem cap.11.* e *Ibidem c.12.* f *abſunt ab orig.* g *Idem Proſper, cap.14. & ſent.6. ad c. Gallorum. Idem ſent.15.* h *Idem ad object. Vincentianas, c.12. & Auguſt. ad articulos ſibi falsò impoſitos, art.12.* i *1.Joh.2.* k *Sententia in libro de prædeſtinatione Dei. Burch.l.20.c.21. Ivo p.17.c.32.*

a *Lib.9.Moral.c.12.* b *Exod.32. Num.14.* c *Matt.11.* d *al. decet.* e *al.etiam.* f *Matt.22.* g *Oſe.2.* h *Pſalm.44.*

Ipſa

Pia a pietas, veritas, charitas, nos non permittit contra Cæcilianum eorum hominum accipere testimonium, quos in Ecclesia non videmus, cui Deus perhibet testimonium. Qui enim divina testimonia non sequuntur, pondus humani testimonii perdiderunt. *Item infrà.* ¶ Molestus est Medicus furenti phrenetico, & pater indisciplinato filio: ille ligando, iste cædendo, sed ambo diligendo. Si autem illos negligant, & perire permittant, ista potiùs falsa mansuetudo crudelitas est. *Item infrà.* ¶ Si per b potestatem, quam per religionem ac fidem Regum, tempore quo debuit, divino munere accepit Ecclesia, hi, qui inveniuntur in viis & in sepibus, id est, in hæresibus & schismatibus, coguntur intrare, non quia coguntur, reprehendant, sed quare c cogantur, attendant. Convivium Domini unitas est corporis Christi, non solùm in sacramento altaris, sed etiam in vinculo pacis. *In eadem infrà.* ¶ Theodosius 1 Imperator legem d generaliter in omnes hæreticos promulgavit, ut quisquis eorum Episcopus vel Clericus, ubilibet esset inventus, decem libris auri mulctaretur. *Item infrà.* ¶ Si duo aliqui in una domo habitarent, quam certissimè sciremus esse ruituram, nobisque id prænuntiantibus nollent credere, atq; in ea manere persisterent, si eos inde possemus eruere vel invitos, quibus imminentem illam ruinam postèa demonstraremus, ut redire ulteriùs sub ejus periculum non auderent, puto, nisi faceremus, non immeritò crudeles judicaremur. Porrò, si unus illorum nobis diceret, quando intraveritis eruere nos, memetipsum continuò trucidabo: alter autem nec exire quidem inde, nec erui vellet, sed neque necare se auderet, quid eligeremus, utrùm ambos ruinæ opprimendos relinquere, an uno saltem per misericordiæ nostram operam liberato, alterum non nostrâ culpâ, sed suâ potiùs, interire? Nemo est tam infelix, qui non, quid fieri in talibus rebus oporteat, facillimè judicet. *Item post pauca.* ¶ Quòd si plurimi essent in domo ruitura, & inde saltem unus liberari posset, atque id cùm facere conaremur, alii seipsos præcipitio necarent, dolorem de exteris nostrum de unius saltem salute consolaremur: non tamen, ne seipsos alii perderent, perire universos nullo liberato permitteremus. Quid igitur de opere misericordiæ, quod pro vita æterna adipiscenda, & pœna æterna vitanda hominibus debemus impendere, judicandum est, si pro salute ista non solùm temporali, sed etiam brevi, ad ipsum exiguum tempus liberanda, sic nos subvenire hominibus ratio vera & benigna compellit? *Item infrà.* ¶ Si e (inquiunt Donatistæ) oportet, ut nos extra Ecclesiam, & adversùs Ecclesiam fuisse pœniteat, ut salvi esse possimus, quomodo post istam pœnitentiam apud vos Clerici, vel etiam Episcopi permanemus? Hoc non fieret, quoniam revera (quod fatendum est) fieri non deberet, nisi pacis ipsius compensatione sanarentur. Sed sibi hoc dicant, & multò maximè humiliter doleant, qui in tanta morte præcisionis jacent, ut isto quodam vulnere matris catholicæ revivisscant. Cùm enim præcisus ramus inseritur, fit aliud vulnus in arbore, quo possit recipi, ut vivat, qui sine vita radicis peribat: sed cùm receptus recipienti coaluerit, & vigor consequetur, & fructus: tantum non coaluerit, ille quidem arescit, sed vita arboris permanebit. Est enim & tale inserendi genus, ut nullo præciso ramo qui intus est, ille qui foris est, inseratur: non tamen nullo, sed vel levissimo arboris vulnere. Ita ergò & isti cùm ad radicem catholicam veniunt, nec eis quamvis post erroris sui pœnitentiam honor Clericatûs, aut Episcopatûs aufertur, fit quidem aliquid tanquam in cortice arboris matris contra integritatem severitatis: veruntamen quia neque a qui plantat, est aliquid, neque qui rigat, ad Dei misericordiam precibus fusis, coalescente insitorum pace ramorum, charitas b cooperit multitudinem peccatorum. *& paulo pòst.* ¶ Verùm in hujusmodi casus, ubi c per graves dissensionum scissuras non hujus, aut illius hominis est periculum, sed populorum strages jacent, detrahendum est aliquid severitati, ut majoribus malis sanandis charitas syncera subveniat. Habeant ergò isti de præterito detestabili errore, sicut Petrus habuit de mendacii timore, amarum dolorem, & veniant ad Ecclesiam Christi veram, id est, matrem catholicam: sint in illa Clerici, sint Episcopi utiliter, qui contra illam fuerunt hostiliter. Non invidemus, imò amplectimur, optamus, hortamur, & quos in viis, aut sepibus invenimus, intrare cogimus, & sic nondum quibusdam persuademus, quia non res eorum, sed ipsos quærimus.

1 ¶ Theodosius] *Anselmus habet ut Gratianus: sed propria verba B. Augustini, ubi dereprimenda rabie Donatistarum agit, sunt hæc:* Quod eo modo fieri aliquatenùs arbitramur, si legem piissimæ memoriæ Theodosii, quam generaliter in omnes hæreticos promulgavit, ut quisquis eorum Episcopus vel Clericus, ubilibet esset inventus, decem libris auri mulctaretur, expressius in Donatistas, qui se negabant hæreticos, ita confirmarent, ut non omnes eâ mulctâ ferirentur, *& cætera quæ sequuntur.*

C. XXV. ¶ *Medicinalis severitate mali coguntur ad bonum.*

Idem *Festo, epist. 167.*

Quid d faciet hic Ecclesiæ medicina, salutem omnium maternâ charitate conquirens, tanquam inter phreneticos & lethargicos æstuans? Nunquid contemnere, nunquid desistere vel debet, vel potest? Utrisque sit, necesse est, molesta: quia neutris est inimica. Nam & phrenetici nolunt ligari, & lethargici nolunt excitari: sed perseverat diligentia charitatis phreneticum castigare, lethargicum stimulare, ambos amare. Ambo offenduntur, sed ambo diliguntur. Ambo molestati, quamdiu ægri sunt, indignantur, sed ambo sanati gratulantur. *& infrà in eadem.* ¶ Catholici esse non incipiunt, nisi hæretici esse destiterint. Neque enim sacramenta eorum nobis inimica sunt, quæ cum illis nobis sunt communia: quia non humana sunt, sed divina. Proprius error eorum est auferendus, quem malè imbiberunt, non sacramenta, quæ similiter acceperunt, quæ ad pœnam suam portant & habent, quanto indigniùs habent: sed tamen habent.

4 pars. *Ecce quid crimina sunt puniendа, quando salvâ pace Ecclesiæ ferri possunt: in quo tamen discretio adhibenda est. Aliquando enim delinquentium multitudo diu per patientiam ad pœnitentiam est expectanda: aliquando in paucis est punienda, ut eorum exemplo cæteri terreantur, & ad pœnitentiam provocentur. Hinc, cùm discipuli* e *cœlesti igne Samaritanos vellent consumere, prohibiti sunt: & Samaritani ad pœnitentiam sunt expectati, ut Christo prædicante converterentur ad fidem.*

C. XXVI. ¶ *Non semper in eos, qui peccant, vindicta est exercenda.*

Unde Ambrosius *ait lib. 7. commentariorum ad c. 9. Luc.*

Quòd [Christus] discipulos increpavit, quia f ignem super eos descendere cupiebant, qui ipsum non receperant, ostenditur nobis non semper in eos, qui peccaverint, vindicandum: quia nonnunquam amplius prodest clementia tibi ad patientiam, quàm lapso ad correctionem. Denique Samaritani g citiùs crediderunt, à quibus hoc loco ignis arcetur: nec discipuli peccant,

a *Polyc. lib. 7. tit. 5. Anse. l. 12. c. 61.* b *potestate] orig. Infrà, q. 6. schismatis.* c *quò] orig.* d *C. Theod. l. 16. tit. 5. c. 21. & 65.* e *Pann. in prolog. c. 15.*

a *1. Corinth. 3.* b *1. Petr. 4.* c *Distinct. 50. ut constitueretur.* d *Quid igitur hic faciat] orig. Polyc. l. 7. tit. 5. Anse. lib. 9. c. 36.* e *Luc. 9.* f *Luc. 9.* g *Ioan. 4.*

qui legem sequuntur. Sciebant enim & Phinees a reputatum ad justitiam, quia sacrilegos interemerat, & ad preces Heliæ *b* ignem descendisse de cœlo, ut Prophetæ 1 vindicaretur injuria.

1 ¶ Ut Prophetæ] *Hæc sunt addita, quoniam referuntur ab ipsomet Gratiano infrà eâd. c.* si illic.

Potest in hac prohibitione Apostolorum illud intelligi. Apostoli non zelo justitiæ, sed amaritudinis odio ob injuriam suæ expulsionis vindicandam, Samaritanos igne voluerunt consumere: Dominus autem volens eos injuriam propriæ personæ cum patientia & gaudio tolerare, injuriam verò servitutis divinæ non inultam relinquere, ait: c [Nescitis, cujus Spiritûs estis?] *Hinc etiam Petrus, qui cum altis audierat:* [Beati d eritis, cùm maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum adversùs vos: gaudete in illa die, & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis,] *contumelias sibi illatas cum gaudio suscipiebat; peccata verò, quæ in Deum committebantur, acerrimè puniebat. Unde Ananiam* e *& Sapphiram Spiritui Sancto mentientes mortis sententiâ percussit. Sic etiam Paulus dum à suo contemptu piâ admonitione & multimodâ commendatione sui Corinthios revocaret, magum illum Elymam,* f *qui credituros à fide retrahebat, cæcitate percussit: ut cæteri perterriti prædicationem ejus non impedirent, sed in Christum credentes animæ cæcitatem effugerent. Et Corinthium* g *illum fornicatorem, quia in Deum peccaverat, Satanæ ad vexandum tradidit.*

C. XXVII. ¶ *Pro injuria Episcopo alicui excommunicare non licet.*

Hinc etiam Gregorius *scribit Ianuario Episcopo, reprehendens eum, quòd ob injuriam propriæ personæ quendam excommunicaverat, dicens l. 2. indict. 11. epist. 34.*

INter *b* querelas multiplices Isidorus vir clarissimus à fraternitate tua frustrà se excommunicatum, anathematizatumque conquestus est. Quod ob quam rem factum fuerit, dum à Clerico tuo, qui præsens erat, voluissemus addiscere, pro nulla alia causa, nisi pro eo, quòd te injuriaverat, factum innotuit. Quæ res nos vehementer affligit: quod si ita est, nihil te ostendis de cœlestibus cogitare, sed terrenam te conversationem habere significas; dum pro vindicta propriæ injuriæ (quod sacris regulis prohibetur) maledictionem anathematis invexisti. Unde de extero omninò esto circumspectus atq; solicitus, & talia cuiquam pro defensione propriæ injuriæ tuæ inferre denuò non præsumas. Nam si tale aliquid feceris, in te scias posteà vindicandum.

Hinc idem in homilia, offendens, quòd peccata, quæ in Deum, vel proximum committuntur, à nobis punienda sunt; ea verò quibus in nos delinquitur, patienter vel toleranda, vel potius dissimulanda sunt, ait.

C. XXVIII. ¶ *Valdè offendit, qui Dominica debita impunè dimittit.*

SI is, qui Prælatus est, debitori Dominico culpas impunè dimittit, non mediocriter profectò offendit, qui debita cœlestis Regis & Domini suâ præsumptione resolvit. Ea namque, quæ in nos committuntur, facilè possumus dimittere; ea verò, quæ in Deum commissa sunt, cum magna discretione, nec sine pœnitentia debemus relaxare.

f pars. *Semel verò culpa dimissa recidivo* i *dolore iterùm ad animum revocari non debet.*

C. XXIX. ¶ *Injuria, cùm semel remittitur, iterum revocari non debet.*

Unde Gelasius *Geruntio, Ioanni, Germano, & Petro Episcopis.*

SI illic, ubi hæc acta sunt, præsentibus utrisque constiterit, & satisfeciisse Stephanum, & supplicatione susceptâ, cum, qui malè tractatus est, ignovisse, semel in ablatione remissa punitio recidivo *a* dolore non debet iterari: divinæ *b* scilicet imitatione clementiæ, quæ dimissa peccata in ultionem redire non patitur. Sin verò nihil vel de satisfactione probabitur, vel de remissione transactum, dilectionis vestræ sermone monstretur, quatenus, sive nunc saltem poterit competens satisfactio provenire, illud potiùs exerceatur, ubi animum sanare possit afflicti; sive irremissibiliter perstet acerbitas, ibidem nihilominùs vindicetur, ubi plectibilis est orta præsumptio.

6 pars. *Sed objicitur illud Ambrosii:* [Ad c preces Heliæ ignis descendit de cœlo, ut Prophetæ vindicaretur injuria.] *Quod tunc intelligitur factum, quando Achab* d *Rex Israel post sterilitatem illam trium annorum, & sex mensium, quæ facta est, quando precibus Heliæ clausum est cœlum annis tribus, & mensibus sex, misit duos quinquagenarios ad Heliam, qui dicerent ei:* [Homo Dei, Rex Israel vocat te: quòsit, Si homo Dei sum, descendat ignis de cœlo, & consumat vos, & statim ignis descendit de cœlo, & consumpsit eos.] *Quo facto non cujus meritis apud Deum esset, voluit ostendere, sed quòd ille esset verus Deus, quem colebat, non ille, ad cujus vultorem sanguis proprii corporis Iezabel nonnullos provocabat, evidentissimo indicio monstrare curavit. Injuria ergo Propheta non alia, quàm injuria Domini ipsius intelligitur, qua in paucis vindicanda est, ut cæteri terreantur.*

C. XXX. ¶ *Apostolicus anathematizavit eos, qui cum reperant, vel qui deinceps Episcoporum aliquem reperint.*

Item objicitur illud Silverii Papæ *ad Anastasium Episcopum.*

GUilisarius 1 patricius *e* noster mandavit mihi se venire pacificè pro quibusdam Ecclesiasticis dispositionibus in palatium Principis, & ad primum & jucundum velum retinuit omnem Clerum & populum, qui mecum veniebat, & nullum permisit introire, nisi me solum, & Vigilium Diaconum nostrum *g*. Me verò vi retento, & ante prædictam 2 patriciam deducto, miserunt in exilium, in quo sustentor modò pane tribulationis, & aquâ angustiæ. Ego tamen propterea non dimisi, nec dimitto officium meum, sed cum Episcopis, quos congregare potui, eos, qui talia erga me egerunt, anathematizavi, & unà cum illis Apostolicâ & Synodali auctoritate statui, nullum unquam taliter decipiendum, sicut deceptus sum: & si aliquis deinceps ullatenus unquam Episcoporum taliter deceperit, anathema maranatha fieret in conspectu Dei & sanctorum Angelorum. *Idem Vigilio.* ¶ Habeto ergò cum his, qui tibi consentiunt, plenæ damnationis sententiam, sublatumque tibi nomen, & munus ministerii Sacerdotalis agnovit, Spiritûs Sancti judicio, & Apostolicâ à nobis auctoritate damnatus.

1 ¶ Guilisarius] *In tribus vetustis exemplaribus, ex quibus caput hoc restauratum est Silverio, (antea enim tribuebatur Sylvestro) legitur* Bellisarius, *sed quia est inutilis copula, non est mutatum.*

2 ¶ Prædictam patriciam] *Sic mutatum est ex ipsa epistola, & vita Silverii, ubi hæc patricia vocatur Antonina. Aliàs legebatur,* prædictum patricium.

Sed & hîc non sisam, sed Ecclesia injuriam ultus est. Quid autem peccatum populi in paucis ulciscendum g *sit, Moyses exemplo suo docuit, qui* h *peccatum idolatriæ in paucis cultores vitulo vindicavit, morte paucorum expians peccata multorum, uti vindicavit, morte paucorum expians peccata multorum, in præsens terrens, in posterum disciplinam faciens. Sic & ipse peccata totius populi morte paucorum purgat, dum*

a Num. 25. b 4. Reg. 1. infrà eâd. si illic. 6. objicitur. c Luc. 9. d Matth. 5. e Act. 5. f Act. 13. g 1. Cor. 5. h Polyc. l. 7. tit. 1. i al. redivivo.

a al. redivivo. b eadem verè verba habentur infrà de pœn. dist. 4. c. divina. c 4. Reg. 1. sup. eâd. quod Christus. d Obrigem filius Achab. e Polyc. l. 2. tit. 7. Anſ. l. 2. tit. 8. f al. mentis. g al. punctulum. h Exod. 32.

pro a furoreatatem totus populus unâ die xxiv. millia perierunt. Sic & pro peccato murmurationis b vel tentationis nonnulli puniti sunt, ut eorum exemplo cæteri ad pœnitentiam cogerentur. Sic & quotidiè nonnullos punit Deus, ut divinæ providentia etiam circa humana vigilare cognoscatur: & nonnullos etiam per longa tempora ad pœnitentiam expectat, ut patientiam suæ benignitatis nobis ostendat. Sic etiam Helias c cultum Baal vindicavit, Sacerdotes & Propheras ejus interficiendo, morte auctorum expians peccata imitantium populorum. Quòd verò peccata, quæ publicis indiciis deferuntur, punienda non sint, illis exemplis probatur, quia Christus, d qui Judam furem noverat, non abjecisse, sed patienter tolerâsse asseritur.

C. XXXI. ¶ *Judicii non est sine accusatore damnare.*

Unde Ambrosius *super primam epistolam ad Corinthios, cap. 5. ait.*

SI e quis potestatem non habet, quem scit reum, abjicere, aut probare non valet, immunis est: & judicis non est sine accusatore damnare, quia & Dominus Judam, cùm 1 fur esset, quia non est accusatus, minimè abjecit.

1 ¶ Cùm fur] *Addita hîc sunt aliqua verba ex originali.*

Similiter non est ferenda sententia, quando multitudo est in causa, vel quando ille peccat, qui socium habet multitudinem.

C. XXXII. ¶ *Quod à multitudine peccatur, vel ab eo, qui multitudinem habet socium, ab Ecclesia non punitur, sed defletur.*

Unde Augustinus *in lib. 3. c. 2. contra epistolam Parmeniani.*

NOn f potest esse salubris à multis correptio, nisi cum ille corripitur, qui non habet sociam multitudinem. Cùm verò idem morbus plurimos occupaverit, nihil aliud bonis restat, quàm dolor & gemitus, ut per illud signum, quod Ezechieli g sancto revelatur, illæsi evadere ab illorum vastatione mereantur. *& infrà.* ¶ Revera si contagio peccandi multitudinem invaserit, divinæ disciplinæ severa misericordia necessaria est. Nam consilia separationis & inania h sunt, & perniciosa atque sacrilega, quia impia & superba sunt i; & plùs perturbant infirmos bonos, quàm corrigant animosos malos. *& infrà.* ¶ Turba autem iniquorum, cùm facultas est in populis promovendi sermonem, generali objurgatione ferienda est: & maximè, si occasionem atque opportunitatem præbuerit aliquod flagellum desuper Domini, quo eos appareat pro suis meritis vapulare.

Præcepta k *verò Evangelica* l *de dilectione inimicorum, & misericordia impendenda proximis exhortationes quoq; Apostoli* m *de cibandis vel potandis inimicis, non eatenus intelligenda sunt, ut peccanti* n *relaxetur impunitas, sed ut delinquentis correctio, & natura manifestetur subsidium, donec per sententiam judicis, adempta spe correctionis, malorum tollatur exercitium. In hoc ergo jubemur diligere inimicos, & misereri eorum, ut de eorum perditione doleamus, eorum salutem desideremus, & pro eorum correctione quotidiè laboremus & oremus, pœnitentibus fletus impendamus, alter alterius* o *onera portantes imitemur pertinaces, & in malo perseverantes impunitate damnemus. Sicut enim ergo pœnitentes non fovere, sed misericordes esse monemur, juxta illud:* p [Noli 1 esse nimis justus, quia est justus, qui perit in justitia sua.] *& iterum:* q [Judicium sine misericordia fit ei, qui non fecit misericordiam.] *& item illud Apostoli in secunda epistola ad Corinthios:* r [Cui aliquid donâstis, & ego. Nam & ego si quid donavi, propter vos donavi, ac s si ipse Christus donaret, ut non circumveniamur à Satana. Non enim ignoramus cogitationes ejus.] [*Qui quos nequit consentiendo decipere, facit nimis asperos;*] *sicut, inquam, pœnitentibus, ut dictum est, misericordes esse jubemur, sic impœnitentibus & obstinatis in malo misericordiam impendere prohibemur.*

1 ¶ Noli esse] *Gratianus non refert ipsa prorsus verba Ecclesiastæ. Ea enim sic habent:* Hæc quoque vidi in diebus vanitatis meæ, justus perit in justitia sua, & impius multo vivit tempore in malitia sua. Noli esse justus multùm, neque plùs sapias, quàm necesse est, ne obstupescas.

C. XXXIII. ¶ *De justa & injusta misericordia.*

Unde Ambrosius *sermone 2. in Psal. 118. vers. 2.*

ESt b injusta misericordia. Denique in lege c scriptum est de quodam: [*Non miserebere illius.*] Et in libris Regnorum d legis, quia Saul posteà contraxit offensam, quia miseratus est Agag hostium Regem, quem prohibuerat sententia divina servari. Itaque e, si quis latronem filiis deprecantibus motus, & lachrymis conjugis ejus inflexus absolvendum putet, cui adhuc latrocinandi aspiret affectus, nonne innocentes tradit exitio, qui liberat multorum exitia cogitantem? Certè si gladium reprimit, vincula dissolvit, cur laxat exilio? cur latrocinandi, quâ potest clementioti viâ, non eripit facultatem, qui voluntatem extorquere non potuit? Deinde f inter duos, hoc est, accusatorem & reum, pari periculo de capite decernentes, alterum, si non probâsset, alterum, si esset ab accusatore convictus, non id, quod justitiæ est, judex sequatur: sed dum miseretur rei, damnet probantem: aut dum accusatori favet, qui probare non possit, addicat innoxium: non potest igitur hæc dici justa misericordia. In ipsa Ecclesia, ubi maximè misereri decet, teneri quàm maximè debet forma justitiæ, ne quis à communionis consortio abstentus 1, brevi lachrymulâ, atque ad tempus paratâ, vel etiam uberioribus fletibus communionem, quam plurimis debet postulare temporibus, à facilitate g Sacerdotis extorqueat. Nonne cùm uni indulget indigno, plurimos facit ad prolapsionis contagium provocari? Facilitas enim veniæ, incentivum tribuit delinquendi.

1 ¶ Abstentus,] *Anteà legebatur*, à consortio communionis vel criminationis abstractus. *Emendatum est & hoc, & multa alia ex ipso originali.*

C. XXXIV. ¶ *Non debemus in mala causa pauperi misereri.*

Item Augustinus *in* h *libro Psalmorum, Psal. 32.*

NE amisso i judicio fis pauperi in mala causâ misericors, cujus si parcis sacculo, percutis cor, & tantò nequiorem reddis, quantò justum sibi favere videt.

¶ *Verè eadem sunt in glossa ordinaria in Psal. 32. ad vers.* Diligit misericordiam. *ex beato Augustino collecta sententia.*

C. XXXV. ¶ *Homini est miserendum, peccatori irascendum.*

Idem. k

DUo l ista nomina cùm dicimus, homo peccator, non utique frustrà dicantur. Quia peccator est, corripe: quia homo est, miserere: nec omninò liberabis hominem, nisi eum persecutus fueris peccatorem. Huic officio nominis m invigilet disciplina, sicut cuique regenti apta & accommodata est, non solùm Episcopo regenti plebem suam, sed etiam pauperi regenti familiam suam, marito regenti conjugem suam, patri regenti prolem suam, judici regenti provinciam suam, Regi re-

a Num. 25. b Num. 11. c 3. Reg. c. 18. d Ioan. 13. e Sup. 2. quæst. 1. de manifestis. ver. ut S. Ambrosius. Cap. 1. 2. 4. f Ivo in prologo. Panor. in prologo, c. 15, 16, & 17. g Ezech. 9. h alii. immanna. i al. fiunt. k Suprà eâd. c. hæc autem. l Luc. 6. m Rom. 12. n al. peccanti. o Gal. 6. p Eccl. 7. q Iac. 2. r 2. Cor. 2.

a In persona Christi] *orig. Glossa interl. ibid.* b Anf. l. 4. c. 38. Polyc. l. 8. tit. 21. c Deut. 19. d 1. Reg. 15. e Atqui, si quis latronis] *orig.* f al. Domin. g al. facilitate. h Et gloss. ord. ib. i al. commisso. k Beda Gal. 6. l Pol. l. 6. tit. 21. Anf. l. 13. c. 71. m omnis] *vera lectio.*

genti gentem suam. *& paulo post.* ¶ Ita nulli homini claudenda est misericordia, nulli *a* peccatori impunitas relaxanda est. Hinc itaque maximè intelligendum est, quàm non sit contemnenda eleemosyna, quæ quibusque pauperibus jure humanitatis impenditur: quandoquidem Dominus sublevabit indigentiam pauperum etiam ex his locnlis, quos ex opibus implebat aliorum. *& paulo post.* ¶ Non ergò suscipiamus peccatores, propterea quòd sunt peccatores, sed tamen eos ipsos, quia & homines sunt, humanâ consideratione tractemus: persequamur in eis propriam iniquitatem, miserearnur communem conditionem.

¶ *Initium hujus capituli habetur in sermone 94. & 109. de tempore, & hom. 6. in lib. 10. homiliarum. Verum integrum est apud Bedam in com. epistolæ ad Galatas, c. 6.*

Item illud Evangelii, quod objiciebatur: b [Qui gladio usus fuerit, gladio cadet.] Augustinus *exponit in 22. lib. contra Faustum Manichæum, cap. 70. ita dicens.*

C. XXXVI. ¶ *Quis dicatur gladium accipere.*

ILle *c* glaudium *d* accipit, qui nullâ superiori ac legitimâ potestate vel jubente, vel concedente in sanguinem alicujus armatur.

7 pars. *Porrò illud Hieronymi* e, *quo Ecclesia negatur aliquem persequi, non ita intelligendum est, ut generaliter Ecclesia nullum persequatur, sed quòd nullum injustè persequatur. Non enim omnis persecutio culpabilis est, sed rationabiliter hæreticos persequimur; sicut & Christus corporaliter persecutus est eos, quos de templo expulit.*

C. XXXVII. ¶ *Potestatis officio utiliter inquieti corriguntur.*

Unde Augustinus *ait Vincentio, epist. 42.*

NImiùm *f* sunt inquieti Donatistæ 1, quos per ordinatas à Deo potestates 2 cohiberi atque corrigi mihi non videtur inutile. Nam de multorum jam correctione gaudemus. *Item infrà.* ¶ Si enim quisquam inimicum suum periculosis febribus phreneticum factum, currere videret in præcipitium *g*, nónne tunc potiùs malum pro malo redderet, si eum sic currere permitteret, quàm si corripiendum, ligandumque curaret? Et tamen tunc ei molestissimus & adversissimus videretur, quando utilissimus & misericordissimus extitisset. Sed planè salute reparatâ, tantò ei uberiùs gratias ageret, quantò sibi eum minùs pepercisse sensisset. *& post pauca.* ¶ At enim quibusdam ista non prosunt. Nunquid ideò negligenda est medicina, quia nonnullorum est insanabilis pestilentia? *Item post aliqua.* ¶ Non *h* omnis, qui parcit, amicus est, nec omnis, qui verberat, inimicus. Meliora sunt vulnera amici, quàm blanda *i* oscula inimici. Melius *k* est cum severitate diligere, quàm cum lenitate decipere. Utilius esurienti panis tollitur, si de cibo securus justitiam negligebat, quàm esurienti panis frangitur, ut injustitiæ seductus acquiescat. *Item post pauca.* ¶ Putas neminem debere cogi ad justitiam, cùm legas patremfamiliàs dixisse *l* servis: [*Quoscunque inveneritis, cogite intrare:*] cùm legas *m* etiam ipsum primò Saulum, posteà Paulum, ad cognoscendam & tenendam veritatem, magnâ violentiâ Christi cogentis esse compulsum. *Item post pauca.* ¶ Et noveris aliquando furem avertendis pecoribus pabulum spargere, & aliquando pastorem flagello ad gregem pecora errantia revocare. *Item infrà.* ¶ Si semper esset culpabile persecutionem facere, non scriptum esset in sanctis *n* libris: [*Detrahentem proximo suo occultè, hunc persequebar.*] Aliquando ergò & qui eam patitur, injustus est, & qui eam facit, justus est. Sed planè semper & mali persecuti sunt bonos, & boni persecuti sunt malos: illi nocendo per injustitiam, isti *a* consulendo per disciplinam: illi immaniter, isti temperanter: illi servientes cupiditati, isti charitati. Nam qui trucidat, non considerat quemadmodum laniet: qui autem curat, considerat quemadmodum secet. Ille enim persequitur sanitatem, iste putredinem. Occiderunt impii Prophetas; occiderunt *b* impios & Prophetæ. Flagellaverunt *c* Judæi Christum; Judæos *d* flagellavit & Christus: traditi *e* sunt Apostoli ab hominibus potestati humanæ; tradiderunt *f* & Apostoli homines potestati Satanæ. In his omnibus quid attenditur, nisi quis eorum pro veritate, quis pro iniquitate, quis nocendi causâ, quis emendandi? *& paulo post.* ¶ Constantinus Imperator primus constituit, ut res convictorum, & unitati pervicaciter resistentium, fisco vendicarentur. *& post pauca.* ¶ Cette nullius *g* crimen maculat nescientem. *Item infrà.* ¶ Facta *h* nocentium, quæ innocentibus demonstrari, vel ab innocentibus credi non possunt, non inquinant quemquam, si propter innocentium consortium etiam cognita sustinentur. Non enim propter malos boni deserendi, sed propter bonos mali tolerandi sunt, sicut toleraverunt Prophetæ eos, contra quos tanta dicebant, nec communionem sacramentorum illius populi relinquebant.

1 ¶ Donatistæ,] *Apud Anselmum titulus est*, Augustinus Vincentio. *Initium verò capituli est*, Donatistæ nimium. *& apud B. Augustinum*, Sed Donatistæ nimium. *proposita est hoc loco dictio*, Donatistæ, *inducta autem mutatio: ita enim antèa legebatur*: Augustinus ait Vincentio Donatistæ.

2 ¶ Potestates] *Sequebatur in vulgatis*, seculares, *quæ non abest à pluribus, vetustis, & Anselmo, & originali. Multa vitiata ex ipso præsertim originali sunt emendata.*

C. XXXVIII. ¶ *Hæretici ad salutem etiam invitè sunt trahendi.*

Item *Donato Presbytero, epist. 204.*

DIsplicet *i* tibi, quia traheris ad salutem, cùm tam multos nostros ad perniciem traxeris? Quid enim volumus, nisi te comprehendi, & præsentari, & servari, ne pereas? Quòd autem in corpore læsus es, ipse tibi fecisti, qui jumento tibi mox admoto uti noluisti, & ne ad terram graviter collisisti. Nam utique alius, qui adductus est tecum, collega tuus, illæsus venit, qui talia sibi ipse non fecit. Sed neque hoc putas tibi fieri debuisse, quia neminem existimas cogendum esse ad bonum. Attende quid dixerit Apostolus: *k* [*Qui Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat.*] Et tamen tam multi ut Episcopatum suscipiant, tenentur inviti, perducuntur, clauduntur, custodiuntur, patiuntur quæ nolunt, donec eis adsit voluntas suscipiendi operis boni. Quantò magis vos ab errore pernicioso, in quo vobis inimici estis, trahendi estis, & perducendi ad veritatem vel cognoscendam, vel eligendam, non solùm ut bonorem salubriter habeatis, sed etiam ne pessimè pereatis? ¶ Dicis Deum dedisse liberum arbitrium, ideò non debere cogi hominem, nec ad bonum. Quare ergò illi, de quibus suprà dixi, coguntur ad bonum? Attende 1 ergò, quod considerare non vis: ideò voluntas bona misericorditèr impenditur, ut mala voluntas hominis dirigatur. Nam quis nesciat nec damnari hominem, nisi merito malæ voluntatis; nec liberari, nisi bonam habuerit voluntatem? Non *l* tamen ideò qui diliguntur, malæ suæ voluntati impunè & crudeliter permittendi sunt; sed ubi potestas datur, & à malo prohibendi, & ad bonum cogendi. Nam, si voluntas mala semper suæ permittenda est libertati, quare Israëlitæ recusantes, & murmurantes tam duris flagellis à malo

a *alii, sicut nulli peccato.* b *supr. eâd. tres personas, in fine.* c *Fvo p. 10. c. 110 Pann. l. 8. c. 44.* d *utitur gladio,*] *orig.* e *sup. eâd. qui secundum.* f *Polyc. l. 7. tit. 6. Ansl. 12. c. 55.* g *ad præcept.* h *sup. 3. q. 5. c. 2.* i *ab voluntaria.* k *Prov. 27.* l *Matt. 22. Luc. 14.* m *Act. 9.* n *Psal. 109.*

a *Illi*] *orig.* b *3. Regum 18.* c *Matth. 23.* d *Isaiæ 1.* e *Act. 16.* f *1. Cor. 1.* g *1. q. 4. nullus.* h *supr. eâd. quòm magnum.* i *Polyc. ibid. Ansl. l. 12. c. 57. Decud. p. 2.* k *1. Tim. 3.* l *Paul. l. 4. c. 12.*

prohibe-

prohibebantur, & ad terram promissionis compellebantur? Si voluntas mala semper suæ permittenda est libertati, quare Paulus non est permissus uti pessimâ voluntate, quâ persequebatur Ecclesiam; sed *a* prostratus est, ut excæcaretur: excæcatus, ut mutaretur: mutatus, ut mitteretur: missus, ut qualia fecerat in errore, talia pro veritate pateretur? Si voluntas mala semper suæ permittenda est libertati, quare monetur pater in Scripturis sanctis, filium durum non solùm verbis corripere, sed etiam latera ejus tundere, ut ad bonam disciplinam coactus ac domitus dirigatur? Unde idem dicit: *b* [*Tu percutis eum virgâ, animam autem ejus liberas à morte.*] Si mala voluntas semper suæ permittenda est libertati, quare corripiuntur negligentes pastores, & dicitur *c* eis: [*Errantem ovem non revocâstis, perditam non inquisistis.*] Et vos oves Christi estis: Characterem Dominicum portatis in sacramento, quod accepistis: sed erratis & peritis. Non ideò vobis displiceamus, quia revocamus errantes, & quærimus perditos. Meliùs enim facimus voluntatem Domini monentis, ut vos ad ejus ovile redire cogamus, quàm consentiamus voluntati ovium errantium, ut perire vos permittamus. ¶ Noli ergò jam dicere, quod te assiduè audio dicere: Sic volo errare, sic volo perire. Meliùs enim nos hoc omninò non permittimus, quantùm possumus. Modò, quòd te in puteum, ut morereris, misisti, utique liberâ voluntate fecisti. Sed quàm crudeles essent servi Dei, si huic malæ voluntati tuæ te permitterent, & non te de illa morte liberarent? Quis eos non meritò culparet? Quis non impios rectè judicaret? Et tamen tu te volens in aquam misisti, ut morereris; illi te nolentem de aqua levaverunt, ne morereris. Tu fecisti secundùm voluntatem tuam, sed in perniciem tuam; illi contra voluntatem tuam, sed propter salutem tuam. Si ergò salus ista corporalis sic custodienda est, ut etiam in nolentibus ab eis, qui eos diligunt, servetur; quantò magis illa spiritalis, in cujus desertione mors æterna metuitur? Quanquam & in ista morte, quam tibi tu ipse inferre voluisti, non solùm ad tempus, sed etiam in æternum morereris: quia etsi non ad salutem, non ad Ecclesiæ pacem, non ad Christi corporis unitatem, non ad sanctam & individuam charitatem, sed ad mala aliqua cogereris, nec sic tibi ipse mortem inferre debuisti. Considera Scripturas divinas, & discute quantùm potes, & vide utrùm hoc, fecerit aliquis aliquando justorum atque fidelium, cùm ab eis tanta mala perpessi sunt, qui eos ad æternum interitum, non ad vitam æternam, quò tu compelleris, adigebant. *& post pauca.* ¶ Repetis, sicut audio, quod in Evangelio *d* scriptum est, recessisse à Domino lxx *e* discipulos, & arbitrio suæ malæ atque impiæ discessionis fuisse permissos: exterisque duodecim, qui remanserant, fuisse responsum: [*Nunquid & vos vultis ire?*] Et non attendis, quia tunc primùm Ecclesia novello germine pullulabat, nondumque in ea fuerat completa illa Prophetia: *f* [*Et adorabunt eum omnes Reges terræ, omnes gentes servient illi:*] Quod utique quanto magis impletur, tantò majore utitur Ecclesia potestate, ut non solùm invitet, sed etiam cogat ad bonum. Hoc tunc Dominus significare volebat, qui quamvis haberet magnam potestatem, priùs tamen elegit commendare humilitatem. Hoc & in illa convivii similitudine satis evidenter ostendit, ubi misit ad invitatos, & venire noluerunt; & ait *g* servo: [*Exi in plateas & vicos civitatis, & pauperes ac debiles, & cæcos, & claudos introduc huc. Et ait servus Domino: Factum est, ut imperâsti, & adhuc locus est. Et ait Dominus servo: Exi in vias & sepes, & compelle intrare, ut impleatur domus mea.*] Vide nunc, quemadmodum de his, qui priùs venerunt, dictum est, introduc eos: nunc *a* dictum est, compelle. Ita significata sunt Ecclesiæ primordia adhuc crescentis, ut essent per vires etiam compellendi.

1 ¶ Attende ergò] *Locus hic (quemadmodum & multa alia in hoc capite) emendatus est ex B. Augustino. Anteà legebatur:* Attende ergò, & considera, quòd non ideò voluntas bona misericorditer impenditur, ut mala voluntas hominis diligatur.

2 ¶ In plateas,] *Sic emendatum est ex Evangelio B. Lucæ, expunctis duabus vocibus. Anteà enim legebatur*, exi citò in vias & plateas.

C. XXXIX. ¶ *Hæretici utiliter patiuntur, quæ Catholici utiliter inferunt.*

Item *super Ioannem, tractatu 11. ad cap. 3.*

QUando *b* vult Deus concitare Potestates adversùs Hæreticos, adversùs Schismaticos, adversùs dissipatores Ecclesiæ, adversùs exsufflatores Christi, adversùs blasphematores Baptismi, non mitentur; quia Deus concitat, ut à Sara verberetur Agar: cognoscat se Agar, & ponat *c* cervicem: quia cùm humiliatâ discederet à domina sua, occurrit ei Angelus, & dixit: *d* [*Quid est Agar ancilla Saræ?*] Cùm conquesta esset de domina, quid audivit ab Angelo? [*Revertere ad dominam c tuam.*] Ad hoc ergò affligitur, ut revertatur; atque utinam revertatur, quia proles ejus, sicut filii Jacob, cum fratribus hæreditatem tenebit. Mirantur autem, quia commoventur Potestates Christianæ adversùs detestandos dissipatores Ecclesiæ. Si non ergò moverentur, quomodo redderent rationem de imperio suo Deo? Intendat charitas vestra, quid dicam: quia hoc pertinet ad Reges sæculi Christianos, ut temporibus suis pacatam velint matrem suam Ecclesiam habere, unde spiritaliter nati sunt. *& paulò post.* ¶ Nabuchodonosor Rex decrevit, dicens: *f* [*Quicunque dixerint blasphemiam in Deum Sidrach, Misach & Abdenago, in interitum erunt, & domus eorum in perditionem.*] Ecce quomodo sævit Rex alienigena, ne blasphemaretur Deus Israël, qui potuit tres pueros de igne liberare. Et nolunt, ut lædant Reges Christiani, quia Christus exsufflatur, à quo non tres pueri, sed orbis terrarum cum ipsis Regibus à gehennarum igne liberatur. *& infrà.* ¶ Quomodo ergo isti Reges non moveantur, qui non tres pueros attendunt liberatos de flamma, sed seipsos liberatos de gehenna? quando vident Christum, à quo liberati sunt, exsufflari in Christianis? quando audiunt dici Christiano; Dic te non esse Christianum? Talia facere volunt, & saltem talia pati nolunt. Nam videte qualia faciunt, & qualia patiuntur: occidunt animas, affliguntur in corpore: sempiternas mortes faciunt, & temporales se perpeti conqueruntur.

C. XL. ¶ *Ecclesia hæreticos ratione persequitur.*

Idem *contrà literas Petiliani, lib. 2. c. 79.*

QUi *g* peccat, non peccat legis auctoritate, sed contra legis auctoritatem. Quia verò interrogas me, quæ sit ratio persequendi, vicissim te interrogo, cujus sit vox in Psalmo dicentis: *h* [*Detrahentem secretè proximo suo, hunc persequebar.*] Quare itaque persecutionis vel causam, vel modum, & noli tantâ imperitiâ generaliter malorum persecutiones *i* reprehendere. *& infrà, c. 81.* ¶ Non enim persequimur vos, nisi quemadmodum veritas persequitur falsitatem. *Item suprà cap. 10.* ¶ Petilianus dixit, si Apostoli persecuti sunt aliquem, aut aliquem tradidit Christus? Augustinus respondit, posse quidem dicere ipsum Satanam omnibus malis hominibus esse pejorem, cui tamen tradidit Aposto-

a *Aller. 9.* b *Proverb. 23. Prov. 23.* c *Ezech. 34. Ezech. 23.* d *lib. 8.* e *lxxxii.* f *Psal. 71.* g *Luc. 14.*

a *al. Non.* b *Polyc. l. 7. tit. 6. Aust. l. 12. c. 54. Ivo p. 10. c. 59.* c *al. suppetat.* d *Gen. 21.* e *al. domum.* f *Dan. 3.* g *Ivo p. 10. c. 59.* h *Psal. 100.* i *al. persecutores.*

lus hominem *a* in interitum carnis, ut Spiritus sit salvus in die Domini Jesu: itemque alios *b*, de quibus dicit, [*Quos tradidi Satanæ, ut discant non blasphemare.*] Et Dominus Christus flagellatos *c* expulit de templo improbos mercatores, ubi etiam connexum est testimonium Scripturæ dicentis, *d* [*Zelus domûs tuæ comedit me.*] Ecce invenimus Apostolum traditorem, Christum persecutorem. *& infrà, cap. 19.* ¶ Postremò, quare per violentissimas turbas etiam ultrò improbi estis Ecclesiis catholicis, ubi poteritis advertere, quod innumerabilibus exemplis res ipsa indicat? Sed dicitis, vos loca vestra defendere: & resistitis fustibus, & cædibus, quibuscunque potueritis. Quare ibi non audistis vocem Domini dicentis: *e* [*Ego autem dico vobis, non resistere malo?*] Aut si fieri potest, ut aliquando rectè per vim corporalem resistatur violentis, nec ideò præceptum violetur, quòd audivimus à Domino: [*Ego autem dico vobis, non resistere malo;*] cur non etiam hoc fieri potest, ut per ordinarias *f* & legitimas potestates de sedibus, quæ illicitè usurpantur, vel ad injuriam Dei retinentur, pius expellat impium, & justus injustum? Neque enim eo modo persecutionem passi sunt Pseudoprophetæ ab Helia *g*, quomodo ipse Helias à Rege nequissimo: aut, quia flagellatus est Dominus à persecutoribus, propterea passionibus ejus comparandi sunt, quos ipse de templo flagellatos ejecit. Restat ergò, ut nihil aliud requirendum esse fateamini, nisi utrùm justè, an impiè vos separaveritis à communione orbis terrarum. Nam si hoc inventum fuerit, quòd impiè feceritis, non miremini, si non desunt ministri Deo, per quos flagellemini: quia persecutionem patimini non à nobis, sed, sicut scriptum est, ab ipsis factis vestris. *Et in lib. de unitate Ecclesiæ, cap. 17.* De persecutione vestra querela sedabitur, si cogitetis & intelligatis priùs non omnem persecutionem esse culpabilem. Alioqui non laudabiliter dicereture: *h* [*Detrahentem secreto proximo suo, hunc persequebar.*] Nam quotidiè videmus, & filium de patre tanquam de persecutore suo conqueri, & conjugem de marito, & servum de domino, & colonum de possessore, & reum de judice, & militem vel provincialem de Duce, vel Rege: cùm illi plerunque ordinatissimâ potestate homines sibi subditos per terrores leviorum *i* pœnarum à gravioribus malis prohibeant, atque compescant: plerunque autem à bona vita, & à bonis factis minando & sæviendo deterreant. Sed cùm à malo & illicito prohibent, correctores & consultores sunt: cùm autem à bono & licito, persecutores & oppressores sunt. Culpantur etiam, qui prohibent à malo, si modum peccati modus coërcitionis excedat.

C. XLI. ¶ *A regibus terræ contra inimicos suos auxilium petat Ecclesia.*

Idem *in epist. 42. ad Vincentium.*

NOn invenitur exemplum in Evangelicis & Apostolicis literis, aliquid petitum à Regibus terræ pro Ecclesia & contra inimicos Ecclesiæ. Quis negat non inveniri? Sed nondum implebatur illa Prophetia *k*: [*Et nunc Reges intelligite, erudimini qui judicatis terram, servite Domino in timore.*] Adhuc enim implebatur illud, quod in eodem Psalmo paulò superiùs dicitur: [*Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Astiterunt Reges terræ, & Principes convenerunt in unum adversùs Dominum, & adversùs Christum ejus.*] Veruntamen si facta præterita in Propheticis *l* libris figuræ fuerunt futurorum, in Rege illo, qui appellabatur Nabuchodonosor, utrumque tempus figuratum est, & quod sub Apostolis habuit, & quod nunc habet Ecclesia. Temporibus itaque Apostolorum & Martyrum illud implebatur, quod figuratum est, quando Rex memoratus pios & justos cogebat adorare simulachrum, & recusantes in flammas mittebat. Nunc autem illud impletur, quod paulò post in eodem Rege figuratum est, cùm conversus ad honorandum Deum verum decrevit in regno suo, ut quicunque blasphemaret Deum Sidrach, Misach, & Abdenago, pœnis debitis subjaceret. Prius ergò tempus illius Regis significabat priora tempora Regum infidelium, quos patiebantur Christiani pro impiis. Posterius verò tempus ejusdem *a* significabat tempora posteriorum Regum jam fidelium, quos patiuntur impii pro Christianis Sed planè in eis, qui sub nomine Christi erant seducti à pervertis, ne forte oves Christi sint errantes, & ad gregem aliter revocandæ sint, temperata severitas, & magis mansuetudo servatur, ut coërcitione exiliorum, atque damnorum tribulatione admoneantur considerare, quid & quare patiantur, & discant præponere rumoribus & calumniis hominum Scripturas, quas legunt. Quis enim nostrùm, quis vestrùm non laudat leges ab Imperatoribus datas adversùs sacrificia Paganorum? Et certè longè ibi pœna severior constituta est. Illius quippe impietatis capitale supplicium est. De vobis autem corripiendis atque coërcendis habita ratio est, quâ potiùs admoneremini ab errore discedere, quàm pro scelere puniremini.

C. XLII. ¶ *Malos Ecclesia justè persequitur.*

Item *ejusdem ad Bonifacium Comitem, epistolâ 50.*

SI *b* Ecclesia vera ipsa est, quæ persecutionem patitur, non quæ facit, quærant ab Apostolo *c*, quam Ecclesiam significabat Sara, quando persecutionem faciebat ancillæ. Liberam quippe matrem nostram, cœlestem Hierusalem, id est, veram Dei Ecclesiam, in illa muliere dicit fuisse figuratam, quæ affligebat ancillam. Si autem meliùs discutiamus, magis illa persequebatur Staram superbiendo, quàm illam Sara coërcendo. Illa enim dominæ faciebat injuriam, ista imponebat superbæ disciplinam. Deinde quæro, si boni & sancti nemini faciunt persecutionem, sed tantummodò patiuntur, cujus putant esse in Psalmo vocem, ubi legitur: *d* [*Persequar inimicos meos, & comprehendam illos, & non convertar, donec deficiant?*] Ergò si verum dicere, vel agnoscere volumus, est persecutio injusta, quam faciunt impii Ecclesiæ Christi, & est justa persecutio, quam faciunt impiis Ecclesiæ Christi. Ista itaque beata est, quæ persecutionem patitur propter justitiam; illi verò miseri, qui persecutionem patiuntur propter injustitiam. Proinde ista persequitur diligendo, illi sæviendo: ista ut corrigat, illi ut evertant: ista ut revocet ab errore, illi ut præcipitent in errorem. *& ſ.* ¶ Quòd autem dicunt, qui contra suas impietates leges justas institui nolunt, non potuisse à Regibus terræ Apostolos talia, non considerant aliud fuisse tunc tempus, & omnia suis temporibus agi. Quia enim tunc in Christum crediderat Imperator, qui ei pro pietate contra impietatem leges ferendo serviret? quandoquidem hoc illud propheticum implebatur: [*Quare e fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Astiterunt Reges terræ, & Principes convenerunt in unum adversùs Dominum, & adversùs Christum ejus.*] Nondum autem agebatur, quod paulò post in eodem Psalmo dicitur: [*Et nunc Reges intelligite, eruditi qui judicatis terram: Servite Domino in timore, & exultate ei cum tremore.*] Quomodo ergò Reges Domino serviunt in timore, nisi ea, quæ contra justa Domini fiunt, religiosâ severitate prohibendo atque plectendo? Aliter enim servit, quia homo est, aliter quia etiam & Rex est. Quia homo est, ei servit vivendo fideliter:

a 1.Cor.5. b 1.Tim.1. c Ioan.2. d Psal.68. e Matt.5. f al ordinatas. g 3.Reg.18.& 19. h Psal.100. i al. levium. k Psal.2. l Daniel.3.

a al. illius. b Polyc.l.7.ep.11. Aug.l.4.ep.14. c Galat.4. d Psal.17. e Psal.2.

fideliter: quia vero etiam Rex est, servit, leges justa præcipientes & contraria prohibentes convenienti vigore jaciendo.

1 ¶ Et est justa] *Addita sunt hæc usq; ad vers.* ista itaque, *& multa alia ex ipso originali emendata.*

C. XLIII. ¶ *Exemplo Christi mali cogendi sunt ad bonum.*

Idem *in eadem epistola.*

QUis *a* nos potest ampliùs amare, quàm Christus, qui *b* animam suam posuit pro ovibus suis? Et tamen, cùm Petrum, & alios Apostolos solo verbo vocâsset, Paulum *c*, priùs Saulum Ecclesiæ suæ postea magnum ædificatorem, sed horrendum antea vastatorem, non solùm voce compescuit, verùm etiam potestate prostravit, atque infidelitatis tenebris fævientem, ad desiderandum lumen cordis, ut surgeret, priùs corporis excitate percussit. Si pœna illa non esset, non ab ea postmodum sanaretur: & quando apertis oculis nihil videbat, si eos salvos haberet, non ad impositionem manûs Ananiæ, ut eorum aperiretur obtutus, tanquam squamas quibus clausus fuerat, inde cecidisse Scriptura narraret. Ubi est, quod isti clamare consueverunt, liberum est credere, vel non credere: cui vim Christus intulit? quem coëgit? Ecce *d* habent Paulum Apostolum: agnoscant in eo priùs cogentem Christum, & postea docentem: priùs ferientem, & postea consolantem. Mirum est autem, quomodo ille, qui pœnâ corporis ad Evangelium coactus intravit, plùs illis omnibus, qui solo verbo vocati sunt, in Evangelio laboravit *e*, & quem major timor compulit ad charitatem, ejus *f* perfecta charitas foras misit timorem. Cur ergò non cogeret Ecclesia perditos filios, ut rediret, si perditi 1 filii coëgerunt alios, ut perirent?

1 ¶ Si perditi] *Hæc usque in finem sunt addita ex originali, & alia emendata.*

C. XLIV. ¶ *Non crudelitate, sed dilectione Moyses populum flagellavit.*

Idem *contra* g *Faustum, lib. 22. c. 79.*

QUid *h* crudele Moyses *i* aut mandavit, aut fecit, cùm commissum sibi populum sanctè zelans, & uni vero Deo subditum cupiens, posteaquam cognovit ad fabricandum & colendum idolum defluxisse, mentemque impudicam prostituisse dæmonibus, in paucos eorum vindicans gladio, quos Deus ipse, quem offenderant, alto & secreto judicio feriendos voluisset, mox feriri, & in præsenti salubriter terruit, & disciplinam in posterum sanxit? Nam eum nullâ crudelitate, sed magnâ dilectione feciisse, quod fecit, quis non in verbis ejus agnoscat, orantis pro peccato eorum, & dicentis: [*Si dimittis illis peccatum, dimitte: sin autem non, dele me de libro tuo.*] *& infrà.* ¶ Sic planè & Apostolus *k* non crudeliter, sed amabiliter tradidit hominem Satanæ in interitum carnis, ut Spiritus ejus salvus sit in die Domini Jesu: tradidit & alios, *l* ut discerent non blasphemare.

C. XLV. ¶ *Non imputatur fidelibus, qui ex officio aut tormenta exercent, aut capitalem sententiam ferunt.*

Item Innocentius Papa, *epist. 3. ad Exuperium Episcopum Tolosanum, c. 3.*

QUæsitum *m* est etiam super his, qui post baptismum administraverunt, & aut tormenta sola *n* exercuerunt, aut etiam capitalem protulêre sententiam. Nihil de his leginus à majoribus diffinitum. Meminerant enim à *o* Deo potestates has fuisse concessas, & propter vindictam noxiorum, gladium fuisse permissum, & Dei esse ministrum 1. vindicem in hujusmodi datum. Quomodo igitur reprehenderent factum, quod auctore Deo viderent esse concessum? De his ergò, ut hactenus servatum est, sic habeamus, ne aut disciplinam evertere, aut contra auctoritatem Domini venire videamur. Ipsis autem in reddenda ratione, gesta sua omnia servabuntur.

1 ¶ Ministrum,] *Sic emendatum est ex originali & Ivone. Antea legebatur*; & Dei ministerio esse datum in hujusmodi vindices. *Glossa autem optimè etiam convenit voci*, vindicem.

C. XLVI. ¶ *Immunis est dictator à culpa, cùm legum auctoritas in improbos exercetur.*

Idem *in eadem epist. c. 5.*

ILlud etiam scisciatari voluisti, an preces dictantibus liberum concedatur utique post baptismi regenerationem à Principibus poscere mortem alicujus, vel sanguinem de reatu. Quam rem Principes nunquam sine cognitione concedunt, sed ad judices commissa ipsa, vel crimina semper remittunt, ut causâ cognitâ vindicentur 1: quæ *a* cùm quæsitori fuerint delegata, aut absolutio, aut damnatio pro negotii qualitate profertur. Et dum legum auctoritas in improbos exercetur, erit dictator immunis.

1 ¶ Vindicentur:] *Emendatum est ex originali. Antea legebatur*, vindicent, qui cùm quæsituri fuerint delegata, &c

C. XLVII. ¶ *In correctione malorum Deus omnipotens placatur.*

Item Gregorius *Brunichildæ Reginæ Francorum, lib. 7. indict. 2. epist. 5.*

SI *b* quos igitur violentos, si quos adulteros, si quos fures, vel aliis pravis actibus studere cognoscitis, Deum de eorum 1 correctione placare festinate: ut per 2 vos flagellum perfidarum gentium, quod (quantùm videmus) ad multarum nationum vindictam excitatum est, non inducat; ne si, quod non credimus, divinæ ultionis iracundia sceleratorum fuerit actione commota, belli pestis interimat, quos delinquentes ad rectitudinis viam Dei præcepta non revocant.

1 ¶ De eorum] *Sic restituendum est ex variis codicibus epistolarum B. Gregorii. Antea erat*, Deorum.

2 ¶ Per vos] *In originali est*, super vos, *sed ob glossam in vers.* flagellum, *non est mutatum.*

C. XLVIII. ¶ *Ecclesiasticæ religionis inimici etiam bellis sunt coërcendi.*

Idem *Gennadio patricio, & Exarcho Africæ, lib. 1. epist. 72.*

SIcut *c* excellentiam vestram hostilibus bellis in hac vita Dominus victoriosum fecit luce fulgere, ita oportet etiam inimicis Ecclesiæ ejus omni vivacitate mentis & corporis obviare: quatenus ejus ex utroque triumpho magis ac magis enitescat opinio: cùm & forensibus bellis adversariis catholicæ Ecclesiæ pro Christiano populo vehementer obstitistis, & Ecclesiastica prælia sicut bellatores *d* Domini fortiter dimicatis. Notum est enim hæreticæ religionis viros, si eis, quod absit, suppetit nocendi licentia, contra catholicam fidem vehementer insurgere; quatenùs hæreseos suæ venena ad tabefacienda, si valuerint, Christiani corporis membra transfundant. Cognovimus enim eos contra catholicam Ecclesiam, Domino eis adversante, colla subtrigere, & fidem velle Christiani nominis inclinare: sed eminentia vestra conatus eorum comprimat, & superbas eorum cervices jugo rectitudinis premat. Concilium verò catholicorum Episcoporum admoneri præcipite, ut primatem non ex ordine loci, postpositis vitæ meritis faciat: quoniam apud Deum non gradus

---

a *Polyc. ibid. Anselm. l. 12. c. 16.* b *Ioan. 10. Matt. 4.* c *Act. 9.* d *hæres. 64. 9. schismatis.* e *1. Cor. 15.* f *1. Ioan. 4.* g *Beda 1. Cor. 5.* h *Polyc. ibid. Anselm. l. 13. c. 1.* i *Exod. 32.* k *1. Cor. 5.* l *1. Tim. 1.* m *Rabanus primus, & ab Burchardo, & Ivone, & aliis.* n *al. sæva.* o *Rom. 13.*

a *Ivo p. 11. c. 94.* b *Anselm. lib. 13. c. 24.* c *Anselm. l. 13. c. 13.* d *4. Reg. 18.*

elegantior, sed vitæ melioris actio comprobatur. Ipse vero Primas non passim (sicut moris est) per villas, sed in una, juxta eorum electionem, civitate resideat: quatenùs adeptæ dignitatis meliori ingenio resistendi Donatistis possibilitas disponatur. Ex Concilio verò Numidiæ, si qui desideraverint ad Apostolicam sedem venire, permittite, & si quilibet eorum viæ contradicere voluerit *a*, obviate. Magis *b* profectò excellentiæ vestræ apud creatorem gloria proficit, si per eam dispersarum Ecclesiarum potuerit societas restaurari. Cùm enim largita munera ad nominis sui gloriam conspicit revocari, tantò largiora tribuit, quantò per ea religionis suæ dignitatem viderit ampliari. Persolventes præterea paternæ charitatis affectum, Dominum petimus, quòd *c* brachium vestrum ad comprimendos hostes forte efficiat, & mentem vestram fidei zelo *d* velut mucrone gladii vibrantis exacuat.

C. XLIX. ¶ *Merito fidei, bellorum paratur victoria.*

Idem *ad eundem, lib. 1. epist. 74.*

Si *e* non ex fidei merito, & Christianæ religionis gratia, tanta excellentiæ vestræ bellicorum actuum prosperitas eveniret, non summoperè miranda fuerat; cùm sciamus, hæc etiam antiquis bellorum ducibus fuisse concessa. Sed cùm futuras, Deo largiente, victorias, non carnali providentiâ, sed magis orationibus prævenitis, fit, ut hoc in stuporem veniat, quòd gloria vestra non terreno consilio, sed Deo desuper largiente descendat. Ubi enim meritorum vestrorum loquax non discurrit opinio? quæ bella vos frequenter appetere, non desiderio fundendi sanguinis, sed tantùm dilatandæ causâ reip. in qua Deum coli conspicimus, loquitur: quatenùs Christi nomen per subditas gentes fidei prædicatione circumquaque discurrat. Sicut enim exteriora vos virtutum opera eminentes in hac vita constituunt, ita & interna morum ornamenta ex corde mundo præcedentia, in futuram 1 vitam cœlestium gaudiorum participatione glorificant. Plurima enim pro pascendis ovibus B. Petri Apostolorum Principis excellentiam vestram præstitisse didicimus: ita ut non parva loca patrimonii ejus propriis nudata cultoribus, largitis Dacorum 2 habitatoribus, restauraverit. Quæcunque igitur hîc illi Christianissimâ *f* mente confertis, horum retributionem per spem in futuro judicio sustinetis.

1 ¶ Futuram] *In duobus codicibus epistolarum legitur*, in futurorum gaudiorum participatione: *in uno verò manuscripto*, in futura cœlestium gaudiorum participatione. *In codice tamen Vaticano legitur, quemadmodum apud Gratianum.*

2 ¶ Dacorum] *In libris epistolarum impressis, & duobus manuscriptis legitur*, Daditiorum. *In aliquot verò antiquis Gratiani exemplaribus est*, Dacorum, vel aliorum habitationibus.

8 pars. *Breviter monstratum est, quòd boni laudabiliter persequuntur malos, & mali damnabiliter persequuntur bonos. Illud autem Apostoli:* g [*Tu autem quis es, qui judicas alienum servum?*] *de alieni cordis occultis intelligendum est. Quòd vindicta inferri possit, monstratum est. Nunc restat ostendere, quòd debet inferri, & quòd magis diligantur illi, qui puniuntur, quàm qui impuniti relinquuntur: quod utrumq; multorum auctoritate probatur.*

C. L. ¶ *Ad iram Deus provocatur, cùm mala puniri differuntur.*

Ait enim Augustinus.

Si ea 1, de quibus vehementer Deus offenditur, insequi vel ulcisci differimus, ad irascendum utique divinitatis patientiam provocamus. [*Nonne* h *Achor* i *filius Zare prætersit mandatum Domini, & super omnem populum Israel ira ejus incubuit? Et ille erat unus homo, atq; utinam solus periisset in scelere suo.*]

1 ¶ Si ea,] *Usque ad vers.* provocamus, *sunt in regesto B. Gregorii lib 2. indict. 11. epist. 27. scripta Martino & Adeodato & Benenato Notario. Reliqua verò non ibi leguntur, sed sunt verba sacræ Scripturæ, cap. 22. Iosue.*

C. LI. ¶ *Vindicta, quæ ad correctionem valet, non est prohibenda.*

Item Augustinus *de sermone Domini in monte, lib. 1. c. 37. & 38.*

Ea *b* vindicta 1, quæ valet ad correctionem, non prohibetur: quæ etiam ad misericordiam pertinet: nec impedit illud propositum, quo quisque paratus est ab eo, quem correctum esse vult, plura perferre: sed huic vindictæ referendæ non est idoneus, nisi qui odium, quo flagrare solent, qui se vindicare desiderant, dilectionis magnitudine superaverit. Non enim metuendum est, ne odisse parvulum filium patientes videantur, cùm ab eis vapulat peccans, ne peccet alteriùs. Et certè perfectio dilectionis, ipsius Dei patris imitatione nobis proponitur, cùm in sequentibus dicitur: [*Diligite* c *inimicos vestros, benefacite iis, qui oderunt vos, & orate pro eis, qui vos persequuntur.*] Et tamen de ipso dicitur per Prophetam: *d* [*Quem enim diligit Dominus, corripit: flagellat autem omnem filium, quem recipit.*] Dicit etiam Dominus: *e* [*Servus 2, qui noverit voluntatem Domini sui, & facit digna plagis, vapulabit pauca: servus autem, qui scit voluntatem Domini sui, & facit digna plagis, vapulabit multis.*] Non ergò quæritur, nisi ut ille vindicet, cui rerum ordine potestas data est, & eâ voluntate vindicet, quâ pater 3 parvulum filium flagellat, quem per ætatem odisse nondum potest. Hinc enim aptissimum *f* exemplum datur, quo satis apparet, posse peccantem amare potiùs vindicari, quàm impunitum relinqui, ut illum, in quem *g* vindicat, non pœnâ miserum, sed correctione beatum velit: paratus tamen, si opus sit, æquo animo plura tolerare ab eo illata, quem vult esse correctum, sive in eum habeat potestatem coërcendi, sive non habeat. ¶ Magni autem, & sancti viri, quamquam *h* optimè scirent mortem istam, quæ animam dissolvit à corpore, formidandam non esse, secundùm eorum tamen animum, qui illam timerent, nonnulla peccata morte punierunt: quo & viventibus utilis metus incuteretur, & illis, qui morte puniebantur, non ipsa mors noceret, sed peccatum, quod augeri posset, si viverent, diminueretur *i*. Non temerè illi judicabant, quibus tale judicium donaverat Deus. Inde est, quòd Helias *k* morte multos affecit, & propriâ manu, & igne divinitus impetrato: cùm *l* & alii multi, & magni viri eodem Spiritu consulendo rebus humanis non temerè fecerint *m*. De quo Helia cùm exemplum dedissent *n* discipuli Domino, commemorantes, quid ab eo factum sit, ut etiam ipsis daret potestatem, petendi de cœlo ignem ad consumendos eos, qui sibi hospitium non præbuerant *o*, reprehendit *p* in eis Dominus non exemplum Prophetæ sancti, sed ignorantiam vindicandi, quæ adhuc erat in rudibus: animadvertens eos, non amore correctionem, sed odio desiderare vindictam. Itaque posteaquam eos docuit, quid esset diligere proximum tanquam seipsum, infuso etiam Spiritu Sancto *q*, quem decem diebus completis post ascensionem suam desuper, ut promiserat, misit, non defuerunt tales vindictæ, quamvis multò rariùs, quàm in Veteri Testamento. Ibi enim ex majori parte servientes timore premebantur: hîc autem maximâ dilectione liberi nutriebantur. Nam

a *al. putaverit.* b *al. Magna.* c *al. quo.* d *abest ab orig.* e *Burch l. 11. c. 11. Ans. lib. 13. c. 30. Ivo p. 16. c. 13.* f *al. Christianâ.* g *Rom. 14.* h *Ios. 22.* i *al. Achan.*

a *al. Marinianæ.* b *Ans. l. 13. c. 2. Ivo p. 12. c. 60.* c *Matt. 5.* d *Prov. 3.* e *Luc. 12.* f *al. apertissimum.* g *al. quem. vel.* h *al. quæ jam.* i *abest ab orig.* k *3. Reg. 18 & 4. 1.* l *al. quid.* m *al. fecerunt.* n *Luc. 9.* o *al. præberent.* p *Matth. 12.* q *Actor. 2.*

& verbis Apostoli Petri Ananias, & uxor ejus (sicut in Actibus Apostolorum *a* legimus) exanimes ceciderunt, nec resuscitati sunt, sed sepulti.

1 ¶ Ea vindicta,] *Apud B. Augustinum & Anselmum sic legitur:* Neque hic ea vindicta prohibetur, quæ ad correctionem valet etiam. Ipsa enim pertinet ad misericordiam, nec impedit, &c.

2 ¶ Servus] *Totus hic locus restitutus est ex Evangelio & B. Augustino, multaq; alia sunt emendata.*

3 ¶ Quâ Pater] *In originali legitur*, quâ pater in parvulum filium, quem, &c.

C. LII. ¶ *Quæ veritati contraria sunt, Christiani persequi debent.*

Item Augustinus *contra Cresconium Grammaticum, lib 3. c 51.*

QUisquis *b* Christianum 1 (inquis) persequitur, Christi est inimicus. Verum dicis, si 2 non hoc in illo persequitur, quod Christo est inimicum. Neque enim dominus in servo, pater in filio, maritus in conjuge, cùm sint utrique Christiani, non debent persequi vitia Christianæ contraria veritati. An verò, si non persequantur, non rei negligentiæ meritò tenebuntur?

1 ¶ Christianum] *Anteà legebatur:* Quisquis Christianus iniquum non persequitur. *Emendatum est ex originali. Sunt enim verba Cresconii, quod etiam auctor glossæ animadvertit.*

2 ¶ Si non] *Apud B. Augustinum est*, sed hoc in illo. *Verum Ivo & Panormia, cum Gratiano concordant.*

C. LIII. ¶ *Quemadmodum homo debet diligere proximum sicut seipsum.*

Item Augustinus *ad Macedonium, epist. 52.*

DEbet *c* homo diligere proximum tanquam seipsum, ut quem potuerit hominem, vel beneficentiæ consolatione, vel informatione doctrinæ, vel disciplinæ coërcitione, adducat ad colendum Deum.

C. LIV. ¶ *De eodem.*

Item Augustinus *ad Donatum Presbyterum, epist. 204.*

MAli sunt prohibendi à malo, & cogendi ad bonum. ¶ *De hac re copiosè disputat B. Augustinus in c. displicet. sup. cad. Hic verò summa illius disputationis paucis verbis collecta est.*

Ex his omnibus colligitur, quòd vindicta est inferenda non amore ipsius vindictæ, sed zelo justitiæ: non ut odium exerceatur, sed ut pravitas corrigatur. Sed cùm vindicta aliquando inferatur damnis rerum, aliquando flagellis, aliquando etiam morte: quæritur, an sit peccatum judici vel ministro, reos morti tradere?

QUÆSTIO V.

1 QUod autem nulli liceat aliquem occidere, ille præcepto probatur, quo Dominus in lege homicidium prohibuit, dicens: *d* [Non occides.] *Item in Evangelio: e* [Omnis, qui acceperit gladium, gladio peribit.]

C. I. ¶ *Mali non sunt interficiendi, sed flagellis emendandi.*

Item Augustinus *ad Marcellinum Comitem, de Donatistis captis, epist. 139.*

CIrcumcelliones *f* illos, & Clericos partis Donati, quos de Hipponensi civitate *g* ad judicium pro factis eorum, publicæ disciplinæ cura deduxerat, à tua nobilitate comperi auditos, & plurimos eorum de homicidio, quod in Restitutum catholicum Presbyterum commiserunt, & de cæde Innocentii alterius catholici Presbyteri, atque de oculo ejus effosso, & de digito præciso fuisse confessos. Unde mihi solicitudo maxima incussa est, ne fortè sublimitas tua censeat eos tantâ legum severitate plectendos, ut qualia fecerunt, talia patiantur. Ideoque his literis obtestor fidem tuam, quam habes in Christo, per ipsius Domini nostri misericordiam, ut hoc ne facias, nec omninò fieri permittas. Quamvis enim ab illorum interitu dissimulare possemus, qui non accusantibus nostris, sed illorum notariis 1, ad quos tuendæ publicæ pacis vigilantia pertinebat, præsentati videantur examini; nolumus tamen passiones servorum Dei, quasi vice talionis, paribus suppliciis vindicari: non quò scelestis hominibus licentiam facinorum prohibeamus auferri, sed hoc magis sufficere volumus, ut vivi, & nullâ corporis parte truncati, vel ab inquietudine insana ad sanitatis otium legum coërcitione dirigantur, vel à malignis operibus alicui utili operi deputentur. Vocatur quidem & ista damnatio: Sed quis non intelligat magis beneficium, quàm supplicium nuncupandum, ubi nec saviendi relaxatur audacia, nec pœnitendi medicina subtrahitur? Imple, Christiane judex, pii patris officium: sic succense 2 iniquitati, ut consulere humanitati memineris: nec in peccatorum atrocitatibus exerceas ulciscendi libidinem, sed peccatorum vulneribus curandi adhibeas voluntatem. Noli perdere paternam diligentiam, quam in ipsa inquisitione servâsti, quando tantorum scelerum confessionem, non extendente equuleo, non sulcantibus unguis, non urentibus flammis, sed virgarum verberibus eruisti: qui modus coërcitionis & à magistris artium liberalium, & ab ipsis parentibus, & sæpè etiam in judiciis solet ab Episcopis adhiberi *a*. Noli ergò atrocius vindicare, quod lenius invenisti: inquirendi, quàm puniendi necessitas major est. Ad hoc enim & mitissimi homines facinus occultatum diligenter atque instanter examinant, ut inveniant, quibus parcant.

1 ¶ Notariis,] *In libris B. Augustini excusis partim est*, notaria, *partim*, notoria. *In codice Vaticano epistolarum ubiq; legitur*, notaria: *& epist. 160. in qua de eadem re agitur, in codicibus impressis ac manuscriptis legitur*, notaria: *utemq; in Breviculo in collatione primi diei semel, & secundi bis. De notoriis verò mentio est in lege, ab accusatione. 6. nuntiatores. ff. ad S. C. Turpill. & C. de accusat. l. eos quidem. Apuleius etiam lib. 7. de asino aureo habet*, notariam: *Et in glossario legitur*, notoria, ἀναζοσή.

2 ¶ Succense] *Sic est emendatum, additis etiam nonnullis ex originali, Anselmo & Polycarpo. Anteà erat:* Sic succensere iniquitati memineris, ut non in peccatorum, &c.

C. II. ¶ *Præter supplicium mortis, rei sunt puniendi.*

Idem *Marcellino, epist. 138.*

POena *b* illorum, quamvis de tantis sceleribus confessorum, rogo te, ut præter supplicium mortis sit, & propter conscientiam nostram, & propter catholicam mansuetudinem commendandam. Ipse enim fructus ad nos pervenit confessionis illorum; quia invenit catholica Ecclesia, ubi suam erga atrocissimos inimicos servet atque exhibeat lenitatem. In tanta quippe crudelitate, quæcunque præter sanguinem vindicta processerit, magna lenitas apparebit. Quod etsi modo quibusdam nostris illâ atrocitate commotis videtur indignum, & quasi dissolutionis & negligentiæ simile, transactis tamen motibus animorum (qui recentioribus factis solent turbulentiùs excitari) egregiè luculenta bonitas apparebit.

C. III. ¶ *Mali prohibendi sunt à malo, & cogendi ad bonum.*

Idem *Donato, epist. 127.*

UNum *c* solum est, quod in tua justitia pertimescimus, ne fortè, quoniam quicquid mali contra Christianam societatem ab hominibus impiis, ingratisque

a *Act 5.* b *Ivo p. 10. c. 61. Panorm. l. 2. c. 11.* c *Ivo part. 10. c. 62. Panorm. l. 3. c. 16.* d *Exod. 20.* e *Matth. 26.* f *Aust. l. 134. ut Polyc. l. 7 tit. 11.* g *al. Ecclesia.*

a *haberi,* varig. b *Polyc. l. 7 tit. 12. Aust. l. 13. c. 11.* c *Polyc. ibid. Aust. l. 13. c. 12.*

committitur, profecto gravius est, & atrocius, quàm si in alios talia committantur: tu quoque pro immanitate facinorum, ac non potiùs pro lenitatis Christianæ consideratione censeas coërcendum. Quod te per Jesum Christum, ne facias, obsecramus. *& paulò post.* ¶ Ex occasione terribilium judicum ac legum, ne æterni judicii pœnas luant *a*, corrigi eos cupimus, non necari: nec disciplinam circa eos negligi volumus, nec suppliciis, quibus digni sunt, coërceri *b*. Sic igitur eorum peccata compesce, ut sint, quos pœniteat peccâsse. *& paulò post.* ¶ Proinde si occidendos in his sceleribus homines putaveritis, deterrebitis nos, ne per operam nostram ad vestrum judicium aliquid tale perveniat. Quo comperto illi in nostram perniciem licentiori audaciâ grassabuntur, necessitate nobis impactâ, ut etiam occidi ab eis eligamus potiùs *c*, quàm eos occidendos vestris judiciis ingeramus.

C. IV. ¶ *Quies Ecclesiæ Principum severitate juvatur.*

Idem *Macedonio, epist. 54.*

PRodest *d* & severitas vestra, cujus ministerio quies adjuvatur & nostra. Prodest & intercessio nostra, cujus ministerio severitas temperatur & vestra. Non vobis displiceat, quòd rogamini à bonis, quia nec bonis displicet, quòd timemini à malis. ¶ Nam hominum iniquitatem etiam Apostolus Paulus non tantùm de judicio futuro, verùm etiam de præsentibus vestris secularibus 1 potestatibus terruit, asserens & ipsas ad disensationem divinæ providentiæ pertinere. [*Omnis* e, inquit, *anima potestatibus sublimioribus subdita sit*, &c.] Hæc verba Apostoli utilitatem vestræ severitatis ostendunt. Proinde sicut dilectionem jussi sunt terrentibus debere, qui timent, ita dilectionem jussi sunt timentibus debere, qui terrent. Nihil nocendi cupiditate fiat, sed omnia consulendi charitate: & nihil fiat immaniter, nihil inhumaniter. Ita formidetur ultio cognitoris, ut nec intercessoris religio contemnatur; quia & plectendo, & ignoscendo hoc solùm benè agitur, ut vita hominum corrigatur. Quòd si tanta est perversitas & impietas, ut ei 2 corrigendæ nec disciplina possit prodesse, nec venia, à bonis tamen intentione atque conscientiâ, quam Deus cernit, sive severitate, sive lenitate, non nisi officium dilectionis impleatur.

1 ¶ Secularibus] *Antiquioribus editionibus epistolarum B. Augustini in margine est adscriptum,* de præsentibus vestris securibus terruit. *In Antverpiana verò est in textu hac eadem lectio, sed sine distione,* præsentibus.

2 ¶ Ei corrigendæ] *Sic est emendatum ex originali. Antèà legebatur,* ut corrigendis reis nec disciplinæ, nec veniæ remedia suffragentur, ab omni tamen intentione, &c.

C. V. PALEA.

HOc *f* tamen intelligendum est de illis, quos præsentia supplicia in melius commutant, non de illis, qui obstinati sunt in malo: qui si semper viverent, semper peccarent: quorum pœna hic incipit, & in æternum durabit.

¶ *Abest hæc palea à vetustis exemplaribus, quæ collata sunt, non excepto, in quo est conjuncta capiti superiori.*

C. VI. ¶ *Impræsentiarum nonnulli puniuntur, ne in æternum flagellentur.*

Item Hieronymus *in Naum Prophetam, ad c. 1.*

QUid *g* ergò, ait, contra Dominum cogitatis? Ipse qui creavit mundum, & consummationem ejus faciet. Quòd si vobis videtur crudelis, rigidus, & cruentus, quòd in diluvio *h* genus delevit humanum, super Sodomam & Gomorrham iguem & sulphur *i* pluit, Ægyptios *k* submersit fluctibus, Israelitarum cadavera prostravit in eremo, scitote eum ideò ad præsens reddidisse supplicia, ne in æternum puniret. Certè aut vera sunt, quæ Prophetæ loquuntur, aut falsa. Si vera sunt, quæ de severitate ejus videntur dicere, ipsi dixerunt: [*Non* b *vindicabit Dominus bis in idipsum in tribulatione:*] Sin autem falsa sunt, & falsum est, quod dicitur: [*Non consurget duplex tribulatio:*] falsa est ergò & crudelitas, quæ in lege descripta est. Quod si verum est, ut negare non poterunt, dicente Prophetâ; [*Non vindicabit Dominus bis in idipsum in tribulatione:*] ergo qui puniti sunt, postea non punientur. Si autem illi postea punientur, Scriptura mentitur, quod dicere nefas est. Receperunt ergò & qui in diluvio perierunt, & Sodomitæ, & Ægyptii, & Israëlitæ in solitudine mala sua in vita sua. ¶ Quærat *c* hic aliquis, si fidelis deprehensus in adulterio decolletur, quid de eo postea fiat? Aut enim punietur, & falsum est hoc, quod dicitur: [*Non vindicabit Dominus bis in idipsum in tribulatione:*] aut non punietur, & optandum est adulteris, ut impræsentiarum brevi & citâ pœnâ cruciatus frustrentur æternos. Ad quod respondebimus, Deum, ut omnium rerum, ita & suppliciorum quoque scire mensuras, & non prævenire sententiâ judicis: nec illi in peccatorem exercendæ dehinc pœnæ auferri potestatem: & magnum peccatum magnis, diuturnisque lui *d* cruciatibus. Si quis autem punitus sit, ut ille *e* in lege, qui Israëliticis malédixerat, & qui *f* in Sabbatho ligna collegerat, tales postea non puniri, quia culpa levis præsenti supplicio compensata sit.

C. VII. ¶ *Quæ res sunt sanguinis, ab Ecclesia defendi debent.*

Item Gregorius Papa. *g*

REos *h* sanguinis defendat 1 Ecclesia, ne effluente i sanguinis particeps fiat.

1 ¶ Defendat] *Apud Burchardum & Ivonem, qui hæc tant ex dictis Augustini, legitur,* non defendat.

2 pars. *Hinc apparet, quòd mali flagella sint cœrcendi non membrorum truncatione vel temporali morte plectendi. Sed objicitur illud, quod Dominus ait ad Moysen:* k [Maleficos non patieris vivere.] *Item.* [Qui *l* coierit cum jumento, morte moriatur:] *Adulterio etiam, vel blasphemiæ crimine notatos immisericorditer lapidari jubetur.* ¶ *Item Moyses, qui legem ceperat, cultores idoli morte punivit. Samuel etiam Agag pinguissimum Regem in frusta concidit. Phinees quoq; Judæum cum Madianita coeuntem gladio transfixit; quod est eis reputatum ad justitiam. Similiter nonnulli in Veteri Testamento inveniuntur malos trucidâsse, nec tamen transgressores legis, sed defensores appellantur. Prohibetur ergò illo præcepto qui sibi auctoritate in necem alicujus armatur, non legis imperio reos morti tradere. Qui enim publicâ potestate funguntur, ipsius legis imperio malos perimunt, nec illius præcepti transgressor, nec à cœlesti patria alienus habetur.*

C. VIII. ¶ *Ex officio non est peccatum hominem occidere.*

Unde Augustinus *ad Publicolam, epist. 154.*

DE *m* occidendis hominibus, ne ab eis quisquam occidatur; non mihi placet consilium: nisi forte sit miles, aut publicâ functione teneatur, ut non prosit hoc faciat, sed pro aliis, vel pro civitate, vel pro acceptâ legitimâ potestate, si ejus congruit personæ. Qui verò repelluntur aliquo terrore, ne malè faciant, etiam ipsis aliquid fortasse præstatur. Hinc autem dictum est: *n* [*Non resistamus malo,*] ne vos vindicta delectet, quæ alieno malo animum pascit, non ut cor-

a *al. incidant.* b *al. exerceri.* c *abest ab orig.* d *Pol. l. 1. tit. ult.* e *Rom. 13.* f *De pœnitentia dist. 3. c. sunt plures. in fin.* g *Polyc. l. 7. tit. 12.* h *Gen. 7. & 19.* i *al. sulphur etc.*

a *Exod. 15.* b *Naum 1. secundum 70.* c *De pœnitent. dist. 3. quærat hîc.* d *al. etiam.* e *Levit. 24.* f *Numer. 15.* g *Sup. 14. q. 6. hi qui in furtis.* h *Burch. l. 19. c. 119. Ivo p. 11. c. 131.* i *al. effusionis.* k *Exod. 22.* l *Levit. 20.* m *Polyc. l. 7. tit. 11. Ansel. 13. 4. 18. Ivo p. 10. c. 1. Pann. l. 8. c. 1.* n *Matth. 5.*

rectionem hominum negligamus. Unde nec reus est mortis alienæ, qui cùm suæ possessioni ex lapidibus 1 murum circumduxerit, aliquis ex ipsorum lapsu percussus intereat. Neque enim reus est Christianus, si bos ejus aliquem feriendo, vel equus calcem jaciendo aliquem occidat: aut ideo non debent Christianorum *a* boves habere cornua, aut equus ungulas, aut dentes canis. An *b* verò, quoniam Apostolus Paulus satis egit, ut in Tribuni notitiam perferretur, insidias sibi à quibusdam perditis præparari, & ob hoc deductores accepit armatos, si in illa arma scelerati homines incidissent, Paulus *c* in effusione sanguinis eorum suum crimen agnosceret? Absit, ut ea, quæ propter bonum ac licitum facimus aut habemus, si quid per hæc præter nostram voluntatem cuiquam mali acciderit, nobis imputetur. Alioqui nec ferramenta domestica & agrestia sunt habenda, ne quis eis vel se, vel alterum interimat: nec arbor, aut restis, ne quis se inde suspendat: nec fenestra facienda est, ne per hanc se quispiam præcipitet. Quid plura commemorem, cùm ea commemorando finire non possem? Quid enim est in usu hominum bono ac licito, unde non possit etiam pernicies irrogari?

1 ¶ Ex lapidibus] *Sic est emendatum ex codice Vaticano epistolarum B. Augustini. Nam in impressis desunt ista voces. Apud Gratianum verò erat,* suæ possessioni murorum ambitum circumduxit.

3 pars. *Seipsum etiam perimere nullâ legis auctoritate alicui permittitur.*

C. IX. ¶ *Qui Deo auctore bella gesserunt, præcepta non occidendi nequaquam transgressi sunt.*

Unde Augustinus *lib. 1. de Civitate Dei, c. 17. & 18.*

SI *d* non licet privatâ potestate alicui hominem occidere vel nocentem, cujus occidendi licentiam lex nulla concedit, profectò etiam qui seipsum occidit, homicida est: & tanto fit nocentior, cùm se occiderit, quanto innocentior in ea causa fuit, quâ se occidendum putavit. Nam si *e* Judex factum meritò detestamur, eumque Veritas judicat, cùm laqueo se suspendit, sceleratæ illius traditionis auxisse potius, quàm expiâsse commissum, quoniam de Dei misericordia desperando exitiabiliter pœnitens, nullum sibi salubris pœnitentiæ locum reliquit: quantò magis à sua nece se abstinere debet, qui tali supplicio, quid in se puniat, non habet. Judas enim cùm se occidit, sceleratum hominem occidit: & tamen non solum Christi, verùm etiam suæ mortis reus finivit hanc vitam: quia licet propter suum scelus, alio tamen scelere suo occisus est. ¶ Cur *f* autem homo, qui mali nihil fecit, sibi male faciat, & seipsum interficiendo, hominem interficiat innocentem, ne alium patiatur nocentem, atq; in se perpetret peccatum proprium, ne in eo perpetretur alienum? *Item c. 20.* ¶ Neque enim frustrà in sanctis, canonicisque libris nusquam nobis divinitùs præceptum, permissumve reperiri potest, ut vel ipsius adipiscendæ immortalitatis, vel ullius curandi *g*, cavendique mali causâ, nobismetipsis necem inferamus. Nam & prohibitos nos esse intelligendum est, ubi Lex *h* ait: [*Non occides:*] præsertim, quia non addidit, proximum tuum: sicut falsum testimonium cùm vetaret. [*Falsum*, inquit, *testimonium non dices adversus proximum tuum.*] Nec ideò tamen, si adversùs seipsum quisquam falsum testimonium dixerit, ab hoc se crimine putaverit alienum: quoniam regulam diligendi proximum à semetipso dilector accepit, quandoquidem scriptum est: [*Diliges a proximum tuum sicut teipsum.*] Porro *i* falsi testimonii non minus reus est, qui de seipso falsum fatetur, quam si adversùs proximum hoc faceret, cùm in eo præcepto, quo falsum testimonium prohibetur, adversus proximum prohibeatur, possitque non rectè intelligentibus videri non esse prohibitum, ut adversùs seipsum quisque falsus testis existat *k*: quantò magis intelligendum est, non licere homini seipsum occidere, cùm in eo, quod scriptum est: [*Non occides,*] nihilo *c* deinde addito, nullus, nec ipse utique, cui præcipitur, intelligitur exceptus? *Item infra eod. capite.* [*Non occides,*] non alterum; ergò nec te. Neque enim qui se occidit, aliud quàm hominem occidit. ¶ Quasdam *d* verò exceptiones eadem ipsa divina fecit auctoritas, ut liceat hominem occidi: sed his exceptis, quos Deus occidi jubet, sive datâ lege, sive ad personam pro tempore expressâ jussione. Non 1 autem ipse occidit, qui ministerium debet jubenti, sicut adminiculum gladius est utenti. Et ideò nequaquam contra hoc præceptum fecerunt, quo dictum est: [*Non occides,*] qui Deo auctore bella gesserunt, aut personam gerentes publicæ potestatis, secundùm ejus *e* leges, hoc est, justissimæ rationis imperium, sceleratos morte punierunt. At Abraham non solùm non est culpatus crudelitatis crimine, verùm etiam laudatus est nomine pietatis, quòd *f* voluit filium nequaquam scelerate, sed obedienter occidere. Et meritò quæritur, utrùm pro jussu Dei sit habendum, quòd Jepte *g* filiam, quæ patri occurrit, occidit, cùm se immolaturum Deo id vovisset, quod ei redeunti de prælio victori primitùs occurrisset. Nec Samson *h* aliter excusatur, quòd seipsum cum hostibus ruinâ domûs oppressit, nisi quia Spiritus latenter hoc jusserat, qui per illum miracula faciebat. His igitur exceptis, quos vel lex justa generaliter, vel ipse fons justitiæ Deus specialiter occidi jubet, quisquis hominem, vel seipsum, vel quemlibet occiderit, homicidii crimine innectitur. *Item c. 26.* ¶ Hoc dicimus, hoc asserimus, hoc modis omnibus approbamus, neminem spontaneam mortem sibi inferre debere, veluti fugiendo molestias temporales, ne incidat in perpetuas: neminem propter aliena peccata, ne hoc ipso incipiat habere gravissimum proprium, quem non polluebat alienum: neminem propter sua peccata præterita, propter quæ magis hâc vitâ opus est, ut possint pœnitendo sanari: neminem velut desiderio vitæ melioris, quæ post mortem speratur, quia reos suæ mortis, melior post mortem vita non suscipit.

1 ¶ Non autem] *Sic est emendatum ex originali, præsertim Antverpiano. Nam antea totus hic locus multò aliter se habebat. Sunt autem & alia multa restituta.*

C. X. ¶ *Nemini licet sibi manus injicere.*

Item *contra literas Petiliani, lib. 2. c. 49.*

TU *i* dixisti, laqueo traditor periit, laqueum talibus dereliquit. Hoc ad nos omninò non pertinet. Neque enim veneramur nomine martyrum eos, qui sibi collum ligaverunt.

C. XI. ¶ *De eodem.*

Item Hieronymus *in Isaiam Prophetam, ad cap. 2. non longè à fine.*

NOn *k* est nostrùm mortem arripere, sed illatam ab aliis libenter accipere. Unde & in persecutionibus non licet propriâ perire manu (absque eo, ubi castitas periclitatur,) sed percutienti colla submittere.

C. XII. ¶ *Nulla fiat oratio pro his, qui seipsos interficiunt.*

Item ex Concilio Bracharensi 1. *cap. 34.*

a *al. Christiani.* b *Aut*] *orig.* c *Act. 21.* d *Ivo p. 11. c. 4. Panorm. l. 1. c. 2.* e *Matth. 27.* f *C. 18.* g *carendi*] *orig.* h *Exod. 20.*

a *Matth. 20.* b *assistat*] *orig.* c *al. nihil.* d *Ibid. c. 21.* e *al. jus legis.* f *Gen. 22.* g *Judic. 11.* h *Judic. 16.* i *Ivo p. 2. c. 99. & p. 11. c. 7.* k *Panorm. l. 1. c. 5.*

PLacuit *a*, ut qui sibi ipsis voluntariè *b* aut per ferrum, aut per venenum, aut per præcipitium, aut per suspendium, vel quolibet modo violentam *c* inferunt mortem, nulla prorsus pro illis in oblatione commemoratio fiat, neque cum Psalmis ad sepulturam eorum cadavera deducantur. Multi enim sibi hoc per ignorantiam usurpant. Similiter & de his placuit fieri, qui pro suis sceleribus puniuntur.

Impœnitentes, subaudiatur. *Item* Augustinus *in eodem lib. 1. de civitate Dei, c. 26.*

C. XIII. ¶ *Non est reus homicidii miles, qui Potestati obediens, hominem occidit.*

4 Milles *d* cùm obediens Potestati, sub qua legitimè ps constitutus est, hominem occidit, nullâ civitatis suæ lege reus est homicidii: imò, nisi fecerit, reus est imperii desérti atque contempti. Quòd si suâ sponte atque auctoritate fecisset, in crimen effusi humani sanguinis incidisset. Itaque unde punitur, si fecerit injussus, inde punietur, nisi fecerit jussus.

C. XIV. ¶ *Homicida est, qui sponte occidit, quos judex jubet occidi.*

Item *in quæstionibus Exodi, quæst. 39. ad c. 11.*

CUm *e* minister judicis occidit eum, quem judex jussit occidi, profectò, si id sponte facit, homicida est, etiamsi eum occidat, quem scit à judice debuisse occidi.

C. XV. ¶ *Sicut jure laudatur obedientia, ita reprehenditur, qui sibi non concessa usurpat.*

Idem *lib. 22. contra Faustum, c. 73.*

LEx æterna ita medio quodam loco posuit aliqua hominibus, ut in eis usurpandis meritò reprehendatur audacia, in exequendis autem jure obedientia laudetur. Abraham 1, si spontaneus in occidendo filio motus fuisset, execrabilis haberetur: at jubenti Deo obsecundans, famulatus est.

1 ¶ Abraham,] *Confectum est hoc caput ex verbis B. Augustini, sed collectoris arbitratu immutatis. Atq; hæc quidem pars sic apud illum habet:* Quapropter si in occidendo filio spontaneus motus execrabilis, Deo autem jubente obsecundans famulatus non solùm inculpabilis, verùm etiam laudabilis invenitur, quid Moysen, Fauste, reprehendis, quòd expoliavit Ægyptios, &c.

C. XVI. ¶ *Bono animo officia vindictæ possunt impleri.*

Item *in quæstionibus super Evangelia, lib. 1. q. 10.*

OFficia *f* vindictæ possunt impleri bono animo, quomodo lex, quomodo judex.

C. XVII. ¶ *Non est iniquus, sed humanus, qui crimen persequitur, ut hominem liberet.*

Item *ad Macedonium, epist. 54.*

NOn *g* est iniquitatis, sed potiùs humanitatis societate devinctus, qui propterea est criminis persecutor, ut sit hominis liberator.

C. XVIII. ¶ *Quare sint institutæ Regia potestas & legalia tormenta.*

Idem *in ead. epistola.*

NOn *h* fruſtrà sunt instituta potestas Regis, & cognitoris jus, ungulæ carnificis, arma militis, disciplina dominantis, severitas etiam boni patris: habent omnia ista modos suos, causas, rationes, utilitates: hæc cùm timentur, & mali coërcentur, & quietiùs inter malos vivunt boni.

C. XIX. ¶ *Nonnunquam potiùs peccat, qui confossum mortis præbet, quàm ille qui occidit.*

Idem *ibidem.*

CUm *a* homo ab homine occiditur, mulcùm dictat, utrùm fiat nocendi cupiditate, vel injustè aliquid auferendi (sicut fit ab inimico, sicut à latrone) an ulciscendi, vel obediendi ordine (sicut à judice, sicut à carnifice) an evadendi, vel subveniendi necessitate, sicut interimitur latro à viatore, hostis à milite. ¶ Et aliquando, qui causa mortis fuit, potiùs in culpa est, quàm ille, qui occidit: velut si quispiam decipiat fidejussorem suum, atque ille pro isto legitimum supplicium luat. Nec tamen omnis qui causa alienæ mortis est, reus est. Quid si enim quispiam stuprum petat, sesèque si non impetraverit, interimat? Quid si filius timens patris pia verbera, præcipitio pereat? Quid si alius homine liberato, vel ne alius liberetur, sibi ipse mortem inferat? Num propter istas alienarum mortium causas aut sceleri consentiendum est, aut vindicta peccati, quæ non fit nocendi, sed corrigendi studio, etiam paterna tollenda, aut operanda misericordiæ cohibenda sunt? Hæc cùm accidunt, debemus eis humanum dolorem, non propter illa, ne accidant, rectè factorum reprimere voluntatem.

C. XX. ¶ *Quod Sacerdotes efficere docendo non valent, disciplinæ terrore potestas exterqueat.*

Item Isidorus *lib. 3. sent. de summo bono, c. 51.*

PRincipes *b* seculi nonnunquam intra Ecclesiam potestatis adeptæ culmina tenent, ut per eandem potestatem disciplinam Ecclesiasticam muniant. Cæterum intra Ecclesiam potestates necessariæ non essent, nisi, et quod non prævalet Sacerdos efficere per doctrinæ sermonem, potestas hoc impleat per disciplinæ terrorem. Sæpè per regnum terrenum, cœleste regnum proficit, ut qui intra Ecclesiam positi contra fidem & disciplinam Ecclesiæ agunt, rigore Principum conterantur, ipsamque disciplinam, quam Ecclesiæ humilitas exercere non prævalet, cervicibus superborum Potestas principalis imponat, & ut venerationem 1 mereatur, virtutem potestatis impertiat. Cognoscant Principes seculi Deo debere se rationem reddere propter Ecclesiam, quam à Christo tuendam suscipiunt. Nam sive augeatur pax & disciplina Ecclesiæ per fideles Principes, sive solvatur, ille ab eis rationem exiget, qui eorum potestati suam Ecclesiam credidit.

1 ¶ Venerationem] *In variis editionibus hujus libri legitur,* & ut veneratione mereatur, virtute potestatis impertiat. *In Concilio Parisiensi sub Ludovico & Lothario lib. 2. cap. 2. ubi hoc refertur, legitur,* & ut venerationem mereatur, virtutem potestas impertiat. *Apud Ivonem verò, (nam Burchardi codex manifestum habet mendum) hoc modo,* & sic venerationem meretur, ut virtutem potestatis impertiat.

C. XXI. ¶ *Et Regia potestas, & Sacerdotalis defendat auctoritas, quæ ad divinam confessionem pertinent.*

Item Leo Papa, *epist. 29. ad Pulcheriam Augustam.*

REs *c* autem humanæ aliter tutæ esse non possunt, nisi quæ ad divinam confessionem pertinent, & Regia & Sacerdotalis defendat auctoritas.

C. XXII. ¶ *Sacerdotalis admonitio, quos corrigere non valet, secularis potestas corrigat.*

Item ex Concilio Turonensi III. *d c. 40.*

INcestuosi *e*, parricidæ, homicidæ multi apud nos reperiuntur; sed aliqui ex illis Sacerdotum nolunt admoni-

a *Burch. l. 19. c. 139. Ivo p. 10. c. 188. & p. 15. c. 140.* b *al. violenti.* c *abest ab orig.* d *Ivo p. 10. c. 98. Pann. l. 8. c. 35.* e *Ivo p. 10. c. 103. Pannorm. l. 8. c. 39.* f *Ivo p. 10. c. 106. Pann. l. 8. cap. 40.* g *Ivo p. 10. c. 107.* h *Ivo p. 10. c. 108.*

a *Ivo ibid.* b *Polyc. lib. 6. tit. 1. Burch. l. 15. c. 42. Ivo p. 9. cap. 44.* c *Polyc. l. 1. tit. 27.* d *Cl. 2. c. 44.* e *Burch. lib. 7. c. 29. Ivo p. 9. c. 85.*

admonitionibus autem accommodare, volentes in pristinis perdurare criminibus: quos oportet per secularis potentiæ disciplinam à tam prava consuetudine coerceri, qui per salutifera Sacerdotum monita noluerunt revocari.

C. XXIII. ¶ *Malos comprimere, & bonos fublevare Regum officium est.*

Item Hieronymus *super Hieremi. ad cap. 22.*

REgum officium *a* est proprium, facere judicium & justitiam, & liberare de manu calumniatorum vi oppressos, & peregrino, pupilloque, & viduæ, qui facilius opprimuntur à potentibus, præbere auxilium. Et, ut curam eis præceptorum Dei majorem inicceret, intulit, *b* [*Nolite contristare*,] ut non solùm non eripiatis, sed ne patiamini quidem per vestram conniventiam ab aliis contristari, [*& sanguinem innocentem non effundatis in loco isto.*] Homicidas *c* enim, sacrilegos, &c *& post pauca.* ¶ Si, inquit, hæc feceritis, ô Reges Juda, tenebitis pristinam potestatem.

6 pars. *Ipsi autem Principibus, & potestatibus fidem, & reverentiam servari oportet: quam qui non exhibuerit, apud Deum præmia invenire non poterit.*

C. XXIV. ¶ *Æternâ mercede fraudatur, qui fidem & reverentiam Potestatibus servare contemnit.*

Unde idem Hieronymus *in epist. ad Titum, c. 2. ad vers.* [Servi dominis.]

SI apud carnales dominos in minimo fideles fuerint, incipient eis apud Deum majora committi. Ornat autem doctrinam Domini, qui ea, quæ conditioni suæ apta sunt, facit: & è diverso confundit eam, qui non est subjectus in omnibus, cui conditio sua displicet, qui contradictor atque fraudator, in nullo fidem bonam ostendit. Quomodo enim potest fidelis esse in substantia Dei, qui carnali domino fidem exhibere non potuit?

C. XXV. ¶ *Militaris disciplina Regi omnia servat.*

Item Ambrosius *in lib. 1. de Patriarchis, id est, de Abraham, cap. 3.*

DIcat *d* aliquis, cùm ipse vicerit, quomodo dicit Abraham ad Regem Sodomorum, [*Nihil e suman abs te,*] cùm præda utique in potestate victoris fuerit? Docet *f* militarem disciplinam, ut Regi serventur omnia. Sane his, qui secum fuissent in adjumentum fortasse sociati, partem emolumenti tribuendam asserit, tanquam mercedem laboris. Ideoque, quoniam sibi mercedem ab homine non quæsivit, à Deo accepit: sicut legimus scriptum, quia post hæc factum est verbum Domini ad Abraham in visu, dicens: [*Noli g timere Abraham: Ego protegam te, merces tua multa erit valde.*]

6 pars. ¶ *Præterea, sicut Principibus, & Potestatibus fidem & reverentiam exhibere cogimur, ita secularium dignitatum administratoribus, defendendarum Ecclesiarum necessitas incumbit. Quod si facere contempserint, à communione sunt repellendi.*

C. XXVI. ¶ *Querimonias Ecclesiarum, qui in dignitatibus sunt, attentiùs debent audire.*

Unde Joannes VIII.

ADministratores *h* planè secularium dignitatum, qui ad Ecclesiarum tuitionem, pupillorum, ac viduarum protectionem, rapacium que refrænationem constituti esse proculdubiò debent, quoties ab Episcopis, & Ecclesiasticis viris conventi fuerint, eorum querimonias attentius audiant, & secundùm quod necessitas expetierit, absque negligentia examinent, & diligenti studio corrigant. Quod si Dei timorem præ oculis non habentes, negligere post secundam & tertiam admonitionem inventi fuerint, omni se noverint communione usque ad condignam satisfactionem privatos.

C. XXVII. ¶ *Non solùm homines, sed & contrariæ fortitudines sunt ultrices iræ Dei.*

Item Hieronymus *super Ioelem, ad cap. 1.*

7 NOn *a* solùm homines ministri sunt, & ultores ps. iræ Dei in his, qui malum operantur (unde *b* non sine causa gladium portant,) sed etiam contrariæ fortitudines, quæ appellantur furor & ira Dei.

C. XXVIII. ¶ *Qui crudeles jugulat, non est talis, qualis patientibus videtur.*

Idem *super Esaiam, ad cap. 13.*

NOn *c* est crudelis, qui crudeles jugulat: sed [crudelis *d* ideò vocatur,] quòd crudelis patientibus esse videtur. Nam & latro suspensus patibulo crudelem judicem putat.

C. XXIX. ¶ *Minister est Dei, qui malos percutit in eo, quòd mali sunt.*

Idem *super Ezechielem, lib. 3. ad cap. 9.* e

QUi *f* malos percutit in eo, quòd mali sunt, & habet vasa interfectionis, ut occidat pessimos, minister est Domini.

C. XXX. ¶ *Non scelus admittit judex, qui homines vincit.*

Idem *super epist. ad Galatas, lib. 2. ad c. 3.*

IUdex *g* non est auctor iceleris, nequaquam homines vinciendo.

C. XXXI. ¶ *Non effundit sanguinem, qui homicidas & sacrilegos punit.*

Idem *super Hieremi. lib. 4. ad cap. 22.*

HOmicidas *h*, & sacrilegos, & veneratios punire, non est effusio sanguinis, sed legum ministerium.

C. XXXII. ¶ *Principes seculi pessimis parcere non debent.*

Item Cyprianus *libro de exhortatione martyrii, cap. 5.*

SI audieris *i* in una ex civitatibus, quas Dominus Deus tuus dabit tibi inhabitare te illic, dicentes: Eamus, & serviamus Diis aliis, quos non novisti, interficiens necabis omnes, qui sunt in civitate, cæde gladii, & incendes civitatem igni, & erit sine habitaculo in æternum: non reædificabitur etiam nunc, ut avertatur Dominus ab indignatione iræ suæ. Et dabit misericordiam tibi, & miserebitur tui, & multiplicabit te, si exaudieris vocem Domini Dei tui, & observaveris præcepta ejus.] Cujus præcepti, & vigoris memor Matathias *k* interfecit eum, qui ad aram sacrificaturus accesserat. Quòd si ante adventum Christi circa Deum colendum, & idola spernenda, hæc præcepta servata sunt, quantò magis post adventum Christi servanda sunt, quando ille veniens non verbis tantùm nos hortatus est, sed & factis?

C. XXXIII. ¶ *Tribulationum flagellis aliquando perfidia castigatur.*

Item Augustinus *contra literas Petiliani, lib. 2. cap. 83.*

AD *l* fidem nullus est cogendus invitus, sed per veritatem, imò & per misericordiam Dei, tribulationum flagellis solet perfidia castigari. Nunquid, quia mores optimi libertate voluntatis eliguntur, ideò mores pessimi non legis integritate puniuntur? Sed tamen

a *Autem*] *orig.* b *Hieremi. 7.* c *Infrà eâd. homicidas.* d *Dicit*] *orig.* e *Gen. 14.* f *al. Decret.* g *Gen. 31.* h *Anfel. 3. 4. 107.*

a *Ivo p. 10. c. 111. Pann. l. 8. c. 48.* b *al. &.* c *Ivo p. 10. c. 112. Pann. l. 8. c. 49.* d *abfunt ab orig.* e *Et ibi gloss. ord.* f *infrà, eâd. q. 1. quicung, percutit. In Tribur. sub Arnulpho, c. 3. Burch. l. 6. c. 43. Ivo p. 10. c. 114. Pannorm lib. 8. c. 51.* g *Ivo p. 10. c. 115. Pann. lib. 8. c. 52.* h *Ivo p. 10. c. 111. Burch. l. 6. c. 43. Pann. l. 8. c. 53.* i *Deut. 13.* k *1. Machab. 2.* l *Ivo p. 10. c. 75.*

male vivendi ultrix disciplina præpostera est, nisi cura 1 præcedens benè vivendi doctrinam prætendat. Si quæ igitur adversùs vos leges constitutæ sunt, non eis benefacere cogimini, sed malefacere prohibemini. Nam benefacere nemo potest, nisi elegerit, nisi amaverit: quod est in libera voluntate. *& infra. c.14.* ¶ Cùm aliquid adversùs vos Reges constituunt, admoneri vos credite, ut cogitetis, quare ista patiamini. Si *a* propter justitiam, revera illi persecutores vestri sunt, vos autem beati, qui persecutionem passi propter justitiam, possidebitis regnum cœlorum. Si autem propter iniquitatem schismatis vestri, quid illi, nisi correctores vestri sunt: vos autem, sicut cæteri diversorum scelerum rei, qui pœnas legibus pendunt, profectò infelices & in hoc, & in sæculo futuro?

1 ¶ Cura] *Apud B. Augustinum & Ivonem legitur*, nisi cùm præcedens benè vivendi doctrina contemnitur: *sed ob glossam in verf.* cura, *non est mutatum.*

C. XXXIV. ¶ *Injuria Sacramentorum Christi à Regibus est vindicanda.*

Idem *in eodem lib. c.92.*

SI *b* propterea persecutor non fuit Nabuchodonosor *c*, qui a scelus in sanctum Danielem commissum justissimè vindicavit: quomodo vindicandum est à Regibus, quòd Christi Sacramenta exsufflantur, si Prophetæ membra, quia in periculum missa sunt, sic vindicari meruerunt?

C. XXXV. ¶ *Diligentissimi rectores sunt, qui malos, ut à malo fugiant, persequuntur.*

Idem *in libro de unitate Ecclesiæ, c.17.*

SI *d* vos contra Ecclesiam Christi altare erexisse, & à Christiana unitate, quæ toto orbe diffunditur, sacrilego schismate separatos esse, & corpori Christi (quod est Ecclesia toto orbe diffusa) & rebaptizando. & blasphemando, & quantùm potestis oppugnando adversari sancta & canonica Scriptura convincit, vos impii, atque sacrilegi: illi autem, qui vos pro tanto scelere tam leniter damnorum admonitionibus, vel locorum, vel honorum, vel pecuniæ privatione deterrendos, coërcendosque decernunt, ut cogitantes, quare ista patiamini, sacrilegium vestrum cognitum fugiatis, & ab æterna damnatione liberemini, & rectores diligentissimi, & consultores piissimi deputantur.

C. XXXVI. ¶ *Non amatur servus vel filius, cùm non corripitur.*

Idem *super epistolam Ioannis, tractatu 7.*

NOn *e* putes tunc te amare servum tuum, quando eum non cædis, aut tunc te amare filium tuum, quando ei non das disciplinam, aut tunc te amare vicinum tuum, quando eum non corripis. Non est ista charitas, sed languor. Ferveat charitas ad corrigendum, ad emendandum. Si sunt boni mores, delectent: si sunt mali, emendentur.

C. XXXVII. ¶ *Innocentis officium est, nulli nocere, & peccantem punire.*

Idem *in lib. 19. de civitate Dei, c. 16.*

NOn *f* est 1 innocentiæ, parcendo finere, ut in malum gravius incidatur. Pertinet ergò ad innocentis officium, non solùm nemini malum inferre, verùm etiam cohibere à peccato, vel punire peccatum, ut aut ipse, qui plectitur 2, corrigatur experimento, aut alii terreantur exemplo.

1 ¶ Non est] *Integer locus apud B. Augustinum sic habet:* Sicut enim non est beneficentiæ, adjuvando efficere, ut bonum, quod majus est, amittatur, ita non est, &c.

2 ¶ Plectitur, *Sic ex Originali: antea legebatur*, prius odio habetur. *nec multo aliter Ivo.*

C. XXXVIII. ¶ *Non est misereri, qui vitiis nutriendis parcit.*

Idem *ad Lotharium* a.

QUi *b* vitiis nutriendis parcit & favet, ne contristet peccantium voluntatem, tam non est misericors, quàm qui non vult cultrum rapere puero, ne audiat plorantem: & non timet, ne vulneratum doleat, vel extinctum.

C. XXXIX. ¶ *Enormia flagitia per sæculi judices corripiantur.*

Item Haymo *super epistolam ad Romanos, c.13.*

SUnt *c* quædam enormia flagitia, quæ potiùs per mundi judices, quàm per antistites & rectores Ecclesiarum vindicantur: sicut cùm quis interficit Pontificem Apostolicum, Episcopum, Presbyterum, sive Diaconum. Hujusmodi reos Reges & Principes mundi damnant. Ergò non sine causa gladium portant, qui talia scelera dijudicant. Sunt enim maximè constituti propter latrones, homicidas, raptores: ut & illos damnent, & alios suo timore compescant.

¶ *In vulgatis citabatur ex Augustino, sed in vetusto tribuitur Haymoni, apud quem habetur.*

C. XL. ¶ *Furta & crimina à Rege sæva cohibenda.*

Item Cyprianus *in nono genere abusionis.*

REx *d* debet furta cohibere, adulteria punire, impiis de terra perdere, parricidas & pejerantes vivere non finere, filios suos non finere impiè agere.

¶ *Libellus hic de duodecim gradibus abusionum impressus est tomo nono operum B. Augustini, sed est etiam in uno codice Ivonis operum B. Cypriani: & in Concilio Parisiensi, lib.2. cap.1. hic nonum abusionis genus refertur ex Cypriano, quamvis non apud Ivonem, & in Panormia.*

C. XLI. ¶ *Non peccat, qui ex officio vitam interficit.*

Item Augustinus *de libero arbitrio, lib.1. c.4.*

SI *e* homicidium est hominem occidere, potest tamen occidere *f* aliquando sine peccato. Nam & miles hostem, & judex, vel minister ejus nocentem, & cui forte invito, atque imprudenti telum manu fugit, non mihi videntur peccare, cùm hominem occidunt. Evodius: assentior 1. Sed homicidæ isti appellari non solent. *Item in quæstionibus Levitici, quæst.61. ad cap.19.* ¶ Cùm homo juste occiditur, lex eum occidit, non tu.

1 ¶ Evodius: assentior.] *Hæc sunt addita ex Originali & Ivone. Est enim liber ille scriptus in Dialogo.*

C. XLII. ¶ *Non qui ad bonum, sed qui ad malum cogit, persequitur.*

Item Pelagius Papa.

NOn *g* vos hominum vaniloquia retardent dicentium, quia persecutionem Ecclesia faciat, dum vel ea, quæ committuntur, reprimit, vel animarum salutem requirit. Errant hujusmodi rumoris fabulatores. Non persequitur, nisi qui ad malum cogit. Qui verò malum vel factum jam punit, vel prohibet ne fiat, non persequitur iste, sed diligit. Nam si, ut illi putant, nemo nec reprimendus à malo, nec retrahendus à malo ad bonum est, humanas & divinas leges necesse est evacuari, quæ & malis pœnam, & bonis præmia justitiâ suadente constituunt. Malum autem schisma esse, & per exteras etiam potestates hujusmodi homines debere opprimi, & Canonicæ Scripturæ auctoritas, & paternarum regularum

a Matt.5. b Ivo ibid. c Dan.3. d Ivo ib. e Ivo part.10.c.76.Pann.l.1.c.22. f Ivo p.10.c.77.

a al. Letarium. b Ivo p.10.c.79. Pann.l.8.c.25. c Ivo p.10.c.11.Pann.l.8.c.3. d Omittuntur aliquot verba. Ivo part.10. c.96.Pann.l.8.tit.4.c.19. e Ivo p.10.c.101.Pann.l.8.c.43. f al. occidere. g Deusdedit p.1.Polyc.l.7.tit.6. Anselm.lib.12.c.47. Ivo p.10.c.55.

nos veritas docet. Quisquis ergò ab Apostolicis divisus est sedibus, in schismate eum esse non dubium est: & contra universalem Ecclesiam altare conatur erigere. ¶ Sed quid de talibus insertus 1 Chalcedonensi Synodo canon statuat, gloria vestra consideret, ubi post alia sic dicit. [*Qui a communionem seipsum suspendit, & collectam fecit, & altare constituit, & noluerit vocanti Episcopo consentire, & noluerit eidem acquiescere, neque obedire primo & secundo vocanti, hunc omnino damnari, nec unquam vel orationem 2 mereri, nec recipere eum posse honorem. Si enim permanserit turbas faciens, & seditiones Ecclesiæ, per exteram potestatem tanquam seditiosum comprimi.*] Et B. Augustinus b de talibus dicit: [*Multa e etiam cum invitis benignâ quâdam asperitate plectendis agenda sunt, quibus potius utilitati consulendum est, quam voluntati. Nam ut corripiendo filio, quantumvis aspero, nunquam paternus amor amittitur: sic tamen, quod nollet, ut doleat, qui etiam invitus videtur dolore sanandus.*] Ecce videtis, quemadmodum tanti testimonio patris non persequatur coërcendo talia, sed diligat emendando tales semper Ecclesia. Eacite ergò etiam vos, quod scientes intentionem Christianitatis vestræ frequenter hortamur, & date operam, ut talia fieri ultra non liceat: sed etiam (quod vobis facillimum esse non dubito) hi, qui talia præsumpserunt, ad piissimum Principem sub digna custodia dirigantur. ¶ Recolere enim debet celsitudo vestra, quid per vos Deus fecerit tempore illo, quo Istriam, & Venetias tyranno Totilâ possidente, Francis etiam cuncta vastantibus, non ante tamen Mediolanensem Episcopum fieri permisistis, nisi ad clementissimum Principem exinde retulissetis, & quid fieri debuisset, ejus iterum scriptis recognovissetis: & inter ubique ferventes hostes, Ravennam tamen, & is, qui ordinabatur, & is, qui ordinaturus erat, providentiâ culminis vestri deducti sunt.

1 ¶ Insertus Chalcedonensi] *Actione quartâ Concilii Chalcedonensis, in epistola Archimandritarum ad ipsum Concilium pro rehabilitatione Dioscori, citatur canon quintus Concilii Antiocheni: & eodem ferè modo habetur in ea epistola, atq; hic refertur. Cum neutra tamen antiqua versione ipsius Concilii magnoperè concordat.*

2 ¶ Vel orationem] *In utroq; Concilio, id est, Antiocheno, prisca versionis, & Chalcedonensi legitur,* curationem. *Græce enim est,* ϰ μηκετι ἰαθηναι τυχειν.

C. XLIII. ¶ *Schismaticos, & hæreticos sæculi potestates coerceant.*

Idem *Narsæ patritio, & Duci in Italia.*

DE *d* Liguribus, atque Veneticis, & Histriis Episcopis quid dicam? quos idonea est excellentia vestra & ratione, & potestate reprimere, & dimittis eos in contemptum Apostolicarum sedium de sua rusticitate gloriari: cùm, si quid eos de judicio universalis Synodi, quod Constantinopoli per primam nuper elapsam indictionem actum est, forte movebat, ad sedem Apostolicam (quomodo semper factum est) electis aliquibus de suis, qui dare & accipere rationem possent, dirigere debuerunt, & non clausis oculis corpus Christi Dei nostri, hoc est, sanctam Ecclesiam lacerare. Nolite ergò dubitare hujusmodi homines principali vel judiciali auctoritate comprimere: quia regulæ *e* Patrum hoc specialiter constituerunt, ut si qua Ecclesiastici officii persona, cui subjectus est, restiterit, vel seorsum collegerit, aut aliud altare erexerit, seu schisma fecerit, iste excommunicetur, atque damnetur. Quòd si forte & hoc contempserit, & permanserit, divisiones & schisma faciendo, per Potestates publicas opprimatur. Ecce domine, quod *a* animus vester forte timidus est, ne persequi videaris, de Patrum vobis auctoritate hæc breviter dirigenda curavi, cùm mille alia exempla, & constitutiones sint, quibus evidenter agnoscitur, ut facientes scissuras in sancta Ecclesia, non solùm exiliis, sed etiam proscriptione rerum, & durâ custodiâ per publicas potestates debeant coërceri.

C. XLIV. ¶ *Ab Ecclesiæ unitate divisi, à sæcularibus potestatibus coërceantur.*

Item Pelagius.

QUali *b* nos de gloriæ vestræ studiis judicio gratulemur, non solùm vestram, sed multorum ac penè omnium credimus habere notitiam: & idcircò nunc de his, quæ vobis præsentibus ibi fieri stupemus, fiducialiter apud gloriam vestram duximus conquerendum. Thracius *c* siquidem, atque Maximilianus nomina tantùm Episcoporum habentes, & Ecclesiasticam ibi unitatem perturbare dicuntur, & omnes Ecclesiasticas res suis usibus applicare: in tantum ut contra unum eorum, id est, Maximilianum, usque ad nos per tam longum iter, necessitate compellente quidam infatigabiliter venientes, preces offerrent. Ob quam causam Petrum Presbyterum sedis nostræ, sed & Projectum notarium ad eadem loca duximus destinandos, ut ea, quæ canonicis statutis à prædictis Pseudoepiscopis compererint commissa, vel dignè debeant ibi ultione compescere, vel eosdem ad nos usque perducere. Et ideò salutantes paterno affectu gloriam vestram, petimus, ut præfatis, qui à nostra fede directi sunt, in omnibus præbeatis auxilium: nec putetis alicujus esse peccati, si hujusmodi homines comprimuntur. Hoc enim & divinæ, & humanæ *d* leges statuerunt, ut ab Ecclesiæ unitate divisi, & ejus pacem iniquissimè perturbantes, à sæcularibus etiam potestatibus comprimantur. Nec quicquam majus est, unde Deo sacrificium possitis offerre, quàm si id ordinetis, ut hi, qui in suam, & aliorum perniciem debacchantur, competenti debeant vigore compesci.

C. XLV. ¶ *Iniquitas prævorum, quamvis bonis proficiat, tamen punienda est.*

Idem Pelagius Papa *Ioanni Patritio.*

RElegentes *e* literas excellentiæ vestræ, de injuria quidem, quam vobis iniquorum hominum præsumptio ingessit, valdè doluimus. Sed quia scimus occulto Dei judicio animam vestram, etsi per aliorum iniquitatem, & superbiam, à contaminatione schismatis custoditam, egimus omnipotenti Deo gratias, qui etiam de malis hominum actibus bona operari consuevit. Nec enim sine illius providentia factum esse credendum est, ut insensati, & perversi homines ad hoc usque prosilirent, ut suam divisionem, catholicam esse credentes Ecclesiam, à sua vos pollutione prohiberent. Sic enim per misericordiam Dei etiam nescientibus illis hoc factum est, ut à Schismaticorum factione *f* eruti, catholicæ, quam diligitis, servari vos contigisset Ecclesiæ. Quamvis igitur vestra per illorum scelus utilitas facta sit, nolite tamen impunitam præsumptionē iniquorum hominum grassari permittere. Si enim hoc, quod in vestram gloriam præsumpserunt, non fuerit vindictâ compressum, quod in minoribus 1 non valeant puniri ambigi ultrà non debet. Exercete igitur in talibus debitam auctoritatem, & ne eis amplius talia committendi spiritus *g* crescat, vestris coërcitionibus reprimantur. Ad hoc siquidem Dei nutu etiam contra vos talia præsumpserunt, ut talia vobis corrigentibus ab eodem *h* scelere alios possitis, Deo propitiante, munire. Quales autem sint, qui Ecclesiâ fugiūt, Eufrasii vos scelera (quæ amplius occulta Deus esse

a *11. q. 3. si quis Presbyter.* b *Cap. 3. c. 24.* c *supra dist. 45. & qui emendat.* d *Anselm. lib. 6. c. 196. Polyc. l. 7. tit. 3. Deho schismate B. Gregor. l. 4. epist. 32. & lib. 7. indict. 2. epist. 10. & alibi. Supra proximo capite.* e *Conon. epist. 32. Antioch. 3.*

a *al. de quo animus.* b *Ans. l. 12. cap. 40. Polyc. ibidem.* c *al. Tertius.* d *al. mundana.* e *Ans. l. 12. c. 47. Polyc. ibid.* f *al. communione.* g *al. spes.* h *al. eorum.*

noluit) evidenter informant: qui in homicidio quidem nec hominis necessitudinem, nec fratris charitatem, nec sacerdotii reverentiam cogitavit. Incestuoso autem adulterio [a] etiam ipsius vindictæ abstulit modum: quia, si adulterium punias, non remanet, in quo vindicetur incestus. Si incestuoso ingeras pœnam, inultum crimen adulterii remanebit. Ecce, de quo collegio sunt, qui, quantùm ad supe biam suam, injuriam vobis inferre moliti sunt, & quantùm ad providentiam Dei, impollutos vos Ecclesiæ servaverunt. Auferte tales ab ista provincia, utimini oblatâ vobis à Deo opprimendi perfidos occasione. Quod tunc plenius fieri poterit, si auctores scelerum ad clementissimum Principem dirigantur, & maximè Ecclesiæ Aquilejensis invasor, qui & in schismate, & in eo [2] maledictus, nec honorem Episcopi poterit retinere, nec meritum.

1 ¶ Quòd in minoribus] *In aliquot vetustis, & apud Anselmum legitur*, quid in minoribus valeant, ambigi, &c.

2 ¶ In eo] *Anselmus habet*, & à schismatico maledictus.

C. XLVI. ¶ *In certamine, quod contra infideles geritur, quisquis moritur, cœleste regnum meretur.*

Item Nicolaus *exercitui Francorum.*

OMnium [b] vestrûm nósse volumus charitatem, quoniam quisquis (quod non optantes dicimus) in hoc belli certamine fideliter mortuus fuerit, regna illi cœlestia minimè negabuntur.

¶ *Ivo parte 16. c. 27. vers.* omnium vestrûm, *hoc idem citat ex epistola Leonis IV. ad exercitum Francorum, ubi etiam affert id, quod infrà, eâd. q. 3 c.* omni timore. *ex eodem Leone refertur.*

C. XLVII. ¶ *Non sunt homicidæ, qui adversùs excommunicatos zelo matris Ecclesiæ armantur.*

Item Urbanus II. *Godefredo Lucano Episcopo.*

EXcommunicatorum [c] interfectoribus (prout in ordine Ecclesiæ Romanæ didicistis) secundùm intentionem [1] modum congruæ satisfactionis injunge. Non enim eos homicidas arbitramur, quos adversùs excommunicatos zelo catholicæ matris ardentes, aliquos eorum trucidâsse contigerit. Ne tamen ejusdem Ecclesiæ matris disciplina deseratur, eo tenore, quem diximus, pœnitentiam eis indicito congruentem, quâ divinæ simplicitatis oculos adversùs se complacare valeant, si fortè quid duplicatis pro humana fragilitate in eodem flagitio incurrerint *d*.

1 ¶ Intentionem] *Ivo & Pannormia habent*, intentionem ipsorum: *sed ob glossam non est additum.*

C. XLVIII. ¶ *Pax Ecclesiæ mœstitiam consolatur perditorum.*

Item Augustinus *epistolâ 50. ad Bonifacium, de coërcendis hæreticis.*

QUis [e] enim nostrûm [1] velit aliquem illorum non solùm perire, verùm etiam aliquid perdere? Sed si aliter non meruit pacem habere domus David, nisi Absalon filius ejus in bello, quod gerebat contra patrem, fuisset extinctus, quamvis magnâ curâ mandaverat suis, ut eum, quantùm possent, vivum, salvumque servarent, ut esset cui pœnitenti paternus affectus ignosceret, quid ei restitit, nisi perditum flere, & sui regni pace acquisitâ, suam mœstitiam consolari?

1 ¶ Nostrûm] *Emendatum est ex B. Augustino, à quo parùm discordat Ivo. Antea apud Gratianum legebatur,* Quis enim vestrûm velit aliquem inimicorum suorum non solùm, &c.

Si ergò viri sancti, & publica potestates bella gerentes non fuerunt transgressores illius mandati, [Non occides:] *quantùs quisque flagitiosus dignâ morte perimerentur si miles sua potestate abutens, non esset reus homicidii; si ejus Imperio quemlibet flagitiosum interfecerit si homicidas, & venatorios punire non est effusio sanguinis, sed legum ministerium; si pax Ecclesiæ mœstitiam consolatur perditorum; si illi, qui zelo catholicæ matris accensi excommunicatos interficiunt, homicidæ non judicantur: patet, quid malos non solùm flagellari, sed etiam interfici licet. Sed quæritur, si contingat aliquos malos puniri ab his, qui non habent legitimam potestatem, an sint rei fusi sanguinis hi, per quos puniuntur?*

C. XLIX. ¶ *Aliquando puniuntur peccata per populos jussu divino excitatos.*

De his ita scribit Ambrosius *lib. 2. de Cain & Abel, cap. 4.*

REmittuntur peccata per Dei verbum, cujus Levites interpres, & quidam executor est. Remittuntur nam per officium Sacerdotis, sacrumque ministerium. Puniuntur quoque per homines; sicut per judices, qui potestate ad tempus utuntur. *& infrà.* ¶ Puniuntur peccata etiam per populos: sicut legimus, quia sæpè [a] ab alienigenis Dei jussu excitatis, propter divinæ maiestatis offensam, subactus [b] est populus Judæorum.

Hinc notandum est, quòd aliquando punit Deus peccata nescientes, aliquando per scientes. Per nescientes peccata punit, sicut [c] per Sennacherib, & per Nabuchodonosor, & per Antiochum, & per Principes Romanorum, & per innumeros Reges Gentium populum Israeliticum delinquentem aliquando afflixit, aliquando captivavit. Unde ipse Dominus ait per Prophetam: d [Virga furoris mei Assur: ipse autem non cognovit.] *Assur erat virga furoris Domini: quia per eum numerat gentes divina justitia flagellare disposuit. Ipse verò non cognovit: quia in superbiam elatus, voluntatem, quam executus fuerat, non divinæ potentiæ, sed suæ virtuti attribuit. Unde contra ejus superbiam Dominus loquitur, dicens:* e [Nunquid gloriabitur serra contra eum, qui secat in ea? aut nunquid exaltabitur securis contra eum, qui cædit in ea?] *Quibus similitudinibus satis perspicuè ostenditur, quòd sicut serra, & securis nec secare, nec cædere ligna possunt, nisi ab alio regantur, ac ideò contra regentes si superbire non debent: sic illi, per quos Deus punit, absque nutu divinæ dispositionis nihil agere valent: ac ideò contra regentem se superbire eis non licet. Taliter ergo quòd puniunt, Deo servire dicuntur: in eo autem quòd ignorantes & esse ministros iræ Dei, impiâ vanitate superbiunt, merentur vera sua superbia non effugiunt. Unde, cum Dominus diceret ad Prophetam de Nabuchodonosor,* [Quid f dabo ei pro labore, quo servivit mihi apud Tyrum?] *statim subjunxit:* [Da.] *locutus, datam sibi pronuntia.* [Ægyptũ & Æthiopiam.] *Cum autem in corde suo superbiens postea diceret:* g [Nonne hæc est Babylon, quam ego condidi in robore regni meiꝛ &c.] *statim immutavit Deus rationabilem mentem ejus, & induit eum feriali bestialitate, ut ab hominibus fugiens cum bestiis viveret. Per Antiochum h quoq; cùm idololatriam Judaica plebis Dominus punisset, & pacem, quam ex lege Dei abjecta, & ex sacrificiorum assumptis quærebant, illis in perniciem verteret, quia Dei dispositionem ignorans, sua facultati devastationem illius plebis attribuit, imprecatur in eum Propheta* i, *dicens:* [Effunde iram tuam in gentes, quæ te non noverunt, & in regna, quæ non invocaverunt nomen tuum: ne forte

a *al. in adulterio.* b *Ivo p. 10. c 57. Pannorm. lib. 2. cap. 30.* c *Ivo p. 10. c 54. Pann. l. c. 11.* d *al. contraxerint.* e *Ivo p. 10. c 59. 2. Reg. 11.*

a *Sæpè alienigenis.*] *orig.* b *subjectus*] *orig.* c *4. Reg. 21. 2. Mach. 5.* d *Esa. 10.* e *Esa. ibid.* f *Ezech. 29. paulò aliter, quàm in vulg. aut apud 70.* g *Dan. 4.* h *1. Mach. 2.* i *Psal.* dicant

dicant in gentibus, ubi est Deus eorum?] *Similiter, cum per Romanos peccatum mortis Christi Deus punire dereliquisset, urbis excidium, & Iudaicæ plebis miseram captivitatem suis viribus adscribere cœperunt: unde contra eos Propheta imprecatur, dicens,* a [Leva manus tuas in superbias eorum, quæ te oderunt.] *& qui multa malignè operati, monumenta sua victoria posuerunt in medio atrio tuo.* ¶ *Per scientes peccata puniuntur, sicut Deus per filios Israël voluit peccata punire Amorrhæorum* b, *& Chananæorum, & aliarum gentium: quarum terram Israëlitis possidendam dedit: quibus etiam præcepit* c, *ut nemini eorum parcerent, sed omnes morti traderent. Quod propter peccata eorum illis contigisse ex verbo Domini apparet: qui cùm diceret ad Abraham,* [Semini d tuo dabo terram hanc,] *veluti quæreret, quare non modo eam dat mihi? audivit,* [Nondum enim sunt peccata Amorrhæorum consummata.] *Quæ tunc intelliguntur fuisse consummata, cùm populus ille de Ægyptiaca servitute liberatus, terram eorum, sicut Abrahæ promissum fuerat, in hæreditatem accepit.* ¶ *Cum ergò sic divino jussu ad puniendum peccata populi excitantur, sicut populus ille Iudaicus est excitatus ad occupandum terram promissionis, & ad delendas gentes peccatrices, sine culpa noxius sanguis effunditur, & quæ ab eis male possidentur, an jus, & Dominum rite transeant bonorum. Cum verò occulto instinctu atque nuventur ad persequendos malos, sicut Sennacherib, & cæteri, qui populum delinquentem persecuti sunt, licèt occulto instinctu operante illorum meritu incitentur ad persequendum: tamen, quia prava intentione non peccata delinquentium punire, sed illorum bona rapere, vel sua ditioni subjicere quærunt, non sunt immunes à crimine. De quibus etiam notandum est, quòd aliquando excitantur ad puniendum peccata bonorum, ut tandem per bonos terrestres ipsi quoque puniantur: sicut in libro Iudicum legitur* e *de Iabin Rege Chananæorum, & de Madianitis: quòd propter idololatriam populi suscitavit eos Deus, ut Israël affligerent, & terram eorum occuparent. Cum autem populus Dei sub manibus eorum diutius afflictus peccatum suum recognosceret, & per pœnitentiam sibi Deum placaret, Dei præcepto, &* f *Barach, comitatus, Deboram Prophetissam uxorem Lapidoth, Iabin Regem Chananæorum, & Zizaram ducem exercitûs sui contrivit: & Gedeon Zebee, & Salmana Reges Madianitarum, & Oreb, & Zeb, duces eorum morti tradidit. Apparet ergò, quòd aliquando per legitimam potestatem gerentes, aliquando per populos divino jussu excitatos, mali pro peccatis suis non solùm flagellantur, sed etiam ritè perduntur. Nec est contrarium illud Augustini, quòd ad Marcellinum pro Circumcellionibus supplicans rogabat, ut verberibus eos coerceret, non morte perderet. Quamvis* g *enim supplicanda spatium vitæ eis reservari postulet, non tamen legum severitatem, quâ tales morte plectuntur, non observandam docuit.*

a *Psalm. 73.* b *Iosua 5. & 6.* c *Deuter 7.* d *Gen. 15.* e *Iud. 4.* f *Iud. 4.* g *sup. cùd. cap. 1.* h *Matt. 10.* i *Act. 9.* k *1. Cor. 15.*

QUÆSTIO VI.

QUòd autem quæritur, an mali sint cogendi ad bonum, facile apparet. Antiquos namque populus ille metu pœnarum ad observationem legis cogebatur. *In Evangelio* h *quoque Dominus ait discipulis suis:* [Nolite timere eos, qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere: sed potiùs eum timete,] *id est, ex in timore servite,* [qui potest animam & corpus perdere in gehennam.] *Paulus quoque cum Ecclesiam Dei persequeretur, in itinere vocatus* i *ad Deum converti coactus est. Unde se abortivo similem testatus est, dicens:* k [Novissimè autem omnium tanquam abortivo visus est & mihi.]

C. I. ¶ *Ecclesia malos debet cogere ad bonum, sicut Christus Paulum coëgit.*

Hinc Augustinus *scribit epist. 50. ad Bonifacium.*

SChismatici dicunt: cui *a* vim Christus intulit? quem coëgit? Ecce habent Paulum Apostolum. Agnoscant in eo prius cogentem Christum, & postea docentem: prius ferientem, & postea consolantem. Mirum est autem, quomodo ille, qui pœnâ corporis ad Evangelium coactus intravit, plus illis omnibus, qui solo verbo vocati sunt, in Evangelio *b* laboravit: & quem major timor compulit ad charitatem, ejus perfecta *c* charitas foras mittit timorem. Cur ergò non cogeret Ecclesia perditos filios, ut redirent, si perditi filii coëgerunt alios, ut perirent? Quamvis & illos, quos non coëgerunt, sed tantummodo seduxerunt, si per terribiles, sed salubres leges in ejus gremium revocentur, blandiùs pia mater amplectitur: & de illis multò ampliùs, quam de illis, quos nunquam perdiderat, gratulatur. ¶ An non pertinet ad diligentiam pastoralem, etiam illas oves, quæ non violenter ereptæ, sed blandè, leniterque seductæ à grege aberraverint, & ab alienis possidere cœperint, inventas ad ovile Dominicum, si resistere voluerint, flagellorum terroribus, vel etiam doloribus revocare? *Item infrà.* ¶ A Christo coactum ostendimus Paulum. Imitatur itaque Ecclesia in istis cogendis Dominum suum. Quæ priùs, ut neminem cogeret, expectavit, ut de fide Regum atque gentium prædictio *d* Prophetica compleretur. ¶ Etiam hinc enim non absurdè intelligitur illa Apostolica sententia, ubi beatus Paulus dixit: *e* [*Paratus ultiscì omnem inobedientiam, cùm completa fuerit prior vestra obedientia.*] ¶ Unde & ipse Dominus ad magnam cœnam suam priùs adduci jubet convivas, postea cogi. Nam, cùm ei servi sui respondissent, *f* [*Domine, factum est, quod jussisti, & adhuc locus est: exite,* inquit, *in vias & sepes, & quoscunque inveneritis, cogite intrare.*] In illis ergò, qui primò leniter adducti sunt, completa est prior obedientia: in istis autem, qui coguntur, inobedientia coërcetur. *Item infrà.* ¶ Si per potestatem *, quam per religionem ac fidem Regum tempore quo debuit, divino munere accepit Ecclesia, ii, qui inveniuntur in viis & sepibus, id est, in hæresibus & schismatibus, coguntur intrare, non quia coguntur, reprehendant, sed quò cogantur, attendant.

¶ *Initium hujus capituli apud B. Augustin. ibi de Donatistis agentem, sic habet:* Ubi est, quod isti clamare consueverunt, liberum est credere, cui vim, &c. *ut sup. cùd. q. 4.* quis nos. *vers.* cui vim.

C. II. ¶ *Variis modis errantes corripiuntur à Deo.*

Item *ad Donatistas, epist. 166.*

QUod *g* erraverat (inquit Dominus) non revocâstis, & quod pericrat, non requisistis.] Hoc vobis per nos ipse Deus facit; sive observando, sive minando, sive corripiendo, sive damnis, sive laboribus, sive per suas occultas admonitiones, vel visitationes, sive per potestatum temporalium leges.

C. III. ¶ *Non est considerandum, quòd quisque cogitur, sed quale sit illud, quo cogitur.*

Item *in epist. 48. ad Vincentium.*

VIdes, ut opinor, non esse considerandum, quòd quisque cogitur, sed quale sit illud, quo cogitur, utrùm bonum, an malum: non quòd quisque bonus possit esse invitus, sed timendo quod non vult pati, vel relinquit impedientem animositatem, vel ignoratam compellitur cognoscere veritatem, ut timens, vel respuat falsum,

a *Sup cùd. quæst. 4. quis nos. Ivo p. 10. cap. 19.* b *1. Corinth. 15.* c *1. Ioan. 4.* d *prædicatio] orig.* e *2. Cor. 10.* f *Luc. 14.* * *al. potestate sup. cùd. q. 4. ipsâ pietate. 4. si per potestatem.* g *Ivo p. 10. c. 64. Ezech. 34.*

de quo contendebat, vel quærat verum, quod nesciebat, & volens jam teneat, quod nolebat. *Item infrà.* ¶ Mea primitùs sententia erat, neminem ad unitatem Christi esse cogendum, verbo esse agendum, disputatione pugnandum, ratione vincendum, ne fictos Catholicos haberemus, quos apertos Hæreticos noveramus. Sed hæc opinio mea non contradicentium verbis, sed demonstrantium superabatur exemplis. Nam primò mihi opponebatur civitas mea, quæ cùm tota esset in partem Donati, ad unitatem Catholicam timore legum Imperialium conversa est: quam nunc videmus ita hujus vestræ animositatis perniciem detestari, ut in ea nunquam fuisse credatur. Ita aliæ multæ, quæ mihi nominatim commemorabantur, ut ipsis rebus agnoscerem, etiam in hac causâ rectè intelligi posse, quod scriptum est: *a* [*Da sapienti occasionem, & sapientior erit.*]

C. IV. ¶ *Onere pensionis rusticus ad Dominum converti cogatur.*

Item Gregorius *Iannario Episcopo Caralitano, lib. 3. epist. 26.*

IAm verò si rusticus tantæ perfidiæ & obstinationis fuerit inventus, ut ad Deum minimè venire consentiat, tanto pensionis onere gravandus est, ut ipsâ exactionis suæ pœnâ compellatur ad rectitudinem festinare.

Ex his omnibus intelligitur, quòd mali sunt cogendi ad bonum. Sed objicitur, quòd nemo est cogendus ad id, ad quod inutiliter cogitur. Ad bonum autem quisq; inutiliter cogitur, cùm Deus asseritur exacta servitia. Unde Apostolus b, *cùm ad eleemosynas Corinthios hortaretur, ait:* [Unusquisque, prout destinavit in corde suo, non ex tristitia, aut ex necessitate. Hilarem enim datorem diligit Deus.] *Unde datur intelligi, quòd qui invitus dat propter præsentem puderem, & rem, & meritum perdat. Item, cùm redderet causam, quare sumptibus abstineret, ait:* c [Si ex necessitate evangelizavero, non erit mihi gloria.] ¶ *Item,* [Si invitus evangelizavero, dispensatio mihi credita est. Si autem volens hoc ago, mercedem habeo apud Deum.] *Item cùm Galatis* d *scriberet legalia non esse tenenda, ait:* [Si Spiritu ducimini, non estis sub lege.] *Ex quo apparet eum, qui sub lege est, qui timore pœnæ, non amore justitiæ servit, non duci Spiritu Sancto: Si autem Spiritu Sancto non ducitur, Deo placere minimè valet.* ¶ *Item:* [Non e accepistis Spiritum servitutis iterùm in timore, sed accepistis Spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, abba pater.] *Ex quibus verbis datur intelligi, quòd, & si Veteri Testamento timore pœnæ homines cogebantur ad bonum, tamen in Novo Testamento sola libertate & delectione justitiæ sunt invitandi ad fidem. Unde illi dicuntur* f *servi, & filii ancillæ, pertinentes ad Ismael: isti dicuntur liberi & filii liberæ, pertinentes ad Isaac.* ¶ *Item Joannes in sua epistola:* g [Timor non est in charitate: sed perfecta charitas foras mittit timorem.] *Qui autem cogitur, timore illo ducitur, qui non est in charitate; qui manus compremit, non animum mutat; quo pœna timetur, non bonum diligitur. Ferre sine dilectione boni nullus Deo placere, vel in numero bonorum connumerari poterit. Unde, cùm Propheta* h *diceret:* [Animalia tua habitabunt in ea,] *scilicet hæreditate; offendens, quomodo ad ipsam habitationem perveniant, subdit:* [In dulcedine tua, quam tu præparâsti pauperi Deus:] *dulcedinem vocans, suavitatem boni operis, quâ bonum fit non timore pœnæ, sed delectatione justitiæ. Cùm ergo sine hac dulcedine animalia in hæreditate non habitent, patet, quod nemo, nisi inutiliter, ad bonum cogitur solo timore. Quicunque enim ad bonum cogitur, solo timore, non amore ducitur: non ergò sunt mali cogendi ad bonum.* ¶ *Hu ita respondetur. Si bonum, ad quod mali coguntur, semper inviti tolerarent, & nunquam voluntarii servirent, inutiliter cogerentur ad illud. Sed quia humana natura est, & ea, quæ in desuetudinem ducuntur, abhorrere, & consueta magnâ custodiâ diligere, flagella tribulationum mali sunt cohibendi à malo, & provocandi ad bonum: ut dum timore pœnæ malum in desuetudinem ducitur, abhorreatur: bonum verò ex consuetudine dulcescat. Unde Augustinus in Psal. 127.* a [Cùm per timorem i gehennæ continet se homo à peccato, fit consuetudo justitiæ, & incipit, quod durum erat, amari: & incipit excludi timor à charitate, & succedit timor castus, de quo hic dicitur: quo timemus, ne tardet sponsus, ne discedat, ne eo careamus. Ille utilis est, sed non permanet in æternum ut iste.]

i ¶ Cùm per timorem] *Locus hic potiùs convenit cum glossa ordinaria in eundem Psalmum: sunt tamen hic aliqua ex S. Augustino, quæ non sunt in glossa.*

a *Prov. 9.* b *2. Cor. 9.* c *1. Cor. 9.* d *Gal. 5.* e *Rom. 8.* f *Gal. 4.* g *1. Joan. 4.* h *Psal. 67.*

QUÆSTIO VII.

NUnc autem quæritur, an hæretici suis & Ecclesiarebus sint exspoliandi? & qui possident hæreticis ablata, an liceat possidere aliena?

C. I. ¶ *Res terrenæ non nisi divino vel humano jure tenentur.*

De his ita scribit Augustinus *ad Vincentium, epist. 48.*

QUicunque *b* vos ex occasione legis hujus Imperialis, non dilectione corrigendi, sed inimicandi odio persequitur, displicet nobis. Et quamvis res quæque terrena rectè à quoquam possideri non possit, nisi vel jure divino, quo cuncta justorum sunt, vel jure humano, quod in potestate est Regum terræ, (ideoque fidei res vestras appellatis, quas nec justè *c* possidetis, & secundùm leges Regum terrenorum amittere justi estis, iniquæque dicitis, nos eis congregandis laboravimus, cum scriptum legatis: [*Labores impiorum* 1 *justi edent.*] Sed tamen, quisquis ex occasione hujus legis 2, quam Reges terræ Christo servientes, ad emendandam impietatem vestram promulgaverunt, res proprias vestras utpidè appetit, displicet nobis. Quisquis denique res ipsas pauperum, vel Basilicas congregationum, quas sub nomine Ecclesiæ tenebatis (quæ omninò non debentur, nisi ei Ecclesiæ, quæ vera est Christi Ecclesia) non per justitiam, sed per avaritiam tenet, displicet nobis. Quisquis *e* pro aliquo flagitio vel facinore dejectum *f* à vobis 3 ita suscipit, sicut suscipiuntur, qui (excepto errore, quo à nobis separamini) sine crimine apud vos vixerunt, displicet nobis. Sed nec facilè ita monstratis: & si monstretis, nonnullos toleramus, quos corrigere vel punire non possumus: neque propter paleam relinquimus aream Domini: neque propter hæreses malos rumpimus retia Domini: neque propter hædos in fine segregandos deserimus gregem Domini: nedque propter vasa facta in contumeliam, migramus de domo Domini.

1 ¶ Labores impiorum] *Hunc sententiæ similis est, quod scribitur Prov. 13.* Θησαυρὸς ἁμαρτωλῶν δικαίοις κεῖται, *id est, ut infra, eâdem c.* quemadmodum. Thesaurizantur autem justis divitiæ impiorum. *Ubi vulgata habet,* custodietur justo substantia peccatoris. *Item, Esaiæ 61. scriptum est,* καὶ δώσω τὸν μόχθον αὐτῶν δικαίως, *cum autem dixisset,* ἐξαίφνης ἐλεύσεται ἀγαπητός. *Sapientiæ 10. legitur:* Ideò justi tulerunt spolia impiorum. *infra, eâd. c.* quemadmodum.

2 ¶ Hujus legis,] *In codice Theodosiano, lib. 16. tit. 5. sunt leges Honorii & Theodosii 42. 52. & 54. in quibus præcipitur ecclesiæ, prædia, & loca, quæ ad conventicula Donatistarum, vel aliorum hæreticorum antea pertinuerant, ab Ecclesiis Catholicis vendicari. Et ad has leges videtur spectare Aug. hic, & in tractatu 6. in Joannem (ut notavit etiam Augustinus, & in tractatu 6. in Joannem (ut notatum est Augustinus, & hic

3 ¶ Vobis] *Sic est emendatum ex vetustis codicibus, & originali, cùm in vulgatis, & hîc, & infrà 24. q. 1.* quisquis. *legeretur,* nobis. *Vox autem,* dejectum, *non est mutata ob glossam. Nam in vetustis hîc, & infrà cap. extate, & apud Ivonem, & in Originali est,* projectum.

C. II. ¶ *Catholici non idèo aliena possident, quia ab hæreticis ablata tenent.*

Item *contra literas Petiliani, lib. 2. cap. 43.*

SI *a* de rebus, vel locis Ecclesiasticis, quæ tenebatis, & non tenetis, querimini, possunt & Judæi se justos dicere, & iniquitatem nobis objicere: quia locum, in quo impiè regnaverunt, modò Christiani possident. Quid ergò indignum, si ea, quæ tenebant hæretici, secundùm patrem Domini voluntatem Catholici tenent? Ad omnes enim similes, id est, ad omnes impios & iniquos illa vox Domini valet: *b* [*Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti justitiam.*] An frustrà scriptum est: [*Labores impiorum justa edent?*] Quapropter magis mirari debetis, quòd adhuc tenetis aliquid, quàm quòd aliquid amisistis. *Item cap. 59.* Si qua jam præcisi *c* possidere cœpistis, quia vobis ablata nobis Dominus dedit, non idcò concupiscimus aliena: quia illius imperio, cujus sunt omnia, facta sunt nostra, & justè nostra sunt. Vos enim his utebamini ad præcisionem, nos ad unitatem. Alioquin & primo populo Dei possent illi objicere, alienæ rei concupiscentiam, qui divinâ potestate ab eorum facie, quia eâ terrâ malè utebantur, expulsi sunt: & ipsi Judæi, à quibus ablatum est regnum secundùm *d* verba Domini, & datum est genti facienti justitiam, possunt objicere alienæ rei concupiscentiam: quia Ecclesia Christi possidet *e*, ubi persecutores Christi regnabant.

C. III. ¶ *Res Ecclesiastica ab hæreticis injustè possidentur.*

Idem *epist. 50. ad Bonifacium.*

QUod *f* autem nobis objiciunt, quòd res eorum concupiscamus & auferamus, utinam Catholici fiant, & non solùm quæ dicunt sua, sed etiam nostra in pace nobiscum & charitate possideant. Usque adeò autem calumniandi cupiditate exæstuant, ut non attendant, quàm sint inter se contraria, quæ loquuntur. Ipsi certè dicunt, & invidiosissimè sibi conqueri videntur, quòd eos in nostram communionem violento legùm imperio coarctamus. Hoc utique nullo modo faceremus, si res eorum possidere vellemus. Quis avarus quærit compossessorem? Quis dominandi cupiditate inflammatus, vel fastu dominationis elatus, desiderat habere consortem? Ipsos certè attendant quosdam suos, jam nostros socios, & fraternâ nobis dilectione conjunctos; quemadmodum ea *g* teneant, non solùm, quæ habebant, sed etiam nostra, quæ non habebant: quæ tamen, si pauperum compauperes sumus, & nostra sunt, & illorum. Si *h* autem privatim, quæ nobis sufficiant, possidemus, non sunt illa nostra, sed pauperum, quorum procurationem quodammodò gerimus, non proprietatem nobis usurpatione damnabili vendicamus. Quicquid ergò nomine Ecclesiarum partis *i* Donati possidebatur, Christiani Imperatores legibus religiosis cum ipsis Ecclesiis ad Catholicam transire jusserunt. Cùm ergò nobiscum sint plebes earundem Ecclesiarum, nobiscum pauperes, qui de eisdem possessiunculis alebantur, ipsi potiùs foris positi desinant concupiscere aliena, sed intrent in unitatis societatem, ut pariter gubernemus non illa tantùm, quæ dicunt sua, verùm etiam quæ dicuntur & nostra. Scriptum *a* est enim: [*Omnia vestra: vos autem Christi, Christus autem Dei.*]

C. IV. ¶ *Qui à corpore Christi præciditur, spiritum justitiæ tenere non potest.*

Idem *in eadem epistola 50.*

QUemadmodum membrum, si præcidatur ab hominis vivi corpore, non potest tenere Spiritum vitæ: sic homo, qui præciditur de Christi justi corpore, nullo modo potest tenere Spiritum justitiæ, etiamsi figuram membri teneat, quam sumpsit in corpore. In *b* hujus ergò compagem corporis veniant, & labores suos non dominandi cupiditate, sed benè utendi pietate possideant. Nos autem voluntatem nostram, ut jam dictum est, ab hujus cupiditatis sordibus, quolibet inimico judicante, purgamus: quando eos ipsos, quorum labores dicuntur, ut nobiscum & illis, & nostris in societate catholica utantur, quantùm valemus, inquirimus. ¶ Sed hoc est, inquiunt, quod nos movet: si injusti sumus, quare nos quæritis? Quibus respondemus, quærimus vos injustos, ne permaneatis injusti: quærimus perditos, ut de inventis gaudere possimus, dicentes: *c* [*Mortuus erat frater, & revixit, perierat, & inventus est.*] Quare ergò me, inquit, non baptizas, ut me abluas à peccatis? Respondeo, quia non facio injuriam characteri Imperatoris, cùm errorem corrigo desertoris. Quare, inquit, apud te vel pœnitentiam non ago? Imò, nisi egeris, salvus esse non poteris. Quomodo enim gaudebis te esse correctum, nisi doleas te fuisse perversum? Quid ergò, inquiunt, apud vos, cùm ad vos transimus, accipimus? Respondeo, non quidem accipitis baptismum, qui vobis extra compagem corporis Christi inesse potuit, prodesse non potuit: sed accipitis *d* unitatem Spiritûs in vinculo pacis (sine qua nemo poterit videre Deum) & charitatem, quæ sicut scriptum *e* est, cooperit multitudinem peccatorum. *& supra.* ¶ Si autem consideremus, quod scriptum est in libro Sapientiæ *f*: [*Idèo justi tulerunt spolia impiorum.*] Item, quod legitur in Proverbiis: *g* [*Thesaurizantur autem justis divitiæ impiorum,*] tunc videbimus non esse quærendum, qui habeant res hæreticorum, sed qui sint in societate justorum. *Item post aliqua.* ¶ Si corpus Christi tollit spolia impiorum, & corpori Christi thesaurizantur divitiæ impiorum, non debent impii foris remanere, ut calumnientur, sed intrare potiùs, ut justificentur. *Item post aliqua.* ¶ In *h* Christi ergò compagem corporis veniant, & labores suos non dominandi cupiditate, sed benè utendi pietate possideant. Nos autem voluntatem nostram, ut jam dictum est, ab hujus cupiditatis sordibus, quolibet inimico judicante, purgamus: quando eos ipsos, quorum labores dicuntur, ut nobiscum & illis, & nostris in societate catholica utantur, quantùm valemus, inquirimus.

¶ *Antèa citabatur ex epistola ad Vincentium, in qua non habetur.*

Hic igitur auctoritatibus liquidò monstratur, quid ea, quæ ab hæreticis malè possidentur, à Catholicis justè auferuntur, nec idèo aliena possidere dicuntur.

QUÆSTIO VIII.

1 pr. DE *Episcopis verò, vel quibuslibet Clericis, quòd nec sua auctoritate, nec auctoritate Romani Pontificis arma arripere valeant, facilè probatur. Cùm enim Petrus, qui primus Apostolorum à Domino fuerat electus, materialem gladium exerceret, ut Magistrum à Judæorum injuria defensaret, audivit: i* [Converte gladium tuum in vaginam: omnis enim qui

a *Ivo p. 10. c 75.* b *Matth. 21. sup. c. proximè.* c *concisi*] *vers.* d *Psal. 134.* e *al. ibi præsidet.* f *Polyc. lib 7. tit. 1. Ansel. 12. cap. 59.* g *al. sua.* h *sup. 12. quæst. 1. si privatim.* i *al. partes Donati possidebant.*

a *1. Cor. 3.* b *infrà hoc eodem c. in fin.* c *Luc. 15.* d *Eph. 4.* e *Iac. 5.* f *Sap. 10.* g *Prov. 13. secundùm 70.* h *sup. hoc eod. c. non longè ab initio.* i *Matth. 26.*

gladium acceperit, gladio peribit:] *ac si apertè ei diceretur: hactenus tibi, tuisq; prædecessoribus inimicos Dei gladio corporali licuit persequi: deinceps in exemplum patientiæ gladium tuum, id est, tibi hactenus concessum, in vaginam converte: & tantùm spirituálem gladium, quod est verbum Dei, in mactatione veteris vitæ exere. Omnis enim præter illum, vel auctoritatem ejus, qui legitimè potestate utitur, qui, ut ait Apostolus a, non sine causa gladium portat, cui etiam omnis anima subdita esse debet, omnis, inquam, qui præter auctoritatem hujusmodi gladium acceperit, gladio peribit.* ¶ *Item Ambrosius:* b [Arma Episcopi lachrymæ sunt & orationes.] *Item illud Apostoli* *: [Non vosmetipsos defendentes charissimi,] *quamvis omnibus generaliter dicatur, specialiter tamen Prælatis dictum intelligitur.*

C. I. ¶ *De eodem.*

Unde Joannes Papa VIII. *Angelbergæ Imperatrici, excusans Ioannem Episcopum removeri de militia,*

dicit.

NImium c certè veretur, & jure formidat contra professionem sui ordinis secularem militiam exercere: terram defendere, de præliis tractare, de armis, terrenæ potestatis est.

¶ *Huic capiti & sequenti non est in vulgatis præpositum nomen Paleæ. Utrumque tamen cum deinceps sequens Paleæ absit à plerisq; vetustis exemplaribus.*

C. II. ¶ *De eodem.*

Item Innocentius Papa.

CUm à Judæis, inquit, Dominus caperetur, & Petrus cujusdam inobedientis aurem abscinderet, ferire prohibuit: & forma omnium Sacerdotum (quorum prior erat) etiam pro seipso capi arma carnalia prohibuit.

C. III. ¶ *De eodem.* PALEA.

[*Item* Ambrosius.]

NOn d pila quæruntur ferrea, non arma Christi milites.] Coactus repugnare non novi: sed dolor, fletus, orationes, lachrymæ fuerunt mihi arma adversùs milites. Talia enim munimenta sunt Sacerdotis. Aliter nec debeo, nec possum resistere: fugere autem, & relinquere Ecclesiam non soleo: servum Christi non custodia corporalis, sed Domini providentia sepire consuevit.

¶ *Initium hujus capitis, quod constat duobus dimetris jambicis, non est inventum. Reliqua habentur in libro 3. epistolarum, in oratione contra Auxentium, quamvis hic verba aliqua sint immutata. Nam apud B. Ambrosium habent ut infra, eád. c.* convenior. 4. quid ergò turbamini.

Hinc etiam de his, qui in bello, aut rixâ moriuntur, in Concilio Triburiensi *sic statutum est.*

C. IV. ¶ *Pro Clerico, qui in bello aut rixâ moritur, oratio vel oblatio non offeratur.*

1. QUicunque e Clericus aut in bello, aut in rixa, aut in Gentilium ludis mortuus fuerit, neque in oblatione, neque in oratione pro eo postuletur; sed in manus incidat judicis: sepulturâ tamen non privetur.

C. V. ¶ *Gradu amisso trádantur in monasterio Clerici voluntariè arma sumentes.*

Item ex Concilio Toletano IV. *c. 44. de Clericis arma ferentibus.*

CLerici f, qui in quacunq; seditione g arma volentes sumpserint, aut sumpserunt, reperti, amisso ordinis sui gradu in monasterium pœnitentiæ 1 tradantur.

1 ¶ Pœnitentiæ] *Sic legitur apud Anselmum, & in codicibus Conciliorum editis, & manuscriptis, quamvis in posterioribus editionibus Colonienſibus in margine sit adscriptum,* perenniter, *quemadmodum autèa apud Gratianum legebatur.*

C. VI. ¶ *Proprii gradûs amissione mulctentur militaria arma Clerici ferentes.*

Item ex Concilio Meldensi, *cap. 37.*

II. QUicunq; a ex Clero esse videntur, arma militaria non sumant, nec armati incedant: sed professionis suæ vocabulum religiosis moribus, & religioso habitu præbeant. Quòd si contempserint, tanquam sacrorum canonum contemptores, & Ecclesiasticæ sanctitatis profanatores proprii gradûs amissione mulctentur, quia non possunt simul Deo & sæculo militare.

2 pars. *Hic ita respondetur. Sacerdotes propriâ manu arma arripere non debent: sed alios ad arripiendum ad oppressorum defensionem, atq; ad inimicorum Dei oppugnationem cohortari.*

C. VII. ¶ *Pro Sarracenis Papa jubet populum congregari, & eis ad littus occurrere.*

Unde Leo IV. *scribit Ludovico* b *Augusto.*

IGitur c cùm sæpe adversa à Sarracenorum partibus perveniant nuntia, quidam in Romanum portum Sarracenos clàm, furtiveque venturos esse dicebant. Pro quo nostrum congregari præcepimus populum, maximumq; ad littus descendere decrevimus, & egressi sumus Româ.

¶ *Epistola Leonis IV. ex quibus hoc, & duo sequentia capita sunt accepta, non extant. In vetustis autem Pontificalibus, quod ad hæc capita videtur facere, legitur: cum magna Agarenorum classe ex Africa ad vastandam Romam solvisse nuntiaretur, Neapolitanos, Amalphitanos, & Cajetanos navibus Hostiam venisse, ut contra Agarenos pro defensione sancti Petri, & Romana urbe dimicarent. Quorum Principes Leo Papa ad se vocaverat, & cum eis multa tractárat. Atque ipsa prorsus verba, quæ ad hoc caput pertinent, sunt hæc.* Quos benignè in palatio Lateranensi susciens, causam, pro qua venerant, inquirit. Illi autem sè ob aliud non venisse testati sunt, nisi ut superius legitur exaratum. Quorum pius Apostolicus credulus verbis, cum magno exercitu, & armorum procinctu mox civitatem Hostiam properavit, omnesque cum gaudio susceptt. Illi autem videntes summum Pontificem, omnes osculari cœperunt pedes ejus. Summus autem Præsul Missam in Ecclesia B. Aureæ celebravit, omnibusque corpus Dominicum tradidit, atque orationem post perceptum corpus super eos donavit. Deus, cujus dextera B. Petrum ambulantem in fluctibus, ne mergeretur, erexit: & Coapostolum ejus Paulum tertiò naufragantem de profundo pelagi liberavit, exaudi nos propitius, & concede, ut amborum meritis horum fidelium tuorum brachia contra inimicos sanctæ tuæ Ecclesiæ dimicantia omnipotenti dexterâ tuâ corroborentur, & convalescant, ut de recepto triumpho nomen sanctum tuum in cunctis gentibus appareat gloriosum. Die verò altera, postquam prædictus Pontifex reversus est à jam prædicta civitate, ipsi sceleratorum socii, sive participes (scilicet Agareni) juxta littus maris Hostiensis multis cum navibus apparuerunt. Præfati autem homines super illos fabus apparuerunt. Præfati autem homines super illos facientes impetum, omnes superavêre orationibus Apostolorum, & sancti Præsulis.

C. VIII. ¶ *Ultor sui gregis Papa debet esse & præcipuus adjutor.*

Idem Leo.

SCire d vos oportet, quòd nunquam ab aliquibus nostros homines finimus opprimi: sed, si necessitas

a *Rom. 13.* b *Infrà, eád. non pila.* * *Rom. 12.* c *al Nimirum.* d *Polyc. l. 4. tit. 15.* e *Burch. l. 2. c. 243. Ivo p. 4. c. 301.* f *Anselm. l. 7. c. 187.* g *al. fallunt.*

a *Burchardus libr. 2. cap. 11. Ivo part. 6. cap. 228. Panorm.* b *alii. Lothario.* c *Ivo part. 12. cap. 82. libro 3. cap. 168.* d *Ivo part. 12. cap. 41. Panorm. lib. 2. Panorm. lib. 1. cap. 27.*

ulla

ulla a occurrerit, præsentialiter vindicamus: quia nostri gregis in omnibus ultores esse debemus, & præcipui adjutores.

C. IX. ¶ *Cœleste regnum à Deo consequitur, qui pro Christianorum defensione moritur.*

Item *exercitui Francorum.*

OMni b timore ac terrore depulso, contra inimicos sanctæ fidei, & adversarios omnium religionum agere viriliter studete. Novit enim omnipotens, si quilibet vestrûm morietur, quòd pro veritate fidei, & salvatione patriæ, ac defensione Christianorum mortuus est: & ideò ab eo præmium cœleste consequetur.

C. X. ¶ *Contra Longobardos, precibus Hadriani Papæ Carolus bellum suscepit.*

Item Alcuinus.

HOrtatu c, & precibus Hadriani Romanæ urbis Episcopi, exoratus Carolus Rex bellum contra Longobardos suscepit: quod priùs quidem & à patre ejus Pipino, Stephano Papâ supplicante, cum magna difficultate susceptum est.

¶ *Quod hîc refertur ex Alcuino, habetur in vita, & gestis Caroli Magni, per Eginardum scripta. In quo libro, & apud Ivonem pro voce,* hortatu, *legitur,* rogatu.

C. XI. ¶ *Judæos non debemus persequi, sed Sarracenos.*

Item Alexander Papa II. *omnibus Episcopis Hispaniæ.*

DIspar d nimirum est Judæorum & Sarracenorum causa. In illos enim, qui Christianos persequuntur, & ex urbibus, & propriis sedibus pellunt, justè pugnatur: hi verò ubique servire parati sunt.

C. XII. ¶ *Qui crimina, quæ potest emendare, non corrigit, ipse committit.*

Item Joannes VIII. *Domago e Duci glorioso.*

PRæterea f devotionis tuæ studium exhortamur, ut contra marinos latrunculos, qui sub prætextu tui nominis in Christicolas debacchantur, tanto vehementiùs accendaris, quantò illorum pravitate famam tui nominis obfuscatam fuisse cognoscis: quoniam licèt credi possit, quòd te nolente illi navigantibus insidientur; tamen, quia à te comprimi posse dicuntur, nisi eos compescueris, innoxius non habeberis. Scriptum quippe est: [*Qui crimina, cum* g *potest emendare, non corrigit, ipse committit.*]

C. XIII. ¶ *Crimen punire pro Deo, non est crudelitas, sed pietas.*

Item Hieronymus *ad Riparium contra Vigilantium.*

LEgi h Syromastem 1 Phinees, i austeritatem Helix, k zelum Simonis l Chananæi, Petri severitatem, m Ananiam & Sapphiram trucidantis, Paulique constantiam, qui Elymam n magnum viis Domini resistentem æternâ cæcitate damnavit. Non 2 est crudelitas crimina pro Deo punire, sed pietas. Unde & in lege o dicitur: [*Si frater tuus, & amicus, & uxor, quæ est in sinu tuo, depravare te voluerit à veritate, sit manus tua super eos, & effunde sanguinem eorum.*]

1 ¶ Syromastem] *B. Hieronymus Num. 25. & in c. 2 Malachiæ,* συρομάσθω, *pugionem interpretatur: tertio autem libro Reg. cap. 18. & lib 4. cap. 11. hastam, velut etiam Hesychius, qui ait,* συρομάσθω δὲ εἶναι τὸ δόρυ καὶ τὸ ξύστον.

2 ¶ Non est crudelitas] *In editione Romana legitur, non est crudelitas, pro Deo pietas. In Lugdunensi verò, non est crudelitas pro Deo, sed pietas: licèt tamen Gratiani non videatur rejicienda.*

C. XIV. ¶ *Quædam in Veteri Testamento licebant, quæ in Novo prohibentur.*

Item Joannes Chrysostomus *super Matthæum, homiliâ 17. ad c. 4.*

OCcidit a Phinees b hominem, & reputatum est illi ad justitiam. Abraham c verò non solùm homicida, sed etiam parricida (quod certè gravius est) effectus, magis Deo magisque complacuit. Petrus d geminum fecit homicidium: fuit tamen opus spirituale, quod factum est. Non sola igitur respiciamus opera, sed tempus, & causam, & voluntatem, & personarum differentiam, & quantacunque alia ipsis operibus acciderint, diligentissimè inquiramus. Non enim possumus ad veritatem aliter pervenire.

C. XV. ¶ *Necessitate instante, etiam in quadragesimalibus diebus bellum iniri licet.*

Item Nicolaus Papa *ad consulta Bulgarorum, cap. 46.*

SI e nulla urget necessitas, non solùm in quadragesimali tempore, sed omni est à præliis abstinendum. Si autem inevitabilis urget importunitas f, nec quadragesimali tempore pro defensione tam suæ, quàm patriæ, seu legum paternarum, est bellorum proculdubiò præparationi parcendum; ne videlicet Deum videatur homo tentare, si habet, quod faciat, & suæ, ac aliorum saluti consulere non procurat, & sanctæ religionis detrimenta non præcavet.

C. XVI. ¶ *Petrus Ananiam & Sapphiram increpando morti tradidit.*

Item Gregorius *in dialog. lib. 2. c. 30.*

PEtrus g, qui Tabitham mortuam orando suscitavit, Ananiam & Sapphiram mentientes morti increpando tradidit. Neque enim orâsse in eorum extinctione legitur, sed solummodò culpam, quam perpetraverant, increpâsse. Constat ergò, quòd aliquando hæc ex potestate, aliquando verò exhibentur ex postulatione; dum & istis vitam increpando abstulit, & illi reddidit orando.

C. XVII. ¶ *Beatus Gregorius quosdam hortatur, ut milites congregent, & contra hostes arma viriliter parent.*

Item *Veloci magistro militum, lib. 12. epist. 21.*

UT h pridem expressimus gloriæ vestræ, quia milites illuc erant parati venire: sed quoniam inimicos congregatos, & huc discurrere epistola vestra significaverat, hæc eos hic causa retinuit. Nunc verò utile est visum, ut aliquanti illuc milites transmittantur, quos gloria tua admonere, & hortari, ut parati sint ad laborem, studeat: & occasione inventâ cum gloriosis filiis nostris Mauricio & Vitaliano loquere, & quæcunque vobis Deo adjutore pro utilitate reip. statuerint, facite: & si huc, vel ad Ravennates partes, nec dicendum Ariulphum i cognoveritis excurrere, vos à dorso ejus ita, sicut viros decet fortes, laborate: quatenùs opinio vestra ex laboris vestri qualitate amplius in republica Deo auxiliante, proficiat. Illud tamen præ omnibus admonemus, ut familiam Maloin 1, & Adobin, Vigildi, atque Grussingi, qui cum glorioso Mauricio magistro militum esse noscuntur, sine aliqua mora, vel excusatione relaxes: quatenùs venientes illuc homi-

a al. illu. b *Pann. l. 3. c. 30.* c *Dimedidit l. 5 Ivo p. 10. c. 91. Pann. l. 8. c. 32.* d *Ivo p. 14. c. 114. Pann. l. 8. c. 20.* e *al. Hermanno.* f *Ivo p. 10. c. 70. Pann. l. 8. c. 20.* g *al. quæ.* h *Ivo p. 10. c. 70. Pan. l. 8. c. 21.* i *Num. 25.* k *4. Reg. 1.* l *Matth. 10. & Act. 3.* m *Act. 13.* n *Act. 13.* o *Deut. 13.*

a *Ivo p. 10. c. 85. Pann. l. 8. c. 18.* b *Numer. 25.* c *Genes. 22.* d *Author. 3.* e *Ivo p. 10. c. 53. Pann. l. 8. c. 37.* f *opportunitas,*] *orig. & Ivo.* g *Author. 9. & 5. Anselm. l. 13. c. 10. Ivo p. 10. c. 67. Pann. l. 8. c. 19.* h *Sic*] *orig. Polyc. l. 7. tit. 13. Anscl. l. 13. c. 6. Ivo p. 10. c. 30.* i *al. Arnulphum.*

nes, prædicti viri cum eis sine aliquo impedimento deheant ambulare.

1 ¶ Maloin,] *Hæc nomina sunt reposita, quemadmodum habentur in codicibus epistolarum impressis & manuscriptis. Antiqua autem exemplaria Gratiani, & à vulgatis, & inter se valdè hoc loco discrepant.*

C. XVIII.

Item *ejusdem Mauricio & Vitaliano. libr. 12. epist. 23.*

SUppliciter *a* gloriæ vestræ per filium nostrum Vitalianum, cum quo & tractaretis, & verbo, & scripto mandavimus. Undecimo autem die mensis Junii Ariulphus *b* hanc epistolam, quam vobis direximus, transmisit: & ideò relegentes eam videte, si in fide sua Suanenses, quam reip. promisère, perstiterunt: obsidesque dignos, de quibus possitis confidere, ab eis percipite: & insuper eos denuò 1 sacramentis obstringite, reddentes eis quod loco pignoris sustulistis, sermonibus vestris eos sanantes. Si autem manifestissimè cognoveritis, eos cum Ariulpho de sua subjectione *c* locutos fuisse, vel certè obsides ei dedisse, sicut nos Ariulphi epistola, quam vobis direximus, dubios reddidit, salubri consilio pertractantes, ne in aliquo anima vestra vel 2 nostra de sacramentis gravetur, quicquid utile reip. judicaveritis, peragite. Sed ita faciat gloria vestra, ut neque sit aliquid, unde possimus ab adversariis reprehendi *d*, neque in quo utilitatis reip. (quod Dominus avertat) negligatur. Præterea glorioſi filii estote soliciti; quia quantùm comperi, hostis 3 multitudinem habet collectam, & in 4 Marchia dicitur residere: & si huc cursum, Deo sibi irato, mittere voluerit, vos loca ipsius (quantùm vos Dominus adjuverit) deprædamini; aut certè sculpas *e*, 5 quos mittitis, solicitè requirant; ne dolens factum ad nos discurrat.

1 ¶ Denuò] *Abest hæc dictio à codicibus epistolarum exustis & manuscriptis: est tamen in vetustis etiam Gratiani, & apud Anselmum.*

2 ¶ Vestra vel] *Hæ duæ voces non sunt in codicibus epistolarum: sed apud Anselmum.*

3 ¶ Hostis] *In epistolis beati Gregorii partim legitur, hostem collectum habet: partim verò, hostis collectam habet. Apud Anselmum verò est, hostem collectam habet.*

4 ¶ In Marchia] *In epistolis impressis est, Narsinas: in uno autem manuscripto codice, Narnia.*

5 ¶ Sculpas,] *In plerisq; vetustis, sicut etiam in codicibus B. Gregorii impressis & manuscriptis legitur, scultas: quæ vox etiam apud Paulum Diaconum & alios scriptores significat exploratores, quod videtur etiam auctor glossæ.*

In regesto etiam legitur, quòd B. Gregorius civibus Tusciæ, ut contra Langobardos arma pararent, mandavit, & militaribus stipendia decrevit. Hoc ergo exemplo & præmissis auctoritatibus claret, quòd Sacerdotes, etsi propriâ manu arma arripere non debeant, tamen vel his, quibus hujusmodi officia commissa sunt, persuadere, vel quibuslibet, ut ea arripiant, suâ auctoritate valeant imperare.

3 pars. *Sed objicitur illud* Nicolai *ad Ludovicum & Carolum Reges.*

C. XIX. ¶ *Episcopi non debent militaribus occupari negotiis.*

REprehensibile *f* valdè constat esse, quod subintulisti, dicendo, majorem partem omnium Episcoporum die noctuque cum aliis fidelibus tuis contra piratas maritimos invigilare, ob idque Episcopi impediantur venire, cùm militum Christi sit Christo servire: militum verò sæculi sæculo, secundùm quod scriptum est, [*Nemo a militans Deo implicat se negotiis sæcularibus.*] Quòd si sæculi milites sæculari militiæ student; quid ad Episcopos & milites Christi, nisi ut vacent orationibus? *b*

¶ *Epistola, ex qua sumptum est hoc caput, extat Romæ in monasterio Dominicanorum, scripta Ludovico & Carolo Regibus, cujus initium est,* Credimus ex Dei dono, *in qua de Carolo, seipsum propriè ad ipsum convertens, quæritur Pontifex, ob quasdam excusationes, & hanc præcipuè, quia hoc capite continetur, nullos Episcopos Romam ad Synodum, quam ipse habere volebat, missos fuisse. Propterea mutatus est titulus, qui antea erat,* ad Carolum Imperatorem.

C. XX. ¶ *In mortem cujuslibet hominis Episcopi se misceri formident.*

Item Gregorius Papa *lib. 7. epistolâ primâ, ad Sabinianum.*

SI in morte Longobardorum me miscere voluisses, hodie Longobardorum gens nec Regem, nec Ducem, nec Comites haberet, atque in summa confusione esset divisa. Sed quia Deum timeo, in mortem cujuslibet hominis me miscere formido.

Ecce quod Nicolaus Papa prohibet Episcopos sæcularibus militiis occupari; nec etiam contra maritimos piratas permittit eos ad pugnam accedere. Quomodo ergo Leo Papa adversùs Sarracenos urbem egreditur, & ut eos procul à latere arceat, populum undiq; convocat, & suorum injurias præsentialiter vindicat, atque non Gregorio militet, ad arma invitat? Sed videndum est, quidam Episcopos Levitica tantùm portione esse contentos: qui, sicut in Dei sorte tantùm numerantur, sic ipsum Deum sibimetipsis in hereditatem accipiunt, dicentes: c [Dominus pars hæreditatis meæ.] *Hi nihil est commune cum Principibus sæculi, quia temporalia spiritùs abjiciunt, ne eorum occasione legibus Imperatorum obnoxii teneantur. Talibus nulla occasio relinquitur occupationis sæcularis militiæ; quia cùm de decimis & primitiis vivant, nunquam sibi summos Regis in omnes regnos aterrenos exaltatibus libere fari, aut dicere valeant:* [Venit d Princeps hujus mundi, & in nobis non habet quicquam.] *Porrò alii sunt, qui non tantùm decimis, & primitiis, prædia, villas, & oblata, & ecclesias possident; ex quibus Cæsari debent tributa, nisi Imperiali longitudine immunitatem ab hujusmodi præmuerint. Quibus à Domino dicitur:* [Reddite e quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo.] *Quibus idem Apostolus:* [Reddite omnibus debita, cui tributum, tributum; cui vectigal, vectigal.]

C. XXI. ¶ *Ecclesiæ Imperatoribus non sint obnoxiæ.*

Unde Ambrosius *ad Marcellinam sororem, epist. 33.*

COnvenior ipse à Comitibus & tribunis, ut Basilicæ fieret matura traditio, dicentibus Imperatorem jure suo uti, eò quòd in potestate ejus esset omnia. Respondi, si à me peteret, quod meum esset, id est, fundum meum, argentum meum, jus hujusmodi meum, me non refragaturum; quanquam omnia, quæ mea sunt, essent pauperum: verùm ea, quæ divina sunt, Imperatoriæ potestati non esse subjecta. Si patrimonium petitur, invadite; si corpus, occurram. Vultis in vincula rapere? vultis in mortem? voluptati est mihi, non ego me vallabo circumfusione populorum, nec altaria tenebo vitam obsecrans; sed pro altaribus gratiùs immolabor. Horrebam quippe animo, cùm armatos ad Basilicam Ecclesiæ occupandam missos cognoscerem; ne, dum Basilicam vendicant, aliqua strages fieret, quæ in perniciem totius vergeret civitatis: orabam, ne tanta urbis, vel potiùs totius Italiæ busto superviveret. &

---

a *Polyc. ibid. Anſel. l. 13. c. 2.* b *al. Arnulphus.* c *alii. subditione.* d *comprehendi,*] *orig.* e *al. saltus.* f *Ivo p. 5. cap. 334.*

a *2. Tim. 2.* b *al. orationi.*] *orig.* c *Psal. 15.* d *Ioan. 14.* e *Matt. 22. Rom. 13.* f *Ioh. 2.*

quod

quod verbum in Deum, & mortere :] nec solùm dic adversùs Deum, sed etiam fac adversùs Deum. Mandatur, trade altaria Dei. Urgemur igitur præceptis regalibus: sed confirmamur Scripturæ sermonibus, quæ respondit: [*Tanquam a una ex insipientibus locuta es.*] *Et in oratione contra Auxentium.* ¶ Quid *b* ergò turbamini? volens nunquam jus *c* deferam: coactus repugnare non novi, potero dolere, potero fieri, potero gemere: adversùs arma, milites Gothos *d* quoque; lachrymæ meæ mea arma sunt. Talia enim sunt munimenta Sacerdotis. Aliter nec debeo, nec possum resistere. *& paulo inferius.* ¶ Utinam essem securus, quòd Ecclesia hæreticis minimè traderetur: ad palatium Imperatoris irem libenter, si hoc congrueret Sacerdotis officio, ut in palatio magis certarem, quàm in Ecclesia. Sed in consistorio non reus Christus solet esse, sed judex. Causam fidei agendam in Ecclesia quis abnuat? Si quis confidit, huc veniat. *& in eadem epistola ad Marcellinam.* ¶ Allegatur, Imperatori licere omnia, ipsius esse universa. Respondeo. Noli te gravare, Imperator, ut putes te in ea, quæ divina sunt, Imperiale aliquod jus habere: noli te extollere, sed si vis diutiùs imperare, esto Deo subditus. Scriptum est *e*: [*Quæ Dei, Deo; quæ Cæsaris, Cæsari.*] Ad Imperatorem palatia pertinent, ad Sacerdotem Ecclesiæ. Publicorum tibi mœnium jus commissum est, non sacrorum. Iterùm dicitur, mandâsse Imperatorem, debeo & ego unam basilicam habere. Respondi, non licet tibi illam habere. Quid tibi cum adultera? Adultera est enim, quæ non est legitimo Christi conjugio copulata. *Et in eadem oratione contra Auxentium.* ¶ Nabuthe sanctum virum, possessorem vineæ suæ scimus interpellatum petitione regiâ, ut vineam suam daret, ubi Rex succisis vitibus olus vile sereret, eumque respondisse, *f* [*Absit, ut ego Patrum meorum tradam hæreditatem.*] Regem contristatum esse, quòd sibi esset alienum jus relatione justâ negatum: sed muliebri consilio deceptum 1, morte in agrum venisse. Sanctus enim Nabuthe vites suas vel proprio cruore defendit. Si ille vineam non tradidit suam, nos trademus Ecclesiam Christi? Quid igitur à me responsum est contumaciter? Dixi enim conventus, absit à me, ut tradam Christi hæreditatem. Si ille Patrum hæreditatem non tradidit, ego tradam Christi hæreditatem? sed & hoc addidi, absit, ut tradam hæreditatem Patrum, hoc est, Dionysii, qui in exilio causâ fidei defunctus est, hæreditatem Eusebii confessoris, hæreditatem Myrotelis, atque omnium retrò fidelium Episcoporum. Respondi ego, quod Sacerdotis est. Quod Imperatoris est, facit Imperator. Prius est, ut animam mihi, quàm fidem auferat. *& infrà.* ¶ Tributum Cæsaris est, non negatur. Ecclesia Dei est. Cæsari utique non debet adjici: quia jus Cæsaris esse non potest templum Dei. Quod cum Imperatoris honorificentia dictum nemo potest negare. Quid enim honorificentius, quàm ut Imperator Ecclesiæ filius esse dicatur? Quod cùm dicitur, sine peccato dicitur, cum gratia dicitur. Imperator enim bonus intra Ecclesiam est, non supra Ecclesiam. Bonus enim Imperator quærit auxilium Ecclesiæ, non refutat. *Et supra in eadem oratione.* ¶ 2 Si de meis aliquid posceretur, aut fundus, aut domus, aut aurum, aut argentum, id quod mei juris esset, respondi me libenter offerre: templo Dei nihil posse decerpere, nec tradere illud, quod custodiendum, non tradendum acceperim. Deinde consulere me etiam Imperatoris saluti, quia nec mihi expediret tradere, nec illi accipere. Accipiat enim vocem liberi Sacerdotis, si vult sibi esse consultum: recedat à Christi injuria. Hæc pleræ humilitatis sunt, &, ut arbitror, plena affectûs ejus, quem Imperatori debet Sacerdos.

a *Iob ibid.* b *Pobye lib. 4. tit. 11.* c *al. vet.* d *Sup. dist. nonpila.* e *Matth. 22.* f *3. Reg. 21.*

¶ *Caput hoc collectum est ex variis locis epistolæ ad Marcellinam, & orationis contra Auxentium de basilicis non tradendis, ut suis locis notatum est, indultis prioribus stationibus, quæ erant, & infrà, atq; ex iisdem locis multa sunt emendata.*

1 ¶ Deceptum,] *In originali statim post hoc verbum sequitur,* Nabuthe vites suas.

2 ¶ Si de meis] *Aptatus est hic locus, quantùm licuit, ex originali.*

C. XXII. ¶ *De suis exterioribus Ecclesia solvunt tributa.*

Item Urbanus Papa.

TRibutum *a* in ore piscis, piscante Petro, inventum est: quia de exterioribus suis, quæ palàm cunctis apparent, Ecclesia tributum reddit. Non autem totum piscem jussus est dare, sed tantùm stateram, qui in ore ejus inventus est, quia non Ecclesia dari Imperatori, non Pontificalis apex, qui in ore capitis Ecclesiæ præminet, subjici potest Regibus: sed sanè, ut diximus, quod in ore piscis invenitur, pro Petro & Domino dari jubetur, quia de exterioribus Ecclesiæ, quod constitutum antiquitùs est, pro pace & quiete, quâ nos tueri & defensare debent, Imperatoribus persolvendum est.

4 pars. *Quamvis etiam hujusmodi non videantur Imperialibus exactionibus subjectendi. Nam, cùm tempore famis cunctorum Ægyptiorum terram sibi emeret Pharao, atque sub eadem fame sua servituti cuncta subjiceret, Sacerdotalibus* b *ita necessaria subministravit, ut nec possessionibus, nec libertate mutarentur, Domino extunc pronuntiante, Sacerdotes in omni gente liberos esse oportere.*

C. XXIII.

Unde Constantius & Constans *c* hanc immunitatem dederunt Ecclesiæ, decentes.

IN qualibet *d* civitate, in quolibet oppido, vico, castello, municipio, quicunque voto Christianæ religionis *e* meritum eximiæ, singularisque virtutis omnibus intimaverit, securitate perpetuâ potiatur. Gaudere enim & gloriari ex fide semper volumus, scientes, magis religionibus, quam officiis, & labore corporis, vel sudore nostram rempublicam contineri. [Gratianus *f* quoque, Valentinianus, & Theodosius decreverunt, dicentes:] Universos quos constituerit custodes Ecclesiarum esse, vel sanctorum locorum, ac religiosis obsequiis deservire, nullius attentationis molestiam sustinere decernimus. [Imperator Justinianus *g*.] Sancimus res ad venerabiles Ecclesias, vel xenones, vel monasteria, vel ptochotrophia, vel brephotrophia, vel orphanotrophia, vel gerontocomia, vel denique aliud tale consortium descendentes ex qualicunque curialis liberalitate, sive inter vivos, sive mortis causâ, sive in ultimis voluntatibus habita, à luctativorum inscriptionibus liberas esse, & immunes; lege scilicet, quæ super hujusmodi inscriptionibus posita est, in aliis quidem personis suum robur obtinente: in parte autem Ecclesiastica, vel aliarum domuum, quæ hujusmodi piis consortiis deputatæ sunt, suum vigorem pietatis intuitu mitigante.

C. XXIV. ¶ *De agro Ecclesiastico Presbyter non cogatur censum persolvere.*

Hinc etiam in Parisiensi Concilio *legitur.*

SEcundum *h* canonicam auctoritatem & constitutionem Domini Imperatoris Ludovici de Ecclesiastico agro, & manso, & de mancipiis, quæ ipse suis capitulis 1 constituit, vel si quilibet pro loco sepulturæ aliquid largitus Ecclesiæ fuerit, de decimis 2 etiam, & oblationibus fidelium nullus quemquam Presbyterorum aliquem censum persolvere cogat, nec quisquam

a *Matth. 17.* b *Genes. 47.* c *Codic. Theodosian. libro 16. tit. 2. l. 16.* d *Anselm. lib. 4. cap. 14.* e *al. legis.* f *Ibid. l. 26.* g *Cod. lib. 1. tit. de sacrosanct. Eccles. l. 11.* h *Burch. lib. 3. cap. 52. Ivo p. 3. c. 54. & c. 85.*

cujuslibet ordinis, vel dignitatis exinde quicquam subtrahat, aut redhibitionem quamcunq; exigat temporalem. Quod si fecerit, communione usq; ad satisfactionem privetur, & regiâ potestate dare ‡ cogatur.

¶ *Burchardus & Ivo p.3. c.56. simile quiddam citant ex Concilio Meldensi, c.8. verum idem Ivo eâdem parte c.175. hoc idem affert ex Concilio Parisiensi, in quo videtur innovatum, quod nunc extat in Concilio Meldensi, c.63.*

1 ¶ Capitulis] *Videtur significari caput proximè sequens, quod est lib.1. Capitularium, c.91.*

2 ¶ De decimis] *In dicto capite 63. Concilii Meldensis, & apud Ivonem, c.175. legitur,* neque de decimis, & oblationibus fidelium cuiquam Presbytero aliquem censum, &c. *Ivo tamen c.16. habet ut Gratianus.*

3 ¶ Dare cogatur.] *In Concilio est,* hoc emendare legaliter cogatur. *Ivo tamen ut Gratianus: Burchardus verò habet tantum usq; ad verb.* privetur.

C. XXV.

Item ex Concilio Wormacienſi, *a c.30.*

SAncitum *b* est, ut unicuique Ecclesiæ unus mansus integer absque ullo servitio attribuatur: & Presbyteri in eis constituti non de decimis, neque de oblationibus fidelium, non de domibus, neque de atriis, vel de hortis juxta Ecclesiam positis, neque de præscripto manso aliquod servitium faciant præter Ecclesiasticum. Et si aliquid amplius habuerint, inde majoribus *c* suis debitum servitium impendant.

¶ *Abest caput hoc à plerisque vetustis exemplaribus, habetur tamen locis indicatis.*

Hinc datur intelligi, quòd de his, quæ Imperiali beneficio, vel à quibuslibet pro beneficio sepulturæ Ecclesiæ possidet, nullius juri, nisi Episcopi, teneatur adstricta. De his verò, quæ à quibuslibet emerit, vel vivorum donationibus acceperit, Principibus consueta debet obsequia, ut & annua eis persolvat tributa, & convocato exercitu cum eis proficiscatur ad castra. Quod tamen hoc ipsum non sine consensu Romani Pontificis fieri debet.

C. XXVI.

¶ *Absque auctoritate Romani Pontificis ad comitatum Episcopi proficisci non audeant.*

Unde Gelasius Papa *Elpidio Episcopo.*

QUo *d* ausu, quâ temeritate rescribis, Ravennam te parare proficisci, cùm canones evidenter præcipiant, nullum omninò Pontificum, nisi nobis antè visis, atque consultis, ad comitatum debere contendere? Quemadmodum tibi putas licere, quod non licet: nisi, quòd hoc officio carere festinas, quo his excessibus te ostendis indignum?

1 ¶ Contendere?] *In Polycarpo hæc sequuntur:* Quod cùm longævi vel ætate, vel honore Pontifices Fistoriensis, Lucensis & Fesulanus nuper monstrentur fecisse; tu qui paucorum dierum fungi Sacerdotio videris, quemadmodum, &c.

C. XXVII.

¶ *Absq; Metropolitani consilio, vel provincialium Episcoporum ad Imperatorem Episcopi non pergant.*

Item ex Concilio *e* Antiocheno, *c.11.*

SI *f* quis Episcopus, aut Presbyter, vel omnis omninò, qui est sub Ecclesiastica regula constitutus, præter consilium, vel literas eorum Episcoporum, qui sunt intra provinciam, & maximè Metropolitani ad Imperatorem perrexerit: hunc abdicari & ejici non solùm de communione debere, sed etiam propriâ dignitate privari decernimus *g* tanquam molestum, & importunum Imperialibus auribus contra Ecclesiastica constituta.

Reprehenduntur à ergò Gallicani Episcopi à Nicolao quoniam Apostolicâ auctoritate contemptâ potius arma sequi elegerint, quam Apostolico consultui sese representarent. Quanquam profectionem ad comitatum possunt intelligi, non secuti Imperatorem, ut armis auxilientur, sed ipsum cum exercitu suo quotidianis orationibus Deo commendent. Inquo casu auctoritas illa Sardicensis Concilii sequi videtur: in cujus editavo capite Osius *Episcopus dixisse legitur.*

C. XXVIII.

¶ *Qui à religiosis Imperatoribus vocati Episcopi non fuerint, ad comitatum non proficiscantur.*

SI *b* vobis, fratres charissimi, placet, decernite, ne Episcopi ad comitatum *c* accedant, nisi forte hi, qui à religiosis Imperatoribus 1 vel invitati, vel vocati fuerint. Sed quoniam sæpe contingit, ut ad misericordiam Ecclesiæ confugiant, qui injuriam patiuntur, & qui peccantes in exilium, vel in insulas damnantur, aut certè quamcunque sententiam suscipiunt: ideò subveniendum est his, & sine dubitatione eis est petenda per Ecclesiam indulgentia.

¶ *Hoc capitulum ferè iisdem verbis habetur in collatione Isidori, & codice canonum, nec longè discrepat à sententia Græci canonis.*

1 ¶ A religiosis Imperatoribus] *Horum loco in collatione Isidori, & codice canonum legitur,* religiosis Imperatoris literis: *itemq; Græcè,* παρὰ τῶν τοῦ εὐσεβοῦς βασιλέως ἡμῶν τῆς οἰκείας χειρὸς γραμμάτων.

Licet ergò Prælatis Ecclesiæ exemplo beati Gregorii d ad Imperatoribus, vel quibuslibet ducibus defensionem fidelium pergere. Licet etiam cum beato Leone e quoslibet ad fidei defensionem contra adversarios sanctæ fidei viriliter adhortari, atq; ad vim fidelium procul arcendam quoslibet excitare. Effusionem verò sanguinis nulli Episcoporum suâ, vel Imperatorum auctoritate imperare licet.

C. XXIX.

¶ *Sacerdotes ibi consentiant fieri judices, ubi jurejurando indulgentia promittitur.*

Unde in Toletano Concilio IV. *c.31. legitur.*

f SÆpe *f* Principes contra quoslibet majestatis obnoxios Sacerdotibus negotia sua committunt. Quis *g* verò Christo ad ministerium salutis electi sunt, ibi consentiant Regibus fieri judices, ubi jurejurando supplicii indulgentia promittitur, non ubi dissimilis sententia præparatur. Si quis ergò Sacerdotum contra hoc commune consultum discutior in alienis periculis exiterit, sit reus effusi sanguinis apud Christum, & apud Ecclesiam perdat proprium gradum.

C. XXX.

¶ *Non debent agitare judicium sanguinis, qui sacramenta Domini tractant.*

Item ex Concilio Toletano XI. *c.6.*

HIs, *h* à quibus Domini sacramenta tractanda sunt, judicium sanguinis agitare non licet. Et ideò magnoperè talibus *i* excessibus prohibendum est: ne indiscretæ præsumptionis motibus agitati, aut quod morte plectendum est, sententiâ propriâ judicare præsumant; aut truncationes quibuslibet personis per se inferant, aut inferendas præcipiant. Quòd si quisquam immemor horum præceptorum, aut in Ecclesiæ sua ti-

a *Ext. de censibus, c. sanctum.* b *Capitul. l.1. c.91. Burch. lib.3.c.52. Ivo p.3.c.55. & p.16 c.292.* c *al. sententiosus*] vera lectio. d *Ansel.l.6.c.111 Deusdedit l.1.c.39. Polyc l.1. tit.17.* e *Et in Aquisgr. c.72.* f *Ansel. lib.6. c.124. Burch.l.2. c.177. Ivo p.6. cap.266.* g *abest ab orig.*

a *Sup. eâd. reprehensibile.* b *Ansel.l.6.c.120. Polyc.l.4. tit.15.* c *συνοδικόν.* d *Sup. eâd. ut prædem.* e *Sup. eâd. ignor.* f *Burch. l.2.c.149. Ivo p.6.cap.222.* g *Et quæ Sacerdotes] ornat.* h *Rab. in præsat. c.30. Burch.l.1.c.201. Ivo part 4 c.47.* i *al. tales excessus prohibendos.*

militia,

militis, aut in quibuslibet personis tale aliquid fecerit, concessi ordinis honore privetur, & loco: sub perpetuo quoque damnationis tenetur ergastulo religatus. Cui tamen communio exeunti ex hac vita non est neganda propter Domini misericordiam; qui *a* non vult peccatoris mortem, sed ut convertatur, & vivat.

Cæteri etiam absq; judiciali auctoritate membrorum truncationes, & domorum incendia facere prohibentur.

C. XXXI. ¶ *Membra detruncans, domos incendens, absq; judiciali auctoritate excommunicetur.*

Unde in decretis Eutychiani Papæ.

SI *b* quis membrorum truncationes, aut domorum incendia fecerit, sive *c* facere jusserit, aut facienti consenserit, quousque de his unicuique legaliter, & amicabiliter coram Episcopo civitatis, aliisque civibus non emendaverit, ab Ecclesia se privatum agnoscat. Si verò post *d* secundam & tertiam conventionem cuncta, in quibus arguitur, non emendaverit, tanquam ethnicus & publicanus ab omni Christianorum collegio *e* separetur.

6 pars. *De incendiariis quoq;* Innocentius II. *in universali* f *Concilio, c.1. generaliter constituit, dicens.*

C. XXXII. ¶ *Domos incendens gratiâ vel odio alicujus, excommunicetur.*

PEssimam *g* siquidem, & depopulatricem, & horrendam incendiariorum malitiam auctoritate Dei, & beatorum Apostolorum Petri & Pauli omninò detestamur, & interdicimus. *& infrà.* ¶ Si quis ergò post hujus nostræ prohibitionis promulgationem malo studio, sive pro odio, sive pro vindicta ignem apposuerit, vel apponi fecerit, aut appositoribus consilium vel auxilium scienter tribuerit, ex communicetur: & si mortuus fuerit incendiarius, Christianorum careat sepulturâ, nec absolvatur, nisi priùs damno, cui intulit, secundum facultatem suam resarcto, juret se ulterius ignem non appositurum. Pœnitentia autem ei detur, ut Hierosolymis, aut in Hispania in servitio Dei per annum integrum permaneat. Si quis autem Archiepiscopus, vel Episcopus hoc relaxaverit, damnum restituat, & per annum ab officio Episcopali abstineat. Sanè Regibus & Principibus faciendæ justitiæ facultatem, consultis Episcopis & Archiepiscopis, non negamus.

C. XXXIII. ¶ *Homicida est, qui publicam functionem non habens aliquem occidit, vel debilitat.*

Item Augustinus *in libro de civitate Dei.*

QUicunque *h* percutit malos in eo quòd mali sunt, & habet 1 causam interfectionis, minister Dei est. Qui verò sine aliqua publica administratione maleficum, furem, sacrilegum, & adulterum, perjurum, vel quemlibet criminosum interfecerit, aut truncaverit, vel membris debilitaverit, velut homicida judicabitur, & tantò acriùs, quantò non sibi a Deo concessam potestatem abusivè usurpare non timuit.

¶ *Prima pars hujus capituli usq; ad vers.* Qui verò, *citatur suprà, câd. q.5.* qui malos. *ex Commentariis B. Hieronymi in Ezechielem, ubi etiam habetur.*

1 ¶ Et habet causam] *Suprà eâd. q.1.* qui malos. *& apud B. Hieronymum, & in glossa ordinaria, Pannormia, apud Ivonem part.10. cap.114. legitur,* habet vasa. *Exponuntur enim illa Ezechielis verba,* Unusquisque vas interfectionis habet, *sed apud Burchardum & Ivonem eâdem part. c.171. legitur ut apud Gratianum.*

7 pars. *De his autem, qui simul hominem vulnerant, quæritur, si ille mortuus fuerit, quis eorum homicidii reatum incurrat?*

a Ezech.33. b Polyc.l.6.tit.15. Burch.l.11.c.30. Ivo p.13.c.40. c vel] Burch. d Matth.18. e al. consortio. f & in Conc. Rhemensi sub Eugenio II. c.18. g Pann.l.8.c.174. h Burch. l.6.c.43. Ivo p.10.c.114. & 171. Pann.l.8.c.51.

C. XXXIV. ¶ *Si plures contra unum ruunt, quâ pœnâ quisq; eorum feriatur.*

De his ita statutum est in Concilio apud Vermeria.

SI *a* quatuor aut quinque homines, seu etiam plures contra unum hominem rixati fuerint, & ab his vulneratus, mortuus fuerit, quicunque eorum plagam ei imposuit, secundùm statuta canonum, ut homicida judicetur: reliqui autem, qui eum impugnabant, volentes eum interficere, similiter pœniteant. Qui verò nec eum impugnabant, nec vulnerabant, nec consilio, nec auxilio cooperatores fuerunt, sed tantùm adfuerunt, extra noxam sint.

CAUSA XXIV.

VIdam Episcopus in hæresim lapsus aliquos de Sacerdotibus suæ officio privavit, & sententiâ excommunicationis notavit. Post mortem de hæresi accusatus damnatur, & sequaces ejus cum omni familia sua.

1 *Hic primum quæritur, an lapsus in hæresim possit aliquos officio privare, vel sententia notare?*
2 *Secundò, an post mortem aliquis possit excommunicari?*
3 *Tertiò, an pro peccato alicujus tota familia sit excommunicanda?*

QUÆSTIO I.

QUòd autem ab hæretico aliquis deponi, aut excommunicari non possit, facile probatur. Omnis enim hæreticus aut jam damnatam hæresim sequitur, aut novam confingit. Qui verò hæresim damnatam sequitur, ejus damnationis se participem facit.

Unde cum Achatius absq; Synodali auctoritate ab Apostolico se damnatum quereretur, contra Gelasius *scribit, dicens.*

C. I. ¶ *Qui in jam damnatam hæresim labitur, ejus damnationis se participem facit.*

I. ACchatius non est factus inventor novi erroris, sed veteris imitator: atque ideò non erat necessarium, ut adversùs eum nova sententia prodiret, sed antiqua tantummodò renovaretur. Factus sum itaque executor veteris constituti, non promulgator novi. Quicunque enim in hæresim semel damnatam labitur, ejus damnatione seipsum involvit.

¶ *Sententia hujus capituli est eadem cum sententia capitis paulo post sequentis, id est,* Achatius. *quamvis verba discrepent.*

C. II. ¶ *Non est retractandum, quod semel Synodus statuit contra unamquamq; hæresim.*

Idem Gelasius *in epistola ad Episcopos Dardaniæ.*

MAjores *b* nostri divinâ inspiratione cernentes necessariò præcaverunt, ut quod contra unamquamque hæresim coacta semel Synodus pro fidei *c* communione & veritate Catholica atque Apostolica promulgâsset, non sinerent novis posthæc retractationibus mutilari: ne pravis occasio præberetur, quæ medicinaliter fuerant statuta, pulsandi, sed auctore cujuslibet insaniæ, ac pariter errore damnato, sufficere judicaverunt, ut quisquis aliquando hujus erroris communicator existeret, principali sententiâ damnationis ejus esset obstrictus *& infrà.* ¶ Sic Sabellium damnavit Synodus: nec fuit necesse, ut ejus sectatores postea damnarentur, singulas viritim Synodos celebrari: sed pro tenore constitutionis antiquæ cunctos, qui vel pravitatis illius, vel communionis extitêre participes, uni-

a Burch.l.6.c.42. Ivo part.10. c.170. b Polyc. lib.7. tit.39. c al. fide.

versalis Ecclesia duxit a esse refutandos. Sic Arium, Eunomium, Macedonium, Nestorium, Synodus semel gesta condemnans, ulteriùs ad nova Concilia venire non iussit.

C. III. ¶ *Non ultrà in eum procedere oportet, qui in hæresim damnatam recidit.*

Item Felix Papa.

II. ACatius b non fuit novi, vel proprii inventor erroris, ut in eum nova scita prodirent c; sed alieno facinori suâ communione se miscuit. Itaque necesse est, ut in illam recideret justâ lance sententiam, quam cum suis successoribus per convenientiam 1 Synodalem susceperat auctor erroris.

¶ *Polycarpus lib. 1 tit. 16. citat ex Gelasio, apud quem habetur in commonitorio ad Faustum.*

1 ¶ Convenientiam] *Sic in vetustis etiam Gratiani exemplaribus, & recentioribus editionibus Conciliorum. In antiquioribus verò Conciliorum, & epistolarum Pontificum editionibus legitur,* conniventiam.

Si ergò Episcopus ille in hæresim jam damnatam lapsus est, antiquâ excommunicatione damnatus, alios damnare non poterat. Excommunicatus enim alios excommunicare non valet.

C. IV. ¶ *Excommunicatus alium excommunicare non potest.*

Unde Alexander II. *scribit Valeriano Episcopo Martyri.* 1

AUdivimus d, quod Henricus, Ravennas dictus Archiepiscopus, visus sit te excommunicare. Verùm, quia excommunicatus te excommunicare non potuit, Apostolicâ auctoritate te, tuosque absolvendo, mandamus exinde nunquam curare.

1 ¶ Martyri.] *Apud Ivonem est,* Guillelmo Marcioni. *In vetustis Gratiani exemplaribus legitur,* Martyr, *seu* Martur, *ut videatur hoc nomine significari voluisse, cujus Ecclesia esset Episcopus. In quibusdam verò tantum est,* Valeriano Episcopo.

Sin autem 1 *ex corde suo novam hæresim confinxerit, ex quo talia prædicare cœpit, neminem damnare potuit: quia nec potest dejecere quenquam jam prostratus. Ligandi namq; vel solvendi potestas vera, non falsis Sacerdotibus à Domino tradita est. Apostolo enim dicturus,] Quorum e remiseritis peccata, &c.] præmisit: [Accipite Spiritum Sanctum:] ut evidenter cunctis ostenderet eum, qui Spiritum Sanctum non habet, peccata non posse tenere vel remittere. Porrò Spiritum Sanctum nemo, nisi intra Ecclesiam accipit; quia & ipsam unitatem per gratiam facit.* ¶ *Unde non nisi congregatis in unum dicturus est:* [Accipite Spiritum Sanctum:] *nec nisi super congregatos in unum die Pentecostes* f *descendit Spiritus Sanctus. Sicut autem extra Ecclesiam non accipitur, ita extra eam nihil operatur. Cum ergò, sicut & Apostolus ait, Spiritus* g *postulet* 2, *Spiritus impetret, extra Ecclesiam nec postulare facit, nec impetrare. Unde Dominus dicturus,*] Quodcunque h petieritis, &c] *præmisit:* [Si duo ex vobis consenserint super terram ex omni re, &c.] *& iterum:* [Ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi ego sum in medio eorum:] *nimirum cunctis ostendens, se non habitare in cordibus eorum, qui superbia singularitatem sequuti, à corporis Christi compage semetipsos abrumpunt. In quibus autem Christus non habitat, in eis Spiritus Sanctus mentium scissuras refugiens locum non habet. Cum ergò peccata dimittere, vel tenere, excommunicare, vel reconciliare opus sit Spiritûs Sancti, & virtus Christi: apparet, quòd hi, qui extra Ecclesiam sunt, nec ligare possunt, nec solvere, nec reconciliando Ecclesiasticæ communioni reddere, nec excommunicando ejus societate privare, quâ ipsi hæresi, vel schismate polluti, sive sententiâ notati, penitùs carere probantur. Unde, cum omnibus discipulis parem ligandi atq; solvendi potestatem Dominus daret, Petro pro omnibus, & pro omnibus claves regni cœlorum se daturum promisit, dicens:* [Tibi a dabo claves regni cœlorum.] *Quicunque ergò ab unitate Ecclesiæ (quæ per Petrum intelligitur) fuerit alienus, exercere potest, conservare non valet: excommunicationis vel reconciliationis potestatem non habet. Unde Apostolus* b, *cùm fornicatorem Corinthium excommunicandum censeret, ait:* [Ego quidem absens corpore, præsens autem spiritu, jam judicavi ut præsens, eum, qui sic operatus est, in nomine Domini nostri Jesu Christi, congregatis vobis, & meo spiritu, cum virtute Domini nostri Jesu Christi, tradere hujusmodi hominem satanæ in interitum carnis.] *In quo formam excommunicationis ostendens, docuit, non nisi fidelem, & à fideli tractandum. In nomine namq; Domini, atq; ejus virtute cooperante, non nisi fidelis aliquid operari valet: cùm nemo possit dicere,* [Dominus c Jesus, nisi in Spiritu Sancto] *Item cùm Dominus* d *prohibeat agnum comedi extra catholicam Ecclesiam, qui professione fidei ab ea sunt alieni, ab ejus participatione, quam sua arbitrio reliquerunt, non repellantur, sed abire permittuntur sicut illi, qui audierunt,* [Nisi e manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, &c.] *dixerint:* [Durus est hic sermo, & quis potest eum audire?] *atq; ita abierunt retrorsum, non repulsi, sed abire permissi. Hinc etiam Apostolus* f, *cùm de excommunicando aperiret, præmisit:* [Si quis frater, &c.] *De infidelibus autem supposuit, dicens:* [Eos, qui foris sunt, Dominus judicabit.] *De his autem, qui intus sunt, nobis judicium commisit. Sicut autem ex eo, quod Apostolus ait,* [Si quis frater,] *& ex iis, qua de fidelibus & infidelibus supposuit, apparet non nisi fidelem excommunicandum, ita ex eo, quod fidelibus tantum hoc servatur, vel præcipitur, quia sicut ille, qui benedicit, major est eo, cui benedicitur: ita qui ex officio maledicit, major est eo, cui maledicitur, liquidò constat eum, qui ab integritate catholicæ fidei recedit, maledicendi talem dicendi potestatem minimè habere. Catholicum namq; superiorem, maledicere non valet: in alienum à fide, tanquam in sua æqualem, sententiam dare non potest. Hæc autem, qua de hæretico, atq; schismatico, vel excommunicato dicta sunt, videlicet, quòd ligandi vel solvendi potestatem non habeant, multorum auctoritatibus probantur.*

1 ¶ Sin autem] *Non defuerunt, qui crederent hæc esse Alexandri. Sed apud Ivonem & in Pannormia non habentur: & in vetustis Gratiani codicibus hic est ea nota, qua fieri solet verbo Gratiani. Et est secundum membrum divisionis in ipsa quæstionis principio à Gratiano propositæ: omnesq; & sylla, & qua dicuntur, ad id confirmandum concurrunt.*

2 ¶ Spiritus postulet,] *Verba ipsa Apostoli sunt hæc:* Similiter autem & Spiritus adjuvat infirmitatem nostram. Nam quid oremus, sicut oportet, nescimus, sed ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. *In glossa autem interlineari ad eum locum sunt verba sequentia,* Spiritus impetret.

C. V. ¶ *Non salvitur vel ligatur, nisi quod auctoritas beati Petri solverit vel ligaverit.*

Ait enim Leo Papa *serm. 3. in anniversario suæ assumptionis, & serm. 2. de natali Apostolorum.*

MAnet g ergò Petri privilegium, ubicunque ex ipsius fertur æquitate judicium, nec nimia est vel severitas, vel remissio, ubi nihil erit ligatum, nihil solutum, nisi quod beatus Petrus aut solverit, aut ligaverit.

C. VI. ¶ *In persona Petri, ligandi & solvendi Ecclesia potestatem accepit.*

Item Augustinus *super Joannem, tract. 50. ad c. 20.*

QUodcunque b ligaveris super terram, erit ligatum & in cœlo.] Si hoc Petro tantùm dictum est,

a *al. dixit.* b *Polyc. l. 1. tit. 16.* c *al. procederent.* d *Ivo p. 14. c. 57. Pann. l. 5 c. 133.* e *Joan. 20.* f *Aller. 2.* g *Rom. 8.* h *Matth. 18.*

a *Matth. 16.* b *1. Cor. 5.* c *1. Cor. 12.* d *Joan. 6.* e *Ibidem.* f *1. Cor. 5.* g *Polyc. l. 3. tit. 2.* h *Polyc. lib. 1. tit. 2. Matth. 16.*

non hoc facit Ecclesia. Si autem in Ecclesia sit (utique quæ interrà ligantur, in cœlo ligentur, & quæ solvuntur in terra, solvantur in cœlo: quia cùm excommunicat Ecclesia, in cœlo ligatur excommunicatus: cùm reconciliat Ecclesia, in cœlo solvitur reconciliatus.) Si ergò hoc in Ecclesia fit, Petrus quando claves accepit, Ecclesiam sanctam significavit. Si in Petri personâ significati sunt in Ecclesia boni, in Judæ personâ significati sunt in Ecclesia mali.

C. VII. ¶ *Suis meritis firmus, nonnunquam turbatur alienis.*

Item Ambrosius *ad c.5. Luca.*

NOn *a* turbatur navis, quæ Petrum habet: turbatur illa, quæ Judam habet. Etsi multa illic discipulorum merita navigabant, tamen eum adhuc perfidia proditoris agitabat. In utraque Petrus: sed qui suis meritis firmus est, turbatur alienis. Caveamus igitur perfidum, caveamus proditorem: ne per unum fluctuemus plurimi. Ergò non turbatur hæc navis, in qua prudentia navigabat, abest perfidia, fides aspirat *b*. Quemadmodum enim turbari poterat, cui præerat is, in quo est Ecclesiæ firmamentum? Illic ergò turbatio, ubi modica fides: hic securitas, ubi perfecta dilectio. Denique etsi aliis imperatur, ut laxent retia sua, soli tamen Petro dicitur: *c* [*Duc in altum,*] hoc est, in profundum disputationum. Quid enim tam altum, quàm altitudinem divitiarum videre, scire Dei filium, & professionem divinæ generationis assumere? quam licèt mens nequeat humana plenè rationis investigatione comprehendere, fidei tamen plenitudo complectitur.

¶ *In pleroisq; vetustis est tantùm,* Item Ambrosius. *In vulgatis autem addebatur,* super Marcum.

C. VIII. ¶ *Solus Petrus accepit mandatum, ut hamo pisces caperet.*

Idem *ibidem paulò inferiùs.*

EST *d* aliud *e* Apostolicum piscandi genus: quo genere solum Petrum piscari Dominus jubet, dicens: [*Mitte f hamum, & eum piscem qui primus ascenderit, tolle.*]

C. IX. ¶ *Nulla perturbatio à tramite Apostolicæ solùm retrahat, quæ omnes hæreses semper destruxit.*

Item Innocentius Papa *Episcopis Galliæ, & Hispaniæ.*

ARectâ *g* ergò fide, & Apostolico tramite propter ullam persecutionem *h* nolite recedere, scientes, quoniam juxta Salvatoris sententiam, beati *i* sunt, qui persecutionem patiuntur propter justitiam. Hæc est Apostolorum viva traditio: hæc vera charitas, quæ prædicanda est, & præcipuè diligenda ac fovenda, atque fiduciali ter ab omnibus tenenda: hæc sancta & Apostolica mater omnium Ecclesiarum Christi Ecclesia: quæ per Dei omnipotentis gratiam à tramite Apostolicæ traditionis nunquam errâsse probatur: nec hæreticis novitatibus depravata succubuit: sed, ut in exordio normam fidei Christianæ percepit ab auctoribus suis Apostolorum Christi Principibus, illibata fideteuus manet.

C. X. ¶ *Fides Romana Ecclesia omnem hæresim destruit, nullam fovet.*

Item Sixtus Papa II. *ad Gratium Episcopum, epist. 2.*

MEmor *k* sum, me sub illius nomine Ecclesiæ præsidere, cujus à Domino Jesu Christo est confessio glorificata: & cujus fides nullam *l* hæresim unquam fovit, sed omnes quidem hæreses destruit. Intelligo autem mihi aliter non licere, quàm ut omnes conatus meos ei causæ, in qua universalis Ecclesiæ salus infestatur, impendam.

a *Polyc. l. 7 tit. 3. Anselm. l. 1. c. 37.* b *al. superat.* c *Luc. 5. Matth. 16.* d *Est & aliud] orig.* e *Polyc. ibid.* f *Matth. 16.* g *Polyc. l. 1 tit. 3. Anselm. l. 1. c. 37.* h *al. perturbationem.* i *Matt. 5. Felix 1. ep. 3. Marcus ad Athanasium.* k *Anselm. l. 1. c. 36. Polyc. l. 2. tit. 3.* l *al. nullam unquam fallit, sed.*

C. XI. ¶ *Nullis hæresibus Romana succubuit Ecclesia.*

Item Eusebius Papa *Episcopis Tusciæ, epist. 3.*

IN sede Apostolica extra maculam semper est catholica servata religio.

C. XII. ¶ *Ad Romanam referatur Ecclesiam, quoties ratio fidei ventilatur.*

Item Innocentius Papa *Episcopis Concilii Milevitani, epist. 29.*

QUoties *a* fidei ratio ventilatur, arbitror omnes fratres, & Coëpiscopos nostros non nisi ad Petrum, id est, sui nominis, & honoris authorem referre debere (veluti nunc retulit vestra dilectio) quod per totum mundum possit Ecclesiis omnibus in commune prodesse.

C. XIII. ¶ *Christiana religionis zelum Romana Ecclesia pra cæteris habuit.*

Item Julius Papa *ad Episcopos Orientales, epist. 1.*

OFficii *b* nostri consideratione non est nobis dissimulare, non est tacere libertas *c*, quibus major cunctis Christianæ religionis zelus incumbit.

C. XIV. ¶ *Aliorum ora non timet fides, quam Romana commendat Ecclesia.*

Item Hieronymus *ad Damasum in expositione Symbolî.*

HÆc *d* est fides, Papa beatissime, quam in Ecclesia catholica didicimus, quamque semper tenuimus & tenemus: in qua si minùs perite, aut parùm caute forte aliquid posi. um est, emendari cupimus à te, qui Petri & fidem, & sedem tenes. Sin autem hæc nostra confessio Apostolatûs tui judicio comprobatur, quicunque culpare *e* voluerit, se imperitum, vel malevolum, vel etiam non catholicum, non *f* me hæreticum comprobabit. *Item.* ¶ Sancta 1 Romana Ecclesia, quæ semper immaculata mansit, & Domino providente, & beato Apostolo opem ferente in futuro manebit, sine ulla hæreticorum insultatione firma, & immobilis omni tempore persistet.

1 Sancta] *Hæc videntur sumpta ex epistola Marci Papæ ad Athanasium, sed alio modo aptata. Nam apud illum post alia quædam sic legitur:* Non, ut nos aliquid sinistrum, vestra ex parte arbitremur: sed nos & vos, illosque absque ulla in posterum titubatione unum sentire optaremus: & sancta Romana Ecclesia, quæ semper immaculata mansit, & Domino providente, & beato Petro Apostolo opem ferente, & in futuro manebit, sine ulla hæreticorum insultatione, firma, & immobilis omni tempore persistit.

C. XV. ¶ *Aliud, quàm Romana Ecclesia nec sentire, nec docere permittitur.*

Item Marcellus Papa *universis Episcopis per Antiochiam constitutis, epist. 1.*

ROgamus *g* vos fratres, ut non aliud doceatis, neque sentiatis, quàm quod à beato Petro Apostolo & reliquis Apostolis, & Patribus accepistis. Ab illo enim primo instructi estis. Ideò non oportet vos proprium deserere quærere Patrem, & alios sequi. Ipse enim caput est totius Ecclesiæ: cui ait Dominus, [*Tu h es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam,* &c.] Ejus enim sedes primitùs apud vos fuit: quæ postea, jubente Domino, Romam translata est: cui, adminiculante gratiâ divinâ, hodiernâ præsidemus die. Nec ab ejus dispositione vos deviare oportet: ad quam cuncta majora Ecclesiastica negotia, divinâ disponente gratiâ jussa sunt referri: ut ab ea regulariter disponantur, à qua sumpsêre principia. Si verò vestra Antiochena,

a *Polyc. ibid. Anselm. l. 1. c. 37. & l. 2. c. 14.* b *Anselm. l. 1. cap. 38.* c *al. liberum.* d *Polyc. ibid.* e *al. maculare.* f *al. sed hæreticum.* g *Polycarp. lib. 1. tit. 5. Anselmus libro 1. cap. 25.* h *Matth. 16.*

quæ olim prima erat, Romanæ cessit sedi, nulla est, quæ ejus non sit subjecta ditioni.

¶ *In hoc capite aliqua sunt addita, & in suum locum restituta ex originali. Glossa autem ad verbum,* oportet, *facilè transponi potest.*

C. XVI. ¶ *Alexandrina Ecclesia à Romana dissentire non licet.*

Item Leo Papa *Dioscoro Episcopo Alexandrino, epist. 79. al. 81.*

CUm a beatissimus Petrus Apostolicum b à Domino acceperit principatum, & Romana Ecclesia in ejus permaneat institutis, nefas est credere, quòd sanctus discipulus ejus Marcus, qui Alexandrinam primus Ecclesiam gubernavit, aliis regulis traditionum 1 suarum decreta formaverit: cùm sine dubio de eodem fonte gratiæ unus spiritus fuerit & discipuli, & magistri: nec aliud ordinatus tradere potuerit, quàm quod ab ordinatore susceperit.

1 ¶ Traditionum] *Sic est emendatum ex duobus vetustis Gratiani codicibus, Anselmo, & originali ipso. Antea legebatur*, aliis regulis, & traditionibus sua decreta firmaverit.

C. XVII. ¶ *Professione suæ fidei aurem erroris Romana abscidit Ecclesia.*

Item Ambrosius *in commentariis ad c. 22. Lucæ, lib. 10. c. 22.*

SIc Petrus volens percussit aurem, docuit, quòd aurem habere in specie non deberent, quam in ministerio d non haberent. Sed bonus Dominus & ipsi refundit auditum: secundùm prophetica e dicta demonstrans, & ipsos, si convertantur, posse sanari, qui in passione Domini vulnerati sunt: eò quòd omne peccatum fidei f mysteriis abluatur. Tollit g ergò Petrus aurem. Quære Petrus? Quia ipse est, qui accepit claves regni cœlorum. Ille enim condemnat, qui & absolvit: quoniam ligandi & solvendi idem adeptus est potestatem. Tollit autem malè audientis, tollit autem gladio spirituali aurem interiorem malè intelligentis. Caveamus, ne cui tollatur auricula, dum h legitur passio Domini. Si ad divinitatem ejus referimus infirmitatem corporeæ passionis, exciditur auricula, & exciditur à Petro: qui non passus est Christum Prophetam æstimari; sed Dei filium docuit fideli confessione signari.

¶ *Citabatur antea ex Gregorio, apud quem non est inventum.*

C. XVIII. ¶ *Extra unitatem sanctæ Ecclesiæ Spiritus Sanctus non accipitur.*

Item Cyprianus *in tractatu de unitate Ecclesiæ.*

LOquitur i Dominus ad Petrum: [*Ego* k *dico tibi*, inquit, *quia tu es Petrus, & super istam petram ædificabo Ecclesiam meam.*] Super unum ædificat Ecclesiam: & quamvis Apostolis omnibus post resurrectionem suam, parem potestatem tribuat, & dicat: [*Sicut* l *misit me pater, & ego mitto vos. Accipite Spiritum Sanctum,*] tamen ut unitatem manifestaret, unitatis ejusdem originem ab uno incipientem suâ auctoritate disposuit. Hoc erant utique & cæteri Apostoli, quod fuit & Petrus, pari consortio præditi, & honoris & potestatis. Sed exordium ab unitate proficiscitur: ut Ecclesia una monstretur: quam unam Ecclesiam etiam in Cantico Canticorum Spiritus Sanctus ex persona Domini designat, & dicit: m [*Una est columba mea, perfecta mea: una est matri suæ, electa genetrici suæ.*] Hanc Ecclesiæ unitatem 1 qui non tenet, tenere se fidem credit? Qui Ecclesiæ renititur & resistit, in Ecclesia se esse confidit? Quando & beatus Apostolus Paulus hoc idem doceat, & sacramentum unitatis ostendit, dicens: [*Unum corpus, & unus Spiritus: una spes vocationis vestræ. Unus dominus, una fides, unum baptisma, unus Deus.*] Quam unitatem tenere firmiter, & vendicare debemus, maximè Episcopi, qui in Ecclesia præsidemus: ut Episcopatum ipsum unum, atque indivisum probemus. Nemo fraternitatem mendacio fallat: nemo fidei veritatem perfidâ b prævaricatione corrumpat. ¶ Episcopatus unus est: cujus à singulis in solidum pars tenetur. Ecclesia una est, quæ in multitudinem latius incremento fœcunditatis extenditur: quomodo Solis multi radii, sed lumen unum: & rami arboris multi, sed robur unum tenaci radice fundatum: & cum de fonte uno rivi plurimi defluunt, numerositas licèt diffusa videatur exundantis copiæ largitate, unitas tamen servatur in origine. Avelle radium solis à corpore, divisionem lucis unitas non capit. Ab arbore c frange ramum: fructus germinare non poterit. A fonte præcide rivum, præcisus arescet. Sic & Ecclesia Domini luce perfusa, per orbem totum radios suos porrigit: unum tamen lumen est, quod ubique diffunditur, nec unitas corporis separatur. Ramos suos in universam terram copia uberitatis extendit: profluentes largiter rivos latius pandit: unum tamen caput est, & origo una, & una mater est fœcunditatis successibus copiosa d. Illius fœtu nascimur: illius lacte nutrimur: spiritu ejus animamur. Adulterari non potest sponsa Christi: incorrupta est & pudica. Unam domum novit: unius cubiculi sanctitatem casto pudore custodit.

1 ¶ Unitatem] *Quæ sequuntur usq. ad vers. Quando, addita sunt ex originali: ex quo alia etiam & addita, & mutata sunt.*

C. XIX. ¶ *Non habet Deum Patrem, nisi in Ecclesia relinquens unitatem.*

Idem *ibidem paulo inferius.*

ALienus e est, profanus est, hostis est: habere jam non potest Deum patrem, qui Ecclesiam non habet matrem. *Item infrà.* ¶ Dominus enim cùm discipulis suis unanimitatem suaderet, & pacem: [*Duo si*, inquit, *vobis, quoniam si duobus* 1 *ex vobis convenerit in terra, de omni re, quamcunque petieritis, continget vobis à patre meo, qui in cœlis est. Ubicunque enim fuerint duo, aut tres collecti in nomine meo, ego cum eis sum,*] ostendens non multitudini, sed unanimitati deprecantium plurimùm tribui. [*Si duobus*, inquit, *ex vobis convenerit in terra.*] unanimitatem priùs posuit: concordiam pacis ante præmisit: ut conveniat nobis fideliter, & firmiter, docuit. Quomodo autem potest ei cum aliquo convenire, cui cum corpore ipsius Ecclesiæ, & cum universa fraternitate non convenit? Quomodo possunt duo, aut tres in nomine Christi colligi, quos constat à Christo, & ab ejus Evangelio separari?

1 ¶ Si duobus] *Sic legitur in octo vetustis beati Cypriani codicibus, & hic, & alibi loco, ubi hæc Evangelii sententia affertur. In vulgatis tamen est, ut antea apud Gratianum:* Si duo ex vobis convenerint.

C. XX. ¶ *Ligandi & solvendi non habet potestatem, qui unitatem pacis catholicæ non habet.*

Item Augustinus *libro 7. de baptismo, c. 51.*

OMnibus g consideratis puto me non temerè dicere, alios ita esse in domo Dei, ut ipsi etiam sint eadem domus Dei, quæ dicitur h ædificari super petram, quæ unica i columba appellatur, quæ sponsa pulchra sine macula & ruga, & hortus conclusus, fons signatus, puteus aquæ vivæ, paradisus cum fructu pomorum: quæ

a *Ansel. lib. 1. cap. 30.* b *al. Apostolus.* c *Ioan. 21.* d *mysterio*] *orig.* e *Esa. 35.* f *al. in ministerio fidei.* g *Matt. 16.* h *abest ab orig.* i *Omittuntur aliquot verba. Polyc. lib. 7. tit. 3. Ansel. l. 1. cap. 20.* k *Matt. 16.* l *Ioan. 20.* m *Cant. 6.*

a *Episc.* 4. b *al. perfidiæ.* c *fractum*] *orig.* d *al. gloriosa.* e *Polyc. ibid. Ansel. l. 1. c. 2.* f *Matth. 18.* g *Ansel. l. 4. cap. 4. Polyc. l. 7. tit. 4.* h *Matth. 16.* i *Cant. 4. Epi. 5.*

domus

domus etiam claves accepit, ac potestatem solvendi & ligandi. Hanc domum si quis corripientem, corrigentemque contempserit, [*sit* a *tibi*, inquit, *sicut ethnicus & publicanus.*] De hac domo dicitur. *b* [*Domine, dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ.*] & [*Qui* c *habitare facit unanimes in domo.*] & [*locundatus* d *sum in his, quæ dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus.*] & [*Beati* e, *qui habitant in domo tua, Domine: in sæcula sæculorum laudabunt te.*]

¶ *Antea & hoc, & sequens caput tribuebantur Hieronymo, quemadmodum etiam apud Anselmum, & in Polycarpo.*

C. XXI. ¶ *Varia crimina variis sunt pœnis afficienda.*

Idem *libro secundo, capite sexto.*

NOn asseramus stateras *f* dolosas, ubi appendamus quod volumus, & quomodo volumus pro arbitrio nostro, dicentes, hoc grave, hoc leve est: sed asseramus divinam stateram de Scripturis sanctis, tanquam de thesauris Dominicis, & in illa, quid sit gravius, appendamus: imò non appendamus, sed à Domino appensa recognoscamus. Tempore illo, quo Dominus priora delicta recentibus pœnarum exemplis cavenda monstravit, *g* & idolum fabricatum, atque adoratum est, & propheticus liber irâ Regis contemptoris incensus, & schisma tentatum: & idololatria gladio punita est, exustio libri bellicâ cæde, & peregrinâ captivitate, schisma hiatu terræ, sepultis auctoribus vivis, & cæteris cœlesti igne consumptis. Quis jam dubitaverit hoc esse sceleratius commissum, quod est gravius vindicatum?

C. XXII. ¶ *Ex sola Ecclesia sacrificium Dominus accipit.*

Item Gregorius *in* h. *moralibus, lib 35. c 6.*

QUia *i* ex sola Ecclesia catholica veritas conspicitur, apud se esse locum Dominus perhibet, de quo videatur. In petra Moyses *k* ponitur, ut Dei speciem *l* contempletur: quia, nisi quis fidei soliditatem tenuerit, divinam præsentiam non cognoscit. De qua soliditate Dominus dicit, *m* [*Super hanc petram ædificabo, &c.*] *& suprà.* ¶ Sola quippe est, per quam sacrificium Dominus libenter accipiat: sola, quæ pro errantibus fiducialiter intercedat. Unde etiam de agni hostia Dominus præcepit, dicens: *n* [*In una domo comedetur: nec efferetis de carnibus ejus foras.*] In una namque domo agnus comeditur: quia in una catholica Ecclesia vera hostia redemptoris immolatur. De cujus carnibus divina lex *o* efferri foras prohibet: quia sanctum *p* dari canibus vetat. Sola est, in qua bonum fructuose peragitur: unde & mercedem *q* denarii, non nisi qui intra vineam laboraverant, acceperunt. Sola est, quæ intra se positos validâ charitatis compage custodit. Unde & aqua *r* diluvii arcam quidem ad sublimiora sustulit, omnes autem, quos extra arcam invenit, extinxit.

C. XXIII. ¶ *Non exhibet fidem Christo, qui corpus ejus discerpit.*

Item Ambrosius *in oratione funebri de obitu fratris.*

ADvocavit *s* ad se Cyprianus 1 Episcopum Satyrum, nec ullam veram putavit, nisi veræ fidei gratiam: percunctatusque ex eo est, utrùmnam de Episcopis catholicis esset, hoc est, si cum Romana Ecclesia conveniret. Et forte ad id locorum in schismate regionis illius Ecclesia erat. Lucifer enim se à nostra communione tunc temporis diviserat: & quanquam pro fide exulâsset, & fidei suæ reliquisset hæredes, non putavit tamen fidem esse in schismate. Nam etsi fidem erga Deum tenerent, tamen erga Dei Ecclesiam non tenebant, cujus patiebantur velut quosdam artus dividi, & membra lacerari. Etenim cùm propter Ecclesiam Christus passus sit, & corpus Christi Ecclesia sit, non videtur ab his exhiberi Christo fides, à quibus evacuatur passio ejus, corpusque distrahitur. Itaque quamvis gratiæ fœnus 2 teneret, & metueret tanti nominis debitor navigare, tamen eò transire maluit, ubi tutò posset exolvere. Judicabat enim divinæ solutionis 3 gratiam in affectu ac fide esse, quam quia *a* statim, ubi primùm copia liberior Ecclesiæ fuit, implere non distulit, Dei gratiam & accepit desideratam, & servavit acceptam.

1 ¶ Cyprianus] *Apud B. Ambrosium & Anselmum legitur:* Advocavit ad se Episcopum Satyrus. *Narrat enim Ambrosius Satyrum fratrem suum, cùm in Sardiniam appulisset, ad se Episcopum Sardum vocâsse, ut sciret, Luciferianusve, an catholicus esset. Sed ob glossam, & eum, qui casum scripsit, non est mutatum.*

2 ¶ Fœnus] *Antea legebatur,* fœdus. *Restitutum est ex aliquot vetustis exemplaribus, originali, & cæteris collectoribus.*

3 ¶ Solutionis] *In aliquot manuscriptis, & apud B. Ambrosium, & cæteros collectores legitur,* divinæ solutionem gratiæ. *Sed ob glossam nondùm emendatum: operæ pretium autem fuerit integrum Ambrosii locum perlegere.*

C. XXIV. ¶ *Etiam corpore ab eo recedendum est, qui fidem Christi non habet.*

Item Beda *super epistolam Ioannis secundam, cap. unico.*

OMnis *b*, qui recedit, & non permanet in doctrina Christi, Deum non habet. Qui permanet in doctrina Christi, hic & Patrem, & Filium habet. Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum: nec Ave ei dixeritis. Qui enim dicit illi, Ave, communicat ejus malignis operibus.] Hæc Joannes de Schismaticis, sive hæreticis detestandis: quæ verbis docuit, etiam factis exhibuit *c*. ¶ Narrat *d* enim de illo auditor illius sanctissimus, & martyr fortissimus Polycarpus, Smyrnæorum Antistes, quòd tempore quodam, cùm apud Ephesum balneas lavandi gratiâ fuisset ingressus, & vidisset ibi Cerinthum, exilierit continuò, & discesserit non lotus, dicens, Fugiamus hinc, ne & balneæ ipsæ corruant, in quibus Cerinthus lavat inimicus veritatis. Idem etiam Polycarpus Marcioni aliquando cùm occurrisset, dicenti sibi, agnoscis nos? respondit, agnosco primogenitum Satanæ.

C. XXV. ¶ *Profanus est, extra Ecclesiam beati Petri agnum comedere tentans.*

Item Hieronymus *ad Damasum.*

QUoniam *e* vetusto 1 oriens inter se populorum furore collisus indiscissam *f* Domini tunicam, & desuper textam per frusta discerpit, & Christi vineam vulpes exterminant, ut inter lacus contritos, qui non habent aquam, difficile, ubi fons *g* signatus, & hortus ille conclusus sit, possit intelligi: ideo mihi cathedram Petri, & fidem Apostolico *h* ore laudatam censui consulendam, inde nunc meæ animæ postulans cibum, unde olim Christi vestimenta suscepi. Neque verò tanta vastitas elementi liquentis, & interjacens longitudo terrarum me à pretiosæ margaritæ potuit inquisitione prohibere. Ubicunque *i* fuerit corpus, illuc congregantur aquilæ. Profligato à sobole mala patrimonio, apud vos solos incorrupta Patrum servatur hæreditas. Ibi cespite terra fœcundo, Dominici *k* seminis puritatem

a *Matth. 16.* b *Psal. 25.* c *Psalm. 67.* d *Psalm. 121.* e *Psalm. 83.* f *Prov. 11. Osee 12. Amos 2.* g *Exod. 32. Hier. 36. Num. 16.* h *Et Aug. serm. 181. de tempore, c. 12.* i *Ansel. l. 2. c. 56. Polyc. l. 7. tit. 3.* k *Exod. 33.* l *alii faciem.* m *Matth. 16.* n *Exod. 12.* o *al. jubet.* p *Matth. 7.* q *Matth. 20.* r *Genes. 7.* s *Anselmus lib. 12. cap. 48. Polyc. l. 7. tit. 4.*

a *quidem] orig.* b *2. Ioan. 1.* c *al. exercuit.* d *Irenæus l. 3. c. 3. Eusebius l. 4. c. 14.* e *Ansel. l. 1. c. 64. Polyc. l. 9 tit. 4.* f *Ioan. 19.* g *Cant. 2. Hier. 2.* h *Rom. 1.* i *Matth. 24.* k *Ibid. 13.*

centeno fructu refert: hic obruta sulcis frumenta in lolium, avenasque degenerant. Nunc in occidente sol justitiæ oritur: in oriente autem Lucifer *a* ille, qui ceciderat, supra sydera posuit thronum suum. Vos *b* estis lux mundi, vos sal terræ, vos aurea vasa *c* & argentea: hic testacea vasa vel lignea virga 1 ferrea, & æterno operiuntur incendio. Quanquam igitur tui me terreat magnitudo, invitat tamen humanitas. A Sacerdote victima *d* salutem, à pastore præsidium ovis flagito. Fatiscat *e* invidia Romani culminis, recedat ambitio. Cum successore piscatoris, & discipulo crucis loquor. Ego nullum præmium *f*, nisi Christum sequens, beatitudini tuæ, id est, cathedræ Petri communione consocior. Super *g* illam petram ædificatam Ecclesiam scio. Quicunque *h* extra hanc domum agnum comederit, profanus est. Si quis in arca Noë *i* non fuerit, peribit regnante diluvio. Et quia pro meis facinoribus ad eam solitudinem commigravi, quæ Syriam juncto Barbariæ fine determinat *k*, nec possum sanctum Domini, tot interjacentibus spatiis, à sanctimonia tua semper expetere: ideò hic collegas tuos Ægyptios confessores sequor, & sub onerariis navibus parva navicula delitesco. Non novi Vitalem: Meletium respuo: ignoro Paulinum. Quicunque *l* tecum non colligit, spargit: hoc est, qui Christi non est, Antichristi est.

1 ¶ Vetusto] *Anteà legebatur*, vetus. *Emendatum est ex originali, quoniam glossa nihil hominis convenit.*

2 ¶ Virga ferrea,] *Apud B. Hieronymum legitur*, Virgam ferream, & æternum operiuntur incendium. *Sed ob glossam non est emendatum: quæ etiam causa fuit, cur aliquot aliis locis sacrum visum fuerit indicare in margine lectionem ipsam Originalis.*

C. XXVI. ¶ *Hæreticorum consortia à Catholicis sunt fugienda.*

Item Ambrosius *in commentariis ad c. 9. Lucæ.*

Quæ *m* dignior domus Apostolicæ prædicationis ingressu, quam sancta Ecclesia? aut quis præferendus magis omnibus videtur esse, quàm Christus, qui *n* pedes suis lavare consuevit hospitibus, & quoscunque suâ receperit domo, pollutis non patitur habitare vestigiis, sed maculosos, licèt vitæ prioris, in reliquum tamen dignatur mundare *o* processus? Hic est igitur solus, quem nemo deserere debet, nemo mutare: cui bene dicitur *p*: [*Domine, ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes, & nos credimus.*] Vides executorem cœlestium præceptorum, qui quoniam non mutavit hospitium, cœlestis consortium habitationis *q* emeruit? Fides igitur in primis Ecclesiæ quæ renda mandatur: in qua, si Christus habitator sit, haud dubiè sit legenda. Sin verò populus perfidus, aut præceptor hæreticus deformet habitaculum, vitanda hæreticorum communio, fugienda synagoga censetur, excutiendus pedum pulvis: ne fatiscentibus perfidiæ sterilis siccitatibus, tanquam humo arido arenosoque mentis tuæ vestigium polluatur. Nam sicut corporeas infirmitates populi fidelis suscipere in se debet Evangelii prædicator, & tanquam propriis inania gesta pulveri comparanda allevare atque abolere vestigiis, juxta quod scriptum est, [*Quis 1 infirmatur, & ego non infirmor?*] ita, si qua est Ecclesia, quæ fidem respuat, nec Apostolicæ prædicationis fundamenta possideat, ne quam labem perfidiæ possit aspergere, deferenda est. Quod Apostolus quoque evidenter asseruit, dicens: *s* [*Hæreticum hominem post unam & secundam correptionem devita.*]

2 *Esa. 14.* b *Matth. 1.* c *2. Tim. 2.* d *victimam salutis*] *orig.* e *Fucessat*] *vera lectio.* f *primum,*] *orig.* g *Matth. 16.* h *Exod. 12.* i *Gen. 7.* k *al. disterminat.* l *Matt. 12.* m *Anſ. l. 5. c. 23. Polyc. l. 3. tit. ult.* n *Ioan. 13.* o *mutare*] *orig.* p *Ioan. 6.* q *al. consecrationis Polyc. l. 7. tit. 7.* r *2. Cor. 11.* s *ad Tit. 3.*

C. XXVII. ¶ *Nec peccatis subve, nec cœlestis regnum ingredi potest, qui ab unitate Ecclesiæ est devisus.*

Item Beda a *super Matthæum in homilia de festo Apostolorum Petri & Pauli, ad c. 16. Matth.*

Quicunque *b* ab unitate fidei vel societatis Petri Apostoli quolibet modo semetipsos segregant, tales nec vinculis peccatorum absolvi, nec januam possunt regni cœlestis ingredi.

C. XXVIII. ¶ *Non suscipiuntur eorum sacrificia, quorum fides reprobatur, & vita.*

Item Hieronymus *in Amos Prophetam, ad c. 5.*

Odi *c*, & projeci festivitates vestras, & non capiam odorem cœtuum vestrorum. Quòd si attuleritis mihi holocaustomata & munera vestra, non accipiam, & vota pinguium vestrorum non respiciam.] ¶ Odit *d* autem Deus, & non solùm odit, sed & projecit festivitates eorum 1, qui non celebrant festivitates Dei, sed suas *& post pauca.* ¶ Odisse 2 autem, & projecere, & non odorari, humanâ loquitur similitudine, ut nos affectum Dei nostris sermonibus cognoscamus. Et si obtulerint holocausta, ut videantur jejunare, dare eleemosynas, pudicitiam pollicteri (quæ holocausta sunt vera) non recipit Dominus, nec dignatur aspicere pinguissimas hostias eorum. Non enim sacrificiorum magnitudinem, sed offerentium merita, causasque dijudicat. ¶ Unde & vidua, quæ in Evangelio *e* in corbonam duo minuta miserat, omnibus à Salvatore præfertur: quia Dominus non ea, quæ offeruntur, sed voluntatem respicit offerentium.

1 ¶ Eorum,] *In commentariis B. Hieronymi ibi, quemadmodum & aliis locis hujus capitis, sunt aliquot verba interpolata. Ivo hoc loco habet ut Gratianus.*

2 ¶ Odisse] *Ante hæc verba apud B. Hieronymum & Ivonem antecedit, c.* odit. *supra 1. q. 1.*

C. XXIX. ¶ *Ubi charitas non est, ibi fides vel justitia locum non habet.*

Item Augustinus *de sermone Domini in monte, lib. 2. c. 9.*

Ubi sana fides non est, non potest esse justitia, quia *f* justus ex fide vivit. Neque Schismatici aliquid sibi ista mercede promittant, quia similiter, ubi charitas non est, non potest esse justitia. Dilectio *g* enim proximi malum non operatur: quam si haberent, non dilaniarent corpus Christi, quod est Ecclesia.

C. XXX. ¶ *A fide recedens, Spiritûs perfectionem amittit.*

Item Innocentius Papa *ad Alexandrum, epist. 11.*

Hæretici *h*, cùm à fide catholica desciverunt, perfectionem Spiritûs, quam acceperant, amiserunt.

C. XXXI. ¶ *Sacri officii i potestate penitus carent hæretici.*

Item Cyprianus *Magno filio salutem, lib. 1. epistola sexta.*

Didicimus *i* omnes omninò Hæreticos & Schismaticos nil habere potestatis ac juris. Propter quod Novatianus nec debet nec potest excipi, quò minùs ipse quoque extra Ecclesiam consistens, & contra pacem ac dilectionem Christi faciens, inter adversarios & Antichristos computetur. *& paulo post.* ¶ Ecclesia una est, quæ una & intus esse & foris non potest. Si enim apud Novatianum fuit, apud Cornelium non fuit. Si verò apud Cornelium fuit, qui Fabiano Episcopo legitimâ ordinatione successit, & quem præter Sacerdotii honorem

a *Ibi glossa ord. c. 25.* b *Ivo p. 5. c. 31.* c *Ivo p. 2. c. 16. Ambros. 5.* d *1. q. 1. edit Decr. aliquot verba omissa.* e *Marc. 12.* f *Abacuc 2. & Rom. 1.* g *Rom. 13.* h *2. qu. 1. Arrianus. Anſ. l. 11. c. 52. Polyc. l. 7. tit. 5.* i *Anſ. l. 12. c. 41. Polyc. l. 7. tit. 1. Divinus*] *orig.*

martyrio

martyrio quoque Dominus glorificavit, Novatianus in Ecclesia non est, nec Episcopus computari potest, qui Evangelicâ & Apostolicâ traditione contemptâ, nemini succedens, à seipso ortus *a* est. Habere namque, aut tenere Ecclesiam nullo modo potest, qui ordinatus in Ecclesia non est. *& paulo post.* ¶ Quòd *b* verò eundem, quem & nos, Deum Patrem, eundem Filium Christum, eundem Spiritum Sanctum nôsse dicuntur, nec hoc adjuvare tales potest. *& infrà.* ¶ Invenimus *c* in tali facinore non solùm duces & auctores, sed etiam participes pœnis destinari, nisi à communione malorum se separaverint, præcipiente per Moysen Domino, & dicente: *d* [*Separamini à tabernaculis hominum iniquorum durissimorum, & nolite tangere ab omnibus, quæ sunt eis, ne simul peccatis in peccatis eorum.*] Et quod comminatus per Moysen Dominus fuerat, implevit, ut quisquis se à Chore, & Dathan, & Abiron non separâsset, pœnas statim pro impia communione persolveret. Quo exemplo ostenditur & probatur, obnoxios omnes & culpæ & pœnæ futuros, qui se Schismaticis contra Præpositos & Sacerdotes irreligiosâ temeritate miscuerint: sicut etiam per Oseè *e* Prophetam Spiritus Sanctus testatur, & dicit: [*Sacrificia eorum, tanquam panis luctus: omnes, qui manducant ea, contaminabuntur,*] docens scilicet, & ostendens omnes omninò cum auctoribus supplicio conjungi, qui fuerint eorum peccato contaminati. Quæ ergò apud eos merita esse circa Deum possunt, quibus supplicia divinitùs irrogantur? *& infrà.* ¶ Si autem foris cuncti hæretici & Schismatici non habent Spiritum Sanctum, & ideò apud nos eis *f* manus imponitur, ut hic accipiatur, quod illic nec esse, nec dari potest: manifestum est nec remissionem peccatorum dari per eos posse, quos constat Spiritum Sanctum non habere.

1 ¶ Officii] *Sic est emendatum ex pleriisq; vetustis. Antè legebatur,* sacrificii.

C. XXXII. ¶ *Propriis spolientur honore, qui contra pacem Ecclesiæ nituntur.*

Item Liberius Papa *in epistola ad Athanasium.*

QUi contra *g* Ecclesiæ pacem sunt, si dignitatem aut cingulum militiæ *h* habeant, nudentur eis. Si autem sunt privati, siquidem nobiles existunt, suarum substantiarum proscriptionem patiantur: si autem ignobiles, non solùm in corpore verberentur, sed exilio perpetuo castigentur.

C. XXXIII. ¶ *Nec consecrat, nec consecratur in schismate constitutus Episcopus.*

Item Pelagius Papa.

PUdenda *i*, ut ita dicam, rapina in divisione est non consecratus, sed execratus Episcopus. Si enim ipsum nomen consecrationis rationabili ac vivaci intellectu discutimus, is, qui cum universali detrectat consecrari Ecclesia, consecratus dici vel esse nullâ ratione poterit. Consecrare enim est, simul sacrare. Sed ab Ecclesiæ visceribus divisus, & ab Apostolicis sedibus separatus, execrat ipse potius, & non consecrat. Jure ergò execratus tantùm, non consecratus poterit dici, quem simul sacrare in unitate conjunctis membris non agnoscit Ecclesia. Videamus tamen, utrùm vel ipsarum consuetudinem partium in sua ordinatione *k* conservaverint. Nempe is mos antiquus fuit, ut quia pro longinquitate vel difficultate itineris ab Apostolico onerosum illis fuerat ordinari, ipsi se invicem Mediolanensis & Aquileiensis ordinare Episcopi debuissent: ita tamen, ut in ea civitate, in qua erat ordinandus Episcopus, alterius civitatis Pontifex occurrere debuisset: ut & ordinandi electio à præsenti ordinatore ex consensu universalis, cui præficiendus erat, Ecclesiæ melius ac facilius potuisset agnosci: & in sua, qui ad Episcopatum provehendus erat, nec tamen ordinatori suo subdendus fuerat, ordinaretur Ecclesia. Etenim cùm, sicut diximus, Ecclesia una sit, cui in Canticis Canticorum dicitur *a*: [*Una est columba mea,*] nullam aliam esse constat, nisi quæ in Apostolica radice est fundata: à quibus ipsam fidem in universo propagatam orbe non potest dubitari. Quod vobis, licèt notissimum omninò sit, beati tamen Augustini testimonio comprobemus. Audite, quid in quodam opere suo præclarissimus doctor dicat Ecclesiæ. Ait enim: *b* [*Quòd simulo modo rebelles dicis posse Ecclesiæ, in qua schisma est, restat, ut quoniam Ecclesia nulla esse non potest, ea sit, quam in sede Apostolica, per successiones Episcoporum radice constitutam, nullorum hominum malitia (etiamsi inde excludi & non possit, sed pro temporis ratione tolerandi judicetur) ullo modo valeat extinguere.*]

C. XXXIV. ¶ *Unitati non communicat Schismaticis consentiens.*

Idem.

SChisma *d* siquidem ipsum, quod Græcum nomen est, scissuram sonat. Sed in unitate scissura esse non potest. Non ergò unitati communicant, qui Schismaticis communicant. Partes sibi ipsi fecerunt, & ab eo, quod unum est, ut Apostoli *e* Judæ jam verbis loquar, semetipsos segregantes, Spiritum non habent. Quibus omnibus illud efficitur, ut quia in unitate unum non sunt, ut quia in parte esse voluerunt, ut quia spiritum non habent, corporis Christi sacrificium habere non possint. ¶ Non autem nobis nunc illa quæstio est, utrum tolerare malos, sed utrùm debeamus Schismaticis sociari. Si enim etiam ipsi, licèt in suo sensu abundantes, intra materna tamen positi viscera *f* quærerent veritatem, à nobis repellendi non erant, donec apud eos ratione duce rei veritas clarnisset. Sed quia se ab universali Ecclesia diviserunt, sicut beatus Augustinus *g* ait, omnis Catholicus securus eam partem detestatur, cui Ecclesiam universalem Apostolicis sedibus roboratam non communicare cognoscit. Nec enim levigat crimen eorum, magis verò auget, quòd eos diu restitisse dixistis, ne Apostolicis communicantes sedibus in sua communione reciperent. In hoc enim dum & illi culpandi sunt, qui communicare talibus voluerunt, multò magis tamen illi execrandi sunt, qui non solùm in Sacerdotibus communionem Apostolicarum sedium, verùm etiam in ipsis Laicis spreverunt. Sed nec illud eis prodest, quòd eos in eisdem literis vel ignorantiâ rationis, vel simplicitate intellectûs sui à nostra se communione suspendisse perhibetis. Idipsum enim magis est, propter quod Schismatici sunt: quia non eos diversa sentiendi judicium, sed quædam apud se delata, sibi tamen incognita meruentes, & contra Apostolicam sedem temerè credentes, pessima divisit opinio. Quod schisma specialiter esse beatus denuntiat Augustinus, *h* dicens de talibus: [*Adversùs auctoritatem illarum Ecclesiarum, quæ ab Apostolica cathedra epistolas accipere meruerunt, temerè credendo, immanissimum schismatis crimen à se propulsare non poterit.*] Ad summam, aut illos Ecclesiam esse creditis, (& cùm duæ Ecclesiæ esse non possint, nos, quod absit, Schismaticos judicabitis:) aut si veram in Apostolicis sedibus esse constat Ecclesiam, & illos ab unitate divisos cognoscite, & communionis quæstionem esse sublatam, quam veram nisi in unitate constat esse non posse. Noli *i* ergò, quasi nulla

a *al. ordinatus.* b *7.q.1 denique. §. quòd verò.* c *1.q.1.si quis inquit. & quare qui.* d *Num.16.* e *Oseæ 9.* f *absit ab orig.* g *Anselm.l.12.c.42. Polyc.l.7.tit.5.* h *al. aut maltraam.* i *Anselm. l.12.c.42. Polyc.l.7.tit.5.* k *al. ex ordinatione.*

a *Cant.6.* b *Simile quiddam sup. dist. 11. cap. palam.* c *al. & excludi.* d *Anselm.l.12.c.44. Polyc.l.7.tit.5.* e *Iudæ 1.* f *al. ubera.* g *sup. eâd. c. pudenda.* h *dist. 19. in canonicis.* i *Deusdedit p.1.c.2.*

Schismaticorum, atque Ecclesiæ differentia sit, velle indifferenter utrorumque sacrificiis sociari. Non est Christi corpus, quod Schismaticus conficit, si veritate duce dirigimur. Nec enim divisum esse Christum, poterit quisquam sine Apostoli *a* reprobatione confingere. Unam, ut sæpè dictum est, quæ Christi corpus est, constat esse Ecclesiam: quæ in duo, vel in plura dividi non potest. Simul enim cùm ab ea quisque recesserit, esse desistit Ecclesia.

1 ¶ Ab Apostolica] *Apud Anselmum, & in Polycarpo legitur*, quæ Apostolicas sedes, & epistolas accipere meruerunt. *Et convenit cum verbis B. Augustini libro secundo de doctrina Christiana, cap. 1. prout notatum est suprà dist. 19.* in canonicis.

C. XXXV. ¶ *Ex quo Episcopus fides contraria docet, alium excommunicare non potest.*

Item Nicolaus Papa *scribit Michaëli Augusto, epist. 7.*

¶ *Emendata est hæc rubrica ex plerisq; vetustis.*

Alt *b* Cœlestinus Papa, Orientalibus Episcopis scribens: [*Si quis ab Episcopo Nestorio, aut ab aliis, qui eum sequuntur, ex quo talia prædicare cœperunt, vel excommunicatus, vel exutus est, seu Antistitis, seu Clerici dignitate, hunc in nostra communione & duràsse, & durare manifestum est: nec judicamus eum remotum: quia non poterat quenquam ejus venenosæ sententiæ, qui se jam præbuerat ipse removendum.*]

¶ *Nicolaus hîc citat epistolam Cœlestini Papæ, scriptam Ioanni, & Iuvenali, & cæteris Episcopis per orientem, prout est in Concilio Ephesino Vaticana Bibliotheca, & Lutetia impresso.*

C. XXXVI. ¶ *Non habentur excommunicati, qui ab hæretico excommunicantur.*

Item *ad Clerum* c *Constantinopolitanum.*

Apertè *d*, inquit, sedis nostræ sanxit auctoritas, nullum sive Episcopum, sive Clericum, seu professione aliquâ Christianum, qui à Nestorio, vel ejus similibus, ex quo talia prædicare cœperunt, vel loco suo, vel communione dejecti sunt, vel dejectum, vel excommunicatum videri: sed hi omnes in nostra communione & fuerunt, & hucusque perdurant: quia neminem vel dejicere, vel removere poterat, qui prædicans talia titubabat. Intellexistis 1 ne Imperator ex superiùs memoratis non potuisse, ut non dicamus Prælatum suum, saltem quemlibet removere, qui fuerant olim ipsi remoti: nec dejicere quenquam, qui fuerant jam antè prostrati?

¶ *Hic etiam citatur à Nicolao alia epistola ejusdem Cœlestini, quæ est inter alia ipsius Concilii Ephesini.*

1 ¶ Intellexistis] *Hic incipiunt propria Nicolai verba.*

C. XXXVII. ¶ *Ad judicandum excommunicati non recipiantur.*

Idem Nicolaus Papa *ibidem paulò inferiùs.*

Miramur *e*, quomodo excommunicati ad judicandum recepti sint, cùm secundùm Apostolicos canones sine commendatitiis literis in communione sola recipi prohibeantur. Absurdum enim est, ut cui non licet etiam cum minimis juxta sacras regulas communicare, liceat penes vos etiam de majoribus judicare.

His auctoritatibus perspicuè monstratur, quòd ex quo aliquis contra fidem cœperit aliquid docere, nec dejicere quenquam valet, nec damnare. Objicitur tamen illud Augustini: f [Recedentes à fide, nec baptisma, nec baptizandi potestatem amittunt.] *Cùm ergò Sacerdotalem unctionem utraque potestas, videlicet baptizandi & excommunicandi sequatur, à fide recedentes, aut utramque retinebunt, aut utràque carebunt. Sed aliud est potestas officii, aliud executio. Plerumq; officii potestas vel accipitur, veluti à Monachis in Sacerdotali ordinem, vel accepta sine jus executione retinetur: veluti à suspensis, quibus administratio interdicitur, potestas non aufertur. A fide itaq; recedentibus potestas non adimitur: sicut redeuntibus non redditur: ne non hominis, sed sacramento injuria fieri videatur. Unde ab hæreticis baptizati vel ordinati, cùm ad unitatem catholicæ fidei redierint, si forte in cultu Ecclesiastica pacis in suis recipiantur ordinibus, non iteratur sacramentum, quod in forma Ecclesiæ probabitur manifestum: sed per impositionem manûs præstabitur virtus sacramenti, quæ extra Ecclesiam nullis docetur esse collata. Cùm ergò utraque potestas in hæretico remaneat, si hæreticus Catholicum vel alium hæreticum excommunicaverit, ut in communionem suæ hæresis illum detineat, quia iniqua est sententia, pondere caret. Quòd si in Catholicum prave viventem, vel in hæreticum fugitivum, vel facinorosum dixerit, ut aliàs ad rectè vivendi normam uterq; redeat, sententiam dixerit, an uterq; an hæreticus tantùm ejus sententiâ teneatur, merito quærendum videtur. Potest autem dici Catholicum sententiâ hæretici minimè teneri. Non enim potest vir gladio ferire, quem accusare, vel in quem testificari non valet. Si enim quos divina testimonia non sequuntur, quia extra Ecclesiam sunt, pondus humani testimonii perdiderunt adversùs eos, qui in Ecclesia esse videntur, nec adversùs eosdem Ecclesiastica auctoritatis pondus habere potuerunt, qui ab ejus fide discessisse probati sunt, atq; ideò ab Ecclesia sunt condemnati. In a hæreticum autem potestatem habere videtur hæreticus: sicut & diabolus potest in malè, tanquam in pecore suo.*

C. XXXVIII. ¶ *Pro aliquo facinore ab hæretico excommunicatus, à Catholico non est recipiendus.*

Unde scribit Augustinus *Vincentio Donatista & Rogatista, epist. 42.*

Quisquis *b* pro aliquo flagitio, vel facinore projectum à vobis ita suscipit, sicut suscipiuntur, qui excepto errore, quo à nobis separamini, sine crimine apud vos vixerunt, displicet nobis. Sed nec facile ista monstratis: & si monstretis, nonnullos toleramus, quos coërgere vel punire non possumus: neque propter paleam relinquimus aream Domini: neque propter pisces malos rumpimus retia Domini: neque propter hœdos in fine segregandos deserimus gregem Domini: neque propter vana facta in contumeliam migramus de domo Domini.

C. XXXIX. ¶ *Quisquis propter disciplinam ab hæretico excommunicatur, non est à Catholico recipiendus.*

Idem *ad Eusebium, epist. 164.*

Subdiaconus *c* quondam Spanicnsis Ecclesiæ, vocabulo Primus, cùm ab accessu indisciplinato Sanctimonialium prohiberetur, atque ordinata, & sana præcepta contemneret, à Clericatu remotus est. *& infrà.* ¶ Ego *d*, si Domino placet, istum modum servo, ut quisquis apud eos propter disciplinam degradatus, ad catholicam transire voluerit, in humiliatione pœnitentiæ recipiatur, quò & ipsi eum forsitan cogerent, si apud eos manere voluisset.

Sed illud Augustini e *intelligitur dictum non propter sententiam, cujus potestas nulla est extra Ecclesiam: sed in detestationem criminum, quæ in hæreticis sicut in Catholicis, æquè sunt punienda. Potest tamen illud Augustini* f *de potestate baptizandi intelligi, non ita grandi, aut solvendi, vel cætera sacramenta monstrandi. Baptisma*

---

a 1.Cor.1. b *Ivo p.14.c.32. Panorm.l.5.c.134.* c *Nicolaus ibidem ex eodem Cœlestino ad Clerum Constantinop.* d *Ivo part.14 c.33. Pan.l.5.c.135.* e *In can. Apost.23. al.33. & in Can. Antioch.c.7.* f *1.qu.1. quod quidam.*

a *2.qu.7. si hæreticus.* b *23.q.7.c.1. & quisquis. Pulsc.l.7. tit.5. Ivo p.3.c.179.* c *Ivo p.6.c.391.* d *Ivo p.6.c.391.* e *Sup. eâd. cap. quisquis & c. Subdiaconus.* f *Sup. eâd. miramur, ex verbis Grat.*

namque sive ab hæretico, sive à Laico ministratum fuerit, dummodò in unitate catholicæ fidei accipiatur, non carebit effectu. Alia verò sacramenta, ut sacri corporis & sanguinis Domini, excommunicationi, vel reconciliationi, si ab hæretico, vel catholico non Sacerdote ministrentur, vel nullum, vel lethalem habebunt effectum. Unde & ab omnibus fidelibus nullatenùs sunt recipienda.

C. XL. ¶ *In extremo positus etiam ab hæretico pœnitentiam accipere valet.*

Hinc Augustinus *scribit in 1. lib. de baptismo contra Donatistas, c. 2.*

SI *a* quem fortè coëgerit extrema necessitas, ubi Catholicum, per quem accipiat, non invenerit, & in animo pace catholicâ custoditâ, per aliquem extra unitatem catholicam positum acceperit, quod erat in ipsâ catholica unitate percepturus, si statim etiam de hac vita migraverit, non eum nisi Catholicum deputamus. Si autem fuerit à corporali morte liberatus, cùm se catholicæ congregationi etiam corporali præsentiâ reddiderit, unde nunquam corde discesserat, non solùm non improbamus quod fecit, sed etiam securissimè, verissimeque laudamus: quia præsentem Deum credidit cordi suo, ubi unitatem servabat, & sine sancti baptismi sacramento (quod ubicunque invenit, non hominum, sed Dei esse cognovit) noluit ex hac vita migrare. Si quis autem, cùm posset in ipsâ catholica accipere, aliquâ *b* mentis perversitate elegerit in schismate baptizari, etiamsi posteà 1 venerit ad catholicam Ecclesiam, certum est ibi *c* prodesse sacramentum, quod alibi accipi quidem potest, prodesse autem non potest, perversus & iniquus est, & tantò perniciosiùs, quantò scientiùs.

1 ¶ Posteà] *In originali legitur*, (etiamsi posteà venire ad catholicam cogitat, quia certus est ibi prodesse sacramentum, quod alibi accipi quidem potest, prodesse autem non potest, perversus, &c.) *Sed ob glossam non est emendatum.*

C. XLI. ¶ *Per annum pœniteat, qui de manu hæretici nesciens prohibitam communionem accepit.*

Item Julius Papa *d.*

SI *e* quis dederit, aut acceperit communionem de manu hæretici, & nescit, quòd catholica Ecclesia contradicit, posteà intelligens annum integrum pœniteat. Si autem scit, & neglexerit, & posteà pœnitentiam egerit, decem annos pœniteat. Alii judicant septem, & quidam humaniùs, ut quinq; annos pœniteat. ¶ Si quis permiserit hæreticum Missam suam celebrare in Ecclesia catholica, & nescit, quadraginta dies pœniteat: si pro reverentia ejus, annum integrum pœniteat: si pro damnatione Ecclesiæ catholicæ, & consuetudinis Romanorum, projiciatur ab Ecclesia, sicut hæreticus, nisi habeat pœnitentiam: si habuerit, decem annos pœniteat. Si recesserit ab Ecclesia catholica in congregationem hæreticorum, & aliis persuaserit, & posteà pœnitentiam egerit, duodecim annos pœniteat, tres 1 extra Ecclesiam, septem inter audientes, & duos adhuc extra communionem. De his in canone dicitur, ut duodecimo 2 anno communionem sine oblatione percipiant.

1 ¶ Tres extra] *Apud Burchardum & Ivonem legitur*, quatuor extra Ecclesiam, sex inter audientes, &c.

2 ¶ Duodecimo] *Burchardus & Ivo habent*, decimo.

C. XLII. ¶ *Potius est mortem arripere, quàm de manu hæretici communionem accipere.*

Item Gregorius Papa, *lib. 3. dialog. cap. 31.*

COepit *f* Ermenegildus Rex juvenis terrenum regnum despicere, & forti desiderio cœleste quærens, in cilicijs vinculatus jacens omnipotenti Deo ad se confirmandum *a* preces effundere, tantoque sublimiùs gloriam transeuntis mundi despicere, quantò & religatus agnoverat nil fuisse, quod potuerit auferri. Superveniente *b* autem Paschalis festivitatis die, intempestæ noctis silentio ad eum perfidus pater Arrianum Episcopum misit, ut de ejus manu sacrilegæ consecrationis communionem perciperet, atque per hoc ad patris gratiam redire mereretur. Sed vir Deo deditus, Arriano Episcopo venienti exprobravit, ut debuit, ejusque à se perfidiam dignis increpationibus repulit: quia etsi exteriùs jacebat ligatus, apud se tamen in magno mentis culmine stabat securus. Ad se itaque reverso Episcopo Arriano pater infremuit, statimque suos apparitores misit, qui constantissimum confessorem Dei illic, ubi jacebat, occiderent. Quod & factum est.

a Polyc. l. 7. tit. 2. Anse. lib. 9. c. 49. Ivo p. 1. c. 170. b al. per aliquam mentis perversitatem. c al. illi. d al. Eutychianus.] al. ex pœnitentiali Theod. e Polyc. l. 3. tit. 5. Burch. l. 19. cap. 105. Ivo p. 15. c. 117. f Polyc. l. 7. tit. 6.

QUÆSTIO II.

1. QUòd autem post mortem nullus excommunicari valeat, vel absolvi, ex verbis Evangelii monstratur, quibus dicitur: c [Quodcunque ligaveris super terram, &c.] *Super terram, inquit, non sub terra: ostendens, quòd viventes pro varietate suorum meritorum solvere possumus, vel ligare: de mortuis autem sententiam ferre non possumus.*

C. I. ¶ *Non possunt ab Ecclesia absolvi post mortem, qui in hac vita ab ea noluerunt absolvi.*

Unde Leo Papa *scribens Rustico Narbonensi Episcopo, epist. 90. cap. 7. al. epist. 92. c. 6.*

DE *d* communione 1 privatis, & ita defunctis.] Horum causa Dei judicio reservanda est, in cujus manu fuit, ut talium obitus non usque ad communionis remedium differretur. Nos autem, quibus viventibus non communicavimus, mortuis communicare non possumus.

1 ¶ De communione privatis, & ita defunctis.] *Verba hæc in codice canonum sunt titulus vigesimi decreti Leonis primi, & ea Burchardus non habet. Reliqua verò sunt ipsius Leonis verba.*

C. II. ¶ *Ecclesia viventes potest ligare vel solvere, non mortuos.*

Item Gelasius Papa *in commonitorio, Fausto magistro, fungente legationis officio apud Constantinopolim.*

LEgatur *e*, ex quo est religio Christiana, vel certè detur exemplum in Ecclesia Dei à quibuslibet Pontificibus, ab ipsis Apostolis, ab ipso denique Salvatore veniam, nisi se corrigentibus, fuisse concessam. Auditum enim *f* sub isto cœlo nec legitur omninò, nec dicitur, quod eorum voce depromitur: date veniam nobis, dum tamen nos in errore duremus. Id quoque pariter ostendant, qui nobis canones nituntur opponere, quibus hoc canonibus, quibus regulis, quâ lectione, quove documento, sive à majoribus nostris, sive ab ipsis Apostolis (quos potiores merito fuisse non dubium est) seu ab ipso Domino Salvatore, qui judicaturus creditur vivos & mortuos, sive factum est unquam, vel faciendum esse mandatur? Mortuos suscitâsse Christum legimus: in errore mortuos absolvisse non legimus. Et qui certè hoc faciendi solus habuit potestatem, beato Petro *g* principaliter mandat Apostolo: [*Quæ ligaveris super terram, ligata erunt & in cœlis: & quæ solveris super terram, erunt soluta & in cœlo.*] Super terram, inquit. Nam in hac ligatione defunctum nunquam dixit absolvi.

¶ *In commonitorio, ex quo sumptum est caput hoc, antè narratur, senatores Constantinopolitanos petiisse à Gelasio, ut*

a al. confortandum. b 1. q. 1. superveniente. c Matth. 16. d Burchard. lib. 11. cap. 52. Ivo part. 14. cap. 60. Panorm. lib. 3. c. 118. vide infrà eâd. c. 38. 11. q. 3. c. 37. e Polyc. l. 7. tit. 1. f al. autem. g Matth. 16.

sibi liceret communicare cum Achatio ab Apostolica sede excommunicato, hancq; sibi veniam concedi popposcisse. Quorum absurdam petitionem rejiciens Gelasius, hæc, quæ in hoc capite continentur, ipsi Eusebio, quem Constantinopolim mittebat, in commonitorio suggessit.

C. III. ¶ *Non oportet ab eorum eleemosynis post mortem abstinere, quibus in vita communicare non destitimus.*

Item Urbanus II. *Guitmundo Episcopo.*

SAnè a quod super Richardo filio Borelli vestra fraternitas se egisse innotuit pro zelo Dei, & animarum charitate, laudamus. Sed non adeò timendum, non adeò est vobis ab ejus eleemosynis abstinendum. Inter cæteros quippe nostræ fidei Patres beatus Leo b Papa Doctor egregius, [*Quibus vivis*, inquit, *non communicavimus, nec mortuis communicare debemus.*] Constat ergò, quoniam quibus vivis (ut ex opposito loquamur,) communicavimus, mortuis quoque communicare possumus. Nos planè inter duo oppugnantia positi, inter impios videlicet & Schismaticos, Schismaticis ullo modo communicare non possumus, aut licet: peccatoribus verò, & prædonibus dispensativè propterea c communicamus, quia & Ecclesiam hactenus sustentaverunt, & se fideles in posterum pollicentur. Alioquin oportet nos de hujus mundi partibus exire. Sub qua etiam sponsione nos eis nuper in beati Petri natalitiis absolutionem indulsimus. Quia ergò prædictus vir neq; nominativè excommunicatus, neq; communicans d cum excommunicatis ex nomine exiit, sed in Domini sui fide atque servitio permansit, licet nobis dispensativè, id est, quamdiu eos patimur, ejus eleemosynis communicare, & defuncti animam Christianæ religionis modis omnibus adjuvare.

C. IV. ¶ *De eodem.*

Item Gelasius Papa *universis Episcopis per Dardaniam, sive per Illyricum constitutis.*

NEc e quisquam omninò vobis persuadeat Achatio prævaricationis suæ crimen fuisse laxatum: quia, qui postquam in collegium recidens pravitatis jure meruit ab Apostolica communione secludi, in hac eadem persistens damnatione defunctus est, absolutionem, quam superstes nec quæsivit omninò, nec meruit, mortuus jam non potest impetrare. Siquidem ipsis Apostolis Christi voce delegatum est: [*Quæ* f *ligaveritis super terram*, &c.] Cæterùm jam de eo, qui in divino est judicio constitutus, nobis fas non est aliud decernere præter id, in quo eum dies supremus invenit. Atque ideò, nisi ejus nomine refutato, exteriisque consortibus hujus erroris, cum nullo prorsus eorum participare debetis mensæ Dominicæ puritatem, quam majores nostri semper ab hæretica magnoperè servaverunt pollutione discretam.

¶ *Epistola, ex qua hoc caput acceptum est, extat inter alia scripta Gelasii in vetusto codice Vaticano: in quo etiam multa aliorum Pontificum epistola habentur.*

C. V. ¶ *Incorrigibilis damnationis sententiâ relaxari non potest.*

Item Leo Papa *epist. 13. ad Pulcheriam Augustam.*

DAmnationis sententiam quicunque meretur accipere, si in suo sensu voluerit permanere, nullus relaxare poterit.

¶ *Verba Leonis de Eutyche agentis, sunt hæc:* Qui dum viderit insipientiæ suæ sensum catholicis auribus displicere, revocare se à sua opinione debuerat, nec ita Ecclesiæ præsules commovere, ut damnationis sententiam mereretur: quam utique, si in sua sententia voluerit permanere, nullus poterit relaxare.

a *Ivo part. 14. c. 68.* b *Sup. eâdem, de communione.* c *alii pro tempore.* d *1. Corinth. 5.* e *Aug. ad Bonif. 22. c. 30. Polyc. l. 7. tit. 11.* f *Matth. 18.*

2 pars. *His auctoritatibus probatur, quòd viventes, non mortuos solvere possumus, vel ligare. Verùm hoc non de omni tempore intelligendum est. Sunt enim quædam crimina, de quibus etiam post mortem accusari potest quilibet, vel damnari, velut hæresis.*

C. VI. ¶ *Hæretici etiam post mortem sunt excommunicandi.*

Unde in prima actione V. Synodi legitur.

SAnè 1 profertur a à quibusdam, qui dicunt operare post mortem hæreticos anathematizari, & sequi in hoc doctrinam sanctorum Patrum, qui non solùm vivente hæreticos condemnaverunt, sed & post mortem, utpote in sua impietate mortuos: siquidem qui injustè condemnati sunt, revocaverunt post mortem, & in sacris diptychis 2 scripserunt. Quod factum est & in Joanne, & in Flaviano religiosæ memoriæ Episcopis Constantinopolitanis. *Item in actione quinta.* ¶ Augustinus b in [*Si fortè isti libri ita designant traditorem suum, sicut Dominus designavit Judam, legatur in eis nominatum & expressè vel Cæcilianum, vel ordinatores, eorundem librorum fuisse traditores, & si non eos anathematizavero, ipse cum* c *eo judicer traditor.*] *& infrà in eadem actione.* ¶ Quæ modò recitata sunt, Augustinus sanctæ memoriæ consuluit, & convenit y statui tenenti ab initio in Ecclesia. Impium verò dogma jam inculpatum 4, & condemnatum est: & eos, qui tali dogmati obnoxii sunt, anathematizari vult Ecclesia traditio, licèt etiam mortui essent. Ideò sanctæ memoriæ Augustinus dicit: [*Quod si modo convincuntur Cæciliani de his, quæ inferuntur ei, etiam post mortem cum anathematizo.*] *Item infrà in eadem actione.* ¶ Multi d Episcopi congregati, & quædam de diversis causis ad Ecclesiasticum statum pertinentibus disponentes, statuerunt de Episcopis defunctis, qui hæreticis suas facultates reliquerunt 1, ut etiam post mortem anathemati subjiciantur. Sunt verò etiam & Augustini sanctæ memoriæ epistolæ existentes, quòd si qui in vita sua non rectè sapuerunt, licèt non condemnati fuissent adhuc viventes, tamen demonstrato peccato, isti etiam post mortem anathemati subjiciantur. *Item infrà.* [¶ *Si* f *vera essent, quæ ab eo objecta sunt Cæciliano, & nobis possent ostendi manifesta, ipsum jam mortuum anathematizaremus.*] *Item infrà.* [¶ *Dicis* g *licere mihi etiam hodie de mortuis judicare: quæ judicium non tantùm de vivis, sed etiam de mortuis fieri potest.*] *& infrà.* ¶ Rambulas sanctæ memoriæ, Episcopus factus Edessenæ civitatis, qui in Sacerdotibus explenduit h, Theodorum istum Mopsuestenum etiam post mortem in Ecclesia anathematizavit. *Item infrà.* ¶ Romanorum etiam Ecclesia ante annos paucos Dioscorum, qui fuit Papa ejusdem Ecclesiæ, & post mortem anathematizavit, cum nec in fide peccâsset. Et hoc sciunt omnes, qui degunt Romæ: & maximè, qui in dignitatibus existunt: qui etiam eidem Dioscoro communicatores permanserunt usque ad eius mortem. *Item infrà.* ¶ Si ad tempora Theophili sanctæ memoriæ, vel superius aliquis recurrerit, etiam Origenem inveniet post mortem anathematizatum. Quod etiam nunc in isto i fecit & vestra sanctitas, & Vigilius religiosissimus Papa antiquioris Romæ. *Item infrà.* ¶ Sanctissimus Papa & Synodus dixit. Sufficiunt quidem, quæ dicta & prolata sunt, Ecclesiasticam traditionem demonstrare, quòd oportet hæreticos & post mortem anathematizari. *Item in eadem collatione octava.* ¶ Sancta Synodus dixit. Augustini sanctæ memoriæ, qui inter Africanos

a *Ivo part. 14. c. 62. Pann. l. 5. c. 119. & sequentibus.* b *In lib. de unitate Ecclesiæ, cap. 3.* c *alium judicer.* d *In Concil. Afric.* e *al. relinquant.* f *Aug. Epist. 50. ad Bonifac.* g *Aug. c. 14.* h *al. refutandus.* i *al. ejus contra Crescanium, libr. 3. cap. 39.*

k *Ivo p. 14. c. 63.*

Episco-

Episcopos splenduit, diversæ epistolæ recitatæ sunt, significantes, quòd oportet hæreticos & post mortem anathematizari. Talem autem Ecclesiasticam traditionem & alii Africani reverendissimi Episcopi servaverunt, sed & Romana sancta Ecclesia quosdam Episcopos & post mortem anathematizavit, licèt pro hâc in vita sua non essent accusati: & utrumque apud nos habita gesta significant.

¶ *Hoc caput sumptum est ex variis locis quintæ Synodi, quem admodum fere se habet in Colonienſi quatuor tomorum editione.*

1 ¶ Sanè] *In epistola Imperatoris Iustiniani, quæ refertur in primæ confessione, seu collatione ipsius quintæ Synodi, hæc locus sic habet:* Hortamur autem etiam illud disceptare, quod variè profertur ab his, qui dicunt non oportere, &c. *Sed sententia non valdè diversa.*

2 ¶ Diptychis] *Sic emendatum est ex ipso Concilio, cùm antea legeretur,* Dictsicit. *Diptycha verò duæ tabulæ erant, quarum altera vivorum, altera mortuorum ea nomina continebat, quæ in Missa recitabantur: translato vocabulo ab ostreorum diptycho, cujus mentionem facit B. Ambrosius Hexam. libr. 5. cā. De hujusmodi autem Ecclesiasticis diptychis partim vivorum, partim mortuorum, partim utrorumque mentio fit in epistola Innocentii I. ad Decentium, cap. 2. & in epistola B. Augustini 187. Clero & plebi Ecclesiæ Hipponensis, suprà 2. quæst. 1. cap.* nomen. *& 11. quæst. 3. cap.* quid obest. *& in epistola Gelasii ad Anastasium Augustum, & in epistola Episcoporum Ægyptiacæ diœcesis ad Anatolium, quæ habetur post Concilium Chalcedonense, & alibi sæpè.*

3 ¶ Et conveniant] *Sic est emendatum ex ipsa Synodo, antea legebatur,* & statuit teneri.

4 ¶ Inculpatum,] *In glossa interlineari duorum vetustorum Gratianæ codicum habetur,* id est, valdè culpatum.

5 ¶ Dioscorum] *In antiquis Pontificalibus in vita Bonifacii secundi hæc leguntur:* Hic *(scilicet Bonifacius)* cum Dioscoro ordinatus est, sub contentione: Dioscorus in Basilica Constantiniana, Bonifacius verò in Basilica Julii. Fuit itaque dissensio in Clero & populo, & Senatu diesviginti octo, donec defunctus est Dioscorus v. Idus Octobris. Ipsis diebus Bonifacius zelo ductus cum grandi amaritudine coactâ Synodo sub vinculo anathematis chirographo damnavit Dioscorum, & reconciliavit Clerum: quem chirographum in Ecclesiæ archivo reclusit.

QUÆSTIO III.

1 QUòd autem pro peccato alicujus tota familia excommunicanda sit, multorum exemplis probatur. *Pro peccato namq;* a *Sodomitarum parvuli eorum, qui beneficio ætatis paterna flagitia nesciebant, cœlesti igne sunt consumpti.* ¶ *Item* b *pro peccato Amalechitarum non solùm parvuli eorum, sed etiam bruta animalia usq; ad mugientem ad parietem jussa sunt à Domino deleri.* ¶ *Item* c *Dathan & Abiron auctores schismatis fuerunt contra Moysen & Aaron: nec tantùm ipsi soli, sed omnes substantia eorum cum ipsis descendit ad inferos.* ¶ *In novo Testamento nonnunquam peccatis exigentibus gravis pestilentia desævisse legitur, qua etiam illos involvit, qui peccati consentiam non habebant. Si ergò tam severissimè pro peccatis parentum inveniuntur parvuli punati, non dubium est, quin pro peccatis eorundem sententiâ excommunicationis pariter ferire valeant.* ¶ *His ita respondetur. Pro peccatis parentum parvulos corporaliter flagellari, ex verbis Evangelii apparet, ubi discipuli de cæco nato Christum interrogâsse dicuntur:* [Rabbi d *quis peccavit, hic, aut parentes ejus, ut cæcus nasceretur?*] *In quibus etiam illud completur, quod Dominus ait ad Moysen:* e [Ego sum Deus zelotes, visitans peccata Patrum in filios usque in tertiam & quartam generationem.] *Spiritualiter autem peccatis parentum parvuli non tenentur, ex quo per sacramentum regenerationis ab originali peccato fuerint emundati. Unde per* f *Ezechielem Dominus ait:* [Anima, quæ peccaverit, ipsa morietur: filius non portabit iniquitatem patris, neq; pater iniquitatem filii: justitia justi super eum erit, & impietas impii erit super eum.] *Quæcunque etiam peccata parentes commiserunt, ex quo filius personaliter ab eis separatus fuerit, ei non imputantur ad pœnam. Unde peccato Adæ ideò omnes posteri tenere dicuntur, quia nondum aliquis ex illo matre aliter fuerat progenitus. Quia verò apud Deum non sententia Sacerdotum, sed vita eorum quæritur, patet, quòd non est ligandus sententiâ, quem peccati macula non inficit. Hinc* g *Paulus Corinthiis scribens ait:* [Si quis frater nominatur fornicator, aut avarus, aut idolis serviens, cum hujusmodi nec cibum sumere debetis.] *Ex quibus verbis datur intelligi, quòd nisi primùm aliquis nominatus* 1 *fuerit de crimine, id est, vel coram judice accusatus & convictus, vel in jure ipse de se fuerit confessus, quòd nec sententiâ ligari debet ferendâ, nec ab ejus communione abstinendum. Non ergò pro alterius peccato tota familia excommunicanda est.*

1 ¶ Nominatus] *Hæc explanatio loci B. Pauli ad Corinthios & hic, & suprà 11. q. 3.* ad mensam. 9. evidenter. *videtur accepta ex verbis B. Augustini in libro 50. homeliarum, hom. ultimâ, cap. 12. suprà 2. quæst. 1. c.* multi.

C. I. ¶ *Pro peccatis patris non est filius anathematizandus.*

Unde Augustinus *scribat ad Auxilium Episcopum, epist. 71.*

SI habes *c* de hac re sententiam, certis rationibus vel Scripturarum testimoniis exploratam, nos quoque docere digneris, quomodo rectè anathematizetur pro patris peccato filius, aut pro mariti, uxor, aut pro Domini, servus: aut quisquam etiam in domo nondum natus, si eodem tempore, quo universa domus est anathemate obligata, nascatur, nec ei possit per lavacrum regenerationis in mortis periculo subveniri. Hæc 1 enim fuit corporalis pœna, quâ legimus quosdam contemptores Dei cum suis omnibus, qui ejusdem impietatis participes fuerunt, pariter interfectos. Tunc quidem *d* ad terrorem viventium mortalia corpora perimebantur, quandoque utique moritura. Spiritalis autem pœna, quâ fit, quod scriptum est: [*Quæ ligaveris in terra, erunt ligata & in cœlo,*] animas obligat: de quibus dictum est *f*: [*Anima patris mea est: & anima filii mea est: anima, quæ peccaverit, ipsa morietur.*] Audisti fortasse aliquos magni nominis Sacerdotes cum domo sua quempiam anathematizâsse peccantium. Sed fortè si essent interrogati, reperirentur idonei reddere inde rationem. Ego autem, quoniam si quis à me quærat, utrùm rectè fiat, quid ei respondeam, non invenio: nunquam hoc facere ausus sum de quorundam 2 facinoribus unanimiter adversùs Ecclesiam perpetratis, nisi gravissimè commoverer. Sed si tibi, quòd justè fiat, Dominus revelavit, nequaquam juvenilem ætatem tuam, & honoris Ecclesiastici rudimenta contemno. En adsum: senex à juvene Coëpiscopo, & Episcopus tot annorum à collega necdum anniculo paratus sum discere, quomodo vel Deo, vel hominibus justam possimus reddere rationem, si animas innocentes pro scelere alieno (ex quo non trahunt, sicut ex Adam, in *g* quo omnes peccaverunt, originale peccatum) spiritali supplicio puniamus. Etenim Classiciani filius, etsi traxit ex patre primi hominis culpam, sacro fonte baptismatis expiandam, tamen quicquid, posteaquam eum genuit, peccati pater ejus admisit, ubi particeps ipse non fuit, ad eum non pertinere quis ambigit? Quid 3 dicam de conjuge? Quid de tot

a *Gen.19.* b *1.Reg.15.* c *Num.16.* d *Joan.9.* e *Exod.20.*

a *Ezechiel. 18.* b *2.Corinth.5. mutatis aliquantulùm verbis.* c *Ivon. p. 14. c. 44. Panorm. l. 5. c. 226.* d *al. quippe.* e *Matth.26.* f *Ezech.18.* g *Rom.5.*

animabus in universa familia? Unde si una anima per istam severitatem, quâ tota domus ista anathematizata est, sine baptismate de corpore exeundo perierit, innumerabilium mors corporum, si de Ecclesia homines innocentes violenter abstrahantur & interficiantur, huic damno non potest comparari. Si ergò de hac re potes reddere rationem, utinam & nobis rescribendo præstes, ut possimus & nos. Si autem non potes, quid tibi est inconsultâ commotione animi facere, unde si interrogatus fueris, rectam rationem non valeas invenire? Hæc autem dixi, etiam si filius noster Classicianus aliquid admisit, quod tibi anathemate plectendum justissimè videretur.

1 ¶ Hæc enim fuit] *Sic etiam apud Ivonem, & in Pannormia: in epistola autem ipsa legitur:* Neque enim hæc corporalis est pœna, quâ legimus quosdam contemptores Dei cum suis omnibus, qui ejusdem impietatis participes non fuerunt, pariter interfectos. *Verum ob glossam, & doctorum dicta nihil est mutatum.*

2 ¶ De quorundam] *Eadem glossa obstitit, ne hoc mutaretur: itemq; quoniam cum Ivone & Pannormia concordat. In exemplari autem est,* cùm de quorundam facinoribus, immaniter adversus Ecclesiam perpetratis, gravissimè permoveret.

3 ¶ Quid dicam de conjuge?] *Verba hæc desunt in cæteris editionibus epistolarum, exceptâ Antverpianâ. Sunt autem in codice illarum Vaticano, & apud Ivonem, & in Pannormia.*

2 pars. *Ut ergò ex hac auctoritate evidentissimè monstratur, illicitè excommunicatur quis pro peccato alterius: neq; aliquâ ratione nituntur, qui pro peccato unius in totam familiam sententiam ferunt excommunicationis. Illicita autem excommunicatio notatum non ledit, sed excommunicantem.*

C. II. ¶ *Qui illicitè aliquem excommunicat, semetipsum, non illum condemnat.*

Unde Gregorius *scribit Magno Mediolanensi Episcopo, lib. 2. epist. 26.*

COmperimus, *a* quòd Laurentius quondam frater, & Coëpiscopus noster nullis te culpis exigentibus *b* communione privaverit. Ideoque hujus præcepti nostri auctoritate munitus, officium tuum securus perage, & communionem sine aliqua sume formidine.

C. III. ¶ *Qui non corde, sed ore maledicunt, labiorum immunditiam contrahunt.*

Item Hieronymus *c in Leviticum.*

QUi negligunt oris maledici consuetudinem resecare, etiamsi non ex corde maledicant, etiamsi non voto & animo iniquo proferant maledicta, tamen immunditiam labiorum (secundùm Esaiæ *d* verbum) & inquinamenta oris incurrunt.

C. IV. ¶ *Vita, non sententia quemlibet ligat, vel solvit.*

Item Hieronymus *e ubi suprà.*

1 SI quis *f* non recto judicio eorum, qui præsunt Ecclesiæ, depellatur, & foras mittatur, si ipse non antè exiit, hoc est, si non ita egit, ut mereretur exire, nihil læditur in eo, quòd non recto judicio ab hominibus videtur expulsus. Et ita fit, ut interdum ille, qui foras mittitur, intus sit, & ille foris, qui intus retineri videtur.

C. V. ¶ *De eodem.*

Item Rabanus *de Ecclesiasticis præsuris, lib. 1.*

NOn in *g* perpetuum damnamur, cùm injustè judicamur, dicente Psalmo: *h* [*Nec damnabit illum, cùm judicabitur ille.*] Multi Sacerdotum culpam zelo Dei se persequi profitentur: Sed dum indiscretè hoc agitur, sacrilegii facinus incurrunt, & dum præcipites quasi ad emendandum ruunt, ipsi quoque multò magis deteriùs cadunt.

C. VI. ¶ *Quâ pœnâ feriatur, qui illicitè aliquem excommunicat.*

Item ex Concilio Parisiensi *tempore Ludovici.*

DE illicita *a* excommunicatione lex Justiniani Imperatoris Catholici, quam probat & servat Catholica Ecclesia, constitutione CXXIII. 1 cap. CCCLI. decrevit, ut nemo Episcopus, nemo Presbyter excommunicet aliquem, antequam causa probetur, propter quam Ecclesiastici canones hoc fieri jubent. Si quis autem adversùs eam *b* aliquem excommunicaverit, ille quidem, qui excommunicatus est, majoris Sacerdotis auctoritate ad gratiam sanctæ communionis redeat: is autem, qui legitimè non excommunicaverit, in tantum abstineat à sacra communione tempus, quantum majori Sacerdoti visum fuerit: ut quod injustè fecerit, ipse justè purgatur. Et hinc sanctus Gregorius *c* ad Joannem Episcopum injustè excommunicantem inter cætera scribit, dicens: [*Cessatis prius, atque in nihilum redacta protelle sententia tua decreta, ex beati Petri Principis Apostolorum auctoritate decernimus, triginta dierum spatio te sacrâ communione privatum, ab omnipotente Deo nostro tanti excessûs veniam cum summa pœnitentia, ac lachrymis exorare. Quod si hanc sententiam nostram te cognovimus implêsse remissûs, non jam tantum impietatis, sed & contumaciam fraternitatis tuæ cognoscat, adjecturus Domino, severiùs puniendam:*] quia nemo præpropere, vel præposterè, scilicet non commonitus, neq; convictus *d*, est judicandus. De conventione autem hujusmodi peratoris manifestorum criminum lex *e* dicit: [*Quoniamque tribus auctoritatibus judicio conventus, vel tribu gestis ad judicem fuerit provocatus, aut uno pro omnibus peremptorio, id est, quod causam extinguit, fuerit evocatus, & præsentiam suam apud eum judicem, à quo ei denuntiatum est, exhibere noluerit, adversùs eum, quasi in contumacem, judicari potest. Quinimo nec retractari per appellationem negotia possint, quæ tales in contumacem fuerit judicatum.*] Et hanc sententiam de tribus auctoritatibus conventis ex Evangelica auctoritate Cœlestinus 2, ad Nestorium dicens, & Epistolina 3 Synodus de eodem decernens, & beatus Gregorius ad Joannem scribens, comprobant. De peremptorio autem scripto *f*, Africanum Concilium demonstrat de Cresconio, ut si conventus respicere detrectaverit, suo contemptu, & suâ contumaciâ faciente, auctoritate judiciariâ protinùs excludatur. Item *g* beatus Gregorius de sententia in contumacem, scribens ad Maximum præsumptorem Salonitanum Episcopum dixit: [*Hortamur, ut ad nos venire omni postpositâ excusatione festines: quatenus servatâ justitiâ, hæc, de quibus accusaris, & cognoscere, & finire secundùm canonica instituta Christo revelante possimus. Ita autem fac, ut ad veniendum ampliùs jam moras non ingeras: ne ipsa te magis alienata obstinatio hæc, quæ dicuntur, affligunt: & nos in te hæc vera, non solum propter dicta crimina, quæ purgare subterfugis, sed etiam propter inobedientiæ culpam, duriùs, scilicet ut in contumacem, ego ex Concilio ferre judicium.*]

1 ¶ CXXIII.] *Sic est & in novellis Justiniani, & in Epitome Juliani antecessoris, & in aliquot Gratiani codicibus; licet in aliis sit* CXXVIII. *Numerus autem capitis emendatus est ex vetustissimis exemplaribus. Olim enim novella per capita, non per libros diversa citabantur.*

a *Polyc. lib. 2. tit. 22. Ivo p. 14. c. 17. Pann. lib 5. c. 229.* b *al. extantibus.* c *Origenes hom. 14. ad c. 24. Levit.* d *Esa. 6.* e *Origenes ibidem.* f *Inst. ead. cum aliquo.* g *Ivo p. 14. c. 20. Pann. lib. 5. c. 132.* h *Psal. 36.*

a *Ivo part. 14. c. 21 Pannor. lib. 5. c. 124. 25. 1. nomo Episcopus.* b *al. ea.* c *Lib. 2. ind. 11. epist. 6.* d *al. convictus.* e *In Cod. Theod. l. 5. sententiarum Iulii Pauli, titul. 5. partim in interpretatione, partim post interpretationem.* f *cap. 5. & 44.* g *lib. 5. Epist. 3.*

2 ¶ Cxxi-

2 ¶ Cœlestinus,] *In Concilio Ephesino Bibliotheca Vaticana, & Lutetia impresso, in epistola ipsa Cœlestini ad Nestorium hæc leguntur ad hoc caput pertinentia:* Scias volo post primam & secundam illius *(scilicet Cyrilli,)* & hanc nostram correptionem, quam constat esse jam tertiam, ab universitate collegii, & conventu Christianorum te prorsus esse sejunctum: nisi mox, quæ malè dicta sunt, corrigantur. *In eodem verò Concilio nuper Ingolstadii impresso, epistola hæc est in tomo primo, c.16.*

3 ¶ Ephesina] *In iisdem Vaticano & Parisiensi Ephesini Concilii exemplaribus in epistola ipsius Synodi ad Nestorium hæc habentur.* Ecce autem simul præsidente sanctâ Synodo, quæ in magna Roma congregata est, sanctissimo, & reverendissimo fratre, & comministro nostro Cœlestino Episcopo, & tertiâ te hac contestamur Scripturâ, &c. *In sententia verò depositionis ipsius Nestorii post mentionem duarum citationum additur,* Canonibus autem præcipientibus, evocari tertiâ vocatione inobedientem, dirigentes ad eum rursus alios sanctissimos Episcopos, contumacem invenimus, & renitentem, &c. *In Concilio autem Ingolstadii excuso, tomo 2. c.2. sunt expressæ tres citationes ipsius Nestorii.*

C. VII. ¶ *Vita, non sententia ab Ecclesia aliquem ejicit, vel ad eam reducit.*

Item Origenes *super Leviticum, homiliâ 14. ad cap.24.*

CUm aliquis *a* exit à veritate, à timore Dei, à fide, à charitate, exit de castris Ecclesiæ; etiamsi per Episcopi vocem minimè abjiciatur: sicut è contrario, dum aliquis non recto judicio foras mittitur, scilicet si non ante exierit, id est, si non egerit, ut mereretur exire, nihil lædituR. Interdum enim qui foras mittitur, intus est, & qui foris est, intus tenetur videtur.

¶ *Apud Origenem post c.* qui negligunt. *sup. eâd. citatum, sequitur:* Iste tamen, qui licèt matre Israëlitide, Ægyptio tamen patre progenitus est, exiit, & nominans nomen maledixit. De quo ego puto, quòd nisi exuisset, nec litigâsset adversùs verum Israëlitam, nec nominans maledixisset. Exiit enim à veritate, exiit à timore Dei, à fide & charitate: sicut superiùs diximus, quomodo per hæc quis exeat à castris Ecclesiæ, &c.

C. VIII. ¶ *Et qui aperto sacrilegio, & qui perversâ vitâ fidelibus non sociantur, ad Ecclesiam non pertinere probantur.*

Item Augustinus *sermone 11. de verbis Domini.*

DE illis, qui sunt ab Ecclesia segregati, non dicit: [b *ea, quæ sunt Spiritûs, non percipientes*] ne ad scientiæ perceptionem referrentur *c:* sed dictum est, [*Spiritum non habentes.*] *& infrà.* ¶ Hoc *d* utique 1 nullo modo diceret ab Ecclesia segregatis, qui dicti sunt Spiritum non habentes. Sed nec ille dicendus est esse in Ecclesia, & ad istam societatem Spiritûs pertinere, qui ovibus Christi ficto corde miscetur. [*Sanctus e enim Spiritus disciplinæ fugiet fictum.*] Neque 2 enim solùm ad Ecclesiam non pertinent, qui separationis aperto sacrilegio manifesti sunt, sed etiam illi, qui in ejus unitate corporaliter misti per pessimam vitam separantur.

¶ *In sermone indicato B. Augustinus, agens de iis, qui se omninò ab Ecclesia separaverunt, ait, horum schisma longè deversum esse ab illo, quo aliqui in Ecclesiæ unitate permanentes inter se dissentiunt, prout Corinthii faciebant: ad quos Paulus scribens epistolâ primâ, carnales eos vocat, quia dicerent, Ego sum Pauli, ego verò Apollo. De illo ergò (inquit B. Augustinus) qui planè sunt ab Ecclesia separati, non est accipiendum, quod dicit Apostolus 1. Corinth. 3.* ea, quæ sunt Spiritûs, non percipientes. *sed quod dicit in sua epistola Judæ,* qui segregant semetipsos, animales, Spiritum non habentes.

1 ¶ Hoc utique] *Repetendum est, quod apud B. Augustinum antecedit de parvulis & carnalibus, qui tamen sunt intra Ecclesiæ unitatem.* Postremò *(ait)* ut certissimè noverimus, quòd parvuli in Christo, non percipientes quæ sunt Spiritûs Dei, habent tamen Spiritum Dei, paulò post intueamur, quemadmodum eos ipsos increpans ait, [*nescitis, quia templum Dei estis: & Spiritus Dei habitat in vobis.*] Hoc utique nullo modo diceret ab Ecclesia segregatis, &c.

2 ¶ Neque enim solùm] *Hinc usque ad finem non sunt inventa. Facit tamen ad hanc sententiam, quod scribitur lib.4. de baptismo contra Donatistas, c.17.*

C. IX. ¶ *A Deo separamus, quos impios demonstramus.*

Item ex quinta Synodo, *collatione quintâ.*

CErtum est *a,* quòd qui impius demonstratus est, omnimodò separatus est à Deo: sicut etiam ille, qui anathematizatus, tanquam impius separatus est. Nihil enim aliud significat anathema, nisi à Deo separationem.

1 pars. *Illicita ergò excommunicatio, ut ex præmissis apparet, non ladit eum, qui notatur, sed à quo notatur: ac per hoc, qui innocentes sunt, ex alterius crimine condemnari non possunt: sicut ab imprudentibus familiæ patentum pro peccatis Dominorum solent notari. Sed adhuc objicitur, quòd non solùm innocentes, sed nec etiam criminosi sententiâ maledictionis sint ferendi. Aut enim Christus in* b *Evangelio:* [Orate pro persequentibus & calumniantibus vos: benefacite his, qui vos oderunt.] *Item* c *Apostolus:* [Benedicite persequentibus vos: benedicite & nolite maledicere.] *Item* d, [Maledici regnum Dei non possidebunt.]

C. X. ¶ *Ab omni maledicto fideles immunes esse oportet.*

Item Hieronymus *in epistolam ad Titum initio capitis tertii.*

SI igitur * Michaël non fuit ausus diabolo, & certè maledictione dignissimo, judicium inferre blasphemiæ, quantò magis nos ab omni maledicto puri esse debemus? Merebatur diabolus maledictum: sed per os Archangeli blasphemia exire non debuit. Relege veteres libros, & vide, quæ tribus in monte Garizin constitutæ sint, ut benedicerent populo, & quæ in monte altero, ut maledicerent: Ruben *e,* qui maculaverat torum parentis, & Zabulon novissimus Liæ filius, & ancillarum liberi in monte Heliel *f* ponuntur, ut maledicant his, qui maledictione sunt digni.

C. XI. ¶ *Quos significent illi, qui ad benedictionem, quive ad maledictionem de filiis Israël electi sunt.*

Item *in libro Josue* g.

CUm ergò in singulis quibusque fidelium talis sit propositi varietas, hoc mihi designari videtur in hoc loco, quòd dimidii illi, qui juxta montem Garizin incedunt (illum, qui ad benedictiones electus est) istos figuraliter *h* indicent, qui non metu pœnæ, sed benedictionum & repromissionum desiderio veniunt ad salutem: illi verò dimidii, qui juxta montem Gebal *i* incedunt, in quo maledictiones prolatæ sunt, istos alios indicent, qui malorum metu, & suppliciorum timore complentes quæ in lege scripta sunt, perveniunt ad salutem.

Sed qui pro persecutoribus justè orare, primus parentes pro transgressione mandati, mortis maledicto percussit. Cain k *quoq; quia primæ prævaricationi fratricidium adjunxit, sententiam ma-*

a *Sent.4.dist.18.sup. eâd. si quis.* b *Phil.3.* c *al. referretur.* d *In epist. Inda.* e *Sap.1.*

a *Ivo p.14.c.49. Pann.l.5. c.29.* b *Matth.3.* c *Rom.12.* d *Galat.3.* * *In epist. Inda.* e *Deuter.27.* f *al. Hebal.* g *Origenes hom.9. ad c.9. Josue.* h *al. singulariter]* erag. i *al. Hebal.* k *Genes.4.*

benedictionis à Domino reportavit. Abrahæ a quoque Dominus dixit: [Maledicam maledicentibus tibi, & benedicam benedicentibus tibi.] *In Evangelio* b *etiam, cùm ficiens veniret ad ficum, non inveniens fructum in ea, suâ maledictione, perpetuâ sterilitate ipsam damnavit.* ¶ *Item* c *Noë cùm verenda sua à Cham derisa cognosceret, filium ejus Chanaam maledicens dixit:* [Maledictus Chanaam, sit servus fratrum suorum.] *Item* d *Isaac, cùm benediceret Iacob filio suo, ait:* [Qui maledixerit tibi, sit ille maledictus, & qui benedixerit tibi, benedictionibus repleatur.] ¶ *Item, sicut in libro Deuteronomii legitur* e, *Moyses ex præcepto Dei duodecim tribus filiorum Israël in duas partes divisit, & sex tribus justit, ut juxta montem Gebal* f *incedentes, maledictionem transgredientium legem vociferarentur: aliis verò præcepit, ut juxta alium montem incedentes, benedictiones observantium inclamarent.* ¶ *In Novo etiam Testamento Petrus Apostolus legitur Simoni maledixisse, cùm ait:* g [Pecunia tua tecum sit in perditionem.] *Paulus quoque, qui dixerat:* h [Benedicite & nolite maledicere,] *fornicatorem* i *Corinthium justit excommunicari.* ¶ *Item in eadem* 1 *epistola ait:* [Si quis non fuerit secutus doctrinam Domini nostri Jesu Christi, sit anathema, maranatha.] ¶ *Item* k *Galatis:* [Si Angelus de cœlo veniens aliud vobis evangelizaverit, anathema sit.] ¶ *Distinguendum est ergo inter maledictum, quod prohibetur, & maledictum, quod à Domino & sanctissimis viris rationabiliter profertur. Maledictum quod prohibetur, est illud, quod procedit ex voto ultionis, & odio persequentis, non ex amore justitiæ. Maledictum verò, quo sancti maledicunt, est illud, quod procedit ex amore justitiæ, non ex livore vindictæ.*

1 ¶ In eadem] *Antè legebatur, ut etiam in manuscriptis, in alia. Hujus verò loci, ac sequentis sensum retulit Gratianus, non ipsa prorsus Apostoli verba.*

C. XII. ¶ *Sancti viri non ex voto ultionis, sed amore justitiæ aliquos maledicunt.*

Unde Gregorius *ait in Moral. lib. 4. capite 6.*

Cum sancti l viri maledictionis sententiam proferunt, non in hanc ex voto ultionis, sed ex justitiæ m examine prorumpunt. Intus enim subtile judicium n aspiciunt, & mala foris exurgentia, quia maledicto debeant ferire, cognoscunt; & eo in maledicto non peccant, in quo ab interno o judicio non discordant. *Item supra cap. quinto.* ¶ Scriptura sacra duobus modis maledictum memorat; aliud videlicet, quod approbat, aliud, quod damnat. Aliter enim maledictum profertur judicio justitiæ 1, ut in ipso primo peccante prolatum est, cùm audivit: p [*Maledicta terra, in opere tuo*, &c.] & sicut Abrahæ dicitur: q [*Maledicam maledicentibus tibi.*] Aliter verò profertur maledictum, quod non judicio justitiæ, sed livore vindictæ promitur: à quo voce Pauli Apostoli r prædicantis cessare admonemur, qui ait: [*Benedicite & nolite maledicere.*]

1 ¶ Justitiæ,] *In his, quæ sequuntur, non omninò refert Gratianus ipsa verba beati Gregorii, nec etiam cæterorum collectorum, licèt propius ad eos accedat. Sententia tamen eadem manet.*

C. XIII. ¶ *Errantes, & in errorem mittentes excommunicentur.*

Item Pelagius Papa *Anglio Episcopo.*

Apostolicæ 1 auctoritatis exemplo didicimus, errantium, & in errorem mittentium Spiritus tradendos esse Satanæ, ut blasphemare dediscant.

C. XIV. ¶ *Delinquentes corrigantur à Sacerdotibus, incorrigibiles inventi excommunicentur.*

Item Anacletus Papa, *epist. 3.*

Tam Sacerdotes a quàm reliqui fideles omnes, summam curam habere debent de his, qui pereunt, quatenus eorum redargutione aut corrigantur à peccatis, aut si incorrigibiles apparuerint, ab Ecclesia separentur.

C. XV. ¶ *Secundâ vel tertiâ admonitione interpositâ, excommunicationis sententia procedat.*

Item Gregorius Papa *lib. 2. epist. 37. ad Natalem Episcopum.*

De excommunicationis articulo (quæ tamen interpositâ conditione gradûs 1, secundo vel tertio non, ut ita dicam, ex necessitate subjuncta est) beatitudo vestra immeritò queritur, cùm Paulus Apostolus b dicat: [*In promptu habentes ultionem omnem inobedientiam.*]

1 ¶ Gradûs,] *In tribus vetustis exemplaribus epistolam beati Gregorii & non Gratiani legitur, gradu secundo &c.*

C. XVI. ¶ *Mali ab Ecclesia sunt eliminandi.*

Item Hieronymus *in epistolam ad Galatas, cap. 5.*

Resecandæ 1 sunt putridæ carnes, & scabiosa animâ caulis repellenda: ne tota domus, massa, corpus, & pecora ardeant, corrumpantur, putrescant, intereant. Arrius in Alexandria una scintilla fuit, sed quia non statim oppressa est, totum orbem ejus flamma populata est.

1 ¶ Resecandæ] *Apud B. Hieronymum legitur, secandæ putridæ carnes, & scabiosum animal à caulis ovium repellendum.*

C. XVII. ¶ *Pro diversitate culparum subditi à Præpositis corripiantur.*

Item Augustinus *in libro de correptione & gratia, cap. 13.*

Corripiantur itaque à Præpositis suis subditi fratres correptionibus de charitate venientibus pro culparum diversitate diversis, vel minoribus, vel amplioribus: quia & ipsa, quæ damnatio nominatur, quam sacit Episcopale judicium (quâ pœnâ in Ecclesia nulla major est) potest, si Deus voluerit, in correctionem salutemberrimam cedere atque proficere. Neque enim scimus, quid contingat sequenti die. An ante finem vitæ hujus de aliquo desperandum est? Aut contradici Deo potest, ne respiciat c & det pœnitentiam, & accepto sacrificio Spiritûs contribulati, cordisque contriti, à reatu quamvis justæ damnationis absolvat, damnatumque 1 ipse non damnet? Pastoralis tamen necessitas habet, ne per plures serpant dira contagia, separare ab ovibus sanis morbidam, ab illo, cui nihil est impossibile, ipsâ fortasse separatione sanandam. Nescientes enim quis pertineat ad prædestinatorum numerum, quis non pertineat, sic affici debemus charitatis affectu, ut omnes velimus salvos fieri.

1 ¶ Damnatumque] *Sic emendatum est ex originali, ne glossa visa est impedire. Antèa legebatur,* damnatum, quem ipse non damnat.

C. XVIII. ¶ *Qui corrigi nolunt, excommunicationis ferro debent abscindi.*

Item Prosper *libro secundo de vita contemplativa, cap. 7.*

Ecce d autem crimina quorumlibet, si ipsis criminosis confiteri nolentibus, undecunque clarueriut,

---

a *Genes. 12.* b *Matth. 21.* c *Genes. 9.* d *Genes. 27.* e *Deuteron. 27.* f *alit. Hebal.* g *Actor. 8.* h *Rom. 12.* i *1. Corinth. 5. & 6.* k *Galat. 1.* l *Beda in Acta, capite 8. Ivo part. 14. capite 4. & 1. Pannorm. lib. 3. capite 82.* m *alit. justitiæ examinis.* n *Dei judicium*] *vera lectio.* o *aliter atorno.* p *Genes. 3.* q *Genes. 12.* r *Rom. 12.* s *1. Corinth. 5.*

a *Burch. l. 1. c. 236. Ivo p. 5. c. 250.* b *2. Cor. 10.* c *al. recipiat.* d *Ea*] *orig.*

quæcun-

quæcunque non fuerint patientiæ leni medicamento sanata, veluti igne quodam piæ increpationis urenda sunt & curanda. Quod si nec sic quidem æquanimiter sustinentis, ac pie increpantis medela processerit *a* in eis, qui diu portati, & salubriter objurgati corrigi nolùerint, tanquam putres corporis partes debent ferro excommunicationis abscindi: ne, sicut caro morbis emortua, si abscissa non fuerit, salutem reliquæ carnis putredinis suæ contagione corrumpit; ita isti, qui emendari despiciunt, & in suo morbo persistunt, si moribus depravatis in Sanctorum societate permanserint, eos exemplo suæ perditionis inficiant 1.

1 ¶ Inficiant.] *Apud Prosperum continuò sequitur cap.* porrò. *infrà, de pœnitentia, dist.1.*

C. XIX. ¶ *Excommunicandus est, qui duas simul uxores habere præsumit.*

Item Nicolaus Papa *Lothario Regi.*

AN non *b* districtâ ultione feriendus es, qui in duabus uxoribus adulterium Lamech, & flagitium imitatus esse dignosceris? Quod Dominus non nisi post septuaginta septem generationes suo salutifero adventu delevit: cùm Cain fratricidium septimâ generatione aquis abolitum sit cataclysmi.

C. XX. ¶ *Falsi testes & homicida communione priventur.*

Item ex Concilio Agathensi, *cap. 17.*

ITaque censuimus *c* homicidas & falsos testes à communione Ecclesiastica submovendos: nisi pœnitentiæ satisfactione crimina admissa diluerint.

C. XXI. ¶ *Excommunicetur potens, qui Clericum pauperem, vel Religiosum spoliare præsumit.*

Item ex Concilio Toletano I. *c. 11.*

II. SI quis *d* de potentibus Clericum, aut quemlibet pauperem 1, aut Religiosum expoliaverit, & mandaverit eum ad se venire Episcopus, ut audiatur, & contempserit: invicem mox scripta percurrant per omnes Episcopos provinciæ, & quoscunque adire potuerint, ut excommunicatus habeatur ipse, donec obediat, & reddat aliena.

1 ¶ Pauperem,] *In plerisque vetustis, & apud Anselmum, & in codicibus Conciliis impressis, & manuscriptis est*, pauperiorem.

C. XXII. ¶ *De eodem.*

Ex dicta Gregorii Papæ.

QUisquis per *e* dolum manum suam mittit in Christum Domini, id est, in Episcopum vel Presbyterum (quia sacrilegium grave committit,) & si quis Ecclesiam Dei vastat, aut impugnat, aut incendit (quia & hoc gravissimum est sacrilegium,) placuit sanctæ Synodo, ut 1 inprimis omnia bona ejus proscriptione publicentur: deinde in uno loco, id est, in monasterio inclusus pœniteat omnibus diebus vitæ suæ.

¶ *Caput hoc abest à plerisque manuscriptis. Burchardus autem & Ivo citant ex Concilio Gangrensi.*

1 ¶ Ut inprimis] *Apud Burchardum & Ivonem legitur*, ut in uno loco, &c. *sine verbis illis, quæ hîc sunt interjecta.*

C. XXIII. ¶ *Communione privetur, qui Romipetas, vel peregrinos, vel mercatores molestare præsumit.*

Item Calixtus Papa.

III. SI quis Romipetas, & peregrinos, & Apostolorum limina, & aliorum Sanctorum oratoria visitantes capere, seu rebus, quas ferunt, spoliare, & mercatores novis teloniorum & pedagiorum *f* exactionibus molestare tentaverit, donec satisfecerit, communione careat Christianâ.

C. XXIV. ¶ *Excommunicentur, qui Oratores, & Ecclesiæ, bonaq; earum, & personas ibi servientes infestare præsumunt.*

Item Urbanus Papa.

PAternarum traditionum exemplis commoniti, pastoralis officii debitum persolventes, Ecclesias cum bonis suis, tam personis, quàm possessionibus, Clericos videlicet, ac Monachos, eorumque Conversos 1, Oratores quoque, cum suis nihilominùs rebus, quas ferunt, tutos, & sine molestia esse statuimus. Si quis autem contra hoc facere præsumpserit, & postquam facinus suum recognoverit, intra dierum triginta spatium competenter non emendaverit, à liminibus Ecclesiæ arceatur, & anathematis gladio feriatur.

1 ¶ Conversos,] *In codicibus impressis sequebatur*, vel commissos, *quæ sunt expuncta, quia absunt à plerisque manuscriptis Gratiani exemplaribus, & vetustè quodam codice: in quo quidem extremo & hic, & alii tres canones descripti sunt, tanquam fragmentum alicujus Concilii.*

C. XXV. ¶ *Qui Oratoribus, pauperibus non arma ferentibus in malum obviaverint, excommunicentur.*

Item Nicolaus Papa *omnibus Episcopis.*

ILli *a*, qui peregrinos, vel Oratores cujuscunque sancti, sive Clericos, sive Monachos, vel fœminas, aut inermes pauperes depræ dati fuerint, vel bona eorum rapuerint, vel in malum eis obviaverint, anathematis vinculo feriantur, nisi dignè emendaverint. Pax verò illa, quam treugam dicimus, sic observetur, sicut ab Archiepiscopis & Episcopis uniuscujusque provinciæ constituta est. Qui autem eam infregerit, excommunicationi subdatur.

4 pars. *Quia verò sermo de Hæreticis habetur, videndum est, quid interest inter schisma & hæresim: & qui sint Hæretici: & quot sint Hæreticorum sectæ.*

C. XXVI. ¶ *Schismatis & hæresis differentia.*

Differentiam autem inter schisma & hæresim, Hieronymus *in epist. ad Titum* b, *c.3. assignat, dicens.*

INter *c* hæresim & schisma hoc interesse arbitrantur, quòd hæresis perversum dogma habeat, schisma propter *d* Episcopalem dissensionem ab Ecclesia 1 pariter separat. Quod quidem in principio aliqua ex parte intelligi potest 2, cæterùm nullum schisma non aliquam sibi confingit hæresim, ut rectè ab Ecclesia recessisse videatur.

1 ¶ Ab Ecclesia] *In codicibus horum commentariorum in Germania, in Gallia, & Ferraria excusis, itemq; duobus manuscriptis Vaticanis legitur*, ab Ecclesia separetur.

2 ¶ Potest,] *Sequebatur*, diversum. *quæ vox abest à memoratis editionibus, & Vaticanis exemplaribus.*

C. XXVII. ¶ *Unde hæresis dicatur.*

Unde autem hæresis dicatur, in epistolam ad Galatas, cap.5. Hieronymus *ita dicens.*

HÆresis *f* Græcè ab electione dicitur, quòd scilicet eam sibi unusquisque eligat disciplinam, quam putat esse meliorem. Quicunque *g* igitur aliter Scripturam intelligit, quàm sensus Spiritûs Sancti flagitat, quo scripta est, licèt de Ecclesia non recesserit, tamen Hæreticus appellari potest, & de carnis operibus est, eligens quæ pejora sunt.

f pars. *Qui verò propriè dicantur Hæretici,* Augustinus *in lib. de Utilitate credendi, c.1. ostendens, ait.*

---

a *al. profecerit.* b *Ivo p.8.c.227. Gen.4.* c *Burch.l.6.c.29. Ivo p.10.c.31. & 158.* d *Ans.l.7.c.173.* e *Burch. l.10. cap. 65. Ivo p.12.c.79. & p.13. c.85.* f *al. pedaticorum.*

3 *Pann lib.5.c.114.* b *Ad locum* [Hæreticum hominem.] c *Polyc.lib.7. tit.3. Ans.l.12.c.49.* d *al. post* Episcopalem *discessionem.* e *Ad locum* [Hæresi, invidia.] f *Polyc. ibid. Ans. l.12.c.50.* g *Gal.5.*

C. XXVIII. ¶ *Qui propriè dicantur Hæretici.*

HÆreticus *a* est, qui alicujus temporalis commodi, & maximè gloriæ, principatûsque sui gratiâ falsas ac novas opiniones vel gignit, vel sequitur. Ille autem, qui hujusmodi hominibus credit, homo est imaginatione quâdam veritatis ac pietatis illusus.

C. XXIX. ¶ *Non sunt Hæretici, qui non suâ audaciâ, sed alienâ seducuntur in errorem.*

Idem *Glorio, Eleusio, & aliis, epist. 162.*

DIxit *b* Apostolus, [*Hæreticum hominem post primam & secundam correptionem devita: sciens, quia subversus est hujusmodi, & peccat, & est à semetipso damnatus.*] Sed qui sententiam suam, quamvis falsam atque perversam, nullâ pertinaci animositate defendunt, præsertim quam non audaciâ suæ præsumptionis pepererunt, sed à seductis, atque in errorem lapsis parentibus acceperunt, quæ-runt autem cautâ solicitudine veritatem, corrigi parati, cùm invenerint, nequaquam sunt inter Hæreticos deputandi.

C. XXX. ¶ *Magistri erroris existunt, qui veritatis disciplinam contemnunt.*

Item Leo Papa *epist. 10. ad Flavianum.*

QUid autem iniquius est, quàm impia sapere, & sapientioribus, doctioribusque non credere? Sed in hanc insipientiam cadunt, qui cùm ad cognoscendam veritatem aliquo impediuntur obscuro, non ad prophe-ticas voces, non ad Apostolicas literas, nec ad Evangelicas auctoritates, sed ad semetipsos recurrunt: & ideò magistri erroris existunt, quia veritatis discipuli non fuerunt.

C. XXXI. ¶ *Hæretici sunt, qui quod pravè sapiunt, contumaciter defendunt.*

Item Augustinus *c contra Manichæos.*

QUi *d* in Ecclesia Christi morbidum aliquid, pra-vumque sapiunt, si correpti, ut sanum, rectumque sa-piant, resistunt contumaciter, suaque pestifera, & morti-fera dogmata emendare nolunt, sed defensare persistunt, Hæretici fiunt.

C. XXXII. ¶ *Errante damnabilior est, qui ejus defendit errorem.*

Item Urbanus Papa.

QUi aliorum defendit errorem, multò amplius da-mnabilior est illis, qui errant: quia non solum errat, sed etiam aliis offendicula erroris præparat & confirmat. Unde quia magister erroris est, non tantùm Hæreticus, sed etiam Hæresiarcha dicendus est.

C. XXXIII. ¶ *Qui mendacio veritatem im-mutant, Patrum terminos transferre probantur.*

Item Hieronymus *lib. 2. Comment. ad c. 5. Oseæ.*

TRansferunt Principes Juda terminos, quos posuerunt Patres eorum, quando immutant mendacio verita-tem, & aliud prædicant, quàm ab Apostolis acceperunt. *Idem infrà, eodem capite.* ¶ De Hæreticis manifestus est sen-sus, quòd sophismatibus suis, & arte dialecticâ sæpè op-primant Ecclesiasticos. *Idem ad caput nonum.* ¶ Veteres scrutans historias, invenire non possum scidisse Eccle-siam, & de domo Domini populos seduxisse, præter eos, qui Sacerdotes à Deo positi fuerant, & Prophetæ, id est, speculatores. Isti ergò vertuntur in laqueum tortuosum, in omnibus locis ponentes scandalum.

C. XXXIV. ¶ *Abjiciantur, qui adversariorum conveniunt pravitati.*

Item Leo Papa *epistolâ 74. ad Anatolium.*

ILlud *e* sanè plurimùm mihi displicere significo, quòd inter 1 dilectionis *a* tuæ Clericos quidam esse dicun-tur, qui adversariorum conveniant *b* pravitati, & vasa 2 iræ *c* vasis misericordiæ misceantur. Quibus investiga-ndis, & severitate congruâ coërcendis debet diligentia tua vigilanter insistere: ita ut his, quibus prodesse non po-tuerit correctio, non parcat abscisio. Oportet enim nos Evangelici meminisse mandati, quo ab ipsa veritate pre-cipitur *d*, ut si nos oculus, aut pes, aut dextera scandali-zaverit manus, à compage corporis auferatur: quia ne-fiùs sit his in Ecclesia carere membris, quàm cum ipsis in æterna ire supplicia. Nam superfluò extra Ecclesiam po-sitis resistimus, si ab his, qui intus sunt, in eis, quos de-cipiunt, vulneramur. Abjicienda prorsus pestifera hæ à Sacerdotali vigore patientia est, quæ sibimet, peccata aliorum parcendo, non parcit.

1 ¶ Quòd inter] *Sic est emendatum ex ipsa epistola, cum & in vulgatis, & in plerisque vetustis Gratiani exemplaribus sit,* quòd jurisdictionis tuæ Clerici. *In duobus tamen, quemadmodum & apud Ivonem est,* inter ditionis tuæ Clericos.

2 ¶ Vasa iræ] *Sic est emendatum ex originali. Alludit nam ad locum B. Pauli Roman. 9. Apud Gratianum erat, items apud Ivonem,* vesaniæ vasis misericordiæ vasa misceantur.

C. XXXV. ¶ *Et fidelitates, & convivia Hæreticorum Clerici vitare debent.*

Item ex Concilio Carthaginensi IV. *c. 70. 71. & 72.*

CLericus Hæreticorum & Schismaticorum tam con-vivia, quàm sodalitates evitet æqualiter. Eorum conventicula non Ecclesia, sed conciliabula appellanda sunt. Cum eis neque orandum est, neque psallendum.

C. XXXVI. ¶ *Canonum observatores cum Hæreticis nullum debent inire certa-men.*

Item Gelasius Papa *in epistola ad Episcopos Dardaniæ.*

CUm quibus erat Synodus ineunda? Catholici Pon-tifices fuerant undique jam depulsi: soliique remanserant socii perfidorum: cum quibus jam nec licebat ha-bere conventum, dicente Psal. *e* [*Non sedi in concilio vanitatis: & cum iniqua gerentibus non introibo.*] Nec Ec-clesiastici moris est cum his, qui pollutam habent com-munionem, permistamque cum perfidis, miscere Concilium *f*. Recte igitur per Chalcedonensis Synodi formam, hujusmodi prævaricatio repulsa est nobis, quam ad 1 Concilium vocata: quod nec opus erat post primam Sy-nodum, nec cum talibus habere licebat. *Idem in commo-nitorio ad Faustum.* ¶ Canonum 2 magistris atque custo-dibus nobis nullum fas est inire certamen cum homini-bus communionis alienæ.

1 ¶ Quàm ad] *In originali legitur,* quàm per Concilium, quod nec opus, &c.

2 ¶ Canonum] *Gelasius in commentario ad Faustum, ubi jurgans Græcos illos, qui cùm maximè canones violarent, eorum tamen se observatores simulabant, in hæc prorumpit verba, O canonum magistros atque custodes. Nobis nullum, &c.*

C. XXXVII. ¶ *Non contradicit, sed potiùs obedit Evangelio, qui malos excommunicat.*

Item ex epistola Urbani Papæ.

NOtandum est, quòd quidam dicunt contra Evan-gelicam parabolam nos facere, ubi de zizaniis non eradicandis Dominus præcepit *g*, cùm aliquos excom-municatione dignos excommunicationi subjicimus: &

a *Beda 1. Corinth. 11. Polyc. ibid. Desudedit p. 2. Ansel. l. 12. c. 13.*
b *Ad Titum c. 3. Polyc. ibid. Ansel. lib. 12. c. 61.* c *Lib. 19. de Civit. Dei, c. 11.* d *Polyc. ibid. Desudedit p. 2. Ansel. lib. 12. c. 31.*
e *Ivo part. 6. cap. 419.*

a *al. dilectionis.* b *al. conniteant*] *orig.* c *Rom. 9.* d *Matth. 5.*
e *Psal. 25.* f *al. consilium.* g *Matth. 13. Sententia habetur 23. q. 3. per totam, In Concilio Milevitano & Africano.*

ajunt

apint etiam sanctum Augustinum hoc contradicere in illo loco, ubi ait: [*Quia non est præcidenda unitas; ferendi sunt mali, non abijciendi.*] Quibus hoc primùm respondendum est: Si Hæretici & mali homines excommunicandi non sunt, quare ipse Augustinus cum Legatis sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & cum sanctis Episcopis suis Pelagium, & Cœlestinum, novam hæresim in sanctam Dei Ecclesiam introducentes, excommunicavit, & ab Ecclesia Dei separavit? Quare ipsos Donatistas, contra quos ista & multa his similia loquitur, tam ipse, quàm omnis Ecclesia Dei, excommunicatos habuit? &, nisi priùs pœnituissent, & per manûs impositionem reconciliati essent, eis nequaquam communicabat? Idem ipse Dominus, qui hoc parabolicè hic narrat, apertè alibi excommunicationem fieri jubet, dicens, *a* [*Frater, qui corripitur ab Ecclesia, & non obedit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus.*] Unde apparet liquidò, aliud esse excommunicationem, aliud eradicationem. Qui enim excommunicatur (ut *b* Apostolus ait) ad hoc excommunicatur, ut Spiritus ejus salvus fiat in die Domini. Disciplina enim est excommunicatio, & non eradicatio.

Nisi forte ex contemptu & superbia excommunicati proveniat.

C. XXXVIII. ¶ *Divina maledictio meritum maledicti designat.*

Unde c Origenes 1 *in libro Numerorum, homiliâ 15. ad c. 23.*

DEus, quando maledicit, meritum ejus designat, cui maledicitur, & sententiam *d* promit: utpote quem non fallit neque peccati qualitas, neque peccantis affectus. Homo autem, quia hæc non potest scire (neque enim propositum, mentemque alterius videre alius, aut cognoscere potest,) idcircò etiam si judicantis, vel sententiam promentis intuitu proferat maledictum, non potest esse justa maledicendi causa, ubi ignoratur peccantis affectus, maximè cum humanum judicium tunc sciat maledicta profetre, cùm forte conviciis aut injuriis provocatur. Quod vitium volens resecare *e* Apostolus, ne maledictis maledicta & convitiis convitia provocemus, mandatum necessarium ponit; ut benedicamus, & non maledicamus: quò convitiandi vitium resecetur: non quò judicandi veritas, quæ homines latet, & pronunciandi auctoritas perimatur.

1 ¶ Origenes [*Si est restitutum, cùm antèa esset*, Augustinus. *Et magnam hujus capitis partem glossa ordinaria ad eundem locum ex ipso Origene refert: indeq; nonnulla sunt emendata.*

Secta verò Hæreticorum quot sint, & unde nomina acceperint, Isidorus *lib. 8. Etymologiarum, cap. 5. determinat, dicens.*

C. XXXIX. ¶ *Quot sint secta Hæreticorum.*

QUidam autem *f* Hæretici, qui de Ecclesia recesserunt, ex nomine suorum auctorum nuncupantur: quidam verò ex causis, quas eligentes instituerunt.

¶ Simoniani *g* dicti à Simone, magicæ artis perito: cui Petrus in Actibus Apostolorum maledixit, pro eo quòd ab Apostolis Spiritus Sancti gratiam pecuniâ emere voluisset. Hi dicunt creaturam non à Deo, sed à virtute quadam superna creatam.

¶ Menandrini *h* à Menandro magno, discipulo Simonis nuncupati: qui mundum non à Deo, sed ab Angelis factum asseruit.

¶ Basilidiani à Basilide appellati: qui inter reliquas blasphemias Jesum passum abnegavit.

¶ Nicolaitæ dicti à Nicolao *i* Diacono Ecclesiæ Hierosolymorum: qui cum Stephano, & cæteris constitutus est à Petro: qui propter pulchritudinem relinquens uxorem, dixerat, ut qui vellet, eâ uteretur: versa est in stuprum talis consuetudo, ut invicem conjugia commutarentur. Quos Joannes in Apocalypsi improbat *a*, dicens: [*Sed hoc habes, quòd odisti facta Nicolaitarum.*]

¶ Gnostici propter excellentiam scientiæ se ita appellare voluerunt. Animam, naturam Dei esse dicunt: bonum & malum Deum suis dogmatibus fingunt.

¶ Carpocratiani à Carpocrate quodam vocantur: qui dixit, Christum hominem fuisse tantùm, & de utroque sexu progenitum.

¶ Cerinthiani à Cerintho quodam nuncupati. Hi inter cætera circumcisionem observant: mille annos post resurrectionem in voluptate carnis futuros prædicant. Unde & Græcè χιλιασται, Latinè Millenarii sunt appellati.

¶ Nazaræi dicti, qui dum Christum (qui à vico Nazareth est appellatus) filium Dei confiteantur, omnia tamen veteris legis custodiunt.

¶ Ophitæ à Colubro nominati sunt. Coluber enim Græcè ὄφις dicitur. Colunt enim serpentem, dicentes ipsum in paradisum *b* induxisse virtutis cognitionem.

¶ Valentiniani à Valentino quodam Platonico sectatore vocati, qui αἰῶνας, id est, secula quædam in originem Dei creatoris induxit: Christum quoque de Virgine nihil corporis assumpsisse, sed per eam, quasi per fistulam, transisse asserit.

¶ Appellitæ, quorum auctor *c* Appelles fuit: qui creatorem Angelum nescio quem gloriosum superioris Dei faciens, Deum legis Israël illum igneum affirmans dixit, & Christum non in veritate Deum, sed hominem in phantasia apparuisse.

¶ Archontiaci à principibus appellantur: qui universitatem, quam Deus condidit, opera esse Archangelorum defendunt.

¶ Adamiani vocati, quòd Adæ imitentur nuditatem. Unde & nudi orant, & nudi inter se mares fœminæque conveniunt.

¶ Cainani *d* 1 inde sunt appellati, quoniam Cain adorant.

¶ Sethiani nomen acceperunt à filio Adæ, qui vocatus est Seth; dicentes eundem esse Christum.

¶ Melchisedechiani vocati pro eo, quòd Melchisedech, Sacerdotem Dei, non hominem fuisse, sed virtutem Dei esse arbitrantur.

¶ Angelici vocati, quia Angelos colunt.

¶ Apostolici hoc sibi nomen ideò sumpserunt, quòd nihil possidentes proprium, nequaquam recipiant eos, qui aliquo *e* in hoc mundo utuntur.

¶ Cerdoniani à Cerdone quodam nominati: qui duo contraria principia asseruit.

¶ Marcionistæ à Marcione Stoico Philosopho appellati: qui Cerdonis dogma secutus, alterum bonum, alterum justum Deum asseruit, tanquam duo principia creationis *f* & bonitatis.

¶ Artotyritæ ab oblatione vocati: panem enim & caseum offerunt, dicentes à primis hominibus oblationem à fructibus terræ, & à fructibus ovium fuisse celebratam.

¶ Aquarii appellati, eò quòd aquam solam offerunt in calice sacramenti.

¶ Severiani à Severo exorti, vinum non bibunt: Vetus Testamentum, & resurrectionem non recipiunt.

¶ Tatiani à Tatiano quodam vocati: qui & Encratitæ dicti: quia carnes abominantur.

¶ Alogii vocantur tanquam sine verbo: λόγος enim Græcè, verbum dicitur. Deum enim Verbum non

a *Matth. 18. paulo aliter.* b *1. Corinth. 5.* c *al. Iren.* d *al. sententiam veram promit.* e *1 Petr. 3. Rom. 12.* f *Rabanus lib. 2. de institut. Clericor. capite 18. Anselmus libro 13. cap. ultim. Pannorm. lib. 5. cap. 345.* g *Act. 8.* h *al. Menandriani.* i *Act. 6.*

a *Apoc. 2.* b *al. paradiso.* c *al. principes.* d *al. Cajani.] al. Cainani.* e *al. aliquid.* f *al. creatoris.*

credunt, respuentes Joannis Evangelium & Apocalypsim.

¶ Cataphrygis nomen provincia Phrygia dedit, quia ibi extiterunt. Auctores eorum Montanus, Prisca, & Maximilla fuerunt. Hi adventum Spiritûs Sancti non in Apostolos, sed in se traditum asserunt.

¶ Cathari propter munditiam ita se nominaverunt: gloriantes enim de suis meritis, negant pœnitentibus veniam peccatorum: viduas, si nupserint, tanquam adulteras damnant: mundiores se cæteris prædicant. Qui nomen suum si cognoscere vellent, mundanos se potius quàm mundos vocarent.

¶ Pauliani à Paulo Samosateno exorti sunt, qui dixit, non semper fuisse Christum, sed à Maria sumpsisse initium.

¶ Hermogeniani ab Hermogene quodam vocati, qui materiam non a natam introducens, Deo non nato eam comparavit, matremque elementorum, & Deam asseruit: quos Apostolus *a* improbat elementis servientes.

¶ Manichæi à quodam Persa exiterunt, qui vocatus est Manes. Hic duas naturas & substantias introduxit, id est, bonam & malam, & animas ex Deo, quasi ex aliquo fonte manare asseruit: Testamentum Vetus respuit, Novum ex parte recepit.

¶ Anthropomorphitæ *3* dicti pro eo, quòd simplicitate rusticâ Deum habere humana membra, quæ in divinis libris scripta sunt, arbitrantur. ἀνθρωπόμορφος enim Græcè, Latine homo interpretatur. Ignorantes vocem Domini, qui ait: *b* [*Spiritus est Deus.*] Incorporeus est enim, nec membris distinguitur, nec corporis mole censetur.

¶ Hierarchitæ *4* ab Hierarcha auctore exorti, Monachos tantùm recipiunt: conjugia respuunt: regna cœlorum parvulos habere non credunt.

¶ Novatiani à Novatiano *c* Romæ urbis Presbytero exorti: qui adversùs Cornelium cathedram Sacerdotalem conatus invadere, hæresim instituit, nolens apostatas suscipere, rebaptizans baptizatos.

¶ Montani *5* hæretici dicti, quòd tempore persecutionis in montibus latuerunt, quâ occasione se à catholicæ Ecclesiæ corpore diviserunt.

¶ Ebionitæ ab Ebione dicti, sive à paupertate: Christum enim per profectum *d* solum, virum justum putant effectum. Unde competenter Hebionitæ pro paupertate intelligentiæ appellati sunt. Hi enim semijudæi sunt: & ita tenent Evangelium, ut legem carnaliter servent: adversùs quos *e* Apostolus ad Galatas scribens invehitur.

¶ Photiniani à Photino Gallogræciæ Syrmii Episcopo nuncupati: qui Ebionitarum hæresim suscitans, asseruit Christum à Maria per Joseph nuptiali coitu fuisse conceptum.

¶ Aëriani ab Aërio quodam nuncupati sunt: hi offerre sacrificium pro defunctis spernunt.

¶ Aëtiani ab Aëtio sunt vocati: iidemque Eunomiani ab Eunomio quodam Dialectico, Aëtii discipulo, ex cujus nomine magis innotuerunt, dissimilem Patri asserentes Filium, & Filio Spiritum Sanctum. Dicunt etiam nullum *f* imputari peccatum in fide manentium.

¶ Origeniani ab Origene auctore exorti sunt, dicentes, quòd non possit videre Filius Patrem, nec Spiritus Sanctus Filium. Animas quoque in mundi principio peccâsse dicunt, & pro diversitate peccatorum è cœlis usque ad terras *g* diversa corpora, quasi vincula meruisse, eâque causâ factum esse mundum.

¶ Noëtiani à quodam Noëto vocati, qui dicebant Christum eundem esse, & Patrem, & Spiritum Sanctum: ipsamque Trinitatem in officiorum nominibus, non in personis accipiunt. Unde & Patripassiani vocantur, quia Patrem passum dicunt.

¶ Sabelliani ab eodem Noëto pullulâsse dicuntur: cujus discipulum perhibent fuisse Sabellium, ex cujus nomine maxime innotuerunt, unde & Sabelliani vocati sunt. Hi unam personam Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti astruunt.

¶ Arriani ab Arrio Alexandrino Presbytero orti sunt: qui coæternum Patri Filium non agnoscens, diversis in Trinitate substantias asseruit, contra illud, quod ait Dominus *a*, [*Ego & Pater unum sumus.*]

¶ Macedoniani à Macedonio Constantinopolitano Episcopo dicti sunt, negantes Deum esse Spiritum Sanctum.

¶ Apollinaristæ ab Apollinare vocati sunt, dicentes Christum corpus tantummodò sine anima suscepisse.

¶ Antidicomaritæ appellati sunt pro eo, quod Mariæ virginitati contradicunt, asserentes eam post Christum natum viro suo fuisse commistam.

¶ Metangismonitæ *6* ideò tale nomen acceperunt, quia μετάγγισμα Græcè vas dicitur. Asserunt enim sic esse in Patre Filium, tanquam vas minus intra vas majus.

¶ Patritiani à quodam Patritio nuncupati sunt: qui substantiam humanæ carnis à diabolo conditam dicunt.

¶ Colluthiani a quodam Colluthо nominati: qui dicunt Deum non fecisse mala, contra illud, quod scriptum est, *b* [*Dominus creans mala.*]

¶ Floriani *c* a Florino: qui è contrario dicunt Deum creâsse mala, contra hoc, quod scriptum est: *d* [*Fecit Deus omnia bona.*]

¶ Donatistæ à Donato quodam Afro nuncupati: qui de Numida veniens totam pene Africam suâ persuasione decepit, asserens minorem Patre Filium, & minorem Filio Spiritum Sanctum, & rebaptizans Catholicos.

¶ Bonosiani à Bonoso quodam Episcopo exorti proditur: qui Christum Dei filium adoptivum, non proprium asserunt.

¶ Circumcelliones dicuntur, eò quòd agrestes sint: quos Scototopicos *7* vocant, supradictæ hæresis habentes doctrinam. Hi amore martyrii semetipsos perimunt, ut violenter de hac vita discedentes, martyres nominentur.

¶ Priscillianistæ à Priscilliano vocati: qui in Hispania ex errore Gnosticorum & Manichæorum permistum dogma composuit.

¶ Luciferiani à Lucifero Sardiniæ Episcopo orti: qui Episcopos Catholicos, qui Constantii *e* persecutione perfidiæ Arrianorum consentientes erant, & postea correcti in catholicam redire delegerunt, damnantes, sive quod crediderant, sive quod se credidisse simulaverant, quos Ecclesia catholica materno recepit sinu, tanquam Petrum post flerum negationis; hanc illi matris charitatem superbè accipientes, eosque recipere nolentes, ab Ecclesiæ communione recesserunt, & eum ipso Lucifero auctore suo, qui mane oriebatur, cadere meruerunt.

¶ Jovinianistæ à Joviniano quodam Monacho dicti, asserentes nullam nuptarum & virginum esse distantiam, nullumque inter abstinentes & simpliciter epulantes esse discrimen.

¶ Helvidiani ab Helvidio nominati: qui dicunt post Christum natum alios Mariam filios de suo Joseph peperisse.

¶ Paterniani à Paterno quodam exorti, inferiores corporis partes à diabolo factas opinantur.

¶ Arabici nuncupati, eò quòd in Arabia exorti sunt, dicentes animam cum corpore mori, atque in novissimo utrunque resurgere.

¶ Tertullianistæ dicti à Tertulliano Presbytero Africanæ provinciæ civitatis Carthaginensis, animam immortalem esse, sed corpoream prædicantes, & animas peccatorum hominum post mortem in dæmones verti putantes.

a *Gal. 4.* b *Ioan. 4.* c *al. Novato.* d *al. provectum.* e *Gal. 5.* f *al. nulli.* g *al. terras lapsas*] *orig.*

a *Ioan. 10.* b *Esai. 45.* c *al. Florinians à Florino.* d *Gen. 1.* e *al. instanti.*

¶ Thessa-

¶ Thessarescædecatitæ dicti, quòd decimaquartâ lunâ Paschа cum Judæis observandum contendunt. Nam τεσσαρες quatuor, δεκα decem significat.

¶ Nyctages à somno nuncupati, quòd vigilias noctis respuant, superstitionem esse dicentes, jura temerari divina, qui noctem ad requiem tribuit.

¶ Pelagiani à Pelagio Monacho exorti. Hi liberum arbitrium divinæ gratiæ anteponunt, dicentes sufficere voluntatem ad implenda jussa divina.

¶ Nestoriani à Nestorio Constantinopolitano Episcopo nuncupati: qui beatam Mariam virginem non Dei, sed hominis tantummodò matrem asseruit: ut aliam personam carnis, aliam faceret Deitatis: nec unum Christum in verbo Dei, & carne credidit: sed separatim, atque sejunctim alterum filium Dei, alterum hominis prædicavit 8.

¶ Eutychiani dicti ab Eutyche Constantinopolitano Abbate: qui Christum post humanam assumptionem negavit existere in duabus naturis, sed solam in eo divinam asseruit esse naturam.

¶ Acephali dicti, id est, sine capite. Nullus enim eorum reperitur auctor, à quo exorti sint. Hi trium Chalcedonensium 9 capitulorum impugnatores, duarum in Christo substantiarum proprietatem negant, & unam in ejus persona naturam prædicant.

¶ Theodosiani 10 & Gajanitæ appellati à Theodosio & Gajano qui temporibus Justiniani Principis in Alexandria, populi perversi electione, unâ die ordinati sunt Episcopi. Hi errores Eutychetis & Dioscori sequentes, Chalcedonense Concilium respuunt: ex duabus unam in Christo naturam asserunt, quam Theodosiani corruptam, Gajanitæ incorruptam contendunt.

¶ Agnoitæ 11 & Tritheitæ à Theodosianis exorti sunt: ex quibus Agnoitæ ab ignorantia dicti: quia ad perversitatem, à qua exorti sunt, id adjiciunt, quòd Christi divinitas ignoret futura, quæ sunt subscripta de die & hora novissima; non recordantes Christi personam in Esaia a loquentis, [*Dies judicii in corde meo.*]

¶ Tritheitæ verò vocati, quòd sicut tres personas in Trinitate, ita quoque tres asserunt Deos esse, contra illud, quod scriptum est: b [*Audi Israël, Dominus Deus tuus, Deus unus est.*]

¶ Sunt & aliæ hæreses sine auctore, & sine nominibus. Ex quibus aliæ putant triformem esse Deum: aliæ Christi divinitatem passibilem dicunt: aliæ Christi de patre nativitati initium temporis dant: aliæ liberationem hominum apud inferos factam Christi descensione non credunt: aliæ animam imaginem Dei negant: aliæ animas converti in dæmones, & in quæcunq; animalia æstimant: aliæ de mundi statu dissentiunt: aliæ innumerabiles mundos opinantur: aliæ aquam Deo coæternam faciunt: aliæ nudis pedibus ambulant: aliæ cum hominibus non manducant. Hæ sunt hæreses adversùs catholicam fidem exortæ, & ab Apostolis, & à sanctis Patribus, vel Conciliis prædamnatæ: quæ dum in se multis erroribus divisæ, invicem sibi dissentiunt, communi tamen nomine adversùs Ecclesiam Dei conspirant. ¶ Sed & quicunque aliter Scripturam sanctam intelligit, quàm sensus Spiritûs Sancti flagitat, à quo conscripta est, licèt de Ecclesia non recesserit, tamen Hæreticus appellari potest.

1 ¶ Cainani] *Apud B. Augustinum in libro de hæresibus (ex quo magnam partem hujus capitis accepit Isidorus) & in aliquot vetustis Gratiani exemplaribus legitur*, Gayani. *In uno autem ejusdem Gratiani*, Cayni *De quibus quidem Hæreticis Tertullianus in libro de præscriptione adversus Hæreticos hæc scribit:* Sunt & nunc alii Nicolaitæ: Caiana hæresis dicitur. *& paulò inferiùs.* Nec non etiam arripit alia quoque hæresis, quæ dicitur Cainæorum. Et ipsi enim magnificant Cain, quasi ex quadam potenti virtute conceptum, quæ operata sit in ipso.

2 ¶ Non natam] *Locus hic emendatus est ex plerisq; vetustis & Isidoro. Antea enim legebatur*, Non naturam introducens, Deo, non naturæ eam comparavit.

3 ¶ Anthropomorphitæ] *In codicibus Isidori vulgatis, & aliquot manuscriptis antecedens hæc.* Anomiani, Latinè sine lege dicuntur: *quæ tamen absunt à codice Isidori pervetusto, & valdè emendato monasterii B. Augustini in Carbonaria Neapolis.*

4 ¶ Hierarchitæ] *Ita mutatum est ex libello B. Augustini, quamvis in aliquot ipsius editionibus sit*, Hierarchitæ. *Hierarcha verò Hæretici meminit B Hilarius l. 4. & 6. de Trinitate. Antèa legebatur*, Heraclitæ ab Heraclio.

5 ¶ Montani] *Horum nulla mentio est apud B. Augustinum, sed Montensium: quo nomine Donatistæ Romæ vocari solitos tradit.*

6 ¶ Metangismonitæ] *Sic emendatum est ex Isidoro & beato Augustino, cùm antèà legeretur*, Metangi nominati.

7 ¶ Scotopicos] *Apud Isidorum, in Pannormia, & in aliquot manuscriptis Gratiani est*, Cotopitas. *Quòd verò ait, suprà dictæ hæresis habentes doctrinam, referendum est ad Donatistas, non ad Bonosianos.*

8 ¶ Prædicavit.] *In eodem vetusto Isidori codice Neapolitano hic est finis capituli, & incipit novum caput*, De Philosophis gentium.

9 ¶ Chalcedonensium] *Tria capitula tractata & definita sunt in quinta Synodo, sub Justiniano, ut notatum est supr. dist. 15.* sicut sancti. *Qui verò occasione horum trium capitulorum ab Ecclesia recesserunt, non Chalcedonensem, sed quintam Synodum impugnabant.*

10 ¶ Theodosiani] *Horum meminit Liberatus in Breviario, Nicephorus lib. 18. cap. 45. 49. & 50. ac Gregorius Cedrenus anno 14. Justiniani Imperatoris. B. Augustinus memorat Theodotianos à Theodotiano: sed idem videtur qui Theodotus, de quo Epiphanius l. 2. tom. 1. hæresi 54.* Theodotianos à Theodoto, *ut etiam Philastrius & Damascenus.*

11 ¶ Agnoitæ & Tritheitæ] *Sic restitutum est: quamvis in codicibus Isidori & Gratiani legeretur*, Gnoitæ & Trithoitæ. *De his meminit Nicephorus in loco proximè indicato, eosq; à Theodosianis profectos scribit. De Agnoitis verò multa dicit beatus Gregorius lib. 2. epist. 31. & 42. ad Eulogium.*

a *Esaiæ.* b *Deut. 6.* c *supr. cùm. hæresi. 5. quisquis.*

C. XL. ¶ *Quare divina providentia multos errare permittat.*

Item Augustinus *de Genesi contra Manichæos, lib. 1. cap. 2.*

6 IDeò divina providentia multos diversi errores Hæreticos esse permittit, ut cùm insultant nobis, & interrogant nos ea, quæ nescimus, vel sic excutiamus pigritiam, & divinas Scripturas nôsse cupiamus. Propterea & Apostolus ait, a [*Oportet hæreses esse, ut probati manifesti fiant inter vos.*] Hi autem Deo probati sunt, qui bene possiunt docere: sed manifesti hominibus esse non possunt, nisi cùm docent.

1 ¶ Sed manifesti] *Hæc addita sunt ex originali, item & alia nonnulla, & emendata.*

CAUSA XXV.

Sancta Romana Ecclesia quandam baptismalem Ecclesiam suis muniverit privilegiis, decimationes suæ diœcesis ex integro sibi attribuens. Item quædam monasterium similiter munivit privilegio proprio, decernens, ut ex propriis prædiis nulli decimas persolveret. Accidit itaque ut intra dioecesim præmunita baptismalis Ecclesia præfa-

a *1. Corinth. 11.*

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg

tum monasterium aliâ emptione, aliâ donatione prædia sibi inveniret. Oritur itaque contentio inter Monachos & Clericos de decimis.

1 *Hinc primùm quæritur, an Clerici baptismalis Ecclesiæ, auctoritate privilegii, decimas suæ diœcesis ex integro sibi valeant vendicare?*

2 *Secundò, an subsequenti privilegio Monachorum derogetur antiquioribus privilegiis baptismalium Ecclesiarum?*

QUÆSTIO I.

1 pr. QVòd verò auctoritate illius privilegii decimas sibi ex integro Clerici vendicare non valeant, hinc probatur, quia decima juxta decreta sanctorum Patrum quadripertitò dividuntur: quarum una pars Episcopi, secunda Clericis, tertia fabricæ restaurandæ, quarta verò pauperibus est assignata. Decreta verò sanctorum canonum geminem magis, quàm Apostolicum servare oportet.

C. I. ¶ *Constitutum Synodi, quod universalis Ecclesia probavit assensus, Romanam sedem servare oportet.*

Unde Gelasius Papa *ait in epistola ad Episcopos Dardaniæ.*

COnfidimus *a*, quòd nullus jam veraciter Christianus ignoret, uniuscujusque Synodi constitutum, quod universalis Ecclesiæ probavit assensus, nullam magis exequi sedem præ cæteris oportere, quàm primam: quæ & unamquamque Synodum suâ auctoritate confirmat *b*, & continuatâ moderatione custodit.

C. II. ¶ *Qui negligenter pascit Dominicum gregem sibi commendatum, convincitur summum non amare pastorem.*

Item Leo Papa *epist. 4. Episcopis Siciliæ.*

DIvinis *c* præceptis, & Apostolicis monitis incitamur, ut pro omnium Ecclesiarum statu, impigro vigilemus affectu: ac si quid usquam reprehensioni inveniatur obnoxium, celeri solicitudine, aut ab ignorantiæ imperitia, aut à præsumptionis usurpatione revocemus. Monente enim Dominicæ *d* vocis imperio, quo beatissimus Apostolus Petrus trinâ admonitione 1 mysticis sanctionibus imbuitur, ut Christi oves, qui Christum diligit, pascat, ipsius sedis, cui per abundantiam gratiæ divinæ præsumus, reverentiâ coarctamur *e*, ut periculum desidiæ, quantum possimus, declinemus: ne professio summi Apostoli, quâ se amatorem Domini esse testatus est, vana inveniatur in nobis: quia negligenter pascens Dominicum gregem toties commendatum, convincitur summum non amare pastorem.

1 ¶ Admonitione] *In originali, & apud Anselmum legitur,* trinâ repetitione mysticæ sanctionis. *Alia verò quædam sunt emendata ex ipsa epistola.*

C. III. ¶ *Non debent ullo modo variari, quæ ad perpetuam ordinantur quietem.*

Idem *Anatolio Episcopo, epist. 11.*

QUæ *f* ad perpetuam utilitatem generaliter instituta sunt, nullâ commutatione varientur: nec ad privatum trahantur commodum, quæ ad bonum sunt communi præfixa: sed *g* manentibus terminis, quos constituerunt Patres, nemo injustè 1 usurpet alienum: sed intra fines proprios atque legitimos, prout quis valuerit *h*, in latitudine se exerceat charitatis.

1 ¶ Injustè] *Apud B. Leonem legitur,* nemo in jus tendat alienum. *Apud Ivonem, & in Capitularibus legitur,* nemo damnet alienum: *Apud Anselmum verò,* nemo injustè damnet.

C. IV. ¶ *Nulli divinas constitutiones, & Apostolicæ sedis decreta temerare licet.*

Item Hilarius Papa *in Synodo Romana, capite primo.*

NUlli *a* fas sit sine statûs sui periculo vel divinas constitutiones, vel Apostolicæ sedis decreta temerare: quia nos, qui potentissimi *b* 1 Sacerdotis administramus officia, talium transgressionum culpa respiciet, si in causis desides fuerimus inventi: quia meminimus, quòd timere debemus, qualiter comminetur *c* Deus negligentiæ Sacerdotum. Siquidem reatu majori delinquit, qui potiori honore perfruitur: & graviora facit vitia peccatorum sublimitas peccantium *d*.

1 ¶ Potentissimi] *Sic apud Anselmum, & in cæteris vetustis Gratiani exemplaribus, præter unum, in quo habetur, ut in Concilio ipso,* potissimi.

C. V. ¶ *In Spiritum Sanctum blasphemant, qui sacros canones violant.*

Item Damasus Papa.

VIolatores *e* canonum voluntarii graviter à sanctis Patribus judicantur: & à sancto Spiritu (instinctu ejus, ac dono dictati sunt) damnantur, quoniam blasphemare Spiritum Sanctum non incongruè videntur, qui contra eosdem sacros canones non necessitate compulsi, sed libenter, ut præmissum est, aliquid aut proterve agunt, aut loqui præsumunt, aut facere volentibus sponte consentiunt. Talis enim præsumptio manifestè unum genus est blasphemantium Spiritum Sanctum: quia, ut jam prælibatum est, contra eum agit, cujus nutu & gratia sancti canones editi sunt.

C. VI. ¶ *In quibus Romano Pontifici licet novas condere leges.*

Item Urbanus Papa.

SUnt quidam dicentes Romano Pontifici semper licuisse novas condere leges. Quod & nos non solum non negamus, sed etiam valdè affirmamus. Sciendum verò summopere est, quia inde novas leges condere potest, unde Evangelistæ aliquid, & Prophetæ 1 nequaquam dixerunt. Ubi verò apertè Dominus, vel ejus Apostoli, & eos sequentes, sancti Patres sententialiter aliquid definierunt, ibi non novam legem Romanus Pontifex dare, sed potius, quod prædicatum est, usque ad animam & sanguinem confirmare debet. Si enim, quod docuerunt Apostoli & Prophetæ, destruere (quod absit) niteretur, non sententiam dare, sed magis errare convinceretur. Sed hoc procul sit ab eis, qui semper Domini Ecclesiam contra luporum insidias optimè custodierunt.

1 ¶ Et Prophetæ] *Abſunt hæ voces à multis manuscriptis.*

C. VII. ¶ *Apostolicæ sedis auctoritas contra Sanctorum statuta aliquid condere non valet.*

Item Zozimus Papa.

COntra *f* statuta Patrum condere aliquid, vel mutare, nec hujus quidem sedis potest auctoritas. Apud nos enim inconvulsis radicibus vivit antiquitas, cui decreta Patrum sanxêre reverentiam.

¶ *Epistola, unde sumptum est hoc caput, non est inventa: Ivo autem in loco sudicato, & in epistola ad Hugonem Archiepiscopum Lugdunensem, affert hoc ex epistola Zozimi ad Episcopos Narbonensis provinciæ: & ipse Zozimus in prima epistola ad Hesychium, narrat se scripsisse ad Episcopos Galliæ & Hispaniæ.*

a *Pol. l. 1 tit. 14. Ansl. l. 1 c. 49.* b *al. firmavit.* c *Ansl. l. 2 c. 32. & 43. & l. 2. c. 22.* d *Ioan. 21.* e *al. cohortamur.* f *Cap. l. 6. c. 254. & l. 7. c. 222. Ansel. l. 6. c. 121. Ivo p. 16. c. 317.* g *al. &* h *al. voluerit.*

a *Polyc. l. 1 tit. 7. Anselm l. 1. c. 47. & 62. Ivo p. 1. c. 37.* b *al. potissimi.* c *Ezech. 3. & 34.* d *al. dignitatum.*] *reg.* e *Densseldit p. 4. Ansel l. 3. c. 118. Polyc. l. 4. tit. ult.* f *Ivo p. 4. c. 226. Pann. l. 3. c. 4. concordat.*

C. VIII.

C. VIII. ¶ *Stare non valet, quod contra Evangelicam vel propheticam doctrinam, seu constitutionem factum fuerit.*

Item Marcellinus I Papa, *epist. 2.*

OMne *a* quod irreprehensibile est, Catholica defendit Ecclesia. *&c. usq.* ¶ Injustum *b* judicium,& diffinitio injusta, regio metu vel jussu à judicibus ordinata, non valet. Nec 2 quicquam, quod contra Evangelica, vel Propheticæ, aut Apostolicæ doctrinæ constitutionem, successionive eorum, sive sanctorum Patrum actum fuerit, stabit: & quod ab infidelibus vel Hæreticis factum fuerit, omninò cassabitur.

1 ¶ Marcellinus] *Restitutum est ex vetustis exemplaribus. Nam in vulgatis erat,* Marcellus.

2 ¶ Nec quicquam,] *Emendatus est hic locus ex ipsa Marcellini epistola.*

C. IX. ¶ *A statutis Patrum non deviare, & fidei regulam custodire, prima salus est.*

Item Hormisda *c* Papa *Episcopis Hispaniæ.*

PRima salus est, rectæ fidei regulam custodire,& à constitutis Patrum nullatenùs deviare.

C. X. ¶ *Professetur Pelagius Papa tomum sui decessoris per omnia servare.*

Item Pelagius Papa *Childeberto Regi.*

SAtagendum est *d*, ut pro auferendo suspicionis scandalo, obsequium confessionis nostræ legibus *e* ministremus, quibus nos etiam subditos esse sacræ Scripturæ præcipiunt. Veniens etenim Rufinus vir magnificus, excellentiæ vestræ Legatus, confidenter à nobis, ut decuit, postulavit, quatenus vobis, aut beatæ recordationis Leonis Papæ tomum à nobis per omnia conservari significare debuissemus, aut propriis verbis nostræ confessionem fidei destinare. Et primam quidem petitionis ejus partem, quia facilior fuit, mox, ut dixit, implevimus, nosq; in omnibus Præsulis tomum pro catholicæ fidei assertione conscriptum, Deo propitio, custodire manûs nostræ ad vos professione significamus *f*. Ut autem nullius deinceps (quod absit) suspicionis remaneret occasio, illam etiam aliam partem, quam memoratus vir illustris admonuit, facere maturavi: scilicet propriis verbis confessionem fidei, quam tenemus, exposui.

C. XI. ¶ *Anathema apud Deum fiat, qui censuram Romanorum Pontificum violat.*

Item Hadrianus Papa *in* g *capitulis, c. ult.*

GEnerali *h* decreto constituimus, ut execrandum anathema sit *i*, & veluti prævaricator catholicæ fidei semper apud Deum reus existat, quicunque Regum, seu Episcoporum 1, vel potentum deinceps Romanorum 2 Pontificum decretorum censuram in quocunque crediderit vel permiserit violandam.

1 ¶ Seu Episcoporum,] *Hæ voces non leguntur in ipso capitulo, neq; in capitulari, sunt tamen apud Anselmum, & in Polycarpo.*

2 ¶ Romanorum] *In capitulo habetur,* deinceps canonum censuram: *nec multo aliter in capitulari. Anselmus tamen, & Polycarpus habent ut Gratianus.*

C. XII. ¶ *Non liceat alicui Episcopo contra Romanorum Pontificum decreta aliquid agere.*

Item Damasus *k* Papa, *epist. 4. Prospero* l *Episcopo.*

OMnia *m* decretalia *n*, & cunctorum decessorum nostrorum constituta, quæ de Ecclesiasticis ordinibus & canonum promulgata sunt disciplinis, ita à vobis,& ab omnibus Episcopis, ac cunctis generaliter Sacerdotibus custodiri debere mandamus, ut si quis in illa commiserit, veniam sibi deinceps noverit denegari.

C. XIII. ¶ *Non communicet sacris altaribus, qui nescit sacris obedire canonibus.*

Item Gregorius *lib. 2. epist. 7. seu c. 46. ad Ioannem Episcopum.*

HAc *a* consonâ *b* sanctis Patribus diffinitione sancimus, ut qui sacris nescit obedire canonibus, nec sacris administrare, nec communionem capere sit dignus altaribus.

C. XIV. ¶ *Observanda sunt regula à sanctis Patribus in Synodo statuta.*

Item ex Concilio Chalcedonensi, *c. 1.*

A Sanctis Patribus in unaquaque Synodo usque nunc prolatas regulas teneri statuimus.

C. XV. ¶ *Voluntatem & statuta suorum decessorum custodiant, qui sua servari volunt.*

Item Gregorius *ad Montanum & Thomam, lib. 3. epist. 12. seu cap. 112.*

IUstitiæ ac rationis ordo suadet, ut qui sua à successoribus desiderat mandata servari, decessoris sui procul dubio voluntatem & statuta custodiat.

C. XVI. ¶ *Contra statuta sanctorum Patrum agit, qui ea non servat intacta.*

Item Leo Papa IV.

IDeò *c* permittente Domino pastores hominum sumus effecti, ut quod Patres nostri sive in sanctis canonibus, sive in mundanis affixère legibus, excedere minimè debeamus. Contra eorum quippe saluberrima agimus instituta, si, quod ipsi divino statuerunt consulto *d*, intactum non conservamus.

2 pars. *Si ergò primam sedem statuta Conciliorum præ omnibus observare oportet, & si pro statu omnium Ecclesiarum necesse est illam impigro vigilare affectu, si ea, quæ à Romanis Pontificibus decreta sunt, ab omnibus observari convenit, si illis, qui nesciunt sacris obedire canonibus, altaribus ministrare non debent; patet, quid contra statuta sanctorum canonum, quibus status Ecclesiarum vel confundantur, vel perturbentur, privilegia ab Apostolica concedi non debent. His ita respondetur. Sacrosancta Romana Ecclesia jus & auctoritatem sacris canonibus impertitur, sed non eis alligatur. Habet enim jus condendi canones: utpote quæ caput est, & cardo omnium Ecclesiarum: à cujus regula nemini dissentire licet. Ita ergò canonibus auctoritatem præstat, ut seipsam non subjiciat eis. Sed sicut Christus, qui legem dedit, ipsam legem carnaliter implevit, octavâ die circumcisus e, quadragesimo die in templo cum hostiis præsentatus, ut in seipso eam sanctificaret, postea verò, ut se dominum legis ostenderet, contra legis literam leprosum * tangendo mundavit. Apostolos f quoq; contra literam Sabbathi per sata pratergredientes, spicas vellentes, & confricantes manibus suis, probabit exemplo David g, & circumcisionis, & templi excusavit, dicens:* [Non legistis, quid fecerit Abimelech, quando venit ad eum David, & dedit ei panes propositionis, de quibus non licebat edere, nisi solis Sacerdotibus,& comedit ipse,& pueri ejus?] *Item,* h *octavâ die secundum legem puer circumciditur: & vos in Sabbatho circumcisum hominem. Item, cum jege holocaustum ex lege offeratur, cum masculus quadragesimâ, femina verò octogesimâ die ab ortu sua nativitatis secundum legis imperium cum hostiis in templum præsentaretur, unde Sacerdotes offerentes hostias in templo literam Sabbathi solvunt, & sine crimine sunt: tunc filius hominis multò magis valet solvere literam legis, qui;*

a *Sup. dist. 21. si quis sine.* b *11. q. 3. Injustum. Ansel. l. 3. c. 27.* c *Et in libello Iustini Constantinop. Episcopi, ad Hormisdam.* d *Ivo part. 5. cap. 338.* e *Regibus*] *Ivo.* f *al. significamus.* g *Et Capit. l. 6. c. 249.* h *Deusdedit p. 134. Ans. l. 12. c. 2. & l. 3. c. 22. & l. 4. c. 40. Polyc. l. 4. tit. ult.* i *al. fiat.* k *Et Leo Papa, epist. 1. c. 1.* l *al. Stephano.* m *Polyc. l. 3. tit. 22. Ans. l. 4. cap. 47. Pann. l. 3. c. 3. simile.* n *hæc decretalia.*] *org.*

a *al. Hæc.* b *Polyc. lib. 4. tit. ult.* c *Ivo part. 4. cap. 186.* d *al. consilio.* e *Luc. 2.* * *Matth. 8.* f *Matth. 12.* g *1. Reg. 21.* h *Levit. 12.*

est etiam dominus Sabbathi. Hoc etiam dicitur de eo: a [Erat Jesus docens, tanquam potestatem habens,] *id est, tanquam legis dominus, addens moralibus ea, quæ deerant ad perfectionem, umbram figuralium in lucem spiritualis intelligentiæ commutans, non tanquam* b *Scriba eorum, qui literæ legis astricti non audebant aliquid addere, vel commutare. Sic & summi sedis Pontifices canonibus sive à se, sive ab aliis suâ auctoritate conditis reverentiam exhibent: & eis se humiliando ipsos custodiunt, ut aliis observandos exhibeant. Nonnunquam verò seu jubendo, seu deficiendo, seu aliter agendo, se decretorum dominos & conditores esse ostendunt. In præmissis ergò capitulis, aliis imponitur necessitas obsequendi: summis verò Pontificibus ostenditur inesse auctoritas observandi: ut à se tradita observando, aliis non contemnenda demonstrent, exemplo Christi, qui sacramenta, quæ Ecclesia servanda mandavit, primò in seipso suscepit, ut ea in seipso sanctificaret. Oportet ergo primam sedem, ut diximus, observare ea, quæ decernendo mandavit, non necessitate obsequendi, sed auctoritate imperiendi. Licet itaq; sibi contra generalia decreta, specialia privilegia indulgere, & specialis beneficio concedere, quod generali prohibetur decreto.* ¶ *Quanquam si decretorum intentionem diligenter advertamus, nequaquam contra sanctorum canonum auctoritatem aliquid concedere invenietur* c. *Sæpe siquidem canones ita aliquid constituunt, ut interpretationis* d *auctoritatem sanctæ Romanæ Ecclesiæ reservent. Ipsi namq; soli, canones valent interpretari, qui jus condendi eos habent. Unde in nonullis capitulis Conciliorum, cum aliquid observandum decernitur, statim subinfertur:* [Nisi auctoritas Romanæ Ecclesiæ aliter e imperaverit,] *vel,* [Salvo tamen in omnibus jure sanctæ Romanæ Ecclesiæ.] *vel,* [Salvâ tamen in omnibus Apostolicâ auctoritate.] *Quacunq; ergò de decimis, vel quibuslibet Ecclesiasticis negotiis, sacris canonibus diffinuntur, intelligenda sunt necessariò servari, nisi auctoritas Romana Ecclesia aliter fieri mandaverit, vel permiserit. Cùm ergò aliqua privilegia ab Apostolico aliquibus concedantur, essi contra generalem legem aliquid fovere videantur, non tamen contra ipsam aliquid concedere intelliguntur: cùm ipsius legis auctoritate privilegia singulorum penes matrem omnium Ecclesiarum reserventur. Nec enim privilegia aliquibus concederentur, si præter generalem legem nulli aliquid speciale indulgeretur. Privilegia* f *namq; dicuntur tanquam privata legia, eo quòd privatam legem singulis generent. Quam diffinitionem* g *Gregorius invenit, ait:* [Si h hoc neque consuetudine generali, neque privilegio vendicas, restat te usurpâsse, quod fecisti.] ¶ *Item Hieronymus in expositione Iona ad c. primum.* [Privilegia singulorum non possunt legem facere communem.] *Valet ergò, ut ex præmissis colligitur, sancta Romana Ecclesia suis privilegiis quælibet movere, & contra generalia decreta, quædam specialis beneficiis indulgere: consideratâ tamen rationis æquitate, ut, quæ mater justitia est, in nullo ab ea dissentire inveniatur: ut privilegia videlicet, quæ ob religionis, vel necessitatis, vel exhibitæ obsequii gratiam concederentur, nonnullos relevando ita divitem faciant, ut multorum detrimenta non circumspiciendo, in paupertatis miseriam nonnullos dejiciant. Illud verò* i *Apostoli ad memoriam revocantes, quod ad Corinthios scribens, ait:* [Non enim volumus, ut aliis sit remissio, vobis autem tribulatio.] *Cui sacra lex Principum concordans, ait:* k [Rescripta contra jus elicita ab omnibus judicibus præcipimus refutari: nisi fortè aliquid est, quod non lædat alium, & prosit petenti, vel crimen supplicantibus indulgeat.] ¶ *Item constitutio Imperatoris ad populum.* l [Nec damnosa fisco, nec juri contraria postulari oportet.] ¶ *Clerici ergò omnes baptismales Ecclesiæ privilegii auctoritate muniti, sua diœcesis decimas sibi ex integro vendicare valent: nisi fortè summâ necessitate Episcopi cogantur ad quartam suam accipiendam, & illi superabundare monstrentur.*

a *Luc. 6.* b *Matth. 7.* c *al. inveniantur.* d *al. sua interpretatione.* e *al. aliter fieri.* f *Privilegia unde dicantur.* g *al. distinctionem.* h *distinct. 100. contra morem. versic quòd si hoc.* i *2. Cor. 8.* k *infr. eâd. q. 2. rescripta.* l *infr. eâd. q. 2. nec damnosa.*

QUÆSTIO II.

1 pr. *Quòd autem antiquioribus privilegiis, subsequentibus derogari non possit, auctoritate* Anacleti *probatur, qui scribens omnibus Episcopis, & reliquis Christi Sacerdotibus, ait in epist. 1. c. 3.*

C. I. ¶ *Ecclesiarum privilegia cunctis temporibus intemerata serventur.*

1 PRivilegia *a* Ecclesiarum & Sacerdotum 1 intemerata & inviolata cunctis decernimus manere temporibus. Leges Ecclesiæ Apostolicâ auctoritate firmamus, & peregrina judicia submovemus.

1 ¶ Sacerdotum] *In originali est,* Sacerdotum sancti Apostoli jussu Salvatoris intemerata & inviolata cunctis decreverunt, &c.

C. II. ¶ *Nec novitate mutari, nec improbitate convelli Ecclesiarum privilegia debent.*

Item Leo Papa *Martiano Augusto, epist. 12. al. 14.*

II. PRivilegia *b* Ecclesiarum & monasteriorum 1 sanctorum Patrum auctoritate instituta, nullâ possunt improbitate convelli, nullâ novitate mutari. In quo opere, auxiliante Christo, fideliter exequendo, necesse est hujus sanctæ sedis Pontifices perseverantem exhibere famulatum. Dispensatio enim nobis credita est; & ad nostrum tendit reatum, si paternarum regula sanctionum nobis consentientibus vel negligentibus violentur.

1 ¶ Et monasteriorum,] *Hæ voces non sunt in epistola, neq; 3. edd.* privilegia. *sed sublata non sunt, quia ad eas spectant 3. edd. c.* postea. *vers.* Si ergò privilegia. *& Anselmus illa habet lib. 4. c. 2. Cæterum, quoniam de industria caput hoc à calliditate in summam redactum est, & aliquot locis mutatum, vera sunt inscribenda verba ipsa Leonis:* Privilegia enim Ecclesiarum, sanctorum Patrum canonibus instituta, & venerabilis Nicænæ Synodi fixa decretis, nullâ possunt improbitate convelli, nullâ novitate mutari. In quo opere, auxiliante Christo, fideliter exequendo, necesse est me perseverantem exhibere famulatum: quoniam dispensatio mihi credita est, & ad meum tendit reatum, si paternarum regulæ sanctionum, quæ in Synodo Nicæna ad totius Ecclesiæ regimen, Spiritu Dei instruente, sunt conditæ, me (quod absit) connivente violentur, & major sit apud me unius fratris voluntas, quàm universæ domûs Domini communis utilitas.

C. III. ¶ *Privilegio suæ dignitatis aliquis Ecclesiarum excidere non debet.*

Item Gregorius *Augustino Anglorum Episcopo, Responsi 9.*

IN Galliarum *c* Episcopos *d* nullam tibi auctoritatem tribuimus, quia ab antiquis prædecessorum meorum temporibus pallium Arelatensis Episcopus accepit, quem nos privare auctoritate perceptâ minimè debemus. Si ergò contingat, ut fraternitas tua ad Galliarum provincias transeat, & aliquid ex auctoritate agendum fuerit, cum prædicto Arelatensi Episcopo agatur, ne prætermitti possit hoc, quod antiqua Patrum institutio invenit. Britannorum verò omnes Episcopos tuæ fraternitati committimus, ut indocti doceantur, infirmi persuasione roborentur, perversi 1 auctoritate corrigantur.

1 ¶ Perversi] *Addita sunt hæc ex originali.*

C. IV. ¶ *Statuta Apostolicorum prædecessorum Apostolicus destruere non debet.*

Idem *Felici Episcopo, lib. 12. epist. 31.*

SI ea destruerem, quæ antecessores nostri statuerunt, non constructor, sed eversor esse juste comprobarer; testante veritatis voce, quæ ait: e [Omne regnum

a *Anscl. 4. c. 2.* b *Instr. eâd. privilegia. 3. Anselm. l. 4. c. 2.* c *Anscl. l. 6. c. 37.* d *al. Episcopi.* e *Luc. 11.*

in seipsâ a divisum non stabit:] & omnis scientia, & lex adversum se divisa destruetur.

C. V. ¶ *Metropolitanus dignitatis sibi traditæ antiquitus jus inconcussum obtineat.*

Item Leo Papa *epist. 81. al 84. ad Anastasium, cap. 2.*

IGitur secundùm *b* sanctorum Patrum canones, Spiritu Dei conditos, & totius mundi reverentiâ consecratos, Metropolitanos singularum provinciarum Episcopos, quibus ex delegatione nostra fraternitatis tuæ cura prætenditur, jus traditæ sibi antiquitùs dignitatis intemeratum habere decrevimus: ita ut à regulis præstitutis nullâ aut negligentiâ, aut præsumptione discedant.

C. VI. ¶ *Privilegia Metropolitanorum inconvulsa servari oportet.*

Item Hormisda Papa *in epistola ad Ioannem Episcopum.*

SErvatis privilegiis Metropolitanorum, vices vobis Apostolicæ sedis eatenus delegamus, ut inspectis istis, sive ea, quæ ad canones pertinent, sive ea, quæ à nobis sunt nuper mandata, ferventur, sive ea, quæ de Ecclesiasticis causis tuæ revelationi *c* contigerint, sub tua nobis insinuatione pandantur. Erit hoc studii ac solicitudinis tuæ, ut talem te in his, quæ injunguntur, exhibeas, ut fidem, integritatemque ejus, cujus curam suscipis, imiteris.

C. VII. ¶ *Decreta Apostolica nullâ præsumptione violentur.*

Item Gregorius *Bonifacio primo defensori, lib. 7. epist. 17.*

INstitutionis *d* nostræ decreta, quæ pro defensorum sunt privilegiis & ordinatione dispositâ, perpetuâ stabilitate, & sine aliqua constitutione refragatione servari, sive quæ scripto decrevimus, sive quæ in nostra præsentia videntur esse disposita: nec à quoquam Pontificum in totum, vel in partem, ea quâlibet occasione convelli decernimus vel mutari. Nam nimis est asperum, & præcipuè bonis Sacerdotum moribus inimicum, niti quempiam quâcunque rationis excusatione, & quæ bene sunt ordinata, rescindere, & exemplo suo docere cæteros, sua quandoque post *e* se constituta dissolvere.

C. VIII. ¶ *Privilegia Ecclesiarum Apostolicus debet servare illæsa.*

Idem *Dominico Carthaginensi Episcopo, lib. 2. indict. 10. epist. 39.*

DE Ecclesiasticis *f* privilegiis, quod vestra fraternitas scribit, hoc postpositâ dubitatione teneat: quia sicut nostra defendimus, ita singulis quibusque Ecclesiis sua jura servamus: nec cuilibet favente gratiâ, ultrà quàm meretur, impertior, nec ulli hoc, quod sui juris est, ambitu stimulante derogabo: sed fratres meos per omnia honorare cupio, sicque studeo honore singulos subvehi, dummodò non sit, quod alteri jure ab altero possit opponi.

C. IX. ¶ *Quod rationabiliter dispositum est, in nullo debet violari.*

Idem *Virgilio Arelatensi Episcopo, lib. 7. epist. 115.*

CUm *g* piæ desiderium voluntatis, & laudandæ devotionis intentio sacerdotalibus sit semper studiis adjuvanda, cura est solicitudinis adhibenda, ut ea, quæ pro quiete Monachorum, religiosæque conversationis fuerint ordinata, nec dissimulatio negligere, nec quædam valeat præsumptio perturbare: sed sicut hoc, quod ratio exigebat utilitatis, oportuit diffiniri, ita quod definitum est [nisi 1 fortè ubi major est auctoritas] non debet violari.

1 ¶ Nisi fortè] *Exceptio hæc abest à pleriſq; vetustis, & Anselmo, & codicibus Gregorii impressis & manuscriptis. In uno autem Gratiani apposita est tanquam glossa, & legitur supra 6. q. 4.* quod bene.

C. X. ¶ *Sibi injuriam facit, qui fratrum suorum jura perturbat.*

Idem *ad Natalem Episcopum, lib. 2. epist. 37.*

QUod verò dicitis, nostris temporibus debere servari, quæ à meis quoque prædecessoribus tradita atque custodita sunt, absit à me, ut statuta majorum confacerdotibus meis in qualibet Ecclesia infringam: quia mihi injuriam facio, si fratrum meorum jura perturbo.

C. XI. ¶ *Nullâ præsumptione violentur, quæ ab Apostolis, & eorum successoribus sunt constituta.*

Item Julius Papa *epist. 1. ad Orientales, c. 4.*

AMputato *a* totius usurpationis excessu, nullus debet præsumere, quæ sibi non videntur esse concessa. & ſ. ¶ Ea quæ sunt ab Apostolis, eorumque successoribus institutâ, nullâ desidiâ negligantur, nullâ dissensione violentur, nullâ concertatione turbentur.

C. XII. ¶ *Quæ rationabiliter ordinata sunt, nullâ debent refragatione turbari.*

Item Gregorius Papa, *lib. 7. indict. 2. epist. 60. Præfecto illustri.*

ECclesiasticæ *b* moderationi est omninò conveniens, ut quæ ordinata fuerint, vel rationabiliter 1 decisa, nullâ in posterum debeant refragatione turbari.

1 ¶ Rationabiliter] *Vox ista abest à pleriſq; manuscriptis, & à codicibus B. Gregorii, nec reperitur ſ. 35. q. 9.* omnibus modis. *Sed non est indulta, quia omnia Gratiani exemplaria habent istam vocem, etiam in rubrica.*

C. XIII. ¶ *Quæ contra leges fiunt, pro infectis habentur.*

Item in Regesto, *lib. 7. indict. 2. epist. 7. Ianuario Caralitano.*

IMperiali *c* constitutione apertè sancitum est, ut ea, quæ contra leges fiunt, non solum inutilia, sed etiam pro infectis habenda sint.

C. XIV.

Cod. d *lib. 1. tit. de precibus Imperatori offerendis.*

Imperator Constantinus.

NEc damnosa fisco, nec juri contraria postulari oportet.

C. XV.

Impp. Theodosius & Valentinianus. *e*

REscripta *f* contra jus elicita, ab omnibus judicibus præcipimus refutari: nisi fortè aliquid est, quod non lædat alium, & profit petenti, vel crimen supplicantibus indulgeat.

C. XVI. ¶ *Rescriptum meretur effectum, quod cum juris & legum ratione concordat.*

Item Pelagius Papa *Ioanni Comiti.*

DIcenti *g* sacras jussiones le habere præ manibus, respondimus scire illum oportere, quòd ipse clementissimus Princeps generalibus legibus constituerit, illa sacra uniuscujusque supplicantis desiderio concessa prævalere, & effectui mancipari, quæ cum juris & legum ratione concordant: ea verò, quæ subreptione, vel falsis precibus forsitan impetrantur, nullum supplicantibus ferre remedium.

a *al. seipsum.* b *Ivo p. 1. cap. 345.* c *al. relationi.* d *al. Constitutionis. Ans. lib. 4. c. 1. Polyc. lib. 3. tit. 15.* e *al. posse constituta.* f *Polyc. ibid. Anselm. l. 4. c. 6.* g *Polyc. ibid. Ans. l. 4. c. 7.*

a *Polyc. ibid. Anselm. l. 2. c. 61. & l. 6. c. 127.* b *35. q. 9. omnibus modis. Ansel. l. 4. c. 9.* c *Denisdeit p. 1. & 3.* d *tit. 19. leg. 3.* e *Ibid. l. 7.* f *supr. eâd.* g *Ivo p. 4. c. 191.*

Rescripta, sive sint admonitiones, sive pragmaticæ sanctiones, expressam debent in se habere conditionem: [*Si preces veritate nitantur.*] *Mendax enim precator debet carere impetratu: & quibus scripta diregiuntur, sunt puniendi, si precum mendacia vetuerint argui. Unde Imperator Diocletianus, & Maximianus, & Constantinus lib. 1.* a *Cod. tit. si contra jus vel utilitatem publicam.* [Præscriptione mendaciorum oppositâ, sive in juris narratione mendacium reperiatur, sive in facti, sive in tacendi fraude, pro tenore veritatis, non deprecantis affirmatione, datum judicem cognoscere debere, & secundùm *b* hoc de causâ convenit ferre sententiam.] *Item* c *Imperator Constantinus.* [Puniri jubemus decem librarum auri mulctâ judices, qui vetuerint precum argui falsitatem.] *Item* d *Impp. Theodosius & Valentin.* [Et si legibus consentaneum sacrum oraculum mendax precator attulerit, precator careat penitùs impetratis: & si nimia mentientis inveniatur improbitas, etiam severitati subjaceat judicantis.] *Item* e *Imperator Constantinus.* [Et si non cognitio, sed executio mandatur, de veritate precum inquiri oportet; ut si fraus intervenit, de omni negotio cognoscatur.] *Item* f *Imp. Anastasius.* [Omnes cujuscunque majoris vel minoris administrationis, universæ nostræ reip. judices monemus, ut nullum rescriptum, nullam pragmaticam sanctionem, nullam sacram adnotationem, quæ generali juri vel utilitati publicæ adversa esse videatur, in disceptationem cujuslibet litigii patiantur proferri; sed generales sacras constitutiones modis omnibus non dubitent observandas.] *Cod.* g *tit. de divers. rescript. Impp. Diocletianus & Maximianus.* ¶ [Sancimus, ut authentica ipsâ atque originalia rescripta, & nostrâ etiam manu subscripta, non exempla eorum insinuentur.] *Imp.* h *Constantinus.* ¶ [Si qua beneficia personalia sine die & consule fuerint deprehensa, auctoritate careant.] *Imperator* i *Zeno.* ¶ [Universa rescripta sive in personam precantium, sive ad quemlibet judicem manaverint, quæ k vel adnotatio, vel quævis pragmatica sanctio nominentur, sub ea conditione proferri præcipimus, si preces veritate nitantur: nec aliquem fructum precator oraculi percipiat impetrati; licèt in judicio asseveret l veritatem, nisi quæstio fidei precum Imperiali beneficio monstretur inserta. Nam & vir magnificus Quæstor, & viri spectabiles Magistri scriniorum, qui sine præfata adjectione qualecunque divinum responsum dictaverint, & judices qui susceperint, reprehensionem subibunt, & qui illicitè dictata scribere ausi fuerint, cujuscunque scrinii memoriales, seu pragmaticarii, vel adjutores primicerii, amissione cinguli fetiantur.]

C. XVII. ¶ *Privilegia Ecclesiarum nullâ debent improbitate convelli.*

Item Leo Papa *epist. 92 al. 14. ad Martianum Augustum.*

III. PRivilegia m Ecclesiarum, sanctorum Patrum canonibus institutа, & venerabilis Nicenæ Synodi fixa decretis, nullâ possunt improbitate convelli, nullâ novitate mutari.

C. XVIII. ¶ *Anathema sit, qui mandata vel decreta Romanorum Pontificum servare contempserit.*

Item Nicolaus Papa, *universali Synodo præsidens, dixit in Concilio Romano, c. ult.*

SI n quis dogmata, mandata, interdicta, sanctiones, vel decreta pro catholicæ fidei disciplina, pro correctione fidelium, pro emendatione sceleratorum, vel interdictione imminentium, vel futurorum malorum, à sedis Apostolicæ Præsule salubriter promulgata contempserit, anathema sit.

¶ *Caput hoc extat in Concilio Romæ habito, in quo Nicolaus Papa I. Thietgaudum & Guntarium Episcopos deposuit. Quod Concilium impressum est Romæ post epistolas ipsius.*

C. XIX. ¶ *Statuta priorum successores servare oportet.*

Item Gelasius *Orestoni & Ioanni Messalia Episcopis inter cætera.*

DEcessorum o statuta, sicut legitima & justa, successorem custodire convenit, ita debet etiam male ficta corrigere.

C. XX.

Hinc etiam Arcadius & Honorius *b imponunt.*

QUæcunque c à parentibus nostris diversis sunt statuta temporibus, manere inviolata atque incorrupta circa sacrosanctas Ecclesias præcipimus. Nihil igitur à privilegiis immutetur, omnibusque, qui Ecclesiis deserviunt, tuitio deferatur: quia temporibus nostris addi potiùs reverentiæ cupimus, quàm ex his, quæ olim præstita sunt, immutari. *Idem leg. 30.* ¶ Non tam novum aliquid præsenti sanctione præcipimus, quàm illa, quæ olim videntur indulta, firmamus. Privilegia igitur, quæ olim reverentia religionis obtinuit, mutilari sub pœnæ etiam interminatione prohibemus, ita ut hi quoque, qui Ecclesiæ obtemperant, ipsius beneficiis perfruantur. *Idem leg. 34. d* ¶ Si Ecclesiæ venerabilis privilegia, cujuscunq; fuerint vel temeritate violata, vel dissimulatione neglecta, commissum duodecim 1 librarum auri (sicut etiam prius constitutum est) condemnatione plectatur. Ipsaque 2 privilegia nihilominùs plenissimum per omnia obtinent vigorem.

1 ¶ Duodecim] *In lege ipsâ tam codicis Theodosiani, quàm Justiniani legitur,* quinque librarum auri.

2 ¶ Ipsaque] *Hæc usq; ad finem non sunt in lege illa, sed iterum loco in Theodosiano habentur ista:* Si quid igitur contra Ecclesias vel Clericos per obreptionem, vel ab hæreticis, vel ab hujuscemodi hominibus fuerit contra leges impetratum, hujus sanctionis auctoritate vacuamus.

C. XXI. ¶ *Non licet Pontifici ab Ecclesiæ jure discedere, quod documentorum auctoritate firmatur.*

Item Pelagius *Armentario magistro militum inter cætera.*

POsteaquam e Ecclesiæ jura, documentorum quoque intercedentium fuerint auctoritate firmata, nullatenùs ab his discedendi liberam Pontifex, vel si vult, permittatur habere licentiam.

Si ergo privilegia monasteriorum, vel quarumlibet Ecclesiarum auctoritate Leonis, Gregorii, Gelasii, & nonnullorum aliorum Pontificum sanctæ Romanæ Ecclesiæ inviolata servantur: si ea, quæ contrà leges sunt, pro infectis habenda sunt: si Pontifex non habet licentiam discedendi à documentis, quibus jura Ecclesiæ firmantur; patet, quod posteriora privilegia antiquioribus derogare non possunt, nec eorum auctoritate ea aliqua objiciatur exceptio: cum etiam, si contra illa specialiter fierent, pro infectis essent habenda.

2 pars. *Hinc ita respondetur. Sancta Romana Ecclesia sua auctoritate, congregata valet disjungere, & disjuncta congregare: rationis tamen æquitate consideratâ. Unde vel pactatis, vel necessitatis intuitu semel à se concessa valet in totum, vel in partem commutare. Pro necessitate namq; corrigendorum veterum privilegia Ecclesiarum multarum, vel immutantur, vel penitus immutantur, sive personaliter, sive generaliter. Personaliter jura illud:* [Privilegium f omninò meretur amittere, qui permissâ sibi abutitur potestate.]

C. XXII. ¶ *Quod habet, amittat, qui quod non accepit, usurpat.*

Item Silverius Papa *Vigilio Episcopo, epist. 2.*

---

a *tit. 22. leg. 2.* b *secundùm causam convenit*] *vrig.* c *l. 1. leg. 3.* d *Ibid. leg. 5.* e *Ibid. leg. 4.* f *Ibid. leg. 6.* g *tit. 23. leg. 3.* h *Ibid. leg. 4.* i *Ibid. leg. 7.* k *al. quamvis adnotatio.* l *al. asserat.* m *Ansl. 4. c. 2.* n *Polyc. l. 2. tit. 17. Deusdedit p. 4. Ansl. 4. c. 26. & l. 22. c. 3. Ivo p. 5. c. 35.*

a *Deusdedit p. 2.* b *In codic. Theodos. lib. 16. tit. 2. leg. 19.* c *Ansl. 4. c. 18.* d *In cod. Theodos. leg. 34. In codic. Justin. tit. de Episcopis & Clericis, l. 13.* e *Deusdedit p. 1.* f *2. qu. 3. privilegium.*

Sic *a* decet fidem sanctorum Patrum in Ecclesia servari catholica, ut quod habuit, amittat, qui improbabili temeritate, quod non accepit, assumpserit.

C. XXIII. ¶ *Privilegium amittit, qui suâ potestate non legitimè utitur.*

Item Simplicius Papa, *epist. 2. Ioanni Episcopo Ravennatensi, post pauca, quibus ab illicita eum ordinatione prohibuit.*

Denuntiamus *b* autem, quòd si posthac quicquam tale præsumpseris, & aliquem seu Episcopum, seu Presbyterum, seu Diaconum invitum facere forte credideris, ordinationes tibi Ravennatis Ecclesiæ, vel Æmiliensis noveris auferendas.

C. XXIV. ¶ *Ius ordinandi amittunt, qui immeritum consecrant.*

Item Leo Papa, *epist. 11. al. 87. ad Episcopos Africanos.*

Si *c* qui Episcopi talem consecraverint Sacerdotem, qualem esse non licet, etiamsi aliquo modo damnum proprii honoris evaserint, ordinationis tamen jus ulteriùs non habebunt: nec unquam ei sacramento intererunt, quod, neglecto divino judicio, immeritò præstiterunt.

Generaliter, veluti dum civitati Episcopalis dignitas perpetuò subtrahitur, qua suos Episcopos interimere consuevit.

C. XXV. ¶ *Episcopalis dignitas civitati subtrahitur, qua suos Præsules interemit.*

Unde Gelasius Papa *scribit.*

Ita *d* nos Scyllacænorum *e* cædes geminata Pontificum, horrendi criminis atrocitate confundit, ut diu constitutio nostræ deliberationis hæsitaret: dum & ingerere quempiam parricidalibus exemplis detestaremur Antistitem, & Ecclesiam utcunque destitutam non usque adeò judicaremus relinquendam. Quapropter jam velut usum, consuetudinemque sacrilegam declinantes, eatenus religioni duximus consulendum, ut parochiæ vice ab extrinsecùs positis Sacerdotibus gubernetur, quæ ibidem commanentes ferro didicit necare pastores, inauditoque facinore (quod etiam in illis provinciis nusquam prorsus legitur accidisse, quæ bellorum continuis, diversisque incursionibus affliguntur) hæc sit reperta civitas, quæ Præsules ministrantes sibi fidei Christianæ sacramenta, fine persecutore prosternat. Curandum est igitur, ut illic f nesta pernicies cessatione propriorum sanetur Antistitum: atque ita saltem furoris tanti materia subtrahatur, si, in quam hæc possit acerbitas perpetrari, consistens ibidem persona defuerit, eoque modo vel illa civitas, dum in quos desæviat non habebit, ab hujusmodi temeritate desistat, vel aliis imitandi contagia dira non præbeat. Egeat ergò Episcopalibus subsidiis sibimet aliunde pensandis *f.* quæ sacram in suo gremio collocatam fuso crudeliter maculat sanguine dignitatem: quia in utroque hæc est ultione plectenda, sive instinctu domestico, seu furiis incitata nefas hoc committit externis. Præbeat ergo dilectio vestra in hoc statu positæ ministerium visitationis Ecclesiæ, & aut conveniendo pariter, aut vicissim, prout qualitas rerum, causaque popposcerit, divina ministeria *g* repræsentet ingratis, ne cum devitamus zizania, Dominica videamur præterire frumenta.

¶ *In Polycarpo, & apud Anselmum & Ivonem continuò sequitur c.* compertimus. *§. de consecratione, dist. 2.*

3 [ars. *Hostilitatu quoque, vel pauperta tu necessitate Episcopales sedes, vel mutantur, vel duæ in unam rediguntur: sicut sup. in tit. de mutatione Episcoporum, B. Gregorius* a *fecisse legitur. Non ergò privilegia Ecclesiarum sic inviolata permanere censentur, ut quibusdam de causis intervenientibus Apostolicâ auctoritate eis derogari non possit: alioquin multitudo Ecclesiarum ad paucitatem redigeretur, cùm innumeræ Ecclesiæ in diœcesibus aliarum frequenter conditæ inveniantur. Servantur ergò privilegia Ecclesiarum cunctis inconcussa temporibus: ne videlicet prater ejus auctoritatem, à quo data sunt, contra ea liceat ire alicui.* ¶ *Sed objicitur illud Symmachi Papæ.* [Possessiones *b*, quas unusquisque Ecclesiæ suo relinquit arbitrio, &c.] *quæ sup. in tit. de alienatione rerum Ecclesiasticarum leguntur adscripta. Unde datur intelligi, quòd ea, quæ de jure usuíusque Ecclesia, vel necessitatis, sicut peregrini, vel pietatis intuitu, sicut religiosis domibus conferuntur, non perpetuò, sed temporaliter ab eis, quibus conferuntur, sunt possidenda. Quanquam illud Symmachi ad necessitatis intuitum, non ad pietatis præpositum possit referri: videlicet, ut ea, quæ peregrinis, vel captivis largiri necessitas suasit, non ea, quæ religiosis domibus ob quietem religiosæ conversationis concessa sunt, prohibeantur perpetuò possideri. Vel potius de utrisque intelligendum est: videlicet, ut sicut necessitatem patientes cessante necessitate beneficia renuntiare cogantur, quæ eis misericors indulsit intuitus; sic religiosè viventes, cum à religione cessaverint, privilegiis exuantur, quæ religiosa conversatio meruit. Privilegia ergò, quæ religiosis domibus conferuntur, vel in eo casu accipienda sunt, in quo ita eis consulitur, quòd nulli aliquid derogatur, videlicet ut ex novalibus, quarum decimationes nulli assignatæ fuerant, privilegiorum auctoritate decimas aliquibus persolvere non cogantur, vel si propter instantem temporis necessitatem eis consuli non poterit, nisi aliis deregetur, ita privilegiorum auctoritas videatur esse servanda, ut eorum subvenatur inopiæ, non ut suarum divitiarum augmento, & possessionum non modicâ extensione porrectâ, baptismales, seu parochiales* c *Ecclesiæ penitus destruantur.*

a *Anſ lib 1. c. 117. Ivo p. 6. c. 71.* b *Supr. dist. 74. ubi iste. §. denuntiamus.* c *Sup. 1. q. 1. si qui. Anſ. l. 6. c. 74. Ivo p. 5. c. 107.* d *Polyc. l. 3. tit. 30 Anſel. l. 6. c. 146. Ivo p. 10. c. 18.* e *al. Squillacinorum. al. Syllanorum.* f *al. deprensi.* g *al. mysteria.*

CAUSA XXVI.

Quidam Sacerdos Sortilegus esse & Divinus convincitur apud Episcopum: correctus ab Episcopo voluit cessare: excommunicator: tandem agens in extremis, reconciliatur a quodam Sacerdote, Episcopo inconsulto: indicitur sibi panitentia sub quantitate temporis canonibus prafixa.

1 *Hic primum quæritur, qui sint Sortilegi?*
2 *Secundò, an sit peccatum esse Sortilegum?*
3 *Tertiò, à quibus genus divinationis sumpsit exordium?*
4 *Quartò, quot sint genera divinationis?*
5 *Quintò, an Sortilegi vel Divini sint excommunicandi, si cessare noluerint?*
6 *Sextò, an excommunicatus ab Episcopo possit reconciliari à Presbytero, illo inconsulto?*
7 *Septimò, si morientibus est indicenda panitentia sub quantitate temporis?*

QUÆSTIO I.

Qui sint Sortilegi, Isidorus definit Etymologiarum, lib. 2. cap. 9. ita dicens.

CAP. ¶ *Qui sint sortilegi.*

Sortilegi *d* sunt, qui sub nomine fictæ religionis, per quasdam, quas Sanctorum sortes vocant, divinationis scientiam profitentur, aut quarumcunque scripturarum inspectione, futura promittunt.

QUÆSTIO II.

1 Quod autem sortes exquirere peccatum non sit, & exemplis, & auctoritatibus probatur. Cùm enim Achar *e* de anathemate furtim subripuisset, & ob ejus pecca-

a *7. q. 1. c. pastoralis. & c. temporis. 11. 7. q. 1. c. temporalis. & c. temporis. & 16. q. 1. c. & temporis.* b *16. q. 1 possessiones.* c *al. parochitana.* d *Rabanus de magorum præstigiis. Ivo part. 11. cap. 28.* e *al. Achan.*

tum populus casus apud Hay hostibus terga dedisset, præcepit Dominus a *Iosue, ut sortibus exquireret, quo peccante populus in manibus hostium cadere meruerat. Iosue præceptum accipiens misit sortes, primùm super tribus, deinde super familias, demùm super personas: & ita cecidit sors super Achor. Saul* b *quoque cum pugnans contra Philistæos jurâsset se interfecturum, quicunque ante solis occasum de populo comederet, sorte deprehendit Ionatham filium suum mel comedisse, quod sceptro acceperat: quem cum morti tradere vellet, populo supplicante revocavit sententiam. Ionas* c *quoq; cùm à facie Domini fugeret, à nautis sorte deprehensus, in mare dejectus, & à cete est absorptus. De* d *Zacharia etiam legitur, quòd sorte exist, ut incensum poneret. Matthias* e *verò à B. Petro sorte in Apostolatum, & Iuda successor eligitur. Quod ergò tantorum exemplis probatur, patet malum non esse.*

C. I.

Unde etiam Augustinus *ait in lib. Psalmorum, in Ps. 30. concione 2. ad versic.* [In manibus tuis sortes.]

SOrs non *f* aliquid mali est, sed res est in dubitatione humana, divinam indicans voluntatem.

2 pars. *His ita respondetur. Antequam Evangelium clarescret, multa permittebantur, quæ tempore perfectioris disciplinæ penitùs sunt eliminata. Copula namque Sacerdotalis, vel consanguineorum nec legali, nec Evangelicâ, vel Apostolicâ auctoritate prohibetur, Ecclesiasticâ tamen lege penitùs interdicitur. Sic & sortibus nihil mali inesse monstratur, prohibetur tamen fidelibus, ne sub hac specie divinationis ad antiquos idololatriæ cultus redirent. Unde quibusdam constellationes, & futurorum signa custodientibus Apostolus* g *ait:* [Dies observatis, & menses, & tempora, & annos. Unde timeo, ne fortè sine causa laboraverim in vobis.] *Sic & Astronomia, seu & Astrologia apud Catholicos in desuetudinem abiit; quia dum propriâ curiositate his nimis erant intenti, minùs vacabant his, quæ saluti animarum erant accommodata.*

C. II. ¶ *Exemplo Ionæ vel Matthiæ non oportet sortibus credi.*

Quòd autem sortibus credi non oporteat, Hieronymus *testatur, scribens super Ionam, c. 1.*

NOn statim *h* debemus sub exemplo Jonæ sortibus credere, vel illud de Actibus *i* Apostolorum huic testimonio copulare, ubi sorte in Apostolatum Matthias eligitur; cùm privilegia 1 singulorum non possint legem facere communem.

1 ¶ Cùm privilegia] *Hæc usque ad finem sunt addita ex B. Hieronymo. Referuntur enim à Beda ex eodem, infrà eâd. c.* non exemplo.

C. III. ¶ *Ad sæcularia negotia, divina oracula non sunt convertenda.*

Item Augustinus *ad inquisitiones Ianuarii, epist. 119.*

HI qui de *k* paginis Evangelicis sortes legunt, etsi optandum est, ut id potiùs faciant, quàm ad dæmonia consulenda concurrant, tamen etiam ista mihi displiceret consuetudo, ad negotia sæcularia, & ad vitæ hujus vanitatem, propter aliam vitam loquentia oracula divina velle convertere.

C. IV. ¶ *Exemplo Matthiæ vel Ionæ non est indifferenter sortibus credendum.*

Item Beda *super Actus Apostolorum, ad c. 1.*

NOn *l* exemplo Matthiæ, vel quòd Jonas Propheta sorte deprehensus sit, indifferenter sortibus est credendum; cùm privilegia singulorum (ut Hieronymus *m* ait) communem legem facere omninò non possint. *& infrà.* ¶ Si qui tamen necessitate aliquâ compulsi Deum putant sortibus exemplo Apostolorum esse consulendum, videant hoc ipsos Apostolos non nisi collecto fratrum cœtu, & precibus ad Deum fusis egisse.

C. V. ¶ *Non sunt observanda quæ à Divinis præcipiuntur, quamvis ea contingant, quæ ab eis pronuntiantur.*

De Divinis verò scribit Augustinus *lib. 3. super Deuter. c. 19. sta dicens.*

INtelligi voluit *a* Dominus etiam illa, quæ à divinantibus non secundùm Deum dicuntur, si acciderint, quæ dicuntur, non accipienda sic, ut fiant, quæ præcipiuntur ab eis, aut colantur, quæ coluntur ab eis.

C. VI. ¶ *Institutiones hominum quæ sint superstitiosa, vel non.*

Idem *in lib. 2. de doctrina Christiana, c. 19. 20. & 21.*

ILlud *b* quod est secundùm institutiones hominum, partim superstitiosum est, partim superstitiosum non est. Superstitiosum est, quicquid institutum est ab hominibus ad facienda & colenda idola pertinens, vel ad colendam, sicut Deum, creaturam, partemve ullam creaturæ, vel ad consultationes, & pacta quædam significationum cum dæmonibus placita, atque foederata, qualia sunt molimina magicarum artium: quæ quidem commemorare potiùs, quàm docere assolent Poëtæ. Ex quo genere sunt, sed quasi licentiori vanitate, Aruspicum & Augurum libri. Ad *c* hoc genus pertinent omnes etiam ligaturæ atque remedia, quæ Medicorum quoque disciplina condemnat, sive in præcantationibus, sive in quibusdam notis, quas characteres vocant, sive in quibusdam rebus suspendendis atque ligandis, vel etiam saltandis quodammodò, non ad temperationem corporum, sed ad quasdam significationes, aut occultas, aut etiam manifestas, quæ eminentiori *d* nomine Physicam vocant, ut quasi non superstitionem *e* implicare, sed naturæ prodesse videantur; sicut sunt inaures in summo aurium singularum, aut de struthionum ossibus ansulæ in digitis, aut cùm tibi dicitur singultienti, ut dexterâ manu sinistrum pollicem teneas. His adjunguntur millia inanissimarum observationum, si membrum aliquod saluerit, si junctim ambulantibus amicis, lapis aut canis, aut porcus medius intervenerit. *& infrà.* ¶ Hinc sunt etiam illa, limen calcare, cùm ante domum suam transit: redire ad lectum, si quis, dum se calceat, sternutaverit: redire domum, si procedens offenderit: cùm vestis à sorcibus roditur, plùs timere suspicionem futuri mali, quàm præsens damnum dolere. ¶ Neque *f* illi ab hoc genere superstitionis perniciosæ segregandi sunt, qui olim Genethliaci propter natalium dierum considerationes, nunc autem vulgò Mathematici vocantur. Nam & ipsi, quamvis veram stellarum positionem, cùm quisque nascitur, consectentur, & aliquando etiam pervestigent; tamen quod inde conantur, vel actiones nostras, vel actionum eventa prædicere, nimis errant, & vendunt imperitis hominibus miserabilem servitutem. *& infrà, cap. 23.* ¶ Hoc autem genus fornicationis animæ salubriter divina Scriptura non tacuit, neque ab ea sic deterruit animam, ut propterea talia negaret esse sectanda, quia falsa dicuntur à professoribus eorum, sed *g* [etiam *si dixerint vobis*, inquit, *& ita evenerit, ne credatis eis.*] Non enim quia imago Samuelis mortui Sauli Regi vera prænuntiavit *h*, propterea talia sacrilegia, quibus illa imago præsentata est, minùs execranda sunt: aut quia in *i* Actibus Apostolorum fœmina ventriloqua verum testimonium perhibuit Apostolis Domini, ideò

a *Iosua 7.* b *1. Reg. 14.* c *Ionæ 1.* d *Luc. 1.* e *Act. 1.* f *Pann. l. 3. c. 77.* g *Gal. 4.* h *Ivo p. 11. c. 21. Pann. l. 3. c. 73.* i *Act. 1.* k *Ivo p. 11. c. 29. Pann. l. 3. c. 74.* l *Sup. eâd. 19. q. 1. Pann. lib. 1. c. 72.* m *ad c. 1. Ionæ.*

a *Ivo part. 11. cap. 10. infrà eâd. q. 5. c. ult. in fin.* b *Ivo p. 11. cap. 17. C. 6.* c *Infr. eâd. q. 3. nec mirum. §. ad hæc.* d *al. mutare nomine physicam.* e *al. superstitiosè.* f *C. 11.* g *Deut. 13.* h *1. Reg. 28.* i *Act. 16.*

Paulus

Paulus Apostolus pepercit illi Spiritui, ac non potiùs fœminam illius dæmonii correptione atque exclusione mundavit. Omnes igitur artes hujusmodi, vel nugatorias vel noxias superstitionis, ex quadam pestifera societate hominum & dæmonum, quasi pacta infidelis & dolosæ amicitiæ constituta, penitùs sunt repudianda & fugienda Christiano.

C. VII. ¶ *Non est vita, sed mors, inquisitio, vel curatio, quæ à Divinis, vel Magis in idolorum cultura expetitur.*

Idem *in* a *lib. de Civitate Dei.*

QUi *b* sine Salvatore salutem vult habere, & sine vera sapientia æstimat prudentem se fieri posse, non sanus, sed æger, non prudens, sed stultus in ægritudine assidua laborabit, & in cæcitate noxia stultus ac demens permanebit. Ac proinde omnis inquisitio, & omnis curatio, quæ à Divinis & Magis, vel ab ipsis dæmoniis in idolorum cultura expetitur, mors potiùs dicenda est, quàm vita: & qui ea sectantur, si se non correxerint, ad æternam perditionem tendunt, Psalmistâ dicente: *c* [*Omnes dii gentium sunt dæmonia,*] qui per deceptos homines, alios decipere quotidie gestiunt, ut perditionis suæ faciant eos esse participes. Itaque hæc vanitas magicarum artium ex *d* traditione Angelorum malorum in toto orbe terrarum plurimis seculis invaluit, per quandam scientiam futurorum, & infernorum, & per inventiones *e* eorum inventa sunt aruspicia, & augurationes, & ipsa, quæ dicuntur oracula, & necromantia.

C. VIII. ¶ *Christiana & vera pietas Planetarios expellit & damnat.*

Idem *confessionum lib. 4. c. 3.*

ILlos *f* Planetarios, quos Mathematicos vocant, planè consulere non desistebam, quòd quasi nullum esset sacrificium, & nullæ preces ad aliquem Spiritum ob divinationem dirigerentur. Quod tamen Christiana & vera pietas consequenter repellit & damnat.

C. IX. ¶ *Cultura est idololatria, auguria servare, & stellarum requirere cursus.*

Item Hieronymus *g.*

SEd & illud adde, quoniam qui *h* fornicatur, in corpus suum peccat, non illud corpus solùm, quod templum Dei effectum est, sed & illud quod dicitur, quia omnis Ecclesia corpus Christi est. Et in omnem Ecclesiam videtur delinquere, qui corpus suum maculaverit, quia per unum membrum macula in omne corpus diffunditur. ¶ Est & illud opprobrium Ægypti, quod si neglexeris, etiam post Jordanis transitum, & post baptismi *i* secundam circumcisionem, veteris consuetudinis inustione suggeritur, observare auguria, requirere stellarum cursus, & eventus ex iis futurorum rimari, servare somnia, cæteris{que} hujusmodi superstitionibus implicari. Idololatriæ namque mater est Ægyptus, ex qua certum est hujusmodi opprobria pullulare: quæ, si transito jam Jordane susceperis, & his te rursus laqueis illigaveris, tecum sine dubio opprobria Ægypti trahis.

¶ pars. *Hæc autem sortilegia* k *non usque adeò sunt detestanda, ut, si aliquod de area, vel torculari dæmonibus fuerit immolatum, quod reliquum est ideò credatur esse immundum: aut si ipsum, quod oblatum fuerat, à nobis ignorantibus fuma contegerit, ideò credamus nos deliquisse.*

C. X. ¶ *Non ideò reliqua sunt immunda, quia ab area vel torculari aliquid ad dæmonum sacrificia tollitur.*

Unde Augustinus *ad Publicolam, epist. 154.*

SI de area *a* vel torculari tollatur aliquid ad sacrificia dæmoniorum, sciente Christiano, ideò peccat, quia *b* fieri permittit, ubi prohibendi potestas est. Quòd si factum non comperit, aut prohibendi potestatem non habuit, utitur mundis reliquis fructibus, unde illa sublata sunt.

C. XI. ¶ *Immunis est à reatu, qui emit, quod nescit idolis immolatum.*

Item Ambrosius *in primam epistolam ad Corinthios, ad c. 10.*

LIcèt aliquid *c* pollutum sit per accidentiam, id est, oblationem idoli, cùm hoc tamen nescit, qui emit, nullum patitur scrupulum, & apud Deum immunis est.

QUÆSTIO III. & IV.

t ps AQuibus autem generibus divinationis exercitium sumpserit, vel quot sint genera ejus, Augustinus d exponit in libro de natura c dæmonum, sic dicens.

C. I. ¶ *De multiplici genere divinationis.*

IGitur *f* genus divinationis à Persis ꝛ fertur assumtum. Varro autem dicit divinationis quatuor esse genera, terram, aquam, aërem, & ignem: hinc Geomantiam, Hydromantiam, Aëromantiam, Pyromantiam dicta autumat. Divini dicti sunt, quasi Deo pleni. Divinitate enim plenos se esse simulant, & astutâ quâdam fraudulentiâ hominibus futura conjectant. Duo autem sunt genera divinationis, ars & furor. Incantatores verò vocati sunt, qui artem verbis peragunt. Arioli vocati sunt, propterea quòd circa aras idolorum nefarias preces emittunt, & funesta sacrificia offerunt, hisque celebritatibus dæmonum accipiunt responsa. Haruspices nuncupati, quasi horarum inspectores. Dies enim & horas in agendis negotiis, operibusque custodiunt, & quid per singula tempora observare debeat homo, intendunt. Hi etiam exta pecudum inspiciunt, & ex eis futura prædicunt. Augures sunt, qui volatus avium, & voces intendunt, aliaque signa rerum, vel observationes improvisas hominibus occurrentes ferunt. Iidem sunt & Auspices. Nam auspicia sunt, quæ iter facientes observant. Dicta autem sunt auspicia, quasi avium spicia *g*, & auguria, quasi avium garria, id est, avium voces & linguæ. Item augurium, quasi avigerium, quod aves gerunt. Duo sunt autem genera auspiciorum, unum ad oculos, alterum ad aures pertinens: ad oculos scilicet volatus, ad aures vox avium. Pythones à Pythio Apolline dicti, quòd is auctor fuerit divinandi. Astrologi dicti eò, quòd in astris augurantur. Genethliaci appellati sunt propter natalitiorum considerationes dierum. Geneses enim hominum per duodecim cœli signa describunt, syderumque cursu, nascentium mores, actus, & eventus prædicere conantur: id est, quis quali signo fuerit natus, aut quem effectum habeat vitæ, qui nascitur. Hi sunt, qui vulgò Mathematici vocantur, cujus superstitionis genus Constellationes Latini vocant, id est, notationes syderum, quomodo se habeant, cùm quisq; nascitur. ¶ Primùm autem iidem stellarum interpretes Magi nuncupabantur: sicut de his legitur in *h* Evangelio, qui natum Christum annuntiaverunt. Posteà hoc nomine soli Mathematici dicti sunt. Cujus artis scientia usque ad Evangelium fuit concessa, ut Christo edito nemo exinde nativitatem alicujus de cœlo interpretaretur.

a *Habetur in lib. Rabani de Magorum præstigiis.* b *Burch. l. 19. cap. 41. Ivo p. 11. c. 66.* c *Psal. 95.* d *Isidorus l. 8. etymol. cap. 9.* e *al. invocationes.* f *Ivo p. 11. c. 20. Pann. l. 8. c. 79.* g *Origenes hom. 14. ad c. 9. Josue.* h *1. Cor. 6. Eph. 1.* i *al. baptismi circumcisionem.* k *al. sacrilegia.*

a *Ivo p. 11. c. 99.* b *al. si.* c *Ivo p. 11. c. 96.* d *Rabanus de Magorum præstigiis. Isidor. l. 8. etymol. c. 9.* e *al. divinatione.* f *Burch. l. 19. c. 43. Ivo p. 11. c. 68.* g *al. aspicia.* h *Matt. 2.*

Horoscopi dicti, quòd horas nativitatis hominum speculentur dissimili & diverso fato. Sortilegi *a* sunt, qui sub nomine, *&c. ut supr.* ¶ Salitores *b* vocati sunt, quia dum eis membrorum quæcunque partes salierint, aliquid sibi exinde prosperum seu triste significari prædicunt.

1 ¶ Persis] *B. Augustinus in libro 6. de civitate Dei, cap. 31. de Hydromantia loquens, sic scribit:* Quod genus divinationis idem Varro à Persis dicit allatum. *Reliqua verò hujus capitis sunt in libello Rabani de Magorum præstigiis, quem ipse ex verbis Augustini & Isidori locis collegit, & Gratianus sæpe citat sub Augustini nomine.*

2 pars. *Quæritur autem de natura dæmonum, cujus natura sint, an futura præscire valeant, vel quot modis futura præsciant?*

C. II. ¶ *Quot modis dæmones futura præsciant.*

De his ita scribit Augustinus *in eod. lib. de divinatione dæmonum, cap. 3.*

SCiendum *c* est hanc esse naturam dæmonum, ut aërii corporis sensu terrenorum corporum sensum facilè præcedant, celeritate etiam propter ejusdem aërii corporis superiorem mobilitatem non solùm cursus quorumlibet hominum, vel ferarum, verùm etiam volatus avium incomparabiliter vincant. Quibus duabus rebus, quantùm ad aërium corpus attinet, præditi, hoc est, acrimoniâ *d* sensûs & celeritate motûs, multò antè cognita prænuntiant, vel nuntiant, quæ homines pro sensûs terreni tarditate mirentur. Accessit etiam dæmonibus per tam longum tempus, quo eorum vita protenditur, rerum longè major experientia, quàm potest hominibus propter brevitatem vitæ provenire. Per has efficacias, quas aërii corporis natura sortita est, non solùm multa futura prædicunt dæmones, verùm etiam multa mira faciunt: quæ quoniam homines dicere ac facere non possunt, eos dignos quidam, quibus serviant, & quibus divinos honores deferant, arbitrantur, instigante maximè vitio curiositatis, propter amorem fœlicitatis falsæ atque terrenæ, & excellentiæ temporalis. *& 7. cap. 5.* ¶ Nunc igitur, quoniam de divinatione dæmonum quæstio est, primùm sciendum est, illos ea plerunque prænuntiare, quæ ipsi facturi sunt. Accipiunt enim sæpè potestatem, & morbos immittere, & ipsum aërem vitiando morbidum reddere, & perversis, & amatoribus terrenorum commodorum malefacta suadere, de quorum moribus certi sunt, quòd sint eis talia suadentibus consensuri. Suadent autem miris & invisibilibus modis, per illam subtilitatem suorum corporum, corpora hominum non sentientium penetrando, sesequè cogitationibus eorum per quædam imaginaria visa miscendo, sive vigilantium, sive dormientium. ¶ Aliquando autem non quæ ipsi faciunt, sed quæ naturalibus signis futura prænoscunt (quæ signa in hominum sensus venire non possunt) antè prædicunt. Neque enim quia prævidet Medicus, quod non prævidet ejus artis ignarus, ideò jam Divinus habendus est. Quid autem mirum, si quemadmodum ille corporis humani perturbatâ, vel modificatâ temperie seu bonas, seu malas futuras prævidet valetudines; sic dæmon in aëris affectione sibi nota *e*, nobis ignota *f* futuras prævidet tempestates? Aliquando & hominum dispositiones non solùm voce prolatas, verùm etiam cogitatione conceptas, cùm signa quædam ex animo exprimuntur in corpore, totâ facilitate perdiscunt, atque hinc etiam multa futura prænuntiant, aliis videlicet mira, qui ista disposita non noverunt. *& infrà cap. 6.* ¶ Fallunt & studio fallendi, & invidâ voluntate, quâ hominum errore lætantur. Sed ne apud cultores suos pondus auctoritatis amittant, id agunt, ut interpretibus suis, signorumque suorum conjectoribus culpa tribuatur, quando vel decepti fuerint, vel mentiti. ¶ Nonnunquam verò ipsi maligni Spiritus, & illusores hominum, atque salutis eorum invasores *a*, solent prædicere defectum culturæ suæ, & idolorum ruinam: quatenùs præscii videantur, quid in singulis regnis aut locis venturum sit, & quid adversi suæ factioni contingere possit: quod etiam illi, qui gentilium historias legunt, non ignorant. Quid ergò mirum, si jam imminente templorum & simulachrorum eversione, quam Prophetæ Dei summi tantò antè prædixerant, Serapis dæmon alicui cultorum suorum hoc de proximo prodidit, ut suam quasi divinitatem recedens, vel fugiens commendaret?

3 pars. *Quòd autem hominum dispositiones, cogitatione conceptas, per exteriora signa diabolus deprehendat, non firmâ ratione videtur approbatum.*

C. III. ¶ *Quòd ex corporeis motibus internas animi cogitationes diabolus deprehendat, occultissima res est.*

Unde idem Augustinus *ait in lib. 2. retractationum, c. 30.*

QUodam *b* loco dixi, dæmones aliquando & hominum dispositiones non solùm voce prolatas, verùm etiam cogitatione conceptas, cùm signa quædam ex animo exprimuntur in corpore, totâ facilitate perdiscere. Rem dixi occultissimam, audaciori asseveratione quàm debui. Nam pervenire ista ad notitiam dæmonum per nonnulla etiam experimenta compertum est. Sed utrùm quædam signa dentur ex corpore cogitantium, illis sensibilia, nos autem latentia, an aliâ vi, & eâ spiritali, ista cognoscant, aut difficilimè potest ab hominibus, aut omninò non potest inveniri.

QUÆSTIO V.

QUòd autem Sortilegi & Divini, si cessare noluerint excommunicandi sint, ratione & auctoritate probatur. Est enim quoddam genus cultura idolorum, ex dæmonum consultationibus futura prædicere. Sicut enim avarus, qui cultum Deo debitum, nummo impendit, idolorum cultor ab c Apostolo nominatur; sic illi d, *qui futura, quæ ex Dei oraculo nonnunquam revelata inveniuntur, vel dæmonum consultatione, vel quibuslibet præstigiis invenire laborant, divinitatis jura creaturæ attribuunt. Futura enim præscire, solius Dei est, qui in sui contemplatione etiam Angelos illa præscire facit. Unde Esaias* e *ait:* [Priora & novissima annuntiate mihi, & dicam, quòd Dii estis.] *Cultores verò idolorum à fidelium communione separandi sunt. Unde in epist. ad Corinth. Apostolus* f *ait:* [Si quis frater nominatur fornicator, aut avarus, aut idolis serviens, cum ejusmodi nec cibum sumere.] *Hinc etiam in decretis* Gregorii junioris *in Concilio Romano præsidentis, c. 12. legitur.*

C. I. ¶ *Anathema sit, qui Ariolos vel Incantatores observat.*

SIquis Ariolos *g*, Aruspices, vel Incantatores observaverit, aut phylacteriis usus fuerit, anathema sit.

C. II. ¶ *Quinquennio paniteat, qui divinationes expetit.*

Item ex Concilio Ancyrano, *c. 23. al. 24.*

QUi *b* divinationes expetunt, & morem Gentilium 1 subsequuntur, vel in domos suas hujusmodi homines introducunt, exquirendi 2 aliquid arte

a *Eád. q. 1. c. unico.* b *al. salisatores.* c *Rabanus de Magorum præstigiis. Burch l. 10. c. 41. & 46. Ivo p. 11. c. 70. & 71. Pann. l. 2. c. 66.* d *al. acumine.* e *al. notas.* f *al. ignotas.*

a *al. invisores.* b *Sup. cap. proximo.* c *Ephes. 5.* d *Col. 3.* e *Esa. 41. sed paulo augustius.* f *1 Cor. 5.* g *Polyc. l. 6. tit. 11. Burch. l. 10. c. 24. Ivo p. 11. c. 1. Pann. l. 2. c. 61.* h *Rabanus in pœn. c. 23. Et in Concil. Parisien. lib. 2. c. 1. Polyc. ibid. Burch. lib. 19. c. 5. Ivo part. 11. c. 2. Pann. l. 6. c. 62.*

male-

maleficâ, aut expiandi causâ, sub regula quinquennii jaceant, secundùm gradus pœnitentiæ definitos, &c.

1 ¶ Gentilium] *In græco impresso est,* χριστῶν, *sed in vetusto Vaticano, & apud Balsamonem,* ἐθνῶν.

2 ¶ Exquirendi] *Græcè est,* ἐπιτηδείως φάρμακείων, *id est,* ad invenienda medicamenta.

C. III. ¶ *Elementa colere, luna aut stellarum cursus in suis operibus Christianis servare non licet.*

Item ex Concilio Martini Papæ, [*id est, ex cap. Martinus Bracharensis, cap. 72.*]

NOn liceat *a* Christianis tenere traditiones Gentilium, & observare, vel colere elementa, aut lunæ, aut stellarum cursus, aut inanem signorum fallaciam pro domo facienda, aut propter segetes, vel arbores plantandas, vel conjugia sociandâ. Scriptum est enim: *b* [*Omnia quæ facitis, aut in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini nostri Jesu Christi facite, gratias agentes Deo.*] ¶ Nec *c* in collectionibus herbarum, quæ medicinales sunt, aliquas observationes aut incantationes liceat attendere: nisi tantùm cum symbolo divino, aut *d* oratione Dominicâ, ut tantùm Deus creator omnium, & Dominus honoretur. ¶ Si *e* quis autem Paganorum consuetudinem sequens, Divinos & Sortilegos in domum suam introduxerit, quasi ut malum foras mittant, aut maleficia inveniant, vel lustrationes Paganorum faciant, quinque annis pœnitentiam agant. ¶ Mulieribus *f* quoque Christianis non liceat in suis lanificiis vanitatem observare, sed Deum invocent adjutorem, qui eis sapientiam texendi donavit.

C. IV. ¶ *Sacris officiis deditis, Magi vel Incantatores non fiant.*

Item ex Concilio Laodicensi, *g c. 36.*

NOn *h* oportet sacris officiis deditos, vel Clericos, Magos, aut Incantatores existere, aut facere phylacteria, quæ animarum suarum vincula comprobantur. Eos 1 autem, qui talibus rebus utuntur, projici ab Ecclesia jussimus.

1 ¶ Eos autem,] *Quæ antecedunt in hoc capite, sunt ex versione Dionysii: quæ autem sequuntur sunt ex prisca versione, quæ est in collectione Isidori.*

C. V. ¶ *Honore privetur Episcopus vel Presbyter, qui Magos vel Aruspices consulit.*

Item ex Concilio Toletano IV. *c. 28.*

SI *i* quis Episcopus, aut Presbyter, sive Diaconus, vel quilibet ex ordine Clericorum, Magos, aut Aruspices, aut Incantatores, aut Ariolos, aut certè Augures, vel Sortilegos, vel qui profitentur artem magicam 1, aut aliquos eorum similia exercentes consuluisse fuerit deprehensus, ab honore dignitatis suæ suspensus 2, monasterii curam 3 suscipiat, ibique pœnitentiæ perpetuæ deditus, scelus admissum sacrilegii solvat.

1 ¶ Magicam,] *In antiquioribus Conciliorum editionibus, duobus codicibus Vaticanis, & Lucensi Regio, & Polycarpo legitur,* artem aliquam.

2 ¶ Suspensus,] *In omnibus Conciliorum editionibus, & manuscriptis exemplaribus, quæ collata sunt, & Polycarpo est,* depositus. *Sed ob glossam non est mutatum.*

3 ¶ Curam] *Sic in vetustioribus Conciliorum editionibus, & duobus Vaticanis codicibus: sed in recentioribus Colonien sibus est,* censuram, *in codice autem Regio,* pœnam.

C. VI. ¶ *De his qui augurüs & divinationibus student.*

Item ex Concilio Agathensi *a, c. 42.*

ALiquanti *b* Clerici, sive Laici studentes auguriis, & sub nomine fictæ religionis per eas, quas Sanctorum sortes vocant, divinationis scientiam profitentur, aut quarumcunque scripturarum inspectione futura promittunt. Hæc *c* quicunque Clericus aut Laicus detectus fuerit vel consulere, vel docere, ab Ecclesia habeatur extraneus.

C. VII. ¶ *Sors nihil aliud, quàm divinatio & maleficium esse decernitur.*

Item Leo IV. *Episcopis Britanniæ, c. 4.*

SOrtes *d*, quibus cuncta vos in vestris discriminatis judiciis, (quod Patres damnaverunt) nihil aliud, quàm divinationes & maleficia esse decernimus. Quamobrem volumus illas omninò damnari, & inter Christianos ultrà nolumus nominari, & ne exerceantur *e* sub anathematis interdicto prohibemus.

¶ *In epistola Leonis IV. (cujus pars extat in vetusto codice) c. 4. hæc leguntur:* De experientia autem divinationum vel maleficiorum, scriptum quidem in sacris habemus canonibus, ut ipsa ponamus ita: Qui divinationes, &c. *sup. eâd. ex Concilio Ancyrano.* Unde ad illorum similitudinem sortes, quibus vos cuncta in vestris discriminatis judiciis, nil aliud, quàm quod illi Patres damnârunt, divinationes & maleficium esse decernimus, &c.

C. VIII. ¶ *Incantatores & Sortilegos velut Christi inimicos insequi oportet.*

Item Gregorius *Hadriano notario, lib. 9. epist. 47.*

PErvenit ad *f* nos, quod quosdam Incantatores atque Sortilegos fueris insecutus: & omninò nobis solicitudinem, zelumque tuum gratum fuisse cognoscas. & ſ. ¶ Et ideò studii tui sit solicitè quærere, & quoscunque hujusmodi Christi inimicos inveneris, districtâ ultione corrigere.

C. IX. ¶ *Excommunicetur Clericus, Monachus, Laicus, divinationes, vel auguria, vel sortes secutus.*

Item ex Concilio Aurelianensi I. *c. 32.*

SI quis Clericus *g*, Monachus, vel Secularis, divinationem, vel auguria crediderit observanda, vel sortes, quas mentiuntur esse Sanctorum, quibuscunque putaverint intimandas, cum his, qui eis crediderint, ab Ecclesiæ communione pellantur.

C. X. ¶ *Contra Sortilegos, idolorum cultores, custodia pastoralis invigilet.*

Item Gregorius *lib. 7. epist. 66. ad Iannarium Episcopum.*

COntra idolorum *h* cultores, vel Aruspices *i*, atque Sortilegos, fraternitatem vestram vehementius pastorali hortamur invigilare custodiâ, atque publicè in populo contra hujus rei viros sermonem facere, eosque à tanti labe sacrilegii, & divini intentione judicii, & præsentis vitæ periculo adhortatione suasoriâ revocare. Quos tamen, si emendare se à talibus, atque corrigere nolle repereris, ferventi comprehendere zelo te volumus; & si quidem servi sunt, verberibus, cruciatibusque, quibus ad emendationem pervenire valeant, castigare; si verò sunt liberi, inclusione dignâ, districtâque sunt in pœnitentiam redigendi, ut qui salubria, & à mortis periculo revocantia audire verba contemnunt, cruciatus saltem eos corporis ad desideratam mentis valeat reducere sanitatem.

¶ *Caput hoc incipletatum est ex epistola Gregorii, cum vetustis exemplaribus collata.*

a *Burch lib. 10. cap. 3. Ivo p. 11. c. 42.* b *Colossi 3.* c *Ibid. c. 74. Burch. lib. 10. cap. 20. Ivo p. 11. c. 47.* d *al. &.* e *Ibid. c. 71. Burch. l. 10. cap. 6. Ivo part. 11 c. 34.* f *Ibid. c. 71. Burch. l. 10. c. 19. Ivo p. 8 c. 130. & part. 11. cap. 46.* g *Et in Agathensi, c. 62.* h *Rabanus pœnit. c. 13. Ivo p. 11. c. 3. Pann. l. 8 c. 65.* i *Rabanus ibidem. Polyc. l. 6. tit. 12. Burch. lib. 10. c. 48. Ivo p. 11. c. 3. & 73. Pann. l. 4. c. 169. & lib. 8. c. 64.*

a *Et in Venet. c. 16.* b *Raban. ibid. Burch. l. 10. c. 27. Ivo p. 11. c. 4. Pann. l. 8. c. 69.* c *al. Hoc.* d *Ivo p. 11. c. 8. pann. l. 8. cap 70.* e *al. ut abstindantur.* f *Polyc. ibid. Burch. lib. 10. cap. 4. Ivo part. 11 c. 31.* g *Concor. Concil Altissod. c. 4.* h *Burch. l. 10. c. 13. Ivo p. 11. c. 32. & 91.* i *al. arusticum & sortilegorum.*

C. XI. ¶ *Ab Ecclesia separetur, auguriis & incantationibus deserviens.*

Item ex Concilio Carthaginensi IV. *c.89.*

AUguriis *a* vel incantationibus servientem, similiter & Judaicis superstitionibus, vel feriis inhærentem, à conventu Ecclesiæ separandum [præcipimus.]

C. XII. ¶ *Sortilegam & magicam artem Episcopi omnibus modis* b *eliminare studeant.*

Item ex Concilio Anquirensi I, *cap.1.*

EPiscopi *c*, eorumque ministri omnibus modis elaborare studeant, ut perniciosam, & à diabolo inventam sortilegam & magicam *d* artem ex parochiis suis penitùs eradicent: & si aliquem virum, aut mulierem hujusce modi sceleris sectatorem invenerint, turpiter dehonestatum de parochiis suis ejiciant. Ait enim Apostolus *e*: [*Hæreticum hominem post primam & secundam correptionem devita, sciens, quia subversus est, qui hujusmodi est.*] Subversi sunt, & à diabolo captivi tenentur, qui relicto creatore suo, diaboli suffragia quærunt: & ideò à tali peste debet mundari sancta Ecclesia. ¶ Illud *f* etiam non est omittendum, quòd quædam scelerata 2 mulieres retrò post satanam conversæ, dæmonum illusionibus & phantasmatibus seductæ, credunt & profitentur, se nocturnis horis cum Diana Dea Paganorum, vel cum Herodiade, & innumera multitudine mulierum equitare super quasdam bestias, & multarum terrarum spatia intempestæ noctis silentio pertransire, ejusque jussionibus velut dominæ obedire, & certis noctibus ad ejus servitium evocari. Sed utinam hæ solæ in perfidia sua periissent, & non multos secum ad infidelitatis interitum pertraxissent. Nam innumera multitudo hâc falsâ opinione decepta, hæc vera esse credunt, & credendo à recta fide deviant, & errore Paganorum involvuntur, cùm aliquid divinitatis, aut numinis extra unum Deum arbitrantur. Quapropter Sacerdotes per Ecclesias sibi commissas populo Dei omni instantiâ prædicare debent, ut noverint hæc omninò falsa esse, & non à divino, sed à maligno Spiritu talia phantasmata mentibus fidelium *g* irrogari. ¶ Siquidem *h* ipse Satanas, qui transfigurat *i* se in Angelum lucis, cùm mentem cujuscunque mulierculæ ceperit, & hanc sibi per infidelitatem subjugaverit, illicò transformat se in diversarum specie personarum atque similitudines; & mentem, quam captivam tenet, in somniis deludens, modò læta, modò tristia, modò cognita, modò incognitas personas ostendens, per devia quæque deducit: & cùm solus Spiritus hoc patitur, infidelis mens hoc non in animo, sed in corpore evenire opinatur. Quis enim non in somniis & nocturnis visionibus extra se educitur, & multa videt dormiendo, quæ nunquam viderat vigilando? Quis verò tam stultus & hebes sit, qui hæc omnia, quæ *in* solo spiritu fiunt, etiam in corpore accidere arbitretur? cùm Ezechiel *k* Propheta visiones Domini in spiritu, non in corpore vidit: & Joannes Apostolus *l* Apocalypsis sacramentum in spiritu, non in corpore vidit & audivit, sicut ipse dicit: [*Statim*, inquit, *fui in spiritu.*] Et Paulus *m* non audet dicere se raptum in corpore. Omnibus itaque publicè annuntiandum est, quòd qui talia, & his similia credit, fidem perdidit: & qui fidem rectam in Domino non habet, hic non est ejus, sed illius, in quem credit, id est, diaboli. Nam de Domino nostro scriptum est: *n* [*Omnia per ipsum facta sunt, &c.*] Quisquis ergo aliquid credit posse fieri, aut aliquam creaturam in melius aut in deterius immutari, aut transformari in aliam speciem vel similitudinem, nisi ab ipso creatore, qui omnia fecit, & per quem omnia facta sunt, proculdubiò infidelis est, & Pagano deterior.

1 ¶ Anquirensi,] *Sic etiam in vetustis. Burchardus & Ivo habent,* Ancyrensi. *Veruntamen in Concilio Ancyrano Græco aut Latino, neque impresso, neque manuscripto, est inventum: licet qui tomos Conciliorum ediderunt, asserant habere in quodam vetusto codice 16. librorum partialium.*

2 ¶ Sceleratæ.] *Fere eadem habentur apud B. Augustinum in libro de Spiritu & anima, cap. 28. & in vita Damasi Papa I. quæ extat Romæ in pervetusto de vitis Sanctorum codice scripta. Maxima majoris: ubi postquam aliqua relata sunt ex Synodo Romana, in qua Damasius Macedonium & Apollinarem damnavit, adjungitur, anathematizatos in ea Synodo esse, maleficis, superstitionibus, & incantationibus servientes. In quibus etiam numero est harum mulierum, quæ se putabant nocturno silentio cum Herodiade & innumera multitudine mulierum super bestias equitare, & multa terrarum spatia pertransire.*

2 pars. *Nonnulli inveniuntur, qui interno livore permoti, in perniciem suorum inimicorum altaria sacris vestibus exuunt, aut veste lugubri accingunt, vel consueta luminariorum obsequia Ecclesiis Dei subtrahunt, vel Missam pro requie defunctorum promulgatam, pro vivis celebrant hominibus.*

C. XIII. ¶ *Abjicitur Sacerdos, qui hujusmodi maleficio operam dederit.*

Quorum omnium maleficia nequissima Toletanum Concilium XIII. *condemnat, dicens, c.7.*

QUicunque Sacerdotum vel ministrorum deinceps causâ cujuslibet doloris vel amaritudinis permotus, aut altare divinum vestibus sacris exuere præsumpserit, aut quâlibet aliâ lugubri veste accinxerit *a*, seu etiam consueta luminationum sacrorum obsequia de templo Dei subtraxerit, & extingui præceperit, si eum antèa veræ pœnitudinis coram Metropolitano satisfactio non purgaverit, ignobilitati perpetuæ mancipatus, juxta superiorem sententiam Domini, loci sui dignitate se noverit & honore privari: illis proculdubiò personis ab hac ultionum sententia separatis, quæ aut contaminationem sacrorum ordinum, vel subversionem sanctæ fidei metuentes, aut hostilitatem vel obsidionem perferentes, seu etiam divinorum judiciorum sententiam metuentes, talia fecisse contigerit: *in* quorum facto plùs humilitas, quâ Deus placatur, quàm interni livoris dolositas declaratur. Plerique etiam Sacerdotum fauciati inimicitiæ dolo Missam pro requie defunctorum promulgatam fallaci voto pro vivis student celebrare hominibus, non ob aliud, nisi ut is, pro quo ipsum offertur sacrificium, ipsius sacrosancti libaminis interventu mortis incurrat periculum. Proinde nostræ elegit unanimitatis conventus, ut si quis deinceps talia perpetrâsse fuerit detectus, à proprii deponatur ordinis gradu, & tam ipse Sacerdos, quàm etiam ille, qui eum ad talia peragenda incitâsse perpenditur, exilii perpetui ergastulo relegentur *b*.

¶ *Principium hujus capituli usque ad vers.* Plerique, *est ex 19. Concilio Toletano, c.7. Reliqua verò sunt ex 17. Toletano, c.4. quorum Conciliorum duo exemplaria sunt habita ex Hispania, & inde nonnulla hîc emendata & addita.*

3 pars. *Ex præmissis* c *auctoritatibus colligitur, quòd Aruli, Aruspices, Incantatores, & Sortilegi, atq; cæteri hujusmodi sceleratus ab Ecclesia sunt eliminandi, & nisi resipuerint, perpetuò excommunicandi. Sed quòd in ultimo Anquirensi* d *capitulo, ea, quæ fiunt per Incantatores, non in corpore, sed in spiritu fieri dicuntur, Augustinus in libro de civitate Dei videtur asserere, sta dicens.*

a Burch. l.10. c.7. Ivo p.11.c.35. Pann.l.8.c.72. b *al.* virubus. c Burch.l.10.c.1. & 19 credidisti, quòd multa. Ivo p.11.c.30.Pann. l.8.c.33. d *al.* maleficam. e *ad Tit.* 3. f *De Spiritu & anima,c.* 28. g *al.* infidelium. h *Aug. ibid.* i 2.*Cor.*11. k *Ezechiel* 3. l *Apocal.*1. & 4. m 2.*Cor.*12. n *Ioan.*1.

a *al.* accingi.] *orig.* b *al.*relegentur. c *Sup.add.c.* Episcopi. d *al.* Ancyrensi.

C. XIV.

C. XIV. ¶ *Quæ Magorum præstigiis fiunt, non vera, sed phantastica esse probantur.*

¶ *Caput hoc integrum habetur in libello Rabani de Magorum præstigiis, quem ipse ex variis locis Augustini & Isidori, ut antea dictum est, confecit. Burchardus citat ex dicto Augustini.*

NEc a mirum de Magorum præstigiis, quorum in tantum prodiêre maleficiorum artes, ut etiam Moysi b similibus signis resisterent, vertentes virgas in dracones, & aquas in sanguinem. Fertur etiam in Gentilium libris, quòd quædam Maga famosissima Circe socios Ulyssis mutaverit in bestias. Legitur & de sacrificio, quod Arcades Deo suo Lycæo immolabant, ex quo quicunque sumerent, in bestiarum formas convertebantur. Sed hæc omnia magicis præstigiis potius fingebantur, quàm rerum veritate complerentur. Ut ergo ipsi errores ignorantibus manifesti fiant, de eorum proprietate, atque inventoribus juxta traditionem majorum primùm dicere congruum arbitramur. ¶ Magi sunt, qui vulgò malefici & facinorum magnitudinem nuncupantur. Hi permissu Dei elementa concutiunt, turbant mentes hominum minus confidentium in Deo, ac sine ullo veneni haustu, violentiâ tantùm carminis interimunt. Unde Lucanus: c [*Mens hausti nulla saniè polluta veneni, Incantata perit.*] Dæmonibus enim accitis audent ventilare, ut quique suos perimant malis artibus inimicos. Hi etiam sanguine uruntur, & victimis, & sæpè contingunt mortuorum corpora. ¶ Necromantici sunt, quorum præcantationibus videntur resuscitari mortui, divinare & ad interrogata respondere. Νεκρὸς enim græcè, mortuus, μαντεία divinatio nuncupatur: ad quos suscitandos cadaveri sanguis adjicitur. Nam amare sanguinem dæmones dicuntur: ideoque quotiescunque necromantia fit, cruor aquæ miscetur, ut colore sanguinis facilius provocentur. ¶ Hydromantici ab aqua dicti. Est enim hydromantia in aquæ inspectione umbras dæmonum evocare, & imagineas d ludificationes eorum videre, ibique ab eis aliqua audire, ubi adhibito sanguine etiam inferos perhibemur suscitare 1. & *infrà*. ¶ Ad hæc 2 omnia supradicta pertinent ligaturæ execrabilium remediorum, quæ ars Medicorum condemnat, seu in præcantationibus, seu in characteribus, vel in quibuscunq; rebus suspendendis atque ligandis, in quibus omnibus ars dæmonum est, ex quadam pestifera societate hominum & Angelorum malorum exorta. Unde cuncta vitanda sunt Christiano, & omni penitùs execratione repudianda, atque damnanda. ¶ Auguria e autem avium Phryges primi invenerunt. ¶ Præstigium verò Mercurius primus dicitur invenisse. Dictum est autem præstigium, quòd præstringat aciem oculorum. ¶ Haruspicinæ autem primus Hetruscis tradidisse dicitur quidam Tages f: Hic ex horis haruspicinam dictavit, & postea non apparuit. Nam g dicitur fabulosè, arante quodam rustico, subitò ex glebis exhibuisse, & haruspicinam dictâsse, quâ die & mortuus est. Quos libros Romani ex Hetrusca lingua in propriam mutaverunt. His ergo portentis per dæmonum fallâciam illuditur curiositas humana, quando id impudenter appetunt scire, quod nullâ ratione eis competit investigare. Hæc potestas immundis Spiritibus ideò datur, ut per vasa sibi apta, hoc est, pravos homines, seducant illos, qui spernunt veritatem, & credunt mendacio, & juxta Pauli a sententiam, sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coacervabunt sibi magistros prurientes auribus: & à veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur: onerati peccatis ducentur variis desideriis, semper discentes, & nunquam ad scientiam veritatis pervenientes. Quemadmodum b autem Jannes & Mambres restiterunt Moysi; ita & isti resistunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem: sed ultrà non proficient; insipientia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut & illorum fuit. Nec 3 ideò quisquam credere debet, quoslibet magicis artibus aliquid facere posse sine permissu Dei (qui omnia, quæ fiunt, aut justo judicio facit, aut permissu suo ita fieri sinit) quòd prædicti Magi leguntur similia fecisse Moysi, qui virgam suam projecit, & conversa est in draconem, projeceruntque ipsi singulas virgas suas, quæ versæ sunt in dracones: sed devoravit virga c Aaron virgas eorum. Non enim fuerunt creatores draconum, nec Magi, nec angeli mali, quibus ministris illa operabantur. Inlunt 4 enim rebus corporeis per omnia elementa mundi quædam occultæ seminariæ rationes, quibus cùm data fuerit opportunitas temporalis atq; causalis, prorumpuntin species debitas suis modis & finibus: & sic non dicuntur angeli, qui ista faciunt, animalium creatores, sicut nec agricolæ segetum, vel arborum, vel quorumcunque in terra gignentium creatores dicendi sunt, quamvis noverint præbere quasdam visibiles opportunitates & causas, ut illa nascantur. Quod autem isti faciunt visibiliter, hoc illi invisibiliter. Deus verò solus unus est creator, qui causas ipsas, & rationes seminarias rebus inserit. ¶ Præterea d quidam quærendum putant, quomodo Scriptura narrat Pythonissam Samuelem Prophetam suscitâsse ad colloquium Saul impiissimi Regis. si pythonica divinatio errori magicæ artis deputanda sit. Quibus ita responderi potest, indignum omninò facinus esse, si secundùm verba historiæ commodetur e assensus. Quomodo enim fieri poterat, ut arte magicâ attraheretur vir & nativitate sanctus, & vitæ operibus justus? aut si non attractus est, consensit? Quod utrumque de justo credere adversum est. Si enim invitus adductus est, nullum suffragium habet justitia: si autem voluntarius, amisit meritum spiritale, quod positus in carne quæsierat, quod valdè absurdum est; quia qui hinc justus recedit, permanet justus. Porrò autem hoc est præstigium Satanæ, quo, ut plurimos fallat, etiam bonos in potestate se habere confingit. Quod Apostolus f inter cætera ostendit, dicens: [*Ipse Satanas transfigurat se in angelum lucis.*] Ut enim errorem faceret, in quo glorificaretur g. in habitu viri justi, & nomine se subornavit, ut nihil proficere spem, quam prædicabant Dei cultores, mentiretur, quando hinc exeuntes justos finxit in sua esse potestate h: Sed hoc quosdam fallit, quòd de morte Saul & filii ejus non sit mentitus: quasi magnum sit diabolo ante occasum, mortem corporis prævidere, cùm signa quædam soleant apparere morituris, quippe à quibus Dei protectio amota videtur; quantò magis diabolo i, quem angelicâ potestate k sublimem prophetica oracula fuisse testantur: de cujus magnitudine Apostolus l ait: [*An ignoratis altitudinem Satanæ?*] Quid mirum ergo, si imminentem propè mortem potuit prævidere; cùm hoc sit, unde fallit, & se

a *Isidorus l.2. etymol. cap 9. Burch. lib. 10. cap. 42. ex dicto Augustini. Ivo pars 10. cap. 89. Panm l. 8. c. 65.* b *Exod. 7. Aug. 11. de civitate Dei, cap. 17.* c *Libro 6.* d *al. & imagines ludificationis.* vel, *& imagines & ludificationes.* e *Supra eâd q 2. illud.* f *Burch. lib. 10. cap. 44. Ivo p. 11. c. 66. Panm. lib. 8. cap. 67.* g *Ovid. met. l. 15.*

a *2 Timoth. 4. & 3.* b *August. 3. de Trinit. cap 7. August. l. quæst. super Exodum. q. 21. & lib. 2. ad Simplicianum. q. 3. & ad Dulcitium, q 6.* c *Exod. 7.* d *August. q 27. ex utroq; testamento.* e *al. commendetur.* f *2. Cor. 11.* g *al. gloriaretur.* h *1. Reg. 28.* i *al. diabolus.* k *al. majestate.* l *Apoc. 2. & 2. Corinth. 2.*

in Dei potestate vult adorari? Nam tantâ hebetudine demens effectus est Saul, ut ad Pythonissam confugeret. Depravatus enim causâ peccati, ad hæc se contulit, quæ damnaverat. Sed si quis propter historiam, & ea, quæ verbis expressa sunt, putet non prætermittenda, ne ratio historiæ inanis sit, rectè faciet quidem: si tamen minimè istud ad veri rapiat rationem, sed ad visum & intellectum Saul. Neque enim reprobus factus poterat bonum intellectum habere. Historicus enim mentem Saul, & habitum Samuelis describit; ea, quæ dicta & visa sunt, exprimens, prætermittens si vera, an falsa sint. Quid enim ait? *a* [*Audiens, in quo habitu esset excitatus, intellexit*, inquit, *hunc esse Samuelem.*] Quid intellexerit, retulit, & quia non benè intellexit, contra Scripturam alium adoravit, quàm Deum: & putans Samuelem, adoravit diabolum, ut fructum fallaciæ suæ haberet Satanas. Hoc enim nititur, ut adoretur quasi Deus. Si enim illi verè Samuel apparuisset, non utique vir justus permisisset se adorari, qui prædicaverat Deum solum esse adorandum. Et quomodo homoDei, qui cum Abraham in refrigerio erat, dicebat ad virum pestilentiæ, dignum ardore gehennæ: [*Cras mecum eris?*] His duobus titulis subtilitatem fallaciæ suæ prodidit improvidus Satanas, quia & adorari se permisit sub habitu & nomine Samuelis, contra legem; & virum peccatis pressum, cùm magna distantia peccatorum & justorum sit, cum Samuele justissimo futurum mentitus est. Verum potest videri, si de Samuelis nomine taceatur, quia Saul cum diabolo futurus erat: ad eum enim transmigravit, quem adoravit. Semper ergò diabolus sub velamine latens, prodit se, dum ea confingit, quæ horreant *b* personis, per quas fallere nititur. ¶ Si autem aliquis mihi opponit, & dicit, quomodo eveniunt illa, quæ illi Divini prædicunt futura? aut quomodo possunt ægris præbere medelam, aut sanis immittere ægritudinem, si aliquid propriæ virtutis ac potestatis non habent? hoc à me recipiat responsum: quòd ideò quisque non debet eis credere, quia aliquando eveniunt, quæ prædicunt, aut sanare videntur languidos, aut lædere sanos, quia hoc permissu Dei fit, ut ipsi, qui hæc audiunt vel vident, probentur, & appareat, quâ fide sint, vel devotione erga Deum. Sicut in Deuteronomio legitur Moyses verbo Domini populo Dei præcepisse, ita dicens: *c* [*Si surrexerit in medio tui Propheta; aut qui somnium dicat se vidisse, & prædixerit signum, aut portentum, & eveniat quod locutus est, & dixerit tibi: eamus, & sequamur Deos alienos, quos ignoras, & serviamus eis: non audies verba Prophetæ illius, aut somniatoris: quia tentat vos Dominus vester, ut palàm fiat, utrùm diligatis eum, an non. In toto corde & in tota anima vestra Dominum Deum vestrum sequamini, & ipsum timete, mandata ejus custodite, & audite vocem illius, ipsi servietis, & ipsi adhærebitis, &c.*] Ubi sanè intelligi *d* voluit, etiam illa, quæ à divinantibus non secundùm Deum dicuntur, si acciderint ¶, quæ dicuntur, non accipienda sic, ut fiant, quæ præcipiuntur ab eis, aut colantur, quæ coluntur ab eis. Nec præter suam potestatem Deus ostendit esse, quòd ista contingunt: sed quasi quæreretur, cur ea permittat, causam tentationis exposuit, ad cognoscendam utique eorum dilectionem, utrùm eam habeant erga Deum suum, cognoscendam verò ab ipsis potiùs, quàm ab illo, qui scit omnia antequam fiant.

1 ¶ Suscitare.] *Apud Rabanum hîc interponitur c.* legitur. *supra, eâd. q. 2. & 4.*

2 ¶ Ad hæc] *Bona pars hujus versiculi habetur apud B. Augustd. 2. de doctr. Christ. cap. 20.*

3 ¶ Nec ideo] *Similia leguntur apud B. Augustinum lib. 3. de Trinitate, c. 7.*

4 ¶ Insunt] *Usque ad vers. Ceterea. sunt magna ex parte verba B. Augustini in lib. quæstionum super Exodum, c. 22.*

5 ¶ Si acciderint,] *Emendatus est hic locus ex B. Augustino, ut habetur sup. eâd. q. 2. c.* intelligi. *Apud Rabanum verò legitur*, si acciderint, quæ dicuntur non accipienda: vel etiam si fiant, quæ præcipiuntur ab eis, vel colantur, &c.

a 1. Regum 28. b al. abhorreant. alii. abhorrent à personis. Codic. Antverp. c Deuteron. 13. d Supra eâd. quæst. 2. intelligi.

QUÆSTIO VI.

Quòd autem ab Episcopo excommunicatus, ex inconsulto ab alio reconciliari non possit, nisi fortè per ejus Metropolitanum, vel per summum Pontificem, ratione & auctoritate probatur. Presbyteri namq; potestatem excommunicandi vel reconciliandi ab Episcopis accipiunt, non Episcopi à Presbyteris: atq; ideò excommunicatos à Sacerdotibus reconciliare possunt, excommunicatos verò ab Episcopis Sacerdotes reconciliare non possunt. Reconciliatio namq; pœnitentium Episcopalis officii est, non sacerdotalis.

C. I. ¶ *Pœnitentium reconciliatio, chrismatis & puellarum consecratio à Presbyteris non fiat.*

Unde in Concilio Carthaginensi II. *cap. 3. Fortunatus Episcopus dixit.*

SI jubet sanctitas vestra, suggero. Nam memini prætrito Concilio fuisse statutum, ut chrisma, vel reconciliatio pœnitentium, nec non & puellarum consecratio à Presbyteris non fiat. Si quis autem emerserit hoc faciens, quid de eo statuendum sit, Aurelius Episcopus dixit: Audivit dignatio vestra suggestionem fratris & Coëpiscopi nostri Fortunati: quid ad hæc dicitis? Ab universis Episcopis dictum est. Chrismatis *a* confectio, & puellarum consecratio à Presbyteris non fiat: vel reconciliare quenquam in publica Missâ Presbytero non licere: hoc omnibus placet.

Puellarum tamen consecratio, Episcopo consulto, per Presbyterum fieri valet.

C. II. ¶ *Permissione Episcopi, virgines consecrare Presbyter valet.*

Unde in Carthaginensi Concilio III. *c. 36.*

PResbyter *b*, inconsulto Episcopo, virgines non consecret: chrisma verò nunquam conficiat.

C. III. ¶ *Nec Diacono ministrare, nec pœnitentem in Ecclesia benedicere Presbytero licet.*

Item ex Concilio Agathensi, *c. 43. & 44.*

MInistrare Diaconus, aut consecrare altare Presbyter non præsumat. ¶ Benedictionem *c* quoque super plebem in Ecclesia fundere, aut pœnitentem in Ecclesia benedicere, Presbytero penitùs non licebit.

Ecce, quòd ab Episcopo excommunicatus per Sacerdotem reconciliari non potest. Sed notandum est, quòd reconciliatio alia est publica, alia privata. Publica reconciliatio est, quando pœnitentes ante Ecclesiæ ingressum publicè repræsentantur, & per impositionem manûs Episcopalis Ecclesiæ publicè reconciliantur. Hac Sacerdotibus videtur esse prohibita. Unde circa finem illius capituli non simpliciter prohibentur pœnitentes reconciliare, sed in publica Missa. Privata verò reconciliatio est, quando de occultis peccatis pœnitentes, vel in extremis agentes ad gratiam reconciliationis accedunt. Hæc reconciliatio potest fieri per Sacerdotem.

C. IV. ¶ *Iussione Episcopi de occultis peccatis Presbyteri pœnitentes reconciliant.*

Unde Evaristus Papa *ait.*

PResbyteri *d* de occultis peccatis iussione Episcopi pœnitentes reconcilient: & sicut suprà præmisimus, infirmantes absolvant & communicent.

a Sent. 4. dist. 20. b Sentent. ibid. c Cap. 44. d Burch. lib. 18. c. 30. Ivo p. 15. c. 36.

C. V.

C. V. ¶ *Si Episcopus absens est, per Presbyterum reconcilietur in periculo constitutus.*

Item ex Concilio Carthaginensi II. *c.4.*

AUrelius *a* Episcopus dixit: Si quisquam in periculo fuerit constitutus, & se reconciliari divinis altaribus petierit, si Episcopus absens fuerit, debet utiq; Presbyter consulere Episcopum, & sic periclitantem ejus præcepto reconciliare. Quam rem debemus salubri consilio roborare. Ab universis Episcopis dictum est: Placet, quòd sanctitas vestra necessario nos instruere dignata est.

C. VI. ¶ *Qui metu mortis reconciliatur, convalescens sine communione pœnitentia impleat tempus.*

Item ex Concilio Martini Bracharensis, *b c.12.*

1 SI quis de corpore exiens, novissimum & necessarium communionis viaticum expetit, non ei denegetur. Quòd si in desperatione positus post acceptam communionem iterùm sanus fuerit factus, tantùm in oratione particeps sit, sacramentum verò non accipiat, donec constitutum pœnitentiæ impleat tempus. Qui ergò in exitu mortis sunt, & desiderant accipere sacramentum, cum consideratione & probatione Episcopi accipere debent.

C. VII. ¶ *Sine manûs impositione pœnitentes recedentes de corpore reconciliantur.*

Item ex Concilio Arausico, *c. 3.*

QUi recedunt *c* de corpore pœnitentiâ acceptâ, placuit sine reconciliatoria manûs impositione eos *d* communicare: quod morientis sufficit reconciliationi 1, secundùm definitiones Patrum, qui hujusmodi communionem congruè viaticum nominaverunt. Quòd *e* si supervixerint, stent in ordine pœnitentium, ut oblatis necessariis pœnitentiæ fructibus, legitimam communionem cum reconciliatoria manûs impositione recipiant. Clericis *f* quoq; desiderantibus pœnitentia non est neganda. Similiter *g* subitò obmutescens (prout statutum est) baptizari, aut pœnitentiam accipere potest, si voluntatis præteritæ testimonium aliorum verbis habet, aut præsentis in suo nutu. Amentibus etiam, quæcunque pietatis sunt, conferenda sunt.

1 ¶ Reconciliationi.] *In originali impressis ac manuscripto, & apud Burchardum & Ivonem legitur,* consolationi, *aut,* consolatione.

C. VIII. ¶ *Aliorum testimonio morituri reconcilietur, si obmutuit, vel in phrenesim versus est.*

Item ex Concilio Carthaginensi IV. *c.76.*

IS *h* qui pœnitentiam in infirmitate petit, si casu, dum ad eum Sacerdos invitatus venit, oppressus infirmitate obmutuerit, vel in phrenesim versus fuerit, dent testimonium, qui eum audierunt, & accipiat pœnitentiam: & si continuò creditur moriturus, reconcilietur per manûs impositionem, & infundatur ori ejus Eucharistia. Si supervixerit, admoneatur à supradictis testibus petitioni suæ satisfactum, & subdatur statutis pœnitentiæ legibus, quamdiu Sacerdoti, qui pœnitentiam dedit, probaverit. *Item cap. 78.* ¶ Pœnitentes, *i* qui in infirmitate viaticum Eucharistiæ acceperint, non se credant absolutos sine manûs impositione, si supervixerint.

C. IX. ¶ *Curâ & probatione Episcopi morientes reconcilientur.*

Item ex Nicæno Concilio, *c. 12.*

DE *a* his verò, qui recedunt ex corpore, antiquæ legis regula observabitur etiam nunc: ita ut si forte quis recedit ex corpore, necessario vitæ suæ viatico non defraudetur. Quòd si desperatus aliquis receptâ communione supervixerit, sit inter eos, qui solâ oratione communicant. De omnibus enim his, qui à corpore recedunt, in tradendo eis communionem, cura & probatio sit Episcopi.

¶ *Canon hic est ex prisca versione, qua est in collectione Isidori: & ibi est numero duodecimus: Græce tamen, & apud Dionysium est 13.*

C. X. ¶ *Non est neganda reconciliatio his, qui tempore necessitatis eam implorant.*

Item Leo Episcopus *ad Theodorum, epist. 89. al. 91.*

HIs, *b* qui tempore necessitatis, & in periculi urgentis instantia præsidium pœnitentiæ, & mox reconciliationis implorant, nec satisfactio interdicenda est, nec reconciliatio deneganda: quia misericordiæ Dei nec mensuras possumus ponere, nec tempora definire, apud quem nullas patitur veniæ 1 moras conversio; dicente Dei Spiritu per Prophetam: *c* [*Cum conversus ingemueris, tunc salvus eris.*] *& infra.* ¶ Quod si aliquâ ægritudine ita fuerint aggravati, ut quod paulò antè poscebant 2, sub-præsentia Sacerdotis significare non valeant, testimonia eis fidelium & circumstantium prodesse debebunt, ut simul & pœnitentiæ, & reconciliationis beneficium consequantur: servatâ tamen regulâ canonum paternorum circa eorum personas, qui in Deum à fide discedendo peccârunt.

1 ¶ Veniæ] *Sic in Conciliorum editionibus, & apud Ivonem, & infra de pœnitentia, dist. 1. c.* multiplex. *In codice autem epistolarum cum aliis sancti Leonis opusculis impressarum, & apud Burchardum, & in plerisq; vetustis Gratiani legitur,* venire moras.

2 ¶ Poscebant] *Quæ sequuntur, emendata sunt ex aliquot manuscriptis Gratiani, & ipso originali; cum in vulgatis paulo aliter haberet.*

C. XI. ¶ *Non respuatur ejus oblatio, qui festinans ad pœnitentiam, Sacerdotem invenire non potuit.*

Item ex Concilio Epaunensi.

SI *d* aliquis excommunicatus 1 fuerit mortuus, qui jam sit confessus, & testimonium habet bonum, & non poterat venire ad Sacerdotem, sed præoccupavit eum mors in domo, aut in via, faciant pro eo parentes ejus oblationem ad altare, & dent redemptionem pro captivis.

1 ¶ Excommunicatus] *Addita est vox ista ex cæteris collectoribus.*

Esca, quòd Episcopo præcipiente pœnitentes de occultis peccatis, seu in periculo constituti per Presbyterum possint reconciliari. Sed si necessitate mortis peccator urgetur, & Episcopus ita remotus est, quòd Presbyter eum consulere non possit, negabitur pœnitentia morienti? & beneficium reconciliationis non præstabitur pœnitenti, quem conversum Deus recipit ad veniam, juxta illud: e [In quacunq; hora peccator conversus fuerit, &c.] *& item:* f [Convertimini ad me, & ego convertar ad vos.] *Ecclesia sibi reconciliare negliget? quem Deus intùs suscitavit, Ecclesia foris absolvere contemnet? damnabit absentia Episcopi, quem gratia divina præsentia illustrat per lavacrum regenerationis? Morituris* g *succurretur etiam a Laicis, si Presbyteri desunt. Cur ergò beneficio reconciliationis per*

a *Sent. ibid. Burchard. lib. 12. c. 31. Ivo p. 15. c. 2.* c *Ex Conc. Nicæno 1. c. 13.* c *Burch. l. 12. c. 17. Ivo part. 10. c. 39.* d *al. 111.* e *Ibid. c. 4.* f *Ibid. c. 12.* g *Ibid. c. 13.* h *Cap. 13. c. 75. Polyc. l. 4. tit. 2. Burch. l. 8. c. 10. Ivo p. 15. c. 8.* i *Burch. l. 12. c. 23. Ivo p. 15. c. 10.*

a *Burch. l. 12. c. 6. Ivo p. 15. c. 31.* b *Inst. de pœnitentia, dist. 1. multiplex. §. his autem. Sent. 4. dist. 22. Burch. l. 18. c. 4. Ivo p. 11. c. 29.* c *Esa 30. apud 70.* d *Sent. 4. dist. 24. Burch. l. 11. c. 31. Ivo part. 14. c. 114. Pann. l. 5. c. 120.* e *Ezech. 18.* f *Mal. 3.* g *Inst. de pœn. dist. 5. cap. quem pœnitet. §. tanta, & dist. 86. c. 1. §. tanta vero.*

Presbyterum ei subvenire non poterit, si contigerit Episcopum deesse? si secundum Augustinum, qui agens in extremis, confitetur socio turpitudinem criminis, sit dignus venia ex desiderio Sacerdotis, cur similiter non sit dignus reconciliatione ex desiderio Episcopi, qui Sacerdoti non negat maculam sui reatûs? Item morientibus pœnitentiam negare Presbyteri non debent.

C. XII. ¶ *Reus est animarum Presbyter, qui pœnitentiæ morientibus abnegat.*

Unde Julius Papa *ait.*

SI a Presbyter pœnitentiam morientibus abnegaverit, reus erit animarum: quia Dominus dicit: b [*Quacunq; die conversus fuerit peccator, vitâ vivet, & non morietur.*] Vera enim confessio c in ultimo tempore esse potest; quia Dominus non solùm temporis, sed etiam cordis inspector est: sicut latro d unius momenti pœnitentiâ meruit esse in paradiso in hora ultima confessionis.

C. XIII. ¶ *Pœnitentia morientibus non est deneganda.*

Item Cœlestinus Papa *ait in epist. 2. ad Episcopos Galliæ.*

AGnovimus e pœnitentiam morientibus denegari, nec illorum desideriis annui, qui obitûs sui tempore hoc animæ suæ cupiunt remedio subveniri. Horremus (fateor) tantæ impietatis aliquem inveniri, ut de Dei bonitate f desperet, quasi non possit ad se quovis tempore concurrenti succurrere, & periclitantem sub onere peccatorum hominem redimere 1, quo se expediri desiderat, & liberari. Quid g hoc, rogo, aliud est, quàm morienti mortem addere, ejusque animam suâ crudelitate, ne absoluta esse possit, occidere? cùm Deus ad subveniendum paratissimus, invitans ad pœnitentiam, sic promittat peccatori, inquiens: h [*In quacunq; die conversus fuerit, peccata ejus non imputabuntur ei.*] Et iterum: [*Nolo mortem peccatoris, sed tantùm convertatur, & vivat.*] Salutem ergo homini adimit, quisquis mortis tempore speratam pœnitentiam denegârit: & desperat de misericordia i Dei, qui eum ad subveniendum morienti sufficere vel in momento posse non credit. Perdidisset latro k in cruce præmium ad Christi dexteram pendens, si illum unius horæ pœnitentia non juvisset. Cùm esset in pœna, pœnituit, & per unius sermonis professionem, habitaculum paradisi Deo promittente promeruit. Vera l ergo ad Deum conversio in ultimis positorum, mente potius est æstimanda, quàm tempore, Prophetâ m hoc taliter asserente: [*Cum conversus ingemuero, tunc salvus ero.*] Cùm ergo sit Dominus cordis inspector, quovis tempore non est deneganda pœnitentia postulanti, cùm ille se obliget judici, cui occulta omnia noverit revelari.

1 ¶ Redimere.] *Sic etiam est in manuscriptis, & in vetustioribus Conciliorum editionibus. Verum in codice canonum impresso, & non manuscripto, inter decreta Cœlestini num. 13. legitur,* perdere. *In recentiori autem Coloniensi Conciliorum editione, itemq; apud Burch. & Ivonem est,* pondere, quo se ille expediri desiderat, liberare.

Cui autem pœnitentia non negatur, nec reconciliatio sic deneganda est. Inconsulto ergò Episcopo pœnitentem Presbyter reconciliare non debet, nisi ultima necessitas cogat.

C. XIV. ¶ *Inconsulto Episcopo pœnitentem Presbyter reconciliare, nisi ultima necessitas cogat, non debet.*

Unde in Carthaginensi a Concilio III. *c. 32. legitur.*

PResbyter b inconsulto Episcopo non reconciliet pœnitentem, nisi absente Episcopo ultima necessitas c cogat. Cujuscunque autem pœnitentis publicum & vulgatissimum crimen est, quod universam commoveris Ecclesiam 1, ante apsidam manus ei imponatur.

1 ¶ Ecclesiam,] *Antea erat,* urbem. *Emendatum est ex pleriisq; Conciliorum editionibus, & duobus codicibus Vaticano, & Sorbonensi Regio, & Burchardo, & Ivone. In recentiore autem Colonensi editione est,* quod universa Ecclesia noverit.

a *Sentent. 4. dist. 20. Burch. l. 18. c. 22. Ivo p. 15. c. 43.* b *Ezech. 18.* c *conversio*] *Burchard. & Ivo.* d *Luc. 23.* e *In Concil. Triburiensi sub Arnulpho, c. 31. Rabanus in libro pœn. c. 38. Burch. l. 18. c. 22. Ivo p. 15. c. 44.* f *al. pietate.* g *In Magguntino sub Raban. c. 27.* h *Ezech. 33.* i *al. clementia.* k *Luc. 23.* l *Burch. l. 18. c. 1. Ivo p. 15. c. 26.* m *Esa. 30. apud 70.*

QUÆSTIO VII.

1 pars. DE tempore verò satisfactionis, an sit imponendum moriturio, Theodorus Cantuariensis Archiepiscopus *in pœnitentiali sua ita diffinit.*

C. I. ¶ *In periculo constituto, pœnitentia quantitas non est imponenda, sed innotescenda.*

AB infirmis d in periculo mortis positis per Presbyteros pura inquirenda est confessio peccatorum, non tamen illis imponenda quantitas pœnitentiæ, sed innotescenda, & cum amicorum orationibus, & eleemosynarum studiis pondus pœnitentiæ sublevandum, & si fortè migraverint, ne obligati à communione & consortio veniæ fiant alieni. A quo periculo si divinitùs eruptus convaluerit, pœnitentiæ modum à Sacerdote e sibi impositum diligenter observet: & ideò secundum auctoritatem canonicam, ne illis janua pietatis clausa videatur, orationibus & consolationibus Ecclesiasticis, sicrà unctione olei inuncti f, secundum statuta sanctorum Patrum communione viatici reficiantur.

2 pars. *Alius verò pro qualitate peccati, & præsidentium arbitrio, tempora pœnitentiæ decernenda sunt.*

C. II. ¶ *Præsidentium arbitrio præfiguntur tempora pœnitudinis.*

Unde Leo Papa *epist. 77. al. 79. ad Nicetam Episcopum, c. 6.*

TEmpora g pœnitudinis habitâ moderatione constituenda sunt tuo judicio, prout conversorum animos perspexeris esse devotos: pariter etiam habens ætatis senilis intuitum, & periculorum quorumcunque, aut ægritudinis respiciens necessitates. In quibus si quisita graviter urgeatur, ut, dum adhuc pœnitet, de salute ipsius desperetur, oportet ei per Sacerdotalem necessitudinem communionis gratiâ subveniri.

¶ *In epistola, & apud Burchard. & Ivonem hæc antecedunt:* His verò, de quibus dilectio tua nos credidit consulendos, qui ad iterandum Baptismum vel metu coacti sunt, vel errore h traducti, & nunc se contra catholicæ fidei sacramentum egisse agnoscunt, ea custodienda est moderatio, quâ in societatem nostram non nisi per pœnitentiæ remedium, & per impositionem Episcopalis manûs, communionis recipiant unitatem: temporis pœnitudinis habitâ moderatione tuo constituenda judicio, prout, &c.

C. III. ¶ *Et qualitas criminis, & contritio pœnitentium in satisfactione imponenda à Sacerdote consideretur.*

a *Et in Affric. c. 11.* b *Sent. 4. dist. 20. Burchard. l. 19. cap. 42. & 70. Ivo p. 15. c. 4. & 64.* c *al. necessitate cogente.* d *Sent. ibid. Burch. l. 18. c. 14. Ivo p. 15. c. 36.* e *al. suæ confessori.* f *al. animæ.* g *Cap. l. 1. c. 66. Polyc. l. 3. tit. 10. Burch. l. 4. c. 41. Ivo part. 11. c. 142.* h *sic legunt Burch. & Ivo.*

Item

Item Nicolaus Papa.

DE his verò, qui pro criminibus pœnitentiam egerunt *a*, & ad cingulum militiæ revertuntur, constat eos contra sacras regulas agere. Verùm quia crimina non æqualia sunt, perhibesque alios horum propter nimiam hebetudinem in desperationem cecidisse, alios ob hoc ad Paganos fugisse; tibi hoc committimus decernendum, nimirum, qui loca & tempora regionis *b* illius, & modum culpæ, nec non & pœnitentiam, & gemitus hominum ad confessionem venientium præsens positus inspicere valeas.

C. IV. ¶ *De eodem.*

Item ex Concilio Laodicensi, *c.2.*

HIs, *c* qui diversorum peccatorum lapsûs incurrunt, & oratione 1, confessione, ac pœnitentiâ malorum suorum perfectam conversionem demonstrant, pro qualitate peccati, pœnitentiæ tempus attribuendum est, propter misericordiam & bonitatem Dei. Qui ergò hujusmodi sunt, revocandi, & ad communionem sunt applicandi.

1 ¶ Oratione,] πρὸς ἀποκατάστασιν τῆ ἀφθονίᾳ τῶν ἐξομολογήσεως καὶ μετανοίας. *quod Dionysius vertit, & perseverantes in oratione confessionis, & pœnitentiæ: cujus versio propius accedit ad verba Græca, etiam in cæteris hujus capitis partibus, quàm prisca: quamvis in hac etiam sententia conflet.*

C. V. ¶ *Episcopi arbitrio pro qualitate peccati pœnitentia tempora distribuantur.*

Item ex Concilio Carthaginensi III. *d c.31.*

POenitentibus *e* secundùm differentiam peccatorum Episcopi arbitrio pœnitentiæ tempora decernantur.

C. VI. ¶ *Sine personarum acceptione imploranti pœnitentia detur.*

Item ex Concilio Carthaginensi IV. *c.74.*

SAcerdos *f* pœnitentiam imploranti absque personarum *g* acceptione pœnitentiam secundùm leges injungat. Negligentiores *h* verò pœnitentes tardiùs reconcilientur. Omni *i* autem tempore jejunii manus pœnitentibus à Sacerdotibus imponantur. Diebus *k* autem remissionis pœnitentes gemma flectant, & mortuos in *l* Ecclesiam afferant, & sepeliant. Die 2 autem *l* Dominico non jejunent. Nam *m* qui Dominico die studiosè jejunat, non creditur esse Catholicus. Pœnitentes *n* verò, qui leges pœnitentiæ attentè exequuntur, si casu in itinere, vel in mari fuerint mortui, ubi eis subveniri non potest, memoria eorum & oblationibus, & orationibus commendetur.

1 ¶ In Ecclesiam] *In recentiore Colonienſi Conciliorum editione legitur,* Ecclesiæ afferant. *In antiquioribus verò editionibus, & duobus Vaticanis codicibus ſic habet integer locus,* mortuos Ecclesiæ pœnitentes afferant & sepeliant.

2 ¶ Die autem Dominico] *Pro his uſq; ad vocem,* Catholicus, *in can.46. hæc leguntur:* Qui Dominico die studiosè jejunat, non credatur Catholicus.

C. VII. ¶ *Tempus pœnitentiæ pro qualitate peccati impendatur.*

Unde in octava Synodo *legitur.*

PRo *o* qualitate delicti tempus pœnitentiæ impendatur.

¶ *Videri potest sumptum ex regulis brevioribus B. Basilii, c.108. quod notatum alibi est evenire in iis capitibus, quæ ex ullava Synodo citantur.*

a *al.* gerunt,] *aliquot manuscr.* b *al.* relegionis] *aliquot manuscr.* c *Burch.l.19.c.41. Ivo p.15.c.36.* d *In Africa c.10.* e *Burch.l.19.c.40. Ivo p.15.c.30.* f *Burch.l.19.c.35. & 38. Ivo p.15. c.8.9.12. & 13.* g *al.* persona. h *ibid. cap.76.* i *Cap.50.* k *Cap.51.* l *Cap.52.* m *C.14.* n *Cap.79.* o *Smaragdus in regulis B. Benedicti, c.24.*

C. VIII. ¶ *Tempus & modus pœnitendi delinquentibus, præsidentium imponatur judicio.*

Idem.

HOc sit in judicio positum eorum, qui præsunt, vel quantò tempore, vel quali modo pœnitere debeant, qui delinquunt: quia ætas & eruditio multam haberi facit differentiam pœnæ.

¶ *Caput hoc habetur in libello beati Basilii de institutis Monachorum, Russino interprete, c.50. Ibi etiam ultima interrogatio est hæc:* Qualibus correptionibus uti oportet inter fratres ad emendationem eorum, qui delinquunt? *Responsio.* Hoc sit in judicio positum eorum, qui præsunt, vel quanto, &c. *Itaq; ex interrogatione & responsione confectum est hoc caput, sicut & duo sequentia, quæ apud eundem Russinum leguntur.*

3 pars. *Quo affectu pœnitentem suscipere, & impœnitentem abjicere debeamus,* ex eadem Synodo *evidenter ostenditur, cum dicitur.*

C. IX. ¶ *Intimo charitatis affectu pœnitentem debemus suscipere.*

POenitentem *a* ex corde ita oportet suscipi, sicut Dominus ostendit, cùm dicit, quia *b* convocavit amicos suos, & vicinos, dicens: Congratulamini mihi, quia inveni ovem meam, quam perdideram.

¶ *Burchardus & Ivo citant ex dicto Basilii Episcopi, & in regulis illius brevioribus, numero 2. est sententia hujus capitis: quod tamen acceptum videtur ex c.24. ejusdem libelli de institutis Monachorum. Ubi secunda interrogatio sic habet:* Pœnitentes ex corde quomodo debent suscipi, pater? *Responsio,* Sicut Dominus ostendit, cùm dicit, qui convocavit, &c.

C. X. ¶ *Pœnitentes legem Dei diligant, iniquitatem odio habeant.*

Item.

AFfectum illum in se recipiat pœnitens, quem gerebat ille, qui dixit: *c* [*Iniquitatem odio habui, & abominatus sum.*] sed & ea, quæ scripta sunt in sexto 1 psalmo, atque in quamplurimis aliis: sed & illa, quæ Apostolus dixit ad eos, qui secundùm Deum contristati sunt: *d* [*Quantam,* inquit, *operatum est hoc ipsum in vobis solicitudinem, sed excusationem, sed indignationem, sed æmulationem, sed vindictam. In omnibus exhibuistis vos castos 1 esse negotio.*] Sed & in his ipsis, in quibus deliquit, agens multa contraria: sicut & Zachæus fecit.

¶ *Sententia hujus capitis est in regulis brevioribus, num.3. Acceptum tamen videtur ex cap.19. ejusdem commemorati libelli, in quo hæc est interrogatio:* Quomodo quis debet pœnitere in unoquoque delicto? *Responsio.* Affectum illum in se recipiens, quem gerebat ille, qui dixit, iniquitatem, &c.

1 ¶ Castos] *Antèa legebatur,* cautos. *Emendatum est ex libello Russini: in vulgata est,* incontaminatos, *græcè ἀγνεύσατε.*

C. XI. ¶ *Impœnitentes tanquam Ethnici habeantur.*

Item.

ERga eum *e*, qui peccata sua non punit, talés esse debemus, sicut Dominus præcepit, *f* dicens: [*Sit tibi sicut ethnicus & publicanus.*] & sicut Apostolus docuit *g*, dicens: [*Subtrahite vos ab omni fratre ambulante inordinate, & non secundùm traditionem, quam tradidimus vobis.*]

¶ *Hoc etiam habetur in regulis brevioribus, num.9. In eadem verò libello, cap.24. ultima interrogatio est hæc.* Erga eum, qui non pœnitet pro peccato, qualiter esse debemus, pater? *Responsio.* Sicut præcepit Dominus, dicens; Sit tibi, &c. *Apud Burchardum & Ivonem, qui hoc citant ex dicto Augustini, initium sic habet:* Erga eum, qui pro peccato commisso non pœnitet, tales, &c. *quod magis convenit*

a *Burch.l.19.c.39. Ivo p.15.c.33.* b *al.* qui] *erig. Luc.15.* c *Psal.118.* d *2.Cor.7.* e *Burch.l.19.c.64. Ivo p.15.c.76.* f *Matth.18.* g *2.Thess.3.*

cum prædicta interrogatione, quàm quomodo est apud Gratianum.

C. XII. ¶ *Melius est errare in misericordia remittendi, quàm in severitate ulciscendi.*

Item Joannes Chrysostomus, [*id est, auctor operis imperfecti*] *homiliâ 43. ad c. 23. Matthæi.*

ALligant *a* autem onera gravia & importabilia, &c.] Tales sunt nunc etiam Sacerdotes, qui omnem justitiam populo mandant, & ipsi nec modicè *b* servant, videlicet, non ut facientes *c* sint justi, sed ut dicentes appareant justi. Tales sunt, & qui grave pondus venientibus ad pœnitentiam imponunt: qui dicunt, & non faciunt: & sic, dum pœna præsentis pœnitentiæ fugitur, contemnitur pœna peccati futura *d*. Sicut enim si fascem super humeros adolescentis, quem non potest bajulare, posueris, necesse habet, ut aut fascem rejiciat, aut sub pondere confringatur: sic & homini, cui grave pondus pœnitentiæ imponis, necesse est, ut aut pœnitentiam tuam rejiciat, aut suscipiens, dum sustinere non potest, scandalizatus ampliùs peccet. Deinde, etsi erramus modicam pœnitentiam imponentes, nonne meliùs est propter misericordiam rationem reddere *e*, quàm propter crudelitatem? Ubi enim paterfamiliàs largus est, dispensator non debet esse tenax. Si Deus benignus est, ut quid Sacerdos ejus austerus? Vis apparere 1 sanctus? circa vitam tuam esto austerus, circa alienam benignus.

1 ¶ Vis apparere] *Locupletatus est hic locus ex indicata homilia: cum autem legeretur*, ut quid Sacerdos ejus austerus vult apparere.

C. XIII. ¶ *Calendarum observationes agere non licet.*

Item Martinus Bracharensis, *c. 74.*

4 NOn *f* licet iniquas observationes agere Calendarum, & otiis vacare gentilibus, neq; lauro, aut viriditate arborum cingere domos: omnis enim hæc observatio paganismi est.

C. XIV. ¶ *Anathema sit, qui ritum Paganorum, & Calendarum observat.*

Unde Zacharias Papa *in Concilio Romano, cap. 9.*

SI *g* quis Calendas Januarias, & brumam ritu Paganorum colere, vel 1 aliquid plus novi facere propter novum annum, aut mensas cum dapibus vel epulis in domibus præparare, & per vicos & plateas cantiones & choros ducere præsumpserit, quod magna iniquitas est coram Deo, anathema sit.

¶ *Hoc est caput novum in Concilio Romæ à Zacharia habito, quod asservatur in Vaticana Bibliotheca: & inde nunnulla sunt emendata & addita. De hac autem superstitione Bonifacius Legatus Germaniæ epist. 2. quæ est in tomis Conciliorum, ad ipsum Zachariam multa scribit: cui Zacharias ultimâ epistolâ respondens, mentientem hujus Concilii videtur facere, his verbis:* Et quia per instigationem diaboli iterum pullulabant, à die, quâ nos jussit divina clementia (quanquam immeriti existamus) Apostoli vicem gerere, illicò omnia hæc amputavimus. *Idem prohibetur pluribus verbis in canonibus, qui sexta Synodo adscribuntur, c. 62. Et multa in hujusmodi superstitionum servitia Tertull. in libro de Idololatria, & alii graves auctores.*

1 ¶ Vel aliquid plus novi facere propter novum annum,] *Hæc non sunt in codice ejusdem Concilii Vaticano.*

C. XV. ¶ *Infirmitatibus hominum incantationes nihil remedii præstant.*

Item Augustinus *h.*

ADmoneant *a* Sacerdotes fideles populos, ut noverint magis artes, incantationesque quibuslibet infirmitatibus hominum nihil remedii posse conferre: non animalibus languentibus, claudicantibusve, vel etiam moribundis quicquam mederi: non 1 ligaturas ossium, vel herbarum cuiquam mortalium adhibitas prodesse: sed hæc esse laqueos & insidias antiqui hostis, quibus ille perfidus genus humanum decipere nititur. Et si quis 2 hæc exercuerit, Clericus degradetur, Laicus anathematizetur.

¶ *Caput hoc Burchardus & Ivo citant ex dicto Augustini, apud quem similia reperiuntur in locis allatis suprà cùm 9. tum mirum. Sed eadem omninò verba præter ultimam clausulam leguntur in Concilio Turonensi 3. cap. 42. & in adjectu Capitularibus, c. 94.*

1 ¶ Non ligaturas] *Hinc usq; ad vers.* prodesse, *sunt addita ex Concilio & Capitularibus.*

2 ¶ Et si quis hæc] *Postrema hæc tota clausula non legitur in Concilio, neq; in Capitularibus, sed apud Burch. & Ivonem.*

C. XVI. ¶ *Dies Ægyptiaci, & Januarii Calenda non sunt observanda.*

Item Augustinus.

NOn observetis *b* dies, qui dicuntur Ægyptiaci, aut Calendas Januarii, in quibus cantilenæ quædam, & comessationes, & ad invicem dona donantur, quasi in principio anni, boni fati augurio, aut aliquos menses, aut tempora, aut dies, & annos, aut Lunæ, Solisque cursus: quia qui has, & quascunque divinationes, aut fata, aut augurio observat, aut attendit, aut consentit observantibus, inutiliter, & sine causa, magis ad sui damnationem, quàm ad salutem tendit: sive qui per quosdam numeros literarum, & Lunæ, & per Pythagoricam necromantiam aguntantium vitam, vel mortem, vel prospera, vel adversa futura inquirunt, sive qui attendunt somnialia scripta, & falsò Danielis nomine intitulata, & sortes, quæ dicuntur sanctorum Apostolorum, & auguria aviam, aut aliqua pro domo facienda, aut propter conjugia copulanda, aut in collectionibus herbarum carmina dicunt, aut pyctaciola pro quavis infirmitate scripta, super homines vel animalia ponunt, præter symbolum & orationem Dominicam, aut magicis falsitatibus in *c* grandinariis tempestatibus credunt. Qui autem talibus credunt, aut ad eorum domum euntes, aut suis domibus introducunt, ut interrogent, sciant se fidem Christianam & baptismum prævaricâsse, & ut paganum, & apostatam, id est, retrò abeuntem, & Dei inimicum, iram Dei graviter in æternum incurrisse: nisi Ecclesiasticâ pœnitentiâ emendans Deo reconcilietur. Dicit enim Apostolus: *d* [*Sive manducatis, sive bibitis, sive aliquid aliud facitis, in nomine Domini nostri Jesu Christi facite, in quo vivimus, movemur, & sumus.*]

¶ *In plerisq; vetustis exemplaribus est tantùm*, Item. & *in Polycarpo etiam refertur sine auctoris nomine.*

C. XVII. ¶ *Grave peccatum est dies observare, vel menses, & annos.*

De temporum quoq; observationibus scribit Augustinus *in Enchiridio 1. c. 79.*

QUis æstimaret *e*, quàm magnum peccatum sit dies observare, & menses, & annos, & tempora, (sicut observant, qui certis diebus, sive mensibus, sive annis volunt & nolunt aliquid inchoare, eò quòd secundùm vanas doctrinas hominum fausta vel infausta existiment tempora,) nisi hujus mali magnitudinem ex timore Apostoli pensaremus? qui talibus ait, *f* [*Timeo, ne forte sine causa laboraverim in vobis.*] *Item super epistolam ad Galatas, ad c. 4.* ¶ Intelligat 2 lector *g* ad

a *Matth. 23.* b *modicam.* c *al. faciendo, dicendo.* d *al. futuri.* e *al. dare.* f *Polyc. l. 8. tit. 12. Burch. l. 19. c. 35. Ivo p. 11. c. 42.* g *Polyc. ibid. Burch. l. 19. c. 36. Ivo p. 11. c. 43.* h *In Turonensi 3. c. 42. & in adjectu Cap. c. 94.*

a *Polyc. ibid. Burch. l. 10. c. 40. Ivo p. 11. c. 81.* b *Polyc. l. 8. tit. 12.* c *al. &* d *1. Corinth. 10. Act. 17.* e *Beda Gal. 4. Ivo p. 11. c. 93. Paul. lib. 3. c. 10.* f *Gal. 4.* g *Beda ibid. Ivo p. 11. c. 6.*

tantum

tantum periculum animæ pertinere superstitiosas temporum observationes, ut huic loco subjecerit Apostolus: [*Timeo, ne forte sine causa laboraverim in vobis.*] Quod quamvis tantâ celebritate atque auctoritate per orbem terrarum in Ecclesiis legatur, plena sunt tamen conventicula nostra hominibus, qui tempora rerum agendarum à Mathematicis accipiunt. Jam verò, ne aliquid inchoëtur, aut ædificiorum, aut hujusmodi quorumlibet operum, diebus, quos Ægyptiacos vocant, sæpè etiam nos monere non dubitant.

1 ¶ Enchiridio,] *Expuncta sunt voces, quæ sequebantur,* id est, manuali libro. *Absiste enim à vetustioribus.*

2 ¶ Intelligat] *B. Augustinus explanans ea verba Apostoli ad Gal. 4.* Dies observatis, & menses, & tempora, & annos: *ipsa tam ad Gentiles, quàm ad Judæos referri posse demonstrat, tunc subjungit:* Ergò eligat lector, utram volet sententiam, dummodò intelligat ad tantum, &c.

C. XVIII. ¶ *Sine incantatione herbas vel petras licet habere.*

Item Hieronymus.

DÆmonium *a* sustinenti licet petras vel herbas habere sine incantatione.

¶ *Burchardus etiam, & Ivo citant ex dictis Hieronymi, sed Polycarpus auctorem non nominat.*

CAUSA XXVII.

QUidam votum castitatis habens desponsavit sibi uxorem: illa priori conditioni renuntians, transiit se ad alium, & nupsit illi: ille, cui prius desponsata fuerat, repetit eam.

1 *Hic primum quæritur, an conjugium possit esse inter voventes?*

2 *Secundò, an liceat sponsa à sponso recedere, & alii nubere?*

QUÆSTIO I.

1 QUòd votentes matrimonia contrahere non possint, multis auctoritatibus probatur.

C. I. ¶ *Excommunicentur viduæ, quæ religioso habitu abjecto nuptias elegerint.*

In Concilio namque Carthaginensi IV. *cap. ult. statutum invenitur de viduis, quæ professam b continentiam prævaricatæ sunt.*

SIcut bonum *c* est castitatis præmium, ita & majori observantiâ, & præceptione custodiendum est, ut si quæ viduæ, quantumlibet adhuc in minoribus annis positæ, & immaturâ 1 ætate à viro relictæ, se devoverint Domino, & veste laicali abjectâ, sub testimonio Episcopi & Ecclesiæ in religioso habitu apparuerint, posteà verò ad nuptias sæculares transierunt, secundùm Apostolum *d* damnationem habebunt, quia fidem castitatis, quam Domino voverunt, irritam facere ausæ *e* sunt. Tales ergò personæ à Christianorum communione sequestrentur, neque 2 convivio cum Christianis communicent. Nam si adulteræ 3 conjuges reatu sunt viris suis obnoxiæ, quantò magis viduæ, quæ religiositatem mutaverunt, crimine adulterii notabuntur, si devotionem, quam Deo, sponte, non coactæ obtulerunt, libidinosâ corruperint voluptate, & ad secundas nuptias transitum fecerint? Quæ etsi violentiâ irruente ab aliquo oppressæ *f* fuerint, ac posteà delectatione libidinis permanere in conjugio raptori vel violento viro consenserint, damnationi superius comprehensæ teneantur *g* obnoxiæ. De talibus ait Apostolus: *h* [*Cùm luxuriata fuerint, nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt.*]

1 ¶ Immaturâ] *In variis Conciliorum editionibus, & duobus Vaticanis codicibus, & Sorioysi Regio legitur,* matura. *Ivo habet,* in matura.

2 ¶ Neque convivio] *Sic est emendatum ex manuscriptis Gratiani exemplaribus, expunctis verbis illis,* donec ad bonum, quod cœperant, revertantur: *quæ ex capite sequenti videntur huc fuisse translata. In Conciliorum autem impressis & manuscriptis codicibus legitur:* Tales ergò personæ sine Christianorum communione maneant, quæ etiam nec in convivio cum Christianis communicent.

3 ¶ Adulteræ] *Sic est emendatum ex memoratis Conciliorum exemplaribus. Nam anteà legebatur:* Nam si adulterii conjuges reæ sunt, si suis obnoxiæ viris non fuerint, quantò, &c.

C. II. ¶ *De viduis & virginibus, quæ à religionis proposito discedunt.*

Item ex epistola Gregorii *missa ad Bonifacium.*

1 VIduas *a* à proposito discedentes viduitatis, super quibus nos consulere voluit dilectio tua, frater charissime, credo te nôsse à sancto Paulo, *b* & à multis sanctis Patribus, nisi convertantur, olim esse damnatas. Quas & nos Apostolicâ auctoritate damnandas, & à communione fidelium, atque à liminibus Ecclesiæ arcendas fore censemus, usquequò obediant Episcopis suis, & ad bonum, quod cœperunt, invitæ, aut voluntariæ revertantur. ¶ De virginibus autem non velatis, si deviaverint, à sanctæ memoriæ prædecessore nostro Papa Innocentio, taliter decretum habemus: [*Hæ verò, quæ necdum sacro velamine tectæ, tamen in proposito virginali semper se simulaverunt permanere, licet velatæ non fuerint, si nupserint, aliquanto tempore hîc agenda pœnitentia est: quia sponsio earum à Domino tenebatur. Si enim inter homines solent bonæ fidei contractus nullâ ratione dissolvi, quantò magis ista pollicitatio, quam cum Deo pepigit, solvi sine vindicta non poterit? &c.*] ¶ Si virgines nondum velatæ taliter pœnitentiâ publicâ puniuntur, & à cœtu fidelium usque ad satisfactionem excluduntur, quantò magis viduæ, quæ perfectioris ætatis, & maturioris sapientiæ atque consilii existunt, virorumque consortio multoties usæ sunt, & habitum religionis assumpserunt, & demùm apostataverunt, atque ad priorem vomitum sunt reversæ, à nobis, & ab omnibus fidelibus à liminibus Ecclesiæ, & à cœtu fidelium usque ad satisfactionem sunt eliminandæ, & carceribus tradendæ, qualiter juxta Apostolum *d* Paulum tradentes hujusmodi hominem Satanæ, ut spiritus ejus salvus sit in die Domini? De talibus enim & Dominus per Moysen loquitur, dicens: *e* [*Auferte malum de medio vestri.*] De quibus & per Prophetam ait: *f* [*Lætabitur justus, cum viderit vindictam: manus suas lavabit in sanguine peccatoris.*] De talibus namque, & eorum similibus, atque eisdem consentientibus dicitur: *g* [*Quia non solùm qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus, rei sunt.*]

¶ *Sic etiam citant cæteri collectores. Habetur autem & paulò etiam copiosiùs in capitularibus adjectis, c. 225.*

C. III. ¶ *Transire non possunt viduæ & virgines post religionis propositum ad nuptias.*

Item ex decreto Gelasii Papæ *ad Siculienses Episcopos missô, cap. 9.*

NEque *h* viduas ad nuptias transire patimur, quæ in religioso proposito diuturnâ observatione permanserunt. Similiter virgines nubere prohibemus, quas

a *Poly. l. 4. tit. 12. Burch. l. 10. c. 50. Ivo p. 11. c. 77.* b *al. professæ.* c *Burch. l. 8. c. 59. Ivo p. 7. c. 58. & 147.* d *1. Tim. 5.* e *al. texta.* f *al. præcepta.* g *al. tenebuntur.* h *1. Tim. 5.*

a *Sent. 4. dist. 38. Anselm. l. 11. c. 177. Burch. l. 8. c. 45. Ivo part. 7. cap. 63. Panorm. l. 3. c. 204.* b *1. Tim. 5.* c *Infrà cân. Hæ verò.* d *1. Cor. 5.* e *Deut. 13.* f *Psal. 57.* g *Rom. 1.* h *Poly. l. 4. tit. 13. Burch. l. 8. c. 46. Ivo part. 7. c. 64. & 144. Panor. l. 3. c. 203.*

annis plurimis in monasteriis ætatem peregisse contigerit.

C. IV. ¶ *Ex quolibet sensu corporis mulier corrumpi potest.*

Item Cyprianus *ad Pomponium de virginibus.*

NEc aliqua putet se posse hâc excusatione defendi, quòd inspici & probari possit, an virgo sit: cùm & manus obstetricum, & oculi sæpè fallantur: & si incorrupta inventa fuerit virgo eâ parte, quâ mulier potest esse, potuerit tamen ex alia corporis parte peccâsse, quæ corrumpi potest, & tamen inspici non potest. Certè ipse concubitus, ipse complexus, ipsa confabulatio, & osculatio, & conjacentium duorum turpis & fœda dormitio, quantum dedecoris & criminis confitentur? Si superveniens maritus sponsam suam jacentem cum altero videat, nónne indignatur, & fremit, & per zeli dolorem *a* fortassis & gladium in manum sumit? Quid Christus Dominus & judex noster, cùm virginem suam sibi dicatam, & sanctitati suæ destinatam, jacere cum altero cernit, quàm indignatur & irascitur? & quas pœnas incestis ejusmodi conjunctionibus comminatur? Cujus ut gladium spiritalem, & venturum judicii diem unusquisque fratrum possit evadere, omni consilio providere & laborare debemus.

C. V. ¶ *De eodem.*

Idem *in eadem epistola.*

QUòd si pœnitentiam hujus illiciti concubitûs sui egerint, & à se invicem recesserint, inspiciantur iterum 1 virgines ab obstetricibus diligenter: & si virgines inventæ fuerint, acceptâ communione ad Ecclesiam admittantur: hâc tamen interminatione, ut si ad eosdem masculos postmodùm reversæ fuerint, aut si cum eisdem in una domo, & sub eodem tecto simul habitaverint, graviore censurâ ejiciantur, nec in Ecclesiam postmodùm facilè recipiantur. Si autem de eis aliquæ corruptæ fuerint, & deprehensæ, agant pœnitentiam plenam: quia quæ hoc crimen admisit, non mariti, sed Christi adultera est: & ideò æstimato justo tempore, posteà exomologesi factâ ad Ecclesiam redeat. Quòd si obstinatè perseverant, nec se ab invicem separant, sciant se cum hac sua impudica obstinatione nunquam à nobis admitti in Ecclesiam posse: ne exemplum cæteris ad ruinam delictis suis facere incipiant: nec potent sibi vitæ, aut salutis constare rationem, si Episcopis & Sacerdotibus obtemperare noluerint.

1 ¶ Iterùm] *In codicibus Cypriani impressis, & olim manuscriptis, quia Romæ ad operum ipsius emendationem collata fuerunt, legitur,* interim: *quæ varietas notatur etiam in glossâ.*

C. VI. ¶ *Clericus deponatur, Laicus excommunicetur, qui cum Sanctimoniali mœchatus fuerit.*

Item ex sexta Synodo *in Trullo, c. 4.*

I. SI quis Episcopus, Presbyter, Diaconus aut Subdiaconus, aut Lector, aut Psalmista, aut Ostiarius cum muliere sanctificata Deo mœchatus fuerit, deponatur; quia sponsam Christi corrupit: si verò Laicus, excommunicetur.

C. VII. ¶ *Vidua & puella, quæ post religionis habitum nubunt, à communione suspendantur.*

Item ex Concilio Toletano IV. *c. 8.*

DE *b* viduis & puellis, quæ habitum religionis in domibus propriis tam à parentibus, quàm per se mutaverunt, si posteà contra instituta patrum, vel præcepta canonum conjugia crediderint copulanda, tamdiu utræque *c* habeantur à communione suspensæ *d*, quousque, quod illicitè perpetraverunt, emendent. Quòd si emendare neglexerint, à communione, & omnium Christianorum convivio, perpetuò sint sequestratæ.

¶ *In Concilio Toletano non est inventum. Est autem lib. 5. Capitular. c. 338.*

C. VIII. ¶ *De eodem.*

Item ex Concilio Martini Papæ.

II. VIduas *a* autem velare Pontificum nullus attentet, prout statutum est in decretis Gelasii Papæ capitulo 1 xiij. quod nec auctoritas divina, nec canonum forma præstituit. Quòd si propriâ fuerit voluntate continentiam professâ, in ejusdem Gelasii capitulo xxj. legitur, ejus intentio pro se reddat rationem Deo: quia sicut secundùm Apostolum *b*, si se continere non poterat, nullatenus nubere vetabatur, sic secum habitâ deliberatione promissam fidem pudicitiæ Deo debet custodire. Nos 1 autem auctoritate Patrum suffulti, in hoc sancto Concilio sancimus, & liberè judicamus, si sponte velamen, quamvis non consecratum, sibi imposuerit, & in Ecclesiâ inter velatas Deo oblationem obtulerit, velit nolit, sanctimoniæ habitum ulteriùs habere debet, licèt sacramento confirmare velit, eo tenore & ratione sibi velamen impositum fuisse, ut iterùm posset deponere.

¶ *Abest caput hoc à nonnullis Gratiani exemplaribus. Burchardus & Ivo citant ex Concilio Magunt. cap. 6. Habetur in Concilio Triburiensi, c. 25. In hoc autem capite, & duobus sequentibus citantur decreta Gelasii, ut sunt in codice canonum.*

1 ¶ Capitulo xiij.] *Sic est in codice canonum: in epistola verò ejusdem prima Episcopis per Lucaniam est c. xv. sicut paulò post, quod est in capitulo 21. in eodem codice, in epistola est, cxxij.*

2 ¶ Nos autem] *In Concilio Triburiensi legitur:* Quia auctoritate paternæ suffulti sententiæ in hoc sacro conventu sancimus, &c. *Hæc verò eadem de vidua, quæ sibi sponte velamen non consecratum imposuit, habentur in Decretalibus, c. viduæ, tit.* de regul. *Quod in codicibus impressis citatur ex Concilio Aurelianensi. In prima autem collectione, & vetustis codicibus Gregorianis ex Aurelianensi.*

C. IX. ¶ *De his, quæ votum virginitatis habentes nubunt, necdum sacro velamine tectæ.*

Item ex decretis Innocentii Papæ, c *c. 21. in codice canonum, & epistola 2. ad Victricium, c. 13.*

HÆ *d* verò, quæ necdum sacro velamine tectæ, tamen in proposito virginali semper se permanere simulaverunt, licèt velatæ non fuerint, si fortè nupserint, his agenda 1 aliquanto tempore pœnitentia est, quia sponsio earum à Domino tenebatur. Si enim inter homines solet bonæ fidei contractus nullâ ratione dissolvi, quantò magis ista pollicitatio, quam cum Deo pepigit, solvi sine vindictæ non debet *e*? Nam si Apostolus *f* illas, quæ à proposito viduitatis discesserant, dixit habere condemnationem, quia primam fidem irritam fecerunt; quantò magis virgines, quæ pactionis *g* suæ fidem minimè servaverunt?

1 ¶ His agenda] *Sic est emendatum ex codice canonum, epistola & Concilio Turonico: & sic legitur, suprà cân. c. viduas. Hoc enim loco etiam in manuscripto erat,* ad agendam aliquanto tempore pœnitentiam sit liberum.

C. X. ¶ *Non sunt admittenda ad pœnitentiam virgines sacræ, si publicè posteà nupserint.*

Item ex decreto h ejusdem, [*cap. 19. in codice canonum: in epistola autem ad Victricium, c. 12.*]

a *Anselm. l. 7. c. 200. Burch. l. 2. c. 30. Ivo p. 7. c. 51. Panorm. l. 3. c. 197.* b *1. Cor. 7.* c *& in Conc. Turonico 2. c. 21.* d *Suprà cân. viduas. 1. §. hæ verò. Polyc. l. 4. tit. 35. Burch. l. 2. c. 11. Ivo p. 9. c. 81.*

a *al. levarem.* b *Cap. l. 7. c. 338. Burch. l. 2. c. 48. Ivo p. 7. c. 66.* c *al. astrig.* d *al. suspensi.*

e *al. potest?* f *1. Tim. 5.* g *al. priscu pactionis fidem.* h *In Concilio Turonico, ibidem.*

Quæ

Quæ Christo a spiritualiter nubunt 1, & à Sacerdote velantur, si publicè posteà 2 nupserint, non eas admittendas esse ad pœnitentiam agendam, nisi hi, quibus se junxerant, à mundo recesserint. Si enim de hominibus hæc ratio custoditur, ut quæcunque vivente viro alteri nupserit, adultera habeatur, nec ei agendæ pœnitentiæ licentia concedatur, nisi unus de eis fuerit defunctus: quantò magis de illa tenenda est, quæ antè immortali se sponso conjunxerat, & posteà ad humanas nuptias transmigravit?

1 ¶ Nubunt,] *In antiqua editione Conciliorum, & epistolarum, & codice canonum impresso legitur*, nupserint: *sed in duobus ipsius manuscriptis*, nubunt: *post quod verbum in omnibus sequitur*, & à Sacerdote velantur, *ideoq; sunt addita.*

2 ¶ Si publicè posteà] *In epistolis ulm Colonia ac Lutetia impresso legitur*, si posteà nupserint, vel publicè, vel occultè corruptæ fuerint. *In editione Conciliorum Coloniensi duobus & tribus tomis*, si posteà vel nupserint publicè, vel occultè corruptæ fuerint. *In postrema autem quatuor tomorum*, si posteà vel publicè nupserint, vel se clanculò corripuerint.

C. XI. ¶ *Ab Ecclesia eliminanda, & ergastulo retrudenda sunt Monachorum vel Monachorum impudica persona.*

Item ex Concilio Triburiensi, *c. 6.*

Impudicas *b*, detestabilesque personas Monachorum, atque Monachatum, quæ abjecto proposito sanctitatis, illicitâ, atque sacrilegâ contagione se miscuerunt, & in abruptum 1 conscientiæ desperatione perduxit, de illicitis complexibus liberè filios procreaverint, à monasteriorum cœtu, Ecclesiarumque conventibus eliminandas esse mandamus: quatenùs retrusæ in suis ergastulis, tantum facinus lamentatione continuâ deflentes purificatorio possint igne pœnitudinis decoqui, ut eis vel ad mortem solius misericordiæ intuitu per communionis gratiam possit subveniri.

¶ *Caput hoc habetur in epistola prima Syricii, & in codice canonum est c. 15. inter decreta ipsius: quem etiam citant Burchardus & Anselmus. Pars tamen aliqua hujus capitis est in c.* si quis sacro. *infrà, eâdem, quod quidem habetur in Concilio Triburiensi, quod extat.*

1 ¶ Abruptum] *Sic est emendatum ex multis editionibus epistolarum Syricii, & codice canonum. Anteà enim legebatur*, in arbitrium conscientiæ propriæ desperatione.

C. XII. ¶ *Monachus & virgo Domino consecrata, si nupserint, excommunicentur.*

Item ex eodem.

Virginem *c*, quæ se Deo consecraverit, similiter & Monachum decernimus non licere nuptialia jura contrahere. Quòd si hoc inventi fuerint perpetrantes, excommunicentur. Confitentibus autem decernimus, ut habent auctoritatem ejusdem loci Episcopus misericordiam, humanitatemque largiri.

¶ *Hoc est xvii. caput Concilii Chalcedonensis ex versione Dionysii: cujus paræcitatur infrà, c.* facto.

C. XIII. ¶ *Dum vivunt, lamentu pœnitentiæ se afficiant, qui Sanctimonialibus scientes copulantur.*

Item ex eodem.

Hi *d* ergò, qui Sanctimonialibus scientes matrimonio ad injuriam Christi copulati sunt, juxta censuram zeli Christiani separentur, & nunquam eis concedatur conjugali vinculo religari, & in pœnitentiæ lamentis se vehementer, dum vivunt, afficiant.

¶ *Caput hoc à Burchardo & Ivone Paschali tribuitur.*

C. XIV. ¶ *A sacra communione prohibentur, qui sacris virginibus se sociant.*

Item ex eodem.

Virginibus *a* sacris se quosdam temerè sociare cognovimus, & post dicatum Deo propositum incesta fœdera, sacrilegaque miscere. Quos protinùs æquum est à sacra communione detrudi, & nisi per publicam, probatamque pœnitentiam omninò non recipi. Sed tamen his viaticum de sæculo transeuntibus, si dignè *b* pœnituerint, non negetur.

¶ *Caput hoc in epistola prima Gelasii est num. 22. & in codice canonum inter ipsius Decreta, cap. 20. Refertur quoq; in Capitularibus l. 1. c. 106. & in Polycarpo Gelasii nomine.*

C. XV. ¶ *In monasterio revocetur, ac recludatur, qua à fornicatione recedere voluerit.*

Item Gregorius.

Pervenit ad nos, quòd quidam vir nequissimus, diabolico instinctu de monasterio suaserit exire quandam Deo sacratam, atque à quodam viro, unde exierat, sit revocata: rursusque eam mulierem vir ille nequissimus iniquâ suasione de monasterio ejiciens, apud se retineat impudicè. Volumus autem, ut Episcopatûs tui auctoritate in monasterio revocetur, atque recludatur.

¶ *De hac eadem re videtur scripta epistola Mariniano Episcopo, l. 2. regest. epist. 9. Caput tamen hoc vel ex alia epistola est acceptum, vel in eo multa sunt immutata.*

C. XVI. ¶ *Non est viduis fas post susceptum velamen à sacro proposito discedere.*

Item ex Concilio Aurelianensi, *c. 3.*

III. Viduas *c*, quæ spontaneâ voluntate ab altari conversionis sacræ velamen susceperunt, decrevit sancta Synodus in eodem proposito permanere. Non enim fas esse decernimus, postquam se Domino semel sub velo consecraverint, iterùm eis concedi Spiritui Sancto mentiri.

C. XVII. ¶ *Qui sacro velamine feminam in conjugium ducit, anathema sit.*

Item ex eodem. *d*

II. Si quis *e* sacro velamine consecratam in conjugium duxerit, & post dicatum Deo propositum incesta fœdera, sacrilegaque miscuerit, ut in constitutis Gelasii Papæ capitulo vigesimo *f* legitur, protinùs est æquum eos à sacra communione detrudi, & nisi per publicam, probatamque pœnitentiam omninò non recipi. Si tamen pœnituerint, transeuntibus de sæculo viaticum non negetur. In Chalcedonensi Concilio, cap. xvi. [*Hoc perpetrantes excommunicentur: confitentibus autem auctoritate Episcopi misericordia largiatur.*] Item in epistola Syricii Papæ, cap. 6. *g* ¶ [*Velata, & Deo consecrata, si abjecto proposito sanctitatis clanculò sacrilegâ se contagione miscuerint, & illicitis complexibus publicè & liberè filios procreaverint, has impudicas detestabiles*que *personas à monasteriorum cœtu, Ecclesiarum*que *conventibus eliminandas esse judicatum est: quatenùs retrusæ ergastulis, tantum facinus continuâ lamentatione defleant.*] Unde & verbo Domini, & canonicâ auctoritate in hac sancta Synodo præcipimus, ut omninò separentur, & juramento colligentur, ut ulteriùs non sub uno cohabitent tecto.

a *Sent. 4. distinct. 38. Polyc. ibid. & l. 6. tit. 20. Burchard. lib. 8. c. 13. Ivo p. 7. c. 17.* b *Polyc. l. 4. tit. 34. Anselm. l. 7. cap. 111. Burch. l. 8. c. 25.* c *Polyc. ibid. Burch. l. 8. c. 30.* d *Burch. lib. 8. cap. 31. Ivo p. 7. c. 38.*

a *Polyc. lib. 6. tit. 20. Burch. l. 8. c. 32. Ivo p. 7. c. 31.* b *al. si tamen.* c *Burchard. lib. 8. cap. 31. Ivo p. 7. c. 34. Panorm. l. 3. c. 198.* d *Concil. Tribur. cap. 23.* e *Burchard. l. 8. cap. 38. Ivo p. 7. c. 37.* f *in codice canonum: sed in Concil. tom. 2. habetur, c. 22.* g *Sup. eâd. impudicas.*

¶ *Burchardus etiam & Ivo citant ex Concilio Aurelianensi. Habetur autem in Triburiensi, c. 13.*

C. XVIII. ¶ *Ad habitum redire cogatur, & recludatur in monasterio, quæ religiosam vestem abjecit.*

Item Gregorius *Vitaliano Sipontino Episcopo, lib. 7. ind. 1. epist. 9.*

SI custos *a* religiosi habitus *b*, aut esse pôsses Episcopus, filiam gloriosæ memoriæ Tulliani magistri militiæ, te illic posito, nec projectis religiosis vestibus ad secularem reverti habitum, nec ad nos licuisset perversam epistolam destinare. Sed quia nimiâ desidiâ, ac torpore deprimeris, in tuo dedecore res ad præsens illicita impunè commissa est. Nam si, ut præfati sumus, solicitus extitisses, priùs ad nos ultio mulieris praviſſimæ, quàm culpa, debuit pervenire. Quia ergò tantum hebes, tantumque es negligens, ut nisi canonicam in te fueris coërcitionem expertus, in aliis districtionem *c*, & disciplinam nescias custodire, qualiter debeas esse solicitus, congruo tibi, si Domino placuerit, tempore demonstrabimus. ¶ Præsentia igitur scripta suscipiens, evigila, & excitatus saltem exequere, quod pressius usque nunc ignaviâ distulisti. Instantiæ ergò tuæ sit, prædictam mulierem unà cum Sergio defensore nostro comprehendere, & statim non solum ad malè contemptum habitum sine excusatione aliqua revocare, sed etiam in monasterio, ubi omninò districtè valeat custodiri, detrudere, & ita omnem circa illam solicitudinem exhibere, ut quàm sit nefarium quod commisit, ex tua possit districtione cognoscere. Qua in re, si quis (quod non credimus) Laicorum *d* aliquo tibi ingenio tentaverit obsistendum, à sacratissimæ eum communionis participatione suspendere *e*, nobisq; renuntiare festina: ut quantùm sit execrabile quod præsumpserit, postquam consideratione propriâ non advertit, emendationis qualitate cognoscat. In his autem omnibus ita cautum stude te, vigilantemque ostendere, ut culpam tuam non geminare neglectus, sed aliquantisper valeat solicitudo minuere.

C. XIX. ¶ *Districta custodia tradatur, qui à religionis proposito ad secularem habitum rediit.*

Idem *Sergio defensori, lib. 7. indict. 1. epist. 10.*

SI homo esses, aut aliquam discretionem habuisses, ita regularis disciplinæ debuisti custos existere, ut ea, quæ illicitè committuntur, antè vindicta corrigeret, quàm ad nos eorum nuntius perveniret. Sed dum te facit nimia stultitia negligentem, non solùm de illis offendimur, sed etiam ad ulciscendam desidiam tuam nihilominùs provocamur. Omni ergò dilatione, omnique excusatione postpositâ, filiam gloriosæ memoriæ Tulliani magistri militiæ, quæ projectis, quas sponte assumpserat, religiosis vestibus, indumentis se laicis deturpavit, unà cum fratre & Coëpiscopo nostro Vitaliano festina comprehendere, atque ad religiosum rursùs habitum revocare, ac in monasterium mittere, ubi districtè omninò valeat custodiri: nec ejus custodiam aliquatenùs relevari permittas, quousque denùò nostra scripta susceperis. Nam si quolibet modo in hac re negligens, vel lentus extiteris, ita in te districtissimè noveris vindicandum, ut quod ex te nescis, pœnâ possis referante *f* cognoscere: quia si, ut diximus, intellectum hominis habuisses, hæc, quæ modò facere præciperis, à te debueramus etiam cum ultione antè facta cognoscere.

a *Burchard. l. 1. cap. 49. Ivo p. 7. c. 67.* b *al. habitus esses.* c *al. disciplina districtionem.* d *al. Clericorum, vel.* e *al. suspende.* f *al. referante.*

C. XX. ¶ *Non tribuatur eis licentia nubendi, qui continentiam servare decreverunt.*

Item Augustinus *de conflictu vitiorum & virtutum, c. 24.*

NUbendi *a* licentia quibusdam tribuitur: illis videlicet, qui virginalem vel vidualem castimoniam nequaquam professi sunt. Quibusdam autem non tribuitur, illis videlicet, qui virgines, vel continentes esse decreverunt. Fornicatio autem nulli impunè conceditur.

C. XXI. ¶ *Pejores sunt adulteria, quæ continentia propositum violant.*

Item *in libro de bono conjugii.*

MEliore proposito lapsas, si nupserint, fœminas à castitate sanctiori, quæ vovetur Deo, adulteris esse pejores manifestum est.

¶ *Verba ipsa B. Augustini ex libro de bona voluntate habentur infrà eâd. c.* nuptiarum. *vers.* Quæ propter non possum. *Apud Bedam verò ad c. 7. 1. ad Corinthios, locus Augustini paulò aliter refertur.*

C. XXII. ¶ *Monachus & virgo, qui se Deo dicant, nuptiis jungi non possunt.*

Item ex Concilio Chalcedonensi, *c. 16.*

I. SI *b* quæ virgo se dicaverit Deo, similiter Monachus, non licet eis nuptiis jungi. Si verò inventi fuerint hoc facientes, maneant excommunicati. Statuimus verò eis posse fieri humanitatem, si ita probaverit Episcopus loci.

¶ *Hic est idem canon, qui suprà, eâd. c.* virginem. *aliquantùm. Sed illa est versio Dionysii, hæc verò prisca, ex qua etiam sunt duo sequentia capitula.*

C. XXIII. ¶ *Diaconissa, quæ post ordinationem nubit, anathema sit.*

Item ex eodem, *c. 15.*

DIaconissam *c* non debere ante annos quadraginta ordinari statuimus, & hoc cum diligenti probatione. Si verò ordinationem susceperit, & quantocunque tempore observaverit ministerium, & postea se nuptiis tradiderit, injuriam faciens gratiæ Dei, hæc anathema sit cum eo, qui in nuptiis illius convenerit.

C. XXIV. ¶ *Inter bigamos reputantur, qui virginitatem pollicitam prævaricantur.*

Item ex Synodo Ancyrana, *c. 18.*

QUotquot *d* virginitatem pollicitam prævaricatæ *1* sunt professione contemptâ, inter bigamos, id est, qui ad secundas nuptias transierunt, haberi debebunt.

C. XXV. ¶ *Virginibus Deo dedicatis, nec in fine danda est communio, si libidini servierint.*

Item ex Concilio Eliberitano *f, c. 13.*

VIrgines, quæ se Deo dedicaverint, si pactum perdiderint *1* virginitatis, atque eidem libidini servierint, non intelligentes, quid amiserint, placuit nec in fine eis dandam esse communionem. Quòd si sibimet *2* persuaserint, quòd infirmitate corporis lapsæ fuerint, & toto *3* tempore vitæ suæ pœnitentiam egerint, & à coitu se abstinuerint *4*, placuit eas in fine communionem accipere debere.

1 ¶ Perdiderint] *Sic in omnibus hujus Concilii codicibus impressis & manuscriptis, quæ collata sunt, sed in Concilio Magunt. III. sub Arnulpho, c. 26. (ubi hoc refertur) est,* prodiderint.

2 ¶ Sibimet] *In duobus Vaticanis Conciliorum codicibus legitur:* Quòd si semel persuaserint. *In Concilio Magunt.:* Quòd si semel persuasæ ad infirmi corporis vitia lapsæ. *In codice Lucensi Regio:* Quòd si semel persuasæ aut infirmi

a *Ivo p. 3. c. 72. Pann. l. 6. c. 4.* b *Ivo p. 7. c. 49.* c *Polyc. l. 4. tit. 36.* d *Ivo p. 6. c. 311.* e *al. prævaricati.* f *Et in Magunt. 3. c. 26. & in Colon. c. 6.*

corporis

corporis lapsu vitiatæ fuerint, *sicut est in margine Concilii Moguntini. In tribus autem Conciliorum editionibus Coloniensibus, ac duobus Parisiensibus legitur:* Quòd si semetipsas pœnituerit, quòd infirmitate, &c.

1 ¶ Toto] *Abest hæc dictio ab aliquot vetustis Gratiani, & vetere editione Conciliorum Coloniensi, duabus Parisiensibus, & duobus codicibus Vaticanis.*

4 ¶ Abstinuerint,] *In omnibus Conciliorum editionibus, & duobus codicibus Vaticanis, ac Lucensi Regio sequuntur hæc verba.* eò quòd lapsæ potiùs videantur: *quæ tamen absunt à Concilio Moguntino.*

C. XXVI. ¶ *Cogatur ad pœnitentiam filia Clerici, si devota maritum duxerit.*

Item ex Concilio Martini a Bracharensis, *c. 30.*

DE filia Episcopi, vel Presbyteri, sive Diaconi, si devota fuerit, & maritum duxerit, si eam pater, vel mater in affectum receperint, à communione habeantur alieni. Pater verò in concilio causas se noverit præstaturum. Mulier verò non admittatur ad communionem, nisi marito defuncto egerit pœnitentiam. Si autem vivente eo recesserit, & pœnituerit, vel petierit communionem, in ultimo fine vitæ deficiens eam accipiat.

C. XXVII. ¶ *Devota, nisi desierit peccare, non est in Ecclesia recipienda.*

Item ex Concilio Toletano I. *b c. 16.*

DEvotam peccantem non recipiendam in Ecclesia censemus, nisi peccare desierit, & si desinens pœnitentiam egerit aptam annis decem, recipiat communionem. Priùs autem, quàm in Ecclesia recipiatur ad orationem, ad nullius convivium Christianæ mulieris accedat. Quòd si admissa fuerit, etiam hæc, quæ eam receperit, habeatur abstenta 1. Corruptorem etiam par pœna constringat. Quæ autem maritum acceperit, non admittatur ad pœnitentiam, nisi aut adhuc ipso vivente marito castè vivere cœperit, aut postquam ipse decesserit.

1 ¶ Abstenta.] *Sic emendatum est ex recentioribus Conciliorum editionibus, codice Regio Lucensi, & Martino Bracharensi, cap. 31. qui caput hoc reperit: quamvis in vetere editione Coloniensi unius tomi, duabus Parisiensibus, & duobus codicibus Vaticanis sit,* in absentia: *quemadmodum etiam in quamplurimis scriptis Gratiani exemplaribus.*

C. XXVIII. ¶ *De Monacha, quæ ad lapsum adulterii deducitur.*

Item Gregorius *Januario Episcopo Caralitano, lib. 1. epist. 9.*

II. SI c qua Monacharum vel per anteriorem licentiam, vel per impunitatis pravam consuetudinem ad lapsum adulterii deducta fuerit, aut in stupri fuerit perducta voraginem, hanc post competentis severitatem vindictæ, in aliud districtius monasterium virginum in pœnitentia volumus redigi, ut illic orationibus atque jejuniis 1 vacet, & sic pœnitendo proficiat, & metuendum cæteris arctioris disciplinæ præstet exemplum. Is autem, qui cum hujusmodi fœminis in aliqua fuerit iniquitate repertus, communione privetur, si Laicus est: si verò Clericus, à suo quoque remotus officio, pro suis continuò lugendis excessibus in monasterium detrudatur.

1 ¶ Jejuniis] *In plerisque codicibus epistolarum legitur,* atque jejuniis, & sibi pœnitendo proficiat, &c. *Vetus tamen codex epistolarum Vaticanus & Ivo habent quemadmodum Gratianus.*

C. XXIX. ¶ *Post dignam pœnitentiam, communionem recipiant, qui in religiosas mulieres excedunt.*

Idem Januario Episcopo, lib. 3. epist. 24.

EOs autem, qui in prædictas mulieres, quæ egressæ sunt de monasteriis, excesserunt, & nunc dicuntur communione 1 suspensi, si fraternitas tua de tali facinore dignè pœnituisse prævideris, ad sacram communionem te volumus revocare.

1 ¶ Communione suspensi,] *Sic emendatum est ex plerisque vetustis Gratiani, & originali ipso, cùm autèm legeretur,* à communione suspendi.

C. XXX. ¶ *De legibus Imperatorum. Item ex novellis* Justiniani Imperatoris 4.

III. SI *b* quis rapuerit, vel solicitaverit, vel corruperit Assisteriam 1, vel Diaconissam, vel Monachan *c*, vel aliam mulierem, religiosam vitam vel habitum habentem, bona ipsius, & eorum, qui hujusmodi sceleris communione contaminati sunt, à religioso loco vendicentur, in quo talis mulier habitabat, per religiosos Episcopos, & œconomos, & præsides provinciarum, & officiales eorum, ipsi autem capitali periculo subjiciantur. Mulier autem ubique investigetur, & cum suis rebus monasterio cautiori tradatur. Sin autem Diaconissa fuerit legitimos habens filios, pars legitima liberis ejus legitimis præstetur.

1 ¶ Assisteriam,] *Omninò legendum est,* ascetriam, *ex novellis tam græcis, quàm latinis, Iuliano antecessore & Polycarpo: sed ob glossam non est mutatum.*

C. XXXI. ¶ *Mulieres castè observent religiosum habitum, quæ religionis obtentu velantur.*

Item ex decreto Eugenii Papæ II. *in Concilio Romano, c. 29.*

MUlieres *d* obtentu religionis velatæ, aut in monasterio regulariter vivant, aut in domibus suis susceptum habitum castè observent.

¶ *In Concilio, quod extat in Bibliotheca Vaticana, hæc sunt ipsa decreti verba:* Fœminæ verò, quæ habitum religiosum, aut velamen obtentu religiositatis susceperunt, cùm essent viri potentes, deinceps verò sociari non permittantur: sed eligentes monasteria, regulariter vivant, aut in domibus susceptum habitum castè observent.

C. XXXII. ¶ *Monachus uxorem ducens nunquam sacri gradùs sortiatur officium.*

Item ex Concilio Aurelianensi I. *c. 22. & 23.*

MOnacho orarium in monasterio, vel zonas habere non liceat. Et si posteà 1 uxori fuerit sociatus, tantæ prævaricationis reus nunquam Ecclesiastici gradùs officium sortiatur.

1 ¶ Posteà] *Sic in vetere editione Conciliorum Coloniensi, duabus Parisiensibus, & in duobus codicibus Vaticanis. Sed in recentioribus Coloniensibus legitur:* Et si posteà pellici, vel uxori.

C. XXXIII. ¶ *Ante professam continentiam nubant viduæ, quibus volunt.*

Item Augustinus *de bono viduitatis, c. 8.*

I. VIduæ, *e* quæ se non continent, nubant, antequam professæ 1 continentiam Deo voveant. Quod nisi reddant, jure damnantur.

1 ¶ Professæ] *Ita apud Ivonem quoque, & in Panormia. Sed apud B. Augustinum legitur,* antequam continentiam profiteantur, antequam Deo voveant.

C. XXXIV. ¶ *Non permittatur vidua post professionem continentiæ votum deserere.*

a *Ex Concil. Toletano 1. c. 19.* b *Et in capitulis Martini, c. 31. Capit. 14. c. 294.* c *Ivo p. 7. c. 113.*

a *Novella 123. c. 8. 4. apud Iulianum antecess.* b *Polyc. l. 4. tit. 38. Ivo part. 7. cap. 143.* c *al. monastriam.* d *Polyc. lib. 4. titul. 34. Burchard. lib. 8. cap. 54. Ivo p. 7. c. 52.* e *Ivo p. 7. c. 146. Pann. lib. 3. c. 200.*

Item Nicolaus *Carolo* 2 *Archiepiscopo, & ejus Suffraganeis.*

VIdua *b* quidem, quæ capiti sacrum velamen imposuit, si inter cæteras velatas fœminas in Ecclesia oraverit, & oblationes 1 cum illis obtulerit, si professa est, se in eodem habitu permanere, spondens nunquam religionis velamen deponere, à religionis observantia discedere non præsumat.

1 ¶ Oblationes] *In Concilio Vormacensi, apud Ivonem, & in Pannormia legitur*, oblationem: *sed glossa magis ferè convenit voci*, oblationes.

C. XXXV. ¶ *Professionem viduitatis coram Episcopo factam post habitum susceptum nulli violare permittitur.*

Item ex Concilio Araufico, *c.27.*

VIduitatis *c* servandæ professionem coram Episcopo in secretario habitam, impositâ coram 1 Episcopo veste viduali, non esse violandam: ipsam 2 talis professionis desertricem meritò damnandam esse decernimus.

1 ¶ Coram Episcopo] *Sic etiam apud exteros collectores. Sed in omnibus editionibus Conciliorum, & codicibus manuscriptis est*, à Presbytero.

2 ¶ Ipsam] *In vetere editione Cantiliorum Colonensi, duabus Parisiensibus, & duobus codicibus Vaticanis legitur*, ejus verò repudiatorem, vel ipsam, *& in Colonensi duorum ac trium tomorum in contextu est eadem lectio: in margine verò*, raptorem verò talium, vel ipsam, *quæ lectio in postremo quatuor tomorum editione in contextu posita est. Cæteri collectores habent quemadmodum Gratianus.*

C. XXXVI. ¶ *Modus & solemnitas faciendæ professionis hoc ordine servetur.*

Item ex Concilio Toletano X. *c.4.*

OMnes *d* fœminæ venientes ad sacram religionem pallio capita sua contegant, conscriptam, roboramque professionem faciant, post quam scripturam non sinantur relabi ad prævaricationis audaciam. ¶ Quæ verò ex his omnibus fuerint repertæ animum aut vestem in transgressionem dedisse, excommunicationis sententiam ferant: & rursùs mutato habitu in monasteriis, donec diem ultimum claudant, sub ærumnis arduæ pœnitentiæ maneant religatæ.

¶ *In quinto canone decimi Concilii Toletani primùm statuitur, ut fœminæ, quæ antea religiosâ veste erant indutæ, moneantur, & si parere noluerint, etiam vi cogantur in religiosa vita perseverare: & posteà subjungitur*: Omnes tamen hæ, seu venientes ad primam religionem, seu post transgressum resumentes iteratam conversionem, sicut præmissum est, & pallio capita contegant, & conscriptam, roboratamque professionis faciant scripturam, per quam ulteriùs non sinantur relabi ad prævaricationis audaciam. Quæ verò, &c. *Pannormia cætera habet, ut Gratianus, tantùm post vers.* faciant, *addit*, scripturamque.

C. XXXVII. ¶ *Filii perditionis sunt, qui violant corpora fœminarum Deo sacratarum.*

Item ex Concilio Arelatensi.

SCiendum *e* est omnibus, quòd Deo sacratarum fœminarum corpora per votum propriæ sponsionis, & verba Sacerdotis Deo consecrata esse templa, Scripturarum testimoniis comprobantur: & ideò violatores earum sacrilegi, & juxta *f.* Apostolum filii perditionis esse noscuntur.

C. XXXVIII. ¶ *De eodem.* PALEA. [Item.]

II. VIduæ *g*, si paiusquam continentiam profiteantur, nubere elegerint, illis nubant, quos propriâ voluntate voluerint habere maritos: similis conditio & de virginibus habeatur, nec extra voluntatem parentum, vel suam cogantur accipere maritos.

C. XXXIX. ¶ *In monasteriis recludantur Monachi uxoribus sociati.*

Item Gregorius *Anthemio Subdiacono, in epistola quadragesima libri primi.*

ETquia *a* aliquos Monachorum usque ad tantum nefas profiliisse cognovimus, ut uxores publicè fortiantur, sub omni vigilantia eos requiras, & inventos dignâ coërctione in monasteriis, quorum Monachi fuerant, retransmittas.

C. XL. ¶ *Post professam continentiam quisquis uxorem duxerit, ab ea separetur.*

Item Innocentius Papa II. *in Concilio Romano, c. 7. §.* ut lex.

UTlex *b* continentiæ, & Deo placens munditia in Ecclesiasticis personis, & sacris ordinibus dilatetur, statuimus, quatenus Episcopi, Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, regulares Canonici, Monachi, atque Conversi professi, qui sanctum transgredientes propositum, uxores sibi copulare præsumpserint, separentur. Hujusmodi namque copulationem, quam contra Ecclesiasticam regulam constat esse contractam, matrimonium non esse censemus. Qui etiam ab invicem separati, pro tantis excessibus condignam pœnitentiam agant. Idipsum quoque de Sanctimonialibus fœminis, si (quod absit) nubere attentaverint, observari decernimus.

His omnibus auctoritatibus voventes prohibentur contrahere matrimonia, & quidam eorum, si contraxerint, separari jubentur.

2 pars. Augustinus *contrà talium separationes peccatum esse asserit, ita dicens in libro de bono viduitatis, c.8.9. & 10.*

C. XLI. ¶ *Conjugia voventium non sunt dissolvenda.*

NUptiarum *c* bonum semper est quidem bonum, sed in populo Dei fuit aliquando legis obsequium, nunc est infirmitatis remedium, in quibusdam verò humanitatis solatium. Filiorum quippe procreationi operam dare, non canino more per usum promiscuum fœminarum, sed honesto ordine conjugali, non est in homine improbandus affectus: & ipsum tamen laudabiliùs transcendit & vincit cœlestia cogitans animus Christianus. Sed quoniam *d*, sicut ait Dominus, non omnes capiunt verbum hoc, quæ potest capere, capiat: quæ se non continet, nubat: quæ non cœpit, deliberet: quæ aggressa est, perseveret: nulla adversario detur occasio: nulla Christo subtrahatur oblatio. ¶ In *e* conjugali quippe vinculo, si pudicitia non conservatur, damnatio non timetur. Sed in virginali & viduali continentia, excellentia muneris amplioris expetitur: quâ expetitâ & electâ, & voti debito oblatâ, jam non solùm capessere nuptias, sed etiam si non nubant *f*, nubere velle damnabile est. Nam *g* ut hoc demonstraret Apostolus *h*, non ait, cùm in deliciis egerint, in Christo nubunt, sed [*nubere volunt, habentes* (inquit) *damnationem, quoniam primam fidem irritam fecerunt,*] etsi non nubendo, tamen volendo: non quia ipsæ nuptiæ, vel talium damnandæ judicentur: sed damnatur propositi fraus: damnatur fracta voti fides: damnatur non susceptio à bono inferiore, sed ruina ex bono superiore. Postremò damnantur tales, non quia conjugalem fidem posteriùs inierunt, sed quia continentiæ primam fidem irritam fecerunt. Quod ut breviter insinuaret Apostolus, noluit eas dicere habere damna-

---

a *Habetur in Concilio Vormacensi, c. 21.* b *Ivo p. 7 c.145. Pann. l.3. c.199.* c *Burch. l.3. c.43. Ivo p.7. c.61. Pann. l.3 c.201.* d *Pann. l.3. c.202.* e *Burch. l.8. c.51. Ivo p.7. c.69. Pann. l.3. c.207.* f *2. Thess.2.* g *Infr. 32. q.2. hoc sanctum. ex Concilio Toletano III. c. 10. Ivo p.1. c.18. & 19.*

a *Ivo p.7. c.122.* b *Pann. l.8. c.143.* c *Sent. 4. distinct 38.* d *Matth.19.* e *Beda 1. Timoth.5. & sibi glossa.* f *al. subaud.* g *Sup. dist.27. c. vovemib. & 27. q.1. cod. cap.* h *1. Tim.5.*

tionem,

tionem, quæ post amplioris sanctitatis propositum nubunt: non quia non damnentur, sed ne in eis ipsæ nuptiæ damnati putarentur: sed cùm dixisset, [*nubere volunt,*] continuò addidit, [*damnationem habentes,*] & dixit, quare: [*quoniam primam fidem irritam fecerunt:*] ut voluntas, quæ à proposito cecidit, appareat esse damnata, sive subsequantur nuptiæ, sive desint. ¶ Proinde, qui *a* dicunt talium nuptias non esse nuptias, sed potiùs adulteria, non mihi videntur satis acutè ac diligenter considerare quid dicant. Fallit eos quippe similitudo veritatis. Quia enim Christi conjugium dicuntur eligere, quæ Christianâ sanctitate nubunt 1, *b* hinc argumentantur quidam, dicentes: Si viro suo vivo, quæ aliteri nubit, adultera est, sicut ipse Dominus in Evangelio diffinit 4, vivo ergò Christo, cui mors ultrà non dominabitur, quæ conjugium ejus elegerit, si homini nubit, adultera est. ¶ Qui hoc dicunt, acutè quidem moventur, sed parùm attendunt, hanc argumentationem quanta rerum sequatur absurditas. Cùm enim laudabiliter etiam vivente viro, ex ejus consensu continentiam fœmina Christo voveat, jam secundum istorum rationem nulla hoc facere debet, ne ipsum Christum (quod sentire nefas est) adulterum faciat, cui vivente viro nubit. Deinde *d* cùm primæ nuptiæ melioris sint meriti, quàm secundæ, absit, ut sanctarum viduarum iste sit sensus, ut Christus eis videatur quasi secundus maritus. Ipsum enim habebant & anteà (quando viris suis fideliter subditæ serviebant) non carnaliter, sed spiritualiter virum, cui Ecclesia ipsa, cujus membra sunt, conjunx est: quæ fidei, spei, & charitatis integritate non in solis virginibus sacris, sed etiam viduis, & conjugatis fidelibus, tota virgo est. Universæ quippe Ecclesiæ, cujus illæ membra sunt, Apostolus dicit: [*Aptavi e vos uni viro virginem castam exhibere Christo.*] Novit autem ille virginem conjugem sine corruptione fœtare, quem in ipsa etiam carne potuit mater sine corruptione procreare. ¶ Fit autem per hanc minùs consideratam opinionem, quâ putant lapsarum à sancto proposito fœminarum, si nupserint, non esse conjugia, non parvum malum, ut à maritis separentur uxores, quasi adulteræ sint, non uxores: & cùm volunt illas separatas reddere continentiæ, faciunt maritos earum adulteros veros, cùm suis uxoribus vivis alteras duxerint. ¶ Quapropter non possum quidem dicere, à proposito *f* meliore lapsas, si nupserint, fœminas, adulteria esse, non conjugia: sed planè non dubitaverim dicere, lapsus & ruinas à castitate sanctiore, quæ vovetur Deo, adulteriis esse pejores. Si enim (quod nullo modo dubitandum est) ad offensionem Christi pertinet, cùm membrum ejus fidem non servat marito, quantò gravius offenditur, cùm illi ipsi non servatur fides in eo, quod exigit oblatum, qui *g* non exegerat offerendum? Cùm enim quisque non reddit, quod non imperio compulsus, sed consilio commonitus vovit, tantò magis fraudati voti auget iniquitatem, quantò minùs habuit vovendi necessitatem.

1 ¶ Nubunt,] *In aliquot vetustis, & originali legitur,* non nubunt, *& utraque lectio videtur ferri posse. Multa verò alia ex ipso beato Augustino sunt emendata.*

C. XLII. ¶ *De viduis, quæ primam fidem irritam fecerunt.*

Item Gelasius *in epistola ad Episcopos Lucaniæ & Brutiorum, cap. 23.*

DE viduis *b* sub nulla benedictione velandis superiùs latè, sufficienterque prædiximus. ¶ Quæ, si propriâ voluntate professam pristini conjugii castitatem mutabili mente calcaverint, periculi earum intererit, quali Deum debeant satisfactione placare: quia juxta Apostolum *a*, primam fidem irritam fecerunt. Sicut enim si se forsitan continere non poterant, secundùm Apostolum *b* nubere nullatenùs vetabantur, sic habitâ secum deliberatione, promissam Deo pudicitiæ fidem debent custodire. Nos autem nullum talibus laqueum debemus injicere, sed solùm adhortationes præmii sempiterni, pœnasque proponere divini judicii: ut & nostra sit absoluta conscientia, & illarum pro se rationem Deo reddat intentio. ¶ Cavendum est quippe, quod de earum moribus, actibusque B. Paulus Apostolus *c* testatur. Quod plenius exponere præteritus, ne sexus instabilis non tam detineri, quàm admoneri videatur.

C. XLIII. ¶ *De eodem.*

Item Theodorus *d.*

IV. SI quis votum virginitatis habens, &c.

Quòd autem voventes præmissa auctoritatibus jubentur ab invicem discedere, quorum verò conjugia auctoritatibus Augustini & Theodori e solvenda non sunt, in capitulo de ordinatione Clericorum evidenter ostenditur. Illud autem Innocentii f, quo virgines sacræ publicè nubentes, illo vivente, cui se conjunxerant, prohibentur admitti ad pœnitentiam, non ita intelligendum est, ut aliquo tempore excludantur à pœnitentia, quæ dignè pœnitentiam agere voluerint: sed prohibentur admitti ad pœnitentiam, quæ ab incesti copula discedere noluerint. Post propositum namque sacræ religionis non potest Deo per pœnitentiam reconciliari, quæ ad habitum suæ professionis redire neglexerit. Tunc enim ille, cui se junxerat, ei defunctus erat, cum ab illius illicitis amplexibus hæc pœnitùs recesserit: ut ipse sit sensus capituli: [Quæ *g* Christo spiritualiter nubunt, si posteà publicè nupserint, non eas admittendas esse ad pœnitentiam censemus, nisi hi, quibus se junxerant, de mundo recesserint,] *ei, subaudiendum est, subentibus. Tunc enim viri de mundo recedunt, tunc defunguntur, cùm ab eorum concupiscentia ipsa penitùs se alienaverint: sicut mundus ei dicitur mortuus, quem sibi illecebris non adstringit, & ille perhibetur mortuus mundo, qui nihil in mundo mundi concupiscit. Hoc autem sic intelligendum esse, ex subsequenti exemplo idem Innocentius ostendit* h, *dicens:* [Quæcunque *i* viro vivente alteri nupserit, adultera habeatur: nec ei agendæ pœnitentiæ locus concedatur, nisi unus ex his fuerit defunctus.] *Hoc de derelicta intelligendum est, quæ si vivente viro suo alteri nubat, adultera est: nec ad pœnitentiam admittitur, nisi vel primus revertatur in pulverem,* k *de quo sumptus est, vel secundus ab ejus copula cessando, ei moriatur, ut dictum est suprà. Quia ergò Christus, cui spiritualiter nubunt, jam non moritur, mors* l *illis ultrà non dominabitur, restat, ut ille, cui secundò nubunt, eis moriatur. In utroque autem, nisi sic intelligeretur, esset contrarius Domino dicenti per Prophetam:* m [In quacunque hora peccator conversus fuerit, &c.] *& cunctis interpretibus divinæ legi inveniretur adversus. Probatur illud idem auctoritate illius capituli, quo devota* n, *quæ maritum acceperit, prohibetur ad pœnitentiam admitti, nisi vel uterque continentiam professus fuerit, vel ille, cui se junxerat, de hoc mundo decesserit.*

QUÆSTIO II.

1 SEquitur secunda quæstio, quâ quæritur, an puellæ alteri desponsatæ possint renuntiare priori conditioni, & transferre sua vota ad alium?

1 *Hic primùm videndum est, an conjugium sit inter eos?*

2 *Secundò, an possint ab invicem discedere?*

Eas o *autem conjuges esse, & ex diffinitione conjugii, &*

a *Suprà dist. 27. quidam.* b *al. non nubunt.* c *Matth. 19. Roman. 6.* d *Beda 1. Corinth. 7.* e *2. Corinth. 11.* f *Suprà eâd. meliore,* g *al. quod.* h *Polyc. l. 4. tit. 34. Burch. l. 2. c. 34. Ivo p. 7. cap. 53.*

a *1. Tim. 5.* b *1. Cor. 7.* c *1. Tim. 5.* d *Suprà dist. 27. cap. si vir.* e *dicto c. si vir.* f *sup. eâd. quæ Christo.* g *sup. eâd. quæ Christo.* h *ex glossa ord.* i *Gal. 6.* k *Gen. 4.* l *Rom. 6.* m *Ezech. 33.* n *sup. eâd. devotam.* o *Sent. 4. dist. 27. Ivo p. 8. c. 1. Paul. l. 6. c. 1.*

auctoritate multorum facile probatur. Sunt enim nuptiæ, sive matrimonium, viri, mulieris, conjunctio, individuam vitæ consuetudinem retinens. Inter hos autem fuit conjunctio, quæ individuam vitæ consuetudinem exigebat. Fuit enim inter eos consensus, qui est efficiens causa matrimonii, juxta illud Isidori: a [Consensus facit matrimonium.] *Item* Joannes Chrysostomus, *b* [*id est, auctor operis imperfecti, homil. 32. in Matthæum.*]

C. I.

MAtrimonium *c* quidem non facit coitus, sed voluntas: & ideò non solvit illud separatio corporis, sed separatio voluntatis. Ideò qui dimittit conjugem suam, & aliam non accipit, adhuc maritus est. Nam etsi jam corpore separatus est, tamen adhuc voluntate conjunctus est. Cùm ergò aliam acceperit, tunc eam plenè dimittit. Non ergò qui dimittit, mœchatur, sed qui alteram ducit.

C. II.

Item Nicolaus Papa *ad consulta Bulgarorum, cap. 3.*

SUfficiat *d* secundùm leges solus eorum consensus, de quorum conjunctionibus agitur. Qui consensus si in nuptiis solus fortè defuerit, cætera omnia etiam cum ipso coitu celebrata frustrantur.

¶ *Emendatum est caput hoc ex ipsis Nicolai responsis.*

Cum ergò inter istos consensus intercesserit, qui solus matrimonium facit, patet hos conjuges fuisse. Sed quæritur, quis consensus facit matrimonium, an consensus cohabitationis, an carnalis copula, an uterque? Si cohabitationis consensus matrimonium facit, tunc frater cum sorore matrimonium poterit contrahere: si carnalis copula, inter Mariam & Joseph non fuit conjugium. Voverat enim Maria se virginem perseveraturam. Unde ait Angelo: e [Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?] *id est, me non cognituram proposui. Nec enim quia tunc virum non cognoscebat, necesse erat inquirit, quomodo posset filium habere, sed quia nunquam se cognituram proposuerat. ¶ Si ergò contra suum propositum postea consensit in carnalem copulam, rea fuit voti virginalis, mente, etsi non opere* f *violati. Quod de ea sentire nefas est: sicut* Augustinus *ait.*

C. III.

BEata Maria *g* proposuit se servaturam votum virginitatis in corde, sed ipsum votum virginitatis non expressit ore: Subjecit se divinæ dispositioni, dum proposuit se perseveraturam virginem, nisi Deus aliter ei revelaret. Committens ergò virginitatem suam divinæ dispositioni, consensit in carnalem copulam, non illam appetendo, sed divinæ inspirationi in utroque obediendo. Postea verò filium genuit, & quod corde conceperat, simul cum viro labiis expressit, & uterque in virginitate permansit *h*. ¶ Consensus ergò cohabitandi, & individuam vitæ consuetudinem retinendi interveniens, eos conjuges fecit. Individua verò vitæ consuetudo est, talem se in omnibus exhibere viro, qualis ipsa sibi est, & è converso. Ad individuam itaque consuetudinem pertinet, absque legitimi consensu viri & orationi aliquando non posse vacare, nec continentiam profiteri. Quia ergò iste consensus fuit inter eos, patet eos conjuges fuisse.

¶ *Caput hoc in vetustis exemplaribus, conjunctum est superiori: & videtur à collectore ex variis locis S. Augustini, potissimum ex libello de virginitate confectum.*

C. IV. PALEA.

Joannes Chrysostomus, [*id est, auctor operis imperfecti, hom. 32. in Matthæum.*]

OMnis *a* res per quascunque causas nascitur, per easdem *b* dissolvitur. Matrimonium *c* enim non facit coitus, sed voluntas: & ideò non solvit illud separatio corporis, sed separatio voluntatis. Ideò, qui dimittit conjugem suam, & aliam non accipit, adhuc maritus est. Nam etsi corpore jam separatus est, tamen adhuc voluntate conjunctus est. Cum ergò aliam acceperit, tunc planè dimittit. Non ergò qui dimittit, mœchatur, sed qui alteram ducit.

¶ *Palea hæc est in multis vetustis codicibus. Instum verò usq; ad vers.* Matrimonium, *est regula prima de regulis juris, quæ est in Decretalibus. Verba autem homilia trigesimæ secundæ sunt hæc:* omnis res, per quas causas nascitur, per easdem absolvitur. Matrimonium, &c.

Item auctoritate probantur esse conjuges.

C. V. ¶ *Conjugalis pactio, non virginitatis defloratio conjugium facit.*

Ait enim Ambrosius *in libro de institutione virginis, c. 6.*

I. CUm initiatur *d* conjugium, tunc conjugii nomen adscisitur. Non enim defloratio virginitatis facit conjugium, sed pactio conjugalis. Denique cùm jungitur puella, conjugium est, non cùm viri *e* admissione cognoscitur.

C. VI. ¶ *A prima fide desponsationis conjuges verius appellantur.*

Item Isidorus *Etymologiarum libro nono, cap. 7.*

COnjuges *f* verius appellantur à prima desponsationis fide, quamvis adhuc ignoretur inter eos conjugalis concubitus.

C. VII. PALEA.

QUòd conditio interposita non valeat, ex Concilio Africano probatur.

¶ *Palea hæc abest ab omnibus collatis exemplaribus, duobus exceptis: in quorum altero emendatore ponitur tanquam summa sequentis capitis. In neutro autem ad finem capitis præcedentis erant verba illa,* Item ex Concilio Africano, *& ideò sublata sunt.*

C. VIII. ¶ *De eodem.* PALEA.

QUicunque sub *g* conditionis nomine aliquam desponsaverit, & eam postea relinquere voluerit, dicimus, quòd conditio frangatur, & desponsatio irrefragabiliter teneatur.

¶ *Hæc Palea etiam in Decretalibus titul. de conditionibus appositis c.* quicunque, *& in collectione in quinquaginta partes divisa (quæ in tomis Conciliorum est post decreta Alexandri III.) part. 6. cap. 11. citatur ex Concilio Africano. Sed in eo, quod extat, non habetur.*

C. IX. ¶ *De eodem.*

Item Augustinus *de nuptiis & concupiscentia, lib. 1. c. 11.*

COnjunx *h* vocatur à *i* prima fide desponsationis, quam concubitu non cognoverat Joseph, nec fuerat cogniturus, nec perierat *k*, nec mendax manserat conjugis appellatio, ubi nec fuerat, nec futura erat ulla carnis commixtio. *& infrà.* ¶ Propter quod fidele conjugium parentes Christi vocari ambo meruerunt, non solùm illa mater, verùm etiam ille pater ejus, sicut conjunx matris ejus, utrumque mente, non carne.

¶ *Sic est restitutum ex Ivone: cùm anteà citaretur liber de bono conjugali.*

a *Infrà eâd. c. conjuges.* b *infr. eâd. c. omnes.* c *Sent. 4. dist. 27. Ivo p. 8. c. 233.* d *Sent. ibid.* e *Luc. 1.* f *al. corpore.* g *Sent. 4. dist. 30.* h *Hallensis magister.*

a *Ivo p. 8. c. 233.* b *al. ipsas*] *orig.* c *Sup. eâd. matrimonium. extra de reg. jur. c. 1.* d *Sententia 4. dist. 27. Anselm. lib. 1. Ivo p. 8. c. 1. Pann. l. 6. c. 14. Polyc. l. 6. tit. 4.* e *al. virtus*] *orig.* f *Sententia. c. 1. Pann. l. 6. c. 14. Polyc. l. 6. tit. 4.* e *al. virtus*] *orig.* f *Sententia. ibid. Ivo p. 8. c. 3. Pann. lib. 6. c. 11.* g *Extra de conditionibus appositis cap. quicunque.* h *Sent. ibid. Ivo p. 8. c. 14. Pann. l. 6. c. 16.* i *al. ex.*

k *al. pejerâsset.*

C. X. ¶ *Triplex bonum conjugii fuit in parentibus Christi.*

Item *in eodem lib. & capite.*

OMne itaque *a* nuptiarum bonum impletum est in illis parentibus Christi, proles, fides, sacramentum. Prolem cognoscimus ipsum Dominum Jesum: fidem, quia nullum adulterium: sacramentum, quia nullum divortium: solus ibi nuptialis concubitus non fuit, quia in carne peccati fieri non poterat sine illa pudenda carnis concupiscentia, quæ accidit ex peccato: sine qua concipi voluit, qui futurus erat sine peccato.

Item in Deuteronomio b *præcepit Dominus Moysi, dicens:* [Si quis sponsam alterius in agro oppresserit, morte moriatur: quia uxorem alterius violavit.] ¶ *Item in legibus Principum sponsa jubetur lugere mortem sponsi, tanquam viri sui.*

C. XI. ¶ *Frater sponsam fratris post ejus mortem ducere non potest.*

Item in canonibus *invenitur.*

1. SI *c* quis desponsaverit sibi aliquam, & præveniente mortis articulo eam cognoscere non potuerit, frater ejus non potest eam ducere in uxorem.

C. XII.

Item Gregorius *Mauritio Imperatori, ob quendam Comitem, qui nepotis sui mortui desponsatam duxit uxorem.*

QUi *d* desponsatam puellam proximi sui acceperit in conjugium, anathema sit ipse, & omnes consentientes: quia secundùm legem Dei mori decernitur. ¶ Nam divinæ legis est mos, sponsos appellare conjuges, ut in Evangelio: *e* [*Accipe Mariam conjugem tuam.*] Et illud in Deuteronomio: *f* [*Si quis cujuslibet hominis desponsatam puellam in agro, vel in quolibet loco oppresserit, vel abduxerit in domum suam, moriatur: quia uxorem proximi sui violavit:*] non quæ jam uxor erat, sed quæ à parentibus uxor fieri debebat. *&* §. *g* ¶ Sicut nulli Christiano licet de sua consanguinitate, vel quam cognatus suus habuit, in matrimonium assumere; ita & de consanguinitate uxoris suæ.

¶ *Apud Anselmum ante hoc caput est hic titulus rubris literis descriptus,* Capitula B. Gregorii doctoris, de linea consanguinitatis edita. *Postea verò est hic alius titulus nigris literis descriptus:* Mauritio Imperatori ob delictum quendam Comitem, qui nepotis sui mortui desponsatam virginem duxit uxorem. *Deinde sequitur:* Qui desponsatam, &c.

C. XIII. ¶ *Uxore mortuâ licet viro aliam ducere, sed non repudiatam vel desponsatam.*

Item Hieronymus.

ADditur *h* aliud quartum conjugium legitimum. Dum mortua fuerit uxor cujuslibet, licet illi accipere aliam, sed non repudiatam, nec desponsatam viro, sed liberam: similiter debet & mulier. Unde & Paulus *i* ait: [*Mulier, quæ sub viro est, ligata est sub lege viri, quamdiu vivit vir ejus.*] Viro igitur vivente vocatur adultera, si juncta fuerit alii viro. Si autem mortuus fuerit vir ejus, liberata est à lege viri, ita ut non sit adultera, si conjuncta fuerit cum altero viro.

¶ *Ab Ivone ante hoc caput refertur c.* tria. §. 36. q. 2. *Neutrum tamen apud B. Hieronymum est inventum.*

C. XIV. ¶ *Post mortem alicujus nullus de ejus consanguinitate sponsam accipiat.*

Item Gregorius.

II. SI *k* quis uxorem desponsaverit, vel eam subarrhaverit, quanquam postmodùm præveniente die mortis ejus nequiverit eam ducere in uxorem, tamen nulli de consanguinitate ejus licet accipere eam in conjugio. Quòd si inventum fuerit factum, separetur omninò.

C. XV. ¶ *De eodem.*

Item Julius Papa.

III. SI *a* quis desponsaverit uxorem, vel subarrhaverit, & sive præveniente die mortis, sive irruentibus quibusdam aliis causis minimè eam cognoverit, neque ejus superstes frater, neque ullus de consanguinitate ejus eandem sibi tollat in uxorem ullo unquam tempore.

¶ *Sic est emendatum ex manuscriptis & Magistro. Nam in vulgatis erat,* Julianus. *In Polycarpo autem citatur,* ex Concilio Triburiensi à Julio Papa confirmato. *In quo titulo subest aliquod mendum.*

2 pars. *His omnibus auctoritatibus probantur isti esse conjuges. Sed* Augustinus *testatur contrà, dicens.*

C. XVI. ¶ *Non est inter eos matrimonium, quos non copulat commistio sexûs.*

NOn *b* est dubium illâm mulierem non pertinere ad matrimonium, cum qua commistio sexûs non docetur fuisse.

¶ *Caput hoc non est inventum apud B. Augustinum: & videtur summa seq. cap.*

C. XVII. ¶ *Illa mulier non pertinet ad matrimonium, cum qua non celebratur nuptiale ministerium.*

Item Leo Papa. *c*

CUm *d* societas nuptiarum ita à principio sit instituta, ut præter commistionem sexuum non haberent in se nuptiæ conjunctionis Christi & Ecclesiæ sacramentum; non dubium est illam mulierem non pertinere ad matrimonium, cum qua docetur non fuisse nuptiale ministerium.

¶ *In codicibus epistolarum Leonis impressis & manuscriptis in epist. 90. al. 92. ad Rusticum, c. 4. itemq; apud Burchardum & Ivonem longè aliter habet hic locus.* Cum societas, *inquit,* nuptiarum ita ab initio constituta sit, ut præter sexuum conjunctionem haberet in se Christi & Ecclesiæ sacramentum, dubium non est eam mulierem non pertinere ad matrimonium, in qua non docetur nuptiale fuisse mysterium. *Verùm ut respondeat verbis Gratiani, qui manifestè utitur hoc loco depravato, itemq; Magistri, & glossa, & posteriorum Doctorum, nihil est in textu mutatum.*

C. XVIII. PALEA.

[Benedictus *servus servorum Dei, Grandensi Patriarchæ salutem, &c.*]

LEx divinæ constitutionis Apostolicam cathedram *d* totius posuit orbis terrarum magistram, ut quicquid ubique locorum dubitatur, ab ea ratio ejusdem requiratur. Assatus est autem nos suis literis ejusdem cathedræ sessorem, ac percunctatus est quidem vestras *e* nomine Joannes, pro connubio filiæ suæ superstitis, cujus soror defuncta cuidam juveni, Stephano nomine, simplicibus verbis fuerat desponsata, & antequam ad nuptias perveniret, morte prævenita: utrùm scilicet cum eodem juvene possit matrimonium celebrari superstitis filiæ, nec ne. Namque testatus est hujus rei rationem apud vos haberi ambiguam. Quam Deo docente reddimus his verbis certissimam. Protoplastus ille, radix & origo nostra, detractam sibi costam in mulierem videns formatam, prophetico Spiritu inter alia protulit *f*: [*Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una.*] Quibus verbis innotuit non aliter virum & mulie-

a *Sentent. 4. distinct. 30. Ivo p. 8. c. 15. Pann. l. 6. cap. 30. Ibid. c. 12.* b *Deut. 22.* c *Inst. eâd. si quis.* d *Sent. 4. dist. 27. Anselm. l. 11. c. 93. Polyc. l. 8. tit. 4.* e *Lev. 20. Matth. 2.* f *Deut. 22.* g *Inst. 33. quæst. 2. nullum.* h *Ivo p. 8. c. 41. Pann. l. 6. c. 34.* i *Rom. 7.* k *Sent. ibid.*

a *Sent. ibid. Polyc. l. 8. tit. 4.* b *Sentent. 4. dist. 16. Pann. l. 6. c. 144.* c *Leo epist. 90. ad Rusticum, c. 4.* d *Sent. ibid. Burch. l. 9. c. 1. Ivo p. 8. c. 4. & 159. Pann. l. 6. c. 23. Cap. l. 7. c. 105.* d *al. sedem.* e *al. vir.* f *Genes. 2.*

rem posse fieri unam carnem, nisi carnali copulâ sibi cohæsent. Qui ergò nequaquam missus est extraneæ mulieri fœdere nuptiali, quo pacto per nuda sponsionis verba possunt una caro fieri, nullatenùs valemus intueri. Propinquitas enim sanguinis verbis dicitur, non verbis efficitur. Sed neque osculum parit propinquitatem, quòd a nullam facit sanguinis commistionem. Quoniam verò ita prorsus sese habet res Joannis istius, ut velit secundam filiam illi nuptiis copulare, cui primam jam decreverat desponsare; censurâ Apostolici 1 magistratûs mandamus, hoc absque ullius criminis vitio posse fieri, si utriusque 2 partis federit voluntati. Nam cur prohibeatur, quod prohibendum b nunquam sancta Scriptura declarat? Sed neque mundanæ leges connumeratis personis, quæ inter se nuptias non 3 contrahunt, de hujusmodi aliquid dicunt. Ne ergò abnegetis, quod negandum nullâ ratione docetis c.

¶ *Pàlea hæc habetur in plerisque manuscriptis. Est etiam in prima collectione Decretalium Bernardi Papiensis, & in altera collectione in quinquaginta partes divisa (quæ est inserta tomis Conciliorum post decreta Alexandri tertii) part 6 c. 27.*

1 ¶ Apostolici] *In tomis Conciliorum est*, censurâ Apostolicâ. *In collectione prima Decretalium*, censurâ Apostolici magisterii.

2 ¶ Si utriusque partis federit voluntati.] *Hæc non sicut in collectione Conciliis inserta.*

3 ¶ Non contrahunt,] *In aliquot vetustis, & in prima collectione Decretalium legitur*, nuptias contrahunt: *in altera autem collectione*, quibus inter se nuptias contrahere non licet.

Item Apostolus d *præcepit, ut uxor reddat debitum viro, & vir uxori, nisi fortè ex consensu ad tempus, ut expeditius vacent orationi. Unde datur intelligi, quòd sine consensu alterius non licet alteri vacare orationi.* ¶ *Item propositum melioris vitæ vir sumere non potest sine consensu uxoris, & è converso.*

C. XIX. ¶ *Causâ religionis conjugia solvi non debent.*

Unde Gregorius *scribit Theotistæ Patriciæ, lib. 9. epist. 29.*

SUnt e, qui dicunt religionis causâ conjugia debere dissolvi. Verùm sciendum est, quia etsi hoc lex humana concessit, lex tamen divina prohibuit. Per se enim Veritas f dicit: [*Quod Deus conjunxit, homo non separet.*] Qui etiam ait: [*Non licet dimittere uxorem, excepta causâ fornicationis.*] Quis ergò huic cœlesti legislatori contradicat? Scimus, quia scriptum est g: [*Erunt duo in carne una.*] Si ergò vir & uxor una caro sunt, & religionis causâ vir uxorem dimittit, vel mulier virum in hoc mundo remanentem, vel etiam fortasse ad illicita vota migrantem; quæ est ista conversio 1, in qua una eademque caro ex parte transit ad continentiam, & ex parte remanet in pollutione? Si *is* verò utrique conveniat continentem vitam ducere, hoc quis audeat accusare? quando certum est, quòd omnipotens Deus, qui minora concessit, majora non prohibuit. Et quidem 2 multos Sanctorum novimus cum suis conjugibus & priùs continentem vitam duxisse, & postmodum ad sanctæ Ecclesiæ regimina migrâsse. Duobus enim modis sancti viri etiam à licitis solent abstinere: aliquando, ut merita sibi apud Deum omnipotentem augeant: aliquando, ut anteactæ vitæ culpas detergant. &]. ¶ Proinde cùm boni conjuges aut meritum augere desiderant, aut anteactæ vitæ culpas delere; ut se ad continentiam adstringant, & meliorem vitam appetant, licet. Si verò continentiam, quam vir appetit, uxor non sequitur, aut quam uxor appetit, vir recusat, dividi conjugium non potest a: quia scriptum est b: [*Mulier potestatem sui corporis non habet, sed vir: similiter & vir potestatem sui corporis non habet, sed mulier.*]

1 ¶ Conversio,] *In originali est*, ista migratio, vel conversio.

2 ¶ Et quidem] *Hæc sunt restituta in suum locum, quæ antèa transposita fuerant inter vers.* licet. *& vers.* si verò.

C. XX. ¶ *Absque viri consensu monasterium mulier deputata ad ejus consortium non prohibetur redire.*

Idem *Leoni Episcopo Catanensi, lib. 3. epist. 34.*

MUltorum c relatione comperimus, hanc apud vos olim consuetudinem tenuisse, ut Subdiaconi suis licitè miscerentur conjugibus. Quod ne denùò quisquam præsumeret, à servo Dei, sedis nostræ Diacono, ex auctoritate nostri decessoris isto est modo prohibitum, ut eodem tempore hi, qui jam uxoribus fuerant copulati, unum ex duobus eligerent, id est, aut certè nullâ ratione ministrare præsumerent, aut à suis uxoribus abstinerent. Et, quantùm dicitur, Speciosus tunc Subdiaconus pro hac re ab administrationis se suspendit officio, & usque in obitûs sui tempus Notarii quidem gessit officium, & à ministerio, quod Subdiaconum oportuerat exhibere, cessavit. Post cujus obitum, quia relicta ejus Honorata est matrito sociata, à tua eam fraternitate in monasterio cognovimus destinatam. Ideoque si, ut fertur, ejus se maritus ab administratione suspendit, antedictæ mulieri non debet officere, quòd ad secundam conjugii copulationem migravit: præsertim, si non tali mente Subdiacono juncta est, ut à carnis voluptatibus abstineret. Si ergò ita se veritatem, quemadmodum edocti sumus, habere cognoscis, prædictam te mulierem de monasterio per omnia convenit relaxare, ut ad suum maritum sine aliqua possit formidine remeare.

C. XXI. ¶ *Ad uxorem redire nequit, qui sine ejus consensu religiosam vestem suscepit.*

Idem *Hadriano Pannormitano Notario, lib. 9. epist. 44.*

AGathosa d latrix præsentium questa est, maritum suum contra voluntatem suam in monasterio Urbici Abbatis esse conversum. Quod quia ad ejusdem Abbatis culpam & invidiam non est dubium pertinere, experientiæ tuæ præcipimus, ut diligenti inquisitione discutiat, ne fortè cum ejus voluntate conversus sit, vel ipsa se mutare promiserit. Et si hoc repererit, & illum in monasterio remanere provideat, & hanc, sicut promisit, mutare compellat. Si verò nihil horum est, nec quondam e fornicationis crimen (propter quod viro licet dimittere f uxorem) prædictam mulierem commisisse cognoveris, ne illius conversio uxori relictæ in sæculo fieri possit perditionis occasio, volumus, ut maritum suum illi, etiamsi jam tonsuratus est, reddere debeas, omni excusatione cessante: quia etsi mundana 1 lex præcipit conversionis gratiâ utrolibèt invito posse solvi conjugium, divina tamen lex fieri non permittit. Nam, exceptâ fornicationis causâ, vir uxorem dimittere nullâ ratione conceditur: quia postquam copulatione conjugii, viri atque mulieris unum corpus efficitur, non potest ex parte converti, & ex parte in sæculo remanere.

1 ¶ Mundana] *Habetur novellâ 123. cap. 38. ut est divisa apud Iulianum.*

a *al.* quia. b *al.* prohibitum. c *al.* monstratis. d *1 Cor. 7.* e *Sentent. 4. dist. 27. Ans. l. 10. c. 18. Ivo p. 8. c. 129. Pann. l. 6. cap. 72.* f *Matth. 19.* g *Gen. 2.* h *abest à plerisq; cod.*

a *al.* licet. b *1 Cor. 7.* c *32. dist. c. multorum. Ans. l. 7. cap. 138. Polyc. l. 4. tit. 31.* d *Sent. ibid. Ans. l. 10. c. 19. Burch. l. 9. c. 41. Ivo p. 8. c. 180. Pann. l. 6. c. 84. Polyc. l. 6. tit. 3.* e *al.* quoddam. f *al.* relinquere.

C. XXII. ¶ *Sine consensu uxoris religionis propositum vir sumere non potest.*

Item ex 8. Synodo.

IV. SI a quis 1 conjugatus vult converti ad monasterium, non est recipiendus, nisi priùs à conjuge castimoniam profitente fuerit absolutus. Nam si illo vivente illa per incontinentiam alteri nupserit, procul dubiò adultera erit. Nec recipitur apud Deum ejus viri conversio, cujus sequitur conjugalis fœderis prostitutio. Tales igitur tunc sine culpa sequuntur Christum relicto sæculo, si habeant ex pari voluntate castitatis consensum.

1 ¶ Si quis conjugatus] *Hæc usq; ad vers.* Nam si illo, *habentur apud B. Basilium in regulis fusius disputatis, cap. 12. Burchardus quidem, Polycarpus & Ivo part. 8. c. 183. citant eorum hoc caput ex dictis Basilii. Idem verò Ivo c. 220. & auctor Pannormiæ citant epistolam Alexandri II. Landulpho scriptam: in qua hoc idem ex B. Basilio refertur. Et pars prior illius epistolæ refertur infrà 33. q. 5.* notificâsti.

C. XXIII. ¶ *Sine consensu Episcopi viro & uxori causâ religionis divertere non licet.*

Item ex Synodo Eugenii Papæ II. *in Synodo Romana, c. 36.*

SI vir & b uxor divertere pro sola religiosa inter se consenserint vita, nullatenùs sine Episcopi conscientia fiat, ut ab eo singulariter provisò constituantur loco. Nam uxore nolente, aut altero eorum, etiam pro tali re matrimonium non solvitur.

C. XXIV. ¶ *Sine uxoris voluntate viro continere non licet.*

Item Joannes Chrysostomus *homiliâ primâ in Psal. 10.*

SI tu abstines c sine uxoris voluntate, tribuis ei fornicandi licentiam: & peccatum illius tuæ imputabitur abstinentiæ.

¶ *Amèa citabatur Augustinus de adulterinis conjugiis: apud quem lib. 1. c. 9. habetur sententia, sed non verba, quare restituenda est titulus ex Ivone.*

C. XXV. ¶ *Vir non est suscipiendus in monasterium, nisi uxor convertatur.*

Item Gregorius *Urbico Abbati, libro quinto, epist. 49.*

QUia Agatho lator præsentium in monasterio dilectionis tuæ converti desiderat, hortamur, ut cum omni eum dulcedine, dilectioneque d suscipias. *& infrà.* ¶ Quem tamen ita suscipiendum esse cognosce, si & uxor illius similiter converti voluerit. Nam dum unum utrorumque corpus conjugii copulatione sit factum, incongruum est partem converti, & partem in sæculo remanere.

C. XXVI. ¶ *Continentia vota non licet uxoris suscipere, nisi eandem vitam vir ejus elegerit.*

Item Nicolaus Papa *Carolo Regi.*

SCripsit 1 e nobis Thietberga Regina, se Regiâ dignitate, vel maritali copulâ velle exui, & solâ vitâ privatâ esse contentam desiderare. Cui nos scripsimus non aliter hoc fieri posse, nisi eandem vitam conjunx ejus Lotharius elegerit. *& in altera epistola ad Lotharium Regem.* ¶ Nam 1 licèt sit scriptum: [*Quod* f *Deus conjunxit, homo non separet,*] Deus tamen, & non homo separat, quando divini amoris intuitu ex consensu utriusque conjugis matrimonia dissolvuntur. Aliter autem fieri mutuam separationem vestram prohibemus.

a *Sent. ibid. Polyc. ib. Ansel. l. 10. c. 20. Burch. l. 9. c. 45. Ivo p. 8. cap. 183. & 220. Pann. l. 6. c. 25.* b *Sent. ibid. Ivo p. 8. c. 127. Pann. l. 6. c. 79.* c *Sent. ibid. Ivo p. 8. c. 130. Pann. l. 6. c. 79.* d *al. devotione.* e *Sent. ibid. Ansel. l. 10. c. 21. Burch. lib. 9. c. 40. Ivo p. 8. c. 128. & 161. Pann. l. 6. c. 77.* f *Matth. 19.*

1 ¶ Scripsit] *Usq; ad vers.* elegerit. *sunt ex epistola Nicolai primi Carolo Regi scripta, cujus initium est:* Nunquam dolorem. *& extat in codice monasterii Dominicanorum.*

2 ¶ Nam licèt] *Hæc usq; ad finem sunt ex epistola ejusdem Nicolai scripta Lothario, cujus initium est:* Audito revertente misso nostro. *& extat in eodem codice.*

Ecce, quòd conjugati sine licentia a *alterutrius continentiam profiteri non possunt. Spensi verò etiam inconsulti, quas sibi desponsaverunt, exemplis & auctoritatibus probantur continentiam posse servare. Ut enim refert B. Hieronymus* b, *Macharius præpotens inter Christi Eremitas, celebrato nuptiarum convivio, cum vesperè thalamum esset ingressurus, ex urbe egrediens transmarina petiit, & eremi solitudinem sibi elegit.* ¶ *Item B. Alexius Euphemiani clarissimi filius, similiter ex nuptiis divinâ gratiâ vocatus, sponsam deseruit, & nudus Christo famulari cœpit. Horum exemplo patet, quòd sponsi sponsarum suarum non exquisito consensu, continentiam valent profiteri.*

C. XXVII. ¶ *Desponsata puella non prohibetur monasterium eligere.*

Probatur idem auctoritate Eusebii Papæ *dicentis.*

DEsponsatam c puellam non licet parentibus alii viro tradere: licet tamen illi monasterium sibi eligere.

C. XXVIII. ¶ *Desponsata impunè monasterium potest eligere.*

Item Gregorius *in regesto, lib. 6. epist. 29. ad Fortunatum.*

DEcreta legalia d desponsatam, si converti voluerit, nullo omninò censuerunt damno mulctari.

Cùm ergò conjugatorum continentia, nisi ex amborum consensu, Deo offerri non valeat, cùm vir e *sui corporis potestatem non habeat, sed mulier, sponsa autem monasterium possint eligere, & sponsi non exquisito consensu sponsarum propositum melioris vitæ assumere valeant, patet, quòd inter sponsum & sponsam conjugium non est. Item cùm secundùm* 1 *Augustinum* f *illa mulier non pertineat ad matrimonium, cum qua docetur non fuisse commissio sexûs. Item cùm secundùm Leonem* g *illa non pertineat ad matrimonium, cum qua non docetur fuisse nuptiale ministerium, apparet, quòd inter sponsum & sponsam conjugium non est. Item Nicolaus Papa* h *præcepit, de his, qui ab adversariis excæcantur, & membris detruncantur, ut ob hanc infirmitatem conjugia talium non solvantur. De his autem, qui causâ frigiditatis uxoribus debitum reddere non possunt, statuit Gregorius* i *Papa, ut uterq; eorum septimâ manu propinquorum tactu sacrosancta reliquias jurejurando dicat, quòd nunquam per commistionem carnis conjuncti una caro effecti fuissent: tunc mulier secundas nuptias poterit contrahere, vir autem, qui frigida natura est, maneat sine spe conjugii.*

1 ¶ Secundùm Augustinum] *Gratianus hîc repetit, quæ sup.* ¶ non est dubium. *& c. cùm societas. ex Augustino & Leone attulit valdè corrupta, ut ibi notatum est.*

C. XXIX. ¶ *Si mulier probaverit, quòd à viro suo nunquam cognita fuerit, separetur.*

Unde idem 1 *scribit Venerio Caralitano Episcopo, ita dicens.*

1 ¶ Idem] *Hoc idem caput infrà 33. quæst. 1. extatur ex Gregorio Ioanni Ravennati Episcopo: item usq; à Burchardo & Ivone, p. 8. c. 178. In Pannormia autem coprimitur,* Gregorius junior. *Sententia verò ipsa refertur ex Gregorio in Decretalibus tit. de frig. & maleficiat. cap. laudabiliter. & ab Ivone eâd. part. c. 80. ex Capitularibus, ubi habetur lib. 6. cap. 55.*

QUòd k autem interrogâsti de his, qui matrimonio juncti sunt, & nubere non possunt, si ille

a *al. consensi. Sent. ibid.* b *Lib 6. cap. 92.* c *Sentent. ibid. Ansel. lib. 10. c. 6. Burch. lib 8. c. 19. Ivo p. 7. c. 40.* d *Sentent. ibid.* e *1 Corinth. 7.* f *Sup. eâd. non dubium.* g *Sup. eâd. cùm societas.* h *Infr. 32. q. 7. his qui,* i *33. q. 1. requisisti.* k *Infr. 33. q. 1. tales. quòd autem. Sent. 4 dist. 34. Polyc. l. 6. tit. 4. Burch. l. 9. c. 40. Ivo p. 8. c. 80. & 178. Pann. l. 6. c. 115.*

aliam, vel illa alium possit accipere, de his ita scriptum 1 est: Vir & mulier, si se conjunxerint, & posteà dixerit mulier de viro, quòd non possit coire cum ea, si potest [per verum a judicium] probare quod verum sit, accipiat alium.

1 ¶ Scriptum] *Auctor glossæ hoc ait,* in Lombarda: & 33. q. 1. hoc eodem loco ait, primo libro capitulari Caroli scilicet in Lombarda. *Nunc habetur Capitul. l. 6. c. 53. additis in extremo his verbis:* eò quòd juxta Apostolum non potuit illi reddere suum debitum.

Ecce impossibilitas coeundi, si post carnalem copulam inventa fuerit in aliquo, non solvit conjugium. Si verò ante carnalem copulam deprehensa fuerit, liberum facit mulieri alium virum accipere. Unde apparet illos non fuisse conjuges, aliàs non liceret eis ab invicem discedere, exceptâ causâ fornicationis: & sic discedentes oportet manere innuptos, aut sibi invicem reconciliari. ¶ *Item si sponsa conjunx esset, mortuo sponso remaneret vidua. Si autem vidua esset, vir ejus ad sacros ordines conscendere non posset. Maritus enim vidua, aqua, sicut & bigamus, Sacerdos fieri prohibetur. Ex hujus autem copula nullus prohibetur à sacris ordinibus. Ut enim ait Pelagius Papa:* b [Nihil est (quantum ad hunc articulum attinet) quod ei obviet de canonicis institutis.] *Apparet ergò hos non fuisse conjuges.* ¶ *Item si conjuges essent, discessio ab invicem esset divortium. Sed horum separationem negat Ambrosius esse divortium, dicens de B. Maria, quam sibi Ioseph desponsaverat, & in suam duxerat:* c [Joseph 1 nunquam cognovit eam. Nam si vir justus eam cognovisset, nunquam à se discedere passus esset: nec Dominus, qui uxorem præceperat à viro non discedere, nisi causâ fornicationis, commendans eam discipulo, auctor divortii fuisset.] *Ecce commendatus Maria Ioanni, & detractis Ioseph negatur fuisse divortium, quia Ioseph non cognoverat eam. Unde apparet eos non fuisse conjuges. Si autem B. Maria, quam sibi Ioseph desponsaverat, & in suam duxerat, conjunx negatur fuisse, multo minùs ista, quæ simpliciter sponsa erat, conjunx est appellanda.*

1 ¶ Joseph] *Verba B. Ambrosii lib. 2. comment. ad c. 1. Luc. (quæ propiùs accedunt ad hunc locum, quàm quæ habentur l. 10. ad cap. 23.) sunt hæc:* Utique si convenissent, nunquam virum proprium reliquisset, nec vir eam justus passus esset à se discedere. Quomodo autem Dominus divortium præcepisset, cùm ipsius sit sententia, quia nemo debet dimittere uxorem, exceptâ causâ fornicationis?

C. XXX. ¶ *Sororem uxoris polluens, neutram valet habere.*

Item ex Concilio Aurelianensi I.

Qui dormierit *d* cum duabus sororibus, & una ex illis anteà uxor fuerit, neutram ex ipsis habeat, nec ipsi adulteri unquam in conjugio copulentur.

Id est, nec propria uxori sibi licet reddere debitum, quam sibi reddidit illicitam, sororem ejus cognoscendo. Nec etiam post mortem uxoris licet ei, vel adulteræ alicui copulari in conjugio.

1 ¶ Aurelianensi] *Hoc idem infrà 32. quæst. 7.* qui dormierit, *videtur citari, ex Concilio Magunt.no. Sed in nullo Aurelianensi aut Magunt.no est inventum: quemadmodum nec sequentia in Tribur.si.*

C. XXXI. ¶ *De eo, qui dormivit cum sponsa fratris sui.*

De sponsa verò contrà legitur in Concilio Triburiensi.

Quidam *e* desponsavit uxorem, & dotavit eam, & cum ea coire non potuit: quam clanculò frater ejus corrupit, & gravidam reddidit. Decretum est, ut quamvis nupta esse non potuit legitimo viro, desponsatam tamen fratri frater habere non possit: sed mœchus & mœcha fornicationis quidem vindictam sustineant, licita verò conjugia eis non negentur.

C. XXXII. ¶ *Si quis sponsam filii sui oppresserit, simul cum ea sine spe conjugii maneat.*

Item ex eodem.

Si quis *a* sponsam filii sui oppresserit, & posteà filius ejus eam duxerit, pater postmodùm non habeat uxorem, nec mulier virum. Filius, qui patris facinus ignoravit, aliam accipiat.

Si illa, quam vir fratris sui cognoverit, perpetuò copulari prohibetur, hic verò, qui sponsam fratris sui corrupit, peractâ pœnitentiâ matrimonium contrahere permittitur, apparet hanc non fuisse conjugem fratris ejus. ¶ *Item mulier causâ fornicationis à viro submissa, aut ei reconciliabitur, aut eo vivente innupta manebit. De sponsa verò contrà inventur in primo libro Capitular. c. 105. & l. c. 183. quibus locis sic legitur.*

C. XXXIII. ¶ *Si sponsus raptam recipere noluerit, liceat sibi alii nubere.*

Raptor *b* pœnitentiâ publicâ mulctetur. Rapta verò, si eam sponsus recipere noluerit, & ipsa eidem crimini consentiens non fuerit, licentia nubendi alii non negetur.

C. XXXIV. ¶ *De eodem.*

Item ex Concilio Toletano.

Statutum *c* est à sacro conventu, ut si quis sponsam alterius rapuerit, publicâ pœnitentiâ mulctetur, & sine spe conjugii maneat. Et si ipsa eidem crimini consentiens non fuerit, licentia nubendi alii non negetur. Quòd si post hæc conjungere se præsumpserint, utrique usque ad satisfactionem 1 anathematizentur.

¶ *In nullo Toletano Concilio inventum est. Sed fere eadem leguntur in Concilio Rhemensi Trosleiano, & lib. 1. Capitul. cap. 101 & lib. 7. c. 213. in legibus Langobard. lib. 1. tit. de rapt. mul. l. 12.*

1 ¶ Usque ad satisfactionem] *Hæc verba non sunt in Troleiano, neq; in Capitularibus, sunt tamen apud Burchardum & Ivonem, qui etiam citant Toletanum.*

3 pars. *Apparet* d *ergò hanc non fuisse conjugem, cui vivente sponsò, alteri nubendi licentia non negatur. Quomodo ergò secundum Ambrosium, & reliquos Patres, sponsa conjuges appellantur, & his omnibus argumentis conjuges non esse probantur? Sed sciendum est, quòd conjugium desponsatione initiatur, commissione perficitur. Unde inter sponsum & sponsam conjugium est, sed initiatum; inter copulatos est conjugium ratum.*

C. XXXV. ¶ *In desponsatione conjugium initiatur.*

Unde Ambrosius.

In. Cum initiatur *e* conjugium, conjugii nomen ascisciturr, non cùm puella viri *f* admissione cognoscitur.

¶ *Integer textus affertur sup. eâd.* cùm initiatur.

Ecce quod in desponsatione conjugium initiatur, non perficitur.

C. XXXVI. ¶ *Conjunctorum commistio matrimonium perficit.*

Item Ambrosius *in lib. 1. de Patriarchis.*

In omni *g* matrimonio conjunctio intelligitur spiritualis, quam confirmat, & perficit conjunctorum commistio corporalis.

¶ *Caput hoc non est inventum apud Ambrosium, neq; sequens apud Hieronymum.*

C. XXXVII. ¶ *Matrimonium sponsali conventione initiatur, commistione perficitur.*

Item Hieronymus *super Abdiam Prophetam.*

Quapropter *h* in filiabus vestris fornicabuntur, & sponsæ vestræ adulteræ erunt.] Notandum est, quòd in filiabus dicit fornicationem futuram,

a *Absunt à capitulari.* b *Sent 4. dist. 27. Sup. dist. 34. c. ult.* c *Ambrosius ad c. 1. Luc. & de institutione virginum, c. 6. & 7.* d *32. q. 7. qui dormierit. Burch. l. 17. c. 3. Ivo p. 3. c. 89.* e *Burch. l. 17. c. 43. Ivo p. 3. c. 100.*

a *Sentent. 4. distinct. 27. Burch l. 17. cap. 11.* b *Ivo p. 3. cap. 11.* c *Sent. 4. dist. 27. Burch. l. 7. c. 37. Ivo p. 2. c. 171.* d *Sup. cum initiatur. & ¶. si quis desponsata. cum sequentibus.* e *Sup. eâd. cum initiatur. Ivo p. 3. c. 2.* f *al. virili.* g *Sent. 4. dist. 31.* h *Q. 4.*

& in conjugibus adulteria: quæ sponsali conventione initiantur, & commistione corporum perficiuntur.

C. XXXVIII. ¶ *Cum desponsata fuerit tradita, & in usum deducta, recte conjunx appellatur.*

Item Ambrosius *ad Paternum, epist. 66.*

SI quis *a* desponsatâ sibi, & traditâ utatur, ritè 1 conjugium vocatur.

1 ¶ Ritè] *Apud B. Ambrosium legitur*, utatur, conjugium vocat. *Sicut etiam apud Ivonem. Et quæ antecedunt, ac sequuntur, ostendunt aliam fuisse ipsius mentem, atq; Gratianus putaverit, & auctor Panormiæ.*

Quare autem post nuptialia pacta non statim tradantur sponsæ, Augustinus *in libro octavo confessionum, c.9. ostendit, dicens.*

C. XXXIX. ¶ *Quare sponsæ post pactum non statim tradantur.*

INstitutum est *b*, ut jam pactæ sponsæ non statim tradantur, ne vilem habeat maritus datam, quam non suspiraverit sponsus dilatam.

Iuxta hanc distinctionem intelligenda est illa auctoritas Augustini: c [Non dubium est illam mulierem non pertinere ad matrimonium, cum qua docetur non fuisse commistio sexûs.] *Ad* d *matrimonium perfectum, subintelligendum est, tale videlicet, quod habeat in se Christi & Ecclesiæ sacramentum. Ita & illud Leonis Papæ intelligendum est.* ¶ *Sed objicitur illud Augustini:* e [Inter Mariam & Joseph fuit perfectum conjugium.] *Sed perfectum intelligitur non ex officio, sed ex iis, quæ comitantur* f *officium conjugii, ex fide videlicet, prole, & sacramento. Quæ omnia inter Christi parentes fuisse auctoritate Augustini probantur. Cuncta ergò, quæ de non separandis conjugio inducta sunt, de perfecto intelliguntur, quod sponsalis conventione est initiatum, & officio corporalis commistionis est consummatum. Illa verò, quibus separabile conjugium ostenditur, de initiato intelliguntur, quod nondum officio sui perfectum est.* ¶ *Potest & aliter distingui. Sponsæ appellantur conjuges consuetudine Scripturæ spe futurorum, non effectu præsentium. Unde Ambrosius* g *cum dixisset,* [cùm initiatur conjugium,] *non addidit, tunc res, vel effectus, sed* [tunc nomen conjugii adsciscitur.] *ostendens tales conjuges nomen habere, non rem, vel effectum. Item Augustinus* h *cum de parentibus Domini loqueretur, ait:* [conjuges fuerunt mente, non carne, sicut & parentes.] *Ex quo datur intelligi, quòd sicut Ioseph Pater Domini dictus est non effectu genituræ, sed officio, & curâ providendi sic & conjunx matris ejus appellatur non conjugii effectu, sed subministratione necessariorum, & individuæ* i *mentis affectu. Hinc Augustinus ait:* k [Noli timere accipere Mariam conjugem tuam.] *conjugem nominavit, quia futura erat uxor. Hinc & Beda super Leviticum* l: [Si quis sponsam alterius violaverit, &c.] *sponsam uxorem dixit, non quia tunc erat, sed quia futura erat uxor. Hinc etiam* Hieronymus *super Matthæum in Evangelio* m: [Cùm esset desponsata.]

C. XL. ¶ *Consuetudine Scripturæ, sponsæ conjuges, & sponsi viri appellantur.*

GEnuit Joseph virum Mariæ.] ¶ Cùm virum audieris, suspicio tibi non subeat nuptiarum, sed recordare consuetudinis Scripturarum, quòd sponsi viri, & sponsæ vocentur uxores. & ℣. ¶ Non ab alio inventa est, nisi à Joseph: qui penè licentiâ maritali futuræ uxoris omnia noverat. & ℣. ¶ [*Ioseph fili David, &c.*] jam & suprà diximus sponsas uxores appellari, quòd plenius liber adversùs Helvidium docet.

C. XLI. ¶ *De eodem.*

Item *super Genesim.*

EGressus *a* itaque Loth, locutus est ad generos suos, qui accepturi erant filias suas.] In sequentibus filiæ Loth virgines esse dicuntur. Et ipse ad Sodomitas dixit: *b* [*Ecce duæ filiæ meæ, quæ non cognoverunt virum.*] Nunc autem dicitur, habuisse generos. Quidam arbitrantur eas, quæ viros habuerunt, in Sodomis periisse, & quæ virgines erant, cum patre exiisse. Sed Hebraica veritas habet: [*Egressus Loth locutus est ad sponsos* 1, *qui accepturi erant filias ejus.*] Necdum igitur virgines filiæ matrimonio fuerant copulatæ.

¶ *In hoc capite Gratianus retulit verba glossæ ordinariæ in cap. 19. Gen. ex Hieronymo.*

1 ¶ Sponsos,] *Sequebantur hæc,* suos, quod quidem magis verum esse videtur ex hoc quod sequitur, qui accepturi, &c. *quæ sunt expuncta, quia neq; apud B. Hieronymum, neq; in glossa ordinaria habentur. Ex iisdem verò addita sunt à vers.* Necdum, *usq; in finem, quoniam inde colligitur id, quod vult Gratianus.*

Unde datur intelligi, quòd Scriptura sponsos generos vocat.

C. XLII. ¶ *Maria conjunx dicitur more Scripturæ, cum simpliciter sponsa esset.*

Item Joannes *os aureum homiliâ quartâ ad c.1. Matth.*

PRiusquam convenirent.] ¶ Non dixit, priusquam in sponsi adduceretur domum. Hunc quippe morem servabat antiquitas, ut sponsæ in sponsorum domibus haberentur. Quod nunc quoque fieri interdum videmus. Ut *c* enim generi Loth apud socerum leguntur habitâsse, cum sponsis nondum sibi copulatis lege conjugii; sic habitabat etiam *d* Maria cum sponso. & ℣. ¶ Neque enim eam voluit de domo expellere, sed dimittere. & ℣. ¶ [*Noli* e *timere accipere Mariam conjugem tuam:*] Quo sermone sponsam similiter indicavit; sicut etiam eos, qui adhuc sponsi sunt, generos appellare Scriptura consuevit. Quid enim est [*accipere?*] domi professò retinere. Jam enim illam mente dimiserat. & ℣. Sicut enim postea illam commendavit Christus ipse discipulo, sic & nunc Angelus copulat sponso, non in fœdus solenne conjugii, sed in consortium communis habitaculi.

C. XLIII. ¶ *Dominus non commendâsset matrem discipulo, si eam Ioseph cognovisset.*

Idem *homiliâ 5. ad idem c.2. Matth.*

SI enim cognovisset eam, & loco habuisset uxoris, quomodo illam Dominus quasi absque solatio, & nihil penitus habentem, discipulo commendâsset, jubens *f* illi, ut eam reciperet in suam?

C. XLIV. ¶ *Maria uxor Ioseph appellatur, quia sic ab eo putabatur futura.*

Item Origenes *in eodem, homiliâ 1. Evang.*

INventa *g* est habens in utero.] A` B. Joseph, qui licèt eam non contingeret, futuræ tamen, ut putabatur, uxoris omnia noverat. & ℣. ¶ Si tibi uxor nominatur, si desponsata 1 tibi esse dicitur, non tamen tibi uxor est, sed Dei unigeniti electa mater est. & ℣. ¶ Dico conjugem propterea, ut diabolo virginitatem ejus occultem, & ut Judæorum pravitatem excludam, atque dejiciam, & ut legis institura non destruam. In consequentibus demonstrabo, quòd nec ista tua conjunx, secundùm consuetudinem conjugii habeatur, nec iste, qui generatur, tuus filius esse credatur.

1 ¶ Desponsata] *Sic est emendatum ex ipsa homilia. Antea legebatur*, & si in desponsatione uxor tibi esse dicitur. *Alia etiam nonnulla emendata & addita.*

a *Ivo p.2.c.101 Panor.l.6.c.17.* b *Sent.4.dist.27.Ivo part.2.c.93. Panor.l.6.c.16.* c *Sup. edd. non dubium.* d *Sup. edd. cum secretas.* e *Sup. edd. B.Maria.* f *al. comitantur conjugium.* g *Sup. edd.* h *Sup.edd. conjunx.* i *al. individuo.* k *sup. edd. conjunx.* l *Ad c.2.* m *Matth.1.*

a *Beda in quæstionibus in Genes. ex Hieron.* b *Genes. 19.* c *Genes. 19.* d *Matth. 2.* e *Capistius in homilia.* f *Ioan.19.* g *Capistius in homilia.*

C. XLV. ¶ *Ad nuptias Mariæ Ioseph non pervenit.*

Item Gregorius *in expositione Evangelii, homiliâ 26.*

Sic quippe a discipulum Dominus post resurrectionem suam dubitare permisit, nec tamen in dubitatione deseruit, sicut ante nativitatem suam habere Mariam sponsum voluit, qui tamen ad ejus nuptias non pervenit. Nam ita factus est discipulus dubitans, & palpans restis veræ resurrectionis, sicut sponsus matris fuerat custos integerrimæ virginitatis.

Ex his omnibus auctoritatibus apparet, sponsas conjuges appellari spe futurorum, non re præsentium. Quomodo ergo conjuges à prima fide desponsationis appellantur, si ista, quæ asseritur sponsa, conjunx esse negatur? Sed à prima fide desponsationis conjunx dicitur appellari, non quòd in ipsa desponsatione fiat conjunx, sed quia ex fide, quam ex desponsatione sibi invicem debent, posteà efficiuntur conjuges: sicut per fidem dicuntur remitti peccata, non quòd ante baptismum per fidem remittantur, sed quia fides est causa, quare in baptismo à peccatis emundamur. ¶ *Illud autem Ioannis Chrysostomi:* [Matrimonium b non facit coitus, sed voluntas.] *Item illud Ambrosii* c: [Non defloratio virginitatis, sed pactio conjugalis matrimonium facit.] *ita intelligendum est: coitus sine voluntate contrahendi matrimonium, & defloratio virginitatis sine pactione conjugali non facit matrimonium, sed præcedens voluntas contrahendi matrimonium, & conjugalis pactio facit, ut mulier in defloratione suæ virginitatis, vel in coitu dicatur unbere viro, vel nuptias celebrare.* ¶ *Item Syricius Papa* d *desponsionem sponsæ à sponso vocat conjugalem separationem.* ¶ *Sed talis discessio dicitur violatio conjugii non jam existentis, sed futuri, ut ex ipsa desponsatione sperabatur. Sic & diabolus dicitur cecidisse à beatitudine, non solum quam tunc habebat, sed etiam, ad quam habendam creatus erat.* ¶ *Sic qui merito suæ vitæ vel e scientiæ in Sacerdotem, vel Episcopum eligitur, si interim electionem suam cassari meruerit, dicitur amittere Sacerdotalem vel Episcopalem unctionem, non quam jam acceperat, sed ad quam accipiendam electus erat. Non ergò illâ auctoritate sponsa conjunx potest probari. Sed concedatur, quòd sponsa non sit conjunx, tamen quæritur, utrum liceat ei renuntiare priori conditioni?*

C. XLVI. ¶ *Puellæ desponsatæ prioribus reddendæ sunt, si eis raptæ fuerint.*

Hoc autem prohibetur auctoritate Ancyrani Concilii, *c. 11. in quo statutum sic legitur.*

Desponsatas f puellas, & post ab aliis raptas, placuit eruì, & eis reddì, quibus antè fuerant desponsatæ, etiamsi eis à raptoribus vis illata constiterit.

C. XLVII. ¶ *Communione privetur sponsa, nisi raptorem deserere, & ad sponsum suum redire voluerit.*

Item Joannes VIII. *Rostanno Archiepiscopo.*

Atho g præsentium lator, dum in nostro servitio fideliter excubaret, quendam virum fœminam sibi desponsatam conqueritur rapuisse. Et ideò fraternitas tua nostrâ auctoritate suffultâ, suffraganeos suos Episcopos præsentialiter convocet, & sic unanimi sententiâ, si sponsam huic raptor non reddiderit, tam idem, quàm rapta, si ad pristinum sponsum remeare noluerit, omni communione priventur.

1 ¶ Octavus] *Sic est restituendum ex plerisq; vetustis, & Ivone. In vulgatis erat,* Chrysostomus.

4 pars. *Sed aliud est priori conditioni renuntiare, & de nuptiis cum alio agere: aliud est rapi, hoc est, illicitè constuprari.*

C. XLVIII. ¶ *Quid sit raptus.*

Unde Isidorus *Etymolog. lib. 5. c. 26. ait.*

Raptus a est illicitus coitus, à corripiendo dictus: unde qui raptâ potitur, stupro fruitur.

Hæc autem non ab aliis rapta, sed alii desponsata monstratur.

C. XLIX. ¶ *Ibi raptus admittitur, ubi puella adducitur, de cujus antè nuptias nihil actum probatur.*

Raptam verò talem dici prohibet Gelasius Papa, *dicens.*

Lex b illa præteritorum Principum ibi raptum dixit esse commissum, ubi puella, de cujus antè nuptiis nihil actum fuerit, videatur abducta.

5 pars. *Quod autem in fine capituli subjungitur,* [etiam si eis à raptoribus vis illata constiterit,] *ideò additum est, quia raptarum alia se rapiendas exponunt, alia violenter abducuntur. Quolibet ergò modo rapiantur, priori reddenda sunt. Hæc autem, ut suprà dictum est, non inter raptas, sed inter alia desponsata connumeratur, & ideò* c *non est hujus auferenda, & priori reddenda. Sequuntur alia auctoritates, quibus ista prohibetur nubere sciendo, & jubetur redire ad priora vota.*

C. L. ¶ *Puellam alii desponsatam alter accipere non valet.*

Ait enim Syricius Papa *Hymerio Episcopo Tarraconensi, epist. 1. c. 4.*

De d conjugali violatione requisisti, si puellam alteri desponsatam alter in matrimonium possit accipere. Tale 1 ergò connubium anathematizamus, & modis omnibus, ne fiat, prohibemus: quia illa benedictio, quam nuptiarum Sacerdos imponit, apud fideles, cujusdam sacrilegii instar est, si ullâ transgressione violetur.

1 ¶ Tale ergò] *In epistolarum Syricii codicibus, & in ulticeeanorum, & apud cæteros collectores (præter Pannormiam.) & in capitular. Caroli Basilea impressis, lib. 1. c. ult. legitur:* Hoc ne fiat, modis omnibus inhibemus. *Sed quoniam in casu sacramentis anathematis, non est mutatum.*

Sed auctoritate hâc Syricii illa prohibetur ad secunda vota transire, quæ in propriam domum est ducta, & cum sponsa sua est velata & benedicta. Talium desponsatione violatur benedictio, quam nuptiarum Sacerdos imponit. Verum hanc necdum sponsa in suam duxerat, nec cum ea benedictionem acceperat. Non ergò hâc auctoritate hujusmodi copula prohibetur. ¶ *Item illud Eusebii Papæ:* [Desponsatam e puellam non licet parentibus alii viro tradere.] *similiter & de hujusmodi desponsata intelligitur, quæ videlicet cum sponsa est velata & benedicta.* ¶ *Item objicitur illud Gregorii* f: [Quæ propter frigiditatem à viro suo separata est, & alii nupta, si vir ejus aliam cognoverit, illa est detrahenda secundo, & reddenda primo.] *Sed eodem modo solvitur: quia ista videlicet cum illo benedictionem acceperat.*

[*Augustinus de fide pactionis, & consensûs.*]

¶ *Etiam in decretalibus tit. de sponsâ duor. c. 1. citatur ex Augustino, apud quem non est inventum.*

C. LI. ¶ *Si quis alicui mulieri consensûs fidem fecerit, non licet illa aliam ducere.*

PALEA.

Duobus modis dicitur fides, pactionis & consensûs. Si aliquis alicui muliesi fidem fecerit pactionis, non debet aliam ducere. Si aliam duxerit, pœnitentiam debet agere de fide mentita, maneat tamen cum illa, quam duxit. Non enim rescindi debet tantum sacramentum. Si autem fecerit fidem consensûs, non licet aliam ducere. Si autem duxerit, dimittit eam, & adhærebit priori.

Est autem fides pactionis, quando aliquis promittit fidem alicui, quòd eam ducet, si permiserit ei rem secum habere, vel

---

a Ioan. 20. b *Sup. eâd. matrimonium.* c *Sup. eâd. cùm initiatur.* d *Infr. c. de conjugali.* e al. & f *Ansl. l. 10. c. 8. Burch. l. 9. c. 36. Ivo p. 8. c. 176. Panorm. l. 6. c. 19.* g *Ivo p. 14. c. 84.*

a *36. q. 1. raptus. Ivo p. 3. c. 26. Pann. l. 6. c. 13.* b *Infr. 36. q. 2. lex illa. In codice Theod. lib. 3. tit. 24. de raptu virg. vel viduarum. leg. 1. Polyc. l. 6. tit. 4. Ansl. l. 10. c. 11.* c *Sup. desponsatas.* d *Pol. leg. 1. Polyc. l. 6. tit. 4. Ansl. ibid. Ansl. l. 10. c. 9. Burch. l. 9. c. 31. Ivo p. 8. c. 169. Pann. l. 6. c. 18.* e *Sup. eâd. desponsatam.* f *Infr. 33. q. 1. requisisti.*

etiam

etiam pro consensu. Fides autem consensûs est, quando etiamsi non stringat matrimonium, corde tamen & ore consentit ducere, & mutuò se concedunt unus alii, & mutuò se suscipiunt.

CAUSA XXVIII.

Quidam infidelis in coniugio positus ad fidem conversus est, uxor verò odio fidei Christianæ ab eo discessit. Ille quandam fidelem in uxorem accepit, quâ mortuâ Clericus efficitur. Tandem vita & scientia meritò in Episcopum eligitur.

1 *Hic primùm quæritur, an coniugium sit inter infideles?*
2 *Secundò, an liceat huic aliam ducere, priore vivente?*
3 *Tertiò, an sit reputandus bigamus, qui ante baptismum habuit unam, & post baptismum alteram?*

QUÆSTIO I.

1 QVòd autem inter infideles coniugium non sit, multis auctoritatibus probatur. *Ait enim* a *Paulus:* [Omne, quod non est ex fide, peccatum est.] *Coniunctio autem infidelium non est ex fide: & ideo peccatum est. Non est ergò coniugium, quia nullum coniugium peccatum est.* ¶ *Item* b *Augustinus* 1: [Non est vera pudicitia hominis infidelis cum coniuge suâ.] *Ubi autem vera pudicitia esse non potest, ibi nec verum coniugium est.* ¶ *Item* c *Ambrosius* 2: [Iussit Esdras dimitti uxores alienigenas, per quas ibant ad Deos alienos. Non est enim putandum matrimonium, quod extra Dei decretum est factum. Sed cùm cognoscitur, est emendandum.] *Item Augustinus* 3: [Non est ratum coniugium quod sine Deo est.] *Ex his omnibus auctoritatibus probatur, coniugium non esse inter infideles. Sed contrà alia inveniuntur auctoritates, quibus probatur coniugium esse inter infideles. Quarum prima est illud Evangelii, quod Christus ait* d: [Erunt quinque in una domo, duo in tres, & tres dividentur in duos.] *Deinde cùm personas illas enumerâsset, uxorem in virum esse dividendam dixit, & econverso.* ¶ *Item.* [Qui e non odit patrem, aut matrem, aut uxorem, aut sororem propter me, non est me dignus.] *Uxorem infidelem, non fidelem, dixit odio habendam.* ¶ *Item.* [Omnis f qui reliquerit domum, aut patrem, aut matrem, aut sororem, vel uxorem propter me, centuplum accipiet, &c.] *Uxorem in hoc loco infidelem significat, qua propter Christum dimittitur, dum potiùs ipsa, quàm Christi fides deseritur.* ¶ *Item Apostolus* g: [Si quis frater uxorem habet infidelem, & hæc consenserit habitare cum illo, non dimittat illam: & si qua mulier habet virum infidelem, & hic consentit habitare cum illa, non dimittat virum. Sanctificatus est enim vir infidelis per mulierem fidelem, & sanctificata est mulier infidelis per virum fidelem.] ¶ *Item ad Titum* h: [Hortare adolescentulas, ut diligant viros suos.] *Hoc tam de fidelibus, quàm de infidelibus intelligendum est. Infidelibus namq; viris mulieres propensiùs propter Deum debent obsequi, ut sic viros suos Christo lucrari valeant.* ¶ *Sicut in passione B. Clementis* i *de Theodora & Sisinnio legitur mirabiliter contigisse.*

1 ¶ Augustinus:] *Verba ipsa B. Augustini referuntur 1. edd.* sic enim. *vers.* nec vera.

2 ¶ Ambrosius:] *Hæc sunt potiùs accepta ex glossa ordinaria ad locum indicatum.*

3 ¶ Augustinus:] *Hoc non est inventum apud B. Augustinum. Verùm apud B. Ambrosium in idem c. 7. prima ad Corinthios hæc leguntur:* Non enim ratum est matrimonium, quod sine Dei devotione est, *& similia in glossa ordinaria, ibidem ex B. Ambrosio.*

C. I. ¶ *Bigami probantur, qui ante baptismum habuerunt unam, & post baptismum alteram.*

Item Innocentius Papa *Russo & Eusebio Episcopis Macedonibus, epist. 22. cap. 2.*

NUnquid non a erunt admittendi in hæreditatis consortium, qui ex ea suscepti sunt, quæ ante baptismum fuit uxor? eruntque appellandi vel naturales, vel spurii, quia non est matrimonium legitimum (ut vobis videtur) nisi illud, quod post baptismum assumitur? Ipse Dominus cùm interrogaretur à Judæis, si liceret dimittere uxorem, atque exponeret fieri non debere, addidit b: [*Quod Deus conjunxit, homo non separet.*] Ac ne de his putetur esse locutus, qui post baptismum uxores sortiuntur, meminerint hoc & à Judæis interrogatum, & Judæis esse responsum. Quæro, & solicitus quæro, si una & eadem sit uxor ejus, qui anteà catechumenus, & posteà sit fidelis, filiosque ex ea, cùm esset catechumenus, susceperit, & posteà alios filios, cùm fidelis; utrùm sint fratres appellandi, an non habeant posteà defuncto Patre cum cæteris hæreditatis consortium, quibus filiorum nomen regeneratio spiritualis creditur abstulisse? Quod cùm ita sentire atque judicare absurdum est, quæ (malum) ratio est hoc defendi, & vacuà magis opinione jactari, quàm aliquâ auctoritate roborari, cum non possit inter peccata deputari, quod lex præcepit, & Deus injunxit?

C. II. ¶ *In fidelis potestate sit, post baptismum uxorem recipere, quam antè dimiserat.*

Item ex decreto Eutychiani Papæ.

2 gs. SI quis c gentilis gentilem uxorem dimiserit ante baptismum, post baptismum in potestate ejus erit eam habere, vel non habere.

C. III. ¶ *Fidelis infidelem discedentem sequi non cogitur.*

Item.

SImili d modo, si unus ex conjugatis baptizatus est, & alter gentilis, & sequi non vult, sicut dicit e Apostolus, infidelis si discedit, discedat.

C. IV. ¶ *Sine culpa relinquitur uxor, quæ cum fideli habitare noluerit.*

Item Augustinus *de fide & operibus, c. 16.*

UXor 1 legitimâ f societate conjuncta, sine ulla culpa relinquitur, si cum viro Christiano permanere noluerit. Non attenditur eo modo illam rectissimè dimitti, si viro suo dicat: Non ero uxor tua, nisi mihi de latrocinio divitias congeras, aut nisi solita lenocinia, quibus nostram domum transigebas, etiam Christianus exerceas, aut si quid aliud vel facinorosum, vel flagitiosum in viro noverat, quo delectata vel libidinem explebat, vel facilem victum habebat, vel etiam ornatior incedebat. Tunc enim ille, cui uxor hæc dicit, si veraciter egit pœnitentiam g ab operibus mortuis, quando ad baptismum accessit, habetque in fundamento fidem, quæ h per dilectionem operatur, proculdubiò plùs tenebitur amore divinæ gratiæ, quàm carnis luxuriæ: & membrum, quod eum scandalizat, fortiter amputabit.

1 ¶ Uxor] *Locus Augustini sic habet:* Quamobrem & illud, quod dicunt, veluti probare cupientes, quantùm valeat sola fides, ubi Apostolus dicit: Quòd si infidelis discedit, discedat: non est enim servituti subjectus frater aut soror in hujusmodi, id est, ut propter fidem Christi etiam ipsa uxor legitimâ societate conjuncta, sine ulla culpa relinquatur, si cum viro Christiano propter hoc quòd Christianus est, permanere noluerit, non

a *Rom. 14.* b *Lib. 1. de adult. conjug. c. 11.* c *Sent. 4. dist. 39. Ad 1. 7. 1. ad Corinth. & ibi gloss. ordin.* d *Luc. 12.* e *Luc. 14.* f *Matth. 19.* g *1. Cor. 7.* h *Ad Tit. 2.* i *In Abdia bibliotheca, & vita S. Clementis antiqua.*

a *Sup. distinct. 26. deinde. 6. nunquid. Burch. l. 4. c. 33. Ivo p. 8. c. 303. Pann. l. 6. c. 96.* b *Matth. 19.* c *Burch. l. 9. cap. 59. Ivo p. 8. c. 135. Pann. l. 6. c. 35.* d *Burch. l. 9. c. 60. Ivo p. 8. c. 136. Pannorm. l. 6. c. 37.* e *1. Cor. 7.* f *Beda 1. Cor. 7. Ivo p. 8. c. 25. Pann. lib. 6. c. 22.* g *Hebr. 6.* h *Galat. 5.*

attenduntur eo modo, &c. *Verùm ob glossas, potissimùm in vers.* non attenditur: *& quoniam Ivo & Panormia habent ut Gratianus, nihil est mutatum.*

C. V. ¶ *Licitè dimittitur uxor, quæ virum suum cogere quærit ad malum.*

Item *in a sermone Domini in monte, lib. 1. c. 27. & 28.*

IDololatria, quam sequuntur infideles, & quælibet noxia superstitio, fornicatio est. Dominus autem permisit *b* causâ fornicationis uxorem dimitti. Sed quia permisit, & non jussit, dedit locum Apostolo monendi, ut qui voluerit, non dimittat uxorem infidelem, quò si fortassis possit fidelis fieri. *Item c. 28. c* Si infidelitas fornicatio est, & idololatria infidelitas, & avaritia idololatria, non est dubitandum & avaritiam fornicationem esse. Quis ergò jam quamlibet illicitam concupiscentiam potest rectè à fornicationis genere separare, si avaritia fornicatio est? Ex quo intelligitur, quòd propter illicitas concupiscentias, non tantùm quæ in stupris cum alienis viris aut fœminis committuntur, sed omninò quaslibet, quæ animam corpore malè utentem à lege Dei aberrare faciunt, & perniciosè, turpiterque corrumpunt, possit sine crimine & vir uxorem dimittere, & uxor virum: quia exceptam facit Dominus causam fornicationis, quam fornicationem (sicut suprà commemoratum est) generalem & universalem intelligere cogimur. Cùm autem ait: [*Excepta causâ fornicationis:*] non dixit, cujus ipsorum, viri, an fœminæ. Non enim tantùm fornicantem uxorem dimittere conceditur, sed quisquis eam quoque uxorem dimittit, à qua ipse cogitur fornicari, causâ utique fornicationis dimittit: velut si aliquem cogat uxor sacrificare idolis, qui talem dimittit, causâ fornicationis dimittit, non tantum illius, sed & suæ; illius, quia fornicatur, suæ, ne fornicetur.

C. VI. ¶ *Quæ simulachrum facit, nec respiscit, dimittatur à viro suo.*

Idem *de adulterinis conjugiis, lib. 2.*

NOn *d* solùm mœchatio est illius, quæ carnem suam coinquinat, sed etiam, quæ simulachrum facit, mœchatur. Quòd si in his factis perseverat, & pœnitentiam non agit, recede ab illa, & noli vivere cum illa. Sin autem, & tu particeps peccati illius eris.

¶ *In eo libro non extat, sed apud Hermem in libro pastoris, mandato quarto, ex quo citat Ivo hoc unà cum palea,* ego dixi, ¶ 34. q. 1. & 2. *Et quoniam in eo mandato tam de viro, quàm de muliere agitur, est aliqua verborum varietas, sed eadem sententia.*

C. VII. ¶ *Amore cujuslibet non est à fide recedendum.*

Item Ambrosius *ad Hilarium.*

SI *e* infidelis (dicit Apostolus *f*) discedit, discedat: non est enim servituti subjectus frater aut soror in hujusmodi,] id est, si infidelis noluerit esse cum conjuge fideli, hic agnoscat fidelis suam libertatem: ne ita se subjectum deputet servituti, ut ipsam dimittat fidem, ne conjugem amittat infidelem. Hoc & de filiis, atque parentibus, hoc de fratribus, & sororibus intelligitur, propter Christum omnes esse dimittendos, cùm proponitur ista conditio, ut Christum 1 dimittat, si illos secum habere desiderat. Hoc ergò & de domo, atque agris, hoc & de iis rebus, quæ jure pecuniario possidentur, hoc loco accipiendum est.

¶ *Sic etiam Ivo: sed habetur apud B. Augustinum, epist. 89. Beda 1. Cor. 7. citat ex Augustino ad consulta Hilarii.*

1 Christum] *Antea legebatur*, ut propter Christum dimittat, si eum secum, &c. *Emendatum est ex epistola B. Augustini. Reliqua verò partim ex ipsa, partim ex vetustis Gratiani codicibus.*

C. VIII. ¶ *Quòd etiam infideles sint conjuges, & quòd fideli liceat dimittere infidelem.*

Item Augustinus *ad Pollentium, l. 2. de adulter. conjugii, c. 13. & 14.*

§ IAm nunc illud videamus, quod ait Apostolus: *a* [*Ceteris autem ego dico, non Dominus,*] ad imparia scilicet, hoc est, ubi non ambo Christiani fuerant, conjugia locuturus. Quod mihi visum est eum monendo dixisse. Quia enim conjunx fidelis relinquere conjugem licitè potuit infidelem, ideò fieri hoc non Dominus, sed Apostolus prohibet. Quod enim Dominus prohibet, fieri omninò non licet. Monet ergò Apostolus, quò possit esse multorum occasio lucrandorum, ut fideles conjuges in relinquendis infidelibus permissâ licentiâ non utantur. Tibi autem videtur infideles quoque dimitti à fidelibus non licere, quia hoc vetat Apostolus: cùm ego dicam licere, quia hoc non vetat Dominus, non tamen expedire, quia hoc ne fiat, monet Apostolus, qui reddit etiam rationem, cur fieri non expediat, quamvis liceat. *Quomodo b non scis* (inquit) *mulier, si virum salvum facies? aut unde scis vir, si salvam facies uxorem?* cùm & superiùs dixisset: [*Sanctificatus est enim vir infidelis in muliere fideli, & sanctificata est mulier infidelis in fratre,*] hoc est, in Christiano: [*Aliquando filii vestri,* inquit, *immundi essent: nunc autem sancti sunt.*] Sic ad lucrandos conjuges, & filios Christo, etiam exemplis, quæ jam provenerant, videtur hortatus. Cur ergo non expediat infideles conjuges dimitti à fidelibus, causa evidenter expressa est. Non enim propter vinculum cum talibus conjugale servandum, sed ut acquirantur Christo, recedi ab infidelibus conjugibus Apostolus vetat. Multa *c* sunt enim facienda non jubente lege, sed liberâ charitate: & ea sunt in nostris officiis gratiora, quæ cùm liceret nobis etiam non impendere, tamen causâ dilectionis impendimus. Unde prior Dominus ipse cùm tributum se non debere monstrâsset, solvit tamen, ne scandalizaret eos, quibus ad æternam salutem gerens hominem *d* consulebat. Jam verò Apostolus, quemadmodum ista commendet, ejus verba testantur, ubi dicit: [*Cum essem liber ex omnibus, omnium me servum feci, ut plures lucrifacerem,*] cùm paulò superiùs dixisset: [*Numquid e non habemus potestatem manducandi & bibendi? numquid non habemus licentiam fœminam circumducendi, sicut cæteri Apostoli, & fratres Domini, & Cephas? An ego solus, & Barnabas non habemus potestatem hoc operandi? Quis militat suis stipendiis unquam? Quis plantat vineam, & de fructu ejus non edit? Quis pascit gregem, & de lacte ejus non comedit?*] *Et paulò pòst.* ¶ [*Si alii,* inquit, *potestatis vestræ jura participant, quare non magis nos? sed non usi sumus hâc potestate, sed omnia toleramus, ne quod impedimentum demus Evangelio Christi.*]

C. IX. ¶ *Ab infidelibus conjugibus licet recedere, sed non expedit.*

Item *ibidem, c. 11. & sequentibus.*

SIc enim recedere ab infidelibus uxoribus vel maritis, fideles viri vel fœminæ non prohibentur à Domino, ut neque jubeantur. Nam si dimittere tales conjuges juberentur, nullus locus esset consilio monentis Apostoli *f*, ne hoc fieret. Nullo enim modo, quod Dominus jubet, servus bonus fieri prohiberet. *Item paulopòst.* Cùm ergò cœpisset gentibus Evangelium prædicari,

a *Glossa ordin. 1. Corinth. 7. & Beda.* b *Matth. 19. Ivo part. 3. cap. 242. & 249. Pann. l. 7. c. 29. & 30.* c *Inst. 32. q. 7. Apostolus, in fine.* d *Ivo p. 8. c. 243. Pann. l. 7. c. 34.* e *Ivo p. 3. c. 253. Pann. l. 7. c. 33.* f *1. Cor. 7.*

a *1. Cor. 7. Pann. lib. 8. c. 12.* b *al. Quid.* c *Ibid. c. 16.* d *al. mortem.* e *1. Cor. 9. ibid. 13.* f *Beda 1. Cor. 7. Pann. l. 8. c. 11.*

dicari, jam conjunctos gentiles gentilibus comperit conjuges. Ex quibus si non ambo crederent, sed unus, aut una infidelis cum fideli consentiret habitare, nec prohiberi à Domino debuit fidelis infidelem dimittere, nec juberi: ideò scilicet non prohiberi, quia justitia permittit à fornicante discedere, & infidelis hominis fornicatio est major in corde: nec vera ejus pudicitia cum conjuge dici potest, quia *a* omne, quod non est ex fide, peccatum est: quamvis veram habeat fidelis pudicitiam, etiam cum infideli conjuge, quæ non habet veram. Ideò autem nec juberi debuerunt fideles ab infidelibus separari, quia non contra jussionem Domini gentiles fuerant ambo conjuncti. Quoniam ergò ab infideli fidelem discedere nec prohibet, nec jubet Dominus, ideò, ut non discedat, Apostolus *b* dicit, [*Non Dominus,*] habens utique Spiritum Sanctum, in quo dare posset utile & fidele consilium. Unde cùm dixisset de muliere, cujus vir mortuus fuerit: [*Beatior autem erit, si sic permanserit, secundùm consilium meum,*] ne quis hoc consilium tanquam humanum, non divinum, contemnendum putaret, adjecit: [*Puto autem, quòd & ego Spiritum Dei habeam.*] Proinde intelligendum est, etiam ipsa, quæ non à Domino jubentur, sed à sancto ejus famulo utiliter suadentur, eodem Domino inspirante suaderi. Absit enim ut quisquam catholicus dixerit, quod *c* suadet Spiritus Sanctus, non Dominum suadere, cùm & ipse Dominus sit, & inseparabilia sint opera Trinitatis. Dicit tamen: *d* [*De virginibus autem præceptum Domini non habeo: consilium autem do:*] non ut hoc consilium alienum existimemus à Domino, cùm continuò sequatur, & dicat, [*tanquam misericordiam consecutus à Domino, ut fidelis essem.*] Secundùm Deum ergò dat fidele consilium in eo spiritu, de quo ait: [*Puto autem, quòd & ego Spiritum Dei habeam.*] Veruntamen aliud est Domini jubentis imperium, aliud conservi secundùm misericordiam charitatis, quæ illi à Domino est inspirata, atque donata, fidele consilium. Aliud ibi facere non licet, hìc autem licet: ita sanè, ut ipsum licitum partim quidem expediat, partim verò non expediat. Expedit tunc, quando non solùm per justitiam, quæ coram Domino est, permittitur, sed etiam hominibus nullum ex hoc impedimentum salutis infertur: velut cùm dat consilium non nubendi Apostolus virginibus (unde præceptum Domini se non habere testatur) licèt aliud facere, id est, nubere, & minus, quàm continentiæ, bonum tamen tenere nuptiarum: ipsumque licitum etiam expedit: quoniam in vetita & illicita ruituram carnis infirmitatem sic excipit honestatem nubendi, ut neminem impediat ad salutem: quamvis magis expediret, magisque honestum esset, si virgo consilium, quò præceptum eam non compellit, arriperet. Tunc autem non expedit id, quod licitum est, quando permittitur quidem, sed usus ipsius potestatis aliis affert impedimentum salutis: sicut est (unde jamdiu loquimur) discessio fidelis conjugis ab infideli: quam non prohibet Dominus præcepto legis, quia coram illo injusta non est: sed prohibet Apostolus consilio charitatis, quia infidelibus affert impedimentum salutis: non solùm, quia pernicioſissimè scandalizantur offensi, verùm etiam, quia cùm in alia conjugia ceciderint viventibus eis, à quibus dimittuntur, adulterinis nexibus colligati difficillimè resolvuntur. Ideò hìc, ubi id, quod licet, non expedit, non potest dici, si dimiserit infidelem, benè faciet, si non dimiserit, melius facit: sicut dictum est: *e* [*Qui dat nuptum, benè facit, & qui non dat nuptum, melius facit:*] quoniam illud non solùm utrumque pariter licet (unde ad nihil horum præcepto Domini quisquam compellitur) sed etiam utrumque expedit, aliud minùs, aliud ampliùs. Unde ad id, quod ampliùs expedit, consilio Apostoli *a*, quicunque potest capere, provocatur. Hìc autem, ubi de dimittendo, vel non dimittendo infidelis conjugio quæritur, utrumque quidem pariter licitum est per justitiam, quæ coram Domino est, & ideò nihil horum Dominus prohibet: sed non utrumque expedit propter infirmitates hominum: & ideò id, quod non expedit, Apostolus prohibet, dante sibi Domino liberum prohibendi locum: quia neque id, quod monet Apostolus, prohibet Dominus, neque id, quod prohibet Apostolus, jubet Dominus. Quod nisi ita esset, neque contra prohibitionem Domini Apostolus aliquid moneret, neque contra jussionem ejus aliquid prohiberet. Proinde in his duabus causis, una de nubendo, vel non nubendo, altera de infideli conjuge dimittendo, vel non dimittendo, aliquid simile invenitur in verbis Apostoli, & aliquid dissimile. Simile quidem, quòd ibi dicit: *b* [*Præceptum Domini non habeo, consilium autem do.*] & hìc dicit: [*Ego dico, non Dominus.*] Quale est enim, [*præceptum Domini non habeo,*] tale est, [*non dicit Dominus:*] & quale est, [*consilium do,*] tale est, [*ego dico.*] Illud autem dissimile est, quia de nubendo & non nubendo dici potest, hoc benè fieri, illud melius, quoniam utrumque expedit, minùs unum *e*, magis aliud: at verò de conjuge infideli dimittendo, vel non dimittendo, quoniam unum horum non expedit, aliud expedit, dici non oportet, qui dimittit, benè facit, & qui non dimittit, melius facit: sed dici oportet, non dimittat; quia etsi licet, non expedit. Sic ergò possumus dicere, melius esse infidelem conjugem non dimittere, quamvis liceat & dimittere: quemadmodum rectè dicimus melius esse, quod & licet, & expedit, quàm id, quod licet, & non expedit. ¶ His *d* de causis factum est, ut exponens Domini sermonem, quem prolixum in monte habuit, ubi ventum est ad quæstionem de conjugibus dimittendis, vel non dimittendis, adhibitis etiam Apostolicis testimoniis diceremus, consilium esse Apostoli, non præceptum Domini, ubi ait: *e* [*Cæteris autem ego dico, non Dominus,*] monens eos, qui haberent conjuges infideles, ut consentientes habitare secum non dimitterent. Quod utique ideò monendum, non jubendum fuit, quia non tanto pondere prohibendi sunt homines facere licita, quamvis non expediant, quanto pondere prohibenda illicita. Si autem alicubi Apostolus etiam illa, quæ jubenda sunt, monere dignatus est, hoc fecit parcendo infirmitati, non præjudicando jussioni. Unde ipse *f* dixit: *g* [*Non ut confundam vos, hæc scribo, sed ut filios meos charissimos moneo:*] quid habet quæstionis, ubi ait: [*Ego dico, non Dominus.*] Item, ubi ait: *h* [*Ecce ego Paulus dico vobis, quia si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit.*] Nunquid etiam hìc dixit: Ego dico, non Dominus? Non sunt itaque ista similia: quia etiam illa, quæ jubet Dominus, non est indignum, neque contrarium, si eadem monet Apostolus. Monemus enim, quos charos habemus, ut faciant Domini præcepta vel jussa. Cùm verò *i* ait: [*Ego dico, non Dominus,*] satis ostendit, Dominum non prohibere, quod ipse prohibebat. Prohibuisset autem Dominus, si esset illicitum. Ergò secundùm ea, quæ suprà diu diximus, multumque versavimus, licitum erat per justitiam; sed etiam licitum non erat faciendum propter liberam benevolentiam. ¶ Tu *k* verò, cui placet ita non licere, quod non verat Dominus, sed Apostolus, quemadmodum non licet, quod verat Dominus, cùm exponere voluisses, quid sibi vellet, quòd ait: [*Ego dico, non Dominus.*] cùm alloqueretur fideles, quibus essent conjuges infideles, dixisti, quia Dominus jussit, ne conjugia sibimet diversæ reli-

a *Suprà cân. in princip. Rom. 14.* b *1 Corinth. 7.* c *al. quando.* d *Ibidem.* e *Ibid. c. 19.*

a *1. Corinth. 7.* b *Ibid.* c *al. aliud.* d *Ibid. cap. 20. Lib. 1. de serm. Domini, cap. 14.* e *1 Corinth. 7.* f *al. si.* g *2. Corinth. 4.* h *Galat. 5.* i *al. ergò.* k *ibid. cap. 21.*

gionis copularentur: & ipsum adhibuisti testimonium Domini dicentis *a*: [*Non accipies uxorem filio tuo de filiabus alienigenarum, ne traducat eum post Deos suos, & pereat anima ejus.*] Addidisti etiam verba Apostoli, ubi ait: *b* [*Mulier alligata est, quamdiu vir ejus vivit: quod si mortuus fuerit vir ejus, liberata est: cui vult nubat: tantum in Domino.*] Quod ita exposuisti, ut adjungeres, id est, Christiano. Deinde secutus es, & addidisti *c*. Hoc est ergò Domini præceptum tam in Veteri, quàm in Novo Testamento, ut non nisi unius religionis & fidei conjugia sibi maneant copulata. Si hoc ergò est Domini præceptum tam in Veteri Testamento, quàm in Novo, & hoc jubet Dominus, hoc docet Apostolus, ut non nisi unius religionis & fidei maneant copulata conjugia; quare contra hoc Domini jussum, contra doctrinam suam, contra præceptum Veteris & Novi Testamenti jubet 1 Apostolus *d*, ut diversæ fidei conjugia maneant copulata? Quia Paulus, inquis, gentium prædicator & Apostolus, jam in conjugio positos non solum monet, sed etiam jubet, ut si unus, aut una e conjugibus credidisset, alterum vel alteram non credentem, secum tamen habitare consentientem, non dimitteret. His verbis tuis aliud hoc esse, aliud illud, satis evidenter ostendis. Illud *e* enim de his conjugiis agitur, quæ sibi primitùs copulantur, ne nubat fœmina non *f* suæ religionis viro, vel ne vir talem ducat uxorem: id enim (ut dicis) jubet Dominus, docet Apostolus, utrumque præcipit Testamentum. Hoc autem diversum esse quis abnuat, ubi agitur non de conjungendis, sed de conjunctis? Ambo quippe unius & ejusdem infidelitatis fuerunt, quando conjuncti sunt: sed Evangelium cum venisset, alter sine altera, vel altera sine altero credidit. Si ergo aliud est hoc (quod sine scrupulo ullius dubitationis apparet) cur fidelem cum infideli in conjugio permanere non & Dominus, sicut Apostolus jubet? Nisi forte loco isto vacat, quod tam fidenter ipse Apostolus ait: *g* [*An vultis experimentum accipere ejus, qui in me loquitur Christus?*] Et utique Dominus est Christus. Intelligis ne, quid dicam? An in hoc explanando aliquanto diligentius immorabor? Attende, ut rem ipsam tanquam in conspectu considerandam planiore sermone ponamus. Ecce conjuges duo unius infidelitatis fuerunt, quando conjuncti sunt. Nulla de his quæstio est, quæ pertineat ad illam Domini jussionem, doctrinamque Apostolicam, & præceptum Veteris & Novi Testamenti, quo prohibetur fidelis cum infideli conjugium copulare. Jam sunt conjuges, & ambo adhuc sunt infideles, adhuc tales sunt, quales fuerunt, antequam jungerentur, qualesque conjuncti sunt. Venit Evangelii prædicator, credidit eorum unus, aut una; sed ita ut infidelis cum fideli habitare consentiat. Jubet fideli Dominus, ne infidelem dimittat, an non jubet? Si dixeris, jubet, reclamat Apostolus: [*Ego dico, non Dominus.*] Si dixeris, non jubet, causam requiro. Neque illam mihi responsurus es, quam tuis literis indidisti, quia Dominus prohibet fideles infidelibus jungi. Hic enim nullo modo est illa causa: de jam junctis loquimur, non de jungendis. Si ergò tu causam non inveniſti, cur non vetet Dominus, quod vetat Apostolus: (cernis enim jam, ut existimo, non esse ipsam, quam esse putaveras) vide, ne forte illa sit, quæ mihi visa est & tunc proferenda, & nunc defendenda: ut scilicet illud intelligamus dicere Dominum, quod habet coram illo nullo modo transgredienda justitia, id est, quod ita jubet aut vetat, ut aliud facere omnino non liceat.

1 ¶ Jubet Apostolus,] *Quæ sequuntur, usq; ad vers.* jam in conjugio. *addita sunt ex B. Augustino, quemadmodum & in extremo à vers.* vide, ne forte. *usq; ad finem, ut sit perfecta sententia. Multa autem sunt emendata ex eodem originali, cum manuscriptis etiam exemplaribus & Beda collato.*

a *Deut.7.* b *1.Cor.7.* c *al. addis.* d *1.Cor.7.* e *Sunt 4. dist.29.* f *al. nisi.* g *2.Cor.3.*

1 pars. *Contrà inventur in Concilio Toletano IV. cap.62.*

C. X. ¶ *Nisi ad fidem Judæus accesserit, separetur ab uxore fideli.*

IUdæi *a*, qui Christianas mulieres in conjugio habent, admoneantur ab Episcopo civitatis ipsius, ut si cum eis permanere cupiunt, Christiani efficiantur. Quod si admoniti noluerint, separentur: quia non potest infidelis in ejus permanere conjunctione, quæ jam in Christianam translata est fidem. Filii autem, qui ex talibus nati existunt, fidem atque conditionem matris sequantur. Similiter & hi, qui procreati sunt de infidelibus matribus, & fidelibus viris, Christianam sequantur religionem, non Judaicam superstitionem.

Verùm hoc ideò statutum est, ne dum fidelis salutem quærit infidelis, potius ipse cum ea infidelitatis pœnitentiam evitet.

C. XI. ¶ *A parentum infidelium separetur consortio fideles filii, ne eorum involvantur erroribus.*

Unde in eodem Concilio, *cap. 19. tam de filiis Judæorum, quàm de cæteris ad fidem venientibus statutum est, ut infidelium consortia evitent.*

IUdæorum *b* filios vel filias, ne parentum ultrà involvantur erroribus, ab eorum consortio separari decernimus, deputatos *c* aut monasteriis, aut Christianis viris, aut mulieribus Deum timentibus, ut sub eorum conversatione cultum fidei discant, atque in melius instituti non in moribus, quàm in fide proficiant.

C. XII. ¶ *Judæi ad fidem venientibus cum infideli nulla sit communio.*

Item *cap.61.*

SÆpè *d* malorum consortia etiam bonos corrumpunt; quantò magis eos, qui ad vitia proni sunt? Nulla igitur ultrà communio sit Hebræis ad fidem Christianam translatis, cum his, qui adhuc in veteri ritu consistunt: ne forte eorum participatione *e* subvertantur. Quicunque ergo ex his, qui baptizati sunt, amodo infidelium consortia non vitaverint, & hi Christianis donentur, & illi publicis cædibus deputentur.

C. XIII. ¶ *Cum Judæis nec manducandum, nec habitandum, nec ab eis medicamentum accipiendum est.*

Item ex sexta Synodo *f, cap. 11.*

NUllus *g* eorum, qui in sacro sunt ordine, aut Laicus azyma Judæorum manducet, aut cum eis habitet, aut aliquem eorum in infirmitatibus suis vocet, aut medicinam ab eis percipiat, aut cum eis in balneo lavet. Si verò quisquam hoc fecerit, si Clericus est, deponatur, si Laicus, excommunicetur.

C. XIV. ¶ *Clerici sive Laici vitent Judæorum convivia, nec eos ad sua consortia recipiant.*

Item ex Concilio Agathensi *h, cap. 40.*

OMnes *i* deinceps Clerici, sive Laici, Judæorum convivia evitent, nec eos ad convivium quisquam accipiat; quia cum apud Christianos communibus cibis non utantur, indignum atque sacrilegum est eorum cibos à Christianis sumi: cùm ea, quæ Apostolo *k* permittente nos sumimus, ab illis judicentur immunda, ac sic interiores incipiant esse Christiani, quàm Judæi, si nos, quæ

a *Burch.l.4.c.83. Ivo p.12.277. Pann.l.12.73.* b *Burchardus lib.4. cap.84. Ivo p.12.278. Pannorm.l.12.74.* c *al. deputandas.* d *Burch.l.4.c.84. Ivo p.12.278. Pann.l.12.74.* e *al. participia.* f *Apostolorum Can. 69.* g *Ivo part. 13. cap. 116.* h *Concord. Venetiarum, cap.12.* i *Ivo part.13. cap.117.* k *1.Timoth.4.*

ab illis apponuntur, utamur, illi verò à nobis oblata contemnant.

r pars. *Ex hîs itaq; evidenter colligitur, conjugium esse inter infidelos. Illud verò Apostoli:* [Omne *a* quod non est ex fide, peccatum est,] *non ita intelligendum est, ut quicquid fit ab infidelibus, credatur esse peccatum; sed omne, quod contra conscientiam fit, ædificat ad gehennam. Unde Ambrosius* 1. [Peccatum est, quod aliter fit, quàm probatum est.] ¶ *Item Augustinus* 2 *super eundem locum:* [Omne, quod aliter fit, quàm probatum est, peccatum est: non tamen omne, quod fit cum fide, bonum est. Ignorantia enim, quæ est ex culpa, nocet.] *Hinc etiam Apostolus ait:* b [Beatus, qui non judicat semetipsum in eo, quod probat,] *id est, qui non facit damnabilem* 3 *semetipsum, aliter faciendo, quàm probet esse faciendum. Vel, omne quod non est ex fide, dicitur esse peccatum; quia quicquid ex fide non fit, ut ad æternam valeat salutem, inutile reputatur apud Dominum. Unde Augustinus* c *ait:* [Omnis infidelium vita peccatum est: nec valet esse bonum, quod fit absque Deo 4. Ubi enim deest agnitio æterna & incommutabilis veritatis, falsa virtus est etiam in optimis moribus.] ¶ *Item cum dicitur,* [non est vera pudicitia hominis infidelis cum conjuge sua.] *negatur pudicitia esse vera, quantùm ad effectum, ad præmium videlicet æternæ salutis. Sicut* d *enim apud hæreticos sacramenta negantur esse vera, non quantùm ad formam, sed quantùm ad virtutem; sic & virtutes negantur esse veræ apud infideles, non quin veræ in eis sint, juxta illud Hieronymi:* [Virtutibus f Romani promeruerunt imperium,] *sed quia effectu carent æternæ salutis.* ¶ *Item illud Ambrosii:* e [Non est putandum matrimonium, quod extra Dei decretum factum est; sed cùm cognoscitur, est emendandum.] *non ostendit conjugium non esse inter infidelos. Nullo enim Domini præcepto gentiles prohibentur conjungi gentilibus. Nec ergò eorum conjugium extra Dei decretum fit. Illâ itaq; auctoritate jubentur separari ab invicem, qui contra Dei, vel Ecclesiæ decretum copulati sunt: utpote infideles cum fidelibus, vel consanguinei cum consanguineis, vel affines cum affinibus. Hi omnes, si sibi invicem copulati fuerint, separandi sunt.*

1 Unde Ambrosius,] *Referuntur verba glossæ ordinariæ in eum Pauli locum. Verba autem Ambrosii in eundem locum sunt hæc:* Rectè peccatum appellat, quod aliter fit, quàm probatum est.

2 ¶ Item Augustinus] *Hæc non sunt inventa apud B. Augustinum: sed à vers.* non omne. *usq; ad vers.* nocet. *sunt ex eadem glossa ordinaria ibidem.*

3 ¶ Damnabilem] *In glossa interlineari ibidem hæc legantur,* qui non facit se damnabilem, nocendo aliis de suo bono.

4 ¶ Absque Deo.] *Apud B. Augustinum, & in glossa ordinaria legitur,* & nihil est bonum sine summo bono. *Reliqua verò ut apud Gratianum.*

f ¶ Virtutibus] *Hæc non sunt reperta apud B. Hieronymum. Sententia elici potest ex B. Augustino in quinto de civit. Dei, c.* 12. *usq; ad* 15.

C. XV. ¶ *Fideles infidelibus non sunt conjugio copulandi.*

Hinc etiam idem Ambrosius *in libro de Patriarchis, lib.* 1. *de Abraham, c.* 9.

CAve, *f* Christiane, gentili, aut Judæo filiam tuam tradere. Cave, inquam, gentilem, aut Judæam, atq; alienigenam, hoc est, hæreticam, & omnem alienam à fide tua uxorem accersas tibi. Prima conjugii fides, castitatis gratia est. *& infrà.* ¶ Si Christiana sit, non est satis, nisi ambo initiati sitis sacramento baptismatis. Simul ad orationem nocte vobis surgendum est, & conjunctis precibus obsecrandus Deus.

a *Rom.* 14. b *Ibidem.* c *In lib. Sent. ipsius & Prosperi c.* 106. *paulo aliter.* d *supr. eâd. in princ. & est enim.* e *supr. eâd. in princip.* f *Sent. 4. dist.* 39.

C. XVI. ¶ *Cum hæreticis catholici non misceant conjugia.*

Item ex Concilio Agathensi *a, cap.* 67.

NOn *b* oportet cum hominibus *c* hæreticis miscere connubia, & vel filios vel filias dare, sed potiùs accipere, si tamen se profiteantur Christianos esse futuros, & Catholicos.

C. XVII. ¶ *Christianâ communione careat, qui Judaicæ prævitati conjugali se vinculo sociat.*

Item ex Concilio Urbanensi *d.*

1 SI *e* quis Judaicæ pravitati conjugali societate jungitur, sive Christiana Judæo, sive Judæa Christiano mulier carnali consortio misceatur, quicunque eorum tantum nefas admisisse cognoscitur, à Christiano cœtu atque convivio, & à communione Ecclesiæ protinùs segregetur.

¶ *Eadem sententia quibusdam verbis mutatis habetur in Concilio Avernensi c.* 6. *Et similia sunt in Aurelianensi VI. c.* 19.

Item illud Augustini, f [Non est ratum conjugium, quod sine Deo est:] *non negat conjugium esse inter infidelos. Conjugium enim aliud est legitimum & non ratum, aliud ratum & non legitimum: aliud legitimum & ratum. Legitimum conjugium est, quod legali institutione, vel provinciæ moribus contrahitur. Hoc inter infideles ratum non est, quia non est firmum & inviolabile* 1 *conjugium eorum. Dato enim libello repudii, licet eis recedere ab invicem, & alii copulari legibus fori, non legibus poli, quam non sequuntur. Inter fideles verò ratum conjugium est, quia conjugia semel inita inter eos, ulteriùs solvi non possunt. Horum quædam sunt legitima, veluti cùm uxor à parentibus traditur, à sponso dotatur, & à Sacerdote benedicitur. Hæc talia conjugia, legitima & rata appellantur. Illorum verò conjugia, quæ contemptis omnibus illis solemnitatibus sola affectu aliquam sibi in conjugem copulant, hujusmodi conjugium non legitimum, sed ratum tantummodò esse creditur.*

1 ¶ Inviolabile] *Sic in omnibus vetustis exemplaribus, quæ collata sunt. In vulgatis legebatur,* & ideò violabile.

QUÆSTIO II.

QUod verò uxore vivente alteram ducere non possit 1, testatur Scriptura 2, *dicens.* [Alioquin si discreditis ab invicem, & volentes cohabitare dimittitis, & aliis vos copulaveritis, adulteri eritis, & filii vestri, qui posteà nascentur, erunt immundi, id est, spurii.]

1 ¶ Non possit,] *In vulgatu sequebantur hæc,* qui infidelem dimisit, *quæ in manuscriptis exemplaribus non habentur.*

2 ¶ Scriptura,] *Hæc non sunt verba ipsa Scripturæ, sed in glossa ordinaria ex Ambrosio ad ea verba* 1. *Cor.* 7. alioquin filii vestri, &c. *hæc leguntur.* Si dimittitis, invicem nolentes cohabitare, & aliis vos copulatis, adulteri estis, & filii vestri spurii, & ideò immundi.

C. I. ¶ *Non potest quis post baptismum alteram ducere, vivente eâ, quæ ante baptismum sibi fuerit virgo copulata.*

Item ex Concilio Meldensi, *cap.* 1.

SI *g* quis habuerit uxorem virginem ante baptismum, vivente illâ post baptismum, alteram habere non potest. Crimina enim in baptismo solvuntur, non conjugia.

a *Et in Laodicensi, cap.* 31. b *Burchard. l.* 9. *cap.* 38. *Ivo part.* 3. *cap.* 204. c *al. omnibus.* d *al. Verbenensi.* e *Sentent. ibid.* f *supr. eâd. in principio.* g *supr. eâd. q.* 1. *si quis. Concord. Tribur. Cont. cap.* 39. *Burch. lib.* 9. *c.* 61. *Ivo p.* 8. *cap.* 197. *Panorm. l.* 6. *cap.* 38.

C. 11. ¶ *Licet fideli aliam ducere uxorem, quam* 1 *Christiana fidei odio infidelis dimittit.*

Gregorius *autem contrà testatur, dicens.*

SI a infidelis discedit odio Christianæ fidei, discedat. Non est enim frater aut soror subjectus servituti in hujusmodi.] Non est enim dimisso peccatum propter Deum, si alii se copulaverit. Contumelia quippe creatoris solvit jus matrimonii circa eum qui relinquitur. Infidelis autem discedens, & in Deum peccat, & in matrimonium: nec est ei fides servanda conjugii; qui *b* propterea discedit, ne audiret Christum Deum 2 esse Christianorum conjugiorum.

¶ *Hæc non sunt inventa apud B. Gregorium: sed apud B. Ambrosium ad cap. 7. 1. Corinthiorum, eadem fere leguntur, plenius atque aptius exposita.*

1 ¶ Quam.] *Sic etiam in vetustis: sed si legeretur,* quem, *magis videretur respondere verbis ipsius capitis.*

2 ¶ Christum Deum.] *In loco indicato est,* ne audiret auctorem esse Christianorum Deum conjugii.

Hic distinguendum c est, aliud esse, dimittere volentem cohabitare, atq; aliud, discedentem non sequi. Volentem enim cohabitare licet quidem dimittere, sed non eâ vivente aliam superducere d: discedentem verò sequi non oportet, & eâ vivente aliam ducere licet. Verum hoc non nisi de his intelligendum est, qui in infidelitate copulati sunt. Cæterùm si ad fidem uterq; conversus est, vel si uterq; fidelis matrimonio junctus est, & procedente tempore alter eorum à fide discesserit, & odio fidei conjugem dereliquerit, derelictus discedentem non comitabitur: non tamen illâ vivente alteram ducere poterit; quia ratum conjugium fuerat inter eos, quod nullo modo solvi potest.

QUÆSTIO III.

VTrum verò bigamus sit reputandus, qui ante baptismum habuerit unam, & post baptismum alteram, auctoritate Hieronymi *patet. Ait enim super epistolam Pauli ad Timotheum.*

C. 1. ¶ *Non est bigamus, qui ante baptismum habuerit unam, & post baptismum alteram.*

OPortet *e* Episcopum unius uxoris esse virum. Verùm hoc post baptismum. Cæterùm, si ante baptismum habuit unam, & post baptismum habuerit aliam, non est reputandus bigamus, cui protsus innovato per baptismum omnia vetera sunt dimissa.

¶ *Sententia hujus capitis habetur supr. dist. 26. c.* unius. *ex glossa ordinaria prima ad Timotheum, c 3. Beatus autem Hieronymus hanc rem, & in epist. ad Tit. c. 1. attigit, & in epistola ad Oceanum copiosè tractavit.*

C. 11. ¶ *Non debet fieri Episcopus, qui ante baptismum habuerit unam, & post baptismum alteram.*

Augustinus verò contrà testatur, & Innocentius. Ait enim Augustinus *super epistolam Pauli ad Titum.*

ACutiùs *f* verò intelligunt, qui nec eum ordinandum censuerunt, qui ante baptismum habuerit unam, & post baptismum alteram. In baptismate enim crimina abolentur, non fœderatio conjugii dissolvitur. Sicut illa, quæ catechumena vitiata est, inter Dei virgines consecrari non potest: sic qui ante baptismum habuit unam, & post baptismum alteram, non nisi bigamus est reputandus. Amisit enim quiddam non ad vitæ meritum, sed ad signaculi sacramentum.

¶ *Sententia hujus capitis habetur in collectaneis Bedæ, & glossa ordinaria ad c. 1. epist. ad Titum, ut supra 26. dist. c.* acutius.

Item Innocentius Russo 2 *& Eusebio Episcopis Macedoniæ multis argumentis probat, talem bigamum reputari. Quia ergo iste, cujus causa in præsenti agitur, ante baptismum habuit unam, & post baptismum alteram, bigamus judicatur: & licet vita merito & industria scientiâ polleat, tamen in Episcopum ordinari non potest.*

a Sent. 4. distinct. 39. Gloss. 1. Cor. 7. ad illud: [non est enim frater.] b al. qua. c Sent. 4. dist. 39. d al. superinduxerit. e Supra distinct. 26. unius. f Supra distinct. 26. Acutius.

CAUSA XXIX.

CVidam mulieri nobili nuntiatum est, quòd à filio cujusdam nobilis petebatur in conjugem: præbuit illa assensum. Alius verò quidam ignobilis, atq; servilis conditionis, nomine illius, seipsum induit, atq; eam in conjugem accepit. Ille, qua prius sibi placuerat, tandem venit, eamq; sibi in conjugem petit. Illa se delusam conqueritur, & ad priorem copulam aspirat.

1 *Hic primum quæritur, an sit conjugium inter eos?*

2 *Secundò, si prius putabat hunc esse liberum, & postea deprehendit illum esse servum, an liceat ei statim ab illo discedere?*

QUÆSTIO I.

QVòd b autem conjugium sit inter eos probatur hac ratione. Conjugium sive matrimonium est viri & mulieris conjunctio, individuam vitæ consuetudinem retinens. ¶ Item. *Consensus utriusq; matrimonium facit. Quia ergo isti conjuncti sunt, ut individuam vitæ consuetudinem conservarent, quia uterq; consensit in alterum, conjuges sunt appellandi.* ¶ *Huic respondetur. Consensus est duarum vel plurium sensus in idem. Qui autem errat, non sentit; non ergò consentit, id est, simul cum aliis sentit. Hæc autem erravit; non ergo consensit: unde ista conjunx est appellanda, quia non fuit ibi consensus utriusq;. sine qua nullum matrimonium esse potest. Sicut enim qui ordinatur ab eo, quem putat esse Episcopum, & adhuc est Laicus, errat, nec vocatur ordinatus, sed ab Episcopo adhuc est ordinandus; sic ista errans nulli est copulata conjugio, imò adhuc est copulanda.* ¶ *Ad hæc non omnis error consensum evacuat: Qui enim accipit in uxorem corruptam, quam putat virginem, vel qui accipit meretricem, quam putat esse castam, uterq; errat, quia ille corruptam existimat virginem, & iste meretricem reputat castam. Numquid c ergò dicendi sunt non consensisse in eas? aut datur utriq; facultas dimittendi utramq;, & ducendi aliam? Verum est, quòd non omnis error consensum excludit; sed error alius est persona, alius fortunæ, alius conditionis, alius qualitatis. Error personæ est, quando hic putatur esse Virgilius, & ipse est Plato. Error fortunæ, quando hic putatur esse dives, qui est pauper, vel è converso. Error conditionis, quando putatur esse liber, qui servus est. Error qualitatis, quando putatur esse bonus, qui malus est. Error fortunæ & qualitatis conjugii consensum non excludit. Error verò personæ & conditionis, conjugii consensum non admittit. Si quis enim pactus fuerat se venditurum agrum Marcello, & postea veniret Paulus dicens se esse Marcellum, & emeret agrum ab illo, numquid cum Paulus se esse Marcellum, & emeret agrum ab illo, numquid cum Paulus esse Marcellum, & emeret agrum ab illo, numquid cum Paulus esse Marcellum, & emeret agrum ab illo, numquid cum Paulus

ignorante Lia esset sibi supposita, non fuit conjugium inter eos. Sic error personæ consensum excludit; quia, ut dictum est, non in eam consenserat, sed in Rachel. Hic ita respondetur. Consensus alius est præcedens, alius subsequens. Præcedit consensus, quando ante carnalem copulam in individuam vitæ consuetudinem uterq; consencit: subsequitur, quando post concubinalem, sive fornicarium coitum consentunt in idem. Iacob ergò & Liam non fecit conjuges præcedens consensus, sed subsequens: nec tamen ex primo concubitu fornicarii judicantur, cùm ille maritali affectu eam cognoverit, & illa uxorio affectu sibi debitum persolverit, putans lege primogenitarum & paternis imperiis se sibi jure copulatam. Quod autem error personæ nonnullos excuset, auctoritate illâ probatur, quâ soror uxoris, utroque inscio, sorore videlicet & marito, in lectum ejus irrisse, & à viro sua sororis cognita prohibetur: qua cùm sine spe conjugii perpetuò manere censeatur, ille tamen, qui cognovit eam per ignorantiam, excusatur. Aliter etiam hoc probatur. Diabolus b nonnunquam se in Angelum lucis transformat, nec est periculosus error, si tunc creditur esse bonus, cùm se bonum simulat. Si ergò tunc ab aliquo simplici quæreret, an sua beatitudini vellet esse particeps, & ille responderet, se in ejus consortium velle transire, nunquid dicendus est consensisse in consortium diabolicæ damnationis, an non potius in participationem æternæ claritatis? Item, si quis hæreticorum, nomine Augustini, vel Ambrosii, vel Hieronymi, alicui catholicorum seipsum offerret, atq; ad suæ fidei eum imitationem provocaret, si ille præberet assensum, in cujus fidei sententiam diceretur consensisse c, non in hæreticorum sectam, sed in integritatem catholicæ fidei, quam ille hæreticus se mentiebatur habere. Quia ergò hac persona decepta errore, non in hunc, sed in eum, quem iste se mentiebatur esse, consensit, patet, quòd ejus conjunx non fuerit. ¶ Error fortunæ & qualitatis non excludit consensum: veluti, si quis consentiret in prælaturam alicujus Ecclesiæ, quam putaret esse divitem, & illa esset mimis copiosa: quamvis hic desperetur errore fortunæ, non tamen posset renuntiare prælaturæ acceptæ. Similiter, qui nubit pauperi putans illum esse divitem, non potest renuntiare priori conditioni, quamvis erraverit. Error qualitatis non excludit similiter consensum: utpote si quis emerit agrum vel vineam, quam putabat esse uberrimam, quamvis iste erraret in qualitate rerum, rem minus fertilem emendo, non potest tamen venditionem rescindere. Similiter, qui duxit in uxorem meretricem, vel corruptam, quam putat esse castam, vel virginem, non potest eam dimittere, & aliam ducere.

QUÆSTIO II.

1 ¶ SEcunda quæstio proposita est de conditione, an liceat mulieri dimittere eum, quem putabat liberum, si postea illum invenerit servum? Quòd verò mulieri non liceat à servo discedere, multis rationibus videtur posse probari. In d Christo enim Iesu nec est Iudæus, nec Græcus, nec servus, nec liber: ergò nec in conjugio Christianorum. Eâdem enim lege in fide Christi uterq; regitur. Indifferenter enim ab e Apostolo dicitur omnibus: [Qui vult nubere, nubat in Domino.] Et iterum: [Mulier nubat cui vult; tantùm in Domino.] Non præcipitur, ut ingenua nubat ingenuo, ancilla servo; sed qualibet earum, cui vult, nubat, dummodò in Domino.

C. I. ¶ Licet servo matrimonia contrahere.

Item Julius Papa, *cap 4.*

OMnibus f nobis unus est pater in cœlis, & unusquisque dives & pauper, liber & servus, æqualiter pro se, & pro animabus eorum rationem reddituri g sunt. Quapropter omnes, cujuscunque conditionis sint, unam legem (quantùm ad Deum) habere non dubitamus. Si autem omnes 1 unam legem habent, ergò sicut ingenuus dimitti non potest, sic nec servus semel conjugio copulatus ulteriùs dimitti poterit.

¶ Caput hoc apud Burchardum & Ivonem sequitur post ultima verba capitis, si quis ancillam, *unà eâdem.*

1 ¶ Si autem omnes] *Hæc usque ad finem habentur quidem in Pannormia, sed non apud Burchardum & Ivonem, videntur q; ipsius collectoris.*

C. II. ¶ Ancillam in matrimonio susceptam viro dimittere non licet.

Item Zacharias Papa *a.*

SI b quis liber ancillam in matrimonium acceperit, non habet licentiam dimittere eam, si consensu amborum conjuncti sunt, exceptâ 1 causâ fornicationis: sed una lex deinceps erit per omnia & viro & fœminæ.

1 ¶ Exceptâ] *Hinc usque ad finem non sunt in Capitularibus, neque apud Ivonem, qui illa citat. Magister verò sententiarum habet,* nisi ob fornicationem.

C. III. ¶ Inter patronam & libertam constat esse matrimonium legitimum.

Item Julius Papa.

SI c quis ancillam suam libertate donaverit, & in matrimonium sibi sociaverit, dubitatur d apud quosdam, utrùm hujusmodi nuptiæ legitimæ esse videantur, an non. Nos itaque vetustam ambiguitatem decidentes, talia connubia legitima esse censemus e. Si enim ex affectu fiunt omnes nuptiæ, & nihil impium, & legibus contrarium in tali copulatione fieri potest, quare prædictas nuptias inhibendas existimemus? f

2 pars. *Hic ita respondetur. Non negatur ingenuam posse nubere servo, sed dicitur, quòd si nescitur esse servilis conditionis, liberè potest dimitti, cùm servitus ejus fuerit deprehensa. Illud autem Apostoli & Iulii Papæ intelligendum est de his, quorum conditio utrique nota est. Hujus autem conditio mulieri incognita erat; non ergò præmissis auctoritatibus cogitur manere cum illo, sed liberum illi esse ostenditur vel manere, vel discedere.*

C. IV. ¶ De eo, qui ancillam duxit in uxorem, quam putabat esse liberam.

Unde in Concilio apud Vermeriam, *cui interfuit Rex Pipinus, statutum est, cap.6.*

SI g quis ingenuus homo uxorem ancillam alterius acceperit, & existimat, quòd ingenua sit, si ipsa fœmina fuerit postea in servitute detecta 1, si eam à servitute redimere potest, faciat: si non potest, si voluerit, aliam accipiat. Si autem ancillam eam scierat & collaudaverat, prout 2 legitimam eam habeat. Similiter & mulier ingenua de servo alterius facere debet.

¶ Scriptum est nomine totius universitatis Lovaniensis ad S. D.N. Gregorium XIII. extare in Bibliotheca B. Trudonis librum manuscriptum sub hoc titulo, Excerpta decretorum. in quo inter alia capitula istius Concilii apud Vermeriam habetur hoc & sequens caput.

1 ¶ Detecta,] *Apud Magistrum legitur,* in servitutem dejecta: *apud Burchardum verò,* inservita: *quod verbum hâc eâdem notione habetur lib 3. Capitularium, c.28.*

2 ¶ Prout] *In aliquot vetustis codicibus est,* post ut, *item q;,* postea ut, *quemadmodum & apud Burchardum & Ivonem.*

a *Infrà 34.q.1.& 2.c.in lectum.* b *2.Cor.11.* c *al. cessisse.* d *Gal.2.* e *1.Corinth.7.* f *Burch.l.9. cap.31. Ivo p.3. cap.185. Pann.l.6.c.38.* g *al. datura.*

a *Capit.l.6.c.94.* b *Sentent.4.distinct.36. Ivo part.3. cap.55.* c *Polyc.l.6.tit.4. Burch.l.9.c.28. Ivo p.3. c.156. Pannorm.l.6.cap.37.* d *al.dubitabatur.* e *al. confusimus.* f *alii existimaverunt.* g *4.Sent. dist.35. Burch.l.9.c.26. Ivo p.3. c.164. Pannorm. lib.6. cap.41.& 111.*

C. V. ¶ *Non licet mulieri dimittere, quem sciens servum accepit in virum.*

Item ex eodem, *c.8.* a

SI *b* fœmina ingenua acceperit servum, sciens quòd servus esset, habeat eum; quia 1 omnes unum patrem habemus in cœlis. Una lex erit viro & fœminæ.

1 ¶ Quia omnes unum patrem h. in c.] *Verba hæc non sunt in Capitularibus, neq; apud Ivonem part.8. c.52. ubi ipsa extat capitularia. Sunt tamen apud eundem c.165. ubi refert ex Concilio apud Vermeriam, quemadmodum nunc Gratianus.*

C. VI. ¶ *Servitutis occasione dimitti non valet, quæ post controversiam statùs se in libertatem asseruerit.*

Item Gregorius *lib. 6. epist. 1. seu cap.365. ad Fortunatum Episcopum.*

CUjus rei causâ cum matre sua hûc compulsa anno præterito præsentium venerit latrix, fraternitas tua cautiùs *c* novit, quia *d* scilicet maritus suus vester Clericus ob hoc, quòd de servili fuerat conditione pulsata, à suo noscitur eam removisse consortio, vosque hîc positos asserunt promisisse, ut si probare se liberam, adjuvante Domino, valuisset, suo eam vos conjugio reformaretis. Fraternitas igitur vestra cognoscat, quòd revelante Deo libertatis auctore, approbata sit libera, nullaque in ea macula servilis inventa est. His ergò cognitis, sine mora aliqua suo per vos eam volumus marito restitui, nec ulterius idem vir ejus argumenta sibi occasionis *e* exquirat, quibus eam possit abjicere. Nam si à vobis (quod non creditmus) minimè fuerit adimpletum, eamque recipere fortè distulerit, nos illud cognoscatis cum districta vindicta correcturos.

Cùm dicitur f: [sciens illum servum,] *datur intelligi, quòd si nesciret illum servum esse, non cogitur cum eo manere. Quia ergo hæc & persona & conditionis dolum passa est, non cogitur adhærere ei, cujus fraude decepta est: si verò liberum acceperit, & ille, ut causam præstet dissidii, se alicujus servum fecerit, nec ille uxorem dimittere, nec illa ob vinculum conjugii in servitutem redigi poterit.*

C. VII. ¶ *Occasione conditionis dolò mutatæ, vir non discedat ab ea, quam libertatis tempore acceperit.*

Unde in Triburiensi Concilio.

PErlatum *g* est ad sanctam Synodum, quòd quidam ingenuus ingenuam accepit uxorem, & post filiorum procreationem occasione divortii cujusdam servum se fecit, utrùm necessariò mulierem tenere debeat: & si tenuerit, utrùm illa quoque secundùm secularem legem servituti subjici debeat, quæritur est 1. Judicatum est, uxorem minimè debere dimitti, non tamen ob Christi legem mulierem in servitutem redigi: dum ille non ex consensu conjugis se servum fecerit, quem liberum ipsa maritum acceperat.

1 ¶ Quæritur est.] *Hæ duæ voces absunt à cæteris collectoribus præter Magistrum. Lex verò secularis, cujus hîc mentio fit, est inter leges Langobardorum, ut in glossa dicitur.*

Quæritur etiam, si servus uxore, alterius ancillam acceperit, an sit conjugium inter eos?

a *Et Capitul. lib.5. c.18.* b *Sent.4. ibidem. Burchard. lib.9. cap.27. Ivo part.8. cap.52. & 165. Panorm. lib.6. c.42.* c *al. autem.* d *al.quam quia*] *orig. & alio verborum dudu.* e *al. aliquâ occasione.* f *Infrà, eadem, si fœmina. Sentent. ibidem.* g *Sentent. 4. distinct.36. Burch.lib.9. cap.75. Ivo p.8. c.212. Paun. lib.6. cap.99.*

C. VIII. ¶ *Legitima servorum conjugia suâ auctoritate Domini non dirimant.*

De his ita statutum est, in Concilio Cabilonensi II. a *cap.30.*

DIctum *b* est nobis, quòd quidam legitima servorum conjugia *c* potestativâ quâdam præsumptione dirimant, non attendentes illud Evangelicum *d*: [*Quod Deus conjunxit, homo non separet.*] Unde nobis visum est, ut conjugia servorum non dirimantur, etiamsi diversos Dominos habeant, sed in uno conjugio permanentes, Dominis serviant suis. Et hoc in illis observandum est, ubi legalis conjunctio fuit, & per voluntatem Dominorum.

CAUSA XXX.

QUidam populorum frequentiâ impeditus, filium suum de baptismate suscepit, dum crederet se alienum suscipere: uxor autem ejus, dum callidè vellet suscipere proprium, suscepit alienum: quem vir adoptavit sibi in filium, & ex uxore sibi filia nascitur, quam filio suo adoptivo, spirituali uxori, dum uterq; esset in cunabulis, tradidit. Post triennium uxor moritur, & compater ejus relictam compatris uxoris sua vir clam sibi desponsavit: aliquantulum temporis effluxit, & alius eam publicè duxit in uxorem.

1 *Quæritur primùm, an uxori sua debitum reddere velit, qui proprium filium de sacro baptismate suscepit?*

2 *Secundò, an sponsalia contrahantur inter infantes?*

3 *Tertiò, an spirituales, vel adoptivi filii naturalibus copulari valeant?*

4 *Quartò, an uxorem compatris uxoris sua alicui dare liceat?*

5 *Quintò, an clandestina desponsatio manifestè præjudicet?*

QUÆSTIO I.

1 ps QUòd autem proprium filium in spiritualem filii transferens, uxori sua debitum reddere non valeat, ratione & auctoritate probatur. Nullâ enim auctoritate permittur, ut quasi commatri sua carnaliter copuletur. Hic autem uxorem suam filii commatrem effecit: non ergò illi ulteriùs carnaliter copulari poterit.

C. I. ¶ *Separentur viri ab uxoribus, qui aliquo casu natos proprios coram Episcopo tenent.*

Hinc Deus dedit *sanctæ Romanæ Ecclesiæ Episcopus, scribit Gordiano Hispalensi* 1 *Ecclesiæ Episcopo, & patri charissimo.*

PErvenit *e* ad nos Diaconus vester, sanctitatis vestræ epistolam deferens, quòd quidam viri & mulieres præterito sabbatho paschali die, præ magno populorum incursu nescientes proprios filios suscepissent ex lavacro sancto. Cupis ergò scire, si pro tali accidenti ratione debeant viri ac mulieres ad proprium usum redire, an non. Nos verò mœsti ex hac re inquisivimus priorum Patrum nostrorum dicta. Invenimus autem in archivis hujus Apostolicæ sedis, jam talia contigisse in Ecclesiis Isauriæ, Ephesiorum, simulq; Hierosolymæ, aliarumq; civitatum 2. Episcopis etiam earum civitatum ab hac

a *Et in Capit. adjectis, cap.35.* b *Sent.ibid. B.Burch.l.9. c.29. Ivo p.16.c.331. & part.8.c.167. Paun.l.6. c.40.* c *al. matrimonia.* d *Matth.19.* e *Sent.4.dist.42. Polyc.l.8.tit.4. Anselm. lib.10. cap.29. Burch.lib.17.cap.44. Ivo part.2. cap.325. Panorm. lib.6. cap.127.*

Apostо-

Apostolica sede volentibus scire, utrùm viri ac mulieres redirent ad proprium thorum, beatæ memoriæ sanctissimi Patres, Julius, Innocentius, & Cœlestinus cum Episcoporum plurimorum, & Sacerdotum consensu *a* in Ecclesia Apostolorum Principis prohibentes talia præscripserunt, & confirmaverunt, ut nullo modo se in conjugio reciperent mulieres ac viri, quicunque *b* aliquâ ratione suscepérint natos proprios, sed separarent se, ne suadente diabolo tale vitium inolescat. Scitis, quia quomodo sunt septem dona Spiritûs Sancti, ita sunt septem dona baptismi à primo 3 pabulo sacrati salis, & ingressu Ecclesiæ, usque ad confirmationem Sancti Spiritûs per chrisma. Ab hoc ergò primo Spiritûs Sancti dono usque ad septimum nullus Christianus suam commatrem in conjugium suscipere debet. Et qui præsumpserit, tamdiu vinculo anathematis religetur, donec pœnitentiam dignè egerit.

1 ¶ Hispalensis.] *In fragmento hujus epistolæ, quod est in tomis Conciliorum, legitur,* Hispaniarum: *apud Anselmum verò ac Burchardum,* Hispanensis.

2 ¶ Civitatum.] *Varie hic locus legitur in vetustis codicibus, & apud collectores: aptatus autem præcipuè ex Anselmo est.*

3 ¶ A primo.] *Idem fatum est in hoc loco ex eodem Anselmo, Burchardo, & fragmento epistolæ. Similia etiam leguntur apud Petrum Damianum in invectiva in Episcopum, Monachos ad sæculum revocantem.*

C. II. ¶ *Ab uxore separatur, qui filiastrum suum coram Episcopo tenuit.*

Item ex Concilio apud Vermerias *c*, *cap. 3.*

I. SI *d* quis filiastrum, vel filiastram suam ante Episcopum tenuerit ad confirmationem, separetur ab uxore sua, & nunquam aliam accipiat.

¶ *Burchardus & Ivo parte 9. cap. 10. citant ex Concilio apud Vermerias, & ab universitate Levantensi scriptum fuit in excerptu decretorum Bibliothecæ B. Tradonis, citare ex eodem Concilio. Idem autem Ivo part. 1 c. 302. & Magister sententiarum citant ex Capitularibus, ubi extat lib. 1. cap. 1.*

2 pars. *Ecverò vero scribet* Nicolaus *Salomitano* c *Episcopo, dicens.*

C. III. ¶ *Non separatur à viro, quæ filiastrum suum de sacro fonte levavit.*

NOsse *f* desideras, utrùm mulier, quæ viri filium ex alia fœmina genitum de sacro fonte levaverit, postmodùm possit cum eodem viro copulari. Quos ideò jungi posse decernimus, quia secundùm sacros canones, nisi amborum consensu, nullius religionis obtentu debet conjunx dimittere conjugem. Pertinet autem ad ingens uxoris exitium, quæ habens odio virum, vel infirmitatem ejus non considerans, quasi causâ pietatis operatur impietatem: maximè cùm Apostolus *g* præcipiat: [*Nolite,* inquiens, *fraudare invicem, nisi ex consensu ad tempus, ut vacetis orationi: & iterum revertimini in idipsum, ne tentet vos Satanas propter incontinentiam vestram.*] Ergò si non ex consensu utriusque conjugis hoc factum esse probatur, non fraudentur invicem, sed revertantur in idipsum: præsertim cùm dicat Apostolus, [*Uxor sui corporis potestatem non habet, sed vir: & vir potestatem sui corporis non habet, sed mulier.*]

a *al.* conventu. b *al.* qui quâcunque ratione. c *Et Capit. lib. 5. c. 3. Et in Magguntino 1. c. 53.* d *Sent. ibid. Burchard. lib. 17. cap. 22. Ivo p. 1. c. 302. & part. 9. c. 10. Pann. l. 6. c. 123.* e *al.* Salomonio. f *Sententt. 4. distinct. 41. Ivo p. 1. c. 136. Pannorm lib. 6. cap. 124. Distinct. 28. si quis docuerit, & distinct. 31. quicunque.* g *1 Corinth. 7.*

C. IV. ¶ *Non separatur à viro, sed pœnitentiam agat, quæ filium suum coram Episcopo fraudulenter tenuit.*

Item ex Concilio Cabilonensi II. *cap. 31.*

DIctum *a* est nobis, quasdam fœminas desidiosè, quasdam verò fraudulenter, ut à viris suis separentur, proprios filios coram Episcopis ad confirmandum tenuisse. Unde nos dignum duximus, ut si qua mulier filium suum desidiâ, aut fraude aliquâ coram Episcopo tenuerit ad confirmandum, propter fallaciam suam, aut propter fraudem, quamdiu vivet, agat pœnitentiam; à viro tamen suo non separetur.

C. V. ¶ *Separentur, & gravi pœnitentiâ plectantur, qui filiolam suam, vel spiritualem matrem ducunt in uxorem.*

Item ex Concilio Maguntinensi, *c. 10. in claustro sancti Albini habito.*

DE eo *b*, quod interrogâstis, si aliquis filiolam suam in uxorem duxit, & de eo, qui cum commatre spirituali concubuit, & de eo, qui filium suum baptizavit, & uxor *c* ejus eum de fonte suscepit, hâc causâ, ut dissidium *d* conjugii fieret, si posteà in tali copulatione possint permanere: de talibus sic respondendum est. Si filiolam, aut commatrem suam aliquis in conjugium duxerit, separandos esse judicamus, & gravi pœnitentiâ plectendos. Si autem conjuges legitimi, unus, aut ambo, ex industria fecerint, ut filium suum de fonte susciperent, si innupti permanere voluerint, bonum est: sin autem, gravis pœnitentia insidiatori injungatur, & simul maneant: & si prævaricator conjugii supervixerit, acerrimâ pœnitentiâ mulctetur, & sine spe conjugii maneat.

C. VI. ¶ *Non separentur ab uxoribus, qui filiastros suos coram Episcopo tenent.*

Item Nicolaus Papa *Rodulpho Bituricensi Episcopo.*

DE *e* his, qui filiastros suos ad confirmationem coram Episcopis tenent, id est, qui filios uxoris suæ de viro priori, dum chrismantur ab Episcopis, super se sustinent, si inscientiâ *f*, sicut asseris, fiat, licèt sit peccatum, non tamen usq; ad separationem conjugii puniendum est: lugeant tamen, & dignâ pœnitentiâ hoc diluentes Domino dicant *g*: Delicta ignorantiæ nostræ ne memineris.

C. VII. ¶ *Non separetur ab uxore, qui necessitatis causâ filium suum baptizavit.*

Item Joannes Papa VIII. *Anselmo Lemovicinæ Ecclesiæ Episcopo.*

AD *h* limina beatorum Petri & Pauli Apostolorum Principum hic præsens homo, nomine Stephanus, orationis causâ veniens, nostro præsulatui suggerendo innotuit, quòd filium suum in extremo vitæ positum, necdum baptismatis undâ lotum, absentiâ scilicet Sacerdotum, necessitate cogente baptizâsset, eumque ipse propriis manibus retinendo suscepisset: atque pro hujus rei negotio notitiæ tuæ patefacto, reverentia tua, quasi rectitudinis zelo flagrans, præfatum hominem à sua conjuge judicaverit separandum. Quod fieri nullatenùs debet, dicente Scripturâ *i*, à Domino junctam esse viro uxorem, &, [*Quod Deus conjunxit, homo non separet.*] Unde & Dominus in *k* Evangelio, non dimittere posse uxorem suam, nisi causâ fornicationis, apertissimè jubet. Quapropter & nos tantæ auctoritatis jussione præcipuè freti, dicimus omittendum *l* esse, & inculpabile judicandum, quod necessitas intulit. Nam hoc baptizandi opus Laicis fidelibus juxta canonicâ auctoritatem *l*, si ne-

a *Sentent. ibid. Burch. l. 17. c. 24. Ivo p. 9. c. 21. Pannorm. l. 7. c. 45.* b *Sent. ibid. Burch. l. 17. c. 24. Ivo p. 9. c. 12. Pann. lib. 7. cap. 64.* c *al.* cujus uxor. d *al.* dissidium. e *Ivo p. 1. c. 304. Pannorm. lib. 6. c. 126.* f *al. si inscientiâ, ut asseritur, sit.* g *Psal. 24.* h *Sentent. ibidem. Polycarp. lib. 6. tit. 4. Anselm. lib. 10. c. 30. Ivo part. 1. cap. 306.* i *Proverb. 15. juxta 70.* k *Matth. 6. 19.* l *al.* sanctionem.

cesse fuerit facere, liberè conceditur. Unde si supradictus genitor filium suum corpore morientem aspiciens, ne animam perpetuâ morte pereuntem dimitteret, sacri undâ baptismatis lavit, ut eum de potestate auctoris mortis & tenebrarum eriperet, & in regnum Christi jam regnaturum *a* sine dubitatione transmitteret, bene fecisse laudatur: & idcirco suæ uxori sibi jam legitimè sociatæ, impunè, quamdiu vixerit, judicamus manere conjunctum, nec ob hoc contra præfatas auctoritates divinas aliquatenùs separari debere *b*.

¶ *Epistola Ioannis octavi, ex qua sumptum est hoc caput, extat in Bibliotheca Vaticana, scripta Anselmo Lemovicino Ecclesiæ Episcopo, & in Concilio Ticinensi, tempore ejusdem Ioannis cum Legatis ipsius, & magnâ parte Episcoporum Italiæ & Galliæ habito, in subscriptionibus est*, Anselmus Lemovicensis Ecclesiæ Episcopus. *Itaq; emendatum est*, Lemovicinæ, *cum antea legeretur*, Lemosinæ.

1 ¶ Omittendum] *Sic emendatum est ex aliquot vetustis, epistola ipsa, & Ivone, infrà etiam 34. quæst. 1. & 2. c. 1. Leo eisdem verbis utitur*, omittendum est, & inculpabile judicandum. *quem imitari videtur Ioannes voluisse. In vulgatis erat*, dimittendam non esse.

3 pars. *Filia* c *dicitur spiritualis non solùm ejus, qui accipit, sed etiam ejus, qui trina mersionis vocabulo eam sacro baptismate tingit. Dicitur etiam spiritualis filia Sacerdotis, quæ ei peccata sua confitetur. Harum omnium flagitiosa conjunctio est, & eâdem pœnâ plectenda.*

C. VIII. ¶ *Par pœnitentia ei indicitur, qui spiritualem filiam, & pœnitentialem suam velare monstratur.*

Unde Symmachus Papa *ait.*

OMnes *d*, quos in pœnitentia suscipimus, ita nostri sunt spirituales filii, ut & ipsi, quos vel nobis suscipientibus, vel trinæ mersionis vocabulo mergentibus, unda sacri baptismatis regeneravit. Sylvester quoque docens, admonet unumquemque Sacerdotem, ut nullus causâ fornicationis ad suam pœnitentialem accedat: quia scriptum est: [*Omnes, quos in pœnitentia accipimus, ita filii nostri sunt, ut in baptismate suscepti.*] Quapropter hoc scelus si quis perpetraverit, non solùm dignitatis honorem amittat, verùm etiam usque ad exitum vitæ suæ jugi pœnitentiæ se subdat.

C. IX. ¶ *De eodem.*

Item Cœlestinus.

II. SI *e* quis Sacerdos cum filia spirituali fornicatus fuerit, sciat se grave adulterium commisisse. Idcirco fœmina si Laica est, omnia derelinquat, & res suas pauperibus tradat, & conversa in monasterio Deo usq; ad mortem serviat. Sacerdos autem, qui malum exemplum dedit hominibus, ab omni officio deponatur, & peregrinando duodecim *f* annis pœniteat, postea verò ad monasterium vadat, ibique cunctis diebus vitæ suæ Deo serviat.

C. X. ¶ *De eodem.*

Item *g*.

NOn *h* debet Episcopus aut Presbyter commiscere cum mulieribus, quæ ei sua fuerint confessæ peccata. Si fortè (quod absit) hoc contigerit, sic pœniteat, quomodo de filia spirituali, Episcopus quindecim annos, Presbyter duodecim, & deponatur: si tamen in conscientiam populi devenerit.

His itaque auctoritatibus apparet, quòd sive proprium, sive tantummodò viri filium mulier de sacro fonte susceperit, non ideò à viro suo est separanda. Quod & de viro similiter oportet intelligi.

a *al. regeneraturum.* b *al. debuisse.* c *Sent. ibid.* d *Sent. ibidem.* e *Polyc. l. 4. tit. 39.* f *al. quindecim.* g *al. Idem.* h *Polyc. ibidem.*

QUÆSTIO II.

SPonsalia *ante septennium contrahi non possunt. Solo enim consensu contrahuntur, qui inter veniro non potest, ni si ab utraque* 1 *parte id intelligatur, quod inter eos agitur. Probatur ergò sponsalia non posse contrahi inter pueros, quorum ætatis infirmitas consensum non admittit. Testatur hoc idem* Nicolaus Papa, *dicens.*

1 ¶ Utraque] *Sic est emendatum ex plerisq; vetustis, cùm anteà legeretur*, alterutra. *utriusque enim consensus necessarius est.*

CAP. ¶ *Ante tempus consentiendi conjugium contrahi non potest.*

UBi non *a* est consensus utriusque, non est conjugium. Ergò qui pueris dant puellas in cunabulis, & econverso, nihil faciunt, nisi uterque puerorum, postquam venerit ad annos discretionis, consentiat 1, etiamsi pater & mater hoc voluerint & fecerint.

¶ *In Decretalibus tit. de desponsatione impub. cap. 2. habetur institutum hujus capitis, & adjiciuntur alia ex eo Nicolai rescripto.*

1 ¶ Consentiat,] *In vulgatis codicibus sequitur*, nec est conjugium, nisi sit consensus utriusque: *quæ verba absunt à plurisque manuscriptis.*

QUÆSTIO III.

1 gs QUòd *b autem spirituales vel adoptivi filii naturalibus copulari non possint*, Nicolaus Papa *respondit ad consulta Bulgarorum, cap. 2. testatur, ita dicens.*

C. I. ¶ *Quis de sacro fonte suscipitur filius est ejus, à quo suscipitur.*

ITa *c* diligere debet homo eum, qui se suscipit de sacro fonte, sicut patrem. *Item.* ¶ Est inter fratres & filios spirituales gratuita & sancta communio, quæ non est dicenda consanguinitas, sed potiùs habenda spiritualis proximitas. Unde inter eos non arbitramur posse fieri quodlibet legale conjugium: quandoquidem nec inter eos, qui naturâ, & eos, qui adoptione filii sunt, venerandæ Romanæ leges matrimonia contrahi permittunt. *Item.* ¶ Si ergò inter eos non contrahitur matrimonium, quos adoptio jungit, quantò potiùs à carnali oportet inter se contubernio cessare, quos per cœleste sacramentum regeneratio Sancti Spiritus vincit? Longè igitur congruentiùs filius patris mei, vel frater meus appellatur is, quem gratia divina potiùs, quàm humana voluntas, ut filius patris mei, vel frater meus esset, elegit; prudentiusque ab alterna corporis commistione secernimur.

C. II. ¶ *Filia spiritualis carnali filio nullo modo nubere potest.*

Item Zacharias *Episcopus, servus servorum Dei, reverendissimo Theodoro Episcopo Ecclesiæ Ticinensis.*

PItacium *d* nobis tua veneranda fraternitas obtulit, per quod scisitari curâsti, si liceat filio, cujus pater alterius filiam ex sacro baptismate *e* susceperit, susceptam, id est, spiritualem ejus patris filiam (quod dicti crudele est) in matrimonio accipere, quod apud te enormiter asseruisti contigisse. ¶ Sed benè tua sancta fraternitas compertum habet, quòd Dominus præceperit per

a *Extrà, de despons. impub. cap. 2. Panorm. lib. 6. cap. 122.* b *Sentent. 4. distinct. 42.* c *Sentent. ibidem. Ivo p. 2. cap. 151. & part. 9. cap. 34. Panorm. lib. 6. cap. 123. Ivo serm. 1. de rebus Ecclesiasticis.* d *Polycarp. libr. 6. tit. 4. Anselmus libr. 10. cap. 27. Ivo part. 1. cap. 307. Panorm. libr. 6. cap. 122.* e *alii sunt.*

Moysen,

Moysem, a dicens: [Turpitudinem 1 patris tui, vel matris, vel sororis non revelabis; turpitudo enim tua est.] Cum 2 ergò à propria consanguinitate jubemur abstinere, multò magis à spirituali nostri patris filia, omni excusatione aut argumento sepositò, sub nimia districtione nos cavere convenit: ne in iram divini examinis incidat, si quis tali facinore mistus, minimè restrinxerit fræna luxuriæ. Unde & omnes 3 omninò cavendi sunt à tali sceleris commistione, ne in perpetuum pereant: sed hunc, qui hujus perniciosæ temeritatis auctor, animæ suæ salutem despiciens, impiissimo se miscuit matrimonio, per omnia tua fraternitas studeat separare, & pœnitentiæ dignæ submittere, quatenùs ab æterna erutam b damnatione animam ejus lucreris.

1 ¶ Turpitudinem] *In decretis Zachariæ (quæ sunt in vetusto codice) & apud Anselmum & Ivonem habentur omnia, ut in capite 18. Levitici.*

2 ¶ Cùm ergò] *In ejsdem decretis sic legitur:* Turpitudinem enim non revelare dicitur, dum à propria consanguinitate præcipimur abstinere. Multò magis, &c.

3 ¶ Unde & omnes] *Apud Anselmum est:* Unde & omnes omninò cavendæ sunt tales scelerum commistiones.

C. III. ¶ *Filiæ suæ filiam, quam de sacro fonte susceperit, nullus tradere audeat: Item* Zacharias & Deus dedit.

NOn c oportet filiam, quam de sacro fonte susceperit, aliquando filio suo in matrimonium tradere; quia in divina sententia germani esse inveniuntur. Si quis tali facinore commistus minimè restrinxerit fræna luxuriæ, ab Ecclesia catholica abominabitur. Sed si conversus fuerit, post separationem septem annis pœnitentiam gerat. Consciis simul cum auctore d sit ista conditio: id est, simul cum cooperatoribus & consentientibus pœniteat.

2 pars. *Filii verò, sive ante compaternitatem, sive post nati fuerint, licitè conjungi possunt.*

C. IV. ¶ *Filii vel filiæ, ante vel post compaternitatem geniti, legitimè conjungi possunt. Unde* Urbanus *scribit Vitali Presbytero Brixiensi, dicens.*

SUper e quibus consulit nos tua dilectio, hoc videtur nobis ex sententia respondendum, ut & baptismus sit, si instante necessitate fœmina puerum in nomine Trinitatis baptizaverit, & quòd spiritualium parentum filii, vel filiæ, ante vel post compaternitatem geniti, possunt legitimè conjungi, præter illam personam, per quam compatres sunt effecti.

C. V. ¶ *Qui ex compatre vel commatre post susceptos filios de fonte nati fuerint, conjungi non possunt. Paschalis verò secundus post compaternitatem genitos copulari prohibens, scribit Rhegino Episcopo.*

POst f susceptum verò de fonte filium vel filiam spiritualem, qui ex compatre vel commatre nati fuerint, matrimonio conjungi non possunt; quia leges seculi non emancipatos adoptivis prohibent copulari.

¶ *Anselmus lib. 10. cap. 34. refert sere integram hanc epistolam, itemq; Polycarpus, cujus initium est in c.* post uxoris. *infrà cdd. q. 4. & continenter post illud sequitur hoc caput. & deinceps c.* porrò duorum. *infrà 32. q. 2. & 3. Ipsius verò epistolæ auctorem & ipsi citant Paschalem secundum.*

[*Idem ex* g *libro 23. Digestorum, tit. de ritu nuptiarum, perpenditur, in quo ita legitur.*]

C. VI. PALEA.

PEr adoptionem quæsita fraternitas eousque impedit nuptias, donec manet adoptio; ideoque eam, quam pater meus adoptavit, & emancipavit, potero uxorem ducere. Æquè, & si me emancipato, illam in potestate retinuerit, poterimus jungi matrimonio. Itaque volenti generum adoptare, suadetur, ut filiam emancipet. Similiter suadetur ei, qui velit nurum adoptare, ut emancipet filium.

¶ *Hæc Palea habetur in aliquot vetustis, à quibus cætera abesse soleut, & non distinguitur à superiore capite.*

3 pars. *Si quis verò aliquo fortuito casu filiam suæ commatris uxorem acceperit, non cogitur eam dimittere.*

C. VII. ¶ *Non cogitur quis dimittere filiam suæ commatris, quam duxit in conjugium. Unde in* Tributiensi Concilio *legitur, c. 48.*

ILlud a etiam nec canonicâ institutione definimus, nec interdictione aliquâ refutamus, sed propter eos, qui diversè de eo sentiunt, hoc loco aliquid commemoramus. Si quis suæ spiritualis commatris filiam fortuitè, & ita contingente rerum casu in conjugium duxerit, consilio maturiori servato eam habeat, atque honestè legitimo conjugio operam det.

QUÆSTIO IV.

1 pars. RElictam verò compatris uxoris suæ nullus in conjugem ducere potest.

C. I. ¶ *Duas commatres alicui habere non licet. Unde* Nicolaus Papa *scribit Constantiensi Episcopo Salomoni.*

SCiscitatur b à nobis sanctitas vestra, si aliquis homo duas commatres habere valeat, unam post alteram. In quo meminisse debet scriptum esse: c [*Erunt duo in carne una.*] Itaque cùm constet, quia vir & mulier una caro per connubium efficiuntur, restat nimirum virum compatrem constitui illi mulieri, cujus matrimonio assumpta uxor commater esse videbatur: & idcirco liquet, virum illi fœminæ non posse jungi in copula, quæ commater ejus erat, cum qua idem fuerat una caro effectus.

C. II. ¶ *Octo annis pœniteat, qui duabus commatribus commiscetur. Item* ex Concilio Chalcedonensi.

SI pater & filius, aut duo fratres cum una muliere sint, si cum matre & filia, aut cum duabus sororibus, aut cum duabus commatribus aliquis concubuerit, secundùm antiquam & humaniorem definitionem octo annis pœniteat.

¶ *In Concilio Chalcedonensi nihil hujusmodi extat tractatum, aut definitum. Ex eo tamen refertur etiam in fragmento pœnitentialis incerti auctoris: eodemq; modo citatur infrà c.* post uxoris.

C. III. ¶ *Nullus duabus commatribus commiscatur. Item* Innocentius *Exuperio Tolosano Episcopo.*

SI d quis ex 1 uno conjugio filium aut filiam alterius de sacro fonte susceperit, aut ad chrisma tenuerit, vel Christianitatis ministerium e dederit, ambo & vir & uxor compatres existunt parentibus infantis; quia vir & mulier caro una effecti sunt.

1 ¶ Exuno] *In plerisque vetustis exemplaribus, & eâdem collectione decretorum incerti auctoris legitur,* si quis unus ex conjugio. *In epistola verò Innocentii Exuperio Tolosano Episcopo scripta, hoc non habetur.*

2 pars. *Contrarium invenitur* in Concilio Tributiensi, *cap. 47.*

a *Leviticor. 18.* b *alii. eruitas damnatione animas earum.* c *Polyc. ibid. Ansel. lib. 10. cap. 28.* d *al. allove.* e *Sentent 4. distinct. 42.* f *Sentent. 4. dist. 42. Polyc. l. 6. tit. 6. Ans. l. 10. c. 34.* g *Tit. 2. leg. 17.*

a *Sent. ibid. Burchard. lib. 17. c. 46. Ivo p. 9. c. 97.* b *Sent. ibid. Ivo p. 1. c. 137. & p. 9. c. 51. Pann. l. 7. c. 63.* c *Gen. 2.* d *Polyc. l. 6. tit. 6.* e *al. mysterium.*

C. IV. ¶ *Uxorem compatris ducere potest, cujus ipsa commater non fuerat.*

QUi *a* spiritualem habet compatrem, cujus filium de lavacro sacri fontis accepit *b*, & ejus uxor commater non est, liceat ei, defuncto compatre suo, ejus viduam ducere in uxorem, si nullam habet consanguinitatis propinquitatem. Quid enim? Nunquid non possunt conjungi, quos nulla proximitas carnalis, vel nulla generatio secernit spiritualis?

C. V. ¶ *De eodem.*

Item in epistola Paschalis Papæ II. *ad Rheginum Episcopum.*

POsse uxoris obitum cum commatre uxoris viri superstitis conjugio copulari, nulla videtur auctoritas, vel ratio prohibere. Neque enim cognationi carnis cognatio Spiritûs comparatur, neque per unionem *d* carnis ad unionem Spiritûs pertransitur.

3 pars. *Notandum verò est, quòd aliud est, commatrem alicujus cognoscere, atque aliu', derelictam ab aliquo commatrem alicujus fieri. Auctoritas illa Nicolai Papæ, & Chalcedonensis Synodi illum prohibet commatris suæ uxoris matrimonia copulari, qui uxori suæ debitum reddidit, postquam illius commater extitit. Illa verò auctoritas Triburiensis Concilii illos permittit matrimonio copulari, cujus uxor, postquam à viro suo derelinquitur, illius commater efficitur, nec post compaternitatem à viro suo cognoscitur. Quæritur autem, an uxor cum marito in baptismate simul debeat suscipere puerum?*

C. VI. ¶ *Uxor simul cum viro filium alicujus in baptismate non suscipiat.*

De his ita scribit Urbanus II. *Vitali Presbytero* 1 *Brixiæ.*

QUòd *e* autem uxor cum marito in baptismate simul non debeat suscipere puerum, nullâ auctoritate reperitur prohibitum. Sed ut puritas spiritualis paternitatis ab omni labe & infamia conservetur immunis, dignum esse decernimus, ut utrique insimul ad hoc aspirare minimè præsumant. Quia verò piaculare flagitium commisit, qui duabus commatribus, velut duabus sororibus, nupsit, magna juxta modum culpæ pœnitentia sibi debet injungi.

1 ¶ Presbytero] *Antèa legebatur,* Episcopo. *Emendatum est ex exemplaribus vetustis, qua collata sunt. Eadem citatio est suprà hâc eâdem causâ, q. 3.* super quibus.

Illud verò Triburiensis Concilii: [Qui spiritualem habet compatrem, &c.] *ante hanc prohibitionem dictum intelligitur: vel uxor commater accipiatur, non ex eodem filio cum viro, sed ex alio.*

QUÆSTIO V.

Quòd autem clandestina conjugia fieri non debeant, Evaristus Papa testatur, scribens Episcopis Africæ, epistol. 1.

C. I. ¶ *Clandestina conjugia fieri non debent.*

ALiter *f* legitimum 1 non sit conjugium, nisi ab his, qui super ipsam fœminam dominationem habere videntur, & à quibus custoditur, uxor petatur, & à parentibus, & propinquioribus sponsetur, & legibus dotetur, & suo tempore sacerdotaliter, ut mos est, cum precibus & oblationibus à Sacerdote benedicatur, & à paranymphis, ut consuetudo docet, custodita & sociata, à proximis congruo tempore petita legibus detur 2, ac solemniter accipiatur, & biduo, vel triduo orationibus vacent, & castitatem custodiant. *Item.*

a *Sentent. ibid. Polyc. l. 6. tit. 6. Burch. l. 17. c. 45. Ivo p. 9. c. 196. Panorm. l. 7. c. 67.* b *al. suscepit.* c *Sentent. ibid. Polycarp. ibid. Anf. l. 10. c. 34.* d *alii. unationem.* e *Sent. ibid.* f *In capit. Caroli. lib. 7. cap. 463. Sent. 4. distinct. 28. Polyc. l. 6. tit. 4. Anf. l. 10. c. 2. Ivo p. 8. c. 4. Panor. l. 6. c. 31.*

¶ Ita peracta legitima scitote esse connubia: aliter verò præsumpta, non conjugia, sed adulteria, vel contubernia, vel stupra, aut fornicationes potius, quàm legitima conjugia esse non dubitate, nisi voluntas propria suffragaverit, & vota succurrerint legitima.

1 ¶ Legitimum] *In epistola ipsa interjiciuntur hæc, sicut à Patribus accepimus, & à sanctis Apostolis, eorumq; successoribus traditum invenimus.*

2 ¶ Detur,] *Antea legebatur,* à legibus dotetur, *quod jam superius dictum erat. Emendatum est ex vetustis editionibus Conciliorum, capitularibus, Anselmo & Ivone.*

C. II. ¶ *Nuptiæ occultæ celebrare non licet.*

Item ex decretis Hormisdæ Papæ, *c. 6.*

NUllus *a* fidelis cujuscunque conditionis sit, occultè nuptias faciat, sed benedictione accepta à Sacerdote, publicè nubat in Domino.

¶ *Apud Burchardum, Ivonem, Polycarpum, & in collectione, quæ est tanto tertio Conciliorum post decreta Alexandri tertii post. 49. cap. 10. citatur similiter ex decretis Hormisdæ. Verum inferiora collectionis decreta alium, tit. de clandest. desponsat. citatur ex Alexandro tertio, qui primus auctor hujus capitis esse non putet; quippe qui posterior fuit Gratiano.*

C. III. ¶ *Nuptiæ publicè celebrari debent.*

Item Nicolaus *ad consulta Bulgarorum, cap. 3.*

NOstrates *b* tam mares, quàm fœminæ non ligneam auream, vel argenteam, aut ex quolibet metallo compositam, quando nuptialia fœdera contrahunt, in capitibus deferunt: sed post sponsalia, quæ futurarum sunt nuptiarum promissa, fœdera quoque *c* consensu eorum, qui hæc contrahunt, & eorum, in quorum potestate sunt, celebrantur: & postquam arrhis sponsam sibi sponsus per digitum fidei annulo insignitum desponderit, dotemque utrique placitam sponsus ei cum scripto pactum hoc continente coram invitatis ab utraque parte tradiderit (aut mox, aut apto tempore, ne videlicet ante tempus lege definitum tale quid fieri præsumatur,) ambo ad nuptialia fœdera perducuntur: & primùm quidem in Ecclesia Domini cum oblationibus, quas offerre debent Deo per Sacerdotis manum, sanctuntur, sicque demum benedictionem, & velamen coeleste suscipiunt. *Item.* ¶ Hæc sunt, præter alia, quæ ad memoriam non occurrunt, pacta conjugiorum solemnia. Peccatum autem esse, si hæc cuncta in nuptiali fœdere non interveniant, non dicimus, quemadmodum Græcos astruere dicitis.

C. IV. ¶ *In contrahendo conjugio ista sunt observanda.*

Item Leo Papa.

QUalis *d* debeat uxor esse, quæ habenda est secundùm legem, virgo casta, & desponsata in virginitate, & dotata legitimè, & à parentibus tradita *e*, à sponso, & à paranymphis accipienda: & ita secundum legem, & Evangelium publicis nuptiis in conjugium liquidè sumenda, & omnibus diebus vitæ (nisi ex consensu, & causâ vacandi Deo) nunquam propter hominem separanda; & si fornicata fuerit 1, dimittenda, sed illâ vivente altera non ducenda, quia *f* adulteri regnum Dei non possidebunt, & pœnitentia illius 2 per scripturam recipienda.

¶ *Burchardus etiam, Anselmus, Ivo & Panormia citant ex Leone. Sed ferè idem in Concilio Rhemensi Trosleano, c. 2. & lib. 7 Capitular. c. 279. refertur ex B. Augustino, & infra 36. q. 2. c. 1 tria (quod citatur ex B. Hieronymo) in illis verbis,* & reliqua qua sequuntur in præditis, *videntur indicare quæ in hoc capite continentur.*

a *Polycarp. ibid. Burch. l. 9. cap. 3. Ivo p. 8. c. 141. Panor. l. 6. c. 5.* b *Ivo p. 8. c. 6. Panor. l. 6. c. 4.* c *al. quoque.* d *Polyc. l. 6. tit. 6. Anf. l. 10. c. 3. Burch. l. 9. c. 2. Ivo p. 8. c. 140. Panor. l. 6. c. 46.* e *al. tradita sponso.* f *1. Cor. 6.*

1 ¶ Fuit

1 ¶ Fuerit,] *In Concilio Triseiano, & capitularibus sequitur,* & vir ejus voluerit.

2 ¶ Illius] *In iisdem legitur,* & pœnitentia illi recipienda.

C. V. ¶ *Quomodo sponsus & sponsa ad benedictionem accedant.*

Item ex Concilio Carthaginensi IV. *c. 13.*

SPonsus *a* & sponsa cùm benedicendi sunt à Sacerdote, à parentibus suis, vel à paranymphis offerantur 1: qui cùm acceperint benedictionem, eâdem nocte pro reverentia ipsius benedictionis in virginitate permaneant.

1 ¶ Offerantur:] *Sequebatur,* in Ecclesia Sacerdoti: *quæ absunt à Conciliorum editionibus & codicibus manuscriptis, Burchardo & Ivone, nec habentur sup. dist. 23. c. fin. ubi hoc idem asseritur.*

C. VI. ¶ *Sine publicis nuptiis nullus ducat uxorem.*

Item ex Concilio Arelatensi *b c. 6.*

NUllum *c* sine dote fiat conjugium: juxta possibilitatem fiat dos: nec sine publicis nuptiis quisquam nubere, vel uxorem ducere præsumat.

His omnibus auctoritatibus occulta nuptia prohibentur: atq; ideò cùm contra auctoritatem fiunt nuptiæ, pro infectis habere debent.

2 ps. *Sed quæritur, quid sibi velint illa solemnitates velaminis, & annuli, quæ in conjugiis observantur?*

C. VII. ¶ *Quare fœmina velantur, dum maritantur.*

De his ita scribit Isidorus 2. *lib. de officiis, cap. 19.*

FOeminæ *d* dum maritantur, ideò velantur, ut noverint se semper maritis suis subditas *e* esse & humiles. ¶ Item, quòd nubentes post benedictionem vittâ 1 invicem, quasi uno vinculo copulantur, videlicet ideò fit, ne compagem conjugalis unitatis disrumpant. ¶ At verò, quòd eadem vitta candido, purpureoque colore permisceatur candor quippe ad munditiam vitæ, purpura ad sanguinis posteritatem adhibetur; ut hoc signo & continentiæ 2 lex tenenda ab utrisque ad tempus admoneatur, & posthæc reddendum debitum non negetur. ¶ Item, quòd in primis negotiis annulus à sponso sponsæ datur, fit hoc nimirum vel propter mutuæ fidei signum, vel propter id magis, ut eodem pignore eorum corda jungantur. Unde & quarto digito annulus idem inseritur, quòd in eo vena quædam, ut fertur, sanguinis ad cor usque perveniat.

1 ¶ Vittâ] *In editione Isidori Colonien. legitur,* vittæ uno invicem vinculo copulantur, videlicet ne compagem, &c. *In Vaticano autem codice,* post benedictionem à Levita uno invicem, &c.

2 ¶ Continentiæ lex] *Sic emendatum est ex originali impresso & manuscripto. Anteà enim legebatur,* ut hoc signo & continentia, & lex continendi ab utrisque ad tempus admoneantur.

C. VIII. ¶ *Nuptiæ distantur ab obnubendo, eò quòd caput summ obnubere soleant.*

Item Ambrosius *in libro f de Patriarchis.*

3 NEc *g* illud otiosum, quòd cùm veniret Rebecca *h*, ps vidit Isaac ambulantem, & cùm interrogâsset, quis esset, cognito, quòd ipse esset, cui duceretur uxor, descendit, & caput suum obnubere cœpit, docens verecundiam nuptiis præire debere. Inde enim & nuptiæ dictæ, quòd pudoris gratiâ se puellæ obnuberent.

4 pars. *Sed objicitur præmissis: Multa sunt, quæ prohibentur, quæ si fiant, ex post facto convalescunt. Prohibentur venientes matrimonia contrahere, quæ tamen si contraxerint, inviolata permanere oportet. Sic & clandestinæ conjugia contra leges quidem sunt, tamen contracta dissolvi non possunt, quæ ex legitimo voto subsequente corroborantur. Unde Evaristus cùm dixisset,* a [alinea præsumpta non sunt conjugia, sed adulteria:] *addidit,* [nisi voluntas propria suffragaverit, & vita succurrerit legitima.]

C. IX.

Hinc etiam in novellis.

SI quis *b* divinis tactis scripturis juraverit mulieri, legitimam se eam uxorem habiturum, vel si in Oratorio tale sacramentum dederit, sit illa legitima uxor 1, quamvis nulla dos, nulla scriptura alia interposita sit.

1 ¶ Uxor,] *Apud Iulianum anteceſſorem, ex quo videtur sumptum hoc capitulum, sequitur,* si tamen ei conjuncta fuerit.

His ita respondetur. Conjugia, quæ clàm contrahuntur, non negantur esse conjugia, nec jubentur dissolvi, si utrisq; confessione probari poterunt: verumtamen prohibentur, quia mutatâ voluntate alterius eorum, alterius confessione fides judici fieri non poterit. Unde publicè, cum alterius vota in alteram partem se transtulerint, proprio conjugio, quod judici incertum est, sententia ferri non potest. Incerta enim (ut Sixtus Papa scribit c Episcopis per Hispaniam constitutis) nemo Pontificum judicare præsumat: & quamvis vera sint, tamen credenda non sunt, nisi quæ certis indiciis comprobantur, nisi quæ manifestis judicio convincuntur, nisi quæ judiciario ordine publicantur. Hinc etiam Victor Papa d *scribit Theopolis Episcopo:* [Incerta, charissime, nullatenùs judicemus, quòusque veniat e Dominus, qui latentia producet in lucem, & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. Quamvis enim vera sint, non tamen credendâ sunt, nisi quæ manifestis indiciis comprobantur, nisi quæ manifesto judicio convincuntur, nisi quæ judiciario ordine publicantur.]

C. X. ¶ *Ante justam probationem nullus est judicandus aut damnandus.*

Item Evaristus Papa, *epist. 2. omnibus Episcopis.*

NUllum *f* ante veram justamque probationem judicare aut damnare debemus, teste Apostolo, qui ait: *g* [*Tu quis es, qui judicas alienum servum? Domino suo stat aut cadit.*] Mala itaque audita nullum moveant, nec passim dicta absque certa probatione quisquam unquam credat: sed antè audita diligenter inquirat, ne præcipitando quicquam aliquis agat.

C. XI. ¶ *Non sunt aliqua judicanda priùs, quàm certis demonstrentur judiciis.*

Item Eleutherius Papa *h, epistolâ ad Gallia provinciæ.*

IUdicantem *i* oportet cuncta rimari, & ordinem rerum plenâ inquisitione discutere: interrogandi, respondendi, objiciendique præbitâ patientiâ ab eo, ut ibi actio ambarum partium illuminata 1 sit pleniter: nec litigantibus judex priùs velit suâ sententiâ obviare, nisi quando ipsi jam peractis omnibus nihil habeant in quæstione, quod proponant: & tamdiu actio ventiletur, quousque ad rei veritatem perveniatur. Frequenter interrogare oportet, ne aliquid prætermissum fortè remaneat, quod annecti conveniat.

1 ¶ Illuminata] *In loco sudicatis legitur,* liminata. *In plerisq; autem vetustis Gratiani exemplaribus,* luminata.

---

a *Sup. dist. 23. c fin. Polyc ibid. Burch. l. 9. c. 5. Ivo p. 8. c. 143. Pann. l. 6. c. 20.* b *Habetur in c. l. 6. cap. 131.* c *Burch. l. 9. c. 6. Ivo p. 8. c. 144. Pann. l. 6. c. 6.* d *Ivo p. 8. c. 7. & 8. Pann. l. 6. c. 8.* e *al. subjectas.* f *Lib. 1. de Abraham. cap. 9.* g *Isidorus lib. de offic. 2. cap. 13.* h *Genes. 24.*

a *Sup. ead. aliter.* b *Iul. anteceſſ. conſtit. 74. cap. 4. Sent. 4. dist. 28. Ivo p. 8. c. 44. & part. 16. c. 142. Pann. l. 8. c. 7.* c *Epist. 2.* d *Epist. 1. c. 2.* e *2. Cor. 4.* f *Sup. 2. q. 1. Deus omnipotens. 20. Anscl. l. 3. c. 67.* g *Rom. 14.* h *Et in decretis Iulii, cap. 31. & in c. Hadrianâ, cap. 26. & in C. l. 5. cap. 246.* i *Polyc. l. 3. tit. 2. Ivo p. 8. c. 316. & 317. Pann. l. 4. c. 113. & 104.*

Ex præmissis manifestè colligitur, quòd pro incertis à certis recedendum non est: nec in re dubiâ, certa danda est sententia. Cum autem fides dubia rei, nisi testium approbatione, vel legitimâ confessione judici fieri non valeat, testes autem auctoritate Calixti Papæ a sione judici fieri non valeat, testes autem auctoritate Calixti Papæ a de aliis causis vel negotiis testimonium dicere non valeant, nisi de his, quæ sub eorum præsentia facta noscuntur; apparet clandestinæ conjugia ideò esse prohibita, quia cum alter eorum conjugalem affectum & ad alterum habuisse negare voluerit, legitimis probationibus convinci non poterit, quibus deficientibus, judicis sententiâ ritè absolutus, reatum adulterii uterque incurrit, dum utroque eorum viventi alius se copulaverint. b

CAUSA XXXI.

VXorem cujusdam alius constupravit: eo mortuo, adulter adulteram sibi in uxorem accepit: filiam ex ea susceptam cuidam in conjugem se daturum juravit: illa assensum non præbuit: deinde pater alii eam tradidit: à primo reposcitur.

1 *Quæritur, an possit duci in conjugium, quæ priùs est polluta per adulterium?*

2 *Secundò, an filia invita sit tradenda alicui?*

3 *Tertiò, an post patris sponsionem illa possit nubere alii?*

QUÆSTIO I.

1 ps *Adulterio polluta prohibetur duci in conjugium, auctoritate* Leonis Papæ, *quâ dicitur.*

C. I. ¶ *Adulterio polluta non ducatur ab eodem in matrimonium.*

NUllus c ducat in matrimonium, quam priùs polluit adulterio.

C. II. ¶ *Licet alicui ducere in matrimonium, quam prius polluit adulterio.*

Sed Augustinus *contrà testatur, scribens ad Valerium de nuptiis, & concupiscentia, lib. 1. cap. 10.*

DEnique d mortuo viro, cum quo verum connubium fuit, fieri 1 potest conjugium, cum quo præcessit adulterium. *Item in libro de bono conjugali, c. 24.* ¶ Posse sanè fieri nuptias ex personis malè conjunctis, honesto placito posteà consequente, manifestum est.

1 ¶ Fieri potest conjugium.] *In editionibus operum B. Augustini, & uno Vaticano codice, unoq; item Gratiani exemplari legitur,* fieri verum connubium non potest. *In duobus verò Vaticanis recentioribus ejusdem libri abest negatio.*

Hæc ultima auctoritas Augustini de concubinis loquitur, permittens concubinas posse transire ad honestum placitum nuptiarum. Prima auctoritas Augustini loquitur de repudiata, quam, dum vivente viro suo quicunque ducit in conjugium, committit adulterium: cujus adulterii aliquam habet veniam, dum ejus copula creditur esse licita. ¶ Illud verò Leonis Papæ de ea intelligendum est, quæ à viro suo non erat repudiata, cujus vivebat vir, residens ei conjugale debitum.

C. III. ¶ *Nullus ducat in conjugium, quam polluit prius per adulterium.*

Unde in Concilio apud Althæum *habito præsente Conrado Rege statutum est, cap. 6.*

ILlud e verò communi decreto, secundùm canonum institutiones definimus & præjudicamus, ut si quis cum uxore alterius eo vivente fornicatus fuerit, moriente marito, synodali judicio aditus ei claudatur illicitus, ne ulteriùs ei conjungatur matrimonio, quam priùs polluit adulterio. Nolumus enim, nec Christianæ religioni convenit, ut ullus ducat in conjugium, quam priùs polluit per adulterium.

Hîc subaudiendum est, nisi priùs per aliâ pœnitentiâ, & si nihil in mortem viri machinatus fuerit: vel si vivente viro fidem adulterâ non dedit, si fortè eam filii in conjugem, si vivo ejus superviveret.

C. IV. ¶ *Post mortem viri num potest adulteram in conjugium ducere, qui viro vivente juramentum sibi futurarum nuptiarum præbuit.*

Unde in Concilio Triburiensi *legitur.*

RElatum a est auribus sanctorum Sacerdotum, quendam alterius uxorem stupro violâsse, & insuper mœchæ vivente viro suo, juramentum dedisse, ut post legitimi mariti mortem, si supervixisset, duceret uxorem, quod & factum est. Tale ergò connubium prohibemus & anathematizamus.

¶ *Hujus capituli sententia quidem est in canone 40. Concilii Triburiensis, quod extat. Sed cum Burchardus hoc citet cap. 41. videtur alterius esse, quod desideratur.*

C. V. ¶ *Post per aliam pœnitentiam potest viduam in conjugem ducere, quam viro vivente per adulterium polluit.*

Item in eodem b.

SIquis e vivente marito conjugem illius adulterasse accusatur, & eo in proximo defuncto, eandem sumpsisse dinoscitur, omnimodis publicæ pœnitentiæ subjicitur d. De quo etiam post pœnitentiam præfatam 1, si expedierit, servabitur regula: nisi fortè vir, aut mulier virum, qui mortuus fuerat, occidisse noscetur, aut propinquitas, vel alia quælibet actio criminalis impediat. Quod si probatum fuerit, sine ulla spe conjugii maneant perpetuo cum pœnitentia.

¶ *Burchardus & Ivo citant ex Concilio Meldensi, c. 69. ubi habetur. In Decretalibus verò tit. de eo, qui duxit ux. quam pol. per adult. c. cum haberet. Clemens III. hoc ipsum citat ex Concilio Triburiensi, ut Gratianus & Panormia.*

1 ¶ Præfatam,] *In Meldensi legitur,* præfata, *ut indicetur regula jam ibi tradita, c. 65. & citatur infrà, pt. 2. q. 1. si autem.*

C. VI. PALEA.

[*Item ex Concilio apud Vermerias.*]

1. SIqua e mulier in mortem mariti sui cum aliis consiliata sit, & ipse vir aliquem illorum se defendendo occiderit, si probare potest ille vir eam ream esse consilii, potest (ut nobis videtur) ipsam uxorem dimittere, & si voluerit aliam ducere 1. Ipsa autem insidiatrix pœnitentiæ subjecta absque spe conjugii maneat.

¶ *Hæc Palea est in multis vetustis exemplaribus, in quibus Palea esse non solent. Citatur autem ex Concilio apud Vermerias etiam in excerptis decretorum monasterii B. Trudonis, & apud Burchardum & Ivonem: quamvis in Decr. tit. de divort. c. primo, interpolato in vulgatis codicibus sit,* Ex Concilio apud Vormaciam. *Attamen quidem in titulo hujus Palea legebatur,* ex Concilio Eliberitano apud Vermerias. *Indulta verò est dictio,* Eliberitano, *quæ spectat ad sequens capitulum. Palearum enim interpositor sæpenumerò in titulis occasionem hujusmodi erroribus dedit.*

1 ¶ Et si voluerit aliam ducere.] *Absunt hæc ab Ivone. In Decretalibus autem legitur,* potest ipse post mortem uxoris, si voluerit, aliam ducere.

a 3. quæst. 9. testes. b *vide const. novam Synodi Trid. sess. 24. in decr. de reform. matrim. c. 1.* c *Sent. 4. dist. 41.* d *Sent. ibid. Ivo p. 8. c. 10. Pann. l. 6. c. 45.* e *In Trbur. cap. 51. Burch. l. 9. c. 74. Ivo p. 8. c. 211. Pan. l. 7. c. 210.*

a *Sent. 4. dist. 35. Burch. lib. 9. cap. 66. Ivo p. 8. c. 102. Panor. l. 7. cap. 9.* b *In Meldens. cap. 69.* c *Burch. l. 9. c. 67. Ivo p. 8. c. 210. Pann. l. 7. c. 11.* d *al. subigatur.* e *extra, de divort. c. 1. Burch. l. 6. c. 41. Ivo p. 10. c. 163.*

C. VII.

C. VII. ¶ *Post pœnitentiam reconciliatur ad communionem vidua, quæ mœchum suum in virum accepit.*

Item ex Concilio Eliberitano, *c.72.*

II. SIquis fuerit vidua mœchata, & posteà eundem habuerit maritum, post quinquennii tempus actâ legitimâ pœnitentiâ placuit eam ad communionem 1 reconciliari.

1 ¶ Ad communionem] *In variis exemplaribus hujus Concilii tam impressis, quàm manuscriptis legitur,* communioni reconciliari.

2 ps. *Sed objicitur.* a *David cum Bethsabee adulterium commisit, & mortem Uriæ machinatus est: & tamen eandem Bethsabee posteà duxit in uxorem. Sed in* b *Veteri Testamento multa permittebantur propter infirmitatem, quæ in Evangelii* c *perfectione eliminata sunt: sicut permittebatur quilibet dare libellum repudii, ne per odium funderetur sanguis innocuus. Quod posteà in Evangelio Dominus prohibuit, dicens uxorem à viro non esse dimittendam, nisi causâ fornicationis. Quædam permittebantur causâ infirmitatis, & sacramenti futurorum: sicut* d *Dominus permisit filiis Israël offerre animalia sibi in sacrificium, quæ in Ægypto consueverant immolare dæmonibus, malens ea sibi offerre, quàm idolis: & ut essent illis sacramenta futurorum. Sic & Bethsabee permissa est duci in uxorem, non magis causâ suæ infirmitatis, quàm significationis futurorum. Sed est alia ratio, quâ uxor defuncti huic nubere non posset. Generaliter enim prohibentur viri & mulieres frequenter matrimonia contrahere.*

Unde in conventu secundarum nuptiarum Presbyteri interesse non debent.

C. VIII. ¶ *Fides & conversatio pœnitentiam abbreviat eorum, qui frequenter ducunt uxores.*

Sitent in Neocæsariensi Concilio, *c.3. & 7. legitur.*

DE his, *e* qui frequenter uxores ducunt, & de his, quæ sæpiùs nubunt, tempus quidem pœnitentiæ his manifestum constitutum est, sed conversatio & fides eorum tempus abbreviat. ¶ Presbyterum *f* verò convivio 1 secundarum nuptiarum interesse non debere; maximè 1 cùm præcipiatur secundis nuptiis pœnitentiam tribuere, quis erit Presbyter, qui propter convivium illis consentiat nuptiis?

1 ¶ Convivio] *In vulgatis erat,* connubio. *Emendatum est ex vetustis, & originali ipsis. Græcè est,* μὴ ἐσθίειν.

2 ¶ Maximè cùm] *Locus hic græcè sic habet,* ἐπεὶ μετανοίαν αὐτῇ τῷ διγάμῳ, τίς ἔσται ὁ πρεσβύτερος ὁ ἐπὶ τῷ ἐπιόντι συγκατατιθέμενος τοῖς γάμοις: *id est,* Nam pœnitentiam petenti bigamo, quis erit Presbyter, qui hoc ipso, quod interest convivio, nuptiis consentit?

C. IX. ¶ *Secundùm veritatis rationem fornicari convincitur, qui secundam duxit uxorem.*

Item Joannes Chrysostomus, [*id est, auctor operis imperfecti in Matth. homiliâ 32.*]

HAc ratione & Apostoli præceperunt *g* secundas adire nuptias propter incontinentiam hominum. Nam secundam quidem accipere secundùm præceptum Apostoli *h* est, secundùm veritatis autem rationem, verè 1 fornicatio est. Sed dum permittente Deo publicè & licenter committitur, fit honesta fornicatio. Propterea benè dixit, quia Moyses *i* hoc permisit, non præcepit. Aliud est enim præcipere, aliud permittere. Quod 2 enim permittimus, nolentes præcipimus; quia malas hominum voluntates ad plenum prohibere non possumus.

1 ¶ Verè fornicatio] *Longè cautiùs loquitur verò Joannes Chrysostomus cum alibi, tum potissimum in epistola ad viduam juvenem, de non iterando conjugio, quæ nuper Romæ est impressa, negatq; perspicuè secundum matrimonium fornicationem esse.*

2 ¶ Quod enim permittimus.] *Sic est in glossa ordinaria ad cap 5 Matthæi, in vers.* libellum repudii. *Sed in homilia citata hoc modo:* Quod enim præcipimus, semper placet: quod autem permittimus, nolentes præcipimus *a.*

C. X. ¶ *Ut vitetur periculum fornicationis, secunda matrimonia conceduntur.*

Item Hieronymus *contra Iovinianum, lib. 1.*

QUomodo virginibus ob fornicationis periculum concedit nuptias, & excusabile facit, quod per se non appetitur; ita ob eandem fornicationem vitandam concedit viduis secunda matrimonia. Melius est enim, licèt alterum & tertium, unum virum nôsse, quàm plurimos, id est, tolerabilius est uni homini prostitutam esse, quàm multis. Siquidem & illa in Evangelio *b* Joannis Samaritana sextum se maritum habere dicens, arguitur à Domino, quòd non sit vir ejus: ubi enim numerus maritorum est, ibi vir, qui propriè unus est, esse desiit. Una *c* costa à principio in unam uxorem versa est. [*Et erunt,* inquit, *duo in carnem unam,*] non tres, neque quatuor, alioqui jam non duo, sed plures. Primus *d* Lamech sanguinarius & homicida unam carnem in duas divisit uxores; fratricidium & bigamiam eadem cataclysmi delevit pœna: de altero septies, de altero septuagies septies vindicatum est. Quantum distat in numero, tantum & in crimine. Quàm sancta sit bigamia, hinc ostenditur, quòd bigamus in clerum eligi non potest: & ideò Apostolus *e* ad Timotheum, [*Vidua,* inquit, *eligatur non minor sexaginta annorum, quæ fuerit unius viri uxor.*] Hoc omne præceptum de his est viduis, quæ Ecclesiæ pascuntur eleemosynis: & idcircò ætas præscribitur, ut illæ tantùm accipiant pauperum cibos, quæ jam laborare non possunt. Simulque considera, quòd quæ duos habuit viros, etiamsi anus est, & decrepita, & egens, Ecclesiæ stipes non meretur accipere: si autem panis illi tollitur eleemosynæ, quantò magis ille panis, qui de cœlo descendit; quem *f* qui indignè comederit, reus erit violati corporis & sanguinis Christi? Quanquam hæc testimonia, quæ suprà posui, in quibus viduis conceditur, ut, si velint, denuò nubant, quidam interpretantur super his viduis, quas amissis maritis sic invenerit fides Christi.

3 ps. *Verum hoc eum in exhortationem vidualis continentiæ, non in condemnationem secundarum, & desponsi nuptiarum putamus dixisse; quas multorum auctoritatibus constat licitas esse, ut ex verbis ejusdem datur intelligi.* Ait *enim ad Pammachium in Apologetico contra Iovinianum.*

C. XI. ¶ *Nec duæ, nec tres, nec desponsi nuptiæ sunt condemnandæ.*

APeriant *g*, quæso, aures obtrectatores mei, & videant me secundas & tertias nuptias concessisse in Domino. Qui secundas & tertias non damnavi, primum potui damnare matrimonium? *Idem ibidem.* ¶ Non damno bigamos, imò nec trigamos, & si dici potest, octogamos. *Idem ibidem.* ¶ Ego etiam nunc liberâ voce proclamo, non damnari in Ecclesia bigamiam, imò nec trigamiam; & ita licere quinto, & sexto, & ultrà, quomodo & secundo marito nubere.

a 2.Reg. 11. b Deut. 24. c Matth. 19. d Lev. 9. e 4.Sent. dist. 42. Burch. l. 9. c. 22. Ivo part. 8. c. 60. f C. 7. ejusdem. Burch. l. 2. c. 133. Ivo p. 3. c. 42. & 301. Pann. l. 6. c. 67. Mart. Brachar. in c. grac. Synod. c. 38. g al. permiserunt. h 1.Cor. 7. i Deut. 24. Matth. 19.

a al. permittimus. b Ioan. 4. c Gen. 2. d Gen. 9. e 1.Tim. 5. f 1.Cor. 11. g Sent. 4. dist. 42. Ivo p. 8. cap. 279. Pann. l. 6. c. 62.

C. XII. ¶ *Secunda conjugia, sicut & prima, licita esse probantur.*

Item Augustinus *lib. 2. contra adversarium legum, & Prophetarum, c. 11.*

DEus *a* masculum & fœminam propagandi generis causâ nuptiali castitate conjunxit, & secundas nuptias, quæ in utroque 1 Testamento permittuntur, licitas esse monstravit.

1 ¶ Utroque] *In originali est*, novo quoque, *cujus veræ lectionis sunt vestigia in aliquot Gratiani exemplaribus. Habent enim*, uno quoque. *Ac certè de Vetere Testamento nulla erat dubitatio. Sed non est mutatum, quoniam auctor glossæ videtur legisse*, utroque.

C. XIII. ¶ *De eodem.*

Idem *super primam* b *epistolam ad Corinthios.*

QUòd *c* si dormierit vir ejus.] Non dicit, primus vel secundus, vel quotus, nec nobis definiendum est, quod non definit Apostolus *d*. Unde nec ullas debeo damnare nuptias, nec eis verecundiam numerositatis auferre 1. Dominus *e* autem septemviram non damnavit *f*, nec dicit in resurrectione non posse esse, sed tantùm: [*Neq; nubent, neq; nubentur.*] Unde nec contra humanæ verecundiæ sensum audeo dicere, ut quoties voluerint, nubant, nec ex corde meo quotaslibet nuptias condemnare. Quod dicitur univiræ, hoc & omni viduæ: *g* [*Beatior autem erit, si sic permanserit.*]

¶ *Gratianus retulit verba glossæ ordinariæ ad c. 7. prioris ad Corinthios ex Augustino, in libro de bono viduitatis, c. 11.*

1 ¶ Auferre.] *Anteà erat*, inferre. *Emendatum est ex glossa & B. Augustino, cujus verba referunt cæteri collectores.*

QUÆSTIO II.

QUòd h *autem aliqua non sit cogenda nubere alicui, Ambrosius testatur super epistolam primam ad Corinthios.* [Nubat, cui vult: tantùm in Domino:] *id est, quem sibi aptum putaverit, illi nubat; quia invitæ nuptiæ solent malos proventus habere.* [Tantùm autem in Domino.] *Hoc est, ut sine suspicione turpitudinis nubat, & viro sua religionis nubat.*

C. I. ¶ *Juramento patris non cogitur puella nubere, cui nunquam assensum adhibuit.*

Item judicium Urbani Papæ.

SI verum *i* esse constiterit, quod nobis Legati Jordanis *k* Principis retulerunt, scilicet, quòd ipse coactus & dolens filiam suam infantulam nolentem, flentem, & pro viribus renitentem, non assentientibus, sed valdè dolentibus matre & parentelâ, Rainaldo Rodelì *l* filio desponsaverit, quoniam canonum & legum auctoritas talia sponsalia (ut infrà ostenditur) non approbat, ne ignorantibus leges & canones, nimis durum, quod dicimus, videatur, ita sententiam temperamus, ut si Princeps cum filiæ, matris, & parentelæ assensu id, quod cœptum est, perficere voluerit, concedamus. Sin autem, Legatus noster utrasque partes audiat; & si nihil fuerit ex parte supradicti Rainaldi amplius, quod impediat, ab ipso Jordane sacramentum, quòd ita constent hæc, ut dicta sunt, accipiat: & nos canonum ac legum scita sequentes, deinceps non prohibemus, quin alii viro, si voluerit, prædicta filia ejus nubat: tantùm in Domino.

a *Sent. ibid. Ivo p. 8. cap. 269. Pannorm. lib. 6. cap. 22. & 61.* b *Glossa ord. ad c. 7. ejus epistolæ.* c *Sent. ibid. Ivo p. 8. c. 268. Polyc. l. 6. tit. 4. Pann. l. 6. c. 59.* d *1. Corinth. 7.* e *Matth. 22.* f *al. damnat.* g *1 Cor. 7.* h *C. 39. ad. cap. 7. Ivo p. 8. cap. 19.* i *Sent. 4. distinct. 39. Ivo p. 8. c. 23. Pann. l. 6. c. 188.* k *al. Iordani.* l *al. Ridelì.*

C. II. PALEA.

[*Econtra* Hormisda Papa *scribit Eusebio Episcopo.*]

TUa sanctitas *a* nos requisivit, frater venerande, de filio adulto, quem pater matrimonium contrahere vult, si sine voluntate filii adulti facere potest. Ad quod dicimus, si aliquo modo non consentit filius, fieri non posse. Potest autem de filio nondum adulto, voluntas ejus nondum discerni potest, pater eum, cui vult, in matrimonium tradere: & postquam filius pervenerit ad perfectam ætatem, omninò observare, & adimplere debet. Hoc ab omnibus orthodoxæ fidei cultoribus, sanctum à nobis tenendum mandamus.

¶ *Palea hæc in Decretalib. est c. primum tit. de desponsat. impub. & in vulgatis quidem citatur ex Hormisda: sed in prima Decretalium collectione, ex Hormisda, ut hic.*

C. III. ¶ *Quorum unum faturum est corpus, unus debet esse & animus: atq; ideo nulla est invita copulanda alicui.*

Item Urbanus II. *Sancio 1 Regi Aragonum.*

DE *b* neptis tuæ conjugio, quam te cuidam filii tui daturum necessitatis instante articulo sub fidei pollicitatione firmâsti, hoc æquitate dictante decernimus, ut si illa virum illum omninò, ut, dicitur, renuit, & in eadem voluntatis auctoritate persistit, ut viro illi prorsus se deneget nupturam, nequaquam eam invitam & renitentem ejusdem viri cogas conjugio sociari. Quorum enim unum corpus est, unus debet esse & animus: ne forte virgo, cùm fuerit alicui invita copulata, contra Domini Apostolique præceptum, aut reatum diffidii, aut crimen fornicationis incurrat. Cujus videlicet peccati malum in eum redundare constat, qui eam conjunxit invitam. Quod pari tenore de viro etiam est sentiendum.

1 ¶ Sancio] *Sic est emendatum ex vetustis exemplaribus, Pannormia, & historiis Regum Aragonum. Nam antè erat* Sacratio.

C. IV. ¶ *Non liceat deserere viro, quam præmissis dotibus, & publicâ attestatione duxit uxorem.*

Item Nicolaus *Rodoaldo Portuensi, & Ioanni Tusculanensi Episcopis.*

LOtharius *c* Rex (in commonitorio 1) professus est, Gualdradam se à patre accepisse, & sororem postmodùm admisisse Huberti. Ubi primùm diligenti investigatione inquirite, & si eundem gloriosum Regem prædictam Gualdradam præmissis dotibus, coram testibus, secundùm legem, & ritum, quo nuptiæ celebrari solent, per omnia inveneritis accepisse, & publicâ manifestatione eadem Gualdrada in matrimonium ipsius admissa est, restat, ut perscrutemini, cur illa repudiata sit, vel filia Bosonis admissa. Sed quia idem gloriosus Rex metu Thietbergam admisisse se dicit, metu unius hominis, tantus Rex non debuit contra divinum præceptum in immane præcipitium mergi. In hoc certè se magis reprehensibilem ostendit, in quo amorem Dei, amori mundi postposuit: cùm 2 nec etiam occisores corporis sint timendi, contra justitiam hominem impellentes. Nihil itaque vobis aliud præcipimus, manifestatione factâ eodem Rege convicto, nisi ut secundùm canonicam auctoritatem nostrâ vice fieri, causam illius definiatis. Si verò minimè probatum fuerit, Gualdradam fuisse uxorem legitimam, neque nuptiis secundùm morem celebratis, per benedictionem scilicet Sacerdotis, filio nostro Lothario extitisse conjunctam, suggerite illi, ut non molestè ferat legitimam sibi (si ipsa innocens apparuerit) reconciliari uxorem *& infrà*. ¶ Præterea vos scire volo, quia præfata Thietberga Apostolicam sedem bis & ter appellavit, & se à præfato glorioso

c *Extra de desponsat. impub. c. 1.* b *Ivo p. 8. cap. 24. Pann. l. 6. c. 209.* c *Ivo p. 8. c. 314.*

Rege

Rege questa est injustè fuisse dejectam, & vi coactam falsum contra se composuisse piaculum. Nam eo tempore ad Apostolicam sedem libellum appellationis suæ misit, in quo non quidem adhuc confessam, sed ut contra se falsum diceret crimen, cogi sese innotuit: insuper subjungens: [*Quòd si amplius compulsa fuero, scitote non veritate, sed timore mortis, & evadendi studio (quia aliter non possum) quod voluerint, dicam. Vos tamen memores estote mei hac vobis insinuantis.*] Unde vobis præcipimus, ut cum eadem Thietberga ad conflictam Synodum, sicut statuimus, advenerit, causam ejus diligenti examinatione tractetis: & si ei objicitur, quòd illa se crimen aliquod admisisse confessa fuisset, & econtrà illa violentiam se pertulisse proclamaverit, vel si inimicos judices illos sibi fuisse testata fuerit, tunc illud renovetis judicium secundum æquitatis normam, ut injustitiæ mole non opprimatur.

1 ¶ In commonitorio] *Hæc verba videntur accipienda quasi pro titulo, & sequella alterius: ut indicetur caput hoc sumptum esse ex commonitorio, quod Nicolaus Legatis suis Rodoaldo Portuensi, & Ioanni Ficolensi Episcopis dederit. Nam totius capitulo verba sunt ipsius Nicolai Legatis monentis, quomodo se in ea causa gerere deberent. Datum vero ab eo fuisse commonitorium hu ipsis Legatis, Nicolaus in epistola ad Episcopos in Convicinum congregatos, in appendice bibliothecæ SS. Patrum testatur his verbis:* Porrò, quid de Lotharii uxoribus censuerimus (quoniam & de hoc nostro scripsistis Præsulatui) in epistolarum nostrarum, quas per fratres & Coepiscopos nostros, Rodoaldum & Joannem in Galliam misimus, poteritis exemplaribus reperire. Quæ videlicet exemplaria unà cum commonitorio, quod præfatis fratribus nostris pro hac eadem causa ad Lotharium Regem missis dedimus, per fratrem & Coepiscopum nostrum Odonem vestræ sanctitati transmisimus.

2 ¶ Cùm nec etiam] *Hæc verba non sunt hoc loco apud Ivonem, sed paulo superiùs post illa verba,* admittisse se dicit, *multa inter jacentur, in quibus & hæc continentur, licèt alio ordine. Sed ob glossam non est mutatum.*

His auctoritatibus evidenter ostenditur, quòd nisi liberâ voluntate, nulla est copulanda alicui.

QUÆSTIO III.

Quod autem post parentum sponsionem alii nubere non valeant, auctoritate Eliberitani Concilii, *c. 14. monstratur: quæ dicitur.*

CAP. ¶ *De parentibus, qui fidem frangunt sponsaliorum.*

SI qui a parentes fidem fregerint sponsaliorum, triennii tempore abstineant se à communione. Si tamen iidem sponsus vel sponsa in illo gravi crimine non fuerint deprehensi, excusati erunt parentes. Si verò in eodem fuerint vitio, & polluerint se consentiendo, superior sententia servetur.

1 ¶ Non fuerint] *In originali legitur sine negatione, itemque apud Ivonem, à quo præterea abest dolio, illo, sicut habet, in gravi crimine fuerint deprehensi.*

Ecce quòd non licet parentibus sponsalia filiorum suorum frangere. Verum hoc de illis intelligendum est, qua illorum consensu contrahuntur.

CAUSA XXXII.

Vidam vir, cùm non haberet uxorem, quandam meretricem sibi conjugio copulavit, qua erat sterilis, neptis ingenua, filia originaria: quam cùm Pater alii vellet tradere, huic annis cum copulavit, causâ solius incontinentiæ. Deinde hac pœnitentiâ ductus, ex ancilla propria filios sibi quarere cæpit. Postea de adulterio convictus & punitus, quendam rogavit, ut ei uxorem opprimeret suam, ut sic eam dimittere posset: quo facto quandam infidelem sibi copulavit, eâ tamen conditione, ut ad Christianam religionem transiret.

1 *Hic primùm quæritur, an meretrix licitè ducatur in uxorem?*
2 *Secundò, an ea, qua causâ incontinentiæ ducitur, sit conjunx appellanda?*
3 *Tertiò, cujus arbitrium aliqua sequatur, an liberi avi, an originarii patris?*
4 *Quartò, si vivente uxore liceat alicui filios ex ancilla quærere?*
5 *Quintò, si ea, qua vim patitur, pudicitiam amittere comprobetur?*
6 *Sextò, si adulter adulteram possit dimittere?*
7 *Septimò, si vivente dimissâ, aliam possit accipere?*
8 *Octavò, si infidelem sub præmissa conditione liceat alicui fidelium in conjugem ducere?*

QUÆSTIO I.

1 QUòd autem meretrix in conjugem duci non debeat, multis auctoritatibus & rationibus probatur. Illa enim, qua adulteris rea convincatur, nisi post peractam pœnitentiam, in conjugio consortio retineri non debet.

C. I. ¶ *Patronus turpitudinis est, qui uxorem suam adulteram dimittere noluerit.*

Unde Joannes Chrysostomus, [*id est, auctor operis imperfecti*] *homiliâ 32. ait super Matth. c. 19.*

SIcut a crudelis est, & iniquus, qui castam dimittit, sic factus est, & injustus, qui retinet meretricem. Nam patronus turpitudinis ejus est, qui crimen celat uxoris.

C. II. ¶ *Causâ fornicationis vir dimittat uxorem, non tamen aliam ducat.*

Item Hieronymus *in comm. ad c. 19. Matth.*

DIxit b Dominus in Evangelio: [*Quicunque dimiserit uxorem, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur: & qui dimissam duxerit, mœchatur.*] Sola fornicatio est, quæ uxoris vincit affectum: imò, cùm illa unam carnem in aliam diviserit, & se fornicatione separaverit à marito, non debet teneri, ne virum quoque sub maledicto faciat, dicente Scripturâ c: [*Qui adulteram tenet, stultus & impius est.*] Ubicunque est igitur fornicatio, vel d fornicationis suspicio, libere uxor dimittitur. Et quia poterat accidere, ut aliquis calumniam faceret innocenti, & ob secundam copulam nuptiarum veteri crimini impingeret, sic priorem dimittere jubetur uxorem, ut secundam primâ vivente non habeat.

C. III. ¶ *Sola vera fornicatio uxorem maculat.*

Idem *in epistola Pauli ad Corinthios 1. c. 6.* [*in e glossâ ordinaria.*]

IN conjugio quis positus quæcunque peccata fecerit, non proprium infamant conjugem: sed fornicatio uxorem coinquinat; ut jam non sit viro suo licita, sed quasi adultera.

C. IV. ¶ *Qui uxorem suam dimittere adulteram noluerit, ducatur annis pœniteat, si eâ debitum reddiderit.*

Item Joannes Chrysostomus.

1. SI quis uxorem suam invenerit adulteram f, & postea deinceps placuerit habere eam in matrimonio, duobus annis pœniteat, ideò quia cum adultera commistus sit, quæ adhuc crimine suo non est purgata: aut

a *Ivo p. 1. c. 98.*

a *Sententiæ 4. dist 35. Ivo p. 2. c. 233. Pann. l. 7. c. 8.* b *Isidorus de Ecclesiastic. offic. l. 2. c. 19. Sent. ibid. Ivo p. 8 c. 43. Pann. l. 7. cap. 7.* c *Proverb. 18.* d *al. &.* e *Glossa ord. ad eundem locum Matth. In Concil. Forojulien. c. 10. Ivo p. 2. cap. 42.* f *al. adulteratam.*

abstineat se à matrimonio ejus, donec expleatur satisfactio criminis pœnitentiæ suæ: ideò, quia post satisfactionem pœnitentiæ non meretur vocari adultera. Similiter, si virum suum uxor invenerit adulterum, non ad imparia judicatur.

¶ *Caput hoc non est inventum apud B. Ioannem Chrysostomum. Et videtur canon alicujus Concilii, aut pœnitentialis. Simile quiddam habetur in Concilio Namnetensi, c.12.*

1 pars. *Subauditur, nisi ab adulterio mulier recedere voluerit: quo casu uxorem suam vir recipere potest, nullum periculum ei illaturus.*

C. V. ¶ *Post pœnitentiam adulterii uxorem vir potest recipere.*

Unde Pelagius Papa *Melleo* a *Subdiacono.*

DE Benedicto *b* quoque, quem uxorem alienam indicásti facinoroso sustulisse spiritu, & in suum hactenus præsumere detinere consortium, si hoc rerum veritas habet, jubemus experientiæ tuæ, ut eum cum ipsa quoque adultera districtè mactare non differas, & calvatos ab invicem separare, & illum quidem ad Lucium defensorem in Apuliæ provinciæ patrimonium sine dilatione fac migrare: illam verò, siquidem maritus suus sine dolo aliquo fortè accipere voluerit, tuâ ordinatione sub cautela recipiat, nullum ei nihil duntaxat de cætero simile committenti periculum illaturus. Si verò omninò eam recipere noluerit, in alium quendam locum, in quo ei non liceat malè vivere, providâ eam dispensatione constitue.

C. VI. ¶ *Qui adultera debitum reddit, tribus annis pœniteat.*

Item ex pœnitentiali Theodori.

II. SI quis *d* uxorem suam scit adulteram, & non vult dimittere eam, sed in matrimonio habere, tribus annis pœniteat, & quamdiu 1 pœnitet, abstineat se ab illa.

1 ¶ Et quamdiu pœnitet,] *In plerisq; vetustis est*, & quamdiu illa pœnitet.

C. VII. ¶ *Adulterio purgato per pœnitentiam potest fieri reconciliatio conjugii.*

Item Augustinus *ad Pollentium de adulteriis conjugii, lib.2. c.6.*

QUòd autem *e* tibi durum videtur, ut post adulterium reconcilietur conjugi conjunx, si fides adsit, non erit durum. Cur enim adhuc deputamus adulteros, quos vel baptismate ablutos, vel pœnitentiâ credimus esse sanatos? Hæc crimina in veteri Dei lege nullis sacrificiis mundabantur, quæ 1 in lege Novi Testamenti sine mundatione legali mundantur: & ideò tunc omninò prohibitum erat ab alio contaminatam viro recipere uxorem: quamvis *f* David Saulis filiam, quam pater ejusdem mulieris ab eo separatam dederat alteri, tanquam Novi Testamenti præfigurator sine cunctatione *g* receperit. Nunc autem, postquam *h* Christus ait adulteræ: [*Nec ego te condemnabo: vade, deinceps noli peccare*;] quis non intelligat debere maritum ignoscere, quod videt ignovisse Dominum amborum? nec jam se debere adulteram dicere, cujus pœnitentis crimen divinâ credit miseratione deletum?

1 ¶ Quæ in lege] *Apud B. Augustinum legitur*, quæ Novi Testamenti, in sanguine Christi sine dubitatione mundantur. *Sed ob glossam non est emendatum.*

C. VIII. ¶ *De eodem.*

Idem *eodem libro, c.9.*

NOn *i* erit turpis, neque difficilis etiam post perpetrata, atque purgata adulteria reconciliatio conjugum, ubi per claves regni cœlorum non dubitatur fieri remissio peccatorum: non ut post viri divortium adultera revocetur, sed ut post Christi consortium adultera non vocetur.

C. IX. ¶ *Cùm fornicationis vitium excluditur, castitatis virtus adscisitur.*

Item *Ambrosius lib.2. de Cain & Abel, c.4.*

CUm renuntiatur improbitati, statim adsciscitur virtus. Egressus enim malitiæ, virtutis operatur ingressum: eodemque studio, quo crimen excluditur, innocentia copulatur.

C. X. ¶ *Non habetur fallax apud Deum, qui ad veritatem pœnitendo revertitur.*

Item Gregorius *homil. 29. Evang.*

APud misericordem namque judicem nec ille fallax habetur, qui ad veritatem revertitur, etiam postquam mentitur: quia omnipotens Deus dum libenter nostram pœnitentiam suscipit, ipse suo judicio, hoc quod erravimus, absconditur.

Quòd a si in adulterio perseverare elegerit, patrem turpitudinis, & lenocinii reus maritus habebitur, nisi eam adulteram facere voluerit. Unde in 9. libro Cod. b de adult. & supra Imp. Severus & Antoninus. [¶ Crimen lenocinii contrahunt, qui deprehensam in adulterio uxorem in matrimonio retinuerunt, non qui suspectam habuerint adulteram.] ¶ *Hoc in mulieribus non obtinet. Non enim eis permittur mariros suos adulterii reos facere. Unde in libro c eodem, & tit. eodem, iidem Imperatores.* [Publico judicio non habere mulieres adulterii accusationem, quamvis de matrimonio suo violato queri velint, lex Julia declarat: quæ cùm masculis jure mariti accusandi facultatem denegasset, non idem fœminis privilegium detulit.] *Si ergò, ut ex his colligitur auctoritatibus, adulteram retinere viris permittur, multò minùs in conjugium duci licebit, cujus pudicitia nulla fides habetur. Debet enim inter conjuges servari fides & sacramentum: quæ cum defuerint, non conjuges, sed adulteri appellantur.*

C. XI. ¶ *Veritas nuptiarum non consistit in commistione maris & fœminæ.*

Unde Augustinus *scribit contra Iulianum, libro primo.*

NOn enim *d* in sola, ut deliras, commistione maris & fœminæ nuptiarum veritas est: quamvis sine illa commistione nuptæ filios procreare non possint. Sed alia sunt ad nuptias propriè pertinentia, quibus ab adulteriis nuptiæ discernuntur, sicuti est thori conjugalis fides, & cura ordinatè filios procreandi, & (quæ maxima est differentia) bonus usus mali, hoc est, bonus usus concupiscentiæ carnis, quo bono *e* adulteri malè utuntur.

¶ *In Panormia extatur eodem modo: utemq; apud Ivonem, nisi quòd habet*, libro secundo. *Sententia quidem sæpe habetur, apud B. Augustinum, & contra Iulianum nuptias dissentientem corporum commistionem, disputat potissimùm 15. cap. ultimo.*

Hæc sunt bona, quibus commendantur nuptiæ, & ab illicito usu discernuntur f.

C. XII. ¶ *Prima vel secunda nuptia hac auctoritate improbari videntur.*

1 pars. *Econtrà verò* Ambrosius 1 *improbare nuptias videtur, dicens.*

NUptiæ terram replent, virginitas paradisum. Sed & hoc intuendum est duntaxat juxta hebraicam veritatem, quòd cùm Scriptura in primo, & tertio, & quarto, & quinto, & sexto die exp'etis operibus singulorum

a *al. Mileto.* b *Anselm. l.11. c.94.* c *al. dispositione.* d *Anselm. ibid. al. cap.83.* e *Sent.4. dist 3. Polyc. lib.6. tit.4. Ivo p.8. c.241. Pann. l.7. cap.33.* f *1. Reg. 18.* g *al. contaminatione*] *orig.* h *Ioan. 8.* i *Sententi. ibid. Ivo ibid. Panneorm. l.7. c.37.*

a *Sent. ibid.* b *tit.9. ad legem Iuliam de adult. & stup. l.2.* c *Ibidem l.1.* d *Ivo p.8. c.77. Pann. l.6. c.19.* e *al. malo*] *Ivo.* f *al. decernuntur.*

lorum

lorum dixerit *a*: [*Et vidit Deus, quia bonum esset*;] in secundo die hoc omninò subtraxit: nobis intelligentiam derelinquens, non esse bonum duplicem numerum, qui ab unione dividat, & præfiguret fœdera nuptiarum. Unde *b* & in arca Noë omnia animalia quæcunque bina ingrediuntur, immunda sunt, impar numerus est mundus. Quanquam in duplici numero ostendatur & aliud sacramentum, quòd ne in bestiis quidem, & immundis avibus bigamia comprobata sit: bina enim ingrediuntur immunda, & septena, quæ munda sunt: ut haberet Noë post diluvium, quod impari numero statim Deo posset offerre.

1 ¶ Ambrosius] *Sic etiam in manuscriptis. Sed apud ipsum non est inventum. Habetur apud B. Hieronymum l. 1. contra Iovinianum.*

Verùm hoc ad exhortationem, non ad necessitatem observandæ virginitatis refertur. Unde Ambrosius *ait in libro exhortationis ad Virgines.*

C. XIII. ¶ *Virginitas ex consilio suadetur, non ex imperio præcipitur.*

INtegritas *c* corporis expetenda à vobis est, quam ego pro consilio suadeo, non pro imperio præcipio. Sola est enim virginitas, quæ suaderi potest, imperari non potest: res magis voti, quàm præcepti est.

4 pars. *Cùm ergo in meretrice, ut diximus, nulla spes fidei, nulla sit certitudo pudicitiæ, patet, quòd non est in conjugium ducenda. Sed objicitur: Rhaab* d *Hiericuntina, quamvis esset meretrix, tamen Principi de tribu Iuda est copulata conjugio, de qua Christus postèà nasci dignatus est. Osee* e *quoq; duodecim Prophetarum primus, ex præcepto Domini, coro hordei meretricem emit, quam sibi in conjugio sociavit. Sed aliud est, meretricem ducere, vel adulteram retinere, quam tuâ consuetudine, cœlitate, & pudicitiâ exornes: atq; aliud, aliquam earum habere, quam nullo pacto à luxu earnis sua revocare valeat. Hoc enim penitùs prohibetur: illud laudabiliter factum legitur* f.

C. XIV. ¶ *Non est peccatum, meretricem ducere uxorem.*

Unde Hieronymus *super Osee lib. 1. ad cap. 1.*

NOn *g* est culpandus Osee Propheta (interim ut sequamur historiam) si meretricem, quam duxit, ad pudicitiam converterit: sed potiùs laudandus, quòd ex mala bonam fecerit. Non enim qui bonus permanet, ipse polluitur, si societur malo: sed qui malus est, in bonum vertitur, si boni exempla sectetur. Ex quo intelligimus, non Prophetam perdidisse pudicitiam fornicariæ copulatam, sed fornicariam assumpsisse pudicitiam, quam anteà non habebat.

QUÆSTIO II.

1 pars. QUòd autem non sit uxor, quæ solâ causâ incontinentiæ ducitur, hinc videtur probari posse, quia conjugium propagationis, non explendæ libidinis causâ à Deo institutum est. *Hæc namq; fuit benedictio conjugii:* [Crescite & multiplicamini.]

C. I. ¶ *Partus fœminarum est eis sola causa nubendi.*

Unde Ambrosius *super Lucam, lib. 1. ad c. 1.*

PUdor est *h* fœminis nuptiarum præmia non habere, quibus hæc sola causa est nubendi. *Idem lib. 2. in princ.* ¶ Dum *i* conjugii præmium, & gratia nuptiarum, partus sit fœminarum, non mediocris quoque causa est, ut virginitas Mariæ falleret Principem mundi.

Qui ergò non causâ procreandæ sobolis, sed explendæ libidinis sibi invicem copulantur, non tam conjuges, quàm fornicarii vocantur.

C. II. ¶ *Non conjuges, sed adulteri vocantur, qui non secundùm præcepta Christi conjunguntur.*

Hinc etiam Hieronymus *ad c. 5. epistolæ ad Ephesios.*

SIcut non *a* omnis congregatio hæreticorum, Christi Ecclesia dici potest, nec caput eorum Christus; sic non omne matrimonium, *b* quo non viro suo secundùm præcepta Christi uxor jungitur, ritè conjugium appellari potest, sed magis adulterium.

2 pars. *Hic ita respondetur. Prima institutio conjugii in paradiso facta est, ut esset immaculatus thorus, & honorabiles nuptiæ, ex quibus sine ardore conciperent, sine dolore parerent. Secunda propter illicitum motum eliminandum* c *extra paradisum facta est, ut infirmitas prona in ruinam turpitudinis, honestate exciperetur conjugii. Unde Apostolus* d *scribens ad Corinthios, ait:* [Propter fornicationem unusquisque suam uxorem, & unaquæque virum suum habeat.] *Ex hac itaq; causa fit, ut conjugati sibi invicem debeant, nec sibi negare possint. Unde* e *Apostolus:* [Nolite fraudare invicem, nisi fortè ex consensu, & ad tempus, ut expeditiùs vacetis orationi, & iterùm revertimini in idipsum, ne fortè tentet vos Satanas. Hoc autem dico propter incontinentiam vestram.] *Qui ergò propter incontinentiam in naturalem redire usum munentur, patet, quòd non propter filiorum procreationem tantùm misceri jubentur. Non tamen ideò nuptiæ male judicantur. Quod enim præter intentionem generandi fit, non est nuptiarum malum, sed est veniale propter nuptiarum bonum, quod est tripertitum; fides videlicet, proles, & sacramentum.*

C. III. ¶ *Immoderatus usus conjugatorum non est nuptiarum malum, sed est veniale propter nuptiarum bonum.*

Unde Augustinus *de bono conjugali, c. 6.*

QUicquid *f* inter se conjugati immodestum, inverecundum, sordidúmve gerunt, vitium est hominum, non culpa nuptiarum. Jam in ipsâ quoque immoderatiore exactione debiti carnalis, quam eis non secundùm imperium præcipit, sed secundùm veniam concedit Apostolus *g*, ut etiam præter causam procreandi sibi misceantur, etsi eos pravi mores ad talem concubitum impellunt, nuptiæ tamen ab adulterio, seu fornicatione defendunt. Neque enim illud propter nuptias admittitur, sed propter nuptias ignoscitur. Debent *h* ergò sibi conjugati, non solùm ipsius sexûs sui commiscendi fidem, liberorum procreandorum causâ (quæ prima est humani generis in ista mortalitate societas) verùm etiam infirmitatis invicem excipiendæ, ad illicitos concubitus evitandos, mutuam quodammodò servitutem: ut, etsi alteri eorum perpetua continentia placeat, nisi ex alterius consensu fieri non possit.

3 pars. *Non autem datur præsentia Sancti Spiritûs, tempore, quo conjugales actus geruntur.*

C. IV. ¶ *Non datur præsentia Sancti Spiritûs, tempore, quo conjugales actus geruntur.*

Unde Hieronymus *super Matthæum.*

COnnubia *i* legitima carent quidem peccato, non tamen tempore illo, quo conjugales actus geruntur, præsentia Sancti Spiritûs dabitur: etiamsi Propheta esse videatur, qui officio generationis obsequitur. Sed & alia plura sunt, in quibus sufficit sola vis humana, & neque res indiget, neque decet adesse præsentiam Sancti Spiritûs.

a *Eccles. 39.* b *Genes. 7.* c *Ivo p. 7. c. 120.* d *Isaiæ 2. & 6.* e *Osea 1. & 3.* f *al. intelligitur.* g *Ivo p. 2. c. 38. Pann. l. 6. c. 57.* h *Ivo part. 1. c. 75. & 76. Pannor. l. 6. c. 24. & 25.* i *al. Cum.*

a *Ivo p. 8 cap. 277.* b *al. quod non viro suo secundùm præcepta Christi conjungitur,] vrtg.* c *Genes. 2. Hebr. 3.* d *1. Cor. 7.* e *Ibidem.* f *Ivo p. 8. c. 234.* g *1. Cor. 7.* h *Pann. l. 6. c. 26.* i *Sent. 4. dist. 32.*

¶ *Caput hoc habetur apud Origenem homiliâ 6. in Numeros: & ex ipso citatur in glossa ordinaria Num. 11.*

Sicut ergò talis concubitus non est fornicarius, sed propter bonum conjugii licitus; sic etiam conjunctio illa, de qua quæritur, non est fornicaria, sed propter bonum conjugii licita.

C. V.

Item sicut Augustinus *ait in libro de bono conjugali, c. 14.*

COncubinæ *a* ad tempus adhibitæ, nec etiamsi causâ filiorum concumbant, justum faciunt concubinatum suum.

4 pars. *Sic econtrario datur intelligi de iis, qui conjugali affectu sibi copulantur, quòd etiamsi non causâ procreandorum filiorum, sed explenda libidinis conveniunt, non ideò fornicarii, sed conjuges appellantur.*

C. VI. ¶ *Conjuges sunt, qui causâ solius incontinentiæ sibimet invicem copulantur.*

Probatur hoc idem auctoritate Augustini *in libro de bono conjugali, c. 5.*

SOlet *b* quæri, cùm masculus & fœmina, nec ille maritus, nec illa uxor alterius, sibimet non filiorum procreandorum, sed pro *c* incontinentia, solius concubitûs causâ copulantur, eâ fide mediâ, ut nec ille cum altera, nec illa cum altero id faciat, utrùm nuptiæ sint vocandæ? Et potest quidem fortasse non absurdè hoc appellari connubium, si usque ad mortem alicujus eorum id inter eos placuerit, & prolis generationem, quamvis non eâ causâ conjuncti sint, non tamen vitaverint, ut vel nolint sibi nasci filios, vel etiam opere aliquo malo agant, ne nascantur. Cæterùm, si vel utrumque, vel unum horum desit, non invenio, quemadmodum has nuptias appellare possimus. Etenim *d* si aliquam sibi vir ad tempus adhibuerit, donec aliam dignam vel honoribus, vel facultatibus suis inveniat, quam comparem ducat, animo ipso adulter est: nec cum illa, quam cupit invenire, sed cum ista, cum qua sic cubat, ut cum ea non habeat maritale consortium.

C. VII. ¶ *Fornicarii sunt, non conjuges, qui sterilitatis venena procurant.*

Idem *de nuptiis & concupiscentia, lib. 1. c. 15.*

ALiquando *e* eò usque pervenit hæc libidinosa crudelitas, vel libido crudelis, ut etiam sterilitatis venena procuret: & si nihil valuerit, conceptos fœtus aliquo *f* modo intra viscera extinguat, ac fundat, volendo suam prolem priùs interire, quàm vivere: aut, si in utero jam vivebat, occidi antequam nascatur. Protsus, si ambo tales sunt, conjuges non sunt: & si ab initio tales fuerunt, non sibi per connubium, sed per stuprum potiùs convenerunt. Si autem non ambo sunt tales, audeo dicere, aut illa est quodammodò meretrix mariti, aut ille adulter uxoris.

f pars. *De his, qui abortum procurant, quæritur, an judicentur homicidæ, vel non?*

C. VIII. ¶ *Non est homicida, qui abortum procurat, antequam anima corpori sit infusa.*

Augustinus *in libro quæstionum Exodi, quæst. 80. aut.*

QUòd verò *g* non formatum puerperium 1 noluit ad homicidium pertinere, professò nec hominem deputavit, quod tale in utero geritur. Hic de anima quæstio solet agitari, utrùm, quod formatum non est, nec animatum quidem possit intelligi: & ideò non sit homicidium, quia nec exanimatum dici potest, si adhuc animam non habebat. *Item.* ¶ Si ergò illud informe puerperium jam quidem fuerit, sed adhuc quodammodò informiter animatum (quoniam magna de anima quæstio non est præcipitanda indiscussâ temeritate sententiæ,) ideò lex noluit ad homicidium pertinere, quia nondum dici potest anima viva in eo corpore, quod sensu caret.

f ¶ Puerperium] *In vulgatis sequebatur,* Moyses, vellex, *quæ absunt à pleriscq; vetustis & originali. Alia enim mendis ex iisdem sunt emendata.*

C. IX. ¶ *De eodem.*

Idem *in libro quæstionum Veteris & Novi Testamenti, c. 23.*

MOyses *a* tradidit: [*Si quis percusserit mulierem in utero habentem, & abortiverit, si formatum fuerit, det animam pro anima; si autem informatum fuerit, multetur pecuniâ,*] ut probaret non esse animam ante formatum. Itaque si jam formato corpori datur, non in conceptu corporis nascitur cum semine derivata. Nam si cum semine & anima existit ex *b* anima, multæ animæ quotidie pereunt, cùm semen fluxu quodam non proficit nativitati: sed si propiùs *c* respiciamus, videbimus, quid sequi debeamus. Contemplemur faciem Adæ. In Adam enim exemplum datum est, ut ex eo intelligatur, quia jam formatum corpus accipit animam. Nam potuerat animam limo terræ admiscere, & sic formare corpus. Sed ratione infirmabatur *d*: quia primùm oportebat domum compaginari, & sic habitatorem induci. Anima certè, quia spiritus est, in loco habitare non potest, ideò in sanguine fertur habitare. Cùm *e* ergò corporis lineamenta compacta non fuerint, ubi erit anima?

C. X. ¶ *De eodem.*

Item Hieronymus *ad Algasiam, quæst. 4.*

SIcuti *f* semina paulatim formantur in uteris, & tamdiu non reputatur homo *g*, donec elementa confecta *h* suas imagines, membraque suscipiant, ita sensûs ratione conceptus, nisi in opera prorupterit, adhuc in ventre retinetur, & citò perit ab 1 hoste.

1 ¶ Ab hoste.] *Originale & Ivo,* & citò abortio perit: *quæ abortis vocabulo & alibi, & in eadem quæstione usus est B. Hieronymus,* adversarii adventus, *inquit,* ea, quæ concepta sunt, facit perire abortio: *sed ab glossam non est mutatum.*

6 pars. *Cum ergò, qui aliquam sibi ad tempus adhibet, tum ea adulter esse dicitur, nec ab ea discedens, nec filiam suam illi tradens peccat.*

C. XI. ¶ *Profectus est honestatis fornicariam abjicere, & uxorem legitimam accipere.*

Unde Leo Papa *ad Rusticum Narbonensem Episcopum, epist. 90. al. 92. c. 5. & 6.*

ANcillam *i* à thoro abjicere, & uxorem certæ ingenuitatis accipere, non duplicatio conjugii, sed profectus est honestatis. Culpanda est sanè talium negligentia, sed non penitùs desperanda, ut crebris cohortationibus incitati, quod necessariò expetierunt, fideliter exequantur. Nemo *k* enim desperandus est, dum in hoc corpore constituitur, quia nonnunquam, quod diffidentiâ ætatis differtur, consilio maturiore perficitur.

C. XII. ¶ *Legitimo matrimonio copulatur, quæ concubinam habenti traditur.*

Idem *ibidem, c. 4.*

NOn omnis *l* mulier juncta viro, uxor est viri: quia nec omnis filius est hæres patris. Nuptiarum au-

a *Polyc. l. 5. tit. 4. Ivo p. 2. c. 10. Pann. l. 8. c. 45.* b *Polyc. ibid. Ivo p. 1. c. 65. Pann. l. 6. c. 27.* c *al. propter incontinentiam,*] *orig.* d *Pann. l. 8. cap. 44.* e *Sent. 4. dist. 32. Ivo p. 10. c. 51.* f *aliquando*] *orig.* g *Sent. ibid. Ivo p. 10. cap. 54. Pannorm. l. 8. c. 12.*

a *Exod. 21. Ivo p. 10. c. 57. Pann. l. 8. c. 11. Sent. ibid.* b *al. de.* c *al prior.* d *informabatur:*] *vera lectio.* e *abest abortu.* f *Sent. ibid. Ivo p. 10. c. 58. Pann. l. 8. c. 14.* g *al. homicidium.* h *al. confusa*] *orig.* i *De pœnit. dist. 7. nemo.* k *In Tribur. al. consusa*] *orig.* l *Polyc. l. 6. tit. 4. Burch. l. 9. c. 2. Ivo part. 8. c. 138. Pann. l. 6. c. 41.*

tem fœdera inter ingenuos sunt legitima, & inter coæquales *a*, multò priùs hoc ipsum Domino constituente, quàm initium Romani juris existeret. Itaque aliud est uxor, aliud concubina; sicut aliud ancilla, aliud libera. ¶ Propter quod etiam Apostolus *b* ad manifestandam harum personarum discretionem testimonium ponit ex Genesi, *c* ubi dicitur Abrahæ: [*Ejice ancillam & filium ejus; non enim erit hæres filius ancillæ cum filio meo Isaac.*] *& infrà.* ¶ Igitur cujuslibet 1 loci Clericus, si filiam suam viro habenti concubinam in matrimonium dederit, non ita accipiendum est, quasi conjugato eam dederit, nisi forte illa mulier & ingenua facta, & dotata legitimè, & publicis nuptiis honestata videatur. ¶ Paterno arbitrio viris junctæ carent culpâ, si mulieres, quæ à viris habebantur, in matrimonio non fuerunt; quia aliud est uxor *d*, aliud concubina.

1 ¶ Cujuslibet loci Clericus,] *Sic quidem in epistolarum editionibus: sed in codice canonum, cap. 18. & apud indoctos collectores legitur*, cujuslibet loci Laicus. *In Concilio verò Triburiensi, ubi hoc refertur*, si quis filiam suam, &c.

7 pars. *Cum ergò dicitur* [paterno arbitrio junctæ viris,] *datur intelligi, quòd paternus consensus desideratur in nuptiis, non sine eo legitima nuptia habeantur, juxta illud Evaristi* e *Papæ:* [Aliter non sit legitimum conjugium, nisi à parentibus tradatur. 1]

1 ¶ Tradatur.] *Post hoc verbum in duobus vetustis codicibus citantur ex codice Justiniani lib. 5. tit. de nuptiis, leg. 12. nec filium. & l. 20. in conjunctione. ex digesto, tit. de ritu nupt. l. 2. nuptia consistere. & ex Instit. de nuptiis, à principio usq; ad vers. præcedere debeat.*

C. XIII.

Item Ambrosius *in lib. de Patriarchis,* [*id est, lib. 3. de Abraham, cap. ultim.*]

HOnorantur parentes Rebeccæ muneribus, consulitur puella non de sponsalibus (illa enim judicium expectat *f* parentum: non est enim virginalis pudoris eligere maritum) sed jam desponsata viro de profectionis consulitur die, nec immeritò dilationem non attulit. Jure etenim properare debuit ad maritum. Unde illud *g* Euripidæum, quod mirantur plerique, unde translatum sit, manifestum est. Ait enim in persona mulieris, quæ tamen maritũ volebat relinquere, & ad alias petebatur nuptias. Νυμφίδιόν τοι ῥᾳ τῶν ἐμῶν πατὴρ ἐμὸς μέλεται, ἤξει, κ' οὐκ ἐμὸν κήδει πάθος. Hoc est: [*Sponsalium meorum pater meus curam habebat. Hoc enim non est meum.*] Ergò, quod ipsi Philosophi mirati sunt, servate virgines. Mulier *h* etiam, si qua amisso citò marito adolescentula laqueum infirmitatis suæ timet incidere, si vult, nubat, tantùm in Domino: ut electionem mariti parentibus deferat, ne appetentiæ procacioris existimetur auctor, si ipsa de nuptiis suis electionem sibi vendicet. Expetita enim magis debet videri à viro, quàm virum ipsa expetisse. Verecundiam præmittat, antequam nubat, quò ipsum conjugium plùs commendet verecundia.

C. XIV.

Item *in libro Numerorum, cap. 30.*

MUlier, si quippiam voverit, & se constrinxerit juramento, quæ est in domo patris sui, & in ætate adhuc puellari, si cognoverit pater votum, quod pollicita est, & juramentum, quo obligavit animam suam, & tacuerit, non 1 rea erit, sed quicquid pollicita est, & juravit, opere complebit. Sin autem statim ut audierit, contradixerit pater, & vota, & juramenta ejus irrita erunt, nec obnoxia tenebitur sponsioni, eò quòd contradixerit pater.

1 ¶ Non rea erit.] *In originali legitur*, voti rea erit: quicquid pollicita, &c. *sed ob glossam non est emendatum.*

C. XV.

Augustinus q. 17. super a *Numeros.*

MEritò hîc quæritur etiam de voto virginitatis. Mulieres enim etiam virgines in Scriptura solent appellari: & videtur etiam Apostolus *b* de patre loqui, cùm dicit: [*Servet virginem suam;*] & [*Det nuptui* c *virginem suam.*]

¶ *Antè legebatur: Item* Augustinus. *Sublata est dictio*, Item, *quæ abest à pleriq; vetustis. Nam verba B. Augustini, seu glossæ ordinariæ, quæ hîc referuntur, sunt explanatio loci Numerorum antè citati. In iisdem autem vetustis omnia hæc capita, quibus non est apposita rubrica, uno capite comprehenduntur.*

C. XVI. ¶ *Vidua & virgines propriâ voluntate sibi maritos eligant.*

Econtrà in Concilio Toletano III. *c. 11.*

HOc sanctum *d* affirmat Concilium, ut viduæ, quibus placuerit, teneant castitatem 1. Quòd si priùs, quàm profiteantur continentiam, nubere elegerint, illis nubant, quos propriâ voluntate voluerint habere maritos. Similis conditio & de virginibus habeatur: nec extra voluntatem parentum, vel suam cogantur maritos accipere. Si quis verò propositum castitatis viduæ, vel virginis impedierit, à sancta communione, & à liminibus Ecclesiæ habeatur extraneus.

1 ¶ Castitatem.] *In antiquioribus Conciliorum editionibus, & duobus codicibus Vaticanis reliqua habent ut apud Gratianum: sed post verbum istud, adduntur hæc, & nulla vidua ad nuptias iterandas vi venire cogatur. Quòd si, &c. In recentioribus verò editionibus, & apud cæteros collectores variat aliquantulum structura verborum, sed eadem est sententia.*

Præmissis auctoritatibus evidenter asseritur, quòd quamvis aliqui non filiorum procreandorum, sed incontinentiæ causâ conveniant, tamen conjuges appellantur.

QUÆSTIO III.

DE tertia verò quæstione Pelagius definit, scribens Patentio defensori.

CAP. ¶ *Arbitrium liberi avi, non originarii patris, puellam in nuptiis sequi oportet.*

PAtrem *e* puellæ, Ecclesiæ nostræ famulum, avum verò ejus liberis ortum constat esse natalibus: & ideò avi magis electionem de conjunctione neptis, quàm patris ejus, cujus nullo modo liberum potest esse arbitrium, decernimus attendi.

Quia ergò electionem avi, hujus ipsa nupsisse probatur, hanc constat legitimè sibi copulatam.

QUÆSTIO IV.

QUòd autem ex ancilla propter uxoris sterilitatem filios quærere alicui liceat, exemplo probatur Abrahæ, *f* qui propter sterilitatem uxoris suæ Saræ ingressus est ad Agar Ægyptiam, ut ex ea filios acciperet. Item Iacob, *g* cum ex Rachele filios habere non posset, ex ancilla ejus filios sibi suscitavit: nec solum propter sterilitatem, verùm etiam propter fœcunditatem cessantem legitur intrâsse ad ancillam Liæ, & ex ea genuisse filios. Ex quibus omnibus colligitur, propter sterilitatem uxoris sive ex ancilla, sive ex qualibet alia licitè filios quæri: alioquin adulterii maculâ Abraham & Iacob notabuntur. Sed sicut post mortem Saræ h *Abraham Cethuram duxit uxorem, ne secundum Augustinum Christiani* i *putarent esse peccatum post mortem uxoris aliam ducere; sic videtur*

a *al. æquales,*] *orig.* b *Gal. 4.* c *Gen. 21.* d *al. nupta.* e *Sup. 3. q. 5. c. 1.* f *al. specilat.* g *Hermione in Andromacha Euripidis.* h *Polyc. l. 6. tit. 4.*

a *Gloss. ord. ad c. 30 Num.* b *1. Cor. 7.* c *al. nuptum.* d *Burch. l. 3. c. 44. Ivo p. 7. c. 62. & p. 8. c. 16. & 29.* e *Ivo part. 8. c. 27.* f *Gen. 16.* g *Gen. 30.* h *Gen. 25. ℣. seq. c.*

vivente uxore suâ filios ex ancilla suscepisse, ne ab aliquibus hoc reputaretur in crimen.

Illud autem Augustini dicitur contra adversarium legum & Prophetarum, lib. 2. c. 9.

1 ¶ Christiani] *In capite sequenti Augustinus ait,* ne putarent hæretici.

C. I. ¶ *Quomodo Abraham excusetur à crimine fornicationis.*

Iste Abrahæ etiam *a* usque ad decrepitam senectutem fornicationis objicit crimen: profectò quia & post mortem Saræ alteram duxit. Ubi etsi nullum intelligeretur rei abditæ sacramentum, propter *b* hoc solum id facere debuit Abraham, ne putarent hæretici adversùs Apostolum *c* (quibus etiam * Tertullianus astipulator existit) post uxoris mortem crimen esse ducere uxorem.

Sacramentum hujus rei est, quòd per bonos mali & boni erant in fide generandi, & per malos boni & mali erant ad fidem accessuri.

C. II. ¶ *Sicut bonorum ministerio boni & mali, ita ministerio malorum boni & mali in fide generantur.*

Unde Augustinus *ait super Iohannem, tract. 11.*

Recurrat nunc animus vester ad *d* Abraham, Isaac, & Jacob. In istis tribus invenimus parere liberas, parere & ancillas. Invenimus ibi & partus liberarum, invenimus ibi & partus ancillarum. Ancilla nihil boni significat. [*Ejice ancillam*, inquit, *& filium ejus.*] *& infrà.* ¶ Invenimus rem miram in istis generationibus liberarum & ancillarum: quatuor scilicet genera hominum, in quibus completur figura totius populi futuri Christiani, ut non sit mirum, quod in illis tribus dictum est: [*Ego e sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob.*] In omnibus enim Christianis (fratres intendite) aut per malos nascuntur boni, aut per bonos nascuntur mali, aut per bonos boni, aut per malos mali. Amplius istis quatuor generibus non potestis invenire. *& infrà.* ¶ Invenis *f* ibi bonos filios Jacob natos de ancillis, & bonos filios Jacob natos de liberis. Nihil illis obfuit nativitas de uteris ancillarum, quando in patre cognoverunt semen suum: & consequenter regnum cum fratribus tenuerunt. Quomodo ergò in filiis Jacob non obfuit illis, qui nati sunt de ancillis, quò minùs tenerent regnum, & terram repromissionis cum fratribus ex æquo acciperent, non illis obfuerunt natales ancillarum, sed prævaluit semen paternum; sic quicunque per malos baptizantur, tanquam de ancillis videntur nati: sed tamen, quia ex semine verbi Dei, quod figuratur in Jacob, non contristentur, simul hæreditatem cum fratribus possidebunt. Securus ergò sit, qui de semine bono nascitur: tantùm non imitetur ancillam. Si de ancilla nascitur, ancillam malam superbientem non imitetur. Unde enim filii Jacob de ancillis nati possederunt terram promissionis cum fratribus, Ismaël autem de ancilla natus, expulsus est de hæreditate? Unde? nisi quia ille superbus erat, illi humiles? Erexit ille cervicem, & voluit seducere fratrem suum, ludens cum illo. Magnum ibi sacramentum. Ludebant simul *g* Ismaël & Isaac: vidit illos Sara ludentes, & ait Abrahæ: [*Ejice ancillam & filium ejus: non enim hæres erit filius ancillæ cum filio meo Isaac.*] Et cùm contristatus esset Abraham, confirmavit ei à Domino Angelus dictum uxoris ejus. Quæ 1 autem *h* peperit Abel, & Enoch, & Noë, & Abraham, ipsa peperit & Moysen, & Prophetas *i* tempore posteriores ante adventum Domini, & quæ istos, ipsa & Apostolos *k*, & Martyres nostros, & omnes bonos Christianos. Omnes enim diversis quidem temporibus nati apparuerunt, sed societate unius populi continentur, & ejusdem civitatis cives, labores hujus peregrinationis experti sunt, & quidam eorum nunc experiuntur, & usque in finem cæteri experientur. Item quæ peperit Cain, & Cham, & Ismaëlem, & Esau, eadem ipsa peperit & Dathan, & alios in eodem populo similes: & quæ istos, eadem ipsa & Judam Pseudoapostolum, & Simonem magum, & cæteros usque ad hæc tempora Pseudochristianos, in affectione animali pertinaciter obduratos, sive in unitate permisti sint, sive apertâ præcisione dissentiant. ¶ Sed cùm tales à spiritualibus evangelizantur, & sacramentis imbuuntur, tanquam per ipsam Rebecca *a* eos parit, sicut Esau: cùm autem perillos, qui non castè annuntiant Evangelium, tales in Dei populo generantur, Sara *b* quidem, sed per Agar. Item boni spirituales aliquando evangelizantibus 2, vel baptizantibus carnalibus generantur: Lia quidem, vel Rachel jure conjugali eos, sed per ancillarem uterum parit. Cùm verò per spirituales in Evangelio generantur boni fideles, qui vel vadunt 3 in spiritualem affectum pietatis, vel eò tendere non desistunt, vel ideò non faciunt, quia non possunt, sicut *c* ex utero Saræ Isaac, vel Rebeccæ Jacob in novam vitam, & novum testamentum nascuntur. Itaque sive intùs versari videantur, sive apertè foris sint, quod caro est, caro est: sive in area in fua sterilitate perseveret, sive occasione tentationis, tanquam vento extrà tollatur, quod palea est, palea est: & semper ab illius Ecclesiæ, quæ *d* est sine macula & ruga, unitate distans est, etiam qui congregationi sanctorum in carnali obturatione miscetur. De nullo tamen desperandum est, sive qui intùs talis apparet, sive qui foris manifestiùs adversatur.

¶ *Caput hoc confectum est partim ex tractatu 11. in Iohann. partim ex lib. 1. de baptismo contra Donat. c. 16. & 17. ubi nonnulla sunt addita, & multa emendata.*

1 ¶ Quæ autem] *Hæc apud B. Augustinum sequuntur post vers.* omnes scribuntur. *in c.* sicut in sacramentis. *de consecrat. dist. 4.*

2 ¶ Aliquando evangelizantibus,] *Sic emendatum est ex plerisq; vetustis, & originali, & Engyppo, tom. 2. p. 216. Antea legebatur,* quando evangelizantur, & sacramentis, vel baptismatibus carnalibus generantur.

3 ¶ Vel vadunt] *Apud B. Augustinum, & Engyppum legitur,* vel evadunt in spiritalis ætatis affectum.

2 ps. ¶ *Hu ita respondetur. Pro e varietate temporum varia invenitur dispensatio conditoris. Promissum f erat Abrahæ, quòd in semine ejus benedicerentur omnes gentes: promisit ei quoq; se daturum semini ejus terram peregrinationis suæ. Cum ergò cæteris in idololatria relictis, Abraham, & filius ejus in peculiarem populum sibi Dominus elegisset, viri multarum fœcunditate mulierum populi Dei multiplicatio quærebatur; quia in successum sanguinis erat successio fidei. Unde in lege dicebatur:* [Maledicta & sterilis, quæ non reliquerit semen suum super terram.] *Hinc etiam Sacerdotibus conjugia decreta sunt; quia in successione familiæ, successio constabat officii. Quia verò per incarnationem Christi, gratia fidei ubiq; dilatata est, nec jam dicitur:* [Die domui Judæ, & domui Israël:] *sed:* [Euntes g docete omnes gentes.] *& :* [In h omni gente quicunq; timet Deum, & operatur justitiam, acceptus est illi.] *nec electio meneris quæritur in successione generis, sed in perfectione vitæ & sinceritate fidei, & virginitas fœcunditati præfertur, & Sacerdotibus continentia castitas imperatur. Non ergò Abraham, aut Iacob deliquit, quia præter uxorem filios ex ancilla quæsierit: nec illorum exemplo, præter conjugale debitum, fœcunditatem in aliqua licet alieni quærere; cum illorum conjugia nostrorum sequantur, vel præferantur*

a Ivo p. 2. cap. 269. Panorm. l. 4. c. 60. b al. vel propter. c 1. Cor. 7 * lib. de Monogamia. d Gen. 21. Copiosius in orig. e Exod. 3. f al. Invenimus. g Gen. 21. h Aug. d. l. de baptismo contra Donat. c. 16. i Osea 2. k Act. 13.

a Genes. 25. b Gen. 16. c Ibid. c. 17. d Ephes. 5. e Sentent. 4. distinct. 33. f Genes. 12. & 14. g Matth. 28. h Act. 10.

virginitati: & immoderatus usus conjugii nostri temporis, turpitudinem ferè imitetur fornicationis illius temporis.

4 ¶ Maledicta] *Verba hæc non sunt inventa in sacra Scriptura, quamvis inde à multis sanctis, & antiquis Doctoribus citentur. Deuteronomii 7. hæc habentur:* Non erit apud te sterilis utriusque sexûs, tam in hominibus, quàm in gregibus tuis.

C. III. ¶ *Abraham non est reus adulterii, qui vivente uxore filios ex ancilla susceperit.*

Unde Ambrosius *scribit in libro de Patriarchis, lib. 1. de Abraham, c. 4.*

DIxit *a* Sara *b* ad Abraham: [*Ecce conclusit me Dominus, ut non pariam; intra ergò ad ancillam meam, ut filium facias ex illa.*] Et ita factum est. Sed consideremus primùm, quia Abraham ante legem Moysi, & ante Evangelium fuit. Nondum ergò interdictum adulterium videbatur. Pœna criminis ex tempore legis est, quæ crimen inhibuit. Nec ante legem ulla rei damnatio est, sed ex lege. Non ergò in legem commisit Abraham, sed legem prævenit. Deus in paradiso conjugium *c* laudaverat, non adulterium damnaverat. *& infrà.* ¶ Habes primam *d* Abrahæ defensionem. Secunda illa est, quòd non ardore aliquo vagæ succensus libidinis, non petulantis formæ captus decore, ancillæ contubernio conjugalem posthabuit thorum, sed studio quærendæ posteritatis, & propagandæ sobolis. Adhuc post diluvium raritas erat generis humani: erat etiam religionis, ne quis non reddidisse debitum videretur naturæ. Denique & Loth sancti filiæ hanc causam quærendæ posteritatis habuerunt, ne genus deficeret humanum: & ideò publici muneris gratiâ privatam culpam prætexuit.

C. IV. ¶ *Quod præter legitimam uxorem committitur, adulterii crimine damnatur.*

Idem *in eodem libro, & cap.*

NEmo blandiatur *e* sibi de legibus hominum. Omne stuprum adulterium est: nec viro licet, quod mulieri non licet. Eadem à viro, quæ ab uxore debetur *f* castimonia. Quicquid in ea *g*, quæ non sit legitima uxor, commissum fuerit, adulterii crimine damnatur. *& in eodem lib. cap. 7.* ¶ Nulli licet scire mulierem præter uxorem: ideò conjugii tibi datum est jus, ne in laqueum incidas, & cum aliena muliere delinquas. *& post pauca.* ¶ Tolerabilior est, si lateat culpa, quàm si culpæ usurpetur auctoritas. Nec hoc solùm est adulterium, cum aliena peccare conjuge, sed omne, quod non habet testatem conjugii. Tamen locus iste docet, gravius crimen esse, ubi celebrati conjugii jura temerantur, & uxoris pudor solvitur. Ideoque cùm prætenderet Abimelech, *h* quòd uxorem alienam esse ignoraverit, quam sororem esse vir ipse suam dixerat, respondit ei Dominus: [*Et i ego cognovi, quoniam pura corde fecisti hoc, & peperci tibi, ut non peccares in me: propter hoc non sum passus te tangere eam.*] Cognoscimus velut præsulem, custodemque conjugii esse Deum, qui non patiatur alienum thorum pollui: & si quis fecerit, eum peccare in Deum, cujus legem violet, & gratiam solvat. Et ideò, quia in Deum peccat, sacramenti cœlestis amittit consortium.

C. V. ¶ *Nihil est fœdius, quàm uxorem amare, quasi adulteram.*

Item Hieronymus *contra Iovinianum, lib. 1.*

3 ORigo *k* quidem amori honesta erat, sed magnitudo deformis. ¶ Nihil autem interest, quàm ex honesta causa quis insaniat. Unde & Xistus *a* in sententiis: [*Adulter est*, inquit, *in suam uxorem amator ardentior.*] In aliena quippe uxore omnis amor turpis est, in sua nimius. Sapiens vir judicio debet amare conjugem, non affectu. Rege impetus voluptatis, nec præceps feretur in coitum. Nihil est fœdius, quàm uxorem amare, quasi adulteram. ¶ Certè, qui dicunt se causâ reip. & generis humani uxoribus jungi, & filios *b* procreare, imitentur saltem pecudes, & posquam venter uxoris intumuerit, non perdant filios, nec amatores se uxoribus exhibeant, sed maritos.

C. VI. ¶ *Virginalis castitas non præfertur conjugio Abrahæ.*

Idem *lib. 2.*

QUis *c* ignorat sub altera dispensatione Dei omnes retrò sanctos ejusdem fuisse meriti, cujus nunc sunt Christiani? Quomodo antè Abraham placuit in conjugio, sic nunc virgines placent in perpetua castitate. Servivit *d* ille legi, & tempori suo: serviamus & nos Evangelio, & tempori nostro, in quos fines sæculorum decurrerunt.

C. VII. ¶ *Patriarchæ non concupiscentiâ explenda libidinis, sed causâ numerosæ prolis plures habebant uxores.*

Item Augustinus 1 *lib. 22. contra Faustum, c. 47. & 48.*

OBjiciuntur *e* Jacob quatuor uxores: quod, quando mos erat, crimen non erat. Sicut 2 Patriarchæ conjugibus excipientibus semen suum miscebantur, non concupiscentiâ percipiendæ voluptatis, sed providentiâ propagandæ successionis: sic Apostoli auditoribus admirantibus doctrinam suam condelectabantur, non aviditate consequendæ laudis, sed charitate seminandæ veritatis.

1 ¶ Augustinus] *Repositum est ex omnibus vetustis, cum in vulgatis legeretur,* Ambrosius.

2 ¶ Sicut Patriarchæ] *Apud B. Augustinum diversus est verborum ordo:* Sicut Apostoli, *inquit*, auditoribus admirantibus doctrinam suam condelectabantur, non aviditate consequendæ laudis, sed charitate seminandæ veritatis: ita Patriarchæ, &c.

C. VIII. ¶ *Satiùs est absque liberis defungi, quàm ex illicito concubitu sirpem quærere.*

Item Augustinus *de bono conjugali, c. 16.*

4 SIcut satiùs *f* est mori fame, quàm idolothytis ps vesci; ita satiùs est defungi sine liberis, quàm ex illicito coitu stirpem quærere. Undecunque *g* autem nascantur homines, si parentum vitia non sectentur, & Deum rectè colant, honesti & salvi erunt. Semen enim hominis ex qualicunque homine, Dei creatura est: & eo malè utentibus malè erit, non ipsum aliquando malum erit.

C. IX. ¶ *Ex ancilla filii non sunt quærendi.*

Item Ambrosius *in sermone de S. Ioanne, qui sic incipit:* [Diximus superiore Dominicâ.] *num. 85.*

DIcat aliquis *h*, Uxorem non habeo, ideò ancillam mihi sociavi. Audi, quid dicat Scriptura *i* ad Abraham: [*Ejice ancillam & filium ejus: non enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ.*] Si igitur ancillæ filius hæres non est, ergò nec filius est. Cur autem quæritur tale conjugium, de quo susceptus filius nec successionis possit hæres esse, nec sanguinis? Nec enim habere potest hæreditatis consortium, qui non habet originis privilegium. Cur, inquam, quæritur tale con-

a *Sent. ibid.* b *Gen 16.* c *al. licèt conjugium laudaverit,*] *orig.* d *al. unam.* e *Polyc. 6 tit 2.* f *al. exigitur.* g *al. eam,*] *orig.* h *Gen. 20.* i *al. Ecce,*] *orig.* k *Sent 4. dist. 31.*

a *Idem lib. 6. in cap. 18. Ezechielis.* b *al liberos tollere,*] *orig.* c *Sentent 4 d. 33.* d *1 Corinth. 10.* e *Sentent. 4. distinct. 32.* f *Sent. 4 dist 33. in fin.* g *sup. dist. 36. undecunq.* h *Ivo p. 1. c. 40.* i *Gen. 21. Gal. 4.*

tubernium, de quo nati, non filii sint matrimonii, sed testes sint adulterii? Cur autem hujusmodi suscipiuntur adulterini, qui patri pudori sint, non honori? Dicit Scriptura: a [*Adulterorum filii non in consummatione erunt, & ab iniquo thoro semen exterminabitur.*] Mulier igitur tua, si talibus moribus prædita est, ut mereatur consortium, mereatur & nomen uxoris. Præsta concubinæ tuæ libertatem, & nomen uxoris, ne tu adulter sis potiùs, quàm maritus.

1 ¶ Filii] *Repositæ sunt reliqua verba Scripturæ ex B. Ambrosio, pro quibus in vetustis est, &c. in vulgatis autem*, abominatio sunt Deo.

C. X. ¶ *Adulteria non sunt facienda etiam voluntate generandi filios.*

Item Augustinus *ad Claudium contra Julianum, cap. 9.*

Sic non sunt b facienda adulteria etiam voluntate generandi generandos, quemadmodum nec furta facienda sunt etiam voluntate pascendi pauperes sanctos: quod tamen faciendum est non perpetrando furta, sed benè utendo mammona iniquitatis.

5 pars. *Ecce, quòd nullo modo licet alicui vivente uxore suâ, vel ex ancilla, vel ex alia qualibet filios quærere: qui etiam susceptis, filiorum nomine judicantur indigni. Simplex etiam fornicatio in sacra Scriptura prohibetur.*

C. XI. ¶ *Illicitus concubitus, & omnis non legitimus usus illorum membrorum, nomine mœchiæ intelligitur.*

Unde Augustinus *in quæstionibus Deuteronom. q. 37. ad c. 23.*

Meretrices c esse, & ad meretrices accedere prohibet Dominus, quarum publicè venalis est turpitudo. In Decalogo autem mœchiæ nomine non videtur hoc apertè prohibuisse, quoniam mœchia non nisi adulterium intelligi solet. *Idem* d *super Exodum, q. 71.* ¶ Omnis mœchia etiam fornicatio dicitur in Scripturis. Sed utrùm etiam omnis fornicatio mœchia dici possit in eisdem Scripturis, non mihi interim occurrit locutionis exemplum: sed si non omnis fornicatio etiam mœchia dici potest, ubi sit in Decalogo prohibita illa fornicatio, quam faciunt viri, qui uxores non habent, cum fœminis, quæ maritos non habent, utrùm inveniri possit, ignoro. Sed e si furti nomine benè intelligitur omnis illicita usurpatio rei alienæ (non enim rapinam permisit, qui furtum prohibuit, sed utique à parte totum intelligi voluit, quicquid illicitè rerum proximi aufertur) profectò & nomine mœchiæ omnis illicitus concubitus, atque illorum membrorum non legitimus usus prohibitus debet intelligi.

C. XII. ¶ *Extraordinaria voluptas, & inverecunda opera nuptiarum, luxuria & immunditia appellantur.*

Item Hieronymus *in c. 5. epist. ad Gal. ad vers.* [Manifesta autem.]

In eo fornicator majoris est criminis, quia tollit membra Christi, & facit ea membra meretricis, [*Erunt quippe duo in carne una.*] Qui f non est fidelis, nec credit in Christo, sua membra facit membra meretricis: qui credit, & fornicatur, Christi membra facit membra meretricis. Econtrario infidelis in fornicatione sua utrùm violet, an ædificet templum idolo, nescio. Per vitia quippe luxuriæ 1 vel maximè dæmones coluntur. Hoc unum scio, quòd qui post fidem Christi fornicatur, violat templum Dei. Secundùm opus carnis, immunditia nuncupatur: & eam comes luxuria sequitur. Quomodo enim in veteri lege de nefandis criminibus, quæ in occulto fiunt, & ea nominare turpissimum est, ne & dicentis os, & aures audientium polluerentur, generaliter Scriptura complexa est, dicens: a [*Verecundas, vel reverentes facite filios Israel ab omni immunditia tua,*] sic in hoc loco cæteras extraordinarias voluptates, ipsarum quoque operà nuptiarum, si non verecundè, & cum honestate quasi sub oculis Dei fiant, ut tantùm liberis serviatur, immunditiam & luxuriam nominavit.

1 ¶ Luxuriæ] *Abest vox ista à plerisque vetustis, & originali.*

C. XIII. ¶ *Immoderatus usus mulierum Salomonem ad idololatriam traxit.*

Item Gregorius *in Moralibus, lib. 12. c. 12.*

Salomon quippe immoderato usu atque assiduitate mulierum ad hoc usque perductus est, ut templum idolis fabricaret: & qui prius Deo templum construxerat, assiduitate libidinis etiam perfidiæ substratus, idolis construere templa non timuit.

C. XIV. ¶ *Liberorum procreatio in matrimonio Laudatur, meretricia voluptas etiam in uxore damnatur.*

Item Hieronymus *in c. 5. epist. ad Ephesios, ad vers.* [viri diligite.]

Liberorum ergò, ut diximus, in matrimonio operæ concessa sunt: voluptates autem, quæ de meretrium capiuntur amplexibus, in uxore damnatæ.

6 pars. *Quare autem tales non dicantur filii, vel quorum parentum sequantur, qui ex libero & ancilla nascuntur, Isidorus Etymologiarum, lib. 9. c. 5. determinat.*

C. XV. ¶ *Qui sint liberi, & quam conditionem sequantur.*

Liberi dicti b, qui e ex libero sunt matrimonio orti. Nam filii ex libero & ancilla, servilis conditionis sunt. Semper enim qui nascitur, deteriorem 1 partem sumit. Naturales autem dicuntur ingenuarum concubinarum, & infrà. ¶ Hi verò d, qui non sunt de legitimo matrimonio, matrem potiùs, quàm patrem sequuntur.

1 ¶ Deteriorem partem] *In codicibus Isidori etiam manuscriptis legitur*, deteriorem parentis statum sumit.

QUÆSTIO V.

1 gs

Quod autem pudicitia violenter erepti non possit, multorum auctoritatibus probatur. Est enim virtus animi, quæ violentiam non sentit. Corpori namque vis infertur, non animo. Unde, quamvis corpus violenter corrumpatur, si pudicitia mentis servetur illæsa, tamen castitas duplicatur. Sicut e beata Lucia fertur dixisse Paschasio: [Si invitam me feceris violari, castitas mihi duplicabitur ad coronam.] *Non enim inquinatur corpus, nisi de consensu mentis. Nam si in manu mea tincta ponas, & per manum meam sacrificia f faciat, Deus g hæc attendit, & deridet. De sensibus enim & voluntatibus judicat Deus.*

C. I. ¶ *Melior est virginitas mentis, quàm carnis.*

Hinc Ambrosius *scribit in libro secundo de Virginibus.*

Tolerabilius h est mentem virginem, quàm carnem habere. Utrunque bonum, si liceat: si non licet, saltem non homini castæ 1. sed Deo simus. & infrà. ¶ Virgo prostitui potest, adulterari non potest. Ubicunque Dei virgo est, templum Dei est: nec lupanaria

a *Sapient. 3.* b *Ivo p. 8. c. 105. Pann. l. 7. c. 20.* c *Ivo p. 8. c. 31.* d *Ivo p. 8. c. 279.* e *Sup. 14. q. 5. c. pœnale. §. furti.* f *1. Cor. 6.*

a *Levit. 15.* b *Ivo part. 8. cap. 71.* c *aliter quia.* d *Unde & in, qui*] *origin.* e *In martyrio B. Luciæ.* f *alii. faciat sacrificia.* g *al. non attendit, qui & deridet.* h *Sentent. 4. dist. 38. Ivo p. 7. c. 317.*

Infamant

infamant castitatem, sed castitas, etiam loci abolet infamiam.

1 ¶ Castæ,] *Anteà legebatur*, casti. *sed B. Ambrosius ibi inducit Theodoram loquentem.*

C. II. ¶ *Mente incorruptâ, caro non corrumpitur.*

Idem *ad virginem lapsam, cap. 4.*

REvera *a* non potest caro corrumpi, nisi mens fuerit antè corrupta.

C. III. ¶ *Aliena libido neminem polluit.*

Item Augustinus *de civit. Dei, lib. 1. c. 18.*

ITa, 1 ne *b* aliquem polluat aliena libido, mittitur? Non polluit, si aliena erit, si autem polluet, aliena non erit. Sed cùm pudicitia virtus sit animi, comitemque habeat fortitudinem, qua potiùs quælibet mala tolerare, quàm malo consentire decernat, nullus autem magnanimus, & pudicus in potestate habeat, quid de sua carne fiat, sed tantùm quid annuat mente, vel renuat: quis tandem sanâ mente putaverit se pendere pudicitiam, si fortè in apprehensa & oppressa carne sua exerceatur & expleatur libido non sua?

1 ¶ Ita, ne] *Apud B. Augustinum*, At enim ne vel aliena polluat.

C. IV. ¶ *De eodem.*

Idem *ibidem.*

PRoposito *c* animi permanente, per quod etiam corpus sanctificari metuit, nec ipsi corpori aufert sanctitatem violentia libidinis alienæ, quam servat perseverantia continentiæ suæ. An verò, si aliqua fœmina mente corrupta, violatoque proposito, quod Deo voverat, pergat vitianda ad deceptorem suum, adhuc eam pergentem sanctam vel corpore dicimus, eâ sanctitate animi, per quam corpus sanctificabatur, amissâ atque destructâ? Absit hic error, & hinc potiùs admoneamur, ita non 1 amitti corporis sanctitatem manente animi sanctitate, etiam corpore oppresso, sicut amittitur corporis sanctitas, violatâ animi sanctitate. *Idem cap. 19.* ¶ Lucretiam certè matronam nobilem, veteremque Romanam, pudicitiæ magnis efferunt laudibus. Hujus corpore cùm violenter oppresso Tarquinii Regis filius libidinosè potius esset, illa scelus improbissimi juvenis marito Collatino, & propinquo Bruto, viris clarissimis & fortissimis indicavit, eosque ad vindictam constrinxit. Deinde fœdi in se commissi *d* ægra atque impatiens se peremit. Quid dicemus? adultera hæc, an casta judicanda est? Quis in hac controversia judex laborandum putaverit? Egregiè quidam ex hoc, veraciterque declamans ait: [*Mirabile dictu, duo fuerunt, & adulterium unus admisit.*] Splendidè atque veritissimè. Intuens enim in duorum corporum commistione unius inquinatissimam cupiditatem, alterius castissimam voluntatem, & non quid conjunctione membrorum, sed quid animorum diversitate ageretur, attendens: [*Duo*, inquit, *fuerunt, & unus adulterium admisit.*]

1 ¶ Ita non amitti] *Locupletatus est ex originali hoc loco, qui etiam apud Ivonem erat paulò corrosior.*

C. V.

Idem *in eodem libro, cap. 27.*

NOn 1 fidelibus Christi sit tædio vestra vita, si ludibrio fuit hostibus castitas vestra. Habetis magnam, veramque consolationem, si fidam conscientiam retinetis, non consensisse peccatis eorum, qui in vos peccare permissi sunt. *Idem in libro de duabus animabus, cap. 10.* ¶ Non nisi voluntate peccatur.

1 ¶ Non fidelibus] *In originali legitur*, Non itaque vobis, ô fideles Christi, *sed quamvis ab erat initium capitis, non est totum. Reliqua verò sunt restituta & aucta.*

a *Sent. ibidem. Ivo p. 7. c. 138.* b *Ivo p. 7. c. 139.* c *Ivo ibid.* d *al. commissi sceleris.*

C. VI. ¶ *De eodem.*

Idem *in libro primo de libero arbitrio, c. 5.*

DE pudicitia *a* quis dubitaverit, quin ea sit in animo constituta, quandoquidem virtus est? Unde à violento stupratore eripi nec ipsa potest. *Item Hieronymus 1 super epistolam ad Romanos, libro 1.* Non *b* potest fieri, ut nisi quis mœchetur priùs in corde, mœchari possit in corpore. *Idem super Lucam 2 in lib. secundo.* ¶ Finge *c* in persecutione aliquam virginem prostitutam: hæc apud Evangelium, quia voluntate non peccat, virgo suscipitur, in lege quasi corrupta repudiatur. *Idem in libro Hebraicarum quæstionum in Genes. ad cap. 12.* ¶ Corpus *d* mulieris non vis maculat, sed voluntas. *Item Augustinus in libro de sancta virginitate, cap. 5.* ¶ Sicut nemo impudicè utitur corpore, nisi Spiritu priùs concepta nequitiâ: ita nemo pudicitiam servat in corpore, nisi Spiritu priùs insitâ castitate.

1 ¶ Item Hieronymus] *Apud B. Hieronymum nihil tale est inventum. Sed apud Origenem libr. 2. ad caput 2. epistolæ ad Romanos hæc leguntur:* Neque enim fieri potest, ut si antè quis non mœchetur in corde, mœchari possit in corpore.

2 ¶ Idem super Lucam] *Hæc habentur in commentariis B. Hieronymi in Matthæum, l. 2. c. 11. & inde est emendatum. In Lucæ enim nihil extat B. Hieronymi.*

C. VII. ¶ *In corpore pudicitia violari non potest, si mens inviolata servetur.*

Idem *Victoriano, epist. 122.*

AD Deum *e* ingemiscentibus omninò suis aderit, qui suis adesse consuevit: & aut nihil in earum castissimis membris libidine hostili perpetrari permittet, aut si permittit, cùm earum animus nullâ consensionis turpitudine maculatur, etiam carnem suam defendit à crimine: & quicquid in ea nec commisit, nec permisit libido patientis, solius erit culpa facientis, omnisque illa violentia non pro corruptionis turpitudine, sed pro passionis vulnere deputabitur. Tantum enim in mente valet integritas castitatis, ut illa inviolata, nec in corpore possit pudicitia violari, cujus membra potuerint superari.

C. VIII. ¶ *Caro non peccat, si à contagione fuerit anima munda.*

Item Isidorus *in Synonymis, lib. 2.*

NOn *f* potest corpus corrumpi, nisi priùs animus fuerit corruptus. Munda à contagione anima *g*, caro non peccat.

C. IX. ¶ *Non eripitur pudicitia carnis, si mente servatur.*

Item Augustinus *Honorato Episcopo, epistol. 150.*

MAgis *h* timeamus, ne sensu interiore corrupto pereat castitas fidei, quàm ne fœminæ violenter constuprentur in carne, quia violentiâ non violatur pudicitia, si mente servatur: quoniam nec in carne violatur, quando voluntas patientis suâ turpiter carne non utitur, sed sine consensione tolerat, quod alius operatur.

C. X. ¶ *Nec peccatum, nec justitia ex opere sine voluntate perficitur.*

Item Joannes Chrysostomus, [*id est, auctor operis imperfecti super Matthæum, hom. 32. ad c. 19.*]

SIcut enim peccatum sine voluntate opus non facit, ita & justitia ex opere non consummatur, nisi & voluntas affuerit. Multi enim corpore quidem castitati student, adulterium autem voluntate committunt. Nisi enim ex voluntate sola fornicatio consummaretur,

a *Ivo p. 7. c. 140 & p. 10. c. 101.* b *Ivo p. 7. c. 141.* c *17. q. 1 si quis non iratus.* ¶. *item in persecutione.* d *Idem Beda in q. 22 Gen. 12. l. 2. 190. Ivo p. 7. c. 11.* e *Ansel l. 12 c. 32.* f *Cap. 1. id est, ante c. de castitate. in recent. impress. Sent. 4. dist 33. Ivo p. 7. c. 142.* g *al. animi.* h *Pelag. l. 4. tit. 33. Ansel. 10. c. 31.*

nunquam Dominus diceret: a [*Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam mœchatus est eam in corde suo.*] Ergò voluntas sine opere *b* frequenter peccat. Illa est gloriosa continentia, non quam transgredi non potest necessitas debilitati *c* corporis, sed quam complectitur voluntas sancti propositi.

C. XI. ¶ *Virginitas carnis non servatur mente corruptâ.*

Item Hieronymus *in epistola ad Eustochium de custodia virginitatis.*

2 ps SI Paulus Apostolus vas *d* electionis, & separatus in Evangelium Christi, ob carnis aculeos, & incentiva vitiorum reprimit corpus suum, & servituti *e* subjicit, ne aliis prædicans, ipse reprobus inveniatur, & tamen *f* videt aliam legem in membris suis, repugnantem legi mentis suæ, & captivum se in legem duci peccati: si post *g* nuditatem, jejunia, famem, carceres, flagella, supplicia, in semetipsum reversus exclamat: [*Infelix* h *ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus?*] tu te putas securam esse debere? ¶ Cave, quæso, ne quando de te dicat Deus: *i* [*Virgo Israël cecidit, & non est, qui suscitet eam.*] Audenter loquar: cùm omnia possit Deus, suscitare virginem non potest post ruinam. Valet quidem liberare de pœna, sed non vult coronare corruptam. ¶ Timeamus illam prophetiam, & ne in nobis etiam compleatur: [*Virgines bonæ deficient.*] Observa quid dicat: [*Virgines bonæ deficient,*] quia sunt & virgines malæ. [*Qui* l *viderit,* inquit, *mulierem ad concupiscendum eam, jam mœchatus est eam in corde suo.*] Pertit ergo & mente virginitas. Istæ sunt virgines malæ, virgines carne, non Spiritu: virgines *m* stultæ, quæ oleum non habentes excluduntur à sponso. Si autem & illæ, quæ virgines sunt, ob alias tamen culpas virginitate corporum non salvantur, quid fiet illis, quæ prostituerunt membra Christi, & mutaverunt templum Sancti Spiritûs in lupanar? Illicò audient Prophetam dicentem: [*Descende* n. *sede in terra virgo filia Babylonis, sede in terra: non est filia Chaldæorum thronus* o: *non vocaberis ultrà mollis & delicata. Accipe* p *molam, mole farinam, discoperi velamen tuum, denuda crura, transfluminа, revelabitur ignominia tua, apparebunt opprobria tua.*] Et hoc post thalamos filii Dei, post oscula fratruelis, & sponsi; illa, de qua quondam fermo Propheticus concinebat: [*Astitit* q *Regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate,*] nudabitur, & posteriora ejus ponentur in faciem ipsius. Sedebit ad *r* aquas solitudinis, & posito vase, divaricabit pedes suos omni transeunti, & usque ad verticem polluetur. Rectiùs fuerat hominum subiisse conjugium, ambulâsse per plana, quàm ad altiora tendentem, in profundum inferni cadere. Ne *s* fiat, obsecro, civitas meretrix fidelis Sion, ne *t* post Trinitatis hospitium ibi Dæmones saltent, & *u* Sirenæ nidificent, & hericii.

¶ *Multis locis restitutum est hoc caput ex vetustis exemplaribus, & originalibus.*

C. XII. ¶ *Corpore intacto castitas nonnunquam amittitur.*

Item Augustinus *serm. 3. de communi vita Clericorum, & epist. 109. ad monachas.*

3 ps NEc solo tactu, sed affectu quoque, & aspectu appetitur, & appetit fœmina. Nec dicatis vos animos habere pudicos, si habeatis oculos impudicos, quia impudicus oculus impudici cordis est nuntius: & cùm se invicem sibi, etiam tacente linguâ, conspectu mutuo corda nuntiant impudica, & secundùm concupiscentiam carnis alterutro delectantur ardore, etiam intactis ab immunda violatione corporibus, fugit castitas ipsa de moribus.

C. XIII. ¶ *Adulterium perpetratur, cùm vel rumpta turpiter concupiscitur.*

Item Gregorius *in Moralibus, lib. 21. c. 9.*

QUi *a* viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam mœchatus est eam in corde suo.] Quia enim græco vocabulo mœchus adulter dicitur, cùm non aliena conjunx, sed mulier videri prohibetur, apertè veritas ostendit, quia etiam solo visu, cùm turpiter vel inrupta concupiscitur, adulterium perpetratur. Quod tamen plerunque ex loco, vel ordine concupiscentium discernitur: quia scilicet sic hunc in facto ordine studiosa concupiscentia, sicut illum adulterii inquinat culpa: in personis tamen non dissimilibus idem luxuriæ distinguitur reatus.

4 pars. *Quamvis autem violenter oppressa pudicitiam non amiserint, incontaminatis tamen se non audeant exæquare virginibus.*

C. XIV. ¶ *Quæ opprimuntur, incontaminatis se virginibus comparare non audeant.*

Unde Leo Papa, *epist. 87. al. 87. ad Episcopos Afric. c. 5.*

ILlæ *b* autem famulæ Dei, quæ integritatem pudoris oppressione barbaricâ perdidêre, laudabiliores erunt in humilitate ac verecundia sua, si se incontaminatis non audeant comparare virginibus. Quamvis enim omne peccatum ex voluntate nascatur, & potuerit corruptione carnis mens invita non pollui, minus tamen eidem oberit, si quod potuerunt animo non amittere, doleant se vel corpore perdidisse.

Cùm ergò hæc, quæ violentiam passa est, pudicitiam amissam probari non potest, nullo modo convincatur fornicationis vel adulterii crimen incurrisse. Ut enim ait Augustinus in libro de bono conjugali, cap. 4. [Adulterium e committitur, cùm vel propriæ libidinis instinctu, vel alienæ consensu cum altero vel altera, contra pactum conjugale concumbitur, atque infrangitur fides: quæ in rebus etiam corporeis & abjectis magnum animi bonum est: & ideo ei 1 salutem quoque corporalem, quâ etiam vita ista continetur, certum est debere postponi.]

1 ¶ Et ideò ei] *Apud B. Augustinum legitur:* & ideò eam saluti quoque corporali, quâ etiam vita ista continetur, certum est debere præponi. *Sed ab glossam, & quoniam idem est sensus, nihil mutatum est.*

C. XV. ¶ *Mœchatur, qui alicui præter matrimonii fœdus miscetur.*

Item Isidorus d *super Exodum, c. 29.*

NOn *e* mœchaberis,] id est, ne quisquam præter matrimonii sui fœdera aliis fœminis misceatur ad explendam libidinem. Nam specialiter adulterium fecit, qui præter suam ad alteram accedit.

C. XVI. ¶ *Qui vivente uxore suâ alteram ingressus est, adulterium committit.*

Item Augustinus *de adulterinis conjugiis, lib. 2. cap. 13.*

PUto *f* Christianum neminem reluctari, illum adulterum esse, qui vel diu languente, vel diu absente, vel continenter vivere cupiente suâ uxore, alteri commistus est fœminæ.

f pars. *Cùm ergò nihil istorum in ista deprehendatur fuisse, quia nec propria libidinis instinctu, nec alterius consensu, nec vivo suo languente, vel absente, vel continenter vivere cupiente adhæsit alii, sed violenter alienâ libidine oppressâ vim pertulit, apparet, quòd non*

a *Matth. 5.* b *al. corpore.* c *al. debilitatu.* d *Act. 9. & 13. & Rom. 1.* e *1 Cor. 9.* f *Rom. 7.* g *2 Cor. 11.* h *Rom. 7.* i *Amos 5.* k *Amos 8.* l *Matt. 5.* m *Matt. 25.* n *Esa. 47.* o *al. filium:*] *antè.* p *Cant. 2.* q *Ps. 44.* r *Ezech. 16.* s *Esa. 1.* t *Esa. 34.* u *al. Sirenes.*

a *Deut. 3. Matth. 1.* b *Polyc. l. 4. tit. 24.* c *Hujus autem fidei violatio dicitur adulterium, cùm*] *antè. Ivo p. 8. c. 102. Paen. l. 1. c. 22.* d *Et Rabanus & Beda in quæst. in Exod.* e *Ivo p. 8. c. 103. Paen. l. 7. c. 23.* f *Ivo p. 8. c. 24.*

adultera

adultera, vel fornicaria dici poteſt. Unde nec aliquâ occaſione valet dimitti. Cùm enim Iudæi a quærerent à Chriſto, utrum liceret homini uxorem ſuam dimittere quacunq; ex cauſa, reſpondit eis: [Non legiſtis *b*, quia, qui fecit eos ab initio, maſculum & fœminam creavit eos? Quod ergò Deus conjunxit, homo non ſeparet. *Deinde ſermonem ſuum ita concluſit, ut diceret, neminem poſſe dimittere uxorem ſuam, exceptâ cauſâ fornicationis. Hinc Apoſtolus ait in epiſtola ad Corinthios:* c [His, qui matrimonio conjuncti ſunt, præcipio non ego, ſed Dominus, uxorem à viro non diſcedere.] *Unde datur intelligi, quòd qualeſcunque fuerint vir & uxor, ex quo conjugali affectu ſibi adhæſerint, ulteriùs ab invicem diſcedere non valent.*

C. XVII. ¶ *Qualiſcunque ſit vir, ex quo ſemel placuit, non eſt dimittendus.*

Unde Ambroſius *in Hexamerom* d, *tit. dieiquarta, ſcribit.*

HOrrendus 1, & *e* incultus eſt vir: ſemel placuit: nunquid vir frequenter eſt eligendus? Comparem ſuum & bos requirit, & equus diligit: & ſi mutetur alius, trahere jugum neſcit compar alterius, & ſe non totum putat. Tu jugalem tuum repudias, & putas ſæpè mutandum? & ſi uno defecerit die, ſuperducis rivalem, & ſtatim incognitâ cauſâ, quaſi cognitam *f* pudoris exequeris injuriam?

1 ¶ Horrendus.] *Apud B. Ambroſium legitur, ſed horridus & incultus eſt: ſemel placuit, &c. Ante hoc autem capitulum eſt cap.* Adam per Evam. *infrà 33. q.5.*

C. XVIII. ¶ *Similiter de uxore intelligatur.*

Item Auguſtinus *de ſermone Domini in monte, lib. 1. cap 32.*

SI uxorem *g.* quis habet ſterilem, vel deformem corpore, ſive debilem membris, vel cœcam, vel ſurdam, vel claudam, vel ſi quid aliud, ſive morbis, & doloribus, languoribuſq; confectam, & quicquid (exceptâ fornicatione) cogitari poteſt vehementer horribile, pro fide & ſocietate ſuſtineat.

C. XIX. ¶ *Non licet viro uxorem dimittere, niſi cauſâ fornicationis.*

Item Hieronymus *ad Oceanum de h morte Fabiolæ:*

PRæcepit *i* Dominus uxorem non debere dimitti, exceptâ cauſâ fornicationis, & ſi dimiſſa fuerit, manere innuptam. Quicquid viris jubetur, hoc conſequenter redundat in fœminas. Neque enim adultera uxor dimittenda eſt, & vir mœchus retinendus.

C. XX. ¶ *De eodem.*

Item *ibidem.*

APud *k* nos, quod non licet fœminis, æquè non licet viris, & eadem ſervitus pari conditione cenſetur.

C. XXI. ¶ *Communione prævetur, qui extra cauſam fornicationis uxorem ſuam dimittit.*

Item ex Concilio Toletano XII. *cap.8.*

6 PRæceptum *l* Domini eſt, ut exceptâ cauſâ fornicationis uxor à viro dimitti non debeat: & ideò quicunq; citra culpam criminis ſuprædicti uxorem ſuam quâcunq; occaſione dimiſerit, quia quod Deus *m* conjunxit, ille ſeparare diſpoſuit, tamdiu ab Eccleſiaſtica communione privatus, & à cœtu omnium Chriſtianorum maneat alienus, quamdiu ſocietatem relictæ conjugis ſincerè amplectatur, & foveat. Itaque qui jam admoniti à Sacerdote ſemel, bis, terq;ue, ut corrigerentur, ad thorum ſuæ conjugis noluerint redire, ipſi ſe ſuis meritis, & à palatinæ dignitatis officio ſeparabunt, & inſuper generoſæ dignitatis teſtimonium, quamdiu in culpa fuerint, amiſſuri ſunt: quia carnem ſuam diſſidii jugulo tradiderunt.

C. XXII. ¶ *De eodem.*

Nicolaus Papa *ad conſulta Bulgarorum, c 56.*

QUicquid *a* mulier tua contra te cogitaverit, aut fecerit, vel ſi te accuſaverit, non eſt, exceptâ cauſâ fornicationis, rejicienda, vel odio prorſus habenda, quæ eſt 1, Apoſtolo *b* præcipiente, ſicut Eccleſia à Chriſto diligenda.

1 ¶ Quæ eſt,] *Hæc uſque ad finem addita ſunt ex ipſis reſponſionibus.*

7 pars. *Sed quæritur, cùm ſit par utriuſq; conditio, cur communicantes viri cum adulteris uxoribus non conveniant, cum eorum à uxores in conſortio adulterorum virorum manere videantur.*

C. XXIII. ¶ *In utroque ſexu adulterium pari ratione punitur.*

De his ita ſcribit Innocentius Papa, *epiſt.3. ad Exuperium Epiſcopum, cap.4.*

CHriſtiana *c* religio adulterium in utroque ſexu pari ratione condemnat. Sed viros ſuos mulieres non facile de adulterio accuſant, & non habent latentia peccata vindictam. Viri autem liberiùs uxores adulteras apud Sacerdotes deferre conſueverunt: & ideò mulieribus, prodito earum crimine, communio denegatur; virorum autem latente commiſſo non facilè quiſquam ex ſuſpitionibus abſtinetur: qui utique ſubmovebitur, ſi ejus flagitium detegatur. Cùm ergò par cauſa ſit, interdum probatione ceſſante, vindictæ ratio conquieſcit.

QUÆSTIO VI.

ECce, quòd iſta dimitti non valet, cùm à fornicatione innocens inveniatur. Sed ponatur, quòd ipſa ſit adultera, quæritur, ſi adulter poſſit dimittere eam cauſâ fornicationis? Non enim videtur, quòd pari crimine infectus alium de eodem vitio poſſit. Unde cùm Iudæi adulteram accuſarent, æquitatis ſententiam à Domino acceperunt: [Quicunq; *d* veſtrum ſine peccato eſt, prius lapidem in illâ mittat.] *Hinc etiam in Evangelio e præcipitur:* [Hypocrita, primùm ejice trabem de oculo tuo, & poſtea educes feſtucam de oculo fratris tui.]

C. I. ¶ *Qui fornicatur, fornicationis cauſâ uxorem ſuam dimittere non poteſt.*

Hinc etiam Auguſtinus *ſcribit in lib.1. de ſermone Domini in monte, c.28.*

NIhil *f* iniquius quàm fornicationis cauſâ dimittere uxorem, ſi & ipſe convincitur fornicari. Occurrit enim illud: [*In quo g enim alterum judicas, temetipſum condemnas: eadem enim agis, quæ judicas.*] Quapropter quiſquis fornicationis cauſâ vult abjicere uxorem, prior debet eſſe à fornicatione purgatus. Quod ſimiliter etiam de fœmina dixerim.

C. II. ¶ *Qualem quiſque vult invenire uxorem, talem ſe ſervet eidem.*

Idem *de verbis Domini, tractatu ſive ſerm. 46.*

SI ducturi *h* eſtis uxores, ſervate vos uxoribus veſtris. Quales vultis eas 1 invenire, tales & ipſæ inveniant vos. Quis juvenis eſt, qui non caſtam velit ducere uxorem? & ſi accepturus eſt virginem, quis non intactam deſideret? Intactam quæris? intactus eſto: puram quæris? noli eſſe impurus. Non enim illa poteſt, & tu non poteſ.

1 ¶ Eas invenire,] *In originali, & apud Ivonem eſt: Quales eas vultis ad vos venire, tales & vos debent ipſæ invenire.*

a *Matth.19.* b *Gen.2.* c *1.Cor.7.* d *Lib.1.c.7.* e *Ivo p.8.c.131. Panor.l.6.c.103.* f *al cognita.* g *Sent.4. diſt.34. Ivo p.8.c.128. Panor.l.8.c.104.* h *Epitaphium Fabiolæ tom.1.* i *Sent. 4.diſt.33. Ivo p.8.c.140. Panor l.7.c.3.* k *Ivo ibid.* l *Ivo p.8. c.129. Panor.l.7.c.1.* m *Matth.19.*

a *Ivo part.8. cap.122.* b *Epheſ.5.* c *Sent.4. diſtinct.33. Ivo p.8.cap.224.* d *Ioann.8.* e *Luc.6.* f *Sententt.4. diſtinct.33. Ivo p.8.c.230. Panorm.l.7. cap.31.* g *Rom.2.* h *Ivo p.8.cap.43.*

C. III. ¶ *Iudicium de alio expetere non debet, qui de se judicari contemnit.*

Idem *in epistola ad Pascentium Comitem Arianum, epist. 174.*

INiquum *a* est, ut quisque de alio judicare velit, & judicari de se nolit.

C. IV. ¶ *Viri gravius sunt puniendi de adulteriis, quàm mulieres.*

Idem *de adulterinis conjugiis, lib. 2. c. 8.*

INdignantur *b* mariti, si audiant adulteros viros pendere similes adulteris fœminis pœnas: cùm tantò gravius eos puniri oportuerit, quanto magis ad eos pertinet & virtute vincere, & exemplo regere fœminas.

C. V. ¶ *Sicut vir caput est mulieris, sic adulterando gravius delinquat, quàm mulier.*

Idem *de decem chordis, cap. 3.*

NOn *c* mœchaberis, id est, non ibis ad aliquam aliam præter uxorem tuam. Tu autem exigis hoc ab uxore, & non vis reddere hoc uxori? & cùm debeas in virtute præcedere uxorem (quoniam castitas virtus est) tu sub uno impetu libidinis cadis? & vis uxorem tuam victricem esse, tu victus jaces *d*? & cùm tu caput sis uxoris tuæ, præcedet te ad Deum, cujus caput es? vis domum tuam capite deorsum pendere? Caput *e* enim mulieris est vir. Ubi autem melius vivit mulier, quàm vir, capite deorsum pendet domus. Si caput est vir, melius debet vivere vir, & præcedere in omnibus bonis factis uxorem suam, ut illa imitetur virum, & sequatur caput suum.

His auctoritatibus monstratur, quòd adulter adulteram dimittere non valet.

QUÆSTIO VII.

1 pars. NUnc autem quæritur, si ille, qui dimiserit uxorem suam causâ fornicationis, illâ vivente aliam ducere possit? Quòd autem hoc fieri non possit, testatur Augustinus *in libro de bono conjugali, cap. 7. dicens.*

C. I. ¶ *Vinculum conjugii fornicatione non potest dissolvi.*

INterveniente *f* divortio non aboletur illa confœderatio nuptialis: ita ut sibi conjuges sint etiam separati, cum illis autem adulterium committant, quibus etiam fuerint post suum repudium copulati.

C. II. ¶ *Nullâ ratione dissolvitur conjugium, quod semel initum probatur.*

Idem *de adulterinis conjugiis, lib. 2. cap. 4. & 5.*

LIcitè dimittitur *g* conjunx ob causam fornicationis, sed manet vinculum prioris. Propter quod sit reus adulterii, qui dimissam duxerit, etiam ob causam fornicationis. Sicut enim manente in se sacramento regenerationis, excommunicatur *1* quisquis reus criminis, nec illo sacramento caret, etiamsi nunquam reconcilietur Deo: ita manente in se vinculo fœderis conjugalis, uxor dimittitur ob causam fornicationis, nec carebit illo vinculo, etiamsi nunquam reconcilietur viro. Carebit autem, si mortuus fuerit vir ejus. Reus verò excommunicatus ideò nunquam carebit regenerationis sacramento, etiam non reconciliatus, quia nunquam moritur Deus.

1 ¶ Excommunicatur quisquis] *Totus hic locus est restitutus ex originali, & multa alia cum ex eodem, tum ex vetustis exemplaribus emendata.*

a *Ivo p. 6. c. 391.* b *Sent. 4. dist. 31. Ivo p. 8. c. 242. Pann. l. 7. c. 56.* c *Ivo p. 1. c. 263. Exod. 20. Deut. 5.* d *al. jacens.* e *Eph. 5.* f *Ivo p. 2. c. 9. & 23. Pann. l. 7. c. 7.* g *Ivo part. 8. cap. 239. Pann. lib. 7. cap. 8.*

C. III. ¶ *Sive vir ab uxore, sive uxor à viro causâ fornicationis discesserit, alteram habere prohibetur.*

Idem *super epistolam Pauli ad Corinthios.*

APostolus *a* dicit *1*: [*His, qui sunt in conjugio, præcipio non ego, sed Dominus, uxorem à viro non discedere: quòd si discesserit, manere innuptam, aut reconciliari viro suo.*] Potest enim fieri, ut discedat eâ causâ, quâ Dominus permisit. Aut, si fœminæ licet virum dimittere etiam præter causam fornicationis, & non licet viro, quid respondebimus de hoc, quod dixit posterius? [*Et vir uxorem ne dimittat.*] quare non addit: [*excepta causâ fornicationis:*] quod Dominus permittit? nisi quia similem formam vult intelligi, ut si dimiserit (quod causâ fornicationis permittitur) maneat sine uxore, aut reconcilietur uxori? *& post pauca.* ¶ Dominus autem permisit causâ fornicationis uxorem dimitti. Sed quia permisit, non jussit.

¶ *Est apud Bedam 1 Corinth. 7. ex lib. 1. S. Augustini de sermone Domini in monte, cap. 26.*

1 ¶ Apostolus dicit:] *Apud B. Augustinum in 1. libro de sermone Domini in monte, cap. 26. legitur;* sed consulamus Apostolum, ne quid temerè dicamus. [*His, qui sunt in conjugio*, inquit, *præcipio, &c.*] *Apud Bedam verò 1 Corinth. 7.* His, qui sunt in conjugio, præcipit per Apostolum Dominus, uxorem, &c. *Multa verò & in hoc, & in sequentibus capitibus*, Fieri, & Dominus, *emendata sunt ex ipsissimis B. Augst. & Beda in locis indicatis.*

C. IV.

Idem *de sermone Domini in monte, lib. 1. cap. 25.*

FIerì *b* potest, ut vir dimittat uxorem causâ fornicationis, quam Dominus excepta esse voluit. Jam verò si nec illi nubere conceditur, vivo viro, à quo recessit, neque huic alteram ducere vivâ uxore, quam dimisit, multò minùs fas est illicita cum quibuslibet stupra committere.

C. V. ¶ *Ab uxore dimissus, vel dimissa à viro, ad pœnitentiam redigantur, nisi aut continenter vivere, aut sibi reconciliari voluerint.*

Item ex Concilio *c* Milevitano, *c. 17.*

PLacuit *d*, ut secundùm *e* Evangelium, & Apostolicam disciplinam neque dimissus ab uxore, neque dimissa à marito, alteri conjungantur, sed ita maneant, aut sibimet reconcilientur. Quod si contempserint, ad pœnitentiam redigantur.

C. VI. ¶ *Mœchatur, qui à viro dimissam ducere præsumit.*

Item Augustinus *libr. 1. de sermone Domini in monte, cap. 15.*

DOminus *f* ad illud confirmandum, ut non faciat dimittatur uxor, solam causam fornicationis excepit, cæteras verò universas molestias, si quæ forte extiterint, jubet pro fide conjugali, pro castitate fortiter sustineri. Et mœchum dixit etiam virum, qui eam duxerit, quæ soluta est à viro.

C. VII. ¶ *Adultera probatur, quæ vivente viro alteri nubit.*

Item Hieronymus *ad Armandum 1 Presbyterum.*

OMnes *g* causationes Apostolus amputans, apertissimè definivit, vivente viro esse adulteram mulierem, si alteri nupserit. Nolo mihi proferas raptoris vio-

a *1 Corinth. 7. Sentent. 4. dist. 28 Polyc. l. 6. tit. 4 Ivo part. 8. cap. 208 Pann. l. 7. cap. 2.* b *Beda 1 Corinth. 7. Ivo part. 8. cap. 239.* c *Concilium Africanum, cap. 63 & Graecum, cap. 101.* d *Polyc. lib. 6. tit. 4. Anselmus libr. 10. cap. 11. Burch. lib. 9. cap. 64. Ivo p. 8. c. 200.* e *Matth. 19. 1 Corinth. 7.* f *Beda 1 Corinth. 7 Sentent. 4. dist. 31. Ivo p. 8. cap. 237. Pannorm. l. 7. c. 4.* g *Polyc. l. 6. tit. 4. Ivo p. 8. c. 238.*

lentiam,

lentiam, matris præstationem *a*, patris auctoritatem, propinquorum cæterorum, servorum insidias, atque contemptum *b*, damna rei familiaris. Quamdiu vivit vir, licèt adulter sit, licèt sodomita, licèt flagitiis omnibus coopertus, & ab uxore propter hæc scelera derelictus, maritus ejus reputatur, cui alterum virum accipere non licet. Nec Apostolus hæc propriâ auctoritate decernit, sed Christo in se loquente Christi verba secutus est, qui ait in Evangelio: *c* [*Qui dimiserit uxorem suam, excepta causâ fornicationis, facit eam mœchari: & qui dimissam acceperit, adulter est.*] Unde & Apostoli gravem conjugii sarcinam intelligentes: [*Si sta est*, inquiunt, *non expedit homini, uxorem accipere.*] Ad quos Dominus: [*qui potest*, inquit, *capere, capiat.*] statimque sub exemplo trium eunuchorum virginitatis infert beatitudinem, quæ nullâ carnis lege tenetur.

1 ¶ Amandum] *Sic in plerisque vetustis. Nam in vulgatis erat*, Damasum. *Sunt autem aliqua in capite emendata ex ipso originali, ubi glossa non obstitit.*

¶ *Post hæc verba apud B. Hieronymum sequitur* c. non satis. *14. quæst. 1. & 2.*

C. VIII. ¶ *Mulieri fideli, quæ virum adulterum dimittit, alio habere non licet.*

Item ex Concilio Eliberitano, *cap. 9.*

Fidèlis *d* fœmina, quæ adulterum maritum reliquerit fidelem, & alterum duxit *e*, proh beatur, ne ducat. Si autem duxerit, non priùs accipiat communionem, quàm is, quem reliquit, de sæculo exierit, nisi necessitas infirmitatis dare compulerit.

C. IX. ¶ *Ad pœnitentiam est cogendus, qui multis nuptiis copulatur.*

Item ex Concilio Martini Papæ, [*id est, ex cap. Martini Bracharensis, c.8a.*]

Si *f* quis fuerit multis nuptiis copulatus, pœnitentiam agat. Conversatio autem & fides pœnitentis tempus comprehendat 1.

1 ¶ Comprehendat.] *In originali, & apud Ivonem est*, compendiat tempus. *Apud Burchardum corruptè*, compendit. *Et in Concilio Neocæsariensi, cap. 3. suprà, 31. quæst. 1.* de his. *unde hoc sumptum est, legitur*, abbreviat. *Sed ob glossam non est mutatum.*

C. X. ¶ *Qui ob fornicationem uxorem dimittit, & aliam duxit, mœchari probatur.*

Item Augustinus *de adulterinis conjugiis, lib. 1. capit. 9.*

Quemadmodum *g* non rectè dici potest, si ergò nescit homo, non peccat (sunt enim etiam peccata ignorantium, quamvis minora, quàm scientium) ita non rectè dici potest, ergò si causâ fornicationis dimiserit vir uxorem, & aliam duxerit, non mœchatur. Est enim mœchatio etiam eorum, qui alias ducunt relictis propter fornicationem prioribus, sed utique minor, quàm eorum, qui non propter fornicationem dimittunt, & alteras ducunt.

2 pars. *Sunt enim in fornicatione gradus, ut sicut gravius peccat adulter, quàm fornicator, sic gravius delinquat, qui non suâ dimissâ aliam ducit, ex, qui suam dimittens, aliam cognovit: gravius quoq;, qui uxorem habens ad conjugem proximi sui accedit, quàm qui non habens uxorem, thorum alterius violat, vel uxoratus ad solutam accedens. Sed hos omnes incestus transcendunt: quos vincunt contra naturam delinquentes.*

C. XI.

Unde Augustinus *de adulterinis conjugiis.*

Adulterii *h* malum vincit fornicationem; vincitur autem ab incestu. Pejus est enim cum matre, quàm cum aliena uxore concumbere. Sed omnium horum est pessimum, quod contra naturam fit, ut si vir membro mulieris non ad hoc concesso voluerit uti. Usus enim naturalis, si ultra modum prolabitur, in uxore quidem veniale est, in meretrice damnabile. Sed iste, qui est contra naturam, execrabiliter fit in meretrice, sed execrabilius in uxore. Tantum valet ordinatio creatoris, & ordo creaturæ, ut in rebus ad utendum concessis, etiam cùm modus excedituer, longè sit tolerabilius, quàm in eis, quæ concessa non sunt, vel unus, vel rarus excessus.

¶ *In multis vetustis caput hoc conjunctum est superiori: atque in eo referuntur verba B. Augustini hinc inde collecta, potissimum ex libro de bono conjugali, cap. 8. 9. & 11. quem etiam librum citat Ivo, & Magister.*

C. XII. ¶ *Minus est secundùm naturam coire, quàm contra naturam delinquere.*

Item Ambrosius *in libro de Patriarchis, lib. 1. de Abrahamo, c. 6.*

Offerebat *a* sanctus Loth filiarum pudorem. Nam etsi illa quoque flagitiosa impuritas erat, tamen minus erat secundùm naturam coire, quàm adversus naturam delinquere. Præferebat domus suæ verecundiæ, hospitalem gratiam, etiam apud barbaras gentes inviolabilem.

C. XIII. ¶ *Graviora sunt flagitia, quæ contra naturam præcantur.*

Item Augustinus *confessionum lib 3. c. 8.*

Flagitia *b*, quæ sunt contra naturam, ubique & semper detestanda, atq; punienda sunt: qualia Sodomitarum fuerunt. Quæ si omnes gentes facerent, eodem criminis reatu divinâ lege tenerentur: quæ non sic fecit homines, ut se illo uterentur modo. Violatur quippe ipsa societas, quæ cum Deo nobis esse debet, cùm eadem natura, cujus ipse auctor est, libidinis perversitate polluitur.

C. XIV. ¶ *Turpior & flagitiosior est usus contra naturam, quàm fornicationis vel adulterii.*

Item *contra Ivonianum, lib. 2.*

Usus *c* naturalis & licitus est in conjugio, sicut illicitus in adulterio. Contra naturam verò sen per illicitus, & proculdubiò flagitiosior atq; turpior: quem sanctus Apostolus *d* & in fœminis, & in masculis arguebat, damnabiliores volens intelligi, quàm si in usu naturali vel adulterando, vel fornicando peccarent.

¶ *Caput hoc neque in libro de bono conjugali, (quem contra Ivonianum se scripsisse B. Augustinus lib. 2. retract. cap. 22. profitetur,) neq; in libro contra Iulianum, quorum quintum citat Ivo, est inventum. De his tamen flagitiis agitur lib. 2. de nuptiis & concupiscentia, c. 19. & 20.*

C. XV. ¶ *Omnis immunda pollutio, fornicatio est, licèt varia sint peccata fornicationis.*

Item Isidorus *lib. 2. de summo bono, c. 39.*

3 Non solùm de commissa fornicatione peccatum regnat in homine, sed si adhuc delectetur, atque animum teneat, proculdubiò regnat. Fornicatio carnis, adulterium: fornicatio animæ, idolorum est servitus. Est autem & spiritalis fornicatio, de qua *e* Dominus ait: *f* [*Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam mœchatus est eam in corde suo.*] Omnis immunda pollutio, fornicatio dicitur, quamvis quisque diversâ turpitudinis voluptate prostituatur. Ex delectatione enim fornicandi varia gignuntur flagitia, quibus & regnum Dei clauditur, & homo à Deo separatur. ¶ Inter cætera septem vitia, vitium *g* fornicationis

a *al. persuasiones*] *orig.* b *alter, & parentum contumelias.* c *Matth. 19.* d *Burch. lib. 9 cap. 63. Ivo part. 8. cap. 199.* e *duxerit,*] *orig.* f *Burch. lib. 9. cap. 20. Ivo part. 8. cap. 181. & 182.* g *Ivo part. 8. cap. 233.* h *Sentent. 4. distinct. 38. Ivo part. 8. cap. 220.*

a *Ivo p. 9. c. 133. Gen. 19.* b *Ivo p. 9. c. 105.* c *Ivo p. 9. c. 108.* d *Rom. 1.* e *Secundum quod.* f *Matt. 5.* g *alii fornicatio maximi est sceleris.*

maximum scelus est: quia per carnis immunditiam templum Dei violat, & tollens membrum Christi, facit membrum meretricis. Sunt 1 autem quædam, quæ sicut animalia absque ulla discretione, indesinenter libidini serviunt: quas ego nec mutis pecoribus comparaverim. Pecora enim cùm conceperint, ultrà non indulgent maribus copiam sui.

1 ¶ Sunt autem] *Hæc non sunt inventa apud Isidorum: sed apud Origenem, hom 5. ad c. 19. Gen. & similia apud B. Hieronymum in c 5. epistola ad Ephesios.*

C. XVI. ¶ *Adulterium secundum in pœnis obtinet locum.*

Item ex epistola 1. Clementis *ad Iacobum.*

Quid *a* in omnibus peccatis adulterio est gravius? Secundum namque in pœnis obtinet locum: quoniam quidem primum illi habent, qui aberrant à Deo, etiamsi sobriè vixerint.

¶ *Locum hunc ex epistola Clementis citat Nicolaus I. in epistola omnibus Archiepiscopis & Episcopis in regno Lotharii, quæ incipit,* Optaremus: *& extat Romæ in Bibliotheca monasterii Dominicanorum.*

His auctoritatibus evidentissimè monstratur, quòd quicunq; causâ fornicationis uxorem suam dimiserit, aliam illâ vivente ducere non poterit: & si duxerit, rous adulterii erit.

4 qs. *His sta respondetur. Hæ auctoritates de iis loquuntur, quorum continentiam carnalis infirmitas non impedit; vel de his, qui præstantes causam divortii, aliorum conjunctione se reddiderunt indignos.*

C. XVII.

Unde Ambrosius *super 1. epist. Pauli ad Corinthios, ad cap. 7.*

Uxor *b* à viro non discedat, nisi causâ fornicationis; quòd si discesserit, aut maneat innupta, aut reconcilietur viro suo: & vir similiter non dimittat uxorem.] Ideò non subdit de viro, quod de uxore præmisit, quia viro licet ducere aliam.

¶ *In eo Ambrosii loco pluribus verbis hæc res exponitur: sed contrariam sententiam affert B. Ambrosius libr. 1. de Abraham, cap 4. & 7. quod refertur sup. eâd. quæst. 4.* nemo. *& in comment. ad cap. 16. Luca, toto cap. 1. libri octavi, cujus pars refertur infrà 33. quæst. 2.* an, quod.

C. XVIII. ¶ *Licet ducere aliam viro, cui sua ob infirmitatem corporis debitum reddere non valet.*

Item Gregorius III. *Bonifacio Episcopo, epist. 4.*

Quod *c* proposuisti, si mulier infirmitate correpta non valuerit debitum viro reddere, quid eius faciat jugalis: bonum esset, si sic permaneret ut abstinentiæ vacaret: sed quia hoc magnorum est, ille, qui se non poterit continere, nubat magis: non tamen subsidii opem subtrahat ab illa, quam infirmitas præpedit, non detestabilis culpa excludit.

¶ *Epistola, ex qua capitulum hoc acceptum est, impressa extat tomo 1 Conciliorum, & manuscripta in Bibliotheca monasterii Dominicanorum: & qua citantur infrà 33. q. 1. c.* quod autem. *& c. sequenti, videntur esse hujus Gregorii III.*

c pars. *Sed* d *illud Ambrosii à falsatoribus dicitur insertum. Illud Gregorii sacris canonibus, imò Evangelicæ & Apostolicæ doctrinæ penitus inventur adversum. Quidam verò sententiam Ambrosii servare cupientes, non de qualibet fornicatione illud arbitrantur intelligi, ut ob quamlibet fornicationem vir licitè dimittat uxorem, & vivente dimissâ aliam ducat, sed de incestuosa tantum fornicatione intelligi: cum uxor videlicet alicujus, patri & filio, fratri & avunculo viri sui, vel alicui similium se constupradam publicè tradiderit. Hæc autem, quæ vero sue se illicitam reddidit in perpetuum, dum per copulam consanguinitatis in primum, vel secundum, vel tertium gradum transivit affinitas a, licèt dimittatur, & eâ vivente superducitur alia. Hic si quis contendat non magis viro, quàm mulieri licitum esse, si vir alicujus eodem modo fornicetur, sciat virum ab Ambrosio appellatum non sexu, sed animi virtute: mulierem quoq; nominatam sentiat non sexu corporis, sed mollitiâ mentis. Sed quia nullâ auctoritate permittitur, ut uxore vivente alia superducatur, intelligitur illud Ambrosii in supradicto genere fornicationis: non tamen, quòd vivente dimissâ, aliam ducere possit: sed post mortem fornicarii, vel fornicatoris (quorum uterq; ut suprà dictum est à corruptione luxuriæ mulier appellatur) juncta à fornicatione mundus est, vir, vel mulier alii copulari possint: adulteri autem, si supervixerint, nullo modo alii copulari poterunt.*

C. XIX. ¶ *Licitum conjugium non negatur illi, cujus uxor cum suo fratre dormierit.*

Sic & illud intelligitur, quod in capitulo cujusdam Concilii *legitur.*

Quædam *b* cum fratre viri sui dormivit: decretum est, ut adulteri nunquam conjugio copulentur: illi verò, cujus uxor stuprata est, licita conjugia non negentur.

¶ *Simile legitur lib 5. Capitularium, cap. 19.*

C. XX. ¶ *Disjungantur, & nunquam conjugio copulentur, qui quodlibet infrà subjectorum admiserint.*

Sic & illud Magunt. monstratur Concilio intelligitur.

Si *e* quis viduam uxorem duxerit, & postèa cum filiastra sua fornicatus fuerit, seu cum duabus sororibus, aut si qua cum duobus fratribus, seu cum patre & filio, si quis relictam fratris, si quis neptem, aut novercam, aut nurum, aut consobrinam, aut filiam avunculi, aut ejus relictam, aut privignam pollnerit, eos disjungi, & ulterius nunquam in conjugio copulari præcipimus.

¶ *Sensus hujus capitu est in* Concilio primo Magunt. *c. 36. & 2. sub Rabano c. 29. & lib. 5. Capitul. c. 10. ubi eum plerag, eadem verba habentur.*

C. XXI. ¶ *Sororem uxoris polluens, neutram habere valet.*

Item. *d*

Qui dormierit *e* cum duabus sororibus, & una ex illis anteà uxor fuerit, neutram ex ipsis habeat: nec ipsi adulteri unquam in conjugio copulentur.

C. XXII. ¶ *Causâ adulterii uxorem relinquens continentiam servet.*

Item illud Gregorii.

Hi *f* verò, qui uxores suas in adulterio deprehendunt, non licebit nec eum, nec eam, aliam uxorem accipere, vel alium virum, quamdiu ambo vivunt. Si autem adultera mortua fuerit, vir ejus, si vult, nubat, tantum in Domino: adultera verò nunquam, etiamsi mortuus fuerit vir ejus: omnibus tamen diebus vitæ suæ acerrimæ pœnitentiæ lamenta persolvat.

C. XXIII. ¶ *Neutram habeat, qui sororem uxoris polluit.*

Item ex decreto Zachariæ Papæ.

Concubuisti *g* cum sorore uxoris tuæ? si fecisti, neutram habeas: & si illa, quæ uxor tua fuerit, conscia sceleris non fuit, si se continere non vult, nubat in Domino, cui velit. Tu autem & adultera finem spe conjugii permaneatis: & quamdiu vixeritis, juxta præceptum Sacerdotis pœnitentiam agite.

a Sentent. 4. dist. 28. Ivo part. 8. c. 99. Pann. l. 7. c. 21. b Sentent. 4. dist. ult. 31. 1. Corinth. 7 Glossa ordin. ad eum locum. c Ivo part. 8. cap. 72. Pannorm. lib. 8. c. 112. d Sent. 4. dist. 33. Glossa ordin. 1. Corinth. 7.

a al. affinitate. b 5. Capitul. cap. 111. c Burch. lib. 17. cap. 9. Ivo part. 9. cap. 71. & 77. Pann. lib. 6 cap. 111. d In Concil. Vermacien. cap. 69. e Sent. 4. dist. 34. Burch. l. 17. c. 3. Ivo p 9. cap. 69. f al. Hic Sent. 4. dist 34. Polyc. l. 8 tit. 4. g Sent. ibid. Burch. l. 17. c. 1. fol. 273.

C. XXIV. ¶ *Cum noverca, vel filiastra, vel sorore suæ uxoris dormiens, ad conjugium pervenire non poterit: viris tamen earum legitima non negantur conjugia.*

Item ex Concilio Triburiensi.

SIquis *a* cum novercâ suâ dormierit, neuter ad conjugium potest pervenire: sed vir ejus potest, si vult, aliam accipere, si se continere non potest. Similiter si quis cum filiastra sua, vel cum sorore uxoris suæ dormierit, observandum est.

Quamvis illud, quod in fine Moguntinensis Concilii ponitur, à nonnullis non de legitimè conjunctis, sed de fornicariis dictum intelligatur: videlicet ut fornicarii discedant ab invicem, & sine spe conjugii permaneant. Illud verò Gregorii ad Bonifacium, Anglicis 1 *pro tempore permissum est: quibus B. Gregorius in quarta & quinta generatione conjuncta contrahi permisit: aliàs autem inane esset, cum Augustinus dicat in libro de sermone Domini in monte:* [Si *b* uxorem quis habeat sterilem, &c.]

1 ¶ Anglicis] *Verè hic auctor glossæ animadvertit, Gratianum, quod Gregorius III. scripsit ad Bonifacium Legatum Germaniæ pro causis Germanorum, retulisse ad ea, quæ multò antè B. Gregorius I. scripserat ad Augustinum Anglorum Episcopum, dispensando cum Anglis ad fidem nuper conversis super gradibus consanguinitatis & affinitatis: & habetur infrà 35. quæst. 2. & 3. cap.* quædam lex. *& 91. c.* ad sedem.

C. XXV. ¶ *Ob infirmitatem, vel damna corporis, conjugia solvi non licet.*

Item Nicolaus *ad Carolum Moguntinensem Episcopum.*

6 HI, qui *c* matrimonium sani contraxerint, & uni ex duobus amentia, aut furor, aut aliqua infirmitas accesserit, ob hanc infirmitatem conjugia talium solvi non possunt. Similiter sentiendum de his, qui ab adversariis excæcantur, aut membris truncantur, aut à barbaris exsecti fuerint.

C. XXVI. ¶ *Furiosus & furiosa matrimonium contrahere non possunt.*

Item Fabianus Papa.

NEque *d* furiosus, neque furiosa matrimonium contrahere possunt: sed si contractum fuerit, non separentur.

7 pars. *Ut ergò ex præmissis colligitur, non licet huic, dimissâ uxore, aliam ducere. Manet enim inter eos quoddam vinculum conjugale, quod nec ipsâ separatione dissolvitur.*

C. XXVII. ¶ *Sterilem uxorem dimittere, & causâ fœcunditatis aliam ducere alicui non licet.*

Unde Augustinus *ait in libro de bono conjugali, cap. 7.*

TAntum *e* valet illud fœdus vinculum conjugum, ut cùm causâ procreandi colligetur, nec ipsâ causâ procreandi solvatur. Posset enim homo dimittere sterilem uxorem, & aliam ducere, de qua filios habeat, & tamen non licet. *Item c. 15.* ¶ Manet vinculum nuptiarum, etsi proles, cujus causâ initum est, manifestâ sterilitate non subsequatur: ita, ut jam scientibus conjugibus non se filios habituros, separare se tamen vel ipsâ causâ filiorum, atque aliis copulare non liceat. Quod si fecerint, cum eis, quibus se copulaverint, adulterium committunt, ipsi autem conjuges manent. Planè uxoris voluntate adhibere aliam, unde communes filii nascantur unius commistione ac semine, alterius autem jure, ac potestate, apud antiquos Patres fas erat. Utrùm & nunc fas sit, temerè *a* non dixerim.

C. XXVIII. ¶ *De eodem.*

Idem *lib. 1. de nuptiis, & concupiscentia, c. 10.*

USque *b* adeò manent inter viventes semel inita jura nuptiarum, ut potiùs sint inter se conjuges, qui ab alterutro separati sunt, quàm cum his, quibus aliis adhæserunt. *& paulò 1 post.* ¶ Manet inter viventes quoddam vinculum conjugale, quod nec separatio, nec cum altero copulatio possit auferre: manet autem ad noxam criminis, non ad vinculum fœderis: sicut apostata animâ velut de conjugio Christi recedens, etiam fide perditâ sacramentum fidei non amittit, quod lavacro regenerationis accepit. Redderetur enim proculdubiò redeunti, si amisisset abscedens. Habet autem hoc, qui recessit, ad cumulum supplicii, non ad meritum præmii.

1 ¶ Et paulò post.] *Apud B. Augustinum hic interjicitur c. denique supr. 31. q. 1. Addita verò nonnulla sunt, & emendata in hoc capite ex ipso originali, quemadmodum & in præcedenti.*

a *Ex Conc. apud Vermeriam. Burch. l. 17. c. 11.* b *supr. eâd. q. 3. si uxorem.* c *Lib. 2 sent. Pauli, tit. 19. in interpretatione. l. 4. in Cod. Theod. Sent. 4. dist. 34. Anst. l. 10. c. 27. Burch. l. 9. c. 28. Polyc. l. 6. tit. 4. Ivo p. 8. c. 166. Paun. l. 6. c. 93.* d *Paulus ibid. Sent. ibid. Pol. ibid. Anst. l. 10. c. 28. Burch. l. 9. c. 30. Ivo p. 8. c. 168. Paun. l. 6. c. 92.* e *Ivo p. 8. c. 214. Paun. l. 6. c. 20. & 105.*

QUÆSTIO VIII.

CUm *Itaq; probatum sit, quòd hic uxorem suam dimittere, & aliam ducere non potest, quæritur, si liceat ei hâc conditione peccare, ut infidelem ad fidem adducat? Quod non posse fieri* Augustinus *affirmat in l. 1. de adulteriis conjugiis, cap. 24. ita dicens.*

CAP. ¶ *Non debet aliquis à continentiæ voto recedere, etiamsi infidelis Christianam se fieri polliceatur.*

NOn *e* solùm mœchandum non est, (quod facit non quidam, sed omnis, qui dimittit uxorem suam, & ducit alteram, etsi propterea duxerit, ut faciat Christianam:) sed etiam quisquis non alligatus uxori continentiam Deo voverit, nullo modo debet istâ compensatione peccare, ut ideò credat uxorem sibi esse ducendam, quia promisit, quæ nuptias ejus appetit, futuram se ex fide Christianam. Quod enim cuiquam, antequam voviſſet licebat, cùm id se nunquam facturum voverit, non licebit: si tamen id voverit, quod vovendum fuit, sicuti est perpetua virginitas, vel post 1 experta connubia solutis à vinculo conjugali, viduales castitas, seu ex consensu voventibus *d*, & carnalia debita sibi invicem relaxantibus fidelibus, castisque conjugibus (quod alterum sine altera, vel alteram sine altero vovere eis non est) jugis continentia. Hæc ergò, & si qua alia sunt, quæ rectissimè voventur, cùm homines voverint, nullâ conditione rumpenda sunt, quæ sine ulla conditione voverunt.

1 ¶ Vel post] *Hic locus in vulgatis B. Augustini codicibus, & etiam apud Ivonem usq; ad vers.* Hæc ergo. *paulo aliter habet.*

CAUSA XXXIII.

QUidam *vir maleficiis impeditus, uxori suæ debitum reddere non poterat. Alius interim clanculo eam corrupit: à viro suo separata, corruptori suo publicè nubit: crimen, quod admiserat, corde tantum Deo confitetur: redditur huic facultas cognoscendi eam: repetit uxorem suam: quâ receptâ, ut expeditius orationi vacaret, & ad carnes agni purius e accederet, continentiam se servaturum promisit: uxor verò consensum non adhibuit.*

1 *Hic primùm quæritur, an propter impossibilitatem coeundi, à viro suo aliqua sit separanda?*

2 *Secundò, an post separationem ei nubere valeat, cum quo priùs fornicata est?*

a *al. non temerè dixerim.* b *Sentent. 4. dist. 31. Ivo part. 8. cap. 12. Panorm. lib. 5. c. 74.* c *Ivo p. 8. c. 73.* d *al. vivendi.* e *al. puris.*

Tertiò, si solâ confessione cordis crimen possit deleri?
Quartò, si tempore orationis quis valeat reddere conjugii debitum?
Quintò, an vir sine consensu uxoris continentiam vovere possit, vel si minus vel terroribus licentiam vovendi ab ea extorquere valeat?

QUÆSTIO I.

1 pars. QVod autem propter impossibilitatem reddendi debitum mulier à viro suo separari non possit, auctoritate Evangelicâ, & Apostolicâ probatur. Sic enim Christus ait in a *Evangelio:* [Nulli licet dimittere uxorem suam, nisi causâ fornicationis:] *vel qua alter eorum (sicut Augustinus exposuit) fornicatus fuerit, vel ad quam alter alterum pertrahere voluerit.* ¶ *Item Apostolus:* b [Mulier, quanto tempore vivit vir ejus, alligata est legi ipsius,] *non legi sibi reddendi debitum: sed non transforendo se ad alium.* ¶ *Item* c: [His, qui matrimonio juncti sunt, præcipio non ego, sed Dominus, uxorem à viro non discedere, nisi causâ fornicationis.] *Evangelicâ itaq; & Apostolicâ auctoritate prohibetur mulier à viro sua discedere, nisi ob causam illam cunctis notissimam: quâ intervenente si discesserit, oportet eam manere innuptam, aut reconciliari viro suo. Unde datur intelligi, quòd impossibilitas reddendi debitum non facit conjugii dissidium. His ita respondetur: Conjugium confirmatur officio, ut suprà* 1 *probatum est: postquam verò officio confirmatum fuerit, nisi causâ fornicationis, non licet viro uxorem dimittere, vel uxori à viro discedere. Verùm antequam confirmetur, impossibilitas officii solvit vinculum conjugii.*

1 ¶ [Ut suprà] *Videtur indicari c.* non dubium, *& c.* [cùm societas. *supr. 27. q. 1. de qua re ibi notatum est.*

C. I. ¶ *Licet mulieri alteri nubere, quam ob frigiditatem vir cognoscere non poterit.*

Unde scribit Gregorius *Ioanni* I *Ravennati Episcopo.*

QUod d autem interrogâsti de his, qui matrimonio juncti sunt, & nubere non possunt, si ille aliam, vel illa alium ducere possit? De quibus scriptum est: e [*Vir & mulier, si se conjunxerint, & postea dixerit mulier de viro, quòd non possit esse cum ea, si potest probare per justum judicium, quod verum sit, accipiat alium. Si autem ille aliam acceperit, separentur.*]

1 ¶ Joanni] *Repetenda sunt, quæ sunt notata in hoc idem opus suprà 27. q. 2.*

C. II. *Item ex epistola ejusdem.*

REquisisti f de his, qui ob causam frigidæ naturæ dicunt se non posse invicem operam carni dantes commiscere.' Iste verò si non potest eâ uti pro uxore, habeat eam quasi sororem. Quòd si retinaculum conjugale voluerint rescindere, maneant utrique innupti. Nam si huic non potuit concordare naturaliter, quomodo alteri conveniet? Si igitur vir aliam vult uxorem accipere, manifesta patet ratio g, quia suggerente diabolo odii fomitem, exosam eam habuit, & idcircò eam dimittere mendacii falsitate molitur. Quòd si mulier causatur, & dicit; Volo esse mater, & filios procreare, & uterque eorum septimâ manu propinquorum tactis sacrosanctis reliquiis jurejurando dicat, ut nunquam per commistionem carnis conjuncti una caro effecti fuissent, tunc videtur mulierem secundas nuptias contrahere posse. Humanum h dico propter infirmitatem carnis eorum. Vir autem qui frigidæ naturæ est, maneat sine conjuge. Quòd si & ille aliam copulam acceperit, tunc hi, qui juraverunt, perjurii crimine rei teneantur, & pœnitentiâ peractâ priora cogantur recipere connubia.

2 pars. *Hoc* a *autem servari præcipitur, cùm uterq; idem fatetur. Caterùm si vir asseruerit se reddidisse debitum uxori, & illa dissentiat, cui potiùs fides habenda sit, merito quæritur.*

C. III. ¶ *In veritate viri consistat, si mulier negat se cognitam ab eo.*

De his in Concilio apud Compendium habito *ita statutum est.*

SI b quis accepit uxorem, & habuit eam aliquo tempore, & ipsa fœmina dicit, quòd nunquam cognovisset eam ea: & ille vir dicit, quòd sic fecit, in veritate viri consistat: quia vir caput est mulieris.

3 pars. *Ecce, quòd impossibilitas reddendi debitum non solvit conjugii. Sed hoc de naturali impossibilitate statutum est. Hæc autem, maleficii impedimento, non frigiditate naturali debitum conjugale prohibente, à viro suo separata est. Unde quæritur, si liceat ei etiam in hoc casu à viro suo discedere, & alii se copulare?*

C. IV. ¶ *Quid de his, qui maleficiis impediti, coire non possunt.*

De his ita scribit Hincmarus Rhemensis Archiepiscopus.

SI c per sortiarias, atque maleficas i, occulto, sed nunquam injusto Dei judicio permittente, & diabolo præparante, concubitus non sequitur, hortandi sunt, quibus ista eveniunt, ut corde contrito, & spiritu humiliato, Deo & Sacerdoti de omnibus peccatis suis puram confessionem faciant, & profusis lachrymis, & largioribus eleemosynis, & orationibus, atque jejuniis Domino satisfaciant, & per exorcismos ac cætera Ecclesiastica medicinalia, d, ministri Ecclesiæ, tales, quantum Dominus annuerit, qui Abimelech, ac domum ejus Abrahæ orationibus sanavit, sanare procurent. Quòd si fortè sanari non potuerint, separari valebunt: sed, postquam alias nuptias expetierint, illis in carne viventibus, quibus juncti fuerant, prioribus, quos reliquerant, etiamsi possibilitas concumbendi eis reddita fuerit, reconciliari nequibunt.

1 ¶ Maleficas,] *In vulgata sequebatur, artes: quæ non abest à pleriisq; vetustis codicibus, ac cæteris collectoribus. Sed in hoc videtur contrarius præmisso capitulo Gregorii. Hic enim post possibilitatem redditam jubetur separari ab ea, cui secundo nupserat, & redire ad primum. Hic autem vivente ea, cui secundo copulata fuerat, primo reconciliari non poterit.*

QUÆSTIO II.

1 pars. QVod autem ei, cum qua priùs fornicata fuerat, post separationem nubere possit, superius probatum est. Mortuus est enim sibi vir ejus. Ex quo, judice Ecclesia, ab ea separata, ab ejus lege soluta est. Unde juxta e Apostolum nubat, cui vult; tantum in Domino. ¶ *Sed quæritur, si sine Ecclesiastico judicio, nullâ causâ dissidii rationabiliter probatâ ab ea discessisset, an esset cogendus redire ad eam? de hoc ita statutum est* in Concilio Carthaginensi, *cui interfuit Augustinus, cap. 90.* f

¶ *Etiam in codicibus manuscriptis, & apud Ivonem part. 1. cap. 321. citatur ex Concilio Carthaginensi, in quo nullo modo est, sed in Agathensi, cap. 25. (ex quo citat Ivo eâdem part. 1. Capit. c. 231.) & Capitular. 7. c. 385.*

a *Matth. 19. supr. 28. quæst. 1. c. idololatria. 6. item si infidelitas.* b *Rom. 7.* c *1. Cor. 7.* d *supr. 27. q. 2. quod autem. Sent. 4. dist. 34. Burc. l. 9. c. 40. Ivo p. 8. c. 118.* e *Pann. l. 6. c. 115. Ans. l. 10. c. 26. Capit. 6. c. 51. Ivo p. 8. c. 30.* f *Sent. ibid. Polyc. l. 8. tit. 4. Anselm. l. 10. c. 25. Burch. l. 9. c. 44. Ivo p. 8. c. 282. Panorm. l. 6. c. 116. ex Greg. 2.* g *al. ratione.* h *Rom. 6.*

a *Sent. 4. dist. 34.* b *Sent. ibid. Burc. l. 9. c. 42. Ivo part. 2. c. 110. Pann. l. 6. c. 119.* c *Sent. ibid. Ivo p. 8. c. 194. Pann. l. 6. c. 117.* d *al. minimus.* e *1. Cor. 7.* f *ubi?*

C. I. ¶ *Non licet alicui uxorem dimittere, nisi causa dissidii prius Ecclesia probetur.*

SEculares *a*, qui conjugale consortium nullâ 1 graviori culpâ dimittunt, vel etiam dimiserunt, & nullas causas dissidii probabiliter proponentes, propterea sua matrimonia dimittunt, ut aut illicita, aut aliena præsumant: si antequam apud Episcopos comprovinciales dissidii causas dixerint, & priusquam in judicio damnentur, uxores suas abjecerint, à communione sanctæ Ecclesiæ, & populi cœtu, pro eo quòd fidem & conjugia maculant, excludantur.

1 ¶ Nullâ] *In recentioribus Conciliorum editionibus in Concilio Agathensi legitur*, sine graviori: *in Capitularibus*, absque graviori: *sed in antiquis editionibus Parisiensibus Conciliorum, & duobus codicibus Vaticanis*, consortium graviori.

C. II. ¶ *Lex divina prohibet virum uxorem dimittere, nisi causâ fornicationis.*

Item Ambrosius *super Lucam, ad c. 16.*

AN, quod in subditos nefas est, in comparem fas est? dimittis ergò uxorem quasi 1 jure, sine crimine, & putas id tibi licere, quia lex humana non prohibet? Sed divina prohibet. Qui hominibus obsequeris, Deum verere: audi legem Domini, cui obsequuntur etiam, qui leges ferunt: [*Quod* b *Deus conjunxit, homo non separet.*]

1 ¶ Quasi jure,] *Sic etiam in vulgatis B. Ambrosii codicibus. In tribus Gratianis manuscriptis est*, quam scis vivere sine crimine.

C. III. ¶ *Absq; causa cognitione à viro suo dimissa, ad omnia restituatur.*

Item Nicolaus Papa *Carolo Regi.*

HIstoria c Ecclesiastica ab Eusebio Cæsariensi Episcopo confecta, de muliere quadam, quæ pro *d* castitate à marito accusabatur, ait: [*Præceptum est ab Imperatore lege latâ; ut primò permitteretur ei rem familiarem liberè diutius ordinare: tunc demùm responderet objecto. Hoc omnes leges tam Ecclesiasticæ, quàm vulgares, publicæq; præcipiunt.*] ¶ Si e autem de mulieribus, & secularibus viris hæc constituta sunt, multò magis Ecclesiasticis hominibus, & Sacerdotibus sunt concessa.

¶ *Hujus mulieris meminit Justinus in primo Apologetico pro Christianis, & Eusebius Ecclesiasticæ historiæ l. 4. cap. 16. Verba quidem hujus capitis in epistola Nicolai impressis, aut manuscriptis non sunt inventa: sed habentur forè eadem in præfatione Isidori in suam canonum collectionem. Præstat tamen Justinum & Eusebium adire. Forsitan autem in hoc cap. translatus est titulus ex sequenti.*

C. IV. ¶ *Nisi pœnâ restitutionem, neq; de conjugii fœdere, neq; de adulterii crimine, inter virum & uxorem judicium est agitandum.*

Item Nicolaus Papa *in epistola Carolo Regi.*

2 SIve *f* de conjugii fœdere, sive de adulterii crimine judicium agitandum sit, nulla ratio *g* patitur Thietbergam cum Lothario posse inire conflictum, vel leviſſimum controversiæ subire certamen, nisi priùs ad tempus fuerit reddita suæ potestati, & consanguineis propriis liberè sociata. Itaque *h* etiam locus providendus est, in quo nulla sit vis multitudinis formidanda, & non sit difficile testes producere, vel cæteras personas, quæ tam à sanctis canonibus, quàm à venerandis Romanis legibus in hujusmodi controversiis requiruntur.

¶ *Epistola, ex qua acceptum est hoc caput, habetur Romæ in codice monasterii Dominicanorum, & ex ea aliqua sunt addita & emendata.*

3 pars. *In hoc capite quamvis videatur causa exposita, quare suâ auctoritate non licet alicui uxorem dimittere, quâ cessante, ipsa quoq; prohibitio cessare videtur: tamen quia ipsa separatio pœna est, & pœna nulla est inferenda, nisi per judicem, generaliter hoc intelligendum est, ut sive ob causam præmissam, sive nullâ causâ existente, non liceat alicui suâ auctoritate uxorem dimittere. Quod etiam de pœna homicidii, vel qualibet alia intelligendum est.*

C. I. ¶ *Conjugia penitùs interdicantur his, qui suas conjuges occidunt.*

Unde Nicolaus Papa *scribit Rodulpho Bituricensi Archiepiscopo.*

INterfectores *a* suarum conjugum sine judicio, cùm non addix, adulteratum, vel aliquid hujusmodi, quid aliud habendi sunt quàm homicidæ, ac per hoc ad pœnitentiam redigendi? Quibus penitùs conjugium denegatur, exceptis adolescentibus, de quibus est beati Leonis Papæ xxv. 1 regula Decretalium, imò indulgentia, observanda.

1 ¶ xxv.] *Hoc eodem numero habetur in codice canonum inter decreta seu regulas Leonis.*

In hoc capite videtur Nicolaus b *permittere marito, causâ adulterii, vel alterius hujusmodi criminis, uxores suas interficere. Sed Ecclesiastica disciplina spirituali gladio, non materiali crimino sos ferire jubet: illo videlicet gladio, quo * Petrus jubetur mactare & manducare. De quo etiam Christus ait in Evangelio:* c [Non veni pacem mittere in terram, sed gladium.]

C. VI. ¶ *Non licet alicui uxorem suam adulteram occidere.*

Hinc idem Nicolaus *scribit Albino Archiepiscopo.*

INter *d* hæc sanctitas vestra addere studuit, si cujus uxor adulterium perpetraverit, utrùm marito illius liceat secundùm mundanam legem eam interficere. Sed sancta Dei Ecclesia mundanis nunquam constringitur legibus: gladium non habet, nisi spiritualem: non occidit, sed vivificat.

C. VII. ¶ *Pœnitentia ejus, qui propriam absq; causa peremit uxorem.*

Item Pius Papa.

QUicunque *e* propriam uxorem absque lege, vel *f* sine causâ, & certa probatione interfecerit, aliamque duxerit uxorem, armis depositis, publicam agat pœnitentiam: & si contumax fuerit, & Episcopo suo inobediens extiterit, anathematizetur, quousque consentiat. Eadem lex erit illi, qui seniorem suum interfecerit.

C. VIII. ¶ *Pœnitentia Hastulphi, qui uxorem suam interfecit.*

Item Stephanus Papa V. *Hastulpho.*

ADmonere *g* te cum lachrymis, & multo gemitu cordis curamus, fili Hastulphe: sed non filius debes dici, qui tam crudeliter infelix homicidium perpetrâsti. Nam occidisti uxorem tuam, partem corporis tui, legitimo matrimonio tibi sociatam, sine causâ mortis, non tibi resistentem, non insidiantem quoquo modo vitæ tuæ. Non invenisti eam cum alio viro nefariam rem

a *Ivo part. 8. c. 231. & 328. Panormi. l. 6. c. 108.* b *Matth. 19.* c *In præfatione Isidori in volumen Conciliorum.* d *al. de.* e *ibidem inferius.* f *Polyc. l. 6. tit. 4. Burch. l. 9. c. 13. Ivo part. 8. c. 216. Rhegino l. 2. Chronographiæ.* g *al. ratione patet.* h *al. Inter quas*] *erig.*

a *Sent. 4. dist. 38 Ivo p. 8. c. 125. Pann. l. 7. c. 15. Infrà, eâdem in adolescentia.* b *Sent. ibid.* * *Act. 10.* c *Matth. 10.* d *Sent. ibid. Polyc. l. 6. tit. 10. Ivo p. 8. c. 124. & 331. Pann. l. 7. c. 14.* e *Sent. ibid. Burch. l. 6. c. 37. Ivo p. 30. c. 56. Anſ. l. 10. c. 58 Simile 3 Capit. c. 149.* f *al. &.* g *Burchard. l. 6. cap. 40. Ivo p. 8. cap. 126. Panormit. l. 7. c. 16.*

facientem: sed concitatus à diabolo, impio furore inflammatus, latronum more atrociùs eam gladio tuo, crudelior omni bestiâ, interemisti: & nunc post mortem ejus addis iniquitatem super iniquitatem, filiorum tuorum improbe prædo. Qui matri non pepercisti, & filios tuos orphanos fecisti, inducere super eam vis mortis causam post mortem: per unum homicidam, & reprobum testem incusare vis mortuam. Quoniam nec Evangelium, nec ulla divina humanaque lex unius testimonio etiam idoneo quempiam condemnat vel justificat: quantò magis per istum flagitiosissimum, & scelestum nec illa viva debuit condemnari, nec 1 à te post ejus mortem accusari? Priùs causa criminis subtiliter erat investiganda: & tunc, si ita fuisset inventa, secundùm legis tramitem debuit accipere ultionis vindictam. Nam si verum (quod absit) fuisset, sicut ille adulter mentitus est, post septem annos pœnitentiâ peractâ dimittere eam per approbatam causam poteras, si voluisses: occidere tamen eam nullatenùs debuisti. Non [a] enim vult Deus mortem peccatoris, sed ut convertatur ad pœnitentiam, & vivat. Idcircò placeat tibi consilium nostrum, & hoc fac, quod meliùs tibi, leviusque videri potest: miserere animæ tuæ, ut non sis tu tibimet ipsi homicida. Relinque quapropter, te rogamus, hoc malum [b] seculum, quod te traxit ad immanissimum peccati facinus: ingredere monasterium, humiliare sub manu Abbatis, & multorum fratrum precibus adjutus, observa cuncta simplici [c] animo, quæ tibi fuerint imperata, si fortè ignoscat infinita Dei bonitas peccatis tuis, & refrigeret animam tuam, priusquam crucieris perpetuis flammis. Hoc levius & melius tibi esse certissimè scias. Sin autem publicam pœnitentiam, permanens in domo tua, vel in hoc mundo, vis agere (quod pejus tibi, & durius, & gravius esse non dubites) ita, ut agere debes, exhortamur, omnibus diebus quibus pœnitere debes, vinum & siceram non bibas, carnem nullo unquam tempore comedas, præterquam in Pascha, & in die Natalis Domini: in pane, & aqua, & sale pœnitentiam age: in jejuniis, & vigiliis, & orationibus, & eleemosynis omni tempore persevera: armis nunquam cingere, nec in quolibet loco litigare præsumas. Uxorem nunquam ducere, concubinam non habere, nec adulterium committere audeas: in balneo nunquam laveris, in conviviis latantium nunquam te misceas, in Ecclesia segregatus ab aliis Christianis post ostium & postes humiliter te repone, ingredientium & egredientium supplicitèr orationibus commenda te, communione corporis & sanguinis Domini cunctis diebus vitæ tuæ indignum te existimes: in ultimo tamen exitûs vitæ tuæ die, si meueris, pro viatico, si sit, qui tribuat, tantummodò venialiter ut accipias, tibi concedimus. Sunt & alia multa, quæ tibi nimis duriùs, & satis acriùs erant juxta magnum pondus peccati, infelix, adjicienda. Sed si hæc omnia, quæ tibi misericorditer suprà dicta sunt, perfecto corde, Domino auxiliante, feceris, & custodieris, confidimus de immensa Dei clementia remissionem habiturum te tuorum peccatorum, & secundùm dictum [d] justi, bonique pastoris resolvet te sancta Ecclesia ab hoc vinculo peccati in terris, ut per ipsius gratiam, qui eam suo sanguine acquisivit, solutus sis in cœlis. Sin autem aliter feceris, & sanctæ matris Ecclesiæ tam salubrem admonitionem despexeris, ipse tibi sis judex, & in laqueo [e] diaboli, quo irretitus teneris, permanebis, & sanguis [f] tuus super caput tuum: nos alieni à consortio tuo pro aliorum filiorum Dei salute, ipso opitulante, omni solicitudine nitimur desudare, & Domini misericordiam attentiùs quotidie implorare.

1 ¶ Necà te] *Apud Burchardum & Ivonem legitur*, nec tu poteris post mortem ejus excusari.

a *Ezech.33.* b *al.malignum.* c *al.supplici.* d *al. impersum.* e *Osea 4.* f *Matth.19.*

C. IX. ¶ *Potius uxore vivente alteram ducat quis, quàm humanum sanguinem fundat.*

Item Augustinus *de adulterinis conjugiis, lib.2.cap.17.*

SI (a quod verius dicitur) non licet homini Christiano adulteram conjugem occidere, sed tantùm dimittere; quis est tam demens, qui dicat ei, hoc quod non licet, ut liceat tibi, quod non licet? Cùm enim utrumque secundùm legem Christi illicitum sit, sive adulteram occidere, sive illâ vivente alteram ducere, ab utroque abstinendum est, non illicitum pro illicito faciendum. Si enim facturus est, quod non licet, jam faciat adulterium, & non faciat homicidium, ut vivente uxore suâ alteram ducat, & non humanum sanguinem fundat. Quod si est utrunque nefarium, non debet alterum pro altero perpetrare, sed utrunque vitare.

4 pars. *In præmissis adulteratibus quòque prohibentur adulteras conjuges suas occidere: sed permittitur post septem annorum pœnitentiam eis illas dimittere. Si autem illas interficerint, jubentur sine spe conjugii perpetuò manere: nisi forte propter lapsum juvenilis incontinentiæ ad matrimonia contrahenda ex misericordia impendatur. Clericis autem conceditur, si uxorem non peccaverint, sine mortis acerbitate habere eas in custodia, & ad jejunia eas cogere: non tamen usq; ad necem affligere.*

C. X. ¶ *Clerici, si uxores eorum peccaverint, præter necem eas domi custodiant, & ad salutaria eas cogant jejunia.*

Unde in Toletano Concilio I. *c.7. legitur.*

PLacuit [b], ut si quorumcunque Clericorum uxores peccaverint, ne fortè licentiam peccandi plus habeant, accipiant mariti earum hanc potestatem, præter necem custodiendi ac ligandi in domo suâ, ad jejunia salutaria, non mortifera eas cogentes: ita, ut invicem sibi Clerici pauperes auxilium ferant, si servitia forte non habeant. Cum uxoribus autem ipsis, quæ peccaverint, non cibum sumant, nisi fortè ad timorem Dei actâ pœnitentiâ revertantur.

5 pars. *Nunc autem quæritur, quare sanctis canonibus sit institutum, ut post septem annos pœnitentes in pristinum statum revocentur?*

C. XI. ¶ *Quare sit institutum post septem annos in pristinum statum pœnitentes redire.*

De his ita scribit Isidorus *ad Massonem* c *Episcopum, in præfatione ad librum de summo bono.*

HOc [d] ipsum, quòd canonum censura post septem annos remeare pœnitentem in pristinum statum præcipit, &c. *ut in* 1 *tractatu ordinandorum de lapsu*, non ex electione proprii arbitrii, sancti Patres, sed potiùs ex sententia divini judicii sanxerunt. Nam legitur, quòd Maria [e] soror Aaron Prophetissa, dum [f] detractionis [g] adversùs Moysen incurrisset delictum, illicò stigmate lepræ perfusa est: cumque peteret Moyses, ut emundaretur, præcepit eam Deus extra castra septem diebus egredi, & post emundationem rursùs eam in castra admitti. Maria ergò soror Aaron, caro intelligitur Sacerdotis, quæ dum superbiæ dedita, sordidissimis cogitationum [h] maculatur contagiis, extra castra septem diebus, hoc est, extra collegium sanctæ Ecclesiæ septem annis projicitur, ut post emendationem vitiorum, loci, vel pristinæ dignitatis recipiat meritum. *& post pauca.*

a *Ivo p.8.cap.241. Panorm.l.7.c.17.* b *Ivo part.8.cap.180.* c *al.Massenum.* d *Rabanus l.panit. cap.1. Polyc.l.4. tit.36. Anselmus lib.2.cap.37. Ivo part.8.cap.332. & p.15. c.31.* e *supr. distinct.30.cap.12.* f *al.cum.* g *al.obrectationis. Num.12.* h *al.corruptionum.*

¶ In

¶ In *a* fine 1 autem epistolæ hoc adjiciendum putavi, ut quotiescunque in gestis Conciliorum discors sententia invenitur, illius sententia magis teneatur, cujus antiquior aut potior extat auctoritas.

1 ¶ Ut in tractatu ordinandorum de lapsis,] *Absunt hæc à plerisq; vetustis, sed non sunt exposita, quia sic solet citare Gratianus, ut indicatur c.* Presbyter. *supr. dist. 82.*

2 ¶ In fine autem] *Hæc usq; ad finem absunt ab uno antiquo Gratiani exemplari.*

Hoc autem quanquam de Sacerdotibus videatur specialiter dictum, generaliter tamen de omnibus pœnitentibus oportet intelligi. Ad imitationem namq; illius Dominicæ sententiæ David b *de adulterio & homicidio reprehensus unius hebdomadæ jejunium in satisfactionem admissi sceleris Deo legitur obtulisse. Hinc etiam Ecclesiasticâ consuetudine est usurpatum, ut majorum criminum pœnitentia septem annorum spatio concludatur, nisi vel officii excellentia, vel criminum magnitudo vulgarem consuetudinem excedere (veluti, dum contra naturam humana fœcitatis parentibus, vel liberis, vel aliis ejusmodi personis impudicè adhæremus: vel dum relicto naturali usu contra naturam more Sodomitico fœminamur, vel usq; ad coitum brutorum animalium prolabimur,) præmissum spatium transcendere cogat.*

6 pars. *De pœnitentibus quoq; quæritur, an eis generaliter post pœnitentiam peractam conjugia concedantur? Generaliter enim canonicâ auctoritate prohibentur pœnitentes ad sæcularem militiam redire, vel matrimonia contrahere.*

C. XII. ¶ *Pœnitentes matrimonia contrahere prohibentur.*

Unde Syricius Papa, *epist. 1. ad Himerium Episcopum, c. 5.*

DE *c* his verò non incongruè dilectio tua Apostolicam sedem credidit consulendam, qui actâ pœnitentiâ, tanquam canes ac sues ad vomitus pristinos & volutabra redeuntes, & militiæ cingulum, & ludicras voluptates, & nova conjugia, & inhibitos denuò appetivêre concubitus, quorum improfessam continentiam generati post absolutionem filii prodiderunt. De quibus quia jam suffugium non habent pœnitendi, id duximus decernendum, ut sola circa Ecclesiam fidelibus oratione jungantur, sacris mysteriorum celebritatibus (quamvis non mereantur) interfint, à Dominicæ autem mensæ convivio segregentur, ut hâc saltem districtione correpti, & ipsi in se sua errata castigent, & aliis exemplum tribuant, quatenùs ab obscœnis cupiditatibus retrahantur. Quibus tamen (quoniam carnali fragilitate ceciderunt) viatico munere, cùm ad Dominum cœperint proficisci, per communionis gratiam volumus subveniri: quam formam & circa mulieres, quæ se post pœnitentiam talibus pollutionibus devinxerunt, servandam esse censemus.

Sed quia timore solvendi conjugii nonnulli ad pœnitentiam accedere differunt, vel propter lapsum adolescentiæ, quem formidant, pœnitentiæ remedium suscipere negligunt; ideò auctoritate canonicâ permittitur eis vel contracta matrimonia retinere, vel alia contrahere.

C. XIII. ¶ *Ex indulgentia conjugia post pœnitentiam legitimam non negantur.*

Unde Leo Papa *Galerio Episcopo Tripolitano. scribit.*

AUdivimus à quibusdam, quòd in vestris diœcesibus ac finibus Christianorum cœtus levi occasione se subtrahunt pœnitentiæ jugo, dicentes, quia si pœnitentiam agimus, conjugii debemus relinquere copulam: in quo errant, & de veritatis calle discedunt, quia pro omnibus illicitis pœnitentiam unusquisque Christi nominis cultor sustinere ac peragere summoperè debet, dicente *d* Domino: [*Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum.*] Conjugium verò legitimum nulli orthodoxorum pœnitentiam sustinenti solvere licet. *& infrà.* ¶ Sacris eos vos expedit eloquiis edocere, ut ab erroris eripiantur caligine, & licitis copulationibus juncti, de omnibus illicitis pœnitentiam agere procurent.

C. XIV. ¶ *Propter lapsum juvenilis incontinentiæ non negantur pœnitentibus licita conjugia.*

Item Leo Papa *ad Rusticum, epist. 90. al. 92. c. 11.*

IN adolescentia constitutus, si urgente aut metu mortis, aut captivitatis periculo pœnitentiam gessit, & posteà timens lapsum incontinentiæ juvenilis, copulam uxoris elegit, ne crimen fornicationis incurreret, rem videtur fecisse venialem, si præter conjugem, nullam omninò cognoverit. In quo tamen non regulam constituimus, sed quid sit tolerabilius æstimamus.

C. XV. ¶ *Hæc pœnitentia est imponenda ei, qui matrem occiderit.*

Item Nicolaus Papa *Rhotaldo a Episcopo sanctæ Ecclesiæ Argentoratensis.*

7 LAtorem *b* præsentium matricidam esse cognovimus. Cui præcipimus, ut sub pœnitentiæ jugo permaneat: ita ut per annum integrum Ecclesiam non ingrediatur, sed ante fores basilicæ orans, & deprecans Deum perseveret, qualiter tanto eripiatur piaculo. Completo verò anni circulo introeundi in Ecclesiam licentiam habeat: tamen inter audientes stet, sed nondum communicet. Completis autem trium annorum curriculis sacræ communionis ei gratia concedatur, oblationes verò non offerat, nisi priùs aliorum septem annorum curricula expleantur. ¶ His autem omnibus annis atque temporibus carnem non manducet, nec vinum bibere præsumat, exceptis festis diebus, atque Dominicis, & à Pascha usque ad Pentecosten. Et quocunque ire voluerit, nullo vehiculo deducatur, sed pedibus proficiscatur, arma non sumat, nisi contra Paganos: jejunet autem tribus diebus per hebdomadam usque ad vesperam. A propria quidem, ac legitima conjuge non separetur, ne in fornicationis voraginem corruat, quod ne fiat, optamus. Si autem ante annorum trium cursum finis vitæ illius appropinquaverit, corporis & sanguinis Domini nostri Jesu Christi particeps fiat: sin *c* autem, ut suprà statuimus, efficiatur: tamen, si illius conversionem *d*, & lachrymarum fontem in omnibus videritis floridis actionibus, & optimis operibus pullulare, humaniùs circa eum vestra solicitudo pervigil appareat, mitisque omnibus demonstretur.

¶ *Pœnitentia parricidarum, qua hic præcipitur, habetur in Concilio Wormacensi, c. 30.*

C. XVI. ¶ *Post dignam pœnitentiam adolescentibus permittuntur licita conjugia.*

Item c.

SI *f* quis cum duabus fuerit sororibus fornicatus, aut cum his personis, de quibus sancta Scriptura prohibet, si dignam egerit pœnitentiam, & castitatis non valuerit continentiam sustinere, liceat ei legitimam in conjugio uxorem accipere: similiter & mulieri, quæ tali fuerit scelere lapsa, ut fornicationis non perducatur ad chaos: sed hoc de Laicis veris ac mulieribus solummodò statuimus.

¶ *Ivo citat hoc, quemadmodum & sequens, ex Nicolao ad Carolum Archiepiscopum & ejus Suffraganeos. Idem verò habetur in Concilio Wormacensi, cap. 33. nisi quod pro illis verbis,* Lapsa,

a *Sup. dist. 30. domino sancto.* b *2. Reg. 12.* c *Burch. l. 19. c. 37. Ivo p. 15. c. 71.* d *Matth. 3.*

a *al. Rodulpho.* b *Polyc. l. 8. tit. 10. Anselm. l. 11. c. 50. Burch. l. 6. c. 46. Ivo p. 10. c. 137.* c *Vide Rhenanum ad finem Tertulliani operum.* d *al. conversationem.* e *al. Idem.* f *in Concilio Wormacensi, c. 33. idem habetur.*

ut fornicationis non perducatur ad chaos, *in eo legitur*, lapsa fornicationis, liceat.

C. XVII. ¶ *Punjatur, qui hæc crimina commisit, non tamen legitimam dimittat uxorem.*

Item 2.

SI *b* quis cum matre 1 fornicatus fuerit spirituali, anathematis (ut scitis) percutitur ictibus. Similiter autem & illum percutere promulgamus, qui cum ea, quam de sacro fonte baptismatis susceperit, aut cum illa, quam ante Episcopum tenuerit, cùm sacro chrismate fuerit uncta, fornicationis perpetraverit scelus: legitimam tamen, si habuit, non dimittat uxorem.

9 pars. Quos 2 enim Deus conjunxit, judex suâ auctoritate separare non debet.

1 ¶ Cum matre] *Sic in Pannormia, & apud Ivonem p. 9. c. 36. sed apud eundem p. 1. c. 138. legitur:* si quis cum commatre, *sicut etiam in Concilio Vuormacensi.*

2 ¶ Quos enim] *Hæc non sunt in Vuormacensi, neq; apud Ivonem, sed ferè eadem in Pannormia.*

C. XVIII. ¶ *Non homo separat, quos pœna condemnat.*

Quanquam Isidorus *hoc aliter intelligat, dicens.*

QUos *c* Deus conjunxit, homo non separet.] Quæris quomodo? subaudi violenter, sine lege, absque ratione, quos Deus conjunxit, homo non separet. Non enim homo separat, quos pœna condemnat, quos reatus accusat, quos maleficium coarctat.

Verùm hoc pro his dictum intelligitur, quos judices seculi pro suis sceleribus legum sæveritate percellunt, quos vel morte puniunt, vel deportari jubent.

C. XIX. ¶ *De eodem.*

Item ex Concilio Toletano VI. *c.* 8.

10 ANtiqui *d*, & sanctissimi est patris sententia Papæ ps Leonis, ut is, qui in ætatis adolescentia positus, dum mortis formidat casum, pervenerit ad pœnitentiæ remedium, si conjugatus fortè *e* fuerit incontinens, ne posteà adulterii lapsum incurrat, redeat ad pristinum conjugium, quousque possit adipisci temporis maturitate continentiæ statum: quod nos sicut de viris, ita de fœminis æquo modo censemus. Non quidem hoc generaliter, & canonicè est præceptum, sed constat à nobis pro humana fragilitate indultum. Eâ duntaxat ratione, ut si is, qui pœnitentiæ non est legibus deditus, antè ab hac vita decesserit, quàm ex consensu ad continentiam unus 1 eorum fuerit regressus, superstiti non liceat denuò ad uxoris transire amplexus. Si autem illius vita extiterit superstes, qui non accepit absolutionem *f* pœnitentis, nubat, si se continere non potest, & alterius *g* consortio fruatur uxoris. Quod de utroque sexu quomodo à nobis manifestum est esse decretum: ita videlicet, ut in omnibus Sacerdotis expectetur ordinatio, ut juxta quod ætatem aptam perspexerit, pœnitentiæ, absolutionis, vel districtionis tribuat legem.

1 ¶ Unus eorum] *In antiquis Conciliorum editionibus est*, eorum, unde: *in uno Vaticano codice*, alter eorundem: *in codice Lucensi Regio*, ad continentiam eorum fuerit: *in posterioribus autem Colonienſibus editionibus*, alter ad continentiam eat, unde fuerit regressus. *Itaq; in tanta varietate retenta est vulgata lectio Gratiani, quæ est in manuscriptis quoq; ipsius exemplaribus.*

a *al Idem.* b *In eodem Concilio. cap. 34. 1 o part. 2. c. 138. & part. 3. cap. 36. Pannorm. l. 7. c. 64.* c *Matth. 19.* d *Sup. eâd. in adolescentia.* e *al. est fortè.* f *al. benedictionem.* g *al. ulterius.*

TRACTATUS DE Pœnitentia.

QUÆSTIO III.

HIs breviter dictis, in quibus extra negotii finem aliquantulum evagati sumus, ad propositæ causæ tertiam quæstionem pertractandam (quâ quæritur:

DISTINCTIO I.

UTrùm 1 *solâ cordis contritione, & secretâ satisfactione, absq; oris confessione quisq; possit Deo satisfacere?*) videamus. Hæc enim qui dicunt, quemlibet criminis veniam sine confessione solâ Ecclesiæ, & sacerdotali judicio posse promereri, juxta illud Ambrosii super Lucam, *ad cap. 22.*

¶ *Gratianus ad explicandam hanc tertiam quæstionem multa attulit. Quam per longam tractationem, quæ eum sequuntur, in septem distinctiones divisérunt. In antiquissimis enim exemplaribus nulla est distinctionum separatio: in aliquibus verò in margine tantùm est*, Distinctio prima, secunda, &c.

1 ¶ Utrùm sola] *Hæc conjungenda sunt cum superioribus, quemadmodum in pervetustis sunt conjuncta: ab illis enim pendent.*

C. I.

PEtrus *a* doluit & flevit, quia erravit, ut homo. Non invenio, quid dixerit, invenio, quòd flevérit: lachrymas ejus lego, satisfactionem non lego.

C. II.

Item 1.

LAchrymæ *b* lavent delictum, quod voce pudet ut confiteri.

1 ¶ Item.] *Sequebatur*, Joannes Chrysostomus, *apud quem hæc ipsa omnino verba non sunt inventa. Sed apud B. Ambrosium post ultima verba capitis præcedentis sequitur:* Sed quod defendi non potest, absolvi potest. Lavent lachrymæ delictum, &c. *Nec multùm aliter in serm. 41. de Verâ pœnitentia: & Ambrosium citat Magister sententiarum.*

C. III.

Item Propheta.

SAcrificium *c* Deo spiritus contribulatus, cor contritum, & humiliatum, Deus, non despicies.

C. IV.

Item.

DIxi *d*, confitebor adversùm me injustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei.

C. V.

Quod Augustinus *exponens, ait.*

MAgna *e* pietas Dei, ut ad solam promissionem peccata dimiserit. ¶ Nondum pronuntiat os, & tamen Deus jam audit in corde, quia ipsum dicere, quasi quoddam pronuntiare est. Votum enim pro opere reputatur.

¶ *Initium usq; ad vers.* Nondum, *est Cassiodori, quem citant glossa ordinaria, & magister. Quæ verò sequuntur, magna ex parte sunt ex B. Augustino.*

C. VI.

Cod. lib. 1. de Episc. & Cler. f Imperator Jovinianus.

2.1 SIquis *g* non dicam rapere, sed attentare tantumps modo jungendi causâ matrimonii sacratissimas virgines ausus fuerit, capitali pœnâ feriatur *h*.

C. VII.

Item lib. 2. tit. de postulando Impp. Leo & Anthemius *Nicostrato Præfecto prætorio.*

NEmo vel in foro magnitudinis tuæ, vel in provinciali judicio, vel apud quemquam judicem accedat ad togatorum consortium, nisi sacrosanctis catholicæ religionis fuerit imbutus mysteriis. Sin autem aliquid quoquo modo, vel quâdam machinatione fa-

a *Sent. 4. dist. 17. Luc. 22.* b *Sent. ibid.* c *Psalm. 50.* d *Psal. 31.* e *Gloss. ordin. in eum locum ex Augus. & Cassiod. Sup. 17. q. 1. qui bona. versic. magna pietas. Sent. ibid. fiebant.* f *Vt. 3. & Cod. Theod. l. 9. tit. 25. leg. 1. 30. q. 2. si quis non dicam.* g *Trepar. lib. 1. 7. c. 4. Polyc. l. 4. tit. 15.* h *al. feretur.*

Eum,

ctum, vel attentatum fuerit, officium quidem sublimitatis tuæ centum librarum auri jacturam pro condemnatione sustineat.

C. VIII.

Iidem AA. *ibidem continenter.*

QUicunque a ausus fuerit contra providum nostræ serenitatis decretum, officium advocationis per subreptionem arripere, & prohibitum patrocinium præstiterit, ab advocationis officio remotus, stylum proscriptionis, atque perpetui exilii specialiter sustinebit: scituris etiam provinciarum rectoribus, quòd is, sub cujus administratione aliquid hujusmodi fuerit attentatum, partis bonorum dimidiæ proscriptionem, & pœnam exilii per quinquennium sustinebit.

C. IX.

Item lib. 9. Cod. tit. ad legem Juliam majestatis, *l. 5.*

QUisquis b cum militibus, &c. cogitaverit (eâdem enim severitate voluntatem sceleris, quâ effectum puniri jura voluerunt) ipse quidem, &c.

Item c *ad legem Corneliam de Sicariis:* [Si quis cum telo ambulaverit hominis necandi causâ, sicut is, qui hominem occiderit, vel cujus dolo malo factum erit commissum, legis Corneliæ de Sicariis pœnâ coërceatur.]

C. X.

Imppp. Valentin. Valens, & Gratianus *d.*

II. SI quis necandi infantis piaculum aggressus, aggressave sit, sciat se capitali supplicio esse puniendum.

C. XI.

e Imppppp. Gratianus, Valentinianus, Theodosius, & Arcadius.

SI fortè mulier marito mortis parâsse insidias, vel quolibet alio genere voluntatem occidendi habuisse inveniatur, vel si fortè maritus eodem modo infectetur uxorem, in eadem quæstione ab omni familia non solùm mariti, sed etiam uxoris suæ (quæ tamen tunc temporis domi fuerit) quærendum est, sine cujusquam defensione.

C. XII.

Item ff. tit. f de injuriis, *leg. sed est quæstionis.*

III. SI quis tam fœminam, quàm masculum, sivè ingenuos, sive libertinos, impudicos facere attentaverit, injuriarum tenebitur. Sed & si servi pudicitia attentata fuerit, injuriarum g locum habet. Attentari pudicitia dicitur, cùm id agitur, ut ex pudico impudicus fiat. Non h solùm isinjuriarum tenetur, qui fecit injuriam, hoc est, qui percussit, verùm ille quoque continetur, qui dolo fecit, vel qui curavit, ut cui mala pugno percuteretur.

C. XIII.

Item lege i apud Labeonem.

IV. SI quis pulsatus quidem non est, verùm manus adversùs eum levatæ, & sæpè territus est, quasi vapulaturus, non tamen percussit, utili injuriarum actione tenetur.

C. XIV.

1 pars. *Contrà titulo* k de pœnis.

COgitationis pœnam nemo patitur *l.*

C. XV.

Item titulo de *m* extraordinariis criminibus.

SOlicitatores alienarum nuptiarum, itemque matrimoniorum interpellatores, etsi effectu sceleris potiri non possunt, propter voluntatem tamen perniciosæ libidinis extra ordinem puniuntur. *& infrà.* ¶ Qui puerо stuprum (abducto ab eo, vel corrupto comite) persuaserit, aut mulierem, puellamvè interpellaverit, quidvè impudicitiæ gratiâ fecerit, domum 1 præbuerit, pretiumvè, quo is persuadeat, dederit, perfecto flagitio, punitur capite, imperfecto, in insulam deportatur. Corrupti comites summo supplicio afficiuntur.

1 ¶ Domum] *Sic etiam in sententiis Pauli, lib. 5. tit. 4. vers.* qui puero: *sed in Pandectis Florentinis legitur,* donum.

C. XVI.

Item titulo de furtis. *a*

VUlgaris est quæstio, an is, qui ex acervo frumenti modium sustulit, totius rei furtum faciat, an verò ejus tantùm, quod abstulit. Ofilius totius acervi furem esse putat. Nam & qui aurem alicujus tetigit (inquit Trebatius) totum eum videtur tetigisse. Proinde & qui dolium aperuit, & inde parum vini abstulit, non tantùm ejus, quod abstulit, verum totius b furtum videtur fecisse. Sed verum est in tantum eos furti actione teneri, quantum abstulerunt. Nam & si quis armarium, quod tollere non poterat, aperuerit, & omnes res, quæ in eo erant, contrectaverit, atque ita discesserit, deinde reversus unam ex his abstulerit, & antequam se reciperet, quò destinaverat, deprehensus fuerit, ejusdem rei & manifestus, & nec manifestus fur erit. Sed & si quis segetem ante 1 lucem secat & contrectat, ejus, quod secat, manifestus, & nec manifestus fur est.

1 ¶ Ante lucem] *In Pandectis Florentinis legitur,* seu & qui segetem luce secat.

C. XVII.

Item lib. 2. tit. Quod quisquis juris. *leg. 1.*

HÆc autem verba, [*Quod statuerit, qui jurisdictioni præest*] cum effectu accipimus, non verbotenùs: & ideò, si cùm vellet statuere, prohibitus sit, nec effectum decretum habuit, cessat edictum. Nam [*Statuit*] verbum, rem perfectam significat, & consummatam injuriam, non cœptam.

C. XVIII.

POenæ (*sicut in ff. c de pœnis legitur,*) legum interpretatione molliendæ sunt potiùs, quàm exasperandæ.

Æquè ideò proprium casum non excedunt: sed quæ de raptu virginum, vel advocatis, seu de crimine majestatis, vel de Sicariis dicta sunt, favore religionis & fidei, atque principali odio Sicariorum introducta sunt. Injuriarum verò pro earum varietate multipliciter quis reus fieri potest. Varietas itaque criminum, varietatem inducit pœnarum.

C. XIX.

Unde in Digestis *d tit. de pœnis.*

4 *l.* UT facta puniuntur, ut furta, cædesque; aut dicta, ut convitia, & infidæ advocationes; aut scripta, ut falsa, & famosi libelli; aut consilia, ut conjurationes, & latronum conscientia, quosque alios suadendo juvisse, sceleris est instar. ¶ Sed hæc quatuor genera consideranda sunt septem modis, causâ, personâ, loco, tempore, qualitate, quantitate, eventu. Causâ, ut in verberibus, quæ impunita sunt à magistro illata, vel parente: quoniam emendationis, non injuriæ gratiâ videntur adhiberi. Puniuntur, cùm quis per iram ab extraneo pulsatus est. Persona dupliciter spectatur, ejus qui fecit, & ejus qui passus est. Aliter enim puniuntur ex eisdem facinoribus servi, quàm liberi; & aliter, qui quicquam in Dominum, parentemvè ausus est, quàm qui in extraneum, in magistratum, vel in privatum. In hujusmodi consideratione, ætatis quoque ratio habeatur. Locus facit, ut idem, vel furtum, vel sacrilegium sit, & capite luendum, vel minore supplicio. Tempus discernit emansorem à furtivo 1, & effractorem, vel furem diurnum à nocturno. Qualitate, cùm factum vel atrocius, vel levius est: ut furta manifesta à nec manifestis discerni solent, rixæ à grassaturis, expilationes à furtis,

a *Item verò quicunq;*] *origin.* b *Sup. 6. qu. 1. si quis.* c *Eod. lib. 9. tit. 16. l. 6.* d *Ibid. continenter.* e *Ibid.* f *Lib. 47. digest. tit. 10. l. 9.* g *al. injuriarum actio.* h *Ibid. l. 15. Ibid. leg. 11.* i *Ibid. l. 15.* k *lib. 48. digest. tit. 19. l. 18.* l *al. patiatur.* m *Lib. 47. tit. 11. l. 1.*

a *Lib. 47. digest. tit. 2. l. 21.* b *totius videtur fur esse.*] *orig.* c *Lib. 48. digest. tit. 19. l. 42.* d *Ibid. l. 16.*

à violentia petulantia, de qua re maximus apud Græcos orator Demosthenes sic ait:

Οὐ γὰρ ἡ πληγὴ παρέστησε τῷ ἐργάῳ, ἀλλ' ἡ ἀδικία: ἀδὶ τὸ τύπτεσθαι τοῖς ἐλευθέροις ἐστὶ δεινὸν (καίπερ οὐ δεινὸν) ἀλλὰ τὸ ἐφ' ὕβρει. πολλὰ γὰρ ἂν ποιήσειεν ὁ τύπτων, ἃ οὐδεὶς Ἀθηναῖος, οὐδ' ὅσια ὁ παθὼν ἀδ' ἂν ἀπαγξάσθαι δύναιθ' ἑτέρῳ, τῷ ῥήματι, τῷ βλέμματι, τῇ φωνῇ, ὅταν ὡς ὑβρίζων, ὅταν ὡς ἐχθρὸς ὑπάρχων, ὅταν καταδούλοις, ὅταν ἐπὶ κόλασιν. τούτων κινεῖ, πολλὰ ἐξίστησιν ἀνθρώπους ἀηδῶς ὅταν τις καταπλακίζοῃ. [*Id est:* Non enim iram plaga concitavit, sed ipsa facti indignitas. Neque tam ingenuis grave est cædi (quanquam grave est) quàm per contumeliam cædi. Siquidem multa is, qui alium cædit, admittere potest (quorum magnam partem is, qui verberibus affectus est, alteri 2 renuntiare ac repræsentare nequit) habitu corporis, vultu, vociferatione, nunc ut contumeliam inferens, nunc ut inimicum se gerens, nunc pugnum ducens, nunc in malum cædens. Hæc movent: hæc de statu mentis deturbant homines propudii, ac sugillationis non assuetos.] Quantitas discernit furem ab abigeo. Nam qui unum suem furripuerit, ut fur coërcebitur: qui gregem, ut abigeus. Eventus spectatur, ut à clementissimo 3 quoque facta: quanquam lex non minùs eum, qui occidendi hominis causâ cum telo fuerit, quàm eum, qui occiderit, puniat: & ideò apud Græcos exilio voluntario fortuiti casus luebantur, ut apud præcipuum Poëtarum scriptum est:

Εὖτ' ἐμὲ νήπιον ἐόντα Μενοίτιος ἐξ Ὀπόεντος
Ἤγαγεν ὑμετέρου δ' ἀνδροκτασίης ὑπὸ λυγρῆς,
Ἤματι τῷ ὅτε παῖδα κατέκτανον Ἀμφιδάμαντος
Νήπιος οὐκ ἐθέλων, ἀμφ' ἀδροσυάλοισι χολωθείς.

Id est:

Quo puerum me tempore vestras duxit ad ædes,
Ex Opoente Pater, dira pro cæde patrata:
Ob talos nempe ita percitus Amphidamantis,
Cùm gnatum imprudens simul, invitusque peremi.

1 ¶ Furtivo,] *In aliquot vetustis codicibus, & originali est,* fugitivo. *Sed ob glossam non est emendatum.*

2 ¶ Alteri renuntiare] *Hæc in suum locum sunt restituta.*

3 ¶ Clementissimo] *Sic emendatum est ex pandectis Florentinis, cùm antehâc legeretur,* dementissimo. *Quod in Basilicis lib. 60. tit. 52. l. 36. sic explicatur:* Vir clemens, nec seditiosus, si arma sumat, quasi occidendi causâ, non punitur ut homicida, nisi & eventus sequatur. In seditiosis autem etiam sine eventu, animi propositum punitur, ob id solùm, quòd armati processerint, ut l. 1. ad legem Corneliam, de sicariis.

C. XX.

5 *Cogitatio non meretur pœnam lege civili, cùm suis terminis contenta est. Discernuntur tamen à maleficiis ea, quæ de jure effectum desiderant. In his enim non nisi animi judicium consideratur.*

C. XXI.

Unde in digest. a tit. de repudiis.

Divortium non est verum, nisi quod animo perpetuam constituendi discessionem *b* fit. Itaque quicquid in calore iracundiæ vel fit, vel dicitur, non priùs ratum est, quàm si perseverantia apparuerit, judicium animi fuisse. Ideoque per calorem misso repudio, si brevi reversa est uxor, nec divortisse videtur.

C. XXII.

¶ *Huic quod in vulgatis est distinctum caput, in plerisque vetustis est apposita nota illa, quâ indicatur esse verba Gratiani. Hinc etiam in canonibus.*

Si *c* quis iratus crimen alicui objecerit, &c.

6 pars. *Ex consilio autem, velut ex facto, aliquem interi* Augusti. *probat, ita dicens.*

C. XXIII. ¶ *Non solùm qui manibus occidunt, sed etiam quorum consilio & fraude alii occiduntur, homicidæ prohibentur.*

Perniciosè *a* se *b* decipiunt, qui existimant eos tantùm homicidas esse, qui manibus hominem occidunt, & non potiùs eos, per quorum consilium, & fraudem, & exhortationem homines extinguuntur. Nam Judæi Dominum nequaquam propriis manibus occiderunt, sicut scriptum *c* est: [*Nobis non licet interficere quemquam:*] Sed tamen illis Domini mors imputatur, quis ipsi linguâ eum interfecerunt, dicentes: [*Crucifige, crucifige eum.*] Unde unus Evangelista dixit, Dominum crucixum esse horâ tertiâ, alius sextâ; quia Judæi crucifixerunt eum horâ tertiâ linguâ, milites horâ sextâ manibus. Qui ergò hominem tradidit, ille interfecit eum, Domino dicente: *d* [*Major peccatum habet, qui me tradidit tibi.*] Unde Psalm. *e* [*Filii hominum, dentes eorum arma, & sagitta, & lingua eorum gladius acutus.*] Subjiciant ergo se pœnitentiæ, quorum consilio sanguis funditur, si veniam promereri voluerint.

¶ *Caput hoc collectum est ex variis locis B. Augustini, videlicet ex lib. 3. de consensu Evangelistarum, cap. 13. explanatum Psal. 56. & 63. & tract. 114. & 115. in Ioannem.*

C. XXIV. ¶ *Interfectores fratrum, detractores eorum, eosq; odientes, homicida habentur.*

Item ex epistola Clementis *primâ ad Iacobum.*

Homicidiorum verò tria genera esse dicebat S. Petrus, & pœnam eorum parilem fore dicebat. Sicut enim homicidas, interfectores fratrum, ita detractores eorum, eosque odientes, homicidas esse manifestabat: quia & qui occidit fratrem suum, & qui odit, & qui detrahit ei, pariter homicidæ esse monstrantur:

C. XXV. ¶ *In maleficiis voluntas pro opere reputatur.*

Item Hieronymus *in Esa. cap. 58.*

Omnis *f* iniquitas, & oppressio, & injustitia, judicium sanguinis est: & licèt gladio non occidat, voluntate tamen interficit.

C. XXVI. ¶ *De eodem.*

Item Cyprianus *tract. 4. de mortalitate.*

Nunquid Cain *g*, cùm Deo munus offerret, jam peremerat fratrem? & tamen parricidium mente conceptum Deus providus antè damnavit. Ut illic cogitatio mala & pernicioſa conceptio, Deo providente, prospecta est, ita & in Dei servis, apud quos confessio cogitatur, & martyrium mente concipitur, animus ad bonum deditus Deo judice coronatur. Aliud est enim martyrio animum deesse, aliud animo defuisse martyrium. Qualem te invenit Dominus, cùm vocat, talem paritèr & judicat, quando ipse testetur, & dicat *h*: [*Et sciunt omnes Ecclesiæ: quia ego sum scrutator renum & cordis.*]

C. XXVII. ¶ *Homicida est, qui fratri suo mala persuadet.*

Item Augustinus *tract. 42. ad c. 8. Ioannis.*

Noli putare te non esse homicidam, quando fratri tuo mala persuades. Si fratri tuo mala persuades, occidis. Et ut scias, quia occidis, audi Psalmum *i* [*Filii hominum, dentes eorum arma & sagitta, & lingua eorum machæra. k acuta.*]

a Lib. 24. digest. tit. 2. de divort. & repudiis, l. 3. b *al. dissensionem.* c 2. q. 3. si quis.

a *al. Periculosè.* b *Polyc. lib. 6. tit. 10. Anfel. tit. 12. Burch. l. 8. cap. 31. Ivo part. 10. c. 190.* c *Ioan. 18. Matth. 26. Marc. 15. Ioan. 19.* d *Ioan. 19.* e *Psal. 56.* f *Pol. ibid. Anfel. tit. 12. Ivo part. 10. c. 189.* g *Gen. 4.* h *Apoc. 2.* i *Psal. 56.* k *gladius acutus.*

C. XXVIII. ¶ *Occidit, qui ad nocendum movetur.*

Idem *lib.19. contra Faustum, c.29.*

HOmicidium *a* lege vetitum, putabatur non aliud esse, nisi corporis peremptio. Aperuit ergò Dominus, omnem iniquum motum ad nocendum fratri, in homicidii genere deputari.

¶ *Verba propria B. Augustini sunt hæc:* Quia enim non intelligebant homicidium, nisi peremptionem corporis humani, per quam vita privaretur, aperuit Dominus, &c.

C. XXIX. ¶ *Furti tenentur, qui sola timore non furantur.*

Item Augustinus *lib.50. hom. homil.21.*

SI propterea *b* non facis furtum, quia times, ne videaris, intùs feciſti, in corde feciſti: furti teneris, & nihil tulisti.

C. XXX. *Non ideò minùs delinquit, cui sola deest facultas.*

Idem *de libero arbitrio, lib.1 c.3.*

SI cui etiam non contingat facultas concumbendi cum conjuge aliena, planum tamen aliquo modo sit id eum cupere, &, si potestas detur, facturum esse, non minùs reus est, quàm si in ipso facto deprehenderetur. *Item, sicut auctoritas testatur.* ¶ Voluntas 1 remuneratur, non opus. Voluntas autem in cordis contritione est, opus verò in oris confessione.

1 ¶ Voluntas] *Hæc usq; ad finem sunt ex homilia 26. operis imperfecti in Matthæum.*

Luce clarius constat cordis contritione, non oris confessione peccata dimitti.

C. XXXI.

Item Prosper *lib.2. de vita contemplativa, cap.7.*

POtrò illi, *c* quorum peccata humanam notitiam latent, nec ab ipsis confessa, nec ab aliis publicata, si ea confiteri aut emendare noluerint, Deum, quem habent testem, ipsum habituri sunt & ultorem. Et quid eis prodest humanum vitare judicium, cùm, si in malo suo permanserint, ituri sint in æternum, Deo retribuente, supplicium? Quòd si ipsi sibi judices fiant, & veluti suæ iniquitatis ultores, hic in se voluntariam pœnam severissimæ animadversionis exerceant, temporalibus pœnis mutabunt æterna supplicia, & lachrymis ex vera cordis compunctione fluentibus restinguent æterni ignis incendia.

C. XXXII.

Et infra ibidem.

FAciliùs Deum *d* sibi placabunt illi, qui non humano convicti judicio, sed ultrò crimen agnoscunt: qui aut propriis illud confessionibus produnt, aut nescientibus aliis (quales occulti sunt) ipsi in se voluntariæ excommunicationis sententiam ferunt, & ab altari, cui ministrabant, non animo, sed officio separati, vitam suam tanquam mortuam plangunt, certi, quòd reconciliato sibi efficacis pœnitentiæ fructibus Deo, non solùm amissa recipiant, sed etiam cives supernæ civitatis effecti, ad gaudia sempiterna perveniant.

¶ *In plerisque vetustis exemplaribus caput hoc conjunctum est superiori: in nonnullis autem reliqua etiam usq; ad cap.* Medicina.

7 pars. *Hoc idem probatur auctoritate illâ prophetică:* e [In quacunque hora peccator fuerit conversus, & ingemuerit, &c.] *Non enim dicitur, ore confessus fuerit, sed tantùm:* [Conversus fuerit, & ingemuerit, vitâ vivet, & non morietur.] *Hinc etiam* Propheta *f ait.*

C. XXXIII.

SCindite corda vestra, & non vestimenta.

Ostendens in contritione cordis, quæ in ejusdem scissione intelligitur, non in confessione oris, quæ pars est exterioris satisfactionis, quam scissuram vestium nominavit, à parte totum intelligens peccata dimitti.

C. XXXIV.

Hinc etiam per eundem Prophetam a *Dominus ait.*

COnvertimini ad me in toto corde vestro, & convertar ad vos.

¶ *Confecta est sententia ista ex verbis Ioëlis, cap.2. & Zachariæ, cap.1.*

Converſis b *autem dicitur, quasi cordis undiq; versio. Si autem cor nostrum undique à malo ad Deum vertitur, mox sua conversionis fructum meretur, ut Deus ab ira sua ad misericordiam conversus peccati præstet indulgentiam, cujus* c *primò præparabat vindictam. Unde datur intelligi, quòd etiam ore tacente veniam consequi possumus. Hinc* d *etiam lepresi illi, quibus Dominus præcepit, ut ostenderent se Sacerdotibus, in itinere, antequam ad Sacerdotes venirent, mundati sunt. Ex quo facto nimirum datur intelligi, quòd antequam Sacerdotibus oranostra ostendamus, id est peccata nostra confiteamur, à lepra peccatis mundamur. Hinc* e *etiam Lazarus vivus de monumento prodiit: non prius de monumento est eductus, & postea à Domino suscitatus: sed lapide remoto, quo monumentum claudebatur, in sepulchro revixit, & foràs vivus prodiit.* ¶ *Hinc* f *etiam, ut Dominus ostenderet, quòd non sacerdotali judicio, sed largitate divinæ gratiæ peccator emundatur, leprosum tangendo mundavit, & postea Sacerdoti sacrificium ex lege offerre præcepit. Leprosus enim tangitur, cùm respectu divinæ pietatis mens peccatoris illustrata compungitur. Unde* g *post trinam negationem Petrus, Domino eum respiciente, profudit amaras lachrymas, quibus culpam negationis suæ diluit. Leprosus semetipsum Sacerdoti repræsentat, dum peccatum suum Sacerdoti pœnitens confitetur. Sacrificium ex lege offert, dum satisfactionem Ecclesiæ judicio sibi impositam fideliter exequitur. Sed antequam ad Sacerdotem perveniat, emundatur, dum per contritionem cordis ante confessionem oris peccati venia indulgetur. Hinc etiam Medici negantur suscitare aliquem, ut resuscitatus confiteatur: dum per Prophetam* h *dicitur:* [Nunquid Medici resuscitabunt, & confitebuntur tibi:] *Item* i: [A mortuo, ut auctoritas ait, perit confessio, velut ab eo, qui non est.] *Unde pœnitens ille, qui timore ollæ territus exclamaverat:* [Domine, k ne in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripias me:] *postea suppliciam ajebat:* [Salvum me fac propter misericordiam tuam, quoniam non est in morte, qui memor sit tui: in inferno autem nullus tibi confitebitur.] *Si ergò nullus confitebitur, nisi resuscitatus, nemo autem vivit æterna gehennæ filius, & perpetuâ damnatione dignus, patet, quòd antequam quisq; confiteatur peccatum, à reatu suæ prævaricationis, quo æterna sibi debebantur supplicia, per gratiam interna compunctionis absolvitur.* ¶ *Item. Si antequam quisq; confiteatur, à Domino resuscitatur, vel resuscitatus vivit, dum confitetur, vel post resurrectionem iterum mortuus est, & confitetur. Sed, sicut antequam resuscitaretur mortuus, confiteri non poterat, sic post resurrectionem mortuus confiteri non valet. Restat ergò, ut resuscitatus vivat, dum peccatum confitetur* 1. *Habet itaq; suscitatorem suum sibi præsentem, seq; inhabitantem.*

1 ¶ Confitetur.] *Hic in vulgatis interjiciebantur hæc, ergò sola contritio, in qua fit resuscitatio, tollit peccatum: quæ absunt à plerisq;, & emendationibus Gratiani codicibus.*

C. XXXV.

Unde Augustinus *ait in Psal.70.*

REsuscitatus corpore vivit absente suscitatore. Non autem sic resuscitatus in anima.

¶ *In glossa ordinaria in Psal.70. vers.* Deus docuisti. *inverſ.* mirabilia, *ex Augustino hæc afferuntur:* Quid mirabiliùs, quàm mortuos suscitare? Suscitatus corpore vivit etiam absente suscitatore, non sic suscitata anima sine Deo:

a *Gloss. ordin. in Matth.c.5.* b *Ivo p.2.c.104. Pann.l.7. c.19.* c *Sent.4.dist.17.* d *Sent. ibid.* e *Esa.50.* f *Ioël.2.*

a *Ioël.2. & Zach.1.* b *Sent. ibid.* c *al. cui.* d *Luc.17.* e *Ioan.11.* f *Matth.8.* g *Luc.22.* h *Psal.87. Gregor. in Psal.1.pœnit.* i *Eccles.17.* k *Psal.6.*

quæ sententia fusiùs expenditur apud B. Augustinum concione secundâ in eundem Psalmum.

Cùm enim Deus sit vita animæ, anima verò vita corporis, sicut corpus vivere non potest absente animâ, ita non nisi Deo præsente anima vivere valet. Habet itaque anima sibi Deum præsentem per gratiam, qua vivens peccatum suum confitetur, eamq; vita, quæ Deus est, inhabitat, quam inhabitando vivere facit. Si autem illam inhabitat, ergo templum Spiritûs Sancti facta est, ergò illuminata est, ergò à tenebris peccatorum expiata est, ergò templum diaboli esse desiit, quæ ad lucem venit, cujus respectus tenebras fugat. Nulla enim (ut ait Apostolus a) conventio Christi ad Belial, nulla participatio lucis ad tenebras, nulla communicatio justitiæ & iniquitatis, nullius consensus templo Dei cum idolo. Item, ut Christus b ait: [Omnis, qui odit malum, in luce agit.] *Qui autem in luce agit, sicut Augustinus ait, in Christo operatur. Qui autem in Christo operatur, ejus filius probatur. Cujus enim opera quisque facit, ejus filius esse perhibetur. Vnde c quibusdam Dominus ait:* [Si filii Abrahæ estis, opera Abrahæ facite.] *Item:* [Vos ex patre diabolo estis, quia opera patris vestri facere vultis.] *Nemo autem filius Dei & diaboli simul esse potest.* [Nemo d enim, *ut ipse ait*, duobus Dominis servire potest.] *Item, ut Ioannes ait in epistola sua 1. cap. 3.*

C. XXXVI.

QUi natus est ex Deo, non peccat.

Ergò nec est filius diaboli. Solo enim peccato diaboli filii sumus. Ergò e de ejus regno translati sumus in regnum charitatis filii Dei, & sumus erepti de potestate tenebrarum, & facti filii lucis. Cùm ergo ante confessionem, ut probatum est, simus resuscitati per gratiam, & filii lucis facti, evidentissimè apparet, quòd solâ cordis contritione, sine confessione oris, peccatum remittitur.

C. XXXVII.

Item Ioannes *ibidem.*

OMnis, qui non diligit, in morte manet.

Si ergò vivit, & diligit, si dilexit, dilectio in corde est, dilectio autem in malo non est. Est enim proprius fons bonorum, in quo non communicat alienus. Ergo bonus ab ipso factus per gratiam ante confessionem peccati: non itaque malus est, bonus enim & malus aliquis simul esse non potest. Quod si malus non est, membrum diaboli non esse probatur: nec ergò dignus est gehennâ, quæ diabolo & membris ejus solummodò debetur, sicut æterna beatitudo solummodò membris Christi paratur. Non ergò in confessione peccatum remittitur, quod jam remissum esse probatur. Fit itaque confessio ad ostensionem pœnitentiæ, non ad impetrationem veniæ: & f sicut circumcisio data est Abrahæ in signum justitiæ, non in causam justificationis, sic confessio Sacerdotis offertur in signum veniæ acceptæ, non in causam remissionis accipiendæ.

2 pars. *Alii è contrario testantur, dicentes sine confessione oris, & satisfactione operis nemirem à peccato posse mundari, si tempus satisfaciendi habuerit. Vnde* g *Dominus per Prophetam ait,* [Dic tu iniquitates tuas, ut justificeris.]

C. XXXVIII.

Item Ambrosius *in lib. de Paradiso, cap. 14.*

NOn h potest quisquam justificari à peccato, nisi antè fuerit peccatum confessus.

C. XXXIX.

Idem *in serm. 1. Quadragesimæ* i.

ECce nunc tempus acceptabile adest, in quo confessio à morte animam liberat: confessio aperit paradisum: confessio spem salvandi tribuit. Unde k Scriptura dicit: [*Dic tu iniquitates tuas, ut justificeris.*] His verbis ostenditur, quia non meretur justificari, qui in vita sua peccata non vult confiteri. Illa ergò confessio nos liberat, quæ fit cum pœnitentia. Pœnitentia l vera est dolor cordis, & amaritudo animæ pro malis, quæ quisque commisit. Pœnitentia est mala præterita plangere, & plangenda iterùm non committere.

C. XL.

Item Joannes *ex aureum in hom. de pœnitentia, quæ incipit:* [Providâ mente.]

PErfecta a pœnitentia cogit peccatorem omnia libenter sufferre. *& infra.* ¶ In corde ejus contritio, in ore confessio, in opere tota humilitas: hæc est fructifera pœnitentia.

C. XLI.

Idem.

NOn b potest quis gratiam doni c cœlestis accipere, nisi priùs purgatus fuerit ab omni sorde peccati per pœnitentiæ confessionem, per donum baptismi salutaris.

C. XLII.

Item Augustin. *in lib. de continentia, c. 6.*

NUllus d debitæ gravioris pœnæ accipit veniam, nisi qualemcunque, etsi longe minorem, quàm debeat, solverit pœnam. Ita e enim impertitur à Deo largitas misericordiæ, ut non relinquatur etiam justitia disciplinæ.

C. XLIII.

Idem *Vincentio, epist. 42.*

NEminem f putes ab errore ad veritatem, vel à quocunque seu magno, seu parvo peccato ad correctionem sine pœnitentia posse transire.

C. XLIV.

Idem *in lib. 50. homil. 49. de pœnitentia.*

AGite g pœnitentiam, qualis agitur in Ecclesia, ut oret pro vobis Ecclesia. Nemo dicat sibi, occulte ago, apud Deum ago, novit Deus, qui mihi ignoscit, quia in corde ago. Ergò sine causa dictum est: [*Quæ h solveritis in terra, soluta erunt & in cælo.*] Ergò sine causa claves datæ sunt Ecclesiæ Dei: frustramus Evangelium Dei: frustramus verba Christi: si promittimus vobis, quod ille negat, nónne vos decipimus? Job *i* dicit: [*Si erubui in conspectu populi confiteri peccata mea.*] Atque 1 ideò, si non potuistis, vel noluistis habere pudicitiam conjugalem, seu continentiam, & deviastis à proposito, vel vinculo conjugali, vel devotione continentiæ, sit in vobis dolor & humilitas pœnitentiæ. Apertiùs dico: Nemo dicat, non intellexi. Qui post uxores vestras illicito vos concubitu maculastis, si præter uxores vestras cum aliqua concubuistis, agite pœnitentiam, &c.

1 ¶ Atque ideò] *Addita sunt ista duo verba à collectore, quoniam mutatus ab ipso est ordo verborum B. Augustini. Nam apud B. Augustinum hæc, quæ hic sequuntur, antecedunt ea, quæ suprà sunt posita.*

C. XLV.

Item Hieronymus *super Exodum.*

2 ET k venit, inquit, Aaron, & omnes Presbyteri ps de Israël, manducare panem cum socero Moysi, in conspectu Dei.] Omnia ergò, quæ faciunt sancti, in conspectu Dei faciunt, peccatores *l* autem à conspectu Dei fugiunt. Denique scriptum *m* est, quia Adam, postquam peccavit, fugit à conspectu Dei, & interrogatus respondit: [*Audivi vocem tuam, & abscondi me, quia eram nudus.*] Sed *n* & Cain postquam pro parricidio condemnatus est à Deo [*Exiit*, inquit, *à facie Dei, & habitavit in terra Naim.*] Exit ergò à facie Dei, qui indignus est Dei conspectu. Sancti autem manducant & bibunt in conspectu Dei, & omnia quæ agunt, in conspe-

a 2. Cor. 6. b Ioan. 3. c Ioan. 8. d Matt. 6. e Coloss. 1. f Genes. 17. g Esa. 43. h Sent 4. dist. 17. i Manuscripto, cujus initium: [Ecce nunc tempus adest.] Sent. ibid. k Esa. 43. l infr. de pœnit. dist. 3. c. 7.

a Infr. dist. 3. per totam. Sent. 4. dist. 17. b Infr. de consec. dist. 4. non potest. c al. vita] al. Dei accipere. d Sent. ibid. Polyc. l. 6. tit. 20. Anf. l. 11. c. 142. e Atque ita impertitur largitas] orig. f Nec quamquam] orig. Polyc. ibid. g Sent. ibid. Polyc. ibid. h Matt. 16. i Iob 31 apud 70. expressius. k Exod. 18. l peccator fugit] orig. m Gen. 3. n Gen. 4.

ctu ejus agunt. Ego ampliùs adhuc locum præsentem discutiens video, quia qui pleniorem scientiam Dei accipiunt, & plenius divinis imbuti sunt disciplinis, isti etiamsi malum faciunt, coram Deo faciunt, & inconspectu ejus faciunt: sicut ille, qui dixit: [*Tibi a soli peccavi, & malum coram te feci.*] Quid ergò plus habet, qui malum coram Deo facit? Illud profectò, quòd continuò pœnitet, & dicit, Peccavi. Qui autem discedit à conspectu Dei, nescit converti, & peccatum pœnitendo purgare. Hoc ergò interest, malum coram Deo facere, & à Dei conspectu discessisse peccantem.

¶ *Hic etiam, ut sæpè alibi observatum est homil. 11. Origenis ad c. 18. Exodi, sub nomine B. Hieronymi citatur.*

C. XLVI.

Item Ambrosius *lib. 1. de pœnitentia, c. 4.*

SEd continuò, qui dixerat: *b* [*Sicut Adama faciam te, & sicut Seboim,*] quæ duæ urbes ex vicinia Sodomorum parilis excidii traxêre consortium, [*Conversum est* inquit, *cor meum: in eo ipso turbata est pœnitentia mea: non faciam secundum iracundiam furoris mei.*] Nónne apparet, quòd ideo nobis peccantibus indignetur Dominus Jesus, ut indignationis suæ nos terrore *c* convertat? Indignatio ergo ejus non ultionis executio, sed magis absolutionis operatio est.

¶ *Caput hoc antèà citabatur ex B. Augustino, restitutum est ex B. Ambrosio, & ex ipso loco Scripturæ emendatur. Sequitur omnis lectionem 70.*

C. XLVII.

Idem Ambrosius *in lib. de Paradiso, c. 14.*

SErpens *d* decepit me, & manducavi.] ¶ Venialis *e* culpa, quam sequitur professio delictorum. Ideò non desperata mulier, quæ non reticuit Deo, sed magis confessa peccatum est: quam medicinalis *f* secuta sententia est. Bonum est condemnari in peccato, & flagellari in delicto, ut cum hominibus flagellemur. Deniq; *g* Cain, quia voluit crimen negare, indignus judicatus est, qui puniretur in peccato, sed remissus est sine præscriptione *h* pœnæ, fortassè non tam reus *i* majore crimine parricidii (illud enim commisit in fratrem) quàm sacrilegii, quòd Deo credidit mentiendum, dicens: [*Nescio: nunquid ego custos fratris mei sum?*] Et ideò accusatori diabolo ejus accusatio reservata est, ut cum ejus angelis flagelletur, qui cum hominibus noluit flagellari. *& lib. 1. de pœnitent. c. 1.* ¶ Nam *k* pastor ille Evangelicus lapsam ovem vexisse legitur, non abjecisse: & Salomon *l* ait: [*Noli esse nimium justus.*] Debet enim justitiam temperare moderatio. Nam quemadmodum se tibi curandum præbeat, quem fastidio habeas *m*? qui contemptui se, non compassioni Medico suo putet futurum?

C. XLVIII.

Idem Ambrosius *eod. lib. 1. de pœnitentia, c. 11.*

LIbenter ignosco, promptè indulgeo, misericordiam *n* malo, quàm sacrificium: quia per sacrificium justus commendatur, per misericordiam peccator redimitur. *o* [*Non veni vocare justos, sed peccatores.*] In lege sacrificium, in Evangelio misericordia est: lex *p* per Moysen data est, per me gratia.

C. XLIX.

Item Leo *Episcopus Theodoro Forojulienſi Episcopo, epist. 89. al. 91.*

MUltiplex *q* misericordia Dei ita lapsibus subvenit humanis, ut non solùm per baptismi gratiam, sed etiam per pœnitentiæ medicinam spes vitæ reparentur æternæ: ut qui regenerationis donum violâssent, proprio se judicio condemnantes, ad remissionem criminum pervenirent: sic divinæ bonitatis præsidiis ordinatis, ut indulgentia Dei, nisi supplicationibus Sacerdotum, nequeat obtineri. Mediator enim Dei & hominum homo Jesus Christus hanc præpositis Ecclesiæ tradidit potestatem, ut & confitentibus pœnitentiæ satisfactionem *a* darent, & eadem *b* salubri satisfactione purgatos, ad communionem sacramentorum per januam reconciliationis admitterent. *& post pauca.* ¶ Si autem aliquis eorum, pro quibus Domino supplicamus, quocunque interceptus obstaculo à munere indulgentiæ præsentis excesserit *c*, & priusquam ad constituta remedia perveniat, temporalem vitam humanâ conditione finierit, quod manens in corpore non receperit, consequi exutus carne non poterit. *& post pauca.* ¶ His *d* autem, qui in tempore necessitatis, & in periculi urgentis instantia præsidium pœnitentiæ, & mox reconciliationis implorant, nec satisfactio interdicenda est, nec reconciliatio deneganda, quia misericordiæ Dei nec mensuras possumus ponere, nec tempora definire, apud quem nullas patitur venia moras conversio. *& infrà.* ¶ Ita *e* ergò talium necessitati auxiliandum est, ut nec actio illis pœnitentiæ, nec communionis gratia denegetur, si eam etiam amisso vocis officio per indicia *f* integri sensus quærere comprobentur. Quòd si ægritudine aliquâ ita fuerint aggravati, ut quod paulò antè poscebant, sub præsentia Sacerdotis significare non valeant, testimonia eis fidelium circumstantium prodesse debebunt, ut simul & pœnitentiæ, & reconciliationis beneficium consequantur. Servatâ tamen regulâ canonum paternorum circa eorum personas, qui in Deum à fide discedendo peccaverunt.

¶ *Caput hoc, ut est apud Gratianum, magis convenit cum originali impresso inter opera B. Leonis, quàm in tomis Conciliorum.*

C. L.

Item Ambrosius *lib. 1. de pœnit. c. 1.*

NEmo potest bene agere pœnitentiam, nisi qui speraverit indulgentiam. Sed negant his oportere reddi communionem, qui prævaricatione lapsi sunt. *& infrà.* ¶ Deus autem nullum crimen excepit, qui peccata donavit omnia.

C. LI.

Item Ambrosius *lib. 2. de Cain & Abel, c. 4.*

VErbum Dei *g* dimittit peccata; Sacerdos est judex. Sacerdos quidem suum officium exhibet, & nullius potestatis jura exercet. *& lib. 1. de pœnitentia, c. 2.* ¶ Dominus par jus & solvendi esse voluit, & ligandi, qui utrunque pari conditione permisit. Ergò qui solvendi jus non habet, nec ligandi habet. *& infrà.* ¶ Certum est, quòd Ecclesiæ utrunque licet, hæresi utrunque non licet. Jus enim hoc solis permissum est Sacerdotibus. Rectè igitur Ecclesia vendicat, quæ veros Sacerdotes habet: hæresis vendicare non potest, quæ Sacerdotes Dei non habet.

¶ *Consilium est caput hoc ex B. Ambrosii verbis, collectoris tamen arbitratu dispositis.*

C. LII.

Idem *in eod. 1. lib. de pœnit. c. 3.*

POtest fieri *h*, ut aliquis victus suppliciis sermone neget, & corde adoret. Nunquid eadem causa est ejus qui sponte neget, & ejus quem tormenta inclinaverint ad sacrilegium, non voluntas? Quàm indignum autem, cùm apud homines valeat certaminis gratia, ut apud Deum non valere asseratur? Nam sæpè in hoc athletarum seculari certamine etiam victos, quorum fuerint certamina probata, vulgus hominum cum victoribus coronare consuevit; maximè quos viderit aut forte dolo, aut fraude exclusos victoriâ. Christus ergò

a *Psal. 50.* b *Osee. 11. secundùm 70.* c *al furore.* d *Sent. ibid. Gen. 3.* e *Venialis] orig.* f *medicabilis.* g *Gen. 4.* h *præscripto] orig.* i *abest ab orig.* k *Luc. 15.* l *Eccles. 7.* m *al. dedas.* n *Osee. 6.* o *Matth. 9.* p *Ioan. 1.* q *Sent. 4. dist. 17. Anselm. l. 11, c. 13.*

a *al. actionem.* b *al. eosdem.* c *al. exciderit.* d *Sup. 26. q. 1. hii, qui.* e *Verùm, ut dixi, etiam talium] orig.* f *al indicium.* g *Sent. 4. dist. 18. 23. q. 3. remittuntur. Idem l. 3. de Spiritu Sancto, c. 19.* h *Polyc. l. 6. tit. 32.*

athletas suos, quos viderit gravibus paulisper cessisse suppliciis, sine venia patietur manere? Nunquid *a* non habebit remunerationem laboris, qui etiam quos projicit, non in æternum projicit? *& infrà cap. 6.* ¶ Dicis *b* Petro excusanti, ne ejus pedes lavares: [*Nisi lavero tibi pedes, non habebis partem mecum.*] Quòd ergò isti possunt consortium tecum habere, qui claves regni non suscipiunt, negantes, quòd dimittere peccata debeant? Quod rectè quidem fatentur de se. Non enim habent Petri hæreditatem, qui Petri sedem 1 non habent, quam impiâ divisione discerpunt. *& cap. 13.* ¶ Ægritudo carnis peccatum repellit, luxuria autem carnis, culpam abolet. Illuditur ergò diabolus, ut se ipse morsu suo vulneret, & contra se armet, quem debilitandum putavit. *& infrà.* ¶ Quod nocet corpori, juvat Spiritum. *& lib. 2. cap. 3.* ¶ Sicut semel pro omnibus immolatus est Christus, ita quotiescunque peccata donantur, corporis ejus sacramentum sumimus, ut per sanguinem ejus fiat peccatorum remissio. Ergò evidentissimè Domini prædicatione mandatum est etiam gravissimi criminis reis, si ex toto corde & manifestâ confessione peccati pœnitentiam agant *c*, sacramenti cœlestis gratiam refundendam.

1 ¶ Sedem] *Apud B. Ambrosium legitur*, fidem, *quod ob glossam non est mutatum: sed multa alia sunt emendata.*

C. LIII.

Idem *lib. 2. de pœnitentia, c. 7.*

pc QUantuslibet ergò mortui fœtor sit, aboletur omnis, ubi sacrum redoleverit unguentum: & surgit defunctus: & solvi 1 jubentur ejus vincula, qui adhuc in peccato est: tollitur velamen de facie ejus, quod veritatem gratiæ, quam acceperat, obumbrabat. Sed quia veniâ donatus est, revelare faciem, aperire vultum jubetur. Non habet enim quod erubescat, cui peccatum dimissum est. In tanta verò Domini gratia, tantoque divini muneris miraculo, cùm oporteret universos lætari *d*, commovebantur impii, & adversùs Christum concilium congregabant, Lazarum quoque interficere volebant. Nonne meritò eorum successores vos fore cognoscitis, quorum duritiæ hæredes estis? Nam & vos indignamini, & contra Ecclesiam congregatis concilium, quia videtis mortuos in Ecclesia revivilcere, & peccatorum indultâ veniâ resuscitari. Itaque (quod in vobis est) per invidiam rursùs vultis interficere suscitatos. Sed Jesus non revocabat beneficia, imò cumulo suæ liberalitatis amplificat, revisit solicitè fusciatum, & celebratâ *e* resurrectionis gratiâ lætus ad cœnam venit, quam ei sua præparavit Ecclesia, in qua ille, qui fuerat mortuus, unus inter discumbentes cum Christo invenitur.

1 ¶ Solvi jubentur] *In originali impresso legitur*, & solvere jubentur ejus vincula, quæ adhuc in peccato sunt, tollere velamen, &c. *Alia verò ex eodem sunt emendata, & addita nonnulla.*

C. LIV.

Idem *ibidem, cap. 4.*

IIs potestatis *f* suæ gratiam negat, (quæ in remissionem peccatorum est) qui cœlestem ejus potestatem diabolico 1 fultam suffragio vindicarent. Eosque asserit diabolico uti Spiritu, qui separarent Ecclesiam Dei: ut omnium temporum Hæreticos & Schismaticos comprehenderet, quibus indulgentiam negat: quia omne peccatum circa singulos est, ac universos 2. *& infrà c. 5.* ¶ Quid mirum, si salutem negatis aliis, qui vestram recusatis? licèt 3 & illi nihil à vobis differant, qui à vobis pœnitentiam petunt. Arbitror enim, quod etiam Judas potuisset tamè Dei miseratione non excludi à venia, si pœnitentiam non apud Judæos, sed apud Christum gessisset *a. & paulopòst.* ¶ Qui agit pœnitentiam, non solùm diluere lachrymis debet peccatum suum, sed etiam emendationibus factis operire, & tegere delicta superiora, ut non imputetur ei peccatum.

1 ¶ Diabolico] *Addita hic sunt nonnulla ex B. Ambrosio, quæ deesse videbantur. Antea enim legebatur*, qui cœlestem potestatem diabolico Spiritu separant ab Ecclesia Dei, ut omnium, &c.

2 ¶ Ac universos.] *In originali est*, hoc in universos. *Sed ob glossam non est mutatum.*

3 ¶ Licèt & illi] *In aliquot vetustis codicibus, & originali legitur*, licèt illi nihil differant. *Sed auctor glossæ videtur habuisse, ut in vulgatis Gratiani.*

C. LV.

Idem *in eod. 2 libr. c. 9.*

6 pc NOnnulli ideò poscunt pœnitentiam, ut statim sibi reddi communionem velint. Hi non tam se solvere cupiunt, quàm Sacerdotem ligare. Suam enim conscientiam non exuunt, Sacerdotis induunt: cui è præceptum est: [*Nolite c sanctum dare canibus, nec margaritas vestras ante porcos:*] hoc est, immundis Spiritibus *d* sacræ communionis non impendenda *e* consortia.

C. LVI.

Idem *ibid.*

SUnt, qui arbitrentur hoc esse pœnitentiam, si abstineant à sacramentis cœlestibus. Hi saviores in sejudices sunt, qui pœnam præscribunt sibi, declinant remedium, quos vel pœnam suam conveniebat dolere, quia cœlesti fraudarentur gratiâ. *& cap. 11.* ¶ Facilius autem inveni, qui innocentiam servaverint, quàm qui congruè egerint pœnitentiam, ubi 1 acquirendæ ambitio dignitatis, ubi vini effusio, ubi ipsius copulæ conjugalis usus? Renuntiandum seculo est, somno ipsi minùs indulgendum, quàm natura postulat, interpellandus est geminibus, interrumpendus est suspiriis, sequestrandus orationibus, vivendum ita, ut in 2 tali vita huic moriatur usui, seipsum sibi homo abneget, & totus mutetur. *& infrà cap. 11.* ¶ Nemo in peccatis *f* positus arrogare sibi debet auctoritatem aut usurpationem sacramentorum: quia scriptum est *g*: [*Peccâsti? quiesce.*] *& paulo pòst.* ¶ Dicimus *h* ergò, & agendam pœnitentiam, & eo agendam tempore, quo culpæ defervescat luxuria, & in captivitate peccati positos, reverentiores nos, non usurpatores esse debere. Nam si Moysi *i* propius accedere gestienti, ut cognitionem mysterii cœlestis hauriret, dicitur: [*Solve calceamentum pedum tuorum:*] quantò magis nos animæ nostræ pedes exuere vinculis corporalibus, & gressus omnes mundi illius nexu debemus absolvere? *& paulo superiùs.* ¶ Nihil est, quod tam summo dolori sit, quàm si unusquisque positus sub captivitate peccati recordetur unde lapsus sit, atque unde deciderit, & quòd ad corporea *k*, atque terrena ab illa speciosa, & pulchra divinæ cognitionis intentione deflexerit.

1 ¶ Ubi acquirendæ] *Locus integer B. Ambrosii his est:* An quisquam illam pœnitentiam putat, ubi acquirendæ ambitio dignitatis, ubi vini effusio, vel ipsius copulæ conjugalis usus? *Sed gloss. inverss.* acquirendæ, *obstitit, ne hic emendaretur. Multa autem alia sunt emendata.*

2 ¶ Ut in tali vita] *In originali est*, ut vitali huic moriatur usui. *Sed glossa obstitit, ne mutaretur.*

C. LVII.

Item Cyprianus *Episcopus lib. 4. epist. 2. ad Antonianum.*

MIror autem quosdam sic obstinatos esse, ut dandam non putent lapsis pœnitentiam, aut pœnitentibus existiment veniam denegandam, cùm scri-

a *Psal. 76.* b *Ioan. 13.* c *al. gerant.* d *Ioan. 12.* e *al. celebrata.* f *Aug. l. 1. c. 371.*

a *al. misisset.* b *abest ab orig.* c *Matt. 7.* d *immundissimis.* e *al. impertienda.* f *al. peccato.* g *Eccl. 21. Gen. 4. secundum 70.* h *Dicimus*] *orig.* i *Exod. 3. Act. 22.* k *al. corporeum atq; terrenam.*

prum

ptum a sit: [*Memento, unde ecciderís, & age pœnitentiam, & fac priora opera.*] Quod utique ei dicitur, quem constat cecidisse, & quem Dominus hortatur per opera rursùs exurgere: quia scriptum est: *b* [*Eleemosyna à morte liberat:*] & non utique ab illa morte, quam semel Christi sanguis extinxit, & à qua nos salutaris baptismi & redemptoris nostri gratia liberavit: sed ab ea, quæ per delicta postmodùm serpit.

C. LVIII.

Item Hieronymus *Damaso.*

IMportuna *c* in Evangelio mulier tandem meruit audiri: & clauso cum seris *d* ostio, mediâ licèt nocte, ab amico panes amicus accepit: Deus ipse, qui nullis contra se viribus superari potest, publicani *e* precibus vincitur. Ninive *f* civitas, quæ peccato periit, fletibus fletit. Quorsum ista tam longo repetita principio? videlicet ut parvum magnus aspicias, ut dives pastor morbidam non contemnas ovem. Christus *g* in paradisum de cruce latronem intulit, & ne quis aliquando seram conversionem putaret, fecit homicidii pœnam martyrium. Christus *h*, inquam, prodigum filium revertentem lætus amplectitur, & *i* nonaginta novem pecudibus derelictis, una ovicula, quæ remanserat, humeris boni pastoris advehitur. ¶ Ubi *k* verò peccator intelligens vulnus suum tradit Medico se curandum, ibi non est virga necessaria, sed Spiritus lenitatis.

1 ¶ Ubi verò] *Hæc usq; ad finem non sunt inventa apud B. Hieronymum.*

3 pars. *Quòd autem omni peccanti auctoritate Ambrosii venia promittitur, falsum videtur. Quibusdam enim venia denegatur, aut ex magnitudine peccati, aut ex gradu offensi. Unde Iohannes in epistola sua:* k [Est peccatum ad mortem: quis *l* orabit pro eo?] *Alibi* m *quoq; legitur:* [Quis medebitur incantatori vulnerato à serpente?]

C. LIX.

Idem.

SI Sacerdos peccaverit, quis orabit pro eo?

¶ *Primo Regnorum lib. cap. 2. legitur:* Si peccaverit vir in virum, placari ei potest Deus. Si autem in Dominum peccaverit, quis orabit pro eo? *& sic affertur à B. Ambrosio lib. 1. de pœnitentia, cap. 2. & aliis Patribus. B. tamen Gregorius in cap. 2. primi Reg. cap. 3. ex hac ipsa vulgata lectione elicit sententiam, quam nunc affert Gratianus, ut notatum est sup. dist. 50. c.* alienum.

Sed hujusmodi interrogationes non semper negationem inferunt, sed potius difficultatem, vel raritatem notant, ut est illud Evangelii: n [Quis, putas, est fidelis servus & prudens &c.] *Hinc etiam Ambrosius:* o [Deus, quis similis tibi? non utique nullus; quia imago patris filius est.] *Similiter igitur accipiendum:* [Quis *p* orabit pro eo?] *hoc est, singularis vita aliquis debet orare pro eo, qui peccavit in Dominum. & infrà.* q [Nam quomodo Joannes diceret non orandum pro delicto graviore, qui legisset Moysen rogâsse, & impetrâsse, ubi erat prævaricatio voluntaria? qui sciret etiam Hieremiam rogâsse?] *Potest etiam secundùm Augustinum r aliter intelligi illud Ioannis:* s [Est peccatum ad mortem, &c.] *ut nulla sit ejus, & superiorum contrarietas. Ait enim:* [Est peccatum ad mortem, non pro illo dico, ut roget quis.] *De quo peccato, quoniam non expressum est, possunt multa & diversa sentiri. Ego autem dico id esse peccatum, fidem, qua per delectationem operatur, deserere usq; ad mortem. Hæc est etiam blasphemia in Spiritum Sanctum, quam neq; in hoc sæculo, neq; in futuro remittendam Dominus in Evangelio* t *asserit. Sive autem delectatione peccati, sive desperatione venia, usq; ad mortem quis in peccato perseveret, justum est, ut sine fine puniatur, qui sine fine peccaverit.*

a *Apocal. 2.* b *Tob. 4.* c *Luc. 18. & 11.* d *seruis] orig.* e *Luc. 18.* f *Ionæ 3.* g *Luc. 23.* h *Luc. 15.* i *Matth. 18.* k *1. Ioan. 5.* l *non pro eo dico, ut roget quis.] orig.* m *Eccl. c. 12.* n *Matt. 24.* o *Lib. 1 de pœn. c. 8.* p *Ps. 82.* q *Ibid. c. 9. Exod. 32. 2. Macha. 8. mil.* r *De corrept. & gratia, c. 22.* s *1. Ioan. 5.* t *Matt. 12.*

C. LX.

Unde Gregorius Papa, *lib. 4. dial. cap. 43.*

VOluissent *a* iniqui, si potuissent, sine fine vivere, ut potuissent sine fine peccare. Ostendunt enim quia in peccato semper vivere cupiunt, qui nunquam desinunt peccare, dum vivunt. Ad magnam ergò justitiam judicantis pertinet, ut nunquam careant supplicio, qui in hac vita nunquam voluerunt carere peccato.

4 pars. *Ex his itaque apparet, quòd sine confessione oris, & satisfactione operis, peccatum non remittitur. Nam si necesse est, ut iniquitates nostras dicamus, ut possimus justificemur; si nemo potest justificari à peccato, nisi antè confessus fuerit peccatum; si confessio paradisum aperit, veniam acquirit; si illa solùm confessio utilis est, quæ sit cum pœnitentia (in quo notatur aliud esse confessio, aliud pœnitentia, sive interior, sive exterior accipiatur;) si ille, qui promittit veniam occultè apud Deum, non apud Ecclesiam pœnitentiam agenti, frustratur* b *Evangelium,* c *& claves datæ Ecclesiæ, promittit etiam, quod Deus negat delinquenti; si nemo potest consequi veniam, nisi quantulamcunque, etsi minorem, quàm debeat, peccati solverit pœnam; si solis Sacerdotibus ligandi, solvendi, potestas à Deo tradita est; si nullus veniam accipit, nisi Ecclesia supplicationibus ipsam impetrare contendat. Concluditur ergò, quòd nullus ante confessionem oris, & satisfactionem operis, peccati abolet culpam. Denique, ut perstrictè appareat neminem sine confessione à peccato mundari, ab ipsius humani generis principio sumamus exordium. Peccato transgressionis primi parentes corrupti, à Domino sunt* d *requisiti de culpa, ut peccatum, quod transgrediendo commiserant, confitendo delerent. Serpens autem de culpa requisitus non est, quia per confessionem non revocabatur ad vitam. Cain* e *quoque, cùm primæ prævaricationi fratricidium addidisset, similiter a Domino de culpa requisitus est, dum ei dicitur:* [Ubi est Abel frater tuus?] *Sed quia superbus peccatum suum confiteri noluit, potiùs mendaciter negando Deum fallere conatus est, dicens:* [Nunquid custos fratris mei sum ego?] *indignus venia judicatus est. Unde in desperationis profundum mersus est, dum ait:* [Major est iniquitas mea, quàm ut veniam mereat.] *vagus & profugus exiit à facie Domini, significans eos, qui peccata sua confiteri dissimulant, respectu divinæ miserationis indignos haberi. Reges* f *quoq;, qui ignorantiâ ducti in Abraham deliquerant, non nisi eodem orante sanari meruerunt. In quo figuratur, quòd passiones morum non sanantur, nisi orationibus Ecclesiæ. Moysi* g *quoq; præcepit Dominus, ut lepra sive in cute, sive in domo, sive in veste, sive in crine appareret, Sacerdoti ostenderetur, & juxta ejus arbitrium separata, ejus judicio contaminaretur, vel mundaretur. Saul* h *quoq; cùm à Spiritu maligno vexaretur, non poterat ad sana mentis officium redire, nisi prius David Psalterium arriperet, & coram eo psalleret, & ita ab ejus vexatione cessaret diabolus. In quo mystice ostenditur, quòd quicunque diabolo propter peccata mancipatur, ab ejus dominio eripi non valet, nisi David, id est, Ecclesia, Psalterium accipiat, & coram eo psallat, id est, spirituali gratiæ eum participem faciat, & salubriter admonendo, & pio pro eo orando, & exempla boni operis sibi præbendo, diabolum ab invisibili ejus vexatione compescat. David quoq; cùm adulterium commisisset, & homicidium, non antè audivit* i *à Propheta:* [Transtulit à te peccatum tuum Dominus,] *quàm ipsum peccatum confiteretur. Priùs enim Propheta peccatum redarguenti confessus est, & postea audivit:* [Transtulit Dominus peccatum tuum à te.] *Achab* k *quoque, cùm de innocentis sanguinis effusione sententiam comminantis Dei audiret, induit semetipsum cilicio, satisfaciens Deo per pœnitentiam. Unde Dominus ad Heliam ait:* [Quoniam Achab reveritus est faciem meam, non inducam malum in diebus ejus.] *Ninivita* l *cùm audirent,* [Adhuc quadraginta dies, & Ninive subvertetur,] *ex edicto Regis & Principum pœnitentiam egerunt, dicentes:* [Quis

a *Anglic. c. 135.* b *al. frustrat.* c *Matth. 16.* d *Gen. 3.* e *Gen. 4.* f *Gen. 12. & 26.* g *Leviticj. & 14.* h *1. Reg. 18.* i *2. Reg. 12.* k *3 Reg. 21.* l *Ion. 3.*

scit, si convertatur, & ignoscat Deus, & relinquat post se benedictionem?] *Hâc humilitate satisfactionis* a *imminentem subversionem evadere meruerunt. Quorum exemplis evidenter ostenditur, quòd nullus à Deo consequatur veniam, nisi primùm satisfecerit suis per pœnitentiam. Nabuchadonosor* b *quoque propter superbiam suam à rationabili* c *mente in bestialem animum commutatus est, atque à regno suo profugus recedens, non ante regnum recepit, quàm conversus Deum predicavit. Denique plebs Israelitica ob culpam suæ transgressionis captivitati tradita, non ante liberari meruit, quàm sua peccata confitens, Danielis* d, *& aliorum sanctorum precibus veniam accepit. In Evangelio* e *quoque venientes ad Ioannem, ut baptizarentur ab eo baptismo pœnitentiæ, primùm confitebantur peccata sua, ostendentes, quòd quisque debet peccata sua damnanda confiteri, & innovationem melioris vitæ promittere, si regenerationis desiderat gratiam accipere. Christus quoque alios legitur suscitasse* f *à mortuis, alios à lepra* g *mundâsse, alios illuminâsse,* h *aliorum membra paralysi* i *dissoluta consolidâsse: omnium tamen sanitatem petitio propria vocis, vel amicorum legitur præcessisse. Lucâ* k *enim referente didicimus, quòd pro socru Petri prius rogatus est, quàm eam sanitati redderet. Leprosus* l *verò ille, quem Dominus descendens de monte mundavit, prius clamavit ad eum:* [Domine si vis, potes me mundare.] *quem postea tangendo mundavit. Cæcus* m *quoque dum clamaret ad eum:* [Miserere mei, fili David,] *interrogavit eum Iesus:* [Quid vis, ut faciam tibi?] *ait* [Rabboni, ut videam lumen.] *Tres* n *quoque mortuos audivit, quos aliorum orationibus reddidit vitæ. Quartum quoque discipulo nuntiante audivit: sed quia defuerunt vivi, qui pro eo precarentur, resuscitari non meruit.* ¶ *Quibus numerum exemplis evidentissimè datur intelligi, quòd ille, quem gravioris culpæ macula tenebat, nisi confessione propriis oris, vel Ecclesiæ intercessione suffragante, sanari non poterit. Hinc pœnitens ille* o, *qui prius tacendo peccata, flagellari meruerat, postea correptus dicebat:* [Quoniam tacui, inveteraverunt ossa mea, dum clamarem totâ die.] *Hinc Christus ex persona membrorum ait:* p [Non absorbeat me profundum, neque urgeat super me puteus os suum.] *Quod Augustinus* q *exponit, dicens:* [Puteus est humanæ iniquitatis profunditas, in quem si ceciderit, non claudet super te os suum, si tu non clauseris os tuum: confitere ergò, & dic, De r profundis clamavi ad te, Domine, & evades. Claudet super illum Dominus, qui in profundo contemnit, à quo mortuo, velut ab eo, qui non sit, perit confessio.] *Hinc idem Propheta ait:* s [Introite portas ejus in confessione.] *Ostendens ad portas misericordiæ non nisi per confessionem peccati aliquem posse pertingere. Hinc etiam beatus* t *Ioannes Baptista, & Salvator noster exordium prædicationis suæ à pœnitentia sumpserunt, dicentes:* [Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum:] *ostendentes ad regna cœlorum neminem posse pertingere, nisi primùm per pœnitentiam Deo curaverit satisfacere. Hinc etiam in actibus* u *Apostolorum legitur, quòd credentes veniebant ad Apostolos, annuntantes actus suos. Ex his omnibus facilè monstratur, sine confessione nullam veniam posse promereri.*

C. LXI.

Hinc etiam Leo Papa *ait epist. 78. al. 80. ad Episcopos Campaniæ.*

SUfficit x pœnitenti y illa confessio, quæ primùm Deo offertur, tum etiam Sacerdoti, qui pro delictis pœnitentium precator accedit.

a *aliter & satisfactiones.* b *Daniel. 4.* c *alit. rationali. Gap. 17. quæst. 4 miror.* d *Dan. 9.* e *Matth. 3.* f *Ioann. 11. Luc. 17.* g *Matth. 9.* h *Marc. 2. Matth. 9.* i *Luc. 4.* k *Luc. 4. Matth. 8. Marc. 1. Luc. 5.* l *Matth. 8. Marc. 1. Luc. 5.* m *Marc. 10. Luc. 18.* n *Luc. 7. Ioan. 11.* o *Psal. 31.* p *Psal. 68.* q *Gloss. interl. & ordin. ibi ex Augustin. Sentent. 4. distinct. 17.* r *Psalm. 129. Proverb. 19. Ecclesiastic. 17.* s *Psalm. 99.* t *Matth. 3.* u *Alior. 19.* x *Infrà eâd. c. quamvis. Polyc. lib. 6. tit. 20. Ivo part. 16. cap. 167.* y *al. cuius] om.*

C. LXII.

Item ad Rusticum Narbonensem Episcopum, epist. 92. al. 92. cap. 7.

POenitentia a, quæ dilata est, cùm studiosiùs peritia fuerit, non negetur, ut quoquo modo ad indulgentiæ medicinam anima vulnerata perveniat.

C. LXIII.

Item Augustinus *in sermone de pœnitentia, al. lib. de pœnitentia medicina.*

NOn b sufficit mores in melius commutare, & à veteritis c malis recedere, nisi etiam de his, quæ mala sunt, satisfiat Deo per pœnitentiæ dolorem, per humilitatis gemitum, per contriti cordis sacrificium, cooperantibus eleemosynis & jejuniis 1.

1 ¶ Et jejuniis.] *Hoc non est apud B. Augustinum, neque Bedam, neque Magistrum sententiarum, neque Polycarpum.*

C. LXIV.

Item Ambrosius *in c. 1. Luca.*

NOvit Dominus mutare sententiam, si tu noveris emendare delictum.

C. LXV.

Item Leo Papa, *epist. 90. al. 92. ad Rusticum, c. 1.*

ALiud d quidem est debita justè e reposcere, aliud propriâ perfectionis amore contemnere. Sed illiterorum veniam postulantem oportet à multis etiam licitis abstinere, dicente Apostolo: f [*Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt.*] Unde si quis pœnitenti habet causam, quam negligere fortè non debeat, melius expedit Ecclesiasticum, quàm forense judicium.

C. LXVI.

Item Hieronymus *in c. 1. Iocæ.*

QUi sanctus g Sacerdos est, & comedit h in Pascha Domini, accingatur baltheo castitatis, & assideat cum Apostolis: [*Sint* i *lumbi vestri præcincti, & lucerna ardentes in manibus vestris.*] Qui autem peccator est, & quem remordet propria conscientia, cilicio accingatur, & plangat vel propria delicta, vel populi, & ingrediatur Ecclesiam, de qua propter peccata fuerat egressus, & cubet, vel dormiat in sacco, ut præteritas delitias, per quas offenderat Deum, vitæ austeritate compenset.

C. LXVII.

Item *in Amos Prophetam, c. 5.*

SI agamus pœnitentiam, ipsum quoque suæ pœnitebit sententiæ. Rursum juxta eundem Hieremiam k promittit prospera. Si negligentiâ dissolvamur, & illum pœnitebit sponsionis suæ, promissâque mutabit. Cujus rei exemplum Ninivitas, & Hierusalem habere possumus, quorum alii de imminentibus suppliciis liberati sunt, alii, quæ patribus promissa fuerant, perdiderunt.

1 ¶ Hieremiam] *Sic est emendatum ex ipsis commentariis B. Hieronymi, & uno vetusto exemplari Gratiani. Nam vulgatum est, quemadmodum in vulgatu, juxta eundem Hieronymum promittit prospera, si pœnitentiam egerimus. Quod si negligentiâ, &c.*

C. LXVIII.

Idem *super Danielem, ad cap. 4.*

QUamobrem Rex consilium meum placeat tibi, & peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordiis pauperum: forsitan ignoscet Deus delictis tuis.] ¶ Si prædixit sententiam Dei, quæ mutari non potest, quomodo hortatur ad eleemosynas, & misericordias pauperum, ut Dei sententia commutetur? Quod facilè solvitur Ezechiæ l Regis exemplo (quem

a *Burch. lib. 9. c. 123. Ivo part. 11. c. 131.* b *Beda 2. Corint. c. 11. Sent. 4. dist. 16. Polyc. l. 6. tit. 20.* c *al. falsa.* d *11. quæst. 3. ad. Anf. lib. 11. c. 141.* e *al. justa.* f *1. Corinth. 6.* g *Sent. 4. dist. 17.* h *al. comedit Pascha] orig.* i *Luc. 12.* k *Hier. 17.* l *4. Reg. 20.*

Esajas *a* dixerat esse moriturum) & Ninivitarum *b*, quibus dictum est, [*Adhuc quadraginta dies, & Ninive subvertetur.*] Et tamen ad preces Ezechiæ, & Ninive, Dei sententia commutata 1 est, non vanitate judicii, sed eorum conversione, qui meruêre indulgentiam. Ajioquin & in reverentiam *c* loquitur Deus se mala minari super gentem, & si bona fecerit, minas clementiâ commutare. Rursum bona agenti se asserit polliceri indulgêtiam: & si malè fecerit, dicit se suam mutare sententiam, non in homines, sed in opera, quæ mutata sunt. Neq; enim Deus hominibus, sed vitiis irascitur: quæ cùm in homine non fuerint, nequaquam punit, quod mutatum est. Dicamus & aliter. Fecit *d* quidem Nabuchodonosor juxta Danielis consilium misericordias in pauperes, & idcirco usque ad mensem duodecimum in eum est dilata sententia. Sed quia posteà ambulans in aula Babylonis gloriatur, & dicit: [*Nonne hæc est Babylon magna, quam ego ædificavi in domum regni in robore fortitudinis meæ, & in gloria nominis mei?*] bonum misericordiæ perdidit malo superbiæ: [*sed stat ignoscat Deus delictu tuum.*] Cùm beatus Daniel præscius futurorum de sententia Dei dubitet, rem temerariam faciunt, qui audacter peccatoribus indulgentiam pollicentur. Et tamen sciendum, quòd si Nabuchodonosor bona opera facienti, venia repromittitur, multò magis aliis promittitur, qui leviora peccata commiserunt.

1 ¶ Commutata est,] *Quæ sequuntur, ut etiam multa alia, emendata & locupletata sunt ex originali, præter verbum*, reverentiam *(quod esse debet*, Hieremia) *idq; ob glossam.*

C. LXIX.

Idem.

Videt *e* benignum Dominum misericordiam cum severitate miscentem, & ipsius pœnæ modum justâ & clementi liberatione 1 pensantem. Non in perpetuum tradidit pœnæ delinquentes, sed quanto 2, inquit, tempore servierunt Balaam, tanto serviant Chusarsaton *f*, hoc est octo annis. Disce & hoc, ó tu auditor, quisquis ille es, qui tibi conscius es alicujus erroris: & quanto tempore te errâsse te nôsti, quanto tempore deliquisti, tanto nihilominùs tempore humilia teipsum Deo, & satisfacito ei in confessione pœnitentiæ: non expectes, ut humiliet te Chusarsaton, & invito necessitas extorqueat pœnitentiam: sed ipse præveni tortoris istius duritiam *g*: quia si te ipse emendaveris, si te ipse correxeris, pius est Deus, & misericors, qui vindictam temperet ab eo, qui illam pœnitendo prævenit. Sed illud consideremus, quia donec servierunt Chusarsatoni, qui traditi fuerant pro delictis suis, & non clamaverunt ad Dominum, nemo susciatus est, qui salvare eos posset. Cùm verò clamaverunt ad Dominum, tunc suscitavit Dominus Salvatorem Israël, & salvavit eos.

1 ¶ Liberatione] *Anteà legebatur*, deliberatione. *Emendatum est ex homilia Origenis, quemadmodum & alia nonnulla.*

2 ¶ Quanto,] *Hæc pars videtur potiùs sumpta ex glossa ordinaria, quam ex ipso Origene.*

C. LXX.

Idem Hieronymus *in c. 5. epistolæ ad Ephesios.*

Ecclesia Christi gloriosa est, non habens maculam neque rugam, aut aliquid istiusmodi. Qui ergò peccator est, & aliquâ sorde maculatus, de Ecclesia Christi non potest appellari, nec Christo subjectus dici. Possibile autem est, ut quomodo Ecclesia, quæ priùs rugam habuit & maculam 1, in juventutem, & munditiam posteà restituta est; ita & peccator currat ad Medicum: quia non *a* habent opus sani Medico, sed malè habentes, ut curentur vulnera ipsorum, & fiant de Ecclesia, quæ est corpus Christi.

1 ¶ Et maculam,] *Restitutus est locus ex originali. Anteà legebatur*, & maculam, & immunditiam, & posteà restituta est.

C. LXXI.

Idem *in c. 1. Amos.*

Super tribus sceleribus Damasci, & super quatuor non convertam eum.] Juxta tropologiam hoc possumus dicere. Primum peccatum est cogitâsse, quæ mala sunt. Secundum, cogitationibus acquievisse perversis. Tertium, quod mente decreveris, opere compleviſse. Quartum, post peccatum non agere pœnitentiam, & in suo sibi complacere delicto.

C. LXXII.

Idem *epist. 30. ad Pammachium & Oceanum.*

Secunda *b* post naufragium tabula est, culpam simpliciter confiteri. Imitati estis errantem, imitamini & correctum. Erravimus juvenes, emendemur senes: jungamus gemitus, lachrymas copulemus.

C. LXXIII.

Idem.

Quia *c* divinitatis natura clemens est, & pia, magisque ad indulgentiam, quàm ad vindictam prona, quia non vult mortem peccatoris, sed ut convertatur, & vivat: si quis post lapsum peccatorum ad veram pœnitentiam se converterit, citò à misericorde judice veniam impetrabit.

¶ *Caput hoc est in commentariis ad c. 3. lamentationum Hieremiæ, qui non sunt B. Hieronymi, sed Rabani.*

C. LXXIV.

Idem *in c. 12. Oseæ.*

Ne fortè peccati memores tardiùs revertantur, [*Adhuc*, inquit, *sedere vos faciam in tabernaculis, sicut in diebus festivitatis:*] ut quod facit baptisma, hoc faciat pœnitentia, & habitent in tabernaculis Salvatoris, hoc est, in Ecclesiis.

¶ *Anteà citabatur ex eodem in Malachiam.*

C. LXXV.

Idem *in cap. 9. Danielis.*

Prædixerat *d* Hieremias septuaginta annos desolationis templi, post quos rursùs veniret populus in Judæam, & ædificaretur templum, & Hierusalem. Quæres Danielem non facit negligentem, sed magis provocat ad rogandum, ut quod Deus per suam promisit clementiam, per horum *e* impleat preces, ne negligentia superbiam, & superbia pariat offensam. Denique in Genesi *f* legimus, centum viginti annos pœnitentiæ constitutos ante diluvium: qui, quia tanto tempore, hoc est, centum annis noluerunt agere pœnitentiam, nequaquam exspectat, ut & viginti alii compleantur, sed infert ante, quod posteà fuerat comminatus. Unde, & ad Hieremiam *g* dicitur ob duritiam cordis populi Judæorum: [*Ne ores pro populo hoc, quia non audiam te.*] Et ad Samuel: *h* [*Usquequò luges super Saul? & ego abjeci eum.*] In cinere igitur, & sacco postulat impleri *i* quod promiserat Deus, non quòd esset incredulus futurorum, sed ne securitas negligentiam, & negligentia pareret offensam.

C. LXXVI. ¶ *Operibus misericordia Deum non emimus, sed nosmetipsos redimimus.*

Item Ambrosius *in sermone in Dominica de Abraham.*

---

a *Esa. 38.* b *Jon. 3.* c *Hieremiæ 18.* *reg. vera lectio. d Dan. 4.* e *Origenes homil. 3. ad c. 3. Judicum, & ibi gloss. ordinar.* f *alii, Chusarsathaim.* g *al. manum.*

a *Luc. 5.* b *Sent. 4. dist. 14.* c *Ezech. 18. & 33.* d *Hieremiæ 29. & 32.* e *al. hujus.* f *Gen. 6.* g *Hier. 7.* h *1. Regum 16.* i *Dan. 9.*

MEdicina a misericordiæ tollit peccata magna.] Habemus etiam plura subsidia, quibus peccata nostra redimamus: pecuniam habes; redime peccatum tuum. Non venalis est Dominus, sed tu ipse venalis es. Peccatis tuis venundatus es; redime te operibus tuis, redime te pecuniâ tuâ: vilis pecunia, sed pretiosa est misericordia. ¶ Eleemosyna, inquit, b à peccato liberat. Crimina ergò eleemosynis redimuntur.

¶ *Caput hoc habetur in libro de Helia, & jejunio, & ibi hæc antecedunt:* Etsi gravia deliquimus, magnum Medicum invenimus, magnam medicinam gratiæ ejus accepimus. [*Medicina enim tollit peccata magna.*] *Abest autem vox*, misericordiæ, *etiam à loco Ecclesiastici, c.10.*

C. LXXVII.

Item Joannes os aureum, *homil.9. ad c. 6. epist. ad Hebræos.*

MEdicamentum fortius, quod maximè operatur in pœnitentia, hoc est. Sicut in præceptis medicinæ medicamentum multas quidem herbas accipit, unam autem dominantissimam; sic & in pœnitentia dominantior ista herba, & potentior est, & universum ipsa efficit. Audi enim, quid dicit divina Scriptura: c [*Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis.*]

¶ *Græcè sic habet:* τὸ γὰρ μάλιστα ἰσχυρὸν ἐργαζόμεθα τὸ φάρμακον τῆς μετανοίας, τοῦτο ἐστί. καὶ γὰρ πολλὰ ἔστι τῶν ἰατρικῶν βοηθημάτων ἐσὶ φύσμενον, πολλὰς μὲν λαμβάνον βοτάνας, μίαν δὲ πάντων κυριωτάτην, ὅπερ ἐστὶ καὶ ἐπὶ τῆς μετανοίας αὕτη ἡ βοτάνη κυριωτέρα, ἐστὶ πᾶν αὐτὴν γένοιτο ἄν. *Id est:* Nam quod maximè validum reddit medicamentum pœnitentiæ, hoc est. Et sicut in medicinalibus auxiliis est medicamentum, quod multas quidem herbas recipit, sed unam præcipuam ac potentissimam: ita etiam in pœnitentia hæc ipsa est potentior herba, ipsáque omninò totum præstiterit. Audi, &c.

C. LXXVIII.

Item Ambrosius *lib.1. de pœnitentia, c.2.*

DEus definitionem d non facit, qui misericordiam suam promisit omnibus, & relaxandi licentiam Sacerdotibus suis sine ulla exceptione concessit. Sed qui culpam exaggeravit, exaggeret etiam pœnitentiam. Majora enim crimina majoribus abluuntur fletibus.

C. LXXIX.

Idem *lib.2. de pœnitentia, cap.10.*

FLeat pro te mater Ecclesia, & culpam tuam lachrymis lavet. Videat te Christus mœrentem, ut dicat: e [*Beati tristes, quia gaudebitis.*] Amat, ut pro uno multi rogent. Denique in Evangelio f motus viduæ lachrymis, quia plurimi pro ea flebant, filium ejus resuscitavit.

C. LXXX.

Idem *eodem libro 2. cap. 11.*

ADam post culpam statim de paradiso Deus ejecit. Non distulit; sed statim separavit à delitiis, ut ageret pœnitentiam, statim tunicam vestivit pelliceam, non foliam.

C. LXXXI.

Item Augustinus *in lib.10.* g *homil. homiliâ ultimâ, c.3.*

5 TRes h sunt actiones pœnitentiæ, quas mecum ge vestra eruditio recognoscit. Sunt enim usitatæ in Ecclesia, & diligenter attendentibus notæ. Una est, quæ novum hominem parturit, donec per baptisma 1 salutare omnium præteritorum fiat ablutio 2 peccatorum. *& paulò pòst.* ¶ Omnis k enim, qui jam arbiter voluntatis suæ constitutus est, cùm accedit ad sacramenta fidelium, nisi eum pœniteat vitæ veteris, novam non potest inchoare. Ab hac pœnitentia cùm baptizantur, soli parvuli sunt immunes. Nondum enim uti possunt libero arbitrio. Quibus tamen ad consecrationem, remissionemque originalis peccati prodest eorum fides à quibus offeruntur. *& infrà cap 4.* ¶ Altera verò pœnitentia est, cujus actio per totam istam vitam, quâ in carne mortali degimus, perpetuâ supplicationis humilitate subeunda est. Primò, quia vitam æternam, incorruptibilem, immortalemque nullus desiderat, nisi cum vitæ hujus temporalis, corruptibilis, mortalisque pœnitet. Non enim sic quisque in vitam novam per sanctificationem baptismi nascitur, ut quemadmodum deponit in omnia peccata præterita, ita etiam statim mortalitatem ipsam carnis, corruptionemque deponat. *& infrà cap.* ¶ Tertia actio est pœnitentiæ, quæ pro illis peccatis subeunda est, quæ legis Decalogus continet, & de quibus Apostolus ait: [*Quoniam qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt.*] In hac ergò pœnitentia majorem quisque in se severitatem debet exercere, ut à seipso judicatus, non judicetur à Deo: sicut idem Apostolus ait: a [*Si enim nosmetipsos judicaremus, à Domino non utique judicaremur.*] *& 2 infrà.* ¶ Est 3 etiam b pœnitentia, bonorum & humilium fidelium pœna c quotidiana, in qua pectora tundimus, dicentes: d [*Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.*] Neque enim ea nobis dimitti volumus, quæ dimissa non dubitamus in baptismo; sed illa utique, quæ humanæ fragilitati quamvis parva, tamen crebra subrepunt: quæ si collecta contra nos fuerint, ita nos gravabunt & oppriment, sicut unum aliquod grande peccatum. Quid enim interest ad naufragium, utrùm uno grandi fluctu navis operiatur & obruatur, an paulatim subrepens aqua in sentinam, & per negligentiam derelicta atque contempta impleat navem, atque submergat? Propter hæc, jejunia, & eleemosynæ, & orationes invigilant: in quibus cùm dicimus: [*Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus,*] manifestamus habere nos, quod nobis dimittatur: atque in his verbis humiliates animas nostras, quotidianam quodammodò agere pœnitentiam non cessamus.

¶ *Caput hoc confectum est ex verbis B. Augustini in lib.10. homil. homiliâ ultimâ (quæ etiam habentur fere eadem in libro de pœnitentia medicina, c.2.) & in epistola 108. ad Seleucianum.*

1 ¶ Baptisma salutare] *In homilia legitur,* per baptismum salutarem: *in libro autem de pœnitentia medicina,* quæ novum hominem per baptismum parturit, donec salutaris omnium præteritorum peccatorum fiat ablutio.

2 ¶ Et infrà.] *Quæ sequuntur integrè habentur in epistola ad Seleucianum: sententia tamen, & aliqua verba leguntur etiam in eadem homilia, c.3 & in libro de pœnitentia medicina, eodem cap.2. ubi de secunda altione pœnitentiæ agitur. Referuntur enim ad illam, quæ nunc subjiciuntur.*

3 ¶ Est etiam] *Antea legebatur:* Est enim. *Emendatum est ex loco indicato, & duobus vetustis Gratiani exemplaribus. Longè enim diversa est hæc pœnitentia à proximè commemorata.*

C. LXXXII.

Item Gregorius.

6 SI e peccatum David tam detestabile Dominus transtulit, quid est, quòd post omnia, quæ de eodem peccato per Prophetam ei à Domino dicta sunt, postmodùm tanta toleravit? Sed proculdubiò Dominus delictum sine ultione non deserit. Aut enim ipse hoc in se pœnitens punit, aut hoc Deus cum homine vindicans percutit. Nequaquam igitur peccato parcitur: quia nullatenùs sine vindicta laxatur. Sic enim David audire post confessionem meruit: f [*Dominus transtulit*

---

a *Eccles.10. secundum 70.* b *Tob.12.* c *Luc.11.* d *al. dimittionem] orig.* e *Matth.5.* f *Luc.7.* g *Et in lib. de pœnit. medicina, c.2.* h *Sent.4. dist.16.* i *al. abolitæ.* k *Infr. de consecr. dist.4. omnis.*

a *Galat.5.* b *Beda 1.Corinth.11. De consecr. dist.4. quæ homines.* c *al. pœn.* d *Matth.6.* e *Polyc.Lib.11.tit.10. Anselm. c.117.* f *2.Reg.12.*

peccatum

peccatum tuum,] & tamen pòst multis cruciatibus afflictus, ac fugiens, reatum culpæ, quam perpetraverat, exolvit. Sic nos salutis undâ à culpa primi hominis absolvimur. Sed tamen reatum ejusdem culpæ diluentes, absoluti quoque adhuc carnaliter obimus 1. quia delicta nostra, sive per nos, sive per semetipsum resecat etiam, cùm relaxat. Ab electis enim suis iniquitatum maculas studet temporali afflictione tergere, quas in perpetuum non vult in eis videre a.

¶ *Caput hoc integrum quidem habetur in commentariis, qui nomine Eucherii sunt editi, l. 2. Reg. c. 8. sed magnâ quæ ex parte apud B. Gregorium l. 9. Moralium, c. 27.*

1 ¶ Obimus,] *Apud B. Gregorium sequitur:* Benè erdicitur [sciens, quòd non parceres delinquenti] quia, &c. *repetit enim ipse verba illa Iob sibi ad interpretandum proposita. Eucherius autem habet ut Gratianus.*

C. LXXXIII.

Item Augustinus *de peccatorum meritis, & remiss. l. 2. c. 34.*

SIcut primi homines postèa justè vivendo meritò creduntur per Domini sanguinem ab extremo judicio liberati, non tamen in illa vita meruerunt ad paradisum revocari: sic & caro peccati, etiamsi remissis peccatis homo in ea justè vixerit, non continuò meretur eam mortem non perpeti, quam traxit de propagine peccati. Tale aliquid nobis insinuatum est de Patriarcha David in libro Regnorum *b*: ad quem Prophetà cùm missus esset, eique propter peccatum, quod admiserat, eventura mala ex iracundia Dei comminaretur, confessione peccati veniam meruit, respondente Prophetâ, quòd illud ei flagitium, facinusque remissum sit: & tamen consecuta sunt, quæ Deus fuerat comminatus, ut sic humiliaretur à filio. Quare 1 & nunc dicitur, si Deus propter peccatum illud fuerat comminatus, cur dimisso peccato, quod erat minatus, implevit? nisi quia rectissimè, si sic dictum fuerit, respondebitur, remissionem illam peccati factam, ne homo à percipienda vita impediretur æterna: subsecutum verò illius comminationis effectum, ut pietas hominis in illa humilitate exerceretur atque probaretur. Sic & mortem corporis propter hoc peccatum Deus homini infixit: & post peccatorum remissionem propter exercendam justitiam non ademit.

1 ¶ Quare & nunc] *In originali legitur,* Quare & hic non dicitur. *Sed ob glossam non est mutatum. Alia verò multa ex eadem sunt emendata.*

C. LXXXIV.

¶ *Doloris mensura potiùs, quàm temporis in actione pœnitentiæ consideranda est.*

Idem *in* c *homilia de pœnitentia.*

2 IN d actione pœnitentiæ, ubi tale crimen commissum est, ut is, qui commisit, à Christi etiam corpore separetur, non tam consideranda est mensura temporis, quàm doloris: [*Cor enim contritum, & humiliatum Deus non spernit.*] Verum quia plerumque dolor alterius cordis occultus est alteri, neque in aliorum notitiam nisi 1 per verba, vel quæcunque alia signa procedit, cùm sit coram illo, cui dicitur: [*Gemitus meus à te non est absconditus,*] rectè constituuntur ab his, qui Ecclesiæ præsunt, tempora pœnitentiæ, ut satisfiat etiam Ecclesiæ, in qua remittuntur ipsa peccata. Extra e eam quippe non remittuntur. Ergò 2 cùm tanta est plaga peccati, atque impetus morbi, ut medicamenta corporis & sanguinis Domini differenda sint, auctoritate antistitis debet ab altario removeri ad agendam pœnitentiam, & eâdem auctoritate reconciliari.

1 ¶ Nisi per verba,] *Ab originali abest dictio,* nisi, *sed habita est ratio glossæ.*

2 ¶ Ergò] *Hæc non sunt in Enchiridio, sed in epist. 118. ad Ianuarium, sub alterius personâ. Ita enim loquitur:* Alius contrà: imò, inquit, si tanta est plaga peccati, &c.

C. LXXXV.

Idem *in* a *eadem homilia quinquagesima, cap. 11.*

IUdicet *b* seipsum homo in istis voluntate, dum potest, & mores convertat in melius, ne cùm jam non poterit, etiam præter voluntatem à Domino judicetur. Et cùm in se protulerit severissimæ medicinæ *c* sententiam, veniat ad Antistites, per quos illi claves in Ecclesia ministrantur, & tanquam bonus incipiens jam esse filius, maternorum membrorum ordine custodito, à præpositis sacrorum accipiat satisfactionis suæ modum, ut in offerendo sacrificio contribulati cordis devotus & supplex, id tamen agat, quod non solùm ipsi prosit ad recipiendam salutem, sed etiam cæteris ad exemplum: ut si peccatum ejus non solùm in gravi ejus malo, sed etiam in tanto *d* scandalo est aliorum, atque hoc expedire utilitati Ecclesiæ videtur Antistiti, in notitia multorum, vel etiam totius plebis agere pœnitentiam non recuset, non resistat, non lethali & mortiferæ plagæ per pudorem addat tumorem. *& infrà.* ¶ Multi *e* enim corriguntur, ut Petrus: multi tolerantur, ut Judas, &c.

C. LXXXVI.

¶ *Mortificatio vitiorum magis, quàm abstinentia ciborum pœnitenti necessaria est.*

Item Hieronymus.

MEnsuram *f* autem temporis in agenda pœnitentia idcircò non satis aperte *g* præfigunt canones pro unoquoque crimine, ut de singulis dicant, qualiter unumquodque emendandum sit, sed magis in arbitrio Sacerdotis intelligentis relinquendum statuunt, quia apud Deum non tam valet mensura temporis, quàm doloris: nec abstinentia tantum ciborum, quàm mortificatio vitiorum. Propter quod ipsa tempora pœnitentiæ pro fide & conversatione pœnitentium abbrevianda præcipiunt, & pro negligentia protelanda. Extant tamen pro quibusdam culpis pœnitentiæ modi impositi, juxta quos cæteræ perpendendæ sunt culpæ, cùm sit facilè per eosdem modos vindictam & censuram canonum æstimare.

¶ *Caput hoc, quod Burchardus etiam & Ivo citant ex dictis B. Hieronymi, beatus Rhenanus, in suis annotationibus in Tertullianum testatur, se legisse in antiquo pœnitentiali. Et ex eo, ac cæteris collectoribus nonnulla sunt emendata, & postrema clausula etiam aucta. Sententia autem habetur etiam 7. Cap. c. 121. & in epistolâ Basilii ad Amphilochium, cap. 2. & in Synodo Matensi, anni 589. cap. 10.*

C. LXXXVII.

Item Joannes Chrysostomus: [*id est, auctor operis imperfecti in Matthæum, homiliâ 40.*

QUis aliquando vidit Clericum citò pœnitentiam agentem? Sed & si deprehensus humiliaverit se, non ideò dolet, quia peccavit, sed confunditur, quia perdidit gloriam suam.

8 ps. *His auctoritatibus asseritur neminem sine pœnitentia & confessione propriæ vocis à peccatis posse mundari. Unde præmissa auctoritates, quibus videbatur probari, solâ contritione*

a *al. vindicare.* b *2 Reg. 12.* c *In Enchiridio, cap. 65.* d *Sententi 4. dist. 20. Polyc. lib. 6. tit. 20. Anselm. l. 11. c. 144. Ivo part. 2. c. 4. & p. 15. c. 23.* d *Psal. 50.* e *Sent. 4. dist. 17. Ergo sum. l. 3. c. 125.*

a *Et in l. de pœnitentia medicina, c. 3.* b *Beda ad Eph. 5. Sent. 4. dist. 17. Ivo p. 15. cap. 24.* c *al. medicina, sed tamen medicinæ sententiam.* d *abest ab orig.* e *2. q. 1. multi.* f *Alcuinus de Ecclesiasticis officiis, c. de capite jejunii Sententi 4. dist. 20. Polyc. l. 6. tit. 20. Anselm l. 11. c. 143. Burch. l. 19. cap. 31. Ivo p. 15. cap. 49.* g *al. attentè.* h *Sent. 4. dist. 17.*

cordiis veniam præstari, aliter interpretanda sunt, quàm ab eis exponantur. Negationem a namq; Petri secuta est satisfactio lachrymarum, & trina confessio Dominica dilectionis, quâ penitus deleuit peccatum trinæ negationis. Non ergò necessaria sibi erat certa satisfactio peccati, cujus totum vitæ tempus obedientiæ impendebatur sui conditori. Imitabatur enim illud prophoticum: b [Declina à malo, & fac bonum.] & illud Esaiæ: c [Derelinquat impius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas, &c.] Amplius horum nihil à peccatore exigitur. Non ergò ellâ auctoritate Leonis Papæ satisfactio pœnitentiæ negatur esse necessaria cuilibet delinquenti, sed ei tantùm, qui beatum Petrum imitatus, huic sæculo penitus abrenuntiat & cunctorum vitiorum fomitem in se funditùs mortificat. Item illud Ioannis 1 d Chrysostomi: [Lavent lachrymæ delictum, quod pudor est voce confiteri.] & illud aliud, quod scribitur in epistola ad Hebræos: e [Non tibi dico, ut te prodas in publicũ, neque ut te apud alios accuses; sed obedire te volo Prophetæ dicenti, f Revela Domino viam tuam. Ante Deum ergò tua confitere peccata, apud verum judicem cum oratione delicta tua pronuntia, non 2 linguâ, sed conscientiæ tuæ memoriâ: & tunc demùm spera misericordiam te posse consequi, si habueris in mente peccata tua continuè, malum nunquam adversùs proximum tuum in corde retinebis:] non ita intelligendum est, ut sine confessione oris peccata dicantur dimitti, sed sine publica satisfactione. Secreta namq; peccata, secretâ confessione, & occultè satisfactione purgantur. nec est necesse, ut quæ semel Sacerdoti confessi fuerimus, denuò confiteamur, sed linguâ cordis, non carnis apud judicem verum ea jugiter confiteri debemus. Hinc etiam idem Ioannes Chrysostomus g ait: [Nunc autem si recorderis peccatorum tuorum, & frequenter 3 ea in conspectu Dei pronuncties, & pro eis clementiam ejus deprecaris, citiùs illa delebis. Si autem nunc obliviscaris peccatorum tuorum, tunc eorum recordaberis, & nolens, quando in toto mundo publicabuntur, & in conspectu proferentur omnium tam amicorum tuorum, quàm inimicorum, & sanctorum Angelorum, cœlestiumq; virtutum. Non enim ad David solùm dicebat: h [Quæ tu secretò fecisti, ego cunctis manifestabo;] sed etiam ad omnes nos hoc dicitur. [Similiter & illud Prosperi i intelligitur: [Qui crimen suum ultrò cognoscunt, & aut illud propriis confessionibus produnt, aut nescientibus aliis, quales occulti sunt, &c.] [aliis nescientibus,] id est, occultâ confessione istis peccatorum suum confitentibus, non publicè illud manifestantibus. Item illud Prophetæ: [Dixi k confitebor, & tu remisisti] id est, remissibilem judicasti l [impietatem peccati mei.] Ita & illud Augustini intelligitur: m [Magna pietas Dei, ut ad solam promissionem peccata dimiserit,] id est, remissibilia judicaverit n. Item ibidem. [Votum pro opere reputatur, cum deest facultas operis.] Unde votum confessionis reputatur pro opere vocis, cum deest facultas confessionis. Item o. [Voluntas remuneratur, non opus,] ita intelligitur, voluntas facit opus remunerabile, non opus voluntatem. Item illud: p [In quacunq; hora peccator conversus fuerit, &c.] converti dicitur, qui omnino vertitur, omninò vertitur cujus opus, vox, & cogitatio ita mortificationi desudat peccati, sicut prius serviebat iniquitati. Ita intelligitur & illud q: [Convertimini ad me, &c.] Item: [Scindite corda vestra, & non vestimenta,] eis dicitur, qui nullâ interiori satisfactione præcedente, sed solâ exteriori se Deum posse placare confidunt. Item r cunctâ qua de leprosis mundatis, vel de Lazaro resuscitato inducuntur, ad contritionem cordis, non ad veniam remissionis referenda sunt. Obstinatio enim animæ, & confessionis contemptus, quædã mors est impœnitentiæ, & lepra superbiæ, à qua quisq; recruiscit, dum sibi per gratiã dolor deletki, & votum confessionis infigeratur. Ad hunc etiam articulum pertinent ea, quæ de viventibus, vel in luce ambulantibus, vel dilectionem Dei habentibus, vel de habitaculis a Spiritûs Sancti fabricata dicta sunt: ut hæc omnia quisq; dicatur assecutus ex cordis contritione, quam habet, non ex plenaria peccati remissione, quam nondum invenit. Sicut enim in baptismo remittitur peccatum, & tamen ejus pœna reservatur, sic per contritionem cordis quisq; à Deo resuscitari dicitur, licet adhuc reatu peccati teneatur. Non ergò præmissis auctoritatibus vel argumentis, sin confessione oris, & satisfactione operis aliquis probatur à peccatis mundari.

2 pars. Econtrà auctoritas illa Ioannis Chrysostomi b, & Prosperi c contra dicentem auctoris extorta videtur. Non enim dicitur [non dico tibi, ut te publicè accuses,] sed [non dico tibi, ut apud alios te accuses.] Sic & Prosper non ait [omnibus] sed simpliciter [aliis nescientibus.] Unde evidentissimè datur intelligi, quòd sine confessione oris peccata possint deleri. Ea verò, quæ ad exhortationem pœnitentiæ & confessionis dicta sunt, non huic sententiæ contraire videntur. Vel enim sunt verba exhortationis, non jussionis, sicut illud, d [Confitemini alterutrum peccata vestra, &c.] vel si qua jubendo sunt dicta, non ad oris confessionem, sed cordis; non ad exteriorem satisfactionem, sed interiorem referenda sunt. Est enim pœnitentia alia interior, alia exterior. Interior pœnitentia est illa, de qua Augustinus ait: [Omnis e, qui suæ voluntatis arbiter continuus est, non potest inchoare novam vitam, nisi pœnituerit suæ veteris vitæ.] ¶ Item de eadem Petrus in Actibus f Apostolorum legitur dixisse: [Pœnitentiam agite, & baptizetur unusquisque vestrùm.] Quod de interiori pœnitentia, non exteriori dictum accipitur. De exteriori verò pœnitentia Ambrosius ait g super epistolam ad Romanos: [Gratia Dei in baptismate non quærit gemitum, vel planctum, non opus aliquod, sed solùm contritionem h cordis, & omnia gratia condonat.] ¶ Quæcunq; ergò de pœnitentia jubendo dicta sunt, non ad exteriorem, ut diximus, sed interiorem referenda sunt, sine qua nullus unquam Deo reconciliari potest. ¶ Illud autem Augustini i, quo quisq; negatur veniam posse consequi, nisi prius quantalibetcunq; peccati solverit pœnam, non huic sententiæ contrarium adversum. Nullus enim asseritur à peccato mundari, nisi peccati passus fuerit pœnam. Sed aliud est, peccatum lacrymis confiteri, & ejus arbitrio de peccato satisfacere: aliq; aliud, Deo corde confiteri, & secretâ satisfactione peccatum in seipso punire. Est enim pœnitentia (ut ait k Augustinus) dolor cordis, qua quisq; in se punit, quod deliquit. De hac iterum satisfactione idem ait in Psalmum 50. exponens: [Quoniam l iniquitatem] meam ego cognosco. Tu ne punias, quia ego punio: ignosce, quia ego agnosco, & non dissimulo.] & infra: [Sic Deus misericordiam dat, ut servet veritatem, ut non peccata ejus sint impunita, cui ignoscit. Ignoscit enim seipsum punienti. Misericordia est, quòd homo liberatur, veritas, quòd peccatum punitur.] Idem in Psalmum 84. [Veritas de terra orta est: id est, confessio ab homine, ut se accuset, & sic justitia de cœlo prospexit, ut publicanus m confitens rediit justificatus: justitia de cœlo prospexit: quasi Deus dicat, parcamus huic, quia non parcit sibi, ignoscamus, quia agnoscit.] & infra. [De cœlo ergò justitia prospexit, id est, à Deo data est justificatio confitenti.] ¶ Hæc ergò secreta satisfactio levium, sive occultorum criminum Deo offerenda est, non sine pœna relaxari probantur, quæ sic expiari creduntur. Ea verò, quæ de publica satisfactione, vel oris confessione dicuntur, in publicis & manifestis criminibus intelligenda sunt. Peccata namq; Nabuchodonosor n, qua

a Luc. 22. b Psal. 36. c Esa. 55. d Ambrosius sup. ead. c. Iuvent. Sent. 4. dist. 17. e Ioann. Chrysostom. homil. 31. in epist. ad Hebræos. f Psalm. 36. g In cap. 31. hom. h 2. Reg. 12. i Sup. ead. facilius. k Psalm. 31. supr. ead. dixi. l al. indicâsti. m Sup. ead. Magna. n al. indicaverit. o Sup. eâd. si cui. p Sup. ead. facilius. q Ezech. 33. Sup. ead. convertimini, & scindite. r Iidem.

a al. habitaculum. b Sup. in hoc ead. tr. allatu Graziani, ex homil. 31. ad Hebr. c Sup. eâd. facilius. d Iac. 5. e Supra eâd. tres. 4. omnis. & infrà, de consec. distinct. 4. c. omnis. f Act. 2. g Ad c. 11. infra de consec. dist. 4. sine pœnitentia. Sentent. 4. distinct 4. h al. ex corde professionem. i Supra, nullus debite. k In libr. de vera & falsa pœnitentia, c. 1. infr. dist. 3. pœnitentia. l Sumpta sententia, non verba. m Luc. 18. n Dan. 4.

Pro-

Propheta misericordiis & eleemosynis redimi fuerit: peccata quoq; Ninivitarum a, quæ publicâ satisfactione expiata sunt, cuncta nota erant. Et publica noxa (ut Augustinus b testatur) publico egel remedio. ¶ Præmissis itaq; auctoritatibus pro manifestis criminibus manifesta probatur offerenda satisfactio, & eris confessio. Latentia verò peccata non probantur Sacerdoti necessariò confitenda, & ejus arbitrio expianda.

3 pars. *Econtrà ea, quæ in assertione hujus sententiæ dicta sunt, partim veritate nituntur, partim pondere carent. Sine contritione etenim cordis nullatenus peccatum posse dimitti, occulta verò peccata secretâ satisfactione publica quoq; manifestâ pœnitentiâ expiari debere, sic missimâ constat ratione subnixum. Perrò sine confessione oris, si facultas confitendi non defuerit, aliquod grave delictum expiari, auctoritati penitùs probatur adversum. Quomodo enim secundùm auctoritatem Leonis c Papæ sine supplicationibus Sacerdotum indulgentia nequit obtineri, si sine oris confessione à peccato possumus emundari? Quis enim supplicabit pro peccato, quod nescit? ¶ Item, quomodo secundùm Augustinum d frustrat claves Ecclesiæ, qui sine arbitrio Sacerdotis pœnitentiam agit, si sine oris confessione criminis indulgentiam impetrat? ¶ Item. Quomodo secundùm Ambrosium e jus ligandi & solvendi solis Sacerdotibus à Domino creditur esse permissum, si quisq; suo arbitrio seipsum peccando ligat, vel secretâ pœnitentiâ, secundùm Prosperum, in seipsum sententiam profert excommunicationis, atq; post satisfactionem absq; sacerdotali judicio seipsum Deo, vel altari ejus reconciliat? ¶ Nam sunt hæc præmissis auctoritatibus consentanea: sed multorum exemplis probantur adversa. Filiam f namq; Archisynagogi turbis ejectis Dominus suscitavit: non tamen, nisi præsentibus patre & matre puellæ, Petro quoque, Iacobo, & Ioanne, vitæ g redditus est. In quo moralitèr instruimur, ut secreta peccata, quæ per matrem puellæ intelliguntur, non nisi supplicationibus Ecclesiæ, quæ per patrem & matrem puellæ designantur, & Sacerdotum ministerio, qui per Petrum & cæteros intelliguntur, à Domino existimentur dimitti. ¶ Item in Levitico 6, [Qui h domum suam vel agrum Domino voverit i, vel consecraverit, non potest eam redimere, nisi siclo sanctuarii, Sacerdote quoque (non ipso) supputante annorum numerum usque ad jubilæum.] In quo simìliter docemur, quòd quicunque domum conscientiæ, vel agrum conversationis per pœnitentiam Domino offerre, atq; pretia bonorum operum de vana vita sua conversatione seipsum redimere voluerit, non potest hoc facere, nisi siclo sanctuarii, id est, operibus pœnitentiæ, sacrâ scripturâ præfixis. Unde venientibus ad se turbis B. Ioannes non ait simpliciter, facite k pœnitentiam, vel fructus pœnitentiæ, sed addit [dignos:] ut pro qualitate videlicet peccatorum, qualitas efferatur bonorum operum. Non enim par debet esse fructus boni operis, ejus, qui nihil, vel parùm deliquit, atq; ejus, qui grandia commisit. Ille tanquam nullius criminis sibi conscius usum sibi in rebus licitis præbet: hunc tanquam multis gravatum, etiam à licitis temperare oportet. In l jubilæo plena remissio præstabatur. Unde per eum perfectæ peccatis remissio figuratur. Sacerdos ergò numerum annorum usque ad jubilæum supputat, cùm ejus arbitrio pœnitentia tempora definiuntur, quibus quisq; plenam peccati remissionem inveniat. Non enim (sicut Hesychius m ait super eundem locum) statim post definitam pœnitentiam quisq; à peccato plenè mundatur. ¶ Cùm ergò, ut ex præmissis colligitur, tempora pœnitentiæ arbitrio Sacerdotis definiantur, evidentissimè apparet, sine confessione propriæ vocis peccata non dimitti. Quis enim tempora pœnitentiæ alicui præfiget, nisi primùm peccata sua sibi manifestare curaverit? ¶ Item. Facturnitas n peccati ex superbia nascitur cordis. Ideo enim peccatum suum quisq; celare desiderat, ne inquinatus sua aliis manifesta fiat: ne talis reputetur apud homines foris, qualem se jamdudum exhibuit divino conspectui. Quod ex fonte superbiæ nasci nulli dubium est: species etenim superbiæ est, se velle videri justum, qui peccator est; atq; hypocrita convincitur, qui ad imitationem primorum parentum tergiversatione verborum peccata sua levigare contendit, vel sicut Cain, a peccatum suum reticendo penitùs supprimere quærit. Ubi autem superbia regnat, vel hypocrisis, humilitas locum habere non potest. Sine humilitate verò alicui veniam sperare non licet. Nec ergò, ubi est taciturnitas confessionis, venia est speranda criminis. Probatur hoc idem auctoritate Augustini, quæ in libro de vera & falsa pœnitentia, cap. 10. ait.*

1 ¶ Joannis Chrysostomi:] *Suprà eâd. c.* Iachrymæ *notatum est hæc verba esse B. Ambrosii, quem citat Magister sententiarum.*

2 ¶ Non linguâ.] *Græcè est,* δυσωπῶν, οὐ τῇ μὴ τῇ γλώττῃ, ἀλλὰ τῇ μνήμῃ: *id est*; preces fundens, si minùs linguâ, at saltem memoriâ.

3 ¶ Et frequenter.] ἐντυγχάνει ἀνωτέρω τῷ Θεῷ, καὶ ὑπὲρ αὐτῶν ἐστι: *id est*; assiduè illa offeras Deo, & pro ipsis deprecaris.

4 ¶ Unde evidentissimè.] *Loquitur ex persona adversarum partem sustinentis. Verè enim ex illa auctoritatibus non hoc colligitur. Qui enim Sacerdoti tanquam Deo confitetur, is minimè dicitur se apud alios accusare, sed potiùs nescientibus aliis seipsum punire. Ac manifestè Chrysostomus dicit id, quod nunc negatur dicere:* Non dico, *inquit,* tibi, publica teipsum, neque apud alios te accusa. *Hæc enim secundum membrum valet idem ac primum: ut apud alios se accusare, sit idem, quod seipsum publicare. Quare paulo pòst Gratianus ipse hæc, quæ nunc asseruntur, refellit.* Econtrà ea, quæ in assertione, &c.

5 ¶ Quoniam iniquitatem.] *Hic, & in aliis duobus sequentibus locis, non refert ipsa omninò verba B. Augustini, sed sententiam.*

6 ¶ Levitico,] *Iidem & hoc loco refertur sententia Levitici in c. 27. non ipsa verba: idemq; paulo pòst fit de Hesychio.*

a *Ion. 3.* b *Sent. 4. dist. 17. Beda ad c. 3. Luca ex August. & ad 2. Marci, & ibi gloss. ord.* c *Suprà eâd. multiplex.* d *Suprà eâd. agite.* e *Suprà eâd. verbum.* f *Matth. 9.* g *al vita* h *Ex Levit. 27.* i *alat. vovendo consecraverit.* k *Luc. 3. B. Gregorius in homil. 20. in Evangelia.* l *Levit. 25.* m *In lib. 7. ad cap. 25. Levitici: & ibi in glossa ordin. habetur sententia.* n *Sent. 4. dist. 17.*

C. LXXXVIII.

QUem pœnitet *b*, omninò pœniteat, & dolorem lachrymis ostendat, repræsentet vitam suam Deo per Sacerdotem, præveniat judicium Dei per confessionem. Præcepit *c* enim Dominus mundandis *d*, ut ostenderent ora Sacerdotibus, dotem corporali præsentiâ confitenda peccata, non per nuntium, non per scriptum manifestanda. Dixit *e* enim, [*Ora monstrate,*] &, [*Omnes,*] non unus pro omnibus: non alium statuatis nuntium, qui pro vobis offerat munus à Moyse statutum: sed qui per vos peccâstis, per vos erubescatis. Erubescentia enim ipsa partem habet remissionis. Ex misericordia enim hoc præcepit Dominus, ut neminem pœniteret in occulto. In hoc enim quòd per seipsum dicit Sacerdoti, & erubescentiam vincit timore offensi, fit venia criminis. Fit enim per confessionem veniale, quod criminale erat in operatione: & si non statim purgatur, fit tamen vitale 1, quod commiserat mortale. Multùm enim satisfactionis obtulit, qui erubescentiæ dominans, nihil eorum, quæ commisit, nuntio Dei denegavit. Deus enim misericors *f* & justus est; sicut conservat misericordiam in justitia, ita & justitiam in misericordia. Opus enim est misericordiæ, peccanti peccata dimittere: sed oportet, ut justus misereatur juste. Oportet enim, ut non solùm quid, sed in quo doleat, consideret, si dignus est, non dico justitiâ, sed misericordiâ. Justitia enim solâ damnat, sed dignus misericordiâ est, qui spirituali labore petit gratiam. Laborat enim mens patiendo erubescentiam, & quoniam verecundia magna est pœna, qui erubescit pro Christo, fit dignus misericordiâ. Unde patet, quòd quantò

a *Gen. 4.* b *Sent. 4. dist. 17.* c *Luc. 17.* d *al. mundatis.* e *Levit. 9.* f *al. qui misericors.*

pluribus confitebitur in spe veniæ turpitudinem criminis tantò faciliùs consequitur misericordiam remissionis. Ipsi enim Sacerdotes plùs jam possunt proficere, plùs confitentibus parcere. Quibus enim remittunt, remittit Dominus. Lazarum enim *a* de monumento jam suscitatum obtulit Dominus discipulis solvendum, per hoc ostendens potestatem solvendi concessam Sacerdotibus. Dixit enim *b*: [*Quodcunque solveritis super terram, solvetur & in cœlo:*] hoc est, ego Deus, & omnes ordines cœlestis militiæ, & omnes sancti in gloria mea laudant vobiscum, & confirmant, quos ligatis & solvitis, Non dixit, quos putatis ligare aut solvere, sed in quos exercetis opus justitiæ aut misericordiæ. Alia autem opera vestra in peccatores non agnosco. Quare, qui *c* confiteri vult peccata, ut inveniat gratiam, quærat Sacerdotem scientem ligare & solvere: ne, cùm negligens circa se extiterit, negligatur ab illo, qui eum misericorditer monet & petit, ne ambo in foveam cadant, quam stultus evitare noluit. Tanta itaque vis confessionis est, ut si deest Sacerdos, confiteatur proximo. Sæpè enim contingit, quòd pœnitens non potest confiteri coram Sacerdote, quem desideranti nec locus, nec tempus offert. Et si ille cui confitebitur, potestatem solvendi non habet, sit tamen dignus veniâ ex Sacerdotis desiderio, qui socio confitetur turpitudinem criminis. Mundati enim sunt leprosi, dum irent ostendere ora Sacerdotibus, antequam ad eos pervenirent. Unde *d* patet Dominum ad cor respicere, dum ex necessitate prohibentur ad Sacerdotes pervenire. Sæpè quidem eos quærunt sani & læti: sed dum quærunt, antequam ad eos perveniant, moriuntur. Sed Dei misericordia est ubique, qui & justis 2 novit parcere, etsi non tam citò, sicut si solverentur à Sacerdote. Qui ergò confitetur, omninò Sacerdoti meliori, quàm potest, confiteatur: & si peccatum occultum est, sufficiat referre in notitiam Sacerdotis, ut grata sit oblatio muneris. Nam *e* in resuscitatione filiæ principis pauci interfuerunt, qui viderent. Nondum enim erat sepulta, nondum extra portam civitatis delata, nondum extra domum in notitiam deportata. Intùs *f* resuscitavit, quàm intùs invenit, relictis solis Petro, & Joanne, & Jacobo, & patre, & matre puellæ, in quibus figuraliter continentur Sacerdotes Ecclesiæ. Quos autem extrà invenit, animadvertendum est, quomodo suscitavit. Flebat enim turba post filium viduæ. Flevit *g* Martha, & Maria supplicantes *h* pro fratre. Flebat etiam turba, quæ Mariam fuerat secuta, lachrymis Mariæ admonita. In quo docemur publicè peccantibus non proprium, sed Ecclesiæ sufficere meritum.

1 ¶ Vitale,] *In originali est*, veniale. *sed aderat glossa.*

2 ¶ Et justis] *Si consideretur tota orationis series, videtur legendum*, & istis, *veruntamen omnes codices collati concordant cum lectione Gratiani.*

C. LXXXIX. ¶ *Sufficit illa confessio, quæ primùm Deo, deinde Sacerdoti offertur.*

Item Leo Papa *epist. 78. al. 80.*

9 QUamvis *i* plenitudo fidei videatur esse laudabilis, quæ propter Dei timorem apud homines erubescere non veretur, tamen, quia non omnium hujusmodi sunt peccata, ut ea, qui pœnitentiam poscunt, non timeant publicare, removeatur tam improbabilis consuetudo: ne multi à pœnitentiæ remediis arceantur, dum aut erubescunt, aut metuunt inimicis suis sua facta referare, pro quibus possunt legum constitutione percelli. Sufficit *k* enim illa confessio, quæ primùm Deo offertur, tum etiam Sacerdoti: qui pro delictis pœnitentium precator accedit. Tunc enim demùm plures ad pœnitentiam poterunt provocari, si populi auribus non publicetur conscientia confitentis.

Quibus auctoritatibus, vel quibus rationum firmamentis utraq; sententia satisfactionis & confessionis innitatur, in medium breviter exposuimus. Cui autem harum potius adhærendum sit, lectoris 1 *judicio reservatur. Utraq; enim fautores habet sapientes & religiosis viros.*

1 ¶ Lectoris judicio] *Certissimum est, & pro certissimo habendum, peccati mortalis necessariam esse confessionem sacramentalem, eo modo ac tempore adhibitam, qua in Concilio Tridentino post alia Concilia est constituta.*

C. XC.

Unde Theodorus Cantuariensis Archiepiscopus *ait in pœnitentiali suo.*

QUidam *a* Deo solummodò confiteri debere peccata dicunt, ut Græci 1. Quidam verò Sacerdotibus confitenda esse percensent, ut tota ferè sancta Ecclesia. Quod utrumque non sine magno fructu fit intra sanctam Ecclesiam: ita duntaxat, ut Deo, qui remissor est peccatorum, peccata nostra confiteamur, & hoc perfectorum est, ut cum David dicamus: *b* [*Delictum meum cognitum tibi feci, & injustitiam meam non abscondi. Dixi, confitebor adversum me injustitias meas Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei.*] Sed *c* tamen 2 Apostoli institutio nobis sequenda est, ut confiteamur alterutrum peccata nostra, & oremus pro invicem, ut salvemur. Confessio itaque, quæ soli Deo fit, quod est justorum, purgat peccata. Ea verò, quæ Sacerdoti fit, docet, qualiter ipsa purgentur peccata. Deus namque salutis & sanctitatis *d* auctor & largitor, plerumque hanc præbet suæ 3 pœnitentiæ medicinam invisibili administratione, plerumque Medicorum operatione.

¶ *Burchardus etiam & Ivo caput hoc totum ex pœnitentiali Theodori. In capitularibus adjecit, cap. 38. hæc leguntur:* Quidam Deo solummodò confiteri debere dicunt peccata: quidam verò Sacerdotibus confitenda esse percensent. Quod utrumque non sine magno fructu intra sanctam & Ecclesiam: ita duntaxat, ut & Deo, à quo est remissio peccatorum, confiteamur peccata nostra, & cum David dicamus: [*Delictum meum cognitum tibi feci, & injustitiam meam non abscondi: dixi, confitebor adversum me injustitias meas Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei:*] & secundùm Apostoli institutionem confiteamur alterutrum peccata nostra, & oremus pro invicem, ut salvemur. Confessio itaque, quæ Deo fit, purgat peccata: ea verò, quæ Sacerdoti fit, docet qualiter ipsa purgentur peccata. Deus namque salutis & sanitatis auctor & largitor est plerumque Medicorum operatione. *In Concilio Cabalonensi 2. eadem ferè habentur, additâ ad initium voce, quia, & nonnulla alia in extrema clausula, quæ notabuntur.*

1 ¶ Ut Græci.] *Hæc verba, item q; illa,* ut tota ferè sancta Ecclesia, *& illa,* & hoc perfectorum est, *& illa,* Quod est justorum, *absunt quemadmodum à capitulari, ita etiam à Concilio.*

2 ¶ Sed tamen Apostoli] *In Capitulari & Concilio præcedet adhuc oratio, & priori illi membro,* ut & Deo, &c. *redditur nunc alterum membrum his verbis,* & secundùm Apostoli institutionem, &c.

3 ¶ Suæ pœnitentiæ medicinam] *In Concilio ang. apud Burchardum & Ivonem legitur,* suæ potentiæ. *A Capitulari autem (prout ex ipsius lectione animadverti potest) totum illud primum abest periodi membrum.*

a *al. quem. Sent. 4. dist. 18.* b *Matth. 16.* c *Infrà, dist. 6. qui vult. Sent. 4. dist. 17.* d *Luc. 17.* e *Luc. 8.* f *Luc. 7.* g *Isan. 11.* h *supplicans*] *orig.* i *Sent. 4. dist. 17.* k *Supr. eâd. sufficit.*

a *In capit. adjecit, c. 38. In Cabil. Conc. 2. c. 33. Burch. l. 19. c. 146. Ivo p. 15. c. 155.* b *Psal. 31.* c *Et secundùm Apostoli institutionem confiteamur. Iac. 5.* d *al. sanitatum.*

DISTIN-

DISTINCTIO II.

1 Quia verò de pœnitentia semel cœpit haberi sermo, aliquantulùm altiùs repetendum videtur, diversorum sententiis certis auctoritatibus munitas in medium proponentes. *Alii dicunt pœnitentiam semel tantùm esse utilem. Unica est enim, nec reiterari potest. Si verò reiteratur, præcedens pœnitentia non fuit. Et si de sententia judicis ejus, meritò peccata videntur esse remissa, apud tamen ejus præsentiam, cui omnia futura præsentia sunt, nunquam habentur remissa: quia non est servata illa sententia veri Sacerdotis:* [Vade *a*, & ampliùs noli peccare.] *Item*, [Ecce sanus factus es, jam ampliùs noli peccare, ne deterius aliquid tibi contingat.] *Item ex* octava Synodo.

¶ *Habetur in libro de institutis Monachorum, interprete Ruffino, c. 22. ex Basilio in regulis brevioribus, num. 289.*

C. I. ¶ *Primam vitii causam non penitus extinguit, qui in illam postea recidit.*

Si quis semel notatus fuerit invidiæ vel contentionis vitio, & rursùs in hoc ipsum inciderit, sciat se primam illam causam, de qua superiùs diximus, ex qua invidia vel contentio nascitur, in interioribus medullis habere reconditam. Oportet ergò eum per contraria, atque adversa curari, id est, per humilitatis exercitium. Exercetia verò humilitatis sunt, si se vilioribus officiis subdat, & ministeriis indignioribus tradat. Ita namque arrogantiæ, & humanæ gloriæ vitium curari poterit, ut consuetudine *b* humilitatis affectus ultra jam non incidat in arrogantiæ & vanæ gloriæ delictum. Atque in singulis hujusmodi vitiis cura similis adhibeatur.

Item c sine charitate nulli adulto peccatum remittitur. Non autem habet charitatem, qui aliquando peccaturus est criminaliter.

C. II.

Unde Augustinus *ad Iulianum Comitem.*

I. Charitas, *d* quæ deseri potest, nunquam vera fuit.

¶ *In antiquis editionibus epistolarum B. Augustini erat epistola cxi. ad Iulianum, in qua erat hoc caput. Nunc est in tomo 4. sub titulo de salutaribus documentis ad quendam Comitem, c. 7. Apud Hieronymum verò in epistola ad Ruffinum simile quiddam legitur:* Amicitia, *inquit*, quæ desinere potest, vera nunquam fuit.

C. III.

Idem *super epistolam primam Ioannis, tractatu 1.*

Radicata *e* est charitas? securus esto; nihil mali procedere potest.

C. IV.

Item Gregorius *lib. 10. Moralium, c. 22.*

Valida est, *f* ut mors, dilectio.] Virtuti etenim mortis, dilectio comparatur: quia nimirum mentem, quam semel ceperit, à delectatione *g* mundi funditùs occidit.

C. V.

Item Prosper *h in lib. 3. de vita contemplativa, c. 13.*

II. Charitas est, ut mihi videtur, recta voluntas, ab omnibus terrenis ac præsentibus prorsus aversa, juncta Deo inseparabiliter & unita, igne quodam Sancti Spiritûs, à quo est, & ad quem refertur, incensa, inquinamenti omnis extranea, corruptionis *i* nescia, nulli vitio mutabilitatis obnoxia, supra omnia, quæ carnaliter diliguntur, excelsa, affectionum omnium potentissima, divinæ contemplationis avida, in omnibus semper invicta, summa actionum bonarum, salus morum, finis cœlestium præceptorum, mors criminum, vita virtutum, virtus pugnantium, palma victorum, anima a sanctarum mentium, causa meritorum bonorum, præmium perfectorum: sine qua nullus Deo placuit, cum qua aliquis peccare nec potuit, nec poterit: fructuosa in pœnitentibus, læta in proficientibus, gloriosa in perseverantibus, victoriosa in martyribus, operosa in omnibus omninò fidelibus, ex qua, quicquid est boni operis, vivit. *Item infrà.* ¶ Hæc est charitas vera, germana, perfecta, quam excellentiorem viam nominat sanctus Apostolus *b*: & vere ipsa est via, quæ ducit per se ambulantes ad patriam: quia sicut sine via pervenit nullus, quò tendit, ita sine charitate, quæ dicta est via, non ambulare possunt homines, sed errare. *Item ibidem, c. 15.* ¶ Ergò si charitatem Deo exhibeamus, & proximo de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta, facilè peccato resistimus, bonis omnibus *c* abundamus, seculi blandimenta contemnimus, & omnia, quæ difficilia sunt humanæ fragilitati, vel aspera etiam, cum delectatione *d* perficimus: si tamen Deum charitate perfectâ, quæ nobis ex illo est, ex toto corde, & ex tota anima, & ex totis viribus diligamus. Ex ea enim parte quis peccat, ex qua minus diligit Deum: quem si ex toto corde diligamus, nihil erit in nobis, unde peccati desideriis serviamus. Et quid est diligere Deum, nisi illi copulari *e* animo, concipere fruendæ visionis ejus affectum, peccati odium, mundi fastidium, diligere etiam proximum, quem in se censuit diligendum, in ipso amore servare legitimum modum, nec pervertere dilectionis ordinem constitutum? Ordinem dilectionis illi pervertunt, nec modum diligendi custodiunt, qui aut mundum, qui contemnendus est, diligunt, aut corpora sua minùs diligenda, plùs diligunt, aut proximos, non sicut seipsos, aut Deum plùs quàm seipsos forte non diligunt. *Item infrà.* ¶ Corpus nostrum, quia pars nostri est, ad hoc nobis diligendum est, ut saluti ejus, ac fragilitati naturaliter consulamus & agamus, quatenus spiritui ordinatè subjectum, ad æternam salutem acceptâ immortalitate & incorruptione perveniat. *Item infrà.* ¶ Proximos autem tunc diligimus sicut nos, si non propter aliquas utilitates nostras, non propter sperata beneficia, vel accepta, non propter affinitates, vel consanguinitates, sed propter hoc tantùm, quòd sunt naturæ nostræ participes, diligamus. *Item infrà.* ¶ Non illi tantùm proximi nostri credendi sunt, quos nobis gradus sanguinis jungit, sed proximi nostri credendi sunt omnes homines naturæ nostræ, sicut dixi, participes. *Item infrà.* ¶ Proinde sicut *f* nos proximos omnes diligimus, quando ad mores bonos, & æternam vitam consequendam, sicut nobis, saluti eorum consulimus: quando nos in eorum peccatis ac periculis cogitamus: & sicut nobis subveniri optamus, ita eis pro viribus subvenimus: aut si facultas defuerit, voluntatem subveniendi tenemus. Quapropter hæc est proximi 1 tota dilectio, ut bonum, quod tibi conferri vis, velis & proximo, & malum, quod tibi nolis accidere, nolis & proximo. Illi verò plùs quàm se diligunt Deum, qui pro ejus amore, suæ ad tempus saluti non parcunt, seipsos tribulationibus ac periculis tradunt; nudari facultatibus propriis, patriæ suæ extorres fieri, parentibus, & uxoribus, ac filiis suis renuntiare parati sunt; &, ut totum dicam, ipsam corporis mortem non solùm non refugiunt, sed etiam libenter excipiunt, ambientes à corporis sui vita magis, quàm à Deo vita vitæ suæ discedere.

¶ *Caput hoc confectum est ex verbis Prosperi hinc inde collectis, & prior pars habetur etiam in tractatu de laudibus charitatis.*

a *Item 1. & 3.* b *al. habitum humilitatis adeptus.* c *Sent. 3. dist. 30.* d *Sententiæ 3. dist. 31.* e *Sententiæ ibid. Cant. 8.* g *al. dilectione.* h *Et apud B. Augustin. in lib. de laudibus charitatis.* i *al. corrumpi.*

a *al. arma] Aug.* b *1 Cor. 13.* c *al. operibus] aliquot Grat. manuscripta.* d *al. dilectione.* e *occupare animum,] orig.* f *al. secundùm.*

ritatu, inter opera B. Augustini, tomo 9. eodem fere modo, quo apud Gratianum. Atq; emendata quædam, & etiam addita nonnulla sunt ex ipso B. Prospero. Sed operæ pretium fuerit integrum locum apud ipsum legere: capiosè enim, & ornatissimè explicatur.

1 ¶ Hæc est proximi] *Ita legitur non modò in originali, sed etiam in vetustioribus Gratiani codicibus: in vulgatis erat:* Quapropter, charissime, totâ dilectione satage, ut bonum, &c.

C. VI.

Item Beda *super Ioannem, ad c. 1.*

QUærendum *a* est intereà, quomodo speciale filium Dei agnoscendi signum fuerit, quòd super eum descenderit & manserit Spiritus. *& infrà.* ¶ Quid magni est filio Dei, quòd in ipso manere Spiritus astruatur? Notandum ergò, quòd semper in Domino manserit Spiritus Sanctus: in sanctis autem hominibus, quamdiu mortale corpus gestaverint, partim maneat in æternum, partim rediturus secedat *b*. Manet quippe apud eos, ut bonis insistant actibus, voluntariam paupertatem diligant, mansuetudinem sequantur, pro æternorum desiderio lugeant, esuriant & sitiant justitiam, misericordiam, munditiam cordis, & tranquillitatem pacis amplectantur: sed & pro observatione justitiæ persecutionem pati non vereantur, eleemosynis, orationibus, jejuniis, cæterisque fructibus Spiritûs insistere desiderent. Recedit autem ad tempus, ne semper infirmos curandi, [mortuos *c* suscitandi,] dæmones ejiciendi, vel etiam prophetandi habeant *d* facultatem. Manet semper, [ut *e* possint habere virtutes, &] ut mirabiliter ipsi vivant. Venit ad tempus, ut etiam aliis per miraculorum signa, quales sint intus, effulgeant.

C. VII.

III. CHaritas *f* nunquam excidit.

C. VIII.

Item Augustinus *super epistolam primam Ioannis, tractatu 5.*

UNctio *g* invisibilis Spiritus Sanctus est: unctio 1 invisibilis charitas est: quæ in quocunque fuerit, tanquam radix illi erit: quæ quamvis ardente sole arescere non potest, nutritur calore solis, non arescit.

1 ¶ Unctio invisibilis charitas est:] *Hinc usq; ad finem eadem modo se habent apud Magistrum, atq; apud Gratianum. Sed apud B. Augustinum aliter:* Unctio invisibilis, *inquit*, charitas illa est, quæ in quocunque fuerit, tanquam radix illi erit; quamvis ardente sole arescere non potest. Omne quod radicatum est, nutritur calore solis, non arescit. *Ita non negat charitatem posse arescere, sed quod in charitate radicatum est.*

C. IX.

Item Gregorius *super Ezechielem, homiliâ tertiâ.*

PEnnata animalia, videlicet prædicatores sancti, cùm incedunt, minimè reverturtur: quia sic à terrenis actibus ad spiritualia pertranseunt, ut ad ea, quæ reliquerunt, ulteriùs nullatenùs reflectantur. *& paulo pòst.* [*Nemo* h *mittens manum in aratrum, & aspiciens retrò, aptus est regno Dei.*] Manum quippe in aratrum mittere, est quasi per quendam compunctionis vomerem ad proferendos fructus terram sui cordis aperire. Sed retrò post aratrum aspicit, qui post exordia boni operis ad mala revertitur, quæ reliquit. Quod quia electis Dei minimè contingit, rectè nunc per Prophetam *i* dicitur: [*Non revertebantur, cùm incederent.*] *& paulo pòst.* Unde Paulus: *k* [*Unum verò, quæ retrò sunt, obliitus, in ea, quæ sunt anteriora* 2, *extendens me, sequor ad palmam supernæ vocationis.*] In anteriora etenim extentus, eorum, quæ retrò sunt, oblitus fuerat, quia temporalia despiciens, sola quæ sunt æterna, quærebat.

C. X.

Item in eundem, homiliâ quintâ.

NOn revertebantur, cùm incederent, *b*] quia electi quippe sic ad bona tendunt, ut ad mala perpetranda non redeant. [*Qui* c *enim perseveraverit usq; in finem, hic salvus erit.*] Et, sicut per Salomonem *d* dicitur: [*Justorum semita, quasi lux splendens procedit, & crescit usq; ad perfectum diem.*] In eorum namque animo bonum desiderium, atque intellectus lucis intima jam pars diei est: sed quia usque ad finem vitæ in virtute proficiunt, ad perfectum diem tunc veniunt, quando ad cœlestia regna perducti, in ea luce, quam desiderant, jam minùs aliquid non habebunt.

C. XI.

Item ibidem.

POtest *e* discursus atque mobilitas Spiritûs sic *f* intelligi. In sanctorum quippe cordibus juxta quasdam virtutes semper permanet: juxta quasdam verò recessurus venit, & venturus recedit. In fide etenim, spe, atque charitate, & in bonis aliis, sine quibus ad cœlestem patriam non potest veniri (sicut est humilitas, castitas, justitia, atque misericordia) perfectorum corda non deserit. In prophetiæ verò virtute, doctrinæ facundia, miraculorum exhibitione, electis suis aliquando adest, aliquando se subtrahit. *& paulo pòst.* ¶ In his itaque virtutibus, sine quibus ad vitam minimè pervenitur, Spiritus Sanctus in electorum suorum cordibus permanet; unde 1 rectè stabilis dicitur. In his verò, per quas sanctitatis virtus ostenditur, aliquando misericordiæ præsto est, aliquando misericorditer recedit.

1 ¶ Unde rectè stabilis dicitur.] *Hæc ex paulo superiore B. Gregorii disputatione aliis verbis hùc sunt à collectore translata.*

C. XII.

Unde Ambrosius *super epistolam 2. ad Corinthios, ad c. 6.*

FIcta charitas est, quæ deserit in adversitate.

¶ *Referuntur verba glossæ ordinariæ: nam B. Ambrosii sunt hæc:* Simulata charitas in his est, qui in necessitate deserunt fratres.

2 pars. *Ex præmissis itaq; apparet, quòd charitas semel habita ulteriùs non amittitur. Qui enim charitatem semel habuerit, criminaliter ulteriùs peccare non potest: ut ad gratiam, non ad naturam impossibilitas referatur. Quod autem charitatem habens, criminaliter peccare non possit, ostenditur* Augustinus g *in libro 50. homiliarum, homiliâ 26. quæ, divina.*

C. XIII.

QUia radix *h* omnium malorum est cupiditas, & radix omnium bonorum est charitas, & simul amba esse non possunt, nisi una penitùs *i* evulsa fuerit, alia plantari non poterit. Sine causâ aliquis conatur ramos incidere, si radicem non contendit evellere.

Cum ergò, qui crimina iter peccat, charitatem nunquam habuisse probatur, evidenter colligitur, pœnitentiam non agere, qui quandoq; criminaliter peccat k.

C. XIV.

Unde Augustinus.

CHaritas est aqua, de qua Dominus ait in Evangelio: *l* [*Qui habuerit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum.*]

¶ *Hæc sententia non est inventa apud B. Augustinum, licet*

---

a *Sent. 3. dist. 31. Ioan 1.* b *al. recedat.* c *Absunt ab originali.* d *al. possint habere virtutem.] orig.* e *Absunt ab originali.* f *Sentent. 3. distinct. 31.* g *Sentent. ibid.* h *Luc. 9.* i *Ezechiel. 3.* k *Philip. 3.*

a *al. ante.* b *al. ambularent.* c *Eccles. 1. Matth. 10.* d *Prov. 4.* e *Sent. 3. dist. 13.* f *al. requisitione alterius considerationis] orig.* g *Sentent. 3. distinct. 31.* h *1. Timoth. 6.* i *al. radicitus.* k *al. peccavit.* l *Ioan. 4.*

in Psalmum 103. ad vers. Qui tegis aquis, *charitatem velut aquis significari: quemadmodum & Prosper, & glossa ordinaria & interlinearis ad eundem locum.*

Reprobus ergò, cum æternis mancipatus incendiis in æternum sitiet, quomodo habet aquam vivam, aut quomodo potabit aquam salientem in vitam æternam, qui quasi plumbeus demersus in ima, pœnæ sunt damnationis æternæ? Item. Sine charitate quomodo quis veram cordis contritionem habere poterit? quomodo ergò delictorum remissionem? quæ si non sunt dimissa, quomodo non omnia prorsus ad pœnam exigenda sunt? Item a Dominus: [Amen, amen dico vobis, qui credit in me, habet vitam æternam.] *Qui* b *ergò non habet vitam æternam, in Christum non credit. In Christum verò credit, qui charitatem habet. In Christum quippe credere est, amando in ipsum tendere. Hæc est fides, ut definit Apostolus, quæ per dilectionem operatur: hunc duntaxat remissio delictorum promittitur. Quòd si charitas à fide Christianorum sejungi nequit, cui scilicet soli venia promittitur, quomodo qui charitatem non habuerat, fidem Christianorum habuit, id est, in Christum credidit? quomodo ergò veniam delictorum accepit? quam* c *si non accepit, quomodo non omnia prorsus opera æternis sunt ferienda supplicijs? Item Dominus:* d [Ego sum panis vivus, qui de cœlo descendi, si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in æternum.] *Qui ergo non vivit in æternum, non manducavit panem vivum: sed qui non manducavit eum, non credidit. Hoc* e *est enim manducare panem vivum, quod credere in Christum, id est, amando tendere in ipsum. Cùm ergò reprobus in eum non credidit, quem non manducavit, & ita fidem Christianorum (quâ solâ peccata relaxantur) non habuerit, quomodo, si vivit Dominus, cui omne judicium dedit Pater, judicium perpetuæ damnationis effugiet omnium non solùm actualium, sed etiam originalium?*

1 pars. *Hæc, f quæ de charitate dicuntur, de perfecta intelligi possunt, quæ semel habita, nunquam amittitur. Exordia verò charitatis enutriuntur, ut crescant, & conculcantur, ut deficiant. Nemo enim repentè fit summus: sed in bona conversatione, quæ sine charitate nulla est, à minimis quisq; inchoat, ut ad magna perveniat. Sunt itaq; gradus non solùm inter virtutem & virtutem, sed & in eadem virtute.*

C. XV.

Unde Gregorius *super Ezechielem, homil. 11. scribit, dicens.*

CUm sanctam Ecclesiam Dominus susçipit, in gradibus ejus dignoscitur: quia g ejus gloria per illius incrementa declaratur. Quantum enim sancta Ecclesia ascendendo proficit h, tantum Deus hominibus ex ejus virtutibus innotescit. De his quoque gradibus beatus Job i loquitur, dicens: [*Per singulos gradus meos pronuntiabo illum.*] Omnipotentem quippe Dominum per singulos gradus suos pronuntiat, qui per incrementa virtutum, quæ cœpit, ei semper laudem suæ pietatis reddit. Si quidam gradus in cordis ascensione non essent, Psalmista non diceret: k [*Ambulabunt de virtute in virtutem.*] Nec mirum, si de virtute in virtutem gradus sunt, quando unaquæque virtus quasi quibusdam gradibus agitur l, & sic per incrementa meritorum ad summa perducitur. Aliud namque sunt virtutis exordia, aliud profectus, aliud perfectio. Si enim & ipsa fides ad perfectionem suam non quibusdam gradibus duceretur, sancti Apostoli minimè dixissent: [*Adauge* m *nobis fidem.*] Et quidam venit ad Jesum, qui curari voluit filium suum: sed requisitus, an crederet, respondit: [*Credo,* n *Domine, adjuva incredulitatem meam.*] Pensate, rogo o, quod dicitur: Si credebat, cur incredulitatem dicebat? Si verò incredulitatem habere se noverat, quomodo credebat? Sed quia per occultam inspirationem gratiæ, meritorum suorum gradibus fides crescit, uno, eodemque tempore is, qui necdum perfectè crediderat, simul & credebat, & incredulus erat. Hos nimirum gradus Dominus sub messis nomine describit, dicens: [*Sic* a *est regnum Dei, quemadmodum si jaciat homo semen in terram, & dormiat, & exurgat nocte ac die, & semen germinet, & crescat, dum nescit ille. Ultrò enim terra fructificat, primùm herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum in spica: & cum ex se produxerit fructus, statim mittit falcem, quoniam adest tempus messis.*] Semen homo jactat in terram, cùm cordi suo bonam intentionem inserit: & postquam semen jactaverit, dormit, quia jam in spe boni operis quiescit. Nocte verò exurgit, ac die, quia inter b adversa, & prospera proficit: & semen germinat & crescit, dum nescit ille: quia, dum adhuc metiri incrementa sua non valet, semel concepta virtus ad perfectum ducitur: & ultrò terra fructificat, quia præveniente se gratiâ mens hominis spontanea ad profectum boni operis assurgit. Sed hæc eadem terra primùm herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum producit in spica. Herbam quippe producere, est inchoationis bonæ adhuc tenerritudinem habere. Ad spicam verò herba pervenit, cùm se virtus animo concepta ad profectum boni operis pertrahit. Plenum verò frumentum in spica fructificat, quando jàm in tantum virtus proficit, ut esse robusti & perfecti operis possit. Sed cùm ex se produxerit fructus, statim mittit falcem: quoniam adest tempus messis. Omnipotens enim Deus producto fructu falcem mittit, & messem suam desecat: quia cùm unumquemque ad opera perfecta produxerit, ejus temporalem vitam per emissam sententiam incidit, ut granum suum ad cœlestia horrea perducat. Cùm igitur desideria bona concipimus, semen in terram mittimus. Cùm verò operari recta incipimus, herba sumus. Cùm 1 autem ad profectum boni operis crescimus, ad spicam pervenimus: cumque in ejusdem operationis perfectione solidamur, jam plenum frumentum in spica proferimus. Herba etenim Petrus fuerat, qui passionis tempore c peramorem Dominum sequens, hunc confiteri ante ancillæ vocem timebat. Erat enim jam viriditas in mente, quia credebat omnium redemptorem: sed valdè adhuc flexibilis, pede conculcabatur timoris. Jam in spicam surrexerat, quando eum, quem moriturum confiteri timuerat, nuntiante Angelo in Galilæa viventem videbat. Sed ad plenum granum in spica pervenerat, quando veniente desuper Spiritu, & suam mentem in illius amore roborante, ita d solidatus est, ut vires persequentium cæsus despiceret, & redemptorem suum liberè inter flagella prædicaret. Nullus itaque, qui ad bonum propositum adhuc in mentis teneritudine esse conspicitur, despicitur: quia frumentum Dei ab e herba incipit, ut granum fiat. Vir ergò vestitus lineis venit ad portam, quia Dominus ac redemptor noster membris suis intrantibus perducit 2 ad se: & ascendit per gradus ejus, quia nobis proficientibus, eò nobis amplius exaltatur, quantò altus, & incomprehensibilis esse cognoscitur. In virtute quippe nostrarum mentium gradibus ipse ascendere dicitur, quia tantò ipse sublimior nobis ostenditur, quantum noster animus à rebus infimis separatur.

1 ¶ Cùm autem ad profectum boni operis crescimus, ad spicam pervenimus:] *Hæc desiderantur in originali.*

2 ¶ Perducit] *In plerisq; vetustis, & apud B. Gregorium legitur,* perducitur: *sed ob glossam non est emendatum.*

a *Ioan. 6.* b *Aug. tract. 29. in Ioannem, & de cognitione veræ vitæ, c. 37.* c *Gal. 3.* d *Ioan. 6.* e *De consecr. dist. 2. c. ut quid. & c. credere.* f *Sent. 3. dist. 31.* g *Psal. 47.* h *al. profecerit.* i *Iob. 31.* k *Psal. 83.* l *al. augetur. Sent. 3. dist. 31.* m *Luc. 17.* n *Marc. 9.* o *al. ergo.*

a *Marc. 4.* b *al. in.* c *Luc. 22. Matth. 26. Marc. 14. Ioan. 18.* d *Act. 3.* e *al. in.*

C. XVI.

Item Augustinus *ait in libro de gratia, & libero arbitrio, c. 17.*

QUi vult facere Dei mandata *a*, & non potest, jam quidem habet voluntatem bonam, sed adhuc parvam & invalidam. Poterit autem, cùm magnam habuerit, & robustam. Quando enim martyres magna illa mandata fecerunt, magnâ utique voluntate, id est, magnâ charitate fecerunt, de qua charitate ipse Dominus ait: [*Majorem* b *hâc charitatem nemo, &c.*] *& paulò pòst.* ¶ Ipsam charitatem Apostolus Petrus nondum habuit, quando timore Dominum ter negavit. Timor enim non est in charitate, sicut ait Joannes Evangelista in epistola sua, c sed perfecta charitas foras mittit timorem. Et tamen, quamvis parva & imperfecta, non deerat, quando dicebat: [*Domine* d, *animam meam pro te ponam.*] *Idem super primam epistolam Ioannis, tractatu quinto.* ¶ Si quis tantam habuerit charitatem, ut paratus sit pro fratribus etiam mori, perfecta est in illo charitas: sed nunquid mox, ut nascitur, jam prorsus perfecta est? ut perficiatur, nascitur: cùm fuerit nata, nutritur: cùm fuerit nutrita, roboratur: cùm fuerit roborata, perficitur: cùm ad perfectum e venerit, quid dicit? *f* [*Mihi vivere Christus est, & mori lucrum. Optabam* 1 *dissolvi, & esse cum Christo, multò magis optimum; manere in carne necessarium propter vos.*] Propter eos volebat vivere, pro quibus paratus erat mori.

1 ¶ Optabam] *Hinc usq; ad finem sunt addita ex B. Augustino, quoniam faciunt ad sententiæ integritatem.*

C. XVII.

Idem *in eadem, tractatu nono.*

SIcut seta *g* introducit linum, ita timor introducit charitatem: crescit charitas, minuitur timor, & è converso.

¶ *Verba B. Augustini sunt hæc:* Sicut videmus per setam introduci linum, quando aliquid suitur, seta primùm intrat, sed nisi exeat, non succedit linum; sic timor primò occupat mentem, non autem ibi remanet timor, quia ideò intravit, ut introduceret charitatem. *& paulò superiùs.* Major charitas, minor timor: minor charitas, major timor. *Ex his confectum est hoc caput.*

C. XVIII.

Item *tractatu quinto in eandem.*

FOrtè *h* nata est in te charitas, sed nondum perfecta est: noli desperare, nutri eam, ne offocetur *i*.

C. XIX.

Idem *ad Hieronymum, epist. 29.*

CHaritas *k* in quibusdam est perfecta, in quibusdam est imperfecta: perfectissima autem in hac vita haberi non potest.

¶ *Caput hoc est summa quædam verborum Augustini in loco indicato.*

C. XX.

Idem *in libro 50. homiliarum, homiliâ nonâ.*

SI sermo *l* meus invenit in cordibus vestris aliquam scintillam gratuiti amoris Dei, ipsam nutrite, ad hanc augendam vos advocate. *& paulo pòst.* ¶ Flete 1, nutrite in vobis: ipsa cùm creverit, & flammam dignissimam fecerit, cupiditatum carnalium ligna consumet.

1 ¶ Flete,] *Non est emendatum ob glossam: nam in multis vetustis codicibus est,* flate, *& in originali legitur:* Hanc scintillam boni amoris, de qua Dominus dicit, [*Ignem veni mittere in terram, & quid volo, nisi ut ardeat:*] flate, in vobis nutrite, &c.

Econtrario etiam gradus in virtute esse probantur, quia & ipsius peccati gradus evidenter apparent. Sicut enim nemo repentè fit summus, ita nemo repentè fit turpissimus.

C. XXI.

Hinc etiam Augustinus *ait in lib. 1. de sermone Domini in monte, c. 13.*

SIcut *a* tribus gradibus ad peccatum pervenitur, suggestione, delectatione, consensione: ita ipsius peccati tres sunt differentiæ, in corde, in facto, in consuetudine, tanquam tres mortes: una, quasi in domo, id est, cùm in corde consentitur libidini: altera, quasi jam pecata extra portam, cùm in factum procedit assensio: tertia, cùm vi consuetudinis malæ, tanquam mole terrâ premitur animus, quasi in sepulchro jam putens. Quæ tria genera mortuorum Dominum resuscitâsse, quisque Evangelium *b* legit, agnoscit.

C. XXII.

Item Gregorius *lib. 23. Moralium, c. 18.*

SCiendum quippe est, quòd peccatum tribus modis committitur. Nam aut ignorantiâ, aut infirmitate, aut studio perpetratur: & gravius quidem infirmitate, quàm ignorantiâ: sed multo gravius studio, quàm infirmitate peccatur.

C. XXIII.

Idem *lib. 21. Moralium, c. 3.*

INter hæc sciendum est, aliud esse, quod animus de tentatione carnis patitur: aliud verò, cùm per consensum delectationis obligatur. Illerunque enim cogitatione pravâ pulsatur, sed renititur. Plerumque autem, cùm perversum quid concipit, hoc intra semetipsum etiam per desiderium voluit. Et nimirum mentem nequaquam cogitatio immunda inquinat, cum pulsat, sed cùm hanc sibi per delectationem subjugat. Hinc etenim prædicator egregius dicit: [*Tentatio* c *vos non apprehendat, nisi humana.*] Humana quippe tentatio est, quæ plerunque in cogitatione tangimur etiam nolentes: quia, ut nonnunquam & illicita ad animum veniant, hoc utique in nobismetipsis ex humanitatis corruptibilis pondere habemus. Jam verò dæmoniaca est, & non humana tentatio, cùm ad hoc, quod carnis corruptibilitas suggerit, per consensum se animus adstringit.

C. XXIV.

Item Hieronymus *ad c. 1. Amos.*

SUper tribus *d* sceleribus Damasci, &c. ut suprà.

Non est mirum, si in virtute gradus esse dicuntur: quandoquidem & peccati gradus ita evidenter monstrantur. ¶ *Hæc itaq; charitas, quæ in Petro ante negationem herba fuit, & in singulis nascitur, antequam roboretur, ante sui perfectionem amittitur, & reparatur. Unde Augustinus in libro de correptione & gratia, cap. 7.* [Quicunque ab illa originali damnatione istâ divinæ gratiæ largitate discreti sunt, non est dubium, quòd & procuratur eis audiendum Evangelium, & cùm audiunt, credunt, & in fide, quæ per dilectionem operatur, usque in finem perseverant, & si quando exorbitant, correpti emendantur: & quidam eorum etsi ab hominibus non corripiantur, in viam, quam reliquerant, redeunt.]

C. XXV.

Idem *ibid.*

FIrmum Dei fundamentum stat, immobile 1 habens signaculum hoc: *e* [*Scit* f *Dominus, qui sunt ejus.*] Horum fides, quæ per dilectionem operatur, profectò aut omninò non deficit, aut, si qui sunt, quorum deficit, reparatur, antequam vita ista finiatur: & deleta, quæ intercurrerat, iniquitate, ad finem perseverantia deputatur.

1 ¶ Immobile] *Abest ab originali: sed non est expuncta ob glossam.*

a *al.* mandatum. b *Ioan.* 15. c 1. *Ioan.* 4. d *al.* Domine. *Ioan.* 13. *Sentent.* 3. *distinct.* 29. e *al. perfectionem. S. Philip.* 1. f *Sentent.* 4. *dist.* 34. g *Transposito aliquibus verbis.* h *al. suffoccetur.* k *Sentent.* 4. *dist.* 36. l *Sentent. ibidem.*

a *Sentent.* 4. *dist.* 16. b *Matth.* 9. *Luc.* 7. c 1 *Corinth.* 10. d *Distinct.* 1. *de pœnitentia, c. super tribus.* e 2. *Timoth.* 2. f *al.* [scivit] *orig.*

C. XXVI.

Idem *in eadem libro, cap. 9.*

NUllus a eorum ex bono in malum mutatus finit hanc vitam.

C. XXVII.

Item *ibidem.*

TAlibus b Deus diligentibus eum omnia cooperatur in bonum: usq; adeò prorsus omnia, ut etiam, si qui eorum deviant & exorbitant, etiam hoc ipsum eis faciat proficere in bonum.

C. XXVIII.

Item Apostolus *ad Galatas, c. 5.*

CIrcumcisio non est aliquid, neque præputium: sed fides, quæ per dilectionem operatur.] Et c hoc olim in vobis, quia currebatis benè per opera fidei ex dilectione.

C. XXIX.

Item *ad Hebræos, cap. 6.*

NOn est tam injustus Deus, ut obliviscatur operis vestri, &c.]

Operis, quo omnia sua fecerant communia, & hoc ex dilectione, & hoc ad gloriam Dei. Esse triplex bonum, quasi diceret, olim multa operati estis, pro quibus, si pœniteatis de malis, benefacit vobis Deus. Romanos quoque, & Galatas, dum Apostolus redargueret, meritò fidei probat affectus remissionem peccatorum, & sanctificationem in Spiritu Sancto, & justitiam bonæ operationis, quæ omnia aut sine charitate nunquam verè fuerunt in eis, aut veram charitatem habuerunt, à qua postea lapsi sunt, qui de operibus legis gloriabantur.

C. XXX.

Item de quolibet adulto Augustinus *ait.*

TOlle charitatem, odium tenet. *Item.* Omnis d, qui non diligit, odit. *Item in Evangelio.* [*Nemo* e *potest duobus Dominis servire: aut enim unum odio habebit, & alterum diliget: aut unum sustinebit, alterumq; contemnet.*]

Adam f *verò cum in virili ætate à Domino creatus sit, antequam à diabolo tentaretur, dum de latere ejus uxor formabatur, dum in ecstasi raptus angelica curia interesset, dum evigilans futura Christi & Ecclesiæ sacramenta vaticinabatur, aut charitatem, aut odium habebat. Si autem odium habebat, non fuit diabolus auctor nostri peccati. Item. Si sine charitate à Deo creatus est, ejus similitudinem in creatione sui nequaquam accepit. Item. Si sine charitate creatus est, justus & innocens à Deo factus non est: creatura namque rationis capax, & liberi arbitrii, justitiæ, & innocentiæ sine charitate particeps esse non potest. Colligitur ergò, quòd Adam antequam peccaret, charitatem habuit, sine qua justus & innocens esse non potuit.*

C. XXXI.

Unde Augustinus *in Genesim ad literam, lib. 6. c. 24.*

QUomodo renovari dicimur, si non hoc recepimus, quod perdidit primus homo, in quo omnes moriuntur? Hoc planè recepimus, quia justitiam, ex qua in peccatum lapsus est. *& paulò pòst, cap. 7.* ¶ Expoliantes g vos veterem hominem cum actibus suis, induite novum, qui renovatur in agnitionem Dei, secundùm imaginem ejus, qui creavit eum. Hanc imaginem in Spiritu mortis impressam perdidit Adam per peccatum. *& post pauca.* ¶ Stola h illa prima, justitia est, unde lapsus est Adam.

¶ *In hoc & in sequenti capitulo addita sunt nonnulla ex originali, in quo tamen longè coprosius & clariùs hæ sententiæ exponuntur.*

C. XXXII.

Idem *in homilia 11.* a

PRinceps vitiorum omnium, dum vidit Adam ex limo terræ ad imaginem Dei factum, pudicitiâ ornatum, temperantiâ compositum, charitate circumdatum b, primos parentes illis donis, ac tantis bonis expoliavit, insuper & peremit. Namque cùm homini abstulisset pudicitiam, continentiam, charitatem, immortalitatem, dominio suo eum obstrinxit *& paulo pòst.* ¶ Adam amissâ temperantiâ intemperans effectus est: perditâ charitate malus inventus est.

C. XXXIII.

Item Ambrosius *lib. 6. epist. 41. ad Sabinum.*

QUando Adam solus erat, non est prævaricatus: quia mens ejus adhærebat Deo.

C. XXXIV.

Item ad eundem, *eodem libro, epist. 42.*

PRimus homo erat opus Dei recens, confabulator assiduus, civis Sanctorum, complantatus 1 virtutibus.

1 ¶ Complantatus] *In vulgatis erat,* Angelorum complantatus, *quæ vox abest à multis manuscriptis, & ab originali.*

C. XXXV.

Idem *in Hexameron, lib. 6. c. 7.*

ILla anima à Deo pingitur, quæ habet in se virtutum gratiam renitentem, splendoremque pietatis. Illa anima benè picta est, in qua elucet divinæ operationis effigies. Illa anima benè picta est, in qua est splendor gloriæ, & paternæ imago substantiæ. Secundùm hanc imaginem, quæ refulget, pictura pretiosa est. Secundùm hanc imaginem Adam ante peccatum [depictus c fuit:] sed ubi lapsus est, deposuit imaginem cœlestis, sumpsit terrestris effigiem.

C. XXXVI.

Idem *de fuga sæculi, cap. 4.*

SImilem Dei esse, est habere justitiam, habere sapientiam, & in virtute esse perfectum.

C. XXXVII.

Idem *libro secundo de Iacob, & vita beata, cap. 1.*

SApiens nunquam inanis est, semper in se habens amictum prudentiæ, qui potest dicere, [*Justitiam induebam, & vestiebam judicium,*] sicut dixit Job d. Namque hæc mentis sunt interna velamina, quæ nemo alius potest auferre, nisi cùm aliquem sua culpa despoliat. Denique sic despoliatus Adam nudus inventus est.

C. XXXVIII.

Idem *in libro de Isaac, & anima, c. 1.*

SEd nec Adam primus 1 nudus erat, quando eum innocentia vestiebat.

1 ¶ Primus] *In originali est,* primò. *Sed ob glossam non est mutatum. Vox autem,* homo, *quæ in vulgatis sequebatur, abest etiam à multis manuscriptis.*

C. XXXIX.

Idem *in libro de Paradiso, cap. 13.*

UT e cognoverunt f, quòd nudi essent.] Et antè quidem nudi erant; sed non sine virtutum integumentis.

Opponitur etiam illud, quod omnis clamat auctoritas: si sic permansisset, ut erat ante peccatum, esset translatus in gloriam, quam habituri sunt sancti: sed nemo adultus sine charitate intrat: charitatem ergò habebat. ¶ *Item opponitur de Moyse, cujus fidem Apostolus in epistola sua ad Hebræos* g *commendans, dignis præconiis ejus merita prædicavit: dum* h *se negavit esse filium filiæ Pharaonis, malens affligi cum fratribus, quàm perfrui jucunditate temporalis palatii: dum fratri compatiens Ægyptium fabulo obruit:*

a *Infrà dist. 4. si ex homo.* b *Roman. 8.* c *Videntur esse ex Glossa aliqua, aut Gratiani verba.* d *Ioan. 3.* e *Luc. 16. Matt. 6.* f *Gen. 2.* g *Coloss. 3.* h *Luc. 15.*

a *In concione ad Catechumenos, verbis hinc inde collectis.* b *al. splendidum.* c *absunt ab orig.* d *Iob. 27.* e *Et] orig.* f *Gen. 3.* g *Heb. 11.* h *Exod. 2.*

dum veritus animositatem Regis, Ægyptum reliquit: dum divino vallatus auxilio, Regis furorem contempsit, atq; in virtute signorum populum de Ægypto eduxit. Quæ a omnia quibus laudibus sunt efferenda, si tunc charitas in eo non erat, cum non habeat aliquid viriditatis in se ramus boni operis, nisi procedat ex radice charitatis? Quomodo autem charitatem non habebat, cui b Dominus facie ad faciem loquebatur sicut homo solet loqui cum amico suo? Quomodo charitatem non habebat, qui pro populo supplicans dicebat: c [Aut dimitte eis noxam hanc, aut me dele de libro tuo?] An non proximum diligebat, qui d pro populo se objiciens, illum ab interitu liberavit? An non diligebat Deum, qui e pro eo in vituli cultores desaviens, ipsius vituli caput in pulverem comminuit: atq; ut in secessum projiceretur, aquâ missum Israëlitis bibendum dedit, nonnullos ex ejus cultoribus gladio ferire præcipiens, ut populum, cujus erat interitus major futurus, reconciliaret Deo? An f non charitatem habebat, de cujus spiritu Dominus accepit, & super septuaginta senatores Israël præposuit? Qui tamen ad aquas contradictionis de Dei potentia, sive de ejus benignitate dubitans, cum cætera certâ fide promisisset, produ&ctus aquam de petra, diffidenter exercuit, dicens: g [Nunquid de petra hac potero vobis educere aquam?] Quod nulli leve videatur, cum in pœnam delicti ejus, sibi & Aaron à Domino dictum sit: [Quia non exaudistis vocem meam, ut glorificaretis me coram filiis Israël, non introducetis populum hunc in terram, quam dedi eis.] An h charitatem non habebat Aaron, quando fratri coadjutor datus est, ut esset os ejus ad populum, ut per eum signa fierent in Ægypto? Qui i tamen in cultura vituli postea confessum populo adhibuit. An k charitatem non habebat, quando ex omni multitudine filiorum Israël solus à Domino electus est, ut pontificatu ante eum fungeretur? Si charitatem non habebat, bonus non erat: Si autem bonus non erat, cur pra cæteris à Domino in Pontificum electus est? An charitatem non habebat, quando pro populo cum thuribulo incendis se opposuit, & iram Dei placavit? Et tamen, ut præmissum est, ad aquas contradictionis iram Domini adversum se postea provocavit. Numquid etiam David charitatem non habuit, super l quem Spiritus Domini à die unctionis directus est? An forte dicetur esse directus super eum, ut ex tunc gratiam prophetandi haberet, non ut ex eo gratiam divina dilectionis acciperet? Quod absurdum planè videtur de eo sentire, de quo Dominus ait: m [Inveni hominem secundùm cor meum.] Quomodo etiam charitatem non habebat, qui n quærens animam suam peperci? qui iram chlamydis ejus præsidit, postea cor suum graviter percussit, clamans: [Quem persequeris Rex Israël, canem mortuum, & culicem unum?] Quomodo charitatem non habebat, qui o mortem inimici sui tam gravissimè tulit? Quomodo charitatem non habebat, qui p aquam de cisterna Bethleem suorum periculo sibi oblatam non bibit, sed coram Domino libavit? Quomodo charitatem non habebat, qui irrisus à Michol filia Saul, eò quòd ante arcam Domini citharam & Psalterium percutiens saltasset, ait: q [Ludam, & vilior fiam in oculis meis.] Si charitatem non habebat, quâ conscientiâ securus imprecabatur sibi ipsi, dicens: r [Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam meritò ab inimicis meis inanis?] Si charitatem non habebat, quâ temeritate justè se judicari rogabat, dicens: s [Judica me, Deus, secundùm justitiam meam, & secundùm innocentiam meam super me?] Idem. t [Judica me, Domine, quoniam ego in innocentia mea ingressus sum?] Et tamen post hæc & innumera alia divina, & superna dilectionis judicia, quàm graviter deliquerit, nullus ignorat, qui u Bethsabea adulterium, & Uria homicidium audivit. Cujus pœnitentia si sine charitate Domino obtulit, veram cordis contritionem non habuit. Quomodo ergò sacrificium cordis contriti, & Spiritûs contribulati Domino promittere audebat, dicens? a [Si voluisses sacrificium, dedissem utique: holocaustis non delectaberis. Sacrificium Deo, Spiritus contribulatus, &c.] Denique cum falsa pœnitentia nulla à Deo promittatur remissio, quomodo à Propheta b audire meruit: [Dimissum est tibi peccatum tuum,] si veram cordis contritionem non habuit? Evidenter stag, apparet, cum tunc charitatem habuisse, & ex charitate sacrificium cordis contriti, & Spiritûs contribulati Domino obtulisse: aliquis temerarie postulâsset: c [Averte faciem tuam à peccatis meis,] & cætera, quæ in eodem Psalmo continentur, nisi odium mali, & dilectio boni ad humilitatem pœnitentiæ illum provocâsset. De quo etiam sanctus Ambrosius d in libro de Isaac, & anima, cap. 3. scribit, dicens: [Fugerat sanctus David odio Saul Regis, non relinquens terras, sed declinans contagia Regis immitis & superbi: quia mens ejus adhærebat Deo,] cui sine charitate nullus adultus adhærere potest. Et e tamen, quàm graviter in populi dinumeratione postea deliquerit, ipsius delicti pœna indicavit. Item secundùm hanc sententiam, qui criminaliter deliquerit, veram peccatorum remissionem in baptismo consecutus non est, sive in annis infantiæ, sive adultus ad baptismum accessit: quia Dei amorem non habuit, sine quo nemo quam invenit gratiam: atque ita secundùm hæresim Arianam, si verè ex aqua & Spiritu Sancto quis renatus fuerit, ulterius criminaliter peccare non potest: vel si criminaliter peccat, aquâ tantum, non Spiritu probatur esse renatus. Cui sententiæ illud apostoli Joannis f consentire videtur: [Omnis, qui natus est ex Deo, peccatum non facit: quoniam semen ipsius manet in eo: & non potest peccare, quia ex Deo natus est. In hoc enim manifesti sunt filii Dei, & filii diaboli.] Et in hac epistola: [Omnis, qui natus est ex Deo, non peccat: sed generatio Dei conservat eum, & malignus non tangit eum.] Verùm hæc auctoritas Apostoli, quantum illi sententiæ favet, atq; illa fidei erroris quantum veritati sit adversa, Hieronymus ostendit, scribens contra Jovinianum, lib. 2. in principio.

C. XL.

Si enim, inquit, omnis g. qui natus est ex Deo, non peccat, & à diabolo tentari non potest, quomodo præcipit, ut caveant, ne tententur? dicens: h [Filioli, custodite vos à simulachris.] Et in eadem rursùs epistola: [Si i dixerimus, quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. Si confiteamur peccata nostra, fidelis & justus est, ut remittat nobis peccata nostra, & mundet nos ab omni iniquitate. Si dixerimus, quia non peccavimus, mendacem facimus eum, & verbum ejus non est in nobis.] Existimo, quòd Joannes baptizatus ad baptizatos scripserit, & quòd omne peccatum à diabolo sit. Ille peccatorem se confitetur, & sperat remissionem, post baptismum, peccatorum. Et Jovinianus meus dicit: [Ne tangat me, quoniam mundus sum.] Quid ergò? Contraria sibi Apostolus loquitur? Minimè. In eodem quippe loco, cui hoc dixerit, statim edisserit: k [Filioli mei, hæc scribo vobis, ut non peccetis: sed & si quis peccaverit, advocatum habemus apud patrem, Jesum Christum justum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris: non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi. Et in hoc scimus, quòd cognovimus eum, si mandata ejus observemus. Qui dicit se nosse Deum, & mandata ejus non custodit, mendax est, & in eo veritas non est. Qui autem servat verbum ejus, verè in hoc charitas Dei perfecta est. In hoc scimus quoniam in ipso sumus. Qui dicit se in ipso manere, debet, sicut ille ambulavit, & ipse ambulare.] Propterea, inquit, scribo vobis, filioli mei, omnis, qui natus est ex Deo, non peccat, ut non peccetis: & tamdiu sciatis vos in generatione Domini permanere, quamdiu non peccaveritis: imò,

a B. Gregor homil. 27. b Exod. 33. c Exod. 32. d Num. 16. e Exod. 32. f Num. 11. g Num. 20. h Exod. 4. i Num. 23. k Numer. 16. l 1. Regum 16. m Actor. 13. n 1. Regum 24. o 2. Reg. 1. p 2. Reg. 23. q 2. Reg. 6. r Psal. 7. s Psal. 34. t Psal. 25. u 2. Regum 11.

a Psal. 50. b 2. Reg. 12. c Psal. 50. d Mutatis verbis, sed incolumi sententiâ. e Sent. 3. dist. 30. 2 Reg. 24. & 1. Paralip. 21. f 1. Joan. 3. g Omissis aliquot verbis. h 1. Joan. 5. i 1. Joan. 1. k 1. Joan. 2.

qui

qui in generatione Domini perseverant, peccare non possunt. Quæ a enim communicatio luci & tenebris? Christo & Belial? Quomodo dies & nox misceri non queunt, sic nec justitia & iniquitas, peccatum & bona opera, Christus & Antichristus. Si susceperimus Christum in hospitio nostri pectoris, illicò fugamus diabolum. Si peccaverimus & per peccati januam ingressus fuerit diabolus, protinùs Christus recedit: Unde & David b post peccatum: [*Redde mihi*, ait, *lætitiam salutaris tui:*] scilicet, quam peccando amiserat. [*Qui* c *dicit se nôsse Deum, & mandata ejus non custodit, mendax est, & in eo veritas non est.*] Christus veritas appellatur: [*Ego* d *sum*, inquit, *via & veritas,*] (& e *vita.*) Frustrà nobis in eo plaudimus, cujus mandata non facimus. [*Scienti* f *bonum, & non facienti illud, peccatum est. Quomodo corpus sine spiritu mortuum, sic & fides sine operibus mortua est.*] Nec grande putemus unum Deum nosse, cùm & dæmones g credant, & contremiscant. [*Qui* h *dicit se in ipso manere, debet, sicut ille ambulavit, & ipse ambulare.*]

4 pars. ¶ Eligat adversarius è duobus, quod vult: optionem enim damus: manet in Christo, an non manet? Si manet, ita ergò ambulet, ut Christus. Si autem temerarium est similitudinem virtutum Domini polliceri, non manet in Christo, quia non ingreditur, ut Christus. Ille i peccatum non fecit, neque inventus est dolus in ore ejus: qui cùm malediceretur, non remaledixit, & tanquam agnus coram tondente, sic non aperuit os suum: ad quem venit Princeps k mundi istius, & invenit in eo nihil: qui l cùm peccatum non fecisset, pro nobis peccatum eum fecit Deus. Nos autem juxta epistolam m Jacobi multa peccamus omnes: & nemo mundus à peccatis, nec infans n, si unius quidem diei fuerit vita ejus. Quis enim o gloriabitur castum se habere cor? aut quis p confidet mundum se esse à peccatis? tenemurque q rei in similitudinem prævaricationis Adæ. Unde & David: r [*Ecce*, ait, *in iniquitatibus conceptus sum, & in delictis concepit me mater mea.*] Et beatus Job: s [*Si fuero justus, ex meum impia loquetur: & si sine crimine, pravus inventar: & si purificatus in nive, & lotus mundis manibus, satis me sordibus tinxisti, & exsecratum est me vestimentum meum.*] Verùm, ne penitùs desperemus, arbitrantes nos post peccata baptismi non posse salvari, statim hoc ipsum temperat. [*Et* t *si quis peccaverit, advocatum habemus apud patrem, Jesum Christum justum: & ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi.*] Hoc ad credentes post baptisma loquitur, & advocatum pro delictis eorum Dominum pollicetur. Nec dicit, si quid peccaveritis, advocatum habetis apud patrem, Christum, & ipse est propitiatio pro peccatis vestris, ne eos diceres non plenâ fide baptisma consecutos: sed [*advocatum*, inquit, *habemus apud patrem, Jesum Christum: & ipse est propitiatio pro peccatis nostris,*] & non solùm pro Joannis, illorumque peccatis, sed etiam [*pro totius mundi.*] In toto autem mundo & Apostoli sunt, omnesque credentes. Ex quibus liquidò comprobatur post baptisma posse peccari. Frustrà enim habemus advocatum Jesum Christum, si peccari non potest. Petrus Apostolus ad quem dictum fuerat: [*Qui* u *lotus est, non necesse habet, ut iterum lavet.*] &, [*Tu* x *es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam:*] ab ancilla perterritus negat. Et ipse Dominus, [*Simon, a Simon, ecce*, inquit, *Satanas postulavit vos, ut cribraret sicut triticum: ego autem rogavi pro te, ne deficeret fides tua.*] *& infrà.* ¶ Si non peccamus post baptisma, cur nobis poscimus peccata dimitti, quæ in baptismate jam sunt dimissa? Quid b oramus, ne intremus in tentationem, & ut liberemur à malo, si diabolus tentare non potest jam baptizatos? Aliud autem est, si ad catechumenos hæc oratio pertinet, & non convenit fidelibus, & Christianis. Paulus c electionis vas castigat corpus suum, & in servitutem redigit, ne aliis prædicans, ipse reprobus inveniatur. *& infrà.* ¶ Ad Hebræos d quoque scribens ait: [*Impossibile est enim eos, qui semel sunt illuminati, & gustaverunt donum cœleste, & participes facti sint Spiritûs Sancti, gustaverunte; nihilominùs bonum Dei verbum, virtutesq; sæculi futuri, & prolapsi sunt, renovari iterùm ad pœnitentiam, rursùs crucifigentes semetipsis filium Dei, & ostentui habentes.*] Certè eos, qui illuminati sunt, & gustaverunt Dei donum cœleste, & participes facti sunt Spiritûs Sancti, gustaveruntque bonum Dei verbum, negare non possumus baptizatos. Si autem baptizati peccare non possunt, quomodo nunc Apostolus dicit, [*Et prolapsi sunt?*] Verùm ne Montanus e, & Novatus hic rideant, qui contendunt non posse renovari per pœnitentiam eos, qui crucifixerunt sibimet filium Dei, & ostentui habuerunt, consequenter hunc errorem solvit, & ait: f [*Confidimus autem de vobis, dilectissimi, meliora & viciniora salutis, tametsi ita loquimur. Non enim injustus est Deus, ut obliviscatur operis vestri, & dilectionis, quam ostendistis in nomine ipsius, qui ministrâstis sanctis suis, & nunc ministratis.*] Et revera grandis injustitia Dei esset, si tantùm peccata puniret, & bona opera non susciperet. Ita locutus sum, inquit Apostolus, ut vos à peccatis retraherem, & desperationis metu facerem cautiores. Cæterùm confido de vobis, dilectissimi, meliora & viciniora salutis. Neque enim justitiæ Dei est, ut obliviscatur bonorum operum, & ministerii, quod propter nomen ejus exhibuistis, & exhibetis in sanctos, & tantùm meminerit peccatorum. *& paulo post.* ¶ Liberi arbitrii nos condidit Deus, nec ad virtutes, nec ad vitia necessitate trahimur: alioquin, ubi necessitas est, nec damnatio, nec corona est. Sicut in bonis operibus perfectior est Deus: [*non* g *est enim volentis, neque currentis, sed miserentis, & adjuvantis Dei, ut pervenire valeamus ad calcem:*] sic in malis atque peccatis semina nostra sunt incentiva, & perfectio diaboli. Cùm viderit nos super h fundamentum Christi ædificare fœnum, ligna, stipulam, tunc supponit incendium. Ædificemus ergò aurum, argentum, lapides pretiosos: & tentare non audebit. Quanquam & in hoc non sit certa & secura possessio. Sedet i quippe Leo in insidiis, & in occultis, ut interficiat innocentem: & vasa k figuli probat fornax, homines autem justos tentatio tribulationis. Et in l alio loco scribitur: [*Fili, accedens ad servitutem Dei, præpara te ad tentationem.*] Rursùs idem Jacobus loquitur m: [*Estote factores verbi, & non auditores tantùm. Si quis auditor est verbi, & non factor, ipse similis est viro, qui considerat vultum nativitatis suæ in speculo: consideravit illam, & statim recedens, oblitus est qualis sit.*] Frustrà monuit, ut jungerent opera fidei, si post baptisma peccare non poterant. [*Qui* n *totam legem, inquit, servaverit, & peccaverit in uno, factus est omnium reus.*] Quis o nostrûm absque peccato? concluditur p Deus omnia sub delicto, ut omnibus misereatur. Petrus q quoque: [*Novit*, inquit, *Dominus pios de tentatione eruere.*] Et de fallis doctoribus: [*Hi* r *sunt fontes*

a 2.Corinth.6. b Psal.50. c 1.Joann.2. d Joann.14. e absunt à B.Hieronymo. f Jac.4. g Luc.2. h Joan.ibid. i 1.Petr.2. k Joan.14. l 2.Corinth.5. m Jac.3. n abest ab orig. o Isb.14.ex 70. p Prov.20. q Rom.5. r Psal.50. s Job 9.ex 70. quibusdam omissis. t Joan.ibidem. u Joan.13. x Matth.16.

a Luc.22. b Matth.6. c 1.Cor.9. d Hebr.6. e De Montani sectatoribus vide eundem in ep.ad Marcellum. f Hebr.6. g Roman.9. h 1.Cor.3. i Psal.9. k Eccl.27. l Ecclesiast. m Jac.1. n Jac.2. o Joan.1. p Rom.11. q 2.Petr.2. r Petr.ibid.

sine aqua, & nebula turbinibus exagitata, quibus caligo tenebrarum reservatur. Superbia a enim vanitatis loquentes pelliciunt in desideriis carnis luxuriæ eos, qui paululum effugerant, & ad errorem reversi sunt.] Nonne tibi videtur pinxisse sermo Apostolicus novam imperitiæ factionem. Aperiunt enim quasi fontes scientiæ, qui cùm aquam non habeant doctrinarum, promittunt imbrem, velut nubes Prophetiæ, ad quas perveniat veritas Dei, & turbinibus exagitantur dæmonum atque vitiorum. Loquuntur grandia, & totus eorum sermo superbia est: [*Immundus b est autem apud Deum omnis, qui exaltat cor suum:*] ut qui paululùm refugerant à peccatis, ad suum revertantur errorem, & suadent in luxuria ciborum, carnisque delitias. Quis enim non libenter audiat: Manducemus, c & bibamus, & in æternum regnabimus? Sapientes & prudentes, pravos vocant: eos verò, qui dulces sunt in sermonibus, plus audiunt. Joannes d Apostolus, imò in Joanne Salvator scribens Angelo Ephesi Ecclesiæ, [*Scio,* inquit, *opera tua, & laborem, & patientiam tuam, &c. & quia sustinuisti propter nomen meum, & non defecisti: sed habeo adversùm te, quòd charitatem tuam primam reliquisti. Memor esto, unde cecideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac. Sin autem, veniam tibi, & movebo candelabrum tuum de loco, nisi pœnitentiam egeris.*] Similiter e & cæteras Ecclesias, Smyrnam, Pergamum, Thyatiram, Sardis, Philadelphiam, Laodiciam, ad pœnitentiam provocat: & nisi revertantur ad opera pristina, comminatur: & in Sardis paucos habere se dicit, qui non coinquinaverunt vestimenta sua, & ambulaturi sunt cum eo in albis, quia digni sunt. Cui autem dicit: [*Memento, unde cecideris.*] &: [*Ecce missurus est diabolus ex vobis in carcerem, ut tentemini.*] &: [*Scio, ubi habitas, ubi sedes est Satanæ.*] &: [*In mente habe, qualiter acceperis & audieris.*] &: [*Serva, & pœnitentiam age,*] & reliqua? utique ei dicit, qui credidit, & baptizatus est, & stans quondam, corruit per delictum. Paulisper de Veteri Testamento exempla distuleram: quia solent, ubicunque contra eos facit, dicere: [*Lex, f & Prophetæ usq; ad Ioannem:*] Cæterùm quis ignorat sub alia g dispensatione Dei omnes retrò sanctos ejusdem fuisse meriti, cujus nunc Christiani sunt? Quomodo h ante Abraham placuit in conjugio, sic nunc virgines placent in perpetua castitate. Servivit ille legi, & tempori suo: serviamus & nos Evangelio, & tempori nostro, in quos fines seculorum decurrerunt. David i electus secundùm cor Domini, qui omnes ejus fecerat voluntates, & qui in quodam Psalmo dixerat: [*Iudica* k *me, Domine, quoniam ego in innocentia mea ingressus sum, & in Domino sperans non infirmabor. Proba me, Domine, & tenta me: ure renes meos, & cor meum,*] posteà tentatur à diabolo, & post peccatum pœnitens loquitur: [*Miserere mei* l, *Deus, secundùm magnam misericordiam tuam.*] Magnum peccatum magnâ deleri vult misericordiâ. Salomon m amabilis Domini, & cui bis Deus fuerat revelatus, quia amator mulierum fuit, à Dei amore discessit: Manassem n impiissimum Regem post captivitatem Babylonicam in pristinam dignitatem hbet dierum restitutum refert. Et Josias vir sanctus in campo Mageddo ab Ægyptio Rege confoditur. Jesus o quoque filius Josedech Sacerdos magnus, quanquam in typo præcesserit Salvatoris, qui nostra peccata portavit, & alienigenam sibi ex gentibus Ecclesiam copulavit, tamen secundùm literam post sacerdotium sordidatus inducitur a, & stat diabolus à dextris ejus: & candida illi vestimenta deinceps redduntur. Superfluum est de Moyse & Aaron scribere, quòd ad b aquam contradictionis offenderint Deum, & terram repromissionis non intraverint: cùm beatus Job c angelos quoque & omnem creaturam peccare posse commemoret, dicens: [*Quid enim? Nunquid homo coram Deo mundus est? aut in operibus suis sine macula vir? si contra servos suos non credit, & adversùm Angelos suos pravum quid reperit: quanto magis habitantes in domibus luteis, quarum & nos ex eodem luto sumus? Tentatio d est vita hominis super terram.*] Et e cecidit lucifer, qui mittebat ad universas nationes: & ille, qui in paradiso deliciarum inter duodecim nutritus est lapides, vulneratus à monte f Domini, ad inferna descendit. Unde & Salvator in Evangelio: g [*Videbam,* inquit, *satanam, quasi fulgur de cœlo cadentem.*] Si altissima illa sublimitas cecidit, quis cadere non possit? Si in cœlo ruinæ, quanto magis in terra? Et tamen cùm h cecidisset lucifer, imò post casum coluber i antiquus, virtus ejus in lumbis ejus, & potestas ejus super umbilicum ventris. Obumbrantur in eo arbores magnæ, & dormit k juxta juncum, & calamum, & caricem. Ipse est Rex omnium quæ in aquis sunt, ubi scilicet voluptas, & luxuria, & propago, & irritatio nuptiarum. *& infrà.* ¶ Transivimus *l* ad secundam partitionem, in qua negat eos, qui totâ fide baptismum consecuti sunt, deinde posse peccare, & docuimus, quòd excepto Deo, omnis creatura sub vitio sit, non quòd universi peccaverint, sed quòd peccare possint, & similium ruina, stantium metus sit.

¶ *Ut ea, quæ ad initium hujus longi capitis spectant, melius intelligantur, necesse est antecedentia apud B. Hieronymum legere: in quibus objectio ex verbis sancti Joannis deducta exprimitur Omnes, in toto hoc capite sæpe ad originale recurrendum est, quanquam ex eo multa sunt emendata, & nonnulla, quæ magis necessaria videbantur, addita.*

Evidenter itaque ex præmissis apparet, nonnullos charitatem habere, quam postea criminaliter delinquendo amittunt. Quod si quis contendat non de virtute, sed de virtutis opere dictum esse illud, deliberet, quid respondeat de innocentia Ada, de justitia Moysi, David & cæterorum, qui plenâ fide ad baptisma accedentes, licèt postea prolapsuri sunt, tamen cœlestia dona degustant, & Spiritûs Sancti sunt participes, ut non solum ante humanos, verum etiam ante Dei oculos ex aqua & Spiritu Sancto inveniantur renati: qui si charitatem Dei non haberent, aquâ tantum regenerarentur, non Spiritu. Opera enim, seu sacramentorum participatio, nisi ex charitate procedant, apud Deum nec justificant, nec innocentiam præstant. Si enim (*inquit Apostolus* m) habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, & si distribuero omnes facultates meas in cibos pauperum, & si tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. ¶ *Sed quia de prædestinatis ad vitam à nonnullis conceditur, quòd charitatem amittant, & amissam recuperent, de reprobis etiam videndum est, an ipsi charitatem habeant, quâ amissâ postea damnentur.*

C. XLI.

De his ita scribit Augustinus *in lib. de correptione & gratia, c. 9.*

Apostolus n sciens nonnullos diligere Deum, & in eo bono usque in finem non permanere, mox addidit: [*his, qui secundùm propositum vocati sunt, &c.*] *Idem in eodem libro, cap. 6.* ¶ Anadhuc & iste nolens convicti, poterit dicere: Quid ergò feci, qui non accepi? quem

a *al.* Superba] *vulg.* b *Esa.* 22. c 2. *Corinth.* 11. d *Apocal.* 2. e *Apocal.* 3. f *Matth.* 11. g *al.* aliter. h *Supr. 32 quæst. 4. quis ignorat. Rom.* 4. i 1. *Corinth.* 10. k *Psal.* 25. l *Psalm.* 50. m 2. *Regum* 12. n 2. *Paral.* 33. o *Supra, distinct.* 50. *Iesus.*

a *Zach.* 3. b *Psal.* 105. *Num.* 20. c *Iob.* 15. & 4. d *Iob.* 5. e *Esa.* 14. f *al.* monte. g *Luc.* 10. h *Es.* 14. i *Ezech.* 28. k *Iob.* 40. l *Prope finem secundi libri.* m 1. *Corinth.* 13. n *Roman.* 8.

quem constat accepisse, & suâ culpâ, quod acceperat, amisisse. Possum, inquit, possum omninò, quando me arguis *a*, quòd ex bona vita in malam meâ voluntate relapsus sum, dicere adhuc: quid ego feci, qui non accepi? Accepi enim fidem, quæ per dilectionem operatur, sed in illa usque in finem perseverantiam non accepi. *In eod. cap. 9.* ¶ In *b* bono illos volebat proculdubiò permanere, erant utique in bono, sed in eo non permanserunt. *In eod. cap. 13.* ¶ Propter hujus utilitatem secreti, credendum est quosdam de filiis perditionis, non accepto dono perseverandi usque in finem, in fide, quæ per dilectionem operatur, incipere vivere, & aliquandiu fideliter & justè vivere, & postea cadere, &c.

1 ¶ Qui non accepi?] *Restitutus est hic locus ex originali: nam antea valdè erat depravatus. At tamen, quoniam hæ sententiæ valdè mutilatæ referuntur, operæ pretium fuerit ad fontem adire.*

Multa similia de reprobis in Evangelio c *etiam.* [Qui perseveraverit usque in finem, &c.] *In eodem* d. [Iterum homo iste incipit, &c.]

C. XLII.

Idem Augustinus *in eod. lib. de corrept. & gratia, c. 8.*

Mirandum *e* est, quare Deus quibusdam filiis perditionis det fidem operantem per dilectionem, nec det in ea perseverantiam.

Item illud f *Evangelii:* [Non qui cœperit, sed qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.]

C. XLIII.

Item Gregorius *lib. 8. Moralium, c. 35.* g

Multi benè incipiunt, qui in malo vitam finiunt.

Non autem benè incipit, qui nunquam ex charitate operatur. Quòd si ex charitate aliquando aliquid agit, & charitatem aliquando in ipsâ necesse est esse.

r pars. *Illud autem Gregorii:* h [Qui seduci quandoque non reversuri possunt, &c.] *non de omnibus generaliter reprobis, sed de hypocritis specialiter intelligendum est. Quod ex verbis ejusdem evidenter datur intelligi. Cum enim quæstionem proposuisset, cur* i *misericors Deus istâ fieri permittat, ut Leviathan seu nunc per suggestiones callidas, sive tunc per damnatum illum, quem replet, hominem, vel Solis sibi radios, id est, doctos quosque, sapientes, subjiciat, vel aurum, hoc est, viros sanctitatis claritate fulgentes, quasi lutum sibi, vitiis coinquinando, substernat, mox in ejusdem quæstionis solutione supposuit, dicens.* k

C. XLIV.

Citiùs ad *l* hoc respondemus: quia aurum, quod pravis ejus persuasionibus, quasi lutum sterni potuerit, aurum ante Dei oculos nunquam fuit. Qui enim seduci quandoque non reversuri possunt, quasi habitam sanctitatem ante oculos hominum videntur amittere: sed eam ante oculos Dei nunquam habuerunt. Sæpè namque homo multis occultè peccatis involvitur, & in una aliqua virtute magnus videtur: quæ ipsa quoque virtus inanescens deficit: quia dum innotescit hominibus, proculdubiò laudatur, ejusque laus inhianter appetitur: unde fit, ut & ipsa virtus ante Dei oculos virtus non sit, dum abscondit, quod displicet, prodit, quod placet. Quæ itaque esse merita apud Deum possunt, quando & mala occulta sunt, & bona publica? Plerunque enim, sicut diximus, latet superbia, & castitas innotescit. Atque ideò ostensa diu charitas circa vitæ finem perditur, quia cooperta superbia usque ad finem incorrecta retinetur. Alius eleemosynis vacat, propria distribuit: sed tamen multis injustitiis servit, vel forsitan linguam in detractionibus *m* exercet: & fit plerunque, ut is, qui misericors fuerat, juxta vitæ suæ terminum, rapacitatis & crudelitatis stimulis inardescat. Quod valdè justo judicio agitur, ut perdat ante homines, unde hominibus placuit, qui hoc, unde Deo displicuit, corrigere nunquam curavit. Alius patientiæ studet: sed dum invidere aliis, & servare in corde malitiam non cavet, fit quandoque impatiens, quia diu latuit dolens. Hi itaque & per aliquid aurum sunt, & per aliquid lutum sunt. Atque hoc aurum, quasi lutum, sternitur, quando occultis peccatis exigentibus etiam virtus, quæ publicè clamerat, dissipatur. Sed operæ pretium credimus, si in his virtutem superni ordinis subtiliùs perpendamus. Sæpè *a* enim omnipotens Deus occulta quorundam mala diu *b* tolerat, ut aperta eorum bona electorum suorum usibus profutura dispenset. Nam nonnulli mundum nequaquam funditùs deserentes, non perseveraturi angustum iter arripiunt: sed ad quærendam angustam viam exemplo suo eos, qui perseveraturi sunt, accendunt. Unde plerunque contingit, ut ipsum hoc, quod benè videntur vivere, non sibi, sed solis potiùs electis vivant: dum exemplis suis ad benè vivendi studia perseveraturos alios non perseveraturi provocant. Sæpè enim quosdam videmus viam ingredi, ad locum propositum festinare, quos alii, quia euntes conspiciunt, sequuntur, eundemque locum pariter petunt: sed fit plerunque, ut irruente aliquo implicationis articulo post se redeant, qui præibant, & hi ad locum perveniant, qui sequebantur. Ita nimirum sunt, qui non perseveraturi, viam sanctitatis arripiunt. Idcircò enim virtutis iter non perventuri inchoant, ut eis, qui perventuri sunt, viam, quâ gradiantur, ostendant: quorum etiam casus utilitate non modicâ electorum profectibus *c* servit: quia illorum lapsum dum conspiciunt, de suo statu contremiscunt, & ruina, quæ illos damnat, istos humiliat. Discunt enim in superni adjutoris protectione confidere, dum plerosque conspiciunt de suis viribus præsumentes *d* cecidisse. Quando ergo benè agere videntur reprobi, quasi planum iter electis sequentibus monstrant. Quando verò in lapsum nequitiæ corruunt, electis post se pergentibus, quasi cavendam superbiæ foveam ostendunt.

Quòd verò reprobi negantur comedere panem, qui de cœlo descendit, vel bibere aquam e *vivam, non sic accipiendum est, ut à charitate penitùs credantur alieni, sed ut in charitate radicem figere non intelligantur. Aliud est enim bibere, vel manducare, atque aliud degustare. Unde in Evangelio de Christo legitur* f: [Et cùm gustâsset, noluit bibere.] *Bibit ergo aquam vivam, & manducat panem, qui de cœlo descendit, qui in charitate radicem figit: degustat, qui ea aliquatenus communicat, à qua postea deliquendo recedit. De quibus Apostolus* g *dicit:* [Impossibile est eos, qui semel illuminati sunt, & gustaverunt donum cœleste, & posthæc omnia prolapsi sunt, rursùs renovari ad pœnitentiam.] *Hinc etiam diabolus in veritate stetisse, non in ea creatus esse negatur* h. *Fuit enim in veritate conditus: sed dum de se superbiendo præsumpsit, alienus ab ea factus est. In veritate autem quomodo esse creatus perhibetur, si sine dilectione sui conditoris creatus esse probatur? Aut quomodo bonus à Deo conditus asseritur, si nihil divinæ dilectionis in sui conditione acceperit? Quomodo ante superbiæ motum sive vitio extitit, si conditorem suum nullatenus dilexit? Aut quomodo par, sive excellentior cæteris creatus dicitur, si nonnullis eorum in amore Dei conditis, hic ab ejus dilectione vacuus factus est? Unde autem hæc differentia inter bonos & malos Angelos processit? Si ex creante, injustus videtur Deus, qui ante peccatum infert pœnam, vel quis hoc punit, quod creando infudit. Si autem non ex creante, cùm non ex traduce, restat ut ex propriæ libertatis arbitrio vitium superbiæ in angelicam naturam processerit. Bona ergo condita est, quæ suo vitio à bono in ma-*

a *al. arguat,*] *orig.* b *Inst. distinct. 4. ex bono.* 4. *cùm ergò.* c *Matth. 10.* d *Hæc non sunt inventa.* e *Summatim collecta sententia.* f *Matth. 10.* g *Patius gloss. ordin. 2. Paralip. c. 9. in extremo.* h *inst. eâd. cap. prox.* i *lib. 41.* k *Lib. 34. moralium, c. 9. & 10. al 13. ad c. 41. lib.* l *Sup. in verbis Gratiani.* m *al. detractationibus*] *orig.*

a *Cap. 10.* b *diu, abest ab orig.* c *al. profectibus.* d *abest ab orig.* e *Supr. add. charitas est aqua.* f *Matth. 27.* g *Hebr. 6.* h *Ioan. 1.*

lum commutata est. Sed quomodo bona esse potuit, si dilectione penitùs caruit? Neq; enim Angelus nobis similis factus est, quos usq; ad certum tempus ætatis infirmitas gravat, ut neq; virtus, neq; vitium, ullum locum in nobis obtineat. Accepit ergò dilectionem in sua creatione, sicut & cæteri, de quibus dicitur: a [Angelicæ virtutes, quæ in Dei amore perstiterunt.] *Non ait, quæ diligere Deum cœperunt, sed,* [quæ in ejus amore perstiterunt:] *quæ ex creatione diligere cœperant, ut principium divinæ dilectionis omnibus credatur esse commune; perseverantia verò eorum tantummodò intelligatur, qui in retributione hoc accipere meruerunt, ut confirmati ulteriùs cadere non possent, & hoc de se certissimè scirent. Unde benè apud Moysen prius cœlum, deinde firmamentum factum esse dicitur: quia nimirum angelica natura prius æqualiter subtilis in superioribus est condita, posteà in persistentibus in amore sui conditoris mirabiliter confirmata.*

C. XLV.

Hinc etiam Gregorius *in Moralibus* b *multa de perfectione angelicæ creationis replicans, charitate negat repletum, non eò penitùs vacuum asseri, quòd, si penitus caruisset, nunquam ea quæ de ejus excellentia dicuntur, convenienter de eo intelligi possent.*

PRincipium enim (*inquit B. Gregorius*) viarum Dei Beemoth dicitur c: quia nimirum, cùm cuncta creans ageret, hunc primum condidit, quem reliquis Angelis eminentiorem fecit. Hujus primatûs eminentiam conspicit Propheta d, cùm dicit: [*Cedri non fuerunt altiores illo in paradiso Dei: abietes non adæquaverunt summitatem ejus: platani non fuerunt æquales* e *frondibus illius: omne lignum* f *paradisi Dei non est assimilatum illi, & pulchritudini ejus: quoniam speciosum fecit eum in multis, condensisq; frondibus.*] Qui namque accipi in cedris, & abietibus, & platanis possunt, nisi illa virtutum cœlestium proceræ celsitudinis agmina, in æternæ lætitiæ viriditate plantata? Quæ quamvis excelsa sunt condita, huic tamen nec prælata sunt, nec æquata, qui speciosus factus in multis, condensisque frondibus esse dicitur, quia prælatum cæteris legionibus tanta illum species pulchriorem reddidit, quanta ei g suppositæ Angelorum multitudo decoravit. Ista arbor in paradiso Dei tot quasi condensas frondes habuit, quot sub se positas supernorum Spirituum legiones attendit. Qui idcirco peccans, sine venia damnatus est, quia magnus sine comparatione fuerat creatus. Hinc ei rursum per eundem Prophetam h dicitur: [*Tu signaculum similitudinis Dei, plenus sapientiâ, & perfectus decore, in deliciis paradisi Dei fuisti.*] Multa enim de ejus magnitudine locuturus, primo verbo cuncta complexus est. Quid namque boni non habuit qui i signaculum Dei similitudinis fuit? De sigillo quippe annuli talis similitudo imaginaliter exprimitur, qualis in sigillo eodem essentialiter habetur. Et licèt homo ad similitudinem Dei creatus sit, Angelo tamen quasi majus aliquid tribuens, non enim ad similitudinem Dei conditum, sed ipsum signaculum Dei similitudinis dicit: ut quò subtilior k est in natura, eò in illo similitudo Dei plenius credatur expressa. Hinc l est, quòd primatûs ejus potentiam adhuc insinuans idem Prophetа subjungit: [*Omnis lapis pretiosus operimentum tuum, sardius, & topazius, & jaspis, chrysolitus, onyx, & beryllus, sapphirus, carbunculus, & smaragdus.*] Novem dixit genera lapidum, quia nimirum novem sunt ordines Angelorum. Nam cùm per ipsa sacra eloquia angeli, archangeli, throni, dominationes, virtutes, principatus, potestates, Cherubim & Seraphim apertâ narratione memorantur, quantæ sint superiorum civium distinctiones ostenditur: quibus tamen Beemoth iste opertus fuisse describitur: quia eos, quasi vestem ad ornamentum suum habuit, quorum dum claritatem transcenderet, ex eorum comparatione clarior fuit. De cujus illic adhuc descriptione subjungit: [*Aurum a opus decoris tui: & foramina tua in die, quâ conditus es, præparata sunt.*] Aurum opus decoris ejus extitit, quia sapientiæ claritate canduit, quam benè creatus accepit. Foramina verò idcircò in lapidibus fiunt, ut vinculati auro in ornamenti compositione jungantur, & nequaquam à se dissideant: quos interfusum aurum repletis foraminibus ligat. Hujus ergò lapidis in die conditionis suæ foramina præparata sunt: quia videlicet capax charitatis est conditus: quâ si repleri voluisset, stantibus Angelis, tanquam positis in Regis ornamento lapidibus potuisset inhærere. Si enim charitatis auro sese penetrabilem præbuisset, sanctis Angelis sociatus in ornamento, ut diximus, regio lapis fixus maneret. Habuit ergò lapis iste foramina: sed superbiæ b vitio, charitatis auro non sunt repleta. Nam quia idcirco ligantur auro, ne cadant, idcircò iste cecidit, quia etiam perforatus manu artificis, amoris vinculis ligari contempsit. Nunc autem cæteri lapides, qui huic similiter fuerant perforati, penetranti se invicem charitate ligati sunt: atque hoc in munere, isto cadente, mansuerunt, ut nequaquam jam de ornamento regio cadendo solvantur. Hujus principatûs celsitudinem adhuc idem Propheta intuens, adjungit: [*Tu* c *Cherub extento, & protegens in monte sancto Dei, & in medio lapidum ignitorum perfectus ambulasti.*] Cherub quippe plenitudo scientiæ interpretatur: & idcircò iste Cherub dicitur, quia transcendisse cunctos scientiâ non dubitatur, qui in medio ignitorum lapidum perfectus ambulavit, quia inter angelorum corda charitatis igne succensâ claruś gloriâ cœlestionis extitit. Quem benè extentum, ac protegentem dicit. Omne enim, quod extenti protegimus, obumbramus: & quia comparatione claritatis suæ cæterorum claritatem obumbrâsse creditur, ipse extentus, & protegens fuisse reperitur. Reliquos enim quasi obumbrando operuit, qui eorum magnitudinem excellentiâ majore transcendit. Quod e ergò illic speciosus in multis frondibus, quod illic protegens dicitur, hoc hic voce Dominicâ Beemoth iste viarum Dei principium vocatur. De quo idcirco tam mira, in quibus fuit, & quæ amisit, insinuat, ut territo homini ostendat, quid ipse, si superbiat, de elationis suæ culpa passurus sit, si feriendo illi parcere noluit, quem creando in gloriam tantæ claritatis ejecit. Considerat ergò homo, quid elatus in terra meretur, si & pra latus Angelis Angelus in cœlo f. de cœlo in terram prosternitur.

6 pars. *Charitas autem, qua in adversitate deseritur, fides, id est, fidelis, & fragilis esse pertimetur, sicut fides, ex qua charitas procedit. fides, id est, fragilis apud Apostolum esse negatur. Similiter charitas, qua in adversitate deseri potest, dicitur vera nunquam fuisse. Sicut* g *enim Hieronymus contra Iovinianum scribit:* [*Omnis creatura sub vitio est, non quòd omnis peccaverit, sed quia nulla est, quæ peccare non possit.*] *Posse autem peccare, ut* h *Augustinus ait, non est aliquid posse, imo aliquod non posse. Unde ille solus vocatur omnipotens, qui hoc non potest, quia omnia potest, qua posse, est aliquid posse. Sicut ergò per comparationem, qui mutabilitatem nescit, omnis creatura verissimè dicitur, quia mutabilitatis est capax, juxta illud.* [*Non* i *justificabitur in conspectu tuo omnis vivens.*] &. [*Astra non sunt munda in conspectu ejus:*] *Sic comparatione ejus creatura, qua mutationem non recipit, omnis creatura, qua permutatur,*

a *B. Gregor. 27. Mor. c. 15. al. 24. & gloss. ord. in c. 1. Gen. ad ea verba* [*fiat firmamentum.*] *ex Greg.* b *Greg. lib 32. Mor. c. 24. al. 18.* c *Iob. 40.* d *Esa 2. & 14. Ezech. 31.* e *alii. aqua* f *al. lignum pretiosum.* g *al. &.* h *Ezech. 28.* i *al. si.* k *al. sublimatur.* l *Eod. lib. Moral. c. sequenti. Vide homeliam 34. in Evangelia.

a *Ezechiel 28.* b *al. per superbia vitium.* c *Varias paulùm à vulgata: sed majores varietates in Græca.* d *al. extentus.* *Isid. c. Eod. lib. c. sequenti.* f *in cœlo prosternitur.* *Greg.* g *Sup. c. si enim. Sent. 1. dist. 42.* h *lib. 15. de Trinit. c. 13. & de Symbolo, c. 1.* i *Psal. 142.* k *Iob. 15.*

non vera, sed vana esse probatur. Unde a *omnis homo mendax dicitur, & vanitati similis fallax. Hinc etiam* b *Ecclesiastes: Cuncta quæ sub sole sunt; id est, quæ temporum vicissitudinem recipiant, non tantummodo vanitas, quia omni creaturæ ratione mutabilitatis inest, sed etiam vanitas vanitatum, varietate permutationis, quam recipiunt, esse dicuntur. Sic ergò comparatione divinæ charitatis nulla virtus vera probatur: aut comparatione ejus, quæ non deseritur, illa, quæ amittitur, vera esse negatur. Sicut autem omnis creatura suo modo bona, & vera esse dicitur, sic & charitas, quæ deseritur, suo modo bona, & vera esse monstratur: aliquin à nullo desereretur, si nullo modo vera esset. Quod enim nullo modo verè est, nullo modo deseri potest. Quòd si aliquo modo verè deseritur, & aliquo modo id verè esse oportet.*

DISTINCTIO III.

1 HÆc de charitate breviter scripsimus propter eos, qui pœnitentiam negant reiterari posse, asserentes, quòd sicut charitas semel verè celebrata, nullâ sequenti culpâ maculatur: si verò criminalis culpa illam aliquando sequitur, vera pœnitentia non fuit, nec veniam unquam à Domino impetravit. Quod ex definitione ipsius pœnitentiæ, & multorum auctoritatibus probare contendunt.

C. I.

Ut enim Ambrosius *ait in quodam sermone* c *Quadragesimæ.*

PŒnitentia est, & mala *d* præterita plangere, & plangenda iterùm non committere.

C. II.

Idem *in lib. 2. de unica pœnitentia, c. 10.*

REperiuntur 1, qui *e* sæpiùs agendam pœnitentiam putant, qui luxuriantur in Christo. Nam si verè agerent pœnitentiam, iterandam posteà non putarent: quia sicut unum baptisma, ita 2 & unica pœnitentia. Verùm præteriti semper nos debet pœnitere peccati: sed hoc delictorum leviorum. At ego facilius inveni, qui innocentiam servaverint, quàm qui congruè egerint pœnitentiam.

1 ¶ Reperiuntur,] *In originali est:* Meritò reprehenduntur, qui sæpiùs agendam pœnitentiam putant: quia luxuriantur, &c. *ut sup. dist. 30* si quis post.

2 ¶ Ita & unica] *Locus hic, qui ob glossas occurrentes non est intendatur, apud B. Ambrosium sic habet:* ita una pœnitentia, quæ tamen publicè agitur. Nam quotidiani nos debet pœnitere peccati. Sed hæc delictorum leviorum, illa graviorum. Facilius autem inveni, &c.

C. III.

Item Augustinus *libro de dogmatibus Ecclesiasticis, c. 54.*

SAtisfactio *f* pœnitentiæ est, peccatorum causas excidere, nec earum suggestionibus aditum indulgere.

C. IV.

Idem *in lib. de vera & falsa pœnitentia, c. 8.*

PŒnitentia *g* est quædam dolentis vindicta, puniens in se quod dolet commisisse. *& ſ. c. 15.* ¶ Continuè dolendum est de peccato: quod declarat ipsa dictionis virtus. Pœnitere enim est pœnam tenere: ut semper puniat in se ulciscendo, quod commisit peccando. Pœna enim propriè dicitur læsio, quæ punit & vindicat, quod quisque commisit. Ille igitur pœnam tenet, qui semper punit, quod commisisse dolet.

Pœnitentia h *itaque est vindicta semper puniens in se, quod dolet commisisse.*

C. V.

In eodem libr. *c. 13.*

SI Apostolus *a* etiam peccata per baptismum dimissa continuè plorat, nobis etiam super fundamentum Apostolorum positis quid præter plorare restat? quid nisi semper dolere in vita? Ubi enim dolor finitur, deficit & pœnitentia. Si autem pœnitentia finitur, quid relinquitur de venia? Tamdiu enim gaudeat, & speret de gratia, quamdiu sustentatur à pœnitentia. Dixit enim Dominus *b:* [*Vade, & amplius jam noli peccare.*] Non dixit, ne pecces, sed, nec voluntas peccandi in te oriatur. Quod quomodo servabitur, nisi dolor continuè in pœnitentia custodiatur? Hinc semper doleat, & de dolore gaudeat, & de doloris pœnitentia, si contigerit, semper doleat: & non sit satis, quòd doleat, sed ex fide doleat, & non semper doluisse doleat.

C. VI.

Item Gregorius *in æstivum c tempus,* [*id est, homil 34. Evang.*]

PŒnitentiam agere dignè non possumus, nisi modum quoque ejusdem pœnitentiæ cognoscamus. Pœnitentiam quippe agere est, & perpetrata *d* mala plangere, & plangenda non perpetrare. Nam qui sic alia deplorat, ut tamen alia committat, adhuc pœnitentiam agere aut dissimulat, aut ignorat. Quid enim prodest, si peccata quis luxuriæ defleat, & tamen adhuc avaritiæ æstibus anhelat? *Idem lib. 9. epist. 39. ad Theoristam.*

¶ Sunt *e*, qui dicunt pauci temporis pœnitentiam contra peccatum debere sufficere, ut iterùm liceat ad peccatum redire. Recte eos pastoris primi percutit sententia, qui ait: *f* [*Contigit illis illud veri proverbii, canis reversus ad suum vomitum, & sus lota in volutabro luti.*] Magna est enim contra peccatum virtus pœnitentiæ, sed si quis in eadem pœnitentia perseveret. *& ſ.* ¶ Pœnitentiam verè agere est, commissa *g* plangere, & *h* iterùm plangenda declinare.

C. VII.

Idem Augustinus *tractatu 124. in c. 21. Iuanis.*

PRoductior *i* est enim pœna, quàm culpa, ne parva putaretur culpa, si cum illa finiretur & pœna. Ac per hoc vel ad demonstrationem debitæ miseriæ, vel ad emendationem labilis vitæ, vel ad exercitationem necessariæ patientiæ temporaliter hominem detinet pœna, etiam quem jam ad damnationem sempiternam reum non detinet culpa. *& paulo pòst.* ¶ Ira Dei non est ut hominis, id est, perturbatio concitati animi, sed tranquilla justi supplicii constitutio.

C. VIII.

Item Joannes *os aureum in homilia de pœnitentia.*

PErfecta *k* pœnitentia cogit peccatorem omnia libenter sufferre. *& ſ.* ¶ In corde ejus contritio est, in ore ejus confessio, in opere tota humilitas. Hæc est perfecta & fructifera pœnitentia.

C. IX.

Item Smaragdus *in 1 expositione regulæ S. Benedicti, c. 4.*

ILle pœnitentiam dignè agit, qui, quæ commisit, sic præterita mala deplorat, ut futura iterùm non committat. Nam qui plangit peccatum, & iterùm admittit peccatum, quasi quis lavet laterem crudum: quia quantò magis laverit, tantò magis lutum facit.

C. X.

Item Augustinus *homil. 42.*

PŒnitentes *m* (si tamen estis pœnitentes, & non estis irridentes) mutate vitam, reconciliamini Deo,

---

a *Psal. 115. & 142.* b *Eccles. 1.* c *In sermone manuscripto sæpè citato, cujus initium:* [*Ecce nunc.*] d *Gregor lib. 9. epist 39. & hom. 34. in Evang. Sent. 4. dist. 14. Ivo p. 15. c. 1. Isid. de sum. pœnitentiam.* e *Sent. ibid. Sup. dist. 30. si quis post.* f *Sup. dist. 1. sunt qui.* g *Sent. 4. dist. 17.* h *Sent. ibid.*

a *Rom. 6.* b *Ioan. 8.* c *Sic incipit homilia 34. Æstivum tempus.* d *Sup. eâd. pœnitentia est.* e *Si autem dicunt,*] *orig.* f *2. Petr. 2.* g *al. flere,*] *orig.* h *al. sed iterùm*] *orig.* i *Facit ad hoc Beda lib. quæst. q. 10.* k *Sup. dist. 3. perfecta.* l *Isidorus de summo bono, lib. 2. c. 23.* m *Sent. 4. dist. 15.*

& vos cum catena pascetis. Quâ, inquis, catenâ? [*Quæ a ligaveris in terra, erunt ligata & in cœlo.*] Audis ligaturam, & Deo putas facere impostúram? pœnitentiam agis, genua figis, & rides, & subsannas patientiam Dei? Si pœnitens es, pœnitet te: si non pœnitet, pœnitens non es. Si ergò pœnitet, cur facis, quod malè fecisti? si fecisse pœnitet, noli facere: si adhuc facis, certè non es pœnitens.

C. XI.

Item Isidorus *lib. 2. de summo bono, c. 16.*

IRrisor est *b*, non pœnitens, qui adhuc agit, quod pœnitet, nec videtur Deum poscere subditus, sed subsannare superbus: canis reversus ad vomitum est pœnitens ad peccatum. Multi enim lachrymas indesinenter fundunt, & peccare non desinunt. Quosdam accipere lachrymas ad pœnitentiam, & affectum pœnitentiæ non habere constat: quia inconstantia mentis, nunc recordatione peccati lachrymas fundunt, nunc verò revivíscente usu ea, quæ fleverant, iterando committunt. Esaias *c* peccatoribus dicit: [*Lavamini, mundi estote.*] Lavatur itaque, & mundus est, qui & præterita plangit, & flenda iterùm non committit. Lavatur, & non est mundus, qui plangit quæ gessit, nec tamen deserit, sed post lachrymas ea, quæ fleverat, repetit.

C. XII.

Item Augustinus *in libro soliloquiorum.*

INanis *d* est pœnitentia, quam sequens culpa coinquinat. Vulnus iteratum sanatur tardiùs: frequenter peccans & lugens vix veniam meretur. Nihil prosunt lamenta, si replicantur peccata. Nihil valet veniam à malis poscere, & mala denuò iterare. Persiste ergò in confessione: esto in pœnitentia fortiter confirmatus: vitam bonam, quam accepisti, tenere non desinas: propositum bonæ vitæ conserva jugiter.

¶ *Caput hoc non est inventum apud B. Augustinum: habentur tamen apud Isidorum (quem citat Magister) pene eadem in dialogo, sive synonymis, non longè ante cap. de castitate.*

C. XIII.

Item Gregorius *in pastorali, part. 3. admonitione 31.*

QUi *e* admissa plangunt, nec tamen deserunt, considerare solicitè sciant, quia flendo inaniter se mundant, qui vivendo se nequiter inquinant, cùm idcircò se lachrymis lavant, ut mundi ad sordes redeant.

C. XIV.

Idem *ibidem.*

QUi *f* admissa *g* plangit, nec tamen deserit, penè graviori culpæ se subjicit: quia *h* ipsam quam flendo impetrare potuit veniam, contemnit.

C. XV.

Idem *ibidem.*

LAvamini *i*, mundi estote.] Post lavacrum enim mundus esse negligit, quisquis post lachrymas vitæ innocentiam non custodit. Lavantur ergò, & nequaquam mundi sunt, qui commissa flere non desinunt, sed rursùs flenda committunt.

C. XVI.

Idem *ibidem.*

BAptizatur quippe à mortuo, qui mundatur fletibus à peccato: sed *k* post baptisma mortuum tangit, qui culpam post lachrymas repetit.

C. XVII.

Idem *in Moralibus, lib. 1. c. ult.*

INcassum quippe bonum agitur, si ante terminum vitæ deseratur, quia & frustra velociter currit, qui priusquam ad metas veniat, deficit.

a *Matth. 16.* b *Sent. 4. dist. 14.* c *Esa. 1.* d *Sent. ibid.* e *Sent. ibid. Ansel. lib. 11. c. 142.* f *Sent. ibid. Beda in 2. Pet. 2.* g *admissum*] *orig.* h *al. qui &.* i *Esa. 1.* k *Eccl. 34.*

2 pars. *Sed verba diffinitiuis non ad diversa tempora, sed ad idem tempus referuntur: videlicet, ut tempore, quo defleat mala, quæ a commisit, non committat, quod adhuc cum flere queat. Quod ex sequentibus verbis ejusdem auctoritatis datur intelligi, dum dicitur:* [Nam qui sic alia deplorat, ut tamen alia committat, adhuc pœnitentiam agere aut dissimulat, aut ignorat.]

C. XVIII.

Hinc Augustinus *in Enchiridio, cap. 70.*

SAnè cavendum *b* est, ne quisquam existimet indubitata illa crimina, qualia qui agunt, regnum Dei non possidebunt, quotidie perpetranda, & eleemosynis quotidie redimenda. In melius quippe est vita mutanda: & per eleemosynas de peccatis præteritis est propitiandus Deus, non ad hoc emendus quodammodò, ut ea semper liceat impunè committere. Nemini enim dedit lavamentum peccandi: quamvis miserando deleat jam facta peccata, si non satisfactio congrua negligatur.

C. XIX.

Idem *ibidem, c. 76.*

QUi vult *c* eleemosynam ordinatè dare, à seipso debet incipere, & eam sibi primùm dare. Est enim eleemosyna opus misericordiæ[l], verissimèque dictum *d* est: [*Miserere animæ tuæ placens Deo.*] Propter hoc renascimur, ut Deo placeamus.

¶ *Antea caput hoc citabatur ex Joanne Chrysostomo. Repertum est ex B. Augustino: quem citant Magister, & Ivo, & Gratianum Toletanum IV. c. 9.*

C. XX.

Idem *ibidem, c. 71.*

DE quotidianis *e*, brevioribus, levibusque peccatis, sine quibus hæc vita non ducitur, quotidiana oratio fidelium satisfacit. Eorum est enim dicere: [*Pater noster, qui es in cœlis,*] qui jam taliter *g* patri regenerati sunt ex aqua & Spiritu Sancto. Delet omnino hæc oratio minima, & quotidiana peccata, delet & illa, à quibus vita fidelium sceleratè etiam gesta, sed pœnitendo in melius mutata discedit, si quemadmodum veraciter dicitur, [*Dimitte nobis debita nostra,*] quoniam non desunt, quæ dimittantur: ita veraciter dicatur: [*Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris,*] id est, si fiat, quod dicitur: quia & ipsa eleemosyna est, veniam petenti homini ignoscere.

C. XXI.

Item Pius Papa, *epist. 1.*

NIhil prodest *h* homini jejunare, & orare, & alia religionis bona agere, nisi mens ab iniquitate revocetur.

3 pars. *Ex persona hujusmodi pœnitentis etiam illud Smaragdi intelligitur:* [Ille pœnitentiam digne agit, &c.] *& illud Augustini:* i [Pœnitentes, &c.] *illud Isidori:* [Iniqué est, & non pœnitens,] *& illud Esaiæ:* [Lavamini & mundi estote.] *Item & illud soliloquiorum:* k [Inanis est pœnitentia, &c.] *Similiter & illud Gregorii:* [Qui admissa plangunt.] *&* [Baptizatur à mortuo.] *Illud autem Ambrosii:* [Reperiuntur, &c.] *non secundùm generalem, sed secundùm specialem consuetudinem Ecclesiæ, de solemni pœnitentia dictum intelligitur, quæ apud quosdam semel celebrata non iteratur.*

C. XXII.

Unde Augustinus *scribit ad Macedonium, epist. 54.*

QUamvis *l* cautè & salubriter provisum sit, ut locus illius *m* humillimæ pœnitentiæ semel in Ecclesia concedatur, ne medicina vilis minùs utilis esset ægrotis, quæ tantò magis salubris est, quantò minùs

a *Sent. ibi. sup. cùm. pœnitentiam.* b *Sent. ibid. Ivo p. 17. c. 11.* c *Ivo p. 17. c. 129.* d *Eccl. 30.* e *Sent. 4. dist. 16. Ivo p. 17. c. 111.* f *Matth. 6.* g *patri tali*] *orig.* h *Infrà de consecr. dist. 1. nihil prodest. Sent. 4. dist. 14. & dist. 15. Polyc. l. 3. tit. 22.* i *Supr. ibid.* k *Sent. 4. dist. 14.* l *Sup. dist. 50. quamvis. Sent. ibid. Ivo p. 11. c. 24.* m *al. illu.*

contem-

contemptibilis fuerit, quis tamen audeat dicere Deo, quare huic homini, qui post primam pœnitentiam rursùs se laqueis iniquitatis obstringit, adhuc iterùm parcis?

4 pars. *Hâc auctoritate & illud Ambrosii determinatur, & iterùm peccatori per primam pœnitentiam venia dari monstratur: alioquin nequaquam iterùm pareret Deus, qui nec dum peperisset:* [Satisfactio *a* quoq; pœnitentia,] *&* [Vade, *b* & amplius noli peccare,] *eundem cum distinctione intellectum habent. Illud autem, quod in lib.* c *de pœnitentia dicitur, de perfecta est intelligendum. Sicut enim charitas alia est incipiens, alia est proficiens, alia est perfecta: sic & pœnitentia alia est incipientium, alia proficientium, alia perfectorum. Sicut autem charitati, licet mundum perfecta, in baptismo datur venia peccatorum, ut quamvis postea graviter aliquis sit peccaturus, tunc tamen intelligatur esse renatus, non aquâ tantum (sicut Iovinianus tradidit,) sed aquâ & spiritu (sicut Hieronymus contra* d *eum scribit,) sic & insipientium pœnitentia venia non negatur: quæ quâdam ratione perfecta potest dici, quia toto corde gemit, & dolet: licet & aliâ ratione potest dici imperfecta, quia non usq; in finem duratura. Secundum primum modum perfectionis intelligitur illud Ioannis* e *aurei:* [Perfecta *e* pœnitentia, &c.] *Iuxta secundum modum perfectionis illud Augustini* f *intelligitur:* [Pœnitentia est vindicta semper puniens in se, quod dolet commisisse.] *Illud* g *autem,* [Si pœnitentia finitur, nihil de venia relinquitur.] *dupliciter intelligi potest. Si enim juxta quorundam sententiam peccata dimissa redeunt, facile est intelligere nihil de venia relinqui: quoniam peccata, quæ prius erant dimissa, iterùm replicantur. Sicut enim ille, qui ex justa servitute in libertatem manumittitur, iterùm vere liber est, quamvis ob ingratitudinem in servitutem postea revocetur: sic & pœnitenti peccata verè remittuntur, quamvis ob ingratitudinem venia eisdem postea sit implicandus. Si autem peccata dimissa non redeunt, dicitur nihil relinqui de venia, quia nihil relinquitur sibi de vitæ munditia, & spe æternæ beatitudinis, quam cum venia assecutus est. Sicut enim argento perfectè purgato, nihil sui decoris relinquitur, si sequenti aruginе fœdatur, non tamen primâ, sed sequenti fœdidatur: sic expiato per pœnitentiam nihil de venia dicitur relinqui, cùm tamen jam non deletum, sed adhuc expiandum remaneat.*

5 pars. *Quòd autem per pœnitentiam non semel tantùm, sed sæpissimè peccata remittantur, multorum auctoritate probatur.*

C. XXIII.

Ait enim Hieronymus *in epistola ad Rusticum de pœnitentia.*

Septies h cadit i justus, & resurgit k.] Si cadit, quomodo justus? si justus, quomodo cadit? sed justi vocabulum non amittit, qui per pœnitentiam semper resurgit. Et non l solùm septies, sed septuagies septies delinquenti, si convertatur ad pœnitentiam, peccata donantur. [*Cui* m *plus dimittitur, plus diligit.*]

David n *quoq; per pœnitentiam, adulterii simul & homicidii veniam impetravit.*

C. XXIV.

De cujus pœnitentia in eodem o *libro* Hieronymus *ait.*

Totam pœnitentiam peccatoris ostendit Psalmus quinquagesimus, quando ingressus est p David ad Bethsabee uxorem Uriæ Ethæi, & à Nathan prophetante correptus, respondit, dicens, [*Peccavi:*] statimq; meruit audire, [*& Dominus abs te abstulit peccatum.*] Adulterio enim junxerat homicidium; & tamen conversus ad lachrymas, [*Miserere*, q. ait, *mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam: & secundùm multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam.*] Magnum enim peccatum magnâ mitigebat misericordiâ. Unde jungit, & dicit: [*Multùm lava me ab iniquitate meâ, & à peccato meo munda me: quoniam iniquitatem meam ego agnosco, & delictum meum contra me est semper. Tibi soli peccavi,*] Rex enim erat *a*, alium non timebat *b*. [*Et malum coram te feci, ut justificeris in sermonibus tuis, & vincas, cùm judicaris.*] Concluſit enim c Deus omnia sub peccato, ut omnibus misereatur. Tantumque profecit, ut dudum peccator & pœnitens transierit in magistrum, & dicat, [*Docebo* d *iniquos vias tuas, & impii ad te convertentur:*] Confessio enim, & pulchritudo coram eo: ut qui sua confessus fuerit peccata, & dixerit: [*Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ à facie insipientiæ meæ,*] fœditatem vulnerum in sanitatis decorem commutet.

C. XXV.

Item Ambrosius *in apologia David, c. 2.*

Ille Rex tantus, ac potens, ne exiguo quidem momento manere penes se delicti passus est conscientiam: sed præmaturâ confessione, atque immenso dolore reddidit peccatum suum Domino. *& infrà.* ¶ Denique e Dominum dolor intimi movit affectûs, ut Nathan diceret: [*Quoniam pœnituit te, & Dominus transtulit peccatum tuum.*] Maturitas itaque veniæ profundam Regis fuisse pœnitentiam declaravit, quæ tanti erroris offensam transduxerit. *& infrà.* ¶ Sancti qui consummare pium certamen gestiunt, & currere curlum salutis, sicubi fortè ut homines corruunt f, naturæ magis fragilitate, quàm peccandi libidine, acriores ad currendum resurgunt, pudoris stimulo majora reparantes certamina: ut non solùm nullum attulisse existimetur lapsûs impedimentum, sed etiam velocitatis incentivâ cumulâsse. Ergò si currentium non solvitur cursus, cùm aliqui fortè ceciderint, non luctantium contentio, sed inofensa manent certamina: quin & plerique post unum aut alterum lapsum gratiâ majore viceruut: quantò magis agonem pietatis ingressi non debent unius prolapsionis offensione censeri, cùm beatus sit, qui se potuerit reparare post lapsum? *& infrà. c. 4.* ¶ Quòd peccavit, conditionis est: quòd supplicavit, correptionis: lapsus communis, sed specialis confessio. Culpam itaque incidisse naturæ est, delêsse g, virtutis *& infrà c. 13.* ¶ Peccatum aut donatur, aut deletur, aut tegitur. Donatur per gratiam, deletur per sanguinem crucis, tegitur per charitatem: similiter & iniquitas, quæ æstimatur habitudo mentis injustæ: licèt Joannes in epistola cum, qui fecerit peccatum, & iniquitatem fecisse dixerit, sic ut habemus scriptum: [*Omnis* h *qui facit peccatum, & iniquitatem facit:*] peccatum est iniquitas, quia in peccato ipso iniquitas est. Tamen, ut nobis videtur, peccatum i est opus iniquitatis: iniquitas autem operatrix culpæ, aut delicti. Prius est ergò, ut ipsa iniquitas deleatur, excidatur radix & seminarium peccatorum: mala tollatur radix, ne malos fructus ferat: aboleatur erroris omnis affectus, universa iniquitatum genera tollantur. Itaque quemadmodum intrans in animam sapientis disciplina imprudentiam tollit, & scientia ignorantiam; sic perfecta virtus iniquitatem, & remissio peccatorum delet omne peccatum.

1 ¶ Peccatum est] *In originali vulgato legitur,* omne peccatum est iniquitas: iniquitas autem operatrix culpæ, aut delicti. Plus est ergo, &c. *sed melior visa est Gratiani lectio.*

C. XXVI.

Idem *in eod. lib. c. 7.*

Illud i verò k, quàm mirabile est, quòd Angelo ferienti plebem se obtulit David, dicens: l [*Grex iste, quid fecit? fiat manus tua in me, & in domum patris*

---

a *Sup. eâd. cap. Satisfactio.* b *& c. si Apostolus.* c *Sup. eâd. pœnitentia. Sent. 3. distinct. 19.* d *Sup. eâd.* e *Sup. eâd.* f *Sent. 4. dist. 14.* g *Sup. eâd. c. si Apostolus.* h *Prov. 24.* i *al. cadet.* k *al. resurget.* l *Matth. 18.* m *Luc. 7.* n *Sent. ibid.* o *In eâd. epist. ad Rusticum.* p *2. Reg. 12.* q *Psal. 50.*

o *al. erans.*] b *al. timebam.*] *orig.* c *Rom. 11.* d *Psal. 37.* e *2. Reg. 12.* f *al. corruerunt.* g *al. diluisse.* h *1. Joann. 3.* i *Sent. 4. dist. 14.* k *Quàm verè illud etiam mirabile,*] *orig.* l *1. Paralip. 21.*

meæ.] Quo facto statim dignus sacrificio judicatus est, qui absolutione existimabatur indignus. Nec mirum, si tali suâ oblatione pro populo, peccati sui adeptus est veniam, cùm a Moyses offerendo se Domino pro plebis errore, etiam plebis peccata deleverit. Texit igitur peccata sua, an non? Sed quis hoc neget, cùm hic ipse docuerit b Propheta, quòd remittantur iniquitates, tegantur peccata, non imputentur à Domino? Peccatum remissum sibi esse docuit, sicut scriptum est: [*Delictum* c *meum cognovi, & injustitiam meam non operui. Dixi, pronuntiabo adversum me injustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem cordis mei*] dixit: [*pronuntiabo*] & veniam meruit antequam pronuntiaret: quantò magis, ubi de se pronuntiavit, dicens: [*iniquitatem meam ego agnosco,*] remissum est ei omne peccatum? licèt specialiter de hoc & d Nathan Propheta respondit, [*& Dominus transtulit peccatum tuum.*] Ergò remissionem meruit iniquitatis, & texit charitate, atque operuit peccata sua, & texit operibus bonis, nec imputandum est ei peccatum, quia non fuit in eo dolus malitiæ, sed lapsus erroris: deinde e, quia non fuit improbitatis æstus, sed umbra mysterii: & tamen confessus est delictum suum, agnovit iniquitatem, vidit lavacrum, & vidit, & credidit: dilexit multùm, ut nimiâ charitate tegere quemvis posset errorem.

6 pars. *Ecce cujus pœnitentia hîc commendatur, cui etiam venia per Prophetam data monstratur, quam graviter posteà deliquerit, populi multitudo prostrata ostendit. Achab quoq; (ut Hieronymus contra* f *Iovinianum scribit) Rex impiissimus, ut sententiam Dei subterfugeret, & eversio domûs ejus differretur in posteros, jejunio impetravit, & sacco.*

C. XXVII.

De quo ad eundem Rusticum g *scribit idem* Hieronymus, *dicens.*

Achab h Rex impiissimus vineam Nabuthæ cruore possedit, & cùm Jezabel non tam conjugio sibi, quàm crudelitate conjuncta, Heliæ increpatione corripitur: hæc dicit Dominus: [*Occidisti & possedisti.*] & iterùm: [*In loco, in quo linxerunt canes sanguinem Nabuthæ, ibi lingent sanguinem tuum. Et Iezabel canes comedent ante muros Iezrahel. Quod cùm audisset Achab, scidit vestimenta sua, & posuit saccum super carnem suam, jejunavitq; & dormivit in cilicio. Factusq; est sermo Domini ad Heliam, dicens: quoniam reveritus est Achab faciem meam, non inducam malum in diebus ejus.*] Unum scelus Achab & Jezabel: tamen converso i ad pœnitentiam Achab, pœna differtur in posteros: & Jezabel in scelere perseverans, præsenti judicio condemnatur.

C. XXVIII.

Item Joannes Chrysostomus *de reparatione lapsi, (epist. 5. ad Theodorum lapsum.)*

Talis, k mihi crede, talis est erga homines pietas Dei, nunquam spernit pœnitentiam, si ei sincerè & simpliciter offeratur. Etiam si ad summum quis perveniat malorum, & inde tamen velit reverti ad virtutis viam, suscipit, & libenter amplectitur: facit omnia, quatenus ad priorem revocet statum: & quod est adhuc præstantius & eminentius, etiamsi non potuerit quis explere omnem satisfaciendi ordinem, quantulamcunque tamen, & quamlibet brevi tempore gestam non respuit pœnitentiam: suscipit etiam ipsam, nec patitur quamvis exiguæ conversionis perdere mercedem. Hoc enim mihi indicat Esaias l, ubi de populo Judæorum talia quædam dicit: [*Propter peccatum modicè conturbavi eum, & percussi eum, & averti faciem meam ab eo: conversatus est, & ambulavit tristis: & sanavi eum, & consolatus sum eum.*] Evidentius autem nobis testimonium dabit etiam Rex ille impius, qui cupiditatis suæ quidem prædam uxoris nequit à quæsivit: sed perturbatus ipsius sceleris immanitate pœnituit, & cilicio circumdatus, facinus suum flevit, atque ita erga se Domini misericordiam provocavit, ut à cunctis eum absolveret peccatis. Sic enim ait Deus ad Heliam a: [*Vidisti, quomodo confusibilis est Achab à facie mea? quia flevit in confusione mea, non inducam mala in diebus ejus.*]

¶ *Versio hæc, licet nonnihil discrepet ab ea, quæ inter Latinos annis Chrysostomi opera circumfertur, non tamen longè desedit à verbis Græcis. Extat enim hoc opusculum manuscriptum in bibliotheca Vaticana.*

C. XXIX.

Item Gregorius *in homilia decima super Ezechielem, in extremo.*

Sicut b Achab Rex iniquus à Prophera reprehensus, cùm contra se divinam sententiam audisset, pertimuit, & magno mœrore deprehensus est, ita ut Prophetæ sio Dominus diceret: c [*Nonne vidisti Achab humiliatum coram me? Quia igitur mei causâ humiliatus est, non inducam malum in diebus ejus.*] In quibus Domini verbis pensandum est, quomodo ei in electis suis mœror amaritudinis placeat, qui amittere timent Deum; si hic ei & reprobi pœnitentia placuit, qui timebat perdere præsens seculum: aut quomodo ei grata sit spontanea afflictio, pro culpis in eis, qui placent, si hæc ad tempus placuit, & in eis, qui displicebant.

Ninivita d *quòque, quos Dominus in Evangelio commendat, pœnitentiam egerunt in prædicatione Jonæ, & ex misericordia Domini indulgentiam consecuti, subversionem interitum subterfugere meruerunt. Sed qualiter posteà acceptam veniam Achab vicerit, textus libri Regum declarat: de quo etiam scribit* e *Ambrosius, quòd Iezabel uxor ejus, cujus instigabatur arbitrio, ut ejus converteret, & nimiis sacrilegiis exacerbatum fuit, & hanc pœnitentia ejus revocavit affectum.*

C. XXX.

De Ninivitis autem in præmissis hæc scribit Hieronymus.

Sicut ait Herodotus, Ninive à Rege Medorum subversa est, regnante f apud Hebræos Josiâ. Unde patet illam prædicante Jonâ ex pœnitentia meruisse veniam: sed quia posteà ad vomitum rediit, ex ira Dei subversa fuisse.

C. XXXI.

Item *in* g *prologo Nauu.*

Naum Prophetam ante adventum Regis Assyriorum, qui populum Israel captivum in suam regionem transtulerat, fuisse, Hebræorum traditio confirmat. Siquidem in fine hujus lectionis, prædicti Regis adventum idem Propheta annuntiare monstratur. Sed cùm habitatores Ninivæ, Jonâ interitum civitatis prædicante, ne divinâ irâ denuntiatum interitum sustinerent, peccatorum, & impietatis pœnitentiam egissent, acceptâ Dei misericordiâ gravioribus se criminibus implicuerunt. Qua de causa memoratus Propheta Spiritu Sancto plenus judicium Dei annuntians, ita est locutus: [*Deus* h *zelans, & ulciscens Dominus est.*]

7 pars. *Item, quòd frequenter venia pœnitenti præstetur, testatur* Augustinus *in libro* i *de pœnitentia, scribens contra quosdam hæreticos, qui peccantibus post baptismum semel tantum dicebant utilem esse pœnitentiam.*

C. XXXII.

Adhuc k instant perfidi, qui sapiunt plùs, quàm oportet, non sobrii, sed excedentes mensuram. Dicunt

a *Exod. 32.* b *Psal. 31.* c *Psal. 50.* d *2. Reg. 12.* e *al. denique, non fuit.* f *Lib. 2.* g *Epist. ad Rusticum.* h *3. Regum 21.* i *conversus*] *orig. al. conversi*] *man.* k *Sentent. 4. dist. 14.* l *Esa. 57. apud 70.*

a *3. Reg. 21.* b *Sic*] *reig. & excmpp.* c *3. Reg. 21.* d *Jona 3.* e *Lib. de Nabuthe Hierzaelita c. ult.* f *Sozom. in verba.* g *Inter opera B. Hieronymi.* h *Nahum 1.* i *In lib. de vera & falsa pœnitentia, c. 5.* k *Sent. 4. dist. 14.*

enim,

enim, etsi *a* semel peccantibus post baptismum valeat pœnitentia, non tamen sæpe peccantibus proderit iterata: alioqui remissio, ad peccatum esset incitatio. Dicunt enim, quis non semper peccaret, si redire semper posset? Dicunt enim Dominum incitatorem mali, si semper pœnitentibus subveniret, & etiam ei placere peccata, quibus semper præstò est gratiâ. Et tant autem: imò constat ei multùm peccata displicere, qui semper præsto est ea destruere. Si enim ea amaret, non ita semper destrueret, sed conservaret, atque, ut sua munera, foveret. Semper destruit peccata, quæ invenit, ne solvatur quod creavit, ne corrumpatur quod amavit. Sumunt occasionem hypocritæ isti ex factis Domini. Quem enim cæcum *b* bis illuminavit? quem leprosum bis mundavit? quem mortuum bis suscitavit? non Lazarum, quem *c* dilexit; non filium viduæ *d*, quem misertus matri reddidit; non filium dissipatorem legitur bis suscepisse; non filiam Abrahæ bis a dæmonio liberâsse. In nulla persona iteravit factum, docens, ut ajunt, non sæpè à Domino fieri remedium. Dixit *e* mulieri: [*Vade, & amplius noli peccare, ne deterius aliquid tibi contingat,*] promittens pœnam, non ampliùs veniam. ¶ Quod *f* autem multos cæcos & diverso tempore illuminaverit, & multos debiles confortaverit, ostendit in diversis illis eadem sæpè peccata dimitti, ut quem prius sanavit leprosum, alio tempore illuminet *g* cæcum. Ideò etiam tot sanavit *h* febricitantes, tot languidos, tot claudos, cæcos, & aridos, ne desperet de se peccator: ideò non scribitur aliquis nisi semel sanatus, ut quisque timeat mergi *i* peccato. Videmus adhuc quotidie in Ecclesia sæpe febricitantes, sæpè languidos, sæpe passionibus captos, sæpe liberari: ut appareat toties opus misericordiæ, quoties confessio fit pœnitentis. Quomodo enim corpus, quod vilius est, & ab ipso dissimilius, sæpè sanaret, & animam diguiorem, & redemptam non toties liberaret? Medicum *k* se vocat, & non sanis, sed malè habentibus opportunum. Sed qualis hic Medicus, qui malum iteratum nesciret curare? Medicorum enim est centies infirmum visitare, centies curare. Qui cæteris minor esset, si aliis possibilia ignoraret; memor est sui, qui dicit: [*Nolo* l *mortem peccatoris, sed ut convertatur, & vivat.*] Quem enim peccatorem exclusit *m*? Et quod omnibus promisit indulgentiam, aliis quoque promissionibus declarat. [*Qui* n *me confessus fuerit coram hominibus,*] id est, omnis, quantumcunque, & quotiescunque peccator, cujuscunque ordinis, etiamsi fuerit Sacerdos, [*confitebor & ego eum coram patre meo.*] Nam [*quis* o *invocaverit nomen Domini,*] id est, secundùm quod nominatur Dominus, id est, qui invocaverit eum ad se, serviendo, non contradicendo, ut forsitan sæpè fecit, [*omnis,*] id est, quicunque sit ille peccator, [*salvus erit.*] Omnem enim animam iste promissor saturavit bonis, etiam *p* sedentem *q* in tenebris, & umbra mortis, nullam excipiens animam. Hunc magistrum intellexerat discipulus ille, qui Corinthios *r* per epistolas suas voluit corrigere, & ut ipse testatur, ter in literis suis eos correxit. Oportebat enim, ut quoties videret eos cadere, toties juvaret eos resurgere. Memor enim erat illius, qui dixerat, [*Quorum* s *remiseritis peccata, remittuntur eis.*] Scimus autem & primos patres, & in omni tempore Ecclesiam Dei semper, usque septuagies septies, (quod est semper) peccata remittere. Quam potestatem isti ab Ecclesia Dei conantur auferre. Oportet enim sic Ecclesiam credere, quæ confitetur se sæpè peccare. Negant enim veritatem seducti 1, qui se absque peccato audent jactare. In *a* multis enim offendimus omnes: nec *b* infans unius diei absque peccato super terram esse potest. Quapropter eliminandus est ab Ecclesia iste error, qui unquam pœnitentibus negat indulgentiam. Non enim inquirit, quid Apostolus *c* senserit, qui dixit: [*Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc justificatus sum.*] Sciens enim & justis peccata solere contingere, non se confirmabat absque peccato, qui se novit indissolubili vinculo charitatis Christo conjunctum. Nisi enim sciret sæpè justos ad veniam venire, quomodo dubitaret se peccare, qui se sciebat Spiritum Dei habere, & intentione mundissimâ ei servire? Cur *d* enim Dominus Petri pedes lavisset, & Ecclesiam hoc idem docuisset, nisi quia (quoniam *e* quotidiana est offensio) oportet, ut quotidiana sit remissio? Cur docuisset *f* orantes dicere: [*Dimitte nobis debita nostra:*] nisi ipse misericors perseveraret, qui nos ab hac petitione non vult deficere?

1 ¶ Seducti,] *In originali est*, in se esse. *& videtur indicari locus in epist. Ioan. 1. c. 1. sed ob glossam non est mutatum.*

C. XXXIII.

Item Augustinus *ad Macedonium, epist. 54.*

IN tantum *g* hominum iniquitas aliquando progreditur, ut etiam post actam pœnitentiam, post altaris reconciliationem, vel similia, vel graviora committant. Et tamen Deus facit etiam super tales oriri solem suum: nec minùs tribuit, quàm antea tribuerat, largissima munera vitæ & salutis: & quamvis eis in Ecclesia locus humillimæ pœnitentiæ non concedatur, Deus tamen super eos patientiæ suæ non obliviscitur. Ex quorum numero si quis nobis dicat: [Aut date mihi eundem iterùm pœnitendi locum, aut desperatum me permittite, ut faciam quicquid libuerit, quantùm meis opibus adjuvor, & humanis legibus non prohibeor, in scortis, omnique luxuria, damnabili quidem apud Dominum, sed apud homines plerosque etiam laudabili: aut, si me ab hac nequitia revocatis, dicite, utrùm mihi aliquid prosit ad vitam futuram, si in ista vita illecebrosissimæ voluptatis blandimenta contempsero, si libidinum incitamenta fraenavero, si ad castigandum corpus meum multa mihi etiam licita & concessa subtraxero, si me pœnitendo vehementiùs, quàm priùs excruciavero *h*, si miserabiliùs ingemuero, si flevero uberiùs, si vixero meliùs, si pauperes sustentavero largiùs, si charitate, quæ operit multitudinem peccatorum, flagravero ardentiùs,] quis nostrùm ita desipit, ut huic homini dicat, nihil tibi ista proderunt in posterum: vade, saltem vitæ hujus suavitate perfruere? Avertat Deus tam immanem sacrilegii *i* dementiam.

1.

¶ *Locupletatum est duobus locis caput hoc ex originali.*

1 ¶ Dementiam.] *Apud B. Augustinum sequitur cap.* quamvis. *supr. eâd. dist.*

8 pars. *Sive autem quis dicat primam tantùm pœnitentiam post baptismum utilem esse, non sequentem, sive contendat quis, ultimæ tantùm veniam dari, non præcedenti, semper tamen auctoritati adversatur, quæ sæpissimè veniam pœnitenti repromittit. Quæ autem sit vera pœnitentia, cui venia nunquam negatur, & quæ sit falsa, cui nunquam indulgentia promittitur,* Adamantius & Hyschius, *super Leviticum* k *testantur.*

C. XXXIV.

1. INter hæc, hircum, qui oblatus fuerat, exustum, &c.] Non peccare, solius Dei est: emendare, sapientis. Sed raro invenias, qui se corrigat. Rara confessio peccati, rara pœnitentia. Repugnat natura & verecundia, quia obnoxia est culpæ omnis caro, & quisque erubescit peccatum confiteri, dum magis præsentia cogitat,

a *ut si*] *orig.* b *Ioan. 9.* c *quem prius dilexit,*] *origin.* d *Luc. 7. & 15. Matt. 15.* e *Ioan. 8.* f *Qui orig.* g *illuminavit*] *orig.* h *salvavit*] *orig.* i *jungi*] *orig.* k *Marc. 2.* l *Ezech. 33.* m *al. excludat?* n *Matt. 10.* o *Iocis 2.* p *Ps. 106. Luc. 1.* q *sedentes*] *orig.* r *2. Cor. 12.* s *Ioan. 20.*

a *Luc. 3.* b *Iob. 15. ex 70.* c *1. Cor. 4.* d *Ioan. 13.* e *abest ab orig.* f *Matth. 6.* g *Sent. 4. dist. 14.* h *al. excitavero.* i *al. sacrilegam.* k *Gloss. ord. in c. 10. Levitici. Simile in catena in Leviticum, ex scriptoribus Græcis, præcipuè Origene.*

quàm futura. Vult Moyses peccati vacuam reperire animam, ut exuvias erroris deponat, & culpæ nuda sine sui pudore discedat. Sed irrationabilis impetus prævenit, & flamma celerrimi motûs animam depascitur, & exurit ejus innocentiam. Præponderant enim futuris præsentia, seriis jucunda, & læta tristibus, & præpropera tardioribus. Velox enim iniquitas, quæ ad nocendum occasionem suggerit: lenta virtus, & cunctatrix antè judicat, quàm incipit, quid decorum, quid honestum: iniquitas omnia præcipitat. Pigra verò, & verecunda pœnitentia, quæ *a* præsentium pudore premitur *b*. Solis enim intendit futuris, quorum spes sera, & tardus fructus. Interim præcurrit impudentia, & spe præsentium pœnitentia excluditur, & affectus *c* ejus exuritur, & abolетur. Quærit eam lex, & non invenit, exusta est enim fervore, & fumo iniquitatis. Inde irascitur, & dicit devorandam fuisse pœnitentiam in sancta *d* sanctorum: Sacerdotes, quasi segnes increpat. Respondet Aaron providum debere esse sacerdotale judicium, nec malè *e* fanæ conscientiæ facilè esse credendum id muneris, ne fiat novissimus error pejor priore. Vase enim fœtido vel oleum, vel vinum facilè corrumpitur. Quomodo autem poterat, ubi ignis alienus erat, peccàtum exuri in conspectu Domini, cui cuncta aperta sunt? quasi dicat: non placet Deo, qui injustitiam corde inclusam tenet, & se pœnitentiam agere perhibet. Ignis alienus, libido, avaritia, & omnis prava cupiditas. Hic ignis exurit, non mundat. In quibus enim est, si offerant in conspectu Domini, ignis eos cœlestis absumit, sicut Nadab, *f* & Abiu cum his, quæ pro peccato fuerant oblata. Qui ergò mundari vult, ignem alienum removeat, & illi igni se offerat, qui culpam exurit, non hominem. Hic *g* ignis siccavit Hæmorrhoissæ sanguinem pruſluentem: hic *h* siccavit culpam latronis. Ignis *i* enim consumens est: sanat enim simpliciter & purè confitentes. Judas inquit: *k* [*Peccavi, tradens sanguinem justum:*] sed in pectore habuit ignem alienum, quo inflammante cucurrit ad laqueum. Indignus autem remedio fuit, quia non purâ mente pœnituit. Culpam verò ejus non auferunt Sacerdotes, qui dolosè offert *l*, nec in eo possunt epulari, quorum cibus est peccatorum remissio. Unde verus Sacerdos ait: [*Meus* m *cibus est, ut faciam voluntatem patris,*] id est, ut peccatores conversi & pœnitentes salventur. Non est enim acceptum Deo sacrificium, nisi verum, & sincerum.

¶ *In hoc & sequenti capite afferuntur verba ipsa glossæ ordinariæ: quamvis multa sint accepta ex Origene, Adamantio, & Hesychio.*

C. XXXV.

Item Hesychius *lib. 2. ad c. 10. Levitici.*

II. INter n hæc, hircum, qui oblatus fuerat, &c.] Quia omne peccatum per pœnitentiam deletur, & qui prædictum peccatum alterius doctrinæ, & blasphemiæ commiserunt, salvati non sunt: causam mortis eorum Legislator o exponit: [*Inter hæc, hircum, qui oblatus fuerat, &c.*] Quia scilicet non comederunt filii Aaron, quod pro peccato erat in loco sancto, id est, pœnitentiam commissi peccati in Ecclesia peragi non fecerunt: quibus hoc præceptum est, quos Christus in Ecclesia vicarios suos constituit. Ipse enim oblationis suæ sanguinem, quæ pro nostro sanguine oblata est, in sanctum, id est, in cœlum, in conspectu patris obtulit. Debet autem comedi hoc sacrificium in loco sancto, scilicet in Ecclesia, in propitiationem peccatorum. Unde addit, [*quemadmodum præceptum est mihi,*] id est, quemadmodum præcepi & mandavi. Moyses enim gerit personam Christi. Exustum repetit: quia in Spiritum Sanctum peccaverant: ab intelligibili igne Spiritûs Sancti oblatio pro pœnitentia ablata est. Voluntariè enim peccantibus non relinquitur hostia pro peccato. Nam sicut vera pœnitentia veniam promeretur, ita a simulata Deum irritat: quia Spiritus Sanctus disciplinæ effugiet fictum. Hoc autem sancti Patres irremissibile *b* peccatum, & blasphemiam in Spiritum Sanctum dixerunt, in *c* sceleribus usque ad finem vitæ perseverare, de salute sui desperare, & de potentia, & misericordia redemptoris diffidere.

C. XXXVI.

Item Joannes os aureum *homilia 31. in c. 11. epistolæ ad Hebræos.*

IUdas *d* pœnituit, sed malè: laqueo namque se suspendit: pœnituit etiam *e* Esau, sed malè: magis autem iste neque pœnituit. Lachrymæ quippe illæ non erant pœnitentiæ, sed animi *f* violenti, & indignationis internæ. Quod ex ejus operibus aperitur. &c. ¶ Non igitur negemus, obsecro, peccata nostra: neque nos impudentia duros efficiat. Sponte nostra peccata punimus, ne pendamus, non sponte, supplicia. Audivit Cain à Deo: [*Ubi est Abel* k *frater tuus?*] & dixit: [*nescio, nunquid nam custos fratris mei sum ego?*] Vides, quomodo ex hoc peccatum reddiderit gravius? Verum non ita pater ejus audiens: [*Adam* g, *ubi es?*] dixit: [*audivi vocem tuam Domine, & timui, quoniam nudus sum, & abscondi me.*] Magnum bonum est, ut quis peccata sua agnoscat, & memoriam eorum perseveranter retineat. Nullum invenitur delictorum tale remedium, sicut eorum contiguata memoria.

1 ¶ Animi violenti,] *Græcè est, ἀλλὰ ἐπηρμένου, καὶ ἐπιμὶξ μανίαν, καὶ ἀλογίαν τοῦ ἔρους: id est*; Sed potius contumelioſi impetûs & iracundiæ: idque ostendunt, quæ secuta sunt. *Vetustus codex habet, πικρίας, καὶ ὀργῆς, qua duæ voces conjungentur etiam à B. Paulo in epistola ad Ephesios, cap. 4. Sunt autem nonnulla in hoc capite partim ex manuscriptis Gratiani codicibus, partim ex ipso originali emendata.*

C. XXXVII.

Item Ambrosius *in lib. 2. de pœnitentia, cap. 11.*

IN *h* salicibus, inquit, in medio ejus suspendimus organa nostra. Quomodo *i* cantabimus canticum Domini in terra aliena?] Si enim caro mens repugnat, nec subdita est animi gubernaculo & mentis imperio, aliena est terra, quæ non domatur exercitio cultoris, & ideò non potest fructus charitatis pœnitentiam *k* pacis afferre. Melius est ergò tunc quiescere, cùm exercere non queas opera pœnitentiæ, ne in ipsi pœnitentia fiat, quod posteà indigeat pœnitentiâ. Quæ si semel fuerit usurpata, nec jure celebrata, nec prioris fructum obtinet, & aufert usum posterioris. Sanè & cùm caro repugnat, mens ad Dominum debet esse intenta: & si opera non sequuntur, fides non deseratur *l*: & si impugnant vel carnis illecebræ, vel potestates adversariæ, maneat mens Deo dedita. Tunc enim maximè *m* urgemur, cùm caro cedit, & sunt, qui vehementer incumbant miseræ animæ, quærentes omne auferre præsidium. Unde illud *n* est: [*Exinanite, exinanite usque ad fundamentum in ea.*] Quam miseratus David, ait: [*Filia Babylonis misera*] misera utique, quia Babylonis filia est: quæ Dei filia esse desivit, cui tamen Medicum invitat, dicens: [*Beatus, qui tenebit & allidet parvulos tuos ad petram:*] hoc est, qui infirmas & lubricas cogitationes allidat ad Christum, qui omnes irrationabiles motus sui reverentiâ & disceptatione *o* comminat.

---

a *al.* quia. b *al.* punitur. c *al.* effectus. d *al.* sanctis sanctorum. e *al.* malè sana] vera tollit. f *Levit. ibid.* g *Marc. 5.* h *Luc. 23.* i *Deut. 4.* k *Matth. 27.* l *al.* se effert,] *al.* efferunt. m *Joan. 4.* n *Ibi gloss. ord.* o *Levit. 10.*

a *Sap. 1.* b *Hebr. 12.* c *al.* & in. d *Matth. 27.* e *Genes. 27.* f *Genes. 4.* g *Gen. 3.* h *Nonnulla verba omissa.* i *Psalm. 136.* k *Ibidem.* l *al.* disceptatione.

1 ¶ Pœni-

1 ¶ Pœnitentiam pacis.] *In multis vetustis legitur*, pœnitentiæ, & pacis *in originali autè impressa*, patientiam pacis.

2 ¶ Fides non deseratur:] *In aliquot manuscriptis est*, fides non deserat: *in vetustioribus B. Ambrosii operum editionibus*: fides desideret: *in recentiore Pœcilensi*, fides deserviat.

3 ¶ Urgemur,] *In nonnullis vetustis legitur*, urgetur, cùm caro non credit.

C. XXXVIII.

Item Hieronymus *super Matthæum ad c. 27.*

Nihil *a* Judæ profuit egisse 1 pœnitentiam, per quam scelus corrigere non potuit. Si *b* quando frater sic peccat in fratrem, ut emendare valeat, quod peccavit, potest ei dimitti: sin autem permanent opera, frustra voce assumitur pœnitentia. Hoc est, quod in Psalmo *c* de eodem infelicissimo Juda dicitur: [*& oratio ejus fiat in peccatum:*] ut non solùm emendare nequiverit proditionis nefas, sed proprii homicidii scelus addiderit.

1 ¶ Egisse pœnitentiam,] *Sic in glossa, ex qua videtur sumptum caput hoc: sed apud B. Hieronymum & Magistrum*, sera pœnitentia: *apud eundem verò Magistrum, paulo pùtà, legitur depravatè*, emendare non valeat.

C. XXXIX.

Item Leo Papa *in* d *sermone, qui incipit,* [Inter omnia,] *id est, tertio de passione Domini.*

Scelerationi omnibus, ô Juda, & infelicior extitisti; quem non pœnitentia revocavit ad Dominum, sed desperatio traxit ad laqueum. Expectâsses consummationem criminis tui, & donec sanguis Christi pro omnibus funderetur peccatoribus, informis lethi suspendium distulisses.

9 pars. *His auctoritatibus, quæ sit vera, quæ falsa ostenditur pœnitentia, & falsa nulla indulgentia dari probatur: in quo illorum sententia destruitur, quâ eum, qui pluribus irretitus fuerit peccatis, asseritur unius delicti pœnitentiâ, ejusdem veniam consequi à Domino sine alterius pœnitentia. Quod etiam multis auctoritatibus probare conantur. Quarum prima est illa Nauum* e *Prophetæ:* [non judicabit *f* Deus bis in idipsum.] *Sed quem Sacerdos judicat, Deus judicat, cujus personam in Ecclesia gerit. Qui ergo à Sacerdote semel pro peccato punitur, non iterum pro eodem peccato à Domino judicabitur.*

C. XL.

Item Gregorius *super Ezechielem, hom. 10.*

Pluit *g* Dominus super unam civitatem, & super alteram non pluit: & eandem civitatem ex parte compluit, & ex parte aridam relinquit. Cùm ille, qui proximum odit, ab aliis vitiis se corrigit, una eademque civitas ex parte compluitur, & ex parte arida manet: quia sunt, qui cùm quædam vitia resecant, in aliis graviter perdurant.

¶ *Similis summa verborum B. Gregorii est in glossa ordinaria ad c. 4. Amos, non tamen eadem omninò.*

C. XLI.

Item Ambrosius *in 12. ordinario* h *Psalm. 118.*

Prima consolatio *i* est, quia non obliviscitur misereri Deus: secunda per punitionem 1, ubi, etsi fides 2 desit, pœna satisfacit, & relevat.

1 ¶ Punitionem,] *Antè legebatur*, compunctionem. *Emendatum est ex glossa ordinaria (cujus caput hoc est summa quædam) & magis convenit cum sententia B. Ambrosii: cujus tamen locum integrum præstat accuratè legere.*

2 ¶ Fides] *In glossa additur*, id est, conscientia debiti: *& sic declarat Gratianus infrà c.* quærat.

Item opponitur de Hieronymo a, *qui super Naum sentire videtur, quòd si fidelis* 1 *adulterando interficeretur, de adultero non amplius à Deo puniretur. Item, si illa satisfactio non fuit, quam in adulterio vivens pro homicidio obtulit, cùm adulterii eum pœnituerit, utrumque ei pœnitentia imponenda erit: quod à ratione alienum Ecclesiasticâ probatur consuetudine, quæ pro* b *eodem peccato (nisi resteratum fuerit) nullo bis pœnitentiam imponit.* ¶ *Sed quòd ei, qui crimen sibi reservat, de alio venia non præstetur, non solùm præmissis probatur auctoritatibus Hesychii, Adamantii, Gregorii, Augustini, Smaragdi, Isidori: verum etiam aliâ auctoritate ejusdem* Augustini *in libro de* c *pœnitentia.*

1 ¶ Fidelis] *Sic est emendatum ex aliquot vetustis, B. Hieronymo, & Magistro. Nam antè legebatur*, infidelis, *quemadmodum etiam infrà eâd. c.* quærat. & *c.* ignis.

C. XLII.

Aut enim.

Sunt plures, quos pœnitet peccâsse, sed non omninò, reservantes sibi quædam, in quibus delectentur: non animadvertentes Dominum simul *d* surdum & mutum à dæmonio liberâsse: per hoc docens nos nunquam nisi de omnibus sanari. Si enim vellet ex parte peccata reservari, habenti septem dæmonia, manente uno, proficere potuerat sex expulsis. Expulit autem septem, ut omnia crimina simul ejicienda doceret. Legionem *e* autem ab alio ejiciens, neminem reliquit ex omnibus, qui liberatum possideret: ostendens, quòd etiamsi peccata sint mille, oportere de omnibus pœnitere. Laudatus est enim Dominus, quando ejecto dæmonio *f* locutus est mutus. Nunquam aliquem sanavit, quem omninò non liberavit. Totum enim hominem sanavit in sabbatho: quia & corpus ab infirmitate, & animam ab omni contagione liberavit, indicans pœnitentem oportere simul dolere de omni crimine orto in anima & corpore. Scio enim Deum inimicum omni criminoso. Quomodo ergò, qui crimen reservat, de alio recipiet veniam? Sine amore Dei consequeretur veniam *g*, sine quo nemo unquam invenit gratiam. Hostis enim Dei est, dum offendit perseveranter. Quædam enim impietas infidelitatis est, ab illo, qui justus, & justitia est, dimidiam sperare veniam. Jam enim foret sine pœnitentia invenire gratiam. Pœnitentia enim vera ad baptismi puritatem confitentem conatur adducere. Rectè enim pœnitens, quicquid sordium post purificationem contraxit, oportet ut abluat, saltem lachrymis mentis. Sed satis durus est, cujus mentis dolorem oculi carnis nequeunt declarare: sed sciat culpabiliter se durum, qui deflet damna temporis, vel mortem amici, & dolorem peccati lachrymis non ostendit. Non itaque est, ut quis excuset se non habere fontem lachrymarum, qui non unquam lachrymis ostendit dolorem temporalium. Quem ergò pœnitet, omninò pœniteat, &c.]

10 pars. *Auctoritas illa Nauum Prophetæ:* [Non *h* judicabit Deus bis, &c.] *non indistincte ostendit omnia, quæ temporaliter puniuntur, non ulteriùs à Deo puniendo. Quamvis enim Sodomitas, Ægyptios, Israelitas in eremo super eundem locum dicat Hieronymus temporaliter à Deo punitos, ne in æternum punirentur, non tamen de omnibus generaliter hoc intelligendum est: alioqui cuiq; sceleroso optandum esset, ut cœlesti fulmine percussus, aut aquis submersus, aut à serpentibus vulneratus pro peccatis suis divinitùs interiret, ut æternos cruciatus brevis*

---

a *Gloss. ordin. & Beda ad eundem locum. Senten. 4. distin. 15.* b *al. Sed.* c *Psalm. 108.* d *Gloss. ord. ad cap. 27. Matth.* e *Naum 1. ex 72.* f *al. vindicabit.* g *Sententiarum 4. distinct. 15. Amos 4.* h *Sermone 18.* i *Gloss. ord. ibi. Ladisch.*

a *Sent. 4. distinct. 15.* b *Infrà eâd. c. quærat aliquis. & c. ignis. supr. 23. quæst 5. quid ergò.* c *In lib. de vera & falsa pœnitentia, cap. 9. Sent. 4. dist. 15.* d *Matth. 12.* e *Marc. 5.* f *Matth. 9.* g *al. indulgentiam.* h *supr. dist. 1. de pœn. cap. quem ergò. Sent. 4. dist. 15. supr. sceleratior.*

& momentanea pœna terminaret. Illud etiam Apostoli falsum esset, quod de prostratis in deserto in epistola ad Hebræos a *scribens ait:* [Propter incredulitatem suam non intraverunt in terram promissionis.] *Ubi probatur, quòd sicut merito suæ infidelitatis requiem illam amiserunt, ita propter eandem infidelitatem, veram requiem æterna beatitudinis nullo modo intraverunt. Intelligitur ergò illud Hieronymi de his tantùm, qui inter ipsa flagella pœnitentiam egerunt: quam, etsi brevem, & momentaneam, tamen non respuit Deus: sicut &* b *illud Prophetæ,* [Non judicabit c Deus bis in idipsum,] *de his tantùm intelligi oportet, quos præsentia supplicia in melius commutant: super quos non consurget duplex tribulatio. Qui autem inter flagella duriores* d *& deteriores sunt, sicut Pharao, qui flagellatus à Domino, durior factus est, præsentibus æterna connectunt, ut temporale supplicium sit eis æternæ damnationis initium.*

C. XLIII.

Unde Augustinus *in cantico Deuteronomii.*

IGnis e succensus est, &c.] Hoc est, vindicta hîc incipiet & ardebit usque ad extremam damnationem.

Hoc contra illos notandum est f, *qui dicunt,* [Non judicabit Deus bis in idipsum,] *ad omnia pertinere flagella: quia quidam hîc flagellis emendantur, alii & hîc, & in æternùm puniuntur: sicut Antiochus & Herodes. Quod autem super eundem locum de adultero fideli Hieronymus scribere videtur, ex ejusdem verbis falsum esse probatur. Exemplo enim illius, qui Israëlitis maledixerat, & qui ligna in sabbatho collegerat, ostendit parva peccata brevibus & temporalibus suppliciis purgari, magna verò diuturnis & æternis supplicijs reservari.*

C. XLIV.

Ait enim in primum caput Naum.

QUærat g hîc aliquis, si fidelis deprehensus in adulterio decolletur, quid de eo postea fiat. Aut enim punietur, & falsum est hoc, quod dicitur, [*Non vindicabit Dominus bis in idipsum in tribulatione:*] aut non punietur, & optandum est adulteris, ut impræsentiarum brevi & citâ pœnâ frustrentur cruciatus æternos. Ad quod respondebimus, Deum, ut omnium rerum, ita suppliciorum quoque scire mensuras, & non præveniri sententiâ judicis, nec illi in peccatorem exercendæ dehinc pœnæ auferri potestatem, & magnum peccatum magnis, diuturnisque lui h cruciatibus: si quis autem punitus sit, ut ille in lege i, qui Israëliticis maledixerat, & qui in sabbatho ligna collegerat, tales postea non puniri: quia culpa levis præsenti supplicio compensata sit.

Illud autem Gregorii: [Pluit k Dominus super unam civitatem, &c.] *non ad crimnis veniam, sed ad ejus referendum est detestationem: ut ideò pars civitatis dicatur esse completa, quia crimen, quod dilexerat, detestari suscipit, non quòd ejus veniam consequatur. Criminis autem detestatio pluvia vocatur, quia ex fonte divinæ gratiæ cordi nostro instillatur, ut vel sic quisque ad veram pœnitentiam perveniat: aut eò minùs à Deo puniatur, quo diuturniore delectatione peccati majus sibi supplicium accumulâsset. Si verò ad indulgentiam criminis pluvia referatur, Evangelica sententia contraire videbitur. Si enim propter fraternum odium, etiam quæ dimissa sunt, replicantur ad pœnam: multò magis, quæ non sunt dimissa, ad vindictam reservari probantur. Item si secundùm Augustinum* l *arbiter suæ voluntatis non potest inchoare novam vitam, nisi pœniteat eum veteris vitæ, quomodo ad novitatem indulgentiæ perveniet, qui odii vetustatem non deposuit? Ad detestationem ergò criminis, ut dictum est, non ad ejus indulgentiam pluvia illa pertinere probatur. Item illud* a *Ambrosii,* [Et si fides desit, pœna satisfacit,] *non de ea fide intelligitur, de qua dicitur,* b [Fides sine operibus mortua est:] *sed de ea, de qua Apostolus* c *ait:* [Omne, quod non est ex fide,] *id est, omne quod sit contra conscientiam* [peccatum est.] *Deest ergò fides, cum non subest conscientia peccati. Sed quia delicta omnia nullus dijudicat, & intelligit, est aliquando peccatum in homine, cujus non habet conscientiam. Unde Apostolus* c *ait:* [Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc justificatus sum.] *Cujus ergò peccati deest conscientia, illius pœna si patienter feratur, satisfacit, & reliquum purgatum. Quod autem in fine objicitur* f, [Si satisfactio illa fuit, veniam impetravit: si autem veniam non impetravit, satisfactio non fuit: si autem satisfactio non fuit, adhuc sibi pœna imponenda est,] *non procedit argumentum: satisfactio namque est, dum ipsius causa peccati excluditur, & ejus suggestionibus aditus non indulgetur. Sed ejus fructus non percipitur, impedita peccata, quod non deseruit: percipietur autem, cum ejus pœnitentia fuerit subsecuta: sicut ad latronem filii accedens regenerationis sacramentum accepit, non tamen in Christo renascitur: renascetur autem virtute sacramenti, quod percepit, cum fictio illa de corde ejus recesserit veracis pœnitentiæ.*

C. XLV.

Sicut etiam Augustinus *scribit in libro* g *de pœnitentia.*

PLum h est credere, & nostra fides expostulat, ut cùm gratia Christi destruxerit mala priora in homine, etiam remuneret bona: & cùm destruxerit, quod suum non invenit, amet & diligat bonum, quod etiam in peccante plantavit.

¶ *Paulo aliter legitur in originali: sed Magister habet sicut Gratianus.*

C. XLVI.

Ex hoc sensu illud etiam Hieronymi *dictum videtur ad cap. 1. Aggæi.*

SI i quando videris inter multa k mala operis peccatorum facere quempiam nonnulla, quæ justa sunt, non est tam injustus Deus, ut propter mala multa, peccatorum obliviscatur bonorum.

11 pars. *Quamquam memoria bonorum ad præsens remunerationem possit referri: sicut* Gregorius *in homilia* l *de divite & Lazaro scribit.*

C. XLVII.

CAvendum nobis est, ut si fortè aliquid boni agimus, in præsenti seculo remunerationem accipiamus: ne fortè dicatur nobis, [*Receperunt* m *mercedem suam.*] Nisi enim dives iste aliquid boni egisset, unde in præsenti seculo remunerationem accepisset, nequaquam Abraham ei diceret, [*Recepisti* n *bona in vita tua.*]

C. XLVIII.

Item Joannes Chrysostomus *humiliâ 67 ad populum Antiochenum.*

QUid ergò turbamur? nemo videns malignos prosperitatem habere, turbetur. Non est hîc retributio malignitatis, neque virtutis: ac si aliquando contingat, ut aliqua sit retributio vel malitiæ, vel virtutis, non tamen secundùm quod dignum est, sed simpliciter, veluti quidam gustus judicii: ut qui resurrectionem non credunt, talibus doceantur. Quando itaque videmus malignum ditescere, non subruamur, & quando videmus bonum mala pati, non turbemur. Illic corona: illic supplicia.

a *Heb.* 3. b *Naum.* 1. c *al.* vindicabit. d *Suprà* 23. qu. 5. hoc tamen. e *Sententiarum in glossa ordin. Deuteronomii* 32. *& apud beatum Gregorium Moral. lib.* 18. *cap.* 12. f *Isidorus de summo bono, lib.* 3. *cap.* 2. g *Sententiarum ibidem. Suprà* 23. *quæst.* 5. *quid ergò.* 6. *quærat.* h *eius*] *arg.* i *Numeror.* 15. k *Supr. eâd. pluit. Sent ibid.* l *Suprà, dist.* 1. *tres sunt.*

a *Suprà eâd. prima consolatio.* b *Iacob.* 2. c *Roman.* 14. d *Psalm.* 18. e 1. *Corinth.* 4. f *Suprà, prima consolatio.* g *In libro de vera & falsa pœnitentia, c.* 14. h *Sententiarum.* 4. *dist.* 21. *infrà dist.* 5. *c. considerat.* i *Sententiarum ibidem.* k *multa opera*] *arg.* l *In homil.* 49 *habetur sententia.* m *Matth.* 6. n *Luc.* 16.

plicia-

plicia. Est & alia ratio: quia non potest malus in omnibus malus esse, sed habet aliqua bona: neque bonus in omnibus esse bonus, sed habet aliqua peccata. Cùm ergo prosperitatem malus habet, malo capitis sui est. Cùm enim pro illis paucis bonis retributionem hic accipit, illic jam plenius punietur.

Potest a etiam referri ad memoriam bonorum ad misericordem pœnam habendam, ut bona, quæ inter multa mala sunt, non proficiant ad præsentis vitæ, vel futuræ præmium obtinendum, sed ad tolerabilius extremi judicii supplicium subeundum: sicut de fide, & cæteris quæ sine charitate habentur.

C. XLIX.

Augustinus *scribit in libro de patientia, c. 26.*

SI quis *b* autem non habens charitatem, quæ pertinet ad unitatem spiritûs, & vinculum pacis, quo catholica Ecclesia congregata connectitur, in aliquo schismate constitutus, ne Christum neget, patitur tribulationes, angustias, famem, sitim *c*, nuditatem, persecutionem, pericula, carceres, vincula, tormenta, gladios, vel flammas, vel bestias, vel ipsam crucem timore gehennæ *d*, & ignis æterni, nullo modo ista culpanda sunt: imò verò & hæc laudanda patientia est: (Non enim dicere poterimus, meliùs ei fuisset, ut Christum negando nihil eorũ pateretur, quæ passus est confitendo:) sed existimandum, fortassè tolerabilius ei futurum judicium, quàm si Christũ negando cuncta illa vitaret. Unde & illud, quod ait *e* Apostolus: [*Si tradidero corpus meum, ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest,*] nihil prodesse intelligitur ad regnum cœlorum obtinendum, non ad extremi judicii tolerabilius supplicium subeundum, *& suprà, cap. 23.* ¶ Hæc propter charitatem dicta sunt: sine qua in nobis non potest esse vera pœnitentia *f*: quia in bonis charitas Dei est, quæ tolerat omnia.

12 pars. *Pœnitentia ergò, ut ex præmisso apparet, nulli in peccato perseveranti utilis est, non tamen alicui denegando est: quia sentiet fructum ejus, cùm alterius criminis pœnitentiam egerit. Sic itaq; pœnitentia definitio, & cætera auctoritates sibi consonantes negant eum agere pœnitentiam, qui perseverat in crimine, utilem videlicet sibi & fructuosam.*

¶ *Illud autem Ambrosii* g: [Pœnitentia semel usurpata, nec verè celebrata, & fructum prioris aufert, & usum sequentis amittit.] *de solemni intelligitur: quæ cùm non verè celebrata fuerit, & fructum prioris, id est, suispsius secuturam præcedentis, amittit (quia veniam, quam impetrare potuit, contempsit) & usum sequentis aufert, secundùm consuetudinem quarundam Ecclesiarum, apud quas pœnitentia solemnitas non iteratur. De hac eadem pœnitentia illud etiam intelligitur,* [Non est *h* secundus locus pœnitentiæ.]

DISTINCTIO IV.

1 pars. QUia *i* verò multorum auctoritatibus suprà monstratũ est pœnitentiam verè celebrari, & peccata verè dimitti ei, qui aliquando in crimen recasurus est: quæritur, an peccata dimissa redeant? Hujus quæstionis diversorum varia est sententia, aliis asserentibus, aliis contrà negantibus peccata semel dimissa ulteriùs replicari ad pœnam. Quòd autem peccata semel dimissa redeant, multorum auctoritatibus probatur: quarum prima est illa Prophetæ: [In *k* memoriam redeat iniquitas patrum ejus:] *secunda illa Evangelii:* [Serve *l* nequam, omne debitum dimisi tibi.]

a *Sent. ibid.* b *Ephes. 5.* c *abest ab orig.* d *al. gehennarum,*] *orig.* e *1. Cor. 13.* f *patientia*] *vera lectio.* g *Sent. 4. dist. 14. super cùd in solicitus.* h *Supr. dist. 50 si quis potest. Hugo de S. Vict. l. 2. de Sacr. p. 14. c. 4.* i *Hugo l. 2. de sac. p. 15. c. fin. Sent. 4. dist. 22.* k *Psal. 108.* l *Matth. 18.*

C. I.

Deinde in libro Psalmorum Augustinus *a ait ad Psalmum 108.*

SI Judas teneret illud, ad quod vocatus est, nullo modo ad eum vel sua præterita, vel parentum iniquitas pertineret. Sed quia non tenuit adoptionem in familia Dei, iniquitatem vetusti generis potiùs elegit, rediit iniquitas patrum ejus in conspectu Domini, ut in eo etiam ipsa *b* puniretur, & peccatum matris ejus non deleretur. *Item Rabanus.* ¶ *Tradidit c eum tortoribus, &c.*] Considerandum est, quòd dicit: [*universum debitum:*] quia non solùm peccata, quæ post baptismum homo egit, reputabuntur ei ad pœnam, verùm etiam peccata originalia, quæ in baptismo ei dimissa sunt.

C. II.

Item Gregorius *lib. 4. dialog. c. 60.*

COnstat *d* ex dictis Evangelii, quòd si hoc, quod in nos delinquitur, ex corde non dimittimus, & illud rursùs exigitur, quod nobis jam per pœnitentiam dimissum fuisse gaudebamus.

C. III.

Item Augustinus *in homilia 15. de verbis Domini.*

DIxit *e* Dominus: [*Dimitte f & dimittuntur tibi:*] si ego prior dimisi, dimitte vel postea. Nam si non dimiseris, revocabo te, & quicquid tibi dimiseram, replicabo tibi.

C. IV.

Item *ibidem.* g

QUi *h* divini beneficii oblitus suas vult vindicare injurias, non solùm de futuris peccatis veniam non merebitur: sed etiam præterita, quæ jam sibi dimissa credebat, ad vindictam ei replicabuntur.

C. V.

Item Beda *super Lucam, lib. 4. c. 42.*

REvertar *i* in domum meam, unde exivi.] Timendus est iste versiculus, non exponendus: ne culpa, quam in nobis extinctam credebamus, per incuriam nos vacantes opprimat.

C. VI.

Idem *ibidem.*

QUicunque *k* enim post baptisma, sive pravitas hæretica, seu mundana cupiditas arripuerit, mox omnium profternet in ima vitiorum.

C. VII.

Item Augustinus *in libro quæstionum Deuteronomii, quæst. 42.*

PEccatum, quod ex Adam contrahitur *l*, temporaliter redditur: quia omnes propter hoc moriuntur, non autem in æternum eis, qui fuerint per gratiam spiritaliter regenerati, in eaque permanserint usque in finem.

2 pars. *Eorum* m *verò, qui hanc sententiam sequuntur, alii dicunt, quòd peccata reditura dimittuntur secundùm justitiam, sed non secundùm præscientiam: sicut nomina discipulorum, qui retrò abierunt, erant scripta in libro vitæ propter justitiam, cui deserviebant, non secundùm præscientiam, qua in numero salvandorum eos non habebat. Sic & latere* n *Dei dicuntur mille casuri, & decem millia à dextris ejus, quos tamen divina præscientia nunquàm sui admumeraverat. Hinc etiam Domino ait* o *Moyses:* [Si quis peccaverit ante me, delebo eum de libro vitæ *p*] *ut secundùm justitiam judicis ille peccando dicatur deleri, qui secundùm*

a *Et Prosper. ibid.* b *ipse*] *orig.* c *Sentent. 4. distinct. 22.* d *Sentent. ibid.* e *Dicit ille Deus:*] *orig.* f *Luc. 6.* g *Sententia, non verba.* h *Sentent. ibid.* i *Sentent. ibid.* k *al. Quemcunque. Sentent. ibid.* l *al. trahitur.* m *Beatus Ambrosius lib. 3. com. in epist. ad Romanos, in illa verba,* [*Jacob dilexi.*] *& gl. ssa ordin. ibidem* [*ut ostenderet divitias.*] n *Ps. 90.* o *Exod. 32.* p *meo.*] *orig.*

præscientiam nunquam fuerat adscriptus. Hinc Augustinus in epistola 1 *ad Corinthios:* a [Sed non in pluribus eorum beneplacitum est Deo,] *etsi in aliquibus. Communia omnibus sunt omnia sacramenta, sed non communis gratia: ita & nunc baptismus est communis, sed non virtus baptismi.*]

1 ¶ In epistola ad Corinthios:] *Hæc sunt apud Bedam in eumm. c. 10. epist. 1. ad Cor. ex B. Augustino in Psal. 77. & copiosius apud illos exponuntur.*

3 pars. *Verùm hoc de fictè accedentibus, vel de his, qui extra Ecclesiam baptizantur, intelligitur: qui sacramenti quidem integritatem accipiunt, virtutem verò ejus minimè assequuntur. Parvulis verò, vel adultis plenâ fide accedentibus omnia* b *peccata remittuntur, etsi aliquando recessuri à bono in malam vitam sint finituri.*

C. VIII.

Unde Augustinus *in libro de correptione & gratia, cap. 8. & 9.*

SI c ex bono in malum deficiente bonâ voluntate moriuntur, respondeant, si possunt, cur illos Deus, cùm fideliter & piè viverent, non tunc de vitæ hujus periculis rapuit, ne malitia *d* mutaret intellectum eorum, aut ne fictio deciperet animas eorum? Utrùm hoc in potestate non habuit ea eorũ mala futura nescivit? Nempe nihil horum nisi perversissimè atque insanissimè dicitur. Cur ergò non fecit? Respondeant, qui nos irrident, quando in talibus rebus exclamamus: [*Quàm e inscrutabilia sunt judicia ejus, & investigabiles viæ ejus.*] Neque enim hoc non donat Deus, quibus voluerit: aut verò Scriptura illa mentitur, quæ de morte velut immatura hominis justi ait: *f* [*Raptus est, ne malitia mutaret intellectum ejus, aut ne fictio deciperet animam ejus.*] Cur igitur hoc tam magnum beneficium aliis dat, aliis non dat Deus? apud *g* quem non est iniquitas, neque acceptio personarum, & in cujus potestate est, quamdiu quisque in hac vita maneat, quæ tentatio dicta est super terram? Sicut ergò coguntur fateri, donum Dei esse, ut finiat homo vitam istam, antequam ex bono mutetur in malum: cur autem aliis donetur, aliis non donetur, ignorant; ita donum Dei esse in bono perseverantiam secundùm Scripturas (de quibus testimonia multa jam posui) fateantur nobiscum, & cur aliis detur, aliis non detur, sine murmure adversùs Deum dignentur ignorare nobiscum. Nec *h* nos moveat, quòd filiis suis quibusdam Deus non dat istam perseverantiam. Absit enim, ut ita esset, si de illis prædestinatis essent, & secundùm propositum vocatis, qui verè sunt filii promissionis. Nam isti, cùm piè vivunt, dicuntur filii Dei: sed quoniam victuri sunt impiè, & in eadem impietate morituri, non eos dicit filios Dei præscientia Dei. Sunt enim filii Dei, qui nondum sunt nobis, & sunt jam Deo: de quibus ait Evangelista *i* Joannes: [*quia IESUS erat moriturus pro gente, & non tantùm pro gente, sed etiam, ut filios Dei dispersos congregaret in unum:*] quod utique credendo futuri erant per Evangelii prædicationem: & tamen antequam esset factum, jam filii Dei erant in memoriali patris sui inconcussâ stabilitate conscripti. Et sunt rursùs quidam, qui filii Dei propter susceptam vel temporaliter gratiam dicuntur à nobis, nec sunt tamen Deo: de quibus ait idem *k* Joannes: [*Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis: quòd si fuissent ex nobis, permansissent utique nobiscum:*] non ait, ex nobis exierunt, sed quia non manserunt nobiscum, jam non sunt ex nobis: verùm ait: [*ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis.*] hoc est, & quando videbantur ex *l* nobis, non erant ex nobis. Et tanquam ei diceretur, unde id ostendis? [*Quòd si fuissent*, inquit, *ex nobis, permansissent utique nobiscum.*] Filiorum Dei vox est: Joannes loquitur in filiis Dei præcipuo loco constitutus. Cùm ergò filii Dei dicunt de his, qui perseverantiam non habuerunt, [*ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis:*] & addunt, [*quòd si fuissent ex nobis, permansissent utique nobiscum:*] quid aliud dicunt, nisi non erant filii, etiam quando erant in professione & nomine filiorum? non quia justitiam simulaverunt, sed quia in ea non permanserunt. Neque enim ait, tum si fuissent ex nobis, veram, non fictam justitiam tenuissent utique nobiscum: sed [*si fuissent*, inquit, *ex nobis, permansissent utique nobiscum.*] In *a* bono illos voluit proculdubiò permanere: erant itaque in bono, sed quia in eo non permanserunt, id est, non usque in finem perseveraverunt, non erant, inquit, ex nobis, & quando erant nobiscum: hoc est, non erant ex numero filiorum, & quando erant in fide filiorum: quoniam, qui verè filii sunt, præsciti & prædestinati, sunt conformes imaginis filii ejus, & secundùm propositum vocati sunt, ut electi essent. Non enim perit filius promissionis, sed filius perditionis. Fuerunt ergò isti ex multitudine vocatorum; ex electorum autem paucitate non fuerunt. Non igitur filiis suis prædestinatis Deus perseverantiam non dedit. Haberent enim eam, si in eo filiorum numero essent: & quid haberent, quod non accepissent, secundùm Apostolicam *b*, veramque sententiam? Ac per hoc tales filii, filio Christo dati essent, quemadmodum ad patrem dicit ipse, [*ut e omne, quod dedisti mihi, non pereat, sed habeat vitam æternam.* Hi ergò Christo intelliguntur dari, qui ordinati sunt in vitam æternam. Ipsi sunt illi prædestinati, & secundùm propositum vocati, quorum nullus *d* perit: ac per hoc nullus eorum ex bono in malum mutatus finit hanc vitam: quoniam sic est ordinatus, & ideò Christo datus, ut non pereat, sed habeat vitam æternam. Et rursùs, quos dicimus inimicos ejus, vel parvulos filios inimicorum ejus, quoscunque eorum sic regeneraturus est, ut in ea fide, quæ per dilectionem operatur, hanc vitam finiant: jam & antequam hoc fiat, in illa prædestinatione sunt filii ejus, & dati sunt Christo filio ejus, ut non pereant, sed habeant vitam æternam. Denique ipse Salvator: [*Si e manseritis, inquit, in verbo meo, verè discipuli mei estis.*] Numquid in his computandus est Judas, qui non mansit in verbo ejus? Numquid in his computandi sunt illi, de quibus Evangelium sic loquitur? ubi Dominus cùm commendâsset manducandam carnem suam, & bibendum sanguinem suum, ait *f* Evangelista: [*Hæc dixit in synagoga docens in Capharnaũ. Multi ergò audientes ex discipulis ejus, dixerunt: Durus est iste sermo, quis potest eum audire? Sciens autem IESUS apud semetipsum, quia murmurabant de hoc discipuli ejus, dixit eis: Hoc vos scandalizat? Si ergò videritis filium hominis ascendentem, ubi erat prius? Spiritus est, qui vivificat: caro autem non prodest quicquam. Verba, quæ ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt. Sed sunt quidam ex vobis, qui non credunt. Sciebat enim ab initio Jesus, qui essent credentes, & qui traditurus esset eum, & dicebat: Propterea dixi vobis, quia nemo venit ad me, nisi fuerit ei datum à patre meo. Ex hoc multi discipulorum ejus abierunt retrò, & jam non cum illo ambulabant.*] Numquid non & illi discipuli appellari sunt, loquente Evangelio? & tamen non erant verè discipuli, quia non manserunt in verbo ejus, secundùm id, quod ait: [*Si g manseritis in verbo meo, verè discipuli mei estis.*] Quia ergò non habuerunt perseverantiam, sicut non verè discipuli Christi: ita nec verè filii Dei fuerunt, etiam quando esse videbantur, & ita vocabantur. Appellamus ergò nos & electos Christi discipulos, &

a 1. Cor. 10. Sent. 4. dist. 4. b al. omninò. c De iis enim differimus, qui perseverantiam bonitatis non habent, sed ex bono, &c.] orig. d Sap. 4. e Rom. 11. f Sap. 4. g Iob. 7. h Ibid. c. 9.] add. chare societatem. i Ioan. 11. k 1. Ioan. 2. l al. in.

a Suprà eâd. de pœnitentia, distinct. 2. Apostolus. vers. in hoc. b 1 Cor. 4. c Ioan. 6. d supr. dist. 2. de pœnitentia, c. nullus eorum. e Ioan. 8. f Ioan. 6. g Ioan. 8.

Dei

Dei filios : quia sic appellandi sunt, quos regeneratos piè vivere cernimus. Sed tunc verè sunt, quod appellantur, si manserint in eo, propter quod sic appellantur. Si autem perseverantiam non habent, id est, in eo, quod cœperunt esse, non manent, non verè appellantur, quod appellantur, & non sunt. Apud eum enim hoc non sunt, cui notum est, quod futuri sunt, id est, ex bonis mali.

4 pars. *Finis hujus auctoritatis eorum sententia concordat, qui peccata dicunt remitti secundùm justitiam, & non secundùm præscientiam. Alii verò, quamvis fateantur peccata reduc, tamen seu per baptismum, seu per pœnitentiam asserunt omnino peccata remitti, & plenâ fide accedentem ad lavacrum renasci non aquâ tantùm, sed etiam Spiritu Sancto : & si postea peccaturus sit, demum pœnitentem, etsi aliquando recasurus sit, tamen tempore suæ pœnitentiæ ita perfectè expiatum affirmant, ut si tunc moreretur, salutem inveniret æternam. Quorum sententiæ, ejusdem auctoritatis principium consentit. Cum enim quæstionem proponat, quare præscitos ad mortem, cùm fideliter ac piè viverent, non tunc de vita hujus periculo Deus rapuit, ne malitia mutaret intellectum eorum, aut ne fictio deciperet animas eorum, cùm de immaturâ morte prædestinati Scriptura dicat : a* [Raptus est, ne malitia mutaret intellectum ejus, aut ne fictio deciperet animam ejus :] *evidenter ostendit illorales fuisse, quos si fatali necessitate hujus vitæ subduxisset periculi, profectò vitam consecuti essent æternam. Ut ergò finis principio conveniat, & ne sibi ipsi contraire videatur, definiendum est, quid sit scribi in libro vitæ, & de eo deleri secundùm justitiam, quid secundùm præscientiam. Secundùm præscientiam scribi, est ad vitam præordinari : quod ab æterno factum est.*

C. IX.

Unde Apostolus *in epistola ad Ephesios, cap. 1.*

BEnedictus Deus, & pater Domini nostri Jesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali, in cœlestibus in Christo Jesu : sicut elegit nos in ipso ante constitutionem mundi, ut essemus sancti & immaculati in conspectu ejus in charitate : qui prædestinavit nos in adoptionem filiorum per Jesum Christum, in ipsum.

Similiter secundùm præscientiam deleri, est ad mortem, non ad vitam præscire : quod & ipsum ab æterno factum est. Unde Dominus in Evangelio : [Qui credit in me, habet vitam æternam : qui autem non credit, jam judicatus est.]

C. X.

Hinc etiam Augustinus *ait.*

NOvit b Dominus, qui sunt ejus.] Ex his nemo seducitur. Nondum apparuit judicium, sed jam factum est.

¶ *Sententia est apud beatum Augustinum, tract. 11. in Joannem, & in 20. de civitate Dei, cap. 7. unde citat Beda in 2. Timoth. 2. Verba autem ferè eadem sunt in glossâ ordinariâ ad eum ipsum Pauli locum.*

Porrò secundùm justitiam scribi, est, Deo auctore ea operari, quorum merito sit dignus æternâ salute. Hunc duplicem modum scribendi, in Evangelio Dominus assignavit, dicens discipulis : [In c domo patris mei mansiones multæ sunt : si quò minus, dixissem vobis, quia vado parare vobis locum : & si abiero, & paravero vobis locum, iterùm venio, & accipiam vos ad meipsum, ut ubi ego sum, & vos sitis.] *dicens :* [In domo patris mei mansiones multæ sunt : si quò minus, dixissem vobis, quia vado parare vobis locum :] *ostendit eos, quibus loquebatur, scriptos in libro vitæ, prædestinatione. Subjiciens,* [si abiero, & paravero vobis locum, &c.] *ostendit eos adhuc esse scribendos operatione.*

a *Sap. 4.* b *2. Timoth. 2.* c *Joan. 14.*

C. XI.

Hinc etiam Augustinus *in ejusdem 2 loco explanatione ait.*

IN domo patris mei mansiones multæ sunt.] Domus Dei, templum Dei, regnum Dei, regnum cœlorum, sunt homines justi : in quibus sunt multæ differentiæ inter se, & hæ sunt mansiones ipsius domûs. Hæ autem jam paratæ sunt in prædestinatione, sicut ait b Apostolus, [*Qui elegit nos ante mundi constitutionem*] prædestinando, parando c autè in operatione. Unde d [*Quos prædestinavit, hos & vocavit,*] & justificavit, & magnificavit. Et secundùm hoc dicitur e : [*Fecit Deus, quæ futura sunt,*] id est, quæ facturus est. *& infrà.* [¶ *Si quò minus,*] confirmat esse : quia si non essent, dixisset, ibo & parabo, id est, prædestinabo. Sed quia jam ibi sunt, non est opus aliqua parare. Quia verò nondum sunt in operatione, addit : [*& si abiero, & paravero.*] Abiens, sed non relinquens, parat : quia subtrahit se, & latet : ut sit fides, quæ non est de re visa : & inde est meritum fidei. ¶ Ex hac vivit justus, & mundatur ei cor, dum peregrinatur, & in ea desideratur, quod nondum habetur. Et hæc est præparatio mansionis : quia sic parat nos ibi, & se nobis, ut maneat in nobis, & nos in eo, quantùm quisque erit particeps ejus plùs, vel minùs pro diversitate meritorum. Et hæc multitudo mansionum est 1.

¶ *Sententia quidem hujus capitis est in tract. 61. in Joannem : sed ipsa verba in glossâ ordinariâ ad cap. 14. Joannis, & ex ea sunt nonnulla emendata.*

1 ¶ Mansionum est.] *Sequebatur,* Item, *quasi hìc citaretur alter locus beati Augustini, aut glossæ. Abest autem à plerisque manuscriptis. Nam quæ sequuntur, videntur esse Gratiani.*

Secundùm justitiam deletur, qui gratiâ subtractâ, ea operari permittitur, quibus æternam damnationem meretur. Hinc Propheta f loquens ex personâ Christi ait : [Deleantur de libro viventium,] *hoc est, subtrahatur ei gratia, quâ subtractâ, is in profundum vitiorum, deinde in æternam damnationem præcipitetur :* [& cum justis non scribantur,] *id est, non apponatur ei gratia, quâ fiant digni æternâ salute. Sic itaque peccata secundùm præscientiam remittuntur, cùm ab æterno gratia præparatur, quâ vocatus justificetur, justificatus tandem æternaliter glorificetur. Secundùm justitiam verò peccata remittuntur, cùm vel baptismus plenâ fide accipitur, vel pœnitentia toto corde celebratur : quæ remissio & ipsa secundùm præscientiam non inconvenienter fieri dicitur. Ut enim ex præmissa auctoritate Apostoli datur intelligi, duæ sunt præordinationes : una, quâ quisque præordinatur hìc ad justitiam & remissionem peccatorum percipiendam : altera, quâ aliquis prædestinatur ad vitam æternam in futuro obtinendam. Harum effectus sunt præsens justificatio & futura glorificatio : quæ omnia in præmissa auctoritate convenienter distinguuntur. Prima enim prædestinatio, quâ præordinantur ad præsentem justitiam, designatur, cùm dicitur,* [Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, &c.] *cujus effectus infrà supponitur,* [in qua gratificavit nos in dilecto filio suo, &c.] *Secunda præordinatio ibi ostenditur,* [qui prædestinavit nos in adoptionem filiorum, &c.] *Ejus effectus præmittitur, dum dicitur,* [qui benedixit nos in omni benedictione, &c.] *Hæ duæ præordinationes, & earum effectus sic se habent, ut prima, & ejus effectus naturâ præcedant, & lege consequendi inferantur. Si enim aliquis præordinatus est ad vitam, consequenter infertur, ergò prædestinatus est ad justitiam : & si consequitur vitam æternam, ergò consecutus est justitiam : sed non convertitur. Unde multi participes sunt primæ præordinationis, & ejus effectus, ad quos secundæ,*

a *Tract. 61. in Joan. c. 14. & ibi gloss. ordinaria.* b *Ephes. 1.* c *al. paranda sunt in.* d *Rom. 8.* e *Esa. 41. & 44. Gloss. ibid.* f *Psal. 68.*

vel ejus effectus minimè pertinere probantur. Juxta hanc distinctionem intelligenda est auctoritas illa Ioannis a: [Exierunt ex nobis: sed non erant ex nobis. Nam si fuissent ex nobis, mansissent utique nobiscum.] [Ex nobis, *inquit*, exierunt,] *id est, à nostra societate recesserunt, quâ prima præordinationis, & ejus effectus nobiscum participes erant:* [sed non erant ex nobis,] *id est, secundæ præordinationis, & ejus effectus societatem nobiscum non inierant. Quod ex eo videri potest: quia si fuissent ex nobis, id est, si illius præordinationis nobiscum participes essent, mansissent utique nobiscum, id est, à societate effectus ejus præordinationis, quam nobiscum contraxerant nun recessissent. Si enim ad secundam præordinationem utrumque referretur, non convenienter illud inferretur,* [mansissent:] *imò cœpissent utique nobiscum esse. Si verò ad primam, falsa esset propositio,* [si fuissent ex nobis, &c.] *Multi enim præsentis justitiæ & sanctitatis participes sunt, qui tamen in ea non perseverant. Unde Dominus ait in Evangelio* b: [Non qui cœperit, sed qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.]

C. XII.

Hanc societatem si quis solo nomine, & professione, non autem rei veritate à damnandis dicat contrahi, ejusdem auctoritatis testimonio convincitur. De his enim, qui primæ, non secundæ præordinationis sunt participes, ait: c [Nec nos moveat, quòd filiis suis quibusdam Deus non dat istam perseverantiam. Absit enim, ut ita esset, si de illis prædestinatis esset,] *& cætera, quæ in eadem auctoritate suprà continentur. Oves namque, de quibus in Evangelio Dominus ait:* [Et *d* alias oves habeo, quæ non sunt ex hoc ovili,] *& filii, de quibus Ioannes* e *ait:* [ut filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in unum,] *ita præscientiâ erant oves, & filii, ut qualitate præsentium, non specie* 1 *tantum, sed etiam ante Dei oculos essent filii iræ & perditionis æternæ. Unde Apostolus* f *non ait, videbamur esse, sed* [eramus, *inquit*, & nos naturâ filii iræ.] *Nec ait, reputabamus ab hominibus, sed* [g fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino.] *De se quoque scribens ad Timotheum, non ait:* h *videbar, sed* [fui persecutor, & blasphemus, & contumeliosus: nunc autem sum misericordiam consecutus.] *Omnes quoque, qui in Christo renascuntur, & qui ejus sanguine à diabolo redimuntur, priùs ex Adam peccatores nascuntur, & diabolicæ servituti obnoxii. Sicut ergò isti, quamvis sint futuri filii Dei, tamen priùs sunt filii diaboli: sic hi, de quibus sermo habetur, quâvis recedendo à justitia sint futuri filii perditionis æternæ, cùm tamen piè & fideliter vivunt, verè sunt filii Dei, & justi, & æternâ beatitudine digni. Unde auctoritas non ait:* i *cùm viderentur piè & fideliter vivere, sed* [cùm piè & fideliter viverent.] *Nec veraciter à bono in malum commutarentur, qui nunquam veraciter boni fuerunt. Dominus quoq; non ait per Ezechielem* k: *si averterit se justus à justitia sua, quam videbatur habere, sed* [sua,] *scilicet, quam veraciter habet. Quod autem in eadem* l *auctoritate sequitur:* [Non erant in numero filiorum, quando erant in professione filiorum,] *ita intelligendum est. Filii Dei duobus modis appellantur* 2. *Dicuntur filii Dei, participatione hæreditatis æternæ, sicut Ioannes ait in Evangelio:* m [Quotquot crediderunt in eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri.] *Et Apostolus in Epistola ad Romanos:* n [Expectatio creaturæ revelationem filiorum Dei expectat.] *& infrà.* [Ipsa creatura liberabitur à servitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei.] *& infrà:* [Ipsi intra nos gemimus, adoptionem filiorum Dei expectantes.] *Hinc etiam Augustinus eadem verba Apostoli exponens, ait:* [Modo 3 tantùm creatura, cùm nondum filiorum forma perfecta.] *Hoc ergò modo non sunt filii Dei, nisi participes æternæ beatitudinis. In præsenti etiam dicuntur filii tribus modis, vel prædestinatione tantùm (sicut ii, de quibus Ioannes ait:* a [ut filios Dei, qui dispersi erant, &c.]) *vel prædestinatione, & spe æternæ beatitudinis (sicut illi, quibus Dominus ait,* b [Filioli adhuc modicum vobiscum sum.]) *vel merito fidei, & præsentiâ justitiæ, non autem prædestinatione claritatis æternæ: sicut hi, de quibus Dominus ait:* c [Si dereliquerint filii ejus legem meam, & in judiciis meis non ambulaverint, &c.] *Hi ergò, de quibus in præsenti agitur, filii sunt meriti fidei, & præsentis justitiæ, non sunt autem filii adoptionis æternæ. Qui ergò peccata dimissa facentur redire secundùm justitiam, & non secundùm præscientiam ea dimitti, necesse est ut confiteantur: sicut salvandi peccata secundùm justitiam ad æternam damnationem imputantur, non secundùm præscientiam: quia & illa à bono in malum deficientibus, singula replicabuntur ad supplicium: & hi usque in finem in bono perseverantibus, nulla imputabuntur ad pœnam* [æternam d.]

¶ *In vetustis codicibus caput hoc est conjunctum superiori. Sunt enim Gratiani verba, qui more suo loca aliquot citat.*

1 ¶ Specie] *Sic est emendatum ex codice pervetusto. Nam antèa legebatur,* Ipc, *quæ vox valdè sententiam turbabat.*

2 ¶ Duobus modis appellantur.] *In vulgatis sequebatur,* [uno modo appellantur in futuro, altero in præsenti, qui triplex est.] *quæ absunt ab omnibus manuscriptis, & antiquioribus etiam editionibus.*

3 ¶ Modo tantùm creatura,] *In libro 83. quæstionum, q. 66, post alia habentur hæc:* Et ipsa itaque creatura, id est, & ipsa, quæ nondum vocatur filiorum forma perfecta, sed tantùm vocatur creatura, liberabitur, &c. *quæ referuntur à Beda in epist. ad Rom. cap. 8. Sed apud glossam ibidem habentur eadem verba, quæ apud Gratianum.*

5 pars. *Qui autem dicunt, quòd peccata dimissa non redeunt, auctoritate Gregorii & Prosperi sententiam suam confirmare conantur.*

C. XIII.

Ait enim Gregorius *in Moralibus, lib. 15. cap. 22.*

Quid est, quod dicitur: [*Qui reddit iniquitatem Patrum filiis, ac nepotibus:*] Peccatum originale à Patribus trahimus, & nisi per gratiam baptismi salvamur, etiam parentum culpam portamus: quia unum adhuc cum illis sumus. Reddit iniquitatem patrum filiis *e*, dum pro culpa parentis ex originali peccato anima polluitur prolis. Et rursùm non reddit iniquitatem filiis *f*, quia cùm ab originali culpa per baptismum liberamur, non jam parentum culpas, sed quas ipsi committimus, habemus.

¶ *Verba ipsa hujus capitis sunt in glossa ordinaria ad cap. 34. Exod. ex Gregor. in loco indicato: ex qua glossa sunt hic nonnulla emendata.*

C. XIV.

Item in responsionibus Prosperi *ad secundam objectionem Gallorum.*

Qui recedit à Christo, & alienus à gratia finit hanc vitam, quid nisi in perditionem cadit? sed non in id, quod remissum est, recidit: nec in originali peccato damnabitur: qui tamen propter postrema crimina 1 eâ morte afficietur, quæ ei propter illa, quæ dimissa sunt, debebatur.

1 ¶ Propter postrema crimina] *Addita sunt hæc ex originali: quibus sententia valdè illustratur.*

Finis hujus auctoritatis principio contraire videtur. Neque enim aliud est, dimissa peccata redire, vel in originali peccato damnari, quàm pœnam peccato debitam pati ejusdem remissionem excipere. Auctoritates verò sibi contrarias assertores hujus sententiæ ita determinant: peccata dimissa redire dicuntur, quia quisquis

a 1. Ioan. 2. b Matth. 10. c al. Augustinus ait sup. eâd. cap. si ex bono. d Ioan. 10. e Ioan. 1. f Ephes. 2. g Ephes. 5. h 1. Timoth. 1. i sup. eâd. si ex bono. k Ezech. 18. l sup. eâd. si ex bono. m Ioan. 1. n Rom. 8.

a Ioan. 11. b Ioan. 13. c Psal. 88. d abest à plerisque manuscript. e in filiis. f in filiis.

post acceptam remissionem peccatorum ad vomitum redierit, tanto gravius punietur, quanto magis benignitate Dei abusus singulorum remissionis accepta ingratus extitit.

6 pars. *Verùm illa sententia favorabilior videtur: quia pluribus roboratur auctoritatibus, & evidentiori ratione firmatur. Ut enim* Dominus *ait per Ezechielem, c. 18.*

C. XV.

SI averterit a se justus à justitia sua, & fecerit iniquitatem secundùm omnes abominationes, quas operari solet impius, nunquid vivet? omnes justitiæ, quas fecerat, non recordabuntur: in peccato suo morietur, & non erunt in memoria justitiæ ejus, quas fecit.

C. XVI.

Item Gregorius b *in explanatione ejusdem loci.*

HOc nobis maximè considerandum est, quia cùm mala committimus, sine causa ad memoriam bona nostra transacta revocamus, quoniam in perpetratione malorum nulla debet esse fiducia bonorum præteritorum.

C. XVII.

Idem *in homil. 4. ad c. 1. Ezech.*

DE pertuso quippe sæculo aliunde exit, quod aliunde immittitur c, quia indiscretæ mentes mercedem, quæ ex bono opere acquiritur, non adipiciunt, quomodo ex malo opere perdatur.

C. XVIII.

Item Petrus *in epist. 2. c. 2.*

SI refugientes coinquinationes mundi in cognitione Domini nostri, & Salvatoris Jesu Christi, his rursùs implicati superantur, facta sunt eis posteriora deteriora prioribus. Melius enim erat illis non cognoscere viam justitiæ, quàm post agnitionem retrorsùm converti ab eo, quod illis traditum est sancto mandato.

C. XIX.

Paulus *quoque scribens ad Hebræos ait, cap. 6.*

INtermittentes inchoationis Christi sermonem, ad perfectionem feramur, non rursùs jacientes fundamentum pœnitentiæ ob operibus mortuis.

Dicens opera mortua, prius a bona significat Apostolus, quia per sequens peccatum erant mortua, quia hi peccando prius a bona errita fecerunt. Hæc, sicut peccando sunt errita, ita per pœnitentiam revivisunt, & ad meritum æternæ beatitudinis singula prodesse incipiunt, etiam illa, quæ peccatis invenuntur admissa. Unde Augustinus: [Pium est d credere, &c.] *& Hieronymus:* [Non e est injustus Deus, &c.] *Apostolus etiam scribens ad Hebræos, cùm fidem, & dilectionem, & bona opera eorum breviter commemorâsset, horum omnium mercedem, quam amiserant peccando, post pœnitentiam à Domino eos recepturos ostendit. Porrò, qui per Prophetã dixit:* f [Si averterit se justus à justitia sua:] *ipse per eundem Prophetã premisit* g, *dicens:* [Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis, quæ operatus est, & custodierit universa præcepta mea, & fecerit judicium & justitiam, vitâ vivet, & non morietur: omnium iniquitatum ejus, quas operatus est, non recordabor: in justitia sua, quam operatus est, vivet.] h *Filiis quoque Israël per Assyrios captivandis, veteris idolatriæ peccatum Dominus per Oseæ imperat: & peccatum quod Moysè supplicante patribus fuerat dimissum, hoc in filiis revixisse ostendit, dicens.*

C. XX.

VÆ eis, quoniam recesserunt à me: vastabuntur, quia prævaricati sunt in me. Et ego redemi eos, & ipsi locuti sunt contra me mendacia: & non clamaverunt ad me in corde suo: sed ululabant in cubilibus suis: super triticum & vinum ruminabant: & recesserunt à me. & ego erudivi eos, & confortavi brachia eorum, & in me cogitaverunt malitiam: reversi sunt ut essent absque jugo, facti sunt quasi arcus dolosus: cadent in gladio Principes eorum à furore linguæ suæ.

7 pars. *Antiqua peccata parentum filiis improperat sermone divinus: & propterea Principes eorum in gladio casuros prædixit. Sed per eundem Prophetam* a *contrà Dominus se facere ostendit, dicens.*

C. XXI.

NE fortè dicant in cordibus suis, omnem malitiam eorum me recordatum: nunc circumdederunt eos adinventiones suæ: coram facie mea factæ sunt.

C. XXII.

Item Hieronymus *ad c. 7. Oseæ.*

CUm ita puniantur, ne cogitent, quòd pro veteribus peccatis Patrum puniam eos: quia nunc, id est, in præsenti, pro malitiis suis, quas invenerunt, circumdati sunt pœnâ: & mala eorum, sicut putant, non possunt me latere: sed potiùs ipsæ adinventiones apertæ sunt coram facie mea, quæ omnia clarè videt.

¶ *Sententia hujus capituli est quidem in commentariis B. Hieronymi in c. 7. Oseæ: sed propria verba sunt in glossa interlineari ibidem ad ea verba,* ne forte dicant in cordibus.

C. XXIII.

Idem *ibidem.*

HÆretici non possunt vetera peccata contra Deum causari, cùm antiquis operibus addant novam impietatem, & suis ligentur peccatis: & cùm Deum celare se putant, oculos ejus vitare non possunt: quia *b* vultus Domini super facientes mala.

¶ *Et hoc etiam capitulum est in glossa ordinaria in eundem locum ex B. Hieronymo.* c

C. XXIV.

Item Gelasius Papa.

DIvina clementia dimissa peccata in ultionem ulteriùs redire non patitur.

Sed his auctoritatibus docentur filii ab originali peccato expiati, non ideò puniendi, quia Patres peccaverunt: sed ideò peccata Patrum in eos redire, quia eorum culpam sequuntur. Sic & bona, quæ peccato moriuntur, non proficient ad præmium, quia falta sunt: sed quia per pœnitentiam revivisunt. Tale est & illud Augustini d *in libro Psalmorum:* [Si Judas teneret adoptionem, &c.] *Sic & illud* e *Gregorii in Moralib. intelligitur:* [Quid est, quod dicitur, reddis iniquitatem Patrum in filios, &c.] *Illis namque parentum iniquitas redditur, qui propterea puniuntur, quia in radice traxerunt amaritudinem peccati. Illis autem non redditur, in quibus merito suæ iniquitatis non revivisunt peccata parentis. Sicut ergo bona, quæ peccato moriuntur, per pœnitentiam revivisunt ad præmium: sic & mala, quæ per pœnitentiam delentur, revivisunt ad supplicium. Unde Propheta ex persona pœnitentis deplorat, dicens:* f [Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ a facie insipientiæ meæ,] *id est, plagæ per baptismum sanatæ. Hinc etiam idem Propheta, quamvis fide & sacramento circumcisionis ab originali peccato se mundatum cognosceret, tamen adulterio & homicidio, quod commiserat, illud revixisse intelligens, non sine causa inter cætera ipsum confitetur, & dicit:* [Ecce g enim in iniquitatibus conceptus sum, &c.]

DISTINCTIO V.

1 IN pœnitentia autem, qua peccatorem considerare opartet, Augs gustinus *in libro de pœnitentia* h *docet, dicens.*

a *Sentent. 4. distinct. 15.* b *Homil. 11. ad c. 3. Ezech. Sent. 4. dist. 15.* c *al. mittitur.* d *sup dist. 4. de pœn. cap. primo.* e *sup. dist. 3 si quando. sup. dist. 2. non est tam.* f *Ezech. 33.* g *alii, præmisit.* h *Ezech. 32.*

a *Ibid.* b *Psal. 33.* c *Sup. 23. quæst. 4. si illic.* d *Supr. eâd. si Judas.* e *Supr. eâd. quod est.* f *Psal. 37.* g *Psalm. 50.* h *De vera & falsa pœnitentia, c. 14 & 15. inter opera August.*

C. I.

Consideret a qualitatẽ criminis in loco, in tempore, in perseverantia, in varietate personæ, & quali hoc fecerit tentatione, & in ipsius vitii multiplici executione. Oportet enim pœnitere fornicantem secundùm excellentiam sui statûs aut officii, & secundùm modum meretricis, & in modo b operis sui, & qualiter turpitudinem suam peregit, si in loco sacro, aut cui debuit excellentiam fidei (ut sunt domus Dominorum, & aliorum multorum) si in tempore orationi constituto, aut in festivitate sanctorum, & in tempore jejunii. Consideret, quantùm perseveraverit, & defleat, quòd perseveranter peccaverit, & quanta 1 virtus fuerit in pugnatione. Sunt enim, qui non solùm non vincuntur, sed ultrò se peccato offerunt: nec expectant tentationem, sed præveniunt voluptatem, & pertractant secum, quàm multiplici actione vitii delectabiliter peccent. Omnis ista varietas confitenda est & defienda: ut cùm cognoverit, quòd peccatum est multum, citò inveniat Deum propitium. In cognoscendo augmentum peccati, inveniat se, cujus ætatis fuerit, cujus sapientiæ, & ordinis, & statum omnem alterius non peccantis. Immoretur in singulis istis, & sentiat modum criminis, purgans lachrymis omnem qualitatem vitii. Defleat virtutem, quâ interim caruit. Dolendum est enim, & dolore purgandum, non solùm quia peccavit, sed etiam, quòd se virtute privavit. Nam, licèt speret se consecuturum veniam, dolere tamen potest, quia non promeruit, unde remunerari confidat. Anxietur & doleat, quòd modo effugiens de præteritis pœnam, miser non inde expectet gloriam c, cujus omne tempus, quoniam brevissimum est, debuit decertâsse ad consequendum præmium. Defleat etiam, quoniam in uno offendens, factus est omnium per ingratitudinem reus. Ingratus enim extitit, qui plenus virtutibus Deum omninò non timuit. In hoc enim quisque peccator fit culpabilior, quo est Deo acceptior. Ideò enim Adam plùs peccavit, quia omni bono abundavit. Etiam alio modo offendens in uno, reus est omnium: quia omnis virtus patitur detrimentum ab uno vitio. Nam si quis cadit in avaritiam, largitatem destruit, & etiam castitatem minoravit. Amore enim pecuniæ vel violaret castitatem, vel saltem minùs amaret. Si enim propter Deum tanta adhuc castitas inest, ut nolit eam perdere, tamen saltem minori gaudio, minori affectu tuetur eam, ubi videt inde procedere damnum pecuniæ, sicque & in aliis: quæ etiamsi non expellantur, tamen per conceptionem unius vitii vel satis, vel parùm minuuntur, vel intentione deteriorantur. Unde omnis virtus cuicunque crimini est defienda, & de omnibus indulgentia est petenda. ¶ Animadvertere etiam oportet, & animadvertendo deflere animam proximi, quam fornicator Deo eripuit, vel ereptam in malo confirmavit: etiam, quòd exemplum extitit mali in operatione sui criminis: cui magis profuisset, si aliis fuisset causa conversionis. Gemat itaque aliorum vitam in sua corruptam, vel incorruptam non conservatam, & commodum proximi, quod dedisset exemplo boni. Doleat de tristitia, quam peccando bonis intulit, & de lætitia, quam eis non adhibuit. Et non solùm cogitet, quid & qualiter fecerit, sed quàm injustè Deum, ut diximus, peccando offenderit. Timeat illam veritatis sententiam: [Non d *potestis duobus Dominis servire.*] Timeat ergò, ne omnia bona, quæ fecit, dum in uno peccato perseveraverit, ex contaminatione e mali perdiderit: ut qui servivit diabolo per crimen, Dei, quam obtulit, amiserit servitutem. Pium est tamen credere, ut recepta Dei gratia, quæ in eo destruit mala priora, etiam remuneret bona: ut cùm destruxerit, quod suum non invenit, amet & diligat bonum, quod etiam in peccante plantavit. ¶ In his f omnibus dolens aut seculum derelinquat, aut saltem illa, quæ sine admistione mali non sunt administrata, ut mercatura, & militia, & alia, quæ utentibus sunt nociva, ut administrationes secularium potestatum: nisi his utatur ex obedientiæ licentia. Fonat se omninò in potestate judicis, in judicio Sacerdotis, nihil sibi reservans sui: ut omnia eo jubente paratus sit facere pro reparanda animæ vita, quæcunque facetet pro vitanda corporis morte, & hoc cum desiderio: quia vitam recuperat infinitam, ut Deus. Cum gaudio enim debet facere immortalis futurus, quæ faceret pro differenda morte moriturus. Semper deprecetur Deum, certus de venia, quia omnibus modis, & sine tædio, dubius rogaret potestatem terrenam. Abstineat à multis licitis, qui per libertatem arbitrii commisit illicita. Semper offerat Deo mentem, & cordis contritionem, & deinde quod potest de possessione: tunc quod offert, securus offerat, [b *Respexit enim Dominus ad Abel, & ad munera ejus.*] Sed prius respexit ad Abel, quàm ad munera. Sumens enim mentem, quam cognovit humilem & puram, remuneravit ejus largitatis munera. Ad Cain verò non respexit, nec ad ejus munera. Mentem enim ejus quam viderat, quoniam non cognovit e ejus munera non recepit. In judicio enim cordis consideranda est eleemosyna tribuentis: nec jam considerandum est, quantum, sed quâ mente, quâ affectione dat, quod potest. Vidua d enim duobus, quæ habuit, larga minutis, plùs omnibus misit. Qui ergò vult sua peccata redimere temporalium oblatione, caveat, ut offerat mentem priùs. ¶ Cautus sit, ne verecundiâ ductus dividat apud se confessionem, ut diversa diversis velit Sacerdotibus manifestare. Quidam enim uni celant, quæ alii manifestanda reservant: e: quod est, se laudare, & ad hypocrisim tendere, & semper veniâ carere, ad quam per frusta putat totam pervenire. Caveat præterita, quem vera delectat pœnitentia: non priùs ad Domini corpus accedat, quàm confortetur bonâ conscientiâ. Sed in hac separatione tremendum Dei judicium cogitet, ubi 2 & majus, & terribilius impœnitentes separabit in ignem. Gemat, quòd nondum audet sumere, quem multùm desiderat, cibum salutarem. Ilti sunt digni fructus pœnitentiæ, animam captivam elaqueantes, & in libertate servantes. Cohibeat se præterea à ludis, & à spectaculis seculi, qui perfectam vult consequi gratiam remissionis. Nam f Dina, si se cohibuisset, si inter suos remansisset, ab extraneo raptore corrupta non fuisset. Tanto igitur magis sibi caveat & cohibeat se anima, quæ sæpè, vel semel corrupta est & rapta: timeat jam docta experimento, quod ignoravit virgo: eligat, quem imitetur, non sequatur, quem animus suus damnat. Se enim judicat, qui fructus pœnitentiæ non habentem à se non elongat. Laudet enim & amet, quos dignè fructificare non ignorat: quærat fructus dignos, etsi non dignos pœnitentiæ. Sunt enim fructus digni, virtutum fructus, qui non sufficiunt pœnitentibus. Pœnitentia enim graviores expostulat, ut sic pacetur Ecclesia, ut pacata dolore & gemitibus, mortuis impetret veniam.

1 ¶ Et quanta virtus] *In originali est*, Et quanta victus fuerit impugnatione. *Sed ob glossam non est mutatum. Multa autem alia & magni ponderis emendata sunt (ubi per eandem licuit) & ex ipso originali, & ex vetustis Gratiani codicibus.*

2 ¶ Ubi & majus] *In originali legitur*, Ubi magis terribilis sententia peccantes separabit in ignem.

a *Sent. 4. dist. 16.* b *secundùm modum*] *vera lectio.* c *gratiam,*] *orig.* d *Matth. 6.* e *al. communicatione*] *al. contaminatione.*

a *alit. in omnibus. Cap. 15.* b *Genesis 4.* c *cognovit humilem,*] *vera lectio.* d *Matth. 12.* e *conservant:*] *orig.* f *Genes. 34.*

C. II. ¶ *Pœnitentes negotiationis lucra abjiciant.*

Item Leo Papa *epist. 90. al. 92. ad Rusticum Episcopum, c. 9.*

2 QUalitas *a* lucri negotiantem aut excusat 1, aut gs arguit: quia est & honestus quæstus, & turpis. Verumtamen pœnitenti utilius est etiam dispendia pati, quàm periculis negotiationis obstringi: quia difficile est inter ementis, vendentisque commercium non intervenire peccatum.

1 ¶ Excusat,] *Sic in originali, & Polycarpo, & Ivone, & Burchardo: nam in Gratiani exemplaribus erat,* accusat.

C. III. ¶ *Post pœnitentiam ad militiam secularem redire non licet.*

Idem *ibidem, cap. 10.*

COntrarium *b* est omninò Ecclesiasticis regulis, post pœnitentiæ actionem redire ad militiam secularem: cùm Apostolus dicat: *c* [*Nemo militans Deo, implicat se negotiis secularibus.*] Unde non est liber à laqueis diaboli, qui se militiæ mundanæ voluerit implicare.

C. IV. ¶ *Decennio pœniteant, qui post pœnitentiam ad secularem militiam redeunt.*

Item ex Nicæno Concilio, *cap. 11.*

SI quis verò per Dei gratiam vocati, primò quidem ostenderunt fidem suam deposito militiæ cingulo, post hæc autem ad proprium vomitum sunt reversi, ut & pecunias darent, & ambirent redire rursùm ad militiam, isti decem annis sint inter pœnitentes post primum triennium, quo fuerint inter audientes. Ab omnibus verò præcipuè illud observetur, ut animus eorum, & fructus pœnitentiæ attendatur. Quicunque enim cum omni timore, & lachrymis perseverantibus, & operibus bonis conversionem suam non verbis solis, sed opere & veritate demonstrant, cùm tempus statutum etiam ab his fuerit impletum, & orationibus jam cœperint communicare, licebit Episcopo humanius etiam circa eos aliquid cogitare. Qui verò indifferenter habuerint lapsum, & sufficere sibi, quod intra Ecclesiam introierint, arbitrantur, isti omnimodo tempora statuta complebunt.

¶ *Caput hoc est posterius par capitis undecimi ex prisca versione: quæ versio est omissa in postrema quatuor temerum Colonensis Conciliorum editione, & ejus loca quatuor versiones positæ, ex quibus facile corrigi possint, quæ in hac interdum obscurè & mutilatè dicuntur. Quod verò ad sententiam canonis pertinet, legenda sunt, quæ à Zonara ac Balsamone in ipsius explicatione, & à Russino lib. 10. historiæ Ecclesiasticæ, cap. 6. & à Cardinali Varmiensi contra Brentium libro tertio afferuntur. Agitur enim de illis militibus, quos impio Licinio vetante cingulum militiæ abiis retineri, qui fidem Christo datam servare vellent, illum abjicere, quàm fidem frangere maluerant, ac tamen postea cupiditate terrenâ victi, illum recuperare conati fuerant, quod argumento erat, ipsos à fide defecisse. In codice verò canonum hæc est inscriptio hujus capitis* De his, qui abrenuntiaverunt, & iterum ad seculum sunt regressi.

C. V. ¶ *A communione suspendantur, qui post pœnitentiam ad secularia redeunt.*

Item ex Concilio Aurelianensi I. *cap. 13.*

DE his, qui susceptâ pœnitentiâ religionem suæ professionis obliti, ad secularia relabuntur, placuit eos & à communione suspendi, & ab omnium Catholicorum conviviis separari. Quòd si post interdictum cum eis quisquam præsumpserit manducare, & ipse communione privetur.

a *Polyc. lib. 4. tit. 31. Burch. l. 2. c. 228. & l. 19. c. 45. Ivo p. 6. c. 202. & part. 13. c. 25. & p. 15. c. 107.* b *Polyc. l. 8. tit. 20. Burch. lib. 19. c. 68. Ivo part. 15. c. 40.* c *2. Tim. 2.*

C. VI. ¶ *Quæ sit falsa pœnitentia.*

Item Gregorius VII. *in Synodo Romana, celebrata anno 1078. c. 6.*

1 FAlsas *a* pœnitentias dicimus, quę nõ secundùm auctoritatem sanctorum Patrum pro qualitate criminum imponuntur. Ideoque quicunq; miles, vel negotiator, vel alicui officio deditus, quod sine peccato exerceri non possit, si culpis gravioribus irretitus ad pœnitentiam venerit, vel qui bona alterius injustè detinet, vel qui odium in corde gerit, recognoscat se veram pœnitentiam non posse peragere, per quam ad æternam vitam valeat pervenire, nisi negotium derelinquat, vel officium deserat, & odium ex corde dimittat, bona, quæ injustè abstulit, restituat, arma 1 deponat, ulteriusque non ferat, nisi consilio religiosorum Episcoporum pro defendenda justitia. Ne *b* tamen desperet, interim quicquid boni facere poterit, hortamur, ut faciat: ut omnipotens Deus cor illius illustret ad pœnitentiam.

1 ¶ Arma] *Istum hoc membrum quod pertinet ad arma, in originali, & Polycarpo est ante verba illa,* negotium derelinquat. *Sed ob glossam ordo non est restitutus.*

C. VII. ¶ *Post conversionem ad negotium redire non licet, quod sine peccato agi non potest.*

Item Gregorius *in homilia 24. Evangel.*

NEgotium, quod ante conversionem sine peccato extitit, hoc etiam post conversionem repetere culpa non fuit. *& infrà.* ¶ Sunt enim pleraque negotia, quæ sine peccatis exhiberi aut vix, aut nullatenus possunt. Quæ ergò ad peccatum implicant, ad hæc necesse est, ut post conversionem animus non recurrat.

C. VIII. ¶ *De eodem.*

Item Innocentius Papa II. *in Concilio Romano c, c. 22.*

4 FRatres nostros Episcopos, & Presbyteros admonegs mus, ne falsis pœnitentiis Laicorum animas decipi, & in infernum pertrahi patiantur. Falsam autem pœnitentiam esse constat, cùm spretis pluribus de uno solo pœnitentia agitur, aut cùm sic agitur de uno, ut non discedatur ab alio. Unde scriptum *d* est: [*Qui totam legem observaverit, offendat autem in uno, factus est omnium reus.*] Scilicet, quantùm ad vitam æternam: sicut enim si peccatis esset omnibus involutus, ita si in uno tantùm maneat, æternæ vitæ januam non intrabit. Falsa etiam fit pœnitentia, cùm pœnitens ab officio, vel curiali, vel negotiali non recedit, quod sine peccato agi nullâ ratione prævalet: aut si odium in corde gestetur, aut si non offenso cuilibet satisfiat, aut si non indulgeat offendenti offensus, aut si arma quis contra justitiam gerat.

DISTINCTIO VI.

1 ps CUi autem debeat fieri confessio, vel qualem illum oportet esse, qui aliorum crimina judicat, ex *e* eodem l. de pœnitentia, *cap. 10. docetur, cum dicatur.*

CAP. I.

QUi *f* vult confiteri peccata, ut inveniat gratiam, quærat Sacerdotem scientem ligare & solvere: ne, cùm negligens circa se extiterit, negligatur ab illo, qui eum misericorditer monet, & petit, ne ambo in foveam cadant, quam stultus evitare noluit. Tanta itaque vis confessionis est, ut si deest Sacerdos, confiteatur proximo. Sæpè enim contingit, quòd pœnitens non potest confiteri coram Sacerdote, quem desideranti nec locus, nec tempus offert: & si ille, cui confitebitur, potesta-

2 *Sent. 4. dist. 16. Polyc. l. 8. tit. 20.* b *al. nec.* c *Et in Concil. Urbani II. apud Melphiam, c. 15. Et in Concil. Gregor. VII. anno 1080. Sent. 4. dist. 15.* d *Iac. 2.* e *In lib. de vera & falsa pœnitentia, inter opera B. Aug. Sent. 4. dist. 17.* f *Sup. distinct. 1. quem pœnitet. §. quare qui.*

tem solvendi non habet, sit tamen dignus veniâ ex desiderio Sacerdotis, qui socio confitetur turpitudinem criminis. Mundati *a* enim sunt leprosi, dum irent ostendere ora Sacerdotibus, antequam ad eos pervenirent. Unde patet Deum ad cor respicere, dum ex necessitate prohibetur ad Sacerdotes pervenire. Sæpè quidem eos quærunt sani & læti: sed dum quærunt, antequam perveniant ad eos, moriuntur. Sed Dei misericordia est ubique, qui & justis *b* novit parcere, etsi non tam citò, sicut si solverentur à Sacerdote. Qui igitur omninò confitetur Sacerdoti, meliori, quàm potest, confiteatur: & si peccatum occultum est, sufficiat referre in notitiam Sacerdotis, ut grata sit oblatio muneris. *& infrà, cap. 12.* ¶ Laboret itaque pœnitens in Ecclesia esse, & ad Ecclesiæ unitatem tendere: nisi enim unitas Ecclesiæ succurrat, nisi quod deest peccatori, suâ operatione *c* compleat, de manibus inimici non eripietur anima mortui. Credendum est enim (& pietas fidei expostulat credere) quòd omnes eleemosynæ totius Ecclesiæ, & orationes, & opera justitiæ, & misericordiæ succurrant recognoscenti mortem suam ad conversionem suam. Ideoque nemo dignè pœnitere potest, quem non sustineat unitas Ecclesiæ: ideoque non petat Sacerdotes per aliquam culpam ab unitate Ecclesiæ divisos. Judas enim pœnitens ivit ad Pharisæos, reliquit Apostolos, nihil invenit auxilii, sed augmentum desperationis. Dixerunt enim: [*Quid* d *ad nos? tu videris:*] Si peccâsti, tibi sit, non tibi succurrimus, non peccata tua charitativè susscipimus, non comportanda promittimus, non qualiter deponas onus, docemus. Quid enim nobis & misericordiæ, qui nec opera sequimur justitiæ? isset *e* ad fratres, isset ad illos, qui oraverant pro socru *f* Petri febricitante, qui Chananæam improbam misericordiæ obtulerant. Interrogâsset Petrum pro se lachrymas effundentem: non *g* fugisset Mariam & Marthiam, quæ vitam Lazaro impetraverant, non *h* turbam plorantem, quæ unicum filium acquisierat vidua. Ivit ad divisos, & divisus periit. *& infra, cap. 20.* ¶ Sacerdos itaque, cui omnis offertur *i* peccator, ante quem statuitur omnis languor, in nullo eorum sit judicandus, quæ in alio judicare est promptus. Judicans enim alium, qui est judicandus, condemnat seipsum. Cognoscat igitur se, & purget in se, quod alios videt sibi offerre. Caveat ergò, ut à se abjecerit, quicquid in alio damnosum reperit: animadvertat, quod dicitur: [*Qui* k *sine peccato est, primus in eam lapidem mittat.*] Ideo enim liberavit peccatricem, quia non erat, qui justè projiceret lapidem. Quomodo lapidaret, qui se lapidandum cognoscebat? Nullus enim erat sine peccato: in quo intelligitur, omnes crimine fuisse reos. Nam venialia semper remittebantur per cæremonias. Si quod igitur in eis peccatum erat, criminale erat. Deteriores itaque in hoc sunt Sacerdotes, se priùs non ædificantes, illis, qui Dominum observabant insidiis. In hoc itaque patentissimum est crimen Sacerdotum, & ultra modum detestabile, qui non priùs se judicant, & alios alligant. Deberent enim in se timere crimen, quod in aliis timuerunt, & detestabile senserunt. Illi quidem adeò cæci erant, quòd summam sapientiam sperabant capere suis insidiis. Quod illis patuit, quod tunc quisque vitavit, vitet Sacerdos, qui in hoc errore pejor illis Judæis extiterit. Caveat spiritualis judex, ut sicut non commisit crimen nequitiæ, ita non careat munere scientiæ. Oportet enim, ut sciat cognoscere, quicquid debet judicare. Judiciaria enim potestas hoc expostulat, ut, quod debet judicare, discernat. Diligens igitur inquisitor, & subtilis investigator, sapienter & quasi astutè interroget à peccatore, quod forsitan ignorat, vel verecundiâ velit occultare. Cognito itaque crimine, varietates ejus non dubitet investigare, & locum, & tempus, & cætera, quæ suprà diximus in exponendo eorum qualitates. Quibus cognitis adsit benevolus, paratus erigere, & secum onus portare: habeat dulcedinem in affectione, pietatem in alterius crimine, discretionem in varietate: adjuvet confitentem orando, eleemosynas dando, & cætera bona pro eo faciendo: semper eum juvet leniendo, consolando, spem promittendo, & cùm opus fuerit, etiam increpando. Doleat *a* loquendo, instruat operando, sit particeps laboris, qui particeps vult fieri gaudii: doceat perseverantiam: caveat, ne corruat, ne justè perdat potestatem judiciariam. Licèt enim pœnitentiâ ei possit acquirere gratiam, non tamen mox restituit in potestatem primam. Etsi *b* enim Petrus post lapsum restitutus fuerit, & sæpè lapsis Sacerdotibus reddita sit dignitatis potestas, non est tamen necesse, ut hoc omnibus concedatur quasi ex auctoritate. Invenitur enim auctoritas, quæ concedit, & quasi imperat: invenitur alia, quæ minimè concedit, sed vetat: quæ scripturæ non repugnant, sed concordant, si locus, & tempus, & modus pœnitentiæ pacem adhibeant. Cùm enim tot sunt, qui labuntur, ut pristinam dignitatem ex auctoritate *c* defendant, & quasi ausum peccandi sibi faciant, rescindenda est spes ista. Si verò locus est, ubi ista non concurrant, restitui possunt, qui peccant. Itaq; Pontifex justus atque discretus non cogitur Sacerdotes suos semper abjicere: nec mox restituere, nisi statutum fuerit à Romano Pontifice.

2 pars. *Caveat Sacerdos, ne peccata pœnitentium alii manifestet. Quod si fecerit, deponatur.*

C. II. ¶ *Deponatur Sacerdos, qui peccata pœnitentis publicare præsumit.*

Unde Gregorius.

SAcerdos *d* ante omnia caveat, ne de his, qui ei confitentur peccata, alicui recitet, non propinquis, non extraneis, neque, quod absit, pro aliquo scandalo. Nam si hoc fecerit, deponatur, & omnibus diebus vitæ suæ ignominiosus peregrinando pergat.

3 pars. *Quod autem dicitur, ut pœnitens eligat Sacerdotem scientem ligare & solvere, videtur esse contrarium ei, quod in canonibus invenitur, ut nemo videlicet parochianum alterius judicare præsumat. Sed aliud est, favore, vel odio proprium Sacerdotem contemnere, quod sacris canonibus prohibetur: aliud, eucum vitare, quod hâc auctoritate quisque facere monetur, ne, si cæcus cæcum duxerit, amborum in foveam cadant.*

C. III. ¶ *Quilibet Sacerdoti commissum, nisi pro ejus ignorantia, alter Sacerdos ad pœnitentiam non suscipiat.*

Unde Urbanus Papa II.

PLacuit *e*, ut deinceps nulli Sacerdotum liceat quemlibet commissum alteri Sacerdoti ad pœnitentiam suscipere sine ejus consensu, cui priùs se commisit, nisi pro ignorantia illius, cui pœnitens priùs confessus est. Qui verò contra hæc statuta facere tentaverit, gradûs sui periculo subjacebit.

DISTINCTIO VII.

1 pars. TEmpus verò pœnitentiæ est usq; ad ultimum articulum vitæ.

a *Luc. 17.* b *ipsum] videtur legendum.* c *spiritualione] origin.* d *Matth. 27.* e *si isset] orig antiquum.* f *Luc. 4. Matth. 15.* g *Ioann. 11.* h *Luc. 7.* i *profertur] origin.* k *Ioann. 8.*

a *Deceat] vera lectio.* b *Vide Isidorum in præfatione de summo bono.* c *alii, auctore.* d *Sentent. 4. distinct. 2. Polycarp. 6 tituli. 20. Anselm. lib. 11. cap. 25.* e *Sup. 3. quæst. 1 placuit. Sentent. ibid.*

C. I.

C. I. ¶ *De eadem.*

Unde Leo Papa, *epist. 90. al. 92. ad Rusticum, cap. 3.*

NEmo *a* desperandus est, dum in hoc corpore constitutus *b* est: quia nonnunquam, quod diffidentiâ ætatis differtur, consilio maturiore perficitur.

1 pars. *Quanquam de differentibus pœnitentiam* Augustinus *ferebat in lib. 50. homil. hom. 41.*

C. II.

SI quis *c* positus in ultima necessitate ægritudinis suæ voluerit accipere pœnitentiam, & accipit, & mox reconciliatur, & hinc vadit: fateor vobis, non illi negamus quod petit, sed non præsumimus, quòd benè hinc exit: si securus hinc exierit, ego nescio: pœnitentiam dare possumus, securitatem autem dare non possumus. Nunquid dico, damnabitur? Sed non dico, liberabitur. Vir ergo à dubio liberari? vis, quod incertum est, evadere? age pœnitentiam, dum sanus es. Si sic agis, dico tibi, quòd securus es; quia pœnitentiam egisti eo tempore, quo & peccare potuisti. Si autem vis agere pœnitentiam, quando jam peccare non potes, peccata te dimiserunt, non tu illa.

¶ *Hæc, & duo sequentia capitula accepta sunt ex homilia 41. B. Augustini, sed primum hoc ordine, multumq; verbis mutatis. Atque ideo Burchardus & Ivo non ex Augustino, sed ex dicto Augustini citant. Quare nihil mutatum: sed præstat omninò homiliam ipsam legere. Eadem in Bibliotheca sanctorum Patrum, tomo. 7. tribuuntur B. Cæsario Arelatensi Episcopo.*

C. III.

Idem *in eadem homilia, paulo superiùs.*

QUi egerit veraciter pœnitentiam, & solutus fuerit à ligamento, quo erat astrictus *d*, & à Christi corpore separatus, & benè post pœnitentiam vixerit, sicut ante pœnitentiam vivere debuit, post reconciliationem quandocunque defunctus fuerit, ad Deum vadit, ad requiem vadit, regno Dei non privabitur, à populo *e* diaboli separabitur.

C. IV.

Idem *ibidem.*

SI quis 1 autem, &c. *& infrà.* ¶ Baptizatus ad horam securus hinc exit: fidelis benè vivens securus hinc exit: agens pœnitentiam, & reconciliatus, cùm sanus est, & posteà benè vivens, securus hinc exit. Agens pœnitentiam ad ultimum, & reconciliatus, si securus hinc exit, ego non sum securus. Unde securus sum, dico, & securitatem do: unde non sum securus, pœnitentiam dare possum, securitatem dare non possum. *& post pauca.* ¶ Sed unde 2 scis (inquis) ne forte Deus dimittat mihi? verum dicis, unde? nescio. Illud scio: hoc nescio. Nam ideò do tibi pœnitentiam, quia nescio: nam si scirem tibi nihil prodesse, non tibi darem. Item si scirem tibi prodesse, non te admonerem, non te terrerem. Duæ res sunt: aut ignoscitur tibi, aut non ignoscitur. Quod horum tibi futurum sit, nescio. Ergò *f* tene certum, dimitte incertum.

1 ¶ Si quis autem.] *Apud B. Augustinum sequuntur verba, quæ relata sunt paulò ante in capite*, si quis positus, *usque ad vers.* benè hinc exit.

2 ¶ Sed unde scis] *Hæc apud B. August. sequuntur post ultima verba ejusdem capitis*, si quis positus.

Hoc autem quare Augustinus dixerit, Cyprianus ostendit, lib. 4. epist. 2. ad Antonianum, dicens.

C. V.

IDcircò, frater charissime, pœnitentiam non agentes, nec dolorem delictorum suorum toto corde, & manifestâ lamentationis suæ professione testantes, prohibendos omninò censuimus à spe communionis & pacis, si in infirmitate, atque in periculo cœperint deprecari: quia rogare illos non delicti pœnitentia, sed mortis urgentis admonitio compellit: nec dignus est in morte accipere solatium, qui se non cogitavit esse moriturum.

C. VI.

Item Augustinus *in libro de pœnitentia, a c. 17. & 18.*

NUllus expectet, quando jam non possit peccare. Arbitrii enim quærat libertatem, ut dolere *h* possit commissa, non necessitatem. Qui priùs itaque à peccatis relinquitur, quàm ipsa relinquat, ea non liberè, sed quasi ex necessitate condemnat. Licèt enim latro *i* veniam meruisset in fine de omni suo crimine, non tamen dedit baptizatis peccandi & perseverandi auctoritatem. Tunc enim baptizatus est, qui tunc primùm in cruce Christum confessus est. Pœnitentia enim si in extremo hiatu vitæ advenerit, sanat, & liberat in ablutione baptismi, ita quòd nec purgatorium sentiunt, qui in fine baptizantur: sed ipsi ditati bonis sanctæ matris Ecclesiæ sunt recepturi multiplex bonum in vera beatitudine. Illi autem, qui cùm potuerunt, nunquam conversi voluerunt, confitentes, cùm jam peccare nequeunt, non sic facilè acquirunt quod volunt. Oportet enim, ut pœnitentia fructificet ad hoc, ut mortuo vitam impetret. Scriptum *k* est enim, sine charitate neminem salvum esse. Non itaque in solo timore vivit homo. Quem ergò serò pœnitet, oportet non solùm timere Deum judicem, sed & justum diligere: non timeatur pro pœna, sed ametur pro gloria. Debet enim dolere de crimine, & de omni ejus prædicta varietate. ¶ Quod quoniam vix licet, de ejus salute Augustinus *l* potuit dubitare. Credo quidem illi, qui dixit: [*Quâcunque m horâ peccator ingemuerit, & conversus fuerit, vitâ vivet.*] Dixit conversum, non tantùm versum, vitâ vivere. Versum quidem puto, qui dolet de crimine; conversum, qui dolet de omni *g* ejus, quam exposuimus, varietate. Vertitur à peccato, qui jam vult dimittere peccatum: convertitur, qui jam totus, & omninò vertitur, qui jam non tantùm pœnas non timet, sed ad bonum Domini contendere festinat. Quæ conversio si contigerit alicui etiam in fine, desperandum non est de ejus remissione. Sed quoniam vix, vel rarò est tam justa conversio, timendum est de pœnitente serò. Quem enim morbus urget, & pœna terret, ad veram vix veniet satisfactionem, maximè, cùm filii quos illicitè dilexerit, sint præsentes, uxor, & mundus ad se vocent. Multos enim solet serotina pœnitentia decipere. Sed quoniam Deus semper potens est, semper etiam potest in morte juvare, quibus placet. Cùm itaque opus sit non hominis, sed Dei, fructifera pœnitentia, inspirare eam potest, quandocunque vult sua misericordia, & remunerare ex misericordia, quos damnare potest ex justitia. Sed quoniam multa sunt, quæ impediunt, & languentem retrahunt, periculosissimum est, & interitui vicinum, ad mortem protrahere pœnitentiæ remedium. Sed magnum est, cui Deus tunc inspirat. Si quis est igitur, qui veram tunc quærat pœnitentiam, expectet Dei clementiam, majorem sentiens Dei bonitatem suâ nequitiâ. Sed si etiam sic conversus evadat, vitâ vivat, & non moriatur, non tamen promittimus, quòd evadat omnem pœnam. Nam priùs purgandus est igne purgationis, qui in aliud seculum distulit fructum conversionis. Hic autem ignis, etsi æternus non sit, miro tamen modo est gravis. Excellit enim omnem pœnam, quam unquam passus est aliquis in hac vita. Nunquid in carne tanta inventa est pœna, licèt mirabilia passi sint martyres tormenta: & multi nequiter iniqui tanta

---

a *Sent. 4. dist 20. sup 32 q. 2. ancillam. ¶ nemo.* b *al. constituitur.* c *Sent. ibid. Polyc. l. 8. tit. 1. Ansel l. 11 c 127. Burch. l. 18. c. 12. Ivo p. 11. c. 22. 1. q. 3. Salvator.* d *al. abstrictus.* e *al. conjuncto.* f *Sent. ibid.*

a *In lib. de vera & falsa pœnitentia. Sent. ibid.* b *al. delere.* c *Luc. 23.* d *1. Cor. 13.* e *Sup. si quis autem.* f *Ezechiel. 33.* g *al. animi] orig.*

sustinuerunt a supplicia. Studeat ergò quilibet sic delicta corrigere, ut post mortem non oporteat talem pœnam tolerare. Quædam enim peccata sunt, quæ sunt mortalia, & in pœnitentia fiunt vitalia b, non tamen statim sanata. Sæpè enim quidam ægri morerentur, nisi medicarentur: non tamen statim sanantur: languet victurus, qui priùs erat moriturus. Qui autem impœnitens moritur, omninò moritur, & æternaliter cruciabitur. Qui enim impœnitens finitur c, si semper viveret, semper peccaret. At Dei est misereri, quòd operatur finem peccantis d: ob hoc etiam sine fine torquebitur e, quia nunquam ditabitur virtute: semper plenus iniquitate, semper sine charitate, torquebitur sine fine.

1 ¶ Quoniam vix licet] *Sic est emendatum ex editione Plantiniana. Nam antèa legebatur,* Quod quamvis licet de ejus salute, Augustinus, &c. *Neque accusare, sed interpretari voluit Augustinum hic auctor, sine dubio ipsius sectator. Multa verò alia in hoc capite partim ex vetustis Gratiani codicibus, partim ex ipso originali sunt emendata.*

QUÆSTIO IV.

1 pars

Quid autem orationis tempore conjugali operi vacare non liceat, beatus Hieronymus f in quodam sermone scribit, ita dicens.

C. I. ¶ *Tempore, quo uxori debitum redditur, à carnibus agni abstinere oportet.*

Sciatis g, fratres charissimi, quoniam quicunque uxori debitū reddit, vacare non potest orationi, nec de carnibus agni comedere debet. *Item paulò post.* ¶ Si panes propositionis non poterant ab iis, qui uxores suas tetigerant, comedi, quantò magis panis ille, qui de cœlo descendit, non potest ab his, qui conjugalibus paulò antè hæsére complexibus, violari atque contingi? non quo nuptias condemnemus (hoc enim non dicimus) sed quòd eo tempore, quo carnes agni manducaturi sumus, vacare operibus carnis non debeamus.

¶ *Prior pars hujus capitis, usque ad vers.* Item, *de industria videtur in summam collecta: reliqua autem ex originali est emendata & aucta.*

C. II. ¶ *A conjugali concubitu in sanctorum solemnitatibus est abstinendum.*

Item Augustinus *sermone 2. de tempore* [*id est, de 2. Dominica adventus.*]

Quotiescunque h aut dies natalis Domini, aut reliquæ festivitates adveniunt, sicut frequenter admonui, ante plures dies non solùm ab infidelium i concubinarum consortio, sed etiam à propriis uxoribus abstinere debemus.

C. III. ¶ *Diebus jejuniorum à propriis uxoribus abstinere oportet.*

Item Ambrosius *in sermone de adventu Domini.*

Fratres, non solùm debetis ab omni immunditia abstinere, sed etiam ab uxoribus propriis studiosissimè contineatis. Nullus 1 omninò uxori suæ jejuniorum diebus conjungatur.

1 ¶ Nullus] *In hoc sermone, qui habetur manuscriptus in bibliotheca Vaticana, hinc usque ad finem non habentur. Sed in alio sermone manuscripto de Quadragesima hæc leguntur:* Nullus omninò uxori suæ jungatur ante octavam Paschæ. *In plerisq; vetustis codicibus Gratiani hoc loco absunt ista verba,* jejuniorum diebus; *de quibus tamen B. Ambrosius loquebatur: & idcò sunt etiam in rubrica.*

a *al. sæpè sustinuerunt.* b *venialia,*] *orig.* c *alit. moritur vel finitur.* d *al. peccandi.* e *torquetur,*] *orig.* f *In vigilia Paschæ de esu agni.* g *Sent. 4. dist. 32. Ivo p. 2. c. 47.* h *Sent. 4. dist. 32.* i *infelici*] *vera lectio.*

C. IV.

Idem *super epist. 1. ad Corinth. in c. 7.*

Si causâ a procreandorum filiorum ducitur uxor, non multum tempus concessum videtur ad ipsum usum: quia & dies festi, & dies processionis b, & ipsa ratio conceptūs & partūs, juxta legem cessari temporibus his debere demonstrant.

C. V. ¶ *Uxorii usus certis diebus cessare jubetur.*

Item Augustinus *in libro quæstionum Veteris & Novi Testamenti, quæst. 127.*

Christiano c cum uxore sua convenire aliquandò licet, aliquando verò non licet. Propter dies enim processionis aliquando non licet convenire: quia etiam à licitis abstinendum est, ut facilius impetrari possit, quod postulatur. Unde Apostolus d ex consensu ait abstinendum ad tempus, ut vacetur orationi. Nam secundùm legem e in jejunio cædere f, & jurgari non licet, postea licet: quia major reverentia debetur Dei causis.

C. VI. ¶ *Non verè pœnitentiam agit, qui continentiam non servat.*

Item Joannes Chrysostomus.

Qui in castigatione victus se dicit agere pœnitentiam, frustra hoc sermone promittit, nisi egrediatur de cubili suo, & jejunio continentiam addat.

¶ *Caput hoc apud B. Joannem Chrysostomum, ex quo citatur, non est inventum. Sed eadem ferè leguntur in commentario B. Hieronymi ad c. 2. Joëlis* g, *& capitosius etiam exposita.*

C. VII. ¶ *Ab ingressu Ecclesiæ temperare sibi debet vir cum propria uxore dormiens.*

Item Gregorius *in responsione 10. ad interrogationes Augustini.*

2 Vir h cum propria conjuge dormiens, nisi lotus ipsa quâ, intrare Ecclesiam non debet: sed neque lotus intrare statim debet. *& infrà.* ¶ Quamvis enim de hac re diversæ hominum nationes diversa sentiant, atq; alii alia custodire videantur: Romanorum tamen semper ab antiquioribus usus fuit, post admistionem propriæ conjugis, & lavacri purificationem quærere, & ab ingressu Ecclesiæ paululùm reverenter abstinere. Nec hæc dicentes deputamus culpam esse conjugium: sed quia ipsa licita admistio conjugum sine voluptate carnis fieri non potest, à sacri loci ingressu abstinendum est: quia voluptas ipsa esse sine culpa nullatenùs potest. Non enim de adulterio vel fornicatione, sed de legitimo matrimonio susceptus fuerat, qui dicebat: [*Ecce i enim in iniquitatibus conceptus sum, & in delictis peperit me mater mea.*] *& infrà.* ¶ Oportet itaque, legitima 1 carnis copula ut causa prolis sit, non voluptatis: & carnis commistio creandorum liberorum sit gratia, non satisfactio vitiorum. Si quis ergò suâ k conjuge, non cupidine voluptatis captus, sed solummodò liberorum creandorū gratiâ utitur, ipse profectò de ingressu Ecclesiæ, seu de sumendo corporis Dominici, sanguinisque mysterio, suo est relinquendus judicio: quia à nobis prohiberi non debet accipere, qui in igne positus nescit ardere. Cùm verò non amor procreandæ sobolis, sed voluptas dominatur in opere commistionis, habent conjuges etiam de sua commistione, quod defleant. *& paulò post.* ¶ Tunc autem vir, qui post admistionem conjugis aquâ lotus fuerit, etiam sacræ communionis mysterium valet accipere, cùm ei juxta præfinitam sententiam Ecclesiam etiam licuerit intrare.

1 ¶ Legitima] *Ita emendatum est ex variis codicibus B. Gregorii. Antèa legebatur,* oportet itaque legitimam carnis esse copulam. *Multa etiam alia sunt emendata.*

a *Sent. ibid. Ivo p. 2. c. 14. Paxm. l. 6. c. 21.* b *al. purgationis.* c *sup dist. 5. Sent. ibid. Ivo p. 2. cap. 79.* d *1. Corint. 7.* e *Esa. 58.* f *al. cadi.*] *orig.* g *Ioël. 2.* h *Sent. 4. dist. 31. Polyc. l. 8. tit. 3. Ivo part. 8. c. 88.* i *Psal. 50.* k *suam conjugem,*] *orig.*

3 pars. *Hinc etiam in diebus abstinentia nuptiæ celebrari prohibentur.*

C. VIII. ¶ *In diebus Quadragesimæ nuptiæ celebrare non licet.*

Unde in Laodicensi Concilio, *c 52. legitur.*

I. NOn *a* oportet in Quadragesima aut nuptias, vel quælibet natalitia celebrare.

C. IX. ¶ *De eodem.*

Item ex Concilio Martini Bracharensis, *c. 48.*

NOn *b* licet in Quadragesima natalitia Martyrum celebrare: sed tantum sabbatho & Dominicâ pro commemoratione eorum oblationes offerri. Sed nec natalitia, nec nuptias liceat in Quadragesima celebrare.

C. X. ¶ *De eodem.*

Item ex Concilio Ilerdensi. *c*

II. NOn *d* oportet à Septuagesima usque in octavas Paschæ, & tribus hebdomadibus ante festivitatem sancti Joannis Baptistæ, & ab adventu Domini usq; post Epiphaniam nuptias celebrare. Quod si factum fuerit, separentur.

C. XI. ¶ *De eodem.*

Item Nicolaus Papa *ad consulta Bulgarorum, cap. 48.*

NEc *e* uxorem ducere, nec convivia facere in Quadragesimali tempore convenire posse nullatenùs arbitramur.

4 pars. *Hæc autem servanda sunt, si uxor consensum adhibere voluerit: cæterum sine ejus consensu, nec causâ orationis continentia servari debet.*

C. XII. ¶ *Nisi ex consensu communi, orationi conjuges vacare non possunt.*

Unde Augustinus *in libro primo de adulterinis conjugiis, c. 2.*

APostolus *f* nec ad tempus, ut vacetur orationi, nisi ex consensu, voluit conjuges carnali invicem fraudare debito.

C. XIII. ¶ *Nisi ex consensu communi, conjugatis pœnitentia non detur.*

Hinc etiam in secundo Concilio Arelatensi, *c. 22. legitur.*

PŒnitentiam *g* conjugatis non nisi ex consensu dandam.

QUÆSTIO V.

1 pars. QUod autem sine consensu uxoris vir continentiam vovere non possit, multis auctoritatibus probatur. Ait enim Augustinus *super Psalmum 149. in extremo.*

C. I. ¶ *Non potest vir continentiam servare, nisi uxoris teneat consensum.*

SI dicat vir *h*, continere 1 jam volo, nolo autem, uxor; non potest. Quod enim tu vis, non vult illa. Nunquid per continentiam tuam debes illam facere fornicariam? si alii nupserit te vivo, adultera erit. Non vult tali lucro Deus compensare tale damnum. Redde debitum, & si non exigis, redde. Pro satisfactione 2 perfecta Deus tibi computabit, si non, quod tibi debetur, exigis, sed reddis, quod debetur uxori.

1 ¶ Continere] *Sic etiam apud Magistrum: sed B. Augustinus & Ivo habent,* continere jam volo, nolo jam uxorem, non potest. Quid, si tu vis, & illa non vult?

2 ¶ Satisfactione] *In aliquot manuscriptis, & apud B. Augustinum, & Magistrum, & Ivonem est,* sanctificatione. *Sed ob glossam non est mutatum.*

C. II. ¶ *Non debet extorqueri mulieris consensus ad continentiam Deo vovendam.*

Item Alexander Papa II. *Landulpho in Corsica.*

NOtificásti *a* te morte tenus infirmatum, & peccatorum tuorum recordatione & terrore valdè pavefactũ, anxiè quæsiisse Monachum fieri, & à tua uxore minis, & terroribus eam occidendi, ad hoc licentiam extorsisse, & sic te monasticam *b* vestem sine Abbate sumpsisse, & monasterium petiisse: posteà verò, cùm sanus factus esses, tuæ uxoris reclamationibus, ejulationibus & planctibus, tuxque familiæ dispersionibus devictus *c*, utpote pœnitens, domum remeâsse, & post multos dies quorundam sapientum consilio ad jam dictæ mulieris cubile rediisse. Nunc autem, si tibi tuâ uxore uti liceat, nostrum requiris consilium. Si ita denique est, ut tuus nuntius narrat, non videtur nobis rationabiliter, neque sanâ mente id factum: quoniam, cùm omni homini ad monasticam tendenti vitam, legaliter, sanctè & justè sit peragendum, tu contra leges minaciter & violenter à tua uxore, partim terrore mortis, partim tuæ infirmitatis doloribus exinanitus, devia secutus, nullâ, ut dicitur, licentiâ acceptâ recessisti, & monasterium petiisti. Non enim violentiâ, sed ex pari voluntate & consensu (sicut sancti Patres dicunt) hoc fieri debet: neque vir 2 monasterium eligere, aut professâ continentiâ habitum cum festinatione debet mutare.

1 ¶ Devictus,] *Ivo habet,* utpotè pœnitens devictus: *Pannormia,* utpotè penitùs devictus domum remeâsse.

2 ¶ Neque vir] *Apud Ivonem & in Pannormia legitur:* neque vir in monasterium recipiendus est, nisi uxor illius fœmineum monasterium elegerit, aut professâ continentiam, habitum cum festinatione mutaverit. *Sed mutatum non est: quoniam glossa videtur magis convenire lectioni Gratiani.*

C. III. ¶ *Vir potest abnuere vota continentiæ, quæ sine ejus consensu Deo uxor obtulerit.*

Item ex Concilio *c apud Compendium.*

MUlier, si sine *d* licentia *e* viri sui velum in caput miserit, si viro placuerit, recipiet eam iterum ad conjugium.

C. IV. ¶ *Non potest vir continentia vota rescindere, quæ ejus assensum mulier Deo promisit.*

Item Augustinus *f ad Ecditium, epist. 199.*

QUod *g* Deo pari consensu ambo voveratis, perseveranter usque in finem reddere ambo debuistis. A quo proposito si lapsus est ille, tu saltem instantissimè *h* persevera. Quod te non exhortarer, nisi quia tibi ad hoc ipse consentiret. Nam si nunquam tenuisses ejus assensum, numerus te nullus defendisset annorum. *& post pauca.* ¶ Non quia pariter temperabatis à commistione carnis, ideò tuus maritus esse destiterat, imò verò tantò sanctius inter vos conjuges manebatis, quantò sanctiora concorditer placita servabatis. Nihil ergò de tua veste, nihil de tuo auro, vel argento, vel quacunque pecunia, aut rebus ullis terrenis tuis sine arbitrio ejus facere debuisti. *& infra.* ¶ Est quidam pro modulo personæ habitus matronalis à viduali veste distinctus, qui potest fidelibus conjugatis salvâ religionis observantiâ convenire. Hunc te maritus si de-

2 *Ivo p. 2. c. 49.* b *Burc l. 3. c. 10. Polyc. l. 3. tit. 24. Ivo part. 4. cap. 43.* c *Simile habetur in Concil. Salegust. c. 3.* d *Sent. 4. dist. 32. Polyc. l. 8. tit. 5. Burc. l. 9. c. 4. Ivo p. 8. c. 142. Pann. l. 6. c. 2.* e *Sent. ibid. Ivo p. 8. c. 47. Pann. l. 6. c. 3.* f *Sent. 4. dist. 32. Ivo p. 8. c. 233.* g *Ivo p. 8. c. 280. & part. 15. cap. 14. & c. 203.* h *Sent. ibidem. Ivo p. 8. c. 227.*

2 *Ivo part. 8. c. 220. Pannorm. l. 6. c. 81.* b *al. monachicam.* c *Cap. l. 1. c. 16.* d *Burc. l. 9. c. 47. Ivo p. 8. c. 185. & p. 9. c. 174.* e *comeatu,] Capitul.* f *Et Beda 1. Cor. 7.* g *Ivo p. 8. c. 136. Pann. l. 6. c. 80.* h *al. constantissimè.*

ponere noluit, ne te 1 velut viduam illo vivente jactares, puto, quia non fuerat in hac re usque ad dissensionis scandalum perducendus, magis inobedientiæ malo, quàm illius *a* abstinentiæ bono. Quid est enim absurdius, quàm mulierem de humili velle viro superbire; cui te potiùs expediret obtemperare candidis moribus, quàm in nigellis vestibus repugnare? quia, etsi te indumentum monachæ delectabat, etiam hoc gratius posset mariso observato, exoratoque sumi, quàm illo inconsulto, contemptoque præsumi. Quòd si omninò non sineret, quid tuo proposito deperiret? Absit, ut hinc displiceres Deo, quòd conjuge tuo nondum defuncto non induereris, sicut Anna *b*, sed sicut *c* Susanna.

1 ¶ Ne te] *In vulgatis erat*, Ne te puta velut viduam jactare. *Emendatum est ex aliquot vetustis, originali & Beda, & aliis collectoribus, itemq; alia multa.*

C. V. ¶ *Continentia meritum habet, qui pro incontinentia uxoris debitum sibi reddere cogitur.*

Idem *ip* d *eadem epistola.*

SEcundùm *e* verba Apostolica, etiam si se vir continere voluisset, & tu noluisses, debitum tibi reddere cogeretur, & illi Deus imputaret *f* ad continentiam, si non tuæ, sed tuæ cederet infirmitati, ne in adulterium caderes. ¶ Quisquis *g* igitur compatiens infirmitati uxoris reddit, non exigit debitum, aut si propter propriam infirmitatem ducit uxorem, plangens potiùs, quia sine uxore esse non potuit, quàm gaudens, quia duxit, quisquis vendit, quod novit: quia, etsi maneret, beatum non faceret, quisquis, quod emit, novit, quia transiet, & de his non præsumit, & facit ex eo, quod habet, misericordiam cum non habentibus, securus expectat *h* diem novissimum.

¶ *Caput hoc, quod eodem modo habetur in Polycarpo, confectum est ex duobus B. Augustini iudicatis locis: verbis nonnullis partim omissis, partim mutatis, salvâ tamen sententiâ.*

C. VI. ¶ *Vota continentiæ sine uxoris consensu reddi non possunt.*

Item *ad Armentarium, & Ripuarium, & Paulinam, epistola 45.*

UNa sola *i* causa esse posset, quâ te ad id, quod vovisti, non solùm non hortaremur, verùm etiam prohiberemus implere, si forte tua conjux hoc tecum suscipere animi seu carnis infirmitate reculàret. Nam, & vovenda talia non sunt à conjugatis, nisi ex consensu & voluntate communi: & si præpropere factum fuerit, magis est corrigenda temeritas, quàm persolvenda promissio. Neque enim Deus exigit, si quis ex alieno aliquid voverit, sed potiùs usurpare vetat alienum.

C. VII. ¶ *Absque cæteris operibus nec sola virginitas salvat, nec cætera absque virginitate proficiunt.*

Item Hieronymus *libro primo adversùs Iovinianum.*

2 TUnc salvabitur mulier, si illos genuerit filios, qui ps virgines permansuri sunt: si quod ipsa perdidit, acquirat in liberis, & damnum radicis, & cariem flore compenset, & pomis.

C. VIII.

Idem *ibidem.*

HOc solùm nunc dico, quòd quomodo absque cæteris operibus virginitas sola non salvat, sic omnia opera absque virginitate, puritate, continentia, castitate imperfecta sunt.

a *al. ullius.* b *Luc. 2.* c *Dan. 13.* d *Bed. ibidem. & glossa ordinaria.* e *Senten. 4. dist. 32. Polyc. lib. 6. tit. 4.* f *al. imputaret continentiam.* g *August in Psal. 147.* h *al. expectat.* i *Sent. ibid. Ivo p. 2. c. 134.*

C. IX.

Item *ibidem.*

QUi sitit *a*, veniat & bibat: qui potest capere, capiat.] Non dicit, velitis, nolitis, bibendum vobis est, atque currendum: sed, qui voluerit, qui potuerit currere, atque potare, ille vincet, ille satiabitur. Et ideò ipsis amat virgines Christus, quia sponte tribuunt, quod sibi non fuerat imperatum: majorisque gratiæ est offerre, quod non debeas, quàm reddere, quod exigeris. Apostoli uxoris onera contemplati, [*Si b talis est*, inquiunt, *causa hominis cum uxore, non expedit nubere.*] Quorum Dominus sententiam probans, rectè quidem sentitis, ait, quòd non expediat homini ad cœlestia regna tendenti, accipere uxorem: sed difficilis res est, & non omnes capiunt verbum istud: verùm quibus datum est. Alios eunuchos natura facit: alios vis hominum: mihi illi eunuchi placent, quos castravit non necessitas, sed voluntas: libenter illos in meos sinus recipio, qui se castraverunt propter regna cœlorum, & ob mei cultum noluerunt esse, quod nati sunt. Simulque tractanda sententia, [*Qui si*, inquit, *castraverunt propter regna cœlorum.*] Si castrati mercedem habent regni cœlorum, ergò qui se non castraverunt, locum non possunt accipere castratorum.

Finis hujus auctoritatis & duæ præcedentes de virginitate affectu intelliguntur: qui non in voluntate solùm, sed in necessitate est: principium verò de affectu intelligitur, qui non in necessitate, & ante votum, sed in voluntate est, nec exigitur, nisi repromittatur.

C. X. ¶ *Non licet illi ducere uxorem, quæ suam velare permiserit.*

Item ex Concilio Rhemensi.

3 QUi *c* uxorem suam velare *d* permiserit, aliam pa non accipiat, sed similiter convertatur.

C. XI. ¶ *Vota abstinentiæ, quæ mulier permittente viro promiserit, ille prohibendo servare non valet.*

Item Augustinus *e in quæstionibus Numerorum, quæst. 59.*

4 MAnifestum *f* est ita voluisse legem, fœminarum ps esse sub viro, ut nulla vota ejus, quæ abstinentiæ causâ voverit, reddantur abea, nisi auctor vir fuerit permittendo. Nam cùm ad peccatum ejusdem viri pertinere voluerit, si priùs permiserit, & postèa prohibuerit, etiam hic tamen non dixit, ut faciat mulier, quod voverat, quia permissa jam priùs à viro fuerat. Viri dixit esse peccatum, quia abnuit, quod priùs concesserat: non tamen mulieri vel ex hoc permissum dedit, ut quod *g* priùs vir ei concesserat, postèa si prohibuerit, contemnatur *h*.

Ex præmissis auctoritatibus apparet, quòd continentiæ vota nec mulier sine consensu viri, nec vir sine consensu mulieris Deo reddere potest. Si autem consensu alterius eorum ab altero promissa fuerit, & si postmodum in irritum deducere voluerit, quæ permisit, non tamen valet, quia in debito conjugali æque mulier habet potestatem viri, sicut & vir mulieris: atque ideò, si quilibet eorum alterum à suo jure absolverit, ad pristinam servitutem ipsum revocare non poterit; quia verò in cæteris vir est caput mulieris, & mulier corpus viri: ita vota abstinentiæ viro permittente mulier potest promittere, ut tamen eadem prohibente repromissa non valeat adimplere: & hoc, ut diximus, propter conditionem servitutis, quâ vero in omnibus debet subesse.

a *Ioan. 7. Matth. 19.* b *Matth. 19.* c *Senten. ibidem. Burchardus lib. 9. cap. 40. Ivo p. 2. c. 134. Panorm. l. 6. cap. 22.* d *al. volari.* e *Et Beda 1. Corinth. 7. & glossa ordin. Num. 30.* f *Senten. ibid. Ivo p. 2. c. 98. Panor. l. 7. cap. 42.* g *al. cum.* h *condemnatur.*

C. XII.

C. XII. ¶ *Mulieres viris suis debent subesse.*
Unde Augustinus *in* a *libro quæstionum Geneseos, quæst. 153.*

Est ordo *b* naturalis in hominibus, ut serviant fœminæ viris, filii parentibus: quia 1 nulla justitia est, ut major serviat minori.

1 ¶ Quia nulla] *In Pannormia reliqua habentur ut apud Gratianum, nisi quòd corruptè in ea legitur,* majori serviat minor. *Sed in originali, à quo non longè discedit Ivo,* quia & illic justitia est hæc, ut infirmior ratio serviat fortiori. *ob glossam autem non est emendatum.*

C. XIII. ¶ *Vir est caput mulieris.*
Item *in quæstionibus Veteris & Novi Testamenti ex utroque mixtim, c. 106.*

Hæc c imago Dei est in homine, ut unus factus sit 1 quasi Dominus, ex quo cæteri orirentur, habens imperium Dei, quasi vicarius ejus: quia omnis Rex Dei habet imaginem: ideoque mulier non est facta ad imaginem 2 Dei. Sic etenim dicit: [*Et* d *fecit Deus hominem: ad imaginem Dei fecit illum.*] Hinc etiam Apostolus *ei*: [*Vir quidem, ait, non debet velare caput suum, quia imago & gloria Dei est: mulier autem ideo velet, quia non est gloria, aut imago Dei.*]

1 ¶ Factus sit] *Quæ sequuntur emendata sunt partim ex vetustis, partim ex ipso originali & Ivone. In vulgatis enim Gratiani recentioribus legebatur,* factus sit homo, ex quo cæteri oriantur, habens imperium Dei, quasi vicarius Dei, quia unius Dei habet vir imaginem.

2 ¶ Imaginem] *sequebatur,* & similitudinem; *quæ sunt expuncta, quia neq; apud Augustinum, neq; in vulgata Græca, neq; in Latina vetustiore, neq; apud cæteros collectores habentur. Pulchrè verò de hac re disputat Basilius in hunc Geneseos locum, & Origenes Periarchon. lib. 3. c. 6.*

C. XIV.
Idem *libro* f *1. quæstionum super Deuteronomium, quæst. 33.*

Satis *g* hinc apparet, quemadmodum subditas fœminas vitis, & penè famulas lex esse voluerit uxores, quòd dicens adversùs uxorem vir testimonium, unde lapidaretur illa, si hoc verum esse demonstraretur, ipse tamen non vicissim lapidaretur, si hoc falsum esse constiterit: sed tantummodò castigatur, & damnificatur, ejús perpetuò jubetur adhærere, quâ carere voluerat. In aliis autem causis, eum, qui testimonio falso cuiquam nocuerit, quod si probaretur, jus *h* sit occidi, eâdem 1 plecti jubetur *i* pœnâ, quâ fuerit, si verum esset, iste 2 plectendus.

1 ¶ Eâdem] *Eodem ferè modo apud Ivonem, & in Pannormia. In originali verò,* eâdemque pœnâ plecti jubet.

2 ¶ Iste] *Sic est emendatum ex aliquot manuscriptis, & originali, & Ivone.*

C. XV.
Item Hieronymus *super epistolam ad Titum in cap. 2.*

Cum *k* caput mulieris vir sit, caput autem viri Christus, quæcunque uxor non subjicitur viro suo, hoc est, capiti suo, ejusdem criminis rea est, cujus & vir, si non subjiciatur Christo capiti suo. Verbum autem Domini blasphematur, vel dum contemnitur Dei prima sententia, & pro nihilo ducitur, vel cùm Christi infamatur Evangelium, dum contra legem fidemque naturæ ea, quæ Christiana est, & ex Dei lege subjecta, viro imperare desiderat: cùm etiam gentiles fœminæ viris suis serviant communi lege naturæ.

a *Et glossa ordin. Genes. 46. & Beda ad Galat. 4.* b *Ivo p. 2. c. 94. Panm. l. 7. c. 43.* c *Ivo p. 2 c. 93. Panm. l. 7. c. 43.* d *Genes. 1. Sap. 2.* e *1. Cor. 11.* f *Et glossa ordin. ad cap. 21. Deut.* g *Ivo p. 2. c. 96. Panm. l. 7. c. 45.* h *al. justum.* i *aliter jubet.* k *Ivo p. 2. c. 97. Panm. l. 7. c. 46.*

C. XVI. ¶ *Arbitrium viro mulierem sequi oportet in omnibus.*
Item Augustinus *a in quæstionibus Numerorum, quæst. 59.*

Noluit itaque lex *b* mulierem aliquid vovere Deo adversùs animam suam, ut non in 1 aliqua rerum licitarum, atque concessarum abstinentia in eisdem votis fœminæ valeat auctoritas, sed virilis. Ita, & si adhuc innuptæ, jam concesserat pater vota persolvere, si antequam persolverit, nupserit, & viro ejus hoc cognitum non placuerit, non persolvat, & sit omninò sine peccato: quia mundavit eam, sicut dicit, id est, mundam judicavit. Neque hoc contra Deum fieri putandum est, cùm ipse Deus hoc præceperit, hoc voluerit.

1 ¶ Ut non in aliqua] *Sic in Pannormia. Apud Ivonem verò,* ut in aliquarum rerum. *in glossa ordinaria,* id est, in rerum. *Sed totus hic locus longè melius habet in originali:* fœminam sub patre, antequam nubat, & sub viro nuptam voluit lex vovere ita aliquid Deo adversùs animâ suam, id est, in aliquarum rerum licitarum atque concessarum abstinentia, ut in eisdem votis fœminea non prævaleat auctoritas, sed virilis.

C. XVII. ¶ *Nulla est mulieris potestas, sed in omnibus viri dominio subjecta est.*
Item *in libro quæstionum Veteris Testamenti, quæst. 45.*

Mulierem *c* constat subjectam dominio viri esse, & nullam auctoritatem habere: nec docere enim potest, nec testis esse, neque fidem dare *d*, nec judicare: quantò magis non potest imperare?

¶ *Restitutum est hoc caput ex B. Augustino, & ex eo nonnulla addita. Nam antea citabatur ex B. Ambrosio.*

C. XVIII.
Item Ambrosius *in* e *Hexameron in tractatu diei quarti.*

Adam *f* per Evam deceptus est, non Eva per Adam. Quem vocavit ad culpam mulier, justum est, ut eum gubernatorem 1 assumat, ne iterùm fœmineâ facilitate labatur.

1 ¶ Gubernatorem] *Anteà legebatur,* ut eam in gubernationem assumat. *Emendatum est ex B. Ambrosio. Glossa enim optimè convenit voci,* gubernatorem.

C. XIX.
Item *super primam epistolam ad Corinthios in cap. 2.*

Mulier debet *g* velare caput; quia non est imago Dei. Sed ut ostendatur subjecta, & quia prævaricatio per illam inchoata est, hoc signum debet habere, ut in Ecclesia propter reverentiam Episcopalem non habeat caput liberum, sed velamine tectum, nec habeat potestatem loquendi: quia Episcopus personam habet Christi. Quasi ergò ante judicem Christum, sic ante Episcopum, quia vicarius Domini est, propter 1 peccatum originale subjecta debet videri.

1 ¶ Propter peccatum originale] *Apud B. Ambrosium & Ivonem legitur,* propter reatûs originem; *in Pannormia verò,* propter reatum originalem. *Sed ob glossam non est mutatum, reliqua verò sunt emendata.*

C. XX.
Item *in libro de paradiso, c. 12.*

f Nec illud otiosum, quòd non de eadem terra, de qua plasmatus est Adam, sed de ipsius Adæ costa facta sit mulier: ut sciremus unam in viro & muliere corporis esse naturam, unum fontem generis humani.

a *Et glossa ordin ad cap. 30. Num.* b *Ivo p. 2. c. 58. Panm. l. 7. c. 47.* c *Ivo part. 2. c. 92. Pannorm. l. 7. c. 49.* d *aliter dicere.* e *Lib. 5. in Genes. cap. 7.* f *Ivo p. 2. c. 94. Pannorm. lib. 7. c. 50.* g *Ivo p. 2. c. 92. Panm. l. 7. c. 52.*

Ideo non duo à principio facti vir & mulier, neque duo viri, neque duæ mulieres: sed primùm vir, deinde ex eo mulier. Unam enim naturam volens hominum constituere Deus, ab uno principio creaturæ hujus incipiens, multarum, & disparium naturarum eripuit facultatem.

Evidentissimè itaque apparet, ita virum esse caput mulieris, ut nulla vota abstinentiæ, vel religiosæ conversationis liceat sibi sine ejus licentia Deo offerre: etiamsi viro permittente repromissa fuerit, non licet ei votum opere complere, cum vir voluerit revocare permissum. Vota verò continentiæ ita alterius permissu ab altero valent offerri, quòd post permissionem non valent in irritum deduci.

CAUSA XXXIV.

QUidam vir in captivitatem ductus est: postea uxor ejus audiens illum mortuum, nupsit alii: demum ille captivitate rediens, repetit uxorem suam: illa posterioris amore capta, asseruatur thorum prioris viri.

1 *Nunc primùm quæritur, an sit ista rea adulterii, quæ vivente viro suo alteri nupsit?*

2 *Secundò, an redeunte primo sit cogenda recedere à secundo, & redire ad primum?*

QUÆSTIO I. & II.

1 VTraq; quæstio terminatur auctoritate a Leonis Papæ, *qui scribens Nicetæ Aquileiensi Episcopo, epist. 77. cap. 1. & sequentibus, ait.*

C. I. ¶ *Quæ alii nupserit, putans virum suum mortuum esse, illo redeunte ad priorem redire cogitur.*

CUm b per bellicam cladem, & per gravissimos hostilitatis incursus ita quædam dicatis divisa esse conjugia, ut abductis in captivitatem viris, fœminæ eorum remanserint destitutæ, quæ viros proprios aut interemptos putârint, aut nunquam à dominatione crederent liberandos, & ad aliorum conjugium solicitudine c cogente transierint: cumque nunc, statu rerum auxiliante Domino in meliora converso, nonnulli eorum, qui putabantur periisse, remeaverint, meritò charitas tua videtur ambigere, quid de mulieribus, quæ aliis conjunctæ sunt viris, à nobis debeat ordinari. Sed quia novimus scriptum, quòd à Deo jungitur mulier viro, & iterùm præceptum agnovimus, ut quod d Deus junxit, homo non separet, necesse est, ut legitimarum fœdera nuptiarum redintegranda credamus, & remotis malis, quæ hostilitas intulit, unicuique hoc, quod legitimè habuit, reformetur: omnique studio procurandum est, ut recipiat unusquisque, quod proprium est. ¶ Nec e tamen culpabilis judicetur, & tanquam alieni juris pervasor, qui personam ejus mariti, qui jam non esse existimabatur, assumpsit. Sic enim multa, quæ ad eos, qui in captivitatem ducti sunt, pertinebant, in jus alienum transire potuerunt: & tamen plenum justitiæ est, ut eisdem reversis propria reformentur. Quòd si in mancipiis, vel in agris, aut etiam in domibus, ac possessionibus ritè servatur, quantò magis in conjugiorum redintegratione faciendum est? ut sic, quod bellicâ necessitate turbatum est, pacis remedio reformetur? Et ideò f. si viri post longam captivitatem reversi, ita in dilectione suarum conjugum perseverant, ut eas cupiant in suum redire consortium, omittendum est, & inculpabile judicandum est, quod necessitas intulit, & restituendum, quod fides poscit. *& infrà*, g *c. 4.* ¶ Sin autem aliquæ mulieres ita posteriorum virorum amore sunt captæ, ut malint his cohærere, quàm in legitimum redire consortium, meritò sunt notandæ, ita ut etiam Ecclesiasticâ communione priventur, quæ a de re excusabili contaminationem criminis elegerunt: ostendentes sibimet pro sua incontinentia placuisse, quod justa remissio poterat expiare. Redeant ergò in suum statum voluntaria redintegratione conjugia: neque ullo modo ad opprobrium malæ voluntatis trahatur, quod conditio necessitatis extorsit: quia sicut hæ mulieres, quæ reversi ad viros suos nolunt, impiæ habendæ sunt; ita illæ, quæ in affectum initum ex Deo redeunt, meritò sunt laudandæ *b* judicio.

C. II. ¶ *Viro, vel uxore de captivitate redeuntibus, propria redintegrantur conjugia.*

Item Innocentius Papa *Probo, in epist. 9.*

CUm in captivitate c Ursa mulier teneretur, aliud conjugium cum constituta Fontanum d commisisse cognovimus. Sed favore Domini reversa Ursa nos adiit, & nullo difficiente uxorem se memorati esse perdocuit. Qua de re, domine fili meritò illustris, statuimus fide catholicâ suffragante illud esse conjugium, quod primitiis erat gratiâ divinâ fundatum: conventumque secundæ mulieris, priore superstite, nec divortio ejecta, nullo pacto posse esse legitimum.

C. III. ¶ *Quæ primo viro relicto, secundo adhæserit, nisi secundum relinquens, primo reconciliari non potest.*

Item Hieronymus *ad Amandum Presbyterum.*

NOn satis animadvertere e potui, quid sit, quod dicere voluit, [*alio viro per vim accepto.*] Quid est, per vim accepto? congregatâ videlicet multitudine nolentem rapuit. Et quare postèa raptorem rapta non dimisit? legat libros Moysi, & inveniet desponsatam viro, si in civitate fuerit oppressa, & non clamaverit, puniri quasi adulteram: si autem in agro oppressa sit, innoxiam esse à scelere, & violentum legibus subjacere. Ergò & ista soror, quæ, ut dicit, vim passa est, ut alteri jungeretur, si vult corpus Christi accipere, & non adultera reputari, agat pœnitentiam: ita duntaxat, ut secundo viro, qui non appellatur vir, sed adulter, à tempore pœnitentiæ non copuletur. Quòd si durum ei videtur, & semel dilectum non potest derelinquere, nec præferre Dominum voluptati, audiat Apostolum f conclamantem: [*Non potestis calicem Domini bibere, & calicem dæmoniorum. Non potestis mensæ Domini communicare, & mensæ dæmoniorum.*] & alio g loco: [*Quæ communicatio lucis ad tenebras? qui consensus Christi ad Belial?*] Rem novam loquor, imò non novam, sed veterem, quæ Veteris Testamenti auctoritate firmatur. Si reliquerit secundum virum, & reconciliari priori voluerit, non potest. Scriptum est enim in Deuteronomio: h [*Si acceperit homo uxorem, & habuerit eam, & non invenerit gratiam in conspectu ejus, propter aliquam fœditatem, scribet libellum repudii, & dabit in manu ejus, & dimittet eam de domo sua. Cumq; egressa adultera* i *maritum duxerit, & ille quoque oderit eam, dederitq; ei libellum repudii, & dimiserit de domo sua, aut certè mortuus fuerit, non poterit prior maritus recipere eam uxorem, quia polluta est, & abominabilis facta est coram Domino, ne* k *peccare facias terram tuam, quam Dominus Deus tuus tradidit tibi possidendam.*]

a *In Cod. canonum, cap. 42.* b *Sent. 4. dist. 38. Polyc. l. 6. tit. 4. Anst. l. 10. c. 22. Burc. l. 9. c. 55. Ivo p. 8. c. 144. & 190. 191. 192. Pann. l. 6. c. 87.* c *solitudine*] *orig.* d *Matth. 19.* e *Ejusdem epist. c. 2. Bur. l. 9. c. 56. Ivo p. 8. c. 191.* f *C. 3. Burc. l. 9. c. 58. Ivo p. 8. c. 199.* g *Burc. l. 9. c. 57. Ivo par. 8. c. 192. Pann. l. 6. c. 88.*

a *al. quia inexcusabiliter contam. &c.*] *orig.* b *al. laudabiles judicanda.* c *Ivo p. 8. c. 243. Pann. l. 6. c. 89.* d *Fortassis inisse cognoscitur.*] *orig.* e *Senten. 4. distinct. 35. Polyc. lib. 6. tit. 4.* f *1. Cor. 10.* g *2. Cor. 6.* h *Deut. 24.* i *alterum*] *vera lectio.* k *al. nec.*

¶ *Verba*

¶ *Verba hujus capitis in epistola B. Hieronymi, & in Polycarpo proximè sequuntur post ea, quæ referuntur sup. 32. q. 7. c.* omnes causationes. *Ideoq; apud ipsos vitiosum hoc ita habet:* Neque satis animadvertere.

3 pars. *Si autem inevitabili necessitate cogente vir in aliam provinciam fugerit, & uxor ejus eum sequi noluerit, illo vivente illa innupta permaneat.*

C. IV. ¶ *Quæ virum in captivitate ductum sequi noluerit, maneat innupta, quamdiu vir ejus vixerit.*

Unde in Concilio apud Vermerias.

SI a quis necessitate inevitabili cogente in alium ductatum, seu provinciam fugerit, & ejus uxor, cùm valet & potest, amore parentum & rerum suarum eum sequi noluerit, ipsa omni tempore, quamdiu vir ejus, quem secuta non fuit, vivit, semper innupta permaneat.

4 pars. *Quod autem de conjugatis auctoritate Leonis Papæ dicitur, hoc etiam de virginibus intelligendum est, ut si præter conscientiam viro nupserint alieno, non teneantur.*

C. V. *Non est adultera virgo, quæ nesciens viro nupsit alieno.*

Unde Augustinus *in libro de fide & operibus, c. 7.*

SI virgo b nesciens viro nupserit alieno, hoc si semper nesciat, nunquam ex hoc erit adultera. Si autem sciat, jam hoc esse incipiet, ex quo cum alieno viro sciens cubaverit: sicut in jure prædiorum tamdiu quisque bonæ fidei possessor rectissimè dicitur, quamdiu se possidere ignorat alienum: cùm verò scierit, nec ab aliena possessione recesserit, tunc malæ fidei possessor perhibetur, tunc juste injustus possessor vocabitur.

5 pars. *Hinc* c *etiam ignorantia excusat eum, qui nesciens dormivit cum sorore uxoris suæ.*

C. VI. ¶ *Non cogatur legitimam dimittere uxorem, qui nesciens dormivit cum ejus sorore.*

Unde in Concilio Triburiensi.

IN lectum mariti d absente uxore soror ivit uxoris, quam ille uxorem putans suam esse, dormivit cum ea. Super hoc visum est, si ipse per securitatem veram hoc probaverit, quòd inscius fecerit hoc scelus, pœnitentiam quidem, quæ sibi indicta fuerit, agat, & legitimum suum conjugium habere permittatur. Illa verò vindictâ dignâ affligatur, & in æternum conjugio privetur.

C. VII. PALEA.

[*Item* Hermes *in libro Pastoris, mandato quarto.*]

EGo dixi e pastori: Domine, si quis habuerit uxorem fidelem in Domino, & invenerit hanc in adulterio, nunquid peccat vir, si cum illa concumbit f? Et dixit mihi: Quamdiu nescit peccatum ejus, sine crimine est vir vivens cum illa. Si autem scit vir uxorem suam deliquisse, & non egerit pœnitentiam mulier, sed permanet in fornicatione sua, & coierit g vir cum illa, reus erit peccati ejus, & particeps mœchationis illius. Et dixi illi: Quid ergò, si permanserit in vitio suo mulier? & dixit: Dimittat illam vir, & vir per se maneat. Quòd si dimiserit mulierem suam, & aliam duxerit, & ipse mœchatur. Et dixi illi: Quid, si mulier dimissa pœnitentiam egerit, & voluerit ad virum suum reverti, nonne recipietur à viro suo? Et dixit mihi: Imò, si non receperit eam vir suus, peccat, & magnum peccatum sibi admittit: sed debet recipere peccatricem, quæ pœnitentiam egit. Ergò non debet dimissâ conjuge suâ vir aliam ducere. Hic actus similis est in viro & muliere.

a *Burch. l. 9. c. 14. Ivo p. 8. c. 189. Pann. l. 6. c. 91.* b *Polyc. ibid.* c *al. Sic.* d *Burch. l. 17. c. 4. & lib. 19. c. 273.* e *Ivo part. 1. c. 241. Pann. l. 7. c. 38. Sent. 4. dist. 31.* f *convivit?*] *orig. ext. de adult. c. si vir.* g *convivit*] *orig.*

¶ *In hoc capite emendata & addita nonnulla sunt ex originali & cæteris collectoribus.*

6 pars. *De simpliciter verò fornicantibus, vel cum duabus sororibus, vel cum matre & filia, vel cum patre & filio, idem accipiendum: ut ignorantibus conjugia non negentur, scientibus verpetuò prohibeantur.*

C. VIII. ¶ *Matrimonia non prohibentur contrahere, quorum incestum ignorantia excusat.*

Unde in eodem Concilio Triburiensi *legitur.*

SI quis a cum duabus sororibus fornicatus fuerit, & sororem soror ab eodem antèa stupratam nescierit, vel 1 si ipse sororem ejus, quam antèa stupraverat, non intellexerit, si dignè pœnituerint, & se continere non valuerint, post annos septem conjugia illis non negentur. Si autem non ignoraverint, usque ad mortem à conjugio abstineant.

¶ *Burchardus etiam citat ex Triburiensi, c. 9. Et quiddam simile habetur in Triburiensi impresso, c. 43. quemadmodum etiam in Vuormacensi, c. 33.*

1 ¶ Vel si ipse] *Sic restituum est ex Burchardo. Antèa legebatur,* vel se sororem.

C. IX. ¶ *De eodem.*

Item *ex eodem.*

SI b quis cum matre & filia fornicatus est, ignorante matre de filia, & filia de matre, ille nunquam accipiat uxorem, illæ verò, si voluerint, accipiant maritos: si autem hoc scierint ipsæ fœminæ, absq; maritis perpetuò maneant.

¶ *Gratianus hoc idem caput, quod hìc citat ex Triburiensi, infrà 35. q. 2. refert ex Concilio apud Vermerias, itemq; Burchardus & Ivo: sententia habetur in Vuormacensi, c. 63.*

C. X. ¶ *De eodem.*

Item *in eodem.* c

QUidam d fornicatus est cum quadam muliere: postea filius nesciens factum patris, stupravit eandem. Quod cùm pater resciret e, de se, filioque confessus est. Statuerunt melius esse, ut taliter lapsis, cum digna pœnitentia, legitima permittantur conjugia, quàm fortè deterius delinquant. Fornicaria autem sine spe conjugii maneat.

CAUSA XXXV.

QUidam vir mortuâ uxore suâ aliam sibi in matrimonio copulavit, quæ uxori defunctæ quarto gradu consanguinitatis, viro autem sextâ lineâ f adhærebat. Post triennium verò liberis ex ea susceptis, accusatur apud Ecclesiam: ille prætendit ignorantiam.

1 *Hic primùm quæritur, si liceat aliquam ex propria cognatione ducere in uxorem?*
2 *Secundò, si ex consanguinitate uxoris aliqua possit in conjugem duci?*
3 *Tertiò, usq; ad quem gradum debeat quisq; abstinere sive à proprio, sive ab uxoris suæ consanguineis?*
4 *Quartò, quare usque ad sextum gradum consanguinitas computatur, ita quòd nec ultrà protenditur, nec infrà subsistit?*
5 *Quintò, quomodo gradus consanguinitatis computandi sunt?*
6 *Sextò, quo jurejurando propinquitatem firmare debeant?*
7 *Septimò, an illa, quæ de incestuosis nata sunt, filia reputentur?*
8 *Octavò, si ignoranter de consanguinitate vel affinitate aliqua in uxorem ducta est, an ex dispensatione possit viro sua adhærere?*
9 *Nono, si contigerit Ecclesiam decipi, & causâ consanguini-*

a *Burch. l. 17. c. 3. & lib. 19. c. 273.* b ¶. *31. q. 2. si quis cum matre. Burch. l. 17. c. 12. Ivo p. 9. c. 72.* c *Concordat Triburien. impressum, c. 43.* d *Burch. l. 17. c. 16. Ivo p. 9. c. 73.* e *al. recisceret.* f *al, linêa cognationis.*

tatis aliquam à viro suo sēparare, qua postē quadriennium nuptiis hinc inde celebratis deprehenditur non fuisse consanguinea prioris, an secunda conjugis sint rescindenda, & priora sint redintegranda?

10 Decimò, si relictā alicujus de propria cognatione ad secundas nuptias transierit, an proles ex eis suscepta possit pertingere ad consortium alicujus de cognatione prioris viri?

QUÆSTIO I.

QVòd autem consanguineas nostras, sive uxoris nostræ in conjugium nobis ducere liceat, exemplis & auctoritatibus probatur. Abraham a *namque Sarai filiam fratris sui, sororem videlicet Loth, in conjugem duxit. Isaac* b *Rebeccam in uxorem accepit, quæ erat filia consobrini matris sue. Iacob* c *duas sorores, Liam videlicet, & Rachel filias Laban avunculi sui sibi matrimonio sociavit.* ¶ *In* d *lege quoque præcepit Dominus Moysi, ut nullus duceret uxorem, nisi de propria tribu, & familia. Item* e *si aliquis absq; liberis moreretur, præcepit Dominus, ut frater ejus uxorem defuncti sibi copularet, & ex ea semen fratri suo suscitaret. Porrò ad quoscunque lex ipsa pervenit, ejus præcepto probantur obnoxii, nisi qua vel Evangelicis mandatis, vel Apostolici instituti evacuata monstrantur. Nullo autem Evangelii præcepto vel Apostolico instituto consanguineorum conjunctiones prohibita inveniuntur. Unde sicut ab initio, ita & nunc licita probantur.* ¶ *Hu ita respondetur. Consanguineorum conjunctiones aliàs causa necessitatis permissæ, aliàs causa justa rationis inveniuntur imperatæ* f. *Cum enim unus vir ab initio, atq; una ex latere ejus mulier à Deo formaretur, necessario sorores fratribus copulabantur. Quod autem cogente necessitate fit, cessante necessitate pariter cessare oportet. Tanto ergò nunc damnabilius usurpatur consanguineorum conjunctio, quanto minus necessaria probatur. Unde hujusmodi copula postea lege prohibita inventur, Domino dicente per Moysen:* g [Turpitudinem sororis tuæ non revelabis.]

CAP. ¶ *Quare constitutum sit, ne consanguineas ducamus uxores.*

Hinc Augustinus *ait in libro de civitate Dei 15. cap. 16.*

CUm igitur *h* genus humanum post *i* primam copulam viri facti ex pulvere, & conjugis ejus ex viri latere, marium, fœminatumque conjunctione opus haberet, ut gignendo multiplicaretur, nec essent ulli homines, nisi qui ex illis duobus nati fuissent, viri sorores suas conjuges acceperunt. Quod profectò quantò est antiquius compellente necessitate, tantò posteà factum est damnabilius religione prohibente. Habita est enim ratio rectissima charitatis, ut homines, quibus esset utilis atque honestissima *k* concordia, diversarum necessitudinum vinculis necterentur, nec unus in una multas haberet, sed singulæ spargerentur in singulos, ac sic ad socialem vitam diligentius colligandam *l* plurimæ plurimos obtinerent. Pater quippe, & socer duarum sunt necessitudinum nomina. Dum 1 ergò habet quis alium patrem, alium socerum, numerosius se charitas porrigit. Utrumque autem unus Adam esse cogebatur & filiis, & filiabus suis, quando fratres sororesque connubio jungebantur. Sic & Eva uxor ejus utrique sexui filiorum fuit & socrus, & mater: quæ *m* si duæ fœminæ fuissent, mater altera, & socrus altera, copiosiùs se socialis dilectio colligaret. *& infrà.* ¶ Sed hoc, unde fieret, tunc non erat: quando nisi fratres & sorores ex duobus illis primis, nulli homines erant. Fieri ergò debuit, quando potuit, ut existente copiâ inde ducerentur uxores, quæ non erant jam sorores: & non solùm istud, ut fieret, nulla necessitas esset, verùm etiam, si fieret, nefas esset. *& infrà.* ¶ Quod humano genere crescente & multiplicato etiam inter impios Deorum multorum, falsorumque cultores sic observari cernimus, ut etiamsi perversis legibus permittantur fraterna conjugia, melior tamen consuetudo ipsam malit exhorrere licentiam, & cùm sorores accipere in matrimonium primis humani generis temporibus omninò liruerit, sic aversetur, quasi licere nunquam potuerit. *& infrà.* ¶ Copulatio ergò maris & fœminæ, quantum attinet ad genus mortalium, quoddam seminarium 1 est charitatis: cœlestis verò civitas opus habet, ut noxam generationis evadat.

1 ¶ Dum ergò habet] *In codicibus B. Augustini impressis, & apud Ivonem, & in Pannormia legitur:* Ut ergò alium quisque habeat patrem. *Sed visa est melior lectio Gratiani.*

2 ¶ Seminarium] *Ivo & Pannormia habent sicut, ut Gratianus: tantùm loco,* charitatis, *habent,* civitatis. *Longè verò locus B. Augustini hic est:* Copulatio ergò maris & fœminæ, quantum attinet ad genus mortalium, quoddam seminarium est civitatis. Sed terrena civitas generatione tantummodò, cœlestis autem etiam regeneratione opus habet, ut generationis noxam evadat. *Veram glossam in versic.* civitas, *nihil est mutatum. Alia verò multa ex ipso potissimum originali sunt emendata.*

Hâc itaq; consuetudine, quæ ab ipso exordio humana propagationis originem habuit, quam nulla lex contrà jubendo evacuavit, excusantur Abraham, Isaac & Iacob, & cæteri, qui de propria cognatione ducebant uxores. Quamvis etiam alia causa rectissima rationis, quâ id factum sit, possit intelligi. Cæterū idolatriâ sedente, sola familia a Heber in cultu unius Dei remansit. Unde Abraham à Chaldæis cum fratre suo Aram in ignem, quem adorare nolunt, projectus est, ut numen sua devastatis exuroride sentiret, quem venerando colere contempsit. Ne ergò ex conjunctione infidelium fideles ad idololatriam prolaberentur, & ita Deum offenderent, sicut b *quondam ante diluvium filii Dei commisti filiabus hominum, ipsum ad iracundiam provocaverant, vel istimè cautum est, ut Patriarchæ viri sanctissimi nomisse de propria cognatione, id est, de familia fidelium sibi uxores acciperent. Hinc etiam cum filii Israël intraturi terram promissionis à Domino audirent, ne filias Chananæorum sibi in uxores acciperent, nec suas eis nuptui traderent, statim subjunxit Dominus:* [Ne c faciant vos recedere à Deo vestro, & fornicari cum Diis alienis.] *Hinc etiam* d *Esdras, Idumæas, atq; aliarum nationum mulieres, per quas filii Israel sibant ad Deos alienos, ab eis separari jussit. Est etiam alia causa, quare consanguineorum conjunctiones in populo Dei primùm permissæ, vel potius imperatæ fuerunt. Deus enim sic ab initio salutem humani generis dispensavit, ut primitivam Ecclesiam in uno populo institueret, qui sibi carnis consanguinitate erat propinquus. Unde de plebe Iudaica primùm Apostolos elegit, quos quasi fundamentum Ecclesiæ instituit, quorum prædicatione de eadem plebe multi ad Deum converti, in septis originem Ecclesiæ prostituerunt. Deinde in cæcitate sua perfidiæ Iudaicæ plebe relictâ ad gentes, quæ tam fide, quàm cognatione carnis à Christo erant alienæ, prædicatio Evangelica translata est: & quasi consanguineæ copulam Christo affirmatur, de alienâ cognatione sibi uxorem elegit, adimplens illud, quod per Prophetam* e *promiserat:* [In peccatis vestris dimisi matrem vestram, quasi adulteram & repudiatam.] *Et item per alium* f *Prophetam:* [Vocabo non plebem meam, plebem meam.] *In hujus ergò rei sacramentum consanguineorum conjunctiones primùm in Dei populo permissæ sunt, nunc autem prohibitæ. Ex quia non* g *ex una familia tantùm, sed in omni multitudine gentium populus fidelium inva-*

a *Genes. 11.* b *Genes. 24.* c *Genes. 29.* d *Numer. 36.* e *Deut. 25.* f *al. impetrata.* g *Levit. 18.* h *Ivo p. 8 c. 39. Pann. l. 7. c. 12.* i *Gen. 2.* k *honesta]* vrig. l *al. colligendam.* m *al. quod.*

a *Genes. 11.* b *Genes. 6.* c *Deut. 7.* d *2. Esdræ 10.* e *Esa. 50.* f *Osee 4.* g *Osee 2.*

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg

trater, non de propria cognatione, sed de qualibet alia cuique uxorem ducere conceditur. ¶ Illud autem, quòd præcepta legis servanda dicuntur, quia nec Evangelicis, nec Apostolicis institutis evacuata probantur, verum quidem est: sed cum omnia figuralia Apostolus approbet ad tempus esse data, atq; ideò veniente veritate affirmet illa amplius esse servanda, hoc autem, ut suprà monstratum est, causâ sacramenti à Deo institutum esse probetur; & hoc cum cæteris figuralibus evacuatum certissimè constat: quamquam, sicut Apostolus quædam b consulendo addidit, quæ Evangelicis præceptis non invenichantur desinta, nec tamen ideò tanquam temeraria vel superflua ab aliis Apostolis sint repudiata: sic & Ecclesia post Apostolica instituta, quædam consilia c perfectionis addidit, utpote de continentia ministrorum, de confessione mysteriorum, de celebratione officiorum: quæ nullatenus respuenda sunt, sed diligenti veneratione suscipienda. Consanguineorum ergò conjunctiones, quarum Evangelicis & Apostolicis præceptis non inveniantur prohibita, sunt tamen fugiendæ, quia Ecclesiasticis institutionibus inveniuntur terminatæ d.

QUÆSTIO II. & III.

QUia ergò à consanguineorum conjunctionibus, sicut probatum est, abstinere oportet, videndum est, usq; ad quem gradum à consanguinei proprii abstinere oporteat, vel si ex cognatione propria uxoris aliquam duci in uxorem liceat?

C. I. ¶ *Usque ad septimam generationem nullus de sua cognatione ducat uxorem.*

De his ita scribit Gregorius Papa *in Concilio* 1 *Meldensi* e.

DE affinitate f consanguinitatis per gradus cognationis placuit usque ad septimam generationem observare. Nam & hæreditas rerum per legales instrumentorum diffinitiones sancita, usque ad septimum gradum protendit hæredum successionem. Non enim succederent, nisi eis de propagine cognationis deberetur.

1 ¶ Concilio Meldensi.] *Burchardus, Ivo, auctor Pannormia citant tantum ex Concilio Meldensi: Magister, Gregorius, Polycarpus, ita habent.* Gregorius in decretis. *An sicri facilè potuit, ut Gregorii decretum in aliquo Meldensi Concilio referretur, unde orta sit ista Gratiani citatio.*

C. II. ¶ *Infamiâ notentur, qui consanguineas ducunt uxores.*

Item Calixtus Papa *epistolâ secundâ ad Episcopos Galliæ.*

CONjunctiones g consanguineorum fieri prohibete, quando has & divinæ, & seculi prohibent leges. Leges ergò divinæ, hoc agentes, & eos, qui ex eis prodeunt, non solùm ejiciunt, sed & maledictos appellant. Leges verò seculi infames tales vocant, & ab hæreditate repellunt. Nos verò sequentes patres nostros, & eorum vestigiis inhærentes, infamiâ eos notamus, & infames esse censemus, quia infamiæ maculis sunt aspersi: nec eos viros, nec accusationes eorum, quos h leges seculi rejiciunt, suscipere debemus. *& infrà.* ¶ Eos autem consanguineos dicimus, quos divinæ, & Imperatorum i, ac Romanorum, atque Græcorum leges consanguineos appellant, & in hæreditate suscipiunt, nec repellere possunt.

C. III. ¶ *Affines in quinta generatione copulari possunt: in quarta si fuerint inventi, non separentur.*

Item Fabianus Papa.

DE propinquis a, qui ad affinitatem per virum & uxorem veniunt, defunctâ uxore vel viro, in quinta generatione conjungantur: in quarta, si inventi fuerint, non separentur. In tertia verò propinquitate non licet uxorem alterius accipere post obitum ejus. Æqualiter b vir conjungatur in matrimonio eis, quæ sibi consanguineæ sunt, & uxoris suæ consanguineis post mortem suæ uxoris.

C. IV.

Idem.

QUi propinquam c sanguinis uxorem ducunt, & separantur, non licebit eis, quamdiu utrique vivunt, alias uxores sibi in conjugio sociare, [nisi ignorantiâ excusentur.]

C. V. ¶ *Non prohibetur ducere uxorem, qui ignoranter incestum committit.*

Unde in Concilio apud Vermerias.

SI quis d cum matre & filia fornicatus est, ignorante matre de filia, & filia de matre, ille nunquam accipiat uxorem: illæ verò, si voluerint, accipiant maritos. Si autem hoc scierint ipsæ fœminæ, absque maritis perpetuò maneant.

¶ *De capite hoc dictum est sup.* 34. q. 1. & 2.

C. VI.

Item ex eodem.

SI homo e fornicatus fuerit cum muliere, & frater ejus nesciens eandem duxerit uxorem, frater, eò quòd fratri crimen celaverit, septem 1 annos pœniteat, & post pœnitentiam nubat. Mulier autem usque ad mortem pœniteat, & sine spe conjugii maneat.

¶ *Burchardus etiam, & Ivo citant ex Concilio apud Vermerias, c.* 5. *sententia verò habetur in Triburiensi, c.* 44.

1 ¶ Septem annos.] *Hæ duæ voces absunt à Burchardo & Ivone. Apud Burchardum tamen libro* 19. *c.* 5. *ubi Sacerdos de hoc peccato interrogat pœnitentiam, & consilium dat, hæc leguntur:* Si fecisti, eo quòd fratrem tuum crimen celasti, septem annos per legitimas ferias pœniteas. *In Triburiensi autem,* prædurâ arceatur pœnitentiâ, & condignâ castigatione.

De his verò, qui ignoranter conjunguntur, cætera auctoritates intelligenda sunt.

C. VII. ¶ *Ex propinquitate sui sanguinis vel uxoris usq; in septimum gradum nullus ducat uxorem.*

Unde Julius Papa.

NUllum in f utroque sexu permittimus ex propinquitate sui sanguinis, vel uxoris usque ad septimum generis gradum uxorem ducere, vel incesti maculâ copulari g. Præterea quoque illud adjecimus, quoniam sicut non h licet cuiquam Christiano de sua consanguinitate, sic etiam nec licet de consanguinitate uxoris suæ conjugem ducere, propter carnis unitatem.

¶ *Caput hoc usq; ad versic.* Præterea, *Burchardus, Ivo, & Pannormia (nam Magister ut Gratianus) citant ex Concilio Aurelianensi, c.* 20. *Ac sanè in* 3. *Aurelianensi impresso, c.* 10. *multa leguntur ad hanc rem pertinentia. Reliqua verò hujus capitis pars in Pannormia (nam cæteri collectores non habent) ex eodem Concilio refertur: sed à Gratiano sup.* 27. q. 2. c. qui desponsatam, *tribuitur Gregorio.*

a *Rom.* 2. b *Gal.* 5. c *al. consilio.* d *al. interminatæ.* e *Concor. Nicol. in Conc. Rom.* f *Sentent.* 4. *distinct.* 41. *Polyc. l.* 16. *tit.* 4. *Burch. l.* 7. *c.* 16. *Ivo p.* 9. *c.* 51 *Pann. l.* 7. *c.* 21. g *Polyc. ibid. Burch. l.* 7. *c.* 1. *Ivo p.* 9. *c.* 22. *Simile in Concil. Innocentii II.* h *al. quæ.* i *Imperator Romanorum.*

a *Sent.* 4. *dist.* 41. b *Inf. eâd. c. aqualiter. Polyc. l.* 6. *tit.* 4. *ex Iulio.* c *Fortassè ista Gratiani.* d *Sup.* 34. *q.* 1. *& 2. c. si quis cum matre.* e *Burch. l.* 7. *c.* 23. *Ivo p.* 9. *c.* 73. f *Sent* 4. *dist.* 41. *Burch. l.* 7. *c.* 24. *Ivo p.* 9. *c.* 49. *Pann. l.* 7. *c.* 79. g *al. commaculari.* h *Sup.* 27. *q.* 2. *c. qui desponsatam.*

C. VIII. ¶ *Incestuosi nullo sunt digni nomine conjugii.*

Item ex Concilio Agathensi, *c. 61.*

DE incestis *a* conjunctionibus nihil prorsus venix reservamus, nisi cùm adulterium separatione sanaverint. Incestuosos *b* verò nullo conjugii nomine deputandos, quos etiam designare funestum est. ¶ Hos 1 enim *c* censemus esse, si quis relictam fratris (quæ penè priùs soror extiterat) carnali conjunctione polluerit: si quis frater germanam uxorem acceperit: si quis novercam duxerit: si quis consobrinæ suæ se sociaverit: si quis relictæ, vel filiæ avunculi misceatur, aut patrui filiæ, aut privignæ suæ: aut qui ex propria consanguinitate aliquam, aut quam consanguineus habuit, concubitu polluerit, aut duxerit uxorem. Quos omnes & olim, & nunc *d* sub hac constitutione incestos esse non dubitamus, & inter catechumenos usque ad legitimam satisfactionem manere & orare præcipimus. Quod ita præsenti tempore prohibemus, ut ea, quæ sunt hactenus constituta *e*, non dissolvamus. Sanè quibus conjunctio illicita interdicitur, habebunt 2 ineundi melioris conjugii libertatem.

1 ¶ Hos enim] *Ita est in Agathensi. In Arelatensi autem 2. c. 2. (ubi idem repetitur) & apud Ivonem hæc conjunguntur cum superioribus, & legitur,* hos esse. *In Epaunensi, c. 30. (in quo idem tractatur argumentum) diuersus oratione longè diversus est. In secundo autem Turonico, c. 22. (ubi refertur caput illud Concilii Epaunensis) ita scribitur:* Incestus verò, nec ullo conjugii nomine prædicandos, præter illos, quos dinumerare funestum est, hos esse censemus. *In Capitularibus adjectis, c. 200. sunt nonnulla partes hujus capitu ex epistolis Gregorii Papæ, & B. Bonifacio Archiepiscopo Moguntino missis.*

2 ¶ Habebunt] *Sic in Agathensi, & apud Ivonem. In Epaunensi legitur,* non habebunt. *Sed in Turonico, in quo citatur Epaunense,* habebunt. *Sic etiam inf. q. 8. c.* hæc salubriter, *ex Gregorio. In Capitulari autem indicato plenius hæc sententia exponitur:* Sed quibus illicita conjunctio interdicitur, nisi hi sunt, quos sanctorum Patrum decreta conjugio copulari prohibent, habebunt ineundi melioris conjugii libertatem.

C. IX. ¶ *Incestuosi usque ad satisfactionem excommunicentur.*

Item ex Concilio Ilerdensi, *c. 4.*

DE his qui *f* incesti *g* pollutione se maculant, placuit, ut quousque in ipso detestando & illicito carnis contubernio perseverant, usque ad Missam tantùm catechumenorum in Ecclesia admittantur: cum quibus etiam nec cibum sumere ulli *h* Christianorum, sicut Apostolus jussit, licebit *i*.

C. X. ¶ *Nullus ducat in uxorem à consanguineo cognitam, vel aliquâ pollutam maculatam.*

Item Gregorius Papa *ad Felicem Messanæ civitatis Episcopum, lib. 12. epist. 31.*

NEc eam, *k* quam aliquis ex propria consanguinitate conjugem habuit, vel aliquâ illicitâ pollutione maculavit, in conjugium ducere, ulli profectò licet Christianorum, aut licebit: quia incestuosus est talis coitus, & abominabilis Deo & cunctis hominibus. Incestuosos *l* verò nullo conjugii nomine deputandos à sanctis Patribus dudum statutum esse legimus.

Naturæ videlicet ordine: si verò extraordinariè, non sic.

a *Et in Aral. 3. c. 2. in Epaunensi, c. 30. In Turonico 2. c. 22. in Cap. adjectis, c. 200.* b *al. incestos.* c *Burch. l. 7. c. 4. Ivo p. 9. c. 25. & 40.* d *al. atque sub hac.* e *al. instituta.* f *Burch. l. 7. c. 3. Ivo p. 8. c. 29.* g *al. incesta.* h *al. ullum.* i *al. oportet.* k *Ivo p. 9. c. 26.* l *Sup. eâd. de incestu.*

C. XI. ¶ *Extraordinaria pollutio in naturalibus non impedit matrimonium.*

Ait enim Urbanus Papa II. *Hugoni Gratianopolitano* 1 *Episcopo.*

EXtraordinaria *a* pollutio non 2 nisi in naturalibus admissa, vel sæpiùs reiterata *b* citra maritalem affectum 3, si præbitis sacramentis ita esse constiterit, quemadmodum nobis tuis significatum est literis, non videtur matrimonium impedire, quamvis ipsa sit criminosa & damnabilis.

1 ¶ Gratianopolitano] *Anteà legebatur,* Urbanus II. Gratiano, Neapolitano Episcopo. *Emendatum est ex Polycarpo: & hujus Hugonis mentio est apud Sigebertum anno 1084. & apud Trithemium in Guidone V. Carthusiæ Abbate.*

2 ¶ Non nisi] *In Polycarpo est,* nisi in naturalibus admissa.

3 ¶ Affectum,] *In eodem legitur,* effectum.

C. XII. ¶ *Nullus ducat in conjugem relictam consanguineorum uxoris* 1 *suæ usq; in tertiam generationem.*

Item Julius Papa.

ET hoc quoque *c* statutum est, ut relictam patris uxoris suæ, relictam fratris uxoris suæ, relictam filii uxoris suæ, nemo sibi in matrimonium sumat: relictam consanguineorum uxoris suæ, usque in tertiam progeniem nemo in uxorem sumat: in quarta autem, & in quinta, si inventi fuerint, non separentur.

1 ¶ Uxoris suæ] *Sic emendatum est ex vetustis. Nam in vulgatis erat,* suorum.

C. XIII. ¶ *A consanguineis propriis, vel uxoris pariter cuiq; est abstinendum.*

Idem.

AEqualiter *d* vir conjungatur consanguineis propriis, & consanguineis uxoris suæ.

¶ *In Pannormia citatur, ut hic. Hugo autem,* ex Concilio Maticensi. *Burchardus,* Matiscensi. *Ivo,* Manticeno, *nullâ Isidori mentione factâ. In Polycarpo conjunctè ponitur cum c.* conjunctiones. *Sup. eâdem, quod quidem est Calixti. Extat autem in Concilio Cabilonensi 2. c. 29. & in Vuormatiensi est secunda pars canonis 72.*

C. XIV. ¶ *In parentela propria & conjugii eadem consanguinitas est observanda.*

Item Isidorus *ex Concilio Maciensi.*

SAnè *e* consanguinitas, quæ in proprio viro observanda est, hæc nimirum in uxoris parentela de lege nuptiarum custodienda est. Quia enim constat eos duos esse in carne una, communis illis utraque *f* parentela censenda est, sicut scriptum est: *g* [*Erunt duo in carne una.*]

C. XV. ¶ *Nurus non est aliter deputanda, quàm filia.*

Item Augustinus *lib. 22. contra Faustum, c. 61.*

SI vir & uxor non jam duo, sed una caro sunt, non aliter est nurus deputanda, quàm filia.

C. XVI. ¶ *Usq; ad septimam generationem progeniem suam unumquemq; servare oportet.*

Item Gregorius Papa *h Episcopis Galliæ.*

PRogeniem *i* suam unumquemque 1 usq; ad septimam decernimus observare generationem: & quam-

a *Polyc. l. 6. tit. 1.* b *al. repetita.* c *Senten. 4. distin. 42.* d *Sup. eâd. c. de propinquis. Sent. 4. dist. 41. Polyc. l. 6. tit. 4. Burch. l. 7. cap. 6. Ivo p. 9. c. 43.* e *Hugo de S. Vict. de sacra l. 2. p. 11. Sent. ibid. Burch. l. 7. c. 8. Ivo par. 9. c. 44. Pannorm. l. 7. c. 69.* f *al. utrinque.* g *Gen. 2.* h *In regesto B. Greg. l. 12. epist. 31. ad Felicem.* i *Hugo ibid. Sent. 4. dist. 40. Polyc. l. 8. tit. 4. Anf. l. 10. c. 40. Burch. l. 7. c. 11. Ivo p. 9. c. 26. Pann. l. 7. c. 72.*

diu se agnoscant affinitate propinquos, ad conjugalem copulam accedere denegamus: Quòd 2 si fecerint, separentur.

¶ *Burchardus & citat & refert ut Gratianus. Hugo, auctor Polycarpi, & Magister citant absolutè Gregorium. Anselmus & Ivo ex epistola B. Gregorii ad Felicem. In Panormia est conjuncta utraque inscriptio, hoc modo:* Ex epistola Gregorii Episcopis Galliæ missa, epistolâ 31. lib. 12. *Extat verò caput hoc in Capit. l. 6. c. 80. & in adjectis est prior pars capitis 200. quod in indice tribuitur Gregorio Papæ ex epistolis B. Bonifacio Archiepiscopo Moguntiæ missis. Ac sanè in ultima Gregorii II. epistola tomis Conciliorum inserta, legitur prior pars usq; ad verbis.* Generationem.

1 ¶ Unumquemque] *Apud beatum Gregorium, Anselmum, & Ivonem hoc loco sunt hæc interjecta:* de his, qui fideliter edocti sunt, & jam firmâ radice plantati stant inconvulsi.

2 ¶ Quòd si fecerint, separentur.] *Hæc non habentur, nisi apud Burchardum. Apud B. Gregorium, Anselmum, & Ivonem sequuntur conjunctè cum superioribus verba capitis,* nec eam. *supra eâdem.*

C. XVII. ¶ *De eodem.*

Item Nicolaus Papa II. *Amalphitanæ Ecclesiæ Suffraganeis.*

DE *a* consanguinitate suâ uxorem nullus ducat usque post *b* generationem septimam, vel quousque parentela cognosci poterit. Laicus verò uxorem simul & concubinam habens non communicet Ecclesiæ.

C. XVIII. ¶ *Quousque inter aliquos generatio recordatur, aut in memoria retinetur sibi invicem non copulentur.*

Item ex Concilio Vuormacienſi, *cap. 32.*

IN copulatione *c* fidelium, generationis numerum non definimus, sed id statuimus, ut nulli Christiano liceat de propria consanguinitate seu cognatione uxorem accipere, usque dum generatio recordatur, cognoscitur, aut in memoria retinetur.

C. XIX. ¶ *Ex propinquitate sui sanguinis usque ad septimum gradum nullus ducat uxorem.*

Item ex Concilio Lugdunensi. *d*

NUlli *e* ex propinquitate sui sanguinis, usque ad septimum gradum uxores ducant: neque sine benedictione Sacerdotis. Qui autem nupturi erunt, à Sacerdote benedicti nubere audeant, nec aliter præsumant.

¶ *Cæteri etiam collectores citant ex Lugdunensi. In nonnullis Gratiani codicibus est,* ex Lugdensi. *B. Bonifacius in epistola ad Zachariam Papam mentionem facit Synodi Lugdunensis, habita à discipulis B. Gregorii, in qua de incestu actum fuerat. Simile habetur in Capitul. lib. 6. cap. 128. In Concilio etiam Rhemensi Trosleiano, cap. 8. inter alia multa leguntur hæc:* Et alibi est in canonibus præceptum, ut nemo usque ad affinitatis lineam, & propinquitatem sui sanguinis connubia ducat: neque virginibus sine benedictione Sacerdotis quis nubere præsumat.

Præmissa auctoritatibus quisque prohibetur à conjunctione consanguineorum usque ad septimam generationem. Sed objicitur illud Gregorii *ad f Augustinum Anglorum Episcopum, c. 6.*

C. XX. ¶ *Anglis permittitur, ut in quarta vel in quinta generatione copulentur.*

QUædam *a* lex terrena in Romana republ. permittit, ut sive fratris & sororis, seu duorum fratrum germanorum, seu duarum sororum filius & filia misceantur. Sed experimento didicimus, ex tali conjugio sobolem non posse succrescere: & sacra lex prohibet cognationis turpitudinem revelare. Unde necesse est, ut in quarta 1, vel quinta generatione fidelium licenter sibi conjungantur. Sed idem humillimus Pater Gregorius post multum temporis à Felice Messanæ Siciliæ civitatis Præsule requisitus, utrùm Augustino scripserit, ut Anglorum in quarta generatione contracta matrimonia minimè solverentur, inter cætera talem responsionem reddidit: Quod scripsi *b* Augustino Anglorum gentis Episcopo, alumno videlicet, ut recordaris, tuo, de sanguinis conjunctione, ipsi, & Anglorum genti, quæ nuper ad fidem venerat, ne à bono, quod cœperat, metuendo austeriora recederet, specialiter, & non generaliter cætetis me certissimè scriptisse cognoscas. Unde & mihi omnis Romana civitas testis existit. Nec eâ intentione hæc illis scriptis mandavi, ut postquam firmâ radice in fide fuerint solidati, si infra propriam consanguinitatem inventi fuerint, non separentur, aut infra affinitatis lineam, id est, usque ad septimam generationem jungantur. Sed adhuc illos neophytos existentes, sæpissimè eos priùs illicita docere *c*, & verbis ac exemplis instruere, & quæ post de talibus egerint, rationabiliter & fideliter excludere oportet. Nam juxta Apostolum *d*, qui ait: [*Lac dedi vobis potum, non escam,*] ista illis modo, non posteris, ut præfixum est, temporibus tenenda indulsimus, ne bonum, quod infirmâ adhuc radice plantatum erat, erueretur, sed aliquantulùm firmaretur, & usque ad perfectionem custodiretur.

¶ *Verba hujus capitis usque ad versic.* Sed idem. *sunt apud B. Gregorium. Verùm simul hæc & sequentia sunt apud Ioannem Diaconum in vita B. Gregorii, lib. 2. cap. 38. alit. 37. Hugo, Burchardus, Ivo & Panormia citant,* ex epistola Joannis Constantinopolitani Episcopi ad Felicem Episcopum Siciliæ. *Recitantur præterea hæc eadem B. Gregorii verba in duabus epistolis Alexandri II. una, quæ refertur ab Ivone part. 9. cap. 6. & in Panormia lib. 7. cap. 31. & 36. altera, quæ refertur infr. quæst. 5. c.* ad sedem. *Multa autem in hoc capite restituta sunt ex B. Gregorio, & Ioanne Diacono.*

1 ¶ In quarta,] *Apud B. Gregorium, nec multò secus apud Ioannem Diaconum est,* necesse est, ut jam tertia vel quarta generatio fidelium licenter sibi jungi debeat. Nam secunda, quam diximus, à se omninò debet abstinere. *& hoc modo recitatur in epistola Alexandri infr. quæst. 5. c.* ad sedem. 4. Hanc computationem. *In altera tamen ejusdem Alexandri epistola, quæ proximè superiore notatione est indicata, legitur,* jam quarta vel quinta. *Et hanc lectionem secutus est ille, qui hoc loco casum apposuit*

C. XXI. ¶ *In quinta vel sexta generatione nullus amplius copuletur conjugio.*

Item objicitur illud Cabilonensis Concilii.

CONtradicimus *e*, ut in quarta, vel in quinta, sextaque generatione nullus amplius conjugio copuletur. Ubi autem post interdictum factum fuerit inventum, separetur.

---

a *Habetur in Synodo Episcoporum 153. in Basilica Constantiniana, c. 11. & 12. Sentent. ibidem.* b *alit. ad.* c *Burchard. lib. 7. cap. 2. Ivo part. 9. cap. 57. Panorm. l. 7. c. 76.* d *Capit. l. 6. c. 128.* e *Sent. ibidem. Burch. lib. 7. cap. 13. Ivo part. 9. cap. 48. Panorm. l. 7. c. 76.* f *Ioan. Diaconus in vita B. Gregorii lib. 2. c. 37. & 38. Beda lib. 1. hist. cap. 27.*

a *Hugo de SVict. l. 2. p. 11 c. 16. Sent. 4 dist. 40. Ivo part 9. c. 6. 55 56. Burch. lib. 7. c. 19. & 20. Panorm. l. 7 cap. 56. & 71. Anselm. lib. 10. c. 31. Polyc. libr. 8. tit. 4.* b *Lib. 12. epist. 31.* c *al. docere vitare.* d *1. Corinth. 3.* e *Hugo ibid. Burch. l. 7. c. 21. Ivo p. 9. c. 54. Panorm. l. 7. c. 70. Sent. ibid.*

¶ *Ex Cabilonensi citant cæteri etiam collectores, & Hugo. Extat lib. 5. Capit. c. 99. Exceptis autem verbis illis,* vel quinta, sextaq; *reliqua ferè eadem leguntur in Concilio Moguntino sub Carolo, c. 54. & altero Moguntino sub Rabano, cap. 30. & in Vuormaciensi in priore parte canonis 71. Nam posterior pars est c.* sanè consanguinitas. *supra allatum.*

Hâc auctoritate, dum sextâ generatione interdicitur conjugium, in septima permitti videtur. Sed gradus cognationis secundum quosdam variè computantur. Alii namque patrem in primo gradu, filium in secundo ponunt. Alii primum gradum filios appellant, negantes gradum cognationis inter patrem & filium esse, cum una eare probentur pater & filius. Auctoritates ergò, quæ consanguinitatis copulam usq; in septimum gradum prohibent patrem ponunt in primo gradu; illa verò, quæ usque ad sextum gradum prohibent, primum gradum filios appellant: atq; ita fit, ut eadem persona secundum hanc diversitatem inveniantur in sexto, vel septimo gradu. Item illud Fabiani a, quo affines in quinta generatione copulari jubentur, videtur esse contrarium illi decreto Iulii Papæ. b [Sicut non licet ulli Christiano de sua consanguinitate uxorem ducere, sic etiam non licet de consanguinitate uxoris suæ conjugem ducere propter carnis unitatem.] *Similiter etiam invenitur contrarium illi capiti Gregorii:* [Nec eam, quam ex propria consanguinitate conjugem habuit, &c.] *Sed illud Fabiani intelligendum est de duabus sororibus, vel personis inter se affinitate conjunctis, ut sunt uxores duorum fratrum, si contigerit unam earum alicui matrimonio copulari, post mortem ejus vir non poterit affinem superstitem in conjugem ducere, nisi in quinto gradu affinitatis invenantur. Unde, qui novercam alicujus in uxorem duxerit, post mortem ejus uxorem privigni ducere non poterit. Hinc etiam idem Iulius Papa alibi* d *ait:* [Relictam consanguineorum uxoris suæ *(non ait consanguineam uxoris suæ, sed relictam consanguineorum uxoris suæ)* usque in quartam generationem nullus ducat in uxorem.] *Paschalis verò Papa II. scribens Rhegino Episcopo, tertium genus affinitatis assignat, cujus copula non ultra secundum gradum inveniatur prohibita. Ait enim.*

C. XXII. ¶ *Duorum consobrinorum conjuges uni eidemq; nubere non possunt.*

PVerò duorum e consobrinorum conjuges, quamvis diversis temporibus, viro uni alteram post alterius obitum nubere, ipsa, præter auctoritatem canonicam, publicæ honestatis justitia contradicit. Et novit prudentia tua, quia ita ab uxoris, sicut à viri consanguineis abstinendum est.

Illud autem Gregorii & Iulii Papæ intelligitur de consanguinitate viri vel uxoris, ut post mortem alicujus eorum nulli de cognatione defuncti superstes matrimonio copuletur. Demonstratum est, usq; ad quem gradum quisq; à propria consanguinitate vel cognatione sua uxoris abstinere debeat.

QUÆSTIO IV.

MOdò quæritur, quare usq; ad sextum gradum consanguinitatis conjunctis prohibeatur? De hoc ita scribit Isidorus *Etymologiarum lib. 9. c. 6.*

CAP. ¶ *Quare usque ad sextum gradum consanguinitatis observetur.*

COnsanguinitas, f dum se paulatim propagimum ordinibus dirimens, usque ad ultimum gradum subtraxerit, & propinquitas esse desierit, eam rursus lex matrimonii vinculo repetit, & quodammodò revocat fugientem. Idcò autem usque ad sextum generationis gradum consanguinitas constituta est, ut sicut sex ætatibus mundi generatio, & hominis status finitur, ita propinquitas generis tot gradibus terminaretur.

¶ *Caput hoc emendatum est ex B. Augustino lib. 15 de civit. Dei, cap. 16. unde primò videtur sumptum.*

a *Sup. câd. de propinqui.* b *sup. eâd. c. nullum. §. præterea.* c *supr. eâd. c. nec eam.* d *supr. eâd. c. & hoc.* e *Polyc. l. 6. tit. 4. Anſ. l. 1. n. 14.* f *Ex Aug. l. 15. de civit. Dei c. 16.*

QUÆSTIO V.

DE gradibus verò consanguinitatis, quomodo computandi sint, Isidorus b *sic loquitur.*

C. I. ¶ *Quomodo dirimuntur gradus consanguinitatis.*

SEries c consanguinitatis sex gradibus hoc modo dirimitur: filius & filia, quod est frater & soror, sit ipse truncus: illis seorsum sejunctis, ex radice illius trunci egrediuntur isti ramusculi, nepos, neptis primus: pronepos, proneptis secundus: abnepos, abneptis tertius: atnepos, atneptis quartus: trinepos, trineptis quintus: tinepotis filius, & trinepotis filia sextus.

¶ *Burchardus, & Ivo, & Panormita, qui citant partim Isidorum, partim ex dictis Isidori, ex hoc, & capite* consanguinitas, *supra q. 4. unum caput faciunt, & habent:* Series consanguinitatis septem gradibus, &c.

C. II. ¶ *Quomodo sunt computandi gradus consanguinitatis.*

Item Alexander Papa II. *omnibus Episcopis & Clericis, nec non judicibus per Italiam constitutis.*

AD sedem d Apostolicam perlata est quæstio noviter exorta de gradibus consanguinitatis, quam quidam legum & canonum imperiti excitantes, eosdem propinquitatis gradus contra sacros canones, & Ecclesiasticum morem numerare nituntur, novo & inaudito errore affirmantes, quòd germani fratres vel sorores inter se sint in secunda generatione, filii eorum, vel filiæ, in quarta, nepotes, vel neptes eorum, in sexta. Taliq; modo progeniem computantes, & in hujusmodi sexto eam gradu terminantes, dicunt, deinceps viros ac mulieres inter se posse nuptialia jura contrahere. Et ad hujusmodi profanum errorem confirmandum in argumentum assumunt seculares leges, quas e Justinianus Imperator promulgavit de successionibus consanguineorum. Quibus confisi, ostendere moliuntur, fratres in secundo gradu esse numeratos, filios eorum in quarto, nepotes in sexto. Sic seriem genealogiæ terminantes, numerationem sanctorum Patrum, & antiquam Ecclesiæ computationem ad nos usque perductam, perversâ quâdam calliditate disturbare nituntur. Nos verò Deo annuente hanc quæstionem discutere curavimus, in Synodo habita in Lateranensi consistorio, convocatis ad hoc opus Episcopis, & Clericis, atque judicibus diversarum provinciarum. Denique diu ventilatis legibus, & sacris canonibus, distincte invenimus ob aliam atque aliam causam, alteram legum fieri, alteram canonum computationem. In legibus siquidem ob nihil aliud ipsorum graduum mentio facta est, nisi ut hæreditas, vel successio ab una ad alteram personam inter consanguineos deferatur. In canonibus verò ob hoc progenies computatur, ut apertè monstretur usque ad quotam generationem à consanguineorum sit nuptiis abstinendum. Ibi præscribitur, ut hæreditas propinquis modo legitimo conferatur: hîc verò, ut ritè & canonicè inter fideles nuptiæ celebrentur. In f legibus distinctè non nu-

a *al. generis.* b *Lib. 2. Etymolog. cap. 5 sensus non verba ipsa.* c *Sent. 4. dist. 40. Burch. l. 17. c. 10. Ivo p. 9. c. 49. Pann. l. 7. cap. 7.* d *Hugo ibid. Polyc. ibid. Anſ. l. 11. c. 92. Ivo p. 9. c. 6. Pann. l. 7. c. 13.* e *Distinct. 3. tit. 3. §. 1.* f *Ead. tit. 6. Isid. l. Etym. 5. c. 5.*

mera-

merantur gradus, nisi usque ad sextum : in canonibus autem usque ad septimam distinguuntur generationem. Hac igitur de causa, quia hæreditates nequeunt deferri nisi de una ad alteram personam, idcirco curavit secularis Imperator in singulis personis singulos præfigere gradus. Quia verò nuptiæ sine duabus non valent fieri personis, ideò sacri canones duas in uno gradu constituere personas. Utramque tamen computationem, si attente ac subtiliter perfecta fuerit, idem sensisse. & eandem esse in eis sententiam, atque ad eundem terminum convenire manifestissimum erit. Justinianus namque usque ad quem gradum consanguinitas ipsa perduret, in suis legibus non definivit. Canones verò ultra septimam, nullam numeravêre generationem. Sexto quippe gradu determinato, in ipsis legibus subintulit Imperator : [*Hactenus ostendisse sufficiat, quemadmodum gradus cognationis numerentur. Namque ex his palam est intelligere, quemadmodum ulteriores quoque gradus numerare debeamus. Generata quippe persona semper gradum adjicit.*] Ecce in his brevibus verbis aperte ostenditur, tales gradus, quales isti computant, non tantùm usque ad sextum, verùm etiam ultrà numerari debere, quippe cùm ultra sextum ulteriores gradus numerandos esse decernat. Ubi enim ulteriores nominat gradus, apertè indicat non sex tantummodò esse gradus, sed sex finitis, adhuc alios numerandos. Nec mirum, cùm in præcedentibus ipse firmaverit Imperator, decimo etiam gradu consanguineos sibi inter se posse succedere. Cùm decimum nominat, non esse tantummodò sex, luce clarius confitetur. Hi ergò evigilent, & aciem mentis, si possunt, intendant, quos hactenus istiusmodi perculit error. Enimverò, ubi secundùm leges inter agnatos, vel cognatos defertur successio, consanguineos esse non dubium est. Neque enim sibi succederent, nisi inter se parentelæ vinculo tenerentur. Succedunt autem inter se, teste Justiniano, in decimo gradu : consanguinei igitur sibi sunt, qui sibi succedunt. Quòd si in decimo gradu consanguinei sibi existunt, non est terminata consanguinitas (ut isti fatentur) in sexto tantummodò gradu. Quid igitur dicent? Computatis namque gradibus, sicut isti numerant, aut finitur consanguinitas in sexto gradu, aut non. Si finitur, fallaces erunt leges, quibus isti nituntur, quæ in decimo gradu sibi succedere consanguineos jubent. Quòd si non finitur consanguinitas in isto sexto gradu, falsidici erunt isti, qui ultrà illum sextum gradum nolunt computare consanguinitatem. Igitur aut leges erunt falsæ, aut isti, qui sic finiunt generationem. Sed, ut veridicæ leges, & veraces sint canones, dicamus hoc, quod veritas habet, scilicet, quòd non terminatur consanguinitas in hujusmodi sexto gradu, sed terminatur secundùm canones in septimo gradu. Utraque enim computatio, sicut superiùs diximus, uno fine concluditur. Namque duo gradus legales unum gradum canonicum constituunt. Fratres itaque, qui secundùm seculares leges dicuntur in secundo gradu, juxta canones numerantur in primo. Filii fratrum, qui illic numerantur in quarto, hic computantur in secundo : nepotes verò, qui in sexto ibi, istic numerantur in tertio : sic deinceps, qui in legibus scribuntur in octavo & decimo, in canonibus definiuntur in quarto & quinto. Atque hoc modo de reliquis sentiendum est, ut qui secundùm canones dicuntur in sexto vel septimo, secundùm leges accipiantur in duodecimo, vel quartodecimo. Hanc computationem intelligens prudentissimus Papa Gregorius, dum quæreretur, in quota generatione conjungi fideles deberent, ipsas seculares leges in testimonium adducens, Augustino Anglorum Episcopo sic rescripsit : a [*Quadam terrena lex in Romana repub. permittit, ut sive fratris & sororis, sive duorum fratrum germanorum, seu duarum sororum filius & filia misceantur. Sed experimento didicimus, ex tali conjugio sobolem non posse succrescere. Unde necesse est, ut jam in tertia vel in quarta generatione copulatio fidelium licenter sibi conjungi debeat. Nam à secunda, quam prædiximus, omnimodò debent abstinere.*] Ecce hic apertè monstratur, filios & filias fratrum in secunda generatione numerari. Et si fratrum filii & filiæ numerantur in secunda, fieri non potest, ut ipsi fratres non sint in prima. Quòd si fratres computantur in prima, filii eorum in secunda, dubium non est, quin eorum nepotes sint in tertia, pronepotes in quarta, & sic de reliquis usque ad septimam. Sed sunt quidam, qui ex his Gregorii verbis, quibus ait, ut in tertia vel quarta generatione copulentur fideles, occasionem accipiunt illicita matrimonia contrahendi, dicentes se hoc justè facere posse, quod prudentissimus doctor suâ sententiâ diffinivit. Isti itaque, qui se hoc velamento defendere nituntur, advertant in ejusdem Patris sententiis, hoc non generaliter cunctis, sed specialiter Anglorum genti mandâsse. Nam postmodùm à Felice Messanæ Siciliæ Præsule requisitus, an hoc, quod Augustino mandaverat, generaliter cunctæ Ecclesiæ tenendum esset, apertissimè firmavit, non aliis hoc, quàm illi genti mandâsse, ne bonum, quod cœperant, metuendo aufferiora, desererent : sed & illis, postquam in fide essent firmâ radice solidati, & universali Ecclesiæ censuit semper esse tenendum, ut nullam de propria consanguinitate, vel affinitate infra septimam generationem aliquis sibi audeat conjugio copulare. Ecce apertè monstratum est, & ex verbis ipsius legis, & auctoritate prudentissimi Papæ Gregorii, quid de gradibus consanguinitatis numerandis sentire debeamus. Quamvis alia quoque ratio pari modo ipsos revincat adversarios. Nam si, ut ipsi fatentur, in illo sexto gradu consanguinitatis finiretur, omnes personarum ramusculos, qui ultra illum gradum in pictura arboris continentur, velut superfluos oporteret detruncari. Sed quia omnes, qui in prædictæ arboris pictura numerantur, ex una parentela confistunt, nunquam sine diminutione consanguinitatis à se poterunt separari : veluti non sine damno cujusque personæ valent à proprio corpore manus, brachia, & pedes truncari. Illa quoque sacrotum præceptio canonum, quæ jubet à propria abstineri consanguinitate, quamdiu generatio recordatur, aut memoria retinetur, nec à prædicta parentelæ discrepat computatione. Nam a in septem gradibus, si canonicè, & usualiter numerentur, omnia propinquitatum nomina continentur. Ultra quos nec consanguinitas invenitur, nec nomina graduum reperiuntur, nec successio potest ampliùs prorogari, nec memoriter ab aliquo generatio recordari. Ne verò in hac consanguinitatis computatione, aliqua dehinc valeat ambiguitas remanere, aliam, quam quidam faciunt, numerationem in hac etiam disputatione duximus finiendam b. Sunt enim quidam, qui non à fratribus, sed à filiis eorum, id est, patruelibus, vel consobrinis genealogiam numerare incipiunt : dicentes filios fratrum in prima generatione computari debere, quia fratres quasi quidam truncus, ex quo cæteri ramusculi oriuntur, existunt. Sed nec ista graduum computatio, si benè intellecta fuerit, ab ea, quam superiùs exposuimus, in sententia poterit esse diversa. Isti enim, qui numerandi initium sumunt à filiis fratrum, non progrediuntur ultra sextam generationem : sed sicut totius mundi sex ætates existunt, & humanæ vitæ itidem sex, ita & in consanguinitate sex tantummodò autumant computandas esse generationes : quibus finitis, novæ conjunctionis dicunt posse fieri initium, ut quasi fugientem possint revocare consanguinitatem. ¶ Hæc c itaque computatio,

a *Sup. cùd. q. 2. & 3. c. quadam lex.*

a *supr. eâd. q. 2 & 3. c in copulatione.* b *al. discutiendam.* c *sup. eâd. q. 4. consanguinitas.*

quæ incipit à fratrum filiis, & numerat usque ad sextam generationem, tantundem valet, quantum ea, quæ incipit à fratribus, & computat *a* usque ad septimam. Nec ulla in sensu existit diversitas, quamvis in numero graduum varietas videatur. Ultima enim generatio, si initium numerandi sumat à fratribus, septima invenitur, si à filiis fratrum, reperitur sexta. Taliter igitur determinatis gradibus consanguinitatis, Apostolicâ vos auctoritate monemus, fratres & filii, ut omnibus sic seriem genealogiæ computandam esse intimetis, quemadmodum sancti Patres numerandam esse sanxerunt, & antiquus mos sanctæ & universalis Ecclesiæ per longa tempora olim computâsse monstratur. Nam, si quis perversâ & obstinatâ mente à recto tramite Apostolicæ sedis deviare voluerit, & aliter, quàm nos, in nuptiis celebrandis gradus parentelæ numerare contenderit *b*, primùm pro sua temeritate cœlesti pœnâ plectetur: postmodùm verò gladio perpetui anathematis se noverit jugulandum. Data Romæ, &c.

¶ *Sic est emendatum ex Hugone, Anselmo & Polycarpo, qui hanc eandem epistolam recitant. Ab Ivone autem, & in Pannormia referuntur duo capita alterius epistolæ ejusdem Alexandri eodem cum hoc argumento scripta Clericis Neapolitanis, sive, ut in Pannormia, Metropolitanis. Et Apud Gratianum erat conjuncta utraque inscriptio, hoc modo:* Neapolitanis Clericis, & omnibus Episcopis, atque judicibus, per Italiam constitutis. *Ex iisdem verò Hugone, & Anselmo, & Polycarpo multa in toto hoc capite sunt emendata.*

C. III. ¶ *Quare consanguinitas uxoris ad virum pertinere dicitur, & quomodo affinitas sit computanda.*

Item Gregorius Papa.

POrrò de affinitate *c*, quam dicitis parentelam esse, quæ ad virum ex parte uxoris, seu quæ ex parte viri ad uxorem pertinet, manifestissima ratio est: quia, si secundùm divinam sententiam ego & uxor mea sumus una caro, profectò mihi & illi mea, suaque parentela propinquitas una efficitur. Quocirca ego & soror uxoris meæ in uno & primo gradu erimus, filius *d* verò ejus in secundo gradu erit à me, neptis verò tertio: idque e utrinque in cæteris agendum est successionibus. Uxorem verò propinqui mei, cujuscunq; gradûs sit, ita me oportet attendere, quemadmodum ipsius quoque gradus alia fœmina propter propinquitatis sit. Quod nimirum uxori de propinquitate viri sui in cunctis cognationis gradibus convenit observari. Qui verò aliorsum sentiunt, Antichristi sunt: à quibus tantò fortius vos oportet cavere, quantò apertius deprehenditis illos divinis legibus repugnare.

¶ *In Polycarpo caput hoc item ac sequens recitatur ex Zacharia. At sanè Gratianus in extremis verbis sequentis capitis indicat, caput hoc fuisse etiam Zacharia.*

C. IV. ¶ *Qualiter parentela gradus computantur.*

Item Zacharias Papa.

PArentelæ *f* gradus taliter computamus: siquidem ego & frater meus una generatio sumus, primumque gradum efficimus, nulloque gradu distamus. Rursus filius meus, fratrisque mei filius secunda generatio sunt, ac gradum secundum faciunt, nec à se aliquo gradu separantur. Atque ad hunc modum cæteræ successiones numerandæ sunt. Porrò de affinitate, quam dicitis parentelam, &c. *ut superiore capite Gregorii.*

a *al. computat septimam.* b *al. attentaverit.* c *Sent. 4. dist. 41. Polyc. ibid.* d *al. filia.* e *al. eod. modo utitur.* f *Sent. 4. dist. 40. Polyc. ibid.*

C. V. *Æquivocatio est, cum soror uxoris cognata vocatur.*

Item Alexander Papa secundus.

QUòd *a* autem frater, sororvé uxoris tuæ cognati tui dicuntur, æquivocationis jure fit, & necessitate vulgaris appellationis potiùs, quàm ullâ causâ cognationis. Uxor enim fratris fratrissa *b* potiùs, quàm cognata vocatur. Mariti frater levir dicitur. Duorum autem fratrum uxores vocantur janitrices 1, quasi eandem januam terentes, vel per eandem januam intrantes. Viri soror glos appellatur. Sororis autem vir non habet speciale nomen, nec uxoris frater.

¶ *In Polycarpo etiam refertur proximè post c. ad sedem. ut ad eundem Alexandrum pertinere videatur. A verbo autem, uxor, usque ad finem habentur apud Isid. l. 9 c. 6.*

1 ¶ Janitrices,] *Ita etiam legebatur in l. non facile. ff. de gradibus, antequam locus ab Alciato esset restitutus, lib. 2. disp. c. 32. Quamobrem nihil mirandum si Isidorus, aut alius quispiam allatam hic etymologiam excogitavit. Nunc autem in lege illa est,* ianuarias.

C. VI. ¶ *Nomina graduum superiorum, sive inferiorum, sive ex latere venientium.*

Item Isidorus *e*.

PRimo *d* gradu, superiori lineâ continentur pater, mater: inferiori filius, filia: quibus nullæ aliæ personæ junguntur. ¶ Secundo gradu continentur, superiori lineâ avus, avia: inferiori nepos, neptis: transversâ frater, soror: quæ personæ duplicantur. Avus enim & avia tam ex patre, quàm ex matre accipiuntur. Quæ personæ sequentibus quoque gradibus similiter pro substantia earum, in quo gradu consistunt, ipso ordine duplicantur. [Istæ personæ secundo gradu ideò duplices appellantur, quia duo avi sunt, paternus & maternus.] Item duo genera neporum sunt, sive ex filio, sive ex filia procreati. Frater & soror ex transverso veniunt, [id est, 1 aut frater patris, aut frater matris, qui aut patruus, aut avunculus nominatur:] qui & ipsi hoc ordine duplicantur. ¶ Tertio gradu veniunt suprà proavus, proavia, infrà pronepos, proneptis. Ex obliquo fratris, sororisque filius, filia, patruus, amita, id est, patris frater & soror, avunculus, matertera, id est, frater matris & soror. ¶ Quarto gradu veniunt suprà abavus, abavia, infrà abnepos, abneptis. Ex obliquo fratris & sororis nepos, neptis, frater patruelis, soror patruelis, id est, patrui filius, filia: consobrinus consobrina, id est, avunculi & materteræ filius, filia: amitinus, amitina, id est, amitæ filius, filia: itemque consobrini, qui ex duabus sororibus nascuntur: quibus accrescit patruus magnus, amita magna, id est, avi paterni frater & soror, avunculus magnus, matertera magna, id est, aviæ tam paternæ, quàm maternæ frater & soror.

¶ Quinto gradu veniunt, suprà quidem atavus, atavia, infrà atnepos, atneptis. Ex obliquo fratris & sororis pronepos, proneptis, fratris patruelis, sororis patruelis, amitini amitinæ, consobrini consobrinæ filius, filia, propior consobrinus *f*, propior consobrina *g*, id est, patrui magni, amitæ magnæ, avunculi magni, materteræ magnæ filius, filia: his accrescunt propatruus, proamita.

¶ Hi sunt proavi paterni frater & soror, proavunculus, promatertera.

¶ Hi sunt proaviæ paternæ, maternæq; frater & soror, proavique materni. [Hæc *g* species nec aliis gradibus quàm scripta est, nec aliis vocabulis declarari potest.]

a *Ex Isidoro, l. 9. Etymolog. c. fin. Sentent. 4. distinct. 41. Polyc. ibidem.* b *alit fratria.* c *Isidor. l. 9. cap. 5. In sententiis Iulii Pauli, lib. 4. titul. 11. de gradibus. Hugo de S. Vict. p. 11. libr. 2. cap. 14.* d *Burchard lib. 7. c. 28. Ivo p. 9. cap. 64. Pann. l. 7. c. 19. Anianus interpres Pauli.* e *al. sobrinus.* f *al. sobrina.* g *Anianus interpres.*

¶ Sexto

¶ Sexto gradu veniunt, suprà tritavus, tritavia, infrà trinepos, trineptis. Ex obliquo fratris & sororis abnepos, abneptis, fratris patruelis, sororis patruelis, amitini, amitinę, consobrini, consobrinæ nepos, neptis, patrui magni, amitæ magnæ, avunculi magni, materteræ magnæ nepos, neptis, id est, propioris sobrini filius, filia, qui consobtini appellantur. Quibus ex latere accrescunt, propatrui, proamitæ, proavunculi, promateterteræ filius, filia, abpatruus, abamita. (Hi sunt abavi paterni frater & soror) abavunculus, abmatertera.

¶ Hi sunt abaviæ paternæ, maternæq; frater & soror, abaviąue materni.

¶ [Hæc quoq; explanari amplius non potest, quàm ut auctor (Anianus) ipse disseruit.]

¶ Septimo gradu, qui sunt cognati rectâ lineâ suprà, infraque propriis nominibus non appellantur; sed ex transversa linea continentur fratris, sororisque atnepos, atneptis, consobrini filiæ, filiæque.


¶ Successionis idcircò gradus septem constituti sunt, quia ulteriùs per rerum naturam nec nomina inveniri, nec vita succedentibus prorogari potest. [In his septem gradibus omnia propinquitatum nomina continentur: ultrà quos nec affinitas inveniri, nec successio potest ampliùs propagari.]

¶ *Caput hoc recitatum etiam ab Hugone, & collectoribus, extat in libro sententiarum Pauli, additis non uno in loco verbis Aniani interpretis: Pleraq; tamen habentur etiam apud Isidorum, l. 9. c. 5.*

1 ¶ Id est, aut frater] *Hæc usq; ad vers.* Qui & ipsi. *non sunt loco indicato, sed tantùm apud collectores.*

De gradibus consanguinitatis vel affinitatis, quot sint, quomodo computandi, quibus etiam appellentur nominibus, auctoritate Isidori, atq; Gregorii, & Alexandri sufficienter monstratum est.

Non gignunt dextros, qui stant in parte sinistra.
Læva dat uxores, dat tibi dextra mares.



HÆC EST ARBOR CONSANGUINITATIS.

CONSANGVINITAS PER TRES REGVLAS declaratur.

PRima regula magistralis pro linea recta. Ascendentium & descendentium quot sunt personæ, de quibus quæritur, computatis intermediis, unâ demptâ, tot sunt gradus inter eas. Si igitur vis scire, quantum distat abavus à Petrucio (Petrucium esse fingimus in cellula ubi est facies) utroque computato & intermediis, quinque sunt personæ: deme unam, quatuor sunt gradus: & sic de aliis.

¶ *Pro linea collaterali duæ sunt regulæ.*

¶ Collateralium in linea æquali quoto gradu quis distat à communi stipite, toto distant inter se, vel sibi attinent. Exemplum pone. Cùm facis abavum stipitem inter P. & pronepotem propatrui (nam illi sunt in linea æquali) quilibet distat à stipite quarto gradu; ergo inter se quarto. De computatione tantummodò canonica loquor.

¶ Collateralium in linea inæquali quoto gradu remotior distat à communi stipite, toto distant inter se. Exemplum pone faciendo abavum stipitem, P. & filius propatrui sunt in linea inæquali. Computemus ergò à remotiori, scilicet à P. sed P. distat à stipite quarto gradu, ergò à filio propatrui quarto. Semper intelligè secundum canones.

¶ *Pro arbore consanguinitatis secundum computationem civilem dantur tales regulæ.*

¶ Prima. In linea ascendentium & descendentium quot sunt personæ, de quibus quæritur, computatis intermediis, unâ demptâ, tot sunt gradus inter eas.

¶ *Pro linea collaterali.*

¶ Collateralium in linea æquali quoto gradu quis distat à communi stipite, toto duplicato, distant inter se, vel sibi attinent. Nam secundùm leges quælibet persona gradum facit in collateralibus. Computatio enim Legistarum ob aliud fit, quàm computatio Decretistarum.

¶ Collateralium in linea inæquali quot sunt personæ stipite dempto, tot sunt gradus. Si ampliorem optas enucleationem, recurre ad Joannis Andreæ declarationem.

CIrca lecturam Arboris diversis olim diversum modum tenentibus, Joannes de Deo Hispanus, post illos, lecturæ ipsius arboris novum modum assumens, per suas metricas regulas ipsius intellectum nisus fuit aperire: sed propter multitudinem regularum, & versuum obscuritatem, aliquibus notum ignotum, aliis ignotum ignotius reddidit. Attendens igitur ego Joan. Andr. inter Decretorum doctores minimus & indignus, inventionem arboris ex eo fuisse, ut habentibus materiam consanguinitatis & affinitatis ignotam, nota, & habentibus notam, ex oculorum inspectione notissima fieret, antiquorum scripta revolvi, & (prout expedire credidi) compilavi.

¶ Primò quæreus ad utramque arborem, ad quid fuerit inventio arboris necessaria. Secundò, an sit authentica. Tertiò, ad quid in volumine decretalium repetita, quæ olim fuerat in Decretis.

¶ Primæ quæstionis ex superiùs dictis patet solutio: Probatio enim ad oculum aliàs vincit. *Instit. de gradib. & agnation. 27. q. 1. nec aliqua.* Ex ostensione enim facti quædam melius percipiuntur, quàm elocutione. *extrà, de donat. Apostolica, ver. fin.* Hinc est, quòd agrorum mensio subjicitur oculis. *16. q. 3. inter. de præscrip. c. quia indicante. C. fin. reg. l. 3.* Ventris inspectio, an mulier sit prægnans. *ff. de ven. inspi. l. 1. in prin.* Locorum pudicitiæ investigatio, an mulier sit virgo. *extrà, de probat. c. proposuisti.* an arcta, *de frigid. & malef. c. fraternitatis.* vel aliter impedita. *eod. tit. c. ex literis.* Injuriæ an sit atrox æstimatio. *ff. de injur. l. 1.* Et literæ Papales an sint veræ vel falsæ, *de crimin. fal. c. licet.*

¶ Ad secundum dic, quòd arbor authentica est: quod patet ex canonibus Isidori & Alexandri, *35. quæst. 3. cap. 1. 2. & ultim.*

¶ Ad tertium dic, quòd quia in Decretis de consanguinitate & affinitate tractatur, utile fuit ibi arborem ponere, & quia in Decretalibus est idem tractatus, & in hoc volumine utile fuit repeti, ex eo maximè, quia nemini venit in dubium, id satis esse validum, satisque famosum, quod repetita lectio probat. *C. de emend. Inst. C. l. una.* Item ex eo, quia antiqui canones circa materiam illam multùm fuerunt correcti: unde expediens fuit secundùm statum jurium novorum antiquam arborem decidere.

DEinde ad arborem consanguinitatis specialiter descendamus. Et primò quæritur, quid sit consanguinitas, & unde dicatur? quid linea, quid gradus? Secundò quæritur, quomodo arbor formetur, & quare sic punctetur? & interseremus regulas, per quas cognoscuntur gradus. Demum ponemus quædam notanda, & quædam quæstiones.

¶ Ad primum dico, quòd consanguinitas est attinentia personarum, ex eo proveniens, quia una descendit ab altera, vel ambæ ab eadem. Vel, est vinculum personarum ab eodem stipite descendentium, carnali propagatione contractum: quod satis est idem. Dicitur autem consanguinitas, quasi sanguinis unitas, à con, & sanguine: quia de communi sanguine descendunt. Et quoad probationem conjugii non distinguo, an tales consanguinei sint producti ex uxorio coitu, vel ex fornicario, quod est expressum *extrà, de prob. c. per tuas.*

¶ Linea verò est collectio personarum ab eodem stipite descendentium, gradus continens, & numeros distinguens. Et est triplex linea, scilicet graduum descendentium, ascendentium & collateralium, *ut infrà patebit, & ff. de gradib. l. 1. & l. jurisconsultus.*

¶ Gradus est habitudo distantium personarum, quâ cognoscitur, quotâ agnationis vel cognationis distantiâ duæ personæ inter se differunt. Et dicuntur gradus ad similitudinem graduum scalarum, vel locorum proclivium: quia ita gradimur de proximo in proximum. *ff. de grad. l. jurisconsultus. 1. gradus.*

¶ Formatur autem sic arbor. Primò vide cellulas ascendentium: secundò descendentium: demùm collateralium. Ascende super cellulam vacuam, quæ remansit ideò vacua, quia non potuit nomen proprium habere, cùm aliæ cellulæ (exceptis his, quæ per genitivum nominantur) sumant nomen ab ipsâ. Quomodo enim possemus illam cellulam nominare, quàm dicimus filium patris: frattem fratris: patrem filii, & sic de singulis? & eam alii vocant Joachim, alii Protheum, alii truncum. Nos autem à nomine bidelli nostri vocemus eam Petrucium. Et scire debes, quòd competenter illæ cellulæ mediæ ascendentium & descendentium dividerentur directè per medium, ut à latere dextro illarum cellularum ponerentur nomina marium, ut abavus, proavus, &c. à latere sinistro nomina mulierum, ut abavia, proavia, &c. quia positi à latere dextro descendunt à maribus, & econversò. Supra cellulam vacuam est cellula hæc continens, pater, mater, & unum punctum suprà, & unum infrà. Supra illam est cellula avus, avia, continens duo puncta suprà, & duo infrà. Supra illam est cellula proavus, proavia, continens tria puncta suprà,

prà, & tria infrà. Supra illam est cellula abavus, abavia, habens quatuor suprà, & quatuor infrà. Descendendo sub cellula vacua est cellula habens filium & filiam: & habet unum punctum suprà, & unum infrà. Sub illa habens nepotem & neptem, & duo puncta suprà, & duo infrà. Sub illa pronepotem & proneptem, & tria puncta suprà, & tria infrà. Sub illa abnepotem & abneptem, & quatuor puncta suprà, & quatuor infrà.

¶ Antequam ad collaterales transeamus, scire debes, quòd punctorum numeratio est numeratio graduum, habito respectu ad cellulam vacuam, & puncti superiores denotant computationem secundùm jus canonicum, puncti inferiores secundùm jus civile, &c. Ponitur autem computatio canonica in superiori parte cellularum, civilis verò in inferiori, ut detur intelligi excellentia juris canonici ad civile: & maximè quoad hunc casum, quo instruimur in matrimoniis, quæ licitè contrahi possint, necné: & cùm matrimonium sit sacramentum Ecclesiæ, in eo præcipuè lex minor est canone, *extr. de secun. nupt. c. ult. & pen.* Vides autem ex punctatione prædicta, quòd in computatione ascendentium & descendentium concordat utrunque jus: quia in eis semper persona addita personæ per carnis propagationem gradum adjicit.

¶ Ad inveniendum autem gradus inter eos secundùm utrunque jus, tolle hanc magistralem regulam. Ascendentium & descendentium quot sunt personæ, de quibus quæritur, computatis intermediis, unâ demptâ, tot sunt gradus inter eos. Si igitur vis scire, quantum distat abavus à Petrucio, utroq; computato & interm. ediis, quinque sunt personæ: deme unam, quatuor sunt gradus. Idem dico de ipso P. ad abnepotem: quia eo modo erit reperire quinque personas: & sic quatuor sunt gradus. Si velis scire, quot distet abavus P. ab abnepote P. invenies ibi novem personas computato P. & sic octo erunt gradus. Scias autem, quòd iste P. non habet totam suam computationem in arbore. Scias enim, quòd quilibet habet duos parentes: quatuor avos: octo proavos: sedecim abavos: & sic semper ascendentes duplicantur. Unde impossibile fuisset tot personas in arbore scribere.

¶ Quæro, an inter ascendentes & descendentes prohibitio copulæ conjugalis excedat quartum gradum? Et dicit *Geoffr. in sum. de consang. & affin. §. item quantum*, quòd non, per decr. *non debet, eod. tit.* quæ generaliter loquitur. Alii communiter contradicentes, inter ascendentes & descendentes perpetuam esse prohibitionem dicunt: & quod de quarto gradu dicitur, in collateralibus locum habet, ad hoc *35. quæst. 3. c. progeniem. & duobus capitulis sequent.* in quibus dicitur, quòd olim non solùm usque ad secundum gradum, sed etiam in quantum notitia erat parentelæ, extendebatur prohibitio. Ex quo ergò certum est alterum descendentem, & alterum ascendentem, perdurat prohibitio. Ad idem *Inst. de nupt. §. 1. ff. de ritu nupt. l. nuptiæ.* & hoc verum puto.

¶ Ad collaterales transeamus, & ad fratrem & sororem: & causâ brevitatis prosequendo solùm partem mediam arboris ad modum vexilli: quâ intellectâ reliqua intelligetur: quod per se patet, dicamus de fratre & descendentibus. Sub cellula fratris, fratris filius filia: ex illa fratris nepos neptis: ex illa fratris pronepos proneptis: & frater P. est cum P. in primo gradu secundùm canones: in secundo secundùm leges. Ejus filius in secundo secundùm canones: in tertio secundùm leges. Nepos in tertio secundùm canones: in quarto secundùm leges. Fratris pronepos est ipsi P. in quarto secundùm canones: in quinto secundùm leges: & sic debet esse utraque punctatio, & isti sunt collaterales ad P. Et nunc de cellula patris fecimus stipitem. Fac consequenter stipitem de avo: ex eo patruus amita: ex illa frater patruelis & amitinus, soror patruelis, & amitina: ex illa horum filius filia: ex illa horum nepos neptis. Patruus est P. secundo gradu, frater patruelis etiam secundo gradu: filius in tertio, nepos in quarto secundùm canones. Per leges autem patruus in tertio, frater patruelis in quarto, filius in quinto, nepos in sexto: & sic debet esse utraque punctatio. Posteà fac proavum stipitem, & habet filios patruum magnum, amitam magnam, avum & aviam, avunculum magnum, & materteram magnam: illos non prosequimur. Ex cellula patrui magni propior sobrinus, propior sobrina, ex illa horum filius filia, ex illa eorundem nepos neptis. Et quia P. distat à proavo, quem nunc feci stipitem, tertio gradu, ergò à patruo tertio, & à propiori sobrino tertio, & à filio tertio, & à nepote, qui exit lineam æqualitatis, quarto secundùm canones. Secundùm leges verò distat P. à patruo magno quarto, à propiori sobrino quinto, & à filio sexto, à nepote septimo, & sic debet esse utraque punctatio. Modò fac abavum stipitem cum tribus filiis, scilicet propatruo, proavo, & proavunculo: de proavunculo non prosequor. Ex cellula propatrui oritur cellula horum filius filia, ex illa horum nepos neptis, ex illa eorundem pronepos proneptis. Isti omnes sunt cum P. in quarto gradu, quia P. distat à stipite in quarto gradu, & ex illa linea nullus exit lineam æqualitatis, ergò omnes distant quarto. Secundùm leges propatruus distat v. filius vi. nepos vii. pronepos viii. & sic debet esse utraque punctatio.

¶ Nunc videndum est, quibus regulis gradus illorum collateralium cognoscantur? Collateralium æqualis lineæ unam trado regulam secundùm canones.

¶ Collateralium in linea æquali quoto gradu quis distat à communi stipite, toto distant inter se, vel sibi attinent: hoc secundùm canones. Exemplum pone: quando facis abavum stipitem inter P. & pronepotem propatrui: nam quia illi sunt in linea æquali, quilibet distat à stipite quarto gradu: ergò inter se quarto.

¶ Secundùm leges verò aliter est, & sic dicimus regulam. Collateralium in linea æquali quoto gradu quis distat à communi stipite, toto duplicato distant inter se, vel sibi attinent. Vides ergò ex superiùs dictis, & ex punctatione, quòd prædicti P. & pronepos propatrui distant viii. Et insurgit illa diversitas, quia secundùm leges quælibet persona gradum facit in collateralibus. Unde duo fratres faciunt duos gradus: secundùm canones verò duæ personæ faciunt unum gradum. Unde (ut patet in cellula fratris) frater est cum P. in primo gradu secundùm canones, in secundo secundùm leges: sed computatio eorum ob aliud fit, quàm nostra. *35. quæst. 5. cap. 2.* Benè ergò dicitur secundùm leges, quòd in æquali linea collateralium, sive linea sit paris numeri, sive disparis, non est reperire disparem gradum. Vide in linea paris numeri secunda vel quarta, disparis numeri prima vel tertia. In prima duo gradus, in secunda quatuor, in tertia sex, in quarta octo: quod non est secundùm canones, quia in æquali linea disparis numeri habemus disparem gradum: quia in prima primum, in tertia tertium, in quinta quintum: & sic de singulis.

¶ Nunc restat videre de collateralibus in linea inæquali, de quibus traditur talis regula secundùm canones. Collateralium in linea inæquali quoto gradu remotior distat à communi stipite, toto distant inter se. Exemplum pone faciendo abavum stipitem, P. & filius propatrui sunt in linea inæquali. Computemus ergò à remotiori, scilicet à P. sed P. distat à stipite quarto gradu: ergò à filio propatrui iv. & idem in descendentibus usque ad lineam æqualitatis: & hoc est quod dicimus, quòd persona addita personæ usq; ad lineam æqualitatis non crescit gradus: quia propatruus, filius ejus, nepos & pronepos omnes distant iv. gradu à P. Seu aliter secundùm leges, secundùm quas talem regulam tradimus.

¶ Collateralium in linea inæquali quot sunt personæ (stipite dempto) tot sunt gradus. Unde P. à stipite

distat IV. à propatruo V. à filio VI. à nepote VII. à pronepote VIII. & sic quælibet persona facit gradum. Vides ex supradictis, quòd P. non potest contrahere cum aliqua de arbore. Distat enim à summo, scilicet ab avo: ab imo, scilicet à nepote, ab extremis collateralium, ab omnibus his quarto, à mediis citeriori: per quod satis patet, quòd cum nullo potest contrahere. Sed si extremus in collateralibus: utputà si pronepos propatrui, vel pronepos fratris, procrearet filiam, posset P. cum illa contrahere. Licèt autem contrahatur in quinto gradu, remanet tamen consanguinitas: prohibitio enim, quæ per jus positivum processerat, potuit tolli: sed naturalia sunt immutabilia, *ff. dist. in princ.*

¶ Scire debes, quòd communiter dicunt Doctores, quòd abavus & proavus, & avus sunt bigami, dicentes, quòd si non essent bigami, non possent filii eorum conjungi, cùm essent fratres: sed de hoc non multùm curo: quia eâdem ratione sic esset de aliis cellulis duplicibus, quòd personæ earum essent bigami. Unde fingamus, perinde ac si in qualibet duplici cellula haberemus quatuor personas, ac si diceretur propatruus & uxor, proamita & maritus, unde duplicatio posita fuit, ut nomina demonstraret in utroque sexu, non ut eos conjuges denotaret. Sciendum est etiam, quòd in collateralibus æqualis lineæ benè sequitur ista regula affirmando & negando: Ego & tu sumus consanguinei in linea æquali, & ego possum accipere filiam tuam: ergò tu meam. Et negativè, ego non possum accipere filiam tuam: ergò nec tu meam. Affirmativa procedit in linea æquali quarti gradûs. Negativa in tertio vel citeriori. Sed in linea inæquali hoc non procedit affirmando vel negando: quia si unus est in quarto, alter in tertio vel citeriori, qui est in tertio vel citeriori, potest contrahere cum filia ejus, qui est in quarto gradu, & non econversò: unde propatruus hujus filius & nepos contrahere possunt cum filia P. sed non econverso.

¶ Demum quæritur, an collaterales, quorum unus est in quinto & alter in primo, putà filia P. & propatruus, possint ad invicem contrahere? Dicit Hostiensis quòd non. & hoc not. *extrà eod. c. quod dilectus, & cap. tua. & in summa hujus tit. de consang. & quæsitum. in v. & 1.* quod per sua argumenta nititur probare sic, scilicet pater & filius una persona censentur. *C. de impub. & aliis substit. Lect.* sicut ergò non contrahitur cum stipite, sic nec cum filiis stipitis, benè facit prædicta decret. *tua*, ubi fratres videntur poni pro stipite. Contrarium tenet Bernh. quod colligitur ex gl. quam ponit *suprà eod. tit. c. ult.* & Ra. & Jo. de Deo: & hoc est verissimum, quod probant verba regulæ positæ *sup. eod. c. ult.* dum dicit ibi, *descendentium ab eodem.* Sed certum est, quòd propatruus descendit à stipite. Præterea aut dicis, quòd est inter eos prohibitio ascendentium & descendentium, aut collateralium: de primo patet negando, quòd certum est filium P. non descendisse à propatruo. Est ergò prohibitio collateralium: sed certum est, quòd isti distant quinto, quid igitur impediat istos collaterales contrahere, non video. Joan. Andr.

Multa dies, variusq; labos hujusce paravit
Artu notitiam: quæ modò clara patet.

PRIMUM GENUS AFFINITATIS, QUOD HODIE HABET PROHIB.

Relictus relictæ fratris. 1.	Uxor fratris olim relictæ.	Frater.	PRIMUS GRADUS.	Soror.	Vir sororis olim relictus.	Relicta relicti sororis. 2.
	Uxor Filii fratris.	Fratris Filius.	SCUNDUS GRADUS.	Sororis Filia.	Vir Filiæ sororis.	
	Uxor nepotis fratris.	Fratris nepos.	TERTIUS GRADUS.	Sororis neptis.	Vir neptis sororis.	
	Uxor pronepotis fratris.	Fratris pronepos.	QUARTUS GRADUS.	Sororis proneptis.	Vir proneptis sororis.	

ARBOR AFFINITATIS.

1. 2. *Duæ superiores cellulæ his numeris notatæ, decoris ergò positæ sunt, ad genus affinitatis demonstrandum, non habent tamen prohibitionem.*

AFFINITATIS DECLARATIO.

AFfinitas secundùm canones, est personarum proximitas ex coitu proveniens, omni carens parentelâ. Et dicitur affinitas, quasi duorum ad unum finem unitas: eò quòd duæ cognationes diversæ per nuptias secundùm leges,

leges, vel per coitum secundùm canones copulantur, & alter ad alterius cognationis finem accedit, *ut ff. de grad. cognat. l. non facilè. §. affines.*

¶ Sciàs autem, quòd affinitas est perpetuum impedimentum, quod durat etiam mortuâ personâ, quâ mediante contrahitur. *35. q. 10. fraternitatis.*

¶ Per carnalem copulam viri & mulieris inter consanguineos mulieris & virum, & inter consanguineos viri & mulierem contrahitur affinitas primi generis ejusdem gradûs, cujus est consanguinitas. Si ergò consanguineus tuus cognoscat mulierem: si vis scire, quoto gradu affinitatis attinet tibi mulier illa, vide, quoto gradu est tibi consanguineus tuus, & quoto est tibi ille consanguineus, toto mulier est tibi affinis, & semper in primo genere. Dictum est in regula, *viri & mulieris*, & non viri & uxoris: quia secundùm canones etiam per coitum fornicarium & incestuosum contrahitur affinitas, patet *de eo, qui cog. consang. uxor. sua. cap. discretionem. & cap. penult.* Inter consanguineos mulieris & virum, & consanguineos viri & mulierem, ideò dicitur: quia inter virum & mulierem non contrahitur affinitas, sed ipsi sunt affinitatis causa. Item inter consanguineos viri, & consanguineos mulieris nulla est affinitas. Unde duo fratres contrahunt cum duabus sororibus, pater & filius cum matre & filia: sed est affinitas inter consanguineos mulieris & ipsum virum, & consanguineos viri & ipsam mulierem. *de consang. & affinit. c. quod super his.*

¶ Regula. Quotiescunque inter unam personarum, de quibus quæritur, & conjugem alterius non est, vel non fuit consanguinitas intra quartum gradum inclusivè, nulla est prohibitio: ut inter me & conjugem nepotis mei non potest esse matrimonium: quia nepos meus est mihi consanguineus intra quartum gradum.

¶ Aliud exemplum. Soror mea habuit maritum, eâ mortuâ maritus ejus aliam accepit, quo defuncto, potero contrahere cum ejus relicta: quia inter me & illam relictam nulla est, nec fuit consanguinitas.

AD arborem Affinitatis & ejus materiam transeamus. Et primò videndum est, quid sit affinitas, & unde dicatur? & quomodo ipsius genera insurgant, & gradus computentur? deinde arborem formemus. Ponemus posteà quædam notabilia, & quasdam quæstiones.

¶ Est autem affinitas personarum proximitas ex coitu proveniens, omni carens parentelâ. Hoc secundùm canones: sed secundùm leges est proximitas proveniens ex nuptiis, & requiritur secundùm leges, quòd legitimæ sint nuptiæ, non interdictæ, ut contrahatur affinitas. *ff. de grad. l. non facilè. §. sciendum.* Et dicitur affinitas, quasi duorum in unum finem unitas, eò quòd duæ cognationes diversæ per nuptias secundùm leges, vel per coitum secundùm canones copulantur, & alter ad alterius cognationis finem accedit, *ut in ead. l. §. affines.*

¶ Sed quòd per fornicarium coitum, & incestuosum secundùm nos contrahatur affinitas, patet *de eo, qui cogn. consang. uxor. sua. cap. discretionem. & eod. titul. cap. penult.* Sed consideratio legis fuit circa hæreditates & tutelas deferendas, & ne quis cogatur adversùs affinem testimonium dicere. *ff. de gradib. l. jurisconsultus. in princip. & de testib. l. 3. & 4. quæst. §. item in criminali. versi. item lege Iuliâ.* Sed canon quoad matrimonia prohibenda consideravit unionem carnis, quæ insurgit ex copula. Et est videre secundùm hoc, quòd concurrere potest attinentia consanguinitatis & affinitatis: ut si quis cognoscat consanguineam suam, omnes consanguinei utriusque sunt utrique affines. Sciàs autem, quòd affinitas est perpetuum impedimentum, quod durat etiam mortuâ personâ, quâ mediante contrahitur. *35. quæst. 10. c. fraternitatis.* Nec oritur affinitas ex pollutione extraordinaria, quę fit extra claustra pudoris. *35. quæst. 3. c. extraordinaria.* & adde, quod ibi not.

¶ Et insurgit affinitas ex coitu interdum cum publica honestate, interdum sine: & publica honestas interdum sine affinitate, ut si cognosco uxorem, vel sponsam, hic impedimentum est publicæ honestatis & affinitatis: si cognosco non sponsam, hic affinitas sola est: si sponsam nondum cognovi, ibi sola publica honestas. Hoc dico quia si mortua est uxor tua, & vis contrahere de dispensatione Ecclesiæ cum consanguinea sua, & Ecclesia dispensat, quòd possis contrahere cum illa, non obstante quòd sit tibi affinis, tali gradu per dispensationem adhuc contrahere non poteris: quia licèt sublatum sit impedimentum affinitatis, non tamen sublatum est impedimentum publicæ honestatis. Debes ergò facere exprimi, quòd possis cum tali contrahere, non obstante impedimento publicæ honestatis, pro eo, quòd desponsâsti consanguineam ejus in quarto gradu: & non obstante quòd est tibi affinis in quarto, pro eo, quòd dictam desponsatam carnaliter cognovisti, & tunc matrimonium procedere poterit.

¶ Genus affinitatis cognoscitur per hanc regulam, sed non gradus. Persona addita personæ per carnis copulam mutat genus, sed non gradum. Isto modo, si is, qui est mihi in secundo gradu consanguinitatis, cognoscit mulierem, illa est mihi secundo gradu affinitatis, & primo genere: si alius eam cognoscit, ille attinet mihi secundo genere affinitatis, & secundo gradu: si ille aliam mulierem cognoscit, illa attinet mihi tertio genere affinitatis, & secundo gradu. Sed quia solùm primum genus hodie habet prohibitionẽ, & quia B. plenè tradidit *extra. de consang. & affin. cap. non debet.* hic circa hoc non insisto. Ergò si persona mihi consanguinea conjungat sibi aliam personam carnali copulâ, persona juncta est mihi affinis primo genere affinitatis: si attinens mihi primo genere affinitatis carnali copulâ se alteri commisceat, illa attinet mihi secundo genere: si affinis mihi secundo genere aliquam cognoscat, illa est mihi affinis tertio genere, sed eodem gradu. Est igitur videre de gradibus. Certum est, quòd affinitas non habet hodie prohibitionem nisi in primo genere, & in illo usque ad quartum gradum: licèt affinitas non habeat suam specialem computationem graduum, sed computantur gradus affinitatis secundùm gradus consanguinitatis. Si ergò consanguineus tuus cognoscat mulierem, si vis scire, quoto gradu affinitatis attinet tibi illa mulier, vide, quoto gradu est tibi consanguineus tuus secundùm regulas, quas tradidi in proxima arbore, & quoto est tibi ille consanguineus, toto mulier est tibi affinis, & semper in primo genere.

¶ Nunc formemus arborem: & in medio arboris sunt quatuor cellulæ, & in prima superiori ponitur primus gradus, in secunda secundus, in tertia tertius, in quarta quartus gradus. Et de his primò quæritur, quare ponantur in medio fratris & sororis? Secundò, quare non exprimant attinentiam, dicendo, primus gradus affinitatis, & sic de singulis? Ad primum dic, hoc fuisse, ut detur intelligi, quòd affinitas oritur ex consanguinitate, & quòd ab utroque sexu virili & fœmineo affinitas contrahatur. Ad secundum dic, attinentiam non fuisse expressam, ut illa computatio graduum ad consanguinitatem & affinitatem referatur: unde soror & frater sunt in primo gradu consanguinitatis, & frater & vir sororis sunt in primo gradu affinitatis, & sic de aliis. Deinde à latere dextro dictæ linex ponitur alia linea quatuor cellulas continens: in prima scribitur frater, in secunda fratris filius, in tertia fratris nepos, in quarta fratris pronepos. Ad dorsum hujus alia linea continens alias quatuor cellulas: in quarum

prima

Prima scribitur uxor fratris olim relicta, in secunda uxor filii fratris, in tertia uxor nepotis fratris, in quarta uxor pronepotis fratris. A latere sinistro sunt aliæ quatuor cellulæ: quarum prima soror, secunda sororis filia, tertia sororis neptis, quarta sororis proneptis. Ad dorsum harum sunt aliæ quatuor: prima vir sororis olim relictus, secunda vir filiæ sororis, tertia vir neptis sororis, quarta vir proneptis sororis. Ponuntur etiam aliæ duæ cellulæ, una à latere dextro continens relictus relictæ fratris: à sinistris, relicta relicti sororis, quæ secundùm omnes ponuntur ad decorem, & ad demonstrandum genera affinitatis, quæ hodie prohibitionem non habent. Adhuc habes duas lineas reflexas, quarum una oritur in cellula fratris, & terminatur in cellula viri sororis, in qua scribitur primum genus affinitatis. Item alia linea reflexa, quæ oritur in cellula sororis, & terminatur in cellula uxoris fratris, in qua idem scribitur.

¶ Circa hoc quæro, quare in cellula, uxor fratris, scribitur, olim relicta, quod non ponitur in aliis cellulis inferioribus ejusdem lineæ? Et dic hoc factum fuisse propter cellulam, quæ ponitur ad dorsum illius, q. d. frater habuit uxorem, mortuo fratre uxor ab eo relicta contraxit cum alio viro, illâ demùm mortuâ, iste relictus à relicta fratris, vult contrahere cum sorore, nunquid potest? Olim non poterat, quia erat sibi in secundo genere, & primo gradu, hodie verò potest. Idem sit repetitum quoad cellulam viri sororis.

¶ Ad cognoscendum ergò gradus affinitatis & genus tam per formam arboris, quàm ex prius dictis tolle hanc solam regulam magistralem. Per carnalem copulam viri & mulieris inter consanguineos mulieris & virum, & inter consanguineos viri & mulierem contrahitur affinitas primi generis, & ejusdem gradûs, cujus est consanguinitas. Quare dicatur in regula per carnalem copulam viri & mulieris, & non viri & uxoris, collige ex his, quæ in principio dixi. Inter consanguineos mulieris & virum, & consanguineos viri & mulierem, ideò dixi: quia inter virum & mulierem non contrahitur affinitas, sed ipsi sunt affinitatis causa. Item inter consanguineos viri & consanguineos mulieris nulla est affinitas: unde duo fratres contrahunt cum duabus sororibus, pater & filius cum matre & filia. Sed est affinitas inter consanguineos mulieris & ipsum virum, & consanguineos viri & ipsam mulierem. *extrà, de consang. & affin. c. quod super his.* Primi generis quare dixerim, etiam ex superioribus patuit, & ejusdem gradûs, cujus est consanguinitas: vide hoc in arbore, nam frater & soror sunt in primo gradu consanguinitatis, maritus sororis est fratri in primo gradu affinitatis, & sic uxor fratris sorori, & sic filia sororis est filio fratris, & ipsi fratri in secundo gradu consanguinitatis, maritus ejus in secundo gradu affinitatis, & econversò, & sic in reliquis. Unde vir pronepotis sororis attinet fratri & omnibus descendentibus, qui sunt in arbore, quarto gradu affinitatis: & hoc ideò, quia toto gradu consanguinitatis attinet prædictis ipsa pronepotis. Qui sunt in arbore, ideò dixi, quia si pronepos fratris haberet filium, ille excederet lineam qualitatis, & sic attinet quinto gradu secundùm regulas traditas in proxima arbore.

¶ Post hoc notandum est, illud præcisè non sequitur, ego & tu sumus affines, ergò filius, quem procreo, est tibi affinis. Nam interdum filius meus mutat genus attinentiæ, quia ego sum tibi affinis, & ipse consanguineus, interdum nil attinet tibi, interdum mutat gradum, interdum nec mutat genus, nec gradum. Exemplum, si ego & tu sumus affines per appositionem mei, quia scilicet contraxi cum consanguinea tua, si ex dicta consanguinea tua filium procreo, ille est tibi consanguineus, non affinis: sed si ego maritus consanguineæ tuæ ex alia muliere filium procreo, ille nec est tibi consanguineus, nec affinis. Si verò tu consanguineus uxoris meæ filium procreas, hic filius non mutat genus attinentiæ, quia tu pater es mihi affinis, & ipse affinis: sed si tu & uxor mea eratis in æquali linea, vel inæquali, & eras remotior, quia tu eras in tertio, ipsa in secundo vel primo: tunc ipse filius mutat gradum, quia tu pater es mihi in tertio gradu affinitatis, & ipse mihi in quarto. Si verò tu & uxor mea eratis consanguinei in linea inæquali, sed uxor mea erat remotior, ut quia ipsa in tertio, & tu in secundo: tunc filius tuus non mutat genus nec gradum, quia tu mihi affinis, & ipse affinis: tu in tertio gradu, & ipse in tertio gradu. Item nota, quòd illud etiam non sequitur, ego & tu sumus affines, & ego non possum accipere filiam tuam: ergò nec tu meam: quia si habeam consanguineam tuam in uxorem, tu bene potes contrahere cum filia mea, quam habui ex alia muliere: quia affinitas non contrahitur inter consanguineos viri, & consanguineos mulieris: sed inter virum & consanguineos mulieris, & inter mulierem & consanguineos viri, ut dixi, & probatur *extrà, de consang. & affin. c. quod super his.* Sed ego non possum contrahere cum filia tua, nisi forsan illa excederet quartum gradum, ut quia esset in quinto, & est simile secundùm quod dixi supra in proxima arbore circa finem.

¶ Nunc quæritur, an affinitas inter ascendentes & descendentes habeat perpetuam prohibitionem, an extendatur tantùm usque ad quartum gradum? Et si teneremus opinionem Goffredi, de qua dixi supra in arbore proxima circa medium, diceremus, quod usque ad quartum gradum tantùm. Sed tenendo contrariam opinionem dicemus, quòd prohibitio sit perpetua. Dicit enim textus, quod ita abstinere debemus à consanguineis uxoris, ut à propriis, *extrà, de consanguinit. & affinit. cap. 3. 35. quæst. 3. c. de propinquit. & cap. æqualiter.* Si ergo inter consanguineos ascendentes & descendentes prohibitio extenditur in infinitum: ergò inter affines ad idem, *Institut. de nupt. §. affinitatis.* & dicit lex, quòd tales affines ascendentes & descendentes habentur loco parentum & liberorum. *ff. de gradibus. l. non facilè. §. & retrò. in fine.* Eodem modo posset formari quæstio de affinibus, quorum unus est in primo gradu, alter in quinto, sicut in consanguineis dixi supra, in arbore proxima, in fine. An autem liceat diversis temporibus habere in uxores duas cognatas, scilicet uxores duorum fratrum, & an conjuncti olim in gradu prohibito, hodie permisso, simul manere possint, de hoc vide not. *extrà, de consang. & affin. cap. non debet.*

¶ Ultimò quæritur ad utramque arborem, an prohibitio consanguineorum vel affinium conjungendorum procedat ex prohibitione divina, an ex humana, & quare facta fuit prohibitio? Breviter scias, quòd olim propter necessitatem frater necessariò habuit contrahere cum sorore, & consanguinei cum consanguineis: unde tunc in collateralibus non erat prohibitio. Hoc fuit à principio generis humani in filiis & nepotibus Adæ; hoc etiam fuit post diluvium in nepotibus Noë. In Levitico verò prohibitæ fuerunt ferè duodecim personæ, quas vide not. *extrà, de restit. spol. cap. literas. & de divor. cap. gaudemus.* Demùm jus positivum canonicum prohibuit consanguineos & affines primi generis conjungi in septimo gradu & citeriori: quæ prohibitio postea usque ad quartum gradum est restricta. *extrà. eod. c. non debet.* revocatis etiam quibusdam aliis prohibitionibus, ut patet. Revocatio verò fuit ex causa, quæ ibi ponitur, *& extrà de testibus. cap. licet ex quadam.* per quod patet, quòd prohibitio partim procedit ex jure divino, & partim ex positivo. Unde in secundo gradu æqualis lineæ collaterales contrahere possunt jure divino, sed non positivo. Ratio verò prohibitionis sumitur *35. quæst. 3. §. 1. capite 1.* fuit enim propter charitatem ampliandam. Nam si contraherem cum sorore, idem esset pater & socer, mater & socrus, vir & frater,

frater, &c. Sed si alium habeo patrem, alium socerum, numerosius se charitas protenderet: in qua universi fideles & præcipuè studentes continuè perseverent per gratiam ejus, qui est benedictus in secula seculorum, Amen.

QUÆSTIO VI.

1 pars. *Nunc quæritur, quibus accusantibus, vel testificantibus, consanguineorum conjunctio dirimenda sit?*

C. I. ¶ *Consanguinei tantùm, vel si progenies defecerit, antiqui & veraces propinquitatem in Synodo computent.*

De his ita decrevit Fabianus Papa.

Consanguineos *a* extraneorum nullus accuset, vel consanguinitatem in Synodo computet: sed propinqui, ad quorum notitiam pertinet, id est, pater, mater, frater, soror, patruus, avunculus, amita, matertera, & eorum procreatio. Si autem progenies tota defecerit, ab antiquioribus & veracioribus, quibus eadem propinquitas nota sit, Episcopus canonicè perquirat: & si inventa fuerit propinquitas, separentur.

C. II. PALEA.

[Cœlestini Papæ *decretum Ecclesiæ Florentinæ missum.*]

Videtur *b* nobis, quòd secunda, quam contra prohibitionem Ecclesiæ duxit, non sit uxor, etiamsi primam non haberet desponsatam. Nam quod contra interdictū & ordinem Ecclesiæ factum est, tanquam inordinatum, ratum non haberi tam divinæ, quàm humanæ legis proclamat auctoritas. Quia igitur ea, quam inordinate superduxit, prohibitione retinente, uxor non est, cogendus est eam recipere, quam juravit & desponsavit, & ex ea prolem genuit: ut juramenti religio non vilipendatur, & fides ad invicem promissa servetur, & proles in cultu Dei nutriatur & educetur, & alii exinde occasionem pejerandi *c*, & alios decipiendi assumere non valeant. Quod autem parentes, fratres, & cognati utriusque sexûs in testificationem suorum ad matrimonium conjungendum vel dirimendum admittantur, tam antiquâ consuetudine, quàm legibus approbatur. Ideò enim maximè parentes, & si defuerint parentes, proximiores admittuntur, quoniam unusquisque suam genealogiam cum testibus, & chartis, tum etiam ex recitatione majorum scire laborat. Qui enim meliùs recipi debent, quàm illi, qui meliùs sciunt, & quorum est interesse, ita ut, si non interfuerint, & consensum non adhibuerint, secundùm leges nullum fiat matrimonium? Quod verò legitur: [*Pater d non recipiatur in causa filii, nec filius in causa patris:*] in criminalibus causis & contrà tibus verum est: in matrimonio vero conjungendo & disjungendo, & ex ipsius conjugii prærogativa, & quia favorabilis res est, congruè recipiuntur *e*.

¶ *Hæc Palea deest in plerisq; vetustis exemplaribus. Habetur extrà, qui matrimonium accus. post. cap. 3. ex Clemente III. alias Cœlestino, Florentino Episcopo, aliàs Ecclesiæ Florentinæ: indeq; & ex aliquot manuscriptis est emendata, verbis aliquot & additis, & sublatis.*

C. III. ¶ *Qui jurejurando propinquitatem firmare debeant.*

Item Urbanus Papa *Richardo a Genuensi Episcopo.*

Notificamus *b* tibi, ut postquam tres, aut duo ex propinquioribus jam defunctæ uxoris ejus, qui accusatur, vel vivæ, hanc propinquitatem jurejurando firmaverint, vel tres aut duo ex antiquioribus Genuensibus, quibus hæc propinquitas nota est, qui bonæ famæ, & veracis testimonii sint, remoto amore, timore, pretio, & omni malo studio, supradicto modo consanguinitatem firmaverint, sine omni mora conjugia dissolvantur. Quòd si propinqui, aut extranei verbis tantùm propinquitatem testantur, & juramento probare vel noluerint, vel nequiverint, conjugium nullatenùs dissolvatur: sed competens eis pœnitentia propter infamiam, vel peccati maculam (si fortè in hac re contraxerint aliquam) injungatur.

C. IV. ¶ *Sua confessioni relinquuntur, quorum incestum nullus jurejurando affirmat.*

Item ex *c* Concilio Urbani Papæ *habito in Apulia.*

Si *d* duo, vel tres viri consanguinitatem jurejurando firmaverint, vel ipsimet forte confessi fuerint, conjugia dissolvantur. Si verò neutrum contigerit, Episcopi eos per baptismum, per fidem, per judicium Christi in vera obedientia obtestentur, quatenùs palàm faciant, utrùm se (sicut est fama) consanguineos recognoscant: si negaverint, sibiipsis relinquendi sunt: ita tamen, ut si aliud in conscientia habeant, se à liminibus Ecclesiæ, à corpore & sanguine Domini, à fidelium communione noverint segregatos, atque infames effectos, donec ab incesti facinore desinant. Si se Episcoporum judicio segregaverint, si juvenes sunt, alia matrimonia contrahere non prohibeantur.

2 pars. *Ecce, quibus accusantibus vel testificantibus consanguineorum conjunctiones sunt dirimendæ. Cujusmodi verò juramentum ab accusatore sit exigendum, ex Romano ordine 1 habetur. Est autem hujusmodi.*

1 ¶ Ordine] *Cæteri collectores citant non* ex ordine: *sed, ex Concilio Romano sub Gregorio III. Ex quibus collectoribus, & vetustis Gratiani exemplaribus nonnulla sunt emendata in hoc, & insequentibus capitibus.*

C. V. ¶ *Juramentum accusatoris.*

1. De *e* parentela illa, quam dicunt esse inter illum N. & istam ejus conjugem N. quicquid inde scis, & audisti à tuis vicinis, aut à tuis propinquis antiquioribus, quòd tu per nullum ingenium, nec propter timorem, nec propter amorem, aut per *f* præmium, aut per *g* consanguinitatem celabis Episcopum tuum, aut ejus missum, cui hoc inquirere jusserit, quandocunque te ex hoc interrogaverit. Sicte Deus adjuvet, & istæ Sanctorum reliquiæ.

C. VI. ¶ *Juramentum testium.*

Illud *h* sacramentum *i*, quod iste juravit de illa parentela, quæ inter illum N. & ejus conjugem N. computatur, quòd tu illud observabis, in quantum sapis, aut audisti. Sicte Deus adjuvet.

3 pars. *Hoc Juramentum non est separatum, sed Synodale, institutum ab* Eutychiano Papa.

C. VII. ¶ *Synodale juramentum.*

Aut enim.

Episcopus *k* in Synodo residens post congruam allocutionem septem ex plebe ipsius parochiæ, vel eo am-

a *Sent. 4. dist. 41. Polyc. l. 6. tit. 4. Ans. l. 10. c. 60. Burch. l. 7. c. 26. Ivo p. 9. c. 57. Panor. l. 7. c. 14.* b *Extrà, qui matr. accus. post. cap. videtur.* c *aliter peccandi.* d *ff. de testibus. l. testis idoneus.* e *al. admittantur.*

a *al. Cyprianus.* b *Sentent. 4. distinct. 41. Ivo part. 9. cap. 33. Panorm. lib. 7. cap. 15.* c *In codice pervetusto ex Eugenio II.* d *Sentent. ibid. Ivo p. 9. c. 53.* e *Polyc. l. 6. tit. 4. Anselm. l. 10. c. 74. Burch. l. 7. c. 25. Ivo p. 9. c. 82. Panorm. l. 7. cap. 16.* f *al. propter.* g *al. propter.* h *al. Istud.* i *Burch. l. 7. c. 26. Ivo p. 9. c. 82. Panor. l. 7. c. 27.* k *Polyc. l. 6. tit. 4. Ans. l. 6. c. 52. Burch. l. 1. c. 91, 92, 93.*

pliùs prout viderit expedire, maturiores, honestiores, atque veraciores viros in medium debet evocare, & allatis Sanctorum pignoribus unumquenque illorum tali sacramento constringat. Amodò in antea quicquid nósti, aut audísti, aut postmodùm inquisiturus es, quod contra Dei voluntatẽ, & rectam Christianitatem in ista parochia factum sit, aut futurum erit, si in diebus tuis evenerit, tantùm ut ad tuam cognitionem quocunque modo perveniat, si scis, aut tibi fuerit indicatum synodalẽ causam esse, & ad ministerium Episcopi pertinere, quòd tu nec propter amorem, nec propter timorem, nec propter pretium a, nec propter parentelam ullatenùs celes Episcopum, aut ejus missum, cui hoc inquirere jusserit, quandocunque te ex hoc interrogaverit. Sic te Deus adjuvet, & illæ Sanctorum reliquiæ. Illud 1 sacramentum, quod iste juraverit de synodali causa, quod tu illud ex te ita observabis, inquantum sápis, aut audísti, aut ab hac die in antea inquisiturus es. Sic te Deus adjuvet, &c.

1 ¶ Illud] *Burchardus legit*, istud. *& ante hæc verba præponit hanc rubricam*, Juramentum cæterorum.

4 pars. *Ab hoc juramento illud sumptum est, principia paululum derivato. Porrò de juramento separationis* Innocentius Papa II. *scribit Othoni Lucensi Episcopo, dicens.*

C. VIII. ¶ *Juramentum illorum, qui consanguinitatem probant.*

11. DE parentela illa, unde nos consulere voluisti, pro qua etiam est ad nostram audientiam appellatũ, aliorum fratrum scripta suscepimus, qui utique causam ipsam diverso modo narrabant. Et primò quidem tam in gradibus, quàm in nominibus personarum discordásse: postmodum verò in altero eorum computatores ejusdem parentelæ dicuntur convenisse. Cæterùm in hujusmodi casibus summoperè consideranda est qualitas personarum, quæ aliquid contra quoslibet astruere velint: quæ etiam jusjurandum præstare debent, quòd neque gratiâ, neque pretio, vel timore, vel odio alicujus hoc dicunt contra eos, de quibus agitur: sed potiùs, quia credant ita verum esse, & ita se à suis antecessoribus audivisse. In quibus omnibus non debet aliqua varietas, vel contrarietas inveniri.

5 pars. *Qui verò separantur ab invicem, hujusmodi juramentum præstabant* b.

C. IX. ¶ *Juramentum separationis.*

AB a isto die in antea, quòd tu per nullum ingenium te sociabis huic tuæ consanguineæ 1 N. cum qua contra legem, & rectam Christianitatem adulterium & incestum perpetrásti, nec in conjugio, nec in adulterio illam tibi sociabis, nec cum illa ad unam mensam manducabis & bibes, aut sub uno tecto manebis: nisi fortè in Ecclesia, aut in alio publico loco, ubi nulla mala suspicio possit esse, ut ibi coram testibus idoneis pro certa necessitate pariter colloquaminini: nec aliam conjugem accipies, nisi fortè post peractam pœnitentiam tibi licentia data fuerit ab Episcopo tuo, aut ejus misso. Sic te Deus adjuver, & istæ Sanctorum reliquiæ.

1 ¶ Consanguineæ] *Quæ sequuntur usque ad versic.* perpetrásti. *addita sunt ex Burchardo & Ivone, stemq; alia nonnulla.*

6 pars. *Occasione verò consanguinitatis uxorem suam dimittere, & aliam ducere non licet alicui, nisi causa primùm probata fuerit.*

C. X. ¶ *Nisi coram Ecclesia consanguinitate probatâ uxorem dimittere non licet.*

Unde Alexander Papa II. *Guilelmo de Monstrolio* d.

MUltorum e relatione cognovimus, te propriam velle abjicere uxorem, & adhærere alteri, prætendentem consanguinitatis occasionem. Unde Apostolicâ auctoritate interdicendo mandamus tibi, ut hanc, quam nunc habes uxorem, nullatenùs præsumas dimittere, vel aliam ducere, donec Episcoporum religiosorum concilium causam istam examinaverit.

7 pars. *Recepturus verò eam, quam injustè dimisit, hoc modo jurabit.*

C. XI. ¶ *Reconciliationis juramentum.*

AB a isto die in antea istam conjugem tuam N. quam injustè dimiseras, ita tenebis, sicut per rectum maritus suam debet habere conjugem, in dilectione, & debita disciplina: nec eam per ullum malum ingenium à te separabis, nec eâ vivente aliam accipies. Sic te Deus adjuvet, &c.

Quòd autem unius testimonio conjugia apud quosdam dirimuntur, nullâ ratione ratum habetur. Cum enim Dominus dicerit: b [Omne verbum stabit in ore duorum vel trium testium.] *Item cum in Ilerdensi Concilio, cap. 20. dicatur:* [Omnis controversia, quæ de Ecclesiasticis rebus fit, secundum divinam legem sub duobus vel tribus testibus terminetur,] *Domino dicente:* c [Non unus stet contra 1 alium d, sed in ore duorum vel trium testium stet omne verbum.] *Item cum alibi dicatur:* [Nullius 2 personæ e quamlibet exercitatæ testimonio aliquid credatur:] *evidentissimè apparet, unius assertione conjugia non esse dividenda.*

1 ¶ Contra alium,] *In Deuteronomio hæc adduntur, quicquid illud peccati & facinoris fuerit. In Evangelio autem sunt tantummodò sequentia,* ut in ore duorum, &c.

2 ¶ Nullius personæ] *In codice Theodosiano, lib. 11. tit. 14. leguntur hæc verba*, & nunc manifestè sancimus, ne unius omninò testis responsio audiatur, etiamsi prælato curiæ honore præfulgeat. *quorum similia recitantur ab Ivone, p. 16. c. 204. Et Gratianus supr. 8. q. 2. in princ. hanc eandem ferè sententiam attulit.*

QUÆSTIO VII.

Quòd autem quæritur, si illi, qui de incestuosis nascuntur, filii reputentur, Augustinus *in libro Quæstionum super Leviticum, cap. 70. qu. 76. determinat, ita dicens.*

CAP. ¶ *Non appellantur filii, quâ de incestuosis nascuntur.*

QUid f est [Quicunque 1. dormierit g cum cognata sua, sine filiis moriatur,] cum filii ex hujusmodi conjunctionibus & antè nati sunt, hodieque nascantur? An hoc intelligendum est lege Dei constitutum, ut quicunque ex eis nati fuerint, non deputentur filii, id est, nullo parentibus jure succedant?

1 ¶ Quicunque dormierit cum cognata sua.] *Hæc verba non sunt hic apud beatum Augustinum, sed initio ipsius quæstionis 76.*

QUÆSTIO VIII.

De his verò, qui ignoranter conjuncti sunt, in quo gradu consanguinitatis vel affinitatis ex dispensatione Ecclesiæ relinquantur, Gregorius *in Registro definit, dicens.*

¶ *In Polycarpo citatur ex Gregorio in Decreto.*

C. I. ¶ *Non separentur, qui infra septimam generationem ignoranter copulantur.*

DE h gradibus verò cognationum, qui infra septi-

a *al. prætium.* b *al. præstabant.* c *Polyc. l. 6. tit. 4. Anselm. lib 10. cap. 71. Burch. l. 7 cap. 17. Ivo p. 9. cap. 63 Panorm lib. 7. cap. 11.* d *al. Monasteriolo.* e *Ivo part. 9. c. 32. Panorm. l. 7. cap. 12.*

a *Polyc. ibid. Burch. l. 9. c. 31. Ivo p. 8. cap. 217. Panorm. lib. 7. c. 41.* b *Deut. 17.* c *Deut. 19. Matth. 18.* d *alii aliquem.* e *4. quæst. 2. in princ. supr.* f *Burchardus libro 7. cap. 17. Ivo part. 3. c. 32. Pan. l. 7. c. 63.* g *Levit. 20.* h *Polyc. l. 6. tit. 4.*

mam

mam generationem in matrimonio sunt inventi, si nesciences fecerint, & jam multa curricula annorum sint revoluta, ita ut filios habeant, in sexto qui inventi sunt, aut fortasse in quinto, hujusmodi non separentur, donec nos Domino permittente ore ad os loquamur. Hoc autem dico secundùm indulgentiam, non secundùm imperium. Qui verò de his duobus gradibus novas contraxisse nuptias videntur, id est, infrà anni coronam, modis omnibus separentur. De cætero verò generalia per omnem provinciam statuta percurrentia taliter firmentur, ut nullus audeat deinceps tale scelus perpetrare: & qui fecerint, sine retractationis misericordia acrioribus puniti ultionibus separentur. Hi verò, qui propinquas sanguinis uxoris suæ in matrimonio sibi sociaverunt, sicut jamdudum vobis scripsimus, qui in eodē gradu inventi sunt, separentur: aut suspendatur eorum causa, usque dum nos insimul Domino auxiliante conveniamus. *Idem.* ¶ De 1 his, qui post mortuas uxores, secundas contrahere nuptias voluerint, juste, & honestè, & rationabiliter prospeximus, ab earum consanguineis usque ad quartum gradum genealogiæ abstinere. Hoc nos secundùm indulgentiam sanctæ matris Ecclesiæ mitiùs prælibavimus. Cæterùm juxta 2 secularium legum censuram dignis coërcitionibus, gravibusque disciplinæ inventionibus *a*, hæc omnia mala & illicita modis omnibus resecanda sunt, ut in futuro deinceps tempore cuncta quiescant.

¶ *In Polycarpo citatur ex Gregor. in decreto.*

1 ¶ De his qui] *In Polycarpo hæc verba sunt ex eodem Gregorio, sed habentur conjunctè cum c. de affinitate. supr. q. 2. & 3. & proximè antecedunt hunc capitulo,* de gradibus.

2 ¶ Juxta secularium] *De pœna incestorum est in novella 12. Justiniani, & in Capitul. l. 7. c. 432. & 433. & in adjectis, cap. 124. & 127.*

C. 11. ¶ *In quarto & quinto gradu qui consanguinitate conjuncti inventi fuerint, separentur.*

Idem *Felici Messanæ civitatis Episcopo.*

Hæc *b* salubriter præcavenda sancimus, ne quis fidelium propinquam sanguinis sui, usquequò affinitatis lineamenta generis successione cognoscuntur, matrimonio sibi desideret copulare: sed 1 sicut à majoribus nostris definitum est, ita modis omnibus observetur: quoniam usq; ad septenarium numerum parentelæ, nulli unquam copulam contrahere licentiam damus, his videlicet, qui ex patre & matre consanguinitatis parentela descendunt. Qui autem & quæ in quarto, vel in quinto gradu conjuncti inventi fuerint, separentur: quoniam scriptum est: *c* [*Omnis homo ad proximam sanguinis sui non accedet, ut revelet turpitudinem ejus.*] & iterum: [*Anima, quæ fecerit quippiam ex istis, peribit de medio populi sui.*] Sane quibus 2 conjunctio interdicitur illicita, habebunt incundi conjugii melioris libertatem.

Nisi 3 *in eodem crimine usque ad mortem alterius eorum contumaciter perseveraverint.*

¶ *Integrum caput,* Hæc salubriter, *ut est apud Gratianum, etiam ab Anselmo citatur ex Gregorio. In Polycarpo autem sequitur post c. Pyctacium, supr. 30. q. 3. attributum Zachariæ. In Concilio Tolet. II. c. 5. quod referunt Burchardus & Ivo, habentur cætera hujus c. verba, præter ea quæ indicabuntur.*

1 ¶ Sed sicut] *Hæc usque ad versic.* Separentur, *absunt à Concilio, Burchardo & Ivone.*

2 ¶ Sanè quibus] *Hæc in Concilio impressè non habentur: quamvis apud Burchardum & Ivonem ponantur conjunctè cum superioribus. Leguntur autem in Agathensi, & Epaunensi, Turonensi 2. & in Capitularibus adjectis, sed aliqua cum varietate, ut est notatum supra eâd. q. 2. & 3. de incestis.*

3 ¶ Nisi in eodem] *Hæc nusquam sunt inventa, & visa sunt Gratiani. Quod indicat ille loquendi modus.* Unde in Aurelianensi Concilio.

C. 111. ¶ *Non ducant uxores, qui usq; ad mortem alterius in incestu perseveraverint.*

Unde in Aurelianensi Concilio.

Incestuosi *a*, dum in ipso detestando atque nefando scelere manent, non inter fideles Christianos, sed inter gentiles, aut catechumenos habeantur: id est, cum Christianis non sumant cibum nec potum, sed soli faciant hoc; non osculentur, nec salutentur ab eis. Et si suis Sacerdotibus inobedientes extiterint, & à tam nefando scelere se segregare, atque ad publicam pœnitentiam redire noluerint, inter eos habeantur, qui spiritu periclitantur immundo, vel etiam inter eos, de quibus per se Veritas ait: [*Si te b non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus.*] Et 1 si alter eorum morte præventus fuerit, alter, quamdiu vivit, graviter pœniteat, & sine spe conjugii maneat.

¶ *Hoc Burchardus etiam & Anselmus citant ex Aurelianensi, & aliquid ad hanc rem faciens habetur in Aurelianensi 3 c. 10 sicut etiam in Agathensi, c. 61. ex quo videtur citare Ivo. Sed longè magis cum hoc capite concordat c. 4. Concilii Ilerdensis, relatum supra eâd. quæst. 2. & 3.* De his, qui incesti. *Eadem autem planè verba leguntur l. 7. Capit. c. 433. & in adjectis, c. 125. exceptis tamen iis, quæ indicabuntur.*

1 ¶ Et si alter eorum] *Hæc non sunt in Capitularibus indicatis, sed horum loco habentur ista:* Nam cum fidelibus non debent orare, neque in Ecclesiam intrare, sed ad januam Ecclesiæ excubare, & intrantibus in eam, & exeuntibus ex ea, vultu in terram prostrato veniam postulare, &, ut pro se orare non dedignentur, flagitare, & lachrymis profusis, vultu contrito, atque humiliato spiritu semper omnibus apparere usque ad satisfactionem Ecclesiæ, & proprii Episcopi canonicam reconciliationem manere, & ad pristinum incestum nunquam redire, nec secularia negotia exercere, nec placitis, aut accusationibus & testimoniis interesse, sed crebris Sacerdotum precibus, manusque Pontificis propriis impositionibus, & eleemosynarum largitionibus, atque cæterorum bonorum hominum *c* exhibitionibus expurgari, sanarique oportet.

Hæc auctoritate, qui in quarto, vel in quinto gradu consanguinitatis conjuncti inventi fuerint, ab Ecclesia separari jubentur.

QUÆSTIO IX.

1 ps Unde quæritur, *si Ecclesia fraude testium, aut ignorantiâ eorum decepta aliquos separaverit, qui post separationem alia conjugia contraxerint, si postea deprehensa fuerit calliditas, vel falsa opinio testium, an priora conjugia sint redintegranda? Quod fieri non posse argumentis & auctoritate probatur. Sententia namq; nisi per appellationem intra terminum lege constitutum relevata fuerit, irrevocabile robur obtinebit. Hinc etiam B. Gregorius scribit dicens.*

C. 1. ¶ *Quæ rationabiliter decisa sunt, mutari non expedit.*

Omnibus *d* modis Ecclesiasticæ disciplinæ vel moderationi conveniens est, ut quæ rationabiliter ordinata fuerint, vel decisa, nullâ in posterum debeant refragatione turbari.

¶ *In vulgatis Gratiani codicibus tribuebatur B. Augustino. Restitutum est B. Gregorio ex aliquot vetustis exemplaribus & Anselmo. Ac suprà 25. quæst. 2. c.* Ecclesiasticæ. *hoc idem citatur ex Gregorio, apud quem legitur iisdem penè verbis, lib. 7 indict. 2. epist. 60.*

---

a *al.* invectionibus. b *In Concil. Tolet. 2. c. 9. Polyc. ibid. Ansl. l. 2. c. 39. Burch. l. 7. c. 8. Ivo p. 9. c. 42.* c *Levit. 18.*

a *Capit. l. 7. c. 433. & in adjectis, c. 125. Ansl. l. 11. c. 9. Bur. l. 7. c. 5. Ivo p. 9. c. 42.* b *Matth. 18.* c *fortasse, operum.* d *25. q. 2. Ecclesiasticæ. Ansl. 4. c. 9.*

C. II. ¶ *Quæ utiliter decisa sunt, à successoribus roborentur, à temerariis præsumpta resecentur.*

Item Stephanus Papa V. *Paulo Episcopo Placentino.*

LOci nostri consideratio nos admonet rationis auctoritate, quæ à prædecessoribus nostris utiliter decisa fuerint, roborare: & quæ à temerariis præsumpta fuerint, in promptu nihilominùs ulcisci. Reum quippe *a* ante conspectum divini judicis se noverit esse, qui nititur utiliter finita rescindere, ac roborata quolibet ausu violare. Ecclesiastici quippe *b* vigoris ordo confunditur, si aut temerè illicita præsumantur, aut non concessa impunè tententur. Proinde si negligenter ea, quæ malè usurpantur, omittimus, excessûs viam proculdubiò aliis aperimus.

¶ *Sententia hujus capitis, & multa etiam verba sumpta sunt ex B. Gregorio, lib. 7. indict. 1. epist. 15 & 21.*

Quia ergò sententia hæc rationabiliter data est, nec per appellationem intra certum terminum relevata, apparet, quod nequaquam prisca conjugia sunt redintegranda. Hic ita respondetur: Aliud est sententiam rescindere, & rationabiliter decisa turbare; aliud, quæ per subreptionem obtinuisse, deprehensa corrigere: sicut namq; errorem cuique corrigere licet, atque ideò, quæ à quolibet illicitè committuntur, sive à prædecessoribus admissa inveniantur, in melius revocari oportet. Porrò illicitè uxor à viro suo separata est, & illo vivente alii copulata, cùm Dominus solùm fornicationis causâ à viro suo uxorem separari jubeat. Sicut ergò si aliqua, cujus vir putaretur defunctus, alicui copularetur, & qualibet occasione interveniente, ab ejus consortio discederet, quamvis judicio Ecclesiæ cogatur redire ad eum, quem reliquerat, tamen si c post triennium virum, qui mortuus putabatur, redire contigerat, priora conjugia redintegrabuntur: sic cùm deprehenduntur non fuisse consanguinei, qui causâ consanguinitatis ab invicem separati sunt, priorum conjugiorum fœdera sunt reparanda.

2 pars. *Quòd autem quæ illicitè admittuntur, vel admissa inveniuntur, corrigenda sint, vel quòd sententia etiam Romanæ sedis in melius commutari valeat, auctoritate Hilarii Papæ, & Nicolai monstratur.*

C. III. ¶ *Corrigendum est, quòd illicitè admittitur, aut à prædecessoribus admissum inveniatur.*

Ait namq; Hilarius *Episcopus urbis Romanæ Synodo præsidens, cap. 4.*

QUod *d* quis commisit illicitè, aut à prædecessoribus suis invenit admissam, si proprium periculum vult vitare, damnabit. Nos enim in nullo volumus severitatem ultionis exercere: sed qui in causis Dei, vel contumaciâ, vel aliquo *e* excessu deliquerit, aut ipse, quod perperàm fecit, abolere noluerit, in se, quicquid in alio non resecaverit, inveniet. Quod ut deinceps possit tenaciùs custodiri, si placet, sententias, causas, & subscriptiones proprias omnes commodate, ut synodali judicio aditus claudatur illicitis.

C. IV. ¶ *Secundùm sua conditionis tenorem Apostolica valet mutari sententia.*

Item Gregorius.

APostolicæ *f* sedis sententia, tantâ semper consilii moderatione concipitur, tantâ patientiæ maturitate decoquitur, tantâque deliberationis gravitate profertur, ut retractatione non egeat, nec immutari necessarium ducat, nisi fortè sic prolata sit, ut retractari possit, vel immutanda secundùm præmissæ tenorem conditionis existat.

a 2. Cor. 12. b *dist. 93. diaconus.* c *Vide supr. cùm per bellicam. 24. q. 1. & 2.* d *Dens. p. 1. Pol. l. 4. tit. 20. Anselm. l. 6. c. 57.* e *al. in aliquo.* f *Dens. ibid. Polyc. l. 1. tit. 6. Anselm. l. 2. c. 63.*

¶ *Apud Ansel. & Polyc. citatur ex epistola Nicolai Papæ ad Regem Carolum. Extat in codice sæpè memorato monasterii Dominicanorum in epistola Nicolai, quæ inscribitur ad Ludovicum Regem, & in altera ejusdem ad Episcopos omnes in regno Ludovici, quæ incipit,* Gaudemus.

C. V. ¶ *A prædecessoribus damnatos, aliorum supplicationibus in pristinum statum Apostolica reformat Ecclesia.*

Item Innocentius Papa, *epistolâ 22. ad Episcopos Macedoniæ.*

VEniam *a* nunc ad Maximum 1 Photinum, quasi ad quoddam thema: & (quod mihi anxium est, ac difficillimum) majorum meorum revolvam sententias. Fuerat de illo, quoquo pacto (ut ipsi etiam commeministis) aliquid utique gravius constitutum. Verùm, quoniam id per rumorem falsum, ut asseritis, subreptum huic sedi, & elicitum per insidias deamonstratis, quia res ad salutem rediit, veniam nos nunc in tantum vobis adsentientibus post condemnationem more Apostolico subrogimus: tantisque vestris assertionibus, vobisque tam bonis, tam charis non dare consensum, omnibus rebus duris durius arbitramur. Pro vestra ergò approbatione (fratres charissimi) & sententiâ ac postulatione, Episcopum Photinum habetote (licitum est enim ita constituere, ut deprecamini) & nostram in melius conversam sententiam, labore, vel testimonio vestro compotem 2 vobis suscipite. Eustachium verò à me sæpissimè comprobatum nolite expectare, ut diaconi gradu *b* expolietur. Solicitos enim vos pro salute libenter audio: contra caput, etiam si faciendum sit, non libenter admitto. Cui manum porrigitis, vobiscum porrigo, cui porrigo, mecum porrigite.

1 ¶ Maximum] *Germana lectio est,* Veniam nunc ad maximum, quasi quoddam thema Photinum. *Sed ob glossam nihil est mutatum.*

2 ¶ Compotem vobis] *Eadem causa fecit, ne mutaretur. Legendum est enim,* compotes voti.

C. VI. ¶ *Sententiam Romanæ sedis in melius commutare licet.*

Item Nicolaus Papa *ad c Michaelem Imp. in epist. 7.*

SEntentiam *d* Romanæ sedis non negamus posse in melius commutari, cùm aut sibi subreptum aliquid fuerit, aut ipsa pro consideratione ætatum, vel temporum, seu gravium necessitatum dispensatoriè quiddam ordinare decreverit (quoniam & egregium Apostolum Paulum quædam fecisse dispensatoriè legimus, quæ postea reprobâsse dignoscitur:) quando tamen illa, Romana videlicet Ecclesia, discretissimâ confœderatione fieri delegerit, non quando ipsa, quæ benè sunt diffinita, retractare voluerit 1.

1 ¶ Voluerit.] *Sic etiam in originali impressa: sed Anselmus & Ivo habent,* renuerit.

C. VII. ¶ *Cujusq; judicium Apostolicæ sedis auctoritas retractare valet.*

Innocentius *Episcopis per Macedoniam constitutis, epist. 7.*

GRavè *e* non oportuit videri pissimis mentibus vestris cujuscunq; retractari judicium, quia veritas sæpiùs exagitata, magis splendescit in luce, & pernicies revocata in judicio gravius, & sine pœnitentia condemnatur. Nam fructus divinus est justitiam sæpiùs recenseri.

C. VIII. ¶ *A prædecessoribus depositi, à successoribus restituuntur.*

Item ex libro Pontificali.

a *Polyc. l. 1. tit. 6.* b *al. gratiâ.* c *Idem apud Nicolaum ad Episcopos Galliæ.* d *Ans. l. 1. c. 77. Ivo p. 3. c. 14.* e *Polyc. l. 1. tit. 4. Ans. l. 2. c. 24.*

GRegorius a quartus Theodosium, quem Eugenius antecessor ejus Presbyterii honore privaverat, Ecclesiæ Signinæ consecravit Episcopum. Leontius, dum esset Presbyter, depositus fuit: sed postea in Antiochia Patriarcha fuit. Misenum b Episcopum à Felice Papa damnatum Gelasius successor ejus & communioni reddidit, & Ecclesiæ restituit suæ.

¶ *Hæc eadem, ordine tantùm mutato, habentur suprà dist. 50.* a Joannes Chrysostomus. 9. Misenum Episcopum. *Et caput hoc in plerisq; vetustis Gratiani exemplaribus ponitur ante cap. grave. sine nomine Paleæ.*

C. IX.

Sicut ergò sententia Romanæ sedis in melius commutari valet, sic cujuslibet Ecclesiæ sententia, cùm per subreptionem data cognoscitur, rationabiliter revocari potest.

QUÆSTIO X.

DE ea verò, quæ ad secundas nuptias transit, utrùm in eadem affinitate consanguineorum priores viri remaneat, an soboles ex secundis nuptiis suscepta consanguineis prioris viri copulari possit, meritò quæritur.

C. I. ¶ *Affinitas in superstite non deletur.*

De his ita scribit Gregorius Papa *Venerio Catalitano Episcopo.*

FRaternitatis c vestræ studiosæ sagacitati, frater amande, quas debeo, refero grates. Quoniam quæsisti, quæ debuisti, jucundum me reddidisti. Unde placidè ad inquisita respondeo. Sedem Apostolicam consulere decrevisti, si mulier copulâ nuptiali extraneo viro conjuncta, cognationi ejus pertineat, si eo defuncto cognatio maneat, vel si sub altero viro cognationis vocabula dissolvantur, vel si susceptæ soboles possint legitimè ad prioris viri cognationis transire copulam. Est enim verbum Domini validum, & forte, est durabile, est immutabile, est perseverabile, non momentaneum, non transitorium. Ait enim per se ipsa veritas, quæ Deus est, & verbum Dei, [*Cælum* d *& terra transibunt, verba autem mea non transibunt.*] Antequam Deus in carne inter homines appareret, eo inspirante dixit Adam: [*Quamobrem* e *relinquet homo patrem suum, & matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una:*] cui non contradixit Dominus. Deinde cùm veritas oriretur de terra in terram, & visibilis f in humanitate appareret, interrogatus est, si licitum esset homini uxorem relinquere. Quod prohibens, fieri vetuit: nisi fortè fornicatio excluderet maritalem copulam. Unde protulit statim in medium eandem ipsam sententiam, quam ante sæcula manens cum Patre verbum inspiraverat Adæ, ipse confirmans, quod ipse homo primus protulit: g [*Quamobrem relinquet homo patrem suum, & matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una.*] Si una caro fiunt, quomodo potest aliquis eorum propinquus pertinere uni, nisi pertineat alteri? Hoc minimè posse fieri credendum est. Porrò h uno defuncto, in superstite affinitas non deletur: nec alia copula conjugalis affinitatem prioris copulæ solvere potest. Sed neque alterius conjunctionis soboles placet ad affinitatis prioris viri transire consortium: pro eo, quòd verbum Domini validum est, & forte: &, ut inquiens dixit Propheta: i [*Verbum Domini manet* k *in æternum.*] Et alius Propheta: l [*Quoniam ipse dixit, & facta sunt, ipse mandavit, & creata sunt: statuit ea in æternum, & in sæculum sæculi: præceptum posuit, & non præteribit.*] Nam potest per verbum suum, atque præceptum efficere Deus duos carnem unam, id est, masculum & fœminam: qui innumeram multitudinem utriusque sexûs non destitit secum facere unum, sicut per se veritas dixit: a [*Non pro his tantùm rogo, sed etiam pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me, ut omnes unum sint, sicut tu Pater in me, & ego in te, ut & ipsi in nobis unum sint.*] Si quis ergò temerario & sacrilego ausu in defuncto quærit propinquitatem extinguere, vel sub altero affinitatis vocabulo dissipare, vel susceptam sobolem alterius copulæ, propinquitati prioris credit legitimè sociari, hic negat Dei verbum validum esse, & forte: & qui tam facilè, & tam velociter quærit dissolvere, hic non credit verbum Dei in æternum permanere. Confice terram ex quatuor locis magnâ intercapedine à se distantibus: & confectam, & conglutinatam finge cujuscunque figuræ, vel immensitatis corpus volueris; nunquid erit humanum ingenium, quòd ipsas quatuor partes ab invicem valeat segregare, ut unaquæque per se possit agnosci? Sic à quatuor avis duo conficiuntur in unum: & de duobus fit una concreatio. Hanc similitudinem de quatuor elementis, unde concreatus est homo, colligere potes; si eorum unamquamque speciem, quæ in multis divisionibus partita est, per discretas inter se partes assignaveris. Fit idem in metallis: hoc etiam in liquoribus: probat etiam in coloribus pictor, qui sequitur arte naturam, colores admiscendo 1, ex visibilibus fucis corpora fingens.

1 ¶ Admiscendo,] *In Polycarpo, & apud Anselmum, unde præcedentia verba sunt restituta, hoc loco sic legitur,* fucis miscendo colores, ex invisibilibus corpora fingens. Sed ne Domini constitutio, &c. *multa enim apud ipsos sequuntur.*

C. II. ¶ *Soboles ex secundis nuptiis genita, consanguineis prioris viri copulari non debet.*

Item Innocentius Papa.

SI cujus patruus, vel avunculus uxoratus obierit, & illa virum alium postea duxerit, & filios, filiasve ex illo genuerit, cum his omnibus modis commisceri prohibemus: quia vir & mulier una caro sunt.

C. III. ¶ *De eodem.*

Item ex Romana Synodo.

I. SI qua mulier ad secundas nuptias transierit, & ex eis sobolem genuerit, nullo modo potest ad consortium cognationis viri prioris pertingere.

C. IV. ¶ *De eodem.*

Item Hyginus Papa.

II. SI b qua mulier transierit ad secundas nuptias, & ex eis prolem habuerit, ipsa proles non potest se copulare cognationi prioris viri usque ad quartam generationem.

C. V. ¶ *De eodem.*

Unde Innocentius Papa.

III. SI e qua mulier ad secundas transierit nuptias, & filios & filias ad secundum maritum genuerit, debere eas nepotibus prioris mariti conjungi, sancta Romana Synodus prorsus inhibuit.

CAUSA XXXVI.

FIliam cujusdam ignorante patre quidam muneribus illexit, & ad convivium invitavit: finito convivio, juvenis virginem oppressit. Quo comperto à parentibus juvena traditur puella, ac more pubentium à juvene dotatur, & publicè in uxorem ducitur.

1 *Quæritur primò, an ille raptum admiserit?*

2 *Secundò, an rapta raptori nubere possit, patre assensum præstante?*

a *dist. 11. 50. Joannes Chrysostomus. Bur. l. 1. c. 231. Ivo in præfatione. Pann. in præfatione, c. 32.* b *Suprà dist. 50. c. 13.* c *Hugo de S. Vict. l. 2. p. 11. Sent. 4. dist. 41. Pol. l. 6. tit. 4. Anf. l. 10. c. 53. Ivo p. 9. c. 36. Pann. l. 7. c. 88.* d *Luc. 21.* e *Genes. 2.* f *al. invisibilis.* g *Matth. 19.* h *al. Nam.* i *Esaiæ 40.* k *al. stabit.* l *Psal. 148.*

a *Joh. 17.* b *Sent. 4. dist. 41.* c *Anf. l. 10. c. 87.*

QUÆSTIO I.

QVod autem ille raptum admiserit, multorum auctoritate probatur.

C. I. ¶ *Quid sit raptus.*

Ait enim Isidorus *lib 5. Etymol. c. 26.*

RAptus *a* quoque illicitus coitus à corrumpendo est dictus: unde qui raptu potitur, stupro fruitur.

¶ *Ivo habet ferè ut Gratianus hic, & suprà 27. q. 2. c.* raptus: *nec multò aliter Panormia. In codice Isidori impresso sic legitur:* Stuprum raptus propriè est illicitus coitus, à corrumpendo dictus. *Unde Virgilius* b, rapto potitur, *id est*, stupro fruitur.

C. II. ¶ *Ubi raptus admittitur.*

Unde Gelasius Papa.

LEx *c* illa præteritorum Principum ibi raptum dixit commissum esse, ubi puella, de cujus antè nuptiis nihil actum fuerat, videbatur abducta.

Cum ergò hæc illicito coitu sit corrupta, cumq; ita sit abdulta, id est, à domo patris dulta, quòd de ejus nuptiis nihil antè actum fuerit, raptam appellandam negari non potest. Sed non omnis illicitus coitus, nec cujuslibet illicita defloratio raptus appellatur. Aliud enim est fornicatio, aliud stuprum, aliud adulterium, aliud incestus, aliud raptus. Fornicatio d autem, licèt videatur esse genus cujuslibet illiciti coitus, quo sit extra uxorem legitimam, tamen specialiter intelligitur in usu viduarum, vel meretricum, vel concubinarum. Stuprum autem propriè virginum est illicita defloratio: quando videlicet non præcedente conjugali pactione, utriusq; voluntate virgo corrumpitur, patre injuriam ad animum flatim post cognitionem non revocante. Adulterium verò est alieni thori violatio. Unde adulterium dicitur, quasi ad alterius thorum accessio. Incestus est consanguineorum, vel affinium abusus. Unde incestuosi dicuntur, qui consanguineis & affinibus abutuntur. Raptus admittitur, cum puella violenter à domo patrii abducitur, ut corrupta in uxorem habeatur, sive puella solummodo, sive parentibus tantùm, sive utrisq; vis illata constiterit: hic morte multatur. Sed si ad Ecclesiam cum rapta confugerit, privilegio Ecclesiæ mortis impunitatem promeretur.

C. III. ¶ *Si raptor cum rapta ad Ecclesiam confugerit, quid fieri debeat.*

Unde in Aurelianensi Concilio I. *c. 4. legitur.*

DE *e* raptoribus autem id constituendum esse censuimus, ut si ad Ecclesiam raptor cum rapta confugerit, & fœminam ipsam violentiam pertulisse constiterit, statim liberetur de potestate raptoris, & raptor mortis, vel pœnarum impunitate concessa, aut ad *f* serviendum subjectus sit, aut redimendi se liberam habeat facultatem. Si verò, quæ rapitur, patrem habere constiterit, & puella raptori consenserit, potestati patris excusata reddatur, & raptor patri superioris conditionis satisfactione teneatur obnoxius.

Ex hac auctoritate liquet, quòd aliquando vis infertur parentibus, & non puellæ, cum dicitur: [si puella raptori consenserit.] *Aliquando utriq; violentiam perferunt, cum pramittitur:* [si raptor cum rapta confugerit, & fœminam ipsam violentiam pertulisse constiterit.] *Puellæ autem, non parentibus, vis infertur, cùm voluntate patris puella violenter abducitur, ut ejus patiatur concubitum, cujus copulæ nunquam consensum adhibuit. Hic autem neq; parentibus, neq; puellæ vim intulisse videtur, cum neque illis prohibentibus, neque illâ renitente violenter sit abducta. Aliud est enim promissionibus aliquâ seducere, aliud sibi vim inferre. Unde quia neutri vis illata probatur, raptor hoc jure dici non debet. Sed rapina dupliciter fieri dicitur. Aliquando enim res ipsa rapitur; aliquando ipsius rei usus tantummodò violenter eripitur. Res ipsa tunc rapitur, cùm violenter domino eripitur, ut in perpetuum teneatur. Aliquando verò non res ipsa asportatur, sed usus ejus domino prohibente violenter usurpatur. Hic ergò raptum admisit, quia florem virginitatis puella renitens violenter eripuit.*

a 27. q. 2. raptus. Ivo part. 8. c. 26. Pann. l. 6. 53. b *ex Servio in 4. Æneid.* c 27. q. 2 lex illa in cod. Theod. l. 9. tit. de raptu virg. l. 2. extrà de raptor. c. enim causa. Polyc. l. 6. t. 4. Anselm. lib. 10. c. 9. d *Sent. 4. distinct. 41* e *Anselm. l. 10. c. 57. Burch. lib. 3. c. 191. Ivo p. 3. c. 108. Pann. l. 2. c. 72.* f *serviendi conditioni subjectus,*] *vera lectio.*

QUÆSTIO II.

IPse quæritur, an purgato vitio rapinæ, raptor in uxorem possit raptam accipere: quorum conjunctis auctoritate canonum sanctorum penitùs prohibetur.

C. I. ¶ *Raptores puellarum, & consentientes excommunicentur.*

Legitur namque in Concilio Chalcedonensi *a, c. 27.*

EOs *b*, qui rapiunt mulieres sub nomine simul habitandi, aut cooperantes, aut conniventes raptoribus, decrevit sancta Synodus, ut si quidem Clerici sint, decidant proprio gradu; si verò Laici, anathematizentur.

C. II. ¶ *Ob immanitatem sceleris abjiciantur raptores viduarum vel virginum.*

Item Symmachus Papa, *epistolâ ad Cæsarium, cap. 3.*

RAptores *c* igitur viduarum vel virginum ob immanitatem tanti facinoris detestamur: illos vehementius persequendo, qui sacras virgines vel volentes, vel invitas matrimonio sociare tentaverint. Quos pro tam nefandissimi criminis atrocitate à communione suspendi præcipimus.

C. III. ¶ *De eodem.*

Item Codicis *lib. 1. tit. de Episcopo & Clericis, Iovianus Imp.*

SI *d* quis non dicam rapere, sed attentare tantummodò matrimonii jungendi causâ sacratissimas virgines ausus fuerit, capitali pœnâ feriatur.

C. IV. ¶ *De eodem.*

Item ex Concilio Cabilonensi.

DE puellis raptis, nec dum desponsatis, in Chalcedonensi *e* Concilio statutum est, eos, qui rapiunt puellas sub nomine simul habitandi, cooperantes & conniventes raptoribus, decrevit sancta Synodus, ut si quidem Clerici sunt, decidant proprio gradu; si verò Laici, anathematizentur. Quibus verbis datur intelligi, qualiter hujus mali auctores damnandi sunt, quando participes consilii, & conniventes tanto anathemate feriuntur, ut juxta canonicam auctoritatem ad conjugia legitima raptas sibi jure vendicare nullatenùs possint.

C. V. ¶ *Excommunicentur raptores viduæ vel virginis, cum sibi faventibus.*

Item Gregorius Papa II. *in Synodo Rom.*

SI *f* quis virginem vel viduam, nisi desponsaverit, rapuerit, vel furatus fuerit in uxorem, cum sibi favent ibus anathema sit.

¶ *Factum est hoc caput ex X. & XI. decreti Gregorii II. qui in codice canonum Isaac appellatur.*

a *Ex in 6. Synod. c. 92. Cap. l. 1. c. 104.* b *Polyc. l. 6. tit. 4. Ansel. l. 10 c. 49. Burch. l. 9. c. 25. Ivo p. 8. c. 173.* c *Polyc. l. 6. tit. 8. Ans. l. 10. c. 58.* d *Suprà de pœnitentia dist. 1. si quis non dicam. 1. in codice Theod. l. 9. tit. 25. l. 2. In Turonico 2. c. 21. Capitul. l. 1. c. 104. & l. 7. c. 183. In Concilio Vvesleiano c. 8. Burch. l. 9. cap. 36. Ivo part. 1. c. 274. Pann. l. 6 c. 55.* e *Suprà eâd. cau. qui.* f *Ans. l. 10. c. 49. Burch. lib. 9. c. 11. Ivo p. 8. c. 149. Pann. l. 6. c. 54.*

C. VI.

C. VI. ¶ *Excommunicetur, qui viduam vel filiam alterius extra voluntatem parentum rapuit, aut Regis beneficio postulat.*

Item ex Concilio Parisiensi I. *cap. 6.*

NUllus *a* neque viduam, neque filiam alterius extra voluntatem parentum aut rapere præsumat, aut Regis beneficio æstimet postulandam. Quod si fecerit, ab Ecclesiæ communione remotus, anathematis gladio *b* feriatur.

2 pars. *His auctoritatibus evidenter datur intelligi, quòd raptor in uxorem raptam ducere non valet. Sed raptor & rapta nomina sunt vitiorum, non personarum. Vitia autem cùm per pœnitentiam purgata fuerint, nomina eorum abolentur.*

C. VII.

Unde in quadam c *homilia* Gregorius *ait.*

APud *d* omnipotentem quippe Dominum non ille fallax habetur, qui culpam mendacii per pœnitentiam delet.

Prohibetur ergo præmissis auctoritatibus rapta copulari raptori, antequam vitium rapinæ aboleatur: donec ille raptor, & illa rapta jure appellantur. Cæterùm cùm illa patriæ potestati restituta fuerit, & raptor sua rapinæ pœnitentiam egerit, cùm voluntas parentum utrinque in unum convenerit, non prohibentur ad invicem copulari.

C. VIII. ¶ *Quot sunt legitima conjugia, & quòd voluntate patris rapta raptori nubere potest.*

Unde Hieronymus *ait.*

TRia legitima *e* conjugia in Scripturis leguntur. Primum legitimum conjugium est, virgo casta in virginitate viro data legitimè, [& reliqua quæ sequuntur in prædictis.] Secundum, virgo *f* in civitate deprehensa à viro, & illi per vim copulata, si voluerit pater ejus, dotabit eam iste vir, quantum judicaverit pater, & dabit pretium pudicitiæ ejus. Tertium, filia prædicta deprehensa, si non fuerit voluntas patris, trahet eam à prædicto viro, & tradet eam alii, & dotabit eam, & legitima erit ei. Sed primum his duobus præfertur.

¶ *Post hoc caput apud Ivonem, & in Pannormia sequitur* c. additur aliud. *sup. 27. q. 2. ex Hieronymo item citatum.*

C. IX. ¶ *Cum voluntate parentum raptæ in conjugium habere permittitur.*

Item Ambrosius *in Apologia David, cap. 2.*

DEnique & *g* puellæ pater illius, quæ vim concubitûs nulli desponsata pertulerit, quinquaginta drachmas *h* argenteas accipiet: ipsa autem in conjugio permanebit.

C. X. ¶ *Post pœnitentiam raptori vel raptæ licitè conjugia concedantur.*

Item ex Concilio Meldensi, *cap. 65.*

SI *a* autem necdum eas, quas rapuerant, cum voluntate parentum sub desponsationis, vel dotalitii nomine in conjugium duxerunt *b*, quando in omnium aures hæc fuerit constitutio promulgata, ab eorum conjunctione separentur, & publicæ pœnitentiæ subigantur: raptæ autem parentibus legaliter restituantur. Peractâ verò pœnitentiâ publicâ, si ætas & incontinentia exegerit, legitimo, & ex utriusque partibus placito conjugio socientur. Nam in his regulam non constituimus, sed (ut verbis magni Leonis utamur) quid si tolerabilius, æstimamus. Quòd si unus ex conjugatis obierit, & is, qui pœnitentiam publicam egerit, superstes extiterit, iterare conjugium non præsumat, nisi Episcopus aliquam fortè prævideri concedere indulgentiam, ut graviorem possit amovere offensam.

Hâc auctoritate Meldensis Concilii, non permittitur raptori rapta post pœnitentiam copulari, sed permittitur utrique post pœnitentiam legitimo conjugio copulari, ut rapta videlicet non raptori, sed alii post pœnitentiam nubat. Similiter raptor post pœnitentiam non ei, quam rapuit, sed aliam permittitur habere uxorem. Cum enim raptor & rapta pœnitentiæ subjici præcipiuntur, si utrique c *copulam auctoritas illa permitteret, frustrà circa finem capituli dicerentur:* [Quòd si unus ex conjugatis obierit, & is, qui publicam pœnitentiam egerit, superstes extiterit, iterare conjugium non præsumat.] *Eorum namq; quolibet decedente, qui pœnitentiam egit, superstes remanebit. Non ergò hâc auctoritate raptor probatur in conjugium raptam posse accipere. Potiùs invenitur in* Concilio apud Aquisgranum, *quod nec etiam voluntate parentum adinvicem possint copulari. Sic enim in præfato Concilio legitur.*

C. XI. ¶ *Nec etiam voluntate parentii, raptores raptas possint habere conjuges.*

PLacuit *d* ut hi, qui rapiunt fœminas, vel furantur, aut seducunt, eas nullatenùs habeant uxores, quamvis eis postmodùm conveniat, aut eas dotaverint, vel nuptialiter cum consensu parentum suorum acceperint.

¶ *Burchardus etiam & Ivo citant caput hoc ex Aquisgranensi. c. 3. Habetur lib. 7. Capit. cap. 395. & inde refertur in Concilio Rhemensi Trosleiano, cap. 2.*

Hæc auctoritas non præjudicat auctoritati Hieronymi: maximè cùm illa testimonio divinæ legis nitatur. Legitimè igitur potest pœnitentiam peragens raptor, poterit sibi copulare, quam rapuit, nisi pater puellæ illam raptori detrahere voluerit. Item Cod. lib. 5. e tit. de nuptiis. [Nec filium quidem familiâs invitum ad ducendam uxorem cogi legum disciplina permittit. Igitur, sicut desideras, observatis juris præceptis, sociare conjugio tuo quam volueris, non impediris: ita tamen, ut in contrahendis nuptiis patris tui consensus accedat.] *Item in cod. leg. 20.* [In conjunctione filiarum in sacris positarum patris expectatur arbitrium.] *Item Dig. de rit. nupt. leg. 2.* [Consistere non possunt nuptiæ, nisi consentiant omnes, id est, qui coëunt, quorumque in potestate sunt.] *Item Instit. lib. 1. tit. de nuptiis.* f [Justas autem nuptias inter se cives Romani contrahunt, qui secundùm præcepta legum coëunt: masculi quidem puberes, fœminæ viri potentes, sive patresfamiliâs sint, sive filiifamiliâs, dum tamen filiifamiliâs consensum habeant parentum, quorum in potestate sunt. Nam hoc fieri debere & civilis & naturalis ratio persuadet, in tantum, ut jussus parentis præcedere debeat.]

a *Ivo p. 8. c. 25.* b *al. damnatione plectatur.* c *Homil. 29. in Evangel.* d *Verba ipsa Greg. habentur supr. 32. quæst. 1. apud misericordiam.* e *Ivo part. 8. cap. 30. Pann. lib. 8. c. 53. 30. q. 5. alter. & qualu.* f *ex cap. 22. Deut.* g *Deut. 22.* h *Didrachmata argentea] vrig. ex 70.*

a *Burch. l. 9. c. 19. Ivo p. 7. c. 170. & 176. Pann. l. 9. c. 56.* b *al. sumptas habent.* c *al. utrinsque.* d *Burch. l. 9. c. 33. Ivo p. 8. c. 171.* e *Tit. 4. leg. 12.* f *Tit. 10. in prine.*

DECRETI SECUNDÆ PARTIS FINIS.

DECRETI PARS TERTIA.

DE CONSECRATIONE,

DISTINCTIO PRIMA.

CAPUT I.

COnsecrationem *b* Ecclesiarum,& Missarum celebrationes non alibi, quàm in sacratis Domino locis absq; magna necessitate fieri debere, liquet omnibus, quibus sunt nota Veteris & Novi Testamenti præcepta.

¶ *Verba capitis sequentis in vetustis Gratiani exemplaribus non sunt sejuncta à superioribus; quemadmodum neque in ipsa Felicis quarti epistola, neq; apud cæteros collectores. Sed ob citationes Doctorum non est mutatum. Nonnulla autem emendata sunt.*

C. II.

TAbernaculum *c* enim *a* Moysem Domino præcipiente fecisse & sacrâsse, cum mensâ & altari ejus, & æreis *e* vasis & utensilibus ad divinum cultum explendũ legimus: & non solùm divinis precibus ea sacrâsse, sed etiam sancti olei unctione,Domino jubente,perlinisse novimus. Qualiter autem hæc facta sint, & quomodo ipsa sacra non alii, quàm Sacerdotes sacrâ unctione delibuti, Dominoq; cum vestibus sanctis sacrati, & Levitæ tractabant, ferebant, erigebant,& deponebant, in ipsis institutionibus, quæ jubente Domino conscriptæ sunt per Moysem,in lege *f* Domini reperitur. Qualiter ergò David *g* Regum piissimus amplificaverit cultum Dei,& templum Domino ædificare voluerit, sed propter multum sanguinem, quem effuderat,prohibitus est,& ipse collegerat expensas. Salomon *h* quoq; filius ejus id ipsum, quod ipse facere optaverat, jubente & auxiliante Deo perfecit, & templum cum altari, & reliqua ad divinum cultum peragendum consecravit, in libro *i* Reg. legitur. *& infrà.* ¶ Fecit ergò 1 Salomon *k* in tempore illo festivitatẽ celebrẽ, & omnis Israël cum eo,multitudo magna ab introitu Emath usq; ad rivum Ægypti coram Domino Deo nostro septem diebus, & septem diebus, id est, quatuordecim diebus, & in die VIII. dimisit populos. Judæi ergò loca,in quibus sacrificabant Domino, divinis habebant *l* supplicationibus consecrata: nec in aliis, quàm Deo dicatis locis, munera Domino offerebant. Si enim Judæi, qui umbræ legis deserviebant, hæc faciebant; multò magis nos, quibus veritas patefacta est, & gratia per Jesum Christum data est, templa Domino ædificare, & prout melius possumus ornare, eaq; divinis precibus, & sanctis unctionibus suis cum altaribus,& vasis, vestibus quoq; & reliquis ad divinum cultum explendum utensilibus devotè, & solenniter sacrare, & non in aliis locis, quàm in Domino sacratis,ab Episcopis,& non à Chorepiscopis(qui què pr ohibiti sunt,nisi,ut prędictum est,summâ exigente necessitate) Missas celebrare, nec sacrificia offerre Domino debemus.Et hoc si summa 2 necessitas agere compulerit,non 3 in domibus (quis in sacris canonibus sacrificia in domibus offerri prohibita sint)sed in tabernaculis,divinis precibus à Pontificibus dicatis,& in mensis Domino sacratis, & sacrâ unctione à Pontificibus delibutis, pro summa, ut præfixum est,necessitate, & non pro libito cujusquam, & pigritia agatur. *& infrà 4.* ¶ Si autem,ut legitur in Concilio Laodicensi, cap. 26. hi, qui non sunt ab Episcopis ordinati,tam in Ecclesiis,quàm in domibus exorcizare non possunt, multò magis majoris gradûs ministeria nisi ab eis,qui ad eos gradus sunt consecrati, quibus fungi debent, officia agi, vel sacrificia offerri 5 non licet. Quod autem, ut paulò superiùs præfixum est, oblationes in domibus offerri non debeant, in eodem Concilio, c.58. prohibitum habetur, ita: [*Non oportet in domibus oblationes celebrari ab Episcopis & Presbyteris &.*]

1 ¶ Fecit ergò] *Ante hæc verba in epistola ipsa Felicis inseruntur omnia, quæ in cap.3. tertii libri Regnorum his ante edunt. A Burchardo autem, & Ivone etiam hæc omittuntur, & concludunt caput in verf.* consecravit.

2 ¶ Si summa] *Burchardus habet,* nisi summa.

3 ¶ Non in domibus] *Hic locus usq; ad verf.* agatur. *& emendatus & incompletatus est ex originali, Burchardo & Ivone. Nam antè legebatur,*non in domibus offerri prohibita sunt, *longè à canonis sententia.*

4 ¶ Et infrà.] *Quæ hic in epistola inseruntur, habentur infrà eâd. cap.* sicut.

5 ¶ Offerri non licet.] *In originali est,* offerri licet. *Sed in eodẽ,paulo superius,ubi in textu est,* multò magis,*in margine est,* al. multò minùs. *Burchard.quidem, & Ivo habent ut Gratianus.*

6 ¶ Et Presbyteris.] *Conjunctè cum his in originali, & apud Burchardum habentur verba capitis,* solennitates dedicationum, *infrà eâdem.*

C. III. ¶ *Ecclesiarum consecratio absq; Missa fieri non debet.*

Item Hyginus Papa, *cap.1.*

2 OMnes *a* basilicæ cum Missa debent semper consecrari. Ut Ecclesiæ destructæ, ubi aut plures sunt, quàm necesse sit, aut majoris magnitudinis, quàm ut ex rebus ad eam pertinentibus restaurari possint, Episcopi providentiâ modus inveniatur, qualiter cõsistere possint.

¶ *Caput hoc usq; ad verf.* consecrari. *apud plerosq; collectorum citatur* ex Evaristo, *aut,* ex decretis Evaristi. *Reliqua autem verba alio capite relata ab eisdem tribuuntur Hygino.*

C. IV. ¶ *Absque præcepto sedis Apostolicæ nova non dedicetur Ecclesia.*

Item Gelasius Papa *Episcopis per Lucaniam,c.27.*

3 DE *b* locorum verò consecratione sanctorũ,quamvis superiùs strictim fuerit comprehensum, no-

a *al.de Ecclesiarum consecratione,& de Missarũ celebrationibus.* b *Ex Felice IV. in epistola omnibus Episcopis, cap.1. Burch. l.3.c57. Ivo p.3.c.60. Pann.l.2.cap.33.* c *Ibid. apud Felicem & collectores.* d *al.verò.* e *al.cæteris.* f *Exod.31.Num.7.Levit.8.* g *2.Reg.7.* h *1.Paral.22.* i *2.Reg.16.* k *3.Reg.8.Burch.l.3.c58. Ivo p.3. cap.61.* l *al.supplicationibus consecrabant.*

a *Polyc.l.3.tit.3. Anst.l.2.c.83. Burch. l.3.c.27. & 21. Ivo p.3.c.32. & 26. Pann. l.3.c.13.* b *Anst.l.3.c.80. Burch.l.3.c.22. Ivo p.3.c.26*

bis

bus quoque patefactum est, quòd absque præcepto sedis Apostolicæ nonnulli factas Ecclesias, vel Oratoria facere præsumant.

C. V. ¶ *Sine auctoritate summi Pontificis nova non dedicetur Ecclesia.*

Idem.

PRæcepta a synodalia, quæ ante paucos menses de sede nostra ad provinciam sunt directa, & antiquis 1 canonibus consentiunt, & ea, quæ minùs probantur esse, addidimus, & in utraque parte constat sine summi Pontificis auctoritate Ecclesiam noviter conditam non posse dedicari: teque ex hac basilica, quæ taliter ad cultum fuerat processionis adducta, suspendisse Missas probabiliter computamus. Sed quia devotus locus non debet à ministeriorum gratia diu vacuus permanere, frater charissime, eorum Martyrum nomine, quos ó relatio continet, auctoritatis nostræ susceptâ serie consecrabis, ut populorum frequentatio, quam illic avidè convenire mandâsti, servatis regulis Ecclesiasticis & canonibus, integrum habeat firmatâ religione conventum.

1 ¶ Antiquis canonibus] *Socrates in Ecclesiastica historia l.2.c.1 & 17. refert tanquam antiquissimum canonem, sine Romani Episcopi auctoritate nullam Ecclesiam posse dedicari.*

C. VI. ¶ *Non dedicentur basilicæ, quæ præter auctoritatem Apostolicæ sedis fuerint ædificatæ.*

Idem *Episcopis per Lucaniam, cap.6.*

BAsilicas c noviter institutas, non petitis ex more præceptionibus, dedicare non audeant, nec ambiant sibimet Episcopi vendicare Clericos potestatis alienæ. *d cap. 11.* ¶ Cùm enim decreta venerabilium sanctionum nos quoque magnoperè custodire nitamur, ac sine eorum dispendio etiam illa, quæ pro alicujus utilitatis compendio fortasse videntur, laxanda credamus *d*, cumque nobis contra salutarium reverentiam regularum cupiamus temerè nihil licere, & cùm sedes Apostolica superior his omnibus, favente Domino, quæ paternis canonibus sunt præfixa, pio, devotoque studeat tenere proposito: satis indignum est, quenquam vel Pontificum, vel ordinum subsequentium hanc observantiam refutare, quam B. Petri sedem & sequi videat, & docere: satisque *e* conveniens sit, ut totum corpus Ecclesiæ in hac sibimet observatione concordet, quam illic vigere conspiciat, ubi Dominus Ecclesiæ totius posuit principatum.

¶ *Verba capitis hujus usque ad vers.* alienæ. *habentur etiam in Vuormacensi, c.48.*

C. VII. ¶ *Publicæ processiones non fiant in Oratoriis, quæ præter auctoritatem sedis Apostolicæ consecrantur.*

Idem *Ioanni Episcopo Sorano.*

CErtum *f* est quidem, & nostris præceptionibus constitutum, ne quis in Ecclesia, aut in Oratorio, quod sedis nostræ non legitur permissione dedicatum, processionem publicam putaret impendi: ne conditores furtivis subreptionibus contra regularum statuta prosilirent. Sed quia Megentia spectabilis fœmina petitorii nobis oblatione suggessit, in possessionibus propriis suorum corpuscula condidisse, frater charissime, humanitatis intuitu, quod priora statuta non maculent *g* funeribus & sepulchris, tantùm in comprehensis petitorio locis ministeria *h* noveris pro solennitate præstanda: ut defunctorum nomine solummodò divina celebrentur officia, publicâ frequentatione & processione cessante.

a *Polyc.l.1.tit.12. Ansl.l.5.c.5.* b *al. quorum.* c *Polyc. l.3. tit.3. Ansel. l.5.c.4.* d *al.concedamus.* e *Sup. dist. 11. nolite.* f *Ansl.l.5.c.8.* g *maculet] vera lectio.* h *al.mysteria.*

C. VIII. ¶ *Sine nutu sedis Apostolicæ Ecclesia non debet institui.*

Item Nicolaus Papa *Electo & Clero Nemensis Ecclesiæ.*

ECclesia *a*, id est, Catholicorum collectio, quomodo sine Apostolicæ sedis institutu nutu, quando juxta sacra decreta, nec ipsa debet absque præceptione Papæ basilica noviter construi, quæ ipsam Catholicorum intra semetipsam amplecti catervam dinoscitur?

C. IX. ¶ *Sine dignitate Episcopi loci, nova non dedicetur Ecclesia.*

Item ex Concilio Aurelianensi. *b*

4 NEmo *c* Ecclesiam ædificet, antequam Episcopus ps civitatis veniat, & ibidem crucem figat, publicè atrium designet, & antè præfiniat, qui ædificare vult, quæ ad luminaria, & ad custodiam, & ad stipendia custodum sufficiant: & ostensâ donatione, sic domum *d* ædificet, & postquam consecrata 1 fuerit, atrium ejusdem Ecclesiæ sanctâ aquâ conspergat.

1 ¶ Et postquam consecrata] *Plenius & aptius in ordine Romano:* Postquam ergò Episcopus crucem in loco, in quo altare fabricandum est, fixerit, tunc aspergat locum aquâ benedictâ, hanc canendo antiphonam, &c.

C. X. ¶ *Non consecretur Ecclesia, quæ pro quæstu cupiditatis ædificatur.*

Item ex Concilio Bracharensi II. *cap.6.*

SI quis basilicam non pro devotione fidei, sed pro quæstu cupiditatis ædificat, ut quicquid ibidem de oblatione populi colligitur, medium cum Clericis dividat, eò quòd basilicam in terra sua quæstûs causâ condiderit (quod in aliquibus locis usque modò dicitur fieri:) hoc de cætero observari debet, ut nullus Episcoporum tam abominabili voto consentiat, nec basilicam, quæ non pro Sanctorum patrocinio, sed magis sub tributaria conditione est condita, audeat consecrare.

C. XI. ¶ *Sacrificia non nisi super altare, & locis Deo consecratis offerantur.*

Item Felix Episcopus *omnibus orthodoxis, epistolâ primâ.*

f SIcut *e* non alii, quam sacrati Domino Sacerdotes ps debent Missas cantare, nec sacrificia super altare offerre, sic nec in aliis quàm Domino sacratis locis, id est 1, in tabernaculis divinis precibus à Pontificibus delibutis, Missas cantare, aut sacrificia offerre licet, nisi summa coëgerit necessitas. Satiùs ergò est Missam non cantare, aut non audire, quàm in illis locis, ubi fieri non oportet: nisi pro summa contingat necessitate; quoniam necessitas legem non habet. Unde scriptum est: *f* [*Vide, ne offeras holocausta tua in omni loco, quem videris, sed in omni loco, quem elegerit Dominus Deus tuus.*] In domibus tamen ab Episcopis, sive Presbyteris oblationes celebrari nullatenùs licet.

¶ *Caput hoc in Polycarpo, & apud Anselmum habetur eodem modo atque apud Gratianum, collectum hinc inde ex verbis primæ illius epistolæ Felicis quarti (cujus pars relata est supra eâd. consecrationem. & c.tabernaculum) longè aliter dispositis, sed incolumi sententiâ.*

1 ¶ Id est, in tabernaculis] *In epistola, & apud Ivonem hæc non habentur hoc loco, sed paulò superius: neq; hoc eodem prorsus modo, sed quomodo sunt reposita sup. c.tabernaculum.*

C. XII. ¶ *Non nisi in locis sacris Missarum solennia celebrentur.*

Item ex Concilio Triburiensi.

MIssarum *g* solennia non ubique, sed in locis ab

a *Ansel.l.5.c.42.* b *Capit. l.5.c.221. & l.7.c.73. Novella Iustin. 67. c.1. & 131. c.7. apud Iulian & in auth. const. 17. col.5. Ordo Romanus pag 107.* c *Pol l.3.tit.2 Burch.l.3.c.8. Ivo p.3.c.8. Pann. l.2 cap.7.* d *al.demum.* e *Polyc l.3.tit.16. Anselm l.6.c.134. Ivo p.3.c.61. & part.2.c.76.* f *Deuter 12.* g *Burch. lib.3.c.36. Ivo p.3.c.39. Pann.l.2.c.32.*

Episcopo consecratis, vel ubi ipse permiserit, celebranda esse censemus.

¶ *In Concilio Maguntino sub Arnulpho, c. 9. habentur simul verba hujus cap. & cap.* concedimus. *infrà eâd. Verùm & Burchardus, & Ivo, qui item utrumque conjunctè ponunt, citant ut Gratianus, ex* Triburiensi, *cap. 4.*

C. XIII. ¶ *Precibus divinis consecretur Ecclesia.*

Item Clemens *epist. 2 ad Iacobum.*

Ecclesias *a* per congrua & utilia facite loca, quæ divinis precibus sacrare oportet, & in 1 singulis Sacerdotes divinis orationibus Deo dicatos poni, quos ab omnibus venerari oportet, & non à quoquam gravari.

1 ¶ Et in singulis] *Hæc usque ad vers.* oportet, *addita sunt ex originali & Polycarpo.*

C. XIV. ¶ *Sacrificare, & Missas celebrare non licet, nisi in locis Deo sacratis.*

Item Clemens *epist. 3.*

Hic ergò *b*, id est, in præsenti vita positos oportet nos agnoscere voluntatem Dei, ubi & agendi, & sacrificandi est locus: quoniam in aliis locis sacrificare, & Missas celebrare non licet, nisi in his, in quibus Episcopus proprius jusserit, aut ab Episcopo regulariter ordinato, tenente videlicet civitatem, consecrata fuerint. Aliter enim non sunt hæc agenda, nec ritè celebranda.

C. XV. ¶ *Abjiciantur Sacerdotes, qui in locis non sacratis Missas celebrare præsumunt.*

Item Sylvester Papa *in generali c residens Synodo dixit.*

Nullus *d* Presbyter Missas celebrare præsumat, nisi in sacratis ab Episcopo locis, qui sui particeps de cætero voluerit esse sacerdotii.

C. XVI. ¶ *Singulis annis dedicationum solennitates celebrentur, & consecretur etiam Ecclesia, de cujus consecratione dubitatur.*

Item Felix Papa *omnibus orthodoxis, epist. 1. cap. 1. & 2.*

SOlennitates *e* dedicationum Ecclesiarum, Episcoporum 1, & Sacerdotum, per singulos annos solenniter sunt celebrandæ. ¶ De *f* Ecclesiarum consecratione quoties dubitatur, & nec certa scriptura, nec certi testes existunt, à quibus consecratio sciatur, absque ulla dubitatione scitote eas esse consecrandas: nec 2 talis trep. datio facit iterationem; quoniam non monstratur esse iteratum, quod nescitur factum.

¶ *Caput hoc confectum est ex verbis ejusdem epistolæ Felicis, cap. 1. & 2. omissis nonnullis, quæ in sequenti apud Gratianum capite reponuntur.*

1 ¶ Episcoporum,] *Abest vox ista ab originali, Burchardo, Ivone, & plerisque vetustis Gratiani exemplaribus: sed ab glossam non est inducta.*

2 ¶ Nec talis] *Ivo & Panormia habent ferè ut Gratianus,* nec talis trepidatio iterationem incurrit: *& huic lectioni convenit interpretatio glossæ. Sed in originali, & apud Burchard. legitur,* ne talis trepidatio faciat deteriorationem. *Atque hanc lectionis respondent verba B. Gregorii lib. 12. epist. 31. ad Felicem de hac eadem re loquentis,* ne talis, *inquit,* dubitatio ruina fidelium fiat. *Simili huic sententia infrà dist. 4 c.* placuit. *his verbis exprimitur,* ne ista trepidatio eos faciat sacramentorum purgatione privari. *Et est in Concilio Carthaginensi V.*

C. XVII. ¶ *De eodem, & quod octo diebus dedicationum solemnitas est celebranda.*

Item Gregorius Papa.

SOlennitates *a* dedicationum Ecclesiarum & Sacerdotum 1 per singulos annos solenniter sunt celebrandæ: ipso Domino exemplum dante, qui ad festum dedicationis templi, omnibus id faciendi *b* dans formam, cum reliquis populis eandem festivitatem celebraturus venit, sicut scriptum est: *c* [*Facta sunt Encænia in Hierosolymis, & hyems erat, & ambulabat Iesus in templo in porticu Salomonis.*] Quod autem octo diebus Encænia sint celebranda, in libro *d* Regum perlectâ *e* dedicatione templi reperietis.

¶ *Repetitur in hoc cap. prior pars antecedentis usque ad vers.* celebrandæ: *ac deinde subjiciuntur verba illa epist. Felicis, quæ ibi erant omissa. Gregorius autem, quem hîc Grat. citavit, lib. 12. epist. 31. habet quidem nonnulla ad Ecclesiarum dedicationes pertinentia. Sed ea magis videntur convenire cum superiore cap. in vers.* De Ecclesiarum consecratione.

1 ¶ Et Sacerdotum] *Hæ duæ voces in aliquot vetustis non leguntur.*

C. XVIII. ¶ *Consecretur Ecclesia, de quarum consecratione dubitatur.*

Item ex Concilio Meldensi, *cap. 1.*

7 Ecclesiæ *f*, vel altaria, quæ ambigua sunt de consecratione, consecrentur, & superflua altaria destruantur.

C. XIX. ¶ *Quando Ecclesia est iterùm consecranda, & salibus tantùm exorcizanda.*

Item Hyginus Papa.

Si *g* motum fuerit altare, denuò consecretur Ecclesia: si parietes mutantur, & non altare, salibus tantùm exorcizetur. Si homicidio, vel adulterio Ecclesia violata fuerit, diligentissimè expurgetur, & denuò consecretur.

C. XX. ¶ *Ecclesia semel Deo consecrata, quando est iterum consecranda.*

Item ex Nicæno Concilio.

Ecclesiis *h* semel Deo consecratis, non debet iterùm consecratio adhiberi, nisi aût ab igne exustæ, aut sanguinis effusione, aut cujascunq; semine pollutæ fuerint: quia sicut infans à qualicunque Sacerdote in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti semel baptizatus, non debet iterùm baptizari: ita nec locus Deo dicatus, iterùm consecrandus est, nisi propter eas causas, quas superiùs nominavimus: si tamen fidem sanctæ Trinitatis tenuerint, qui eum consecraverunt.

C. XXI. ¶ *De eodem.*

Item Joannes Papa *Episcopis Italiæ.*

Ecclesias *i* Arianorum, ubicunque inveneritis, catholicas eas divinis precibus & operibus absque ulla mora consecrate: quia & nos, quando fuimus Constantinopoli, tam pro 1 religione catholica, quàm pro Theodorici Regis causa negotii suadente atq; hortante, Arianos extirpante piissimo atque Christianissimo Justino orthodoxo Imperatore, quascunque illis in partibus eorum Ecclesias reperire potuimus, catholicas eas, Domino opem ferente, consecravimus.

1 ¶ Pro religione] *Locupletatur est hîc locus ex ipsa epistola, Burchardo & Ivone.*

C. XXII. ¶ *De eodem.*

Item in dialogo *k* Gregorii, *lib. 3. c. 30.*

Arianorum *l* Ecclesia in regione urbis illa, quæ Suburra dicitur, cùm clausa usque ante biennium permansisset, placuit, ut in fide catholica (introductis illuc

a 16. q. 7 Ecclesias. Polyc. l. 3. tit 4. b Polyc. l. 3. tit. 16. Anselm. l. 7. c. 130. Burch. l. 3. c. 39. Ivo p. 3. c. 62. c in epilog. Concil. Roman & C. l. 6. c. 102. d Polyc. ibid. Anselm. lib. 7. c. 133. e Polyc. ibid. Anselm. l. 5. c. 24. Burch. l. 3. c. 38. Pann. l. 2. c. 21. f Cap. 2.

a Anselm. lib. 5. c. 24. Ivo part. 3. c. 24. Pann. lib. 2. c. 21. b al. faciendo. c Ioan. 10. d 3 Reg. c. 2. Paral. 7. e al. perattâ al. perfectâ. f Polyc. l. 3. tit. 16. Burch. l. 3. c. 16. Ivo p. 3. c. 12. Pann. l. 2. c. 18. g Polyc. l. 3. tit. 3. Anselm. l. 5. c. 13. Burch. l. 3. c. 11. & 12. Ivo part. 3. c. 13. & 14. Pann. l. 2. c. 20. 21 h Dist. 22. c. 3. i Polyc. l. 3. tit. 4. Anselm. l. 5. c. 22. Burch. l. 3. c. 30. Ivo p. 3. c. 37. k Et Diaconus in vita, lib. 2. c. 31. l Polyc. ibid. Anselm. l. 5. c. 26.

E. Se-

I. Sebastiani, & Sanctæ Agathæ virginis 1 & martyris reliquiis) dedicari debuisset: quod & factum est.

1 ¶ Virginis, &c.] *Absunt hæ duæ voces à pleriſq; manuſcriptis & Polycarpo. In ipſo dialogo legitur*, B Stephani, & S. Marthæ martyrum. *Sed in lib. 3 reg. epiſt. 19. Eccleſia hæc vocatur Eccleſia ſanctæ Agathæ. Apud Ioannem verò Diaconum, lib. 2. c. 31. eſt*, Sancti Sebastiani, & sanctæ Agnetis a martyrum.

C. XXIII.

Item 1.

AGapitus Papa vas Catholicum, Evangelii tuba, præco juſtitiæ, ſacra altaris ſedisque velamina, ſacrilegis Anthimi infecta fabulis, ſuis catholicis precibus delevit *b*.

1 ¶ Item.] *Antea ſequebatur* Agapitus Papa: *quæ voces temerè ex capite ipſo irrepſerant in titulum, & abſunt ab aliquot manuſcriptis. Extat autem caput hoc in antiquo codice Regeſti Gregorii primi in extremo uncis ſeptæ quodam*; de moribus, vita, & morte Agapiti primi Papæ, *in bibliotheca Vaticana*.

C. XXIV. ¶ *De eodem.*

Item Vigilius Papa *ad Eutherium, epiſt. 1.*

cap. 4.

DE fabrica *c* verò cujuslibet Eccleſiæ, ſi diruta fuerit, inſtauranda, & ſi in eo loco conſecrationis ſolennitas debeat iterari, in quo ſanctuaria non fuerint, nihil judicamus officere, ſi per eam minimè aqua exorcizata *d* jactetur: quia conſecrationem cujuslibet Eccleſiæ, in qua Spiritus Sancti arrha *e* non ponitur, celebritatē ſcimus tantùm eſſe Miſſarum: & ideò, ſi qua ſanctorum baſilica à fundamentis etiam fuerit innovata ſine altaris 1 motione, ſine aliqua dubitatione, cum in ea fuerit Miſſarum ſolennitas celebrata, totius conſecrationis *f* ſanctificatio implebitur. Si verò ſanctuaria, quæ habebat, ablata ſunt, rurſùs eorum repoſitione; & Miſſarum ſolennitate reverentiam ſanctificationis accipiet.

¶ *Tribuebatur Iuliano: ſed ex vetuſtis exemplaribus reſtitutum eſt Vigilio, apud quem extat: & ex ipſo citant Burchardus etiam, & Ivo.*

1 ¶ Sine altaris motione,] *Abſunt hæc ab originali, Burchardo & Ivone. Sed exponuntur in gloſſa. Alia verò nonnulla ſunt emendata.*

C. XXV. ¶ *Abſque Epiſcopi permiſſu in Eccleſia conſecrata non erigatur altare.*

Item ex decretis Hormiſdæ Papæ,

cap. 10.

2 NUllus 2 Presbyter in Eccleſia conſecrata aliud altare erigat; niſi quod ab Epiſcopo loci ſanctificatum 1 eſt, vel permiſſum: ut ſit diſcretio inter ſacrum, & non ſacrum: nec dedicationem fingat; niſi ſit. Quod ſi fecerit, ſi Clericus eſt, degradetur: ſi verò Laicus, anathematizetur.

1 ¶ Sanctificatum] *Ivo habet*, ab Epiſcopo loci, vel ejus miſſo ſanctificatum eſt: ut ſit diſcretio, &c. *Polycarpus & Burchardus*, ab Epiſcopo loci, vel ejus permiſſu ſanctificatum eſt, ut ſit, &c.

C. XXVI. ¶ *Evertantur altaria, quæ ſine Sanctorum reliquiis erigantur.*

Item ex Concilio Africano *h*, *cap. 50.*

PLacuit *i*, ut altaria, quæ paſſim per agros, & per villas *k*, tanquam memoriæ Martyrum conſtruuntur, in quibus nullum corpus, aut reliquiæ Martyrum conditæ probantur, ab Epiſcopis, qui locis eiſdem præſunt, ſi fieri poteſt, evertantur. Si autem hoc propter *a* tumultus populares non finitur, plebes tamen admoneantur, ne illa loca frequentent, ut, qui rectè ſapiunt, nullâ ibi ſuperſtitione devicti teneantur. Et omninò nulla memoria Martyrum probabiliter accipiatur, niſi ubi corpus, aut reliquiæ certæ ſunt, aut origo alicujus habitationis, vel poſſeſſionis, vel paſſionis fideliſſimâ origine traditur. Nam quæ per ſomnia, & per inanes quaſi revelationes quorumlibet hominum ubicunque conſtituuntur altaria, omninò reprobentur.

C. XXVII. ¶ *Non eſt conſecranda Eccleſia, in qua paganus ſepultus inveniatur.*

Item ex Concilio Aurelianenſi, *cap. 3.*

1. ECcleſiam *b*, in qua paganus ſepultus eſt, non licet conſecrare, neq; Miſſas in ea celebrare, ſed jactari foras, & mundari oportet.

C. XXVIII. ¶ *De Eccleſia, in qua cadavera fidelium vel infidelium ſepeliuntur.*

Item ex Concilio Agrippinenſi. *c*

II. ECcleſiam *d*, in qua mortuorum cadavera infidelium ſepeliuntur, ſanctificare non licet: ſed ſi apta videtur ad conſecrandum, inde evulſis corporibus, & raſis parietibus, vel tignis *e* ejus loci, reædificetur: ſed ſi hæc conſecrata antè fuerit, Miſſas in ea celebrare licet: ſi tamen fideles fuerint, qui in ea ſepulti ſunt.

C. XXIX. ¶ *Super monumenta in campo non diſtribuantur myſteria.*

Item ex Concilio Martini Papæ [*Bracharenſi, cap. 60. & 69. ſynod. Gracarum.*]

NOn *f* oportet Clericos ignaros & præſumptores ſuper monumenta in campum miniſteria *g* portare, aut diſtribuere ſacramenta, ſed aut in Eccleſia, aut in baſilica; ubi Martyrum reliquiæ ſunt depoſitæ, ibi pro defunctis oblationes offerri. ¶ Nec licet Chriſtianis prandia ad defunctorum ſepulchra deferre, & ſacrificare mortuis.

C. XXX. ¶ *Quomodo in Eccleſia combuſta Miſſa poſſit celebrari.*

Item ex Concilio Triburienſi *h*.

CONcedimus *i* etiam, ut ſicubi (quod peccatis noſtris exigentibus perplurimùm eſt factum) à Normanis, & Sclavis *k*, ab Ungaris *l*, & à malis Chriſtianis, ſeu alio qualicunque modo Eccleſiæ fuerint incenſæ & combuſtæ, in capellis cum tabula conſecrata Miſſas interim celebrari permittimus, donec Eccleſiæ ipſæ reſtaurari queant. In itinere verò poſitis, ſi Eccleſia defuerit, ſub dio, ſeu in tentoriis, ſi tabula altaris conſecrata, exteraque ſacra miniſteria ad id officium pertinentia ibi affuerint, Miſſarum ſolennia celebrari concedimus: aliter omninò interdicimus.

¶ *De hoc capite nihil extat eſt ſuprà, ad caput*, Miſſarum ſolennia.

C. XXXI. ¶ *Chriſmate non ungantur altaria, niſi fuerint lapidea.*

Item ex Concilio Epaunenſi, *cap. 26. & 27.*

ALtaria *m*, ſi non fuerint lapidea, chriſmatis unctione non conſecrentur. Ad celebranda autem divina officia, ordinem quem Metropolitani tenent, comprovinciales obſervare debebunt.

¶ *Ivo citat, ut vulgata Gratiani exemplaria*, ex Concilio

a *al. Agatha.* b *al eluit.* c *Polyc. l. 3. tit. 6. Anſ. l. 3. c. 81. Bur. l. 3. c. 62. Ivo p. 3. c. 25. Pan. l. 2. c. 24.* d *al. benedicta.* e *ara] arig & collect.* f *al. totius ſanctificatio conſecrationis implebitur.] arig. Ivo, Burch. Polyc.* g *Capit. l. 6. c. 109. Polyc. l. 4. tit. 31. Burch. lib. 3. c. 17. Ivo p. 3. c. 10.* h *Et in Carthag. 51. c. 14.* i *Anſel. l. 3. cap. 14. Burch. lib. 3. c. 14. Ivo p. 3. cap. 57. Pan. l. 2. c. 28.* k *alii, vitam,] al. vitat.*

a *al. per.* b *Burch. l. 3. cap. 13. Ivo p. 3. c. 15. Pan. l. 2. cap. 22.* c *Cap. l. 5. cap. 48.* d *Burch. l. 3. c. 38. Ivo p. 3. c. 43. Pann. l. 2. c. 24.* e *al. vel ſtru lignis.* f *Burch. l. 20. c. 38. Ivo p. 11. c. 83.* g *al. myſteria. C. 69.* h *in Concil. Magunt. c. 9.* i *Burch. l. 3. c. 36. Ivo p. 3. c. 39. Pann. l. 2. c. 31.* k *al. Slavis.* l *al. à Bulgaris.* m *Burch. l. 3. c. 25. Ivo part. 3. c. 30. Pann. l. 2. c. 32.*

Hipponensi. *Sed ex Burchardo & vetustis Gratiani codicibus restitutum est*, Epaunensi: *ex cujus 26. & 27. capitibus consectum est.*

C. XXXII. ¶ *Chrismatis unctione, & sacerdotali benedictione sacrentur altaria.*

Item ex Concilio Agathensi, *cap. 14.*

ALtaria *a* placuit non solùm unctione chrismatis, sed etiam sacerdotali benedictione sacrari.

C. XXXIII. ¶ *In privatis Oratoriis licet orare, sed non Missam celebrare.*

Item ex Concilio Aurelianensi, *c.3.*

UNicuique *b* fidelium in domo sua Oratorium licet habere, & ibi orare: Missas autem ibi celebrare non licet.

¶ *Burchardus etiam, & Ivo citant ex Concilio Aurelianensi. Ipsa quidem sententia habetur in Capit. lib. 3. c. 230 & lib. 6. c. 101, & novella 52. apud Iulianum antecessorem, in extremo.*

C. XXXIV. ¶ *In privatis Oratoriis absque consensu Episcopi nullus ministrare præsumat.*

Item ex sexta Synodo, *c.31.*

CLericos qui ministrant, vel baptizant in Oratoriis, quæ intra domos sunt, cum consensu Episcopi loci hoc facere præcipimus. Si quis verò hoc non observaverit, deponatur.

C. XXXV. ¶ *Qui extra parochias habent Oratoria, his diebus ad parochias redire cogantur.*

Item ex Concilio Agathensi, *cap. 21.*

SIquis *c* etiam extra parochias, in quibus legitimus est ordinarius, conventus Oratorium in agro habere voluerit, reliquis festivitatibus, ut ibi Missas audiat *d*, propter fatigationem familiæ, justâ ordinatione permittimus. Pascha verò, Natali Domini, Epiphaniâ Domini, Ascensione Domini, Pentecoste, & Natali sancti Joannis Baptistæ, & si qui maximi dies in festivitatibus habentur, non nisi in civitatibus, aut in parochiis audiant *e*. Clerici verò, si qui in festivitatibus, quas suprà diximus (nisi jubente & permittente Episcopo) Missas celebrare *f* voluerint, communione priventur.

C. XXXVI. ¶ *Quatuor ex causis loca Sanctorum mutanda sint.*

Item Augustinus.

QUibus *g* ex causis loca Sanctorum transmutanda ps sunt. Prima, cùm necessitas persecutorum loca eorum gravaverit. Secunda, cùm difficultas locorum fuerit. Tertia, cùm malorum societate gravantur.

C. XXXVII. ¶ *Quando aliqua corpora Sanctorum de loco ad locum transferre non licet.*

Item ex Concilio Maguntinensi I. *cap. 51.*

COrpora *h* Sanctorum de loco ad locum nullus transferre præsumat sine consilio Principis, vel Episcoporum, sanctæque Synodi licentia.

C. XXXVIII. ¶ *In usus Laicorum non conversa licet ligna Ecclesiæ dedicata.*

Item Hyginus Papa.

LIgna *i* Ecclesiæ dedicatæ *k* non debent ad aliud ps opus jungi, nisi ad aliam Ecclesiam, vel igni sunt comburenda, vel ad profectum in monasterio *k* fratribus: in Laicorum verò usum *a* non debent admitti.

1 ¶ Dedicatæ.] *Antea legebatur & hîc, & in rubrica dedicata: Emendatum est hoc, sicut & alia nonnulla ex vetustis exemplaribus, Burchardo & Ivone, qui etiam caput hoc citant ex decretis Hygini.*

C. XXXIX. ¶ *Vestimenta sacra, & vasa pro vetustate consumpta incendantur & cineres in loca occulta projectantur.*

Item Clemens Papa *Iacobo Hierosolymitano Episcopo, epistola 2.*

ALtaris *b* palla, cathedra *c*, candelabrum, & velum, si fuerint vetustate consumpta, incendio dentur, quia non licet ea, quæ in sacrario *d* fuerint, cuilè tractari, sed incendio universa tradantur. Cineres quoque eorum in baptisterium inferantur, ubi nullus transitû *e* habeat: aut in pariete, aut in fossis pavimentorum jactentur, ne introëuntium pedibus inquinentur.

C. XL. ¶ *Mortui non obvolvantur vestimentis altaris.*

Idem *ibidem.*

NEmo per ignorantiam Clericus mortuum credat obvolvendum, aut Diaconus scapulas operire velit pallâ, quæ fuit in altari, aut certè, quæ Diacono *f* data est in mensa Domini. Qui hæc fecerit, vel leviter, quasi nihil, & negligenter habuerit divina mysteria, Diaconus triennio, sexque mentibus à Dominico erit alienus altari, gravi percussus anathemate. Quòd si Clericum Presbyter non commoverit, decem annis, & sex *g* mensibus excommunicatus sit: propterea quòd de Dominicis sacramentis subjecta sibi non amoverit *h* ministeria: & postea cum grandi humilitate matri reconcilietur Ecclesiæ. Pallas *i* verò, & vela sanctuarii, si sordidata fuerint ministerio, Diaconi cum humilibus ministris intra sanctuarium lavent, non ejicientes foras à sacrario: & velamina Dominicæ mensæ abluant; ne fortè pulvis Dominici corporis valè decidat *k*. Sindonem verò non foris abluant, & erit hoc operanti peccatum. Idcirco intra sacrarium ministris præcipimus hæc sancta cum diligentia custodire. Sane pelvis nova comparetur, & præter hoc nil aliud tangat. Sed nec ipsa pelvis velis apponatur lavandis, nisi quæ ad Dominici altaris cultum pertinent: Pallæ altaris solæ in ea laventur, & in alia, vela januarum. De velis autem januarum cura sit Ostiariis ex admonitione majorum, ne quis negligens, aut ignarus, ad velum januæ dominæ Domini manus incognite *k* tergat: sed statim coercitus discat omnis homo, quia velum atrii domûs Domini sanctum est.

1 ¶ Decidat.] *In originali est*, decidat à sindone foris abluta. *Sed glossa obstitit, ne mutaretur. Multa autem alia non minimi ponderis sunt ex ipso originali emendata.*

C. XLI. ¶ *Sacra vasa non nisi à sacratis contrectentur hominibus.*

Item Sixtus Papa, *epist. 2.*

IN sancta *l* hac Apostolica sede statutum est, ut sacra vasa non ab aliis, quàm à sacratis, Dominoque dicatis contrectentur hominibus. Indignum enim valdè est, ut sacra Domini vasa, quæcunque sint, humanis usibus serviant, aut ab aliis, quàm à Domino famulantibus, eique dicatis tractentur viris: ne pro talibus præsumptionibus iratus Dominus plagas impo-

a *Polyc. l. 3. tit. 4.* b *Burch. l. 3. c. 80. Ivo p. 3. c. 76. Pann. l. 2. c. 39.* c *Ivo p. 4 c. 9.* d *al. teneat.* e *al. teneant.* f *al. facere, aut tenere.* g *Ansel. lib. 5. c. 16. Burch. l. 3. c. 90. Ivo p. 3. c. 80. Pann. l. 2. c. 37.* h *Burch. l. 3. c. 232 Ivo p. 3. c. 273. Pann. l. 2. c. 36.* i *Polyc. l. 3. tit. 16. Ans. l. 5. c. 17. Burch. l. 3. c. 39. Ivo p. 4. c. 44. Pann. l. 2. c. 16.* k *al. monasterium.*

a *al. opera.* b *Polyc. l. 3. tit. 16. Burch. l. 3. c. 216. Ivo part. 2. c. 16. & part. 3. c. 266.* c *al. cauchara.* d *al. sanctuario.* e *transitus habeatur.* f *abest ab orig.* g *al. quinque.* h *al. commoverit.* i *Burch. lib. 3. c. 216. Ivo p. 3. c. 266.* k *al. incendat.* l *Polyc. l. 4. tit. 9. Burch. l. 3. c. 214. Ivo p. 4. cap. 264. & part. 2. c. 70.*

ne po-

nat populo suo, & hi etiam, qui non peccaverint, mala patiantur, aut pereant, quia perit justus sæpissimè pro impio.

1 ¶ Indignum] *Addita sunt hæc usq; ad vers.* vinis. *item quædam alia nonnulla ex originali, Burchardo & Ivone.*

C. XLII. ¶ *Non nisi à sacratis hominibus vasa sacrata ministeria sacrata serventur* a.

Item Stephanus Episcopus *familiari amico Hilario, epist. 1. cap. 3.*

VEstimenta b Ecclesiastica, quibus Domino ministratur, & sacrata debent esse, & honesta: quibus, aliis in usibus non debent frui, quàm in Ecclesiasticis, & Deo dignis officiis, quæ nec ab aliis debent contingi aut ferri, nisi à sacratis hominibus: ne ultio, quæ Balthasar c Regem percussit, super hæc transgredientes, & talia præsumentes veniat, & corruere eos faciat ad ima.

C. XLIII. ¶ *Divina ministeria nuptiarum non præstentur ornatibus.*

Item ex Concilio Aurelianensi d.

ADnuptiarum e ornatum divina ministeria non præstentur: ne dum improborum contactu, pompáque secularis luxuriæ polluuntur, ad officia sacri mysterii f videantur indigna.

C. XLIV. ¶ *In ligneis vasculis Dominici corporis & sanguinis sacramenta non sunt celebranda.*

Item ex Concilio Triburiensi, *cap. 18.*

11 VAsa, in g quibus sacrosancta conficiuntur mysteria, calices sunt, & patenæ, de quibus Bonifacius martyr, & Episcopus interrogatus, si liceret in vasculis ligneis sacramenta conficere, respondit: Quondam Sacerdotes aurei ligneis calicibus utebantur; nunc è contrario lignei Sacerdotes aureis utuntur calicibus. Zepherinus decimus sextus Romanus Episcopus patenis vitreis Missas celebrari constituit. Tum deinde Urbanus Papa omnia ministeria sacra fecit argentea. In hoc enim, sicut & in reliquis cultibus magis & magis per incrementa temporum decus successit Ecclesiarum. Nostris ehim diebus, qui servi patrisfamiliàs sumus, ne decus matris Ecclesiæ imminuatur, sed magis cumuletur & amplificetur, statuimus, ut deinceps nullus Sacerdos sacrum mysterium corporis & sanguinis Domini nostri Jesu Christi in ligneis vasculis ullo modo conficere præsumat; ne unde placari debet, inde irascatur Deus.

C. XLV. ¶ *Ex qua materia calix cum patena fieri debeat.*

Item ex Concilio Rhemensi, *cap. 6.*

UT calix h Domini cum patena, si non ex auro, omninò ex argento fiat. *& infrà.* ¶ Si quis autem tam pauper est, saltem vel stannetum calicem habeat. De ære, aut aurichalco non fiat calix, quia ob vini virtutem æruginem parit, quæ vomitum provocat. Nullus autem in ligneo, aut vitreo calice præsumat Missam cantare.

C. XLVI. ¶ *Non in serico panno, sed puro lineo sacrificium consecretur altaris.*

Item ex epistola i Eusebii Papæ & Sylvestri.

COnsulto a omnium b statuimus, ut sacrificium altaris non in serico panno, aut tincto quisquam celebrare præsumat; sed in puro linteo ab Episcopo consecrato, terreno scilicet lino procreato, atque contexto: sicut c corpus Domini nostri Jesu Christi in sindone lineâ mundâ sepultum fuit.

C. XLVII. ¶ *A quibus fuerit tradita Missarum celebratio.*

Item ex sexta Synodo, *cap. 32.*

12 IAcobus d frater Domini secundùm carnem, cui primùm credita est Hierosolymitana Ecclesia, & Basilius Cæsariensis Episcopus, cujus claritas per totum orbem circumfulsit, in 1 scripturis addiderunt nobis Missæ celebrationem.

1 ¶ In scripturis addiderunt] *Græcè est,* ἐγγράφως τὸν μυστικὸν ὑμῖν ἱερουργίαν παραδιδώκοτες, οὕτω τελεῖν ἐν τῇ θείᾳ λειτουργίᾳ ἐξ ὕδατος, καὶ οἴνου τὸ ἱερὸν ποτήριον ὑποδέχεσθαι: *id est*; qui in scriptis tradiderunt nobis mysticum sacrificium, hoc modo in divina liturgia sacrum poculum ex aqua & vino conficiendum ediderunt. *Sed nihil mutatum est, tum ob glossam, tum quoniam collector de industria videtur summatim retulisse. Abest autem hoc caput ab aliquot vetustis exemplaribus.*

C. XLVIII. ¶ *Quâ horâ sint Missarum solennia celebranda.*

Item Telesphorus Papa VII. *à Petro in epistola ad omnes, cap. 2.* e

13 NOcte f sanctâ Nativitatis Domini Salvatoris Missas celebrent Presbyteri, & hymnum Angelicum in illis solenniter decantent: quoniam & eâdem nocte ab Angelo pastoribus nuntiatus est. *& infrà.* ¶ Et subitò facta est cũ Angelo multitudo militiæ cœlestis laudantium Deum, & dicentium, Gloria in excelsis g Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Reliquis verò temporibus Missarum celebrationes ante horam diei tertiam minimè sunt celebrandæ: quia & eâdem horâ Dominus crucifixus est h, & super i Apostolos Spiritus S. descendisse legitur.

C. XLIX. ¶ *Non nisi à jejunis hominibus sacramenta celebrentur altaris.*

Item ex Concilio k Africano, *cap. 1.*

14 SAcramenta l altaris non nisi à jejunis hominibus celebrentur, excepto uno die anniversario, quo cœna Domini celebratur. Nam si aliquorum pomeridiano tempore defunctorum, sive Episcoporum, sive cæterorum commendatio facienda est, solis orationibus fiat, si illi, qui faciunt, jam pransi inveniantur.

C. L. ¶ *Ante Missarum solennia circa horam nonam decantata, in Quadragesima comedere non liceat.*

Item ex Concilio Cabilonensi.

15 SOlent m plures, qui se jejunare putant in Quadragesima, mox ut signum audierint ad horam nonam, comedere n. Qui nullatenùs jejunare credendi sunt, si antè manducaverint, quàm vespertinum celebretur officium. Concurrendum est enim ad Missas, & auditis Missarum solennibus & vespertinis officiis, & largitis eleemosynis ad cibum accedendum est. Si verò aliquis necessitate constrictus fuerit, ut ad Missam

a *al. ferantur.* b *Polyc. lib. 3. tit. 16. Anselm. lib. 5. c. 29. Ivo part. 2. c. 74. Summatim relatum est.* c *Daniel 5.* d *al. Arvernens.* e *Polyc. lib. 3. tit. 24. Burchard. lib. 3. cap. 108. Ivo par. 2. c. 143. Pann. l. 1. c. 163.* f *al. ministerii.* g *Burch. lib. 3. c. 223. Ivo part. 3. c. 221.* h *Anselm. l. 1. cap. 91. & lib. 9. c. 3 Burch. lib. 3. cap. 96. Ivo p. 2 c. 131 Pann. lib. 1. cap. 161.* i *Sylvester in epilogo Concil. Rom. Idem in Pontificali.*

a *al Consultu.* b *Polyc. l. 3. tit. 9. Anselm. l. 9. cap. 2. Burch. lib. 3. cap. 99. Ivo p. 2. c. 134. Panniorm. l. 1. c. 162.* c *Marc. 15. Luc. 23.* d *Galat. 1.* e *Beda in Martyr. mens. September. Concor. Concilio Aurelianensis 3. c. 14.* f *Polyc. l. 3. tit. 25. Anselm. l. 7 c. 174. Burch. l. 3. c. 93. Ivo p. 2. c. 71. & par. 3. c. 63. Pann. l. 2 c. 40.* g *al. altissimis.* h *Marc. 15.* i *Act. 2.* k *Concor. cap. 29. Concilii Carthag. tertii.* l *Anselm. l. 9. c. 3.* m *Polyc. ibid. Burch. l. 13. c. 12. Ivo p. 5. c. 43. Pann. l. 2. c. 148.* n *al. manducare.*

venire non valeat, æstimatâ vespertinâ horâ, completâ oratione suâ jejunium solvat a.

¶ *Sic etiam citat Ivo & Pannormia. Burchardus autem ex decretis Sylverii Papæ: Polycarpus ex Eusebio. Habetur in capitulis Theodulphi Aurelianensis Episcopi, cap. 19.*

16 pars. *In jejunio etiam quatuor temporum circa vespertinas horas, in Sabbatho verò sancto circa noctis initium Missarum solennia sunt celebranda. Unde Leo Episcopus:* b [Quòd à patribus nostris.] *Item Gelasius:* [Ordinationes Presbyterorum.] *Item Pelagius:* c [Dilecticinis tuæ rescripta.] *Require in tractatu ordinandorum. In prima quoque parte diei, Missarum solennia non incongruè celebrantur.*

C. LI. ¶ *Etiam priùs à parte diei Missas celebrare licet.*

Unde Leo Papa *Dioscoro Alexandrino Episcopo, epist. 79. al 81. cap. 2.*

NEcesse d est autem, ut quædam populi pars suâ devotione privetur, si unius tantùm Missæ, more servato, sacrificium offerre non possint, nisi qui primâ diei parte convenerint. Studiosè ergò dilectionem tuam, & familiariter admonemus, ut quod nostræ consuetudini ex forma paternæ traditionis insedit, tua quoque cura non negligat, ut per omnia nobis & fide, & actibus congruamus. Propter quod remeanti filio nostro Possidonio Presbytero, hanc ad fraternitatem tuam epistolam dedimus perferendam, qui in nostris processionibus atque actionibus e frequenter interfuit, & toties ad nos missus, quid in omnibus Apostolicæ 1 sedis auctoritas teneret, agnovit.

1 ¶ Apostolicæ sedis] *In epistola ipsa legitur*, quid in omnibus Apostolicæ auctoritatis teneremus. *Sed omnes Gratiani codices & Ivo concordant.*

C. LII. ¶ *Missæ peculiares non sunt in publico cantandæ.*

Item Augustinus. f

ET hoc g attendendum est, ut Missæ peculiares, quæ per dies solennes à Sacerdotibus fiunt, non ita in publico fiant, ut propter h eas populus à publicis Missarum solennibus, quæ horâ tertiâ canonicè fiunt, abstrahatur. & infrà. ¶ Sed Sacerdotes, qui in circuitu urbis, aut in eadem urbe sunt, & populus in unum ad Missarum publicam celebrationem conveniant: exceptis 1 Deo sacratis fœminis, quibus mos est ad publicum non egredi, sed claustris monasterii contineri.

1 ¶ Exceptis] *Hæc usque ad finem addita sunt ex Theodulpho, Burchardo & Ivone: apud quos possunt etiam legi alia, quæ post verò abstrahatur, à Gratiano sunt omissa.*

C. LIII. ¶ *Quot Missas in die Sacerdos celebrare licet.*

Item Alexander secundus.

17 SUfficit i Sacerdoti unam Missam in die una celebrare; quia Christus semel passus est, & totum mundum redemit. Non modica res est unam Missam facere, & valdè felix est, qui unam dignè celebrare potest. Quidam tamen pro defunctis unam faciunt, & alteram de die, si necesse fuerit. Qui verò pro pecuniis aut adulationibus k secularium unâ die præsumunt plures facere Missas, non æstimo evadere damnationem.

C. LIV. ¶ *Ex Salvatoris & Apostolorum exemplo hymni decentur cantare.*

Item ex Concilio Toletano IV. cap. 12.

18 DE hymnis a canendis, & Salvatoris, & Apostolorum habemus exemplum. Nam & ipse Dominus hymnum dixisse perhibetur, Matthæo b Evangelistâ attestante: [*Et hymno dicto exierunt in montem Oliveti.*] Et Paulus Apostolus c ad Ephesios scribit, dicens: [*Implemini Spiritu Sancto, loquentes vobismetipsis in Psalmis, & hymnis, & canticis spiritualibus.*] Et quia nonnulli hymni humano studio in laudem Dei, atque Apostolorum & Martyrum triumphos compositi esse noscuntur, sicut hi, quos beatissimi doctores Hilarius, atque Ambrosius ediderunt, quos tamen quidam specialiter reprobant, propter, quòd de scripturis sanctorum canonum, vel Apostolicâ traditione non exstant: respuant ergò & illum hymnum ab hominibus compositum, quem quotidie publico privatoque officio in fine omnium Psalmorum dicimus: [*Gloria & honor Patri, & Filio, & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum, Amen.*] Nam & ille hymnus, quem nato in carne Christo Angeli cecinerunt: d [*Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis:*] & reliqua, quæ ibi sequuntur, Ecclesiastici doctores composuerunt. Ergò nec ipsi in Ecclesiis canendi sunt, quia in sanctarum Scripturarum libris non inveniuntur? Componuntur Missæ, sive preces, vel orationes, seu commendationes, seu manûs impositiones, ex quibus, si nulla decantentur in Ecclesia, vacant officia omnia Ecclesiastica. Admonet hæc fieri, atque hortatur Timotheum e Apostolus dicens: [*Obsecro igitur primùm fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro Regibus, & pro omnibus, qui in sublimitate sunt.*] Sicut ergò orationes, ita & hymnos in laudem Dei compositos, nullus nostrûm ulteriùs improbet, sed pari modo in Gallia, Hispaniaque celebrent; excommunicatione plectendi, qui hymnum rejicere fuerint ausi.

C. LV. ¶ *In Novo Testamento qui hymni ab Angelis decantati inveniuntur.*

Leo nonus f.

HI duo solummodò hymni ab Angelis in Novo Testamento inveniuntur decantati g, Alleluja, atque, Gloria h in excelsis Deo. Quos pariter in Septuagesima intermittimus: quia peccato hominis veteris à conventu Angelicæ jubilationis expulsi in hujus miseræ vitæ Babylonem i, super flumina ejus sedemus, & flemus, dum recordamur illius Sion, in qua Deum decet hymnus k. Quòd novem hebdomatibus Alleluja intermittimus, non incongruè per novem hebdomadas, novem ordines Angelorum accipimus: quorum decimus ordo per l superbiam corruens, angelicum numerum minuit, & à felicitate perturbavit. Qui condolentes suæ diminutionis, & parem ruinam sibi timentes, à perfecta laude creatoris fuêre præpediti. Quorum reparationi & consolationi consulens omnipotens Deus creator m, primum hominem de limo terræ formavit, qui sui generis multiplicatione damna cœlestis patriæ resarciret, atque Angelorum gaudia suppleret. Quâ spe Angelicus chorus non modicum n lætatus est. Nec mirum, si ex lapsu ipsius hominis fuit perturbatus. Unde novem ordinum concentus in laudem Dei creatoris permansit imperfectus, donec in Christo resurgente resurrexit lapsus ille protoplastus. Ibi augmento sui collegii, & spe meliori Angelicus exercitus gavisus, in novum Alleluja consurrexit totus, & in eo perstat devotus. Quem & nos pro modulo nostro imitantes, à Septuagesima, quando lapsus protoplasti

a *aliàs, absolvere debet.*] *vrig.* b *Sup. d. 75.* c *Sup. d. 76.* d *Bure. l. 3. c. 228. Ivo p. 2. c. 87. & p. 3. c. 268.* e *al. ordinationibus.* f *al. Gregorius.* g *Habetur in capit. Theodulphi, c. ult. Pol. l. 3. tit. 16. Burch. lib. 2. c. 54. Ivo p. 2. c. 119.* h *al. per.* i *Vide Volfridum Strabonem, cap. 2. Ivo p. 2. c. 81.* k *al. oblationibus.*

a *Polyc. lib. 3. tit. 22.* b *Matth. 26.* c *Ephes. 5.* d *Luc. 2.* e *1. Tim. 2.* f *al. ottavus.* g *Apoc. 19.* h *Luc. 2.* i *Psal. 136.* k *Psal. 64.* l *Esa. 14. Apocal. 12.* m *Genes. 2.* n *alii. admodum lætatus.*

in Eccle-

in Ecclesia recitatur, Alleluja novem hebdomadas intermittimus; scilicet usque in Pascha, ubi Christus resurgens à mortuis tristitiam nostram in gaudium vertit, & Alleluja nobis reddit.

C. LVI. ¶ *In cœna Domini Gloria in excelsis decantetur.*

Item Nicolaus Papa *Rodulpho Archiepiscopo Bituricensi.*

POrrò, *a* Gloria in excelsis Deo, ab Episcopis in cœna Domini inter Missarum solennia more nostro dicenda est. Pallio verò Apostolico 1 eâdem die uti est illis licitum, quibus est ab Apostolica sede permissum.

1 ¶ Apostolico] *Vox ista abest ab aliquot Vaticanis codicibus: Ivo tamen habet.*

C. LVII. ¶ *Cum baculo, aut capite velato ad celebrandum Missarum solennia Clericus non ingrediatur.*

Item Zacharias 1 Papa *in Synodo Romana, c. 13. & 14.*

19 NUllus *b* Episcopus, Presbyter, aut Diaconus ad solennia Missarum celebranda præsumat cum baculo introire, aut velato capite altario Dei assistere: quoniam & Apostolus *c* prohibet viros velato capite orare in Ecclesia: & qui temerè præsumpserit, communione privetur. Cùm verò ingressus fuerit Episcopus aut Presbyter ad Missarum solennia celebranda, nisi passio aliqua intervenerit, nullo modo audeat datâ oratione recedere; ut ab alio Episcopo vel Presbytero Missarū solennia suppleantur: sed qui initium ponit, suppleat usque in finem; quia scriptum est: *d* [*Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.*] Si quis verò præsumpserit, præter quod posuimus, agere, à sacro corpore & sanguine Domini nostri Jesu Christi sit suspensus.

1 ¶ Zacharias] *Antea legebatur,* Macarius. *Emendatum est ex aliquot vetustis codicibus, & cæteris collectoribus. Et caput ipsum habetur in Concilio manuscripto Zachariæ.*

C. LVIII. PALEA.

[*Item* ex decretis Soteris Papæ.]

UT *e* illud divini oraculi singuli præcaveant, quo scribitur: *f* [*Væ soli, quia cum ceciderit, non habet sublevantem,*] summopere verendum nobis est, atque cavendum, ne horis illis, atque temporibus, quibus Deo psallitur vel sacrificatur, unicuique divinis singulariter officiis insistenti pernicios passio, vel corporis quælibet invaletudo *g* occurrat, quæ aut corpus subitò subrui faciat, aut mentem alienatione vel terrore confundat. Pro hujusmodi ergò casibus præcaventes, necessarium duximus instituere, ut ubi temporis, vel loci, sive cleri copia suffragatur, habeat quisque canens Deo, atque sacrificans, post se vicini solaminis adjutorem: ut, si aliquo casu ille, qui officia impleturus accedit, turbatus fuerit, vel ad terram elisus, à tergo semper habeat, qui ejus vicem exequatur intrepidus, & officium incœptum adimpleat.

C. LIX. ¶ *Quos testes Episcopus sacrificans secum habere debeat.*

Item Anacletus *Jesu Christi servus, omnibus Episcopis, epist. 1.*

20 EPiscopus *h* Deo sacrificans testes secum habeat, & plures, quàm alius Sacerdos: sicut enim majoris honoris gradu fruitur, sic majoris testimonii incremento indiget. In solennioribus quippe diebus aut septem, aut quinque, aut tres Diaconos, qui oculi ejus dicuntur, & Subdiaconos, atque reliquos ministros secum habeat: qui sacris induti vestimentis à fronte & à tergo, & Presbyteri è regione dextra lævaque, contrito corde, & humiliato spiritu, ac prono stent vultu, custodientes eum à malevolis hominibus, & consensum ejus præbeant ad sacrificio. Peractâ autem consecratione omnes communicent, qui noluerint Ecclesiasticis carere liminibus.

C. LX. ¶ *Episcopi sine religiosis testibus Domini sacramenta non conficiant.*

Item Lucius Papa *Episcopis Galliæ & Hispaniæ, c. 1.*

IUbemus 1 *b* Apostolicâ auctoritate, ut semper testes vobiscum Sacerdotes & Levitas *c* habeatis. Et licèt conscientia propria sufficere possit, tamen propter malevolos, juxta *d* Apostolum, etiam testimonium vos oportet habere bonum ab his, qui foris sunt: quoniam & in hac sancta sede constitutum habemus, ut duo Presbyteri, & tres Diaconi in omni loco Episcopum non deserant, propter testimonium Ecclesiasticum.

1 ¶ Jubemus Apostolicâ] *In epistola ipsa sic legitur:* Propter tales, fratres, hortamur vos, sicut in hac sancta Ecclesia constitutum habemus, ut semper, &c.

C. LXI. ¶ *Nisi duobus præsentibus, Presbyter Missam celebrare non præsumat.*

Item Soter *e* Papa.

HOc quoque *f* statutum est, ut nullus Presbyterorum Missarum solennia celebrare præsumat, nisi duobus pia sentibus, sibiq; respondentibus ipse tertius habeatur: quia cùm pluraliter ab eo dicitur, [Dominus vobiscum,] & illud in secretis [Orate pro me,] aptissimè convenit, ut ipsius respondeatur salutationi.

¶ *Burchardus etiam & Ivo citant ex decretis Soteris Papæ. Et in Micrologo, c. 7 scribitur, fuisse id ab Anacleto & Sotere statutum: Similem sententiam Burchardus lib. 3. cap. 68. refert ex Concilio Nannetensi, cap. 30. Fere autem idem habetur in Moguntino primo, cap. 43.*

C. LXII. ¶ *Communione priventur, qui usque ad finem Missarum solennia non audierint.*

Item ex canone *g* Apostolorum 10.

21 OMnes *h* fideles, qui conveniunt in solennitatibus 1 sacris ad Ecclesiam, & Scripturas Apostolorum & Evangelium audiant 2. Qui autem non perseverant in oratione, usq; dum Missa peragatur, nec sanctam communionem percipiunt, velut inquietudines Ecclesiæ commoventes convenit communione privari.

1 ¶ In solennitatibus sacris] *In tomis Conciliorum ad marginem prima verficulis sunt hæc eadem verba, quæ hic apud Gratian. Burchard. & Ivon. & in Polycarpo. Græcè est ἀφώριστος, id est,* qui ingrediuntur: *& ita in codice canonum, nimirum ex versione Dionysii.*

2 ¶ Audiant. Qui autem] *Ita in eadem margine & in Polycarpo. Sed Burchardus & Ivo propiùs ad verba Græca,* audiunt, non autem perseverant.

C. LXIII. ¶ *De eodem.*

Item ex Concilio Carthaginensi IV. *cap. 24.*

SAcerdote *i* verbum in Ecclesia faciente, qui egressus de auditorio fuerit, excommunicetur.

C. LXIV. ¶ *Die Dominico Missas ex integro seculares audire debent.*

Item ex Concilio Agathensi, *cap. 47.*

MIssas die Dominico secularibus totas audire *k* speciali ordine præcipimus: ita, ut ante benedi-

a *Ivo p. 5. c. 20.* b *Polyc. l. 3. tit. 16. Burchard. lib. 3. c. 230. & 231. Ivo p. 3 c. 271. & 272.* c *1. Cor. 11. Syn. c. 14.* d *Matth. 10.* e *7. q. 1. illud in Concilio Tolet. 11. c. 14. Burch. l. 3 c. 73. Ivo p. 2 c. 126.* f *Eccl. 4.* g *al. valetudo.* h *Polyc. l. 4. tit. 12. Anselm. l. 6. c. 138. Burchard. l. 3. c. 63. Ivo p. 2. c. 67.*

a *al. præbentes.* b *Polyc. l. 4. tit. 13. Anselm. l. 6. cap. 140.* c *al. Diaconos.* d *1. Tim. 3.* e *al. Anacletus.* f *Polyc. l. 4. tit. 31. Anselm. l. 7. c. 13. Burchard. l. 3. c. 74. Ivo p. 2. c. 117. Pann. l. 1. c. 119.* g *Et in Concil. Antioch. c. 2.* h *Polyc. l. 3. tit. 18. Burch. l. 2. c. 67. Ivo p. 6. c. 263.* i *Burch. l. 2. c. 66. Ivo part. 6. c. 262.* k *al. tenere.*

ctionem Sacerdotis egredi populus non præsumat, Quod si fecerint, ab Episcopo publicè confundantur

C. LXV. ¶ *Populus non antè discedat, quàm Missa ex integro celebretur.*

Item in Concilio Aurelianensi I. *cap. 28.*

CUm ad *a* celebrandas Missas in Dei nomine convenitur, populus non antè discedat, quàm Missæ solennitas compleatur, & ubi Episcopus non fuerit, benedictionem accipiat Sacerdotis.

C. LXVI. ¶ *Excommunicetur, qui prætermisso Ecclesiæ conventu ad spectacula vadit.*

Item ex Concilio Carthaginensi IV. *c.11.*

QUi die *b* solenni, prætermisso solenni Ecclesiæ conventu ad spectacula vadit, excommunicetur.

C. LXVII. ¶ *Usque ad Missam catechumenorum nullus Ecclesiam ingredi prohibeatur.*

Item ex Concilio Carthaginensi IV. *cap. 34.*

22 ps EPiscopus *c* nullum prohibeat ingredi Ecclesiam, & audire verbum Dei, sive gentilem, sive hæreticum, sive Judæum, usque ad Missam catechumenorum.

C. LXVIII. ¶ *Evangelia non sedendo, sed stando audire debemus.*

Item Anastasius Episcopus *Episcopis Germaniæ & Burgundiæ, epist. 1. cap. 1.*

23 ps APostolicâ *d* auctoritate mandamus, dum sancta Evangelia in Ecclesia recitantur, ut Sacerdotes & cæteri omnes præsentes, non sedentes, sed venerabiliter curvi 1, inconspectu Evangelii stantes Dominica verba intentè audiant, & fideliter adorent.

1 ¶ Curvi,] *Sic in originali, & apud Ivonem part. 6. cap. 93. sed apud eundem part. 2. cap. 138. & apud Burchardum vox ista non habetur.*

C. LXIX. ¶ *Ad Missarum solennia semper aliquid est offerendum.*

Item Gregorius VII. *in Synodo Romanâ habita anno Domini 1078. c. 13.*

24 ps OMnis *e* Christianus procuret ad Missarum solennia aliquid Deo offerre, & ducere ad memoriam, quod Deus per Moysen dixit: *f* [*Non apparebis in conspectu meo vacuus.*] Etenim in collectis sanctorum Patrum liquidò apparet, quòd omnes Christiani offerre aliquid Deo ex usu sanctorum Patrum debent. Ad ipsum 1 enim priùs est confugiendum, qui nostræ curare possit animæ passiones. Verùm homines præpostero ordine antè sibi opem ab hominibus accersunt. Ubi autem humana subsidia defecerint, tunc opinantur divini postulandam favoris gratiam.

1 ¶ Ad ipsum] *Hinc usq; ad fin. cap. non habentur ibi apud Gregorium, neq; apud Anselmum, aut Polycarpum.*

C. LXX. ¶ *Quare* [Sursum corda] *in præfatione dicitur.*

Item Cyprianus *sermone 6. de oratione Dominica.*

25 ps QUando autem stamus ad orationem, fratres dilectissimi, vigilare, & incumbere ad preces toto corde debemus: cogitatio omnis carnalis, & secularis abscedat 1: nec quicquam tunc animus, quàm id solum cogitet, quod precatur. Ideò & Sacerdos ante orationem præfatione præmissâ parat fratrum mentes, dicendo, [*Sursum corda,*] ut dum respondet plebs, [*habemus ad Dominum,*] admoneatur, nihil se aliud, quàm Dominum cogitare debere. Claudatur contra adversarium pectus, & soli Deo pateat, nec ad se hostem Dei tempore orationis venire patiatur.

C. LXXI. ¶ *Quæ præfationes in Missa sint cantandæ.*

Pelagius II. Romanæ Ecclesiæ, & Apostolicæ sedis Episcopus universis Germaniarum atq; Galliarum Episcopis.

26 ps INvenimus *a* has novem præfationes in sacro cattalogo tantummodò recipiendas, quas longa retrò vetustas in Romana Ecclesia hactenus servavit: id est, unam in albis Paschalibus, aliam de Ascensione Domini, tertiam de Pentecoste, quartam de Natali Domini, quintam de Apparitione Domini, sextam de Apostolis, septimam de sancta Trinitate, octavam de Cruce, nonam de jejunio in Quadragesima tantummodò dicendam. Has præfationes tenet & custodit sancta Romana Ecclesia, has tenendas vobis mandamus.

C. LXXII. ¶ *In omnibus Missarum solennibus pro defunctis oratio fiat.*

Item ex Concilio Cabilonensi secundo *cap. 39.*

27 ps VIsum *b* præterea nobis est, ut in omnibus Missarum solennibus, pro defunctorum spiritibus loco competenti Dominus deprecetur. Sicut enim nulla dies excipitur, quâ non pro viventibus, & pro quibuslibet necessitatibus Dominus deprecetur: ita nimirum nulla dies excipi debet, quin pro animabus fidelium preces Domino in Missarum solennibus fundantur. Antiquitùs *c* igitur hunc morem sancta tenet Ecclesia, ut & in Missarum solennibus, & in aliis precibus Domino spiritus quiescentium commendet: dicente beato Augustino, *d* [*Non sunt prætermittenda supplicationes pro spiritibus defunctorum: quas faciendas pro omnibus in Christiana & catholica societate laudamus* 1.] Defunctorum *d* etiam taciris nominibus eorum, quos sub generali commemoratione suscepit Ecclesia: ut quibus ad ista desunt parentes, aut filii, aut quicunque cognati vel amici, ab una eis exhibeantur pia matre communi.

1 ¶ Laudamus.] *Apud collectores suos nonnulla varietates. B. Augustinus (à quo parum variat & Concilium, & Amalarius lib. 4. c. 42.) sic habet:* Quas faciendas pro omnibus in Christiana & catholica societate defunctis, etiam tacitis nominibus quorumcunque, sub generali commemoratione suscepit Ecclesia. *Cæterum glossa fecit, ne mutaretur.*

C. LXXIII. ¶ *Ante preces non sunt à Sacerdote nomina recitanda.*

Item Innocentius *Episcopus urbis Romæ Decentio Eugubino, epist. 1. c. 2.*

DE nominibus recitandis, antequam preces Sacerdos faciat, atque eorum oblationes, quorum nomina recitanda sunt, oratione suâ commendet, quàm superfluum sit, & ipse pro tua prudentia recognoscis: ut cujus hostiam necdum Deo offeras, ejus antè nomen insinues, quamvis illi incognitum sit nihil.

DISTINCTIO II.

C. I. ¶ *Panis, & vinum, & aqua in sacramentis sunt offerenda.*

Item Alexander *urbis Romanæ Episcopus orthodoxis omnibus, epist. 1 cap. 4.*

1 ps IN sacramentorum *e* oblationibus, quæ inter Missarum solennia Domino offeruntur, passio Domini miscenda est: ut ejus, cujus corpus & sanguis conficitur, pas-

a *Burch. l. 3. c. 29. Ivo p. 3. c. 34.* b *Ivo p. 4. c. 1.* c *Burchard. l. 3. n. 28. Ivo p. 3. c. 43. Pann. l. 2. c. 41.* d *Bur. lib. 3. cap. 103. Ivo p. 2. c. 138. & p. 6. c. 43.* e *Polyc. lib. 3. tit. 16. Ansel. l. 5. c. 40.* f *Exod. 24.*

a *Polyc. lib. 3. tit. 20. Anselm. l. 7. c. 111. Bur. lib. 3. c. 69. Ivo par. 2. cap. 77. Pann. l. 1. c. 118.* b *Bur. l. 3. c. 64. Ivo p. 3. c. 66.* c *13. q. 2. non existimemus.* d *in lib. de Cura pro mortuis agenda, cap. 4.* e *Polyc. lib. 3. tit. 9. Ansel. l. 3. c. 1. Bur. l. 2. c. 3. Ivo part. 2. cap. 13. & 61.*

tur, pas-

tur, passio celebretur: ita ut repulsis opinionibus superstitionum, panis tantùm, & vinum aquâ permistum in sacrificium a offeratur. Non enim debet (ut à Patribus accepimus, & ipsa ratio docet) in calice Domini aut vinum solum, aut aqua sola offerri, sed utrumque permistum, quia utrumque ex latere ejus in passione sua profluxisse legitur.

¶ *Locupletatum est caput hoc ex originali, & cæteris collectoribus, præter Anselmum, qui habet, ut antea Gratianus habebat.*

C. II. ¶ *Vinum sine aqua, vel conversò in sacramentis offerri non licet.*

Item Cyprianus *lib. 3. epist. 2. Cæcilio fratri salutem.*

Sicèin b sanctificando calice Domini offerri aqua sola non potest, quomodo nec vinum solum potest. Nam si vinum tantùm quis offerat, sanguis Christi incipit esse sine Christo 1. Quando autem utrumque miscetur, & adunatione confusâ sibi invicem copulatur, tunc sacramentum spiritale & cœleste perficitur. Sic verò calix Domini non est aqua sola, aut vinum solum, nisi utrumq; sibi misceatur, quomodo nec corpus Domini potest esse farina sola, aut aqua sola, nisi utrumque adunatum fuerit, & copulatum, & panis unius compage solidatum.

1 ¶ Sine Christo.] *Apud B. Cyprianum sic legitur:* Sanguis Christi incipit esse sine nobis: si verò aqua sit sola, plebs incipit esse sine Christo: *quæ verba referuntur etiam infrà eâd. c. cùm omne. Sed ob glossam non est mutatum. Multa verò alia, ubi illa non obstabat, ex ipsâ epistolâ sunt emendata, itemq; in sequente capite.*

C. III.

Idem *in eadem epistola.*

Scriptura dicit: [*Quotiescunque c enim ederitis panem istum, & calicem istum biberitis, mortem Domini annunciabitis, quoadusque veniat.*] Quotiescunque ergò calicem in commemorationem Domini & passionis ejus offerimus, id, quod constat Dominum fecisse, faciamus. Sed vide d, frater charissime, si quis de antecessoribus nostris vel ignorantes, vel simpliciter non hoc servavit & tenuit, quod nos Dominus facere, & exemplo & magisterio suo docuit, potest simplicitati ejus de indulgentia Domini venia concedi: nobis verò non poterit ignosci, qui nunc à Domino admoniti & instructi sumus, ut calicem Domini cum vino mistum, secundùm quod Dominus obtulit, offeramus.

C. IV. ¶ *Præter panem, vinum, & aquam in sacramento nihil debet offerri.*

Item ex Concilio Martini Bracharensis, *cap. 55.*

Non oportet e aliquid aliud in sacramento f offerri præter panem, vinum, & aquam, quæ in typo Christi benedicuntur: quia dum in cruce penderet, de corpore ejus sanguis effluxit, & aqua. Hæc tria unum sunt in Christo Jesu: hæc hostia & oblatio Dei in odorem suavitatis.

C. V. ¶ *De eodem.*

Item ex Concilio Carthaginensi tertio g *c. 24.*

In h sacramento i corporis & sanguinis Domini nihil ampliùs offeratur, quàm ipse Dominus tradidit, hoc est panis & vinum aquæ mistum. *& infrà.* ¶ Nec ampliùs in sacrificiis k offeratur, quàm de uvis & frumentis.

C. VI. ¶ *Oblationis sacrificio uvas nemo conjungat.*

Item ex sexta Synodo, *cap. 28.*

Didicimus, quòd in quibusdam Ecclesiis Sacerdotes sacrificio oblationis conjungant uvas, quæ secundùm usum in altari offeruntur, & sic simul utraque populo dispensent. Præcipimus igitur, ut nullus Sacerdos hoc ulteriùs faciat, sed in remissionem peccatorum populo oblationem solam distribuat, & uvas seorsum benedictas populus, qui perierit, accipiat, & fructuum 1 gratias agat.

¶ *Est quasi summa quadam canonis citati. Nam in eo plura aliquantò verba sunt, sed eodem ferè sensu.*

1 ¶ Et fructuum] *Græcè est,* καὶ τῶν τῆς ἀναφορᾶς τῶν καρπῶν εὐχαριστίαν: *id est,* ad reddendas gratias fructuum datori.

C. VII. ¶ *De his, qui sacrificando variè errabant.*

Item Julius Papa *Episcopis per* 1 *Ægyptum.*

1 ¶ Per Ægyptum.] *Apud cæteros collectores legitur,* per Ægyptum missis. *Sed in Micrologo cap. 19. citatur ex eodem Julio Episcopo Ægypti. Eadem autem ferè habentur nunc in Bracharensi 3. cap. 1. & sententia summatim collecta in Vuormaciensi, cap. 4.*

Cum a omne crimen atque peccatum oblatis Deo sacrificiis deleatur, quid de cætero pro delictorum expiatione Domino dabitur, quando in ipsa sacrificii oblatione erratur? Audivimus enim quosdam schismaticâ ambitione detentos, contra divinos ordines & Apostolicas institutiones, lac pro vino in divinis sacrificiis dedicare: alios quoq; intinctam Eucharistiam populis pro complemento communionis porrigere: quosdam etiam expressum 1 vinum in sacramento Dominici calicis offerre: alios verò 2 pannum lineum musto intinctum per totum annum reservare, & in tempore sacrificii partem ejus aquâ lavare, & sic offerre. Quod quàm sit Evangelicæ & Apostolicæ doctrinæ contrarium, & consuetudini Ecclesiasticæ adversum, non difficile ab ipso fonte veritatis probabitur, à quo ordinata ipsa sacramentorum mysteria processerunt. Cùm enim magister veritatis verum salutis nostræ sacrificium suis commendaret discipulis, non illis lac, sed panem tantùm, & calicem sub hoc sacramento cognovimus dedisse. Legitur enim in Evangelica veritate: [*Accepit* b *Jesus panem & calicem, & benedicens dedit discipulis suis.*] Cesset ergò lac sacrificando c offerri, quia manifestum & evidens Evangelicæ veritatis exemplum illuxit, quòd præter panem & vinum aliud offerri non licet d. Illud verò, quod pro complemento communionis intinctam tradunt Eucharistiam populis, nec hoc prolatum ex Evangelio testimonium recipit e, ubi Apostolis corpus suum & sanguinem commendavit. Seorsum enim panis, & seorsum calicis commendatio memoratur. Nam intinctum panem aliis Christum præbuisse non legimus, excepto illo tantùm discipulo, quem intinctâ buccellâ, magistri proditorem ostenderet, non quæ sacramenti hujus institutionem signaret. Nam quòd de expresso botro, id est, de uvarum granis populus communicatur f, valdè est omninò confusum: sed si necesse fuit, botrus in calice comprimatur, & aquâ misceatur: quia calix Dominicus, juxta canonum 3 præcepta, vino & aquâ permistus debet offerri: quia videmus in aqua populum intelligi, in vino verò ostendi sanguinem Christi. Ergò cùm in calice vino aqua miscetur, Christo populus adunatur, & credentium plebs ei, in quem credit, copulatur & jungitur. Quæ copulatio & conjunctio aquæ & vini sic miscetur in calice Domini, ut mistio illa non possit separari. Nam g si

a *al. sacrificio.* b *Polyc. ibid. Anst. l. 9. c. 4.* c *Sentent. 4. dist. 10. 4. sed vide. Luc. 22. 1. Corinth. 11.* d *& viderit,*] *ang.* e *In cap. Græca Synodi.* f *al. sanctuario.* g *Et in Afric. cap. 4.* h *Bur. l. 3. c. 3. & 4. Ivo p. 2. c. 13. & 14.* i *al. sacramentis.* k *al. primitiis.*

a *Polyc l. 5. tit. 9. Anselm. l. 9. cap. 53. Burchard. l. 1. c. 1. Ivo. p. 2. cap. 11. & 12. & 15. Pann. l. 1. c. 147.* b *Ioan. 13.* c *al. in sacrificio.* d *al. sivit.* e *al. receperunt.* f *al. communicat.* g *Sent. 4. dist. 10.*

vinum tantùm quis offerat, sanguis Christi esse incipit sine nobis. Si verò aqua sit sola, plebs incipit esse sine Christo. Ergò, quando botrus solus offertur, in quo vini tantùm efficientia designatur, sacramentum nostræ salutis negligitur, quod per aquam significatur. Non enim potest calix Domini esse aqua sola, aut vinum solù, nisi utrumque sibi misceatur. Et ideò, quia jam ex hoc plurima & multiplex majorum manavit sententia 4, omnis deinceps talis error, atque præsumptio cessare debet: ne perversorum inordinata compago statum veritatis enervet. Et ideò nulli deinceps licitum sit aliud in sacrificiis divinis offerre, nisi juxta antiquorum sententiam Conciliorum panem tantùm, & calicem vino & aquâ permistum. De cætero aliter, quàm præceptum est, faciens, tamdiu à sacrificando cessabit, quamdiu legitimâ pœnitentiæ satisfactione correctus *a*, ad gradûs sui officium redeat, quod amisit.

1 ¶ Expressum vinum] *Sic apud Ivonem, & in Panormia, & in Bracharensi. In aliquot tamen vetustis est*, expressum botrum, *ut paulo inferius in hoc eodem capite. Sed Burchardus habet*, non expressum vinum.

2 ¶ Aliosverò pannum] *Hactenus ad vers.* Quod quàm sit, *non sunt in Bracharensi: neque etiam illa, sed si necesse sit, usque ad vers.* quia.

3 ¶ Juxta canonum] *In Bracharensi est*, juxta quod quidam doctor edisserit. *Significatur autem B. Cyprianus citatus sup. eâd.* in sanctificando.

4 ¶ Sententia,] *In Bracharensi sequitur*, quorum pietas in Deum religiosa sacramentorum horum & efficientias copiosè disseruit, & institutiones verissimè declaravit.

C. VIII. ¶ *Nulla oblatio corpori & sanguini Christi comparari valet.*

Item Alexander Papa V. *à Petro, epist. 2.*

2 NIhil *b* in sacrificiis majus esse potest, quàm corpus & sanguis Christi: nec ulla oblatio hâc potior est, sed hæc omnes præcellit: quæ purâ conscientiâ Domino offerenda est; & purâ mente suscipienda, atque ab omnibus veneranda: & sicut potior est cæteris, ita potiùs excoli & venerari debet.

C. IX. ¶ *Ante confecta mysteria pacem non debemus offerre.*

Item Innocentius Papa *Decentio Eugubino Episcopo salutem, epist. 2. cap. 2.*

3 PAcem igitur asseris ante confecta mysteria quosdam populis impertiri, vel sibi inter se Sacerdotes tradere: cùm post omnia (quæ aperire non debeo) pax sit necessariò indicenda, per quam constet populum ad omnia, quæ in mysteriis aguntur, atque in Ecclesia celebrantur, præbuisse consensum, ac finita esse, pacis concludentis signaculo demonstrentur.

C. X. ¶ *Ecclesiasticis liminibus careat minister, qui post consecrationem communicare contemnit.*

Item Anacletus Papa, *epist. 1.*

PEractâ *c* consecratione omnes communicent, qui noluerint Ecclesiasticis carere liminibus. Sic enim & Apostoli statuerunt, & sancta Romana tenet Ecclesia.

¶ *Tributuatur Calixto.* *Restitutum est Anacleto ex aliquot vetustis exemplaribus, & Burchardo, cui Anacleto tributur etiam suprà de consecr. dist. 1.* Episcopus.

C. XI. ¶ *Quisque Sacerdos, quoties Missam celebrat, toties sacram communionem percipiat.*

Item ex Concilio Toletano XII. *cap. 5.*

4 RElatum *a* est nobis, quosdam de Sacerdotibus non pro tot vicibus communionis sanctæ gratiam sumere, quot sacrificia in uno die videntur offerre: sed si in uno die plurima per se obtulerant sacrificia, in omnibus se oblationibus à communione suspendant, & in sola tantùm extrema *b* sacrificii oblatione communionis sanctæ gratiam sumant: quasi non sit totics illi vero & singulari sacrificio participandum, quoties corporis & sanguinis Domini nostri Jesu Christi immolatio facta constiterit. Nam ecce Apostolus dicit: *c* [*Nonne qui edunt hostias, participes sunt altaris?*] Certum est, quòd hi, qui sacrificantes non edunt, rei sunt Dominici sacramenti. Quicunque ergò Sacerdotum deinceps divino altario sacrificium oblaturus accesserit, & se à communione suspenderit, ab ipsis, quâ se indecenter privavit, gratiâ communionis anno uno repulsum se noverit. Nam quale erit illud sacrificium, cui nec ipse sacrificans particeps esse cognoscitur? Ergò modis omnibus est tenendum, ut quotiescunque sacrificans corpus & sanguinem Jesu Christi Domini nostri in altario immolat, toties perceptionis corporis & sanguinis Christi participem se præbeat.

C. XII. ¶ *Corpus Christi sine ejus sanguine Sacerdos non debet accipere.*

Item Gelasius Papa *Majorico & Iohanni Episcopis.*

COmperimus *d* autem, quòd quidam sumptâ tantummodò corporis sacri portione à calice sacri cruoris abstineant. Qui procul dubiò (quoniam nescio quâ superstitione docentur obstringi) aut integra sacramenta percipiant, aut ab integris arceantur: quia divisio unius ejusdemque mysterii sine grandi sacrilegio non potest provenire.

¶ *De hoc capite notatum est sup. 23. quæst. 2. & fin. apud Anselmum, & in Polycarpo tit. 30. (nam in nono titulo est caput per se) esse partem epistolæ quæ ibi refertur.*

C. XIII. ¶ *Eucharistia communionem quis quotidie accipit, nec reprehendatur, nec laudatur.*

Item Augustinus *de Ecclesiasticis dogmatibus, cap. 53.*

5 QUotidiè *e* Eucharistiæ communionem percipere, nec laudo, nec vitupero, omnibus tamen Dominicis diebus communicandum suadeo & hortor: si tamen mens sine affectu peccandi sit. Nam habentem adhuc voluntatem peccandi, gravari magis dico Eucharistiæ perceptione, quàm purificari. Et ideò, quamvis quis peccato mordeatur, peccandi non habeat de cætero voluntatem, & communicaturus satisfaciat lachrymis & orationibus: & confidens de Domini miseratione, qui peccata pia confessioni donare consuevit, accedat ad Eucharistiam intrepidus & securus. Sed hoc de illo dico, quem capitalia & mortalia peccata non gravant. *Idem epist. 118. cap. 3.* ¶ Dixerit *f* quispiam, non quotidie accipiendam Eucharistiam: alius affirmet quotidie: faciat unusquisque, quod secundùm fidem suam piè credit esse faciendum. Neuter enim eorum exhonorat corpus & sanguinem Domini, si saluberrimum sacramentum certatim honorare contendunt. Neque enim litigaverunt inter se, aut quisquam eorum se alteri præposuit, Zacæus *g* & ille centu-

a *al. correptus.* b *Burch. l. 3. c. 3. Ivo par. 2. cap. 13. & 61.* c *Suprà de consecr. dist. 1. omnes fideles. Burch. l. 3. c. 77.*

a *Ivo par. 2. c. 114.* b *al. extremi.* c *1. Cor. 10.* d *Micrologus c. 19. Algerus l. 2. cap. 2. Polyc. l. 3. tit. 9. & 30. Anselm. l. 6. cap. 147. Ivo p. 2. c. 69.* e *Valsid. de rebus Eccl. cap. 12. Sent. 4. dist. 12. Alger. l. 1. cap. 22. & 20. Polyc. l. 3. tit. 16. Ans. l. 3. c. 9. Burch. l. 1. c. 13. & 16. Ivo p. 2. c. 13. & 26. Pann. l. 2. c. 130.* f *Amalar. de Eccles. offic. c. 12. Cabilon. 2. c. 48. Beda 1. Cor. 11. & ibid. gloss. ord. Eugippius.* g *Luc. 19. Matth. 8.*

rio, cùm alter eorum gaudens in domum suam suscepit a Dominum, alter dixit: [*Non sum dignus, ut intres sub tectum meum.*] Ambo honorificantes Salvatorem diverso, & quasi contrario modo, ambo peccatis miseri, ambo misericordiam consecuti. Ad hoc 1 valet, quòd manna b secundùm propriam voluntatem in ore cujusque sapiebat.

¶ *Caput hoc ex duobus B. Augustini locis consectum, & in summam redactum, ex iisdem, ubi opus esse visum est, & emendatum est, & auctum. Algerus autem & Walfridus Strabo citant usq; ad vers:* Idem. *ex Gennadio Massiliensi Presbytero, quem B. etiam Thomas quodlib. 11. art. 10. facit auctorem libri de Ecclesiasticis dogmatibus. Et Platina in vita Symmachi, & Magister Sent. lib. 2. dist. 2.*

1 ¶ Ad hoc valet.] *Locus integer legendus est in originali.*

C. XIV. ¶ *Qui semper peccat, cælestis sacramenti medicinam semper accipiat.*

Item Ambrosius *lib. 4. de sacramentis, cap. ult.*

Si c quotiescunque effunditur sanguis Christi, in remissionem peccatorum effunditur; debeo illum semper accipere, ut semper mihi peccata dimittantur. Qui semper pecco, semper debeo habere medicinam.

C. XV. ¶ *Non abstineat à corpore Domini, nisi qui excommunicari meretur.*

Item Hilarius Episcopus.

Sid non sunt tanta peccata, ut excommunicetur quis, non se debet à medicina corporis & sanguinis Domini separare.

¶ *Cæteri etiam collectores & Algerus citant ex Hilario. Apud B. Augustinum epistolâ 118. hæc habentur:* Si peccata tanta non sunt, ut excommunicandus quisquam homo judicetur, non se debet à medicina Dominici corporis separare: *nec multò aliter apud Bedam 1. Cor. 11.*

C. XVI. ¶ *Ter in anno quisq; fidelium communicet.*

Item Fabianus Papa *ait.*

Etsi non e frequentiùs, saltem in anno ter laici homines communicent (nisi fortè quis majoribus quibuslibet criminibus impediatur) in Pascha videlicet, & Pentecoste, & Natali Domini.

¶ *Apud eosdem collectores eodem modo citatur. Verùm præter ultima verba,* in Pascha videlicet, &c. *habentur in Concilio Turonensi tertio, c. 50. & Capit. l. 2. c. 45.*

C. XVII. ¶ *Etiam in cœna Domini sacram communionem debemus accipere.*

Item Soter Papa *f ait.*

In g cœna Domini à quibusdam perceptio Eucharistiæ negligitur, quæ quoniam in eadem die ab omnibus fidelibus (exceptis iis, quibus pro gravibus criminibus inhibitum est) percipienda sit, Ecclesiasticus usus demonstrat: cùm etiam pœnitentes eâdem die ad percipienda corporis & sanguinis Dominici sacramenta reconcilientur.

C. XVIII. ¶ *Projiciatur ab Ecclesia, qui à communione sacramenti si pro luxuria sua avertit.*

Item ex Concilio h Martini Bracharensis, *cap. 83.*

Si quis intrat in Ecclesiam Dei, & sacras Scripturas audit, & pro luxuria sua avertit se à communione sacramenti, & in observandis mysteriis declinat constitutam regulam disciplinæ, illum talem projiciendum de Ecclesia catholica esse decernimus, donec pœnitentiam agat, & ostendat fructum pœnitentiæ suæ, ut possit communione 1 perceptâ indulgentiam promereri.

1 ¶ Communione perceptâ] *In recentioribus Conciliorum editionibus legitur:* ut possint communionem perceptâ indulgentiâ promereri. *Editiones verò antiquæ, & Vaticanus codices habent ut Gratianus. Concilii Antiocheni capite secundo (unde hoc videtur sumptum) hæc sunt verba,* Ἐὰν παρακληθέντες τυχεῖν συγχωρήσεως συγχωρήσωμεν: id est, & implorantes consequi veniam possint.

C. XIX. ¶ *Non habeantur Catholici, qui hic tribus temporibus communicare desinunt.* a

Item ex Concilio Agathensi, *c. 11.*

Seculares b qui in Natali Domini, Paschа, & Pentecoste non communicaverint, Catholici non credantur, nec inter Catholicos habeantur.

C. XX. ¶ *Corripiantur, qui in Ecclesia communicare contemnunt.*

In Concilio Toletano I. *c. 13.*

Hi, qui intrant in Ecclesiam, & deprehenduntur nunquam communicare, admoneantur. Quòd si non communicant, ad pœnitentiam accedant. Si communicant, non semper abstineant 1: si non fecerint, abstineantur.

1 ¶ Abstineant:] *In originali legitur,* abstineantur, *quemadmodum in fine capitis, etiam in vetustis Gratiani. Sed hoc loco interpretatio glossæ magis convenit verbo,* abstinent.

C. XXI. ¶ *Ante sanctam communionem à propria uxore quisq; contineat.*

Item ex Concilio Eliberitano.

Omnis c homo ante sacram communionem à propria uxore abstinere debet tribus, aut quatuor d, aut octo diebus: nec inter 1 Catholicos connumerabitur, qui in istis videlicet temporibus, Paschа, Pentecoste, & Natali Domini non communicaverit.

1 ¶ Nec inter] *Hæc usque ad finem absunt hoc loco à Burchardo & Ivone, suntq; summa quædam capitis,* Seculares. *supra edd.*

C. XXII. ¶ *Quare tres partes fiant ex corpore Christi.*

Item Sergius Papa *ait.*

6 Triforme e est corpus Domini. Pars oblatæ 1 ps in calicem missa, corpus Christi, quod jam resurrexit, monstrat. Pars comesta, ambulans adhuc super terram. Pars in altari usque ad Missæ finem remanens, corpus jacens in sepulchro: quia usque ad finem seculi corpora Sanctorum in sepulchris erunt.

1 ¶ Oblatæ] *Antèa legebatur* oblata. *Emendatum est & hoc, & alia ex vetustis codicibus, glossa ordinaria, atq; ex aliis scriptoribus indicatis.*

C. XXIII. ¶ *A quibus sunt contrectanda sacramenta Dominica.*

Item ait Clemens Papa, *epist. 2.*

7 Tribus f gradibus commissa sunt sacramenta ps divinorum secretorum, id est, Presbytero, Diacono, & ministro: qui cum timore & tremore Clerico-

a *al. susceperit.* b *Sap. 16.* c *Alg. l. 1. c. 22. Sent. ibid. Polyc. ibid. Burch. l. 3. c. 19. Ivo p. 2. c. 21.* d *Alg. ibid. Polyc. l. 3. tit. 16. Burch. l. 3. c. 18. Ivo p. 2. c. 28. Rab. de inst. Cleric. 51.* e *Sent. 4. dist. 12. Polyc. ibid. Burch. l. 3. c. 17. Ivo p. 2. c. 27. Pann. l. 2. c. 131.* f *In Cabilon. 2. c. 47.* g *Polyc. ibid. Burch. l. 3. c. 20. Ivo part. 2. c. 30.* h *In cap. synod. Gracarum, ex Concilio Antiocheno, c. 2.*

a *al. parùm pendunt.* b *Burch. l. 3. c. 23. Ivo part. 2. cap. 33.* c *Burch. l. 3. c. 22. Ivo p. 2. c. 32. Pann. l. 2. c. 152.* d *al. quinq; aut septem.* e *Glossa ordin. 1. Corinth. 11. Sent. 4. dist. Amalarius lib. 3. c. 35. Alcuinus fol. 79. Micrologus cap. 17. Rabanus de inst. Cler. cap. ult. Alg. l. 1. c. 19.* f *Ordo Romanus fol. 3. Pannorm. lib. 1. c. 141.*

rum reliquias fragmentorum corporis Domini custodire debent. *Item ibidem.* ¶ Tanta *a* in altario certè holocausta offerantur, quanta populo sufficere debeant. Quòd si remanserint, in crastinum non reserventur, sed cum timore, & tremore, Clericorum diligentiâ consumantur. Qui autem residua corporis Domini, quæ in sacrario relicta sunt, consumunt, non statim ad communes accipiendos cibos conveniant, ne putent sanctæ portioni miscere *b* cibum, qui per aqualiculos digestus in secessum funditur. Si igitur manè Dominica portio editur, usque ad sextam jejunent ministri, qui eam consumpserunt: & si tertiâ vel quartâ horâ acceperint, jejunent usque ad vesperam. Sic secretâ sanctificatione æterna custodienda sunt sacramenta. *& infrà.* ¶ Præcipimus etiam, ne unquam extero *c* Clerico Ecclesiæ, sive Laico de fragmentis oblationum Christi ponatur ad mensam. Unde scis tu, qui passim sanctuarii *d* panes indignis impendis, unde nôsti, si à mulieribus mundi sunt hi, quibus impendis? Hinc & David ab Abimelech Sacerdote interrogatus, cùm panem sibi ad comedendum posceret, si mundus esset à muliere, cùm se mundum ante triduum profiteretur, panes propositionis manducavit.

C. XXIV. ¶ *Inficiuntur, non mundantur scelerosi, qui communicare non desinunt.*

Item Isidorus *lib. 1. de summo bono, c. 24.*

8 QUi *e* scelerate vivunt in Ecclesia, & communicare non desinunt, putantes se tali communione mundari, discant nil ad emundationem sibi proficere, dicente Prophetâ: *f* [*Quid est, quod dilectus meus fecit in domo mea scelera multa? Numquid carnes sanctæ auferent à te malitias tuas?*] & Apostolus: *g* [*Probet, inquit, semetipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat.*]

C. XXV. ¶ *Damnationem, non salutem acquirunt, qui indignè Sacramentis Christi communicant.*

Item ex octava Synodo, *Basilius* h *Episcopus dixit.*

TImorem docet nos Apostolus dicens: *i* [*Qui manducat & bibit indignè, judicium sibi manducat & bibit.*] Fidem verò edocet nos Dominus dicens: [*Hoc* k *est corpus meum, quod pro vobis dabitur. Hoc facite in meam commemorationem.*] *& infrà.* ¶ Et Apostolus *l* de unigenito Dei filio: [*Humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.*] Cùm ergò anima fidem habet his dictis, & considerat magnificentiam gloriæ ipsius, & admiratur nimietatem humilitatis, quomodo tantus ac talis obediens fuit patri usque ad mortem pro nostra vita; puto, quia provocari possit ad affectum, & dilectionem ipsius, & Dei patris, qui *m* unico filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. *& infrà.* ¶ Talem ergò affectum & fidem præparare debet in animo suo is, qui panem & calicem Domini percipit.

¶ *Hoc Basilii caput est ex versione Rufini, c. 70. quibusdam tamen omissis. Ex hac autem citatione, quam nunc affert Gratianus, & aliis ejusdem loci, ut alibi dictum est, videtur posse colligi, regulas illas beati Basilii post octavam Synodum in codice, quo Gratianus usus est, fuisse collocatas.*

C. XXVI. ¶ *Non à quo, sed ante quem offeratur, considerandum est.*

Item Augustinus *in lib. quæstionum Numerorum, quæst. 38.*

ET dixit Dominus ad *a* Moysen, & ad Eleazarum filium Aaron Sacerdotem: [*Tollite thuribula ærea è medio exustorum, & ignem alienum hunc seminate* b *ibi: quia sanctificaverunt thuribula peccatorum horum in animabus* 1 *suis: & fac ea laminas ductiles, circumpositionem altari, quoniam oblata sunt ante Dominum, & sanctificata sunt, & facta sunt in signum filiis Israël.*] *c* Sed notandum non modo dicta sanctificata pœna eorum, à quibus peccatum hoc fuerat perpetratum: quia per eos exemplum datum est cæteris, quo timerent. Circumpositionem autem altari cur ex eis fieri voluit, addidit, dicens: [*quoniam oblata sunt ante Dominum, & sanctificata facta sunt in signum filiis Israël.*] Non ergò in eis probari voluit, quòd à talibus oblata sunt, sed hoc potiùs attendi, ante quem oblata sint, id est, quia ante Dominum, ut plùs in eis valeret nomen Domini, ante quem oblata sunt, quàm pessimum meritum eorum, à quibus oblata sunt.

1 ¶ In animabus suis:] *Apud B. Augustinum legitur, in manibus suis: sed apud Septuaginta, quos ille sequi solet, est, ἐν τοῖς ψυχαῖς αὐτῶν.*

C. XXVII. ¶ *Pœnitentia ejus, cujus negligentiâ de Christi sanguine aliquid stillat.*

Item ex decreto Papæ Pii.

9 SI *d* per negligentiam aliquid de sanguine *e* Domini stillaverit in terram, linguâ lambetur, & tabula radetur. Si non fuerit tabula, ut non conculcetur, locus corradetur, & igne consumetur, & cinis intra altare recondetur, & Sacerdos quadraginta diebus pœniteat. Si super altare stillaverit calix, sorbeat minister stillam, & tribus diebus pœniteat. Si super linteum altaris, & ad aliud stilla pervenerit, quatuor diebus pœniteat. Si usque ad tertium, novem diebus pœniteat. Si usque ad quartum, viginti diebus pœniteat, & linteamina, quæ tetigerit stilla, tribus vicibus minister abluat, calice suppositò: & aqua ablutionis sumatur, & juxta altare recondatur.

C. XXVIII. ¶ *Quæ pœnitentia sit imponenda ei, qui sacramentum evomit.*

Item ex pœnitentiali Bedæ Presbyteri, *c. de ebrietate.*

SI per ebrietatem *f.* vel voracitatem Eucharistiam evomuerit, quadraginta diebus pœniteat, si Laicus est: Clerici, vel Monachi, seu Diaconi, & Presbyteri septuaginta diebus pœniteant: Episcopi nonaginta. Si pro *g* infirmitatis causa evomuerint, septem diebus pœniteant.

¶ *Apud Bedam & collectores nonnihil varietatis est, potissimum in dierum numero, qui apud Bedam omnino distinctior est.*

C. XXIX. ¶ *Sacerdotes non nisi per se divina sacramenta ministrent.*

Item ex Concilio Rhemensi, *c. 2.*

10 PErvenit *h* ad notitiam nostram, quòd quidam Presbyteri in tantum parvipendant divina mysteria, ut Laico, vel fœminæ sacrum corpus Domini tradant ad deferendum infirmis: & quibus prohibetur, ne sacrarium ingrediantur, nec ad altare appropinquent, illis sancta Sanctorum committuntur. Quod quàm sit horribile, quamque detestabile, omnium religiosorum animadvertit prudentia. Igitur interdicit per omnia Synodus, ne talis temeraria præsumptio ulteriùs fiat: sed omnimodis Presbyter per semetipsum infirmum communicet. Quòd si aliter fecerit, gradûs sui periculo subjacebit.

a Ordo Romanus fol. 57 Polyc. l. 3. tit. 16. Burch. l. 3. c. 11. Ivo p. 2. c. 21. & 84. & 76. Pann. l. 1. c. 149. b al. commisceri. c excommunicato] orig. d al sacrarii. e Infrà dist. 4. qui in materiis. 6. qui scelerate. f Hier. 11. g 1. Cor. 11. h Ex Basilii regulis brevioribus, c. 172. i 1. Cor. 11. k Luc 22. l Philip. 2. m Ioan. 3.

a Num. 16. b semina] orig. c Omittuntur aliquot verba. d Polyc. l. 3. tit. 16. Burch. l. 3. c. 47 Ivo p. 2 c. 36. Pannor. l. 1 c. 116. e al. calice. f Burch. l. 3. c. 46. Ivo part. 2. cap 33. Pann. l. 1. c. 113. g al. ex. h Burch. l. 3. c. 30. Ivo p. 2. c. 30. Pann. l. 1. c. 114.

C. XXX.

C. XXX. ¶ *Quando celebratur Missa, Presbyterium Laicus ingredi non præsumat.*

Item Clemens Papa.

11 ps SAcerdotum *a*, aliorumque Clericorum Ecclesiis servientium honores à Laicorum loco discretè apparere convenit. Quamobrem nulli Laicorum liceat in eo loco, ubi Sacerdotes, & reliqui Clerici consistunt (quod Presbyterium nuncupatur) quando Missa celebratur, consistere, ut liberè ac honorificè possint sacra officia exercere *b*.

¶ *Extat caput hoc in Synodo Eugenii II. (ex qua etiam citat Anselmus) itemq; in Synodo Leonis IV. c. 33. & in 7. lib. Capit. c. 278.*

C. XXXI. ¶ *Sicut in Metropolitana Ecclesia, ita ubiq; Missarum solennia celebrentur.*

Item ex Concilio Gerundensi, *c. 1.*

12 ps INstitutio *c* Missarum, sicut in Metropolitana Ecclesia agitur, ita in Dei nomine in omnibus 1 provinciis tam ipsius Missæ ordo, quàm psallendi *d*, vel ministrandi consuetudo servetur.

1 ¶ Omnibus provinciis] *In Concilio ipso legitur*, In Tarraconensi provincia: *apud Burch. verò & Ivonem*, in omnibus comprovincialibus Ecclesiis.

C. XXXII. ¶ *Quid sit sacrificium, quid sit sacramentum.*

Item Augustinus *in lib. 10. de civit. Dei, c. 5.*

13 ps SAcrificium 1 visibile *e*, invisibile est sacramentum, id est, sacrum signum. *Item alibi.* ¶ Sacramentum 2 est invisibilis gratiæ visibilis forma.

1 ¶ Sacrificium] *In originali, & apud Lanfrancum, & Ivonem est*: Sacrificium ergo visibile invisibilis sacrificii sacramentum, id est, sacrum signum est: *sed ob glossam non est mutatum.*

2 ¶ Sacramentum] *In libro de catechizandis rudibus, c. 26. hæc leguntur*: De sacramento sanè, quod accepit, cùm ei benè commendatum fuerit, signacula quidem rerum divinarum esse visibilia, sed res ipsas invisibiles in eis honorari. *In epistola autem 166. hæc*: Si autem malus est, operatur per illum Deus visibilem sacramenti formam: ipse autem donat invisibilem gratiam. *Ex quibus locis videtur colligi potuisse vulgata ista sacramenti definitio.*

C. XXXIII. ¶ *Quid sit signum.*

Idem *in lib. 2. de doctrina Christiana, c. 1.*

SIgnum *f* est res præter speciem, quam ingerit sensibus, aliud aliquid ex se faciens in cognitionem *g* venire.

C. XXXIV. ¶ *Post consecrationem non substantia, sed species remanet.*

Item Gregorius Papa *in homilia Paschali ast.*

SPecies *h* & similitudo illarum rerum vocabula sunt, quæ antè fuerunt, scilicet panis & vini. Unde in fine cujusdam *i* Missæ oratur, & dicitur: [*Perficiant in nobis, quæsumus Domine, tua sacramenta quod continent, ut quod* k *nunc specie gerimus, rerum veritate capiamus.*] Postulat quippe Sacerdos, ut corpus Christi, quod sub specie panis & vini nunc geritur, manifestâ visione, sicut reverà est, quandoque capiatur. De qua visione Dominus in Evangelio secundùm Joannem ait: *a* [*Qui dilegit me, diligetur à patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum.*] Quamvis non improbabiliter quidam exponant hoc loco, carnis & sanguinis veritatem, ipsam eorundem efficientiam, id est, peccatorum remissionem.

¶ *Ivo citat ex Lanfranco, apud quem habetur continenter post verba Gregorii allata ex homilia Paschali, quemadmodum & multa alia sequentia, quæ à Gratiano ex aliis auctoribus citantur, apud eundem Lanfrancum & Algerum extant, & interdum copiosiùs, quàm apud Ivonem & Gratianum.*

C. XXXV. ¶ *Visibiles creaturæ in Christi corpus & sanguinem invisibiliter convertuntur.*

Item Eusebius Emissenus. *b*

14 ps QUia *c* corpus assumptum ablaturus erat ab oculis nostris, & fideribus illaturus, necessarium erat, ut die Cœnæ sacramentum nobis corporis & sanguinis sui consecraret: ut coleretur jugiter per mysterium, quod semel offerebatur in pretium: ut quia quotidiana, & indefessa currebat pro hominum salute redemptio, perpetua esset etiam redemptionis oblatio, & perennis victima illa viveret in memoria, & semper præsens esset in gratia, verè unica & perfecta hostia, fide æstimanda, non specie; nec exteriori censenda visu, sed interiori affectu. Unde meritò cœlestis confirmat auctoritas: quia [*caro d mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus.*] ¶ Recedat *e* ergo omne infidelitatis ambiguum: quandoquidem, qui auctor est muneris, ipse etiam testis est veritatis. Nam invisibilis *f* Sacerdos visibiles creaturas in substantiam corporis & sanguinis sui verbo suo secretâ potestate convertit, ita dicens: [*Accipite, & comedite: hoc est enim corpus meum:*] & sanctificatione repetitâ, [*Accipite, & bibite, hic est sanguis meus.*] Ergò sicut ad nutum præcipientis Domini repentè ex nihilo subsistiterunt excelsa cœlorum, profunda fluctuum, vasta terrarum: ita pari potestate in spiritualibus sacramentis, ubi 1 præcipit virtus, servit effectus. Quanta itaque, & quàm celebranda beneficia vis divinæ benedictionis operetur, attende: &, ut *g* tibi novum & impossibile videri non debeat, quòd in Christi substantiam terrena & mortalia convertuntur, teipsum, qui jam in Christo es regeneratus, interroga. Dudum alienus à vita, peregrinus à misericordia, à salutis via intrinsecùs mortuus exulabas: subitò initiatus Christi legibus, & salutaribus mysteriis innovatus, in corpus Ecclesiæ non videndo, sed credendo transfilivisti, & de filio perditionis adoptivus Dei filius fieri occultâ puritate meruisti: in mensura visibili permanens, major factus es teipso invisibiliter, sine quantitatis augmento, cùm ipse atque idem esses, multò aliter *h* fidei processibus extitisti: in exteriori nihil additum est, & totum in interiori mutatum est: ac sì homo Christi filius effectus, & Christus in hominis mente formatus est. Sicut ergò sine corporali sensu, præteritâ vilitate depositâ, subito novam indutus es dignitatem, & sicut hoc *i*, quòd in te Deus læsa curavit, infecta diluit, immaculata *k* deterst, non sunt oculis, nec *l* sensibus tuis credita: ita cùm reverendum altare cœlestibus cibis satiandus ascendis, sacrum Dei tui corpus & sanguinem fide respice, honora, mirare, mente contige, cordis manu suscipe, & maximè haustu interiore assume.

---

a *Concor. 6. Syn. c. 69. Turonicum 2. c. 4. extrà de vita & honestate cler. c. 1. Anselm. lib. 5 cap. 78.* b *al. exercere] al. celebrari.* c *Sup. d. 12 c. 13. Burch. l. 3. c. 66. Ivo p. 3. c. 81.* d *al. psallendo vel ministrando.* e *Senten. 4. dist. 1. & 2 Lanfrancus contra Berengarium, epist 166. Algerus l. 1. c. 4. Ivo p. 2. c. 8. Pann. l. 3. c. 130.* f *Lanfrancus ibid. Algerus l. 1. c. 4. Ivo p. 2. c. 8. Pann. l. 2. c. 131.* g *al. cogitationem.* h *Lanfrancus ibid. Guitmundus l. 2. Ivo p. 2. c. 9. Pann. l. 2. c. 132.* i *In Sab. 4. temp. Septemb.* k *al. quæ.*

a *Ioan. 14.* b *Inter opera B. Hieron. tom. 9. al. 4. in serm. de corp. & sang. Domini.* c *Sent. 4. dist. 8. Alger. l. 1. c. 16. & 15. Ivo part 2 cap. 4.* d *Ioann. 6.* e *Senten. 4. dist. 10. Pannor. l. 2. c. 129. Paschas. in epist. ad Frudegardum ex Euseb. Emis.* f *al. visibilia.* g *al. quomodo.* h *al. aliter.* i *al. hæc, quæ.* k *maculata] veracitus.* l *al. sed.*

1 ¶ Ubi præcipit] *Sic apud Ivonem, & in Panormia. Apud Paschasium legitur*, ubi præcipit virtus, rei servit effectus: *& fortasse loco dilectius*, ubi, *legendum est*, verbi. *In vetustiore editione humiliar. est*, verbis præbet virtus, & rei servit effectus. *In recentiore autem*, verbo præbetur virtus, & rei servit effectus. *Multa verò aliis locis sunt partim ex originali, partim ex Ivone emendata.*

C. XXXVI. ¶ *Quare in specie panis & vini Sacramentum suum Christus nobis ministravit.*

Item Augustinus.

QUia passus est Dominus pro nobis, commendavit *a* nobis in isto sacramento corpus & sanguinem suum, quod etiam fecit & nos ipsos. Nam & nos ipsius corpus facti sumus, & per misericordiam ejus, quod accipimus, nos sumus. Recordamini: & vos non fuistis, & creati estis: ad aream Dominicam comportati estis laboribus boum, id est, annuntiantium Evangelium, triturati estis: quando catechumeni deferebamini, in horreo servabamini, nomina vestra dedistis, cœpistis moli jejuniis, & exorcismis: posteà ad aquam venistis, & conspersi estis, & panis Dominicus facti estis. Ecce, quod accepistis. Quomodo ergò videris esse unum, quod factum est, sic unum estote vos, diligendo vos, tenendo unam fidem, unam spem, individuam charitatem. Hæretici, quando hoc accipiunt, testimonium contra se accipiunt, quia illi quærunt divisionem, cùm panis iste indicet unitatem: sic & vinum in multis racemis fuit, & modò unum est, unum *1* est in suavitate calicis post pressuram torcularis. Et vos post illa jejunia, post labores, post humilitatem & contritionem cordis, jam in nomine Christi, tanquam ad calicem Domini venistis: & ibi vos estis in mensa, & ibi vos estis in calice, nobiscum vos estis. Simul enim hoc sumimus, simul bibimus, quia simul vivimus. *Item in sermone de infantibus.* ¶ Ita *b* Dominus Jesus Christus nos significavit, nos ad se pertinere voluit, mysterium pacis, & unitatis nostræ in sua mensa consecravit. Qui *c* accipit mysterium unitatis, & non tenet vinculum pacis, non mysterium accipit pro se, sed testimonium contra se. Nulli *2.* est *d* aliquatenùs ambigendum tunc unumquemque fidelium corporis & sanguinis Dominici fieri participem, quando in baptismate membrum efficitur Christi, nec alienari ab illius panis, calicisque consortio, etiamsi antequam panem illum comedat, & calicem bibat, de hoc seculo in unitate corporis Christi constitutus abscedat. Sacramenti quippe illius participatione ac beneficio non privatur, quando in se *e* hoc, quod illud sacramentum significat, invenit *f.*

¶ *Beda ad c. 10. primæ ad Corinthios citat ex sermone de sacramentis fidelium, ferià 2. Paschæ, neq; multò aliter Ivo.*

1 ¶ Unum est] *Ita emendatum est hoc ex Beda, quemadmodum & multa alia. Hujus verò lectionis vestigium erat in manuscriptis, & apud Ivonem. In vulgatis legebatur*, Vinum in sua nativitate, calix post, &c.

2 ¶ Nulli est] *Hæc usq; ad finem habentur infr. dist. 4. c.* nulli. *& in Polycarpo citantur ex Innocentio.*

C. XXXVII. ¶ *Dum Hostia frangitur, passio Christi ad memoriam redit.*

Item *in libro sententiarum Prosperi.*

CUm *g* frangitur *b* Hostia, dum sanguis de calice in ora fidelium funditur, quid aliud, quàm Dominici corporis in cruce immolatio, ejusq; sanguinis de latere effusio designatur?

¶ *Apud Lanfrancum (apud quem forè habentur, quæ à Gratiano citantur ex lib. sententiarum Prosperi, aut ex August. inl. sententiarum Prosperi) hæc antecedunt:* Sacramenta enim illarum rerum, quarum sunt sacramenta, semper similitudinem gerunt, sicut in sacramento, de quo hæc quæstio ventilatur, dum frangitur Hostia, &c.

C. XXXVIII. ¶ *De veritate corporis & sanguinis Christi ambigere non licet.*

Item Leo *a.* Episcopus, *& sancta Synodus, quæ in urbe Romana convenit, Clero, honoratu, & plebe consistente Constantinopoli, ita scribit.*

IN quibus *b* isti ignorantiæ tenebris, in quo hactenus desidiæ torpore jacuêre? ut nec auditu discerent, vel lectione cognoscerent, quod in Ecclesia Dei in omnium ore tam consonum est, ut nec ab infantium linguis veritas corporis & sanguinis Christi inter communia sacramenta fidei taceatur: quia in illa mystica distributione spiritalis alimoniæ hoc impertitur, hoc sumitur, ut accipientes virtutem cœlestis cibi, in carnem ipsius, qui caro nostra factus est, transeamus? Idem *c* est cibus refectionis, & cibus sanguinis. Sicut enim caro Domini verè est cibus, ita sanguis verè noster est potus. *Idem.* Est etiam corpus de quo dictum est: *d* [*Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus.*] Circa *e* hoc corpus aquilæ sunt, quæ alis circumvolitant spiritualibus. *Idem.* Unde *f* & corpus Christi edimus, ut vitæ æternæ possimus esse participes. *Idem.* Cujus *2.* clarè *g* argumentis utimur, suis utamur exemplis, incarnationisq; exemplo astruamus mysterii veritatem. *& infrà.* ¶ Quid *h* hic quæris naturæ ordinem in Christi corpore, cùm præter naturam sit ipse Dominus Jesus Christus partus ex Virgine?

1 ¶ Idem est cibus] *In aliquot vetustis codicibus:* Idem Leo Papa. Est cibus, &c. *Eundemq; Leonem citat Anselmus. Cæterùm apud B. Leonem non sunt inventa, sed apud B. Ambrosium, cujus etiam sunt sequentia, variis ex locis collecta.*

2 ¶ Cujusclarè] *Gratianus infrà c.* reverà. *sic refert ex Ambrosio:* Sed quid argumentis utimur? suis utamur exemplis, incarnationis, &c. *Extat etiam Algero. Ivo reliqua eodem modo, tantummodò in hoc discrepat, quòd habet*, incarnationisq; novitate. *Sed retenta est Gratiani lectio cum ob glossam, tum quoniam Lanfrancus forè concordat cum Gratiano, ubi expositam à se catholicam veritatem confirmat B. Ambrosii verbis.*

C. XXXIX. ¶ *Non natura à nascitur, sed consecratione nobis conficitur corpus & sanguis Christi.*

Item Ambrosius *in libro de catechizandis rudibus.*

PAnis *i* & calix non quâlibet, sed certâ consecratione mysticus fit nobis, non nascitur. Proinde quod ita fit nobis, quamvis sit panis & calix, alimentum est resurrectionis, non sacramentum religionis: non quòd benedicimus, gratiasque agimus Domino in omni ejus munere, non tantùm spiritali, verùm etiam corporali.

¶ *Ivo citat ex Augustino in libro de catechizandis rudibus. Beda ad cap. 10. primæ ad Corinthios, & Algerus citant ex B. Augustino contra Faustum, habeturq; in libro 20. contra Faustum.*

---

a *Inf. eâdem*, commendavit. *Beda 2. Cor. 10. Alg. l. 1. c. 3. & alibi. Ivo p. 2. c. 1.* b *Beda ibid. paulo superius ex Aug. in serm. ad infantes ad altare de sacramento.* c *Inf. eâd. qui manducat. Sent. 4. dist. 8.* d *Inf. dist. 4. nulli. Sent. 4 dist. 9. Polyc. l. 3. tit. 10.* e *al. ipse.* f *al. invenitur.* g *al. Dum.* h *Lanfranc. ibid. Alg. l. 1. c. 13. Ivo p. 2. c. 9. Panorm. l. 1. c. 42.*

a *Leo 1. epistol. 23. al. 22.* b *Anst. l. 9. c. 8. & 7.* c *al. Item. Est cibus.* d *Innoc. 6.* e *Ambr. in c. 17. Luc. Lt. c. 7.* f *ad c. 22. Luc. l. 10. c. 3.* g *Deinq; qui initiatur, c. 3. Ivo p. 2. c. 7. Inf. eâd. reverà.* h *Sent. 4. dist. 10.* i *Beda 1. Cor. 10. Alcuinus de div. offic. fol. 17. Alger. lib. 1. cap. 6. Ivo part. 2. c. 1. Panorm. lib. 4. c. 123.*

sum-

stum, c. 11. Verum apud Algerum & Ivonem est in summam redactum: apud Gratianum multis præterea locis depravatum, quæ ob glossam correcta non sunt. Verba B. Augustini sunt hæc: Noster autem panis & calix non quilibet, quasi propter Christum in spicis & in sarmentis ligatum, sicut illi desipiunt, sed certâ consecratione mysticus fit nobis, non nascitur. Proinde, quod non ita sit, quamvis sit panis & calix, alimentum est refectionis, non sacramentum religionis: nisi, quòd benedicimus, gratiasque agimus Domino ist omni ejus munere, non solum spiritali, verum etiam corporali.

C. XL. ¶ *Quod ante benedictionem panis & vinum est, post benedictionem est corpus & sanguis Christi.*

Idem Ambrosius *in libr. de iis, qui mysteriis initiantur, c. 9.*

ANte *a* benedictionem verborum cœlestium alia species nominatur: post benedictionem *b* corpus significatur. *Item ibidem.* ¶ In illo sacramento Christus est. *Item lib. 4. de sacramentis, cap 5.* ¶ Qui manducaverit hoc corpus, fiet ei remissio peccatorum.

C. XLI. ¶ *Sub specie panis & vini invisibiles Christi carnem & sanguinem honoramus.*

Item Augustinus *in 1. libro sententiarum Prosperi.*

NOs *d* autem in specie panis & vini, quam videmus, res invisibiles, id est, Christi carnem & sanguinem honoramus: nec similiter comprehendimus *e* has duas species, ex quibus conficitur Dominicum corpus, quemadmodum ante consecrationem comprehendebamus *f*: cùm fideliter fateamur ante consecrationem esse panem & vinum 1, quod natura formavit: post consecrationem verò Christi carnem & sanguinem, quod benedictio consecravit.

1 ¶ Et vinum,] *Apud Lanfrancum, dum verba Augustini in libro de catechizandis rudibus ab adversario sibi objecta interpretatur, sic legitur:* esse panem, vinumque, id est, eas res, quas natura formavit, inter sacrandum verò converti in Christi carnem & sanguinem, quas utrasque res benedictio consecravit. *Ivo autem habet ferè ut Gratianus.*

C. XLII. ¶ *Confessio g Berengarii.*

EGo *h* Berengarius indignus sancti Mauritii Andegavensis Ecclesiæ Diaconus, cognoscens veram catholicam, & Apostolicam fidem, anathematizo omnem hæresim, præcipuè eam, de qua hactenus infamatus sum, quæ astruere conatur panem & vinum, quæ in altari ponuntur, post consecrationem solummodò sacramentum, & non verum corpus & sanguinem Domini nostri Jesu Christi esse, nec posse sensualiter, nisi in solo sacramento manibus Sacerdotum tractari, vel frangi, aut fidelium dentibus atteri. Consentio autem sanctæ Romanæ, & Apostolicæ sedi, & ore & corde profiteor de sacramentis Dominicæ mensæ eandem fidem me tenere, quam Dominus, & venerabilis Papa Nicolaus, & hæc sancta Synodus auctoritate Evangelicâ & Apostolicâ tenendam tradidit, mihique firmavit *i*: scilicet panem & vinum, quæ in altari ponuntur, post consecrationem non solùm sacramentum, sed etiam verum corpus & sanguinem Domini nostri Jesu Christi esse, & sensualiter non solùm sacramento *a*, sed in veritate manibus Sacerdotum tractari, frangi, & fidelium dentibus atteri; jurans per sanctam, & homousion Trinitatem, & per hæc sacrosancta Christi Evangelia. Eos verò, qui contra hanc fidem venerint, cum dogmatibus & sectatoribus suis æterno anathemate dignos esse pronuntio. Quòd si ego ipse aliquando contra hæc aliquid sentire aut prædicare præsumpsero, subjaceam canonum severitati. Lecto, & perlecto sponte subscripsi. ¶ Hanc *b* confessionem fidei de corpore & sanguine Domini nostri Jesu Christi à Berengario Romæ coram CXIII. Episcopis factam, misit Papa Nicolaus per urbes Italiæ, Germaniæ, Galliæ, & ad quæcunq; loca fama pravitatis ejus pervenire antè potuit: ut Ecclesiæ, quæ priùs doluerant de aversо atque perversо 1, postea gauderent de reversо atque conversо.

¶ *In regesto Gregorii VII. lib. 3. & 6. in Synodo, an. Domini 1079. habetur alia ejusdem Berengarii abjuratio. Cui repetitioni quid causam dederit, exponitur in scholiis Cancellarium, quæ Colonia quatuor tomis sunt impressa.*

1 ¶ Perversо,] *Ita etiam Ivo. Lanfrancus habet,* adversо.

C. XLIII. ¶ *Quare Elementorum species reserventur, cum verè sit corpus Christi & sanguis.*

Item Ambrosius *in libro de officiis.*

FOrtè *c* dicas, quomodo vera caro, quomodo verus sanguis, qui similitudinem non 1 video carnis, non video sanguinis veritatem? Primò omnium dixi tibi de sermone Christi, qui operatur, ut possit mutare, & convertere genera & instituta naturæ. Deinde, ubi non tulerunt sermonem Christi discipuli ejus, sed audientes, quòd *d* carnem suam daret manducare, & sanguinem suum bibendum, recedebant, solus autem Petrus dixit: [*Verba vitæ æterna habes: & ego à te quò recedam?*] Ne igitur plures hoc dicerent, & veluti quidam esset horror cruoris, sed maneret gratia redemptoris *e*, ideò in similitudine quidem accipis sacramentum, sed veræ naturæ gratiam, virtutemque consequeris: [*Ego f sum, inquit, panis vivus, qui de cœlo descendi.*]

1 ¶ Non video] *Eodem ferè modo est apud Ivonem. In originali autem, nec multò secùs apud Lanfrancum, hic locus sic habet:* Fortè dicas: quomodo vera? qui similitudinem video, non video sanguinis veritatem.

C. XLIV. ¶ *Non carnaliter, sed spiritualiter Christi corpus & sanguinem debemus accipere.*

Item Augustinus *in expositione Psal. 54.*

PRima *g* quidem, *inquit*, hæresis in discipulis Christi, velut à duritia ejus sermonis facta est. Cùm enim diceret: [*Nisi h quis manducaverit carnem meam, & biberit sanguinem meum, non habebit vitam æternam:*] illi non intelligentes dixerunt ad invicem: [*Durus est hic sermo, quis potest eum audire?*] dicentes, quia durus est hic sermo, separaverunt se ab illo: remansit cum duodecim. Discedentibus *i* illis instruxit eos, qui remanserunt. Spiritus est, inquit, qui vivificat: caro nihil prodest: verba, quæ locutus sum ad vos, spiritus & vita sunt. Intellexistis spiritualiter? Spiritus & vita sunt. Intellexistis carnaliter? etiam sic illa spiritus & vita sunt, sed tibi non sunt spiritus & vita, qui spiritualiter non intelligis. Spiritualiter intelligite, quæ

---

a *Infrà eâd. reverâ. Sent. 4. dist. 10. Alg. l. 1. c. 9. Ivo p. 2. c. 7. Pann. l. 1. c. 124.* b *al. consecrationem.* c *Habetur apud Lanfrancum ex August. in lib. de catechiz. rudib.* d *Cassiod. in Psal. 109. Sent. qui ibidem. Alg. l. 1. c. 7. & 10. Ivo p. 2. c. 9. Pan. l. 1. c. 125.* e *pendimus*] *vera lectio.* f *pendebamus:*] *vera lectio.* g *al. juramentum.* h *Ex aliis Synod. Rom. sub Nic. II. Lanfranc. ibid. Alg. l. 1. c. 19. Sent. 4. dist. 12. Ivo part. 2. c. 10. Pann. l. 1. c. 126.* i *al. formavit,*

a *al. in sacramento.* b *Lanfranc. & Ivo ibid.* c *L. 6. de sacramentis, c. 1. & ex eo Lanfrancus, & Ivo, sed paulo aliter. Lanfrancus ibid. Ivo p. 2. c. 7. Pann. lib. 1. c. 127.* d *Ioan. 6.* e *al. redemptionis.* f *Ioan. 6.* g *Lanfrancus ibid. Alg. l. 1. c. 11. & 12. Ivo p. 2. c. 2. Pann. lib. 1. c. 133. Sent. 4. dist. 10.* h *Ioan. 6.* i *Tract. 27. in Ioan. & in Psal. 98. in Psal. 54.*

locutus sum. Non hoc corpus, quod videtis, manducaturi estis, & bibituri illum sanguinem, quem fusuri sunt, qui me crucifigent. Sacramentum a aliquod vobis commendavi: spiritaliter intellectum vivificabit vos. Caro autem non prodest quicquam: sed quomodo illi intellexerunt? Carnem quippe sic intellexerunt, quomodo in cadavere venditur, aut in macello dilaniatur. [*Scions autem Iesus, ait: hoc vos scandalizat, quia dixi, do vobis carnem meam manducare, & sanguinem meum bibere? Si ergò videritis filium hominis ascendentem, ubi prius erat?*] Quid est hoc? Hinc solvit, quod illos moverat: hinc aperit, unde fuerant scandalizati: hinc planè, si intelligerent. Illi enim putabant eum erogaturum corpus suum. Ille autem dixit se ascensurum in cœlum, utique integrum. Cùm videritis filium hominis ascendentem, ubi erat priùs, certè vel tunc videbitis, quia non eo modo, quo putatis, erogat corpus suum: vel tunc intelligetis, quia gratia ejus non consumitur morbus. *Item tractatu 30. in Ioannem.* ¶ Donec seculum finiatur, sursum est Dominus: sed tamen hìc etiam nobiscum est veritas Dominus. Corpus enim Domini, in quo resurrexit, uno loco esse oportet: veritas autem ejus ubique diffusa est.

1 ¶ In cadavere venditur.] *Ita etiam Algerus & Ivo: apud quem totum hoc caput eodem modo, atq; apud Gratianum habetur, scilicet hinc inde collectum, verbis interdum transpositis, insummam redactis, mutatis. Beatus autem Augustinus & Lanfrancus hoc loco sic habent,* quomodo in cadavere dilaniatur, aut in macello venditur: non quomodo spiritu vegetatur.

C. XLV. ¶ *Quomodo Christi corpus, quod in cruce pependit, accipitur, & quomodo non.*

Item Augustinus, *in epistola ad Irenæum.*

NOn hoc *b* corpus, quod videtis, manducaturi estis, & bibituri illum sanguinem, quem fusuri sunt illi, qui me crucifigent: ipsum quidem, & non ipsum: ipsum invisibiliter, & non ipsum visibiliter. Unde & subditur, & si necesse est, illud visibiliter celebrari, necesse est tamen illud invisibiliter intelligi.

¶ *Eodem modo & his etiam ferè etiam refert Algerus, id est, ut Augustinus ad Irenæum. Ivo part. 2. c. 9. refert eodem modo: sed citat ex homilia in Psal. 98 (sic enim corrigendum est mendum ex c. 3.) ex qua etiam Beda affert propria verba ad 11. cap. primæ ad Corinthios c. Quæ Lanfrancus, quoniam à Berengario catholicis objiciebantur, plenius explicat, quàm in hoc capite fiat; potissimum, ubi incipit exponere fidem sanctæ Ecclesiæ. Hoc idem ferè habetur in epistola Ivonis Episcopi Carnotensis ad Haymericum, eadem B. Augustini verba in Psal. 93. interpretantis: quæ epistola habetur impressa apud Ioannem Garetium, & alibi.*

C. XLVI. ¶ *Quid sit corpus Christi manducare, & sanguinem ejus bibere.*

Item Augustinus *in sermone de verbis Evangelii.*

QUid *d* est Christum manducare? non hoc solum est, in sacramento corpus ejus accipere. Multi enim indignè accipiunt, de quibus ait Apostolus: *e* [*Qui manducat panem, & bibit calicem Domini indignè, judicium sibi manducat & bibit.*] Sed quomodo manducandus est Christus? Quomodo ipse dixit: [*Qui f manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in eo.*] Si 1 itaque in me manet, & ego in illo, tunc manducat, tunc bibit. Qui autem non in me manet, nec ego in illo, etsi accipit sacramentum, acquirit magnum tormentum.

a *Tract. 27 in Ioan.* b *Sup. eâd. prima. Beda 1. Cor. 11. Lanfranc. ibid. Alg. l. 1. c. 9. & 11. Guitmund. l. 2. Sent. 4. dist. 10. Ivo p. 2. c. 8. & 9. Pann. l. 1. c. 134.* c *Beda 1. Cor. 11.* d *Sent. 4. dist. 9. Ivo part. 2. c. 8. Pann. l. 1. c. 135.* e *1. Cor. 11.* f *Ioann. 6.*

1 ¶ Si itaque] *Locupletatus est hic locus ex Beda, Magistro, & Ivone.*

C. XLVII. ¶ *Credere in Christum est manducare & bibere Christum.*

Item Augustinus.

UT a quid paras dentes & ventrem? Crede, & manducâsti. Credere enim in eum, hoc est panem vivum 1 manducare. Qui credit in eum, manducat eum: r invisibiliter saginatur, quia & invisibiliter renascitur.

¶ *Citabatur ex libro de pœnitentia remedio, & apud Algerum ex 2. lib. de pœnitentia. Videtur autem consultum ex duobus B. Augustini locis, in tractatu 25. & tract. 26. in Ioannem, ex qua expositione citat Ivo, sed conjunctim cum iis, quæ attulerat ex libro de pœnitentiæ remedio.*

1 ¶ Panem vivum] *In vulgatis legebatur*, panem & vinum. *Restituta est lectio ex pleriq; vetustis, originali & Ivone: quemadmodum & infrà eâd. c.* credere. *Nonnulla præterea hìc addita, quæ apud Ivonem quoq; sunt.*

C. XLVIII. ¶ *Sacramentum, & res sacramenti sacrificium Ecclesiæ constituunt.*

Item Augustinus *in libro sententiarum Prosperi.*

HOc est *b*, quod dicimus: hoc modis omnibus approbare contendimus, sacrificium scilicet Ecclesiæ duobus confici, duobus constare, visibili elementorum specie, & invisibili Domini nostri Jesu Christi carne & sanguine; sacramento, & re sacramenti, id est, corpore Christi, sicut Christi persona constat & conficitur Deo & homine: cùm ipse Christus verus sit Deus, & verus homo: quia omnis res illarum rerum naturam & veritatem in se continet, ex quibus conficitur. Conficitur autem sacrificium Ecclesiæ sacramento, & re sacramenti, id est, corpore Christi. Est igitur sacramentum, & res sacramenti, id est, corpus Christi. *Item.* ¶ Caro *c* ejus est, quam formâ panis operam in sacramento accipimus, & sanguis ejus, quem sub vini specie & sapore potamus. Caro videlicet carnis, & sanguis sacramentum est sanguinis: carne & sanguine, utroque invisibili, intelligibili, spirituali, significatur visibile Domini *d* nostri Jesu Christi corpus, palpabile, plenum gratiâ omnium virtutum, & divinâ majestate. *Item.* ¶ Sicut *e* ergò cœlestis panis, qui *f* verè Christi caro est, suo modo vocatur corpus Christi, cùm reverâ sit sacramentum corporis Christi, illius videlicet, quod visibile, palpabile, mortale, in cruce est suspensum, vocaturq; ipsa immolatio carnis, quæ Sacerdotis manibus fit, Christi passio, mors, crucifixio, non rei veritate, sed significante mysterio: sic sacramentum fidei, quod baptismus intelligitur, fides est.

¶ *Hæc eadem habentur apud Lanfrancum (ex quo citat Ivo) & apud Algerum (qui itidem ac Gratianus ex libro sententiarum Prosperi) non tamen eodem ordine collocata. Ex quibus quidem auctoribus nonnulla sunt emendata.*

C. XLIX. ¶ *Quot modis caro Christi intelligatur.*

Hieronymus *in* g *Epist. ad Ephes. ad cap. 1.*

DUplicirer *h* intelligitur caro Christi & sanguis: vel spiritalis illa atque divina, de qua ipse ait: [*Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus.*] & [*Nisi i manducaveritis carnem meam, & biberitis meum sanguinem, non habebitis vitam æternam:*] vel caro, quæ crucifixa est, & sanguis, qui militis effusus est lanceâ.

a *Infrà eâd. credere. Alg. l. 1. c. 2. Ivo p. 2. c. 4. Pann. lib. 1. c. 137.* b *Lanfranc. ibid. Alg. l. 1. c. 5. & 11. Sent. 4. dist. 10. Ivo p. 2. c. 4. Pann. l. 1. c. 138.* c *Lanfr. paulò superiùs.* d *al. redemptoris corpus.* e *Lanfranc. ibid. Aug. epist. 23. ad Bonifacium.* f *al. quæ vera.* g *Ibid. ghlossa ordin.* h *Alg. l. 1. c. 27. Sent. 4. dist. 1. Ivo p. 2. c. 5. Pann. l. 1. c. 139.* i *Ioann. 6.*

C. L. ¶ *De eodem.*

Item Ambrosius *ad c. 11. prima* a *ad Corinthios.*

QUia morte *b* Domini liberati sumus, hujus rei memores in edendo & potando carnem & sanguinem, quæ pro nobis oblata sunt, significamus.

¶ *Citabatur ex Augustino in libro de Trinitate ad Corinthios. Algerus etiam citat ex Augustino de Trinitate. Sed aliquot vetustæ Gratiani exemplaria habent,* Ambrosius: *cujus verè est, & ipsum citat Ivo, quamvis fatum, postquam citârat librum de Trinitate.*

C. LI. ¶ *Quomodo Christus sit immolatus semel, & quomodo quotidie immoletur.*

Item Augustinus *in Psalmum* c *vigesimum primum.*

17 SEmel *d* Christus mortuus est, justus pro injustis: ps & scimus, & certum habemus, & spe *e* immobili retinemus, quia Christus resurgens à mortuis, jam non moritur, & mors illi ultrà non dominabitur. Verba ista Apostoli *f* sunt: tamen, ne obliviscamini *g*, quod factum est semel, in memoria nostra omni anno fit. Quoties Pascha celebratur, nunquid toties Christus moritur? sed tamen anniversaria recordatio quasi repræsentat, quod olim factum est: & sic nos facit moveri *h*, tanquam videamus in cruce pendentem Dominum, non tamen irridentes, sed credentes.

C. LII.

Item in libro sententiarum Prosperi.

SEmel *i* immolatus est Christus in semetipso, & tamen quotidie immolatur in sacramento. Quod ita intelligendum est: quia in manifestatione sui corporis, in distinctione membrorum omnium verus Deus & verus homo semel tantùm in cruce pependit, offerens seipsum patri hostiam vivam, passibilem, mortalem, vivorum & mortuorum redemptionis efficacem; eorum scilicet, quos divini consilii altitudo redimendos judicavit, præscivit, prædestinavit, vocavit, modis atque temporibus, quibus id fieri congruebat 1.

¶ *Et hoc Ivo ex Lanfranco citat, verba B. Augustini & reference & exponente: quod facit etiam Algerus lib. 1. cap. 16. & 18. Verba autem B. Augustini in epistola ad Bonifacium, quam Algerus etiam citat, sunt hæc:* Nonne semel immolatus est Christus in seipso? & tamen in sacramento non solùm per omnes Paschæ solennitates, sed omni die populis immolatur.

1 ¶ Congruebat.] *Apud Lanfrancum hæc sequuntur, quæ respondent alteri membro propositionis B. Augustini:* In sacramento tamen, quod in hujus rei memoriam frequentat Ecclesia, caro Domini quotidie immolatur, dividitur, comeditur, & sanguis ejus de calice fidelium ore potatur.

C. LIII. ¶ *Hostia, quæ semel oblata est, in recordationem suæ mortis quotidie offertur.*

Item Ambrosius *in* k *epist. ad Hebr. cap. 10.*

IN *l* Christo semel oblata est hostia ad salutem sempiternam potens: quid ergò nos? nonne per singulos dies offerimus? offerimus quidem, sed ad recordationem mortis ejus: & una est hostia, non multæ. Quomodo una, & non multæ? quia semel oblatus est Christus. Hoc autem sacrificium exemplum *m* est illius: idipsum & semper 1 idipsum. Proinde unum est hoc sacrificium: alioquin, quoniam in multis locis offertur, multi sunt Christi? Nequaquam, sed unus ubique est Christus, & hic plenus existens, & illic plenus. Sicut 2 enim quod ubique offertur, unum est corpus, & non multa corpora: ita & unum sacrificium. Pontifex autem ille est, qui hostiam obtulit nos mundantem. Ipsam vero offerimus etiam nunc, quæ tunc oblata consumi non potest. Quod nos facimus, in commemorationem fit ejus, quod factum est: [*Hoc 2 enim facite*, ait, *in meam commemorationem.*]

1 ¶ Et semper] *Apud B. Ambrosium, & B. Ioannem Chrysostomum hæc adduntur:* offerimus, nec nunc quidem alium agnum, cras alium, sed semper eundem ipsum; *quæ Græcè in optimo exemplari manuscripto (nam in Veronensi desiderantur) sic habent,* οὐ νῦν μὲν ἕτερον προσφέρομεν, ἄυριον δὲ ἕτερον, ἀλλ' ἀεὶ τὸ αὐτό.

2 ¶ Sicut enim] *In excusis B. Ambrosii nomine commentariis legitur,* sicut enim qui ubique offert. *Sed non est vitio mutanda Algeri, Ivonis, & Gratiani lectio. Græcè est,* ὥσπερ γὰρ πολλαχοῦ προσφερόμενον τὸν Χριστὸν ἓν ἐστι. *Nonnulla vero alia sunt emendata.*

C. LIV. ¶ *Sacramentum corporis Christi non nisi jejuni debemus accipere.*

Item Augustinus *in libro* b *responsionum ad Ianuarium, c. 6.*

18 LIquidò *c* apparet, quando primò acceperunt discipuli corpus & sanguinem Domini, non eos accepisse jejunos. Nunquid tamen propterea calumniandum est universæ Ecclesiæ, quòd à jejunis semper accipitur? Ex hoc enim placuit Spiritui Sancto, ut in honorem tanti sacramenti in os Christiani prius Dominicum corpus intraret, quàm cæteri *d* cibi. Nam ideo per universum orbem mos iste servatur. Neque enim quia post cibos dedit Dominus, propterea prausi, aut cœnati fratres ad illud sacramentum accipiendum convenire debent: aut, sicut faciebant, quos Apostolus *e* arguit & emendat, mensis suis ista miscere. Namque Salvator, quò vehementiùs commendaret mysterii illius altitudinem, ultimum hoc voluit infigere cordibus & memoriæ discipulorum, à quibus ad passionem digressurus erat: & ideò non præcepit, quo deinceps ordine sumeretur; ut Apostolis, per quos Ecclesias dispositurus erat, servaret hunc locum. Nam si hoc ille monuisset, ut post alios cibos semper acciperetur, credo quòd eum morem *f* nemo mutâsset. Cùm verò ait Apostolus *g* de hoc sacramento loquens: [*Propter quod, fratres, cum convenitis ad manducandum, invicem expectate, si quis esurit, domi manducet, ut non ad judicium conveniatis:*] statim subtexuit 1: [*cætera autem, cum venero, ordinabo.*] Unde intelligi datur, quia multùm erat, ut in epistola totum illum *h* agendi ordinem insinuaret, quem universa per orbem servat Ecclesia; ab ipso ordinatum esse, quod nulla orarum *i* diversitate variatur.

1 ¶ Subtexuit:] *Sequebatur in vulgatis,* quæ ad ejusdem sacramenti ordinem pertinent, scilicet quomodo jejuni, &c. *quæ & à plerisque manuscriptis, & originali, & cæteris collectaribus absunt.*

C. LV. ¶ *Ante consecrationem est panis, sed verbis Christi in ejus corpus mutatur.*

Item Ambrosius *in lib. 4. de sacramentis, c. 4.*

a *Ibid. gloss. ordin.* b *Alger. lib. 1. c. 17. Ivo p. 2. c. 7. Pann. lib. 2. c. 142.* c *In præfatione 2. expositionis.* d *1 Petr. 3.* e *al. fide. Sent. 4. dist. 12. Ivo p. 2. c. 2. Pann. l. 2. c. 143.* f *Roman. 6.* g *obliviscamur,*] *orig.* h *alt. moneri.* i *Beda in qu. q. 15. Lanfranc. ibid. Alg. l. 1. c. 16. & 18. Sent. 4. distinct. 12. Ivo part. 2. c. 9. & 4. Pann. l. 1. c. 144.* k *Chrysostom. in eund. epist. hom. 17.* l *Alger. l. 1. c. 21. Sent. 4. distinct. 12. Ivo p. 2. c. 6. Pann. l. c. 145.* m *al. exemplar.*

a *Luc. 22.* b *Epist. 118.* c *Beda 1 Corinth. 11. Ivo p. 2 c. 12. Pann. l. 1. cap. 146. Alger. l. 2. c. 1.* d *al. exteri.* e *1 Corinth. 11.* f *alt. modum nemo variâssit.* g *1 Corinth. 11.* h *alter illis.* i *morum*] *orig.*

19 PAnis est in a altari usitatus ante verba sacramentorum: ubi accessit consecratio, de pane fit caro Christi. Hoc igitur adstruamus. Quomodo potest, qui panis est, corpus esse Christi? Consecratione. Consecratio autem quibus verbis est, & cujus sermonibus? Domini Jesu. Nam per reliqua omnia, quæ dicuntur, Isus Deo defertur, oratione petitur pro populo, pro Regibus, pro cæteris. Ubi venitur, ut conficiatur venerabile sacramentum, jam non suis sermonibus Sacerdos, sed utitur sermonibus Christi. Ergò Christi sermo hoc conficit sacramentum. Quis sermo Christi? nempe is, quo facta sunt omnia. Jussit Dominus, & factum est cœlum: jussit Dominus, & facta est terra: jussit Dominus, & facta sunt maria: jussit Dominus & omnis creatura generata est. Vides ergò, quàm operatorius sit sermo Christi. Si b ergò tanta vis est in sermone Domini Jesu, ut inciperent esse, quæ non erant: quantò magis operatorius est, ut sint quæ 1 erant, & in aliud commutentur. Et sic, quod erat panis ante consecrationem, jam corpus Christi est post consecrationem: quia sermo Christi creaturam mutat, & sic ex pane fit corpus Christi, & vinum cum aqua in calice mistum fit sanguis consecratione verbi cœlestis. Sed fortè dicis: speciem sanguinis non video: sed habet similitudinem. Sicut enim mortis similitudinem sumpsisti, ita etiam similitudinem pretiosi sanguinis bibis, ut nullus horror cruoris sit, & pretium tamen redemptionis operetur. Didicisti ergò, quia quod accipis, corpus est Christi. *& cap. 5.* ¶ Vis scire, quia verbis cœlestibus consecratur? Accipe, quæ sunt verba, dicit Sacerdos. Fac nobis, inquit, hanc oblationem adscriptam, rationabilem, acceptabilem 2, quod est figura corporis & sanguinis Domini nostri Jesu Christi: qui pridie, quàm pateretur, in sanctis manibus suis accepit panem, respexit ad cœlum, ad te sancte pater omnipotens æterne Deus, gratias agens benedixit, fregit, fractumque Apostolis suis, & discipulis suis tradidit, dicens: Accipite, & edite ex hoc omnes: hoc enim est corpus meum, quod pro multis confringitur. Similiter & calicem, postquam cœnatum est, pridie quàm pateretur, accepit, respexit ad cœlum, ad te sancte pater omnipotens æterne Deus, gratias agens benedixit, Apostolis & discipulis suis tradidit, dicens: Accipite, & bibite ex eo omnes: hic est enim sanguis meus. Vide: omnia illa verba Evangelistæ sunt usque ad [*Accipite*] sive corpus, sive sanguinem. Inde verba sunt Christi, Accipite, bibite ex eo omnes: hic est enim sanguis meus. Vide singula. Qui pridie, inquit, quàm pateretur, in sanctis manibus suis accepit panem. Antequam consecretur, panis est: ubi autem verba Christi accesserunt, corpus est Christi. Denique audi dicentem: Accipite, & edite ex eo omnes: hoc est enim corpus meum. Et ante verba Christi, calix est vini & aquæ plenus. Ubi verba Christi operata fuerint, ibi sanguis efficitur, qui plebem redemit. Ergò videte, quantis generibus potens est sermo Christi universa convertere. Deinde ipse Dominus Jesus testificatur nobis, quòd corpus suum accipiamus, & sanguinem suum. Nunquid debemus de ejus fide & testificatione dubitare?

1 ¶ Ut sint, quæ erant,] *Hæc B. Ambrosii verba, quæ Berengarius catholicis objiciebat, accurate explanantur à Guitmundo lib. 3. & ab Algero lib. 1. c. 7. Lanfrancus autem non modò ea optimè interpretatur, sed etiam addit in quibusdam codicibus sic legi:* Si igitur tanta vis est in sermone Domini Jesu, ut inciperent esse, quæ non erant, quantò magis operatorius est, ut quæ erant, in aliud commutentur?

2 ¶ Acceptabilem,] *In codicibus Gratiani erat,* rationabilem, &c. *Addita verò sunt omnia usq; ad vers.* Vide. (*quod anteà erat,* Inde.) *Multum enim videntur facere ad ea, quæ sequuntur, intelligenda.*

a *Lanfranc. ibid. Alger. l. 1. cap. 7. & alibi. Guitmundus l. 3. Sent. 4. dist. 10. Ivo p. 2 c. 7.* b *His summatim refertur sententia, verbis hinc inde collectis.*

C. LVI. ¶ *Non corpus, sed anima substantiam fulcit panis vitæ æternæ.*

Idem Ambrosius *lib. 5. de sacramentis, cap. 4.*

NOn a iste panis est, qui vadit in corpus, sed ille panis vitæ æternæ, qui animæ nostræ substantiam fulcit *& paulò pòst.* ¶ Iste panis quotidianus est: accipe quotidie, quod quotidie tibi prosit: sic vive, ut quotidie merearis accipere.

C. LVII. ¶ *Etiam secundùm carnem Christus est panis vivus.*

Item Augustinus *in* b *epistola ad Irenæum.*

CHristus panis est, de quo qui manducat, vivit in æternum: de quo ipsemet dicit: c [*Et panis, quem ego dabo, caro mea est, pro mundi vita, &c.*] Determinat, quomodo sit panis, non solùm secundùm verbum, quo vivunt omnia, sed etiam secundùm carnem assumptam, pro mundi vita. Humana enim caro, quæ erat peccato obnoxia, & ideò mortua, carni ejus mundæ unita, incorporata, unum cum illo effecta, vivit de Spiritu ejus, sicut vivit corpus de suo spiritu. Qui verò non est de corpore Christi, non vivit de Spiritu Christi.

C. LVIII. *Quomodo Christus visibiliter in sacramentis spiritualiter manducatur & bibitur.*

Item Augustinus d *sermone 2. de verbis Apostoli.*

QUi e manducant & bibunt Christum, vitam manducant & bibunt. Illum manducare, est refici: illum bibere, est vivere. Quod in sacramento visibiliter sumitur, in ipsa veritate spiritualiter manducatur & bibitur. Manducetur Christus: vivit manducatus, quia resurrexit occisus. Nec quando manducamus, partes de illo facimus. Et quidem in sacramento sic fit, & nôrunt fideles, quemadmodum manducent carnem Christi: unusquisque accipit partem suam: unde & ipsa gratia partes vocantur. Per partes manducatur, & manet integer totus: per partes manducatur in sacramento, & manet integer totus in cœlo, manet integer *f* totus in corde tuo. Totus erat apud Patrem, quando venit in Virginem: implevit illam, nec recessit ab illo. *& infrà.* ¶ Quod videtur *g*, panis est, & calix, quod etiam oculi renuntiant. Quod autem fides postulat instruenda, panis est corpus Christi, calix sanguis. *& infrà.* ¶ Ista ideò dicuntur sacramenta, quia in eis aliud videtur, aliud intelligitur. Quod videtur, speciem habet corporalem: quod intelligitur, fructum habet spiritualem. *& infrà.* ¶ Qui *h* accipit mysterium unitatis, & non tenet vinculum pacis, non mysterium accipit pro se, sed testimonium contra se.

¶ *Sententia prioris partis hujus capitis est apud B. Augustinum in sermone 2. de verbis Apostoli, & fusiùs quidem explicata. Cætera autem à vers.* Manducatur Christus, *usque ad finem, sunt apud Bedam: & pars refertur etiam infrà, c.* Invitat.

a *Sent. ibi l. Ivo p. 2. cap. 7.* b *In summam redacta verba. Idem verò habetur apud B. August. serm. 28. de verb. Dom. In glossa ord. ad c. 6. Ioan.* c *Ioan. 6.* d *Beda 1 Corinth. 10. & ibi glossa ord.* e *Infr. invitat. &, qui manducat me. Alger. l. 1. c. 5. 7. 8. & alibi. Bertramus de sacrament. Euch. Sent. 4. distinct. 12. Ivo part 2. cap. 1.* f *hic] glossa.* g *ergò vidisti,] arg.* h *Suprà cùm quia passus.*

C. LIX. ¶ *Quomodo spiritualiter corpus Christi sit accipiendum.*

Item Augustinus *super* a *Ioannem, ad cap. 6. tract. 26 & 27.*

CRedere *b* in Jesum Christum, hoc est manducare panem vivum. Qui credit in eum, manducat. Invisibiliter saginatur, quia & invisibiliter renascitur. [*Et, qui manducat carnem meam, & bibit meum sanguinem, habet vitam aternam.*] Participatione enim filii (quod est per unitatem corporis Christi & sanguinis) homo manducans vivit, non sumens tantùm in sacramento (quod & mali faciunt) sed usque ad Spiritûs participationem, ut in corpore Domini tanquam membrum maneat, & ejus Spiritu vegetetur: quod est, dum ejus mandata servat. ¶ Ad altare Dei invisibile (quò non accedit injustus) ille pervenit, qui ad hoc præsens justificatus accedit. Inveniet illic vitam suam, qui hìc discernit causam suam.

¶ *Caput hoc confectum est ex dictis B. Augustini in tractat 26. & 27. in Ioannem, & in Psal. 42. & ex Prospero, ut suis locis est indicatum.*

C. LX. ¶ *Spiritus Sanctus invisibiliter corpus & sanguinem Christi sanctificat.*

Idem *in* c *lib. 3. de Trinitate, c. 4.*

COrpus 1 & sanguinem Christi dicimus illud, quod ex fructibus terræ acceptum, & prece mysticâ consecratum, ritè sumimus ad salutem spiritualem, in memoriam pro nobis Dominicæ passionis. Quod cùm per manus hominum ad illam visibilem speciem perducitur, non sanctificatur, ut sit tam magnum sacramentum, nisi operante invisibiliter Spiritu Dei, cùm hæc omnia, quæ per corporales motus in illo opere fiunt, Deus operetur.

1 ¶ Corpus] *Apud B. Augustinum hæc antecedunt:* Nec linguam quippe ejus (*de Paulo loquitur*) nec membranas, nec atramentum, nec significantes sonos linguâ editos, nec signa literarum conscripta pelliculis corpus Christi & sanguinem dicimus, sed illud tantùm, quod ex fructibus terræ, &c. *præstatq; omninò locum illum integrum legere.*

C. LXI. ¶ *Per benedictionem panis efficitur corpus Christi.*

Idem.

NOn *d* omnis panis, sed accipiens benedictionem Christi, fit corpus Christi.

C. LXII. ¶ *Dupliciter corpus Christi intelligitur.*

Idem.

COmmendavit *e* nobis Christus in isto sacramento corpus & sanguinem suum: quod etiam fecit & nos ipsos. Nam & nos ipsius corpus facti sumus.

C. LXIII. ¶ *Sacrificium altaris, sacramentum est unitatis.*

Idem *tractatu 26. ad c. 6. Ioannis.*

HOc 1 sacramentum *f* pietatis est, signum unitatis, vinculum charitatis. Qui vult vivere, habet ubi vivat, habet unde vivat: accedat, credat, & incorporetur, ut vivificetur. *& infrà.* ¶ Hunc itaque cibum & potum, societatem vult intelligi corporis & membrorum suorum: quod est Ecclesia in prædestinatis.

1 ¶ Hoc sacramentum] *In originali est,* ô sacramentum pietatis, ô signum unitatis, ô vinculum charitatis. *Ex quo quidem originali reliqua sunt emendata & aucta.*

a *Beda 1. Corinth. 10. & 11.* b *Sup eâd. ut quod. Alg. l. 1. c. 8. & 12. Sent. 4 dist. 9. Ivo p. 2 c. 4.* c *Alcuinus de div. offic. fol. 19. In l. sent. Augustini, al Prosperi, sent. 189 & ex Augustin. in Psal. 42.* d *Beda 1 Cor. 10. ex Aug.* e *Beda in sup. quia passus.* f *Beda ibid. Alg. l. 1. c. 4.*

C. LXIV. ¶ *Spiritualiter magis, quàm corporaliter corpus Christi debemus accipere.*

Idem *ibidem.*

1OPanem 1 cœlestem *a* spiritualiter manducare, est ps innocentiam ad altare apportare. Peccata etsi sunt quotidiana; vel *b* non sint mortifera. Antequam ad altare accedatis, attendite, quòd dicatis: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Si dimittis, dimittetur tibi: securus accede, panis est, non venenum. Sed vide, si dimittis. Nam si non dimittis, mentiris: & ei mentiris, quem non fallis. Mentiri Deo potes: Deum fallere non potes.

1 ¶ Panem cœlestem] *In originali legitur:* Panem cœlestem spiritualiter manducate: innocentiam ad altare apportate: *Item apud indicatos collectores: sed habita est ratio ejus, qui casùm scripsit, & Gratiani lectionem secutus est etiam B. Thomas in catena ad eum Ioannis locum. Reliqua verò sunt emendata & locupletata.*

C. LXV. ¶ *Sacramentum, non veritatem Christi corporis accipit, qui ab eo discordat.*

Idem c *in libro sententiarum, c. 339.*

QUi *d* discordat à Christo, nec manducat carnem ejus, nec sanguinem bibit: etiamsi tantæ rei sacramentum ad judicium suæ præsumptionis quotidie indifferenter accipiat.

C. LXVI. ¶ *Sancta nocent malis, & mala prosunt bonis.*

Idem *tractatu 6. & 62. in Ioannem.*

ET *e* sancta malis possunt obesse, bonis sunt ad salutem, malis ad judicium. Unde Apostolus: *f* [*Qui manducat & bibit indignè, judicium sibi manducat & bibit:*] non quia res illa mala est, sed quia malus malè accipit, quod bonum est. Non enim mala erat buccella *g*, quæ tradita est Judæ à Domino. Salutem Medicus dedit: sed quia ille, qui indignus erat, accepit, ad perniciem sui accepit. Et mala prosunt bonis, sicut Angelus satanæ profuit Paulo. Per malum enim fit bonum, cùm benè accipitur malum.

¶ *Quæ multò fusiùs apud B. Augustinum explicantur tractatu 6. & 62. in Ioan. hìc in summam quandam sunt collecta.*

C. LXVII. ¶ *Non prohibeatur malè de mensa Domini manducare.*

Idem *h.*

NOn prohibeat dispensator manducare pingues terræ in mensa Domini, sed exactorem moneat timere.

C. LXVIII. ¶ *Et qui indignè accipit, corpus Christi accipit.*

Idem *in lib. 5. de baptismo, c. 8.*

SIcut Judas, cui buccellam tradidit Dominus, non malum accipiendo, sed malè accipiendo, locum in se diabolo præbuit; sic indignè quisque sumens Dominicum sacramentum, non efficit, ut quia ipse malus est, malum sit: aut, quia non ad salutem accipit, nihil acceperit. Corpus enim Domini, & sanguis Domini nihilominùs etiam erat illis, quibus dicebat *i* Apostolus: [*Qui manducat indignè, judicium sibi manducat & bibit.*]

a *Beda 1. Corinth. 11. & gloss. ordin. ibid. Alger. l. 1. c. 20. Ivo p. 2. c. 4.* b *abest ab Ivone.* c *al. Prosper.* d *Beda ibid. & gloss. ordin. Alger. l. 1. c. 21. Sentent. 4. dist. 9. Ivo p. 2. c. 8.* e *Beda, & gloss. ordin. ibid. Sent. 4 dist. 9.* f *1. Corinth. 11.* g *Iudam. 13.* h *in gloss. ordin. in Psal. 48. vers. Manducaverunt & adoraverunt. ex Augustin.* i *Beda 1 Corinth. 11 Lanfranc. ibid. Alger. l. 1. c. 21. Guitmundus l. 3. Sent. 4 dist. 9. Ans. l. 9. c. 11. Ivo part. 2. c. 9.* k. *1. Corinth. 11.*

C. LXIX. ¶ *Quibus exemplis præter naturam substantia panis & vini in corpus & sanguinem Christi converti probetur.*

Item Ambrosius *in libro de his, qui mysteriis initiantur, c.1. & 9.*

21 REverà *a* mirabile est, quòd manna Deus pluit patribus, & quotidiano cœli pascebantur alimento. Unde dictum est: *b* [*panem Angelorum manducavit homo.*] Sed tamen panem illum qui manducaverunt, omnes in deserto mortui sunt. Ista autem esca, quam accipis, iste panis *c* vivus, qui de cœlo descendit, vitæ æternæ substantiam subministrat: & quicunque panem hunc manducaverit, non morietur in æternum, quia *d* corpus est Christi. Considera nunc, utrùm præstantior sit panis Angelorum, an caro Christi, quæ utique corpus est vitæ. Manna illud de cœlo, hoc super *e* cœlum: illud cœli, hoc Domini cœlorum: illud corruptioni obnoxium, si in diem alterum servaretur, hoc alienum ab omni corruptione, quod quicunque religiosè gustaverit, corruptionem sentire non poterit. Illis aqua de petra fluxit, tibi sanguis è Christo: illos ad horam sitiavit aqua, te sanguis diluit in æternum. Judæus bibit & sitit; tu, cùm biberis, sitire non poteris: & illud in umbra, hoc in veritate. Si illud, quod miraris, umbra est, quantum istud est, cujus & umbram miraris? Audi quia umbra est, quæ apud patres facta est: [*Bibebant* f, inquit, *de consequente eos petra: petra autem erat Christus. Sed non in pluribus eorum complacitum est Deo. Nam prostrati sunt in deserto. Hæc autem in figuram facta sunt nostri.*] Cognovisti præstantiora: potior etenim lux, quàm umbra; veritas, quàm figura; corpus auctoris, quàm manna de cœlo. Fortè dicas, aliud video: quomodo tu mihi asseris, quòd Christi corpus accipiam? Et hoc nobis adhuc superest, ut probemus. Quantis igitur utimur exemplis *g*, ut probemus non hoc esse, quod natura formavit, sed quod benedictio consecravit, majoremque vim esse benedictionis, quàm naturæ, quia benedictione etiam natura ipsa mutatur? Virgam *h* tenebat Moyses: projecit eam, & facta est serpens. Rursùs apprehendit caudam serpentis, & in virgæ naturam revertitur. Vides igitur prophetica gratiâ bis mutatam esse naturam, & serpentis & virgæ. Currebant *i* Ægypti flumina puro aquarum meatu: subitò de fontium venis sanguis cœpit erumpere, non erat potus in fluviis: rursus ad Prophetæ preces cruor cessavit fluminum, aquarum natura remeavit. Circumclusus erat undique populus Hebræorum, hinc Ægyptiis vallatus, inde mari clausus. Virgam *k* levavit Moyses: separavit se & aqua, & in murorum speciem congelavit, atque inter undas via pedestris apparuit. Jordanis *l* retrorsum conversus contra naturam in sui fontis revertitur exordium. Nónne claret naturam vel maritimorum fluctuum, vel fluvialis cursus esse mutatam? Sitiebat populus patrum *m*, tetigit Moyses petram, & aqua de petra fluxit. Nunquid non præter naturam operata est gratia, ut aquam vomeret petra, quam non habebat natura? Marath *n* fluvius amarissimus erat, ut sitiens populus bibere non posset: misit Moyses lignum in aquam, & amaritudinem suam aquarum natura deposuit, quam infusa subitò gratia temperavit. Sub *o* Helisæo Prophetæ uni ex filiis Prophetarum excussum est ferrum de securi, & statim mersum est: rogavit Helisæum, qui amiserat ferrum: misit etiam Helisæus lignum in aquam, & enatavit ferrum. Utique & hoc præter naturam factum esse cognoscimus. Gravior est enim ferri species, quàm aquarum liquor. Advertimus igitur majoris potentiæ *a* esse Dei gratiam, quàm naturam: & adhuc tamen Propheticæ benedictionis numeramus gratiam. Quòd si tantum valuit humana benedictio, ut naturam converteret, quid dicimus de ipsâ consecratione divina, ubi verba ipsa Domini Salvatoris operantur? Nam sacramentum istud, quod accipis, Christi sermone conficitur. Quòd *b* si tantum valuit sermo Heliæ, ut ignem de cœlo deponeret, non valebit Christi sermo, ut species mutet elementorum? De totius mundi operibus legisti, [*quia d ipse dixit, & facta sunt: ipse mandavit, & creata sunt.*] Sermo igitur Christi, qui potuit ex nihilo facere, quod non erat, non potest ea, quæ sunt, in id mutare, quod non erant? Non enim minùs est novas 1 rebus dare, quàm mutare naturas. Sed quid *e* argumentis utimur? suis uramur exemplis, incarnationisque exemplo *f* astruamus mysterii veritatem. Nunquid naturæ usus præcessit, cùm Dominus Jesus ex Maria nasceretur? Si ordinem quæritis, viro mista fœmina generare consueverat. Liquet igitur, quòd præter naturæ ordinem virgo generavit. Et hoc, quod conficimus, corpus ex Virgine est. Quid hic quæris naturæ ordinem in Christi corpore, cùm præter naturam sit ipse Dominus Jesus partus ex Virgine? Vera utique caro Christi, quæ crucifixa est, quæ sepulta est. Verè ergò carnis illius sacramentum est. Ipse clamat Dominus Jesus: [*Hoc est corpus meum.*] Ante *g* benedictionem verborum cœlestium alia species nominatur: post consecrationem corpus Christi significatur *h*. Ipse dicit sanguinem suum. Ante consecrationem aliud dicitur: post consecrationem sanguis nuncupatur: & tu dicis Amen, hoc est, verum est. Quod os loquitur, mens interna *i* fateatur: quod sermo sonat, affectus sentiat.

1 ¶ Novas rebus dare,] *Antèa legebatur:* Non enim minùs est dare, quàm mutare novas naturas rebus. *Emendatum est ex originali. Apud Gustmundum, Lanfrancum, Algerum, Ivonem legitur,* novas res dare, quàm mutare naturas.

C. LXX. ¶ *Quomodo per partes Christus manducatur, & integer permanet.*

Item Augustinus *in quodam sermone de verbis Evangelii.*

INvitat *k* Dominus *l* servos, & præparavit eis cibum seipsum. Quis audeat manducare Dominum suum? & tamen ait: [*Qui* m *manducat me, vivet propter me.*] Quando Christus manducatur, vita manducatur, nec occiditur, ut manducetur: sed mortuos vivificat. Quando manducatur, reficit; sed non deficit. Non ergò timeamus, fratres, manducare istum panem, ne forte finiamus illum, & postea quid manducemus, non inveniamus. Manducatur *n* Christus: vivit manducatus; quia surrexit occisus: nec quando manducamus, partes de illo facimus. Et quidem in sacramento sic fit: & nóunt fideles, quemadmodum manducent carnem Christi: unusquisque accipit partem suam, unde & ipsa gratia partes vocantur: per partes *o* manducatur, & manet integer totus; per partes manducatur in sacramento, & manet integer totus in cœlo: manet integer totus in corde tuo.

C. LXXI. ¶ *Quotidianum sacrificium non reiteratio est passionis Christi, sed commemoratio.*

a Lanfranc. sparsim. Alg. Guitmund. sparsim. Ivo p.2. c.7. Deuter.1. Exod.16. Sapient.16. Deut.1. & 2. b Psalm.77. c Ioan.6. d al. &. e al.supra. f 1.Corint.10. g exemplis? probemus,]orig. h Exod.4. l Exod.7. k Exod.14. l Iosue 4. Psal.67. m Numer.20. n Exod.15. o 4.Reg.6.

a al. virtutis. b 4. Reg.1. Sent.4. dist.10. c al. deprimeret. d Psal.148. e al. quoad. Sup. eâd. in quib. f al. mutatæ. g Sup. eâd. ante benedictionem. h al. significat. i al. intenta. k al. Invitavit. l Beda 1.Cor.10. ex eod. & in quæst.q.15. Alg.l.1.c.11. Sent.4. dist.12. Ivo p.2. c.1. m Infr. qui manducat me. Ioan.6. n sup. eâd. qui manducant. o 1. q.3. Salvator. §. sed beatus.

Iacet

Item Paschasius *in lib. de corpore* a *& sanguine Christi, c. 9.*

ITeratur *b* quotidie hæc oblatio, licèt Christus semel *c* passus in carne, per unam eandemque mortis passionem semel salvaverit mundum: ex qua morte idem resurgens ad vitam, mors ei ultrà non dominabitur: quia profectò sapientia Dei patris pro multis causis necessariùm hoc providit. Primò quidem, quia quotidie peccamus, saltem in peccatis, sine quibus mortalis infirmitas vivere non potest, quia licèt omnia peccata donata sint in baptismo, infirmitas tamen peccati adhuc in carne manet. Unde 1 Psalmista, [*Benedic d anima mea Domino, qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas.*] Et ideò, quia quotidie labimur, quotidie Christus pro nobis mysticè immolatur: & passio Christi in ministerio traditur, ut qui semel moriendo mortem vicerat, quotidie recidiva delictorum per hæc sacramenta corporis & sanguinis peccata relaxet. Unde oramus, *e* [*Dimitte nobis debita nostra:*] quia si *f* dixerimus, quòd peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. *Item infrà eod. cap.* ¶ Iteratur hoc mysterium ob commemorationem passionis Christi, sicut ipse ait: [*Hoc g quotiescunque feceritis, in meam commemorationem facite. Quotiescunque ergò hunc panem sumitis, & bibitis hunc calicem, mortem Domini annuntiabitis, donec veniat.*] Non utique sic est accipiendum, donec mors Christi veniat, quia jam ultrà non moritur: sed donec ipse Dominus ad judicium veniat. Interdum *h* autem semper mors Christi pro seculi vita posteris nuntianda est, ut discant, quâ charitate dilexit suos, qui pro eis mori dignatus est, cui omnes vicem debemus rependere charitatis: quia ad hoc nos prior dilexit, cùm essemus gehennæ filii, ut diligeremus eum à morte jam liberati.

1 ¶ Unde Psalmista.] *Hæc Propheta verba, & nonnulla alia, quæ neque apud Paschasium, neque apud B. Thomam, qui in opusculo de sacramento altaris illum citat, leguntur: habentur tamen in ed. lib. edito Rabanensium.*

C. LXXII. ¶ *Non solùm sub figura, sed & in veritate, Dominici corporis & sanguinis sacramentum celebratur.*

Item Augustinus.

UTrùm 1 sub *i* figura, an in veritate hoc mysticum calicis sacramentum fiat, Veritas ait: [*Caro k mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus.*] Alioqui quomodo magnum *l* erit: [*Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita,*] nisi vera sit caro? Sed quia Christum vorari dentibus fas non est, voluit Dominus hunc panem & vinum in mysterio verè carnem suam & sanguinem suum consecratione Spiritûs Sancti potentialiter creari, & quotidie pro mundi vita mysticè immolari: ut sicut de Virgine per Spiritum Sanctum vera caro sine coitu creatur, ita per eundem ex substantia panis & vini mysticè idem corpus Christi consecretur. Corpus Christi, & veritas, & figura est: veritas, dum corpus Christi, & sanguis virtute Spiritûs Sancti in virtute *m* ipsius ex panis & vini substantia efficitur: figura verò est id, quod exteriùs sentitur. Iteratur *n* autem quotidie hæc oblatio, licèt Christus semel passus sit, quia quotidie peccamus, saltem peccatis, sine quibus mortalis infirmitas vivere non potest. Et ideò, quia quotidie labimur, Christus quoque mystice pro nobis immolatur. Intra *o* catholicam Ecclesiam in mysterio corporis Christi nihil à bono majus, nihil à malo minus perficitur Sacerdote: quia non in merito consecrantis, sed in verbo efficitur creatoris, & in virtute Spiritûs Sancti. Si enim in merito esset Sacerdotis, nequaquam ad Christum pertineret. Nunc autem, sicut ipse est, qui baptizat, ita ipse est, qui per Spiritum Sanctum hanc suam efficit carnem, & transit 2 vinum in sanguinem. Unde & Sacerdos, [*Iube, inquit, hæc perferri per manus Angeli tui sancti in sublime altare tuum in conspectu divinæ Majestatis tuæ.*] Ut quid perferenda in lucem deposcit, nisi ut intelligatur, quòd ita fiant in ejus sacerdotio? Hanc 3 igitur oblationem benedictam, per quam nos benedicamur: adscriptam, per quam omnes in cœlo adscribamur: ratam, per quam in visceribus Christi esse censeamur: rationabilem, per quam à bestiali sensu exuamur: acceptabilem, ut qui nobis ipsis displicuimus, per hanc acceptabiles ejus unico filio simus. Nihil rationabilius, ut quia nos jam similitudinem mortis ejus in baptismo accepimus, similitudinem quoque carnis ejus sumamus, & similitudine pretiosi sanguinis potemur: ita ut & veritas non desit in sacramento, & ridiculum nullum fiat paganis, quod cruorem occisi hominis bibamus. Si enim discipuli patienter ferre nequiverunt, quod Dominus dixit, [*Qui non manducat meam carnem, &c.*] Sed dixerunt, *a* [*durus est hic sermo,*] quomodo ergò ferrent ista increduli? Credendum est, quòd in verbis Christi sacramenta conficiantur. Cujus enim potentiâ creantur priùs, ejus utique verbo ad melius procreantur *b*. Reliqua omnia, quæ Sacerdos dicit, aut Clerus chori cantat, nihil aliud quàm laudes, & gratiarum actiones sunt, aut certè obsecrationes, & fidelium petitiones. Unde & Sacerdos dicit priùs Evangelistarum verba assumens, [*Qui pridie, quàm pateretur, &c.*] Porrò 4 deinceps sunt verba Dei, potestate, & omni efficientiâ plena: [*Accipite, & manducate, hoc est corpus meum.*] In hoc ergò creatur illud corpus.

1 ¶ Utrùm sub figura,] *Apud Paschasium, ex cujus loci videtur confectum hoc caput, hæc habentur pro titulo quarti capitis,* utrùm sub figura, an in veritate hoc mysterium vera caro & verus sanguis Christi fiat. *Caput autem sic incipit:* Quòd in veritate corpus & sanguis fiat consecratione mysterii, nemo, qui verbis divinis credit, dubitat. Unde Veritas ait, &c. *Algerus autem, qui c. 6. hæc eadem ferè habet, citat & ipse Augustinum ex libro de sacramento altaris, & hoc fac initium,* Veritas ait, &c.

2 ¶ Transit] *Paschasius, & Polycarpus ex Paschasio ad Placidum habent,* transfundit sanguinem: *sed ob glossam non est mutatum.*

3 ¶ Hanc igitur] *Apud Paschasium & Rabanum (idem enim ferè opus est hujus atque illius nomine inscriptum) integra est oratio.* Sed obsecrans per filium patrem, per quem ad eum accessum habemus. Rogamus, hanc oblationem, inquit, benedictam, per quam nos benedicamur: adscriptam, per quam nos omnes in cœlo conscribamur: ratam, per quam in visceribus Christi censeamur: rationabilem, per quam à bestiali sensu exuamur: acceptabilemque facere dignetur *c*: quatenus & nos per hoc, quod in nobis displicuimus, acceptabiles in ejus unico filio simus.

4 ¶ Porrò deinceps] *Sunt hæc addita ex Paschasio, cap. 13. usque ad vers.* In hoc ergo. *ut sententia ipsa percaperetur.*

C. LXXIII. ¶ *In sanguine agni, Christi sanguis, qui verè nunc sumatur, olim præfigurabatur.*

Item Gregorius Papa *in homilia Paschali, id est, 22. Evang.*

QUid sit *d* sanguis agni, non jam audiendo, sed

a *al. de sacramento altaris.* b *Rabanus de sacr. Eucharist. c. 22 infr. c. prox.* c *Rom. 6.* d *Psal. 102.* e *Matth. 6.* f *1. Joan. 1.* g *Luc. 22. 1. Cor. 11.* h *interim*] *vera lectio.* i *Pasch. Rabanus, Algerus, disperse.* k *Joan. 6.* l *al. verum. Joan 6.* m *al. verbo.* n *sup. ead. iteratur.* o *1. q. 1. intra catholicam. Sent. 4. dist. 13. Polyc. l. 3. tit. 9. ex Paschasio.*

a *Joan. 6.* b *recreantur.* c *dignetur. Polyc.* d *Lanfr. ibid. Guitmundus l. 3. Alger. l. 1. cap. 11. & 12. Sent. 4. distinct. 10. Ivo p. 2. cap. 9.*

bibendo didicistis. Qui sanguis super utrunq; positem a ponitur, quando non solùm ore corporis, sed etiam ore cordis hauritur. *Item dist. l. 4 cap. 58.* ¶ Hæc salutaris b victima illam nobis mortem unigeniti per mysterium reparat, qui licèt resurgens c à mortuis jam non moritur, & mors ei ultrà non dominabitur: tamen in semetipso immortaliter & incorruptibiliter vivens, pro nobis iterùm in hoc mysterio moritur 1. Ejus quippe ibi corpus sumitur, ejus caro in populi salutem d patitur, ejus sanguis non jam in manus infidelium, sed in ora fidelium funditur. Hinc ergò pensemus, quale sit pro nobis hoc sacrificium, quod pro absolutione nostra passionem unigeniti filii semper imitatur. Quis enim fidelium habere dubium possit, in ipsa immolationis hora ad Sacerdotis vocem cœlos aperiri? in illo Jesu Christi mysterio Angelorum choros adesse? summa e & ima sociari, terrena cœlestibus jungi, unumque ex invisibilibus atque visibilibus fieri? *Idem.* ¶ Uno 2, inquit, eodemque f tempore ac momento in cœlo rapitur ministerio Angelorum corpori Christi consociandum, & ante oculos Sacerdotis in altari videtur, & *infrà.* ¶ Tanta g est Ecclesiæ unitas in Christo, ut unus ubiq; sit panis corporis Christi, & unus sit calix sanguinis ejus. Calix enim, quem Sacerdos catholicus sacrificat, non est alius, nisi ipse, quem Dominus Apostolis tradidit: quia sicut divinitas verbi Dei una est, quæ totum implet mundum; ita licèt multis locis, & innumerabilibus diebus illud consecretur corpus, non sunt tamen multa corpora Christi, neque multi calices, sed unum corpus Christi, & unus sanguis cum illo, quod sumpsit in utero Virginis, & quod dedit Apostolis. Divinitas enim verbi replet illud, quod ubique est, & conjungit, & facit, ut sicut ipsa una est, ita conjungatur corpori Christi; & unum corpus ejus sit in veritate. Unde animadvertendum est, quia sive plus, sive minus quis inde percipiat, omnes æqualiter corpus Christi integerrimè sumunt, & generaliter omnes, & specialiter unusquisq;. *Item.* ¶ Mysterium fidei dicitur h: quia credere debes, quòd ibi salus nostra consistit. Providens enim nobis Dominus dedit hoc sacramentum salutis, ut quia nos quotidie peccamus, & ille jam mori non potest, per istud sacramentum corporis sui peccatorum remissionem consequamur. Quotidie enim ipse comeditur & bibitur in veritate: sed integer, & vivus, atque immaculatus manet 3: & ideò magnum, & pavendum est mysterium; quia aliud videtur, & aliud intelligitur. Sed cùm mysterium sit, unde corpus & sanguis dicitur? figuram panis & vini habet, faciente Domino: quia non habemus in usu carnem crudam comedere, & bibere sanguinem.

1 ¶ Moritur.] *In originali est*, Sacræ oblationis immolatur. *Sed ob glossam non est mutatum.*

2 ¶ Uno, inquit,] *Hæc habentur apud Alcuinum in lib. de divinis officiis, c. de celebratione Missæ, quo Gregorium citat.*

3 ¶ Manet:] *Quæ post hoc verbum sequuntur apud Alcuinum, sic habent*: Mysterium est, quod aliud videtur, & aliud intelligitur. Quod videtur, speciem habet corporalem: quod intelligitur, fructum habet spiritualem. Sed cùm mysterium sit, unde corpus & sanguis Christi dicitur? Consulens omnipotens Deus infirmitati nostræ, qui non habemus usum comedere carnem crudam, & sanguinem bibere, facit, ut in pristina remaneant forma illa duo munera: & est in veritate corpus Christi, & sanguis, sicut ipse dicit.

C. LXXIV. ¶ *Post consecrationem licèt figura panis & vini remaneat, tamen nihil est ibi, nisi corpus & sanguis Christi.*

Item Ambrosius *a.*

Omnia b quæcunque voluit Dominus, fecit in cœlo & in terra.] Et quia voluit, licèt figura panis & vini hic sit, omninò nihil aliud, quàm caro Christi, & sanguis post consecrationem credenda sunt. Unde ipsa Veritas ad discipulos: c [*Hoc*, inquit, *caro mea est, pro mundi vita.*] Et, ut mirabiliùs loquar, non alia planè, quam quæ nata est de Maria, & passa in cruce, & resurrexit de sepulchro: hæc, inquam, ipsa est. Et ideò Christi caro est, quæ pro mundi vita adhuc hodie offertur, & cùm dignè percipitur, vitam d utique æternam in nobis operatur. Panem 1 quidem e istum, quem sumimus in mysterio, illum utique intelligo panem, qui manu Sancti Spiritus formatus est in utero Virginis, & igne passionis decoctus in ara crucis. Panis f enim Angelorum factus est cibus hominum: unde ipse ait: g [*Ego sum panis vivus, qui de cœlo descendi.*] & item: [*Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita.*] Ex his namque duabus sententiis apertè datur intelligi, quia panis iste & ille, non duo, sed unus panis & una caro, proculdubiò unum corpus efficitur, illud verè, illud sanè, quod sumptum est de Virgine, quod passum est, & sepultum, quod surrexit, & in cœlum ascendit, & sedet ad dextram Dei Patris, & quod est venturum judicare vivos & mortuos.

1 ¶ Panem quidem] *Hæc usque ad finem, quæ à Magistro etiam referuntur, non leguntur hoc loco apud Paschasium, aut Rabanum. Sed simile quiddam habetur apud Petrum Chrysologum sermone 67.*

C. LXXV. ¶ *Quamvis quotidie manducatur Christus, integer tamen permanet vivus.*

Item Augustinus *ex* h *sermone de verbis Domini.*

Qui i manducat me, vivit propter me.] Non ergò, fratres, timeamus manducare panem istum, ne forte finiamus illum; & postèa, quod manducemus, non inveniamus. Manducetur Christus: vivit manducatus, quia surrexit occisus: nec quando manducamus, partes de illo facimus. Et quidem in sacramento sic fit. Et nôrunt fideles, quemadmodum manducent carnem Christi. Unusquisq; accipit partem suam: unde & ipsa gratia partes vocantur. Per partes manducatur, & manet integer totus: per partes manducatur in sacramento, & manet integer totus in cœlo: manet integer totus in corde tuo: Totus enim erat apud patrem, quando venit in Virginem: implevit illam, nec recessit ab illo. Veniebat in carnem, ut eum homines manducarent, & manebat integer apud patrem, ut Angelos pasceret.

i ¶ *Hæc eadem ferè habentur sup. c.* qui manducat. *&c.* invitat.

C. LXXVI. ¶ *Corpus & sanguinem Christi secundum se nulli edere licet.*

Item Hieronymus *in* k *Leviticum.*

De hac quidem hostia, quæ in Christi commemoratione mirabiliter fit, edere licet: de illa verò, quam Christus in ara crucis obtulit, secundùm se nulli edere licet.

C. LXXVII. ¶ *Corpus Christi in singulis portionibus singuli totum accipiunt.*

Item in sermone Dominica quinta post Epiphaniam.

Singuli l accipiunt Christum Dominum, & in singulis portionibus totus est: nec per singulos m minuitur, sed integrum se præbet in singulis.

a *Exod. 12.* b *al singularis.* c *Rom. 6.* d *al. partitur,*] *vera lectio.* e *summis ima.* f *Alcuinus de div. offic. p. 87. & 89.* g *Remigius Epist. Autissiod. in can. Missæ.* h *al. est.*

a *Ex lib. 4. de sacramentis, c. 4. & 6. Paschasius in eod. lib. c. 1. Rabanus c. 3.* b *Psal. 134.* c *Ioan. 6.* d *al. vita æterna in nobis reparatur.* e *Petrus Chrysologus serm 67.* f *Psal 77.* g *Ioan 6.* h *Beda 1. Cor. 10. & ibi gloss. ordin.* i *sup. eâd. invitat. Ivo p. 2. c. 8.* k *Origenes hom 7 super Leviticum.* l *Alg. l. 1. c. 15. Gustmund. lib. 1. col. 8 Sent. 4. dist. 12.* m *al singulos.*

¶ *Habetur*

¶ *Habetur in Missali Ambrosiano in præfatione Dominicæ quintæ post Epiphaniam* a, *& in antiquis etiam præfationibus, in præfatione ejusdem Dominicæ. Ex Ambrosio citant Algerus & Ivo, quamvis Magister ex Hieronymo Guitmundus ait esse ex præfatione, quæ per totum orbem Latinum decantatur.*

C. LXXVIII. ¶ *De eodem.*

Item Hilarius.

Ubi b pars est corporis, est & totum. Eadem ratio est in corpore Domini, quæ in manna, quod in ejus figura præcessit, de quo dicitur: c [*Qui plus collegerat, non habuit amplius, neque qui minus paraverat, invenit minus.*] Non est omninò quantitas visibilis in hoc æstimanda mysterio, sed virtus sacramenti spiritualis.

C. LXXIX. ¶ *Corpus Christi, quod sumitur, & figura est in specie, & veritas in substantia.*

Idem.

Corpus d Christi, quod sumitur de altari, figura est, dum panis & vinum extrà videtur: veritas autem, dum corpus & sanguis Christi in veritate interiùs creditur.

¶ *Ivo etiam citat ex Hilario, & 7. ead. c.* in Christo, *in extremo, refertur unà cum verbis Hilarii: apud quem tamen non est inventum. Algerus citat Augustinum de sacramento altaris. Idem ferè habetur apud Paschasium, c. 4. & cæteros, qui hoc idem argumentum tractant.*

C. LXXX. ¶ *Carnem vivificatricem, & ipsius verbi propriam factam in altari accipimus.*

Item *ex Symbolo* e *Ephesino.*

Necessariò fi igitur & hoc adjicimus. Annunciantes enim secundùm carnem mortem unigeniti filii Dei, id est, Jesu Christi, & resurrectionem ejus, & in cœlos ascensionem pariter confitentes, incruentam celebramus in Ecclesiis sacrificii servitutem. Sic etiam ad mysticas benedictiones accedimus, & sanctificamur participes sancti corporis, & pretiosi sanguinis Christi omnium nostrûm redemptoris effecti, non ut communem carnem percipientes (quod absit) nec, ut viri sanctificati, & verbo conjuncti secundùm dignitatis unitatem, aut sicut divinam possidentis habitationem, sed verè vivificatricem, & ipsius verbi propriam factam.

¶ *Caput hoc in nimias propè angustias conclusum, sua integritati restitutum est, potissimum ex originali.*

C. LXXXI. ¶ *Quomodo manna & aqua de petra fuit idem cum nostro cibo & potu.*

Item Augustinus *tract. 26. ad c. 6. Ioannis.*

Inquit g Apostolus: h [*Omnes eandem escam spiritualem manducaverunt;*] Spiritualem utique eandem: nam corporalem aliam, quia illi manna, nos aliud. Et adjungit: [*& omnes eundem potum spiritualem biberunt.*] Aliud illi, aliud nos: sed specie visibili. Quod tamen idem est virtute spirituali. *

¶ *Elonius hæres à B. Augustino exponitur. Sed Ivo habet ferè, ut Gratianus.*

C. LXXXII. ¶ *Quòd veritatem Dominici corporis & sanguinis sumimus.*

Item Hilarius *de 1 Trinitate, lib. 8.*

23 IN & Christo pater, & Christus in nobis unum in his esse nos faciunt. Si verè igitur carnem corporis nostri Christus assumpsit, & vere homo ille, qui ex Maria natus fuit, Christus est, nosque verè sub mysterio carnem corporis ejus sumimus, & per hoc unum erimus, quia pater in eo est, & ille in nobis, quomodo voluntatis unitas asseritur, cùm naturalis per sacramentum proprietas perfectæ sacramentum sit unitatis? Non est humano, aut seculi sensu in Dei rebus loquendum, neque per violentam a, atque impudentem prædicationem, dictorum cœlestium sanitati, alienæ, atque impiæ intelligentiæ perversitas est extorquenda. Quæ 1 scripta sunt, legamus, & quæ legerimus intelligamus: & tunc perfectæ fidei officio fungemur. De naturali enim in nobis Christi veritate, quæ dicimus, nisi ab eo discimus b, stulte atque impiè dicimus. Ipse enim ait: c [*Caro mea verè esca est, & sanguis meus verè est potus. Qui edit carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in eo.*] De veritate carnis & sanguinis non est relictus ambigendi locus. Nunc enim & ipsius Domini professione, & fide nostrâ verè caro est, & verè sanguis est: & hæc accepta, atque hausta id efficiunt, ut & nos in Christo, & Christus in nobis sit. Anné hoc veritas non est? Contingat planè his verum non esse, qui Christum Jesum verum esse Deum negant. Est ergò in nobis ipse per carnem, & sumus in eo, dum secundùm hoc, quod nos sumus, in Deo est. Quòd autem in eo per sacramentum communicatæ carnis & sanguinis simus, ipse testatur, dicens: d [*Et hic mundus jam me non videt: vos autem me videbitis, quoniam ego vivo, & vos vivetis: quoniam ego in patre meo, & vos in me, & ego in vobis.*] Si voluntatis tantùm unitatem intelligi vellet, cur gradum quendam, atque ordinem consummandæ unitatis exposuit? nisi, ut cùm ille in patre per naturam divinitatis esset, nos contrà in eo per corporalem ejus nativitatem, & ille rursùs in nobis per sacramentorum inesse mysterium crederetur: ac sic perfecta per mediatorem unitas doceretur: cùm nobis in se manentibus ipse maneret in patre, & in patre manens, ipse maneret in nobis: & ita ad unitatem patris proficeremus, cum eo qui naturaliter secundùm nativitatem inest, nos quoque in eo naturaliter inesse mus, ipso in nobis naturaliter permanente. Quòd autem in nobis naturalis hæc unitas sit, ipse ita testatus e est: [*Qui edit carnem meam, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo.*] Non enim quis in eo erit, nisi in quo ipse fuerit, ejus tantùm in se assumptam habens carnem, qui suam sumpserit. Perfectæ autem hujus unitatis sacramentum superiùs jam docuerat, dicens: f [*Sicut misit me vivens pater, & ego vivo per* g *patrem, & qui manducaverit meam carnem, & ipse vivet per me.*] Vivit ergò per patrem, & quomodo per patrem vivit, eodem modo nos per carnem ejus vivemus. Omnis enim comparatio ad intelligentiæ formam præsumitur, ut id, de quo agitur, secundùm propositum exemplum assequamur. Hæc ergò vitæ nostræ causa est, quòd in nobis carnalibus manente per carnem Christum habemus, victuris nobis per eum eâ conditione, quâ vivit ille per patrem. Si ergò nos naturaliter secundùm carnem per eum vivimus, id est, naturam suæ carnis adepti, quomodo non naturaliter secundùm spiritum in se patrem habeat, cùm vivat ipse per patrem? *Item infrà.* ¶ Hæc autem idcircò commemorata à nobis sunt, quia voluntatis tantùm inter patrem & filium unitatem hæretici mentientes, unitatis nostræ ad Deum utebantur exemplo, tanquam nobis ad filium, & per filium ad patrem obsequio tantùm, ac voluntate religionis unitis, nullâ per sacramentum carnis & sanguinis naturalis communionis proprietas indulgeretur: cùm & per honorem nobis datum Dei filii, & permanentem in nobis carnaliter filium, & in eo nobis corporaliter & inseparabiliter unitis mysterium veræ ac natu-

a *al.* Theophaniam. b *Simile apud Eusebium Emissenum homil. 16. qua est quinta de Pascha, seu de corpore & sanguine.* c *Exod. 16.* d *Inst. ead. in Christo.* e *Ex epist Cyrilli, & Synodi Alexandrinæ ad Nestorium, quæ proponitur Ephesinæ Conc.* f *Paschasius in epist. ad Burdegardum. Lanfranc., Guitmundus l. 3. Alg. l. 1. c. 10. Ivo p. 2 c. 4.* g *Ivo p. 2 c. 4.* h *1. Corinth. 10. à Beda 1. Cor. 11.* k *Alg. l. 1. c. 3. Guitmundus l. 3. Ivo p. 2. c. 4.*

a *al.* violentiam. b *al.* dicimus. c *Ioan. 6.* d *Ioan. 14.* e *Ioan. 6.* f *Ioan. 6.* g *al.* propter.

ralis unitatis sit prædicandũ. *Idem* 2. ¶ Corpus *a* Christi, quod sumitur de altari, figura est, dum panis & vinum extrà videtur: veritas autem, dum corpus & sanguis Christi in veritate interiùs creditur.

1 ¶ Quæ scripta] *Addita hæc sunt usq; ad vers.* De naturali. *ex ipsò originali, itemq; alia nonnulla, quæ facere videbantur ad sententiæ integritatem.*

2 ¶ Idem] *Anteà legebatur*, id est. *Emendatum est ex vetustis codicibus. De hoc autem loco notatum est supr. eâd. c.* corpus.

C. LXXXIII. ¶ *Quare in sacrificio aqua vino misceatur.*

Item Ambrosius *in lib. 5. de sacramentis, c. 1.*

24 IN calicem mittitur vinum: & quid aliud? aqua. Sed tu mihi dicis, quomodo ergò *b* Melchisedech panem & vinum obtulit? Quid sibi vult admistio aquæ? Rationem accipe. *& paucis interjectis.* ¶ Jussit Deus Moysi, ut tangeret petram de virga: tetigit petram, & petra undam maximam fudit, sicut *c* Apostolus ait: [*Bibebant autem de consequente eos petra: petra autem erat Christus.*] Non immobilis petra, quæ populum sequebatur. Et tu bibe, ut te Christus sequatur. Vide mysterium. Moyses, hoc est, Propheta: virga, hoc est, verbum Dei. Sacerdos verbo Dei tangit petram: & fluit aqua, & bibit populus Dei. Tangit ergò Sacerdos calicem, redundat aqua in calice, salit in vitam æternam, & bibit populus Dei, qui Dei gratiam consecutus est. Didicisti ergò hoc? Accipe & aliud. *& paucis interjectis.* ¶ De *d* latere ejus aqua fluxit, & sanguis. Quare aqua? quare sanguis? Aqua, ut emundaret: sanguis, ut redimeret. Quare de latere? *e* quia unde culpa, inde gratia: culpa per fœminam, gratia per Dominum Jesum Christum. *Item c. 5.* ¶ Audi Psalmum. Vide, quemadmodum aptus sit cœlestibus sacramentis *f*: [*Dominus pascit me, & nihil mihi deerit, &c. Virga tua, & baculus tuus, ipsa me consolata sunt.*] Virga imperium, baculus passio est: hoc est, æterna divinitas Christi, sed etiam passio corporalis. Illa creavit, hæc redemit: [*Parâsti in conspectu meo mensam, &c. & poculum tuum inebrians, quàm præclarum est.*] *& infrà.* ¶ Quotiescunque bibis, remissionem accipis peccatorum, & inebriaris in spiritu. Unde & Apostolus *g* ait: [*Nolite inebriari vino, sed implemini Spiritu Sancto.*] Vino enim qui inebriatur, vacillat & titubat. Spiritu qui inebriatur, radicatus in Christo est. Et ideò præclara ebrietas, quæ sobrietatem mentis operatur. *Item h c. 4.* ¶ [*Fiat voluntas tua, sicut in cœlo & in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, &c.*] Sanguine Christi pacificata sunt omnia vel in cœlo, vel in terra. Sanctificatum est cœlum: dejectus est diabolus, ubi *i* versatur homo, quem ille decepit. *Et paulo post.* ¶ Dixi vobis, quòd ante verba Christi, quod offertur, panis dicatur. Ubi Christi verba deprompta fuerint, jam non panis dicitur, sed corpus appellatur. Quare ergò in oratione Dominica, quæ posteà sequitur, ait: [*Panem nostrum?*] Panem quidem dixit, sed ἐπιούσιον dixit, hoc est, supersubstantialem.

¶ *Caput hoc ex indicatu B. Ambrosii locis confectum, & in summam redactum, ex originali emendatum est, & aliquot locis locupletatum.*

C. LXXXIV. ¶ *Veram Christi carnem, & verum Christi sanguinem manducamus & bibimus.*

Idem *in lib. 6. de sacramentis, c. 1.*

25 SIcut verus *k* est Dei filius Dominus noster Jesus Christus, non quemadmodum homines per gratiam, sed quasi filius ex substantia patris: ita vera caro, sicut ipse dixit, quam accipimus, & verus ejus sanguis est 1 potus. *Item paulo post.* ¶ [*Ego a sum*, inquit, *panis vivus, qui de cœlo descendi.*] Sed caro non descendit è cœlo, hoc est, carnem in terris assumpsit ex Virgine. Quomodo ergò descendit panis è cœlo, & panis vivus? quia idem Dominus noster Jesus Christus consors est & divinitatis, & corporis. Et tu, quia accipis panem, divinæ ejus substantiæ in illo participaris *b* alimento.

1 ¶ Est potus.] *Post hæc verba in originali sequitur, cap. fortè. suprà eâdem.*

C. LXXXV. ¶ *In sacrificio non corporalem, sed spiritualem escam accipimus.*

Item *in lib. de his, qui mysteriis initiantur, c. 9.*

IN *c* illo sacramento Christus est, quia corpus est Christi. Non ergò corporalis esca, sed spiritualis est. Unde & Apostolus de typo ejus ait *d*, quia patres nostri escam spiritualem manducaverunt, & potum spiritualem biberunt. Corpus enim Dei, corpus est spirituale: corpus Christi, corpus est divini spiritûs.

C. LXXXVI. ¶ *Carnem à Christo susceptam, & corpus transfiguratum in altari offerimus.*

Item *in sermone de Abel & Cain, id est, in lib. de incarnatione Dominica sacramento, c. 4.* e

SI credas à Christo carnem esse susceptam, & offeras transfigurandum *f* corpus in altaribus, nec distinguas tamen naturam verbi *g*, & corporis, & ribi dicitur, si rectè offeras, non rectè autem dividas, peccâsti.

C. LXXXVII. ¶ *In Cœna Christus fuit conviva & convivium.*

Item Hieronymus *ad Hedibiam, quæst. 2.*

NEc *h* Moyses dedit nobis panem verum, sed Dominus Jesus ipse conviva & convivium, ipse comedens & qui comeditur.

C. LXXXVIII. ¶ *In veritate sui corporis & sanguinis Christus suis discipulis præsentavit, quod Melchisedech sacramentaliter obtulit.*

Item Hieronymus *super Matthæum, lib. 4. ad c. 26.*

ACcipite *i*, & comedite. Hoc est corpus meum.] Postquam *k* typicum Pascha fuerat completum, & agni carnes cum Apostolis comederat, assumit panem, qui confortat cor hominis, & ad verum Paschæ transgreditur sacramentum: ut quomodo in præfiguratione ejus *l* Melchisedech summi Dei sacerdos panem & vinum offerens fecerat, ipse quoque in *m* veritate sui corporis & sanguinis repræsentaret.

C. LXXXIX. ¶ *Christus idem est Sacerdos & sacrificium.*

Idem *in lib. de membris Domini, al. de his, quæ Deo in scripturis attribuuntur.*

SAcerdos Dei patris dictus est filius Dei non secundùm divinitatem, sed secundùm humanitatem: in qua se pro nobis per passionem & mortem suam acceptabile sacrificium Deo patri obtulit, ut ipse esset Sacerdos, qui & sacrificium.

C. XC. ¶ *Judæi credentes biberunt sanguinem, quem in cruce fuderunt.*

Item Augustinus *lib. 50. hom. serm. 27. de utilitate agenda pœnitentiæ.*

TUnc eis Petrus *n* annuntiavit eum colendum, quem crucifixerunt: ut ejus sanguinem biberent credentes, quem effuderunt sitientes.

a *supr. corpus.* b *Genes. 14.* c *1. Cor. 10.* d *Joann. 19.* e *Genes. 2.* f *Psal. 22.* g *Ephes. 5.* h *Multis omissis.* i *ibi versatur, ubi & homo,] erig.* k *Alg. l. 1. c. 12. Guitmundus l. 3.*

a *Joann. 6.* b *al participas.* c *Alg. l. 1. c. 21.* d *1. Cor. 10.* e *Genes. 4. secundum 70.* f *al. transfiguratum corpus in altaris.* g *al divinitatis.* h *Alg. l. 1. c. 12. Isop. 2. c. 5. Joann. 6.* i *Matth. 26.* k *Paschasius in eundem Matthæum locum.* l *Bess.* m *al. veritatem sui.* n *Act. 2.*

C. XCI. ¶ *Corpus, quod ex Virgine sumptum est, à fidelibus accipitur.*

Item Ambrosius *epist. 62. al. l. 2. epist. 1. ad Irenæum.*

COrporeum *a* illud manna nunc est : tanti res miraculi : quia venit, quod perfectum est : perfectum autem, panis de cœlo, corpus ex Virgine, de quo satis Evangelium te docet.

1 ¶ Nunc est.] *Apud B. Ambrosium sic legitur :* Et corporeum quidem illud manna hodie plerisque in locis invenitur : sed nunc non est tanti res miraculi, quia venit, &c. *Verum ob glossam non est emendatum.*

C. XCII. ¶ *Verum Christi corpus, verumq; ejus sanguinem quotidie manducamus & bibimus.*

Item Augustinus *in Psalmum 33.*

ACcesserunt ad *b* Jesum Judæi, ut crucifigerent : nos ad eum accedamus ut corpus ejus & sanguinem accipiamus *Item infrà.* ¶ Verè magnus Dominus, & magna misericordia ejus verè, qui nobis dedit manducare corpus suum, in quo tanta perpessus est, & sanguinem bibere. *Item in Psal. 45. ad Indaeos.* ¶ Jam & securi bibite sanguinem, quem fudistis. *Item in Psalm. 65.* ¶ Ipsum sanguinem, quem per insaniam fuderunt, per gratiam bibetunt. *Item c in Psal. 98.* ¶ De carne Mariæ carnem accepit. Et quia in ipsa carne hic ambulavit, & ipsam carnem nobis manducandam ad salutem dedit. Nemo autem illam carnem manducat, nisi priùs adoraverit. *Item d in Ps. 33.* ¶ [*David e ferebatur 1 manibus suis.*] Manibus suis nemo portatur. Quomodo intelligatur in ipso David, secundùm literam non invenimus : in Christo autem invenimus. Ferebatur enim Christus manibus suis, quando commendans ipsum corpus suum ait : [*Hoc est corpus meum.*] Ferebatur *f* enim illud corpus in manibus suis. *Idem super Ioannem tract. 31.* ¶ Quousq; biberent sanguinem, quem fuderant, de sua salute desperaverunt. *Idem in Psal. 140.* ¶ Judæi pascebantur tanquam de pœna Domini. Nam & nos de cruce Domini pascimur, quia corpus ipsius manducamus. *& infra.* ¶ Habent ergò impii epulas suas, habent & pii suas. Audi epulas piorum : [*Beati g, qui esuriunt & sitiunt justitiam.*]

1 ¶ Ferebatur.] *In Graeca vulgata est* προεφέρετο, *id est,* collabebatur.

C. XCIII. ¶ *Pro infirmatis Eucharistiam Presbyter semper habeat paratam.*

Item ex Concilio Vuormaciensi *h.*

26 PResbyter *i* Eucharistiam semper habeat paratam, gs ut quando quis infirmatus 1 fuerit, statim eum communicet, ne sine communione moriatur.

1 ¶ Infirmatus fuerit,] *Apud Burchardum & Ivonem (qui item citant Concilium Vuormaciense, c. 5.) & in capitularibus l. 3. c. 161. ubi habetur, post ista verba interponuntur haec,* aut parvulus infirmus fuerit.

C. XCIV. ¶ *Poenitentia ejus, qui non benè sacrificium custodit.*

Item ex Concilio Arelatensi *k.*

27 QUi *1* benè non custodierit sacrificium, & mus, vel gs aliquod aliud animal illud comederit, quadraginta diebus pœniteat. Qui autem perdiderit illud in Ecclesia, aut pars ejus ecciderit, & non inventa fuerit, triginta dies pœniteat.

C. XCV. ¶ *Histrionibus sacra non committantur mysteria.*

Cyprianus *Eucratio fratri salutem, lib. 1. epist. 10.*

28 PRo dilectione *a* tua, & verecundia mutua consugs lendum me existimâsti, frater charissime, quid mihi videatur de histrione quodam, qui apud vos constitutus, in ejusdem adhuc artis suæ dedecore perseverat, & magister, & doctor non erudiendorum, sed perdendorum puerorum id, quod male didicit, cæteris quoque insinuat : an talis debeat communicare nobiscum. Quod ego puto nec majestati divinæ, nec Evangelicæ disciplinæ congruere, ut pudor & honor Ecclesiæ tam turpi & infami contagione fœdetur.

C. XCVI. ¶ *Post conversionem non est deneganda gratia communionis.*

Item ex Concilio Carthaginensi III. *b, c. 35.*

SCenicis *c* atque histrionibus, cæterisque hujusmodi personis, vel apostaticis conversis, vel reversis ad Dominum, gratia vel reconciliatio non negetur.

C. XCVII. ¶ *Presbyter in altari Missam non celebret, in quo eâdem die Episcopus celebravit.*

Item ex Concilio Urbico *d.*

IN *e* altari, in quo Episcopus Missam cantavit, Presbyter eodem die aliam celebrare non præsumat.

DISTINCTIO III.

C. I. ¶ *Tempora feriandi in Missa sunt Laicis nuntianda.*

Item ex Concilio Lugdunensi.

1 PRonuntiandum *f* est Laicis 1, ut sciant tempgs pora feriandi per annum, id est, omnem Dominicam à vespera usque ad vesperam, ne Judaismo capiantur. Feriandi verò per annum isti sunt dies, Natalis Domini, sancti Stephani, sancti Joannis Evangelistæ, Innocentium, sancti Sylvestri, octavæ *g* 2 Domini, & Theophaniæ *h*, Purificatio sanctæ Mariæ, sanctum Pascha cum tota hebdomada, Rogationes tribus diebus, Ascensio Domini, sancti dies Pentecostes, sancti Joannis Baptistæ, duodecim Apostolorum, maximè tamen sanctorum Petri & Pauli, qui mundum suâ prædicatione illuminaverunt, sancti Laurentii, Assumptio sanctæ Mariæ, Nativitas sanctæ Mariæ, Dedicatio Ecclesiæ *i*, sancti Michaëlis Archangeli, Dedicatio cujuscunque Oratorii, & omnium Sanctorum, & sancti Martini, & illæ festivitates, quas singuli Episcopi in suis Episcopatibus *k* cum populo collaudaverint, quæ vicinis tantùm circummorantibus indicendæ sunt, non generaliter omnibus. Reliquas verò festivitates per annum non sunt cogendi ad feriandum, nec prohibendi. Indictum verò jejunium quando fuerit denuntiatum, ab omnibus observetur.

1 ¶ Laicis,] *Haec vox abest à Vaticanis exemplaribus, Burchardo & Ivone.*

2 ¶ Octavæ Domini.] *Ita in plerisq; vetustis exemplaribus & in Capitularibus, & apud Ivonem, & caeteros ferè veteres scriptores, excepto Burchardo. Ac nihil eminus ipsa octava dies ipsius Natalis significatur. Cur autem numero multitudinis proferatur, declarat Alcuinus in c.* de octava Domini.

C. II. ¶ *In Sanctorum solemnitatibus, divinis officiis, non saltationibus, vel cantilenis populi debent vacare.*

Item ex Concilio Toletano III. *c. 23.*

---

a *Lanfran. Ivo p. 2. c. 9.* b *Lanfrancus. Guitmundus lib. 3. Alg. lib. 1. cap. 9 & 12. Ivo part. 2. c. 9.* c *Et serm. 4. de S. Stephano.* d *Concone primâ.* e *1 Reg. 21.* f *Ferebat*] *aeg. g Matth. 1.* h *In Cap. l. 5. c. 161.* i *Bur. l. 3. c. 10. Ivo p. 2. c. 10. Pann. l. 1. c. 142.* k *al. Aurelianensi.* l *Burch. lib. 3. c. 61. Ivo p. 2. c. 60. Pann. l. 2. c. 137.*

2 *Burch. l. 3. c. 21. Ivo p. 3 c. 31. & p. 11. c. 83. Panormit. lib. 2. c. 15.*
b *Et in Afric. c. 12.* c *Burch. l. 4. c. 36. Ivo p. 2. c. 230.* d *Concil. Antiochod. c. 10.* e *Burch. l. 3. c. 226. Ivo p. 3. c. 270 Pann. l. 2. c. 35.*
f *Cod. de fer. Omnes dies. Novel. Leon. 14. Moguntin. 2. c. 36. Capit. l. 1. c. 164. & l. 2. c. 33 Burch. l. 2. c. 77. Ivo p. 4. c. 14. Balsamon ad tit. 7. Nomocanonis.* g *Octava Natalis Domini.* h *al. Epiphaniae.*
i *al. Basilica.* k *al. Episcopii.*

IRreligiosa *a* consuetudo est, quam vulgus per Sanctorum solennitates agere consuevit: Populi, qui debent officia divina attendere, saltationibus & turpibus invigilant canticis, non solùm sibi nocentes, sed & religiosorum officiis perstrepentes *b*. Hoc etenim, ut ab omnibus *c* provinciis depellatur, Sacerdotum & Judicum à Concilio sancto curæ committitur.

C. III. ¶ *Ante Ascensionem Domini tribus diebus Litania celebrentur.*

Item ex Concilio Aurelianensi I. *c. 29.*

ROgationes *d*, id est, Litanias, ante Ascensionem Domini placuit celebrari, ita ut præmissum *e* triduanum jejunium in Dominicæ Ascensionis solennitate solvatur. Per quod triduum servi & ancillæ ab opere relaxentur, quò magis plebs universa conveniat. Quo triduo omnes abstineant, & quadragesimalibus cibis utantur.

C. IV. ¶ *Episcopus die Dominico non desit Ecclesiæ.*

Item ex Concilio *f* eodem, *c. 33.*

EPiscopus *g*, si infirmitate non fuerit impeditus, Ecclesiæ, cui proximus fuerit, die Dominico deesse non debet.

C. V. ¶ *Hos dies civibus in villa celebrare non licet.*

Item ex eodem, *c. 27.*

NUlli civium Paschæ, Natalis Domini, & Quadragesimæ 1 solennitatem in villa liceat celebrare, nisi quem infirmitas probabitur tenuisse.

1 ¶ Et Quadragesimæ] *Sic etiam in originali impresso. Sed Ivo habet,* vel Quinquagesimæ. *Burchardus,* vel Pentecostes, *& ita est in Concilio Agathensi, c. 63. & in Arvernensi, c. 14.*

C. VI. ¶ *Ante solennitatem Paschæ Quadragesima est celebranda.*

Item ex eodem Aurelianensi, *c. 28.*

SAcerdotibus omnibus est decretum, ut ante Paschæ solennitatem non Quinquagesima, sed Quadragesima teneatur.

C. VII. ¶ *Quinta feria ultimæ septimanæ Quadragesimæ jejunium solvi non licet.*

Item ex Concilio *h* Martini Papæ Bracharensis, *c. 50.*

NOn liceat quintâ feriâ novissimæ septimanæ jejunium solvere, & omnem exhonorare Quadragesimam, sed sincerè abstinentes totam Quadragesimam peragere.

C. VIII. ¶ *De eodem.*

Item ex Concilio *i* Laodicensi, *c. 50.*

NOn oportet *k* in Quadragesima, quintâ feriâ ultimæ hebdomadæ jejunium dissolvi, & totam Quadragesimam inhonorari: sed per totos hos dies jejunare, & escis abstinentiæ convenientibus, id est, aridioribus uti.

C. IX. ¶ *Exceptis diebus Dominicis in Quadragesima non solvatur jejunium.*

Item ex Concilio Agathensi, *c. 11.*

PLacuit, ut omnes Ecclesiæ filii, exceptis diebus Dominicis, in Quadragesima etiam die Sabbathi *l* sacerdotali oratione 1, & discretionis communione jejunent.

1 ¶ Oratione,] *In Conciliis legitur,* ordinatione, & districtionis *m* comminatione jejunent: *sed obscurum non est mutatum.*

a *Ivo p. 4. cap. 12.* b *abest ab origin.* c *omni Hispania*] *orig. Beda de officiis, tomo 7.* d *Albinus pag. 97. Burch. l. 13. c. 17. Ivo p. 4. c. 11.* e *al. post Missam.* f *Conc. Arvernense, c. 14. Et Agathense, c. 63.* g *Burch. l. 2. c. 77. & l. 19. c. de sacrilegio. Ivo p. 4. cap. 12.* h *In Capit. græc. Syn.* i *Et in Syn. cap. 29.* k *Burch. lib. 13. c. 8. Ivo par. 4. c. 41.* l *al. sabbatho.* m *al. diffinitionis.*

C. X. ¶ *Nec in die Dominico, nec in diebus Pentecostes in oratione genua flectantur.*

Item ex Concilio Nicæno, *cap. 20.*

QUoniam *a* sunt in die Dominica quidam ad orationem genua flectentes, & in diebus Pentecostes, statutum est à sancta Synodo (quoniam consona, & conveniens per omnes Ecclesias custodienda consuetudo est) ut stantes ad orationem vota Domino reddamus.

C. XI. ¶ *Quo tempore ab esu carnium sit abstinendum.*

Item Leo Papa IV.

2 DE esu carnium apud vos *b* vetustissima, & non improbanda traditio semper est tenenda, ut à cœnæ termino, quæ fit in principio noctis quartæ feriæ, quæ lucescit in quarta feria, usque in diluculum quintæ feriæ, & similiter à cœna noctis sextæ feriæ, quæ lucescit in sexta feria, non imperitè jejunatio usque ad Sabbathi lucem, quantum de diei parte aliquis jejunare maluerit vel debuerit, protendatur.

C. XII. ¶ *Nec die Sabbathi feriandum, nec die Dominico lavacrum est prohibendum.*

Item Gregorius *c dilectissimis civibus Romæ lib. 11. epist. 3.*

3 PErvenit *d* ad me quosdam perversi spiritûs homines prava inter vos aliqua, & sanctæ fidei adversa seminâsse, ita ut die Sabbathi aliquid operari prohiberet. Quos quid aliud, nisi Antichristi prædicatores dixerim? qui veniens diem Sabbathum, atque Dominicum ab omni faciet opere custodiri. Quia enim mori se, & resurgere simulat, haberi in veneratione vult diem Dominicum: & quia judaizare populum compellit, ut exteriorem legis ritum revocet, & sibi Judæorum perfidiam subdat, coli vult Sabbathum. *& paulo pòst.* ¶ Aliud quoque ad me perlatum est, vobis à perversis hominibus esse prædicatum, ut Dominico die nullus debeat lavari. Et quidem si pro luxuria, & pro voluptate quis lavari appetit, hoc fieri nec reliquo quoliber die concedimus. Si autem pro necessitate corporis, hoc nec die Dominico prohibemus.

C. XIII. ¶ *Ob reverentiam sepulturæ Dominicæ Sabbatho jejunare debemus.*

Item Innocentius Papa, *epistolâ primâ ad Decentium, c. 4.*

4 SAbbatho verò *e* jejunandum esse, ratio evidentissima demonstrat. Nam, si diem Dominicum ob venerabilem resurrectionem Domini nostri Jesu Christi non solùm in Pascha celebramus, verùm etiam per singulos circulos hebdomadarum, ipsius diei imaginem frequentamus, ac sextâ feriâ propter passionem Domini jejunamus, Sabbathum prætermittere non debemus: quoniam *f* inter tristitiam & lætitiam temporis illius videtur inclusum. Nam utique constat Apostolos biduo isto & in mœrore fuisse, & propter metum Judæorum se occuluisse. Quod utique non dubium est in tantum eos jejunâsse biduo memorato, ut traditio Ecclesiæ habeat isto biduo sacramenta penitùs non celebrari. Quæ utique forma per singulas tenenda est hebdomadas, propter id, quòd commemoratio diei illius semper est celebranda. Quòd si putant semel, atque uno Sabbatho jejunandum, ergò & Dominica, & sexta feria semel in Pascha erit utique celebranda.

C. XIV. ¶ *Die Dominicâ, & quintâ feriâ non est celebrandum jejunium.*

Item Melchiades *g* Papa *ad Episcopos Hispaniarum, c. 4.*

a *Burch. l. 2. cap. 21. Ivo p. 4. c. 18. Pann. l. 2. cap. 174.* b *nos*] *Grat.* c *Et Nicolaus Papa ad consulta Bulgarorum, cap. 18.* d *Ivo p. 4. c. 6. Pann. l. 2. c. 169.* e *Ansel. in præfat. c. 1 Polyc. l. 3. tit. 25. Ivo p. 4. c. 28. Pannorm. l. 2. cap. 137.* f *al. quod*] *erg.* g *al. Miltiades.*

Jejunium

1 ps Jejunium *a* Dominici diei, & quintæ feriæ nemo celebrare debet, ut inter jejunium Christianorum, & Gentilium, veraciter credentium, & infidelium, atque hæreticorum vera, & non falsa discretio habeatur.

C. XV. ¶ *De eodem.*

Item ex Concilio Cæsaraugustano, *c* 2. b

NE quis jejunet die Dominicâ causâ timoris 1, aut persuasionis, aut superstitionis: nec Quadragesimarum diebus ab Ecclesiis fideles desint: nec habitent in latibulis cubiculorum, ac montium, qui in suspicionibus perseverant: sed exemplum, & præceptum custodiant Sacerdotum, & ad alienas villas agendorum conventuum causâ non conveniant. Ab universis Episcopis dictum est, anathema sit, qui hæc commiserit.

1 ¶ Timoris,] *Hoc exponitur in glossa. Sed in Concilio est,* causâ temporis, *id est, quamdiu dies Dominicus sit. De qua re habetur supr. dist. 30. cap.* si quis tanquam. *& cap. fin. Legitur etiam in Pontificali Damasi, ideò Miltiadem sanxisse, ne quis die Dominico, aut feriâ quintâ jejunaret: quia eos dies pagani, quasi sacrum jejunium celebrabant. Et apud Burchardum, l. 19. imponatur pœnitentia ei, qui die Dominicâ jejunet propter abstinentiam & religionem.*

C. XVI. ¶ *Quartâ & sextâ feriâ sunt servanda jejunia.*

Item ex dictis S. Apollonii.

3 IEjunia *c* sanè legitima, id est, quartâ & sextâ feriâ ps non sunt solvenda, nisi grandis aliqua necessitas fuerit: quia quartâ feriâ Judas de traditione Domini cogitavit, & sextâ feriâ crucifixus est Salvator. Videbitur ergò, qui in his diebus sine aliqua necessitate solverit statuta jejunia, vel cum tradente tradere Salvatorem, vel cum crucifigentibus crucifigere. Die autem Dominicâ nihil aliud agendum est, nisi Deo vacandum. Nulla operatio in illa die sancta agatur, nisi tantùm hymnis, & psalmis, & canticis spiritualibus dies illa tranſigatur.

¶ *Caput hoc habetur apud Palladium in vita Apollonii Abbatis.*

C. XVII. ¶ *Quintâ feriâ ultimâ hebdomadæ Quadragesimæ pœnitentes remissionem accipiant.*

Item Innocentius Papa, *epist. 1. ad Decentium, cap. 7.*

7 ps DE pœnitentibus *d* verò, qui sive ex gravioribus commissis, sive ex levioribus pœnitentiam gerunt, si nulla interveniat ægritudo, quintâ feriâ ante Pascha eis remittendum, Romanæ Ecclesiæ consuetudo demonstrat. Cæterùm de pondere æstimando delictorum, Sacerdotis est judicare, ut attendat ad confessionem pœnitentis, & ad fletus, atque lachrymas corrigentis, ac tunc jubere dimitti, cùm viderit congruam satisfactionem. Sanè si quis in ægritudinem inciderit, atque usque ad desperationem devenerit, ei est ante tempus Paschæ relaxandum, ne de sæculo absque communione discedat.

C. XVIII. ¶ *Singulis annis quintâ feriâ ultimâ hebdomadæ Quadragesimæ novum chrisma conficiatur.*

Item Fabianus Papa *orientalibus Episcopis, epist. 2.*

8 LIteris *e* vestris inter cætera insertum invenimus, ps quosdam regionis vestræ Episcopos à vestro, nostroque ordine discrepare, & non per singulos annos in cœna Domini chrisma conficere. *& infrà.* ¶ Errant verò, qui talia excogitant, & mente vesanâ potiùs, quàm rectâ sentientes hæc audent. *& infrà.* ¶ Sicut enim ipsius diei solennitas per singulos annos est celebranda, ita ipsius sancti chrismatis confectio per singulos annos est agenda, & de anno in annum renovanda, & fidelibus tradenda: quia novum sacramentum est per singulos annos, & jam dicto die innovandum, & vetus in sanctis Ecclesiis cremandum. Ista à sanctis Apostolis, & successoribus eorum accepimus, & vobis tenenda mandamus.

¶ *In originali res copiosiùs explicatur, quàm aut Gratianus, aut Ivo faciant.*

C. XIX. ¶ *Servetur ab omnibus festivitas inventionis Dominicæ crucis.*

Item Eusebius Papa, *epist. 2.*

9 CRucis Domini *a* nostri JESU Christi, quæ nuper ps nobis gubernacula sanctæ Romanæ Ecclesiæ tenentibus, quinto nonas Maji inventa est, in prædicto Calendarum die inventionis festum vobis solenniter celebrare mandamus.

C. XX. ¶ *Quare sit institutum, ut aqua sale conspersa sanctificetur.*

Item Alexander Papa V. *a Petro, epist. 1. c. 5.*

10 ps AQuam *b* sale conspersam populis benedicimus, ut eâ cuncti aspersi sanctificentur, & purificentur. Quod & omnibus Sacerdotibus faciendum esse mandamus. Nam si cinis vitulæ sanguine aspersus populum sanctificabat, atque mundabat: multò magis aqua sale aspersa, divinisque precibus sacrata, populum sanctificat atque mundat. Et *c*, si sale aspersa per Helisæum Propheram sterilitas aquæ sanata est: quantò magis divinis precibus sacratus *d* sal sterilitatem rerum aufert humanarum, & coinquinatos sanctificat, atque mundat, & purgat, & cætera bona multiplicat, & insidias diaboli avertit, & à phantasmatum versutiis homines defendit?

C. XXI. ¶ *Non nisi in die Dominico sanctum Pascha celebretur.*

Item Pius Papa IX. *à Petro Apostolo, in primo suarum decretalium.* e

NOsse *f* vos volumus, quòd Pascha Domini die Dominico annuis temporibus *g* sit celebrandum. Istis enim temporibus Hermes doctor fidei & scripturarum effulsit inter nos. Et licèt nos idem Pascha prædicto die celebremus, quia tamen quidam inde dubitabant, ad corroborandas animas eorum, eidem Hermæ angelus Domini apparuit in habitu pastoris, & præcepit ei, ut Pascha Domini die Dominico ab omnibus celebraretur. Unde & vos Apostolicâ auctoritate instruimus, omnes eadem servare debere: quia & nos eadem servamus: nec debetis à capite quoquo modo dissidere.

C. XXII. ¶ *Non nisi in die Dominico sanctum Pascha celebretur.*

Item Victor Papa XIII. *à Petro, in primo decretali suo* h.

CElebritatem *i* sancti Paschæ die Dominico agi debere, & prædecessores nostri jam statuerunt, & nos illud vobis eâdem die solenniter celebrari mandamus: quia non decet, ut membra à capite discrepent, nec *k* contraria gerant. A xiiij. verò luna primi mensis usque ad xxj. diem ejusdem mensis eadem celebretur festivitas. Eodem verò tempore baptisma celebrandum est catholicum. Sed tamen, si necesse fuerit, aut mortis pe-

a *Eusebius Emiss in Hom Pentecostes. Polyc. ibid. Ivo p. 4. c. 27. Pann. l. 2. c. 176.* b *Cone Gangrense, c. 18. Clemens l. 7. constit. c. 24. Smaragdus ad c. 42. regula S. Benedicti. Ivo p. 4. c. 32. Pann. l. 2. c. 179.* c *In syn. 6. c. 66. Smaragdus ibid. Ivo p. 4. c. 13.* d *Cap. 15. c. 67. Polyc. l. 6. tit. 20. Bur. l. 18. c. 18. Ivo p. 15. c. 40.* e *Polyc. lib. 3. tit. 16. Ivo p. 2. c. 73.*

a *Ivo part. 4. cap. 5.* b *Polyc. ibid. Burchard. lib. 2. c. 33. Ivo part. 2. c. 62.* c *4. Regum 2.* d *al. sacrata aqua.* e *Epist. 1.* f *Ivo part. 4. c. 3. & 145.* g *al. solemnitatibus] orig.* h *Epist. 1. ad Theophilum. Et in Aurelian. 4. c. 1.* i *Polyc. l. 3. tit. 10. & 17. Vualfridus Strabo, c. 26. Burch. l. 4. c. 3. Ivo part. 1. c. 198. & p. 4. c. 4.* k *al. aut aliter gerant.*

riculum ingruerit, gentiles ad fidem venientes quocunque loco, vel momento, ubicunque evenerit, sive in flumine, sive in mari, sive in fontibus tantùm Christianæ confessione credulitatis clarificatâ *a* baptizentur. Ipsis quoque, quod in baptismo polliciti sunt, summoperè est attendendum, ne infideles, sed fideles inveniantur. Ipsi verò, qui infidelitatis notâ asperguntur, infames efficiuntur, & inter fideles minimè reputantur. Hæc verò statuta nullâ debent improbitate convelli, nullâ novitate mutari: quia alia est ratio causarum secularium, alia divinarum.

C. XXIII. ¶ *De eodem.*

Item ex Concil. Carthaginensi IV. b *c.* 85.

PAschæ solemnitas uno die & tempore celebranda est.

C. XXIV. ¶ *Dies Paschæ, Concilii* 1 *formatarum subscriptione omnibus intimetur.*

Item ex Concilio Carthaginensi V. *c.* 7.

PLacuit *c*, ut dies venerabilis Paschæ formatarum subscriptione omnibus intimetur: dies verò Concilii xi. Cal. 2. Novembris servetur. Scribendum est etiam ad singularum quarumcunque provinciarum Primates, ut quandocunque apud se Concilium congregant, istum diem non impediant.

1 ¶ Concilii] *In aliquot vetustis est*, & Concilii. *In originali impressa hæc est hujus capitis rubrica:* De tempore Paschali, seu Concilii. *In codice canonum in indice capitis 40 Concilii Africani*, diem Paschæ & diem Concilii nuntiandum. *In Græco cap. 64.* περὶ τῆς τῶν μέλλοντα τῆς συνόδου ἀναγορεύσεως: *id est*, Ut dies Paschæ in die Synodi annuntietur.

2 ¶ xi. Cal.] *Sic in Carthaginensi* 1. *In Africana autem (etiam in codice canonum) & Carthaginensi Græco est*, x. Cal. Septembris

C. XXV. ¶ *Cùm in Concilio omnia statuta fuerint, futurum Paschæ annuntietur.*

Item ex Concilio Bracharensi II. *c.* 9.

PLacuit, ut postquam omnia in Concilio Sacerdotum fuerint ordinata, illud omnimodis observetur, ut superventurum *d* ipsius anni Paschæ quoto Calendarum die, vel quotâ lunâ debeat suscipi, à metropolitano Episcopo intimetur *e* Quod cæteri Episcopi, vel Clerus reliquus breviculo subnotantes, unusquisque in sua Ecclesia adveniente Natalis Domini die astante populo post Evangelicam lectionem annuntient.

C. XXVI. ¶ *Per orbem universum uno die, & uno tempore Paschæ celebretur.*

Item ex Concilio Altelatensi I. *quod confirmavit Papa Sylvester cap.* 1.

DE observatione *f* Paschæ Domini statuimus, ut uno die & tempore per omnem orbem observetur: & juxta consuetudinem literæ *g* ad omnes dirigantur.

C. XXVII. ¶ *De imaginibus Sanctorum non violandis.*

Item Gregorius *Severo Episcopo Massiliensi, lib.* 9. *epist.* 9.

12 PErlatum *h* ad nos fuerat, quòd inconsiderato *g* zelo succensus, Sanctorum imagines sub hac quasi excusatione, ne adorari debuissent, confregeris. Et quidem, quia eas adorari vetuisses, omnino laudavimus: fregisse verò reprehendimus. Die, frater, à quo factum Sacerdote aliquando auditum est, quod fecisti? Si 1 non aliud, vel illud te non debuit revocare, ne despectis aliis fratribus, solum te sanctum esse crederes, & sapientem. Aliud est enim picturam adorare: aliud per picturæ historiam, quid sit adorandum, addiscere. Nam quod legentibus Scriptura, hoc idiotis præstat pictura cernentibus: quia in ipsa etiam ignorantes vident, quid sequi debeant: in ipsa legunt, qui literas nesciunt. Unde & præcipuè gentibus pro lectione pictura est.

1 ¶ Si non] *Hæc usque ad vers.* Aliud. *sunt addita ex originali.*

C. XXVIII. ¶ *Imagines Sanctorum memoria sunt, & recordatio præteritorum.*

Item in septima *a* Synodo, *actione* 6.

VEnerabiles imagines Christiani non Deos appellant, neque serviunt eis, ut Diis, neque spem salutis ponunt in eis, neque ab eis expectant futurum judicium: sed ad memoriam & recordationem primitivorum venerantur eas, & adorant, sed non serviunt eis cultu divino, nec alicui creaturæ.

C. XXIX. ¶ *Non in agni, sed in humanis specie Christus est figurandus.*

Item Hadrianus Papa *b* Tharasio Patriarchæ, *in actione* 2. *ejusdem septimæ Synodi.*

13 SExtam *c* sanctam Synodum recipio cum omnibus ps canonibus suis, in quibus dicitur: In quibus *d* picturis sanctarum imaginum agnus præcursoris digito ostensus depingitur, qui in figuram gratiæ 1 transit, vetum nobis per legem Moysi demonstrans agnum, Jesum Christum Dominum nostrum. Antiquis ergò figuris & umbris, ad veritatis præfigurationem sanctæ Ecclesiæ traditis, vale 2 dicentes, gratiam & veritatem præferimus, & sic plenitudinem legis recipimus. Verum igitur agnum Dominum nostrum Jesum Christum secundum imaginem humanam amodo etiam in imaginibus pro veteri agno depingi jubemus.

¶ *De sexta Synodo, & canonibus ipsius notatum est sup.* 1. sexta Synodus.

1 ¶ Gratiæ transit,] *Et in epistola Hadriani, & apud Ivonem p.* 4. *c.* 122. *legitur*, in typum gratiæ assumptus est. *Apud eundem Ivonem, c.* 126. *ex Hadriano ad Carolum*, in signum relictus est gratiæ. *Græce in canone sexta Synodi est*, ὡς εἰς τύπον προλήψεως χάριτος: *id est*, qui in typum gratiæ assumptus est. *Sed ob glossam non est mutatum.*

2 ¶ Vale dicentes,] *Sic Ivo. In epistola Hadriani est*, suscipientes, *Græcè*, πανευφήμως ἀσπαζόμενοι.

C. XXX. ¶ *De fide Trinitatis & unitatis inviolabiliter servanda.*

Item Augustinus *lib.* 1. *de Trinitate, c.* 4.

14 OMnes *e*, quos legere potui, qui ante me scripserunt de Trinitate, quæ Deus est, divinorum librorum veterum & novorum catholici tractatores, hoc intenderunt secundùm scripturas docere, quòd Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus unius ejusdemque substantiæ inseparabili æqualitate divinam insinuent unitatem ideoque non sunt tres Dii, sed unus Deus, quamvis Pater Filium genuerit, & ideò Filius non sit, qui Pater est, Filiusque à Patre sit genitus, & ideò non sit Pater, qui Filius est, Spiritusque Sanctus nec Pater sit, nec Filius, sed tantùm Patris & Filii Spiritus, Patri & Filio etiam ipse coæqualis, & ad Trinitatis pertinens unitatem: non tamen eandem Trinitatem natam de Maria Virgine, & sub Pontio Pilato crucifixam & sepultam tertiâ die resurrexisse, & in cœlum ascendisse; sed tantummodò Filium: nec

a *al.* clarificati. b *& in Africano, c.* 40. *& Aurasiaco, cap.* 19. c *supr. distinct.* 73. d *al* superventurî. e *al* nuntietur. f *Ivo p.* 4. *cap.* 19. g *literas ad omnes tu dirigat.] orig.* h *Anst. l.* 13. *c.* 43. *Burch. l.* 3. *c.* 36. *Ivo p.* 3. *c.* 42. *Panorm. lib.* 2. *cap.* 38.

a *al. sexta.* b *In epist. Hadrian. ad Carolum, c.* 35. *supr. dist.* 16. c *Ivo p.* 4. *c.* 122 *& 126.* d *al. quibusdam] vera lectio in* 6. *Syn. c.* 12. e *Ivo p.* 1. *c.* 2. *Pand. l.* 1. *c.* 7.

eandem

eandem Trinitatem descendisse *a* in specie columbæ super Jesum baptizatum: aut die *b* Pentecostes post ascensionem Domini sonitu facto de cœlo, quasi ferretur flatus vehemens, & linguis divisis, velut ignis sedisse super unumquemq; eorum: sed tantummodo Spiritum Sanctum: nec eandem Trinitatem dixisse de cœlo: *c* [*Tu es filius meus.*] Sive cùm baptizatus est à Joanne, sive in monte, quando cum illo erant tres discipuli, aut quando sonuit vox dicens, *d* [*Et clarificavi, & iterum clarificabo.*] sed tantummodo patris vocem fuisse ad filium factam: quamvis Pater, Filius, & Spiritus Sanctus, sicut inseparabiles sunt, ita inseparabiliter operentur.

DISTINCTIO IV.

C. I. ¶ *Sine sacramento visibili, & fide invisibili nemo salvatur.*

Idem *super Joannem.*

1 ps NEcessarium *e* est visibile sacramentum aquæ ad ablutionem visibilis corporis: sicut necessaria est doctrina invisibilis fidei ad sanctificationem invisibilis animæ. *Idem.* ¶ Renascitur *f* homo [*ex aqua*] visibili sacramento, [*& spiritu*] invisibili intellectu, ut symbolum baptismi visibiliter accipiat, & spiritalem intellectum ipsius symboli perficiat *g*. Vel [*ex aqua*] visibili & [*Spiritu*] sancto.

C. II. ¶ *In baptismate concupiscentia extinguitur, non ut sit, sed ut non obsit.*

Idem *in lib. 1. de peccatorum meritis, & remiss. seu de baptismo parvulorum, c. 39.*

PEr baptismum Christi id agitur, ut evacuetur caro peccati. Evacuatur autem, non ut in ipsa vivente carne concupiscentia conspersa & innata repente absumatur, & non sit: sed ne obsit mortuo, quæ oberat nato. Nam si post baptismum vixerit, atque ad ætatem capacem præcepti pervenire potuerit, ibi habet, cum qua pugnet, eamque adjuvante Deo superet, si non in vacuum gratiam ejus susceperit, si reprobatus esse noluerit. Nam nec grandibus hoc præstatur in baptismo, nisi fortè miraculo ineffabili omnipotentissimi creatoris, ut lex peccati, quæ inest in membris, repugnans legi mentis, penitùs extinguatur, & non sit: sed, ut quicquid mali ab homine factum, dictum, cogitatum fuerit, cùm eidem concupiscentiæ subjectâ mente serviret, totum aboleatur, & velut factum non fuerit, habeatur.

¶ *Restituitur est caput hoc suæ integritati, ut melius B. Augustini sententia perciperetur. Neque enim glossa impediebat.*

C. III. ¶ *Qui ex viro & muliere concipiuntur, cum originali peccato nascitur, nec sine baptismate salvatur.*

Idem *ad Petrum Diaconum, c. 26.*

FIrmissimè *h* tene, & nullatenùs dubites, omnem hominem, qui per concubitum viri & mulieris concipitur, cum peccato originali nasci, impietati subditum, mortique subjectum: & ob hoc naturâ iræ filium nasci, de qua dicit Apostolus: *i* [*Eramus enim & nos naturâ filii iræ, sicut & cæteri.*] A qua ira nullus liberatur, nisi per fidem mediatoris Dei & hominum hominis Jesu Christi. *Item c. 27.* ¶ Firmissimè *k* tene, & nullatenùs dubites, non solùm homines jam ratione utentes, verùm etiam parvulos, qui sive in uteris matrum vivere incipiunt, & ibi moriuntur: sive cùm de matribus nati, sine sacramento sancti baptismatis, quod datur in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti, de hoc seculo transeunt, sempiterno *a* igne puniendos: quia etsi propriæ actionis peccatum nullum habuerunt, originalis tamen peccati damnationem carnali conceptione & nativitate traxerunt.

C. IV. ¶ *De eodem.*

Item Joannes Chrysostomus. *b*

NOn *c* potest quis gratiam vitæ cœlestis accipere, nisi priùs purgatus fuerit ab omni sorde peccati per pœnitentiæ confessionem, per donum baptismi salutaris Domini & Salvatoris nostri Jesu Christi, qui est benedictus in secula seculorum.

C. V. ¶ *Sicut nunc in baptismate, ita olim in circumcisione remittebantur peccata.*

Item Gregorius *in Moralibus, lib. 4. c. 2.*

QUod *d* autem apud nos valet aqua baptismatis, hoc egit apud veteres, vel pro parvulis sola fides, vel pro majoribus virtus sacrificii, vel pro his, qui de Abrahæ stirpe prodierunt, mysterium circumcisionis.

C. VI. ¶ *Originale peccatum nunc in baptismate, olim in circumcisione remittebatur.*

Item Augustinus *ad Valerium contra Julianum, de nuptiis, & concupiscentia, lib. 2 cap. 11.*

EX *e* quo institutа est circumcisio in populo Dei (quod erat tunc signaculum justitiæ fidei) ad significationem *f* purgationis valebat parvulis originalis, vererisque peccati: sicut & baptismus ex illo valere cœpit ad innovationem hominis, ex quo est institutus.

C. VII. ¶ *Parvulis in baptismate offerentium prodest fides.*

Idem *de libero arbitrio, lib 3. c. 23.*

ILlud *g* perscrutari homines solent, sacramentum baptismi Christi quid parvulis prosit: cùm eo accepto plerunque moriuntur, priusquam ex eo quicquam cognoscere potuerunt. Qua in re satis pie, rectèque creditur, prodesse parvulo fides eorum, à quibus consecrandus offertur. Et hoc Ecclesiæ commendat salubrima auctoritas, ut ex eo quisque sentiat, quid sibi prosit fides sua, quando in aliorum quoque beneficio 1, qui propriam nondum habent potestatem, commoda sit.

1 ¶ Beneficio,] *Eadem lectio est apud Ivonem, in Panormia, & in originali ad marginem. In textu autem est*, beneficium, qui propriam non habent, potest aliena commodari.

C. VIII. ¶ *Per fidem & baptisma justificamur a peccatis.*

Idem *de baptismo parvulorum, lib. 1. cap. 32. & 33.*

FIlius Dei carnem peccati 1 suscepit, & pœnam sine culpa, ut in carne peccati & culpa solveretur & pœna. Per fidem ergò, & baptismum ejus à peccato homo per justificationem, & à morte liberatur per resurrectionem. ¶ Parvuli *h* etiam baptizati inter credentes reputantur per sacramenti virtutem, & offerentium responsionem. Qui verò non sunt baptizati, inter non credentes judicantur ex Evangelio Joannis: [*Nisi* i *quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei.*]

¶ *Caput hoc est summa verborum B. Augustini in locis indicatis.*

---

a *Marc. 1.* b *Act. 2.* c *Marc. 1.* d *Ioan 12.* e *Ex glossa ord. in 63. Ioan. Nisi quis.* f *in ea glossa, ad ver. ex aqua* g *al. percipiat.* h *Tom. 3. & inter opera Fulgentii Ivo par. 1. cap. 26. & 27. Panorm. lib. 1. cap. 8. & 9.* i *Epist 2.* k *Sentent. 4. distinct. 4. & 8.*

a *Ignis æterni sempiterno supplicio*] *orig.* b *forte Chromatius.* c *Sententiarum 4. distinct. 12. Supra, de pœn. distinct. 1. c. non potest.* d *Ivo par. 1. cap. 49. Panorm. lib. 1. cap. 10.* e *Ivo part. 1. cap. 50. Panorm. lib. 1. cap. 11.* f *al. sanctificationem*] *Grat.* g *Alger lib. 3. cap. 7. Ivo part. 3. c. 20. Panorm. l. 1. c. 12.* h *C. 33.* i *Ioan. 3.*

1 ¶ Carnem peccati] *Apud B. Augustinum longè plenius & rectius.* Dominus autem, *inquit*, in carnem suam non peccatum transtulit, tanquam venenum serpentis, sed tantùm transtulit mortem, ut esset in similitudine carnis peccati pœna sine culpa, unde in carne peccati, & culpa solveretur, & pœna. *Multùm igitur interest inter carnem peccati, & similitudinem carnis peccati. Quod explicans B. Augustinus, cùm aliàs sæpè, tùm præsertim sermone 48. de verbis Domini: addebat tamen,* si ergò similitudo carnis erat peccati, non caro peccati, quomodo, ut de peccato damnaret peccatum in carne? solet & similitudo capere nomen ejus rei, cujus est similitudo.

C. IX. ¶ *Per aquam baptismi de terreno fit homo cœlestis.*

Item Ambrosius *lib. 1. de sacramentis, c. 4. & 5.*

PEr aquam a baptismi transitus est à terrenis ad cœlestia. Hoc est enim Pascha, id est, transitus ejus, transitus à peccato ad vitam, à culpa ad gratiam, ab inquinamento ad sanctificationem. Qui per hunc fontem transit, non moritur, sed resurgit. Non omnis aqua sanat, sed aqua sanat, quæ habet gratiam Christi. Aliud est elementum, aliud consecratio: aliud opus, aliud operatio. Aqua opus est: operatio Spiritus Sanctus est. Non sanat aqua, nisi Spiritus Sanctus descenderit, & aquam illam consecraverit: sicut legisti, quòd cùm Dominus noster Jesus Christus formam baptismatis daret, venit ad Joannem, & ait illi Joannes: b [*Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me? respondit illi Christus: Sine modò: sic enim decet nos implere omnem justitiam.*] Vide, quia omnis justitia in baptismate constituta est. Ergo 1 quare Christus descendit, nisi ut caro ista mundaretur, caro, quam susceperat de nostra conditione? Non enim ablutio peccatorum suorum Christo necessaria erat, qui peccatum non fecit: sed nobis erat necessaria, qui peccato manemus obnoxii. *& paulò pòst.* ¶ Descendit Christus: descendit & Spiritus Sanctus. Quare Christus prior descendit, postea Spiritus, cùm forma & usus baptismi hoc habeat, ut antè fons consecretur, & tunc descendat, qui baptizandus est? *& paucis interjectis.* ¶ Christus autem antè descendit: secutus est Spiritus: quâ ratione? ut nunquam ipse egere Dominus JESUS sanctificationis mysterio videretur: sed sanctificaret ipse, sanctificaret & Spiritus.

1 ¶ Ergò quare] *Hæc usq; ad vers.* Non enim. *emendata sunt ex B. Ambrosio. Antea legebatur*, Christus ad baptismum descendit, non ut caro mundaretur, quam susceperat de nostra conditione. *Multis etiam aliis locis in capite hoc restituta est vera lectio.*

C. X. ¶ *Aqua baptismi non purgaret peccata, nisi tactu Dominici corporis esset sanctificata.*

Item Chromatius 1 *in Matthæum, c. 6.*

NUnquam c aquæ baptismi purgare peccata credentium potuissent, nisi tactu Dominici corporis sanctificatæ fuissent.

1 ¶ Chromatius] *Antea citabatur Chrysostomus, apud quem non est inventum, sed in fragmentis Chromatii.*

C. XI. ¶ *Generale baptisma non nisi sabbatho sancto Paschæ & Pentecostes celebretur.*

Item Syricius Papa *Hemerio Tarraconensi, ep. 1.* d

a NOn ratione e auctoritatis alicujus, sed solâ temeritate præsumitur, ut passim, ac liberè natalitiis Christi, seu apparitione f, nec non & Apostolorum, seu Martyrum festivitatibus, innumeræ, ut asseris, plebes baptismi mysterium consequantur, cùm hoc sibi privilegium & apud nos, & apud omnes Ecclesias Dominicum specialiter Pascha defendat cum sua Pentecoste.

C. XII. ¶ *De eodem.*

Item Leo Papa *universis Episcopis per Siciliam constitutis, epist. 4. c. 5.*

DUo a tempora, id est, Pascha & Pentecoste ad baptizandum à Romano Pontifice legitimè sunt præfixa. Unde, quia manifestissimè patet, baptizandis in Ecclesia electis hæc duo tempora, de quibus locuti sumus, esse legitima; dilectionem vestram monemus, ut nullos alios dies huic observantiæ misceatis.

¶ *Prior pars hujus capitis usque ad vers.* Unde quia. *non est eisdem omninò verbis in epistola. Sed in codice canonum est rubrica hoc ad hoc caput, & refertur in Concilio Magunt. I. cap. 4.*

C. XIII. ¶ *Quare in prædictis temporibus baptisma celebretur.*

Idem *in eadem epistola, cap. 3.*

PRoptèrea in b morte crucifixi, & in resurrectione ex mortuis potentia baptismi novam creaturam condidit c ex veteri: ut in renascentibus & mors Christi operetur, & vita, dicente B. Apostolo Paulo: *d [An ignoratis, quia quicunq; baptizati sumus in Christo Jesu, in morte ipsius baptizati sumus? consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem, ut quomodo surrexit Christus à mortuis per gloriam patris, ita & nos in novitate vitæ ambulemus. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis ejus, simul & resurrectionis erimus,*] & cætera, quæ latiùs magister gentium ad commendandum sacramentum baptismatis disputavit: appareret ex hujus doctrinæ spiritu, regenerandis filiis hominum, & in Dei filios adoptandis illum diem esse, & illud tempus electum, in quo per similitudinem, formamq; mysterii ea, quæ geruntur in membris, his, quæ in ipso sunt capite gesta, congruerent: dum in baptismatis regula & mors intervenit interfectione peccati, & sepultura triduanam imitatur trina demersio, & ab aquis elevatio resurgentis instar e est de sepulchro. Ipsa igitur operis qualitas docet celebrandæ generaliter gratiæ eum esse legitimum diem, in quo orta est & virtus muneris, & species actionis. Ad cujus rei confirmationem plurimum valet, quòd ipse Dominus Jesus Christus, postequam resurrexit à mortuis, discipulis suis (in quibus omnes Ecclesiarum præsules docebantur) & formam & potestatem tradidit baptizandi, dicens: *f [Euntes ergò nunc docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filii, & Spiritus Sancti.*] De quo utique eos ante passionem potuisset instruere, nisi propriè voluisset intelligi regenerationis gratiam ex sua resurrectione cœpisse. Additur sanè huic observantiæ etiam Pentecostes ex adventu Spiritûs Sancti sacra g solennitas, quæ de Paschalis festi pendet articulo: & cùm ad alios dies alia festa pertineant, hæc semper ad eum diem, qui resurrectione Domini est insignis, occurrit, porrigens quodammodò auxiliantis gratiæ manum, & h eos, quos à die Paschæ aut molestia infirmitatis, aut longinquitas itineris, aut navigationis difficultas intercluserit, invitat i, ut quibuslibet necessitatibus impediti, desiderii sui effectum dono Spiritûs Sancti consequantur. *& infrà, c. 4.* ¶ Hoc autem nos non ex nostra persuasione defendere, sed ex Apostolica auctoritate servare satis idoneo probamus exemplo, sequentes beatum Apostolum Petrum, qui in eo die, quo omnium i credentium numerum promissus

a *Qui per hunc fontem transit, transit à terrenis*] *orig. Cap. 5.* b *Matth. 3.* c *Sent. 4. dist. 3.* d *Tribuerisne, c. 12.* e *Sent. 4. dist. 3. Anst. l. 9. c. 13. Burch. l. 4. c. 5. Ivo p. 1. c. 58. & 200. Panu. l. 1. c. 16.* f *apparitione,*] *orig.*

a *Burch. l. 4. c. 2. Ivo part 1. c. 39. & 197. Panu. l. 1. c. 17.* b *Ivo p. 3. c. 45.* c *candit*] *vera lectio.* d *Rom. 6.* e *al. ad instar.* f *Matth. 28.* g *al. consecrata.* h *vitæ*] *orig.* i *al. omnem.*

Spiritûs

Spiritus Sancti replevit adventus, trium millium populum suâ prædicatione conversum lavacro baptismatis consecravit. Quod sancta Scriptura, quæ a Apostolorum actus continet, fideli historiâ docet, dicens: [*His auditis compuncti sunt corde, & dixerunt ad Petrum, & ad reliquos Apostolos: Quid faciemus viri fratres? Petrus verò ad illos, pœnitentiam, inquit, agite, & baptizetur unusquisq; vestrum in nomine Iesu Christi in remissionem* b *peccatorum, & accipietis donum Spiritûs Sancti.*]

1 ¶ Invitat.] *Ivo habet*, invitans. *Sed in origina'e est*: intercluſit invitos, aut quibuslibet necessitatibus impeditos, desiderii, &c.

C. XIV. ¶ *De eodem.*

Item *in eadem epistola, c.6.*

SI quis autem c Epiphaniæ festivitatem (quæ in suo ordine debito honore veneranda est) ob hoc existimat privilegium habere baptismatis, quia hoc quidam putant, quòd in eadem die Dominus ad baptismum sancti Joannis accesserit, sciat illius baptismi aliam gratiam, & aliam fuisse rationem: nec ad eandem pertinuisse virtutem, quâ per Spiritum Sanctum renascuntur, de quibus dicitur: [*qui d non ex sanguinibus, neq; ex voluntate carnis, neq; ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.*] Dominus enim nullius indigens remissione peccati, nec quærens remedium renascendi, sic voluit baptizari, quomodo voluit circumcidi, hostiamque pro se emundationis offerri, ut qui factus erat ex muliere (sicut e Apostolus ait) fieret & sub lege, quam f non venerat solvere, sed adimplere, & implendo finire: sicut B. Apostolus prædicat, dicens: g [*Finis autem legis Christus ad justitiam omni credenti.*] Baptismi autem sui in se condidit sacramentum, quia in omnibus primatum tenens, se docuit esse principium: & tunc regenerationis potentiam sanxit, quando de latere ipsius profluxerunt sanguis redemptionis, & aqua baptismatis.

C. XV. ¶ *In solemnitate Paschali & Pentecostes catechumeni baptizentur.*

Item ex Concilio Gerundensi, *cap. 4.*

DE catechumenis h baptizandis id statutum est, ut in Paschæ solemnitate, vel Pentecostes, quantò majoris celebritatis major celebritas est, tantò magis ad baptizandum veniant: cæteris solennitatibus infirmi tantummodò debeant baptizari; quibus quocunque tempore convenit baptismum non negari.

¶ *Restitutum caput est ex suo originali.*

C. XVI. ¶ *Necessitate cogente, quolibet tempore baptizare licet.*

Item Leo Papa, *epist. 4. cap. 6.*

SI i qui necessitate mortis, ægritudinis, obsidionis, persecutionis, & naufragii urgentur, omni tempore debent baptizari.

¶ *Apud B. Leonem sententia hujus capitis est post c.* duo tempora. *& ante c.* si quis autem. *sup. eâd.*

C. XVII. ¶ *Nisi necessitate cogente inter Paschа & Pentecosten nullus baptizare præsumat.*

Item Gelasius Papa *Clero* k *& Plebi Tarent.*

VEnerabilis l baptismi sacramentum non nisi in festivitate Paschali & Pentecostes tradere præsumat Episcopus: exceptis iis, quibus urgente mortis periculo talibus oportet, ne in æternum pereant, remediis subveniri.

¶ *In Epistola Gregorii secundi clero & plebi Thuringiæ, unde citat Ivo (quamvis & Gelasii esse potuerit) & in Concilio Vuormaciensi, unde Burchardus, legitur,* Sacrosancti baptismi. *item apud Ivonem, c.202. In capite autem 63. est,* Generalis, *& in margine,* Venerabilis.

C. XVIII. ¶ *De eodem.*

Idem *Gelasius* a *epistolâ ad Episcopos Lucaniæ, cap.12.*

BAptizandi b sibi quispiam passim quocunq; tempore nullam credat inesse fiduciam, præter Paschale festum, & Pentecostes venerabile sacramentum: excepto duntaxat gravissimi languoris incursu, in quo verendum est, ne morbi crescente periculo, sine remedio salutari fortassis ægrotans exitio præventus abscedat.

C. XIX. ¶ *Non nisi Sacerdos baptizare præsumat.*

Item Isidorus *de officiis, l.2. c.24.*

COnstat c baptisma solis Sacerdotibus esse tractandum: ejusque mysterium nec ipsis Diaconis explere est licitum, absque Episcopo, vel Presbytero: nisi, his procul absentibus, ultima languoris necessitas cogat. Quod & Laicis fidelibus plerunque permittitur, ne quispiam sine remedio salutari de sæculo evocetur. *Item Gelasius Papa.* ¶ Diaconos d quoque propriam, &c. *ut suprà in tractatu ordinandorum, ubi de reverentia Diaconorum erga Sacerdotes agitur.*

C. XX. ¶ *Non præsumat mulier baptizare.*

Item ex Concilio Carthaginensi IV. *c.99. & 100.*

3 MUlier e, quamvis docta, & sancta, viros in conventu docere, vel aliquos baptizare non præsumat.

Nisi necessitate cogente. Unde Urbanus Papa II. [super quibus consuluit, &c.] *ut supr. in tractatu conjugii; ubi de compatribus agitur.*

C. XXI. ¶ *Etiam Laici necessitate cogente baptizare possunt.*

Item Augustinus *ad Fortunatum.*

IN f necessitate, cùm Episcopi, aut Presbyteri, aut quilibet ministrorum non inveniuntur, & urget periculum ejus, qui petit, ne sine isto sacramento hanc vitam finiat, etiam Laicos solere dare sacramentum, quod acceperunt, solemus audire.

C. XXII. ¶ *De eodem.*

Item ex decreto Martini g Papæ III.

QUicunque h Presbyter in provincia propria, vel in alia, vel ubicunque inventus fuerit, commendatum sibi infirmum baptizare noluerit, vel pro intentione itineris, vel de alia aliqua excusatione i, & sic sine baptismo moritur, deponatur.

C. XXIII. ¶ *Non reiteratur baptisma, quod à pagano ministratur.*

Item Isidorus.

ROmanus k Pontifex non hominem judicat, qui baptizat, sed Spiritum Dei submministrare gratiam baptismi, licèt paganus sit, qui baptizat.

¶ *De hoc capite dictum est sup. 1.q.1.* si quis per ignorantiã.

C. XXIV. ¶ *De eodem.*

Item Nicolaus *ad consulta Bulgarorum, cap.104.*

AQuodam l Judæo i nescitis, utrùm Christiano, an pagano, multos in patria vestra baptizatos asseri-

a *Aller.2.* b *al.remedium.* c *Ivo p.1.c.47. Pannorm.l.1. cap.16.* d *Ioan.1.* e *Roman.10.* f *Matth.5.* g *Roman.10.* h *Ivo p.1. cap.60. Pannorm. l.1 c.20.* i *Burch. l.4. cap 2. Ivo p.1. c.197. Pannorm. l.1.c.19.* k *In epist. Gregorii II. clero & plebi Thuringiæ. & in Concil. Vuormacensi, cap.1.* l *Burch. l.4. cap.7. Ivo p.1. cap.63. & 202. Pannorm. l.1. cap.21.*

a *Conc.Paris.c.7.* b *Ans.l.3.c.12 Burch.l.4.c.4. Ivo p.1.c.199.* c *Sent.4.dist.6. Ivo p.1. c.67. Pann.l 1.c.23.* d *Sup.dist.93. Diaconos propriam.* e *sup.dist 25. mulier. Sent. 4. dist. 6. Burch. l.1. c.33. Ivo p.1.c.85. Pan l.1.c.25. 30.q.3. super quibus.* f *Ivo p.1.c.191. Pann. l.1.c.25.* g *al.Martinians.* h *Pol. l.3.t.10 Ans. l.9.c.54. Bur l.4.c.47. Ivo p.1.c.241.* i *al. occasione.* k *1.q.1. si quis per ignorantiam. Cap.l.5.c.3. Sent.4. dist.3. Alger. l.3.c.6.* l *Sent.4. dist.3.c.6.*

tis, & quid de iis fit agendum consulitis. Hi profectò, si in nomine sanctæ Trinitatis, vel tantùm in Christi nomine, sicut in actibus a Apostolorum legimus, baptizati sunt (unum quippe idemq; est, ut sanctus exponit Ambrosius b) constat eos non esse denuò baptizandos.

1 ¶ Judæo] *Apud Algerum est*, ut audio. *Verùm in originali post hoc caput sequuntur verba hæc*, sed primùm, utrùm Christianus, an paganus ipse Judæus extiterit, vel si postmodùm factus fuerit Christianus, investigandum est.

C. XXV. ¶ *Sicut per bonum, ita per malum ministrum aquè baptisma ministratur.*

Item Augustinus *contra Cresconium Grammaticum, lib. 3. c.5.*

SI inter c bonos ministros, cùm sit alius alio melior, non est melior baptismus, qui per meliorem datur, nullo modo est malus, qui etiam per malum datur, quando idem baptismus datur: & ideò per ministros dispares Dei munus æquale est, quia non illorum, sed ejus est.

C. XXVI. ¶ *Non merita ministrorum, sed virtus Christi in baptismate operatur.*

Idem *super Ioannem in part. 1. tract. 3. ad cap. 1.*

BAptismus d talis est, qualis ille est, in cujus potestate datur, non qualis est ille, per cujus ministerium datur. *Item ibidem.* ¶ Quid noverat Joannes Baptista? Dominum. Quid non noverat? potestatem Dominici baptismi in nullum hominem à Domino transituram, sed ministerium planè transiturum: potestatem à Domino in neminem ministrorum, ministerium & in bonos, & in malos. Non exhorreat columba ministerium malorum: respiciat Domini potestatem. Quid tibi faciat malus minister, ubi bonus est Dominus? Quid te impedit malitiosus præco, ubi benevolus est judex? *Item infrà.* ¶ Neq; e qui plantat est aliquid, neq; qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. *Item ibidem.* ¶ Ego 1 dico, & nos dicimus omnes, quia justos oportet esse omnes, per quos baptizatur: justos oportet esse tanti judicis ministros, si ministrare justè voluerint. Si autem noluerint esse justi, qui in f cathedra Moysi sedent, securum me facit magister meus, de quo Spiritus ejus dixit: g [*Hic est, qui baptizat.*] *Item infrà.* ¶ Non timeo adulterum, non ebriosum, non homicidam, quia columbam attendo, per quam mihi dicitur: [*Hic est, qui baptizat.*]

1 ¶ Ego dico,] *Sic etiam Ivo: sed in originali:* Et ego, & omnes dicimus, quia justos oportet esse tanti judicis ministros. Sint ministri justi, si volunt. Si autem noluerint, &c. *Sunt autem partes hujus capitu ex eodem tractatu quinto hinc inde collectæ.*

C. XXVII. ¶ *De eodem.*

Idem *in tractatu 6. ad c. 1. Ioannis.*

CUm h baptizat malus ex aliqua vel ignorantia Ecclesiæ, vel tolerantia (aut enim ignorantur mali, aut tolerantur ut palea, quousque in ultimo ventiletur area:) illud, quod datum est, unum est: nec impar propter impares ministros, sed par, & æquale propter [*Hic i est, qui baptizat.*]

C. XXVIII. ¶ *Non reiteratur baptisma, quod in nomine sanctæ Trinitatis ministratur.*

Idem *de Ecclesiasticis regulis* k, *c. 52.*

SI qui apud l illos hæreticos baptizati sunt, qui in sanctæ Trinitatis confessione baptizant, & veniunt ad nos, recipiantur quidem ut baptizati, ne sanctæ Trinitatis invocatio, vel confessio annulletur: sed doceantur integrè, & instruantur, quo sensu sanctæ Trinitatis mysterium in Ecclesia teneatur: & si consentiunt credere, vel acquiescunt confiteri, purgati jam fidei integritate confirmentur manûs impositione. Si verò parvuli sint, vel a hebetes, qui doctrinam non capiant, respondeant pro illis, qui eos offerunt, juxta morem b baptizandi: Et sic per 1 manûs impositionem chrismate communicati, Eucharistiæ mysteriis admittantur.

1 ¶ Per manûs impositionem] *In originali est:* Et sic manûs impositione & chrismate communiti, Eucharistiæ, &c. *Sed ob glossam non est mutatum.*

C. XXIX. ¶ *De eodem.*

Idem *ad Orosium in lib. 83. quæstionum dialog. quæst. 79.*

QUamvis e unum baptisma sit, & hæreticorum (eorum scilicet, qui in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti baptizantur,) & Ecclesiæ catholicæ: tamen quia foris, & extra Ecclesiam baptizantur, non sumunt baptismum ad salutem, sed ad perniciem, habentes nimirum formam 1 sacramenti, virtutem autem ejus abnegantes. Et ideò eos Ecclesia non rebaptizat, quia in nomine Trinitatis baptizati sunt. Ipsa est profectò forma sacramenti. Ideò cùm reversi fuerint, accipiunt virtutem Spiritûs Sancti, quem d ii, qui extra Ecclesiam baptizantur, nondum habent.

1 ¶ Formam sacramenti,] *Ita etiam apud Ivonem. In originali est*, habentes quidem speciem pietatis, virtutem tamen ejus abnegantes. *Et rursum:* Animales, inquam, Spiritum non habentes. Et idcircò eos Ecclesia, &c. *Unde autem B. Pauli verbis, 2. Tim. 3. & Iuda Apostoli, c. 1.*

C. XXX. ¶ *Baptizantur, qui tantùm in nomine Domini baptizati præbantur.*

Item Pelagius Papa, *Gaudentio Episcopo.*

SI e reverà hi de hæreticis, qui in locis tuæ dilectioni vicinis f commorari g dicuntur, solummodò se h in nomine Domini baptizatos fuisse forsan confitentur, sine cujusquam dubitationis ambiguo eos ad catholicam fidem venientes in sanctæ Trinitatis nomine baptizabis. Sin verò apud dilectionem tuam eorum, qui converti volunt, manifestâ confessione claruerit, quòd in nomine Trinitatis fuerint baptizati, solâ reconciliationis impensâ gratiâ, catholicæ sociare fidei muturabis: ut tali dispensatione servatâ, nihil aliter, quàm quod Evangelica jubet auctoritas, temeritatis cujusquam Spiritu videatur effectum.

C. XXXI. ¶ *An approbetur baptisma, quod à non baptizato præstatur.*

Item Augustinus *de unica baptismo, l. 7. cap. 13.*

4 SOlet etiam i quæri, utrùm approbandum sit baptisma, quod ab eo, qui non accepit, accipitur. si fortè hoc curiositate aliquâ didicit, quemadmodum dandum sit: & utrùm nihil interfit, quo animo accipiat ille, cui datur, cum simulatione, an sine simulatione: si cum simulatione, utrùm fallens, sicut in Ecclesia, vel in ea, quæ putatur Ecclesia: an jocans, velut in Mimo 1. & *infrà.* ¶ Veruntamen, si quis fortè me in eo Concilio constitutum, ubi talium rerum quæstio versaretur, non præcedentibus meritis 2, quorum sententiam sequi mallem, urgeret, ut dicerem, quid ipse sentirem, si eo modo affe-

a *Act. 2. & 19.* b *Ambros. de Spiritu Sancto, lib. 1. c. 3.* c *Ivo p. 1. c. 160. Pann. l. 1. c. 30.* d *Baptisma tale*] *orig. Inf. edd. aliud. Sent. 4. dist. 3. Ivo p. 1. c. 156, 157, 158 & 159. Pann. l. 1. c. 31. sup. dist. 32. prater hoc.* e *1. Cor. 5.* f *Matt. 23.* g *Ioan. 1.* h *Sent. 4. dist. 3. Ivo p. 1. c. 160.* i *Ioan. 1.* k *al. dogmatibus.* l *Burchard. l. 4. c. 99. Ivo p. 1. c. 160. & 239. ex Rotomagensi.*

a *al. &.* b *al. nomen*] *orig.* c *Sentent. 4. dist. 6. Ivo part. 1. cap. 160. Pann. l. 1. c. 28.* d *al. quam.* e *Ivo part. 1. c. 161. Pann. lib. 1. c. 72. S. Th. 3. quæst. 66. art. 6.* f *al. destinatu vicemi*] *Ivo.* g *al. commorati.* h *Infrà eâd. multi sunt.* i *Sent. 4. dist. 6. Ivo p. 1. c. 162.*

ctus

ctus essem, quo eram, cùm ista dictarem, nequaquam dubitarem habere eos baptismum, qui ubicunque, & à quibuscunque illud verbis Evangelicis consecratum sine sua simulatione, & cum aliqua fide accepissent: quanquam eis ad salutem spiritualem non prodesset, si charitate caruissent, quâ catholicæ insererentur Ecclesiæ. [*Si a enim habeam* 3, inquit, *fidem, ut montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum:*] sicut jam præteritis majorum statutis non dubito etiam illos habere baptismum, qui quanquam fallaciter id accipiant, in Ecclesia tamen accipiunt, vel ubi putatur esse Ecclesia, ab eis, in quorum societate id accipitur: de quibus dictum est, [*Ex b nobis exierunt.*] Ubi autem neque societas ulla esset ita credentium, neque ille, qui ibi acciperet, ita crederet, sed totum ludicrè, & mimicè, & joculariter ageretur, utrùm approbandus esset baptismus, qui sic daretur, divinum judicium per alicuius revelationis oraculum, concordi oratione, & impensis supplici devotione gemitibus implorandum esse censerem: ita sanè, ut post me dicturos sententias, si c quid jam exploratum & cognitum afferrent, humiliter expectarem.

1 ¶ Velut in Mimo.] *Hic apud B. Augustinum, & Ivonem multa sunt interjecta, quæ ad sequentia percipienda opera pretium fuerit legere.*

2 ¶ Meritis,] *In originali, & apud Ivonem est*, talibus. *Sed ob glossam non est mutatum. Multa verò alia emendata sunt.*

3 ¶ Habeam, inquit, fidem,] *Sine charitate potest haberi vera fides, sed non vera fides virtus. Aliud est enim vera fides, aliud vera virtus: prout docuit B. Thomas 2. secundæ, quæst. 4. art. 3. Quod auctor glossæ videtur non satis percepisse.*

C. XXXII. ¶ *Non reiteratur baptisma, quod in fide sanctæ Trinitatis ab hæreticis præstatur.*

Item *lib. 1. contra Donatistas, c. 1.*

4 pa OStenditur illos *d* impiè facere, qui rebaptizare conantur orbis unitatem, & nos rectè facere, qui Dei sacramenta improbare nec in ipso schismate audemus. In quo enim nobiscum sentiunt, in eo etiam nobiscum sunt. In eo autem à nobis recesserunt, in quo à nobis dissentiunt. *Item paulo superius.* ¶ Sacramentum e baptismi est, quod habet, qui baptizatur: & sacramentum dandi baptismi est, quod habet, qui ordinatur. Sicut autem baptizatus, si ab unitate recesserit, sacramentum baptismi non amittit: sic etiam ordinatus, si ab unitate recesserit, sacramentum dandi baptismi non amittit. Nulli enim sacramento injuria facienda est. Si discedit à malis, utrunq; discedit: si permanet in malis, utrunque permanet. Sicut *f* ergò acceptatur baptismus, quem non potuit amittere, qui ab unitate discesserat: sic acceptandus est baptismus, quem dedit ille, qui sacramentum dandi, cùm discederet, non amiserat. *Item eodem libr. cap. 12.* ¶ Si *g* ad baptismum fictus accessit, dimissa sunt ei peccata, an non sunt dimissa? Eligant, quod volunt: utrumlibet elegerint, sufficiet nobis. Si dimissa dixerint, quomodo ergò Spiritus Sanctus disciplinæ effugiet fictum, si in isto ficto remissionem operatus est peccatorum? Si dixerint non esse dimissa, quæro, si postea fictionem suam corde concusso, & vero dolore fateretur, an denuò baptizandus judicaretur? Quod si dementissimum est dicere, fateantur vero baptismo Christi baptizari posse hominem, & tamen cor ejus in malitia, vel sacrilegio perseverans peccatorum abolitionem non sinere fieri: atque ita intelligant in communionibus ab Ecclesia separatis posse homines baptizari, ubi Christi baptismus eâdem sacramenti celebratione datur, & sumitur: qui tamen tunc prosit ad remissionem peccatorum, cùm quis *h* reconciliatus unitati, sacrilegio dissensionis exuitur, quo ejus peccata tenebantur, & dimitti non sinebantur.

C. XXXIII. ¶ *Valet ad salutem baptismus, etsi non eâ fide parvuli offerantur.*

Idem *in epistola 23. ad Bonifacium.*

6 pa NOn *a* illud te moveat, quòd quidam non eâ fide ad baptismum percipiendum parvulos ferunt, ut gratiâ spirituali ad vitam regenerentur æternam: sed quòd eos putant hoc remedio temporalem retinere, vel recipere sanitatem. Non enim propterea illi non regenerantur, quia non ab istis hâc intentione offeruntur.

C. XXXIV. ¶ *Effusio sanguinis implet vicem baptismi.*

Item *de unico baptismo contra Donatistas, lib. 4. cap. 22.*

7 pa BAptismi *b* vicem aliquando implere passionem, de latrone illo, cui non baptizato dictum est: c [*Hodie mecum eris in paradiso,*] non leve documentum idem B. Cyprianus *d* assumit. Quod etiam atque etiam considerans, invenio non tantum passionem pro nomine Christi id, quod ex baptismo deerat, posse supplere, sed etiam fidem, conversionemque e cordis, si fortè ad celebrandum mysterium baptismi in angustiis temporum succurri non potest. Neque enim latro ille pro nomine Christi crucifixus est, sed pro meritis facinorum suorum: nec quia credidit, passus est, sed dum patitur, credidit. Quantum itaque valeat etiam sine visibili sacramento baptismi, quod ait Apostolus: *f* [*Corde creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem,*] in illo latrone declaratum est. Sed tunc impletur invisibiliter, cùm mysterium baptismi non contemptus religionis, sed articulus necessitatis excludit. *& infrà, cap. 24.* ¶ Et sicut *g* in illo latrone, quod ex baptismi sacramento defuerat, complevit omnipotentis benignitas, quia non superbiâ, vel contemptu, sed necessitate defuerat, sic in infantibus *h*, qui baptizati moriuntur, eadem gratia omnipotentis implere credenda est, quod non ex impia voluntate, sed ex ætatis indigentia, nec corde credere ad justitiam possunt, nec ore confiteri ad salutem. Ideò cùm alii pro eis respondent, ut impleatur erga eos celebratio sacramenti, valet utique ad eorum consecrationem, quia ipsi respondere non possunt. *Item contra Iulianum Pelagianum, lib. 6. cap. 4.* ¶ Alienum quippe opus est, cùm credit per alterum, sicut alienum opus fuit, cùm peccavit in altero. *Item eod. lib. 4. contra Donatistas, cap. 23.* ¶ Sicut autem in latrone, quia per necessitatem corporaliter baptismus defuit, perfecta salus est, quia per pietatem spiritualiter affuit: sic & cùm ipsa præstò est, si per necessitatem desit, quod latroni affuit, perficitur salus. Quod traditum tenet universitas Ecclesiæ, cùm parvuli infantes baptizantur, qui certè nondum possunt corde credere ad justitiam, & ore confiteri ad salutem, quod latro potuit, quinetiam flendo, & vagiendo, cùm in eis mysterium celebratur, mysticis ipsis vocibus obstrepunt: & tamen nullus Christianorum dixerit eos inaniter baptizari. *Item c. 25.* ¶ Quibus i rebus omnibus ostenditur, aliud esse sacramentum baptismi, aliud conversionem cordis: sed salutem hominis ex utroq; compleri. Nec si unum eorum defuerit, ideò putare debemus consequens esse, ut & alterum desit: quia & illud sine isto potest esse in infante: & hoc sine illo potuit esse in latrone, complente Deo, sive in illo, sive in isto, quia nõ ex volũtate defuisset:

a 1 Corinth. 13. b 1. Ioan. 2. c ne quid] orig. d Ivo ibid. e Panorm. lib. 1. cap. 87. f alii. Si. g Sentent. 4. distinct. 4. h al. quisque.

a *al. Nec. infrà eâd. quæstio. 129 Sent. 4. dist. 6. Pann. l. 1. cap. 95. Polyc. l. 3. tit. 10 Ivo p. 1. cap. 171.* b *Sent. 4. dist. 4. Ivo p. 1. c. 177. Pann. lib. 1. c. 109.* c *Luc. 23.* d *Ad Iubajanum.* e *al. confessionem.* f *Rom. 10.* g *Vide lib. 2. retract. c. 22.* h *Infrà eâd. cùm pro parvulis.*

cùm verò ex voluntate alterum horum defuerit, reatu hominem involvi. Et baptismus quidem potest inesse, ubi conversio cordis defuerit. Conversio autem cordis potest quidem inesse non percepto baptismo, sed contempto baptismo non potest. Neque enim ullo modo dicenda est conversio cordis ad Deum, cùm Dei sacramentum contemnitur.

1 ¶ Quibus rebus] *Hic verbus apud B. Augustinum antecedunt ea, quæ leguntur* §. *ead.* cùm pro parvulis.

C. XXXV. ¶ *Non baptizatur in homine, quicquid in eo est.*

Idem *contra Iulianum, lib. 6. c. 6.*

SI quicquid *a* in homine est, quando baptizatur, baptizari & sanctificari putandum est, dicturus es, & ipsa in illo baptizari & sanctificari, quæ in intestinis & vesica sunt per digestionem corporis digerenda: dicturus es, baptizari & sanctificari hominem in matris utero constitutum, si ad hoc sacramentum accipiendum gravidam necessitas cogat, & ideò baptizari jam non debere, qui nascitur: postremò dicturus es, & ipsas baptizari & sanctificari febres, quando baptizantur ægroti.

C. XXXVI. ¶ *Valet baptisma, etsi per Laicos ministretur.*

Item *ad Fortunatum.*

SAnctum *b* est baptisma per seipsum, quod datum est in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti: ita ut in eodem sacramento sit etiam auctoritas traditionis per Dominum nostrum ad Apostolos, per illos autem ad Episcopos, & alios Sacerdotes, vel etiam Laicos Christianos ab eadem origine & stirpe venientes. *& infrà.* 1 ¶ Nam cùm illa historia narratur, omnes, qui audiunt, prope ad lachrymas movet. Cùm in navi quadam fidelis nullus esset, præter unum pœnitentem, cœpit imminere naufragium. Erat ibi quidam non immemor salutis suæ, & sacramenti vehementissimus flagitator: nec erat aliquis, qui dare posset, nisi pœnitens ille. Acceperat enim, sed pro peccato, de quo agebat pœnitentiam, amiserat sanctitatem, sed non amiserat sacramentum. Nam si hoc amittunt peccantes, cùm reconciliantur post pœnitentiam, quare non iterùm baptizantur? Dedit ergò quod acceperat: & ne periculose vitam finiret, non reconciliatus, petiit ab eo ipso, quem baptizaverat, ut eum reconciliaret, & factum est: & naufragium evaserunt. Cognitû habes, quod fecerunt. Nemo extitit eorum, qui non pium animum ita crederet, ut consiliis eorum in illo periculo Dominum crederet affuisse. Motus enim animus religiosus, & supplex ab homine exegit sacramentum: à Deo ipse impetravit sanctitatem. Quòd si fortè hoc, quod narravi de his, qui naufragio imminente periclitabantur, non vult aliquis credere (non enim hoc Scripturarum divinarum auctoritas, sed incerto auctore fama commendat) non repugnabo: sed interrogabo, si tale aliquid contingat, quid futurum est? Non enim potest quisquam dicere relinquendum esse illum, qui morte imminente baptizari desiderat. Quem baptizatum à pœnitente quisquis non credit contigisse, oportet, ut credat posse contingere.

1 ¶ Et infrà] *Hic apud Ivonem inferuntur verba capitis,* in necessitate. *sup. ead.*

C. XXXVII. ¶ *Quamvis rectè vivat catechumenus, sine baptismo non potest salvari.*

Idem *ad eundem.* c

CAtechumenum *d*, quamvis in bonis operibus defunctum, vitam æternam habere non credimus, excepto 1 martyrio, ubi tota baptismi sacramenta complentur. Baptizandus confitetur fidem suam coram Sacerdote, & interrogatus respondet. Hoc & Martyr coram persecutore facit, qui & confitetur fidem suam, & interrogatus respondet. Ille post confessionem vel aspergitur aquâ, vel intingitur. Et hic vel aspergitur sanguine, vel contingitur igne. Ille manûs impositione Pontificis accipit Spiritum Sanctum: hic habitaculum efficitur Spiritûs Sancti, dum non est ipse, qui loquitur, sed Spiritus Patris, qui loquitur in illo. Ille communicat Eucharistiæ in commemorationem mortis Domini: hic ipsi Christo commoritur. Ille confitetur se mundi actibus renunciaturum: hic ipsi renunciat vitæ. Illi peccata omnia remittuntur: in isto extinguuntur.

1 ¶ Excepto] *Emendatum est ex originali, & Magistro. Antea legebatur,* excepto duntaxat, nisi martyrii complear sacramentum.

C. XXXVIII. ¶ *Non reiteratur baptisma, cujus formam constat integrè collatam.*

Item Leo Papa *epist. 90. al. 92. ad Rusticum, c. 16.*

8 HI, de quibus *a* scripsisti, qui se baptizatos sciunt, ps sed cujus fidei fuerint, qui eos baptizavère, se nescire profitentur; quoliber modo formam baptismatis acceperint, rebaptizandi non sunt: sed per manûs impositionem invocatâ virtute Spiritûs Sancti, quam ab hæreticis accipere non potuerunt, catholicis copulandi sunt.

C. XXXIX. ¶ *Et per bonos & malos ministros æquè baptizat Christus.*

Item Augustinus *super Ioan. tract. 5. ad c. 1.*

9 ALiud est *b* baptizare per ministerium: aliud baps baptizare per potestatem 1. *Item infrà.* ¶ Ergò baptizabant discipuli ejus, & ibi adhuc erat Judas inter discipulos ejus. Si quos ergò baptizabat Judas, non sunt iterùm baptizati, & quos baptizavit Joannes, iterùm baptizati sunt? Planè iterùm: sed non idem erat baptismus. Quos enim baptizavit Joannes, baptizavit Joannes: quos autem baptizavit Judas, Christus baptizavit. *Item tractatu sexto.* ¶ Per hanc enim potestatem, quam Christus solus sibi tenuit, & in neminem ministrorum transfudit, quamvis per ministros suos baptizare dignatus sit, per hanc stat unitas Ecclesiæ, quæ significatur per columbam: de qua dictum est: [*Una est columba mea: una est matri suæ.*] Si enim, ut jam dixi, fratres mei, transferretur potestas à Domino ad ministrum, tot baptismata essent, quot ministri essent: & jam non staret unitas baptismi. Intendite fratres. Antequam veniret Dominus noster Jesus Christus ad baptismum, descendit columba 2 in aquam: cognovit Joannes quidam proprium ei, cui hoc dictum est: *d* [*Super quem videris Spiritum descendentem sicut columbam, & manentem super eum, ipse est, qui baptizat in Spiritu Sancto.*] Noverat, quia ipse baptizabat in Spiritu Sancto: sed quia tali proprietate, ut potestas ab eo non transiret in alterum, quamvis eo donante, hoc ibi didicit. *Item tractatu 80.* [¶ *Iam e vos mundi estis propter verbum, quod locutus sum vobis.*] Quare non ait, mundi estis propter baptismum, quo loti estis, sed ait: [*propter verbum, quod locutus sum vobis:*] nisi quia & in aqua verbum mundat 3? *Item tractatu 5.* ¶ Si *f* fuerit minister justus, computo illum cum Paulo: computo illum cum Petro: cum istis computo justos ministros. Qui verò *g* justi ministri gloriam suam non quærunt (ministri enim sunt) pro ducibus *h* haberi nolunt: spem in se poni erubescunt. Ergò computo cum Paulo justum ministrum. Quid enim dicit Paulus? [*Ego plantavi, Apollo rigavit: sed Deus incrementum dedit.*]

a *Ivo p. 1. c. 184.* b *Ivo p. 1. c. 191.* c *Habetur in libro de dogmatib. Eccles. c. 74.* d *Sent. 4. dist. 4. Polyc. l. 5. tit. 10. Burch. l. 4. c. 16. Ivo p. 1. c. 211. Pann. l. 1. c. 107. & 108.*

a *Polyc. ab. Anscl. 9. c. 6. Burch. l. 4. c. 42. Ivo p. 1. c. 236. Pann. l. 1. c. 91.* b *Sent. 4. dist. 5.* c *Caus. 6.* d *Ioan. 1.* e *Ioan. 21.* f *Beda ad Rom. 10. 1. q. 1. si justus. & sup. add. si justus.* g *al. vero.* h *judicibus] orig.* à *a, Cat g.*

1 ¶ Per

1 ¶ Per potestatem.] *Hic apud B. Augustinum sequitur* c. Baptismus. *supra eâd. relatum.*

2 ¶ Descendit columba] *Tota hæc pars, qua auctori glossæ difficultatem fecit, depravata est. Nam in originali sic legitur:* Antequam venisset Dominus noster Jesus Christus ad baptismum, (nam post baptismum descendit columba, in qua cognovit Joannes quiddam proprium, cùm ei dictum est, Super quem videris Spiritum descendentem sicut columbam, & manentem super eum, ipse est, qui baptizat in Spiritu Sancto) noverat, quia ipse, &c.

3 ¶ Mundat?] *Apud B. Augustinum post hæc verba sequitur* c. detrahe *sup. 3 q. 1.*

C. XL. ¶ *Nec baptisma, nec baptizandi potestatem Schismatici amittunt.*

Item *in lib. 1. de baptismo contra Donatistas, cap. 1.*

NUllus autem *a* illorum negat habere baptismum etiam apostatas: quibus utique redeuntibus, & per pœnitentiam conversis, dum non redditur, amitti non potuisse judicatur. Sic & illi, qui per sacrilegium schismatis ab Ecclesiæ communione discedunt, habent utique baptismum, quem priusquam discederent, acceperunt. Nam & ipsi, si redeant, non eis iterùm datur. Unde ostenditur illud, quod acceperant in unitate positi, non potuisse amittere ab unitate separatos. Quod si haberi foris potest, etiam dari cur non potest? Si dicis, non rectè foris datur: respondemus, sicut non rectè foris habetur, & tamen habetur, sic non rectè foris datur, sed tamen datur. Sicut autem per unitatis reconciliationem incipit utiliter haberi, quod extra unitatem inutiliter habebatur; sic per eandem reconciliationem incipit utile esse, quod extra eam inutiliter datum est. *Item lib. 3. cap. 19.* ¶ Hæretici 1 sacramenta, *b* & scripturas habent ad spem, non ad salutem. *Item lib. 4. cap. 21.* ¶ Perfidus & blasphemus, si in perfidia, & blasphemia permanserit, nec extra Ecclesiam, nec intra Ecclesiam remissionem accipit peccatorum; aut si propter vim sacramenti ad punctum temporis accipit, & foris, & intus eadem vis operatur: sicut *c* vis nominis Christi expulsionem dæmonum foris etiam operabatur.

1 ¶ Hæretici] *Sic etiam refertur in Polycarpo. Apud B. Augustinum loca indicata hæc sunt inventa:* Ut eorum error veritas appelletur, & scelus eorum, justitia putetur propter sacramenta, & Scripturas, quas tenent ad speciem, non ad salutem.

C. XLI. ¶ *Mali non suâ potestate, sed Christi virtute baptisma ministrant.*

Item *ibidem libr. 5. capite 20.*

QUomodo *d* exaudit Deus homicidam deprecantem, vel super aquam baptismi, vel super oleum, vel super Eucharistiam, vel super capita eorum, quibus manus imponitur? Quæ tamen omnia & fiunt, & valent etiam per homicidas, id est, per eos, qui oderunt *e* fratres. Etiam in ipsa intus Ecclesia, cùm dare nemo possit, quod non habet, quomodo dat homicida Spiritum Sanctum? & tamen ipse intus etiam baptizat. Deus ergò dat etiam ipso baptizante Spiritum Sanctum. Quapropter *f* sacramentum gratiæ dat Deus etiam per malos: ipsam verò gratiam nonnisi per seipsum, vel per sanctos suos; & ideò remissionem peccatorum vel per seipsum facit, vel per illius columbæ membra, quibus ait: [*Si* g *cui dimiseritis, dimittentur: & si cui tenueritis, tenebuntur.*] ¶ Manûs *h* impositio si non adhiberetur ab hæresi venienti, quanquam 1 extra omnem culpam esse judicaretur, propter charitatis tamen copulationem (quod est maximum donum Spiritus Sancti, sine quo non valent ad salutem quæcunque alia sancta in homine fuerint) manus hæreticis correctis imponitur. Induunt *a* autem homines Christum aliquando usque ad sacramenti perceptionem, aliquando & usque ad vitæ sanctificationem: atque illud primum & bonis & malis potest esse commune: hoc autem alterum proprium est bonorum & piorum. ¶ Non *b* ob aliud visum est quibusdam etiam egregiis viris antistitibus Christi (inter quos præcipue beatus Cyprianus eminebat) non esse posse apud Hæreticos, vel Schismaticos baptismum Christi, nisi quia non distinguebatur sacramentum *c* ab effectu, vel usu sacramenti; & quia ejus effectus, atque usus in liberatione à peccatis, & cordis rectitudine apud hæreticos non inveniebatur, ipsum quoque sacramentum non illic esse putabatur. Sed convertentibus oculos ad interioris paleæ multitudinem (cùm & hi, qui in ipsa unitate perversi sunt, & perditè vivunt, appareant remissionem *d* peccatorum nec dare posse, nec habere, quia non malignis, sed bonis filiis dictum est: [*Si cui dimiseritis peccata, dimittentur ei: si cui tenueritis, tenebuntur:*] habere tamen, & dare, & accipere baptismi sacramentum;) satis eluxit pastoribus Ecclesiæ catholicæ, & ovem, quæ foris errabat, & Dominicum characterem foris accipiebat, venientem ad Christianæ unitatis salutem ab errore corrigi, characterem tamen Dominicum in ea agnosci potius, quàm improbari: quandoquidem ipsum characterem multi & lupi, & lupis infigunt: qui videntur quidem intus esse, veruntamen ad illam ovem, quæ etiam ex multis una est, non pertinent. ¶ Cùm *e* malus tradit baptismum bono, id est, in unitatis vinculo, veraci conversione mutato, inter bonum sacramentum, quod traditur, & bonum fidelem, cui traditur; tradentis malitia *f* non separat: & cùm illi veraciter ad Deum converso peccata dimittuntur ab eis; quibus ipsa veraci confessione conjungitur, Spiritus Sanctus ea dimittit, qui datus est omnibus sanctis sibi charitate cohærentibus, sive se noverint corporaliter, sive non noverint. Similiter cùm alicujus peccata tenentur, ab eis utique tenentur, à quibus ille cordis pravitate disjungitur, sive notis corporaliter, sive ignotis. ¶ Omnes *g* mali spiritualiter à bonis sejuncti sunt. Si tamen etiam corporaliter apertâ dissensione separentur, pejores fiunt. Sed nihil interest ad baptismi sanctitatem, quantò quisque pejor id habeat, & quantò pejori tradat. Potest tamen tradere separatus, sicut potest habere separatus. Sed quàm perniciosum est habere, tam perniciosum est tradere. Ille autem, cui traditur, potest salubriter accipere, si ipse non separatus acceperit urgente mortis necessitate. ¶ Cur *h* hæretici *i* foris baptizare non possunt? an quia pejores sunt eo ipso, quòd foris sunt? Sed nihil interest ad integritatem baptismi, quanto pejor id tradat. Neq; enim tantum interest inter malum & pejorem, quantum interest inter bonum & malum; & tamen cùm baptizat malus, non aliud dat, quàm bonus. Ergò & cùm baptizat pejor, non aliud dat, quam ille, qui minus est malus. An fortè non ad hominis meritum, sed ad ipsius baptismi sacramentum pertinet, ut foris dari non possit? Si hoc ita esset, nec haberi foris posset: & toties necesse esset baptizari, quoties recedens quisque ab Ecclesia rursùs ad Ecclesiam remeâsset. ¶ His 2, qui ficto & corde baptizantur, aut peccata nullatenùs dimittuntur, quia Spiritus disciplinæ effugiet fictum, aut in ipso temporis puncto per vim sacramenti dimissa iterùm per fictionem replicantur, ut & illud verum sit: [*Quotquot* l *in Christo baptizati estis, Christum induistis.*] & illud: [*Spiri-*

a *Polyc. d. 3. tit. 10. Anscl. 3. c. 27.* b *Polyc. ibid. Ivo p. 1. c. 165.* c *Matth. 7.* d *Polyc. ut. Anscl. 9. c. 38. Ivo p. 14. c. 217.* e *1. Joan. 3.* f *eâd. 9. q. 2.* g *Joan. 20.* h *eod. l. 22. 23.*

a *Ibid. cap. 24.* b *lib. 6. cap. 1.* c *1. quæst. 1. etiam corde.* d *1. q. 1. remissionem.* e *Eod. lib. 4.* f *malitia superatur:*] *vera lectio.* g *Ibid. 25. Eugippius l. 2. c. 224.* h *Ibid cap. 24.* i *isti] orig.* k *Ex eod. l. c. 22. sup. eâd. ostenditur. Sent. 4. dist. 4.* l *Galat. 3.*

tus a enim sanctus disciplina effugiet fictionis] id est, ut indnat eum Christo sanctitas baptismi, & exuat eum Christo pernicies fictionis. Nam b redire dimissa peccata, ubi fraterna charitas non est, apertissimè Dominus in Evangelio docet, in illo servo, à quo Dominus dimissum debitum petivit, eò quòd ille conservo suo debitum nollet dimittere. Sic non impeditur baptismi gratia, quò minùs omnia peccata dimittat, etiamsi odium fraternum in ejus, cui dimittuntur, animo perseverat. Solvitur c enim hesternus dies, & quicquid superest, solvitur etiam ipsa hora, momentoq; d ante baptismum, & in baptismo: deinceps autem reus esse continuò incipit non solùm consequentium, sed etiam præteritorum dierum, horarum, momentorum, redeuntibus omnibus, quæ dimissa sunt, peccatis.

¶ *Caput hoc confectum est ex verbis B. Augustini, sed hinc inde collectis, & alio modo dispositis, interdumq; in epitomen redactis.*

1 ¶ Quanquam] *In originali legitur*, Tanquam extra omnem culpam esse judicaretur. Propter charitatis autem copulationem, &c. *Sed ob glossam in versic.* culpam. *non est emendatum.*

2 ¶ His, qui ficto] *Hæc usq; ad versi* Nam redire. *sunt epitome quædam verborum B. Augustini, partim ex Donatistarum, partim ex sua persona prolatorum.*

C. XLII. ¶ *Quando prosit baptismus ei, qui fictè illum accepit.*

Idem e *eod. lib. 1. de baptismo, & eodem, cap. 12.*

10 PS Tunc f valere incipit ad salutem baptismus, cùm illa fictio verzci confessione recesserit, quæ corde in malitia, vel sacrilegio perseverante, peccatorum abolitionem g non finebat fieri.

C. XLIII. ¶ *Non reiterantur sacramenta, quæ extra Ecclesiam conferuntur.*

Idem *ad* h *Donatistas, epistol. 48.*

NOn i in vobis mutamus, in quibus nobiscum estis, (in multis enim estis nobiscum:) nam & de talibus dictum est k, [*Quoniam in multis erant mecum:*] sed ea corrigimus, in quibus nobiscum non estis, & ea vos hic accipere volumus, quæ non habetis illic, ubi estis. Nobiscum autem estis in baptismo, in symbolo, in cæteris Dominicis sacramentis. In spiritu autem unitatis, & vinculo pacis, in ipsa denique catholica Ecclesia nobiscum non estis. *& in epistola 51. ad Bonifacium.* ¶ Isti autem, cum quibus agimus, vel de quibus agimus, non sunt desperandi, adhuc enim sunt in corpore: sed non quærant Spiritum Sanctum, nisi in Christi corpore, cujus habent foris sacramentum: sed rem ipsam non tenent intus, cujus est illud sacramentum, & ideò sibi judicium manducant & bibunt.

C. XLIV. ¶ *Quomodo recipiantur ab Ecclesia, qui in nomine Trinitatis apud hæreticos baptizantur.*

Item Gregorius *Quirino Episcopo, & cæteris in Iberia* 1 *Episcopis, l. 9. epist. 61.*

AB antiqua l Patrum institutione didicimus, ut qui apud hæresim in Trinitatis nomine baptizantur, cùm ad sanctam Ecclesiam redeunt, aut unctione chrismatis, aut impositione manûs, aut solâ professione fidei ad sinum matris Ecclesiæ revocentur. Unde Arianos per impositionem manûs Occidens, per unctionem verò sancti chrismatis ad ingressum sanctæ catholicæ Ecclesiæ Oriens reformat. Monothelitas 2 verò, & alios ex sola vera confessione recipit, quia sanctum baptisma, quod sunt apud hæreticos consecuti, tunc in eis vires emundationis recipit, cùm vel illi per impositionem manûs Spiritum Sanctum acceperint, vel isti propter professionem veræ fidei, sanctæ & universalis Ecclesiæ visceribus fuerint uniti.

1 ¶ Iberia] *Sic emendatum est ex originali manuscripto Vaticano. Antea erat*, Hibernia.

2 ¶ Monothelitas] *In originali, & in Polycarpo, & apud Ivonem in textu est*, Monophysitas. *De qua hæresi scribit Joannes Damascenus in libro de duabus Christi voluntatibus, & Nicephorus, & alii. Sed ob glossam non est mutatum.*

C. XLV. ¶ *Extra Ecclesiam baptismus accipi potest, sed non prodest.*

Item Augustinus *de baptismo, lib. 4. cap. 1.*

ECclesia paradiso comparata indicat nobis, posse quidem ejus baptismum homines etiam foris recipere: sed salutem beatitudinis extra eam neminem vel percipere, vel tenere. Nam a & flumina de fonte paradisi, sicut Scriptura testatur, etiam foràs largiter manavemunt. Nominatim quippe commemorantur, & per quas terras fluant. Et quia extra paradisum constituta sunt, omnibus notum est. Nec tamen in Mesopotamia, vel in Ægypto, quò illa flumina pervenerunt, est felicitas vitæ, quæ in paradiso commemoratur. Ita fit, ut cùm paradisi aqua sit extra paradisum, beatitudo tamen non sit extra paradisum. Sic ergò baptismus Ecclesiæ potest esse extra Ecclesiam: munus autem beatæ vitæ non nisi intra Ecclesiam reperitur.

¶ *Locupletatum est caput hoc ex originali, ut sententia melius percipiatur.*

C. XLVI. ¶ *Hæresis 1, & sacrilegium, Hæreticorum sunt, non sacramenta.*

Idem *de unico baptismo contra Donatistas, lib. 3. cap. 11.*

NUnc b autem c, non sicut hæresis hæreticorum est, sicut error ipsorum est, sicut sacrilegium dissensionis ipsorum est: sic etiam baptisma, quod Christi est, dici debet ipsorum.

1 ¶ Hæresis,] *Sic emendatum est ex aliquot vetustis exemplaribus. Antea legebatur*, baptismus, & sacrilegium hæreticorum non sunt sacramenta.

C. XLVII. ¶ *De eodem.*

Idem *lib. 5. cap. 13.*

CUm d tantum valet baptismus per hominem contemptibilem, quantum per Apostolum datus, ita nec illius, sed Christi esse cognoscitur. *Item cap. 14.* ¶ Invenimus dictum ab Apostolo e, & gloriam meam, quamvis utique in Domino, & ministerium meum, & prudentiam meam, & Evangelium meum, quamvis utique à Domino impertitum, atque donatum. Baptismus autem meus, nemo eorum dixit omninò. Non enim omnium æqualis est gratia f, nec ministrant omnes æqualiter: nec æquali prudentiâ sunt omnes præditi, & in evangelizando alius alio melius operatur. Et ideò dici potest alius alio doctior in ipsa doctrina salutari. Alius autem alio magis, minusve baptizatus dici non potest, sive ab inferiore, sive à majore baptizetur.

C. XLVIII. ¶ *De eodem.*

Idem *lib. 4. cap. 17.*

SAtis ostendimus g ad baptismum, qui verbis Evangelicis consecratur, non pertinere cujusquam vel dantis, vel accipientis errorem: sive de Patre, sive de Filio, sive de Spiritu Sancto aliter sentiat, quàm cœlestis doctrina insinuat.

C. XLIX.

a *Sapient. 1.* b *Sentent. 4. distinct. 2. Supr. de pœnitentia, distinct. 4 Ivo part. 1. cap. 163.* c *Psalm. 89.* d *momentorum*] *origin.* e *Sententia summatim collecta.* f *Supr. eâd. cap. ostenditur, circa finem.* g *al. ablutionem.* h *Ad Vincentium Donatistam.* i *Polyc. l. 3. tit. 10.* k *Psal. 54.* l *Polyc. ibid. Ivo p. 1. cap. 153. Panm. l. 1 cap. 38.*

a *Genes. 4.* b *Non autem sicut*] *orig.* c *Ivo p. 1. cap. 164. Panm. l. 1. c. 32.* d *Ivo p. 1. c. 167. Panm. l. 1. c. 33.* e *al. Apostolus.* f *gloria,*] *vera lectio.* g *Ivo p. 1. c. 163. Panm. l. 1. c. 34.*

C. XLIX. ¶ *Quòd bonis & malis sacramenta Ecclesia communia sunt.*

Idem *in libro de baptismo.*

EST unitas Ecclesiæ, quæ latè patet, in sacramentorum videlicet societate & communione: quæ complectitur *a* cum granis etiam paleas: quando eas corporaliter mistas ita partitur, ut neque illas justi vitent, neq; ab illis justi vitentur. Sic 1 sunt in Ecclesia homines mali, ut in corpore humano humores mali, qui interdum exeunt ex corpore.

¶ *Hujus capitis sententia usq; ad vers.* Sic sunt. *habetur in libro de unico baptismo contra Petilianum, c. 14. & 15.*

1 ¶ Sic sunt] *Sententia sumpta est ex B. Augustino in epistolam primam Joannis, & Beda in eundem locum: Glossa autem ordinaria ibidem sic habet:* Sic sunt ficti in Ecclesia, quomodo humores mali in corpore: quando evomuntur, relevatur corpus, sic quando exeunt mali, relevatur Ecclesia.

C. L. ¶ *Non transire ad aquam baptismi malitia benedicentis.*

Idem *de unico baptismo contra Donatistas, lib. 3. cap. 10.*

NON est aqua *b* profana, & adultera, super quam nomen Dei invocatur; etiamsi à profanis, & adulteris invocetur: quia nec ipsa creatura, nec ipsum nomen adulterum est.

C. LI. ¶ *Non est rebaptizandus, qui ab hæreticis baptizatur.*

Item Beda *homiliâ 36. ad cap. 3. Ioannis.*

SIVE hæreticus *c*, sive schismaticus, sive facinorosus quisque in confessione sanctæ Trinitatis baptizet, non valet ille, qui ita baptizatus est, à bonis catholicis rebaptizari: ne confessio vel invocatio tanti nominis videatur annullari.

C. LII. ¶ *Baptizati à paganis, in nomine baptizentur Trinitatis.*

Item Gregorius II. *Bonifacio Episcopo, epist. ult.*

QUOS à paganis *d* baptizatos esse asseruisti, si ita habetur, ut denuò baptizes in nomine Trinitatis, mandamus.

C. LIII. ¶ *Sine exorcismis & exsufflationibus nullus baptizetur.*

Item Cælestinus Papa *Episcopis Galliæ, epist. 1. cap. 12.*

11 SIVE *e* parvuli, sive juvenes ad regenerationis venipSunt sacramentum, non priùs fontem vitæ adeant, quàm exorcismis & exsufflationibus Clericorum, Spiritus ab eis immundus abjiciatur *f*.

C. LIV. ¶ *Officium baptizandi catechumenò præveniant.*

Item Rabanus *de institutione Clericorum, libr. 1. cap. 25.*

ANTE baptismum *g* catechizandi debet hominem *h* prævenire officium, ut fidei primum catechumenus accipiat rudimentum. *Item Isidorus.* ¶ Priùs ipse Jesus *i* cæci nati oculos luto ex sputo facto superlinivit, & sic ad aquas Siloë misit: quia priùs debet baptizandus fide incarnationis Christi instrui, & sic ad baptismum jam credulus admitti: ut sciat, cujus gratiæ in eo est particeps, & cui jam debitor fiat deinceps.

C. LV. ¶ *Quo tempore catechumeni ad exorcizandum sunt defferendi.*

Item ex Concilio Bracharensi II. *c. 1.*

ANTE viginti *a* dies baptismi ad purgationem exorcismi Catechumeni concurrant: in quibus viginti diebus omninò symbolum, quod est, Credo in Deum Patrem omnipotentem, spiritualiter *b* doceantur.

C. LVI. ¶ *Quo tempore competentibus Symbolum est prædicandum.*

Item ex Concilio Agathensi, *cap. 15.*

SYmbolum *c* etiam placuit ab omnibus Ecclesiis unâ die, id est, ante octo dies Dominicæ Resurrectionis publicè in Ecclesia competentibus prædicari.

C. LVII. ¶ *In unaquaq; Ecclesia baptizandi catechizare possunt.*

Item Nicolaus Papa.

CAtechismi *d* baptizandorum à Sacerdotibus uniuscujusque Ecclesiæ possunt fieri, sicut in sancta hac Romana Ecclesia (cui, Deo auctore, ministerium famulatûs nostri exhibemus) solenniter fieri comprobantur.

C. LVIII. ¶ *De eodem.*

Item ex Concilio Laodicensi, *cap. 46.*

BAptizandos *e* oportet fidei 1 symbolum discere, & quintâ feriâ ultimæ septimanæ vel Episcopo, vel Presbyteris reddere.

1 ¶ Fidei symb.] *Est prisca versio, & sententiam sat bene reddit. Hoc autem loco, Græcè est,* τὸν πίστιν.

C. LIX. ¶ *De eodem.*

Item ex Concilio *f* Martini Bracharensis, *cap. 49.*

NON liceat ante duas septimanas Paschæ, sed ante tres ad baptismum suscipere aliquem. Oportet autem, ut in his diebus hi, qui baptizandi sunt, symbolum discant: & in quinta feria novissimæ septimanæ hoc Episcopo, vel Presbytero reddant.

C. LX. ¶ *Antequam baptizentur, quilibet sint examinandi.*

Item ex Concilio Carthaginensi IV. *cap. 85.*

BAptizandi nomen *g* suum dent, & diu sub abstinentia vini & carnium, ac manûs impositionis *h* crebrâ examinatione baptismum percipiant.

C. LXI. ¶ *Baptizandi quare exorcizentur, & exsufflantur.*

Item Rabanus *de institutione Clericorum, lib. 1. cap. 27.*

POstquam *i* se baptizandus per confessionem veræ fidei in alterius commendaverit dominium, & per abrenuntiationem à prioris possessoris se alienaverit servitio, exsufflatur ab eo sæva potestas: ut per pium Sacerdotis ministerium Spiritui Sancto cedat fugiens Spiritus malignus.

C. LXII. *De eodem.*

Item Augustinus *de Symbolo, lib. 1. c. 1.*

SIcut nôstis *k*, fratres charissimi, & parvuli exsufflantur, & exorcizantur, ut pellatur ab eis diaboli potestas inimica, quæ decepit hominem, ut possideret homines. Non ergò creatura Dei in infantibus exorcizatur, aut exsufflatur, sed ille, sub quo sunt omnes, qui sub peccato nascuntur.

---

a *Matth. 3.* b *Ivo p. 1. cap. 116. Pann. l. 1. c. 54.* c *Sent. 4. distinct. 6. Ivo part. 1. cap. 173. Pann. l. 1. c. 51.* d *Ivo part. 11. c. 61. & in lib. de Eccles. dogmatibus, cap. 31. Polyc. l. 3 tit. 20.* e *Burch. l. 4. c. 10. Ivo p. 1. c. 205.* f *alit. abigatur.* g *Sent. 4. dist. 6. Ivo part. 1. c. 82. & 83. Panorm. lib. 1. cap. 38.* h *al. in hominem pervenire.* i *Ioan. 9.*

a *10. q. 1. placuit. Burch. lib. 4. c. 8. Ivo p. 1. c. 73. & 203. Panor. l. 1. cap. 59.* b *[specialiter] vera lectio.* c *Burch. l. 4. cap. 29. Ivo part. 3. cap. 224.* d *Ivo p. 1. c. 82. Pann. l. 1. c. 40.* e *Burch. l. 4. c. 9. Ivo p. 1. c. 205.* f *In capit. Synod. Gracarum.* g *Burch. l. 4. cap. 11. Ivo p. 1. cap. 206.* h *alter, impositione crebrâ examinatis.* i *Ivo p. 1. c. 90. Panorm. l. 1. c. 42.* k *Sentent. 4. distinct. 6. Ivo p. 1. c. 40. Pann. l. 1. c. 42.*

C. LXIII. ¶ *Quare signetur baptizandus in corde & fronte.*

Item Rabanus *de institutione Clericorum, lib. 1. cap. 27.*

POsteà signatur *a* baptizandus signaculo sanctæ crucis tam in fronte, quàm in corde: ut ab eo tempore ipse apostata diabolus in vase suo pristino, suæ interemptionis cognoscens signaculum *b*, jam sibi deinceps illud sciat esse alienum.

C. LXIV. ¶ *Quare super eum orationes dicantur.*

Item *ibidem continuò.*

EXhinc jam *c* dicuntur super eum orationes, ut fiat catechumenus. Tunc datur baptizando sal benedictum in os, ut per sal typicum, sapientiæ sale conditus, fœtore careat iniquitatis; & nec à vermibus peccatorum ultrà putrefiat, sed magis illæsus servetur ad majorem gratiam percipiendam.

C. LXV. ¶ *Quare sale instiantur Catechumeni.*

Item Beda *in Esdram, lib. 1. c. 9.*

SAl cœlestis *d* sapientiæ, quo initiantur catechumeni, in cunctis operum nostrorum sacrificiis jubemur offerre.

¶ *Anteà extabatur in libros Regum.*

C. LXVI. ¶ *Quare iterum exorcizentur.*

Item Rabanus *de institut. Cler. l. 1. c. 27.*

DEhinc *e* iterùm exorcizatur diabolus, ut suam nequitiam agnoscens, & justum super se Dei judicium timens, recedat ab homine: nec jam contendat eum arte suâ subvertere, ne baptismum consequatur: sed magis honorem Deo creatori suo exhibens, reddat opus factori suo.

C. LXVII. ¶ *Sacerdotes exorcizando dæmonia repellunt.*

Item Gregorius Papa *in homilia 29. Evangel.*

SAcerdotes *f* cùm per exorcismi gratiam manum credentibus imponunt, & habitare malignos Spiritus in eorum mente contradicunt, quid aliud faciunt, nisi dæmonia ejiciunt?

C. LXVIII. ¶ *Quare de saliva nares & aures tanguntur.*

Item Rabanus *de institut. Cleric. lib. 1. cap. 27.*

POsteà tanguntur *g* ei nares & aures cum saliva: & dicitur ei verbum illud Evangelicum, quod Jesus, quando surdum & mutum sanavit, tangens cum sputo linguam ejus, & mittens digitos in auriculas ejus, dixit: [*Effeta* h, *quod est, adaperire.*] Hoc enim sacramentum hic agitur, ut per salivam typicam Sacerdotis, & tactum, sapientia & virtus divina salutem ejusdem catechumeni operetur: ut aperiantur ei nares ad accipiendum odorem notitiæ Dei, ut aperiantur illi aures ad audiendum mandata Dei, ut i aperiantur ei sensus in intimo corde ad respondendum.

i ¶ Ut aperiantur] *In originali, & apud Ivonem legitur,* ad audiendum mandata Dei, sensuque intimo cordis reponendum.

C. LXIX. ¶ *Quare nares non ora baptizandorum Episcopus tangit.*

Item Ambrosius *de sacramentis, lib 1. c. 1.*

PRopter *s* gloriam *k* muneris & operis non os tangit Episcopus, sed nares. Quare nares? ut bonum odorem accipias pietatis æternæ.

a *Ivo part. 1. c. 91. Pann. l. 1. c. 43.* b *al signum.* c *Ivo p. 1. c. 37. & 99. Pann. l. 1. c. 44.* d *Ivo p. 1. cap. 100. Pann. l. 1. cap. 45.* e *Ivo p. 1. c. 102. Pann. l. 1. c. 46.* f *Ivo p. 1. c. 103. Pann. l. 1. c. 47.* g *Ivo p. 1. c. 104. Pann. l. 1. c. 48.* h *Marc. 7.* i *Ivo p. 1. c. 106. Pann. l. 1. c. 46.* k *gratiam operis & muneris] orig.*

C. LXX. ¶ *Quare à Sacerdote inungantur.*

Item Rabanus *de instit. Cler. l. 1. c. 27.*

DEinde *a* à *b* Sacerdote inungitur, ut sacrum baptisma cum fide accepta custodiatur. Ungitur tunc illius pectus de oleo sanctificato, cum invocatione sanctæ Trinitatis, ut nullæ reliquiæ latentis inimici in eo resideant, sed in fide sanctæ Trinitatis mens ejus confortetur. Ungitur & inter scapulas de eodem oleo, ut undiq; muniatur, & ad bona opera facienda per Dei gratiam *c* roboretur. *Item c. 28.* ¶ Consecratur *d* post hæc fons, & ad ipsum baptismum catechumenus accedit.

C. LXXI. ¶ *Quomodo fontem baptismi Trinitatis præsentia consecrat.*

Item Ambrosius *in libro secundo de sacramentis, cap. 3.*

VEnit *e* Sacerdos ad *f* fontem, dicit precem, invocat Patris nomen, præsentiam Filii & Spiritûs Sancti, utitur verbis cœlestibus. Cœlestia verba, quæ Christi sunt. Præsentia Trinitatis adest: operatur sermo æternus: ubi descendet Spiritus, primò quasi columba descendit, ut increduli vocarentur ad fidem. In *g* principio signum debuit esse: in posterioribus debet esse perfectio. Apostolis enim Spiritus Sanctus datus est in igneis linguis propter incredulos: nobis jam in plenitudine Ecclesiæ non per signa, sed per fidem veritas est colligenda.

¶ *Caput hoc aliquot locis in minimas propè angustias conclusum est. Quare præstat originale ipsum adire.*

C. LXXII. ¶ *Verba erroru per imperitiam prolata non impedunt aqua sanctificationem.*

Item Augustinus *de unico baptismo, l. 6. c. 15.*

12 pg SI non *h* sanctificatur aqua, cùm aliqua erroris verba per imperitiam peccator effundit, multi non solùm mali, sed etiam boni fratres in ipsa Ecclesia non sanctificant aquam. Multorum enim preces emendantur quotidie, si doctioribus fuerint recitatæ: & multa in eis reperiuntur contra catholicam fidem. Nunquid si manifestetur aliquos baptizatos, cùm illæ preces dictæ super aquam fuissent, jubebuntur denuo baptizari? Quid ita? quia plerunque precis vitium superat precantis affectus: & quia illa certa Evangelica verba, sine quibus non potest baptismus consecrari, tantum valent, ut per illa sic evacuentur, quæcunque in prece vitiosa contra regulam fidei dicuntur: quemadmodum dæmonium Christi nomine excluditur. Nam utique hæreticus, si afferat precem vitiosam, nec habeat bonum charitatis affectum, quo possit illa imperitia superari (& ideo similis est ei, quicunque in ipsa catholica Ecclesia invidus & malevolus est, quales arguit ille Cyprianus) afferat etiam, ut fieri solet, aliquam precem, in qua loquatur contra regulam fidei (multi quippe irruunt in preces non solùm ab imperitis loquacibus, sed etiam ab hæreticis compositas, & per ignorantiæ simplicitatem non eas valentes discernere, utuntur eis, arbitrantes quòd bonæ sint) nec tamen, quod in eis perversum est, evacuat illa, quæ ibi recta sunt, sed ab eis potiùs evacuatur.

C. LXXIII. ¶ *Quid significent mysteria, quæ in fonte baptismatis celebrantur.*

Item Augustinus *ad Neophytos, homil. 3.*

13 pg PRimâ igitur *i*, & secundâ prædicatione de his tantùm locuti sumus, quæ vobis, priusquam ad fontem sanctum veniretis, juxta catholicæ Ecclesiæ *k* instituta tradidimus. Et quid significaret unctio, quæ

a *Ivo p. 2. c. 102. Pann. lib. 2. c. 52.* b *aliter benedictione sacerdotali munitur.* c *al. gloriam.* d *Ivo p. 1. c. 110. Pan. l. 1. c. 52.* e *Ivo part. 1. cap. 11.* f *precem dicit ad fontem,] orig.* g *Ibid. infra.* h *Alg. l. 3. c. 13. Ivo p. 2. c. 113. Pann. l. 1. c. 52. & 53.* i *Ivo part. 2. c. 134. Pann. l. 1. c. 53.* k *al. regula.*

diversis

diversis corporis nostri adhibita partibus, diversum intellectum designat (prout Dominus donare dignatus est) interpretati sumus: cùm ostenderemus vos per *a* oleum sanctificationis ad auditum plenæ fidei præparatos, & ad bonum Christi odorem vocatos, ex toto corde ad abrenuntiandum diabolo esse commonitos. Nunc verò de interioribus jam mysteriis locuturi sumus; quæ in ipso sacro fonte celebrata sunt. Emissa *b* enim certissimâ cautione, quâ vos abrenuntiare omnibus pompis diaboli, & omnibus operibus eis, & omni fornicationi diabolicæ spopondistis, descendistis in fontem sacrum, fontem redemptionis, fontem sanctificatum virtute cœlesti. In hoc ergò fonte, antequam vos toto corpore tingeremus, interrogavimus, Credis in Deum Patrem omnipotentem? Respondistis, Credo. Rursùs interrogavimus, Credis & in Jesum Christum filium ejus, qui natus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine? Respondistis singuli, Credo. Iterùm interrogavimus, Credis & in Spiritum Sanctum? Respondistis similiter, Credo. Hoc autem fecimus juxta Domini nostri Jesu Christi Salvatoris imperium: qui, cùm ad patrem in cœlum ascenderet, discipulis suis, id est, Apostolis mandavit, dicens: [*Euntes* c *docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti.*] *Item.* ¶ Quòd *d* autem interrogavimus, Credis 1 sanctam Ecclesiam, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem? non eo modo interrogavimus, ut quomodo in Deum creditur, sic & in Ecclesiam sanctam catholicam: quæ propterea sancta & catholica est, quia rectè credit in Deum. Non ergò diximus, ut in Ecclesiam, quasi in Deum crederetis: sed intelligite nos dicere, & dixisse, ut in Ecclesia sancta catholica conversantes in Deum crederetis: crederetis etiam resurrectionem carnis, quæ futura est.

1 ¶ Credis sanctam] *Legebatur*, in sanctam. *Indueta est particula*, In, *ex aliquot vetustis, & Ivone. Atque ita loquendum docet sæpè Augustinus.*

C. LXXIV. ¶ *Aliorum fide & professione parvuli baptizantur.*

Item Isidorus *de officiis, lib. 2. cap. 24.*

14 ps PArvuli alio *e* profitente baptizantur, quia adhuc loqui, vel credere nesciunt, sicut etiam ægri, muti, & surdi, quorum vice alius profitetur, ut pro eis, dum baptizantur, respondeat.

C. LXXV. ¶ *Aliorum testimonio ægrotantes sunt baptizandi.*

Item ex Concilio *f* Carthaginensi 3. *c.* 34.

AEgrotantes, *g* si pro se respondere non possunt, cùm 1 voluntas eorum testimonium sui dixerit, baptizentur. Similiter & de pœnitentibus agendum est.

1 ¶ Voluntas eorum] *Nihil mutatum est ob glossam in verbo*, dixerit. *Sed in omnibus vetustis Gratiani exemplaribus, & in Concilio Carthaginensi tertio, & in Concilio Africano in corpore Conciliorum tribus tomis impresso, & apud Ivonem, qui citat Isidorum, legitur*: Cùm voluntatis eorum testimonium sui dixerint. *In eodem autem Africanum, in codice canonum, & in Carthaginensi recentiorib. editionib. Conciliorum, & apud Burchardum est*: Cum voluntatis eorum testimonium hi, qui suis periculo proprio assuêre, dixerint. *In Carthaginensi autem Græco, ὅτε τὴν ἑαυτῶν προαίρεσιν τῶν περὶ αὐτῶν μαρτυρίαν ἴδιον κίνδυνον ἐθέντων εἴρηκεν.*

C. LXXVI. ¶ *Sacramentum fidei, non ipsa fides parvulum facit fidelem.*

Item Augustinus *epist. 23. ad Bonifacium.*

NIhil est aliud *h* credere, quàm fidem habere: ac per hoc, cùm respondetur, parvulus credere, qui fidei nondum habet *a* affectum, respondetur fidem habere propter fidei sacramentum, & convertere se ad Deum, propter conversionis sacramentum: quia & ipsa responsio ad celebrationem *b* pertinet sacramenti. *Item ipsa.* ¶ Parvulum *c* etsi nondum fides illa, quæ in credentium voluntate consistit, jam tamen ipsius fidei sacramentum fidelem facit. Nam sicut credere respondetur, ita etiam fidelis vocatur, non rem ipsam mente annuendo *d*, sed ipsius rei sacramentum percipiendo.

C. LXXVII. ¶ *Alterius professio non valet ei, qui per se respondere potest.*

Item *in lib. 4. de baptismo, cap. 24.*

CUm pro *e* parvulis alii respondent, ut impleatur erga eos celebratio sacramenti, valet utique ad eorum consecrationem, quia ipsi respondere non possunt. At si pro eo, qui respondere potest, alius respondeat, non itidem valet. Ex qua regula illud in Evangelio dictum est, quod omnes, cùm legitur, naturaliter movet: [*Ætatem* f *habet: ipse pro se loquatur.*]

C. LXXVIII. ¶ *Quare trina mersio in baptismate celebretur.*

Item Augustinus *in homilia tertia.*

POstquam *g* vos credere promisistis, tertiò capita vestra in sacro fonte demersimus. Qui ordo baptismatis duplici mysterii significatione celebratur. Rectè enim tertiò mersi estis, qui accepistis baptismum in nomine sanctæ Trinitatis. Rectè tertiò mersi estis, qui accepistis baptismum in nomine Jesu Christi, qui die tertiâ resurrexit à mortuis. Illa enim tertiò repetita demersio typum Dominicæ exprimit sepulturæ, per quam Christo consepulti estis in baptismo, & *h* cum Christo resurrexistis in fide: ut peccatis abluti in sanctitate virtutum Christum imitando vivatis.

C. LXXIX. ¶ *De his, qui semel, non tertiò in baptismate merguntur.*

Item *ex canonibus Apostolorum, c. 50.*

SI quis Presbyter *i*, aut Episcopus non trinam mersionem unius mysterii celebret, sed semel mergat in baptismate [quod 1 dari à quibusdam jubetur in morte Domini] deponatur. Non *k* enim dixit nobis Dominus, in morte mea baptizate: sed [*Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs S.*]

1 ¶ Quod dari] *Prisca versio hoc tantum loci discrepat à Gratiano. Sic enim in ea legitur*, quod dari videtur in morte Domini, *eodemq; modo apud Burchardum. Ivo habet*, quod dari jubetur in Domini mortem. *Græcè autem est, ἀλλὰ εἰς ὁμολόγημα τὸ εἰς τὸν θάνατον τοῦ κυρίου δεδόμενος: id est*, sed unicam mersionem, quæ in mortem Domini datur.

C. LXXX. ¶ *De eodem.*

Item Gregorius *Leandro* 1 *Episcopo Hispaniarum, lib. 1. epist. 41.*

15 ps DE *m* trina mersione baptismatis nihil respondéri verius potest, quàm quod ipsi sensistis: quia in una fide nihil officit sanctæ Ecclesiæ consuetudo diversa. Nos autem, quòd tertiò mergimus, triduanæ sepulturæ sacramenta signamus: ut, dum tertiò infans ab aquis educitur, resurrectio triduani temporis exprimatur. Quod si quis fortè etiam pro summa Trinitatis veneratione existimet fieri, neque istud aliquid obsistit baptizandos semel in aquis mergere; quia dum in tri-

a 1. Cor. 2. b Sent. 4. dist. 6. c Matth. 28. d Serm. 181. de temp. c. 12. e Sent. ibid. f Et in Affric. c. 12. g Burch. l. 4. cap. 36. Ivo p. 1. c. 129. Pann. l. 1. c. 44. h Sent. ibid. Ivo par. 1. cap. 127. Pann. l. 1. c. 46.

a al. defectum. b al. celebritatem. c Infrà eâd. cap. quarto. d al. annuendo. e Sup. eâd. c. Baptisc. vicem. Sent. ibid. Ivo part. 1. cap. 15. Pann. l. 1. c. 11. f Ioan. 9. g Senten. 4. dist. 3. Ivo part. 1. cap. 194. Pann. l. 1. cap. 37. h Rom. 8. i Burchard. l. 4. cap. 23. Ivo part. 1. cap. 128 Pann. l. 1. c. 51. k Matth. 28. l Et in Tolet. 4 cap. 1. & in Vuormacensi, c. 5. m Sent. ibidem. Polyc. lib. 3. tit. 10. Anselm. lib. 3. cap. 81. Ivo par. 1. cap. 130. Pannorm. lib. 1. cap. 60.

bus personis a una substantia est, reprehensibile esse nullatenùs potest, infantem in baptismate vel ter, vel semel immergere: quando & in tribus mersionibus personarum trinitas, & in una potest divinitatis singularitas designari.

C. LXXXI. ¶ *De eodem.*

Item Hieronymus *super epistolam ad Ephe-sios* b, *lib. 2. ad c. 4.*

EOdem c modo & in Patrem, & in Filium, & in Spiritum Sanctum baptizamur, & ter mergimur, ut Trinitatis unum appareat sacramentum, & non baptizamur in nominibus Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti, sed in uno nomine, quod intelligitur Deus. *Item infrà.* ¶ Potest unum baptisma & ita dici, quòd licèt ter baptizemur propter mysterium Trinitatis, tamen unum baptisma reputetur.

¶ *Locupletatum & emendatum est caput hoc ex originali.*

C. LXXXII. ¶ *De his, qui in nomine Christi semel tantum mergunt.*

Item Pelagius Papa, *Gaudentio Episcopo.*

MUlti sunt d, qui in nomine solummodò Christi unâ etiam mersione se asserunt baptizare. Evangelicum verò præceptum ipso Deo & Domino Salvatore nostro Jesu Christo tradente, nos admonet in nomine Trinitatis, trinâ etiam mersione sanctum baptisma unicuique tribuere, dicente Domino discipulis suis: [*Ite* e, *baptizate omnes gentes in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs* 1 *Sancti.*]

1 ¶ Spiritûs Sancti.] *Hic videtur sequi* c. Si reverà, *sup. eâd.*

C. LXXXIII. ¶ *In invocatione Trinitatis tertiò in baptismate mergere debemus.*

Item Zacharias Papa *Bonifacio Episcopo, in epist. cujus initium,* [Sacris liminibus.]

16IN Synodo f Anglorum decretum, & judicium firmissimè præceptum, & diligenter demonstratum esse dignoscitur, ut quicunque sine invocatione Trinitatis mersus fuisset, sacramentum regenerationis non haberet. Quod omninò verum est: quia si lotus in fonte baptismatis quis fuerit sine invocatione Trinitatis, perfectus Christianus non est, nisi in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti fuerit baptizatus. Hoc quoque observari in prædicta Synodo Sacerdotes voluerunt, ut qui vel unam de Trinitate personam in baptismo non nominaret, illud baptisma esse verum non posset. Quod pro certo verum est: quia qui unam ex sancta Trinitate confessus non fuerit, perfectus Christianus esse non potest. Qui enim confitetur Patrem, & Filium, si confessus non fuerit & Spiritum Sanctum, neque Patrem habet, neque Filium: & qui confessus fuerit Patrem, & Spiritum Sanctum, & Filium non fuerit confessus, neque Patrem habet, neque Spiritum Sanctum, sed vacuus est à divina gratia.

C. LXXXIV. ¶ *Rebaptizentur, qui in nomine Trinitatis baptizati non fuerint.*

Item Gregorius *Quirino Episcopo in Iberia, lib. 9. epist. 61.*

HI verò g hæretici, qui in Trinitatis nomine minimè baptizantur, sicut sunt Bonosiani h, & Cataphrygæ (quia & illi Christum Dominum non credunt: & isti Sanctum Spiritum perverso sensu esse quendam pravum hominem Montanum credunt; quorum similes multi sunt) & alii tales, cùm ad sanctam Ecclesiam veniunt, baptizantur: quia baptisma non fuit, quod in errore positi in sanctæ Trinitatis nomine minimè perceperunt.

C. LXXXV. ¶ *Semel in baptismate mergere licet.*

Item ex Concilio Toletano IV. *c. 5.*

PRopter a vitandum schismatis scandalum, vel hæreticidogmatis usum, simplam teneamus baptismi mersionem.

C. LXXXVI. ¶ *De Sacerdote, qui per ignorantiam linguæ Latinæ in invocatione Trinitatis deliquit.*

Item Zacharias Papa, *Bonifacio Episcopo, in Epistola decretali.*

REtulerunt b nuntii 1 tui, quòd fuerit in eadem provincia Sacerdos, qui Latinam linguam penitùs ignorabat, & dum baptizaret, nesciens Latini eloqui, infringens linguam, diceret: Baptizo te in nomine Patria, & Filia, & Spiritu sancta. Ac per hoc tua reverenda fraternitas consideravit eos rebaptizare. Sed sanctissime frater, si ille, qui baptizavit, non errorem introducens, aut hæresim, sed pro sola ignorantia Romanæ locutionis infringendo linguam, ut suprà fati sumus, baptizans dixisset, non possumus consentire, ut denuò baptizentur.

1 ¶ Nuntii tui,] *Hæ duæ voces additæ videntur à Gratiano (quanquam Virgilius & Sidonius, qui hoc reuleram, propriè nuntii Bonifacii non fuissent) ne ea, quæ in epistola antecedunt, referre cogeretur: quod tamen Burchardus & Ivo fecerunt.*

C. LXXXVII. ¶ *Quare baptizati à Sacerdote ungantur.*

Item Ambrosius *de sacramentis, tractatu, seu lib. 1. c. 2.*

17VEnisti c ad fontem: ingressus es: considens quid d videris: quid locutus sis, considera: accepete diligenter; occurrit tibi Levita: occurrit Presbyter; unctus es, quasi athleta Christi: ut 1 ad baptismum cathechumenus accedas.

1 ¶ Ut ad baptismum.] *Ita etiam Ivo, & auctor glossæ ad verf. unctus, videtur hùc spectâsse: sed tota hæc clausula abest ab originali, in quo hujus loci sunt verba hæc, quasi luctamen hujus seculi luctaturus, profectus es luctaminis tui certamina.*

C. LXXXVIII. ¶ *Quare baptizatus à Presbytero ungatur in cerebro.*

Item Rabanus *de instit. Cleric. lib. 1. cap. 28.*

POstquam f ascenderit baptizatus de fonte, statim signatur in cerebro à Presbytero cum sacro chrismate, sequente simul & oratione, ut regni Christi particeps fiat, & à Christo Christianus possit vocari.

C. LXXXIX. ¶ *Quid super baptizatum à Sacerdote dicatur.*

Item Ambrosius *de sacramentis, tract. seu lib. 2. c. 7.*

EMersisti 1 g: venisti ad Sacerdotem. Quid tibi dixit? [Deus, inquit, Pater omnipotens, qui te regeneravit ex aqua & Spiritu Sancto, concessitque tibi peccata tua, ipse te ungat in vitam æternam.] Vide, ubi unctus es: in vitam, inquit, æternam.

1 ¶ Emersisti:] *Sic apud Ivonem. In originali est:* Ergò mersisti, *eodem sensu, quem elicit auctor glossæ ex verbo* Emersisti. *Frequens autem est apud B. Ambrosium ipsius vocabuli in hanc sententiam usus.*

a *al. subsistentiis.* b *Ad verse.* [*Unus dominus.*] c *Ivo p. 1. c. 131. Panorm. lib. 1. cap. 61.* d *Ivo p. 1. c. 81. Panorm. l. 1. c. 62.* e *Marc. 16.* f *Sent. 4. dist. 3. Ivo p. 1. c. 139. Panorm. lib. 1. c. 63.* g *1. q. 1. c. si quis. Ivo p. 1. c. 143. Pann. l. 1. c. 64.* h *al. Bonifaci.*

a *Ivo part. 1. cap. 129. Panorm. l. 1. cap. 19.* b *Burchard. lib. 4. cap. 49. Ivo par. 1. cap. 127. Panorm. lib. 1. cap. 65.* c *al. Venimus.* d *al. quæ] vera lectio.* e *Ivo p. 1. c. 109. Panorm. l. 1. cap. 11.* f *Ivo p. 1. c. 140. Panorm. l. 1. c. 66.* g *Ivo p. 1. c. 141. Pann. l. 1. c. 67.*

C. XC. ¶ *Quare unguentum super caput baptizati ponatur.*

Item in libro 3. de sacramentis, c. 1. & 2.

ACcepistis mysterium *a*, hoc est, unguentum supra caput. Quare supra caput? quia sensus *b* sapientis in capite ejus. *& infrà, c. 2.* ¶ Sequitur spirituale signaculum, quod audisti hodie legi: quia post fontem superest, ut perfectio fiat, quando ad invocationem Sacerdotis Spiritus Sanctus infunditur.

C. XCI. ¶ *Quare candida vestis traditur Christiano.*

Item Rabanus *de institut. Cleric. lib. 1. cap. 29.*

POst baptismum traditur Christiano vestis candida, designans innocentiam, & puritatem Christianam, quam post ablutas veteres maculas studio sanctæ conversationis immaculatam servare debet, repræsentandam *c* ante tribunal Christi. Cuncti verò renati albis induuntur vestibus ad mysterium resurgentis Ecclesiæ. *Item ibidem.* ¶ Utuntur ergò baptizati albis vestibus, ut quorum primæ nativitatis faciem *d* vetusti erroris pannus fuscaverat, habitus secundæ generationis gloriæ præferat indumentum. Tegitur enim post sacram unctionem caput ejus mystico velamine, ut intelligat, se diademate regni, & sacerdotali dignitate potiri.

C. XCII. ¶ *De eodem.*

Item Ambrosius *in libro de iis, qui initiantur mysteriis, c. 7.*

ACcepisti *e* post baptismum vestimenta candida, ut esset indicium, quod exueris involucrum *f* peccatorum, & indueris innocentiæ casta velamina.

C. XCIII. ¶ *Quot mensibus Judæi inter catechumenos habeantur.*

Item ex Concilio Agathensi, *c. 34.*

18 IUdæi *g*, quorum perfidia frequenter ad vomitum redit, si ad legem catholicam venire voluerint, octo menses inter catechumenos Ecclesiæ limen introeant: & si purâ fide noscuntur venire, tunc demùm baptismatis gratiam mereantur. Quod si casu aliquo periculum infirmitatis intra præscriptum tempus incurrerint, & desperati fuerint, baptizentur.

C. XCIV. ¶ *De Judæis plerisque frequenter ad Judaismum redeuntibus.*

Item ex Concilio Toletano IV. *c. 58.*

PLerique *h* ex Judæis, qui dudum ad Christianam fidem promoti sunt, nunc blasphemantes in Christum, non solùm Judaicos ritus perpetrâsse noscuntur, sed etiam abominandas circumcisiones exercere præsumpserunt. De quibus consulti piissimi ac religiosissimi domini nostri Sisemundi Regis hoc sanctum decrevit Concilium, ut hujusmodi transgressores pontificali auctoritate correcti, ad cultum Christiani dogmatis revocentur: ut quos propriæ voluntas non emendat, animadversio sacerdotalis coerceat. Eos autem, quos circumciderunt, si filii eorum sunt, à parentum consortio separentur: si servi, pro injuria corporis sui, libertati tradantur.

C. XCV. ¶ *Ante baptismum diabolo & ejus operibus renuntiare debemus.*

Item Rabanus *de instit. Cleric. lib. 1. c. 27.*

PRimùm *i* interrogatur paganus, si abrenuntiat diabolo, & omnibus damnosis operibus ejus, atque fallacibus pompis: ut primùm respuat errorem, & sic appropinquet ad veritatem, possitque juxta Apostolum *k* deponere veterem hominem, secundùm pristinam conversationem, qui corrumpitur secundùm desideria erroris, abnegans impietatem, & secularia desideria.

C. XCVI. ¶ *Non transiit in novam vitam, quem pœnitet veteris vitæ.*

Item Augustinus *in libro de pœnitentiæ a medicina, c. 2.*

OMnis *b* qui jam suæ voluntatis factus est arbiter, cùm accedit ad sacramenta fidelium, nisi eum pœniteat vitæ veteris, novam non potest inchoare. Ab hac pœnitentia, cùm baptizantur, soli parvuli *c* immunes sunt. Nondum enim uti possunt libero arbitrio.

C. XCVII. ¶ *Ante baptisma pœnitentiam agere debemus.*

Idem *ad Seleucianam, epist. 108.*

AGunt *d* homines ante baptismum pœnitentiam de suis prioribus peccatis: ita tamen, ut etiam baptizentur: sicut scriptum est in Actibus Apostolorum, loquente Petro ad Judæos, ac dicente: [*Agite e pœnitentiam, & baptizetur unusquisque vestrùm in nomine Domini Jesu Christi.*]

C. XCVIII. ¶ *Quadraginta dierum abstinentia Judæis baptizandis indicatur.*

Item Gregorius *Fantino Defensori, lib. 7. epist. 24.*

NE quod absit, longa dilatio Judæorum retrò possit animos revocare, cum fratre nostro Episcopo loci ipsius loquere, ut pœnitentia, ac abstinentiæ quadraginta dierum indicta, aut die Dominico, aut si celeberrima festivitas fortassis occurrerit, eos omnipotentis Dei misericordiâ protegente baptizes *f*.

C. XCIX. ¶ *Pœnitentia non est necessaria baptizandis.*

Item Ambrosius *super epistolam ad Romanos, ad cap. 11.*

SInè pœnitentia *g* sunt dona, & vocatio Dei, quia gratia Dei in baptismate non requirit gemitum, non requirit planctum, vel opus aliquod, sed 1 solam fidem, & omnia gratis condonat.

1 ¶ Sed solam fidem.] *Sic in glossa ordinaria, unde patius videtur hoc loco fecisse Gratianus, quàm ex Ambrosio, apud quem legitur, nisi solam ex corde professionem, quemadmodum etiam refertur suprà de pœnitentia. dist. 1. cap.* quis aliquando. *in vers.* Gratia Dei.

CAP. C. ¶ *Necessitate cogente, in catechismo & confirmatione idem compater esse potest.*

Item Igitius Papa.

19 IN catechismo *h*, & in baptismo, & in confirmatione unus patrinus fieri potest, si necessitas cogit. Non est tamen consuetudo Romana: sed per singulos singuli suscipiunt.

C. CI. ¶ *Non plures, sed unus parvulum in baptismate suscipiat.*

Item ex decreto Leonis Papæ.

NOn *i* plures ad suscipiendum de baptismo infantem accedant, quàm unus, sive vir, sive mulier. In confirmatione quoque id ipsum fiat.

¶ *Cæteri collectores citant ex decretis Leonis Papæ apud S. Medardum.*

---

a *Ivo p. 1. cap. 142. Panorm. l. 1. c. 61.* b *Eccl. 2.* c *al. ad præsentandum.* d *al. infantiam.* e *Ivo part. 1. c. 144. Pann. l. 1. c. 70.* f *al. voluptate.*] *al. voluntate.* g *Burch. l. 4. c. 81. Ivo p. 1. c. 275. Pann. l. 1. c. 71.* h *Burch. l. 4. c. 15. Ivo p. 1. c. 279. Pan. l. 1. c. 73.* i *Ivo p. 1. c. 58. Pann. l. 1. c. 56.* k *Eph. 4. Coloss. 3. Tit. 2.*

a *De pœnit. distin. 1. c. tres sunt. &, quis aliquando.* b *Ivo part. 1. cap. 76. Panorm. lib. 1. cap. 35.* c *aliter, pueri.* d *Sentent. 4. distinct. 16. Ivo p. 2. c. 77. Panor. l. 1. cap. 36.* e *Alter. 2.* f *al. baptizet.*] *Ivo Glos. ordin. ibi.* g *De pœnit. dist. 1. quis aliquando.* h *Burch. l. 4. c. 24. Ivo p. 1. c. 228. Panorm. l. 1. c. 77.* i *Polyc. l. 3. cap. 10. Anselm. l. 9. cap. 13. Burch. l. 4. cap. 25. Ivo p. 1. c. 229. Panorm. l. 1. cap. 78.*

C. CII. ¶ *Qui non est baptizatus, nec confirmatus, alium in christmate, vel baptismate tenere non debet.*

Item ex Concilio Maguntino.

IN *a* baptismate, vel in chrismate non potest alium suscipere in filiolum, qui non est ipse baptizatus, vel confirmatus.

C. CIII. ¶ *Abbati, vel Monacho non licet commatres habere.*

Item ex Concilio Antissiodorensi, *c.25.*

NOn *b* licet Abbati, vel Monacho de baptismo suscipere filios, nec commatres habere.

C. CIV. ¶ *De eodem.*

Item ex libro Capitulorum.

MOnachi *c* sibi compatres, commatresvé non faciant; necosculentur fœminas.

¶ *In indice septimi libri Capitularium numero 494. (nam capita ipsa à 472. usq; ad 538. in volumine, quod ex Gallia habitum est, desiderantur) hæc leguntur:* Ne sibi compatres & commatres Monachi faciant.

C. CV. ¶ *Qui in baptismo parvulos suscipiunt, pro eis apud Deum fidejussores existunt.*

Item ex sermone S. Augustini *post Pascha, qui sic incipit:* [Hodiernus dies.]

VOs *d* ante omnia tam mulieres, quàm viros, qui filios in baptismo suscepistis, moneo, ut vos cognoscatis fidejussores apud Deum extitisse pro illis, quos visi estis de sacro fonte suscipere. Ideoque semper eos admonete, ut castitatem custodiant, justitiam diligant, charitatem teneant. *& paulo post.* ¶ Ante omnia symbolum, & orationem Dominicam & vos ipsi tenete, & illis, quos suscepistis de sacro fonte, ostendite.

¶ *Ivo etiam recitat ex Dominica prima post Pascha. In sermone 163. de tempore, apud B. Augustinum hæc leguntur:* Quicunque viri, quæcunque mulieres de sacro fonte filios spiritaliter susceperunt, cognoscant se pro ipsis fidejussores apud Deum extitisse: & ideò semper illis solicitudinem veræ charitatis impendant. *Similia etiam habentur in sermone 215. qui est secundus Dominica decima post festum Trinitatis.*

C. CVI. ¶ *Ad baptizandi officium, & ad vestimenta altaris lavanda, Sacerdos propria debet habere vasa.*

Item ex Concilio Ilerdensi *e.*

20 OMnis *f* Presbyter, qui fontem lapideum habere nequiverit, vas conveniens ad hoc solummodò baptizandi officium habeat, quod extra Ecclesiam non deportetur. Similiter ad corporale lavandum, & ad pallas altaris propria habeantur vasa, in quibus nihil aliud fiat.

¶ *Similia habentur in ordine Romano de officiis divinis, pag. 148.*

C. CVII. ¶ *Neq; rebaptizationes, neq; reordinationes fieri licet.*

Item ex Concilio Carthaginensi *g* III. *c.38.*

21 NOn licet *h* fieri rebaptizationes, & reordinationes, vel translationes Episcoporum.

C. CVIII. ¶ *De eodem.*

Item ex epistola Augustini *203. ad Maximinum.*

REbaptizare *i* hæreticum hominem, qui hæc sanctitatis *k* signa perceperit, quæ Christiana tradidit disciplina, omninò peccatum est: rebaptizare autem catholicum, immanissimum scelus est.

C. CIX. ¶ *De Arianis, quando baptizentur, & quando non.*

Item ex Concilio Arelatensi *a, l. c.1.*

DE Arianis, qui propriâ lege suâ utuntur *1*, placuit, si ad Ecclesiam aliqui de hac hæresi venerit, interrogent eos nostræ fidei Sacerdotes symbolum: & si perviderint eos in Patre, & Filio, & Spiritu Sancto esse baptizatos, manus eis tantùm imponatur, ut accipiant Spiritum Sanctum. Qui si interrogati non responderint hanc Trinitatem, baptizentur.

1 ¶ Utuntur,] *In Concilio impresso sequitur,* ut rebaptizentur. *At solitos fuisse ab Arianis rebaptizari catholicos, ac fortasse etiam non catholicos, narrat B. Augustinus in libro de hæresibus, cap. 49. Ceterùm in quibusdam perveteris hujus Concilii codicibus sic legitur,* De Afris, quod propriâ lege suâ utuntur, ut rebaptizent placuit, &c. *De Afris autem habetur supr. dist. 38. c.* Afros. *(quod est Gregorii primi: & reperitur in epistola Gregorii secundi ad universum clerum & plebem Turingiæ) itemq; in Synodo Felicis tertii.*

C. CX. ¶ *Baptizentur, de quibus ignoratur, an sint baptizati.*

Item Gregorius III. *Bonifacio, ep.4.*

PArvulos *b*, qui à parentibus subtracti sunt, & an baptizati sint, ignorant, hos ut baptizare debeas secundùm Patrum traditionem, si non fuerit, qui testificetur, ratio poscit.

C. CXI. ¶ *De eodem.*

Item ex Concilio Carthaginensi *c* V. *c.2.*

PLacuit *d* de infantibus, quoties non inveniuntur certissimi testes, qui eos baptizatos esse sine dubitatione testentur, neque ipsi sunt per ætatem idonei de traditis sibi sacramentis respondere, absque ullo scrupulo eos esse baptizandos: ne ista trepidatio eos faciat sacramentorum purgatione privari. Hinc etiam Legati Maurorum fratres nostri consuluerunt; quia multos tales à barbaris redimunt. Similiter 1 & de Ecclesiis, quoties super earum consecratione hæsitatur, agendum est: id est, ut sine ulla trepidatione consecrentur.

1 ¶ Similiter] *Hæc usque ad finem absunt à codice Regis hujus Concilii, cap. 72. Carthaginensi canone Gratæ, à Vuormacensi, & Burchardo. In canone autem sexta Synodi neque illa habentur, quæ præcedunt, id est,* Hinc etiam, &c.

C. CXII. ¶ *De eodem.*

Item Leo Papa *Leoni Ravennati Episcopo, epist 35. cap. 1.*

CUm *e* itaque baptismi sui nihil recorderur *1*, qui regenerationis est cupidus, nec alter attestari de eo possit, qui *f* sciat consecratum, nec ille, qui consecratur. Scimus quidem inexpiabile esse sacrum, quoties juxta hæreticorum damnata à sanctis Patribus instituta cogitur aliquis lavacrum, quod regenerandis semel tributum est, bis subire, Apostolicâ reclamante sententiâ *g:* quæ nobis unam prædicat in Trinitate deitatem, unam in fide confessionem, unum in baptismate sacramentum. Sed in hoc nihil simile formidatur: quoniam non potest in iterationis crimen venire, quod omninò factum esse nescitur. Atque ideò, quoties persona talis inciderit, solicitâ primùm examinatione discutite, & longo tempore (nisi forte supremus finis immineat) indagate, utrùm nemo penitùs sit, qui testimonio suo juvare possit ignorantiam nescientis: &

a *Burchard. l.4. cap.16. Ivo p.1. cap.200. Pannorm. l.3. cap.79.* b *Ivo p.1. c.172. Pannorm. l.1. c.20.* c *Ivo par.1. cap.133. Pannor. l.1. c.21.* d *Ivo p.1. c.134. & p.11. cap.17. Pannorm. l.1 cap.21.* e *al. Melldensi.* f *Burch. l.4. cap.13. Ivo p.1. cap.201.* g *Et in Affric. cap.13.* h *al. licerat. Ivo p.1. cap 152. Pannorm. l.1 c.21.* i *Sent.4. dist.6. Ivo p.1. c.172. Pannorm. l.1. c.14.* k *al. sancta Trinitatis.*

c *Vide Arelatense 2. c.16. & 17.* b *Pro parvulo] vid. Ivo part.1. cap.146. Pannor. l.1. cap.32.* c *& in Affric. cap.36. & in Vuormacien. 70. & in sexta Synodo, c.13.* d *Ansel. l.3. c.56. Burchard. l.4. cap.43. Ivo part.1. c.147. & 219. Pann. l.11.18.*

e *Ivo par.1. c.42.* f *al. quod.* g *al. dedrunt.*

cùm

cum constiterit hunc, qui baptismatis indiget sacramento, sola inaniter suspicione prohiberi, accedat intrepidus ad consequendam gratiam, cujus in se nullum scit esse vestigium, nec vereamur huic salutis januam aperire, quam nunquam antè docetur ingressus.

1 ¶ Nihil recordetur,] *Sic etiam Ivo, licèt cætera plenius, quam Gratianus. Integer locus hic est:* Cùm itaque baptizatum se nec ille recordetur, qui regenerationis est cupidus, nec alter attestari de eo possit, quod nesciat consecratum, nihil est, in quo peccatum possit obrepere: cum in hac parte conscientiæ suæ nec ille reus sit, qui consecratur, nec ille, qui consecrat. Scimus quidem, &c. *Verùm ob glossam, in vers.* nec ille, *non est emendatum.*

C. CXIII. ¶ *De eodem.*

Idem *epist. 90. al. 92. ad Rusticum, c. 18.*

Si *a* nulla extant indicia inter propinquos aut familiares, nulla inter Clericos, aut vicinos, quibus hi, de quibus quæritur, baptizati fuisse debeantur, agendum est, ut renascantur, ne manifestè pereant: in quibus quod non ostenditur gestum, ratio non finit, ut videatur iteratum. Qui autem possunt meminisse, quòd ad Ecclesiam veniebant cum parentibus suis, possunt recordari, an quod eorum parentibus dabatur, acceperint. Sed si hoc etiam ab eorum memoria alienum est, conferendum eis videtur, quod collatum esse nescitur: quia non temeritas intervenit præsumptionis, ubi est diligentia pietatis.

C. CXIV. ¶ *Non baptizatur cum matre, quicquid in ejus corpore est.*

Item Augustinus *contra Iulianum, libro sexto, cap. quinto.*

22 Si *b* ad matris corpus id, quod in ea concipitur, ps pertineret, ita ut ejus pars deputaretur, non baptizaretur infans, cujus mater baptizata est aliquo mortis urgente periculo, cùm eum gestaret in utero. Nunc verò, cùm etiam ipse baptizatur, non utique bis baptizatus habebitur. Non itaque ad maternum corpus, cùm esset in utero, pertinebat.

C. CXV. ¶ *Quare non baptizatur cum matre, qui in ejus utero est.*

Item Isidorus *lib. 1. sentent. de summo bono, c. 24.*

Qui *c* in maternis uteris sunt, ideò cum matre baptizari non possunt: quia qui natus adhuc secundùm Adam non est, renasci secundùm Christum non potest. Neque enim dici regeneratio in eo poterit, quem generatio non præcessit. *&* infrà. ¶ Qui *d* sceleratè vivunt in Ecclesia, & communicare non desinunt, putantes se tali communione mundari, discant, nihil ad emundationem proficere sibi.

C. CXVI. ¶ *De eodem.*

Item ex Concilio *e* Martini Bracharensis, *c. 54.*

Si *f* qua mulier prægnans desideraverit gratiam baptismi percipere, quando voluerit, habeat potestatem. Nam nihil participat in hoc mater infanti, qui nascitur: propterea, quòd uniuscujusque propria voluntas in confessione monstratur.

C. CXVII. ¶ *De his, qui ignoranter bis baptizantur.*

Item ex pœnitentiali Theodori.

23 Qui *g* bis ignoranter baptizati sunt, non indips gent pro eo pœnitere; nisi quòd secundùm canones ordinari non possunt, nisi magna aliqua necessitas cogat. Qui autem non ignari, iterùm baptizati sunt, quia quasi iterùm crucifixerunt Christum, per septem annos pœniteant quartâ, & sextâ feriâ, & tres *a* Quadragesimas jejunent *b*. Si pro vitio aliquo fecerint *c*, similiter. Si pro munditia putaverint, tribus annis similiter pœniteant.

C. CXVIII. ¶ *De his, qui ex industria bis baptizantur.*

Item Felix Papa III. *epist. 1. c. 2. & sequentibus.*

Eos *d*, quos Episcopos, Presbyteros, vel Diaconos fuisse constiterit, & seu optantes forsitan, seu coactos lavacri illius unici, salutarisque clarueri fecisse jacturam 1, usque ad exitûs sui diem in pœnitentia (si resipiscant) jacere conveniat, nec orationi non modò fidelium, sed ne catechumenorum quidem omnimodis interesse: quibus laica tantùm communio in morte est reddenda. ¶ De *e* Clericis autem, & Monachis, aut puellis Deiaut secularibus, servari præcipimus hunc tenorem, quem Nicæna Synodus circa eos, qui lapsi sunt, vel fuerint, servandum esse constituit: ut scilicet, qui nullâ necessitate, nullius rei timore aut periculo, se, ut rebaptizentur, hæreticis impie dediderunt, si tamen eos ex corde pœniteat, tribus annis inter audientes sint: septem autem annis subjaceant inter pœnitentes manibus Sacerdotum: duobus autem annis etiam oblationes modis omnibus non sinantur offerre: sed tantummodò secularibus *f* in oratione socientur, nec confundantur Deo colla submittere, qui eum non timuit abnegare. ¶ Pueris *g* autem, quibus, quòd adhuc impuberes *h* sunt, à pubertate *i* vocabulum est, seu Clericis, seu Laicis, aut etiam similibus puellis, quibus ignorantia suffragatur ætatis, aliquandiu sub manûs impositione detentis, reddenda communio est: nec eorum est expectanda pœnitentia, quos excipit à coërcitione censura.

1 ¶ Jacturam,] *Post hæc verba in originali, & apud Burchardum & Ivonem multa inseruntur, quæ omnino sunt legenda.*

C. CXIX. ¶ *Presbyteris baptizatos chrismate ungere licet.*

Item Innocentius Papa *Decentio Episcopo, epist. 1. c. 3.*

24 Presbyteris *k* (seu extra Episcopum, seu præsente ps Episcopo cùm baptizant) chrismate baptizatos ungere licet: sed quod ab Episcopo fuerit consecratum: non tamen frontem ex eodem oleo signare, quod solis debetur Episcopis, cùm tradunt Spiritum paracletum.

C. CXX. ¶ *Baptizatos in frontibus Presbyteris ungere non licet.*

Item ex regesto Gregorii *ad Ianuarium Episcopum Caralitanum, lib. 3. epist. 9.*

Presbyteri *l* baptizatos infantes signare sacro in frontibus chrismate non præsumant. Sed Presbyteri baptizatos ungant in pectore, ut Episcopi postmodùm ungere debeant in fronte.

C. CXXI. ¶ *Chrismatis* m *pannum secundò linire, & super alium baptizatum mittere licet.*

Item ex Concilio apud Belluacum.

Si quis *n* voluerit chrismate *o* pannum iterùm linire, & super alium baptizatum mittere, non est absurdum.

---

a Polyc. l. 3. tit. 10. Ansel. l. 9. c. 15. Burch. l. 4. c. 44. Ivo p. 14. 238. Pann. l. 1. cap. 94. b Ivo p. 1. c. 185. Pann. l. 1. cap. 112. c Sent. 4. dist. 6. Ivo p. 1. c. 2. 15. Pan. l. 1. c. 111. d Suprà de consecr. dist. 2. c. qui scelerati. e al. capitulo f Ex Conc. Neocæsarien. c. 6. g Burchard. l. 4. c. 51. Ivo p. 3. cap. 241. Pann. l. 1. c. 112.

a al. quatuor. b al. abstineant.] al. pœniteant. c al. fuerit. d Burch. l. 4. c. 9. Ivo p. 1. c. 253. e C. 3. f al. popularibus. g C. 4. h al. imvestes] al. imberbes. i al. puritate. k Beda in Act. Apost. cap. 8. Isidorus de offic. l. 2. c. fin. Albinus de divinis officiis, Sent. 4. dist. 7. Polyc. lib. 3. tit. 10. Burch. lib. 4. c. 60. Ivo p. 1. c. 267. & 298. Pann. l. 1. c. 16. l Sent. ibid. Burch. l. 4. c. 70. Ivo p. 1. c. 264. Pann. l. 1. c. 117. m al. chrismate. n Burch. l. 4. c. 54. Ivo p. 1. c. 288. Pann. l. 1. c. 99. o al. chrismatis.

C. CXXII. ¶ *De veteri chrismate baptisma consecrare non licet.*

Item ex Concilio Lugdunensi.

SI a quis de alio chrismate, quàm de illo novo, quod proprii Episcopi largitione vel concessione acceperit, baptizare, nisi præoccupante morte, tentaverit, pro temeritatis ausu, ipse in se suæ damnationis protulisse sententiam manifestatur.

C. CXXIII. ¶ *Non nisi à propriis Episcopis Presbyteri chrisma accipiant.*

Item ex Concilio apud Valentias. b

PResbyteri c, qui diœcesanas regunt Ecclesias, non à quibuslibet Episcopis, sed à suo, nec per minorem d Clericum, sed per seipsos, aut per illum, qui ejusdem ordinis sit, ante Paschæ solennitatem chrisma petant.

C. CXXIV. ¶ *Conficere chrisma, & per diœceses destinare omni tempore Episcopo licet.*

Item ex Concilio Martini Bracharensis, *c.* 51. & *sequentibus.*

OMni e tempore Episcopo liceat chrisma conficere, & per suas diœceses destinare, ita ut ad accipiendum chrisma Diaconus aut Subdiaconus ante diem Paschæ de singulis Ecclesiis ad Episcopum destinetur. ¶ Presbyter f præsente Episcopo non signet infantes, nisi fortè ab Episcopo fuerit illi præceptum. Non g liceat Presbytero prius Episcopo introire in baptisterium, sed cum Episcopo: nisi forte aut absens fuerit, aut ægrotus.

C. CXXV. ¶ *Qui baptizandi recipit officium, sine chrismate proficisci non debet.*

Item ex Concilio Arausicano, *c.* 1.

NUllus h ministrorum, qui baptizandi recipit officium, sine chrismate usquam debet progredi: quia inter nos placuit semel in baptismate chrismari. De eo autem, qui in baptismate, quâcunque necessitate faciente, chrismatus non fuerit, in confirmatione Sacerdos 1 commonebitur. Nam inter nos chrismatis ipsius non nisi una benedictio est. Non præjudicantes i cuiquam hoc dicimus, sed ut necessaria 2 habeatur chrismatio.

1 ¶ Sacerdos commonebitur.] *Apud Burchardum & Ivonem (qui hic caput concludunt, quod citant ex Vasensi, c.* 5.) *sic legitur*, in confirmatione Sacerdotis perficietur: *aut, ut Ivo*, perficiatur.

2 ¶ Ut necessaria] *Varietas insignis est in editione Conciliorum Coloniensi trium tomorum. Nam & isto modo legitur, & hoc*, non necessaria habeatur rechrismatio: *&*, non necessaria habeatur chrismatio repetita: *&*, necessaria habeatur chrismatio repetita, *qua sola lectio retenta est in editione quatuor tomorum.*

C. CXXVI. ¶ *Antequam chrisma infundatur, ad aspergendum aquam de fonte accipere licet.*

Item Capitularium *lib.* 6. *c.* 77.

IN Sabbatho k sancto Paschæ, vel Pentecostes, si quis velit aquam consecratam ad aspersionem in domo sua recipere, ante chrismatis infusionem recipiat.

C. CXXVII. ¶ *Unde aspersionis sanctificatio exordium sumpserit.*

Item Cyprianus *lib.* 4. *epist.* 7. *ad Magnum.*

NEc quenquam movere debet, quòd aspergi, vel perfundi jubentur a ægri, cùm gratiam Dominicam consequuntur: quando Scriptura sancta per Ezechielem b Prophetam loquatur, & dicat: [*Aspergam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus immunditiis vestris, & ab omnibus simulachris vestris: & mundabo vos, & dabo vobis cor novum, & spiritum novum dabo in vobis.*] Item in c Numeris. [*Qui tetigerit cadaver* 1 *hominis, & propter hoc septem diebus fuerit immundus, aspergatur de hac aqua die tertio, & septimo, & sic mundabitur.*] Item. [*Si fida Trinitate mundatus non fuerit, in resurrectione* 2 *apud sanctorum collegium immundus erit. Si die tertio aspersus non fuerit, septimo non poterit emundari. Omnis, qui tetigerit humanæ animæ vestimentum, & aspersus ex hac commistione non fuerit, polluit tabernaculum Domini, & peribit ex Israël: quia, qui aquâ aspersus non est expiationis, immundus erit, & manebit sporcitia ejus super eum.*] & iterùm. [*Et locutus est Dominus ad Moysen, dicens: d Accipe Levitas de medio filiorum Israël, & purificabis eos, & sic facies eis purificationem eorum, circumsperges eos aquâ purificationis.*] & iterùm. [*Aqua aspersionis purificatio est.*] Unde apparet aspersionem quoque aquæ, instar salutaris lavacri obtinere, & quando hæc in Ecclesia fiunt, ubi fit & accipientis & dantis fides, integra stare omnia, & consummari at perfici posse Domini majestate, & fidei veritate. *& infrà.*

¶ Spiritus verò sanctus non dimensuratur e, sed super credentem totus infunditur. Nam si dies omnibus æqualiter nascitur, & si sol super omnes pari & æquali luce diffunditur: quantò magis Christus sol & dies verus in Ecclesia sua lumen vitæ æternæ pari æqualitate largitur? Cujus æqualitatis sacramentum videmus in Exodo f esse celebratum, cùm de cœlo manna defluxeret, & futurorum præfiguratione alimentum panis cœlestis, & cibum Christi venientis ostenderet. Illic enim sine discrimine vel sexûs, vel ætatis Gomor singulis æqualiter colligebatur. Unde apparebat Christi indulgentiam, & cœlestem gratiam postmodùm secuturam æqualiter omnibus dividi: sine sexûs varietate, sine annorum discrimine, sine acceptione personæ, super omnem Dei populum spiritualis gratiæ munus infundi. Planè eadem gratia spiritualis, quæ æqualiter in baptismo à credentibus sumitur, in conversatione atq; actu nostro postmodùm vel minuitur, vel augetur, ut in Evangelio g Dominicum semen æqualiter seminatur: sed pro varietate terræ aliud absumitur, aliud in multiformem copiam vel trigesimi, vel sexagesimi, vel centesimi numeri fructu exuberante cumulatur. *& paulò pòst.* ¶ Quòd si aliquis in illo movetur, quòd quidam ex his, qui ægri baptizantur, spiritibus adhuc immundis teneantur 3, sciat diaboli nequitiam pertinacem usque ad aquam salutarem valere: in baptismo verò omnis h nequitiæ suæ vires amittere. Quod exemplum cernimus i in Rege Pharaone: qui diu reluctatus, & in sua perfidia demoratus, tamdiu resistere potuit, & prævalere, donec ad aquam veniret: quò cùm venisset, & victus est, & extinctus. Mare autem illud, sacramentum baptismi fuisse declarat beatus Apostolus Paulus, k dicens: [*Nolo enim vos ignorare, fratres, quia patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes per mare transierunt, & omnes in Moyse baptizati sunt in nube, & in mari.*] & addidit dicens: [*Hæc autem omnia, figura nostra fuerunt.*] Quod hodie etiam geritur, ut per exorcistas voce humanâ, & potestate divinâ flagelletur, & uratur, & torqueatur diabolus: & cùm exire se, & homines Dei l dimittere sæpè dicat, in eo tamen, quod dixerit, fallat, & id, quod per Pharaonem priùs gestum est, eodem modo m obstinationis & fraudis exerceat. Cùm tamen ad aquam Dei salutarem, atque ad baptismi sanctificationem venitur, scire debemus, &

a *Burch. l.* 4. *c.* 72. *Ivo p.* 1. *c.* 266. *Pann. l.* 1. *c.* 100. b *In Valensi Concil. c.* 3. *supr. dist.* 95. *c. Presbyteris primò.* c *Burchard. l.* 4. *c.* 76. *Ivo par.* 1. *c.* 270. *Pann. l.* 1. *c.* 101. d *al. juniorem.* e *Vide Meldense c.* 46. f *Sup. dist.* 95. *c. Presbyter. C.* 52. g *Dist.* 95. *c. non oportet. C.* 53. h *Burch. l.* 4. *c.* 73. *Ivo par.* 1. *c.* 267. i *Ut præjudicans quæ quam dicat:* k *Ivo part.* 1. *cap.* 112. *Panorm. lib.* 1. *cap.* 102.

a *al. videntur.* b *Ezech.* 36. c *Numer.* 19. d *Numer.* 8. e *de mensura datur,* vera lectio. f *Exod.* 16. g *Matth.* 13. h *omne*] *erig.* i *Exod.* 14. k 1. *Cor.* 10. l *al. Deo.* m *al. mandacio.*

Fideze

fidere: quia illic diabolus opprimitur, & homo Deo dicatus divinâ indulgentiâ liberatur.

1 ¶ Qui tetigerit] *Hactenus ad vers.* Et locutus est: *alia verba à B. Cypriano expenduntur, ex quo quidem in cæteris hujus capitis partibus multa sunt emendata.*

2 ¶ In resurrectione] *Hujus sententiæ sunt quædam vestigia in glossis interlinearis ad istum Numerorum locum.*

3 ¶ Teneantur.] *In originali impressum est,* tentantur: *sed in quibusdam manuscriptis,* tentabantur. *Hoc enim sibi vult B. Cyprianus, dum adhibentur solemnitates præcedentes baptismum, tentari adhuc homines posse ab immundis spiritibus, desinere autem tentationem in absolutione baptismi, id est, in aqua salutari. Sic enim ab ipso nunc usurpatur vox,* baptizantur, *ac sæpè à Philosophis usurpari solet vox,* generari, *nomirum pro alteratione præcedente eductionem & prioritatis formæ.*

C. CXXVIII. ¶ *De his, qui usq; ad exitum vitæ susceptæ baptismatis differunt.*

Item Joannes Chrysostomus *in epistolam ad Hebræos, homil. 13. ad c. 7.*

25 QUando quis propterea peccat, ut sanctum baptisma in novissima sua expiratione suscipiat, fortassis non adipiscitur. Et credite mihi, non terrens vos dico, quod dicturus sum. Multos novi, qui hoc passi sunt, qui ipse baptismatis multa peccabant, circa diem autem mortis discesserunt vacui. Deus enim propter hoc baptisma tribuit, ut solvat peccata, non ut addat 1. Si verò quis ad hoc utitur baptismate, ut ampliora delinquat, ipsum sit negligentiæ causâ.

1 ¶ Non ut addat.] *In editione Veronensi mendosè est,* ἵνα αὐξήσῃ: *corrigendumq; ex manuscriptis,* οὐχ ἵνα αὐξήσῃ.

C. CXXIX. ¶ *Parvulis baptizatis parentum non nocet perfidia.*

Item Augustinus *ad Bonifacium, epist. 23.*

26 QUæris *a* à me, utrùm parentes baptizatis parvulis suis noceant, cùm eos dæmoniorum sacrificiis sanare conantur: & si non nocent, quomodo eis prosit, cùm baptizantur, parentum fides, quorum eis non potest obesse perfidia? Ubi respondeo, tantam illius sacramenti, hoc est, baptismi salutaris esse virtutem in sancta compage corporis Christi, ut semel 1 regeneratus per aliorum voluntatem, deinceps non possit vinculo alienæ iniquitatis obstringi, cui nullâ suâ voluntate consensit. [*Et anima enim patris mea est*, inquit, *& anima filii mea est.*] *& iterum.* b ¶ [*Anima quæ peccaverit, ipsa morietur.*] Non autem peccat ipsa, cùm parentes ei nescienti, vel quilibet alius adhibet sacrilegia dæmoniorum. Sed ideò ex Adam traxit, quod sacramenti illius gratia solveretur: quia nondum erat anima separatim vivens, id est, altera anima, de qua diceretur, [*Et anima patris mea est, & anima filii mea est.*] Jam *c* itaque dicit, quòd cùm homo in seipso est ab eo, qui genuit, alter effectus, peccato alterius sine sua conscientia *d* non tenetur obnoxius. *& infrà.* ¶ Quomodo *e* itaque in parvulum majores peccant offerentes eum, atque obligare conantes dæmonum sacrilegis vinculis? non est anima utrorumque communis, ut etiam culpam possint habere communem. Non enim sic communicatur culpa per alterius voluntatem, quemadmodùm communicatur gratia per Sancti Spiritûs unitatem. *Item paulo superius.* ¶ Regenerans ergo Spiritus in majoribus offerentibus, & parvulo oblato, renatoque communis est. Ideò per hanc societatem unius ejusdemque Spiritus prodest offerentium voluntas parvulo oblato. *& infrà.* ¶ Potest enim & in hoc, & in illo homine esse unus Spiritus Sanctus, etiamsi se invicem nesciant, per quem sit *a* utriusq; gratia communis: non autem potest spiritus unus esse hominis hujus, & illius, per quem peccante altero, & altero non peccante, sit tamen culpa communis. Ac per hoc potest parvulus semel ex parentum carne generatus, Dei Spiritu regenerari, ut ex *b* illis obligatio contracta solvatur. Non potest autem semel Dei Spiritu regeneratus, ex parentum carne regenerari, ut obligatio, quæ soluta est, iterùm contrahatur. Et ideo semel perceptam parvulus Christi gratiam non amittit, nisi propriâ impietate. *& paulo post.* ¶ Veruntamen rectè dicuntur parentes, vel quicunque majores, filios, seu quoslibet parvulos baptizatos dæmoniorum sacrilegiis obligare conantes, spiritualiter homicidæ. Nam in illis quidem interfectionem non faciunt; sed quantum in ipsis est, interfectores fiunt: rectèque illis dicitur, quando ab hoc scelere prohibentur, nolite occidere parvulos vestros. Dicit enim & Apostolus: *c* [*Spiritum nolite extinguere:*] non quia illic extingui potest; sed quantum in ipsis est, extinctores ejus meritò dicuntur, qui sic agunt, ut extinctum velint. Nec illud te moveat, &c. *& infrà.* ¶ Celebrantur enim per eos necessaria ministeria. *& infrà.* ¶ Offeruntur *d* quippe parvuli ad percipiendam spiritalem gratiam non tam ab eis, quorum gestantur manibus, (quamvis & ab ipsis, si & ipsi boni fideles sunt) quàm ab universa societate sanctorum atque fidelium. Ab omnibus namque offerri rectè intelligitur, quibus placet, quòd offeruntur, & quorum sanctâ, atque individuâ charitate ad communicationem Sancti Spiritûs adjuvantur. Tota hoc ergò mater Ecclesia, quæ in sanctis est, facit: quia tota omnes, tota singulos parit. *Item infrà.* ¶ Difficillimam sanè quæstionem tibi proposuisse visus es in extremo inquisitionis tuæ, eâ videlicet intentione, quâ soles vehementer cavere mendacium. Si constituam, inquis, ante te parvulum, & interrogem, utrùm, cùm creverit, futurus sit castus, vel fur, vel non sit futurus, sine dubio respondebis, nescio: & utrùm in eadem parvula ætate constitutus cogitet aliquid boni vel mali, dices, nescio. Si itaque de moribus ejus futuris nihil audes certi promittere, & de ejus præsenti cogitatione, quid est aliud *e*, quàm quando ad baptismum offeruntur, pro eis parentes, tanquam fidei auctores *f*, respondent, & dicunt illos facere, quod illa ætas cogitare non potest, aut si potest, occultum est? Interrogamus enim eos, à quibus offeruntur, & dicimus: Credit in Deum? de illa ætate, quæ utrùm sit Deus, ignorat. Respondent: Credit, & ad cætera sic respondetur singula, quæ quæruntur *g*. Unde miror parentes in istis rebus tam fidenter pro parvulo respondere, ut dicant eum tanta bona facere, quæ ad horam, quâ baptizatur, baptizator interrogat: tamen eâdem horâ, si subjiciam, erit castus, qui baptizatur, aut non erit fur? nescio, utrùm audeat dicere aliquis, aliquid horum erit, aut non erit: sicut mihi sine dubitatione respondet, quòd credat in Deum, & quòd se convertat ad Deum. *& infrà.* ¶ Ecce *h* facio, quantum possum, Dominus adjuvet, ut quod postulas, possim. Nempe sæpè ita loquimur, ut Pascha propinquante dicamus crastinam, vel perdissenam *i*, vel perendissenam esse Domini passionem: cùm ille ante tam multos annos passus sit; nec omninò, nisi semel, ipsa passio facta sit. Nempe ipso die Dominico dicimus, hodie Dominus resurrexit: cùm ex quo resurrexit, tot anni transierunt. Cur nemo tam ineptus est, ut nos ita loquentes arguat esse mentitos? nisi quia istos dies

a *Polyc. l. 3. tit. 10. Anselm. l. 9. c. 41.* b *Ezech. 18.* c *Iam itaque cum homo*] *vera lectio.* d *consensione*] *vera lectio.* e *Quando autem*] *vera lectio, & sua nota interrogationis.*

a *al. sit.* b *al. & illius.* c *1. Thess. 5.* d *Sup. câd. nec illud 33.* e *illud, quod quando*] *vera lectio.* f *al. doctores, al. fides doctores spondent.* g *al. geruntur.* h *Ivo p. 2. c. 140.* i *vel perendinam esse,*] *vera lectio.*

secundùm illorum, quibus hæc gesta sunt, similitudinem nuncupamus: ut dicatur ipse dies, qui non est ipse, sed revolutione temporis, similis ejus: & dicatur illo die fieri propter sacramenti celebrationem, quod non illo, sed jam olim factum est. *& infrà.* ¶ Itaque parvulum *a*, &c. *& infrà.* ¶ Cùm autem homo sapere cœperit, non illud sacramentum repetit, sed intelligit: ejusque veritati consonà etiam voluntate coaptabitur. Hoc quamdiu non potest, valebit sacramentum ad ejus tutelam adversùs contrarias potestates: & tantum valebit, ut si ante rationis usum ex hac vita emigraverit, per ipsum sacramentum commendante Ecclesiæ charitate, ab illa condemnatione, quæ per unum hominem intravit in mundum, Christiano adjutorio liberetur. Hoc qui non credit, & fieri non posse arbitratur, profectò infidelis est, etsi habeat fidei sacramentum, longeque melior est ille parvulus, qui etiamsi fidem nondum habeat in cogitatione *b*, non ei tamen obicem contrariæ cogitationis opponit, unde sacramentum ejus salubriter percipit.

1 ¶ Semel regeneratus] *Plenius apud B. Augustinum*, ut semel regeneratus per carnalem voluptatem, cùm semel regeneratus fuerit per aliorum spiritualem voluntatem, &c. *Multa verò in hoc capite emendata sunt, ubi per glossam lucuit. Suna autem sententia ipsa à collectore arbitratu suo transposita.*

C. CXXX. ¶ *Aliorum fides in baptismo parvulos salvat.*

Item *Bare facio contra duas epistolas Pelagianorum, l. 1. c. 22.*

IN Ecclesia *c* Salvatoris per alios parvuli credunt, sicut ex aliis ea, quæ illis in baptismo remittuntur, peccata traxerunt: nec illud cogitetis 1, eos vitam habere non posse, qui fuerint expertes corporis & sanguinis Christi, dicente ipso: [*Nisi* d *manducaveritis carnem meam, &c.*]

1 ¶ Cogitetis,] *Non est mutatum ob glossam. Sed in vetustis codicibus, & originali est*, cogitatis, *pendentq; hæc omnia ex superioribus: quare integer locus perlegendus.*

C. CXXXI. ¶ *Corpore & sanguine Christi participat, qui per baptisma membrum ejus efficitur.*

Idem.

NUlli est aliquatenus *e* ambigendum, tunc unumquemque fidelium corporis, sanguinisque Dominici participem fieri, quando in baptismate membrum Christi efficitur, nec alienari ab illius panis, calicisq; consortio, etiamsi, antequam panem illum comedat, & calicem bibat, de hoc seculo in unitate corporis Christi constitutus abscedat. Sacramenti quippe illius participatione, ac beneficio non privatur, quando ipse hoc *f*, quod illud sacramentum 1 est, invenit *f*.

1 ¶ Sacramentum est,] *Apud Bedam (nam originale non est inventum) legitur*, sacramentum significat, invenit *g. ut suprà dist. 2.* Quia passus. *vers.* Nulli. *& ita interpretatur nunc auctor glossa verbum*, est.

C. CXXXII. ¶ *Quare sit baptizandus, qui de baptizato nascitur.*

Idem *de peccatorum merit. & remiss. & baptismo parvulorum, lib. 2. c. 25. & 26.*

27 SI *h* baptizata est caro Christi, quæ sine peccato 28 erat, propter exemplum imitationis: quantò magis baptizanda est caro mortis propter evitandum judicium damnationis? Sicut verò in tempore circumcisionis, qui de circumciso nascebatur, fuit circumcidendus: sic nunc, qui de baptizato nascitur, erit baptizandus. ¶ Sacramentum *a* enim baptismi, sacramentum est regenerationis. Quare sicut qui non vixerit, mori non potest: ita qui natus non fuerit, renasci non potest. Ex quo conficitur, neminem in suo parente renasci potuisse non natum. Et quamvis parenti post conversionem propria peccata non obsint, tamen illis obsunt, qui ab eo generantur. Parenti propter hoc non obsunt, quia renatus est: illis autem, qui de illo nati sunt, nisi eodem modo renascantur, quæ à parente contracta sunt, obsunt: quia etiam innovatus Pater non de novitate, sed de reliquiis vetustatis carnaliter gignit: & filii ex parentum reliqua vetustate in peccati carne propagati, damnationem sacramento regenerationis evadunt.

¶ *Hoc etiam caput confectum est ex verbis B. Augustini, collectoris tamen arbitratu & immutatis, & transpositis, & in summam redactis. Quod in multis sequentibus capitulis ita fit, ut necessarium omnino sit ad ipsum adire auctorem. Quare pauca emendata sunt, (& ea quidem ex vetustis fere Gratiana exemplaribus) quæ scilicet sensum valdè obscurabant, nec glossa obstabat.*

C. CXXXIII. ¶ *In baptismate omnia peccata moriuntur.*

Item in Enchiridio, *c. 11.*

UT ostenderet Apostolus nos mortuos esse peccato: [*An* b *ignoratis*, inquit, *quicunque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus?*] Si ergò hinc ostendimur mortui esse peccato, quia in morte Christi baptizati sumus, profectò & parvuli, qui baptizantur in Christo, peccato moriuntur, quia in morte ipsius baptizantur. Nullo enim excepto dictum est, [*Quicunque enim baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus:*] & ideò dictum est, ut probaretur mortuos nos esse peccato. Cui autem peccato parvuli renascendo moriuntur, nisi quod nascendo traxerunt? Ac per hoc etiam ad ipsos pertinet, quod sequitur: *c* [*Consepulti enim sumus illi per baptismum in mortem.*] *& infrà.* ¶ Baptizatis itaque in morte Christi, in qua non solùm majores, verùm etiam parvuli baptizantur, ait: *d* [*Sic vos existimate mortuos quidem esse peccato, viventes autem Deo in Christo Iesu.*]

C. CXXXIV. ¶ *Sicut nulli baptismus negatur, ita nemo est, qui non peccato moriatur.*

Item in eodem, *c. 43.*

A Parvulo *e* recens nato usque ad decrepitum senem, sicut nullus prohibendus est à baptismo, ita nullus est, qui non peccato moriatur in baptismo. Sed parvuli tantùm originali, majores autem etiam omnibus iis moriuntur peccatis, quæ malè vivendo addiderunt ad illud, quod nascendo traxerunt.

C. CXXXV. ¶ *In baptismo Ioannis non erat peccati remissio.*

Item in eodem, *cap. 47.*

NOn regenerabuntur *f*, qui baptismo Joannis baptizabantur: *g* Sed quodam præcursorio illius ministerio, qui dicebat: [*Parate* h *viam Domino,*] huic uni, in quo solo renasci poterant, parabantur. Hujus enim baptismus est non in aqua tantùm, sicut fuit Joannis, verùm etiam in Spiritu Sancto, ut de illo 1 spiritu regeneretur, quisquis in Christum credit, de quo Christus regeneratus regenerationem *i* non cognovit. *& paulo inferiùs.* ¶ In aqua baptizari voluit à Joanne, non ut ejus iniquitas ulla diluereretur, sed ut magna commenda-

a *supr. eâd. nihil est aliud. 76.* b *al. cognitione.* c *Beda ad c. 16. Mares. Ansel. l. 9. c. 43.* d *Ioan. 6.* e *Beda 1. Cor. 10. ad vers.* [*Calix benedictionis.*] *sup. dist. 2. c. quia passus. §. nulli.* f *al. inveniuntur.* g *al. invenitur.* h *Sent. 4. dist. 9. Polyc. l. 3. tit. 16. ex Innocentio. Ansel. l. 9. c. 23. Ivo p. 2. c. 2.*

a *C. 26.* b *Rom. 6.* c *Ibidem.* d *Ibidem.* e *Sentent. 4. dist. 4. Ivo p. 17. c. 4.* f *renascebantur,*] *orig.* g *Aug. addit.*] *à quo & ipse baptizatus est.* h *Isa. 40. Marc. 1.* i *regeneratione non egust.*] *orig.*

humanitas a. Ita quippe nihil in eo baptismus habuit, quod ablueret, sicut mors nihil, quod puniret, invenit.

1 ¶ Ut de illo Spiritu] *Restitutus est ex B. Augustino hic locus, in quo glossa non impediebat. Antea legebatur:* Ut de illo regeneraretur, si quis in Christum credidezit, de illo Christus generatur, qui regenerationem, &c.

C. CXXXVI. ¶ *Non solùm originale, sed etiam actualia peccata remittuntur in baptismate.*

Idem *de baptismo parvulorum, sive de peccat. mer. l. 1 c 15. & 16.*

REgenerante 1 autem carne tantummodò contrahitur peccatum originale: regenerante autem Spiritu non solùm originalium, sed etiam voluntariorum fit remissio peccatorum. Proinde rectè potest dici, parvulos sine baptismo de corpore exeuntes in damnatione omnium mitissima futuros. Multùm autem fallit & fallitur, qui eos in damnatione prædicat non futuros, dicente Apostolo: b [*Per unius delictum in omnes homines ad condemnationem*, &c.]

1 ¶ Regenerante autem] *Declarans B. Augustinus, cur ab Apostolo dictum sit:* Sic & gratia regnet per justitiam in vitam æternam per Jesum Christum Dominum nostrum, *hæc asserebat:* Quia generante carne illud tantummodò trahitur, quod est originale peccatum. Regenerante autem Spiritu non solùm originalis, sed etiam voluntariorum fit remissio peccatorum.

C. CXXXVII. ¶ *Quicunque ex concupiscentia nascitur, per baptismum regeneratur.*

Idem c *in eodem, c. 16.*

QUisquis ex concupiscentia carnis, & lege peccati & mortis carnaliter generatur, regenerari spiritaliter opus habet, ut non solùm ad regnum Dei perducatur, verùm etiam à peccati damnatione liberetur. Sicut enim per primum hominem in peccato & morte nascuntur, sic etiam per Christum in justitia & vita æterna in baptismo renascuntur.

C. CXXXVIII. ¶ *Offerentium fides parvulos facit fideles.*

Idem *in* d *eodem libro, c. 19.*

PArvuli, fideles rectè vocantur, quia fidem per verba gestantium quodammodò profitentur: & per eorundem verba diabolo, & mundo abrenuntiant. Et hoc fit vi sacramenti & divinæ gratiæ, quam Dominus donavit Ecclesiæ. Parvulus autem, qui baptizatur, si ad annos rationales veniens non crediderit, nec ab illicitis abstinuerit, nihil ei prodest, quod parvulus accepit.

C. CXXXIX. ¶ *De eodem.*

Item Augustinus *in eodem libro 1. de meritis & remissione peccatorum, c. 25. & 29.*

MAter Ecclesia os maternum parvulis præstat, ut sacris mysteriis imbuantur: quia nondum e possunt corde proprio credere ad justitiam, nec ore proprio confiteri ad salutem. Nec ideò tamen eos quisquam fidelium fideles f appellare cunctatur: quod à credendo utique nomen est: quamvis hoc non ipsi, sed alii pro eis inter sacramenta responderint. Si autem propterea rectè fideles vocantur, quoniam fidem per verba gestantium quodammodò profitentur, cur etiam non priùs pœnitentes habeantur, cùm per eorundem verba gestantium, diabolo, & huic sæculo renuntiare monstrantur?

C. CXL. ¶ *Charitas Ecclesiæ peccata dimittit, vel tenet.*

Idem *in tractatu 121. ad cap. 20.* a *Ioannis.*

ECclesiæ charitas, quæ b per Spiritum Sanctum diffunditur in cordibus eorum, qui participes sunt, peccata dimittit: eorum, qui non sunt, tenet.

C. CXLI. ¶ *Solus Christus peccata dimittit.*

Idem c *de peccatorum meritis, & remiss. libr. 1. cap. 23.*

NEmo d tollit peccata, nisi solus Christus, qui est agnus tollens peccata mundi. *& infrà.* ¶ Tollit autem & dimittendo, quæ facta sunt (ubi originale continetur) & adjuvando, ne fiant, & perducendo ad vitam, ubi fieri omninò non possunt.

C. CXLII. ¶ *Præter baptismum Christi parvulis nulla salus promittitur.*

Idem *ibidem, & cap. 25.*

NUlla e præter baptismum Christi salus promittitur infantibus: quia infantes, si per sacramentum, quod ad hoc est divinitùs institutum, in credentium numerum non transeant, profectò in tenebris manent.

C. CXLIII. ¶ *Baptizati in Christo incorporantur, & ejus membra fiunt.*

Idem f *ibidem, cap. 26.*

AD hoc baptismus valet, ut baptizati Christo incorporentur, & membra ejus habeantur, & consepeliantur: & oblati per sacramentum, charitatemque fidelium reconcilientur Deo: ut in illo vivi, salvi, liberati, redempti, illuminati fiant.

C. CXLIV.

Idem *ibidem, cap. 27.*

QUis autem nesciat, credere esse infantibus baptizari? non credere autem, non baptizari?

C. CXLV. ¶ *Gratia non solùm peccata dimittit, sed etiam legem implere facit.*

Idem g *de gratia, & libero arbitrio, ad Valentinum, c. 14.*

GRatia, quæ per Christum datur, non solùm peccatorum remissionem facit, sed etiam, ut lex impleatur, ut natura liberetur, ne peccatum dominetur: Spiritus etiam gratiæ dat fidem, quæ etiam non petita à Deo conceditur, ut homini petenti & alia concedantur. Nam h fides non est liberi arbitrii tantùm, sed donum Dei.

C. CXLVI. ¶ *Vetus infirmitas in baptismo non penitùs absumitur, sed vires amittit.*

Idem *de baptismo parvulorum, sive de peccat. mer. & remiss. lib. 2. c. 7.*

28 NOn ex quo quisque baptizatur, omnis vetus infirmitas in eo ablumitur. Sed renovatio incipit à i remissione omnium peccatorum, & intelligentia, & operatione spiritualium. Cætera verò in spe facta sunt, donec etiam in re fiant: quod erit in resurrectione. Nam in baptismo, quamvis plena fiat remissio peccatorum, nondum tamen plena est novitas, & perfecta mutatio: quia adhuc remanet corruptio non solùm in corpore, sed etiam in animo, qui est homo interior: in quo si perfecta esset novitas, non diceret Apostolus i, quòd renovatur de die in diem. *Item eodem libro, cap. 27.* ¶ Hoc meminisse debemus tantummodò, omnium peccatorum plenam, perfectamque remissionem baptismo fieri, hominem verò non totum commutari continuò; sed in benè proficientibus de die in diem novitate crescente commutari, quod vetustum & carnale est: donec

---

a *Humilitas.*] *orig.* b *Rom 5.* c *Sententia petita, quam verba.* d *Summa verborum B. Augustini. infrà c. prox. verba ipsa.* e *Rom. 10.* f *Supr. cap. proxime.*

a *Glossa ordin. ibi. Ex Aug. ad verf.* [*quarum remiseritis.*] *& Beda ibid. Sent. 4. dist. 18.* b *Rom 5.* c *Beda in c. 3. 1 Ioannis. & gl. ibid.* d *Ioann. 1.* e *Sent. 4. dist. 18. Summa verborum.* f *Per epitomam.* g *Per epitomam.* h *Eph. 2.* i *2. Cor. 4.*

ita renovetur, ut animalis infirmitas corporis, ad firmitatem spiritualem, incorruptamq; perveniat. *& cap. 21.* ¶ Hæc autem lex peccati, de qua dicit Apostolus *a*: [*Non regnet peccatum in vestro mortali corpore:*] non sic manet in membris eorum, qui renati sunt, tanquam non sit ejus facta remissio, ubi omninò plena & perfecta sit remissio peccatorum, omnibus inimicis interfectis, quibus separabamur à Deo: sed manet in vetustate carnis tanquam superatum & peremptum, si non illicitis consensionibus quodammodò revivisçat, & in regnum proprium, dominationemq; revocetur. Ab hac autem vetustate carnis (in qua est lex ista peccati, vel peccatum jam remissum) usq; adeò Spiritûs vita discernitur, in cujus novitate baptizati per Dei gratiam renascuntur, ut tales etiam in præsenti non solùm non in peccato, sed etiam nec in carne esse dicantur, cujus desideria non sequuntur, sed in Spiritu. Ipsâ verò carne corruptibili benè utitur, qui membra ejus ad benè operandum convertit, non secundùm desideria carnis vivens lege peccati, quod licèt jam remissum est, in vetustate tamen carnis manet: quâ benè utuntur fideles conjugati, qui ex eo, quòd sunt in Christi novitate, dominari sibi libidinem non patiuntur: ex eo autem, quod adhuc trahunt Adæ vetustatem, regenerandos immortaliter filios, mortaliter generant, cum ea propagine peccati, quâ renati obnoxii non tenentur, & qui nascuntur, renascendo solvuntur. *Item paulo inferius.* ¶ Sicut facta, & dicta, & cogitata iniqua animæ 2 & corpori pertinent, licèt autem quantùm ad motus jam præterierunt, & non sunt, eis tamen præteritis reatus eorum manet, nisi peccatum per remissionem solvatur: sic contrà in hac non jam præterita, sed adhuc manente lege concupiscentiæ reatus ejus solvitur: & non erit, cùm fiat in baptismo plena remissio peccatorum.

¶ *Quòd de multis capitibus jam significatum est, ex locis B. Augustini esse confecta, sed aliter dispositis, & in summam collectis, id in hoc potissimùm capite apparet: in quo tamen non pauca sunt & emendata, & addita.*

1 ¶ A remissione] *Anteà legebatur,* ad remissionem, &c. *Emendatum est ex plerisque vetustis exemplaribus, & originali.*

2 ¶ Animæ & corpori] *In originali est*, quantùm ad ipsos motus animi & corporis pertinet, jam præterierunt, & non sunt: eis tamen præteritis, & non jam existentibus, reatus eorum manet, &c. *Sed ob glossam non est emendatum.*

C. CXLVII. ¶ *Discipuli Christi ejus baptismate credentur abluti.*

Idem *in epistola 108. ad Seleucianam.*

20 QUando ab *b* Hierosolymis exiit Jesus cum discipulis suis in Judæam terram, & illic morabatur cum eis, baptizabat non per seipsum, sed per discipulos suos: quos intelligimus jam fuisse baptizatos, sive baptismo Joannis (sicut nonnulli arbitrantur:) sive (quod magis credibile est) baptismo Christi. *Item ibidem.* ¶ Respondit *c* Dominus Petro: [*Qui lotus est, non indiget, nisi ut pedes lavet, sed est mundus totus.*] Ubi intelligitur, quòd jam Petrus baptizatus fuerat.

C. CXLVIII. ¶ *Apostoli omnes Christi baptismate baptizati creduntur.*

Item *ad Vincentium & Victorem, lib. 3. de anima, & ejus origine, c. 9.*

SId eos, de quibus non scriptum est, utrùm fuerint baptizati, sine baptismo de hac vita recessisse contendimus, ipsis calumniamur Apostolis: qui præter *e* Apostolum Paulum, quando baptizati fuerint, ignoramus. Sed ipsos baptizatos esse per hoc nobis innotescere potuit, quod beato Petro Apostolo Dominus ait: [*Qui a lotus est, non indiget, nisi ut pedes lavet.*]

C. CXLIX. ¶ *Catechumenus catholicus hæretico baptizato præfertur.*

Idem *lib. b 4. de baptismo, contra Donatistas, cap. 22.*

30 NOn dubito Catechumenum catholicum divinâ charitate flagrantem hæretico baptizato anteponere: sed etiam in ipsa intus catholica, bonum Catechumenum malo baptizato anteponimus. Nec ideò tamen sacramento baptismi, quo iste nondum, ille jam imbutus est, facimus injuriam. *& paulò pòst.* ¶ Melior enim *c* Centurio Cornelius nondum baptizatus Simone baptizato. Iste enim & ante baptismum Sancto Spiritu repletus est: ille & post baptismum immundo spiritu inflatus est. Veruntamen Cornelius, si etiam Spiritu Sancto jam accepto baptizari noluisset, contempti tanti sacramenti reus fieret. *& infrà.* ¶ Sicut autem bono Catechumeno baptismus deest ad capessendum regnum cœlorum, sic malo baptizato vera conversio. Qui enim dixit: [*Nisi d quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto, non introibit in regnum cœlorum:*] ipse etiam dixit: [*Nisi e abundaverit justitia vestra plusquam Scribarum & Pharisæorum, non introibitis in regnum cœlorum.*]

C. CL. ¶ *Non tam ablutione corporis, quàm fide cordis baptismus constat.*

Item *in libro sententiarum Prosperi* f.

VEtus *g* baptismus constat non tam ablutione corporis, quàm fide cordis: quemadmodum Apostolica doctrina tradidit, dicens: *h* [*Fide mundans corda eorum.*] & alibi: [*Salvos i facit baptisma, non carnis depositio sordium, sed conscientia bona interrogatio in Deum.*]

C. CLI. ¶ *Sicut in Veteri Testamento quidam spirituales, ita in Novo quidam carnales inveniuntur.*

Item Augustinus *libro primo de baptismo, cap. 11.*

SIcut in sacramentis Veteris Testamenti vivebant quidam spiritales, ad Novum scilicet Testamentum, quod tunc occultabatur, occultè pertinentes, sic & nunc in sacramentis *k* Novi Testamenti, quod jam revelatum est, plerique vivunt animales: qui proficere si nolunt ad percipienda, quæ sunt Spiritûs Dei, quò eos hortatur sermo Apostolicus *l*, ad Vetus Testamentum pertinebunt. Si autem proficiunt, & antequam capiant baptismum *m*, ipso profectu & accessu ad Novum pertinent: & si priusquam spiritales fiant, ex hac vita rapiantur, custoditi per sacramenti sanctitatem in terra viventium computantur, ubi est spes nostra, & portio Dominus. Nec invenio, quid verius intelligatur in eo, quod scriptum est: [*Imperfectum n meum viderunt oculi tui:*] quandoquidem sequitur, [*Et o in libro tuo omnes scribentur.*] *Item lib. 3. cap. 14.* ¶ Non interest, cùm de sacramenti integritate & sanctitate tractatur, quid credat, & quali fide imbutus sit ille, qui accipit sacramentum. Interest quidem plurimùm ad salutis viam: sed ad sacramenti quæstionem nihil interest. *Item infrà.* ¶ Manifestum est fieri posse, ut fide non integrâ integrum in quoquam maneat sacramentum baptismi. *Item cap. 15.* ¶ Si possent singuli diligenter interrogari, tot diversitates opinionum fortassis, quot homines numerarentur. [*Animalis p enim homo non percipit ea, quæ sunt Spiritûs Dei.*] Nunquid tamen ideò non integrum sacramentum accipiunt? aut nunquid ideò si profecerint,

a *Rom. 6.* b *Ioan. 3. Ivo p. 2. c. 309. Pann. l. 2. c. 104.* c *Ioan. 13.* d *Ivo p. 2. c. 310. Pann. l. 2. c. 105.* e *Act. 9.*

a *Ioan. 13.* b *Per epitomam.* c *Act. 10.* d *Ioan. 3.* e *Matt. 5.* f *Lanfranc. in l. de sacram. & sententia apud B. Augustl. tract. 80. ad c. 13. Ioannis.* g *Alg l. 3. c. 6. Ivo p. 2. c. 9. Panorm. l. 1. c. 110.* h *Aliter. 15.* i *1. Petr. 3.* k *al. sacramenta.* l *1. Corinth. 2.* m *abest ab orig.* n *Psal. 141.* o *Psal. 138.* p *2. Cor. 2.*

rint,

rint, & opinionum carnalium vanitatem emendaverint, denuò, quod acceperant, repetendum est? Accipit quisque secundùm fidem suam, sed quantùm capit, gubernante illa misericordia Dei, de qua præsumens idem Apostolus dicit: a [*Si quid aliter sapitis, id quoque vobis Deus revelabit.*]

C. CLII. ¶ *Non natura necessitate, sed merito peccati Adam moriturus erat.*

Item ex Concilio *b* Milevitano, *cui interfuit Augustinus, & Anselmus* c *Romanæ Ecclesiæ Legatus contra Pelagianos cap. 1.*

31 PLacuit igitur omnibus Episcopis, qui fuerunt in pe hac sancta Synodo *d*, constituere hæc, quæ in præsenti Concilio diffinita sunt: ut quicunque dicit Adam primum hominem, mortalem factum, ita ut sive peccaret, sive non peccaret, moreretur in corpore, hoc est, de corpore exiret, non peccati merito, sed necessitate naturæ, anathema sit.

C. CLIII. ¶ *Parvuli non solùm pœnam, sed culpam à parentibus trahunt.*

Item ejusdem Concilii *e*, *cap. 2.*

PLacuit *f*, ut quicunque parvulos recentes ab uteris matrum baptizandos negat, aut dicit in remissionem quidem peccatorum eos 1 baptizari, sed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod lavacro regenerationis expietur (unde fit consequens, ut in eis forma baptismatis in remissionem peccatorum non vera *g*, sed falsa intelligatur,) anathema sit: quoniam non aliter intelligendum est, quod ait Apostolus: *h* [*Per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccaverunt,*] nisi quemadmodum Ecclesia catholica ubique diffusa semper intellexit. Propter hanc enim fidei regulam etiam parvuli, qui nihil peccatorum in semetipsis adhuc committere potuerunt, ideò in peccatorum remissionem veraciter baptizantur, ut in eis regeneratione mundetur, quod generatione traxerunt.

1 ¶ Eos baptizari.] *Sic est emendatum ex aliquot vetustis, & ipsis originalibus. Nam antèa legebatur,* non baptizari.

C. CLIV. ¶ *Gratia & peccata remittit, & ne reiterentur, adjuvat.*

Item ejusdem *i*, *cap. 3.*

PLacuit *k*, ut quicunq; dixerit gratiam Dei, quâ *l* justificamur per Jesum Christum Dominum nostrum, ad solam remissionem peccatorum valere, quæ jam commissa sunt, non etiam ad adjutorium, ut non committantur, anathema sit.

C. CLV. ¶ *Quid sit peccatum, gratia docet, & ut vitetur, facit.*

Item ejusdem *m*, *cap. 4.*

QUisquis *n* dixerit eandem gratiam Dei per Jesum Christum Dominum nostrum propter hoc tantùm nos adjuvare ad non peccandum, quia per ipsam nobis revelatur, & aperitur intelligentia mandatorum, ut sciamus, quid appetere, quid vitare debeamus, non autem per illam nobis præstari, ut quod faciendum cognovetimus, etiam facere diligamus, atque valeamus, anathema sit.

C. CLVI. ¶ *Sine gratia divina mandata implere non possunt.*

Item ejusdem, a *cap. 5.*

32 PLacuit, *b* ut quicunque dixerit ideò nobis gratiam pe justificationis dari, ut quod facere per liberum arbitrium jubemur, facilius possimus implere per gratiam, tanquam etiam si gratia non daretur, non quidem facilè, sed tamen possimus etiam sine illa implere divina mandata, anathema sit.

DISTINCTIO V.

C. I. ¶ *Post baptisma confirmationis sacramentum præstatur.*

Item Urbanus Papa *omnibus Christianis, epist. 1. c. 7.*

1 OMnes fideles *c* per manûs impositionem Episcoporum, Spiritum Sanctum post baptismum pe accipere debent, ut pleni *d* Christiani inveniantur: quia, cum Spiritus Sanctus infunditur, cor fidele ad prudentiam & constantiam dilatatur.

C. II. *Quid conferat Spiritus Sanctus in baptismate, quid in confirmatione.*

Item Melchiades Papa *in epist. ad Episcopos Hisp. c. 2.*

SPiritus *e* Sanctus, qui super aquas baptismi salutifero descendit illapsu, in fonte plenitudinem tribuit ad innocentiam: in confirmatione augmentum præstat ad gratiam. Et quia in hoc mundo totâ ætate victuris inter invisibiles hostes, & pericula gradiendum est, in baptismo regeneramur ad vitam, post baptismum confirmamur ad pugnam, in baptismo abluimur *f*, post baptismum roboramur. Et quamvis continuò transituris sufficiant regenerationis beneficia, victuris tamen necessaria sunt confirmationis auxilia. Regeneratio per se salvat mox in pace 1 beati seculi recipiendos: confirmatio armat & instruit ad agones mundi hujus, & prælia reservandos. Qui autem post baptismum cum acquisita innocentia immaculatus pervenit ad mortem, confirmatur morte; quia non potest peccare post mortem.

1 ¶ Pace beati.] *Sic est emendatum ex manuscriptis, originali, & Polycarpo. Antèa legebatur,* pace baptismi, vel seculi.

C. III. ¶ *Manûs impositionis sacramentum dignius est sacramento baptismi.*

Idem *ibidem.*

DE his *g* verò, super quibus rogâstis vos informari, id est, utrum majus esset sacramentum, manûs impositio Episcoporum, aut baptismus? scitote utrunque magnum esse sacramentum: & sicut unum à majoribus fit, id est, à summis Pontificibus, quod à majoribus fieri non potest, ita & majori veneratione venerandum & tenendum est. Sed ita conjuncta sunt hæc duo sacramenta, ut ab invicem (nisi morte præveniente) nullatenus possint segregari: & unum sine altero rite perfici non potest.

C. IV. ¶ *Non ab alio, quàm ab Episcopis manûs impositionis sacramentum perfici potest.*

Item Eusebius Papa *epist. 3. ad Episcopos Tusciæ & Campaniæ.*

MAnûs *h* quoque impositionis sacramentum magnâ veneratione tenendum est: quod ab aliis perfici non potest, nisi à summis Sacerdotibus: nec tempore Apostolorũ ab aliis, quàm ab ipsis Apostolis legitur, aut scitur

a *Philip. 3.* b *Et in African. c. 76.* c *videtur mendum in hoc nomine.* d *In lib. de Eccles. dog. c. 33.* e *Et in Afric. c. 27. & in l. de Eccles. dog. c. 24.* f *Burch. l. 4. c. 34. Ivo p. 1. cap. 221.* g *al. veri, sed falsi.* h *Roman 5.* i *In Afric. cap. 71. de Eccl. dog. c. 21. Cal. epist. 1. c. 30.* k *Burch. l. 20 cap. 18. Ivo p. 17. cap. 30.* l *al. in quo.* m *In Afric. c. 79. de dogmat. c. 29.* n *Burch. ibid. Ivo p. 17. c. 33.*

a *In Afric. c. 80.* b *Pol. l. 3 tit. 10. Burch. ibid. Ivo p. 17. c. 30.* c *Polyc. l. 3 tit. 10. Ansl. l. 9. c. 23. Burch. l. 4. c. 66. Ivo p. 1. c. 250. & 296. Pan. l. 1. c. 115.* d *al. plene, orig.* e *Eusebius Emissenus in hom. in die Pentecostes. Polyc. l. 3 tit. 16. Anselm. l. 3 c. 31.* f *al. alimur.* g *Polyc. ibid. Ansl. l. 9. c. 33. Burch. l. 4. c. 61. Ivo p. 1. c. 253. Pan. l. 1. c. 174.* h *Polyc. ibid. Burch. l. 4. c. 63. Ivo p. 1. c. 277. & 297. Pan. l. 1. c. 115.*

peractum esse: nec ab aliis, quàm ab illis, qui eorum tenent locum, unquam perfici potest, aut fieri debet. Nam si aliter præsumptum fuerit, irritum habeatur & vacuum, & inter Ecclesiastica nunquam reputabitur sacramenta.

C. V. ¶ *Quare confirmationis sacramentum baptizato tradatur.*

Item Rabanus *de institutione Cleric. lib. 1. cap. 30.*

NOvissimè à summo Sacerdote per impositionem manûs paracletus traditur baptizato, ut roboretur per Spiritum Sanctum ad prædicandum aliis idem donum, quod ipse in baptismate consecutus est, per gratiam vitæ donatus æternæ. Signatur enim baptizatus cum chrismate per Sacerdotem in capitis summitate: per Pontificem verò in fronte, ut in priore unctione significetur Spiritûs Sancti super ipsum descensio ad habitationem Deo consecrandam: in secunda quoque, ut ejusdem Spiritûs Sancti septiformis gratia cum omni plenitudine sanctitatis, & scientiæ, & virtutis venire in hominem declaretur.

C. VI. ¶ *Ad confirmationem non nisi jejuni veniant.*

Item ex Concilio Aurelianensi, *cap. 3.*

UT jejuni ad *a* confirmationem veniant perfectæ ætatis, ut moneantur confessionem facere priùs, ut mundi donum Sancti Spiritûs valeant accipere: & quia nunquam erit Christianus, nisi confirmatione Episcopali fuerit chrismatus.

C. VII. ¶ *Episcopi non nisi jejuni baptizatos confirment.*

Item ex Concilio Meldensi *b, c. 6.*

UT *c* Episcopi non nisi jejuni per impositionem manuum Spiritum Sanctum tradant, exceptis infirmis, & morte periclitantibus. Sicut autem duobus temporibus, Pascha videlicet & Pentecoste, à jejunis celebrari debet baptismus; ita etiam traditionem Spiritûs Sancti à jejunis Pontificibus convenit celebrari.

C. VIII. ¶ *Secundo vel tertiò nullus confirmetur.*

Item ex Concilio Tarraconensi, *c. 6.*

DIctum *d* est nobis, quòd quidam de plebe bis, vel ter, vel eo amplius, Episcopis ignorantibus tamen, ab eisdem Episcopis confirmentur. Unde visum est nobis eandem confirmationem, sicut nec baptisma, iterari minimè debere: quia bis, vel ter, vel amplius baptizatos, aut confirmatos, non sæculo, sed soli Deo sub habitu regulari, vel clericali religiosissimè famulari decretum est.

¶ *Burchardus etiam, & Ivo citant ut Gratianus. Habetur autem in Cabilonensi 2. c. 27. usque ad vers.* Quia bis. *& in Capitularibus adjectis, c. 53.*

C. IX. ¶ *De eodem.*

Item Gregorius III. *epistol. 4. ad Bonifacium.*

DE homine, qui à Pontifice confirmatus fuerit, denuò illi talis reiteratio prohibenda est.

C. X. ¶ *Omnia sacramenta crucis signaculo perficiuntur.*

Item Stephanus Papa V.

2 NUnquid non omnia chrismata *e* sacerdotalis mysterii *f*, crucis figurâ perficiuntur? Nunquid *g* baptismatis undâ, nisi cruce sanctificatâ, peccata relaxantur? Et, ut cætera prætereamus, sine crucis signaculo quis sacerdotii gradus ascendit?

a *Burch. lib. 4. c. 80. Ivo p. 1. c. 254. Pann. l. 1. c. 119.* b *In capit. adjectis, cap. 6. In Concil. Parisiensi, l. 1. c. 33.* c *Polyc. lib. 3. tit. 10. Burch. l. 4. c. 67. Ivo p. 1. c. 261. Pann. l. 1. c. 120.* d *Burch. l. 4. c. 50. Ivo p. 1. c. 244. Pann. l. 1. c. 111.* e *al. charismata.* f *al. ministerii.* g *Ivo p. 1. c. 114. & p. 2. c. 91.*

C. XI. *Energumeni omnibus diebus exerciteutur.*

Item ex Concilio Carthaginensi IV. *c. 90. & sequentibus.*

5 OMni *a* die Exorcistæ energumenis manus imponant. Energumeni verò pavimenta domorum Dei verrant. Quibus assidentibus in domo Dei victus quotidianus per Exorcistas opportuno tempore ministretur.

C. XII. ¶ *A quibus neophyti abstinere debent.*

Item ex eodem, *c. 16.*

NEophyti *b* aliquandiu à lautioribus epulis, & spectaculis, & conjugibus abstineant.

C. XIII. ¶ *De ordine officiorum.*

Item ex Concilio Agathensi, *c. 30.*

4 CONvenit ordinem Ecclesiæ ab omnibus æqualiter custodiri. Unde studendum est, sicut ubique fit, ut post antiphonas collationes *c* per ordinem ab Episcopis, vel Presbyteris dicantur, & hymni matutini, vel vespertini diebus omnibus decantentur: & in conclusione matutinarum, vel vespertinarum Missarum *d* post hymnos capitula *e* de Psalmis dicantur, & plebs collectâ oratione ad vesperam ab Episcopo cum benedictione mittatur.

C. XIV. ¶ *De eodem.*

Item ex Concilio Gerundensi, *cap. 10.*

ID semper placuit observari, ut omnibus diebus post matutinas & vesperas oratio Dominica à Sacerdote proferatur.

C. XV. ¶ *De eodem.*

Item Gregorius VII. *in generali Synodo recidens, statuit.*

IN die *f* Resurrectionis usq; in Sabbathum in Albis, & in die Pentecostes usq; in Sabbathum ejusdem tres Psalmos tantùm nocturnos *g*, tresq; lectiones antiquo more cantamus & legimus. Omnibus diebus aliis per totum annum, si festivitas est, novem Psalmos, & novem lectiones dicimus. Aliis verò diebus duodecim Psalmos, & tres lectiones recitamus. In Dominicis diebus xviii. Psalmos, (excepto die Paschæ, & Pentecostes) & novem lectiones dicimus. Illi autem, qui in quotidianis diebus tres tantummodò Psalmos, & tres lectiones celebrare volunt, non ex regula Sanctorum Patrum, sed ex fastidio & negligentia probantur hoc facere. Romani verò diverso modo agere cœperunt, maximè à tempore, quo Teutonicis concessum est regimen *h* nostræ Ecclesiæ. Nos autem & ordinem Romanum investigantes, & antiquum morem nostræ Ecclesiæ, imitantes antiquos Patres, statuimus fieri, sicut superiùs prænotavimus.

¶ *Isdem verbis hoc habetur apud Radulphum, propositum decimâ, ex Gregorio septimo, item, magna ex parte in Micrologo, cap. 14.*

C. XVI. ¶ *De observatione Quadragesimæ.*

Item ex homilia Gregorii Papæ.

5 QUadragesima *i* summâ observatione est observanda, ut jejunium in ea (præter dies Dominicos, qui de abstinentia subtracti sunt) nisi quem infirmitas impedierit, nullatenùs solvatur: quia ipsi dies decimæ sunt anni. A prima igitur Dominica Quadragesimæ usque in Pascha Domini sex hebdomadæ computantur, quarum videlicet dies quadraginta & duo fiunt, ex quibus dum sex Dominici dies abstinentiæ subtrahuntur, non plùs in abstinentia, quàm triginta & sex

a *Burch. l. 2. c. 223. Ivo p. 6. cap. 258.* b *Burch. lib. 4. cap. 12. Ivo part. 1. cap. 267.* c *alii. & Missarum.* d *al. capitella.* e *Polyc. l. 3 tit. 18. Anscl. l. 6. c. 111.* f *al. nostrum.* g *al. regnum.* h *Polyc. l. 4 tit. 23. Burch. lib. 13. c. 1. Ivo p. 4. c. 87. Pannorm. l. 1. c. 182.*

dies

dies remanent. Verbi gratiâ, si per cccLxv. dies annus volvitur *a*, & nos per triginta & sex dies affligimur, quasi anni decimas Deo damus. Sed ut sacer numerus quadraginta dierum adimpleatur, quem Salvator noster suo sacro jejunio consecravit, quatuor dies prioris hebdomadæ ad supplementum quadraginta dierum tolluntur: id est, quarta feria, quæ caput jejunii subnotatur, & quinta feria sequens, & sexta, & sabbathum. Nisi enim istos dies quatuor superioribus triginta sex adjunxerimus, quadraginta dies in abstinentiæ non habemus. Jubemur etiam ab omnipotenti Deo omnium bonorum nostrorum decimas dare, &c.

¶ *Caput hoc, quamvis à collectoribus refertur, sumptum quidem aliqua ex parte videri potest ex homilia 16. beati Gregorii. Sed multa hic sunt, quæ ibi non leguntur: & vicissim multa ibi, quæ hîc non sunt.*

C. XVII. ¶ *Jejunia legitima non solvantur absque necessitate probabili.*

Item Eusebius *b* Papa.

Jejunia *c* in Ecclesia à Sacerdotibus constituta sine necessitate rationabili non solvantur.

C. XVIII. ¶ *Quotidiana jejunia duplicatis, vel triplicatis sunt præferenda.*

Item Hieronymus *d*.

Non *e* dico hebdomadas, non duplicata, non multiplicata jejunia: sed vel singulos dies absque ciborum luxuria *f* transigamus.

C. XIX. ¶ *De eodem.*

Item Hieronymus *ad Eustochium de custodia virginitatis.*

Sint *g* tibi quotidiana jejunia, & refectio satietatem fugiens. Nihil prodest biduo, triduoque transmisso vacuum portare ventrem, si post pariter obstruatur *h*.

C. XX. ¶ *De eodem.*

Idem.

Sint tibi *i* jejunia pura, & continua, moderataque, id est, quotidiè esurire, & quotidiè prandere. Apostolus inquit: *k* [*Noli adhuc aquam bibere: sed modico utere vino propter infirmitates tuas.*] Curat enim vulnera delinquentis, curatosque sanctificat jejunium.

¶ *Burchardus citat ex dicto Pimenis Eremitæ: & habetur in vitis Patrum, p. 2. §. 10. ex Pamenio. Apud B. Hieronymum de vita Clericorum ad Nepotianum, hæ habentur:* Sint tibi pura, casta, simplicia, moderata, & non superstitiosa jejunia.

C. XXI. ¶ *Medicinæ præcepta divinæ sunt cognitioni contraria.*

Item Ambrosius *in Psal. 118. serm. 22. ad versic.* [Concupivi salutare.]

Contraria *l* studiosè sunt divinæ cognitioni præcepta medicinæ. A jejunio revocant: lucubrare non sinunt: ab omni intentione meditationis abducunt. Itaque qui se medicis dederit, seipsum sibi abnegat.

C. XXII. ¶ *Quot modis vitium gulæ nos tentat.*

Item Gregorius *in expositione* m *beati Iob, l. 30. cap. 27.*

Quinque modis nos gulæ vitium tentat. Aliquando namque indigentiæ tempora prævenit: aliquando verò tempus non prævenit, sed cibos lautiores quærit: aliquando quælibet sumenda sint, præparari accuratiùs expetit: aliquando autem & qualitati ciborum, & tempori congruit, sed in ipsâ quantitate sumendi mensuram moderatæ refectionis excedit. Nonnunquam verò & abjectius est, quod desiderat, & tamen ipso æstu immensi desiderii deteriùs peccat.

C. XXIII. ¶ *Absque puritate mentis jejunia & orationes non prosunt.*

Item Pius Papa, *epistol. 1.*

Nihil *a* enim prodest homini jejunare, & orare, & alia religionis bona agere, nisi mens ab iniquitate revocetur, & ab obtrectationibus lingua cohibeatur.

C. XXIV. ¶ *Mediocre bonum non est magno præferendum.*

Item Hieronymus.

Non mediocriter *b* errant, qui bono magno præferunt mediocre bonum. Nonne rationabilis homo dignitatem amittit, qui vel jejuniorum charitati, aut vigiliis præfert sensus integritati, ut propter abstinentiam i immoderatam, atque indiscretam Psalmorum, vel officiorum decantationem aut amentiæ, aut tristitiæ notam incurrat? Nunquid verborum multitudine flecti Deus ut homo potest? *c* Non enim verbis tantùm *d*, sed corde orandus est Deus. Melior *e* est quinq; *f* Psalmorum decantatio cum cordis puritate, & serenitate, & spiritali hilaritate, quàm totius Psalterii modulatio cum anxietate cordis, & tristitia. Dum igitur pro cunctis *g* animabus Psalmus vel Missa dicitur, nihil minùs, quàm si pro uno quolibet ipsorum diceretur, accipitur. Audiant itaq; qui ea, quæ necessaria sunt, corpori subtrahunt, illud, quod per Prophetam *h* Dominus loquitur: [*Ego Dominus odio habens rapinam holocaustorum.*] De rapina verò holocaustum offert, qui sive ciborum nimiâ egestate, vel somni penuriâ corpus immoderatè affligit. Videat itaque quid Apostolus *i* dicat: [*Carnis curam ne feceritis in concupiscentiis, &c.*]

1 ¶ Abstinentiam] *Sic est emendatum ex manuscripto & Polycarpo. Antea legebatur,* innocentiam.

C. XXV. ¶ *Non à cibis, sed ab iniquitatibus abstinere, est magnum & generale jejunium.*

Item Augustinus *k, super Ioann. tractat. 17.*

Jejunium autem magnum & generale est, abstinere ab iniquitatibus & illicitis voluptatibus seculi: quod est perfectum jejunium. *& infrà.* ¶ In hoc ergò seculo quasi Quadragesimam abstinentiæ celebramus, cùm benè vivimus, cùm ab iniquitatibus & illicitis voluptatibus abstinemus. Sed quia hæc abstinentia sine mercede non erit, expectamus *l* beatam illam spem, & revelationem gloriæ magni Dei, & Salvatoris Jesu Christi. In illa spe, cùm fuerit de spe facta res, accepturi sumus mercedem denarium. *& infrà.* ¶ Denarius ergò, qui accepit nomen à numero decem, redditur *m*, & conjunctus quadragenario fit quinquagenarius. Unde cum labore celebramus Quadragesimam ante Pascha: cum lætitia verò, tanquam acceptâ mercede, Quinquagesimam post Pascha. Nam huic tanquam salutari labori boni operis, qui pertinet ad quadragenarium numerum, additur quietis & felicitatis denarius, ut quinquagenarius fiat. Significavit hoc & ipse Dominus Jesus multò apertiùs, quando post *n* resurrectionem quadraginta diebus conversatus est in terra cum discipulis suis:

a *al. ducitur.* b *al. Sylverius.* c *Polyc. ibid. Burch. lib. 13. cap. 17. Ivo p. 4. c. 49.* d *Aug. serm. 67. de tempore.* e *Burch. l. 13. c. 22. Ivo p. 4. c. 14.* f *nimietate] Aug.* g *Burch lib. 13. cap. 13. Ivo p. 4. c. 5. Paun. l. 2. c. 181.* h *al. obruatur.* i *Burch lib. 13. c. 24. & 21. Ivo p. 4. c. 36. & 37. Paun. l. 2. c. 186.* k *1. Tim. 5.* l *Polyc. l. 4. tit. 29.* m *Et gloss. ord. Gen. 25.*

a *Sup. de pœn. dist. 4. nihil prodest. Polyc. l. 3. tit. 25.* b *Polyc. l. 3. tit. 23. sine auctoris nomine.* c *In regula Monach. apud Hieron. c. de contemplat. orationis & lect.* d *abest ab orig.* e *1. Cor. 14.* f *al. septem.* g *al. centum.* h *Esa. 61.* i *Rom. 13. Galat. 5.* k *Et serm. 29. ad fratres in eremo.* l *Tit. 2.* m *alii. addatur.* n *Ioann. 14.*

quadragesimo a autem die, cùm ascendisset in cœlum, peractis decem diebus misit mercedem Spiritûs Sancti.

C. XXVI. ¶ *Raptorem, vel furem non facit necessitas, sed voluntas.*

Item ex dictis Apollonii.

DIscipulos, cùm per segetes transeundo vellerent spicas, & ederent, ipsius Christi vox innocentes vocat, quia coacti fame hoc fecerunt.

C. XXVII. ¶ *Non necessitas sed voluntas facit perseverantiam.*

Item Hieronymus *in cap. 7. Oseæ.*

QUicquid enim necessitate fit, citò solvitur: quod voluntate arripitur, perseverat.

C. XXVIII. ¶ *Ciborum temperantia salutem, abundantia contrarium parit.*

Item Joannes *os aureum, homil. 29. ad cap. 12. epist. ad Hebræos.*

NIhil enim sic jucundum est, sicut cibus benè digestus & decoctus. Nihil sic salutem, nihil sic sensuum acumen operatur, nihil sic ægritudinem fugat, sicut moderata refectio: sufficientia quippe cum nutrimento & sospitatem simul procreat, & voluptatem: abundantia verò morbum facit, & molestias ingerit, & ægritudines generat. Quod enim fames facit, hoc etiam plenitudo facit ciborum: magis autem & multò pejora. Fames quippe in paucis diebus aufert hominem, & liberat de hac 1 vita pœnali: excessus verò ciborum consumit & putrefacit corpus humanum, & macerat ægritudine diuturnâ: & tunc cum morte crudeli consumit.

1 ¶ De hac vita pœnali:] *Absunt hæc ab originali Græco; sed sunt in versione Scholastici, quam ut satis tolerabilem sequuntur Gratianus.*

C. XXIX. ¶ *Ciborum delitiæ, si abundaverint, lædunt.*

Item Hieronymus *adversùs Iovinianum, libr. 2.*

NE tales accipiamus cibos, quos aut difficulter digerere, aut comestos, magno parros & perditos labore doleamus. Olerum, pomorum, ac leguminum & facilior apparatus est, & arte, impendiisque coquorum non indiget, & sine cura sustentat humanum corpus: moderatèque sumptus (quia nec avidè devoratur, quod irritamenta gulæ non habet) leviori digestione concoquitur. Nemo enim uno aut duobus cibis, hisque vilibus usque ad inflationem ventris oneratur: quæ diversitate carnium, & saporis delectatione percipitur. Cum variis nidoribus fumant patinæ, ad esum sui, expleta esurie, quasi captivos trahunt. Unde & morbi ex satuitate nimia concitantur, multiq; impatientiam gulæ, vomitu remediantur, & quod turpiter ingesserunt turpiùs egerunt. Hippocrates in aphorismis docet, crassa & obesa corpora, quæ crescendi mensuram compleverint, nisi citò ablatione sanguinis imminuantur, in paralysim, & pessima morborum genera erumpere: & idcirco esse necessariam deminutionem, ut rursus habeant, in quæ possint crescere: non enim manere in uno statu naturam corporum, sed aut crescere semper, aut decrescere: nec posse vivere animal, nisi crescendi capax sit. Unde & Galenus *b* vir doctissimus Hippocratis interpres athleras, quorum vita & ars sagina est, dicit in exhortatione medicinæ, nec vivere posse diu, nec sanos esse: animasque eorum ita nimio sanguine, & adipibus, quasi luto involutas, nihil tenue, nihil cœleste, sed semper de carnibus, & ructu, & ventris ingluvie cogitare.

C. XXX. ¶ *Multorum infirmitates jejunia sanant.*

Idem *ibidem paulo inferiùs.*

LEgimus quosdam morbo articulari & podagræ humoribus laborantes, proscriptione bonorum ad simplicem mensam & pauperes cibos redactos convaluisse. Caruerant enim solicitudine dispensandæ domûs, & epularum largitate: quæ & corpus frangunt, & animam. Irridet Horatius *a* appetitum ciborum, qui consumpti relinquunt pœnitentiam.

C. XXXI. ¶ *Diebus Sabbatorum à carnibus abstinere debemus.*

Item Gregorius VII. b *in Synodo celebra. ta Romæ anno sui Pontif. VI. cap. 8.*

7 QUia dies Sabbathi *c* apud sanctos Patres nostros ps in abstinentia celebris est habitus, nos eorundem auctoritatem sequentes, salubriter admonemus, ut quicunq; se Christianæ religionis participem esse desiderat, ab esu carnium eâdem die (nisi majori festivitate intercedente, vel infirmitate impediente) abstineat.

C. XXXII. ¶ *Monacho carnem gustare non licet.*

Item Fructuosus Episcopus.

8 CArnem *d* cuiquam Monacho nec sumendi, nec ps gustandi est concessa licentia: non quòd creatam Dei judicemus indignam, sed quòd carnis abstinentia utilis & apta Monachis æstimetur, servato tamen moderamine pietatis erga ægrotos. *& infrà.* ¶ Quòd si quis Monachus violaverit, & contra sanctionem regulæ, usumque veterum *e* vesci carnibus præsumpserit, sex mensium spatio retrusioni & pœnitentiæ subjacebit.

C. XXXIII. ¶ *De quotidianis operibus Monachorum.*

Item Hieronymus *ad Rusticum Monachum de vivendi forma.*

NUnquam de *f* manu tua, & ocnlis tuis recedat liber: dicatur *g* Psalterium ad verbum: oratio sine intermissione. Vigil sensus sit, nec vagis *h* cogitationibus patens: corpus pariter & animus tendatur ad Dominum. Iram *i* vince patientiâ. Ama scientiam Scripturarum, & carnis vitia non amabis. Nec vacet mens tua variis perturbationibus: quæ, si pectori insederint, dominabuntur tui, & te deducent ad delictum maximum. Facito aliquid operis, ut semper te diabolus inveniat occupatum. Si Apostoli *k* habentes potestatem de Evangelio vivere, laborabant manibus suis, ne quem gravarent, & aliis tribuebant refrigeria, quorum pro spiritalibus debebant metere carnalia: cur tu in usus tuos cessura non præparas? Vel fiscellam texe junco: vel canistrum lentis plectе viminibus: farriatur humus: arcolæ æquo limite dividantur; in quibus cùm olerum jacta fuerint semina, vel plantæ per ordinem positæ, aquæ ducantur irriguæ, ut pulcherrimorum versuum spectator assistas:

Ecce l supercilio clivosi tramitis undam
Elicus: illa cadens raucum per levia murmur
Saxa ciet, scatebrisq; arentia temperat arva.

Inserantur infructuosæ arbores vel gemmis, vel surculis, ut parvo pòst tempore laboris tui dulcia poma decerpas. Apum fabricare alvearia, ad quas te mittant Salomonis *m* proverbia; & monasteriorum ordinem, ac regiam disciplinam in parvis disce corporibus. Texantur & lina capiendis piscibus. Scribantur libri, ut & manus operetur cibum, & animus lectione saturetur. [*In desideriis est omnis otiosus.*] Ægyptiorum monasteria hunc morem tenent, ut nullum absque operis labore suscipiant: non tam propter victûs necessitatem, quàm propter animæ salutem: ne vagetur pernicioſis cogitationibus mens, & instar fornicantis Hierusalem omni.

a *Aëtor. 1.* b *Par. 1. Aphor.*

a *Sperne voluptates, &c.* b *Lib. 6. regesti sui.* c *Pasqe. Epist. 81.* d *Smaragd. in exposit. regulæ S. Benedicti, c. 39. ex Fructuoso.* e *al. veterem.* f *Psal. 7. 63.* g *disfatur*] *vera lectio.* h *al. vanis.* i *Psal. 31. Paul. 1. ad Cor. 13.* k *1. Thessal. 2. Lor. 3.* l *Virg. Georg. 1.* m *Prov. 6.* n *Prov. 13. secundum 70.*

transeun-

transeunti divaricet pedes suos. & in sequentib. ¶ Quid? a ergò omnes peribunt, qui in urbibus habitant? Ecce illi fruuntur suis rebus, ministrant Ecclesiis, adeunt balneas, unguenta non spernunt, & in omnium flore b versantur. Ad quod & antè respondi, & nunc breviter respondeo, me in præsenti opusculo non de Clericis disputare, sed Monachum instituere.

C. XXXIV. ¶ *Absq; Prælati sui licentia Canonicus nihil agere licet.*

Item *in libro 5.* c *cap. 115.*

2 IN d omnibus igitur (quantùm humana permittit g. fragilitas) decrevimus, ut Canonici Clerici e canonicè vivant, observantes divinæ Scripturæ doctrinam, & documenta sanctorum Patrum: & nihil sine licentia Episcopi sui vel magistri eorum incompositè f agere præsumant, in unoquoque Episcopatu, ut simul manducent, & dormiant, ubi his facultas id faciendi suppetit: vel qui de rebus Ecclesiasticis stipendia accipiunt, in suo g claustro maneant: & singulis diebus manè primò ad lectionem veniant, & audiant, quid eis imperetur. Ad mensam verò similiter lectionem audiant, & obedientiam secundùm canones suis ministris 1 exhibeant.

1 ¶ Ministris] *In originali & apud Ivonem est*, magistris. *Sed ob glossam non est emendatum.*

C. XXXV. ¶ *Presbyteri, qui simul conveniunt, ebrietatem, & comessationes summoperè vitent.*

Item ex Concilio Nannetensi *h, c. 10.*

10 NUllus i Presbyterorum, quandò ad anniversarium diem trigesimum, vel septimum, vel tertium alicujus defuncti, aut quàcunque vocatione ad collectam Presbyteri convenerit, se inebriare ullatenùs præsumat: nec precatus in amore Sanctorum, vel alicujus animæ bibere, vel alios ad bibendum cogere, vel se alienâ precatione ingurgitare, nec plausus & risus inconditos, & fabulas inanes ibi referre, aut cantare præsumat: vel turpia joca, vel ursos, vel tornatricibus ante se fieri patiatur: nec larvas dæmonum ante se ferri consentiat: quia hoc diabolicum est, & à sacris canonibus prohibitum.

C. XXXVI. ¶ *Clericus vel Laicus sine jussione Episcopi non peregrinetur.*

Item ex Concilio Laodicensi, *cap. 41. & 42.*

11 NOn k oportet ministros altaris, vel quoslibet Clericos præter jussionem Episcopi ad peregrinandum proficisci. Laicum l etiam sine canonicis literis, *id est*, *formata*, similiter non oportet alicubi proficisci.

1 ¶ Laicum etiam] *In codice Græco hic est canon quadragesimus primus, quem admodum superior hujus capitis pars est canon 42. Sed in nostro canone sit transitio Latci, sicuti neq; in versione Dionysii, quam afferunt Burchardus & Ivo; sed ubique est.* λεϱατικὸν ἢ κληϱικὸν, *id est*, Sacerdotalem vel Clericum. *In prisca tamen versione canon 41. sic habet:* Non oportet ministrum altaris, vel etiam Laicum.

C. XXXVII. ¶ *Quibus spectaculis Clericis interesse non debet.*

Item ex eodem *l. cap. 14.*

NOn m oportet ministros altaris, vel quoslibet Clericos spectaculis aliquibus, quæ aut in nuptiis, aut scenis n exhibentur, interesse: sed antequam thymelici ingrediantur, surgere eos de convivio, & abire.

¶ *Hoc caput non est in canonum volumine Græco Parisiis anno 1540. impresso. Habetur tamen apud Balsamonem, & videtur indicari cap. 24. sexta Synodi. Gratianus autem recitat ex prisca versione.*

C. XXXVIII. ¶ *Colorum fucis mulieres uti non debent.*

Item Augustinus *ad Possidium, & qui cum eo sunt fratres, epist. 37.*

12 FUcare a pigmentis, quò vel rubicundior, vel candidior appareat, adulterina fallacia est: quâ non dubito etiam ipsos maritos se nolle decipi, quibus solis permittendæ sunt fœminæ ornati, secundùm veniam, non secundùm imperium. Nam b verus ornatus, maximè Christianorum & Christianarum, non tantum nullus fucus mendax, verùm ne auri quidem, vestisq; pompa, sed mores boni sunt. Execranda autem superstitio ligaturarum (in quibus etiam inaures virorum, in summis ex una parte auriculis suspensæ, deputentur) non ad placendum hominibus, sed ad serviendum dæmonibus adhibetur.

C. XXXIX. ¶ *Quòd Spiritus Sanctus procedit à Patre & Filio.*

Item *ex symbolo* c *Ephesini Concilii 200. Episcoporum, quod habetur est contra Nestorium.*

13 DE Spiritu dicit Dominus in Evangelio: d [*Ille me p. clarificabit.*] Hoc rectissimè sentientes, unum Christum Dominum, & Filium, non velut alterius egentem gloriâ, confitemur à Spiritu Sancto gloriam consecutum: quia ejus Spiritus nec melior, nec superior ipso est: sed quia mira opera faciens ad demonstrationem suæ deitatis, virtute proprii Spiritûs utebatur, ab ipso dicitur clarificari: quod virtus sua, vel disciplina quælibet unumquenque clarificet. Quamvis enim in sua sit substantia Spiritus ejus, & intelligatur in persona proprietas, juxta id, quod Spiritus est, & non Filius: attamen ab illo alienus non est. Nam Spiritus appellatus est veritatis: * & veritas Christus est. Unde & ab illo similiter, sicut ex Deo Patre procedit. Denique hic ipse Spiritus etiam per manus sanctorum Apostolorum miracula gloriosa perficiens, Dominum glorificavit Jesum Christum, postquam ascendit in cœlum. Nam creditus est Christus naturâ Deus existere e, per suum Spiritum virtutes efficiens: ideoque dicebat: [*De meo accipiet, & annunciabit vobis.*]

C. XL. ¶ *De eodem.*

Item Didymus *in lib. 2. de Spiritu Sancto, contra errores Græcorum.*

SAlvator 1, qui & veritas, ait: f [*Non enim loquetur à semetipso:*] hoc est, non sine me, & sine meo, & Patris arbitrio: quia inseparabilis à mea & Patris est voluntate. *& amplius* g. ¶ Quia non ex se est, sed ex Patre & me est. Hoc enim ipsum, quod subsistit, & loquitur, à Patre & à me illi h est. [*Ego veritatem loquor,*] id est, inspiro, quæ loquitur, siquidem Spiritus veritatis est. Dicere autem, & loqui in Trinitate, non secundùm consuetudinem nostram, quâ ad nos invicem sermocinamur & loquimur, accipiendum: sed juxta formam incorporalium naturarum, & maximè Trinitatis, quæ voluntatem suam inserit in corde credentium, & eorum, qui eam audire sunt digni: hoc est dicere, & loqui. *& infrà.* ¶ Loqui ergò Patrem & audire Filium, vel econtrario Filio loquente audire Patrem, ejusdem naturæ in Patre & Filio, consensusq; significatio est. Spiritus quoq; sanctus, qui est Spiritus veritatis, & Spiritus sapientiæ, non potest Filio loquente audire, quæ nescit: cùm hoc ipsum sit, quod profertur à Filio, id est, procedens à veritate,

---

a *Ezechiel. 16.* b *Sic vetustus Hieronymi codex: vulgati habent* [*ere.*] c *Et in Magunt. sub Carolo, cap. 9.* d *Ivo p. 8. c. 402.* e *al. vel Clerici.* f *al. compositè.* g *al. uno.* h *alit. Matisconf.* i *supràdistinct. 44. cap. nullus. Burchard. lib. 2. cap. 81. Ivo p. 6. c. 252.* k *Burch. l. 2. c. 45. Ivo part. 6. c. 140. Cap. 41* l *Et in Aquisgr. annosi, cap. 73.* m *Ivo part. 11. cap. 78.* n *ea-dem]* origo.

a *Futuri]* *orig.* b *28. q. 1. illud.* c *In epist. Synod. Cyrilli, quæ præfixa est Concilio Ephesino. Ivo p. 1. c. 4.* d *Joan. 16.* * *Joan. 16.* e *al. existens. Paulo post mod. inter opera B. Hier.* f *Joan. 14. & 16.* g *absunt ab orig.* h *al. ille.*

consolator manans de consolatore, Deus de Deo Spiritus veritatis procedens. Denique, ne quis illum à Patris & Filii voluntate, & societate discerneret, scriptum est: a [*Non enim à semetipso loquetur: sed sicut audiet, loquetur.*] Cui etiam simile de seipso Salvator ait, [*Sicut* a *audio, & judico.*] & alibi: [*Non* b *potest Filius facere quicquam, nisi quod viderit Patrem facientem.*]

1 ¶ Salvator,] *In originali hæc antecedunt:* Dehinc in consequentibus de Spiritu veritatis, qui à Patre mittatur, & sit paracletus, Salvator, &c.

a *Ioann. 16.*

a *Ioan. 5.* b *Ibid.*

FINIS.

Immortali Deo immortales gratias.

CANONES POENITENTIALES, QUORUM NOTITIA VIRIS ECCLESIASTICIS EST VALDE NECESSARIA.

Sunt enim quædam regulæ directivæ ad pœnitentias delinquentibus imponendas.

COnsiderandum est de canonibus pœnitentialibus. Ad quorum intelligentiam prænotandum est, quòd sicut est in scientiis practicis, quæ versantur circa opera, quòd sermo in universali est incertus & dubius: sed cùm applicatur ad singularia, incipit quodammodò habere certitudinem, ut qui non considerat circumstantias particulares, potiùs deviet, quàm se rectificet, ut patet in medicina, & scientia morali. Sic est intelligendum in proposito, quòd canones instruunt in generali, quomodo est pœnitentia imponenda: sed descensum ad singularia Presbyteris discretis relinquunt, qui considerant circumstantias personarum, attendentes ad canones, sicut ad regulas directivas: quia si contra canones imponant, non rectè imponunt. Nulli ergò Presbytero licet facere aliquid, quod possit Patrum regulis obviare, *distinct. 38. Nulli.* In canonibus autem maximè determinatur pœnitentia quoad tempus: & magis quàm quoad modum: quia illa determinatio est certior & communior. Hæc Bonaventura. Ut ergò scias, qualiter debeat procedere arbitrium Presbyteri, nota regulariter, sicut dictum est suprà, septennis est pro peccato mortali pœnitentia imponenda, & hoc non tantum propter temporis diuturnitatem, sed magis propter significationem. In veteri enim lege Maria soror Moysi, leprâ percussa, separata fuit extra castra septem diebus, *Num. 12.* Maria significat pœnitentem. Interpretatur enim amarum mare. Hæc pœnituit septem diebus, sed nunc pœnitet septem annis, quod significatum est *Ezech. 4.* Diem pro anno dedi tibi.

¶ Si quæratur, quare pœnitentia sit aggravata, cùm lex nova sit lex misericordiæ? Resp. quòd hic est major ingratitudo propter majorem gratiam, & major contemptus propter majorem dignitatem novæ legis, in qua Christi sanguis est effusus, & gravius peccatum propter statum peccantis, qui debet esse perfectior. Et ulteriùs satisfactio in lege nova debet esse perfecta, ut in pristinum statum reducat. Et quia sol in una die non redit in idem punctum, sed in anno, ideò dies conversus est in annum. Rursùm: Quia perfectum remedium est in lege nova, ideò annus multiplicari debet per septem, propter septem dona Spiritûs Sancti recuperanda, & propter septem dotes: scilicet tres animæ, & quatuor corporis obtinendas. Hujusmodi autem pœnitentia non est omnibus imponenda, nec tamen est infirmanda: sed est insinuanda, ut cognoscatur, quàm gravis est culpa. hæc Bonaventura. Licet autem pro singulis peccatis criminalibus sit statuta talis pœnitentia, debet tamen imponi magis vel minùs aspera, prout majoritas vel minoritas criminis cum cæteris circumstantiis hoc exposcit, ut in sequentibus patet. A prædicta namque regula excipiuntur plurimi casus, in quibus propter dignitatem peccantis, vel criminis enormitatem imponitur pœnitentia major: aliquando etiam ex variis causis minor. Ad hoc ergò quòd Presbyter circa pœnitentias disponendo cautius arbitretur, notandi sunt casus, in quibus per canones certæ pœnitentiæ imponuntur, quos scilicet canones tenetur Presbyter scire, ut dictum est suprà. Sunt autem isti.

¶ Primus est, quòd si Presbyter fornicationem fecerit, pœnitentiam decem annorum faciat, hoc modo: scilicet, quòd sit inclusus, sive à cæteris in aliquo loco remotus: sacco indutus & humi prostratus misericordiam Dei jugiter implorans: primis tribus mensibus continuis à vesperâ in vesperam pane & aquâ utatur, exceptis Dominicis diebus, & festis præcipuis, in quibus modico vino, pisciculis, & leguminibus recreetur. Elapsis autem sic tribus primis mensibus de illo loco exeat, non tamen in publicum procedat, ne populus in eum scandalizetur. Et per hoc videtur, quòd in publico crimine loquatur. Post hoc resumptis viribus aliquantulum, unum annum & dimidium in pane & aqua expleat, exceptis Dominicis & aliis præcipuis festis, in quibus vino, fagimine, ovis & caseo poterit uti. Finito sic primo anno & di-

& dimidio, particeps sit corporis Domini: & ad pacem veniat, & ad Psalmos cum aliis fratribus canendos in choro ultimus recipiatur. Ad cornu tamen altaris non accedat, sed minorum ordinum tantùm officia gerat: deinde usque ad completionem septimi anni tres legitimas ferias, scilicet secundam, quartam & sextam, exceptis diebus Paschalibus, qui sunt quinquaginta, in pane & aqua jejunet: secundam tamen feriam uno Psalterio vel denario, si sit operarius, redimere poterit. Et sic cùm septimum annum compleverit, potest eum Episcopus ad gradum pristinum revocare: ita tamen quòd in tribus annis sequentibus sine ulla redemptione omni sextâ feriâ in pane & aqua jejunet. Et eadem pœnitentia imponenda est Presbytero de omnibus aliis peccatis, quæ depositionem inducunt. Probantur autem hæc omnia *21. distinct. Presbyter si fornicationem.* quod intelligunt quidam de simplici fornicatione: alii fortè melius secundùm Rayn. de adulterio vel incestu: putà, quia cognovit conjugatam, consanguineam, vel affinem.

¶ Secundus casus est, si Presbyter cognovit filiam suam spiritualem, quam scilicet baptizavit, vel in baptismo, vel in confirmatione tenuit, vel quæ sibi confessa fuit, debet pœnitentiam agere duodecim annis: & etiam debet deponi, si crimen sit manifestum: & peregrinando quindecim annis pœniteat, & postea monasterium intret totâ vitâ suâ moraturus ibidem. Episcopus verò qui talia commisit, pœniteat quindecim annis. Ipsa verò mulier debet omnia relinquere, & res suas pauperibus dare, & conversa usque ad mortem in monasterio Deo servire. *50. quæst. 1. si quis Sacerdos. & cap. non debet.*

¶ Tertius est, quòd quicunque filiam suam spiritualem vel matrem cognoscit, septem annis pœniteat: & similiter ei consentientes. *30. q. 3. non oportet.*

¶ Quartus est, quòd qui contrahit cum aliqua alii desponsata per verba de præsenti, ipsâ dimissâ, quadraginta diebus jejunet in pane & aqua: & sequentibus septem annis pœniteat. *extrà, de sponsi. duorum. accepisti.*

¶ Quintus est, quòd qui cognoscit duas commatres vel sorores, sive uxor vivat, sive non, ad minus septem annis pœniteat, licèt plus deberet. *30. quæst. 4. si Presbyter.*

¶ Sextus est, quòd qui cognoverit Monialem sive Devotam, decem annis pœniteat: & similiter ipsa secundùm formam traditam. *27. quæst. 1. de filia. & cap. devotam.* In quorum primo cap. dicitur, quòd si filia Episcopi, vel Presbyteri, vel Diaconi post votum solenne contraxerit matrimonium, non admittitur ad communionem, nisi marito defuncto pœnitentiam egerit: si autem eo vivente decesserit, & pœnitentiam egerit, & communionem petierit, tantùm in fine vitæ recipiet eam. In secundo cap. dicitur, quòd devota peccans non est recipienda in Ecclesia, nisi peccare desierit, & desinens egerit pœnitentiam decem annis, postea recipiatur ad communionem, & antequam ab Ecclesia admittatur ad orationem, ad nullius convivium Christianæ mulieris accedat.

¶ Septimus est de eo, qui ignoranter cognoscit duas sorores, vel matrem & filiam, vel amitam & neptem, pœniteat septem annis. Si autem scienter, perpetuò privetur conjugio. *34. quæst. 1. si quis cum duabus.*

¶ Octavus est, quòd qui duxit in uxorem eam, quam polluit per adulterium, pœniteat quinque annis. *31. q. 1. si quis vidua.*

¶ Nonus est, quòd qui contra naturam peccavit, si sit Clericus, debet deponi, vel religioni tradi, si corrigibilis appareat, ad perpetuam pœnitentiam peragendam. Si verò sit Laicus, à cœtu fidelium usque ad condignam satisfactionem debet fieri alienus. *extrà, de excess. prælat. Clerici.* Hoc enim vitium majus est, quàm cognoscere matrem. *32. quæst. 7. adulterii.* & hæc Augustinus. Adulterii, inquit, malum, vincit fornicationem, vincitur autem ab incestu fornicatio. Pejus enim est cum matre, quàm cum aliena uxore concumbere: sed omnium horum pessimum est, quod contra naturam fit, ut si vir membro mulieris non ad hoc concesso voluerit uti. hæc Augustinus. Quocunque autem modo tale factum exerceatur, præterquam inter virum & fœminam ordinatè, & in vase debito, vitium contra naturam & Sodomiticum judicatur, ut dicit Rayn.

¶ Decimus est, quòd qui coierit cum brutis, pœniteat plusquam septem annis: & similiter pro incestu. *32. q. 2. hoc ipsum. & c. seq.*

¶ Undecimus est, quòd Presbyter, qui interest clandestinis nuptiis, triennio suspenditur: & si culpa exegerit, gravius puniatur. *extrà, de clandestin. desponsat. cum inhibitio.*

¶ Duodecimus est, quòd qui votum simplex violaverit, pœniteat tribus annis. *27. dist. si vir.*

¶ Decimus tertius est, quòd qui excommunicatus celebraverit, debet triennio pœnitere, & per secundam, quartam & sextam feriam à vino & carnibus abstinere. *11. q. 3. de his.* De pœna verò degradati celebrantis habetur *dist. 50. accedens.*

¶ Decimus quartus est, quòd homicida voluntarius sine spe restitutionis deponitur, & pœniteat septem annis. *50. dist. miror.*

¶ Decimus quintus est, quòd homicida casualis pœniteat quinque ann. & hoc secundùm Ray. si culpa casum præcessit: aliter non, nisi fortè ad cautelam. *dist. 50. cos. & duobus ex. sequentibus.*

¶ Decimus sextus est, quòd si quis fecerit homicidium propter necessitatem evitabilem, pœniteat duobus annis, *distinct. 50. cap. de his clericis.* quæ licèt si inevitabilis esset, in nullo sibi imputaretur. *50. distinct. quia ex.* Quod verum est quoad culpam: sed bonum esset, quòd pœniteret quoad cautelam, & innocentiam suam Ecclesiæ ostendendam, *extrà, de homicid. cap. 2. §. ultimo.* Et secundùm Rayn. fortè distingui potest in homicidio necessario, sicut in casuali, & utrum culpa præcesserit necessitatem, vel non. Arg. *distinct. 50. de his not. extrà, de homicid. interfecisti.* Sed & si quis per insaniam committat homicidium, non ei imputatur. *5. quæst. 4. judicat.* quinetiam, qui intuitu disciplinæ incautè percutiendo occiderit, deponitur. *extrà de homicid. presbyterum. 23. quæst. 1. si quis non ira actus.* Sed qui ligatum latronem interficit, deponitur. *extrà de homicid. fisicepimus.* Qui autem latronem occultum occidit, quem vivum comprehendere potuit, quadraginta diebus non intret Ecclesiam, & aliàs pœnitere debet, *extrà, eodem tit. cap. 2.* ubi de hoc dicitur. Qui verò Paganum vel Judæum occidit, pœniteat quadraginta diebus. *distinct. 50. cap. qui verò odit.*

¶ Decimus septimus est, quòd matricida pœniteat decem annis, secundùm formam satis apertè traditam, *33. quæst. 2. latorem.* Uxoricidæ verò gravior pœnitentia debet imponi. Talis enim, & qui Dominum occidit, nunquam equitat, nec vehiculo portatur, nec matrimonium contrahit, usque ad decem annos carnes non comedit, nec vinum bibit, & alia quæ habentur *33. quæst. 2. admonere. & cap. quicunque.* Imponitur autem pœnitentia major uxoricidæ, non quia illud peccatum sit gravius isto, sed quia homines promiores sunt ad occidendum uxores, quàm matres. Majus enim peccatum est occidere matrem, quàm uxorem occidere, ut dicit Bonaventura in quarto sententiarum, & communiter omnes doctores. Guilielmus verò Durandus tenet contrarium in repertorio, pro eo quòd uxoricidæ imponitur pœnitentia major. Mihi autem magis placet sen-

tentia aliorum. Sed qualem pœnitentiam agere debent, qui filios occidunt? Resp. Aut est certum, quòd ipsimet scienter interfecerunt, & sic debet eis imponi pœnitentia major, quàm pro alio homicidio. Arg. *extrà, eod. c. ult. intext. & gl. de homic. cum juramento, de pœnitentia. distinct. 1. aut facta.* In hoc tamen casu vir uxorem recuperat, quam coactus abjuraverat, & ipsa pœnitentiam agit secundùm arbitrium Episcopi: ita quòd si habet alios filios, pacificè gubernare possit eos uxor. *extrà eod. intelleximus.* quòd si virum non habet, induci debet, ut intret religionem: ad quod si non potest induci, tutius est ei dare licentiam nubendi, ut *ext. eod., veniens.* Et hoc quando timetur de innocentia, aliàs non, ut patet *31. quæst. 2. in adolescentia.* Et si pater sit Clericus, ab officio altaris debet perpetuò abstinere, & ei gravior quàm Laico, non tamen publica (nisi veniat in publicum) pœnitentia debet imponi, ut *extrà, de pœniten. quæsitum.* Aut certum est, quòd non interfecerunt sponte, nec in culpa fuerunt, sed casu fortuito contigit: & sic de stricto jure in nullo tenentur. Arg. *extrà, de homic. ex literis. 2. c. Ioannes & c. ult.* Nisi velint ad cautelam pœnitere. In dubio tamen præsumitur, quòd non hoc ex certa scientia, sed potiùs ex inscitia provenerit, *extrà, de præsumpt. asserte.* Aut certum est, quòd non exhibuerunt omnem diligentiam, quam potuerunt & debuerunt: & sic culpa præcessit casum. Et si sit gravis culpa, ut si posuit puerum in medio utriusque, secundùm arbitrium pœnitentiarii, imponitur pœnitentia quinque vel septem annorum. *50. dist. si qua femina. & c. seq. & c. si quis sponte.* occulta, si sit occultum: publica, si sit publicum: & major, si in lecto suffocetur, quàm si in cunis: & major Presbytero Græco, quàm Laico, ut habetur *extrà, de pœnit. quæsitum.* Et licèt dispensetur quoad pœnitentiam, quæ est arbitraria, ut dicitur ibidem: non tamen quoad ordines propter homicidium, quod est delictum enorme & indispensabile, *distinct. 50. mirer.* Si autem culpa, quæ præcessit casum, sit levis, ut si posuit puerum in eodem lecto, longè tamen à se: imponitur pœnitentia trium annorum. Secundùm hoc intellige illud *extrà eod. de infantibus.* Monendi ergò sunt parentes, quòd tam tenellos secum in uno non collocent lecto, ne quâlibet negligentiâ interveniente opprimantur & suffocentur, ut *2. q. 5. consuluasti.* Et hoc modo distinguit Host. & Ber. *extrà, de infantibus.* Quid de illis, qui filios vel servos suos infantes, vel etiam adultos languidos relegatâ pietate exponunt, id est, extra se ponunt ante Ecclesias, ut aliqui moti misericordiâ colligant eos? Resp. Tales graviter peccant: quia cùm ignoretur sæpè consanguinitas expositorum, contrahere possent matrimonium cum sorore vel consanguinea: ideò exponens tenetur de hoc peccato pœnitere, & est puniendus sicut expositus, si scienter cum tali contraheret, puniretur. *extrà, de pœn. officii.* secundùm Hostien. Talis enim secundùm Rayn. est tanquam homicida judicandus, qui hominem sibi ita conjunctum periculo mortis exponit. Consideratis tamen circumstantiis, & utrùm ob hoc mors secuta fuerit, vel non fuerit, pœnitentia moderanda erit. Erunt autem tales irregulares, secundùm Rayn. si mors inde sit secuta: quia scilicet fuerunt in culpa eos exponendo, vel alimenta negando. Tamen secundùm Ro. si in nulla culpa fuissent, quia fortè nec eleemosynas quærendo, nec aliter eos alere possent, irregulares non essent, nec peccarent.

¶ Decimus octavus est, quòd qui Presbyterum interfecit, pœniteat duodecim annis. *extr. de pœniten. & remiss. cap. 2.* De pœnitentia verò ejus, qui occidit Monachum, vel Clericum, Subdiaconum, vel Diaconum, habetur *17. q. 4. qui occiderit.* De pœnitentia autem ejus, qui machinatus in mortem domini sui, vel in regimen ejus, habetur *23. q. ult. §. si quis.*

¶ Decimus nonus est, quòd qui injustè alium ad mortem accusat, quadraginta diebus in pane & aqua per septem annos jejunet & pœniteat: & hoc si accusatus sit occisus. Si autem tantùm membrum perdiderit, triennio pœniteat. *extra, de accus. accusâsti.* Hostiens. verò & Joan. de Deo in jejunando intellexerunt, quòd primus pœniteat per septem annos, quolibet anno jejunando quadraginta diebus in pane & aqua: secundus verò per tres annos. G. verò Duran. intellexit prout litera magis sonat, scilicet, quòd primus jejunabit quadraginta diebus in pane & aqua, sive continuè, sive interpolatè: & per septem annos jejunabit & pœnitebit: non tamen in pane & aqua, sed ad arbitrium Presbyteri: secundus verò per tres Quadragesimas, primâ ante natalem Domini, secundâ ante Pascha, tertiâ ante Sanctum Joannem: has enim instituit B. Petrus, ut habetur in Chronicis. Jejunabit autem tunc in pane & aqua. probantur hæc secundùm Host. *22. qu. 5. c. 1. 2. & 3.*

¶ Vigesimus est, quòd perjurus quadraginta diebus in pane & aqua jejunet, & septem annis sequentibus pœniteat, & semper debet esse in pœnitentia, scilicet interiori. *6. q. 1. quicunq.*

¶ Vigesimus primus est, quòd qui compulsus conditionaliter à domino scienter pejerat, si liber sit, quadraginta diebus in pane & aqua, & hoc secundùm gloss. intellige vel continuè vel interpolatè, pœniteat septem annis sequentibus, non tamen in pane & aqua, ut dicit gloss. Si verò servus sit ejus, qui eum coegerit, tribus Quadragesimis & legitimis feriis, scilicet, 4. & 6. *22. q. 5. qui compulsus.*

¶ Vigesimus secundus est, quòd qui pejerat in manu Episcopi, vel in cruce consecrata, pœniteat tribus annis. Si verò in cruce non consecrata, uno anno. Qui verò coactus & ignorans ignorantiâ juris, & postea cognoscit, pœniteat tribus Quadragesimis. *22. quæst. 5. c. 2.* Qui verò coactus pro vita redimenda, vel qualibet causa vel necessitate pejerat (quia corpus plùs quàm animam dilexit) tribus Quadragesimis pœniteat. *eâd. q. 5. c. si quis coactus.* Alii inducunt tres annos: & unum ex his in pane & aqua.

¶ Vigesimus tertius est, quòd qui falsum sciepter jurat, vel alium jurare cogit, diebus quadraginta pœniteat in pane & aqua: & septem sequentibus annis nusquam sit sine pœnitentia, scilicet interiori. Alii etiam si conscii fuerint, similiter pœniteant. *22. quæst. 5. si quis convictus.*

¶ Vigesimus quartus est, quòd qui mensurat in falsa mensura, 30. diebus in pane & aqua jejunet. *extrà, de contrah. empt. vel mensura.* De pœna verò falsarii literarum, habetur *extrà, eod. ad audientiam, & c. dura. & c. ad falsarium. & de verb. sig. novimus.*

¶ Vigesimus quintus est, quòd qui frangunt pœnitentiam solennem, sive redeundo ad crimina priora, vel similia: sive redeundo ad negotiationem vel militiam secularem, quæ sibi fuerant interdicta: sola inter Ecclesiam fidelibus oratione junguntur, à communione suspenduntur, à catholicorum conviviis separantur, & pœnitere debent decem annis, & communicent in fine vitæ. *33. qu. 2. de his verò. & de pœn. dist. 5. si quis verò.*

¶ Vigesimus sextus est, quòd qui canit Missam, & non communicat, debet uno anno pœnitere, & interim Missas non cantare. *de consecr. dist. 5. relatum.*

¶ Vigesimus septimus est, quòd Presbyter, qui mortuum Clericum involvit in palla altaris, pœniteat decem annis, & mensibus 5. Diaconus verò triennio & dimidio. *de consecr. dist. 1. nemo per ignorantiam.*

¶ Vigesimus octavus est, quòd qui committit sacrilegium, Ecclesiam violando, vel chrisma, sive calicem sacrum pollutis manib. accipit, vel similia sacrilegia committit, pœniteat septem annis. Primo anno extra cœmiterium quod violavit, consistat, secundo anno ante fores Ecclesiæ, tertio in Ecclesia: & in hoc triennio ca-

ver non comedat, vinum non bibat, nisi in Pascha, vel Natali, non offerat, nec communionem accipiat: quarto anno communicabit: & in illo & in 5. & 6. & in 7. tribus feriis à carnibus & vino abstineat jejunando. 12. q. 2. damnon. Combatens autem Ecclesiam, quindecim annis pœniteat, & eàm restituat. 17. q. 4. §. si quis. in vers. major. De pœna verò raptoris, sive furis rei Ecclesiasticæ, & de pœna furis & effractoris tam Clerici quàm Laici habetur add. quæst. §. peccata. & cap. si quis Clericus.

¶ Vigesimus nonus est, quòd si parentes frangunt sponsalia filiorum, à communione triennio separentur: & similiter filii, si sint in culpa: si tamen filii secundùm promissionem factam contraxerint, excusantur utique: scilicet quoad pœnam Ecclesiæ, sed non quoad reatum, ex quo dederunt operam in contrarium, 31. q. 3. si qui parentes. arg. de pœn. dist. 1. si cui.

¶ Trigesimus est, quòd qui blasphemaverit publicè Deum, vel aliquem Sanctorum, & maximè beatam Virginem, illi debet Episcopus hanc pœnitentiam injungere: scilicet ut septem diebus Dominicis præ foribus Ecclesiæ in manifesto, dum Missa cantatur, existat, & ultimo illorum dierum Dominicorum pallium & calceamenta deponat, & corrigiam ligatam circa collum habeat, & septem præcedentibus sextis feriis in pane & aqua jejunet, Ecclesiam nullatenùs ingressurus: & quolibet prædictorum dierum tres paupetes, vel duos, vel saltem unum reficiat, si potest: & si non potest, hæc pœna in aliam commutetur: quòd si renuerit agere omnia suprædicta, interdicatur sibi Ecclesiâ, & in morte privetur Ecclesiasticâ sepulturâ. extrà, de maledic. statuimus. Item blasphemus si dives fuerit, 40. alioquin 30. vel 20. & si ad hoc non sufficit, quinque solidorum usualis monetæ pœnâ multetur, nullamque misericordiam in hoc habiturus, ut dicitur ibidem: scilicet quin solvat quinque solidos: quos si non habet, currat per civitatem, vel commutetur in pœnam aliam temporalem. Hæc autem pœna solvetur ei, qui condemnat, id est, potestati seculari: hanc enim pœnam temporalem præcipit Papa imponi per potestatem temporalem: quòd si neglexerit, per Episcopum præcipitur cogi. hæc Host. Habet autem prædicta pœna locum secundùm Goffr. cùm quis blasphemat non ex ira, vel ebrietate, vel dementia: quia tunc cum eo mitiùs ageretur. 2. q. 3. si quis iratus. §. notandum. Secundùm verò Hostien. hæc pœna est specialiter inducta contra eos, qui Deum blasphemant ex ira. Non enim aliquis de levi blasphemat Deum, nisi iratus. Tanta tamen posset esse iracundia, quòd æquipararetur dementiæ: & tunc illud quod dicit Goff. locum posset habere. hæc Hostiens.

¶ Quid si quis juret per caput, vel per ventrem, vel per corpus, vel capillum? Respondet Host. quòd si faciat hoc affirmando vel jurando, non habet locum hæc pœna: secùs est, si faciat hoc detestando vel vituperando, licèt iratus. Item secundùm Goff. & Host. hæc, quæ dicuntur de pœna temporali, sunt judice pro tribunali sedente. In judicio autem animæ Presbyter discretus molliendo rigorem dispensare poterit ex causa circa pœnam spiritualem superiorem. 25. qu. 6. pœnitentib. hæc Host. Item blasphemus Clericus, maximè Presbyter, cogatur ad veniam postulandam: quòd si noluerit, degradetur. dist. 46. Clericus.

¶ Notandum verò, quòd blasphemus secundùm leges est decapitandus, ut in auth. ut non lux. contra nat. circa medium. coll. 6. Secundùm verò canonem antiquum Clericus erat degradandus, & Laicus excommunicandus, 22. q. 1. si quis per capillum. Hodiè verò Laicus aget pœnitentiam suprædictam, scilicet illius canonis, statuimus. & hoc si publicè blasphemavit. Si enim occultè, non pœnitebit publicè, ut puto. Clericus verò hodie est corrigendus pœnâ arbitrariâ & occultâ, non illâ, quæ est publica. Clericus enim publicè non debet pœnitere. Si autem rebellis fuerit, vel sæpiùs hoc commiserit, locum habet pœna legis, scilicet ut Laicus decapitetur in foro civili, & in canonico anathematizetur, id est, Ecclesiæ ingressus sibi interdicatur, & in morte privetur Ecclesiasticâ sepulturâ. Clericus verò degradetur. hæc Host. tit. de maledicis.

¶ Trigesimus primus est de Presbytero, qui revelat confessionem, quod de jure antiquo debet deponi, & omnibus diebus vitæ suæ ignominiosus peregrinari, de pœn. dist. 6. Sacerdos.

¶ Trigesimus secundus est, quòd qui in dicendis horis canonicis, & aliis officiis divinis discrepat à consuetudine propriæ metropolitanæ Ecclesiæ, 6. mensibus privatur communione, si hoc accidat ex contemptu. 17. dist. de his.

¶ Trigesimus tertius est, quòd Episcopus, qui ordinat sine justa causâ Clericum invitum aut reclamantem, vel penitùs invitum, absolutè suspenditur anno uno. 74. dist. cap. 1.

¶ Trigesimus quartus est, quòd Episcopus, qui correctionem de venditione ministeriorum dissimulat, duobus mensibus: Presbyter 4. Diaconus 3. Subdiaconus & cæteri ad arbitrium judicis pœnitere debent. 1. quæst. 1. quicquid invisibile.

¶ Trigesimus quintus est, quòd sortilegus 40. diebus pœniteat. extr. de sortileg. requisisti.

¶ Trigesimus sextus est, quod qui videt in astrolabio, pœniteat duobus annis, extr. de sortileg. ex tuarum.

¶ Trigesimus septimus est, de stilla sanguinis altaris cadentis super terram, vel aliquid aliud propter negligentiam Presbyteri, debet Presbyter pœnitere 40. diebus. Si cecidit super pallio altaris, pœniteat quatuor diebus. de consecr. dist. 2. c. si per negligentiam.

¶ Trigesimus octavus est, quòd si aliquis evomit Eucharistiam propter ebrietatem & voracitatem, si Laicus, pœniteat 40. diebus. Si Clericus, vel Monachus, vel Presbyter, vel Diaconus, pœniteat 70. diebus. Si Episcopus, pœniteat nonaginta diebus. Et debet evomitura comburi, & juxta altare collocari. Si verò causâ infirmitatis evomuerit, septem diebus pœniteat. de consecr. dist. 2. si quis propter ebrietatem.

¶ Trigesimus nonus est, quando mus corrodit vel comedit corpus Christi, de pœnitentia hujus casûs inquire ubi sit notata. de consecr. dist. 2. circ. fin.

¶ Quadragesimus est, quòd qui domum vel aream voluntariè succendit, sublata vel incensa omnia restituat, & tribus annis pœniteat. extrà, de injur. si quis domum. Canon tamen dicit, quòd si ex odio vel injuria hoc fecerit, excommunicari debet, nec absolvi, donec satisfecerit, & juraverit, quòd ignem de cætero non apponet. Imponitur autem sibi, ut Hierosolymam, vel in Hispaniam vadat, in Dei servitio anno integro ibi moraturus. Si quis autem Archiepiscopus vel Episcopus hoc relaxaverit, damnum restituat, & ab officio Episcopali per annum abstineat. 23. quæst. 8. pessimam. Hodie autem postquam sunt denunciati non possunt circa sedem Apostolicam absolvi. extrà, de sentent. excommun. tua nos. Imò text. loquitur de incendiariis indistinctè, postquam sunt publicati. Et Bet. hoc idem dicit expressè, & Gratianus, extrà, de sententiis excommunicat. quicumq;. & Goffred. licèt Rom. contrarium dicat. Secundùm autem leges, qui in civitate datâ operâ incendium fecerit, si sit humilis, subjicitur bestiis: si sit in aliquo gradu, decapitatur, vel in insulam relegatur. ff. de incend ruin. naufrag. l. fin. Qui verò alibi, ut in villis vel castris remissis, ibidem ædes positas combusserit, si hoc dolo fecerit, comburitur. Et hoc intelligendum secundùm Hostiens. si sit humilis. Si autem hoc ex sua negligentia contigerit, resarciet damnum, vel si minùs idoneus sit, parùm vel leviter castigetur. Et nomine ædium omne ædificium continetur, ut ibidem dicitur. l. qui ædes.

¶ Quadragesimus primus est, quòd qui dederit vel acceperit communionem ab hæretico, & nescit hoc esse prohibitum ab Ecclesia, & postea intelligit, pœniteat uno anno. Si autem scivit & neglexit, pœniteat decem annis, vel secundùm quosdam septem, vel secundùm alios, quinque. Qui verò permittit hæreticum Missam celebrare in Ecclesia catholica per ignorantiam juris, pœniteat quadraginta diebus. Si pro reverentia ejus, per annum pœniteat. Si pro damnatione Ecclesiæ catholicæ, & pro consuetudine Romanorum, projiciatur ab Ecclesia sicut hæreticus, si sit impœnitens: alioquin pœniteat decem annis. Si autem relicta Ecclesia ad hæreticos transierit, & alios ad hoc induxerit, pœniteat duodecim annis, tribus extra Ecclesiam, septem inter audientes, duobus extra communionem: & sic duodecimo anno communionem sive oblationem percipiat. *24. q. 1. si quis dederit.*

¶ Quadragesimus secundus est, quòd patronus, qui res Ecclesiæ dilapidat, uno anno pœniteat. *16. quæst. cap. filii.*

¶ Quadragesimus tertius est, quòd qui domum suam magicis & incantatoribus lustrat, vel aliud facit, & qui ei hoc consulit, annis quinque pœniteat. *26. q. 5. qui divinatores. & cap. non licet.*

¶ Quadragesimus quartus est, quòd qui pacem cum proximo suo non facere jurat, anno uno pœniteat, & ad pacem redeat. *22. q. 2. qui sacramento.*

¶ Quadragesimus quintus est, quòd pro perjurio, adulterio, homicidio dantur pro pœnitentia regulariter septem anni, & similiter pro fornicatione: licèt non ita aspera pœnitentia injungatur. *22. quæst. 1. prædicandum. 33. q. 1. hoc ipsum. & 6. seq.*

¶ Quadragesimus sextus est, quòd qui scienter rebaptizatur, septem annis pœniteat, & feriâ quartâ & sextâ in pane & aqua jejunando tres Quadragesimas faciat, & hoc si fecit pro hæresi introducenda. Si autem pro mundicia, id est, pro salute corporis obtinenda, ut *extrà, de apost. capitulo 2.* tribus annis pœniteat. *de consecrat. distinctione 4. quibus* & talis, qui bis baptizatur, vel confirmatur, sit de foro Ecclesiæ, & cogitur fieri irregularis. *dist. 94. dictum est.* De pœna autem talium habetur *de consecrat. dist. 4. eos.* Cujus capituli sententiam prætermitto gratiâ brevitatis.

¶ Quadragesimus septimus est, quod qui uxorem adulteram cognoscit, antequam pœniteat, tres ann. pœniteat. *21. quæst. 2. si quis.* Qui verò cognoscit eam pœnitentem ante pœnitentiam peractam, pœniteat duobus annis. *eâdem quæst. si quis primo.* Quomodo verò pœnitentia injungenda sit mulieri partum alterius supponenti, vel etiam de non suo viro concipienti, habetur *extrà, de panitent. & remiss. officii.*

¶ Ad regulas igitur prædictas inspiciendo potest studiosus indagator procedere ad pœnitentias pro diversis criminibus secundùm canones imponendas: & ex causa consideratis circumstantiis, ut dictum est suprà, moderari poterit eas. Et licèt ab ipso omnes circumstantiæ sint diligenter attendendæ, principaliter tamen qualitates personæ, & præcipuè utrùm sit persona obnoxia alicui aliquo vinculo servitutis. Nam circa tales personas cavere debet pro posse Presbyter, ne talem pœnitentiam eis imponat, per quam illis, quibus sunt astrictæ, præjudicium fiat, maximè circa conjugatos: unde si servus sit, & timore peccaverit, obediens domino suo in atrocioribus, est mitius puniendus. *22. quæstione 5. qui compulsus.* obedire tamen non tenebatur in talibus. *11. quæstione 3. si dominus.* Si autem voluntariè peccaverit, corpore punietur, etiam acriùs, quàm alius. *24. quæstione 1. qui contra pacem.* Nec est servo injungenda peregrinatio, per quam dominus ejus, qui non est in culpa, illius servitio defraudetur. *extrà, de sententia excommunicat. relatum.* Si verò liber sit, tota pœnitentia canonis, si potest facere, debet imponi. *16. quæst. 1. Sacerdos pœnitentiam.* Sed ex causa poterit eam Presbyter moderari.

¶ Considerandum etiam erit, utrùm sit persona nova in fide: quia novis in fide minor debet etiam pœnitentia imponi. *extrà, de pœnitent. & remiss. Deus qui.* Et similiter considerandæ erunt aliæ personarum circumstantiæ, de quibus ad præsens supersedeo gratiâ brevitatis.

¶ Sciendum autem, quòd in foro pœnitentiali dicuntur legitimæ feriæ secunda, quarta, & sexta. *distinctione 11. Presbyter. de consecrat. distinctione 3. jejunia.* Aliqui tamen, ut dicit Rom. pro secunda feria ponunt Sabbathum.

¶ Insuper notandum est, quòd si pœnitentia in pane & aqua imponatur non habenti panem, potest loco panis leguminibus & piscículis vesci: & etiam aliis, si necessitas illud requirat. *extrà, de panitent. & remiss. luct. in text. & gloss.* aliàs non licet.

¶ Notandum etiam, secundùm Joannem, si pœnitentia sit imposita à canone, liberatur quis à jejunio dando denarium, vel legendo Psalterium propriâ auctoritate. Innocentius verò dicit, quòd jejunia necessaria, ut quatuor temporum, & hujusmodi, non possunt redimi, nisi subsit rationabilis causa: voluntaria verò redimi possunt etiam sine auctoritate superioris.

¶ Ad hoc etiam nota, quòd ubi imponitur pœnitentia aliquot annorum sive Quadragesimarum, nec additur, quomodo quis debet pœnitere, hoc relinquitur arbitrio Presbyteri, cùm pœnitentiæ sint arbitrariæ, ut dictum est suprà. Ipse enim Presbyter arbitrabitur eam per ferias legitimas faciendam, secundùm canones. *50. distinct. In hiis clericis extrà, de hom. cap. 2.* & in multis aliis juribus. Et sic intelligunt illud, *extrà, de accus. accusati. & de sponsalibus. & similia.*

EXPLICIUNT CANONES POENITENTIALES.

CANO-

CANONES SANCTORUM APOSTOLORUM, PER CLEMENTEM A PETRO APOSTOLO ROMÆ ORDINATUM EPISCOPUM, IN UNUM CONGESTI.

EPiscopus à duobus aut tribus Episcopis ordinator.

2. ¶ Presbyter ab uno Episcopo ordinator: item Diaconus, & reliqui Clerici.

3. ¶ Si quis Episcopus aut Presbyter præter ordinationem Domini, quam de sacrificio instituit, alia quæpiam, putà aut mel, aut lac, aut pro vino siceram, aut confecta quædam, aut aves, aut aliqua animalia, aut legumina supra altare obtulerit, aut qui contra ordinationem Domini faciat, deponitor: excepto novo frumento, & uvâ opportuno tempore. Præterea licitum non esto aliud quidpiam admovere ad altare, quàm oleum in candelabrum, & incensum oblationis tempore.

4. ¶ Omnium aliorum pomorum primitiæ Episcopo & Presbyteris domum mittuntor, non super altare. Manifestum est autem, quòd Episcopus & Presbyteri inter Diaconos & reliquos Clericos eas dividunt.

5. ¶ Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus uxorem suam prætextu religionis non abjicito: si abjicit, segregator à communione: si perseverat, deponitor.

6. ¶ Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus seculares curas non suscipito: alioquin deponitor.

7. ¶ Si quis Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus sanctum diem Paschæ ante vernum æquinoctium cum Judæis celebraverit, deponitor.

8. ¶ Si quis Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, aut quicunque ex Sacerdotali consortio, oblatione factâ, non communicaverit, causam dicito. Et si bonâ ratione subnixa sit, veniam promerctor. Sin minus dixerit, à communione excluditor, tanquam qui populo auctor offensionis fuerit, motâ contra eum suspicione, qui obtulit.

9. ¶ Quicunque fideles Ecclesiam ingrediuntur, & Scripturas audiunt, neque apud preces & sanctam communionem permanent: eos tanquam qui ordinis in Ecclesia perturbationem inducant, à communione arceri oportet.

10. ¶ Si quis cum excommunicato, licèt in domo, preces conjunxerit, iste communione privator.

11. ¶ Si quis cum depositio Clerico, ut cum Clerico, preces conjunxerit, deponitor & ipse.

12. ¶ Si quis Clericus, aut Laicus à communione segregatus, seu nondum in communionem receptus ad aliam profectus civitatem, sine commendatitiis literis receptus fuerit, à communione excluditor tam qui recepit, quàm qui receptus est. Si excommunicatus fuerit, in longius illi tempus excommunicatio protenditor.

13. ¶ Episcopo, qui parochiam suam dereliquerit, alteri insilire nefas esto, licèt à pluribus ad hoc compellatur: nisi rationabilis aliqua causa subsit, quæ hoc ipsum facere vi adigat, nempe quòd plus lucri & utilitatis his, qui illic constituti sint, verbo pietatis conferre possit: neque hoc tamen à seipso, sed multorum Episcoporum judicio, & exhortatione maximâ.

14. ¶ Si quis Presbyter, aut Diaconus, aut quicunque tandem de Clericorum consortio, relictâ parochiâ suâ, in aliam concesserit, & omninò transmigratione factâ, præter voluntatem sui Episcopi in alia parochia moram traxerit: hunc jubemus, ne porrò in ministerio publico sit Ecclesiæ, maximè si accersente ipsum Episcopo ejus redire contemnat, perverso illic ordine perseverans; ut Laicus tamen ibi locorum in communionem admittitor.

15. ¶ Quòd si Episcopus, ad quem accesserint, pro nihilo reputata vacationis à ministerio Ecclesiastico pœna, quæ contra eos definita est, ipsos ut Clericos susceperit, à communione excluditor, ut perversi ordinis magister.

16. ¶ Qui post baptismum duabus implicitus fuit nuptiis, aut concubinam habuit, is Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, aut denique in consortio Sacerdotali esse non potest.

17. ¶ Qui viduam duxit, aut divortio separatam à viro, aut meretricem, aut ancillam, aut aliquam, quæ publicis mancipata sit spectaculis, Episcopus, Presbyter, aut Diaconus, aut denique ex consortio Sacerdotali esse non potest.

18. ¶ Qui duas sorores duxit, aut consobrinam, Clericus esse non potest.

19. ¶ Clericus, qui fidejussiones dat, deponitor.

20. ¶ Si quis humanâ violentiâ eunuchus factus est, aut in persecutione amputata ei sunt virilia, aut ita natus fuit, & dignus est, efficitor Episcopus.

21. ¶ Qui sibiipsi virilia amputavit, Clericus non efficitor: sui enim ipsius homicida est, & inimicus creationi Dei.

22. ¶ Si quis, cùm Clericus esset, virilia sibiipsi amputaverit, deponitor: homicida etenim sui ipsius est.

23. ¶ Laicus, qui seipsum mutilavit, per tres annos à communione ejicitor: putà quia ipse vitæ suæ posuit insidias.

24. ¶ Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus in fornicatione, aut perjurio, aut furto deprehensus, deponitor: non tamen à communione excluditor. Dicit enim Scriptura: Bis de eodem delicto vindictam non exiges. Eidem conditioni consimiliter & reliqui Clerici subduntor.

25. ¶ Ex his, qui cœlibes in Clerum pervenerunt, jubemus, ut Lectores tantùm & Cantores (si velint) nuptias contrahant.

26. ¶ Episcopum, aut Presbyterum, aut Diaconum, qui vel fideles delinquentes, vel infideles injuriam inferentes percutit, & terrorem ipsis per hujusmodi vult incutere, deponi præcipimus. Nusquam enim Dominus hoc nos docuit. Imò verò contrà, cùm ipse percute-

retur, non repercutiebat: cùm lacesseretur convitiis, non regerebat convitium: cùm pateretur, non comminabatur.

27. ¶ Si quis Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus ob certa crimina justè depositus, attingere ministerium, quod aliquando tractaverat, præsumpserit, omninò hic ab Ecclesia abscinditor.

26. ¶ Si quis Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus pecuniæ interventu, hanc dignitatem nactus fuerit, deponitor tam ipse, quàm qui eum ordinavit, & omninò à communione abscinditor, quemadmodum Simon magus à me Petro.

29. ¶ Si quis Episcopus secularium magistratuum familiaritate usus, per ipsos Ecclesiam nactus fuerit, deponitor: segregantor quoque à communione, quicunque cum ipso communionem habent.

30. ¶ Si quis Presbyter, proprium aspernatus Episcopum, seorsum conventicula egerit, & altare erexerit, cùm de nullo crimine Episcopum in pietate ac justitia condemnârit, deponitor, quasi qui principatum ambiat: tyrannus enim est. Consimiliter & reliqui Clerici, qui suum illi calculum apponunt. Laici verò à communione segregantor. Atque hæc post unam, & item alteram, ac tertiam Episcopi exhortationem fiunto.

31. ¶ Si quis Presbyter, aut Diaconus per Episcopum à communione exclusus sit, hunc neutiquam ab alio fas esto suscipi, quàm ab eo, qui ipsum à communione exclusit: nisi forte fortunâ Episcopus, qui ipsum à communione segregavit, defunctus sit.

32. ¶ Nemo peregrinorum Episcoporum, aut Presbyterorum, aut Diaconorum sine commendatitiis suscipitor literis: & si eas obtulerit, attentiùs in disquisitionem vocantor. Et quidem si prædicatores pietatis fuerint, suscipiuntor: sin minùs, ubi necessaria ipsis suppeditaveritis, ad communionem & ulteriorem ipsos consuetudinem non admittitote: multa enim per obreptionem fiunt.

33. ¶ Cujusque gentis Episcopos oportet scire, quinam inter ipsos primus sit, habereque ipsum quodammodò pro capite, neque sine illius voluntate quicquam agere insolitum: illa autem sola quemque pro se tractare, quæ ad parochiam ejus, & loca ipsi subdita attinent. Sed neque in illa citra omnium voluntatem aliquid facito. Ita enim concordia erit, & Deus glorificabitur per Dominum in Sancto Spiritu.

34. ¶ Episcopus extra terminos suos in civitatibus & regionibus sibi non subjectis ordinationes facere non præsumito. Si verò præter voluntatem eorum, qui civitates illas aut regiones detinent, id fecisse convictus fuerit, deponitor tam ipse, quàm etiam hi, quos ordinavit.

35. ¶ Si quis ordinatus Episcopus ministerium & curam populi sibi commissam non susceperit, hic à communione sejunctus esto tamdiu, donec susceperit, obedientiam accommodans. Similiter autem & Presbyter, & Diaconus. Si verò non præ voluntate sua, sed præ malitia populi non susceperit, manento ipse quidem Episcopus: Clerus verò ejus civitatis à communione segregator, eò quòd tam inobedientem populum non corripuerit.

36. ¶ Bis in anno Episcoporum celebrator Synodus: ac pietatis inter se dogmata in disquisitionem vocanto, neque non in Ecclesiis incidentes contradictiones dirimunto: semel quidem quartâ feriâ *a* Pentecostes, secundo duodecimâ Hyperberetei *b*.

37. ¶ Omnium rerum Ecclesiasticarum curam Episcopus gerito, & eas dispensato, quasi inspectante Deo. Non licitum autem ei esto quippiam ex iis sibi tanquam proprium assumere, aut cognatis suis elargiri, quæ Deo dedicata sunt. Quòd si pauperes illi sint, ut pauperibus subministrato: non tamen horum prætextu res Ecclesiæ venundato.

38. ¶ Presbyteri & Diaconi absque voluntate Episcopi nihil peragunto: ipsius enim fidei populus Domini commissus est, & pro eorum animabus ab ipso repetetur ratio.

39. ¶ Manifestæ sunto privatæ res Episcopi: si modò & privatas habet: manifestæ item sunto Dominicæ, ut privatas quidem res Episcopus, cùm moritur, quibus *velit*, & quomodo vult, relinquendi facultatem habeat: neque occasione Ecclesiasticarum rerum intercidant res Episcopi, qui nonnunquam uxorem & liberos, aut cognatos, aut servos habet. Justum enim est apud Deum pariter & homines, simul ne Ecclesia per ignorationem rerum Episcopi damni aliquid sustineat, simul ne Episcopus aut cognati ejus prætextu Ecclesiæ oblædantur: aut etiam qui illum generis proximitate contingunt, incidant in negotia, ejusque mors implicetur diffamationibus.

40. ¶ Præcipimus, ut Episcopus res Ecclesiæ in potestate habeat. Nam si pretiosæ hominum animæ fidei ejus committendæ sunt: multò utiq; magis oportuerit & de pecuniis mandatum dare, ut illius arbitratu dispensentur, neq; non cum timore Dei, summâque solicitudine per Presbyteros ac Diaconos erogentur in pauperes. Percipiat autem & ipse (si modò indiget) quantum ad necessarios suos & hospitio exemptorum fratrum usus opus habet, ne quomodo ipse posteriore loco habeatur, quàm cæteri. Ordinavit enim lex Dei, ut qui altari inserviunt, de altari nutriantur: quomodo nec milites unquam suis annonis arma hostibus inferant.

41. ¶ Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, qui vel aleæ, vel ebrietatibus indulget, vel definito, vel deponitor.

42. ¶ Subdiaconus, aut Cantor, aut Lector, qui consimilia facit, vel definito, vel à communione sejungitor. Similiter & Laici.

43. ¶ Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, qui usuras à mutuum accipientibus exigit, vel definito, vel deponitor.

44. ¶ Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, qui cum hæreticis preces conjunxerit, duntaxat à communione suspenditor. Si verò etiam ipsos tanquam Clericos aliquid agere permiserit, deponitor.

45. ¶ Episcopum, aut Presbyterum, qui hæreticorum baptisma aut sacrificium susceperit, deponi præcipimus. Quæ etenim conventio inter Christum & Belial? aut quæ particula fideli cum infideli?

46. ¶ Episcopus, aut Presbyter, si eum, qui verum baptisma habeat, iterùm baptizaverit, aut pollutum ab impiis non baptizaverit, deponitor, ut qui crucem & mortem Domini derideat: neque discernat veros Sacerdotes à Sacerdotibus impostoribus.

47. ¶ Si quis Laicus, cùm suam à se uxorem abjicit, alteram duxerit, aut ab alio dimissam, à communione segregator.

48. ¶ Si quis Episcopus, aut Presbyter, secundùm ordinationem Domini non baptizaverit in Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, sed in tres principio carentes, aut tres filios, aut tres paracletos, deponitor.

49. ¶ Si quis Episcopus, aut Presbyter in una initiatione non tres immersiones, sed unam duntaxat, quæ in mortem Domini detur, peregerit, deponitor. Non enim dixit Dominus, in mortem meam baptizate: sed profecti docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti.

50. ¶ Si quis Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, aut quivis omninò de sacerdotali consortio, nuptiis, & carnibus, & vino abstinuerit, non propterea quòd mens ad cultum pietatis reddatur exercitator, sed propter abomina-

a *al.* hebdomadæ. b *Hyperberetæus apud Asiæ populos & Macedones Octobri græcè dictus.*

abominationem, oblitus, quòd omnia pulchra valdè, & quòd masculum & fœminam Deus creavit hominem, sed diffamationibus lacessens creationem Dei, vocat ad calumniam: aut corrigitor, aut deponitor, & ex Ecclesia rejicitor. Consimiliter Laicus.

51. ¶ Si quis Episcopus, aut Presbyter eum, qui à peccato revertitur, non recipit, sed rejicit, deponitor, eò quòd Christum offendat, qui dixit, ob unum peccatorem, qui resipiscat, gaudium oboriri in cœlo.

52. ¶ Si quis Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus carnibus & vino festivis diebus non utatur, idque per abominationem, non propter exercitationem ad cultum pietatis, deponitor, tanquam qui cauterio notatam habet conscientiam, & multis auctor sit offendiculi.

53. ¶ Si quis Clericus in caupona cibum capere deprehensus fuerit, à communione excluditor: excepto tamen eo, qui necessariò in itinere in commune diverterit hospitium.

54. ¶ Si quis Clericus Episcopum contumeliâ affecerit, deponitor: Principi enim populi tui non maledices.

55. ¶ Si quis Clericus contumeliâ affecerit Presbyterum, aut Diaconum, à communione segregator.

56. ¶ Si quis mancum, aut mutum, surdumvé, aut cæcum, aut eum, cui vitiosus incessus est, subsannaverit, communione privator. Consimiliter & Laicus.

57. ¶ Episcopus, aut Presbyter, qui negligentiùs circa Clerum vel populum agit, neque in pietate eos erudit, à communione segregator. Si verò in ea socordia perseveraverit, deponitor.

58. ¶ Si quis Episcopus, aut Presbyter, Clerico ex inopia laboranti necessaria non suppeditaverit, à communione rejicitor: sin perseverat, deponitor, ut qui fratrem suum necaverit.

59. ¶ Si quis falsò inscriptos impiorum libros, tanquam sacros in Ecclesia ad populi & Cleri corruptionem publicaverit, deponitor.

60. ¶ Si accusatio contra fidelem instituatur de fornicatione, aut adulterio, aut quacunque alia actione prohibita, & convictus fuerit, in Clerum non perducitor.

61. ¶ Si quis Clericus per metum humanum, vel Judæi, vel Græci, vel Hæretici negaverit, si quidem nomen Christi, ab Ecclesia rejicitor: si verò nomen Clerici, deponitor: pœnitentiâ tamen ductus, ut Laicus recipitor.

62. ¶ Si quis Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, aut omninò quicunq; ex Sacerdotali consortio comederit carnes in sanguine animæ ejus, aut à bestiis abreptum, aut suffocatum, deponitor: hoc enim lex prohibuit. Sin verò Laicus fuerit, à communione excluditor.

63. ¶ Si quis Clericus, aut Laicus, synagogam Judæorum, aut Hæreticorum conventiculum ingressus fuerit, ut preces cum illis conjungat, deponitor, & à communione secluditor.

64. ¶ Si quis Clericus in concertatione aliquem pulsaverit, & uno ictu ac pulsatione interemerit, deponitor propter temeritatem suam. Sin verò Laicus sit, arcetor à communione.

65. ¶ Si quis Dominicum diem, aut Sabbathum, uno solo dempto, jejunare deprehendatur, deponitor: sin Laicus, à communione ejicitor.

66. ¶ Si quis virginem sibi non desponsatam admotâ vi detinet, à communione suspenditor. Non licitum autem esto ei aliam ducere: sed eam detineto, quam solicitavit, quamvis paupercula sit.

67. ¶ Si quis Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus secundam ab aliquo ordinationem susceperit, deponitor tam ipse, quàm qui ipsum ordinavit: nisi fortè constet ordinationem eum habere ab hæreticis. Qui enim à talibus baptizati, aut ordinati sunt, hi neque fideles, neque Clerici esse possunt.

68. ¶ Si quis Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, aut Lector, aut Cantor sacram Quadragesimam Paschæ, aut quartam feriam, aut Parascevem non jejunaverit, deponitor: præterquam si imbecillitate impediatur corporis. Sin Laicus sit, communione privator.

69. ¶ Si quis Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, aut omninò quicunque ex Cleri corum consortio cum Judæis jejunaverit, aut communem festum diem cum ipsis egerit, aut lautia festi, nempe azyma, aut aliud hujus generis, ab eis susceperit, deponitor: si Laicus sit, à communione segregator.

70. ¶ Si quis Christianus oleum ad sacra gentilium, aut in synagogam Judæorum in festis eorum detulerit, aut lucernas incenderit, à communione excluditor.

71. ¶ Si quis Clericus, aut Laicus ceram aut oleum ex sancta subripiat Ecclesia, à communione sejungitor.

72. ¶ Vas aureum & argenteum sanctificatum, aut velamen linteumvé, nemo amplius in suos usus assumito, iniquum enim est. Cæterùm si quis deprehensus fuerit, excommunicatione mulctator.

73. ¶ Episcopum de aliquo per fide dignos accusatum homines, ab Episcopis vocari necessarium est. Et siquidem comparuerit, & confessus convictusvé fuerit, censura irrogator Ecclesiastica. Si verò vocatus non obtemperaverit, secundâ quoque vice vocator, missis duobus ad ipsum Episcopis. Quòd si per contumaciam ne sic quidem comparuerit, Synodus suam contra ipsum pronunciato sententiam, ne quid tergiversando, detrectandoque judicium lucrifacere videatur.

74. ¶ In dictionem testimonii contra Episcopum hæreticus non admittitor: sed neque fidelis, si solus sit. In ore enim duorum aut trium testium consistet omne dictum.

75. ¶ Item non oportet Episcopum fratri, aut filio, aut alteri cognato humano gratificari affectu. Neque enim Ecclesiam Dei conferre debet in hæredes. Enimverò si quis id fecerit, irrita permaneto ordinatio: ipse autem excommunicatione percellitor.

76. ¶ Si quis oculo defectus, aut obtuso crure existat, & dignus sit, Episcopus efficitor: non enim mutilatio corporis ipsum polluit, sed inquinatio animæ.

77. ¶ Qui verò mutus, surdusvé, & cæcus est, Episcopus non efficitor, non quia oblæso corpore est, sed ne Ecclesiastica impediantur munia.

78. ¶ Si quis demonem habeat, Clericus non efficitor: sed neque cum fidelibus preces fundito. Mundatus verò recipitor: & si dignus fuerit, efficitor.

79. ¶ Qui ex vita gentili advenerit, & baptizatus est, aut ex conversatione prava, cum justum non est protinùs promoveri in Episcopum. Injurium enim est, eum, qui non priùs specimen & documentum de se præbuerit, aliorum doctorem existere, nisi alicubi dono divinæ gratiæ hoc fiat.

80. ¶ Dicimus, quòd non oporteat Episcopum, aut Presbyterū publicis se administrationibus immittere: sed vacare, & commodum se exhibere usibus Ecclesiasticis. Animum igitur inducito hoc non facere, aut deponitor. Nemo enim potest duobus dominis servire, juxta præceptum Dominicum.

81. ¶ Servi si in Clerum promoveantur citra dominorum voluntatem, hoc ipsum operatur redhibitionem. Si quando verò servus quoque gradûs ordinatione dignus videatur (qualis & noster Onesimus apparuit) & Domini consenserint, manuque emiserint, & domo suâ ablegaverint, efficitor.

82. ¶ Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus qui militiæ vacaverit, & simul utrumque retinere voluerit, tam officium Romanum, quàm functionem Sacerdotalem, deponitor. Quæ enim Cæsaris sunt, Cæsari: & quæ Dei, Deo.

83. ¶ Quisquis Imperatorem aut magistratum contumeliâ affecerit, supplicium luito, & quidem si Clericus sit, deponitor; si Laicus, à communione removetor.

84. ¶ Sunto omnibus vobis, Clericis simùl & Laicis, venerandi ac sacri libri, Veteris quidem Testamenti, Mosis quinque, Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium. Jesu filii Nave unus. Judicum unus. Ruth unus. Regnorum quatuor. Derelictorum ex libro dierum, duo. Hester unus. De Machabæorum gestis tres. Job unus. Psalterium unus. Salomonis tres, Proverbia, Ecclesiastes, Canticum canticorum. Prophetarum duodecim. Unus Esaiæ. Hieremiæ unus. Ezechiel unus. Daniel unus. Inquirito autem à vobis extrinsecùs, ut adolescentes vestri addiscant, item sapientiam eruditi Syrach. Nostra vera, hoc est, Novi Testamenti, Evangelia quatuor, Matthæi, Marci, Lucæ, Joannis. Pauli epistolæ quatuordecim. Petri epistolæ duæ. Joannis tres. Jacobi una. Judæ una. Clementis epistolæ duæ, & præceptiones, quæ vobis Episcopis per me Clementem in libris octo nuncupatæ sunt: quas omnibus publicare non oportet, ob quædam arcana, quæ in se continent. Et actiones nostras Apostolorum.

FINIS APOSTOLICORUM CANONUM,
Gregorio Holoandro interprete.

DECRETALES
D. GREGORII
PAPÆ IX. SUÆ INTEGRITATI RESTITUTÆ.

CUM PRIVILEGIO GREGORII XIII.
PONTIF. MAXIM. ET ALIORUM
PRINCIPUM.

RUBRICÆ DECRETALIUM JURIS CANONICI.

Primi libri Decretalium Rubricæ.

a De summa Trinit. & fide cathol. *hæc in 6. & Clem.* De constitution. *hæc in 6.* De rescript. *hæc in 6. & Cl.* De consuetud. *hæc in 6.*

b De postulat. Prælat. *hæc in 6.* De electione & electi potestate. *hæc in 6. & Clem.* De transl. Episc. vel elect. De auctorit. & usu pallii.

c De renunciat. *hæc in 6. & Clem.* De supplenda negligentia Prælator. *hæc in 6. & Clem.* De temporibus ordinat. *hæc in 6.* De scrutinio.

d De ordinatis ab Episcopo, qui resignavit Episcopatui. De ætate & qualitate & ordine præficiendorum. *hæc in 6. & Clem.* De sacra unctione. De sacramentis non iterandis.

e De filiis Presbyterorum ordinandis, vel non. *hæc in 6.* De servis non ordinandis, & eorum manumiss. De obligatis ad ratiocinia ordinandis, vel non. De corpore vitiatis ordin. vel non.

f De bigamis non ordinandis. *hæc in 6.* De Clericis peregrinis. De officio Archidiaconi.

g De officio Archipresbyteri. De officio Primicerii. De officio Sacristæ. De officio Custodis. De officio Vicarii. *hæc in 6. & Clemen.*

h De officio & potestate judicis delegati. *hæc in 6. & Clem.* De officio legati. *hæc in 6.* De officio judicis ordinarii. *hæc in 6. & Clem.*

i De officio judicis. De majorit. & obed. *hæc in 6.* De treuga & pace. De pactis. *hæc in 6.*

k De transactionib. De postulando. De procuratorib. *hæc in 6. & Clem.* De Syndico.

l De iis, quæ vi metusve causâ fiunt. De in integrum restitut. *hæc in 6. & Clem.* De alienat. judicii mut. causâ facta. De arbitris. *hæc in 6.*

Secundi libri Rubricæ.

a De judiciis. *hæc in 6. & Clem.* De foro competenti. *hæc in 6. & Clem.* De libelli oblatione. De mutuis petitionibus.

b De litis contestatione. *hæc in 6.* Ut lite non contestatâ non proced. ad testium recept.

c De juramento calumniæ. *hæc in 6.* De dilationibus. De feriis. De ordine cognitionum.

d De plus petit. De causâ possess. & propriet. *hæc in Clem.* de restit. spoliat. *hæc in 6.*

e De dolo & contumacia. *hæc in 6. & Clem.* De eo, qui mittitur in possessionem causâ rei servandæ. *hæc in 6.* Ut lite pendente nihil innovetur. *hæc in 6. & Clem.* De sequestratione possessionis & fructuum. *hæc in Clem.*

f De confessis. *hæc in 6.* De probationib. *hæc in Clem.* De testib. & attestationib. *hæc in 6. & Clem.* De testib. cogendis, vel non.

g De fide instrumentorum. De præsumptionibus. De jurejurand. *hæc in 6. & Clem.* De exceptionibus. *hæc in 6. & Clem.*

h De præscript. De sent. & re judic. *hæc in 6. & Clem.* De appellat. recusat. & relat. *hæc in 6. & Clem.* De Cler. peregrinantib.

i De confirmatione utili vel inutili.

Tertii libri Rubricæ.

a De vita & honestate Clericorum. *hæc in 6. & Clem.* De cohabitatione Clericorum & mulierum. De Clericis conjugatis. *hæc in 6.*

b De Clericis non resident. in Eccl. vel præbenda. *hæc in 6.* de præbend. & dignitat. *hæc in 6. & Clem.* De Clerico ægrotante vel debilitato.

c De institutionibus. *hæc in 6.* De concessione præbendæ. *hæc in 6. & Clem.* Ne sede vacante aliquid innovetur. *hæc in 6.*

d De iis, quæ fiunt à Prælatis sine consensu Capituli. De iis, quæ fiunt à majore parte Capituli. Ut Ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur.

e De reb. Ecclesiæ alienandis, vel non. *hæc in 6. & Cl.* De precariis. De commodato. De deposito.

f De emptione & venditione. De locato & conducto. De rerum permutat. *hæc in 6. & Clem.* De feudis. De pignorib. & aliis cautionib.

g De fidejussorib. De solutionib. De donationib. De peculio Clericorum.

h De testamentis & ultimis voluntatib. *hæc in 6. & Clem.* De success. ab intest. De sepult. *hæc in 6. & Clem.*

i De parochiis, & alienis parochianis. De decimis, primitiis & oblationib. *hæc in 6. & Clem.* De regularib. & transeuntib. ad religionem. *hæc in 6. & Clem.*

k De conversione conjugatorum. De conversione infidelium. De voto & voti redemptione. *hæc in 6.*

l De statu Monachorum & Canonicorum regularium. *hæc in 6. & Clem.* De religiosis domibus, ut Episcopo sint subjectæ. *hæc in 6. & Clem.* De capellis Monachorum, & aliorum religiosorum. *hæc in 6.*

m De jure patronatus. *hæc in 6. & Clem.* De censibus, exactionibus, & procurationib. *hæc in 6. & Clem.* De consecrat. Ecclesiæ vel altaris. *hæc in 6.*

n De celebratione Missarum, & sacramento Eucharistiæ, & divinis officiis. *hæc in Clem.* De baptismo & ejus effectu. *hæc in Clemen.* De Presbytero non baptizato.

o De custodia Eucharistiæ, chrismatis, & aliorum sacramentorum. De reliquiis & veneratione sanctorum. *hæc in 6. & Clem.* De observatione jejuniorum.

p De purificatione post partum. De Ecclesiis ædificandis vel reparandis. De immunitate Ecclesiarum, cœmeteriorum, & rerum ad eas pertinentium. *hæc in 6. & Clem.*

q Ne Clerici vel Monachi secularib. negotiis se immisceant. *hæc in 6.*

Quarti libri Rubricæ.

a De sponsalibus & matrimoniis. *hæc in 6.* De desponsatione impuberum. *hæc in 6.* De clandestina desponsatione. De sponsa duorum.

b De conditionibus appositis in desponsatione vel in aliis contractibus. Qui Clerici vel voventes matrimonium contrahere possunt. De eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium. De conjugio leprosorum.

c De conjugio servorum. De natis ex libero ven-

tre. De cognatione spirituali. *hæc in 6.* De cognatione legali.

d De eo, qui cognovit consanguineam uxoris suæ vel sponsæ. De consanguinitate & affinitate. *hæc in Clem.* De frigidis & maleficiatis, & impotentia coëundi.

e De matrimonio contracto contra interdictum Ecclesiæ. Qui filii sint legitimi.

f Qui matrimonium accusare possunt, vel contra illud testificari. De divortiis. De donationibus inter virum & uxorem, & de dote post divortium restituenda. De secundis nuptiis.

Quinti libri Rubricæ.

a De accusationib. inquisitionib. & denunciationib. *hæc in 6.* De calumniatorib. De simonia, & ne aliquid pro spiritualib. exigatur vel promittatur.

b Ne Prælati vices suas vel Ecclesias sub annuo censu concedant. De magistris, & ne aliquid exigatur pro licentia docendi. *hæc in Cl.* De Judæis, Sarrac. & eorum servis. *hæc in Cl.* De hæret. *hæc in 6. & Clem.*

c De schismaticis & ordinatis ab eis. *hæc in 6.* De apostatis & reiterantibus baptisma. De iis, qui filios occiderunt.

d De infantib. & languidis expositis. De homicidio voluntario, vel casuali. *hæc in 6. & Clem.* De torneamentis.

e De Clericis pugnantib. in duello. De sagittariis. De adulteriis. De raptorib. incendiariis, & violatorib. Ecclesiarum.

f De furtis. De usuris. *hæc in 6. & Clem.* De crimine falsi. De sortilegiis.

g De collusione detegenda. De delictis puerorum. De Cler. venat. De Cler. percussore. De maledicis.

h De Clerico excomm. deposito, vel interdicto ministrante. De Clerico non ordinato ministrante.

i De Clerico per saltum promoto. De eo, qui ordinem furtivè susceptit. De excess. Prælat. & subdit. *hæc in 6. & Clem.* De novi operis nunciatione.

k De privileg. & excess. privilegiat. *hæc in 6. & Clem.* De purgatione canon. De purgatione vulgari.

l De injuriis & damno dato. *hæc in 6.* De pœnis. *hæc in 6. & Clem.* De pœnitent. & remissionib. *hæc in 6. & Clem.* De sentent. excomm. *hæc in 6. & Clem.*

m De verbor. significat. *hæc in 6. & Clem.* De regulis juris. *hæc in Sexto reperitur.*

Carmina Rubricarum juris Pontificii.

Tota siquidem congeries Decretalib. famulatur:
Et earum aliquæ nunc in Sexto, nunc in Clementinis
(ut in expositione patet) repetuntur.

Primi libri Rubricæ sunt Decretal. XLIII. In Sexto XXII. In Clementinis XI.

a *Primo summa fides. statuit. rescripta. fuescit.*
b *Postulat. electos. translatos. auctor & usu.*
c *Inde renuntio. de supplenda. tempora. scrutor.*
d *Ordo resignanda. ætas. ac ungo. sacramen.*
e *Filius & servus. obnoxius. & vitiatus.*
f *Hinc bigamus. clerus peregrinus. & archidiacon.*
g *Archipres. primic. sacrist. custos. vice fungens.*
h *Delegat. legat. & dictus ab ordine judex.*
i *Iudicis officium. major. pax. pacta sequuntur.*
k *Transigo. postulo. post procuro. syndicus exto.*
l *Vis meus. integrat. ac alien. & arbiter hinc est.*

Secundi libri Rubricæ sunt in Decret. XXX. in Sexto XV. In Clementinis XII.

a *Vdicium. forus. atque libellus. mutua poscens.*
b *Litem contestans. sine quo non suscipe testes.*
c *Iurat. dilatio. & feriat. ordine noscit.*
d *Pluis peto. de causa. spoliatos restituendo.*
e *Est dolus. & missus. lis pendens. atque sequestrat.*
f *Confessis. probo. sunt testes. testes quoque cogo.*
g *Instruo. præsumo. jus jurans. excipiendo.*
h *Præscribit. sententiat. appellat. peregrinans.*
i *Vilis omnibus. his est confirmatio juncta.*

Tertii libri Rubricæ sunt in Decretal. L. In Sexto XXIII. In Clementinis XVII.

a *Vita decens. clerus habitans. clerusque fugatur.*
b *Non residens. præbens. æger vel debilitatus.*
c *Instituo. concedendo. ne sede vacante.*
d *Et sine consensu. major pars. non minuantur.*
e *Non alieno. trado precario. commodo. pono.*
f *Vendo. loco. muto. de feudis. pignoribusque.*
g *Atque fidejussor. & solvit. dona. peculi.*
h *De testamentis. etiam succedo. sepultus.*
i *Parochiis. decimis. hinc regula religionis.*
k *Conversus conjunx. infidus. vota redempta.*
l *Deque statu monachi. domib. subjungo capellas.*
m *Iure patronatûs. de censibus. ara sacrata.*
n *Missæ. baptismus. quo non est Presbyter usus.*
o *Eucharistia. reliquiæ. jejunia serva.*
p *Purificans. ac ædificans. immunis adhærent.*
q *Clericæ vel Monache, dimitte negotia sæcli.*

Quarti libri Rubricæ sunt in Decretal. XXI. In Sexto III. In Clementinis I.

a *Sponsus & impubes. & clandestina. duorum.*
b *Conditione. vovens. quam polluit. atque leprosus.*
c *Servus. de natis. sequitur cognatio duplex.*
d *Post consanguineam. consanguinitas. getidique.*
e *Ac interdictum. qui nati legitimi sunt.*
f *Accusare queunt. divortia. dote. secundis.*

Quinti libri Rubricæ sunt in Decretal. XLI. In Sexto XIII. In Clementinis XI.

a *Accusatio. si ve calumnia. sit tibi Simon.*
b *Prælati. Rabbi. Iudæis. hæreticos. dant.*
c *Schismaticis. vel apostaticis. natos perimentes.*
d *Infans expositus. homicidia. luditur hastis.*
e *Cleri pugna. sagittat. adulter. posteà raptus.*
f *Furtis. usuris. de falsi crimine. sortes.*
g *Colludo. pecco. venor. ferio. maledico.*
h *Post interdictum celebrans. ac ordinis expers.*
i *Saltus. furtivus. excessus. opusque novellum.*
k *Lex privata subit. purgat. cum canone. vulgus.*
l *Damnum. cum pœnis. post pœnitet. est anathema.*
m *Verborum sensus. sequitur quoque regula juris.*

Titulorum juris Pontificii numerum, qui sunt in Decretalibus CLXXXV. In Sexto LXXVII. in Clementinis LII. facili stylo indicant hæc quatuor carmina.

Centum Rubricas, octoginta{que volumen
Gregorii Noni ponit, quinas superaddent.

Ac septuaginta septem numerat tibi Sextus.
Ex Clemente duas quinquaginta{que notabis.

RUBRI-

RUBRICAE DECRETALIUM.

TITULORUM QUINQUE LIBRORUM DECRETALIUM GREGORII IX. INDEX ALPHABETICUS.

A.

Accusationibus, inquisitionibus, & denunciationibus. l. 5. tit. 1.
Adulteriis & stupro. l. 5. tit. 16.
Ætate, & qualitate, & ordine præficiendorum. l. 1. tit. 14.
Alienatione judicii mutandi causâ facta. l. 1. t. 42.
Appellationibus, recusationibus, & relationib. l. 2. t. 28.
Apostatis & reiteratibus baptisma. l. 5. t. 9.
Arbitris. l. 1. t. 43.
Auctoritate & usu pallii. lib. 1. tit. 8.

B.

Baptismo & ejus effectu. lib. 3. tit. 42.
Bigamis non ordinandis. lib. 1. tit. 21.

C.

Alumniatoribus. l. 5. tit. 2.
Capellis Monachorum, & aliorum religiosorum. l. 3. t. 37.
Causa possessionis & proprietatis. l. 2. tit. 12.
Celebratione Missarum, & sacramento Eucharistiæ, & divinis officiis. l. 3. t. 41.
Censibus, exactionibus, & procurationibus. l. 3. tit. 39.
Clandestina desponsatione. lib. 4. tit. 3.
Clericis peregrinis. l. 1. tit. 22.
Clericis peregrinantibus. lib. 3. tit. 29.
Clericis conjugatis. l. 3. tit. 3.
Clericis non residentibus in Ecclesia vel præbenda. l. 3. t. 4.
Clericis pugnantibus in duello. lib. 5. tit. 14.
Clerico ægrotante vel debilitato. lib. 3. tit. 6.
Clerico venatore. l. 5. t. 24.
Clerico percussore. l. 5. tit. 25.
Clerico excommunicato, deposito, vel interdicto ministrante. l. 5. t. 27.
Clerico non ordinato ministrante. l. 5. tit. 28.
Clerico per saltum promoto. l. 5. tit. 29.
Cognatione spirituali. l. 4. tit. 11.
Cognatione legali. l. 4. tit. 12.
Cohabitatione Clericorum & mulierum. l. 3. t. 2.
Collusione detegenda. l. 5. t. 22.
Commodato. l. 3. t. 15.
Concessione præbendæ & Ecclesiæ non vacantis. l. 3. tit. 8.
Conditionibus appositis in desponsatione, vel in aliis contractibus. l. 4. t. 5.
Confessis. l. 2. t. 18.
Confirmatione utili, vel inutili. l. 2. tit. 30.
Conjugio leprosorum. l. 4. t. 8.
Conjugio servorum. l. 4. t. 9.
Consanguinitate & affinitate. l. 4. tit. 14.
Consecratione Ecclesiæ vel altaris. l. 3. tit. 40.
Constitutionib. l. 1. tit. 2.
Consuetudine. l. 1. tit. 4.
Conversione conjugatorum. l. 3. t. 32.
Conversione infidelium. lib. 3. t. 33.
Corpore vitiatis ordinandis, vel non. l. 1. tit. 20.
Crimine falsi. l. 5. t. 20.
Custodia Eucharistiæ, chrismatis, & aliorum sacramentorum. lib. 3. tit. 44.

D.

Decimis, primitiis, & oblationib. l. 3. tit. 30.
Delictis puerorum. l. 5. t. 23.
Deposito. l. 3. t. 16.
De desponsatione impuberum. lib. 4. tit. 2.
Dilationib. l. 2. t. 8.
Divortiis. l. 4. t. 19.
Dolo & contumacia. l. 2. t. 14.
Donationib. l. 3. t. 24.
Donationibus inter virum & uxorem, & de dote post divortium restituenda. l. 4. t. 20.

E.

Ecclesiis ædificandis vel reparandis. l. 3. t. 48.
Electione, & electi potestate. l. 1. t. 6.
Emptione & venditione. lib. 3. tit. 17.
Eo, qui mittitur in possessionem causâ rei servandæ. l. 2. tit. 15.
Eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium. lib. 4. tit. 7.
Eo, qui cognovit consanguineam uxoris suæ, vel sponsæ. lib. 4. tit. 13.
Eo, qui ordinem furtivè suscepit. l. 5. tit. 30.
Exceptionib. l. 2. tit. 25.
Excessibus prælatorum & subditorum. l. 5. tit. 31.

F.

Feriis. l. 2. tit. 9.
Feudis. l. 3. tit. 20.
Fide instrumentorum. lib. 2. tit. 22.
Fidejussoribus. l. 3. tit. 21.
Filiis Presbyterorum ordinandis, vel non. l. 1. tit. 17.
Foro competenti. l. 2. tit. 2.
Frigidis & maleficiatis, & impotentia cœundi. l. 4. tit. 15.
Furtis. l. 5. tit. 18.

H.

Hæreticis. l. 5. tit. 7.
His, quæ vi metusve causâ fiunt. l. 1. tit. 40.
His, quæ fiunt à prælato sine consensu capituli. l. 3. tit. 10.
His, quæ fiunt à majori parte capituli. l. 3. tit. 11.
His, qui filios occiderunt. lib. 5. tit. 12.
Homicidio voluntario vel casuali. l. 5. tit. 12.

I.

Immunitate Ecclesiarum, cœmeterii, & rerum ad eas pertinentium. l. 3. tit. 49.
Infantibus & languidis expositis. l. 5. tit. 11.
In integrum restitutione. lib. 1. tit. 41.
Injuriis & damno dato. lib. 5. tit. 36.
Institutionibus. l. 3. tit. 7.
Judæis & Sarracenis, & eorum servis. l. 5. tit. 6.
Judiciis. l. 2. tit. 1.
Juramento calumniæ. l. 2. tit. 7.
Jurejurando. l. 2. tit. 24.
Jure patronatûs. l. 3. tit. 38.

L.

Libelli oblatione. l. 2. tit. 3.
Litis contestatione. l. 2. tit. 5.
Locato & conducto. l. 3. tit. 18.

M.

Magistris, & ne aliquid exigatur pro licentia docendi. l. 5. tit. 5.
majoritate & obedientia. lib. 1. t. 33.
maledicis. l. 5. t. 26.
matrimonio contracto contra interdictum Ecclesiæ. lib. 3. tit. 16.
minuis petitionibus. l. 2. t. 4.

N.

Nati ex libero ventre. lib. 4. tit. 10.
ne Clerici vel Monachi secularibus negotiis se immisceant. l. 3. t. 50.
ne Prælati vices suas vel Ecclesias sub annuo censu concedant. lib. 5. tit. 4.
ne sede vacante aliquid innovetur. l. 3. tit. 9.
novi operis nunciatione. lib. 5. tit. 32.

O.

Obligatis ad vatiocinia ordinandis, vel non. lib. 1. tit. 19.
observatione jejuniorum. lib. 3. tit. 46.
officio Archidiaconi. l. . tit. 23.
officio Archipresbyteri. lib. 1. tit. 24.
officio Primicerii. l. 1. t. 25.
officio Sacristæ. l. 1. t. 26.
officio Custodis. l. 1. t. 27.
officio Vicarii. l. 1. t. 28.
officio & potestate judicis deleg. lib. 1. tit. 29.
officio legati. l. 1. t. 30.
officio judicis ordinarii. lib. 1. tit. 31.
officio judicis. l. 1. tit. 32.
ordinatis ab Episcopo, qui renuntiavit Episcopatui. l. 1. t. 13.
ordine cognitionum. l. 2. t. 10.

P.

Pactis. l. 1. t. 35.
Parochiis & alienis parœcianis. l. 3. tit. 29.
Peculio Clericorum. l. 3. t. 25.
pignoribus & aliis cautionibus. l. 3. tit. 21.
plus petitionib. l. 2. t. 11.
panis. l. 5. t. 37.
panitentiis & remissionibus. lib. 5. tit. 38.
postulando. l. 1. tit. 37.
postulatione Prælatorum. lib. 1. tit. 5.
præbendis & dignitatibus. l. 3. tit. 5.
precariis. l. 3. tit. 14.
Presbytero non baptizato. lib. 3 tit. 43.
proscriptionibus. l. 2. tit. 26.
præsumptionibus. l. 2. tit. 23.
privilegiis & excessibus privilegiatorum. l. 5. tit. 33.
probationibus. l. 2. tit. 19.
procuratoribus. l. 1. tit. 38.
purgatione canonica. l. 5. t. 34.
purgatione vulgari. l. 5. tit. 35.
purificatione post partum. lib. 3. tit. 47.

Q.

Qui Clerici vel voventes matrimonium contrahere possunt. l. 4. tit. 6.
qui matrimonium accusare possunt, vel contra illud testificari. lib. 3. tit. 18.
qui filii sint legitimi. l. 4. t. 17.

R.

Raptoribus, incendiariis, & violatoribus Ecclesiarum. l. 5. tit. 17.
rebus Ecclesiæ alienandis, vel non. l. 3. tit. 13.
regularibus & transeuntibus ad religionem. l 3. tit. 31.
regulis juris. l. 5. . . 4 . .
religiosis . . ibus ut Episcopis sint subjectæ. l. 3. tit. 36.
reliquiis, & veneratione sanctorum. l. 4. tit. 45.
renuntiatione. l. 1. t. 9.
rerum permutatione. l. 3. tit. 19.
rescriptis. l. 1. t. 3.
restitutione spoliatorum. lib. 2. tit. 13.

S.

Sacramentis non iterandis. lib. 1. tit. 16.
sacra unctione. l. 1. tit. 15.
sagittariis. l. 5. t. 15.
schismaticis & ordinatis ab eis. lib. 5. tit. 8.
scrutinio in ordine faciendo. lib. 1. tit. 12.
secundis nuptiis. l. 4. t. 21.
sententia & re judicata. lib. 2. tit. 27.
sententia excommunicationis. lib. 5. tit. 39.
sepulturis. l. 3. tit. 28.
sequestratione possessionum & fructuum. l. 2. tit. 17.
servis non ordinandis, & eorum manumissione. l. 1. tit. 18.
simonia, & ne aliquid pro spiritualibus exigatur vel promittatur. l. 5. tit. 3.
solutionibus. l. 3. tit. 23.
sortilegiis. l. 5. tit. 21.
sponsalibus & matrimoniis. l. 4. tit. 1.
sponsa duorum. l. 4. tit. 4.
statu Monachorum & Canonicorum regularium. l. 3. tit. 35.
successionibus ab intestato. l. 3. tit. 27.
summa Trinitate, & fide catholica. l. 1. tit. 1.
supplenda negligentia Prælatorum. lib. 1. tit. 10.
syndico & actore. lib. 1. tit. 39.

T.

Temporib. ordinationum, & qualitate ordinandorum. l. 1. tit. 11.
testamentis & ultimis voluntatibus. l. 3. tit. 26.
testibus & attestationibus. lib. 2. tit. 20.
testibus cogendis, vel non. l. 2. tit. 21.
torneamentis. l. 5. tit. 13.
transactionibus. l. 1. tit. 36.
translatione Episcopi. l. 1. tit. 7.
treuga & pace. l. 1. tit. 34.

V.

Verborum significatione. libr. 5. tit. 40.
vita & honestate Clericorum. lib. 3. tit. 1.
voto & voti redemptione. l. 3. tit. 34.
usuris. l. 5. tit. 19.
ut Ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur. lib. 3. tit. 12.
ut lite non contestatâ, non procedatur ad testium receptionem, vel ad sententiam definitivam. l. 2. tit. 6.
ut lite pendente nihil innovetur. l. 2. tit. 16.

FINIS.

DECRETALIVM GREGORII CAPITVLORVM INDEX, SECVNDVM LITERARVM ORDINEM CONQVISITVS.

A.

Abbas. de his, quæ vi metúsve.
Abbatem. de rescript.
Abbate. de verb. signif.
Ab eo. de sequestrat. poss.
Ab excommunicato. de rescript.
Abolendæ. de sepult.
Absolutos. de hæret.
Accedens. de procurat.
Accedens j. ut lit. non contest.
Accedens ij. ut lit. non contest.
Accedens. de præbend.
Accedens. de concess. præbend.
Accedens. de convers. conjugat.
Accedens. de accusat.
Accedens. de rapt.
Accedens. de crim. falsi.
Accedens. de purgat. canon.
Accedentes. de præscript.
Accedentibus. de excess. prælat.
Accedentibus. de privileg.
Accepisti. de sponsa duorum.
Accepisti. de frigid.
Accepimus. de ætat. & qualit.
Accepimus. de pact.
Accepimus. de fid. instr.
Accepimus. de purg. canon.
Accepta. de restitut. spoliat.
Accepta. de appell.
Accessit. de despons. impub.
Accusásti. de accus.
Accusatum. de simon.
Acrapula. de vita & honest. Cler.
Ad abolendam. de fil. Presbyt.
Ad abolendam. de hæret.
Ad Apostolicæ. de decim.
Ad Apostolicam. de regular.
Ad Apostolicam. de convers. conjug.
Ad Apostolicam. de simon.
Ad audientiam j. de rescript.
Ad audientiam ij. de rescript.
Ad audientiam. de consuet.
Ad audientiam. de offic. vicar.
Ad audientiam. de his, quæ vi metúsve.
ad audientiam. de præscript.
ad audientiam. de appell.
ad audientiam. de Cler. non resid.
ad audientiam. de reb. Eccl. alienand.
ad audientiam. de decim.
ad audientiam. de capell. monach.
ad audientiam j. de Ecclesiarum ædificationibus.
ad audientiam ij. eod. tit.
ad audientiam. de sponsat.
ad audientiam. de homic. volunt.
ad audientiam. de torneam.
ad audientiam. de crim. falsi.
ad aures. de rescript.
ad aures. de temp. ord.
ad aures. de ætat. & qualit.
ad aures. de his, quæ vi metúsve.
ad aures. de præscript.
ad aures. de appell.
ad aures. de reb. Eccl. alien.
ad aures. de simon.
ad aures. de excess. prælat.
ad aures. de pœnis.
ad decorem. de institi.
ad dissolvendum. de desponsat. impub.
ad eminentiam. de sententia excomm.
ad extirpandas. de fil. Presbyt.
ad falsariorum. de crim. falsi.
ad hæc. de rescript.
ad hæc. de postul. prælat.
ad hæc. de fil. Presbyt.
ad hæc. de offic. Archid.
ad hæc. de offic. vicar.
ad hæc. ut lit. non contest.
ad hæc. de dol. & contum.
ad hæc j. de appell.
ad hæc ij. de appell.
ad hæc iij. de appell.
ad hæc iv. de appell.
ad hæc v. de appell.
ad hæc. de præben.
ad hæc. de testam.
ad hæc. de decim.
ad hæc. de relig. domib.
ad hæc. de consecrat. Eccl.
ad hæc. de Iudæis.
ad hæc. de excess. prælat.
ad hæc. de privileg.
ad hæc. de sentent. excomm.
ad hoc. de auctorit. & usu pall.
ad hoc. de sequestrat. possess.
ad hoc. de solut.
ad honorem. de auctorit. & usu pall.
ad id. de sponsal.
ad liberandam. de Iudæis.
admonet. de renunt.
ad nostram. de consuet.
ad nostram. de probat.
ad nostram j. de jurejuran.
ad nostram ij. de jurejur.
ad nostram iij. eod. tit.
ad nostram. de appell.
ad nostram. de confirm. util.
ad nostram. de rebus Ecclesiæ alienandis.
ad nostram. de empt. & vend.
ad nostram. de regul.
ad nostram. de conjug. servor.
ad nostram. de simon.
adolescens. de sponsal.
ad petitionem. de accus.
ad probandum. de sent. & re jud.
ad præsentiam. de filiis Presbyterorum.
ad præsentiam. de appell.
ad quæstiones. de rer. permut.
ad reprimendam. de officio jud. ordin.
ad supplicationem. de renunt.
adversus. de immun. Eccles.
adversario. de except.
ad ultimum. de causa possessionis & proprietatis.
afferte. de præsumpt.
Albericus. de test. & attest.
alia quidem. de procur.
à memoria. ut lite pendent.
à multis. de ætat. & qualit.
à nobis. de sacramento non iterando.

à nobis. de bigamis.
à nobis. de except.
à nobis. de cohabitat. Cleric. & mulierum.
à nobis. de decimis.
à nobis. de desponsat. impub.
à nobis. qui matrim. accus. poss.
à nobis. de apostat.
à nobis j. de sent. excomm.
à nobis ij. eod. tit.
an sit deferendum. de appell.
Antigonus. de pact.
antiqua. de privil.
apostolicæ. de except.
apostolicæ. de donat.
apostolicæ. de Cler. excomm.
apostolicam. de Presbyteris non baptizandis.
aqua. de consecr. Eccles.
Archidiaconus. de officio Archidiaconorum.
artem illam. de sagitt.
at si Clerici. de judiciis.
attestationes. de desponsatione impuberum.
avariliæ. de præbend.
authoritate. de instit.
authoritate. de censib.
audivimus. de reliquiis & veneratione Sanctorum.
audivimus. de simon.
audivimus. de collusione detegenda.
audita. de restitut. spoliat.
auditis. de elect.
auditis. de procurat.
auditis. de in integr. restitut.
auditis. de præscript.

B.

Beneficio. de in integr. restit.
Bona fides. de deposito.
Bonæ memoriæ j. de postul. prælat.
Bonæ memoriæ ij. eod. tit.
Bonæ memoriæ j. de elect.
Bonæ memoriæ ij. de elect.
Bonæ memoriæ. de appell.
Bonæ memoriæ. de confirm. util.
Brevi scisitatus. de jurejur.

C.

Alumniam. de pœnis.
Canonica. de sententia excommunicationis.
Canonum statuta. de constitutionibus.
Capellanus. de feriis.
Capellanum. de secundis nupt.
Capitulum sanctæ Crucis. de rescriptis.
Causa. de in integr. restit.
Causa. de verb. significatione.
Causam matrimonii. de officio delegat.
causam matrimonii. de probationibus.
causam matrimonii. de testibus cogendis.
causam, quæ. de rescript.
causam, quæ. de elect.
causam, quæ. de offic. deleg.
causam, quæ j. de judic.
causam, quæ ij. eod. tit.
causam, quæ. de dolo & contumacia.
causam, quæ j. de testibus & attestationibus.
causam, quæ ij. de testib. & attestationibus.
causam, quæ de præscript.
causam, quæ. de sententia & re judicata.
causam, quæ j. qui filii sint legitimi.
causam, quæ ij. qui filii sint legitimi.
caterùm. de rescript.
caterùm. de judiciis.
caterùm. de juram. calumn.
caterùm. de testib. cog.
caterùm. de donat.
certificari. de sepult.
charissimus. de conversione conjugatorum.
clericus. de jurejur.
clericus j. de vita & honestate Clericorum.
clericus ij. eod. tit.
clericus. de fidejuss.
clerici. de postul.
clerici. de jud.
clerici j. de vita & honestate Clericorum.
clerici ij. de vita & honestate Clericorum.
clerici. de Cler. excomm.
clerici. de excess. prælat.
clericis. de vita & honestate Clericorum.
clericis. ne Cler. vel Monachi.
clericos. de offic. vicar.
clericos. de cohabitation. Cler. & mulierum.
clericos. de Cleric. non resident.
cognoscentes. de constitut.
commissum. de decimis.
commissum. de sponsal.
compromissum. de arbitr.
congregato. de elect.
conjugatus. de convers. conjug.
conquerente. de filiis Presbyterorum.
conquerente. de officio judicis ordin.
conquerente. de restit. spoliat.
conquerente. de Cler. peregrin.
conquerente. de Cler. non resid.
conquestus. de foro competenti.
conquestus. de feriis.
conquestus. qui filii sint legitimi.
conquestus. de usur.
conqueßi. de sententia excommunicationis.
consanguinei. de sententia & re judicata.
consensus. de rebus Ecclesiæ alienandis.
consilium. de plus petit.
consilium. de celebr. Missar.
consilium. de obs. jejun.
consideravimus. de elect.
constitutus. de rescript.
constitutus. de filiis Presbyterorum.
constitutus. de transact.
constitutus. de in integrum restituendo.
constitutus. de testibus & attestationibus.
constitutus. de appell.
constitutus. de concessione præbendarum.
constitutus. de fidejuss.
constitutus. de conversione conjugatorum.
constitutus. de relig. domib.
constitutus. de purg. can.
constitutus. de pœnis.
constitutis. de elect.
constitutis. de procurat.
constitutis. de eo, qui mitt. in possession.
constitutis j. de testibus, & attestationibus.
constitutis ij. eod. tit.
constitutis j. de appell.
constitutis ij. de appell.
constitutis. ne sede vacante.
consuetudines. de consuet.
consulere. de simon.
consuluisti. de consecratione Ecclesiæ.
consuluisti. de celebrat. Missar.
consuluit. de serv. non. ord.
consuluit. de officio & potestate jud. deleg.
consuluit j. de appell.
consuluit ij. de appell.
consuluit iij. de appell.
consuluit. de convers. conjug.
consuluit. de jur. patron.
consuluit. qui Cler. vel vovent.
consuluit. de Judæis.
consuluit. de usuris.
consulti. de procur.
consulti. de regul.
consultationi. de temporib. ordinationum.
consultationi. de sponsal.

consultationi. de frigidis.
consultationi. de apostat.
consultationi. de privileg.
consulta- nibus. de offic. & pot. judic. deleg.
consultationibus. de Clerico ægrotante.
consultationibus. de donat.
consultationibus. de jure patr.
continentiam. de Cler. percuss.
Continebatur. de his, quæ fiunt à prælato.
continebatur. de desponsat. impuberum.
continebatur. de homicidio voluntario.
contingit. de transact.
contingit. de arbitris.
contingit. de dol. & contum.
contingit. de fide instrum.
contingit j. de sentent. excommunicationis.
contingit ij. de sententia excommunicationis.
contracto. de cogn. spirit.
coram dilecto. de elect.
coram dilecto. de officio & potest. judic. deleg.
coram felicis. de in integrum restitutione.
crimina. de colluss. deteg.
cumana. de elect.
cùm ab omni. de vita & honest. Cler.
cùm ab Ecclesiarum. de offic. ordinarii.
cùm accessissem. de constit.
cùm monasterium. de statu Monachorum.
cùm ad nostram. de elect.
cùm ad nostram. de institi.
cùm ad hoc. de Clericis non residentibus.
cùm ad sedem. de restitutione spoliatorum.
cùm ad quorundam. de excessibus prælat.
cùm adeò. de rescript.
cùm aliquibus. de sententia & re judicata.
cùm à nobis. de arbitr.
cùm à nobis. de testibus & attestationibus.
cùm Apostolus. de censibus.
cùm apostolica. de his, quæ fiunt à Prælat.
cùm apud. de sponsi.
cùm autem. de jure patron.
cùm Bertholdus. de sentent. & re jud.
cùm bonæ. de ætat. & qualit.
cùm bonæ. de probat.
cùm canonicis. de censib.
cùm capella. de privileg.
cùm causa. de offic. & potest. jud. delegati.
cùm causa. de test. & attest.
cùm causa. de sententia & re judicata.
cùm causa. de empt. & vend.
cùm causa. de raptorib.
cùm causam. de elect.
cùm causam. de jur. calumn.
cùm causam. de probat.
cùm causam. de testibus & attestationibus.
cùm causam. de appell.
cùm causam. de præbend.
cùm cerum. de majoritate & obedientia.
cùm cessante. de appell.
cùm Christus. de hæret.
cùm clamor. de testib. & attest.
cùm Clericis. de ord. ab Episc.
cùm Clerici. de pact.
cùm Clerici. de censib.
cùm Clerici. de verb. signif.
cùm constet. de pignorib.
cùm consuetudinis. de consuetudine.
cùm contingat. de rescript.
cùm contingat. de ætat. & qualitate.
Cùm contingat. de officio & potest. jud. deleg.
cùm contingat. de for. comp.
cùm contingat. de jurejur.
cùm contingat. de decimis.
cùm contra. de test. cog.
cùm contra. de pignorib.
cùm creatura. de celebrat. Miss.
cùm decorem. de fil. Presb.
cùm decorem. de vita & honestate Clericorum.
cùm decorem. de Cler. conjug.
cùm deputati. de jud.
cùm de tua. de corp. vitiat.
cùm desideres. de sententia excommunic.
cùm dicat. de Eccl. ædif.
cùm dilecta. de rescript.
cùm dilecta. de confirm. utili vel inutili.
cùm dilecta. de concessione præbendarum.
cùm dilecti. de dol. & contumac.
cùm dilecti. de empt. & vendit.
cùm dilecti. de donat.
cùm dilecti. de accus.
cùm dilectis. de purg. can.
cùm dilectus. de consuet.
cùm dilectus. de elect.
cùm dilectus. de his, quæ vi.
cùm dilectus. de arbitr.
cùm dilectus. de ord. cognit.
cùm dilectus. de causa possessionis.
cùm dilectus. de fide instrum.
cùm dilectus. de Clericis non residentibus.
cùm dilectus. de successione ab intestato.
cùm dilectus. de religiosis domibus.
cùm dilectus. de jure patronatûs.
cùm dilectus. de accus.
cùm dilectus. de calumniatorib.
cùm dilectus. de purg. can.
cùm Ecclesia Sutrina. de causa possess. & propriet.
cùm Ecclesia Dei. de immunitat. Ecclesiarum.
cùm Ecclesia Vulterana. de electione & electi potest.
cùm Ecclesiasticæ. de except.
cùm essent. de simon.
cùm esses. de testam.
cùm & plantare. de privileg.
cùm ex eo. de reliq. & venerat. Sanct.
cùm ex eo. de pœn. & remiss.
cùm ex illo. de transl. Episcop.
cùm ex officii. de præscript.
cùm ex injuncto. de hæret.
cùm ex injuncto. de novi operis nunciatione.
cùm fortiùs. de calumniat.
cùm gratia. de commodato.
cùm H. de eo, qui ordin. furt. suscepit.
cùm haberet. de eo, qui dux. in matr. quam polluit per adult.
cùm homines. de decimis.
cùm I. & A. de sententia & re judicata.
cùm jamdudum. de præbendis.
cùm illorum. de sentent. excommunic.
cùm Ioannes. de fide instrumentorum.
cùm in veteri. de elect.
cùm in tua. de test. & attest.
cùm in tua. de decimis.
cùm in tua. de sponsal.
cùm in tua. qui matrim. accusare possunt.
cùm in causa. de juram. calumn.
cùm in juventute. de præsumptionibus.
cùm in juventute. de purgat. canonic.
cùm in magistrum. de elect.
cùm in officiis. de testam.
cùm in jure. de elect.
cùm in jure. de offic. & potest. jud. deleg.
cùm in Ecclesiæ. de simon.
cùm in Ecclesia. de appellationibus.
cùm in Ecclesiis. de major. & obedientia.

cùm in cunctis. de elect.
cùm in cunctis. de his, quæ fiunt à maj. part. capituli.
cùm in Apostolica. de sponsalibus.
cùm in partibus. de verborum significatione.
cùm in diœcesi. de usuris.
cùm in distribuendis. de temp. ordinationum.
cùm in contemplatione. de regulis juris.
cùm inferior. de majoritate & obedientia.
cùm instantia. de censib.
cùm infirmitas. de pœnitentiis & remissionibus.
cùm inhibitio. de clandest. desponsatione.
cùm inter. de consuet.
cùm inter j. de elect.
cùm inter ij. de elect.
cùm inter iij. de elect.
cùm inter P. de renunt.
cùm inter. de except.
cùm inter. de sententia & re judicata.
cùm inter. qui filii sint legit.
cùm inter. de verborum significatione.
cùm juramento. de homicid. volunt. vel casuali.
cùm laici. de jur. patronat.
cùm laicis. de rebus Ecclesiæ alienandis.
cùm liberum. de sepult.
cùm locum. de sponsal.
cùm M. Ferrariens. de constitutionibus.
cùm Marthæ. de celebratione Missarum.
cùm monasterium. de elect.
cùm monasterium. de confess.
cùm nobis. de elect.
cùm nobis. de præscript.
cùm non ab homine. de judiciis.
cùm non ab homine. de sentent. excommunicat.
cùm non sit. de decimis.
cùm non ignores. de præbend. & dignitatib.
cùm non ignoretis. de officio legati.
cùm non liceat. de præscript.
cùm nos. de his, quæ fiunt à prælat.
cùm nostris. de concessione præbendarum.
cùm nuntius. de testibus & attestationibus.
cùm nuper. de censib.
cùm olim. de consuetudine.
cùm olim j. de offic. & potestate judic. deleg.
cùm olim ij. eod. tit.
cùm olim. de major. & obed.
cùm olim. de arbitris.
cùm olim. de causs. possess. & propriet.
cùm olim. de dol. & contum.
cùm olim. de testib. & attestat.
cùm olim. de præscript.
cùm olim. de sentent. & re judicata.
cùm olim. de Cler. conjugat.
cùm olim. de præben.
cùm olim. de rerum permut.
cùm olim. de censib.
cùm olim j. de priv il.
cùm olim ij. eod. tit.
cùm olim. de verbor. significat.
cùm omnes. de constitut.
cùm oporteat. de accus.
cùm ordinem. de rescript.
cùm P. de fide instrum.
cùm P. de accus.
cùm P. de purgat. canon.
cùm parati. de appell.
cùm percussio. de Cler. ægrotant.
cùm post petitam. de elect.
cùm pridem. de pactis.
cùm pro causa. de procurat.
cùm pro causa. de sententia excommunicationis.
cùm propter. de jure patronatûs.
cùm quidam. de temp. ordinat.
cùm quidam. de jurejur.
cùm R. de offic. & potest. judic. deleg.
cùm sacerdotis. de postulando.
cùm satis. de offic. Archidiaconi.
cùm secundum. de jure patronatûs.
cùm secundum. de temp. ordinat.
cùm secundum. de præben.
cùm secundum. de secundis nuptiis.
cùm sicut. de eo, qui mittitur in possessionem.
cùm sicut. de consecrat. Eccles.
cùm sis. de auth. & usu pallii.
cùm sis. de convers. conjugatorum.
cùm sis. de consecrat. Ecclesiæ.
cùm sit ars artium. de ætat. & qualit.
cùm sit generale. de foro competenti.
cùm sit nimis. de Iudæis.
cùm sit proprium. de condit. appositis.
cùm sit Romana. de appell.
cùm sit Romana. de simonia.
cùm simus. de regul.
cùm sint homines. de decimis.
cùm speciali. de appell.
cùm super aliqua re. de author. & usu pallii.
cùm super Abbatia. de officio & potest. jud. deleg.
cùm super electione. de causa possess.
cùm super electione. de confess.
cùm super causa. de testibus cogendis.
cùm super controversia. de sententia & re judicata.
cùm super quæstione. de concessione præbendæ.
cùm super quodam. de sepulturis.
cùm tanto. de consuet.
cùm terra. de elect.
cùm teneamur. de appellationib.
cùm teneamur. de præbend.
cùm te. de officio & potest. judic. delegati.
cùm te. de sentent. & re judicat.
cùm tempore. de arbitris.
cùm tibi. de testam.
cùm tibi. de verb. significat.
cùm tu. de testib. & attestat.
cùm tu. de usuris.
cùm venerabilis. de consuet.
cùm venerabilis. de except.
cùm venerabilis. de religiosis domibus.
cùm venerabilis. de censib.
cùm venisset. de sacra unct.
cùm venisset. de restit. spol.
cùm venisset. de testibus & attestationibus.
cùm venissent. de in integrum restitutione.
cùm venissent. de judiciis.
cùm venissent. de eo, qui mitt. in possess.
cùm venissent. de instit.
cùm 20. annum. de offic. delegat.
cùm Vintonensis. de elect.
cùm virum. de regularib.
cùm universorum. de rerum permutatione.
cùm voluntate. de sentent. excommunicat.
cùm vobis. de præscript.
cùm vos. de offic. judic. ordinarii.
cura pastoralis. de jure patronat.
cura suscepti. de purgat. vulgari.
custos Ecclesiæ. de offic. custodis.
custos solicitus. eod. tit.

D.

DAmnamus. de summa Trinitate. De appellationibus. de appellationib.
Debitum. de bigamis.
Debitum. de baptismo.
Debitores. de jurejurando.
De bigamis. de bigam.
De causis. de offic. judic. deleg.
Decernimus. de judiciis.
De cætero. de transact.
De cætero. de testib. & attestat.
De cætero. de sent. & re jud.
De cætero. de Cler non residentib.
De cætero. de homicid. volunt.
De cætero. de sent. excommunic.

Deci-

decimam partem. de decimis.
de confirmationibus. de confirmatione utili.
de Diacono qui Cler. vel vov.
de eo autem. de temporibus ordinationum.
de famulis. de serv. non ordinand.
defleat peccator. de reg. jur.
de Francia. de sponsal.
de his. de testament.
de his. de sepulturis.
de his. de Eccl. ædificat.
de his. de accusat.
de hoc. de simonia.
de homine. de celebratione Missarum.
de illo. de eo, qui cognovit consang. uxoris suæ.
de illa. de divort.
de illis. de sponsat.
de illis j. de desponsat. impub.
de illis ij. de desponsat. impub.
de illis. de condit. appositis.
de illis. de raptorib.
de infidelibus. de consanguinit. & affinit.
de infantibus. de his, qui filios occidunt.
de jure. de jure patronatûs.
de Monachis. de præbend.
de monialibus. de sentent. excommunicat.
de multa. de præbend.
de muliere. de sponsalib.
de muliere. de matrimon. contracto.
denique. de excep.
de peregrinationib. de voto & voti redemptione.
de Presbytero Campaniæ. de corpore vitiatis.
de precariis. de precar.
de priore. de appell.
de prudentia. de donat. inter virum & uxorem.
de quarta. de præscript.
de quibus. de baptism.
de Quodvultdeo. de judic.
de rectoribus. de Cler. ægrot.
de regularibus. de simonia.
de servorum. de servis non ordin.
de simoniacè. de simonia.
de terris. de decimis.
de testibus. de testib. & attestat.
de testibus. de purgat. canonic.
Deus qui. de vita & honest. Clericor.
Deus qui Ecclesiam. de divort.
Deus qui Ecclesiam. de pœnitentiis & remiss.
de uxore. de sepult.
de xenodochiis. de religiosis domibus.
dignum est. de conjug. ser.
dilectus filius j. de rescript.
dilectus filius ij. de rescript.
dilectus filius. de temp. ordinat.
dilectus filius. de fil. Presbyt.
dilectus filius. de serv. non ordin.
dilectus filius. de offic. legat.
dilectus filius. de offic. judic. ord.
dilectus filius. de procur.
dilectus filius. ut lis. pendent.
dilectus filius. de sequestranda possessione.
dilectus j. de præbend.
dilectus ij. de præbend.
dilectus iij. de præbend.
dilectus filius. de concess. præbend.
dilectus filius. de capel. Monach.
dilectus filius. de sponsal.
dilectus j. de simonia.
dilectus ij. eod. tit.
dilectus filius. de homicid. volunt.
dilectus filius. de excess. prælatorum.
dilectus filius. de pœnis.
dilecta filia. de majoritate & obedientia.
dilecta. de excess. prælatorum.
dilecto filio. de supplenda negligentia prælatorum.
dilecto. de offic. Archidiac.
dilecto filio. de testibus & attestationibus.
dilecto filio. de appellationib.
dilecto filio. de præbend.
dilecto filio. de verb. signif.
dilecti filii. de renuntiatione.
dilecti filii. de major. & obedien.
dilecti. de arbitris.
dilecti. de judiciis.
dilecti filii. de foro competenti.
dilecti. de libelli oblatione.
dilecti. de dilationib.
dilecti filii. de except.
dilecti j. de appell.
dilecti ij. de appell.
dilecti iij. de appell.
dilecti filii. de decimis.
dilecti. de privilegiis.
dilecti. de purg. vulg.
dilectæ in Christo. de exceptionibus.
dilectorum. de testib. cogendis.
dilectis filiis. de appellat.
directæ. de appell.
discretionem. de eo, qui cognov. consang. uxoris suæ.
diversis fallaciis. de Cleric. conjugatis.
dolentes. de celebrat. Missarum.
dominus. de secund. nupt.
donatio. de donat. inter virum & uxorem.
dubius in fide. de hæret.
dudum j. de elect.
dudum ij. de elect.
dudum. de præsumpt.
dudum. de decimis.
dudum. de conversi. conjugat.
dudum. de privileg.
duo simul. de offic. jud. ord.
duo pueri. de desponsi. impub.
duobus. de sent. & re jud.
duobus. de sponsi. duor.
duobus. de sentent. excommunicationis.
dura sæpè. de crim. falsi.

E.

Eam te. de ætat. & qualit.
Eam te. de rescript.
Eam te. de jur. patronatûs.
Ea noscitur. de his, quæ fiunt à prælatis.
Ea noscitur. de sent. excomm.
Ea quæ. de officio Archid.
Ea quæ. de sent. & re jud.
Ea quæ. de stat. Monach.
Ea quæ. de censib.
Ea quæ. de simon.
Ea quæ. de pœnis.
Ea te. de jurejur.
Ecclesia S. Mariæ. de constitutionibus.
Ecclesia S. Mariæ j. ut lite pendente.
Ecclesia S. Mariæ ij. eod. tit.
Ecclesia vestra j. de elect.
Ecclesia vestra ij. de elect.
Ecclesia vestra. de sortil.
Ecclesiæ. de immun. Eccles.
Ecclesiis. de censib.
Edoceri. de rescript.
Ego N. de jurejur.
Eò libentius. de serv. non ordinand.
Episcopus. de præbend.
Episcopi. de reb. Eccles. alienand.
Episcopum. de Cler. venatore.
Episcopalia. de privil.
Estote. de reg. jur.
Etsi Clerici. de judic.
Etsi Christus. de jurejur.
Et si necesse. de donat. inter virum & uxorem.
Et si membra. de his quæ fiunt à prælato.
Et si unanimiter. de postulat. prælat.
Et si Judæos. de Judæis.
Et si quæstiones. de simonia.
Evidentia. de accus.
Eum pro quo. de fidejuss.
Ex administrationis. de jurejurando.
Examinata. de judiciis.
Examinata. de confirm. util. vel inutil.
Exceptionem. de except.
Excommunicamus j. de hæret.
Excommunicamus ij. de hæret.
Excommunicatis. de offic. legati.
Excommunicationi. de raptorib.

ex conſcientia. de crimin. falſi.
ex conqueſtione. de reſtitutione ſpoliatorum.
ex diligenti. de ſimon.
ex epiſtolæ. de probat.
ex frequentibus. de inſtit.
ex geſtis. de Cler. non reſid.
exhibita. de judic.
exhibita. de rer. permut.
exhibita. de homicid. volunt.
ex inſinuatione. de reſcript.
ex inſinuatione. de procur.
ex inſinuatione. de appell.
ex inſinuatione. de jur. patronat.
ex inſinuatione. de ſimon.
ex literarum. qui Cler. vel vov.
ex literarum de eo, qui dux. in matrim. quam poll. per adult.
ex literarum. de apoſtat.
ex literis. de conſtit.
ex literis. de conſuet.
ex literis. de offic. & poteſtat. judicis delegati.
ex literis. de officio jud.
ex literis. de tranſact.
ex literis. de in integr. reſtit.
ex literis. de mutui. petit.
ex literis. de dol. & contum.
ex literis. de probat.
ex literis. de fid. inſtrum.
ex literis. de jure jur.
ex literis. de vit. & hon. Cler.
ex literis. de pign.
ex literis. de converſ. infid.
ex literis. de jur. patr.
ex literis j. de ſponſ.
ex literis ij. de ſponſ.
ex literis. de deſponſ. impub.
ex literis. de cog. ſpir.
ex literis. de eo qui cognov. conſang. uxor. ſuæ.
ex literis. de conſang. & affin.
ex literis. de frig.
ex literis. de matrim. contr.
ex literis. de divort.
ex literis j. de homic. volunt.
ex literis ij. eod. tit.
ex literis. de furt.
ex literis. de Cler. non ord.
ex literis. de exceſ. prælat.
ex multa. de voto.
ex multa plici. de decim.
ex ore. de his, quæ fiunt à major. part. capituli.
ex ore. de priv il.
ex parte. de conſtit.
ex parte j. de reſcr.
ex parte ij. de reſcr.
ex parte iij. de reſcr.
ex parte. de conſuet.
ex parte. de temp. ord.
ex parte. de ſcrut. in ord. fac.
ex parte j. de corp. vitiat.
ex parte ij. de corp. vitiat.
ex parte. de offic. vic.
ex parte j. de off. & pot. jud. deleg.
ex parte ij. eod. tit.
ex parte. de offic. jud. ord.
ex parte. de tranſact.
ex parte. de poſtul.
ex parte. de alien. jud. mutan.
ex parte. de arbitr.
ex parte. de for. comp.
ex parte. de reſt. ſpol.
ex parte. de confeſſ.
ex parte. de teſtib. & atteſt.
ex parte. de fid. inſtr.
ex parte j. de appell.
ex parte ij. de appell.
ex parte. de Cler. conjug.
ex parte j. de Cler. non reſid.
ex parte ij. de Cler. non reſid.
ex parte. de Cler. ægr.
ex parte. de conceſſ. præbend.
ex parte. de his, quæ fiunt à major. part. cap.
ex parte. de fendis.
ex parte j. de ſepult.
ex parte ij. de ſepult.
ex parte j. de decim.
ex parte ij. de decim.
ex parte iij. de decim.
ex parte. de regul.
ex parte j. de converſ. conjug.
ex parte ij. de converſ. conjug.
ex parte. de capell. Monach.
ex parte. de cenſib.
ex parte. de celebr. Miſſ.
ex parte. de obſerv. jejun.
ex parte. de ſponſ.
ex parte. de accuſ.
ex parte j. de priv il.
ex parte ij. de priv il.
ex parte iij. de priv il.
ex parte j. de verb. ſignif.
ex parte ij. de verb. ſignif.
ex parte iij. eod. tit.
explicari. de obſerv. jejun.
expoſuiſti. de corp. vitiat.
expoſuiſti. de præb. & dign.
expoſuit nobis. de dilat.
expoſita. de arbitr.
ex præſentium. de pign.
ex publico. de converſione conjugatorum.
ex quorundam. de alienatione judicii mutandi causâ facta.
ex ratione. de ætate & qualitate.
ex ratione. de appell.
ex reſcripto. de jurejur.
ex reſcripto. de locatione & conductione.
ex ſpeciali. de Judæis.
ex ſtudiis. de præſumpt.
ex tenore. de reſcript.
ex tenore. de temp. ord.
ex tenore. de for. comp.
ex tenore. de teſt. & atteſt.
ex tenore. de conceſſ. præb.
ex tenore. qui fil. ſint leg.
ex tenore. de ſent. excom.
exirpandæ. de præb.
ex transmiſſa. de renunc.
ex transmiſſa. de fil. Presbyt.
ex transmiſſa. de for. comp.
ex transmiſſa. de reſtit. ſpol.
ex transmiſſa. de præſcr.
ex transmiſſa. de decimis.
ex tua. de fil. Presb.
ex tuarum. de auth. & uſu pall.
ex tuarum. de ſortil.
ex tuarum. de purg. can.
ex tuæ. de Cler. non reſid.
ex tuæ. de ſimon.

F.

Falſidicus. de crim. falſ.
Felicis memoriæ. de torn.
Filius noſter. de teſtam.
Finem litibus. de dol. & contum.
Firmiter. de ſumm. Trin. & fid.
Firmiſſimè. de hæret.
Forus. de verb. ſign.
Fraternitatis. de teſt. & atteſt.
Fraternitatis. de frigid.
Fraternitatis. de hæret.
Fraternitati. de Cler. non reſid.
Fraternitati. de eo, qui cognov. conſang. uxor. ſuæ.
Fraternitati. de ſchiſm at.
Fraternitati. de Cler. exc.
Fraternitatem. de donat.
Fraternitatem. de ſepult.
Fures. de furtis.

G.

Gaudemus. de converſione conjugatorum.
Gaudemus. de divort.
Gaudemus, qui fil. ſint legit.
G. perpetuus. de fid. inſtr.
Gemma mulier. de ſponſal.
Gratum gerimus. de poſt. prælat.
Gratum. de off. & pot. jud. del.
Gravis. de reſtit. ſpol.
Gravis. de depoſito.
Gravis. de cenſib.
Grave gerimus. de offic. judicis ordinarii.
Grave nimis. de præben.
Gravem. de exceſſ. prælat.
Gravem. de panis.
Gravem. de ſent. excomm.

H.

Henricus. de Cler. pugnant.
His, quæ pro Eccleſ. de majorit. & obed.
His quib. de electi.
His quibus de officio judicis ordinarii.

Homi-

humilis. de major. & obed.

I.

Iacobus. de simon.
Ignarus Episcopus. de libelli oblatione.
illa devotionis. ne sed. vacant.
illa quotidiana. de elect.
illa præpositorum. de accusat.
illud. de major. & obed.
illud. de præsumpt.
illud. de præscript.
illud. de jur. patronat.
illud. de Cler. excommunic.
illud. de excess. prælat.
illo vos. de pignorib.
immunitatem. de immunit. Eccl.
imperatorum. de juram. calumn.
imputari. de fid. instrum.
in aliquibus. de decim.
in Archiepiscopatu. de raptorib.
in audientia. de sent. excomm.
in causa. de caus. possess. & propriet.
in causis. de elect.
in causis. de test. & attestat.
in causis. de sent. & re jud.
in civitate. de usur.
indecens esse. de natis ex lib. ventr.
indecorum est. de ætat. & qualit.
indicante. de testam.
indicatum. de immunit. Eccl.
indignum. de reg. jur.
in Ecclesia. de institut.
in Ecclesiis. de capell. Monach.
in eos. de hæreticis.
in Genesi. de elect.
inhærentes. de juram. calumn.
inhibendum est. de cohabit. Cleric. & mulierum.
in his. de privileg.
in his. de verb. significat.
injustum. de rer. permut.
in Lateranensi. de præbendis & dignitatibus.
in literis. de officio & potestate judicis delegati.
in literis. de restitut. spoliat.
in literis. de testib. & attestat.
in literis. de raptorib.
in nomine Domini. de testib. & attestationib.
in nonnullis. de Iudæis.
in nostra. de rescript.
in nostra præsentia. de procuratorib.
in nostra. de test. & attestat.
in nostra. de sepult.
in nostra. de injur.
innotuit. de elect.
innotuit. de arbitris.
innotuit. de maledicis.
innotuit de eo, qui ord. fiurt. fusc.
innovamus. de treugis.
innovamus. de censib.
innovare. de verborum significat.
in omni negotio. de testib. & attestationibus.
in ordinando. de simonia.
in pertractandis. de juram. calumn.
in præsentia. de renunciat.
in præsentia. de probat.
in præsentia. de sponsal.
in præsentia. de sententia excommunicationis.
in quadam. de celebrat. Miss.
in quibusdam. de decimis.
in quibusdam. de panis.
inquirendum. de pecul. Cleric.
inquisitionis. de accusat.
inquisitioni. de appell.
inquisitioni. de sententia excommunicationis.
in singulis. de stat. Monach.
insinuante. de offic. & potest. judicis delegati.
insinuare. qui Cler. vel vovent.
insinuatione. de feudis.
insinuatum. de simonia.
instruendi. de serv. non ordin.
insuper. de testib. & attestat.
insuper. qui matrim. accus. poss.
in tabulis. de sortileg.
in tantum. de simon.
in tantum. de collus. deteg.
intelligentia. de verb. significat.
intellecto. de jurejur.
intelleximus. de ætat. & qualit.
intelleximus. de judiciis.
intelleximus. de ord. cognit.
intelleximus. de his, qui fil. occidunt.
intelleximus. de adulteriis.
intelleximus. de novi oper. nunciatione.
inter alia. de immunit. Eccl.
inter alia. de sententia excommunicationis.
inter cætera. de offic. jud. ord.
inter cætera. de appell.
inter cætera. de præbend. & dignit.
inter cæteras. de rescript.
inter cæteras. de sententia & re judicata.
inter corporalia. de translat.
inter dilectos. de fide instrum.
inter dilectos. de donat.
inter dilectos. de excess. prælat.
interdicimus. de decim.
interfecisti. de homicid.
inter monasterium. de sentent. & re judicata.
inter opera. de sponsal.
interposita. de appell.
inter quatuor. de Cler. peregr.
inter quatuor. de major. & obed.
inter quatuor. de Cler. non resid.
inter quatuor. de relig. domib.
inter solicitudines. de purg. canon.
intimasti. de appell.
intimavit. de test. & attestat.
investigandum. de pecul. Cleric.
Ioannes. de Cler. conjugatis.
Ioannes. de testam.
Ioannes. de regular.
Ioannes. de homic. volunt.
Iordanæ. de eo, qui cognov. consang.
Joseph. de verb. significat.
irrefragabili. de offic. ord.
irrita erit. de his, quæ fiunt à prælatis.
is cui. de novi oper. nunciat.
is qui. de solutionib.
is qui. de sponsal.
ita quorundam. de Iudæis.
item cum. de restit. spoliat.
Iudæi. de testib. & attestat.
Iudæi j. de Iudæis.
Iudæi ij. eod. tit.
Iudicis officium. de offic. jud.
Iuramentum. de jurejur.
Iuravit. de probat.
Iurgantium. de sententia & re judicata.
Ius dictum. de verb. significat.
Iuvenis. de sponsal.

L.

Lator præsentium. de pignorib.
lator. de sent. & re judicata.
lator. qui fil. sint legit.
lator præsentium. de homicid. voluntario.
latores. de Cler. excomm.
laudabilem. ut lit. pend.
laudabilem. de conversione infidelium.
laudabilem. de frigidis.
lectæ coram nobis. de renunciationibus.
legebatur. de major. & obed.
licet. de elect.
licet. de translat.
licet magister. de supplendâ negligentia prælatorum.
licet. de offic. & potestate judicis delegati.
licet. de offic. legati.
licet in corrigendis. de offic. jud. ordin.
licet j. de for. compet.
licet ij. de foro compet.
licet. de feriis.
licet. de restit. spoliat.
licet causam. de probat.
licet j. de testib. & attestat.
licet ij. de test. & attest.
licet iij. de test. & attest.
licet vobis. de præbend.
licet. de decimis.
licet. de regular.
licet. de voto.
licet. de censib.
licet. de baptismo.

licèt. de sponsa duorum.
licèt. de conjug. servorum.
licèt. de accusat.
licèt Heli. de simon.
licèt. de crim. falsi.
licèt. de pœnis.
licèt. de pœnitentiis.
ligneit. de consecr. Eccles.
literæ tuæ. de dilat.
literæ. de frigid.
literæ. de matrim. contract.
literas. de renunciat.
literas. de suppletida negligentia prælatorum.
literas. de temp. ordinat.
literas. de fil. Presbyt.
literas. de juram. calumn.
literas. de vestit. spoliat.
literas. de præsumpt.
literas. de concess. præbend.
literas. de celebrat. Missar.
literas. de desponsat. impub.
literas. de conjug. leprosi.
literis. de rescript.
literis. de præsumpt.
literarum. de voto.

M.

MAgnus Episcopus. de oblig. ad rationicinia ordinand.
magnæ. de voto.
majores. de baptis.
majoribus. de præbend.
mancipia. de rer. permut.
mandatum. de rescript.
mandato. de procur.
mandato. de simon.
mandata. de præsumpt.
mandamus. de offic. Archidiac.
manifesta. de pœn. & remiss.
maritis. de adult.
Martinus. de cognat. spirit.
Massana. de elect.
Matthæus. de simon.
meminimus. de appell.
meminimus. qui Cler. vel vov.
meminimus. de accusat.
Michaël. de fil. Presbyt.
Michaël. de usur.
ministerium. de offic. Archipresbyteri.
miramur. de serv. non ordinand.
monachi. de stat. Monach.
monachi. de sent. excomm.
monasteria. de vita & honestate Clericorum.
moniales. de purg. canonica.
multa sunt. ne Cler. vel Monach.
multorum. de Judæis.
mulier. de convers. conjug.
mulieri. de jurejurando.
mulieres. de donat. inter virum & uxorem.
mulieres. de sent. excommunicationis.

N.

NAm concupiscentiam. de constitutionibus.
nam & rex. de verborum significatione.
nam & ego. eod. tit.
naviganti. de usur.
nec Episcopi. de temp. ordinand.
ne Dei. de simon.
ne innitaris. de constitut.
nemo Presbyterorum. de simonia.
nemini dubium. de officio legati.
ne nimia. de religiosis domibus.
ne pro defectu. de elect.
ne pro dilatione. de pœnitentiis & remiss.
ne religiosi. de regul.
Nicolao. de appell.
nihil est. de elect.
nihil prodest. de præscript.
nihil obstat. de verborum significatione.
nimis. de fil. Presbyter.
nimis. de jurejur.
nimis iniqua. de excess. prælat.
nimis prava. eod. tit.
nisi cum pridem. de renunciat.
nisi essent. de præbend.
nisi specialis. de authoritate & usu pallii.
nisi specialis. de offic. leg.
nobis fuit. de jur. patronat.
nobis fuit. de simon.
nobilis homo. de purg. canonic.
non amplius. de institut.
non debet. de test. & attest.
non debet. de consanguinitate & affinitate.
non dubium. de sententia excommunicationis.
non est. de decimis.
non est vobis. de regul.
non est voti. de voto.
non est. de sponsa.
non injuste. de procur.
non licet. de Cler. non resident.
non licet. de præbend.
non licet. de reb. Eccl. alienand.
non magnoperè. ne Clerici vel Monachi.
non minùs. de immun. Eccl.
nonne benè. de præsumpt.
nonnulli. de rescript.
non potest. de sent. & re jud.
non satis. de simon.
non sine multa. de arbitr.
non ut apponeres. de baptismo & ejus effectu.
non incer. de purg. can.
nos instituta. de sepult.
nos quidem. de testam.
nostro postulasti. de pœn. & rem.
nosti, quomodo. de elect.
nova. de pœnit. & remiss.
noveris. de sent. excomm.
novimus. de verb. significat.
novum genus. de decimis.
novit ille. de offic. legati.
novit ille. de judiciis.
novit. de appellat.
novit ille. ne sed. vacant.
novit. de his, quæ fiunt à prælat.
nullus. de elect.
nullus. de serv. non ordin.
nullus. de for. compet.
nullus. de præsumpt.
nullus Episcopus. de jurejur.
nullus Presbyter. de pignorib.
nullus Episcopus. de parac.
nullus. de regularib.
nullus. de jur. patron.
nulli liceat. de reb. Eccl. alienand.
nulli Episcoporum. de accusat.
nulli Judæo. de Judæis.
nulli se. de sent. excomm.
nulla Ecclesiastica. de concess. præbend.
nunc autem. de relig. dom.
nuncios. de decim.
nuper. de bigamis.
nuper. de test. & attest.
nuper. de decimis.
nuper. de donationib. inter virum & uxorem.
nuper. de sent. excomm.

O.

OBlatæ. de appellat.
Odoardus. de solut.
officium. de offic. Archid.
officium. de offic. Archipresb.
officii. de elect.
officii. de testam.
officii. de pœn. & remiss.
officii. de sent. excomm.
olim. de rescript.
olim. de lit. contest.
olim j. de vestit. spoliat.
olim ij. de vest. spoliat.
olim iij. eod. tit.
olim. de excess.
olim. de censib.
olim. de accusat.
olim. de injur.
olim. de verb. significat.
omnis anima. de censib.
omnis ver. de regul. jur.
omnis utriusque. de pœnitentiis & remissionib.
omnes principes. de major. & obed.
omnes dies. de feriis.
omnibus. de Cler. venat.
omnipotens. de accusat.
Ostiens Episcopus. de elect.

P. Pa-

P.

Pactum. de verb. significat.
pactiones. de pactis.
paraciano. de sepult.
parœcianos. de decim.
parœcianos. de sent. excomm.
pastoralis. de rescript.
pastoralis. de sacram. non iterand.
pastoralis. de officio & potestate judicis delegati.
pastoralis. de offic. jud. ord.
pastoralis. de judic.
pastoralis. de causa possess.
pastoralis. de fid. instrum.
pastoralis. de except.
pastoralis. de appell.
pastoralis. de his, quæ fiunt à prælatis.
pastoralis. de donat.
pastoralis. de decim.
pastoralis. de jure patronatûs.
pastoralis. de privil.
patentibus. eod. tit.
per inquisitionem. de elect.
perlatum. de his quæ vi metusve.
perlatum. de jure patr.
perlatum. qui fil. sint legit.
permittimus. de sent. excomm.
perniciosus. de celebrat. Miss.
perniciosam. de offic. ord.
per nostras. de jur. patr.
perpendimus. de sent. excomm.
personat. de test. & attest.
personas. de appell.
per tuas. de major. & obed.
per tuas. de arbitris.
per tuas. de probat.
per tuas. de test. & attest.
per tuas. de appell.
per tuas. de donat.
per tuas. de voto.
per tuas. de condit. appos.
per tuas. qui fil. sint legit.
per tuas j. de simon.
per tuas ij. eod. tit.
per tuas iij. eod. tit.
per tuas. de sent. excomm.
per venerabilem. qui fil. sint legit.
per vestras. de donat. inter virum & uxorem.
pervenit. de arbitr.
pervenit j. de testib. cogn.
pervenit ij. eod. tit.
pervenit j. de jurejur.
pervenit ij. eod. tit.
pervenit j. de appell.
pervenit ij. eod. tit.
pervenit. de empt. & vend.
pervenit. de fide juss.
pervenit. de decim.
pervenit. de censib.
pervenit. de immunit. Eccl.
pervenit. de conjug. leprof.
pervenit. qui fil. sint legit.
pervenit. de adult.
pervenit. de excess. prælat.
pervenit. de sent. excomm.
P. & G. de offic. deleg.
Petrus diaconus. de homic. volunt.
petitio. de procur.
petitio. de jurejur.
petitio. de homic. volunt.
petistis. de privil.
Pisanis. de restit. spoliat.
placet. de converf. conjugat.
placuit. de testib. & attest.
placuit. de præscript.
placuit. de empt. & vend.
plerique. de pact.
plerunque. de rescript.
plerunque. de donat.
plures. de usur.
porrò. de divort.
porrò. de Cler. pugn.
porrò. de privil.
porrò. de sent. excomm.
porrecta. de confir. util.
porrectum. de regular.
possessiones. de reb. Eccles. alienand.
post cessionem. de probat.
post translationem. de renunciatione.
post electionem. de concess. præbendæ.
post miserabilem. de usur.
postquam. de elect.
postremò. de appell.
postulasti. de rescript.
postulasti. de for. compet.
postulasti. de regul.
postulasti. de jur. patr.
postulasti. de Judæis.
postulasti. de homic. volunt.
postulastis. de concess. præb.
postulastis. de voto.
postulastis. de Cler. excomm.
postulationem. de postulatione Prælatorum.
potuit emphyteuta. de locato & conducto.
precariæ. de precar.
precarium. eod. tit.
prælatorum. de accusat.
præsenti. de Judæis.
præsentium. de fil. Presbyt.
præsentium. de test. & attest.
præsentium. de Cler. percuss.
præsentata. de test. & attest.
Presbyter. de sacram. non iterand.
Presbyter. de pecul. Cler.
Presbyter. de celebr. Miss.
Presbyteri. de pœnis.
Presbyterum. de Cler. ægrot.
Presbyterum. de homic. volunt.
prætereà. de ætat. & qualit.
prætereà. de offic. & pot. jud. deleg.
prætereà j. de transact.
prætereà ij. eod. tit.
prætereà. de dilat.
prætereà. de test. & attest.
prætereà. de testib. cogn.
prætereà j. de appell.
prætereà ij. de appell.
prætereà. de præbend.
prætereà. de converf. conjug.
prætereà j. de jur. patr.
prætereà ij. eod. tit.
prætereà. de censib.
prætereà j. de sponf. & matrim.
prætereà ij. eod. tit.
prætereà. ne præl. vices suas.
prætereà. de apostat.
prætereà. de usuris.
prætereà. de Cler. percuss.
procurationes. de censib.
prohibeas. de magistr.
prohibemus. de decim.
prohibemus. de censib.
pro illorum. de præb. & dignit.
propter. de locat.
propter. de donat.
propterea. de verb. significat.
propositum. de eo, qui duxit in matrim. quam poll. per adult.
proposuisti. de for. compet.
proposuisti. de probat.
proposuisti. de consecrat. Eccl.
proposuit. de fil. Presbyter.
proposuit. de appell.
proposuit. de concess. præbend.
proposuit. de conjug. servor.
proposuit. de Cler. excomm.
provideas. de offic. vicar.
prout nobis. de dol. & contum.
prudentiam. de off. & pot. jud. deleg.
prudentiam. de mut. petit.
prudentes. de donat.
puberes. de desponsat. impub.
publicato scrutinio. de elect.
pueris. de delictis puerorum.
pueris. de sent. excomm.

Q.

Qua fronte. de appell.
qualiter & quando j. de accusat.
qualiter & quando ij. de accusat.
qualiter & quando. de judic.
qualiter. de elect.
qualiter. de pactis.
qualiter. de Cler. non resid.
quàm gravi. de crim. falsi.
quàm perniciosum. de usur.
quàm sit grave. de excess. prælat.
quàm sit laudabile. de Judæis.
quamvis. de ætat. & qualit.
quamvis. de offic. & pot. jud. deleg.
quamvis. de sent. & re judicata.
quamvis. de decimis.
quamvis. de sent. excomm.
quamvis. de verb. significat.
quamvis. de regul. jur.

quantæ. de sentent. excomm.
quanto. de consuet.
quanto. de translat.
quanto. de offic. jud. ordin.
quanto. de judic.
quanto. de præsumpt.
quanto. de jurejur.
quanto. de his, quæ fiunt à prælat.
quanto. de censib.
quanto. de divort.
quanto. de magistr.
quanto. de usur.
quanto. de privileg.
quæcunque. de jure patronat.
quæ in Ecclesiarum. de constitut.
quæ multoties. de reg. jur.
quærenti. de offic. & potestate judicis delegati.
quærenti. de verbor. significat.
quæris à nobis. de ætat. & qualit.
quæsivit. de his, quæ fiunt à majori parte capituli.
quæsivit. de divort.
quæsivit. de verb. significat.
quæsitum. de temp. ordinand.
quæsitum. de cohabitat. Cler. & mulierum.
quæsitum. de rer. permut.
quæsitum. de pœnit. & remiss.
quæstioni. de appellat.
quemadmodum. de jurejur.
querelam. de elect.
querelam. de procur.
querelam. de jurejur.
querelam. de simon.
querelam. ne prælati vices suas.
querimoniam. de jur. patron.
qui alium. de simon.
qui alios. de hæret.
quia circa. de bigam.
quia circa. de consang. & affinit
quia circa. de privil.
quia Clerici. de jure patronatûs.
quia diligentia. de elect.
quia diversitatem. de conces. præbendæ.
quia frustra. de usur.
quia in causis. de procurat.
quia indicante. de præscript.
quia ingredientibus. de testam.
quia in insulis. de regularib.
quia intentionis. de privilegiis.
quia in tantum. de præbend.
quia in omnibus. de usuris.
quia monasterium. de relig. domib.
quia nonnulli. de rescript.
quia nonnulli. de Cleric. non resid.
quia nonnullis. de magistris.
quia nos. de auth. & usu pallii.
quia nos. de appell.
quia nos. de testam.
quia plerique. de immunit. Eccl.
quia propter. de elect.
quia quæsitum. de offic. deleg.
quia super his. de Judæis.
quia V. de judic.
quia verisimile. de præsumpt.
quicunque. de Eccl. ædific.
quicunque. de condit. appositi.
qui cum furc. de furtis.
quidam. de renunciat.
quidam. de convers. conjug.
quidam. de celebrat. Miss.
quidam. de apost.
quidam. de homic. volunt.
quidam. de privil.
quid per novale. de verb. signific.
qui ex timore. de regul. jur.
qui furatur. de furtis.
qui in vivorum. de conces. prab.
quinta vallis. de jurejur.
qui Presbyterum. de pœnitent.
qui res. de reb. Eccl. alienand.
quisquis. de elect.
qui scandalizaverit. de reg. jur.
quod ad consultationem. de sent. & re judicata.
quod autem. de jure patron.
quod autem. de pœnitent.
quod à prædecessore. de schismatic.
quod à te. de Cler. conjug.
quod Clericis. de foro comp.
quod de his. de sentent. excommunicationis.
quod Dei timorem. de statu Monach.
quod dicitur. de verbor. significatione.
quod dilectio. de consanguin. & affinitat.
quod in dubiis. de renunciat.
quod in dubiis. de consecrat. Eccl.
quod in dubiis. de pœnis.
quod in dubiis. de sententia excommunicationis.
quod in te. de pœnit. & remiss.
quod latenter. de reg. jur.
quod nobis. de cland. desponsat.
quod nobis. qui fil. sint legit.
quod nonnullis. de privil.
quod non est licitum. de reg. jur.
quod olim. de Judæis.
quod quidam. de pœnit. & remiss.
quod quibusdam. de fidejuss.
quod sedem. de offic. jud. ord.
quod sedem. de frigid.
quod sicut. de elect.
quod super his. de major. & obed.
quod super his. de fide instrum.
quod super his. de voto.
quod super his. de consang. & affinit.
quod translationem. de temp. ord.
quod translationem. de offic. leg.
quoniam constitutio. de constitut.
quoniam. de fil. Presbyterorum.
quoniam Abbas. de offic. deleg.
quoniam Apostolica. de off. deleg.
quoniam in plerisque. de offic. judic. ord.
quoniam frequenter. ut lite non contestatâ.
quoniam in parte. de feriis.
quoniam contra. de probat.
quoniam aliqua. de testib.
quoniam omne. de præscript.
quoniam. de vita & honest. Cler.
quoniam à nobis. de decim.
quoniam. de jure patronat.
quoniam. de simon.
quoniam j. ne prælat. vices suas.
quoniam ij. eod. tit.
quoniam Ecclesia. de magistr.
quoniam. de usur.
quoniam. de privil.
quoniam. de conjugio leprosorum.
quorundam. de testam.
quosdam. de præsumpt.
quoties. de pactis.
quoties. de testib. & attestat.
quotiès. de simon.
quoties. de purg. canon.

R.

Rainutius. de testam.
Raynaldus. de testam.
ratio nulla. de præb. & dignit.
recepimus. de privil.
recolentes. de statu Monach.
referente. de præbend.
referente. qui fil. sint legit.
referente. de delict. puer.
relatum est. de offic. & potestat. judic. delegati.
relatum. de Cleric. non resid.
relatum. de præbend.
relatum. de conces. præbend.
relatum j. de testam.
relatum ij. eod. tit.
relatum. de sepulturis.
relatum. de jure patron.
relatum. ne Cler. vel Monach.
relatum. qui matr. accus. poss.
relatum. de sent. excomm.
relinqui. de custod. Eucharist.
repellantur. de accusat.
reprehensibilis. de appellat.
requisisti. de testam.
requisivit. de ordinat. ab Episc. qui renuntiavit Episcopatui.
requisivit. de in integr. restit.
requisivit. de sponsal.
responso. de sent. excomm.
Rex pacificus. in proœm.
Rodulphus. de rescript.
rursus. qui Cler. vel rov.

S.

Sacerdotibus. ne Clerici vel Monachi.
sacris. de his quæ vi metusve.
sacris. de sepult.
sacris. de sententia excommunicationis.
sacro. eod. tit.

sacrosanctæ. de elect.
salubriter. de usur.
sancto Concilio. de fuct. ab intest.
sanctorum. de præscript.
sanctum. de censib.
sanè dilecto. de remunt.
sanè. de temp. ordin.
sanè j. de offic. & potestate jud. delegat.
sanè ij. eod. tit.
sanè. de arbit.
sanè. de for. compet.
sanè j. de Cler. conjug.
sanè ij. de Cler. conjug.
sanè. de regular.
sanè. de conver. conjug.
sanè. de celebr. miss.
sanè. de excess. prælat.
sanè. de privil.
scienter. de censib.
scisciatur. de rescript.
scribam. de præsumpt.
scriptum est. de elect.
scripta. de fid. instr.
scripta. de collu. dezeg.
scriptura. de voto, & voti red.
secundum. ne Cler. vel Mon.
secundo requiris. de appel.
sedes apostolica. de rescript.
sed hoc. de success. ab int.
sed nec. ne Cler. vel Mon.
sententia. de sentent. & re judicat.
sententiam. ne Cler. vel Mon.
sæpè contingit. de restit. spol.
sæpè contingit. de appell.
series. de test. & att.
si alicui jus. de elect.
si aliquis. de homic. vol.
si aliquando. de sentent. excommunic.
si à patre. de infan. & lan. expo.
si autem. de rescript.
si autem. de cohabitat. Cleric. & mul.
si adversus. de eo qui mitt. in possessionem.
si adversus. de hæret.
si Archiepiscopus. de temp. ord.
si bos. de injur.
sicut Romana. de rescript.
sicut. de suppl. negl. præl.
sicut. de transact.
sicut. de syndic.
sicut. de probat.
sicut. de testib. & at.
sicut. de præsumpt.
sicut j. de jurejur.
sicut ij. eod. tit.
sicut iij. eod. tit.
sicut. de sent. & re jud.
sicut. de cohab. Cler. & mul.
sicut j. de regular.
sicut ij. eod. tit.
sicut j. de simon.
sicut ij. eod. tit.
sicut iij. eod. tit.
sicut. de sponsal.
sicut. de accus.
sicut. ne Cler. vel Mon.
sicut. de Iudæis.
sicut j. de hæret.
sicut ij. eod. tit.
sicut j. de hom. vol.
sicut ij. eod. tit.
sicut. de exc. præl.
sicut. de privileg.
sicut. de sent. excom.
si cautio. de fid. instr.
si celebrat. de Cler. excom.
si Clericus. de foro comp.
si concubinæ. de sen. excom.
si conditiones. de cond. appos.
si constiterit. de accus.
si culpa. de injur.
si de terra. de privil.
si diligenti. de for. comp.
si diligenti. de præscript.
si dominus. de simon.
si duobus. de appel.
si Ecclesia. de consecr. Eccl.
si egressus. de injur.
si Episcopus. de paroch.
significasti. de elect.
significasti. de offic. Archid.
significasti. de offic. & pot. jud.
significasti. de for. comp.
significasti. de jur. pat.
significasti. de eo qui dux. in matr. quam pol. per adult.
significasti. de divort.
significasti j. de homic. volunt.
significasti ij. eod. tit.
significasti. de adult.
significavit. de rescript.
significavit. de corp. vitiat.
significavit. de of. jud. ord.
significavit. de testib. & attest.
significavit. de appel.
significavit. de paroch.
significavit. de conver. conjug.
significavit. de censib.
signific. de eo, qui dux. in matr. quam pol. per adult.
significavit. de donat. int. virum & uxorem.
significavit. de Iudæis.
significavit. de panit.
significavit. de sent. exc.
significaverunt. de jud.
significaverunt. de testib. & attest.
significaverunt. de except.
significatum. de præben.
significatum. de regular.
significante. de rescript.
significante. de appel.
significante. de pign.
significante, qui matr. accus. poss.
significantibus. de offic. & pot. judic. deleg.
significantib. de libel. oblat.
significantib. de appell.
significant. de nov. operis nunciatione.
significantib. de purg. vulg.
signum est. de conjug. serv.
si hæredes. de test.
si instrumenta. de fid. instr.
si inter virum. de sponsal.
si justus. de appel.
si legitimus. de accusat.
si laserit. de injur.
si perfodiens. de homic.
si princeps. de rer. perm.
si pro debilitate. de offic. deleg.
si proponente. de rescript.
si qua mulier. de divort.
si qua per adoptionem. de cognatione legali.
si quando. de rescript.
si quando. de officio & potestate judicis delegati.
si quem. de sent. excom.
si qui Clericorum. de Clericorum conjugio.
si qui testium. de test.
si quis. de major. & obed.
si quis j. de for. comp.
si quis ij. de for. comp.
si quis. de consir. uti. vel inut.
si quis. de vita & hon. Cler.
si quis. de reb. Eccl. non alien.
si quis. de pecu. Cler.
si quis. de regular.
si quis. de baptis.
si quis. de presb. non bapt.
si quis. de cland. despon.
si quis. de eo qui dux. in matr. quam poll. per adult.
si quis. de eo qui cogn. consang. uxor. juæ.
si quis. de accus.
si quis. de simon.
si quis. de hæret.
si quis. de homic. volunt.
si quis. de furt.
si quis. de Cler. percus.
si quis j. de Cler. excom.
si quis ij. eod. tit.
si quis. de Cler. non ord.
si quis j. de purg. can.
si quis ij. eod. tit.
si quis j. de injur. & damno dato.
si quis ij. eod. tit.
si quisquam de cohabitat. Cler. & mulier.
si quorundam. de solut.
si rixati. de injur.

si Sacerdos. de officio ordinator.
si scripturam. de fide instrumentorum.
si seduxerit. de adul.
si venditori. de empione & vendit.
si verò. de jurejurando.
si verò. de jure patronatûs.
si verò j. de sententia excommunicationis.
si verò ij. eod. tit.
si verè. de sent. excom.
si vir. de cognat. spirituali.
si vir. de adult.
solitæ. de major. & obed.
solicitè. de restit. spol.
solicitudinem. de appell.
sopitæ. de censib.
sponsam. de sponsa.
statuimus. de suppl. negl. præl.
statuimus. de major. & obed.
statuimus. de transact.
statuimus. de regul.
statuimus. de custod. Euch.
statuimus. de maled.
studuisti. de offic. leg.
sua nobis. de offic. vic.
sua nobis. de appell.
sua nobis. de confir. ut.
suam ad nos. de panis.
suam nobis. de simon.
subdiaconos. de temp. ord.
suborta. de sent. & re jud.
suffraganeis, de elect.
suggestum. de appell.
suggestum. de decim.
suggestum. de jur. patr.
super inordinata. de præbend. & dignitat.
super illa. de sec. nupt.
super literis. de rescript.
super quæstionum. de officio & potestate jud. deleg.
super quodam. de stat. Monachorum.
super quibusdam. de verbor. significationibus.
super spoliatione de ord. cogn.
super specula. ne Cler. vel Monachi.
super specula. de magist.
super specula. de privil.
super eo. de elect.
super eo. de bigamis.
super eo. de officio & potestate jud. deleg.
super eo. de transactionib.
super eo. de his quæ vi.
super eo j. de test. & attest.
super eo ij. eod. tit.
super eo. de test. cog.
super eo j. de appellationibus.
super eo ij. de appellat.
super eo. de cohabitat. Clericorum & mulierum.
super eo. de parochiis.
super eo. de regular.
super eo. de censib.
super eo. de cond. app.
super eo. de cogn. spirituali.
super eo. de eo qui cognov. consang. uxoris suæ.
super eo. de consang. & affin.
super eo. de rapt.
super eo. de usur.
super eo. de crim. falsi.
super eo j. de sententia excommunicationis.
super eo ij. eod. tit.
super his. de test. cog.
super his. de accus.
super his. de panis.
super hoc. de renunciationib.
super hoc. de eo qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium.
suscepimus. de hom. vol.
susceptis. de cas. poss.
suscitata. de restit. in integr.
suspicionis. de officio & potestate judicis delegati.

T.

TAm literis. de testib.
tama est. qui filii sint legitimi.
tama est. de simonia.
tanta est. de excessione prælatorum.
te nobis. de Cler. peregr.
tenor. de sententia & re judicata.
te referente. de celebratione Missarum.
tertio loco. de probationibus.
tertio loco. de præsumpt.
testimonium. de test. & attest.
Theodosius. de stat. Monachorum.
Thomas. de corp. vit.
translato. de constit.
transmissam. de elect.
transmissæ. de jure patron.
transmissæ. de eo qui cognovit consang. uxoris suæ.
transmissæ. qui filii sint legitimi.
transmissæ. de verborum significationibus.
treguas. de treuga & pace.
tua. & infrà, de decimis.
tua fraternitas. de consecratione Ecclesiæ.
tua fraternitas. de sponsa. duor.
tua fraternitas. de adul.
tua nos. de Cler. peregr.
tua nos j. de jurejur.
tua nos ij. eod. tit.
tua nos. de cohabitat. Clericorum & mulierum.
tua nos. de Cler ægr.
tua nos. de Eccl. ædif.
tua nos. de sponsalibus.
tua nos. de despons. impub.
tua nos. de cognatione spirit.
tua nos. de consang. & affin.
tua nos. de simonia.
tua nos. de homicid. voluntario.
tua nos. de usur.
tua nos. de sent. excom.
tua nobis. de testamentis.
tua nobis. de decimis.
tua nobis. de verborum significationibus.
tua nuper. de his quæ sunt à prælatis.
tuam. de ætate.
tuam. de ordine cognationis.
tuarum. de privilegiis.
tuas dudum. de spon. duor.
tuas dudum. de usur.
tuæ discretionis. de panis.
tuæ fraternitatis. de Clericis peregrinis.
tuæ fraternitatis. ut lite non contestatâ.
tuæ fraternitatis. de Cleric. non residentibus.
tuæ fraternitatis. de præbendis.
tuæ fraternitatis. de eo qui cognovit consang. uxoris suæ.
tuæ fraternitati. de sponsal.
tuæ fraternitati. de procurator.
tuæ fraternitati. de apostat.
tuæ literæ. de Cleric. per. salt. promot.
tuæ nobis. de despons. impub.
tuis quæstionib. de test. & attest.
tuis quæstionib. de præb.
tum ex literis. de in integr. restit.

V.

VAcante. de præbend.
ubi non est. de despons. impub.
vel non est compor. de tempor. ordin.
venerabilis. de jud.
venerabilis. de dolo & contumac.
venerabilis. de testib. cogen.
venerabilis. de confir. util.
venerabilis. de præbend.
venerabilis. de officio & potest. judicis delegati.
venerabili. de testib. & attest.
venerabili. de censib.
venerabili. de sent. excomm.
venerabili. de verb. signif.
venerabilem. de electione.
venerabilem. de excep.
veniens. de renunc.
veniens. de filiis Presbyterorum.
veniens. de translationibus.
veniens j. de testib. & attest.

veniens ij. de test. & attest.
veniens. de jurejurando.
veniens. de præscription.
veniens. de regul.
veniens. de conver. conjug.
veniens. de Presbytero non bapt.
veniens j. de sponsalib.
veniens ij. eod. tit.
veniens. qui Clerici vel voventes.
veniens. de eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium.
veniens. de cognat. spirituat.
veniens j. de eo, qui cognovit consanguineam uxoris suæ.
veniens ij. de eo, qui cognovit consanguineam uxoris suæ.
veniens. de accusationib.
veniens. de simon.
veniens. de iis qui fil. oc.
veniens. de eo, qui ord. fier. susc.
veniens. de sent. excomm.
venientis. de voto & voti red.
venientes. de jurejurand.
vergentis. de hæret.
veritatis. de dolo & cont.
vericatis. de jurejurando.
verum. de foro compet.
verum. de jurejur.
verum. de conver. conjug.
verum. de condit. appos.
vestra. de cohab. Cler.
vestra. de locat. & conduct.
videtur nobis. qui matr. accus. possint.
vidua. de regular.
vigilanti. de præscript.
vir qui à stipite. de consanguin. & affinitate.
vir autem. de secundis nupciis.
ultra tertiam. de testib. & attest.
una sententia. de appell.
universitatis. de sententia excommunicationis.
uno delegatorum. de offic. delegatorum.
volens. de purificatione post partum.
volentes. de offic. legat.
ut Abbates. de ætate & qualit.
ut Archidiaconus. de offic. Archidiaconi.
ut Archipresbyter. de offic. Archipresbyterorum.
ut bigami. de bigam.
ut Clerici. de regular.
ut Clericorum. de vit. & hon. Cler.
ut commutationes. de rer. perm.
ut consultationi. de Cler. conj.
ut debitus. de appell.
ut dominicis. de paroch.
ut famæ. de sent. excomm.
ut filii Presbyterorum. de fil. Presbyterorum.
ut in domibus. de immunitate Ecclesiæ.
ut juxta. de offic. jud. ord.
ut laici. de vit. & hon. Cler.
ut mensuræ. de empt. & vend.
ut nostrum. de offic. Archid.
ut nostrum. de appellationibus.
ut nostrum. ut Eccl. benef.
ut nullus. de prabendis & dign.
ut præteritæ. de electione.
ut primicerius. de offic. primic.
ut privilegia. de privilegiis.
ut quisque. de vita & honestate Clericorum.
utrum autem. de cogn. spirit.
ut sciat se. de offic. sacrist.
ut singulæ. de offic. Archipresb.
ut super aliqua. de rebus Ecclesiæ alienandis.
ut unusquisque. de pecul. Cler.
uxoratus. de converf. conjug.

FINIS.

DECRETALIVM D. GREGORII PAPAE IX.[a] COMPILATIO.

GREGORIUS Episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Doctoribus & Scholaribus universis, Bononiæ [b] commorantibus, salutem & Apostolicam benedictionem.

Rex pacificus, piâ miseratione disposuit sibi subditos fore pudicos, pacificos, & modestos.

Sed effrenata cupiditas, sui prodiga, pacis æmula, mater litium, materia jurgiorum, tot quotidie nova litigia generat, ut nisi justitia conatus ejus suâ virtute reprimeret, & quæstiones ipsius implicitas explicaret, jus humani fœderis litigatorum abusus extingueret, & dato libello repudii concordia extra mundi terminos exularet. Ideoq; lex proditur, ut appetitus noxius sub juris regula limitetur, per quam genus humanum ut honestè vivat, alterum non lædat, jus suum unicuique tribuat, informatur. Sanè diversas constitutiones, & decretales epistolas prædecessorum nostrorum, in diversa dispersas [c] volumina, quarum aliquæ propter nimiam similitudinem, & quædam propter contrarietatem, nonnullæ etiam propter sui prolixitatem, confusionem inducere videbantur: aliquæ verò vagabantur extra volumina supradicta, [d] quæ tanquam incertæ frequenter in judiciis vacillabant. Ad communem, & maximè studentium utilitatem, per dilectum filium fratrem Raymundum, Capellanum & Pœnitentiarium nostrum, illas in unum volumen (resecatis superfluis [e]) providimus redigendas, adjiciemes constitutiones nostras, & decretales epistolas, per quas nonnullæ [f] quæ in prioribus erant dubia, declarantur. Volentes igitur, ut hâc tantùm compilatione universi utantur in judiciis & in scholis, districtiùs prohibemus, ne quis præsumat aliam facere, absque auctoritate sedis Apostolicæ speciali. [g]

---

a Titulus hujus libri in manuscriptis vetustissimis ita habet: Incipit compilatio Decretalium Divi Gregorii Papæ IX. b In uno manuscripto Vaticanæ legitur Parisiis, in altero Bononiæ & Parisiis, sed utplurimùm omnes habent, Bononiæ. c al. sparsas. d Text. in l. 1. C. de nov. cod. fac. & l. 2. §. si quid autem in tanta. C. de vet. jur. enucl. e Interdum & utilib. quod & de Triboniano dicitur, qui fuit Raymundo isto doctior. f Multa. g Data fuit hæc epistola anno Christi 1230.

DE SUM-

DE SVMMA TRINITATE, ET FIDE CATHOLICA.

TITULUS I.

INNOCENTIUS III. IN CONCILIO GENERALI a.

Tractat de Trinitate, & ipsius operibus: de Fide, & articulis fidei.

CAPITULUM PRIMUM.

FIRMITER credimus b, & simpliciter confitemur c, quòd unus solus est verus Deus, æternus, immensus, & incommutabilis, incomprehensibilis, omnipotens, & ineffabilis, Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus: tres quidem personæ, sed una d essentia, substantia, seu natura simplex omninò: Pater à nullo, Filius à Patre solo, ac Spiritus Sanctus pariter ab utroque: absque initio, semper ac sine fine: Pater generans, Filius nascens, & Spiritus Sanctus procedens: consubstantiales & coæquales, & coomnipotentes, & coæterni: unum universorum principium: creator omnium visibilium & invisibilium, spiritualium & corporalium: qui suâ omnipotenti virtute simul ab initio temporis utramque de nihilo condidit creaturam, spiritualem & corporalem: angelicam videlicet & mundanam: ac deinde humanam, quasi communem ex spiritu & corpore constitutam. Diabolus enim & alii dæmones à Deo quidem naturâ creati sunt boni, sed ipsi per se facti sunt mali. Homo verò diaboli suggestione peccavit. Hæc sancta Trinitas secundùm communem essentiam individua, & secundùm personales proprietates discreta, primò per Moysen & sanctos Prophetas, aliosque famulos suos, juxta ordinatissimam dispositionem temporum, doctrinam humano generi tribuit salutarem. Et tandem unigenitus Dei filius Jesus Christus à tota Trinitate communiter incarnatus, ex Maria semper virgine Spiritûs Sancti cooperatione conceptus, verus homo factus, ex anima rationali & humana carne compositus e, una in duabus naturis persona, viam vitæ manifestiùs demonstravit. Qui cùm secundùm divinitatem sit immortalis & impassibilis, idem ipse secundùm humanitatem factus est mortalis & passibilis. Qui etiam pro salute humani generis in ligno crucis passus & mortuus, descendit ad inferos, resurrexit à mortuis, & ascendit in cœlum: sed descendit in anima, & resurrexit in carne: ascenditque pariter in f utroque: venturus in fine seculi, judicaturus vivos & mortuos, & redditurus singulis secundùm opera sua, tam reprobis, quàm electis: qui omnes cum suis propriis resurgent corporibus, quæ nunc gestant, ut recipiant secundùm opera sua, sive bona fuerint, sive mala: illi cum diabolo pœnam perpetuam, & isti cum Christo gloriam sempiternam.

¶ *Tractatur hîc de sacramentis Ecclesiasticis.*

Abbas Siculus.

¶ Una a verò est fidelium universalis Ecclesia, extra quam nullus omninò salvatur. In qua idem ipse Sacerdos est sacrificium b Jesus Christus: cujus corpus & sanguis in sacramento altaris sub speciebus panis & vini veraciter continentur, transubstantiatis pane in corpus, & vino in sanguinem, potestate divinâ: ut ad perficiendum mysterium unitatis, accipiamus ipsi de suo, quod accepit ipse de nostro. Et hoc utique sacramentum nemo potest conficere, nisi Sacerdos, qui ritè fuerit ordinatus, secundùm claves Ecclesiæ, quas ipse concessit Apostolis, eorumque successoribus Jesus Christus. Sacramentum verò c baptismi (quod ad Dei invocationem & individuæ Trinitatis, videlicet Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti, consecratur in aqua) tam parvulis, quàm adultis in forma Ecclesiæ à quocunque ritè collatum proficit ad salutem. Et si post susceptionem d baptismi quisquam prolapsus fuerit in peccatum, per veram potest semper pœnitentiam reparari e. Non solùm autem virgines & continentes, verùm etiam conjugati, per rectam fidem & operationem bonam placentes Deo, ad æternam merentur beatitudinem pervenire.

CAP. II.

¶ *Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus verâ unione, non collectivâ, seu similitudinariâ, sunt una essentia, substantia, seu natura: quæ substantia non est generans, nec genita, nec procedens: quia illi actus non attribuuntur substantiæ, sed personis: nec per hoc in Trinitate concluditur quaternitas. Contrarium sentientes, ut hæretici sunt censendi, nisi ab errore respiscant, & correctioni Apostolicæ sedis se supponant.* *Abbas Siculus.*

Idem *in eodem* f.

DAmnamus g ergò & reprobamus libellum seu tractatum, quem Abbas Joachim edidit contra Magistrum Petrum Lombardum, de unitate seu essentia Trinitatis, appellans ipsum hæreticum & insanum, pro eo quòd in suis dixit sententiis h, quoniam quædam summa res est Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, & illa non est generans, neque genita, neque procedens: unde asserit, quòd ille non tam Trinitatem, quàm quaternitatem astruebat in Deo, videlicet tres personas, &

a *Cap. 1. Hoc autem Concilium Romæ in Laterano celebratum est anno Christi 1215. assidentibus Hierosolymitano & Constantinopolitano Patriarchis, & totius ferè orbis Episcopis, Principumq; Legatis, anno Pontificatûs Innoc. III. decimo octavo.* b *Cap. 1. eod. tit. in 4. compil.* c *Hanc Decr. & seq. eruditissimè explicat B. Thom. 3p. qu. 73. & 74. tom. 17.* d *simulu textus in l. nullus hæreticus, C. eod. tit.* e *Textus in l. inter claras, §. omnes vers. & quoniam. C. eod. tit.* f *Extremum judicium.*

a *Ecclesia unitas.* b *Eucharistia.* c *Baptismus.* d *Pœnitentia.* e *Concor. cap. quia sanctitas, c. ponderet. & c. contumaces. 50. dist. quod autem ad civilem politiam & vindictam attinet, nemo pœnitentia mocens esse definit. l. 67. de furt. l. 17 de adil. ed. l. pen. vi bon. rapt.* f *Cap. 2.* g *Cap. 2. eod. tit. in 4. compil.* h *L. 1. sent. dist. 5.*

illam communem essentiam quasi quartam: manifestè protestans, quòd nulla res est, quæ sit Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus; nec est essentia, nec substantia, nec natura: quamvis concedat, quòd Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus sunt una essentia, una substantia, unaque natura, verùm unitatem hujusmodi non veram & propriam, sed quasi collectivam & similitudinariam esse fatetur: quemadmodum dicuntur multi homines unus populus, & multi fideles una Ecclesia: juxta illud: a [*Multitudinis credentium erat cor unum, & anima una.*] &: [*Qui* b *adhæret Deo, unus spiritus est cum illo.*] Item: c [*Ille qui plantat, & qui rigat, unum sunt:*] &, d [*Omnes unum corpus sumus in Christo.*] Rursùs in libro Regum: e [*Populus meus, & populus tuus, unum sunt.*] Ad hanc autem suam sententiam astruendam, illud potissimùm verbum induxit, quod Christus de fidelibus inquit in Evangelio: f [*Volo pater, ut sint unum in nobis, sicut & nos unum sumus, ut sint consummati in unum.*] Non enim (ut ait) fideles Christi sunt unum, i. e. quædam una res, quæ communis sit omnibus, sed hoc modo sunt unũ, id est, una Ecclesia, propter catholicæ fidei unitatem, & tandem unum regnũ, propter unionem indissolubilis charitatis, quemadmodum in canonica Joannis Apostoli epistola legitur: g [*Quia tres sunt, qui testimonium dant in cælo, Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus: & hi tres unum sunt.*] Statimque subjungitur: [*Et tres sunt, qui testimonium dant in terra; spiritus, aqua & sanguis: & hi tres unum sunt.*] sicut in quibusdam codicibus invenitur. Nos autem sacro h approbante Concilio, credimus & confitemur cum Petro Lombardo, quòd una quædam summa res est, incomprehensibilis quidem & ineffabilis, quæ veraciter est Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus; tres simul personæ, ac sigillatim quælibet earundem: & ideò i in Deo solummodo Trinitas est, non quaternitas: quia quælibet trium personarum est illa res, videlicet substantia, essentia, seu natura divina: quæ sola est universorum principium, præter quod aliud inveniri non potest: & illa res non est generans, neque genita, nec procedens, sed est Pater, qui generat, & Filius, qui gignitur, & Spiritus Sanctus, qui procedit: ut distinctiones sint in personis, & unitas in natura. Licèt igitur alius sit Pater, alius Filius, alius Spiritus Sanctus, non tamen aliud: sed id, quod est Pater, est Filius, & Spiritus Sanctus idem omninò: ut secundùm orthodoxam & catholicam fidem consubstantiales esse credantur. Pater enim ab æterno Filium generando, suam substantiam ei dedit, juxta quod ipse testatur: k [*Pater quod dedit mihi, majus omnibus est.*] Ac dici non potest, quòd partem substantiæ suæ illi dederit, & partem ipse sibi retinuerit: cùm substantia Patris indivisibilis sit, utpote simplex omninò. Sed nec dici potest, quòd Pater in Filium transtulerit suam substantiam generando, quasi sic dederit eam Filio, quòd non retinuerit ipsam sibi: alioquin desiisset esse substantia. Patet ergò, quòd sine ulla diminutione Filius nascendo substantiam Patris accepit: & ita Pater & Filius habent eandem substantiam: & sic eadem res est Pater & Filius, nec non & Spiritus Sanctus ab utroque procedens. Cùm ergò Veritas pro fidelibus suis orat ad Patrem: l [*Volo* (inquiens) *ut ipsi sint unum in nobis, sicut & nos unum sumus:*] hoc nomen m unum, pro fidelibus quidem accipitur, ut intelligatur unio charitatis in gratia: pro personis verò divinis, ut attendatur identitatis unitas in natura, quemadmodum alibi Veritas ait: [*Estote* a *perfecti, sicut & Pater vester cœlestis perfectus est.*] ac si diceret manifestiùs: Estote perfecti perfectione gratiæ, sicut Pater vester cœlestis perfectus est perfectione naturæ, utraque videlicet suo modo: quia inter creatorem & creaturam non potest tanta similitudo notari, quin inter eos major sit dissimilitudo notanda. Si quis igitur sententiam vel doctrinam præfati Joachim in hac parte defendere vel approbare præsumpserit, tanquam hæreticus ab omnibus evitetur b. In nullo tamen propter hoc Florenti c monasterio (cujus ipse Joachim extitit institutor) volumus derogari: quoniam ibi & regularis est institutio, & observantia salutaris: maximè, cùm ipse Joachim omnia scripta sua nobis assignari mandaverit Apostolicæ sedis judicio approbanda, seu etiam corrigenda, dictans epistolam, quam propriâ manu subscripsit, in qua firmiter confitetur, se illam fidem tenere, quam Romana tenet Ecclesia, quæ (disponente Domino) cunctorum fidelium mater est & magistra. Reprobamus etiam & condemnamus perversissimum dogma impii d Almarici, cujus mentem sic pater mendacii excæcavit, ut ejus doctrina non tam hæretica, quàm insana sit censenda.

a *Act. 4.* b *1. Cor. 6.* c *1. Cor. 3.* d *1. Cor. 12.* e *3. Regum 22.* f *Ioan. 17.* g *1. Ioan. 5.* h *Vide Melchiorem Can. lib. 12. c. 7. de locis Theolog. §. 2. præcept.* i *In uno manuscr. ita: Et idèo in Deo solummodò Trinitas, non quaternitas reperitur.* k *Ioan. 14.* l *Ioan. 17.* m *Significatum & æquivocationem dictionis unius vide apud Bart. in l. 1. si plures. in vers. difficile. ff. de pac. Sed aliter unum sunt fideles Christi, aliter tres personæ divinæ.*

DE CONSTITUTIONIBUS.

TITULUS II.

CAP. I.

¶ Iuris canonici statuta omnes ligant: & eorum ritu, tam in pronunciando, quàm in decidendo judicia sunt regulanda.

Ex Concilio Meldensi *a.*

CAnonum *f* statuta custodiantur ab omnibus. Et nemo in actionibus vel judiciis Ecclesiasticis suo sensu, sed eorum auctoritate ducatur.

CAP. II.

¶ Constitutio respicit futura, & non præterita.

Gregorius *g in registro.*

COgnoscentes: *h* [*1 & 3.*] ¶ Rem quæ culpâ caret, in damnum vocari non convenit. Quoties verò novum quid statuit, ita solet futuris formam imponere, ut dispendiis præterita non *i* commendet: ne detrimentum ante prohibitionem possint ignorantes *k* incurrere, quod eos postmodùm dignum est vetitos sustinere.

[*1 Multa narrantur de Christianis mancipiis, quæ Iudæi comparabant. Volebat autem Gregorius in futurum statuere, ut Iudæi qui Christiana mancipia emerint, intra duum quadragesimum eos vendere teneantur. Sed si ante annum quàm hoc statueretur quædam apud eos Christiana mancipia manserant, vetat illis ex eo dispendium irrogari, sed eis eorum alienandorum licentiam dari, causa redditur, quia.*]

CAP. III.

¶ Potestas legem condendi & mutandi est penes Vicarium Christi. Et quod de uno canonicorum statuitur, ad aliud canonicum extenditur. Abbas Siculus.

Augustinus *super illud epist. ad Hebræos* l.

TRanslato sacerdotio *m* necesse est, ut legis translatio fiat.

Quia enim simul & ab eodem & sub eadem sponsione utraque data sunt, quod de uno dicitur, necesse est, ut de altero intelligatur.

a *Matth. 7.* b *refutetur.* c *al. Florentino.* d *Almarici hæreses refert Direct. orium p. 2. q. 7.* e *Cap. 11. & Burch. l. 1. c. 81. Ivo p. 3. c. 171. & c. 2. eod. tit. in 1. compil.* f *Quid dicatur canon notant DD. in L. privilegia. C. de sacr. Eccles & gl. can. 1. dist 3.* g *Lib. 7. epist 35. ad Fortunatum Episcopum Neapolitanum.* h *Cap. 2. eod. tit. in 1. compil.* i *al. non commendent.* k *L. cum de indebite & ibi gl. de prob. & l. legr. §. cùm quidam, ubi Bart. ff. ad leg. Corn. de fic.* l *Cap. 7 extant verba hujus cap. in gloss. ord.* m *Cap. 4. eod. tit. in 1. compil.*

CAP.

CAP. IV.

¶ *Omne prohibitum à lege, peccatum est, & omne illud, quod sequitur ex eo. h. d.*

Idem *super epist. ad Roman.* a

NAm concupiscentiam *b* nesciebam, &c. Hoc enim elegit Apostolus generale, unde omnia mala oriuntur. Bona est ergò lex, quæ dum hoc prohibet, omnia mala prohibet.

CAP. V.

¶ *Constitutiones decretorum singularibus sunt opinionibus præferenda.*

Hieronymus *in Parabolis* c.

NE innitaris prudentiæ tuæ. Prudentiæ suæ innititur, qui ea, quæ sibi agenda vel dicenda videntur, Patrum decretis præponit.

CAP. VI.

¶ *Non valet constitutio Collegii in damnum aliquorum, & commodum aliorum, cessante rationabili causâ. Vel sic: Absq; rationabili causa non potest major pars Capituli tollere consuetudinem, utilitatem privatam intrvendo.*

Innocentius III. *Senonensi Archiepiscopo, & Episcopo Trecens.*

CUm omnes *d*: [1 *& infrà.*] ¶ Ad audientiam *e* nostram pervenit, quòd Trecenses Canonici novum fecerunt in Trecensi Ecclesia constitutum, ut eis tam in præsentia, quàm in absentia reditus suos ex integro percepturis, qui in eadem Ecclesia post illam constitutionem fuerunt, vel de cætero fuerint instituti, reditus in absentia non percipiant, sed tunc solùm, cùm fuerint residentes: cùm secundùm Trecensis Ecclesiæ consuetudinem omnes in hoc consueverunt esse pares. Statuerunt *f* etiam, ut (cùm singulis præbendis annexæ sint vineæ) ipsis suas, dum vixerint, possidentibus, vineæ decedentium ad successores non transeant, sed proventus earum inter singulos dividantur.

Cùm igitur, quod quisque juris in alterum statuit, ipse debeat uti eo: & sapientis dicat auctoritas: *g* [*Patere legem, quam ipse tulerit:*] mandamus, quatenus antiquos Canonicos junioribus, & juniores in perceptione fructuum tam præbendarum, quàm vinearum coæquetis antiquis, secundùm priorem consuetudinem, usq; ad tempus prædictæ constitutionis servatam, vel secundùm rationabilem institutionem in posterum observandam.

[1 *Unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra: non debent majores minoribus, aut seniores junioribus invidere. Sed omnes qui in una Ecclesia uni Deo famulantur, pari gaudeant libertate. Cum pondus & pondus, mensura & mensura utrumq; abominabile sit apud Deum. Et evangelicus paterfamilias pari mercede primos vineæ suæ operarios remunerare voluerit, & extremos.*] *Verum ad audientiam Apostolatûs nostri pervenit.*

CAP. VII.

¶ *Constitutio Laicorum, Ecclesiam seu ejus bona non adstringit.*

Idem *h Tridentino Episcopo.*

QUæ in *i* Ecclesiarum: [1 & 3.] ¶ Sanè pervenit ad audientiam nostram, quòd cives *k* Tervisini constituerunt, ut si quis se ad inopiam vergere probabiliter allegaverit *l*, alienandi feudum, quod ab Ecclesia vel aliis tenet, liberam habeat facultatem: [2 *& infrà.*]

¶ Volentes igitur Ecclesiarum indemnitati consulere, constitutionem hujusmodi, & venditiones feudorum Ecclesiasticorum factas sine legitimo Ecclesiasticarum personarum assensu, vires decernimus non habere.

[1 *Et Ecclesiasticarum virorum præjudicium attentantur, firmitatem sortiri non debent, sed ad Ecclesiarum indemnitatem debent potiùs infirmari.*]

[2 *Nec emptor teneatur priori domino respondere, nisi ex sexta parte pretii, quam ipse, si recipere voluerit, exhibebit, ex quo Ecclesiastica non modicum jura laduntur.*]

CAP. VIII.

¶ *Dignitas sublata de Ecclesia per statutum Capituli confirmatum per Papam, ulteriùs non censetur vacare, nisi per contrarium actum statutum fuerit revocatum.*

Idem.

CUm accessissent *a* ad Apost. sedem Archid. Tullensis & G. Tullen. Capituli procurator: Archid. proposuit memoratus, quòd cùm olim quidam Tullens. Canonici nostris auribus intimâssent, quòd Primiceriatus *b* in Tullens. Ecclesia tanto tempore vacavisset, quòd ad manus nostras illius personatus esset donatio devoluta: [1 *& infrà.*] ¶ Fuit insuper ex parte Capituli allegatum, quòd de communi assensu Canonicorum Tullensium fuerit constitutum, ne Primiceriatûs dignitas *c* esset ulteriùs in Ecclesia memorata: inter Canonicos ipsos Primiceriatûs proventibus & possessionibus distributis: [2 *& infrà.*] ¶ Propter quod evidenter apparet, quòd Primiceriatus ipse tanto tempore non vacaverit, sicut nobis fuerat falsâ insinuatione suggestum. [*& infrà.*] ¶ Quocirca mandamus, quatenus si vobis constiterit Tullens. Canonicos, ne ulteriùs in Tullensi Ecclesia Primiceriatûs esset officium, communiter statuisse, ac statutum ipsum auctoritate sedis Apostolicæ fuisse postmodum (sicut dicitur) confirmatum, vos illud faciatis in suo robore permanere: nisi postea dicti Canonici contravenerint, aliquem videlicet in Primicerium eligendo.

[1 *Dil. fil. alta sylva & bellis prati Abbatibus, & Columbano monasterii Decano dedimus in mandatis, ut super hoc inquirerent veritatem, & si personatum illum tanto tempore ita vacavisse constaret, quòd jure to Lateran. statuta Concilii ad nos ipsius esset donatio devoluta, ipsi personam idoneam de Tullensi Ecclesia vel alibi in ipso personatu instituerent vice nostrâ, & eundem facerent ab illa pacifice possideri.*]

[2 *Et eadem constitutio à bo. mem. Alex. PP. prædeces. n. fuit postmodùm confirmata.*]

CAp. IX.

¶ *Non obstante certo Canonicorum numero etiam per Papam confirmato, providendum est receptis ultra numerum de superexcrescentibus fructibus, maximè si voluntariè per Canonicos fuerint recepti.*

Idem *Clugiensi d Episcopo.*

CUm M. Ferrarienſis, *e* [1 *& infrà.*] ¶ Dictus M. pro se ac quatuor sociis suis proposuit, quòd Ferrarienses Canonici, ut eò ampliùs suos reditus augmentarent, quò proventus Ecclesiæ (qui dividi consueverant inter plures) in usus cederent paucorum, quatuordecim præbendas tantùm, præter id, quod mensæ communiter deputârunt, in eadem Ecclesia contra antiquam consuetudinem statuerunt. Postmodùm verò contra constitutionem ipsam voluntariè venientes dictos quinque in Canonicos receperunt, nullis præbendis assignatis eisdem. Et licèt eorum reditus non modicum fuerint augmentati, nondum tamen eis voluerunt ex superexcrescentibus reditibus providere.

¶ Verùm ex adverso *f* fuit propositum, quòd quatuordecim præbendarum numero in Ferrarienſi Ecclesia instituto, & Apostolicæ protectionis præsidio robo-

a *Cap. 7. leguntur hæc verba in gloss. ordin.* b *Cap. 7. eod. tit. in 2. compil.* c *Cap. 3. eod. verba sunt in gloss. ordin. & c. 6. eod. tit. in 1. compil.* d *Cap. 1. eod. tit. in 3. compil.* e *In multis antiquis ita: ad audientiam Apostolatûs vestri.* f *Secundum est Canonicorum statutum.* g *Catonis scilicet in dist. moral. ut notat Content. tenet. in Rubr. & l. 1. D. quod quisq; juris, &c.* h *al. Trecensi, al. Cantensi, al. Cetens.* i *Cap. 2. eod. tit. in 3. comp.* k *Trevirenses & Conaglanenses.* l *Id est, allegando probaverit, neque enim sufficit dicere, nisi probetur.*

a *Cap. 4. eod. tit. in 3. compil.* b *al. Primiceriatûs dignitas.* c *Vide tit. de offic. primic. §.* d *al. Flugiensi.* e *Cap 3. eod. tit. in 3. compil.* f *ex diverso.*

rato, cùm una in eadem Ecclesia præbenda vacasset, ad quorundam instantiam duos ad eam, & postmodùm ad preces Episcopi dictum M. & quendam alium sine præjudicio dictæ constitutionis in Canonicos receperunt: ita quòd ipsi Canonici de Canonia nihil perciperent, donec primi duo essent præbendas integrè assecuti. Cumq; per Canonicorum industriam fuerit procuratum, ut ex possessionibus, quas Ecclesia tempore longo possedit, plures eis reditus solverentur, superexcrescentes communi mensæ, quæ minùs sufficiens fuerat, deputaverunt: quos dicti quinque sibi postmodùm petierunt contra Capituli constitutionem in beneficium assignari. [2 & infrà.] ¶ Mandamus, quatenus cùm in constitutione prædicta, & confirmatione sedis Apost. vel fuerit, vel esse debuerit sicut consuevit, expressum *a*, nisi in tantum excrescerent Ecclesiæ facultates, quòd pluribus possent sufficere competenter: & iidem Canonici in derogationē suæ constitutionis, ad *b* vacaturas præbendas quatuor receperunt ultra numerum constitutum: antiquis Canonicis præbendas cum integritate percipientibus consuetas, superexcrescentes reditus prædictis Canonicis facias assignari: ita, quòd si ex eis pares potuerint cum aliis sortiri præbendas, quod superfuerit, in communes Canonicorum usus (sicut priùs statuerant) sive aliter, prout meliùs videbitur, convertatur: revocatis in irritum, quæcunque ab alterutra partium in præjudicium alterius post motam quæstionem coram Episcopo Ferrariensi circa præbendas vel possessiones fuerint innovata.

[1 *Canonicus F. B. & B. & G. Canonicorum Ferrariensium, & magister G. Ferrariensis Capituli procurator ad sedem Apostolicam accessissent, super quæstione, quam de prabendis & reditibus habebant adinvicem dil. fil. n. tt. sanctæ M. in Cosm. diac. Cardinalem eis concessimus auditorem, coram quo.*]

[2 *Quia verò super his plena nobis, sicut idem Cardinalis asserit, exhiberi non poterat certitudo, causam ipsam tuo examini duximus committendam.*]

CAP. X.

¶ *Statutum generale Laicorum, ad Ecclesias, vel Ecclesiasticas personas, vel earum bona in earum præjudicium non extenditur: nec speciale, etsi eorum commodum & favorem concernat. Hoc dicit, quoad intellectum, Abbas Siculus.*

Idem *Abbati & Conventui S. Sylvestri.*

Ecclesia sanctæ Mariæ [1 *& infrà.*] ¶ Nos attendentes, quod Laicis (etiam religiosis) super Ecclesiis & personis Ecclesiasticis nulla sit attributa facultas: quos obsequendi manet necessitas, non auctoritas imperandi: à quibus si quid motu proprio statutum fuerit, quod Ecclesiarum etiam respiciat commodum & favorem, nullius firmitatis existit *c*, nisi ab Ecclesia fuerit approbatum. Unde statutum *d* Basilii *e* de non alienandis prædiis rusticis vel urbanis, ministeriis, & ornamentis Ecclesiarum, illa reprobatum fuit potissimâ ratione, quòd auctoritate non fuit Rom. Pontificis roboratum. Quod à Senatore factum fuerat in præjudicium monasterii non conventi, nec confessi vel convicti, in irritum revocantes, easdem possessiones restituendas sibi sententialiter definimus. *f*

[1 *In via lata contra I. de Alteja, qui quadam ipsius possessiones dicebatur contra justitiam detinere, mortis tempore B. Corosonis dalla sanaturis sub L. Iudice quæstionem. In ipso autem judicio prafato I. de Alteja Syndicus monasterii vestri astitit, & ab eo etiam testes producti quidam ex Monachis extiterunt. Iudex verò auditis rationibus partium pro eodem I. absolutionis sententiam promulgavit, à cujus sententia pars altera vocem appellationis emisit. Super hoc postea quæstione subortâ, propositis parte vestrica, quòd non potuerunt appellare, cùm dictus I. non ut Iudex, sed tanquam arbiter fuisset electus, parte vestrâ è contrario asserente, quòd cùm arbitris fuerit contradictum, quod partes non nisi metu pœna constringit, quæ in præsenti arbitro non fuerat comprehensa, appellari meritò poterit, & fortiùs, si judicium extitisset. De hoc igitur ad jam dictum B. Corosonem quæstione perlatâ causam appellationis S. primicerio Iudici delegavi, in cujus præsentia partibus constitutis dictus I. de Alteja proposuit, se conveniendum non esse, cùm non possideret id, quod pars altera requirebat, sed cùm monasterium vestrum rem possideret petitam, dictus autem B. Corosus, quoniam quoddam statutum emiserat à populo Romano approbatum pariter & acceptum, quòd si quis post litem contestatam rem à se petitam transferret in alium, daretur possessio petitori, & alter fieret de possessore petitor. & idem I. post litem contestatam rem ipsam in monasterium transferre præsumpsit; possessionem rei petitæ assignavit Ecclesiæ memoratæ. Verum quoniam dictus I. de possessionibus ipsis monasterio nostro annuam reddidit pensionem, adjecit ut hoc ipsum ab Ecclesia S. Mariæ fieret, donec de proprietate fundi cognosceretur; sed sitatis quæ fieret Ecclesiæ S. Mariæ in via lata an jure suo penitus non veteret. Sed quia sæpè fatum monasterium vestrum conquerebatur à prædicto B. Corosone contra justitiam spoliatum, & ipsum per officium nostrum suppliciter restitui postulabat, quòd statutum ejus nullius valoris extiterit, multipliciter asseverans.* [& infrà.] ¶ *His ergò & consimilibus in nostra, & f. n. præsentia prudenter à partibus allegatis.*]

CAP. XI.

¶ *Pœna simpliciter apposita propter contumaciam, in dubio intelligitur temporalis, & non perpetua.*

Idem *universis Doctoribus Parisiis commorantibus.*

Ex literis *a* vestræ devotionis accepimus: [1 *& infrà.*] ¶ Licèt à vobis fide præstitâ fuerit constitutum, ut si quis Magistrorum ordinationi universitatis ipsorum duceret resistendum, & primò, secundò, tertiove commonitus, intra triduum universitati parere contemneret Magistrorum, extunc beneficio societatis eorum in magistralibus privaretur: & ob hoc Magister G. fuit eorum communione privatus. Quia tamen constitutum non fuit, ut in perpetuum hujusmodi privatio duraret, cùm tam juris canonici, quàm nostri moris existat, ut is, qui propter contumaciam communione privatur, cùm satisfactionem congruam exhibuerit, restitutionem obtineat: mandamus, quatenus supradictum Magistrum statutis vestris nunc humiliter parere curantem, ad communionis vestræ consortium in magistralibus admittatis.

[1 *Quòd cùm quidam moderni videlicet Doctores liberalium artium à majorum suorum vestigiis in tribus præsertim articulis devarent, habitu videlicet inhonesto, in lectionum & disputationum ordine non servato, & pio usu in celebrandis exequiis decedentium Clericorum jam quasi penitùs negligenter omisso. Vos cupientes vestræ consulere honestati ullo ex vobis juramento ad hoc unanimiter electis, ut super dictis articulis de prudentium virorum consilio bonâ fide statuerent, quod fieret expediens & honestum, ad illud in posterum observandum, vos juramento interposito communiter constringendo, excepto duntaxat Magistro G. qui jurare renuens & formidans fidejussionem pro se tantum obtulit cautionem. Fuit etiam insuper ad con-*

a *l. quòd si milit. §. quia assidua. D. de adil. ed. notar. Bart. in l. nemo. D. de reb. dub.* b *vacantes.* c *c. 5. in 3. compil. tit. de foro compet. Partes hujus c. sunt §. ut lite pendente. cap. 3. & 4.* d *Vide c. qua in Ecclesiarum supr. hoc tit. sacra pag. decretorum & liberalium artium ex tit. de jurejur. in 3. cod.* e *Præfecti urbi Roma, vid. can. bene. 36. dist.* f *residuum est in c. 4. infrà, in lit. pen.*

a *Cap. 12. in 3. compil. de jurejur.*

ndam

tulam à vobis fide interpositâ proximis constitutum, ut si quisquam Magistrorum adversus alios ducere resistendum, & primo & secundo, tertiove communitus infra triduum universitati parere contemneret Magistrorum, extunc beneficio societatis eorum in magistralibus privaretur: & quidem hoc ultimum quidam ex vobis simpliciter, quidam verò nisi satisfaceret, & nonnulli, nisi per vos se admitti ab aliis obtineret, se intellexisse fatentur. Cùm autem supradictus Magister C. infra triduum universitati non paruerit, requisitus juxta conditionem extunc à vobis habitus est exclusus. Qui cùm satisfactionis condigna postmodùm se obtulisset, in IV. Magistros juramento interposito compromisit, illorum dictum pro bono pacis se gratum & ratum pariter habiturum. Illi verò usi consilio sapientum, dictum suum communiter promulgarunt, memorato Magistro in virtute juramenti præstiti prohibentes, ne deinceps in licitis universitatis resisteret Magistrorum, & injungentes eidem, ut tamdiu in eodem statu persisteret, quo tunc erat, donec per se vel per procuratorem se posse ab aliis Magistris per sedem Apostol. obtineret, salvâ in omnibus honestate. Unde nobis humiliter supplicâstis, ut eundem Magistrum, virum utique providum & honestum & discretum, qui tanquam obedientiæ filius, quod sibi præcepta quatuor injunxerunt, susceptit humiliter, & patienter observat, & ex benignitate sedis Apostol. faceremus communiri vestris Magistrorum. Nos igitur ex præmissis intelligentes eidem Magistro fuisse mandatum, ut tam diu persisteret in eo statu, quo tunc erat, donec Magistrorum communioni de mandato sedis Apostol. redderetur, & paratus sit super præmissis satisfactionem congruam exhibere.]

CAP. XII.

¶ *Non possunt Canonici sine causa restringere numerum Canonicorum seu prebendarum. Abbas Siculus.*

Honorius III. *Episcopo & Cantori Cabilonensi.*

EX parte [a] Episcopi Eduensis fuit propositum, quòd Canonici Eduenses propriis commodis inhiantes prebendarum numerum ab antiquo in Ecclesia Eduensi statutum (licèt non sint ejus diminuti reditus) restrinxerunt: [1 & infrà.] ¶ Nolentes igitur divini numinis minui cultum, sed potiùs augmentari, mandamus quatenus antiquum numerum facientes auctoritate nostrâ servari, præbendas, quas à tempore ultimi statuti inveneritis vacâsse in Ecclesia memorata (non obstante aliquâ constitutione super hoc à Canonicis ipsis factâ, vel confirmatione à nobis [b] ab eisdem obtentâ) personis idoneis cum consilio Episcopi conferatis.

[1 *Ut sic in temporalibus magis abundent, dum ea de quibus sustentari valet Canonicorum numerus consuetus, tali pretextu in augmentum nituntur convertere prebendarum, & in falsi sui tuitionem super hoc confirmationis literas à nobis dicuntur impetrâsse in communi forma.*]

CAP. XIII.

¶ *Constitutio futura respicit, & non preterita: nisi in ea de preteritis caveatur.*

Gregorius IX. *Archipresbytero S. Mariæ Majoris de urbe.*

QUoniam constitutio Apostolicæ sedis omnes astringit, & nihil debet obscurum vel ambiguum continere: Declaramus constitutionem [c], quam nuper super præferendis in perceptione portionis Majoribus, & consuetis servitiis à Minoribus exhibendis, edidimus, non ad præterita, sed ad futura tantùm extendi [d]. Cùm leges & constitutiones futuris certum sit dare formam negotiis, non ad præterita facta trahi: nisi nominatim in eis de præteritis caveatur.

a *Ex hoc c. aperte colligitur, non valere statutum, per quod cultus divinus sine causa diminuitur, etiamsi in forma communi per Papam fuerit confirmatum.* b *Hunc textum dixit Card. Flaven. esse singularem ad hoc, quod app. confirmationis intelligitur de confirmatione in forma communi.* c *c. statuimus. infrà. de majorit. & ob.*

DE RESCRIPTIS. [b]
TITULUS III.
CAP. I.

¶ *Privilegio generali, secundùm jus commune obtento, obstat rescriptum speciale, etiam de contentionem non facens. h. d. secundùm intellectum magis communem.*

Alexander III. *Senonensi Archiepiscopo.*

SIcut e Romana: [1 & infrà.] ¶ Quæsitum est à nobis ex parte tua, si alicujus causa delegatis judicibus sublato remedio appellationis committitur, & literis Apostolicis altera pars munita (quibus ei generaliter est indultum, ut liberè sibi liceat appellare) in vocem appellationis proruperit, an ejus in eadem causa debeat appellationi deferri? Inquisitioni tuæ taliter respond. quòd ejus in hac parte appellatio non debet admitti, postquam est causa judicibus appellatione remotâ commissa. Quia speciale mandatum derogat generali.

[1 *Ecclesia omnium Ecclesiarum dissonente Domino mater est, & magistra: ita & nos qui eidem Ecclesiæ, licèt immeriti, divinâ dispositionis providentiâ præsidemus, prout Dominus nobis ministraverit, consultationibus respondere cogimur singulorum, & quæ videntur dubia, Apostolicæ circumspectionis providentiâ declarare. Sanè.*]

CAP. II.

¶ *In rescripto Apostolico subintelligitur clausula, si preces veritate nitantur. Et si rescriptum prohibet causa cognitionem, est de falsitate suspectum.*

Idem *Cantuariensi Archiepiscopo.*

I. EX [d] parte Conventrensis Episcopi nostris est auribus intimatum, quòd cùm de causa, quæ inter G. & F. Clericos vertitur super præbenda de Novalis [e], cognoscens, legitimè eidem F. (secundùm tenorem literarum nostrarum continentium, quòd si constaret ipsum F. de perjurio esse convictum, & perpetuò illi renunciâsse præbendæ, amoveretur ab ea, eo cognito & probato) præbendam adjudicasset eandem: ipse in vocem appellationis prorupit: & ad te, quòd ei præbendam præcisè & absque causæ cognitione restitueres, literas nostras reportavit: [1 & infrà.] ¶ Verùm quoniam non credimus ita præcisè scripsisse, & in hujusmodi literis intelligenda est hæc conditio, etiam si non [f] apponatur, si preces veritate nitantur [g]: mandamus, quatenus inspectis literis, quas Episcopo prædicto direximus, si inveneris, quòd secundùm prædictum modum ei scripserimus, & in literis, quas præfatus F. reportavit, non fuerit habita mentio priorum literarum, sententiam præfati Episcopi confirmes, & sæpedictum F. cum literis nostris, quas tibi detulit, ad præsentiam nostram *tanquam falsarium* venire compellas.

[1 *Et Episcopum, qui post appellationem eum præbendâ spoliaverat, auct. Ap. alicui beneficium conferendi potestate app. cessante privares, donec per se, vel per nuncium, aut per literas suas de tanto excessu satisfacturus ad sedem Ap. accederet, & prænominatum G. si eundem F. in jam dicta præbenda præsumeret molestare, vinculo excommunicationis usque ad condignam satisfactionem constringeres.*]

a *Verba legis, leges. C. de legibus.* b *Et eorum interpretationibus, add. in quadam edit. Vaticana.* c *cap. 1. eod. tit. in 1. compilat. Post Concil. Lateran. sub Alexan. 3. part. 10. cap. 11.* d *Post Concil. Lateran. p. 7. c. 18. & c. 2. eod. tit. in 1 compilat.* e *Norbale al. Noharl.* f *Et subscripsimus taliter: hoc ex nimia occupatione contigit.* g *Jure civili nisi hæc clausula inseratur rescripto, non valet rescriptum. l. ult. c. de divers. rescript.*

CAP. III.

¶ *Si in secundo rescripto per adversarium impetrato, non fiat mentio de primo, valet primum, & non secundum: aliàs valet secundum. Et si primum fuit impetratum communi consensu partium, non valet secundum impetratum per alteram partem, hoc tacito.*

Idem *Vintoniensi Episcopo.*

CÆterùm *a* si aliquis super aliqua causâ ab Apostolica sede impetraverit literas, & adversarius ejus eandem causam postmodùm obtinuerit committi aliis, de commissione priori non habitâ mentione: priores judices ad decisionem causæ possunt procedere, nec secundæ literæ obtinent alicujus roboris firmitatem. Si verò in secundis literis habeatur mentio de commissione priori, prædicta causâ à priorum est exempta judicio: cùm eædem literæ non sint veritate tacitâ impetratæ *b*. Verùm si de assensu partium causa committitur, & processu temporis, vel etiam continuò, alterutra pars, alterâ nesciente, causam ipsam, tacito de commissione priori, alii judici obtinuerit delegari, non immeritò is, qui tali dolo vel fraude adversarium suum laborare coëgit, in expensis condemnari debet eidem.

CAP. IV.

¶ *Si Papa mandat in rescripto de duobus inquiri alternativè, ad certum effectum consequendum, sufficit alterum probari.*

Idem *Eboracensi Archiepiscopo.*

INter cæteras *c* consultationes tuas, fuit propositum coram nobis, quid tenere debeas, cùm aliqua sub disjunctione mandantur, quorum unum verum est, alterum falsum: utputà si proponatur, quòd si talis sit Sacerdotis filius, & in sacerdotio genitus, qui proximo in tali Ecclesia ministravit, vel quòd illicitè Ecclesiam occupavit eandem. Huic ergò quæstioni taliter respond. (judici quodcunque istorum constiterit) illi præfatam Ecclesiam adjudicari *d* debere. Et idem in similibus observandum est.

CAP. V.

¶ *Is, ad quem rescriptum Papæ dirigitur, debet illi parere, vel causam rationabilem assignare, quare parere non potest.*

Idem *Ravennati Archiepiscopo.*

SI quando *e* aliqua tuæ fraternitati dirigimus, quæ animum tuum exasperare videntur, turbari non debes. [*1 & infrà.*] ¶ Qualitatem negotii, pro quo tibi scribitur, diligenter considerans, aut mandatum nostrum reverenter adimpleas, aut per literas tuas, quare adimplere non possis, rationabilem causam prætendas: quia patienter sustinebimus, si non feceris, quòd pravâ nobis fuerit insinuatione suggestum.

[*1 Neque moveri, aut credere quòd personam tuam contemptibilem velimus reddere vel despectam, quia te scis charissimum fratrem nostrum, & immobilem columnam Ecclesiæ affluentissimâ charitate diligimus, & honoris & exaltationis tuæ desideramus modo omnibus incrementum. Nam & si sæpè fratribus & Coëpiscopis nostris secundùm veritatem eorum quæ nobis suggeruntur, asperè & durè scripsimus: hoc tamen non ex minori affectione contigit, sed ut clamoribus querelantium secundùm Deum, & officii nostri debitum satisfacere eo comprobemur. Quapropter monemus prudentiam tuam & exhortamur attentiùs, quatenus de cætero non moveari, neque turberis, nec tuus animus dejiciatur, si tibi durum vel asperum scripsimus, sed sicut vir providus & discretus.*

CAP. VI.

¶ *Cistercienses sunt privilegiati, quòd non possunt convenire per rescriptum Papæ, nisi in eo fiat mentio de eorum ordine.*

Idem *Cisterciensibus fratribus* f.

a *Post Concil. Lateran. p. 7. c. 9. & c. 3. eod. tit. in 1. compil.* b *l 1. C. si contra jus vel util. publ. & ibi Bald.* c *Post Conc. Later. par. 4. c. 1. & c. 4. eod. tit. in 1. comp.* d *In 1. comp. legitur, adjudicari.* e *c. 3. eod. tit. in 1. compil.* f *al. Abbati Cistercienſi, & fratribus Cumav.*

CUm ordinem *a* Cistercienſem professi: [*1 & infrà.*] ¶ Si contra vos super decimis, vel aliis (quæ ordini vestro specialiter sedes Apostolica indulsit) non factâ mentione Cistercienſis ordinis, literæ fuerint à sede Apost. impetratæ, per eas minimè teneamini respondere.

[*1 Eo privilegio, quo fratres alii gaudeatis, inter vos & Clericos alios seculares super decimis quæstione subortâ, tacito quod sitis Cisterciensis ordinis, contra vos, velut in Monachos alterius ordinis literas à sede Apostol. impetrantes deinde juramentis, integris sicut à vobis significantibus accepimus, & expensis difficilibus vos inpetant. Volentes ergò vobis feliciter providere, ne contra tenorem privilegiorum vestrorum possitis quarumlibet temeritate vexari, auctoritate Apostol. vobis mandamus, ut*]

CAP. VII.

¶ *Si sede vacante scribatur Capitulo, ut gerenti vices Episcopi, ut præbendam alicui conferat, si creatur Episcopus unum executo mandato, & ad eum spectet collatio præbendarum, illud adimplere tenetur, hoc dicit, secundùm lecturam communiter approbatam. Abbas Siculus.*

Idem *Tornacensi Episcopo.*

EAm *b* te: [*& infrà.*] ¶ Dudum siquidem ante tuam promotionem literæ à nobis (si benè meminimus) emanârunt, quibus Decano & Ecclesiæ tibi commissa (te adhuc in eodem Capitulo existente) mandatum dedimus & præceptum, ut P. (qui de gente Judæorum originem duxit, & divinâ gratiâ fidem Christi suscepit) in Canonicum reciperent *c*, & præbendam sibi conferre deberent: [*& infrà.*] ¶ Ipsi verò (quia donatio præbendarum ad te spectabat) præceptum nostrum executioni non potuerunt mandare. Cùm itaque præscriptus P. te super hoc ex parte nostra requireret, respondisti, quòd nullum inde mandatum receperas, & sic eum à te infecto negotio remisisti. Quod nullatenùs feciſſe deberes, si datam literarum diligentiùs attendisses, cùm tempore, quo literæ ipsæ datæ fuerunt, de Capitulo ipso esses, sicut qui eras Archidiaconus & Canonicus ejusdem Ecclesiæ, nec essus adhuc in Episcopum consecratus. [*& infrà.*] ¶ Pro eo verò quòd *d* Judæus extiterit, ipsum dedignari non debes.

CAP. VIII.

¶ *Non valet rescriptum impetratum ad beneficia, si in eo tacetur dignitas impetrantis.*

Lucius III. *Linconensi Episcopo* e.

AD aures nostras *f* pervenit, quòd plerunque Decani, Archidiaconi, Præcentores, vel alii Ecclesiasticis præditi dignitatibus, super minoribus beneficiis literas impetrantes, nomen opprimunt dignitatis suæ, & simplici nomine se appellant, tanquam non habeant aliquem personatum. [*1 & infrà.*] ¶ Tuæ consultationi taliter respondemus, quòd cùm non sit intentionis nostræ, ut personæ pluribus reditibus abundantes, per literas nostras pauperes clericos super minoribus beneficiis inquietent, literas, in quibus actor suæ nomen dignitatis supprimit, vires nolumus obtinere.

[*1 Ideoq; rescripto vestro postulas edoceri, si suam ista tacendi, præjudicium alii debeat generare.*]

CAP. IX.

¶ *Valet secundum rescriptum impetratum ab adversario, licèt non faciat mentionem de primo, si primus impetrans dolo, vel negligentiâ, non fuit usus illo.*

Idem *Norvicensi Episcopo.*

SI autem aliquis *g* authoritate posteriorum literarum per adversarium in judicium tractus, objecerit

a *Cap. 1. eod. tit. in 2 compil.* b *Videtur esse pars c. eam te. ¶ de ætate & qual. ord 1. 3 eod. tit. in 2. compil.* c *In uno habetur, in fratrem.* d *Vide in hunc locum Ivon. Relam in singularibus fidei. singul. 104.* e *al. Vualtero Lincon. Archidiac. Al. Vinton. Episcop.* f *Post Concil. Later. sub Alex. III. par. 4 c. 1. & c. 6. eod. tit. in 1. compil.* g *Cap. 7. eod. tit. in 1. compil. & post Concil. Later. sub Alex. III. part. 4 c. 3.*

literas

literas se priores habere, de quibus in posterioribus mentio non habetur, si eis dolo, vel negligentiâ uti postposuerit, excusari non debet. Si autem, quia delegati judicis copiam nequiverit habere, per posteriores literas non poterit conveniri.

CAP. X.

¶ *Non valent rescripta, per quæ incerti judices dantur, vel futura negotia committuntur.*

Idem.

ADhæc *a* sumus [1 *& infrà.*] ¶ Significatum est nobis, quosdam in provinciis tuæ partibus tales (ut asserunt) de Cancellaria nostra literas recepisse, per quas eorum omnia negotia unius judicis, vel plurium (quos sibi elegerint) arbitrio committuntur: sicque fit, ut si aliquem pulsare voluerint, examen ordinarii judicis non requirant, sed ad unum judicem vel plures delegatos sibi propitios, & parti adversæ suspectos, super examinanda quæstione decurrant: [2 *& infrà.*] ¶ Nos igitur huic morbo celeri volentes obviare remedio, mandamus, quatenus si literas tales in provincia tua inveneris, eas carere viribus nostrâ auctoritate decernas.

[1 *In Apostolicæ sede dissonante Domino constituri, ut quæ contra justitiam attentantur, nostrâ sollicitudine ad rectitudinis tramitem revocentur. Proinde*]

[2 *Quod quantum sit Deo contrarium, & Ecclesiasticis sacris vel canonibus inimicum, nemo ambigit, qui vel ad modicam notitiam canonicæ institutionis apprehendit. Tales itaque literas à Cancellaria nostra non credimus emanâsse vel prodiisse, vel si forte prodierint, conscientiam nostram, quæ diversis occupationibus impedita, singulis causis examinandum non sufficit, effugiant. Unde*]

CAP. XI.

¶ *Falsa latinitas vitiat rescriptum Papæ, hoc dicit. Ioan. And. concordat Abbas.*

Idem *b*.

LAD audientiam nostram *c*, te significante, pervenit, quòd H. de sancto Stephano super absolutione sua literas tibi (ut primâ facie videbatur) Apostolicas præsentavit: quibus (quoniam manifestum continent in constructione peccatum) fidem te nolumus adhibere *d*.

CAP. XII.

¶ *Contra secundum rescriptum non potest opponi de taciturnitate primi impetrati per appellantem, de sua appellatione non habitâ mentione. hoc dicit. Ioan. And. concord. Abbas Siculus.*

Clemens III. *e*

IIEX parte S. personæ *f* Ecclesiæ de Tarento nobis innotuit, quòd cùm capella de *g* Empron. ad prædictam Ecclesiam de jure pertineat, O. Diaconus (qui jam dictam capellam detinet) Capellanum ipsius Ecclesiæ nomine ipsius S. in ea ministrantem, post appellationem à se factam, amovit. Quam cùm esset S. prosecutus, & ad judices literas impetrâsset, ipse O. appellationem suam prosequi non curavit. Cumque auctoritate judicum in jus esset vocatus, dixit se literas priores habere, de quibus nulla mentio in posterioribus habebatur, quas usque ad tertiam citationem suppressit, eisque dolo vel negligentiâ uti postposuit, quod ex diuturnitate temporis videbatur, in quibus nulla mentio de appellatione ab ipso facta fiebat, cùm biennium à tempore appellationis jam fuisset elapsum. Ideoque mandamus, quatenus si ita esse constiterit (revocatis in statum pristinum omnibus, quæ post appellationem ipsius O. inveneritis attentata) præscriptam capellam *h* matrici Ecclesiæ restituere procuretis, prædictum O. (si eum appellationem non fuisse prosecutum constiterit) memorato S. in expensis necessariis condemnantes.

CAP. XIII.

¶ *Rescriptum, quo scribitur pluribus cum clausula* [Quòd si non omnes, &c.] *intelligitur tunc de impotentia facti, quàm juris.*

Cœlestinus III.

SCisitatus es à nobis petitorio *a* destinato, de qua impotentia illud intelligatur (quod in literis nostris sæpè consuevit apponi) ut si duo vel tres, quibus literæ diriguntur, ipsis exequendis simul interesse nequiverint, unus aut plures, *b* quibus scribitur, nihilominùs exequantur. Nos verò ita sentimus, quòd tam de jure, quàm de facto, illa impotentia censeatur: de jure, si aliquem illorum servum, vel infamem, aut alio legitimo impedimento detentum esse constiterit: de facto, si constiterit eum casu mortis occumbere, aut inevitabilis necessitatis articulo impediri, quò minùs valeat interesse. Dummodò is, qui pro necessitate præsens esse non potest, collegiisuis canonicè excusationem suam curet (si poterit) destinare: ut alii conjudices vel executores nihilominùs ad consummationem injuncti mandati procedant. Nec enim ille, qui tantummodò non vult interesse, hâc impossibilitatis interpretatione valeat aliquatenus excusari *c*: nisi fortè sic in rescripto habeatur expressum, si non omnes interfuerint, vel simul nequiverint, aut noluerint interesse.

CAP. XIV.

¶ *In quæstione revocationis rescriptorum recurritur ad arbitros, si judices in cognitione sibi non deferant, nec invicem concordent. h. d. usque ad ¶. Quoniam.*

Innocent. III. *Elienſi Episcopo.*

PAstoralis officii: *d* [*&* ¶.] ¶ Fraterè *e* quæsivisti (quando de revocatione literarum ambigitur) utrùm judices priores, an posteriores cognoscere debeant, & utrùm per secundas sint primæ literæ revocatæ. Ad quod tibi respondemus, quod nisi posteriores prioribus, vel econversò duxerint deferendum, simul utrique cognoscant: *f* & si forte nequiverint simul in unam sententiam concordare (quamvis plures sint ex una parte, quàm ex altera) per arbitros communiter electos à partibus hujusmodi concertatio sopiatur.

¶ *Per generalem clausulam positam in rescripto, delegatus ante expressionem personarum, vel rerum, jurisdictionem habet in habitu, & non in actu. Et speciales literæ derogant literis generalibus super non expressatis in eo, quamquam de illis nullam faciant mentionem. Abb. Sic.*

Quoniam autem sub hujusmodi forma, videlicet causam, quam talis adversùs talem, & quosdam alios super hoc, & quibusdam aliis se habere proponit, tibi duximus committendam, à nobis multotiens literæ impetrantur: & solicitè quæsivisti, an judex ex delegatione hujusmodi, ante personarum, vel rerum expressionem, super personis, vel rebus exprimendis habeat potestatem: adjiciens, utrùm, si antequam personæ vel res expressæ fuerint nominatim, super non expressis in commissione priori, sed generaliter comprehensis, speciales literæ (quæ de priori commissione nullam faciant mentionem) ad alios judices à sede Apostolica emanaverint, eundem vigorem debeant obtinere? Nos igitur ad hæc duo taliter respondemus, quòd (cùm generali per speciale procul dubio derogetur *g*) jurisdictio per generales literas attributa, per speciales (quantum ad ea,

a *Cap. 4. eod. tit. in 2. compil.* b *In veteri adscribatur Innocentii III.* c *cap. 5. eod. tit. in 2. compil.* d *Quibus & quot modis rescripta intereant, tradunt DD. in l. 7. C. de diverf. rescript.* e *Sic in 2. compil. Clemens III. Abbatibus de Osen, & de Herber. & priori sanctæ Fridæ.* f *c. 1. eod. tit. in 2. compil.* g *al. Upetave.* h *Ecclesiam.*

a *Cap. 9. eod. tit. in 2. compil.* b *Vide DD. in c. olim de elect. Sp. in tit. deleg. ¶. nunc ostendendum versic. 12 ubi dicitur, quòd supplet juris positivi defectum.* c *l. inde Neratius. ¶. fin. & ibi gloss. D. ad leg. Aquil. & l. confessionibus. junct. a glossa. D. de interr. actio.* d *Quæ hîc desunt, reperies ff. de offic. & pot. Iud. del. c. pastoralis.* e *Cap. 3. eod. tit. in 2. compil.* f *l. si quis ex aliena. D. de judiciis.* g *l. in toto. ff. de reg. juris. Bart. in l. Mævius. de legat. 2. & l. 1. in princ. de nov. oper. nunc.*

quæ specialiter exprimuntur) penitùs enervatur, licèt de prioribus non faciant mentionem: unde superflua relinquitur prima quæstio, & si meritò dici possit, quòd donec jurisdictio revocetur, eam super rerum, vel personarum articulis exprimendis obtinet delegatus: sed antequam exprimantur personæ, vel res, delegatus nequit jurisdictionem hujusmodi exercere.

CAP. XV.

¶ Per generalem clausulam, [quidam alii, & res aliæ:] *multitudo effrenata non includitur, nec personæ, nec res majores expressi, sed pares, vel minores.*

Idem *Senonensi Archiepiscopo.*

SEdes Apostolica *a* consuevit exhibere se petentibus liberalem: sed quidam ejus gratiâ nequiter abutuntur: [1 *& infrà.*] ¶ Nos igitur volentes eorum malitiis obviare, decernimus, ut cùm in commissionibus nostris minores & viliores personæ solummodò designantur, majores & digniores sub generali clausula non intelligantur includi. Sed nec liceat occasione generalitatis hujusmodi multitudinem effrenatam in judicium evocare. Nec super majoribus & gravioribus negotiis audiantur, qui de minoribus & levioribus tantùm faciunt mentionem. Si quis verò aliquas personas expresserit, non ut velit cum eis in judicio experiri, sed ut ad pares transire valeat, vel *b* minores (quia fraus & dolus ei patrocinari non debent) tanquam mendax precator *c* careat penitùs impetratis.

[1 *Dum quod ipsa de benignitate concedit, ipsi ad malignitatem retorquent. Quidam enim malignari volentes, in commissionibus omnibus nostris minores vel viliores personas propriis nominibus exprimunt, majores autem & digniores specialibus vocabulis non designant, sed eas sub quodam generalitatis involucro comprehendunt, ut commissiones ipsas à nobis facilius impetrent sub hac forma: conqueratur talis de isto vel illo, & aliis quibusdam propriis nominibus exprimendis, qui eis super tali negotio & quibusdam aliis rebus, injuriosi nimis & graves existunt.*]

CAP. XVI.

¶ Qui contra unum super eodem ad diversos judices diversa rescripta impetrat, & eis utitur, perdit commodum utriusq.

Idem *d R. Cantori, & R. Priori de monte leprosorum.*

EX tenore *e* literarum, quas nobis destinâstis, intelleximus R. Sacerdotem de Collovilla *f* ad alios judices super quæstione (quæ inter ipsum & Abbatem de Becco vertitur) literas Apostolicas impetrâsse, qui cùm partem citâssent adversam, dictus Presbyter coram eis noluit litigare: [1 *& infrà.*] ¶ Cumque vos in causæ cognitione procedere velletis, Abbas coram vobis proposuit, quòd non tenebatur per directas ad vos literas Presbytero respondere, cùm per alias ab aliis judicibus fuisset citatus, quæ auctoritate illarum non fuerant revocatæ. Nos igitur attendentes fraudem Presbyteri memorati, duas commissiones super eodem negotio impetrantis, quarum altera non faciebat mentionem de reliqua (quia fraus & dolus alicui patrocinari non debent) decernimus, ut ipse commodo careat utriusque.

[1 *Postmodùm verè idem Presbyter super eodem negotio vobis nostras literas præsentavit, in quibus de prioribus mentio non fiebat.*]

CAP. XVII.

¶ Non valet rescriptum ad beneficium impetratum, de beneficio impetrantis non faciens mentionem.

Idem *Mediolanensi Archiepiscopo.*

CUm *a* adeò scripta sedis Apost. moderemur: [1 *& infrà.*] ¶ Scripsisti nobis, quòd cùm P. Clericus in Ecclesia Modecensi sufficientem sibi sit præbendam adeptus, mirabaris, quòd pro receptione ipsius in Ecclesia de Gronzola, Præposito & fratribus ejusdem Ecclesiæ literas miserimus: cùm si literarum nostrarum seriem attendisses, nihil invenisses in eis, quod debuisset tuum animum offendisse. Cùm enim in literis nec de præbenda ipsius mentio haberetur, nec Modecensis Canonicus, imò nec Clericus diceretur in eis: & in literis ipsis hæc esset adjecta conditio: Si dignus existeret ad Ecclesiasticum beneficium obtinendum: intelligere potuisses, qualiter literæ ipsæ fuerant impetratæ.

[1 *Ut ex certa scientia nihil in eis faciamus apponi, quod de jure debeat reprehendi, miramur non modicum & movemur, quòd quotiens ad te vel ad aliquos tibi subjectos nostras literas destinamus, te super his murari rescribis, ac si mandaremus aliquid inhonestum.*]

CAP. XVIII.

¶ Ordo rescripti interpretationem recipit à jure communi.

Idem *b electo Decano, & N. Canonico Cameracensi.*

CAusam *c*, quæ inter Præmonstraten. & Præmon. *d* Ecclesias super possessionibus de Anapia vertitur: [1 *& infrà.*] ¶ Quia in literis animadvertimus fuisse insertum, quòd si alterutrâ partium citata legitimè, præsentiam vestram adire, vel judicio vestro parere contemneret, vos præsentis partis probationes recipere, & quantum de jure poteritis, in causæ cognitione ac decisione procedere minimè tardaretis. Nos volentes, ut clausula illa (quantum de jure poteritis) quæ, antequam de probationum receptione mentio fieret, fuerat inserenda, clausulam illam de receptione probationum præcedat: mandamus, quatenus ipsam intelligentes ibidem in causa juxta tenorem literarum procedere non tardetis: provisuri, ut si literarum auctoritate priorum, in eodem negotio legitimè est processum, firmum & stabile perseveret, alioquin si occasione clausulæ memoratæ aliquid constiterit in alterius partis præjudicium attentatum, id viribus decernimus carituram: mandantes, ut in decisione ipsius negotii (sicut præmissum est) tam super principali, quàm super incidentibus quæstionibus, appellatione remotâ, canonicè procedatis.

[1 *Super possessionibus de Andisretsuni vestra commissa meminimus.*]

CAP. XIX.

¶ Non valet impetratio in Ecclesia numerata, non factâ de numero mentione, si per eam frangitur numerus Canonicorum, licèt non frangatur numerus prabendarum: & processus inde factus est nullus. hoc dicit ad intellectum. Panor.

Idem *Archiepiscopo Senonensi e.*

COnstitutus *f* apud sedem Apostolicam P. Clericus proposuit, quòd cùm C. p. n. *g* Decano, & Capitulo Bituricensi dederit in mandatis, ut ipsum reciperent in Canonicum & in fratrem, & præbendam ei conferrent, si qua tunc in eorum vacaret Ecclesia, vel proximò *h* vacaturam: & ipsi cùm *i* mandatum ejus admittere non curâssent, eis præcipiendo mandavit, ut quod mandaverat, adimplerent: sibi super hoc executoribus deputatis: [& *j*.] ¶ Verùm pars *k* adversa respondit, quòd cùm in Bituricensi Ecclesia certus esset numerus Canonicorum institutus, firmatus jurejurando, & per Rom. Pontificem confirmatus, & de hoc memoratus P.

---

a *Cap. 4. eod. tit. in 3. compil.* b *Vel descendere ad minores. in nos manuscr.* c *In impressis, precator, malè, sed ex omnib. manuscr. reposuimus, precator, facit* ¶ *eod. tit. cap. super literis. & Lect. C. si contra jus vel util. publ.* d *Additur in 3. comp. & Ioanni de Sagio Canonico Rothomagensi. Al. Idem B. Cantori Rothomagensi & R. Priori, &c.* e *c. 1. eod. tit. in 3. compil.* f *Corbevilla.*

a *Cap. 7. eod. tit. in 3. compil.* b *Idem Abbati de Alcebiatia F. & P. Monachis Alcebiatia, ut habet 3. compil. al. electo Decano & M. Canonico.* c *c. 2. eod. tit. in 3. compil.* d *Parmatensem.* e *Additur in 3. compil. & S. Mariæ in via lata, S. Apost. Legato.* f *c. 9. eod. tit. in 3. compil.* g *Cælestinus prædecessor vester. al. sic, G. P. p. n.* h *proximam.* i *Hæc dictio, eum, deest in manuscripta.* k *altera.*

non fecisset in suis literis mentionem: intelligendum erat circumvenisse prædecessorem nostrum, & dictas literas veritate tacitâ impetrâsse: [1 *& infrà.*] ¶ Discretioni *a* vestræ mandamus, quatenus si legitimè vobis constiterit numerum Canonicorum, (qui nunc est in eadem Ecclesia) per Decanum & Capitulum ejusdem Ecclesiæ juramento firmatum, antequam prædictus Clericus literas executorias impetrâsset: quicquid factum est occasione literarum ipsarum, irritum decernatis: alioquin ei faciatis in eadem Ecclesia præbendam (si qua vacat) sublato cujuslibet appellationis obstaculo, assignari.

[1 *Licèt enim cùm in aliqua Ecclesia certus statuitur numerus, hic apponatur conditio, vel intelligatur apponi, salvâ sed. Ap. auctoritate: non tamen ei erat credendum, quòd cùm ex certa scientia contra juramenta eorum recipi mandavisset, cùm de hoc in suis literis nihil fuisset expressum.*]

CAP. XX.

¶ *Difficile & famosum c. & est clavis totius tituli. Et h. d. in summa: Exprimens falsum, vel tacens verum in rescripto si malitiosè, caret prorsus impetratis. Sed si per simplicitatem, vel ignorantiam, aut obtinuisset vero expresso, & suppresso falso, saltem literas in forma communi, & delegatus procedat servato juris ordine, & non speciali formâ rescripti: secus si nullo modo literas habuisset.*

Idem *A. Canonico Pictavienſi* b.

SUper literis *c* quæ ab aliquibus ex malitia, & à nonnullis ex ignorantia (tacitâ veritate, vel suggestâ falsitate) impetrantur à nobis, diversos intelleximus diversa sentire, aliis asserentibus, eos debere prorsus carere omni commodo literarum, cùm mendax precator carere debeat penitùs impetratis; aliis verò dicentibus, quòd etsi formâ carere debeant in literis nostris expressâ, nihilominùs juxta rigorem juris sit à delegato judice in negotio procedendum. Nos igitur inter eos, qui per fraudem vel malitiam, & illos, qui per simplicitatem vel ignorantiam literas à nobis impetrant, hujusmodi credimus discretionem *d* adhibendam, ut hi, qui priori modo falsitatem exprimunt, vel supprimunt veritatem, in suæ perversitatis pœnam, nullum ex illis literis commodum consequantur, ita videlicet, quòd delegatus (postquam sibi super hoc facta fuerit fides) nullatenùs de causa cognoscat. Inter alios autem, qui posteriori modo literas impetrant, duximus distinguendum, quæ falsitas suggesta fuerit, vel quæ veritas sit suppressa: nam si talis expressa sit falsitas, vel veritas occultata, quæ quamvis fuisset tacita vel expressa, nos nihilominùs saltem in forma communi literas dedissemus *e*, delegatus non sequens formam in literis ipsis appositam, *f* secundùm ordinem juris in causa procedat. Si verò per hujusmodi falsitatis expressionem, vel suppressionem etiam veritatis, literæ fuerint impetratæ, quâ tacitâ vel expressâ nos nullas prorsus literas dedissemus, à delegato non est aliquatenus procedendum *g*: nisi forsitan eatenùs, ut partibus ad suam præsentiam convocatis, de precum qualitate cognoscat: ut sic in utroque casu, eadem ratio, quæ delegantem moveret, moveat etiam delegatum: & ubi delegans suas literas denegaret, delegatus etiam suæ cognitionis officium nullatenùs interponat.

CAP. XXI.

¶ *In causâ monasterii conventur Abbas per rescriptum, in quo nulla sit mentio de Conventu: nec propter hoc appellare potest, nisi Abbatis & Conventûs bona essent distincta omnino.*

Idem *Abbati & Conventui Præmonstratenſi.*

EDoceri *a* postulâstis à nobis, utrùm per literas adversùs Abbates (nullâ mentione habitâ de suis Conventibus) impetratas, teneantur Abbates ipsi super causis (quæ ad Conventus pertinent, & eosdem) de ipsis querelantibus respondere: ac licèt inhibita sit appellatio, per appellationis objectum possint (ne respondeant) se tueri. Super quo duximus respondendum, quòd (nisi alia causa rationabilis suffragetur) per appellationem se tueri non possunt, quò minùs debeant auctoritate literarum hujusmodi legitimè respondere. Cùm ex officio suo teneantur congregationum suarum negotia procurare: Nisi fortè Abbatis & Conventûs negotia essent omninò discreta.

CAP. XXII.

¶ *Processus factus per literas surreptitias irritatur: sed factus contra formam rescripti irritus nunciatur.*

Idem *Archiepiscopo & Magistro VV. Canonico Magdeburgenſi.*

CUm dilecta *b* in Christo filia R. Custos Hesiensis *c* Ecclesiæ, ac procurator G. Monialis, super electionibus in eadem Ecclesia celebratis, litigaverint aliquandiu coram nobis: [*& infrà.*] ¶ Deprehendimus literas ad Abbatem de Remech. *d* & suos conjudices impetratas, fuisse per subreptionem *e* obtentas, cùm in eis illius articuli, videlicet *f*, de subtractorum resignatione, fuerit præter conscientiam nostram cognitio demandata, qui in prioribus literis ad Scholasticum *g* Hildesensem, & conjudices suos obtentis, insertus fuerat: de quibus in secundis literis mentio non fiebat: & ideò, quòd ipsarum literarum occasione dignoscitur attentatum, duximus irritandum. Dictum insuper Scholasticum, & conjudices suos invenimus minùs providè processisse. Cùm enim in literis nostris eisdem principaliter mandaretur, ut ad prædictam Ecclesiam personaliter accedentes, personæ idoneæ administrationem committerent Abbatiæ, cui ad opus ejus fieret hinc inde resignatio subtractorum: ipsi formam mandati Apostolici transponentes, illo capitulo prætermisso, de aliis articulis inordinatè plurimùm cognoverant: propter quod processum ipsorum contra nostri formam rescripti, ac juris ordinem attentatum, irritum decernimus & inanem. Ideoque mandamus, quatenus G. & quibusdam aliis sororibus Ecclesiæ (sicut justum fuerit) restitutis, & formâ mandati nostri exactâ diligentiâ observatâ, in negotio ipso ratione prævia procedatis.

CAP. XXIII.

¶ *Valet secundum rescriptum, licèt de primo non faciat mentionem, quo uti noluit impetrans intra annum.*

Idem.

PLerunque *h* contingit, quòd aliqui nostris literis impetratis, illis uti multo tempore postponentes, tunc demùm eas exhibent, cùm aliarum auctoritate, ab eis, contra quos primitùs literas impetrârant, cœperint conveniri: dicentes, posteriores literas non valere, utpote non facientes de prioribus mentionem. Cùm igitur non sit malitiis hominum indulgendum, statuimus, ut si quis nostras literas impetrans, intra annum postquam copiam judicum habuerit, ex malitia, vel negligentia postposuerit uti eis, auctoritate posteriorum literarum valeat conveniri, licèt in ipsis nulla de prioribus mentio habeatur.

---

a In vulgatis malè, dominationi, cùm esset legendum, discretioni. b al. Idem A. Amarica Con S. Hilarii Pictavienſi. c c. 10. eod. titul. in 3. compil. d distinctionem habendam. e Vide l. 1. C. Si contra jus vel util. pub. & ibid. Bald. f sed. g Vide l. Mutus, cum gloſſ. 2. ff. de prob. & ff. de pa. bar. l. Si possessor. & l. si quid possit.

a al. à nobis per literas edoceri postulâstis. c. 11. eod. tit. in 3. compil. b cap. 12. eod. tit. in 3. collect. c al. Heroneſis. al. Hersaſenſis. d al. Reveane. e id est. tacendo verum, vel exprimendo falsum. f sic legendum in ver. de subjectorum resignatione, vel subtractorum restitutione. g Midenenſem. h Cap. 3. eod. tit. in 3. compil.

CAP. XXIV.

¶ Si à delegato aliquid mandatur Ordinario, debet humiliter exequi. Sed si alius Delegatus per alias literas post executionẽ mandat contrarium, vel si ante executionem innotuerit Ordinario, inter Delegatum, qui mandavit, & alium, contentionem esse de jurisdictione, faciat sibi utrarumque literarum coram exhiberi: non ut jurisdictionaliter cognoscat, sed ut se informet, an per secundas revocentur primæ: & si primæ revocentur, exequatur secundum mandatum. Si autem non revocentur, vel de hoc dubitet, non exequatur secundum mandatum, donec contentio de jurisdictione terminetur. Abb. Sic.

Idem *Ratho. Archiepiscopo.*

CUm *a* contingat: [*& infrà.*] ¶ Præterea cùm quidam super aliquo litigantes, ad diversos judices literas impetrant, quorum quidam obtenti à parte altera tibi mandant, ut partem adversam denuncies excommunicationis sententiæ subjacere, aliis judicibus postmodùm tibi injungentibus, ut eandem denuncies absolutam: quæris, an utrisque, an neutris, vel alterutris saltem obedire debeas in hac parte? Super quo tuæ prudentiæ respondentes, credimus distinguendum, an cùm primum mandatum recepisse dignosceris, tibi forsan innotuerit inter illos & alios super jurisdictione discordiam suscitatam, an super hoc nihil omninò sciviſti. Et quidem si super contentione hujusmodi nihil tibi penitùs innotescat, cùm primum mandatum recipere te contingit, illud debes humiliter executioni *b* mandare. Sed si postea contrarium tibi ab aliis demandatur, tunc literarum ad utrosque à sede Apostol. obtentarum copiâ postulatâ (quas tibi auctoritate præsentium districtè præcipimus exhiberi) si ex ipsarum tenore deprehenderis evidenter (ita quòd non sit aliquatenus hæsitandum) quòd literæ, quæ ad illos, à quibus secundum mandatum receperis, impetratæ noscuntur, expresè revocent literas aliorum: tu illud intrepidus exequaris, quod tibi secundo loco mandatur. Si verò ex literarum inspectione manifestè tibi constet, quòd literæ obtentæ ad illos, qui primum dedêre mandatum, per alias minimè revocantur: secundum mandatum nullatenus exequaris. Quòd si super hoc tibi meritò fuerit dubitandum, ad exequendum secundum mandatum te procedere non oportet, donec juxta cujusdam nostræ constitutionis tenorem inter eos hujusmodi concertatio sopiatur. Et idipsum facere debes, si primo mandato recepto, & nondum executioni mandato, tibi forsan innotuerit, quòd inter se super jurisdictione demandata cœperint disceptare. Cæterùm in his omnibus puram & providam te convenit intentionem habere: ne vel addeclinandum mandatum dubitare te dicas, ubi dubitandum non est: vel etiam ad exequendum te asseras esse certum, ubi certus esse non debes. Licèt autem ex his certa tibi detur doctrina, qualiter in his te debeas habere, nulla tamen tibi attribuitur potestas, ut inter Delegatos, aut partes, de jurisdictione debeas judicare *c*.

CAP. XXV.

¶ Quando in rescripto plura narrantur, diversis effectus operantia, non sufficit impetranti alterum soluto probare, ad utrumque effectum consequendum.

Idem *magistro d. G. & P. de Ermissa.*

OLim *e* ex literis sancti Nicasii Remensis *f*. Sargiensis, & Vallis tegiæ Abbatum fuit nostris auribus intimatum, quòd cùm ad eos semel & iterùm à nobis literæ processissent, super eo, quòd P. Clericus sancti Remigii, parœciam de Salice (quam R. de Clivo per interpositam personam sibi collatam fuisse proposuit) detinebat, ipsi partes semel, secundo & tertio citaverunt, & dictum P. quia citatus pluries comparere noluit, per se vel per responsalem aliquem coram eis, excommunicationis vinculo innodantes, fecerunt fructus ipsius parœciæ sequestrari. Cumque postmodùm idem P. accedens ad eos se juri promiserit pariturum, ac obtinuerit se absolvi: ipsi absolutionis literas concedentes, diem ei assignaverunt & locum, quibus coram eis, quod promiserat, adimpleret: qui diem & locum ex literis illis radens, in loco *a* rasuræ scripsit, quòd ipsi ei sequestratos fructus assignari mandabant: quod coram duobus eorum tandem (tertio sui absentiam excusante per literas) est confessus. Nos igitur, cùm tantæ temeritatis excessus falsitatis scrupulo non careret, vobis dedimus in mandatis, ut (si esset *b* ita) ipsi præsumptori super dicta parœcia perpetuum silentium imponentes, præfato R. de Clivo assignaretis eandem cum fructibus sequestratis. Verùm sicut vos per vestras nobis literas intimâstis, cùm dictus R. rasuram prætatam coram vobis per testes idoneos probavisset, & ob hoc postulâsset sibi dictam Ecclesiam assignari: vos utrùm *c* clausula illa [si esset ita] de omnibus superioribus, an de articulo tantùm rasuræ deberet intelligi, dubitâstis. Nos igitur respondemus, quòd clausula illa ad omnia debet supetiora referri, ad hoc ut ipsi R. prædicta Ecclesia conferatur: quia licèt vitium falsitatis ad imponendum ei perpetuum silentium super Ecclesia ipsa sufficiat, qui falsitatem hujusmodi perpetravit, non tamen propter hoc eadem Ecclesia est adversario assignanda, nisi super aliis facta fuerit plena fides.

CAP. XXVI.

¶ Non valet rescriptum super restitutione beneficii impetratum, quod de causa excommunicationis & amotionis impetrantis non facit mentionem.

Idem *Episcopo Imolen.*

DIlectus *d* filius Abbas sancti Stephani Bononiensis, per suas nobis literas intimavit, quòd cum ipse (cui visitationis officium in civitate ac diœcesi Bononiensi commisimus) B. & A. Presbyteros ab Ecclesiis suis (propter eorum graves & manifestos excessus) duxerit amovendos: iidem super restitutione sua nostras ad te in communi forma literas impetrârunt, de amotionis suæ causâ, & excommunicationis, *e* quâ tenentur adstricti, nullam facientes penitùs mentionem *f*. Nos igitur fraternitati tuæ mandamus, quatenus (si est ita) literas ipsas, tanquam per veri suppressionem obtentas, viribus carere decernas.

[*g Procuratoribus igitur, vicinorum & Ecclesiarum ipsarum exceptiones in tua præsentia proponentibus antedictas, tu superdendum hujusmodi negotio decrevisti, donec super hoc nostra voluntatis beneplacitum recepisses.*]

CAP. XXVII.

¶ Per literas justitia non tenetur Episcopus providere habenti perpetuam Vicariam, vel sufficiens patrimonium. Nec valent literæ gratiæ ad beneficium obtinendum, in quibus impetrans tenuit perpetuam Vicariam hoc dicit comprehendendum in intellectum.

Idem *Episcopo Veratisamensi* f.

POstulâsti *g* per sedem Apostolicam edoceri, utrùm alicujus Ecclesiæ perpetuo Vicario, de proventibus Vicariæ, bonisq; paternis habenti, unde valeat commodè

a *Cap. 1. eod. tit. in 4. compil.* b *Quòd si non fecerit, poterit compelli ad exequendum. c pastoralu. 3. De off. delegat.* c *Adde eamcor. in l. qui procuratorem. in gloss. 1. ff. de procur. & in l. à divo Pio. & ibi Bart. & doctores, ff. de re judic.* d *al. idem de Valbino Magistro G. & P. de Fumusca. al. de similis cathonico.* e *c. 2. eod. tit. in 4. compil.* f *al. Remarensis, Saginensis, Alias Sagniasen. & est diœcesis Rhemen. al. Sargen.*

a *al. in locum rasuræ rescripsit.* b *Adde, quòd si ista clausula desit in aliquo rescripto, illud præsumatur esse falsum. Archidiac. & DD. in c. cordi. de app. in 6.* c *Vos de clausula illa facta est.* d *C. eod. tit. in 4. compil.* e *Sententia in quibusdam antiquis.* f *al. Vratislaviensi.* g *C. 4. eod. tit. in 4. compil.*

sustem-

sustentari, teneatis per illam formam communem [cùm secundùm a Apostolum] in Ecclesiastico beneficio providere. Ad quod sic duximus respondendum, quòd cùm per formam prædictam necessitatibus pauperum Clericorum (qui nullum sunt Ecclesiasticum beneficium assecuti) sedes Apostolica duxerit succurrendum: perpetuus Vicarius (nisi de Vicaria fecerit mentionem) commodum reportare non debet de hujusmodi literis, utpote veritate tacitâ impetratis. Non enim beneficio carere debet dici, cui competenter de perpetuæ Vicariæ proventibus est provisum. Et pro habente beneficii sufficientis subsidium, ex certa scientia super obtinendo alio beneficio, de levi non scribimus, quin faciamus de primo in nostris literis mentionem.

CAP. XXVIII.

¶ *Per literas Apostolicas de hac constitutione mentionem non facientes, non potest quis trahi ultra duas dietas extra suam diœcesim, nisi de consensu partium literæ fuerint impetratæ. hoc dicit, usque ad* ¶. *sunt & alii.*

Idem *in Concilio generali* b.

NOnnulli gratiâ sed. Apostol. abutentes, literas ejus ad remotos judices impetrare nituntur, ut reus fatigatus laboribus & expensis, liti cedere, vel importunitatem actoris redimere compellatur. Cùm autem per judicium injuriis aditus patere non debeat (quas juris observantia interdicit) statuimus, ne quis ultra duas dietas extra suam diœcesim per literas Apostolicas ad judicium trahi possit. Nisi de assensu partium fuerint impetratæ, vel expressam de hac constitutione fecerint mentionem.

¶ *Non valent literæ ad lites impetratæ, sine speciali mandato Domini, nisi impetrentur per conjunctam personam. h. d.*

Sunt & alii, qui se ad novum genus mercimonii convertentes, ut vel sopitas possint suscitare querelas, vel novas immittere quæstiones, fingunt causas, super quibus à sede Apostolica literas impetrant, absque Dominorum mandato: quas vel reo (ne propter eas laborum vel expensarum dispendio molestetur) aut actori (ut per ipsas adversarium indebitâ molestatione fatiget) venales exponunt. Cùm autem lites restringendæ sint potiùs, quàm laxandæ, hâc generali constitutione sancimus, ut si aliquis super aliqua quæstione de extero, sine speciali mandato Domini, literas Apostolicas impetrare præsumpserit, & literæ illæ non valeant, & ipse tanquam falsarius puniatur. Nisi forte de illis personis extiterit, à quibus non debet exigi de jure mandatum.

CAP. XXIX.

¶ *Si occasione duarum rescriptarum, unius scilicet in causâ principali, alterius in causâ appellationis, contenditur: non judex super principali, sed deputatus super appellatione, cognoscere debet de validitate appellationis.*

Honorius III. *Cantuariensi Archiepisc. & conjudicibus suis.*

II. DIlectus filius J. Sarracenus Clericus exposuit coram nobis, quòd cùm Jordanus Clericus Dumeliensis c ipsum super Ecclesia sancti Nicolai Dumeliensis coram vobis authoritate literarum nostrarum traxisset in causam: ex parte ipsius Jordani fuit excipiendo propositum, quòd authoritate ipsarum literarum non poterat conveniri, eò quòd ultra duas dictas à diœcesi, (ubi prædicta Ecclesia erat) contra statuta Concilii generalis (de quo in eisdem literis non fiebat mentio) distabatis d. Et quia hujusmodi exceptionem admittere denegantes, procedebatis in causâ (pro eo quòd idem J. e in Rophensi & Eliensi diœcesi beneficia obtinet, quasi ex hoc domicilium intelligeretur habere) ipse ad nostram audientiam appellavit: [1 *& infrà.*] ¶ Cumque idem J. appellationem interpositam prosecutus, ad Eboracens. Archiepiscopum, & ejus collegas, super præmissis literas impetrâsset: vos in causâ ipsa nihilominùs procedentes, eisdem judicibus ne in commisso sibi procedant negotio, inhibetis. Quocirca mandamus, quatenus (si est ita) causæ supersedeatis eidem, cùm non vos, sed dicti judices cognoscere habeant, ad quos jurisdictio debeat pertinere.

[1 *Vos ejusdem appellatione contemptâ partem alteram missam in possessionem ejusdem Ecclesiæ causâ custodiæ decrevistis.*]

CAP. XXX.

¶ *Si plures impetrant in eadem Ecclesia, status data, ut primus impetrans præferatur, & solus admittatur. Ita communiter summunt Doct. Et procedit istud summarium secundum opinionem communem, quæ hodie invaluit propter jura nova.*

Idem *Episcopo & Archidiacono Legion.*

CApitulum sanctæ crucis Cameracensis exhibitâ nobis petitione monstravit, quòd Callimacho Clerico super præbendali beneficio in eorum Ecclesia obtinendo, literas nostras ad eos priùs monitorias, & demùm præceptorias impetrante, B. Clericus contra eos super consimili beneficio in eadem sibi Ecclesia conferendo, ad I. Archiepisc. Tornac. & ejus collegas, de prædictis literis non habitâ mentione, executorias à nobis literas impetravit: qui post appellationem ad nos interpositam, in eos suspensionis & excommunicationis sententias protulerunt: ac dictus a C. super executione mandati pro eo facti, ad alios obtinuit scripta nostra: qui tulerunt suspensionis & excommunicationis sententias in eosdem 1. Quocirca mandamus, quatenus eo recepto in Canonicum & in fratrem, assignatoque sibi beneficio præbendali, qui ad eos priùs mandatum Apost. reportavit, præfatas sententias juxta formam Ecclesiæ relaxetis: alteri super præbendali beneficio in eadem Ecclesia silentium imponentes.

[1 *Unde nobis humiliter supplicavit, ut cùm in eadem Ecclesia tantùm XII. sint prabendæ, & ab hoc non sine magno gravamine simul providere possint, utrique faceremus easdem sententias relaxari, & provideri alteri eorum in eadem Ecclesia de prabenda, præsertim, cùm in utrâque literis clausula illa contenetur inserta, nisi de mandato nostro eadem Ecclesia foret in alterius receptione gravata.*]

CAP. XXXI.

¶ *Si habens literas Papæ ad beneficium, eis propter annuam pensionem renunciat, non valent literæ beneficiales per eum hoc tacito impetratæ.*

Idem *Baturicen. Archiepisc. Apostolicæ sedis Legato.*

II. AD audientiam nostram [*te significante*] pervenit, quòd quidam Clerici obtentis à sed. Apostol. literis super provisione sua in aliquibus Ecclesiis tibi subjectis, recipientes ab eis annuas pensiones, seu alia beneficia, ab eorum impetitione desistunt, renunciantes beneficio literarum: [1 *& infrà.*] ¶ F. t. mandamus, quatenus eos, qui post literas taliter venditas, alias (de illis mentione non habitâ) impetrabunt de extero, vel hactenus impetraverint: carere decernas commodo earundem, & Ecclesias non permittas earum occasione vexari: revocando in irritum, si quid earum prætextu inveneris esse factum.

[1 *Demùm ad sedem Apostolicam accedentes super suâ provisione obtinent alias literas ab eadem, de literis antea impetratis non habitâ mentione, & sic gratiâ Apostolicæ benignitatis abutentes Ecclesias multipliciter inquietant. Ne igitur tales de sua circumventione astutia glorientur.*]

CAP. XXXII.

¶ *Receptus per literas Apostolicas, huic prabendam exspectet, per alias literas hoc suppriminentes, in alia Ecclesia recipi non debet. hoc dicit inhærendo verbis literæ.*

a *Infrà. de prabend. cùm secundùm Apostolum.* b *Lateranens. c. 37. de liter. non impetrand. &c.* c *al. Dulmensis. al. Dumeliensis.* d *In nonnullis manuscriptis legitur, citabatis.* e *Iordanus.*

a *Dilius R.*

Greg. IX. *Mediolanensi Archiepiscopo.*

IN nostra proposuisti præsentia, quòd nonnulli Clerici à sed. Apostol. plures literas (non tamen alias de aliis mentionem facientes) impetrant fraudulenter, quòd in pluribus Ecclesiis admittantur: sicque aliquando in aliis recepti, licèt nondum in eis Ecclesiasticum beneficium sint assecuti, alias Ecclesias super receptione sua nihilominùs impetunt & molestant *a*: [*& infrà.*]

¶ Mandamus, quatenus eos Clericos Ecclesiis, in quibus recepti sunt, faciens esse contentos, non permittas alias ab eis occasione literarum hujusmodi molestari. Nisi de receptione fortè sua expressàm fecerint mentionem.

CAP. XXXIII.

¶ *Non valet rescriptum, quod procurator revocatus & de hoc certificatus, extra judicium impetravit: secus tamen si in judicio: dummodò revocatio ad notitiam adversarii vel judicis non pervenit, hoc dicit, secundùm lecturam magis communem.*

Idem *Episcopo Silvanectensi, & Abbati Carroliloci* b.

III. EX parte Decani & Capituli Laudunensis fuit propositũ, quòd cùm ipsi auctoritate Apostol. indulgentiæ in nobilem virum Excommunicationis sententiam protulissent: procuratoribus partium propter hoc ad sedem Apostol. accedentibus, & lite super diversis articulis contestatâ, nos causam vobis commisimus terminandam, hoc adjecto, ut non obstarent literæ præter assensum partium impetratæ. Dictus autem nobilis citatus proposuit, quòd per illas literas procedendum non erat, ex eo quòd V. qui easdem literas impetraverat, falsus extiterat procurator, cùm ipse ante impetrationem literarum ipsarum, propter suspicionem, quam contra eundem conceperat, mandatum sibi traditum revocâsset. Eis igitur proponentibus ex adverso, quòd ad nos vel ad ipsos hujusmodi revocatio non pervenit, vos quòd deberetis per literas ipsas procedere, per quandam interlocutoriam protulistis: [*& infrà.*] ¶ Petente itaque procuratore ipsorum, ut inspiceretis prædictam indulgentiam, procurator ipsius nobilis ex adverso respondit, quòd non erat per jam dictas literas procedendum, exhibens alias quasdam posteriùs impetratas, inter alia continentes, ut si de partium voluntate procederet, causam terminaretis eandem: alioquin ipsam sufficienter instructam remitteretis ad sedis Apostol. examen, cum indulgentia memorata. Quas literas ipsi ex eo non valere dicebant, quia per eundem V. & post revocationem mandati fuerant impetratæ. Quia verò juxta generalis statuta Concilii, Apostol. literæ, quas sine speciali mandato Domini quis impetrat, valere non debent, nisi sit de illis personis, à quibus non est exigendum de jure mandatum: mandamus, quatenus si revocatio mandati ad procuratorem pervenit (cùm minus valere debeant literæ, quæ impetrantur ab illo, à quo mandatum Dominus revocavit) in negotio *c* juxta priorum continentiam literarum, non obstantibus posterioribus, procedatis.

CAP. XXXIV.

¶ *Rescriptum impetratum contra hominem alicujus diœcesis, non extenditur ad hominem ejusdem nominis alterius diœcesis.*

Idem *Decano & Magistro G. Canonico Leodiensi.*

SIgnificante V. nos noveritis accepisse, quòd cùm R. contra V. Remensis diœcesis super quibusdam pannis & aliis ad judices literas impetrâsset, idem V. excipiendo proposuit, quòd cùm idem non de Remensi, sed de Leodiensi diœcesi existeret, per hujusmodi literas (cùm de diœcesi Leodiensi non facerent *d* aliquam mentionem) conveniri de jure non poterat, nec debebat. Et quia exceptionem hujusmodi admittere denegârunt, nostram audientiam appellavit *a*. Ideoque mandamus, quatenus si est ita, revocato in irritum, &c cætera.

CAP. XXXV.

¶ *Per rescriptum impetratum contra homines diœcesis, non possunt conveniri homines civitatis.*

Idem *Priori sancti Laudunensis, & Succentori Rothomagensi.*

RODulphus Clericus rector Ecclesiæ sancti Christophori de civitate Sagiensi, suâ nobis insinuatione monstravit, quòd cùm magister R. eum per quasdam literas contra Episcopum Sagiensem, & quosdam alios Sagiensis diœcesis, super reditibus & rebus aliis impetras à nobis, coram judicibus super eadem Ecclesia per generalem clausulam [quidam alii] convenisset: idem rector proposuit excipiendo, quòd cùm esset de civitate Sagiensi, & sub eadem clausula nullus de civitate ipsâ intelligitur inclusus, conveniri non poterat per eandem. Et quia dicti judices exceptionem hujusmodi recusârunt admittere, nostram audientiam appellavit. Ideoque mandamus, quatenus si est ita, revocetis in irritum, &c.

CAP. XXXVI.

¶ *Si conveniendus per clausulam, moriatur re integrâ, successor conveniri non potest.*

Idem *Abbati sancti Iacobi.*

SIgnificavit nobis Comitissa Namutensis, quòd cùm mortuo Comite fratre suo, ipsa in ejus successerit Comitatu, G. & B. per quasdam literas Apostolicas contra Tullen. Episcopum, & quosdam alios Clericos & Laicos, impetratas, eam coram judicibus (ad quos obtentæ fuerant) super quadam summa pecuniæ, quam eidem fratri suo se mutuâsse dicebant, per illam generalem clausulam, [quidam alii] (quia in prædicto Comitatu successerat) convenerunt: excipiente itaque procuratore suo, quòd cùm adhuc frater ejusdem mulieris viveret, quando eædem literæ impetratæ fuerunt, nec per ipsas, dum viveret, fuerat ad judicium evocatus, earum auctoritate non poterat conveniri. Et quia judices exceptionem non admittebant ipsius, nostram audientiam appellavit, [*& infrà.*] ¶ Ideoque mandamus, quatenus si est ita, revocato in irritum, &c.

CAP. XXXVII.

¶ *Non valent literæ executoriæ, in quibus impetrans falsò dixit monitorias præcessisse.*

Idem *Abbati sancti Victoris.*

EX insinuatione Episcopi Ambianensis accepimus, quòd I. Clericus super ejus provisione, ad ipsum præceptorias, & postmodum ad vos *b* executorias contra eum literas impetravit. [*& infrà.*] ¶ Quocirca mandamus, quatenus si nullæ monitoriæ super hoc præcesserint, executoriis supersedeatis eisdem, dummodo eædem executoriæ de monitoriis fecerint mentionem: alioquin in executionis negotio, juxta directum ad vos pro ipso mandatum, ratione prævia procedatis.

CAP. XXXVIII.

¶ *Cessantibus clausulis in dubio, Papa non intendit gravare eundem collatorem super provisione duorum: ideò secundus impetrans repellitur, sive primus expectet, sive sit jam gratiam consecutus: hoc dicit secundùm intellectum glossæ.*

Idem *Novien. Episcopo.*

MAndatum Apostolicum ad te directum, ut Magistrum S. faceres in Canonicum recipi, & in fratrem

a *Vide l. 1. sed & si quis. D. de Carb. ed. & D. de lib. caus. l. ordinata.* b *in multis antiquis ita, & Abbati Compdien.* c *In uno antiquo, in negotio isto.* d *faceret.*

a *Vide & l. à precedente. & ibi Bart. C. de dilat.* b *al. dum loquitur, ad Abbatem & Episcopum. Ne putes erratum esse, & plurali locutio duorum numero consistere potest. 4. q. 3. §. nôt numerus. verùm rectiùs loquitur Abbati S. Victoris, & collegio, aliàs non subaudiretur in plurali. c. quam grave. de cens. fals.*

Novien-

Novien. Ecclesiæ, si pro alio ibidem non scripsimus, qui hujusmodi gratiam prosequatur, alio jam beneficium per nostras literas obtinente, prosequi non teneris. Cùm super receptione duorum gravandi Ecclesiam antedictam, non fuit intentio mandatoris.

CAP. XXXIX.

¶ Ecclesia in qua Papa primus dedit monitorias, & secundus exconterias, per primum, non per secundum intelligitur gravata.

Idem.

Literis Apostolicis ad vos directis, ut G. Clericum reciperetis in Canonicum & in fratrem, nisi pro alio fuisset per nos Ecclesia vestra gravata, mandatum nostrũ vos exequi volumus & mandamus. Non obstante, quòd T. Subdiaconum per nostras literas executorias recepistis, qui à bonæ memoriæ H. prædecessore nostro monitorias impetravit. Cùm factum prædecessoris nostri potiùs, quàm nostrum fuerimus prosecuti. a

CAP. XL.

¶ Diœcesanus, cui scribitur, ut in diœcesi sua, ubi pro alio scriptum non est, provideat vel faciat provideri, non potest id exequi circa beneficium spectans ad collationem alterius, jam pro alio gravati.

Idem.

Abbatem, qui mandatum Apostolicum jam recepit, ut S. Clerico in aliqua Ecclesiarum sui monasterii provideret, & per literas generales ad Diœcesanum Episcopum obtentas, ut in diœcesi sua (ubi pro alio scriptum non esset) faceret provideri, cogi juris ratio non permittit, nec super conferendis Ecclesiis, aut beneficiis aggravari, etiam si facultatem habeat Diœcesanus, per easdem literas providendi.

CAP. XLI.

¶ Per rescriptum directum excommunicatori, ut absolvat excommunicatum, si contra Concilium eum excommunicavit, datu executoribus, qui eo non parente exequantur, non excommunicatores, sed executoribus cognitio demandatur.

Idem.

Ab excommunicato, qui contra statuta Concilii *b* generalis asserit se ligatum, literis ad excommunicatorem obtentis, ut (si est ita) sine difficultate absolvat eundem, & aliis *c* deputatis judicibus, qui (eo non parente) mandatum Apostolicum exequantur. Non excommunicatori (qui de facto suo in hoc certus esse debet, licèt in hoc deferatur eidem) sed illis cognitio demandatur.

CAP. XLII.

¶ Si impetrans rescriptum ad beneficium dixit se non beneficiatum, cùm tamen haberet beneficium, licèt exiguum, non valet rescriptum.

Idem.

Si proponente aliquo nondum se beneficium Ecclesiasticum assecutum, super provisione ipsius (licèt minùs competens obtinentis) rescriptum Apostolicum de hoc mentionem non faciens, impetretur. Illud veluti fraudulenter obtentum dicimus non valere.

CAP. XLIII.

¶ Abutentes rescripto Apostolico in casibus hic enumeratis, privantur commodo rescripti, & condemnantur in sumptibus & damnis adversario.

Idem *Episcopo Parisiensi.*

Quia nonnulli diversis modis literis Apostolicis abutuntur, statuimus, ut quicunque obtentas sub nomine suo literas aliis ejusdem nominis tradunt, qui quos volunt fatigant indebitè per easdem, & qui eas tali modo recipiunt: quique illos, contra quos nihil habent quæstionis, faciunt in judicium evocari: aut literas ipsas ad futuras trahunt controversias, quæ non-dum fuerant tempore impetrationis exortæ: seu quenquam super uno negotio, vel etiam malitiosè super pluribus personalibus actionibus, quæ sub uno judice possent tractari commodiùs, per varias literas coram diversis judicibus trahunt, ut laboribus fatigatus & sumptibus, vel compellatur componere, vel cedere juri suo: aut reus alterum eodem tempore ad diversa loca, vel indeterminatè ad villam, quæ commune cum pluribus ejusdem provinciæ villis habet vocabulum, citari procurat, ut dum non comparuerit, excommunicetur quasi contumax, & sic eum à sua intentione repellat: earundem literarum commodo careant *a*, & adversariis in moderatis expensis ac damnis, quæ propter hoc eos pertulisse constiterit, condemnentur.

a executi. b *Later. sub Innoc. III. a.* 47. c *& aliis sibi judicibus deputatis.*

DE CONSUETUDINE.

TITULUS IV.

CAP. I.

¶ Consuetudo inferens gravamen Ecclesiæ, debet judicio officio tolli, hoc dicit secundum intellectum magis singularem.

Gregorius *in Registro.* b

Consuetudines, quæ Ecclesiis gravamen inducere dignoscuntur, nostrâ nos decet consideratione remittere.

CAP. II.

¶ Ex consuetudine potest introduci actus sive solemnitas, per quam sine apprehensione realis transfertur possessio res absentis. h. d. & est casus singularis, secundum Abbatem Siculum.

Innocentius III. *Archiepiscopo & Cap. Lugdunensi.*

Ex c literis: [1 *& infrà.*] ¶ Si verò aliquis possessiones aliquas clausiris, vel aliis religiosis locis, in bona valetudine, vel ultima voluntate, pro suorum vulnerum remedio peccatorum conferre: hanc conferendi formam esse proponis, quòd in hujusmodi donationibus modicum terræ consuevit in manu accipere, vel in extremitate *d* pallii, quod manu Prælati Ecclesiæ sustinetur, aut super altare ponendum sub testimonio videntium & audientium, sub dicta forma, quæ scotatio vulgariter appellatur: [2 *& infrà.*] ¶ Discret. vestræ mandamus, quatenus donationes eorũ, quę sub obtentu consuetudinis clausiris, Ecclesiis, vel quibuslibet locis religiosis piè conferuntur, vel etiam sunt collata, faciatis irrevocabiliter observari, cùm hujusmodi signum, quod scotatio dicitur, non tam factæ donationis, quàm traditæ possessionis sit evidens argumentum.

[1 *Quas tu nobis, frater Archiepiscope, destinâsti, intelleximus manifestè, quòd regnum Daciæ, quantum ad ea, quæ ad jus suũ contingunt; consuetudinibus suis, & institutionibus Regum suorum omnino regatur. Unde nullum usum testamentorum illius provinciæ hominibus contigit habere, quo alibi in ultimis decedentium voluntatibus secundum legalem observantiam custodiuntur.*]

[2 *Verum quia hujusmodi donatio malitiosè à quibusdam cavillatoribus, sicut asseris, impeditur, à nobis humiliter postulâsti, ne loca religiosa, & Ecclesiæ, quibus multa possessiones sub scotationis hujusmodi sunt collata, ab aliquibus possint vel debeant temerè perturbari, paternâ debemus solicitudine providere. Nolentes igitur tutelas constitutiones, quas diuturnitas temporis, ut asseris, observavit, & usus consuetudinis approbata hactenus retinuit, temeritate qualibet infirmetur.*]

a *adde generaliter de actibus, qui infirment rescriptum. l. 1. C. si contra jus vel util. publ.* b *lib. 1. epist. 64 ad Felicem Episcopum Messanensem, & cap. 1. eod. tit. in 1. compil.* c *Cap. 1. eod. tit. in 3. compil.* d *in quibusdam recentioribus sta, sed male, meo judicio, vel in extremitate pallii manu Prælati Ecclesiæ, &c.*

CAP. III.

¶ *Non valet consuetudo, ut in causis Ecclesiasticis dictum populi pro sententia teneatur.*

Idem *Episcopo Pataviensi.* a

AD nostram audientiam *b* noveris pervenisse, quòd in tua diœcesi etiam in causis Ecclesiasticis consuetudo minùs rationabilis habeatur, quòd cùm aliqua causa tractatur ibidem, & allegationibus & querelis utriusque partis auditis, à præsentibus literatis & illiteratis, sapientibus & insipientibus, quid juris sit quæritur, & quod illi dixerint, vel aliquis eorum (præsentium consilio requisito) pro sententia teneatur. Nos igitur attendentes, quòd consuetudo, quæ canonicis obviat institutis, nullius debet esse momenti *c*, cùm sententia à non suo judice lata nullam obtineat firmitatem: ut in causis Ecclesiasticis subjectorum tuorum, postquam tibi de meritis eorum constiterit, sententiam proferre valeas, sicut ordo postulat rationis, auctoritate tibi præsentium (præmissâ consuetudine non obstante) concedimus facultatem. *d*

CAP. IV.

¶ *Consuetudo non potest operari, ut Clericus non Episcopus possit exercere ea, quæ sunt reservata ordini Episcopali: & est casus notabilis Abbas.*

Idem *L. Vicario nostro* e *apud Constantinopolim constituto.*

QUantò *f* de benignitate: [1 & 3.] ¶ Pervenit sanè ad audientiam nostram, quòd quidam simplices Sacerdotes apud Constantinopol. ea sacramenta præsumunt fidelibus exhibere, quæ ab Apostolorum tempore fuerunt solis Pontificibus reservata, ut est sacramentum Confirmationis, quod chrismando renatos soli debent Episcopi per manûs impositionem conferre, ad excusandas excusationes in peccatis: solam consuetudinem prætendentes. [2 & 3.] ¶ Discretionem mandamus, quatenus omnibus Presbyteris districtè prohibeas, ne talia de cætero suâ temeritate præsumant: quæ licèt non sint à fidelibus contemnenda, tutiùs tamen est ea sine periculo ex necessitate (quæ legem non *g* habet) omittere, quàm ut ab his, quibus ea conferre non licet, ex temeritate (quæ lege damnatur) non sine gravi periculo inaniter conferantur: cùm umbra quædam ostendatur in opere, veritas autem non subeat in effectu.

[1 *Sed. Ap. locum obtines celsiorem, tanto tibi est solicitius procurandum, ut te talem eisdem exhibeas in negotiis peragendis, non declinans ad dextram vel ad sinistram, quod non minus re quàm nomine vices Apostolicas gerere comproberis.*]

[2 *Cum diuturnitas temporis peccata non minuat sed augeat, quæ tanto graviora existunt, quanto infeliciorem animam diutius detinent alligatam. Volentes igitur hæc & alia, quæ oculos divinæ majestatis offendunt, de agro dominico exturpari.*]

CAP. V.

¶ *Non valet consuetudo, per quam interdicti sententia violatur.*

Idem *Decano & Cap. Cenomanensi.* h

CUm inter *i* vos ex una parte, & Canonicos sancti Petri de curia ex altera, super eo, quòd dicti Canonici generale interdictum ab Episcopo vestro, vel à vobis in civitate Cenomanensi positum non servabant, quæstio *k* verteretur, [1 & 3.] ¶ Procurator verò ipsorum proposuit, quod ipsa Ecclesia sancti Petri à prima fundatione libera extitit & exempta: & de consuetudine antedicta in generali etiam interdicto licitum erat eis, pulsatis campanis, altâ voce (interdictis & excommunicatis exclusis) divina officia celebrare. Nos igitur cognito, quòd ex tali consuetudine, si qua foret, dilrumperetur nervus Ecclesiasticæ disciplinæ, ipsam de consensu fratrum nostrorum duximus irritandam.

[1 *Ut utraq; pars eandem causam sine debito terminaret, suum nuncium ad sed. Ap. destinârunt: partibus ergò in nostra præsentia constitutis, per procuratores idoneos eis audientiam præbuimus liberam & benignam. Et quidem Ecclesia vestra proposuit procurator, quòd cùm Cenomanens. Ecclesia suo loco & tempore præcessibus secularis potestatis interdicto voluit supponere civitatem Ecclesia beati Petri de curia, tanquam suo capiti membrum non cohærens, campanis pulsatis, apertis januis divina officia celebrare aliis cessantibus non obmisit. Cum autem ven. Fr. Hostien. Epis. tunc partibus illis legationis officio fungeretur, iidem Canonici ad ejus præsentiam accedentes, suam ei super hoc querimoniam exponere curaverunt, qui partibus convocatis, & rationibus utriusq; partis diligenter auditis & cognitis: cùm pars Ecclesiæ sancti Petri per privilegia sedis Apostolicæ non posset offendere se munitam, imò si firmiter constaret, quòd ex superbia potiùs ad hoc, quàm ex causa rationabili duceretur, sententialiter definivit, quòd cùm in civitate Cenomanensi positum esset interdictum, illud eadem Ecclesia observare, vinculo quoque excommunicationis ac pœnæ ordinis ac beneficii eos supponens, qui sua ducerent sententia refrœnandum. Postmodum verò cùm propter quosdam excessus secularis potestatis tota Cenomanensi civitas supponeretur Ecclesiastico interdicto: & ipsi Canonicis sancti Petri denunciatum fuisset, ut à divinorum celebratione cessarent, & observarent sicut alia ipsius civitatis Ecclesia interdictum, ipsi majorem temeritatem suæ audaciæ adjungentes, cum majori solemnitate sunum sunt officium executi, venire contra legati sententiam non verentes.*]

CAP. VI.

¶ *In attribuendis officiis nova dignitati, servatur consuetudo vicinarum civitatum, quæ si diversa fuerit, servabitur magis rationabilis, & alii non præjudicans.*

Idem *Episcopo Heliensi.*

CUm olim *a* Londonensis Episcopus nostris auribus intimâsset, quòd in sua Ecclesia proposuerat statuere Præcentorem, nos ejus precibus inclinati, ei licentiam concessimus Præceptorem hujusmodi ordinandi, dummodò in conferendis sibi reditibus nulli inferretur præjudicium, statuentes, ut Præcentor taliter institutus, in sessionibus, processionibus, & aliis illam haberet in Londonensi Ecclesia dignitatem, quam habent alii Præcentores in aliis Ecclesiis Anglicanis: [1 & 3.] ¶ Quocirca mandamus, quatenus, si secundùm diversas consuetudines locorum, diversas habere noveris Præcentores in Anglicanis Ecclesiis dignitates, jam dictum Præcentorem illam habere facias in Londonen. Ecclesia dignitatem, eâque manere contentum, quam (rationabilib. & approbatis consuetudinib. Ecclesiæ salvis) sine præjudicio alieno poterit obtinere.

[1 *Postmodum autem nostris fuit auribus intimatum, quòd licèt idem Episcopus dil. fil. G. in eadem Ecclesia instituisset Præcentorem, quod tamen à nobis fuerat de prælibata dignitate statutum, biennio jam elapso exequi non curavit. Quapropter tibi dedimus in mandatis, ut illud, sublata cujuslibet contradictionis & appellationis obstaculo, exequi non postponeres, contradictores per censuram Ecclesiasticam compescendo. Noviter verò dil. fil. Decanus & quidam alii personatus habentes in Ecclesia memorata suam nobis transmisêre querelam: quòd cùm per Ecclesias Anglicanas consuetudines earum, cum sint variæ & repugnantes, curvetur simul in unam, is qui noviter est institutus in Ecclesia London. Præsumat, non contentus eo, quod habere potest sine præjudicio aliorum, occasione literarum nostrarum quasdam ipsius Decani & aliorum personarum ejusdem dignitate Ecclesiæ sibi institut in præjudicium earum aggravare.*]

CAP. VII.

¶ *Non potest induci ex consuetudine, ut quis possit dimittere*

a *Cap. 5 eod. tit. in 3. comp.*

digni-

a *al. Parisiensi. al. Pataviensi.* b *Cap. 1. eod. tit. in 3. compil.* c *Tex. est in glos. magna, & ibi Cy. C. quæ sit lon. consuet. & in l. nemo alienæ. in glos. temporalis. ff. de reg. juris.* d *Laberam facultatem.* e *Idem Lucio Vicario, &c.* f *Cap. 3. eod. tit. in 3. compil.* g *L. un. ff. de consuet. & in l. non solùm. 4. fin. ff. de exc. tut.* h *al. Item N. Decano, &c.* i *Cap. 4. eod. tit. in 3. compil.* k *verteretur.*

dignitatem sine superioris licentia, vel ut possit electus administrare, non habitâ confirmatione à superiore.

Idem *Conventui Corbien. monasterii.* a

CUm venerabilis *b* frater noster Episcopus Hostiens. & L. sanctæ crucis Presbyter Cardin. in partibus Alemniæ legationis officio fungerentur, invenerunt Abbatem de monasterio Hermionens. quod ad Rom. Eccles. noscitur pertinere nullo mediante, ad monasterium Corbien. quod est etiam Rom. Eccles. speciale, temeritate propriâ migrâsse: licentiâ illud deserendi, vel confirmatione à nobis, vel ab ipsis, qui vices nostras in illis partibus tunc gerebant, nec habitâ, nec petitâ: [*& 3.*] ¶ Postmodùm autem nuntii ejus, ad defensionem ipsius, generalem illius terræ consuetudinem allegârunt.

Cùm igitur hæc non tam consuetudo, quàm corruptela meritò sit censenda, quæ profectò sacris est canonibus inimica, ipsam mandamus de cætero non servari. c

CAP. VIII.

¶ De consuetudine potest induci, quòd una Ecclesia de gremio alterius teneatur sibi Prælatum eligere. Et consuetudo est optima legum interpres.

Idem *Decano* [*Salesberiensi A.*] *Archidiac. & Magistro P. Penetel. Canon.* [*Parisiens.* d]

CUm dilectus *e* filius Guil. Andren. Ecclesiæ Monachus, qui pro Clerico ejusdem Ecclesiæ se gerebat, & G. procurator monasterii Karofen. super jure eligendi Abbatem in Andren. monasterio, & ejusdem electione in nostra præsentia ad invicem litigarent, idem Guil. electionem suam à fratribus Andren. Ecclesiæ concorditer celebratam, auctoritate Apostolicâ petiit confirmari, asserens tum de jure communi, quàm de privilegio speciali, eis ab Alex. Papa concesso, & à nobis postmodum confirmato, liberam eligendi auctoritatem ad eosdem fratres tantummodò pertinere. [*1 & 3.*] ¶ Dictus verò procurator proposuit ex adverso, quòd cùm olim ad petitionem patronorum Ecclesiæ à Morien. *f* Episcopo fuerit constitutum, quòd si præfatus locus divino munere adeò pullularet, ut Prior, aut Abbas constitueretur ibidem, electio ejus penes fratres ejusdem loci & Capitulum Karofen. penderet, & obtentu hujusmodi statuti sic fuerit longè retroactis temporibus observatum, ut monasterio Andren. vacante, Andren. fratres in Karofen. Capitulo aliquem de gremio monasterii Karofen. sibi eligerent in Abbatem: electio prædicti G. tam contra statuti tenorem, quàm etiam contra consuetudinem approbatam (quæ optima est legum interpres) minùs canonicè attentata, meritò cassari debebat: [*2 & 3.*] ¶ Quia nobis constitit electionem ipsam à suspensis, & de suspenso etiam celebratam, eam justitiâ cassavimus exigente. Cæterùm cùm suprædictum statutum ita sanè posset intelligi, quòd per illud nec juri communi, nec privilegio derogetur: ut videlicet ad expeditos fratres electio spectet Abbatis, & ad Karofen. Capitulum confirmatio: mandamus, quatenus si ex parte Karofen. cœnobii talis fuerit consuetudo probata, quæ juri communi præjudicet, in hac parte vos secundum illam decernatis electionem Andren. Abbatis de cætero faciendam, alioquin Andren. Monachis jus eligendi Abbatem adjudicare curetis: ut sic de cætero liberam habeant facultatem vel de gremio Ecclesiæ suæ, vel etiam aliunde, per electionem canonicam eligendi personam idoneam in Abbatem præsentandam Karofen. Capitulo, ut ab eo (si fuerit Canonica) confirmetur.

[*1 Nam de jure communi omnis congregatio Monachorum eligere sibi debet Abbatem: & in ejusdem Alex. privilegio continetur, ut obeunte monasterii Andren. Abbate nullus ibi qualibet surreptionis astutiâ seu violentiâ præponatur, nisi quem fratres vel eorum pars consilii sanioris secundum Deum & beati Benedicti regulam duxerint eligendum, à nobis quoq; prædictis fratribus dignoscitur esse concessum, ut licitum sit eisdem, cùm Ecclesiam suam Abbate vacare contigerit, personam idoneam de gremio ejusdem Ecclesiæ, vel aliunde, per regularem electionem sibi præficere in pastorem Karofen. monasterio præsentandam, ut ab ipsâ confirmationem accipiat, & reverentiam quam ei debet impendat.*]

[*2 Et mandari fratribus antedictis, ut juxta quod est hactenus obtentum, procederent ad electionem Abbatis:* & infrà. *¶ His igitur & aliis, quæ coram nobis utrinq; fuere proposita, perspicaciter intellectis.*

CAP. IX.

¶ Capitulum sine Episcopo statuta, seu consuetudines novas facere, vel antiquas immutare non potest.

Honorius III. *a Parisiensi Capitulo.*

CUm consuetudinis ususque longævi non sit levis auctoritas, & plerumque discordiam pariant novitates: Auctoritate vobis præsentium inhibemus, ne absque Episcopi vestri consensu immutetis Ecclesiæ vestræ constitutiones & consuetudines approbatas, vel novas etiam inducatis. Si quas fortè fecistis, irritas decernentes.

CAP. X.

¶ Non valet consuetudo, per quam quis inducitur ad peccandum, vel bona propria dissipandum.

Idem *majori & Burgen. de Rupellâ.*

EX parte vestra fuit propositum, quòd cùm in patria vestra servatæ sint hactenus duæ consuetudines abusivæ, *una*, quòd si indigena vel extraneus prodigalitatis vitio, vel incuriâ, seu quocunque casu alio dissipaverit, vel amisetit bona sua, bona uxoris suæ, tam mobilia, quàm immobilia, pro suæ voluntatis libito *b* alienat. [*1 & 3.*] ¶ Et quòd si vir ducat uxorem, quæ fide conjugii violatâ committat adulterium, nihilominùs ipsâ medietatem omnium bonorum, quæ fuerit vir adeptus, impudenter exigit, & improbè apprehendit; quæ potiùs privanda esset omnibus viri bonis: [*2 & 3.*] ¶ Tenore præsentium declaramus, vos non teneri ad hujusmodi consuetudines observandas.

[*1 Quare sit interdum, ut vire defuncto mulier remaneat indotata, & superstites filis extrema subjaceant incommodis paupertatis. Alia quoq; consuetudo est non imparitet reprobanda.*]

[*2 Quare super his vobis per Ap. sed. provideri humiliter postulastis. Nos igitur salute & utilitati vestræ consulere cupientes.*]

CAP. XI.

¶ Consuetudo non derogat juri naturali, seu divino, cujus transgressio peccatum inducit: nec positivo, nisi sit rationabilis & præscripta.

Gregorius IX.

CUm tantò sint graviora *c* peccata, quantò diutiùs infelicem animam detinent alligatam, nemo sanæ mentis intelligit naturali juri (cujus transgressio periculum salutis inducit) quâcunque consuetudine (quæ dicenda est verius in hac parte corruptela) posse aliquatenus derogari. Licèt etiam longævæ consuetudinis non sit vilis auctoritas, non tamen est usque adeò valitura, ut vel juri positivo debeat præjudicium generare, nisi fuerit rationabilis, & legitimè sit præscripta.

a *al ita: Idem Conventui & Corbiensi monasterio.* b *Cap. 6. eod. tit. in 3. compil.* c *Vide l. rem non novam. C. de jud. & ibi Petr. de bel. Cyn Bartol. & Bald. & l. 2. C. quæ sit long. consuetudo.* d *al. Salesbiensi.* e *Cap. 7. eod. tit. in 3. compil.* f *Morinen.*

a *Papiensi leg.* b *arbitrio, vide text. in l. Labeo art. 6. 1. ff. de pact. & Bart. in extrav. ad reprimend.* c *Vide B. Thom. 2. 2. q. 7. art. 2. & Dom. Sotum lib. 1. de just. & jur. q. 7. art. 2.*

DE POSTULATIONE Prælatorum.

TITULUS V.

CAP. I.

¶ *Impostulabilis est, qui violat interdictum, hoc d. quod titulum: habet enim multa alia dicta, quæ non faciunt ad tit.*

Innocentius III. *Decano & Capit. Senonensi.*

ADhæc *a* in B. Petro: [*1 & infrà.*] ¶ Cumque de facili non possetis in unum locum & propositum convenire, sed ad nos fuisset ab aliquibus appellatum: tandem convenientes in unum, Altissiodorens. Episcopum in Archiepiscopum postulâstis. Postulationem vestram per magistrum R. Præcentorem vestrum, & per Abbatem S. Petri exponentes, & petentes, ut faciendæ translationi pium præberemus assensum. Verùm, quoniam antequam idem magister ad sedem Apostolicam accessisset, nobis quasi pro certo constabat, quòd idem Episcopus interdicti sententiam non servâsset, quod etiam idem magister non negavit, in fratrum nostrorum præsentia requisitus à nobis, in ipsius Episcopi excusationem allegans, quòd sententiam latam servare nullatenùs tenebatur, quæ ad ejus notitiam, nec per literas nostras, nec per Card. tunc Apost. sed. leg. qui eandem sententiam promulgârat, nec per deputati ad hoc executoris mandatum vel literas pervenisset: [*2 & infrà.*] ¶ Quod nec sufficit, imò nec proficit ad excusationem prædicti Episcopi, cùm Cardinalis idem sententiam interdicti præsentibus multis solenniter ac publicè promulgavit: & eadem interdicti sententia in regno Francorum jam multis publicè cœperit observari: nec sit necessarium, cùm constitutio solenniter editur, aut publicè promulgatur, ipsius notitiam *b* singulorum auribus per speciale mandatum vel literas inculcare: sed id solùm sufficit, ut ad ejus observantiam teneatur, qui noverit eam solenniter editam, aut publicè promulgatam: cùm & contra quosdam, qui Sardicen. concilium non servabant, tanquam illud non habuerint, aut perceperint, canonica tradat auctoritas, quòd eis non facilè facultas credendi tribuitur: cùm idè penes illos in suis regionibus actum fuerit & receptum. Nec valet, quòd in Altissiodoren. diœcesi dictus Rex terram propriam dicitur non habere, cùm nos terram totam Regis ipsius subjici mandaverimus interdicto, & Cardin. nostrum interpretatus mandatum, in terram illam sententiam promulgaverit, quæ Regi tunc temporis adhærebat: [*3 & infrà.*] ¶ Sed inde liquidò constat, sæpè dictum Episcopum sufficienter excusari non posse, quòd suam metropolitanam Ecclesiam generalis interdicti sententiam & recepisse noverat, & servare. [*4 & infrà.*] ¶ Nos igitur, qui secundùm Apostolum prompti sumus inobedientiam omnem ulcisci, ejusdem Episcopi Altissiodoren. inobedientiam attendentes, ne nil obedientia prodesse videretur humilibus, si contemptus contumacibus non obesset: cùm juxta canonicas sanctiones quædam sint culpæ, in quibus culpa est relaxare vindictam, postulationem hujusmodi non propter postulantem Ecclesiam, sed propter postulatam personam repulimus, ut indignam. Licèt autem ex eo, quòd hominem, qui vestro non conveniebat proposito, postulâstis, cùm vos interdicti sententiam servaretis, & ipse eam contemneret observare, permisâ vobis facilè abusi fueritis potestate; ac ideò vos eâ non immeritò privare possemus: de solita tamen benignitate *c* concedimus, ut vobis per postulationem *idoneam*, seu electionem canonicam de persona congrua consulatis.

[*1 Sanè cùm Ecclesia Senonens. semper fuit Ecclesia Romanæ devota, non immerito ipsius Ecclesiæ passionis compatimur, & doloribus condolemus, cùm ea sit viduata pastore: qui etsi nobilis esset genere, nobilior tamen fuit, sicut credimus, sanctitate.* & infrà.

¶ *Dolemus insuper, quòd dolori nostro, quem de tanti patris obitu conceperat Eccles. Senonens. dolor altus superveniret, cùm eâ vix surgente ab officio funeris tam funesti, vix dignè celebrati exequiis tanti patris, Rex ipse injustè commotus possessiones ipsius tam ad mensam Archiepiscopi, quàm Canonicorum pertinentes, non ut debuit vel ut decuit, sed ut voluit & valuit, occupavit, & personas etiam, quæ de mandato nostro suspenderant organa sua, compulit exulare.*]

[*2 Et quòd in Altissiodorensi diœcesi Rex ipse terram propriam non haberet, & quòd eadem Altissiodorensis diœcesis ex alia causa fuerat interdicta.* & infrà.]

[*3 Quòd si Episcopus ejus ex alia causa fuerat interdictus, interdicti sententiam & tenebatur fortiùs, & poterat faciliùs observare.*]

[*4 Idemq; unus eorum extiterat, qui deliberantes super eadem sententiam de communi consilio decreverunt, sed erraverunt, ut eandem sententiam non servarent, cùm si verbum Apostoli Petri de Clemente dicentis diligentiùs attendissent, commonitionem super hoc non debuerunt exspectare, sed obsecundare prudenter, & humiliter obedire.*]

CAP. II.

¶ *Qui postulationem cassatam vitio personæ innovat, est eligendi & postulandi potestate privatus.*

Idem *Hostiensi Episcopo Apost. sed. legato.*

GRatum *a* gerimus [*1 & infrà.*] ¶ Accepimus autem ex literis tuis, quòd Canonicis Senonens. quorum postulatio nostrâ fuit authoritate cassata, licèt cassationis literas suppressissent in fraudem, ut canonicè ad electionem procederent, mandavisti: [*2 & infrà.*]

¶ Cumque plures eorum postulationem cassatam à nobis innovare denuò niterentur, quidam verò Episcopum Cameracensem in Archiepiscopum postularent, ta intelligens eos, qui cassationem nostram quodammodò revocare volebant, eligendi privilegium amisisse: quia concessâ sibi ex Apostolicæ sedis benignitate abuterentur temerè potestate: ac ideò ad alios, licèt pauciores numero, *b*, quantùm tamen ad hoc pertinet, consilio seniores, eligendi vel postulandi devolutam esse licentiam, prædictum Cameracen. ad eorum instantiam in pastorem auctoritate fretus Apostolicâ providisti. Nos igitur à solicitudine Cameracensis Ecclesiæ ipsum reddidimus absolutum, quod à te de mandato nostro factum est, auctoritate Apostolicâ confirmantes.

[*1 Et acceptum, & fraternitatem tuam plurimùm commendamus, quòd ad promotionem ven. f. n. S. quondam Cameracensis Episcopi, nunc autem Archiepiscopi Senonensis, prudenter & efficaciter attendisti.*]

[*2 Adjiciens etiam, quòd nisi forsitan talem personam concorditer vota sua transferrent, pro qua meritò tuum deberent obtinere consensum: de provisione ipsius Ecclesiæ postmodùm faceres, quod crederes expedire.*]

CAP. III.

¶ *Postulatio, per quam privata vel minor utilitas communi vel majori præfertur, vel quæ fit à minori, quàm à tertia parte collegii, admitti non debet.*

Idem, *c Clericis Ravennensis Ecclesiæ.*

BOnæ memoriæ *d* Guil. Archiepiscopo vestro viam universæ carnis ingresso, quidam vestrûm sanctæ Praxedis Presbyterum Cardinal. quidam verò Imolen. Episcopum postulaverunt: [*1 & infrà.*] ¶ Nos igitur au-

ditis, quæ

a *Cap. 1. eod. tit. in 3. compil.* b *Ad intelligentiam vide B. Thom. 2. 2. q. 90. art. 4. Satum l. 1. de justit. & jurè, q. 1. art. 4. Alphonsum Castrum l. 1. de potestate legis pœnalis, Can. 1 & Fernandum Vasq. l. 1. controver. illustr. c. 44.* c *In manuscr. de solita tamen benignitate sedis Apost. concedimus, &c.*

a *Cap. 2. eod. tit. in 3. compil.* b *Electio ad quos & quos pertineat.* c *al. Idem Clericis Ravenn.* d *Cap. 3. eod. tit. in 3. compil.*

ditis, quæ de facto, & de jure fuerant allegata, plenius etiam pro utralibet partium curavimus allegare: consideravimus *a* verò, quòd ejusdem Cardinalis præsentia utilior sit non solùm Romanæ, sed etiam Ecclesiæ generali, tam apud Apostolicam sedem, quàm apud Ecclesiam Ravennatem: unde non immeritò præferentes speciali utilitati communem, & minori majorem, prædictum Cardinalem postulationi vestræ non duximus concedendum. Attendentes autem ex altera parte, quòd prædictus Episcopus *Cenetensis*, à minori, quàm tertiâ parte fuerit postulatus: & quòd Apostolica sedes postulationes hujusmodi non consueverit in tanta divisione, ac contradictione recipere: cùm etiam quando aliquis ab aliis unanimiter postulatur, ad admittendam postulationem eorum, non tam ex justitia, quàm ex gratia moveatur, postulationem ipsius non duximus admittendam.

Mandantes, quatenus cum his, qui vocem in electione habere noscuntur, per electionem, postulationem, seu nominationem canonicam in personam idoneam convenire curetis.

[1 *Cumq; partes postulationes suas per nuncios suos nobis præsentâssent, proponebatur ab his, qui Cardinalem postulaverant memoratum, quòd plures quàm duæ partes vestrum convenerant in eundem. Verùm pars altera proponebat, quòd dignitosi persona postulaverant Episcopum Imolensem, & quòd in postulatione ipsius & forma canonica & tenor compromissionis fuerat observatus: cùm tanquam Suffraganeus Raven. Ecclesiæ postulatus & ipsius gremio extitisset. Fuerat n. compromissum, ut de corpore Ravennatum. Ecclesia personam eligerent idoneam, & competentem: quod pars altera frivolum asserebat; cùm licèt talis conditio fuerat adjecta, poterat tamen de Rom. Ecclesia collegio propter ipsius privilegium præfata postulari persona, cum membra capitis à membris corporis censeri non debeant aliena.*]

CAP. IV.

¶ *Archiepiscopus in Archiepiscopum postulatur. Et ex quo postulatio præsentata est Papæ, non possunt postulantes ab ea recedere, sed debet superioris judicium expectari. h. d. quoad titulum.*

Idem *Præposito & Capitulo Strigonen.* b

II. BOnæ *c* memoriæ Guil. Archiepiscopo vestro viam universæ carnis ingresso, cùm in Colocens. Archiepiscopum postulandum à nobis contulissetis unanimiter vota vestra, Suffraganei Strigonens. Ecclesiæ, Quinqueecclesiensis Episcopus *d* videlicet, & quidam alii postulationi vestræ se opponere curaverunt, asserentes, quòd eis contemptis, qui jus habebant eligendi vobiscum, postulatio eadem fuerat attentata: licèt vestri nuncii proponerent ex adverso, quòd super præficiendo vobis Pontifice *e*, de gratia multorum Suffraganeorum fuerat requisitus assensus, sed ipsi vobis consilium denegaverunt. Nunciis igitur in nostra præsentia constitutis, & proponentibus adversariis quædam alia contra postulationis vestræ processum, quia nobis de propositis non constabat, ita duximus providendum, ut si Suffraganeis persistentibus in contradictione sua, vos *f* postulationi vestræ velletis instare, per procuratores idoneos ad sedem Apostolicam veniretis. Si autem illi à contradictione sua cessarent, & vos instaretis proposito vestro, ad præsentiam nostram mitteretis personas idoneas, qui super his, quæ opportuna forent, nos redderent certiores. Quod si contradicentibus Episcopis memoratis vos contingeret de jure vestro diffidere, aliam personam idoneam providere-tis vobis canonicè in pastorem.

Cæterùm quidam vestrûm, à postulatione vestra, quam nobis præsentaveratis, communiter temerè recedentes, aliis persistentibus in eadem, prædictum Quinqueecclesiens. Episcopum in Archiepiscopum postulaverunt: [1 & 3.] ¶ Nos igitur postulationem ipsam, quam invenimus in multa discordia, non solùm Suffraganeorum, verùm etiam Canonicorum Strigonens. Ecclesiæ, ac contra formam mandati nostri temerè celebratam, non duximus admittendam, sed vobis dedimus in mandatis, ut ad providendum vobis pastorem idoneum per electionem canonicam vel postulationem concordem, (requisito Suffraganeorum assensu, si esset de antiqua & approbata consuetudine requirendus) procedere curaretis, alioquin nos ipsi provideremus Ecclesiæ viduatæ. Verùm antequam ad vos literæ nostræ *a* pervenissent, innitentes mandato priori, Suffraganeos, præter Quinqueecclesien. ad concordiam revocâstis. [2 & 3.] ¶ Post hæc (mandato *b* nostro recepto) hi, qui in Colocen. convenerant, ab ejus postulatione recedere noluerunt, sed innovaverunt eandem, reversis ad eos quibusdam Canonicis *c*, qui in partem alteram declinârant. [3 & 3.] ¶ Cæteri verò, qui Quinqueecclesien. Episcopum postulârant, convenientes in unum, cæteros Canonicos ad Capitulum convocârunt, ad postulationem concordem, vel electionem canonicam, juxta mandatum Apostolicum procedere cupientes: sed illis nolentibus convenire, intelligentes penes se tantùm remansisse facultatem liberam eligendi, quia reliqui jus suum prosequi negligebant, prædictum Quinqueecclesien. denuò postulârunt. [4 & 3.] ¶ Nec obstabat *d* eorum discordia, qui alium postulârunt, cùm priùs in postulatione Archiepiscopi supradicti convenissetis pariter universi: & consensum vestrum annotatum literis, & subscriptionibus propriis robotatum, petiissetis à nobis per communes nuncios confirmari, nosque vestram recepissemus postulationem dijudicandam, si Suffraganei forsitan in contradictione persisterent, vel (si consentirent, aut etiam cederent) approbandam. Si enim postquam postulatio subscriptionibus postulantium roboratur, & præsentatur Romano Pontifici approbanda, possent ab ea recedere postulantes, nobis frequenter illuderent, & judicium nostrum ex eorum pendere arbitrio videretur: [1 & 3.] ¶ Intelleximus itaque, quòd etsi esset neutra postulatio approbanda, juxta tenorem tamen *e* posterioris rescripti, ad nos de cætero Strigonensis Ecclesiæ provisio pertineret. Quia verò non plenam de personis illius regni notitiam habebamus, ideoque non poteramus salvâ conscientiâ eidem Ecclesiæ in alia persona *f*, quæ de regno Hungariæ originem duceret, congruè providere, nec vellemus ei præficere alienum, quamvis honestius videretur, si *g* Suffraganeus ad metropolim suam accederet, quàm Archiepiscopus ad metropolim transferretur, partem tamen eligimus potiorem. Et eundem Archiepiscopum, in quem omnes, quorum consensus in electione vel postulatione pastoris requiritur, licèt diversis temporibus convenerant, à vinculo, quo tenebatur Colocens. Ecclesiæ absolventes, ad metropolim Strigon. transferimus, & ei licentiam tribuimus transeundi: pallium *h* ei ad nomen & usum ejusdem Ecclesiæ transmissuri.

[1 *Quorum votis nullus Suffraganeorum assensit, excepto duntaxat Episcopo Vitriensi. Et licèt charissimus in Christo filius noster A. Hungariæ Rex illustris, tunc Dux & Rex regni Hungarici, L. nepotis sui Regis nomine, cujus tutelam & regni*

a *al. Conſideranteſ igitur.* b *al. Canonico, al. Can. Strigon.* c *Cap. 4. eod. tit. in 3. compil.* d *Vox, Epiſcopus, deeſt in multis antiquis.* e *al. paſtore.* f *al. & vos.*

a *al. Litera noſtra ſecunda pervenissent.* b *Aliàs, mandato ſecundo noſtro.* c *al. quibuſdam Canonicorum ex his, qui, &c. al. quibus Canonicorum qui, &c.* d *nocebat, in manuſcript.* e *Deeſt dictio, tamen, in antiquis.* f *In nonnullis exemplaribus inſeritur hîc dictio, Niſi: quæ nec in antiquis, nec in veteri compil. habetur.* g *ut.* h *De pallio vide in Synodo octava, canon. 27. & hic part. 3. cap. 3.*

euram ipſi fratri ejus commiſerat, gubernator precum ſuarum primitias ad nos pro prædicti Colocenſis poſtulatione tranſmiſerat: poſtmodum tamen pro Quinqueecclesienſi Epiſcopo ad Strigonenſ. Metropolit. tranſferendo, nobis per literas ſuas humiliter ſupplicavit.]

[2 *Ita quòd Vuarm. Vueſperin. & Velan. Epiſcopi pro tranſlatione Colocenſis Archiepiſcopi ſalvo jure ſuo inpoſterum, cui propter afflictionem & neceſſitatem Strigon. Eccleſia ſuperſedebant, ad præſens ut humiliter rogaverunt, prædicto Nitrienſi ſcribente, quòd ſi non placeret vobis electionem factam de Quinqueecclesienſi Epiſcopo admittere, poſtulationem alterius ſine præjudicio juris ſuppliciter exorabant.*]

[3 *Cum prædicti Regis & Suffraganeorum literis dil. fil. A. Magiſtrum ſcholarum, M. Theſaurarium, & A. Archidiaconum, & F. & N. Canonicos Strigonenſ. Eccleſiæ ad ſed. Ap. deſtinârunt, ſuper poſtulatione ſua diſpenſationis gratiam petituros.*]

[4 *Cum ergò utrinſq; partis nuncii ad ſed. Apoſt. pervenſſent, hi qui pro Quinqueecclesienſi Epiſcopo venerant, proponebant partem ſuam juxta mandatum Apoſtolicum proceſſiſſe, nec obſtare diſſordiam vel contradictionem eorum, qui juxta formam mandati noſtri procedere contemnentes, illo recepto, nec elegerant quenquam canonicè, nec concorditer poſtulârant. Unde concors debeat eorum poſtulatio reputari, cùm cæteri, tanquam juſtionis Apoſtolicæ contemptores, eligendi ac poſtulandi ſe jure privâſſent, cum nec poſtulare nec eligere voluerint. Imò nec etiam ad Capitulum venire. Ad hæc autem poterat reſponderi, quòd illi qui Colocenſ. Archiepiſcopum poſtulârant, formam ſecuti fuerant per noſtras literas datam, quoniam imitantes priori poſtulationi, juxta tenorem priorum literarum noſtrarum partem concordem fecerant, quæ prius diſcors fuerat, dum Suffraganeos ad concordiam revocârunt.*]

[5 *Poterat quoq; ad id, quòd pars mandatum Apoſtolicum non ſervârat, utpote quæ nec poſtulationem concordem, nec electionem canonicam celebrârant, cum in majori contradictione quàm prius non ſolum Canonicorum, ſed Suffraganeorum etiam, ipſo Rege adverſa parti favente, prædictum Quinqueecclesienſem Epiſcopum poſtulâſſet. Auditis igitur his & aliis, quæ fuerunt hinc inde propoſita, & habito ſuper his cum fratribus noſtris diligenti tractatu.*]

CAP. V.

¶ Poſtulatio, contra quam agitur de contempto, poteſt ſine præjudicio alicujus rejici: poteſt tamen de ſpeciali gratia admitti. hoc dicit.

Idem *Capitulo Strigonenſi.*

POſtulationem *a*, quam celebrâſtis: [&c.] ¶ Licèt ergo per poſtulationem hujuſmodi, nullum jus ſit alicui acquiſitum, ideoque ſine præjudicio alicujus poſtulationem potuiſſemus repellere memoratam: ut tamen vobis de ſpeciali gratia conſulamus, ita duximus providendum, quòd per procuratores idoneos, ad omnia ſufficienter inſtructos, noſtro vos conſpectui præſentetis, quatenus utràque parte præſente, quod juſtum fuerit, decernamus.

CAP. VI.

¶ Epiſcopus non eſt eligendus ad aliam dignitatem, ſed poſtulandus.

Honorius III. *Cap. Calaritano.* b

ETſi unanimiter vota veſtra concurrerint, ad Sutrin. Epiſcopum in Eccleſiæ veſtræ Archiepiſcopum eligendum, cùm ſuæ alligatus Eccleſiæ liberum *c* non habeat ſine noſtra permiſſione volatum, electionem de ipſo factam, tanquam contra canones *d* minùs licitè attentatam, de fratrum noſtrorum conſilio duximus irritandam, cùm eligi nullo jure potuerit, ſed potiùs poſtulari.

[*Volentes tamen, quantùm cum Deo poſſumus, veſtris deſi-*

a *Cap. eod. tit. in 3. compil.* b *al. Caritanenſi. in alii, Innoc. III.* c *In antiq. liberum non habeat ad aliam ſine. &c.* d *Contravenire canonibus eſt peccatum. in c. 2. & c. ſeqq. De major. & obed.*

deriis concurrere, benigne favere dil. fil. Subdiacono & Capellano noſtro Apoſt. ſed. legatio duximus injungendum, ut & vota veſtra circa ipſum exquirat, & perſonæ merita vice noſtrâ examinet diligenter, eundem ad vos cum literis rei veritatem continentibus deſtinando, ut ſi idoneus repertus fuerit, diſponente Domino & ipſi in Eccleſia, & in ipſa Eccleſiæ veſtræ utiliter provideatur.

DE ELECTIONE, ET ELECTI POTESTATE.

TITULUS VI.

CAP. I.

¶ Eccleſia collegiata non debet provideri de Prælato per collationem ſeu proviſionem, ſed per electionem canonicam fiendam per ipſum Collegium. h. d. Abbas.

Lucius Papa. *a*

NUllus *b* in Eccleſia, ubi duo vel tres fratres fuerint in congregatione, niſi eorum electione canonicâ, Presbyter eligatur: [1 & 3.] ¶ Si verò aliter quis Eccleſiam adeptus fuerit, eò quòd per cupiditatem illam acquiſierit, atque contra canonicæ regulæ diſciplinam egerit, expellatur.

[1 *Et eisdem convocatis etiam Parochianis, aliq; in unum conſentientibus.*]

CAP. II.

¶ Electus ad clamorem populi, non debet per ſuperiorem confirmari.

Ex Concilio Sardicenſ. *c*

OSius *d* Epiſcopus dixit: Si quis ita temerarius extiterit, ut talem excuſationem afferens, aſſeveret, quòd literas populi acceperit, cùm manifeſtum ſit potuiſſe plures eorum, qui ſinceram fidem non habent, præmio & mercede corrumpi, ut clamarent in Eccleſia, & ipſum petere viderentur: omninò fraudes has damnandas eſſe arbitror, ita ut nec laicam in fine communionem (niſi de hoc pœnituerit) talis accipiat. Si verò omnibus placet, ſtatuite. Synodus reſpondit, Placet.

CAP. III.

¶ Electio canonica confirmanda eſt, debet tamen ſuperior ante confirmationem inquirere de converſatione & vita electi, ubi fuit converſatus.

Gregorius tertius. *e*

POſtquam: [*& infrà.*] ¶ Confirmationem *f* petentium deſideria, ſi nihil eſt, quod electum impediat impleantur. Cujus vita vel actus, quia melius poſſunt, ubi eſt converſatus, cognoſci, inquirantur ibidem.

CAP. IV.

¶ Electo in Archiepiſcopum ſedes Apoſtolica pallium untradet, niſi prius præſtet fidelitatem & obedientiæ juramentum.

Paſchalis *Panormitano* g *Archiepiſcopo.*

SIgnificâſti Reges *h* & regni majores admiratione permotos, quòd pallium tibi ab Apocriſariis *i* noſtris tali conditione oblatum fuerit, ſi ſacramentum, quod à nobis ſcriptum detulerant, exhiberes: [1 & 3.] ¶ Mirentur in hac cauſa Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, qui cùm ovium ſuarum curam Petro committeret, conditionem poſuit, dicens: *k* [*Si diligis me, paſce oves meas.*] Si conſcientiarum factor, & cognitor ſecretorum, conditione hâc uſus eſt, nec ſemel tantùm, ſed & ſecundò, & uſque ad contriſtationem: quâ nos ſolicitudine oportet tantam Eccleſiæ prælationem imponere fratribus, quorum conſcientias non videmus? Ajunt

a *Codices hîc variant: nam quidam Pius, alii Alexander.* b *Cap. 1. eod. tit. in 1. compil.* c *Conc. Sardic. Can. 2. Burch. l. 2. Decret. c. 19. Ivo p. 3. c. 73.* d *Cap. 2. eod. tit. in 1. compil.* e *al. Gregor. IX. & malè. Gregorius lib. 2. epiſt. 10. Regiſtri.* f *Cap. 11. eod. tit. in 1. compil.* g *Papa Toletano. al. Palaermarch. al. Palermenſi Arelo.* h *Cap. 21. eod. tit. in 1. compil.* i *Apocriſarius dicitur reſponſalis, ab ἀποκρίνομαι, reſpondeo. Iuſtin. Nov. 25.* k *Ioan. 21.*

emne

omne jusjurandum à Domino esse prohibitum *a*, nec ab Apostolis post Dominum, nec in Conciliis inveniri posse statutum. Quid est ergò, quòd Dominus subsequenter ait: *b* [*Quod amplius est, à malo est?*] hoc enim amplius ut exiganus, malum nos illo permittente compellit. Nonne malum est ab Ecclesiæ unitate, & à sedis Apostolicæ obedientia resilire, & contra Canonum statuta prorumpere? quod multi etiam post sacramentum præstitum præsumpserunt: [*&c.*] ¶ Hoc nimirum malo ac necessitate compellimur juramentum pro fide, & pro obedientia, pro unitate requirere. Ajunt in Conciliis statutum non inveniri, quasi Romanæ Ecclesiæ legem Concilia ulla præfixerint, cùm omnia Concilia per Romanæ Ecclesiæ auctoritatem, & facta sint, & robur acceperint, & in eorum statutis Romani *d* Pontificis patenter excipiatur auctoritas: [*3 & infrà.*] ¶ Cùm igitur à sede Apostolica vestræ insignia dignitatis exigitis, quæ à beati Petri tantùm corpore assumuntur: justum est, ut vos quoque sedi Apost. subjectionis debitæ signa solvatis, quæ vos cum Beato Petro tanquam membra de membro habere, & catholici capitis unitatem servare declarent.

[1 *In pallio concedetur plenitudo pontificalis officii, quæ juxta sedis Apostolicæ & totius Europæ consuetudinem, ante acceptum pallium Metropolitanis minimè licet, aut consecrare Episcopos, aut Synodum celebrare.*]

[2 *Nonne prædecessor tuus prater Rom. Pontif. conscientiam damnavit Episcopum? quibus hoc Canonibus, quibus hoc Conciliis legitur esse permissum? Quod super Episcoporum translationibus loquuntur decreta, quæ apud nos non auctoritate Apostolicâ, sed nutu regio præsumitur, propter hæc mala & alia devitanda hujusmodi juramentum exigitur. Cur autem Dominus juramentum prohibuit, Apostolus Jacobus manifestat, adjiciens, ut non sub judicium incidatis, nec quæquam, sicut beatus Augustinus exposuit, consuetudine jurandi ad perjurii consuetudinem delabatur. Quapropter juratione nonnulli, nisi necessitate, cùm videat pigros homines esse ad credendum, quod eis utile est credere, nisi juratione firmetur.*]

[3 *Et ita possint Apostolicam sed. contemnere, possint apud nos calcaneum elevare, & datum a Deo privilegium evertere vel auferre non possint, quod Petro dictum est: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & tibi dabo claves regni cælorum: quibus tandem Conciliorum decretis dandi pallium modus præscriptus est, & professioni vel obedientiæ erga sanctos?*]

CAP. V.

¶ *Si Schismaticus ad unionem Ecclesiæ reversus, eligitur in Episcopum, electio non tenet, sed ex dispensatione potest confirmari.*

Alexander III. *Pet. Presbytero Cardin. Apostolicæ sedis* c *Legato.*

Quia diligentia tua requisivit, an electionem electi, qui abjurato schismate *f* ad unitatem Ecclesiæ rediit, debeas confirmare: Duximus respondendum, quòd si à Schismatico nullum ordinem susceperit, & ejus electio secundum formam Canonum fuerit celebrata, eum (dummodò alia non impediant) dispensativè permittimus confirmari. Mandantes, ut eum facias à Catholicis Episcopis Suffraganeis Aquilegiens. Ecclesiæ in Episcopum ordinari. Salvâ debitâ justitiâ & reverentiâ ejusdem Ecclesiæ, cùm ad catholicam redierit unitatem.

CAP. VI.

¶ *Electus in Romanum Pontificem à duabus partibus Cardinalium, nullâ exceptione obstante, est Papa. Electus autem a reliquis numero gerens sæpè Papa, incidit una cum sibi adhærentibus in pœnas hic contentas.*

Idem ex Concilio Lateranensi.

Licèt *a* de vitanda discordia in electione Romani Pontificis, manifesta satis à præd. nost. constituta manaverint: quia tamen sæpè post illa per improbæ ambitionis audaciam gravem passa est Ecclesia scissuram, nos etiam ad malum hoc evitandum de consilio fratrum nostrorum, & sacri approbatione Concilii aliquid decrevimus adjungendum. Statuimùs ergò, ut si fortè (inimico homine superseminante zizaniam) inter Cardinales de substituendo summo Pontifice non poterit esse plena concordia, & duabus partibus concordantibus, pars tertia concordare noluerit, aut sibi alium præsumpserit nominare, ille absque ulla exceptione ab universali Ecclesia Romanus Pontifex habeatur, qui à duabus partibus concordantibus electus fuerit & receptus. Si quis autem de tertiæ partis nominatione confisus (quia de ratione esse non potest) sibi nomen Episcopi usurpaverit, tam ipse, quàm hi, qui eum receperint, excommunicationi subjaceant, & totius sacri ordinis privatione mulctentur, ita ut viatici etiâ eis (nisi tantùm in ultimis) communio denegetur: & si non resipuerint, cum Dathan & Abiron (quos terra vivos absorbuit) accipiant portionem. Præterea si à paucioribus, quàm à duabus partibus, aliquis electus fuerit ad Apostolatûs officium, nisi major concordia intercesserit, nullatenùs assumatur, & prædictæ pœnæ subjaceat, si humiliter noluerit abstinere. Ex hoc tamen nullum Canonicis constitutionibus & aliis Ecclesiis præjudicium generetur, in quibus debet majoris & sanioris partis sententia prævalere: quia quod in eis in dubium venerit *e*, superioris poterit judicio definiri. In Romana verò Ecclesia speciale aliquid constituitur: quia non poterit ad superiorem recursus haberi.

CAP. VII.

¶ *Electio ad Episcopatum fieri debet de digna scientiâ, moribus, & ætate, & quod habeat tricesimum annum completum, & sit de legitimo matrimonio natus. h. d. usq; ad §. Cum verò.*

Idem ex Concilio Lateranensi. *d*

Cum in *e* cunctis sacris ordinibus & Ecclesiasticis ministeriis sint ætatis maturitas, gravitas morum, & literarum scientia inquirenda; multò fortius in Episcopo hæc oportet inquiri: qui ad curam aliorum positus, in seipso debet ostendere, qualiter alios in domo Dei *f* oporteat conversari. Eapropter, ne quod de quibusdam pro necessitate temporis factum est, trahatur à posteris in exemplum: præsenti decreto statuimus, ut nullus in Episcopum eligatur, nisi qui jam tricesimum annum ætatis exegerit *g*, & de legitimo matrimonio sit natus, qui etiam vitâ & scientiâ commendabilis demonstretur.

¶ *Beneficia electi in Episcopum vacant post confirmationem, adeptionem possessionis, & consecrationem secutam, vel postquam præfixum tempus ad petendam consecrationem lapsum fuerit. h. d. usq; ad §. inferiora. Abbas Siculus.*

Cùm verò electus fuerit, & confirmationem electionis acceperit, & Ecclesiasticorum bonorum administrationem habuerit: decurso tempore de consecrandis Episcopis à Canonibus definito, is, ad quem spectant beneficia, quæ habebat, de illis disponendi liberam habeat facultatem.

¶ *In dignitatibus & officiis citra Episcopatum, ac curatis be-*

a *Matth. 5. Hic fuit error Valdensium. Eymericus in Directorio, part. 2. q. 14. & 17.* b *Concor. tex in authen. aut jud. sine quo fuff. §. consideravimus. in gl. illicite.* c *Vide B. Thom. 2. 2. q. 89. art. 3. & Sot. lib. 1. de just. & jur. q. 1. art. 2. ubi licitum esse jurare veri ostenditur.* d *antiqui Roman. Ecclesiæ.* e *In Conc. Lat. tit. de elect. & electi pot. c. 2.* f *Adde Schismaticum de jure civil. debere suspendi. tex. est, & ibi Batd. a. 2. responso de pace jur. fir. col. 10. & redeuntem ad Ecclesiam abjurat, Turrecrem. de Eccl. l. 4. p. 1. cap. 15.*

a *Quod celebratum est Romæ, ann. Dom. 1178. sub Alex. Pp. III. assistentibus 274. Episc. mense Martio. Aliud postea celebratum est Lateranense an. Dom. 1215. sub Innoc. III. mense Novembri Pontificat. ejus an. 18. assistentibus 412. Episcopis, primatibus Archiepisc. 72. reperitur tit. de elect. summus Pont. c. 1.* b *Cap. 15. eod. tit. in 1. compil.* c *Intervenerit.* d *Cap. 3. Concil. Lateranens.* e *Cap. 16. eod. tit. in 1. compil.* f *Domini.* g *Aliàs egerit, vide Burch. l. 2. Decret. c. 9.*

noscitur, debet assumendus vigesimum quintum annum attigisse, & aliàs esse idoneus scientiâ & moribus: & si non est in ordine requisito, debet se facere promoveri in proximis temporibus: aliàs monitus non parens, privatur beneficio, non obstante appellatione: nisi ex causâ legitima excusetur. h. d. usq; ad §. Clerici. Abb. Siculus.

Inferiora etiam ministeria, ut putà Decanatum, Archidiaconatum, & alia, quæ curam animarum habent annexam, nullus omninò suscipiat, sed nec parœcialis Ecclesiæ regimen, nisi qui jam vigesimum quintum *a* annum ætatis attigerit, & scientiâ & moribus commendandus existat. Cùm autem assumptus fuerit, si Archidiaconus in Diaconum, & Decanus, & reliqui admoniti non fuerint, præfixo à Canonibus tempore in Presbyteros ordinati, & ab isto removeantur officio, & aliis conferatur, qui & velint & possint illud convenienter implere. Nec prosit eis appellationis refugium *b*, si fortè in constitutionis istius transgressionem per appellationem voluerint se tueri. Hoc sanè non solùm de promovendis, sed etiam de his, qui jam promoti sunt, si Canones non obsistant *c*, præcipimus observari.

¶ Eligentes indignum contra formam hujus c. privati sunt pro prima vice potestate eligendi. & idem in collatore: & defectum Capituli supplet Episcopus, & econverso: & si Capitulum negligat, sit devolutio ad Metropolitanum. h. d. usq; ad finem.

Clerici sanè, si contra formam istam quenquem elegerint, & eligendi tunc potestate privatos, & ab Ecclesiasticis beneficiis triennio noverint se suspensos. Dignum est enim, ut quos Dei timor à malo non revocat, Ecclesiasticæ saltem coërceat severitas disciplinæ *d*. Episcopus autem si contra hæc fecerit, aut consenserit fieri; in conferendis prædictis officiis & beneficiis potestatem amittat, & per Capitulum, aut per Metropolitanum (si Capitulum concordare nequiverit) ordinetur *e*.

CAP. VIII.

¶ Compromittentes super electione, tenentur recipere electum à compromissario, si est idoneus.

Idem *Ravennati Archiepiscopo.*

CAusam, quæ inter *f* moniales sanctæ Margaretæ, [1 & 7.] ¶ Si sorores in Episcopum electionem contulerint, promittentes, quòd illam, quam *g* eis provideret, reciperent, ipsam quam providerit, facias ab eis (si tamen existat *h* idonea) in suam recipi Abbatissam.

[1 *Super discordia & dissensione electionis, quam fecerunt, dignoscitur agitari, experientia tua jam pridem commissimus terminandam. Unde quoniam causa ipsa in tantum protrahitur, & nondum, sicut accepimus, processisti, & perculsum & damnosum est monasterio, eò quòd causa ipsa in tantum protrahitur, F. t. p. a. s. m. q. infrà duos XL. vel duos menses, aut plus secundùm tenorem altarum nostrarum literarum in eadem causa procedas, ita videlicet, quòd.*]

CAP. IX.

¶ Electus ante confirmationem beneficia conferre, vel aliter administrare non potest.

Idem *Vigorensi i Episcopo.*

NOsti *k*, quomodo Linconen. electus concedendi honores, vel præbendas, aut aliàs disponendi de rebus Ecclesiæ (cùm sua non sit electio confirmata) non habeat facultatem: [1 & 7.] ¶ Mandamus igitur, quatenus ei auctoritate nostrâ præcipias, ut concessionem, si quam fecit de prædictis, studeat revocare.

[1 *Inde est quòd F. t. per a. s. prad. ut pradicto electo ex parte nostra non differas, ne Archidiaconatum de Norbenter, vel præbendam, quam V. V. ejusdem loci Archidiaconus tenuit, alicui conferre præsumat, & si eundem Archidiaconatum vel præbendam cuiquam, quod non arbitramur, concesserit.*]

CAP. X.

¶ Electio facta post appellationem, & prima non cassata, & contra privilegia Ecclesiæ, cassanda est.

Idem.

COnsideravimus *a*, quòd electio Joannis Frontini, post appellationem ad nos *b* interpositam, & contra tenorem privilegiorum Ecclesiæ vestræ fuerit celebrata. Perpendimus etiam quòd electio B. post illam qualemcunque electionem non *c* cassatam, nec non & post appell. (per quam ad suum statum omnia debent reduci) facta fuit: [1 & 7.] ¶ Quapropter utriusque electionem omninò cassamus, & vobis in aliam personam idoneam & honestam conveniendi liberam tribuimus facultatem: ita quòd utrique prædictorum fama sua non minus integrè conservetur, & quòd in aliis Ecclesiis possit (si Deus gratiam dederit) promoveri. Vobis autem liceat præter istam Ecclesiæ vestræ ordinationem, in eorum alterum convenire.

[1 *Et illata violentia: quanquam Rex penitùs inficietur, tamen aliquam in hoc de assensu vel consciente suâ unquam perpetratam fuisse.*]

CAP. XI.

¶ Metropolitanus confirmatus, licèt nondum receperit pallium, potest suum Suffraganeum consecrare facere.

Idem.

SUffraganeis alicujus *d* Metropolitani, ad mandatum ipsius, post confirmationem electionis suæ, etiamsi pallium non receperit, licitum est electum, qui ad ejus jurisdictionem pertinet, consecrare.

CAP. XII.

¶ Is, cujus electio fuit cassata, non vitio personæ, sed electionis modo, iterum eligi potest: secùs si vitio personæ.

Clemens III. e

SUper eo verò *f*, quod quæstionem voluisti, si alicujus electione cassatâ, idem ad alterius Ecclesiæ regimen electus fuerit, an ejus electio debeat confirmari? hoc tuam volumus discretionem tenere, quòd si prior electio non vitio personæ, sed modo electionis cassatur, promotionem ejus fieri in eadem etiam Ecclesia, (nisi fortè simoniacæ pravitatis *g* aliquid intercessisse constiterit) non debeat impedire.

CAP. XIII.

¶ Non professus, potest postulari in Abbatem, si ex aliqua bona causa fiat talis postulatio. h. d. secundùm Iselburam, qua est magis singularis.

Cœlestinus III.

CUm monasterium *h* de Pellicea in tuo sirum Episcopatu, ad eam dissolutionem devenerit (sicut tuarum literarum insinuatio patefecit) quòd fratres ejusdem domûs observantiam religionis & ordinem abjecerunt: [1 & 7.] ¶ In quendam, qui cum fratribus suis in eremo est laudabiliter conversatus, boni testimonii virum unanimiter consenserunt, eum in Abbatem totis desideriis postulantes. Tu verò postulationi eorum præbuisti assensum, & postulâsti eandem ordi-

a *Vide Concil. Carth. c. 16. & Burch. lib. 2. Dec. c. 10. 11. & 12.* b *Vide l. 1. §. quæsitum. cum ibi not. ff. de appell. & gloss. in c. non solùm. de appel. lib. 6.* c *Concor. text. in l. privilegia. C. de sacrosanct. Eccl. & cap. 1. de constitut.* d *Concor. text. in l. capitalium. §. famosos. ff. de pœn. l. bona fides. ff. de pœnit.* e *Ordinentur, in Concilio, unde sumitur.* f *Post Concil Lateran sub Alexand. 3. par. 40. c. 1. & c. 17. eod. tit. in 1. compil.* g *al. ita, quam Episcopus eis.* h *Nam dantes alicui potestatem videntur intellexisse de idoneo. facit l. si procurator. ff. de cond. and.* i *al. Exonien.* k *Post Concil. Lateran. sub Alex 3. par. 40. can. 2. & c. 11. eod. tit. in 1. compil.*

a *Cap. 22. eod. tit. in 1. compil.* b *Hæc duo verba, ad me, desunt in antiquis.* c *al. nondum.* d *Cap. 2. eod. tit. in 2. compil.* e *Aliàs, Alexand. III.* f *Cap. 3. eod tit. in 2. compil.* g *Glossa in l. un. in verbo, contra hanc. ff. ad leg. Jul. de amb. gloss. & Bart. in l. Barbarius. de off. prat.* h *Cap. 4. eod. tit. in 2. compil.*

nationem à sede Apostolica confirmari. Nos autem *a* ipsam, sicut facta est, canonicè confirmamus.

[1 *Et bonæ ejus dilapidatis atq; consumptis, ad eligendum sibi Abbatem de ipsius Ecclesiæ gremio non potuerunt hactenus convenire, ad tua tamen admonitionis & exhortationis instantiam in unum convenientes.*]

CAP. XIV.

¶ *Electio debet esse in libertate eligentium, nec valet contraria consuetudo.*

Idem.

CUm terra *b*, quæ funiculus hæreditatis Domini censebatur: [*& infrà.*] ¶ Sicut ex quarundam literarum tenore accepimus, quidam in electionibus pravæ consuetudinis morbus irrepsit: ut cùm alicujus Prælati electio debet celebrari, conventus, ad quem pertinere dinoscitur, duas personas nomine latenter auribus Patriarchæ vel Principis exprimendas, ut sic alterius eligendæ, vel totius electionis penitùs irritandæ, idem Patriarcha vel Princeps plenariam habeat facultatem. Quia igitur hoc redundat in gravamen *c* & perniciem Ecclesiasticæ libertatis, præscriptam consuetudinis pravitatem sancimus penitùs abolendam *d*: Statuentes, ut forma electionis canonicæ in omnibus conventualibus Ecclesiis observetur, videlicet ut cùm debet Ecclesiæ consuli, pastoris regimine destitutæ, electores in unum locum (in quo fuerit electio celebranda) conveniant, & invocatâ Spiritûs Sancti gratiâ personam nominent. Quòd si in persona fuerit vel in electionis modo peccatum, tamdiu in electione diligentiam inquisitionis apponant, donec vacanti Ecclesiæ de persona idonea *e* valeant providere. Quo facto, non prohibemus, quin Regis, seu Patriarchæ, qui pro tempore fuerit, requiratur assensus: sed propter hoc ipsam electionem nolumus impediri.

CAP. XV.

¶ *Per confirmationem electionis non transfertur potestas exercendæ ea, quæ sunt ordinis. Illa enim transferuntur per consecrationem. Abbas.*

Idem *f*.

TRansmissam *g*: [*1 & infrà.*] ¶ Quæsivisti, quid faciendum sit tibi super eo, quòd Clerici tuæ diœcesis, cùm pro suis excessibus suspensionis, vel interdicti, vel excommunicationis sententiâ percelluntur, parvipendentes eam, dimittunt Ecclesias, & transferunt se ad mercimonia Laicorum: nonnulli quoque ipsorum (habitu clericali postposito) vestes induunt laicales, & sicut Laici mercatores se turpibus quæstibus implicantes, consimilium sibi Laicorum manus *h* associant, & correctionem Ecclesiasticam per contemptum eludunt, dicentes, quòd potestatem non habeas eos (nisi tibi specialiter Apostol. sedes indulserit) corrigendi: [*2 & infrà.*] ¶ Respondemus igitur, quòd ex quo electionis tuæ confirmationem accepisti, de talibus & consimilibus (præter ea, quæ majoris inquisitionis discussionem exigunt, & ministerium consecrationis desiderant) quod justum est, & Ecclesiasticæ convenit utilitati, statuendi habeas liberam facultatem.

[1 *Dudum sicut insinuare curâsti, ad nostram pervenisse audientiam quæstionem, tua tunc dilectis replicavit, quid sit tibi faciendum super eo.*]

[2 *Nos autem volentes in hoc tibi certum dare responsum, tua devotioni respondemus, quòd si quando tales repereris, si commoniti noluerint à tam turpibus actibus revocari, & de contemptu satisfacientes plenariè ad clericale schema redire: tu eos auctoritate nostrâ suffultus excommunices, app. sub. faciens, eos arctiùs ab omnibus evitari, donec etiam reatum suum congruâ satisfactione emendent, præsertim si qui eorum in sacris ordinibus sunt constituti, hoc etiam sine speciali mandato exequi posses, cum.*]

CAP. XVI.

¶ *Qui electioni de se factæ renunciat, appellare nequit ad impediendam electionem alterius. Et electio, quæ est à suspensis celebrata, non tenet.*

Innocentius III. *de Cella sancti Petri, & Mutinens. Abbatibus* 2.

I. CUm *b* inter R. seniorem, & R. juniorem super Abbatia Scaphusen. quæstio verteretur: [*1 & infrà.*] ¶ Bon. mem. Celest. prædecessor noster prædictum R. seniorem, sententiam cum instantia postulantem, ad componendum coëgit invitum: & sic Abbatiæ renuncians, de manu ejus Custodiam & Prioratum recepit, ab eo dum viveret possidendos. Cui ordinationi licèt consentiret invitus, domum tamen reversus (adversariis compositionem ipsam nolentibus observare) non potuit, quæ concessa sunt obtinere: [*2 & infrà.*] ¶ Nos attendentes, quòd ex consensu compositionis receptæ jus (si quod sibi competierat) R. senior amisisset, ac per hoc ne Monachi ad electionem procederent, de jure minimè appellare potuisset, cùm, nisi quorum interest, audiri non soleant appellantes, appellat. illam dicimus legitimam non fuisse: unde per eam electio non potuit impediri. Sanè quamvis Præpositus & Capitulum Constantien. de interdicto, quòd Cardinalis posuerat, in suis literis inseruerint: quia tamen per id, quod R. juniori diœcesanus Episcopus munus benedictionis impendit, ei videtur, quod præmisimus obviare: unde vel scriptura facto, vel factum scripturæ præjudicat, nec probatum fuit (licèt objectum) quòd ab interdictis electio fuerit celebrata: ipsam non potuimus irritare. [*3 & infrà.*] ¶ Ideoque causam ipsam vobis duximus committendam, ut si constiterit, quòd electio fuerit facta à suspensis, eâ omninò cassatâ ipsi monasterio (post satisfactionem condignam, suspensionis & interdicti sententiâ relaxatâ) de persona idonea consulatur.

[1 *Ea in præsentia nostra constitutis dil. fil. N. G. tit. SS. Cosmæ & Damiani, & G. S. Mariæ in Aequiro Diaconis Cardinales concessimus auditores: in quorum præsentia fuit propositum, quòd cum controversia ipsa fuerit auditoribus diversis commissa, deinde utraque partes ad sedem Apostolicam accesserunt, quibus à bonæ memoriæ Ce. Pp. prædecessore, nos ipsi, qui in minori examine officio constituti, & dil. noster Ioan. tit. S. Stephani Presbyter Cardinalis, dati fuimus auditores: & cùm utrinque coram nobis esset diutiùs allegatum, & eidem prædecessori nostro per nos esset processus negotii declaratus, ipse.*]

[2 *Quia potiùs in eum, quod deterius est, manus injecerunt postea Monachi volentes, sed adjutus ab illis hominibus & Monachorum manus evadens, ad appellationis subsidium convolavit. Interim verò dil. fil. n. p. S. Mariæ in via lata Diac. Card. Apostol. sed. legatus, ad partes illas accedens, pro jam dictis & multis aliis excessibus, & suspendit Monachos, & monasterium interdixit. Ipse vero contemptâ sententiâ Cardinalis, divina, promptiùs quàm antè celebrârunt, & in hac suspensione prædictus adversarius ejus de medio est sublatus. Quo comperto ad Ecclesiam venit: & cùm vellet prædictæ compositioni parère, parte alterâ hoc nolente, ne ad electionem procederent Abbatis, quousque inter eos quæstio finiretur, obstaculum objecit appellationis: sed Monachi per omnia contumaces & post app. ab eodem R. seniore ad nos interpositam R. juniorem pariter eligentes, ipsum benedicendum Diac. Episcopo præsentârunt: qui post app. interpositam benedixit eum, & in Ecclesia introduxit. &c.* ¶ *Cum autem quæ prædicta sunt & alia quædam prædictus Card. nobis & fratribus nostris prudenter & fideliter retulisset.*]

---

a *In multis antiquis ita: nos autem ipsam canonicè confirmamus.* b *Cap. 6. eod. tit. in 2. compil.* c *In antiquis, in gravem perniciem.* d *Concord. auth. cassa & irrita. C. de sacr. Eccles.* e *al congrua.* f *In coll. 2. Clementi III. Helvecusi Episcopo, sed in ora. lib. annotatur varia lectio, Celestin. III.* g *Cap. 7. eod. tit. in 2. compil.* h *Simil. est text. ff. de orig. jur. l. 2. in prin. & l. 1. ff. de eo per quem fac. erit.*

a *Additur & Præposito Verden. al. Verdinen.* b *Cap. 1. eod. titul. in 3. compil.*

[3 *Præsertim cum contra personam electi nihil fuerit intentatum.*]

CAP. XVII.

¶ Si electus non habet sufficientem scientiam, vel ante confirmationem administrat, ejus electio cassari debet.

Idem Capitulo *Pennens.* a

QUaliter post *b* obitum: [1 *& infrà.*] ¶ Verùm quoniam electus à vobis ante confirmationem administrationi Episcopatûs se irreverenter immiscuit, recipiendo tam à Clericis, quàm à Laicis juramenta, non attendens, quòd secundùm Apostolum nemo debet sibi honorem *c* assumere: sed qui vocatur à Deo, tanquam Aaron: præcipuè quia nec donum scientiæ Pontificì conveniens fuerat assecutus. Postquam nobis præsentâstis eundem, sufficienti examinatione præmissâ, electionem de ipso factam duximus irritandam, quicquid ex ea, & ob eam factum est, denunciantes penitùs non tenere.

[1 *Bon mem. Pennensis Episcopi Ecclesiâ vacante, receptis prius super electione facienda literis nostris, Primicerium vestrum vobis elegistis in pastorem, vos tanquam auctores electionis ipsius cognovistis.*]

CAP. XVIII.

¶ Si vocantur ad electionem non vocandi, valet electio facta eis non expectatis. h. d. secundùm lecturam communem.

Idem *Capitulo* d *Capuano.*

II. CUm inter *e* universas [1 metropol. *& infrà.*] ¶ Intelleximus autem per Jo. & F. Canonicos vestros, & per literas, quas ad sedem Apostolicam detulerunt, quòd ad Decanum & alios Canonicos vestros Panormi manentes (cùm ex eorum parte fuisset vobis per literas intimatum, ut sic tractaretis super electione substituendi pastorem, quòd nullum deberetis in eorum absentia nominare) quendam socium vestrum cum literis destinâstis, duodecim dierum terminum assignantes, intra quem post receptionem literarum vestrarum iter arriperent redeundi. Quamvis Ecclesiastica consuetudo non exigat, ut ad electionem pastoris Canonici tam remoti vocentur, & illi præcipuè, qui longè antequam vos, Metropolitani vestri obitum præsentialiter cognoverunt, quorum aliqui post ejus decessum ad Capuanam Ecclesiam sunt reversi. Quia tamen mora longior est in electionibus valdè suspecta, imò sæpè damnosa *f:* mandamus, quatenus invocatâ Spiritûs Sancti gratiâ, personam idoneam per electionem canonicam concorditer assumatis ad regimen Capuanæ Ecclesiæ, consequenter ad audientiam nostram nuncios idoneos transmissuri, per quos à nobis vice Regiâ postuletis assensum, & Apostolicæ confirmationis gratiam requiratis.

[1 *Metropoles Capuanensis sit Apostolicæ sedi vicinior ad provisionem ipsius specialius asseramus, talem ipsi personam præficere cupientes, quæ sicut alios Metropolitanos loci vicinitate, sic & devotionis affectu præcellat, per quam & ipsa metropolis tam in temporalibus, quàm in spiritualibus optatum suscipiat incrementum.*]

CAP. XIX.

¶ Non debet inspici an post appellationem, sed an contrà fuerit electio celebrata. Et penes vocantes, quibus competit vocandi potestas, remanet jus eligendi, si vocati venire contemnunt. Et ad officium confirmatoris spectat examinare electum, etiam nomine opponente. Et nisi electus doceatur, legitimæ ætatis & literaturæ, habetur pro non legitimè electo.

Idem *Archiepiscopo* a *& Capitulo Capuano.*

CUm nobis *b* olim de obitu: [*& 3.*] ¶ Cùm autem *ex utriusque parte* asserente constaret, interpositam fuisse appell. ne fieret electio, nisi canonica, videri e poterat, quod post eam medio tempore nihil debuit innovari: unde talis electio judicanda erat irrita & inanis, utpote post appellationem canonicè interpositum attentata. Sed contrà, cùm appellatum fuisset, non ut nulla electio fieret, sed ut fieret canonica: si factum electionis canonicè fuerit subsecutum, non utique contra formam appellationis hujusmodi, sed magis secundùm eam videbatur esse processum: & ideò licèt post appellationem, non tamen *d* contra eandem fuit electio celebrata, propter quod non erat aliquatenus irritanda: [1 *& infrà.*] ¶ Item cùm post appellationem emissam Archidiaconus cum suis fautoribus chorum exisset, & vos illos, ut interessent electioni faciendæ vobiscum curassetis solicitè revocare (quoniam ad electionem faciendam accedere noluerunt) alienos se fecisse videntur: propter quod electioni à vobis juxta formam mandati Apostol. concorditer celebratæ, de jure non posse contradicere videbantur: [2 *& infrà.*] ¶ His igitur & aliis allegatis, quanquam contra personam illius, quem elegistis, nihil dictum fuerit vel objectum, quia tamen juxta verbum Apostoli dicentis *e:* [*Nemini citò manum imposueris:*] debemus attendere diligenter ad ea, quæ circa personam inquirenda fuerant: duximus ex officio nostro, sicut decuit, procedendum: [3 *& infrà.*] ¶ Illius quoque literaturæ licèt non eminentis, tamen convenientis electus existit: ut pro defectu scientiæ (sicut plenius intelleximus ab his, qui eum melius cognoverunt) ab electione non deberet excludi. De legitima tamen ætate scire plenè non potuimus veritatem: quia cùm à multis, cujus ætatis existeret, curaverimus indagare, à nemine unquam audivimus, quòd annum ætatis tricesimum attigisset: [4 *& infrà.*] ¶ Nos Ecclesiæ pariter & personæ providere volentes, & tam rationes, quàm canones observare: quia propositum vestrum providum intelleximus, & ideò propter urgentem necessitatem *f,* & evidentem utilitatem Ecclesiæ Capuanæ (quam in hac parte potiùs approbamus) volumus ipsum firmiter perdurare: præfatum Subdiaconum nostrum vobis in procuratorem concedimus, liberam administrationem ei, tam in temporalibus, quàm in spiritualibus committentes.

[1 *Nam cùm duæ partes & amplius electorum consentiant & consentiant, licèt tamen cautum reperiatur in canone, ut tam alter de altera Ecclesia eligatur, cum nullus in propria fuerit reperire idoneus: quia tamen hoc in favorem introductum est Clericorum, & cuique licet renunciare juri, quod pro se noscitur introductum, ubi quæ duæ partes erant & amplius, cum hoc quod duæ partes Capituli fecisse, totum facere videatur, in hac parte jure, quod pro vobis facere videbatur, renunciare potuistis, & electionem de persona alterius Ecclesiæ celebrare præsertim cùm illud decretum locum habere videatur, quando Clericis remanentibus & invitis per alicujus violentiam potestatis extraneus ingeritur ex adverso: propter quod sequitur in decreto, ut sit facultas Clericis remanendi, si se viderint pregravari, & quos ingeri sibi viderint ex adverso, propter quod secum eximeant refutare. Præterea cùm sedes Apostolica omnium Ecclesiarum caput existat, & Rom. Pontifex judex sit ordinarius singularum, quando de ipsa quis assumitur in Prælatum alterius Ecclesiæ, ei posse objici non videtur, propter capitis privilegium quod obtinet plenitudinem potestatis, quòd de alia Ecclesia eligatur, cum à capite non debeant membra reputari aliena.*]

---

a *Pontien.* b *Cap. 2. eod. tit. in 3 compil.* c *Adde, quòd ambitiosè petens dignitatem secularem vel Ecclesiasticam, punitur in 100. aureis, & est infamis. lib 1. ff. ad leg. Iul. de ambit. & in l. 2. & ibi Bart. de inter. act.* d *al. Capuanen.* e *Cap. 3. eod. tit. vel 3. compil.* f *Vide l. fin. §. fin. Ad leg. Rhod. de jac. & in l. quod te. ff. Si cert. pet.*

a *Archidiacono.* b *Cap. 4. eod. tit. in 3 compil.* c *al. prævideri* d *al. non tamen contra fuit eadem electio celebrata.* e *1. Timoth. c. 5.* f *Vide l. 1. D. de nova op. nunt. & in l. solemnis nullam. cum leg. seq. C. de sacr. Eccl.*

[2 Pro-

[2 *Præsertim cùm idem Archidiaconus postea requisitus respondit, quod in præsentia nostra vellet ea suum præbere assensum, & ideò cum secundum statuta Concilii Lateranens. app. rej. semper id debeat prævalere, quòd à pluribus & saniori bus fuerit ordinatum, nisi fortè à paucioribus & inferioribus aliquid rationabile objectum fuerit, & ostensum, à vobis celebrata electio, tanquam maiori & saniori parte, non obstante contradictione vel appellatione paucorum, debebat & poterat rationabiliter confirmari: cùm id quod objectum extitit & ostensum, rationibus præmissis apparebat rationabile non fuisse.*]

[3 *Et quia cùm tria sint in persona electi præcipuè inquirenda, videlicet ætas legitima, morum honestas, & literatura sufficiens, licet de honestate morum, tanquam ei qui nobiscum est aliquandiu laudabiliter conversatus, possimus ipsi laudabile testimonium perhibere.*]

[4 *Cum autem secundum prædicti statuta Concilii nullus debeat in Episcopum eligi, qui trigesimum ætatis non attigerit annum, licet senectus venerabilis sit non diuturna, nec annorum numero computata, sed cani hominis sunt sensus ejus, & ætas senectutis vita immaculata, quia tamen potest alla tria, quæ Salomon asserit difficilima, quartum tamen quasi reputat impossibile. Viam videlicet viri in adolescentia sua cognosci, tanquam investigari non possit.*]

CAP. XX.

¶ *Illegitimus potest postulari, non autem eligi: & electores nisi probaverint illum ignoranter elegisse incidunt in pœnas Lateranen. sis Concilii.*

Idem Cantuariensi Archiepiscopo.

INnotuit *a* nobis, quòd Vigorienſi Eccleſiâ deſtitutâ paſtore, Prior & Conventus ejuſdem loci, magiſtrum M. Archidiaconum Eboracen. in Epiſcopum elegerunt, cujus confirmationem uſque in adventum ipſius (qui abſens eligebatur & inſcius) diſtuliſti: qui tandem ſpontaneâ tibi & ſecretâ confeſſione monſtravit, quòd conſcientia ejus aliquantiſper ex natalibus eſſet læſa: [1 & *infrà.*] ¶ Cujus electionem Capitulum] petiit per ſedem Apoſtolicam confirmari, præſentato nobis electionis decreto, ſubſcriptionibus eligentium roborato. Quidam autem Suffraganeorum tuorum aſſeruerunt, eum fuiſſe filium cujuſdam militis, & ab eo ex quadam ingenua & non conjugata ſuſceptum. Idem quoque magiſter adjecit, quòd nunquam pater ejus habuerat uxorem, ſed matris *b* ejus virginitatis florem præripuit quaſi *c* furtim: [2 & 3.] ¶ Quamvis autem canon *d* Lateranenſ. Concilii ab Alexandro prædec. noſt. editus, non legitimè genitos adeò perſequatur, quòd electionem talium innuit nullam eſſe: nobistamen per eum adempta non fuit diſpenſandi facultas, cùm ea non fuerit prohibentis intentio, qui ſucceſſoribus ſuis nullum potuit in hac parte præjudicium generare, pari poſt eum (imò eâdem) poteſtate functuris, cùm non habeat *e* imperium par in parem: [3 & *infrà.*] ¶ Multa enim in hoc caſu diſpenſationem inducere videbantur: literarum ſcientia, morum honeſtas, vitæ virtus, & fama perſonæ, multipliciter à quibuſdam etiam ex fratribus noſtris (qui eum in ſcholis cognoverant) approbatæ *f*: faciebant etiam hæc ad id non modicum, concors Capituli Vigorienſis electio, petitio populi, aſſenſus Principis, votum tuum, Suffraganeorum ſuffragia, & humilis devotio confitentis, qui ſponte ac humiliter ſuum maluit confiteri reatum, quàm læsâ conſcientiâ thronum conſcendere paſtoralem. Habito ergò ſuper hoc diligenti tractatu, intelligentes Vigorienſe Capitulum eundem magiſtrum non humiliter poſtulâſſe, ſed improvidè potius elegiſſe (cùm ad obtinendum diſpenſationis beneficium procedendum fuiſſet, non per electionem inhibitam, ſed per poſtulationem permiſſam) electionem ipſam prædicti canonis authoritate caſſatam, denunciamus irritam & inanem: parcentes non modicum Vigorien. Capitulo, quòd eis nec pœnam infligimus expreſſam in canone ſupradicto, nec probare cogimus ignorantiam, quam allegant. Et quamvis poſt caſſationem hujuſmodi nobis fuerit ſupplicatum, ut dignaremur cum eo miſericorditer diſpenſare: ſupplicationem hujuſmodi, quæ nomine Capituli non fiebat (cùm non ad poſtulandam diſpenſationem, ſed ad petendam confirmationem ipſius fuerint nuncii deſtinati) ad præſens non duximus admittendam: decernentes irritum & inane, quicquid ſuper ordinatione ipſius Epiſcopatûs ante ſuſceptionem literarum noſtrarum fuerit attentatum. Quòd ſi Vigorien. Capitulum eundem magiſtrum propter prærogativam meritorum ipſius duxerit poſtulandum, poſtulationem apud ſedem Apoſtolicam præſentare procuret.

[1 *Et quòd ad tantæ dignitatis apicem præter indulgentiam ſed. Apoſtol. nullat aliquatenus promoveri, quamvis promoventem benignum & facilem inveniret. Tu autem, ſicut vir prudens & diſcretus, intellecta conſcientiâ ejus noluiſti protinus ad confirmationem procedere, ſed nobis rei ſeriem intimâſti per literas tuas, & per eas ipſius merita & ſcientiam commendâſti: Capitulum autem ejuſdem Eccleſiæ, quare per te fuiſſet electionis confirmatio protelata, ſe ignorare per literas ſuas nobis tranſmiſſas expoſuit, & eam*]

[2 *Quo facto cum ipſa infra quadrennium à nativitate ipſius matrimonium contraxit. Nos ergò ſuper hoc cum fratribus noſtris habito diligenti tractatu, inſpectis canonibus quoſdam invenimus, qui non legitimè genitos promoveri vetant ad officium paſtorale, cauſam forte trahentes ex lege divina, per quam ſpurii & manzeres uſque ad decimam generationem in Eccleſiam Dei prohibentur intrare. Invenimus autem alios, qui undecunque genitos non prohibent ad ſacros ordines promoveri, dummodò ſibi vita merita ſuffragentur, aſſerentes, quod culpa parentum non eſt filiis imputanda, & ad hoc probandum induxunt, quòd Dominus noſter Jeſus Chriſtus non tantum ex alienigenis, ſed etiam ex adulterinis voluit commixtionibus naſci, qui eſt Sacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedech. His etiam Scriptura divina videntur innixi, quâ dicitur, filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filii, & per quoddam videtur antiquum proverbium removeri, quod inter filios Iſraël dici ſolebat: Patres comederunt uvam acerbam, & dentes filiorum obſtupeſcunt. Quidam verò ad concordiam diſcordantiam revocantes, repugnantiam Canonum prædictorum ſopire quodammodo videbantur, confitentes, quòd illegitimè genitis ſi religioſè fuerint in cœnobiis aut in canonicis converſati, à ſacris myſteriis minimè revocentur: & inter illegitimè genitos quidam aſſerunt eos ſolos à ſacris officiis prohibendos, qui paternam incontinentiam imitantur: & his quoque videntur auctoritate divina legis inniti, quâ dicitur: Ego ſum Deus zelotes vindicans peccata patrum in filios uſque in tertiam & quartam progeniem in his, qui oderunt me, quaſi dicat, in his, qui circa me paternum odium imitantur. Verùm canon Concilii Lateranenſis à bonæ mem. A. Pp. p. noſt. editus in Synodo generali penitùs vel primis concordans canonibus, non ſolùm vetat tales in Epiſcopos promoveri, verùm etiam eligentibus certam pœnam inſtigit. Imò ipſo facto eandem pœnam eos aſſerit incurriſſe, ut ſecundùm hoc canon lata ſententia videatur, cujus tenor eſt, ne videlicet, quod de quibuſdam pro neceſſitate temporis factum eſt, trahatur à poſteris in exemplum. Nullus in Epiſcopum eligatur, niſi qui de legitimo matrimonio ſit natus, circa finem adjungens. Clerici ſanè ſi contra formam iſtam quemquam elegerint, & eligendi poteſtate tunc privatos, & ab Eccleſiaſtico beneficio triennio noverint ſe ſuſpenſos. Sanè prædictus canon, qui non per eum, qui canones non noſſet antiquos, ſed illum, qui plenè noverat canonicas ſanctiones, in Concilio multorum juriſperitorum eſt editus, & in ipſius approbatione Concilii roboratus,*

a *Cap. 5. eod. tit. in 3. compil.* b *matri.* c *furtum.* d *Concil. Lateran. can. 3.* e *l. 3. & 4. ff. de arbitris.* f *al. approbatum. al. approbata.*

natis de non legitimo matrimonio omnem videtur inobedientiam Episcopus promovendi aditum praeclusisse, cum id etiam ad consequentiam trahi prohibeat, quod per necessitatem inmisit prioribus temporibus esse factum, licet nihil amplius quàm necessitas dispensantem ad dispensationem inducat. Praeterea electionem talium inmisit nullam esse, dum in poenam statuit eligentium, ut tunc noverint eligendi se potestate privatos, quod nihil esset, nisi tunc occurreret electio facienda: quod fieri non posset priori electione seu nominatione durante: ex quo patet electionem ejusmodi per ipsum canonem irritatam.]

[3 Sed ea tantùm fuit mens ipsius, utquia ex eo quod aliquando ex dispensatione pro necessitate ipsius temporis factum fuerat, quidam gratiam in licentiam extendentes, & inde sumentes exemplum, se licitè credebant eligere tales, & indifferenter hujusmodi eligebant, talia fieri prohibeat. Unde gravem electoribus poenam inflixit. Deliberavimus tamen cum fratribus nostris, utrum in tali casu & cum tali persona deberemus misericorditer dispensare, vel juris potiùs servare rigorem. Invenimus enim à bonae mem. Urbano P. p. nostro in casu multò difficiliori, cum Cenoman. electo dispensasse, qui fuerat filius Sacerdotis: & Legionen. Episcopo, qui post consecrationem suam humiliter fuerat & sponte confessus, quòd fuisset ex matre non legitima procreatus, quam pater vivente uxore propria cognovisset. Sed Urbanus idem inhibuit, ne id quasi pro regula in posterum ad consequentiam traheretur. Videbatur enim, quòd cum illegitimè natis fuisset aliquandiu dispensatum, & ex certa causa forsitan in posterum dispensandum. In hoc causa celerius debet dispensatio indulgeri, illi persona videlicet, quae minùs imperfectionis, plus perfectionis habebat.]

CAP. XXI.

¶ *Non possunt electores in praejudicium electi compromittere: sed si consenserit electioni sua, vel consentire velit, non obstante Lauda in contrarium lato, est confirmandus, si aliud canonicum sibi non obsistat, licit non sit de gremio illius Ecclesiae, quamcunque ob causam à majori parte fuerit appellatum: & in hoc ultimo est ipse textus multum notabilis.*

Idem *Genuensi* a *Archiepiscopo, & Placentino, & Bobien. Episc.*

III. CUm b inter Canonicos Saonen. super electione Pontificis quaestio verteretur, ad sedem Apostolicam S. Subdiac. Saonen. & I. procurator Capituli accesserunt: [1 & infrà.] ¶ Proposuit autem procurator praedictus, quòd singuli requisiti communi assensu in Hastens. praepositum (excepto praedicto Subdiacono) convenerunt: quo in sua duritia permanente, aliorum consensus redactus fuit in scriptum publicum consequenter. Caeterùm pro parte altera fuit propositum ex adverso, quòd cùm septem c essent Canonici Saonens. in Capitulum se receperunt, de futura electione Pontificis tractaturi: sed Archidiacono, Archipresbytero & Praeposito dictum Hastens. Praepositum nominantibus, fuit à praefato S. obviatum, asserente ipsum morbo epileptico laborare, pro quo aliàvice tanquam inhabilis fuerat recusatus: nec ad aliam Ecclesiam debere fieri transitum, donec reperiretur idoneus in Ecclesia Saonensi: [2 & infrà.] ¶ Post haec Archipresbyter] pro parte altera de rato (ut dicebat) literis praemunitus, ipse verò S. pro parte sua in Mediolanens. Archiepiscopum compromittere curaverunt d, qui Magistrum G. Modicen. Canonicum eis dedit in Episcopum, & confirmavit: [3 & infrà.] ¶ Disc. v. mandamus, quatenus, cùm constet electionem de Praeposito memorato à majori & saniori parte Capituli celebratam fuisse, publicatam etiam & subscriptam: si dictus Praepositus eidem electioni consenserit, ut per mutuum consensum eligentium & electi quasi conjugale vinculum spiritualiter sit contractum: nisi sufficienter sit ostensum, eundem morbo epileptico laborare (super quo contra ipsum dicitur appellatum) vos non obstante appellationis objectu, si qua ex aliis causis superiùs memoratis proponitur interposita (cùm eas frivolas reputemus) electionem confirmetis ipsius, non obstante, quòd post talem electionem à praefato Archiepiscopo proponitur esse factum, etiamsi à partibus in eum fuerit compromissum: cùm electores à tali electione sic resilire nequiverint. Quòd si electores illius non compromiserint in Archiepiscopum memoratum, etiamsi dictus Praepositus nondum electioni de se factae consenserit, eo tamen consentire volente (dummodo à morbo sit immunis objecto) vos electionem ipsius nihilominùs confirmetis.

[4 Quibus ver. F. N. Albanen. Episcopum & Dil. fil. N. h. tit. S. Marcelli Presbyterum Cardin. dedimus auditores, in quorum praesentia.]

[2 Sed praepositus Saonen. siretis appellationibus interpositis praepositum Hastens. elegit, objicientes adversa parte, quòd hujusmodi electio propter appellationes interpositas & alia etiam obstacula non teneret. & infrà. ¶ Sed & civitatem idem Praepositus & alii omnes egressi, excepto Archipresbytero & Subdiac. fapellatis, secum Capituli sigillum ignorantibus eis detulerunt, & ad Mediolanensem Episcopum accedentes petierunt electionem, quam fecerunt confirmari, licet à solo Praepositi, & post confirmationem falsa fuisset: sed quoniam indebitus electionis processus antea Archiepiscopo innotuerat, petitioni eorum non annuens, quendam de fratribus ad investigandum electionis processum Saonen. direxerunt: sed cùm testes coram eo producerentur, & postularentur, ut in nostrum ipsum pariter procurarent: pars adversa jam dictum Archiepiscopum, altera verò sedem Apostolicam invocavit: sed cùm ad mandatum nuntii partes Mediolanum revissent apostolos petitura, ab Archiepiscopo ut ad pacem redirent, fuerunt monita diligenter, cujus arbitrio praeponitur Saon. se velle stare constanter asserunt, si & hoc ipsum pars faceret adversa, quod deliberato consilio praefatis Subdiac. promisit. Post hoc reversi ad propria, & deinde ab Archiepiscopo revocati Praepositum.]

CAP. XXII.

¶ *Electus à majori & saniori parte Capituli, si est & eratidoneus tempore electionis, confirmabitur: si autem erat indignus inordinibus, scientiâ vel aetate, & fuit scienter electus, electus à minori parte, si est dignus, confirmabitur.*

Idem *Praenestino Episcopo* a, *Apostolicae sedis Legato.*

DUdum b ad audientiam nostram quaestione perlatâ, quòd vacante Praepositurâ c Colocen. Ecclesiae, in duo se vota eligentium divisissent, causam judicibus duximus committendam: [1 & infrà.] ¶ Ipsi verò partes ad suam praesentiam convocârunt, receperunt testes, examinaverunt eligentium conscientias, audiverunt allegationes utrinque. Et quoniam Praepositus sancti Georgii eorum sententiae se asseruit nolle stare, processum ad sedem Apostolicam destinârunt d: [& infrà] ¶ Cumque nuncii Praepositi sanctorum Apostolorum statuto termino ad praesentiam nostram accessissent, Praepositus sancti Georgii nec venit, nec pro e se misit idoneam responsalem: [& infrà.] ¶ Gestis igitur judicum diligenter inspectis, invenimus, quòd pro Praepositu sanctorum Apostolo-

a *Ianuensi Archiepiscopo in aliquot antiquis, Placentino & Papiensi Episcopis.* b *Cap. 6. eod tit. in 3. compil.* c *In aliquot vetustis, quòd cùm essent Canonici septem Saonen. qui se in Capitulo receperunt, de futura, &c.* d *Similis textus est in c. contingit: & ibi Innoc. hoc tit. Specul. in tit. de arbitr. §. restat. ver. item de sententia & ver. sed numquid Clarissimi.*

a *Haec postrema verba desunt in 3. compil.* b *Cap. 7. eod. tit. in 3. compil.* c *Colonienfi, in omnibus manuscr. & nondum impressis.* d *Quoniam ita mandavit Papa, quòd si altera partium nollet, quòd ipsi judices causam terminarent, causam vestrum remitterent ad ipsum: aliàs non fuisset ei licitum recusare.* e *Haec verba, pro se, desunt in antiquis.*

rum an-

rum auctoritas, pro Præposito verò sancti Georgii numerus eligentium faciebat, cùm primus à quatuordecim, tum personis, tum Canonicis, qui alios dignitate, ætate, & tempore *a* præcedebant: secundus verò à viginti quatuor fuisset electus: [2 *& infrà.*] ¶ Cùm autem allegationes pro eodem Præposito sancti Georgii coram judicibus ipsis propositæ, nobis non fuerint præsentatæ, propter quod non potuimus scire per nos, quid objecerit, vel quid responderit ad objecta, sicque causa remissa non fuit sufficienter instructa, ad definitivam sententiam non duximus procedendum, sed decisionem causæ ipsius judicibus commisimus sub hac forma, ut si vel notorium *b* esset, vel per ea, quæ jam dicta erant, constaret, quòd Præpositus S. Georgii electionis tempore pateretur, vel in ordinibus, vel in scientia, vel in ætate, defectum, qui eum juxta canonum sanctiones *c* impediret ad hujusmodi officium promoveri: ei (non obstante ipsius absentiâ corporali) silentium imponentes, Præposito sanctorum Apostolorum Præposituram adjudicarent eandem: alioquin (cùm in eum non solùm plures, sed duæ penè partes convenerint, & impedimentis cessantibus appareat, quòd eum bono zelo elegerint,) Præpositi sanctorum Apostolorum electione cassatâ, electionem confirmarent ipsius, & ei facerent tanquam Præposito responderi.

[1 *Ut auditis quæ proponeretur hinc inde, si de partium procederet voluntate, definitivam sententiam promulgaret: alioquin causam sufficienter instructam ad nostram remitterent audientiam, auct. Ap. statuentes partibus terminum competentem, quo per se, vel per idoneos responsales ad sed. Ap. accederent sententiam recepturæ.*]

[2 *Objiciantur autem Præposito S. Georgii, minor scientia, defectus ætatis, & quòd in minoribus erat ordinibus constitutus. Unde cùm præpositura illi esset Archidiaconatus annexus, non erat ei dignitas conferenda, ratione cujus cogebatur infrà præfixum à canonibus spatium in Diaconum promoveri. Proponebatur autem pro altero, quòd erat vir ætate, scientiâ & moribus commendatus. Unde meliorum dicti zelo propter hoc electores ipsius in eum se confessi fuerant convenisse: nec solum sic, sed etiam quidam alterius electores eum prudentiorem esse in spiritualibus asserebant, præsertim quantum ad alium magis utilem circa temporalia maximè propter potentiam fuerant protestati.*]

CAP. XXIII.

¶ *Recipientes postulatum ad Ecclesiam tanquam institutum vel administratorem, ante admissionem postulationis à superiore factam, privati sunt potestate eligendi, & ad alios, licèt pauciores, devolvitur potestas eligendi: & si omnes privati sunt, devolvitur ad Papam in Ecclesiis cathedralibus. h. d. secundum principaliorem intellectum, qui magis congruit literæ.*

Idem *Canonicis Maguntinensibus.*

BOnæ *d* memoriæ Maguntinensi Archiepiscopo viam universæ carnis ingresso, & quibusdam petentibus Wormacienſem Episcopum, quibusdam verò Archiepiscopum vestrum, tunc Præpositum sancti Petri Maguntinensis, sibi eligentibus in pastorem: Prænestino Episcopo à sede Apostolica Legato delimus in mandatis, ut si eundem Episcopum, quoad temporalia vel spiritualia recepisse constaret Ecclesiam Maguntinensem, vel misi strâsse in temporalibus aut spiritualibus in eadem: postulationem faciam de ipso nunciaret irritam: [1 & 3.] ¶ Deinde inquireret de ipsius electione Archiepiscopi veritatem, & si ei de vi, quam ipse & sui metuebant, constaret, seo non obstante, quòd post appellationem ad nos interpositam, fuerat in ipsius electione processum, cùm alii, qui appellationi ad nos interpositæ, ne sine ipso ac sociis ejus haberent in electione processum, non duxerint deferendum: uti contra ipsum hâc exceptione non possent, quia frustrà legis auxilium invocat, qui committit in legem *a*: unde nec ab eis posse objici videbatur, quòd idem esset à paucioribus secundùm eorum assertionem electus, cùm ipsi appellationem ad nos legitimè interpositam contemnentes, & præter licentiam nostram recipientes Episcopum memoratum, reddiderint se indignos) electionem Archiepiscopi confirmaret: [2 *& infrà.*] ¶ Licèt autem essent notoria, quæ contra dictum Wormacienſem Episcopum & ejus fautores fuerant objecta: prædictus tamen Legatus ad majorem cautelam multos testes recepit ex ipsius Archiepiscopi parte productos. Unde ipse juxta mandati nostri tenorem procedens, postulationem factam de Wormacienſi cassavit, & electionem Archiepiscopi memorati (quamvis à paucissimis celebratam) curavit auctoritate Apostolicâ confirmare, ipsumque ordinavit in Presbyterum: & tandem in Archiepiscopum consecravit: [3 *& infrà.*] ¶ Contra Legati verò processum hoc fatere videbatur, quòd non citatis Wormacienſi Episcopo, & ejus fautoribus, processisset. Porrò excessus notorius examinatione non indiget *b*: & pro his, quæ à judice sunt acta, præsumitur, quòd omnia ritè fuerint celebrata: quamvis & quòd citati non fuerint, non posset de facili comprobari; quia negantis factum, per rerum naturam nulla est directa *c* probatio: cùm etsi quilibet de se posset asserere, quòd ad eum citatio minimè pervenisset, singuli tamen vestrûm essent in suo testimonio singulares. Ad ipsum quoque legatum, si voluissent, secure potuissent procuratorem idoneum destinare, sicut nuncium destinárant: [4 *& infrà.*] ¶ Nosigitur, etsi propter auctoritatem judiciariam præsumamus pro his, quæ acta sunt à Legato: illi tamen plùs innitimur rationi, quòd adversarii Archiepiscopi, ex tribus causis prædictis, seuſque adeò reddiderunt indignos, quòd contra eum non debebant audiri: unde quod de ipso factum fuerat, non poterat impediri per eos: quin etiam si electores ejusdem partis pariter deliquissent, ut se reddidissent indignos, ad nos devoluta fuisset hâc vice ordinatio Ecclesiæ Maguntinensis: quare dictum Archiepiscopum sine paris injuria potuissemus eidem Ecclesiæ præficere in pastorem. Super his *d* verò, habito diligenti tractatu, cassationem postulationis factæ de Wormacienſi Episcopo ratam habemus: electionem memorati *e* Archiepiscopi confirmantes.

[1 *De gratia nostra concedens ead. ut Wormacienſ. sibi Ecclesiam retineret. Nam de jure communi, quia prater auct. nostram transire præsumpsit utraque erat spoliandus, ut eò careret, quam cupivit avidè, & eâ, quam superbè dessaxit: quòd si parère contemneret, utraque ipsum Ecclesiâ denunciaret auct. nostrâ privatum.*

[2 *Quòd si nec recepisset prædictam Ecclesiam quoad spiritualia vel temporalia, nec intemporalibus vel spiritualibus ministrâsse constaret Episcopum memoratum, idem Legatus audiret, quia super postulatione ipsius & electione Archiepiscopi proponerentur, & hinc inde testes utriusque partis reciperet, & eorum depositionibus publicatis usque ad calculum definitivæ sententiæ procedens, gesta omnia sub sigillo suo ad nostram præsentiam destinaret, statuens partibus terminum competentem, quo Apostolicis sol. auditis præsentarent, sententiam recepturæ.*]

[3 *Ipse autem ad nostram præsentiam accedens, humiliter postulavit, ut pallium sibi, videlicet in signum Pontificat. officii de consueta sed. Ap. benevolentia conferremus. Verùm quidam simplex nimis ab adversariis ejus ad sed. Ap. destinatus ex eorû parte aper-*

a *Ipse textus certissimè ad hoc allegatur, quòd socius dignitate, ætate & receptionis tempore socium præcedit, glossa in vers. contra majores, 2 dist. 22.* b *vide l. 2. cum gloss. C. qui & adversus quos.* c *Canonicas sanctiones.* d *Cap 3. eod. tit. in 3. compil.*

a *Concer. text. in l. auxilium. ff. de minor. & in l. fin. 6. sin verò postquam. C. de jur. delib.* b *Vide l. si verò 5. qui prorei. cum gl. in vers. evidentissimè. ff. qui statud. cog. & l. ea quidem. C. de accus.* c *Dictio, directa, deest in antiquis. vide l. allor. C. de probatio. & q. ult. allor. & c. 1. quemadm. X. de probat.* d *ergo.* e *Vox, memorati, deest in antiquis.*

tas, nobis cum sigillo pendente, literas præsentavit, per quas iidem Canonici significabant, quòd prædictus legatus pecuniâ corruptus iniquam sententiam protulisset. Addebant etiam, quòd Magutini cives pariter juraverunt, quòd nunquam eum reciperent in Archiepiscopum. & quòd universi Clerici paucis exceptis sua favebant electo. Cùm autem super his cœpissemus deliberare cum fratribus nostris, electioni Archiepiscopi duo videbantur obstare, videlicet quòd à paucissimis, & post interpositam app. ad sed. Apostol. à seipsis diebatur electus. Nam cùm postulatio VVormacens. Episcopi fuit procedentis app. ratione quassata, Archiepiscopi electio debebat etiam ex eadem causa cassari. Sed econtra, sicut superius est expressum, quòd qui ante in appellationem deliquerat, appellationem contra eundem Archiepiscopum non poterat allegare. Poterat quoque dici, quòd etsi post appellationem, non tamen contra formam appellationis fuisset electus Archiepiscopus sæpè dictus, cùm appellaverit sub hac forma, ne Canonici Maguntia residentes, sine ipso ac sociis suis haberent in electione processum: nec nocet, quòd posset ex parte altera repùgari, quia nec ipsi, nec socii sui debuerant procedere sine ipsis: quia ipsi app. apud nos interpositam contemnendo, reddiderant se indignos, & abusi fuerant jure suo. Vide cùm in Lateranens. Concilio de his, qui quasdam personas inhibitas eligunt, sit statutum, ut eligendi tunc potestate privatos, & ab Ecclesiasticis beneficiis triennio noverint se suspensos, illis pro longè majori delicto tanquam indignis ab electionis potestate cadentibus, penes eundem ac socios suos tantum jus remanserat eligendi, quare si multò pauciores in ipsum, quàm in alium convenissent, intelligendum est tamen, quod omnes, qui tunc elegere poterant, elegerunt eundem.]

[4 Quemadmodum ex ipsorum ad nos directis literis comprobatur, qui secure ad eundem legatum accessit, & ad propriare meavit, cùm & ipse legatus paratus fuerit securitatem omnimodam providere. Nec obest, quòd idem nuncius dicitur appellâsse, cùm appellationi renuntiaverit, & in commissione nostra, quam pars reportavit utraque, obstaculum fuisset appellationis remotum. Sed nec apparebat etiam, quòd contra factum legati aliquid posset objicere ac probare, cùm non procurator sufficiens, sed simplex ad nos contra eundem Archiepiscopum fuisset nuncius destinatus.]

CAP. XXIV.

¶ *Sufficit electio ad obtinendum, docere eligentem fuisse in quasi possessione tempore electionis, licèt non probet, quòd proprietas juris eligendi ad illum pertineret.*

Idem *Clericis sanctæ Agathes.*

QUerelam *a*, quam G. tituli sancti Vitalis Presbyter Cardin. per Oeconomum Ecclesiæ vestræ, cujus idem Cardin. est gubernator, contra P. Presbyterum Ecclesiæ sancti Salvatoris, super Ecclesia ipsa proposuit, C. *b* Papa p. n. nobis in minori officio constitutis audiendam commisit. Petebat igitur Oeconomus præfatum P. ab Ecclesia sancti Salvatoris (quam in præjudicium vestræ Ecclesiæ, ac injuriam Cardinalis prædicti occupare præsumpserat) removeri, cùm ipsa Ecclesia pertineat ad Ecclesiam sanctæ Agathes pleno jure, petens pensionem sexdecim denariorum Papien. debitam Ecclesiæ sanctæ Agathes, pro eadem Ecclesia de Thermis sibi restitui, de novo subtractam. Prædictus verò P. respondebat, quòd ipse nullam injuriam irrogaverat Cardinali, nec in præjudicium Ecclesiæ vestræ receperat dictam Ecclesiam, cùm hæc ad illam nullo jure pertineat, nec aliquam sibi debeat *c* reddere pensionem: sed ipse per electionem populi, ad quem de antiqua consuetudine *d* pertinet electio *e*, à Cardinali sanctæ Susannæ (cui eadem Ecclesia, tanquam capella suo titulo, in spiritualibus est subjecta) canonicè fuerat institutus: [1 & infrà] ¶ Nos igitur rationibus utriusque partis auditis, dictum P. ab impetitione Oeconomi vestri, super electione ac institutione de se facta in Ecclesia sancti Salvatoris absolvimus, & super his præfato Oeconomo silentium duximus imponendum, cùm nobis constiterit, quòd populus in quasi possessione, præsentandi Clericum existebat, quando ipsum Presbyterum ad illam elegit, & Ecclesia eadem spectat ad titulum sanctæ Susannæ in spiritualibus pleno jure, salvâ quæstione super jure patronatûs inter Ecclesiam vestram, & populum sæpè dictæ Ecclesiæ sancti Salvatoris. Quia verò fuit liquidè comprobatum, quòd pensio sexdecim denariorum Papiensis monetæ, fuerit Clericis Ecclesiæ vestræ, pro Ecclesia sancti Salvatoris de a Thermis, annuatim per multa tempora persoluta, sed de novo subtracta, nos in eundem statum percipiendi hujusmodi de Ecclesia sancti Salvatoris de Thermis, Ecclesiam vestram decernimus reducendam: & ad solutionem pensionis subtractæ, condemnamus Presbyterum antedictum, salvâ quæstione proprietatis, inter Ecclesias memoratas.

[1 Cumq; ad suam assertionem probandam utraque pars multoties testes produxisset, nos illos recepimus & examinavimus diligenter, quarum depositionibus publicatis disputationem audivimus super illis: sed antequam hujusmodi controversia finem accipere potuisset, præfatus P. inde debitum carnis exuit, deinde tamen nobis utraque pars cum instantia postulavit, ut causam ipsam decidere dignaremur.]

CAP. XXV.

¶ *Eligentes scienter indignum, privati sunt potestate eligendi in electione, qua primò occurrit facienda.*

Idem.

CUm *b* Wintonensis Ecclesia pastore vacaret, Archidiaconus cum suis fautoribus Salubriensem Decanum, Prior verò & complices ejus Præcentorem Lincolnensem in Episcopum elegerunt: [& infrà.] ¶ Licèt igitur omnes in communi de facienda electione tractaverint, quia tamen nequiverunt esse concordes, infecto negotio ad nos habuêre recursum: & hi quidem, qui Præcentorem elegerant, asserebant, quòd illi, qui Decanum elegerant, eligendi erant potestate privati, pro illa maximè causa, quòd hominem non legitimè natum scienter eligere præsumpserunt: unde secundùm *c* Lateranense Concilium, & eligendi hâc vice perdiderant potestatem, & per triennium Ecclesiasticis beneficiis carere debebant. Illi verò taliter respondebant, quòd licèt is, quem elegerant, foisset minùs legitimè natus, per gratiam tamen Apostolicæ sedis legitimari promeruit, & hoc asserebant se legitimè probaturos. Nos igitur attendentes, quòd *d* isti post primam electionem admiserant illos ad celebrandam secundam, & quòd decretum memorati Concilii decrevit, hujusmodi præsumptores unâ vice duntaxat eligendi potestate privatos *e*, quoniam electio, quam coram nobis celebrare volebant, non jam secunda, sed tertia concurrebat: ad eligendum illos censuimus admittendos.

CAP. XXVI.

¶ *Eligens scienter indignum in Episcopum, est ad hoc sustensus à beneficiis Ecclesiæ per triennium, nec potest interim ad dignitatem illius eligi, vel assumi.*

Idem *Abbati Cisterciensi R. & P. Monachis Fontis frigidi* f.

PEr inquisitionem *g*, quam de mandato nostro fecistis super statu Episcopatûs & Episcopi *h* Tholo-

a *Cap. 9. eod. tit. in 3 compil. & pro intellectu vide Matthæum de Afflict. decis. 191.* b *Cœlestinus Papa prædec. noster.* c *al. debebat.* d *videl. 2. & ibi Bart. C. quæ sit long. cons. & in authen. hoc jus porrectum. C. de sac. Eccl. gl. in l. vetus non novam. C. de jud.* e *Dictio, electis, deest in antiquis eod.*

a *In quibusdam antiquis, de terminis.* b *cap. 10. eod. tit. in 3. compil.* c *Sub Innocent. III. cap. 21.* d *In C. Barbatia, ita: quòd isti, qui elegerunt præcentorem post primam, &c.* e *Vide l. 2. cum not. per Bart. ff. de excus. tut. & l. 2. & l. servi. ff. de op. legat.* f *al. Castern. & sintis frigidi Ap. S. l.* g *c. 11. eod. tit. in 3. compil.* h *al. Tholosanensi.*

sani,

sani, perspicaciter intelleximus, quòd Mascaron cancellarius juratus asseruit, se scivisse pro certo R. olim Tholosanum Episcopum, & amicos ipsius, ante suam electionem habuisse colloquium cum quibusdam Canonicis nominatim expressis, eosque sollicitasse precibus, ut ipsum eligerent in Episcopum: seque vidisse pariter & audivisse, quando prædictus Episcopus recognovit in quorundam Canonicorum præsentia, se Canonicis illis, qui adversati fuerant suæ primæ electioni, jurâsse, credens pro certo, quòd juramentum illud illicitum fuit, & præstitum, ut idem R. eligeretur ex pacto, & quòd ipsemet *a* post electionem ipsius cassatam, domum Episcopalem ejus nomine detinebat, recipiens quosdam reditus & proventus, quos de ipsius conscientia & consensu, in ejusdem negotiis expendebat. Cùm igitur talem scienter in Episcopum eligendo (sicut ipse suo juramento firmavit) Ecclesiasticis beneficiis reddiderit se indignum, grave gerimus & molestum, quòd Tholosano Præposito in Episcopum Convennarum electo, idem Mascaron in Præpositum dicitur substitutus. Quocirca mandamus, quatenus eundem ab officio Præposituræ penitùs amoventes, faciatis vitum idoneum ad officium illud assumi.

CAP. XXVII.

¶ Si non professus eligitur ad regimen Ecclesiæ regularis, cassatur electio, consuetudine in contrarium non obstante.

Idem *Priori sancti Frigidiani G. & G.* b *Canonicis Lucanensibus.*

CUm causam *c*, quæ inter Bonum Presbyterum & Brunum Canonicum sancti Petri Lucanensis vertitur super eo, quòd dictus Presbyter Bonus à majori parte Canonicorum ejusdem Ecclesiæ (prædicto B. & quodam alio contradicentibus) in Priorem (sicut dicitur) est electus, olim vobis duximus committendam: [1 & *infrà.*] ¶ Quamvis autem multi Priores continuè *d* unus post alium in ipsa Ecclesia, per multa & longa tempora fuerint non professi: quia tamen præfatus Presbyter B. non est professus observantiam regularem, dubitatis *e* (& merito) nobis procedere inconsultis. Quia igitur non debemus attendere solummodò, quid factum sit, sed potius, quid sit faciendum: Consultationi vestræ taliter respondemus, quòd cùm secundùm legem divinam *f*, non sit in bove arandum & asino, nec quisquam debeat vestem induere de lanâ linoque contextam, irritetis electionem prædictam, & compellatis præfatum Presbyterum, aliosque Clericos non professos, ut vel beati Augustini regulam in eadem Ecclesia constitutam, profiteantur & servent, aut ipsam Ecclesiam omninò dimittant.

[1 *Vos, sicut ex literis vestris accepimus, partes citare curastis, ut juxta mandatum nostrum causam ipsam sine possetis canonico terminare. Cumq; partes essent in vestra præsentia constituta, dictus Presbyter Bonus cum instantia postulabat, ut electionem de se factam auct. Ap. curetis confirmare. Sed præfatus Brunus econtrario respondebat, illum non esse dignum regimine Prioratûs, crimen ei objiciens simoniæ: quòd quia electio ipsius non erat canonicè celebrata, & quia professus non erat, ipsum asserebat meritò repellendum. Verum cùm de simonia nihil esset probatum, nec aliquid contra modum electionis obstensum moveret nos vehementer ipsius Ecclesiæ privilegium, in quo continebatur expressum, ut nullus in ea qualibet subreptionis astutiâ præponatur in Priorem, nisi quem fratres communi assensu, vel fratrum pars consilii sanioris secundùm Dei timorem & B. Augustini regulam, providerint eligendum.*]

a *Scilicet Mascaron.* b *al. G. & G. al. B. & S. Can. &c. al. Idem A. Priori S. Fridiani G. & Luc.* c *Cap. 12. eod. tit. in 3. compil.* d *Concor. text. in l. ex facto. §. rerum, cum ss. ff. de hær. instit. & in l. 1. §. quotidiana ff. de aqua quotid. & æsti.* e *dubitatis.* f *Deuter. 22.*

CAP. XXVIII.

¶ Nominatio vel appellatio ejus, cujus non interest, electionem non impedit: sed si vocandus contemnitur, eo prosequente contemptum, cassatur electio etiam confirmata, & potest prosequi, nisi consenserit electioni: quod potest etiam ex post facto. h.d. usque ad §. super eo.

Idem I. *tit. sancti Stephani in Celio monte Presbytero Cardinali, Apostolicæ sedis Legato.*

QUòd *a* sicut ex literis tuis: [1 & *infrà.*] ¶ Verùm cùm ex prima electione, quæ facta de tribus, dicenda videtur potiùs nominatio, nihil juris acquisitum fuerit nominatis, licitè procedi potuit ad electionem regulariter celebrandam, præsertim in Ecclesia Armachana, cùm juxta *b* constitutiones canonicas, si fieri potest, in cathedrali Ecclesia electio debeat celebrari. Nec appellatio interposita electionem illam potuit impedire, cùm in eâ nihil attentatum fuerit in præjudicium regiæ dignitatis: quia non simplex nominatio, sed solennis electio, debet Principi præsentari, ut postulationi præstet assensum, etsi secùs aliquando per usurpationem aliqui faciant abusivè. Si autem Miridinensis Episcopus, & Abbas Mellifontis, qui interesse debuerant, non contempti fuerint, sed ad electionem vocati (si tamen sine periculo potuerint convocari) sive nequiverint, sive noluerint ad electionem celebrandam accedere, ipsorum absentia non potuit electionem impedire: [2 & *infrà.*] ¶ Quòd si eos vocatos non fuisse constiterit, sed contemptos: infirmanda erit electio penitùs taliter celebrata, nisi postea propter bonum pacis curaverint consentire.

[1 *Nos igitur literarum tuarum tenore diligenter inspecto, sex invenimus præsentes contineri, quorum tria contra prad. Armachensem electum, & alia tria contra ejus electionem facere videbantur. Primum, nominatio facta de tribus, quam in literis tuis aliquoties electionem appellas contra quam si electio vera fuerit, antequam cassaretur, non debuerat alia aliquatenus attentari. Secundum, appellationem interpositam, quæ si legitima fuit, sequentem electionem jure penitus impedivit. Tertium, quia Miden. Episcopus & Abbas Mellifontis, qui interesse debuerat, ad electionem minimè convenerunt. Unde si contempti fuerunt vel ambo vel alter, plus eorum contemptus, quam multorum contradictio prædictam electionem debuit impedire. Quartum, quòd præfatus Albertus sic electus ante confirmationem obtentam administrare præsumpsit. Quantum, quia in die consecrationis suæ ordines celebravit, cum nondum pallium obtineret. Sextum, dilapidatio, quia tabulam argenteam alienare minimè formidavit.*]

[2 *Quoniam si ad locum illum inter Hibernenses non poterant securè proficisci, nec ceteri ad alium locum inter Anglicos tutè poterant convenire. Si itaque eos vocatos esse constiterit, si vocari absq; periculo potuerunt, & illos voluisse vel non potuisse ad electionem celebrandam venire, electio non debet irritari.*

Cæterum, cùm antequam tu ad partes Hibernicas pervenisses, illa fuit electio celebrata, & electus ipse statim cœperit ministrare, tu satis ad id potes sub dissimulatione transire, cùm id, sicut nosti, de metropolitanis Angliæ, Franciæ, Alemanniæ & aliarum partium remotarum, qui concorditer sunt electi, Romana sed. patiatur, Ecclesiarum utilitate pensatâ, quia si tanto tempore quousque posset electus confirmationem cum pallio à sed. Ap. obtinere, regalia non reciperet, Ecclesia, quæ interim administratione careret, non modicum incurreret detrimentum.]

¶ Episcopus, dum celebratur Missa consecrationis suæ, vel Archiepiscopus ante receptum pallium, ordines conferre non debet. hoc dicat usq; ad vers. Quòd autem.

Super eo autem, quòd in die consecrationis suæ, antequam Missarum solemnia finirentur, Acolythum ordinavit, pro tali excessu eum corripias & castiges: cùm solus Roman. Pontifex (qui ante hymnum Angelicum

a *Cap. 13. eod. tit. in 3. compil.* b *23. dist. can. in nomine Domini. & cap. in synod. 3. de appell.*

consecratur, & postmodùm ipse Missarum solemnia incipit & perficit consecratus) in die consecrationis suæ valeat ordines celebrare. Cæteri verò, qui inter Epistolam & Evangelium consecrantur, quia consecrati concelebrant principaliter celebranti, ne dividatur mysterium unitatis *a*, non debent tunc ordines celebrare: Præterea cùm non liceat Archiepiscopo sine pallio convocare Concilium, conficere chrisma, dedicare basilicas, ordinare Clericos, & Episcopos consecrare: multùm profectò præsumit, qui antequam impetret pallium, Clericos ordinare festinat, cùm id non tanquam simplex Episcopus, sed tanquam Archiepiscopus facere videatur.

¶ *Iste vers. non summatur, tum propter diversitatem lecturarum, tum quia non facit ad titulum. Abb.*

Quòd autem tabulam argenteam dicitur vendidisse: dummodò Ecclesiam Armachanam reddat indemnem, æquanimiter poteris præterire, cùm id de Cleri & populi processerit voluntate.

CAP. XXIX.

¶ *Electio per minorem partem Capituli facta, non tenet: nec per subsequentem consensum ratificari potest, hoc dicit secundùm communem intellectum.*

Idem *Tolet.* b [*Episcopo & Saguntensi* c, *& de Arden. Abbatib.*

AUditis *d* & intellectis meritis causæ de duabus electionibus celebratis in Ecclesia Bajocen. unam de *e* G. Archidiac. & alteram de R. Subdiac. invenimus utramque contra formam canonicam attentatam. Cùm enim inquisitis voluntatibus singulorum, Decanus cum paucioribus in ipsum R. & Cantor cum pluribus in dictum G. Archidiac. convenissent, solo Cantore postmodùm quendam alium, videlicet magistrum R. de Algediis *f* nominante: ad nostram fuit audientiam appellatum, ne Decanus, qui primam in electione vocem habebat, ad electionem procederet sine consensu totius Capituli, vel majoris & sanioris partis ipsius. Ipse verò Decanus non habito consensu majoris partis Capituli, sed longè minoris, subitò in electionem prorupit, appellans, ne quis contra ipsam aliquid attentaret: quamvis asseveret, quòd electioni factæ plures alii consenserunt, cùm tamen ex postfacto nequiverit convalescere, quòd ab initio non valebat: quoniam electio, quæ fuerat irrita ipso jure, per subsequentem consensum (maximè appellatione pendente) non poterat esse rata. Eis ergò ad propria recedentibus *g*, Cantor & alii, qui remanserant in Capitulo, post illam electionem nondum cassatam, & appell. ad nos interpositam, à nominatione dicti Archidiac. recedentes, de novo præfatum Subdiaconum eligere præsumpserunt. Nos igitur electionem utramq; duximus irritandam.

CAP. XXX.

¶ *Potestas data compromissariis ad eligendum Prælatum, se non integrâ revocari non potest: & desinit res esse integra, postquam compromissariis cæperunt habere tractatum.*

Idem h *Grandissylva & Bellapertica Abbatibus.*

INcausis: [1 *& infrà.*] ¶ Cùm *i* Capitulum Tholosanens. Ecclesiæ ad tractandũ de electione Episcopi convenissent, duos elegerunt, ut quinq; de eodem Capitulo eligerent electores *k*, qui præstito juramento de substituendi Pontificis electione tractarent, & à singulis de Capitulo statutum est, & concessum, ut ille, quem illi concorditer, vel tres ex illis, eligerent, ab eis (si persona esset idonea) pro Episcopo sine contradictione aliqua *a* haberetur: [2 *& infrà.*] ¶ Postmodùm verò cùm à prædictis duobus v. electores electi fuissent, & ad tractandum de electione secessissent in partem, & non possent omnes unam pariter concordare personam, tres ex eis convenerunt in Episcopum Convennarum, & deinde electionem, quam de postulando Episcopo fecerant, Capitulo publicârunt: a reliqui duo subsequenter tertiâ die cum paucis de Capitulo, reliquis absentibus, elegerunt Archidiaconum Agenensem: [3 *& infrà.*] ¶ Nuncii verò prædicti Archidiaconi e contrario responderunt, quòd cùm prædicti v. electores seorsum de electione tractantes, inter se dissiderent, ita quòd contentiosæ voces eorum, à fratribus, qui remanserant in Capitulo, auditæ fuissent: Capitulum ipsos, propter hujusmodi contentiones, suspectos habentes, ad eos duos de Canonicis destinârunt, per quos inhibuerunt eis ex parte nostra, ne ulteriùs in facto procederent: & ita potestatem eligendi, quam eis commiserant, revocârunt, mandantes eis, ut redirent ad Capitulum, & pariter cum aliis fratribus de electione tractarent: & hujusmodi revocationi duo ex ipsis electoribus adhibentes consensum, reliquis tribus non contradicentibus ad ipsum Capitulum sunt reversi: sed alii tres, usque ad fores Capituli subsecuti, ab eis postmodùm discessêrunt. Capitulum verò, cùm totâ die illâ ipsorum præsentiam expectâsset, subsequenti die campanam pulsari fecerunt (sicut moris est) ad Capitulum *b* congregandum: & prædictis tribus, cum paucis complicibus suis, sese contumaciter absentantibus, Prior cum majori & saniori parte Capituli, elegit in Episcopum Archidiaconum supradictum: [4 *& infrà.*]

¶ Quia verò postulatio de Episcopo Convennarum, quæ præcesserat, facta erat per eos, in quos totum Capitulum eligendi transtulerat potestatem, propter quod unanimiter de consensu totius Capituli intelligitur esse facta, quam (cùm res non esset integra, quia in tractatu jam processerant electores) Capitulum minimè potuit revocare: electionem ipsius Archidiaconi decernimus irritandam. Quocirca mandamus, quatenus si personam ipsius Episcopi *c* utilem & necessariam inveneritis ad regimen Ecclesiæ Tholosanæ, & idoneam, tam scientiâ literarum, quàm suæ conversationis exemplo, ad hæreticorum perfidiam de Tholosana diœcesi extirpandam *d*, quæ ibi per negligentiam Prælatum miserabiliter & damnabiliter hactenus pullulavit: transeundi ad Ecclesiam Tholosanam, propter urgentem necessitatem, & eorundem *e* utilitatem, ei licentiam tribuatis.

[1 *Quæ Ap. sed.* & infrà. ¶ *Nimirum cùm in Ecclesia Tholosana vacante pastore duo per dissensionem Capituli sui, videlicet ven. fil. N. Episc. Convennarum, & dil. fil. R. Archid. Agen. nominati fuissent, dil. F. A. Canonicus S. Lazeri, A. Archidiaconus, & R. Canonicus Ecclesiæ S. Stephani Tholosanen. pro parte vero altera d. f. magister p. de Rama & A. facens ejus ad nostram præsentiam accesserunt, quibus ven. f. n. Alban. Episcopum & dil. f. in tit. S. Marcelli Presbyterum Cardinalem deputavimus auditores, coram quibus proposuerunt nuncii prædicti Episcopi, quòd.*]

[2 *Statutum etiam fuit expressè, quod si quinque electores in unam personam convenire non possent, tribus ex eis concordantibus, reliqui duo illorum sequi tenerentur assensum, & electionem eorum illam ratam habere.*]

[3 *Adjecerunt insuper prædicti & alii nuncii Episcopi mo-*

a *Veritatis, ut est in uno manuscr. Vaticana.* b *al. Dolon. al. Dolnen.* c *Savigneo. al. Sanguineo. al. Sagucio. al. Samgneo.* d *Cap. 14. eod. tit. in 3. compil.* e *Innocent. ait ita fuisse in registro, unam de R. Archidiac. & alteram de magistro R. Subdiac.* f *Aldegin. al. Allegin.* g *In Cod. Barbatia, sed omnibus, scilicet ad dominum proprium.* h *Idem Episcopo Convennarum & Grandi sylva, &c. aliàs, Episcopo & Grandissylva, &c. al. Cadurcensi.* i *Cap. 15 eod. tit. in 3. comp.* k *Iste text. reputatur sing. per Pann. hic in suo effectu.*

a *Qualibet, in antiquis.* b *l. fin. C. de prædi. dec. lib. 10.* c *Vel, Episcopi deest in nonnullis antiquis.* d *Præcipua Episcoporum cura in extirpanda hæresicu versari debet. nam eis hoc incumbit jure divino. Albert. tract. de agn. offert. q. 11. circa finem. pulchrè Concilium Tholosanum, c. 2.* e *al. evidentem.*

morati, quòd ad dict. F. d. tt. S. Prisca Presbyterum Card. Ap. sed. leg. fuit ex parte illa speciali nuncius destinatus, & quoniam Episcopo ipsi postulando erat à nobis, & legatus nullam concedendi vel transferendi eum potestatem habebat, cùm hujusmodi dispensatio sibi duntaxat Ap. reservetur, ne quid contrà fieret, ad nostram audientiam appellavit.

[4 *Exhibuerunt etiam ejusdem Archidiaconi nuncii literas prædictis legati, quas nobis super hoc destinavit. Cùm autem prædictis auditores præmissa nobis & fratribus nostris fideliter retulissent, nos memoratum legatum piam intentionem in hoc facta habuisse pro certo credentes, ex ipso tamen tenore literarum suarum intelleximus eum circumventum fuisse, & per subreptionem tacitâ veritate perpendimus elicitum & extortum, quicquid ab eo fuerit obtentum, cùm in ipsis literis suis non expressit formam postulationis.*

CAP. XXXI.

¶ De consuetudine potest Canonicorum electio ad solum Capitulum pertinere. hoc dicit, & solet quotidie allegari.

Idem *Episcopo Florentino.*

CUm Ecclesia *a* Vulteranа debito Canonicorum obsequio longo fuisset tempore destituta, Vulteranus Episcopus, volens Ministrorum defectum in eadem Ecclesia restaurare, Canonicos quosdam elegit, & instituit in eadem: quos Canonici recipere noluerunt, asserentes, quòd talis electio fuerat in eorum præjudicium attentata: [1 & 3.] ¶ Mandamus, quatenus super primo articulo petitionis Episcopi, in quo postulavit à te, ut Canonicos ab injuria, quam ei super electione Canonicorum Vulteranensis Ecclesiæ inferunt, prohiberes, ab impetitione ipsius *b*, dictos Canonicos absolvere non postponas: quia non videtur injuriam facere, qui utitur jure suo, cùm per testes longè melius sit probatum, quòd Canonici supradicti hoc jure usi fuerint, antequam Episcopus memoratus. In secundo quoque articulo, quo idem petebat Episcopus, ut dicti Canonici Episcopum ipsum jure electionis uti liberè paterentur, absolvere studeas Canonicos sæpedictos, maximè si sit notorium, quòd in Thuscia generalis consuetudo servetur, ut in cathedralibus Ecclesiis solum Capitulum, irrequisito Episcopo, eligendi Canonicos habeat facultatem.

[1 *Cum, super hoc suam ad nos idem Episcopus querimoniam destinâsset, causam ipsam tibi commisimus sine canonico terminandam, &c.*]

CAP. XXXII.

¶ Compromittentes tenentur recipere electum à compromissariis, si sit dignus: nisi contra formam compromissi eum appareat electum.

Idem *Abbati sancti Victoris* c, *& Decano Parisiensi, & Magistro R. Decortonensi, Canonico Morinensi* d.

CUm dilectus filius Archidiaconus Morinensis nobis intimâsset: [1 & 3.] ¶ Ecclesia Morinensis Episcopi solatio destituta, Canonici ejusdem de pastoris substitutione tractantes, in tres Canonicos Morinenses potestatem eligendi Episcopum unanimiter contulerunt: promittentes, ut illum reciperent in pastorem, quem de gremio ipsius Ecclesiæ ducerent eligendum, qui examinatis voluntatibus singulorum, Archidiaconum ejusdem Ecclesiæ in Episcopum elegerunt. Metropolitanus quoque tam electionem, & electi personam examinans, quàm etiam super ipsius ætate (de cujus defectu fuerat ab aliquibus dubitatum) inquirens solicitè veritatem, per sententiam declarando electum ipsum minimè sustinere in ætate defectum, electionem factam de ipso solenniter confirmavit: [2 & 3.] ¶ Verùm B. qui contra electum venerat memoratum proposuit ex adverso, quòd cùm supradictis tribus sub hac forma fuerat eligendi concessa potestas, ut Capitulum eum recipere teneretur, quem illi tres ab omnibus, vel majori & saniori parte de gremio ipsius Ecclesiæ nominatum eligerent in pastorem: electores ipsi terminos potestatis sibi traditæ non servantes, prædictum Archidiaconum eligere præsumpserunt, quem pauci de Capitulo nominârant: unde Canonici Morinen. postmodùm admirantes, qualiter Archid. electus fuerat memoratus, cùm plures essent in eadem Ecclesia digniores, cœperunt ferè omnes publicè profiteri, quòd nullatenùs Archidiaconum nominârant: & reputantes se in hac parte delusos, quod super hoc factum fuerat, nostro curaverunt Apostolatui referare: [& 3.] ¶ Nos verò attendentes, quia res perniciosa esset exemplo, si per surreptionis astutiam quis ascenderet ad apicem dignitatis: ita duximus providendum, ut præstito à contradictoribus juramento, quòd ipsi malitiosè contra præfatum electum non moveant quæstionem hujusmodi, prædicti tres electores juramenti vinculo adstringantur dicere veritatem, quot ex canonicis examinationis tempore in præfatum Archidiaconum convenerunt. Et si tres simul, aut duo saltem ex ipsis jurati, dixerint majorem Canonicorum partem in ipsum Archidiaconum convenisse, vos contradictoribus silentium imponatis, cùm contra hoc eorum esset probatio insufficiens, eò quòd singuli essent in suis testimoniis *a* singulares. Si verò per eorum depositiones constiterit, sæpedictum Archidiaconum extitisse à pauciori bus nominatum, tunc si fuerit sufficienter ostensum, quòd illum de gremio Ecclesiæ secundùm formam sibi traditam debebant eligere, in quem omnes, vel major & sanior pars Capituli conveniret, vos electionem ipsius Archidiaconi omninò cassetis: alioquin, quod de ipso factum est, ratum habentes, contradictores ab ejus impetitione per censuram Ecclesiasticam compescatis, præfatum B. præbendâ Morinen. Ecclesiæ spoliantes, qui se ad hanc pœnam (si forsan in probatione deficeret) obligavit *b*. Non obstante, quòd super ætatis defectu objectum est contra illum, cùm idem Canonicus huic objectioni non multum institerit, & super hoc à metropolitano fuerit judicatum, cujus sententia in rem transiit judicatam, cùm intra decendium non fuerit legitimâ provocatione suspensa.

[1 *Qui postea regalibus receptis à Rege ad petitionem ipsius Capituli à Ven. fr. n. Episcopo Atrabaten. de mandato metropolitani prædicti fuit in Presbyterum ordinatus: & aliquandiu nullo contradicente liberam & pacificam tam in temporalibus, quàm in spiritualibus administrationem obtinuit in Ecclesia Morinensi. Unde procuratores ipsius à nobis humiliter petierunt, ut his qui post hæc omnia invidiæ stimulo agitati, contra propriam factum temerè venendo, adversus electum ipsum materiam discordiæ fusitare præsumunt, silentium imponentes, & memoratam electionem tuam concorditer celebratam & confirmatam solenniter approbantes, eidem faceremus munus consecrationis electo impendi, multorum super hoc Abbatum & Capitulorum civitatis & diœces. Morinens. sed etiam aliorum proborum literas nobis præsentatis, quæ super præmissis omnibus testimonium prohibentes, electum ipsum de literatura, discretione ac honestate reddiderunt multipliciter apud nos commendatum. Quamvis & electorum ipsorum super hoc nobis literas retulerant, quibus erat de verbo ad verbum, sicut iidem asserunt electores, literarum illarum tenor insertus, qua de potestate ipsis tradita juxta præmissam formam confecta in Capitulo fuerant, & sigillo Capituli sigillata.*]

[2 *Vel transmittere, quæ coram nobis solicitè postulavit, ut eâdem electione quassatâ faceremus ipsi Ecclesiæ de persona idonea canonicè provideri, cùm ferè omnes Canonici Morinens.*

2 *c. 16. eod. tit. in 3. compil.* b *al. ipsius Episcopi.* c *al. & diag. R. de Turri Can. Morin.* d *al. Morinensis. al. Parisiensis*

a *De testium singularitate multiplici, vide Cravettam tract. de antiq. temp. p. 4. Adde B. Th. 2. 2. q. 70. art. 2.* b *Ad idem est textus in l. stipulatio ista. §. alterius. cum vtn. D. de verb. obl.*

sicut asserunt, sint parati præstito juramento firmare, quòd præfatum Archidiaconum nunquam in Episcopum nominârant, & legitimum posse ostendi, quod juxta formam præmissam supradictis tribus collata fuerit eligendi auctoritas, ut videlicet de gremio ipsius Ecclesia eligerent eum, in quem omnes, vel major & sanior pars Capituli consentiret, asserente eodem h. se nihilominus probaturum, quod sæpe dictus electus pateretur in ætate defectum.]

CAP. XXXIII.

¶ *Si ex septem compromissariis, tres eligunt quartum, & ille consentit, & est idoneus: confirmabitur electio.*

Idem *Episcopo Bajocensi.*

CUm a in jure peritus existas, [1 & ℣.] ¶ Primus b tuæ consultationis articulus continebat, quòd cujusdam Ecclesiæ Decano defuncto, ejusdem loci Capitulum sub hac forma in 7. ex ipsis Canonicis compromisit, ut illum, quem ex se c, vel aliis de gremio ipsius Ecclesiæ omnes pariter, vel major eorum pars nominaret, idem Capitulum reciperet in Decanum. Unde cùm unus ex illis septem à tribus ipsorum, & alius qui non erat de numero eorundem, à tribus aliis in Decanum fuerint nominati, requisisti, uter eorum assumi debeat in Decanum? Super quo taliter respondemus, quòd is, qui de numero septem à tribus eorum dignoscitur nominatus, juxta compromissi tenorem debet in Decanum d assumi, dummodò electioni de se factæ consentiat, & aliquod canonicum non obsistat.

[1 *Et copiam habeas peritorum, non possumus non mirari, quia super quibusdam juris articulis nos consulere voluisti, qui nihil aut modicum dubitationis continere noscuntur.*]

CAP. XXXIV.

¶ *Electio Imperatoris spectat ad Principes Germaniæ, tres Prælatos, & quatuor Laicos: & electio facta per eorum majorem partem, cæteris non contemptis, tenet. Et ad Papam pertinet electum examinare, approbare, & inungere, consecrare, & coronare, si est dignus: vel rejicere, si est indignus, ut quia sacrilegus, excommunicatus, tyrannus, fatuus, & hæreticus, paganus, perjurus, vel Ecclesiæ persecutor. Et Electoribus volentibus eligere, Papa supplet. Et datâ paritate vocum eligentium, nec accedente majori concordiâ, Papa potest gratificari cui vult. h. d. notanter iste textus.*

Idem *Duci Caringiæ* e.

VEnerabilem: f [1 & ℣.] ¶ Inter cætera verò quidam Principes hâc præcipuè objectione sunt usi, dicentes, quòd Apostolicæ sedis Legatus aut electoris gessit, aut cognitoris personam. Si electoris, in messem alienam miserat falcem suam, & electioni se ingerens, Principum derogaverat dignitati. Si cognitoris, absente alterâ partium videtur perperàm processisse, cùm citata non fuerit, & ideò non debuit contumax judicari: g [2 & ℣.] ¶ Verùm illis Principibus jus & potestatem eligendi Regem, in Imperatorem postmodùm promovendum, recognoscimus (ut debemus) ad quos de jure ac antiqua consuetudine noscitur pertinere, præsertim cùm ad eos jus & potestas hujusmodi ab Apostolica sede pervenerit, quæ Romanum Imperium in personam magnifici Caroli à Græcis transtulit in Germanos. Sed & Principes recognoscere debent, & utique recognoscunt, sicut iidem in nostra recognovêre præsentia, quòd jus & auctoritas examinandi personam electam in Regem, & promovendam ad Imperium, ad nos spectat, qui eum inungimus, consecramus, & coronamus. Est enim regulariter & generaliter observatum, ut ad eum examinatio personæ pertineat, ad quem impositio manûs spectat. Nunquid enim si Principes non solum in discordia, sed etiam in concordia sacrilegum quemcunque, vel excommunicatum, in Regem, tyrannum, vel fatuum hæreticum eligerent, aut paganum: nos inungere, consecrare, ac coronare hominem hujusmodi deberemus? absit omninò. Objectioni ergò Principum respondentes, asserimus, quòd legatus noster approbando Regem a, & reprobando Ducem, nec electoris gessit personam, utpote qui nec fecit aliquem eligi, nec elegit: nec cognitoris, cùm neutrius electionem, quoad factum eligentium confirmandam duxerit, aut etiam infirmandam. Exercuit autem denunciatoris officium, quia personam Ducis ejusdem indignam, & personam Regis denunciavit idoneam, quoad imperium obtinendum, non tam propter studia eligentium, quàm propter merita electorum: quamvis plures ex illis, qui eligendi Regem in Imperatorem promovendum de jure ac de consuetudine b obtinent potestatem, consensisse perhibeantur in ipsum Regem, & ex eo quòd fautores Ducis, absentibus aliis & contemptis, ipsum eligere præsumpserunt, pateat eos perperàm processisse, cùm electioni plus contemptus unius, quam contradictio multorum obsistat: [3 & ℣.] ¶ Nos utique c non Ducem, sed reliquum reputamus & nominamus Regem, justitiâ exigente: [4 & ℣.] ¶ Quòd autem cùm in electione vota Principum dividuntur, post admonitionem & expectationem alteri partium favere possimus, maximè postquam à nobis unctio, consecratio & coronatio postulantur: jure patet, pariter & exemplo. Nunquid enim si Principes admoniti & expectati vel non potuerunt, vel noluerunt, in unum propositum d convenire, sedes Apostolica advocato & defensore carebit: eorumq; culpa ipsi redundabit in pœnam? Sciunt autem Principes, quòd cùm Lotharius & Corradus in discordia fuissent electi, Roman. Pontif. Lotharium coronavit, & imperium obtinuit coronatus, eodem Corrado tunc demùm ad ejus gratiam redeunte. Eos igitur duximus commonendos, ut à præfato Duce, justo quidem à nobis judicio reprobato, recedant, & præfato Regi non abnuant adhærere: nisi e tunc demùm contra personam vel factum, legitimum quid ab eis objectum fuerit & ostensum: [& infrà] ¶ Sunt enim notoria impedimenta Ducis, scilicet excommunicatio publica, perjurium manifestum, & persecutio divulgata, quam progenitores ejus & ipse præsumpserunt in Apostolicam sedem f, & alias Ecclesias exercere. Fuit quoque à prædict. nostro excommunicationis vinculo innodatus, quod postmodùm recognovit, dum per nuncium suum absolutionis beneficium postulavit: unde patet, quòd ipse fuit excommunicatus electus: [5 & infrà.] ¶ Idem etiam contra proprium juramentum, super quo nec consilium à sede Apost. requisivit, ambitionis vitio, regnum sibi usurpare præsumpsit, cùm super illo juramento prius Romana Ecclesia consuli debuisset. Nec valet ad plenam excusationem ipsius, si juramentum illud dicatur illicitum, cùm nihilominus super eo nos prius consulere debuisset, quàm contra ipsum propriâ temeritate venire: præsertim illo exemplo, quod cum Gabaonitæ g à filiis Israel per fraudem surripuerint juramenta, ipsi tamen cognitâ fraude contra illud venire temere noluerunt. Utrum verò dictum juramentum sit licitum vel illicitum, & ideò servandum, an non servandum exti-

a *Lap. 22. eod. tit. in 3. compil.* b *al. Primus siquidem.* c *Vide l. planè, cum gloss. in verb. potest. ff. quod cujusc. un.* d *Hunc text. dicunt singul. Ioan. Andr. in Reg. in toto. de reg. jur. in 6. & Pann. hic. quod electus consentiendo electioni de se factæ à media parte elegentium, auget numerum & electionem perficit. Adde Paul. Castr. consil. 230. l. 2.* e *al. Zaringiæ, seu Zaringiæ, al. Laringiæ. al. Saringiæ. al. Carinthiæ.* f *Cap. 19. eod. tit. in 3. compil.* g *Vide l. properandum. §. Sin autem. C. de jud. & l. consequentium, per Bart. C. quomodo & quando Iud.*

a *Intelligit Ottonem Regem.* b *in C. Barbatia ita: ac consuetudine antiquâ obtinent, &c.* c *In C. Barb. ita: Nos itaq; non Philippum Ducem, sed ipsum O. reputamus, &c.* d *In aliquot vetustis legitur, præposuerunt. al. ita: vel non potuerunt, vel noluerunt convenire: sed qualitercunq; legas, idem manet sensus.* e *In quibusdam exemplaribus: Nisi tunc demùm, cùm venit à persona, &c.* f *al. desunt vox, sedem.* g *Infra. 9.*

tacit,

tem, nemo sanæ mentis ignorat ad nostrum judicium pertinere: [6 & 7.] ¶ Insuper si prædictus Dux imperium obineret, libertas Principum in electione periret, & imperium obtinendi de cætero cæteris fiducia tolleretur. Nam si prout olim frater dicti Ducis patri eorum, sic Dux ipse fratri suo succederet, videretur imperium non ex electione, sed ex successione deberi: & in præjudicium Principum redundaret, si non nisi de domo a Ducis prædicti videretur aliquis ad imperium assumendus. [7 & 7.] ¶ Nobilitatem ergò tuam monentes per Apostolica scripta mandamus, quatenus à præfato Duce recedas omninò, non obstante juramento, si quod ei ratione regni feceris, cùm (eo quantum ad obtinendum imperium reprobato) juramentum hujusmodi non debeat observari.

[1 *Fratrem nostrum Salcisburgens. Archiepiscopum, & dilectum filium Abbatem de Salm. & nobilem virum Marchionem Orientalem, quorundam Principum nuncios ad sed. Ap. destinatos benigne recepimus, & eis benevolam duximus audientiam indulgendam. Literas quidem, quas quidam per eos nobis Principes destinârunt, diligenter perlegi fecimus, & quæ in eis continebantur, notavimus universa.*]

[2 *Verùm nos, qui secundùm Apostolica servitutis officium sumus singulis in justitia debitores, sicut justitiam nostram nolumus ab aliis usurpari, sic jus Principum volumus nobis vendicare.*]

[3 *Vide privilegium meruerunt amittere, qui permissâ sibi absque sunt potestate. Videre non immeritò potest, quod injuriâ hujusmodi non obstante, cæteris uti poterunt jure suo. Et quoniam Dux prædictus, nec ubi debuit, nec à quo debuit, coronam & unctionem accepit, memoratus verò Rex & ubi debuit, videlicet Aquisgrani, & à quo debuit. S.a. ven. f.n. Colonien. Archiepiscopo utrumque recepit.*]

[4 *In reprobatione verò præfati Philippi Ducis Suevia & propter manifesta impedimenta personæ, non accusatione, sed condemnatione potius fuit opus, quia non accusatione, sed damnatione indiggent manifesti.*]

[5 *Et videtur non immeritò, quòd adhuc sit ex eadem excommunicationis sententia stricte astrictus, cum prædictus Episcopus cum sua auctoritate non possit absolvere, aut verò nostra delegationis, nec possit plus, nec aliter licereat hoc ipsi, quàm ei fuerat ab Apostolica sede concessum, ex eo etiam excommunicationis sententia subjacere creditur manifesti: quod cum persidus Morenaldus.* [al. Marcoandus.] *Dei & Ecclesiæ inimicus cum universis fautoribus, tam Teutonicis quam Latinis excommunicationis vulgata vinculis sua iniquitatis meritis sit astrictus, sicut etiam illi per literas nostras direximus per P. judicem Placentinum ipsius Philippi nuncium intimâsse meminimus, quæ ad ipsius Philippi audientiam credimus pervenisse. Ipsi nobilominus, quatenus id non tantum ex relatione ipsius judicis, sed etiam per publicam famam ad notitiam ejus devenerit, eidem excommunicato non solum communicat, sed eum in malitia sua fovet, & per nuncios & per literas suas exercuit vel exacuit furorem ipsius, ut charissimi in Christo filium nostrum F. Siciliæ Regem illustrem nepotem suum, quem tam privâvit hæreditate paternâ, adhuc privet possessione maternâ.*]

[6 *Quòd autem Philippus de genere persecutorum existat, Principes non credimus dubitare, cum Henricus qui primus imperii degustavit ipsius hoc accepit, bon. mem. Paschalem pp. p. nostrum cum Episcopis & Cardin. & multis nobilib. Romanorum præsumpserit captivare, Fredericus autem pater ipsius Philippi contra fel. recordationis Alexandrum Papam p. n. longo tempore schisma fovit. Henricus frater ipsius Philippi, qualiter se habuit circa interfectores sanctæ memoriæ A. Ludov.* [Lungon.] *Episcopi, quem ipse prius coegerat exulare, ac Cerradum, qui Hostiensem Episcopum ceperat, satis nostis. Quin etiam qualiter Ven. F.n. Auximian. Episcopum alapis cæsi fecerit, & pilos de barba ejus avelli, & tractari eum in pluribus inhoneste: qualiter & quosdam familiares Ecclesiæ nasis fecerit mutilari: Qualiter quoque prædictum Salernitanum Archiepiscopum captivari, & quosdam viros Ecclesiasticos flammis torreri fecerit, quosdam verò vivos in mari submergi, ad tuam & aliorum Principum credimus audientiam pervenisse.*]

[7 *Cum ergo nos flecti à proposito nostro nullâ penitùs occasione possimus, sed in eo potius firmissimè persistamus, & in nobis sapè per literas tuas duxeris significandum, ut eidem Duci nullatenus faveremus.*]

a Ducum Suevia.

CAP. XXXV.

¶ Absentes ad electionem de provincia sunt vocandi: & confirmatur electio majoris & saniori partu.

Idem.

COram dilecto filio tituli sanctæ a Pudentianæ b Presbytero Cardinali: [& 7.] ¶ Si verò utriusq; partis fuerit cassata electio, vos (fratribus omnibus, qui fuerint in provincia convocatis) quæ majori & saniori parti eorum super prædictis videritis complacere, per censuram Ecclesiasticam faciatis firmiter observari.

CAP. XXXVI.

¶ Cassatur electio partis majoris facta, contemptâ minori parte, etiam si est unus solus: non tamen jus eligendi devolvitur ad minorem, h.d. secundùm intellectum communem.

Idem *Parmensi Episcopo, & ejus conjudicibus.*

IL. BOnæ memoriæ c S. Cremon. Episcopo in extremis agente, cùm de convalescentiæ ipsius desperaretur, Cremon. Capitulum H. Canonicũ suum Rhegii disciplinis scholasticis insistentem, ad certum terminum in vigilia Pentecostes pro futuri electione Pontificis citari fecerunt: [1 & 7.] ¶ Constituto autem dicto d H. pro sua electione, & dilecto filio nostro I. pro electione Archipresbyteri coram nobis: electionem ab ipso H. post electionem Archipresbyteri non cassatam, licèt de viro multæ literaturæ, honestæ vitæ, & claræ famæ, non tamen sine multa temeritate præsumptam, cùm de priori e nostrum deberet expectare judicium, antequam procederet ad secundam, duximus irritandam, in pœnam interdicentes eidem contradictionis vocem f, in primo consensu Capitulo permanente.

Electionem autem Archipresbyteri (quamvis laudabile testimonium perhibeatur de ipso) justitiâ exigente cassavimus: tum quia corpore dicti Episcopi nondum tradito sepulturæ, habuerunt de ipsa electione tractatum contra canonicas sanctiones: tum quia inventus est H. fuisse contemptus, licèt unus solus extiterit, cùm plus in talibus consueverit contemptus unius obesse, quàm multorum contradictio in præsenti. Nec prædicta debet dici citatio valuisse, quia cùm Episcopi mortem prævenerint, temeraria nimis extitit: & ideò non potuit g arcere citatum.

[1 *Verùm secundâ feriâ post Pentecosten dicto Episcopo viam universæ carnis ingresso, Capitulum, antequam corpus illius esset sepultura traditum, absente Canonico memorato in quatuor de ipso Capitulo, & tres de Clero civitatis potestatem eligendi Pontificem contulerunt, expresso hoc scilicet, ut minor pars illorum vii. sequeretur in electione majorem. Habito itaq; post mortem, sed ante sepulturam tamen ipsius Episcopi, de futuro pastoris electione tractatu, cum vota illorum dividerentur in partes, ut quatuor in Archipresbyterum, duobus in Archid. suum in alium consentientibus: tandem illo sepulto minoris partis arbitrio ad judicium accedente majoris, eundem Archipresbyterum concorditer elegerunt. Cui electioni Archid. cum Capitulo & Clero civitatis nullo contradicente consensit. Verùm advenienti postmodum Hug. & asserenti se fuisse contemptum, ac*

a Cap. 2. eod. tit. in 4. compil. b Perperàm legitur Prudentiana, cum nullus unquam fuerit talis titulus. c Cap. 2. eod. tit. in 4. compil. d In manuscr. sta: dilecto filio H. præsua, & dilecto filio N. pro electione, &c. e al. cùm de priori electione. f Vult Pontifex Archipresbyteri electionem nunc confirmare, quasi ex novo Capituli consensu, si adhuc consentiat. g al. arcilare.

propter hoc electionem hujusmodi nullius fuisse momenti, quasi jus eligendi devolutum fuisset ad ipsum pro se, prout potuit Archidiaconum memoratum elegit.]

CAP. XXXVII.

¶ Non Monachus in Prælatum regularem eligi non potest.

Idem.

CUm *a* ad nostram notitiam pervenisset, quòd H. qui se pro Abbate Lexoviensi *b* gerebat, non fuit antè Monachus quàm electus: nos attendentes, quòd contra regulares traditiones illud fuerat *c* attentatum, cùm nullam spem, vel promissionem habens, ut Abbas fiat, debeat monachari, electionem de ipso factam curavimus irritare.

CAP. XXXVIII.

¶ In Abbatem eligi non potest, nisi instructus in regula monachali.

Idem *Magistro Ca. Presbytero Cardinali sedis Apostolicæ legato.*

OFficii tui: *d* [1 & 3.] ¶ Sanè nobis tuis literis intimâsti, quòd cùm monasterium quoddam positum in medio nationis perversæ, pastore careret, Monachi de electione Abbatis tractantes, cùm non possent sui ordinis idoneam invenire personam, in quendam virum nobilem oculos direxerunt, per quem poterant meliùs defensari: & patrem adierunt ipsius, humiliter postulantes, quòd filium suum induceret, ut habitum susciperet monachalem, nullam patri de ipsius promotione fiduciam tribuentes: & pater ad hoc induxit filium providum & discretum, qui effectus monachus, fuit *e* in Abbatem electus: cujus electio extitit per rectorem Messanensem Apostolicæ sedis legatum, qui omnibus prædictis interfuit, confirmata. Cùm autem idem sit paratus purgare se, quòd nullâ fuit ad hoc ambitione inductus, postulas edoceri, utrùm dictus legatus electionem confirmare *f* vel dispensare potuit, vel quod factum est, stare possit, & utrùm electione cassatâ iterùm valeat eligi in Abbatem? Nos autem consultationi tuæ taliter respondemus, quòd cùm ex his, quæ in continenti subsecuta sunt, ostendatur, quòd talis taliter non possit eligi in Abbatem, maximè pro eo, quòd antequam esset discipulus, voluit esse magister, electionem illam irritam esse decrevimus *g* & inanem. Verùm postquam fuerit in regula competenter instructus (si urgens necessitas, & evidens utilitas ipsius monasterii postulaverit) purgatione receptâ poterit in Abbatem assumi, ne monasterium opprimatur incursibus malignorum.

[1 Prosequeris laudabilem actionem, cùm super illis, de quibus dubitas per nos postulas edoceri.]

CAP. XXXIX.

¶ Electio aliàs canonica confirmatur, licèt quidam eligentium essent minori excommunicatione ligati.

Idem.

ILla quotidiana *h* instantia: [*& infrà.*] ¶ Quia pro certo didicimus electionem canonicam extitisse, ipsam auctoritate Apostolicâ duximus confirmandam: supplentes de plenitudine potestatis, si quis in ea *i* ex eo fuisset defectus, quòd quidam interfuerunt electioni ejusdem, qui ex sola participatione in simplicis excommunicationis laqueum inciderunt.

CAP. XL.

¶ Si postulatio cum electione concurrit, & numerus postulantium est duplo major, & postulatus est idoneus, postulatio admittitur, rejectâ electione. Si verò indignus, & hoc major pars postulantium ignoraverit, postulatio & electio reprobantur. Si verò sciebant, & electus est idoneus, confirmatur electio: & idem si numerus postulantium non est duplo major. hoc dicit, intelligendo secundùm quod continet jus commune.

Idem *Magistro Maximo Notario nostro.*

SCriptum *a* est in Apocal. Joan. quòd in medio & in circuitu sedis erant quatuor animalia: [*& infrà.*] ¶ Sanè ad hanc Ecclesiam, scilicet Constantinopolitanam, duo animalia sunt vocata, utinam plena oculis, & alas habentia senas, videlicet *b* Eradiensis Archiepiscopus, & Plebanus sancti Pauli de Venetiis, sicut per procuratores tam postulantium Archiepiscopum, quàm eligentium Plebanum fuit propositum coram nobis: [*& infrà.*]

¶ Verùm quia de his, quæ per assertionem partium in judicium deducta fuerant, nobis non potuit fieri plena fides, quamvis super his, quæ de numero dicta sunt postulantium, per quoddam instrumentum publicum, necnon per confessionem procuratoris adversæ partis in judicio factam, sed postea revocatam, pars altera assereret suam intentionem esse fundatam, causam discretioni tuæ duximus committendam. Per Apostolica scripta mandantes, quatenus super his & aliis inquiras diligentissimè veritatem, de meritis electi & postulati apud Venetias, ubi nati fuerunt, & diutiùs conversati. De studiis autem eligentium & postulantium, & omnibus generaliter, quæ causam possunt instruere apud Constantinopolim, ubi hujusmodi postulatio & electio celebratæ fuerunt. Et si partes consenserint, procedas hoc modo: ut si constiterit de mutuo convenisse consensu, quòd ad electionem Patriarchæ septem admitterentur Præpositi, sive per seipsos, sive per alios, & duo alii ex parte universitatis pro cæteris conventualium Ecclesiarum Prælatis, torquetunc temporis conventuales Ecclesias habuisse Prælatos, quòd cum septem Præpositis & novem Canonicis, quos quidem Canonicos constat in postulatione prafati Archiepiscopi convenisse, duplo majorem facerent numerum, quàm sexdecim electores Plebani: tu vice nostrâ postulationem admittas, nisi probatum fuerit postulato aliquid obviare de canonicis institutis *c*, quod promotionem ipsius debeat impedire: (ac Plebani electione cassatâ) ipsum Archiepiscopum absolvas à vinculo, quo Eradient. Ecclesiæ tenetur: concedendo ipsum Constantinopolitanæ Ecclesiæ in pastorem. Quòd si ad faciendum duplo majorem numerum simul omnes prædicti minimè *d* sufficerent, sive dignus sive indignus fuerit postulatus, tu (postulatione repulsâ) electionem Plebani auctoritate nostrâ confirmes, dummodò nihil obsistat eidem, quod ipsum tanto præsulatu reddat indignum.

Si verò numerus postulantium inventus fuerit duplo major, quemadmodum prædictum est, & persona postulata reperta fuerit indigna, tu tam postulationem, quàm electionem non differas reprobare: Nisi forsan omnes, aut major pars postulantium, præsumptione damnabili, postulaverint scienter indignum *e*, ut hâc vice meritò debeant eligendi seu postulandi potestate privari. Et hoc quoque casu electionem confirmes, si eam de persona idonea constiterit celebratam.

CAP. XLI.

¶ Si illi, ad quos spectat electio, negligunt eligere Prælatum cathedralis vel regularis Ecclesiæ intra tres menses proximos Superior Ecclesiam ordinabit: quod si intra tres alios menses non fecerit, ab omnè punietur.

Idem *in Concilio generali F.*

a *Cap. 3. eod. tit. in 4. compil.* b *al. Lexoviensi. al. Leconiensi. al. Luxovia.* c *in C. Barbatia sta: illud fuerit attentatum.* d *Cap. 4. eod. tit. in 4. compil.* e *Hic in quibusdam vulgatis habetur defectus, sed male: quæ deest tum in manuscr. tum in aliis emendatioribus.* f *al. infirmare.* g *al. decernimus.* h *Cap. 1. eod. tit. in 4. compil.* i *Si quis in eo ex eo fuisset, &c. In C. Barbatia, sta: Si quis in eo, vel ex eo fuisset, &c.*

a *Cap. 6. eod. tit. in 4. compil. Apocal. 4.* b *Eradiensis.* c *quæ habes ¶. eod. tit. c. nihil est.* d *sufficerent.* e *vide l. 1. 4. postulâsti. ff. de postulando.* f *Lateranensi sub Innocentio III. c. 23.*

Ne pro

NE pro defectu *a* pastoris gregem dominicum lupus rapax invadat, aut in facultatibus suis Ecclesia viduata grave dispendium patiatur; volentes in hoc etiam occurrere periculis animarum, & Ecclesiarum indemnitatibus providere: Statuimus, ut ultra tres menses cathedralis Ecclesia vel regularis Prælato non vacet. Intra quos (justo impedimento cessante) si electio celebrata non fuerit, qui eligere debuerant, eligendi potestate careant eâ vice. Ac ipsa eligendi potestas ad eum, qui proximo præesse dignoscitur, devolvatur. Is verò, ad quem fuerit devoluta potestas, Deum præ oculis habens, non differat ultra tres menses cum consilio Capituli sui, & aliorum virorum prudentium, viduatam *b* Ecclesiam de persona idonea ipsius quidem Ecclesiæ, vel alterius, si digna non reperiatur in illa, canonicè ordinare: si canonicam voluerit effugere ultionem.

CAP. XLII.

¶ *Per aliquam de tribus formis hîc contentis, scilicet scrutinii, compromissi, & inspirationis, procedi debet ad electionem in Ecclesiis cathedralibus: aliter electio celebrata non valet: & contrà facientes, privandi sunt eâ vice potestate eligendi. h.d. usq; ad §. illud.*

Idem *in eodem.* c

QUia *d* propter diversas electionum formas, quas quidam invenire conantur, & multa impedimenta proveniunt, & magna pericula imminent Ecclesiis viduatis: Statuimus, ut cùm electio fuerit celebranda, præsentibus omnibus qui debent, & volunt, & possunt commode interesse, assumantur tres de collegio fide digni, qui secretè & sigillatim vota *e* cunctorum diligenter exquirant, & in scriptis redacta mox publicent in communi: nullo prorsùs appellationis obstaculo interjecto: ut is collatione habitâ *f* eligatur, in quem omnes, vel major & *g* sanior pars Capituli consentit. Vel saltem eligendi potestas aliquibus viris idoneis committatur, qui vice omnium Ecclesiæ viduatæ provideant de pastore. Aliter electio facta non valeat: nisi fortè communiter esset ab omnibus, quasi per inspirationem *h* absque vitio celebrata. Qui verò contra præscriptas formas eligere attentaverint, eligendi eâ vice potestate priventur.

¶ *Interdicit procuratorem in electionis negotio constitui, nisi concurrant hîc contenta usq; ad §. Electiones. Abbas Siculus.*

Illud autem penitus interdicimus, ne quis in electionis negotio procuratorem constituat, nisi sit absens in eo loco, de quo debeat advocari, justoque impedimento detentus venire non possit: super quo, si opus fuerit, fidem faciat juramento: & tunc si voluerit, uni committat de ipso collegio vicem suam.

¶ *Præcipit electiones solenniter publicari, & clandestinas reprobari. h.d. usq; ad finem. Abbas Siculus.*

Electiones quoque clandestinas reprobamus, statuentes, ut quàm citò electio fuerit celebrata, solenniter publicetur.

CAP. XLIII.

¶ *Consentiens electioni de se factæ per abusum potestatis secularis, efficitur inelegibilis ad dignitatem, & electio eâ nulla. Eligentes autem à beneficiis per triennium suspenduntur, & tunc suos privati potestate eligendi.*

Idem *in eodem.* i

QUisquis electioni *k* de se factæ per seculares potestatis abusum consentire præsumpserit, contra canonicam libertatem, & electionis commodo careat, & ineligibilis fiat, nec absque dispensatione ad aliquam valeat *a* eligi dignitatem. Qui verò electionem hujusmodi, quam ipso jure irritam esse censemus, præsumpserint celebrare, ab officiis & beneficiis penitùs suspendantur per triennium, eligendi tunc potestate privati.

CAP. XLIV.

¶ *Si Prælatus per negligentiam confirmavit indignum electum ad regimen animarum, perdit potestatem confirmandi primum successorem, & à perceptione propriis beneficiis suspenditur, & promotus dejicitur. Si verò per malitiam hoc fecit, gravius punitur. Electi verò immediatè subjecti Papæ, per se aut per personas instructas debent adire Papam, & petere confirmationem. Et si sint electi in concordia, & valdè remoti, videlicet ultra Italiam constituti, interim administrant, ita tamen, quòd nil alienent: benedicuntur autem & consecrantur, prout consueverunt.*

Idem *in eodem.* b

NIhil est, *c* quod Ecclesiæ Dei magis officiat, quàm quòd indigni assumantur Prælati ad regimen animarum. Volentes igitur huic morbo adhibere necessariam medelam, irrefragabili constitutione sancimus, quatenus cùm quisquam ad regimen animarum fuerit electus, is ad quem pertinet ipsius confirmatio, diligenter examinet & electionis processum, & personam electi: ut cùm omnia ritè concurrerint, munus ei confirmationis impendat: quia si secus fuerit incautè præsumptum, non solùm dejiciendus est indignè promotus *d*, verùm etiam indignè promovens puniendus. Ipsum quoque decernimus hâc animadversione puniri: ut cùm de ipsius constiterit negligentia, maximè si hominem insufficientis scientiæ, vel inhonestæ vitæ, vel ætatis illegitimæ approbaverit: non solùm confirmandi primum successorem illius careat potestate, verùm etiam (ne aliquo casu pœnam effugiat) à perceptione proprii beneficii suspendatur, quousque (si æquum *e* fuerit) indulgentiam valeat promereri. Si verò convictus fuerit in hoc per malitiam excessisse, graviori subjaceat ultioni. *f*

Episcopi quoque tales ad sacros ordines & Ecclesiasticas dignitates promovere procurent, qui commissum sibi officium dignè valeant adimplere, si & ipsi canonicam cupiunt effugere ultionem. Cæterùm qui ad Romanum pertinent immediatè Pontificem, ad percipiendam sui confirmationem officii, ejus se conspectui (si commodè fieri potest) personaliter repræsentent, aut personas transmittant idoneas, per quas diligens inquisitio super electionibus *g* & electis possit haberi: ut sic demùm per ipsius circumspectionem consilii, sui plenitudinem officii assequantur, cùm eis nihil obstiterit de canonicis institutis: ita quòd interim valdè remoti, videlicet ultra Italiam constituti, si electi fuerint in concordia, dispensativè propter necessitates Ecclesiarum, & utilitates, in spiritualibus & temporalibus administrent, sic tamen ut de rebus Ecclesiasticis nihil penitùs alienent. Munus verò benedictionis, seu consecrationis recipiant, sicut hactenus recipere consueverunt.

CAP. XLV.

¶ *Expensa necessariæ, quas facit Capitulum pro electione Prælati, debent Prælatus debent fieri, vel reddi.*

Honorius III. *Cap. Constantinop.*

UT præterita: [1 & infrà.] ¶ Præsentium auctoritate statuimus, ut expensæ necessariæ, quas Capitulum

a Cap. 1. eod. tit. in 4. compil. vide Alphonsum Castrum, lib 3. c.2. de justa hæret. punit. b vide l. qui cæcu. cum gl. ff. de vi publ. & in l. malum & vidua. ff. de verb. sig. c Conc. Later. sub Innoc. III. c. 24. d Cap. 9. eod. tit. in 4. compil. e Singulatim vocet. f adhibita. g vel. h in Cod. Barb. ita: inspirationem S. Spiritûs absque, &c. i sub Innoc. III. cap. 25. k Cap. 10. eod. tit. in 4. compil.

a possit. b in eod. Conc. Lat. sub Innoc. III. cap. 16. c Cap. 11. eod. tit. in 4. compil. vide Conc. Trident. sess. 6. de reform. c. 1. & sess. 7. de reform. c. 3. & sess. 23. de reform. c. 1. Adde Alphonsum Castrum, lib. 3. de justa hær. a. pun. c. 3. d vide l. si constat. & Bart. ff. de appell. & in c. cum super. in gl. 1. V. de causa poss. & propr. e al. diguum. f vide l. servos. C. ad leg. Iul. de vipu. & l. nemo deinceps ad fin. C. de Episc. aud. g al. super electionis processu.

Constantinopolitanum, vel ejus nuncii, vacante sede, pro electionis negotio fecerint, de bonis Patriarchatus fiant totaliter, vel a reddantur: Dummodò ipsi bona decedentis Patriarchæ non occupent vel usurpent.

[1 *Litis vel contentionis ducâ materiâ, futuris litigiis occasio amputetur.*]

CAP. XLVI.

¶ Electio post collationem ex intervallo celebrata, non valet. l.d. secundum opinionem magis communem.

Idem *electo Lugdunensi.*

CUm post petitam instanter, & demùm obtentam quondam Lugdunensis Archiepiscopi cessionem, vota Canonicorum Lugdunensium in te tunc ipsorum Præpositum concorditer convenissent: Quia tandem examinato (sicut decuit) processu electionis tuæ, invenimus eam post publicationem consensuum, & collationis tractatum, aliquandiu fuisse protractam, assensumque tuum prius quam electus fueris requisitum, electionem eandem b (ex ipsius duntaxat inordinato processu) c justitiâ cassavimus exigente.

CAP. XLVII.

¶ Monachus unius monasterii alterius factus Abbas, in electione Abbatis prioris monasterii vocem non habet, etiamsi tale jus ab Abbate & Monachis prioris monasterii sibi fuit reservatum.

Idem *Eboracens. Priori, & magistro Guidoni de Canpo.* d

COnstitutis in præsentia nostra procuratoribus sancti Taurini (e Eboracens.) & sancti Leofredi de ere, Abbatum: [1 *& infrà.*] ¶ Cùm autem procuratores ipsorum Abbatum jussi essent exprimere, quo jure ipsi Abbates deberent electioni Abbatis Fiscan. f monasterii interesse: responderunt, quòd olim cùm assumerentur in suorum & monasteriorum Abbates, fuit specialiter indultum eis ab Abbate & Conventu monasterii Fiscanen. ut haberent vocem in Capitulo eorundem. Nos autem rationem hujusmodi frivolam reputantes, super hoc perpetuum silentium imponimus g Abbatibus supradictis.

[1 *Et monasterii Fiscanen. dil. f. n. d. tt. SS. Io. & Pauli Presbyterum Cardinalem dedimus auditorem, coram quo proposuerunt procuratores prædictorum Abbatum, quòd vacante præfato monasterio quod immediatè ad Romanam Ecclesiam pertinet, Monachi ejusdem loci contemptis præfatis Abbatibus, qui commodè poterant & debebant de jure vocari, ad electionem Abbatis temerè procedentes, Eduardum quendam Abbatem S. Vindoci ad ejusdem regimen minùs idoneum eligere præsumpserunt, quare petebant electionem ejusmodi penitùs irritari.*]

CAP. XLVIII.

¶ Electio debet fieri verbo, & de illo, in quem consenserit major pars Capituli, & non respectu aliarum partium.

Idem *Rothomagensi Capitulo.*

LEcclesia vestra destituta pastore, & votis vestris, cùm de futura Prælati haberetis successione tractatum, in diversa b divisis, quidam in Thomam, quidam in Cancellarium, & quidam singulares in singulares personas ejusdem Ecclesiæ consensistis

Verùm cùm super his in nostra & nostrorum fratrum præsentia multa fuissent hinc inde proposita, invenimus quòd illi, qui sua in Thomam desideria dirigebant, licet majorem partem facerent, partium comparatione minorum i, non tamen ad majorem partem Capituli pervenerunt. Consideramus nihilominus, quòd post publicationem consensuum, & collationis tractatum, ad electionem nullus habitus est processus, quamvis deportationis solennitas etiam post appellationem legitimam fuerit subsecuta, quam pro electione nec deceret, nec etiam expediret haberi. Unde quod factum est de Tpræ-dicto, cassavimus, petitione consentientium in Cancellarium non admissâ.

CAP. XLIX.

¶ Non professus in Abbatem eligi non potest.

Gregorius IX.

CUm in magistrum assumi non debeat, qui formam discipuli non assumpsit, nec sit præficiendus, qui subesse non novit: nos intellecto per te, quòd in quibusdam regularibus domibus, jure tibi diœcesano subjectis, sunt quidam in Abbates, non professi ordinem regularem, assumpti: Mandamus, quatenus cùm Abbates tales esse non debeant, qui per professionem Monachi & a regulares Canonici non fuerint, ad amotionem eorum, quos tales inveneris (sublato appellationis impedimento) procedas.

CAP. L.

¶ Electio facta à non majori parte Capituli, & omissâ ullanime, non valet.

Idem *Cumanen. Capitulo.*

CUmana Ecclesia pastoris solatio destituta, & congregatis die ad celebrandam electionem præfixa, qui præsentes erant de Cumanis Canonicis, ac tribus Abbatibus, qui vocem in electione habere noscuntur, Capellani & Clerici civitatis electioni se debere interesse dicentes, sub hujusmodi protestatione admissi fuerunt, quòd vox eorum, qui non deberent interesse de jure vel consuetudine, non valeret. Tandem præmisso juxta formam Concilii b generalis scrutinio, vij. de Canonicis, unus Abbatum, xj. Capellani, & novem Clerici in ejusdem Ecclesiæ Archipresbyterum convenerunt: novem Canonici, uno de Abbatibus, uno Capellano, & xj. Clericis in ipsius Ecclesiæ Archidiaconum dirigentibus vota sua: [*& infrà.*] ¶ Cùm decem & octo fuerint Canonici, tres Abbates, xx. Clerici, & xiv. Capellani, neutram electionem comperimus ad majorem partem totius Capituli pervenisse: nec probatum fuerat, quòd Clerici admitti debuerint, nec quòd Capellani admissi fuerint de consuetudine, vel de jure: nam & si Capellani duabus c electionibus Episcoporum interfuerint, & scrutatores dederint voluntatum, non tamen inquisita vota sua fuisse, vel eos aliquos elegisse probatur: sed & d si inquisita fuissent vota, vel ipsi aliquos elegissent, per hoc tamen non constitit id eis de jure competere, vel ex consuetudine jam præscripta. Unde nos electiones ipsas præsumptas etiam contra formam Concilii generalis, cùm collatio in communi omissa fuerit, quæ post publicationem scrutinii fieri debuisset, de fratrum nostrorum consilio sententialiter duximus irritandas, electores hâc vice eligendi potestate relinquentes.

CAP. LI.

¶ Per compositionem factam cum Prælato & Capitulo non potest jus eligendi competere Laico, etiam patrono in Ecclesia collegiata.

Idem *Abbati Cluniacen.*

SAcrosancta Romana e Ecclesia: [*& infrà.*] ¶ Sanè f proposuisti in nostra præsentia, quòd super ordinatione Prioris monasterii sancti Pancratii ad Cluniacen. Ecclesiam pertinentis cum Comite de Varenna g pa-

a. & b *al. tuam.* c *vide auth. de hared. & fal. 9. inordinatum. coll. 1. & 7. q. 1. nihil.* d *Ebroicensi Priori & magistro G. de Canabull. al. Priori S. Barbara.* e *Ebroicens.* f *al. Fuscanensis.* g *imposuimus.* h *ut si verbi gratiâ, cum xij. Canonici essent, quinq; nominaverunt Thomam, quatuor cancellarium, & tres alios alios tres.* i *gl. in Incell. & i plane. D. quod cujusq; no. facit. l. quod major. D. ad municip.*

a *vel.* b *Lateranensi sub Innocent. III. c 24.* c *in multis impressis deest vox, duabus, quam habent manuscr. & agnoscit glossa hic.* d *al. sed & si inquisita fuissent eorum vota.* e *vox, Romana, deest in pluribus manuscr.* f *in pluribus manuscr. In nostra sanè propositis præsentia.* g *al Valentia. al. Varennia.*

ATORO

trono ipsius, quidam prædecessor tuus de consensu Capituli sui compositionem quandam iniuit juri contrariam *a*, & Ecclesiæ ipsi damnosam; videlicet ut in optione sit ipsius Comitis, assumere ad Prioratum dicti monasterii (Cluniacen. & de Charitate Prioribus duntaxat exceptis) unum de duobus melioribus totius Cluniacens. ordinis, quos Abbas duxerit nominandos: [*& infrà.*] ¶ Attendentes itaque, quòd jus eligendi in collegiata Ecclesia non cadit in Laicum, & ideo id esset perniciosum exemplo, & redundaret *b* in dispendium Ecclesiasticæ libertatis: volumus ut dictum Prioratum libere possis (non obstante compositione ipsâ) sicut alios Prioratus tibi subditos ordinare, denunciando *c* ordinationem factam patrono, ut suum, si voluerit, honestum *d* impertiatur assensum.

CAP. LIII.

¶ Si per Papam mandatur habentibus eligere, quòd eligant cum consilio aliquorum, alioquin consiliarii providebunt: eligentes debent consilium requirere in tractatu electionis, & congruo tempore expectare responsum: aliàs electio non tenet.

Idem *Decano & Cap. Sancti Ioannis & Sancti Stephani Bisuntinen.*

CUm in veteri lege: [*& infrà.*] ¶ Porrò jamdudum vobis dedimus in mandatis, ut intra quadraginta dies post *e* susceptionem literarum nostrarum cum consilio sancti Benigni & Morisimundi Abbatum, & fratris G. de ordine Prædicatorum, eligeretis personam idoneam canonicè in pastorem: alioquin dicti consiliarii vobis de Archiepiscopo providerent. Verùm die ad eligendum præfixâ, sex ex vobis potestatem eligendi dedistis, usque ad consumptionem cujusdam candelæ, quæ ibidem accensa extitit, duraturam. Tandem cùm electores hujusmodi convenissent in prædictum Abbatem sancti Benigni, & super hoc sociorum ejus consilium requisissent: proponente uno ex illis, quòd deliberato consilio responderent, & differentibus eis festinanter dare responsum, præfati electores (cùm candela ipsa deficeret) non expectato ipsorum consilio, dictum Abbatem in Bisuntinen. Archiepiscopum elegerunt [*& infrà*] ¶ Relato ergò ad Apostolicam sedem negotio, Archiepiscopo Vinnen. & Abbati de Firmitate *f* injunximus, ut si constaret ab eisdem electoribus de electione tractatum fuisse habitum, & in tractatu electionis *g* prædictorum consilium requisitum, electionem ipsius Abbatis (si persona esset idonea) confirmarent. Quòd si in tractatu electionis non fuisset illorum consilium requisitum, licèt posteà requisitum fuerit, non competenti tempore, nec etiam expectatum responsum ipsorum aut non esset idoneus idem Abbas, quod de ipso factum erat, tanquam invalidum irritarent: [*& infrà.*] ¶ Cùm autem compertum non fuerit competenti tempore requisitum consilium de persona *h* prædicti Abbatis, & quando extitit requisitum, non fuit expectatum responsum, nisi modico tempore, nec debeat aliis imputari, quòd in tantum illi sibi tempus arctârant *i*: electionem Abbatis ipsius, non personæ, sed electionis vitio, duximus irritandam.

CAP. LIII.

¶ Si major pars Capituli scienter eligit indignum, valet electio de digno à minori parte, etiam ex eadem scrutinio facta. hoc dicit, secundùm veriorem intellectum & intrinsecum.

Idem *Episcopo Sylvanecten.*

COngregato Nivernen. Capitulo ad electionem futuri pastoris, xiij. in Decanum, & xviij. (computato procuratore cujusdam absentis) in Cantorem ipsius Ecclesiæ convenerunt: qui cùm plures in eum, & pauciores in alium sua desideria direxissent, à parte sua electus extitit in pastorem Ecclesiæ Nivernen. Postmodùm credente parte Decani, quòd alii plurimùm deliquissent eligendo personam scientiæ literalis expertem, propter quod illis secundùm statuta Lateranen. *a* Concilii ipso jure eligendi potestate privatis, potestas eligendi ad eos extitit devoluta: Decanum ipsum, qui in eum sua vota direxerant, in suum Episcopum elegerunt, ad sedem Apost. appellantes: [*& infrà.*] ¶ Reliquis petentibus ut irritare Decani electionem attentatam à paucioribus, & post aliam non cassatam, ac confirmare reliquam veluti canonicè celebratam à pluribus de persona idonea, dignaremur. Nos igitur mandamus, quatenus si dictus Cantor defectum in literatura non patitur, & aliàs est idoneus ad regimen pastorale, ipsius electionem procures auctoritate nostrâ (infirmatâ reliquâ) confirmare. Alioquin (ipsius Cantoris electione irritâ nunciatâ) prænominatum Decanum (si nihil ei de canonicis obstiterit statutis *b*) eâdem auctoritate præficias Ecclesiæ memoratæ.

CAP. LIV.

¶ Habens plures dignitates, vel plura beneficia curata, sine dispensatione Papæ, ineligibilis est. h.d. quoad titulum.

Idem *Sylvanecten. Episcopo, & Ioan. de monte mirabili Archidiac. & successori Parisiensi.* c

IUdum Ecclesia Rothomagens. pastoris solatio destituta, contra electionem, quæ in eadem Ecclesia fuerat celebrata, Archidiac. & quidam alii ejusdem Ecclesiæ Canonici ad sedem Apost. accesserunt. Dicto verò Archid. pro se ac parte sua, & G. Archid. procuratore illorum, qui electionem celebraverant, in nostra præsentia constitutis, inter alia, quæ contra electum objecta fuerant, Archidiac. proposuit memoratus, quòd idem electus post generale *d* Concilium Archidiaconatum Ambianens. adeptus, ipsum cum pluribus parochialibus Ecclesiis, quas ante idem Concilium obtinuerat, retinere præsumpsit, eoque dimisso *e* retinuit Ecclesias memoratas. Unde cùm in eodem Concilio sit statutum, ut quicunque receperit aliquod beneficium curam animarum habens annexam, si priùs tale beneficium obtinebat, eo sit ipso jure privatus: & si fortè illud retinere contenderit, etiam alio spolietur: prædictus electus contra hujusmodi veniens statuta, transgressionis notam, nec non cupiditatis vitium (quod in aliis reprobare debuerat) ex pluralitate beneficiorum incurrit. Et retinendo beneficia, quæ non spectabant ad ipsum, (cùm post receptionem alterius priora beneficia vacaverint ipso jure) rem contrectavit per consequens alienam, & sic furtum commisit, quodammodò vel rapinam. In suæ quoque salutis & multarum animarum dispendium, prædictas parœciales Ecclesias retinebat *f*, cùm earum cura, quâ jam privatus fuerat ipso jure, ad eum nullatenùs pertineret: & sic per ipsum eædem animæ damnabiliter sunt deceptæ. Verùm procurator eorum, qui elegerant ipsum, etsi pluralitatem beneficiorum hujusmodi coram nobis proiteretur *g* in jure, per concessionem tamen Rothomagen. Archiepiscopi nobis exhibitam, eundem electum nullus *h* est multipliciter excusare. Nos igitur dictam excusationem, utpote frivolam, nullatenùs admittentes *i*, vobis dedimus in mandatis, ut si constaret, quòd idem post receptum Archidiaconat. prædictum curam animarum habentem, præfatas parœciales Ecclesias

a *vide l. non dubium. cum not. C. de leg & 21. quæst. 1. imperialis.* b *redundare.* c *al. ita: denunciando ordinationem factam patrono.* d *al. honestè.* e *receptionem.* f *Firmitate.* g *al electione.* h *persona idonea.* i *vide l. 2. § sed si qui. ff. si quis caus.*

a *Later. Conc. sub Innoc. III. c. 26.* b *instituta.* c *Parisiens.* d *sub Innoc. III. c 29. cavetur, ne ullus habeat duo beneficia cum cura annexa.* e *al. omisso.* f *al. detinebat.* g *confiteretur.* h *al. vosius.* i *vid. l. liberto. § fin. ff. de negot. gest.*

electionis tempore retineret, nec ostenderet secum per sedem Apostolicam super hoc dispensatum, electionem illius auctoritate Apostolicâ cassaretis: [*& infrà.*]

¶ Partibus ergò propter hoc in vestra præsentia constitutis, præfixo quoque *a* juramento de veritate dicenda, & factis positionibus & responsionibus hinc inde, tandè eodem Decano, prætextu quorundam gravaminum ad nostram audientiam appellante, vos electionem hujusmodi irritantes, eidem Ecclesiæ de Cenoman. Episcopo providistis: [*& infrà.*] ¶ Licèt autem positiones *b* & responsiones super pluribus articulis factæ fuerint coram vobis, quia tamen contestationem litis non invenimus esse factam (cùm non per positiones & responsiones ad eas factas *c*, sed per petitionem in jure propositam & responsionem factam, contestatio litis fiat *d*) eundem processum de fratrum nostrorum consilio irritum duximus nunciandum. Tandem Archidiaconus electionem ex præmissâ causâ petiit irritari, electo respondente prædicto, quòd non erat ejus electio irritanda: Lite verò coram nobis legitimè contestatâ, præfixoq; de veritate dicenda à partibus juramento, idem electus etsi confiteretur se dicta beneficia electionis tempore tenuisse, tamen excusare se super hoc nihilominùs *e* nitebatur, quia videlicet dictum Archidiaconatum non credebat curam animarum habere. Sed cùm in jure confessus fuerit, quòd Archidiaconus Ambien. de consuetudine suspendit, excommunicat & absolvit Presbyteros & Priores, & Parœciales Ecclesias interdicit, nec non Archidiaconus *f* visitat, & inquirit, quæ viderit inquirenda, & procurationes ratione visitationis recipit, evidenter apparet, quòd curam habeat animarum annexam: quam si etiam non haberet, negare non potest, quin personatus existat, cùm idem de Personatibus, quod & de beneficiis curam animarum habentibus, judicium sit habendum. Insuper indulgentiam, quam super hoc asserit se habere, invalidam reputavimus, cùm in ea falsitatem suggesserit, & suppresserit veritatem: quâ tacitâ vel expressâ ipsam nullatenùs habuisset. Suggessit enim, quòd prædictas parœciales Ecclesias, antequam fuisset in Archidiaconum assumptus, canonicè fuerat assecutus, cùm nullus potuerit plures parœciales Ecclesias obtinere, nisi una penderet ex altera, vel unam intitulatam, & alteram *g* commendatam haberet, unde cùm idem utramque illarum intitulatam haberet, ipsas nequivit canonicè habuisse. Item suggerens, quòd reditus personatûs sui erant tenues & exiles, suppressit, quòd alios reditus in pluribus Ecclesiis noscitur obtinere. Suppressit etiam, quod plures parochiales Ecclesias cum pluribus aliis beneficiis in diversis Ecclesiis obtineret: cùm intentionis nostræ non fuerit secum in tot beneficiis (præsertim habentibus curam animarum) dispensare, nec intentionis nostræ fuerit aliquid ei de novo concedere, sed ut per indulgentiam posset habita licitè retinere: [*& infrà.*] ¶ Tandem cùm non restaret, nisi proferenda sententia, idem tam juri (si quod ei competere videbatur) quàm litis cessit *h* spontaneâ voluntate, cujus cessionem duximus admittendam.

CAP. LV.

¶ Irrita est electio, quam collatio non præcessit, vel quæ facta non est à majore parte Capituli, vel quæ non fuit communis.

Idem.

IN Genesi legitur: [*& ſ.*] ¶ Cùm in Concilio *i* caveatur, ut is collatione habitâ eligatur, in quem omnes, vel major & sanior pars Capituli consentit: & in Guil. major pars totius Capituli non consenserit, quanquam majorem partem habuit partium comparatione minorum: Nec plenè numeri ad numerum, quia utrùm G. & H. de quibus adversarii referunt quæstionem, in electione vocem habuerint, tractatum non extitit, nec discussum: nec zeli ad zelum, nec meriti ad meritum collatio facta fuerit. Nec etiam electio communiter celebrata, quoniam licèt in eundem Guil. singulariter singuli consensissent, non tamen debuit subsequi singularis electio, sed communis: ne vel idem repeti videretur, vel ex hoc sequeretur absurditas, utrot essent electiones, quot essent numero eligentes. Nec ex singularibus vel particularibus consensibus appareret universalis electio vel communis, licèt quilibet singularis veritatem exprimat suæ partis: quemadmodum ex singularibus propositionibus (licèt veris) universalis propositio non apparet *a*, nisi per signum universale forsitan exprimatur. Nec præmissi duo Canonici poterant sic excludi, cùm primus existeret in Canonicatûs possessione, vel quasi *b*, habendo stallum in choro, locum in Capitulo, legendo & cantando ut Canonicus, & ad tractatus ac electiones dignitatum & personatuum, quæ occurrerunt pro tempore faciendæ, tanquam Canonicus sit vocatus; quanquam hâc vice fuerit cum protestatione admissus: secundus verò esset in tali loco, de quo fuerat ad electionem vocandus: cùm de toto regno Franciæ vocentur absentes de consuetudine Ecclesiæ Gallicanæ. Nos his plenius intellectis, de consilio fratrum nostrorum præmissam electionem, utpote contra formam Concilii attentatam, decernimus irritam & inanem.

CAP. LVI.

¶ Non valet electio Pontificis per Laicos & Canonicos facta, etiamsi hoc habeat consuetudo. h. d. & quotidie fólet allegari.

Idem *Capitulo Messana.*

MAssana *c* Ecclesia pastore *d* vacante: [*& infrà.*] ¶ Edicto perpetuo prohibemus, ne per Laicos cum Canonicis Pontificis electio præsumatur. Quæ *e* si forte præsumpta fuerit, nullam obtineat firmitatem: Non obstante contrariâ consuetudine, quæ dici debet potius corruptela. *f*

CAP. LVII.

¶ Non sufficit ad confirmationem electionis, quòd sit facta à majori parte Capituli, nisi etiam illa pars sit sanior.

Idem *Cap. Cathalan.*

II. ECclesiâ vestrâ destitutâ pastore, convenientes in unum (absente Guil. qui tunc noluit interesse) ad celebrandam electionem terminum statuistis. Veniente verò termino, & dicto Guil. (cùm absens existeret) non vocato, præmisso juxta formam Concilii *g* generalis scrutinio, 14. magistrum G. Presbyterum Cardinalem, concanonicum *h* vestrum: & 17. R. Remen. Canonicum elegerunt, præfato G. postmodum electioni ejusdem R. suum præbente consensum. Tandem procuratoribus utriusque partis in nostra præsentia constitutis, allegabatur pro electione dicti R. quod cùm in 4. excederet aliam, computato Guil. prædicto, majorem Capituli partem habebat, & per hoc debebat pars sua sanior reputari, cùm ubi major numerus est, zelus melior præsumatur *a*.

---

a *al. præfitoq;. al. & præfito.* b *vide l. hæres. & sequent. ff. de pet. hær. & l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posthum.* c *al. habitas. al. dilatio, falsas deest in manuscripto.* d *vide l. defensor. §. qui interrogatus. ff. de int. act. & l. 1. C. de diversis, rescript.* e *al. videbatur.* f *vide Concil. Trident sess. 24. de reformat. cap. 3.* g *aliam.* h *vide l. postquam lite. C. de past. & Bart. in l. qui Roma. §. duo fratres. ff. de verborum obligat.* i *Lateranensi sub Innocent. III. cap. 24.*

a *Vide l. qui habebat. ff. de legatis 3. & l. si pluribus. & ibi Bartol. ff. de legatis 2.* b *vide l. certum. Cod. de rei vindic.* c *alias, Messana.* d *vide Concil. Bracar. cap. 1. & Burchard. lib. 2. Decr. cap. 10.* e *Quòd si.* f *vide l. omnes judices. cum not. Cod. de dec. lib. 10. in glossa 2. & in Authent. ut nulli judic. §. primo, in glossa magna, collat. 3.* g *Concil. Lateranen. sub Innocent. III. cap. 24.* h *in antiquis, Cannacum invenio.* i *vide l. ita stipulatus. & credendum est. ff. de verborum obligation.*

Pars verò altera electionem eandem multipliciter impugnabat, proponens prænominatum R. in ætate pati defectum, nec esse sufficientis scientiæ ad Ecclesiam supradictam, cùm ætatis maturæ, & eminentis scientiæ præsitus Cardinalis existat: & cùm electores Cardinalis alios meritis & auctoritate præcellerent, habito præsertim respectu ad personam electam, meliorem zelum eos habuisse constabat. Dicebatur præterea, quòd consensus dicti Guil. (quem pars ejusdem R. confitebatur fuisse contemptum, asserente parte reliquâ Capitulum potius contemptum ab ipso fuisse) cùm non fuerit consensus præstitus in scrutinio, sed post electionem accesserit, adjicere nil valebat: [& infra.] ¶ Denique statutum generali Concilio, quod electionem decernit invalidam, cùm contra ejusdem Concilii formam in electione peccatur, non debet ad contemptum, & alia, quæ non sunt de forma, referri. Unde quod ibi dicitur, quòd aliter electio celebrata non valeat, ea respicit tantùm, quæ attentantur contra formam Concilii memorati: non autem alia, quæ ponuntur ibidem, sicut est illud, quod præsentibus omnibus, qui debent, volunt, & possunt commodè interesse, haberi debeat in electione processus, ne cætera, quæ super hoc alibi statuta noscuntur, uno verbo videantur everti. Neque enim *a* credendum est, Romanum Pontificem (qui jura tuetur) quod aliàs excogitatum est multis vigiliis & inventum *b*, uno verbo subvertere voluisse. Nos ergò quæ hinc inde fuêre proposita plenius intellectis (cùm ex Lateranens. Concilio in ordinationibus Ecclesiarum major & sanior pars Capituli exigatur, & statutum generalis Concilii contineat inter cætera, ut is eligatur, in quem omnes, vel major & sanior pars consentit) electionem dicti R. non personæ, sed potiùs electionis vitio (cùm major & sanior pars non consenserit in eundem) de fratrum nostrorum consilio duximus sententialiter irritandam.

CAP. LVIII.

¶ *Publicato scrutinio, non possunt electores variare, sed compelli debent ad collationem & electionem.*

Idem.

PUblicato scrutinio variare nequeunt electores, cùm sit facienda collatio, & electio celebranda. Ad quod per superiorem, si oportuerit, compellantur.

CAP. LIX.

¶ *Cessatâ electione propter simoniam etiam sine culpa electi, non dispensat Episcopus eâ vice cum cessatore: sed is electus liberè resignavit. b. d. secundum intellectum glossæ 2. in fin.*

Idem.

SI alicujus electionem propter simoniam, eo ignorante ac ratum non habente commissam, contigerit reprobari, cum eo super prælatione *c*, ad quam taliter fuerat electus, illâ vice non potest Episcopus dispensare. Quamvis circa eum, qui ignoranter recipit simplex beneficium per simoniacam pravitatem, post liberam resignationem Episcopi dispensatio toleretur *d*.

CAP. LX.

¶ *Electoribus impeditis currit tempus, si possunt impedimentum tollere.*

Idem.

HIs quibus interdicitur, ut absque superioris licentia eligere non præsumant, tempus statutum à canone currit, ex quo in mora fuerint licentiam hujusmodi postulandi *e*.

a *al. Nec enim.* b *Vide §. quorum. Institut. in proœm. & in authh. ut jud. sine quo. fuff.* c *aliàs, postulatione.* d *Vide. l. ni hil. §. sicut filius. ff. de inofficios. testament.* e *Vide l. eum qui 12. §. fin. cum gloss. magnâ. & ibi Bart. D. de verborum obligation.*

DE TRANSLATIONE Episcopi *a*.

TITULUS VII.

CAP. I.

¶ *Patriarcha, qui confirmatum in Archiepiscopum transfert ad sedem Episcopalem, ab Episcoporum confirmatione suspenditur. Ioann. Andr.*

Innocentius III. *Antiocheno Patriarchæ.*

CUm ex illo *b* generali privilegio, quod Beato Petro, & per eum Ecclesiæ Romanæ Dominus noster indulsit, canonica postmodùm manaverint instituta, continentia majores Ecclesiæ causas ad Apost. sedem *c* perferendas, ac per hoc translationes Episcoporum & sedium mutationes ad summum Apostolicæ sedis Antistitem de jure pertineant, nec super his quicquam præter ejus assensum debeat immutari *d*: Miramur, quòd L. (Apamen. *e*) electum in (Tripolitanam) Ecclesiam transtulisti, & novo quodam mutationis genere parvificâsti majorem, & magnum quodammodò minorâsti, episcopare Archiepiscopum, imò potiùs dearchiepiscopare præsumens. Licèt enim dictus L. nondum fuisset in Archiepiscopum consecratus, confirmationis tamen munus receperat, & Archiepiscopalia (quantùm ei licuit) ministrârat, sicut nobis ipsius relatione innotuit, qui se Valiens. Episcopum *f* asseruit confirmâsse. Ne igitur perpetrandi similia cæteris audacia tribuatur, te ab Episcoporum confirmatione duximus suspendendum *g*.

CAP. II.

¶ *Electos in Episcopos & confirmatos, transferre potest solus Papa.*

Idem *Decano & Capitulo Andegavensi.*

INter corporalia *h* & spiritualia eam cognovimus *i* differentiam, quòd corporalia faciliùs destruuntur, quàm construantur: spiritualia verò faciliùs construuntur, quàm destruantur. Unde juxta canonicas sanctiones Episcopus solus honorem dare potest, solus auferre non potest. Episcopi quoque à Metropolitanis suis munus consecrationis accipiunt, qui tamen non possunt, nisi per Roman. Pontificem condemnari. Cùm ergò fortius sit spirituale vinculum, quàm carnale, dubitari non debet, quin omnipotens Deus spirituale conjugium, quod est inter Episcopum & Ecclesiam, suo tantùm judicio reservaverit dissolvendum, qui dissolutionem *k* etiam carnalis conjugii, quod est inter virum & fœminam, suo tantùm judicio reservavit: præcipiens, ut quos Deus conjunxit, homo non separet. Non enim humanâ, sed potiùs divinâ potestate conjugium spirituale dissolvitur, cùm per translationem, depositionem, aut cessionem auctoritate Romani Pontificis (quem constat esse Vicarium Jesu Christi) Episcopus ab Ecclesia removetur: & ideò tria hæc, quæ præmisimus, non tam constitutione canonicâ, quàm institutione divinâ, soli sunt Romano Pontifici reservata *l*. Sicut autem Episcopus conseeratus sine licentia Rom. Pontificis suam non debet Ecclesiam derelinquere, sic & electus confirmatus: cùm non debeat in dubiũ revocari, quin post electionem & confirmationẽ canonicam inter personas eligentium & electi, conjugium sit spirituale contractum, cui profectò Episcopa-

a *In quibusdam antiquis additur, vel electi.* b *Capit. 1. cod. tit. in 3. compil.* c *Anacl. Papa ep. 1. Melchior Canus libr. 2. de loc. Theolog.* d *al attentare.* e *Paphensem, al. Appamensem.* f *al. Sivalvensem. al Valiens.* g *Vide l. 1. C. ad leg. Iul. rep. & Institut. de excep. §. hodiè.* h *Cap 2. eod. tit. in 3. compil.* i *in vulgatis, esse, legitur: sed abest à manuscript.* k *Vide Dom. Soium in 4. Sententiar. distinct. 27. quæst. 1 art. 4. Matth. cap 19.* l *Vide cap. quamvis. de elect. lib. 6. & cap. ut debitus. ad fin. §. de appell.*

lis dignitas nihil addit : cùm quis Episcopali præditus dignitate, nullius tamen Ecclesiæ possit esse Episcopus: quemadmodum de illo contingit, qui oneri Pontificali renunciat, non honori. Unde cùm non sit majus vinculum Episcopi ad Ecclesiam *a*, quàm electi, maximè cùm fuerit confirmatus *b*, imò idem penitùs & non aliud, idem juris obtinet in utroque. Sicut ergò Episcoporum translatio, depositio & cessio, sic & electorum post confirmationem (spiritualis conjugii ratione) soli est Romano Pontifici reservata : licèt usque ad tempora ista, quod cautum fuerat de Episcopis, expressum non fuerat de electis : propter expressam tamen similitudinem, vel identitatem potiùs, nemini poterat videri dubium subtiliter intuenti : cùm de similibus idem judicium sit habendum. Sed neque illud, quod in canone legitur de electo, ut si ultra sex menses per suam negligentiam retinuerit Ecclesiam viduatam, nec ibi, nec alibi donum consecrationis accipiat, imò Metropolitani sui cedat judicio : aliter intelligentibus poterat suffragari : cùm non intelligatur Ecclesia viduata, quasi sponsum non habeat, sed quia sponsus ejus nondum sit consecratus, adhuc quoad quædam quasi viri manet solatio destituta : sicut juxta communem modum *c* loquendi illa dicitur Ecclesia viduata, quæ licèt Episcopum habeat, inutilem tamen perhibetur habere. Nec quod de cessione subsequitur, & statutum fuit ad pœnam, trahi debet ad gratiam : ut sicut Metropolitani judicio electus dejicitur, ita etiam ad aliam Ecclesiam possit transferri, præsertim cùm nec sine auctoritate Romani Pontificis fiat cessio vel dejectio memorata : qui ut hæc possent, ex illo canone Metropolitanis indulsit. Unde si circa translationem idem fieri voluisset, quod de cessione dixerat, & de translatione poterat expressisse : & quod non est sanctorum Patrum decreto sancitum, superstitiosis non est adinventionibus præsumendum: præsertim cùm nonnunquam intelligatur prohibitum, quod non invenitur concessum. Sanè quoniam Turonens. Archiepiscopus electum Abricen. per Metropolitanum suum confirmatum, in Ecclesiam vestram præter auctoritatem sedis Apostolicæ transferre præsumpsit, & in Episcopum consecrate, quem Rothomagensis Archiepiscopus citra mandatum nostrum absolvit, & ei licentiam tribuit transeundi : prædictos Archiepiscopos à consecratione & confirmatione Pontificum, Episcopum verò ab executione Pontificalis officii, Bituricensis Archiepiscopus juxta mandati nostri tenorem suspendit. Et quamvis iidem Archiepiscopi tanquam majores plùs excesserint in præmissis *d*, præfatus verò Episcopus minùs (utpote illorum tanquam majorum errorem secutus) nos tamen intellectâ eorum confessione spontaneâ, & supplicatione devotâ, veniam errori dedimus, quia non ex malignitate, sed ex simplicitate peccaverunt *e*. Et quoniam præfatus Episcopus, qui minùs peccaverat, severiùs fuerat castigatus, reatum suum recognoscens humiliter & devotè, ac misericordiam postulans, & judicium non requirens: nos intuentes, quòd licèt sibi munus consecrationis impensum, nec prioris Ecclesiæ ipsum Pontificem fecerit, nec secundæ, cùm ad primam non fuerit consecratus, & ad secundam (priori vinculo perdurante) non potuerit canonicè consecrari, adhuc conjugaliter alteri alligatus : ei tam à vinculo prioris Ecclesiæ, quàm à pœna suspensionis penitùs absoluto, de benignitate sedis Apostolicæ duximus concedendum, ut priori consensu hactenus perdurante, Andegaven. Ecclesiam studeat gubernare.

a *Aliàs ità : quoad Ecclesiam.* b *vide text. in 1. constit. C. & l. Sicilius. & l. Pamphilus. D. de man. test.* c *usum vide l. Interdum §. quod tamen Cassius. D. de legat. 3. & l. cum de Lamonio. & affinem. D. de fund. instr. leg.* d *vide l. in Presbyteris. C. de Episc. & Clericis. & ff. de pœn. l. mariti. § iste ferè.* e *vide l. 3. § fin. ff. de leb. can. & text. in l. plagii. C. ad legem Fla. de plagia.*

CAP. III.

¶ Episcopus, qui propriâ auctoritate de suâ Ecclesiâ se transfert ad aliam, carebit utrâque.

Idem *Bambergensi a Episcopo, & Petro scholari Moguntinen.*

QUantò persona *b* Hildesemen. Episcopi: [1 & ſ.] ¶ Ipse verò relictâ Hildesemen. Ecclesiâ, ad Herbipolens. Ecclesiam auctoritate propriâ se transtulit. Non attendens, quòd veritas in Evangelio *c* protestatur : [*Quos Deus conjunxit, homo non separet:*] & potestatem transferendi Pontifices ita sibi retinuit Dominus & Magister, quòd soli beato Petro Vicario suo, & per ipsum successoribus suis speciali privilegio tribuit *d*, & concessit : sicut testatur antiquitas, cui decreta Patrum sanxerunt reverentiam exhibendam : & evidenter asserunt sacrorum canonum sanctiones. Non enim homo, sed Deus separat, quos Roman. Pontif. (qui non puri hominis, sed veri Dei vicem gerit in terris) Ecclesiarum necessitate vel utilitate pensatâ, non humanâ, sed divinâ potiùs auctoritate dissolvit. [2 & infrà.] ¶ Ne autem facti pervertitas transeat præsumptoribus in exemplum *e*, (quod quidem, si verum est, non potest non esse notorium) sibi præcipimus, ut administrationem Herbipolens. Ecclesiæ penitùs derelinquat : [3 & infrà.] ¶ Cæterùm quoniam Herbipolens. Ecclesia Canonici vota sua in ipsum prorsùs illicitè contulerunt, volentes (sicut dignum est) ut in eo puniantur, in quo peccaverunt, eligendi eos hâc vice suspendimus potestate. [4 & infrà.] ¶ Quia verò Hildesemensem Ecclesiam, cui fuerat alligatus, unde (secundùm Apostolum) solutionem quærere non debebat, nimis improbè dereliquit, ne ad ipsam redeat ulteriùs, districtiùs prohibemus : cùm secundùm traditiones *f* canonicas, qui ad majorem se plebem transtulerit, à cathedra repelli debeat aliena, & carere propriâ : ut nec illis præsideat, quos per superbiam sprevit, nec illis, quos per avaritiam concupivit *g*.

[1 *Sincero diligebamus affectu, tanto securiùs sperabamus, quòd nihil adversùs matrem suam Romanam Ecclesiam in præjudicium sui ordinis, & Ecclesiasticæ disciplinæ dispendium attentaret. Sanè sicut certâ multorum assertione comperimus, & suarum didicimus nihilominùs testimonio literarum, quibus ad nos direxit Herbipolens. se Pontificem nominabat.*]

[2 *Nolentes autem tanta præsumptionis audaciam relinquere impunitam, qui secundùm Apostolum omnem inobedientiam promptè sumus ulcisci.*]

[3 *Si verò, quod non credimus, hanc suspensionem nostram non curaverit humiliter observare, & subdita sibi usurpare præsumpserit, excommunicationis vinculo ipsum decrevimus innodatum, omnibus etiam tam Clericis quàm laicis Herbipolens. diœces. sub anathematis interminatione præcipimus, non obstante juramenti fidelitatis, ut omnem sibi obedientiam subtrahant, quam ipse sibi contra sacros canones usurpavit, non attendens, quod dicit Apostolus : Nemo sibi sumat honorem, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron.*]

[4 *Etsi contra sed. Apostol. interdictum ad cujusdam nominationem processerit, quod ab eis falsum fuerat, irritum decernimus & inane.*]

a *Sueinʒ compil. Al. Idem Episcopo & Petro Scholastico Moguntinensi.* b *Cap. 3. eod. tit. in 3. compil.* c *Matth. 19.* d *aliter præluit.* e *vide l. capitalium. § penul. ff. de pœn. & in l. si quis in suo. C. de inofficios. testamento.* f *Leo Papa 1 epist. 12. cap. 1. Adde Concil. Sardic. can. 1. ubi cavetur, ne quis de uno Episcopatu ad alium transferatur.* g *Caus. 7. quæst. 1. si quis.*

CAP. IV

CAP. IV.

¶ *Solus Papa transferre Episcopos: & indulgentia per eum super tali translatione concessa ad literam servanda est.*

Idem *Brambur. Episcopo & scholastico Magun-*
tinensi a.

Licèt *b* in tantum : [1 *& infrà.*] ¶ Sicut legitimi matrimonii vinculum, quod est inter virum & uxorem, homo dissolvere nequit, Domino dicente in Evangelio : [*Quos Deus conjunxit, homonon separet :*] sic & spirituale fœdus conjugii, quod est inter Episcopum & Ecclesiam, quod in electione initiatum, ratum in confirmatione, & in consecratione intelligitur consummatum, sine illius auctoritate solvi non potest, qui successor est Petri, & Vicarius Jesu Christi. Hoc autem C. quondam Hildesen. Episcopus non attendens, ad Herbipolent. Ecclesiam propriâ temeritate transivit : [2 *& infrà.*] ¶ Nec illa c prædecessoris nostri indulgentia præsumptionem excusat ipsius, sed ambitionem accusat : cùm in ea sit expressum, quòd si ad majorem vocaretur forsitan dignitatem, eam sibi liceret assumere, dum tamen nihil ei de statutis canonicis obviaret. Unde licèt forsitan aliquibus videatur, ut indulgentiæ occasione ipsius ad dignitatem possit transire majorem, ad parem tamen ipsi transire non licuit : cùm in majori dignitate propter majorem utilitatem facilius soleat dispensari. Præterea cùm postulatio, sicut & electio, examinari soleat diligenter, & tenor illius indulgentiæ non solum videatur postulationis examinationem, sed personæ etiam reservare, subjungens, dummodò nihil de canonicis obviet institutis : antequam per eum postulatio examinata fuisset, cui fuerat facienda, nullâ ratione debuerat transisse.

[1 *Quadam verò sibi Apostol. sed. reservat, quodammodò specialiter & singulariter, ut præter specialem auctoritatem ipsius nec jure agi valeant, nec attentari debeant cum effectu. In his autem specialiter translationes Episcoporum adeò non tam constitutas canonicè, quàm divina ejus tantum potestati commisit, ut.*]

[2 *Et administrationi ejus se ingerens Herbipolensem se fecit Archiepiscopum nominari & infrà.*]

DE AUCTORITATE, ET usu pallii.

TITULUS VIII.

CAP. I.

¶ *Intra quamlibet Ecclesiam provinciæ suæ Archiepiscopus pallio uti potest : sed extra, non potest.*

Clemens III.

Cum super *d* aliqua re [*& §.*] ¶ Quæsivisti, quomodo intelligatur, quod in forma traditionis pallii continetur, videlicet, Traditum tibi pallium *e* ut eo intra *f* Ecclesiam tuam utaris. Quod ita intelligitur, videlicet intra quamlibet Ecclesiam provinciæ tibi commissæ. Si verò te sanctis indutum vestibus Ecclesiam processionaliter, vel alio modo exire contigerit, tunc tuo pallio minimè *g* uti debes.

a *Idem Bamberg. Episcop. & magistro Præposito scholarum Maguntin.* b *Capit. 4. eod. titul in 3. compil.* c *In Cod. Barbatina sic : Nec illa prædecessoris nostri indulgentia, quam impetrasse se refert, præsumptionem &c.* d *Capit. 1 eod. titul. in 2 compil.* e *pallium sumitur in hoc tit. pro quodam Archiepiscoporum ornamento, crucibus nigris intexto, veluti stola sacerdotalis, quod super alia ornamenta defertur, humeros velut corona pectus, circumdans, & ante dependens. Vide Pavmorm. in c. antiqua de privil. & Innocent. III. lib. 1. Myster. Miss. c. 63. ubi copiosè de ejus materia, forma & mystica significatione.* f *al. justa.* g *nullo modo.*

CAP. II.

¶ *Archiepiscopus alteri Archiepiscopo pallium suum commodare non potest.*

Cœlestinus III.

Ad hoc *a*, quia quæsitum est à nobis ex parte tua, utrùm liceat tibi pallium tuum Metropolitano alii commodare. [1 *& infrà.*] ¶ Inquisit. t. t. respondemus, quòd non videtur esse conveniens, ut pallium tuum alicui commodes *b* : cùm pallium personam non transeat, sed quisque cum eo debeat (sicut tua novit discretio) sepeliri.

[1 *Si contigerit eum sine pallio suo ad Ecclesiam tibi commissam, vel in aliqua præcipua solemnitate venire, & in eadem Ecclesia Missarum solennia celebrare, licèt enim non recolamus nos expressum canonem invenisse, super hoc tamen.*]

CAP. III.

¶ *Per pallium confertur plenitudo Pontificalis officii, & nomen Archiepiscopale.*

Innocentius III. *C. Cardinali* c *Presbytero Apost.*
sed Legato.

Nisi specialis dilectio *d* illa : [*& infrà.*] ¶ Sanè si postulatio Trojani *e* Episcopi ad Panormitanam Ecclesiam fuisset per nos etiam approbata, non tamen deberet se Archiepiscopum appellare, priusquam à nobis pallium suscepisset, in quo Pontificalis officii plenitudo *f*, cum Archiepiscopalis nominis appellatione confertur. Tu ergò quod factum est, sic studeas palliare, ut id in confusionem tuam, & ad sedis Apost. opprobrium non redundet.

Quoniam si oporteat, ut nos, vel tu, ex hoc negotio confundamur, eligemus potiùs te confundi, quàm lædamus sedis Apost. dignitatem.

CAP. IV.

¶ *Romanus Pontifex semper & ubique utitur pallio, alii in Ecclesiis suis & certis diebus tantum.*

Idem.

Ad honorem *g* Dei : [*& infrà.*] ¶ Sanè solus Romanus Pontifex in Missarum solennitis *h* pallio semper utitur, & ubique : quoniam assumptus est in plenitudinem Ecclesiasticæ potestatis, quæ per pallium significatur *i*. Alii autem eo nec semper, nec ubique, sed in Ecclesia sua, in qua jurisdictionem Ecclesiasticam acceperunt, certis debent uti diebus. Quoniam vocati sunt in partem solicitudinis *k*, non in plenitudinem potestatis.

CAP. V.

¶ *Archiepiscopus extra suam provinciam pallio uti non potest, etsi sic habeat consuetudo.*

Idem *Compostellano Archiepiscopo.*

Ex tuarum *l* tenore literarum accepimus, quòd cùm fuerit in concessione pallii tibi dictum, ut ipso intra Ecclesiam tuam uteteris : & tibi pro Ecclesiæ tuæ negotiis frequenter extra tuam provinciam commoranti, verecundum sit absque pallio ministrare (cùm consuetudo sit in Hispania generalis, quòd Archiepiscopi extra suas provincias, pallio indifferenter utantur) ut extra tuam provinciam uti pallio valeas, indulgeri tibi à sede Apostolica postulâsti.

Licèt autem talis consuetudo dicenda sit potiùs corruptela *m*, nos tamen de speciali gratia indulgemus tibi, ut si necessitate aliquâ præpedit', ad Ecclesiam tibi subjectâ

a *Cap. 2. eod. tit. in 2 comp. al. hac.* b *l. personale. ff. sol. matrim.* c *Innocentius III. Cod. tit 5. Laurentii in Lucina Presbytero Cardinali &c. ut habet 3 compil.* d *Cap. 1 eod. tit in 3. comp.* e *alias Trojanens. alut. Trojacens.* f *Addo Concil. Lateranens. sub Innocent. III cap. 3.* g *Cap. 2. eod. tit. in 3 compil.* h *al. solemnitatibus.* i *figuratur.* k *al. & non in plenitudinem. &c.* l *Cap. 3. eod. tit in 3. compil.* m *vide l. omnes judices C. de decur. lib. 10. & auth. ut nulli judic. 4 2. in gloss. magna, collat. 3.*

accedere fortè nequiveris, pro consecrandis Suffraganeis tuis, vel Clericis ordinandis, & ad Ecclesiam alienam propter hoc te contigerit declinare: dummodò is, ad quem Ecclesia pertinet, id permittat, utendi pallio in jam dictis casibus liberam habeas facultatem.

CAP. VI.

¶ In qualibet Ecclesia sua provinciæ, permissu diebus, Archiepiscopus Missam celebrans, uti potest pallio.

Idem.

CUm sis, [*1 & infrà.*] ¶ Ubicunque *a* fueris in Missarum celebrationibus constitutus, diebus solennibus usum pallii, (per quod plenitudo Pontificii *b* designatur) poteris liberiùs exercere.

[*1 In partibus remotissimis gratum gerimus & acceptum, quòd in afflictionibus tuis quotidianis, dubitationis scrupulus emergit, &c. Noveris igitur, quòd ubi expedit necessitas, & plura in una Ecclesia altaria, & plures Episcopos simul poteris consecrare, &c.*]

CAP. VII.

¶ Sine pallio & sandaliis, potest Archiepiscopus celebrare.

Honorius III. *Archiepiscopo Tri.*

QUia nos: [*& infrà.*] ¶ Inquisitioni t. r. respond. quòd tam in tua, quàm in aliena diœcesi, potes sine pallio & sandaliis celebrare: qui utique in tua diœcesi non debes semper celebrare cum pallio, sed diebus illis duntaxat, qui in Ecclesiæ tuæ privilegiis sunt expressi. Sicque soluta est quarta quæstio, quâ quæsivisti, an tibi sit licitum pro eis defunctis cum pallio celebrare.

DE RENUNCIATIONE.

TITULUS IX.

CAP. I.

¶ Non datur licentia cedendi Episcopo, qui propter senectutem vult cedere, si necessarius vel utilis sit Ecclesiæ suæ.

Alexander III. *Londonensi Episcopo* c.

LIteras *d* tuas: [*1 & infrà.*] ¶ Si tuam aut *e* senectutem, aut insufficientiam fortè considerans, te tanquam immeritum *f* postulas relaxari: scito nos credere, quòd tutiùs sit hoc tempore, si commissa tibi Ecclesia sub umbra tui nominis gubernetur, quàm si alteri novæ incognitæque personæ gubernanda in tanto discrimine committatur: maximè quia in te vigor devotionis & fidei (etiam corpore senescente) non deficit, sed vergente deorsum conditione corporeâ, fervor Spiritûs in sublimiora conscendit: [*2 & infrà.*] ¶ Monemus te igitur, ut super hoc diebus istis nullâ te facias importunitate molestum, quia indecens omninò probatur, priùs solvere militiæ cingulum, quàm cedat victori adversitas præliorum.

[*1 Nuper accepimus, devotione plenas & dolore non vacuas, quas quidem & tuam nobis insinuârunt affectuosissimam charitatem, & tui Archiepiscopalis officii, quod fideliter gessisse & adhuc te gerere gaudemus, contrariam exigebant Ecclesia utilitatibus sufficientem. Nosti enim, sicut vir prudens & providus, quòd tanta est Cleri malitia, & contra Ecclesiam Dei tam gravis tamque diuturna persecutionis instantia, ut nequaquam ei cedat ad commodum, si tuam fidem talem contigerit subire defectum. Quòd.*]

[*2 Ne igitur hujus doloris aculeus vividam circa te nostri pectoris vulneret charitatem, rogandum te potius duximus & monendum.*]

a *Cap. 1. eod. tit. in 4. compil.* b *al. Pontificalis officii. al. Pontificis.* c *al. Lundun. Archiepiscop. al. Lugdunensis Archiepiscop. al. Baton. Episcop.* d *Cap. 2. eod. tit. in 1. compil.* e *al. autem.* f *sic in omnibus manuscript. & vox, immeritum, perperàm inserta fuit.*

CAP. II.

¶ Qui abjerat beneficium, licitè potest illud (si denuò eligatur) obtinere.

Idem *Abbati Dolen.* a *& Priori de Artigia.*

CUm inter P. Gaufridi & quosdam *b* alios Canonicos sancti I. super spirituali *c* beneficio scilicet stallo in choro, & loco in Capitulo, quæstio fuisset diutiùs agitata: [*1 & infrà.*] ¶ Ideoque vobis mandamus, quatenus si præfatum P. inveneritis de consensu *d* majoris partis Capituli fuisse de prædicto beneficio auctoritate Apostolicâ investitum, eum faciatis beneficium ipsum pacificè possidere: non enim videtur nobis impedimentum afferre juramentum, quod de eodem non petendo ulteriùs proponitur præstitisse, si consensus majoris & sanioris partis canonicorum Ecclesiæ intercessit.

[*1 Quia tamen altera pars sufficienter instructa non vocata, negotium non potuit terminari.*]

CAP. III.

¶ Qui renunciavit beneficio suo, illud repetere non potest.

Idem *Episcopo* e *Verulano.*

EX transmissa *f* relatione Abbatis sancti N. de Ceparano, nostris est auribus intimatum, quod F. Rubeus Clericus, dum infirmitate *g* laboraret *h*, apud monasterium Sancti Salvatoris sibi petiit habitum monasticum indulgeri: qui recuperatâ postmodum sanitate, ad monasterium illud gratiâ complendi votum accessit: & ibidem moram aliquantulam faciens, ea quæ prædictæ Ecclesiæ sancti N. contulerat, sibi fecit restitui. Nunc autem mutato animo laborat, ut restituatur in Ecclesia supradicta.

Verùm quoniam jam dicta Ecclesia ab eo soluta dignoscitur, ex quo ea, quæ sibi contulerat, ad petitionem suam resignavit eidem: mandamus, quatenus (si res ita se habet) prædictum Abbatem & socios ejus ad receptionem P. nullâ ratione compellas invitos: nec à populo *i* Ceparano compelli permittas: hortari tamen eos poteris, ut illum non tanquam unum de Ecclesia, sed quasi de novo recipiant in socium & in fratrem.

CAP. IV.

¶ Beneficiatus sine licentia Prælati sui, beneficio renunciare non potest.

Idem *Episcopo Tornacensi.*

ADmonet: [*& infrà.*] ¶ Universis personis tui Episcopatûs sub districtione prohibeas, ne Ecclesias tuæ diœcesis ad ordinationem tuam pertinentes, absque assensu tuo intrare audeant, aut detinere, aut te dimittere inconsulto. Quòd si quis contra prohibitionem tuam venire præsumpserit, in eum canonicam exerceas ultionem.

CAP. V.

¶ Contra petentem beneficium admittitur spontanea abjurationis exceptio, etsi eam causâ renunciationis non adjecit; contra quam actor replicare poterit, quòd non sponte renunciavit: & qui melius probaverit, obtinebit.

Clemens III.

SUper hoc quod scisciteris *k*, utrùm Ecclesiastica beneficia reposcentibus, objecta spontaneæ abjurationis exceptio sine causæ cognitione sit admittenda, & an

a *Dulmen. al. ita: Abbati & Priori de Artigi. al. de Arigia.* b *Cap. 3. eod. tit. in 1. compil.* c *al. speciali.* d *In C. Barbat. majoris & sanioris partis, &c.* e *al. Versellensi. al. Verulan.* f *Cap. 4. eod. tit. in 1. compil.* g *al. dum olim nimiâ infirmitate laborat, &c.* h *juxta illud: Dum fero laguerem, fero religionis amorem: Expers languoris, non sum memor hujus amoris.* i *Vox, populo, deest in omnibus manuscr. sed erat expositio marginalis, quæ irrepsit in textum. In antiquis ita habebatur: Ceparano, id est, à populo Ceparano.* k *Cap. 3. eod. tit. in 2. compil. legitur ita: super hoc quod scisciteris à nobis.*

actoris,

actoris, quòd sponte non renunciavit, an rei de spontanea renunciatione debeant probationes admitti? Sic tuæ experientiæ respondemus, quòd nulla ratio hoc verisimile reddit, ut quisquam beneficium multis fortè expensis & laboribus acquisitum, quo sustentari debet, facilè sine magna causa, suâ sponte resignet: ideoque supervacuum esse non credimus, causam resignationis diligenter inquiri *a*, quam si fortè probabilem, id est, non vi, nec metu, nec oppressione, nec interventu pecuniæ, nec promissione *b* extortam judex invenerit, maximè si non intervenerit juramentum, quod vix fieri de voluntate propria creditur, quod ferè semper à malo est (nisi replicatio canonica fuerit opposita) admittere non postponat. Porrò licèt negantis factum, per rerum naturam nulla sit probatio *c*, ejus tamen qui spontaneam renuncistionem negat (cùm implicitè & quodammodò replicando inficietur super assertione sua, habito ad dignitatem & opinionem respectu) probationes credimus admittendas.

CAP. VI.

¶ Qui sponte renunciavit electioni de se factæ, super ipsa ulteriùs audiri non debet.

Idem.

IN præsentia nostra: *d* [*& infrà.*] ¶ Licèt igitur judex non semper ad unam speciem probationis applicet mentem suam, sed ex confessionibus, depositionibus, allegationibus, & aliis, quæ in ejus præsentia proponuntur, formet animi sui motum, & tanta sit judicialis auctoritas, ut semper pro ipso præsumi debeat, donec contra ipsum aliquid legitimè comprobetur: quare si tu coram Dulmen. Episcopo & ejus conjudicibus nihil penitùs probavisses, standum tamen sententiæ fuerat, nisi adversarius eam ostenderet irritandam. Quia tamen præter ista constitit de ipsius renunciatione spontanea per quasdam Episcoporum literas & confessionem ipsius, nos *e* ei super eadem Abbatia silentium duximus imponendum.

CAP. VII.

¶ Qui renunciavit literis beneficialibus, non ideò institutioni jam factæ renunciare videtur.

Cœlestinus III.

SANè dilecto *f* filio nostro I. Presbytero Cardinali tunc Apostol. sed. Legato, nos meminimus injunxisse, ut H. Subdiaconum Canonicum in Pictavien. Ecclesia instituere procuraret: qui mandatis nostris obtemperans, ibidem instituit in Canonicum Subdiaconum memoratum. [1 *& infra.*] ¶ Postmodùm idem H. quorundam vestrùm ductus consilio, literas suas vobis reddens, vestræ misericordiæ se subjecit: [2 *& f.*] ¶ Quia verò *g* unde misericordiam debuit impetrare, inde cogitur dispendium sustinere: mandamus, quatenus (hoc non obstante) ipsum in fratrem & Canonicum admittatis.

[1 *Verùm vos nec nobis nec ipsi Cardinali reverentiam exhibentes, quod literis suis de jam dicto H. idem Card. injunxit vobis adimplere, minimè curavistis, nec etiam susceptionem ipsius in aliquo observare. Sed*]

[2 *Qui cùm crederet apud vos misericordiam impetrâsse, vobis satisfaciens in hac parte, inde damnum cogitur sustinere, unde gratiam & præmium meruit reportare. Nolentes igitur, quod de sapidicto H. tam à prædecessor. nostris, quàm à nobis inchoatum est, aliquatenùs relinquere imperfectum*] *mandamus, &c.*

a *Vid. l. si mulier. D. rer. am. & l. sed est quis. & nec distinguimus. D. de usufr.* b *facit quod habetur in l. 1. & 2. D. de calumn.* c *Vid. l. pact. rem. cum glossa. D. de transf. & l. 2. D. quæ sent. sin. app. resc.* d *cap. 4. eod. tit. in 2. compil.* e *al. non de consilio fratrum nostrorum super &c.* f *c. 1. eod. tit. de major. & obed. in 1. comp.* g *In C. Barb. quia verò indecens est, ut unde misericordiam deberet impetrare, inde cogeretur &c.*

CAP. VIII.

¶ Renunciatio beneficii facta in manibus Laici non tenet, renuncians tamen est beneficio spoliandus.

Innocentius III. *Nidrosien. Archiepiscopo.*

QUod in dubiis: *h* [*& infrà.*] ¶ Hi præterea, qui beneficium Ecclesiasticum sibi collatum sponte in manum laicam resignantes, illud denuò à Laico susceperunt, eodem sunt beneficio spoliandi *i*, licèt resignatio talium facta Laico nullam obtineat firmitatem.

CAP. IX.

¶ Papa concedit licentiam cedendi Episcopo, qui sine mortis periculo in Ecclesia sua morari non potest.

Idem *Eboracen. Archiepiscopo.*

AD supplicationem *d* Ragusien. Archiepiscopi, eum à cura, quâ tenebatur Ecclesiæ Ragusien. duximus absolvendum, eò quòd ibi non poterat securè morari: & si accessum haberet ad illam, mortis sibi periculum imminebat. [*& infrà.*] ¶ Nec verò idem in vituperium ministerii nostri, defectum in rebus temporalibus patiatur: mandamus, quatenus beneficium, quod de liberalitate Regia, ac concessione tua in Episcopatu Carleoli, & Ecclesia de Malebron *f* est illi collatum, ad sustentationem conserves ipsius. Cui concessimus, ut in ipso Episcopatu absque usu pallii officium Episcopale valeat exercere, tibi tanquam Metropolitano reverentiam & obedientiam impensurus.

CAP. X.

¶ Ponit sex causas, ex quibus Episcopi possunt petere, & Papa consuevit concedere cedendi licentiam, quæ sex causæ his versibus comprehendi possunt:

Debilis, ignarus, malè conscius, irregularis,
Quem mala plebs odit, dans scandala, cedere possit.

Idem *Archiepiscopo Cataritano* g.

NIsi cùm *h* prædem: [1 *& infrà.*] ¶ Si *enim* in hujusmodi cessione frugem tibi melioris vitæ promittis, scire te debes non esse sanctificato in utero sanctiorem, & ideò non oportet te prædicationis jam susceptæ deserere ministerium, cùm ille, cujus fieri bajulus recusabat, tandem prædicandum *i* receperit verbum Dei. Quòd si forsan humilitatis causâ de culmine quæris *k* Pontificali descendere, eo ipso humilitatis videris exigere *l* malè verticem, quòd te nimis in resignandi proposito exhibes pertinacem: quia tunc in te veram humilitatem custodies, cùm & per eam locum sublimem fugies, & per obedientiam non dimittes. Intueri te itaque volumus, quòd hæc sunt illa, per quæ cedendi Episcopus licentiam potest postulare, conscientia criminis, debilitas corporis, defectus scientiæ, malitia plebis, grave scandalum, irregularitasq; personæ: sed in his omnibus est observanda cautela. Propter conscientiam enim criminis cedendi potest licentia postulari, & forsitan non cujuslibet, sed duntaxat illius, propter quod ipsius officii executio post peractam pœnitentiam impeditur: cùm si omnes, quos arguit conscientia cujuslibet culpæ, cederent, pauci vel nulli in illo ministerio remanerent: [2 *& infrà.*] ¶ Alia verò causa est debilitas corporis *m*, quæ vel ex infirmitate, vel ex senectute *n* procedit: nec tamen omnis, sed illa solummodò, per quam impotens redditur ad exequendum officium pastorale. Nam si pro

a *al. Nidromsen.* b *cap. 1. eod. tit. in 3. compil.* c *Vide l. quam. §. si venditor. ff. de ædil. edict. & l. Hereninus. ff. de evict.* d *cap. 2. eod. tit. in 3. compil. B. Tho. 2. 2. q. 185. art. 3.* e *Vide l. si putator. ff. ad l. Aquil. & l. sunt certe. §. commodatum. ff. commod.* f *Malebros.* g *al. Tralatan. al. Arelatens. al. Claritan.* h *cap. 4. eod. tit. in 3. compil. Vide B. Tho. 2. 2. q. 185. art. 4.* i *al. susceperit. Hier. 2.* k *al. pontificalu honoru.* l *leg. exigere, non ut in vulgatis, eligere.* m *corporalis.* n *quis dicatur senex, notatur in l. si pater. §. in arrogationibus. ff. de adopt. l. inuti. ff. de testib.*

qualibet corporali debilitate, susceptæ servitutis officium posset deseri. frustrà fateretur se Apostolus in suis infirmitatibus gloriari: cùm interdum non plùs hortetur senilis debilitas aliquem cedere, quàm moralis maturitas (quæ in senibus esse solet) ipsum in suo suadet officio permanere: pro talibus enim de se dicit Apostolus *a*: [*Cùm infirmor, tunc fortior sum:*] quia nonnunquam corporis infirmitas, fortitudinem cordis augmentat. Pro defectu quoque scientiæ plerunque potest quis petere cessionem: quia cùm ipsa circa spiritualium administrationem sit potissimùm necessaria, & circa curam temporalium *b* opportuna: Præsul, qui commissam sibi debet Ecclesiam regere in utrisque, salubriter ei renunciat, si scientiam (in qua ipsam regat) ignorat. [*Tu enim* (inquit Dominus *c*) *scientiam repulisti, & ego te repellam, ne sacerdotio fungaris mihi.*] Quanquam etsi desideranda sit eminens scientia in pastore, in eo tamen sit competens toleranda: quia secundùm Apostolum: [*Scientia inflat* d, *charitas autem ædificat:*] & ideò imperfectum scientiæ, potest supplere perfectio charitatis. Propter malitiam autem plebis cogitur interdum Præsatus ab ipsius regimine declinare, quando plebs adeò duræ cervicis existit, ut proficere nequeat apud ipsam, sed propter ejus duritiam, quò magis fatagit, eò magis justo judicio deficere permittatur: dicente Domino per Prophetam *e*: [*Linguam tuam adhærere faciam palato tuo: quia Dominus exasperans est.*] Et Apostoli *f* leguntur dixisse Judæis: [*Ecce convertimur ad gentes, quia verbo Dei vos indignos fecistis.*] Non tamen pro qualibet culpa pastor *g* debet gregem deserere, ne mercenario comparetur, qui videt lupum venientem, & dimittit oves, & fugit: sed de superioris licentia, tunc demùm potest non tam timidè fugere, quàm provide declinare, cùm oves convertuntur in lupos: & qui debuerant humiliter obedire, jam irrevocabiliter contradicunt, cùm etsi tales sint graviter pro crimine puniendi, sunt tamen pro tempore utiliter tolerandi: quia sanguinem elicit, qui nimis emungit. Pro gravi quoque scandalo evitando (cùm aliter sedari non potest) licet Episcopo petere cessionem: ne plùs temporalem honorem, quàm æternam videatur affectare salutem, memor illius, quod dicit Apostolus *h*: [*Si esca scandalizaverit fratrem meum, non manducabo carnem in æternum.*] Sed inter scandalum & scandalum est subtiliter distinguendum: sicut Dominus *i* ipse distinxit, cui cùm dixissent Apostoli: [*Scis, quia Pharisæi audito hoc verbo scandalizantur?*] Respondit: [*Sinite illos, cæci sunt, & duces cæcorum.*] Alibi *k* verò dixit: [*Qui scandalizaverit unum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei, ut suspendatur mola asinaria in collo ejus, & demergatur in profundum maris.*] Personæ verò irregularitas (ut si forte sit bigamus, vel viduæ maritus) est causa, propter quam petere potest licentiam aliquis resignandi, attestante Apostolo, qui dicit: *l* [*Oportet Episcopum esse unius uxoris virum.*] Non tamen propter quamlibet irregularitatem personæ debet ei, qui regulariter ministravit, cedendi licentia indulgeri; utpote si de legitimo matrimonio non sit natus: quia licèt irregularitatem hujusmodi non potuerit subticere, si tamen & culpa latet & causa, cum eo, qui laudabiliter suum implevit officium (injunctâ sibi pœnitentiâ competenti) potest non minus utiliter, quàm misericorditer dispensari. [*Ego* m *sum*, inquit, *Deus zelotes, vindicans peccata patrum in filios, usque in tertiam & quartam generationem, in his qui oderunt me,*] id est, in illis qui contra me paternum odium imitantur. Unde patet, quòd *a* illis, qui paterna vitia non sequuntur, propriè possunt in talibus suffragari virtutes: illo discretionis adhibito moderamine, ut inter nothos & *b* manzeres, naturales & spurios distinguatur: [*3 & infrà.*] ¶ Verùm si propter alias causas cessionem affectes, non est in hoc tibi postulanti favendum: cùm hujusmodi postulatio videatur non esse discreta, quoniam (ut id tanquam notissimum omittamus, quòd ociositas & voluptas arma sunt hostis antiqui ad miseras animas captivandas) propter laboris angustias, aut persecutionis incursus non debes deserere ipsam tuam, cui defigendo *c* manum apud extraneum te fide media copulásti, sciens quòd [*Beati* d *sunt illi, qui persecutionem patiuntur propter justitiam.*] quoniam cùm probati fuerint, accipient coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se. Sed dices: [*Spiritus* e *ubi vult spirat, & vocem unde veniat, aut quò vadat.*] & ideò non est, qui possit vias illius Spiritûs perscrutari: qui *f* verò Spiritu Dei aguntur, non sunt sub lege: quoniam ubi Spiritus Dei, ibi libertas: quare si cedendi tibi licentia data ab homine non fuerit, nihilominùs tamen cedes: quia data est tibi libertas cedendi à Deo. Certè desipis, si sic sapis. Nam quomodo Spiritu Dei agitur, qui contra Spiritum Dei agit? si enim vera sunt, quæ præmisimus (imò quia indubitanter sunt vera) proculdubiò contra Spiritum Dei agit, qui aliquid contra veritatem attentat, quoniam ipse est Spiritus veritatis. Potrò si dicas, quòd forsan alia est causa latens, propter quam cedendi voluntas tibi ex Divino inspiratur: & nos siquidem respondemus: Tu quomodo scis, quòd talis inspiratio sit cœlestis? nonne revolvis quid ille gloriosus Pontifex dixit, cùm cœpisset vitibus corporis repentè destitui? Domine, si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso laborem. fiat voluntas tua: illius exemplum secutus, qui dixit: [*Cupio* g *dissolvi, & esse cum Christo, manere autem in carne necessarium est propter vos:*] [*4 & infrà.*] ¶ Quippe si quantocunque virtutum flore refulgeas, & in te non habeas charitatem, nihil te comprobaris habere [*Nulla* h *siquidem major poterit esse charitas, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis.*] Cùm autem propter hanc te deceat animam tuam pro subditis tuis ponere, nullâ occasione (dummodo proficere illis possis, etsi non omnibus, tamen multis) ab eorum regimine te convenit excusare, quoniam *i* si laboris causam prætendis, exemplum te Apostoli sublevabit, qui suadet tibi laborem hujusmodi non refugere, dum se asserit pro communi salute plùs exteris laborásse: quia licèt non semper sequatur laborem effectus, nihilominùs tamen ipse labor est meritorius apud Deum; juxta quod legitur *k*: [*Reddet Deus mercedem laborum sanctorum suorum:*] [*7 & infrà.*] ¶ Nec putes, quòd ideò *l* Martha malam partem elegerit, quæ circa plurima satagebat, quia Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea: quoniam licèt illa sit magis secura, ista tamen est magis fructifera: & licèt illa sit magis suavis, hæc tamen magis utilis: cùm in fœcunditate sobolis lippitudo *m* Lix. Rachelis pulchritudini sit prælata: quamvis simul in unum & contemplativus esse valeas, & activus, legislatoris exemplo *n*, qui nunc ascendebat in montem, ut ibi gloriam Domini cum majori cerneret libertate: nunc verò descendebat in ca-

---

a 2. Corinth. 12. b Vide auth. de jud. §. 1. cap. 8. & l. si quis, §. prohibentur. ff. de ædendo. c Osee 4. d 1. Cor. 7. Vide l. sed Iulianus. 6 quod dicit. ff. ad Sc. Maced. & l. ex pluribus. de reg. jur. e Ezech. 3. f Aller. 13. g Ioan. 10. h 1. Corinth. 8. i Matth. 15. k Matth. 18. l 1. Tim. 3. m Exod. 20.

a B. Thom. 2. 2. q. 102 artic. 4. & Alfons. Caſtr. lib. 2. de juſta har. pun. cap. 10. b ſi. vocat eum, qui ex ſcorto natus eſt, inquit Vetus interpres. Vide Cardinalem Palentum in lib. de nothis & ſpuriis. c al. in uno Vaticana ita: defungendo manum tuam &c. fidem. d Matth 5. e Ioann. 3. f 2. Corint 3. g Philip. 1. h Ioann. 15. i al. quod ſi. k Sap. 10. l Luc. 10. m Geneſ. 29. n Exod. 24.

ſitu.

stra, ut cum utilitate majori necessitatibus populi provideret *a*. Quapropter facilius indulgetur, ut ascendat Monachus ad Praesulatum, quàm Praesul ad Monachatum descendat. [6 & *infrà*.] ¶ Monemus itaque, ut laborem pastoralis regiminis non recuses, ne fortassis ad pedes tuos cum Maria sperneret te sedere, qui sibi & apud te divertenti spectasset, cum Martha solicita ministrare. [7 & *infra*.] ¶ Quia verò in postulando cedendi licentiam *omnis disciplina* instituti, *ecce* tibi te duximus reliquendum, ut distinctis causis, propter quas cedere oportet: si propter aliquam causam utilem & honestam in hujusmodi proposito perseverare, de licentia nostra cedas: alioquin cedendi licentiam auctoritate Apostolicâ tibi scias esse penitùs interdictam: quoniam si pennas habeas, quibus fatagas in solitudinem avolare, ita tamen strictæ sunt nexibus præceptorum, ut liberum non habeas absque nostra permissione volatum.

[1 *In officio pastorali ad divinum officium accessisti, præparâsse te ad tentationes animum credideremus, aut providisse prudenter, nequaquam in humanæ fragilitate consistentes, variis angustiarum languores, quos te sitebas in ipso officio perpessurum, posse non absque magno Dei adjutorio sustinere: formidaremus utique, ne parvulos tuos postmodum ad petram allidere neglexisse, eósque tantum in te permiseris invalescere, ut ipsorum, suggerentium tibi suscepti muneris cessationem, instantia vix jam valeas repugnare. Verùm quoniam (sicut credimus) cum te scires esse contra spirituales nequitias pugnaturum armaturam Dei qua possis stare contra insidias tentatoris, ab Apostolo monitus, induisti, & inexpertus non ignorâsti silicitudinis pastoralis angustias, quas forsitan expertus abhorres: noscimus cur tam instanter susceptum velis regimen inutiliter delinquere, quod ad suscipiendum utiliter, non deberes usquequaque irritare.]*

[2 *In multis enim offendimus omnes, & si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est: quia misericordia illum excusat, qui miserabiliter se accusat.]*

[3 *Cùm autem plerunque vitia seu virtutes mentis maximè provide montentur, subtiliter advertere te oportet, utrum resignanda propositum, quod tam ferventer gestare videris in pectore, dignum sit Dei odio vel amore. Si enim propter causam aliquam præmissarum cedere postulares, tam super causa, quàm super ejus affectu pariter deberemus: sed ne sub improvida pietatis amictu ad resignandum detestabilis impietatis impellat, consideranda te voluimus & alias esse causas, propter quas male quis petit, & pejus appetit hujusmodi officium resignare. Si enim ex pusillanimitate, fortassis ut laborem depenat, vel persecutionem effugiat, aut ex vanitate (quod absit) ut plenius vacet otio, seu liberiùs indulgeat voluptatibus, curam vult aliquis deserere pastoralem, ab ea non meretur absolvi, quamvis propter hujusmodi vanitatem, tanquam qui mortaliter peccat, eâ reddat se indignum, sed satagere debet, ut vanitate depositâ, satisfaciat de peccato. Aliam verò cedendi causam animis credimus detestandam. Si quis autem à Pontificali velit discedere dignitate, ut gloriam capiat humanam, tanquam qui eligat in domo Dei abjectus esse magis, quàm habitare in tabernaculo peccatorum, vel ut non amittat humanum favorem, quem per hypocrisin acquisivit, sive quod ejus simulatio revelari jam incipit, sive quod fervor ipsius ex qualibet causa tepefiat, nec vult videre, quòd malus fuerit vel fiat, & ideò sub religionis prætextu suam vult contegere pravitatem, ut quasi desirens Martham, amplectatur Mariam, & Lia fastidiosi lippitudinem, Rachelis conspicua pulchritudinem. Quod autem se propterea velit cedere, quòd tempore prosperitatis arridente fortunâ visus est laudabiliter ministrare, quamdiu omnia sibi prosperè succedebant: sed adversitatis tempore imminente veretur, ne si quidlibet casus sinistra contingant, ipsius negligentia imputentur: planè & propter hoc petit cedere, nauta se poterit improvido comparare, qui cùm mare sub tranquillitate tacente non cum multo labore navis exercuerit gubernaculum, ipsum tempestate surgente deserat, & devenire patitur in profundum. Illam quoque cedendi causam penitus detestamur, si forte cedere velit Episcopus, ut vel alter sibi succedat, vel obtentu precii vel affectu carnali, velut cum pejor sibi successerit, ipse velut optimus extelletur. Illud autem quasi nefas respuimus & damnamus, quòd propter occupationes mundanas & solicitudines seculares non valeat sine crimine Pontificale officium exercere, cùm multos sanctos Ecclesia veneretur, qui spiritualia simul & temporalia ministrârunt. Verumtamen brevia debet esse sub capite & dextra in amplexu: sed illud te advertere volumus diligenter, ne forte per hoc voluntua desistentis propositum effici vel ex illis, de quibus dicitur per Prophetam: Filis Effren. i.ar. & m.sa. con. f. in die belli, cum potius pro domo domus Israël murum debes te opponere ascendentibus ex adverso, quia juxta sententiam veritatis non qui coepit, sed qui perseveraverit, salvus erit. Cavens attentè, ne maculam in gloria tua ponas, non solùm apud homines, sed etiam apud Deum: quoniam sub hoc pallio te non poteris occultare, nedum apud Deum, qui renes rimatur & corda, sed nec etiam apud homines, qui ex verisimilibus talia suspicantur. Illud quoque prudenter attendas, quia juxta sententiam sapientis, Spiritus Sanctus disciplina effugiet fictum, & auferes se à cogitationibus, quæ sine intellectu consistunt. Si verò pro tuenda Ecclesia libertate difficultatis onus incurrere pertimescis, non ideò desirere debes Praesulatus honorem, consideratis diligenter, ne forte tenteris justo judicio ab illo, qui malorum est interpretator, ut probetur, utrum satisfacere velis in eo, in quo forsan delinquisti. Qui verò contemnis aut neglexit satisfacere pro delicto, thesaurizat sibi iram in die iræ, cùm revelabit Dominus abscondita tenebrarum. Ecce quidem admonuimus tibi speculum, ut teipsum contempleris in ipso, & tuam conscientiam perscrutatus, agnoscas, ex qua causa cedendi licentiam postules importune. Nos enim (novit altissimus) ignoramus, quare in tali proposito perseveres, quoniam nec etiam infirmitas corporis, nec longanimitas temporis, nec defectus scientiæ, nec malitia plebis, nec irregularitas personæ te reddit ineptum, nec conscientiam sævi criminis te fateris habere.]*

[4 *Quia igitur diversas tibi causas super hac causa destinximus, & propter quam causam cedere desideres, ignoramus, te ipsum tibi duximus commistendum, ut de propria mentis tribunali te judicans, videas si sic possis resignandi desiderio satisfacere, ut gregis tibi commissi curam sine culpa valeas declinare. Si enim cedendo proficere appetis tibi soli, profectui tuo sine dubio tantum subtrahis, quantum quod impendere poteras alii, non impendis, quòs tunc majora animæ tuæ lucra conquireres, cùm sine tua salute salutem plurimorum procurares, pastoris enim est meritis secum Deo quamplurimos lucrifacere, quàm salutem propriam quærere simellos, quorum salus ad ejus curam noscitur pertinere.]*

[5 *Sed esto, quòd multùm hactenus laborâsti & bonum certamen certaveris, cum eodem Apostolo possis dicere, tamen ut corona justitiæ tibi deinceps reponatur, cursum te decet perfecti operis consummare. Quantumlibet enim in angustiarum laboribus, qui comitantur officium pastorale, rodtes tibi laboriosa enumeras, & tanquam fatigatus cervus umbram quietis affectas: quantumlibet inter tuæ squalores & angustias patriæ dilectione traharis, & velut emeritus mercenarius operis tui fidem anxius præsolaris, expedit tamen tibi virtutem in infirmitate perficere, ac pugnam tuam perseverantiâ coronare: sciens, quòd cùm apud extremum defeceris manum tuam, cùm animas tibi susceptas gregis in tuam animam susceperis, non sic tibi debes portum quietis appetere, ut navigantes hactenus tecum scios sine remigio adjutorio patrimonii in hoc mari magno & spatioso cum timore naufragii fluctuare.]*

[6 *Fraternitatem tuam & exhortamur attentius per a. s. m. q. illam vocem Davidicæ imprecationis abhorrere, ubi*

a *Vid. l. in emptione. cum gloss. in verbo, refert. D. de ædil. edict. & gloss. in l. justissimi. cod. tit.* b *si sibi apud.*

formidans eam per effectum operis adaptari, quæ dies operis impii paucas fieri, ut & Episcopatum ejus accipiat alter, imprecatur.]

[7 *Illud quoque te debet fortius ministrandi proposito stabilire, quòd hactenus in Ecclesia tibi commissa laudabiliter ministraris: siquidem (quod absit) alius te cedente minùs utilis sumeretur ad ipsam, profectò non parùm ab ipsa quietè, quam appetis, turbaberis, cùm ubi benè ministerium tuum exercueris, non absque dolore cernes inutilis ministri defectum, fieretq; ut tantum in contemplationis arte tibi deperisse cognosceres, quantum Ecclesia, cui præsides, non sine tua confusione, per te subtractum esse videres.*]

CAP. XI.

¶ *Episcopus, qui propter crimen renunciavit Episcopatui, & ad religionem transivit, ad Episcopatum reassumi non potest. Secùs si renunciavit propter persecutionem, infirmitatem, defectum scientiæ, simoniam ipsò ignorante commissam, vel aliam similem causam.*

Idem a *Episcopo Faventin. in Archiepiscopum Ravennat. electo.*

POst translationem b tuam ad Ecclesiam Ravennaten. cùm Præpositus & Canonici Faventin. in I. eorum Concanonicum liberam eligendi auctoritatem unanimiter contulissent c, ipse d I. sancti Fridiani Lucanen. Canonicum olim Episcopum Sartan. e in Faventin. Episcopum postulandum elegit. Porrò à sancti Ftidiani Priore super hoc requisito & obtento consensu f, Præpositus & alii postulationem eandem approbari à nobis humiliter petierunt. Verùm postulationi hujusmodi videbatur Concilii Constantinopolitani Capitulum obviare, in quo statutum est, ut quicunque de Pontificali dignitate ad Monachorum vitam & pœnitentiæ locum descenderit, nequaquam ulteriùs ad Pontificatum resurgat. Unde contra dictum Concilium (cùm sit unum ex quatuor principalibus, quæ sicut quatuor Evangelia Ecclesia Catholica veneratur) nullatenùs videbatur eorum g postulatio admittenda. Cæterùm speciales quidam casus inveniuntur, in quibus (prædicto Concilio non obstante) is, qui vitam monachalem elegit, rursùm licitè potest ad Episcopatum assumi. Si enim quisquam persecutionis rabie læviente, vel præpediente invalitudine corporis, cùm proficere nequeat in regimine pastorali, de superioris auctoritate ad monasticam vitam descendat, persecutionis vel ægritudinis impedimento cessante, ad Episcopalem poterit resurgere dignitatem. Item si quis propter literaturæ defectum (ne tanquam cæcus cæco ducatum h præbeat) locum regiminis auctoritate Apostolicâ deserendo, ad otium se contulerit monachale, ac per exercitium lectionis, scientiæ reperit margaritam, proculdubiò poterit denuò vocatus à Domino, cathedram reascendere pastoralem. Rursùs, si quis cupiditate parentum (eo tamen penitùs ignorante) fuerit Episcopatum adeptus, & hoc comperto Episcopatum ipsum de licentia superioris dimittens, observantiam elegerit regularem: etsi ad Episcopatum eundem redire postmodùm nequeat, juxta canonicas sanctiones, ad alium tamen poterit licitè reassumi. Quanquam autem in his & consimilibus casibus is, qui Episcopatu dimisso monasticam vitam elegit, resurgere valeat ad officium pastorale, nihil tamen in his contra præscriptum a intelligitur Concilium attentari, quod in eo loquitur casu, cùm propter aliquod crimen Episcopatum quis deserens, ad vitam monasticam pœnitentiæ causâ descendit. Unde quidam in eo casu loqui dixerunt capitulum suprà dictum, cùm quis pro crimine, de quo convictus fuerat, vel confessus, ab Episcopali dignitate depositus, in monasterio extitit ad pœnitentiam agendam inclusus: vel cùm aliquis propter grave crimen, pro quo Episcopatum retinens pœnitentiam dignè agere non valebat, cedendi obtentâ licentiâ vitam monachalem elegit. Aliis asserentibus sic intelligendum esse Capitulum antedictum, ut per se resurgere nequeat, id est, reperire quasi debitum, quòd tali modo dimisit: quanquam eligi possit, præsertim, si locum tantùm, & non ordinem resignavit. Cùm ergò nobis constare nequiverit, ob quam causam prædictus I. Episcopatui olim cesserit, mandamus, quatenus si tibi constiterit, quòd propter aliquam ex præmissis causis, seu consimilibus, idem I. Episcopatui cesserit memorato, tu auctoritate nostrâ (dummodò necessitas, vel utilitas id exposcat) licentiam ei tribuas ascendendi ad regimen Ecclesiæ Faventinensis, maximè si veritate subnititur, quòd dictus I. loco tantummodò cesserit memorato, & non ordini, vel etiam dignitati i. Tunc enim esset vehementissimè præsumendum, quòd non propter crimen aliquod ab ipso commissum, sed causâ pœnitentiæ ad vitam migraverit regularem: præsertim cùm Apostolica sedes post cessionem multò minùs, quàm anteà, permisisset eidem tali crimine irretito, in pontificali ordine ministrare: alioquin (cùm dudum nimis extiterit, contra tam solenne concilium hujusmodi postulationem admittere) Præposito & Canonicis memoratis injungas, ut aliam personam sibi idoneam eligant in pastorem.

CAP. XII.

¶ *Qui petiit cedendi licentiam, ex quo illam obtinuit, ordo compellitur.*

Idem *in Concilio generali.* c

QUidam d cedendi licentiam cum instantia postulantes, eâ obtentâ, cedere prætermittunt. Sed cùm in postulatione hujusmodi, aut Ecclesiarum commoda, quibus præsunt, aut salutem e videantur propriam attendisse (quorum neutrum suasionibus aliquorum quærentium quæ sua sunt, seu etiam levitate f qualibet nolumus impedire) eos ad cedendum decernimus compellendos.

CAP. XIII.

¶ *Non renunciat juri suo, qui gratia adversarii sic submittit.*

Honorius III. *majoris Ecclesiæ Decano, & magistro R. Cantori* g *sancti Dionysii Leodiensis.*

VEniens ad sedem Apostolicam I. Subdiaconus proposuit, quòd cùm bonæ memoriæ I. Papa p. n. Abbati de Emenco h, & majoris Ecclesiæ ac sancti Pauli Cantoribus Treverens. suis dederit literis in mandatis, ut si nihil canonicum obviaret, præbendam in Ecclesia sancti Florentini i in Confluentia, quàm Jacobus Decanus ipsius Ecclesiæ resignavit, sublato appellationis obstaculo assignarent eidem: [1 & infrà.] ¶ Cumque judices Apostolicum vellent adimplere mandatum, quidam se-

a *al. Idem H. Episcopo in Archiepiscop. &c.* b *Cap. 5. eod. tit. in 3. compil.* c *Vid. l. item. §. 1. D. quod cujuscunq. un. & in auth. de quæstor. §. 1. collat. 7.* d *id est, Joachim.* e *alter, Sarnatens.* f *l. ob. as. C. de act. & obligat.* g *alii. eadem.* h *Vide text. in l. 2. cum gloss. in vers. venit. & ibi Bart. D. de decurion.*

a *Intellectus Concilii Constantinopolitani jubentis, ne, qui ex Episcopo Monachus factus est, ulterius Episcopus fiat.* b *Vid. l. jubemus. cum gloss. in verb. promissa. C. de sacr. Eccles.* c *Lateran. c. 21.* d *cap. 1. eod. tit. in 4. compil.* e *al. aut ad salutem.* f *Vid. l. sed etsi. §. 1. D. ad l. Aquil. & l. 1. §. fin. D. de ædil. edict.* g *al. Canonico.* h *Vitello Trismf.* i *al. Fiorana. al. Florentin.*

oppose-

oppoſuerunt Canonici Eccleſiæ memoratæ, dicentes, Subdiaconum antedictum renunciâſſe juri, quòd ſibi ex ipſis literis comperebat. Dicto igitur Subdiacono hoc negante, jam dicti Canonici ad hoc probandum teſtes aliquos produxerunt: per quos, cùm videretur probatum, ipſum ſe gratiæ Capituli commiſiſſe, duo judices prædictorum ſententialiter decreverunt, eundem non poſſe uti literis ſupradictis, pro eo, quòd idem adverſarii ſe gratiæ commiſiſſet, per quod viſus eſt renunciâſſe juri ſibi ex ipſis literis *a* competenti. A qua ſententia idem appellans, in *b* vigiliam Epiphaniæ terminum ſuæ appellationis præfixit. Ad quem e cùm veniſſet P. de Colle medio, Capellanum noſtrum ſuper hoc ſibi conceſſimus auditorem. Sed cùm ejus adverſarius non acceſſerit, per duos menſes & amplius expectatus, nec ullus compareret pro eo ſufficiens reſponſalis, tandem quidam literas habens ad contradicendum & impetrandum, coram eodem comparuit: qui cùm ad tractandum cauſam minus ſufficiens crederetur, idem auditor ſententiam prædictorum judicum ſententialiter (juſtitiâ exigente) caſſavit. Nos igitur ratam & firmam habemus Capellani ſententiam memorati.

[1 *Eodem I. literas ipſas prædicto Decano & aliis oſtendente, idem Decanus de reſignatione forte pœnitens occultavit literas ſupradictas; deindè idem I. præfatu literis reſtitutis eas nominatis judicibus, ut exequerentur mandatum Apoſt. præſentavit.*]

CAP. XIV.

¶ *Si Prælatus ab obedientia ſubditos abſolvit, non propter hoc Prælaturæ renunciat.*

Idem *Archiepiſcopo Trevirenſi.*

Lectæ coram *d* nobis ſ. t. literæ continebant, quòd Abbas ſancti Petri *e* Tullenſ. tibi humiliter eſt confeſſus, quòd cum adeò gravi ægritudine laboraret, quòd de vita deſperaretur ipſius, ad cujuſdam æmuli ſui conſilium, de quo ipſe (cùm non crederet eum æmulum) confidebat, Monachos ſuos ab obedientia, in qua ſibi tenebantur, abſolvit, vocato diœceſano Epiſcopo, ut Abbatiam in ejus manibus reſignaret: quòd *f* tamen uſus conſilio ſaniori non fecit: & eidem Abbati poſtmodùm reſtituto ſanitati, univerſi & ſinguli de conventu obedientiam & reverentiam requiſiti ab eo, in Capitulo promiſerunt. *g* [1 *& infrà.*] ¶ Nos autem ex tali facto eundem Abbatem ſuo reſignâſſe regimini non videmus.

[1 *Idem tamen ſuper eo, quod ſic fuerat, dubitans, à te, ut ſuper hoc ſalutis ſuæ conſuleres, poſtulavit: propter quod, cùm habito prudentum conſilio diverſi diverſa ſenterent, tu noſtrum conſilium, an idem Abbas ex hoc reſignaverat, requiſiſti.*]

CAP. XV.

¶ *Abbas exemptus, ſine licentia Papæ renunciare non poteſt.*

[Gregorius IX. *Agathenſi & Uticenſi Epiſcopis.* h]

Dilecti filii Conventus monaſterii ſancti G. *i* immediatè ad Rom. pertinentis Eccleſiam, intimaverunt, quòd Abbas eorum ſentiens ſe inſufficientem oneri regiminis Abbatiæ, ceſſit in manibus eorundem: ipſi & quoque G. Monachum ſancti Victoris elegerunt canonicè in Abbatem: [1 *& infrà.*] ¶ Cùm igitur dictus Abbas cedere ſine licentia noſtra nequiverit, nos tam electionem, quàm ceſſionem prædictas decernentes irritas & inanes, mandamus, quatenus Abbatem ipſum loco ſuo reſtitui faciatis: quo integrè reſtituto, vice noſtrâ recipiatis ceſſionem ipſius.

[1 *Supplicantes, ut eorum parentes laboribus & expenſis, electionem ipſorum faciamus in illis partibus confirmari.*]

a *Vid. l. ſi quis in conſcribendo. cum ibi not. C. de pact.* b *Divo jin, doct? in antiquis.* c *al. ad quam.* d *Hoc caput ſubjiciebatur ſequenti, in antiq.* e *al. Apricuſi.* f *qui.* g *Vide l. quamvis. ff. de in jus voc. & l ſi pœnituerit ff. de divort.* h *Falſò Gregorio IX. tribuitur, ſic autem reſtituenda eſt inſcriptio ex antiq. lib. Idem Agathenſi & Nicen. Epiſc. & Archidiac. Agathenſi.* i *Vuiltelmi deſertu. al V.* k *In multis antiquis ita: ipſius G. Monachum S. Victoris ſibi elegerunt, &c.*

DE SUPPLENDA NEGLIGENTIA PRÆLATORUM.

TITULUS X.

CAP. I.

¶ *Si Diœceſanus requiſitus benedicere nolit Ciſtercienſem Abbatem, ipſe Monachos ſuos benedicere poterit.*

Alexander III. *Ciſtercienſibus.*

Statuimus præterea *a*, ut ſi Epiſcopus tertiò cum humilitate ac devotione (ſicut convenit) requiſitus, ſubſtitutos Abbates veſtros benedicere forte renuerit: eiſdem Abbatibus liceat proprios Monachos benedicere, & alia, quæ ad officium hujuſmodi pertinent, exercere, donec ipſi Epiſcopi ſuam duritiam recogitent *b*, & Abbates benedicere non recuſent.

CAP. II.

¶ *Regulares in ſuos uſus convertere non poſſunt Eccleſias, in quibus jus obtinent patronatus: & ſi intra tempus Lateranenſis Concilii, quando vacant, non præſentent rectores ad eas, ſuperior ordinabit eoſdem.*

Clemens III. *c*

Sicut nobis *d* tua fraternitas intimavit, Monachi quidam & Canonici regulares, Eccleſias, quæ ad præſentationem eorum pertinent, in tuo Epiſcopatu habentes, propriis uſibus deputare nituntur: nec volunt ad eas cùm vacaverint, vocare perſonas: quin potiùs occaſione conceſſionis quorundam Epiſcoporum, Vicarios in eis pro ſua inſtituunt & deſtituunt voluntate, admiſſos ita penſionibus onerantes, quòd nec Eccleſiis competenter poſſunt in paupertate nimia deſervire *e*, nec Epiſcopo in Epiſcopalibus reſpondere, neque hoſpitalitatem (ſicut convenit) tranſeuntibus impertiri. Nolentes autem, ut ſtatus Eccleſiæ debitus & antiquus, per inſolertiam *f* alicujus ſubvertatur: mandamus, quatenus (niſi à juriſdictione tua exemptæ ſint Eccleſiæ ſupradictæ) prædictos exceſſus ſtudeas rationabiliter emendare. Et niſi prædictæ perſonæ intra tempus *g* Lateranenſis Concilii conſtitutum, ad vacantes Eccleſias tibi perſonas idoneas præſentaverint, extunc tibi liceat (appellatione remotâ) in eiſdem ordinare rectores, qui eis præeſſe noverint & prodeſſe, ita tamen, quòd ex hoc nullum patronis præjudicium in poſterum generetur.

CAP. III.

¶ *Supplet ſuperior inferioris negligentiam in beneficiis conferendis, ſi tempus Lateranenſis Concilii lapſum ſit: & collatio per inferiorem poſtea facta, non valet.*

Innocentius III.

Licèt magiſter *h* H. & R. procurator R. de ſancto *i* Cadimundo, ſuper Archidiaconatu Richemundiæ diutiùs litigaverint coram nobis: [1 *& infrà.*] ¶ Ne igitur jus noſtrum negligere videamur, qui alios in ſua juſtitia confovemus: mandamus, quatenus

a *Cap. 1. eod. tit in 2. compil.* b *Vide l. libertorum. §. 1. D. de in jus voc. & l. chorus. §. fin. D. de leg 3.* c *al. Celeſtinus.* d *Cap. 2. eod. tit. in 2. compil.* e *Gloſſ. in l. ſocietatem. ff. pro ſoc. & Bald. in l. acceptam. C. de uſur.* f *inſolentiam.* g *Cone. Lat. ſub Alex. III. cap. 1. Vide inf. de conſtit. prab. c. 11.* h *Cap. 3. eod. tit. in 4. compil.* i *Eadmunde.*

si vobis constiterit Archidiaconatum Richemundiæ vacâsse per annum (tempore semestri, quo vel ad Archiepiscopum, vel ad Capitulum donatio pertinebat, non à vacatione, sed à notitia computato) cùm pro eo, quòd Eboracen. Archiepiscopus alium superiorem non habet, extunc fuerat ad nos donatio devoluta, utrique super eo silentium imponatis.

[1 *Tamen postmodùm nostris est auribus intimatum, quòd neutri fuerat concessus intra tempus in Lateranen. Concilio definitum.*]

CAP. IV.

¶ *Si ii, ad quem spectat beneficii collatio, lapso tempore Lateranensis Concilii conferat, non valet collatio, nisi de misericordia tolleretur.*

Idem *magistro P. de Castro novo, & R. Monacho Fontis frigidi, Apostolicæ sedis Legato.*

Literas vestræ discretionis *a* accepimus, quòd cùm in quibusdam Ecclesiis legationi vestræ subjectis, quædam beneficia & dignitates tanto tempore vacavissent, quòd tam Prælati, quàm Capitula secundùm tenorem Lateranensis *b* Concilii, essent jure instituendi privati: postquam adventus vester innotuit, in beneficiis illis personas minùs idoneas instituere præsumpserunt: [1 *& infrà.*] ¶ Discr. v. mandamus, quatenus si beneficia & dignitates noveritis personis idoneis assignatas, & eas *c* de patientia permittatis ab ipsis pacificè possideri: alioquin personas amoventes prorsus ab ipsis, eas de personis idoneis auctoritate nostrâ suffulti, non differatis quantocyus *d* ordinare.

[1 *Unde cùm receperitis consilium à jurisperitis, ut tales institutiones ab his, quorum non intererat, & qui propriâ culpâ jure instituendi se privaverant, factas, auct. Ap. cassaretis, an hoc nostrum prius decrevissetis consilium habere. Nos igitur:*]

CAP. V.

¶ *Is, ad quem primo loco spectabat collatio beneficii, lapso tempore Lateranensis Concilii, conferre non potest.*

Idem *Episcopo Samo.* *e*

Dilecto filio P. tit. sancti Marcellini *f* Presbytero Cardin. S. & R. procuratoribus *dilectorum filiorum* P. & G. apud sedem Apostolicam constitutis, auditore concesso: [1 *& infrà.*] ¶ Quia nobis constitit à Salamantino Decano & ejus sequacibus, post elapsum sex mensium spatium, intra quod Episcopus & Capitulum (prout communiter spectabat ad eos) procedere ad electionem Cantoris neglexerant, electionem supradicti P. minùs canonicè celebratam, eandem decernimus irritam & inanem: & appellationem à Decano & suis fautoribus interpositam, factum Archiepiscopi (ad quem jam erat eligendi auctoritas devoluta) nequivisse aliquatenus impedire. [2 *& infrà.*] ¶ Mandamus, quatenus nisi dicto G. aliquod canonicum obviet, electionem de ipso factam, sublato *g* appellationis obstaculo, confirmetis.

[1 *Idem S. proposuit coram eo, quòd cùm in Salamantin. Ecclesia, in qua Cantoris electio ad Episcopum & ad Capitulum communiter pertinet, Cantoria vacante Salamantinum Capitulum, quia sapius Episcopum monuisset, ut ad celebrandum Cantoris electionem cum eo convenirent, eodem Episcopo in semestre tempus facere ad negligente, Capitulum cupiens uti jure suo in Ecclesia memorata Capitulo, sicut moris est, dil. fil. P. ejusdem loci Canonicum in Cantorem elegit, ne quid in ejusdem electionis præjudicium fieret appellando quam supr. ad S. auct. Ap petiit confirmari, ac electionem, quam ven. f. n. Compostellanus Archiepisc. post app. hujusmodi de G. Clerico multis criminibus arresto, ac tunc temporis vinculo excommunicationis astricto, minùs canonicè celebratam cassari fecit. Dilius verò R. proposuit ex adverso, quòd emerso vs. suorsum spacio, ita quod ad Episcopum & Capitulum, Cantoris electio pertinebat, Decanus & quidam alii Canonici Salamant. Episcopo Archid. & nonnullis aliis Canonicis, qui præsentes aderant, in civitate unanimiter non consuetâ horâ, nec in Capitulo juxta morem, sed in Ecclesia potius quibusdâ Laicis advocatis, stultè & inordinatè nimis elegere præsumpserunt: & cùm jam dicti Archiepiscopi, qui eos propter hoc convocaverat, adire præsentiam noluissent, ipse intelligens auctoritatem eligendi, juxta Lateran. Concil. statutum ad se devolutam supradictum G. in Cantorem elegit, & eundem fecit de Cantoria corporaliter investiri. Postmodum autem Decanus & sui complices nobis mentitis de his non habitâ suggerendo, quòd Episcopus nobiscum, quos moribus sapius tactis sex mensibus elegere voluerat, qui in Ecclesia detrimentum eo, quo in Cantorem ab eodem Decano cum majore parte Capituli institutus fuerat, spoliato, alium instituere in Cantorem ad Decanum Archid. & Archiepiscop. Abulen nostras literas impetravit, quarum auctoritate cum supradict. G. eisdem inhibuit, ne per prædictas literas procederent contra eum, cum in eisdem de sua electione facta per Archiepiscopum nulla mentio haberetur, & tum propter hoc, tum quia primâ citatione ad loca remota, peremptorie citatus extiterat, tum etiam quia judices quæstionis ex electoribus A. p. consanguinitatis linea contingebant, ad sedem Ap. appellârunt, sed judices nihilominùs ad Salamantin. Ecclesiam accedentes, supradict. p. in Cantoria possessionem causâ rei servandæ, contra justitiam induxerunt. Cùm igitur super his & aliis coram eodem Cardinali procuratores Episcopi aliquandiu litigâssent, & ipse nobis fideliter retulisset, quæ proposita fuerant coram ipso.*]

[2 *Quia verò contra personam ipsius G. quædam objecta fuerant, de quibus non potuit fieri plena fides.*]

DE TEMPORIBUS ORDINATIONUM, ET QUALITATE *a* ORDINANDORUM.

TITULUS XI.

CAP. I.

¶ *Diebus Dominicis, vel Sabbatho Pentecostes, sacri ordines ab alio, quàm à Papa conferri non debent.*

Alexander III. [*Baton.*] *Episcopo.* *b*

Subdiaconos *c* autem nulli, nisi Romano Pontifici liceat diebus dominicis ordinare. Quamvis consecrandi Deo dicatas virgines, & minores ordines his diebus habeant licentiam celebrandi. Sabbatho quidem Pentecostes non liceat alicui sacros ordines celebrare, cùm in sequenti septimana (receptâ Spiritûs Sancti gratiâ) celebrentur.

CAP. II.

¶ *Non valet consuetudo, quòd extra statuta tempora sacri ordines conferantur.*

Idem *Episcopo Herfordensi.* *d*

Sanè super eo, quod moris esse dicitis in Ecclesiis quibusdam Scotiæ, & Walliæ *e*, in dedicationibus Ecclesiarum vel altarium, extra jejunia quatuor temporum, Clericos ad sacros ordines promovere: Significamus, quòd consuetudo illa (utpote institutioni Ecclesiasticæ inimica) est penitùs improbanda: & nisi multitudo & antiqua consuetudo terræ esset, taliter ordinati non deberent permitti in susceptis ordinibus mini-

a *al.* devotionis. Cap. 2. *eod. tit. in 4. compil.* b *sub Alex. 3. c. 28.* c *al.* eadem. d *al.* quantò citius. e *al.* Zamorensi. f *in multis antiquis, Marcelli.* g *al.* submoto.

a *al.* & ordine præsidendorum. b *al.* Londonens. *al.* Bonon. *al.* Arth. c *c. 1. eod. tit. in 1 compil. Post Conc. Later. sub Alex. 3. p. 28 c. 19.* d *al.* Herfordiensi e *in vet. legitur*, Gallia. *verùm Vualliæ provincia nomen in Britannia vid. cap. 3. De app. in 3. coll.*

strare:

strare: nam apud nos sic ordinati deponerentur, & ordinantes privarentur auctoritate ordinandi.

CAP. III.

¶ *Minores ordines conferri possunt diebus festis. Sacri verò conferri debent in quatuor Temporibus, vel Sabbatho sancto, vel Sabbatho de passione.*

Idem *eidem.*

DE *a* eo autem, quòd quæsiviſti, an liceat extra jejunia quatuor Temporum aliquos in Oſtiarios *b* Lectores, Exorciſtas, vel Acolythos, aut etiam Subdiaconos promovere: Taliter reſpond. quòd licitum eſt Epiſcopis, dominicis & aliis feſtivis diebus, unum aut duos ad minores ordines promovere. Sed ad Subdiaconatum, niſi in quatuor Temporibus, aut Sabbatho ſancto, vel in Sabbatho ante dominicam de paſſione, nulli Epiſcoporum, præterquam Romano Pontifici, licet aliquos ordinare.

CAP. IV.

¶ *Criminoſus occultus monere poteſt, ne promoveatur ad ordines: ſed prohiberi non debet.*

Idem. *c*

EX tenore tuarum literarum *d* accepimus, quòd N. Clericus adeò deliquit, quòd ſi peccatum ejus eſſet publicum, degradaretur *e* ab ordine, quem ſuſcepit, & amplius non poſſet ad ſuperiores ordines promoveri. Verum quoniam peccatum ipſum fore occultum dixiſti, mandamus, quatenus pœnitentiam ei condignam imponas, & ſuadeas, ut parte pœnitentiæ peractâ, ordine ſuſcepto utatur: quo contentus exiſtens, ad ſuperiores amplius non aſcendat. Veruntamen quia peccatum occultum *f* eſt, ſi promoveri voluerit, eum non debes aliquâ ratione prohibere.

CAP. V.

¶ *Religioſus contra prohibitionem Prælati ſui ordinari non debet.*

Lucius III. *Archiepiſc.* g *Turonenſi.*

AD aures *h* noſtras pervenit, quòd religioſi quidam ad ſuperiores deſiderant ordines promoveri, ſed Prælati eorum deſideriis contradicunt. Tuæ igitur quæſtioni taliter reſpond. quòd honeſtius & tutius eſt ſubjectis debitam Præpoſitis obedientiam impendendo, in inferiori miniſterio deſervire, quàm cum Præpoſitorum ſcandalo, graduum appetere dignitatem: nec eſt in hac parte ſubjectorum deſiderium confovendum: quoniam eſſe poteſt, quòd Prælati eorum commiſſa ſecreta noverint, ex quibus conſtat eis, quòd ſalvâ conſcientiâ nequeant ſublimari: quia non in ſublimitate graduum, ſed in amplitudine *i* charitatis, acquiritur regnum Dei.

CAP. VI.

¶ *Metropolitanus ab omnibus Suffraganeis conſecratur. Suffraganeus verò à tribus, Metropolitano jubente.*

Item. *k*

SI Archiepiſcopus *l* obierit, & alter fuerit ordinandus, omnes Epiſcopi ejuſdem provinciæ ad ſedem Metropolitanam conveniant, ut ab omnibus ordinetur. Reliqui verò comprovinciales Epiſcopi (ſi neceſſe fuerit) cæteris conſentientibus, à tribus juſſu Archiepiſcopi poterunt ordinari: ſed meliùs eſt, ſi ipſe cum omnibus eum, qui dignus eſt, elegerit, & cuncti pariter Pontificem conſecraverint.

CAP. VII.

¶ *Dicit idem quod in præcedenti.*

Ex Concil. Arelatenſi *a.*

NEc Epiſcopi ſine Metropolitani permiſſu, nec Metropolitanus ſine tribus [vel duobus] Epiſcopis comprovincialibus præſumat Epiſcopum ordinare, ita ut alii Epiſcopi comprovinciales admoneantur epiſtolis, ut ſe ſuo reſponſo ſignificent conſenſiſſe. Quòd ſi inter partes aliqua dubitatio fuerit, majori numero Metropolitanus *in electione* conſentiat.

CAP. VIII.

¶ *Ordinatus extra tempora ſuſpenditur, donec diſpenſetur cum eo, & ordinans punitur.*

Urbanus III. *Archiepiſcopo Piſano.*

CUm quidam: [*& infrà.*] ¶ Epiſcopum, qui die, quo non debuit, ordines celebravit, canonicâ diſciplinâ corrigere, & ordinatos à ſuſceptis ordinibus tamdiu reddere debes expertes, donec apud nos reſtitutionis gratiam conſequantur.

CAP. IX.

¶ *Græci à Latinis ordinari non debent: nec econtrà, ſi in ritu ordinandi ſunt diverſi.*

Cœleſtinus III. *Hidrunenſi* b *Archiepiſcopo.*

CUm ſecundùm regulas Eccleſiaſticas: [1 *& infrà.*] ¶ Quia verò (ſicut dicitur) in partibus Calabriæ Latini à Græcis, & Græci à Latinis ſecundùm alteruttius inſtitutionis obſervantiam ordinantur, nolumus de cætero commixtiones & conſuetudines rituum in ordinibus obſervari.

[2 *Et ſanctorum inſtituta Pontificum ſacri ſunt ordines in certis temporibus conferendi, quidam Græci Epiſcopi ritus ſui & conſuetudinis obſervantiam in Latinos Clericos exercentes, eos ad ſacros ordines paſſim provehunt, qui non ſunt præterquam in iv. Temporibus conferendi. Same ſicut præſentium latores Jo. relatione cognovimus, cum ipſe à quodam domino, cui ipſe ſerviebat, & ut in capella ſua divina officia celebraret, cuidam Græco Epiſcopo foret præſentatus, idem Epiſcopus Cathamen eum in Sacerdotem promovit; quem poſtmodum diœceſ. Epiſcopus ab executione officii taliter ſuſcepti ordinis credidit ſuſpendendum: quia utiq; conſuetudo conſuetudini Eccleſiaſticæ inimica & deteſtabilis eſt & penitus improbanda, & niſi multitudo, & antiqua conſuetudo eſſet in cauſa, ſic ordinati non deberent permitti in ſuſceptis ordinibus miniſtrare: nam apud nos ſic ordinati deponerentur, & ordinantes auctoritate ordinandi de cenſura canonum privarentur. Verum quia nos plenam de Græcorum obſervantia notitiam habere non poſſumus, nec eſt nobis certum, utrum conſuetudo ſic ſe habeat.*]

CAP. X.

¶ *Si Monachus unius ordinis, in ſecundo ordine, ad quem transiit, recipit ſacerdotium, ad primum ordinem rediens, in eo liberè miniſtrabit.*

Innocentius III. *Abbati & Conventui Cariloci.* d

EX parte *e* veſtra, noſtro fuit Apoſtolatui reſeratum, quòd quidam Monachus veſter, ſe ad nigros Monachos transferens, & habitum eorum aſſumens, ad Sacerdotii ordinem in ipſo habitu eſt promotus. Unde quia dubitaſtis, utrum in aſſumpto taliter ordine miniſtrare

a *Poſt Conc. Later. ſub Alex. 3. part. 26. c. 27. & cap. 3. eod. tit. in 1. compil.* b *Vide Magiſtr. Sent. lib. 4 diſt. 24. Adde Conc. Trid. ſeſſ. 23. de refor. c. 2.* c *VV. Albanen. Epiſcop. in prima collectione.* d *Poſt Conc. Lateran. ſub Alex. III. p. 30. c. 3. & cap. 5. eod. tit. in 1. comp.* e *Aliàs ita: à jam ſuſcepto ordine degradaretur.* f *Adde, quando dicatur peccatum occultum & quando manifeſtum, an Laicum fratrem. per Bald. Cdehin, quibus ut ordin.* g *al. Turonenſi Archiepiſc.* h *Poſt Concil. Lateranen. ſub Alex. 3. p. 26. c. 22 & c. 4. eod. tit. in 1. compil.* i *al. plenitudine.* k *Burchar. l. 1. c. 18. trebuit Amicos: ut Ivo l. 3. tit. 2. c. 3 Panor. Al. Anicens. ut Ivo p. 1. c. 229. Decr.* l *Vide Anaclet. Pap. epiſt. 2. & Grat. diſt. 64. c. 4. & diſt. 86. c. 1. & 3 canon. Apoſtol. & 149 in 2. compil. tit. de elect.*

a *Conc. Arelat. 2. c. 3. Burch. lib. 1. c. 27. Ivo p. 3. cap. 138. & c. 4. tit. de elect. in 1. compil. & concord. Conc. Nicænum cap. 4. diſtinct. 64. can. 1. 7. & 8. apud Grat.* b *al. Hydrontin.* c *Cap. 2. eod. tit. in 2. compil.* d *al. Rariloci.* e *Cap. 2. eod. tit. in 3. comp.*

debeat: Mandamus, quatenus (nisi canonicum aliud obviet) ipsum Monachum, officium Sacerdotis liberè exequi permittatis.

CAP. XI.

¶ *Si Græcus Episcopo Latino subjectus ordinatur sine Latini licentia à Græco, interdicitur sibi executio: Si verò de licentia, tunc toleratur.*

Idem *C. Presbytero* a *Cardinali, Apostol. sed. Legato.*

QUod *b* translationem Pontificis: [1 *& infrà.*] ¶ Consultationi tuæ taliter respondemus, quòd cùm Clericus Græcus, Episcopo Latino subjectus, à Græco Pontifice ordinatur: nisi de mandato vel licentia sui Episcopi fiat, interdicenda est ei ordinis executio sic suscepti, tanquam ab alieno Pontifice, sine mandato vel licentia sui Episcopi ordinato. Si verò de mandato vel licentia sui Præsulis, à Græco Pontifice, secundum morem Græcorum fuerit ordinatus, licèt culpandus sit Episcopus Latinus, qui Clericos suos à Græco facit Antistite ordinari, quamdiu tamen talis mos ab Ecclesia toleratur, impediri non debet ab executione ordinum taliter susceptorum.

[1 *Super eo verò, quod nos consulere voluisti, quòd multi Græcorum Clerici consistentes in diœcesibus Latinorum ab Episcopis Græcis non in quatuor Temporibus, interdum omnes ordines simul, nonnunquam partem recipiunt, qui postmodum prohibentur à Latinis Episcopis celebrare.*]

CAP. XII.

¶ *Ordinatus à Papa, sine licentia Papæ, ad superiores ordines non promovetur.*

Idem *Mutinensi Episcopo.* c

CUm *d* in distribuendis: [*& infrà.*] ¶ Meminimus à nobis fuisse suppliciter *e* postulatum, & clementer indultum, ut quia præfatus A. Ecclesiæ Romanæ Subdiaconus erat, mandaremus ipsum per Bononiensem Episcopum promoveri.

CAP. XIII.

¶ *Duo sacri ordines non possunt conferri eidem uno die, vel duobus, continuata jejunio.*

Idem *eidem & Magistro* f *H. Subdiacono nostro.*

LIteras vestras *g* recepimus super inordinata ordinatione Imolensis electi, quem Bonon. Episcopus præcedenti Sabbatho in Diaconum, & sequenti die Dominico (continuato jejunio) in Presbyterum ordinavit. In quo, quantùm uterq; deliquerit, evidenter intelligit, qui prudenter attendit. Si enim utrumque ordinem eodem die conferre illi non licuit, pari non licuit ratione unum ordinem uno die, & alium *h* altero, (jejunio continuato) *i* conferri: cùm propter continuationem jejunii fictione canonicâ, sive manè diei Dominicæ trahatur ad Sabbathum, sive vesperâ Sabbathi ad diem Dominicam referatur, profectò manè cum vespera, seu vespera cum manè, ad eundem diem pertinere dicetur *k*. Nam si quantùm ad hunc necessitatis articulum pertinet, manè ad unum diem, & vespera referatur ad alium, cur esset continuatio jejunii necessaria, cùm & Sabbatho antè cœnam, & Dominicâ ante prandium intelligantur esse jejuni?

Præfatum itaque Bonon. Episcopum (ut puniatur in quo deliquit) à collatione ordinum, Diaconii scilicet & Presbyterii, alterum verò ab executione officii Sacerdotalis tamdiu volumus manere suspensos, donec de illis aliter disponamus.

CAP. XIV.

¶ *Ordinans puerum tredecim annorum an Diaconum, suspenditur à collatione ordinum: & ordinatus ab ipsius executione usq; ad ætatem legitimam.*

Honorius III. *Episcopo & Archidiac. Legion.*

VEl non est compos *a* sui Episcopus Conventren. vel nimis videtur à se scientiam repulisse, qui M. puerum latorem præsentium adhuc xiij. *b* annorum contra sacrorum canonum instituta, inordinatè in Diaconum dicitur ordinâsse, in ludibrium ordinis Clericalis: [1 *& f.*] ¶ Dignitati vestræ mandamus, quatenus si rem inveneritis ita esse, prædictum Episcopum à collatione ordinum suspendentes, ipsum ut eidem M. quem ab executione officii Diaconi *c* usq; ad ætatem legitimam in perjuriam suspendimus ordinantis, provideat in Ecclesiastico beneficio competenti, per censuram Ecclesiasticam compellatis.

[1 *Quod utiq; si nobis plenè constaret, quantumcunq; simus proniores ad veniam, quàm ad debitam ultionem, qualiter hoc castigaremus in ipso, quòd ex pœna culpa materia redderetur, & revelata ejus ignominia efficeret alios in similibus cautiores. Nolentes autem hoc relinquere indiscussum.*]

CAP. XV.

¶ *Episcopus conferens eidem sanè duo plures sacros ordines, etiamsi de mandato Metropolitani hoc fecerit, ab ordinandi potestate suspenditur.*

Idem *Leon.* d *& Cal. Abb.*

DIlectus *e* filius *f* G. Humilien. Canonicus, nostro dudum Apostolatui reseravit, quòd Humiliensi *g* Ecclesia suo viduata pastore, Canonici ipsum unanimiter elegerunt: qui cùm esset circa sacros ordines constitutus, Archiepiscopus *h* Cassatens. Metropolitanus eorum Episcopo Trecen. mandavit, ut eum uno & eodem die, ad tres sacros ordines promoveret: quod ille (non ausa proprio, sed *i* ipsius Archiepiscopi mandato) perfecit. Cùm ergò nobis constiterit supradictum Episcopum in pluribus deliquisse, tum quia sine mandato Archiepiscopi (ut ipse confessus extitit) ad hujusmodi ordinationem inordinatè processit: tum quia si de mandato Archiepiscopi constaret, cùm illi hujusmodi dispensatio à canone minimè sit permissa, ipsi obtemperare non debet in hac parte: tùm etiam quia reatum perjurii sæpius variavit, jurando priùs, quòd Archiepiscopus id præceperat, & posteà quòd illud non mandaverat in judicio confitendo: ipsum tamdiu ab ordinandi suspendimus potestate, donec nostram meruerit gratiam obtinere.

CAP. XVI.

¶ *Ordinatus ad sacros extra tempora statuta, ordinem recipit, & post pœnitentiam cum eo dispensat Episcopus.*

Gregorius IX. *Archiepiscopo Baranens.*

COnsultationi tuæ taliter respond. quòd eos, qui extra tempora statuta sacros ordines receperunt, characterem non est dubium recepisse: quos pro transgressione hujusmodi (primò eis pœnitentiâ impositâ competenti) sustinere poteris in susceptis ordinibus ministrare.

CAP. XVII.

¶ *Occultus criminosus, præter homicidam, post pœnitem-*

a *Idem C. titulo S. Laurentii Presbytero, &c. ut est in 3. compil. & in 2. sup. decisa & author. pall.* b *C. 3. eod. tit. in 3. compil.* c *& Magistro Uberto, ut est in 3. compil.* d *C. 4. eod. tit. in 3. compil.* e *humiliter.* f *Huberto Canon. Medecien. al. H. Theologo nostro, Medecien. Canonico.* g *Cap. 5. eod. tit. in 3. compil.* h *Aliàs ita: & alium in alio.* i *Vide Gloss. l. 1. in verbo, separatim. De usufr. acc. & Instit. de leg. §. si eadem. in glo. k. Vide l. Titius. & ibi Bart. ff. de lib. & posth. & in l. hæc verba. ff. de verb. signif.*

a *Nota ex hoc textu, quòd per opera alicujus cognoscitur desertio mentis ejusdem.* b *vet. xij.* c *al. Diaconatus.* d *al. Leonens. & Salubrien. Abb. al. Leon. & Salebrens. Abb. Al. Leonen & Sal. Abb. Al. de Leon. & Sabbar. Abbatis.* e *Cap. 1. eod. tit. in 4. compil.* f *omnes manuscripta ferè habent.* g *Vt. Imolens. al. Tmolit.* h *Calaten.* i *C. Barb. ita: sed ipsius Archiod. ut ipse confessus, extitit mandato.*

tiam

tiam in susceptu ministrat, & ad superiores ascendit : ante pœnitentiam monetur, ut etiam in susceptum non ministret.

Idem.

QUæsitum est de Sacerdotibus, vel aliis Clericis, qui per *a* reatum adulterii, perjurii, homicidii, vel falsi testimonii, bonum conscientiæ rectę perdiderunt : [& ℸ.] ¶ Respondemus, quòd si proposita crimina ordine judiciario comprobata, vel aliàs notoria non fuerint, non debent hi (præter *b* reos homicidii) post pœnitentiam *c* in jam susceptis, vel suscipiendis ordinibus impediri : qui si non pœnituerint, monendi sunt, & sub interminatione divini judicii obtestandi, ut in testimonium suæ damnationis, in susceptis etiam ordinibus non ministrent.

DE SCRUTINIO IN ORDINE *d* FACIENDO.

TITULUS XII.

CAP. UNIC.

¶ Episcopus interrogatus in scrutinio Episcopi ordinandi, potest respondere illum dignum, si non novit illum indignum.

Innocentius III.

EX parte *e* tua fuit propositum : [1 & ℸ.] ¶ F. t. t. resp. quòd cùm aliquem in Diaconum vel Presbyterum promovemus, prior Diaconorum, qui nobis assistit, dicit : Postulat sancta mater Ecclesia hunc Diaconum vel Subdiaconum, ad onus Presbyteratûs vel Diaconatûs assumi : & nobis interrogantibus, si eum cognoverit esse dignum, idem respondet, quòd quantùm humana fragilitas nosse sinit, & scit, & testificatur illum ad hujusmodi onus officii esse dignum. Unde in tali responsione aliquem peccare non credimus, dummodò contra conscientiam non loquatur *f* : quia non simpliciter illum asserit esse dignum, sed in quantum humana fragilitas nosse sinit : cum illum, quem indignum esse non novit, dignum debeat æstimare. Hujusmodi ergo responsione securè uti poteris, nisi fortè de indignitate tibi constiterit consecrandi. Si autem illum indignum esse cognoscis, Metropolitano (priusquam ad hujusmodi scrutinium veniatur) secretè studeas nunciare, vel intimare *g* : quamvis nos interrogationem hujusmodi non in consecratione Pontificis, sed in ordinatione Diaconi vel Presbyteri faciamus.

[1 *Quæsivisti præterea per sed. Ap. edoceri, cum Episcopi ad consecrationes Episcoporum ab Archiepiscopo vel etiam ab alio evocentur, & ipsi electum Metropolitano offerant consecrandum, dicentes, Reverende pater, postulat sancta mater Ecclesia hunc electum in Episcopum consecrari, & interrogante Archiepiscopo si sciant illum esse dignum, respondeant, quòd illum sciunt & credunt pariter esse dignum, & te in responsione hujusmodi, ne offenderes hominem, Deum existimes offendisse quandoq; prater, quandoq; contra conscientiam respondens, cum electi conversatio aut minus tibi cognita aut penitus ignota, qualiter in hujusmodi interrogationibus salvâ conscientiâ valeas respondere. Ad quod.*]

DE ORDINATIS AB EPISCOPO, QUI RENUNCIAVIT EPISCOPATUI. *h*

TITULUS XIII.

CAP. I.

¶ Episcopus, qui renunciavit loco tantùm, invitatus conferre potest ordines, sicut priùs. Si verò & dignitati, cum ordinate per eum ad minores, vel ignoranter ad sacros dispensat Episcopus fuit, cum ordinate verò scienter ad sacros, non dispensat.

Alexander III. *Toletano Archiepiscopo.*

REquisivit *a* à nobis tua fraternitas, utrùm Clerici, qui post renunciationem *b* factam à prædecessore tuo ordines receperunt, in ipsis debeant remanere : [1 & ℸ.] ¶ Respondemus igitur distinguendo, utrùm renunciavit loco tantùm, an loco simul & dignitati. Nam in primo casu ordines (sicut antèa) rogatus ab Episcopo aliquo, poterit de ratione conferre. In secundo verò casu, distinguendum putamus, utrùm sacros *c* contulerit, an minores. Si enim à tali ordines usque ad Subdiacon. aliquis acceperit, quia & hujusmodi ordines à non Episcopis quandocunque conferuntur, & in illis deservire poterit, & ad majores (si idoneus fuerit) promoveri. Sanè si ab eodem sacros ordines scienter quis receperit, quia indignum se fecit, executionem officii non habebit, ubi autem non scienter *d*, poterit (nisi crassa & supina fuerit ignorantia) discretus Pontifex dispensare.

[1 *Aut ad majores de jure canonum promoveri. Nos igitur, quia nobis non plenariè de veritate constat, non possumus super hoc breviter respondere.*]

CAP. II.

¶ Breve est.

Gregorius IX.

CUm Clericis, qui ab excommunicato Episcopo ignoranter ordines receperunt, per suos poterit Episcopos dispensari.

DE ÆTATE, ET *e* QUALITATE, ET ORDINE PRÆFICIENDORUM.

TITULUS XIV.

CAP. I.

¶ Non flammatur.

Ex Concilio Pictavensi, *c. decrevit.*

UT Abbates, *f* Decani & Præpositi, qui Presbyterinon sunt, Presbyteri fiant, qui Archidiaconatus tenent, Diaconi : qui verò Archipresbyteratus, Presbyteri *fiant*, aut amittant honorem. Quòd si aliquâ justâ causâ prohibente, Presbyteri aut Diaconi esse non potuerint, prælationes amittant.

CAP. II.

¶ Ecclesia dispensativè minori concessa, non per Laicos, sed per Clericos regi debet, donec ille perveniat ad ætatem.

Alexander III. *Cantuariensi Archiepiscopo.*

EX *g* ratione : [1 & ℸ.] ¶ Accepimus *autem*, quòd *i* Conventren. Episcopus, pueris, qui sunt intra decennium constituti, in Archidiaconatu R. Archidiaconi Cistrens. *i* Ecclesias plures concessit, quæ non per Clericos, sed per Laicos disponuntur. Unde quoniam non debet hoc aliquatenus tolerari : mandamus, quatenus prædictum Episcopum super his corripias, & Clericis idoneis administrationes, & custodiam præscriptarum Ecclesiarum, donec prædicti pueri ad congruam veniant ætatem (Laicis amotis) committas. Eidem Episcopo prohibens, ne de cætero Ecclesias, nisi personis, quæ ætatem & scientiam habeant, regendas concedat. Quòd si secus egerit, ei debitam pœnam infligens, institutionem & concessionem ipsius, omninò *k* viribus carere decernas.

---

a *al. propter.* b *Glos. in §. homicidium. in authent. de pac. juram. firm. coll. 10.* c *al. ita : post pœnitentiam injunctam.* d *al. in ordinibus.* e *c. 1. De scrut. fac. in 3. compil.* f *Vide l. presenti. cum not. C. de his, qui ad Eccl. confug.* g *In omnib. manuscr. desunt hæc 2. verba : vel intimare.* h *In nonnullis antiquis ita : resignavit Episcopatum : & in multis habetur ita hic tit. De reordinatis ab Episcopo, qui renunciavit Episcopatui, vel excommunicato.*

a *Post Conc. Lateran. sub Alex. III. part. 26. c. 11. & c. un. eod. tit. in 1. comp.* b *al. resignationem in manu.* c *In C. Bart. sacros ordines, &c.* d *Vid. l. indebiti. C. de cond. indebiti. l. sed & si quis. § fin. ff. si quis caution.* e *Al. qualitate ordinandorum & ordine, &c.* f *Cap. 1. eod. tit. in 1. compil.* g *Cap. 3. eod. tit. in 1. compil. & post Conc. Lateran. sub Alex. III. p. 25. c. 1.* h *Eboracensis.* i *Cestrensis.* k *In quibusdam impressis legitur, omnibus : sed in manuscr. omninò.*

[1 *Tibi commissa dignitatis, & considerationè legationis, ad universas Ecclesias tuæ legationis aciem solicitudinis tuæ extendere debes: & quæ enormiter seu contra institutam facta fuerint, pastorali curâ corrigere & emendare, quatenus de commissis ovibus coram patrefamilias plenam reddere rationem, & tibi pro labore & solicitudine tua præmia copiosa cumulentur in cœlis.*]

CAP. III.

¶ Regimen Ecclesiæ minori xiv. annis committi non debet.

Idem *Cantuarien. Archiepiscopo, & ejus Suffraganeis.*

INdecorum *a* est, ut hi debeant Ecclesias regere, qui non noverunt gubernare *b* seipsos: cùm ad Ecclesiarum regimen tales personæ sint admittendæ, quæ discretione præmineant, & morum fulgeant honestate. Nolentes itaque sustinere, ut parvulis Ecclesiæ regimen committatur: mandamus, quatenus nemini intra annum xiv. constituto, personatum cujuslibet Ecclesiæ concedere præsumatis: Sciturí pro certo, quòd si contraire præsumpseritis, quod inde feceritis, irritabimus, & inobedientiam vestram graviter puniemus.

CAP. IV.

¶ Ad regimen Ecclesiarum non debet institui indignus scientiâ, moribus, vel ætate: & qui habet duas Ecclesias, alteram dimittere cogitur, nisi causa subsit.

Idem.

EAm te *c* decet: [1 &] ¶ Arctiùs inhibemus, ne personas, qui in Ecclesiis tui Episcopatûs ad curam animarum fuerint ordinandæ, in ipsis instituas, nec aliquâ occasione, vel etiam literarum nostrarum obtentu instituí patiaris, quæ scientiâ, moribus, & ætate, Concilii non congruant institutis. Sed etiam habentes plures Ecclesias, quæ ex una non pendeant, tibi liceat appellatione postpositâ cogere ad unam ipsarum, quam maluerint, dimittendam, nisi ita fuerint tenues in substantia, quòd proprios Sacerdotes non possint convenienter alere. *d*

[1 *In ordinandis Ecclesiis tua diœcesis curam habere, ne ullus in eis contra decreta, quæ in Lateran. Conc. edidimus, vel etiam contra antiquas sacrorum canonum sanctiones Clericus ordinetur, sed tales in ipsis satagas ponere, qui commissi sibi gregis curam commodè gerere possint, & exemplo bonis operis ad virtutes alios invitent. Inde est, quod præsentibus literis tibi.*]

CAP. V.

¶ Is qui nondum est in sacris, si aliàs est idoneus, ad regimen parœcialis Ecclesiæ dispensativè potest assumi.

Idem. *e*

PRæterea *f* licet ad regimen *g* parœcialis Ecclesiæ non debeat aliquis, nisi Subdiaconus sit ad minus, admitti: Dispensativè tamen in minoribus ordinibus constituti consueverunt assumi *h*. Dum tamen tales sint, quòd *i* infra breve tempus possint in Presbyteros ordinari.

CAP. VI.

¶ Propter necessitatem & utilitatem Ecclesiæ, compelluntur Clerici ipsius recipere ordines, suis beneficiis non annexos.

Idem. *k*

QUæris à nobis, quid agendum sit de Clericis tuæ jurisdictioni commissis, qui cùm beneficiis Ecclesiasticis *l* multis abundent, à te commoniti nolunt ad majores *m* ordines promoveri, sed tale *n* quid secretò commisisse dicentes, quod eos salvâ conscientiâ ordinari non sinit. Cùm igitur super hoc casu videantur facti canones discordare (cùm quidam dicant eos minimè compellendos, alii verò contrarium *a* asseverent) omnis contrarietatis vinculum præsenti paginâ enodamus. Statuentes, ut si prædicti Clerici perceptione majorum ordinum propter occulta sua peccata se indignos esse fatentur, inferiores in Ecclesia, quorum sit vita probabilis, præferantur eisdem. Et nisi fortè illi, qui ordinari pro jam dicta causâ recusant, in aliis Ecclesiæ servitiis valdè utiles fuerint, auferantur eis beneficia, & aliis canonicè conferantur. Quòd si pro sola voluntate tenuerint ordinari, & suaserit utilitas Ecclesiæ aut necessitas, ipsos (dummodò idonei sint) ad majores ordines recipiendos, per amissionem locorum, & beneficiorum subtractionem appellatione cessante compellas.

CAP. VII.

¶ Eventus mortalitatis infirmi, non impedit promoveri ejus Medicum peritum, solicitum, & traditiones artis observantem.

Clemens III. *R. Colon. Canonico.* b

AD aures *c* nostras te significante pervenit, quòd cùm *d* in arte Physica eruditus sis, pluribus juxta ipsius artis traditionem exhibuisti cum diligentia Medicinam, licèt pluries in contrarium successerit: & quibus putabas adhibere medelam, medicinis perceptis, mortis periculum incurrerunt: Veràm quia ad sacros ordines desideras promoveri, super eo nos consulere voluisti. Tibi brevitèr respond. quòd si super præmissis conscientia tua te remordeat, ad majores ordines de nostro consilio non ascendas.

CAP. VIII.

¶ Qui fletit per annum in suspensione, privatur beneficiis, quæ prius habebat, & quod interim acquisivit.

Cœlestinus III.

CUm bonæ *e* memoriæ Clemens Papa præd. n. I. Buccarum, & quosdam alios Baran. Clericos vocavisset, ut ad præsentiam ipsius accederent, H. Archid. suo, quem graviter læserant, responsuri: quia venire juxta mandatum Apostolicum contempserunt, in eos fecit sententiam suspensionis promulgari: in qua triennio *f* permanentes, quidam ex ipsis suspensi, aliud beneficium Ecclesiasticum sunt adepti. Et quia utrum beneficia sic recepta possint rationabiliter retinere, nos consulere voluisti: Respondemus, quòd non licet eis illa, quæ habuerunt beneficia, vel quæ postmodùm sunt adepti, aliquatenus retinere. Unde Baranen. Archiepiscopo dedimus in mandatis, ut eos pro tanta pertinacia, & contemptu Apostolico *g*. beneficiis quæ habent, non differat spoliare.

CAP. IX.

¶ Subdiaconus in Episcopum eligi potest.

Innocentius III. *Mutinensi Episcopo.*

AMultis multoties, an Subdiaconus in Episcopum eligi valeat, hæsitatur. Siquidem Urbanus Papa primus *h* decrevit, ut nullus in Episcopum, nisi in sacris ordinibus religiosè vivens inventus fuerit, eligatur: sacros (inquit) ordines Diaconatum dicimus, & Presbyteratum: hos siquidem solos primitiva Ecclesia legitur

a *Cap. 4. eod. tit. in 1. compil. & post Conc. Lateran. par. 25. n. 1.* b *Vid. l. omnes. C. de his qui ven. at. inspe. & in l. fin. C. de jurisd. om. jud.* c *Cap. 1. eod. tit. in 1. compil.* d *In antiquis legitur, habere.* e *Exoniensi Episcopo.* f *Cap. 6. eod. tit. in 1. compilat.* g *al. presbyteratum.* h *al. admitto.* i *al. qui.* k *Brigien. Episcopo. al. Bragan.* l *multum, in omnibus manuscr.* m *al. sacros.* n *Vi verbi gratiâ, homagium, vel simoniam in ordin.*

a *Al. asseverant.* b *al. Cantuar. R. Cantuaren Cremoniensi.* c *Cap. 2. eod. tit. in 2. compil.* d *In antiquis exemplar. sua: quod in arte p. ex. plurib. juxta ipsius artis traditiones &c.* e *Cap. 3. eod. tit. in 2. compil.* f *falsum narrat, quia idem fit per annum. Ioan. Andr.* g *Vide l. 1. Si quis jus dic. non obt. & l. 1. ff. de postul. p. distinct. c. si quis extra.* h *Extat dist. 60. cap. nullus in Epist. vide Paun. lib. 3. tit. de offic. Sum. Pontif. n. 5.*

habuisse.

habuisse. Subdiaconos verò (quia etiam ipsi ministrant altaribus) opportunitate exigente concedimus in Episcopos eligi, si tamen *a* præclaræ scientiæ, ac religionis existant, quòd ipsum non sine Romani Pontificis vel Metropolitani licentia fieri permittimus. In quibus verbis innuitur, quòd Urbanus ad statum primitivæ Ecclesiæ se referens (in quo Subdiaconatus ordo sacer minimè dicebatur) instituit, ut de Subdiacono (nisi utilitatis causâ, & tunc etiam de permissione Metropolitani, vel Romani Pontificis) non posset electio celebrari. Verùm cùm hodie Subdiaconatus inter sacros ordines computetur, sicut Urbanus Papa II. sub his verbis *b* expressit: Erubescant impii, & intelligant judicio Spiritûs Sancti eos, qui in sacris ordinibus Presbyteratu, Diaconatu, Subdiaconatu, sunt positi, si castè non vixerint, excludendos ab omni eorundem graduum dignitate. Et iterùm: *c* Nemo ad sacrum ordinem permittatur accedere, nisi aut virgo, aut probatæ castitatis existat, & qui usque ad Subdiaconatum unicam, & virginem habuit uxorem. Et ad similitudinem Diaconi & Presbyteri Subdiaconus debet continentiam observare: sicut & in sexta Synodo *d* constitutum est: ut *e* si quis eorum, qui ad Clerum accedunt, nuptiali jure mulieri voluerit copulari, hoc ante Subdiaconatûs ordinem faciat. Et beatus *f* Gregorius statuisse legitur, ut nullum facere Subdiaconum præsumant Episcopi, nisi qui se castè victurum promiserit *g*. Nos volentes super hoc articulo disceptationis materiam amputare, statuimus, ut Subdiaconus in Episcopum valeat liberè eligi, sicut Diaconus vel Sacerdos.

CAP. X.

¶ Irregularis, & in minoribus potest dispensativè in Abbatem institui.

Idem *tit. S. Crucis Presbytero Cardinali.*

TUam in Domino diligentiam commendamus *h*, quam super monasterio sancti Quirici reformando dignosceris adhibere: Mandamus, quatenus si non potes eidem monasterio de persona idonea melius providere, tu Monachum illum, quem literis tuis de honestate ac industria commendâsti, per quem status ejusdem loci creditur reformandus *i* (nullum prorsus habens respectum ad petitionem illicitam, quam quidam Laici faciebant, sed ex tuæ duntaxat provisionis officio) instituas in Abbatem: ita videlicet, quòd ad sacros ordines non ascendat: cùm instante necessitatis articulo possit in Abbatem assumi, etiam in minoribus ordinibus constitutus, & Laici memorati non sint consanguinitate, vel affinitate conjuncti Monacho memorato, ut ex ipsorum petitione debeat contra eum aliqua sinistra suspicio suboriri.

CAP. XI.

¶ Abbas, si est Presbyter, & est benedictus, emittere potest ordinem clericalem.

Idem *Rothomagen. Archiepiscopo.*

CUm contingat *k* interdum, quòd Laici ad Monasteria convolantes, à suis Abbatibus tonsurentur: requisisti, an Clericatus ordo in tonsura hujusmodi conferatur? Super quo tibi respond. quòd cùm in 7. Synodo sit statutum *l*, ut Lectores per manûs impositionem licentia sit unicuique Abbati in proprio monasterio solummodò faciendi, dummodò ipsis ab Episcopo (secundùm morem præficiendorum Abbatum) manûs impositio facta noscatur, & constet eum existere Sacerdotem: per primam tonsuram, juxta formam Ecclesiæ datam, à talibus clericalis ordo confertur.

CAP. XII.

¶ Si Canonicus regularis factus Monachus, justa de causa ad ordinem revertitur, eis postea præficiatur, licitè tenere poterit prælaturam.

Idem.

INtelleximus *a*, quòd cùm in monasterio tuo fueris laudabiliter conversatus, ad monasterium sancti Innocentii talis ordinis accessisti: ubi cùm aliquandiu in ipso ordine permansisses, demùm ad cor reversus, de Metropolitani & aliorum consilio ad primam domum redire curâsti, in qua tandem sub regularis observantiæ disciplina taliter Deo & hominibus placuisti, quòd per tuorum exigentiam meritorum fratres tui præfecerunt te unanimiter in Abbatem. Ne igitur occasione moræ, quam in præscripto monasterio contraxisti (quasi conscientia tua te remordeat) in susceptæ administrationis cura tepescas, attendens, quòd cautum est in canone, *b* ne quis Canonicus regularis, nisi fortè publicè lapsus sit (quod absit) efficiatur Monachus: & si factus fuerit, ad Canonicatus ordinem revertatur, ultimus in choro manendo, cucullam ad memoriam delaturus:

Discretioni tuæ *c* mandamus, quatenus circa curam tibi commissam, solicitudinem exercere studeas indefessam, & taliter sequentia bona continuare prioribus, quòd dignum à Deo possis meritum expectare.

CAP. XIII.

¶ Ordinatus ad sacros sine titulo, ab ordinatore justè potest beneficium.

Idem.

ACcepimus *d*, te nostris auribus intimante, quòd quidam Clerici, qui ad sacros ordines sine titulo sunt promoti, te ad Ecclesiam Bracharen. super beneficiis obtinendis infestant: [1 *& infrà.*] ¶ Licèt igitur in ordinationibus Clericorum illam tu ac prædecessores tui diligentiam debueritis adhibere, ut minùs idonei non ordinarentur à vobis, ac ideò post promotionem eorum exceptionem non poteris prætendere contra illos, nisi fortè postquam promoti fuerint, reddiderint se indignos: ex superabundanti tamen, quando scribere pro talibus nos oportet, facimus in literis nostris apponi, ut si ordinatus, pro quo scribimus, idoneus habeatur, & Ecclesiastico beneficio non indignus, ei ab ordinatore vel successore ipsius competens beneficium tribuatur: cùm & si tecum de jure agere vellemus, te possemus meritò ad provisionem eorum compellere, quos à te vel prædecessoribus tuis ordinatos fuisse constaret, eò præsertim quòd ad obtinendum Ecclesiasticum beneficium eos debes idoneos reputare, quos ad ordines suscepisti. Unde graviter sustinere non debes, sed nobis potius devotè inclinare teneris, si illos examinari per alios facimus, quos sine examinatione non credimus ordinatos, antequam ad provisionem eorum te compellere velimus. Mandamus igitur, quatenus eis, pro quibus te contigerit recipere nostra mandata in forma communi, in majori Ecclesia, vel aliis diœcesibus Bracharen. providere non tardes. *e* Exceptiones autem, si quas contra tales proposueris, præcipimus audiendas.

[1 *Quibus etiam de cunctis redditibus Ecclesiæ tuæ tunc cum-*

a *spectata.* b *Refertur etiam in Pann. l. 3. tit. de cont. Cler. cap. 113.* c *32. dist. cap. nemo. & Pannor. ibid. cap. 104.* d *32. dist. si qui eorum.* e *Cap. 6. & Pann. ibid.* f *l. 1. epist. 42. ad Petrum Subdiaconum Siciliæ.* g *Vide 32. dist. ante triennium. & l. secundum, vers. nec per Bart. & cum placuisset. de origine juris.* h *in antiq. commendantes.* i *al. informandus.* k *1. 1. eod. tit. in 4. comp.* l *dist. 69. quoniam.*

a *Cap. 2. eod. tit. de qualitate ord. in 4. compil.* b *19. q. 3. mandamus.* c *In Cod. Barb. ita: Discret. tuæ taliter respondemus, quod circa &c.* d *Cap. 3. eod. tit. de qualit. ord. in 4. compilatione.* e *Vide l. si cui fundus. ff. de fun. instruct. & l. illi cui illo. ff. de usuf. leg.*

modè ministrare non posset, præsertim cùm mandemus eisdem in Ecclesiis providere, qui nec meritis, nec scientiâ, aut etiam in parochialibus Ecclesiasticâ beneficia promerentur, ne dum in Ecclesia Bracharensi, quorum vita & scientia nobis est penitùs ignorata: de quibus si certitudinem haberemus, nec in majoribus Ecclesiis eis, nec in minoribus præciperemus provideri, & licet idoneis in suis capellis & in aliis parochialibus Ecclesiis extra civitatem velut juxta mandatum Apostolicum providere, cùm omnibus in majori providere non possis: ipsi tamen provisionem in Ecclesiis eisdem recipere inde dignantur. Iudices quoq; & monitores seu executores, ad quos literas nostras deportant, exceptiones tuas legitimas, quas in eorum proposis præsentia, non admittunt, unde postulabas à nobis, ut tibi provideremus benignius in hac parte.]

CAP. XIV.

¶ *Minùs idoneus in Sacerdotem promoveri, vel ad regimen animarum assumi non debet.*

Idem *in Concilio generali.* a

CUm sit ars *b* artium regimen animarum, districtè præcipimus, ut Episcopi promovendos in Sacerdotes diligenter instruant & informent, vel per seipsos, vel per alios idoneos viros super divinis officiis, Ecclesiasticisque sacramentis, qualiter ea ritè valeant celebrare. Quoniam si de cætero rudes & ignaros ordinare præsumpserint, (quod quidem facilè poterit deprehendi) & ordinatores & ordinatos ultioni gravi decernimus subjacere. Sanctius *c* enim est (in ordinatione maximè *d* Sacerdotum) paucos bonos, quàm multos malos habere ministros: quia si cæcus cæcum ducit, ambo in foveam *e* dilabuntur.

CAP. XV.

¶ *Defectus scientiæ dejicit jam promotum.*

Honorius III. *Capitulo Bremen.* f

QUamvis multa proposita fuerint contra Episcopum Calinensem g, quia tamen confessus est coram nobis, se nunquam de Grammatica didicisse, nec etiam legisse Donatum, & per evidentiam facti usque adeò de illiteratura & insufficientia sua constat, quòd contra Deum esset & canonicas sanctiones, tantum in Episcopo tolerare defectum, ipsum à pontificalis officii executione, & ab administratione Calinen. Ecclesiæ penitùs duximus amovendum.

DE SACRA UNCTIONE.

TITULUS XV.

CAP. I.

¶ *Ecclesia Græcorum in ordinationibus & consecrationibus servare debet unctiones, quas servat Ecclesia Romana. Episcopus autem cum consecratur, inungitur chrismate in capite & manibus: quod si fuerit pretermissum, per tres Episcopos est supplendum.*

Innocentius tertius. *h*

CUm *i* venisset ad Apostolicam sedem *k* Bracharensis Episcopus, qui in consecratione sua sanctam non acceperat unctionem, quoniam apud vos non consueverunt Pontifices, cùm consecrantur, inungi, nos quod illi defuerat, mandavimus in ipso suppleri, facientes caput ejus & manus per Alban. Episcopum, (assistentibus ei duobus Episcopis, secundùm morem Ecclesiasticum) sacro chrismate deliniri: [*& infrà.*] ¶ Scire te volumus duas esse species unctionis: exteriorem, quæ materialis est & visibilis: & interiorem, quæ spiritualis est & invisibilis. Exteriori visibiliter inungitur corpus, interiori invisibiliter inungitur cor. De prima Jacobus Apostolus ait *a:* [*Infirmatur quis in vobis, inducat Presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini: & oratio fidei salvabit infirmum.*] De secunda Joannes Apostolus ait *b:* [*Vos unctionem, quam accepistis ab eo, manet in vobis: & non necesse habetis, ut aliquis doceat vos, sed sicut unctio ejus docet vos de omnibus.* c] Unctio visibilis & exterior, signum est interioris & invisibilis unctionis. Unctio verò invisibilis & interior, non solùm est signum, sed etiam sacramentum: quia si dignè sumitur, vel agit, vel auget absque dubio, quod designat. Ad exhibendum autem exteriorem & visibilem unctionem, benedicitur oleum, quod dicitur catechumenorum vel infirmorum: & conficitur chrisma, quod ex oleo fit & balsamo, mysticâ ratione. Per oleum enim nitor conscientiæ designatur: juxta quod legitur: [*Prudentes d virgines accoperunt oleum in vasis suis cum lampadibus.*] Per balsamum, odor *bonæ* famæ exprimitur: propter quod dicitur *e:* [*Sicut balsamum aromatizans, odorem dedi.*] Hoc ergò chrismate ungi debet Episcopus, non tam in corpore, quàm in corde: ut & interius nitorem conscientiæ, quantùm ad Deum, & exteriùs habeat odorem *bonæ* famæ, quoad proximum. De nitore conscientiæ dicit Apostolus *f:* [*Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ:*] nam [*omnis* g *gloria filiæ regis ab intus.*] De odore famæ idem Apostolus ait *h:* [*Christi bonus odor sumus in omni loco, & alii sumus odor vita in vitam, alii odor mortis in mortem.*] Debet enim Episcopus bonum habere testimonium, & ab iis, qui sunt intus, & ab iis, qui sunt foris, ut cortina cortinam trahat: & qui audit, dicat, veni. Hoc unguento caput & manus Episcopi consecrentur. Per caput enim mens intelligitur, juxta illud *i:* [*Unge caput tuum, & faciem tuam lætæ.*] Per manus opera intelliguntur *k*, juxta illud *l:* [*Manus meæ distillaverunt myrrham.*] Manus igitur inunguntur *m* oleo pietatis, ut Episcopus operetur bonum ad omnes, maximè autem ad domesticos fidei. Caput autem ungitur balsamo charitatis, ut Episcopus diligat Deum ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente sua, & proximum suum sicut seipsum. Caput inungitur propter auctoritatem & dignitatem, & manus propter ministerium & officium. Caput enim ungitur, ut ostendatur illius repræsentare personam, de quo dicitur per Prophetam *n:* [*Sicut unguentum in capite ejus, quod descendit in barbam, barbam Aaron.*] Caput *o* enim viri Christus, caput Christi, Deus: qui de se dicit *p:* [*Spiritus Domini super me, eò quòd unxit me, evangelizare* q *pauperibus misit me.*] Manus Episcopi inunguntur, ut ostendatur accipere potestatem benedicendi & consecrandi. Unde cùm eas consecrator inungit: Consecrare (inquit) & sanctificare dignetis Domine manus istas, per istam unctionem & per benedictionem nostram: ut quæcunque consecraverint, consecrentur: & quæcunque benedixerint, benedicantur in nomine Domini.

[1 *Hoc enim catholica Ecclesia tenet, non solùm ex præcepto divino, verùm etiam Apostolorum exemplo. In Exodo quippe legitur, præcepisse Moysi Dominus, ut Aaron & filios ejus ungeret, quatenùs sacerdotio fungerentur: & Anacletus Papa, origine Græcus, qui à B. Petro fuit in Presbyterum ordinatus, & postea in Apostolatus officio Clemens*

a *Conc. Lat. cap. 27.* b *Cap. 4. eod. tit. in 4. compil.* c *Sanius, al. sanius.* d *al. sacerdotii.* e *vel cadunt, vet. Matth. 15.* f *al. Brixens.* g *Al. Calanensem. al. Tolmen.* h *Patriarcha Constantinopolitano.* i *Cap. un. eod. tit. in 5. comp.* k *Brandiriharen. & rectiùs quàm Bracharensis. agit n. hîc de quodam Episcopo Græco: Bracharensis Episcopatus in Hispania est. al. Bramemben. al. Bramurben. al. Bratulens.*

a *Iac. 5.* b *1. Ioan. 2.* c *In multis impressis adduntur hæc duo verba: ita faciatis. Sed male: non sunt in manuscript.* d *Matth. 25.* e *Eccles. 24.* f *2. Cor. 1.* g *Psalm. 44.* h *2. ad Tim. 1.* i *Matth. 6.* k *designantur.* l *Cant. 5.* m *al. ungitur. al. unguntur.* n *Psal. 132.* o *1. Cor. 11.* p *Luc. 4.* q *al. ad evangelizandum.*

successit,

successit, tradidit in ordinatione sua, ungendos esse Episcopos, more Apostolorum & Moysi, quia omnis sanctificatio in Spiritu Sancto consistit, cujus invisibilis virtus sancto chrismati est permixta. Unde.]

¶ Tractat de unctione Regum, & de differentiis in unctione inter Reges & Pontifices. Pamor.

Unde in Veteri Testamento non solùm ungebatur Sacerdos, sed etiam Rex & Propheta: sicut in libro Regum *a* Dominus præcepit Heliæ: [*Vade & revertere in domum tuam per desertum in Damascum: cumq; perveneris illuc, unges Hazael in Regem super Syriam: & Iehu filium Namsi unges in Regem super Israel. Helisæum autem filium Saphat, qui est de Abel-meula, unges Prophetam prote.*] Sed ubi Jesus *b* Nazarenus (quem unxit Deus Spiritu Sancto, sicut habetur in Actibus *c* Apost.) unctus est oleo pietatis *d* præ consortibus suis: qui secundùm Apostolum est caput Ecclesiæ, quæ est corpus ipsius: Principis unctio à capite ad brachium est translata, ut Princeps extunc non ungatur in capite, sed in brachio, sive humero, vel in armo, in quibus Principatus congruè designatur: juxta illud, quod legitur *e*: [*Factus est Principatus super humerum ejus, &c.*] Ad quod etiam significandum, Samuel fecit poni armum ante Saul *f*, cui dederat locum in capite ante eos, qui fuerant invitati. In capite verò Pontificis sacramentalis est delibutio *g* conservata, quia personam capitis in Pontificali officio repræsentat. Refert autem inter Pontificis & Principis unctionem: quia caput Pontificis chrismate consecratur, brachium verò Principis oleo delinitur: ut ostendatur, quanta sit differentia inter auctoritatem Pontificis, & Principis potestatem.

¶ Tractat de Christianorum omnium unctione.

Quia verò Christus fecit nos in sanguine suo Deo nostro regnum & Sacerdotes (propter quod Petrus *h* Apostolus *i* ait: [*Vos estis genus electum, regale sacerdotium:*]) idcircò in Novo Testamento non solùm Reges & Sacerdotes unguntur, sed etiam omnes Christiani, bis ante baptismum, scilicet oleo benedicto, primùm in pectore, deinde inter scapulas; & bis post baptismum, scilicet chrismate sancto, primùm in vertice, demùm in fronte. In pectore namque baptizandus inungitur, ut per *k* Sancti Spiritûs donum abjiciat errorem & ignorantiam, & suscipiat fidem rectam, quia *l* justus ex fide vivit. Inter scapulas, ut per Spiritûs Sancti gratiam excutiat negligentiam & torporem, & bonam operationem exerceat: quia fides *m* sine operibus mortua est: ut per fidei sacramentum sit munditia cogitationum in pectore, & per operis exercitium sit fortitudo laborum. In scapulis, quatenus fides per dilectionem, secundùm Apostolum *n*, operetur. In vertice verò baptizatus inungitur, ut sit paratus omni petenti de fide reddere rationem: quia per caput intelligitur mens, juxta quod legitur *o*: [*Oculi sapientis in capite ejus,*] cujus superior pars est ratio, & inferior est sensualitas. Unde benè per verticem, quæ est superior pars capitis, intelligitur ratio, quæ est superior pars mentis. In fronte ungitur baptizatus, ut liberè confiteatur, quod credit: quia [*corde p creditur ad justitiam, ore verò fit confessio ad salutem:*] memor ejus quod Dominus ait *q*: [*Qui me confessus fuerit coram hominibus, &c.*] Ante baptismum ergò ungitur oleo benedicto: & post baptismum chrismate sancto, quia chrisma soli competit Christiano. Christus *r* enim à chrismate dicitur, vel potiùs à Christo dicitur chrisma: non secundùm nominis formam, sed secundùm fidei rationem. A Christo verò Christiani dicuntur, tanquam uncti derivantur ab uncto: ut omnes concurrant in odorem illius unguenti, cujus nomen oleum est effusum.

¶ Tractat de unctione chrismatis post baptismum, qua dicitur Confirmatio.

Per frontis chrismationem, manûs impositio designatur: quæ alio nomine dicitur Confirmatio: quia per eam Spiritus Sanctus ad augmentum datur & robur. Unde cùm cæteras unctiones simplex Sacerdos, vel Presbyter valeat exhibere, hanc non nisi summus Sacerdos *a*, id est, Episcopus debet conferre: quia de solis Apostolis legitur (quorum vicarii sunt Episcopi) quòd per manûs impositionem Spiritum Sanctum dabant: quemadmodum Actuum Apostolorum lectio manifestat: [*Cùm audissent* (inquit *b*,) *Apostoli, qui erant Hierosolymis, quia recepisset Samaria verbum Dei, miserunt ad eos Petrum & Joannem: qui cùm venissent, oraverunt pro ipsis, ut acciperent Spiritum Sanctum: nondum enim in quemquam illorum venerat, sed baptizati tantùm erant in nomine Domini Jesu, tunc imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum Sanctum:*] cujus adventus per unctionis ministerium designatur: quia columba *c* in qua Spiritus Sanctus super Christum in baptismo descendit, ad vesperam in cataclysmo *d* revertens, ramum retulit virentis olivæ, cujus utique sacramentum David *e* Propheta prænoscens, exhilarandam faciem in oleo prædicavit.

¶ Tractat de consecratione altaris. Abbas.

Ungitur præterea, secundùm Ecclesiasticum morem, cùm consecratur altare, cùm dedicatur templum, cùm benedicitur calix, non solùm ex mandato legis divinæ, verùm etiam exemplo beati Sylvestri, qui cùm consecrabat altare, illud chrismate perungebat: præcepit enim *f* Dominus Moysi, ut faceret oleum unctionis, de quo ungeret testimonii tabernaculum, & arcam testamenti, mensamque cum vasis. Verùm unctionis sacramentum aliud *g* quidem efficit, & figurat, tam in Novo, quàm in Veteri Testamento: unde non judaizat Ecclesia, cùm unctionis celebrat sacramentum, sicut antiqui mentiuntur, qui neque Scripturas, neque Dei novêre virtutem. Monemus igitur, ut illum in ordinandis Presbyteris, & consecrandis Episcopis morem serves, & facias observari, quem Apostolica sedes observat: [*1 & infrà.*]

¶ Licèt *h* Romanus Pontifex non utatur baculo pastorali: tum propter historiam, tum propter mysticam rationem: tamen ad similitudinem aliorum Pontificum poteris eo uti.

[*1 Quia dissonente Domino cunctorum fidelium mater est & magistra. Mittimus tibi per Cardinalem præsentium Pontificalia ornamenta, caligas & Sandalia, amictum & Albam, cingulum & succinctorium, oratorium & manipulum, tunicam & Dalmaticam, chirothecas & annulum, planetam & mitheam. Pallium verò per dilect. fil. Io. Capellanum n. anteà miseramus, &c.*]

a 3. Reg. 19. b al. Jesus venit Nazarenus, &c. c Act. 10. d deest dilin, pietatis, in antiquis. Eph. 5. Col. 2. e Esa. 9. f 1. Reg. 9. g al. delinitio: sed recentibus litteris: in cæteris, delibutio. h Vox, Petrus, deest in manuscript. i Apocal. 1. 1. Petr. 2. k Hebr. 10. l Abac. 2. m Isa. 2. n Gal. 5. o Eccl. 2. p Rom. 10. q Matt. 10. & Marc. 8. r Aug. tract. 113. super Joan.

a Episc. cum ordinarius est minister hujus sacramenti. Concil. Trid. sess. 7. de confir. c. 3. b Act. 8. c Matth. 3. Marc. 1. Luc. 3. d Gen. 8. e Psal. 108. f Exod. 30. g In C. Bar. aliud quidem efficit, & aliud figurat, &c. h Et licit. i In quibusdam Cod. ita: de sacramentis iterandis vel non. Unus ita: De sacramentis iterandis vel non iterandis.

DE SACRAMENTIS non iterandis.

TITULUS XVI.

CAP. I.

¶ In ordinato in Subdiaconum sine manuum impositione, & confirmato non chrismatis, sed olei unctione, non fiet iteratio, sed supplebitur prætermissum.

Innocentius III. *a*

PAstoralis *b*: [*& infrà.*] ¶ Prætereà nos consulere voluisti, an permitti debeat ministrare, qui sine impositione manuum fuerit ad ordinem Subdiaconatûs assumptus. Et si confirmationis sacramentum in eo debeat iterari, qui per errorem fuit non chrismate, sed oleo delinitus. Ad quod breviter duximus respondendum, quòd in talibus non est aliquid iterandum, sed cautè supplendum, quod incautè fuerat prætermissum.

CAP. II.

¶ *Prohibet sepultos à Schismaticis exhumari, vestimenta cum quibus celebrârunt, iterùm benedici, & altaria, in quibus celebrârunt, iterum consecrari.*

Honorius III. *Archiepisc. London.* c *& ejus Suffragan.*

ANobis humiliter quæsiviſtis, quid fieri debeat de mortuorum corporibus, qui tempore Schismatici & reprobi Waldemarii à Schismaticis sunt *d* sepulti: & de indumentis sacerdotalibus, cum quibus, nec non de altaribus, in quibus degradati Presbyteri celebrârunt. Nos autem inquisitioni vestræ breviter respond. quòd non crédimus ob hoc duntaxat sepultos hujusmodi exhumandos, aut debere indumenta talia iterum benedici, vel reconsecrari altaria supradicta.

CAP. III.

¶ *Si in ordinatione Presbyteri, vel Diaconi manûs impositio fuerit prætermissa, statutis temporibus supplebitur.*

Greg. IX. *Archiepiscopo London.* e

PResbyter & Diaconus cùm ordinantur, manûs impositionem tactu corporali (ritu ab Apostolis introducto) recipiunt: quod si omissum fuerit, non est aliquatenùs iterandum, sed statuto tempore ad hujusmodi ordines conferendos cautè supplendum, quod per errorem extitit prætermissum *f*. Suspensio *g* autem manuum debet fieri, cùm oratio super caput elevatur ordinandi.

DE FILIIS PRESBYTERORUM ordinandis, vel non. *h*

TITULUS XVII.

CAP. I.

¶ *Illegitimus non ordinatur, nisi ut religiosus fiat: nec tunc præficitur, id est, ad prælaturam non habilitatur.*

Ex Concilio Pictavien.

VT filii *i* Presbyterorum, & cæteri ex fornicatione nati, ad sacros ordines *k* non promoveantur: Nisi aut Monachi fiant, vel in congregatione canonica regulariter viventes *l*: prælationem verò nullatenùs habeant. Sed neque servi, nisi à Dominis suis libertate donentur.

CAP. II.

¶ *Illegitimus filius Sacerdotis, qui hoc tacito per rescriptum Apostolicum paternam Ecclesiam impetravit, removetur ab illa.*

Alexander III. *Lincon. electo.*

AD præsentiam nostram accedens R. Presbyter, tacito, quòd esset filius Sacerdotis, impetravit à nobis, ut in Ecclesia, in qua pater ejus ministravit, existeret Capellanus. Ideoque mandamus, quatenus, si tibi constiterit, quòd memoratus R. sit in Sacerdotio genitus, & quòd *a* pater in eadem Ecclesia ministravit: non obstantibus prædictis literis nostris, ipsum amoveas ab eadem.

CAP. III.

¶ *Non potest filius Sacerdotis Ecclesia paterna præsse. h. d. cum sequent.*

Idem.

PRæsentium *b* auctoritate jubemus, ut filios Sacerdotum in Ecclesiis paternis ministrare, vel eas quâlibet occasione obtinere nullatenùs patiaris: sed ipsos ab Ecclesiis, in quibus patres eorum ministrâsse noscuntur, studeas penitùs amovere.

CAP. IV.

¶ *Idem dicit.*

Idem *Vigorens. Episcopo.*

COnquerente *c* nobis M. Clerico: [1 &c.] ¶ Fraternitati mandamus, quatenus, si publicum est & notorium, patrem R. Clerici habuisse in prædicta Ecclesia personatum, filium ejus ibidem ministrare, aut ejusdem Ecclesiæ personatum habere nullatenùs patiaris: & si jam institutus est ibi, eum inde non differas amovere.

[1 *Auribus nostris innotuit, quòd cùm B. Presbyter Ecclesiam B. Mariæ de unig. tanquam persona ductius habuisset, & post mortem ejusdem idem M. Richard. possessori & Domino fundi fuisset præsentatus, R. filium ejus Presbyteri in sacerdotio genitus visitationem ipsius Clerici visus est irrepsisse, ad habendam Ecclesiam eandem omnibus modis aspirat. Quoniam igitur indignum est & canonica obviat sanctiones, ut filii Sacerdotum debeant patribus succedere in Ecclesiis, nos ad enormitatem istam eradicandam solicitè volentes & diligenter intendere.*]

CAP. V.

¶ *Episcopus, qui scienter contulit filio Sacerdotis paternam Ecclesiam, exinde eum removere non potest.*

Idem *London. Episcopo* d.

VEniens *e* ad præsentiam nostram N. Clericus nobis proposuit, quòd cùm illum ad capellam sancti L. quam ei concessisti, in Presbyterum ordinâsses, ipsum eâ postea spoliâsti, eò quòd pater ejus in præscripta Ecclesia ministravit. Ideoque fraternitati mandamus, quatenus, si tibi innotuerit, quando eam sibi dedisti, quòd pater ejus Presbyter in dicta Ecclesia ministrâsset, ipsam ei restituas, & in pace dimittas, amoto alio, si quem institutisti forsitan in eadem. Verùm si hoc ignorans feciſti *f*, ex quo ad Ecclesiam ipsam eum in Presbyterum ordinâsti, eam sibi restituas, donec in alia Ecclesia sibi provideas, unde honestè valeat sustentari.

CAP. VI.

¶ *Gratiam continet: & h. d. Ex quo filius Sacerdotis est ordinatus, non debet carere beneficio. Ioan. Andr.*

Idem *Oxonens. Episcopo* g.

PRoposuit *h* nobis R. lator præsentium, quòd cùm ad Ecclesiam de Saleb, à Domino fundi fuerit præsentatus, tu curam animarum noluisti sibi committere, pro eo quòd esset filius Sacerdotis. Cæterum, quia indignum est, ut ipse postquam est in Subdiaconum ordinatus, omninò debeat Ecclesiastici beneficii provisione carere: mandamus, quatenus aliquem honestum Presbyterum cum assensu ejusdem Clerici invenire studeas, qui Ecclesiæ serviat supradictæ, ita quòd præfatus

---

a *Helvensi Episcopo.* b *Require ex 4. pastoralis. inf. de offic. & pot. jud. del. cap. 1. eod. tit. in 3. compil.* c *Archiepiscopo Lugdunen. &c.* d *In Cod. Bar. adduntur hæc 2. verba: utrum debeant exhumari.* e *al. Lugdun.* f *Vide leg. qui testamento. ff. de excus. tut.* g *al. impositio. al. interpositio.* h *In uno manuscr. ita: de filiis Presbyt. non ordinandis, nec in paternis Ecclesiis tolerandis. In alio ita: De filiis Presbyterorum & aliis illegitimè natis ordinandis, vel non.* i *Cap. 2. eod. tit. in 1. comp.* k *graves.* l *vivant.*

a *Concil. Trident. sess. 25. in decret. de reform. cap. 15. idem sancivit.* b *Post Concil. Lateranen. sub Alex. 3. p. 19. cap. 4. & cap. 3. eod. tit. in 1. compil. & Concil. Trident. proximè citatum.* c *Post Conc. Lateranen. sub Alex. III. p. 19. cap. 1. & cap. 4. eod. tit. in 1. compil. Conc. Tol. 3. c. 10.* d *Lugdunensi.* e *Post Conc. Lateran. sub Alex. III. p. 19. c. 1. & cap. 6. eod. tit. in 1. compil.* f *Vide leg. 2. ff. de jur. & fa. ignor. & l. si res obligata. ff. de legat. 1.* g *Idem R. Exoniensi Episc.* h *Post Conc. Later. sub Alex. III. p. 19. c. 6. & cap. 7. eod. tit. in 1. compil.*

R. me-

R. medietatem omnium beneficiorum prædictę Ecclesiæ, eidem in suo obvenio, pacificè debeat obtinere. Non enim solus Presbyter Missarum solennia, vel alia divina officia potest sine ministri suffragio celebrare.

CAP. VII.

¶ Filius præesse potest Ecclesiæ, cui pater præfuit mediatè.

Idem *Archiepiscopo Cantuarien.* a

EX transmissa conquestione G. Clerici percepimus, quòd ad Abbatis de Castris præsentationem, in quodam beneficio Ecclesiæ de N. *b* eum in præsenti recipere distulisti, eò quòd pater ejus in præfata Ecclesia ministravit: quo defuncto media intercessit persona, cui prædictum beneficium est collatum. Ideoque mandamus, quatenus si est ita, præmoninatum Guil. ad præfatum beneficium admittere non postponas, non ideò minùs observato Apostolici rescripti decreto, quòd successionem in Ecclesia Dei hæreditariam detestatur.

CAP. VIII.

¶ Filius præesse potest Ecclesiæ, in qua pater sine titulo ministravit.

Idem *Vigorens. Episcopo.*

CONstitutus in præs. nost. G. Clericus, supplici nobis insinuatione monstravit, quòd cùm capellam de Storton. canonicè fuisset adeptus, & eam pluribus annis pacificè possedisset, R. miles ipsum eâ sine judicio spoliavit. Cumque memoratus Clericus exinde apud te deposuisset querelam, objectum fuit ei, quòd pater suus in capella ministravit eadem: [*1 & infrà.*] ¶ Fr. tuæ mandamus, quatenus si tibi *c* constiterit, quòd idem Clericus à capella fuerit prædicta per potentiam laicalem ejectus, & quòd pater ejus præfatæ capellæ persona, seu perpetuus Vicarius non fuerit (licèt in eadem nomine ejusdem G. quandoque ministraverit) ipsam sibi cum reditibus perceptis restituere non omittas.

[*1 Ideoq; præfatam capellam nondum potuit rehabere. Quia verò ad nostrum spectat officium, insolentiam Laicorum contra viros Ecclesiasticos debitâ severitate compescere.*]

CAP. IX.

¶ Si is, cui concessum est à Papa, ut possit dispensare cum filiis Sacerdotum, circa Ecclesias paternas immediatè tenendas, cum aliquo dispensat, ille per literas justitiæ postea contra eum impetratas, removeri non poterit.

Idem *Eboracen. Archiepiscopo.*

EX tua nobis *d* parte est propositum, quòd cùm olim ad tuam consultationem super filiis Sacerdotum tales à nobis literas recepisses, ut eos posses in Ecclesiis, quas patres eorum nullo mediante possederant, sustinere, quos probatæ vitæ & sanæ *e* conversationis cognosceres, vel quos longo tempore illas tenuisse *f* constaret: quidam ad judices literas impetraverunt, ut si constaret eos esse filios Sacerdotum vel Clericorum, qui in proximo ante eos Ecclesias tenuerunt, super his imponatur eis app. cessante silentium, & Ecclesias istas ipsis assignent, quamvis in eis se ostendere nequeant per Episcopos institutos. Super quo tibi t. relpond. quòd si per priores literas cum aliquibus Clericis dispensásti, dispensationem tuam posteriorum literarum intuitu nolumus irritari. Alios verò Clericos laicæ donationis intuitu, in Ecclesiis sine auctoritate Pontificis sui instituti, aut institutos remanere, auctoritate Apostolicâ prohibemus.

a *Idem venerabilibus fratribus. R. Cant. Archiepiscop. totius Anglia Primatibus. & Apost. S. Legato, & R. Vigoren. Episcopo, sichabet 1. collectio.* b *al. de H. vide Anton. Aug. in notis veteris collectionu.* c *Quatenus si constiterit, quòd prad. Clericus.* d *Post Concilium Lateranen. sub Alexand. 3. part. 19. cap. 10. eod. tit. in 1. compil. al. cap. 3. ut est in Turrac. veteri.* e *alii. bonæ.* f *al. habuisse.*

CAP. X.

¶ Si manifestum est, quòd filius in Ecclesia immediatè successit patri, sine aliqua testium receptione, ab illa removebitur.

Idem *Cantuarien. Archiepiscopo & ejus Suffraganeis.*

QUoniam *a* est sacris canonibus prohibitum: [*1 & infrà.*] ¶ Præcipimus, quatenus si manifestum & publicum fuerit, patres *b* in Ecclesiis personatus gessisse, filios ab eisdem (si etiam eas adepti sunt) penitùs excludatis: nec aũ earum gubernationem ulteriùs assumantur. Nolumus enim, ut causâ in judicium deducatur, vel testes etiam admittantur, si hoc manifestum existat.

[*1 Ne quis hereditario jure Ecclesiastica beneficia possidere præsumat, nec hi qui in sacerdotio sunt geniti, nisi probatè vixerint, in claustro Monachorum vel Canonicorum regularium ad sacros ordines debeant promoveri: vobis.*]

CAP. XI.

¶ Filius etiam legitimus removetur ab Ecclesia, in qua immediatè successit patri Vicario, vel rectori.

Idem *Cantuarien. Archiepiscopo.*

AD extirpandas *c* successiones: [*1 & infrà.*] ¶ F. tuæ mandamus, quatenus, si qui filii Presbyterorum provinciæ tuæ teneant Ecclesias, in quibus patres eorum tanquam personæ vel vicarii nullâ personâ mediâ ministrârunt: eos (sive geniti sint in sacerdotio, sive non) ab eisdem Ecclesiis non differas amovere.

[*1 A sanctis Dei Ecclesiis studio totius solicitudinis debemus intendere, & etiam ad hoc decet nos vigilem curam exhibere, ne circa monasterium susceptí regiminis videamur minus diligentes existere, si id vitium in Ecclesiis vel negotiis Ecclesiasticis, & vitia permittimus pullulare. Hinc est quòd.*]

CAP. XII.

¶ Filius Episcopo legitimè natus, promoveri potest ad ordines: & in paterna Ecclesia beneficiari.

Clemens III. *Cassel. Archiepiscopo.* d

ADhæc *e* ex parte tua nostris auribus est relatum: [*& infrà.*] ¶ Quòd à nobis fr. tua requisivit, an à Pontificibus generati valeant ad sacros ordines promoveri, si scientiâ fuerint & morum honestate probabiles: Sciat fr. t. quòd si ex legitimo sunt matrimonio procreati, nec aliud canonicum obviat, licitè possunt ad sacros ordines ascendere, & in eisdem Ecclesiis, in quibus præsunt vel præfuerunt genitores eorum, beneficium obtinere.

CAP. XIII.

¶ Non potest filius esse Vicarius filius Ecclesiæ, in qua pater proximus fuit rector.

Idem *f.*

MIchaël *g* Presbyter de sancto Germano transmissâ nobis conquestione monstravit, quòd cùm Ecclesiam sancti I. de Corona *h* tuæ diœcesi canonicè sit adeptus, M. filius Antonii, qui proximò antè ipsius Ecclesiæ habuit personatum, ad se Vicariam ipsius asserit pertinere: [*1 & infrà.*] ¶ F. tuæ mandamus, quatenus si constiterit tibi ipsum *i* M. fuisse filium Antonii, qui ejusdem Ecclesiæ habuit proximò personatum, ei super eadem Vicaria, perpetuum silentium imponere non postponas.

[*1 Quia igitur in Ecclesia successiones, & in prælaturis & dignitatibus Ecclesiasticis statutis canonicis damnantur.*]

CAP. XIV.

¶ Illegitimè genitus etiam de uxore, sine dispensatione ad ordines vel beneficia promoveri non potest.

a *Cap. 11. eod. tit. in 1. compil.* b *al. patres eorum.* c *Cap. 1. eod. tit. in 2. compilat.* d *Alias Casan. al. Castien. Episcopo. al. Cassellen. al. Castiano Arch.* e *C. 3. eod. tit. in 2. comp.* f *Cœlestinus 3.* g *Cap. 4. eod. tit. in 2. compil.* h *Coronen. al. Toron.* i *al. N. ipsum filium fuisse, &c.*

Idem.

Literas: [1 *& infrà.*] ¶ Intelleximus *a*, quòd H. in Sacerdotio genitus, de uxore legitima natus & conceptus, affectavit à pueritia ministrare Domino in officio clericali. Verùm licèt à filiis paterna incontinentia modis omnibus propellenda noscatur: si tamen aliàs dignus inventus fuerit, permittimus ipsum ordinari in Clericum, & ad Ecclesiasticum beneficium (unde commode sustentari valeat) promoveri.

[1 *Dilectionis vestræ accepimus, nomen latoris præsentium & ejus originem continentes.*]

CAP. XV.

¶ *Illegitimus in Ecclesia paterna præbendari non debet.*

Innocentius III.

Cum decorem domus Dei: [*&c.*] ¶ Filiis Canonicorum præbendas in eisdem Ecclesiis conferri non finatis, quarum *b* sunt Canonici patres eorum. Cùm indecorum sit, ut in altaris officio illegitimus filius impudico patri ministret *c*, in quo unigenitus Dei filius æterno patri pro salute humani generis victimatur.

CAP. XVI.

¶ *Si illegitimus, maximè filius spurius instituatur in Ecclesia, in qua institutus est pater, institutio non valet, & instituens à suis beneficiis suspendatur.*

Idem *in Concilio generali* d.

Ad abolendam *e* pessimam (quæ in pluribus inolevit Ecclesiis) corruptelam: Firmiter inhibemus, ne Canonicorum filii, maximè spurii, Canonici fiant in secularibus Ecclesiis, in quibus instituti sunt patres eorum. Et *f* si fuerit contrà præsumptum, decernimus non valere. Qui verò tales (ut dictum est) canonicare præsumpserint, à suis beneficiis suspendantur.

CAP. XVII.

¶ *Alius, quem Papa non dispensat, ut filius in Ecclesia paterna immediate succedat.*

Honorius tertius *g*.

Dilectus filius G. Præpositus sanctæ M. transmissâ nobis petitione monstravit, quòd cùm Vergilius Presbyter quandam Ecclesiam, curam animarum habentem, quam nullo medio habuit pater ejus, obtineat, ipsum monuit, ut resignaret eandem: sed idem asserens quòd H. Remen. *h* Archiepiscopus, tunc Apost. sed. Leg. dispensavit cum eo, id efficere contradicit.

Quocirca mandamus, quatenus non obstante dispensatione aliquâ, quæ à sede Apostolica non manaverit, quod canonicum fuerit (appellatione postpositâ) statuatis.

CAP. XVIII.

¶ *Illegitimus absque dispensatione Papæ ad dignitatem, vel personatum, vel beneficium curatum, promoveri non potest.*

Gregorius IX. *Turon. Archiepiscopo* i.

Nimis in tua provincia Ecclesiæ deformatur *k* honestas, ex eo, quòd filii Sacerdotum, & alii non legitimè nati, ad dignitates & personatus *l*, & alia beneficia curam animarum habentia, sine dispensatione sedis Apost. promoventur. Quocirca mandamus, quatenus prædictis personis à personatibus, & dignitatibus, & hujusmodi beneficiis prorsus amotis, ea personis idoneis conferri facias per illos, ad quos collationem ipsorum de jure noveris pertinere. Et ne id de cætero præsumatur, districtius inhibemus.

a *Cap. 5. eod. tit. in 2. compil.* b *alit. quorum.* c *Vide no. per Il. in 2. generaliter. 9. cùm autem. C. de epist. & fabr. sub condit. fact.* d *cap. 31.* e *Concordat Concilium Trident. sess. 25. de reform. & habetur cap. 1. eod. tit. in 4. compil.* f *alit. sed.* g *Decano Morinens, & in aliquot vetustis legitur, Innocent. III.* h *In multis antiquis legitur, G. Remens.* i *Alias Arelatine.* k *al. diffamatur.* l *Vide ff. de ali. & cibo. leg. 1. pen. & l. si filius. ff. de don.*

DE SERVIS NON ORDINANDIS, & eorum manumissione.

TITULUS XVIII.

CAP. I.

¶ *Servus ante plenam manumissionem ordinari non debet.*

Ex Concilio Toletano.

Instruendi *a*: [1 *& infrà.*] ¶ Fortè dicet aliquis: Clericus fieri non permittitur, nisi ante Clericatum ingenuitatis dignitate potiatur. Reverà verum dicit. Et idcò quòd infirmari *b* vel vituperari potest, præcaveri debet.

Non solùm autem, qui ad Clericatûs ordinem promoveri sunt, in Ecclesia manumittendi sunt: verùm etiam hi, quos quisque pro remedio animæ suæ emancipari vult, quia sic scriptum est in pacto Francorum.

[1 *Sunt præterea Laici, ut sciant, quia nullatenùs alio loco manumittere possunt proprios servos, quos Dominicis castris ingregare consueverunt, nisi in sacra Ecclesia ordine prænotato. Quomodo enim Clerici extra Ecclesiam libertatem assequi possunt, qui à lege mundana extranei sunt, & quibus interdicitur, ne ad seculare judicium procedant, quomodo à seculari judicio à jugo servitutis absolventur? Sed.*]

CAP. II.

¶ *Servus sine licentia Domini ordinatus, deponitur, & Domino restituitur.*

Ex eodem *c*.

De servorum ordinatione: [1 *& 3.*] ¶ Statutum est, ut nullus Episcoporum deinceps ad sacros ordines eos promovere præsumat, nisi priùs à Dominis libertatem fuerint consecuti. Et si quilibet servus fugiens Dominum suum, quâlibet calliditate aut fraude ad gradus pervenerit Ecclesiasticos, decretum est, ut deponatur, & ejus Dominus eum recipiat.

[1 *Quia passim ad gradus Ecclesiasticos indiscretè promoventur, placuit omnibus cum sacris canonibus concordare.*]

CAP. III.

¶ *Servus ab Ecclesia manumissus ordinari potest: & quod acquirit, post suum obitum erit Ecclesia manumittentis: quam si accusat, vel contra eam testificatur, libertate & ordine privetur.*

Ex eodem *d*.

De famulis Ecclesiæ constituere Presbyteros & Diaconos per parochias licèat, ita tamen ut anteà manumissi statum recipiant libertatis. Quicquid autem talibus extiterit debitum, aut quolibet modo collatum, eis in personas extraneas transmittere non licebit, sed omnia ad jus Ecclesiæ, à qua manumissi sunt, post eorum obitum debeant pertinere.

Quibus (sicut cæteris Ecclesiæ libertis) accusandi vel testificandi adversùs Ecclesiam aditus præcluditur: ad quod si aspiraverint, non solùm libertatis beneficio careant, sed etiam honoris gradu, quem non dignitate naturæ, sed necessitate temporis promeruerunt.

CAP. IV.

¶ *Dominus in servo, quem manumittit, potest spirituales operas retinere.*

Ex Concilio apud Aichi. *e*.

a *Al. instituendi.* b *alit. infamari.* c *Burchard. lib. 2. decr. cap. 31. Ivo part. 6. c. 131. Grat. dist. 54. cap. 6. Panorm. lib. 3. titul. de serv. non ordin. cap. 1. & post Concil. Lateran. sub Alex. 3. part. 30. cap. 16. & 1. 2. eod. tit. in 1. comp. ubi integrum caput & variam inscriptionem invenies: nam aliàs adscribitur Concil. Matiscon. al. Toletano.* d *Addi potest. 4. c. 77.* e *al. Alvern. alit. Altheum alit. Altben. al. Archi. solet Burchardus cum locum appellare Altheim, ut lib. 1. cap. 162. & 227. Ivo part. 6. cap. 302. decret. ex Conc. apud Altheim habito, cap. 38. Huic rei Contradus interfuisse dicitur.*

Nullus

NUllus *a* [1 & *infrà.*] ¶ Si quis de servis suis quenquam donaverit libertate, & ipsum in Presbyterum fecerit ordinari, ille autem postèà in superbiam elatus, Domino suo canonicas horas psallere noluerit, accusatus apud Episcopum, qui ordinaverit eum, degradetur.

[1 *Clericus ad gradum Presbyteri promoveatur, nisi ordine Canonico, ut scriptum in canonibus habetur. Si enim propter Dei dilectionem.*]

CAP. V.

¶ *Spurii, vel servi, ordinari non debent.*

Alexander III. *Archiepisc. Tueron.*

COnsuluit: [& ℣.] ¶ Cons. 1. t. respond. quòd neque spurios, neque servos ordinare debes: & si memor es, in consecratione tibi dictum fuit, vide, ne quemlibet servilis conditionis ad ordines promovere præsumas.

CAP. VI.

¶ *Manumissus ab Ecclesia, ut fiat Clericus, & ipsi Ecclesia perpetuò serviat in divinis; ad aliam Ecclesiam se transferre non potest: secùs si priùs fuerit manumissus. Vel sic: secùs si fuerit manumissus, ut serviat. Io. Andr.*

Innocentius III. *Varisin.* b *Episcopo.*

EO libentiùs *c*: [& *infrà.*] ¶ Adjecisti aliam quæstionem, an illorum filii, qui Ecclesiæ servili conditione tenentur, traditi à parentibus militiæ clericali cum suorum conniventia Dominorum, ut in eadem Ecclesia debeant deservire, assequentes propterea libertatem, post tempus eâ relictâ possint ad aliam se transferre? In quo credimus distinguendum, utrùm eo tenore fuerint manumissi & obligati *d* ordini clericali, quòd manumittenti Ecclesiæ, dum vixerint, deberent impendere famulatum in obsequiis divinorum: & tunc transferendi se ad aliam, est eis licentia denegandi: vel manumissi exiterint absolutè, sicque libertatem habeant ad aliam transeundi.

CAP. VII.

¶ *Jus, quod est de servo facto Diacono, etiam de Subdiacono debet intelligi.*

Idem.

MIramur non modicum, cùm *e* certum sit in constitutionibus antiquorum, quando *f* servi in gradus Ecclesiasticos ordinati, debeant in servitutem, vel non debeant revocari: [& ℣.] ¶ De Subdiaconali ordine, quia de eo non fit mentio in Patrum statutis expressè, videtur nobis, quòd & is cum Diaconali gradu privilegio gaudet eodem. Nam licèt sacer ordo non reputaretur in Ecclesia primitiva, tamen à constitutione Gregorii atque Urbani secundùm moderna tempora, sacer gradus esse minimè dubitatur.

CAP. VIII.

¶ *Natus ex patre servo & libera matre, liber est, & licitè promovetur.*

Gregorius IX. *Archiepiscopo Neapolitano.*

DIlectus filius G. Diaconus proposuit, quòd I. miles eâ occasione, quòd patrem ipsius hominem servum esse proponit (licèt mater sua, cujus debet imitari *g* conditionem, libera esse noscatur) ne promoveatur in Presbyterum, impedire præsumit. Quocirca mandamus, quatenus si tibi constiterit de præmissis, eundem militem ab hujusmodi impedimento cessare *h* compescas.

a *Ex cap. 3. eod. tit. in 1. compil.* b *alias, Varinensi, aliàs Vacinensi.* c *Cap. 1. eod. titul. in 3. compilatione.* d *In omnibus manuscriptis, obligati: In uno solo, obligati, sed i. & g. velut superabundantia erant notata.* e *cautum.* f *aliàs, quomodo.* g *vide l. idem Pomponius. 4 idem scribit. De rer. vendit. & Inst. de inger. §. 4.* h *vox, cessare, deest in vet.*

DE OBLIGATIS AD RATIOcinia ordinandis, vel non.

TITULUS XIX.

CAP. UNICUM.

¶ *Obligatus ratiociniis, depositò onere & redditâ ratione, ordinari potest: priùs verò non.*

Ex Concilio Carthag. *a*

MAgnus Episcopus August. dixit: *Quid dilectioni vestræ videtur*, procuratores, actores, executores seu curatores pupillorum si debeant ordinari? Gratus Episcopus dixit: Si post depositos honores & redditas rationes, actus vitæ ipsorum fuerint comprobati in omnibus, debent cum laude Dei (si postulati fuerint) honore muneratì: si enim ante libertatem negotiorum vel officiorum fuerint ordinati, Ecclesia infamatur. Universi dixerunt: Rectè statuit Sanctitas vestra, ideoque illa *b* est nostra sententia.

DE CORPORE VITIATIS ordinandis, vel non.

TITULUS XX.

CAP. I.

¶ *Presbyter, qui in duello digiti partem amisit, ex dispensatione sui Episcopi potest in suo ordine ministrare.*

Alexander III. *c*

DE Presbytero Campaniæ, qui duellum sponte obtulit, & oblatum suscepit, & in eo partem digiti amisit: respondemus, quòd cùm ipse non perdiderit tantum de digito, quin sine scandalo possit solenniter celebrare, satis potes post peractam pœnitentiam cum eo misericorditer agere, & permittere ipsum in suo ordine ministrare, licèt ejus excessus gravis admodùm extitisset.

CAP. II.

¶ *Habens in oculo maculam, quæ non induxit magnam deformitatem, etiam ad Episcopatum poterat promoveri.*

Idem *Cisterciens. electo.*

CUm de tua electione quæstio mota fuisset: [1 & ℣.] ¶ Tibi, quòd in oculo maculam habeas, & filius Canonici fueris, est objectum: Unde Cantuarien. Archiepiscopo dedimus in mandatis, ut pro eo, quòd Canonici filius diceris, in promotione tua ex multa dispensatione procedat. De macula verò *d* Archiepiscopo prædicto mandavimus, ut cum consilio Suffraganeorum suorum, quod exinde visum fuerit, exequatur, in quo tibi ex maxima dispensatione curavimus providere.

[1 *Qui sunt in quibusdam Ecclesiis Angliæ electi in præsentia nostra & nostrum fratrum.*]

CAP. III.

¶ *Sectus in cunabulis, licitè promovetur.*

Clemens III. *Varien. Episcopo.*

EX parte Bartholomæi Monachi petitorium *e* fuit nostro Apostolatui præsentatum, quòd cùm ipse in cunabulis sectus fuerit, postmodùm sub regula & Abbate devotè Deo militans, in Diaconatûs ordinem est promotus: [1 & *infrà.*] ¶ Sanè cùm secundùm statu-

a *Concilium Carthaginense primum, cap. 1. ut refert Burchardus lib. 2. decret. cap. 36. Ivo p. 4. c. 137. Gratianus dist. 14. cap. 3. ubi falsò tribuit Concil. Moguntinensi.* b *al. ipsa.* c *Salernitano Archiepiscopo ex ea collectione, quæ est post Latranens. part. 28. c. 4. 1. & 6. vide Concilium Tridentinum, Sessione 25. de reformatione, cap. 19. Addoctorum Thomam, & ibi Cajetanum 2. 2. quæst. 35. ad articulum 3. & plenissimè per Bernardum Vasquium controversiarum illustrium cap. 12. & 49.* d *aliàs, veri in oculo.* e *Cap. 1. eod. tit. in 2. compilatione.*

ta Nicæni Concilii ad Clericatûs ordinem prohibeantur accedere, & si etiam in Clero fuerint, debeant cessare, qui se ipsos sani abscíderint, vel affectaverint, ut ab aliis a abscindantur: non credimus ei impedimentum afferre, quò minùs possit provehi, qui in cunabulis sectus fuit, quia non videtur hoc eo tempore affectâsse, quo judicium animi non habebat: præsertim cùm in canonibus Apostolorum b sit manifeste sancitum, quòd eunuchus, si per infidelas hominum factus, vel ita natus sit, aut etiam in persecutione sint ei amputata virilia, & dignus est, possit in Episcopum promoveri.

[1 *Unde suppliciter petiit facultatem sibi à sed. Apost. indulgeri, ut sit ei licitum in Presbyterum ordinari.*]

CAP. IV.

¶ *Sacerdos, qui sine causa virilia sibi fecit abscindi, credens inde mereri, de dispensatione Episcopi sui officium, præter altaris ministerium, poterit exercere.*

Idem *Ravennat. Archiepiscopo.*

SIgnificavit c nobis R. Archipresbyter sancti Stephani, quòd B. Presbyter (credens se obsequium præstare Deo) fecit sibi virilia amputari: [*& infrà.*] ¶ Quocirca mandamus, quatenus si jam dictum Presbyterum aliàs Deo d dignum inveneris, ei sacerdotale officium, absque altaris ministerio, auctoritate nostrâ fretus & tuâ, prout videris expedire, concedas.

CAP. V.

¶ *Sacerdos, qui ex justa causa fecit sibi virilia abscindi, potest ut prius sacerdotale officium exercere.*

Innocentius III. e

II. EX parte M. Presbyteri fuit f propositum, quòd cùm sibi sentiret lepræ periculum imminere, de consilio Medici virilia fecit sibi abscindi, ut posset à tam gravi infirmitatis vitio liberari: [1 *& infrà.*] ¶ Quoniam igitur canones sanctorum Patrum hunc à sacri altaris administratione non prohibent, mandamus, quatenus si est ita, & memoratus M. est aliàs idoneus, ut sui ministerii officium exequatur, liberam ei tribuas facultatem.

[1 *Et ut provideremus ei super executione sui officii, à nobis humiliter postulavit.*]

CAP. VI.

¶ *Mutilatus manu, si promotus fuerit in Abbatem, ab Abbatia deponitur.*

Idem *Mileten.* g *Episcopo.*

EXposuisti h nobis, quòd prædecessor tuus H. in Abbatem promovit, nesciens quòd ipse esset manu altera mutilatus: [1 *& infrà.*] ¶ Nos igitur fr. t. respond. quòd cùm pro tam enormi defectu ad sacros non possit ordines promoveri, & in promotione sua id tacuerit fraudulenter, ab Abbatiæ officio est non immeritò amovendus.

[1 *Quia verò ipse Abbas nescitur sinistrâ carere, quid super hoc agendum sit, nostrâ voluisti responsione edoceri.*]

CAP. VII.

¶ *Carens ungulâ pollicis, dummodo sit fortis in pollice, licitè ad sacerdotium promovetur.*

Honorius III. *Episcopo Engolismen.*

THomas Monachus proposuit, quòd cùm in annis puerilibus esset constitutus, quædam barra ferrea super dextræ suæ pollicem fortuito casu cadens, ungulam avulsit ab eo. Quocirca mandamus, quatenus si ad frangendum Eucharistiam sit in pollice ipso potens, & aliud canonicum non obsistat, propter deformitatem hujusmodi non dimittas, quin eum ad ordinem promoveas Sacerdotis.

a *Vide l. sed & quæsitum. 6. 1. eum not. ff. de liber. & posthum. & l. spadonem. ff. de verborum significe.* b *dist. 80. cap. Eunuchus.* c *Idem sanctus est Innocent. I. epist. ad Felicem Nucerianum Episcopum, c. 1. Refert Burchardus l. 2. c. 14. concord. Concil. Nicæn. c. 1. sed hic additur dispensatio.* d *Vox, Deo, in antiquis deest.* e *Parisiensi Episc. aliàs, Parisiensi Episc.* f *Cap. 1. eod. tit. in 3. compil.* g *aliàs, Milet. al. Mildens.* h *Cap. 2. eod. tit. in 3. compil.*

DE BIGAMIS NON ordinandis.

TITULUS XXI.

CAP. I.

¶ *Breve est.*

Ex Concilio Aurelianensi a.

VT bigami b, pœnitentes, vel repudiatarum mariti, ad sacerdotium non ascendant.

CAP. II.

¶ *Cum bigamo, qui ordinatus est ad sacros, non dispensatur: & ordinator privabitur potestate ordinandi, nisi cum ea fuerit dispensatum.*

Lucius III. c *Spalen. Archiepiscopo.*

SUper eo d quod tua fraternitas de bigamis requisivit: Respondemus, quòd ordinatores eorum potestate & officio ordinandi, & ordinati si ad sacros ordines fuerint promoti, eis ideò sunt privandi: quia in bigamis contra Apostolum e dispensare non licet, ut debeant ad sacros ordines promoveri, vel in eis si promoti fuerint remanere. In ordinatore autem potest dispensatio adhiberi, ut ordinandi potestate & officio non privetur.

CAP. III.

¶ *Bigamus uxore vivente, vel mortuâ, non ordinatur.*

Cœlestinus III.

DE bigamis f Presbyteris, & viduarum maritis, idem sancimus omninò, ut nec viventibus uxoribus, nec defunctis, ad divinorum debeant celebrationem admitti: maximè cùm à doctrina sit Apostoli, & institutionibus Ecclesiæ alienum.

CAP. IV.

¶ *Qui mortuâ uxore promotus ad sacros, cum secundâ de facto contraxit & cognovit, bigamiæ pœnam incurrit, licèt non sit bigamus.*

Innocentius III. *Ratisp. Episcopo* g.

NUperà h nobis: [*& infrà.*] ¶ Tertius & ultimus articulus videbatur habere non modicum quæstionis: quoniam cùm in matrimoniis contrahendis non juris effectus, sed animi destinatio attendatur, unde illam comitatur infamia, qui duas simul uxores habet: quod partim ad factum convenit retorqueri: sicut in canone legitur de Presbytero, qui non legalibus nuptiis detinetur: eâdem censurâ tales videntur inter bigamos reputandi. Licèt obviet ex adverso, quòd opinioni sit veritas præferenda, & quòd juxta præmissa, qui nullam uxorem habuit, foret bigamus reputandus: quod contingeret, si quis de facto contraheret cum diversis, quibus de jure non posset matrimonialiter copulari. Nos autem in hac quæstione t. respond. quòd cùm hujusmodi Clericis, qui quantùm in ipsis fuit, secundas mulieres sibi matrimonialiter conjunxerunt, tanquàm i cum bi-

a *Concil. Aurel. 3. cap. 6. Idem Concil. Arelat. 3. cap. 1. quibus locis eadem est sententia, sed diversis verbis conscripta. Referunt Burchardus lib. 2. cap. 33. Ivo part. 6. cap. 134. vide Gratian. dist. 31. canon. 2. & Concil. Trident. Sess. 23. in decret. de reformatione, cap. 17.* b *Ex cap. 2. eod. tit. in 2. compil. Aliàs, legitur bigamici.* c *Aliàs, Spaletens. aliàs, Valetens. aliàs, Spalenten. aliàs, Spoletens. aliàs, Spoletano. aliàs, Hispalens.* d *Cap. 3. eod. tit. in 2. compil.* e *1. ad Timoth. cap. 3.* f *Cap. 2. eod. tit. in 2. compil.* g *Aliàs, Ruthomagens. aliàs, Vitalmens. Episcopo.* h *Cap. 4. eod. tit. in 3. compil. vide Dominum Sotum in quarto Sententiarum, dist. 27. quæst. 3. art. 3.* i *Hoc, tanquam, non est expressivum veritatis, sed similitudinarium, juxtà illud: Existi tanquam ad lactucas.*

gamis non liceat dispensari, licèt in veritate bigami non existant, non propter sacramenti defectum, sed propter affectum intentionis *a* cum opere subsecuto.

CAP. V.

¶ *Qui contraxit cum virgine, licèt priùs ab alio fuerit desponsata, bigamus non censetur.*

Idem *Metensi Episcopo.*

Debitum pastoralis officii: *b* [*1 & infrà.*] ¶ Fr. t. ita duximus respondendum, quòd cùm duo sint in conjugio, videlicet consensus animorum, & commixtio corporum, quorum alterum significat charitatem, quæ consistit in Spiritu inter Deum & justam animam, ad quod pertinet illud, quod dicit Apostolus: *c* [*Qui adhæret Deo, unus Spiritus est cum eo:*] reliquum verò designat conformitatem, quæ consistit in carne inter Christum & Ecclesiam, ad quod pertinet illud, quod Evangelista testatur *d:* [*Verbum caro factum est, & habitavit in nobis:*] profectò conjugium *e* illud, quod non est commixtione corporum consummatum, non pertinet ad illud conjugium designandum, quod inter Christum & Ecclesiam per incarnationis mysterium est contractum, juxta quod Paulus *f* exponens illud, quod dixerat protoplastus: *g* [*Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea:*] & propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una: statim sub ungit, [*Hoc autem dico magnum sacramentum in Christo & Ecclesia.*] Cùm ergò propter sacramenti defectum inhibitum sit, ne bigamus, aut maritus viduæ præsumat ad sacros ordines promoveri, quoniam nec illa est unica unici, nec iste unus unius: profectò ubi deficit inter hujusmodi conjuges commixtio corporum, non deest hujusmodi signaculum sacramenti. Unde is, qui mulierem ab alio viro ductam, sed minimè cognitam, duxit uxorem: quia nec illa, nec ipse carnem suam divisit in plures: propter hoc impediri non debet, quin possit ad sacerdotium promoveri.

[*1 Secundus autem tuæ dubitationis articulus continebat, an is, qui mulierem ab alio viro traductam, sed nondum cognitam, matrimonialiter sibi copulavit, valeat ad sacerdotium promoveri. Licèt autem is, qui ab alio viro relictam duxit in conjugem, sive cognita fuerit ab illo, sive incognita manserit, videatur duxisse viduam in uxorem, utpote cujus vir erat mortuus quando duxit eandem: sicut & ille bigamus esse videtur, qui cum duabus legitimè contraxit uxoribus, sive neutram, sive alteram tantum cognovit, quia vir extitit duarum uxorum. Nos autem.*]

CAP. VI.

¶ *Qui plures habuit concubinas, ex eo bigamus non est.*

Idem *Lugdunens.* h *Archiepiscopo, Apostol. sedis Legato.*

Quia circa *i* minima *k:* [*& infrà.*] ¶ Sanè postulâsti per sed. Apost. edoceri, si Presbyteri plures *l* concubinas habentes, bigami censeantur? Ad quod duximus respondendum, quòd cùm irregularitatem non incurrerint bigamiæ, cùm eis tanquam simplici fornicatione notatis, quoad executionem sacerdotalis officii poteris dispensare. *Vide inscript. in hoc cap. l. sequ. ad fin. pag. 1. 84. segq. §. 21. 95. c. 9. dist. 84.*

CAP. VII.

¶ *Subdiaconus, qui cum vidua contraxit, & eam cognovit, bigamiæ pœnam incurrit, licèt bigamus non sit.*

Idem.

A Nobis fuit: [*& infrà.*] ¶ Ille autem, qui in Subdiaconatûs ordine constitutus de facto tantùm (quia de jure non potuit) duxit viduam in uxorem, profectò bigamus non existit: sed nec vidua potest in veritate dici maritus, cùm inter ipsum & illam non fuerit vinculum maritale contractum: cum eo tamen contra doctrinam Apostoli *a* tanquam cum marito viduæ dispensare non licet, non propter sacramenti defectum, sed propter affectum intentionis cum opere subsecuto.

DE CLERICIS PEREgrinis.

TITULUS XXII.

CAP. I.

¶ *Ultramarini & valdè remoti ordinationem suam probare debent per quinq; Episcoporum sigilla.*

Alexander III. *b Cænoman. Episcopo.*

Tua *c* nos duxit fraternitas consulendos, quid sit agendum de Clericis, qui in remotis regionibus ordinati, literas eorum ostendunt, à quibus sibi proponunt manus impositas: & utrùm Episcoporum sigilla sint, quæ repræsentant, incertum existit. Tuæ igitur consultationi respondemus, tutiùs esse, ut in his statuta Patrum veterum observentur, quàm novum aliquid statuatur: statutum autem est de transmarinis, ut ad minus quinque Episcoporum super ordinatione sua testimonio muniantur: quod in aliis (si similiter *d* sunt incogniti) credimus observandum: ita tamen, ut in suspensione aliquanto tempore habeantur, in quo plenius de actibus instruantur ipsorum. Sed & de inferioribus ordinibus inquiri oportet, quia posset contingere, ut aliquibus prætermissis saltum fecissent. His autem peractis, si digni inventi fuerint, circa eos poterit dispensari.

CAP. II.

¶ *Clericus peregrinus, qui jurat se ordinatum, nisi aliter probet, in ille ordine non suscipietur, nec ad superiores promovebitur.*

Innocentius III. *Constantinop. Patriarchæ.*

Inter quatuor: [*e & f.*] ¶ Consuluit nos iterùm tua fraternitas, utrùm *f* Clericos ad te sine suorum ordinatorum literis venientes, & offerentes juramentum, quòd sint in quovis Ecclesiasticorum ordinum constituti, debeas ad superiores ordines promovere: Inquisitioni t. t. r. quòd nisi de ipsorum ordinatione canonica, per idonea tibi constiterit argumenta, eos nec in illis suscipere, nec ad majores debes ordines promovere, præsertim antequam conversatio eorum fuerit approbata.

CAP. III.

¶ *Peregrinus, de cujus ordinatione non constat, non permittitur celebrare in publico, sed in occulto sic.*

Idem *Patriarchæ Hierosolymitano.*

Tuæ fraternitatis: *g* [*1 & f.*] ¶ Utrùm Clericos, qui ad partes Hierosol. sine commendatitiis literis ve-

a *Vide leg. si in emptionem. D. de minor. & l. si aquæ. de leg. 1.* b *Quæ hìc desunt, recipies in cap. 4. de baptismo, & cap. 2. eodem tituli. in 3. compilatione.* c *1. Corinth. 6.* d *Joann. 1.* e *Vide Magist. Sentent. & ibi Doct. lib. 4. distinctione 27.* f *Eph. 5.* g *Genes. 2.* h *Idem D. Archidiac. Laudun. A. & L.* i *Cap. unic. eod. tit. in 4. comp.* k *ad matrimonia.* l *In uno vetustissimo exemplari, sic: Plures successivè vel*

a *1. ad Tim. 3.* b *In multis Alexan. IV. sed falsa est inscriptio: nam cùm hæc compilatio facta est, nondum erat Alexander quartus creatus.* c *Cap. unic. eod. tit. in 1. compil. & habetur integrum post Concil. Lateranens. sub Alexandro III. part. 26. cap. 20.* d *alias sic, qui similiter: al. sic, si similiter sunt in eo incogniti.* e *Vide hæc præfatio extat infrà, cap. Inter 4. de majoritate & obedientia. Ideo hìc non adscribo, quòd de similibus admonitum velo. vide Cap. 1. eod. tit. in 3. compil.* f *In plurib. antiquis post illud, infrà, statim sequitur, utrùm Clericos, &c.* g *Cap. 2. eod. tit. in 1. compil.*

niunt, permittere debeas celebrare divina. [2 & infrà.]
¶ Respondemus, quòd nisi legitimè tibi constiterit, sive per literas, sive per testes, de illorum ordinatione canonica, qui penitùs sunt ignoti, non debes ipsos permittere in a tuis plebibus celebrare: sed si forsitan eorum aliqui secretò ex devotione celebrare voluerint, poteris sustinere.

[1 Districto postulavit per sedem Apost. edoceri.]

[2 Cum plerique eorum, de quorum canonica ordinatione non constat, statim ut veniunt, præsumunt non expetità licentiâ celebrare. Nos autem tuam in Domino solicitudinem commendantes super primo articulo f. t.]

CAP. IV.

¶ *Inferiores Prælati sine domesanorum consensu, in Ecclesiis suis peregrinos non possunt instituere.*

Honorius III. *Regin. Episcopo.*

TE nobis proponente didicimus, quòd quidam Prælati Ecclesiarum tuæ jurisdictionis, in Ecclesiis sibi missis sine conscientia b tua Clericos de alienis Episcopatibus c instituere non verentur. Attendentes igitur id eis nullâ ratione licere, cùm sit honestati contrarium d, & à sanctorum Patrum institutionibus alienum: [1 & t.]
¶ Inquisitioni tuæ taliter respondemus, quòd tibi licet eos exinde removere, nisi aliquos ex dispensatione in eisdem Ecclesiis duxeris dimittendos.

[1 *Ad exemplar fel. rec. Alex. P. P. p. nostr. Apost. tibi indulgemus, ut si qui Clerici de alienis Episcopatibus in Ecclesiis tua jurisdictionis sine conscientia & assensu tuo sunt vel fuerunt in posterum instituti.*]

DE OFFICIO ARCHIdiaconi.

TITULUS XXIII.

CAP. I.

¶ *Ponit, quæ spectant ad officium Archidiaconi.*

Ex libro Romani ordinis.

VT Archidiaconus e post Episcopum sciat se vicarium esse ejus in omnibus, & omnem curam in Clero (tam in urbe positorum, quàm eorum, qui per parœcias habitare noscuntur) ad se pertinere, sive de eorum conversatione, sive honore f & restauratione Ecclesiarum, sive doctrina Ecclesiasticorum, vel cæterarum rerum studio: & delinquentium rationem coram Deo redditurus est. Et ut de tertio in tertium annum, si Episcopus non potest, parœciam universam circumeat, & cuncta, quæ emendatione indigent, ad vicem sui Episcopi corrigat & emender.

CAP. II.

¶ *Non summatur, sed ponit quædam, quæ spectant ad officium Archidiaconi.*

Ex Concilio Toletano.

OFficium g verò Archidiaconi est Evangelium, quando voluerit legere, vel alicui de Diaconis præcipere: & quando Episcopus Missam canit, ad jussionem illius induant se Levitæ vestimentis sacris: qualiter cum Pontifice ad Missam h procedant: [1 & t.] ¶ Omne Ecclesiasticum officium providendo, lectiones aut responsoria in matrice Ecclesia dare debet, & auscultare, in tantum ut nullus Evangelium, aut Epistolam, responsoria, vel quamlibet in Ecclesia lectionem legat vel cantet, donec auscultetur ab ipso. Acolythos i quoque ipse ordinet, quis eorum candelabra, quis thuribulum deferre, quisve minorum in Ecclesia aliqua officia agere debeat.

[1 *Omnemq; querimoniam seu causam vel institiam Presbytericam vel Diaconorum vel Subdiaconorum ipse debeat deliberatò ordinare. Ideò vobis mandamus, providus, cautus, vicario sui Episcopi agens, totius Episcopatûs curam habeat, &c.*]

CAP. III.

¶ *Custodia vasorum Ecclesia spectat ad Archidiaconum.*

Gregorius III. *Archidiacono Salernitano* a.

EA quæ contra: [& infrà.] ¶ Scire verò te volumus, quod à te districtè quæsituri sumus, quia vel propriæ Ecclesiæ, vel ea quæ de diversis Ecclesiis similia sunt collecta, non sub omni solicitudine & fide servantur. Quòd si quid ex eis, vel negligentiâ, vel cujusquam fraude deperiit, tu hoc reatu astringeris, qui per Archidiaconatûs ordinem custodiæ ejusdem Ecclesiæ arctiùs deputaris.

CAP. IV.

¶ *Archidiaconus sine mandato Episcopi, non committit curam animarum, ad eâ, non habet institutionem auctoritatem.*

Alexander III. *Elien. Archidiacono.*

CUm satis b sit absurdum: [1 & infrà.] ¶ Quoniam igitur obtentu alicujus consuetudinis, non debes contra sanctorum Patrum constitutiones venire, & quod ad tuum non spectat officium, vendicare. Mandamus, ut nemini sine licentia & mandato Episcopi curam præfumas committere animarum.

[1 *Et à sanctorum Patrum institutionibus alienum, ut Archidiaconus aut proprià debeat cuilibet Ecclesiarum curam committere, agè tamen scrimus, quod tu sine mandato Episcopi tui in curam animarum committu.*]

CAP. V.

¶ *Archidiaconus de jure communi non potest excommunicare. Aud. de Bus.*

¶ Idem *Vigorniensi Episcopo p. c. causa qua.*

ARchidiaconis c non videtur de Ecclesiastica institutione licere, (nisi auctoritas Episcoporum accesserit) in aliquos sententiam promulgare.

CAP. VI.

¶ *Archidiaconus semel in anno (nisi necessitas exigat plùs) visitet suam provinciam, id est parœciam. hoc dicit.*

Idem *Episcopo Conventren. & Abbati Cestrens.*

MAndamus d, quatenus prohibeatis Cestrens. Archidiacono, ne ad Ecclesias sui Archidiaconatûs visitandas, nisi semel in anno, accedat: Nisi forte talis causa emerserit, propter quam ipsum oporteat præfatas Ecclesias sæpiùs visitare.

CAP. VII.

¶ *Docet primò, quod sit officium Archidiaconi: & in quo per illud relevetur Episcopus. Et secundò docit, Decanos rurales per Episcopum & Archidiaconum eligendos & amovendos, si illorum vices communiter gerant.*

Innocentius III.

AD hæc nos e dicimus f. [& t.] ¶ Sanè consuluit nos

---

a *In antiquis deest dilectis, in.* b *aliàs, scientia id est facultate aut licentia.* c *aliàs, partibus.* d *videlicet quod vultis. ff. de statu hom. & l. si cum duæ. 5. compromissa. ff. de arbitr.* e *Cap. 2. eodem tit. in 1. compil.* f *aliàs, enere.* g *Cap. 3. eod. tit. in 1. compil.* h *Ut verbis gratiâ bini honestè & demisso vultu.* i *Quis ordo sit Acolythorum in Ecclesia tradit Magister Sentent. lib. 4. dist. 24. & quarto loco.*

a *Gregorius epist. 10. libr. 1. Registri. & cap. 1. eod. tit. in 1. compil. Alias, Salernitano Archiepisc. aliter, Archidiacono. aliter, Diacono Salernitano. in aliis Episc. al. Archidiac. Salernitano. Lectiones. vide lib. 2. epist. 15. registri, ex qua est apud Gratianum, distinct. 74. canon. 1. & lib. 1. epist. 19. vide dist. 74. can. 2.* b *Cap. 4. eod. tit. in 1. compil. & post Concil. Lateran. sub Alexandro III. part. 26. cap. 2.* c *al. Archidiacono. cap. 3. eod. tit. in prima compil. & habetur post Concil. Lateranens. sub Alexandro III. part. 3b. cap. 4.* d *Habetur post Concil. Lateranens. sub Alexandro III. part. 2. cap. 11. vide Concil. Trident. sepr. sess. eod. cap. 1.* e *Cap. 1. eod. tit. in 4. compil.* f *in antiquo legitur, ad hæc nos Dominus, al. dominus.*

tuæ

tus fraternitatis devotio, quid ad officium Archidiaconi debeat pertinere, & in quibus per ipsum cura episcopalis solicitudinis debeat revelari: & nos, prout possumus, respondemus. Archidiaconus (secundum statuta B. Isidori) imperat Subdiaconis & Levitis: parœciarum solicitudo & earum ordinatio ad ipsum pertinet: & audire debet jurgia *a* singulorum. Archipresbyteri autem, qui à pluribus Decani nuncupantur, ejus jurisdictioni se noverint subjacere. Secundùm verò Romani ordinis constitutionem major post Episcopum, & ipsius Episcopi Vicarius reperitur: omnem solicitudinem & curam, tam in Clericis, quàm in Ecclesiis eorum (prout meliùs secundùm Deum poterit) impendendo, cùm super his sit reddituru rationem in districti examinis judicio. Item in epistola B. Clementis Papæ præd. nost. oculus Episcopi Archidiaconus appellatur, ut loco Episcopi per Episcopatum prospiciens, quæ corrigenda viderit, corrigat & emendet: nisi adeò fuerint ardua negotia, quòd absque majoris sui præsentia nequeant terminari. In quadam verò nostra constitutione jam aliâ vice nos meminimus expressisse, quòd institutio corporalis, tam super beneficiis, quàm etiam dignitatibus ad ipsum debeat pertinere, examinatio etiam Clericorum si fuerint ad sacros ordines promovendi: & hoc idem in collationibus beneficiorum credimus observandum, ut qui beneficiis Ecclesiasticis præficiendi fuerint, à suo prius examinentur Archidiacono, & per ipsum postmodùm Episcopo præsententur.

Subsequenter posteà quæsivisti, utrùm Decani rurales, qui pro tempore statuuntur, ad mandatum tuum solum, vel Archidiaconi, vel etiam utriusque instituti debeant vel destituì, si fuerint amovendi? Ad hoc breviter respondemus, quòd cùm ab omnibus, quod omnes tangit, approbari debeat, & commune eorum Decanus officium exerceat, communiter est eligendus, vel etiam amovendus.

CAP. VIII.

¶ Archidiaconus non dat commendatitias ad ordines.

Idem

SIgnificâsti *b*: [*& infrà.*] ¶ Interdicas Archidiacono tuo, ne sine conscientia tua & auctoritate literas suas promovendis concedat. Et eis etiam districtè *c* prohibeas, ne ad ordines audeant convolare. Qui si contra prohibitionem tuam venire præsumpserint, executionem *d* eis ordinum susceptorum toraliter interdicas.

CAP. IX.

¶ Archidiaconus examinat & præsentat ordinandos, & ponit Prælatos in sede.

Idem *Mediolanen. Archiepiscopo.*

UT nostrum: *e* [*& infrà.*] ¶ Nec fuit *f* sufficienter probatum, quòd Cancellarius ex officio suo exerceat spiritualia memorata, cùm ea potiùs de jure communi ad Archidiaconi spectent officium: repræsentare *g* videlicet ordinandos Episcopo, & illos examinare, ponere Abbates & Abbatissas in sede.

CAP. X.

¶ Archidiaconi in monasteriis jurisdictionem non habent, nisi quantum tribuit eis generalis vel specialis consuetudo.

Honorius III. *Abbati Ariminen. Trecen. diœcesis, & Archidiacono & Decano S. Stephani Trecen.*

Dilecto filio: [*& infrà.*] ¶ Ad petitionem Archidiaconi Senon. conquerentis, quòd Abbas & Conventus monasterii sancti Petri Senonens. procurationem *a* annuam, & quædam alia, ratione sui Archidiaconatûs ad ipsum spectantia, exhiberi sibi contra justitiam denegabant: Abbati sancti Crispini & collegis ejus dedimus in mandatis, ut audirent causam, & fine debito terminarent. Coram quibus petiit prædictus Archidiaconus, ut cùm *b* monasterium intra metas sui Archidiaconatûs sit situm, Abbas & Monachi sibi obedirent in his, quæ pertinent ad jurisdictionem, correctionem, & visitationem, ad jus (ut dicebat) Archidiaconale spectantes, videlicet ut coram se conquerentibus responderent, citati etiam venirent ad ejus præsentiam: & ejus mandata *c* honesta & sancta secundùm Deum, de correctione excessuum, & aliis, quæ Archidiaconi solent & possunt rationabiliter injungere, audituri, & (salvâ suâ regulâ, & Abbatis sui debitâ obedientiâ) servaturi. Petiit insuper, ne de cætero facerent aliquos de Senonen. *d* ballivia, eo prætermisso, coram Officiali Senonen. Archiepiscopi conveniri, asserens illos priùs debere conveniri sub ipso, quàm coram Officiali prædicto: specialibus ipsius Archiepiscopi & hominum, ac familiæ suæ causis duntaxat exceptis: [*1 & infrà.*] ¶ Ideoque discr. v. mandamus, quatenus per majores Ecclesiæ Senonens. Canonicos, qui habere debent de hujusmodi consuetudine notitiam pleniorem, super his solicitè veritatem inquiratis: & nisi vobis constiterit præfatum Archidiaconũ, vel prædecessores ipsius de pacifica sic obtenta consuetudine jurisdictionem aliquam in ipso monasterio, vel in hujusmodi Abbatiis hactenus habuisse, præfatum monasterium ab ejus impetitione penitùs absolvatis, perpetuum super hoc ipsi Archidiacono silentium imponentes. Si verò de præmissis constiterit per eosdem, eandem jurisdictionem duntaxat adjudicantes eidem, in monasterio prædicto, quam ipsum vel prædecessores suos in monasterio ipso, vel in eisdem Abbatiis habuisse constiterit, super aliis perpetuum ei silentium imponatis.

[*1 Lite ergò super præmissis coram præfatis judicibus legitimè contestatâ, & auditu ab eisdem hinc inde proposito, eidem judices de utriusque partis assensu causam ad examen Apostolicum remiserunt. Ipsi ergò Alber. & Archidiacon. in nostra præsentia constituti, nos attendentes eorum consuetudines esse super Archidiaconorum jurisdictione diversas, cum in hoc casu nos sit summa consuetudinem, quâ in Abbatiis Senonen. ordinis præfati monasterii utitur Archidiacon. Senonen. finalem sequi vimus habere in hujusmodi quæstione processum. Volentes autem, ut eidem quæstioni finis debitus imponatur, causam ipsam vobis de ipsius Abbatis & procuratoris assensu duximus committendam.*]

DE OFFICIO ARCHIpresbyteri.

TITULUS XXIV.

CAP. I.

¶ Archipresbyter civitatis subest Archidiacono: & principaliter præest Presbyteris, & Presbyter aliibus officit.

Ex Concilio Toletano.

VT Archipresbyter *e* sciat se subesse Archidiacono, & ejus præceptis, sicut sui Episcopi obe-

a Nos tamen judicant Archidiaconi causas matrimonii & criminum. Concil. Trident. Sess. 24. decr. de reform. c. 20. §. ad hæc. nec causis concubinatus. Idem Conc. Trid c. 12. b Cap. 2. eod. tit. in 4. compil. c al. discreti. d In vetustis ita: Executionem eis ordinum taliter susceptorum interdicas. e Pradeat de vultu Dei judicium &c. infrà, cap. ut nostrum. de app llatam. & c. ut nostrum. ut Eccles. bonis sine diminut. conferantur. f Cap. 3. eod. tit. in 4. compil. g In vetustis, præsentare.

a Est autem procuratio, necessariorum sumptuum exhibitio, quæ debetur Prælatis diœcesim, seu subditos visitanti. b Idem. c Quæ in visitatione præstare debeant Prælati, tradit Concil. Trident Sess. 24. de reform. cap. 3. d Archiepisc. e Burch. l. 3. c. 30. Ivo part. 6. cap. 20. & c. 1. eod. tit. in 1 compil. Isidor. in epist. ad Laudefredum Episcopum Cordubensem, & Grat. dist. 23. can. 1.

dire, & quod specialiter ad ejus pertinet ministerium *a*, super omnes Presbyteros in ordine Presbyterali *b* positos curam agere animarum *c*, & assiduè in Ecclesia stare, & in Episcopi sui absentia ad vicem ejus Missarum solennia celebret, & Collectam dicat, aut cui ipse injunxerit.

CAP. II.

¶ *Ad idem.*

Leo Papa.

MInisterium *d* Archipresbyteri in eo constituitur, ut diligenti curâ provideat ministerium Sacerdotum *e* Cardinalium, qui solenne debent agere officium in communicatione corporis & sanguinis Domini nostri JESU Christi, à sacrosancto die Dominico incipiendo, per omnes horas canonicas indeclinabiliter perseverent, ut opus Dei dignè & sanctè perficiatur ab eo, cui committitur: [*& infrà.*] ¶ Provideat etiam Archipresbyter vitam Sacerdotum Cardinalium, præceptis sui obtemperando Episcopi, ne aliquando cedant, aut scurrilitate torpeant: [2 *& 3.*] ¶ Si Episcopus defuerit (exceptis his, quæ prohibita sunt) Archipresbyter provideat cuncta, quæ in Sacerdotum ministerio perfici debeant, fontes benedicere, infirmum oleo perungere, pœnitentem infirmum (consulto Episcopo) reconciliare, pœnitentiam cunctis aliis Sacerdotibus injungere. In præcipuis festivitatibus, aut ipse celebrationem Missæ solenniter impleat, aut ad sui jussionem, cui committitur, peragat veneranter.

[1 *Sed renuncsicantur, quòd labia Sacerdotum custodiunt scientiam, & justitiam, & legem requirunt ex ore ejus q. a. d. e. e.*]

[2 *Verens sententiam illius sapientissimi viri, ubi dicitur: Maledictus homo, qui negligenter agit opera Dei.*]

CAP. III.

¶ *Declarat, quod sit officium Archipresbyteri Civitatensis. Antm. de Bur.*

Idem.

OFficium *f* Archipresbyteri de urbe constat, quando ibi Præsul defuerit, vice ejus officium inchoare, benedictiones Presbyterales in Ecclesia dare, Missam, quando voluerit cantare, vel cui de Sacerdotibus jusserit. Quando verò Episcopus Missam canit, debet præcipere Sacerdotibus, ut induant se vestimentis sacris, & qualiter ad Missam procedant. Debet enim præcipere Custodi Ecclesiæ, ut in sacrario Eucharistia Christi propter infirmos non desit: debet infirmis providere, & providendo præcipere Sacerdotibus, ne forte sine confessione, vel confirmatione corporis & sanguinis Domini nostri Jesu Christi moriantur: confessiones peccatorum *g* eorum, qui à foris *h* veniunt, recipere cum omnibus Sacerdotibus, & exinde per provisionem Pontificis magnam debet illis adhibere curam. Ad Christianos quoque faciendos, & baptizandos infantes, & ad succurrendum, omnia à Sacerdotibus per jussionem *i* illius fiant.

CAP. IV.

¶ *Archipresbyter ruralu Presbyterorum & Laicorum plebanis sua curam gerit: contra decretum tamen Episcopi nihil ordinare potest.*

¶ Idem *ex Synodo a Ravenna habita.*

UT singulæ *k* plebes Archipresbyterum habeant propter assiduam erga populum Dei curam, qui non solùm imperiti vulgi solicitudinem gerat, verum etiam Presbyterorum, qui per minores titulos habitant, vitam jugi circumspectione custodiat, & quâ unusquisque industriâ divinum opus exerceat, *c*, Episcopo suo renuncier. Nec commendat *d* Episcopus, non egere plebem *e* Archipresbytero, quasi ipse eam gubernare valeat, quia etsi valdè idoneus sit, decet tamen, ut sua onera partiatur: & sicut ipse matrici Ecclesiæ *f* præest, ita Archipresbyteri præsint *g* plebibus, ut in nullo titubet Ecclesiastica solicitudo: cuncta tamen referant ad Episcopum, nec aliquid contra ejus decretum *h* ordinare præsumant.

DE OFFICIO PRIMICERII.

TITULUS XXV.

CAP. UN.

¶ *Ponit ea, quæ spectant ad officium Primicerii. Antm. delur.*

Idem *i in libro Romani ordinis.*

UT Primicerius *k* sciat se esse sub Archidiacono, sicut & Archipresbyter, & ad ejus curam specialiter pertinere, ut præsit in docendo Diaconis, vel reliquis gradibus Ecclesiasticis in ordine positis, ut ipse disciplinæ & custodiæ insistat, sicut pro animabus eorum coram Deo rationem est redditurus, & ut ipse Diaconis donet *l* lectiones, quæ ad nocturna officia Clericorum pertinent, & de singulis studium habeat, ut in quacunque re capacem sensum habuerit, absque ulla vacet negligentia, aut à quo ipse jusserit, instruantur. *m*

DE OFEICIO SACRISTÆ.

TITULUS XXVI.

CAP. UN.

Ex Concilio Toletano.

UT sciat *n* se Sacristæ subjectum Archidiacono, & ad ejus curam pertinere custodiam sacrorum vasorum, vestimentorum Ecclesiasticorum, seu totius thesauri Ecclesiastici, nec non, quæ ad luminaria pertinent, sive in cera, *o* sive in oleo.

DE OFFICIO CUSTODIS.

TITULUS XXVII.

CAP. I.

¶ *Ponit, quæ spectant ad officium Custodis. h. d.*

Ex libro Romani ordinis.

CUstos Ecclesiæ *p*, cui ea, quæ Ecclesiæ competunt, custodienda committuntur, oportet ut sui Archidiac. jussioni in cunctis obediat, in canonicis horis signa tintinnabulorum pulsanda, ipso Archidiacono jubente, ab eo pulsentur, pallia vel linteamina altaris, seu cuncta utensilia Ecclesiæ indesinenter custo-

---

a *Officium.* b *hæc vox, presbyterali, deest in antiquis.* c *deest vox, animarum, in antiquis.* d *C. 2. eod. tit. in 1. compil. vide Concil. Trid. infrà citatum.* e *Sacerdotes Cardinales hoc loco non urbis tantum Romæ, sed aliarum etiam civitatum primos interpretantur, quib. tituli, id est, parochiæ committuntur.* f *C 3. eod. tit. in 1. compil. Conc. Trident. Sess. 5. de reform. cap. 1. salubriter addit: Ut Archipresbyteri & alii curam animarum habentes, populo prædicent Dei verbum.* g *alias, diserum.* h *venerunt.* i *alias, provisionem.*

a *al. Roma habita à Joanne Papa XII. & à Lamberto Imp. sed hic putarem Joannem IX. seu X. scribendum. Is enim Synodum Ravenna celebravit. Leo enim antequam fuit.* b *C. 4. eod. tit. in 1. compil.* c *al. & Episcopo.* d *al. obtem tat.* e *al. plebes.* f *deest vox Ecclesia.* g *præsunt.* h *al. doctrinam.* i *al. Item ex.* k *C. 1. eod. tit. in 1. compil. Ivo p. 6. c. 20. Grat. canon. per lectu, 21. dist. Paun. l. 3. c. 41.* l *In omnibus, magister, debet lectiones ad nocturna officia.* m *al. instituantur.* n *C. 1. eod. tit. in 1 comp. & Ivo p. 6. c. 20.* o *Hæc postrema verba in nonullis desunt.* p *Cap. 1. eod. tit. in 1. compil.*

dian-

dist, lampades & laternas in accendendo, seu extinguendo pervigil existat: ne *a* aut supra modum lucendo oleum deperest, aut minùs lucendo obscurior sit Ecclesia: sed omnia cum discretione *b* agantur: quæ nosciturr omnium virtutum esse mater. Si verò is minùs idoneus ad hoc peragendum extiterit, ab Archid. coerceatur, ut se emender. Si autem indomitus permanserit, Archidiac. Episcopo denunciando provideat, ut indecente ejecto, aptus domui Dei constituatur minister, ut omnia in laudem Dei fiant.

CAP. II.

¶ *Ad idem.*

Ex Concilio Tolétano.

Custos solicitus *c* debet esse de omni ornamento Ecclesiæ, & luminariis, sive incenso, nec non panem & vinum omni tempore præparatum ad Missam habere debet, & per singulas horas canonicas signum ex consensu Archid. sonare, & omnes oblationes seu elecmosynas, seu decimas (cum ejusdem tamen consensu absente Episcopo) inter fratres dividat. In his tribus Ecclesiæ columnis (ut sancta sanxit Synodus) consistere debet alma mater Ecclesia: et ad hoc opus tales ordinentur, quales meliores & sanctiores esse viderint, ut nulla negligentia in sancta Dei Ecclesia videatur: hi tres, Archidiaconus, Archipresbyter, Custos, simul juncti, uno animo providè peragant, & perfectè, & non sit invidia, neque zelus inter illos.

DE OFFICIO VICARII.

TITULUS XXVIII.

CAP. I.

¶ *Vicarius si beneficium curatum postèa sit adeptus, Vicariâ privabitur.*

Alexander III. *Episcopo Norvic. & G. Archidiacono.*

Ad audientiam *d* nostram pervenit, quòd G. Presbyter Monachos de Rameſia *e* petendo Vicariam Ecclesiæ de Burnel. *f* à qua vigilii annis retrocessit, in diversis postèa Ecclesiis personatum adeptus, fatigare præsumit. Quia igitur non est canonicum *g*. ut qui curam animarum in diversis habet Ecclesiis, Vicarius in alienis existat: mandamus, quatenus (si ita est) prædictum Presbyterum à petitione supradictæ Vicariæ desistere compellatis.

CAP. II.

¶ *Plures Vicarias quis habere non potest.*

Idem *Eliensi Episcopo. P. C.*

Provideas *h* attentius, ne in Episcopatu tuo patiaris aliquem plures Vicarias habere: Quia cùm Vicarii teneantur personis & Ecclesiis deservire, alienum est ab ordine juris, ut Vicariam quis habeat præter unam.

CAP. III.

¶ *Perpetuus Vicariis per Episcopum institutus, per rectorem removeri, vel portione suâ fraudari non potest.*

Idem *Vintoniensi Episcopo.*

Adhæc *i* si persona alicujus Ecclesiæ, Vicario, quem in eadem Ecclesia instituit, de assensu & auctoritate diœcesani Episcopi certam assignaverit portionem: is, qui personâ illâ defunctâ in personatum illius substituitur, non potest eundem ab Ecclesia removere, vel assignatam sibi minuere portionem: Nisi aliquid committat, propter quod per judicem in Vicaria sit, vel beneficio condemnandus.

CAP. IV.

¶ *Vicarius non potest substituere vicarium.*

Idem *Norvicensi Episcopo.*

Cleticos *a* in Presbyteratu, vel in aliis inferioribus ordinibus constitutos, in Vicariis Ecclesiarum, quas adepti sunt, alios sibi substituere non permittas, cùm id satis sit absonum & absurdum.

CAP. V.

¶ *Vicarius Papæ in urbe jurisdictionem habet, non extra urbem.*

Innocentius III. *Abbati S. Eugen. & Plebano S. Petri.*

Sua *b* nobis: [*& infrà.*] ¶ Nos igitur Vicarii literas æstimantes per surreptionem obtentas *c*: Quoniam jurisdictio Vicarii *d*, quem Romanus Pontif. in urbe reliquit, non extenditur extra illam, nisi ei specialiter sit concessum. Præsertim cùm ipse moratur in sua provincia speciali, videlicet inter Capuanam provinciam & Pisanam. Mandamus, quatenus quicquid occasione literarum illarum actum est, in irritum revocetis.

CAP. VI.

¶ *Compelluntur Vicarii ordinarii Ecclesiis deservire, per subtractionem proventuum & Vicariarum.*

Honorius *e* III. *Vigor. Episcopo.*

Ex parte tua fuit propositum coram nobis: [1 *&* ¶.] ¶ Mandamus, quatenus perpetuos Vicarios, ut in Ecclesiis, in quibus Vicarias obtinent, resideant, & se in Presbyteros (ut *f* eorum cura exigit,) faciant promoveri, per subtractionem proventuum vel ipsarum Vicariarum compellas.

[1 *Quod quidam in Ecclesiis, in quibus perpetuas obtinent Vicarias, debitam residentiam facere, ac in Presbyteros promoveri contemnunt. Nolentes igitur abusum hujusmodi, sicuti nec debemus, aquanimiter sustinere, &c.*]

DE OFFICIO ET POTESTATE JUDICIS DELEGATI.

TITULUS XXIX.

CAP. I.

¶ *Delegatus Papæ potestatem habet non solùm in partes, sed etiam in alios, qui suam jurisdictionem impedient.*

Alexander III. *Landavensi Episcopo.*

Quia quæsitum *g*. est, quid faciendum sit de potestatibus, quæ *h* cùm præcipimus alicui justitiam exhiberi, minis ac terroribus conquerentes silere compellunt, & sic mandatum nostrum *i* eluditur: sic tibi respondemus, quòd sicut agentes & consentientes pari pœnâ (Scripturæ testimonio) puniuntur *k*: sic tam eos, qui trahuntur in causam, quam principales eorum fautores (si eos manifestè cognoveris justitiam impedire) districtione Ecclesiasticâ poteris coërcere.

CAP. II.

¶ *Cùm diversa litera sub eadem data & forma contraria impetrantur, & præsentantur à diversis ad eosdem judices, supersedetur utrisque, donec consulatur Papa.*

a *In codice Barbatia ita: ut ne contra modum lucendo oleum Ecclesia depereat. In alio ita: ne ut supra modum lucendo oleum, &c.* b *cum discretione in Ecclesia agantur.* c *C. 2. eod. tit. in 2. comp.* d *Cap. 2. eod. tit. in 1. compil. & post Conc. Later. sub Alex. III. par. 30. c. 5.* e *al. Dumesia.* f *al. Burnelia.* g *Conc Trid. Sess. 5. in decr. de reform. c. 4. & Sess. 24. de reform. c. 17.* h *C. 3. eod. tit. in 1. comp.* i *C. 4. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. Lateran. sub Alex. III. p. 39. c. 2.*

a *Cap. 5. eod. tit. in 1. compil. & post Concil. Lateran. p. 39. cap. 3.* b *C. 1. eod. tit. in 3 comp. al. incipit, Tua nobis.* c *vide l. fin. com ibi not. C. si à non comp. jud.* d *Et de Vicariorum jurisdictione, vide Concil. Trident. Sess. 24. de reform. c. 16.* e *al. Innocent. III.* f *earum.* g *Cap. 2 eod tit. in 1. compil. & post Concil. Lateranen. p. 7. cap. 2.* h *quæ.* i *eliditur. Roman. cap. 1.* k *vide l. jubemus. & economus, cum vulg. C. de Episcopis & Clericis.*

Idem *Bonnensi* a *Episcopo.*

I. SAnè si à *b* nobis super aliqua causâ literæ impetrantur, & aliæ postea (non factâ mentione priorum literarum) literæ opponuntur, si judicibus innotuerit, donec Romanum Pontif. consulant, & suam exinde cognoscant plenius voluntatem, executioni supersedeant utrarumque: Ne pro varietate literarum, causarum fines valeant impediri.

CAP. III.

¶ Delegatus Papa impeditus, subdelegare potest causam, quæ sine ipso commodè terminari potest.

Idem *Episcopo* c *Londonen.*

SI pro *d* debilitate, vel pro qualibet alia gravi causa *e*, vel necessitate, tractandis causis, quæ tibi à sede Apost. committuntur, interesse non poteris: liberum tibi sit personis discretis & idoneis vices tuas committere: Ita tamen, quòd si res tanti est, te consulere debeant: Nisi fortè causæ ita graves sint, quòd sine præsentia tua non possint commodè terminari.

CAP. IV.

¶ Si causa committitur intra certum diem decidenda, nisi partes prorogent, per lapsum dici expirat jurisdictio.

Idem V. f *Carnoten. electo.*

DE causis *g* quæ intra certum terminum decidendæ committuntur, hoc tuam volumus cognitionem tenere, quòd nisi dies *ab Apost. sede* præfixus de communi consensu partium prorogetur, eo transacto mandatum expirat.

¶ Ubi certa pœna per jus statuta non est, delegatus imponit arbitrariam. h. d.

Illis etiam qui pro causis tibi commissis ad citationem tuam venire, aut tuo super his parére judicio neglexerint: si tale fuerit *h* negotium, quòd certa exinde pœna in canonibus exprimatur, eandem infligas, alioquin ipsos pro delicti qualitate & causæ secundùm tuum arbitrium punire procures.

CAP. V.

¶ Per simplicem commissionem causæ, potest delegatus citare, contumacem punire, & reliqua facere, quæ spectant ad causam.

Idem *Archiepiscopo* i *Senonensi.*

PRæterea *k* super hoc, quòd nos consulere voluisti, utrum liceat judici delegato non ordinario cogere contumacem, ut veniat, aut damnare, si non venerit? Hoc tibi auctoritate præsentium innotescat, quòd postquam ei causa, licet simpliciter, delegatur, satis potest nostrâ auctoritate partes compellere, & etiam contumaces severitate Ecclesiasticâ coërcere etiam si literæ commissionis id non contineant, aut partes *l* mandatum nostrum non habeant, ut accedant. Quia ex eo, quòd causa sibi committitur, super omnibus, quæ ad causam ipsam spectare noscuntur, plenariam recipit potestatem.

CAP. VI.

¶ Si causa pluribus etiam simpliciter est commissa, quilibet subdelegare potest. h. d. & quotidie allegatur.

Idem *m Vintoniensi Episcopo.*

QUamvis *n* simus: [1 *& infra.*] ¶ Si verò duobus causa committitur, etiam si non apponatur, ut unus sine altero procedat in ea, nihilominus unus ex ipsis, sive suo conjudici, sive alii, vices suas potest committere *a* in hac parte.

[1 *Multiplicitate negotiorum impliciti, & gravibus diversis sollicitudinibus occupati, nos tamen cogit propter delictum commune* 1. *fiat. & dilectio, quâ personam tuam diligimus, tuis consultationibus respondere, ne videamur indiscussa relinquere, quæ à nobis enotanda tua voluit discretio præsentare. Innotescat itaq; sollicitudini tuæ, quòd judex à nobis delegatus causam sibi commissam potest aliis delegare, aut totam audiendam & terminandam, aut ut audiant allegationes & rationes & attestationes recipiant, & sententiam sibi ut reservent, vel horum aliquid tantummodo faciant juxta voluntatem & beneplacitum delegantis, quamquam non possit eandem causam aliis appellatione postpositâ delegare, & si tibi sit appell. rem. commissa.*]

CAP. VII.

¶ Delegatus Papa exequitur sententiam suam, quam exequi non potest, aut non vult is, cui eam commiserat exequendam.

Idem *Norvicensi Episcopo.*

SIgnificâsti *b* nobis: [1 *& infra.*] ¶ Consult. t. t. t. quòd si judex ordinarius ad mandatum judicis delegati à nobis non vult, aut non potest (aliis resistentibus) sententiam ab eo latam suo effectui mancipare, delegatus judex eam *c* auctoritate nostrâ sibi commissam potest executioni mandare: & si qui sibi restiterint, eos sententiâ Ecclesiasticâ coërcere.

[1 *Per literas tuas, quòd interdum à judice delegato frustrà super aliqua causa fertur sententia, cùm ordinarius judex eam ad mandatum illius nolit executioni mandare, aut aliis resistentibus effectui mancipare non possit. Super hoc.*]

CAP. VIII.

¶ Si Ordinarius fecit eum non canonicè institutum, quem delegatus Papa mandat in possessionem induci, non resistet violenter, sed precibus instabit, ut differat, donec Papa consulatur.

Idem.

SI quando *d* Clerici coram judice delegato Prælatos Ecclesiarum, super Ecclesiis, quas tenent, in causam traxerint, & coram eodem judice transactione *e* vel alio modo Ecclesias obtinuerint, in quibus certum sit eos institutionem canonicam nullatenùs habuisse, per possessionem etiam corporalem: Ordinarius judex non debet judicis delegati mandato resistere violenter *f*, sed apud ipsum instare, ut differat eos in possessionem mittere, donec nobis rei veritas innotescat.

CAP. IX.

¶ Post definitivam executioni mandatam, expirat delegati jurisdictio.

Idem *Brixiensi Episcopo.*

IN *g* literis: [1 *& infra.* Conf. t. t. t.] quòd ex quo judex delegatus per se, vel per alium, sententiam executioni mandavit, vel mandari præcepit, ejus auctoritas & jurisdictio cessat: Quia semel est officio suo functus.

a *Eberacensi.* b *Cap. 3. eod. tit. in 1. compil. & post Concil. Lateran. p. 7. c. 4.* c *alias, Lumen.* d *Cap. 4. eod. tit. in 1. compil. & post. Conc. Later. part. 7. cap. 1.* e *vox, causa, deest in antiquis.* f *Idem G. alias, Idem Vuilhelmo Canon. electo.* g *Cap. 5. eod. tit. in 1. compil. & post Conc. Later p. 7. c. 6.* h *sit.* i *Cenomanensi.* k *Cap. 6. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. Later. p. 7. c. 7.* l *In C. Barbatia: aut mandatum partes non habeant Apostolicum, ut accedant.* m *al. Vuint.* n *Cap. 7. eod. tit. in 1. compil. & post Concil. Later. p. 7. c. 8.*

a *Non tamen potest alium sibi associare jurisdictionem non habentem, infrà eod. cap. cùm super.* b *Cap. eod. tit. in 1. comp. & post Concil. Lateran. p. 7. c. 11.* c *al. ita: eam auctoritate sibi commissâ, aliter, causam auctoritate Apostolicâ sibi commissam, sed plura & retinentia ita: causam auctoritate sibi commissâ.* d *Cap. 10. eod. tit. in 1. compil. & post Concil. Lateran. p. 7. c. 12.* e *al. per transactionem.* f *vide l. nec magistrat. ff. de injur.* g *Post Conc. Later. sub. Alex. III. c. 14. & 16. eod. tit. in 1. compil.*

[1 Quæ

[1 *Quæ tua nobis destinavit fraternitas, quæstiones quæstam inseruisti, super quibus solutionem tibi à nobis postulasti exhiberi, quarum siquidem una est, scilicet usq; ad quod tempus judex delegatus possit se interponere, ut statur rei judicatæ vel transactioni? Super hoc itaq; prudentiæ tuæ t. respondemus.*]

CAP. X.

¶ *Reo absente, non per contumaciam, delegatus datus etiam ad diem, non restituet actorem, licèt possessionem & dejectionem probare velencem.*

Idem *Abbati sancti Albini.*

COnsultationibus *a* [1 & 2.] ¶ Quæsitum est, utrùm si aliquis Ecclesiâ, vel possessione quâlibet se asseverans absque judicio & causa rationabili spoliatum, à nobis ad judices literas obtinuerit, ut intra certum tempus restituatur sibi possessio, si constiterit judici, eum esse taliter spoliatum, possessio debeat ei restitui, cùm is, qui tenet Ecclesiam vel possessionem, quam ipse requirit, antequam de literis ipsis aliqua mentio fieret, studiorum, peregrinationis, vel aliâ hujusmodi causâ se absentaverit, nec intra tempus præfixum *b* judici possit suam præsentiam exhibere? Super quo respondemus, quòd nec potest, nec debet restitutionem habere, quamvis paratus sit coram judice delegato, testibus idoneis, possessionem & dejectionem suam probare: nisi is, qui possidet, se per contumaciam absentâsset.

[1 *Singulorum ex ministerio servitutis susceptæ cogimur singulis respondere, ut si quid dubietatis vel quæstionis in mente alicujus emerserit, ab Ecclesia Romana solvatur, qua inter alias dispensante Domino meruit obtinere principatum.*]

CAP. XI.

¶ *Delegatus Papa in causâ sibi commissâ, jurisdictionem habet super ordinarium, & quemcunq; majorem.*

Idem *c Carnotensi Episcopo.*

II. SAnè quia *d* nos: [1 & 2.] ¶ Tuæ quæstioni duximus respondendum, quòd judex à nobis delegatus, vices nostras gerit: unde in causâ illa superior est & major illis, quorum causam susceperit terminandam *e*: Ideoq; si Episcopus vel alia persona, quæ non sit de jurisdictione illius, in causâ, quam ei delegamus, rebellis aut contumax fuerit, secundùm qualitatem facti poterit vel interdicti, vel suspensionis sententiâ, à judice delegato compelli: Ita quòd judex secundùm negotii qualitatem temperatè procedens, Episcopo vel ingressum Ecclesiæ, vel Sacerdotale officium interdicat, aut etiam terram illius, quæ ad jurisdictionem suam pertinet, specialiter interdicto supponat.

[1 *Consulere inprimis voluisti, qualiter à nobis judex delegatus Episcopum, qui ei non subest ad aliquid faciendum vel dandum compellere debeat, cum causam, quæ inter Episcopum & Clericum & Laicum vertitur, à mandato nostro susceperit terminandam, id.*]

CAP. XII.

¶ *Si primus impetravit primam dignitatem in Ecclesia vacaturam, secundus impetravit certam dignitatem ipsius Ecclesiæ, cùm vacaret, & illa postmodùm vacat, debetur primo, & non secundo. h.d. & est notabilis decisio.*

Idem *Eboracensi Archiepiscopo, & Episcopo Conventren.*

I. EX parte N. nobis *f* innotuit, quòd cùm ad te, frater Conventren. Episcope, nostras literas impetraverit, ut ei Archidiaconatum, quem in Ecclesia tua primò vacare contingeret, assignares: R. adversarius *g* ejus alias ad te, frater Eboracen. literas *h* impetravit, nullâ de prioribus habitâ mentione, ut si avunculus suus Archidiaconatum, quem habebat in Ecclesia eadem, vellet omninò dimittere, ipsum ei faceres assignari. Quoniam igitur, si memores fuissemus, nos pro prædicto N. literas direxisse, pro adversario nullatenus scripsissemus: mandamus, quatenus præfato N. Archidiaconatum ipsius Ecclesiæ (si vacat) non obstantibus posterioribus literis assignetis.

CAP. XIII.

¶ *Ubi contraria voluntas Papæ non apparet, delegatus juris formam servare debet, & rationabiles exceptiones admittere. Ioan. Andr.*

Idem *Eboracensi Archiepiscopo.*

II. EX parte *a* tua: [1 & 2.] ¶ Quæstioni tuæ taliter respondemus, quòd si quando judici delegato expediat formam sibi statutam servare, debet tamen rationabiles exceptiones admittere, & in causâ juxta juris æquitatem procedere: Nisi exprimatur in literis nostris, quòd nullæ debeant exceptiones admitti. Quod nec nos, nec antecessores nostros credimus unquam *b* expressisse.

[1 *Quæsitum est à nobis, utrùm cùm causam aliquam sub certa forma committimus, judices delegati formam sibi commissam debeant sequi, ita quòd rationabiles exceptiones non admittant? Super quo.*]

CAP. XIV.

¶ *Delegatio facta dignitati non expresso nomine proprio, transit ad successorem.*

Idem *Abbati & Conventui majoris monasterii.*

QUoniam *c* Abbas Leicestriæ, qui susceptò mandato nostro partibus diem ad agendum præfixit, Abbatem Vincestriæ de novo substitutum judici præmortuo, illi mandato nostro correcto, quia sub expressis nominibus locorum & non personarum commissio emanavit, sibi socium in causæ cognitione adjunxit: Nos sententiam illorum (sicut est justa) ratam & firmam habemus.

CAP. XV.

¶ *Si quæstionem de jure præsentandi Papa delegat appellatione remotâ, & sub ea forma, ut delegatus ad præsentationem ejus, ad quem videtur pertinere, ordinet Ecclesiam, per hoc non habet instituere, sed pronunciare: & is, ad quem pertinet, instituet: & si juri suo detrahitur, licitè appellat.*

Idem.

SUper *d* eo verò, quod subjungere voluisti, si de præsentatione Presbyteri inter aliquos quæstione subortâ, causam contigerit delegari alicui sub hac forma, ut si constiterit jus de quo agitur, ad partem alterutram *e* pertinere, ad præsentationem ejusdem de persona idonea ordinet Ecclesiam, app. rem. an liceat delegato judici, inscio diœcesano Episcopo, Archidiacono vel Archipresbytero reclamante, præsentatum sibi Clericum in possessionem Ecclesiæ mittere: & an si Archipresbyter, vel Archidiaconus, vel Episcopus, ad quem institutio pertinet, appellaverit *f*, eorum sit appellationibus deferendum. Hoc tuam volumus discretionem tenere, quòd licet quæstionem, quæ de præsentatione vertitur, app. rem. committamus alicui terminandam: non tamen est nostræ intentionis diœcesano Episcopo, vel Archipresbytero, vel Archidiacono præjudicium generare: ideoque præsentandus est illi, qui instituendus fuerit *g*, & tenebit eorum appellatio, si videntes juri suo detrahi duxerint appellandum, quia non illis *h*, sed partibus inter quas causa commissa est, appellationis remedium est sublatum.

---

a *C. 13 eod. tit. in 1. compil. & post Conc. Lateran. part. 7. cap. 17.*
b *al præmissum.* c *Cantuar. Archiep.* d *C. 16. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. Lat. p. 7. c. 2.* e *l. generaliter. cum not. D. de fideiuss. & l. si duo. D. de solut.* f *C. 17 eod. tit. in 1. compil. & post Conc. Later. p. 7. c. 21.* g *Hæc duo verba, adversarius ejus, desunt in antiquis.* h *vox, literas, in antiquis deest.*

a *C. 18. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. Lat. p. 42. c. 1.* b *vox, unquam, non est in antiquis.* c *cap. 19. eod. tit. in 1. compil. & post Conc. Lateran. p. 46. c. 4.* d *c. 20. eod. tit. in 1. compil. & post Conc. Lateran. part. 47 cap. 3.* e *alteram.* f *appellaverint.* g *est.* h *al illi, sed illis, id est, Episcopo, Archidiacono, vel Archipresbytero.*

CAP. XVI.

¶ *Si causa simpliciter est delegata duobus, sententia unius non tenet.*

Idem.

I. CAusam *a* matrimonii, quæ inter I. mulierem, & Blanchacium agitari dignoscitur, Furolien. *b* & Vapicenensi Episcopis nos meminimus commisisse: quibus eam viro restitui mandantibus, vir mulierem cruciatibus & flagellis adeò affecit, quòd invita & coacta inter se & virum suum confessa est parentelam, ficque factum est, quòd ad judicium unius eorum dimisit eandem: [1 *& 3.*] ¶ Discretioni vestræ mandamus, quatenus si inveneritis, quòd præfatus B. dictam I. ad judicium solummodò alterius prædictorum *c* à se separâsset (quia cùm causa duobus committitur, sententia unius non tenet) ipsum ut eandem mulierem sicut uxorem suam benignè recipiat, & maritali affectione *d* pertractet, monitione præmissâ cogatis. Si qui tamen apparuerint, qui (postquam ab eo recepta fuerit) matrimonium ipsorum velint, & legitimè possint impetere, causam audiatis, & fine canonico terminetis.

[1 *Quæ v. filios ex eo dicitur genuisse, & XIV. annis secum sine quæstione permansisse. Unde quoniam matrimonium in Ecclesia Dei à Deo probatur esse magnum sacramentum, quod sine rationabili & evidenti causa non debet dissolvi, præsertim cum non ab homine, sed à Deo fuerit institutum.*]

CAP. XVII.

¶ *Delegatus, qui est dominus impetrantis recusari potest.*

Idem *Oxonensi & Vintonien. Episc. & Abbati Herfor.*

II. CAusam *e*, quæ inter F. & R. de nativitate Agathæ vertitur, vobis fratres Episcopi, & London. Episcopo commisimus terminandam. Verùm quoniam idem F. præfatum Londonen. Episcopum habebat suspectum, pro eo quòd dominus est prædicti R. ipsum amovendum, & te fili Abbas, loco ipsius *f* duximus subrogandum.

CAP. XVIII.

¶ *A subdelegato delegati Papa, qui subdelegavit non in totum, non ad Papam, sed ad ipsum delegatum appellari debet.*

Idem.

CUm *g* te consulente: [*& infrà.*] ¶ Si super causa, quæ tibi ex nostra delegatione committitur, à personis Ecclesiasticis, unâ, vel pluribus, quibus (ut parcas laboribus partium & expensis) cognitionem ipsius causæ & testium examinationem (sententiâ tibi reservatâ) committas, appellatio fuerit interposita, hujusmodi appellationis intuitu causam ipsam indiffinitam relinquere non teneris.

CAP. XIX.

¶ *Morte delegantis non expirat jurisdictio delegati, coram quo lis erat contestata.*

Lucius III. *h Conmarinsi Archiepiscopo, & ejus Suffraganeis.*

RElatum est: *i* [*& infrà.*] ¶ Nos itaque consulti, vestræ resp. quòd si lis fuerit ante prædicti n. obitum contestata, mandatum morte mandatoris nullatenus expiravit. Si verò ante litis contestationem decessit, non est à judicibus, quos delegaverat, ex delegatione hujusmodi procedendum.

a *Cap. 22. eod. tit. in 1. compil. & post Concil. Lateran. p. 30. c. 26.* b *al. Tarentinensi & Napicensi, al. Forojulien.* c *Vide l. falsus. 4. sed si in. ff. de fact. ig. & doctr. in auth. de fide jus. §. 1.* d *assolta.* e *C. 4. qui filii sint leg. in 1. compil. adde cap. 3. §. de dolo & contum.* f *ultim.* g *Cap. 1. eod. tit. in 2. compil.* h *al. Innocent. III.* i *Cap. 22. eod. tit. in 1. compil. & post Concil. Later. p. 7. c. 22.*

CAP. XX.

¶ *Si delegatus citavit ante mortem delegantis, perpetuata est ejus jurisdictio. Et appellationi renunciat, qui coram judice, à quo appellavit, litem prosequitur.*

Urbanus III. [*de Vellebech. & de Olfoston. Abbatibus.*]

GRatum *a* gerimus, [1 *& 3.*] ¶ Sanè consuluit nos devotio vestra, an ante obitum delegantis propositio citationis edicto, lite verò post mortem contestatâ nihilominùs debeat in causa procedere delegatus. Et utrùm is intelligatur appellationi renunciâsse, qui eâ interpositâ ad producendos testes inducias postulavit, & demùm productioni & allegationi renuntians, attestationes petiit solenniter publicari. Nos autem inquisitioni tuæ taliter respondemus, quòd cùm in casu priori citatione factâ, negotium sit quasi cœptum, & maximè si delegatus non sit certus de obitu delegantis, potest & debet in causa procedi, tenebitque, quod justitiâ fuerit prævià definitum. In secundo verò casu videtur ab appellatione recessum, si secundùm ea, quæ præmissa sunt, eum, qui appellaverit, constiterit processisse.

[1 *Et acceptum, quòd negotiis vestra discretionis commissa dubitam curam impenditis, & in his, quæ ad dubitationem faciunt, pro gravitate vestra officis consuram sed. Apost. postulatu.*]

CAP. XXI.

¶ *Si causa committitur tribus delegatis, cum clausula, quòd si non omnes, &c. præsentibus apparent de impotentia tertii, duo procedere non possint. Et si procedunt, nihil agunt. hoc dicit usq; ad §. adjicimus.*

Cœlestinus III.

PRudentiam *b* tuam: [*& infrà.*] ¶ Quinto loco supplicas informari, utrùm cùm tribus causa committitur, ita quòd si omnes interesse nequiverint, duo eam nihilominùs exequantur: si reus à duobus tantùm fuerit convocatus, venire necessariò teneatur. Et si citatus à pluribus coram duobus comparuerit, tertio nec veniente per se, vel *c* per literas (ut solet fieri) excusante, an duo præsentes in causa possint procedere, & eam sententiæ calculo terminare? In hoc casu taliter respondemus, quòd cùm aliquis delegatorum judicum per certum nuncium, vel excusatorem literatoriè destinatum non offenderit, se interesse non posse, vel aliàs de eodem canonicè constare non poterit, residui procedere ad causæ cognitionem *d* non debent: quòd si processerint, nihil reparabuntur egisse. Illa quippe fuit antiqua sedis Apostolicæ provisio, ut hujusmodi causarum recognitiones *e* duobus, quàm uni, tribus, quàm duobus libentius delegaret, cùm (sicut canones attestantur) integrum sit judicium, quod plurimorum sententiis confirmatur. Mandati siquidem excedere fines probaretur, si quis circa formam rescripti accepti præsumeret judicare.

¶ *Clausula, si non omnes poterunt, sufficienter includit voluntatem, quoad purificandam jurisdictionem impetitam. Idem in duobus datis cum clausula, quòd si ambo. h. d. usq; ad §. secta.*

Adjicimus etiam, quòd ubi fuerit in commissione appositum, ut si omnes interesse nequiverint, duo *f* eam nihilominùs exequantur: si aliquis ex ipsis, cùm possit, noluerit interesse, duo nihilominus in causa procedant, licèt ille tertius gravissimè sit arguendus pro eo, quòd mandatum Apostolicum exequi subterfugiat aut contemnat. Idem quoque per omnia diximus observandum in *g* causa, quæ committitur duo-

a *Cap. 23. eod. tit. in 1. compil. & post Concil. Lateran. p. 48. c. 3.* b *Pars 2. providentiam. §. de mutuis pet. & 2. 1. eod. tit. in 2. compil. Vide gloss. hic.* c *al. nec, vel hic.* d *facit ad hoc glossa in l. magistros. C. de med. & profess. lib. 10.* e *cognitiones.* f *in quibusdam manuscr. ita: duo vestrum nihilominus.* g *al. de causa.*

huj; co

bus, ac appositio, ut si ambo interesse nequiverint, alter nihilominùs exequatur.

¶ *Si reus coram delegato objicit excommunicationem allati, quam non probat intra tempus debitum, auditur actor: si verò probat, delegatus absolvet actorem si excommunicatus est propter causam sibi commissam: si propter aliam, ad excommunicatorem suum illum remittet: qui si non vult eum absolvere, delegatus Papa eum absolvet, nisi sit de casibus Papæ reservatis. h. d.*

Sexta nobis proposita ex parte tua quæstio continebat, quòd cùm aliquibus judicibus causa committitur, & quandoque contingit, quòd reus actori objicit, quòd stare non potest in judicio, utpote vinculo excommunicationis adstrictus: si reus non velit statim eum probare excommunicatum, sive non possit, an actor nihilominùs audiri debeat, donec super eo, quod objicitur, rei veritas fuerit patefacta? Hanc dubitationem taliter *a* removemus, quòd si ille, qui tale *b* objicit, statim vel intra terminum competentem non probaverit legitimè, quod intendit, actor permitti debet, ut sine offendiculo quolibet audiatur. Cæterùm, si vel ex confessione actoris, vel alio *c* quolibet modo legitimè constiterit esse actorem vinculo excommunicationis adstrictum, à judicibus delegatis secundùm formam Ecclesiæ valet absolvi, ita ut si propter aliam justam causam & evidentem ab ordinario judice vel delegato excommunicatus fuerit, ad excommunicatorem debet absolvendus remitti: qui *d* si malitiam adhibuerit, delegati judices id ritu *e* Ecclesiastico liberè exequantur, dummodò non sit tale genus excommunicationis illius, cujus absolutio sedi Apost. reservetur. Explorati siquidem juris existit, ut delegatis judicibus, quibus principale committitur, & accessorium committatur.

¶ *Absolutus à delegato super causa, pro qua fuerat excommunicatus, coram excommunicatore parebit seu respondebit super illa causa, nisi sit alteri delegata: & si excommunicater malitiosè distulerit, delegatus, qui absolvit, cognoscet. h. d.*

Si verò ab his fuerit, præstito juramento, quòd stabit mandato Ecclesiæ, absolutus, rursùs interrogas, an coram eisdem delegatis, *f* vel ordinario, à quo excommunicatus extitit, teneatur super eadem causa, pro qua excommunicatus fuerat, respondere, & quorum debeat judicio vel mandato stare? In quo casu taliter respondemus, quòd coram ipsis excommunicatoribus super illa causa, pro qua fuerat excommunicatus, stare debet, & eorum servare mandatum: nisi specialiter fuerit illud aliis *g* judicibus à sed. Apost. delegatum. Quòd si excommunicatores malitiosè distulerint, tunc delegati eandem jurisdictionem, quam in principali, & in accessorio exercebunt.

CAP. XXII.

¶ *Si causa simpliciter delegatur tribus, duo sine subdelegatione tertii procedere non possunt. Quod si fecerint, ab eo poterit appellari. Idem si sint dati cum clausula, quod si non omnes, non enim valet processus duorum tertio inconsulto. hoc dicit comprehendendo utrumque intellectum.*

Innocentius III. *Rheginen. Archiepiscopo, & Episcopo Cephaludensi.* h

CUm causa *i*, quæ vertitur inter ven. fr. n. Montis Regalis, & Rosan. Archiepiscopos, super quibusdam decimis, Panormitano & Capuano Archiepiscopis, & tibi frater Rhegin. commissa fuisset à nobis fine debito terminanda, prædictus Archiepiscopus Montis Regalis (sicut accepimus) ad primam Panormitani & Capuani Archiepiscoporum citationem accessit, in quorum præsentia excipiendo proposuit, quòd pro duabus causis eorum non deberet stare judicio: tum quia ipsa causa tribus fuerat judicibus delegata, & idem *a* ab illis duobus tantùm (te fratre Rheginen. inconsulto, nec vices tuas super hoc committente) ad judicium fuerat evocatus, tum quia ante ipsorum citationem & notitiam literarum, pro eadem causa nuncium suum ad Apost. sedem transmiserat, in quo decretalem *b* Alexandri Papæ prædecessoris sibi affirmabat apertiùs suffragari. At iidem Archiepiscopi exceptiones ipsius nolentes admittere, contra eum ut responderet, interlocutoriam sententiam protulerunt: propter quod ad sedem Apostolicam appellavit: [1 *& infrà.*] ¶ Fraternitati vestræ mandamus, quatenus, si vobis constiterit, prædictos Archiepiscopos exceptiones prædictas nullatenùs admisisse: non obstante eo, quod per ipsos factum est, decimas ipsas, quibus prædictus Montis Regalis Archiepiscopus se, postquam nuncius suus propter hoc ad sedem Apostolicam accesserat, allerit spoliatum, præcipuè cùm easdem tam sibi, quàm Ecclesiæ suæ à sede Apostolica asserit confirmatas, sive per laicalem potentiam, sive per eosdem judices factum sit, cum fructibus inde perceptis restitui faciatis, *c* audientes postmodùm, quantùm de jure poteritis, quicquid fuerit quæstionis.

[1 *Nec agitur inquisitionem prædictorum & decisionem canonicam vestræ discretionis examini committentes.*]

CAP. XXIII.

¶ *Si duo sunt delegati cum clausula, quòd si ambo, &c. uno recusato, alter solus procedere potest, nec tenet processus, si cum recusato procedat.*

Idem *Conventui de Conchis.*

CUm super *d* Abbatia monasterii vestri *e*, inter vos & S. quondam Abbatem vestrum, fuisset quæstio agitata, demùm super ea ad Lesionen. *f* Episcopum & Abbatem de Becco nostræ fuerant *g* literæ destinatæ: [*& infrà.*] ¶ Quamvis solus Abbas, antequam appellaretur ab eo, juxta formam literarum nostrarum procedere potuisset, quia tamen pro eo, quòd cum ipso Episcopo interlocutus est, appellationem priùs ab eodem Episcopo interpositam non tenuisse, de jure sine ipso, cùm *h* posset & nollet negotio interesse, per consequentiam *i* confessus est, se non posse mandatum Apostolicum adimplere, nec suæ intentionis extitit, ut sine conjudice suo aliquid diffiniret, & cum eo, qui jam judex esse desierat, aliquid super prædicto negotio ritè disponere non valebat, voluntate ac potestate sibi mutuò adversantibus, cùm noluerit, quod potuerit, & quod voluerit adimplere nequiverit: quod à duobus factum fuerat *k*, effectum non potuit de jure obtinere.

CAP. XXIV.

¶ *Si jurisdictio delegati expirat in termino peremptorio, quem partibus assignavit, post congruam horam peremptoris, judex non expectabit contumacem. Si non expirat, potest expectare in diem alteram, & iterum citare si vult.*

Idem *Archiepiscopo Toletano.*

COnsuluit *l* nos tua fraternitas, utrùm cùm ad recipiendos testes, depositiones publicandas eorum, vel sententiam proferendam, peremptoriè citatas partes, & earum altera se absentat contumaciter die datâ, an circa ultimam saltem partem diei tibi sit in negotio procedendum, vel in diem expectandum potiùs subsequentem, & si expectaveris, utrùm contumax iterum sit citandus, cùm non fuerit die partibus assignatâ processum? Nos autem credimus distinguendum, utrùm jurisdictio duret post terminum peremptorium, an

a *al. amovemus.* b *al. taliter tale quid objecit.* c *aliquo.* d *scilicet excommunicator.* e *al. de ritu.* f *Qui paulo antea absiverunt eum.* g *Vox, judicibus, deest in omnib. manuscr. & in vet. sta: nisi specialiter illud fuerit. in alio sta: nisi specialiter fuerit illud negotium, &c.* h *al. Cephaludensi.* i *Cap. 1. eod. tit. in 3. compil.*

a *Ipse.* b *Hanc habes* ff. *de appell. c. ad hæc sicut.* c *Vide l. quemadmodum. cum gloss. C. de agric. & cens. lib. 11.* d *C. 2. eod. tit. in 3. compilat.* e *al. vestri de Conchis.* f *Lexoviens.* g *fuerunt.* h *dum.* i *consequens.* k *fuit.* l *C. 3. eod. tit. in 3. compil.*

expiret in illo. Si durat, in diem alteram, æquitate suadente, poteris expectare: nec erit pars contumax peremptorio elapso citanda, nisi gratiam fecerit ei benignitas judicantis. Si autem expiret, nisi partes, cùm id noverint, se tibi præsentaverint eâ horâ, quâ congruè possis procedere ad exequendum id, propter quod eis legitimè terminum peremptorium assignâsti: extunc exequi poteris, quod intendis, ne frustrà judicialis instantia evanescat. Ne verò judicium Ecclesiasticum exerceatur in tenebris, quia juxta *a* testimonium veritatis, qui malè agit, odit lucem. Licèt enim secundùm consuetudinem, & constitutiones legitimas more Romano dies à medietate noctis incipiat *b*, & in medio noctis desinat subsequentis (unde quod in duabus dimidiatis noctibus agitur, perinde sanxit habendum legalis auctoritas, ac si quâlibet parte lucis agatur) nos tamen eam procedendi horam congruam intelligimus, ex qua possis ante noctis tenebras perficere, quod incumbit. Porrò discretus judex in assignatione peremptorii, non debet jurisdictionem suam (nisi necessitas exigat) adeò coarctare *c*.

CAP. XXV.

¶ Ex nova causa removetur delegatus, etiam post litem contestatam, & alius subrogatur.

Idem *Abbati de* d *Bordellia, & Priori sancti Sepulchri.*

INsinuante R. *e* rectore sancti *f* Saldati, ad audientiam nostram pervenit, quòd cùm causam, quæ super jure parochiali inter ipsum & T. vertebatur, Vigorien. Episcopo & Conjudicibus suis à nobis obtinuerit delegari, postmodùm (licèt fuerit in eadem quæstione processum) tractu temporis ante diffinitivæ sententiæ calculum, idem Episcopus dictum R. in familiarem admisit: fine quo alii Conjudices *g* (secundùm quod in nostris literis mandabatur) in causa procedere non valebant, & alter ipsorum Conjudicum *h* Officialis est Episcopi supradicti: propter quod adversa pars poterat suspectus haberi: unde cùm tam Episcopus, quàm Officialis prædictus (utpote quos idem R. in judices postulârat *i*, & ipse familiaris eorum postmodùm est effectus) ab adversa parte possent meritò recusari, decisionem ipsius causæ, vestræ petiit discretioni committi. Quocirca mandamus, quatenus si est ita (nisi postquam familiaris ejus est effectus, litigare consenserit coram illo) in causa, secundùm priorum *k* continentiam literarum (ratione prævia) procedatis, alioquin partes ad priorum judicum revertantur examen.

CAP. XXVI.

¶ Delegatus Papæ sententiam suam exequi potest usque ad integrum annum, h. d. & est casus singularis.

Idem *Priori sancti Eridiani* l.

QUæstioni *m* quid per censuram *n* Ecclesiasticam: [& infrà.] ¶ Si verò delegatus à nobis excommunicet illum, qui rei judicatæ parere contemnit: licèt aliquibus videatur, quòd suo sit functus officio, ut ulterius non habeat ex delegata sibi jurisdictione processum: alii autem dicant, quòd jurisdictio ejus duret, donec sententiæ pareatur, ut interim absolvere possit parere volentem. Nos tamen per æquitatis sententiam incedentes, præsentium auctoritate statuimus, ut delegatus à nobis, non solùm usque ad quadrimestre tempus, quod ad solvendum debitum à lege reo conceditur, sed usque ad integrum annum jurisdictionem sibi commissam, ad exequendum sententiam valeat exercere: sicut observatur in illo, qui ante litis *a* contestationem contumax invenitur.

CAP. XXVII.

¶ Delegatus Papa potest principium, medium, & finem causæ conjunctim & divisim subdelegare. h. d. usque ad §. verum.

Idem *Cantuarien. Archiepiscopo.*

SUper *o* quæstionum articulis, de quibus nos consulere voluisti, r. respon. quòd per constitutionem nostram consultationi Alex. Papæ nullatenùs derogatur, sed illa per istam exponitur, imò in ista verius, quæ in illa fuerant prætermissa, supplentur. Ipse namque respondit, quòd si super causa, quæ alicui ex Apostolica delegatione committitur, à personis Ecclesiasticis unâ vel pluribus, quibus delegatus (ut parcat laboribus partium & expensis) causæ cognitionem ipsius, & testium examinationes, sententiâ sibi reservatâ, committit, appellatio *c* fuerit imposita: hujusmodi appellationis intuitu, causam indefinitam relinquere non tenetur. Nos autem statuimus, quòd licèt is, cui causa committitur remotâ appell. non possit eam aliis sine provocationis obstaculo delegare, si tamen delegatus à nobis, vel judex quicunq; non tam cognitorem, quàm executorem ad aliquem *d* certum articulum, quempiam deputaverit, ab eo (nisi modum excedat) non liceat appellari, dummodo de partium deputetur, vel recipiatur assensu. Quòd si delegatus à nobis vel litis exordium, vel causæ finem, nedum totum negotium ei duxerit committendum, ab ipso tanquam à judice licitè provocetur: cùm & lis ante judicem debeat contestari, & causa per judicem diffiniri. Intentionis igitur nostræ fuit (sicut ex tenore constitutionis prætissæ potest liquidè deprehendi) quòd, ut judicialis auctoritas liberiùs valeat exerceri, delegatus à nobis licitè possit, & principium, & finem, & medium causæ sibi commissæ, non solum conjunctim, sed etiam divisim alii delegare, *e* non obstante quòd dicitur, quòd judex debet cognoscere per seipsum in principio, in medio, & in fine: cùm antequam ferat sententiam, universa, quæ acta sunt in judicio, investigare debeat diligenter.

¶ A subdelegato cum jurisdictione appellari potest secùs si sine jurisdictione, nisi modum excedat: tunc enim potest recusari, nisi datus sit de partium consensu. Abbas.

Verùm cùm totam causam committit alicui, vel principium aut finem ipsius, ab eo, tanquam à judice potest licitè provocari. Cùm autem alicui medium *f* tantum committit, ab ipso tanquam ab auditore provocari non potest: nisi mandati fines excedat *g*, vel meritò sit suspectus, unde ne valeat recusari, providè statuimus, ut de partium detur vel recipiatur assensu.

¶ A subdelegato non in totum, appellatur ad subdelegantem, non autem ad primum delegantem: secùs si in totum. h. d. usq; ad §. quem verò.

Porrò cùm delegatus à nobis jurisdictionem suam in alium transfert totam, si fuerit appellandum, non ad eum, sed ad nos appellari debebit. Cùm autem sibi aliquid de jurisdictione reservat, si causa sit ei appellatione remotâ commissa, non ad nos, sed ad eum poterit de jure appellari. Unde si forsan appellaretur ab eo, cui medium causæ *h* committitur, sive cognitor aut executor dicatur, vel (quod melius est) auditor, pro eo quòd vel mandati fines excedat, vel meritò sit suspectus: nihilominùs tamen delegatus à nobis juxta consulta-

a *Ioan. 3.* b *Vide l. more Rom. ff. de fer. Bart. in leg. aut fatua. §. tempus ff de pœn. & l. hac verba in fin. ff. de verb. sig.* c *Vide Abb. in hunc locum.* d *al. Burdis. al. de Bordellis.* e *c. 4. eod. tit. in 3 compil.* f *al. Aldati.* g *judices.* h *judicum.* i *postulavit.* k *priorem.* l *al. Episcopo Præneſtino.* m *C. 1. eod. tit. in 3. comp.* n *Vide cap. quærenti. 3. de verb. sig.*

a *al. ante litem contestatam.* b *C. 6. eod. tit. in 3 comp.* c *In causa appellationis multa salubriter statuit Conc. Trid. sess. 13. de reform. c. 1 & sess. 24. de reform. c. 10. & 20. & alibi loco.* d *ad diffirm. c. 1 & sess. 24. de reform. c. 10. & 20. & alibi loco.* e *Vide l. à judice C. de judic & gl. in l. sæpe sentendum aliquem.* f *Vide l. à judice C. de judic & gl. in l. sæpe audivit. ff de offic. præsid.* g *media.* h *Vide auth. quas in provincia. cum not. C. ubi de crim. agi op.* i *media causa summit. al. cui media committuntur.*

tionem

tionem præmissam, causam poterit definire: ut paretur laboribus partium & expensis.

¶ *Auditor datus sine partium consensu, recusari potest ut suspectus, non tamen sine causa. Abbas.*

Eum verò quem delegatus à nobis deputaverit auditorem, neutra partium poterit recusare, nisi coram eo justam recusationis causam ostendat *a*.

¶ *Si unus ex duobus delegatis Principis cum clausula appell. rem. subdelegat alteri acceptanti, non potest acceptans subdelegare, nec appell. rem. prosequi, quod tamen ante acceptationem poterat: & si ab isto fuerit appellandum, appellabitur ad Papam, etiamsi fuerit subdelegatus non in totum. hoc dicit, secundum intellectum verorum.*

Si verò duo sunt à Principe delegati, & unus committit vices suas alteri, ille nec potest, nec *b* debet appellatione remotâ procedere, nec causam alii delegare *c*, quamvis in commissione facta duobus contineatur expressum, ut appell. rem. alter possit procedere sine reliquo, si non possunt ambo pariter interesse. Quia quod potest ex sola jurisdictione sibi *d* à Principe delegata, non potest cum jurisdictione sibi à condelegato commissa. Unde si ab eo fuerit appellatum, licèt aliquibus visum fuerit, quod ad condelegatum valeat appellari, nobis tamen videtur, quòd ad primum duntaxat appellandum est delegantem, propter rationem superius assignatam.

¶ *Si delegatus Papa subdelegat non in totum, pars à subdelegato non poterit appellare, ex eo, quòd datus sit sine suo consensu: potest tamen recusare in ostendendo causam justam coram delegato, & tunc delegatus desinet: à quo etiamsi voluerit recusationem admittere, appellatur ad Papam. hoc dixit.*

Ejus ergò appellatio, de quo tua fraternitas nobis scripsit, si nostræ constitutionis occasione ad nostram audientiam appellavit, pro eo quòd delegatus à nobis reservatâ sibi definitivâ sententiâ, audientiam causæ commisit quibusdam, qui de partium *e* assensu nec dati sunt, nec recepti: nisi contra eos justam recusationis causam ostenderit, vel paratus fuerit ostendere coram judice delegato, non debuit impedire, quò minùs procederent auditores. Qui etiamsi tanquam suspecti fuissent meritò recusati, delegatus tamen à nobis nihilominùs potuisset, sublato appellationis diffugio, causam judicialiter expedire. Quòd si justam recusationis causam noluit admittere delegatus, sed coram suspectis eum litigare *f* cogebat, à tali gravamine licitè potuit *g* ad nostram audientiam appellare: quodque *h* post appellationem hujusmodi est præsumptum, judicari debet irritum & inane.

CAP. XXVIII.

¶ *Delegatus Papa, nisi malitiosè se exoneret, subdelegatum compellit ad suscipiendam subdelegationem: in coactione tamen defert suæ dignitati & personæ h.d. usq; ad 4. Item cum totum.*

Idem *Episcopo Helien.*

PAstoralis *i* officii: [1 *& infrà.*] ¶ Consultationi tuæ *k* duximus *l* respondendum, quòd cùm delegato à Principe jurisdictio dandi judicem sit à lege concessa (dummodò ipse exonerare seipsum malitiosè non quærat) potest compellere renitentem, eò quòd jurisdictio illa nullius videretur esse momenti, si coercionem aliquam non haberet: Delegatus tamen debet solicitè providere, ut si personis superioribus (exigente necessitate) negotium duxerit delegandum, in coactionibus interendis dignitati deferat & personæ *a*.

[1 *Diligentia & solicitudo, quam geris circa executionem mandatorum nostrorum, & zelus tuæ restitutionis nos invitant, ut quamvis simus multiplicibus occupationibus prepedati negotiorum, eis tamen ad horam subtrahamus nosmetipsos, in qua tuis intendamus consolationibus. Consuluit etenim vos tua fr. discretio, utrum si delegatus à Principe causam sibi commissam voluerit alii delegare, nolentem delegationem suscipere, ad ipsam suscipiendam valeat coarctare.*]

¶ *Delegatus Papa sicut potest committere totam causam, ita potest citationem, & punire contemnentem acceptare. h.d. Abbas.*

Item cùm totum negotium alii possit committere delegatus, sicut superiùs est expressum: citationis officium potest cuilibet (discretione prævià) demandare, ac punire meritò contemptorem.

¶ *Si Papa scienter commisit appellationem interpositam à suo delegato dato cum clausula, appellatione remotâ, jurisdictio primi delegati est interim suspensa, quoad executionem. hoc dicat, secundum verum intellectum.*

Præterea postulâsti, si cùm à sententia lata auctoritate literarum nostrarum, in quibus appellatio est inhibita, fuerit appellatum, & literæ post appellationem ad judices alios emanaverint, an ad mandatum posteriorum judicum executio sententiæ à prioribus delegata debeat retardari, ut priores judices ipsam neque per se, neque per alios exequantur. Nos autem inquisitioni t. t. r. quòd cùm appellationis causam ex certa scientia judicibus aliis committimus cognoscendam, appellationem videmur recipere, ac jurisdictionem priorum judicum revocare *b*, ut interim executio sententiæ suspendatur, donec appellationis merita plenius sint discussa: [*& infrà.*]

¶ *Ordinarius ad mandatum delegati exequitur sententiam, etiamsi sciat eam injustam. Abbas.*

Quia verò sæpe contingit, quòd executio sententiæ Ordinario demandatur: quæsivisti, an si ipsam injustam esse cognoverit, debeat eam executioni mandare? an sit ei potius subsistendum? Attendentes itaque, quòd non cognitio, sed executio tantùm demandatur eidem: respondemus, quòd cùm ordinarius teneatur obsequi delegato, etsi sciat sententiam illam injustam, exequi nihilominùs tenetur eandem, nisi apud eum efficere possit, ut ab hoc onere ipsum absolvat. [*& infrà.*]

¶ *Delegatus, qui impeditur dare statutâ procedere, partem hoc procurantem punit: & quantum ad diem illam causam committet, appellatione remotâ, in odium procurantis, nisi partes negotium prorogent. Abbas.*

Cùm autem sæpè contingat, ad diem, quam judex delegatus à nobis partibus assignavit, earum alterâ procurante, ut negotium prorogetur, judicem ipsum à Rege vel Archiepiscopo evocari: Nos perversorum volentes malignitatibus obviare, decernimus, ut si delegato constiterit hoc fuisse alicujus partis malitiâ procuratum, ipsam puniat animadversione condignâ: & (ne aliquod lucrum ex hujusmodi fraude reportet) personæ neutri parti suspectæ, quantùm ad diem illum, committat ipsum negotium audiendum, quæ in ipso, appellatione remotâ, procedat: nisi fortè partes consenserint negotium prorogari.

CAP. XXIX.

¶ *Subdelegatus à delegato Papa jurisdictionem habente, potest coërcere impedientem. hoc dicit, comprehendendo utrumq; intellectum.*

Idem *Abbati sanctæ Hilarii c & magistro G. Canon. Tervisino.*

---

a *Vide leg. apertissimi. & l. cum specialis. C. de jud.* b *Hæc duo verba, nec debet: desunt.* c *Vide leg. à judice. C. de jud.* d *sua.* e *ipsius.* f *audire, in antiquis.* g *poterit.* h *al. quod potest al. quicquid potest.* i *Ex hoc cap. sumpta sunt cap. pastoralis. infrà de offic. jud ord. & c. pastoralis. de jud. Cap. 7. eod. tit. in 3. compilat.* k *al. taliter duximus.* l *Textus in l. apertissimi. C. de judic.*

a *Vide l. capitalium. & ibi Bart. ff. de pœnis. facit quod not. in l. 1. ff. eodem.* b *Vide text. in l. 1. cum ibi notat. ff. ad Sc. Turpill.* c *Hilarii Plebano S. Pauli Castell. diœcesi. & magistro G. Can. Fusen. Tervisien.*

EX literis a Patriarchæ Granden. [1 & infra.] ¶ Mandamus, quatenus, nisi vobis constiterit, quòd literæ, quæ secundo loco ad Archipresbyterum Paduanum impetratæ dicuntur, de prioribus literis ad Primicerium Granden. & Plebanum sanctæ Sophiæ obtentis, expressam fecerint mentionem, ut per secundas primæ appareant revocatæ: cùm primos judices auctoritate literarum nostrarum jurisdictionem non sit dubium habuisse, quam potuerunt postmodùm Patriarchæ, quoad executionem sententiæ demandare, ex qua coërctionem etiam idem Patriarcha receperat: cùm hujusmodi demandata jurisdictio delusoria videretur, si subdelegatus hujusmodi coërctionem aliquam non haberet: interdicti sententiam ab eodem Patriarcha in Castellan. Archidiac. promulgatam, pro eo quòd ejusdem Patriarchæ executionem impediens, ejus b literas, quibus mandatum prædictorum judicum nunciabat, legi in publicum non permisit c: tamdiu faciatis inviolabiliter observari, donec eidem Patriarchæ de injuriis irrogatis sufficienter fuerit satis factum. Si verò constiterit primas literas, per secundas legitimè revocatas: cùm appareat primos judices jurisdictionem nullam penitus habuisse, & ita constet per consequentiam, Patriarcham ipsum non recepisse jurisdictionem vel coërctionem aliquam ab eisdem, prædictam interdicti sententiam denuncietis irritam & inanem.

[1 *Accepimus, quòd cùm dil. fil. Granden. Primicerius & Plebanus S. Sophiæ de Venetiis, quibus causa, quæ inter Clericos sanctæ Justinianæ & S. Presbyterum super eo, quòd idem Presbyter Clericum se ipsius Ecclesiæ asserebat, agitari dignoscitur, à nobis fuerat delegata: mandassent eidem, ut Clericos memoratos, qui per Archipresbyterum Paduan. ad quæstionem fuerat super eodem negotio quoddam rescriptum obtentum, in quo, sicut asseritur, de prioribus literis mentio non fiebat, denunciati fuerunt excommunicationis vinculo subjacere, nisi prædictum Presbyterum in socium reciperent & in fratrem, idem Patriarcha denunciaret anathematis vinculo non ligatos: ipse nolens eisdem judicibus in hac parte parere, qui nostrâ fungebantur auctoritate, maximè cùm ven. fr. n. Castellan. Episcopus ipsis super hoc parendum non duxerit: requisitus Clericus sanctæ Mariæ formosæ mandatum suprædictorum judicum per suas literas nunciavit, quas dil. fil. n. Archidiacon. Castell. Plebanus ejusdem Ecclesiæ legi publicè coram populo non permisit.* & infrà. ¶ *Unde considerans idem Patriarcha Archidiaconum ipsum per tantarum injuriarum excessum, non sè tantummodò, sed etiam Branden. Ecclesiam, imò nos ipsos graviter offendisse, tam ipsum Archidiacon. quàm prad. Ecclesiam, supposuit interdicto.* & infrà. ¶ *Cùm igitur super præmissis & aliis inter procuratores utriusque partis fuisset coram dil. fil. n. SS. Cosma & Damiani Diac. Card. quem auditorem dedimus eisdem, diutiùs litigatum, & ipse nobis, quæ audierat, fideliter retulisset: quia nobis constare non potuit, ut per literas, quas ad Paduan. Archipr. impetrata dicuntur, cùm nobis offensa non fuerint, revocatæ fuerant aliæ literæ ad prædictos Primicerium & Plebanum obtentæ, causam ipsam vestro examini duximus committendam, per a. L.*]

CAP. XXX.

¶ *Jurisdictio delegati re integrâ, morte mandantis expirat.*

Idem *Episc.* d *Pistaviensi.*

LIcèt e undique: [1 & 3.] ¶ Cùm igitur duxeris requirendum, si causam tribus judicibus delegamus, apponi in literis nostris illam clausulam facientes: Quòd si non omnes his exequendis poteritis interesse, duo vestrûm nihilominus eam f exequantur: & unus postquam commiserit cuidam ex aliis vices suas, de medio sit sublatus, tertius ut suspectus meritò recuseur: an collega superstes suo nomine ac defuncti possit negotium definire? Inquisitioni t. t. r. quòd si jurisdictione à suo sibi collega delegatâ, eo vivente uti non cœperit, quia mandatum hujusmodi re integrâ morte mandatoris expiravit, non habet solus officium judicandi: si verò ante mortem illius jurisdictione uti cœperit taliter demandatâ, vices suas & illius poterit adimplere.

[1 *Confluentium negotiorum multiplicitas copiosa nostrum animum ad curas varias impellere non desinat, fraternitas tamen tua, quam sincerâ complectimur charitate in Domino, solicitudinem nostram ad tempus deponere compellit, quam in exequendo alia ex debito pastoralis officii gerebamus, atq; tuam dubitationem Apostolico certificare responso.*]

CAP. XXXI.

¶ *Non creditur quis delegatus, nisi delegationem probet.*

Idem *Episcopo Bajocen.*

CUm in jure a peritus: [& infrà.] ¶ Præterea quæsivisti, cùm tibi ab aliquo sub hac forma mandatur: auctoritate quâ fungor b, injungo, ut talem denuncies excommunicationis sententiæ subjacere, ac tibi super mandato Apostolico hæsitanti, ab aliquo non sit facta fides c: an mandatum hujusmodi exequi teneatis?

Super quo tibi hujusmodi damus responsum, quòd nisi de mandato sedis Apostolicæ certus extiteris, exequi non cogeris, quod mandatur.

CAP. XXXII.

¶ *Per procuratorem non habentem mandatum, de re ad rem, jurisdictio prorogari non potest.*

Idem *Paris. & Trecen. Episc. & Abbati sanctæ Genovefæ.*

CUm olim d Abbas & Conventus Vergiliacens. e suâ nobis conquestione monstrâssent, quòd P. Comes Altissiodoren. quoddam stagnum, molendinum, & domum in terra eorum construere nitebatur, in ipsorum f præjudicium & gravamen, Episcopo & Thesaurario Nivernen. commisimus causam ipsam. Per quorum literas accepimus, quòd lite super petitionibus Ecclesiæ contestatâ, receptis utrinque testibus, & attestationibus publicatis, cùm super dictis testium inter partes fuisset postmodùm disputatum: Tandem pars Comitis proposuit, quòd de damnis in nemosibus & rebus aliis datis, super quibus testes deponere videbantur, cognoscere non debebant, cùm in rescripto nostro nulla de damnis g mentio haberetur: [1 & infrà.] ¶ Judices autem interlocuti sunt h, quòd super damnis datis à Comite, ad eos cognitio pertinebat. Quo audito, Comes ad appellationis beneficium convolavit. Unde ipsum judices evocatum, & nec per se, nec per responsalem idoneum comparentem, excommunicationis vinculo adstrinxerunt: [& infra.] ¶ Quia verò super damnis datis, antequam iis fuerit contestata, nequaquam ad dictos judices cognitio pertinebat, cùm in rescripto nulla de illis mentio haberetur, nec ad ipsos potuerit jurisdictio prorogari, cùm procurator ad illa solummodò intelligatur constitutus, quæ in commissionis literis inveniuntur expressa i, & postquam Comes publicatis attestationibus intellexit, super his fuisse depositum, protinùs contradixit: nos eosdem judices pronunciavimus minùs justè interlocutos fuisse, ac supradictum Comitem, qui ob hoc ad appellat. beneficium convolavit, excommunicationis sententiâ non fuisse ligatum.

[1 *Ad quod inter alia fuit ex adverso responsum, quòd cùm super omnibus articulis, de quibus testes deposuerant, fuisset solemniter contestata, de ipsis cognosc. ac pronunciare judices tenebantur.*

---

a *Cap. 1. eod. tit. in 3. compil.* b *al. rejurg. literas.* c *Vid. l. si quis id quod ff. de jurisd. omn. jud.* d *al. Parmens.* e *Cap 9. eod. tit. in 3. compil.* f *ea.*

a *Cap. 10. eod. titul. in 3. compil. & est pars Decr. cum ex jur. sup. de elect.* b *tibi injunga.* c *Vide l. quicunque ff. de pub. & not. in l. sciendum. ff. de verb. oblig.* d *Cit. eod. tit. in 3. compil.* e *Scribendum Virziliacensis, vel Vezeliac.* f *eorum.* g *de damnis datis, &c.* h *fuerunt.* i *Vid. text. in l. 2. & ibi Bart. in fin. ff. si cert. pet. ceterum dictio, & decl. in plur. manuscr.*

Ad hoc pars Lamitii replicavit, quòd & si super damnis à procuratore suo lis fuerit contestata, ei tamen ex hoc non poterat præjudicium generari, cùm ad hoc procurator datus non fuerit, sed ad illa duntaxat capitula, quæ fuerant in literis commissionis expressa, super castro videlicet, stagno & molendino. Ad hoc parte alterâ respondente, quòd procuratoris factum Comes ulteriùs impugnare non poterat, quousque post publicationem testium minimè duxerat revocandum.]

CAP. XXXIII.

¶ Qui acta causæ relationis judicum delegatorum sigilla violando aperuit, non auditur postmodùm contra illa.

Idem *Bonon. Archiepiscopo.*

CUm *a* olim Magister S. & B. Archidiaconatum & Præposituram adinvicem commutâssent: [*& infrà.*] ¶ Verùm dictus B. delegatis nostris non deferens, imò veriùs deleganti, sigilla violavit illorum, & scripta, quæ nobis fuerant præsentanda, non erubuit aperire. Qui postmodùm in nostra præsentia constitutus, adversario præsente, in excusationem suam proposuit, quòd judices perperàm processerant *b* contra ipsum, cùm acta *c* in scriptis minùs fideliter redegissent: unde timens ne literas portaret Uriæ, illorum scripta aperuit, & quod suspicatus fuerat, adinvenit. Sanè si quod expediret, meliùs notavisset, vel non recepisset scripta suspecta, vel recepta nobis fideliter præsentâsset, & ostendisset causam suspicionis propositæ coram nobis. Præterea cùm non conquereretur de judice, quem ei proprio motu *d* concessimus, sed de illo potiùs, quem ipse duxerat eligendum, & judices suas nobis per eum literas destinâssent, de ipso pariter conquerentes: verbis ipsius fidem non duximus adhibendam: sed ut in hoc saltem puniretur, in quo peccaverat, contra acta judicum, quæ temerè violârat *e*, ipsum (sicut nec debuimus) noluimus exaudire: ne videretur dolus suus ei patrocinium attulisse.

CAP. XXXIV.

¶ Delegatus non tenetur admittere collegam sibi adjunctum per literas subreptitias, nec ipsius subdelegatum. hoc dicit, secundum unum intellectum. Vel sic: Delegatus subdelegatum collegæ impediti non tenetur admittere. sein rescripto est clausula: quòd si ambo, &c. hoc dicit, secundum alium intellectum.

Idem *Abbati, & Capellano sanctæ Mariæ Bononiens.*

COram *f* dilecto filio M. Diacono Cardinali (quem tibi & H. Nuncio, & Clerico sanctæ Agathæ adversario tuo, qui cum instrumentis ejusdem Ecclesiæ, sed absque literis de ratihabitione, ad Apostol. sedem accesserat, sed de rato caverat, sub fidejussoria cautione *g* concessimus auditorem:) proponere *h* curavisti, quòd cùm quidam in parochia sanctæ Mariæ, in honorem beatæ Agathæ Ecclesiam construxisset, Alexand. Papa *i* prædec. nost. causam super hoc Abbati sancti Stephani, & Priori sancti Victoris commisit terminandam: qui pro Ecclesia S. Mariæ diffinitivam sententiam protulerunt: verùm Capellanus sanctæ Agathæ sententiæ parére contempsit. Cumq; super eadem causa coram Ferrarien. Episcopo, per annum disceptatum fuisset, pars Ecclesiæ sanctæ Agathæ horum veritate suppressa, magistrum L. Bon. Canonicum obtinuit eidem Episcopo in causæ decisione adjungi: qui cùm causæ interesse non posset, prædictus Episcopus, cui per sequentes literas mandabatur, ut si ambo interesse non possent mandatis Apostolicis exequendis, ea ipse nihilominùs adimpleret: sententiam prædictam confirmavit: [*1 & infrà.*] ¶ Nuncius verò Ecclesiæ sanctæ Agathæ inter alia proposuit, quòd cùm dictus magister L.] vices suas alii delegâsset, Episcopus admittere noluit subdelegatum, sed post appellationem ad nos interpositam solus in causæ cognitione processit: [*2 & infrà.*] ¶ Sed econtrà fuit responsum, quòd Ferrarien. Episcopus solus procedere potuit, cùm in ultimæ commissionis literis fuisset insertum, quòd si ambo interesse non possent, prædictus Episcopus nihilominùs exequi procuraret: quod non intelligitur, ut si per se, vel per alios interesse non *a* possent: quia id rarò *b*, vel nunquam contingeret, sed si non posset personaliter interesse. Idem igitur Cardinalis latam ab eodem Ferrarien. Episcopo sententiam confirmavit, & adversæ parti super hoc perpetuum silentium duxit imponendum. Nos ergò, quod ab eo factum est, auctoritate Apostolicâ confirmamus.

[*1 Capellano S. Agathes sub pœna excommunicationis injungens, ut nullum parochianorum suorum infrà certos terminos commorantium ad officia divina, vel Ecclesiastica reciperet sacramenta. Ad hæc d. Hugolenus ex adverso respondit, quòd olim Archipresbyter de Pastino à prædicto Alex. p. p. n. Indulgentiam impetravit, ut in vico Castellionis, in quo superexcreverat populi multitudo, Ecclesiam de novo fundaret. Unde tunc Bononiensis Episcopus de mandato ejusdem p. n. & locum segnavit, & primarium lapidem benedixit, & in fundamento secundum consuetudinem collocavit: capellam in eodem loco construxit cum tota parochia, quam usque hodie habet Ecclesia de Pastino, per 20. annos juste possedit quam fel. rec. Cœl. pp. p. n. ex suis literis confirmavit, & nos sub nostra protectione recepimus constitutam nobis ab eodem Archipresbytero consulem. Verùm olim quidam Canonicus regularis ab Archipresbytero de Pastino, ut divina in eadem celebraret officia deputatus, præter aull. Archipresbyteri & Capituli del Pastino, coram prædicto Abbate S. S. & Priore S. Vict. ab illis citatus apparuit. sed coram illis judicium non subivit. Imò ab ipsis tanquam de ratione suspectis, quia prædictam voluerunt sibi parochiam vendicare, ad nostram duxit audientiam appellandum. Idem autem judices non dubitantes mandati fines excedere, tam super nova quàm veteres populo sententiam protulerunt, cùm secundum tenorem literarum directarum ad eos non potuissent nisi de veteri judicare. Postmodùm verò memoratus Canonicus contra voluntatem seu prohibitionem Archipresbyteri sui coram Ferrarien. Episcopo comparens, sub eo aliquantulum litigavit, sed tandem comperto, quòd universi familiares ejus ei essent adversi, prædictum E. ei fecit adjungi, qui cum.]*

[*2 Unde contra primam sententiam allegabat, quòd de commissione ad primos judices impetrata ad Archipresbyteri notitiam nil pervenit: quia judices post appellationem legitimè interpositam processerunt, & quòd fines mandati fuerunt in processu transgressi: contra secundum verò similiter proponebant, quòd Canonicus regularis, qui coram Ferrarien. Episcopo litigavit, non solùm fuerat procurator datus ad eam, sed etiam contra prohibitionem Archipresbyteri late se præsumpserat immiscere, quod Ferrarien. Episcopus solus processerat, cum non ei soli causa fuerat delegata, & collega ejus, etsi causa requisierit interesse, alias tamen commiserit vices suas, & quòd post app. etiam ad nos interpositam idem Ferrarien. pro Ecclesia S. N. sententiam promulgavit. Ad hæc autem pars altera replicabat, quòd prædicta stare non poterant, cùm credi non debeat, quòd à judicibus illis pars appellavit adversa, ad quos nec sciverat, nec audierat commissionis literas emanâsse. Præterea cùm in literis commissionis appellationis fuisset obstaculum partibus interclusum, appellationis interpositæ non fuerat deferendum. Insuper cùm sicut adversarius fuit in jure confessus, & si pars ejus, qui ut sequeretur appellationem, literas impetravit, jam*

a *Cap. 1. De rerum perm. in 3. compil. unde vera narratio falsi peti potest.* b *processerunt.* c *al. & acta. 2 Reg. 11.* d *Hæc clausula, motu proprio, quid operetur, tradit Felin. cap. nonnulli. De rescr. & latè Gabrielius in Com. concl. tit. de clausul. concil. 2.* e *violavit.* f *Cap. 1. De parochi. & al. parochi. in 3. compilat.* g *Infero, quòd Clericus comparens pro altero, si non probat plenè de mandato, tenetur de rato. concor. Auth. gener. C. de Episc. & Cleric.* h *In C. Barb. consist. proponere curavisti.* i *desit, Papa, in antiquis.*

a *Posset.* b *Vide leg. jura. cum l. seq. C. de postul. & l. unic. ad ea. ff. de leg.*

fuerit tamen illis vasa, pro eadem habere debeat, ac si non fuerit prosecuta. Unde sententia jam transierat in rei judicatæ auctoritatem, & si contra jus litiganti prolata fuisset. Cum autem nec literæ commissionis ad judices primos obtentæ præsententur in jure, nec aliter legitimè demonstretur formam mandati judices excessisse, pro sententia potius est præsumendum. Quod dicitur ex adverso, quod Canonicus ipse non fuerit procurator, non nocet, cùm ipse procurator litem coram eodem Ferrariensi Episcopo contestando fatlus fuerit Dominus litis, qui generalis ab ipsius fundatione Ecclesiæ procurator fuit, & sic agebat, & contrahebat, ac si verè nova capella Dominus extitisset: præsertim cùm in causam non tam Ecclesia nomine, quàm proprio traheretur, utpote qui parochianos adjudicatos Ecclesiæ S. N. ad divina recipiebat officia, & exhibebat eis Ecclesiastica sacramenta. Præterea, cùm ad Archipresbyteri notitiam pervenisset, causam ipsam fuisse Ferrarien. Episcopo delegatam, sed si per Canonicum illum nolebat subire judicium, ad causam agendam debuerat alium destinare, quod cùm non fecerit, ejus est negligentia imputandum, imò malitia potiùs, qua sic commissionem nostram visus fuerit.]

CAP. XXXV.

¶ Locus ad quem reus securè accedere non potest, & Canonicus in causa Canonica delegatus, recusari poterit.

Idem *Præposito sancti Dominici Subdiacono nostro.*

CUmR. *a* Canonicus Januen. causam, quę inter ipsum ex una *b* parte, ac P. civem Januen. vertitur, tibi obtinuerit delegari: & idem civis propter multas & graves inimicitias civitatis suæ, in tua nequeat præsentia comparere: Mandamus, quatenus supradicto R. hujusmodi optionem relinquas, ut exceptis Canonicis Januen. (quos cùm sint ejus socii, meritò habet pars adversa suspectos) in civitate, vel diœcesi Januen. in qua sunt multi viri providi *c*, judicem eligat, coram quo quæstio terminetur: cui auctoritate nostrâ districtè præcipias, ut eandem causam juxta rescripti à te *d* obtenti tenorem appell. rem. fine debito terminare procuret.

CAP. XXXVI.

¶ Si mandatur judici delegato, ut illum absolvat, qui dicit se injustè excommunicatum, ante probationem illum absolvere debet. Si autem dicat excommunicationem nullam, probationem nullitatis ante pronunciationem admittet.

Idem *Rothomagen. Archiepiscopo.*

CUm contingat *e* interdum, quòd Laici: [*& infrà.*] ¶ Insuper requisiti sumus, cùm quis conqueritur, in se à suo Episcopo post appell. ad nos legitimè interpositam, vel aliàs injustè excommunicationis sententiam promulgatam, & nos judicibus damus in mandatis, ut si est ita, juxta formam Ecclesiæ absolutionis beneficium illi impendant, vel eandem sententiam denuncient esse nullam, ac Episcopus paratus sit probare se in illum, antequam vocem appellationis emitteret, vel aliàs justè hujusmodi sententiam protulisset, an probationibus non admissis liceat judicibus excommunicatum absolvere, vel denunciare *f* sententiam esse nullam? *g* Ad quod t. r. quòd cùm quis conqueritur, se post appell. ad nos legitimè interpositam excommunicatione fuisse innodatum, semper utriusque *h* partis probationes sunt admittendæ, antequam ad decernendum super hoc aliquid procedatur, per quas denique apparebit, an absolutione indigeat conquerens, vel denunciandus sit potiùs non ligatus. In eo verò casu, cùm excommunicatum quis se asserit injustè, vix vel nunquam est ejus (antequam absolutus fuerit) probatio admittenda, nisi tunc tantùm, cùm asserit, in excommunicationis sententia intolerabilem errorem fuisse patenter expressum: ad quod probandum admittitur, antequam absolutionis gratiam consequatur. Verùm si proponat se simpliciter excommunicatum injustè, ac Episcopus ad probandum, quòd justè ipsum excommunicavit, suas postulet probationes admitti, non est ante absolutionem ipsius aliquatenùs audiendus, cùm etsi procerto constaret, rationabiliter in illum excommunicationis sententiam promulgatam, nihilominùs esset ei absolutio impendenda humiliter postulanti: & ideò in hoc casu illum credimus juxta formam Ecclesiæ protinùs absolvendum: ut sic demùm probationibus utriusque partis admissis, utrùm justè vel *a* injustè ligatus fuerit, decernatur.

CAP. XXXVII.

¶ Si subdelegatus delegati Papæ jurisdictionem usi coperit à delegato removeri non potest: & si fecerit contra mandatum, sive excesserit formam rescripti, processus est nullus.

Honorius III. *Messan. & Regin. Archiepiscopis.*

¶ *Regatus* b *à nobis olim & fratribus nostris charissimus in Christo fil. noster Fredericus Romanorum Imperator semper Augustus, Rex Siciliæ, ut restitueret ven. frat. nost. Cephaluden. Episcopum, quem spoliaverat Ecclesiis & aliis bonis suis, se id libere facturum viva voce promisit, unde per scripta nostra Venerabili frat. nost. &c. quæ sequuntur hìc adscripta.*

VEnerabili frat. nost. Archiepiscopo Cusentin. dedimus in mandatis, ut Cephaluden. Episcopum e restitui faceret ad Episcopatum, & ad alia, quibus fuerat spoliatus: quo restituto plenariè, & corporaliter ac pacificam possessionem adepto, si Episcopus meritò esset de dilapidatione suspectus, virum providum & honestum provideret coadjutorem *d* eidem adjungere *e*, sine cujus consilio nihil eorum faceret, quæ ad administrationem pertinent temporalem, quoadusque veritate compertâ duceremus aliter providendum, interim omnem alienationis genus eorum utrique auctoritate nostrâ districtiùs interdicens. Porrò idem Archiepiscopus corporis infirmitate gravatus, commisit in hujusmodi negotio vices suas, primo Abbati Sancti Spiritûs de Panormo, ac demùm Thesaurario Cusentinen. Quorum processus nobis exhibitos, de fratrum nostrorum consilio cassavimus justitiâ exigente: quia videlicet Abbas contra mandati nostri tenorem *f*. ad inquirendum utrùm de dilapidatione suspectus esset Episcopus, eo non restituto processit, & Archiepiscopus ipse (cùm jam suo functus esset officio, dicto Abbati committendo in integrum vices suas) hujusmodi negotium dicto Thesaurario non potuit demandare.

CAP. XXXVIII.

¶ Si delegatus pronunciaverit se jurisdictionem non habere, ipsam etiam de consensu partium non reassumat.

Gregor. IX. *S. Præcentori & Magistro N. Canonico Ambian.*

SIgnificantibus M. muliere, & L. nato ejus, nos noveritis accepisse, quòd cùm nobilis mulier Juliana vidua, mentiens se pauperem *g* contra eos super terris & rebus aliis ad judices nostras literas impetrâsset, iidem coram eis excipiendo proponere curaverunt, quòd

---

2 *Capit. 2. eod. tit. in 4. compil.* b *Hæc verba, ex una parte, desunt in antiquis.* c *In Codic. Barb. ita, providi, & discreti.* d *In omnibus antiq. ita: ad te. & initium capitis indicat omnino ita esse legendum.* e *Cap. 3. eod. tit. in 4. compilat.* f *Hic est, hujusmodi, in quibusdam mamuscr.* g *Hunc text. dicit Abbas singul. esse hìc, ad hoc quòd appellatio injustæ sententiæ, veniat nullatenus retractibus.*

a *Hæc duo verba, vel injustè: desunt in vetustioribus.* b *In ipsius Honorii commentariis seu regestris, hujus capitis hoc erat initium.* c *l. 3. adeamus. §. in Fabiana. de usur. & l. cum prætor. de verb. signific.* d *Coadjutores quando & unde sint, & qualiter permittantur, traditi Conc. Trid. sess. 22. de reform. c. 6. & sess. 25. de reform. cap. 7.* e *verbum, adjungere, deest in antiquis.* f *vide l. 3. cum not. C. de appellat.* g *l. si quis ad declinandam. 4. fin. autem. C. de Episc. & Cleric. & l. illicitas. 4. fin. ff. de offic. præf.*

cùm

cùm dictæ literæ suggestio mendacio impetratæ fuissent, cum prædicta Jul. (quæ nobilis est & dives) pauperem se dixisset in eis, coram ipsis (nisi requisito prius Domino, sub cujus jurisdictione ipsi consistunt, & coram quo parati erant eidem exhibere justitiæ complementum) non debebant de jure per tales literas conveniri: unde dicti judices interloquendo pronunciârunt, se per easdem literas procedere non debere: [*& infrà.*] ¶ Demùm fuit à partibus in quosdam tanquam in arbitros taliter compromissum, quòd si intra terminum in compromisso expressum causam non deciderent, partes ad eorundem judicum redirent examen. Verùm arbitris causam intra terminum negligentibus terminare, dicti judices jurisdictionem per formam compromissi hujusmodi resumpserunt: à quibus iidem se sentientes gravari, quòd super his, super quibus ab eis fuerant absoluti, litigare compellebant eosdem, ad nostram audientiam appellârunt. Ideoque mandamus, quatenus si est ita, revocetis in irritum, &c.

CAP. XXXIX.

¶ *Arbitri electi ad causam recusationis, assignant partibus terminum ad probandum causam suspicionis, & judex recusatus compellit arbitros ad causam finiendam.*

Idem.

SUspicionis *a* causa contra judicem assignata, non ipse (qui forsan provocatus obesset) sed arbitri potiùs, coram quibus probatio est facienda, & ad quos omnia, quæ ad hunc articulum faciunt, pertinere noscuntur, possunt ad hoc terminum assignare. Ab ipso quoque judice (cui sicut jurisdictio, sic & cætera, sine quibus explicari causa non potest, intelliguntur esse commissa) iidem ut conveniant (si discordes fuerint) in unam sententiam, vel tertium concorditer advocent *b*, cum quo duo, vel alter eorum id faciat, sunt cogendi, ne hujusmodi occasione principale negotium plus debito prorogetur.

CAP. XL.

¶ *Delegata jurisdictio ad personas non expressas in rescripto, etiam de ipsarum consensu prorogari non potest.*

Idem *Abbati sanctæ Genovefæ.*

P. & G. per literas *c* Apostolicas conquerentibus coram te de Episcopo London. *d* quòd concessum ab eis mutuum promisso loco & termino non persolvit: pendente judicio, I. Laicus, qui in quantitate quadam eisdem mercatoribus tenebatur, se in tuam jurisdictionem (sicut asserit) voluit prorogare: ut si intra terminum constitutum prædictam non solveret quantitatem, excommunicationis & interdicti sententias in personam & terram ejus promulgares. Quas hujusmodi occasione à te latas, decernimus non valere: cùm & si aliàs jurisdictioni præfate dicaris, quia in dictum I. nullam jurisdictionem habebas, jurisdictionis prorogatio nulla noscitur extitisse, cùm hujusmodi delegata jurisdictio ad alias personas nequeat prorogari.

CAP. XLI.

¶ *Major xx. annis potest à quocunq; dari delegatus. Idem in majori XVIII. dummodo intercedat consensus partium. Minor verò XVIII. non potest dari, nisi à Principe.*

Idem.

CUm vigesimum annum peregeris *f*, dari potuisti in ætate hujusmodi delegatus. Cæterùm constituto intra ætatem eandem (nisi partes scienter consentirent in eum, qui annum XVIII. transcendisset) facta delegatio ab alio, quàm à Principe non teneret.

CAP. XLII.

¶ *Potestas plurium delegatorum vel arbitrorum simpliciter datorum, expirat per mortem unius.*

Idem.

UNo delegatorum *a* vel arbitrorum (sicut proponis) rebus humanis exempto, eorum officium expiravit. Nisi aliud in delegatione aut compromisso fuisset expressum.

CAP. XLIII.

¶ *Delegatus Papæ subdelegare potest, licèt datus sit ex officio, vel de partium consensu, vel cum clausula præcellentia, videlicet, quòd si non omnes, tu cum aliis exequaris, & cætera. hoc dicit, usq; ad §. Is autem.*

Idem.

QUoniam Apostolica sedes intendit providere negotiis, & non personis, quibus eadem committuntur, si judex tertius licet ex officio nostro, vel de assensu partium pro communi utilitate à nobis datus eisdem, alii delegaverit vices suas (cùm delegato à Principe id concedatur à jure) *b* delegatio valebit ipsius. Idem quoque dicendũ est, cùm mandatur Episcopo, ut cum altero suorum conjudicum mandatum Apostolicum exequatur, & tunc sine subdelegato ab ipso Episcopo reliqui duo procedere non valebunt.

¶ *Is, cui committitur negotium ut personaliter exequatur, potest si partes consentiunt, alteri subdelegare. Fallit in casibus hic expressis. hoc dicit, usq; ad §. Cæterùm.*

Is autem, cui injungitur, ut personaliter negotium exequatur, potest (dummodò partes consentiant) hoc aliis delegare. Præterquam si inquisitionem fieri, vel Ecclesiis de Prælatis, vel aliis ministris provideri mandaremus *c*, cùm in his omnibus casibus industriam & fidem personæ, cui talia committimus, eligere videamur.

¶ *Is, cui committitur nullum ministerium exequendum, non potest vices suas alteri committere: fallit in Legato sedis Apostolicæ. Et est text. notabilis, & multùm allegatur. Abb. Siculus.*

Cæterùm (salvâ Legatorum sed. Apostol. auctoritate) nulli cui commissum fuerit prædicare crucem, excommunicare, vel absolvere aliquos? dispensare cum irregularibus, vel injungere pœnitentias, liceat hæc de cætero aliis demandare: quia non sibi jurisdictio, sed certum ministerium potiùs committitur in hac parte.

DE OFFICIO LEGATI.
TITULUS XXX.

CAP. I.

¶ *Legatus Papæ etiam per simplicem querelam adiri potest.*

Alexander III. *universis Suffraganeis Cantuariensis Ecclesiæ.*

CUm *d* non ignoretis Cantuar. Archiepiscopum vobis non solùm Metropolitico *e*, sed etiam legationis jure præesse: [*1 & infrà.*] ¶ Sanè licèt idem Archiepiscopus Metropolitico jure audire non debeat causas de Episcopatibus vestris, nisi per appellationem deferantur ad eum: legationis tamen obtentu universas *f*, quæ per appell. vel querimoniam perveniunt ad suam audientiam, audire potest & debet, sicut qui in provincia sua vices nostras gerere comprobatur.

[1 *Mirabile satis est, quòd quidam vestrûm, sicut audimus, asseverare præsumit, quòd idem Archiepiscopus nullam cognoscat de Episcopatibus vestris, sive metropoleos, sive legationis jure, debeat audire.*]

a Causas recusationum refert Hostiens. in sum. tit. de recus. §. quæ sunt justa causa. Ioann. Andr. in c. Legitima. de app. in 6. & Panorm. in c. cum speciali. infra. de appell. b Vide Litem si minus. ff. de arbit. c Vide Lanfr. in tract. de arb. §. prorogatio. d Laudunen. e Vide leg. 1. ff. de eo quod cert. & Lunic. & ibi Bart. C. de sent. quæ pro eo, quod interest. f Vide l. 1. ff. de min. & l. filius. fam. & l. cùm prætor. ff. de judic.

a Hunc textum intellige, cùm facta est delegatio nominatis personis, seclusis si dignitari, juxta c. quamvis Abbas sup. eod. b Vid. l. in jud. & ibi Pet. de Bel. pert. & Cyn. C. de jud. & Bart. in l. & quia. ff. de jurisd. om. jud. c mandamus. al. mandarent. d Cap. 1. eod. tit. in 1. comp. e Metropolitico. f In multis manuscr. additur iterum vox, causas.

CAP. II.

¶ *De causa specialiter delegata à Papa, Legatus se intromittere non potest.*

Cœlestinus III. *magistro Columbo.*

STuduisti a à nobis b quærere, utrùm de causa, quam alicui delegamus, alius qui sit generalis in provincia Legatus, ante cognitionem, vel postèà cognoscere valeat, vel commissionis nostræ processum, quem judici delegato transmittimus, taliter impedire. Respondemus, quòd cùm mandatum speciale deroget generali; Legatus commissionem alii factam specialiter impedire non potest: & si secundùm formam mandati nostri sententia jam fuerit promulgata, non poterit ipse Legatus (nisi super hoc mandatum specialiter receperit) eam quomodolibet irritare: ipsam tamen (si rationabiliter lata fuerit) confirmare valebit, & executioni demandare.

CAP. III.

¶ *Legatus etiam de latere, æ generali legatione non potest transferre Episcopos, vel unam Ecclesiam cathedralem alteri subjicere, & alteri concedere jus primatiæ, vel duos Episcopatus unire, vel unum dividere: excommunicatos tamen propter manuum injectionem in Clericos, absolvere potest. h.d. cum c. seq.*

Innocentius III. c *tit. sancti Laurentii in Lucina Presbytero Cardinali, sed. Apost. Legato.*

NIsi specialis illa dilectio d, quam ad personam tuam habuimus & habemus, justum motum animi nostri temperaret, pœnà docente cognoscere, quantùm e excesseris, qui spretis canonicis sanctionibus & consuetudine generali, motu proprio præsumpsisti Trojanum Episcopum de Trojana Ecclesia ad Panormitanam de facto transferre.

CAP. IV.

¶ *Summatum fuit suprà in cap. præcedenti.*

Idem *eidem.*

QUod f translationem: [1 *& infrà.*] ¶ Licèt in regno Siciliæ generalis sit tibi commissa legatio, ad ea tamen sine speciali mandato nostro non debuisti manus extendere, quæ in signum privilegii singularis sunt tantùm summo Pontifici reservata: & si quædam ex his, quæ de speciali concessione sæpè fuêre Legatis indulta, ut illorum videlicet absolutio, qui propter sacrilegas manuum injectiones in Clericos, incidunt in canonem promulgatæ sententiæ, videantur ex ipso legationis officio jam licere Legatis: an existimas, quia vices nostras tanquam Legato tibi commisimus exequendas, quòd Panormit. Ecclesiam posses subjicere Messan. ut illam præficeres isti, concesso sibi privilegio primatiæ? An putas ex eadem causa tibi licere, duos Episcopatus unire, vel unum dividere sine licentia speciali?

[1 *Pontificiu de Trojano Episcopatu ad Panormitanam metropolim à te factam volumus ratam habere, zelus utique non amaritudinis, sed rectitudinis nos induxit. quia.*]

CAP. V.

¶ *Ex quo Legatus retulit causam Papæ, illius desinit esse judex.*

Idem *Bonon. g. Episc. & M. Capellano Subdiacono nostro.*

LIcèt Tranens. Canonici h ab initio dissensissent, tandem unanimiter consenserunt, G. fratrem Cassinen. Abbatis i in Archiepiscopum eligentes, cujus electionem Portuens. Episcopus tunc Legatus examinari præcepit: [1 *& infrà.*] ¶ Nuntius præfati Cassinatis Abbatis nobis literas præsentavit, gravem contra jam dictum Legatum querimoniam continentes, quòd postquam electionem examinaverat, & eam ad nostræ deliberationis examen transtulerat, nunciis jam directis, electionem eandem malitiosè nimis examinare præsumpsit: [2 *& infrà.*] ¶ De consilio fratrum nostrorum examinationem secundam, tanquam à non suo judice factam, postquam negotium ad nostrum fuerat translatum examen, censuimus irritam & inanem.

[1 *Et examinationem redactam in scriptis fecit sigillo dil. fil. n. Archidiac. n. mag. Petrachis muniri cum suo quoq; sigillo ad sedem Apostolicam transmittend. literas quoq; suas nobis pro fratre dicto Cassin. Abbatis deprecatorias destinavit, quas cum decreto electionis omnium Canonicorum subscriptionibus roborato, nostro & literis Suffraganeorum & populi, tres de Comitiis Trojan. Ecclesia ab universo Capitulo destinati, nobis humiliter præsentarunt, petentes electionem canonicam de persona idonea celebratam auctoritate Apost. confirmari. Nos autem ad majorem cautelam à præfatis Canonicis juramentum recepimus, non à nobis exactum, sed ab ipsis oblatum, & factum electionis, sicut est & moris & juris exist. diligenter, Interim verò.*]

[2 *Unde potebat per viros idoneos suspicione carentes de ipso facto inquiri, cumq; præfatus supervenisset Episcopus, & ea, quæ gesta sunt, intellexissemus ab ipso.*]

CAP. VI.

¶ *Legatus de latere confert beneficium vacans, licèt illud spectet ad præsentationem alicujus Clerici, h.d. & est casus notabilis.*

Idem *a sancti P. & sancti Leonis Abbatibus, & R. Archid. Tullen.*

DIlectus filius b R. Methensis Canonicus intimavit, quòd cum Prænestinus Episcopus Apostol. sed. Legatus, Ecclesiam sancti Trudonis contulisset eidem: Methen. Archid. ad quem illius Ecclesiæ præsentatio pertinebat, asserens, quòd eodem inconsulto conferri non potuit à Legato, Canonicum ipsum super eadem Ecclesia molestare præsumit. Cùm igitur plus juris habeat in concessione Prælatus, quàm in præsentatione patronus c, nec præjudicetur Prælato, si quando per Apostol. sed. Legatum eo inconsulto Ecclesia concedatur: mandamus, quatenus dictum Archid. ut ab ejus super hoc molestatione desistat, appellat. rem. cogatis.

CAP. VII.

¶ *Legatus in pluribus locis, potest in qualibet dictorum suam jurisdictionem suam exercere: ita quod facta unius loci potest in alio explicare. hoc docet Panor.*

Idem *Illustri Regi Francorum.*

NOvit d ille, qui nihil ignorat: [1 *& infrà.*] ¶ Ex parte tua querimoniam accepimus, quòd cùm tibi Legatus esset certâ ratione suspectus, extra fines regni Francorum in terram tuam interdicti sententiam promulgavit: [2 *& infrà.*] ¶ Tuæ magnificentiæ respondemus, quòd etsi fines regni Francorum exierat, nondum tamen fuerat terminos suæ legationis egressus: cùm non solùm in regno Francorum, sed in Vienn. Lugdun. & Bisuntin. provinciis injunctam sibi à nobis legationis solicitudinem suscepisset.

[1 *Quòd Regiæ sublimitati.* & infrà. *Nuper autem primò dil. fil. Vicen. & Walther. milites, & postmodum dil. fil. mag. Decanum Aurelianensem cum literis tuis benignè recepimus: & curavimus multipliciter honorare, sicut per ipsos potuit tua serenitas plenius patere. Ipsi autem in nostra & fratrum nostrorum præsentia constituti contra eundem Card.*] *ex parte tua querimoniam intenderunt.*

[2 *Qui etiam in animam suam promiserunt & obtulerunt*

---

a *Cap. 1. eod. tit. in 2. compil.* b *hæc duo verba, à nobis, desunt in antiquis.* c *Innocent. III. d. tit. & c.* d *Cap. 3. eod. tit. in 3. compil.* e *§. item lex Julia. de vi publ. Instit. de publ. judic.* f *C. 2. eod. tit. in 3. compil. pro uxione vide Conc. Trident. sess. 24. de reform. c. 13.* g *Baronienſi.* h *C. 3 eod. tit in 3. comp. in quibusdam Trojani legitur.* i *al. Abbatum, & tunc dic. G. fratrem Cassinensem Abbatem.*

a *Sanctis Apri. & sanctis Leonis Abbatibus, & Magistro R. Archid. Tullensi.* b *Capit. 4. eod. titul. in 3. compilat.* c *Vide leg. si communem. ff. quemadmod serv. amitt.* d *Cap. 3. eod. tit. in 3. compilat.*

jurare,

jurare, quòd tu eorum legatis & delegatis nostris super hoc negotio stabis juri, & quòd post hujusmodi negotium, nec per te, nec per alium fueris ex parte nostra cessatus, ut jure pareres, prædictam petes sententiam receptâ hujusmodi cautione juratoriâ relaxari. Cetera ad ea, quæ contra legatum objecerant, & eis respondemus, &c.]

CAP. VIII.

¶ *Præsente Legato de latere, minor Legatus executionem officii sui dimittere debet.*

Gregorius IX. *Patriarchæ Hierosolymitano.*

VOlentes: [& *infrà*.] ¶ Fraternitati t. legationis officium in provincia tua duximus committendum, ita tamen quòd si Legatum ad partes illas de latere nostro contigerit destinari, executionem ipsius officii, quamdiu Legatus ipse ibi fuerit, pro sedis Apostol. reverentia omnino dimittas *a*.

CAP. IX.

¶ *Legatus non de latere sed ratione personæ, extra provinciam sibi decretam absolvere nequit excommunicatos pro injectione manuum in Clericos, nec etiam in provincia, si tales excommunicati aliunde veniant. Legatus verò ratione dignitatis nullos tales absolvit. b.d. secundum communem intellectum.*

Idem.

EXcommunicatis pro injectione manuum violenta, Ecclesiæ Romanæ Legati, qui de ipsius latere non mittuntur, extra provinciam sibi commissam, vel ibidem, si hujusmodi manuum injectores illuc contingat aliunde accedere: & qui Ecclesiarum suarum prætextu legationis sibi vendicant dignitatem, etiam subditis (quamvis in provincia sua existentes) beneficium absolutionis impertiri non possunt: Nisi de speciali gratia illis & istis ampliùs à sede Apostolica concedatur.

CAP. X.

¶ *Durant Legati statuta etiam legatione finitâ: finitur tamen sua delegati jurisdictio, si citatio non præcessit.*

Idem.

NEmini dubium esse volumus, quin Legatorum sedis Apostolicæ statuta edita in provincia sibi commissa durent tanquam perpetua, licèt eandem postmodùm sint egressi. Secùs autem *b* si causas duxerint delegandas *c* aliquibus, cùm jurisdictio istorum expiret, si ante illorum discessum horum citatio non præcessit.

DE OFFICIO JUDICIS ordinarii.

TITULUS XXXI.

CAP. I.

¶ *Episcopi in suis diœcesibus possunt crimina inquirere, & punire, & cum opus fuerit, invocare brachium seculare.*

Ex Synodo Joannis Papæ.

PErniciosam: *d* [& *infrà*.] ¶ Habeant igitur Episcopi singularum urbium in suis diœcesibus liberam potestatem, adulteria & scelera inquirere, ulcisci & judicare *e*, secundùm quod canones censent, absque impedimento alicujus. Et cùm opus fuerit, publicum convocent auxilium, non ad prajudicandum, sed potiùs ad ea, quæ Deo sunt placita, prosequendum.

CAP. II.

¶ *Ordinarius, qui scit non ut judex vel homo, sed ut Deus, subditum esse criminis reum, indeterminatè poterit, sed non nominatim eum arguere vel punire.*

Eugenius Papa *a*.

SI Sacerdos sciat *b* pro certo aliquem esse reum alicujus criminis, vel si confessus fuerit, & emendare noluerit, nisi judiciario ordine quis probare possit, non debet eum arguere nominatim, sed indeterminatè. Sicut dixit Christus *c*: [*Unus vestrùm me traditurus est.*] Sed si ille, cui damnum illatum est, petierit justitiam, potest excommunicare auctorem *d* damni, licèt etiam ei confessus sit, sed tamen non nominatim potest eum removere à communione, licèt sciat eum esse reum: quia non *e* ut judex scit, sed ut Deus: sed debet eum admonere, ne se ingerat: quia nec Christus Judam à communione removit.

CAP. III.

¶ *Si ordinarius subjectus Episcopo profert in sibi subjectum justam censuram Ecclesiasticam, Episcopus illam servare debet, & illam sine satisfactione & conscientia proferentis relaxare non debet.*

Alexander III. *Florentin. Episcopo.*

CUm *f* ab Ecclesiarum Prælatis Ecclesiastica sententia in malefactores aliquos promulgatur, rata debet & firma consistere, & usque ad dignam satisfactionem inviolabiliter observari. Quapropter mandamus, quatenus si quando Plebanus sancti P. *g* in Clericos vel Laicos patrocianos suos interdicti vel excommunicationis sententiam rationabiliter tulerit, ipsam facias inviolabiliter observari, & eam sine congrua satisfactione, & absque ejusdem Plebani conscientia non relaxes.

CAP. IV.

¶ *Si ordinatio vacantis Ecclesiæ etiam patronatæ ex justa causa differtur, est ibi per Episcopum Oeconomus ponendus.*

Idem *Cantuarien. Archiepiscopo & ejus Suffraganeis.*

CUm vos plerunque *h* oporteat ordinationem Ecclesiarum differre, pro eo, quòd quandoque personæ vobis minùs idoneæ præsentantur, aut inter vos & præsentatores alia de causa radix dissensionis emerserit: *i* [1 & *infrà*.] ¶ Fraternitati vestræ mandamus, quatenus si quando in vacantibus Ecclesiis, in quibus Ecclesiastica persona præsentationem non habet, vel quia personæ minùs idoneæ præsentantur, vel alia de causa, de jure personas non potueritis in eis instituere: appellatione remotâ *k* ponatis Oeconomos, qui debeant fructus percipere, & eos aut in Ecclesiarum utilitatem expendere, aut futuris personis fideliter reservare.

[1 *Providendum nobis est, ne occasione hujus dissensionis & scandali interim fructus illarum Ecclesiarum depereant, aut ejus parochianis in spiritualibus gravia proveniant detrimenta. Inde est, quòd.*]

CAP. V.

¶ *Si constat ordinario, quòd absolutus à Papa suppresserit veram causam, quare fuerat excommunicatus, debet illum remittere ad Papam. Si verò sibi non constat, est tamen sibi urgens suspicio contra eum, debet cogere eum se purgare.*

Idem *Cantuarien. Archiepiscopo.*

EX *l* parte tua: [1 & *infrà*.] ¶ Quia nos consuleres voluisti, utrùm illorum absolutio teneat, qui (occultatis excessibus, pro quibus excommunicati fuerant) absolutionis beneficium per sedem Apostolicam meruerunt, suæ excommunicationis causam aliam prætendentes? Taliter 1. quòd si ita tibi constiterit,

a *Vide auth. multò magis. C. de sacr. Eccl. sac. l. 2 C. de testam. tut.* b *tamen.* c *Vide l. un. C. quis pro sua jurisd. & l. 3 C. de offic. prat.* d *Cap. 2. eod. tit. in 1. comp. Triden. Conc. sess. 24. de reform. cap. 6.* e *Vid. l. imperium, cum not. ff. de jurisd. omn. jud.*

a *al. Augustin. in Concil. part. 20 cap. 11. Idem Norvicensi Episcopo.* b *Cap. 6. eod. tit. in 1. compil. & post Concil. Lateran. p. 30 cap. 11.* c *Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22. Ioan. 13.* d *afferem.* e *Thom. 3. p. q. 90. art. 6. Scotus in 4. sent. dist. 15. q. 1. art. 8.* f *Cf. eod. tit. in 1. compil. & post Concil. Later. p. 31. c. 7.* g *Panormitan.* h *Cap. 3. eod. tit. in 1. compil. & post Concil. Lateran. p. 15. cap. 21.* i *emergit.* k *cessante.* l *Cap. 7. eod. tit. in 1. compil. & post Concil. Later. p. 31. c. 4.*

debes eos Ecclesiasticâ censurâ compellere, cum literis tuis rei veritatem continentibus, ad sedem Apostolicam redire. Si verò id tibi *a* non constiterit, & eos suspectos habueris, quòd confessi non fuerint veritatem, ipsos compellere debes exinde coram te, quòd veritatem confessi fuerint, purgationem præstare.

[1 *Nobis est constanti assertione propositum, quòd interdum quidam pro certis causis excommunicati sed... Apostol. visitant, & reticentes causas, pro quibus sunt vinculo excommunicationis astricti, de absolutione sua literas deferunt, continentes eos ad sedem Apostolicam accessisse, & auctoritate confessionibus suis absolutionis beneficium meruisse. Unde.*]

CAP. VI.

¶ *Si ex desidia vel malitia delegati Papæ qui perseverat in peccato, ordinarius loci potest supplere, non obstante, quòd causa fuerit delegato commissa. hoc dicit, & est casus notabilis & singularis.*

Cœlestinus III.

Significavit *b* nobis tua fraternitas, quòd quidam de parochianis tuis, cùm pro illicita consanguinitatis & affinitatis copula excommunicatione *c* notantur, ad judices remotiores ab Apostolica sede literas impetrant: per quas, cùm ab excommunicatione fuerint absoluti, quia dicti delegati ad locum, ubi testes produci valeant, non accedunt, nec aliquos pro eorum receptione transmittunt, in prænominata nefariæ conjunctionis copula remanent: & causa debitum non sortitur effectum: [1 *& infrà.*] ¶ Cùm itaque pro malitia vel desidia judicis delegati non debeat quis ad remanendum in copula conjunctionis iniquæ suffragium invenire: tale damus tuæ fraternitati responsum, quòd quotiens ea quæ prædiximus, in tua diœcesi evenire contigerit, licitè potes taliter absolutos in pristinam excommunicationis sententiam revocare, ipsosque tam diu eâdem sententiâ tenere ligatos, donec causa in receptione testium, & in aliis legitimum incipiat habere progressum.

[1 *Unde postulasti à nobis, quid sit tibi in tali articulo faciendum. Cum stag. debeat suum alicui patrocinari non debeat, nec etiam qui per malitiam vel desidiam judicis delegati debeat, &c.*

CAP. VII.

¶ *Ordinarius supplet negligentiam Abbatis non revocantis Monachum vagabundum.*

Innocentius III. *Auscitanæ Archiepisc.* d

Quantò *e* devotio religiosorum: [1 *& infrà.*] ¶ Ad audientiam nostram noveris pervenisse, quòd Monachi, Canonici & alii regulares tuæ provinciæ, cùm deberent potius in claustro juxta regularia constituta divinis obsequiis vigilare, de obedientiis & reditibus, quorum curam gesserunt, pecuniâ congregatâ, claustrum abhorrentes, per curias Principum & potentum discurrere non verentur: [2 *& infra.*] ¶ Mandamus, quatenus quoscunque tales inveneris, nisi ad commonitionem tuam resipuerint, ut proprium in manibus Prælatorum suorum sine difficultate resignent, convertendum in utilitatem domûs, secundùm Abbatis consilium, & regularem vitam observent: si Prælati eorum post tuam commonitionem id exequi negligenter omiserint, per suspensionem officii & beneficii, appellatione remotâ compellas.

[1 *Virorum studiosius mandatis divinis inhæret, & creatori suo placere per omnia opera sancta conversationis intendit, tanto humani generis inimicus ad seductionem sua fraudis malignitate laborat, & varios modos ea præsertim materiam excedendi, & animas eorum inextricabili laqueo nituntur irretire.*]

[2 *Ex muneribus suis illorum sibi favorem & gratiam acquirunt, ac de ipsorum familiaritate in conventu suo consistig. graves dissensiones commovent, & cæterorum humilitatem in Spiritu arrogantia contemnentes, mandatis Prælatorum suorum inobedientes & contumaces existunt, & contra illorum prohibitionem sæcularium negotiorum sollicitudinibus se ingerunt. Cum igitur propter hæc ardor religionis non modicum enervetur, &c. per 4. &c.*]

CAP. VIII.

¶ *Ab uno Episcopo excommunicatus, ab aliis est vitandus. Et Archiepiscopus per querelam adituş, non absolvet, nisi primò remittat.*

Idem *Rothomagen. Archiepiscopo & ejus Suffraganeis.*

Ad reprimendam *a* malitiam perversorum, pœnæ certæ sunt in canonibus constitutæ: quas sicut latas à vobis interdum in subditos, vultis inviolabiliter observari, ita latas ab aliis debetis inviolabiliter observare. Ideoque mandamus, quatenus sententias, quas Lexovien. Episcopus duxerit in subditos suos canonicè promulgandas: & vos ipsi servetis, & à vestris subditis faciatis inviolabiliter observari. Tu verò, frater Archiepiscope (cùm excommunicationis sententia per appellationis non suspendatur objectum) si quis excommunicatus ab Episcopo, de injusta tibi fuerit excommunicatione conquestus: ad ipsum (ei quasi Coëpiscopo deferens) absolvendum, secundùm Ecclesiæ formam remittas: qui si noluerit ipsum absolvere, tu (receptâ cautione juratoriâ) absolutionis munus ei poteris exhibere: ita tamen, quòd nisi legitimè tibi constiterit eum contra justitiam excommunicatum fuisse, ex debito tibi juramenti præcipias, ut super eo, de quo fuerit excommunicatione notatus *b*, eidem Episcopo satisfaciat competenter. Quòd si facere contempserit, cum in excommunicationis sententiam, appellatione remotâ, reducere non omittas.

CAP. IX.

¶ *De causis subditorum Archiepiscoporum & Episcoporum suorum, Patriarcha non cognoscit: nisi per appellationem legitimam, aut vigore consuetudinis seu privilegii.*

Idem *Turonensi* c *Archiepiscopo.*

Duo *d* simul: [1 *& infrà.*] ¶ Consul. t. t. r. quòd cùm sit in canonibus definitum, Primates vel Patriarchas nihil juris præ cæteris habere, nisi quantùm sacri canones concedunt, vel *e* prisca illis consuetudo contulit ab antiquo *f:* ita ut secundùm Nicænas *g* regulas sua privilegia serventur Ecclesiis, præterquam si Apostol. sed. aliquam Ecclesiam, vel rectorem ipsius, quolibet speciali privilegio decreverit honorare: quamdiu Clerici tui coram te voluerint stare juri, compelli non debent judicium Patriarchæ subire, nisi causa per appell. ad ejus audientiam perferatur: aut ei aliquid super hoc à sede Apostolica sit indultum.

[1 *Consultationem scilicet & querimoniam, unica tua petitio continebat, per quam à vem f. n. Hierosolymitanus Patriarcha conqueroratu, Clericos tuos injustè gravare, qui eos spretis judicio tuo, coram quo parati sunt de se querimoniam deponentibus justitiam exhibere, licet ad eum per Apostol. sed. causa minimè deferatur, suam se respondere compellit, & utrum ad id possint de jure compelli, per nostras postulabas literas edoceri. Volentes igitur super gravaminibus tuis providere prædictis.*]

CAP. X.

¶ *Archiepiscopus impeditus potest consecrationem sui Suffra-*

a Sensus est: si suspecti sunt, quòd non dixerint Papæ veritatem, compellendi sunt ad purgandam eam sufficienter, ut inde absolvatur eos verum dixisse. b *Cap. 2. eodem titul. in secund. compilatione.* c *Vide Trident. Concil. sess. 24. in decret. de reformat. per multa capita.* d *al. Auxitanæ.* e *Cap. 1. eod. tit. in 3. compilat. Vide Concil. Viennens. in Clem. de stat. Monach. c. no in agro. 9. quia vero. ubi etiam hæc probibentur. facit lex, Deo nobis. C. de Epist. & Cler.*

a Cap. 2. eod. tit. in 3. compil. b *al. notatus, nam vocabulum in nullo manuscr. reperitur.* c *al. Turonis.* d *Cap. 3. eod. tit. in 1 compil.* e *& priscæ.* f *Vide l. de quibus. ff. de leg. & C. quæ sit long. consuet.* g *Has habes in dist. Concan. 6. & 7.*

ganei

ganei alteri committere, & consecrandus tenetur ab illo commissa-rio munus consecrationis recipere.

Idem *Turonensi Archiepiscopo.*

QUod sedem a Apost. [1 & 7.] ¶ Nos siquidem consuluisti, utrùm si aliquâ infirmitate, vel aliâ justâ causâ detentus, aliquem Suffraganeorum tuorum consecrare non posses, alicui Coepiscoporum tuorum vices tuas committere licitum tibi esset: [1 & 7.] ¶ Consult. tuæ taliter respondemus, quod in tali articulo constituto, & tuas vices (ut dictum est) tibi committere licet, & consecrandus munus debet ab eo consecrationis b accipere, c cui eas duxeris committendas, dummodo Catholicus habeatur, & impedimentum ei ex subtractione gratiæ Apost. sedis non obsistat.

[1 *Consulis super his, quæ tibi dubia existunt, gratum gerimus & acceptum, & tua exinde fama merito videtur commendanda, cum lex divinæ constitutionis eandem sedem totius posuerit orbis terrarum magestram, ut quæcunque dubitatur ab aliquo, ab ea tandem ejusdem ratio requiratur.*

[2 *Et utrum electus, qui pro consecratione instaret, ab eo, cui vices tuas commisisses, talitur deberet licite consecrari.*]

CAP. XI.

¶ *Archiepiscopus causam ad se per appellationem delatam, subditis Suffraganei committere potest: non tamen ad ipsam suscipiendam compellere potest l. h. d. usq; ad 9. Præterea.*

Idem *Episcopo Helensi.*

PAstoralis officii: [d & 7.] ¶ Ex parte e tua fuit insuper quæsitum f. utrùm si aliqua causa fuerit ad Archiepiscopum per appell. delata, possit eandem jure ordinariæ potestatis Suffraganei sui subdito delegare, vel animadvertere in eundem, g si causam renuerit suscipere delegatam? Ad quod respondemus, quòd Archiepiscopus ipsum ad suscipiendam delegationem hujusmodi compellere nequit invitum: cùm in eum (exceptis quibusdam articulis) nullam habeat potestatem, licèt Episcopus suus eidem sit metropolitanâ h lege subjectus: [& infrà.]

¶ *Mortuo delegato Papæ, qui excommunicavit reum, vel alterum in possessionem induxit, si ejus successor in delegatione succedat, absolvere & restituere possessionem poterit: aliàs solus Papa restituet & absolvet, præterquam in mortis articulo: ne tamen currat annalis præscriptio, reus coram ordinario, vel publicis personis de stando juri cautionem præstabit. hoc dicit.*

Præterea postulâsti, an alicui i liceat sine speciali mandato Apost. sedis (delegato, qui reum propter contumaciam manifestam excommunicationis vinculo innodavit, vel petitorem causâ rei servandæ in possessionem petitorum induxit, rebus humanis exempto) eidem volenti juri parére, absolutionis beneficium impertiri, & possessionem restituere intra annum: sufficienti receptâ primitùs cautione. Ad quod dicimus, quòd eum delegatus quantum ad illud sit major ordinario, sine mandato summi Pont. excommunicatus ab hujusmodi delegato non potest per alium (præterquam in mortis k articulo) absolutionis gratiam obtinere, nisi forsan delegatus talis exiterit, cui alius succedat in onere & honore. Nec per alium, quàm per summum Pontificem recuperare poterit possessionem amissam: veruntamen ne alius post annum verus efficiatur possessor, coram ordinario, vel si ejus copiam habere nequiverit, coram publicis & honestis personis (ut quasi præscriptionem interrumpat annalem) offerre ac præstare, quòd juri parebit, poterit cautionem: ut sic post annum recuperare possessionem per sedem Apostolicam mereatur.

CAP. XII.

¶ *Papa per rescriptum, quo mandat ordinario, ut subditos suos corrigat, non facit ex hoc ipsum delegatum, ideò ab eo poterit appellare ad proximum superiorem, sicut si Papa nullum mandatum fecisset. hoc dicit.*

Idem *Archiepiscopo Senonensi.*

LIcèt a in corrigendis excessibus juxta canonicas sanctiones appellationis sit effugium interclusum, & ideò Parisiens. Episcopus à nobis receperit in mandatis, ut tam circa viros religiosos, quàm etiam Clericos seculares suæ jurisdictioni subjectos, qui b multa & gravia crimina committere proponunt, inquirat & corrigat, appell. rem. quæ viderit corrigenda, statuens ad reformationem eorum, quod regulare fuerit & honestum. Quia tamen intentionis nostræ nec fuit, nec esse debuit, jurisdictioni tuæ per mandatum hujusmodi derogare: præsentium auctoritate duximus declarandum, quòd si in inquisitionibus ab eodem Episcopo, non tanquam delegato, sed tanquam ordinario faciendis, aliquis casus emerserit, in quo licitum sit ad sedem metropolitanam appellare, prædicti occasione mandati, auctoritati tuæ, quò minùs ad te tanquam ad Metropolitanum appellari valeat, nolumus aliquatenus derogare. c

CAP. XIII.

¶ *Prælati subditos corrigunt, & reformant appellatione remotâ, vel consuetudine non obstante. Si tamen Capitulum consuevit corrigere excessus Canonicorum, si intra terminum ab Episcopo præfigendum non facit, ipse Episcopus hoc faciet. hoc dicit, usq; ad 4. Cæterum.*

Idem *in Concilio generali,* d

IRrefragibili constitutione sancimus, ut Ecclesiarum Prælati ad corrigendum subditorum excessus, maximè Clericorum, & reformandos mores prudenter ac diligenter e intendant, ne sanguis eorum de suis manibus requiratur. Ut autem correctionis & reformationis officium liberè valeant exercere, decernimus, ut executionem ipsorum nulla consuetudo, vel appellatio valeat impedire, nisi formam in talibus excesserint observandam. Excessus tamen Canonicorum cathedralis Ecclesiæ, qui consueverunt corrigi per Capitulum, per ipsum in illis Ecclesiis, qui talem hactenus consuetudinem habuerunt, ad commonitionem vel f jussionem Episcopi corrigantur, intra terminũ competentem ab eo g præfigendum: alioquin extunc Episcopus Deum habens præ oculis, ipsos, ut animarum cura requirit, per censuram Ecclesiast. corrigere non postponat.

¶ *Si Canonici sine manifesta & rationabili causa (maximè in contemptum Episcopi) cessant à divinis, Episcopus cessationem non servabit, & Metropolitanus vice Papæ cognoscet. hoc dicit.*

Cæterùm si Canonici absque manifesta & rationabili causa (maximè in contemptum Episcopi) cessaverint à divinis, Episcopus, si voluerit, nihilominùs celebret in Ecclesia cathedrali, & Metropolitanus ad querelam ipsius, tanquam super hoc delegatus à nobis, taliter eos per censuram Ecclesiast. cognitâ veritate castiget, quòd pœnæ metu talia de cætero non præsumant.

---

a *C. 4. eod. tit. in 3. compil.* b *Al. à consecratore.* c *Vide l. unicam. C. qui pro sua jurisd.* d *Quæ hîc desunt, require ex capitulo sup. de off. jud. delegati.* e *Cap. 5. eod. tit. in 3 compil.* f *requisitum.* g *Ratus est, qui a judicare est publicum munus. l. munerum. 4. judicandi. De mun. & hon. & l. un. C. qui pro sua jurisdict.* h *metropolitanâ.* i *In omnibus impressis habetur dubio, ordinario, qua deest in antiquioribus exemplaribus. In recentioribus ex margine irrepsit in textum, ex glossa tamen constat, non fuisse à Raym. positam.* k *Quia in mortis articulo nulla est criminum aut casuum reservatio: & ideò omnes Sacerdotes quoslibet pœnitentes à quibuscunq; peccatis & censuris absolvere possunt. Concil. Trid. sess. 24. c. 7. de casuum reserv.*

a *C. 8. eod. tit. in 3. compil.* b *In omnibus enim ita: quia multa & gravia committere proponuntur.* c *derogari.* d *C. 7. & c. 1. eod. tit. in 4 compil.* e *Quâ autem ratione Prælati subditorum excessus corrigere debeant, præscripsit Conc. Trid. sess. 25. de reform. c. 1.* f *&.* g *al. Episcopo.*

¶ *Prælatus in impositione pœnæ, cavere debet à quæstu pecuniæ, & ab omni alio gravamine, h. d. usq; ad finem.*

Provideant itaque diligenter Ecclesiarum Prælati, ut hoc salutare statutum ad quæstum a pecuniæ vel gravamen aliud non convertant, sed istud studiosè ac fideliter exequantur, si canonicam velint effugere ultionem: quoniam super his sedes Apost. auctore Domino, attentissimè vigilabit.

CAP. XIV.

¶ *Cùm in civitate vel diœcesi sunt populi diversarum linguarum, Episcopus debet providere eis per viros idoneos, qui secundùm varietatem linguarum officia eis celebrent, & sacramenta ministrent. Et si urgens esset necessitas, constituet sibi vicarium Pontificem illius linguæ, non tamen propter hoc eadem diœcesi debet habere duos Episcopos.*

Idem *in eodem.* b

QUoniam c in plerisque partibus intra eandem civitatem atque diœcesim permixti sunt populi diversarum linguarum, habentes sub una fide varios ritus & mores: districtè præcipimus, ut Pontifices hujusmodi civitatum, sive diœcesum provideant viros idoneos, qui secundùm diversitates rituum & linguarum, divina illis officia celebrent, & Ecclesiastica sacramenta ministrent, instruendo eos verbo pariter & exemplo. Prohibemus autem omninò, ne una eademque civitas, sive diœcesis, diversos Pontifices habeat, tanquam unum corpus diversa d capita, quasi monstrum. Sed si propter prædictas e causas urgens necessitas postulaverit, Pontifex loci catholicum præsulem nationibus illis conformem, providâ deliberatione constituat sibi vicarium in prædictis, qui ei per omnia sit obediens & subjectus. Unde f si quis aliter se ingesserit, excommunicationis se noverit mucrone percussum: & si nec sic resipuerit, ab omni ministerio Ecclesiastico deponendum, adhibito (si necesse fuerit) brachio seculari ad tantam insolentiam g repellendam.

CAP. XV.

¶ *Episcopi, qui per se non possunt, tenentur assumere idoneos, qui suppleant suo loco, quoad prædicationes, visitationes & confessionum auditiones: & ut possint Episcopi reperire tales, præcipit in Ecclesiis cathedralibus & collegiatis tales instituti.*

Idem *in eodem.*

INter cætera, quæ ad salutem spectant populi Christiani, pabulum verbi Dei permaximè sibi noscitur esse necessarium, quia sicut corpus materiali, sic anima spirituali cibo nutritur, eò quod non in solo pane i vivit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Unde k cùm sæpè contingat, quòd Episcopi propter suas occupationes multiplices, vel invaletudines corporales, aut hostiles incursus, seu occasiones alias (ne dicamus defectum scientiæ, quod in eis reprobandum est omninò, nec de cætero tolerandum) per seipsos non sufficiunt ministrare verbum Dei populo, maximè per amplas diœceses & effusas: generali constitutione sancimus, ut Episcopi viros idoneos ad sanctæ prædicationis officium salubriter exequendum assumant, potentes in opere, & sermone, qui plebes sibi commissas vice ipsorum (cùm per se iidem nequiverint) solicitè visitantes, eas verbo ædificent & exemplo: quibus ipsi cùm indiguerint, congruè necessaria subministrent l: ne pro necessariorum defectu compellantur a desistere ab incepto. Unde præcipimus, tam in cathedralibus, quam in aliis conventualibus Ecclesiis viros idoneos ordinari, quos Episcopi possint coadjutores & cooperatores habere, non solùm in prædicationis officio, verùm etiam in audiendis confessionibus & pœnitentiis injungendis, ac cæteris, quæ ad salutem pertinent animarum. Si quis autem hoc adimplere neglexerit, districtæ subjaceat ultioni.

CAP. XVI.

¶ *Episcopus in Ecclesiis diœcesis suæ debet esse contentus juribus Episcopalibus: & quæ sint jura Episcopalia, declarat.*

Honorius III. *Episcopo Assisiatin.*

COnquerente œconomo monasterii sancti Benedicti montis Subasii, nobis innotuit, quòd tu juribus Episcopalibus non contentus, quæ in Ecclesiis seu capellis ejusdem monasterii debes habere, à quibusdam earum procurationem exigis, quas ad dandam procurationem minimè sufficere proponebat, petens ut specificares, quæ tibi ratione juris Episcopalis competerent in eisdem, quorum b quibusdam specificatis, lis fuit legitimè contestata. Nos autem inspectis probationibus, & quæ ab utraque parte fuêre proposita, intellectis, decrevimus, ut in Ecclesiis seu capellis tuæ diœcesis, ad monasterium ipsum spectantibus, habeas canonicam obedientiam, subjectionem & reverentiam, institutionem & destitutionem, correctionem & reformationem, ac censuram Ecclesiasticam, jurisdictionem quoque causarum omnium ad forum Ecclesiasticum de jure spectantium, pœnitentias, & sacramentorum omnium, quæ ab Episcopo sunt recipienda, collationem, synodum, & synodatici c seu cathedratici nomine duos solidos, quartam decimationum & mortuariorum, visitationem quoque annuam: ita quòd cùm ad eas visitandas accesseris, non d ampliùs procurationis nomine requiras ab eis, nisi quantum (pensatis facultatibus earundem) moderatè poterunt exhibere, ne plùs cæteris capellis ejusdem diœcesis in procurationibus onerentur: [*& infra.*] ¶ Tu tamen his jutibus in præfatis Ecclesiis contentus existens, non ampliùs ab eis exigas præter moderatum auxilium, quod juxta formam Lateran. Concilii, si manifesta & rationabilis causa exiterit, cum charitate postulandum, sicut ab aliis Ecclesiis ejusdem diœcesis pro necessitate temporis sustinemus.

CAP. XVII.

¶ *Episcopus visitans monasterium, non introducat seculares, sed duos aut tres Canonicos suos, cum aliquibus Religiosis.*

Idem *Abbati & Conventui sancti Remigii.* e

UT juxta: [1 & 3.] ¶ Attendentes igitur, quòd indecens est, ut Remen. Archiepiscopo, in monasterio vestro visitationis officium exercente, seculares f intersint, per quos possit in claustro dissolutionis materia provenire: Firmiter inhibemus, ut nullos de cætero seculares in Capitulum (nisi duos vel tres de Canonicis Ecclesiæ suæ in decenti habitu, aliis g quos expedire viderit Religiosis adjunctis) secum visitationis tempore introducat. h

[1 *Ulcus supremæ pœnæ Christum pastoris edictum, pastor formæ factus gregis ex animo degustetur non dominantis sibi-*

a *Insf. de pœn. cap. licet.* b *Cap. 9. & 2. eod. tit. in 4. compil.* c *Lud. Gom. in Reg. Canc. de Idiom. ubi plura tradit de linguarum similitudine & diversitate.* d *Alias, diversa habens capita, &c.* e *præscriptas.* f *al. Verum.* g *insolentiam.* h *Cap. 10. & 2. 3. eod. tit. in 4. comp.* i *Matt. 4. Luc. 4. Deut. 8.* k *Conc. Trid. sess. 5. c. 2. sub Rubr. decr. de reform. c. 4. concord. Conc. Carthag. 4. c. 20. & Concil. Rhem. c. 14.* l *adde de hoc, & quod salarium habere debent per DD. in l. juris per.*

a *De excus. tut. & in clem. cùm ab omni. De vita & honest. Cler.* b *In uno manuscr. quorum quibusdam autem jutibus specificatis hinc inde fuit super præmissis lis legitimè contestata. In alio ita: lis fuit sic legitimè contestata.* c *Synodatici & cathedratici nomine quid intelligatur, explicat Grat. 10. q. 3. per totum. Adde Archid. c. 1. de prab. lib. 6.* d *al. nec.* e *Futuri.* f *Interfint personæ.* g *al. vitia alias. al. ita, vel alias.* h *Tales introducens debet illorum uti consilio. l. quid tamen. & ibi Bart. ff. si arbiter. ff. de arb.*

dem, sed

dine, sed amore rectè regendi debet eum salubriter visitare, sic excessus delinquentium quantum potest corripendo, ne revelet: sic increpans, ne confundat. Quia cum juxta sapientis edictum fervens sit arguendus amicus, amicitia legem violare videtur, si conviciis palam arguit increpando.]

CAP. XVIII.

¶ Lex diœcesana, & lex jurisdictionis, sunt diversa: unde res judicata in una, non obstat agenti in alia.

Idem *Episcopo Bajacen.* a *& Archidiacono Rothomagen.* b

DIlectus filius Abbas monasterii Rothomagen. *e* nobis exposuit, quòd tertia pars emendarum, quas homines quinque parœciarum pro suis excessibus solvere compelluntur, ad suum spectat monasterium ab antiquo: [1 *& infrà.*] ¶ Cumq; *fel. mem.* I. Papa prædecessor vobis dederit in mandatis, ut auditis hinc inde propositis, causam remitteretis ad eum sufficienter instructam: dictus Episcopus processum vestrum diutius impedivit occasione cujusdam sententiæ, quæ super quibusdam Ecclesiis, quoad legem diœcesanam, promulgata extitit pro eodem. Unde præfatus Abbas nobis humiliter supplicavit, ut cùm citatio, causarum examinatio, & decisio *d*, ac emendæ, ad legem jurisdictionis pertinere noscantur, non sineremus sententiæ memoratæ prætextu negotii processum ulterius impediri. Cùm igitur prædicta de lege jurisdictionis existant, mandamus, quatenus hujusmodi sententiâ non obstante, procedatis in negotio juxta traditam vobis formam.

[1 *Et quia inter ipsos homines ortâ Ecclesiasticâ quæstione citatio ad eundem, sed examinatio & decisio quæstionis ad ven. f. n. Venetens. Episcopum, & ipsum Abbatem pertinet, in commune.*]

CAP. XIX

¶ Per rescriptum, quo Papa mandat ordinario, ut corrigat Clericos suæ diœcesis, non datur ei jurisdictio super exemptos.

Gregorius IX. *Episcopo Suan.*

GRave gerimus *e*, quòd cùm in Ecclesiam sanctæ Mariæ de Orbicelso, & quasdam alias *f* existentes in tua diœcesi ad monasterium sancti Anastasii de urbe spectantes, nullam jurisdictionem habeas ordinariam, aut etiam delegatam *g*, occasione literarum nostrarum quas super correctione Clericorum tibi transmisimus, in eas interdicti, ac in Clericos earundem suspensionis sententias promulgâsti: quanquam Abbas ejusdem monasterii eos corrigere sit paratus: [*& infrà.*] ¶ Mandamus, quatenus si est ita, prudenter corrigens per te ipsum, quæ minùs providè attentâsti, prædictas sententias sine difficultate relaxes.

CAP. XX.

¶ Ordinarius, cui competit absolvere ab excommunicatione, potest alio absolutionem demandare.

Idem.

HIs, quibus *h* ex officio in certis casibus competit illos absolvere, qui pro violenta manuum injectione incidunt in canonem sententiæ promulgatæ, licet aliis hujusmodi absolutionem committere, cum viderint expedire.

DE OFFICIO JUDICIS.

TITULUS XXXII.

CAP. I.

¶ Ad officium judicis etiam delegati spectat providere Advocatum parti, quæ non potest habere, & potens dare domesticum.

Honorius tertius *Archiepiscopo sancti Leonardi, & Abbati Salernitano.* a

EX literis vestris accepimus, quòd cùm causam, quæ inter Abbatem & Conventum Fossæ Novæ ex parte una, & Abbatem & Conventum monasterii Canen. *b* ex altera, super quibusdam possessionibus monasterii sancti Petri de Almaphia *c* vertebatur: [1 *&c.*] ¶ Quia pars prædicti monasterii proposuit, quòd habere non poterat Advocatum, vestrum *d* super hoc imprimis rando officium, tu frater Archiepiscope eidem de magistro R. Clerico tuo ad exhibendum in causa ipsa patrocinium providisti. Verùm frater S. Canen. Monachus proposuit, in præjudicium ejusdem monasterii factum esse, eò quòd dictus R. Clericus domesticus tuus erat: [*& infrà.*] ¶ Mandamus, quatenus hoc non obstante, in negotio ipso (ratione *e* prævia) procedatis.

[1 *Qua bon. mem. fr. Sylvester Monachus Fossæ Novæ, cùm eidem S. Petri monasterium visitâsset, eisdem Abbati & Conventui Canonensi vendidit in ejusdem monasterii S. Petri præjudicium & gravamen, volus duximus committendum.*]

CAP. II.

¶ Cùm imploratur officium nobile, sit litis contestatio, secùs in mercenario.

Gregorius IX.

IUdicis officium ubicunque pro actione *f* proponitur, veluti cùm restitutio in integrum principaliter postulatur, litis contestationem exposcit: aliàs ante & post ingressum *g* causæ potest ad hoc sine litis contestatione haberi recursus.

DE MAJORITATE ET OBEDIENTIA.

TITULUS XXXIII.

CAP. I.

¶ Prius ordinatus, cæteris paribus, prior & major habendus est.

Gregorius *Augustino Anglorum Episcopo.* h

CUm *i* certum [1 *&c.*] ¶ Sit honoris ista distinctio, ut ipse prior & major habeatur, qui prius communitatis & consilio, & concordi fuerit actione ordinatus. *k*

[1 *Sit, pro omnipotenti Deo laborantibus ineffabilia æterni regni præmia reservari, nobis tamen eis necesse est honorum beneficia tribuere, ut in spe talis operis studia ex remuneratione valeant multiplicius insudare, &c. extat prolixa & impressa inter opera Gregorii I.*]

CAP. II.

¶ Veniens contra decretum vel constitutionem Episcopi, debet excommunicari.

Idem.

SI quis venerit *m* contra decretum Episcopi, ab Ecclesia abjiciatur. In libro Regum legitur *n*: [*Qui non obedierit principi, morte moriatur.*] Et in Concilio Agathen. quòd *o* anathematizetur.

---

a *al. Briocens.* b *Abbati de Sagunt.* c *al. Verveten.* d *decisio earum.* e *In pluribus antiq. sic: quòd cum in S. Mariæ de Orbitello & quasdam alias Ecclesias existentes in tua, &c.* f *Ecclesias.* g *Quid laudi possint Episcopi circa visitandos & corrigendos Monachos, statuit Triden. Concil. sess. 25. de reform. cap. 8.* h *Conc. Trid. sess. 14. c. 7. de casibus reserv. & sess. 24. de reform. c. 6.*

a *In duobus vetustissimis codicibus ita: Archiep. Salernitano & Abbati S. Leonardi: in cæteris ita: Archiepiscop. & S. Leonardi Abbati Salernit.* b *Canonensis Salernitano diœc. al. Cavensis, alter Savvensis.* c *Almesa al. Amalphia al. Anoalsia.* d *Quid importet hæc clausula Bart. in l. Titia amica ff. de aur. & arg. leg.* e *Parentheses inclusa desunt in multis manuscr.* f *Id est, ubi aliis deficit.* g *Id est, vel post litem contestatam, vel postquam est in causa conclusum.* h *tab. 12. epist. 13.* i *Cap. 1. eod. tit. in 1. comp. & post Concil. Trid. sub Alex. 3. p. 44. c. 2.* k *al. cum mutatis.* l *Vide l. honores ff. de decur.* m *Cap. 3 & 4. eod. tit. in 1. compil. Burch. l. 13. cap. 23. Pon. p. 16. cap. 24.* n *1 Reg. 13. Deut. 17.* o *al.*

CAP. III.

¶ Clericus administratione careus non tenetur ad juramentum obedientiæ, vel ad faciendam scripturam super ea.

Leo Papa. *a*

LEgebatur *b* in literis tuis, quòd frater Atticus *c* chartulam de obedientiæ sponsione conscripserat, in qua signum prodebatur injuriæ. Non enim necessarium fuerat, ut *d* obligaretur scripto, qui obedientiam suam ipso jam voluntarii adventus officio comprobabat.

CAP. IV.

¶ Ab omnibus de diœcesi obediendum est Episcopo.

Clemens Papa III. *e*

OMnes *f* principes terræ, & cæteros homines Episcopis obedire, beatus Petrus præcipiebat.

CAP. V.

¶ Non obediens canonicis institutis, incurrit inobedientiæ notam, id est, infamiam.

Innocentius III. *Capitulo Herbipolen.*

ILlud Dominus in *g* beato Petro: [1 & ℣.] ¶ Cùm spiritualia sint temporalibus digniora, *h* & obedientia melior sit quàm victima, & auscultare magis, quàm adipem arietum offerre: non debuerat Hildesemensis Episcopus pro temporali commodo inobedientiæ notam incurrere, & Apostolicis jussionibus contraire.

[1 *Verùm fr.n. quondam Hildesemen. Episcopus, Imperialis aulæ Cancellarius, non attendens, quæ multa sint, quæ præter specialem auctoritatem sed. Apost. de jure non possent nec deberent impunè ab aliquibus attentari, utpote cessiones & translationes Episcoporum, & alia quæ nota sunt vobis, licentiâ nostrâ non solùm non obtentâ, non petitâ, sed nec etiam postulatâ, Ecclesiâ Hildesem. relictâ, Herbipolensem Ecclesiam occupavit. Munitimes autem & oppida Herbipolensis Ecclesiæ in utilitatem ipsius sæ asseruit tenuisse, ne si ad alias manus forsitan devenissent, non essent, qui postmodum liberarent. Sed.*]

CAP. VI.

¶ Imperium non præest Sacerdotio, sed subest, & ei obedire tenetur. Vel sic: Episcopus non debet subesse Principibus, sed præesse. b.d. & est multum allegabile.

Idem *illustrissimo Constantinopolitano Imperatori.*

SOlitæ *i* benignitatis affectu: [1 & ℣.] ¶ Mirata est Imperialis sublimitas, quòd te nisi fuimus in nostris literis increpare. Huic autem tuæ admirationi non cessans, sed occasionem præbuit, quòd legisti beatum Petrum Apostolorum principem sic scripsisse: *k* [*Subditi estote omni humanæ creaturæ propter Deum, sive Regi, tanquam præcellenti, sive ducibus, tanquam ab eo missis, ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum:*] [2 & *infrà.*] ¶ Verùm si personam loquentis, & eorum, ad quos loquebatur, ac vim locutionis diligentiùs attendisses, scribentis non expressisses taliter intellectum. Scribebat enim Apostolus subditis suis, & eos ad humilitatis meritum provocabat: nam si per hoc, quod dixit: *l* [*Subditi estote*] Sacerdotibus voluit imponere jugum subjectionis, & eis prælationis auctoritatem afferre *m*, quibus eos subjectos esse monebat; sequeretur ex hoc etiam, quòd servus quilibet in Sacerdotes imperium accepisset, cùm dicatur, [*Omni humanæ creaturæ.*] Quod autem sequitur, [*Regi tanquam præcellenti,*] non negamus quin præcellat *n* Imperator in temporalibus illos *a* duntaxat, qui ab eo suscipiunt *b* temporalia: sed Pontifex in spiritualibus antecellit: quæ tantò sunt temporalibus digniora, quantò anima præstat *c* corpori: licèt non simpliciter dictum fuerit, [*Subditi estote*] sed additum fuit, [*propter Deum.*] nec purè sit subscriptum, [*Regi præcellenti:*] sed interpositum forsitan fuit *d* non sine causa, [*tanquam.*] Quod autem sequitur, [*ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum:*] intelligendum non est, quòd Rex vel Imperator super bonos & malos gladii acceperit potestatem, sed in eos solummodò, qui utentes gladio ejus sunt jurisdictioni commissi: [3 & ℣.] ¶ Potuisses autem prærogativam Sacerdotii ex eo potiùs intelligere, quod dictum est, non à quolibet, sed à Deo: non Regi, sed Sacerdoti: non *e* de Regia stirpe, sed de Sacerdotali prosapia descendenti, de Sacerdotibus videlicet, qui erant in Anathot: *f* [*Ecce constitui te super gentes & regna, ut evellas & dissipes, ædifices & plantes:* [4 & *infrà.*] ¶ Præterea nosse debueras, quòd [*fecit Deus duo magna* g *luminaria in firmamento cœli: luminare majus, ut præesset diei: & luminare minus, ut præesset nocti:*] utrumque magnum, sed alterum majus. Ad firmamentum igitur cœli, hoc est, universalis Ecclesiæ, fecit Deus duo magna luminaria, id est, duas instituit dignitates, quæ sunt Pontificalis auctoritas, & Regalis potestas. Sed illa, quæ præest diebus, id est, spiritualibus, major est: quæ verò carnalibus, minor: ut quanta est inter solem & lunam, tanta inter Pontifices & Reges differentia cognoscatur. Hæc autem si prudenter attenderet Imperatoria celsitudo, non faceret, aut permitteret Constantinopolitanum Patriarcham, magnum quidem & honorabile membrum Ecclesiæ, juxta scabellum pedum suorum in sinistra parte sedere: cùm alii Reges & Principes, Archiepiscopis & Episcopis suis (sicut debent) reverenter assurgant, & eis juxta se venerabilem sedem assignent: [5 & ℣.] ¶ Nos autem etsi non increpando scripserimus, potuissemus tamen rationabiliter increpare: [6 & ℣.] ¶ Nobis autem in B. Petro sunt oves Christi commissæ, dicente Domino: *h* [*Pasce oves meas:*] non *i* distinguens inter has oves & alias *k*; ut alienum à suo demonstraret ovili, qui Petrum & successores ipsius magistros non recognosceret & pastores: ut illud tanquam notissimum omittamus, quod Dominus dixit ad Petrum, & in Petro dixit ad successores ipsius: [*Quodcunque* l *ligaveris super terram, erit ligatum & in cœlis, &c.*] nihil excipiens, qui dixit: [*Quodcunque:*] [7 & ℣.] ¶ Utrùm autem *m* Imperatoriam excellentiam ad bonum & utile per literas nostras duxerimus invitandam, utrùm tibi justa suggerimus & honesta, tua solicitudo discernat: cùm non nisi ad utilitatem Ecclesiæ & terræ Hierosolymitanæ subsidium, nos te meminerimus invitâsse.

[1 *Recepimus literas, quas per dil. fil.n. Archid. Duracii, virum providum, & discretum, & fidelem, Imperialis nobis excellentia destinavit: per quas intelleximus, quid literæ, quas per dil. fil. Capellanum I. tunc Apost. sed. Legatum tibi transmissimus, Imperio tuo præsentata fuerant & perlecta.*]

[2 *Volens enim, de quo nos rationabiliter admiramur, Imperatoria celsitudo per has & alia quæ induxit, imperium sacerdotio dignitate ac potestate præferre, ex auct. præmissa voluit triplex trahere argumentum. Primum ex eo quod legitur, Subditi estote. Secundum ex eo quod sequitur, Regi tanquam præ-*

a *Epist. Ex Anastasio Episcopo Thessalonicensi.* b *Cap. 2. eod. tit. in 1. comp.* c *Articus.* d *quòd.* e *In vetustioribus ita: Clemens Papa.* f *Burch. l. 1. c. 134. Ivo p. 3. c. 224. & c. 3. eod. tit. in 1 compilat. In aliis omnis princeps, &c. 1. Pet. 2.* g *Cap. 1. eod. tit. in 3 compil.* h *Facit lex, innovatione, & ibid. Bart. Cde sacr. Eccles.* i *Cap. 2. eod. tit. in 3. compil.* k *1. Petr. 2.* l *dixit.* m *In quibusdam impressis, auferre; & male ut ex serie constat.* n *præcedat.*

a *illis.* b *recipiunt.* c *i sanctimus. C. de Episcop. & Cler.* d *Verbum, fuit, deest in antiquis.* e *al. nec.* f *Hier. 1.* g *Genes. 1. Psal. 135.* h *Ioan. 21.* i *In exemplo. cunam sanctam. tit. de majoritate & obed.* k *Vide I. 3. ff. de al. judic. & I. quos prohibet. cum simil. ff. de postul.* l *Matth. 16.* m *In C. Bar. Verum autem imperatoriam excellentiam ad bonum & utile per nostras literas duximus invitandam. Utrùm igitur tibi justa suggesserimus, &c.*

cutiens. Tertium ex eo quod est subsequenter adjunctum, ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum: per primum subesse Sacerdotium: per secundum Imperium praeminere: per tertium Imperatorem tam in Sacerdotes, quàm in Laicos jurisdictionem, imo etiam gladii potestatem accepisse praesumens. Cùm enim & boni quidam sint Sacerdotes, & quidam eorum malefactores existant, is qui secundum Apostolum gladium portat ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum. Imo malefacientes Presbyteros & eorum excessus praesumptos potest ultore gladio vindicare, cum inter Presbyteros & alios Apostolus non distinguat.]

[3 Iuxta quod Veritas ait: omnes qui acceperint gladium, gladio peribunt: non enim debet nec potest quisquam alterum servum judicare, cùm servus secundùm Apostolum, domino suo stet aut cadat. At id etiam industristi, quod licèt Moyses & Aaron Sacerdotii dignitate secundùm carnem fratres extiterint: Moyses tamen princeps populi, Aaron Sacerdotis potestate praerat, & Iesus successor ejus imperium in Sacerdotes accepit. David quoque Rex Abiatar Pontifici praeminebat. Caeterum licèt Moyses dux populi fuerit, fuit & Sacerdos, qui Aaron in Sacerdotem unxit, & cui Prophetа Sacerdotium recognoscens, Moyses (inquit) & Aaron in Sacerdotibus ejus. Quod verò de Iesu Benjamin cum commendando, praelationem ejus scripsisti, magis secundùm spiritum, quàm secundum literam debet intelligi, quia secundum Apostolum littera occidit, spiritus autem vivificat: pro eo quod ipse veri Iesu figuram expressit, qui populum suum in terram promissionis induxit. David etiam quamvis regni diadema obtineret, Abiatar Sacerdoti non tam ex dignitate Regia, quàm auctoritate Prophetica imperabat. Verùm quicquid olim fuerit in Veteri Testamento, nunc aliud est in Novo, ex quo Christus factus est Sacerdos in aeternum, secundùm ordinem Melchisedech, qui se non ut Rex, sed ut Sacerdos in ara crucis hostiam obtulit Deo Patri, per quem genus redemit humanum, circa illum praecipui, qui successor est Petri Apostoli & Vicarius Iesu Christi.]

[4 Virtutes. Dictum est etiam in divina lege: Dijs non detrahes, & Principem populi tui non maledices, quia Sacerdotes Regibus anteponens istos Deos & alios Principes appellavit.]

[5 Nam & piissimus Constantinus quantum honoris exhibuit Sacerdotibus, tua, sicut credimus, discretio non ignorat.]

[6 Cùm B. Paulus Apostolus Episcopum instituens, ad Timotheum scripsisse legatur: Praedica verbum, insta opportune, importune, argue, obsecra, increpa: & in omni patientia & doctrina. Non enim ei nostrum debet esse legatum, sed patere debet ad omnes: ne secundùm Propheticum verbum simus canes latrare non valentes. Unde correctio nostra tibi non debuit esse molesta, sed magis accepta, quia Pater filium quem diligit, corrigit, & Deus quos amat, arguit & castigat. Debitum igitur pastoralis officii exequimur cùm obsecramus, arguimus, quando increpamus, & non solùm alios, sed Imperatores & Reges opportunè, & importunè: & ad eas studemus adducere, quа divina sunt placita majestati.]

[7 Solvere super terram, e. s. & in c. nihil excipiens, qui dixit, quodcunque. Verum his dentibus infigere nolumus, ne vel contendere videamur, vel in hujusmodi gloriari, cùm sit gloriari expediat, non in honore, sed in onere, non in magnitudine, sed in solicitudine sit potius gloriandum, cùm & Apostolus in infirmitatibus glorietur. Novimus esse scriptum: Omnis qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur. & iterùm: Quanto major es, humilia te in omnibus. & alibi. Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Propter quod exaltationem nostram in humilitate ponimus, & humilitatem exaltationem maximam reputamus. Unde nos etiam servos non solùm Dei, sed etiam servorum Dei nos esse scribimus, & fatemur, & tam sapientibus, quam insipientibus secundùm Apostolum debitores sumus.]

CAP. VII.

¶ *Ordinatus per Papam, non per hoc existitur à jurisdictione sui Episcopi.*

Idem *Episcopo Floren.*

PEr tuas a nobis literas: [1 & 3.] ¶ Postulâsti per sedis Apostolicæ oraculum edoceri, utrùm quis per ordinem Subdiaconatûs à Romano Pontifice susceptum, à debita tibi reverentia subtrahatur? Ad quod breviter respondemus, quòd etsi decens sit, ut illis, quantùm convenit, à te inter alios tibi subditos deferatur, quos benignitas Apostolica collatione ipsius ordinis honoravit, per eam tamen ab obedientia, quam aliàs tibi debent, minimè absolvuntur.

[1 Intimâsti, quòd cùm aliqui Ecclesiæ Rom. Subdiaconi praelationes in tua diœcesi assequuntur, pro quibus tibi debent obedientiam exhibere, si quando exigente justitia te contigerit exercere, in primis Ecclesiasticam disciplinam, illi Subdiaconatûs privilegium allegantes, ad ea se asserunt non teneri ad exercitium sententiæ: ac si per hujusmodi Subdiaconatûs officium ab obedientia, quâ tibi tenentur, ratione obtenti beneficii sint exempti. Super quo.]

CAP. VIII.

¶ *Quando de obedientia vel subjectione agitur, nihil attentari debet in praejudicium rei, vel possessoris non citati.*

Idem *Constantinopolitano Patriarchæ.*

INter b quatuor: [1 & 3.] ¶ Petitionem c contra Ecclesias, quas tibi subjici postulabas, quæ priusquam Constantinopolis civitas caperetur, Constantin. Patriarchæ minimè respondebant: duplici ratione non duximus admittendam. Juris namque ratio postulat, ut in eorum praejudicium, quibus eædem Ecclesiæ sunt subjectæ, nihil ordinemus de ipsis, cùm nec citati sint, nec convicti, nec per contumaciam se absentent: [& infrà.] ¶ Super obedientia verò, quam ut tibi impendi faceremus, ab Archiepiscopo, & Episcopis regni Cypri similiter postulâsti, ferè idem duximus respondendum, cùm & ipsi ante tuam promotionem fuerint d exempti, quando videlicet Constantin. Ecclesia erat inobediens & rebellis: & in eorum absentia circa e statum eorum non debuerimus f aliquid immutare. Justitiam tamen non negabimus tibi, cùm eam duxeris postulandam.

[1 Animalia, quæ in medio sedis & circuitu ejus describuntur ab Ezechiele, facies Aquila super ipsorum quatuor memoratur, quia inter quatuor Patriarchales Ecclesias, Antiochenam, Alexandrinam, Hierosolymitanam, Constantinopolitanam, quæ per animalia supradicta significantur, quas Apost. sedes in medio habens, quarsilias amplectitur spirituales, cui eadem quasi in circuitu famula obsequentes, ipsa Constantinopol. post Apostol. sedem excellentiâ praeminet dignitatis, ad cujus exaltationem tantò libentiùs assurgamus, quantò ipsam honorabilius membrum sacrosanctæ Rom. Ecclesiæ arctius amplexantes ipsius auxilio temporibus istis eandem amplius nostrum indigere, ac tuas, qui Domino disponente præesse dignosci, petitiones libentius promovere disponimus, quibus non repugnat honestas, nec alijs praejudicium generatur: cùm à nobis injuriarum actio non debeat exerceri, à quibus jura tanquam à fonte ad cæteros derivantur: & infrà. Tibi duximus respondendum, concedendo, ut hi qui Ecclesias suas seu beneficia possident, obedientiam tibi exhibeant, nisi fortè aliqua illarum Ecclesiarum ante captionem regiæ civitatis a jurisdictione Patriarchæ legitimè fuisset exempta. Subsequentem verò.]

CAP. IX.

¶ *Abbates & Sacerdotes, qui sunt diœcesani Episcopi, ad ejus Synodum venire, & sibi obedire compelli possunt per censuram Ecclesiasticam.*

Idem.

QUod super g his: [& 3.] ¶ Abbates & Sacerdotes

a *Cap. 3. eod. tit. in 3 compil.* b *Hùc refer c. inter quatuor. supra de Cler. peregr. & 3. de Cler. non resid. & c. 4. eod. tit. in 3. compil.* c *In omnibus manuscr. sic: Petitionem, quâ Ecclesias tibi subjici, &c.* d *extiterint.* e *al. contrà.* f *debuimus.* g *Cap. 2. eod. tit. in 4. compil.*

diœcesanâ tibi lege subditos a, qui ad tuam Synodum venire contemnunt, (dummodò b in ipsa Synodo non ducas aliquid statuendum, quod canonicis obviet institutis) per cens. Eccles. ad Synodum ipsam c venire compellas: & debitam tibi obedientiam & reverentiam exhibere.

CAP. X.

¶ Canonici regulares inobedientes Priori suo, per ipsum excommunicari possunt: & si fuerint incorrigibles, de fratrum consortio expelli debent.

Idem *sancti Stephani & sancti Proculi Abbatib. Bononiensibus.*

CUm in d Ecclesiis sancti Victoris & S. Joannis de Monte: [*& infrà.*] ¶ Nos igitur ad reformationem earundem Ecclesiarum diligenti solicitudine intendentes, universis Canonicis dedimus in mandatis, ut Priori suo in his, quæ ad eum e pertinent, obedirent. Cumque omnes (quatuor duntaxat exceptis) se obedire velle concorditer respondissent, prædicti quatuor se contra Priorem in superbiam erigentes, licèt de obedientia suo Priori præstanda præstitissent juramentum corporaliter: tamen exhibiti juramenti immemores, suo Priori per omnia restiterunt: & cùm pro contumacia sua nequivissent ad debitam obedientiam revocari, dictus Prior in eos excommunicationis sententiam promulgavit. Cum f igitur præfati Canonici ad Apostolicam sedem accessissent, per scripturas authenticas g ex multorum testimonio Prælatorum effecti de ipsorum contumacia certiores, recepto secundùm formam Ecclesiæ ab eisdem corporaliter juramento, ipsis fecimus absolutionis beneficium impendi: præcipientes eis sub debito juramenti, ut ad suum claustrum, de quo exierant, redeuntes, Priori suo secundùm Deum devotè ac humiliter obedirent. Ideoque mandamus, quatenus præfatos Canonicos, ut ad Prioris sui obedientiam revertantur, per cens. Eccles. compellatis: & ne de sua possint contumacia vel malitia h gloriari, cogatis eos (si videritis expedire) ut juramentum, quod de parendo mandatis Prioris, pro absolutionis beneficio impetrando fuerant, humiliter præstare procurent, alioquin eos de fratrum consortio penitus excludatis.

CAP. XI.

¶ Presbyteri & Clerici capellarum subditarum titulo Cardinalatus, debent Cardinali obedientiam, & reliqua, de quibus hîc. Et vacante titulo, succedit Capitulum illius Ecclesiæ, nisi pro bono pacis aliquid sit exceptum.

Honorius III. *G. Presbytero Cardinali, & Capitulo sancti Laurentii in Damaso.* i

HIs, quæ pro Ecclesia S. Laurentii in Damaso ex parte una, & capellis sibi subjectis ex altera, super scrutinio aliisque articulis k fuêre proposita, diligenter auditis, sententiando decrevimus, ut earundem capellarum Presbyteri & Clerici, Cardinali, qui nunc est in ipsa Ecclesia, & qui fuerint l per tempora, manualem obedientiam, & reverentiam, & honorificentiam omnem exhibeant, & ad Ecclesiam ipsam pro scrutinio, baptismo & Capitulo celebrandis, conveniant temporibus consuetis, correctionem ipsius Cardinalis recipientes humiliter, & excommunicationis, interdicti, vel suspensionis sententias, quas tulerit in eos & Ecclesias eorundem, inviolabiliter observantes. Quando autem Ecclesia ipsa Cardinali a vacabit, Capellani & Clerici memorati, eidem Ecclesiæ reverenter exhibeant omnia supradicta: excepto, quod de correctione, & excommunicatione, & suspensione ipsorum pro bono pacis nostræ providentiæ reservamus.

CAP. XII.

¶ Licèt Abbatissa subditos excommunicare non possit, ipsi tamen sibi obedire tenentur.

Idem *Abbati S. Michaëlis Abrudensis diœcesis.*

DIlecta filia in Christo Abbatissa de Babtigen. b transmissâ nobis petitione monstravit, quòd cùm ipsa plerunque Canonicas suas, & Clericos suæ jurisdictioni subjectos, propter inobedientias & culpas eorum, officio, beneficioque suspendat, iidem confisi ex eo, quòd eadem Abbatissa excommunicare eos non potest, suspensionem hujusmodi non observant, propter quod ipsorum excessus remanent incorrecti. Quocirca mandamus, quatenus dictas Canonicas & Clericos, ut Abbatissæ præfatæ obedientiam & reverentiam debitam impendentes, ejus salubria monita & mandata observent, Ecclesiasticâ censurâ compellas. c

CAP. XIII.

¶ Si Metropolitanus à Suffraganeo juramentum exigit ultra formam statutam à Canone, in eo quod est ultrà, Suffraganeus non tenetur.

Gregorius IX. *Patriarchæ Grandensi.*

DIlecti filii Archidiaconus & Capitulum Castellan. suam ad nos querimoniam detulerunt, quòd cùm à Castellan. Episcopo exigeres juramentum præter formam canonicam, quam cæteri Suffraganei Metropolitanis suis consuevêre præstare, iidem conspicientes ex hoc Ecclesiæ suæ præjudicium generari, ad sedem Apostol. appellârunt: [*& infrà.*] ¶ Cùm igitur non deceat alii te fecisse, quod ab alio fieri tibi nolles: mandamus, quatenus contentus formâ canonicâ, quam nos à Cœpiscopis nostris nobis immediate subjectis recipimus, d nihil amplius à Castellano Episcopo obtentu alicujus consuetudinis exigas, prætextu præstiti e juramenti; sciens nos eundem Episcopum ab hujusmodi juramento, quoad alios articulos absolvisse, vel denunciâsse potius non teneri.

CAP. XIV.

¶ Vacante Episcopatu, Capitulum confirmat & infirmat electiones.

Idem *Priori fratrum Prædicatorum, & Archidiac. Rhegin.*

CUm olim causa: [*& infrà.*] ¶ Quocirca mandamus, quatenus, licèt Conventus monasterii sancti Salvatoris Messanens. sint ipso f jure hâc vice eligendi potestate privati: de gratia tamen eligendi seu postulandi detis ipsis auctoritate nostrâ libetam facultatem. Mandantes eisdem, ut cùm Ecclesia Messan. vacet ad præsens, electionem suam confirmandam, prout de jure fuerit, vel etiam infirmandam, præsentent Capitulo Messan.

CAP. XV.

¶ Qui major est ordine, licèt in Ecclesia posteà receptus, in loco & portione præfertur. h. d. secundùm veram lecturam.

Idem

a *al. subjectos.* b *Concil. Trident. sess. 24. de reform. cap. 2.* c *illam.* d *Cap. 2. eod. tit. in 4. compil.* e *al. ad Deum. & pro utroq; litera facit, quod notatur supra de temp. ordin. c. ad aures. in glos. 2.* f *al. cumq.* g *in sigillis authenticis Prælatorum sigillatas. quod dic. ut not. 3. de fid. instr. cap. 1. & c. cum dilectus.* h *Hæc 2. verba, vel malitia, desunt in antiquis.* i *In pluribus manuscr. habetur, Damasio, tam in titulo, quàm in textu, sed male: enim sit titulus vetus & valdè antiquus Romæ.* k *diligenter auditis, additur.* l *Et qui pro tempore fuerint.*

a *vacaverit.* b *al. Lumbergens. al. Neburgen. al. Quedelburgen.* c *Vide l. à decto Pio ff. de re jud.* d *Vide l. 1. C. de summ. trinit. & fid. cath. & l. 2. de emanc. liber.* e *præscrits.* f *In Cod. Barb. sic: Ipso jure hâc vice eligendi seu postulandi privamus.*

Idem *Archipresbytero sanctæ Mariæ majoris de urbe.*

STatuimus, *a* ut Presbyteri primum locum, Diaconi secundum, Subdiaconi tertium, & sic de reliquis obtineant ordinatim, etiamsi posteriùs admittantur. Et qui major est ordine, etiamsi postea sit receptus, & in portione percipienda potiorem esse volumus, ac minores facere servitia consuetos.

CAP. XVI.

¶ Si Ecclesia sita in aliquo Archidiaconatu erigitur in cathedralem, à jurisdictione Archidiaconatûs eximitur.

Idem *Archiepiscopo Colocensi.* b

CUm inferior superiorem *c* solvere nequeat vel ligare, *d* sed superior inferiorem liget regulariter & absolvat, & satis absonum videatur, ut filius potestatem habeat in parentem: miramur, quòd cùm tu monasterium de Cheur. constitutum in Firmiensi Archidiaconatu tuæ diœcesis Ecclesiam exexeris cathedralem, Archidiac. Firmiensis in tantam prorupit temeritatis audaciam, ut in Episcopum ibi consecratum & Ecclesiam suam jurisdictionem exercere præsumat: [*& infra.*] ¶ Mandamus, quatenus præfato Archidiacono, à cujus jurisdictione dictum Episcopum denunciamus exemptum, ad districtè studeas inhibere. Proviso, ut si ex hoc Archidiaconi Firmien. jura lædantur, in diœcesi tua (ubi expedire videris) absque alieni juris præjudicio, recompensationem illi facias congruentem.

CAP. XVII.

¶ Compositionem super jure Primatiæ unius soli, cujus interest, patenti impedire.

Idem *Lemovic. Archidiac. & Priori sanctæ Radegundis Pictavien.*

HUmilis doctrina magistri: [*& infra.*] ¶ Mandamus, quatenus Prælatorum Burdegalensis provinciæ in ea præsentium, & cathedralium Capitulorũ ejusdem, necnon & Bituricen. Capituli, super provisione, quam inter Bituricen. & Burdegalen. Archiepiscopos in causa primatiæ duximus faciendam, requiratis assensum, quo habito, providentiam *e* nostram solenniter publicetis. Si qui verò consensum præstare noluerint, vos supersedentes publicationi prædictæ, districtè præcipiatis eisdem, ut personaliter, si Prælati fuerint, vel si alii, per procuratores idoneos, nostro se conspectui repræsentent, prosecuturi coram nobis jus, si quod habere contendunt, & satisfacturi parti alteri, si succubuerint, in expensis.

DE TREUGA ET PACE.

TITULUS XXXIV.

CAP. I.

¶ Statuit tempora Treugarum, & pœnas violantium.

Alexander III. *in Concilio Lateranensi.* f

TReugas *g*, à quarta feria post occasum Solis, usque ad secundam feriam in ortu Solis, ab adventu Domini, usque ad Octavas Epiphaniæ, & à Septuagesima usque ad Octavas Paschæ, ab omnibus inviolabiliter observari præcipimus. Si quis autem treugas frangere præsumpserit, post tertiam admonitionem, si non satisfecerit, suus Episcopus sententiam excommunicationis dictet in eum, & scriptam vicinis Episcopis annunciet, quorum nullus excommunicatum in communione recipiat, imo scriptam sententiam quisque confirmet. Si quis autem hoc violare præsumpserit, ordinis sui periculo subjaceat. Et quoniam funiculus *a* triplex difficilè rumpitur, præcipimus, ut Episcopi ad solum Deum, & ad salutem populi habentes respectum, omni trepidatione sepositâ, ad pacem firmiter tenendam, mutuum sibi consilium & auxilium præbeant, neque hoc alicujus amore vel odio prætermittant: Quòd si quis in hoc opere trepidus *h* inventus fuerit, damnum propriæ dignitatis incurrat.

CAP. II.

¶ Persona hic enumerata, plenâ securitate gaudent tempore guerræ.

Idem. *e*

INnovamus *d*, ut Presbyteri, Monachi, Conversi, Peregrini, Mercatores, rustici, euntes vel redeuntes, vel in agricultura existentes, & animalia, quibus arant, & semina portant ad agrum, congruâ securitate lætentur. *e*

DE PACTIS.

TITULUS XXXV.

CAP. I.

¶ Pacta quæcumque inita, servanda sunt.

Ex Concilio *f* Africano.

ANtigonus *g* Episcopus dixit: [1 & 3.] ¶ Aut inita pacta, *h* suam obtineant firmitatem, aut conventus (si se non cohibuerit) Ecclesiasticam sentiat disciplinam. Dixerunt universi *i*: pax *k* servetur, pacta custodiantur.

[1 *Gravem injuriam patior, & credo dolere sanctitatem vestram injuriam meam, & computare communem injuriam. Optantius Episc. cùm se præsentaret, pactum meum habuit, & divisum est, quòd ad se illiceat imperatorum animos contra disciplinam, contra Evangelicam traditionem, contra pacem placitam. Nam si fòs contingere posse arbitraretur, nunquam profecto in fratrem aliquis delinquisset. Unde*]

CAP. II.

¶ Conventio invalida, per consensum superiorum validatur.

Gregorius. *l*

QUoties *m* in conventionibus nostet expectatur assensus, ne in dubium veniant, quæ geruntur, ratihabitio eas debet pro securitate partium solidare.

CAP. III.

¶ Judex debet studiosè agere, ut promissa adempleantur.

Idem *Januario Episcopo Caralitano.* n

QUaliter *o* in Sardinia: [1 & 3.] ¶ Studiosè agendum est, ut ea, quæ promittuntur, opere compleantur.

[1 *Minores vel pauperes ab eis, qui illis majores sunt, opprimantur, reverendissimi fratris nostri Carthaginen. Episc. atq; eminentiss. filii n. Innocentii præf. epistola testantur, à quibus, ut quæ nobis scripta sunt noveritis, ipsorum vobis epistolarum exemplaria providimus transmittenda. Et ideò, quia ea quæ nobis petenda sunt, effruntur.*]

CAP. IV.

¶ Non valet pactum, per quod beneficium Ecclesiasticum debet pecuniâ resignari.

Alexander III. *Exoniens. & Vigornien. Episcopis.*

CUm *p* pridem S. *q* Clericus procurator Prioris & Monachorum de Acra, & P. Clericus, pro causa, quæ inter eos & prædictum P. ac fratrem ejus, cujus vicem

a *Ad hujus c. declarationem factum fuit c. ult. supr. de constit.* b *al. Colocensi.* c *patronum.* d *Vide l. decurs. C. de decur. l. 12. not. in l. hominem ff mandat.* e *provisionem.* f *Cap. 21. At quod extat apud me manuscriptum nunquam hactenus impressum.* g *Cap. 1. eod. tit. in 1. compilat. & in Panorm. lib. 1. cap. 147.*

a *Psalm. 131. Eccl. c. 4.* b *al. tepidus.* c *Cap. 22. in eodem Concilio.* d *Cap. 2. eod. tit. in 1. compil. Panorm. l. 1. c. 147.* e *Posteriùs pars hujus can. extat sub tit. de confessis. c. innovamus.* f *Carthaginic. Africæ primo, c. 12.* g *Cap. 1. eod. tit. in 1 compil.* h *al. fed.* i *al. struxter.* k *pax hic pro pactione poni videtur.* l *lib. 7. epist. 60. Registri.* m *Cap. 2. eod. tit. in 1. compil.* n *lib. 2. epist. 38.* o *Cap. 3. eod. tit. in 1. compil.* p *Post Concil. Lateran. p. 28. c. 2. tit. de pact. inviis & illic. in rebus Ecclesiast. & c. 4. eod. tit. in 1. compil.* q *Simon.*

se gerere dicebat, super Ecclesia & capella de L. vertebatur: ad nostram præsentiam accessissent, inter se (non tamen nobis mediantibus) convenerunt, quòd eidem P. pro expensis, quas fecerat, tres marchæ argenti solverentur, & idem P. liti cederet, & à Monachorum infestatione cessaret. Cumque compositionem istam *a* auctoritate Apostolicâ peterent confirmari, nos eam non duximus admittendam, pro eo, quòd videbatur pravam illicitæ pactionis speciem continere: [1 *& infrà.*] ¶ Ille igitur nostris monitis acquiescens, & eidem *b* liti pro se ac fratre suo renuncians, authentica instrumenta, quæ super hoc habebat, in nostris manibus resignavit: quæ nos Priori & Monachis destinantes, mandavimus, ut eidem P. & fratri ejus in aliquo studerent beneficio providere, de quo majus lucrum valeant Apostolicâ intercessione percipere, quàm eis deberet ex illa pactione illicita provenire. Cæterum quia Prior & fratres acquiescere noluerunt, mandamus, quatenus moneatis eosdem, ut præfato P. & fratri ejus competens beneficium conferant & assignent: alioquin si vobis constiterit, dictos Clericos à prænominata Ecclesia & capella absque ordine judiciario violenter ejectos, ipsas eisdem restitui *c* faciatis: non obstantibus literis nostræ confirmationis, quas prædicti Prior & Monachi à nobis impetrâsse noscuntur.

[1 *Monuimus autem prædictum P. ut ipse tam pro se, quàm pro suo fratre Monachos in pace dimitteret, & eidem lites omninò abrenunciaret.*]

CAP. V.

¶ *Non valet pactum de succedendo post mortem Prælati in ipsius Ecclesia.*

Idem *Archiepiscopo Eboracensi.*

Accepimus *d*, quòd quædam sunt Ecclesiæ Clericis tali tenore concessæ, quòd post eorum obitum alii nominatim succedant. Verùm quoniam hoc iniquum est, & sacris canonibus inimicum, & ideò non debet aliquatenùs tolerari: mandamus, quatenus hujusmodi successiones tam *e* detestabiles & iniquas appellatione cessante prohibeas, & omninò frivolas & inanes *f* esse discernas.

CAP. VI.

¶ *Qui per pactum augendæ pensionis consecutus est Ecclesiam, debet eâ privari, & aliàs canonicè puniri.*

Idem *Cantuariensi Archiepiscopo, & ejus Suffraganeis.*

Cum Clerici vestræ jurisdictionis *g* (sicut accepimus) decedentibus Ecclesiarum personis, paciscantur ex ipsis Ecclesiis majores solito solvere pensiones, ut facilius possint easdem Ecclesias adipisci: Nos *h* ad tam detestabile vitium extirpandum, fraternitati vestræ mandamus, quatenus ne id attentare præsumant, districtiùs prohibentes (si contra prohibitionem vestram venire præsumpserint) appellatione cessante eos taliter adeptis Ecclesiis spolietis: aliàs pro tantæ præsumptionis excessu, severitate Ecclesiasticâ punientes eosdem.

CAP. VII.

¶ *Si Ecclesia rem suam locando, vel in feudum concedendo, apponit pactum in præjudicium juris parochialis alterius Ecclesiæ, non tenet: & quicquid hâc occasione perceperit, reddere cogitur illi Ecclesiæ.*

Innocentius III. *in Concilio generali.* i

Plerique (sicut accepimus) regulares *k* Clerici & seculares interdum, cùm vel domos locant, vel feuda concedunt, in præjudicium parochialium Ecclesiarum pactum adjiciunt, ut conductores & feudatarii decimas eis solvant, & apud eosdem eligant sepulturam. Cùm autem id de avaritiæ radice procedat, pactum hujusmodi penitùs reprobamus, statuentes, ut quicquid fuerit occasione hujusmodi pacti perceptum, Ecclesiæ parochiali reddatur.

CAP. VIII.

¶ *Non valet pactio in spiritualibus, vel quæ pactum inducit, vel turpis, seu de re turpi, vel impossibilis de jure, vel de facto.*

Gregorius IX.

Pactiones factæ *a* à vobis (ut audivimus) pro quibusdam spiritualibus obtinendis, cùm in hujusmodi omnis pactio, omnisque conventio debeat omninò cessare, nullius penitùs sunt momenti. Quod etiam de aliis est dicendum, quæ observatæ vergunt in animæ detrimentum. Nam etiam juxta legitimas sanctiones, pactum turpe, vel rei turpis, aut impossibilis de jure, vel de facto, nullam obligationem inducit.

DE TRANSACTIONIBUS.

TITULUS XXXVI.

CAP. I.

¶ *Instrumenta, & alia jura partium, contrariâ transactione tolluntur.*

Gregorius III. b *A. Subdiac. & Dominic. Abb.*

Sicut grave: [*& infrà.*] ¶ Post salubrem *c* decisionem de controversia vestra factam, decrevimus, ut omnia instrumenta, vel quicquid aliud est, quod partibus quoquo modo, aut ex temporis præscriptione, seu aliter opem de lege, aut quocunque privilegio ferre poterat, sit vacuum, & omni virtute cassatum: & sola pactorum inter vos nunc habitorum pagina validum perpetuumque robur obtineat. Cui si quid fortè incuriâ vel imperitiâ minus firmitatis insertum est, vires plenissimæ notionis ex hac nostra auctoritate suscipiat.

CAP. II.

¶ *Tenet compositio super decimis facta cum assensu superiorum.*

Alexander III.

Statuimus, *d* ut si super decimis inter vos & aliquam personam Ecclesiasticam, de assensu Episcopi vel Archiepiscopi sui compositio facta fuerit, rata & inconcussa persistat.

CAP. III.

¶ *Si Capitulum consensit transactioni, quam fecit Prælatus nomine Ecclesiæ, ulteriùs dissentire non potest.*

Idem *Dulmensi Episcop.* e

Contingit *f* interdum, quòd licèt Abbas vel Prior alicujus conventualis Ecclesiæ, cum Ecclesiastica vel seculari persona super his, de quibus inter eos controversia vertitur, coram delegato vel ordinario judice transigat, Capitulum tamen eandem transactionem nititur revocare. Unde quia nos consulere voluisti, tibi respondemus, quòd si Abbas vel Prior à Capitulo suo de ratihabitione literas habuerit, transactionem, quam fecit (si fuerit aliquot annis servata) Capitulum, ac si non consenserit in eam, non poterit revocare.

CAP. IV.

¶ *Super Ecclesiastico beneficio transigi non potest, etiam cum juramenti interpositione.*

a *Ipsam.* b *idem.* c *Facit l. 2. ff. de vi & vi arm.* d *Post Concil. Lateran. p. 21. c. 28. c. 4. & 5. eod. tit. in 1. compil.* e *Idem conc. Trident. sess. 25. de reform. c. 7.* f *vanas. al. vacuas.* g *Post Conc. Later. par. 21. c. 1. & 6. eod. tit. in 1. compilat.* h *al. additur, intendentes.* i *C. 56. al. 67.* k *Cap. 1. eod. tit. in 1. compil.*

a *Vide Navarrum in manuali, confess. c. 23. tit. de simon. & Sot. l. 9. de just. & jure. q. 5.* b *Anthomio. sic in vet.* c *Cap. 1. eod. tit. in 1. compil.* d *Post Concil. Later. 21. c. 3. & Cap. 2. eod. tit. in 1. compil.* e *Dulmosin. al. Dulemen.* f *Post Concil. Later. p. 28. c. 1. & c. 3. eod. tit. in 1. compil.*

Idem

Idem *Abbati de Strat. & Priori sancti Eusebii.*

CONstitutus *a* in nostra præsentia G. Clericus suâ nobis assertione monstravit: quòd cùm inter ipsum, & A. Clericum super capella de Stratis controversia emersisset, tandem per transactionem sopita fuit: & licèt hinc inde, fide præstitâ, firmata fuisset, eam tamen præfatus A. servare recusat. Quia igitur hujusmodi transactiones speciem continent simoniæ: mandamus, quatenus revocatâ transactione in irritum, causam audiatis, &c.

CAP. V.

¶ Per transactionem factam sine auctoritate Episcopi potest Prælatus, sed non Ecclesia constitutus convinci.

Idem *Carnotensi Episcopo.*

DEcætero *b* noveris, quòd cùm aliquis ad extraordinarium judicem literis impetratis cum adversario suo componit, postmodùm in Ecclesia, de qua agitur, jus aliquod habiturus: Si compositio non est juri contraria, non est à loci Episcopo reprobanda. Sed census absq; Episcopali auctoritate, cui præest Ecclesiæ, sub hoc prætextu solutus, vitam ejus, qui solverit, non excedit *c*.

CAP. VI.

¶ Si beneficium, quod per transactionem habetur, impetratur ut vacans, ab eo qui fuit transactionis mediator, non valet impetrare, h. d. quoad titulum.

Idem *Eboracensi Archiepiscopo, & d Vigorensi Episcopo.*

EX literis vestris *e* accepimus, quòd cùm olim inter R. & A. Clericos super Ecclesia de Vult. *f* coram te, frater Episcope, qui judex fueras delegatus auctoritate G. qui tunc eidem A. patrocinabatur in causa, & testis inscriptus fuerat, transactio facta fuisset, postmodùm idem G. se mentiens Clericum, cùm nondum esset in Clericum tonsuratus: super eadem Ecclesia tacito de transactione literas nostras impetravit. Cùm autem idem G. non inficiaretur se transactioni interfuisse, & nondum fuisse tonsuratum, cùm literas istas obtinuit, ei super prædicta Ecclesia silentium duximus imponendum.

CAP. VII.

¶ Super Ecclesiastico beneficio non potest transigi, sed amicabiliter componi. h. d. & quatenus allegatur.

Idem.

SUper eo *g*, quod quæsivisti, utrùm de Ecclesiastico beneficio in litigium deducto, possit fieri transactio? Tale damus responsum, quòd transigi super re sacra *h* & litigiosa non potest: Etenim res sacræ, ut possideantur aliquo dato, vel retento seu promisso, speciem credimus habere simoniæ. Aliàs si gratis & amicabiliter inter se litigantes componant, sacris canonibus nequaquam dicimus obviare.

CAP. VIII.

¶ Transactio facta de rebus Ecclesiæ per Prælatum, sine superioris consensu, non obligat successorem.

Idem *Abbati de Strapho. i & Priori de [Plimbi.]*

VEniens ad *k* Apostolicæ sedis clementiam magister G. de Favil. *l* suâ nobis insinuatione monstravit, quòd Monachi majoris monasterii, terras in parœcia sanctæ M. de Marchia, *m* excolunt, & ab eadem Ecclesia coloni eorum omnia Ecclesiastica tam necessaria, quàm voluntaria suscipiunt sacramenta, & tamen eidem Ecclesiæ decimas solvere contradicunt: [1 *& infrà.*] ¶ Arbitrantur autem se posse tueri cujusdam transactionis prætextu inter præfatos Monachos, & quendam Sacerdotem memorati Guil. prædecessorem factæ, ut de duabus carrucatis *a* terræ, quas in domino suo Monachi tenent, tertiam tantùm decimarum partem exsolvant: [2 *& infrà.*] ¶ Mandamus, quatenus nisi præfati Monachi transactionem præscriptam, auctoritate Apost. confirmatam esse docuerint, cùm aliàs inter personas facta potiùs, quàm inter Ecclesias videatur, ne pacta inter alios acta aliis obesse patiamur: ipsos & agricolas decimationes ex quibuslibet rebus provenientes ex integro, & illarum quas illicitè detinuerant, justam æstimationem restituere eidem Ecclesiæ compellatis.

[1 *Sed de frugibus tertiam partem solvunt, & duas partes sibi retinere præsumunt, de reliquis autem minutis decimis utpote nutrimentis animalium suorum & de fructibus hortorum nil penitus præstare non erubescant.*]

[2 *Quo fit, ut inde occasionem sumentes malignandi prædia ex agricolarum defectu ad eos devoluta, Monachi in suum magis astutè quàm providè dominium convertunt, quatuor vel fortè plures carrucatas duabus aggregant, non tamen decimas præstantes de illis, quoniam prius de duabus præstitissent, cùm secundùm compositionis tenorem integras de illis decimationes solvere teneantur. Quoniam igitur nos convenit de Ecclesiis providere, ne sua cuilibet videantur jura perire. f. v. p. a. f.*]

CAP. IX.

¶ Sicut super jure præsentandi, ita super annexo non potest transigi, ut recedatur à lite, intervenientе aliquâ temperalitate.

Lucius III. *b Ormensi Episcopo.*

I. PRæterea *c*, quando inter Laicos & viros Religiosos de præsentatione alicujus Ecclesiæ quæstione, suboctâ transigitur, ita quòd præsentationem Laicus obtineat, Religiosi verò novam vel majorem percipiant in Ecclesia, in qua priùs nullam, vel minorem habere consueverant portionem, an hujusmodi transactio teneat, quæsivisti. Cùm igitur ipsa pactio simoniaca meritò videatur: Respondemus, quòd de jure non tenet, nec ex ea Religiosi ullum debent commodum obtinere.

CAP. X.

¶ Super spirituali subjectione non licet transigi.

Cœlestinus III.

II. PRæterea *d* quarto loco quæstio talis accessit, quòd quædam cella eximi voluit à subjectione, quâ matrici domui tenebatur: [*& infrà.*] ¶ Fratres illius cellæ, se confitentes in jure illi domui quondam fuisse subjectos, referebant quæstionem olim de hac subjectione fuisse motam, & transactione sopitam, eatenùs, ut quendam annuum *e* censum Ecclesiæ matrici reddendo, essent à subjectione principalis domûs exempti: [1 *& infrà.*] ¶ Prior consequenter pro majori Ecclesia proponebat, quòd de spirituali subjectione transigere non liceret. Respondemus igitur, quòd ex prædicta fratrum confessione, contra eos sententia procedere debeat, præsertim cùm illa transactio (licèt nobis de illo, quod cella determinatè reddere tenebatur, constare nequiverit) iniquitatem simoniacam continuisse putetur.

[1 *Caterùm ex adverso prior majoris domûs duo pariter allegabat, unum scil. quòd ex quo confessi fuerant, si dudum illi domui fuisse subjectos, & non ante transactionem illam esse exemptos, constabat, eos fuisse rebelles eo ipso, quòd ante transactionem illam & exceptionem se commendabant vel contendebant ab ejusdem ju-*

---

a Post Concil. Lateran. 28. p. 16. & cap. 4. eod. tit. in 1. compil.
b Post Concil. Later. p. 28. c. 10. & c. 3. eod. tit. in 1. compil. c In quibusdam manuscr. excedat. d al. VVigorensi. al. VVigorniensi. e Cap. 6. eod. tit. in 1. compil. f al. de Monistra. g Cap. 1. eod. tit. in 2. compil. h Aliàs, super re religiosa & sacra. i Staupho & Priori de Plib. k C. 3. eod. tit. in 2. compil. l Famulla. al. Flavilla. m Marsbon.

a al. Carrucatis. b Morinensi. al. Orientsi. al. Orin. c Cap. 4. eod. tit. in 2. compil. d Cap. 5. eod. tit. in 3. comp. [cumq; causa debuit Marte percurreret.] e annuatim.

rescissione esse subtractos, nec transactio subsequens eos poterat à tanto crimine inobedientiæ relaxare.]

CAP. XI.

¶ *Iudex potest, & debet se interponere pro transactione inter partes facienda, præterquam in casibus, in quibus jura hoc non admittunt, ut super matrimonio. h. d.*

Honorius III. *I. titulo sanctæ Praxedis Presb. Cardin.*

EX parte tua: [1 *& infrà.*] ¶ Poteris *etiam* ad componendum interponere *a* partes tuas, & interdum aliquid severitati detrahere, prout (statu Imperii & excedentium multitudine, providâ deliberatione pensatis) videris expedire: exceptis nimirum casibus, qui compositionis, seu dispensationis *b* remedium non admittunt, utpote conjugii sacramentum, quod cùm non solùm apud Latinos & Græcos, sed etiam apud fideles & infideles existat *c*, à severitate canonica circa illud recedere non licebit. In his verò, super quibus jus non invenitur expressum, procedas (æquitate servatâ) semper in humaniorem partem declinando, secundùm quod personas & causas, loca & tempora videris postulare.

[1 *Fuit propositum coram nobis, quòd nonnulli Græci furtivè sacros ordines à non suis Episcopis receperunt, quidam etiam excommunicati celebrant in Ecclesiis interdictis, & Græcis ritibus pertinaciter inhærentes, in nullo volunt Latinis obedire Prælatis. Præterea quidam Græci & Latini Episcopi consecrationes faciunt in alienis Episcopatibus, & decimas percipiunt in eisdem in Episcoporum eorundem locorum præjudicium & gravamen, licèt Episcopi Græcorum nec percipere decimas, nec consecrationes hujusmodi consueverunt celebrare. Ad hæc laici Græci uxores suas secundum motum propriæ voluntatis dimittere, aliàs superducere non verentur, ac operari dominicis ac festivis diebus, quemadmodum in profestis. Porrò quidam barones & milites, tam Latini quàm Græci, Abbatias & Ecclesias aliàs cum hominibus & bonis aliis earundem contra justitiam detinentes, decimas non exsolvunt, & aliàs solvere recusantes, in suo errore defendunt: etsi pro his & aliis excessibus feratur in eosdem sententia excommunicationis, eam in animarum suarum periculum & aliorum scandalum vilipendunt. Unde à nobis postulas edoceri, quid tibi agendum sit, & qualiter Metropolitanus puniendus sit, qui quibusdam eundi cum mercibus in Alexandriam contra statutum Concilii generalis licentiam tribuere de facto non expavit. Nos igitur c. 1. 1. resp. ut cùm jura canonica & civilia edita sua ferè in omnibus his articulis præstantia, pro edas in his secundum canonicas & legitimas sanctiones.*]

DE POSTULANDO.
TITULUS XXXVII.

CAP. I.

¶ *Clericus, in sacris vel minoribus beneficiatus, in seculari foro postulare non debet, nisi pro se, vel suâ Ecclesiâ, vel miserabilibus personis.*

Ex Concilio Lateranensi *d.*

CLerici *e* in Subdiaconatu, & suprà, in ordinibus quoque minoribus, si stipendiis Ecclesiasticis sustententur *f*, coram seculari judice Advocati in negotiis secularibus fieri non præsumant: Nisi propriam causam, vel Ecclesiæ suæ fuerint prosecuti, aut pro miserabilibus fortè personis, quæ proprias causas administrare non possunt. Sed nec procuratores villarum aut jurisdictiones etiam seculares sub aliquibus Principibus & secularibus viris, ut justitiarii eorum fiant, quisquam Clericorum exercere præsumat.

a *L. 1. & pen. ff. de novis op. nunc. & 30. dist. per tot.* b *Per etiam in impressis dispositionis.* c *Vid. Tur. Crem. 22. q. 1. in summa.* d *Cap. 12. sub Alexandro III.* e *Cap. 1. eod. tit. in 1. compil.* f *Infero ergò, quòd inedià cogente postulare poterit, l. 1. & ibi Bart. C. de patr. qui fil. distr.*

CAP. II.

¶ *Canonici regulares postulare non possunt sicut Monachi, nisi pro utilitate Ecclesiæ, vel suis monasteriis, & præcepto Abbatis.*

Innocentius III. *Compostell. Archiepiscopo.*

EX parte tua nobis fuit propositum, quòd quidam Canonici regulares non solùm in Ecclesiasticis, verùm etiam in forensibus causis præsumunt Advocati officium exercere. Cumque objiciuntur eis *a*, quod non debent esse forensis, vel Ecclesiastici negotii susceptores vel executores, nisi fortè id monasterii exposcat utilitas, Abbate nihilominùs imperante, ad suam proponunt insolentiam *b* excusandam, quòd capitulum illud, per quod prædicta prohiberi videntur, de Monachis, non de Canonicis regularibus loquitur manifestè. Unde consultationi tuæ taliter respondemus, quòd idem judicium de Canonicis regularibus, quod & de Monachis, quantùm ad supradicta credimus observandum, licèt de Monachis in canone specialiter sit expressum.

CAP. III.

¶ *Se jurando.*

Gregorius IX.

CUm Sacerdotis sit officium *c* nulli nocere, omnibus autem velle prodesse: non nisi pro seipso, vel Ecclesia sua, vel (si necessitas immineat) pro personis conjunctis, aut miserabilibus sibi licitum est postulare: [*& infrà.*] ¶ Clericus autem qui contra Ecclesiam, à qua beneficium obtinet, pro extraneis Advocatus vel Procurator esse præsumit *d*, tanquam ingratus potest (maximè si Clericus sit ejusdem Ecclesiæ) beneficio hujusmodi spoliari.

DE PROCURATORIBUS.
TITULUS XXXVIII.

CAP. I.

¶ *Non auditur quis tanquam alterius Procurator, nisi habeat mandatum legitimè factum.*

Gregorius *Maximo Salonensi Episcopo.*

ALia *e* quidem: [*& infrà.*] ¶ Scripsisse te quibusdam *f* comperimus, quòd prædictos viros tunc *g* ad causam non miseris, & ideo, quæ cum ipsis facta sunt, subsistere non debere: sed & Thomas sibi hoc à te dictum perhibuit; ex qua re nec præsentium portitoribus judicavimus esse credendum *h*, ne de ipsis similiter diceretur. Quia ergò hoc cautiores nos esse præmonsit, instructam personam cum mandato legaliter facto, & Presbyterorum, seu Diaconorum, testiumque subscriptionibus roborato, gestisque ex more indicto transmitte: ut quicquid cum ea actum fuerit, jure subsistat.

CAP. II.

¶ *Non valet sententia, etiam expensarum condemnatoria, lata contra absentem ex probabili causâ legitimè per nuncium excusatum. h. d. quantum ad verum intellectum.*

Alexander III.

QUerelam *i* A. Clerici accepimus: [1 *& 3.*] ¶ Mandamus, quatenus si vobis constiterit, quòd Vigor.

a *Concil. Trident. sess. 22. de reform. cap. 1.* b *Eadem vox supr. de suppl. negl. pral. cap. 2. & fortassis leg. insolentiam, ut ibi notavi: vel dic, insolentiam, id est, injustitiam.* c *Hæc vox, officium, in multis deest, & super verbo, sit, hæc habetur expositio, id est, interest. nec habetur in cap. denuò 14. q. 3. unde sumitur.* d *præsumpserit.* e *Cap. 1. eod. tit. in 1. compil.* f *al. quibusdam nostris.* g *alias nunc.* h *Vid. l. non solum. 4. qui alienum. & ibi Bart. ff. eod.* i *Cap. 1. eod. tit. in 2. compil.*

Episco-

Episcopus, præfatum A. in restitutione expensarum, pro nulla alia rationabili causa condemnaverit, nisi pro eo tantum, quòd in termino constituto ad ejus præsentiam non accessit, infirmitate detentus *a*, cùm non possit quis cogi, nisi velit in gravibus causis Procuratorem constituere, & ipse ad probandum infirmitatem suam, Presbyterum & Diaconum destinaverit, eum absolvere ab eadem sententia minimè differatis.

[1 *Quòd cùm ven. f. n. VVigor. Episcopus causam, quæ vertitur inter ipsum & Sabin. Episcopum super Ecclesiis de Buket. de mandato nostro suscepisset fine debito terminandam: tandem quia idem Clericus termino constituto suam ei exhibere præsentiam non potuit, pro eo quòd erat infirmitate gravatus, sicut per quendam Presbyterum & Diaconum, quos ad præsentiam ipsius Episcopi miserat, paratus erat probare: eundem A. in restitutione expensarum, quas R. Luxon. Archidiac. pro ipsa causa ad diem ipsum tunc veniendo eidem condemnavit.*]

CAP. III.

¶ *Sententia lata cum Procuratore revocato, & de hoc certificato, non præjudicat domino. h. d. secundùm communem intellectum.*

Clemens III.

EX insinuatione *b* Archidiaconi Sagien. accepimus, quòd cùm inter ipsum & magistrum G. super quadam præbenda Lexon. Ecclesiæ controversia mota fuisset: [1 & §.] ¶ Licèt ab eodem Archidiacono Procuratori suo, duobus Clericis præsentibus expressè fuisset inhibitum, ne causæ cognitionem susciperet: ipse nihilominùs in causa procedens, sententiam contrariam reportavit. Cæterùm, quia alter de prædictis Clericis dicitur obiisse, mandamus, quatenus si per ipsius Archidiac. & superstitis Clerici juramentum constiterit de præmissis *c*, sententiâ contra eum latâ nequaquam obstante, prædictæ præbendæ possessionem, cum fructibus inde perceptis (si ejus restitutioni aliud canonicum non obsistat) auctoritate nostrâ restitui faciatis eidem. Restitutione verò factâ, si Archidiaconus ipse suam canonicam institutionem probare potuerit, ipsam ratam permanere appel. postpositâ decernatis.

[1 *Eidem magistro propter hoc ad sedem Apostol. accedenti C. de Curon. procuratorem ipsius Arch. se gerens ad illam causam constituam cum quibusdam literis de ratihabitione, prout decebat, se opposuit. Cum autem aliquantulùm in causa cognitione processum fuisset.*]

CAP. IV.

¶ *Rescriptum super consecutivis judiciis impetratum à Procuratore revocato, & de hoc certificato, non valet, nec processus, vel sententia lata per ipsum, si revocatio pervenit ad adversarium. h. d. secundùm glossam.*

Innocentius III. *Cabilon. & Catalaun.* d *Episcopis.*

IN nostra præsentia Tullen. *e* Episcopus est conquestus, quòd cùm ad causam, quæ inter ipsum *f* & Decanum Tullens. super dilapidatione, excommunicatione, & perjurio, ac quibusdam aliis criminibus *g* vertebatur, T. & G. Presbyteros Procuratores instituens, ipsos ad sedem Apostolicam duxerit destinandos, cùm de ipsorum fide postmodùm titubasset, mandatum quod eis dederat, intra modicum temporis spatium revocavit: sed ipsi licèt mandati literas revocatorias recepissent, nihilominùs in negotio processerunt, & pro Procuratoribus se gerentes, cum adversario ingressi judicium, cum eo ad Parisiens. Archidiaconum & collegas suos in ejusdem præjudicium nostras literas impetrârunt: [1 & §.] ¶ Cumq; prædictus Episcopus ad probandum, quòd falsi Procuratores fuerant, ab ipsis judicibus induciis postulâsset, ipsi exceptionem oppositam inutilem & supervacuam reputantes, ad probationem ipsius dilationem concedere noluerunt: propter quod ad appellationis beneficium convolavit. Sed iidem nihilominus lite non contestatâ, & juris ordine prætermisso, testes contra eum recipere præsumpserunt, ipsum à Tullenen. Ecclesia per sententiam removendo. Nos verò, licèt vix fidem adhibere potuerimus, quòd dicti judices, utpote viri literati, providi & honesti, taliter processissent, maximè cùm in sua relatione (quam ad nostram præsentiam transmisère) de hujusmodi exceptione nullam fecerint mentionem: quia tamen Episcopus per viros religiosos, providos & honestos, de quibus non est verisimile, quòd fræ salutis obliti, ac juramenti religione contemptâ, falsum testimonium tulerint: nobis fecit super his, quæ sunt proposita, plenam fidem, attendentes etiam, quòd falsi Procuratoris exceptio non solùm ante sententiam, verùm etiam postea potest objici *a*: utpote quâ probatâ judicium nullum, & nullius momenti controversiæ reputantur, processum supradictorum judicum sententialiter duximus irritandum.

[1 *Quoniam citatio, licèt eidem Episcopo minimè fuerit præsentata, cùm tamen ad ejus notitiam devenisset, quòd eisdem erat causa commissa, quæ inter ipsum & dictum Decanum & Archidiac. vertebatur, ad earum præsentiam venire properavit.*]

CAP. V.

¶ *Si agitur de adulterio coram judice seculari ad pœnam legalem, non intervenit Procurator: secus si coram Ecclesiastico ad separationem tori.*

Idem *Brixien. Episcopo.*

TUæ frat. *b* [& §.] ¶ Consultationi tuæ *c* taliter respondemus, quod si vir accuset uxorem de crimine adulterii coram judice seculari, ad pœnam legitimâ infligendam, quia tunc inscriptionis vinculum debet arripere, seque ad pœnam talionis adstringere: non per Procuratorem, sed per ipsum præsentem oportet præsentialiter accusare. Si verò vir accusare velit uxorem de adulterio coram Ecclesiastico judice, ut ab ejus cohabitatione discedat, quia tunc etsi forsan oporteat eum inscribere, ut designet in scriptis nomen, locum & tempus, & omnia, quæ comprehenduntur in lege civili *d*: ad talionem tamen non debet se aliquatenùs obligare: ne fortè cùm in probatione defecerit, intentionis suæ consequatur effectum: sustineri potest, si necessitas id postulaverit, ut per Procuratorem accuset: quoniam hujusmodi accusatio, etsi de crimine fiat, non est tamen criminalis, sed quasi mixta inter civilem & criminalem, quanquam in præsentia principalium personarum securius procedatur.

CAP. VI.

¶ *Qui de mandato domini causam procuravit, ab eo repetit expensas propter hoc factas.*

Idem.

CUm pro *e* causa, quæ inter G. & F. Gabilonen. *f* Ecclesiæ Archidiac. vertebatur: [1 & §.] ¶ Diseret. v. mandamus, quatenus expensas Archidiacono restitui faciatis, si legitimè probare potuerit, se de mandato Capituli suscepisse prædicta negotia promovenda, & propter hoc ad sedem Apost. accessisse.

[1 *Procuratores utriusq; partis ad n. præsentiam accessissent. Archid. f. procurator proposuit, quòd à bon. mem. Pp. p. n. confirmationis literas impetravit, sub quibusdam constitutionib. Ecclesiæ de communi assensu Capituli constitutis, ex quarum inobservantia Ecclesiæ*

a *Vid. l. quæsitum. arg. à contrario sensu, ff. de re jud.* b *C. 3. eod. tit. in 2. comp.* c *Vid. l. in bona fide. C. eod. & l. admonendi. ff. eod.* d *al. Cathalan.* e *C. 2. eod. tit. in 3. comp.* f *Episcopum legitur in impressis, & male: antiqui omnes habent, ipsum.* g *Vox, criminibus, deest in omnibus antiquis.*

a *Vid. l. licèt. C. de judic.* b *C. 2. eod. tit. in 3 comp.* c *C. tuæ. inf. de sponsal. est pars hujus c.* d *Vid. l. libellorum. ff. de accus. & l. prætor edixit. & ibi Bart. ff. uti poss.* e *C. 2. eod. tit. in 4. comp.* f *al. Gabion. al. Gablon.*

debito servitio fraudaretur, petebat itaque Procurator pro Archidiacono memorato causam committi, & confirmari constitutiones prædictas, & ea restitui, quæ ad utilitatem ipsius Ecclesiæ coactus fuerat expendisse. & infrà.]

CAP. VII.

¶ *Universitas etiam Scholarium potest ad agendum & defendendum Procuratorem constituere.*

Idem *Scholaribus Parisien.*

QUia in causis, quæ contra vos, & pro vobis moventur, vestra universitas ad agendum & respondendum commodè interesse non potest, postulâstis à nobis, ut Procuratorem instituere super hoc vobis de nostra permissione liceret. Licèt igitur de jure communi *a* hoc facere valeatis, instituendi tamen Procuratorem super his auctoritate præsentium vobis concedimus facultatem.

CAP. VIII.

¶ *Si citatus ad totam causam constituit Procuratorem, quem postèa revocat, potest nihilominùs contra eum procedi, in quantum status causæ patitur sine alia citatione. h. d. quoad intellectum.*

Honorius III. *b Episcopo Egitanensi* c.

AUditis & intellectis, quæ super delegatorum nostrorum processibus fuêre proposita, processus ipsos, & quæcunque secuta sunt ex eis vel ob eos, noveris nos irrita judicâsse, non obstantibus literis, quas de revocatione *d* mandati Procuratori suo Colubrien. Episcopus destinavit: cùm antequam ad illum literæ hujusmodi pervenirent, fuisset super eisdem processibus hinc inde conclusum. Cæterùm memoratum Colubrien. Episcopum, qui procuraverat totum negotium ad examen sedis Apostol. advocari, & postmodùm mandatum factum Procuratori, non sine nostro contemptu, & tuo dispendio revocavit: condemnandum tibi duximus in expensis, quas fecisti à tempore, quoad Procuratorem ipsius revocatoriæ literæ pervenerunt, & facies etiam *e* usquequo per se idem Episcopus, vel per Procuratorem idoneum se nostro conspectui præsentabit, in principali negotio legitimè processurus.

CAP. IX.

¶ *Procurator Episcopi causas Episcopatûs agit & defendit, licèt non fuerat datus sub nomine Syndici vel Actoris.*

Idem *M. & R. Canonicis Mutinen.*

PEtitio vestra nobis exhibita continebat, quòd cùm Mutinen. Episcopus in Livoniam profecturus, vos vicarios suos & procuratores constituit generales, vobis volentibus agere contra detentores bonorum Episcopi Mutinen. vel contra illum agentibus respondere: frequenter opponitur *f*, quòd hoc facere non potestis, pro eo quòd in instrumento Vicariæ, sive procurationis hujusmodi non exprimitur, quòd Episcopus ipse constituerit vos Syndicos vel Actores: [1 *& infrà.*] ¶ Nos igitur ex tenore ipsius instrumenti liquidò cognoscentes, quòd intentio fuit ipsius Episcopi dare vobis agendi & respondendi pro ipso *g* liberam potestatem, exceptionem hujusmodi penitùs reprobamus.

[1 *Vnde humiliter postulâstis, ut cùm per exceptiones hujusmodi frequenter impediatur utilitas Episcopi supradicti, super hoc providere salubriter dignaremur.*]

CAP. X.

¶ *Providere debet judex, maximè in causa matrimoniali, quòd constituens Procuratorem gaudeat plenâ libertate.*

Gregorius IX. *nobili viro Vbaldo* h *civi Pisano.*

ACcedens ad Apostol. sed. [&c.] ¶ Mandamus, quatenus D. nobilem mulierem, quæ sub tua potestate tenetur, plenæ restituas libertati, faciens ipsam ad castrum de Massa Lucanæ diœcesis securè perduci, ut existens ibi libera, Procuratorem liberè ordinare valeat, qui suam coram nobis justitiam prosequatur. Tu ergò super sponsalibus, quæ inter natam tuam & filium ejusdem nobilis contracta proponuntur, procuratorem idoneum ad præsentiam nostram mittas, qui ad agendum & respondendum plenam *a* habeat potestatem.

CAP. XI.

¶ *Si Procuratori generali denegantur inducia ad consulendum Dominum, ex causa probabili absentem, potest Procurator appellare.*

Idem *Cantuarien. Archiepiscopo.*

DIlectus filius magister L. rector Ecclesiæ de Auna transmissâ nobis petitione monstravit, quòd cùm R. Presbyter contra ipsum causâ studii Bononiæ commorantem, super eadem Ecclesia ad judices nostras literas impetrâsset, earum auctoritate à judicibus ipsis eodem rectore citato, Procurator ipsius generalis ad omnia ejus tractanda negotia, pro eo, quòd competentem terminum, intra quem rectorem ipsum consuleret, utrùm deberet contendere vel cedere quæstioni, sibi concedere denegabant, pro eodem nostram audientiam appellavit. Quocirca mandamus, quatenus, si est ita, revocato in irritum, &c.

CAP. XII.

¶ *Si reus recedit à judicio, dimisso Procuratore solummodò ad agendum, contumax est, & condemnatur in expensis.*

Idem *Episcopo Lexmen.*

COnstitutis in præs. n. H. Priore Sagien. & T. Laico dilectum filium O. Subdiac. nostrum super causa, quæ inter ipsos super quadam summa pecuniæ vertitur, concessimus auditorem: [*& infrà.*] ¶ Quia Prior super ipsa pecunia, in qua dictus T. eum sibi suæ uxoris nomine teneri dicebat, recepto libello illicentiatus recessit, quendam Procuratorem dimittens solummodò ad agendum, quem cùm auditor ipse per mandatum procuratorium sibi datum, ad defendendum Priorem sufficientem non viderit, eum ex hoc reputans contumacem, ipsum præfato T. in unam marcham sterlingorum condemnavit, taxatione præhabita in expensis *b*. [*& infrà.*] ¶ Nos autem finem litibus imponere cupientes, & quod ab auditore præfato factum esse dignoscitur approbantes, mandamus, quatenus partibus convocatis, &c.

CAP. XIII.

¶ *Tenet judicium agitatum, cum Procuratore revocato, si revocationem judex & adversarius ignoraverunt. h. d. secundum communem intellectum & verum.*

Idem.

MAndato Procuratoris post litem contestatam à Domino revocato, si hoc ignorante judice, vel adversario factum fuerit, judicium quod idem quasi Procurator postmodùm expertus est, ratum esse debebit.

CAP. XIV.

¶ *Filiusfamilias potest esse Procurator in judicio, etiam ad futuras lites: & Procurator datus cum pluribus simul in solidum præfertur si præoccupavit negotium: secùs si diversis temporibus fuit datus. Item Procurator appellare debet à sententia, nisi ex causa excusetur: quo casu debet Domino nunciare de sententia: appellationem tamen prosequi non tenetur.*

Idem.

NOn injustè judex processit, qui filiumfamilias in Procuratorem admisit. Quamvis ad futuras controversias constitutum. Qui licet simul cum aliis datus fuerit, priùs tamen procurationis officium occupavit. Quod fieri nequivisset in Procuratoribus diversis temporibus constitutis, quoniam dato posteriori, prioris

a *Vide Horat. Luc. tract. de privil. Scholarium, privil. 30.* b *In aliquot, Innoc. III.* c *al. Ægitanensi.* d *recusatione.* e *quousq.* f *proponitur, in aliquot antiq.* g *In multis antiq. est dictio, Episcopo.* h *Vmbaldo.*

a *Plenariam.* b *Vide l. 1. cum not. ibi, ff. quod cujusque univers.*

esset

esset procuratio revocata *a*. Potuit quoque is, & debuit à sententia in eo, quòd lata extitit contra ipsum, nostram audientiam appellare, vel (si justa *b* causa excusabat eundem) saltem Domino contestari *c*, ut ad appellationis beneficium convolaret. Licèt appellationem prosequi non teneretur invitus.

CAP. XV.

¶ Procurator universitatis, cujus majores & jurati sunt excommunicati, non repellitur ab impetrando, nisi illi in procuratorio sint expressi, vel eorum auctoritate factum sit, vel ad id scienter sint admissi. h.d. & est decisio notabilis & subtilis.

Idem.

CONsulti sumus, an constitutus ad impetrandum à communitate aliqua Procurator, ab impetrando deberet excludi pro eo, quòd majores & jurati *d*, per quos eadem communitas regebatur, tempore, quo injunctum fuit procurationis officium, erant excommunicationis sententiâ innodati.

Taliter respondemus, quòd nisi essent illi in literis procurationis expressi, vel aliàs eorum auctoritate Procuratoris *e* institutio facta fuisset, aut sciens eos esse tales, ipsa communitas unà cum eis constituisset eundem, non est Procurator hujusmodi repellendus.

DE SYNDICO.

TITULUS XXXIX.

CAP. UN.

¶ Religiosi debent habere Syndicum, qui causas monasterii agat, & defendat, etiam (si oportuerit) constituto illi salario.

Gregorius Papa *Subdiac. f defensori Siciliæ.*

SIcut studii *g* nostri esse debet à litigiis forensibus Monachos submovere, ita necesse est nostrâ provisione, quemadmodum negotia eorum disponi debeant, ordinare.

Pro qua re tibi præcipimus, quatenus cum Fausto loqui debeas, cui (si voluerit) constituto salario, monasterii generaliter debeas negotia commendare. Expedit enim pro parvo incommodo à strepitu causarum servos Dei esse quietos.

DE HIS, QUÆ VI, METUSVE causâ fiunt.

TITULUS XL.

CAP. I.

¶ Si quis timore mortis, postea ratum non habens, religionem professus, exiit, & matrimonium contrahere potest: secus si à principio, vel ex post facto liberè consensisse.

Alexander III. *Oscen. Episcopo h, & Priori sanctæ Mariæ Cæsaraugust.*

PErlatum est ad audientiam *i* nostram, quòd cùm quidam nobilis & potens M. uxorem suam suspectam *k* haberet, milites sui, ejus præcepto eam ad quandam sylvam ducentes, evaginato gladio occidere voluerunt: sed tandem pietate ducti, sub tali conditione pepercerunt eidem, quòd in monasterio de Colobris *l* habitum susciperet monachalem: [1 & 2.] ¶ Episcopi verò missi à viro, ut ei velùm imponerent, quia juvenis erat, & filium parvulum habebat, mutationem vitæ suæ suspectam habentes, seorsum convenerunt eandem: quæ rem patefaciens, quòd mortis timore monasterium intrabat, proposuit, & quòd inde quandocunque posset, exiret: sed alter *a* Episcoporum (ut viri tyrannidi satisfacere videretur) mulieri velum imponere simulavit: tandem vito de medio sublato, prædicta mulier de monasterio exiens, alium maritum accepit: quos Galagoritanensis Episcopus ad instantiam sororum vinculo excommunicationis adstrinxit: [2 *& infrà.*] ¶ Ideoque mandamus, quatenus prædictam mulierem & virum (recepto sacramento, quòd vestro debeant stare mandato) ab excommunicationis vinculo absolvatis: deinde tam mulierem, quàm Priorissam & Moniales præscripti monasterii ante vestram præsentiam convocantes, si legitimè probatum fuerit, non timore mortis prædictam mulierem religionem intrâsse, aut quod fecit, postmodùm ratum habuisse: ipsam ad monasterium redire, & habitum depositum reassumere *b* censurâ Ecclesiasticâ compellatis.

[1 *Quo audito maritus ejus, quia reservata erat ad vitam, grave plurimùm tulit, sed tamen postmodum acquievit, sicut factum est, quòd duos Episcopos Cæsarang. & Terasonen. ut eam benedicerent & illi velum imponerent, ad monasterium ipsum adduxit.*]

[2 *Ignorans penitùs, quomodo res processisset, quoniam utique sententiam ven. f. n. Terragonens. Archiepiscop. postea confirmavit. Nos igitur de prudentia & honestate vestra confidentes, causam ipsam experientiæ vestræ duximus committendam, & fine debito terminandam.*]

CAP. II.

¶ Qui per metum amissionis patrimonii sui beneficio renunciat, illud repetere potest.

Idem *Episcopo Vigornien.*

ABbas sancti *c* Cadmundi *d*, à quo R. præsentium lator patrimonium suum tenere dignoscitur, milites *suos* & Burgenses ad domum ejus (sicut accepimus) destinavit, qui eum à domo & universa possessione expellerent, nisi Ecclesiam suam penitùs abjuraret: quod cùm idem R. tali modo coactus fecisset, Abbas alii concessit supradictam Ecclesiam. Unde quia quæ metu & vi fiunt, de jure debent in *e* irritum revocari: mandamus, quatenus prædicto R. cum integritate restituas universa.

CAP. III.

¶ Qui terrore Laicorum electioni de se factæ renunciat, si renunciatio juramento vel fide firmata non sit, regimini, ad quod electus erat, præfici potest.

Clemens III.

ADaures nostras *f* te significante pervenit, quòd electus quidam in Libanum cujusdam Ecclesiæ ad terrorem Laicorum renunciavit electioni, quæ de ipso fuerat à Clericis, uno excepto, unanimiter celebrata: [1 & 2.] ¶ Tuæ igitur discretioni præsentibus innotescat, quòd renunciatio facta ad terrorem Laicorum (nisi forte juramento, vel fide interpositâ, sit confirmata) non impedit, quò minùs is, qui renunciavit Ecclesiæ, ad cujus regimen priùs erat electus, præficiatur eidem.

[1 *Is autem, qui dissensit ante electionem ad sedem Apostolic. vocem appellationis emisit. Ideoq; consulere voluisti, si renunciatio facta ad terrorem Laicorum impediat, quò minus ad regimen prædictæ Ecclesiæ is, qui fuerit priùs electus, assumi debeat, & si ejus appellatio valeat, qui se non electurum juravit, & ne alii eligerent, appellavit.*]

CAP. IV.

¶ Qui per metum, qui cadere potuit in constantem virum, beneficio suo renunciare juravit, & renunciavit, illud repetere potest.

Innocent. III. *Decano & Subdiacono Lincon.*

a *Vid. l. si quis eum. § fin. ff. eod.* b *ut infirmitas, paupertas, vel justus metus.* c *id est, nunciare coram testib. l. si procuratorem. 4. si ignorantes. ff. mand.* d *Vid. l. 1. ff. quod cujusq; uni. & c. cum non ignores. de prab.* e *procurationis.* f *lib. 1. epist. 67. Regist. Petro.* g *C. 1. eod. tit. in 1. comp.* h *Restituta est à nobis vera inscriptio. nam perperàm ita priùs legebatur, Exonen. Episc. & Priori S. M. Cæsaria.* i *post Conc. Later. p. 30. c. 13. & c. 1. eod. tit. in 1. comp.* k *suspectam, scilic. de adulterio.* l *Ita manusc. emendatiores, sed fortassis Calabr. et. al. Colubris. al. Tolebris.*

a *Tirasonensis scilicet, nam hic cum Cæsaraugustano velum imponebat, ut patet ex integra.* b *resumere.* c *post Concil. Lateranen. part. 22. cap. 7. & c. 2. eod. tit. in 1. compil.* d *Eadmundi.* e *Vide leg. cum gloss. C. & ff. eod. Item Sat. infrà cit.* f *Cap. 1. eod. tit. in 2. compil.*

AD audientiam a nostram magistro G. de Chevel. b significante pervenit, quòd cùm Ecclesiam de Chevel. canonicè fuisset adeptus, & aliquandiu pacificè possedisset, gravissimo tandem metu Regis, quòd eam resignaret jurare coactus, eam in eorum, ad quos pertinebat, manibus resignavit. Quia verò, quæ vi metúsve causâ fiunt, carere debent robore c firmitatis: mandamus, quatenus si eundem ad resignationem constiterit vobis per talem metum fuisse coactum, qui potuerit & debuerit cadere in virum constantem, non obstante juramento prædicto, quo non ad repetendum, sed ad resignandum solummodò tenebatur, præfatam Ecclesiam ei restitui faciatis.

CAP. V.

¶ *Excommunicatus non est, qui absolutè coactus excommunicato communicat, secùs si coactus fuit conditionaliter.*

Idem *Vidonem.* d *Archiepiscopo.*

SActis e est canonibus: [*& infrà.*] ¶ Distinguimus autem, utrùm is, qui communicat excommunicatis invitus, sit per coactionem adstrictus f, aut per metum inductus. In primo casu talem non credimus excommunicatione teneri, cùm magis pati, quàm agere g convincatur. In secundo licèt metus attenuet culpam h, quia tamen non eam prorsus excludit, cùm pro nullo metu debeat quis mortale peccatum incurrere, excommunicationis labe credimus inquinari.

CAP. VI.

¶ *Metum passo non subveniatur, si non fuit talis, qui cadere potuit in constantem virum.*

Idem *Marsil. & Agathen. Episcopis.*

CUm dilectus filius: [*& infrà.*] ¶ Quia i constitit nobis de voto emisso, & de præstito juramento à Canonicis insularum, quòd regulam Cistercien. observarent, vel translationem ipsius Ecclesiæ ad ordinem illorum nullatenùs impedirent: cùm utrumque servatum non vergat in dispendium salutis æternæ, nolentes viam perjuriis aperire. Non obstante violentiâ, quæ proponebatur illata, cùm neque metum mortis, neque cruciatum corporis contineret k, & ideò non debuerat cadere in constantes. Nec obstante dolo, quo se proponebant fuisse seductos: cùm talis dolus non tam ad circumventionem prædictorum Cistercien. quàm ad fatuitatem eorum debeat retorqueri. Super restitutione petita silentium eis duximus sententialiter imponendum.

CAP. VII.

¶ *Probatur violentia per testes, res amissæ probantur per juramentum. Et super valore rerum amissarum taxatione judicis præmissâ, & secuto petentis juramento, fit condemnatio.*

Gregorius IX.

SUper eo, quòd adversarius vester se conquerebatur à vobis per violentiam spoliatum, arbitramini contra vos fuisse injustè processum, cùm non nisi proprio juramento probaverit singula, quæ amisit. Verùm postquam de violentia per testes, & de amissis rebus per ipsius constiterit sacramentum: potuit judex taxatione ab ipso factâ, pro personarum ac negotii qualitate vos in æstimatione rerum amissarum juramento adversarii declarata, rationabiliter condemnare l.

a *Capit. 1. eod. tit. in 3. compil.* b *Chevelle.* c *Vid. l. metum. 4. sed quod prætor. & 9. volenti. & ibi Bart. ff. eod.* d *Vicension. al. Nidrosiensi.* e *C. 2. eod. tit. in 3. comp.* f *attractus, in manuscr.* g *videatur, in impressis.* h *vid. l. fin. & ibi Bart. ff. de conditt. ob tur. caus. & l. 1. 9. metus. ff. eod.* i *C. 3. eod. tit. in 3. compil.* k *vid. l. 2. & ibi Bart. ff. de noxa.* l *Iste text. reputatur singul. per Abb. hic & Brix. in sua dict. in verb. æstimatio.*

DE IN INTEGRUM RESTITUTIONE.

TITULUS XLI.

CAP. I.

¶ *Si in contractu venditionis vel locationis Ecclesia fuit enormiter læsa, potest adversùs talem contractum petere restitutionem in integrum: emptor tamen sive conductor non debet fraudari in precio suo, vel in sumptibus per eum factis.*

Alexand. III. *Alphonsum. Episcopo.*

REquisivit tua fraternitas, quid agendum sit a de possessionibus laicis sub modico censu concessis? Noveris itaque, quòd si Ecclesia læsa est, & manifestè apparet detrimentum ipsius (cùm Episcopo ejus conditionem facere deteriorem non liceat, & Ecclesia jure minoris debeat semper illæsa servari) quæ in damnum ejus data constiterit, ad ipsius convenit jus & proprietatem redire. Providendum est tamen, ne si forte coloni possessiones illas expensis ac labore suo reddiderint meliores, sumptibus, quos bonâ fide fecerunt, debeant defraudari.

CAP. II.

¶ *Restituitur Ecclesia læsa propter negligentiam Procuratoris, qui jura Ecclesiæ non produxit.*

Innocentius III. *sancti Georgii & sancti Sergii Abbatibus.*

CUm venissent ad Apostolic. sedem electus b, & Monachi Rothon. pro se ac pro monasterio suo, ac magistro A. pro Episcopo Venet. eis sancti Georgii *ad velum aureum* Diacon. Cardinal. dedimus auditorem. Coram quo idem magister pro Episcopi parte proposuit, quòd cùm monasterium Rothonen. esset situm in dioec. Veneten. & Ecclesiæ Veneten. subjectum, prædictus Episcopus possessione subjectionis usus est hactenus inconcussè; sed cùm occasione cujusdam electionis, quæ ibidem facta fuerat, partes de communi assensu ad Natenen. c Episcopum & ejus collegas d, commissionis literas impetrâssent, duo eorum ad monasterium accesserunt: quorum adventum intrusus præsentiens, renunciavit hujusmodi electioni, & se à monasterio absentavit. Sed judices auctoritate Apostol. Monachis injunxerunt, ut Syndicum vel Procuratorem eligerent, qui in causis monasterii & consulte ageret, & utiliter responderet: districtiùs inhibentes eisdem, ne aliquem eligerent in Abbatem, donec plenius cognosceretur de jure, quod Episcopus se habere in Abbatis electione dicebat. Monachi verò etsi Procuratorem ad mandatum *judicum* elegissent, Abbatem tamen contra inhibitionem eorum eligere præsumpserunt: cujus electionem Episcopus petiit infirmari, & se ad possessionem restitui, quâ eum Monachi spoliârant. Deinde judices definitivam sententiam protulerunt, electionem cassantes eandem, quam sententiam dictus magister petiit confirmari. Ad hoc fuit responsum, quòd licet per Procuratorem ex parte Monachorum fuisset propositum, quòd monasterium ipsum ad Roman. Eccles. nullo medio pertineret, dicti tamen judices contra eos procedere nimis animosè cœperunt: [*& infrà.*] ¶ Nos igitur inspectis privilegiis prædecess. nost. Leonis, Gregorii & Clem. quæ monasterium illud ad jus & proprietatem indicant sed. Apostol. pertinere, intelligentes, quòd monasterii Procurator, etsi eadem privilegia coram prædictis judicibus exhibere omiserit negligenter, jus tamen non tam suum, quàm nostrum fuerit protestatus, videlicet, quòd monasterium ipsum ad Rom. Eccles. nullo medio pertineret, nec ipsius negligentia in damnum tam nostrum, quàm monasterii redundaret, ad audientiam restituimus Monas-

a *C. 1. eod. tit. in 1. compil. & post Conc. Later. p. 29. 6.* b *C. 1. eod. tit. in 3. compil.* c *Vincen. al. Venaflen. al. Naveten.* d *Abbates scilicet de Mater, & de Gremat.*

chos

thos Rothon. [*& infra.*] ¶ Electionem autem à Monachis (sicut dicitur) concorditer factam, pendente controversiâ ex qua pendebat, nec confirmandam duximus, nec etiam infirmandam.

CAP. III.

¶ Ecclesia læsa in probatione necessaria omissa, potest petere restitutionem in integrum, non obstante termino juris probationis exclusivo. Et restitutionem petere potest, non solum contra privatum, sed etiam contra Ecclesiam. b. d.

Idem *Helien. & Floren.* a *Episcopis.*

AUditis & intellectis *b* causæ meritis in quæstione, quæ vertitur inter Vigorien. Episcopum & Abbatem de Evesca, super Ecclesiis in valle de *c* Evescam, quas Episcopus asseruit ad se diœcesanâ lege spectare: Abbas autem eas ab ejus jurisdictione prorsus esse exemptas, cognovimus evidenter Ecclesias illas per privilegia illa Rom. Pont. non esse ab Episcopali jurisdictione subtractas, nisi fortè vallis de Evescam sit ille locus, qui fuit à duobus Regibus *d*, Roe videlicet & Offa libertate donatus, & quem bonæ memoriæ Cœlestinus Papa libertate donavit, sicut in ipsius privilegiis continetur. Verùm tanto tempore probantur per testes ab Abbatibus de Evescam pleno jure possessæ, ut videatur in eis jus Episcopale legitimè præscripsisse, nisi fortè per tantum temporis spatium Vigorien. Ecclesia interim vacavisset, et tempore vacationis subducto, præscriptio minime sit completa: [*& infrà.*] ¶ Licet autem utrinque sit in causâ conclusum, quia tamen utraque pars necessariam (ut asserit) probationem omisit: nos attendentes, quòd utraque Ecclesia fungatur jure minoris, æquitate pensâ, utramque restituimus contra reliquam, ad probandam rationem *e* omissam, ne alterutra pars propter hujusmodi negligentiam gravi jacturâ lædatur.

CAP. IV.

¶ Restitutio ex justa causa etiam majori est concedenda, dummodo justa causa petendi probetur. Si autem non probatur plene vel semiplene, conceditur restitutio in causa favorabili. b. d.

Idem *Priori sanctæ Mariæ ad carceres, & L. Canonico sanctæ Mariæ de Mandria f.*

EX literis *g* Abbatis de Caluen. didicimus, quòd cùm Ramisane. & Grimol. Archipresbyteri inter I virum & L. mulierem ex delegatione nostra sententiam divortii promulsissent, & appellat. interpositâ *h* cognitionem sententiæ ipsi Abbati & Archipresbytero Paduano duximus committendam: quia pars mulieris ad peremptorium terminum non accesserat, Abbas ipse, cui alter conjudex commiserat vices suas, allegationibus diligenter inspectis, latam à judicibus prædictis confirmavit sententiam: sed post octo dies pater puellæ accedens ad ipsum, intellecto quòd sententiam protulisset, firmavit proprio juramento, quòd quidam ad eum & filiam ejus accedens, fraudulenter sub ipsius Abbatis nomine fictas eis *i* literas præsentavit, quibus mandabatur eidem *k*, ut quia judex ad diem, quàm affignaverat, venire non poterat, post octo dies à termino constituto, ipsius se conspectui præsentaret: & postmodùm appellavit ad sedem Apostolicam, & etiam supplicavit. Licet autem de fraude taliter perpetrata per hujusmodi juramentum non constet ad plenum, in favorem tamen matrimonii de benignitate canonica contra fraudem propositam supplicationem mulieris admisimus, & ad audientiam recitativum eam pro matrimonio postulantem. Ideoque mandamus, quatenus de causâ prioris appellationis ordine judiciario cognoscentes, confirmetis vel infirmetis, sicut justum fuerit, sententiam à primis judicibus promulgatam.

CAP. V.

¶ Etiam contra sententiam Papæ restituitur Ecclesia. hoc primo. Et causa restitutionis in integrum debet præsentibus partibus tractari. hoc secundo. hæc duo dicit quoad titulum.

Idem *Episcopo & Capitulo* a *Oscenen.*

TUm *b* ex literis Cœlestini Papæ, prædecessoris nostri, tum ex his, quæ ipsius temporibus gesta fuerunt, gravem *c* Ilerden. Ecclesiæ intelleximus quæstionem per sententiam Eugenii Papæ super Ecclesiis quibusdam prolatam, se læsam enormiter, & olim & nunc etiam conquerentis: unde cùm idem Cœlest. tempore Anastasii Papæ proximi successoris ejusdem Eugenii in minori adhuc officio constitutus, in partibus Hispaniæ legationis officio fungeretur, & *d* ex delegatione ipsius cognoscere cœpit de controversia memorata, cui etiam Alexand. successor ipsius Anastasii, officio legationis denuo in partibus ejusdem fungenti, causam commisit eandem: idem quoque Cœlestinus ad apicem summi Pontificatûs promotus G. sancti Angeli Diacon. Cardin. tunc Apostol. sed. Leg. dictam controversiam sub eotenore commisit, ut inspectis Ilerden. Ecclesiæ privilegiis, auditis etiam partium *e* rationibus, memoratâ sententiâ non obstante, definitivam proferret sententiam, eamque faceret observari: verùm quoniam per ipsum Legatum, aut per alios, quibus sub eodem tenore causa eadem commissa extitit (licet producti testes ex parte Ilerden. Episcopi recepti fuerant) mandatum Apostol. non extitit adimpletum, magister A. Canonicus Ilerden. postulavit per officium nostrum dictam sententiam in melius reformari, & contra eam restitui Ecclesiam Ilerden. Nos igitur cum fratribus nostris & aliis deliberavimus diligenter: nonnullis asserentibus, quòd cùm prædictus C. *f* præd. noss. contra jam dictam sententiam visus fuerit Ilerden. Ecclesiæ restitutionis beneficium indulsisse, cùm eâ non obstante duxerit negotium committendum, & nos supplicationem ejusdem Ecclesiæ admittere debebamus *g*, præsertim quia sententia Roman. sed. non negatur posse in melius commutari, cùm aut surreptum aliquid fuerit, aut ipsa pro consideratione ætatum & temporum, seu gravium necessitatum dispensativè quicquam ordinare decrevit. Et secundùm jura civilia Principes etiam contra res bis judicatas in auditorio suo examinari restitutionem in integrum permiserunt. Perspeximus quoque ex data sententiæ in registro dicti Eugenii Papæ repertæ, quòd primo mense sui Pontificatûs fuerit promulgata: quando non plenè de meritis ipsius causæ videbatur instructus, illâ nitens præcipuè ratione, quòd privilegium Urbani secundi ex parte vestra productum, subjectum fuerat falsitati, cujus tenorem nos in registro ipsius invenimus incorruptum. Tandem deliberatio nostra in hoc resedit: ut an data sit restitutio, an danda contra præmissam sententiam, partibus præsentibus decernatur, quarum assertione merita causarum panduntur. Quocirca mandamus, quatenus usq; ad festum B. Lucæ, vel in propriis personis, vel per idoneum responsalem nostro vos conspectui præsentetis, quòd dicta sententia retractari non debeat (si poteritis) ostensuri: vel si fortè exigente justitiâ fuerit retractanda, vel per vos, vel per responsalem idoneum appareatis *h* sufficienter instructi: ut in principali negotio canonicè procedatur: pro certo scituri, quòd cùm propter multam horum distantiam non possit ad nos sine magnis laboribus & expen-

a *Rairosen. al. Rosen. in plur. manuscr. al. Foren.* b *C. 2. eod. tit. in 3. comp.* c *Super quibusdam Eccl. in valle de Evescam consist. al. Vesciam.* d *In uno manuscr. ita: O videlicet & l.* e *allegationem sua intentionis.* f *al. Mantria, al. Mantua.* g *C. 3. eod. tit. in 3. comp.* h *Interposita ad nos &c.* i *ei.* k *eisdem.*

a *Oscen. al. Oscenens.* b *Capit. 4. eod. titul. in 3. compilation.* c *Vide Ioann. Vicsum in Annal. Hispaniæ, cap. 20.* d *deest in antiq. dictio, &c.* e *id est, partibus & allegationibus.* f *Papa.* g *debeamus.* h *compareatis.*

sis ꝛpius haberi recursus, si ad præmissum terminum, quem vobis peremptorium assignamus, injuncta vobis contempserit is adimplere: nos nihilominùs in ipso negotio, quantùm de jure poterimus, procedemus.

CAP. VI.

¶ Petito restitutionis in integrum contra sententiam, suspendit regulariter executionem sententiæ in eventu ipsius causæ restitutionis: fallit, si contra petentem restitutionem est præsumptio malitiæ, quòd causâ differendi executionem hoc petat: quo casu executio fit, præstitâ cautione de restituendo, si petens restitutionem obtinebit in causa. h.d. secundùm mentem junctâ glos. pen. & in hoc ultimo est ipse text. valdè singularis respectu utriusq; juris.

Idem.

SUscitatâ *a* super diversis articulis inter Burgens. Episcopum & Ovien. monasterium quæstione: [& ſ.] ¶ Nos intellectis, quæ utraque pars proposuit coram nobis super quatuor articulis prænotatis, monasterium Ovien. justitiâ condemnavimus exigente. Sententiâ verò latâ, Procurator monasterii ad probandam præscriptionem factam, tam super quatuor articulis prænotatis, quàm etiam super quibusdam decimis per transactionem acquisitis, restitutionem in integrum nomine monasterii postulavit, quam eidem duximus indulgendam: [& infrà.] ¶ Ne verò per excogitatam malitiam (sicut ex præsumptionibus pluribus videbatur) effectum sententiæ in damnum Episcopi contingeret impediri, néve monasterium per executionem sententiæ propter diversas suspiciones incurreret detrimentum: nos æquitate pensatâ, jure duximus providendum, ut ante omnia supradicta sententia executioni mandetur: [& infrà.] ¶ Volumus nihilominùs & mandamus, ut *b* ab ipso Episcopo recipiatis idoneam cautionem: quòd si monasterium in causa ipsa prævaluerit, universa, quæ medio tempore sententiæ ipsius occasione perceperit, monasterio restituat memorato.

CAP. VII.

¶ Post peremptorium non auditur Ecclesia de jure communi, auditur tamen per beneficium restitutionis in integrum.

Honorius III. *Archiep. & Capitulo Bracharen.*

COram felicis mem. I. Papa præd. n. lite inter Archiepiscopum Toletan. & te, frater Archiepiscope, super primaria solenniter contestata, fuit peremptorius terminus assignatus: [& infrà.]

¶ Verùm elapso termino constituto, post expectationem non modicam compatuerunt Procuratores vestri: sed quia non attulerant depositiones testium & alia munimenta, dilationem cum instantia postulârunt. Postquam verò contra *c* eos interlocuti fuimus super dilatione petita, tandem indulgeri Ecclesiæ Bracharen. dilationem propter instructionem causæ, per auxilium restitutionis in integrum postulârunt, exhibentes super hoc ex parte vestra speciale mandatum. Nos autem usque ad octavas Pentecostes per restitutionis beneficium id vobis duximus indulgendum *d*.

CAP. VIII.

¶ Restituitur minor in eo, quod contraxit vel omisit, si probat exinde se læsum, & sit intra tempora restitutionis petenda.

Gregorius IX.

CONstitutus in nostra præsentia magister Guil. pro se ac fratre suo I. Canonico Patrosinen. *e* exhibitâ nobis petitione monstravit, quòd *f* eis in minori constitutis ætate, ac eorum matre (cujus successores existunt) rebus humanis exemptâ, quondam G. pater ipsorum quasdam possessiones utrique communes quibusdam vendidit pro quadam pecuniæ quantitate, ac (ut hujusmodi venditio robur firmitatis haberet) emancipavit eosdem *a*, & fecit eos contractui consentire. Quare supplicavit, ut vel venditionem eandem mandaremus nunciari nullam, vel cùm adhuc existant intra tempus ad obtinendum beneficium in integrum restitutionis indultum, & intra annum & diem à tempore contractus, ipsis tanquam proximioribus competeret super alia portione jus offerendi emptoribus pretium, juxta municipii Patrosinen. consuetudinem approbatam, quod hactenus omiserunt, dignaremur eis super utroque (cùm in hoc non modicum læsi noscantur, & emptoribus portionis ejusdem, vel eorum successoribus pretium sint offerre parati) per idem beneficium subvenire. Quocirca mandamus, quatenus si præmissa inveneritis veritate subnixa, vel venditionem prædictam, quoad partem ex successione materna ipsos contingentem, nullam nunciare curetis, si in ea debita juris solennitas est omissa: vel si forsitan interyenerit, & eos læsos esse constiterit, tam super ea, quàm super residua portione, dum tamen quod offerunt duxerint faciendum *b*, auctoritate nostrâ in integrum restituere studeatis.

CAP. IX.

¶ Restitutio in integrum postulanda est ab ordinariis administrationem habente, vel à delegato ab eo: sive hæc causa sit specialiter delegata, sive incidat in causa generaliter sibi commissa. Ab ordinario verò administrationem non habente, vel à delegato peti non debet, nisi veniat incidenter in causa. Arbiter autem de causa restitutionis non cognoscat, nec potest assumi in majoribus causis.

Idem.

CAusa restitutionis in integrum, coram judicibus ordinariis administrationem habentibus, vel delegatis ab eis tractari poterit & finiri *c*, sive hoc ipsis delegatis specialiter demandatum fuerit, sive in *d* commisso eis negotio contingat incidere hujusmodi quæstionem. Delegati verò ab ordinariis, qui administrationem non habent, sed tantummodò facultatem judicandi, seu Arbitri de hac causa cognoscere nequeunt, nisi coram eis mota fuerit incidenter. In matrimoniali quoque causa, liberali vel criminali, cùm majores judices exigant, Arbiter nequit assumi.

CAP. X.

¶ Restitutio denegata Ecclesiæ, ulteriùs sibi non conceditur, nisi ex nova causa: restituitur tamen ad appellandum à sententia denegationis.

Idem.

BEneficio restitutionis in integrum Ecclesiæ tuæ in alio judicio denegato, restitutio (præterquam ad appellationem omissam) videtur eidem Ecclesiæ posse denegari, nisi novis defensionibus ad hujusmodi sit beneficium admittenda.

DE ALIENATIONE JUDICII mutandi causâ factâ.

TITULUS XLII.

CAP. I.

¶ Is, in quem facta est alienatio rei causâ mutandi judicii, convenitur per rescriptum impetratum contra alienantem.

Alexander III. *Dulmen.* c *Epist.*

EX quorundam *f* relatione audivimus, quòd cùm aliqui literas à nobis commissionis impe-

a *Cap. 1. eod. tit. in 4. compil.* b *al. quatenus* c *inter ecc.* d *Vid. l. si quando. & ibi Bart. C. de dilat.* e *Paronen. al. Paveneſ.* f *Hic in vulgat. habetur dictus, cum, quam necsirie oratorum admiserit, nec habent manuscr.*

a *Infero, quòd qualitas Clericatus & Canonicatus non haberet quem à patria potestate, sed sola Episcopalis. Cenc. in auth. quæ dign. §. palam. & auth. dignitas. C. de Episc. & Cler.* b *In una antiquo, ipsis auctoritate nostrâ.* c *Vide leg. fin. & ibi Bart. C. ubi & apud quem.* d *Dictio, in, deest.* e *ut cap. 14. de app. in 1. compil.* f *Cap. 1. eod. tit. in 1. compil. & post Concil. Lateran. sub Alexand. 3. p. 49. c. 1.*

erant.

trant, adversarii (ut mandatum nostrum eludant) antequam literæ ad judicem perveniant, vel etiam postea, priusquam citentur ab eis, in vocem appellationis prorumpunt: [1 & 3.] ¶ Nos igitur contra prædictam calliditatem & versutiam providere volentes: mandamus, quatenus si adversarii eorum pro evacuando nostro mandato taliter appellaverint, aut de possessione, de qua controversia vertitur, commutationem fecerint *a*, vel se malitiosè duxerint absentandos: eos, qui in possessionem se ingesserint, appell. cess. cogatis sub vestro examine juris æquitati parere.

[1 *Vel commutationem facientes aliquos in possessionem eorum, de quibus controversia vertitur, malitiosè inducunt.*]

CAP. II.

¶ *Clericus causâ mutandi judicium, non debet recipere cessionem à Laico.*

Gregorius IX. *Abbati S. Nicolai, & Decano Furnen.* b *Morinen. diœces.*

EX parte Scabinorum *c* Hipretis *d* fuit propositum, quòd inter Laicos ejusdem loci quæstionibus emergentibus dirimendis per judicium seculare, quidam Clerici sibi dono vel precio ab aliquibus Laicorum ipsorum cedi faciunt actiones, ut adversarios ad Ecclesiasticum forum trahant, & prædam ex hujusmodi commercio assequantur: [*& infra.*] ¶ Cùm igitur cessiones & emptiones litium legitimæ prohibeant sanctiones, ita quòd jactura causæ afficiant illos, qui sibi potentiorum patrocinium taliter advocare præsumunt, & ex eo sint etiam odiosæ, quòd ex fonte cupiditatis videntur procedere: mandamus, quatenus Clericos memoratos à præsumptione hujusmodi per cens. Eccl. compescatis.

DE ARBITRIS.

TITULUS XLIII.

CAP. I.

¶ *Arbitri sunt in dispari numero assumendi, & eis discordantibus standum sententiæ majoris partis.*

Ex Concilio Africano. *e*

SANÈ *f*: [*& infrà.*] ¶ Si autem ex communi placito Episcoporum, inter quos causa versatur, arbitros elegerint, aut unus eligatur, aut tres: ut si tres elegerint, aut omnium sequantur sententiam, aut duorum *g*.

CAP. II.

¶ *Nullum est arbitrium seu arbitramentum continens peccatum per partes non remissibile.*

Alexander III. *Eboracen. Archiepiscopo.*

NOn sine multa necessitate *h* A. Presbyter nobis proposuit, quòd cùm in Ecclesia sancti Alphridi per manum R. Archidiac. de Suella personæ illius Ecclesiæ *i* Capellanus institutus fuisset, eodem R. mortuo, M. nepos ejus, qui sibi in Ecclesia jam dicta successit, eundem Presbyterum Capellanum ibidem iterùm ordinavit: [1 & 3.] ¶ Cùm autem idem Presbyter extra provinciam exulans, de suo beneficio non posset justitiam obtinere, nec suam ulteriùs inopiam sustinere, per dolum & fraudem ipsius M. ab eo est sacramentum extortum, ut arbitrium Clericorum duorum exinde susciperet & servaret: qui jam dicto M. faventes & Presbytero præceperunt, ut quinque marchas ab eodem susciperet, & toti cederet quæstioni. Quoniam igitur non decet te aliquatenùs sustinere, ut quod perperàm arbitrati sunt, debeat incorrectum relinqui: mandamus, quatenus si te cognoverint præfati Clerici tam nequiter arbitratos fuisse, dictum Presbyterum ab observantia juramenti auctoritate nostrâ prorsus absolvas: vel si arbitrium ipsum noveris æquitate subnixum, ad observantiam ipsius utramque partem app. cessante compellas.

[1 *Quorum temporibus xxx. annis & ultra Capellaniam ejusdem Ecclesiæ pacificè se asserit tenuisse, tandem verò idem M. ab eadem Ecclesia volens ipsum Presbyterum removere, in eum capit indebitas exactiones exercere: & quidam ejus homo circa domum suam egressus, violentas manus in eum injecit: & idem M. nisus est eum circumvenire, ut pro v. marchis argenti, quas etiam idem M. ei promittebat annuatim nomine pensionis solvendum, prædictæ Capellaniæ cedere non differret. Præfato verò Presbytero nolente ejus exequi voluntatem, M. prædictus tantum dicitur fecisse, quòd post multas injurias & gravamina sibi illata, occupatis omnibus aliis rebus ab officio & beneficio est suspensus vel spoliatus.*]

CAP. III.

¶ *Arbiter assumptus in patrimoniali causa Clerici, non potest adjudicare rem Ecclesiæ possidendam, etiam ad vitam Clerici. hoc dicit, & est casus notabilis.*

Idem *Exoniensi Episc.*

PErvenit *a* ad nos, quòd cùm G. de Cal. sororem G. Clerici duxisset in uxorem, idem G. fidei interpositione firmavit, quòd v. solidos sterlingorum annuatim daret eidem: unde cùm super eisdem v. solidis inter ipsos controversia mota fuisset, in quatuor compromisère personas, quæ taliter arbitratæ fuerunt, quòd idem G. decimas, quas in parœcia de Cal. præfatus G. habere dignoscitur, pro v. prætaxatis solidis perciperet annuatim. Unde quoniam hujusmodi arbitrium Ecclesiæ posset in posterum perniciosum existere: mandamus, quatenus si ita inveneris, prænominatum G. diligenter commoneas, & Ecclesiast. district. *b* compellas, ut prælibatas decimas liberas omninò dimittat, nec sibi occasione hujusmodi aliquid ulterius vendicare præsumat. Clericum verò moneas, ut cum eodem G. amicabiliter studeat convenire.

CAP. IV.

¶ *In mulierem singularem tanquam in arbitratricem compromitti non potest: secus si mulier habet alias jurisdictionem de jure communi vel consuetudine: nam tunc etiam super rebus temporalibus Ecclesiæ potest in eam valdè compromitti. h. d. clarè.*

Innocentius III. *Cancellario & magistro Loth. Canonico Parisiensi.*

DIlecti filii Abbas *c* & conventus de Scarduna Cistercien. ordinis, suâ nobis querelâ monstrârunt, quòd cùm inter eos ex una parte, ac Hospitalarios ex altera, super usuario cujusdam nemoris quæstio verteretur, in A. Reginam Francorum fuit compromissum utrinque, quæ causæ meritis intellectis, arbitrium duxit per diffinitivam sententiam promulgandum: [1 & 3.] ¶ Quamvis autem secundùm regulam juris civilis fœminæ à publicis officiis sint remotæ, & alibi dicatur *d*, quòd licet summæ opinionis existant, si arbitrium in se susceperint, vel, si patronæ inter libertos suos interposuerint audientiam, ab omni sunt *e* judiciali examine separandæ, ut ex earum prolatione nulla pœna adversùs earum contemptores, nullaque pacti exceptio habeatur: quia tamen juxta consuetudinem approbatam, quæ pro lege servatur, in partibus Gallicanis fœminæ præcellentes in subditos suos ordinariam jurisdictionem habere noscuntur, mandamus, quatenus Hospitalarios, ut arbitrium ipsum, præsertim cum Episcoporum fuerit præsentiâ & consilio roboratum, sicut providè latum est, & ab utraque parte sponte receptum, observent; per pœnam in compromisso statutam appellatione postpositâ compellatis.

a *Vide l. fin. cum gloss. C. de litig.* b *al. Faven.* c *Scabinos vocant Belgæ & alii populi, senatores seu oppidorum magistratus.* d *Hipretis.* e *Conc. Afric. 81. Concil. Milevit. c. 24. Burch. lib. 1. decr. cap. 81. fol. p. 3. c. 176.* f *cap. 4. De for. comp. in 1. compil.* g *Vide l. item si unus. & l. si in tres. ff. eod.* h *cap. 1. eod. tit. in 2. compil.* i *vox, Ecclesiæ, deest in aliquot vet.* k *eidem Presbytero.*

a *C. 2. eod. tit. in 2. compil.* b *Id est, Ecclesiasticâ districtione, vel disciplinâ. non dissentiunt.* c *Cap. 1. eod. tit. in 3. compilat.* d *l. ult. C. de arbitris.* e *al. sint.*

[1 Et redactam in scripto proprio Episcoporum, qui ibi interfuerunt, fecit firmari sigillis, contra cujus sententiam Hospitalarii tamen venire non tacent.]

CAP. V.

¶ *Ecclesia exempta non potest in præjudicium exemptionis compromittere. h. d. & clarè.*

Idem *Abbati & Conventui de Pigravia.* a

CUm tempore C. Papæ *b* prædecess. nost. [1 & 3.] ¶ Super controversiis, quæ inter te & Mersburgen. Episcopum, & quosdam tuos Monachos vertebantur, te promisisti arbitrium Magdeburgen. Archiepiscopi servaturum: [2 & 3.] ¶ Quia legitimè constitit, quòd fide hinc inde datâ, compromissum est in Archiepiscopum memoratum, nos arbitrium ab ipso prolatum decernimus observandum, illis duntaxat capitulis exceptis, quæ contra libertatem ipsius monasterii, & duarum capellarum ejusdem in arbitrio sunt expressa. Cùm etsi sponte volueris, de jure tamen nequiveris, sine licentia Roman. Pontif. renunciare privilegiis vel indulgentiis libertatis, quæ monasterium illud indicant ad jus & proprietatem Rom. Eccles. pertinere.

[1 *Tu fili Abbas ad Rom. Ecclesiam accessisti, & privilegia & alia scripta à sed. Ap. meruerit obtinere, Memburgen. Episcopus, sicut asseris, propter hoc est graviter contra te commotus, tu verò timens tibi & monasterio tuo periculum imminere.*]

[2 *Sicq; factum est, ut idem Archiepiscopus adjunctis sibi tam Clericis quàm Laicis sub certa forma arbitrium promulgavit, & causas suspectionis multiplices assignavit. Consequenter etiam judicium velens declinare, sed. Ap. appellavit, sed reversus postmodùm coram eisdem sacramentum de calumnia præstitit, & testes produxit, petitis dilationibus & obtentis. Ipsi verò judices procedentes in causâ, auditis attestationibus utriusq; partis gesta omnia, sigillorum suorum munimine roborata, ad sed. Ap. destinârunt, terminum partibus imponentes, quo recepturæ sententiam Ap. sed. se præsentarent.* & infrà. ¶ *Quia verò memoratus Episcopus, eò quòd juramentum præstitit de calumnia, & à delegatis inducias postulavit, & testes coram eis produxit, renunciâsse appellationi videtur, & eorum examini consensisse: Nos habito f. n. con. in præmissa incidenti quæstione interlocutas fecimus, & quòd deberent, quæ coram prædictis judicibus gesta fuerant, publicari, ut secundum tenorem ipsorum nostra tandem sententia informaretur: tibi igitur & procuratoribus supradictis Episcopi, ven. fr. n. Hostien. Episcop. & dil. fil. P. ti S. M. Ecclesiæ Presbyterum Cardinalem dedimus auditores, qui cùm ea, quæ fuerunt hinc inde proposita & ostensa, nobis & fratribus nostris fideliter retulissent.*]

CAP. VI.

¶ *Arbiter non habet potestatem judicandi ultra comprehensa in compromisso: ideò coram eo non sit reconventio.*

Idem *Episcopo S. Andreæ, & Abbati de Bechot.* d

CUm dilectus filius: [& infrà.] ¶ Utrùm *e* coram arbitris reconventioni sit locus, postulâsti per sed. Apost. explicari. Nos igitur respondemus, quòd licèt in judicio convenientem reconvenire valeatis, qui coram judice convenitur, coram Arbitris tamen reconveniri non potest: cum Arbitri judicare non valeant, nisi de his tantùm, super quibus in eos extiterit compromissum.

CAP. VII.

¶ *Qui per arbitrium tenetur eligere cum aliquorum consilio, tenetur illorum consilium in tractatu electionis requirere sed sequi non adstringitur.*

Idem *Rectori & fratribus Hospitalis S. Bartholomæi Lucani.*

CUm olim *a* super eligendo in Hospitali vestro, rectore & fratribus inter vos & Priorem sancti Barthol. Lucan. coram judicibus delegatis quæstio verteretur, & utraque pars in eos compromittens, ipsorum arbitrium se promiserit servaturum: super prolato ab ipsis arbitrio utrinque dubitatio est exorta, quam petiistis per sed. Apost. declarari. Nos igitur publico instrumento arbitrium continente diligenter inspecto, cognovimus, quòd secundum formam arbitrii Prior sancti Barthol. Lucan. tenetur habere consilium cum familia Hospitalis ejusdem, & tractare cum ea de inveniendo rectore. Propter quod dicimus, quod nisi Prior super inveniendo rectore tractaverit cum familia Hospitalis, & ipsius consilium requisierit, non habet potestatem eligendi rectorem: & si alio modo eum elegerit, ejus electio haberi debet irrita & inanis. Verùm habito *b* cum familia super hoc consilio & tractatu, Prior liberè potest rectorem eligere, duntaxat idoneum, sive concordet, sive discordet familia cum ipso super inventione rectoris.

CAP. VIII.

¶ *De rebus spiritualibus in Laicum compromitti non potest.*

Idem *in Concilio generali* c.

COntingit *d* interdum, quod cum actori: [& infrà.] ¶ Ad hoc generaliter prohibemus, ne super rebus spiritualibus compromittatur in Laicum; quia non decet, ut Laicus in talibus arbitretur.

CAP. IX.

¶ *Auctoritate judicii causa etiam delegati potest de causa spirituali in Clericum & Laicum compromitti: & si arbitrium est à partibus receptum, debet à partibus executioni mandari, licèt per generalem Procuratorem factum fuerit compromissum. Si autem non fuit arbitrium approbatum, & pœna fuit apposita, agitur ad pœnam, aliàs ad interesse. h. d. generaliter inhærendo sententiæ.*

Idem *Pisano Archiepiscopo.*

PEr tuas *e* literas intimâsti, quod cum super executione arbitrii, quod inter Hospitalarios sancti Joannis & Plebanum de Piscia *f* super hospitali sancti Alucii *g* latum erat, à nobis literas accepisses: [1 & infrà.] ¶ Plebanus proposuit, quòd ad causam tractandam *h* Procuratori dedit generale mandatum, non tamen ei mandavit, ut sine speciali mandato compromittere posset, vel transigere super eo. Et præterea Procurator jam dictus de assensu Canonicorum suorum non fuerat institutus: & ideò dicebat arbitrium non valere: præsertim cùm Procurator fines mandati excesserit, & arbitrium fuerit per unum Clericum & duos Laicos promulgatum, licèt ipsi de assensu Genuens. *i* Archiepiscopi, cui causa commissa fuerat, arbitrium protulissent: [2 & 3.] ¶ Super quo frater. t.t.r. quòd si ex parte Plebani arbitrium receptum fuerit, indistinctè ratum haberi debet, ac per hoc juxta tenorem mandati Apost. executioni mandari. Si verò receptum non fuerit, refert, utrum fuerit vel non, de observando ipsum pœna statuta. Et q. idem si pœna apposita fuit, agi potest ad pœnam: at si nulla statuta fuerit, sed simpliciter fuit, quòd staretur sententiæ, compromissum Procurator ad interesse poterit *k* conveniri, quia juramento suo seipsum personaliter, non Ecclesiam poterat obligare. Quòd autem à duobus Laicis & uno Clerico dicitur esse prolatum, nequaquam obviare videtur, cùm auctori-

a *al. Pigamia. al. Pisana.* b *Cap. 2. eod. tit. in 3. compilat.* c *Hinc videtur inferri, quòd exempta Ecclesia non potest renunciare privilegio libertatis, contra l. si quis in scribendo. C. de pactis.* d *al. Beton.* e *Cap. 3. eod. tit. in 3. compil.*

a *Cap. 4. eod. tit. in 3. compilat.* b *al. ita: verùm habito fratrum & familiæ super hoc consilio & tractatu, &c.* c *Later. c. 40.* d *Cap. 1. eod. tit. in 4. compil. Reliqua pars hujus capitis habetur in c. contingit. 3. de dolo & contum.* e *Cap. 2. eod. tit. in 4. compil.* f *Pisa.* g *Alluris.* h *In aliquot exempl. quòd licit ad causam tractandam proc. suo dederit generale mand. &c quæ bellè planior est.* i *Ianuens.* k *Videl. Plautius. ff. de procur.*

tate dicti Archiepiscopi factum sit, cui causa, de qua dicitur compromissum, fuerat delegata.

[1 *Partibus in tua praesentia constitutis, Hospitalarii à te executionem arbitrii postulabant, asserentes illud debere observari, pro eo quòd Procurator Plebanis sponte in arbitros juramento interposito compromisit, quoniam dicebant, compromittendo & transigendo super eodem negotio (arbitrium) recepisse.*]

[2 *Unde cum super his dubietas fuisset exorta, per Ap. sed. oraculum docere petisti, qualiter super negotio isto tibi sit procedendum.*]

CAP. X.

¶ *Si per duos electos ad eandem praelaturam in discordia compromittitur in ordinarium, morte alterius compromittentium expirat compromissum: ordinarius tamen ex potestate ordinaria procedit super jure superfluis, attequam sint transitus ad aliam electionem. h. d.*

Honorius III. *Archiepiscopo Colonien.*

EX parte tua nostris est auribus intimatum, quòd vacante praepositurâ sancti Cuneberti *a* in Colonia, Canonici ejusdem Ecclesiæ vota sua diviserunt in duos, videlicet H. de Juliaco, *b* & C. de Lombardia *c*: [& *infrà.*] ¶ Cumque postmodum tractaretur super electione hujusmodi, & partes essent in tua praesentia constitutæ, in te demùm super hoc fide praestitâ compromittere curaverunt, qui causæ meritis diligenter inspectis, ad proferendam diffinitivam sententiam diem ipsis consentientibus praefixisti. Interim verò praefato H. ab una parte electo sublato de medio, suprадictis Canonicis inhibere curâsti, ne tuâ pendente sententiâ procederetur ad electionem aliam faciendam: quorum quidam nihilominùs B. Colonien. Canonicum elegerunt. Die igitur quo sententia proferri debuit, in tua praesentia partibus constitutis, dictus B. allegavit, quòd procedere ulterius non deberes. Quapropter tibi edoceri a nobis humiliter postulanti, breviter respondemus: quòd licèt arbitrium sit finitum per mortem ipsius *d* H. prius tamen de primæ electionis meritis debuisti cognoscere, quàm processus fieret ad secundam: nam si dictus C. superstes in electione jus habet, secundùm constat penitùs non valere.

CAP. XI.

¶ *Arbiter post rem judicatam super discordiis motis assumptis, non potest per suum arbitrium sententiam immutare, etiamsi de componendo inter partes mandatum acceperit à Papa.*

Idem *electo* e *& Abbati sancti Zenon. & C. Canonico Veron.*

EXposita nobis Feltren. & Bulen. *f* electi petitio continebat, quòd cùm causa, quæ inter antecessorem suum ex parte una, & cives Tervisinos ex altera, super districtu & rebus aliis vertebatur, per sententiam Hostiens. Episcopi tunc Apost. sed. Leg. fuerit terminata: [1 & 3.] ¶ Tandem super quibusdam discordiis, quæ hinc inde videbantur exortæ, in Ducem Venetorum tanquam in arbitrum, cum parte altera compromisit: [2 *& infrà.*] ¶ Licèt autem eidem Duci literas nostras miserimus, ut ad componendum inter partes laborare deberet, cùm tamen intentionis nostræ non fuerit immutare sententiam ipsam, vel sopitas per eam querimonias suscitare: mandamus, quatenus (praefatis literis non obstantibus) quicquid per praenominatum Ducis arbitrium contra ipsius Legati sententiam inveneritis esse factum, in irritum revocetis: *g* ei districtiùs inhibentes, ne ulteriùs in compromisso procedat, eundem ad restitutionem obsidum occasione illius compromissi sibi datorum, ut ipsius arbitrium servaretur, per censuram Ecclesiasticam compellentes.

[1 *Et ipsius antecessor electi adjudicata sibi per Legatum eundem diu pacificè possedisset, ipse nihilominus habito Canonicorum suorum assensu in praejudicium Ecclesiarum suarum.*]

[2 *Quo veniens contra eandem sententiam auct. Ap. confirmatam, super rebus judicatis ab eodem Legato adversus praedictas Ecclesias, aequitate postposita, iniquum arbitrium promulgavit.*]

CAP. XII.

¶ *Non valet compromissum factum in duos sive plures, hoc adjecto, ut in casu discordiæ eligatur tertius per eosdem vel alios. h. d.*

Gregorius IX. *Decano & magistro P. Canonico S. Petri Atrebatensis diœcesis.*

INnotuit nobis Gulielmo Laico conquerente, quòd cùm O. Laicus ipsum super quadam summa pecuniæ coram judicibus auctoritate Apostolicâ convenisset, tandem fuit à partibus in duos arbitros compromissum: sic tamen, quòd si illi duo adinvicem discordarent, tertium adderent judices nominati, retentâ penes se compellendi partes ad observandum arbitrium per dictos arbitros promulgandum nihilominùs potestate. Cumque tertius arbiter à judicibus prædictis electus, cum altero duorum, ipsum parti alteri condemnâsset: idem ex eo sentiens à suprædictis judicibus se gravari, quòd ipsum ad observantiam *a* hujusmodi arbitrii compellebant, nostram appellavit audientiam: sed ipsi appellatione contemptâ, excommunicationis tulerunt sententiam in eundem. Ideoque mandamus, quatenus si est ita, cùm legali sit provisione statutum, ut compromissum de incerta persona in arbitrium assumenda non teneat, dictam excommunicationis sententiam denuncietis penitùs nullam esse. *b*

CAP. XIII.

¶ *Valet compromissum factum in unum, vel in plures, ut ipsi per se causam definiant, vel per alios, quos ipsi elegerint. h. d. secundum intellectum, quem finxit glos. hic: & Innocentius in capite praecedenti, qui placet mihi. Panor.*

Idem *Abbatissæ & Conventui Istren.*

CUm à nobis petitur: [& 3.] ¶ Ex parte vestra fuit propositum, quòd olim inter vos & Senon. Archiepiscopum quæstione subortâ, super eo quòd idem Archiepiscopus asserens, monasterium vestrum metropolitico jure sibi subesse, procurationes & res alias exigebat à vobis. Tandem in R. sancti Angeli Diacon. Cardin. tunc Apostolicæ sedis Legatum, à partibus concorditer compromisso: & promisso sub certa pœna, quòd arbitrio seu ordinationi ejusdem, vel duorum mediatorum, quos idem super hoc deputaret, præcisè parerent: magister P. Capellanus noster, & I. Archidiaconus Senonen. mediatores ab eodem super hoc deputati legato, ordinando & diffiniendo causam hujusmodi terminaverunt. Nos igitur, quòd per prædictos mediatores super hoc actum est, auctoritate Apostolicâ confirmamus.

CAP. XIV.

¶ *Compromissum ante sententiam latam finitur morte alterius compromittentium, unde non transit in haeredes compromittentium, nisi de eis sit cautum in compromisso. hoc dicit, comprehendendo mentem Capituli.*

Idem.

COmpromissum non extenditur in compromittentis haeredes, si de ipsis non caveatur ibidem. *c*

a *Vuuberi. al. Caldberti.* b *Villiaco.* c *Barbarka.* d *Vi. de l. diem proferre. §. 1. & l. fid interpellatur. ff. eod.* e *al. electo Abbati.* f *al Feltren. al. Eilien. al. Belnen. al. Bulen.* g *Ad hunc text. vide Abbat.*

a *Observantiam.* b *Vide l. item si unus. §. si in duos. ff. eod.* c *Vide l. veteribus. C. de contr. & commit stipulat.*

FINIS LIBRI PRIMI.

DECRETALIVM EPISTOLARUM GREGORII

LIBER SECUNDUS.

DE JUDICIIS TITULUS I.

CAPITULUM PRIMUM.

¶ *Contumax in non comparendo, vel non respondendo, excommunicari potest: beneficio autem privari non debet. hoc dicit. Abbas Sicul.*

Ex Concilio Africano. a

DE b Quodvultdeo Centurienſi Epiſcopo, quem c cùm adverſarius ipſius eum d petiiſſet ad concilium introduci e, interrogatus, an cum eo vellet experiri, primò id promiſerat, & alterâ die reſpondit, hoc ſibi non placere, atque diſceſſit.

Placuit ut nullus eidem f communicet, donec g ſatisfactione præmiſsâ fuerit abſolutus. Namadimi ſibi Epiſcopatum ante cauſæ ejus exitum nulli poteſt de jure videri.

CAP. II.

¶ *Laici Eccleſiaſtica negotia tractare non debent, ſed Prælatorum judicas diſponuntur. hoc dicit. Abbas.*

Ex Synodo Eugenii Papæ h.

DEcernimus, ut Laici Eccleſiaſtica i tractare negotia non præſumant. Sed k Epiſcopi, Abbates, Archiepiſcopi l, & alii Eccleſiarum Prælati de negotiis Eccleſiaſticis (maximè de illis, quæ ſpiritualia eſſe noſcuntur) Laicorum judicio non diſponant: Nec propter eorum prohibitionem, Eccleſiaſticam dimittant juſtitiam exercere.

CAP. III.

¶ *Cauſa juris patronatus ſpectat ad judicium Eccleſiæ. h. d. ſpecifice & ad literam.*

Alexander III. *illuſtri* m *Regi Anglorum.*

QUanto n divina gratia: [&c.] ¶ Cauſa verò juris patronatus ita conjuncta eſt, & connexa ſpiritualibus cauſis, quòd non niſi Eccleſiaſtico judicio valeat definiri.

CAP. IV.

¶ *Clericum convictum vel confeſſum de crimine coram judice ſeculari, ex eo non punit Epiſcopus: ſed coram ſe convictum vel confeſſum, punit pœnâ debitâ: niſi curialis diſpenſet, quod poteſt in adulterio & minoribus: depoſitum verò non ſtatim tradit curiæ ſeculari. h. d. uſq; ad fin. Abbas Siculus.*

Idem *Salernitanæ Archiepiſcopo.*

AT ſi Clerici coram o ſeculari judice convicti fuerint vel confeſſi de crimine, non ſunt propter hoc à ſuo Epiſcopo aliquatenùs condemnandi. Sicut enim ſententia à non ſuo judice lata non tenet, ita & facta confeſſio coram ipſo. Si verò coram Epiſcopo de criminibus in jure confeſſi ſunt, ſeu legitimâ probatione convicti, dummodò ſint talia crimina, propter quæ ſuſpendi debeant vel degoni, non immeritò ſuſpendendi ſunt à ſuis ordinibus, vel ab altaris miniſterio perpetuò removendi.

¶ *Summatus eſt iſte 6. ſuprà in princ. c. tamen quia habet materiam ſeparatam & notabilem, ideò dic aliter: In adulteris & minoribus poteſt cum Clericis peractâ pœnitentiâ Epiſcopus diſpenſare: depoſitum autem pro ſuis exceſſibus non tradit indifferenter curiæ ſeculari. h. d. Abbas Sicul.*

De adulteriis p verò & aliis criminibus, quæ ſunt minora, poteſt Epiſcopus cum Clericis poſt peractam pœnitentiam diſpenſare. Sed non debet quemlibet depoſitum pro ſuis exceſſibus (cùm ſuo ſit functus officio, nec duplici debeat ipſum contritione contercre) judici tradere ſeculari.

CAP. V.

¶ *Vaſallus coram domino feudi conveniendus eſt, etiamſi ſit feudum ſit Eccleſiaſtica perſona, dummodo ibi alter poſſit ſuam juſtitiam conſequi: alias locus ordinarius poterit adiri. & ſecundum hoc eſt caſus notabilis.*

Idem. q

CÆterùm r quia in eos, quos ab Eccleſia tua conſtat poſſeſſiones tenere in feudum, occaſione ipſarum excommunicationis ſeu interdicti ſententia promulgatur. Nos id diſtrictiùs inhibemus: Quamdiu parati fuerint ſuper his in tua præſentia juſtitiam exhibere.

CAP. VI.

¶ *Nomen actoris in libello exprimere pars non cogitur, debet tamen factum ita clarè proponere, ut ex eo jus agendi colligatur. hoc dicit quoad intellectum. Abbas.*

Idem *Examen. Epiſcopo, &* d *Capitulo Londonen.*

DIlecti filii Prior & Clerici de Guiſeburnen. s contra Eboracen. Archiepiſcopum Apoſt. ſed. Leg. gravem querimoniam tranſmiſerunt: [&c.] ¶ Providentis attentiùs, ne ita ſubtiliter, ſicut à multis fieri ſolet, cujuſmodi actio intentetur inquiratis, ſed ſimpliciter & purè factum ipſum, & rei veritatem, ſecundùm formam canonum & ſanctorum Patrum inſtituta, inveſtigare curetis.

---

a *Cap. 14. Rifert Eurch. lib. 2. decret. cap. 181. & Ivo p. 5. c. 257.* b *cap. 1. eod. tit. in 1. compil.* c *quoniam & rectius.* d *ſit.* e *Hinc videtur inferri, quòd ad valorem citationis oporteat, quòd fiat auctoritate judicis ad inſtantiam partis. l. ad peremptorium. & ibi Bart. D. eod. tit.* f *Quodvultdeo.* g *cauſa ejus qualem potuerit terminum ſortiat.* h *Eugenii III. in Synod. Remenſi c. 4.* i *cap. 2. eod. tit. in 1. compilat.* k *Et.* l *Archidiaconi in 1 compil.* m *Illuſtriſſimo.* n *C. 3 eod. tit. in 1. compil. & poſt Concil. Lat. ſub Alex. 3. p. 47. tit. de jur. patron.* o *C. 6. eod. tit. in 1. compil. poſt Conc. Later. p. 28. c. 4.*

a *Bernhard. Diaſin proc. crim.* b *in veterib. ita: Idem E. i. eadem Salernitano Archiepiſc.* c *C. 7. eod. tit. in 1. compil.* d *In antiquis, & Decan London.* e *al. Giſeburgen.*

CAP.

CAP. VII.

¶ *Excommunicatus, in judicio nisi tanquam reus stare non potest.*

Idem *Paduano Episcopo.*

INtelleximus: [1 & 3.] ¶ Quia postulâsti à nobis, utrùm excommunicatus in judicio stare possit? Respondemus, quòd conveniri potest, & debet per alium respondere in judicio: Ne videatur de sua malitia commodum reportare. *a*

[1 *Ex literis tuis, quòd cùm filia cujusdam nobilis viri parochiani tui, cum quodam viro matrimonium contraxisset, comperto postea, quòd idem vir pro nece bon. mem. Vincentius Episcopi vinculo teneabatur excommunicationis astrictus, in tua propositi præsentia quæstionem. Unde.*]

CAP. VIII.

¶ *Clericus de omni crimine debet coram Ecclesiastico judice conveniri, nec valet consuetudo contraria.*

Lucius III. *Strigon. Archiepiscopo.* b

CLerici: [1 & 3.] ¶ Cùm Imperator *c* dicat, quòd leges non dedignantur sacros canones imitari, in quibus generaliter traditur, ut de omni crimine Clericus debeat coram Ecclesiastico judice conveniri: Non debet in hac parte canonibus ex aliqua consuetudine præjudicium generari.

[1 *Verò maximè in criminalibus causis in nullo casu possint ab alio, quàm ab Ecclesiastico judice condemnari, etsi consuetudo regia habeat, ut fures à judicibus secularibus judicentur.*]

CAP. IX.

¶ *Judex ex officio providere debet, ut debita solemnitates serventur in judicio, quibus omissis judicium redditur frustratorium. h.t. Abbas Siculus.*

Clemens III.

LAusam, quæ *d* vertitur inter fratres Dulmen. *e* monasterii, & Monachos sancti Albani: *f* [& 3.] ¶ Provideas inter cætera, ut fratres Dulmen. monasterii, cum auctoritate & assensu Episcopi sui ingrediantur negotium: Ne si fratres sancti Albani obtineant, Episcopus idem Abbatem monasterii se proponens, litem sopitam valeat suscitare.

CAP. X.

¶ *Clericus depositus, incorrigibilis excommunicandus est, & successivè anathematizandus: & si sic non resipuerit, per judicem secularem comprimendus est. hoc dicit. Abbas Siculus.*

Cœlestinus III. *g*

CUm non ab homine: *h* [*& infra.*] ¶ A nobis fuit ex parte tua quæsitum, utrùm liceat Regi vel alicui seculari personæ judicare Clericos cujuscunque ordinis, sive in furto, sive in homicidio, vel perjurio, seu quibuscunque fuerint criminibus deprehensi. Consultationi tuæ taliter respondeo, quòd si Clericus in quocunque ordine constitutus, in furto, vel homicidio, vel perjurio, seu alio *i* crimine fuerit deprehensus legitimè, atque convictus, ab Ecclesiastico judice deponendus est. Qui, si depositus incorrigibilis fuerit, excommunicari debet: deinde contumaciâ crescente anathematis mucrone feriri: postmodùm verò si in profundum malorum venens *k* contempserit, cum Ecclesia non habeat ultrà quid faciat, ne possit esse ultrà perditio plurimorum, per secularem comprimendus est potestatem, ita quòd ei deputetur exilium *a*, vel alia legitima pœna inferatur *b*.

CAP. XI.

¶ *Per rescriptum impetratum contra violentum, conveniatur qui scienter successit in ratium. h. d. secundùm canonum modum, qui mihi placet. Panorm.*

Idem *Vvinton. Episc. & Abb. S. Albani.*

QUia V. qui violenter *c* dicebatur Ecclesiam P. Clerici occupâsse, defunctus est, ut accepimus, & R. eam postmodùm est ingressus: Præcipimus, ut secundùm formam priorum literarum inter ipsos R. & P. sub eisdem judicibus mediante ratione, sicut inter eundem P. & præfatum V. si viveret, negotium terminetur.

CAP. XII.

¶ *Solus Papa cognoscit de dubiis privilegiorum Apostolicæ sedis, & non inferior.*

Innocentius III. *S. Sergii, & S. Georgii Abbatibus.* d

CUm venissent: *e* [*& infra.*] ¶ Cùm super privilegiis sedis Apostolicæ causa vertatur, nolumus de ipsis per alios judicari.

CAP. XIII.

¶ *Judex Ecclesiasticus potest per viam denunciationis Evangelicæ, seu judicialis, procedere contra quemlibet peccatorem, etiam laicum: maximè ratione perjurii, vel pacis fractæ.*

Idem *Prælatis f per Franciam constitutis.*

NOvit ille, *g* qui nihil ignorat: [1 & 3.] ¶ Non putet aliquis, quòd jurisdictionem illustris Regis Francorum perturbare, aut minuere intendamus, cùm ipse jurisdictionem nostram nec velit, nec debeat impedire. Sed cùm Dominus dicat in Evangelio: *h* [*Si peccaverit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipsum solum: si te audierit, lucratus eris fratrem tuum: si te non audierit, adhibe tecum unum vel duos, ut in ore duorum vel trium testium stet omne verbum: quòd si non audierit, dic Ecclesiæ: si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus.*] Et Rex Angliæ sit paratus sufficienter ostendere, quòd Rex Francorum peccat in ipsum, & ipse circa eum in correptione processit secundùm regulam Evangelicam, & tandem quia nullo modo profecit, dixit Ecclesiæ: quomodo nos qui sumus ad regimen universalis Ecclesiæ superna dispositione vocati, mandatum divinum possumus non exaudire, ut non procedamus secundùm formam ipsius? nisi forsitan ipse coram nobis, vel Legato nostro sufficientem in contrarium rationem ostendat. Non enim intendimus judicare de feudo, cujus ad ipsum spectat judicium, nisi fortè juri communi per speciale privilegium, vel contrariam consuetudinem aliquid sit detractum: sed decernere de peccato, cujus ad nos pertinet sine dubitatione censura, quam in quemlibet exercere possumus & debemus. Non igitur injuriosum sibi debet Regia dignitas reputare si super hoc Apostolico judicio se committat, cùm Valentinianus *i* inclytus Imperator, Suffraganeis Mediolanen. Ecclesiæ dixisse legatur: Talem in pontificali sede constituere procuretis, cui & nos, qui gubernamus imperium, sincerè nostra capita submittamus, & ejus monita (cùm tanquam homines deliquerimus) suscipiamus necessariò velut medicamenta curantis. Nec sic *k* illud humillimum

---

a *Vide l. cum hi. 4. si quis. de transact. & l. in cas ff. de servitut.* b *al. Alexand. III. Abbati de Evesham.* c *Cap. 3. eod. tit. in 2. compil. Ivo part. 8. c. 427. & p. 16. c. 150. Ind. Clar. pract. crim. quæst. 136.* d *Cap. 2. eod. tit. in 2. compilat.* e *Dimolens.* f *Albins.* g *Clemens III.* h *Est autem pars cap. cum non ab homine.* 3. *de sentent. excommun. Cap. 3. eod. tit. in 2. compil. vide Covarruviam in cap. alma mater. part. 2. rect. 48. num. 3. & Bernard. Diaz de Luco in pract. crim. cap. 231. & sequent.* i *aliquo.* k *veneno, hoc omnia contempserit.*

a *Quòd ei deputetur pœna exilii.* b *Ita in omnibus manuscriptis, al fortasse al. infligatur.* c *Cap. 4. eod. tit. in 3. compilat. unde similenda inscripto.* d *Rectè additur in 3. compilat. & Cantori Andegavensi.* e *Cap. 2. eod. tit. in 3. compil.* f *Archiepiscopi & Episcopis.* g *Cap 3. eod. tit. in 3. compil. vide Isac. Lup. tract. de confid. prin. memb. 1.* h *Matth. 18.* i *63. dist. Valentinianus. Hoc narrat Cassiod. in Hist. trip. lib 7. c. 2.* k *sic, dectst.*

omittamus, quod Theodosius statuit Imperator *a*: & Carolus innovavit, de cujus genere Rex ipse noscitur descendisse: quicunque videlicet litem habens, sive petitor fuerit, sive reus, sive in initio litis, vel decursis temporum curriculis, sive cùm negotium peroratur, sive cùm jam cœperit promi sententia, si judicium elegerit sacrosanctæ sedis Antistitis, illicò sine aliqua dubitatione (etiamsi pars alia refragetur) ad Episcoporum judicium cum sermone litigantium dirigatur. Cùm enim non humanæ constitutioni, sed divinæ potiùs innitamur, quia potestas nostra non est ex homine, sed ex Deo, nullus qui sit sanæ mentis, ignorat, quin ad officium nostrum spectet de quocunque mortali peccato corripere *b* quemlibet Christianum: & si correctionem contempserit, per districtionem Ecclesiasticam coërcere. * Sed forsan dicetur, quòd aliter cum Regibus, & aliter cum aliis est agendum. Cæterùm scriptum novimus in lege divina *c*: [*Ita magnum judicabis ut parvum, nec erit apud te acceptio personarum:*] d [*2 & infrà.*] ¶ Licèt autem hoc modo procedere valeamus super quolibet criminali peccato, ut peccatorem revocemus à vitio ad virtutem, ab *e* errore ad veritatem, præcipuè cùm contra pacem peccatur, quæ est vinculum charitatis: postremò cùm inter Reges ipsos reformata fuerint pacis fœdera, & utrinque præstito proprio *f* juramento firmata, quæ tamen usque ad tempus prætaxatum servata non fuerint: nunquid non poterimus de juramenti religione cognoscere, quod ad judicium Ecclesiæ non est dubium pertinere, ut rupta pacis fœdera reformentur? Ne ergo tantam discordiam videamur sub dissimulatione fovere, prædicto Legato dedimus in præceptis, ut (nisi Rex ipse vel solidam pacem cum prædicto Rege reformet, vel saltem humiliter patiatur, ut idem Abbas & Archiepiscopus Bituricen. de plano cognoscant, utrùm justa sit querimonia, quam contra eum proponit coram Ecclesia Rex Anglorum, vel ejus exceptio sit legitima, quam contra eum per suas nobis literas duxit exprimendam) juxta formam sibi datam à nobis procedere *g* non omittat.

[*1 Qui servator cordium est, ac consensus secretorum, quòd charissimum in Christo fil. n. Philippum Regem Francorum illustrem, ac corde puro & conscientia bona, & fide non ficta diligimus, & ad honorem & profectum & incrementum ipsius efficaciter aspiramus, exaltationem regni Francorum, sublimationem Apostolic. sed. reputantes, cùm hoc regnum benedictum à Deo semper in ipsius devotione permanserit, & ab ejus devotione nullo unquam, sicut credimus, tempore sit discessurum: quia licèt interdum hinc inde fiant immissiones per Angelos malos, nos tamen qui Satanæ non ignoramus astutias, circumventiones ipsius studebimus evitare, credentes, quòd idem Rex illius fedatis fallaciis non se permittet.*]

* *Quòd enim debeamus corripere & possimus, ex utrinsq; patet pagina Testamenti. Cùm clamet Dominus per Prophetam: Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, & annuncia populo meo scelera eorum: & subjungat ibidem: Nisi annunciaveris impio impietatem suam, ipse in iniquitate sua quam operatus est, morietur: sanguinem autem ejus de manu tua requiram. Apostolus quoque nos monet corripere inquietos: & alibi dicit idem: Argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina. Quòd autem possimus & debeamus coërcere, patet ex eo, quod dixit Dominus ad Prophetam, qui fuit de Sacerdotibus Anathot: Ecce constituo te super gentes & regna, ut evellas & destruas, & dissipes, & ædifices, & plantes. Constat verò quid evellendum, destruendum & dissipandum sit inter mortale peccatum. Præterea cùm Dominus claves regni cœlorum B. Petro Apostolo tradidit, dixit ei: Quodcunque ligaveris super terram, erit ligatum & in cœlis, & quodcunque solveris super terram, erit solutum & in cœlis. Verum nullus dubitat, quin omnis mortaliter peccans apud Deum sit ligatus. Ut ergo Petrus divinum judicium imitetur, ligare debet in terris, quos ligatos constat in cœlis.*

[*2 Quam B. Iacobus intervenire testatur. Si dixerit ei quis verbi gratia: Vesse præclarè: Tu sede hic bene: pauperi verò, sta tu illic, aut sede sub scabello pedum meorum.*]

Ideoq; universis vobis per Apostolicam sedem mandamus, & in virtute obedientiæ præcipimus, quatenus postquam idem Abbas super hoc mandatum fuerit Apostolicum executus, sententiam ejus, imò nostram veriùs, recipiatis humiliter, & factam ab aliis observari: pro certo scituri, quòd si secus egeritis, inobedientiam vestram graviter puniemus.

CAP. XIV.

¶ *Principalis persona per se, non per Advocatum debet factum proponere in judicio, nisi sit indiscreta.*

Idem *Episcopo Helanſi.*

PAstoralis: [*a & infra.*] ¶ Statuimus præterea, ut principales personæ non per Advocatos, sed per seipsas factum *b* proponant: Nisi fortè sint adeò indiscretæ, ut earum defectus de judicis licentia per alios suppleatur.

CAP. XV.

¶ *Si actio & intentio sint inepta, vel sola intentio, debet rem absolvi ab instantia judicis: iterum tamen audietur, si apte egerit, h. d. quoad intellectum.*

Idem *Nobili viro Matthæo de* c *Riparia.*

EXaminatâ *d* causâ, quæ vertitur inter te & milites Campaniæ: *e* [*1 & 3.*] ¶ Actionem, quam super jure patronatûs ejusdem Ecclesiæ contra præfatos milites intentabas, incongruentem cognovimus & ineptam. Si quia cùm teste» induxeris ad probandum, quòd quando præfatus A. vicedominus Ecclesiam eandem tanquam lequestratam accepit, tu jus patronatûs ipsius Ecclesiæ possidebas: professò nec rei vendicationem intentare, nec ipsius restitutionem poteras postulare. Unde intentionem tuam in hac parte pronunciavimus non tenere, absolventes eosdem milites ab eadem. Ita tamen quòd si congruentem & aptam intentare volueris actionem, respondere tibi nihilominùs teneantur.

[*1 Super Ecclesia S. Angeli de Casa parat a alio confectionibus & attestationibus intellectis, inspectis instrumentis & allegationibus indagatis, perpendimus evidenter, quòd arbitrium, quod contra te vicedominus Sabin. dicebatur super eadem negotio pronunciasse, contra formam juris, & compromissum fuisse declaratum. Verum non obstante confirmatione fel. mem. C. Pp. p. n. qui confirmaverat illud, sicut provide latum fuerat, & ab utraq; parte receptum, duximus ipsum irritum & inane.*]

CAP. XVI.

¶ *Præceptores templi pro domibus sæculares agere & defendere possunt, nec obstat eis religio, vel quòd ignota sit eorum origo.*

Idem *Magistro & fratribus militiæ templi in Italia constitutis.*

CUm deputati: [*& 3.*] ¶ Accepimus, quòd quidam tam seculares, quàm Ecclesiastici judices, illos, quos habetis in domibus vestris præceptores, in causis ad prosequendam suam justitiam non admittunt, tanquam licitum non sit eis super litigiosis negotiis curam ac-

a *In C. Theodosian. lib. 6. titul. 1. l. quotiens. & refert Grat. in can. quicunque 11. q. 1.* b *corrigere.* c *Deuter. 1.* d *l. hos accusare. de accus. l. in multis. de stat. hom.* e *Hæc verba, ab errore ad veritatem, in manuscript. desunt.* f *Vox, proprio, deest in antiquis.* g *Vid. l. ea quidem. C. de accus. & l. divus. ff. de custod. & exhib. reor.*

a *Requirte supra, de offic. & pot. jud. deleg.* b *falsum fuum.* c *Roma. alit. Rivaria.* d *Cap. 3. in 2. compilatione. tit. de confirmat. utili vel inutil.* e *Canapancea.* f *Vid. l. cùm præcum. C. de lib. causa. & l. item apud Labeonem. §. si quis libello. ff. de injur.*

gere,

gere, qui pacificis decreverunt studiis inhærere, illud allegantes in repulsione ipsorum, quòd eorum ipsis generatio non est nota: qui undecunq; venerint gratiâ divinâ vocati, dum laudabiliter exequantur officium sui ordinis, ex superabundanti requiritur suæ notionationis. Ne quis igitur in prosecutione causarum præceptores eosdem ab agendo vel respondendo occasione hujusmodi repellat, auctoritate a Apostol. inhibemus.

CAP. XVII.

¶ Prælati debent Laicis de Clericis, (appellatione frustratoriâ non obstante) justitiam facere: ad seculare tamen forum Clerici à Laicis trahi non debent, etiam datâ ipsorum Prælatorum negligentiâ.

Idem *Vercellen. Episcopo, & Abbati de Tileto.*

QUaliter & quando: [*& infrà.*] ¶ Præcipiatis ex parte nostra Prælatis, ut Laicis de Clericis conquerentibus plenam b faciant justitiam exhiberi. Non obstantibus appellationibus frustratoriis, quas in eorum gravamine Clerici frequenter opponunt. Ne pro c defectu justitiæ Clerici trahantur à Laicis ad judicium seculare: quod omninò fieri prohibemus.

CAP. XVIII.

¶ Judex habens ut privatus penè consimilem causam, quam habet ut judex, à judicando removetur. h.d.

Idem. *d*

II. CAusam, e quæ inter Abbatem & Conventum Vindon. & Archidiaconum Carnoten. super quibusdam procurationibus vertitur, vobis & Archidiacono Parisien. meminimus commisisse: [1 & 3.] ¶ Quia verò cùm eundem Archidiaconum similis pene causa contingat, nimis favorabilis parti alteri videretur *f*, nos te, fili Decane, loco ipsius Archidiaconi subrogantes, mandamus, quatenus (non obstantibus prioribus literis) in causa *g* ratione prævia procedatis.

[1 *Dictus verò Abbas & Conventus volentes parti alteri respondere, nisi eos primò conservarent secundum privilegia Romanorum Pontificum, ad curiam monasterio eorundem del. sit ab. ejusdem monasterii Monachum, propter hoc ad sed. Apost. transmiserunt, nihilominùs supplicantes, quatenus te, fili Decane, loco Parisien. Archidiaconi subrogare ad defensionem ipsius negotii dignaremur.*]

CAP. XIX.

¶ Si judices de principali & exceptionibus præjudicialibus simul cognoscunt, vel super principali lite non contestatâ testes recipiunt, licitè ab eis appellatur.

Honorius III. *Archiepiscopo* h *Remensi, & Decano* i *Brimensi Calen. diœcesi.*

EXhibita nobis R. Virdunensis electi petitio declaravit, quòd cùm super facto electionis suæ, H. Archid. ac quorundam Canon. Virdunen. *k* adversariorum suorum procuratores ad nostram audientiam *l* accessissent, Parisien. Episcopo & conjudicibus suis sub certa forma literas nostras direximus inter alia continentes, ut vocatis, qui forent evocandi, super propositis & aliis negotium contingentibus inquirerent veritatem: [1 & *infrà.*] ¶ Cùm autem idem electus quibusdam ex his, qui contra eum agebant, conspirationem, & quibusdam excommunicationem in modum exceptionis objiceret, se id offerens probaturum, præfati judices interlocuti fuerunt, quòd de his & principali negotio simul inquirerent: nolentes, quasi non judices, sed inquisitores existerent, super dictis exceptionibus ipsius electi probationes admittere: sed pervertendo juris ordinem, de præmissis exceptionibus & principali negotio pariter per se inquirere intendentes, & procedentes etiam ad receptionem testium lite nondum super eodem negotio contestatâ: quare præfatus electus nostram audientiam appellavit: [2 *& infrà.*] ¶ Quia verò non in modum inquisitionis, sed commissionis negotium extitit delegatum: mandamus, quatenus si ex dictis gravaminibus vel aliquo ipsorum appellacum constiterit, revocato in irritum, quicquid post appellationem hujusmodi inveneritis attentatum, in causa ipsa juxta priorum continentiam literarum, ratione prævia procedatis.

[1 *Et testes, quos nominari contingeret juxta consuetam Ecclesiæ formam, ad testimonium compellendo & præfigendo partibus terminum competentem, quo per se vel per procuratores idoneos nostro se conspectui præsentarent, justam sententiam recepturæ: partibus ergò citatis non fuit processum in aliquo primâ die. Cumq; decem de parte adversa secundo termino comparerent, & fuissent si electi ipsi se opponerent, jure requisiti, septem eorum respondere nolentibus, ad agendum tres se residus obtulerunt.*]

[2 *Humiliter supplicam, ut cùm literæ ad ipsos judices obtentæ, non inquisitionem, sed commissionem sapiant, prout apparet ex continentia earundem, quod ab ipsis factum est post app. ipsius revocare in irritum, & causam aliis committere dignaremur.*]

CAP. XX.

¶ Lapsu triennii non obstante, potest delegatus in causa sibi commissa procedere.

Idem *magistro Tancredo Canonico Bononien.*

VEnerabilis frater noster Archiepiscopus Ravennas, proposuit coram nobis, quòd cùm decisio causæ, quæ inter ipsum & communitatem Cerviæ, super jurisdictione civitatis Cerviæ, & quibusdam aliis articulis vertitur, sit per subterfugia & cavillationes eorum per triennium prorogata: dicti Cervien. asserentes instantiam judicii per decursum triennii periisse, respondere sub tuo examine recusaverunt: [1 *& infrà.*] ¶ Mandamus, quatenus exceptione hujusmodi non obstante, in negotio isto procedas juxta traditam tibi formam. *a*

[1 *Consuetis tergiversationibus processum impedientes dictæ causa. Volentes igitur, ut ejusdem causa decisio ulteriùs prorogetur, præsentium tibi auctoritate.*]

CAP. XXI.

¶ Actor obtinens in possessorio coram judice rei, non tenetur coram eo judice super proprietate respondere, si sit prorsus alterius fori. h.d. & est casus notabilis.

Idem *Episcopo* b *& magistris T. & B. Paten. Bononiæ commorantibus.*

SIgnificaverunt nobis olim Abbas & Conventus sanctæ Mariæ de Florentia, quòd Florentina potestas pro eis contra communitatem castri de Signa super possessione, vel quasi juris ibidem eligendi rectorem (quod ad se pertinere dicebant) definitivam sententiam promulgavit. Sed postmodum Abbatem & Conventum præfatos ipsa potestas coëgit, communitati prædictæ super proprietate vel quasi memorati juris, in seculari judicio respondere. Unde vobis injunximus, ut si ita esset, cogeretis communitatem c eandem, electum ab eisdem Monachis in rectorem admittere, audituri postea, quæ partes super proprietate vel quasi prædicti juris ducerent proponenda: [1 *& infrà.*] ¶ Verùm pars altera inter alia excipiendo proposuit, se tunc coram vobis respondere de jure non teneri, cùm tempus propter vindemias existeret feriatum: respondente Syndico monasterii hoc

a *al. auctoritate præsentium inhibemus.* b *plenariam.* c *Conc. Carthag. III. c.9. & Concil. Tolet. III. c.13.* d *In aliquot antiquis: Idem Parisiensi Episcopo & Decano.* e *Cap. 2. eod. tit. in 4. compil.* f *vide l. litigatores. ff. de arbit.* g *Desunt hæc verba: In causa: alii ita: in negotio.* h *In omnibus vetustis Innoc. III. Archi. Remensi.* i *Et Decano Bersmensi. Colmen. diœc. al. Brunensi. al. Bincvensi. al. Bituricen.* k *Virdunensis.* l *præsentiam.*

a *Vid. l. ad legatum. & l. ad rem mobilem. ff. de procurat. & l. 2. ff. de jurisd. om. jud.* b *Bononien.* c *In uno antiquo, cogeritis communitatem prædictam, eundem electum, &c.*

malitiosè proponi: ut videlicet causâ protractâ, tempus regiminis electi prædicti inutiliter elabatur: [2 & infrà.] ¶ Mandamus, quatenus hoc non obstante, in negotio ratione prævià procedatis.

[1 *Ut causam sicut justum extiterit definiri, non obstante statuto quolibet contrario Ecclesiastica libertati, seu quòd Abbas & Conventus prædicti compulsi sunt super hoc litem contestari in judicio seculari. Nuper enim referente Abbate & Conventu didicimus, quòd cùm de literis, à nobis super hoc obtentis ad ipsius communitatis notitiam pervenisset, Syndicus ejus exhibito coram judice potestatis calumniæ juramento citari fecit Abbatem, quòd coram illo stabiret simile juramentum, & ut per hoc renunciare appell. literis intelligeretur: idem Abbas ipsò facto ut pro convicto, si hoc facere recusaret, haberetur. Cumq; prafatam communitatem ad præsentiam vestram sapius & peremptoriè citassetis, Syndicus ejus se velle dilatorias exceptiones proponere protestante, terminum quo id faceret, vel super principali responderet negotio, statuistis,*] *ad quem idem veniens fuit protestatus, paratum se pro posse alio tempore literas nostras per suggestionem falsi & veri suppressionem obtentas.*]

[2 *Quod apparebat ex eo, quòd per nuncium protestatus, Abbati fuit prohibitum, ne communitatem eandem extra Floren. districtum in judicio conveniret, quare prænominati Abbas & Conventus humiliter petierunt, ut obviare hujusmodi malitiis dignaremur. Quæ cùm ita sint.*]

DE FORO COMPETENTI.

TITULUS II.

CAP. I.

¶ *Clericus coram suo Episcopo conveniri debet.*

Ex Concilio Chalcedonen. a

SI quis Clericus b adversùs Clericum negotium habeat, non deferat Episcopum proprium, sed priùs apud ipsum actio ventiletur: vel certè consilio ejusdem apud alios, quos utraque c pars voluerit, judicium obtinebunt. d

CAP. II.

¶ *Judex secularis, si Clericum per se distringit vel condemnat, excommunicari debet.*

Ex Concilio Parisiensi.

NUllus judicum e, neque Presbyterum, neque Diaconum, aut Clericum ullum, aut minores f Ecclesiæ, sine permissu g Pontificis per se distringere aut condemnare præsumat. Quòd si fecerit, ab Ecclesia Dei, cui injuriam irrogare dignoscitur, tamdiu sit sequestratus, quousque reatum suum cognoscens emendet.

CAP. III.

¶ *Ratione rei, de qua agitur, sortitur quis forum ibi, ubi res est. Sic communiter summatur.*

Ex Concilio Africano.

SAnè si Episcopi, inter h quos causa versatur, sint diversarum provinciarum: ille Primas det judices, in cujus provincia est locus, de quo contenditur.

CAP. IV.

¶ *Episcopus ut suspectus recusatus, de cujus suspicione notoriè constat, potest dare delegatum partibus non suspectum: cujus sententiam poterit per se executioni mandare.*

Gregorius Bonifacio defensori Corsicæ. i

SI quis k contra Clericum causam habuerit, Episcopum ipsius adeat: qui si ut suspectus fuerit recusatus, executor ab eo deputetur. Aut si hoc actor refugerit, ab eodem Episcopo est deputandus, qui partes sibi mutuo consensu judices compellat eligere. A quibus quicquid fuerit definitum, ipsius solicitudine (servatâ lege) modis omnibus compleatur.

CAP. V.

¶ *Super re Ecclesia vel Clerici potest Laicus coram Ecclesiastico judice conveniri: sed si probabiliter negat rem esse Ecclesia vel Clerici, ad jurisdictionem Ecclesiasticam declinandam, conveniatur coram suo judice.*

Alexander III. a

SI Clericus Laicum b de rebus suis vel Ecclesiæ impetierit, & Laicus res ipsas non Ecclesiæ esse aut Clerici, sed suas proprias asseverat, debet de rigore juris ad forensem judicem trahi. Cùm actor forum rei sequi debeat: Licet in plerisque partibus aliter de consuetudine habeatur.

CAP. VI.

¶ *Si quæstio feudalis est inter Clericum & Laicum, cognoscat dominus feudi: sed eo negligente, cognoscat delegatus Papa, etiam ante negligentiam datus. h.d. secundum lecturam gloss.*

Idem. c

EX transmissa d nobis insinuatione B. C. e & VV. militum f Ecclesiæ tuæ intelleximus, quòd cùm R. de Cassaville g eos super quadam possessione coram Trecen. Episcopo traxisset in causam, nobilis vir de Campis h eorum Dominus, sub debito fidelitatis eis inhibuit, ne de seculari feudo in judicio Ecclesiastico responderent: [1 & 3.] ¶ Per dominum feudi causam jubeas terminari. Et si ipse malitiosè distulerit, tu ei debitum finem imponas.

[1 *Itaq; prafatus Episcopus in eos velut contumaces excommunicationis sententiam promulgavit. & 3.*]

CAP. VII.

¶ *Per dominum feudi secularem sive Ecclesiasticum, quæstio feudalis terminari debet, etiamsi vasalli sint Clerici: & si plures prætendantur domini, non potest unus cognoscere, maximè ubi absente, an feudum ad eum pertineat. h.d. secundum lecturam magis notabilem.*

Idem.

VErùm i quoniam de quibusdam feudis adversùs Præpositum quæstio mota fuit: Statuimus, ut ex quo Episcopus fuerit in Ecclesia consecratus k, de feudis ipsis, sub suo judicio cognoscatur, si ad Ecclesiasticam cognitionem pertineant: alioquin imperiali beneplacito (sicut justum fuerit) relinquatur.

CAP. VIII.

¶ *Malefactores Ecclesiarum in utroq; foro conveniri possunt.*

Lucius III. l

CUm sit m generale, ut actor forum rei sequatur: [1 & 3.] ¶ Verùm quoniam seculares judices in exhibenda justitia personis Ecclesiasticis sæpè in judicio sunt remissi, in favorem Ecclesiæ est introductum, ut malefactores suos, qui sacrilegi sunt censendi, venerabilium locorum rectores possint sub quo maluerint judice convenire. n

[1 *Conveniens visum est, ut apud judices seculares raptores priùs conveniantur, sed si justitiam exhibere contempserint, aut judices ex quacunq; causa fuerint negligentes, quia judicandi sunt sacrilegi ab Ecclesia de vestimine ejus, censuram poterit in eos Ecclesiastica exercere.*]

---

a *Alt. 11. ubi referuntur canones Concilii. cap. 9. Burch. lib. 2. decr. c. 183. Ivo p. 8. c. 111. & 360. Gratianus 11. quæst. 1. cap. si Clericus.* b *Cap. 2. eod. tit. in 1. compil.* c *utraque partes.* d *al. contemnunt.* e *Cap. 3. eod. tit. in 1. compilat.* f *juniores, Burch.* g *al sententia.* h *Cap. 4. eod. tit. in 1. compil.* i *Gregorius l. 9. epist. 74. regist.* k *Cap. 7. eod. tit. in 1. compil.*

a *Polt Concil. Later. part. 2. c. 7.* b *Cap. 7. eod. tit. in 2. compil.* c *Epist. Trever.* d *Cap. 2. eod. tit. in 2. comp.* e *B.G.* f *Trever.* g *Calle.* h *Carit.* i *Cap. 3. eod. tit. in 2. compil.* k *In Cod. Barb. confecratus vel confirmatus de feudis, &c.* l *al. Idem.* m *Cap. 4. eod. tit. in 2. compil.* n *vide l. si quis in hoc genus, & l. placet. C. de Episc. & Cler.*

CAP.

CAP. IX.

¶ *Causæ Clericorum secundùm jura, non secundùm consuetudines Laicorum terminantur. Vel sic: In loco temporalis jurisdictionis Ecclesiæ, causæ Clericorum sunt secundùm jus canonicum terminandæ. hoc dicit, secundùm gl. & utrumque summarium recipit determinationem.*

Cœlestinus III.

QUod *a* Clericis: [1 *& infrà.*] ¶ Mandamus, quatenus si quas causas pecuniarias Clerici Parisiis commorantes habuerint contra aliquos, vel aliqui contra eos, ipsas jure canonico decidatis.

[1 *Etc.* [& ℣.] ¶ *Nullius Episcoporum vel Clericorum ad judicia secularia est trahendus, habent enim illi suos judices, nec quicquam est in publicis commune cum legibus. Bonifacius verò Papa & Gelasius, & alii plures antecessorum nostrorum antiquissimis Conciliis consonantes, sicut bene patet juris utriusque peritis, id ipsum in sacris constitutionibus ediderunt. Hâc igitur ratione inducti, per Apost. sedem.*]

CAP. X.

¶ *Laicus Laicum super re civili coram judice Ecclesiastico convenire non potest, nisi in defectu justitiæ secularis, vel nisi consuetudo id exposcat.*

Innocentius III. *Vercellensi Episcopo.*

LIcèt ex *b* susceptо: [1 *& infrà.*] ¶ Mandamus, quatenus si quando à Laicis Vercellen. literas super rebus, præcipuè quæ forum seculare contingunt, à sede Apostol. contigerit impetrari, sublato appellationis obstaculo, decernas auctoritate nostrâ irritas & inanes, dummodò consules & commune de se conquerentibus in judicio seculari exhibeant justitiæ complementum.

Liceat tamen ipsis, qui sub eisdem consulibus taliter duxerint contendendum, si se in aliquo senserint prægravari, ad tuam (sicut hactenus servatum est) vel ad nostram, si maluerint *c*, audientiam appellare: hoc præsertim tempore, quo vacante imperio ad judicem secularem recurrere nequeunt, qui à superioribus in sua justitia opprimuntur. Si verò consules justitiæ tanquam merito suspecti fuerint recusati, coram arbitris communiter electis, de causa suspicionis agatur: quæ si probata fuerit esse justa, ad te, vel ad nos pro justitia recurratur: sicut superiùs est expressum.

[1 *Servitutis officio simus omnibus in justitia debitores: sic tamen in jure suo nos quibuslibet cavere convenit providere, ne alii injuriam facere videamur, ne quod absit, unde sumatur materia scandali, unde providè debet considerata sedari. Ex insinuatione sanè dil. filiorum consulum communis Vercellensis, nos noveritis accepisse, quòd cùm de singulis quæstionibus, quæ nota fuerunt contra eos coram consulibus justitia, juxta consuetudinem approbatam volunt cuilibet conqueranti justitiæ plenitudinem exhibere, Laici quidam ut eorum jurisdictionem evacuent & fatigent, eos laboribus & expensis super rebus, quæ judicium Ecclesiasticum non requirunt, literas Ap. impetrant, & sic præter jurisdictionem consulum, quam noverunt, eos cogunt multipliciter laborare: volentes igitur sic eorum utilitati consulere, ne patiamur justitiam aliorum deperire, f. t. per a. f.*]

CAP. XI.

¶ *Vidua Laicum coram judice Ecclesiastico convenire non potest, nisi super causa Ecclesiastica, vel in defectum judicis secularis.*

Idem *d Archidiacono & Thesaurario e Turonensi.*

EX tenore *f* literarum Comitis Britanniæ, nostris est auribus intimatum, quòd cùm causam, quæ inter mulierem nobilem F. & I. de Meduano super hæreditate sua noscitur agitari, vobis commiserimus terminandam, ipse Comes eidem mulieri, cùm tam ipsa, quàm prædictus I. essent de foro ipsius, mandavit, ut causam deferrent ad ipsum, promittens eidem, quòd faceret ei justitiæ plenitudinem exhiberi *a*: [1 *& infrà.*] ¶ Nos igitur attendentes, quòd sic sumus viduis in justitia debitores, quòd aliis injustitiam facere non debemus: mandamus, quatenus nisi sit talis causa, quæ ad Ecclesiasticum judicem pertinere noscatur, ei supersedere curetis: dummodò per judicem secularem suam possit justitiam obtinere, alioquin non obstante ipsius contradictione, causam ipsam ratione prævia terminetis.

[1 *Nobis nihilominùs intimare procurans, quòd in curia sua debeat hujusmodi negotium terminari, & vos & mulier supradicta ei nequaquam obtemperare volentes, satagitis in causa procedere, & sic sibi minùs rationabiliter jurisdictionem auferre, unde nobis humiliter supplicavit, ut causam ipsam ad eum, ad quem specialiter pertinet, mittere dignaremur.*]

CAP. XII.

¶ *Clericus non potest constituere sibi judicem Laicum, etiamsi proprium juramentum & adversarii consensus accedat.*

Idem *Pisano Archiepiscopo.*

SI *b* diligenti [1 *& ℣.*] ¶ Asseruisti te usque ad hæc tempora tenuisse, quòd licitum sit Clerico renunciare saltem in temporalibus causis juri suo, & sibi Laicum judicem constituere, præsertim ubi adversarii voluntas accedit: ac temerè juramentum super hoc interpositum respondisti: Immemor constitutionis, *c* quâ cavetur, pacto privatorum juri publico minimè derogari. Cum ergò hoc jus in *d* Milevitano & Carthaginensi Conciliis sit specialiter promulgatum, ne Clerici Clericos relicto suo Pontifice ad judicia publica pertrahant, alioquin causam perdant, & à communione habeantur extranei: & tam Episcopi, quàm Diaconi, seu quilibet Clerici in criminali, seu in civili negotio, si derelicto Ecclesiastico judicio publicis judiciis se purgare voluerint, etiamsi pro eis sit lata sententia, locum suum amittant, & hoc in criminali actione: in civili verò perdant, quod evicerint, si locum suum maluerint *e* obtinere: Manifestè patet, quòd non solùm inviti, sed etiam voluntarii pacisci non possunt, ut secularia judicia subeant, cùm non sit beneficium hoc personale, cui renunciari valeat, sed potius toti collegio Ecclesiastico sit publicè indultum: cui privatorum pactio derogare non potest. Nec juramentum licitè servari potuit, quod contra canonica statuta illicitis pactionibus informatur.

[1 *Meditatione.* & infrà. ¶ *Super eo autem admiramur plurimùm, & movemur, quòd cùm te reputemus virum providum & discretum, & juxta debitum Pontificalis officii, statuta sanctorum Patrum ignota tibi esse non debeant, & jurisperitorum copiam habere noscaris.*]

CAP. XIII.

¶ *Clerici, super excessibus, coram suo Episcopo convenire debent, non coram his, quibus serviunt, nisi consuetudo vel privilegium aliud inducat.*

Idem *Beluacensi Episcopo.*

CUm contingat *f* interdum *in tua:* [*& infrà.*] ¶ Insuper postulâsti, an cùm aliqui Clerici deputati servitio Capituli Beluac. aut aliorum Clericorum tuæ diœcesis super excessibus impetuntur, sint cogendi coram te, vel potiùs coram illis, quibus serviunt, querelantibus respondere, cùm illi sibi jurisdictionem hujusmodi

a *Cap. 1. eod. tit. in 2. compil.* b *Cap. 1. eod. tit. in 3. compil.* c *voluerint.* d *Archiepisc.* e *Cancellario.* f *Cap. 2. eod. tit. in 3. compil.*

a *Vid. l. 1. 6. post operis. & ff. de novi oper. nunc. & l. 2. ff. de judic. per Bart.* b *C. 4. eod. tit. in 3. compil.* c *Additur, illius.* d *Verba, quæ tribuuntur hoc loco Milevitano Concil. habentur in Concil. Tolet. III. cap. 13. Reliqua in Concil. Carthaginen. III. cap. 9.* e *Add quod nostrum. de reg. jur. & l. 1. ff. solut. matrim.* f *Cap. 10 eod. tit. in 4. compil.*

vendicare contendant, licèt illos excommunicare non valeant, vel aliàs etiam coërcere. Super quo taliter respondemus, quòd ad te (utpote ordinarium) de talibus debent conquerentes habere recursum: maximè si super his impetuntur, quæ in tua noscuntur diœcesi commissa. Nisi fortè hi, quibus delinquentes ipsi deserviunt, ex indulgentia vel consuetudine speciali jurisdictionem hujusmodi valeant sibi vendicare.

CAP. XIV.

¶ *Episcopus delicti condemnat Clericum de delicto, sed non privat beneficio alibi existente: sed Episcopus beneficio privabit quasi exequendo condemnationem judicis delicti. b. d. secundum unum intellectum. Secundum alium intellectum b. d. Episcopus delicti condemnat Clericum de delicto privando beneficio alibi sito, sed executio realis fit ab Episcopo beneficii.*

Idem *a Soncen. Episcopo.*

POstulásti *b* per sedem Apost. edoceri, utrùm Sacerdos habens Ecclesiam in una diœcesi, & residens in eadem, domicilium verò patrimonii ratione in alia, ibi delinquens, ab eo in cujus diœcesi habet patrimonium, pro delicto ibidem commisso debeat judicari, præsertim in causis, quæ officii sui seu beneficii privationem exposcunt? Ad quod breviter respondemus, quòd per Episcopum, in cujus diœcesi deliquit, sententia promulgari poterit in eundem. Sed ab eo, in cujus diœcesi beneficium obtinet, erit quoad illud executio facienda.

CAP. XV.

¶ *Miserabilis persona potest Laicum interdicto uti, coram judice Ecclesiastico convenire, etiamsi res subtracta dicatur feudalis.*

Honorius III. *Archiepisc. Decano, & Archidiacono Turon.*

EX parte B. quondam Angliæ Reginæ fuit propositum, quòd cùm nobilem virum G. detentorem castri Segrey, ratione dotalitii pertinentis ad ipsam, quo per eum vel ejus complices contra justitiam fuerat spoliata, e auctoritate bonæ memoriæ Joannis Papæ prædec. noster coram vobis traxisset in causam: Dictus nobilis excipiendo proposuit, quòd literæ Apostolicæ non valebant, pro eo quod castrum Gnargiæ, ubi est ejus domicilium principale, consistit in diœcesi Rodon. quæ ultra duas dietas à Turonis est remota. Verum replicatum fuit ex parte Reginæ, quòd idem nobilis Turonis satis poterat conveniri, cùm non solùm in Rodon. diœcesi, sed & in Andegavensi diœcesi existat, eò quòd *d* & castra & reditus plures habet in ipsâ, & castrum, de quo quæstio vertitur, in eadem est diœcesi, quæ à Turon. nequaquam ultrà xij. leucas distat. Idem quoq; adjecit, quòd cùm dicta Regina jus suum coram domino feudi prosequi debuisset, literæ Apostolicæ non valebant, cùm non faciebant mentionem, quòd dominus feudi fuerit requisitus, & ipse in exhibenda justitia extiterit negligens vel remissus. subjiciens, quòd eædem literæ falsitate expressâ fuerant impetratæ, eò quòd suggestum fuerat, castrum illud ad eandem Reginam ratione dotalitii pertinere: cùm nec ab initio, nec durante matrimonio à viro sibi fuerat in donationem propter nuptias assignatum. Ad hoc autem fuit ex parte ipsius Reginæ responsum, quòd vidua spoliata, irrequisito feudi domino, spoliatorem seu detentorem rei coram Ecclesiastico judice poterat convenire, cujus interest viduas defensare: [1 &]. ¶ Mandamus, quatenus si vobis constiterit dictum nobilem terram & mansionem habere in Andegavensi diœcesi, in qua interdum consuevit commorari, & ipsam diœcesim ultra duas à Turon. non distare dietas, & in eadem litigiosam rem esse: non obstantibus exceptionibus aliis, quæ in petitorio potiùs, quàm in possessorio, quod Regina contra eundem nobilem intentabat, locum habere videntur, in ipso negotio juxta priorum continentiam literarum, ratione prævià procedatis.

[1 *Nec obest, quòd sibi castrum illud non fuit assignatum, cum clare mem. Ioan. Rex Angliæ, hæres & successor vere suæ, castrum prædictum in Cancalon. pro alia robea dotalibus eidem concessit, & ipsa illud pro dote diù pacificè possedisset. Adhuc autem fuit ex parte nobilis prædicti replicatum, quòd prædictus Rex Ioann. hæres non fuerat Regis Richardi, nec dominus Andegaviæ, sed ejus castrè raptor potiùs & invasor: & ita jus quod ipse nequaquam habuerat, transferre non potuerit in Reginam. Ad quod sic pars Regina respondit quòd contra rescriptum exceptio hujusmodi non valebat, nec locum habebat in possessorio, quòd eadem contra dictum nobilem intendebat. Unde vos autem hujusmodi exceptionibus frivolis adhibentes, in principali negotio procedere hactenus distulistis in ejusdem Reginæ gravamen non modicum & jacturam. Nos igitur volentes, ut finis litibus imponatur, &c. v.*]

CAP. XVI.

¶ *Laici usurpantes jura Ecclesiastica, velut sacrilegi per judicem Ecclesiasticum compelluntur.*

Gregorius IX. *fratri Palmerio Canonico S. Trinitatis.*

CONquestus est nobis Bononiensis Episcopus, quòd potestas & commune Bononien. temporalem jurisdictionem, quæ in quibusdam castris & villis Ecclesiæ Bononiensis competit pleno jure: & in cujus quasi possessione fuisse ac esse dignoscitur, per violentiam usurpare præsumunt: [*& infrà.*] ¶ Cùm autem valdè sit iniquum, ut ea, quæ collata sunt pro remedio peccatorum venerabilibus Ecclesiis, vel relicta, aut eis justis modis aliis acquisita, aliis usibus applicari: propter quod merito invasores ipsarum rerum, tanquam sacrilegi, sunt anathemati usque ad satisfactionem congruam supponendi: [*& infrà.*]

¶ Mandamus, quatenus si tibi constiterit de præmissis, monitione præmissâ, per censuram Ecclesiasticam cessare ipsos ab hujusmodi, & satisfacere de præteritis damnis & injuriis, appellatione remotâ, compellas.

CAP. XVII.

¶ *Privilegiatus ut non teneatur respondere nisi in certo loco: si in alio loco respondere vel solvere promittat, ibi poterit conveniri, & etiam ubi habet domicilium, secundùm Ioan. Andr.*

Idem *Episcopo Dulmensi.*

DIlecti filii I. & A. cives Romani, suâ nobis petitione monstrárunt, quòd cùm Abbati S. Genovefæ Parisien. super quadam pecuniæ summa, contra R. prædecessorem tuum literas impetrâssent, tu proponi fecisti, quòd omnibus Anglicis est à sede Apost. indultum, ut super causis pecuniariis citra mare conveniri non possint; propter quod idem Abbas in negotio non processit. Verùm, quia etsi fuisset privilegium tale concessum, non tamen prodesset illis, qui se certo loco respondere, vel solvere adversariis promiserunt, cùm ibi & ubi domicilium habent, valeant *a* conveniri: mandamus, quatenus eisdem de pecunia ipsa cum justis & moderatis expensis, & congruâ satisfactione damnorum (usuris omninò cessantibus) satisfacias, ut teneris: alioquin eidem Abbati nostris damus literis in mandatis, ut in commisso sibi negotio (propositâ ex parte tua indulgentiâ non obstante) juxta prioris mandati nostri tenorem sine dispendio moræ procedat.

CAP. XVIII.

¶ *Quamquam Laici possint jurisdictionem non sui judicis*

a *al. Vtensi.* b *Cap. 2. eod. tit. in 4. compil.* c *vide l. 3. & divus. de sepul. viol. & l. Iubemus. C. de sacros. Eccles.* d *quod in ipsa diœcesi, &c.*

a *Contraxisse ff. de actum. & obligat. & Bart. in l. 1. C. de summ. Trinit.*

prærga-

prorogare, Clerici tamen non possunt, nisi Episcopi diœcesani consensus accedat, & judex cujus jurisdictionem prorogare voluit, sit Ecclesiasticus.

Idem *Abbati Trecen.*

SIgnificásti *a* nobis, quòd P. Clericus ad petitionem C. mercatoris se tuæ jurisdictioni subjecit, si in termino nunc elapso, de pecunia mutuata non satisfeciſſet eidem: [*& infra.*] ¶ Inquisitioni tuæ taliter respondemus, quòd licèt privatorum consensus eum, qui jurisdictioni præsse dignoscitur, suum possit judicem constituere, Clerici tamen in judicem non suum (nisi fortè sit persona Ecclesiastica, & Episcopi diœcesani voluntas accedat) consentire non possunt.

CAP. XIX.

¶ *Legitimè citatus, tenetur coram judice citante causam prosequi, non obstante, quòd post citationem mutaverit forum.*

Idem.

PRoposuisti nobis, quòd quidam subditus tuus ad petitionem cujusdam *b* adversarii sui, à te legitimè citatus ad causam, quia postmodùm jurisdictionis alterius esse cœpit, cum intendit judicium declinare. Porrò tuæ prudentiæ dubium esse non credimus, quòd is in prædicta causa jus revocandi forum non habet, quasi ab altero *c* jam præventus.

CAP. XX.

¶ *Quisque Clericus potest in curia Romana conveniri, licèt alias specificè forum ibi non fortiatur: habet tamen ex causa jus revocandi domum.*

Idem.

LIcèt ratione delicti seu contractûs aut domicilii, sive rei, de qua contra possessorem causa movetur, quibus forum regulariter quis sortitur, Episcopus vester apud sedem Apostolicam conventus non fuerit: quia tamen omnium Ecclesiarum mater est eadem & magistra, ritè compelli potuit, ut ibi suis adversariis responderet: nisi pro alia justa & necessaria causa venisset, quam si tunc allegâsset, jus revocandi domum salvum fuisset eidem.

DE LIBELLI OBLATIONE.

TITULUS III.

CAP. I.

¶ *Actor tenetur in scriptis libellum porrigere. Vel sic: Judex non debet admittere actorem ad litigandum, nisi prius libellum in scriptis offerat. h. d. per alia verba.*

Ex Concilio apud sanctum Medardum habito *d.*

IGnarus *e* Episcopus dixit: Habetis libellum reclamationis vel postulationis? Illi responderunt, se præ manibus nullum habere libellum. Ignarus Episcopus dixit *f*: oportet vos secundùm Ecclesiasticam auctoritatem, reclamationem vestram libelli serie declarare *g*, eamque vestris manibus roboratam, Synodo porrigere, ut tunc vobis canonicè valeat responderi. Et tunc ipsi fratres libellum conscribentes porrexerunt.

CAP. II.

¶ *Cùm agitur reali, non sufficit rem generaliter peti, sed debet ita specificari, ut evitetur obscuritas & equivocatio.*

Innocentius III.

SIgnificantibus *a* T. & R. fratribus nostro fuit Apostolatui declaratum, quòd cùm inter ipsos ex una parte, & V. ex altera, super quadam terra coram judicibus delegatis tracti fuissent in causam, oblato eis libello: illi (cùm plures terras haberent) ut terra illa, super qua quæstio vertebatur, ostenderetur eisdem, à judicibus postulárunt: quod cùm ipsi facere denegarent, ad nostram audientiam provocárunt. Quocirca mandamus, quatenus si est ita, revocato in statum debitum, si quid post appellationem hujusmodi noveritis attentatum, &c.

CAP. III.

¶ *Non tenetur reus respondere libello in actione personali, si non exprimitur causa petendi.*

Gregorius IX. *Archipresbytero civitatis nova, & M. Canonic. Cultren.*

DIlecti filii fratres Ecclesiæ sanctæ Mariæ de Hispida, suâ nobis petitione monstrárunt, quòd cùm Prior & Conventus sanctæ Mariæ ad Carceres, ipsos super quadam pecuniæ summa coram Priore sanctæ Trinitatis Veron. auctoritate Apostolicâ convenissent, ex parte ipsorum fuit excipiendo propositum, quòd cùm dicti Prior & Conventus nolleat exprimere in porrecto libello *h* conventionali, quare sibi dicta pecunia deberetur, super hoc minimè respondere tenebantur: & quia dictus judex exceptionem hujusmodi admittere denegabat, nostram audientiam appellaverunt. Ideoque mandamus, quatenus si est ita, revocato in irritum, &c.

DE MUTUIS PETITIONIBUS.

TITULUS IV.

CAP. I.

¶ *Judex etiam delegatus, compellit actorem ad respondendum reo in causa reconventionis, & utramq; causam ordine successivo simul audiet, & unâ sententiâ terminabit. h. d.*

Alexander III. *Vulteranæ Episcopo c & Abbati de Spongia.*

EX *d* literis: [*1 & infra.*] ¶ Quoniam rationis ordo exigit *e*, ut Plebanus & Clerici Maturen. Abbati & fratribus Maturen. monasterii, de iis, quæ adversùs eos proponunt, debeant in vestra præsentia respondere, cùm sibi ex ipsis coram vobis à sede Apostolica delegatis justitiam postulant exhiberi: Mandamus, quatenus actione Plebani & Clericorum propositâ, & responsione factâ: monitione præmissâ, compellatis eosdem, memoratis Abbati & fratribus in continenti coram vobis super suis quæstionibus respondere, ut vicissim postmodum rationes partium audientes, concordiâ vel judicio utriusq; negotium terminetis.

[*1 Vestris accepimus, quòd dil. filii nostri Abbas & fratres Maturensis monasterii, super quæstionibus, quas Plebanus & Clerici Maturen. adversùs eos proponunt, vestrum parati sunt subire examen, si sibi in continenti debeant de suis quæstionibus respondere. Vale.*]

a *Vide Fernandum Vasquium lib. 1. 49. de success. resolut. num. 31.* b *dilecto, cujus nam deest in quibusdam manuscr.* c *al. illu.* d *Medardum monasterium est in urbe Suessionensi, ubi id Concilium habitum est. Burchardus lib. 2. decret. cap. 192. Ivo part. 6. c. 1. eod. tit. in 1. compil.* e *Senarus. al. Hegmarus.* f *Vid. l. si quando. C. undevi. & l. si homicidii. C. de accus. & authent. de jud. 4. oportet. coll. 6.* g *allegare.*

a *Vid. Lanfranc. in cap. quoniam. 4. probationes. infrà de prob. & quatenus hic agitur de libello incerto & obscuro, laquem in 4. sed ista. Instit. de action. Decium in cap. delicti. sup. de judic. & Paulum de Castr. consil. 141. & Alex. consil. 121. & 124. in 2. volum.* b *vid. l. fin. C. de aren. except. & l. 1. ff. de edend. per Bart.* c *malè alii Archipresbytero.* d *Post Concil. Later. sub Alexand. III. part. 11. c. 1. & c. 2. eod. tit. in 1. comp.* e *Vid. l. cùm Papinianus. 20 fin. C. de sent. & inter. omnium jud.*

CAP. II.

¶ *Modus procedendi datus per rescriptum in causa conventionis, intelligitur repetitus in causa reconventionis.*

Cœlestinus III. *Rothomag.* a *Decano.*

PRudentiam *b:* [*& infrà.*] ¶ Sanè consuluisti nos, utrùm cùm causa appellatione remotâ committitur, & reus coram eodem judice actorẽ reconvenerit, & actor super reconventione appellationis obstaculum interponit, an sit hujusmodi appellationi deferendum? Nos verò ita sentimus, quòd cùm actoris & rei eadem sit conditio, & uno eodemq; jure circa appellationis remedium debeat uterq; censeri, sicut desiderat actor, ut sibi juxta mandatoris rescriptum justitia fiat appellatione remotâ: eodem modo reconvenienti debet in sua justitia respondere.

DE LITIS CONTESTATIONE.

TITULUS V.

CAP. UN.

¶ *Non per positiones & responsiones, sed per petitionem in jure propositam, & responsionem secutam, fit litis contestatio, quâ omissâ, nullus est processus.*

Gregorius IX. *Abbati sancti Ioannis in Vineis.*

OLim inter Episcopum Novien sem ex parte una, & Capitulum Ecclesiæ sancti Quintini ex altera, super quibusdam injuriis, & excommunicationum sententiis, & quibusdam aliis articulis orta fuit materia quæstionis: [*& infrà.*] ¶ Judices factis quibusdam positionibus & responsionibus ad easdem: auditis etiam, quæ partes voluerunt proponere coram eis, causam eandem ad examen Apostolicum remiserunt. Procuratoribus igitur partium propter hoc in nostra præsentia constituris, quamvis positiones & responsiones hinc inde super pluribus articulis factæ fuerint coram judicibus memoratis: quia tamen litis contestationem *c* non invenimus esse factam, cùm non per positiones & responsiones ad eas, sed per petitionem in jure propositam, & responsionem secutam contestatio *d* litis fiat: processum ipsorum de fratrum nostrorum consilio irritum duximus nunciandum.

UT LITE *e* NON CONTESTATA NON procedatur ad testium receptionem, vel ad sententiam diffinitivam.

TITULUS VI.

CAP. I.

¶ *Si agatur de adulterio ad separationem tori, & ante litis contestationem reus est contumax, potest excommunicari: sed testes recipi non possunt, nec causa diffiniri.*

Innocentius III. *Abbati sancti Proculi, & L. Canonico Bononiensi.*

AD *f* hæc Deus: [*1 & infrà.*] ¶ Cùm causa, quæ inter R. & B. uxorem ejus vertitur, auctoritate Apostolicâ vobis commissa fuisset, tandem procurator ejusdem R. libello uxoris, quo virum ad separationem tori, & ut dotem reciperet, de adulterio accusabat, noluit respondere, donec Advocatus ejus veniret, inducias postulando. Qui cùm hujusmodi inducias sæpè petendo, vobis illudere videretur, tandem ad præsentiam vestram accedens, dixit se respondere paratum: sed die statuto, cùm crederetur responsurus libello, restitutionem uxoris primò fieri postulavit, ne secùs fieret, appellando *a*. Verum quia dicebat mulier se virum habere suspectum, & idem Procurator nec de mulieris impunitate cavere, nec vestro se curâsset postmodùm conspectui præsentare, vos testes mulieris recipere studuistis: [*2 & infrà.*] ¶ Consultationi vestræ taliter respondemus, quòd licèt ordo judiciarius in aliis controversiis sit servandus, & in matrimonialibus causis non usquequaque servetur: quia tamen in præsenti negotio non est actum de fœdere matrimonii, sed de crimine adulterii (per quod ad separationem conjugii, non ad conjunctionem intenditur) quia lite non contestatâ testes fuerunt recepti, & attestationes etiam publicatæ, sive deferendum, sive non deferendum appellationi fuisset, non est ad diffinitivam sententiam procedendum. Potuit tamen præfatus R. propter suam contumaciam, vel etiam Procuratoris (si sciens non purgaverit eandem) excommunicationis sententiâ innodari.

[*1 In Apostol. sede constituit totum Ecclesiæ magistratum, ut quia secundum Scripturam sententiam fecit Deus hominem rectum, sed ipse se immiscuit quæstionibus infinitis, ad eandem vos quæstionem difficiles referantur, suo recto judicio dissolvendi.* & infrà. ¶ *Ad Apostolatus nostri notitiam literarum vestrarum insinuatione pervenit, quòd.*]

[*2 Et attestationibus publicatis diligenter auditis, quæ fuerunt ipsius nomine allegata. Quia verò cum de ferenda sententia cum viris prudentibus tractaretis, diversorum invenistis diversa consilia, quibusdam dicentibus appellationi simpliciter deferendum, aliis autem appellationi deferendum non esse, nonnullo etiam asserente vos appellationem nullatenus tenuisse, cùm mulier non sit restituenda viro suspecto, nisi de impunitate sufficienti præstitâ cautione, vos in tanta varietate nos consulere voluistis, qualiter esset in hoc negotio procedendum. Nos igitur.*]

CAP. II.

¶ *In causa restitutionis, contra contumacem, lite non contestatâ, sententia proferri non potest, hoc dicit, comprehendendo omnem modum sumandi.*

Idem *Hierosolymit. Patriarcha, & Archiepisc. b Cæsarien.*

I. ACcedens *c:* [*1 & infrà.*] ¶ Cùm in judicium delegatorum præsentia, Archiepiscopus Tirenen. restitutionis beneficium postularet, Plebanus sancti Marci de Venetiis (contra quem agebat) nihil ad objecta respondit *d*, sed ad nostram audientiam appellavit: & licèt sæpè fuisset admonitus, ut juri pareret (quia ejus appellatio non tenebat) noluit tamen respondere amplius, vel coram eis etiam comparere. Ipsi verò judices (cùm Plebanus in sua contumacia perduraret *e*) testes receperunt ab adversa parte productos, & depositionibus redactis in scriptis, mandaverunt eidem, ut ad eos accederet, in personas, vel in dicta testium objectorum. Quod cùm facere noluisset *f*, in ipsum excommunicationis sententiam protulerunt, possessionem juris parochialis adjudicantes Archiepiscopo memorato: & eum restituentes in integrum, districtiùs vetuerunt, ne quis possessionem Tirenen. Ecclesiæ restitutam præsumeret perturbare. Cùm igitur *g* lis coram eisdem judicibus non esset contestata, & manifestè pateret, literas ipsas per veri suppressionem obtentas, (cùm manifestum esset duos prædictorum judicum, Achonien. videlicet & Beriten. Episcopos, eidem Archiepiscopo tanquam Suffraganeos suo Metropolitano subesse) ac ex his Plebanum legitimè appellâsse constaret, in quem (etiamsi minùs legitimè appellâsset) licèt judices ipsi propter contumaciam

a *al. Archiep.* b *Pars c. prudentiam sup. de offic. jud. del. & c. 2. eod. tit. in 2. comp.* c *Vid. Bart. & Fulgos. & Paulum in l. causas. C. de transf. Soc. in reg. 291.* d *l. un. Cod. & l. Aurelius. §. idcirco. ff. de lib. leg.* e *Vid. Bart. Soc. in fallent. Reg. 298, & aliquot seqq.* f *C. eod. tit. in 3. compil.*

a *Vid. auth. quas senat. C. quom. & quand. jud. & ibi gl.* b *Cæsarien.* c *C. eod. tit. in 2 comp.* d *Vid. l. 1. ff. si quis jus dic. non obtemp. & l. 2 ff. si quis in jus voc. non ierit.* e *al. malitia permaneret.* f *Vid. l. 2. §. si quis à Principe. ff. ne quid in loc. publ.* g *ordo est: Igitur nos cassavimus prædictas sententias, cùm lis non esset contestata, & pateret, &c. & constaret, &c.*

excom-

excommunicationis forte potuerunt proferre sententiam, non tamen debuerunt super principali negotio diffinitivam sententiam, lite non contestatâ, proferre: prædictas cassavimus sententias, imò cassas denunciavimus & inanes. Unde Tiren. Archiepiscopo dedimus in mandatis, ut Ecclesia S. Marci instrumenta restituat, & etiam universa, quæ hujusmodi occasione sententiæ per se, vel per alios occupavit. a

[1 *Ad præsentiam nostram ven. f. n. Papien. Ep. ven. f. n. Achonen. Basilien. & Bersten. Episcoporum nobis literas præsentavit, sententiam continentes quam super causa, quæ inter ven. f. n. Tyren. Archiepiscopum ex una parte, & Plebanum sancti Marci, ex altera vertebatur, iidem Episcopi promulgârunt: asserebant etenim iidem Episcopi memorati per suas literas, quòd cum causam ipsam de mandato nostro susceperint terminandam, partes ad suam præsentiam convocârunt. Sed Plebanus nec eorum literas, in quibus mandati nostri tenor erat expressus, recipere voluit, nec eorum se conspectui præsentavit, sed secundâ citatus, licèt nec literas eorum recipere voluisset, coram eis apparuit, priorii absentia suæ causas allegans, & instrumento nostrarum literarum tenore, pertæ etiam inductis & receptis, ab eis licentiatus abscessit, se statuto die ad eos redire promittens.*]

CAP. III.

¶ Si lite non contestatâ reus est contumax, si fieri potest, mittitur actor in possessionem, causâ custodiæ: aliàs reus excommunicabitur.

Idem *Episcopo Brixiensi.*

TUæ fraternitatis *b* devotio: [1 & 2.] ¶ Consultationi tuæ taliter duximus respondendum, quòd si reus lite non contestatâ se absentat *c* contumaciter: talisq; sit causa, quòd actor possit in petitarum rerum possessionem induci, est in eandem causa custodiæ inducendus. Quòd si causa talis fuerit, quòd idem in possessionem nequeat intromitti *d*, ut juri pareat, per censuram Ecclesiasticam est contumax compellendus.

[1 *Consuluisti præterea, utrùm si aliquis ætatis legitimæ peremptorio patere noluerit, judex lite non contestatâ, contra ipsum debeat sententiam promulgare, ut idem affectus tædio appellationis, saltem judicis se conspectui repræsentet. Ad quod.*]

CAP. IV.

¶ Receptio testium facta contra non contumacem, lite non contestatâ, in causa matrimoniali est nulla.

Idem *de decima & Helemosina* e *Abbatibus Aurelian. & Carnoten. diœcesis.*

II. ACcedens *f* ad sedem Apostolicâ nobilis vir Guil. *g* Vicecomes, nobis exposuit, quòd cùm Corisopiten. Episcopus Comitem Britanniæ proximâ lineâ consanguinitatis attingat: & Archidiaconus ejus sit Clericus commensalis, qui eidem Vicecomiti est adversarius principalis, utpote qui uxorem *h* suam, & terram publicè detinere præsumit) & magister P. de terra uxoris suæ oriundus, existat nimis favens eidem, & omnes sub districtu existant Comitis memorati, nec nisi per districtum ipsius ei pateat accessus ad eos, & ipsi, quibus causa inter ipsum & uxorem suam commissa fuerat, nunquam ei voluerint, nisi in terra inimicorum suorum, locum & terminum assignare, quò sine mortis periculo accedere non audebat: & licèt literas non habuit de conductu, si tamen missæ ei fuissent, non debebat se credere suis capitalibus inimicis: [1 & 2.] ¶ Mandamus, quatenus cum propinquiores sitis terræ nobilis jam dictæ, quàm suæ, & causa ipsa per vos commodius valeat terminari, cùm ad vos securus *a* pateat accessus, utrinque *b* partibus convocatis (si vobis constiterit, quòd ante litem legitimè contestatam, vel post appellationem ex præmissis causis interpositam, testes super consanguinitate contra matrimonium absque culpa contumaciæ recepti fuissent) vos attestationes hujusmodi decernatis irritas & inanes, compellentes dictam nobilem, ut revertatur ad virum suum (quem inconsultè dimisit) ita quòd postquam ipse vir plenariam restitutionem habuerit tam uxoris, quàm terræ, causam super matrimonio audiatis: eamq; fine canonico terminetis.

[1 *Sed quia lite non contestatâ super consanguinitate testes recipere præsumpserunt:* & infrà. ¶ *Cum igitur in matrimonialibus causis non tam ad disjungendum, quàm ad conjungendum debeamus existere promptiores, ne forte quod Deus conjunxit, homo non separare præsumat, dist. v. p. a. f.*]

CAP. V.

¶ Lite non contestatâ non recipiuntur testes regulariter super principali. Fallit in casibus hic annotatis: scilicet cum timetur de morte, vel absentia diuturna testium: tunc enim servatâ solennitate hic positâ, possunt etiam lite non contestatâ testes examinari. h. d. usque ad §. verò.

Idem.

QUoniam *c* frequenter in dubium revocatur à multis, an lite non contestatâ testes recipi valeant, auctoritate præsentium duximus declarandum, regulariter verum esse, quòd lite non contestatâ, non est ad receptionem testium procedendum. Nisi fortè de morte testium timeatur, vel absentia diuturna: in quibus casibus, cùm civiliter est agendum (ne veritas occultetur, & probationis copia fortuitis casibus subtrahatur) senes, & valetudinarii, & alii testes (de quibus ex aliqua rationabili causâ timetur) etiam lite non contestatâ sunt procul dubiò admittendi, seu pars conventa sit contumax, seu sit absens absque malitia, ut conveniri non possit. Sed si actor non convenerit adversarium intrà annum, ex quo conveniri poterit, vel saltem receptionem hujusmodi testium non denunciaverit illi: attestationes sic receptæ non valeant, ne fortè hoc procuret in fraudem, ut processu temporis exceptiones legitimæ ad repellendum testes, vel aliæ locum habere non possint.

¶ *Cum agitur de matrimonio carnali vel spirituali, possunt contra contumacem etiam lite non contestatâ testes recipi, & sententia diffinitiva ferri. Si verò reus est absens: sed non contumaciter, tunc in carnali non procedetur, sed expectatur absens. In spirituali verò si agatur de contracto, stabitur juribus antiquis: si de contrahendo, expectatur absens per sex menses. Sed de hoc ultimo, quando agitur de contrahendo, die hodie ut in capit. quam sit. & capit. cupientes de elect. in 6. ubi aliter est provisum. h. d.*

Fortè speciales causæ possunt occurrere, in quibus casualiter est aliud observandum, ut (verbi gratiâ) si super alicujus electione, vel copia maritali *d* quæstio moveatur: tunc etenim (ne propter longam moram in spiritualibus & temporalibus patiatur Ecclesia læsionem, vel viro sive mulieri fornicationis occasio præbeatur, maximè cùm propinquitatis gradus opponitur lege divinâ prohibitus) in hujusmodi casibus (si contumax apparuerit is, in quem fuit actio dirigenda, seu quia peremptoriâ citatione receptâ venire contemnit, seu quia malitiosè seipsum occultat, *e* seu quia impedit, ne possit ad eum citatio pervenire) testes lite non conte-

a *Vide l. dissoluta. C. de cond. ex lege.* b *Cap. 3. eod. tit. in 3. compil.* c *al. absens averit se.* d *introduct.* e *de Curia Dei & de elemosyna Abbatib. &c.* f *Cap. 4. eod. tit. in 3 compilat.* g *Al. VV.* h *Ex qualitate enim horum casuum oritur interdictio capitalis, ut his per Doël tradit Marsil. in l. 1. §. præterea. ff. de quæst.*

a *Securior.* b *utrinq;.* c *C. 1. eod. tit in 3 compilat.* d *contrahenda vel contracta. sed in qui abest contumax est & sic variat à §. seq si autem. secund. Hostien. Ioan. And.* e *vide l. contumacia. cum not. ff. de reg. jur.*

statâ sunt meritò admittendi, & nihilominùs (si de causa liqueat) ad diffinitivam sententiam procedendum. Si verò aliter absens fuerit, & agatur de spirituali conjugio inter Prælatum & Ecclesiam jam contracto, electione maximè confirmatâ, illud in hoc articulo volumus observari, quod super expectatione talium personarum in sacris est canonibus diffinitum. Quòd si fortassan agatur de spirituali conjugio contrahendo: is qui est in Prælatum electus, per spatium sex mensium expectetur, nisi (pensatis negotii circumstantiis) per superioris providentiam magis vel minùs fuerit expectandus.

Si autem de carnali conjugio sit agendum, tamdiu alteruter conjugum expectetur, donec de ipsius obitu *a* verisimiliter præsumatur: quia cùm sine culpa sit absens, ut si captivitate, vel ægritudine, aut alio justo impedimento forsitan teneatur, aut etiam propriâ, sed non malitiosâ voluntate, in remotis partibus moram faciat *b*, ut de facili vel in brevi citari non possit: ei quidem præjudicari non debet, cùm habeat forsan exceptiones legitimas ad intentionem contrariam elidendam: eo nequaquam obstante, quod de lapsu carnis posset opponi: quoniam in conjugio multi casus occurrunt, in quibus conjuges sine culpa, sed non sine causa continere coguntur.

¶ *Ad perpetuam rei memoriam, vel cùm agitur per viam inquisitionis, possunt testes sine litis contestatione recipi, & etiam publicari. h.d. usq; ad* ¶. *In aliis verò.*

Sunt & alii casus similiter *c* speciales, in quibus absque litis contestatione legitimè possunt testes produci, ut quando excessuum inquisitio, vel testium publicatio imminet facienda.

¶ *Si reus lite non contestatâ est contumax, & agitur reali, mittitur actor in possessionem rei petita, causâ custodiæ: quam tamen recuperat reus veniens intra annum, si offerat cautionem de standojuri, & restituat expensas: post annum verò his non servatis non auditur, nisi super proprietate. Sed si conveniatur reali, qui nomine alieno possidet, nominabit Dominum in judicio, & statuetur ei terminus, intra quem faciet Dominum comparere: qui si intra terminum non venerit, judex illum citabit: quo adhuc non veniente, judex mittet actorem in possessionem veram. Si verò reus contumax conveniatur actione personali, mittetur actor in possessionem bonorum ipsius rei, pro modo debiti declarati: & primò mobilium, secundò immobilium, si mobilia non existant: vel excommunicabitur reus. h.d. usq; ad finem.*

In aliis verò casibus prudenter est attendendum, utrùm contumax reali actione, an personali conveniatur. Si reali, mittendus est actor in rei petitæ possessionem, ut tadio affectus reus veniat responsurus. Qui si venerit intra annum (judicio sisti præstitâ cautione *d*, ac exhibitâ satisfactione congruâ expensarum) possessionem recuperet. Quòd si cautionem offerre neglexerit intra annum, actor post annum verus constituetur possessor: super proprietate duntaxat adversæ parti defensione legitimâ reservatâ. Quòd si super rebus immobilibus quispiam conveniatur, qui eas possidet nomine alieno, debet statim in judicio Dominum nominare, certo dierum spatio à judice statuendo *e*, eoque ad ejus notitiam perducendo, ut vel ipse veniens, vel idoneum dirigens responsalem, actoris intentionem excipiat. Si verò post tempus indultum, quod dispositum est, noluerit adimplere: tanquam lite, quæ ingeritur, ex eo die, quo possessor ad judicium vocatus est, ad interrumpendam præscriptionem longi temporis contestata, Dominum possessionis judex tribus *a* edictis legitimis evocabit: & tunc ipso in eadem voluntate manente, negotium summatim examinans, in possessionem ipsarum rerum actorem mittere non tardabit: omni allegatione absenti super principali quæstione reservatâ. Si autem super personali actione conveniatur, vel mittendus est actor in possessionem mobilium ipsius, vel immobilium, si fortè mobilia non habeat, pro modo debiti declarati: vel in contumacem est Ecclesiastica sententia proferenda: ita videlicet, quod alterutrâ pœnâ, quæ magis timeri debeat, judex à principio sit contentus: ad alteram nihilominùs processurus, si hoc meruerit protervitas contumacis: qui veniens intra annum, vel post annum etiam audietur, juxta distinctionem in alio casu superiùs annotatam.

a *Quot modis probetur aliquis mortuus, docet Odofr. in leb. fin. C. de sacrof. Eccles. Cyn. in l. siquidem. C. fil. matr. Maranta in leg. ii potest. ubi ponit 23. modos.* b *De modo probandi justam absentiam vid. in l. penult. & ad crimen. ff. de publ. judic.* c *In antiquis, casus speciales, in quibus similiter, &c.* d *Vid. l. cùm Clericis. C. de Epis. & Cleric.* e *al. statuendo.*

DE JURAMENTO CALUMNIÆ.

TITULUS VII.

CAP. I.

¶ *Clericus in causa Ecclesiæ suæ juramentum calumniæ potest alteri committere: & per se jurare non cogitur, nec debet sine superioris licentia.*

Honorius secundus *b*.

INhærentes vestigiis prædecessorum nostrorum, dicendum graviores quæstiones per summum Pontificem terminari: [1 *& infrà.*] ¶ Legibus itaque comperimus esse cautum, ut nullus Clericus jurare præsumat. Alibi verò reperitur scriptum, ut omnes principales personæ in primo litis exordio subeant calumniæ juramentum, propter quod plerisque venit in dubium, utrùm Clericus jusjurandum præstare debeat, aut alii hoc officium delegare: quia illud constitutionis edictum, ubi Clerici jurare prohibentur, à Marco *c* Augusto de Constantinopolitanis Clericis promulgarum fuisse videtur, idcircò ad alios non creditur pertinere. Ut ergo dubietas ista auferatur, secundùm etiam decisionem filii nostri *d* H. quondam Imperatoris, cujus sunt verba hæc: [*& infrà.*] ¶ Ejus itaque interpretationem corroboramus, & divi Marci constitutionem ita interpretari debere decernimus, ut ad omnium Ecclesiarum Clericos generaliter pertinere judicetur. Nam cùm Imperator Justinianus decreverit, ut canones Patrum vim legum habere oporteat, & in nonnullis Patrum canonibus reperiatur, ut Clerici omninò jurare non audeant, dignum est, ut totus clericalis ordo à juramento calumniæ præstando sit immunis. Præterea statuti Principis tenor talis esse dignoscitur: Nos itaque (divinæ & humanæ legis intentione servatâ) decernimus & Imperiali au-

a *Dicto, tribus, deest in omnib. vet. ex Raymundo & Arnt. compilatione.* b *In impressis Honor. 1. sed ex Codicib. Bamb. veterem lectionem restituimus, & Honorium secundum reposuimus, ut etiam observat. Const. cum ex ordine Capit. hujus tituli: tum ex Henrici Imperatoris mentione in hoc Capit. habita: vixit enim Eugenius, & sedit circa annum Christi 1226. Imperator. Henric. 5. Habetur hæc decretal. post Concil. Lateran. sub Alexandr. 3 p. 11. capit. 1. & cap. 2. eod. titul. in 2. compilatione. In una Henr. 3. omnibus Episc. occidentalibus. In aliis, Henricus, simpliciter.* c *Legend. Marcianus. ut & infrà paulò post. error hinc proclivis, quòd in scriptis codicibus, qualis habet, sic scriptum erat: Imperat. Marc. Marcianus. Illi autem scripserunt: Marcus.* d *Henrici, ut scribitur in vet. lib. ubi additur eam Henrici constit. Arimini factam esse 9. Kalend. April.*

ritate irrefragabiliter diffinimus, ut non Episcopus, non Presbyter, non cujuscunque ordinis Clericus, non Abbas, non aliquis Monachus, vel sanctimonialis, in quacunque causa, sive controversia, seu criminali, seu civili, juramentum compellatur quâlibet ratione subire, sed aliis idoneis defensoribus (si expedire Ecclesiæ suæ noverit) hujusmodi officium liceat delegare. Verùm cum hac moderatione, ut Episcopus inconsulto Rom. Pontifice, vel quisque Clericus inconsulto Prælato suo minimè jurare audeat. Omnibus autem Episcopis, & universo Clero, hæc ita custodiri debere mandamus, ut si quis in illam constitutionem commiserit, veniam sibi deinceps nullatenus denegari.

[1 *Nostrorum fratrum diligenter consilio inquisito, hujusmodi causæ speciem irrefragabiliter Deo opitulante decidimus. Quoniam.*]

CAP. II.

¶ *In spiritualibus causis, de calumnia non juratur.*

Idem *a ordinatori Rom. Eccles. Subd. & magistro Omnibone.*

Literas *b*: [1 *& infrà.*] ¶ Sanè Rom. Eccl. in his casibus, in quibus de Ecclesiis, decimis, & rebus spiritualibus tantùm agitur, juramentum calumniæ nec dare, nec recipere consuevit: eò quòd tales causæ non ex legum districtione, sed ex canonum æquitate finem debitum sortiantur: canones autem juramentum calumniæ in hujusmodi causis nullis prorsus indicunt. Unde contentione de juramento calumniæ præstando dimissâ, ad ulteriora discretio vestra procedat.

[1 *Benignitatis tuæ benignè recepimus, in quibus, utrùm in ea causa, quæ inter ven. f. n. G. Bonon. Episcopum, & dil. fil. A. Paduanum Abbatem, sub vestro examine agitatur, juramentum calumniæ præstari vel recipere conveniat, requisistis.*]

CAP. III.

¶ *Principalis persona non existentis relevatur ab onere juramenti de calumnia licèt compareat per Oeconomum: sed sibi vel Oeconomo est deferendum, inspectâ qualitate causæ & personarum. b. d.*

Eugenius Papa.

In pertractandis *c* causis sacramentum calumniæ non passim præcipimus exhiberi: sed causæ & principalium personarum qualitate inspectâ, quandoque per ipsas principales personas, quandoque per Oeconomos, qui causam omninò non nesciant, in animam jurantis illud præcipimus præstari.

CAP. IV.

¶ *Universitas tenetur jurare de calumnia, nisi relevet se constituendo Oeconomum.*

Idem *Magalon. & R. Neumansen. Episcopis.*

Imperatorum *d*: [1 *& ff.*] ¶ Accepimus autem, quòd ab Abbate & fratribus Clarevallis *e* (sicut ab aliis) exigitur calumniæ juramentum. Ad quod faciendum eos cogere non debemus. Sed ne aliena jùra videantur hujusmodi occasione illicitè detinere, & ipsa causa sua decidant, si ex parte ipsorum prædictum juramentum, cùm res postulaverit, non fuerit præstitum: eisdem præcipimus, ut in suo monasterio Oeconomum statuant, qui pro eis petere & excipere, atque juramentum de calumnia (cùm necesse fuerit) valeat exhibere: [2 *& ff.*] ¶ Tu verò frater Neumansen. Episcope, Oeconomum idoneum statuas, qui in tali officio conveniens ipsi monasterio videatur.

[1 *Secularium leges & sanctorum Patrum institutiones Ecclesiasticos viros religiosis in omnipotentis Dei servitiis protegunt & defendunt, & nullam eis molestiam vel perturbationem quæ sacros ordines contradicat, irrogari permittunt.*]

[2 *Ideoq; per a. s. f. v. m. q. eosdem fratres, qui in ista causa sunt, sicut ratio exigit, plenius instruatis, ut de cætero sua jura per hoc non possint amittere, & aliis quantum justitia permittit, in talibus causis debeant satisfacere.*]

CAP. V.

¶ *Clerici etiam in eorum causis jurant de calumnia; contrariâ consuetudine non obstante.*

Lucius III. *Heliens. a Episcopo, & Archid. Norvicen.*

Cæterùm, quia *b* novis morbis, nova convenit antidota præparari: mandamus, quatenus in causa fidejussionis, quæ inter R. Clericum de sancto Albano, & I. & F. Canonicos London. vertitur: ad veritatem eliciendam, appellatione cessante, præstari faciatis ab utraque parte calumniæ juramentum: consuetudine, quæ legi contraria est, non obstante.

CAP. VI.

¶ *Procurator vel Syndicus universitatis Ecclesiastica vel secularis, de calumnia jurare potest. b. d.*

Innocentius III. *Episcopo Placen.*

Cùm causam *c*, quæ inter Ravennaten. Archiepiscopum, & Commune Faventinum, super villa Luci, ac quibusdam aliis vertitur, delegatis judicibus duxerimus committendam, & iidem in negotio minimè processissent: nos partibus dedimus in mandatis, ut pro ipsâ causa nostro se conspectui præsentarent: quorum Procuratoribus cum instrumentis de rato, in nostra præsentia constitutis, petitionem ipsius Archiepiscopi per Procuratorem ejus fecimus exhiberi: & ad eam, partem alteram respondere, ac interrogationibus & responsionibus redactis in scriptis, & lite coram nobis plenissimè *d* contestatâ, fecimus calumniæ juramentum ab ipsis Procuratoribus utrinque præstari.

CAP. VII.

¶ *Episcopus jurat de calumnia (si per seipsum elegit litigare) propositis tantùm, non tactis Evangeliis. Se verò per Syndicum litigat, per illum potest jurare. b. d.*

Gregorius IX. *Episcopo Belnacen.*

Cùm in causa pecuniaria, quam inter te & R. *e* motam esse proponis, non per te, sed per Syndicum, vel actorem elegeris litigare, per illum quidem præstandum erit calumniæ juramentum: quòd si per te ipsum, propositis tantùm, sed non tactis Evangeliis (sicut in dicendo testimonio) à te videtur hujusmodi juramentum exhibendum: [*& infrà.*]

¶ *Actor refutando juramentum calumniæ sine causa, cadere debet ab instituta actione: reus autem debet haberi pro confesso. Hoc dicit.*

Pœna verò recusantis hoc juramentum, cùm præstandum fuerit, est, ut actor ab instituta cadat actione, reus autem haberi debeat pro confesso.

DE DILATIONIBUS.

TITULUS VIII.

CAP. I.

¶ *Summa sit: (ne videatur convenire rubricæ de appellationibus.) Citatio vocatoria cum peremptoria non debet esse nimis brevis, maximè ubi de rebus Ecclesiasticis agitur: nisi necessitas aliud suggerat.*

Alexander III. *Cantuar. & Vigor. Episcopis.*

Dilecti *f* filii, Abbas & Monachi de H. nobis insinuare curârunt, quòd cùm causam, quæ vertitur inter ipsos, & Moniales de

a *In Cod. Verb. ita: Eugenius Pap. III. Arduino Rom. &c.*
b *Cap. 3. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. Lat. sub Alex. 3. c. 7.*
c *Post Conc. Lat. sub Alex. 3. p. 23. c. 3. & c. 4. eod. tit. in 1 comp.*
d *Cap. 5. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. Lat. sub Alex. 3. p. 23. c. 4.*
e *Framevallis. vel.*

a *Vt in c. 4. infr. de fidejuss.* b *Post Concil. Lat. sub Alex 3. part. 23. c. 5. & c. 6. eod. tit. in 1. comp.* c *C. 1. eod. tit. in 3. compil.*
d *al. legitimè.* e *al. M.* f *Post Concil. Later. sub Alex. 3. p. 23. 55. ubi est integra facti species.*

Leicen. super Ecclesia de Alten. Decano & Archidiacono Lincon. commiserimus terminandam: ipsi timentes se à judicibus aggravari, eò quòd ad primam citationem terminum sibi nimis brevem & peremptorium statuerunt, a ad nostram audientiam duxerunt appellandum: [1 & infrà.] ¶ Quia verò non spectat ad juris ordinem, diem peremptorium, maximè cum de rebus Ecclesiasticis agitur (nisi fortè necessitate urgente) taliter maturare: mandamus, quatenus si est ita, revocato in irritum, si quid inveneritis post appellationem hujusmodi attentatum: in causâ juxta priorum tenorem literarum procedatis.

[1 *Nos igitur attendentes.*]

CAP. II.

¶ *Inducia deliberatoria denegantur reo, si per literas citatorias plenè potuit instrui, & deliberare super eo, de quo quæritur.*

Cœlestinus III.

PRæterea b adjecisti, quòd cùm causæ tibi à sede Apostolica delegantur, & in literis citatoriis rescriptum Apostolicum inseris, ut eo viso deliberare valeat, qui ab altero convenitur: [1 & infrà.] ¶ Quia igitur quid agendum sit in hoc casu, desideras edoceri, taliter tibi respondemus: quòd reo ad judicium legitimè convocato c, si ex rescripto sibi transmisso plenè potuit instrui super eo, de quo in judicio convenitur, inducix deliberatoriæ non sunt ulteriùs indulgendæ, sed procedendum potiùs est ad examinationem causæ, & finem ei debitum imponendum.

[1 *Cumq; non ad primam & secundam canonicam citationem, sed ad tertiam tantummodò reus venire actore ad omnes citationes veniente, & ipse actor intentionem suam in jure proponat: reus vexationi ejus intendens, tunc primò deliberatorias requirit inducias, cùm actor eidem authenticum offerat, ut concordet cum rescripto: quia in prima citatione recepit, asserens etiam quòd longo citationis spatio, si voluerit, plena tempus deliberationis potuit habere.*]

CAP. III.

¶ *Ex declaratione verbi generalis, vel ambigui positi in libello, nova inducia deliberatoria dandæ non sunt, si per expressa potuit reus deliberare super ambiguitate illa, vel generalitate. h. d.*

Honorius III. *Ferentino* d *Episcopo.*

LIteræ tuæ ac petitio Presbyteri e sanctarum Priscæ & Aquilæ de urbe, nobis exhibitæ continebant: [1 & infrà.] ¶ Idem Presbyter contra nobiles viros A. & G. libellum Ecclesiæ suæ nomine obtulit, continentem, quòd pensio de possessionibus soluta non fuerat ipsi Ecclesiæ, elapsis jam tribus annis, & ultrà. Nobilibus verò ipsis petentibus, ut explicaret ipsis spacium, quod per hanc adjectionem, & ultrà, significari volebat: & ipso Presbytero exprimente, quòd septem annis fuerat in dictæ pensionis solutione cessatum: iidem dicentes libellum esse hujusmodi expressione mutatum, longiores ad deliberandum petierunt inducias: quas quia denegâsti eisdem, ad nostram audientiam appellaverunt. Nos igitur appell. hujusmodi frivolam reputantes, mandamus, quatenus eâ nequaquam obstante, in negotio ipso ratione præviâ procedas juxta priorum continentiam literarum.

[1 *Quòd cùm causam, quæ inter ipsum Archipresbyterum ex una parte, & nobiles viros A. & de Cilicia & G. & fratres eorum, & filios ex altera, super quibusdam possessione, & reditu agitur, tibi duximus committendam.*]

CAP. IV.

¶ *Si citatus in causa ardua de longinquo vocatur pro publica utilitate, etiam ad locum judicii, ita quòd intra terminum citationis deliberare, & alia sua necessaria ad comparendum explicare non potuit, in termino respondere non cogitur, si reperiatur in loco judicii, sed habebit novas inducias. h. d. notabiliter.*

Greg. IX. *Abbati Aquarivæ Turonen. diœc. & Archidiac. Turonen.*

EXposuit nobis Bituticensis Archiepiscopus: [& f.] ¶ Burdegalen. Archiepiscopo dedimus in a mandatis, ut super jure primatiæ quam in eo & in provincia sua dictus Bituricen. Archiepiscopus se habere proposuit, ad initium proximè præteritæ Quadragesimæ (quod ei terminum peremptorium assignavimus) per se, aut per Procuratorem idoneum, se conspectui nostro præsentaret b. Cumque postmodum personaliter vocatus pro Ecclesiæ Romanæ subsidio, ad nostram c audientiam accessisset, dictus Bituricen. Archiepiscopus apud sed. Apostolic. constitutus, postulavit instanter, ut in eodem negotio procedere deberemus. Idem verò Burdegal. Archiepiscopus ad propria rediens, constituit pro se Procuratorem in ipso negotio, qui (salvis exceptionibus sibi competentibus in respondendo & defendendo, ac aliis) omnia faceret, quæ in propria erat persona facturus. Petente ergò Archiepiscopo suprædicto, ut præfatus Procurator responderet eidem: ille excipiendo proposuit se ad hoc non teneri, cùm pro alia majori causa, pro publica scilicet utilitate, dictus Burdegalen. vocatus, pro absente reputari debuerat d, & revocandi domum privilegium habuisset. Nondum etiam super hoc deliberaverat cum Suffraganeis suis, & aliis, quorum consilium tam ardua causa requirit: nec tempus habuerat, in quo ad utrumq; negotium valuerit (sicut expediret) esse paratus. Sed pars altera econtrà respondit, quòd cùm super quæstione prædicta priùs fuerat evocatus, nostræ intentionis non fuerat primum mandatum per posterius revocare: temporis quoque spacium habuerat tam prolixum, ut potuisset, si voluisset, super causa deliberare prædicta, sicut fecerat cum quibusdam: & commodè utrique negotio imminere: [& infrà.] ¶ Nos igitur de consilio fratrum nostrorum usque ad proximum e venturum festum Nativitatis Dominicæ dilationem adhuc sibi duximus indulgendam.

DE FERIIS.

TITULUS IX.

CAP. I.

¶ *Diebus Dominicis mercari, litigari, judicari, vel jurare non debet: sed de vespera in vesperam debent celebrari.*

Ex Concilio apud Compendium f.

OMnes dies Dominicos à vespera in vesperam, cum omni veneratione decernimus observari, & ab omni illicito opere abstineretur in eis mercatum minimè fiat, neq; placitum: neq; aliquis ad mortem vel ad pœnam judicetur, nec sacramenta (nisi pro pace, vel alia necessitate) præstentur.

CAP. II.

¶ *Festorum principium & finis fieri debet, secundùm ipsorum magnitudinem, & consuetudinem regionis. hæc primò. In præcipuis festis & intra Pascha & Pentecosten, non sit solennis genuum flexio. Si tamen tunc Clerici vel*

a *Vide l. contumacia. ff. de re jud. & l. tres denunciationes. C. quomodo & quando jud.* b *C. t. eod. tit. in 7. comp.* c *evocatis.* d *al. Ferrarien. al. Florentino.* e *Eccl. S. Pauli in urbe Rom. præest Abbas unus: & huic Ecclesiæ deserviunt 7 Presb. Card. quorum unus est Presb. Cardinalis S. Priscæ. Ergo hic non Archipresbyteri legendum, sed Presbyteri: nihilominus tamen Archipresbyteri legitur in omnib. manuscr.*

a *Præceptis.* b *Vid. leg. 1. & ibi gloss. & DD. C. eodem.* c *alit. præsentiam.* d *Vide l. alitione. §. Labeo. ff. pro soc. & l. 1. in fin. ff. solut. matr.* e *primum.* f *Burch. 3. decr. cap. 81. Ivo part. 4. cap. 18. & c. 1. eod. tit. in 1. compil. vide Covarruvian. lib. 4. var. resol. cap. 19.*

Episco-

Episcopo ordinentur, secundum ordinationis modum, genua flectuntur. hoc secundo. Romana Ecclesia speciale festum de Trinitate non facit: servatur tamen de hoc cujusq; Ecclesiæ consuetudo. hoc tertiò.

Alexander III. a *Terdon. Archiep.*

QUoniam *b* in parte: [1 & 3.] ¶ Licèt scriptum sit, de vespera in vesperam celebrabitis sabbatha vestra: festorum tamen principium & finis, juxta eorum qualitatem, & diversarum regionum consuetudinem debet attendi: & sicut magnitudo dierum exigit, prius incipere, & tardiùs terminari: [*& infra.*]

¶ Diebus autem Dominicis & aliis præcipuis festivitatibus, sive inter Pascha & Pentecosten, genuum *c* flexio nequaquam debet fieri: nisi aliquis ex devotione id velit facere in secreto. In consecrationibus *d* autem Episcoporum, & Clericorum ordinationibus, consecrans & consecratus tantùm genua flectere possunt: secundùm quod consecrationis modus requirit. Præterea festivitas sanctæ Trinitatis, secundùm consuetudines diversarum regionum à quibusdam consuevit in octavis Pentecostes: ab aliis in Dominica prima ante adventum Domini celebrari. Ecclesia siquidem Romana in usu non habet, quòd in aliquo tempore hujusmodi celebret specialiter festivitatem: cum singulis diebus, Gloria Patri & Filio & Spiritui Sancto, & cætera similia dicantur ad laudem pertinentia Trinitatis.

[1 *Vestram volumus prudentiam certâ cognitione tenere, quòd.*]

CAP. III.

¶ *Propter necessitatem alimentorum, licet diebus feriatis in honorem Dei opera servilia intendere, maximè circa rem tempore perituram. h. d.*

Idem *Taburien. Archiepiscopo.* e

LIcèt tam *f* Veteris, quàm Novi Testamenti pagina septimum diem ad humanam quietem specialiter deputaverit: & tam eum, quàm alios dies majestati altissimæ deputatos, necnon natalitia sanctorum Martyrum Ecclesia decreverit observanda: & in his ab omni opere servili cessandum: [1 & 3.] ¶ Indulgemus, ut liceat parochianis vestris diebus Dominicis, & aliis festis (præterquam in majoribus anni solemnitatibus) si alecia terræ se inclinaverint, eorum captioni ingruente necessitate intendere: ita quòd post factam capturam Ecclesiis circumpositis & Christi pauperibus congruam faciant portionem.

[1 *Nos tamen cui ab omnium provisore Ecclesia est regimen commissum, super his quæ necessitas exegerit, Christi fidelibus tenemur commodum providere, non ut si quando eos servilis operi, id est, alterni vel operis peccati publici & voluti & vestitui quærendo forte intendere contigerit, voluntas ut ein Ap. sed. misericordiâ consuetâ subveniatur. Inde siquidem est, quod regio vestra, quæ non multis fructibus abundet, mare in quo populus majorem consuevit habere sustentationem, sterilius solita effectum fuisse multorum relationibus cognoscentes, B. Petri auct. & Pauli & nostrâ.*]

CAP. IV.

¶ *Tres septimanæ, quibus eamus prohibet fieri nuptias, ante festum Joannis Baptistæ, non continuantur festo: sed intelligitur de septimana Ascensionis cum duabus sequentibus.*

Clemens III. *g*

CApellanus tuus, frater Episcope, *h*, coram nobis ex parte tua proposuit, quòd cùm statuta canonica declarent nuptias tribus septimanis ante festum nativit. beati Joannis Baptistæ minimè celebrari debere, quidam hebdomadas illas absq; interpolatione continuandas intelligunt. Alii verò inter festum & ipsas volentes facere intervallum, illud dicunt ob reverentiam festivitatis Pentecostes fuisse statutum: quæ in septimanis istis solet intervenire quandoque: & sic à tribus diebus Rogationum ante Ascensionem Domini inchoantes, usque ad octavum diem post Pentecosten (illis hebdomadis computatis) illo tantùm spatio temporis celebrari nuptias *a* non permittunt, earum celebrationem abinde nullatenùs inhibentes. Quia ergò consulti fuimus, utra istarum opinionum potior videatur: nobis & fratribus nostris apparuit, quòd licèt ea sit Romanæ Eccles. consuetudo, ut quocunque tempore matrimonium contrahatur, consensu interveniente legitimo de præsenti: quia tamen à Septuagesima usque ad septimum diem *b* post Pentecosten celebrari nuptiæ non sinuntur, & posteà etiam tribus septimanis, vel pluribus, ante festivitatem sancti Joannis sine differentia celebrantur: posterior sententia meliori & subtiliori nititur ratione: & sive secundùm canones à Septuagesima usque post octavas Paschæ: sive juxta consuetudinem Ecclesiæ Rom. usq; post septimum diem festi Pentecostes (quod caret octavis) nuptiæ suspendantur: in Dominica, quæ sequitur, & deinceps possint licitè celebrari.]

CAP. V.

¶ *In feriis introductis in honorem Dei & Sanctorum, nisi ob necessitatem vel pietatem, judicium exerceri non potest, etiam de consensu partium: feriis tamen introductis favore hominum, partes renunciare possunt.*

Gregorius IX.

CONquestus est nobis: [*& infrà.*] ¶ Quamvis non prorogari, sed expediri deceat *c* quæstiones: debet tamen judicialis strepitus diebus conquiescere feriatis, qui ob reverentiam Dei noscuntur esse statuti: scilicet Natalis Domini, sancti Stephani, Joannis Evangelistæ, Innocentium, sancti Silvestri, Circumcisionis, Epiphaniæ, 7. diebus Dominicæ Passionis, Resurrectionis, cum 7 sequentibus, Ascensionis, Pentecostes, cum duobus *d* qui sequuntur, Nativitatis Joann. Baptistæ, Festivitatum omnium Virginis gloriosæ, 12. Apostolorum, & præcipuè Petri & Pauli, beati Laurentii, dedicationis beati Michaëlis, Solemnitatis omnium Sanctorum, ac diebus Dominicis, cæterisque solemnitatibus, quas singuli Episcopi in suis diœcesibus cum Cleto & populo duxerint solenniter venerandas: quibus utique solennibus feriis (nisi necessitas urgeat, vel pietas suadeat) usque adeò convenit ab hujusmodi abstinere, ut consentientibus etiam partibus, nec processus habitus teneat, nec sententia, quam contingit diebus hujusmodi promulgari. Licèt diebus feriatis, qui gratiâ vindemiarum vel messium ob necessitates hominum indulgentur, procedi valeat, si de partium processerit voluntate.

DE ORDINE COGNITIONUM.

TITULUS X.

CAP. I.

¶ *Contra mulierem vendicantem aliquem in maritum, admittitur exceptio consanguinitatis: quæ prius discutienda est, quàm super matrimonio pronuncietur: & sufficit super ipso principali pronunciare. h. d.*

Clemens III. *Alatrino Episcopo.* e

a *al. Trid. Archiepisc. al. Tricliensi Archid.* b *Cap. 2. eod. tit. in 2. compilat. Gen. 2. Exod. 16. & 20. Levit. 23. Num. 28. Deut. 5.* c *vide Burch. l. 13. c. 3.* d *al. consecratione.* e *In plerisq; Episcopo, non Archiepisc.* f *Cap. 3. eod. tit. in 3. compil. Arnald. Albertin. in Rub. de haret. lib. 6. quæst. 12. 9. quintus error. num. 23. Covarruvias l. 4. var. resol. c. 19. num. 4.* g *al. Cœlestinus.* h *C. 4. eod. tit. in 2. compil. Burch. l. 13. decr. c. 11.*

a *Vide Conc. Trid. sess. 24. in doctr. de sacr. matr. can. 11. & ead. sess. de reform. matr. c. 10 & Conc. Landicens. c. 32.* b *al. septem dies, ut infra post 7. dies.* c *al. debeant.* d *al. ita, cum duobus diebus, qua subsequuntur.* e *al. Apetrino, al. Alatano, al. Alen. al. Akeran.*

INtelleximus *a*, quòd cùm quædam mulier peteret quendam in virum, testes ad suæ intentionis assertionem induxit: per quos pars viri futurum sibi præjudicium metuens, exceptionem consanguinitatis objecit, ex qua intendit petitionem mulieris elidi: [1 & 3.] ¶ Inquisitioni tuæ taliter duximus respondendum, quòd cùm exceptione probatâ quæstio principalis perimatur, antè est cognoscendum de ipsâ, quàm ad definitionis articulum procedatur: quo facto, virum ab impetitione mulieris (prout exposcit ratio juris) absolvas.

[1 *Quia verò nos consulere voluisti, an priùs de impedimento consanguinitatis sit agendum, quàm super causa principali sententia proferatur.*]

CAP. II.

¶ *Si reus contra actorem spoliatorem spoliationem opponit, aut excipiendo, & tunc priùs auditur, & eâ probatâ respondere non cogitur: sed per hoc non restituitur: aut agendo, & tunc simul utraque quæstio terminatur, & eâ probatâ restituetur.*

Innocentius III. *Episcopo Narmariensi.* b

CUm dilectus filius *c* Abbas de Ferentino, de nobilibus viris dominis de Artone *d* deposuerit quæstionem, quòd manu armatâ, & cum exercitu ad castrum monasterii venientes, in prædis animalium & aliis damnificare dictum cœnobium præsumpserunt: de quibus justitiam sibi fieri postulabat. Et citra litis contestationem sub forma exceptionis fuit ex adverso responsum, quòd per ipsius dolum & violentiam castrum Sirati amiserant: quod & progenitores eorum tenuerant, & ipsi possederant in quiete: sibi petentes priùs restitui, quàm petitionibus ipsius responderent, præsertim cùm testes haberent præsentes, per quos intentionem suam in continenti probare volebant. Verùm ex parte Abbatis fuit taliter replicatum, quòd ab eo restitutio peti non poterat, qui non fuerat spoliator, præsertim cùm dictum castrum ad jus & proprietatem sui monasterii pertineret: quod etiam pars adversa nullaterùs denegabat. Unde & *e* verus dominus (ad quem ab alio res sua possessa revertitur etiam post tempora longiora) retentionis debebat commodum obtinere: & judicium restitutorium contra spoliatorem tantùm competere dignoscitur: [1 & 3.] ¶ Nos autem distinguendum esse credimus, utrùm spoliationis quæstio ab eisdem nobilibus sit objecta in modum actionis ad restitutionem petendam, an in forma exceptionis, ad intentionem adversarii repellendam. Cùm eâ in modum actionis proposità, intelligantur mutuæ petitiones sese tanquam diversæ minimè contingentes: ac per hoc juxta regulam juris, quâ dicitur: Qui prior appellat, prior agat, quæ priùs esset proposita, priùs foret tractanda: quanquam in idem judicium ambæ deductæ, vicissimque tractatæ, simul essent eâdem sententiâ terminandæ. Sed quoniam quæstio illa fuit ab eisdem nobilibus tantùm in modum exceptionis objecta: interloquendo pronunciavimus, ut probationes eorum super ipsâ exceptione primitùs audirentur, & eâ probatâ legitimè, Abbati non cogerentur respondere super petitionibus memoratis, donec restituerentur ab ipso: cùm spoliatori spoliatus ante restitutionem non cogatur ullatenùs respondere.

Veràm spoliatione in modum exceptionis tantùm probatâ, non est per hoc restitutio facienda. Quemadmodum si in modum exceptionis aliquod crimen testi objicitur, ut à testimonio repellatur, etsi crimen contra eum civiliter probatum fuerit, non ideò sibi pœna infligitur ordinaria, sed ejus duntaxat testimonio non creditur: quod eâ ratione contingit, quoniam in ipsum accusatio non procedit. Testes etiam, quorum testimonium reprobatur, inter infames quasi ex falso testimonio non habentur.

[1 *Pro damnis quoq; illatis restitutio postulari non poterat, sed eadem debet actio competens intentari, aliàs cùm etiam pars Abbatis damna gravissima sibi quereretur illata, priùs restituenda fuerant, si propter hujusmodi esset restitutio facienda secundùm temorem regulæ memoratæ. Capitula quoq; de restitutione faciendâ, loquentia, locum habere in criminalibus asserebant: & quando quis ab adversario spoliatur & super re ipsâ quâ spoliatus est, convenitur. Cæterùm ex parte Abbatis regulam utroq; allatam adversa pars in mutuis petitionibus locum habere dicebat, cùm causa vicissim tractata unâ possea sententiâ terminantur. Cùm verò pars aliqua petat restitutionem, vel aliquod sibi debere proponit, & altera in modum exceptionis se asserit spoliatam, nec ante restitutionem suam ullatenùs responsuram de incidenti priùs asserebat antè cognoscendum. Cum autem quæ prævidimus, & alia quædam prædicti Cardinal. nobis & fratribus nostris fideliter retulissent.*]

CAP. III.

¶ *Petenti hæreditatem, obstat exceptio nativitatis, quæ priùs debet coram Ecclesiastico judice terminari. hoc dicit secundùm gloss. intelligendo, quòd hîc erat priùs coram judice sæculari petita hæreditas, & exceptum fuit de illegitimitate.*

Honorius III. *Ludovico Regi Francorum.*

TUam non credimus latere prudentiam, causam natalium reginæ Cypri ad examen nostrum (utpote, quæ ad forum Ecclesiasticum pertinet) esse delatam. [1 & 3.] ¶ Quia verò *a* antequam natalium causa terminata esset, dependentem ex illa successionis causam incipere, nihil aliud esset, quàm diversis processibus intricare negotium, & confusione quâdam judicii ordinem perturbare: mandamus, quatenus si fortè ab ipsâ Regina fueris super hoc requisitus, donec jam dicta causa natalium Apostolico judicio finem acceperit, patienter expectes.

[1 *Unde claræ mem. Philippum Regem Francorum patrem eum literis nostris curavimus præmonere, ut si forsitan in Regina ipsa super successione comitatus Campaniæ, quæstionem proponeret coram eo, non audiret eandem quousq; terminata esset prædicta causa natalium, ex qua illa noscitur dependere. Licet igitur filius eidem patri tuo scripserimus, voluimus Reginam ipsam in suis justis petitionibus exaudiri.*]

CAP. IV.

¶ *Agens possessorio recuperandæ, non tenetur ante restitutionem suis spoliatoribus (nisi super quæstione spoliationis) respondere: patet tamen ab agendo repelli per exceptionem spoliationis. h.d.*

Gregorius IX.

SUper spoliatione conventus, adversùs restitutionem petentem non est (nisi super quæstione spoliationis) si eum reconveniat, audiendus. Cùm restitutionis petitio in hoc privilegiata noscatur, ut ipsam intentans non cogatur ante restitutionem spoliatoribus respondere. *b.* Quanquam ab agendo (spoliatione ab eis in modum exceptionis propositâ) repellatur.

DE PLUS PETITIONIBUS.

TITULUS XI.

CAP. UN.

¶ *Ponit quatuor modos plùs petendi, & pœnas plùs petentium.*

Gregorius IX.

COnsilium *d* providentiæ dici non potest, quòd pecuniam tibi debitam, ante terminum ab ad-

a *Cap. un. eod. tit. in 2. compilat.* b *al. Narmens. al. Novacensi. al. Varacensi. al. Marin.* c *Cap. 1. eod. tit. in 3. compilation.* d *Artone.* e *al. ut.*

a *Tamen.* b *Vid. l. bona fides. cum not. ff. depositi.* c *al. opposita, in manuscr.* d *Vid. Iason. in §. si quis agens. Instit. de act.*

versario repetisti. Punitur enim importunitas plùs petentium, si super petitione sua duxerint in judicio persistendum: ita, quòd qui repetunt ampliùs sine causa, in expensis adversario condemnantur. Qui autem plùs loco, ad interesse tenentur *a*: pro eo quòd utilitas admittur debitoribus, quam haberent, si statuto loco solvissent. Ei verò, à quo ampliùs *b* tempore petitur, induciæ duplicantur: nec litem excipiet, nisi ei solvantur expensæ. Te quoque dubitare non credimus, quòd causa plùs petitur, cùm aliquid in genere vel sub alternatione debetur, & rem in specie, vel unum præcisè peti contingit. Re autem, si x. sint debita, & xx. petantur. Loco verò, cùm quis non ubi convenit solvere, sed alibi convenitur. Tempore quoque, cùm ante diem vel conditionem petitur quod debetur.

DE CAUSA POSSESSIONIS ET PROPRIETATIS.

TITULUS XII.

CAP. I.

¶ Causa possessionis & proprietatis sub eodem judice terminari debet: nec contra absentem est pronunciandum.

Gregorius *Duci* c *Sicilia.*

SUsceptis *d*, [1 & ſ.] ¶ Legali provisione decretum est tam *e* momenti, quàm proprietatis causam, sub uno eodemque judice debere cognosci *f*. Nec nos contra inauditam partem aliquid possumus diffinire.

[1 *Magnitudinis vestræ epistolis contristati sumus, &c. quæ sunt impressa in registro Gregorii.*]

CAP. II.

¶ Si actum est possessorio & petitorio, potest judex receptis probationibus super utroque, prius discutere probationes super possessorio, & illud terminare. b.d.

Cœlestinus III.

ADultimum interrogati fuimus *g*, si judices deputati, ut de possessione & proprietate cognoscant, gravibus partium sumptibus parcere cupientes, de utraque commixtim audiant allegationes, pariter & testes admittant *h*? deinde prius audiant attestationes de possessione, & pronuncient secundum tenorem illarum, utrùm licitè hoc agatur. Nos autem (cùm hoc sit in jure civili expressum) quòd licitè possit fieri, respondemus.

CAP. III.

¶ Si spoliatus possessorio & petitorio simul agens, possessionem & spoliationem probat, sed non dominium seu proprietatem, obtinet in possessorio: sed succumbet in petitorio.

Innocentius III. *Archiepiscopo & Canonicis Sutrinis.*

CUm Ecclesia Sutrina pastore *i* vacaret, vos convenientes in unum, & (sicut moris est) Spiritûs Sancti gratiâ invocatâ, pastorem unanimiter elegistis, petentes ipsius electionem à sede Apostolica confirmari. Verum Clerici conventualium Ecclesiarum civitatis ejusdem, consequenter suam deposuêre querelam, quòd cùm in Episcoporum electionibus ipsi ac prædecessores eorum consueverint interesse, vos eis renitentibus & exclusis, ad electionem procedere præsumpsistis: quam ob hoc non confirmari, sed infirmari potiùs postulabant. Partibus ergò apud sed. Apost. constitutis, in auditorum præsentia testes utrinque producti fuerant: & eorum depositionibus publicatis, pars Canonicorum per testes à se introductos intentionem suam (quòd ad eos tantùm spectaret electio) sufficienter dicebant *a* esse probatam: parte Clericorum nihilominùs asserente, quòd per dicta testium, quos produxerant, & ipsi assertionem suam (quòd electioni Pontificum interesse deberent) plenius probavissent: per quæ constare dicebant, eos electionibus trium Episcoporum (qui Ecclesiæ Sutrinæ ultimò & immediatè præfuerant) cum Canonicis cathedralis Ecclesiæ affuisse, vocemque habuisse cum aliis eligendi. Nos igitur (quoniam deprehendimus testes vestros in perhibendis testimoniis varios extitisse, atque adversùs fidem attestationis suæ coram auditoribus vacillâsse, & quòd negativam quodammodò astruere satagebant, probare volentes jus electionis ita *b* ad vos spectare, quòd ad adversarios minimè pertineret: per testes verò adversæ partis fuit sufficienter ostensum, quòd in trium Episcoporum electionibus, de quibus præmissum est, Clerici præsentes affuerint, & vocem habuerint eligendi) præmissam electionem factam eis contradicentibus & exclusis, decrevimus irritandam, Clericos sæpè dictos in eam quasi possessionem, quam ante controversiam motam habuerant, reducentes. Verùm quoniam in quæstione prædicta quicquid juris utraque pars in electione habebat, deductum in judicium videbatur, cùm jure civili sit cautum, id venire in judicium, non solùm, de quo actum est ut veniret, sed id non venire, de quo nominatim actum est, ne veniret: & secundùm statuta canonica electiones Episcoporum ad cathedralium Ecclesiarum Clericos regulariter pertinere noscantur, nisi alibi secùs obtineat de consuetudine speciali: nec ex eo, *c* quòd Clerici antedicti se inter eligentes Sutrinos Episcopos probaverunt tertiò extitisse, jus eligendi propter brevitatem temporis usque ad præscriptionem legitimam non producti, sibi acquirere potuerunt, & actore non probante, qui convenitur, & si nihil præstiterit, obtinebit: ab eorum impetitione super electionibus faciendis vos duximus absolvendos, sæpedictis Ecclesiarum Cleticis super hoc perpetuum silentium imponentes.

CAP. IV.

¶ Idem dicit quoad intellectum, quod dixerat supra proxima.

Idem *Canonicis de Bethlehem.*

CUm super *d* electione Bethlehemitan. Ecclesiæ inter R. Subdiaconum nostrum, & P. Canonicum sepulchri Dominici quæstio verteretur, utroque se pro electo gerente: cùm præfatus Subdiaconus à Patriarcha Hierosolymitano fuerit confirmatus: [1 & ſ.] ¶ Eum *e* qui se probaverat per secularem potentiam spoliatum, restituendum decrevimus, justitiâ mediante. Verùm quoniam tam possessorium, quàm petitorium deductum fuerat in judicium, & tam restitutionis, quàm electionis quæstio plenius agitata, & constitit nobis electionem utriusque minùs canonicam extitisse, (cùm judex, de qua re cognoverit, pronunciare *f* debeat) utramque duximus sententialiter irritandam. *g*

[1 *Alter verò favorem Regium obtineret, ea dil. f. p. Basilica 12. Apostolorum I. titul. S. Stephani in monte Celio*

---

a *Vid. l. 1. ff. de eo quod certo loc.* b *plùs.* c *alit. Felici Gregor. 7. Registri ind. 2. epistol. 38. sive 102.* d *capit. 1. eod. tit. in 1. compil.* e *al. momentanea possessionis: sed in registr. Greg. est momenta.* f *Vid l. 1. & per totum tit. ff. de quib. reb. ad eundem judic. eatur.* g *c. un. eod. tit. in 2. comp.* h *accipiant.* i *C. 1. eod. tit. in 3. compil.*

a *Dicebat.* b *alit. sta quidem.* c *Hujus periodi sensus: Clerici conventualium Ecclesiarum, quamvis tribus Episcoporum electionibus interfuerint, non tamen acquisiverunt jus eligendi, quoniam nondum legitimo tempore id jus præscripserant.* d *C. 2. eod tit. in 3. comp.* e *al. Et quia se probaverat. al. sta. Cùm quia se probavit.* f *In Cod. Barb. de ea pronunciare, &c.* g *Reliqua pars hujus c. est infrà. de confessis. c. 2.*

Presbyterum & G. S. Mariæ in porticu Diac. Card. dedimus auditores. In quorum præsentia receptis utrinque testibus, & eorum depositionibus publicatis, quæ hinc inde allegata fuerunt, nobis & fratribus nostris retulerunt fideliter & prudenter. Nos verò tam per relationes Cardinalium, quàm per gesta de causâ meritis sufficienter instructi, communicato fratrum nostrorum consilio jamdictum Sub. R.]

CAP. V.

¶ Qui agit de proprietate, ante conclusionem causæ possessorio adipiscenda vel recuperandæ agere potest: post conclusionem verò, & ante sententiam hoc non potest, nisi justa causa subsit.

Idem *Episcopo Novimen.* a

PAstoralis *b* officii: [1 & 3.] ¶ Sanè (sicut intimâsti) contingit aliquando, ut cùm is, qui se asserit spoliatum, suum trahit spoliatorem in causam, inter ipsâ juris auspicia requisitus, quo malit experiri judicio, litem proprietatis ingreditur, de illata sibi violentia nullam faciens mentionem: cùm autem fuerit in causâ processum, novum judicium super possessorio nititur inchoare: [2 & 3.] ¶ Consultationi tuæ taliter respondemus, quòd possessorio quidem judicio, quod de recuperanda, seu adipiscenda possessione proponitur, antequam renunciatum sit, aut conclusum in proprietatis judicio primitùs instituto, agi potest ab eo, qui rem cœperit vendicare. Cùm legali sit provisione statutum, eum, qui fundum vendicaverit ab eo, cum quo interdictum unde vi potuit experiri, pendente judicio interdictum posse nihilominùs intentare. Aliis possessoriis judiciis in suo robore duraturis, quæ vendicationem dominii, sui naturâ præcedunt. Si verò renunciatum fuerit vel conclusum, ut jam possit causâ proprietatis definitivæ sententiæ calculo terminari: (Ne lites litibus inculcentur, & via possit fraudibus aperiri) causâ non decisâ, possessorio non erit utendum. Nisi judex, qui de causâ cognoscit, hoc ipsum ex justa causa viderit expedire. c Putà cùm ex perspicuis indiciis facilè argnitur iniquitas invasoris, & spoliato casu seu malitiâ probandi dominium subtraxerit facultatem. His igitur & aliis causis inspectis (quæ continent æquitatem, aut justè moverint animum judicantis) postquam etiam conclusum fuerit, posse agi possessorio judicio non negamus.

[1 *Debitum solicitâ mente prosequeris, cùm justitia & zelo succensus super dubiis juris articulis per Ap. sed. oraculum, à qua tua pendet jurisdictionis auctoritas, responsum humiliter expectes & devotus expectas, ne forte nova oppositionum varietas aut juris expositio variâ novitate distincta, non juris effectum pariat, sed justitiæ defectum potiùs inducat.*]

[2 *Quòd non videtur possessorio renunciare judicio, qui rem cœperit vendicare. Ex adverso refertur, qui dum querelam proprietatis sponte proposuit, præjudicium sibi fecit in quæstione possessionis, quæ secundùm ordinem juris primi propone potuit & debuit terminari: quid igitur in hu statuendum sit, tua f. requisivit. Nos autem.*]

CAP. VI.

¶ Si petitorio & possessorio simul est actum, unâ sententiâ terminatur, & præmittitur possessorium in terminando: sed in exequendo prævalet petitorium.

Idem *Episcopo & Officiali sancti Andreæ.*

CUm dilectus: *d* [& infrà.] ¶ Ad quartum breviter respondemus, quòd cùm super possessorio & petitorio simul est actum: utrumque unâ sententiâ debet terminari *e*. Sed licèt in pronunciatione sit possessio præmittenda, in executione tamen debet proprietas prævalere *f*.

a *Novimensi.* b *Cap. 3. eod. tit. in 3. compilat.* c *Vide l. delum, cum gloss. & not. C. de donat.* d *Cap. 4. eod. tit. in 3. comp.* e *Vide l. etiam. ff. de minor. per Bart.*

CAP. VII.

¶ Adjudicatur illi beneficium, qui probavit collatorem sicuti fuisse in possessione conferendi collationis tempore: per hoc tamen non prohibetur succumbens agere de proprietate juris conferendi cum ipso collatore. hoc vult tota istera.

Idem *Viromen. Episcopo.*

CUmolim a quæstio, quæ inter Archidiaconum ex una parte, & Archipresbyterum & Canonicos Vincentinæ Ecclesiæ ex altera: [& infrà.] ¶ Quoniam per attestationes nobis constitit evidenter, quod ab Episcopis Vincen. Archidiaconatus ipse sine reclamatione aliqua Canonicorum, duobus Archid. continuè (qui ante ipsum extiterant) fuerat assignatus: & quia Canonici prædicti, judices recusare minimè debuerunt, cùm causa prædicta judicibus fuisset delegata, de utriusque partis Procuratorum assensu, prædictum Archidiaconatum eidem per diffinitivam sententiam adjudicare curavimus: Canonicis Vincen. perpetuum silentium imponentes: Reservatâ tamen eis quæstione proprietatis super collatione Archidiaconatûs ipsius: si fortè super hoc contendere voluerint adversùs Episcopum Vincen. cùm ees inter alios acta, non debeat eis præjudicium generare.

CAP. VIII.

¶ Si petens rem ex una causa succumbit, ex alia causa petere poterit. hoc dicit, quoad literam. Vel sic: Petens rem jure dominii, possessionem probare non sufficit. hoc dicit, quoad titulum.

Honorius III. *Abbati S. Cypriani Tarcel. diœcesis, & S. Mariæ novæ de Venetiis.*

IN causa, quæ inter Patriarcham Granden. ex una parte, & Abbatem & Conventum monasterii sancti Georgii de Venetiis, super subjectione ipsius monasterii, ex altera vertebatur: invenimus pro eodem Patriarcha probatum, quòd inter alia Abbas quandoque ivit ad ejus Synodum, a. solidos Venetorum ei per pluresannos exolvens: *b* [1 & infrà.] ¶ Ad hæc cùm de præmissis, solidis, quos petiit ad subjectionis indicium, à Patriarcha sit actum per sententiam diffinitivam, quam super hoc contrariam reportavit: ei ponadimimus (si alio jure de ipsis experiri voluerit) potestatem.

[1 *Probatum verò pro Episcopo invenitur, quòd ejusdem monasterii confirmavit Abbates, qui eidem obedientiam & reverentiam impenderunt. Abbates etiam ejusdem monasterii ad Synodum veniebant Episcopi, & idem ad exequias invitatus recipiebatur processionaliter, cum solemnitate prædicta, ac similiter invitatus in festo beati Georgii procurationem recipiebat ibidem, quem in barcha sua in festo purificationis B. Virginis conducebant. Cum autem in his petitorio egerint Patriarcha & Episcopus memorati, nos eos ad possessionem vel quasi restituimus præfatum: quia hinc inde petitorio videbatur ad judicium deduxisse. nos visis prædictis privilegiis monasterium ipsum de fil. conf. liberum esse decrevimus, & immediatè ad Rom. Eccles. pertinere. Illud in præmissis, quæ jurisdictionem & subjectionem respiciunt, ab impositione dictorum Patriarchæ & Episcopi absolventes, non obstante possessione circa prædicta probatâ: cum non docuerint se tanto tempore talia percepisse, quòd per hoc liberatis privilegiis fuerit derogatum, reservamus tamen Episcopo supradicto, quæ sibi circa chrisma, oleum sanctum, ordinationes Clericorum, & quædam alia, quæ in eisdem privilegiis specialiter reservantur.*]

a *Omissis multis intellectibus hujus cap. de quibus latè Doctor. hoc loco, hic mihi videtur satis aptum, quamvis Archidiaconus per Episcopum esset electus.* b *Cum quid. D. si cert. petat.*

DE

DE RESTITUTIONE SPOLIATORUM.

TITULUS XIII.

CAP. I.

¶ Adversùs restitutionem petentem, non est audiendus reus de proprietate opponens, nisi altore consentiente.

Gregorius IX. *Episcopo Constantinop.*

LIcèt multum: *a* [*& infrà.*] ¶ Conquestus est nobis Philasius *b* cæcus, ejus campum ab Ecclesiæ *c* hominibus irrationabiliter occupatum. Quòd si ita est, quanquam ante omnem contentionem possessio ei debuerat violenter ablata restitui: tamen quia Eventus Diaconus ipsius Ecclesiæ, consentiente illo, constituit se legitimè probaturum, dictum campum ejusdem Ecclesiæ juris esse, veritatem inquire: & si hoc probatum fuerit, huic dicendum est, ut à sua intentione discedat. Alioquin res ei ablata reddatur.

CAP. II.

¶ Petenti restitutionem beneficii, non obstat renunciatio facta post spoliationem, quia præsumitur non spontanea. Et seriosè addidit, quia præsumitur non spontanea: quoniam etsi probaretur spontanea, deberet obstare talis exceptio, vel renunciatio in beneficialibus.

Alexander III. *Vigoren. Episcopo.*

SOlicitè cures *d* perquirere, quo tempore H. renunciavit Ecclesiæ: & si tibi constiterit eum spoliatum, cùm eidem Ecclesiæ renunciavit: contra eum testes alterius partis, de juramento, & renunciatione sponte facta (antequam restitutus fuerit) non admittas: quia non est verisimile, quòd sponte juri suo renunciaverit, qui renunciat spoliatus. Sed testes ejusdem H. quibus intendit se probare, quòd violenter prædictâ Ecclesiâ fuerit spoliatus (dummodò idonei sint) recipere non postponas.

CAP. III.

¶ Petens restitutionem beneficii non auditur, etiamsi spoliationem probat, si probatur eum sponte illud beneficium priùs resignâsse.

Idem.

ACceptâ *e* quæstione P. Clerici (quòd violenter fuerat Ecclesiâ spoliatus) vobis dedimus in mandatis, ut si hoc constaret, eam sibi restitui faceretis. Quo cognito, responsum est ab adversario, id non debere proficere: eò quòd spontaneâ voluntate coram Eboracen. Archiepiscopo, Apost. sed. Leg. præscriptam Ecclesiam *f* abjurâsset: [*1 & 3.*] ¶ Mandamus, quatenus si vobis constiterit, quòd præfatus P. nullo metu vel vi coactus, sed spontaneè *g* prælibatam Ecclesiam taliter abjuraverit: ei super hoc perpetuum silentium imponatis.

[*1 Quia verò non scripsimus idiotis, sed discretis personis, & nostrum est discernere, quod ratio dictet, præsentium auctoritate dis.n.*]

CAP. IV.

¶ In interdicto de retinenda, succumbit reus ipsius abjuratione probatâ. b. d. quoad titulum.

Idem *Vigoren. Episcopo, & Helien. Archid.*

AUditâ querelâ T. Clerici *h*, quòd H. persona Ecclesiæ de Sander, ipsum super Ecclesia sua de Pelen. *i* indebitè molestaret: Londonen. Episcopo, & tibi, fili Archid. dedimus in mandatis, ut si vobis constaret, quòd prædictus H. alterius Ecclesiæ personatum haberet, vel juramento sponte præstito firmaverit, se memorato T. super eadem Ecclesia *a* quæstionem de cætero non moturum: ab ejus molestia super hoc compesceretis eundem: [*1 & 3.*] ¶ Cùm verò vobis plenius constitisset, dictum H. non solùm Ecclesiæ alterius personatum habere, sed etiam spontaneâ voluntate Ecclesiam de Pelen. in perpetuum abjurâsse: prohibuistis eidem, ne dictum T. super hoc de cætero molestaret. Licèt autem nuncius ejusdem H. posteriores literas impetraverit, formam aliam continentes, quòd non obstantibus literis à parte altera impetratis, revocari deberet, si quid immutatum esset in causâ, postquam idem nuncius iter ad nos arripuerit veniendi. Quia tamen non intellexímus, nec intelligi debuit, ut revocaretur, quod per vos factum esset auctoritate literarum nostrarum *b*, sed si quid præsumptione vel violentiâ immutatum *c* esset: mandamus, quatenus sententiam, quam protulistis ante posteriorum literarum receptionem, occasione ipsarum nullatenùs revocare tentetis: & si contra sententiam ipsam aliquid statuistis, studeatis id sublato app. obstaculo revocare. Si verò post receptionem sequentium literarum sententia lata fuerit: eâ non obstante, juxta tenorem ipsarum, appel. postpositâ procedatis.

[*1 Postmodùm verò nuncius præfat. H. ad præsentiam nostram accedens constanti nobis assertione proposuit, quòd per violentiam idem H. eâdem Ecclesiâ spoliatus fuerit, & ideo ad vos nostras literas impetravit: ut si constaret vobis veritate cognitâ ipsum H. spoliatum esse, cum idem renunciaverit Ecclesiæ, contra eum testes alterius partis de juramento & renunciatione spontaneè factâ nullatenùs reciperetis, sed testes potiùs H. quibus intendebat posse probare, quòd violenter prad. Ecclesiâ spoliatus fuerit, dummodo sint idonei, non differatis recipere, & secundum eorum depositiones vel demonstrationes & rationes & allegationes hinc inde productas in causa ipsa app. rem. quod justum est judicetis, non obstantibus literis nostris, si quæ alia ab alterutra parte impetrata fuissent, aut formâ, quam excessimus in aliis literis super hoc impetratis. Addimus insuper, quòd si super causa ipsa aliquid esset mutatum, postquam nuncius prædicti H. tunc iter arripuit ad nostram præsentiam veniendi, totam causam ante ingressum principalis causæ contradictione, & appell. cess. in eum statum reduceretis, in quo fuisse dignoscitur, cùm nuncius prædicti H. est iter ipsum aggressus: nisi forte interim idem H. cum altera parte spontaneâ voluntate posset super Ecclesia ipsa convenire. Nunc autem ex literis prædicti Episcopi & tuis, fil. Archid. nobis innotuit, quòd vos priorum literarum tenorem secuti, partes debitâ solemnitate citâstis.*]

CAP. V.

¶ Petenti restitutionem beneficii, quæstio institutionis non canonicæ referri non potest.

Idem *Brixien. Episcopo.*

IN literis *d* tuis: [*& infrà.*] ¶ Super illa quæstione, videlicet cùm quis dicit se de possessione violenter ejectum, & adversarius dicit, eum non fuisse canonicè institutum: respondemus, priùs de violenta ejectione, quàm de canonica institutione agi debere: quia prædo etiam est secundum rigorem juris restituendus.

CAP. VI.

¶ Non obstat exceptio criminis agenti interdicto unde vi, vel quod vi, aut clàm.

Idem *Exonien. Episcopo.*

ITem cùm quis *f* dicit, se de possessione violenter ejectum, vel adversarium clàm possessionem intrâsse,

---

a *C. 7. eod. tit. in 1. compilat.* b *Philagrius, alit. Philarius.* c *In C. Ecc., ab Ecclesia vestra.* d *Post Conc. Lat. sub Alexan. III. p. 22. c. 1. & c. 2. eod. tit. in 1. compil.* e *Post Conc. Lat. part. 22. c. 2. & c. 3. eod. tit. in 1. compil.* f *l. si quis vi. 4. differentia. D. de acquir. poss.* g *sed spontaneâ voluntate.* h *Post Conc. Lat sub Alex. III. p. 22. cap. 4. & c. 5. eod. tit. in 1. compil.* i *al. Pelaren.*

a *Al. ita, super eadem causa: in multis antiq.* b *Hunc text. dicit hic Abbas esse singularem ad hoc, quòd hoc verbum Revocetis in irritum, non intelligitur de legitimè actis.* c *innovatum.* d *Post Concil. Lat sub Alexand. III. part. 22. c. 3. & c. 5. eod. tit. in 1. compil. Anton. Gabr. comm. conc. tit. de restit. spol.* e *al. Lexoviensi.* f *Post. Conc. Lat. part. 22. cap. 6. & cap. 6. eod. tit. in 1. comp.*

& adversarius ei crimen objicit, ut eum à sua intentione repellat: non occurrit nobis, quòd illius objectio admitti debeat, a vel principalis causæ propter hoc executio retardari: quoniam criminaliter adversùs eum ante restitutionem agere non potest, cùm præsumatur ejus existere inimicus.

CAP. VII.

¶ *Spoliatus etiam à judice juris ordine prætermisso, ante omnia restituatur.*

Idem *Cantuar. Archiepiscopo.*

CONquerente b nobis Renaldo Clerico accepimus, quòd ipsum Ecclesia de Vvefort c sine judicio spoliâsti. Quia verò jam non decet honestatem tuam, Clericos tuæ jurisdictionis sine manifesta causa & rationabili suis beneficiis spoliare, quibus teneris paternâ provisione consulere: mandamus, quatenus, si est ita, prædictò Clerico præfatam Ecclesiam cum reditibus inde perceptis restituas: & in pace eam possidere permittas. Restitutione autem factâ, si quid adversùs eum super præscripta Ecclesia proponere volueris, coram Exòn. Episcopo delegato à nobis per te vel per sufficientem responsalem tuum, cum eodem R. ordine judiciario poteris experiri.

CAP. VIII.

¶ *Restituitur conjunx viro probanti desponsationem & copulam, & de ipsius impunitate caventi, nisi magna sit veri sævitia.*

Idem *Ambian. & Belvacens. Episcopis.*

EX transmissa d nobis: [1 & 2.] ¶ Mandamus, quatenus si vobis constiterit, quòd præfata mulier prædicto militi legitimè desponsata fuisset, & ab eo cognita, ipsam ei restitui faciatis: receptâ tamen sufficienti cautione, quòd illi non debeat aliquod malum inferre. Si autem capitali odio ita mulierem vir persequitur, quòd meritò de ipso diffidat, alicui probæ & honestæ mulieri usque ad causæ decisionem custodienda studiosiùs committatur, in loco ubi vir, vel parentes ejus, mulieri nullam possint violentiam e inferre.

[1 *Quia nobis de veritate constare non potuit, causam experientia vestra duximus committendam. F. v. p. a. s.*]

CAP. IX.

¶ *Per solutionem pensionis rei donatæ fallam donatario cum auctoritate donatoris, acquiritur illi donatario res donata possessio: adeo, quòd si ab illa expellatur, per interdictum recuperanda agere poterit.*

Idem *Exon. Ep. & Abb. de Hereford.*

CUm venisset f ad nos B. Canonicus sanctæ Trinitatis de Hasul. g à suo Priore & Capitulo destinatus, in audientia nostra proposuit, quòd cùm Eboracen. Archiepiscopus Ecclesiam de N. eis concessisset, & per scriptum proprium confirmâsset, ita quòd post decessum G. Clerici (qui præfatam Ecclesiam tunc tenebat) usibus eorum omnibus modis proficeret h, & interim auctoritate ipsius Archiepiscopi idem G. ipsis Canonicis annuam solveret pensionem: [1 & 2.] ¶ Respondemus, quòd si præfati Canonici, de prædicta Ecclesia, auctoritate ejusdem Archiepiscopi, vivente Clerico, perceperunt annuam pensionem: eo mortuo, quamvis auctoritate ejusdem Archiepiscopi non quæsierunt, vitiosè tamen non sunt possessionem ingressi: cùm (sicut cautum est) is possideat, cujus nomine possidetur.

[1 *Nos postmodum etiam ipsam concessionem, scripto ipsius Archiepisc. diligenter inspecto, auct. Apost. duximus confirmandam. Mortuo autem præfato Clerico jam dictis Canonicis, licet per ipsum Archiepiscopum non fuissent in possessionem Ecclesiæ prædictæ indulti, tamen de concessione & confirmatione nostra plurimùm confidentes, Ecclesiam ipsam, ne a quodam Clerico turbaretur, qui eos super eadem Ecclesia vexabatur fatigare, sunt ingressi: & tam contra ipsum Archidiac. à quo gravari timebant, quàm contra prafatum Clericum ad n. audientiam appellaverant. Ipsis verò per duos de fratribus suis appellationem factam prosequentibus, supradictus Archidiaconus bladum & omnia bona Ecclesiæ, quæ præfatus G. Clericus suus moriens ibidem reliquit, fecit, quod vix credere possumus, invitis prædictis Canonicis asportari. & infrà. ¶ Magister verò M. & A. nuncii ejusdem Archidiaconi, qui præsenter aderant, ipsum super his vestanter excusaverunt, & adjecerunt Archidiac. jam prædicto per præfatos Canonicos gravem injuriam irrogatam. Quia si ab ipsis literas concessionis habuissent, ipsius auct. postmodum contemptâ, per se ipsis in possessionem ingredi non deberent. Nos etc.*]

CAP. X.

¶ *Si altero agente petitorio, reus super eadem re deducit possessorium, procedatur in solo possessorio, suspenso petitorio.*

Lucius III. *G. Archidiacono, & I. Archipresbytero Turonen.*

EX conquestione B. mulieris a ad nos noveritis pervenisse, quòd cùm G. miles eam sibi matrimonio copulâsset, & maritali affectione pertractans, ex ipsa filiam suscepisset, sine judicio Ecclesiæ à se removit eandem: & de accusando super consanguinitate matrimonio, remoto appellationis obstaculo, literas ad judices impetravit: cùm autem priusquam à judicibus mulier citaretur, per diœcesanum Episcopum virum sibi restitui petiisset, & ob hoc ad nos proprium nuncium destinâsset: demùm coram præfatis judicibus constituta, modò per se, modò per Procuratorem, ante ipsius causæ ingressum, & post, virum sibi restitui postulabat. Judices verò restitutione denegatâ (quod fieri non debuit) in principali negotio procedere voluerunt b: unde ipsa nostram audientiam appellavit: [1 & 2.] ¶ Mandamus, quatenus si ita est, mulieri virum restitui faciatis, quæ post appellationem c ipsius acta sunt, in irritum revocantes: postmodum super matrimonio causam audiatis, & fine canonico terminetis.

[1 *Quia ergò injustè gravatis Apostolicum debemus patrocinium impertiri, dis. v. p. a. s.*]

CAP. XI.

¶ *Violentus rem cum fructibus, etiam qui percipi potuissent, restituere, damna resarcire, & de injuriis satisfacere compellitur.*

Cœlestinus III.

GRavis d ad nos querela: [1 & 2.] ¶ Mandamus, quatenus si vobis constiterit de præmissis, prædictum Archidiaconum ablata prænominati monasterii fratribus cum integritate restituere, damna plenariè resarcire, & de illatis injuriis competenter satisfacere compellatis: e proviluri, ut non tantùm fructus à novo & violento possessore perceptos, sed quos (si eis possidere fuisset licitum) possessores veteres percepissent, reddi faciatis eisdem.

CAP. XII.

¶ *Ingressus possessionem ignorante domino ad quem pertinet potest per ipsum dominum, statim cùm scierit, repelli etiam violenter, nec ex tali repulsione competes repulsa contra dominum interdictum possessorium. h. d.*

---

a *Vid. l. qui ad nundinas 4. cùm possidere. cum l. seq. per Bart. ff. de acquir. poss.* b *Cap. 1. eod. tit. in 2. compilat.* c *Carrefort.* d *c. 3. eod. tit. in 2. compil.* e *molestiam.* f *c. 4. eod. tit. in 2. compilat.* g *al. Batillis. al. Basilis. al. Batneff. al. Barcellis.* h *al. præficeret.*

a *Cap. 8. eod. tit. in 1. compil.* b *Hic legitur, voluerunt, cui repugnat & sensus & series hujus cap. nam cùm judices restituendum negotium, & de falso procederent, ipsa appellavit.* c *vide ad hæc Abbas.* d *Cap. 5. eod. tit. in 2. comp.* e *cod. l. 2. §. qui autem. cum §. seq. ff. de vi & vi armata.*

Innocen-

Innocentius III. *Episcopo & Capitulo Tridon.* a

LOlim causam, b quæ inter vos nomine Tridon. c Ecclesiæ, & magistrum & fratres militiæ templi in Lombardia, super domo Calventiæ vertebatur, de Loccodio d & de Columba Abbatibus meminimus commisisse: [*& infra.*] ¶ Episcopus Tridon. e possessiones quasdam Humiliatis f sub ea conditione concessit, quòd nomine Tridon. Episcopi oratorium ibidem & hospitale construerent, & tres solidos censuales Tridon. g Episcopo annis singulis exhiberent, à quo etiam persona, quæ loco præficeretur eidem, investituram perciperet, & pro se, & aliis fratribus, ei & successoribus ejus obedientiam faceret manualem: Episcopo sibi loci dominium nihilominùs retinente. Dictus verò magister ad eandem domum aspirans, ipsos adeò circumvenit, quòd præter conscientiam vestram se & sua in ejus manibus tradiderunt: eâ tamen conditione appositâ, si vobis quod h facerent complaceret: sine quorum assensu se nihil posse facere asserebant: [1 & 3.] ¶ Intelligentes autem prædictam domum, eidem magistro traditam sub conditione fuisse, & quòd nullum juri vestro præjudicium fuerat irrogatum, ex eo quòd idem magister justitiæ vestræ non inicius, vobis ignorantibus possessionem accepit, præsertim cùm statim, ex quo id vobis innotuit, vim vi duxeritis repellendam: & quòd idem suâ temeritate possessionem præter conscientiam vestram (ad quos ipsam possessionem noverat pertinere, & quos quæstionem sibi moturos suspicari debuerat) est ingressus, procuratorem vestrum & vestro nomine ab impetitione ipsius magistri, nomine domus militiæ templi, quoad faciendam restitutionem quam petebat, reddimus absolutum: decernentes, vos magistro satisfactionem debitam exhibere, si defendendo jus vestrum, in offensam ipsius vel domus militiæ templi modum forsitan excessistis.

[1 *Magister verò conditionem appositam acceptavit, & quòd aliter eos non reciperet affirmavit.* & infrà. ¶ *Tum verò magister accedens Calventiam exinde paramenta Ecclesiæ, instrumenta domûs, & libros accepit, & nonnullos oves secùm abduxit, ac postmodùm reversus ad vos, cùm ei fuisset quod petierat denegatum, quia paratus esset vobis facere rationem, si forsan vos offenderat, adjecit. Vos autem intentionem ejus malevolam attendentes, & ne se de domo intromitteret memorata districtius inhibentes, ad sed. Apost. appellâstis: & cùm tu, frater Episcope, quæ gesta fuerant audivisses, omnes pariter ad domum accessistis eandem, & eos, quos inventos ibidem ad domûs custodiam à magistro relictos, ejecistis, ex ea vim vi, sicut omnia jura permittunt, licitè repellentes. Unde cùm possitis prædictæ domui sub conditione tradita fuisset eidem magistro, non extante conditione tradito non tenebat. Præterea cùm idem magister clam domum illam intraverit, nullum est vobis præjudicium generatum, quò minùs eam possetis repellere, cùm id ad vestram audientiam perveniret, præsertim cùm verus dominus controversiam ipse moverit, vel suspicatus fuerit, vel debuit suspicari.* & infrà. ¶ *Cùm autem Cardinales prædicti, quæ coram eis tam ex parte vestra, quàm ex alia proposita fuerant, nobis fideliter retulissent.*]

CAP. XIII.

¶ *Si contra petentem restitutionem conjugis, opponitur consanguinitas in gradu prohibito, & offeruntur probationes paratæ: recepto ab opponente juramento de malitia, negabitur restitutio quoad eorum, & fiet quoad reliqua: si verò probationes promptæ non sint, fiet plena restitutio, nisi sit magna viri sævitia.*

Idem *Bituricen. Archidiacono.*

LIteras tuas recepimus a, quòd cùm quædam matrimonialis causa (Bituricen. Archiepiscopo in remotis b agente) in tua præsentia tractaretur, Guilelma mulier c separari à B. viro suo instantissimè postulabat, cui se quarto gradu consanguinitatis proponebat esse conjunctam? [1 *& infra.*] ¶ Vir autem sibi uxorem postulabat restitui, quæ ab eo suâ temeritate divertit: [2 & 3.] ¶ Rescripto petebas Apostolico edoceri, utrùm quando aliquis consanguinitatis gradus objicitur, in quo sedes Apostolica dispensare non potest, nec etiam consuevit, & probationes promptæ sint & paratæ, indulgenda restitutio sit, an neganda? [3 & 4.] ¶ Sanè circa solutionem propositæ quæstionis, diversæ sunt sententiæ diversorum: aliis asserentibus restitutionem faciendam: aliis sentientibus in contrarium: nonnullis viam mediam eligentibus, ac dicentibus eam faciendam interdum, quandoque penitùs denegandam. Primi per decretalem epistolam d Lucii Papæ juvari videntur, arguentis quosdam judices delegatos, qui restitutionem viri, qui sine judicio Ecclesiæ uxorem dimiserat, & ei consanguinitatem postmodum opponebat, spoliatæ ac repetenti conjugem denegabant: & mandantis sibi priùs restitui taliter spoliatam, & posteà de matrimoniali causa cognosci. Horum autem assertionem incestûs e videtur periculum oppugnare: sed ipsi timorem incestûs inanem esse respondent, cùm etiam beneficio restitutionis obtento, qui consanguinitatis habet notitiam, nec exigere debitum f contra conscientiam, nec solvere teneatur: quoniam si secùs egerit, ædificat ad gehennam: sicut nec consanguinitatis conscius, super cujus conjugio quæstio non movetur. Secunda verò assertio per oraculum g Clementis Papæ fulcitur: à quo cùm fuisset quæsitum, utrùm mulier quâdam quendam in virum peteute, qui ut eam repelleret, exceptionem consanguinitatis objecit, priùs esset de impedimento consanguinitatis agendum, quàm super matrimonio sententia proferretur: sic inquisitioni factæ respondit, quòd cùm exceptione probatâ, principalis quæstio perimatur, priùs est cognoscendum de ipsâ, quàm ad diffinitionis articulum procedatur: cùm etiam in multis casibus restitutio differatur, secundùm canonicas sanctiones. Opinioni autem ultimæ videtur non incongruè adaptari, ut in gradibus consanguinitatis divinâ h lege prohibitis restitutioni aditus præcludatur: sed constitutione interdictis humanâ, restitutio locum habeat cum effectu: cùm in illis dispensati non possit, & in istis valeat dispensari: sicut B. Greg. & multi alii dispensârunt. Unde non peccat, qui in hoc articulo ad mandatum Ecclesiæ reddit debitum conjugale. Nos autem ad præsens nullam de prædictis sententiis reprobamus: nec cuiquam earum aliquod præjudicium ex nostra responsione volumus generari: quamvis præscriptum Lucii Papæ mandatum ad possessorium, responsum verò Clementis ad petitorium referatur. Porrò cùm mulier, quæ consanguinitatis habet notitiam, præsertim in gradibus, quos lex i divina prohibuit, non possit hujusmodi viro

a *Tordon. al. Tordonen.* b *Cap. 2. eod. tit. in 3. compilatione.* c *Tordonen.* d *Loccdio, alst. Laccdio.* e *Tirdonens.* f *B. Anton. in lib. histor. p. 2. tit. 15. cap. 23. & Cassan. in Catal. gloria mund. p. 4. consid. 60. vide cap. 20.* g *Tirdon.* h *Faceret, in aliquot exemplar. & malè, cùm facerent ad Humiliatos referatur, qui eâ conditione se & sua magistro templi tradiderunt, si quod facerent placeret Episcopo & Cap. Tridonen. ut clarius patet ex antiqua.*

a *Cap. 3. eod. tit in 3. camp.* b *in remotis partibus &c.* c *al. N. al. D. al. V.* d *ea. ex conquestione. Super eod.* e *videretur periculum expugnare.* f *nec contra conscientiam solvere teneatur.* g *intelleximus. supr. de ord. cogn.* h *Olim, ob hominum raritatem, tamsiem inter filium & matrem, patrem & filiam vetitus erat conjugalis nexus lege divinâ.* i *Vid. Levit. 18. & 3. q. 4.*

sine mortali peccato carnaliter commisceri : quoniam omne, quod a non est ex fide, peccatum est : & quicquid fit contra conscientiam, ædificat ad gehennam : frustrà in tali casu adjudicaretur restitutio spoliato, cùm illa contra Deum non debeat in hoc judici obedire, sed potiùs excommunicationem humiliter sustinere : sicque difficultas occurreret quasi perplexa : quia propter sententiam oporteret eam reddere debitum, & propter conscientiam reddere non deberet : unde contingeret eos graviter impediri : & utrique laqueus pararetur : cùm inter se carnaliter conjungi non possent, nec alter alteri matrimonialiter copulari. Propterea meliùs videtur, quòd cùm opponitur consanguinitas (præsertim in gradibus divinâ lege prohibitis) & probationes offeruntur in continenti paratæ, in cæteris adjudicanda sit restitutio : sed ad majorem cautelam juramento recepto, quòd talis objectio malitiosè non fiat, sola, quoad commixtionem carnalem (maximè si fama consentit) est restitutio differenda, donec auditis probationibus & discussis, causa sine diffugio terminetur, cùm utrique sit meliùs taliter expediri, quàm manere taliter impeditos. Quòd si non habeat probationes in continenti paratas, sed dilationes expectat b longiores (quia præsumitur c contra eam, quæ sine judicio Ecclesiæ suâ tantùm temeritate recessit à viro) ad restitutionem plenariam Ecclesiasticâ debet censurâ compelli, quam d tamen ipsa tori negando consortium debet humiliter tolerare, donec probationes offerat præparatas : & tunc absolutione petitâ, secundùm formam Ecclesiæ absolvetur : sed antequam fiat ei mandatum sub debito juramenti, receptis probationibus procedatur, quemadmodum est præmissum. Si verò tanta sit viri sævitia, ut mulieri trepidanti non possit sufficiens securitas provideri, non solùm non debet ei restitui, sed ab eo potiùs amoveri e : alioquin sufficienti (si fieri potest) securitate provisâ, profectò videtur conjunx ante causæ cognitionem restituenda marito.

[1 *Apparebant etiam accusatores & testes exhibentes chartam ab utroq; latere consanguinitatis lineam continentem, qui se contracti matrimonii tempore absentes fuisse dicebant, & quòd in contumaci parati erant, quod proposuerant, comprobare.*]

[2 *Quemadmodum allegabat. Cæterùm pars replicabat uxorie, tum propter futurum incestûs periculum, tum quia probationibus paratis & præstitis sine diffugio quod intendebat poterat demonstrare, restitutionem penitùs denegandam. Ad hæc notam esse mariti sævitiam proponebat, cui erat impetuosa levitas & crudelitas bestialis, & si liberam restituta facultatem sibi haberet uxoris, ejus amici tenebant mortis periculum imminere vel corporis cruciatum, & sic ab accusatione desisterent, eam qualitercunq; vivere, quàm interire malentes. Adjicientes nihilominùs ipsam à viro licentiatam recessisse cum lachrymis & invitam. Ipsa verò miles nihilominùs petebat sibi uxorem liberè ac pacificè restitui, & ne secùs fieret sed. Apost. appellavit. Cùm igitur in causis matrimonialibus exceptiones hujusmodi sæpiùs proponantur, quid sit in talibus agendum.*]

[3 *Secundò quærebas, an idem juris existat, si aliquis gradus dispensabilis vel aliud impedimentum dispensabile allegetur, & probationes similiter sint præsentes, utrùm restitutio concedi debeat, an negari? Tertio loco quærebas, si maritis crudelitas & sævitia sint nota judici, ut propter motam controversiam indignatus uxorem tormentis tractaturus sit & injuriis affecturus : & sic accusatores de morte fœminæ metuentes, accusare desistant : utrùm hoc in primo vel in secundo casu restitutionis præbeat adminiculum denegandæ? Postremò quærebas, si deneganda sit restitutio in aliquo casuum præmissorum, & ad sed. Ap. appelletur, utrùm appellationi sit hujusmodi deferendum?*]

a *Rom. 14.* b *expectat.* c *al. hic præsumitur.* d *scil. censurâm.* e *Ipsum locum vide Alibi citatum.*

CAP. XIV.

¶ *Per solam traductionem mulieris ad domum viri factam, non præcedentibus sponsalibus, vel invalidè, non acquiritur possessio : unde eâ recedente propriâ auctoritate, non competit restitutio.*

Idem *Vulteranus* a *Episcopo.*

EX b parte M. mulieris fuit propositum, quòd cùm eam intra pubertatis tempora constitutam, patruus suus filio H. Senen. civis, nondum vii. annorum, matrimonio voluerit copulare, ac eadem traducta fuerit in domum ejusdem, c ipsa ex quo ad nubiles annos pervenit, ratum nolens habere, quòd à patruo suo circa hoc procuratum fuerat, à Senen. Episcopo nubendi alii licentiam postulavit : [1 & 3.] ¶ Quia igitur non credimus ambigendum, quin ipsa mulier (quamvis minor) causam possit matrimonii per Procuratorem tractare, ac pars alia (quæ mulieris restitutionem sibi fieri prius postulabat) restitui nequaquam debeat, utpote nullo juris seu possessionis commodo destituta, cùm per solam traductionem (quam non præcesserunt sponsalia, vel consensus legitimus, nec fuerunt etiam subsecuta) nullum inter eos obligatorium vinculum sit contractum : Mandamus, quatenus, si est ita (non obstantibus exceptionibus supradictis) audias, quæ hinc inde partes duxerint proponenda, & quod canonicum fuerit, app. remotâ decernas.

[1 *Cumq; partes idem Episcopus citâsset, prafata M. per Procuratorem idoneum in judicio compararet, quarens possessionem & res alias restitui sibi dotis nomine pro se datas, & pars altera restitutionem peteret mulieris ejusdem, asserens eam non posse per alium causam agere, sed debere ipsi tractatui personaliter interesse, prafatus Episcopus dubitans, quid super his statuere posset de jure, prout nobis suis literis intimavit, processu negotii supersedit.*]

CAP. XV.

¶ *Interdictum Unde vi, non competit contra illum, qui non spoliavit, nec spoliari mandavit, nec spoliationem ratam habuit.*

Idem.

CUm d ad sedem Apost. accessissent Cuman. Episcopi, & fratrum hospitalis Hierosol. Procuratores : [1 & 3.] ¶ Abbati de Accon. causam (quæ super Ecclesiæ & hospitali de monte Citano inter eos vertebatur) taliter duximus committendam, ut audiret omnia tam ad possessorium, quàm ad petitorium judicium pertinentia, quæ utraque pars duceret proponenda, & causam ipsam fine debito terminaret. Coram quo procurator hospitalis prædicta cum possessionibus & pertinentiis suis, quæ tenebat Episcopus, sibi restitui postulavit, asserens illa de jure ad hospitale e Hierosolym. spectare, & quòd ipsa diutiùs possedisset. Ad quæ respondit Procurator Episcopi, se nec scire, nec credere superdicta ab hospitali possessa, vel ad illud aliquatenùs pertinere, quæ Cumanen. Episcopus, utpote in sua diœcesi constituta, rationabiliter detinebat. Cùm igitur ad fundandam intentionem suam pars utraque testes produceret, dictus Abbas Procuratorem Episcopi condemnavit ad restitutionem omnium prædictorum : [& infra.] ¶ Nuper autem utriusque partis Procuratoribus comparentibus coram nobis, causam ipsam examinavimus diligenter : & quidem per testes videbatur esse proba-

a *Vulteranensi.* b *C. 4. eod. tit. in 3. compil.* c *Vid. l. qui universas. ff. de acquir. possess.* d *Cap. 1. eod. tit. in 3. compilat.* e *Id est, ad fratres hospitalarios, iidem dicuntur milites Rhodienses, & nunc de Malta. vide Cass. in cat. glor. mund. part. 9. cons. 4. & S. Antun. 2. pa. hist. tit. 15. c. 20.*

tum,

rum, quòd Cumanen. Episcopi nuncius cruces Hospitalariis abstulit, inhibendo ipsis, ne ad supradictam Ecclesiam vel hospitale redirent, & quòd Episcopus supradicta omnia possidebat: unde Procurator Hospitalariorum petiit dictam restitutionis sententiam confirmari: [& infrà.] ¶ Nos *a* prioris acta judicii recensentes, quia nec per dicta testium, vel confessiones partium *b* (cùm nullæ penitùs in judicio factæ fuerint) vel etiam instrumenta (quæ nullatenùs de spoliatione tractabant) nec per evidentiam facti nobis constare potuerit, quòd Cumanen. Episcopus Hospitalarios spoliaverit, vel mandaverit spoliari, vel spoliationem factam saltem ratam habuerit: pronunciavimus in quæstione prædicta interdictum unde vi, locum nullatenùs habuisse: restitutionis sententiam à prædicto Abbate prolatam (licèt pars adversa *c* proponeret, quòd præsumendum esset pro sententia judicis, qui motum animi sui potuit ex causis aliis informare) justitiâ exigente cassantes.

[1 *Et instrumenta nobis & acta causæ, quæ super Ecclesia & hospitali de monte Cinario inter eos agitabatur, prout gesta fuerant, in præsentia ven. f.n. Sapien. Episcopi, qui ex delegatione nostra de causa cognoverat, præsentâssent, nos diligenter inspeximus, quæ coram eodem Episcopo acta fuerant, haberi ea decrevimus pro infectis, cum constiterit nobis, eum in causa ipsa judicem non fuisse, sicut ipsemet ad ultimum recognovit: eandem causam dilecto filio.*]

[2 *Ex adverso autem proponebatur, quòd etsi per testes forsan esset ipsum sufficienter, quòd per nuncium Episcopi fuerant Hospitalarii spoliati, cùm tamen non constiterit de mandato Episcopi hoc fecerit, vel quòd ipse ratum habuerit factum ipsius, restitutio non potuit sibi locum vendicare, quum non constaret Episcopum prædicta tenere, qui utique ipsa de jure possidet, utpote ad se spectantia & in sua diœcesi constituta. Sed ad hoc pars altera replicavit, quòd quamvis per dicta testium evidenter mandatum Episcopo non probetur, quia tamen judex motum animi potuit ex aliis causis informare, pro sententia erat meritò præsumendum. Hu igitur & aliis intellectis, quæ utriusque partis Procuratores proponere fore curarunt.*]

CAP. XVI.

¶ *Exceptio inopiæ, de qua constat, à Clerico opposita, impedit executionem sententiæ etiam latæ in possessorio. h. d. comprehendendo mentem litigæ, & veram lectionem.*

Idem.

II. OLim vobis *d* dedisse meminimus in mandatis, ut Oveten. *e* Episcopum ad debitam partis restitutionem Zamoren. diœcesis, quam tenebat, cum inde perceptis fructibus cogeretis restituere: [& infrà.] ¶ Verùm quoniam inanis est actio, quam inopia debitoris excludit *f*, mandamus, quatenus non priùs Episcopum ad restitutionem fructuum compellatis, quàm ipse fuerit taliter restitutus, ut restituere possit, quod percepit de proventibus alienis.

CAP. XVII.

¶ *Per excommunicationis probationem non probatur quasi possessio jurisdictionis: licèt aliquibus diebus fuerit observata: ideò petens restitutionem, hoc solo probato succumbit. hæc dicit, quoad intellectum.*

Idem *g* Abbati S. Genovefa Parisien.

III. OLim *h* inter te pro Abbatia tua, & Parisien. Episcopum, nomine Parisien. Ecclesiæ, super possessione juris parochialis in parochia de Monte, quæstione subortâ: [& infrà.] ¶ Nos attendentes, quòd (ex eo solo quòd populus prædictæ parochiæ, timore sententiæ suæ per aliquot dies abstinuit à divinis) nullam in eos juris parochialis possessionem idem Episcopus fuerit assecutus, nec fuerit aliquo modo probatum, quòd (eo tempore, quo sententiam ipse protulerit) possessionem in ipsis juris parochialis haberet, vel priùs etiam habuisset *a*, restitutionem ei adjudicare de jure nequivimus, cùm ipsum non constiterit spoliatum.

CAP. XVIII.

¶ *Recipiens scienter rem invasam à spoliatore, tenetur eam spoliato restituere, licèt non probet dominium.*

Idem *in Concilio generali* b.

SÆpè contingit *c*, quòd spoliatus per spoliatorem in alium re translatâ, dum adversùs possessorem non subvenitur per restitutionis beneficium eidem spoliato, commodo possessionis amisso, propter difficultatem probationum, juris *d* proprietatis amittit effectum. Unde non obstante juris civilis rigore, sancimus, ut si quis de cætero scienter rem talem receperit *e*, cùm spoliatori quasi succedat in vitium (eò quòd non multùm intersit, quoad periculum animæ, injustè detinere, ac *f* invadere alienum) contra possessorem hujusmodi, spoliato per restitutionis beneficium succurratur.

CAP. XIX.

¶ *Occupans certum locum, in quo quis jure liberè possidebat, si per ipsius occupationem non potest possessor sua jura liberè possidere sicut priùs, conveniri potest possessorio pro libertate possidendi: & restitutio fieri non potest, nisi dimittat locum in pristina libertate. h. d. valde singulariter.*

Gregorius IX. *Episcopo Lucan.* g

PIsanis ac Lucanis civibus per gravem discordiam (quam diu inter se habuerant) afflictis graviter & attritis: [& infrà.] ¶ P. Subdiacono nostro dedimus in mandatis, ut possessionem, quam in quibusdam castris constat Lucanam Ecclesiam habuisse, sibi priùs plenè ac liberè (sicut tempore motæ discordiæ habuerat) restituta, & super ea, de qua dubietas oriretur, sufficienti cautione recepta (quòd juri coram nobis prædicti Pisani parerent) prolatas pro occupatione castrorum ipsorum in eos sententias relaxaret: [& infrà.] ¶ Pisanis igitur asserentibus, quòd per te stabat, quò minùs tibi juxta mandatum nostrum fieret restitutio, & instanter petentibus, ut dictas sententias præfatus Subdiaconus relaxaret, ipse receptis cautionibus de parendo justitiæ coram nobis, sententias relaxavit easdem: propter quod tu reputans te gravatum, ad nostram præsentiam accessisti, impugnaturus processum Subdiaconi sæpedicti: [& infrà.] ¶ Porrò duo in nostro continebantur mandato, ut videlicet possessio, quam constabat Lucan. Ecclesiam habuisse tempore motæ discordiæ, priùs restitueretur eidem: & ut ejusdem possessionis restitutio fieret plenè, ac liberè, sicut eam habuerat tempore supradicto: quorum primum ad factum, alterum verò referebatur ad modum. Unde licèt (prout pars Pisanorum dicebat) in facto mandati formam Subdiaconus ipse adimplere nequiverit, quia non poterat facere tibi restitui possessionem castrorum, de qua non constabat eidem *h*, nec etiam (secundùm

a al. Nos igitur. b *Vid. l. alter. C. de probat. & i. 1. C. de confess.* c *alter.* d *Cap. 1. eod. tit. in 4. compil.* e *Ovetensis & Zamorensis Episcopatus in Hispania sunt. Vid. Ioann. Vasæum in ann. Hispan. cap. 22.* f *Vid. l. nam si. ff. de dolo.* g *Decii in edit. Rom.* h *Cap. 2. eod. tit. in 4. comp.*

a *Semel possidens, semper præsumitur possidere.* b *Later. sub Innocent. III. cap. 34.* c *Cap. 3. eod. tit. in 4. compilatione. qua sint remedia hujus capitis, & quando & quibus competant, tradit Matth. Affl. decis. 250. Practic. Pap. in tit. de forma lib. in causa spoliata possessionis.* d *al. jus.* e *acceperit.* f *aut invadere alienum.* g *Gregor. Episcopo Lucensi.* h *Vid. l. diligenter. ff. mandati.*

quod tu ipse dicebas) affictuum & pensionum possessio poterat tibi restitui, quia eâ non fueras spoliatus: fuit tamen in modo peccatum: quia debuit facere, ut Pisani possessionem pensionum & affictuum, (quam per eorum confessionem constabat te in castris prædictis habere) tibi dimitterent plenè ac liberè, sicut Ecclesia tua illam habuerat tempore motæ discordiæ: quod quidem esse non poterat, nisi Pisani castra ipsa omninò dimitterent: quia illis detinentibus castra & munitiones castrorum, in quibus dictas pensiones reripis & affictus, ea plenè ac liberè habere non posses, sicut habebas, quando ipsi castra eadem minimè detinebant, eò quòd quamdiu ea detinent, in eorum potestate relinquitur, te non admittere vel repellere, quando velint *a*. His ergò diligenter auditis, processum hujusmodi de fratrum nostrorum consilio irritum judicamus.

DE DOLO ET CONTUmacia.

TITULUS XIV.

CAP. I.

¶ Reus, qui mittendum in possessionem ad mandatum judicis non admisit, non multâ habitur de canonica æquitate, si intra annum sæveat stare juri. h. d.

Alexander III. *Herfoden.* b *Episcopo.*

AD hæc cùm *c* contingat, actorem multotiens mittendum esse in possessionem causâ rei servandæ, propter absentiam partis adversæ, & per ejus dolum sive potentiam non possit rem custodiendam nancisci, ac imminente fine anni, reus (ne possessionem amittat) debitam offerat cautionem: cujusmodi sit pœnâ mulctandus (quia jussioni non paruit judicis) à nobis tua fraternitas requisivit. Ad quod dicimus, quòd in Ecclesiasticis personis & negotiis rigor & districtio juris non requiritur *d*: sed (cùm justitia propter hoc non periclitatur) patienter admitti debet, cùm reus per cautionem standi judicio se adstringit.

CAP. II.

¶ Propter contumaciam rei potest judex rem petitam sequestrare, & ipsum contumacem in expensis condemnare, quas propter ipsius contumaciam vel dolosam exceptionem actor fecit. hoc dicit. Panorm.

Idem *Abbati de Rames. & Archidiacono Helien.*

EX literis *e* vestris accepimus, quòd cùm vobis causam, quæ inter Monachos de Etollen. *f* & Canonicos Linconen. super Ecclesiis de V. & M. vertitur, duxerimus committendam, & Canonici citati legitimè, se contumaciter absentaverint: vos, licèt Monachi essent ob contumaciam adversæ partis in possessionem rerum petitarum mittendi, intuitu tamen religionis cum eis mitiùs agere volentes, possessionem sequestrari fecistis: ut sic saltem Canonici affecti tædio, stare judicio cogerentur. Tandem Monachis Ecclesias sibi restitui postulantibus, Canonici responderunt, auctoritatem vestram penitùs expirâsse, eò quòd ad alios judices literas impetrârunt, quæ præjudicare prioribus videbantur. Verùm quoniam in posterioribus literis non fuit mentio facta priorum, nec in eis nomina continebantur Ecclesiarum, quæ in prioribus posita fuerant, sed *g* indefinitè dicebatur, super quibusdam Ecclesiis: nos attendentes malitiam & dolum nulli patrocinari debere, mandamus, quatenus prædictam *h* causam secundùm formam priorum literarum (non obstantibus posterioribus) terminetis: expensas, quas propter hoc Monachi fecisse noscuntur, eis à Canonicis restitui facientes.

CAP. III.

¶ Actore contumace testes recipi, & sententia ferri debent, etiam lite non contestatâ, reo instante. hoc dicit, secundum communem intellectum.

Idem *Exon. & Vintonien.* a *Episcopis, & Abbati Herfoden.* b

CAusam, quæ inter F. & R. filium Agathæ de nativitate ipsius A. vertitur, vobis fratres Episcopi, & Londonen. Episcopo commisimus terminandam: [*& infra.*] ¶ Cæterùm, si adversarius suus legitimè *c* citatus, ad præsentiam vestram accedere, vel judicio vestro parere contempserit, aut etiam se absentaverit (cùm de Angliâ recessisse dicatur) Procuratorem ejus, si quem reliquerit, convocetis: qui sive venerit, sive non, aut si Procuratorem non dimisit, denunciationibus ad domum ejus missis, receptis testibus alterius partis, juxta dictam formam ad proferendam sententiam procedatis *d*.

CAP. IV.

¶ Si reus post litem contestatam est contumax, si aliàs loquit de causa, fertur diffinitiva sententia: si non loquet, actor in veram possessionem inducitur.

Urbanus III. *de Novo loco, & de Vigor. Prioribus* e.

PRout nobis *f*: [*& J.*] ¶ Reum, quia *g* contumaciter à præsentia vestra recesserat, juratoriam cœgistis exponere cautionem, quòd coram vobis juri pareret. Cumque die præfixâ vestro se conspectui præsentâsset, prætextu Advocati, quem non habebat, respondere solitâ malitiâ recusavit. Tandem actore instante respondit, quòd quadraginta annis decimas, de quibus erat contentio, percepisset: variisque postmodum excusationibus utens, in vocem appell. prorupit, & contumaciter juramento contempto recessit. Ideoque mandamus, quatenus ad convincendam *h* ejus malitiam, semel eum ad præsentiam vestram convocetis: & si venerit, finem imponatis negotio competentem: quòd si venire contempserit, causam (utpote lite, quæ ingeritur, contestatâ) diffinitivâ sententiâ terminetis, vel præsenti saltem adjudicetis possessionem, servatâ duntaxat quæstione proprietatis absenti.

CAP. V.

¶ Qui fundatâ intentione actoris exceptionem peremptoriam objicit, quam non probat in continenti, sed accipit inducias: si defecerit in probando, condemnatur in continenti, diffinitivâ non expectatâ, in expensis, ac solvere cogitur: quòd si non potuit, ponetur in corpus secundùm arbitrium judicis. h. d. notab. ibi tenc. secundùm lecturam, quæ placet Panormi.

Innocentius III.

FInem litibus *i* cupientes imponi, ne partes ultra modum graventur laboribus & expensis *k*, præsertim cùm de beneficiis Ecclesiasticis litigatur, quæ sine dispendio diu vacare non possunt: Præsenti decreto statuimus, ut postquam intentionem suam altera pars fundaverit, si reliqua fortè voluerit legitimam exceptionem opponere, quam nolit *l* aut nequeat in continenti probare. Quia frequenter ad impediendum vel

a *Vid. Abbat. & Felin. in hunc locum.* b *al. Herford. alit. Elforen.* c *Cap. 1. eod. tit. in 1. compil. & post Conc. Lateran. sub Alexand. III. part. 1. c. 1.* d *vid. l. unicam. ff. si quis jus dicen. non obtemp.* e *Post. Conc. Lateran. sub Alex. III. p. 41. c. 6. & c. 2. eod. tit. in 1. comp.* f *Crosten. al. Erolin.* g *sed tantum indistinctè, &c.* h *al. præscriptam.*

a *Vigorn.* b *al. Forden.* c *De citatione vide Socin. reg. 71. incipiente: citandus personaliter.* d *Vid. l. consentaneum. C. quomodo & quando jud. per Bart.* e *fratribus de Gisebor.* f *C. 4. eod. tit. in 1. compil.* g *al. ita: qui contumaciter à præsentia vestra recessit.* h *convincendum.* i *C. 1. eod. tit. in 1. compilat.* k *Vid. l. 4. & ibi Bart. 6. hinc autem judicium. ff. de dam. inf. & in l. ad peremptorium. ff. de jud.* l *Vid. l. qui si patris. C. unde liberi. & l. filii mater. §. 2. ad Tertull.*

diffe-

differendum processum, exceptiones hujusmodi per excogitatam malitiam opponuntur, ad solvendas alteri parti moderatas expensas extunc in judicio faciendas, cum acceptis induciis, si forsitan in probatione defecerit, condemnetur. Et si solvendo non fuerit, aliàs a secundùm arbitrium discreti judicis puniatur: ut hoc saltem timore perterritus, non facilè quis in gravamen alterius falsas exceptiones opponat.

CAP. VI.

¶ Citatus ad totam causam certo termino ad comparendum assignato, tenetur comparere in termino: & dato impedimento in termino, debet comparere quàm citius potest post terminum: aliàs condemnabitur in expensis à tempore citationis emissa.

Idem *Prænestinen. Episcopo, Apost. sed. Leg. & Decano Brixien.*

CUm dilecti b filii nuncii Leodicen. c electi pro eo ad sedem Apostolicam accessissent, Archidiac. & H. Canonicus Leodicens. Ecclesiæ, nomine suo & quorundam Concanonicorum d suorum (quorum literas exhibuêre de rato) contra eundem electum quædam crimina proponebant, per quæ nitebantur eum ab electione repellere ut indignum: [& ſ.] ¶ Quamvis autem ex eo quod idem electus à gravamine adversæ partis appellaverit, & appellationem non fuerit per sufficientes procuratores e, cum possit (illis prosequentibus) prosecutus, non levis exorta esset suspicio contra eum. Volentes tamen juris ordinem observare, ipsi mandamus, quatenus usque ad Dominicam, quâ cantatur: *Ego sum pastor bonus*, per se, vel per Procuratorem sufficientem, ad præsentiam nostram accederet, super prædictis omnibus responsurus, alioquin cùm assignaremus ei pro peremptorio terminum supradictum, sciret, quòd (quantum de jure possemus) procederemus extunc in negotio memorato f. Expectantibus igitur adversariis, ipsum diu g ultra terminum duximus expectandum: sed ipse direxit simplicem solummodò nuncium excusationis literas afferentem: scribebat enim, quòd nuncium (cui cum à nobis recederet, injunximus vivâ voce, ut citaret eundem) sero receperat, unde non poterat, tum propter termini brevitatem, tum propter viarum discrimina, nostro se conspectui præsentare. Sed contra hoc faciebat, quòd sicut excusatorem direxerat, sic dirigere potuerat h responsalem: cùm ei non fuisset injunctum, ut ad causam in propria persona duntaxat veniret, sed vel ipse accederet, vel Procuratorem idoneum destinaret. Præterea cum mandatur alicui, ut ad certum terminum se judici repræsentet, duo sub hac forma mandantur, ut ad judicem veniat, & ad diem sibi præfixum accedat. Unde si venire non possit ad diem i assignatum, tenetur nihilominùs se judici præsentare. Si enim mandatur alicui, ut alii ad certum diem certam rem exsolvat: non ideò erit à mandato solutus, si solvere nequiverit die datâ: imò ad solutionem (elapso etiam die solutioni præfixo) tenetur. Quapropter quia dictus electus nec venerat, nec sufficientem miserat responsalem, ad diem sibi statutum, vel post, etiam diutiùs expectatus, nec de vicino ejus adventu spes erat, utpote qui per literas utcunque excusaverit moram suam, & calores æstivos, & insidias sibi positas formidabat, eum reputavimus contumacem k, & ad legitimas & moderatas expensas, quas adversarii ejus fecerant à tempore citationis emissæ, quem l extunc expectare inceperant, ipsum curavimus condemnare.

a *Aliter.* b *C. 2. eod. tit. in 3. compil.* c *Leodien.* d *al. Canonicorum.* e *Vid. leg. si quis stipulatus. in fin. cum not. ff. de verb. sig.* f *Vide l. si finita. 4. Iulianus. ff. de dam. infect. per Bart.* g *diu etiam ultra, &c.* h *Nuncium responsalem.* i *Diem sibi.* k *l. 2. & ibi Bart. C. de jur. calum. & l. ejus qui. ff. de ar. fyl.* l *al. quam.*

CAP. VII.

¶ Sententia in causa beneficiali, non transit in rem judicatam respectu superioris, quo minùs possit de juribus parcium inquirere, maximè quando sententia fuit lata contra absentem, licèt contumaciter, & indefensum.

Idem *Armachano & Casselensi Archiepiscopis* a.

CUm olim D. b Cleticus (Cœlestino Papæ prædecessori nostro, diversis Prælatorum Hyberniæ literis præsentatis) se assereret in Episcopum fuisse Roscensem electum, nullusque appareret, qui aliquid contra eum proponeret: dictus præd. n. ei munus fecit consecrationis impendi. Postmodùm F. & G. Monachi ad ejusdem præd. n. præsentiam accedentes, uterque se asseruit à Canonicis Roscen. Ecclesiæ fuisse electum, & quòd prædictus D. per falsas literas fuerat consecratus: propter quod idem præd. n. causam vobis sub ea formâ commisit, ut de forma & processu electionis memorati D. solicitè quæreretis: & si eum electum canonicè fuisse constaret, ipsum faceretis pacificâ possessione gaudere, alioquin inter prædictos F. & G. audiretis causam: & cujus electionem canonicam, & magis rationabiliter factam inveneritis, alterius curaretis electioni præferre: [1 & *infrà*.] ¶ Cumque à vobis dictus D. tertiò citatus, vestro se nollet conspectui præsentare, procedentes in causa, tam ex testimonio Cleri & populi Roscensis Ecclesiæ, quàm assertione Regis Coarciæ c, & Prælatorum provinciæ, de prædicto F. electionem fuisse celebratam canonicè didicistis, & eam d curavistis auctoritate Apostol. confirmare, præsertim cùm Capitulum Roscensis Ecclesiæ dictum D. se non elegisse constanter assereret, nec de prædicti G. Monachi electione aliquatenùs cogitâsse. Interim memoratus e D. ad Apostolicam sedem accedens, super quibusdam aliis gravaminibus & injuriis contra dictum F. & quosdam alios literas impetravit: dictus F. f postmodum ex parte vestra nobis literas præsentavit, quæ qualiter à vobis in commissione prædicta processum fuerat, continebant: [2 & ſ.] ¶ Volentes igitur adhuc misericorditer agere cum absente, ut ejus malitia convincatur, dictum F. ad vos duximus remittendum, mandantes, quatenus non obstante, quòd ejusdem F. fuit electio confirmata, sæpedictum D. si in Hybernia poterit inveniri, legitimè citetis ad causam, & (facultate sibi defensionis indultâ) in causa ipsa canonicè procedatis. Qui si inventus, intra tres menses vestro se conspectui contempserit præsentare, ad consecrationem dicti F. (omni occasione postpositâ) procedatis. Si autem in Hybernia inventus non fuerit, indulto sibi unius anni spatio, ex quo ad nos, etsi non verbo, facto tamen intelligitur provocâsse (arrepto itinere ad sedem Apostolicam veniendi) dicto F. administrationem Roscensis Ecclesiæ in spiritualibus & temporalibus committatis: quo elapso, cum non differatis in Episcopum consecrare.

[1 *Ac tu frater Cassalen. alterum illorum, quem rationabiliter duceres confirmandum, in Episcopum consecrares. Unde sicut ex literis vestris accepimus, cum dicta commissionis vobis fuissent litera præsentata, juxta tenorem earum primo de electione prædicti D. inquirere voluistis.*]

[2 *Cum fratribus igitur nostris habito super hoc diligenti tractatu, timentes, ne sicut prædictus p. n. per literas, quas idem D. ei præsentaverat, dicatur circumventus, nos etiam circumvenire contingeret per literas vestras nobis ab eodem Monacho præsentatas.*]

a *al. Archiepiscopo & Episcopo Lavin.* b *Cap. 3. eod. tit. in 3. compil.* c *al. Coarchia. al. Coarchiæ.* d *al. eum.* e *Interim autem* f *In omnibus exempl. dictus F. postmodum ex parte vestra nobis literas præsentante, quæ &c.*

CAP. VIII.

¶ Si proceditur per viam inquisitionis contra absentem contumaciter, etiam lite non contestatâ testes recipi possunt, & sententia diffinitiva ferri, etiam per viam depositionis, si hoc mereatur delictum.

Idem.

VEritatis *a* est verbum organo dominicæ vocis emissum: [1 & 7.] ¶ Sicut Canonici Curien. in nostro auditorio retulerunt, H. Curien. Episcopus Ecclesiam suam non solùm dilapidando depressit, sicut publica prædicabat infamia, sed etiam homicidio, incestu, aliisque criminibus polluit: [2 *& infrà.*] ¶ Super his commisimus primò causam Tridon. *b* Episcopo, & Abbati Montis sanctæ Mariæ, & Præposito de Insula: secundò quoque Brixiensi Episcopo, & ipsis Abbati & Præposito: [*& 7.*] ¶ Verùm cùm Episcopus ipse priorum judicum præsentiam adire per contumaciam contempsisset, auctoritate nostrâ fuit per ipsos judices ab officio beneficioq; suspensus: [*& infrà.*] ¶ Tandem verò coram judicibus canonicâ citatione vocatus, præsentiam suam difficulter exhibuit: sed frivolam tunc excusationem malitiâ conceptâ prætendens, experiri cum Canonicis in jure neglexit: qua de causa nos de consilio fratrum nostrorum suspendentes Episcopum ipsum, vel potiùs suspensionem à judicibus factam auctoritate Apostol. confirmantes, tertiò super his Cumano Episcopo & Abbati sancti A. causam ad superandam malitiam ipsius Episcopi, commisimus audiendam: qui partibus citatis, cùm nec per se, nec per responsalem idoneum comparuerit, in eundem, propter inobedientiam, excommunicationis sententiam protulerunt, testes ex parte vestra *c* (quemadmodum in mandatis à nobis acceperant) admittentes, scilicet Abbates, Priores, Præpositos, & alios religiosos viros, per quos quemlibet articulum criminum prædictorum constat fuisse probatum: [*& infrà.*] ¶ Nos igitur videntes ordinem judiciarium in hoc facto fuisse servatum, considerato præterea *d*, quòd post sententias in se datas *e* celebrare præsumpserit: cùm multi Prælati Ecclesiarum contra eundem Episcopum scripserint, nec unus pro eo defendendo vel aliquatenùs excusando: in nomine Domini cum Apostolo omnem inobedientiam ulcisci volentes, licèt absentes corpore, præsentes tamen spiritu, juxta verbum ejusdem Apostoli *f*, tulimus sententiam perpetuæ depositionis in ipsum: & eum tam à Pontificali, quàm ab omni officio Sacerdotali privantes, sine spe restitutionis aliqua duximus condemnandum: ea nihilominùs in irritum revocantes, quæcunque post inhibitionem Apostol. sedis, seu factam suspensionem *g* & excommunicationem, de rebus Ecclesiæ alienare præsumpsit.

[1 *Quòd arbor, quæ terram inutiliter occupat, dignè exciditur, & in ignem mitti censetur, ut terra qualibet, quæ sub nociva occupatione inutilis arboris sterilis habetur, per novam plantationem ad fructificandum culturam recipiat congruentem. Huic nemorum arbori H. quondam Curien. Episcopus non immeritò comparatur, qui Curien. Ecclesiam usq; modo per violentiam detinuit, &c.*]

[2 *Nos autem, utpote quibus hæc imminent corrigenda, cùm ipsi Canonici vestri bono zelo arbitrantur inducti prædictum Episcopum accusare metuentes, enormitates ejusdem ad aures nostras deferre curârunt, timentes, ne sicut in decreto Gelasii continetur, aliquam offensam incurrerent, si hujusmodi excessus audutui catholicæ Ecclesiæ supprimendos putarent, primò causam ven. f. n. Truden. Episcopo & dil. fil. Abbati S. Mariæ & Præposito de Insula. Secundò quoque ven. n. Brixien. Episcopo & ipsis iterùm & Abbati, & Præposito, &c.*]

a *Cap. 1. eod. tit. in 4. compil. vide Ludov. Rom. freg. 420. in sup. Tu scis duas regulas.* b *al. Triden.* c *nostra.* d *etiam.* e *latas.* f *2. Cor. 5.* g *vide l. Fulcinius §. quod si autem. ff. ex quib. caus. in pos. eatur. per Bartol.*

CAP. IX.

¶ Actor non admissus in possessionem sibi decretam per judicem causâ rei servandæ, vel ab ea expulsus, per lapsum anni verus efficitur possessor.

Idem *in Concilio generali.* a

COntingit *b* interdum, quòd cùm actori ob contumaciam adversæ partis adjudicatur (cujus rei servandæ) possessio: propter rei potentiam sive dolum, actor intra annum rem custodiendam nancisci non potest, vel acquisitam *c* amittit: & sic (cùm secundùm multorum assertionem verus non efficeretur post lapsum anni possessor) reportet commodum de malitia sua reus. Ne igitur contumax melioris, quàm obediens, conditionis existat: de canonica æquitate sancimus, ut in casu præmisso, actor verus constituatur elapso anno possessor.

CAP. X.

¶ Si reus non inveniatur, sufficit publicè citationem ad Ecclesiam suam proponi.

Gregorius IX. *Archiepiscopo Burdegalensi.*

VEnerabilis frater noster: [*& infrà.*] ¶ Volentes finem imponi litibus, ne immortales existant: mandamus, quatenus ad initium proximè venturæ Quadragesimæ *d* (quod tibi peremptorium terminum duximus assignandum) super jure Primatiæ, quod Bituticens. Archiepiscopus in te ac in provincia tua se habere proponit, per te, vel per Procuratorem idoneum sufficienter instructum ad litem contestandam, & ad alia omnia negotia *e* peragenda, quæ necessaria decisioni negotii videbuntur, nostro te conspectui repræsentes. Nos verò nihilominùs Archidiacono Transuigens. & magistro M. Canonico Turonens. dedimus in mandatis, ut & ipsi ad eundem terminum auctoritate nostrâ juxta præmissam formam te peremptoriè citare procurent: & si non poteris inveniri, faciant, ut citationis edictum per ipsos vel alios, apud Ecclesiam tuam publicè proponatur.

DE EO, QUI MITTITUR IN possessionem causâ rei servandæ.

TITULUS XV.

CAP. I.

¶ Missus in possessionem ex primo decreto in reali, per lapsum anni verus & incommutabilem illius rei possessionem acquirit: licèt passus missionem, habuerit intra annum voluntatem cautionem præstandi, quam tamen non deduxit ad effectum suo defectu. h. d. secundùm verum intellectum.

Alexander III. *Priori & fratribus de Guisebarch* f.

COnstitutis in præsentia *g* nostra R. Canonico vestro, & responsalibus Præpositi de Betil super possessione Ecclesiæ de Lamento (in quam causâ rei servandæ fueratis inducti) hinc inde fuit coram nobis aliquandiu disputatum: tandem ex utriusque partis assertione tenuimus, quòd licèt causâ rei servandæ tantùm, in ejusdem Ecclesiæ possessionem inducti fueritis, intra annum tamen altera pars stando juri non præstitit cautionem, licèt voluntatem *h* præstandi habuerit, & vos eam parati recipere

a *Lateranen. sub Innocent. 3. cap. 42.* b *Cap. 2. eod. tit. in 4. compil.* c *nactam.* d *vide l. Quadraginta. C. de fer.* e *vel, negotia, deest in omnibus manuss.* f *al. Gisebarch.* g *Cap. 1. eod. tit. in 2. comp. & post Concil. Lateran. sub Alex. 3. p. 3. cap. 4.* h *vide l. si repetendi. C. de rei vind. vid. & l. prætor. & ibi Bart. ff. de novi oper. nunciat.*

fuisse-

fuissetis. Ideoque decernimus, ut amodò possessionem præscriptæ Ecclesiæ (salvo jure, quod idem præpositus in petenda Ecclesia habere dignoscitur) absque contradictione qualibet habeatis. Ut autem nostræ diffinitionis sententia inviolabiliter observetur, eam Apostolico duximus patrocinio roborandam.

CAP. II.

¶ *Tempus annale non currit missionem passo, si intra illud cautionem judicibus, vel alteri eorum alio absentibus obtulit: licèt per eos, seu per eum recepta non fuerit. Et est casus notabilis secundum bonum intellectum.*

Clemens III. *Episcopo & Archiepisc. Eboracensi.*

CUm sicut *a* accepimus, inter P. Subdecanum *b*, & Abbatissam & Conventum sanctæ Trinitatis, super Ecclesia de Capit. *c* quæstio verteretur: de Thaurino *d* & de Corinth. Abbates, ac Archidiac. Chimæ. à sede Apostolica delegati, Moniales ipsas rei servandæ causâ, in possessionem rei petitæ miserunt. Unde cùm hoc ad Subdecani *e* notitiam pervenisset, ad Archidiac. prædictum accessit, & offerens ei sistendi judicio cautionem (quoniam Abbas de Corinth. profectus erat in Angliam, & Abbas Thaurinensis viam fuerat universæ carnis ingressus) possessionem intra annum sibi resignari cum instantia postulavit, sed non potuit obtinere: [1 & 2.] ¶ Discretioni vestræ mandamus, quatenus si est ita, sistendi judicio ab eo cautione receptâ, ei possessionem restitui faciatis: nec obstare volumus, quòd annus elapsus esse proponitur, si per eum non steterit, quò minùs intra annum & possessionem receperit, & dederit cautionem.

[1 *Processu verò temporis Monachi, quos duximus ad ven. fr. n. Abbatem S. Catharinæ & I. de veteri Pontif. Archid. Rothomagen. literas alias impetrârunt, quarum judicium ideò Subdecanus, sicut asserunt, subire recusat, quod prad. Archiepiscopum habet certâ ratione suspectum, & metuit, ne ejus conjudices ad partem quamlibet ejus auct. de facili traherentur. Quia verò nec invitus suspectorum judicum compellitur judicio subjici.*]

CAP. III.

¶ *Si passus missionem, repetens possessionem, allegat se contumacem non fuisse, restituitur in pristinum statum, præstitâ cautione, & dilatâ condemnatione expensarum, quam evitat, si postea constiterit eum non fuisse contumacem.*

Innocentius III. *Urbinat. & Senagolensi Episcopis.*

CUm venissent ad Apostolic. *f* sedem Abbas sancti Angeli, & P. Gal. idem P. proposuit, quòd prædictus *g* Abbas eum super quadam possessione coram Joan. Apost. sedis Legato traxit in causam: [1 & infrà.] ¶ Verùm Legatus ipse causam commisit judicibus, secundùm jus & bonam terræ consuetudinem *h* terminandam: qui cùm secundùm jus tantùm vellent procedere, præfatus P. nostram audientiam appellavit: sed judices nihilominùs partem adversam in possessionem rerum petitarum inducendam causâ custodiæ decreverunt, ita quòd si usque ad annum & diem præstaret sistendi judicio cautionem, & parti alteri triginta libras restitueret pro expensis, reciperet possessionem eandem. Cumq; G. sedis Apost. Legatus intra annum fuisset terram illam ingressus, ipse cautionem standi juri obtulit coram eo, & possessionem sibi restitui postulavit, paratus expensas restituere factas in lite, quæ sex librarum summam (sicut asserit) non excedunt: sed Abbas triginta librarum sibi restitui petiit quantitatem: [*& infrà.*] ¶ Nos igitur ipsum P. cautione præstitâ in possessionem *a* credimus reducendum: hoc etiam decernentes, ut si consuetudinem, quam allegat, laudabilem esse constiterit (quia ex hoc sequitur eum rationabiliter appellâsse) ad restituendas expensas nullatenùs compellatur: alioquin (cùm ex hoc appareat eum frustratoriè appellâsse) ad restitutionem cogatur expensarum illarum, quas Abbatem constiterit propter hoc necessarias in lite fecisse.

[1 *Quod ei secundùm bonam terræ consuetudinem respondere coram eodem asserunt Card.*]

CAP. IV.

¶ *Contra absentem, qui non dimisit Procuratorem, factâ citatione domi, nullo desendente, sit missio. h.d. supplendo ad literam, vocatione, ut dicatur in gloss. Et est verus & notabilis intellectus.* 1

Gregorius IX.

SI adversarius tuus post citationis edictum, ad remota loca se transferens, Procuratorem legitimum non dimisit, & denunciatione publicè factâ domi, non apparet, qui defendat eundem: jure petere potes, ut in possessionem earum terrarum, de quibus quæstio vertitur, causâ custodiæ inducaris *b*.

UT LITE PENDENTE NIHIL innovetur.

TITULUS XVI.

CAP. I.

¶ *Privilegium etiam à Principe impetratum, per quod privatur quis sine causæ cognitione lite pendente usu possessionis, tanquam surreptitium non valet, seu tanquam rationi obvium est revocandum.*

Alexander III. *Eboracensi Archiepiscopo.*

AMemoria *c* nostra non excidit: [1 & infrà.] ¶ Statuimus, ut literæ prohibitionis, quas ad petitionem Archiepiscopi Cantuariensis tuæ fraternitati direximus, nullum præjudicium faciant, quò minùs tibi & successoribus tuis liberum sit (quemadmodum vobis est beneficio privilegiorum Apostol. sedis indultum, & tu & prædecessores tui consuevistis facere) ante vos per totam Angliam deferre crucem, quousque diffinitivâ sententiâ decernatur, an Ecclesia tua de jure hoc debeat habere *d*.

[1 *Qualiter in primo anno nostræ provisionis transcriptum literarum sel. m. prad. n. Honorii Papæ nobis fecerit præsentari, in quo continebatur, antecessoribus tuis Apostolicâ benignitate esse indultum, ut tam ei, quàm successoribus suis liberum esset per totam Angliam ante se crucem deferre. Nos verò antecessoris nostri vestigia imitantes, tibi scripti nostri munimine confirmamus, quod antecessoribus tuis erat à prædecessore nostro indultum. Postea verò S. & venerandæ mem. T. quondam Cantuarien. Archiepiscop. existimans hoc in præjudicium, vel in depressionem juris & dignitatis suæ Ecclesiæ redundare, exinde cœpit quæstionem movere, & propter hoc ad sedem Apostol. appellavit, affirmans si bene meminimus, quòd tibi & prædecessoribus tuis id nullatenùs licuisset. Sicq; factum est, ut nos tibi per scripta nostra prohibuerimus, ne in provincia*

a *Cap 2. eod. tit. in 2. compilat.* b *Subdiaconum.* c *alii. Col.* d *al. Taurienſi, & de Colle Abbates & Archid. Chimeten. al. sic: Thaur. & de Comit. Abbates & Archid. Chimen.* e *ad eosdem Subdiaconi, &c.* f *Cap. 2. eod. tit. in 2. compilat. Dec. in c. Ecclesia S. Mariæ. de constit. & cap. consultationibus. de offic. delegat. & Roman singul. 414.* g *In Codice Barbat. quod cum dictus Abbas eum super quadam possess. coram I. Ap. sed. Leg. traxerit, &c.* h *Consuetudo terra ligat Clericos. Vid. l. 1. C. de summ. Trinit. & ibi Dd. & deficiente terra consuetudine, tunc ad quam sit recurrendum, vid. gloss. in cap. consuetud. distinct. 1. & in 1. illud, distinctum. 12.*

a *Decrevimus, in Codic. Bar.* b *Vid. leg 2. ff. si quis in jus voc. non ierit. per Bart.* c *Cap. 2. eod. tit. in 2. compilat. & adde notata hujus capitis, in quibus contra hæreticos defenditur consuetudo gestandi crucem.* d *Hodie de jure possunt Archiepiscopi crucem ante se deferre per quævis loca etiam exempta sua provinciæ, quovis privilegio contrario non obstante. Clemen. ultim. de privileg. & quod dicat hic gloss. in verbo, de jure, provenit de jure antiquo.*

Cantuarien. Ecclesia, donec de causa ipsa cognosceretur, ante te crucem deferre aliquâ ratione auderes. Quia igitur per dil. fil. nostros I. & A. Clericos tuos gravem coram nobis querimoniam deposuisti, asserens, quòd te de possessione hujus rei, quam tu & accessores tui habuistis, ante cognitionem judicis spoliassemus, volentes nos tibi tanquam ven. f. nostro deferre, & jura tua integra illibataq; servare, præsentibus literis.]

CAP. II.

¶ Accusatus de adulterio ad separationem tori, non debet lite pendente privari possessione conjugali.

Clemens III. *a*

LAudabilem: [& ℣.] ¶ Quæris, quando matrimonium accusare contingit, an statim sit carnale commercium suspendendum: [1 & infrà.] ¶ Ad quod *c* breviter respondemus, quòd conjugum alteruter accusatus, ante probatam accusationem, jure, quod habet in altero, privari non possit.

[1 *Aut quamdiu dissimulari possit vel potiùs sustineri. Ad quod breviter respondemus, quòd cùm Alexand. III. apertè prohibeat, ne ab invicem, donec justa fiat causa examinatio, separentur, & Symmachi Papæ contineat institutum, ut Prælatus aliquo accusatus, antequam ea, quæ objiciuntur, luce clarescant, relinqui non debeat à subjectis in præsenti articulo.*]

CAP. III.

¶ Qui rem litigiosam alienavit, ita quòd rehaberi non potest, debet æquivalentem substituere in locum illius, quam alienare non poterit. h. t. cum seq.

Innocentius III. *Abbati & Conventui sancti Sylvestri.*

1. ECclesia sanctæ Mariæ *d* in via lata contra Joannem de Ateja (qui quasdam possessiones ipsius dicebatur contra justitiam detinere) movit sub L. judice quæstionem *e*: [& ℣.] ¶ Prohibemus, ne possessiones, quæ successerunt in locum & jus illarum, quas ab Joann. de Ateja Ecclesia sanctæ Mariæ petierat, in monasterium vestrum ab eodem Joan. lite pendente translatas, alienare interim præsumptis: ut si Ecclesia sanctæ Mariæ de vitio litigiosi contractûs, vel de proprietate voluerit experiri (ne si obtinuerit in judicio, in vanum laboret, monasterio vestro minimè possidente) sit, quod evincere valeat & habere.

CAP. IV.

¶ Idem dicit, quod in præcedenti.

Idem.

2. ECclesia sanctæ Mariæ *f*: [& ℣.] ¶ Possessionem, quâ fuerat, prætermisso juris ordine, prædicta Ecclesia spoliata, sibi restitui postulabat *g*: [& ℣.] ¶ Nos quicquid ab aliis factum fuit (postquam prædecessor noster ad curiam suam idem negotium revocavit) irritum decernimus & inane: [& ℣.] ¶ Verùm quoniam prætatam possessionem post restitutionem vobis factam ab Joann. de Ateja, alii locationis titulo assignâstis, neque restituere poteratis Ecclesiæ spoliatæ: loco ipsius tantundem possessionum æquivalentium, ad arbitrium bonorum virorum, ipsi Ecclesiæ fecimus assignari; quas, cùm alii fuerant pignori obligatæ, per vos liberari fecimus à creditoribus, qui nobis instrumentum pignoris resignaverunt.

CAP. V.

¶ Lis decidenda est secundùm jura existentia tempore controversiæ, non autem secundùm privilegium impetratum lite pendente, nisi de litis pendentia mentionem faciat.

a *Aliàs, Cœlestinus.* b *Cap. 2. eod. tit. in 2. compil.* c *Ad quod tibi breviter, &c.* d *Supr. cap. 10. de constit.* e *quæ hic abscissa sunt, supra integra posita sunt, cap. 10 de constit.* f *Supr. de constit. cap. 10. in tertio, sub titulo de restitut. spoliat.* g *l. justè possidet. & ibi Bartol. ff. de rei judic.*

Honorius III. *Cancellario, Canonico & A. Canonico Parisien.*

DIlectus filius, magister A. persona Ecclesiæ de Bassevilla *a*, exposuit coram nobis, quòd cùm inter prædecessorem suum ex parte una, & Priorem ac Monachos de Bassevilla ex altera, super decimis novalium intra fines parochiæ suæ consistentium, quæstio emersisset, eâ pendente coram judicibus delegatis, Abbas & Conventus majoris monasterii Turonen. quibus subsunt Prior & Monachi supradicti, pro se ac membris suis obtinuerunt à sede Apost. indulgentiam super perceptione hujusmodi decimarum: cujus prætextu Prior & Monachi supradictas decimas sibi vendicare contendunt, licet in indulgentia de dicta quæstione facta mentio non fuisset. Ideoque mandamus, quatenus eisdem judicibus injungatis, ut (indulgentiâ non obstante prædictâ) in negotio ipso procedant, juxta traditam sibi formam.

DE SEQUESTRATIONE *b* possessionum & fructuum.

TITULUS XVII.

CAP. I.

¶ Res, in quam facta est missio, non debet sequestrari, etiam si missus inde fuerit violenter ejectus. Vel notabilius sic: Sequestrum factum loco missionis propter scandalum evitandum, revocare debet oblatâ cautione & restitutu expensis.

Innocentius III. *Mediolanen. Archiepisc.*

AD hoc unxit nos Deus *c*: [& infrà.] ¶ Abbas de Regula *d* nobis exposuit, quòd cum M. prædecessor suus super causa, quæ inter ipsum & monasterium suum fuerat agitata, obtinuisset Veronensi Episcopo literas destinari, & ipse super judicio possessorio partim pro monasterio, partim pro Archiepiscopo sententiam protulisset, procurator ipsius monasterii quæstionem de proprietate postmodum intentare volente, Archiepiscopus jurisdictionem Episcopi opposuit expirâsse, asserens causam possessionis tantum, & non proprietatis fuisse commissam: & quia super possessione pronunciaverat, semel functus officio suo, super quæstione proprietatis deinceps cognoscere non valebat: [1 & infrà.] ¶ Sed judex actorem in possessionem (quæ fuerat per ipsum Archiepiscopo adjudicata) propter ejusdem contumaciam mitti decrevit, à qua tamen Archiepiscopus violenter monasterium ejecit: [2 & infrà.] ¶ Cœl. Papa prædecessor noster, sic suum interpretatus fuit rescriptum, quòd tam causa possessionis, quàm proprietatis, fuerat judici delegata, cùm absolutè & indistinctè commissa fuerit, & ejus continentia dividi non deberet: prælibatam quoque possessionem pro suo arbitrio sequestrari præcepit, injungens Regin. & Mutinen. Episcopis, ut de causa possessionis & proprietatis plenius cognoscentes, eam debito fine deciderent, & possessionem ei parti postmodùm resignarent, quæ obtineret de proprietate triumphum: [3 & ℣.] ¶ In eum statum continentiam causæ reducimus, in quo fuerat, cùm prædictus prædecessor noster causam proprietatis & possessionis Reginen. & Mutinen. Episcopis comisit: mandato sequestrationis penitùs revocato: [& e ℣.] ¶ Ne autè monasterio videamur in suo jure defuisse, moderatas expensas (ex quo Episcopus Veron. ipsum in possessionem induci decrevit, usque ad satisfactionis tempus oblatæ) propter hoc factas sibi restituendas esse censemus: & à re sufficientem præberi standi judicio cautionem.

a *Bacervilla. alit. Bassavilla.* b *In nonnullo antiquo sic: De sequestratione possessionum. rerum & fructuum. alit. possessionis.* c *Cap. 1. eod. tit. in 3. compilatione.* d *al. de Siregula.* e *Sic abscissum.*

[1 *Ad*

[1 Ad hæc pars monasterii inter alia respondebat, quòd causa, quæ inter Archiepiscopum & monasterium vertebatur, fuerat Episcopo memorato absolutè & indistinctè commissa: & sic continentiam causæ dividi non debere dicebat. in hanc sententiam & aliæ rationes cùm judex plenius advertisset, & alterum, &c. ut hic.]

[2 Cùmq; processu temporis utriusq; partis nuncii propter hoc ad sedem Apost. accessissent bon. mem.]

[3 Nos autem supradicto Alberi. mandavimus, ut illis literis, quas ad Bon. & Ferrarien. Episcopos super restituenda sibi possessione cum fructibus per mandatum impetravit, omninò careret.]

CAP. II.

¶ *Si missus in possessionem causâ custodiæ fructus dissipat, dissipati revocantur, & cum alio sequestrantur.*

Honorius III. *Priori Deban. & Decano de Colinea.*

DIlectus filius a R. rector Ecclesiæ de Bethusia, suâ nobis petitione monstravit, quòd cùm inter ipsum ex parte una, & Abbatem, & Conventum de Cisteria b ex altera, super eadem Ecclesia, coram Abbate de Sibiton. & ejus collegis quæstio verteretur, judices ipsi prædictos Abbatem & Conventum in possessionem ipsius Ecclesiæ causâ custodiæ induxerunt, qui fructus medio tempore perceptos pro suæ distrahunt libito voluntatis c. Quocirca mandamus, quatenus si est ita, facientes fructus sequestrari prædictos, si quid de ipsis per eos distractum inveneritis, in statum pristinum revocetis.

CAP. III.

¶ *Si reus possessor appellat à sententia contra eum lata, licitè rei petita fructus sequestrantur, si dissipantur ab eo.*

Gregorius IX.

ABeo, qui à sententia provocavit, fructus possessionis (si dissipentur ab ipso) possunt lite pendente rationabiliter sequestrari.

DE CONFESSIS.

TITULUS XVIII.

CAP. I.

¶ *Ad solum dictum confitentis crimen proprium, non est alteri infligenda pœna aliqua: infamato tamen est indicenda purgatio.*

Clemens III.

CUm monasterium: [&c.] ¶ Eos, quorum suggestione scelus homicidii Presbyter d se perpetrâsse proponit, nisi aliis modis verum esse constiterit, nulli censemus pœnæ e subdendos: cùm f secundùm utriusque juris statuta, de se confessi super aliorum conscientiis interrogari non debent, & (criminè læsæ majestatis excepto) de reatu proprio confitentis periculosa confessio non est adversùs quemlibet admittenda. Si tamen eos infamiâ hujusmodi laborare cognoveris, singulis eis (adjunctis tribus sociis sui ordinis) purgationem injungas.

CAP. II.

¶ *Si de crimine contingente causam principalem constat contra aliquem per ejus confessionem, punitur pœnâ ordinariâ, etiamsi delicti contra eum non agatur. h. d. secundùm glossam. Et est casu notabilis & verus in se. Vel summa sic, secundùm alterum intellectum non minùs notabilem. quem etiam sensit gloss. licèt non perfectè explicet: Si quis confitetur crimen in judicio incidenter, potest judex ordinarius novum inchoando processum, illum punire pœnâ ordinariâ. h. d. singulariter. Abbas.*

Innocentius III. *Canonicis de Bethlehem.*

CUm super electione a Bethlehem. Ecclesiæ inter R^ & P. quæstio verteretur b: [&c.] ¶ Quoniam V^ Canonicus Bethlehemitanus fuit in jure confessus, quòd pro præstando alterius electioni consensu, quingentorum Sarracenorum obligationem receperat, & mediator extitit simoniacæ pravitatis: Nos (quoniam vitium hujusmodi persequi volumus, ut debemus) ipsum per definitivam sententiam duximus ab omni beneficio & officio Ecclesiastico deponendum.

CAP. III.

¶ *Confessio facta in jure per Oeconomum Ecclesiæ, nocet ipsi Ecclesiæ: potest tamen revocari, si ante finitum negotium doceatur per errorem facti emanâsse. h. d.*

Gregorius IX. *B. c Judici Viterbiens.*

EX parte Abbatis & Conventûs monasterii sancti M. fuit propositum, quòd cùm inter ipsos ex parte una, & V. nomine suæ uxoris ex altera, coram te quæstio verteretur, Oeconomus monasterii memorati, quædam per errorem facti fuit in jure confessus, ex quibus timet d sibi præjudicium generari. Cùm igitur negotio nondum finito, nemini noceat error facti, mandamus, quatenus si de hujusmodi potuerit errore docere, provideas, ut nullum sibi super hoc præjudicium generetur.

DE PROBATIONIBUS.

TITULUS XIX.

CAP. I.

¶ *Reus actori sua propria instrumenta edere non tenetur: ita communiter summatur.*

Gregorius *Tancredo Regi Vincestriæ* c.

EX epistolæ verbis f: [&c.] ¶ Tua excellentia postulavit, ut Imperatori scriberem, quatenus g pacta in chartophylacio requireret, quæ dudum inter Justinianum Principem & prædecessores tuos fuerunt emissa, ut ex his colligeret, quid tibi servare deberet. Sed ad hoc faciendum vehementer obstitit, quia nullâ dicendum est, Ea quæ contra te sunt, apud temetipsum debes documenta requirere, in medium̃que proferre.

CAP. II.

¶ *Actor, qui plenè probavit, non debet compelli jurare.*

Alexander III.

SIcut h consuetudo laudabilis: [1 &c.] ¶ Sanè quoniam apud vos consuetum esse didicimus, ut cùm aliquis intentionem suam fundaverit instrumentis, aut testibus, ei sacramentum nihilominùs deferatur: quod si subire noluerit, fides probationibus i non habetur. Nos (cùm tunc demùm ad hujusmodi sit suffragium recurrendum, cùm aliæ legitimæ probationes deesse noscuntur) talem consuetudinem reprobamus.

[1 Nullâ debet novitate convelli, *sic quod nocetur moribus introductum, obviâ ratione non debet dissolvi.*]

CAP. III.

¶ *In communi judicio probant actor & reus: & si pariter probant, reus absolvitur, nisi favorabilem causam foveat actor.*

---

a *De materia hujus cap. vid. Felin. post. Innoc. Andr. in cap. examinata. supr. de judic. Socin. in Reg. 458. verbo sequestrato.* b *Gloucestria.* c *Adde ista verba, importare liberum arbitr. l. 1. ff. de re mil. & ibid. Bart.* d *In aliquot antiquis ita: si Presbyter, & cætera.* e *Vid. l. fin. cum gl. & ibi Bart. ff. l. maritus. ff. de quæstion.* f *al. quia.*

a *Cap. un. eod. tit. in 3. compil.* b *quæ hîc desunt, reperies sup. c. cùm suprà. de causa poss. & propr.* c *Bich. d In Codic. Barb. ex quibus timent monachi, sibi, &c. in omnibus manuscr. legitur, timent.* e *Aliàs, Tancredo. videtur esse Gregorius VII. al. Tataredo Regi Visigoren. sed legendum est Recaredo Regi VVisigotherum, ex libro septimo Epistol. 122. sive 126. Reg. B. Greg.* f *Cap. 1. eod. tit. in 1. compil.* g *quòd.* h *Cap. 1. eod. tit. in 2. compilatione.* i *alst. probationis.*

Lucius III. *Cistren.* a *Episcopo.*

EX *b* literis tuis intelleximus, te & Archidiaconum confines habere Præbendas in villis, quas singuli singulas possidetis, & prætextu terminorum inter vos controversiam agitari, eò quòd dicas eum antiquos fines egressum, partemque tui fundi occupâsse: illo in contrarium asserente, se partem eandem fundi possedisse quadraginta annorum spatio inconcussè: tu autem, quòd per idem tempus quietè illam possederis asseveras: quare utrùm incumbat petitori vel possessori probatio, quæsivisti. Ad quod scire debes, quòd judicium finium regundorum tale est, ut in eo utraque persona vices duorum habeat, videlicet actoris & rei. Unde hinc inde testes produci possunt ad cognitionem judicis instruendam: quibus examinatis, judex quos præcellere intellexerit, ad fidem sibi faciendam admittat.

Quòd si ambarum partium testes sint æquè idonei, possessoris testes præferentur, cùm promptiora sint jura ad absolvendum, quàm ad condemnandum: præterquam in liberali causa, in qua si utriusque partis testes æquales fuerint, pro libertate sententia proferetur: nam possessori probationem aliquando dari, juris manifesti est, cùm jure cautum sit, quòd qui objecerit præscriptionem longissimi temporis (quam nemo rectè objicit, nisi qui possidet) & eam probaverit, in causa debeat obtinere.

CAP. IV.

¶ Non creditur marito asserenti eram cum juramento, uxorem se cognovisse, si uxor per matrimas attestantes, per ipsius aspectum probat contrarium.

Gregorius VIII. *Præposito sanctæ Cataldi & Archipresbytero Casæ maioris.*

PRoposuisti, *c* quòd causa matrimonii, quæ inter O. de Casa nova, & S. mulierem vertitur, tibi fuit demandato Apostolico delegata, cumque partes essent in tua præsentia constitutæ, mulier proposuit, se nec à viro cognitam, nec potuisse cognosci: quod tam proprio juramento, quàm testimonio septem mulierum probavit, quæ per aspectum corporis eam esse virginem asseverant, viro per juramentum suum contrarium asserente: [1 *& infrà.*] ¶ Videtur igitur nobis, quòd juramento puellæ, & testimonio *d* illarum septem mulierum fides est potiùs adhibenda.

[1 *Vos in negotio procedere noluistis, donec de hoc nostrum consilium haberetis.*]

CAP. V.

¶ Singulares de universitate possunt ad commodum universitatis reprobare instrumentum falso confectum nomine universitatis.

Clemens II. *e*

TErtio *f* loco fuit à nobis ita quæsitum: Ecce quidam regularis sigillo Capituli, quoddam instrumentum cuidam amico suo signavit, in quò factaei alienatio quarundam rerum Ecclesiæ immobilium continetur. Quo exhibito in judicio, Procurator universitatis illud asseruit de assensu Conventûs non fuisse confectum, & adulterinum, vel furtivum esse sigillum *g*. Cumque fratres ad perhibendum testimonium produxisset, jurati dixerunt, quòd quotiens de hoc inter fratres aliqua erat mentio, consilium totius Conventûs, & vox fuit unanimis, quòd nolebant alienationem rerum illarum, sed res domûs integras conservari volebant. Sed quoniam contra hoc nihil pars adversa probavit, respondemus secundùm assertionem testium tantummodò judicandum.

CAP. VI.

¶ Ubi agitur de matrimonio contrahendo, probato impedimento, & publicatis attestationibus, alii testes super defectu impedimenti admittendi non sunt.

Idem *Clemens III.*

JUravit *a* quidam (ut asseris) se quandam in uxorem legitimam accepturum: quam cùm vellet traducere, quidam juramentis, secundùm morem exhibitis, legitimè probaverunt, ipsos in quinto consanguinitatis gradu sibi invicem attinere.

Quia verò requisisti à nobis, quid agendum sit, cùm quidam alius probare velit contra prædictam probationem juramentis canonicis factam, & partibus publicatam, nullo eos sese consanguinitatis gradu contingere: respondemus, quòd standum est probationi priori. *x)*

CAP. VII.

¶ Si per literas ordinarii probatur quis excommunicatus, à procuratione repellitur. h. d. & hæc summetis convenit textui & rtitul. & nullam patitur calumniam, & ideò eam tene.

Innocentius III. *Archidiacon. Parisiens. & Magistro R. de Corsen. Canonico Novien.*

POst *b* cessionem: *c* [*& infrà.*] ¶ Cùm igitur per literas judicis ordinarii (quibus standum est, donec probetur contrarium) nobis constiterit, quòd V. excommunicatus erat, cùm procurationis officium assumpsit: Ipsum tanquam Procuratorem non duximus admittendum.

CAP. VIII.

¶ Si rogatus restituere totam hæreditatem, ea sine liberis decedente intret monasterium, evanescit fidei commissum, & hæreditas applicatur monasterio: nec ad invalidandum ingressum sufficit probare minorem ætatem tempore ingressus, si ex adverso geminatus probetur ingressus. h. d. intelligendo, quòd substituto fuit fideicommissaria. Si verò fuit directa, summa sic: Substituto facta fuit, si decedente sine liberis, evanesceret per ingressum monasterii: & tunc adde id, quod est in primo summario ibi: Nec ad invalidandum &c. usq; ad finem, & utrique intellectus est verus in se. Dico tamen, quod primus est verior, quòd hic fuit substitutio fideicommissaria: licèt Dom. Anton. hic dicat, quòd fuit compendiosa.

Idem *Abbati & Conventui Casinen.* d

IN *e* præsentia G. sancti Hadriani Diaconi Cardinalis G. & B. fratres vestro Syndico constituto coram ipso fecêre proponi, quòd cùm quondam A. frater ipsorum conderet testamentum, M. filium suum sibi hæredem instituit, & præcêpit, ut si absque liberis decederet, ad eos bona devolverentur ipsius: unde illa, quæ de bonis ipsius vestrum monasterium detinebat, sibi restitui postulabant, & petebant vos super hoc à sua molestatione compesci. Verùm Syndicus ipse proposuit ex adverso, quòd prædictus M. monasterio vestro obtulit se & sua: unde universa *f* quæ habuerat, erant ad monaste-

a *alit. Hebronsi Episcopo. alit. simpliciter habetur, Lucius III. fortassis legend. Alexander III. Cistrensi Decano, ut post Concil. Lateran. sub Alex. III. p. 38. c. 2. habetur. C. 2. eod. tit. in 1. comp.*
b *al. ex literis tua fraternitatis.* c *Cap. 2. eod. tit. in 2. compilation. & ad intellectum hujus cap. & gloss. hic vide Dominicum Soturs lib. 4. Sententiarum, distinct. 34. quæst. 1. artic. 2. ubi plenè & eleganter.* d *alias, testimonia.* e *al. III. p. c. bon. mem.*
f *Cap. 3. eod. tit. in 4. compil.* g *vide text. in l. qui de ista. §. incert. ff. de rei vend.*

a *Cap. 4. eod. tit. in 2. compil. & pro intelligentia, vide Dominicum Soturs libr. 4. Sententiarum, distinct. 40. artic. 1. Adde Concilium Tridentinum, Sess. 24. canon. 3. & in cod. Sess. in decretal. de reformatione matrimonii, cap. 2. & 3.* b *Cap. 1. eod. tit. in 3. compilat.* c *decisionem.* d *Casemarii, alias Cassenat.*
e *Cap. 2. eod. tit. in 3. compil. & de materia hujus cap. vide Bartol. & doctores in Authen. ingressi, & sequentib. Codic. de sacrosanct. Eccles. ubi plenè. f. Concordat text. in Auth. ingressi. de sacrosanct. Eccles. & cap. quid ingredientibus. 16. quæst.*

x) *Ad Cap. IV. Sess. 24. de Ref. Matr. c. 3. ...*

rium devoluta *a*, quare universa, quæ ipsi de bonis ejus invaserant, restitui monasterio vestro petebat, & super cæteris silentium illis imponi. Ad hæc autem pars altera replicavit, quòd dictus M. oblationis suæ tempore fuerat minor annis, & quòd voti facti pœnitens, quod fervore infirmitatis fecerat, post convalescentiam revocavit. [1 *& infrà.*] ¶ Unde cùm sine liberis decessisset, ex testamento Patris ad ipsos erat ejus hæreditas devoluta.

Verùm Syndicus respondere curavit, quòd licèt dictus M. de monasterio *filii Abbat de tua licentia* fuisset egressus, eidem postmodùm se & sua obtulit humiliter & devotè, & quòd nec contra oblationem suam veniret, juramento firmavit. Quare cùm constet, quòd idem M. bis monasterio vestro contulit se & sua, nec ex adverso probetur, quòd utriusque oblationis tempore fuerit minor annis, probationem vestram hujusmodi exceptionis probatio non elidit; cùm etsi primæ oblationis tempore fuerit minor annis, secundæ tamen potuit major extitisse. Præterea cùm verbum illud, Minor annis, duobus potuerit modis intelligi: cùm & qui minor est quatuordecim annis, & qui viginti quinque dici soleat minor annis, intentioni vestræ verbum dubium non nocebat, cùm intra viginti quinq; *b* annos teneret donario juramento firmata. Sed etsi teneret, quod factum fuerat à dicto A. *c* quia tamen intelligendum non erat sine hærede decedere, qui monasterium sibi hæredem instituit *d*, hoc monasterio non nocebat: [2 *& infrà.*] ¶ Dilectus filius H. sancti Eustachii Cardinalis attendens, quòd Syndicus vester intentionem suam plenè fundâsset, & quòd nihil fuisset ex adverso sufficienter probatum, cùm etsi ostensum esset per testes, quòd M. suæ oblationis tempore fuerit minor annis: utrùm tamen primæ vel secundæ oblationis tempore minor fuerit, & quot annis minor, non fuisset expressum, de mandato nostro sententiam protulit: & prædictis G. & B. silentium imponens super his, quæ à monasterio postulabant: eos ad restitutionem illorum, quæ de bonis prædicti M. propriâ temeritate invaserant, condemnavit. Nos igitur sententiam ipsam auctoritate Apostolicâ confirmamus.

[1 *Veruntamen ex eo, quòd M. infrà ætatem legitimam in monasterio Rasmarii obtulit se & sua, tamen quia quod inconsultè fecerat, postmodùm revocavit, ejus oblatio non tenebat.*]

[2 *Cumq; Cardinalis prædictus ea, quæ coram ipso proposita fuerant, in nostra & fratrum nostrorum præsentia retulisset, nos ad consilium dil. fil. n. b. S. Eustatii Cardin. de causa meritis plenius intellecta.*]

CAP. IX.

¶ Si actor & reus interdicto retinendæ possessionis probant, obtinet is, qui antiquiorem possessionem probat titulo maximè justificatam, vel meliores probationes respectu possessionis adduxit. h. d. notabiliter, & probatur satis hoc summarium in verſic. ex præmissis. ponderato verſic. maximè.

Idem *e Ariminensi Episcopo.*

Licèt *f* causam, quæ vertitur inter Ecclesiam Raven. & Commune Faventinæ super jurisdictione, honore dominio ac districtu in villa sancti P. & castro Arioli, quod *g* de jure ad se spectare dicta Ecclesia proponebat: [1 *& 3.*] ¶ Porrò attestationibus publicatis Syndicus Faventinorum proposuit, se velle in personas testium ex parte altera productorum quædã objicere ac probare, Oeconomo Ecclesiæ asserente id fieri non debere, super quo interloquendo decrevimus ipsum nullatenùs audiendum, cùm intra trium mensium spatium, in nostris literis comprehensum, testes hujusmodi producere non curaverit, intra quem terminum pars utraque testes inducere *a* potuit, tam in personas testium, quàm super negotio principali. Post hoc idem objecit in testes prædictos, quòd corrupti falsa dixissent. Unde quia talis exceptio non solùm ante, sed etiam post sententiam potest opponi, licèt nonnulli crederent, Faventinorum partem exceptionem hujusmodi per excogitatam malitiam ad impediendum processum negotii objecisse: quia tamen nolumus à juris tramite declinare, magistris G. & T. *b* præcipimus, ut testes, quos super hac exceptione Procurator Faventinorum ducere producendos intra mensem, recipere & examinare curarent, de singulis circumstantiis *c* subtiliter inquirentes, indulto extunc altero mense Procuratori Ecclesiæ supradictæ, intra quem si vellet, ad *d* reprobationem testium illorum, produceret testes coram eis: [2 *& 3.*] ¶ Quanquam autem pars Faventinorum testes multos produxerit super negotio principali, vix tamen ex illis sex remanserunt concordes, cùm alii sibimet in serie sui testimonii contradicant, & quidam alii sint in dicto sui testimonii singulares. Ad reprobandum verò quosdam testium Ecclesiæ Ravenn. etsi ex parte Faventinorum quidam sint testes inducti, plures tamen illorum reprobantur, quia sibi invicem evidentissimè contradicunt: quidam verò alii, pauci numero, quamvis non reprobentur expressè, usque adeò tamen malæ famæ sunt, & levis opinionis, quòd eorum dictis nulla vel modica est fides adhibenda *e*. Iidem quoque testes Faventinorum generaliter repelluntur, quia non probant illud, ad quod probandum eorum Syndicus se adstrinxit, videlicet, quòd corrupti falsa dixissent: quoniam etsi de corruptione videantur aliquid dicere, de falsitate penitùs nihil dicunt *f*: [3 *& 3.*] ¶ Ex præmissis igitur evidenter apparet, quòd Ecclesia per testes numero plures, quibus potiùs lux veritatis assistit, qui etiam aptiora negotio, & vero proximiora in suis testimoniis expresserunt, sufficienter ostendit, quòd à LX. annis & citra cum omni jurisdictione, honore, atque districtu loca supradicta possedit: per quod patet, quòd si Commune Favent. à L. annis citra (sicut videntur testes eorum deponere) aliqua servitia in locis perceperunt supradictis, illa procul dubiò sine justo titulo percipere inceperunt: cùm duo insimul eandem rem & eodem modo in solidum possidere non possint, maximè *g* cùm iidem Faventini justum possessionis titulum non ostendant, & ex privilegiis Imperatorum & Roman. Pontif. Ecclesiæ Ravennati concessis, evidentissimè colligatur, possessionem ipsius Ecclesiæ in prædictis locis justam fuisse. Cùm ergò constet Faventin. ab eo tempore, quo se possedisse probare contendunt, minùs *h* justè ac sine titulo aliqua in prædictis locis temeritate propriâ occupâsse, & Oeconomus ejusdem Ecclesiæ petierit, à vi turbativa seu inquietativa super præmissis Commune Favent. prohiberi: nos cognoscentes in hoc casu non sic locum esse interdicto, uti possidetis, ut dicere debeamus, uti possidetis, ita possideatis: cùm probationes Ecclesiæ longè sint potiores, & ideò sit in interdicto superior, Commune Faventiæ sibi condemnamus, super jurisdictione, & honore, atque districtu, & aliis ad hoc generaliter pertinentibus in locis prædictis, quoad pos-

a *Hic Ab. & Felinus dicunt, posse quem se privare in vita potestate testandi, scil. per monasterii ingressum.* b *alii xxx.* c *Anton.* d *Vid. l. si quid. & l. si prædium. C. de præd. min.* e *al. Raven.* f *Cap. 4. eod. tit. in 3. compil. Et de intellectu, vide Fernandum Vasquium, lib. 2. c. 26. controversiarum usu frequentium. adde Purpur. consil. 42. vol. 1.* g *al. qua.*

a *al. producere.* b *al. A.* c *Vide l. ubicunque. ff. de interr. act. cum aliis multis.* d *In pluribus ant. ita: ad reprobationem illorum, testes produceret coram eis.* e *al. habenda.* f *Vide l. Celsus. ff. de arbitr. & l. drvus. & ibi Bartol. ff. de re judic.* g *al. & maximè.* h *In uno vetustissimo ita: minùs justè ac sine justo titulo.*

sessorium judicium, quo tantummodò actum est, perpetuum silentium imponentes, & prohibentes eidem, ut neque per se, neque per alios super his præsumat Ravennat. Ecclesiam, aut habitatores prædictorum locorum aliquatenùs molestare. a

[1 Cæterùm, quia utrag; partierat plurimùm onerosius, testes producere coram nobis, Placentino Episcopo dedimus in præceptis, ut infrà tres menses testes app. rem. reciperet, quos utrag; pars tam super principali negotio, quàm in personas testium duceret producendos, ita videlicet, ut effrenatâ testium multitudine refrenatâ, hinc inde quadragenarium numerum nullatenùs excedere pateretur. & infrà. ¶ Sicq; postmodùm utrusq; partis Procuratores cum attestationibus consignatis ad nostram præsentiam redierunt.]

[2 Et eorum dictis fideliter conscribentes xx. dierum spatium utrag; parti præfigerent, infrà quod cum attestationibus ipsis nostro se conspectui præsentarent, sententiam recepturæ. Partibus igitur comparentibus iterum coram nobis, & hujusmodi attestationibus publicatis, audivimus quæcunq; proponere voluerunt.]

[3 Per multos autem Ecclesia tua testes omni exceptione majores probatum esse constat manifestè, Ecclesiam suam vellam luci S. Petri & castrum Arcoli à longissimo tempore possedisse cum omni honore, districtu & jurisdictione, nominatim ex præmisso universis seculis exprimentibus jurisdictionem, honorem atq; districtum.]

CAP. X.

¶ *Si qui nominent aliquem filium, & ita communiter reputetur, non creditur postea alteri eorum juranti contrarium.*

Idem.

PEr b tuas nobis literas intimâsti, quòd cùm T. Tibertinus civis, quandam per septennium habuerit concubinam, nec prolem susceperit interim ex eadem, ac ipsa postmodùm diverteris ab eo, ad ipsum non post multum tempus c redisset, filium, quem reversa in domo ipsius peperit, ex eo se asserit susceptisse: [1 & infrà.] ¶ Quia verò mulier illa de dicto T. susceptisse R. de quo agitur, primitùs constanter asseruit, & idem T. præfatæ mulieris præcipuè devictus instantiâ, ipsum suum filium publicè recognovit, & filius ejus nominatus communiter fuit, & habitus ab ambobus, ejusdem mulieris postmodùm juramento in contrarium præstito non est standum, d cùm nimis indignum sit (juxta legitimas sanctiones) ut quod suâ quisque voce dilucidè protestatus est, in eundem casum proprio valeat testimonio infirmare. Unde apparet per consequens, quòd prædictus R. Sophiam neptem memorati T. cujus primâ facie præsumitur consobrinus, non potest habere aliquatenùs in uxorem.

[1 Qui licèt à principio dixerit, illum nequaquam filium suum esse, cùm illa mulier per septennium eidem cohabitans ex eo minimè concepisset, mulieris tandem & aliorum devictus instantiâ, suum filium recognovit. R. cum nomine appellando. Cùm autem idem R. ad virilem venisset ætatem, & domum Saturnellæ fororis ipsius T. frequentaret, quia ipsum neptem suum nominaret, & Sophiam ipsius Saturnellæ filiam, cum qua quotidianam habuit conversationem, amavit, & carnaliter cognovit eandem: quod cùm pervenisset ad notitiam Saturnellæ, acriter increpavit utrumq;, & apud se filiam retinens supradictum R. removit à domo. Cùm autem mater ipsius R. accepisset, quòd vir ejusdem Sophiæ eidem R. graviter interminabatur, in civitatis platea juravit publicè coram multis, quòd R. supradictam Sophiæ propinquitatis lineâ minimè contingebat, affirmans sub

a *Vid. l. fin. Cod. de fideicommiss. libert.* b *Cap. 2. eod. tit. in 4. compil. & de materia hujus cap. vide plenè per Petrum Duenam. regulâ 341. & seq. inspic. filiatio, & qualiter probetur filiatio, vide Alexandrum consil. 51. lib. 2. & consil. 74. l. 2.* c *temporis.* d *vide l. generaliter. C. de nov. num. pec.*

vertute præstiti juramenti, se de alio, quàm de supradicto T. præfatum suscepisse R. Cum igitur nos duxeris consulendas, an mulieris assertioni standum sit in hac parte, & an memoratus R. supradictam Sophiam habere valeat in uxorem, intimatione præs. tibi respondemus, quòd cum idem R. quem.]

CAP. XI.

¶ *Judex debet habere Notarium, vel duos viros idoneos, qui scribant acta judicii, aliàs si quid difficultatis emerserit, per superiorem punietur, nec creditur ei super processu: nisi in quantum per acta, vel aliàs per legitima documenta constabit.*

Idem *in Concilio generali.* a

QUoniam contra falsam assertionem iniqui judicis innocens litigator quandoque non potest veram negationem probare: cùm negantis factum per rerum naturam nulla sit directa probatio: ne falsitas veritati præjudicet, aut iniquitas prævaleat æquitati: Statuimus, ut tam in ordinario judicio, quàm extraordinario, judex semper adhibeat aut publicam (ú potest habere) personam, aut duos viros idoneos, qui fideliter universa judicii acta conscribant: videlicet citationes, dilationes, recusationes, exceptiones, petitiones, responsiones, interrogationes, confessiones, testium depositiones, instrumentorum productiones, interlocutiones, appellationes, renunciationes, conclusiones, & cætera, quæ occurrerint b competenti ordine conscribenda, loca designando, tempora, & personas. Et omnia sic conscripta partibus tribuantur, ita quòd originalia penes scriptores remaneant: ut si super processu judicis fuerit suborta contentio, per hoc possit veritas declarari: quatenus hoc adhibito moderamine, sic honestis & discretis deferatur judicibus, quòd per improvidos & iniquos innocentium justitia non lædatur: Judex autem qui constitutionem ipsam neglexerit observare, si propter ejus negligentiam quid difficultatis emerserit, per superiorem judicem animadversione debitâ castigetur, nec pro ipsius præsumatur processu, nisi quatenus in causa legitimis constiterit documentis.

CAP. XII.

¶ *Si probare potest reum deliquisse, ejus probatio, quòd non deliquerit, non est admittenda.*

Honorius III. *Archiepiscopo Londin.* c *& ejus Suffraganeis.*

AD nostram noveritis audientiam pervenisse, quòd Sacerdotes & Clerici Daciæ legi regni (per quam negativa probatur) temerè innitentes, à criminibus, quæ probari testibus fide dignis possunt legitimè contra eos, reputantur insontes, si se super his purgare valeant quoquo modo: [1 & 3.] ¶ Volentes igitur, ut hæc pestis contraria omni juri penitùs extirpetur à Clero: mandamus, quatenus in hujusmodi probatione negativæ (dum tamen possit affirmativa ex adverso probari) neminem audiatis.

[1 Vide contingat, quòd quandoq; ad suam purgationem sui similes criminosi adducunt, ut eis debeant in similibus in opportuno tempore respondere, multaq; crimina committuntur audacius ab eisdem.]

CAP. XIII.

¶ *Fines diœcesium probantur per libros antiquos, adminicula, testes, & famam.*

a *Innocentius III. in Concilio generali Lateran. cap. 31. & cap 3. eod. tit. in 4. compil. & de materia hujus ca. ultra tradita hic per doctores, vide qua scripsi lib. 3. comment. in decret. inquisitor. Sicil. 22. adde Angelum in l. gesta. c de re judic. & Franciscum Curtium junior., tract. feud. part. 7. quæst. 4. ubi multa de hac ductus personis loco unius notarii adhibendis.* b *In Concilio, & aliquot antiquis codicibus: occurrunt.* c *alias Landon. aliàs, Laod. aliàs, Ladon.*

Idem

Idem *Aurel. & Lameten. Episcopis.*

CUm *a* causam, quæ inter Colubrien. & Egitan. Episcopos super suarum limitatione diœcesum vertitur, vobis duximus committendam: Mandamus, quatenus secundùm divisiones, quæ per libros antiquos, vel alio modo melius probabuntur, nec non per testes, famam, & quæcunque alia adminicula in negotio procedatis.

CAP. XIV.

¶ Possunt reprobari matronæ, per quas virginitas probatur.

Idem *Episcopo & Archiepiscopo Senon.*

CAusam matrimonii, quæ inter V. juvenem, & G. puellam Senon. quæ se virginem & Monacham profitetur, noscitur agitari: [1 &].] ¶ Mandamus, quatenus eandem puellam ponatis interim in illo monasterio, quod intravit: ut ibi secure valeat commorari, donec judiciali sententiâ, quid agi debeat, decernatur: recepturi postmodum non solùm probationes viri, quas inducere voluerit contra mulieres illas, quæ ad investigandum signa virginitatis ex parte puellæ fuerint introductæ, verùm etiam probationes alias hoc negotium contingentes, quas pars *b* utralibet duxerit producendas. Et quia (ut dicit canon) sæpè manus fallitur, & oculus obstetricum: volumus & mandamus, ut adhuc honestas matronas, providas ac prudentes deputare curetis, ad inquirendum, utrum dicta puella virginitatis privilegio sit munita.

[1 *Quia non ita instructam nuncii fr. Archiepiscope, ut nos ad calculum sententiæ diffinitivæ procedere valeremus, vobis remittimus plenius instruendam, discret. v.*]

CAP. XV.

¶ Acta etiam litis ordinatoria, facta coram primis judicibus, fidem faciunt coram c *secundis.*

Gregorius IX. *Præposito sanctæ M. Magdeburgens. & Decano Misnen.*

CUm bonæ memoriæ: [*& infra.*] ¶ Cùm acta originalia dicantur apud priores judices remanasse: mandamus, quatenus ea cum omni diligentia requirentes, ipsa si potuerint inveniri *d*, & si qua partes duxerint legitimè proponenda, in scriptis redacta, ad nostram præsentiam remittatis. Alioquin cùm non revocetur in dubium de contestatione litis super statu Pigamen. monasterii, & quibusdam spoliationibus contra Abbatem ejus factis à Mesburgen. Episcopo, recipiatis partium probationes de novo: & audientes, si partes audire voluerint, de compositione tractatum, tam quod super hoc inveneritis, quàm causam sufficienter instructam, ad nos remittere procuretis.

DE TESTIBUS ET ATTESTATIONIBUS.

TITULUS XX.

CAP. I.

¶ Breve est.

Ex Concilio Macien. *e* Matercen.

PLacuit sancto Conventui, ut testes *ad testimonium dandum* non conducantur pretio, & ut q. icun que idonei & fideles in testimonium assumantur: ac nullius testimonium dicat, nisi jejunus.

CAP. II.

¶ Nulla est receptio testium facta contra non citatum.

Gregorius IX. *Ioanni defensori eunti in Hispaniam.*

IN *a* nomine Domini: [*&].*] ¶ Quòd autem dicit Episcopus, quia se absente, etiam vilissimi sunt testes exhibiti nullius momenti: lege noscendum est constitutionis novellæ, quæ de testibus loquitur in hæc verba. Ne posteà objiciatur eis, quòd per unam partem gesta & confecta *b* sunt, oportet, ut testimonia dentur, illo admonito à judice, aut defensore, venire & audire testes. Si verò noluerit venire, & non ex inevitabili quadam necessitate venire non possit: sancimus hujusmodi testimonia ita valere, tanquam si non ex una parte consisterent, sed etiam ipso præsente facta fuissent. Ecce admonendus est semper adversarius, ut ad audiendos testes veniat: quod quia hic omissum est, necesse est, ut quod *c* contra legem actum est, non habeat firmitatem.

CAP. III.

¶ Mulier testificetur contra Clericum, cùm de crimine agitur.

Idem *Sabino defensori Sardiniæ.*

QUoniam *d* aliqua nobis de persona Epiphanii Presbyteri sunt facinora nunciata, necesse est, ut cuncta diligentiùs perscruteris: & seu mulieres, cum quibus peregisse dicitur, seu alios, quos de causa scire aliquid senseris, hùc festines adducere: quatenus Ecclesiasticâ districtione liquidè possint, quæ vera sunt, aperiri.

CAP. IV.

¶ Ubi agitur ad correctionem de peccato impediendo, principalis persona admittitur in testem.

Paschalis Papa.

IN omni negotio principalis persona dicens veritatem de re sibi nota rectissimè, habenda est pro teste: cui adhibito uno, efficiuntur duo testes: adhibitis duobus, efficiuntur tres. Quod patenter ostendit Dominus, cùm dicit *e*: [*Si peccaverit in te frater tuus, corripe eum inter te & ipsum solum: quòd si te non audierit, adhibe tecum unum vel duos testes: ut in ore duorum, vel trium stet omne verbum.*] Idem alibi affirmat dicens *f*: [*Ego sum, qui testimonium perhibeo de meipso, & testimonium perhibet de me pater: nam in lege vestra* g *scriptum est, quia duorum hominum testimonium verum est.*]

CAP. V.

¶ Dicit quales esse, & qualiter jurare debeant, qui super consanguinitate deponunt.

Eugenius III.

QUotiens *h* aliqui propter cognationem propinquitatis separari petuntur, duobus vel tribus testibus adhibitis, qui de eadem consanguinitate supersunt, vel totidem senioribus & melioribus loci ejusdem, id debet legitimè comprobari. Probatio autem testium debet fieri duplici juramento, ut jurent se non privato odio, neque amicitiâ, neque pro aliquo commodo, quod habuerint, vel quod habent, vel habituri sint,

a *De materia hujus decret. qualiter possint probari fines diœcesis, tradit notabiliter Aret. cons. 42. in c. visa consultis. & Alex. post Bar. in l. cum aliquis. C. de jur. delib. adde recentiores in L. ff. si cert. pet. vide etiam notas nostras in hoc c.* b *utrasq.* c *Conc. text. & ibi DD. ff. de test. c causam qua. 1. Inf. & alii in l. is apud quem. C. de edend.* d *vid. l. fin. in gloss. C. de probat. Spec. in tit. de procur. §. ratione formæ.* e *In omnibus manuscr. Matticen. al. Macien. id Concilium nondum vidimus, desumpsit vero Raymundus hoc c. ex 2. comp. tit. de test. c. 1.*

a *Cap. 3. eod. tit. in 1. compil. & pro hist. ac intelligentia textûs videte notas nostras in hoc cap.* b *hæc duo verba: & confecta, in manuscriptis codicibus non habentur.* c *quia.* d *Beatus Greg. l. 2. epist. 36. indictione 11. c. 63. & c. 4. eod. tit. in 1. compil. Et an & quando mulier possit esse testis in criminalibus, vide plene per Antonium Gomezium Tom. 3. variarum resol. c. 12. & per Jul. Clarum in pract. crim. §. fin. qu. 24.* e *Matth. 18. Luc. c. 17.* f *Ioan. 8.* g *Deut. 17.* h *Post Conc. Lat. sub Alex. III. p. 2. c. 9. & c. 20. eod. tit. in 1. compil.*

ad hoc jurandum inductos: & sicut ipsi dicunt, rei veritatem accepisse à majoribus suis, & credere ita esse.

CAP. VI.

¶ *Prælatus & Clerici, qui causam Ecclesiæ non procurant, testificari possunt in ea.*

Idem *Priori & fratribus S. Trinitatis.*

INsuper *a* statuimus, ut liceat vobis in causis Ecclesiæ vestræ ferre testimonium. Dummodò unus ex vobis, vel duo ad agendum & respondendum instituantur: quorum testimonium in causis, in quibus actores vel responsales sunt instituti, non debet admitti.

CAP. VII.

¶ *Si probatis exceptionis appositis contra testem productum non admittitur, antequam dictum testis recipiatur, in casu in quo admitti debuit, licitè appellatur. h. d. secundùm lecturam, quam ponit Panorm.*

Idem *R. Herforden. Episcopo, & Abbati Sard.*

EX *b* parte A. Presbyteri ad nos est querela perlata, quòd cùm Ecclesiam de Clunoden. canonicè fuisset adeptus: & eam *c* xxx. annis & ampliùs pacificè possedisset: Miles quidam H. nomine, tacito quòd laicus esset, ad judices literas impetravit, quòd si dictus Presbyter filius esset illius, qui proximò in eadem Ecclesia ministrârat, vel publicè fornicariam haberet, ipsum à prædicta Ecclesia amoverent. Tandem cùm Miles per interpositam personam eum coram præfatis judicibus traxisset in causam, quosdam laicos infames & notabiles ad testimonium dicitus produxisse. Licet autem Presbyter assereret illos non esse recipiendos, pro eo quòd quidam eorum latrones & raptores manifesti essent, quidam verò in alia causa fuissent convicti de perjurio, & se hoc diceret probaturum: Nihilominùs judices testibus talibus receptis, eidem absenti post appellationem præscriptam *d* abjudicaverunt Ecclesiam, quam nunc militis dapiferi filius detinet occupatam: [*& infrà.*] ¶ Mandamus, quatenus si vobis constiterit, quòd prædictus Presbyter non fuerit legitimè per testes idoneos præscriptâ *e* Ecclesiâ spoliatus, eorundem judicum cassatâ sententiâ, literis etiam confirmationis (si quæ sunt super eadem Ecclesia impetratæ) non obstantibus, Ecclesiam illam Presbytero restituatis eidem, ipsumque non permittatis exinde molestari. Si verò res aliter se haberet, causam audiatis, & fine debito terminetis. Testes autem si quos idem A. in suæ assertionis testimonium invocaverit, monere curetis, ut coram vobis super his perhibeant testimonium veritati.

CAP. VIII.

¶ *Iudex mittere debet examinatorem discretum ad testes recipiendos, qui ad eum commodè venire non possunt.*

Idem *Exon. & Vigor. Episcopis.*

SI qui testium valetudinarii sunt, & *f* senes, vel debilitate confecti, aut paupertate depressi, ita quòd non possint ad vestram præsentiam adduci, ad ipsos recipiendos mittatis *g* personas idoneas & discretas.

CAP. IX.

¶ *Retractanda est sententia, si constat eam fuisse latam ad dictum corruptorum testium. h. d. secundùm lecturam, quam tenet Panorm.*

Alexander III. *Bellovacen. Episcopo.*

SIcut *h* nobis est intimatum, quidam acceptâ pecuniâ de parentela inter virum & uxorem exhibent juramenta, per quæ inter ipsos divortii sententia promulgatur: posteà verò privatim nullam inter eos consanguinitatis lineam asserentes, se corruptos dicunt testimonium perhibuisse falsitati. Super quo taliter respondemus: quòd si vir & uxor, aut alter eorum ad secunda vota transivit: testibus de perjurio & adulterio uno pluribúsve, quibus causam dederunt, pœnitentia indicatur. *a* Si verò ad secunda vota idem vir & uxor non migraverint, diligenter inquirendi sunt, coram quibus corruptio intercesserit: & si tales exhibeantur, per quos possit prædictæ corruptionis veritas comprobari, recepto eorum testimonio est sententia revocanda: non enim testimonium prædictorum (cùm perjuri sint) est in hoc casu aliquatenùs admittendum.

CAP. X.

¶ *Socius criminis & muneris non testificatur etiam in crimine simonia. Et unius testimonium non sufficit ad condemnationem.*

Idem *Attinensi Archiepiscopo.*

I. VEniens *b* ad nos L. Presbyter suâ relatione monstravit, quòd ei objectum fuit, quòd in Ecclesia de Oven. canonicum non habuisset ingressum, quia promisisset unicuique parœcianorum quinque barillos vini remittere, qui Sacerdoti ibi pro tempore servienti *c* consueverant pro beneficio dari: verùm cùm duo apparuissent, qui jurati deposuerunt prædictum Presbyterum talem fecisse promissionem, & cum altero illorum pactum illud factum fuisse, tu de Presbytero prout ordo rationis *d* exigit, judicâsti. Nos tuam sententiam commendamus, eò quòd ille, qui eodem erat infectus crimine, inde contra eum testificari non posset, nulliq; de se confesso, adversùs alium in eodem crimine sit credendum, nec unius testimonium ad condemnationem sufficiat alicujus.

CAP. XI.

¶ *Attestationes in uno judicio receptæ, fidem faciunt in eadem causa, & inter eosdem personas coram alio judice.*

Idem *Abb. S. L. & Priori S. Crucis.*

CAusam, *e* quæ: [*1 & 3.*] ¶ Discret. vestræ mandamus, quatenus susceptis attestationibus utriusque partis, quæ ab aliis judicibus sunt receptæ, causam ipsam fine debito terminetis.

[*1 V. & E. Monachos super electione destruc. facta & in monasterio Debere, est diutius agitata: experientia vestra communimus audiendam, & app. rem. fine debito terminandam. Idem.*]

CAP. XII.

¶ *Clerici non sunt à ferendo testimonio in causa Ecclesiæ suæ sine rationabili causa repellendi.*

Idem *Cantuar. Archi. & Vigor. Episcopis.*

CUm nuncius: [*1 & 3.*] ¶ Non *f* lateat prudentiam vestram, quòd Clerici non sunt à ferendo testimonio super negotio Ecclesiæ suæ (nisi alia rationabilis causa impediat) repellendi. *g*

[*1 Canonicorum de Plut. & nuncius M. militis, &c.* & infrà. *Præterea.*]

CAP. XIII.

¶ *Crimen nunc probatum repellit testem, aliàs de illo crimine datum.*

Idem *Cantuar. Archiepisc.*

SUper eo quod *h* quæsivisti, utrùm testes sint reprobandi in causa criminali vel civili, quibus ab adversa parte crimina opponuntur? Respond. quòd si etiam

a C. 21. eod. tit. in 1. compil. & post Conc. Lat. sub Alex. III. part. 1. c. 18. b Post Conc. Lat. sub Alex. III. p. 1. c. 22. & c. 23. eod. tit. in 1. comp. c Vox, eam, deest in plurib. d prædictam e prædictâ. f Cap. 14. eod. tit. in 1. comp. Similis sententia in Conc. Lat. sub Alex. III. p. 1. c. 20. g Ad quos debeant mitti examinatores, vid. in l. ad egregias. per Bart. ff. de jurejur. & in l. generaliter. C. eod. h C. 7. eod tit. in 1. compil.

a Vid. l. generaliter. Cod. de num. num. pecun. & l. ea. per Bart. ff. de falf. b Cap. 9. eod. tit. in 1. compilat. c al. moratis. d al. juris. e Cap. 10. eod. tit. in 1. compil. vid. Alexand. conf. 18. l. 2. Ias. & alios. in l. 10. apud quem. C. de admodo. f Cap. 11. eod. tit. & post Conc. Later. par. 2. cap. 3. g vid. l. si domus. ff. de serv. urb. prad. h Cap. 12. eod. tit. in 1. compil. & post Conc. Lat. sub Alex. III. part. 1. cap. 4.

antè

antè non sunt convicti vel confessi de criminibus illis, dummodò inde convincantur, in testimonium non debent admitti.

CAP. XIV.

¶ *Laicus in criminali non testificatur contra Clericum, accusat tamen pro sua vel suorum injuria.*

Idem *Salernitano Archiepisc.*

DE cætero Laicos in accusationem *a* vel testimonium contra Clericum in criminali causa non esse aliquatenùs admittendos, censura sacrorum canonum manifestiùs edocet: Nisi fortè suam vel suorum injuriam prosequantur. Nec tunc etiam ad testimonium, sed ad accusationem possunt admitti.

CAP. XV.

¶ *In causis Ecclesiasticis & civilibus possunt fieri tres productiones testium: quarta autem non admittitur absq; solennitate legali. Et super dictis testium post ipsorum publicationem potest publicè disputari. hoc dicit secundùm testuram communem, & verbis textus congruentem.*

Idem *eidem.*

IN causis Ecclesiasticis *b* vel civilibus ultra tertiam productionem non debent testes produci, nisi adhibitâ quâdam solennitate, quæ in legibus invenitur expressa. Et super dictis testium cùm fuerint publicata, publicè potest disputari.

CAP. XVI.

¶ *Si quis probat actum gestum post appellationem, & adversarius probat quod ante, præfertur prima probatio: & actus judicatur non tenere, nisi secundus probet, quòd ante omnem appellationem.*

Idem *Præposito & Canonicis Embruden. Eccleſiæ.* *c*

CUm tu, fili *d* Præpositе, cum quibusdam Canonicis tuis & Archiepiscopus vester esse tis in nostra præsentia constituti: [1 & 3.] ¶ Cùm constet testes vestros jurâsse, quòd post appellationem, excommunicationis sententiam tulerit, & Archiepiscopi testes similiter jurâsse, quòd ante appellationem: nos dicta testium benignè interpretari volentes, ne perjurii reatu notentur: quia utrumque esse potuit, & quòd post primam appell. & ante secundam sententia lata fuerit, eandem sententiam decernimus non tenere.

[1 *Archiepiscopo asserente, quòd vos ante appellationem excommunicâssit, & postulans sententiam suam confirmari: contrà proposuistu, quòd post appellationem in vos sententiam excommunicationis protulisset, & ob hoc dixissetis eam nullius momenti esse, adjecistu etiam tam, quàm alter apars, quòd testes fuerunt hinc inde producti, & attestationes eorum recepta. Nos verò auditis & cognitis rationibus, & allegationibus utriusq; partis, & attestationibus diligenter inspectis.*]

CAP. XVII.

¶ *In causa appellationis super novis capitulis tantùm testes novi & veteres producuntur, juramento secundum morem prius recepto.*

Idem *Episcopo Placent.*

FRaternitatis *e* tuæ literis nos consulere voluisti, utrùm recipiendi sint novi testes super quæstione judicata, in qua testibus renunciatum constet utrinque. Et an testibus in prima causa receptis propter causam appell. liceat super quæstionibus judicatis aliquid novi proponere: [1 & 3.] ¶ Duximus tibi respondendum, quòd in appellationis causa, si nova contigerit emergere capitula, super quibus aliqua partium voluerit novos testes inducere, vel per jam receptos aliquid comprobare: eos credimus posse recipi super novis duntaxat capitulis, receptis priùs ab ipsis, secundùm formam recipiendorum testium, juramentis.

[1 *Licet igitur novis ex his non plenè innotuit, utrùm testes super eisdem vel novis capitulis à partibus desiderentur induci, quia tamen cum prudentium juris copiam habeat, nos super hoc consulere voluisti.*]

CAP. XVIII.

¶ *Qui juravit testimonium non dicere, testificari compellitur. & testificationes publicatæ non sunt.*

Idem *Exonen. Episcopo.*

INtimavit *a* R. Presbyter *b*, quòd G. *c* Clericus Capellanum ejus & alios quamplures de testibus suis juramento constrinxit, quòd testimonium, consilium & auxilium contra ipsum non præberent eidem. Ideoque injungimus, ut si testimonium eorum *d* publicatum non est, nec est abrenunciatum testibus, eos qui sunt juramento adstricti, & alios (si necesse fuerit) idoneos, in testimonium recipere non postponas.

CAP. XIX.

¶ *Publicatio vel renunciatio testium in certo capitulo non præjudicat volenti testes producere in aliis. h. d. quoad titulum.*

Idem *Abbati & fratribus de Martura* *e*.

CAusam *f*, quæ vertitur inter vos, & Plebanum, & Clericos sanctæ Mariæ de Martura, commisimus judicibus terminandam: cumque utraque pars in eorum esset præsentia constituta, & testes essent hinc inde recepti, & eis abutraque parte renunciatum, & attestationes etiam publicatæ, quoddam privilegium nuper à nobis impetratum in medium proculistis: [1 & 3.] ¶ Judicibus ipsis mandavimus, ut super aliis capitulis, si qua alia fuerint ab his, super quibus testes recepti sunt, & eorum attestationes publicatæ, testes (si qui idonei producti fuerint) recipiant, & (nullis capitulis noviter à nobis per vestros nuncios impetratis, quæ contineantur *g* in privilegio vestro, vel in aliis literis, quas vobis indulsimus, postquam causam ipsam eisdem commisimus, prædictæ plebi in hac causa impedimentum præstantibus) concordiâ vel justitiâ mediante decidant. Quia verò Florentinus Episcopus intimavit quædam capitula eidem privilegio esse inserta, quæ obvia rationi videntur, illud ad nostram præsentiam cum vestro nuncio transmittatis.

[1 *Asserentes vos quædam alia munimenta à nobis impetrâsse, quæ rationes suprædictæ plebi obscurâsse & impedire videntur, quare causa ipso rondum potuit terminari. Quia verò sollicitudinè nostra incumbit, utriq; Ecclesiæ jura sua servare integra, ac litibus & contentionibus finem imponere.*]

CAP. XX.

¶ *A testimonio repellitur simili morbo laborans.*

Idem *Norvicen. h Episcopo.*

PErsonas *i* Ecclesiarum: [& 3.] ¶ Verùm si coram te, vel alio quolibet negotia ventilentur, nolumus ut aliqui consimili morbo laborantes, si certum sit, aut legitimè super hoc possint convinci, si ab alterutra parte testes adducti fuerint, in testimonium admittantur.

CAP. XXI.

¶ *Christianus contra Judæum in testem admittitur.*

Idem *in Concilio Lateran.* *k*

IUdæi sive *l* Sarraceni: [& 3.] ¶ Testimonium quo-

---

a *Cap. 14. eod. tit. in 1. compil. & post Conc. Lat. p. 2. c. 8.* b *C. 11. eod. tit. in 1. compil. & post Conc. Lat. sub Alex. III. c. 9. p. 2.* c *Embrudin. al. Estbruden.* d *Cap. 16. eod. tit. in 1. compil. & post Concil. Lat. p. 2. c. 10.* e *Post Conc. Lat. c. 12. p. 2. & Cap. 17. eod. tit. in 1. compil.*

a *Post Concil. Lat. p. 2. c. 13. & cap. 18. eod. tit. in 1. compil. vid. Oldrad. Consil. 127. & 180. & cons. 90. & 97.* b *vox, Presbyter, deest in antiquis.* c *al. V.* d *illorum.* e *al. Martha.* f *Post Conc. Lat. sub Alex. III. p. 2. cap. 15. & cap. 19. eod. tit. in 1. compil.* g *continentur.* h *Norvicensi.* i *Cap. 4. tit. de appell. in 1. comp. & post Conc. Lat. p. 10. c. 1.* k *sub Alex. III. c. 26.* l *C. 5. tit. de Iuda. in 1. compil. Vide Specul. tit. de test. §. 1. Adde quæ de hoc art. dixi. lib. 2. comm. in direct. Inquisit. sibol. 2. & lib. 4. sibol. 124.*

que Christianorum adversùs Judæos in omnibus causis (cùm illi adversùs Christianos testibus suis uti præsumant) recipiendum esse censemus. Et anathemate decernimus feriendos, quicunque Judæos Christianis voluerint in hac parte præferre: cùm eos Christianis subjacere oporteat, & ab eis pro sola humanitate foveri.

CAP. XXII.

¶ Testimonium matris est suspectum, ubi filia petit in virum aliquem se majorem. Et ad dictum solius matris de impedimento dependente impeditur matrimonium, sed contractum non dissolvitur.

Idem *Matthæo* a *Cardin.*

SUper eo *b* quod à nobis tua devotio postulavit, utrùm viro negante se mulierem affidasse, ipsius mater mulieris, & altera mulier possint ad testimonium recipi: Consulit, tuæ taliter resp. quòd *c* cùm mater filiæ incrementum & honorem videtur diligere, ubi vir superior est divitiis & nobilitate, potentiâ vel honore, testimonium ejus videtur esse suspectum, & ideò non esse aliquatenùs admittendum. Super *d* illa verò quæstione, quam fecisti, an mulier conjungenda non sit viro, pro eo, quòd sola mater alterutrius eos esse consanguineos confitetur: respondemus, quòd si non est firmatum matrimonium inter eos, matre asseverante ipsos *e* esse consanguineos, non debent conjungi, quia præsumptio est non modica, quòd se lineâ consanguinitatis attingant. Si verò matrimonium est firmatum, non debet sine plurium juramento dissolvi.

CAP. XXIII.

¶ Ad decisionem causæ maximè pro parte Judæi, non sufficit regulariter minus testimonium, quàm duorum probatæ vitæ & laudabilis conversationis.

Idem.

LIcèt universis *f:* [& 1.] ¶ Quia non est licitum alicui Christiano, & multò minùs crucis Christi inimico, ut causæ suæ unius tantùm quasi legitimo testimonio finem imponat: Mandamus, quatenus si inter vos & quoscunque Judæos emerserit quæstio, in qualibet causa Christiani, & maximè Clerici, non minùs, quàm duorum vel trium virorum, qui sint probatæ vitæ, & fidelis conversationis testimonium admittatis, juxta illud Dominicum *g:* [*In ore duorum vel trium testium stat omne verbum.*] Quia licèt quædam sint causæ, quæ plures, quàm duos exigant testes, nulla est tamen causa *h*, quæ unius testimonio (quamvis legitimo) terminetur.

CAP. XXIV.

¶ Non sunt idonei testes, quos actor de familia sua produxit.

Idem *Firman. Episcopo.*

IN literis *i:* [& 1.] ¶ Quidam nobilis tui Episcopatûs quandam sibi legitimè copulans, cùm eam in domo fere per septennium remisset, consobrinam patris ejus, antequam eam duceret, se asseruit cognovisse: ad quod probandum testes de familia sua tres produxit. Respondemus igitur, ut (si res ita se habet) pro illorum testimonio ipsum ab uxore nullâ ratione dividi *k* patiaris: nec contra ipsos aliquos audias, nisi probatæ essent vitæ & opinionis, de quibus verisimile non esset, quòd deberent pro aliquo dejerare.

CAP. XXV.

¶ Donec attestationes fuerint publicatæ, & eis renunciatum produci possint testes: postea verò non super eodem capitulo, sed super alio &c. h. d. quasi titulum.

Urbanus III.

a *al. Marco.* b *Cap. 2. eod. tit. in 2. compil.* c *quia.* d *alia.* e *eos.* f *Cap. 1. De foro compet. in 2. compilat.* g *Matth. 18. Luc. 19.* h *Vox, causa, deest in multis antiquis.* i *Cap. 3. eod. tit. in 2. comp.* k *Vid. l. 2. §. familia. D. vi bon. rapt. & l. pronunciatis, §. 1. ff. de verb. signif.*

CUm venisset *a* ad Apost. sedem magister M. nobis exposuit, quòd Lucius Papa præd. nost. causam, quæ inter ipsum & Abbatem de Sicolan. *b* vertebatur, commisit judicibus sine debito terminandam: [1 *& infra.*] ¶ Mandamus, quatenus si sententiam illorum noveritis canonicè promulgatam, eam auctoritate Apost. confirmetis: nec appellatio illam *c* impediat, quæ hìc *d* interposita dicitur occasione mortis præd. nost. cùm postea egerit & responderit, testesque duxerit producendos: Quæstiones quoque alias, super quibus testes fuère producti, & depositiones publicatæ eorum, vel renunciatum fuit testibus hinc & inde, nullis aliis ab alterutra parte super eodem receptis, secundùm tenorem ipsarum mediante justitiâ terminetis. Si quæ verò fuerint quæstiones *e*, super quibus vel testes non fuerint producti, vel renunciatum eisdem, audiatis (si qua hinc inde proposita fuerint) finem illis debitum imponentes.

[1 *&c. & 1. dist. v. p. a. f.*]

CAP. XXVI.

¶ Potest reus producere testes ad probandum contrarium ejus, quod actor probavit, si publicatio attestationum non est facta, consuetudine contrariâ non obstante. hoc dicit, secundùm notabiliorem lecturam.

Clemens III.

SEries *f* tui rescripti nobis aperuit, quòd cùm nuper inter filios quorundam nobilium tuæ civitatis, conjugalis quæstio tractaretur: [1 & 1.] ¶ Pars quæ matrimonium accusabat, testes produxit legitimos, qui consanguinitatem inter prædictos esse firmiter asserebant, in primo gradu ponendo duas personas, B. videlicet & I. dicentes illos esse fratrem & sororem: pars autem opposita id falsum dicebat, B. scilicet esse sororem I. ad corroborandam assertionem suam tam testes offerens, quàm publicum instrumentum. Unde quia pars accusantium testes illos non esse recipiendos proponit, & tu non esse consuetudinem Ecclesiæ affirmas, ut post receptos testes, qui consanguinitatem secundùm formam canonum computant, alii ex opposito admittantur. Præsenti paginâ respondemus, quòd si non est aliud canonicum, quod obsistat, non obstante illâ consuetudine, utpote juri contrariâ, testes recipere non omittas.

[1 *Quia distrahebaris ad alia urgentiora negotia, vices tuas in ventilatione illius quæstionis quibusdam jurisperitis commisisti, ante quos.*]

CAP. XXVII.

¶ Carnalis copula probatur per conveniens testimonium de visu. idem in testimonio auditus, quòd adminicula & fama eam juvant.

Cœlestinus III.

PRæterea *g* cùm quis accusatur aliquam cognovisse, an sint testes interrogandi de visu, aut sola vicinia famæ sufficiat, vel si juratis testibus sit credendum, qui se carnalis copulæ conscios esse fatentur, sed de visu nihil affirmant? *h* Respondemus, quòd si testimonium conveniens de visu reddatur, vel etiam de auditu, & præsumptionem violentam fama consentiens subministret, ac aliâ legitima adminicula suffragentur, standum est testimonio juratorum. Etenim circumspectus judex atque discretus, motum animi sui ex argumentis & testimoniis, quæ rei aptiora esse compererit, confirmabit.

a *Cap. 23. eod. tit. in 1. compil.* b *Sidolan.* c *illa.* d *Dilecto, hìc, deest.* e *Hæc dilecto, quæstiones, deest in pluribus.* f *Cap. 3. eod. tit. in 2. compil.* g *Cap. 4. eod. tit. in 2. compil.* h *Solâ famâ carnalem copulam non probari. Vid. gloss. in l. 3. §. 2. cum not. ff. de test.*

CAP.

CAP. XXVIII.

¶ *Unius judicis verbo non creditur: scriptura verò ejus per testes reprobari possunt: fallit hoc in Papa. Ita communiter summatur.*

Innocentius III. *Consulibus & populo Beneventano.*

CUm a nobis: [& ſ.] ¶ Et canonica & civilia jura ſequentes, diſtrictiùs inhibemus, ne unius judicis, quantæcunque fuerit auctoritatis, verbo credatur in cauſis, ſive ſuper teſtamentis, ſive quibuslibet aliis contractibus quæſtio agitetur. Nec ſcriptum eorum (niſi teſtium adminiculo fulciatur) eam obtineat firmitatem, quin ei poſſint & debeant duorum vel trium teſtium bonorum teſtimonia prævalere: Salvâ in omnibus ſedis Apoſtolicæ auctoritate.

CAP. XXIX.

¶ *Teſtes ſuper dilatoria inducto, non creditur ſuper principali, nec cogitur deponere: ſocius ſi ſuper peremptoria: tunc enim cogi poteſt, ut juret deponere ſuper toto.*

Idem *Tyren.* b *Epiſcopo.*

DE c teſtibus: [1 & ſ.] ¶ Conſult. t. t. r. quòd ſi teſtes ſint inducti ad exceptionem dilatoriam ſolummodò probandam, cùm ſuper ea tantum juraverint dicere veritatem, ſuper principali nec debent audiri, nec cogi teſtimonium perhibere, utpote ſuper quo deponerent non jurati. Si verò cum ad probandam exceptionem peremptoriam ab alterutra partium inducuntur, reliqua pars ſuper principali negotio etiam eos deponere ſortè petierit, & ut cogantur ſuper toto negotio dicere veritatem, ſacramento eos poſtulaverit obligari: ad id ſunt ſine dubitatione cogendi: niſi forſitan ſufficiens productio teſtium ſuper principali jam facta fuerit, vel renunciatum teſtibus d, vel depoſitiones teſtium fuerint publicatæ.

[1 *Qui ad exceptionem probandam à partibus inducuntur, tua nos duxit ſ. conſulendos, utrùm cogendi ſint ſuper principali negotio, & ferre teſtimonium veritati, & an illi ſint ſicut cæteri teſtes examinandi diſtrictè, qui ad purgandam alicujus infamiam inducuntur. Super hoc igitur ſ. tuam plurimùm commendantes, quæ in dubio ſed. Apoſt. vulta cerorificari reſcripto.*]

CAP. XXX.

¶ *Dicta teſtium non ſunt ad petitionem tertii publicanda. Et is, qui produxit teſtes coram certis judicibus, non poteſt ad eundem effectum coram judicibus aliis illos producere, ſed illorum atteſtationibus debet eſſe contentus.*

Idem *Helien. & Ciſtren. Epiſcopis, & Archidiac. de Norbanen.*

COnſtitutus in præſ. noſt. e Procurator magiſtri R. propoſuit, quòd cùm Decanus & Capitulum Ebor. eis tum auctoritate Lateranen. Concilii f, tum privilegii propriì ratione Archidiaconatum Richemundiæ canonicè contuliſſent, magiſter H. qui Archidiaconus Richemundiæ nominatur, ipſum eo poſt appell. ad nos interpoſitam ſpoliavit. Cumque prædictus g R. ad judices ſuper reſtitutione ſua commiſſionis literas impetraſſet, memoratus H. literas revocatorias impetravit: [1 & inſrà.] ¶ Inter alia poſtulabat prædictus H. ut faceremus depoſitiones quorundam teſtium aperiri: ſed Procurator prædictus aperiendas eas non eſſe dicebat: cùm non in hac cauſa fuiſſent inducti, ſed in ea, quæ inter Ebor. Archiepiſcopum & eundem R. vertebatur: [2 & ſ.] ¶ Nos eas aperire noluimus, ſed cauſam duximus veſtro examini committendam: ita quòd ſi vobis conſtiterit, præfatum H. teſtes pro ſe coram Epiſcopo & Decano Lincon. & te filii Archidiac. delegatis judicibus produxiſſe, atteſtationibus apud eum depoſitis ſit contentus: alioquin eo non obſtante, quòd teſtes illi coram judicibus ipſis, & te, filii Archidiac. fuêre producti, pro dicto H. ſi producti fuerint, ad teſtimonium admittantur.

[1 *Quas idem Procurator per falſi ſuggeſtionem oppoſuit impetratas, &c.*]

[2 *Licet autem Archidiac. ſicut ſuperiùs eſt præmiſſum, ad faciendam nobis fidem ſuper omnibus plenioram, atteſtationes quaſdam poteret aperiri, adverſarius autem in alia cauſa eas aſſereret eſſe receptas.*]

CAP. XXXI.

¶ *Publicatis atteſtationibus non opponitur in perſonas teſtium, tres caſus excipit, & ad ſecundum determinationem ſubdit.*

Idem.

PRæſentium a auctoritate ſtatuimus, ut ſi quis poſt depoſitiones teſtium publicatas, objicere voluerit in perſonas eorum, ei tunc tandem id liceat, cùm juramento firmaverit, quòd ad hoc ex malitia non procedat: Niſi forſan ante publicationem id fuerit proteſtatus: Vel oſtendere poterit, quòd poſt publicationem didicerit, quod objicit in perſonas. Cæterùm cùm quis perſonas teſtium ſe velle poſt publicationem depoſitionum repellere fuerit proteſtatus, ſi quid pro ipſo dixerint, de facili non credatur.

CAP. XXXII.

¶ *Si alteris & rei teſtes contraria deponunt, fidem ſibi non derogant, ſed prævalent digniores, & veriſimiliora deponentes: & ſi in cæteris eſt diſparitas, præfertur numerus.*

Idem *London.* b *& Helien. Epiſcopis.*

IN noſtra c præſentia: [1 & ſ.] ¶ Cùm igitur hinc plures, inde verò ſint teſtes numero pauciores producti, quos non ſolùm diverſa, ſed adverſa penitùs in quibuſdam conſtat teſtimonia reddidiſſe: quia etiam ad multitudinem tantùm reſpicere non oportet, ſed ad teſtium qualitatem, & ad ipſorum depoſita, quibus potiùs lux veritatis aſſiſtit, ex quibus motum animi ſui convenit judicem informare: Mandamus, quatenus ſi teſtes utrinque producti ejuſdem honeſtatis & exiſtimationis extiterint, cùm conſtet teſtes Monachorum eſſe teſtibus Archidiaconi numero pauciores, pro Archidiacono ſententiam proferatis. Si verò teſtes ex parte Monachorum producti tantæ præeminentiæ fuerint, quòd eorum auctoritas aliorum ſit meritò multitudini præferenda, ab impetitione Archidiaconi abſolvatis eoſdem.

[1 *Conſtitutis dil. fil. mag. VVil. nomine, & dil. fil. Archid. Cantuar. à quo Procurator fuerat deſtinatus, poſſeſſionem Eccleſiæ de Meliton. quam dil. fil. Abbas & Monachi S. Auguſtini Cantuar. illiciti occupârunt, cum fructibus medio tempore perceptis ſibi reſtitui poſtulavit.* & infrà.]

CAP. XXXIII.

¶ *Ad probanda impedimenta electi, laici & fœmina admittuntur (addè) & teſtes de auditu & fama ſufficienter non probant.*

Idem *Priori ſancti Fridiani Lucan.* d *& magiſtro G. Canonico Piſano.*

TAm e literis veſtris, quàm depoſitionibus teſtium, intelleximus, nihil eſſe contra Lucanum electum ſufficienter oſtenſum, niſi de auditu tantum & fama: cùm ſuper aliis, ſi qua fortè videantur eſſe probata, teſtes ſint vel ſoli, vel tales, qui non potuerint illa legitimè comprobare: Quia verò ſuper matrimonio, quod idem electus dicitur contraxiſſe cum vidua, teſtes non fuêre recepti propter appellationis obſtaculum,

a *Cap. 2. eod. tit. in 3. compil. Vide Anton. de Butr. ſupr. de arb. c. non ſine.* b *Turonen. Archiepiſc. al. Tiren. al. Tircenſ. al. Teren.* c *Cap. 2. eod. tit. in 3. compil. Vide Specul. tit. de teſtib. §. 1.* d *Vid. authen. jubemus, & ibi Bart. C. de judic.* e *Cap 3. eod. tit. in 3. compil. & ſub Alexand. III. cap. 3. habetur tit. de conceſſ. prab. c. 2.* g *prædictus magiſter R.*

a *C. 4. eod. tit. in 3. comp. Vid. Ant. de Butr. in c. ex parte. ſup. eod. & Lap. alleg. 72.* b *al. Langon. & Elienſ. Epiſc.* c *C. 1. eod. tit. in 3. comp. Vid. Rom. ſingul. 362. & Corſet. ſingul. 212. Incip. duo teſtes verb. teſtis.* d *Lucenſ.* e *C. 6 eod. tit. in 3. comp. Vide Abb. in c. reprehenſibilis. inſt. de appell.*

ne Laici vel fœminæ in tali reciperentur articulo contra ipsum: nos ut tantæ irregularitatis objectio non remaneat indiscussa, mandamus, quatenus testes sive Laicos sive fœminas *a* (duntaxat idoneos) qui ad hoc fuerint probandum inducti, recipiatis legaliter, & examinetis prudenter: excommunicantes solenniter, si quis eos impedire præsumpserit, quò minùs testimonium perhibeant veritati. Demùm attestationibus publicatis, si fortè constiterit irregularitatem hujusmodi non esse probatam, indicatis eidem electo purgationem canonicam de objectis, per septem Canonicos majoris Ecclesiæ, vel Priores Ecclesiarum civitatis Lucan. Presbyteros seu Diaconos bonæ famæ præstandam: quâ receptâ præfigatis ei terminum, quo consecrandus nostro se conspectui repræsentet. Si verò vel irregularitatis impedimentum fuerit probatum, vel intra terminum constitutum non præstiterit purgationem indictam: vos eum à prælatione Lucan. Ecclesiæ amoventes, mandetis ex parte nostra Capitulo, ut electionem de alio non differant canonicè celebrare. Archipresbyterum autem Lucan. & G. Sacristam, qui contra prædictum electum literas nobis sub nomine majoris partis Capituli destinaverunt (cùm constet per attestationes prædictas, longè majorem partem Capituli non fuisse consciam hujusmodi literarum) ab officio & beneficio denuncietis esse suspensos: donec mereantur nostram indulgentiam obtinere.

CAP. XXXIV.

¶ In causa liberali contra contumacem etiam lite non contestatâ, testes recipi possunt, hoc dicit notabiliter, secundum Iocur. communem.

Idem *Dulmen.* b *Episcopo, & Decano, & Priori sanctæ Trinitatis Eboracens.*

CUm *c* olim Archid. Menen. adversùs Cantuar. Archiepiscopum super statu Menen. Ecclesiæ proposuerit quæstionem: [1 & 7.] ¶ Mandamus, quatenus nisi pars adversa prædictum Archidiaconum per exceptionem legitimam repellere valeat ab agendo, partibus, si poterit fieri, vel procuratoribus earum ad locum securum *d* & idoneum convocatis, & lite legitimè contestatâ, testes, quos Archiepiscopus in Anglia, & quos Archid. duxerit producendos in Vuallia, recipere procuretis. Verùm si Archiepiscopus citatus legitimè, vel per se, vel per procuratorem idoneum noluerit comparere, aut litem etiam contestari, vos testes, maximè senes & valetudinarios, quos Archid. duxerit producendos, sublato app. obstaculo admittatis, & depositiones eorum conscriptas ad sed. curetis Apost. destinare, statuentes partibus terminum peremptorium, quo per se, vel per responsales idoneos nostro se conspectui repræsentent, sententiam recepturæ.

[1 *Archiepiscopo ipsi per literas nostras dedimus in mandatis, ut per se, vel per procuratorem idoneum ad præsentiam nostram super hoc accederet responsurus. Verùm cùm ipse nec venisset, nec misisset propter hoc idoneum responsalem: volentes Menen. Ecclesiæ paternâ sollicitudine providere, causam super hoc ven. f. n. Episcopo Helien. & dil. fil. Lundonens. Decano & Archid. Eliens. sub certa formâ duximus committendam, à quibus non fuit hactenus juxta mandatum nostrum in negotio ipso processum. Ne igitur causa ipsa remaneat indecisa, dis. v. per. a. f.*]

CAP. XXXV.

¶ Publicatis attestationibus admittitur adversarius ad probandum contrarium, si ante publicationem super hac probatione contraria instrui non potuit. h. d. & est casus singularis.

Idem *Priori de Belonia.* e *& I. rectori Ecclesiæ de Borellis.*

a *Vide l. 1. & 2. per Cyn. ff. de leg. & de rest. spol. c. literas.* b *al. Helien.* c *C. 7. eod. tit. in 3. compil.* d *locus litigis securus esse debet, ac talis, ut omnis iniquitatis suspicio procul absit.* e *Bolonia.*

EX tenore *a* vestrarum accepimus literarum, quod cùm vobis causam, quæ vertitur inter R. militem, & M. mulierem, commiserimus fine debito terminandam: [& infrà.] ¶ Pars mulieris proposuit, quòd dictus miles priùs corporale præstitit juramentum, quòd ipsam duceret in uxorem, & postmodùm carnaliter cognitam traduxit in domum *b*. Miles verò hoc inficiebatur omninò, adjiciens, quòd etsi hæc vera essent, eam tamen de jure habere non potuit, eò quòd aliam tunc viventem priùs duxerat in uxorem. Cùm per testes militis videretur esse probatum, quòd ipse ante festum Purificationis beatæ Virginis B. *c* mulierem solenniter accepit in uxorem, & testes M. mulieris dicerent, quòd in septimana Paschali sequente festum prædictum, de ea ducenda præstitit juramentum, prædictus miles ab impetitione ipsius absolvi cum instantia postulabat. Verùm ex parte sæpedictæ mulieris extitit replicatum, quòd eo tempore, nec non *d* & antè, quo testes dicti militis dixerant cum cum alia matrimonium contraxisse, fuerat semper in Eboracen. provincia commoratus, cùm testes ipsi dicerent, hoc longè extra dictam provinciam actum esse, determinantes tempus & locum: quod per testes idoneos erat probare parata. Sed econtrà fuit ex adverso responsum, quòd (cùm attestationes jam essent hinc inde solenniter publicatæ) locus productioni testium jam non erat. Quia igitur dubitatis, utrùm post publicationem attestationum super illo articulo deberent testes admitti: nos inquisitioni vestræ auctoritate præsentium respondemus, testes mulieris ad probandum illum articulum admittendos.

CAP. XXXVI.

¶ Indulgenda est in causa quarta productio testium petita cum solennitate legali, causâ legitimâ non refragante, aliàs legitimè appellatur.

Idem *Priori sancti Victoris.*

SIgnificaverunt *e* nobis: [1 & 7.] ¶ Cùm causa, quæ vertitur inter Abbatem & Monachos sancti Dionysii ex una parte, ac Abbatissam & Moniales de Forcellis *f* ex altera, tam super proprietate, quàm super possessione prioratûs de Argentolio *g*, judicibus à nobis commissa fuisset, & Moniales super causa proprietatis priùs litem ingressæ, testes produxissent in illa: postmodum possessionis judicium suspenso petitorio intentârunt: [2 & 7.] ¶ Unde in causa possessionis, quam Moniales petebant, eâ ratione, quòd illæ, quibus ipsæ successerant, inde fuerant violenter ejectæ, testes fuerunt ab utraque parte producti, & consque processum, ut publicatio jam facta deberet: [3 & 7.] ¶ Mandamus, quatenus si vobis constiterit Abbatem & Monachos quartam productionem testium, cum juris solennitate super possessorio petivisse, & propter hoc intra decem dies post interlocutoriam sententiam appellâsse (nisi fortè judices quartam productionem negaverint) pro eo quòd voluerint effrænatam multitudinem testium refrænare, vos ad quartam productionem (adhibitâ solennitate legali) admittatis eosdem, ipsos (si in probatione defecerint) in expensis legitimis condemnantes. Et nisi adeò sit in petitorio jam processum, ut plenè possit de proprietate liquere *h*, vos causam possessionis, ad quam de juris beneficio Abbatissa & Moniales habuêre recursum, primitùs terminetis, in causa proprietatis postmodùm processuri: alioquin quæstionem terminetis simul utramque.

a *Cap. 1. eod. tit. in 3. comp. vid. Socin. in reg. 498. incipit, Testes publicatis, &c.* b *vide l. 1. C. de sponsal. & in l. 2. eod. tit.* c *al. ita, B. mulierem accepisset solenniter, &c.* d *In pleur. antiq. nec non & antequam.* e *Cap. 9. eod. tit. in 3. compil.* f *al. Fortel.* g *Argentorio.* h *Quando dicatur liquere, tradit Abb. in c. cùm olim. de verb. sign. Anton. Butr. in c. prout. de dol. & cont. Gloss. in can. decernimus. 3. q. 9.*

[1 Per

[1 *Per literas suas ven. f. n. G. Sylvanecten. Episcopus, & dilect. fil. I. Abbas S. Victoris Parisien. & F. Aurelianen. Decanus, quòd.*]

[2 *Quod eis de jure licere ipsi de prudentium consilio per interlocutoriam sententiam declararunt.*]

[3 *Petebant Monales prædicta, depositiones testium in causa possessionis tantummodò publicari, sed contradicebant Monachi, allegantes quòd sicut in causa proprietatis fuerat prius cœpta, ita debebat accipere prius finem, vel saltem tam super petitorio, quàm super possessorio testes prius publicari debebant. Ipsi verò auditis hinc inde propositis, cùm super hoc vellent interloqui, habito super hoc consilio sapientum Monachi adjecerunt, quòd super causa proprietatis renunciaverunt productioni testium Moniales, quòd cùm pars adversa negaret, & inter partes quasi dubium verteretur, interlocuti fuerunt, quòd attestationes in possessorio publicarent, & super renunciatione Monialium probatarum Monachorum audirent, sed ab hac interlocutoria Monachi ad vestram audientiam appellârunt. Ipse autem diem alteram partibus præfigentes, ut deliberarent, an deberent hujusmodi appellationi deferre, convocatis prudentibus de ipsorum consilio, sententiam minimè reprobantes, parti Monachorum audientiam indulserunt, si forte rationem aliquam allegarent ad retractandam sententiam prædictam efficacem: qui tandem post allegationes suas appellationi prius factæ fortiter insistebant, &c. & infrà. ¶ Nos igitur his & aliis auditis, quæ fuerant hinc inde proposita de communi, f. n. c. p. a. s.*]

CAP. XXXVII.

¶ Diligenter examinandi sunt testes & puniendi, qui eos impediunt: & ipsorum testium multitudo est per judicem refrænanda.

Idem *Episcopo Placentino.*

CUm causam *a*, quæ inter Archiepiscopum Ravennen. ac Commune Favent. [1 *& infrà.*] ¶ Quia verò utrique parti nimis existeret onerosum, ut testes producerent coram nobis: mandamus, quatenus recipias testes, quos utraque pars, tam super principali negotio, quàm in personas testium duxerit producendos: ac eos diligenter examinare procures: & de singulis circumstantiis prudenter inquirens, de causis videlicet, personis, loco, tempore, visu, auditu, scientia, credulitate, fama, & certitudine, cuncta plenè conscribas: [*& ſ.*] ¶ Testes autem, &c. Quòd si forte Faventini vel alii eos, quos dictus Archiepiscopus ad perhibendum testimonium veritati duxerit producendos, præsumpserint impedire, tu ipsos ab hujusmodi præsumptione cessare compellas. Volentes autem effrænatam multitudinem testium refrænari, volumus, ut hinc inde quadragenarium numerum testium excedere non permittas, ita videlicet, ut si Faventini testium depositiones ratas habere voluerint, quæ à Ferrarien. Episcopo & Abbate Pompon. receptæ fuerint, testes ipsi computentur in numero prælibato: alioquin (cùm attestationes ipsæ sint clausæ) iidem testes, si necesse fuerit, iteratò producantur.

[1 *Super villa Luci & S. Potici, & castro Arcol. & eorum districtu honore ac jurisdictione noscitur agitari, diversis judicibus duximus committendam, nec potuisset per aliquos eorum terminari.* & infrà. ¶ *Procuratoribus utriusque partis comparentibus, deinde coram vobis juramentum de calumnia fecimus utrique præstare.*]

CAP. XXXVIII.

¶ Attestationes receptæ in summario, fidem non faciunt in plenario judicio. Et illarum publicatione non obstante iidem, vel alii testes super eisdem capitulis recipi possunt.

IIdem *de b Novo fonte & Casadei Abbatib.*

VEniens ad Apostolicam *c* sedem G. Archid. Claremon. humiliter supplicavit, ut sententiam super Decanatu Claremon. Ecclesiæ pro eo latam, quæ jam fuerat in parte executioni mandata, faceremus in totum executioni mandari. Cùm autem procuratores Capituli Claremon. in nostra præsentia proposuerint, sententiam illam contra justitiam, & post appellationem ad nos interpositam, promulgatam: [*& infrà.*] ¶ Et idem Archidiaconus ipsos tanquam procuratores admittere noluerit, vel dictis eorum aliquatenùs respondere: P. Subdiacon. noster se ipsi opposuit ex adverso, asserens se canonicè in Decanum Claremon. electum, propter quod dictus Archid. in sua petitione non erat aliquatenùs audiendus, quia Decanatus ipse non ad illum, sed ad se potiùs pertinebat: [*& infrà.*] ¶ Cùm igitur super his aliquandiu disceptâssent, interlocuti fuimus, ut dictus P. si posset, incontinenti suam intentionem fundaret: qui cùm super hoc testes & instrumenta produxerit, interloquendo pronunciavimus, quòd sua intererat, ut se posset opponere Archid. memorato. Lite igitur inter eos, tam super electione, quàm super sententia contestatâ, quæsitum fuit ab ipso Archid. utrùm attestationes priùs exhibitas in articulo supradicto in hoc judicio vellet admittere: qui respondit quòd vellet, dummodò posset objicere tam in personas testium, quàm in dicta. Quo audito pars adversa respondit, quòd attestationibus illis in hoc judicio uti nolebat: cùm non super principali negotio, sed super articulo incidenti fuissent lite non contestatâ receptæ: unde super toto negotio alios volebat testes producere vel eosdem. Pars autem respondit adversa, quòd cùm testes illi, tam super sententia, quàm super electione dixissent, & eorum attestationes fuissent in judicio publicatæ: non licebat eidem (postquam testificata didicerat) super eisdem articulis alios testes producere, præsertim cùm in hoc judicio attestationibus illis usus fuisset Subdiacon. prælibatus. Nos igitur justitiâ pronunciavimus exigente, quòd testes essent recipiendi super toto negotio, quos utraque pars duceret producendos. Quocirca mandamus, quatenus receptis testibus, & rationibus partium intellectis, causam ipsam tam super principali *a*, quàm etiam incidenti, fine canonico terminetis. Quia verò, quæ in Capitulo aguntur, non facilè possunt, nisi per Canonicos ipsos probari: volumus, ut ad cautelam absolvatis eosdem, ut vocati ad testimonium liberè valeant pro utraque parte testari. *b*

CAP. XXXIX.

¶ Religiosi etiam ad testificandum non admittuntur absque juramento, nisi à partibus remittatur.

Idem *Bisuntino Archiepiscopo.*

TUis *c* quæstionibus: [*& infrà.*] ¶ Monachi verò de suis fratribus ac Conversis, testes in causis propriis producere absque juramenti exhibitione non possunt: nisi fortè à parte remittatur adversa.

CAP. XL.

¶ Delegatus necessarius in testem removetur à judicando, & alius subrogatur.

Idem *Attrebaten. Episc. & d Dedimunen. & Ursicampi Abbatibus.*

DIlecto filio Arienen. *e* Præposito nobis *f* innotuit exponente, quòd cùm causam, quæ inter ipsum & Comitissam Flandrensem super donatione quæ Prabendarum Sacerdotalium agitatur, vobis, Episcope, & Abbas Dedimunen. & Attrebaten. Decano duxerimus committendam: idem Præpositus citra litis contestationem proposuit, quòd testimonium Decani sibi necessarium erat in causa prædicta, cùm de jure suo non nisi per ipsum & alium unicum tantùm testem, facere fidem

a *Cap. 10. eod. tit. in 3. compil. Ideò verò tam diligens cura in examinandis testib. est adhibenda per judicem, ne mendacium dicant, facit Deuter. cap. 19 Eleuther. Papa in c. judicantem. 30. q. 5. Videtur Simancam cath. Inst. tit. 64. num. 10.* b *al. Novem sint.* c *Cit. eod. tit. in 3. compil. Vid. Petr. de Bonitendu, decis. 14.*

a *In C. Barb. negotio, quam super etiam.* b *al. testificari.* c *C. 12. eod. tit. in 3. comp. vid. hic Guid. Pap.* d *De Dun.* e *Ameyf.* f *C. 13. eod. tit. in 3. comp. vid. Guid. Pap. hic.*

posset: unde postulavit, ut in causa ipsa eo procederetur excluso, vel supersederetur negotio, quousque substitueremus alium loco ejus: vos autem petitionem ejus admittere recusastis, quinimò post appellationem à Præbendarum ipsarum donatione suspendistis eundem. Ne igitur ob testis defectum ejus justitia valeat deperire, te Abbas Urscampi loco ipsius duximus subrogandum *a*: mandantes, quatenus si est ita (suspensione Præpositi relaxatâ) in causa juxta prioris mandati tenorem, ratione prævià procedatis.

CAP. XLI.

¶ Ne probationis copia pereat, citato adversario recipiuntur & publicantur testes, quos reus induxit.

Idem *judici Sabinen.*

Significavit *b* nobis Presbyter sancti N. Sabinen. diœcesis, quòd fundatores ejusdem Ecclesiæ liberam eam esse volentes, fundationis tempore se in ea nihil juris retinere dixerunt: unde timens, ne processu temporis, probationis copia valeat deperire, provideri super hoc idem Presbyter postulavit. Quocirca mandamus, quatenus testes idoneos, quos ipse *c* super hoc duxerit producendos, examines diligenter, & eorum dicta in publica redigi facias monumenta, denunciando *d* fundatoribus antedictis vel eorum hæredibus, ut receptioni testium, si velint, interfint: & super denunciatione sic facta, confici facias publicum instrumentum.

CAP. XLII.

¶ Si materia antiqui capituli repetitur aliquo addito, quod subjicitur necessitati probandi, possunt testes etiam antiquis publicatis attestationibus produci.

Idem *Episc. & Archidiacono Beneven.* e

Cum causa *f*, quæ inter Oeconomum monasterii sancti M. de Monte: [*& infrà.*] ¶ Cùm igitur Abbas & fratres ejusdem loci probare intendant, quanti precii venditionis tempore possessiones prædictæ fuêre: mandamus, quatenus recipiatis testes, quos alterutra partium super hoc duxerit producendos. [*& infrà.*] ¶ Si verò pars monasterii ad hunc articulum eosdem testes produxerit, quos ad alium probandum produxit, vos nihilominùs eos recipere procureris: quoniam aliud est probâsse deceptionis excessum, & aliud probare quantitatem valoris.

CAP. XLIII.

¶ Recipiuntur & publicantur testes, qui interfuerunt sententiæ, ubi per scripturam ille sententia non apparet.

Idem.

Albericus miles *g* nobis insinuare curavit, quòd cùm olim inter ipsum, & C. mulierem Ravennaten. coram Capitulo Ravennaten. matrimonii quæstio verteretur, tandem lata fuit divortii sententia inter eos: postea verò dictus miles timens sibi & filiis, quos de legitima uxore suscepit, ex eò posse prajudicium generari, quòd in scriptis redacta non fuit sententia memorata, supplicavit ut testes, qui sententiæ interfuêre prædictæ, recipi faceremus. Ideoque mandamus, quatenus testes cureris recipere antedictos, depositiones ipsorum in scripturam publicam redigi facientes.

CAP. XLIV.

¶ Publicatis attestationibus possunt produci testes super eodem articulo, vel contrario, qui prius fuerunt producti in judicio summario, seu extra judicium, h.d. secundùm notabiliorem intellectum, non ponendo aliquam specialitatem in causa matrimoniali. Et tunc expone textum in fin. ibi, in hoc casu: scilicet cum testes aliàs producti reproducuntur. Pavern.

Idem *Belvacensi Episcopo.*

Cum in tua diœcesi *a*: [*& infrà.*] ¶ Utrùm autem, si accusatore idoneo comparente, per tres vel quatuor testes inter jam conjunctos parentela probaretur, per depositiones eorundem posteriorum testium derogetur fidei undecim vel duodecim propinquorum, qui antiquiores tempore, ac præstantiores meritis ante contractum matrimonium in contrarium juraverant *b*, distinguendo personas & gradus, à quibus directè hi, de quorum copula agitur, descenderunt, an primi posterioribus præferantur, non immeritò quæri posset. Quanquam autem ad aliud & ob aliud juraverint, tam illi, quàm isti: tamen si in secundo judicio priores personæ juratæ deponerent illa eadem, quæ primò dixerunt, absque dubio eorum testimonia prævalerent, nec eo possent prætextu repelli, quòd partes testificata didicerant, cùm talia exceptio locum non habeat in hoc casu.

CAP. XLV.

¶ Excommunicari possunt, qui partem impedint in testibus producendis. Et denunciandi sunt testes non teneri juramento, de veritate non dicenda. Et si consanguinei impedunt testes alioquin de veritate non dicenda, puniatur reus, de cujus voluntate hoc fieri præsumitur.

Idem.

I. Constitutis *c* in præsentia nostra Archiepiscopo & M. Canonico Surrentian. dum ipse illum de simoniæ crimine desereret: [*& infrà.*] ¶ Cæterùm quoniam à principio protestatus est præfatus M. ipsius Archiepiscopi consanguineos multa impedimenta per suam potentiam præstitisse, quò minùs probationum copiam in nostra præsentia secum haberet, cùm quosdam induxerit ad jurandum, ne adversùs Archiepiscopum aliquid dicerent, & alios minis & terroribus à testimonio perhibendo arcere nitantur: nos ex officio nostro super hoc providere volentes, mandamus, ut generalem feras excommunicationis sententiam *d* in omnes, qui impedimentum aliquod ipsi M. præstare præsumpserint in testibus producendis. Illos autem, quos (ut dictum est) juràsse constiterit, quòd contra Archiepiscopum nihil dicerent, denuncies juramento hujusmodi non teneri. Si quis autem de consanguineis dicti *e* Archiepiscopi aliquem de testibus præsumpserit impedire (quia verisimile non videtur, ut eo invito talia fierent), & ob hoc non caret scrupulo societatis occultæ, eò quòd si voluerit, poterit prohibere: cùm secundùm legitimas sanctiones iniquam ostendant *f* se causam fovere, & experiri debeat judicis auctoritatem elusam, qui defensionis copiam subtrahit adversario: eundem Archiepiscopum ab officio Pontificali suspendas, & facias manere suspensum, donec illum fecerit à tali præsumptione cessare.

CAP. XLVI.

¶ Qui testificata non didicit, nec renunciavit testibus producendis, super antiquis articulis seu capitulis, testes etiam aliàs productos producere potest.

Idem *Magdeburgen.* g *Archiepisc. & Præposit. Seburgen.*

II. Constitutis in præsentia *h* nostra Procuratore Asororis nobilis viri Marchionis Misnen. *i* & nuncio illustris Principis Bohemorum: [*& infrà.*] ¶ Pragen. Episcopus ad petitionem ejusdem Principis, ipsâ volen-

a *Vid. l. litteras per Cyn. & Bart. C. de præsumpt.* b *Cap. 14. eod. tit. in 3. exemp. Vid. Bart. in auth. sed & si quis. C. de testib. & Guid. Pap.* c *In C. Barb. quæ super hoc idem Presbyter duxerit præsentandos.* d *Vid. Lambertin. de jure patron. art. 4. q. 2. princ. 1. part. 2. libr.* e *al. Urbenen.* f *Cap. 2. tit. de empt. in 3. exemp. Vid. Guid. Pap.* g *Cap. 2. eod. tit. in 4. compil.*

a *Cap. 3. eod. tit. in 4. exemp. Vid. Guid. Pap.* b *juraverant.* c *Cap. 4. eod. tit. in 4. compil.* d *Per excommunicationis sententiam dubitantib. succurritur, concor. quod not. Bart. in l. quidam consulebant. ff. de re judic.* e *vox, dicti, deest.* f *offendat.* g *al. Magdeburgen. Archiepisc. & Præposito Sebingenam.* h *Cap. eod. tit. in 4. exemp. Vid. Guid. Pap.* i *Misnen.*

te ad ipsum accedere, ut suas coram eo proponeret actiones, sed à satellitibus ejusdem prohibita, qui ei bis vel tertio prohibuerunt ingressum, post appellationem ad nos interpositam divortii sententiam promulgavit: à qua ipsa fecit ad nostram præsentiam provocari: [& infra.] ¶ Mandamus, quatenus partibus ad locum idoneum convocatis, recipiatis testes, quos vel nobilis ipsa pro se, vel Princeps pro parte sua (cùm nondum testificata dicerint) super processu Pragen. Episcopi, vel posteriorum judicum duxerint producendos, & nobilis ipsa pro se a, vel testes, quos priùs induxit, vel alios si voluerit inducere non vetetur, cùm non renunciaverit testibus producendis.

[1 *Dil. fil n. P. S. Marcelli Presbyterum Cardinalem constituimus auditorem, coram quo proposuit Procurator nobilis memoratæ, quòd cùm olim eâ significante ad nostram audientiam pervenisset, quòd prædictus Princeps eam duxisset legitimè in uxorem, & xxv. annis & amplius velut conjugem legitimè pertractâsset, & filiis & filiabus suscepit ex ea.*]

CAP. XLVII.

¶ *Ponit Concilium duodecim, sine quibus ad probandam consanguinitatem in causa matrimoniali, non valet testimonium de auditu. h. d. summando generaliter.*

Idem *in Concilio generali.* b

II. Licèt c ex quadam necessitate præter communem formam olim fuerit institutum, in consanguinitatis & affinitatis gradibus computandis valere testimonium de auditu, cùm propter brevem hominum vitam testes de visu deponere non valerent, usque ad gradum septimum computando: quia tamen pluribus exemplis & certis experimentis didicimus, ex hoc multa pericula contra legitima provenisse conjugia: statuimus, ne super hoc recipiantur de cætero testes de auditu d, cùm jam quartum gradum prohibitio non excedat. Nisi fortè e personæ graves extiterint, quibus fides sit meritò adhibenda, & ante litem motam testificata didicerint ab antiquioribus quidem suis, non utique ab uno, cùm non sufficeret ille, si viveret, sed duobus ad minus: nec ab infamibus & suspectis, sed à fide dignis & omni exceptione majoribus: cùm satis videretur absurdum illos admitti, quorum repellerentur auctores. Nec tamen si unus à pluribus, vel infames ab hominibus bonæ famæ acceperint, quod testantur, tanquam plures & idonei testes debent admitti, cùm secundùm ordinem solitum judiciorum non sufficiat unius testis assertio, etiam si præsidiali refulgeat dignitate, & actus legitimi sint infamibus interdicti. Testes autem hujusmodi proprio juramento firmantes, quòd ad ferendum testimonium in causâ ipsa odio, amore, timore, vel commodo non procedant, personas expressis nominibus, vel demonstratione, vel circumlocutione sufficienti designent, & ab utroque latere singulos gradus claræ computatione distinguant: & in suo nihilominùs juramento concludant, se accepisse à suis majoribus quod deponunt, & credere ita esse. Sed nec tales sufficiant, nisi jurati deponant se vidisse personas, vel in uno prædictorum graduum constitutas pro consanguineis se habere: tolerabilius est enim, aliquos contra statuta hominum dimittere copulatos, quàm conjunctos legitimè contra statuta Domini separare.

CAP. XLVIII.

¶ *Potest publicationem ad petitionem producentis, interrogari non debent testes, nisi quando dolo, vel negligentiâ examinatorum super omnibus capitulis interrogati non fuerunt.*

Honorius III. *Præposito Molesis Firman. diœcesis.*

PEt tuas nobis literas a intimâsti, quòd cùm causa, quæ super quibusdam terris vertitur inter Canonicos sancti b Petri ex una parte, & G. sancti Simonis ex altera, tibi fuisset ab Apostolica sede commissa, dictus G. tribus mensibus post testium publicationem elapsis, testes suos interrogari postulat iteratos: [1 & 2.] ¶ Noe igitur respondemus, illum non esse super hoc de cætero audiendum, nisi forsan à principio illos interrogari super certis capitulis postulâsset, idque malitiosè, vel negligenter fuerit prætermissum.

[1 *Super quo quid agere debeas, Apost. responso desideras edoceri.*]

CAP. XLIX.

¶ *Testes probatorios & reprobatorios probatoriorum reprobare licet: sed reprobatorios reprobatoriorum non licet.*

Idem *Vall. Oleti & Sacramenia Abbatibus, Palentin & Segobiens. diœcesf.*

III. Licèt c dilectus f. n. L. tituli sanctæ Crucis Presbyter Cardinalis, quem procuratoribus Burgen. Episcopi, & Clericorum sanctæ Mariæ de Castro Soret. dedimus auditorem, ea, quæ procuratores ipsi proponere voluerunt, audierit diligenter: quia tamen procurator dicti Episcopi contra personas testium productorum in principali adhuc se velle dicere d proponebat: [1 & 2.] ¶ Mandamus, quatenus recipiatis testes, quos contra personas productorum super principali negotio partes dixerint producendos: quos si rursùs pars altera vel utraque voluerit reprobare, contra illos probationes admittere procuretis, ita quòd ultrà non liceat partibus ad reprobationem testium aspirare: ne, si producendi quartos contra tertios, & sic deinceps, partibus licentia tribuatur, negotium diutiùs protelari contingat.

[1 *Et protestans nihilominùs attestationes alterius partis, quæ vacante sede Burgensi dicuntur receptæ fuisse, certis de causis nullius esse momenti, causa ipsa per nos non potuit terminari, licet pars altera sententiam cum instantia postularet. Illam igitur ad vos de consensu partium remittentes, &c.*]

CAP. L.

¶ *Attestationes receptæ per arbitrum, fidem faciunt in judicio, si testes mortui sunt: si vivunt, est in optione illius, contra quem testes producti sunt, an velit attestationes recipere, an testes de novo deponere. Et adde, etiam si attestationes publicatæ sunt. & hoc ultimum non est in l. fin. C. eod. ubi ponitur casus hujus decret.*

Idem *Præposito & magistro G. & R. Laudun.* e *Canonicis.*

PRæsemata f nobis Suession. Archidiac. petitio continebat, quòd cùm inter quondam R. prædecessorem suum ex una parte, & Capitulum sancti Petri Suession. ex altera, super jurisdictione, quam idem Archidiaconus se in dicta Ecclesia ratione Archidiaconatûs proponebat habere, quæstio verteretur, tandem Cancellarium Parisien. & magistros R. Remen. & P. Briton. Canonicos g super hoc arbitros elegerunt: qui cùm suscepto arbitrio adeò in negotio processissent, quòd productis testibus, & depositionibus publicatis, receptisque allegationibus utrorum 3, & actis omnibus redactis in scriptis, sigillorum suorum impressione signatis, arbitrium proferre deberent, unus ipsorum viam universæ carnis ingressus, & alius h in Archiepiscopum Ebredunen. i as-

a *Hæc duo verba, pro se, desunt in antiq. exemplar.* b *Lateranen. sub Innoc. III. c. 52.* c *Cap. 6. eod. tit. in 4. compil. & declara hanc constitutionem, ut per Dominicum, in can. presbyt. dist. 35. vid. Guid. Pap.* d *Vid. l. ad testium. C. eodem. l. in summa. ff. de aqu. pluv. arc.* e *Dictio, forte, deest in Concil. habetur tamen in Greg. compil.*

a *Vid. Paul. de Castr. cons. 369. in cap. in casu de quo quæritur. & Joan. Andr. in cap. cum causam quæ inter. supr. eod. quem sequitur Alex. cons. 104. in c. circa primum. vol. 5.* b *Dictio, sancti, deest in omnibus manuscr.* c *In hac decret. habeat locum in causarum materia, vid. per Butrium, in c. veniens, 2. sup. eod.* d *producere. alii. proponere.* e *al. London.* f *Vid. Innoc. in c. ex parte. sup. de arbit.* g *Clericos, in antiquis cod.* h *alter.* i *Ebrudun. al. Ebredun.*

sumptus, qui distat per duodecim dietas & ampliùs ab eisdem. Unde cùm prædicto R. solo, minimè arbitrari valente, videatur arbitrium expirâsse: Discret. vestræ mandamus, quatenus causam juxta hujusmodi acta fine debito terminetis: optione Capitulo reservatâ, ut vel recipiant depositiones eorum, qui supersunt productorum testium contra eos, vel eas respuentes consentiant, ut iidem testes admittantur iterùm, salvo jure quod in utroque casu eidem Capitulo competit, tam in personas testium, quàm in dicta.

CAP. LI.

¶ *Non creditur testi etiam religioso, qui sine juramento deponit.*

Idem *Pomen. Episcopo.* a

NUper nobis *b* A. Presbytero supplicante innotuit, ut cùm ipse ordinem fratrum Minorum causâ probationis *infrà annum* intrâsset, Custos ad probandum, quòd idem Presbyter professionem fecisset, quosdam ordinis sui testes induxit, qui deposuerunt super hoc (contradicente dicto Presbytero) non jurari: [1 *& infrà.*] ¶ Respondemus, quòd nullius testimonio quantumcunque religiosus existat (nisi juratus deposuerit) in alterius præjudicium debet credi.

[1 *Unde prafatus Presbyter asserebat eorum testimonium nullum esse, pradicto replicante contrà, quòd secundum suas ordinis regulam jurare non poterant, nec debebant, sed eorum verbis simplicibus in hujusmodi standum erat: quare nobis humiliter supplicâsti, ut quid agendum sit tibi, te redderemus nostris literis certiorem. Nos igitur tuæ f. breviter.*]

CAP. LII.

¶ *Diligenter & sigillatim examinandi sunt testes: supple, etiamsi agitur de vita & miraculis alicujus canonizandi. Abbas.*

Idem *Coruseten.* c *& Trecoren. Episcopis.*

VEnerabili fratri nostro *d* Episcopo & Capitulo Corisopiten. ac universis Abbatibus apud Cistercien. *e* in generali Capitulo congregatis: [1 *& infrà*] ¶ Discret. vestræ mandamus, quatenus testes, quos Abbas & Monachi S. Martini *f* Cistercienf. ordinis super vita & miraculis piæ memoriæ M. Abbatis monasterii supradicti duxerint producendos, examinare sigillatim curetis, cum ea diligentia, quæ solet & debet in *g* receptione testium adhiberi.

[1 *Multisq; Episcopis aliis & religiosis, unà cum Abbate & Conventu S. Mauritii monasterii Cistercienf. ordinis Crisopon. diœcesis olim nobis insinuantibus, piæ mem. Mauritium Abbatem prafati monasterii divino munere claris coruscantem miraculis, adeò ut monasterium ipsum quadam usurpatione usitâ, seu potius quadam anticipatione futuri votum ab ejus nomine sortiatur, & humiliter supplicantibus, ut ipsum annumerari sanctorum catalogo faceremus, ut quòd populus devotâ præsumptione, ut sic dixerimus, nunc usurpat, seu etiam divino instinctu anticipat, illum appellando sanctum, & absq; mult. Apostol. sed. veneranda, vitè tandem justione Apostolicâ faciat, ad gloriam Christi & nominis Christiani, vos eorum devotis precibus, in quantum decuit, annuentes, Ven. fr. n. Episcopo Leon. & dil. fil. Abbati S. Lupi Crisopon. diœcesf. dedimus in mandatis, ut inquirerent super pradicti viri vita & miraculis diligentissimè veritatem, & eam nobis fideliter intimarent, ut eâ plenius compertâ, pro supplicantium desiderio plenius annuere valeremus. Idem Episcopus & Abbas quandâ nobis paginam transmiserunt, propriorum sigillorum appositione munitam, in qua multa quidem & magna miracula continentur facta, ut dicitur à Domino, meritis dicti viri, quâ licèt probatâ per testes juratos & nominatos in ipsa pagina minuantur, non tamen apparet per paginam sapedictam, quod ipsis testes examinaverunt sigillatim, & quòd eos super his, de qualous sunt testificati, ac circumstantiis, eum ea interrogaverunt diligentia, qua solet & debet in testium receptione adhiberi. Unde licèt humana devotio prompto debeat affectu honorare, quos dignatio divina benignitatis honorat, tutius tamen esse censemus hoc differre negotium, quàm in re sententiam minus considerate proferre. Nolentes autem deesse superna gratia muneri, sed adesse.*]

CAP. LIII.

¶ *Iterùm examinandus est testis, qui obscurè deposuit: supplatu, ex judicis officio.*

Gregorius IX.

CUm clamor *a* validus contra Acherontinen. Archiepiscopum super simonia & aliis criminibus ascendisset, Melfiten. & Ruben. Episcopis dedimus in mandatis, ut super his diligenter veritatem inquirerent: [*& infrà.*] ¶ Verùm quia apertis attestationibus L. & G. super simonia ita deposuêre confusè, quòd ex dictis eorum non potest veritas declarari: Mandamus, quatenus examinetis eos iterùm diligenter, & tam eorum, quàm aliorum, quos receperitis testificata, sub sigillis vestris nobis fideliter referatis.

CAP. LIV.

¶ *Perseverans in crimine, etiam in civili repellitur à testimonio: emendatus verò, non infamis, admittitur in civili, & etiam criminali mota civiliter: fallit in perjurio, qui in criminali repellitur.*

Idem.

TEstimonium *b* ejus, cui ab adversa parte opponitur crimen, meritò reprobatur in criminali causa, sive civili, si in ipso crimine perseveret. Si verò sit de crimine emendatus, & eum non comitetur infamia, non est in causa civili, vel etiam cum de crimine civiliter agitur (præterquam pro reatu perjurii) repellendus. In criminali autem, si in alio judicio institutâ accusatione contra ipsum, de crimine convictus extitit, vel confessus: vel si nunc per exceptionem exinde convincatur, aut gravata sit ejus opinio, pro eo quòd quandoque fuit tali modo repulsus, quamvis in hoc casu non excluderetur in causa civili: potest à testimonio (licèt egerit pœnitentiam) removeri.

CAP. LV.

¶ *Quarta productio non est danda sine solemnitate legali, de qua hic.*

Idem.

ULtra tertiam productionem non debent testes ulteriùs produci in causa: *c* Nisi præstito ab eo, qui hoc postulat, juramento, quòd neque per se, neque per alium testificata subtraxerit, vel fuerit petunctatus: nec per dolum, aut artem aliquam quartam productionem exposcat: sed quia quos desiderat de novo producere, priùs habere nequivit.

CAP. LVI.

¶ *Accusatus criminaliter non admittitur in testem contra alium in causa criminali, sùb accusatione pendente: nisi in exceptis criminibus.*

Idem.

NOn debet *d* quis in criminibus (nisi forsan in exceptis) ad testificandum admitti, pendente accusatione de crimine contra ipsum: cùm etiam accusati (nisi priùs se probaverint innocentes) ab accusatione ac susceptione ordinum repellantur.

a *Murien. al Penn.* b *Vid. Guid. Pap. & de materia, quòd non credatur testi nisi jurato, vid. Felinum in c. literis. De probat. & Dec. cons. 91. & cons. 120.* c *Crisopon. al. Corisopitun.* d *Vid. Cass. in Catal. glor. mund. p. 3. cons. 49. 49. & 50.* e *Cistercium.* f *In C. Bar. Monachi monasterii S. Maur. Cisterc. &c.* g *receptionibus.*

a *Vid. Archid. in c. ut officium. 4 verum. De haret. lib. 6. & Eymer. in direct. Inquisitor. part 3. quast. 62 & qua ibi dicta l. 3. advocat. schol. 119.* b *Vid. Alb. tract. de statutis. part. 4. quast. 71. & 72. & plenè per Archid. in c. parvuli. 22. q. 5. Hùc refer Barch. l. 1. decr. c. 164.* c *Vid. auth. qui semel. C. de probat.* d *Vid. Barch. lib. 1. decr. c. 164.*

DE

DE TESTIBUS COGENDIS, vel non.

TITULUS XXI.

CAP. I.

¶ *In causa civili monendi & inducendi testes sunt ad testificandum: & si se subtrahant odio, gratiâ, &c. compelluntur.*

Alexander III. *Papien. electo.*

CAusam *a* matrimonii, quæ inter M. mulierem & filium R. vertitur, commisimus judicibus terminandam. Ideoque mandamus, quatenus testes ab alterutra partium in suæ assertionis testimonium invocatos, ne veritatem occultent, diligentiùs moneas & inducas. Si autem odio, vel gratiâ, vel timore se subtrahant, eos ad ferendum testimonium coram præfatis judicibus, vel eorum *b* nuncio, quem ad hoc miserint, Ecclesiasticâ districtione compellas.

CAP. II.

¶ *Ubi testimonium est necessarium, compellendi sunt testes ad illud ferendum, etiam per suspensionis, excommunicationis & depositionis sententiam.*

Idem *Presbyteris Pontiæ.*

CUm super causâ *c*, quæ vertitur inter Prænestinen. Episcopum & Subl. Abbatem, sit testimonium vestrum necessarium: mandamus, quatenus perhibituri testimonium veritati, Apostolico vos conspectui præsentetis. Si verò non veneritis, sciatis vos ab officio & beneficio Ecclesiastico Apostolicâ auctoritate suspensos. Et si nec sic veneritis, excommunicationis sententiam & depositionis poteritis formidare.

CAP. III.

¶ *Testis qui timore adversæ partis se subtrahit, testificari compellitur: adde etiam in criminali, secundum communem intellectum: & sic aliquid additur ad c. 1. sup. eod. & c. dilectorii. infr. eod.*

Idem *Genuensi* d *Archiepiscopo.*

SUper *e* eo: [*1 & infrà.*] ¶ Consul. t. t. respond. quod si factum est notorium, non eget testium depositionibus declarari, cùm talia probationem vel ordinem judiciarium non requirant. Verùm si non est notorium, & is, qui convenitur, factum negaverit, testes, qui interfuerunt facto, monendi sunt, non cogendi ad ferendum testimonium veritati. Nisi fortè timore adversæ partis constiterit judici, eos à ferendo testimonio revocari: Licèt ad hoc passim possint *f* de juris humani rigore compelli.

[*1 Quod certificari desideras, an cùm aliquis de aliquo facto manifesto ante judicem convenitur, hi qui facto interfuerint, cogendi sint ad ferendum testimonium veritati.*]

CAP. IV.

¶ *Compelluntur testes etiam in criminali, quos accusatus maliciosè accusatori subtraxit, hoc dicit secundum verum & communem intellectum. Abbas.*

Idem.

I. PErvenit ad audientiam *g* nostram, quòd cùm I. Prior sancti Laurentii coram te fuisset de simoniæ & adulterii crimine accusatus, quendam, qui contra eum ducendus erat in testimonium, juramento adstrinxit, ut non deponeret contra ipsum: [*& infrà.*] ¶ Nos igitur attendentes, quòd nemo debet adversario instrumenta (quorum appellatione testes continentur) subtrahere: & quòd tam ille, qui surripit instrumenta, quàm qui adversario parem *h* advocationis copiam subtrahit, iniquam ostendit à se litem foveri, & expediri debet in se judicis auctoritatem elusam: respondemus, ad detegendum tantæ fraudis & calliditatis commentum, ipsum testem meritò esse compellendum.

CAP. V.

¶ *Si res aliter probari non potest, etiam in causa criminali compellendi sunt testes. h.d. secundum lecturam notabilem.*

Clemens III. *Segobiensi Episcopo.* a

II. PErvenit *b* ad nos, quod cùm à Laicis enormis & intolerabilis injuria Clerico multis adstantibus & videntibus inferatur, injuriantes in causam tracti negant se tantum facinus commisisse: & cùm læsus eorum testimonio, qui præsentes extiterant, hoc probare desideret, illi nolunt veritati testimonium perhibere: [*1 & infrà.*] ¶ Consul. t. t. r. quòd hi, qui de rebus Ecclesiasticis testificari recusant, si aliter veritas nequiverit elici, ad illud sunt per censuram Ecclesiasticam compellendi.

[*1 Secq. sit, ut Ecclesiastica justitia depereat, & Clericalis ordo vilescat. Quæ verò super his tua nos duxerit f. consulendos.*]

CAP. VI.

¶ *Super consanguinitate probanda cogendi sunt testes. Ita communiter summatur. Sed Panorm. non placet hoc summarium, & ideò summat sicut c. 1. supra eod.*

Idem.

CÆterùm, quòd super *c* consanguinitate cogendus sit testis perhibere testimonium veritati, non dubitatur à nobis, cùm id tam jus scriptum approbet, quàm consuetudo actibus utentium approbata *d*, si ipsum constiterit odio, vel gratiâ, veritatem supprimere, aut timore.

CAP. VII.

¶ *Testis synodalis, qui coram ordinario super matrimonio deposuit, non compellitur jurare super eo coram delegato. hoc primò. Propter supervenientem infamiam, à testimonio repellitur. hoc secundò. Potest tamen si erravit, in continenti, non ex intervallo, dictum suum corrigere. hoc tertiò.*

Cœlestinus III.

PRæterea si testes *e* publici, quos tua civitas nuncupat synodales, super causa matrimonii coram te, vel tuo Capitulo semel testimonium reddiderint, non debent compelli, ut in præsentia alicujus delegati judicis super eadem causa iteratò præbeant juramentum, dummodò aliter fiat fides judici delegato: nisi fortè articulus novæ quæstionis emergat. Hujusmodi *f* verò testes publico jure possunt propter infamiam à perhibendo testimonio removeri, si eam postquam in communi recepti fuerant, contigerit contraxisse. Quorum testimonia, si quandoque non studiosè, sed in proferendo erraverint, & se in continenti correxerint, reprobari non debent: secùs autem erit, si correctioni suæ interposuerint intervallum.

CAP. VIII.

¶ *Cum de fama vel vitis falsitatis inquiritur, cogendi sunt testes, hoc dicit, secundum Ioan. Andr. sed secundum Panorm. nimis restringit textum.*

Innocentius III. *Priori sancti Fridiani, & Magistro P. Canonico Pisano.*

SUper his *g*: [*& infrà.*] ¶ Cæterùm volumus & mandamus, ut super inquisitionis articulis, tam de fama electi, quàm literis contra eum sub nomine longè majoris & sanioris partis Capituli destinatis, cogatis testes, qui nominati fuerint, perhibere testimonium veritati.

---

a *Cap. 2. eod. tit. in 1. compil. Vid. Guid. Pap. hic.* b *Dilecto, errum, deest in vetust.* c *Cap. 3. eod. tit. in 1. compil. & post Concil. Lateran. sub Alex. III. part. 1. c. 1.* d *al. Ianuens. alist. Ian. Epist.* e *Cap. 4. eod. titul. in 1. compil. & cap. 7. part. 1. post Concil. Later. sub Alex. III.* f *Dilecto, de, deest in vetustioribus.* g *Cap. 1. de præsumpt. in 2. compilat.* h *parem advocationis seu defensionis copiam. al. partem.*

a *Sebuin. al. Gebuien.* b *Cap. 1. eod. titul. in 2. compilation. Vid. Iul. Clar. in pract. crimin. §. Imp. quæstion. 24.* c *Cap. 2. eod. titul. in 2. compil.* d *Vid. text. in l. 3. & ibi Cyn. C. quæ sit long. consuetud.* e *Cap. 3. eod. titul. in 2. compilat.* f *Hujusmodi verò testes publici, jure possunt, &c. & in paucis habetur ut in textu.* g *Cap. 3. titul. de accusat. in 3. compilat. Adde hic Guid. Papa.*

CAP. IX.

¶ *Testes, qui se subtrahunt, etiam in criminalibus cogendi sunt.*

Idem *Archidiacono Mediolanensi.*

CUm contra magistrum R. super eo, quod dicitur à se de Apostol. falsas literas reportâsse, ac per se vel per Procuratorem fuisse usum eisdem, tibi direxerimus scripta nostra: postulâsti per sedis Apostol. oraculum edoceri, utrùm super præfato vitio falsitatis testes compellere debeas nominatos. Nos igitur *a* respondemus, quòd testes prædicti, si se gratiâ, odio, vel timore subtraxerint, per cens. Eccl. debes appell. remotâ, compellere veritati testimonium perhibere *b*.

CAP. X.

¶ *Non summatur propter varietatem lecturarum, nec etiam dividatur.*

Honorius III. *Abbati S. Eugenii, & magistro G. Canonico Senen.*

DIlectorum filiorum Vulterani Capituli ex parte una, & Episcopi Vulterani ex altera, procuratoribus in nostra præsentia constitutis: [1 *& infrà.*] ¶ Testes qui fuerint nominati, præterquam super criminibus (si se gratiâ, odio, vel timore subtraxerint) per censuram Ecclesiasticam cogatis veritati testimonium perhibere.

[1 *Dil. fil. tit. SS. Cosmæ & Damiani Diac. Card. concessimus auditorem, coram quo cum per conventionis & reconventionis modum super diversis capitulis, qua sub bulla nostra vobis transmissimus intercluſa, lis fuerit legitimè contestata, &c.*] *sic absolutum.*

CAP. XI.

¶ *Ad detegendam veritatem conjurationis, cogantur socii, etiam jurati.*

Idem *Episcopo Bonon. & magistro B.* c

VEnerabilis frater noster Archiepiscopus Ravennaten. proposuit, quòd cives Cervicen. *d* cum M. & I. *e* quondam Clericis Ecclesiæ Raven. quandam præsumpserunt conjurationem facere contra eum, nihilominùs in detrimentum ejus dantes eis quandam pecuniæ quantitatem: & ad hæc celanda se adstringentes vinculo juramenti, unde humiliter supplicavit, ut cùm causam super his, & quibusdam articulis vobis duxerimus committendam, & ipse intentionem suam probare non possit, nisi testimonio civium prædictorum *f*, providere ei *g* (ne pro defectu testium pereat sua justitia) dignaremur. Ideoque mandamus, quatenus monitione præmissâ per censuram Eccles. appellat. remotâ cogatis illos, quos videritis compellendos, ut ab hujusmodi juramento absolvant, quos idem Archiepiscopus ad testimonium duxerit producendos: eos nihilominùs (si se gratiâ, vel odio, vel timore subtraxerint) districtione simili compellentes ad perhibendum testimonium veritati.

DE FIDE INSTRUMENTorum.

TITULUS XXII.

CAP. I.

¶ *Instrumenti exemplum non solenniter sumptum, fidem non facit absq; originali. h.d. secundùm ipsius mentem.*

Gregorius *ii.*

SI scripturam *i* authenticam non videmus, ad exemplaria nihil facere possumus.

CAP. II.

¶ *Corruit instrumentum, si testes inscripti decesserint, nisi sigillum habeat authenticum, vel à Notario sit confectum.*

Alexander III.

SCripta verò *a* authentica, si testes inscripti decesserint (nisi per manum publicam facta fuerint, ita quòd appareant publica, aut authenticum sigillum habuerint, per quod possint probari) non videntur nobis alicujus firmitatis robur habere.

CAP. III.

¶ *Rescriptum Apostolicum propter rasuram, in loco non suspecto, non censetur vitiosum. h.d. secundùm mentem.*

Idem.

EX literis vestris *b* accepimus, quòd cùm causa, quæ inter magistrum A. & R. super capella & Ambitoria *c* vertitur, de mandato nostro susceperitis terminandam, præfatus R. literarum sibi copiam fieri postulavit. Qui cùm eas argueret falsitatis, quia in narratione facti abrasæ sunt, ubi scriptum est, jura parochialia: [1 *& infrà.*] ¶ Dicimus, quòd propter abrasionem illam judicari falsæ non possunt, nec etiam haberi suspectæ, præsertim cùm & privilegia in possessionibus abradantur, & literæ in narratione facti (si erratum est) possint incunctanter abradi.

[1 *Nos autem inspicientes literas vestras.*]

CAP. IV.

¶ *Redarguenti privilegium de falso, judex faciat illud exhiberi coram judice & paucis, & in loco congruo & securo: & sorum stabitur sententiæ lata per illud.*

Idem *Eboracensi* d *Archiepiscopo.*

ACcepimus *e* literas, quas Abbas sancti Augustini contra Cantuarien. Archiepiscopum transmisit: [1 *& infrà.*] ¶ Cùm privilegia non inspecta non valeant arguì falsitatis, & difficile sit & *f* periculosum, ea apud sedem Apost. exhiberi: præcipimus, ut vel exhibeantur eidem Archiepiscopo in claustro prædictorum fratrum, vel in alio loco congruo & securo, usq; ad nativitatem proximam sancti Joannis Baptistæ. Si verò nec venerit, nec sufficientem responsalem miserit, ei perpetuum silentium imponatis ipsa ulteriùs arguendi. Interim autem nolumus illa privilegia vacillare: sed præcipimus sententiam, quæ eorum obtentu super statu monasterii lata est, inviolabiliter observari. [*& infrà.*] ¶ Jubemus etiam, ut Archiepiscopum in inspectione privilegiorum 12. hominum numero faciatis esse contentum.

[1 *Nos itaq; attendentes, tempus ad prosequendam appellationem præscriptum nullatenùs expectandum.*]

CAP. V.

¶ *Instrumentum vel privilegium, quo quis utitur coram judice, adversario integraliter legi non debet: sed solum illud capitulum, de quo agatur, edi debet.*

Cœlestinus III. *Abbati sancti* g *Secundi.*

COntingit interdum *h*, ut dicitis, quòd quandocunque cum aliquo litem habetis, privilegium vestrum adversæ parti cogimini plenius exhibere: unde accidit, quòd occasione unius capituli, super quo convenimini, plurima litigia suscitantur: [1 *& infrà.*] ¶ Consult. tuæ taliter respondemus, ut quandocunque super exhibendo privilegio, vel indulgentia, seu instrumento fueritis requisiti, præsente judice, aut aliquibus prudentibus viris deputatis ab ipso, audiente parte contrariâ tantummodò recitetur, ita quòd si super uno tantùm capitulo *i* quæstio fuerit, illud solummodò describatur, & adversæ parti copia ejus fiat.

[1 Et

a *Nos igitur taliter, &c.* b *Adde quòd de jure civili mulctantur cone. l. 1. ff. si quis jus dicen. non obtem.* c *in quibusdam am. B. Episcopo.* d *Carmen. alit. Cermen. alii. Tremen.* e *al. M. & L. f. l. fin. C. de heret. l. quotiens. ff. de quæstion. & l. cùm probatio. ff. de probat.* g *dicitur, ei, deest.* h *lib. 2. epist. 3. cap. 42. registri.* i *Cap. 3. eod. tit. in 1. compil.*

a *Cap. 2. eod. tit. in 1. compilat.* b *Cap. 1. eod. tit. in 1. compil.* c *Ambitiona. al. Alodon.* d *Male, Episcopo.* e *Cap. 2. eod. tit. in 2. compil. vid. Guid. Pap. hic.* f *etiam.* g *In Cod. Barb. Fremundi, & ejusdem conventui.* h *Cap. 3. eod. tit. in 3. compil. vid. Bart. & Bald. in l. fin. C. de prec. Imp. offer. Bart. & Angel. in l. fin. C. de bon. jud. auct. poss. Felin. in cap. 1. sup. de probat. Bald. & doct. in l. civile. ff. de legib.* i *al. articulo.*

[1 *Et si evidenter annulli nullarum cavillationum argumenta recipiant, quibus etiam pacem & tranquillitatem vestram impugnant. Quia verò interest nostra jurgiis finem imponere, & suscitata decidere.*]

CAP. VI.

¶ *Instrumentum publicâ manu non confectum, habens sigillum, cujus litera non sunt legibiles, vel scripturæ deletæ, vel enormem patitur falsuram, non probat, hoc dicit, prout magis facit ad titulum. Et est casus quotidianus & notabilis pro usu sigilli antiquis. Ponens.*

Innocentius III. *Mediolanensi Archiepiscopo.*

INter dilectos *a* filios G. Abbatem sancti Donati de Scozula, & B. Procuratorem tuum, super subjectis articulis, diu fuit in nostro auditorio litigatum. Petebat siquidem Abbas nomine monasterii sui à præfato Procuratore tuo, nomine Mediolanen. Ecclesiæ, restitui monasterio memorato, portum Scozulæ, cum honore, districtu & jurisdictione loci præfati, dicens ad monasterium hæc omnia pertinere, hoc ipsum dicens de hominibus, qui habitant in curte Berunen. *b* & tenent res monasterii in Gralia: de quibus monasterium obtinuerat in judicio possessorio per sententiam Episcopi Veronensis. Hæc omnia petebat cum omnibus fructibus inde perceptis: salvo in omnibus jure addendi vel diminuendi, fatagens comprobare omnia, quæ præmissa sunt, ad suum monasterium pertinere. Primò per privilegium Luitardi Comitis, quondam Episcopi Lucani *c*, qui monasterium ipsum fundaverat, & ei, quæ præmissa sunt, donaverat universa. Secundò per instrumentum sententiæ Asperti, quondam Mediolanens. Archiepiscopi, quam ex delegatione Ludovici *d* Imperatoris tulit super his, pro monasterio, contra A. præfati Luitardi nepotem, qui super his monasterium molestabat. Tertiò per privilegia Romanorum Imperatorum & præsertim Henrici, qui præmissa omnia monasterio confirmabat, vel etiam conferebat. Quartò per instrumenta locationum, quas fecerant diversis personis Abbates monasterii memorati. Testes quoque produxerat, per quos nitebatur probare, quòd monasterium à 60. annis & citra *e*, & à 40. annis & suprà possederat supradicta: & quòd fama publica erat, ea omnia præfato monasterio à jam dicto Luitardo fuisse donata. Sed contra privilegium donationis à Procuratore tuo multa fuerunt objecta. Primò, quia ibi maximè apparebat consumptum (videlicet in annotatione indictionis) ubi potuisset falsitas facilius deprehendi. Secundò, quia cùm charta vetustissima videretur, recentior apparebat scriptura, tanquam non illo tempore facta fuisset. Tertiò, quia falsum sigillum vitiosè videbatur appositum, eò quòd à media parte sigilli apparebat quædam imago, non cum mitra in capite, sed cum pileo: nec induta Pontificalibus, sed regalibus indumentis *f*; tenens in manu non baculum pastoralem, sed quasi sceptrum regale, cujus facies non apparebat integra, sed dimidia, tanquàm in illa medietate respiceret aliam mediam, quæ tamen tota vacua remanebat, sed quædam imago videbatur ex ea fuisse defecta: quia cera in ea parte, nec in colore, nec in planitie, reliquæ parti similis apparebat: unde non Episcopi, sed Imperatoris videbatur fuisse sigillum, quia *g* in una medietate Cæsaris imaginem exprimebat, & in altera medietate præsumebatur vel filii, vel conjugis imaginem habuisse: nam in ipso sigillo nullæ aliæ literæ apparebant, nisi quæ nomen proprium cum hac adjectione, Dei gratiâ, designabant. Sed cùm proprium nomen ipsius Episcopi fuerit Luitardus, in nomine proprio quod exprimebat sigillum, deletæ fuerant duæ literæ: secunda, quæ erat inter l. & t. & sexta quæ fuerat inter r. & u. ita, quòd si secunda o. & sexta fuisset i. proculdubiò non Luitardus, sed Lotharius legeretur: quod etiam inde convinci *a* poterat, quòd secundùm dispositionem aliarum literarum inter l. & t. non erat spatium, nisi quòd potuisset unam literam continere: cùm secundùm integritatem hujus nominis, Luitardus, inter l. & t. duæ literæ sint diversæ: præterea inter r. & u. tam modicum erat spatium, ut in eo nec hæc litera d. quæ majus occupat spatium, sed hæc litera i. quæ minimum occupat, videretur formata fuisse. Rursus cùm cera sigilli ab interiori parte vetustissima esset, cera quæ posita erat ab exteriori parte, quasi ad conservationem sigilli, recens erat & mollis. Quod cùm diligenter investigatum fuisset, certo certius est compertum, quòd sub vetusto sigillo charta fuerat perforata, & per glutinum novæ ceræ, quæ posita fuerat exteriùs, quasi ad conservationem sigilli, vitiosè fuit ipsi chartæ subjunctum. Eâdem falsitatis specie, per vitiosam videlicet appositionem sigilli, cætera ferè privilegia Romanorum Impp. præter privilegium Henrici, vel falsa reperta sunt, vel falsata. Sed & ipsum Henrici privilegium ad fidem instruendam non videbatur sufficere, quia nec erat publicâ manu confectum, nec sigillum habebat authenticum, eò quòd erat ex media ferè parte consumptum, nec plus de nomine proprio, nisi ultima medietas, videlicet, icus, nec de cæteris literis, nisi hæc adjectio, Dei gratiâ, apparebat, ita quòd ex literis ipsis non magis poterat comprobari fuisse sigillum Henrici, quam Ludovici. Instrumentum quoque sententiæ multis modis inveniebatur suspectum, tum quia in ipso quædam apparebant lituræ: tum quia subscriptio Notarii videbatur manus alterius fuisse, quàm subscriptio *b* instrumenti, cùm tamen Notarius in subscriptione profiteretur se instrumentum manu propriâ conscripsisse. Litera quoque recentior videbatur, quàm charta, & aqua videbatur encaustum *a* infectum, ut antiquius appareret. In omnibus *d* autem Imperialibus privilegiis, quæ posteriora fuerant, nulla est habita mentio de illa sententia, quamvis in eorum aliquibus mentio facta fuerit Luitardi, qui dicebatur donationem fecisse. Porrò si legitimum esset instrumentum sententiæ, per illam tamen sententiam nullum Mediolanen. Archiepiscopatui præjudicium poterat generari, cùm ipsa sententia lata fuerit inter alios: & res inter alios acta aliis non præjudicet *e*. Nec attestationes, quæ continebantur in instrumento sententiæ, per quas legitima donatio Luitardi videbatur esse probata, poterant eidem Archiepiscopatui nocumentum aliquod irrogare, cùm inter alias personas, & in alio judicio receptæ fuissent. Cæterùm memorati Henrici privilegium, quod non solùm confirmationis, sed etiam donationis videbatur fuisse, unde rerum dominium donatarum intelligi fortè poterat monasterio acquisitum, quamvis ex forma petitionis, quæ in ipso privilegio declaratur, confirmatorium videretur, ut tamen intelligatur eo modo, quo magis posset valere: distinguendum videbatur, ut idem Henricus alia donaverit, & alia confirmaverit: cùm eadè legitimè nequivissent confirmari pariter & donari: confirmari, tanquam prius habita & possessa: donari, tanquam tunc tradita & concessa: ac per hoc illa non poterant intelligi per privilegium illud donata, sed confirmata, cùm juxta *f*

a *Capit. 1. eod. tit. in 3. compil.* b *al. Bivionf.* c *Lucanen.* d *Ludovici.* e *al. infra.* f *Dicto, vadumento, deest in nonnullis vetustis exempl.* g *al. quod.*

a *Conjus.* b *superscripto.* c *al. incaustum, est autem encaustum librariorum atramentum de quo Cel. Rhodig. lib. 9. lect. antiq. cap. 31.* d *etiam.* e *Vid. l. 1. & ibi Doct. & Bart. D. Iud. fol.* f *Juxta sanctiones legitimas, quod meum est ex una causa, ex alia causa amplius meum fieri non possit.*

legum sanctiones, quod meum est, ex alia causa meum fieri non possit, nisi desierit esse meum: [1 & infrà.] ¶ Cùm ergò privilegium Henrici confirmatorium tantùm extiterit, saltem quoad illa, quæ deducta sunt in judicium, si principale non tenuit, nec accessorium, quod ex eo vel ob id dignoscitur esse secutum: [2 & infrà.] ¶ Per instrumenta verò locationis, nec est utique probata proprietas, nec ad plenum possessio, cùm ad probationem rei propriæ sive ad defensionem non sufficiat facta locatio: [& infrà.] ¶ Cùm autem super his fuisset diutiùs litigatum, quia legitimè probata non fuerant, quæ petebantur ad monasterium pertinere, ab impetitione ipsius procuratorem tuum nomine tuo & Mediolan. Ecclesiæ sententialiter duximus absolvendum: quoniam cùm obscura sunt jura partium, consuevit contra eum, qui petitor est, judicari.

[1 *Præsertim cùm pars monasterii ipsa fuerit comprobare, tum per privilegium concessionis, tum per instrumentum sententiæ, vel illa quidem legitimè fuerant à Lustardo donata, & illâ donatione per totum judicium est usa. Unde post donationem hujusmodi eadem eidem non poterant redonari.*]

[2 *Pari modo cætera privilegia Romanorum Imperatorum, etiam si vera fuissent ac sine suspicione reperta, ad probationem tamen invalida probarentur.*]

CAP. VII.

¶ *Non valent litera super absolutione voti per cruce signatos, impetrata tacitâ veritate, vel expressâ falsitate.*

Idem *Cantuariensi Archiepiscopo.*

QUòd super his: [& infrà.] ¶ Quæsivisti a, quid agere debeas circa cruce signatos, qui dicentes se ab Apostolica sede redire, super absolutione sua ignota Cardinalium sigilla reportant: cùm ejs super impedimentis expositis non fuisset de levi credendum. Ad quod taliter respondemus, quòd si quandoq; talibus literas indulgemus, illis, qui personas & facultates eorum plenius noverunt, hoc modo scribimus, ut super impedimentis expositis (inquisitâ diligentiùs veritate) statuant circa illos, quod animarum saluti, & succursui terræ sanctæ magis noverint expedire: providentes attentiùs, ne quid in fraudem voti fallaciter confingatur. Unde si tales per suppressionem veritatis, aut falsitatis expressionem, literas non solùm Cardinalium, sed etiam nostras, nec solùm dubias, sed etiam certas constiterit impetrâsse, carere volumus impetratis, & eis non obstantibus ad voti executionem compelli.

CAP. VIII.

¶ *Si de extravagante dubitatur, an decretalis sit authentica: aut est juri consona, & tunc judicatur secundùm illam: aut dissona, & tunc Papa consulitur.*

Idem *Helicensi Episcopo.*

PAstoralis b, &c. [1 & infrà.] ¶ Auctoritate præsentium duximus statuendum, ut cùm aliqua decretalis, de qua judex meritò dubitet, allegatur: si eadem juri communi sit consona, secundùm eam non metuat judicare: cùm non tam ipsius, quàm juris communis auctoritate procedere videatur. Verùm si juri communi sit dissona, secundùm ipsam non judicet, sed superiorem consulat super ea.

[1 *Quæsivisti etiam, quibus indiciis fides sit adhibenda Decretalibus, de quarum auctoritate judex potest non immeritò dubitare, cùm plures inveniantur in compilatione scholarium, & allegentur in causis, de quibus per bullam non constitit, nec ipsa per metropoles insinuata fuerunt. Quia igitur sæpe contingit, quòd etiam coram nobis decretales hujusmodi proponuntur, quas esse authenticas dubitamus, fr. benignius respondentes.*]

CAP. IX.

¶ *Post publicatas attestationes usq; ad conclusionem possunt instrumenta produci. hoc primò. Consuetudo loci facit instrumentum authenticum. hoc secundò.*

Idem *Episcopo sancti Andreæ, & Abbati de Broch.*

CUm dilectus a: [& infrà.] ¶ Ad secundam quæstionem duximus respondendum, quòd utraque pars potest instrumentum etiam post publicationem attestationum usque ad definitivæ sententiæ calculum exhibere, antequam sit in causa conclusum. Super tertio verò articulo respondemus, quòd si consuetudo illius patriæ obtinet approbata, ut instrumentis illius Regis fides adhibeatur, vos ea securè poteritis admittere: præsertim cùm supradictus Rex tantæ fuerit honestatis, quòd ipsius instrumenta maximæ auctoritatis sint in partibus b Scoticanis.

CAP. X.

¶ *Falsitas instrumenti, vel quod deest instrumento, probari potest per testes.*

Idem *Petro civi Viterbiensi.*

CUm Joannes c Eremita à te centum & triginta libras Senen. ex causa mutui coram Donadeo & Joan. judicibus Viterbien. petiisset, & tu ex adverso proponeres, quòd cùm idem in centum & octoginta libris tibi pro pretio domûs, quam eidem vendideras, teneretur, centum triginta libras ex illis non immeritò debebat compensare. Tandem cùm super hoc & quibusdam aliis articulis inter vos fuisset aliquandiu litigatum, judices attestationibus publicatis te sententialiter condemnaverunt, ut eidem prædictæ domûs possessionem vacuam d traderes, à creditoribus liberatam: [& infrà.] ¶ Cùm igitur ab hac sententia ad nostram audientiam duxeris appellandum, & nos tam tibi, quàm prædicto Joanni T. Subdiaconum & Capellanum nostrum dederimus auditorem, ex parte tua fuit propositum, suprædictæ domûs venditionem non puram, sed conditionalem potiùs extitisse, ac nullatenùs te teneri ad traditionem ipsius, quatuor nihilominùs testibus ad hoc probandum inductis, quod etsi novum esset capitulum, pendebat tamen ex veteri, qui jurati deposuerunt, se interfuisse contractui inter te & prædictum Joannem super eadem domo celebrato, pro qua centum octoginta librarum pretium tibi fuerat constitutum, tali videlicet adjectâ conditione, ut tu domum ipsam inhabitares liberè in vita tua, & post obitum tuum M. & R. natis tuis ejusdem Joannis nepotibus remaneret: cujus conditionis intuitu domum ipsam eidem Joanni pro minori pretio vendidisti, cùm à G. morandi pro ipsa ducentas libras potuisses habere: anni verò, mensis & diei, quo venditio facta fuit, iidem testes se dixerunt minimè recordari. Dictus verò Joannes venditionem non conditionalem, sed puram proposuit extitisse, ad hoc probandum publicum exhibens instrumentum: [1 & infrà.] ¶ Tabellionem quoque, qui confecerat instrumentum, & unum ex testibus in instrumento subscriptis ad id probandum induxit: [2 & infrà.] ¶ Porrò cùm dubitatio fuisset exorta, utrius deberet probatio prævalere, pro tua fuit parte propositum: quia etsi eandem vim obtineant instrumentorum fides, & depositiones testium, in litibus exercendis, non tamen quodlibet instrumentum tanti debet esse momenti, ut trium vel plurium ideneorum testium depositionibus præferatur: [3 & infrà.] ¶ Ad hoc autem idem Joan. ex adverso respondit, quòd cùm intentionem suam per jam dictum fundaverit instrumentum, ac tu in modum exceptionis venditionem ipsam non purè, sed conditionaliter

a *Cap. 2. eod. tit. in 3. compil.* b *Cap. 3. eod. tit. in 3. compil. Vid. Bart. & DD. in l. cum prolatis. ff. de re judic.*

a *Cap. 4. eod. tit. in 3 compil.* b *Scotiæ.* c *Cap. 1. eod. tit. in 4. comp.* d *Quando dicatur vacua possessio. Vide per Arg. & Legistas in l. in conventione. ff. si quis cautum. ff. de verb. oblig. gloss. in § quod autem. Instit. de usucap.*

celebra-

celebratam esse proponas a, nec per testes ad hoc à te inductos ille certo fuerit tempore facta fides, & ideò non appareat, quòd super illa venditione deponant, quam constat per dictum instrumentum determinato tempore fuisse contractum, hujusmodi probatio videbatur ineffi-cax ad intentionem contrariam elidendam. Verùm re-sponsionem istam esse proponebas invalidam: quoniam cùm utraque pars à nobis interrogata, fuisset in jure con-fessa, quòd unica tantùm venditio super domo contracta fuerit: & ex depositionibus testium liqueat venditionem conditionalem fuisse: ex utriusque confessione colligi-tur, ejusdem domûs venditionem conditionalem extiti-sse, non puram, non obstante quòd ipsa interrogatio facta fuerit, postquam à partibus extitit in causa conclu-sum, cùm judex (qui usque ad prolationem sententiæ de-bet universa rimari) possit interrogare de facto, quoties dubitationis aliquid b occurrit. [4 & 5.] ¶ De consi-lio fratrum nostrorum pronunciavimus, venditionem prædictæ domûs fuisse conditionaliter celebratam, & te ob hoc c nullatenus obligatum ad traditionem ipsius: super hoc memorato Joanni silentium imponentes. Sen-tentiam verò judicum prædictorum, qui aliàs justè pro-nunciâsse noscuntur (cùm hujusmodi exceptio coram ipsis nec probata fuerit nec objecta) quoad dictum capitulum infirmamus, eam quoad alios articulos auctoritate d A-postolicâ confirmantes.

[1 *In quo professebatur, te propriâ voluntate vendidisse ac tradi-disse domum ipsam eidem Io. Heremitæ, & posteà CLXXX. libra-rum pretium recepisse.*]

[2 *Sed licet tabellio venditionem puram extitisse firmavit, pro-ut in ferie instrumenti continetur, utrum tamen sub conditione vel pure fuerit contractus, dixit se minimè recordari.*]

[3 *Satis est etenim, si propter tabellionis auctoritatem, qui sunus officium fideliter adimplere præsumitur, cùm ad hoc ex juramento teneatur, tanta fides adhibeatur instrumento confecto, quanta foret duobus idoneis testibus adhibenda: sed cum per quatuor testes omni exceptione majores fuerit manifestè probatum, super additam vendi-tionem fuisse conditionaliter celebratam, eorum depositiones asserunt instrumento merito præferendas.*]

[4 *His igitur & aliis tam coram nobis, quàm coram prædicto Capellano propositis & plenius intellectis.*]

CAP. XI.

¶ *Defectus litteræ non vitiat rescriptum.*

Honorius III.

EX parte e charissimæ in Christo filiæ B. quondam Anglorum f Reginæ fuit propositum: [& 5.] ¶ Quia rescriptum Apostolicum pro eo quòd in hac dictione, spoliârunt, hæc figura O, deerat, asseritur vitiosum: man-damus, quatenus hoc non obstante in negotio ipso ratio-ne prævia procedas.

CAP. XII.

¶ *Licitè appellatur à judice, qui parti hoc petenti, non facit edi communia instrumenta.*

Gregorius IX. *Priori sancti Bartholomæi & Decano de Arcubus London.* g

GPerpetuus Vicarius Ecclesiæ de Recham nobis ex-posuit, quòd cùm Prior & Conventus de Ledis eum super decimis coram judicibus auctoritate Apo-stol. convenissent, & dictus G. super similibus coram ipsis reconvenisset eosdem, quia dicti judices copiam quorundam instrumentorum communium, quæ habebat pars altera, & per quæ intendebat intentionem suam su-per principali fundare, fieri non faciebant eidem hoc cum instantia postulanti, nostram audientiam appella-vit. Ideoque mandamus, quatenus si est ita, revocato in statum debitum, &c.

CAP. XIII.

¶ *Scripturæ contrariæ ab eodem productæ, fidem non faciunt.*

Idem.

IMputari ei a potest, qui contrarias inter se scripturas in judicio protulit, fidem sibi adinvicem derogantes, cùm in ipsius fuerit potestate, quam voluerat, non pro-ferre.

CAP. XIV.

¶ *Si in instrumento debiti exprimitur causa, condemnatur debi-tor, nisi probet indebitum: si non exprimitur, necesse est, ut cre-ditor probet id fore debitum.*

Idem.

SI cautio, quam à te indebitè proponis expositam, in-determinatè loquatur, adversarius tuus tenetur osten-dere debitum, quod continetur in ea. Sed si causam, pro-pter quam hujusmodi scriptura processerit, expresseris in eadem, confessioni tuæ statur: nisi probaveris te id in-debitè promisisse.

CAP. XV.

¶ *Auctoritate Ordinarii potest Notarius tabellionis mortui no-tas in publicam formam redigere.*

Idem *I. tabellioni.*

CUm P. tabellio morte b præventus, quædam non perfecerit instrumenta, quæ in notâ redacta fuerant ab eodem: Ad petitionem eorum, ad quos pertinent, auc-toritate ordinarii judicis poteris ea fideliter in publi-cam formam redigere, habitura per hoc perpetuam fir-mitatem.

CAP. XVI.

¶ *Instrumentum exemplatum per tabellionem auctoritate Or-dinarii, eandem vim habet cum originali.*

Idem.

SI instrumenta propter vetustatem, vel propter aliam justam causam exemplari petantur: Coram ordinario judice vel delegato ab eo specialiter præsententur: qui si eâ diligenter inspectâ, in nulla sui parte vitiata repererit, per publicam personam illa præcipiat exemplari, eam-dem auctoritatem per hoc cum originalibus habitura.

DE PRÆSUMPTIONIBUS.

TITULUS XXIII.

CAP. I.

¶ *Sicut manifestè nocens est pœnæ obnoxius, ita & occultus, li-cèt posteà dicat se joco fecisse.*

Salomon *in Parabolis.* c

SIcut noxius est, qui mittit lanceas & sagittas in mor-tem: ita vir, qui fraudulenter nocet amico suo, & cùm fuerit deprehensus, dicit, Ludens feci.

CAP. II.

¶ *Ex violenta præsumptione fertur definitiva, & est casus ta-bellio.*

Idem. d

AFferte mihi gladium. Cumque attulissent, ait: divi-dite infantem vivum, & date dimidiam partem uni,

a *Infera quòd per confessionem rei, ubi debitum est liquidum, admittitur recompensatio. Concor. l. Iulianus. 4. offerri. ff. de act. empt.* b *vide l. ubicunq. de interr. act. l. 1. & 2. eod. tit.* c *Hæc duo verba, ob hoc, desunt in vetustioribus.* d *hæc verba, auctoritate Apostolicâ, desunt etiam.* e *vid. Rom. cons. 348. Bald. in l. im-perator. ff. de stat. hom. & Iaf. in l. si quis mihi bona. de acq. hæred.* f *Anglicorum.* g *Lugdun.*

a *Vid. Anton. de Eutr. in c. in nostra. sup. de testibus. & c. ex tenore. sup. de rescript. Bart. & Salic. in l. scriptura. C. de fide in-strum. Bald. in l. imperator. 1. ff. de stat. hom.* b *Vide Matth. de afflict. super const. Neapol. in c. Bajulos omnes. tit. 13. & seq. Bal. cons. 62. l. 1. Alex. cons. 136. & 151. l. 1.* c *Cap. 26. & c. 1. eod. tit. in 1. comp.* d *in judicio duarum mulierum, l. 3. Reg. c. 3. & c. 2. eod. tit. in 1. comp.*

& dimidiam partem alteri. Dixit autem mulier, cujus filius erat vivus, ad Regem (commota sunt quippe viscera ejus super filio suo) Obsecro domine, date illi infantem vivum, & non occidatur: econtrario alia a dicebat: Nec mihi, nec tibi sit: sed dividatur. Respondit Rex & ait: Date huic infantem vivum, & non occidatur, hæc est enim mater ejus.

CAP. III.

¶ *Conversatio in adolescentia facit præsumptionem in senectute.*

Hieronymus *super Parabolis.* b

EX studiis suis intelligitur puer c. Quemcunque enim virtutibus studere, cum modestia continentiæ, auditioni sapientum, observantiæ mandatorum Dei, maximè simplicitati & humilitati videris, hujus munda & recta opera intellige.

CAP. IV.

¶ *Præsumitur contra illum, qui dilationibus subterfugit judicium.*

Bonifacius Papa *Episcopis Galliæ.*

NUllus dubitat d, quòd ita judicium nocens subterfugit, quemadmodum ut absolvatur, qui est innocens, quærit: confitetur enim de omnibus, quisquis se subterfugere judicium dilationibus putat.

CAP. V.

¶ *Qui ex duobus illatis alterum negat, reliquum affirmare præsumitur.*

Gregorius *in homilia.* e

NOnne f bene dicimus, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes? Respondit Jesus: Ego dæmonium non habeo.

Duo quippe illata fuerunt ei: unum negavit, alterum tacendo concessit.

CAP. VI.

¶ *Ex præteritis præsumitur circa futura.*

Idem *Maximo Episcopo.* g

MAndata cœlestia efficacius gerimus h, si nostra cum fratribus onera partiamur. Proinde super cunctas Ecclesias Siciliæ te vices sedis Apostolicæ ministrare decernimus.

Quas non loco tribuimus, sed personæ. Quia ex transacta in te vita didicimus, quid de subsequenti conversatione tua præsumamus.

CAP. VII.

¶ *Ex vicinitate præsumitur notitia facti loci vicini.*

Idem. i

QUosdam: [& k infrà.] ¶ Aphrica verò, qualiter mortalitate & languoribus vastetur, quantò viciniores estis, credo quòd subtiliùs cognovistis.

CAP. VIII.

¶ *Præsumitur factum notum in vicino loco, quod est notum in remoto.*

Idem *Victori Episcopo.* l

QUantò: [& infrà.] ¶ Latere te in vicino non potuit, quod ad nos in longinquo pervenit.

CAP. IX.

¶ *Ex præteritis præsumitur circa futura.*

Hieronymus *super Osee.* m

SCribam eis multiplices leges meas. Ex ptiùs datis, & neglectis apparet, quòd has negligent.

CAP. X.

¶ *Efficacior probatio requiritur ab eo, qui probare vult illud quod non est verisimile.*

Alexander III. *Decano Cassien.* a

QUia verisimile b non est, quòd H. Presbyter personatû Ecclesiæ R. Capellano concesserit, & ab eo ejusdem Ecclesiæ acceperit vicariam: Provideas, ne super hoc probationem recipias, nisi communis loci fama id habeat, vel tales personæ appareant, de quibus verisimile non sit, quòd debeant dejerare. Quoniam sæpè contingit, quòd testes facilè corrupti inducantur ad falsum testimonium proferendum.

CAP. XI.

¶ *Per cohabitationem diutinam & famam de matrimonio & contractibus matrimonialibus, ac alia adminicula probatur matrimonium. Panorm.*

Idem *Genuen.* c *Archiepiscopo.*

ILlud quoque d nobis innotuit, quòd cùm libera mulier per decem annos & ultrà, cuidam servo scienter cohabitaverit, & ab eo fuerit carnaliter cognita, nunc ipsum asserit suum non esse maritum. Verùm vir eam vendicans in uxorem, ostendit publicum instrumentum, in quo sese conjuges nominant, & per quod ipsum ei donationem propter nuptias fecisse apparet. Mulier verò instrumentum illud asserens vitiosum, ut servo dominus fraudaretur, plures testes produxit, quòd ille ab amicis ejus sæpè rogatus, ut eam desponsaret, nec desponsasse, nec desponsaturum se ipsam firmiter asserebat: vir autem nonnisi prædicto instrumento, & quibusdam testibus, qui viderant eam annulos deferentem, ipsam probavit uxorem: sed mulier de more illarum, quæ panes vendunt, se annulos detulisse dicebat. Verùm, quia in hujusmodi dubietate, fama viciniæ magis debet attendi, si fama loci habet, quòd vir ipsam in lecto e, & in mensa sicut uxorem tenuerit (cùm matrimonium sit maris & fœminæ conjunctio, individuam vitæ consuetudinem retinens) cogenda est mulier, ut eidem viro affectu serviat conjugali: præsertim si præscriptum instrumentum ab eo conditum fuerit, qui officium suum fideliter adimplevit.

CAP. XII.

¶ *Per violentam præsumptionem probatur carnis copula.*

Idem *Archad. Genuen.* f

LIteris g fraternitatis tuæ receptis nobis innotuit, quòd cùm P. ab A. muliere, quam in uxorem acceperat, peteret separari, accusatores matrimonii produxerunt testes firmiter asserentes, quòd postquam mulier cum prædicto viro contraxerat matrimonium, consanguineum viri ejusdem solum cum sola, nudum cum nuda, in eodem lecto jacentem, eâ (ut credebant) intentione, ut eam cognosceret carnaliter h, viderunt, multis locis secretis, & latebris ad hoc commodis, & hotis electis: [1 & infrà.] ¶ Consul. tuæ taliter respondemus, quòd ex hujusmodi violenta, & certa suspicione fornicationis, potest sententia divortii promulgari: ita quidem, ut vir licentiam habeat, mortua illâ ducendi aliam, mulierem sine spe conjugii remanente.

[1 *Ex publica fama consentit, quòd post contractum matrimonium se miscuerunt ad invicem, quod in præsentia non publicè, ut asseris, sunt confessi, quamvis & id post contractum*

a *Illa.* b *al. Salomon in parabolis.* c C. 20. & c. 4. eod. tit. in 1. comp. Hinc spectat (ut qui 4 divus ff. de tut. & cur. dat. ab his & 9. servos in gloss. desiderant Inst. de rer. divis. d Cap. 5 eod. tit. in 1. comp. e Homil. 12. f Cap. 6 eod. tit. in 1. comp. Bald. in l. 2. C. de sacr. Eccles. g Greg. l. 2. epist. 4. regestri. h Cap. 7. eod. tit. in 1 compil. & c. 1. 3it. de offic. vic. in 1. comp. i Greg. l. 7. epist. 123. sive 127. regest. k Cap. 7. eod. tit. in 1. comp. l Greg. in regist. l. 30. epist. 33. & 34. m Cap. 8. & 10. eod. tit. in 1. comp.

a *al. Castrens.* b Cap. 11. eod. tit. in 1. compil. c Innocent. d Cap. 14. de sponsi. in 1. comp. & post Conc. Lat. sub Alex. III. p. 59. c. 42. e Nota signa aliquam sicut uxorem tractandi & vide Bald. in c. Ego N. de jurejur. & in cap. ex transmissa. de rest. spol. f In quibusdam deest inscriptio, ut in 2. comp. g Cap. 2. eod. tit. in 2. comp. Vide Matth. sing. 116. & Alexand. cons. 11. incipit. Visis processu. h In C. Bart. ut eam cognosceret carnaliter, viderunt, & multis secretis, &c.

matrimo-

matrimonium fecisse negaret. Dicitur quoq; de muliere prædicta, quòd de marito se simulans concepisse, alienum partum jam baptizatum, ut fertur, se mentita est peperisse, & rebaptizari faciens virum suum decepit. Procedente verò tempore cum fama empti alieni partus fraudem detegeret, parentibus à quibus eum emerat multis restitutus, postea veneficium potum & alias vitæ insidias viro parâsse eadem mulier perhibetur. Quia igitur nos duxit tua f. consulendos, si ad dissolvendum matrimonium prædicta probationes sufficiant.]

CAP. XIII.

¶ *Idem dicit, ut præced. cap.*

Clemens III.

TErtio loco quæstionis a hujusmodi nodum tua f. petiit explicari, an juvenis sponsam, in quam per verba de præsenti consensit, debeat uxorem habere, ad quorum matrimonium impediendum neptis ipsius sponsa prosiliens, b se à juvene carnaliter præcognitam proponebat: à qua producti testes dixerunt, se pro certo credere, quòd illa dicti juvenis extiterit concubina: adjicientes, quòd eos insimul viderant per plana & nemora, vias & invia, pluries convagantes: & testimonium vicinæ super hoc recepisse dicebant. Ad majorem verò certitudinem (quia minùs sufficienter credidisti esse probatum, quod eadem mulier asserebat) tam ipsa, quàm juvenis juramentis adstricti seorsum confessi sunt, quòd se invicem carnaliter præcognoverant: licèt juvenis nollet ab ea, quam desponsaverat, separari. Nos autem, quæ dicta sunt intelligentes, præsertim cum hoc non dicatur occultum, sed quasi prædicetur à pluribus manifestum, consultius esse credimus, ut matrimonialiter non c conjungantur, sed solutis sponsalibus separentur.

CAP. XIV.

¶ *Propter præsumptionem etiam vehementem, non debet quis de gravi crimine condemnari.*

Innocentius III. *Nivernen. Episcopo & Archidiacono Bituricen.*

LIteras vestras recepimus d, continentes, quòd cùm causa, quæ vertitur inter Altissiodoren. Episcopum, & quosdam Burgenses de Charitate, quos idem Episcopus de hæresi impetebat, vobis & Abbati Collonensi, à sede Apostolica delegata fuisset, utraque pars vos duos sub certa pœna sibi arbitros statuerunt, delegatâ vobis nihilominus potestate reservatâ: G. autem lator præsentium, unus ex illis, hæresim suam fuerat publicâ voce confessus, & de fratre suo similiter recognoverat, quòd eodem secum laborabat e errore. [1 &] ¶ Nos verò prædictum G. suspectum de hæresi vehementer habuimus, tùm quia quod antè dixerat, postea se dixisse negavit: tum quia vel mendacium priùs dixit in fratrem, asserendo illum hæreticum, vel perjurium postea commisit in Deum, purgando illum de hæresi: quorum utrumq; reddit illum valdè suspectum: quanquam verisimilius f videatur, quòd eo tempore, quo tanquam verè pœnitens ab hæresi revertebatur ad fidem, tàm grave mendacium non dixisset, præsertim in fratrem, quem tanquam charissimum, non asseruisset hæreticum, nisi fuisset accensus zelo fidei orthodoxæ. Unde præsumitur, quòd cùm postea purgavit illum de hæresi, turpiter deseravit. Quocirca mandamus, quatenus cùm propter solam suspicionem (quamvis vehementem) nolimus illum de tam gravi crimine condemnari, talem & tantam securitatem recipiatis ab ipso, præter juratoriam cautionem, quod timore pœnæ corporalis a debeat coërceri, discretam ei pœnitentiam injungentes, ex qua valeat apparere, utrùm in tenebris ambulet, an in luce: utrúmve sit verè pœnitens, an fictè conversus: & si eum hoc modo verum catholicum cognoveritis, non finatis ipsum indebitè molestari: alioquin eum tanquam hæreticum condemnetis.

[1 *Qui cum de fide sua coram ven. f. n. Bituricen. Archid. conveniretur, ejq; purgatio facienda per eundem vv. quæ verè pœnitens & catholicus credebatur, esset indicta: tunc ipse vv. fratrem suum, quem publicè asseruerat hæreticum, præstito juramento catholicum esse firmavit, & sic à præfato Episcopo duo contraria proponebatur dixisse: unde ab Episcopo & perjurus & hæreticus censebatur. Ex contrario verò idem vv. proposuit, quòd licèt de se publicè confessus fuisset, nihil tamen de fratre fuerat confessus. Unde benè poterat illum purgâsse, maximè cum à duobus Capellanis de Albuniaco, qui consentiam illius noverant se dicat audivisse, quod tanquam catholicum poterat illum securè purgare, qui eorum literas postea vobis ostendit. Sed Episcopus super eo, quod de fratre negaverat, protinus eum per ipsum & unum Presbyterum & alterum Diaconum coram vobis convocat: unde ipsum prolapsum in hæresim asserebat. Nos igitur in prædictum vv. contrarietates notabiles attendentes, ipsum cum literis nostris ad præsentiam nostram transmisistis, bonis ejus interim annotatis, donec de persona ejus & bonis quod statuendum foret, statuere curaremus, adjicientes, quod cum idem vv. apud vos cum quibusdam esset, ut purgationem reciperet ipsius sicut aliorum quorundam: vos juramentum ejus, eò quòd sibi contrarius videbatur, admittere noluistis, purgatione tamen prævo per manum VIII. bonorum virorum admissa: quia verò vulpeculæ, quæ moliuntur vineam Domini demoliri, fugaces sunt studio capiendæ: nam vulpes foveas habent, & volucres cœli nidos.]

CAP. XV.

¶ *Non præsumitur incontinens in senectute, qui in juventute continuit, maximè si est literatus.*

Idem *Canadien. Episcopo & Abbati Decicquorum.*

CUm in juventute sua b Quinquecclesiensis Episcopus adeò se maturum, honestum & providum exhibuerit, ut ab Ecclesia Romana meruerit pallio decorari: non est de levi credendum, quòd postquam ad senilem c pervenit ætatem, turpiter abjecerit jugum Domini, fœtores libidinis amplexando: cùm labes hujusmodi, quæ nonnunquam in juventute contrahitur, in senectute frequentiùs expietur. Quis præterea de facili crederet, quod vir præditus scientiâ literarum, propriæ salutis oblitus, ad eam passionis ignominiam se converteret d, ut cum propria nepte abominabilem perpetraret incestum? cùm etiam secundùm sententias ethnicorum naturale fœdus inter tales personas, nihil permittat sævi criminis suspicari e. Licèt igitur Rex Hungariæ eundem Episcopum nobis per nuncios & literas de tali crimine detulisset, postulans, ut malum hujusmodi pernicioſum exemplo de Hungarica Ecclesia tolleremus: Quia tamen ejus suggestio non de charitatis radice procedere videbatur, noluimus aures nostras quasi malignis delationibus inclinare. Sed f ut probaremus, si spiritus esset ex Deo, Autiensi g. Episcopo dedimus in mandatis, ut prudenter & cautè à Coëpiscopis indagaret, utrùm prælatum Episcopum crederent tali labe respersum. Qui nobis postmodum rescripserunt, quòd eum virum

a *Cap. 2. tit. de sponsal. in 2. compil.* b *Quòd sit audiendus, qui suam turpitudinem allegat ob animæ periculum evitandum, vide Lassn. in l. Iusjurandum. quod ex conventione. §. procurator. ff. de jurejurand.* c *jungantur.* d *Cap. 1. eod. tit. in 3. compilat.* e *Quid contineatur sub hoc, infr. patet 18 gloss. super verb. purgando.* f *videtur, al. videatur.*

a *Temporale, in omnibus vet. lib. & in vet. compil.* b *Cap. 2. eod. tit. in 3. compilation.* c *pœnitentiæ venit ad similem ætatem, &c.* d *converteret.* e *vide l. ut vim. & ibi gloss. & Doct. ff. de justit. & jur.* f *al. Sed ut probaremus spiritus, si essent ex Deo, &c.* g *Iadunens.*

honestæ conversationis esse credebant, personam illius multipliciter commendantes.

CAP. XVI.

¶ *Is, pro quo beneficiando scribitur cum clausula, si idoneus fuerit, non tenetur probare se idoneum, cùm idoneus præsumatur.*

Idem a *Archidiac. & Præposito Mediolan.*

DUdum *b* Archidiac. Mediolan. dedimus in mandatis, ut C. Scholarem à Presbytero sancti Victoris in Clericum ejusdem Ecclesiæ recipi faceret, & in fratrem: *c* [*& infrà.*] ¶ Sed Presbyter memoratus Archidiaconi declinans examen, asseruit, quòd nequaquam sufficiebant duobus Clericis facultates Ecclesiæ memoratæ, adjiciens, quòd prædictus C. non erat idoneus ad illius Ecclesiæ beneficium obtinendum: [*& infrà.*] ¶ Causam vobis duximus committendam ita, ut ex illa clausula, scilicet si persona fuerit idonea, quæ nostro rescripto reperitur inserta, eidem Scholari probandi se idoneum nulla necessitas imponatur: cùm primâ facie præsumatur idoneus, nisi aliud in contrarium ostendatur.

DE JUREJURANDO.

TITULUS XXIV.

CAP. I.

¶ *Agi potest ad relaxationem juramenti, cujus implementum turpitudinem continet ex parte suscipientis, h. d. quoad intellectum, & est casus notabilis. Abbas.*

Gregorius III. d *universis Christianis.*

EXadministrationis: *e* [*& infrà.*] ¶ Mandamus, quatenus creditores ad juramenta super usuris sibi solvendis præstita, relaxanda *sub. contradict. abb. ob.* Ecclesiasticâ districtione cogatis.

CAP. II.

¶ *Non valet juramentum præstitum à Prælato de non repetendis rebus Ecclesiæ. Vel sic: A juramento metuculosè sit absolutio per judicem Ecclesiasticum.*

Gregorius *in Registro.* *f*

I. PErvenit ad nos *g* Laudicen. Episcopum ab Ar. Comite rebus suis spoliatum, & jurare compulsum, quòd non repeteret sic ablata. Cognitâ igitur contumeliâ, valdè doluimus: asserentes ipsum Episcopum nullius juramenti vinculis super hoc posse constringi: quem tamen absolvimus, quia nefandissimâ coactione juravit.

CAP. III.

¶ *Non dejerat, qui juramenti implementum in melius commutat. Et non adstringitur quis juramento ad implendum, quod juravit, si ab alia parte non impletur, cujus respectu præbuit juramentum.*

Idem *regi Francorum.*

II. PErvenit *h* ad nos: [*1 & infrà.*] ¶ Non enim propositum aut promissum infringit, qui in melius illud commutat. Nec tu ei, etiamsi promissum tuum juramento, vel fidei obligatione interpositâ conditione firmâsses, aliquatenus teneris, si constat eum conditioni minimè paruisse.

[*1 Quòd cùm jam pridem ad partes Alvernia, &c.*]

a *Archiepiscopo.* b *Ex hac Decr. colligo, quemlibet præsumi bonum, de quo art. prater Fel. vide Alex. cons. 127. incip. Salvatoria. in 3. volum.* c *vide Angelum.* d *In duobus vetustissimis, nonus: in cæteris 3. habetur. in uno octavus. quod rectius videtur. Hoc caput inordinatè & præposterè sequentibus est præpositum, cùm sit ex sec. compil. sequentia ex 1.* e *Cap. 4. eod. tit. in 2. compil.* f *al. ex Registro Gregorii.* g *Cap. 9. eod. tit. in 1. compil. & post Conc. Lat. sub Alex. III. p. 17. c. 7.* h *Cap. 10. eod. tit. in 1. compil. Sed neque hoc c. dicit Ant. Augustt. se invenire in reg. B. Gregor. vide B. Thom. 2. 2. q. 89. art. 7. & q. 88. art. 2. & 12.*

CAP. IV.

¶ *Penitur forma juramenti septem capitula continens, secundùm quam jurant Papæ Episcopi: sed hodie omnes recipientes dignitatem à Papa sibi jurant. Hæc ita pro summario & divisione.*

Idem *Petro Subdiacono.*

EGO *a* N. Episcopus ab hac hora in antea fidelis ero sancto *b* Petro, sanctæque Romanæ Ecclesiæ, dominoque meo Papæ C. ejusque successoribus canonicè intrantibus. Non ero neque *c* in consilio, neque in facto, ut vitam perdat aut membrum *d*, vel capiatur malâ captione. Consilium, quod mihi aut per se, aut per literas, aut per nuncium manifestabit, ad ejus *e* damnum nulli pandam: Papatum sanctæ Romanæ Ecclesiæ & regulas sanctorum patrum adjutor ero ad defendendum & retinendum (salvo ordine meo) contra omnes homines. Vocatus ad Synodum veniam: nisi præpeditus fuero canonicâ præpeditione. Legatum Apost. sed. quem certum esse cognovero, in eundo & redeundo honorificè tractabo, & in suis necessitatibus adjuvabo. Limina Apostolorum singulis annis aut per me, aut per certum nuncium visitabo: nisi eorum absolvar *f* licentiâ. Sic me Deus adjuvet, & hæc sancta *g* Evangelia.

CAP. V.

¶ *Non tenetur Clericus Episcopo suo obedientiæ juramentum præstare, nisi ratione administrationis sibi concessæ.*

Urbanus Papa.

NUllus Episcopus Clericos suos (nisi fortè, quibus *h* Ecclesiasticarum rerum commissa fuerit dispensatio) sibi jurare compellat.

CAP. VI.

¶ *Qui se obligavit ad usuras solvendas, solvere non cogitur, nisi juraverit: quo casu cogitur, sed repetit.*

Alexander III. *Episcopo Vigilen.*

DEbitores *i* ad solvendas usuras, in quibus se obligaverant, cogi non debent. Si verò de ipsarum solutione juraverint, cogendi sunt domino reddere juramentum. Et cùm usuræ solutæ fuerint, creditores ad easrestituendas sunt Ecclesiasticâ severitate (si necesse fuerit) compellendi.

CAP. VII.

¶ *Debitor, qui juravit creditori nullum gravamen super re pignorata inferre, donec solverit debitum, non auditur repetens pignus, volendo compensare fructus in sortem: sed debet prius debitum integraliter solvere, & demum rem cum fructibus inde perceptis exposcere. h. d. & est casus notabilis.*

Idem *Rothomagen. Archiepiscopo, & ejus Suffraganeis.*

I. AD nostram noveritis audientiam pervenisse, *k* quòd cùm P. quibusdam hominibus certam summam pecuniæ mutuâsset, quasdam ab eis possessiones & reditus recepit in pignore, ipsos juramenti religione adstringens, quòd super illis, donec solverent sibi pecuniam, nullum ei gravamen inferrent. Licèt autem de possessionibus illis & reditibus nondum sortem, deductis expensis, receperit *l*, tu tamen, frater Archiepiscope, eum propter hoc excommunicationis vinculo adstrinxisti: [*1 & infrà.*] ¶ Ideoque mandamus, quatenus recepta à præfato P. sufficienti cautione, quòd vestro debeat parere mandato, absolvatis eundem. Deinde debitores ejus, qui prædictas possessiones & reditus contra juramentum subtraxisse dicuntur, si ita est *m*, eos

a *Cap. 10. eod. tit. in 1. compil.* b *al. Beato.* c *dissit, neque, abest.* d *Quid appel. membri veniat, Bartol. in l. 2. ff. de pub. jud. Auth. sed novo jure. C. de serv. fugit. & 19. dist. c. singula.* e *eorum.* f *al. absolvat.* g *Sanctæ Dei.* h *Cap. 1. eod. tit. in 1. comp.* i *Cap. 2. eod. tit. in 1. comp. & post Concil. Lat. sub Alex. 3. p. 16. c. 4.* k *Cap. 3. eod. tit. in 1. compil.* l *vid. l. 1. cum not. C. de fruct. & lit. expen.* m *In Cod. Barb. Si ita est, per censuram Ecclesiasticam cogatis.*

Ecclesia-

Ecclesiasticâ censurâ cogatis, ut hæc restituant, nec sibi molestias inferant, donec ei pecunia persolvatur. Cùm autem ei pecuniam, sicut juraverunt, persolverint: vos ipsum ad restituendum, quicquid (deductis expensis) ultra sortem recepisse constiterit, inducere studeatis: & si commonitus non fecerit, in eandem excommunicationis sententiam reducatis eundem.

[1 *Exinde vobis literas nostras cogimur destinare, præsertim cum ille, sicut asserit, sorte suâ velit esse contentus.*]

CAP. VIII.

¶ *Si juramentum per metum extortum servari potest sine interitu salutis æternæ, servandum est: Ecclesia tamen Romana consuevit à tali juramento absolvere.*

Idem *Senon. Archiepiscopo.*

Si verò *a* aliquis quenquam gravissimo metu sub religione juramenti suum jus refutare coëgerit, ipsumque sibi retinuerit, quia nos consulere voluisti, an alter eorum, vel neuter id habere debeat: Duximus tibi respondendum, quòd non est tutum, quemlibet contra juramentum suum venire, nisi tale sit, quod servatum vergat in interitum salutis æternæ: nec nos alicui dare materiam volumus veniendi contra juramentum proprium, ne auctores perjurii videamur. Verùm aliquando in Rom. Eccles. à pluribus præd. n. factum esse recolitur, quod Clerici, qui coacti ministerium Ecclesiæ abjurârunt, de juramento absolutionis beneficium meruerunt, & ad coërcendam iniquitatem eorum, qui Ecclesiasticos viros ad præstandum illud compulerant, permissi sunt in eadem Ecclesia ministrare.

CAP. IX.

¶ *Monachi, qui pro debito monasterii jurant stare in obstagio, & fidejussores, qui juraverunt creditorem indemnem servare, juramenta servare cogantur.*

Idem *b Sardinensibus Episcopis.*

Ex rescripto *c*, quod nobis est præsentatum, innotuit, Abbatem Tremen. cum Petro super summa octo millium solidorum taliter convenisse: [& ſ.] ¶ Super hæc prædictus Abbas quosdam ex Monachis obsides dedit, qui de observanda conventione juraverunt, ut si ipsi deficerent, alii Monachi loco eorum in obstagio ponerentur. Insuper si fidem dicti Monachi non servarent, Abbas dedit eidem V. *d* & ejus uxorem fidejussores: qui similiter fidem præstitisse dicuntur. Ideoque mandamus, quatenus tam Abbatem, quàm *e* Monachos, quàm V. & uxorem ipsius monere curetis, ut sicut jurârunt, eandem conventionem faciant adimpleri, alioquin Abbati & Monachis ingressum interdicatis Ecclesiæ: & in terra præfati V. & uxoris ejusdem, usque ad dignam satisfactionem, inhibeatis divina officia celebrari.

CAP. X.

¶ *Perjurus est & ab Ecclesia removendus, qui non necessitate, sed voluntate venit contra licitum juramentum.*

Idem *Lundon. & Vigorien. Episcopis.*

Querelam *f* R. Canonici Linconien. accepimus, quòd cùm V. Clericus ei duos bisantios nomine Ecclesiæ de statera se annuatim soluturum, interposito sacramento firmâsset, per biennium ab hujusmodi pensionis solutione cessavit. Quoniam igitur non merentur Ecclesias regere, qui sunt crimine perjurii irretiti, mandamus, quatenus si vobis constiterit memoratum V. contra juramentum suum non necessitate, sed voluntate, ab ejusdem pensionis solutione *g* cessâsse, ipsum à præscripta Ecclesia removentes, eam præfato R. restituere minimè differatis.

CAP. XI.

¶ *Si præsentatus jurat præsentanti de antiquo censu augendo, & postea contrarium juras instrumenta, valet secundum & non primum, tamen ab Ecclesia removetur.*

Lucius III. *Norvicen. Episcopo.*

Tua nos duxit fraternitas *a* consulendos, cui standum sit juramento, cùm Clericos Religiosi jurisjurandi religione constringunt ad majorem solito pensionem solvendam, vel præstandum aliquid beneficii præter solitam pensionem: cùm autem instituuntur ab Episcopis, jurant, quòd antiquam pensionem & solitam non augebunt. Tuæ igitur consult. breviter *b* respondemus, quòd cùm posterius juramentum ratione & Lateranensis Concilii *c* auctoritate juvetur, primo præjudicat, quod de cupiditate processit. Cæterum justum est, ut Clerici pro perjurio, quod vitare non possunt, ab Ecclesiis perpetuò excludantur.

CAP. XII.

¶ *Episcopi de perjurio gravius, quam alii sunt puniendi. h. d.*

Urbanus III. *Archiepisc. Pisan.*

Cum *d* quidam [1 & ſ.] ¶ Consul. t. t. r. quòd in Episcopos, qui suum transgressi sunt juramentum, est tanto gravius vindicandum, quanto majori præeminent dignitate, & eorum exemplo faciliùs alii poterunt ad similia provocari.

[1 *Episcopi Sardiniæ, sicut nobis est ex tua parte propositum, quibusdam pecuniam, sicut tenebantur, juramento adstricti, non solverunt: & quidam Episcopus ipsius terræ in die dedicationis Ecclesia ordines, cùm dies ille ad hoc institutus non fuerit, celebraverit: & quidam etiam juraverunt aliquando, quòd fratri vel sorori, patri aut matri lequs non debeant, aut quodlibet eis subsidium ministrare, à nobis quid de hujusmodi faciendum sit, tua f. requisivit. Nos igitur.*]

¶ *Illicitum est juramentum de non præbendo subsidium conjuncto. h. d.*

Illi verò *e*, qui jurabt non loqui patri vel matri, sorori vel fratri, aut eis humanitatis subsidium non exhibere: absolvendi sunt ab illius observantia juramenti, cùm illicitum sit, & contrarium rationi: injunctâ tamen eis de hoc, quòd male juraverant, pœnitentiâ competenti.

CAP. XIII.

¶ *Non valet juramentum Monachi claustrum abjurantis: & sibi de hoc gravis pœnitentia imponitur.*

Idem.

Sicut *f* ex literis tuæ discretionis cognovimus, R. Prior monasterii tui, iracundiæ calore succensus, juramento firmavit, quòd in claustro ejusdem monasterii, quo se vinculo professionis adstrinxit, non esset cum G. Monacho ulteriùs moraturus: [1 & ſ.] ¶ Respondemus, quòd non licuit Monacho supradicto temerarium *g* juramentum facere, maximè cùm fidem professionis frangeret, & stabilitatis suæ propositum evacuaret. Ideoque circa eum tua solicitudo provideat, quòd talis ei pœnitentia injungatur, ut alius quilibet exemplo ejus deterritus, simile aliquid facere pertimescat: ipse verò in claustro, quod licitè abjurare non potuit, cum stabilitate perpetua suam pœnitentiam exequatur.

[1 *Quærenti ergo tibi, quid super hoc circa eundem Monachum sit agendum.*]

CAP. XIV.

¶ *Vasallus, qui juravit Prælato, successoribus juvare non cogitur.*

a *Cap. 4. eod. tit. in 1. compil. & post Conc. p. 17. c. 1. vide c. ad audientiam, suprà.* b *Sardin. & Gabilon. Episc.* c *Cap. 6. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. Lat. sub Alex. III. p. 17. c. 3.* d *al. G. al. N.* e *in antiq. & Monachos.* f *Cap. 7. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. Lat. sub Alex. III. part. 17. c. 3. Vide Corset. sing. 93. lit. E. in verbo Emphiteuta.* g *cessare.*

a *Cap. 2. eod. tit. in 2. comp.* b *taliter.* c *Conc. Lat. sub Alex. III. c. 7. 4. prohibemus. Habes infr. de conf. 2. prohibemus.* d *Cap. 11. eod. tit. in 1. comp.* e *Vide Sotum lib. 8. de just. & jur. q. 1. art. 7.* f *C. 3. eod. tit. in 2. comp.* g *Vide S. Thom. 2. 2. q. 89. art. 7. & Sot. l. 8. de just. & jure. q. 1. art. 7.*

Clemens III. *VV.* a *Regi Siciliæ.*

VEritatis *b* amica simplicitas: [1 & 3.] ¶ Respondemus, ut hæredes tui, qui nobis vel alicui successorum nostrorum juraverunt, aliis jurare minimè compellantur: catholicis tamen successoribus nostris, qui pro tempore fuerint, & homagii *c*, & fidelitatis puritatem, nihilominùs ac si jurâssent, omni tempore teneantur absque tergiversatione aliqua fideliter observare.

[1 *Nullis verborum fallaciis, nullis appetit ambiguitatum involucris offuscari. Eapropter, fili charissime in Domino, audito quòd in magnitudinis tuæ præsentia quæstio mota fuerit, utrùm ex tenore nostri rescripti colligeretur, quòd singula tuorum hæredum singulis nostris successoribus fidelitatis præstare debeant & hominii juramentum. Intelligâ etiam expressiùs vel expositiùs del. fil. n. A. tit. S. crucis in Hierusalem & P. tituli S. Laurentii in Damaso Presbyterorum Cardin. sed. Apost. Leg. quæ ad nos fuit sub fegilorum suorum testificatione transmissa: à sano intellectu eorum nolumus aliquatenus dissentire, serenitati regiæ duximus intimandum, quòd cùm intentio nostra non sit, ut intolerabile tibi sit tuisq; hæredibus imponere, taliter in hoc articulo tibi.*]

CAP. XV.

¶ *A juramento per metum extorto Ecclesia solet absolvere: & ejus transgressores ut peccantes mortaliter non puniuntur.*

Cœlestinus III. *d Brundusiensi Episcopo.*

VErùm *e* in ea quæstione, quæ quinto loco ponitur, an à sacramenti vinculo absolvantur, qui illud inviti pro vita & rebus servandis fecerunt: nihil aliùd arbitramur, quàm quòd antecessores nostri Rom. Pont. arbitrati fuisse noscuntur, qui tales à juramenti nexibus absolverunt. Cæterùm, ut agatur consultiùs, & auferatur materia dejerandi *f*, non eis ita expressè dicatur, ut juramenta non servent: sed si non ea attenderint, non ob hoc sunt tanquam pro mortali crimine puniendi.

CAP. XVI.

¶ *Si is, cujus mandato stare juravi, aliquid mihi præcipit contra juramentum per me priùs licitè factum, illud servare non tenetur. h. d. inhærendo verbis litteræ.*

Innocentius III. *g H. & S. & M. civibus Venetis.*

VEniens *h* ad præsentiam nostram A. nobis exposuit, quòd olim cum M. Maurien. *i* alternatim convitia inferendo certavit: propter quod cùm graves inimicitias incurrisset, quidam, qui partis utriusque amatores extiterant, suggesserunt prædicto A. ut in satisfactione injuriarum vestro juraret obedire mandato. Cumque idem *k* non crederet se tale quid commisisse, propter quod ei aliquod grave deberet imponi, juramentumque illud sub tali confidentia præstitisset, ipsi sub juramenti debito præcepistis, ut nunquam curiam Ducis intraret, nisi cùm omnes per edictum ipsius generaliter ad curiam vocarentur. [1 & 3.] ¶ Verùm quia idem A. qui dicti Ducis est Consiliarius, & in jure suo multis Ecclesiis, quarum est Advocatus, ex promisso tenetur adesse, nequaquam taliter juravisset, si mandatum illud sibi contrarium præfecisset: noveritis nos Patriarchæ Granden. mandâsse, ut si mandatum priori juramento licitè facto repugnet, ipsum auctoritate nostrâ denunciet non servandum. *l*

[1 *Aut nisi per rebellem verum R. Comitem & H. Maurizen. qui absentes esse dicantur, ipsum contingeret relaxari.*]

CAP. XVII.

¶ *Qui juravit Ecclesiam defendere, & requisitus sine justa causa recusat, perjurus est, nec enim defendit appellatus.*

Idem *magistro Apellinari.*

BRevi seiscitatus *a* ex quæstione, utrùm ille, qui jura alicujus Ecclesiæ servare ac pro posse defendere juramento tenetur, si necessitate imminente super hoc sub juramenti debito requisitus duxerit appellandum, perjurii reatum incurrat. Respondemus, quòd in hoc articulo appellantem à perjurio talis appell. non excusât, imò (nisi difficultas existat, propter quam requisitus non possit Ecclesiæ subvenire) culpa perjurii potiùs irritetur.

CAP. XVIII.

¶ *Jurans fecisse illicitum, non indiget absolutione, sed tenetur illud non observare. Si verò juravit ignoranter, debet illud observare, si aliquo licito modo est observabile. Si autem juravit licitum, quod putabat illicitum, debet observare juramentum, sed de animo depravato agat pœnitentiam.*

Idem *illustri Regi Aragoniæ.*

QUantò personam *b* tuam: [1 & 3.] ¶ Quidam Consiliarii tui (imò potiùs deceptores) tuum animum induxerunt, ut jurares irrequisito assensu populi, usque ad certum tempus patris tui conservare monetam, quæ tamen circa mortem ejus fuerat legitimo pondere defraudata. Cùm autem adeò sit diminuta & minoris valoris effecta, quòd grave propter hoc scandalum in populo generatur, tu quòd egeras *c* indiscrete cupiens revocare ac necessitati populi satisfacere, ab observatione juramenti prædicti postulâsti suppliciter à nobis absolvi. Super quo diligens indagator potuisset facile intueri, quòd non tam erat absolutio necessaria, quàm interpretatio requirenda: quoniam cùm juramentum fecisti, monetam aut falsam, aut legitimam esse credebas. Si falsam, juramentum fuisset illicitum, & nullatenùs observandum, & pro eo esset tibi pœnitentia injungenda: cùm juramentum non ut esset iniquitatis vinculum, fuerit institutum. Si verò legitimam esse credebas, juramentum licitum fuit & usquequaque servandum. Et ut irreprehensibiliter observetur, consulimus & mandamus, ut reprobatâ monetâ, quæ à legitimo pondere fuerat defraudata, alia sub nomine patris tui moneta cudatur, quam ad legitimum pondus reducas, secundum cum statum, quem tempore patris tui habuit meliorem, ita quòd antiqua moneta, quæ ab illo statu falsata non fuerat, cum ea pariter exquæ ab illo statu falsata non fuerat, cum ea pariter expendatur: per quod & dispendium vitari poterit, & jurapendatur: per quod & dispendium vitari poterit, & juramentum servari. Veruntamen si monetam ipsam in præstatione juramenti credebas à legitimo pondere diminutam, & tua super hoc conscientia te remordeat, tuum humiliter confitere peccatum, & satisfactionem injunctam tibi pro illicito juramento studeas adimplere.

[1 *Inter alios Christianos principes sinceritati charitate diligimus, tantò serenitati regiæ diligentiari fiducendine volumus præcavere, ne quid ei, quod absit, immineat, quod vel in periculum animæ tuæ, aut detrimentum terræ valeat redundare. Et tenore siquidem literarum tuarum & plurium Prælatorum, nec non & aliorum multorum in regno tuo consistentium nobis innotuit, quod adversùs inimicos Christianitatis, qui pro magnitudine sua potentia terram Hispaniæ tunc temporis occupabant, in auxilium charissimi in Christo fil. n. regis Castellæ illustris, cum armaturum multitudine festinares.*]

CAP. XIX.

¶ *Non valet juramentum præstitum in præjudicium juris superioris.*

a *al. Guilielmo.* b *Cap. 3. eod. tit. in 2. compil.* c *al. hominis & fidelitatis puritatem, &c.* d *al. Brundiensi. Archiepisc.* e *Pars c. cum non ab homine. sup. de jud. & c. 6. eod. tit. in 2. compil.* f *perjurandi.* g *Henrico Vitali & Leonardo Marco Maurien.* h *Cap. 2. eod. tit in 3. comp.* i *Mauricen.* k *Cumq; idem A. non credens se tale, &c.* l *observandum.*

a *Cap. 2. eod. tit. in 3. compilatione.* b *Cap. 4. eod. tit. in 3. compilat.* c *In Cod. Barbat. egeras indiscrete, discrete cupiens, &c.*

Idem

Idem *Consulibus & populo* a *Tudertino.*

VEnientes *b* ad sed. Apost. Consules vestros super his, quæ ad nos de vobis sæpiùs referuntur, & commonere curavimus, & aliquantulùm asperè convenire. Cùm enim & appellationibus interpositis ad Apost. sed. teneamini humiliter & devotè deferre, cùm & leges etiam seculares post sententiam beneficium appellationis non denegent aggravatis, vos sententias appellatione suspensas executioni mandatis. Verùm iidem Consules nobis exponere curaverunt, quòd cùm aliqui vestrum vocantur ad officium consulatûs, firmant proprio sacramento, quòd super mutuis & plagiariis secundùm vestræ civitatis consuetudinē judicabunt, & intra 28. dies, quæ judicaverint, exequentur. Unde salvo hujusmodi juramento vos non posse super his appellationib. deferre dicebant. Quia verò non minus judices secundùm leges, quàm Consules vestri secundùm consuetudinem vestræ civitatis judicare jurârunt: & ideò sicut judices contra leges, sic & Consules vestri contra consuetudinem possent *c* subditos aggravare: mandamus, quatenus appellationibus ad nos interpositis, deferatis, cùm prædictum juramentum vos excusare non possit, in quo debet intelligi jus superioris exceptum. Cùm ergò postquam S. lator præsentium ad sed. Ap. à sententia G. judicis appellavit, sententiam ipsam duxeritis executioni mandandam, in possessionem rerum, de quibus quæstio vertebatur, appellantis adversarium inducentes: volumus & mandamus, ut possessionem ipsam restituatis eidem: alioquin noveritis nos Episcopo Nucerino *d* mandâsse, ut vos ad id Eccles. cens. compellat.

CAP. XX.

¶ Jurans usuras non repetere, potest juramento non obstante eas juste causâ repetere. b. d. secundum intellectum notabiliorem.

Idem *Pisano Archiepiscopo.*

II. AD nostram *e* noveris audientiam pervenisse, quòd cùm I. & G. Petro usuras non modicas persolvissent, juramento firmaverunt, quòd nec per se, nec per alium prædictas usuras repeterent, vel apud Ecclesiasticum judicem, seu etiam secularem super his deponerent quæstionem. Cumque creditor condiderit testamentum, suis præcepit hæredibus, ut omnibus, qui probarent se dedisse usuras eidem, ipsas eis restituere procurarent. Unde cùm prædicti I. & G. usuras repetere non attentent propter hujusmodi juramentum, & hæredes prædicti P. eis negligant satisfacere de usuris: Mandamus, quatenus sub pœna excommunicationis publicè in Ecclesia proponi facias vel proponas, ut qui super hoc noverint veritatem, procedant ad testimonium proferendum: & si per dicta testium vel alia documenta tibi constiterit de præmissis, hæredes illius, ut usuras, quas à prædictis pater eorum accepit, restituant universas, Ecclesiasticâ censurâ compellas.

CAP. XXI.

¶ Juramentum generale debet ita intelligi, si fieri potest, ut non obviet juri, aliàs tanquam temerarium non obligat contra juris observantiam.

Idem *Neapolitano Archiepiscopo.*

III. AD nostram *f* noverit audientiam pervenisse, quòd à te quasi per extorsionem tale fuit præstitum juramentum, quòd in omni causâ deberes ordinem judiciarium observare. Verùm quoniam secundùm traditiones canonicas manifestâ accusatione non indigent *g*: nec in eis est ordo judiciarius observandus, qui debet in aliis observari: nec tu quando sub præmisso tenore jurâsti, habebas in mente, ut propterea venires contra canonicas sanctiones, alioquin non juramentum, sed perjurium potiùs extitisset, nec esset aliquâ ratione servandum. Nos juramentum tuum benignius interpretari volentes, ita quòd consonet canonicis institutis, frat. t. auctoritate præsentium intimamus, quòd in manifestis & notoriis ratione juramenti præmissi non credimus te teneri servare subtilitatem ordinis judiciarii, quam in his non servari per omnia ipsa juris ratio postulat & requirit. Unde videbitur subtiliter intuenti do ordine judiciorum procedere, ut in præmissis non per omnia ordo judiciarius observetur. Quanquam & secundùm approbatum intellectum rectè possit intelligi, quòd jurâsti, ut in omnibus causis ordinem judiciarium observares, in illis videlicet, in quibus est ordo judiciarius observandus. Sic ergò faciens & juramenti tenorem servabis, & instituta canonica non omittes.

CAP. XXII.

¶ Si unum juramentum uni deorsum alterum præstatur, illicitum est: & eo non obstante, cui debetur, præstandum est.

Idem *judici Carolitano.* a

EAte *b* credimus discretione vigere, ut intelligas per teipsum, quòd onus non remittitur, sed augetur, cùm cuiquam improvidè solvitur, quod alii ex debito est præstandum. Sanè cùm Archiepiscopus Turritanus à te nomine *c* nostro juramentum fidelitatis (sicut à nobis mandatum acceperat) exegisset, illud exhibere in ejus manibus distulisti, asserens, quòd Pisano Archiepiscopo salvo Apostolicæ sedis honore hujusmodi præstiteras juramentum. Cùm igitur nobis & Ecclesiæ Romanæ fidelitatem facere tenearis, si præstitum juramentum ei, quod à te nobis tanquam debitum est præstandum, contrarium reputes, illud illicitum judicabis: & illicito non obstante, quod licitè, imo ex debito petitur, exhibebis: vel si præstitum præstando contrarium non existit, illud sine difficultâte præstabis.

CAP. XXIII.

¶ Qui juravit stare mandato alicujus, non tenetur parere, si præcipit illicita, ut quod filium exheredet, vel uxorem abjuret.

Idem *d Alatrino Episcopo.*

QUintavallis *e* nostris auribus intimavit, quòd proposita, quam filiæ ipsius aliis mulieribus irrogârant, quòd earum mandato pareret, præstitit juramentum: quæ tale illi sub debito juramenti dedêre mandatum: quòd si quando filii *f* aut uxor illius aliquod factum vel verbum contumeliosum mulieribus illis objicerent, idem filias & filios exhæredaret, & à se propriam removeret uxorem. Quocirca mandamus, quatenus cùm licitum fuerit juramentum, sed mandatum illicitum, prædictis, ut revocent mandatum illud, injungas, alioquin eum ad mandati observationem illius denuncies non teneri.

CAP. XXIV.

¶ Ex causa levi & temeraria conjuges etiam quoad torum, & mutuam cohabitationem, se separare non possunt, etiam cum juramento interpositione.

Idem *Archiepisc. Tarraconen.*

TUa nos duxit *g* fraternitas consulendos, quid tibi super hoc sit faciendum, quòd B. & A. uxor ejus adinvicem juraverunt, se nunquam mutuò petituros: idē verò nunc repetit illā instanter: eā econtrariò affirmante,

---

a *al. Tridentino.* b *C. 3. eod. tit. in 3. comp. vide Guid. Pap. dic.* c *possint.* d *Reatino.* e *Cap. 6. eod. tit. in 3. compil. Vide B. Thom. 2. 2. q. 72. art. 3. & Sotum lib. 6. de just. & jur. q. 1. art. 4.* f *C. 7. eod. tit. in 3. comp.* g *Vide l. si verò 4. qui pro eo. ff. qui satisdar. cog. & leg. 2. & Bart. ff. de furtis.*

a *Al. Karsalitin.* b *Cap. 2. eod. tit. in 3. comp.* c *nomine Ecclesiæ.* d *Salatrino.* e *C. 9. eod. tit. in 3 comp. Vid. Balb. in Authen. generaliter. C. de Epis. & Cler.* f *filia.* g *Cap. 10. eod. tit. in 3. comp. Vide Sot. lib. 4. sentent. dist. 32. q. 1. art. 3.*

quod prius se faceret a Sarracenam, quàm rediret ad eum: [1 & 3.] ¶ Nos igitur fraternitati tuæ respondentes: mandamus, quatenus utrumque ad continentiam servandam moneas & inducas: quam si promittere voluerint & servare, utrumque dimittas sine alio commorari: alioquin si vir noluerit continere, tu illam ut revertatur ad ipsum, & tanquam uxor cum viro moretur, per excommunicationis sententiam appel. rem. compellas: cùm & temerarium fuerit hujusmodi juramentum, & adulterium utrinque sit commissum.

[1 *Sed adulterum cui adhæsit, postquam recessit ab eo, libenter dimitteret, & castitatem promitteret, & juraret.*]

CAP. XXV.

¶ *Is qui juravit cum muliere contrahere, propter supervenientem fornicationem, vel deformitatem, eam repellere potest: propter præcedentem non item.*

Idem b *Genuen. Archiepiscopo.*

Quemadmodum c si vir mulieri jurâsset, quando contraxit cum illa, quòd eam semper pro legitima uxore teneret, pro fornicatione, quam mulier antèa commisisset, non posset eam dimittere: sed pro fornicatione, quam postèa perpetraret, eam dimittere posset, non obstante hujusmodi d juramento, quoniam in eo talis erat subintelligenda conditio, si videlicet in legem illa conjugii non peccaret. Ita si quis juraverit se ducturum aliquam in uxorem, non potest ei fornicationem opponere præcedentem, sed subsequentem, ut illam non ducat in conjugem: quia in illo juramento talis debet conditio subintelligi, si videlicet illa contra regulam desponsationis non venerit.

Alioquin si post hujusmodi juramentum publica meretrix fieret, teneretur eam ducere in uxorem: quod est prorsùs absurdum. Nam si post contractum conjugium vir propter fornicationem, licitè potest uxorem à sua cohabitatione dimittere: longè fortiùs ante conjugium celebratum propter eandem causam sponsus licitè potest in suam cohabitationem non admittere sponsam: quia turpiùs ejicitur, quàm non admittitur hospes e. Non obstante in alterutro casu vinculo juramenti, quod quidem propter subintelligendam conditionem est tale, ut is qui juravit, ad utrumque sine transgressione se possit habere. Quòd si post hujusmodi juramentum mulier fieret non solùm leprosa, sed etiam paralytica, vel oculos, vel nasum amitteret, vel quicquam ei turpiùs eveniret: nunquid vir teneretur eam ducere in uxorem? profectò ductam non posset dimittere. Sed nunquid non ductam admittere teneretur? quamvis interdum contractum non dirimat, quod impedit contrahendum.

¶ *Si vir juravit non accusare uxorem, temerarium est juramentum: sed si specialiter de adulterio hoc juravit, denunciare potest, sed accusare non debet.*

Illud autem juramentum est proculdubiò temerarium, si vir juret uxori, quòd eam super nullo crimine accusabit: quia si mulier fieret infidelis, & nollet cohabitare viro absque contumelia creatoris, vel ut illum traheret ad infidelitatis errorem: tunc incunctanter deberet illam impetere apud judicem suum, ut eam, nisi penitùs resipisceret, omninò dimitteret, secundùm canonicas sanctiones. Quòd si expressè jurâsset, quòd eam super adulterio non impeteret, essetne servandum hujusmodi juramentum? Cùm Scriptura f testetur, quòd patronus est turpitudinis, qui celat crimen uxoris: & secundùm regulã Evangelii g, si primò & secundò correcta resipiscere nollet, dicendum esset Ecclesiæ, ut tanquam ethnica & publicana deinde vitaretur: ne per hoc libera præberetur ei peccandi facultas propter impunitatem peccati. Sed nunquid vir non potest dimittere uxori peccanti non solùm septies, sed etiam usque septuagies septies, secundùm Evangelicam veritatem? a Tutiùs ergò in hoc casu videretur, ut propter jurisjurandi religionem vir accusare desistat uxorem ad divortium celebrandum: quanquam denunciare eam possit ad pœnitentiam peragendam.

a *Vide Covarruv. lib. 4. var. resol. c. 9.* b *In antiq. Ianuens.* c *Cap. 11. eod. tit. in 3. comp. Vid. Mag. & Doct.* d *sacramento.* e *Videl. pen. ff. de cond. ob tur. caus. & l. generaliter. & l. si plagis per Bart. ff. de verb. obligat.* f *Levit. 18.* g *Matth. 18.*

CAP. XXVI.

¶ *Licitè ex causa necessaria etiam per religionem juratur.*

Idem *Abbati & Capitulo Cellensi.*

Etsi Christus h præceperit secundùm Evangelicam veritatem: [*Sit sermo vester, est est, non non:*] ut affirmatio vel negatio sicut procedit ex ore, ita procedat ex corde: quia tamen hominum excrescente malitiâ, simplici assertioni vel negationi vix creditur, idcirco prudenter adjunxit, [*quod amplius est, à malo est:*] à malo quidem, non tam culpæ, quàm pœnæ: nec exhibentium, sed exigentium juramentum: nam incredulitas hujusmodi magis est pœna, quàm culpa: unde non dixit, [*malum:*] sed dixit, [*à malo.*] Licèt enim juramentum prohibuisse Dominus videatur, nusquam tamen per creatorem, sed per creaturam jurare prohibuit: ne per hujusmodi juramentum transferretur ad creaturam honorificentia creatoris. Quare cùm in Evangelio i præmisisset: [*Dico vobis, nolite jurare omninò:*] statim subjunxit: [*neque per cælum, quia thronus Dei est: neque per terram, quia scabellum pedum ipsius est: neque per Hierosolymam, quia civitas est Regis magni: neque per caput tuum, quia non potes unum capillum facere album aut nigrum.*] Et quamvis non sit per creaturam jurandum: si tamen juretur per creaturam, servandum est quidem, dummodò sit licitum, quod juratur: quia teste veritate, [*qui jurat in cælo, jurat in throno Dei, & in eo qui sedet super eum.*] Jacobus k quoque non simpliciter prohibet juramentum: sed voluntatem jurandi, cùm ait: [*Ante omnia, fratres mei, nolite jurare:*] quoniam e ad juramentum non debet quenquam spontanea voluntas inducere, sed necessitas trahere importuna: & tunc potest sine culpa jurare, dummodò illos tres l comites habeat juramentum, de quibus Propheta ait g: [*Et jurabunt, vivit Dominus, in veritate, & judicio, & justitia.*] Quod autem Jacobus h subdit: [*Neque per cælum, neque per terram, neque per quodcunque aliud juramentum:*] jurare vetat per quamlibet creaturam, quodcunque sit illud: alioquin non dixisset Apostolus i: [*Homines per majorem sibi jurant, & omnis controversiæ eorum ad confirmationem finis, est juramentum:*] in quo patenter ostendit, per quem sit jurandum, cùm ait: [*homines per majorem sibi jurant,*] id est, per Deum: & cur sit jurandum, ut videlicet omnis controversiæ finis sit juramentum. Angelus quoque, quem vidit in Apoc. l Joan. stantem super mare & super terram, levavit manum suam ad cælum, & juravit per viventem in secula seculorum. Christus etiam plùs legitur dixisse in Evangelio, quàm est, non non: cùm sæpissimè dixerit: [*Amen dico vobis:*] quod ipse, secundùm Lucam exponens, cùm præmisisset l, [*Amen dico vobis, quia nemo Propheta acceptus est in patria sua:*] consequenter adjunxit: [*In veritate dico vobis, quia multæ viduæ erant in diebus Heliæ in Israël.*] Apostolus quoque jurabat, cùm diceret m: [*Testis est*

a *Matth. 18. Luc. 17.* b *c. 23. eod. tit. in 3. comp. Vid. B. Thom. 2. 2. q. 89. art. 2. & Sot. l. 4. de just. & jure. q. 2. art. 2. Matt. 5.* c *Adde, an testis juratus per S. Iacobum, vel alium deponat, vid. Cyn. in l. testium. C. de test.* d *Iac. 5.* e *quomodo ad jurandum, &c.* f *B. Thom. 2. 2. q. 89. art. 3.* g *Exod. 4.* h *Iacob. 5.* i *Hebr. 6.* k *Apoc. c. 14.* l *Luc. 4.* m *Rom. 1.*

mihi

mis Deus:] & iterùm: *a* [*Quotidie morior per gloriam vestram, fratres:*] quæ Græca exemplaria manifestissimam jurationem esse ostendunt. Si enim per se malum esset jurare, profectò Dominus non jurâsset, cùm tamen in Veteri Testamento legatur *b*: [*Quia juravit Dominus, & non pœnitebit eum:*] & rursùs *c*: [*Juravit Dominus David veritatem, & non frustrabitur eum:*] imò & præcepit in Veteri Testamento *d*: [*Redde Deo juramenta tua.*] Quædam enim prohibentur, quia per se mala sunt, ut furtum, adulterium, & hujusmodi: quæ non sunt aliquatenùs facienda. Quædam verò prohibentur ex causâ, non quia per se mala sunt, sed quia si fiant frequenter & multùm, ex his mala sequuntur: ut vinum per se malum non est, & tamen prohibet Apostolus dicens *f*: [*Nolite inebriari vino, in quo est luxuria:*] quoniam ex frequenti & immoderata potatione vini, luxuria generatur. Sic & juramentum per se quidem malum non est, cùm sit confirmatio veritatis, sed tamen prohibetur ex causâ, quoniam ex frequenti & incauta juratione perjurium sæpè contingit: sicut in Ecclesiastico legitur *g*: [*Vir multùm jurans replebitur iniquitate, & non discedet à domo ejus plaga.*] Quemadmodum ergò Paulus indulsit propter necessitatem discipulo suo Timotheo *h*, ut utatur modico vino propter stomachum, & frequentes infirmitates: sic profectò cùm necessitas exigit, pro re vera, licita, & honesta potest securè jurari, quia cessante causâ, cessat effectus *i*. Licèt ergò debeatis esse viri perfecti, ut quantùm potestis, juramenti vinculum evitetis: volentes tamen indemnitati vestri monasterii providere, ne propter defectum testium, sui juris sustineat læsionem: præsenti vobis paginâ indulgemus, quatenus vos & monasterii vestri Conversi possitis in causis ejusdem (deficientibus aliis testibus) pro ipso perhibere testimonium veritati.

CAP. XXVII.

¶ Juramentum contra utilitatem Ecclesiasticam præstitum, non tenet.

Idem *Episcopo Amelien.*

Sicut *k* nostris est auribus intimatum. Ecclesiâ Tudertinâ vacante, ipsius Canonici, & Episcopus cum eis, dum esset in minoribus ordinibus constitutus, juramenta quædam in damnum Episcopalis juris fecerunt, priusquam de Pontificis electione tractatus aliquis haberetur: [*1 & infrà.*] ¶ Pro juratione incauta imponi fecimus Episcopo pœnitentiam congruentem: [*2 & infrà.*] ¶ Quia *l* non juramenta, sed perjuria potiùs sunt dicenda, quæ contra utilitatem Ecclesiasticam attentantur: mandamus, quatenus ab ipsis Canonicis inquiras super præmissis diligentiùs veritatem: & si ea inveneris esse vera, quod in damnum Episcopalis juris repereris taliter attentatum, in statum debitum, appellatione remotâ, reducas.

[*1 Quæ utrùm servari debeant, cum ex eis contingeret præsertim reditus Episcopales minorari, vir providus & discretus ultimò nos duxit idem Episcopus consulendos. Nos igitur saluti ejus paternâ volentes felicitudine providere.*]

[*2 Et nihilominùs attendentes, quòd juramentum non ut esset iniquitatis vinculum fuerit institutum, &c.*]

CAP. XXVIII.

¶ Juramentum præstitum super actu à lege infirmato principaliter favore juratis, licèt secundariò in favorem publicum, necessariò est observandum, si non vi, nec dolo fuit præstitum, & in alterius præjudicium principaliter non redundat. h.d. multùm singulariter considerandâ medullâ capituli.

Idem *Belvacensi Episcopo.*

Cùm contingat *a* interdum, quòd constante matrimonio mulieres alienationibus super rebus dotalibus & donationibus propter nuptias consentiant, ne ulteriùs contraveniant proprio sacramento firmando, ac soluto processu temporis matrimonio contravenire nitantur: utrùm hoc eis liceat, à nobis tua frat. requisivit. Nos autem f. t. t. r. quòd etsi mulierem consensus in talibus non videatur obligatorius secundùm legitimas sanctiones, ne tali tamen prætextu viam contingat perjuriis aperiri: mulieres ipsæ servare debent hujusmodi juramenta, sine vi & dolo sponte præstita, cùm in alterius præjudicium non redundent, nec observata vergant in dispendium salutis æternæ.

CAP. XXIX.

¶ Movens bellum injustum compellitur restituere, quæ per violentiam occupavit, & eos absolvere, à quibus indebitè juramenta extorsit. h. d. usq; ad vers. Juramentum.

Idem.

Sicut: [*& J.*] ¶ Si constiterit *b*, quòd prædictus H. injustè bellum moverit contra I. ipsum H. inducere studeatis, ut universa per hujusmodi violentiam occupata restituat conquerenti, eum à præstito sibi juramento prorsùs absolventes. Quòd si acquiescere noluerit, ipsum ad hoc (si præmissâ veritate nitantur) cogatis per sententiam excommunicationis, terram ejus interdicti sententiæ supponentes.

¶ Non adstringitur quis juramento ad implendum quod juravit, si ab alia parte non impletur, cujus respectu præstitum est juramentum. h. d.

Juramentum autem, quod I. se asserit præstitisse, si de assensu factum est utriusque, eum non ligat, qui præstitit, dum ille cui præstitum fuerit, servare negligit, quod promisit.

CAP. XXX.

¶ Clerici non habentes temporalia à Laicis, non tenentur eis præstare juramenta fidelitatis.

Idem *in Concilio generali c.*

Nimis de jure divino *d* quidam Laici usurpare nituntur, cùm viros Ecclesiasticos nihil temporale obtinentes ab eis, ad præstandum sibi fidelitatis juramenta compellunt. Quia verò secundùm Apostolum *e*, servus suo Domino stat aut cadit, sacri auctoritate Concilii prohibemus, ne tales Clerici personis secularibus præstare cogantur hujusmodi juramenta *f*.

CAP. XXXI.

¶ Qui jurat non esse contra aliquem, potest in causis propriis & Ecclesiæ suæ esse contra eum. h. d. secundùm intellectum glossæ.

Honorius III. *A. & C. Canonic. Antiochen.*

Petitio *g* vestra nobis exhibita continebat, quòd Ecclesiâ Antiochenâ vacante, Princeps Antiochenus timens conspirationes aliquas fieri contra eum, à vobis juramentum extorsit, quòd contra ipsum de cætero non esse tis: [*1 & J.*] ¶ Interpretatione *h* congruâ declaramus, vos juramento hujusmodi non teneri, quin pro juribus & honoribus ipsius Ecclesiæ, ac etiam specialibus *i* vestris legitimè defendendis, contra ipsum Principem stare liberè valeatis, coërcendo vos à machinatione duntaxat, per quam idem Princeps deberet læsionem personæ vel sui amissionem incurrere Principatûs.

[*1 Cùm autem dilius Princeps adeò adversus ipsam Ecclesiam*

---

a 1. Corinth. 15. b Psal. 109. c Psal. 131. d Levitic. 19. Matth. 5. e Domino. f Ephes. 5. g Eccles. 23. h 1. Timoth. 5. i Vid. l. generaliter. C. de Episc. & Cler. & l. si pater. C. de hared. instit. k Cap. 3. tit. de constit. in 3. comp. Vid. Guid. Pap. l al. quia verò.

a Cap. 1. eod. tit. in 4. compilatione. b Cap. 2. eod. tit. in 4. compil. c Lateran. sub Innocent. III. d Cap. 1. eod. tit. in 4. compil. e Rom. 14. f Juramentum. g Nota, quæ conditiones intelligantur in juramento. de quibus Aretin. in §. aquè. Instit. de except. Inf. in l. si convenerit. ff. de jurisd. omn. jud. h In uno: Hoc autem interpretatione congruâ. i Specialibus legitur in omnibus scriptis, licèt in aliquot vulgatis mendosè legatur spiritualibus.

frequentes habeat quæstiones, nec vos ipsi deesse Ecclesiæ sine ipsius detrimento potestis, nec eidem audetis adesse, ne videamini contra debitum facere juramentum. Quare vobis humiliter supplicastis, ut vobis super his paternâ providere solicitudine dignaremur. Nos igitur utilitati Ecclesiæ ejusdem, & saluti ac famæ vestræ, & honori dicti Principis pariter providentes.]

CAP. XXXII.

¶ Cùm agitur de usuris potest judex in qualibet parte litis ex officio suo deficientibus probationibus, exigere à partibus juramentum de veritate dicenda. Et eâdem ratione idem in qualibet causa, in qua imminet peccatum, secundùm Panormitanum.

Idem *Archidiac. & magistro G. Canonico Tullen.*

EX literis a vestris accepimus, quòd super causa usurarum vobis pro G. contra E. ab Apostolica sede commissa, non potuit per testes ab ipsius G. parte productos de sortis quantitate liquere, licèt de obligatione pignoris constitisset: unde expedire videtis, quòd exigatur de dicenda veritate à partibus juramentum, cùm ex fama quasi notorium habeatur, præfatum E. ex quadam terra ipsius G. sibi titulo pignoris obligata, sortem & amplius percepisse. Ne igitur ex hujusmodi juramenti defectu justitia (occultatâ veritate) succumbat: mandamus, quatenus partes ad præstandum hujusmodi juramentum per cens. Eccles. appel. remotâ cogatis.

CAP. XXXIII.

¶ Si positus in dignitate alienat bona dignitatis, non valet alienatio, & ipsemet revocare debet, non obstante juramento de non revocando: maximè si prius jurat non alienare. l. d. secundùm verum intellectum. Panormitanus.

Idem *Colloccen.* b *Archiepiscopo & ejus Suffraganeis.*

INtellecto jamdudum, quòd charissimus in Christo filius noster Hungariæ Rex illustris, alienationes quasdam fecerit in præjudicium regni sui, & contra Regis honorem: Nos eidem Regi dirigimus scripta nostra, ut alienationes prædictas, non obstante juramento, si quod fecit de non revocandis eisdem, studeat revocare c. Quia cùm teneatur, & in sua coronatione juraverit, jura regni sui & honorem coronæ illibata servare, illicitum profectò fuit, si præstitit de non revocandis alienationibus hujusmodi juramentum: & propterea penitus non servandum.

CAP. XXXIV.

¶ Si mulier juravit aliquem esse suum maritum, & succubuit, quia aliter non probavit, non datur, nec denegatur ei licentia cum alio contrahendi.

Gregorius IX. *Episcopo Cenomanen.*

MUlieri, quæ in jure præstito juramento asseruit virum talem in ipsam per verba de præsenti matrimonialiter consensisse, probationes alias non habenti, viro ab ejus impetitione per sententiam absoluto, non debes licentiam dare cum alio matrimonium contrahendi, ne auctor perjurii videaris a: nec hoc ei dicimus prohibendum: ne fortè si falsum juraverit, matrimonium contingat legitimum impediri: sed suæ conscientiæ est potius relinquenda.

CAP. XXXV.

¶ Qui juravit servare statuta edita, & postea per illud juramentum aliter non jurando promisit servare edenda, seu postea edita, non tenetur ex juramento ad noviter edita. l. d. secundùm verum intellectum.

Idem.

CLericus, qui juravit se statuta in Ecclesia sua edita servaturum, promittens per idem juramentum, statutum, quod postmodum subsecutum est, fideliter observare: Licèt transgredi non debuerat, quod promisit, non tenetur ad illius observantiam ex debito præstiti juramenti.

CAP. XXXVI.

¶ Juramentum litis decisorium à judice delatum, sine justa causa recusari non potest: delatum verò à parte, licitè recusatur & refertur: in actione tamen famosâ non licet reo referre. hoc dicit, usque ad 9. sanè.

Idem *H. judici.*

IUramentum c à te parti delatum, nisi justa de causa non potuit recusari. Quamvis, quod in judicio à parte parti defertur, recusari possit licitè, ac referri. Nec liceat convento famosâ actione referre hujusmodi juramentum.

¶ Actore nihil probante, reus est absq; omni onere absolvendus: si verò præsumptio sit pro eo, defertur reo juramentum, vel ipsi actori consideratu personarum & causæ circumstantiis. l. d.

Sane si actor b omninò in probatione defecerit, reus debet (& si nihil præstiterit) obtinere. Præsumptione verò faciente pro illo, reo deferri potest, ad ostendendam suam innocentiam, juramentum, nisi judex (inspectis personarum & causæ circumstantiis) illud actori videat deferendum.

DE EXCEPTIONIBUS.

TITULUS XXV.

CAP. I.

¶ Si testis de crimine contra eum excepto convincitur, vel aliàs convictus apparet, repellitur à testimonio, sed de crimine non patitur, si non tangit negotium principale.

Cœlestinus III.

DEnique c, quòd in dicta & personas testium: [*1 & infrà.*] ¶ Si crimina testibus objiciuntur, de quibus non fuerant hactenus accusati, sed tantum per exceptionem opponuntur, probatio illorum criminum exhibenda est, antequam causa per sententiam terminetur: cùm (sicut canonica institutra declarant) testes absque ulla infamia, vel suspicione, vel manifesta macula in ferendo testimonio requirantur. Quòd si sola crimina, de quibus alio tempore convicti vel confessi fuerunt, testibus objiciuntur, à testimonio repelli possunt: quia sicut Stephanus Papa d & alii Pontifices e multi Romani testantur, non est credendum contra alios eorum confessioni, nisi priùs se probaverint innocentes. Cæterùm si de criminibus ad solam exceptionem objectis, testes convicti fuerint sive confessi, pœnâ ordinariâ mulctari non debent, cùm accusatio in ipsos, secundùm juris ordinem non procedat. Sufficit ergo si à perhibendo testimonio repellantur, præsertim ubi crimen quod eis objicitur, causam, de qua agitur, contingere non videtur.

[*1 Quibus ante juramentum vel depositiones nihil obstabat fiat, post attestationes publicatas possit opponi, hoc in Romana Ecclesia de longa consuetudine obtinuisse cognoscat, ut ante juramentum vel depositiones & post, in dicta & etiam personas testium legitima exceptio possit opponi, &c.*]

CAP. II.

¶ Reo excipiente de excommunicatione contra actorem, non obstat communionis replicatio.

a *Vid. Guid. Pap. hic. & Beat. Tiren. 2. 2. quæstion. 72. art. 3.* b *Colen. alii. Colocen. in omnibus.* c *Vid. leg. prohibere §. quod planè. per Bartol. ff. quod vi aut clàm.* d *Iuramentum non debet deferri ei, quem credimus recursurum per juris. l. 2. C. de ind. ordinat. vide*

a *Vid. Guid. Pap. hic.* b *Vid. Bart. in l. 1. D. de except. Spec. tit. de prob. Salic. & alios in l. qui accusare. C. de edendo.* c *C. 1. eod. tit. in 2. compil.* d *Epist. 2. Refert Burch. lib. 1. Decr. c. 164.* e *scilicet Felix, Calixtus & Damasus, quorum refert Burch. de hac re dicta l. 1. Decr. c. 169. 171. & 172.*

Inno-

Innocentius III. *Archid. Richemundiæ.*

ANobis ex parte tua *a* fuit quæsitum *b*, utrùm is, qui excommunicato in locutione vel oratione scienter communicat, excommunicatum ipsum à sua possit accusatione repellere, cùm ille communionem hujusmodi replicet contra eum.

Nos igitur inquisitioni tuæ r. r. quòd ipse ab accusatione illius poterit removeri, cùm primus à communione fidelium sit exclusus, secundus verò tantùm à sacramentorum participatione sit remotus *c*.

CAP. III.

¶ Habens plura beneficia, contra alium de pluralitate non excipit. ix. d. Ioan. And.

Idem *Audicen. Episcopo.*

CUm Ecclesiasticæ *d* provisionis officium: [1 & 3.] ¶ Mandamus, quatenus Jac. faciatis Præbendæ illius, de qua per C. præd. noscitur investitus, pacificè possessione gaudere, cùm exceptionem illam, quòd præfatus Jac. in alia Ecclesia beneficium possidet, ei non possint opponere, quos constat varia beneficia in diversis Ecclesiis obtinere.

[1 *Pro quæstione siquidem, quæ inter dilect. fil. Novarien. Capitulum & I. Clericum super Præbenda Novarien. Ecclesiæ vertebatur, tam nostri Capituli, quam idem I. ad sedem Apostolicam accesserunt: & dum in nostra & fratrum nostrorum præsentia foret utraque partium constituta, pro ipso Iac. fuit taliter in nostro auditorio allegatum, quòd cùm placuisset bon. mem. cc. Pp. p. n. Iac. Præbendam Novarien. Ecclesiæ, quæ fuerat Magistri B. defunct. ad preces quorundam Cardinalium conferre, & ipsum de illa manu propriâ investire, de Apostol. fid. mandato fuit postmodum in corporalem ipsius possessionem inductus, quoniam non permittebant eum Canonici possidere. E contrario verò Novarien. Canonici respondentes, exceptiones quamplurimas allegabant, quibus ipsum Iac. à percipienda Præbenda repellere omnino intendebant.*]

CAP. IV.

¶ Iudex statuere debet terminum ad omnes dilatorias proponendas, post quem excipientem non audiet, nisi in tribus casibus hîc exceptis.

Idem *Episcopo Helien.*

PAstoralis: *e* [& 3.] ¶ Quoniam per dilatorias exceptiones malitiosè nonnunquam causarum terminatio prorogatur, inquisitioni tuæ t. respondendo decernimus, ut intra certum tempus à judice assignandum, omnes dilatoriæ *f* proponantur: Ita quòd si partes extunc voluerint aliquas opponere, quas non fuerint protestatæ, nullatenùs audiantur *g*: nisi fortè aliqua de novo sibi competens exorta fuerit: vel is, qui voluerit eam opponere, fidem faciat juramento, se postmodùm ad illius notitiam pervenisse.

CAP. V.

¶ Excommunicatus excipere, appellare, & omnem defensionem facere potest, sed reconvenire non potest.

Idem *Monachis Farfen.* h

CUm inter *i* Priorem & Conventum de Argentolio *k* ex parte una, & nobilem virum S. de Malleone *l* diœcesis Pictavien. ex altera, super damnis & aliis coram vobis ex delegatione nostra quæstio verteretur, procuratore ipsius nobilis vestrum volente declinare judicium, eò quòd duos ex vobis habebat suspectos, procurator monasterii allegavit parti ejusdem nobilis (cùm esset vinculo excommunicationis adstrictus) exceptionis hujusmodi beneficium interdictum: [1 & 3.] ¶ Inquisitioni vestræ duximus respondendum, quod prædicto nobili legitima defensio in judicio reservatur, & maximè judicis *a* recusatio, cùm periculosum sit coram suspecto judice litigare, ac suspectis judicibus sed. Apostol. causam de certa conscientia *b* non committatur: unde in talibus non excommunicati favor attenditur, sed æquitas judicantis, cùm non debeat claudicare judicium: ac satis videatur absurdum, si actore impugnante, reo defensionis copia denegetur, quia sic condemnaretur multoties absolvendus. Porrò cùm excommunicato, quando in causa absolutionis existit, non sit justa deneganda sententia, nec interdici debet eidem appellationis remedium, si contra justitiam condemnetur, quâ ratione in uno eodemque negotio ipsi alia legitima subtrahantur suffragia, non videmus. Cæterùm non sic in reconventione sentimus: ne quod in defensionis remedium sustinetur, ad impugnationis materiam extendatur.

[1 *Cùm enim excommunicatus non reperiat ex communicatis commodum, valeat convenire, si exceptionis liberum posset habere progressum vel recursum, traheretur multoties in faciem, quod odiosum introduxit. Unde postulasti sedis Apostolicæ oraculo edoceri, qualiter in hoc dubitationis articulo procedere debeamus.*]

CAP. VI.

¶ Excipiens non videtur fateri ea, quæ in exceptione excluduntur. Et exceptio falsi potest etiam post sententiam opponi.

Idem *Monachis Farfen.* c

CUm *d* venerabilis frater noster I. Sabinen. Episcopus coram dilectis filiis nostris R. tituli S. Anastasiæ Presbytero, & P. sanctæ Luciæ Diacon. Cardin. quos sibi & R. procuratori vestro concessimus auditores, Ecclesiam sancti Viti cum suis possessionibus & pertinentiis petivisset, asserens eandem ad se in spiritualibus & temporalibus pertinere. Idem nondum Episcopi intentione fundatâ, præproperè *e* sic respondit: quòd etsi dicta Ecclesia dudum fuerit Ecclesiæ Sabinen. subjecta, eam tamen non poterat Episcopus vendicare, quam ex permutationis causâ Farfen. monasterium obtinebat, ad hoc probandum quoddam exhibens instrumentum, in quo contineri primâ facie videbatur, quòd Theodosius Episcopus cum suorum Sacerdotum assensu prædictam Ecclesiam sancti Viti, pro quibusdam Ecclesiis & rebus aliis in cambium vestro duxit monasterio concedendam.

Ad hæc Episcopus proposuit memoratus, intentionem suam per hujusmodi responsionem esse fundatam: cùm enim pars vestra responderit, se dictam Ecclesiam ex permutatione facta per Sabinen. Episcopum obtinere, confiteri per consequens videbatur, se credere, quòd dicta Ecclesia tempore permutationis pertinuit ad Ecclesiam Sabinen. cùm permutatio inter contractus bonæ fidei computetur, nec cum alio, quàm cum Domino, vel cum eo, qui habebatur loco Domini, legitimè valeat celebrari: [1 *& infrà.*] ¶ Porrò memoratus Episcopus ad probandum, quòd jam dicta Ecclesia ad se in temporalibus pertinebat, quosdam testes induxit, per quos nitebatur *f* ostendere, quòd tam dictam Ecclesiam, quàm molendinas, terras, & alia bona ejus, Sabinen. Episcopi diutiùs possederunt, de illis pro suæ voluntatis arbitrio disponendo: [2 *& infrà.*] ¶ Intelleximus supradictum Episcopum intentionem suam minimè fundavisse per testium depositiones, vel procuratoris supradicti

---

a *Cap. 2. eod. tit. in 3. compilat.* b *requisitum.* c *Dictio, sit, deest in pluribus.* d *Capit. 2. eodem titul. in 3. compilatione.* e *Supr. de off. Iud. delegat. c. pastoralis. require quæ sunt hîc decisa cap. 3. eod. tit. in 3. compilat. Vid. Bald. in l. 2. ff. quod vi aut clàm.* f *Vid. l fin. C. de except.* g *Vid. text. in auth. qui semel, cùm ibi notat. C. de probat.* h *Hæc duo postrema verba desunt in antiquis.* i *Cap. 2. eod. tit. in 4. compil.* k *Argentorat.* l *ab Malu.*

a *Vid. Hostien. in sum. titul. de recus. §. qua sint justa causa.* b *al. sientia.* c *Farfen. al. Franoten. In quibusdam ita: Innoc. III. Archid. Richemundiæ.* d *Cap. 10. tit. de Confess. in 4. comp. Vid. Dyn. in cap. exceptione. De reg. jur. Adde Roman. in l. cùm mulier. ff. fol. matrim.* e *al. propere.* f *videbatur.*

responsionem, quia exceptionem objiciens de intentione partis adversæ, non intelligitur fuisse confessus, vel per instrumentum ex adverso exhibitum, cùm in eo Theodosius Episcopus, à quo permutatio facta proponitur, non dicatur Episcopus Sabinensf. quanquam in transcripto, quo procurator utebatur, appositum fuerit Sabinen. per vitium falsitatis. Licèt autem nimis excesserit, qui transcriptum illius instrumenti falsavit, quia tamen delictum personę in damnum Ecclesiæ redundare non debet, ac non solùm ante sententiam, verùm etiam post objici potest exceptio falsitatis, cùm falsorum instrumentorum prætextu lata sententia, usque ad xx. annorum spatium valeat retractari veritate compertâ: nolumus ut per id monasterio vestro præjudicium generetur.

Quia verò nobis constitit, supradictam Ecclesiam sancti Viti constitutam esse in diœcesi Sabinen. Episcopale jus in omnibus eidem Episcopo adjudicavimus in eadem, illis duntaxat exceptis, quæ per authentica scripta ei noscuntur esse subtracta, cùm per privilegium vel per præscriptionem legitimam nullatenùs probaretur exempta.

Verùm quia dictus Episcopus, qui eandem Ecclesiam vendicabat, munitum se præscriptione legitimâ non ostendit, quanquam probaverit Episcopum Sabin. bona ejusdem Ecclesiæ aliquanto tempore possedisse: vos ab impetitione Episcopi quoad temporalia ejusdem Ecclesiæ sententialiter duximus absolvendos.

[1 *Adjiciens etiam, quòd si confessioni stare vellet, in quantum contra vos facere videbatur, instrumentum tamen hujusmodi contra se minimè admittebant, quia nec tabellionis auctoritate, nec subscriptione testium dignoscitur esse fulcatum. Sed ad hæc pars vestra respondit, quòd cùm procurator in modum exceptionis id objiceret, non videbatur de adversa partis intentione fuisse confessus, quia juxta legitimas sanctiones, qui exceptione utitur, non æstimatur de intentione adversarii confiteri, adjungens quòd etsi permutationis tempore tenebium foret, credideritEcclesiam dictam S. Viti ad Sabin. Ecclesiam pertinere, prædictus tamen procurator ex certis causis seu verisimilibus conjecturis credulitatem suam postmodùm potuit taliter informare, ut crederet eandem Ecclesiam ad Sabinen. Ecclesiam tunc temporis non spectâsse.*]

[2 *Super his igitur & aliis propositis coram supradictis Cardinalibus, deliberatione cum fratribus nostris habitâ.*]

CAP. VII.

¶ *Si exceptio jurisdictionis exclusiva, propter quam fuit appellatum, probatur vera, judex appellationis non debet de principali cognoscere, sed supersedere. b. d. intelligendo, quòd isti erant judices appellationis. & est notabilis intellectus. Panorm.*

Honorius III. *Abbati S. Huberti & sancti Martini Leodien.* a.

OLim [1 & 3.] ¶ Nuper verò ex parte Gu. fuit propositum, quòd literis præd. n. Treveren. Archiepiscopo præsentatis, idem VV. excipiendo proposuit, quòd auctoritate ipsarum respondere minimè tenebatur, quia ultra duas dietas extra suam diœcesf. in trahebatur in causam: & quia dictus Archiepiscopus hanc exceptionem admittere recusabat, vocem ad nos appellationis emisit: [2 & 3.] ¶ Porrò procurator partis *b* adversæ respondit, quòd idem Guil. ultra duas dietas extra suam diœcesim minimè trahebatur, cùm ipse Archiepiscopus terminum in tali loco statuerit, qui remotus ab illo non erat ultrà, quàm provisum est per constitutionem Concilii generalis: [3 & 3.] ¶ Discr. v. mandamus, quatenus si procurator dicti Guil. probare potuerit exceptionem, quam coram Archiepiscopo proposuit sæpedicto, videlicet, se in causam trahi ultra duas dietas contra constitutionem concilii generalis *a:* vos appellationem dicti Guil. legitimam decernentes, negotio supersedere curetis.

[1 *Fuit nostris auribus intimatum, quòd cùm fel. mem. I. Pp. p. n. mandavisset ven. f. n. Archiepiscop. Trever. ut compositionem inter nobiles viros L. Comitem Delos & VV. de Hollandia crucesignatos Trever. diœcesf. super raptu nobilis mulieris uxoris ejusdem Comitis, terris & rebus aliis amicabiliter ratam faceret observari, dicto verò VV. nitente venire contra dictam compositionem, & se ad Apostolicum duffugium convertente: idem Archiepiscopus appellationi ejus non deferens, quam frivolam esse decrevit, in præfatum VV. qui aliàs erat vinculo excommunicationis adstrictus, specialiter propter compositionem prædictam excommunicationis, & in terram suam interdicti sententias promulgavit. Cumq; postmodum dilect. fil. G. dicti G. procurator, nostras ad vos super executione sententiarum ipsarum literas impetrâsset, & H. procurator VV. præfati in audientia publica contradixisset eisdem, ven. f. n. Alban. Episc. & dilect. F. G. S. M in Cosmi Diacon. Cardin. quas procuratoribus antedicti audiores dedimus, quia per ea, quæ ab eisdem fuerunt proposita coram eis, constitit manifestè, dictum VV. excommunicationis vinculo esse innodatum, procuratorem ejusdem VV. ad impetrandum literas vel contradicend. admittendum non esse sententialiter decreverunt, literis, quas ad vos procurator dicti Comitis impetraverat, absolutis. Nos quidem ad instantiam procuratoris Comitis suprædicti alterius partis astutiam metuentes, vobis dedimus in mandatis, ut in commisso vobis negotio juxta formam in prædictis nostris literis expressam, ratione prævia procederetis, literas decernentes* carere viribus, *si quas forte à nobis super præmisso pro ipso VV. in præjudicium ipsius Comitis per subreptionem contigit impetrari, quæ plenam de prædictis non facunt mentionem.*]

[2 *Sed præfatus Archiepiscopus appell. contemptâ mandavit ven. fr. n. Treveren. Episcop. ut compositionem prædictam faceret per cons. Eccles. firmiter observari: ad jectum etiam fuit ex parte præfati VV. quòd dictus Comes appellationem frivolam mentiens antedictam, excommunicatus ad nos existens veritate tacitâ literam impetravit suprædictas, quando pro parte ipsius VV. fuit humiliter supplicatum, ut cùm idem, ac terra sua, necnon & alia bona sub Apostol. sed. protectione consistat, super hoc sibi provideremisericorditer dignaretur, non obstante sententiâ, quam incurrerat, cum Ludovico in Angliam transferenda, cùm ipsum absolverimus ab eadem. Nos igitur eidem excommunicationis vinculo absoluto, providere volentes, Abbati S. Laurentii & conjudicibus suis per nostras literas dedimus in mandatis, ut si rem invenirent taliter se habere, revocato in irritum quicquid invenirent post appellat. hujusmodi attentatum, causam audirent, & fine debito terminarent, alioquè partes ad examen nostrum remitterent appellantem in expensis legitimis condemnantes.*]

[3 *Adjecit etiam ipsius Comitis procurator, quòd sæpedictus VV. auctor. jam dicti prædecessoris, aliâ est excommunicatione ligatus, de qua in literis ad jam dictum Abbatem S. L. & ejus conjudices directis nullam fecit penitùs mentionem. Unde petivit suprædicti Comitis procurator, ut eas ob causas jam dictas decerneremus irritas & inanes. Quia verò in tanta contrarietate proponentium de veritate nobis constare non potuit.*]

CAP. VIII.

¶ *Pro defensione sua Ecclesia potest quis apponere exceptionem excommunicationis, perjurii, vel aliam legitimam exceptionem, nec per replicationem excommunicationis vel perjurii repelli potest.*

Idem *Archid. Translig. & Officiali, & I. Canonico Turonen.*

DIlecti filii S. & P. ac G. Canonici Ecclesiæ sanctæ Mariæ, transmissâ nobis *b* petitione monstrârunt,

a *De materia hujus decret. quatenus agit de dieta, vid. Bartol. in leg. 1. ff. si quis caut. Imolam in l. continuus. ff. de verb. obligat. Alexand. cons. 22. Incip. considerato verbo sacrati. in 4. volum.* b *ipsius Comitis.*

a *Lateranen. sub Innocent. III. cap. 37.* b *Dilio, nobis, deest in multis.*

quòd

quòd cum M. Canonicus ejusdem Ecclesiæ ipsos coram delegatis à nobis traxisset in causam, super eo, quòd se opponunt electioni à quibusdam Canonicis a Grandens. factæ de ipso in Priorem Ecclesiæ supradictæ: iidem proposuerunt, quòd dictus M. non debebat audiri: eò quòd excommunicatus erat, & perjurii crimine irretitus. Cumque dictus M. præfatis G. & P. perjurium, & S. excommunicationem in modum b exceptionis & replicationis objiciens, eorum exceptionem elidere niteretur: procurator eorum proposuit, quòd ejus super hoc probatio recipi non debebat, quia & si objectum præfatis Canonicis perjurium probaretur, non essent propter hoc à defensione suæ Ecclesiæ repellendi. Adjecit etiam, quòd contrà excommunicationem dicto M. in modum exceptionis objectam, excommunicatio supradicti S. replicari non poterat: quin exceptio ipsi M. opposita & probata, eundem repelleret ab agendo: replicatio verò sæpedictum S. nequaquam à defendendo repelleret, si etiam probaretur: [1 & infrà.] ¶ Ipsi verò judices interlocuti fuerunt, quòd priùs probationes reciperent super replicatione præmissa c, propter quod ad nostram fuit audientiam appellatum. Quocirca mandamus, quatenus si res ita se habet, revocato in irritum, &c.

[1 *Quare petebatur, ut omissis probationibus hujus replicationis, in quibus etiam si probaretur, labor, ut præsentium est, consumeretur, inanes probationes reciperent, quas ad probandum objecta ipsi M. dicerent præducendas.*]

CAP. IX.

¶ *Si per exceptionem suspensionis, contra quam replicatur de nullitate, ordinatio Ecclesiæ retardatur, fit absolutio ad cautelam.*

Gregorius IX. *I. & M. Canonicis Pragen.*

APostolicæ sedis: d [& f.] ¶ Sanè vobis apud sedem Apostolicam constitutis, quædam suspensionis & amotionis à beneficiis sententiæ fuerunt in modum exceptionis objectæ. Quas licèt proponeretis vos posse nullas esse per testes idoneos & instrumenta probare: Netamen ordinationem Pragens. Ecclesiæ, propter quam veneratis, hujusmodi objectionis obstaculo contingeret retardari: Sententias ipsas relaxavimus ad cautelam.

CAP. X.

¶ *Excommunicationis exceptione non obstante valet rescriptum impetratum in causa appellationis, licèt de excommunicatione lata post appellationem à gravamine non faciat mentionem. hoc dicit, & secundum hoc est casus not. & singularis: per quem forte posset colligi una regula, quòd de innovato post appellationem etiam ab interlocutoria non est necesse in rescripto facere mentionem. Panormit.*

Idem *Decano Linconiens.*

Dilectæ e in Christo filiæ Prioriss & Conventus de Campessia nobis significare curârunt, quòd cùm inter ipsas ex una parte, & Priorem & Conventum de Burcellia ex altera, super quibusdam decimis & rebus aliis, pro quibus conveniebantur ab illis coram Abbate S. Benedicti & ejus collegis, auctoritate Apostolicâ quæstio verteretur, & ipsæ ad nos ex sufficienti gravamine appellâssent, ac nuntium suum ad appellationem miserint prosequendam: præfati judices postmodùm tulerunt excommunicationis sententiam in eosdem. Nostris ergò literis super appellatione præfata, non factâ mentione de excommunicatione, per eundem nuntium ad Priorem de Angles & suos conjudices impetratis, pars adversa ex eo se appellâsse proponens, quòd ipsi judices exceptionem excommunicationis prædictæ, contra ipsas ab eadem parte propositam admittere denegârunt, ad Priorem de Gernemoe, & suos conjudices nostras super hoc literas impetravit: coram quibus ex parte ipsarum fuit excipiendo propositum, quòd cùm post appellationem legitimam dicta sententia lata fuerit, & cuilibet excommunicato defensionis auxilium competere dignoscatur, memorati judices exceptionem partis contrariæ (sicut nec debebant) admittere noluerunt: sed cùm dictus Prior de Gernemoe & conjudices sui talem exceptionem non reciperent earundem, ipsæ ad nostram audientiam appellârunt. Quocirca mandamus, quatenus si est ita, revocato in statum debitum, quicquid post hujusmodi appell. inveneris attentatum, in eodem negotio juxta prioris mandati nostri ad præfatum Priorem de Gernemoe & conjudices suos directi tenorem, præviâ ratione procedas.

CAP. XI.

¶ *Per exceptionem excommunicationis à prosecutione appellationis etiam originalis actor repelli non debet. h. d. & est casus singularis, quatenus dicit de actore.*

Idem *Abbati sancti Salvatoris Papien. & Vercellen. Præposito.*

SIgnificaverunt a nobis Capitulum de Tornacens. quòd cùm P. in suum Archipresbyterum elegissent, Mediolanen. Archiepiscopus præsentatam sibi electionem renuens confirmare, quendam Zepum Clericum in Archipresbyterum instituit Ecclesiæ supradictæ: quare ipsis ad sedem Apostolicam appellantibus, Præposito sancti Stephani causam ipsam super his dicimur commisisse: qui electionem ipsorum confirmans, & pronuncians jus eligendi ad ipsum Capitulum pertinere, partem adversam ab impetitione ipsorum absolvit, à qua sententia partes ad sedem Apostolicam appellantes, causam ipsam vobis obtinuêre committi. Sed à parte altera exceptione excommunicationis oppositâ contra Capitulum memoratum, vos minùs provide attendentes, quòd prætextu excommunicationis oppositæ à prosecutione appellationis non debeat quis excludi: cùm omnis legitima defensio excommunicato in judicio reservetur: partem adversam non esse cogendam ad respondendum eisdem, perperàm decrevistis: propter quod dictum Capitulum nostram audientiam appellavit: [& f.] ¶ Mandamus, quatenus si est ita, exceptione hujusmodi non obstante, in eodem negotio procedatis.

CAP. XII.

¶ *Reus in qualibet parte litis excommunicationem contra actorem objicions auditur: & si malitiosè distulerit, in expensis condemnatur, & dato, quòd non excipiat, ipse judex publice excommunicatum repellet.*

Idem.

EXceptionem b excommunicationis in dilatoriis proponendis reus scienter omittens, in qualibet parte litis opponere minimè prohibetur, quod est in hac exceptione specialiter observandum, ne quisquam c in periculum animæ suæ excommunicato communicare cogatur. Qui si eam omiserit, ut actor laboribus & sumptibus fatigetur, in expensis est legitimis condemnandus. Excommunicatus d autem publicè, etsi hujusmodi exceptio non opponitur, nihilominùs est officio judicis repellendus.

a *al. Gracianensis Ecclesia.* b *Hæc duo verba, exceptionis &, desunt in antiq. manuscr.* c *Vid. l. circa. cum not. ff. de probat.* d *De absolutione ad cautelam, vide Specul. tit. de sentent. § ut autem. Aide Ioan. de Anania cap. 1. § de maleficiis. & Alberic. in l. à præcedente. C. de dilat.* e *De mater. videlicet an & quando valeat rescriptum impetratum per excommunic. vid. Card. Consil. 3. tit. de rescr. & Consil. 12. de reg. Eclin. in c. 1. sup. de rescript.*

a *Al. Significavit. Vid. Petr. Duenam reg. 270. In c. excommunicatus non potest.* b *Vid. Bellamer. Dec. 226. & Gomez. incomp. utriusq; fig.* c *al. ne quis.* d *De materia vitandorum excommunicatorum vid. Fel. in c. Rodulfus. de rescript.*

CAP. XIII.

¶ *Non competit exceptio rei judicatæ rei absoluto, quia non possidebat.*

Idem.

ADversario *a* tuo per judicem absoluto, quoniam tempore motæ litis rem petitam ab ipso sine dolo desierat possidere, si eam modò possideat, tibi petenti denuò, rei judicatæ exceptio non obsistit.

CAP. XIV.

¶ *Valet rescriptum impetratis ab excommunicato super prosecutione appellationis, licèt de excommunicatione non fecerit mentionē.*

Idem.

VEnerabilem fratrem nostrum Archiepiscopum *b* Narbonen. qui à judicibus ex sufficienti gravamine ad Apost. sedem appellans, ad vos super appellatione sua nostras literas repottavit, etsi ex causis aliis tempore impetrati rescripti vinculo fuerit excommunicationis adstrictus, de quibus ibi mentio non habetur, ad prosequendam per easdem literas appellationem prædictam decrevimus admittendum. Quia nihil excommunicato appellare prodesset, si non posset appellationem suam prosequi, & super ea literas impetrare.

DE PRÆSCRIPTIONIBUS.

TITULUS XXVI.

CAP. I.

¶ *Episcopus contra Episcopum locum per se convertsum ad fidem, præscribit triennio: sed cum vacat Ecclesia, vel est in schismate, non præscribitur contra ipsam.*

Ex Concilio Aphricano *c*.

PLacuit, ut si quisquam *d* aliquem locum ad catholicam unitatem convertetit, si eum per triennium nemine repetente tenuerit, ulterius ab eo non repetatur. Si tamen per ipsum triennium fuerit *e* Episcopus, qui posset repetere, & tacuit: si autem non fuerit, non præjudicetur matrici Ecclesiæ, sed liceat, cùm locus acceperit Episcopum, ex ipso die intra triennium repetere. Item si fuerit Episcopus ad catholicam fidem ex Donati *f* parte conversus, non ei præjudicet præfinitum tempus: sed ex quo die conversus est, habeat per triennium potestatem repetendi locum, qui ad ipsam cathedram pertinebat.

CAP. II.

¶ *Duobus modis summatur: Primò sic: Taciturnitas Prælati non nocet Ecclesiæ, donec sit præscriptum. Secundò sic: In rebus incassis non currit præscriptio, Ioann. Andr.*

Ex registro Gregor. *g* Italiæ Patriciæ.

NIhil *h* prodest: [1 & 3.] ¶ Nihil cum scandalo, nihil cum forali strepitu, vobiscum nos velle de causis pauperum definire, vobis scripsisse meminimus. Sed illud vos scire credimus, taciturnitatem atque patientiam nostram futuris post me Pontificibus in rebus pauperum præjudicium non facturam.

[1 *Gloriosissima sanitas & pulchritudo corporis superficie, si vultum latet intrinsecus: atque illa magis cavenda est discordia, quæ satellitum pax probat exterior. Illud verò quod in epistolis nostris revocare in memoriam nostram excellentia vestra studium contendit, scriptum esse vobis.*]

CAP. III.

¶ *Per quietam & sinceram possessionem triginta annorum, præscribit Ecclesia rem privati. h. d. prout loquitur in præscriptione Ecclesia adversè, & iste intellectus tenendus est.*

Gregorius.

SAnctorum *a* Patrum sanctiones statuentes confirmaverunt, & nos irrefragabiliter confirmamus, ut omnes possessiones ad singulas provincias nostrorum fratrum pertinentes, à quibus per triginta annos possessæ sunt quietè & sincerè absque synodali proclamatione, perpetuò teneantur.

CAP. IV.

¶ *Quarta decimarum & funeralium præscribitur contra Episcopum, si quadraginta annorum spatio non fuerint, & cathedralis Ecclesia interim non vacarit.*

Alexand. III. *Salernitano Archiepisc.* b

DE quarta decimæ & *c* oblationis defunctorum Clericus ab impetitione Episcopi quadragenariâ præscriptione temporis se posse tueri videtur. Nisi fortè interim pastoralis sedes caruisset pastore, qui jura Ecclesiæ suæ exigere debuisset. Nam Romana Ecclesia tricennalem præscriptionem contra Ecclesiam non admittit.

CAP. V.

¶ *Possessor malæ fidei non præscribit.*

Idem. *d*

VIgilanti studio *e* cavendum est, ne malæ fidei possessores simus in prædiis alienis: quoniam nulla antiqua dierum possessio juvat aliquem malæ fidei possessorem, nisi respuerit, postquam se noverit aliena possidere: cùm bonæ fidei possessor dici non possit. Ephesinus enim legislator solùm propter vitandam miserorum segnitiem, & longi temporis errorem & confusionem, primus tricennali vel quadragenali præscriptione vigorem legis imposuit *f*. Nobis autem tam in rebus cognitis, quàm latentibus placuit non habere vigorem.

CAP. VI.

¶ *Una Ecclesia in parochia alterius quadraginta annorum spatio decimas præscribit.*

Idem *Mauritano* g *Episcopo.*

ADautes *h* nostras pervenit, duas Ecclesias litigâsse super decimis, quas una earum in alterius parochia annis xl. possedit: [1 & 3.] ¶ Tuæ fraternitati tenore præsentium innotescat, quòd de jure *divino & humano* melior est conditio possidentis. Quia quadragenalis præscriptio omnem prorsùs actionem excludit.

[1 *Ac per hoc ejus adversum putat esse extinctam: altera verò volens eas jure parochiali evincere, præsumptionem non debere sibi obesse proponit. Ideoq. quid juris sit in hoc casu, tua nos docuit f. consulendos.*]

CAP. VII.

¶ *Laici spiritualia possidere non possunt, ergò & per consequens, nec præscribere. h. d. & quotidiè allegatur.*

Idem *Parmensi Episcopo.*

CAusam *i* quæ inter Regin. Archid. & Nobilem virum G. super decimis vertitur: [1 & 3.] ¶ Ideoque *f. t. p. a. f. p.* mandamus, quatenus causam ipsam debito fine decidas, non obstante præscriptione temporis, vel concessione Ecclesiasticæ secularisve personæ, si idem G. opponere eam voluerit: quia cùm Laici decimas detinere non possint, eas nullâ valent præscribere ratione.

[1 *Experientia tua, de qua maximum confidimus, commonitus studiendam & mediante justitiâ terminandam.*]

CAP. VIII.

¶ *Si contra præscriptionem xl. annorum, qua sola currit contra Ecclesiam, opponatur interruptio, utetq. probabit.*

Idem. *k*

a *De intellectu hujus decret. vid. Anton. de Butr. in c. 1. de re jud.* b *De mater. hujus decretal. vide Philip. in cap. olim. sup. de resc.* c *Canonum Græcè collectorum ex Carthaginensibus Concilio, hic numeratur centesimus vigesimus primus.* d *Cap. 1. eod. tit. in 1. comp.* e *sint.* f *Aug. lib. de har. c. 69. tom. 6.* g *lib. 2. c. 96. epist. 37.* h *C. 3. eod. tit. in 1. compil.*

a *Cap. 4. eod. tit. in 1 compil. & post Concil. Lateran. sub Alex. III. part. 38. c. 7. in regist. Greg. nondum inveni.* b *al. Salonitano. al. Salernitano.* c *Cap. 6. eod. tit. in 1. comp.* d *al. Clemens IV.* e *Cap. 7. eod. tit. in 1. comp. & post Concil. Lateran. sub Alex. III. part. 38. c. 1.* f *Vid. l. fin. C. de præscr. long. temp.* g *al. Mauritano.* h *C. 9. eod. tit. in 1. comp. Bald. in tract. de præscr. in 1. p. 1. part. principalis. q. 14.* i *Cap. 11. eod. tit. in 1. comp. & quare Laici decimæ non dentur, D. Thomas: & ibid. Cajet. 2. 2. q. 87. art. 3.* k *al. Urbanus tertius.*

Illud

ILlud *a* autem te scire volumus & tenere, quòd adversùs Ecclesias minorem præscriptionem, quàm quadraginta annorum Rom. Eccles. non admittit, licet quidam canones comprobent tricennalem: & Ecclesia se potest adversùs Ecclesiam quadragenariâ temporis præscriptione tueri de re illa, quam inconcussè quadraginta annis noscitur possedisse. Verum si de præscriptione & interruptione inter partes fuerit mota quæstio, ab utraque parte testes recipi debent: & si probata fuerit interruptio, præscriptio non tenebit.

CAP. IX.

¶ Fines prædiorum Ecclesiasticorum, quadraginta annorum spatio præscribuntur.

Idem.

QUia indicante *b* Abbate C. comperimus, inter eum & Abbatem sanctæ Luciæ *gravem esse* exortam de finibus quæstionem: agrimensoris definitione illam prosequimur finiendam.

Hortamur igitur, ut ad loca, de quibus est contentio, accedentes, eam in vestra faciatis præsentia terminari. Quadraginta tantùm annorum præscriptione utrique parti servatâ.

CAP. X.

¶ Tempore hostilitatis non currit præscriptio.

Lucius III. *de Massandane & de Dorcestre Abbatib. & Magistro A. de VV. de Fordit.*

EX transmissa *c* conquæstione Abbatis & Monachorum de Haben. accepimus, quòd cùm Ecclesia de Camerone ad jus eorum pertineat, & homines de Sibon. & Vinton. Ecclesiarum parochiani sint ipsius Ecclesiæ: Clerici, qui prædictas habuerunt Ecclesias, minutatim omne jus parochiale præter jus funerandi, matrici Ecclesiæ subtraxerunt: [*& infrà.*] ¶ Discr. vest. mand. quatenus decimas & oblationes cum aliis obventionibus memoratæ matrici Ecclesiæ (præscriptione hostilitatis tempore non currente) restitui faciatis.

CAP. XI.

¶ Procurationes, quas debentur legatis & nunciis Apostolicæ sedis, præscribi non possunt.

Innocentius III. *Abbati de Conedn.*

ACcedentes *d* ad præsentiam nostram Præpositus sancti Nazarii, & A. Canonicus sancti Stephani, Syndici & Procuratores Primicerii & Clerici *e* Mediolan. de ordinariis Majoris Ecclesiæ gravitet sunt conquesti, quòd cùm ipsi Legatos & Nuncios Apost. sed. devote recipiant & procurent, dicti ordinarii procurare ipsos renuunt, & procurantibus *f* ad expensas subsidium impertiri: [*& infrà.*] ¶ Volentes autem, ut quod omnibus imminet, ab omnibus comprobetur: Mandamus, quatenus nisi dicti ordinarii per speciale privilegium Apostol. sed. à præstandis procurationibus ostenderint se immunes (etiamsi longissimo tempore procurationis obsequium non impenderint: cùm in talibus præscriptio sibi locum nequeat vendicare) ipsos ad procurationis sarcinam ordine debito subeundam teneri decernas.

[1 *Unde Clerici Mediolanen. grave querebantur sibi præjudicium generari, cùm enim per civitatem ipsam sæpè contingat transitum facere nuncios nostros & legatos, quanto in eorum procurationibus pauciores existunt, tanto facientes ampliùs prægravantur, & quanto per plures unus esset procurationis divisum, tanto à singulis facilius portaretur. Quo siquidem ordinaris, cùm pro eis & aliis vigilare jugiter non cessemus, & spiritualia sicut Deus dederit omnibus ministremus, in hujusmodi se jure speciali tueri satagant, non videtur: præsertim cùm & Apostolus dicat: Si vobis spiritualia seminavimus, non est magnum, si carnalia vestra metamus: & instantia nostra quotidiana sit omnium Ecclesiarum sollicitudo, sicut plenius norunt præsentes pariter & remoti.*]

CAP. XII.

¶ Subditus non præscribit obedientiam contra Prælatum.

Idem *de Costa, & de S. Donato Prioribus.*

CUm non *a* liceat à capite membra recedere, non sufficimus admirari, quòd sicut referente Bracharen. Archiepiscopo nobis est intimatum, licèt Ecclesiæ vestræ in ipsius sint diœcesi constitutæ, vos tamen obedire sibi tanquam Episcopo *b* vestro contumaciter recusatis: [1 *& infrà.*] ¶ Ideoque mandamus, quatenus præfato Archiepiscopo & Ecclesiæ Bracharen. obedientiam & reverentiam debitam, sicut alii Clerici suæ diœcesis faciunt, impendatis, præscriptione temporis non obstante.

[1 *Cùm igitur crimen sit violandæ fidei repugnare, & scelus idolatriæ nolle acquiescere, sustinere nolentes, quòd subditi Prælatis suis non obediant ut tenentur, de communi f. n. conf.*]

CAP. XIII.

¶ De juribus ad Romanam Ecclesiam spectantibus currit sola centenaria præscriptio.

Idem *Nobili viro Matafelon.*

AD audientiam *c* Apostolatûs nost. pervenit: [1 *& f.*] ¶ Proponebatur ex parte tua Alexandrum Pap. prad. nost. tibi in castro Palatioli concessisse singulis annis 40. solidos denariorum Papiens. quos Rom. Eccles. ibi consuevit recipere annatim; insuper comestiones, banna, placita, forisfacta, & omnia jura, quæ ibi Apostolicæ sedes habebat. Sed ea tibi ratione nullâ deberi castellanus ejusdem castri constantissimè asserebat. Ad quod probandum inducebas prædicti Papæ privilegium, & librum Eccles. Rom. censualem: hoc etiam nitebaris probare per testes, qui dicebant se vidisse præscriptum censum nunciis Rom. Pont. à 50. annis, & infrà fuisse solutum. Sed inter alia fuit ex adverso responsum, quòd nec privilegium, nec liber censualis, tibi aliquid commodi affectebat *d*, cùm privilegio usus non fueris spatio annorum 30. & liber censualis suspectus existeret: quia non fuerat in camera nostra receptus, ac Scriniarius alio modo scripsisset dicta testium, quàm dixissent. Nos igitur magis auctoritatem privilegii, quàm depositiones testium attendentes, considerantes etiam librum censualem, quem non suspectum habuimus *e*, licèt non in nostra, sed in Cardinalis sancti Hadriani camera sit inventus, qui *f* eum, quando camerarius fuerat, de camera B. Petri susceperit, nec credentes ipsum Scriniarium (cùm juratus sit officium suum fideliter exequi) aliud scripsisse, quàm à testibus diceretur: Respicientes insuper (quod est longè validius) ipsum negotium tangere principaliter Rom. Eccles. contra quam non nisi centenaria præscriptio currit: in solutione prædicti census & aliorum petitorum condemnavimus partem adversam, injungentes eidem, ut tibi, non tanquam tibi, sed tanquam Eccles. Rom. (cujus auctoritate debes percipere, cujus etiam propter prædicta beneficia vasallus existis) sine difficultate persolvat.

[1 *Te conquerente, quòd quædam jura de castro Palatiolo à fel. rec. Alexand. Papa p. n. tibi concessa castellanus ejusdem castri tibi reddere denegabant. Porro tu ac dil. fil. Leonis consulem & illius castri propter hoc in nostra præsentia constitutos audiri fecimus diligenter.*]

---

a *Cap. 1. eod. tit. in 2. comp. vid. Bald. tract. de præscr. in 5. parte principali.* b *Cap. 2. eod. tit. in 2. compil. unde ita reponenda est inscriptio: Idem Syracus. Episcopo.* c *Cap. 1. De capell. monach. unde restituenda est inscriptio, quando videlicet currat præscriptio. vid. Specul. tit. de app. §. nunc breviter. Add. late per Ripam tract. de poss.* d *Cap. 1. eod. tit. in 3. comp.* e *al. Clerici Mediol. in ant.* f *al. expensas nolunt subsidium, &c.*

a *Cap. 2. eod. tit. in 4. compil. vid. Rom. singul. 100. incip. Curialis de Florentia.* b *Archiepiscopo.* c *C. 3. eod. tit. in 3. compil. Anchar. consil. 110. & Paul. Castr. consil. 220. incip. In facto præsenti.* d *afferebant.* e *Libro censuali Ecclesiæ in loco non suspecto servato creditur. l. 1. ff. si cert. pet. Bart.* f *al. quia.*

CAP. XIV.

¶ De centenaria præscriptione, quæ solùm currit contra Romanam Ecclesiam, tempora schismatum deducantur.

Idem *Hel. & Gu. Abbatibus.*

CUm a vobis: [1 & 3.] ¶ Licèt igitur tam legali, quàm canonicâ sit definitione statutum, ut contra Rom. Eccl. quæ gaudet privilegio speciali, non nisi centum annorum præscriptio locum sibi valeat vendicare: tempora tamen intercidentium schismatum, quæ secundùm juris ordinem cursum præscriptionis impediunt, nolumus aliquatenùs computari, sed diligenti consideratione adhibitâ de ipsa computatione deduci.

[1 *Alias literis dedimus in mandatis, ut in causam, quæ inter Ecclesiam Hildensen. ex una parte, & Ecclesiam de Gand. & Eccles. Roman. ex altera dignoscitur agitari, testes ad probandam præscriptionem recipere debeatis. Insinuatione præsentium vobis duximus declarandum, quòd postquam præscripto contra monasterium supradictum & libertatem ipsius decitur inchoata, fissura trium schismatum adversùs Rom. Eccl. intervenit.*]

CAP. XV.

¶ Prælatus inferior potest præscribere in certis Ecclesiis suæ diœcesi totum jus Episcopale: subditur tamen de præscriptione tempus, quo vacavit Ecclesia cathedralis.

Idem *Helien. & Rossen.* b *Episcopis.*

AUditis & intellectis c meritis causæ, quæ vertitur inter Vigorens. Episcopum, & Abbatem de Hevescam super Ecclesiis in valle de Hevescam, quas Episcopus asserit ad se diœcesanâ lege spectare, Abbas autem eas esse ab ejus jurisdictione prorsùs exemptas: [1 & 3.] ¶ Verùm tanto tempore probantur per testes ab Abbatibus de Hevescam pleno jure possessæ, ut videantur in eis Episcopale jus legitimè præscripsisse: [2 & 3.] ¶ Quocirca mandamus, quatenus inspectis privilegiis The. & Of. Regum, quæ Abbas super præmissa libertate asserit se habere, si per illa constiterit, quòd vallis de Hevescam sit ille locus, quem C. præd. nost. libertate donavit, absolvatis Abbatem ab impetitione Episcopi super Ecclesiis memoratis: & adjudicantes illas Abbati pleno jure subjectas, Episcopo super illis silentium imponatis. Quod si Abbas in hac probatione defecerit, audiatis probationes super tempore, quo intra quadraginta annos sedes Episcopalis vacavit: & si per tantum temporis vacâsse constiterit, ut illo subducto, non sit quadragenaria completa præscriptio, vos in illis Ecclesiis jus Episcopale adjudicetis Episcopo, & super illo perpetuum silentium imponatis Abbati. Si autem exceptionem hujusmodi Episcopus non probaverit: quia tamen interruptionem probavit citra processionem Pentecostalem in villa & Ecclesia de Mortana, & receptionē ac procurationem Archidiaconi, nec non solutionem denariorum S. Petri in valle de Hevescam, circa cognitionem quoq; causarum matrimonialium d, & capellani suspensionē in prædicta villa de Mortana, & interdictum capellarum in præfata villa de Hevescam: vos super his jus Episcopale adjudicetis eidem, si tamen circa suspensionem & interdictum hujusmodi intra quadraginta annos interruptio facta fuit: in cæteris ei silentium imponentes, quæ Abbas præscripsisse probatur.

[1 *Cognovimus evidenter Ecclesias illas per privilegia Rom. Pontif. non esse ab Episcopali jure subtractas, nisi forte vallis de Hevescam sit ille locus, quem à duobus Regibus, Rondo videlicet & Oisa, libertati donata hon. m. C. Pp. libertati donavit, sicut in ipsius privilegio continetur.*]

[2 *Nisi forte per tantum temporis spatium Vigorens. Ecclesia interim vacavisset, ut tempore vacationis subductio, præscriptio minimè sit impleta.*]

CAP. XVI.

¶ Non potest subditus contra superiorem visitationem, aut procurationem ratione visitationis debitam, in suspensa præscribere: quamvis alius in personam alterius præscribere posset utramq;.

Idem *Parisiens. Episcopo.*

CUm e ex officii sui debito Senonen. provinciam visitaret Archiepiscopus Senonen. per Parisien. diœcesim transitum faciens, ad Abbatis sancti Maglorii, Prioris de Castres, & quorundam aliorum Ecclesias ejusdem diœcesis, necesse habuit declinare: à quibus cùm procurationem sibi debitam postularet, ipsi eam inhumaniter negaverunt, ad suæ negationis defensionem hoc solùm allegantes, quòd non meminerant se procurationem hujusmodi prædecessoribus ejusdem Archiepiscopi exolvisse, nec ab eis aliquando fuisse petitam: [1 & 3.] ¶ Nos igitur præmissam allegationem eorum nullam penitùs reputantes, cùm contra procurationem, quæ ratione visitationis debetur, præscribi nequiverit: quemadmodum nec contra visitationem ipsam potest aliquo modo præscribi, etsi alius contra eum præscribere posset utramque b. Mandamus c, quatenus sententiam, quam in hujusmodi contemptores de antiqua Metropolis consuetudine tulit Archiepiscopus memoratus, usque ad satisfactionem condignam facias observari, quia secundum Apostolum *: [*Qui spiritualia seminat, non est magnum, si metat carnalia, cum nemo cogatur suis stipendiis militare.*] Si quid enim aliud, quàm superius fuerit allegatum, contra intentionem Archiepiscopi objicere voluerint & probare, nos eis faciemus justitiam exhiberi.

[1 *Idem verò Archiepiscopus propter procurationem sibi minùs rationabiliter denegatam illius auctoritate rescripti, quod super hoc à sede Apostolica impetravit, ab officiorum exercitione suspendit: eosdem postmodùm, quoniam suspensionis sententiam non servabant, vinculo excommunicationis adstringens, quod totum in ipsius Archiepiscopi literis proximè continetur, quas eandem sententiam petebat auct. Ap. confirmari.*]

CAP. XVII.

¶ Qui alieno nomine possidet, non præscribit, nec etiam is, qui proprio, nisi habeat bonam fidem & justum titulum, si præsumptum est contra eum. b. dicit, secundùm Ioan. Andr. additâ suppletione Panormitani.

Idem *Pisano Archiepiscopo.*

SI d diligenti: [1 & infrà.] ¶ Cùm judicatus Calaritanus ad jus & proprietatem B. Petri pertineat, sicut tota Sardinia nullo pertinet mediante, tibi non licuit pro te vel Ecclesia tua à Marchione Massæ judice Calaritano fidelitatis exigere juramentum: [2 & 3.] ¶ Nos igitur, quæ nuncius tuus proponere voluit, plenius circumspectis, non intelleximus te vel Ecclesiam tuam super hoc aliquo jure subnixam, cùm auctoritatem sedis Apostolicæ non ostendas, per quam à judicibus Calaritanis, tu & antecessores tui fidelitatis exegeritis juramenta: nec præscriptione aliquâ muniaris, cùm secundùm confessionem tuam e nec Ecclesia Pisana, vel tu fueris in quasi possessione juris exigendi hujusmodi juramentum, quod f per

a *Cap. 4. eod. tit. in 3. compil.* b *al. Racrosan.* c *Capit. 3. eod. tit. in 3. compil. vid. c. auditis. supr. de in integr. rest. ubi Doctores. Bald. in tract. de præscr. in 3. p. 6. p. principalis q. 1. Felin. in c. irrefragabili. sup. de offic. ordinarii.* d *Habis Concil. Trid. sess. 24. de reform. cap. 20.*

a *Cap. 6. eod. tit. in 3. compil. De materia procurationis & visitationis, vid. Concil. Lateran. sub Alexandr. III. cap. 4. & sub Innocent. III. cap. 33. adde Concil. Oxoniense c. ut singula & Concil. Trident. sess. 24. de reform. c. 21. & Bernard. Diaz. reg. 366. incip. Procuratio seu visitatio.* b *utrumq.* c *al. ideoq; mandamus.* * *1. Corinth. 9.* d *Cap. 7. eod. tit. in 3. compil. Bona fides qualiter probetur, vid. Innocent. & Imol. in cap. fin. inst. eod. Oldrad. cons. 244. & Paul. de Castr. cons. 113. Bald. in l. fin. C. de edict. Divi Hadr. toll.* e *An confessio præjudicialis noceat Eccles. Gyn. in 15. q. in l. 1. C. de confess. Bart. in Lectum. & sed an & ipsa. ff. eod.* f *al. ita: quod pro sede Apostol. Cæteràm omnes manuscr. habent ut impressum est.*

sedem

sedem Apost. ab ipsis judicibus receptum fuisse fateris, per quod constat Ecclesiam Romanam semper in quasi possessione fuisse, cùm pro ea ministerio tuo & antecessorum tuorum exactum fuerit, & præstitum juramentum: & is etiam possidere dicatur, cujus nomine possidetur. Si verò dicatur, quòd nomine tuo & antecessorum tuorum, & non nomine nostro & Ecclesiæ Romanæ fuerit juramentum exactum, posset inferri, quòd juramentum præstitum de conservando jure & honore sedis Apost. fuerit violatum: unde licitè retineri non posset, quod contra juramentum hujusmodi fuerit scienter obtentum: quia etiam secundùm hoc locum præscriptio habere non posset, cùm in præscriptione rerum Ecclesiasticarum bona fides & justus titulus exigantur *a*: & si etiam locum potuisset habere præscriptio, non credimus centenariam præscriptionem (quæ sola currit adversùs Rom. Eccl.) posse probari.

[1 *Pensez animo, quòd illa tabernaculi archa significet, in qua cum tabulis virga simul & Manna sint jubente Domino recondita, nequaquam nos tibi scripsisse dure & asperè reputares, cùm in pectore Rom. Pont. qui universis Ecclesiarum Prælatis præesse Deo auctore dignoscitur, & virga correctionis & Manna debeat esse dulcedinis, ut altero foveat humiles & devotos, & reliquo rebelles feriat, & puniat delinquentes. Hoc est, quòd illius vulneribus sauciati, quem Samaritanus duxit in stabulum, vinum adhibetur & oleum, ut nisi commonitoria & exhortationis olea delinquentium vulnera foveantur: vinum Ecclesiastica severitatis subsequatur. Licet igitur ex his, quæ præmisimus, contemptu monitis nostris & mandatis, quibus nisi fuimus fraternitatem tuam frequenter inducere, ut dil. fil. n. VV. Marchionem Massæ, judicem Calaritanum juramento fidelitatis absolvens, quod exhiberi tibi & Ecclesiæ Pisanæ fecisset ut eo non obstante nobis & Eccles. Rom. juraret, non solum asperitatem verborum, sed executionem forsitan potuissemus in te procedere Ecclesiastica disciplina.*]

[2 *Super eo verò articulo taliter respondisti, quòd ab eo tempore, quo fuisti assumptus ad Præsulatus officium, juramentum fidelitatis pro sed. Apost. ab ipsis judicibus receptis: sciens te per Archiepiscopum Uallanum prædecess. tuum, virum magnæ auctoritatis & honestatis, qui longo tempore in curia Rom. extitit Cardinalis, ipsè quoq; plenius novit consuetudines. & statuta. & omnes antecessores tuos, qui fuerunt viri magnæ auct. sic te antiquam consuetudinem tenuisse pariter, & fecisse, cùm nihil tibi vel ipsis hactenus ab Apost. sed. fuisset objectum.*]

CAP. XVIII.

¶ *Abbas in capellis præscribere potest jura Episcopalia, obtinet tamen in his solis, quæ præscripsit. b. d. quoad titulum.*

Idem *Episc. Lucano.*

Cum *b* olim frater Episcope, cum Abbate & Monachis sancti Salvatoris de Ficheto, super plebe Salamazanæ & adjacentibus capellis ipsius in nostra præsentia litigando, institutionem in eis, & alia ad jus Episcopale pertinentia vendicares, ad fundandam intentionem tuam jus commune principaliter allegabas, cujus auctoritate dicebas, universa spiritualia in prædictis locis, quæ sunt in diœcesi tua constituta, ad te tanquam ad diœcesanum Episcopum pertinere arbitrium: præterea super hoc promulgatum à Pistorien. Episcopo, Archipresbytero ac Primicerio Lucanis allegans. Ad elidendam autem intentionem tuam, Abbas Greg. vii. Papæ *c* prædeces. nostri privilegium exhibuit, quod prædictum arbitrium multo videbatur tempore præcessisse: per quod tam monasterium, quàm plebs & capellæ prædictæ videbantur libertati donatæ: [*& infrà.*] ¶ Aliorum quoque Rom. Pont. dictus Abbas privilegiis utebatur post arbitrium promulgatum obtentis, qui libertatis privilegia sibi concedere videbantur: [*& infrà.*]

¶ Quia prædictus Abbas sufficienter ostendit, monasterium suum super institutionibus, destitutionibus, & ordinationibus Plebani & Clericorum, baptismo, & pœnitentia in levioribus culpis, sepultura, decimarum perceptione, ac divinis officiis celebrandis, tam in plebe, quàm in capellis prædictis, in excommunicando atque interdicendo, & etiam absolvendo legitimâ præscriptione munitum: Abbatem ipsum ab impetitione tua super jam dictis articulis duximus absolvendum, super illis tibi perpetuum silentium imponendo, super aliis omnibus, quæ ad jus Episcopale spectare noscuntur, juxta tenorem arbitrii eundem Abbatem, quoad plebem & capellas prædictas, sententialiter condemnantes.

CAP. XIX.

¶ *Qui præscriptione completâ privilegium contrarium impetrat, & utitur illo, præscriptioni renunciat. Si præscriptio non erat completa, malam fidem habet: & ideò non præscribit.*

Idem:

Veniens *a* ad præsentiam nostram Abbas sancti Martini de Pannonia: [*& j.*] ¶ Petiit à nobis postmodùm idem Abbas, ut Vesprimen. Episcopus non impediat vel faciat impediri, quò minùs omnes, qui in Simagien. parochia vel comitatu consistunt, de omnibus quæ possident, decimas sibi solvant: sicut in privilegiis Paschalis Papæ prædec. nost. & sancti Regis Stephani continetur. Præfatus verò Episcopus postulavit, ut decimas Simagien. Comitatûs intra suæ diœcesis terminos constitutas, quas detinet idem Abbas, sibi restitui faceremus, nisi aliquo jure speciali seipsas possidere monstraret: [*& infrà.*] ¶ Chrisma verò, oleum sanctum, consecrationes altarium seu Basilicarum, ordinationes Clericorum, qui ad sacros ordines promovendi fuerint, Clerici Ecclesiarum vel capellarum ipsius monasterii, quod est in Vesprimen. diœcesi constitutum, à Vesprimen. Episcopo postulabunt: si quidem catholicus fuerit, & gratiam sedis Apost. habuerit, & ea gratis sine pravitate aliqua voluerit exhibere: alioquin ab alio, quem maluerint, Præsule catholico suscipiendi ea liberam habeant facultatem: sicut in privilegio dicti Paschalis, & Alexand. Papæ prædecess. nost. perspeximus contineri. Non obstante privilegio Clementis Papæ, per quod privilegiis suorum prædecessorum non extitit derogatum, cùm de ipsis nullam fecerit mentionem, præsertim cùm & ipse Clemens privilegium illud concesserit, salvis institutionibus non solùm Romanæ Ecclesiæ, sed ipsius etiam Legatorum. Nec obstare poterat præscriptio, quam idem Abbas in suum subsidium opponebat: quia si consummata erat, quando ab Alexandro Papa privilegium impetravit, juri præscriptionis renunciâsse videtur *b*, præsertim cùm coram vobis privilegio illo sit usus, quod suæ intentioni (quantùm ad hunc articulum) contradicit. Si verò nondum consummata erat præscriptio, sed erat in præscribendo: post impetratum hujusmodi privilegium bonam fidem non habuit: & ideò secundùm canones non præscripsit.

CAP. XX.

¶ *Nec in foro canonico, nec civili, valet præscriptio cum mala fide.*

Idem *in Concilio generali.* c

Quoniam *d* omne, quod non est ex fide, peccatum est: Synodali judicio diffinimus, ut nulla valeat absque bona fide præscriptio, tam canonica, quàm civilis. Cùm generaliter sit omni constitutioni atque consuetudini derogandum, quæ absque mortali peccato non potest observari. Unde oportet, ut qui præscribit, in nulla temporis parte rei habeat conscientiam alienæ.

a *exigatur.* b *C. 8. eod. tit. in 9. compil. Vide Guid. Pap. dec.* c *Abbatum, scil. parte approbatum. supr. de arb. ca. ex parte.* d *Illas 2. verba, prædeces. nostri, in omnibus manuscr. desunt.*

a *Cap. 1. de pœnit. in 4. compil.* b *Vide l. unic. C. de Thesaur. l. 10.* c *sub Innoc. III. c. 41.* d *Cap. 3. eod. tit. in 4. compil. Vide Mathesil. sing. 23. incip. nota quod omnes leges.*

DE SENTENTIA ET RE JUDICATA. TITULUS XXVII.

CAP. I.

¶ *Sententia lata contra leges vel canones, non tenet: nec ab ea opus est appellare. Panorm.*

Gregorius *Ioanni Archiep. primæ Iustinianæ.*

SEntentia *a* contra leges canonésve prolata, licèt non sit appellatione suspensa, non potest tamen subsistere ipso jure.

CAP. II.

¶ *Lites debent celeriter terminari.*

Idem *b Ioanni Ravennati Episcopo.*

IUrgantium *c* controversias celeri sententiâ terminare & æquitati convenit, & rigori.

CAP. III.

¶ *Sacerdos sine justa causa non est deponendus.*

Idem. *d*

NOn potest quenquam à Sacerdotali gradu (nisi justis ex causis) concors Sacerdotum sententia submovere.

CAP. IV.

¶ *Iustè quis potest sententiam à Papa confirmari, si justè & rationabiliter fuit lata.*

Leo Papa. *e*

EA, quæ juxta Ecclesiasticum morem justè & rationabiliter fuerint diffinita, nostrâ quoque sententiâ roborentur.

CAP. V.

¶ *Iudex deputatus super executione sententiæ, admittit exceptionem fraudis seu nullitatis sententiæ, non ad effectum, ut super ea pronunciet, sed ut negotium ad superiorem, qui judicavit, transmittat, si illam probabilem repererit. h. d. notabiliter.*

Alexander III. *Eboracen. Archiepiscopo.*

DE cætero noveris *f*, quòd si sententiam à nobis latâ præcipimus per aliquem executioni mandari, & fraus intervenerit: non est facultas executori de toto negotio cognoscendi, sed deferri quæstiones, quæ inciderint, ad sedem Apostolicam oportebit.

CAP. VI.

¶ *Non sufficit reo damnato ad traditionem possessionis, tradere pignus pro ipsa possessione.*

Idem *Norvicen. Episcopo.*

CUm aliquibus *g* est adjudicata possessio, non sufficit eis dari pignora, nisi corporali possessione lætentur.

CAP. VII.

¶ *Sententia lata contra matrimonium nunquam transit in rem judicatam: unde quandocunq; revocatur, cùm constat de errore.*

Idem *eidem* h, *& V. Archidiacono.*

LAtor *i* præsentium suâ nobis insinuatione monstravit, quòd cùm quandam mulierem legitimè desponsâsset, & carnalis esset copula subsecuta, inter eos scandalum est subortum, cujus occasione debitum ei subtraxit. Consanguinei verò mulieris hoc molestum habentes, quæstionem moverunt, proponentes, quòd mulierem invitam & renitentem, nec ætatis aptæ matrimonio existentem duxisset uxorem: & quoniam idem vitam cupiebat agere dissolutam, demum utriusque studio interveniente, fuerunt minùs rationabiliter separati. Nolentes igitur matrimonia canonicè contracta, levitate quâdam dissolvi: mandamus, quatenus si vobis constiterit eos per judicium Ecclesiæ non fuisse legitimè separatos, Ecclesiamque deceptam, ipsos *a* faciatis sicut virum & uxorem insimul permanere.

CAP. VIII.

¶ *Retractatur sententia pretextu iniquæ consuetudinis lata contra Ecclesiam.*

Idem *T. & Clerico S. Anastasiæ Veron.*

CUm causa *b*, quæ vertitur inter vos, & G. & A. Laicos super domo quadam eis ab Archipresbytero vestro vendita, ad examen I. Apost. sed. Legati delata fuisset, post appell. ad nos inter positam, & receptas inducias, quoniam intra terminum tibi filii T. ad eam prosequendam præfixum diei non arripueras, contra te sententiam proferens: memoratis G. & A. præstaxatam domum secundùm Veronen. civitatis consuetudinem adjudicare curavit: deinde cùm causa fuisset ad nos per appell. delata, Brixien. Episcopus delegatus à nobis sententiam contra vos (spretâ formâ canonum) secundùm eandem consuetudinem, sicut præfatus Legatus fecerat, promulgavit. Nos autem considerantes, quòd licèt usus vel consuetudinis non minima sit auctoritas, nunquam tamen veritati aut legi præjudicat, præscriptam sententiam revocavimus, & vos ab impetitione absolventes illorum *c* vobis & Ecclesiæ vestræ domum adjudicavimus supradictam *d*.

CAP. IX.

¶ *Sententia iniqua retractatur per superiorem, licèt causa fuerit appellatione remotâ commissa. Si autem contineat manifestam iniquitatem, est nulla. h. d. intelligendo, quòd ponat duos casus.*

Idem *Eboracen. Archiepiscopo.*

INter cæteras *e*: [& infrà.] ¶ Item cum aliqua causa appell. rem. committitur, & sententia fertur iniqua, eam evacuari oportet: nec ei debet fiaci, si iniquitatem contineat manifestam.

CAP. X.

¶ *Sententia lata contra absentem non contumacem in causa matrimoniali, non valet. h. d. intelligendo, quòd hæc mulier non fuit contumax. Panorm.*

Clemens III.

TEnor literarum *f* tuarum ostendit, quòd cùm inter R. & M. mulierem quæstio matrimonii verteretur, & Theatino Episcopo commissa fuisset, idem eundem R. muliere absente ab impetitione ipsius absolvit. Cæterùm eadem mulier à nobis ad te literas impetravit, ut de causa cognosceres, & eâ fine debito terminares: [1 & 3.] ¶ Dictus verò R. à te vocatus ad causam infirmitate prætentâ *g* non affuit: sed quia nocte sequente aliam sibi copulare præsumpsit, in eum excommunicationis sententiam promulgâsti: à qua postmodùm absolutus ad te veniens, ostendit literas Episcopi memorati, quibus eum ab inquietatione ipsius absolutum fuisse patebat. Quia igitur mulier suos testes offert ad probandum, quòd idem R. eam desponsationis annulo *h* publicè subarrasset: tu quid super his agere debeas, postulas edoceri. Ideoque inquisitioni tuæ taliter respond. quòd (non obstante illicitâ absolutione, quam Episcopus fecit) in causa procedas, eidem R. sub pœna excommunicationis arctiùs inte-

a *Cap. 2. eod. tit. in 1. comp.* b *Scilicet Greg. Ioan. Episc. Ravenn. l. 2. c. 18. epist. regist.* c *C. 3. eod. tit. in 1. comp.* d *Scil. Greg. l. 2. c. 47 epist. 1. regist. & cap. 4. eod. tit. in 1. comp.* e *Leo I. epist. 81. & c. 6. eod. tit. in 1 comp.* f *Post Conc. Lat. sub Alex. III. p. 44. c. 12. & cap. 7. eod. tit. in 1. comp.* g *C. 1. eod. tit. in 2. comp. & post Conc. Lat. sub Alex. III p. 36. c. 2.* h *al. Norvic. Episc. T. & V. Archid.* i *C. 9. eod. tit. in 1. compil. & post Conc. Lat. sub Alex. III. p. 6. c. 1.*

a *al. ens.* b *C 10. eod. tit. in 1. comp. ubi talis est inscriptio, Theobaldo.* c *al. eorum.* d *sæpedictam.* e *C. 17. tit. de appell. in 1. compil. vid. l. cives C. de appell. quæ videtur contraria. Adde gloss. & doct. ibid.* f *C. 1. eod. tit. in 1. comp.* g *al. prætensâ. al. pratensa. al. detentus.* h *Hinc præsumitur matrimonium contractum. Felin. in c. fin. supr. de præsumpt.*

dicens,

dicens, ne ad eam, quam superinduxit, accedat, priusquam fuerit causa decisa.

[1 *Quia causa coram memorato Episcopo pro commutatione tertiæ non potest definiri.*]

CAP. XI.

¶ *Sententia divortii in causa matrimoniali ritè lata, ad solam uxoris confessionem asserentis contrarium, non revocatur, sed interim ei statur, donec legitimè de contrario doceatur. Ita summatur, si aliquid de novo afferat. Panorm.*

Idem.

CONsanguinei *a* E. latricis præsentium, sicut tuis literis intimâsti, comparternitatem inter ipsam & virum suum legitimè probaverunt, ita quòd inter eos sententiam divortii protulisti: prædicta verò E. cùm sit tibi postmodùm confessa, quòd ejus commater in veritate ante sententiam non fuisset, sed *b* post separationem compaternitatem cum eo contraxit, & tandem ad secundas nuptias convolavit: [1 & §.] ¶ Fraternitati tuæ respond quòd propter solam confessionem mulieris non est recedendum à sententia per judicium Ecclesiæ rationabiliter promulgata; nisi legitimè in contrarium probaretur.

[1 *Quia igitur reatum suum nunc recognoscens, consilium nostrum super hoc expetit: tu inde à nobis in hoc postulâsti responsum.*]

CAP. XII.

¶ *Si Papa contra pronunciationem suam confert beneficium, hoc tacito, subreptitio dicitur collatio, & non tenet.*

Innocentius III. *Archidiac. & Sacrista Magalonen.*

CUm olim *c* Magalon. Episcopus P. de Castro novo, ad vacantem Archidiaconatum ejusdem Ecclesiæ nominâsset, l. Præposito, ut nullus ibi (nisi priùs duplici sibi voce concessâ) institueretur per appellationem interpositam inhibente, Episcopus dictum P. de Archidiaconatu per annulum investivit. Præpositus verò alium ad eundem Archidiaconatum nominare præsumpsit. Tandem C. prædecessor noster, quod factum fuerat ab utraque parte cassavit: pronuncians, quòd aliquibus scriberet, ut tam Episcopum, quàm personas ad ordinandum concorditer Archidiaconum monerent, & eorum fortè monitis non admissis, hoc ipsi exequi non differrent. Post hæc verò dictus prædecessor noster G. qui nondum ad Diaconatûs erat promotus officium, præter conscientiam Procuratoris Episcopi apud sed. Apost. tunc morantis, ipsum Archidiaconatum contra pronunciationem suam contulit, sicut credimus circumventus. Nos igitur inhærentes vestigiis prædecess. nost. dicentium, sententiam Rom. sed. cùm aliquid fuerit subreptum, posse in melius commutari: quod de prædicto G. factum est, non obstante donatione, quam ab eodem Episcopo in illusionem donationis Apostolicæ nuper dicitur recepisse, in irritum revocamus: & ei, licèt absenti, cùm de subreptione liquidò constet *d*, super dicto Archidiaconatu perpetuum silentium imponentes, præcipiendo mandamus, quatenus expedictum Archidiaconatum (plenâ omnium vestrum, qui præsentes fuerint in Ecclesia, intervenientè concordiâ) ordinare curetis.

CAP. XIII.

¶ *Valet sententia contra jus litigatoris lata, si ab ea intra 10. dies non fuerit appellatum. Vel sic & aliter: Per sententiam, à qua non fuit appellatum, potest Ecclesia subjecta Prælato inferiori Epi. suspo, seu ad aliam Ecclesiam pertinere.*

Idem *Abbati & Conventui S. Zenonis Veron.*

CUm inter vos *a* pro Ecclesia vestra & Archipresbyterum & Clericos S. Proculi, super subjectione ejusdem Ecclesiæ quæstio verteretur: ex parte vestra fuit propositum, quòd dicta Ecclesia monasterio vestro pleno jure debet esse subjecta: videlicet in institutione, destitutione, investitura Archipresbyteri; & ejusdem fidelitate, ipsius & fratrum obedientia, correctione, repræsentatione ad ordines, tonsuratione, susceptione chrismatis, litaniis, & aliis similibus; per quæ plena subjectio declaratur: ad quod probandum instrumentum publicum concessionis B. quondam Veronensis Episcopi pars vestra in medium producebat, quam concessionem successor ejus G. ratam habuit, & etiam confirmavit. Super his quoque tam Rom. Pontificum, quàm Patriarcharum Aquilegien. privilegia & confirmationes indusit, quorum unus de subjectione plenaria in privilegio suo evidenter expressit, quod sub testimonio R. *b* quondam Veronen. Episcopi, qui ejusdem Ecclesiæ Archipresbyter extitit, factum fuerat & completum, & in eodem à Priore sancti Zenonis mandavit suâ vice subscribi. Adjecit etiam pars vestra, quòd inter B. *c* quondam Abbatem ejusdem monasterii, & sancti Proculi Archipresbyterum & fratres ipsius procedente tempore de fidelitate & obedientia manuali, controversia fuit exorta, ad quæ duo illi se duntaxat teneri negabant, & super hi. testes producti fuerunt: tandem prædictus G. Veronen. Episcopus quendam Cardinalem sequens, à quo idem fuerat judicatum, quòd vel Archipresbyter dimitteret Ecclesiam, aut Abbati obedientiam repromitteret, sententialiter diffinivit: cujus sententia (cùm nullâ fuerit appellatione suspensâ) in rem transiit judicatam: [1 & §.] ¶ Quamvis fortè dicto instrumento donationis non sit plurimùm innitendum, nec confirmationibus, nec privilegiis, quæ de ipso causam & originem acceperunt: attendentes tamen, quòd quantùm ad litigantes ipsos jus ex sententia factum fuit, postquam in rem transiit judicatam, etiam si contra jus litigatoris latæ fuisset, cùm contra jus constitutionis expressè lata non fuerit, veritate gestorum sermonibus prævalente, quæ præsumitur *d* rite per omnia celebrata: diffinimus, ut Archipresbyter S. Proculi, qui pro tempore fuerit, fidelitatem & obedientiam præstet Abbati sancti Zenonis.

[1 *Quam asserebat nullo posse jurè remedio attentari, à cujus prolatione usq; ad hæc tempora L. annorum est elapsum spatium, per quod probatur, quòd monasterium, S. Zenonis prefatam Ecclesiam pleno jure possederit, & quod dictus Archipresbyter & fratres ejus præteriti & præsentes obedientiam Abbati S. Zenonis fecerunt. Cum etiam hæc quæ præmisimus, & similia multa prefati auditores nobis & fratribus nostris prudenter & fideliter retulissent, nos communicato f. n. consilio.*]

CAP. XIV.

¶ *Sententia contra alterum lata, nihil iniqui continens, venit in causa appellationis confirmanda: licèt per attestationes videatur pro altero fuisse probatum: dummodò pro sententia concurrant præsumptiones, de quibus hic in litera: & secundum hunc intellectum est hoc casus singularis valdè.*

Idem *Canonico Novarien.*

CAusam *e*, quæ inter vos & A. Clericum super Præbenda Novarien. Ecclesiæ vertebatur, Laudun. Episcopo de consensu partium *f* commisimus terminandam, qui pro vobis contra dictum A. diffinitivam sententiam promulgavit: à qua fuit ad nostram audientiam

---

a *C. 6. eod. tit. in 1. comp. vide Guid. Pap.* b *Dictio, sed, deest in pluribus manuscr.* c *C. 2. eod. tit. in 3. comp. vide Rom. & Aret. in l. pluribus ff. de acquir. hared. Anch. cons. 429. incip. visis dictis puncto. & Lambert. in tract. de jure patron. l. 1. p. 1. q. 1. art. 2.* d *vide Bart. in l. quod jussit. in fin. ff. de re jud.*

a *Cap. 3. eod. tit. in 3. comp. an scilicet sententia lata contra jus litigatoris valeat. Felin. in c. novit. supr. de jud. Bart. in l. pen. ff. de just. & jure.* b *B.* c *In C. Barb. quod inter quondam Abbatem ejusdem monasterii & S. Archipresbyt. &c.* d *Al. præsumitur.* e *C. 4. eod. tit. in 3 comp.* f *Et quia de partium consensu fuit datus judex, non poterat recusari, nisi nova causa superveniret. supr. de offic. deleg. cap. insinuante.*

appellatum: [1 & ſ.] ¶ Licèt ex parte ipſius A. fuiſſet propoſitum, quòd contra formam mandati noſtri dictus Epiſcopus ſententiam promulgavit, ſicut per atteſtationes nitebatur probare: quia tamen judicis animus non ſemper ad unam probationis ſpeciem inclinatur, & ipſa ſententia nihil continebat iniquum, & eidem judici de communi partium aſſenſu fuerat cauſa commiſſa, qui ut ſententiam ferret poſt examinationem cauſæ, ab utraque parte fuerat requiſitus: ſententiam ipſam curavimus confirmare.

[1 *Dicto igitur A. & magiſtro I. & A. Procuratoribus Eccleſiæ veſtræ, in noſtra propter hoc præſentia conſtitutis. Idem A. probare multipliciter nitebatur, ſententiam iniquo latam fuiſſe, ac propter hoc debere non immeritò retractari: dictis Procuratoribus veſtris defendentibus ſententiam, & eam petentibus confirmationis noſtræ præſidio communiri. Nos igitur auditis quæ fuerant hinc inde propoſita, & diligentius intellectu habito cum fratribus noſtris ſuper his diligenti tractatu.*]

CAP. XV.

¶ *Si ſententia præcipit aliquid fieri ad certum terminum, tempus decendis ad appellandum currit à tempore ſententiæ, non autem à die finiti termini. hoc primò. Quadrimeſtre tempus, quod à lege datur condemnatis in perſonali, poteſt à judice ex cauſa arctari, & ſponte terminum arctatum recipiens, non poteſt poſt decendium appellare, licèt non conſtet judicem ex cauſa terminum abbreviaſſe: hoc ſecundò. Ab executione ſententiæ non appellatur, niſi in executione modus excedatur: hoc tertiò. h.d. evacuando medullam cap. ſecundum Panorm.*

Idem *Conſtantien.* a *Epiſcopo.*

QUod ad conſultationem: [& *infrà.*] ¶ Quia poſtulâſti, utrùm appellationi ſit Clerici deferendum, qui purgationem indictam ſibi per ſententiam, & ad ipſius receptionem terminum competentem, *b*, putà viginti dies vel ampliùs, ſine contradictione *c* recipiens, & ad diem veniens conſequenter appellat, cauſam non exprimens appellandi: nec ſit locus niſi ſuſcipiendæ purgationi & executioni ſententiæ, à cujus prolatione & purgatione injuncta ultra decendium *d* dicitur effluxiſſe. Taliter duximus reſpondendum, quòd cùm poſt decem dierum ſpatium ſententia in auctoritatem rei tranſeat judicatæ, qui ad provocationis ſubſidium intra id temporis non recurrit, appellandi ſibi aditum denegavit: cùm per hoc videatur per interpretationem juris latæ ſententiæ paruiſſe, præſertim ubi cauſa non redditur appellandi. Sed nec executionem ipſius ſententiæ ideò convenit retardari, licèt ad hoc agendum quadrimeſtre tempus regulariter ſit ſtatutum: quia id arctari poteſt nonnunquam à ſedente in medio, & etiam prorogari: & qui ab initio ſponte recipit terminum breviorem, imputari *e* ſibi poteſt & debet: cùm ex hoc videatur ampliùs beneficium contempſiſſe: unde talis non audietur appellans, niſi fortè adverſus eum modus executionis canonicus excedatur.

CAP. XVI.

¶ *Sententia poteſt probari per teſtes: licèt non deponant de cauſis, quæ ſolent judicem movere ad ſententiandum.*

Idem *Decano, Cancellario & C. Canonico* f *Lundonien.*

SIcut nobis *g* intimâſtis, cùm cauſa, quæ inter H. Subdiac. & B. Presbyterum ſuper quinque frumenti modiis vertebatur, ipſi Subdiacono per annos ſingulos exolvendis, vobis commiſſa fuiſſet, & reſtitutionem ſibi fieri poſtularet: Subdiac. ſupradicti adverſarius ſe ad hoc non teneri reſpondit, cùm aliâ vice ſuper hoc conventus fuerit, & ſententialiter abſolutus: quod oſtendere voluit duorum teſtimonio, ex quorum depoſitione conſtitit, quòd magiſter A. auctoritate Epiſcopi Lundun. ipſum abſolvit ab impetitione Subdiac. memorati. Verùm quia teſtimonium ipſorum quaſi nudè prolatum fuerat, cùm de cauſis, quæ judicem movere ſolent ad ſententiam proferendam, nihil dixerint, quid tenendum ſit, ſedem duxiſtis Apoſt. conſulendam. Cùm autem in pleriſque locis, in quibus copia prudentum habetur, id moris exiſtat, quòd omnia, quæ judicem movent, non exprimantur in ſententiis proferendis: vobis taliter reſpondemus, quòd cùm ex depoſitionibus teſtium prædictorum conſtiterit ſententiam à judice ſuo prolatam, propter auctoritatem judiciariam præſumi debet omnia legitimè proceſſiſſe.

CAP. XVII.

¶ *Ab eadem ſententia poteſt appellare, non rei tantùm, ſed etiam tertius, cujus intereſt: & poterit ſententia quoad reum nil de ſuo jure docentem confirmari: reſpectu verò tertii rationabiliter appellantis infirmari.*

Idem *Aſturicen. Epiſcopo,* [& *Abbati, ſcilicet*] *ſancti Iſidori Legionen.*

CUm ſuper *b* controverſia, quæ inter Aurien. Epiſcopum & monaſterium Cellæ novæ ſuper ſtatu ipſius vertebatur, pro Epiſcopo diverſæ ſententiæ latæ fuiſſent: nuncius Oueten. Epiſcopi per eas Oueten. Eccleſiam læſam graviter querebatur, ad quam proponebat monaſterium pertinere: [1 & ſ.] ¶ Cùm ex parte monaſterii nihil rationabile fuerit propoſitum & oſtenſum, quare ſententia pro Epiſcopo promulgata debuerat irritari, eam quantùm ad monaſterium duximus confirmandam: [& *infrà.*] ¶ Mandamus, quatenus ſi conſtiterit app. pro Eccleſia Oueten. rationabiliter interpoſitam, & ad eam proſequendam nuncium ejus *c* intra tempus legitimum deſtinatum fuiſſe, executio ſententiæ differatur, ne citra poſſeſſionem Oueten. Eccleſia detrimentum incurrat: alioquin (ſicut jus poſtulat) executioni abſq; Oueten. Eccleſiæ præjudicio demandetur: cui, quæ præmiſſa ſunt, non præjudicent, quò minùs ſuam valeat conſequi rationem, cùm res inter alios acta non noceat regulariter aliis *d*, juxta conſtitutiones canonicas & civiles.

[1 *Poſtquam igitur hæc & ſimilia, nobis & fratribus noſtris præfati Cardinales fideliter retulerunt: quia conſtitit nobis per delegationem literas à duobus miſſas, cum tertius intereſſe nequiverit, ſicut & ex ipſius aſſertione tenuimus ap. ſed. Apice conſtituti fuiſſe proceſſum, & contra ipſorum ſententiam ex parte monaſterii noſtri nihil rationabile fuit propoſitum & oſtenſum, quare debuerit irritari, eam communicato f. n. con. quantum ad monaſterium ipſum duximus confirmandam, ſine perpetuum in hac re ſilentium imponentes. Cæterùm, quia ſuper appellatione Oueten. Eccleſia non potuerunt elicere veritatem, cauſam ipſam veſtro duximus examini committendam. f. t. per a. ſ.*]

CAP. XVIII.

¶ *Si citatus ad ſententiam, ex legitima cauſa judici ignota non comparuit, tenet ſententia eo abſente lata: ſed retractatur eo probante legitimam abſentiæ cauſam. Si verò impedimentum probatur non plenè, non retractatur ſententia: niſi prius doceat de ipſius iniquitate. h. d. & eſt verus & not. intellectus, ſecundum Panor. quem alii doctores non clarè diluciderunt.*

Idem.

CUm Bertholdus miles *e* curiam ſuam ſive fundum *Nutneſtanen.* P. militi pignori obligâſſet: eodem P. ſublato de medio, A. nepos ejus, qui ſucceſſit eidem, vacante Eccleſiâ ejuſdem loci, aſſerens quòd jus patronatus

a *Anteà malè Conſtantino.* b *Vid. leg. generaliter. cum not. per Doct. C. de reb. cred. & jurejur.* c *conditione.* d *decennium.* e *imputare.* f *Laudunen.* g *C. 6. eod. tit. in 3. comp. Vide Alex. & Laſon. in L. 2. C. de bon. poſſ. ſec. tab.*

a *Extat ad hoc l. 1. C. de profeſſ. qui in urb. Conſtan. & l. 2. cum not. C. de legib.* b *Cap. 7. eod. tit. in 3. compil. An & quando tertius poſſit appellare, vide Card. in Clem. 1. de cauſ. poſſ. & propr.* c *Vide l. à ſententia in princ. cum ſ. ſeq. ff. de appell.* d *Vide l. Lucius. ff. de his qui not. infam. & l. res inter alios. al. alt. l. Modeſtinus ff. de excep.* e *C. 2. eod. tit. in 3. comp.*

cuſto

cum universitate transisset in eum, D. Clericum ejusdem loci Archidiacono ad supradictam Ecclesiam præsentavit: qui de consensu Episcopi ipsum instituit in eadem, in possessionem eum induci faciens corporalem. Prædictus verò Bertholdus, dominus fundi, T. Sacerdotem memorato Episcopo præsentavit: sed ipsum Episcopus non admisit. Cùm autem dictus T. adversùs memoratum D. super prædicta Ecclesia deposuit quæstionem, Remen. Episcopus *a* Apost. sedis Leg. judicibus negotium delegavit: ad quem cùm attestationes utrinque receptas per partes postmodùm remissent, & præfato D. cum suis attestationibus accedente, dictus T. nec per se, nec per responsalem idoneum comparere curaret, ipse attestationibus inspectis Clerici memorati ipsum ab impetitione sæpedicti T. sententialiter reddidit absolutum: eidem T. imponens silentium super Ecclesia memorata. Postmodùm autem idem Presbyter ad Archiepiscopi præsentiam intra breve tempus accedens, justam causam absentiæ allegavit: Archiepiscopus verò Argentino electo & Altæ Sylvæ, & Tudebernon. *b* Abbatibus dedit suis *c* literis in mandatis, ut si justam absentiæ causam ille ostenderet coram eis, prædictam sententiam nullius decernerent esse valoris, & causam fine debito terminarent, alioquin facerent sententiam observari. Verùm dicto electo & præfatis Abbatibus committentibus aliis vices suas, ipsi subdelegati testes super prædicto articulo receperunt: à quibus dictus Clericus vocem ad nos appemisit: [1 & 3.] ¶ Licet autem justam causam absentiæ minùs sufficienter Presbyter probavisset, ne tamen præjudicaret opinio veritati, R. Diaconum Card. eis concessimus auditorem: qui cùm nobis omnia fideliter retulisset, ex tenore sententiæ Archiepiscopum invenimus circumventum, tum quia continebatur in illa, quòd per attestationes ipsius Clerici fuerat sufficienter probatum, quòd præfatus A. in possessione juris patronatus extiterat, cùm eundem ad prædictam Ecclesiam præsentavit, cùm tamen per attestationes illas nihil aliud ostensum fuerit, nisi quòd pro quodam jure quod de illa Ecclesia consuevit exhiberi patronis, prædicti P. & A. annuatim decem solidos acceperunt: tum etiam *d* quia in eadem sententia dicatur, quòd dictus T. in probatione defecit, cùm per attestationes suas appareat, ipsum suam intentionem sufficienter probâsse: tum etiam quia causam non recepit sufficienter instructam, cùm unius tantùm partis attestationes receperit, quæ parùm faciebant ad causam. Unde sententiam ipsam duximus irritandam, memorato T. adjudicantes Ecclesiam supradictam, cùm per attestationes nobis constiterit evidenter, ipsum à vero patrono fuisse ad sæpedictam Ecclesiam præsentatum.

[1 *Cùm igitur utraq; pars cum attestationibus signatis sigillis prædictorum judicum ad nostram præsentiam accessisset.*]

CAP. XIX.

¶ *Papa in sententiis, quas profert, ordinem juris servat.*

Idem *Prænestino Episcopo, Apost. sed. Legato, & de Capenberti, & de Celd. Abbatibus in Coloniensi & Monasteriensi diœcesi constitutis.*

IN causis *e*, quæ summi Pont. judicio diciduntur, & ordo juris & vigor æquitatis est subtiliter observandus. Cùm in similibus casibus cæteri teneantur similiter judicare. Nisi fortè cùm aliquid (causâ necessitatis & utilitatis inspectâ) dispensative duxerit statuendum.

a *Archiepisc. in plur. antiq. & sta legend. puto. est autem in Gallia in Archiepiscopatus, cui multi subsunt Suffraganei.* b *al. Tudertino. al. Tudeben.* c *vox, suis, in antiq. deest.* d *dicto, etiam, deest in antiq. comp.* e *Cap. 9. eod. tit. in 3. comp.*

CAP. XX.

¶ *Secunda sententia in diversa instantia contra primam lata, tenet mero jure, nec debet infringi, etiamsi sit injusta, ex quo ab ea non fuerit appellatum, præsertim si prima sententia secundi judicibus non fuit ostensa. h. d. Panorm.*

Idem *Conventui sancti Leodii.* a

INter monasterium *b* sancti A. Rothomag. & vestrum, super modo eligendi Abbatem, in monasterio vestro fuit quæstio agitata: [*& infrà.*] ¶ Cùm constiterit nobis primam commissionem non fuisse per ultimam revocatam, tum quia causæ suspicionis in jure propositæ frivolæ videbantur: quas etiam tanquam dilatorias ante litis ingressum opponere debuissent *c*, quibus coram delegatis eisdem subeundo judicium renunciâsse videntur: tum etiam quoniam de privilegiis Apost. sed. & processu negotii coram primis judicibus nihil in secundis literis dicebatur, quod si fuisset expressum, obtinere *d* minimè potuissent: Non obstante sententiâ, quæ pro monasterio sancti A. dicebatur fuisse prolata, quæ tamen nobis ostensa non fuit: cùm si à prædictis judicibus fuisset ostensa, eâ posthabitâ contrarium statuissent: alioquin eam objicientibus imputetur, cùm sub prætextu novorum instrumentorum lites non debeant instaurari: Factum priorum judicum ratum & firmum habemus, & eorum sententiam confirmantes, electo à vobis nos ipsi munus benedictionis (salvo jure diœcesani) curavimus exhibere.

CAP. XXI.

¶ *Tenet sententia contra privilegium ostensum vel non ostensum, si ab ea non fuerit appellatum vel supplicatum.*

Idem *Episcopo, Decano & Cancellario Parisien.*

SUborta *e* inter Meldens. Episcopum & monasterium Attrebatense super ipsius monasterii subjectione materia quæstionis, & procuratoribus partium litigantibus coram nobis, quia per confessionem partis adversæ constitit eundem Episcopum, quasi possessionem obedientiæ in eodem monasterio habuisse, ipsum restituendum decrevimus ad eandem. Verùm quia privilegium Innocentii Papæ præd. nost. libertatem monasterii plenariam exprimebat, Decano Suession. & suis conjudicibus dedimus in mandatis, ut Episcopo in quasi possessionem obedientiæ restituto, nisi contra privilegium rationabile aliquid objiceret & probaret, super subjectione monasterii sibi silentium imponere procurarent: [*& infrà.*] ¶ Judicibus autem causam instructam remittentibus, quia cognovimus efficaciores Episcopi rationes, subjectionem eidem adjudicavimus memorati monasterii, ut ibidem habeat tanquam diœces. Episcopus potestatem, ita tamen ut nullum per hoc Apost. sedi præjudicium generetur, quò minùs, si voluerit, suam justitiam prosequatur. Nimirum si præfati Innocent. privilegium Alexandro fuit in judicio præsentatum, & *f* ipse tulit sententiam contra illud, intelligitur reprobâsse. Si verò non fuit coram eo exhibitum, prætextu privilegii de novo reperti, prædicta non debet sententia retractari.

CAP. XXII.

¶ *Sententia à quæ fuit appellatum, retractatur, si constat testes, ad quorum dicta tantùm lata fuit, conspiratores fuisse, & contradicente parte receptos.*

a *Aliàs: S. Lausredi de cruce.* b *C. 10. eod. tit. in 3. compil. vide l. Imperatores, cum gloss. ff. de re jud. Alex. conf. 193. Paulus de Castro consil. 321. incip. in causa, quæ vertitur.* c *vide l. 1. & ibi Cynum. & dect. Cod. de dilat.* d *obtineri.* e *C. 11. eod. tit. in 3. comp.* f *aliàs ita: tulit sententiam contra ipsum, illud intelligitur, &c. aliàs sta: tulit sententiam contra illud intelligitur, &c. in omnibus tamen desunt illa duo verba paulo J. coram eo.*

Idem *S. Mariæ in Cagi & Vallis secretæ Abbati.* a

CUm l. & A. *b* Canonici sancti Dion. Remen. ex parte quorundam Canonicorum ejusdem Ecclesiæ nostro Apostolatui retulerint, quòd Abbas eorum super dilapidatione, perjurio, simonia, & quibusdam aliis erat multipliciter infamatus: nos Cathalan. Episcopo, & ejus collegis dedimus in mandatis, ut ad Ecclesiam personaliter accedentes, tam in capite, quàm in membris corrigerent corrigenda, & statuerent quæ statuenda viderent: [&c.] ¶ Judices autem Abbatis & Canonicorum juramenta recipientes, Abbatem ab administratione ipsius Ecclesiæ per sententiam removerunt, correctione membrorum dilatâ, quam tunc non poterant expedire. A qua sententia, cùm procurator prædictus ad nostram audientiam appellaverit, proposuit dictam sententiam reprobandam, tum quia judices lite non contestatâ in ipso negotio processerunt, tum quia juramenta conspiratorum contra ipsum recipientes (depositionibus coram partibus minimè publicatis, nec e offensis eidem) ad sententiam procedere præsumpserunt: [&c.] ¶ Quia verò de conspirationis articulo nobis non potuit fieri plena fides: mandamus, quatenus si vobis constiterit, quòd illi conspiratores fuerint, quorum constat à judicibus juramenta recepta, quod Abbas probare voluit coram eis, & eorum dicta judices secuti tantummodò, cùm per alios ea probata non essent, sententiam protulerunt: vos irritantes processum eorum in negotio juxta prædictam formam comprehensam in prioribus literis procedatis. Si verò eos conspiratores fuisse nequiverit comprobare, vel licèt de hoc constaret, appareat tamen illos nihil super his deposuisse, pro quibus idem Abbas fuit amotus: vel etiamsi aliqua super his deposuerint, ea tamen per aliorum dicta fuerant sufficienter offensa, processum ipsorum judicum confirmetis: quia licèt adversùs Abbatem non debuerint conspiratores admitti, juramenta tamen ipsorum de veritate dicenda super statu ipsius domûs recipi potuerunt: ut per ipsorum dicta super aliis fides possit haberi, quæ Abbatem minimè contingebant, præsertim cùm tunc probatum non esset, eos conspiratores fuisse.

CAP. XXIII.

¶ *Damnatus in alicuius injuriarum infamis est, & per Papam potest fama restitui. h. d. prout communiter summatur.*

Idem *H. de Castro Guarti.* d

CUm te *e* à Bartholomæo injuriarum actione convento, eò quòd diceres equum tuum non esse minoris pretii, quàm capillos ipsius, judices, qui super hoc cognoscebant, te in decem solidos condemnâssent, tu timens ne ipsorum sententia te notaret in famiâ *f*, beneficium restitutionis ad famam à sede Apostolica implorâsti. Nos autem considerantes, quòd nulla fuerit vel minima facta injuria, volumus te per *g* prædictam sententiam infamiâ non notari.

CAP. XXIV.

¶ *Revocatâ sententiâ propter defectum jurisdictionis, ut quia unus ex judicibus publicè excommunicatus erat, vel propter juris ordinem non servatum, iterùm de principali quæritur.*

Idem.

AD probandum *h*, quòd procurator dominæ: [&c.] ¶ Vos autem interim agnoscatis de confirmationis sententia, quæ lata est à judicibus delegatis de electione custodis, ut eam (sicut de jure fuerit faciendum) confirmare vel infirmare curetis, ita ut si pro eo, quòd unus ex delegatis judicibus, qui eandem sententiam protulerunt, excommunicationis vinculo esset publicè innodatus, quando sententia lata fuit, sicut per Metropolitani literas perhibetur, aut ex alia justa causa eandem sententiam constiterit infirmandam: ipsâ cassatâ, de ipsius electione custodis iterùm cognoscatis.

CAP. XXV.

¶ *Res inter alios judicata, aliis non nocet: fallit in eo, qui passus est illum litigare, cui secundo loco competebat actio, vel defensio, vel à quo causam in jure judicato habuit.*

Gregorius IX.

QUamvis regulariter aliis non noceat *a* res inter alios judicata: Ei tamen, qui cùm sibi primùm de ea re actio vel defensio competebat, sustinuit sequentem agere: Ac illi etiam, qui passus est eum, à quo causam habuit, experiri, est præjudicium generatum.

CAP. XXVI.

¶ *Si duo ordinarii pronunciant contraria, tenet sententia pro reo: fallit in quatuor casibus hic contentis, & similibus. Si verò delegati discordant, delegans est adeundus. Si arbitri, neutra tenet.*

Idem.

DUobus *b* judicibus (ut accepimus) diversas sententias proferentibus, si ex jurisdictione ordinaria processerunt, tenet pro reo, non pro actore sententia, nisi in causa favorabili, putà matrimonio, libertate, dote, seu testamento, pro ipso fuerit promulgata. Si verò ex delegata potestate, utraque pendet sententia ex arbitrio delegantis. Quòd si ex compromisso, neutra debet habere vigorem.

DE APPELLATIONIBUS *c*, RECUSATIONIBUS, & relationibus.

TITULUS XXVIII.

CAP. I.

¶ *Collatio beneficii facta post appellationem ex probabili & verisimili causa interpositam, est ipso jure nulla.*

Alexander III. *Exonien. Episcopo & Decano Luwionen.*

I. DIlecti *d* filii Prior & Clerici de Giseberginen. gravem *e* querimoniam transmiserunt, quòd Eboracen. Archiepiscopus, Apost. sed. Legatus, eosdem Priorem post appellationem suspendit, suas Ecclesias interdixit, & Canonicos (si eidem tanquam Priori obedirent) excommunicatos denunciavit: [&c.] ¶ Super quibus si veritate per idoneas personas & famam loci solicitè inquisitâ, inveneritis Ecclesiarum concessiones factas, nisi Prior & Canonici malitiosè distulerint eas, (quantùm ad se pertinet) ordinare, in irritum revocetis easdem.

CAP. II.

¶ *Appellatio generalis, respectu causæ non valet.*

Idem *Archiepisc. Remen.*

INter cætera *f*: [&c.] ¶ Super eo quòd Abbas sancti Apollinaris in claustro à te appellationem interposuit generalem super omni causa, quæ adversùs eum

a *al. in Cagia. al. Catag. al. Vallis seren.* b *C. 12. eod. tit. in 3. comp.* c *Hunc text. Innoc. dicit esse singularem, quòd attestationum publicatio est de substantia. Male legitur pro eidem, ejusdem, cum de filio Abbate fermo sit.* d *al. Vuarn. al. Idem R. milit.* e *C. 1. eod. tit. in 1 comp. vide Bart. in l. infamem. ff. de pub. jud.* f *vide l. Athletas. ff. de his qui not. in fam.* g *al. propter dictam.* h *C. 2. eod. tit. in 4. comp. vide Ant. de Butr. in c. fraternitatis. supr. de test.*

a *Vide l. res inter. C. quando res jud. non noc.* b *Cùm plures judices proferunt diversas sententias, quæ prævaleat, vide Alex. in l. si duo ex tribus. & l. si in tres. ff. de recep. arb.* c *De hac materia vide Conc. Trident. Sess. 13. de reform. c. 1. & Sess. 24. de reform. c. 20.* d *Post Conc. Later. sub Alex. III. p. 10. c. 1. & 4. eod. tit. in 1. compil.* e *al. gravem ad nos querimoniam.* f *C. 2. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. p. 10. c. 2.*

aliquo

aliquo tempore posset moveri, ipsum exinde redarguimus, nec hujusmodi appellationem duximus admittendam.

CAP. III.

¶ A correctione legitima non appellatur, nisi manifestè excedatur. h. d. inspectâ mentis litera.

Idem *Abbati S. Petri.*

AD nostram: [1 & 2.] ¶ Quia *a* verò remedium appell. non ideò est inventum, ut alicui à religionis & ordinis observantia exorbitanti debeat in sua nequitia patrocinium exhibere: Mandamus, quatenus, si quando quilibet subditorum tuorum ad remedium appellationis convolaverit, non ideò minùs eum juxta tenorem mandati, quod in prædicta regula continetur, & institutionem ordinis corrigas & castiges. *b*

[1 *Noveris audientiam pervenisse, quòd si quando subditos tuos vis pro sicis excessibus secundum regulam B. Benedicti & institutionem tua ordinis corrigere & castigare, ipsi ut malitiam suam liberius valeant exercere, ad remedium appellationis confugiunt.*]

CAP. IV.

¶ Si appellans intra terminum, à judice à quo appellavit, vel à seipso statutum, appellationem non prosequitur, sententiæ vel judicio ullius stare compellitur.

Idem *Narnicen. Episc.*

PERsonas Ecclesiarum *c* [& 2.] ¶ Si quis *d* ad nostram audientiam appellaverit, & appellationi suæ prolixum terminum præfixerit, tu ei diem, intra quem Apost. sedem convenienter possit adire, assignes: ad quam si venire contempserit, tu illum extunc judicio tuo super iis, quæ in quæstione vertuntur, sine contradictione aliqua stare compellas. Si autem quisquam appell. suæ præfigat terminum congruentem, nec tamen causam ad diem appell. fuerit prosecutus, ipsum nihilominùs extunc sententiæ tuæ (sicut de alio diximus) appell. rem. parére constringas.

[1 *Ecclesiarum in tua diœcesi consistentium, ita tuis & dominorum fundi authenticis scripturis præmunitas, ut cum aliquam personam Ecclesiarum illarum decedere forte contigerit, decedentis filius vel vicarius, seu alius quilibet, personatum Ecclesiæ vacantis viro idoneo conferendi tibi viam præcludere aliquâ calliditate non possit. Quod.*]

CAP. V.

¶ Appellans ad prosequendum habet annum, & ex causâ biennium, nisi judex moderetur. Et si intra id tempus non prosequitur, rata manet sententia: vel redit ad primum, si ante sententiam appellavit. h. d.

Idem *Remen. Archiepiscopo.*

CUm sit *e* Romana: [1 & 2.] ¶ Fraternitati tuæ duximus respondendum, quòd si ante sententiam, vel postea fuerit appellatum, hujusmodi appellantibus *f* annus indulgetur: aut ex necessaria & evidenti causâ biennium: nisi fortè judex à quo appellatum fuerit, secundùm locorum distantiam, & personarum, & negotii qualitatem recisius tempus fuerit moderatus. Intra quod si is, qui appellaverit, causam appell. non fuerit prosecutus, tenebit sententia, si post sententiam appellaverit, & à causa sua cecidisse videtur: nec amplius super eodem negotio audietur appellans. Si verò à gravamine & ante litis ingressum fuerit appellatum, hujusmodi audietur appellans, quoniam sacri canones etiam extra judicium passim appellare permittunt: nec solent hujusmodi dici appellationes, sed provocationes ad causam. Si autem ante sententiam quis appellaverit, cogitur illius stare judicio, ad quem noscitur appellâsse.

a C. 2. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. Lat. sub Alex. III. p. 10. c. 4. b Conc. Trid. Sess. 25. de reform. c. 1. & cùm igitur. c C. 4. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. p. 10. c. 5. d si aliquis. e C. 3. eod. tit. in 3. comp. & post Conc. p. 10. c. 16. f al. appellationibus.

[1 *Ecclesia caput & magistra omnium Ecclesiarum disponente Domino constituta, & ad eandem consultationes, & quæstiones de diversis mundi partibus meritò referuntur, quòd eam super variis quæstionibus consulis gratulamur, & prudentiam tuam non immeritò commendamus. Inde est quòd scriptis præsentibus.*]

¶ Qui de crimine impetitur, appellare potest, nisi sit notorium. hæc dicit.

Præterea si raptor sit, vel violentus detentor alienæ rei, qui appellat, hujusmodi appellatio facta in judicio apud Ecclesiasticas personas solet audiri, nisi forte manifestus raptor vel fornicator existat, sicut ille, quem absentem & irrequisitum Apostolus * excommunicavit.

CAP. VI.

¶ Coram judice à quo appellavi in una causa, possum in alia conveniri, nisi eum recusem ut suspectum.

Idem *eidem.*

1. ADhæc *a* si in una causa quis appellaverit, & pendente appellatione aliquod crimen committat, vel priùs commisisse dicatur, vel modò etiam accuseturaut conveniatur de alia re, super qua non sit appellatum, & illam perferri contingat ad audientiam judicis, à quo in alio negotio appellavit, eum potest, si voluerit, tanquam suspectum vitare: alioquin debebit ejus stare judicio, maximè si suus ordinarius judex existat.

CAP. VII.

¶ Si à judice inferiori unus appellat ad Papam, alius ad inferiorem, tenetur appellans ad Papam comparere ad citationem judicis inferioris, saltem allegaturus appellationem suam: alias valebit processus à judice, pro, nisi seruerit appellationem interjectam ad Papam.

Idem.

SI duobus *b* coram suo judice litigantibus, alter ad nostram, alter ad sui judicis audientiam super eodem negotio appellaverit: & ille, qui ad suum judicem appellavit, ad diem appellationis veniens, se ad eum appellâsse proponit, eo tacito quòd adversarius ejus ad audientiam Romani Pontificis appellârat: si legitimè citatus nec venit, nec responsalem misit, aut etiam aliàs parére contemnit, tenebit excommunicationis sententia in eum pro contumacia promulgata, nisi judex cognoverit eum ad audientiam Romani Pontificis appellâsse.

¶ A civili judice, qui non est de temporali jurisdictione Ecclesiæ, non appellatur ad Papam. h. d. usque ad finem.

Denique quod quæris, si à civili judice ante judicium, vel post, ad nostram audientiam fuerit appellatum, an hujusmodi appellatio teneat: tenet quidem in his, qui sunt nostræ temporali jurisdictioni subjecti: in aliis verò etsi de consuetudine Ecclesiæ teneat, secundùm juris rigorem credimus non tenere.

CAP. VIII.

¶ Lapsus biennii non præjudicat appellanti, quò minùs ex causâ legitima audiatur, saltem per beneficium restitutionis in integrum. h. d. secundùm subversorem intellectum.

Idem *Plebano & Clericis sancti Nazarii de Albia.* c

EX ratione *d*: [& infrà.] ¶ Verùm si appellationem biennio elapso interpositam à sententia contra vos prolata, prosecuti non estis: dummodò prosecutionem ipsius per impotentiam vos constiterit omisisse, nolumus quòd justitiæ vestræ debeat præjudicium generare *e*.

* 1. Cor. 5. a Cap. 6. eod. tit. in 1. comp. & post Concil. Lat. sub Alex. III. p. 10. c. 17. b C. 7. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. par. 10. c. 7. c Albareto. aliàs, Albezar. d C. 8. eod. tit. in 1. compal. vide Ioan. de Anania consil. 1. & Angelum cons. 38. e generali.

CAP. IX.

¶ *Si reus post citationem vel notitiam literarum ivit ad curiam, delegatus in causa procedet: alias non. hoc dicit, cum c. suggestum. 7. eod.*

Idem *Vigorien.* a *Episcopo.*

MEminimus *b*: [& 7.] ¶ Cæterùm cùm aliquam causam contingit tibi appell. remotâ committi: & adversa pars post citationem iter arripuerit ad sed. Ap. veniendi, non minùs poteris in negotio secundùm juris formam procedere. Quòd si ante citationem iter arripuerit, non est aliquatenùs procedendum.

CAP. X.

¶ *Supersedetur propter articulum, in quo appellatum est, etiam super principali causa, si sine illo articulo expediri non potest. h. d. iohannes Iatera.*

Idem.

I. SUper eo *c* quod solicitudo tua quæsivit, prudentiæ tuæ duximus respondendum, quòd si de aliqua exceptione quæstio oriatur, & exinde appellationem fieri contingat, eidem exceptioni erit meritò supersedendum: & si principalis causa fine illa terminari non poterit, ei nihilominùs supersedeatur.

¶ *Non obstante appellatione ex falsa causa interposita, potest judex ad ulteriora procedere. h. d.*

Si autem adversa pars *d* de falsi suggestione in appellationem prorupit, non est sententia super hoc differenda.

CAP. XI.

¶ *Etiam pro minoribus, seu levioribus causis appellari potest.*

Idem.

DE *e* appellationibus pro causis minimis interpositis, volumus te tenere, quòd eis, pro quacunque levi causa fiant, non minùs est, quàm si pro majoribus fierent, deferendum.

CAP. XII.

¶ *Secundùm canones appellatur etiam ante sententiam: secundùm leges non, nisi in quibusdam casibus: hoc primò. Et appellatio, & recusatio aqua parantur in hoc, quia sicut in appellatione requiritur causa rationabilis, ita & in recusatione: hoc secundò. Et tempus assignatum judici ad causam decidendam, incipit currere à tempore præsentationis rescripti: hoc tertiò, secundùm verum intellectum.*

Idem.

II. SUper eo *f*: [& 7.] ¶ Sacri canones ante & post litis contestationem, & in prolatione sententiæ, & post, singulis facultatem tribuunt appellandi, leges autem seculares appellationem (nisi in casibus) ante sententiam non admittunt. In causis quoque Ecclesiasticis, ubi appellationis remedium tollitur, sicut appellationi, ita recusationi non est aliquatenus deferendum *g*. Si autem intra certum tempus lis decidenda committitur, extunc terminus incipit currere *h*, cùm judices contigerit literas recepisse.

[1 *Quod interdum judices delegati ab altera partium tanquam suspecti recusantur, hoc tua prudentia præsentibus literis innotescat, quòd.*]

CAP. XIII.

¶ *Conventus super injuria Clerici, vel super adulterio, appellare potest, nisi sit notorius. h. d. cum c seq.*

Idem.

a *Vigoren.* b *Cap. 9. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. p. 10. c. 7. integra clausula extat in c. 6. qui Clerici. vel vov. in 1. comp. & post Conc. p. 21. c 5.* c *Cap. 10. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. par. 10. c. 9.* d *vide l. si uterus cum not. C. de fide instrum.* e *C.11. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. c. 19.* f *C. 13. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. p. 10. c. 12.* g *vid. l. si quis ex. & ibi Bart. ff. de jurisd. om. jud.* h *Dictio, currere, deest in omnibus antiq.*

I. PErvenit *a* ad nos, quòd cùm Clerici se conquerantur ab aliquibus vulneratos, vel aliàs esse læsos, qui impetuntur, ad Apost. sedem appellant: [1 & 7.] ¶ F. t. mandamus, quatenus si eorum excessus publicus non sit & notorius, eos Eccl. censurâ compellas, ut intra conveniens tempus appellationem interpositam prosequantur. Si verò publicus est & notorius, appellationis obtentu non prætermittas, quin eos excommunicatos denuncies, ipsosque facias sicut excommunicatos cautiùs evitari, donec passis injuriam satisfaciant, & cum literis tuis Apostolico se conspectui repræsentent.

[1 *Sed appellationem interpositam nolentes prosequi, consortia hominum devitare contemnunt. Verum quia quid tibi faciendum sit, exinde nostris literis certiorari desideras.*]

CAP. XIV.

¶ *Summatum est supr. cap. proximo.*

Idem *Archiepiscopo Toletano.*

I. COnsuluit *b* nos fraternitas tua: [1 & 7.] ¶ Consult. t. t. duximus respondendum, quòd si aliqui, quos manifestum sit & notorium uxorem alterius detinere, aut injecisse manus violentas in Clericum, appellaverint: eorum appellationi non est aliquatenùs deferendum. Sed cùm multa dicantur notoria, quæ non sunt, providere debes, ne quod dubium est, pro notorio videatis habere. Illos autem, qui appellant, à præsentia tua, cogere debes intra tempus conveniens appellationem interpositam prosequi, aut judicio tuo appel. remotâ parere.

[1 *Utrùm deferendum sit appellationibus, quando causa frustratoria dilationis appellatur, nec interpositam appellationem prosequuntur. Super quo utiq.*]

CAP. XV.

¶ *Hoc cap. summatum est supr. eod. cap. meminimus.*

Idem *Dulmens. Episcopo.*

SUggestum est *c* auribus nostris, quòd cùm oppressi ad præsidium Apost. sedis recurrunt, & appellatione factâ iter arripiunt, adversarii eorum appell. interpositam cognoscentes, nec ad præsentiam nostram accedunt, nec responsalem transmittunt: cùm autem senserint illos nostras literas reportâsse, in vocem appellationis prorumpunt, & iter ad nos arripiunt veniendi, ut sic eorum solicitudinem, à quibus impetuntur, eludant. Tuæ consultationi taliter respondemus, ut si quis deprehensus fuerit, hoc ex fraude vel malitia facere, appellationi ejus non deferas, neque ob id causam tibi commissam terminare postponas: quia decretalem epistolam, quâ tales muniri videntur, non ad deprimendam *d* cujusque justitiam, sed ad removendum gravamen nos fecisse cognoscas.

CAP. XVI.

¶ *Excommunicatus pendente cognitione appellationis, absolvi potest ad cautelam: & si apparet eum legitimè appellâsse, non punitur præo, quòd interim celebravit divina.*

Idem *Eboracensi Archiepiscopo.*

AD præsentiam nostram R. *e* Presbytero veniente, Episcopo Tusculano, & P. sanctæ Susannæ Cardin. tuam & ipsius causam commisimus audiendam. Qui ad objectionem tuam, licèt R. Presbyter non esset excommunicatus de jure, de facto tamen fecerunt eum absolvi. Ideoque mandamus, quatenus prædictum Presbyterum pro eo, quòd post excommunicationem contra appellationem factam divina cantavit, nullatenùs inquietes, sed ad eum statum reducas omnia, in quo erant tempore appellationis emissæ.

a *Cap. 15. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. p. 10. c. 17. vid. Bal. in l. adductos. C. de Episc. aud. & Dd. in c. Rom. de appel. lib. 6.* b *Cap. 16. eod. tit. in 2. comp. & post Conc. par. 10. c. 14.* c *C. 20. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. Lat. sub Alex. III. p. 10. c. 19.* d *deprimendum.* e *C. 22. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. p. 10. c. 21. vid. si sapientes. & quòd per viginti. & ibi Gemin. de elect. l. 7.*

CAP.

CAP. XVII.

¶ Si appellans turbatur in possessione, super qua fuit appellatum, judex à quo potest illam possessionem sibi reformare, appellatione in suo statu permanente. h. d. secundùm communem intellectum.

Idem *Cantuariensi Archiepisc.*

CUm *a* teneamur: [1 & ℣.] ¶ Quoniam igitur nos consulere voluisti, utrùm si eorum possessio, qui ad audientiam nostram appellant, turbata fuerit, tibi eam sibi liceat reformare, eo, de quo appellatio est interposita, prætermisso: Prudentiæ tuæ taliter respond. quòd si exinde ad te querela pervenerit, id ordine judiciario tibi licebit experiri. *b*

[1 *Consultationibus singulorum, quantùm nobis Dominus ministravit, respondere, tanto gratius tibi volumus responsum impendere, quanto personam tuam abundantiori diligimus charitate.*]

CAP. XVIII.

¶ Generalis & vaga appellatio respectu cujuslibet gravaminis non valet, sed restricta ad certum causam sic.

Idem *Episc. & Archidiacono Eatonien.*

II. COnsuluit *c*: [& ℣.] ¶ Consul. vestræ t. r. quòd si generaliter appell. quis interponeret ab omni gravamine, quod sibi posset contingere, hujusmodi appell. tenere non debet. Si verò ab aliquo judice super omni gravamine, quod in una causâ sibi possit inferri, quamquam generalis appellatio sit interposita, appellationi tamen ejus est ab eodem judice deferendum.

[1 *Nos vestra devotio, ut si appellatio, quæ ab omni gravamine interponitur, teneat, vestram prudentiam reddemus nostris literis certiorem, & ideò.*]

CAP. XIX.

¶ Appellatio frivola non excusat inferiorem, quò minùs teneatur obedire superiori, & ut de contemptu puniatur, nisi innocentiam suam aliter purget. h. d. Et est casus notabilis, in eo quod dicitur ipsum esse puniendum.

Idem *Zamorensi Episc.* d

CUm parati *e* essemus tuas petitiones admittere, I. Diaconus Cardinal. olim Apostolicæ sedis Legat. proposuit, quòd cùm ad ejus vocationem contempsisses accedere, in personam tuam excommunicationis sententiam promulgavit: [1 & ℣.] ¶ Cumque N. Canonicus B. Jacobi firmiter asseveraret, quòd in legatione Regis esses, & ideò non potuisses ad vocationem prædicti Cardinal. accedere: Cardinalis econtrà asseruit, quòd non in legatione Regis, sed in Salamantina Ecclesia, te suus *f* nuncius invenisset: [2 & *infrà*.] ¶ Nos verò attendentes, quòd te non decuit contemnere obtentu appell. ad vocationem venire Legati: præcipimus, quatenus vel in persona propria, vel per nuncios idoneos Apostolico te conspectui repræsentes, innocentiam tuam (si poteris) ostensurus.

[1 *Post excommunicationem ejus, qui vice nostrâ fungebatur, te fecisti in Episcopum consecrari.*]

[2 *Et tibi dixisset, quòd in alia Ecclesia te non esset requisiturus. Et cùm iterùm ex parte tua fuisset propositum, quòd quando ven. fr. n. Archiepisc. Compostellanus appellavit, tuam appellationem etiam interposuisset: Cardinalis adjecit, quòd appellatio illa te tueri in hac parte non potuit, quin ad ipsius vocationem accedere teneris.*]

CAP. XX.

¶ Si mandatum factum est, qui juravit stare judicio Ecclesiæ, excedit limites juramenti & licita promissionis, appellare poterit: aliàs secus. h. d. compendiosè. Abb.

Idem *Cantuariensi Archiepiscopo.*

II. ADhæc *a*: [& ℣.] ¶ Præterea de his, qui juramentum præstant, quòd Ecclesiæ stabunt judicio, & posteà appellant: Id tua solicitudo provideat, ut eos servare quod jurant, vel intra XL. dies post appellationem interpositam iter arripere ad ipsam prosequendam compellas.

CAP. XXI.

Summa ut sup. cap. proximo.

Idem *Cameracensi Episcopo.*

QUæstioni, quam facis, utrùm *b* appellationi illius sit deferendum, qui (sicut moris est) præstito juramento absolvi meretur, & antequam ei mandetur aliquid, vel mandato recepto causâ subterfugii appellaverit: Respond. quòd appellationi, quæ juramento ejus debeat derogare, non est in aliquo deferendum, sed statim erit in eandem reducendus sententiam: quæ (donec mandatum susceperit, & susceptum pro posse fuerit prosecutus) debet firmiter observari.

CAP. XXII.

¶ Appellans ab ordinario, postea de delicto ab eo commisso purgari potest per ipsum ordinarium. h. d. sed supple ad textum, idem esse de antea commisso, si nunc de illo accusatur, ut cap. ad hæc. 1. sup. eod. & cap. proposuit. ℣. eod.

Idem *Vinton. Epsc.* c

I. PRæterea *d* de his, qui ad sed. Apost. appellant, & postea gravia committentes, se, dum conveniantur, appellatione tuentur: Duximus respondendum, quòd eos appellatio non debet in sua iniquitate tueri, quo minùs eorum excessus censurâ canonicâ puniantur.

CAP. XXIII.

¶ Qui non detulit appellationi sui adversarii, de sua posteriori causa idem contra eum excipere nequit.

Idem *Grandensi Patriarchæ & S. Vitalis Presbytero Cardinali.*

I. COnstitutis in præsentia nostra *e* Abbate sancti Felicis & Presbytero R. pro controversia, quæ de electione Torcellanæ Ecclesiæ est suborta: [& ℣.] ¶ Ideoque mandamus, quatenus si Archidiaconus post appellationem & denunciationem excommunicationis, ad nominationem sæpedicti C. processerit, & Primicerius cum Canonicis, & Plebanus cum assensu Cleri Episcopatûs, vel majoris & sanioris partis, prænominatum I. in Episcopum & pastorem elegerint, non obstante appellatione præfati Archidiaconi, si ipse appellationi priùs factæ non detulit, electionem de præfato I. factam auctoritate Apostolicâ confirmetis.

CAP. XXIV.

¶ Appellans ab ordinario in una causâ, in aliis coram eo respondere tenetur: potest tamen eum recusare ut suspectum, nisi conveniatur de crimine manifesto, & in quo non cadit excusatus nec suspicio, ut quia imponitur pœna juris surgens ipso facto. h. d. secundùm intellectum intrinsecum.

Idem *Ebroicensi Archiepiscopo.*

PRopositum nobis M. *f* Clericus tuus, quòd sæpè contingit, ut cùm aliquis super aliqua causâ appellat, in aliis causis, in quibus non est appellatum, respondere recusat. Super quo consult. t. r. respondemus, quòd licèt pro illa appellatione non minùs teneatur in aliis, super quibus appellatum non est, respondere: judex tamen, à quo appellatur (quia illi omninò suspectus est) eum non debet ad respondendum super aliis compel-

a *Cap. 23. eod. tit. in 1. compilat. & post Concil. part. 10. c. 25.* b *particula, experti, vacare videtur.* c *Cap. 27. eod. tit. in 1. compil. & post Conc. part. 30. c. 34.* d *aliàs, Zamoren. alit. Za. morien. al. Amoren. alit. Gomoten.* e *Cap. 29. eod. tit in 1. comp. & post Conc. Later. sub Alex. III. p. 10. c. 28.* f *Vid. l. si quis uxori 4. appellationem. & ibi Bart. ff. de furt. & in l. cum qui. 4. ff. commod.*

a *Cap. 30. eod. tit. in 1. comp. & post Concil. part. 20. c. 29. Gloss. in canon. quod bene. 6. quæst. 4.* b *C. 31. eod. tit. in 1. compil. & post Concil. part. 7. c. 20. ubi habes integram clausulam.* c *aliàs, Ventonien. aliàs Ventonen.* d *C. 32. eod. tit. in 1. compil. & post Concil. part. 30. c. 33.* e *C. 37. eod. tit. in 1. compil.* f *C. 38. eod. tit. in 1. compil.*

lere, nisi pro crimine adeò gravi & manifesto, quo ipso actu merito sit damnandus.

CAP. XXV.

¶ Absolvatur excommunicatus cautione receptâ, licèt adversarius, vel excommunicator, ne absolvatur, appellet. h. d. secundum unum intellectum, quem tamen oportet limitare, quando excommunicatio non fuit lata pro manifesta contumacia vel offensa: quia tunc non debet absolvi, nisi satisfactione præcedente, ut in cap. ex part. 1. infrà, de verb. signif.

Idem *Cantuariensi Archiepiscopo.*

QUâ fronte nos *a* consulere valeas, non videmus, cùm dicaris ordinem juris pervertere: jam enim non in Ecclesia, sicut est canonicum & honestum, non etiam in palatio, non in camera tua, sed in camera Regis, contra debitum juris & Pontificalis officii dignitatem, Episcoporum electiones diceris confirmare: [1 & 3.] ¶ Sanè si quis pro contumacia vel alia qualibet causa, interdicto vel excommunicatione tenetur adstrictus, & offert se ad justitiam, de his, pro quibus sententiam ipsam excepit, judex eum (ne in excommunicatione decedat) absolvere poterit, etiamsi pars adversa, ne absolvatur, appellationis obstaculum interponat: ab ipso tamen ante absolutionem sufficienti cautione receptâ, quòd vel in præsentia Rom. Pontif. ad cujus audientiam appellatur, si maluerit adversarius, vel coram judice, cui causam delegaverit, juris pareat æquitati. De his etiam, qui conqueruntur se irrationabiliter excommunicationi vel interdicto suppositos, illud idem dicimus, etiamsi ii, qui hujusmodi protulerunt sententiam, ad sedem Apostolicam duxerint appellandum.

[1 *Verum ne petitionibus tuis nostrum denegare videamur assensum, super his de quibus nos consulere voluisti, tibi, prout dedit tibi Dominus, respondemus.*]

CAP. XXVI.

¶ Prælatus subditum suspendere vel excommunicare non debet, nisi monitione præmissa: nec subditus contra disciplinam Ecclesiasticam appellare potest, maximè si est religiosus. Et judex à quo, præfigat terminum appellanti ad appellationem prosequendam, intra quem si non prosequitur, judex à quo reassumat jurisdictionem. Appellans verò non prosequens appellationem suam, condemnatur in expensis, appellato hoc prosequente.

Idem *in Concilio Lateranensi.* b

REprehensibilis *c*: [1 & 3.] ¶ Præsenti decreto statuimus, ut nec Prælati (nisi canonicâ commonitione præmissâ) suspensionis vel excommunicationis sententiam proferant in subjectos, nisi fortè talis sit culpa, quæ ipso suo genere suspensionis vel excommunicationis pœnam inducat. Nec subjecti contra disciplinam Ecclesiasticam in vocem appell. erumpant. Si verò quisquam pro sua *d* necessitate credideris appellandum, competens ei ad prosequendam appellationem terminus præfigatur: intra quem si fortè prosequi neglexerit, tunc Episcopus liberè suâ auctoritate utatur. Si autem in quocunque negotio aliquis appellaverit, & eo, qui appellatus fuerit veniente, qui appellat venire neglexerit: si quid proprium habuerit, competentem illi recompensationem faciat expensarum: ut hoc saltem timore territus *e*, in gravamen alterius non facilè quis appellet. Præcipuè verò hoc in religiosis volumus observari, ne religiosi, cùm pro aliquo excessu fuerint corrigendi, contra regularem *f* Prælati sui & Capituli disciplinam appellare præsumant, sed humiliter ac devote suscipiant, quod pro salute sua fuerit eisdem injunctum.

[1 *Valdè consuetudo in quibusdam partibus evaluit, ut cùm fratres & Crepiscopi nostri, seu etiam Archidiaconi, appellaturos quosdam in suis causis existimant, nullâ penitus admonitione præmissâ, suspensionis seu etiam excommunicationis sententiam ferunt, alii etiam duro superveniente sententiam & disciplinam canonicam reformidant, sine ullo gravamine appellationem objiciunt, & ad defensionem insequitatis usurpant, quod ab præfatam innocentium disgregatur institutum. Quocirca ne vel Prælati sine causa valeant gravare subditos, vel subditi pro solo voluntatis sub appellationis obtentu correptionem valeant eludere Prælatorum.*]

CAP. XXVII.

¶ Judex à quo non obstante appellatione cognoscit de causa, si appellans non prosequitur: hoc primo. Et judex ad quem recta via recurritur, potest alteri causam committere, hoc secundo.

Idem *p. c. Eam te.*

III. AD *a* hæc: [1 & infrà.] ¶ Cùm à te superaliqua causâ fuerit appellatum, fas tibi sit appellantes appell. remotâ compellere, ut vel appellationem interpositam prosequantur, vel coram te juris pareant æquitati. Aut si alterutra partium te suspectum habuerit, te insistente judicem eligant *b*, qui propositam inter eos valeat dirimere quæstione m.

[1 *Præstitutus tibi literis duximus indulgendum, ut.*]

CAP. XXVIII.

¶ Si Canonicus ad residentiam monitus appellat, statuitur illi terminus ad appellationem prosequendam: & interim deservatur beneficio per vicarium de fructibus beneficii sustentandum: & si appellationem non prosequitur, vel residentiam non facit, privatur Prebendâ.

Idem *Salabriensi Episc. c*

II. PErvenit ad nos *d*, quòd cùm G. Ecclesiæ tuæ Canonicum, ut in ea residentiam faceret, monuisses, ia appellationem prorupit: [1 & 3.] ¶ Cùm ipse autem frustratoriæ dilationis causâ videatur dictus Canonicus appellâsse: mandamus, quatenus eum studiosè moneas, ut in eadem Ecclesia residentiam faciat: vel intra terminum eam prosecuturus, iter ad nos arripiat veniendi. Interim verò alicui honestæ personæ vices ejus in Ecclesia præfata committas, & ei de beneficiis illius assignes, unde possit congruè sustentari. Quòd si præfatus G. alterum istorum adimplere neglexerit, tu Prebendâ suâ privabis eundem, & eam alii idoneæ personæ concedas.

[1 *Et appellationi suæ terminum proximum festum B. Luciæ præfixit. Quoniam igitur indignum est, pro ejus & aliorum subterfugio prædictam Ecclesiam debitis obsequiis defraudari.*]

CAP. XXIX.

¶ A judice jurisdictionem exequente non appellatur.

Idem.

III. COnsuluit nos tua fraternitas, utrùm sit *e* appellationibus deferendum à Rege Francorum pro Judæis interpositis, ut mancipia detineant Christiana: [1 & 3.] ¶ Non convenit, ut pro hujusmodi appellationibus ab observatione decreti debeas abstinere.

[1 *Et utrùm sustinere debeat, quòd de novo constituant Synagogas, ubi eas nullatenus habuerunt.*]

---

a *Cap. 41. eod. tit. in 1. compil. & post Concil. Lateranen. sub Alex. III part. 3. c. 2.* b *sub Alex. III. c. 6.* c *C. 42. eod. tit. in 3. compilat. Quam causæ & prudenter sententia excommunicationis ferenda sit, tradit Trident. Concil Sess. 24. de reform. c. 3.* d *alii sic.* e *perterritus. al detentus, alter, deterritus.* f *In C. Barb. contra regulam Prælati sui, & Capituli sua disciplinam appellare, &c.*

a *Cap. 43. eod. tit. in 1. comp.* b *Vid. leg. si suspecta. cum gloss. & l. secundò requiritur. ff. eod.* c *Alias Salesburin. alias, Salesberien.* d *Cap. 44. eod. tit. in 1. compil.* e *Cap. 1. eod. tit. in 2. compil. Quantam potestatem habeat Papa super Judæos, & alios infideles, tradit Innocent. & alii in cap. super his. de vot. & vot. redempt.*

CAP.

CAP. XXX.

¶ *Qui ante citationem vel nuntium literarum missi nuncium ad Papam, appellare potest, ne delegatus procedat, secus si post.*

Idem *Genuensi* a *Archiepiscopo.*

IV. ADhæc, sicut *b* asseris: [1 *& infrà.*] ¶ Respondemus, quòd judex si ei constiterit appellantem, antequam partes essent citatæ, vel delegatio causæ pervenisset ad ipsum, qui appellationis interposit obstaculum, nuncium ad sedem Apostolicam destinâsse, factæ debet appellationi deferre: sed si post citationem fuerit destinatus, satis potest exequi, quod mandatur.

[1 *Quandoq; super communi causa, quæ judici appell. rem. committitur, altera pars appellat, asserens se pro eadem causa nuncium suum ad sedem Apost. destinasse, ad quod taliter.*]

CAP. XXXI.

¶ *Qui non detulit appellationem interpositam ad Papam, mittitur cum literis ordinario ad curiam puniendus.*

Idem.

DE c Priore: [1 *& infrà.*] ¶ Cæterùm si præfatus Canonicus Priorem propter suas enormitates manifestas, quæ ipsum notabilem reddunt, ad sedem Apost. appellavit, & ipse tali appell. deferre contempsit: eum literis tuis veritatem continentibus, de tanto excessu satisfacturum ad sed. Apost. venire compellas.

[1 *Qui non deferens protestioni & appellationi vestræ ad sedem Apostolicam factæ, quendam Canonicum suum vestibus secit exuentibus usque ad camisiam spoliari, & eum accusationi & appellationi renunciare cogit, quæ & desuit & quemdam statutum enervantibus murmuravit: ad tua fraternitatis duximus injungendum, ut super hoc rei veritate diligentius inquisitâ, si inveneris, quòd pro evitanda disciplina prædictus Canonicus appellavit, eidem Priori propterea nullam pœnam infligere debes, quoniam sacra Rom. Ecclesia & hujusmodi appellationem non consuevit admittere, ne Monachis vel Canonicis regularibus præbeatur audacia delinquendi.*]

CAP. XXXII.

¶ *Contra constitutiones regulares, appellatio religiosum non defendit.*

Idem *universis Abbatibus.*

QUia d nos: [1 *& infrà.*] ¶ Ut Abbates, qui de aliqua publica infamia publice respersi sunt e aut convicti, deinde f in communi Capitulo commoniti, prælationi cedere noluerint, appellandi non habeant facultatem.

[1 *Elegit Dominus in hæreditatem sibi, & à longè de alto prospexit, pacis & tranquillitatis vestræ, quantum divina gratia concedat, prospicere cupientes, auctorit. Apostolic. vobis concedimus & indulgemus.*]

CAP. XXXIII.

¶ *Judex à quo, potest præfigere terminum appellanti ad prosequendam appellationem, quo lapso, reassumat judex jurisdictionem.*

Idem.

ADaures g nostras: [1 *& ij.*] ¶ Appellanti ad prosecutionem appellationis, terminus congruus præfigatur: intra quem, si appellationem non fuerit prosecutus, extunc compellatur stare judicio delegati.

[1 *Te significante pervenit, quod cùm interdum tibi vel alii causam sub appell. rem. delegamus, altera partium, ut tamen valeat declinare judicium delegati, quæstiones incidentes opponit, & tum licet in principali causa app. rem. non sit procedendum, in appellandi tandem vocem prorupit, appellationis suæ terminum non præfigens, sicq; partem alteram sine prosecutione appellationis facit remanere suspensam. Postulas igitur tibi & aliis judicibus indulgeri, ubi causæ sine appellatione committuntur, incidentes quæstiones sine debito appell. prosequi valeat terminare. Cæterùm cum incidentes quæstiones sæpius præjudiciales non immeritò judicentur, petitionem tuam in hac parte non duximus admittendam. Sed, ne qua pars frustratoriè diutius affligatur.*]

CAP. XXXIV.

¶ *Si præcedente gravamine quis submittat se protectioni superioris, habetur pro appellante: dummodo servaverit ea, quæ in appellatione sunt necessaria.*

Idem *Abulensi Episc.*

AD audientiam *a* nostram noveris pervenisse, quòd cùm Zamorensis Episcopus G. Presbyterum Ecclesiæ sancti Jacobi Zamoren. multipliciter molestaret: tandem idem Presbyter se & E. ecclesiam *b* suam nostræ protectioni subjecit: [1 *& ij.*] ¶ Licet autem prædictus Presbyter ex simplicitate fortè verbum appell. non expresserit: quia tamen postquam se & sua nostræ protectioni subjecerat, non debuit sine causæ cognitione aliquâ sententiâ condemnari: mandamus, quatenus (si ita tibi constiterit) sententiam, quam præfatus Episcopus in eundem Presbyterum tulit, denuncies non tenere.

[1 *Sed præfatus Episcopus pro eo forte, quod expresse non appellavit, in eum post revocatum sed. Apostol. patrocinium, contra etiam privilegium Compostellanæ Ecclesiæ indultum, excommunicationis sententiam promulgavit.*]

CAP. XXXV.

¶ *Causa non est ad judicem à quo remittenda, appellatione adhuc non justificatâ, nisi de partium consensu.*

Idem *Archiepiscopo Tarracon.* c

ACceptâ *d* conquestione Canonicorum Pampillon. [1 *& ij.*] ¶ Non debet ad eos causa remitti, nisi partes consenserint, à quibus noscitur appellatum.

[1 *Quòd dilect. fil. n. Dux Navarrorum eos bonis suis spoliâsset, causam ipsam tibi frater ad eorum petitionem commisimus terminandam. Verùm quoniam nobis tacuerunt, quòd ab audientia fuit ad sed. Apostol. appellatum, nec vos si hoc nobis constitisset, eam causam commisissemus examini, cum.*]

CAP. XXXVI.

¶ *Delegatus etiam datus cum clausula, appellatione remotâ, recusari potest, si est consanguineus impetrantis, vel si fuit advocatus ejus in illa causa.*

Lucius III. *Galtero* e *Lincoven. Episcopo.*

POstremò fraternitati *f* tuæ literis præsentibus intimamus, quòd si causa alicui fuerit delegata, qui consanguineus sit illius, qui literas impetravit, aut in eodem negotio Advocati officio functus, vel ex alia justa causa suspectus: hujusmodi delegatus, non immeritò poterit recusari, quamvis appellatione remotâ fuerit ei negotium delegatum.

CAP. XXXVII.

¶ *Sententia interdicti non suspenditur per appellationem subsequentem.*

Idem *Narbonensi Episc.* g

V. ADhæc *h* quoniam sub interdicto aliqui constituti appellant, & deinde illud servare contemnunt, quid in hoc casu servandum sit, consulere voluisti.

a *al. Ianuensi, sed idem est. nam olim Genuam, Ianuam vocabant.* b *Cap. 2. eod. tit. in 2. comp. & de missione nunci, in aliquid nunc operetur, vid. Panorm. infrà hoc tit. cap. ut debitus.* c *C 3. eod. tit. in 2. comp. vid. Guid. Pap. ibi.* d *Cap. 3. eod. tit in 2. comp.* e *Verbum sunt, deest in plur. antiquis.* f *alit. & deinde.* g *Cap. 6. eod. tit. in 2. compil. unde cognosces aperte hujus decretalis sensum.*

a *C. 7. eod. tit. in 2. comp. vid. Lanfr. de Oreano in c. quoniam. supr. de probat.* b *Dictio suam, deest in antiq.* c *al. Terraconens.* d *C. 2. de rescript in 6. comp. unde intelligitur hoc ſ. agno. vid. l. legatus. ff. de offic. præf. & l. munerum. § judic. ff. de mun. & hon.* e *al. VValtero. al. Gualtero.* f *C. 43. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. p. 10. cap. 18.* g *al. Novarien.* h *C. 46. eod. tit. in 1. comp.*

Noveris igitur, quòd sicut post appell. excommunicari non possunt, sic interdictum nequeunt, cui ante appell. eos constat suppositos, declinare.

CAP. XXXVIII.

¶ Judex appellationis remittit appellantem & causam ad priorem judicem: nisi sibi constiterit à gravamine vel injusta sententia fuisse appellatum.

Clemens III.

CUm *a* in Ecclesia: [&c.] ¶ Accepimus, quòd quidam Clerici de Gual. occasione judicii tui, quod velle observare se jactant, Linconien. Episcopi judicis ordinarii sine causa rationabili cognitionem evitant. Unde mandamus, quatenus si quando contigerit, aliquem de Clericis à præfato Episcopo ad tuam audientiam appellare, non antè appellationem admittas, quàm tibi constiterit eam vel à gravamine, vel injusta condemnatione *b* porrectam: alioquin ipsum ad prædicti Episcopi audientiam remittas, appell. remotâ ejus judicio pariturum.

CAP. XXXIX.

¶ Si appellans, qui non prosequatur, redit ad judicem à quo, & iterum gravatur (non obstante primâ desertione) potest iterum appellare. h. d. & est casus notabilis. Panormit.

Idem.

DIrectæ *c* nobis tuæ literæ demonstrârunt, quòd cùm in tua præsentia causa cujusdam matrimonii tractaretur, in qua pars viri consanguinitatis vinculum opponebat: & pars mulieris ad sedem Apostolicam appellâsset, nec appellationem suam præfixo termino fuerit prosecuta: postmodùm eâ renunciante appellationi, quam fecerat, tu in causæ cognitione procedens, de parentela testimonia recepisti: verùm quia mulieris pars iterùm appellavit, postulas, utrùm ad calculum sententiæ procedere valeas, edoceri. Respondemus igitur, quòd licèt juxta decretum Lateran. Concilii, postquam in termino prosequendæ appell. staruto, appellans suam appell. non fuerit prosecutus, auctoritate tuâ libere possis uti: tamen quia iterùm appellavit (cùm secundùm jura ei licuerit *d* in eadem causa bis appellare) se à jurisdictione tua fecit exemptam, præsertim cùm hic ad separationem matrimonii, quod est res favorabilis, intentio viri procedat.

CAP. XL.

¶ Sententia excommunicationis, suspensionis, vel interdicti lata sub conditione suspendatur, si ante condemnatoris eventum fuerit appellatum. h. d. inhærendo verbis literæ, ut sic satisfaciat cuilibet lecturo. Et est decisio subtilis, & multum allegabilis.

Cœlestinus III.

IL. PRæterea *e* requisiti fuimus, si quis judex ita protulerit sententiam: Nisi Sempronio intra xx. dies satisfeceris, te excommunicatum, vel suspensum, aut interdictum esse cognoscas *f*: ille in quem fertur sententia, medio tempore appellans, ad diem statutum minimè satisfecerit, utrùm ille sententiâ tali ligetur, aut interpositione appell. tutus existat? Videtur autem nobis, quòd hujusmodi sententiam appellationis obstaculum debeat impedire.

CAP. XLI.

¶ Si per rescriptum committantur plures articuli connexi, & in uno removeatur appellatio, intelligatur remota etiam in aliis. hoc dicit.

Idem.

SEcundò *a* requiris, cùm pluribus articulis in una commissione positis, in uno tantùm contingit appellationem expressè vetari: utrùm appellatio teneat, si super aliis fuerit appellatum? In quo tibi respondemus: quòd cùm secundum B. Gregorium *b* verba intentioni deserviant *c*, & hæc sit nostra intentio, ut de omnibus articulis, qui in commissione ponuntur, justitia suum consequatur *d* effectum: in omnibus appellatio intelligitur interdicta. Nihil enim interest, utrùm inhibeatur primò, an secundò, medio *e*, an in fine: cùm (sicut utriusque juris argumenta nos docent) ea, quæ in principio, ad medium & ad finem: illa verò, quæ in medio, ad finem atque principium sæpè referri contingat.

¶ Causa suspicionis proponenda est coram judice, qui recusatur, & probanda coram arbitro. h. d.

Tertiò postulas edoceri: [*1 & infrà.*] ¶ Consul. t. t. respond. quòd cùm aliquis judicem proponit se habere suspectum, suspicionis causam coram eodem allegare tenetur: sed partes ut in aliquos non valdè remotos conveniant, per eundem judicem debent cogi: coram quibus si causa suspicionis intra terminum competentem probata non fuerit, tunc demùm auctoritate suâ judex uterut. Quòd si coram ipsis causa suspicionis probata fuerit, causæ cognitioni supersedere tenebitur recusatus. Ipsa namque ratio dictat, quòd suspecti & inimici judices esse non debent.

[*1 Cùm aliquis judicem tanquam suspectum recusat, an causam suspicionis debeat allegare, & eam, nisi manifesta sit coram eodem judice, probare teneatur. Utrùm etiam judex possit in eodem judicio & negotio procedere, si ille qui suspicionem objecit, causam ejus aut non velit, vel non possit in jure probare.*]

CAP. XLII.

¶ Non tenetur judex vel adversarius deferre appellationi, cui non defuit appellans.

Idem.

AN sit deferendum *f* appell. illius, quem adversarius de expoliatione post appell. legitimè interpositam sibi facta *g* paratus est incontinenti convincere, nos doxisti per tuos nuncios consulendos. Respondemus, quòd cùm in eo quis *h* puniendus sit, in quo deliquit: qui appellationi deferre neglexit *i*, se beneficio reddit appellationis indignum.

CAP. XLIII.

¶ Habet duos intellectus: secundum primum hoc intendit: Mortui executor non recusatur, nec ab eo appellatur, nisi modum excedat, maximè si est datus cum clausula, appellatione remotâ. Secundum alium intellectum, h. d. A judice suspecto non recuditur per appellationem, nisi modum excedat.

Innocentius III. *Illustri Regi Francorum.*

NOvit ille *k*, qui nihil ignorat: [*1 & infrà.*] ¶ Præterea interdicti sententiam Cardin. non edidit, sed potius publicavit: nec fuit dictator ipsius, sed verùs *l* executor. Unde cùm secundùm jus ab executoribus appellari non possit, nisi forsan modum excederent in exequendo, nos etiam in literis super hoc directis ad ipsum, appellationis curavimus obstaculum inhibere, appellationi ab eo interpositæ non fuerat deferendum. De suspicionis autem *m* objectu, licèt eum meritò tibi suspectum non fuisse credamus, non tamen, & si fuisset,

---

a *Cap. 11. eod. tit. in 2. comp. Vid. Guid. Pap. hîc.* b *Vid. l. quis ad certum. Cod. de appellat. & l. un. C. ut caus. post puberi. adsistat.* c *Cap. 11. eod. tit. in 3. comp.* d *In omnibus manusir. ei licuerat in eadem causa appellare secundo.* e *Cap. 14. eod. tit. in 2. comp. vid. Baild. in cap. committa. de elect. lib. 6. & Anton. de Butrio in cap. licet. de voto & vota redempt.* f *videtur deesse conjunctio, &, qua est in vet. comp.*

a *Cap. 16. eod. tit. in 2. comp.* b *lib. 2. in lib. c. 7.* c *vid. l. pater §. fundum. ff. de legat. 3. & l. cum pater. §. dulcissimis. & utrobiq; per Bart. ff. de legat. 2.* d *exequatur.* e *medio, an fine,* f *Cap. 17. eod. tit. in 2. comp.* g *al. fallam.* h *vox, quis, deest in antiquioribus.* i *neglexerit.* k *vid. c. novit. sup. de offic. legat. cujus pars est. & c. 2. eod. tit. in 3. comp.* l *al. verus.* m *In recent. impress. De suspicione autem objecta.*

propter

propter appellationem interpositam ab eo desistere debuisset, ad quod non proprio motu, sed nostro potiùs præcepto processit.

[1 *Quæ hîc abscissa sunt, reperies supr. de off. legati, c. novit.*]

CAP. XLIV.

¶ *Si appellatio recipitur à judice, vel approbatur à parte, terminus ad eam prosequendam præfixus obtinet vicem peremptorii, ut in absentem procedatur, ac si peremptorie fuisset citatus: nec tale terminus prævenire poterit ab aliqua partium.*

Idem.

SÆpè *a* contingit, quòd cùm ad nostram audientiam appellatur, propter defectum partis alterius neque per se, neque per responsalem idoneum appellationem interpositam prosequentis, vel forsitan ex malitia subsequentis responsalis mandatum procuratorium occultantis, lites, quæ de facili poterant terminari, remaneant indecisæ, cùm frequenter juris quæstio moveatur, cujus apud nos probationes necessariæ [in *b* contrario] non existunt, & interdum etiam facti quæstio de levi posset partibus præsentibus comprobari. Unde licèt in Lateranen. Concilio *c* fuerit constitutum, ut si in quocunque negotio aliquis appellaverit, & eo qui appellatus fuerat veniente, qui appellavit venire neglexerit: competentem illi recompensationem faciat expensarum, ut hoc saltem timore deterritus *d*, in gravamen alterius non facile quis appellet. Quia tamen propter hoc quæstiones nihilominùs prorogantur, præsenti decreto statuimus, ut si hujusmodi appellatio vel à judice recepta *e*, vel à parte fuerit approbata, post terminum appellationi præfixum edicti peremptorii vires obtineat, ita videlicet, ut extunc in absentem perinde procedatur, ac si peremptoriè vocatus ad judicium extitisset. Quòd si forsitan interposita provocatio malitiosè recepta, vel approbata non fuerit, cùm constiterit legitimè provocatum, nihilominùs eam vigorem volumus obtinere. Salvis constitutionibus, de provocantibus post sententiam, promulgatis: quibus appellationes suas prosequi non curantibus, post terminum appellationi prosequendæ præfixum, rata manet sententia, quæ fuerat appellatione suspensa. Quicquid autem contra citationem peremptoriam posset ab absente proponi, advertùs appellationem hujusmodi valeat allegari. Si quis autem terminum appell. prævenient, tacitâ veritate literas impetravit, & careat impetratis, & pœnam contumaciæ non evadat. Hoc autem in litibus, sive judiciis exercendis volumus observari.

CAP. XLV.

¶ *Appellatione desertâ per negligentiam appellantis, potest judex ex officio procedere in causis, in quibus ejus officium exuberat. & est casus valdè notabilis.*

Idem *Lemovicens.* f *& Canturcen. Episcopis.*

COnstitutus in præsentia *g* nostra Archidiaconus Claremon. nobis exposuit, quòd Claremon. Decanatu vacante, quidam Canonici vota sua in Episcopum transtulerunt, & Episcopus cum quibusdam aliis expresè consentientibus in eundem Archidiaconum ei contulit Decanatum, XI. Canonicis priùs appellantibus, ne quis assumeretur præter assensum omnium in Decanum, cùm electioni ejus XXV. tum per se, tum Episcopo medio consentirent. Cumque sancti Marcelli Presbyter Cardinalis tunc Apost. sed. Leg. per partes illas transitum faceret, non ut appellationi interpositæ derogaret, sed ut instructam transmitteret ad nos causam, sancti Egidii *a* & sancti Andreæ Abbatibus examinationem delegavit ipsius, & mandavit eisdem, ut partem contradicentem electioni Decani citarent ad ipsum, contradictionis suæ causam in ejus præsentia ostensuram: [1 & ſ.] ¶ Intellecto igitur per assertionem Cardinalis, quòd sub ea forma fuerat appellatum, ne sine assensu omnium procederetur in electione Decani, & quòd appellantes appellat. intra annum non fuerant prosecuti, nec erat propter quod eis esset biennium indulgendum, cùm sicut bis intra tempus legitimum simplicem nuncium ad sedem Apostolicam destinârant *b*, sic potuissent saltem semel procuratorem idoneum destinâsse. Ne tamen peremptorias exceptiones ex eorum parte propositas videamur sub silentio præterire, mandamus, quatenus si vobis constiterit Archidiac. facto Episcopi, ex quo nititur, sponte renunciâsse, vel prædictum Episcopum processisse ad electionem ipsius, prætermissis prædictis, sine quibus ne procederet in illa translatione voluntatum, ex qua nititur Archidiac. proponitur esse actum, ei super Decanatu silentium imponatis: alioquin nominationem seu electionem taliter factam de alio, & quicquid fuerit secutum ex ipsa, denuncietis irritum & inane.

[1 *Cum igitur Card. prædictus, qua coram eo proposita sunt, nobis fideliter retulisset.*]

CAP. XLVI.

¶ *Contra electum, vel confirmatum nullum aliud jus expellantem, non admittitur regulariter exceptio, vel appellatio, maximè frustratoria ad impedimentum electionis vel confirmationis effectum: sed possessione habitâ, potest accusari vel denunciari. h. d. & secundum hoc est casus notabilis.*

Idem *Cancellario Metens.*

II. COnstitutis in præsentia *c* nostra N. Decano sancti Salvatoris, & Cantore Metens. [1 & ſ.] ¶ Metens. Episcopus intimavit, quòd sancti Salvatoris præpositurâ vacante, die electioni præfixo per Patrem & Filium & Spiritum Sanctum in virtute obedientiæ, ac sub animæ periculo Canonicos adjutavit, ut secundum Deum, & juxta conscientiam suam unum eligerent de duobus, in quos partes videbantur oculos extendisse, quem Ecclesiæ magis utilem & idoneum reputarent. Decanus autem cum duobus Diaconis & Subdiaconis tribus, dictum Cantorem in Præpositum nominâvit: Cantor verò ipse, qui Presbyterali officio fungitur, & Custos cum Scholastico & Magistro B. Sacerdotibus, Levitis duobus, & Subdiaconis quinque, te *d* concorditer elegerunt: cujus electionem tanquam à majori & saniori parte Capituli factam, (cùm de personæ tuæ honestate constaret) prædictus Episcopus confirmavit: & cùm tibi vellet domum *e* & investituram porrigere (ut moris est) Decanus ad sedem Apostolicam appellavit, contra te impotentiam duntaxat allegans, proponendo te in partibus illis, quasi penitùs impotentem, in quibus Præposituræ possessiones existunt, addens, quòd alia tibi obiceret in præsentia nostra, quæ tunc in præsentia judicis suspecti noluit explicare.

Nos ergò, quia constitit evidenter illam appellationis causam, quæ fuit expressa, rationabilem non fuisse *f*:

a *C. 2. eod. tit. in 3. comp.* b *Inclusa desunt in antiq.* c *sub Alex. 3. c. 6.* d *detentus.* e *susceptæ.* f *al. Lemovicen.* g *C. 1. eod. tit. in 3. comp. Ex hac Decr. obser vabis multa singularia, quæ pro cæteris colligit Guid. Pap. hîc.*

a *Illidii.* b *destinaverant. alii. destinârunt.* c *Cap. 4. eod. tit. in 3. compil. an necesse sit semper elegere magis idoneum, vid. Thom. 2. 2. quæst. 63. art. 2. ad 3. arg. Sot. lib. 3. de just. & jure. q. 6. art. 2. & Covarruv. in reg. peccatum. de reg. jur. lib. 6. in 2. p. relect. §. 7.* d *Hoc est, Cancellar. Metensem, cui hæc scribit Papa.* e *donum, habent aliquot exemplaria.* f *Quæ dicatur rationabilis causa, vide apud Bart. in l. quòd verò. ff. de legi. & in l. si pupillus verit. §. ratio. ff. de admin.*

aliam autem tunc non expressit, etsi dixerit idem Decanus, quòd aliam vellet objicere coram nobis, decrevimus tuæ confirmationis effectum non debere per ea, quæ sunt proposita, impediri. Si quid tamen contra te non in modum exceptionis ad impediendum electionis & confirmationis effectum, sed in modum denunciationis, vel accusationis duxerit proponendum, postquam pacificam ipsius Præposituræ possessionem fueris assecutus, proponendi licentiam non negamus.

[1 *Et D. Scholastico ejusdem Ecclesiæ tuæ procuratoribus benignam curavimus audientiam indulgere. Fuit autem nobis ex parte tua propositum, sicut etiam ven. f. tu.*]

CAP. XLVII.

¶ *Appellari potest, si locus non tutus partibus assignatur, etsi antè sit receptum, appellatione remotâ.*

Idem *Ungarien. Episcopo.*

EX parte tua a [1 *& infrà.*] ¶ Præsenti paginâ respondemus, quod cùm excutetur honestè, qui ad præsentiam delegatorum judicum non potest securè venire citatus, tu vel tui, quoties ad illos judices vos evocari contigerit, ad quorum præsentiam vobis periculosum est ire, libere poteritis appellare, etiamsi in literis commissionis appell. fuerit remedium intercluſum, nisi judices vobis assignent locum idoneum & securum.

[1 *Fuit propositum coram nobis, quòd cùm inter Anglicos & Valen. sint inimicitiæ manifestæ, & ad partes illas Anglicis sit transitus periculosus, propter earum periculu & guerra quæ inter gentes illas frequenter esse dignoscitur continua: multi de causâ suæ mortis diffidentes, se aliquando vel suos aut literarum nostrarum tabore faciunt ad judices in Valkia constitutos, ut sic indefensas causas etiam justissimas relinquatis, vel compositionem subeatis injustam pariter & damnosam. Cùm igitur causas, quas committimus, sic velimus sine debito terminari, quòd neutra partium contra justitiam aggravetur, f. t. p. a. f. m. & tibi.*]

CAP. XLVIII.

¶ *Licitè appellat reus, si non auditur excipiens procuratorem actoris non habere sufficiens mandatum, vel se priùs conventum per alias literas, de quibus non fit mentio in secundis: hoc dicit, quoad totulum.*

Idem *Episcopo, & Decano & Precentori Herfordensi.*

SIgnificavit b nobis magister hospitalis Eboracensis [1 *& infrà.*] ¶ Præterea Capitulum Eboracen. auctoritate quarundam literarum, in quarum sigillo continebatur sigillum Capituli ad citationes tantùm, cùm aliud sigillum Capitulum illud noscatur habere, quendam constituebat actorem: sed licèt idem Magister allegaverit, quòd occasione literarũ illarum actor non deberet admitti, & insuper adjunxisset, quòd auctoritate literarum quarundam à nobis ad alios judices obtentarum, priùs conventus non debuit per literas posteriores, in quibus nulla fuerat mentio de prioribus, conveniri: judices tamen exceptiones hujusmodi admittere noluerunt, propter quod vocem ad nos appellationis emisit. Quocirca mandamus, quatenus si vobis constiterit ob dictas causas, vel earum aliquam ad nostram fuisse audientiam appellatum: revocato in irritum, quicquid post appellationem hujusmodi noveritis esse factum c, partes, &c.

[1 *Quòd cùm P. quondam rector Hospitalis illius diem clausisset extremum, ven. f. n. Eboracen. Archiepiscopus, ad quem & prædecessores suos hospitalis ejusdem ordinatio pertinuit ab antiquo, volens ipsum ex defectu rectoris destituendum sustinere, dilectum f. Presbyterum ejusdem domûs à suis fratribus unanimiter in rectorem electum præfecit ibidem, sperans, quòd domus ista per ipsum tam in temporalibus, quàm in spiritualibus recuperet incrementum: procedente verò tempore Decanus & Capitulum Eboracen. Ecclesiæ, tanquam ad ipsos hospitalis ejusdem ordinatio pertineret, Magistrum ipsum à sua administratione officio removere volentes, literas super hoc Apostolicas ad Decanum Lincolnien. & suos conjudices impetrârunt, quarum auctoritate tam Archiepiscopum, quàm rectorem: partibus igitur die & peremptoriè assignatâ coram ipsis judicibus constitutis, judices alios voces suas commiserunt, sibi definitivè reservatâ.*]

CAP. XLIX.

¶ *Licitè appellat reus, si non auditur petens declarari rem petitam in libello.*

Idem *Magistro G. Archid. & a Vormatien. Canonico Suessionen.*

SIgnificantibus d. T. & R. fratribus, nostro fuit Apostolatu declaratum, quòd cùm inter ipsos ex una parte, & V. ex altera, super quadam terra coram judicibus delegatis quæstio verteretur, ipsi cùm plures terras haberent, ex terra illa, super qua quæstio vertebatur, nil deberetur eisdem, à judicibus postulârunt: quod cùm ipsi facere denegarent, ad nostram audientiam provocârunt. Quocirca mandamus, quatenus si est ita, revocatio in statum debitum, si quid post appellationem noveritis attentatum, &c.

CAP. L.

¶ *Judex à quo non potest statuere terminum ad finiendam appellationem: quod si fecerit, intelligetur statuisse ad se præsentandum.*

Idem *Eboracen. c Episcopo, & de Luc. & de Monte morli. Abbatibus.*

EX insinuatione d Prioris & Canonicorum sanctæ Barbaræ nobis innotuit, quòd cùm inter ipsos ex una parte, & V. Camerarium de Tangar e ex altera, super quodam manerio f coram judice ordinario quæstio verteretur, & idem Camerarius ad nostram audientiam appellaverit, appellationi terminum non præfigens, dictus judex, qui causam illius videbatur fovere pro eo, quòd quidam Clericus commensalis suus, dicti Camerarii in eadem causâ fuerat Advocatus, hunc terminum appellationi præfixit, ut ad Festum Purificationis utraque pars esset ab appellationis prosecutione reversa, licèt non potuerit nobis legem imponere, ut eam teneremur intra dictum terminum expedire, cùm & secundum legitimas sanctiones lis, quæ in consistorio Principis speratur inferri, absque damno moræ intactâ permaneat, donec ipsam faciat introduci, & à proceribus dirimi justa morem. Interim autem nuncius Camerarii præveniens nuncium eorundem, nec ipso usque ad terminum legitimum expectato, impetravit literas & recessit. Quia verò fraus & dolus alicui patrocinari non debent, mandamus, quatenus si est ita, partibus convocatis, audiatis causam, &c.

CAP. LI.

¶ *Quid extra judicium appellat, ex verisimilibus & probabilibus causis, ne in possessione molestetur, si possessor fuerat, restituatur ante omnia in statum, in quo erat tempore appellationis emissa. h. d. inhærendo verbis literæ, & ut mos geratur omnibus legendo. Panormitan.*

Idem *Rosen. & Bunden. g Episcopis.*

---

a *Cap. 3. eod. tit. in 3 comp. prater Philippum de Perus. hic vid. Bartol. in l. ante sententiam. ff. de appell. recipiendis.* b *C. 6. eod. tit. in 3. compil. De materia sigilli, vid. Felin. in ca. supr. de fide instr. Decium in ca. 2. post. cess. sup. de prob. & quæ extant in c. 6. de fide instr.* c *attentatum.*

a *Malè Vin. Normanno.* b *C. 7. eod. tit. in 3. comp.* c *Abrimen. al. Abricen. Episc. & de Luen. & de Monte morels, Abbatib.* d *C. 2. eod. tit. in 3. compil.* e *Tangari. al. Tanger.* f *His perperam in vulgatis, monasterio.* g *Bundunen. al. Rosencn. & Landavien. al. Bondav. & Landeven.*

Bonz

BOnæ a memoriæ O. de Camera persona Ecclesiæ de Fanen. viam universæ carnis ingressu, Abbas sancti Augustini Cantuariensis ejusdem Ecclesiæ, quam ad se asserit pertinere, primo per quosdam Monachos, secundo per seipsum possessionem ingressus, ad nos pluries vocem appellationis emisit, ne quis eum super possessione ipsius Ecclesiæ præsumeret molestare: cumque aliquandiu prædictam Ecclesiam pacifice possedisset, quidam Laici Cantuariensis diœcesis ipsum Abbatem & Monachos de possessione ipsius Ecclesiæ, per violentiam ejecerant: [1 &c.] ¶ Procurator verò Archidiaconi proposuit ex adverso, quòd defunctâ personâ Ecclesiæ, Archidiacono tantùm datur ejus custodia: imò Archidiaconi, qui fuerunt pro tempore, tam de jure communi, quàm de generali consuetudine, tam in illa Ecclesia, quàm in aliis universis ejusdem diœcesis, hoc jure semper usi fuerunt. Præterea præfatus O. nomine Archidiaconi Ecclesiam possedit eandem, utpote qui ei unam procurationem, & v. sol. nomine Ecclesiæ annis singulis exolvebat: [2 &c.] ¶ Præmissis igitur diligenter inspectis, prædictos Abbatem & Monachos in eum statum, in quo tempore appellationis factæ ex verisimilibus & probabilibus causis ad nos legitimè interpositæ fuisse noscuntur (proprietatis parti utrilibet salvo jure) decernimus reducendos, ac fructus medii temporis perceptos b consuimus pariter assignandos eisdem.

[1 Hæ igitur & aliis pluribus ex parte Abbatis & Monachorum propositis.]

[2 Eadem O. sublato de medio apud Archidiacon. animi perfectio dignoscatur remansisse, qua non perdetur nisi Archidiacon. se putaret posse depelli, vel nisi venienti non fuisset admissus. Si ergo Monachorum possessio, qua potius detentio clandestina debet dici, quoniam Archidiacon. ipsam possessionem non perdidit, & si eam Monachi non potuerunt retinere, cum duo in solidum quæquam possidere non possint. Cum igitur Archidiacon. potuit sine jure in possessionem intrare, ac tenentes de facto fortius ejicere potuit nullo existente, nec ullatenus resistente sibi jus proprium reservare cum juris executio nullam habere injuriam dignoscatur. Ad hæc Monachi possessionem Archidiaconi non possunt aliquatenus advocare, & si eos tam habuisse constaret, quia cum eo nequaquam de possessione ejecerit, nec hoc probatum fuerit, nec in jure confessum, non habent quid objiciant extraneo detinere, præsertim cum & ipsi anteà sua possessionem intraverint, & injuriam aliis facientes jus aliquod acquirere nequiverint. Appellatio quoque, quam Monachi se interposuisse proponunt, penitus nulla fuit, cum nonnisi a gravamine præsenti, præterito vel futuro debeat appellari. Archidiaconus verò nec præsentem gravaverat, nec ipsos post appellationem gravavit, cum rem vacuam, quam custodiendi jus habet, imò quam ex officio custodire tenetur, ut custodiam fuisse possit noscatur. Denique appellationi Monachorum non fuerat ullatenus deferendum, quoniam si ad eos eadem Ecclesia pertineret, non debuerunt authoritate propriâ ipsius possessionem intrare, præsertim cum scire potuerunt, quòd custodia Ecclesiarum vacantium ad Archidiacon. pertinebat, & si tunc idem Archidiaconus præsens esset, eandem denegâsset eisdem, & sibi prout ad ejus spectavit officium remisisset: Cum autem clandestina fuissit eorum possessio, non potuerunt verè possessores haberi, cum super possessione nequeat injuria fieri clandestino possessori.]

CAP. LII.

¶ *Itinerii arreptio habet vim appellationis, si servantur ea, quæ servari debent in appellatione. b. d. secundum unum intellectum intrinsecum.*

Idem *S. Augustino, & S. Gregorii Priori.*

IL. DIlecti filii Jo. c & H. Prioris & Monachorum Cantuarien. Ecclesiæ nuncii retulerunt, quòd cum pro causa, quæ inter dictos Priorem & Monachos, & Cantuarien. Archiepiscopum super capella de Lamede vertebatur, ab ipsis ad sedem Apostolicam mitterentur, idem Archiepiscopus post iter arreptum in eos excommunicationis sententiam promulgavit. Cùm autem plus sit ad sedem Apostolicam facto provocare, quam verbo, & ipsis propter dictam causam ad Romanam Ecclesiam venientibus intelligatur ad sedem Apost. provocatum: mandamus, quatenus si est ita, dictos Jo. & H. denuncietis excommunicationis vinculo non teneri.

CAP. LIII.

¶ *Per clausulam, appellatione remotâ, inhibetur omnis appellatio, quæ a jure non indulgetur expressè. hoc dicat, usque ad 4 verum.*

Idem *Episcopo* b *Helen.*

PAstoralis officii diligentia c: [& infrà.] ¶ Quæsivisti d, utrùm quando inhibetur appellatio in rescripto, frustratoria tantùm inhibita videatur? Nos igitur attendentes, quòd per appellationem frustratoriam, etiamsi non fuisset inhibita, negotium non debeat impediri, respondemus, quòd quælibet provocatio intelligitur removeri, quæ à jure non indulgetur expressè: sed si appellans fuerit gravatus injustè, gravamen hujusmodi per superiorem poterit emendari.

¶ *Licèt excommunicatus ab excommunicatione appellet, nihilominus denunciari potest, & beneficia retinibus spoliari. hoc dicat.*

Verùm quia multotiens e quid ad tempus per appellationem legitimam à judicis sui, quoad aliquem certum articulum, eximitur potestate: consuluisti nos, utrùm si quis excommunicationis sententiâ innodatus, ante denunciationem ipsius ab ea, tanquam minus rationabiliter promulgata, in eo casu, in quo ante sententiam appellatio vires obtinuisset, curaverit provocare, eò quòd per appellationem interpositam excommunicantis videtur jurisdictio dormitâsse, ipse denunciare possit eundem, & ad tempus Ecclesiasticis beneficiis Clericum spoliare? Nos itaque respondemus, quòd cùm executionem excommunicatio secum trahat f, & excommunicatus per denunciationem amplius non ligetur, ipsum excommunicatum denunciare potes, ut ab aliis evitetur. Et illi proventus Ecclesiastici meritò subtrahuntur, cui Ecclesiæ communio denegatur.

CAP. LIV.

¶ *Si appellans ad superiorem, comparet coram judice inferiori super concernentibus ipsam appellationem, ipsi appellationi renunciare videtur. Si autem protestetur, quòd propter hoc non intendat renunciare appellationi, tanquam contraria allegans; non est audiendus: nisi notorium sit, altum illam esse injustum, super cujus emendatione adivit inferiorem. b. d. & est bonus casus.*

Idem *Episcopo Parisiens.*

SOlicitudinè g pastoralis officii: [1 &c.] ¶ Sanè cùm sicut recepimus, duobus coram Episcopo litigantibus,

a *Cap. 9. eod. tit. in 1. comp. Vid. Philip. Franc. in suis quæstionib. in materia petit. quæst. 1.* b *Delet, percepisse, deest in vetustior. exemplar. & in Codic. Barb. juxta vocem fructus, in margine hæc: percepisse non potuerunt supr. de restitut. spol. c. gravis.*

a *Cap. 2. in eod. tit. in 3. comp.* b *al. Elien. al. Helen.* c *Sup. de off. & pot. jud. del. c. pastoralis. & cap. 12. eod. tit. in 3. comp.* d *Vid. Bald. in l. 3. C. de appell. & Anton. Butrig. in ea. ut debitus infr. hoc tit.* e *Vid. quid per hunc & determinat. Rom. consil. 432. in casu præmisso, in 2. dubio.* f *Excommunicatio trahit secum executionem.* g *Cap. 12. eod. tit in 3. comp. Felin. in cap. cum An. Ferrariens. supr. de constit. & DD. in l. non solum. ff. de mort. ff. de nov. operis nunciat.*

alter eorum ad sedem Apostolicam appellâsset, Episcopus appellantem reputans contumacem, ipsum excommunicationis vinculo innodavit: qui coram Metropolitano de Episcopo sibi petiit justitiam exhiberi, asserens, quòd post appellationem legitimè ad nos interpositam ipsum excommunicaverat, & petens se ad eum statum, in quo fuerat appellat. tempore, à Metropolit. reduci, denunciari videlicet absolutum: adjiciens etiam, quòd appellationi non renunciabat objectæ, sed prosequi volebat a eandem: [2 & infrà.] ¶ Nos igitur inquisitioni tuæ taliter respondemus, quòd sicut Metropolitanus de appell. ad nos interposita cognoscere omninò non valet: sic nec de his, quæ post appellationem fuerant innovata, dummodò b de aliis cognosci non possit, nisi de appell. pariter cognoscatur, vel de iis, quæ appellationis causam contingere dignoscuntur. In quo casu si Metropolitanus ad cognoscendum partes suas interponere forte præsumeret, Episcopus posset ad appellationis beneficium convolare: nam ad officium ejus, qui de appellatione cogniturus est, pertinet prudenter corrigere, quæ contra ipsam invenerit attentata. Si verò notorium existeret, quòd mandatum Episcopi indiscretum fuerat vel injustum, cui non tenebatur subditus obedire, ac per consequentiam ei liqueat evidenter subditum legitimè provocâsse: potest Archiepiscopus auctoritate metropolitanâ declarare subditum irrationabiliter extitisse anathematis mucrone percussum. Cùm autem excommunicatus, qui appellaverat, juxta præscriptam formam coram Archiepiscopo deponit contra Episcopum quæstionem, Metropolitanus ad cognoscendum de causâ potest interponere partes suas, cùm ille appellationis prosecutioni renunciare tacitè videatur. Sed si verbo vel facto appellationem se velle prosequi protestetur c, non est, tanquam adversa petens, & sibi contrarius, audiendus.

[1 *Officia fideliter exequeris, cùm super dubitationibus juris responsa sed Appostulas educeri.*]

[2 *Unde tua fr. requisivit à nobis, utrùm Metropolitanus de hujusmodi conquestione cognoscere valeat: & si reperit eum legitimè provocâsse, utrùm denunciare eum debeat absolutum: & an si Episcopus coram Archiepiscopo appellaverit, ne is, qui excommunicatus ab eo fuerat, absolvatur, appellationi sit hujusmodi deferendum.*]

CAP. LV.

¶ *Per appellationem legitimè interpositam, principale cum accessoriis ad judicem appellationis defertur, & sententiæ excommunicationis & interdicti post appellationem latæ non tenent.*

Idem *Episcopo & Cantori Trecen.*

Dilectis filiis d Decano Altissiodorensi, ac Magistro R. Altissiodorensis Episcopi procuratore in nostra præsentia constitutis, idem Magister proposuit, quòd cùm dictus Episcopus Presbyterum domûs Dei, in qua dispensationem e plenariam obtinere dignoscitur, detineri faceret vinculis mancipatum, pro eo quòd bona quædam ejusdem domûs, quæ furtivè subtraxerat, restituere detrectabat, propter quod etiam ab eodem Episcopo fuerat excommunicationis vinculo innodatus, & supradictus Decanus Episcopum monuisset, ut ei restitueret, vel saltem recrederet f Presbyterum memoratum g, quem ad jurisdictionem suam spectare firmiter asserebat: Episcopus metuens, ne Decanus aliquid in suum præjudicium attentaret, se ac suos, statum Ecclesiæ, ac civitatis, protectioni Metropolit. supponens, ad ejus audientiam appellavit. Verùm Decanus post modicum tempus interdictum hujusmodi promulgavit, ut Episcopo in civitate præsente, à divinis in Altissiodoren. Ecclesia cessaretur. Postmodum verò cùm die appellationi præfixo comparuissent partes coram Officiali curiæ Senon. Decanus allegans, quòd appellationi ab Episcopo interpositæ ideò non duxerat deferendum, quoniam Presbyter supradictus adhuc in vinculis tenebatur, quando ad nos vocem a appellationis emisit, Officialis autem judicavit irritum interdictum à Decano post appellationem Episcopi promulgatum: [1 & infrà.] ¶ Quia verò idem Episcopus diversos modos expressit, secundùm quos Decano paratus fuerit super captione Presbyteri justitiam exhibere, ad Metropolitanam sedem appellans, Decanus non potuit post hoc ferre sententiam interdicti: & ideò sententiam ipsam ab eo post appellationem legitimè promulgatam, irritam decernimus & inanem, non obstante, quòd Decanus ad excusationem suam quasi variando proposuit, quòd prius quam Episcopus appellâsset, sententiam tulerat, cujus effectum ad tempus duxerat suspendendum: cùm interim appellatione interpositâ procedere non debuerit ad sententiam exequendam, Officialis processum, qui post appellationem hujusmodi sententiam interdicti irritam & inanem decrevit, temerarium judicantes: cùm appellatione ad nos interpositâ nihil debuerit innovari. Præterea licet excommunicationis sententia in Decanum per Episcopum promulgata, ritè lata primâ facie videretur, cùm per dictum Officialem esset prohibitum, ne servaretur in Ecclesia interdictum, & Decanus ne celebraretur in Ecclesia prohibendo, divinum videretur officium perturbare: quia tamen per appellationem ad nos interpositam ex parte Decani, cui etiam Officialis duxerat deferendum, Apostolos concedendo, non solùm principale negotium, sed accessoria etiam ad nostrum referebantur examen, eandem sententiam post appellationem hujusmodi promulgatam decernimus viribus caruisse. Verùm licet Archiepiscopus post appellationem prædictam, de qua sibi per Officialis literas innotuerat, Decanum denunciaverit evitandum: Senon. tamen Canonicos (qui sanioni ducti consilio communicaverunt eidem, ut appellationi ad nos interpositæ magis, quàm denunciationi ab Archiepiscopo factæ deferrent) inculpabiles judicamus.

[1 *His igitur & aliis, quæ utrinque fuêre proposita coram nobis, intelleximus evidenter, quòd si Episcopus prudenter & utiliter providisset, & reddidisset Decano Presbyterum supradictum, ad omnem prorsùs scandali materiam amputandam.*]

CAP. LVI.

¶ *Postquam Papa aliquam causam ad se revocat, non valet processus postèà per minorem judicem factus: sicut non valeret, si fuisset ab eo legitimè appellatum. hoc dixit, ut cuilibet licitum satisfiat.*

Idem *Medialanen. Archiepiscopo.*

Ut nostrum h prodeat de vultu Dei judicium: [1 & 3.] ¶ Judicibus dedimus in mandatis, ut si post secundum mandatum, per quod totius cognitionem negotii ad nostrum judicium revocavimus, traditionem sigilli dicto H. à te cognoscerent esse factam, eamdecernerent irritam & inanem, inhibentes illi, ne quomodolibet eo uti præsumeret: Cùm plùs sit Romanum Pontificem ad se aliquod revocare e negotium, quàm quemquam ad eum super aliquo negotio provocare.

---

a *Vid. leg. si filius fam. ff. ad Maced. & l. 2. C. de jure dotium.* b *al. dummodò de illo, &c.* c *protestentur.* d *Cap. 13. eod. tit. in 3. comp.* e *dispositionem.* f *Redderet, legebatur: sed, recrederet, reposuimus.* g *Vid. leg. jure. ff. ad mun. & l. 2. §. per hanc. cum gloss. ff. de rei vend.*

a *Dictio, quando, deest in omn. antiq. aut in quib. legitur sta: ad hoc in vinculis tenebatur ad me voco, &c.* b *Ex 3. comp. tit. ut Ecclesiasticæ beneficia sine diminutione conferantur. ca. ut nostrum. inf. ut Ecclesiastica ben. sine dim. conf. ubi quæ hîc desiunt reperies. vid. Arelat. 3. multum stupeo. §. 9. 6.* c *al. evocare.*

CAP.

CAP. LVII.

¶ *Si terminum appellationis prosequendæ statutum ab homine alitèr pars prævenit, hoc tacito literas impetrando, literæ non valent: sed terminum juris etiam appellatus prævenire potest, dummodo nimium non præcurrat: & ubi ex dilatione imminet periculum, etiam neutrâ parte prosequente potest judex ad quem supplere, partes compellendo ad prosecutionem.*

Idem *Abbati sancti Felicis, & G. Canonico Bononiensi.*

OBlatæ a nobis vestræ literæ continebant, quòd cùm quidam judices, quibus causa, quæ inter Sambr. & Rinocor. plebes vertebatur, fuerat ab Apostolica sede commissa, pro plebe Sambrensi sententiam protulissent, & à procuratore plebis de Rinocor. ad nos fuerit sine termino appellatum, nec delatum appellationi fuisset, nec ad prosecutionem ipsius terminus à judicibus partibus assignatus: Plebanus de Sambr. super observatione prædictæ sententiæ (sicut rationabiliter lata erat) nostras ad vos literas, & alia pars alias commissionis literas à nobis super infirmanda eadem postmodum ad alios judices impetravit, nullâ in posterioribus literis de prioribus habitâ mentione, unde in dubitationem revocato, an posteriores judices, vel vos de illa debeatis cognoscere, nos super hoc consulere voluistis: [*& infrà.*] ¶ Licet igitur appellanti legitimè à sententia indulgeatur annus à lege, aut ex justa causa biennium ad appellationem interpositam prosequendam: quia tamen hujusmodi terminus potest restringi non solùm à provocante, verùm etiam à judice, à cujus sententia provocatur (cùm ideò sit constitutum, non ut terminus ipse præveniri non possit, sed ne valeat prorogari) credimus distinguendum, in quo casu literæ impetrantur: & quidem quando certus terminus ab appellante, vel à judice appellationi præfigitur prosequendæ, si eo tacito appellatus literas impetraverit, hujusmodi literæ tanquam tacitâ veritate subreptæ, obtinere non debent aliquam firmitatem. Si verò non sit aliquis terminus à judice vel ab appellante præfixus, pars appellata intra terminum constitutum à lege (dummodo nimium non præcurrat, ut appellantem in commissione impetranda supplantet) commissionis literas poterit impetrare, quarum auctoritate in appell. causa legitimè procedatur, ita quòd si appellans voluerit in causa appellat. procedere, oportebit eum agere sub judice sic obtento, nisi possit eum legitimè recusare: quod si agere noluerit, appellatus *b* potest nihilominùs prosequi causam ipsam, maximè si sentiat sibi ex dilatione imminere gravamen. Superior quoque judex si viderit ex dilatione periculum imminere, potest & debet neutro prosequente appellationem occurrere, ut periculum evitetur, putà, si à sententia lata super confirmatione alicujus electi fuerit provocatum, & utraque pars velit etiam ad annum prosecutionem appell. differre, potest utique (imò debet) superior judex, ad quem fuerat appellatum, terminum provide moderari, ne gregi Dominico diu desit cura pastoris. Ex his igitur consult. vestræ noveritis esse responsum, quòd per posteriores non derogatur prioribus legitimè impetratis, per quas ad confirmandam sententiam vel infirmandam, prævià potest ratione procedi.

a *C. 1. eod. tit. in 4. comp. Et quia variis sunt hujus decret. articuli, variis locis sunt videndi. Doct. Feder. de Senis consil. 21. incipit, fundus quæstion. Felinus in c. ex tenore. sup. de refer. Rom. cons. 423. in c. dubitatur. Calder. cons. 14. tit. de refer. ubi quærunt, an de literis nulla fieri mentio debeat.* b *Ita legend. agere noluerit appellatus &c. ubi intelligitur appellans.*

CAP. LVIII.

¶ *Alterâ parte contumaciter absente, potest judex appell. etiam principale negotium definire, si post litem contestatam fuerit appellatum.*

Idem.

PEr tuas *a* literas requisisti, utrùm si post latam sententiam, vel saltem post depositiones testium publicatas, fuerit ad sed. Apost. appellatum, hi qui super hoc delegantur à nobis, si alterâ partium eorum se noluerit conspectibus præsentare, causam sibi delegatam *b* judiciali possint calculo terminare. Nos igitur consult. t. taliter respondemus, quòd cùm lis super eodem negotio coram primis judicibus sit legitimè contestata, poterunt e judices delegati (eo, qui convenitur, se per contumaciam absentante) cùm eis de meritis causæ liquebit, commissum sibi negotium definire.

CAP. LIX.

¶ *Notabile & famosum cap. habens multa nova dicta utrumque jus limitantia. & b. d. in summa, inhærendo simpliciter verbis literæ. Appellans ante sententiam tenetur exprimere causam rationabilem coram ipso judice à quo: nec admittitur exceptio, quòd prius miserat nuncium ad sedem Apost. vel quòd literas impetraverat, quæ nondum sunt judici præsentatæ.*

Idem *in Concilio generali.* d

UT debitus *c* honor deferatur judicibus, & litigatoribus consulatur super laboribus & expensis: Statuimus, ut si quis coram idoneo judice convenerit adversarium, ille ante sententiam ad superiorem judicem absque rationabili causa non provocet, sed coram illo suam justitiam prosequatur, non obstante si dicat, quòd ad superiorem judicem nuncium destinaverit, aut literas impetraverit ab eodem, priusquam delegato fuerint assignatæ. Cùm autem ex rationabili causa putaverit appellandum, coram eodem judice causa probabili appellationis expositâ: tali videlicet, quæ si foret probata, deberet legitima reputari; superior de appellatione cognoscat. Et si minùs rationabiliter eum appellâsse constiterit, illum ad inferiorem remittat, & in expensis alteri parti *f* condemnet, alioquin ipse procedet, salvis constitutionibus de majoribus causis ad sedem Apostolicam referendis.

CAP. LX.

¶ *Si judex, à quo est appellatum à gravamine, illud revocat, potest in principali causa procedere.*

Idem *in eodem.* g

CUm cessante causa *h*, cesset effectus: Statuimus, ut sive judex ordinarius, sive delegatus aliquid comminando vel interloquendo protulerit, quo executioni mandato alter litigantium gravaretur, & sano usus consilio ab hujusmodi interlocutionis vel comminationis effectu destiterit, libere in causæ cognitione procedat, non obstante si à tali comminatione vel interlocutione fuerit appellatum, dummodò non sit ex alia causa legitima suspectus: ne processus negotii frivolis occasionibus retardetur.

CAP. LXI.

¶ *Volens judicem recusare, debet coram eodem suspicionis causam probabilem proponere, & cum coram arbitro communiter eligendo probare: quâ non probatâ, suâ jurisdictione judex utitur in principali: eâ verò probatâ remittit negotium ad superiorem.*

a *Cap. 2. eod. tit. in 4. comp. vide Matth. singul. 66. in cap. nota quod in causa.* b *delatam* c *potuerunt.* d *Scilicet Innoc. 3. in Conc. gener. Later. c. 35.* e *C. 3. eod. tit. in 4. comp. Hanc Decr. explicat Paulus de Lazzariis, & Philip. de Perusio. Trid. Conc. sess. 13. de reform. c. 10.* f *vide l. tuteres §. tutor. & ibi Bart. ff. de ad. min. tut.* g *c. 36.* h *C. 4. eod. tit. in 4. compil. vid. l. adigere. 9. quamvis. ff. de jure patron. & l. quod dictum. ff. de pactis.*

priorem, vel causam committit de recusatoris consensu.

Idem *in eodem.* a

CUm *b* speciali sit prohibitione provisum, ne quis in aliquem excommunicationis sententiam, nisi competenti commonitione præmissâ, promulgare præsumat: Volentes etiam providere, ne forte commonitus frustratoriæ recusationis vel appellationis obtentu monentis possit declinare examen: Statuimus, ut si allegaverit se judicem habere suspectum, coram eodem causam justæ suspicionis assignet *c*, & ipse cum adversario, vel (si fortè adversarium non habeat) cum judice arbitros communiter eligat: aut si communiter convenire non possint, absque malitia ipse unum, & ille alium eligat *d*, qui de suspicionis causa cognoscant: & si nequiverint in unam concordare sententiam, advocent tertium: ut quod duo ex ipsis decreverint, robur obtineat firmitatis: sciantque se ad id fideliter exequendum ex injuncto à nobis in virtute obedientiæ sub obtestatione divini judicii districto præcepto teneri. Causâ verò suspicionis legitimâ coram ipsis intra competentem terminum non probatâ, suâ jurisdictione judex utatur. At ipsâ probatâ legitimè, de recusatoris assensu personæ idoneæ committat negotium recusatus, vel ad superiorem transmittatur, ut in eo ipso procedat, secundùm quod fuerit procedendum.

¶ *In notoriis non admittitur appellatio: in dubiis causa probabilis coram judice est exprimenda, quæ debeat legitima reputari: quam si non prosequitur, judex à quo in causa procedat. Idem si prosequatur & non probat. Hæc autem constitutio non extenditur ad regulares. h. d.*

Porrò commonito ad appell. obstaculum convolante, si ejus excessus evidentiâ rei, vel ipsius confessione, aut alio modo legitimo fuerit manifestus *e* (cùm appellationis remedium non sit ad defensionem iniquitatis, sed ad præsidium innocentiæ institutũ) non est provocationi hujusmodi deferendum. Excessu quoque dubio existente, ne frivolæ appellationis diffugio appellans judicis processum impediat, coram eodem probabilem causam appellationis exponat, talem videlicet, quæ si foret probata, deberet legitima reputari: & tunc si habuerit adversarium, intra terminum, secundùm locorum distantiam, & temporis qualitatem, & naturam negotii, ab eodem judice moderandum, appellationis causam prosequatur: quam si prosequi non curaverit, extunc ipse judex (appellatione non obstante) procedat, nullo autem adversario comparente, cùm judex ex suo *f* procedat officio, appell. causâ coram superiore probatâ, superior suæ jurisdictionis officium exequatur. Sed si appellans in ejus probatione defecerit, ad eum, à quo ipsum malitiosè appellâsse constiterit, remittatur. Cæterùm has duas constitutiones præmissas nolumus ad regulares extendi, contra *g* suas speciales observantias.

CAP. LXII.

¶ *Si judex confessionem advocati eâdem die revocatam pro litis contestatione velit habere, vel processum à subdelegato subdelegati factum ratificat, licitè appellatur.*

Honorius III. *Decano, Cancellario & Cantori Lincolnien.*

Cum causam *a*, quæ inter Abbatem & fratres de Valle sancti Joannis ex parte una, & Priorem & Canonicos de Novo loco ex altera, super Ecclesia de Holiseth *b* vertitur, R. sancti Angeli Diacono Cardinali commisimus audiendam: [1 & 2.] ¶ Procurator prædictorum Prioris & Canonicorum proposuit, quod cùm coram subdelegatis judicum delegatorum inducias ad proponendum exceptiones dilatorias petiisset: quia advocatus ipsius ductus errore respondit, quòd Ecclesia de Novo loco, Ecclesiam, de qua erat quæstio, per xl. annos & amplius pacificè possedesat, licèt ipse eâdem die advocati errorem corrigens, ipsius responsionem, quæ suæ petitioni contradicere videbatur (ne per eam aliquod sibi posset præjudicium generare *c*, pro eo quòd ante litis contestationem sunt exceptiones dilatoriæ proponendæ) coram eisdem judicibus revocavit. Judices tamen per hujusmodi responsionem erroneam advocati, litem contestatam forè credentes, ad receptionem testium partis alterius processerunt: [2 & 3.] ¶ Mandamus, quatenus si dicti Prior & Canonici legitimè probaverint, quòd per procuratorem ipsorum eâdem *d* die advocati responsio extiterit revocata, quia sic per consequens lis contestata non fuit, vel quòd delegati testes receptos à subdelegatis subdelegatorum suorum approbaverint, cùm non nisi delegatus à Principe causam alii valeat delegare, quicquid ab ipsis post appellat. eorum factum est (dummodò hæc in appellatione ipsa expressa fuerint) nuncietis irritum & inane.

[1 *P. & B. procuratores prædictorum Abbatis & fratrum in ipsius præsentia constituti, petebant instanter, ut processum approbantes de Cheville & Bellando Abbatum & Prioris de Malesm, quibus causa ipsa à Bo. m. I. pp. p. n. fuerat delegata, causam ipsam, quæ tanto tempore jam duravit, dignaremur sententialiter terminare.*]

[2 *Sed & gravamini gravamen adlentes, cùm examinationem quorundam testium Priors de Vellebeo & suo conjudici delegâssent, qui vices suas subdelegaverunt alias contra canonicas sanctiones, receptiones & examinationes testium ab ipsis de facto, cum de jure nequiverint, factam minus provide approbârunt: propter quæ gravamina ex parte præfatorum Prioris & Canonicorum ad sed. Apostol. fuit appellatum. Unde idem procurator cum instantia postulabat, ut memoratorum judicum processum decerneremus irritum & inanem. Quia verò super præmissis non potuit nobis fieri plena fides, disc. v. utrinsq; partis procuratorum assensu.*]

CAP. LXIII.

¶ *Non sufficit appellanti docere, quòd exceptionem legitimam & veram opposuit & appellavit, nisi doceat propter exceptionem non admissam appellâsse. h. d. & est casus not. & quotidianus.*

Idem *Decano & Thesaurario & P. S. Petri Canonico Zamoren.*

Dilecto filio G. Capellano nostro, D. Presbytero & I. Capituli Salamantini procuratori à nobis auditore concesso, Procurator Capituli proposuit coram eo, quòd cùm dictus Presbyter super receptione sua in Salamantina Ecclesia executorias à nobis ad Archid. Civitaten. & collegas ejus literas impetrâsset, coram eis fuit ex parte Capituli allegatum, quòd cùm in ipsa sit Ecclesia certus numerus Canonicorum juramento firmatus, de quo in literis ad eos directis mentio non fiebat, per eas non debebant contra ipsos procedere: &

---

a *Scelices Canc. Lat. c. 41.* b *C. 3. eod. tit. in 4. compilat.* c *Iure cevili non est necesse probare causam. l. cum speciali. Lapertissimi. C. de jud.* d *eligant.* e *Confessionem solam inducere notorium, vide in l. cùm fidecommissum. ff. de fidecom.* f *Ex officio suo procedit, appellatione causa.* g *Contra suas observationes speciales.*

a *De materia hujus decret. quatenus soliciat errorem advocati nocere clienti, vide Barb. Cons. 6. Vol. 1. & Inf. in l. error. C. de jur. & fact. ignor.* b *Olisens.* b *Al. generari. vide l. 2. cum l. fin. C. de error. advoc.* d *eadem dist.*

ne aliter

ne aliter facerent, fuit ad nostram audientiam appellatum: [1 & ℣.] ¶ Quoniam igitur etsi per confessionem Presbyteri factam coram auditore prædicto constiterit, Salamantinam Ecclesiam habere certum numerum Canonicorum juramento firmatum, & hujusmodi exceptionem coram executoribus fuisse propositam, & quòd appellatum extiterit ab eisdem: quia tamen non constitit, quòd propter exceptionem hujusmodi non admissam, aliamvè legitimam fuerit appellatum: mandamus, quatenus si vobis constiterit præfatam exceptionem hujusmodi de certo Canonicorum numero, juramento firmato, vel alias legitimas exceptiones fuisse propositas coram ipsis executoribus, nec admissas, ac ideò partem Capituli appellâsse: ipsorum executorum processum denuncietis irritum & inanem.

[1 *Sed ipsi executores hujusmodi appellatione contemptâ, excommunicationis sententiam in Episcopum & Capitulis protulerunt. Quare petebat procurator prædictus sententiam ipsam irritam nunciari, & dictum Episcopum super hoc ab eorundem Episcopi & Capituli vexatione compesci.*]

CAP. LXIV.

¶ *Appellans, qui terminum appell. præfigit, si mittit procuratorem ad impetrandum & contradicendum tantùm, & appellatio fuit recepta à judice, vel approbata à parte, adversario legitimè prosequenti, condemnatur in expensis. h. d. secundum communem intellectum, licet glossa aliud senserit.*

Idem *sanctæ Andreæ Archidiac. & magistro I. Canonico de Molten.* a

Nicolao militi ac fratri E. Monacho *b* monasterii sanctæ Mariæ, sancti Hadriani Diac. Cardin. concessimus auditorem: in cujus præsentia cùm dictus Monachus non nisi ad impetrandum & contradicendum procurator fuerit institutus, supplicavit humiliter idem miles, ut contra ipsos tanquam *c* contumaces procedere deberemus: [1 & ℣.] ¶ Mandamus, quatenus si vobis constiterit, dictos Abbatem & Conventum appellationi suæ terminum præfixisse *d*, cùm ad prosequendam eandem, sufficientem procuratorem non miserint, memorato milite ipsam personaliter prosequente, ipsos ad restituendas expensas à tempore appellationis factas eidem militi condemnetis.

[1 *Ac dare aliquibus in mandatis, qui eosdem pro eo, quòd ad prosequendam appellationem emissum procuratorem minus idoneum destinaverunt, ipso eadem personaliter prosequenti in refarciendis sibi damnis & expensis legitimè condemnantes, eo prius sicut justum fuerit restituto, audiant super his, quæ contra sæpedictos Abbatem & Conventum præfatus miles rationabiliter duxerit proponenda. Quia verò super præmissis nobis non potuit fieri plena fides, de assensu militis & Monachorum prædictorum, d. s. v.*]

CAP. LXV.

¶ *Ab eadem sententia ab eodem tertiò appellare non licet.*

Idem *Episc. Mantin. & P. Canonico Tustan.*

Sua nobis *e* R. tutor filiorum quondam B. civis Tuscan. *f* petitione monstravit, quòd cùm inter ipsum ex una parte, & ℣. pro se, ac F. tutorem quondam filii B. ex altera, super quadam summa pecuniæ coram judice Tuscan. quæstio verteretur: idem diffinitivam pro eodem R. sententiam promulgavit, quæ bis fuit per judices delegatos à sede Ap. *g* confirmata: [1 & ℣.] ¶ Sed pars altera, quæ semel & iterum appellaverat, tertiò vocem appellationis ad nos emittens, P. & ejus collegæ cognitionem ipsius sententiæ à nobis obtinuit delegari: [& ℣.] ¶ Cumque R. sanctæ Mariæ in Cosmed. Diac. Card. super appell. tertiò ad nos emissa, utrique parti à nobis datus auditor, interlocutus fuerit, illos non potuisse de jure tertiò appellare: Nos prædicto P. & ejus collegæ dedimus in mandatis, ut in negotio ipso nequaquam procedere attentarent.

[1 *Licèt P. Paveta Canonicus Tuscanen. cui executionem sententiæ ipsius dicimur commisisse, ipsum in possessionem quarundam domorum & aliarum rerum legitimè induxisset.*]

CAP. LXVI.

¶ *Appellatio omisso medio judice interposita, causam non devolvit exceptione oppositâ. hoc dicit, secundum communem intellectum.*

Idem *magistro G. Archidiac. & Offic. Lemon.*

Dilecti filii Prior & Conventus de Lacu Rubeo *a* transmissâ nobis petitione monstrârunt: [1 & ℣.] ¶ Ex parte dictorum Prioris & Conventûs fuit excipiendo propositum: quòd cùm omisso diœcesano Episcopo fuisset ad Archiepiscopum appellatum, ad quem gradatim fuerat appellandum, in causâ ipsâ de jure procedere non debebat: sed quia Officialis Archiepiscopi hujusmodi exceptionem admittere denegabat, ipsi ad nostram audientiam appellârunt: [& ℣.] ¶ Quocirca mandamus, quatenus sententias post hujusmodi appell. latas [in *b* eos] denunciotis penitùs non tenere.

[1 *Quæ cùm inter ipsos ex parte una, & f. de Chambar. militem Claromon. diœc. ex altera, super quodam nemore & aliis rebus coram magistro A. Canonico Claromen. ex delegatione ap. quæstio verteretur. Idem miles ad ven. f. n. Bituricen. Arch. frustratoria vocem appellationis emittens, causam super his Officiali Bitur. obtinuit delegari, coram quo.*]

CAP. LXVII.

¶ *Si is, qui desiit esse tutor, nomine pupilli convenitur invitus, poterit appellare.*

Gregorius IX. *magistro scholarum H. & G. de Rupe, Canonicis sanctæ Andomari c Morinen. diœcesis.*

Ex parte M. dominæ *d* de Colob. *e* nobis fuit oblata querela, quòd cùm nobilis mulier domina de Bellebron. *f* super quibusdam terris ipsam nomine filiorum suorum coram judicibus auctoritate nostrâ traxisset in causam, eadem in judicum ipsorum excipi fecit præsentia, quòd cùm res, de quibus in judicio agebatur, & prædicti filii ejus, sub potestate & tutela ipsius minime permanerent, cùm jàm ad secunda vota transisset *g*, super his ei non tenebatur ipsorum nomine, quorum tutrix esse desierat, respondere: sed quia dicti judices hâc exceptione neglectâ nihilominùs ad hoc compellebant eandem, ipsa tentiens se gravari, nostram audientiam appellavit. Ideòque mandamus, quatenus si ita est, revocato in irritum, quicquid post appell. hujusmodi inveneritis attentatum, audietis hinc inde proposita, &c.

CAP. LXVIII.

¶ *Si judex de jure dubitans vult consulere superiorem, debet consultationis copiam partibus edere: aliàs ejus verbis consultationis fides non adhibetur.*

Idem *magistro & fratribus domûs Morinen.*

Intimâsti *h:* [& ℣.] ¶ Præterea hospitalariis ignorantibus, & nos factâ eis copiâ de inquisitionis processu, ad nos relationem transmisisse noscuntur, cùm

a *Alit. Melden.* b *Al. ita: ac fratri G. Monacho monasterii S. Mariæ, Sancti Adriani.* c *al. tanquam contra.* d *Appellans appellationi suæ potest terminum statuere.* e *Vide Domin. dist. 22. in sum.* f *Tusculan.* g *Vide l. 2. cum not. C. de administ. tutor.*

a *Rubro.* b *inclusa desunt in aliquot antiq.* c *in Cod. Barb. ita: Magistro scholarum G. & P. de Rupe canon. S. Adriani Morinens.* d *Vide Baldum in 9. vers. autem. Inst. de Attil. tut.* e *Celester.* f *Brevisen.* g *Vide authent. matre & aviæ. Cod. quando mul. tut. offic. fung.* h *De materia relationis vide gloss. & Doctor. in c. causam. secundo, de testibus.*

juxta legitimas sanctiones, quoties relaturum se judex quilibet pollicetur, illicò litigatoribus apud acta consultationis exemplum edere teneatur.

CAP. LXIX.

¶ Si ante litem contestatam circa principale negotium judex aliquid innoviat, vel diem assignatam sine causa præveniat, licite appellatur. Et si procurator datus ad impetrandum super appellatione non servavit formam mandati, auditur appellans etiam post annum.

Idem *Archiepisc. Archidiacono, & G. Canonico Turonen.*

SIgnificante *a* Aurelian. Episcopo, nos noveritis accepisse, quòd cùm Decanus & Capitulum Magdunen. ipsum super eo, quod dicebant alibi, quàm in stallis Decani & Capituli prædictorum, carnifices carnes vendere non debere *b*, coram judicibus auctorit. Apost. convenissent: petentibus tandem Decano & Capitulo nominatis judicum officium implorando, ut cùm idem Episcopus post citationem carnes in stallis aliis vendi fecisset, quod per eum super hoc factum fuerat, in statum pristinum revocarent: pro parte ipsius fuit propositum, quòd cùm lis præsertim non fuisset super negotio contestata, locum imploratio hujusmodi non habebat: adjiciens, quòd cùm de consensu partium coram dictis judicibus, ad litigandum super ipso negotio certus dies statutus fuisset, & quantùm ad illam diem solutum fuisset judicium eorundem, prævenire diem ipsum ac audire partem adversam in tali implorationè absque consensu partium non debebant: & quia super his non audiebant eundem, nostram audientiam appellavit: & licèt procuratorem suum intra annum ad hujusmodi appellationem miserit prosequendam: quia tamen dictus procurator (ut creditur) circumventus contra inhibitionem ipsius Episcopi nostras super hoc ad quosdam judices certâ ratione suspectos literas impetravit, dictus Episcopus uti noluit literis sic obtentis, petens non obstante lapsu anni ad prosecutionem appellat. admitti. Ideoque mandamus, quatenus si de inhibitione hujusmodi, & præmissis causis appellationis vel earum altera constiterit, revocato in irritum, &c. usque ad *c* attentatum in jam dicto *d* negotio juxta priorum continentiam literarum, &c.

CAP. LXX.

¶ Capitulum famosum & multùm allegabile, & b. d. Ad justificandam appellationem ex causâ interpositam, probare oportet causæ veritatem coram judice ad quem, nisi fuerit coram judice a quo oblata probatio & rejecta. b. d. singulariter usq; ad §. eidem.

Idem.

INterpositâ *e* appellatione ex causa probabili, non sufficit appellanti probare, quòd ex causâ hujusmodi provocavit, si eam non doceat esse veram: nisi hoc se offerens probaturum non fuisset admissus.

¶ Si appellatio non fuit recepta à judice, vel approbata à parte, sufficit appellanti mittere procuratorem ad impetrandum & contradicendum, licèt pars appellata sit parata in curia prosequi. b. d. usque ad §. ille denique. Abbas Siculus.

Eidem quoque permittitur, si non recipiatur appell. ejus à judice, nec ab adversario approbatur, super prosecutione appell. per procuratorem ad impetrandum & contradicendum constitutum literas impetrare, licèt pars altera per se vel per procuratorem idoneum, judicium super hoc apud sedem Apostolicam recipere sit parata.

¶ Ante inchoatam persecutionem appellat. appellans potest, se vulo invito appellato petere, ut remittatur ad judicem à quo, sed condemnabitur in expensis factis per partem adversam in ella appellatione. b. d. usq; ad §. sane. Abbas Siculus.

Ille denique *a*, qui vocem appell. emisit, cujus nondum est alii cognitio delegata ad petitionem ejusdem, ad cum, à quo provocavit, de jure remittitur, contradictione partis alterius non obstante: est tamen in legitimis expensis adversario, quas eum propter hoc fecisse constiterit, condemnandus.

¶ Articulus appellationis interposita à gravamine desertitur per judicem ad quem, parte absente per contumaciam, etiam lite non contestatâ in appell. vel principali causa. b. d. Abbas Siculus.

Sane parato aliquo probare gravamen, propter quod duxerat appellandum, & parte adversâ se contumaciter absentante, potest super hoc lite non contestatâ procedi, licèt nondum litis contestatio facta fuerit in ipso appell. articulo vel negotio principali: quia cùm in hoc casu iniquitas prioris judicis principaliter arguatur, non est rigor juris (ex quo sequi posset causæ perplexitas) requirendus.

CAP. LXXI.

¶ Clausula, appellatione remotâ, in medio literarum posita, respicit præmissa, quibus annectitur, non sequentia: nisi repetatur in fine literarum. Et hoc si negotia sunt separata.

Idem.

INquisitioni tuæ taliter respondemus, quòd quoties clausula, per quam tollitur appellationis remedium *b*, in medio literarum ponitur, si sunt plura negotia se minimè contingentia, præmissa tantùm complectitur: nisi fortè in fine literarum prædicta clausula iteretur.

CAP. LXXII.

¶ Breve est, sed per alia verba sic summatur. Appellatio unius prodest altero, si communi jure juventur, & idem sit negotium, & eadem defensionis causa, & sint eâdem sententiâ condemnati: aliàs secùs.

Idem.

UNa sententia *c* pluribus condemnatis, si unus solus ad appellationis beneficium convolaverit, illius victoria jure communi cæteris suffragatur, si communi jure juventur, idemque negotium, & eadem causa defensionis existat.

CAP. LXXIII.

¶ Justus metus excusat, adeò quòd non appellans habetur pro appellante, si fuerit protestatus, & appellationis causas duxerit exprimendas.

Idem.

SI justus *d* metus, quò minus appellaveris, te excusat, ad appell. reputaris beneficium convolâsse: Dummodò intra tempus, quo licitè provocatur, coram judice à quo appellâsse volueras: vel si habere ipsius copiam nequivisti, in præsentia bonorum virorum protestatione super hoc propositâ, causas appell. duxeris exprimendas.

---

a *Vide Ias. in rep. l. quò minùs ff. de fluminibus.* b *Vide l. 1. C. qua sit. long. consuet. & ibi Cyn.* c *Ostiis, ad. decret in aliquot antiq.* d *dicta causa.* e *vide Rubeum Alexand. in tract. de potest. procur. p. 1. annot. per Innoc. & Butrig. in c. cum inter Canonicos. sup. de elect. & c. ad dissolvendum. inf. de sponsa. compub.*

a *Vide Abb. in c. dilectus. & c. 1. inf. de Presbyt. & Ang. in l. si quis libellos. Cod. end. tit.* b *Hæc clausula appell. rem. solum est principis. l. 1. §. 1. ff. à quibus appell. non licet.* c *Vide quæ capsæ scribit Soc. cons. 112. incipit. insignis doctor: in prima parte.* d *Qualis metus esse debeat, tradit Arct. in §. quadrupl. Instit. de act. Paul. de Castr. & Ias. in l. cùm aliquis. C. de jure delib. & l. interpositas. C. de transact.*

DE

DE CLERICIS PEREGRINANTIBUS.

TITULUS XXIX.

CAP. UN.

¶ *Contra peregrinantem seu proficiscentem ad sed. Apost. non est aliquid innovandum.*

Cœlestinus III. *Ambian. Episc.*

COnquerente *a* I. Presbytero intelleximus: [1 & *infra.*] ¶ Licèt Presbyter idem res suas & Ecclesiæ suæ in protectione nostra non posuerit, quando ad nos accessit; tamen cùm hi, qui accedunt ad præsentiam nostram, cum rebus eorum debeant esse sub Apostolica protectione securi: mandamus, quatenus quicquid eidem Presbytero post iter arreptum ad nos veniendi subtractum est vel ablatum, sibi restitui faciatis. *b*

[1 *Quòd postquam ad nos veniendi iter arripuit, quidam rei ejus deripere præsumpserunt.*]

DE CONFIRMATIONE UTILI vel inutili.

TITULUS XXX.

CAP. I.

¶ *De re scienter confirmata per Papam, inferior judex cognoscere non potest, nisi confirmatio non temerè, ut quæ surreptitia, vel de re litigiosa. h. d. cum cap. sequenti.*

Alexander III. *Exoniens. Episc. P. C. in litera.*

SI quis *c* rei litigiosæ confirmationem impetravit ab Apost. sed. non minùs potest judex de causâ cognoscere, & eam fine debito terminare. Sed si rem tunc pacificè possidebat, cùm inde confirmationem obtinuit, non est licitum judici de quæstione postea exorta decernere, aut eam definire absque sed. Apost. mandato.

CAP. II.

¶ *Idem dicit.*

Idem *Vegorien. Episc.* d

DE confirmationibus *e* autem Rom. Pont. volumus te tenere, quòd contra illas (nisi novum Apost. sed. procedat mandatum, aut certum sit, quod sint per falsi suggestionem elicitæ) non est aliquatenus judicandum.

CAP. III.

¶ *Literæ confirmationis super sententia, à qua erat appellatum, non valent, si appellatus malitiosè prævenit appellantem: aliàs pendent, donec de appellatione cognoscatur.*

Cœlestinus III.

BOnæ memoriæ *f* A. Canonicus vester proposuit, sententiam à delegatis judicibus prolatam fuisse: & intra decem dies ille, contra quem sententiatum fuerat, ab illa sententia appellavit, judices tamen nihilominùs sententiam executioni mandârunt. Cæterùm appellans itinere statim ad Apost. sedem arrepto, literas de retractando sententiam impetravit, adversarius autem ipsum cautè præveniens, confirmationis promulgatæ sententiæ rescriptum fuerat assecutus, in quo nulla de facta appellatione mentio habebatur. Ideoque requisisti, quæ quibus literis præjudicium faciant. Respondemus igitur, quòd posteriores debent prioribus præjudicium generare. Verùm si dicatur, nullis literis veritati & justitiæ præjudicantibus, vel sub alia forma verborum, dummodò nihil diceretur de literis confirmationis expresse: dicimus, quòd primæ tamdiu suum debent habere vigorem, donec de iniqua sententia cognitio plenior habeatur.

CAP. IV.

¶ *Innovatio privilegii novum jus non tribuit, nec antiquum confirmat: sed si quod competebat, conservat. Brevius: sic potest summari: Innovatio privilegii non inducit confirmationem juris in eo contenti.*

Innocentius III. *Decano Padeburen.* a

CUm *b* dilecta in Christo filia Abbatissa & sorores Ecclesiæ de Gardeven. *c* sua cuperent privilegia innovari: propter viarum *d* discrimina quatuor Episcopis, & Abbatibus totidem, ut ea inspicerent diligenter, & tenorem ipsorum fideliter transcribentes sub sigillis suis nobis remitterent, duximus injungendum: [1 & 3.] ¶ Nos autem tam Legato, qui sub sigillo proprio ea nostro fecit conspectui præsentari, quam inquisitoribus ipsis fidem debitam adhibentes, licet non videremus, quare non deberent eadem *e* privilegia innovari: quia tamen C. majoris Ecclesiæ, & I. sanctæ Crucis Canonici proposuerunt, Hildesemen. Ecclesiam in possessione subjectionis ipsius monasterii per centum annos & amplius extitisse, privilegia ipsa tunc non duximus innovanda. Unde judicibus dedimus in mandatis, ut ad locum idoneum accedentes (citatis, qui fuerint evocandi) inquirerent super his diligentiùs veritatem, à quibus pars Hildesemen. Ecclesiæ ad Ap. sed appellavit. Nuper autem iteratò prædicta petiit Abbatissa, quatenus deberemus privilegia suæ Ecclesiæ renovare. Ex adverso verò fuit postulatum, ut causam ipsam discretis viris committere dignaremur, qui testes reciperent, quos contra privilegia monasterii, & ad probandum *f* præscriptionem legitimam inducere proponebant. Nos igitur attendentes, quòd jure sit civili statutum, ut quando periculum testium formidatur, ne veritas occultetur, & probandi copia forsitan casibus subtrahatur, etiam lite non contestatâ testes valetudinarii, & alii de quibus ex aliqua rationabili causâ timetur, ad testimonium admittantur: ejusdem æquitatis similitudine provocati, prædicta privilegia, quasi jam nimiâ vetustate consumpta, cùm fuerint non in pergameno, sed in papyro conscripta *g*, duximus innovanda: nolentes, quòd ex innovatione hujusmodi novum jus monasterio acquiratur, sed antiquum (si quod habet) per innovationem privilegii conservetur. Quia verò præfatum monasterium ad jus & proprietatem Apost. sed. per privilegium præd. nost. pertinere monstratur: ne jus Ecclesiæ Romanæ remaneat indefensum, eandem Abbatissam procuratricem ipsius duximus statuendam: ut cùm adversùs Romanæ Ecclesiæ possessiones & jura non nisi centenaria currat præscriptio, ipsa super hoc & aliis vice nostrâ procuret, quæ coram te in judicio fuerint procuranda. Nolentes igitur, quòd de statu ejusdem monasterii diutiùs dubitetur, mandamus, quatenus locum tutum & commodum eligens, recipias testes, quos ad præscriptionem probandam Hildesemen. Ecclesia, vel ad interruptionem ostendendam cœnobium duxerit producendos: & si legitimam præscriptionem probaverit, ut intendit: nisi probata fuerit interruptio ex adverso, subjectionem ipsius monasterii adjudices Episcopo memorato, cùm constet ipsum in sua diœcesi constitutum, privilegium, quod monasterio innovari fecimus, corrumpendo: alioquin eidem

a *C. 1. eod. tit. in 1. comp.* b *Facratis, legitur in omnib. manuscr. unde constat non solùm Episc. Ambian. esse directam hanc Decretalem, sed alias, ut variæ lectiones ostendunt.* c *C. 1. eod. tit. in 1. comp.* d *VVigorn. al. VVigoran.* e *C. 2. eod. tit. in 1. comp.* f *C. 1. eod. tit. in 2. comp.*

a *Al. Exod. al. Padebiterens.* b *C. 1. eod. tit. in 3. compil.* c *Al. Gurdun. al. Gardenovens. al. Gerundus.* d *Distantiam & discrimina.* e *Adde quod est tutum, ut solenniter transcribatur. conc. l. unum test. mentum. ff. de testam.* f *probandam.* g *Vid. l. 2. C. de diver. rescriptis.*

super hoc perpetuum imponens silentium, monasterium pronuncies perpetuâ libertate gaudere, nostro sibi privilegio resignato. *a*

[1 *Quia Apostolico mandato parentes, privilegia felicis recordationis Agapi. & Ioannis Pont. p. nostrorum suâ præsentiâ subtiliter conspexerunt, tenorem eorum sub sigillis suis nobis fideliter transmittentes. Ven. quoq; f. n. G. Remen. Archiepiscopus tunc Episcopus Præneſtinus in partibus ubi officium legationis exercens, tenorem privilegiorum suorum sub sigillo proprio, nostro fecit conspectui præsentari.*]

CAP. V.

¶ *Non valet confirmatio, quam religiosus impetravit à Papa super temporali administratione, seu prioratu, si tacuit se regularem: si verò expressit, rescriptum præsumitur falsum: quia Papa non consuevit concedere h. d. cum sequent.*

Idem *Episcopo & Præposito Vicen.*

AD nostram *b* audientiam Præposito Nemanen. *c* Ecclesiæ significante pervenit, quòd quidam Canonici Nemanen. Ecclesiæ à nobis literas confirmationis super administrationibus suis obtinere laborant, religionis suæ conditione suppressâ. Cùm igitur regularibus personis non consueverit Apostolica sedes aliqua personaliter confirmare: mandamus, quatenus confirmationes, quas ab ipsis Canonicis (cùm regulares existant) noveritis taliter impetratas, denuncietis irritas & inanes.

CAP. VI.

¶ *Idem dicit, quod suprà cap. proximo.*

Idem.

PORrecta *d* nobis ex parte tua petitio continebat, quòd plures ex religiosis, qui Prioratibus vel aliis administrationibus præsunt, à nobis super ipsis, quoad vixerint, possidendis, confirmationis literas se asserunt impetrâsse: [1 & 2.] ¶ Cùm igitur à cancellaria nostra hujusmodi literas emanâsse non credamus: mandamus, quatenus illos, qui tales literas exhibuerint, in quibus prioratus vel administrationes, tanquam religiosis confirmantur, eosdem punias tanquam falsitatis auctores. Si verò in eis non fit mentio religionis ipsorum, illas tanquam tacitâ veritate subreptas denuncies non valere.

[1 *Quarum occasione bona ipsorum prioratuum distrahunt & consumunt, asserentes sesibi quoad prioratus illos nullâ ratione subesse.*]

CAP. VII.

¶ *Sententia seu laudum contra formam juris vel compromissi latum per arbitros, licèt per Papam in forma communi fuerit confirmatum, non tenet.*

Idem *nobili viro Matthæo de* e *Rivariis.*

EXaminatâ *f* causâ, quæ vertitur inter te & milites Campanicos super Ecclesia sancti Angeli, perpendimus arbitrium, quod vicedominus Sabinen. dicebatur super eodem negotio promulgâsse, contra formam juris & compromissi fuisse dictatum. Unde non obstante confirmatione C. Papæ prædecessoris nostri, qui confirmaverat illud, sicut providè latum fuerat, & ab utraque parte receptum, decernimus ipsum irritum & inane.

CAP. VIII.

¶ *In confirmatione ex certa scientia, dello, sicut, ponitur causativè: nec nocet, si verbum confirmationis præcedit tenorem confirmati.*

Honorius III. *illustri Regi, Baronibus & militibus, & aliis hominibus Cypri.*

VEnerabilis frater N. Archiepiscopus Nichosien. & Suffraganei ejus transmissâ nobis petitione monstrârunt, quòd inter ipsos & vos super quibusdam decimis mediante Albanen. Episcopo *a* tunc Apostolicæ sedis Legato, amicabilis compositio intervenit: expressè adjecto, quòd *b* quantocyus eam auctoritate Apostolicâ confirmari contingeret, statim deberet executioni mandari. Verùm licèt sit per nos confirmata, & ad majorem rei evidentiam literis confirmationis tenor compositionis insertus, ipsam tamen renuistis observare, occasionem frivolam prætendentes, tum ex eo, quòd in literis verbum confirmationis, [tenorem *c* compositionis] juxta stylum Ecclesiæ Romanæ præcedat *d*, tum quia clausula consueta, scilicet, sicut sine pravitate providè facta est, in eisdem literis continetur: [1 & 2.] ¶ Mandamus, quatenus si præmissis veritas suffragatur, compositionem eandem adimplere curetis.

[1 *Cùm igitur nedum contra Deum & Ecclesias, sed nec etiam contra privatas personas hujusmodi cavillosis effugiis insistere debeat. Uni. vo.*]

CAP. IX.

¶ *Collatio Ecclesiæ alteri facta per Legatum, & per Papam confirmata, jus Diœcesanis non ladit.*

Idem *universis Abbatibus & Prælatis, ac Conventibus & Clericis in Constantinop. diœcesi constitutis.*

SUâ nobis *e* Patriarcha Constantinopolitanus conquestione monstravit, quòd cùm quidam vestrûm sumentes occasionem ex eo, quòd I. Presbyter Cardinalis tunc Apostolicæ sedis Legatus, quibusdam aliis Ecclesiis & Clericis in spiritualibus & temporalibus contulit monasteria eorundem *f*, ipsi Patriarchæ obedire recusant, & ei de juribus patriarchalibus respondere, in suæ præsumptionis adjutorium inducentes confirmationes hujusmodi collationum à sede Apostolica impetratas. Cùm igitur nolimus *g* jura, quæ Diœcesanis debentur, per collationes, seu confirmationes prædictas minui seu lædi: mandamus, quatenus occasione hujusmodi non obstante, ipsi Patriarchæ reverentiam & obedientiam exhibere curetis, eique de justitiis suis integrè respondere.

a *Reservato.* b *C. 2. eod tit. in 3. comp.* c *Neumasen. sed ego Nemausen. scribendum puto, cui lectioni aliquot veteres adstipulantur.* d *C. 2. de rescript. in 3. comp.* e *Rivaria.* f *C. 3. eod. tit. in 3. comp.*

a *Mediante Alban. Episc. tunc Legato.* b *quamvis citius.* c *Inclusa, in omnibus impressis desiderantur, & male, quia sine illis nullus constat sensus: ea tamen nos ex omnibus manuscr. supplevimus.* d *Vide l. proinde. §. fin. ff. si vert. pet. per Bart. & gl. in clem. 1. de offic. delegat.* e *Vide Archidiac. in c. de Ecclesiasticis. 25. q. 2.* f *earundem.* g *nolumus.*

LIBRI SECUNDI FINIS.

DECRE-

DECRETALIUM
EPISTOLARUM GREGORII
LIBER TERTIUS.
DE VITA ET HONESTATE
Clericorum.

TITVLVS PRIMVS.
CAPITULUM PRIMUM.

¶ *Cùm celebratur, divisus esse debet Clerus à populo.*

Ex Concilio Maguntino. a

VT Laici secus altare, quando sacra mysteria celebrantur, stare vel sedere inter Clericos non præsumant: Sed pars illa, quæ b cancellis ab altari dividitur, tantùm psallentibus pateat Clericis. Ad orandum verò & communicandum Laicis & fœminis (sicut mos est) pateant sancta sanctorum.

CAP. II.

¶ *Breve, nec potest brevius summari.*

Ex Concilio Pictavien. c

CLerici arma portantes d, & usurarii excommunicentur.

CAP. III.

¶ *Presbyter habens populum, debet habere Clericum, qui secum cantet, & in aliis hic expressis eum juvet.*

Ex Concilio Maticen. e

UT quisque Presbyter f, qui plebem regit, Clericum habeat, qui secum cantet, & epistolam & lectionem legat, & qui possit scholas tenere, & admonere suos parochianos, ut filios suos ad fidem discendam mittant ad Ecclesiam, quos ipse cum omni castitate erudiat.

CAP. IV.

¶ *Non potest brevius summari.*

Gregorius g IX.

SI quis ex Clericis comam h relaxaverit, anathema sit.

CAP. V.

¶ *Breve est, & non aliter summatur.*

Ex Concilio Carthaginensi. i

I. CLericus neque comam nutriat, neque barbam.

CAP. VI.

¶ *Clericus non professus, nec in sacris existens, potest uxorem ducere, sed iterùm tondebitur si vult gaudere privilegio clericali, vel dispensativè tenere beneficium. h. d. secundùm modum, qui est magis consentaneus literæ, secundùm quem ponit unum casum duntaxat.*

Ex Concilio Triburien. k

II. CLericus si tonsurâ dimissâ uxorem acceperit, qui quidem sit sine gradu, nec monasterio à parentibus traditus, uxorem permittatur habere, & iterùm tondeatur: nec in vita sua uxorem dimittere audeat.

CAP. VII.

¶ *Clericus debet tonsuram deferre: & si non vult, potest invitus à suo superiore tonderi.*

Alexander III. *Cantuarien. Archiepisc.*

III. CLericus a [& ſ.] ¶ Clerici, qui comam nutriunt & barbam b, etiam inviti à suis Archidiaconis tondeantur.

CAP. VIII.

¶ *Frequentans monasteria Monialium, & monitus non desistens, si Clericus est, deponitur: si Laicus, excommunicatur.*

Idem *in Concilio Lateran.* c

MOnasteria d Sanctimonialium, si quisquam Clericus sine manifesta & rationabili causa frequentare præsumpserit, per Episcopum e arceatur: & si non destiterit f, ab officio Ecclesiastico reddatur immunis. Si Laici, excommunicationi subdantur, & à cœtu fidelium fiant penitùs alieni.

CAP. IX.

¶ *Episcopus potest statuere in Ecclesia certum numerum Clericorum secundùm ipsius facultates, qui vivant in communi, & contradictores ad hoc compellere: & istos in communi viventes, potest absolvere ab excommunicatione incursa, propter injectionem manuum in socium.*

Gregorius g VII.

QUoniam h (ut ait Scriptura) [1 & ſ.] ¶ Statuimus, ut facultatibus Ecclesiarum vestrarum, proventibus & expensis diligenter inspectis, certum in eis valeatis ponere numerum Clericorum, & statuere, ut bona eorum veniant in commune, in una domo vescantur, atque sub uno tecto dormiant & quiescant. Si qui verò contradictores extiterint, licitum vobis sit per suspensionem officii & beneficii, aut graviori etiam pœnâ, si opus fuerit, ad hanc observantiam eos appellatione non obstante compellere. Indulgemus etiam, ut si quisquam eorum, qui simul vivunt, pro manûs i injectione in socium, à communione meruerit fieri alienus, reconciliandi & pœnitentiam imponendi potestatem plenariam habeatis, nisi fortè atrocitas facti pœnam graviorem expectet. k

a *Anton. Augustin. in notis ait esse ex Conc. Turon. 2. c. 4.* b *Quæ à cancellis.* c *Nanetens. al. Pictavens.* d *C. 2. eod. tit. in 1. compil. Clem. de excess. prael.* e *Maticens.* f *Burch. lib. 2. decr. 4. 56. Ivo p. 6. c. 152. & c. 7. eod. tit. in 1. comp.* g *Decess, nunc, in antiquis.* h *Cap. 3. eod. tit. in 1. comp.* i *Conc. Carth. 4. c. 44.* k *Al. Maguntiens. al. Tiburiens.*

a *Cap. 6. eod. tit. de Cler. vel Monach. in 1. compil.* b *Hæc 2. verba, & barbam, desunt in omnibus manuscr.* c *sub Alex. III. c. 11.* d *Cap. 8. eod. tit. in 1. compil.* e *Ab Episcopo arceatur.* f *Al. desierit.* g *Al. ix. al. viii. al. iv. al. iii. sed ut plurimùm legitur ell'avus.* h *Cap. 10. eod. tit. in 1. compil. confert Concilium Tol. 4. can. 23. Refert Grat. 12. q. 1. c. 1.* i *manuum.* k *expescat.*

[1 *Proni sunt sensus humanis ad malum ab adolescentia sua, sicut ex sensualitate surgit caro in culpam, ita surgere spiritus præcedente, & subsequente divinâ gratiâ, animus niti debet ad veniam, & remedia semper inquirere, quibus erruentes occasiones morbi valeat destinare. Inde siquidem est, quod intelligentes multa ex defectu proprio, multa ex aliena malitia in vestris Ecclesiis pervenisse, quæ aut delictum in se aut occasionem habent delinquendi, per aud. Apost. sedu, cui ex dispositione Domini deservimus, prout datur ab eo, decrevimus obviandum, & aud. in vobis Episcopatu officii, ad resecanda nociva in subditu vestris, & inserenda utilia scriptis Apostolicis munimdam, recolentes quòd in veteri lege præcepit Dominus dicens: Ignis in altari semper ardebit, quem nutriet Sacerdos, subjiciens mane ligna per singulos dies.*]

CAP. X.

¶ *Ecclesiastici judices & delegati gratis judicare debent, nec exigere possunt decimam, vel aliam quotam litis, etiamsi hoc habeat consuetudo.*

Innocentius III. *Prælatis & Clericis Lombardiæ.*

CUm ab omni *a* specie mali præcipiat Apostolus abstinere: [1 & 7.] ¶ Sanè ad audientiam Apostolatûs nostri pervenit, quòd cùm ex delegatione nostra causas suscipitis pertractandas, more *b* secularium super decima litis, vel parte alia, pro diversâ terrarum consuetudine præter expensas victualium cum litigantibus, receptis pignoribus, pro salario convenitis. Nos attendentes, quòd ad hoc vobis & aliis Clericis sint Ecclesiastici reditus deputati, ut ex ipsis honestè vivere debeatis: [2 & 7.] ¶ Ideoque mandamus, quatenus ab hujusmodi exactionibus de cætero abstinentes *c*, vigorem judiciarium gratis studeatis litigantibus impertiri: non obstante quod in fraudem à quibusdam proponitur, quòd id exigatur nomine assessorum: cum nec justum judicium judici vendere liceat, & venales sententiæ ab ipsis etiam secularibus legibus reprobentur.

[1 *Nos quibuscit indegni constituti summus à Deo super gentes & regna, ut juxta verbum Prophetæum, evellamus & destruamus, ædificemus & plantemus, summoperè debemus satagere, quatenus evellamus vitia, plantemus virtutes, destruamus iniqua & ædificemus honesta. Sicq; nostrâ solicitudine mediante prava transeunt in directa, & aspera convertuntur in plana: licet autem hujusmodi nostra solicitudinis labor generaliter debeat ad omnes extendi, quia sapientibus & insipientibus sumus in justitia debitores: tamen specialiter ad Clericos, qui dormire debent à vitiis, ut sint penna columbæ deargentatæ, ne quod appareat in illis, quod obfuscet candorem Ecclesiasticæ puritatis.*]

[2 *Nec vos oporteat ad turpia lucra manus extendere, vel ad iniqua munera animos inclinare. Cum ergò opera vestra lucere debeant Laicis in exemplum, nec vos deceat ad instar secularium ad turpe compendium vilius occasionem arripere. v. v. p. a. s.*]

CAP. XI.

¶ *Ad evitandum scandalum, possunt religiosi diversi habitûs, missi ad prædicandum de novo conversi, se in unum simul uniri cum habitum & propositum conformare.*

Idem *Livoniensi Episcopo, & eis, qui cum ipso sunt, fratribus.*

DEus qui Ecclesiam *d* suam novâ semper prole fœcundat: [1 & 7.] ¶ Ne igitur, si dispar in vobis observantia fuerit, & dissimilis habitus, apud eos, quibus unum Evangelium prædicatis, scandalum suscitetur: Mandamus, quatenus eo non obstante, quòd inter vos Monachi sint, & Canonici regulares, vel alii etiam regularem vitam sub alia districtione *a* professi, omnes pariter in unum regulare propositum & honestum habitum, quantum ad hoc speciat officium, conformetis.

[1 *Volens hoc moderna tempora conformare prioribus, & fidem catholicam propagare, prædecessoribus vestris & vobis post eos pium inspiravit affectum, ut Livoniæ ingressi provinciam paganis evangelizetis nomine Domini nostri Jesu Christi, eorum sequentes exemplum, quibus in Evangelio legimus esse dictum: Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritûs Sancti: & de quibus Evangelicus sermo subjunxit: Illi autem profecti, prædicaverunt ubiq; Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis. Attendens etenim Evangelicus ille paterfamilias, quòd messis est multa, operarii autem pauci adhuc mittit operarios in messem suam, & in hac quasi in decimabra vineæ suæ vere vos deputat vinitores, quorum labores pars cum primidenario recompensat. Unde enim Evangelizandi officium ex assumptis inspirante, qui facit utraq; unum: oportet vos in novitate & charitate spiritu ambulare, illorum sequentes exemplum, de quibus legitur: Multitudinis autem credentium erat cor unum & anima una.*]

CAP. XII.

¶ *Ludi theatrales etiam pretextu consuetudinis, in Ecclesia, vel per Clericos fieri non debent.*

Idem.

CUm decorem *b* domûs Dei: [6 & 7.] ¶ Interdum ludi fiunt in Ecclesiis theatrales, & non solùm ad ludibriorum spectacula introducuntur in eis monstra larvarum, verùm etiam in aliquibus festivitatibus Diaconi, Presbyteri, ac Subdiaconi insaniæ suæ ludibria exercere præsumunt: [1 & 7.] ¶ Frat. v. mandamus, quatenus ne per hujusmodi turpitudinem Ecclesiæ inquinetur honestas, prælibatam ludibriorum consuetudinem, vel potius corruptelam, curetis à vestris Ecclesiis extirpare.

[1 *Quia igitur ex officio nobis imposito domûs Domini ut ejus comedat, & opprobria exprobrantium ea super nos cadere dignoscuntur.*]

CAP. XIII.

¶ *Clerici debent continere, & castè vivere contrà facientes, punite & severius puniuntur illi, qui possunt legitimo matrimonio uti.*

Idem *in Concilio generali.* c

UT Clericorum *d* mores & actus in melius reformentur, continenter & castè vivere studeant universi, præsertim in sacris ordinibus constituti, ab omni libidinis vitio præcaventes, maximè illo, propter quod venit ira Dei in filios diffidentiæ, quatenus in conspectu omnipotentis Dei puro corde ac mundo corpore valeant ministrare. Ne verò facilitas veniæ incentivum tribuat delinquendi, statuimus, ut qui comprehensi fuerint incontinentiæ vitio laborare, *prout magis* aut *e* minus peccaverint, puniantur *f* secundùm canonicas sanctiones, quas efficaciùs & districtiùs præcipimus observari: ut quos divinus timor à malo non revocat, temporalis saltem pœna cohibeat à peccato. Si quis igitur hac de causa suspensus præsumpserit celebrare divina, non solùm Ecclesiasticis beneficiis spolietur, verùm etiam pro duplici culpa perpetuò deponatur. Prælati verò, qui tales præsumpserint in suis iniquitatibus sustinere, maximè obtentu pecuniæ vel alterius

a C. 1. eod. tit. in 3. compil. 1. Thes. 5. b *In codice Barb. mores secularium judicum.* c *Simile vide in l. 3. ff. quod cujusque. tunt. & in l. qui onerandæ. ff. de op. leg.* d C. 2. eod. tit. in 3. comp. *vide extrav. Alex. IV. cum hora. quam insternamus pell diversitatem inquisitor. inter literas Apost.*

a *Al. distinctione.* b C. 4. eod. tit. in 3. compil. c *Con. generale Lat. sub Innoc. III. c. 14.* d C. 14. eod. tit. in 4. compil. e *Al. vel minus, &c.* f *l. ex diversa. §. 1. cum not. ff. de vend. & Inst. de pub. jud. §. item lex Julia.*

commodi

commodi temporalis, pari subjaceant ultioni. Qui autem secundum *a* regionis suæ morem non abdicârunt copulam conjugalem, si lapsi fuerint, gravius puniantur: cum legitimo matrimonio uti possint.

CAP. XIV.

¶ *Clericus crapulosus vel ebriosus monitus non desistens, ab officio vel beneficio suspendatur.*

Idem *in eodem* b.

A Crapula & ebrietate *c* omnes Clerici diligenter abstineant: unde vinum sibi temperent, & se vino. Nec ad bibendum quispiam incitetur: cum ebrietas & mentis inducat exilium, & libidinis provocet incentivum. Unde illum abusum penitùs decernimus abolendum, quo in quibusdam partibus ad potus æquales sic omnes se obligant potatores: & ille judicio talium plus laudatur, qui plures inebriat, & calices fœcundiores exhaurit. Si quis autem super his se culpabilem exhibuerit, nisi à superiore commonitus satisfecerit, ab *d* officio vel beneficio suspendatur.

CAP. XV.

¶ *A negotiis, personis, locis, ludis, vestibus inhonestis & ornatu minùs honesto, præcipit Clericos abstinere, & habitu honesto uti: cujus vanitatem in pluribus exprimit & detestatur.*

Idem *in eodem* e.

CLerici officia *f* vel commercia secularia non exerceant, maximè inhonesta. Mimis, joculatoribus, & histrionibus non intendant. Et tabernas prorsus evitent, nisi forte causâ necessitatis in itinere constituti. Ad aleas, & taxillos non ludant, nec hujusmodi ludis intersint. Coronam & tonsuram habeant congruentem. Et se in officiis Ecclesiasticis, & aliis bonis studiis exerceant diligenter. Clausa deferant desuper indumenta, nimiâ brevitate vel longitudine non notanda. Pannis rubeis aut viridibus, nec non manicis aut sotularibus consutitiis, frænis, sellis, pectoralibus, calcaribus deauratis, aut aliam superfluitatem gerentibus, non utantur. Cappas manicatas ad divinum officium intrà Ecclesiam non gerant, sed nec alibi, qui sunt in sacerdotio & personatibus constituti: nisi justa causa timoris exegerit habitum transformati. Fibulas omninò non ferant, neque corrigias auri vel argenti ornatum habentes, sed nec annulos: nisi quibus competit ex officio dignitatis. Pontifices autem in publico & in Ecclesia superindumentis lineis omnes utantur: nisi Monachi fuerint, quos oportet ferre habitum Monachalem. Palliis diffibulatis non utantur in publico, sed vel post collum, vel ante pectus hincinde connexis.

CAP. XVI.

¶ *Clericus, qui tertiò monitus à negotiationibus secularibus non abstinet, interim perdit quoad bona privilegium Clericale. h. d. Et est textus multùm notab. & qui quotidie allegatur.*

Honorius III. *Ambianen. Episc.* g

EX literis *h* Pontini Comitis intelleximus, quòd quidam Clerici suæ terræ potiùs secularibus negotiationibus *i*, quàm officiis divinis intendunt: & gaudere volentes privilegio *k* clericali, nolunt statutis patriæ (quibus quoties expedit, sicut Laici se tuentur) in negotiationum suarum *l* quæstibus subjacere: [1 & 2.] ¶ Mandamus, quatenus si tales tertiò à te commoniti ab hujusmodi non resipuerint, sed prætermissis divinis officiis, negotiationibus insisterint *a* supradictis, cùm facto privilegium abjiciant clericale, tu quo minùs, dum his se implicant, de suis facultatibus, statutis & consuetudinibus patriæ subjaceant, non defendas eosdem.

[1 *Unde quia magnum ex hoc scandalum inter Laicos generatur, nobis humiliter supplicavit, ut vel compelli hujusmodi Clericos ad serviendum Ecclesiæ, illicitis secularibus negotiationibus postpositis, mandaremus, vel pateremur eos quoad facultates eorum statutis & consuetudinibus patriæ subjacere. Cum igitur prædicta in Clericalis ordinis vituperium redundare noscuntur, & Clericorum vita generare non debet Laicis scandalum, sed præstare honestatis exemplum, &c.*]

a *Hoc dicitur propter Græcos.* b *Conc. Later. sub Innoc. 3. c. 15.* c *Cap. 3. eod. tit. in 4. comp.* d *à beneficio vel officio suspendatur.* e *Lat. sub Innoc. 3. c. 16.* f *Cap. 4. eod. tit. in 4. comp. Conc. Trid. sess. 14. de reform. c. 6. & sess. 22. c. 1.* g *Ambien. al. Abien. al. Abianen. al. Abienen.* h *Vid. Gemin. anum in c. fin. De off. del. in 6.* i *al. negotiis.* k *privilegio Clericorum.* l *Vid. l. quæst. Cod. de re jud. & l. si proponas. §. 1. ff. de inoff. test.*

DE COHABITATIONE CLERICORUM & mulierum.

TITULUS II.

CAP. I.

¶ *Clericus non debet retinere in domo mulierem suspectam de incontinentia, etiamsi sit mater vel alia consanguinea.*

Ex Concilio Maguntin. *b*

INhibendum *c* est, ut nullus Sacerdos fœminas, de quibus suspicio potest esse, retineat. Sed neque illas, quas canones concedunt, matrem, amitam, & sororem: quia instigante diabolo, & in illis scelus perpetratum reperitur, aut etiam in pedissequis earundem. Sed si qua de his necessitatem habuerit, Presbyteri habeant in vico aut in villa domum longè à sua conversatione: & ibi eis, quæ sunt necessaria, subministrent. Prohibendum quoque est, ut nulla fœmina ad altare præsumat accedere, aut Presbytero ministrare, aut intra cancellos stare sive sedere.

CAP. II.

¶ *Excommunicatur Clericus in sacris, qui à suspectarum mulierum colloquio, vel earum consortio monitus non desistit.*

Ex decreto Eugenii Papæ.

SI quisquam *d* Sacerdotum, id est, Presbyter, Diaconus, vel Subdiaconus, de quacunque fœmina crimine fornicationis suspectus, post primam, secundam & tertiam admonitionem inveniatur fabulari, & aliquo modo conversari cum ea, excommunicationi subdatur: fœmina verò canonicè judicetur.

CAP. III.

¶ *Non debet Prælatus Clericum cogere ad concubinam abjurandam: sed eam nolentem dimittere, potest excommunicare.*

Alexander III. *Saler. Archiepiscopo.*

p. c. cum tu.

CLericos in sacris ordinibus *e* constitutos, qui publicè tenent concubinas, ad eas abjurandas nolumus à tua fraternitate compelli, ne in eandem fornicationem instinctu diabolicæ fraudis redeuntes, perjurii reatum incurrant. Verùm ipsos per suspensionis & interdicti sententiam debes arctiùs cogere, ut mulieres ipsas à se ita removeant, quòd de illis sinistra suspicio non possit haberi. Et si qui eorum ad ipsas redire, vel alias accipere fortè præsumpserint, in aliquos eorum debes perpetuam excommunicationis sententiam proferre, ut alii eorum *f* exemplo perterriti, à similibus arceantur.

a *Veuntur.* b *Hoc reperio in Conc. Nannetensi, c. 3.* c *Cap. 1. eod. tit. in 1. comp.* d *C. 3. eod. tit. in 1. comp. Vid. Conc. Later. sub Leone 10. sess. 9. de reform. Curiæ & alior.* e *Cap. 4 eod. tit. in 1. comp. & post Conc. Lat. sub Alex. 1. p. 18. c. 1.* f *In C. Barb. ut alii exemplo illorum à similibus arceantur.*

CAP. IV.

¶ Si Clerici moniti concubinas non dimittunt, suspenduntur à beneficiis, & si se non corrigunt, deponuntur.

Idem *Cantuarien. Archiepisc. & ejus Suffraganeis.*

SIcut *a* ad extirpanda: [1 & infrà.] ¶ Frat. vest. mandamus, quatenus Clericos vestræ jurisdictionis, qui in Subdiaconatu & suprà, fornicarias habuerint, studiosè monere curetis, ut à se illas removeant, eas ulteriùs minimè admissuri. Si verò acquiescere contempserint, eos ab Ecclesiasticis beneficiis usque ad satisfactionem congruam suspendatis. Et si eas suspensi præsumpserint detinere, ipsos ab eisdem beneficiis perpetuò removere curetis.

[1 *Vitia quæ periculum parunt animarum, summoperè decet intendere, ita etiam nos convenit gramina propagare virtutum, ex quibus fidelibus salutis augmentum, & sacru Ecclesiis decor proveniat honestatis. Unde cum in Anglia pravâ & detestabili consuetudine & longo tempore sit obtentum, ut Clerici fornicarias in sibi domibus habeant, nos volentes tam grave scandalum de populo removere, & prædictos Clericos ad honestatem Ecclesiasticam reducere.*]

CAP. V.

¶ Litera à Clerico concubinario suspenso super absolutione (tacitâ facti serie) obtenta, non valent.

Idem *Eboracen. Archiepisc.*

SUper eo verò *b*, quòd asseris A. Presbyterum fornicariam detinentem, propter hoc ab officio suo suspensum: [1 & infrà.] ¶ Porrò si literas à nobis obtinuerit, quæ facti seriem non contineant, nolumus illas sibi prodesse.

[1 *Prud. 1. 2. 1. quòd si super hoc appellatum sit ad præsentiam nostram, si contingat ipsum ad nos accedere prout expedire videbimus, pertinaciam ejus & audaciam corrigemus. Si verò non venerit ad præsentiam nostram, suspensionis in eum sententiam propter hoc latam tam diu volumus observari, donec fornicariam suam à se prorsus abjecerit, & vivat sicut decet Presbyterum continentem.*]

CAP. VI.

¶ Si Clerici moniti non dimittunt concubinas, suspenduntur à beneficiis: & si se non corrigunt, deponuntur.

Idem *Landunen. Episcopo* c

SI autem *d* Clerici tuæ jurisdictionis (sive in sacris ordinibus sive in inferioribus constituti) fornicarias detinent: nisi eas ad secundam vel tertiam commonitionem à se dimiserint, easdem de cætero contempturi, liceat tibi *e* eos Ecclesiis, vel earum portionibus appellat. postpositâ spoliare, officio ipsis nihilominus interdicto.

CAP. VII.

¶ A Clerico fornicario, quàm diu toleratur, nec habet operis evidentiam, licite audiuntur divina, & percipiuntur Ecclesiastica sacramenta: à notorio verò abstinendum est, non quia in sacramento sit defectus, sed ad ipsorum fornicatorum emendationem. h. d. inhærendo verbis litera.

Lucius III. *f Ex Concilio Magutinensi.*

VEstra duxit devotio *g* inquirendum: [1 & infrà.] ¶ Alicubi dicitur: Nullus audiat missàm Sacerdotis, quem scit indubitanter concubinam habere. Alibi verò legitur: Non potest aliquis, quantumcunque pollutus fuerit, divina polluere sacramenta, quæ purgatoria constarum contagionum existunt. Qualiscunque *h* enim Sacerdos sit, quæ sunt sancta, coinquinari non possunt. Sumite ergò ab omni Sacerdote Christi mysteria: quia omnia in Christi fide purgantur. Cæterum aliud est crimen notorium, aliud occultum. Notorium definitur, de quo Presbyter canonicè condemnatur. Occultum, quod ab Ecclesia toleratur. Cæterùm aliud est, quando crimen notorium non diffitetur Presbyter, vel de ipso est canonicè condemnatus. Aliud est penè occultum, quod ab Ecclesia toleratur. Item aliud est à talium officiis abstinere, ut peccandi licentia cæteris auferatur, & hujusmodi ad pœnitentiæ fructum trahantur: atque aliud si talium tanquam in fornicatione jacentium, mysteria *a* respuantur. Sine dubitatione itaque teneatis *b*, quòd à Clericis & Presbyteris, quamquam fornicariis, quamdiu tolerantur, nec habent operis evidentiam, licitè divina mysteria audiantur, & alia recipiantur sacramenta Ecclesiastica.

[1 *Ut consulamus fratribus nostris Parochiales Ecclesias adeuntibus, quarum Clerici concubinas habere credantur. De his videntur diversa sacrorum canonum sententia emanâsse.*]

CAP. VIII.

¶ Si fornicatio Clerici est ita publica, quòd transit in notorium, nec accusator, nec testis necessarius est: sed si est publica per solam famam, non sufficiunt ad condemnationem sola testimonia, id est, testium dicta non juratorum: sed si ex hoc oriatur scandalum, inducitur purgatio, in qua defluens canonicè punitur.

Innocentius III. *Exon. Episc.*

TUa nos duxit fraternitas consulendos *c*, si de Clericis publicè concubinas habentibus, qui quando à te conveniuntur, se esse concubinarios diffitentur, nec apparet contra eos legitimus accusator, credendum sit testimonio bonorum virorum, inter quos vivere dignoscuntur. Nos igitur consult. t. t. respond. quòd si crimen eorum ita publicum est, ut meritò debeat appellari notorium, in eo casu nec testis, nec accusator est necessarius: cùm hujusmodi crimen nullâ possit tergiversatione celari. Si verò publicum est, non ex evidentia, sed ex fama, in eo casu ad condemnationem eorum sola testimonia non sufficiunt: cùm non sit testimoniis, sed testibus judicandum. Sed si de Clericis ipsis talis habeatur suspicio, ut ex ea scandalum generetur in populo *d*, licèt contra ipsos non apparuerit accusator, eis tamen est canonica purgatio indicenda: quam si præstare noluerint, vel *e* defecerint in præstanda, eos canonicâ debetis *f* animadversione punire.

CAP. IX.

¶ Breve est: unde non summatur.

Idem *Pistoriensi Episcopo.*

A Nobis *g* tua fraternitas requisivit: [&]. ¶ Cum Clericis quoque non permittas mulierculas habitare, nisi forte de illis personis existant, in quibus naturale fœdus nihil permittit favi criminis suspicari.

CAP. X.

¶ Clericus concubinarius in officiis vitandus non est, nisi sit notorius.

Gregorius IX.

QUæsitum est de Clericis in fornicationem prolapsis, si eorum sit officium, priusquam pœnituerint, audiendum. Verùm etsi quemlibet pro mortali peccato, quoad seipsum constet esse suspensum, non debet tamen in officiis evitari: quia quantùm ad alios etiam in casu proposito suspensus non est, nisi peccatum hujusmodi sit notorium per sententiam, seu confessio-

---

a *Cap. 5. eod. tit. in 1. comp. & post conc. Lat. p. 18. c. 2.* b *C. 8. eod. tit. in 1. comp. & post conc. Lat. p. 18. c. 9.* c *al. Landen. al. Lundon.* d *Cap. 7. eod. tit. in 1. comp. & post conc. Lat. p. 18. c. 8.* e *In C. Barb. tibi ab Ecclesiis suis, &c.* f *al. Urban. 3.* g *C. 1. eod. tit. in 2. comp. & post conc. Lat. sub Alex. III. p. 10. c. 38.* h *In Cod. Barb. Qualiscunque Sacerdos sit, quæ sacra sunt, &c.*

a *Ministeria.* b *retineatis.* c *Cap. 1. eod. tit. in 1. compil. Vid. Anton. Gomezium tom. 3. Var. resol. c. 1. & Jul. Clar. in pract. crim. §. fin. q. 9.* d *Vid. l. si olcum ff. de dolo. & l. aquissimum. ff. de usufr.* e *In Cod. Barb. vel si defecerint.* f *debet.* g *Cap. 2. eod. tit. in 3. comp.*

nem

rem factam in jure, aut per evidentiam rei, quæ tergiversatione aliquâ celari non possit.

DE CLERICIS CONJUGATIS.
TITULUS III.

CAP. I.

¶ *Matrimonium contractum per Clericum existentem in sacris, non tenet: secus in minoribus, sed tunc cogitur dimittere beneficium.*

Alexander III.

SI qui *a* Clericorum infra Subdiaconatum acceperint uxores, ipsos ad relinquenda beneficia Ecclesiastica, & retinendas uxores districtione Ecclesiast. compellatis: Sed si in Subdiaconatu *b* & aliis superioribus ordinibus uxores accepisse noscuntur, eos uxores dimittere, & pœnitentiam agere de commisso, per suspentionis & excommunicationis sententiam compellere procuretis.

CAP. II.

¶ *Conjugatus ad administrationem, & ad ordinem Ecclesiasticum, vel beneficium non promovetur, nisi castitatem promittat, & non sit exigamus.*

Idem *Herfor. Episcopo.*

SAnè: [1 & 3.] ¶ Provideas *c* attentiùs, ne deinceps Clericus conjugatus ad Ecclesiastica beneficia, vel sacros ordines, aut administrationes Ecclesiasticas admittatur: Nisi forte castitatem voveret perpetuam, & qui unicam, & virginem habuisset uxorem.

[1 *De Clericis inferiorum ordinum qui in conjugio constituti diu Ecclesiastica beneficia ex concessione prædecessorum habuerunt, à quibus sine magno dispendio ac effusione sanguinis non possunt privari: f. t. id duximus respondendum, ut.*]

CAP. III.

¶ *Si Clericus in minoribus beneficiatus matrimonium contrahat, privatur beneficio, & quod dedit Ecclesiæ, sibi restituitur Jur. d. Et in hoc ultimo est casus not. & multum allegabilis.*

Idem *Verulan.* d *Episcopo.*

QUod *e* à te: [1 & *infrà.*] ¶ Utrùm Clerici infra Subdiaconatûs ordinem constituti, qui continere carnis devicti vitio non valentes, uxores accipiunt, Ecclesiastico beneficio canonicè debeant spoliari: Id volumus te tenere, quòd cùm simul voluptatibus & carnalibus desideriis, ac divinis & Ecclesiasticis obsequiis vacare non valeant, ob immunditiam suam Ecclesiasticis sacramentis indigni tractandis, Ecclesiasticis proculdubio beneficiis sunt privandi. Sanè si Ecclesiis, quibus *f* intitulati fuerant, de possessionibus aut aliis bonis aliqua contulisse noscuntur: cùm ab eorundem Ecclesiarum ministerio fuerint & beneficio sequestrati: ad ipsos recta via debent absque contradictione redire.

[1 *Quod fraternitatu tua quæret industria.*]

CAP. IV.

¶ *Per illâ pœnitentiâ, dispensans Episcopi cum Sacerdotibus, qui matrimonium de facto contraxerunt.*

Idem.

SAnè *g* Sacerdotes illi, qui nuptias contrahunt, quæ non nuptiæ, sed contubernia sunt potiùs *h* nuncupanda: post longam pœnitentiam, & vitam laudabilem continentes, officio suo restitui poterunt, & ex indulgentia sui Episcopi ejus executionem habere.

CAP. V.

¶ *Auferenda sunt Clerico beneficia, quæ habebat tempore contracti matrimonii: collata vero postmodum scienter per Episcopum, per eundem auferri non possunt, sed per superiorem. h. d.*

Innocentius III. *Narbonen. Episc.*

DIversis *a* fallaciis: [1 & *infra.*] ¶ Accepimus autem, quòd quidam Clerici tuæ diœcesis, qui matrimonium contraxerunt, Ecclesiastica beneficia detinere contendunt: in quorum conversatione cithara cum Psalterio malè concordat. Cùm ergò vir cogitet, quomodo placere possit uxori, & ideò minùs, quæ Dei sunt, valeat cogitare, cùm quasi divisus in duo *b*, plenam sui non habeat potestatem: ut ei, à quo stipendium recipit, plenius famuletur, mandamus, quatenus hujusmodi Clericos beneficiis Ecclesiasticis, quæ in tua diœcesi sunt adepti, prives app. rem. præsertim cùm tetum Ecclesiasticarum substantia per tales soleat deperire. Nisi forte tu talibus scienter contuleris Ecclesiastica beneficia: quibus eos non per te, sed per *c* superiorem decernimus spoliandos.

[1 *Homines circumventi, Deo & mammonæ famulare conantur. Cùm tamen secundum Evangelicam veritatem nemo possit duobus Domino servire, quantam si unum dilexerit, alium habebit exosum, aut uno contempto, alium sustinebit.*]

CAP. VI.

¶ *Filius Sacerdotis Græci ex uxore genitus, licitè inter Latinos promovetur, si scandalum non obsistat. h. d. Et est casus notabilis.*

Idem *d Archiepiscopo.*

CUm olim *e* ad nostram audientiam pervenisset, quòd Canonici Anglorien *f* Cantorem Tricarien. *g* sibi elegerant in pastorem: [1 & 3.] ¶ Licèt tibi de forma electionis canonica, ac idoneitate personæ, in aliis *h* constitisset: movit te tamen, quòd cùm pater ejus Græcus fuerit *i*, & juxta ritum Græcorum uxorem duxerit *k* in minoribus ordinibus constitutus, Cantorem ipsum ex uxore legitima in sacerdotio susceptum. Nos igitur attendentes, quòd Orientalis Ecclesia votum continentiæ non admisit, quoniam Orientales in minoribus *l* ordinibus contrahunt, & in superioribus utuntur matrimonio jam contracto: mandamus, quatenus nisi pro eo, quòd inter Latinos Græci hujusmodi conversantur, regionis consuetudo repugnet, si aliud canonicum *m* non obsistat, ad confirmationem & consecrationem ejusdem sine dubitatione procedas.

[1 *Tibi dedimus in mandatis, ut examinatâ electione diligentiùs, & personâ, si electionem canonicam, & personam idoneam invenires, electionem ipsam annul. Apost. confirmares, sicut Metropolitanus in cæteris processurus.*]

CAP. VII.

¶ *Clericus conjugatus non beneficiatus, non cogitur deferre tonsuram.*

Idem *Episcopo Pictavien.*

IOannes *n* nobis conquerendo monstravit, quòd tu eum, quanquam jamdudum uxorem legitimam duxerit, pro eo, quòd priùs in Acolythum fuerat ordinatus, compellere niteris, ut tonsuram deferat clericalē, ex

---

a *Cap. 1. eod. tit. in 1. comp. Et post conc. Later. sub Alex. III. c. 2.* b *Tales ex hoc facto suspecti sunt de hæresi. Bern. Diac. in pract. crim. can. c. 74.* c *Cap. 3. eod. tit. in 1. compil. Et post conc. Lat. p. 13. c. 3.* d *Veneran. al. Virdun. al. Veluen. al. Verulacen.* e *Cap. 3. eod. tit. in 1. comp. & post conc. Lat. sub Alex. III. p. 10. c. 7.* f *attitulati.* g *Cap. 1 eod. tit. in 2. comp. vid. Felin. in ca. ita nos de jurejur.* h *dicenda.*

a *Cap. 1. eod. tit. in 3. comp. ubi legitur Archiep. Narbonensi, male.* b *Vid. leg. si plures. ff. de pact.* c *In Cod. Barb. sed per superiorem tuum.* d *alii. Arboreum.* e *Cap. 2. eod. tit. in 3. comp.* f *Aglou.* g *Triacanen.* h *& an alii.* i *fuerat.* k *duxerat.* l *in minoribus ordinibus constituus contrahunt.* m *Vox, canonicum, deest in antiquioribus.* n *De materia hujus decreti, vid. Geminiag. in c. 2. eod. tit. fib. 6. & Lapum alleg. 42.*

qua inter ipsum & uxorem suam posset scandalum generari, cùm de consuetudine terræ tuæ Clerici uxorati non cogantur inviti portare tonsuram. Quoniam igitur idem etiam tonsuratus non potest privilegio clericali gaudere: mandamus, quatenus ipsum super tonsuratione hujusmodi non molestes, dummodò nullum percipiat beneficium Ecclesiasticum, cujus ratione teneatur clericalem deferre tonsuram: quia cùm eum oporteat secularibus negotiis immiscere, tonsura ipsius secularia exercentis videretur profectò in ministerii nostri vituperium redundare.

CAP. VIII.

¶ *Uxorati non admittuntur ad Ecclesiasticas dignitates, & coguntur dimittere, quas habent.*

Idem.

CUm *a* decorem: [& ℣.] ¶ Eos, qui sunt publicè uxorati, non admittatis de cætero ad Ecclesiasticas dignitates: dimissis ab eis, quas non possunt sine pravo exemplo & gravi scandalo retinere.

CAP. IX.

¶ *Clerici conjugati, in rebus suis non gaudent privilegio clericali.*

Honor. III. *H. quondam Reginæ Anglorum.*

EX parte tua fuit propositum, quòd nonnulli literati terræ tuæ (habitu & tonsurâ clericali *b* relictis) publicè ducunt *c* uxores: [℣.] ¶ Ut tamen consuetis justitiis & debitis obsequiis te defraudent, tonsuram resumunt *d* abjectam: [℣.] ¶ Quidam etiam acceptâ primâ tonsurâ similiter contrahunt: & eandem tonsuram deferunt, ut eodem *e* prætextu excusari valeant à prædictis: [℣. & *infrà*.] ¶ Cùm igitur reddenda sint, quæ sunt Cæsaris, Cæsari *f*, & quæ sunt Dei, Deo: æquanimiter duximus tolerandum, si *g* à talibus justitias debitas velut ab aliis uxoratis exigas & servitia consueta.

[1 *De his quæ hujus mundi sunt solicite, & quomodo placeant uxoribus existentes: quæ licet negotiationibus & aliis negotiis secularibus insistant.*]

[2 *Quatenus ipsius prætextu ab hujusmodi ut Clerici excusentur, quamquam non militant Domino, sed potius mundo, ut cæteri uxorati.*]

[3 *Et ven. f. n. Episc. & dil. fil. Decanus & Archidiac. & Capitulum Cenomanense ipsos tanquam Clericos in subtractione servitiorum tuorum fovere nituntur, in tuum præjudicium & gravamen.*]

CAP. X.

¶ *Si Clericus in minoribus militet, non est cogendus deferre tonsuram vel habitum clericalem.*

Idem *h*.

UT consultationi *i* tuæ breviter satisfiat, respondemus, quòd R. miles tuæ diœcesis, qui olim cùm in minori esset constitutus ætate, tonsuram tantùm & coronam clericalem assumpsit, non est cogendus deferre habitum clericalem.

DE CLERICIS NON RESIDENTIBUS in Ecclesia vel Præbenda.

TITULUS IV.

CAP. I.

¶ *Episcopo non licet sine licentia Papæ transire ad alium Episcopatum, ipsum acceptando, aliàs privatur habito & ambito. hoc vide dist. cum glossa.*

Ex Concilio Sardicensi *l*.

NOn liceat Episcopo de civitate sua transire ad aliam.

Manifesta est enim causa, pro qua facere hoc attentat. Cùm nullus sit inventus Episcopus, qui ad minorem de majori civitate transiret.

CAP. II.

¶ *Deponitur Cardinalis, qui in suo titulo non residet. h. d. Et est iste textus multum notabilis.*

Leo IV. *a*

EX gestis *b*: [1 & ℣.] ¶ In qua Synodo Anastasius Presbyter Cardin. titul. beati Marcelli, ab omnibus canonicè est depositus: Eò quòd parœciam suam per annos quinque, contra canonum instituta deseruit, & in alienis usque hodie demoratur.

[1 *Rom. Pontificum consilio Lotharii & Ludovici Imperatorum Sanctam & Ven. L. XVII. Episcoporum in Ecclesia beat. Petri Synodum congregavit.*]

CAP. III.

¶ *Uni plures dignitates vel Ecclesia conferri non debent, & Ecclesia est conferenda illi, qui residere & regere valeat per seipsum: alias perdit Ecclesiam, & donans conferendi potestate privatur.*

Ex Concilio Lateranen. *c*

QUia nonnulli *d* modum avaritiæ non ponentes, dignitates diversas Ecclesiasticas & plures Ecclesias patœciales, contra sacrorum canonum instituta nituntur accipere, ut cùm unum officium vix implere sufficiant, stipendia sibi vendicent plurimorum: ne id de cætero fiat *e*, districtiùs inhibemus. Cùm igitur Ecclesia vel Ecclesiasticum ministerium *f* committi debuerit, talis ad hoc persona quæratur, quæ residere in loco, & curam ejus per seipsam valeat exercere. Quòd si aliter actum fuerit, & qui receperit, quod contra sacros canones accepit *g*, amittat: & qui dederit, largiendi potestate privetur.

CAP. IV.

¶ *Præsentatus ad Ecclesiam non confirmatus, si apparet, quòd nolit residere, non debet institui per superiorem: confirmatus autem & ex non justa causa non residens, privatur, appellatione remotâ.*

Alexander III. *Eboracen. Archiepiscopo.*

RElatum *h* est nobis, quòd cùm in Lateran. Concilio statutum sit, ut personæ tali Ecclesia vel beneficium Ecclesiasticum conferatur, quæ residere in loco, & curam ejus per se valeat exercere, nonnulli ad Ecclesias præsentati hoc se posse affirmant, sed efficere contradicunt: [1 *& infrà*.] ¶ Cùm igitur verba accipienda sint cum effectu, tales si præsentati fuerint, non debent admitti, & admissi poterunt amoveri: nisi fortè de licentia suorum Prælatorum, vel studio literarum, vel pro aliis honestis causis contigerit eos abesse: nec patrocinari debet eis appellationis diffugium, si contra hujusmodi intentionem decreti fuerit interjectum *i*.

[1 *Ideò nos consulere voluisti, an propter hoc posse tales præsentatos repellere, vel institutos adpe. sub. removere. Tua igitur providentia innotescat, quod.*]

CAP. V.

¶ *Breve est, nec potest brevius summari.*

Idem *Eboracen. Archiepiscopo.*

FRaternitati *k* tuæ: [1 & ℣.] ¶ Præterea Clericum alterius diœcesis absque commendatitiis literis sui Episcopi non debes recipere, nisi pro eo receperis ab Apost. sed. *l* mandatum.

---

a Cap. 4. de vit. & hon. Cler. in 3. comp. b dimissa. c duxerunt. d reassumunt. e eo prætextu. f Matth. 22. Marc. 12. Luc. 23. g al. ut à talibus, &c. sed in antiquis ita legitur, ut est impressum. h Ep. Lexoviensis. i Vid. notas nostras in hanc decr. k Vid. Conc. Trid. sess. 6. de reform. c. 1. & 2. & sess. 25. de reform. c. 1. l Conc. Sardic. c. 1. Burch. l. 1. dec. c. 79. Ivo p. 3. cap. 183.

a al. tertius. b Cap. 1. eod. tit. in 1. compil. c Conc. Lateran. sub Alex. III. c. 13. nam cùm aliud non dicitur, intelligendum de Later. sub Alex. III. d Cap. 3. eod. tit. in 2. comp. e al. sta: ut id de cætero non fiat. f officium. g receperit. h C. 4. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. Lat. sub Alex. 3. p. 15. c. 1. i Vid. l. si qua pœna. cum concord. ff. de verb. signific. k Cap. 1. eod. tit. in 2. comp. l Apost. sedis.

[1 *Duxi-*

[1 *Duximus indulgendum, ut si Clerici, qui in Ecclesia tua jurisdictionis beneficium sunt adepti, qui ad aliam diœcesin absque licentia & assensu tuo morandi causâ transtulerunt, licenter eos tibi beneficia quæ habent à te, expoliare, nisi forte scholasticis disciplinis invigilaverint, aut rationabilem tibi causam ostenderint, quare reverti non debeant.*]

CAP. VI.

¶ *Qui non residet in beneficio etiam modica æstimationis, illo privatur.*

Idem *Linguonensi Episcopo.*

COnquerente *a* nobis R. Presbytero accepimus, quòd G. Clericus ab eo pro Ecclesia sua, de qua vitæ necessaria vix potest percipere, annuatim viginti solidos extorquere conatur, asserens beneficium istud in eadem Ecclesia sibi fuisse collatum: [1 *& infrà.*] ¶ Frat. t. mandamus, quatenus si tibi constiterit, quòd dictus G. habeat Ecclesiastica beneficia sibi sufficientia, vel quòd eidem Ecclesiæ non deserviat, sibi super præscripto beneficio silentium (sublato *b* impedimento appellationis) imponas.

[1 *Quanquam eidem Ecclesiæ sicut accepimus non deserviat, & alia Ecclesiastica beneficia sufficientia habeat & possideat ab Ecclesia. Quoniam igitur indecens est & non consentaneum rationi, ut idem B. cum alia Ecclesiastica beneficia sibi sufficientia habeat, & possideat, ab Ecclesia, cui non deservit, beneficium quærat.*]

CAP. VII.

¶ *Qui est in servitio Episcopi, percipit fructus beneficii tanquam residens, præter distributiones quotidianas. Abbas.*

Idem.

DE cætero *c*: [*& infrà.*] ¶ Statuimus, ne Canonicis, donec in servitio tuo fuerint, quicquam subtrahi debeat vel auferri, quod de communitatis sibi beneficio debetur: Nisi forte sint victualia, quæ non consueverunt absentibus exhiberi.

CAP. VIII.

¶ *Privandus est Prælatus vel Clericus non residens, qui citatus non revertitur in terminis sibi præfixo, nisi habeat justum impedimentum. b. d. cum duobus sequentibus.*

Cœlestinus *d* III.

EX parte vestra *e* nostro fuit Apostolatui relatum, quòd Ecclesiæ vestræ Decanus, qui in partibus Gallicanis sibi potiùs habitationem elegit, jam per decem *f* annorum spatium Ecclesia vestra ipsius præsentiam habere nequivit. Quia ergò nolumus, ut eadem Ecclesia Decani officio defraudetur, mandamus, quatenus scribatis eidem, quòd suum ibidem officium ut Decanus debeat exercere. Quòd si vocatus venire noluerit, eligendi alium, qui præesse Ecclesiæ vestræ valeat & prodesse, vobis extunc concedimus liberam facultatem.

CAP. IX.

¶ *Summatum est in capitulo præcedenti.*

Innocentius III. *Cap. Ragusino.*

QUaliter Archiepiscopus *g* vester temeritate propriâ recessit ab Ecclesia Ragusinensi, nec jam ultra quadriennium expectatus redierit, per literas etiam vestras revocatus: [1 *&* 7.] ¶ Discret. v. mandamus, quatenus (nisi forsitan jam redierit) vos post mensem à receptione præsentium, personam vobis idoneam in Archiepiscopum eligatis.

[1 *Vestra universitas plenè novit, cùm sapiùs apud nos deposuerit super hoc querelam, & votis concedi postulaverit licentiam eligendi. Nos autem expectantes diutius duximus expectandum, si fortè revertetur ad eos, & ad Ecclesiam suam, quam taliter reliquerat, remearet. Nolentes igitur, quòd diutius Ecclesia ipsa pastoralis maneat consolatione destituta.*]

CAP. X.

¶ *Summa ut in capitulo, ex parte. sup. eodem.*

Idem *Constantinop. Patriarchæ.*

INter quatuor *a* animalia: [1 *&* 7.] ¶ De Clericis, qui Ecclesias, vel Præbendas sibi concessas, sine justa & necessaria causa deserunt, tuo præsertim non accedente consensu, hoc tibi duximus respondendum, quòd postquam congruo tempore fuerint expectati, nisi redierint ad illas, possunt eis justè privari, dummodò non sint justo impedimento detenti.

CAP. XI.

¶ *Si nesciatur ubi sit Clericus, tribus publicis edictis citabitur in Ecclesia sua: & si intra sex menses non revertatur, privabitur Ecclesiâ suâ. b. d. usque ad vers. contra eos.*

Idem *Archiepiscopo Panormitano* b.

EX tuæ *c* devotionis *d*: [*&* 7.] ¶ In Ecclesiis eorum, qui se fraudulenter absentant, nec ad ipsos valet citatio pervenire, trinæ citationis edictum facias publicari: & si nec sic curaverint obedire, & ultra sex menses suas deseruerint Ecclesias, juxta *e* sanctiones canonicas, eis debent meritò spoliari.

¶ *Iste versiculus non summatur propter varietatem lectur arum, & quia secundum unum intellectum non facit ad rubricam.*

Contra eos etiam procedatur, ut ipsos per suspensionis & excommunicationis sententiam ad tuam obedientiam venire compellas. Quòd si nec sic eorum *f* malitia poterit emolliri, eos B. tit. sanctæ Susannæ Presbyter Card. Apost. sed. Leg. à spiritualium administratione removeat, & quibus præsunt Ecclesiis, de personis idoneis faciat provideri: sed in eos degradationis sententiam non promulget, ut cum eis misericorditer (si expediat) facilius agi possit.

CAP. XII.

¶ *Privilegiatus ut absens in studio fructus Prabenda recipiat. Existens in villa vel castello, ubi nullum est, vel minus competens studium, privilegio non utitur.*

Idem *Altissiodorensi* g *Episcopo.*

TUæ fraternitatis discretio *h* postulavit: [*& infrà.*] ¶ Quæsivisti prætereà, ut cùm interdum Canonici, quibus studiorum gratiâ est indultum, ut in absentia sua fructus percipiant Præbendarum suarum, acceptâ licentiâ se ad villas transferunt vel castella, in quibus nullum est vel minùs competens exercitium studiorum: utrùm Præbendarum suarum fructus sint talibus conferendi? Ad *i* quod breviter respondemus, eis qui hujusmodi fraudem committunt (cùm fraus & dolus nemini debeat *k* patrocinium impertiri) præfatam indulgentiam competere non debere.

CAP. XIII.

¶ *Qui juravit in Ecclesia residere, pro servitio Ecclesiæ licite se absentat.*

Honorius III. *Præposito de Valeriis.*

EX parte *l* tua fuit propositum, quòd tempore quo recepisti Præpositum de Valeriis, præstitisti de facienda residentia juramentum: [1 *&* 7.] ¶ Postulationi t. t. 1. quòd si te non absentando in fraudem, Præposi-

a *Cap. 2. eod. tit. in 2. compil.* b *Alias, obstaculo.* c *Cap. 4. tit. de prab. in 1. comp.* d *alias, Clemens.* e *Cap. 1. eod. tit. in 2. comp. vid. Felin. in c. 2. de resct.* f *per decem annos.* g *Cap. 1. eod. tit. in 1. compil.*

a *Sup. de major. & obedient. inter quatuor. & cap. 2. eod. tit. in 3. comp.* b *Alias, Patracen.* c *Cap. 3. eod. tit. in 3. comp.* d *dilectionis.* e *Hæc verba, juxta sanctiones canonicas, desunt in omnibus manuscriptis.* f *Alias, istorum, aliàs, illorum.* g *Aliàs.* h *Cap. 4. eod. tit. in 3. compil.* i *Aliàs, talster resp. quod ei, &c.* k *aliàs, debeant. al. debent.* l *De materia juramenti hùc spectante, vid. Jas. in l. si pecuniam. ff. de cond. ob causam.*

turæ tuæ jura fideliter prolequeris, cùm ex hoc censeri debeas residens, perjurium non incurris.

[1 *Præstito insuper juramento promittens, quòd homines & jura ipsius præposituræ manutenebis & defendas. Cùm autem prosequendo jura præposituræ residere interdum in Ecclesia memorata non possis, de juramento super ipsa residentia præstito metuens, providere tibi super hoc à nobis humiliter postulâsti. Nos verò.*]

CAP. XIV.

¶ *Familiaris Papæ (non obstante constitutione contrariâ) Prebenda sua fructus percipit in absentia.*

Idem *Capitulo Metens.* a

CUm dilectus filius Magister Otto : [1 & *infrà.*] ¶ Mandamus, quatenus non obstante constitutione, quæ contra absentes Canonicos inter vos dicitur emanâsse, fructus Præbendæ suæ assignetis eidem, in nostro servitio commoranti ; Cùm familiares nostri *b*, qui circa nos se obsequiales exhibent universis *c*, minori non debeant prærogativâ gaudere, quàm vestrûm singuli, quorum negotia per seipsos sæpiùs promoventur.

[1 *Canonicus Eccles. vestræ, scriptor noster, grata nobis jugiter impendat obsequia, & non minus si sit absens, quam præsens, eadem Ecclesia utilis habeatur, universitatem vestram rogandam duximus & monendam, per Apost. sedem vobis.*]

CAP. XV.

¶ *Duo Canonici absentes cum Episcopo, seu in ejus servitio, fructus Prebendarum suarum percipiunt in absentia, constitutione Ecclesiæ contrariâ non obstante.*

Idem *Melden. Episcopo.*

AD audientiam nostram pervenit, quòd cùm in Melden. Ecclesia quædam sit constitutio vallata juramento, & auctoritate sed. Apostol. confirmata, ut Canonici, qui non residunt in eadem, suarum priventur fructibus Præbendarum, illis exceptis, quos infirmitas excusaret, seu in Apostolicæ sedis servitio contingeret detineri : [1 & 2.] ¶ Decernimus, ut duo ex Canonicis Ecclesiæ memoratæ, in tuo servitio existentes, suarum fructus integrè percipiant Præbendarum : cùm absentes dici non debeant, sed præsentes, qui tecum pro tuo & ipsius Ecclesiæ servitio commorantur.

[1 *Quos peregrinationis labor, aut studia traherent literarum. Decanus & quidam canonici Ecclesiæ memoratæ, occasione constitutionis hujus, canonicos in tuo servitio commorantes Præbendarum suarum privare fructibus videbantur. Unde cum tibi plurimùm expediat aliquos canonicorum ipsorum in tuo servitio retinere, nobis humiliter supplicâsti, ut super hoc necessitati tuæ consulere dignaremur. Volentes igitur sic constitutionem moderari supradictam, ut dicta Ecclesia fructum sentiat ex eadem, & tu per ejus abusum dispendium non sustineas ac præsentium auctoritate.*]

CAP. XVI.

¶ *Si Ecclesia patitur ministrorum defectum, privilegiati super absentia per subtractionem proventuum redire cogantur. h. d. Et est bonus textus, & possit multum prædicari.*

Gregorius IX. *Patriarchæ Antiochiæ Apost. sed. Legato.*

CUm ad hoc sint Ecclesiastica beneficia deputata : [& *infrà.*] ¶ Sanè nobis innotuit, quòd Ecclesia Antiochena *d* multis ex servitoribus ejus absentibus est ferè destituta ministris. Unde mandamus, quatenus non obstantibus Apostolicis indulgentiis *e*, & prædecessorum tuorum licentiâ, absentes Canonicos & assiduos revoces ad residendum in Ecclesia supradicta : & si non venerint, tu de ipsorum beneficiis, dum absentes fuerint, ipsi Ecclesiæ facias congruè deservire *a*, in utilitatem ejusdem, quod ex prædictis beneficiis superfuerit, convertendo.

CAP. XVII.

¶ *Privatur beneficio Clericus non residens, si monitus non redeat, nec justam excusationem allegat. h. d. & est casus notabilis.*

Idem.

CLericos in Ecclesiis tuæ jurisdictionis beneficia, quæ residentiam exigunt, assecutos, si ad alterius diœcesim absque licentia tua morandi causâ transierint, liceat tibi, si moniti non redierint, dictis beneficiis (nisi excusationem rationabilem ostenderint) spoliare.

DE PRÆBENDIS ET DIgnitatibus.

TITULUS V.

CAP. I.

¶ *In bonis Ecclesiæ non succedatur jure consanguinitatis.*

Ex Concilio Pictavien. *b*

UT nullus *c* de Clero sive populo Ecclesiastica bona *d* jure consanguinitatis sibi requirat habenda.

CAP. II.

¶ *Non licet Episcopo aliquem ordinare sine titulo.*

In corpore canonum.

NOn liceat *e* ulli Episcopo ordinare Clericos, & eis nullas alimonias præstare ; sed duorum alterum eligat, vel non faciat Clericos, vel si fecerit, det illis, unde vivere possint.

CAP. III.

¶ *Bona Ecclesiarum communia sunt, nec debet quispiam tanquam propria sibi vendicare.*

Gregorius *Anthemio Subdiacono.*

RAtio nulla *f* permittit, ut quod pro communi utilitate datum esse cognoscitur, propriis cujusquam usibus applicetur.

CAP. IV.

¶ *Qui ordinavit aliquem ad sacros ordines sine titulo, non habentem de suo unde vivat, providere tenetur ei de suo, donec aliquem titulum fuerit consecutus.*

Alexander III. *in concil. Lateran.* g

EPiscopus si aliquem *h* sine certo titulo, de quo necessaria vitæ percipiat, in Diaconum vel Presbyterum ordinaverit ; tamdiu ei necessaria subministret, donec in aliqua Ecclesia ei convenientia stipendia militiæ clericalis assignet. Nisi talis ordinatus de sua *i* vel paterna hæreditate, subsistium vitæ possit habere.

CAP. V.

¶ *Non debent Episcopi permittere quem plures Ecclesias obtinere.*

Idem *in eodem*, k.

QUia *l* in tantum quorundam processit ambitio, ut non duas vel tres, sed plures Ecclesias perhibeantur habere, cùm nec duabus possint debitam provisionem impendere : Per fratres & Coepiscopos nostros hoc *m* emendari præcipimus, & de multitudine Præbendarum *n* canonibus inimica, quæ dissolutionis materiam & evagationis inducit, certum, quæ continet peri-

---

a *Meden.* alias *Metun.* b *Vid. Lud. Gomez in reg. de impet. benef. vac. per obit. familiaris Cardinalium. quæst. 13.* c *Vid. leg. fol. & reprobari. 4. penult. per Bald. ff. de excusat. tutor.* d *Antiochen.* e *Vid. leg. 2. per Bald. ff. ne quid in loco publ.*

a *Deservire.* b *Hoc concilium nondum reperi, sicut plerasque alia.* c *Cap. 1. eod. tit. in 1. comp.* d *beneficia.* e *C. 2. eod. tit. in 1. comp.* f *Cap. 3. eod. tit. in 1. compil.* g *Lib. 2. epist. 29. sive 31. Ind. G. regest.* h *Cap. 3. eod. tit. in 1. compil.* i *al. de sua paterna hæreditate, quod non placebat.* k *Cap. 14. l Cap. 8. eod. tit. in 1. comp.* m *hæc.* n *Vox, præbendarum, non est in antequis, nec in concilio.*

culum

culum animarum, eorum, qui Ecclesiis deservire valeant, indigentiam volumus sublevari.

CAP. VI.

¶ *Ad mandatum Papa non tenetur quis providere illi, qui beneficium in literis tacuit, vel cui sine scandalo provideri non potest. h.d. Et in ultimo est iste textus semper menti tenendus.*

Idem.

CUm a teneamur: [1 & infrà.] ¶ Si mandatum nostrum pro alicujus provisione receperis, qui aliud beneficium habeat, de quo valeat commodè sustentari: nisi fortè in literis ipsis de hoc mentio habeatur: aut si non potest ei sine scandalo provideri, æquanimiter sustinemus, si pro ea mandatum nostrum non duxeris exequendum.

[1 *Et debito susceptæ regiminis provisionis Clericorum intendere, tibi & aliis Ecclesiarum Prælatis pro eis scripta nostra dirigimus: interdum etiam super illorum provisione, qui aliud sufficiens beneficium habere noscuntur. Verùm aliquando ignoramus eos habere aliud beneficium, pro quibus tibi & aliis Ecclesiarum Prælatis scribimus.*]

CAP. VII.

¶ *Habens plures Ecclesias, alteram eligere & alteram dimittere compellitur.*

Idem.

REferente I. b Presbyterò accepimus, quòd cùm duas haberet Ecclesias, Archidiaconus tuus ipsum alterâ spoliavit: & cuidam Presbytero G. c nomine assignavit eandem, prædictus autem I. sentiens se in hac parte gravari, ad Metropolitanum, videlicet Remen. Archiepiscopum appellavit. Cumque de mandato ejusdem Archiepiscopi in prædicta Ecclesia restitutus fuisset, præfatus Archidiaconus eundem I. eò quòd ad præsentiam suam vocatus venire contempsit, vinculo excommunicationis adstrinxit. Nos autem d ipsum à sententia, quâ tenebatur, facientes absolvi, ubi mandamus, quatenus præscripto I. de prædictis e Ecclesiis unâ quam maluerit relictâ, alteram præfato G. si Ecclesiam non habet f, non differas assignare. Alioquin ipsam alteri personæ idoneæ beneficio Ecclesiastico carenti inconcussanter assignes.

CAP. VIII.

¶ *Prebenda & dignitates non debent dividi, nec etiam permutari.*

Idem *in Concilio Turonensi* g.

MAjoribus h Ecclesiæ beneficiis in sua integritate manentibus, indecorum nimis videtur, ut minorum Clericorum Præbendæ patiantur sectionem. Idcircò ut sicut in magnis; ita quoque in minimis membris suis firmatam Ecclesia habeat unitatem i, divisionem Præbendarum, aut dignitatum permutationem fieri prohibemus.

CAP. IX.

¶ *Receptus in Canonicum ex promissione Capituli, debet, quando facultas se obtulerit, habere Prebendam. vid. Cap. 2. de concess. Prebend. in 6. cum gloss.*

Idem *Cantuariens. Archiepiscopo* k.

RElatum l est: [1 &]. ¶ Quoniam igitur dignum est, ut postquam Magister I. in Ecclesia tua Canonicus est institutus, & à te habuit in promissis de conferenda sibi prima Præbenda, cùm in Ecclesia ipsâ vacaret, ut debeat Præbendæ integritate gaudere: mandamus, quatenus si idem I. in Ecclesia tua est canonicè institutus, & in choro & Capitulo & aliis, quorum usus est communis, potestatem sicut Canonicus habet, ei præbendam, si quâ nunc vacat, vel cùm ibi primò vacaverit, secundùm promissionem tuam concedas liberaliter & assignes: quia non est congruum, ut præbendâ careat, qui in Canonicum noscitur esse receptus.

[1 *Auribus nostris, quòd cùm dil. fil. n. Magister I. in Ecclesia tua sit per te canonicè institutus, & in choro & Capitulo & aliis locis, quorum communis est usus, plenam sicut Canonicus habeat potestatem, nondum sibi præbendam juxta promissionem tuam assignari curâsti, licèt post promissum tuum plures præbenda in ipsa Ecclesia vacâsse dicantur.*]

CAP. X.

¶ *Religiosi reditus Ecclesiarum suarum diminuere non possunt rectoribus seu Vicariis, nec parochias dividere.*

Idem *Canonicis regularibus & Monachis Ebora-*
censis diœcesis a.

AVaritiæ b, quæ est idolorum servitus: [1 & infrà.] ¶ Intelleximus, quòd in Ecclesiis vestris de quibus certas pensiones consuevistis percipere, portiones, vel antiquos reditus minoràstis, quos nonnulli Clerici Ecclesiarum ipsarum olim habuisse noscuntur: [2 &]. ¶ Ideoq; mandamus, quatenus, si quas portiones vel antiquos reditus Clericorum sine consensu Archiepiscopi vestri minuere, vel parochias dividere præsumpsistis, ad integritatem pristinam revocetis.

[1 *Hi debent radicem studiosius extirpare, qui seculi vanitatibus renunciantes, Domino elegerunt in religionis habitu ministrare.*]

[2 *Unde quondam hoc ex radice avaritia & cupiditatis procedit, quam debetis modis omnibus evitare. d. v. p. a. s. pra.*]

CAP. XI.

¶ *Possunt Prælatus & Capitulum prebendæ vacanti honestum onus imponere, ad quod Prebendarius teneatur.*

Idem *Præposito & Capitulo Iosul.*

SIgnificatum est nobis c, quòd cuidam Sacerdoti præbendam unam in Ecclesia vestra communi voluntate dedistis, ita quòd Missam de sancta Maria (nisi corporis infirmitate gravatus sit) debeat quotidiè celebrare, & Ecclesiam vestram non nisi communi tam Præpositi, quàm Capituli assensu possit dimittere, vel cuiquam Præbendæ illius anniversarium delegare. Quam siquidem institutionem d eatenus confirmamus, ut prædictus Sacerdos, nisi infirmitate corporis fuerit impeditus, assiduè debeat obsequium suum impendere Ecclesiæ memoratæ, & quanto frequentiùs potest (salvâ honestate suâ, & debitâ devotione) Missarum solennia celebrare: nec sibi liceat hoc illi subtrahere, sive causâ voluptatis, sive se ad aliam Ecclesiam transferendo.

CAP. XII.

¶ *Ad præsentationem Religiosorum in eorum Ecclesiis, nullus debet institui per Episcopum, nisi prius ei congrua portio redituum assignetur.*

Idem *e Vigorien. Archiepiscopo.*

DE Monachis f, qui Vicarios parochialium Ecclesiarum gravant, ut hospitalitatem tenere non possint, eam providentiam habeas, quod ad præsentationem

a *Cap. 1. eod. titul. in 1. compilation. & post Concil. Lateranen part. 30. c 2.* b *Cap 9. eod. titul. in 1. compilation. & post Concil. Lateranen. sub Alexand. III. part. 30. c. 3.* c *alit. S.* d *al. Nos autem à sententia quâ detinebatur, eum facientes &c.* e *præscripta.* f *habeat.* g *vid. Ant. Aug. in not. 1 compil.* h *Cap. 10 eod. tit. in 1. compil. & post Concil. Lateran. part. 30. c 4.* i *vid. l. cui pallio. per Bart. ff. de servis exper.* k *Sard. Episc.* l *Cap. 11. eod tit. in 1. compil. cum hodie sit correcta hac decret. per can. de concess. præb in 6. vid. ibi gloss. & Decium in ca. ex par. 1. supra de officio delegat.*

a *Vox, diœcesis, deest in antiquis.* b *Cap. 12. eod. titul. in 1. compilat & post Concil. Lateran. part 13. c. 1.* c *Cap. 13. eod. tit. in 1. comp. & post Concil. Later. part 30. c. 19.* d *constitutionem.* e *Alias, Episcopo Vviger.* f *Cap. 14. eodem titul. in prima compilatione.*

Monachorum nullum recipias, nisi tantum ei de proventibus Ecclesiæ coram te fuerit assignatum, unde jura Episcopalia possit persolvere, & congruam sustentationem habere.

CAP. XIII.

¶ Plures dignitates vel personatus in una vel in diversis Ecclesiis quis habere non potest.

Idem *Salernitano* a *Archiepisc.*

ADhæc *b* licet: [*& ſ.*] ¶ Illud est omni rationi contrarium, ut unus Clericus in una vel diversis Ecclesiis, plures dignitates vel personatus obtineat: Cùm singula officia in Ecclesiis assiduitatem exigant personarum *c*.

CAP. XIV.

¶ Habens plures dignitates, alteram dimittere compellitur.

Idem *Burdegalen. Archiepisc.*

PRaterea *d* de G. qui in tua & Tolosana Ecclesia est Archidiaconus constitutus, & in utraque Ecclesia regulariter professus: Mandamus, quatenus eundem altero, quem malucrit, Archidiaconatu facias esse contentum.

CAP. XV.

¶ Si electus ad secundam Ecclesiam, noluerit dimittere primam, eligentes possunt restituere, & electum non accipere.

Idem *Genuen. Archiepisc.* e

CUm non ignores *f*, quòd una Ecclesia unius debeat esse Sacerdotis: [*1 & infrà.*] ¶ Cùm igitur nuncius Presbyteri, qui in duabus Ecclesiis locum habere contendit, & quidam Clerici alterius Ecclesiæ ad nostram præsentiam accesserint contra eum: nos attendentes non esse conveniens, ut idem Presbyter locum habeat *g* in duabus Ecclesiis: mandamus, quatenus ipsum beneficio quod habet, facias manere contentum. Quòd si forte Archipresbyter & Clerici alterius Ecclesiæ in eum consenserint, eis nunc dissentientibus *h*, cum ipsorum scandalo non debet locum in ipsa Ecclesia quærere vel habere.

[*1 Mirabile gerimus & indignum, quòd uni persone locum in pluribus Ecclesiis velit concedere, vel in Episcopatu tuo inducere consuetudinem. Ecclesia Gallicana i quæ cum unum ad plura recipiat beneficia, contra sanctorum canonum instituta non approbatur à nobis, licèt non possit pra multitudine delinquentium emendari.*]

CAP. XVI.

¶ Ordinato ad sacros per Episcopum sine titulo, nemini præsentante, ordinator vel successor compellitur in necessarium providere, donec titulum habuerit.

Innocentius III. *Zamoren. Episcopo* k.

CUm secundùm *k* Apostolum, qui altario servit, vivere debeat de altari: & qui ad onus eligitur, repelli non debeat à mercede: patet à simili, ut Clerici vivere debeant de patrimonio Jesu Christi, cujus obsequio deputantur, ut ipsa nominis ratio persuadet. Cùm enim à cleros, quod est sors vel hæreditas, Clerici appellentur, quia in sui *l* ordinatione vel assumuntur in hæreditatem Domini, vel assequuntur hæreditatem in ipso *m*, ut verè possint psallere cum Propheta, dicente: [*Dominus pars hæreditatis meæ:*] dignum est, ut Ecclesiæ stipendiis sustententur, in qua & *n* per quam divinis obsequiis adscribuntur. Licèt autem prædecessores nostri ordinationes eorum, qui sine certo titulo promoventur, in injuriam ordinantium irritas esse voluerint & inanes: nos tamen benignius agere cupientes *o*, tamdiu per ordinatores vel successores eorum provideri volumus ordinatis, donec per eos Ecclesiastica beneficia consequantur. Inde est, quòd cùm G. lator præsentium à prædecessore tuo fuerit ad Subdiaconatũ *a* nullo præsentante promotus: mandamus, quatenus si eum hi, quibus examinationem ipsius duximus committendam, te citato legitimè, ut perte ipsum vel idoneum responsalem interfis, & tam super idoneitate personæ, quàm etiam super quantitate ac qualitate beneficii proponere tibi liceat, quicquid rationabiliter duxeris proponendum, idoneum esse repererint, tamdiu ei vitæ necessaria congruè subministres, donec per te in Zamoren. Ecclesia vel in alia fuerit competens beneficium Ecclesiasticum assecutus: sciturus pro certo, quòd si per examinationem eorum *b* fuerit repertus idoneus, & tu ei juxta mandatum nostrum neglexeris providere, cum hoc nobis per literas eorum innotuerit, ad id exequendum te per districtionem Eccles. compellemus.

CAP. XVII.

¶ Qui hoc ignorans sciens contulit Præbendam, quam non potuit, illa evicta, altam, quam potest, conferre tenetur. b. d. & ei singularu dispositio.

Idem *Archiepiscopo Senonen.*

INter cætera: [*1 & infrà.*] ¶ Factâ *e* resignatione à G. *d* quondam Canonico Laudunen. *e* de Præbenda ejusdem Ecclesiæ, quæ per commutationem Præbendarum H. tunc Siclunen. *f* Canonico auctoritate Apostolicâ assignari debebat, Magister P. per Laudunen. Episcopum de Præbenda fuit investitus eadem. Super quo cùm inter Magistrum ipsum & dictum H. controversia suborta fuisset, per C. Papam præd. nost. omnia retractata fuerunt: [*& infrà.*] ¶ Supradicto Episcopo dedimus in præceptis *g*, ut donec idem Magister in eadem Ecclesia fuerit præbendale beneficium assecutus, nulli alii Præbendam assignare præsumat: quòd si forte præsumpserit, id irritum decernimus & inane: decet enim, ut quia Præbendam ei, quam de jure non potuit, assignavit, eam, quam de jure potest, assignet, ne Præbendam illi fraudulenter visus sit assignasse.

[*1 Tibi satis credimus esse notum, qualiter.*]

CAP. XVIII.

¶ Cassatur electio illius, qui possidet plures Dignitates aut Præbendas: & idem si detinetur aliqua vetabit scripto.

Idem *Episcopo & Cantori Tornacensi.*

CUm jam *b* dudum: [*& ſ.*] ¶ Verum quoniam ab R. Siclunen. Canonico, I. de Bythynia *i* quædam objecta fuêre, multitudo videlicet tam dignitatum, quàm etiam Præbendarum, ambitionis & avaritiæ vitium: cui nondum finem imponens, contra diffinitionis nostræ tenorem, & Lateran. *k* Concilii statura, ad obtinendam præposituram Siclunen. *l* se ingerit & ingessit, & quòd die intrusionis suæ, ante confirmationem præsumpserit ministrare, sicut & post confirmationem cassatam: Mandamus, quatenus si inveneritis prædictum I. habere plures alias dignitates atque Præbendas, aut aliquid *m* aliud præmissorum quod ad cassationem ejus sufficiat, inveneritis esse verum, ei super jam dicta Præpositura silentium imponatis, ab impetitione ipsius Siclunen. Ecclesiam absolventes: Cum multa per patientiam toleretur *n*, quæ si deducta fuerint in judicium, exigente justitiâ non debeant tolerari *o*.

---

a *Sal. Episc.* b *C. 7. tit. de testam. in 1. comp.* c *Vid. l. fin. per Bald. C. de indic. vid. & l. hin. C. de revoc. don.* d *C. 4. de exc. præl. in 1. comp. & post Concil. Lateran. part. 24. c. 1.* e *al Cantuar. al. Arimanen.* f *Cap. 1. eod. tit. in 1. comp.* g *haberet.* h *dissidentibus.* i *Vid. Vasæum in Annal. Hisp. c. 21.* k *C. 1. eod. tit. in 1. comp. 1. Corinth. 9.* l *sua.* m *al. in Christo. Psal. 15.* n *al. vel.* o *Vid. l. cum in testamento. ff. de verb. sig. & l. quatiet. de reg. jur.*

a *In Subdiaconum.* b *illorum.* c *C. 3. eod. tit. in 3. compil.* d *VV.* e *Laudensis.* f *Siduunen. alii. Sedens.* g *mandata.* h *Cap. 4. eod. tit. in 3. comp & de materia vide Cardin. cons. 1. & Oldrad. cons. 67.* i *Bituniæ. al. Bitumiæ.* k *sub Alex. III. capit. 13. & 14.* l *Siduunen.* m *aut aliquod præmissorum, &c.* n *tolerantur.* o *vid. l. 1. 4 pen. ff. de his qui not. infam. & l. 1. 4. 1. ff. si quis in jus voc. non erit.*

CAP.

CAP. XIX.

¶ Recepto in Canonicum, quàm citò facultas se obtulerit, debeto Præbenda: & interim habebit quotidianas distributiones.

Idem *Archiepiscopo, & Archid. Senonen.*

ILlectus a filius T. Canonicus Linconien. *b* proposuit, quòd cùm de mandato C. Papæ præd. nost. Linconiens. Episcopus quandam Præbendam assignavit eidem in Ecclesia Linconien. quia Capitulum ipsum ad eandem recipere contemnebat: [1 *& infrà.*]

¶ Ad instantiam Remens. Archiepiscopi, tunc Episcopi Prænestinen. Apost. sed. Leg. & auctoritate illius, talis inter eum & Episcopum & Canonicos Linconien. compositio intercessit, quòd ipso ab eis recepto in Canonicum, & concesso sibi stallo in choro, & participatione qualibet divinorum, idem fructus Prabendæ percipere non deberet, nisi loco proximo vacaturæ: [2 *& infrà.*]

¶ Cùm ergò dictum T. in Canonicum recipi, canonicis non obviet institutis & vacaturam expectare Præbendam Lateranen. Concilio *c* non sit dubium obviare: nos facto ejusdem Legati illicito reprobato, quod est licitum *d* approbantes: quia videtur indignum, ut receptus in Canonicum Præbendæ beneficio defraudetur: mandamus, quatenus dictos Episcopum & Canonicos, ut ei Præbendam (cùm se facultas obtulerit) non differant assignare, appell. post posità compellatis. Facientes eidem portiones quotidianas, quæ fiunt in Ecclesia memorata, sine diminutione qualibet assignari.

[1 *Ad dil. fil. Clarevall. & Longmardi Abbates autt. p. n. cum nollet aliquatenus à contradictione cessare, ipsum supposuerit Ecclesiastico interdicto. Postmodum autem accedens ad præsentiam nostram ad dil. fil. Melsaden. & Cuntanen. Abbates obtinuit scripta nostra, sed sicut cisterc. eis suam non posset justitiam obtinere, nec ven. n. Remens. Archiepiscopo, S. Rom. Eccles. Cardinali tunc Episcopo Prænestino, Apost. sed. Legato, sicut asserit, dedimus in mandatis, ut prædictum interdictis sententiam, sicut rationabiliter fuerit promulgata, faceret app. postp. firmiter observari. Verùm cùm idem Archiepisc. negotium prorogaret, & idem post labores multiplices ferè de promovenda negotio desperâsset, deficiens in expensis.*]

[2 *Licèt autem memoratum Archiepiscopum sincerè diligamus in Domino charitate, & ipsius velimus honori deferre: quia tamen in his, quæ contra canonicas sanctiones attentata noscuntur, ei deferre nec volumus nec debemus, quod ab eo illicite factum est in hac parte duximus irritandum, quòd licitè factum est approbantes.*]

CAP. XX.

¶ Non tenet electio cùm ad unam Prabendam duo simpliciter eligantur.

Idem *Episc. Britcien.* c

TUx *f* fraternitatis devotio: [1 *& infrà.*] ¶ Cùm sæpè contingat, quòd ad unam Præbendam duo Clerici propter importunitatem petentium eligantur: Nos attendentes, quòd si duo unam Præbendam tenerent, illud esset contra Concilium Turonen. quod Præbendarum prohibet sectionem: & si *g* unus illorum ipsam obtineret Præbendam, sub expectatione alius contra Lateranen. *h* Concilii statuta remaneret. Inquisitioni *i* tuæ taliter respondemus, quòd talis electio de rigore juris penitus est cassanda.

[1 *Præterea consuluisti.*]

a *C. 5. eod. tit. in 3. comp.* b *Lingon.* c *sub Alex. III. ca. 2. & habetur infrà de cons. prahend. cap. nulla.* d *vid. l. si convenerit. cum gloss. ff. de pign. actio. melius in l. necnon. 42. cum gloss. non probabeat. ff. ex quibus causis major.* e *Burdegal.* f *Cap. 6. eod. tit. in 3. comp.* g *al. quòd si unus illorum, &c.* h *sub Alex. III. c. 2.* i *alias, super qua 1. responsionem.*

CAP. XXI.

¶ Si duo electi ad aliquam dignitatem compromittant in judices, poterit judex alterum confirmare, & alteri pro bono pacis de proventibus provisionem facere. Ista est pulcherrima dissensio, & in toto corpore juris non habet consimilem.

Idem.

NIsi essent *a* viri providi & honesti, tam qui ordinationem fecerunt, quàm illi, circa quos est facta ordinatio in Ecclesia vestra super negotio Prioratûs, ordinationem illam valdè suspectam propter exempli perniciem haberemus. Quod ergò post concertationem diutinam ordinatum est circa unum de duobus electis, ut ipse habeat Prioratum, hoc ex jurisdictione delegata secundùm justitiam videtur esse statutum: quod autem ordinatum est circa reliquum, ut ipse viginti *b* libras de reditibus Capituli, & quadraginta de proventibus Prioratûs percipiat *c* annuatim: hoc secundum providentiam intelligitur esse præceptum ex arbitraria potestate, cùm *d* in delegatos fuerit compromissum, qui auctoritatem sibi retinendo commissam, se pro bono pacis & utilitatis hoc ordinâsse fatentur. Quia igitur hæc ordinatio ab omnibus est recepta, possuntque licitè, Prior & Capitulum, de proventibus suis propter causas prædictas, non quidem ex pactione partium, sed ex jussione judicum, provisionem hujusmodi exhibere: nos eam hoc adhibito moderamine toleramus, ut ad præstationem quadraginta librarum non dignitas Prioratûs, sed persona Prioris maneat onerata: ne forte circa proventus aliqua videatur facta sectio Prioratûs: ita quod ipso Priore defuncto, successor ipsius ad præstationem quadraginta librarum minime teneatur.

CAP. XXII.

¶ Canonici privilegiati à Papa super certo numero, si sponte reperunt aliquem supra numerum, contra impetrantes à Papa exceptione numeri uti non possunt.

Idem *Valden.* e *Episcopo, & Abbati Vatian.* f

PRo illorum provisione *g*: [1 *&* 2.] ¶ Burdegalen. Archiepiscopo mandavimus, ut magistro P. in aliqua Ecclesiarum suarum, ubi ei expedire cognosceret, competens faceret beneficium assignari, contradictores Ecclesiast. districtione compescens: qui Decano & Capitulo Xantonen. *h* auctoritate nostrâ mandavit, ut ipsum admitterent in Canonicum & in fratrem. Cumque iidem reluctarentur Canonici ac indulgentiam de quadragenario *i* Canonicorum numero ei opponerent: quia Archiepiscopus cognovit illos in elusionem mandati nostri indulgentiâ eis concessâ irreverenter abuti, prædictum magistrum de Præbenda & Canonica *k* Xantonen. Ecclesiæ investivit, contradictores vinculo excommunicationis adstringens: [*&* 3.] ¶ Quia verò quod per dictum Archiepiscopum de memorato magistro auctoritate nostrâ provide factum est, firmitatem volumus obtinere: mandamus, quatenus si vobis constiterit, prædictos Canonicos indulgentiam, quam habent de certo Canonicorum numero, non servâsse, & aliquem ultra constitutum numerum in Canonicum auctoritate propriâ recepisse: cùm nobis legem imponere non debeant, quam ipsi negligunt observare, latam in ipsos excommunicationis sententiam à prædicto Archiepiscopo tam diu denuncietis sublato appellationis obstaculo servandam *l*, donec sæpedictum magistrum recipiant

a *C. 7. eod. tit. in 3. comp. Bald. in cap. 14 inter partes. de leg. Curr. in usibus feudorum.* b *triginta.* c *recipiat.* d *In iudicem delegatum potest compromitti. Dd. in ca. cum tempore supr. de arbit. Specul. tit. de arbit. §. 1. Adde Lanfranc. tract. de arbit.* e *al. Valden. al. Vadenen.* f *al. Vatien.* g *C. 8. eod. tit. in 3. compil.* h *Santonensi.* i *quadragesimo.* k *Comenicat. al. canonica Santton.* l *observandam.*

in Canonicum, & ea, quæ ad Canonicatum pertinent, cum stallo chori & loco Capituli ei studeant assignare.

[1 *Pro dilecto filio magistro R. Audoen. qui apud Apost. sed. moram faciſſe dignoscitur longiorem, nec adhuc erat competens beneficium Ecclesiasticum assecutus, licèt ad ipsum esset idoneus obtinendum: Ven. s. n.*]

CAP. XXIII.

¶ Non beneficiatus habens sufficiens patrimonium, ad sacros legitimè promovetur.

Idem *Bisuntino Archiepiscopo.*

TUis *a* quæstionibus respondemus, quòd Clericos in minoribus ordinibus constitutos, de patrimonialibus bonis habentes, unde possint congruè sustentari, & si nondum fuerint beneficium Ecclesiasticum assecuti, (dummodò aliud canonicum non obsistat) ad superiores poteris ordines promovere.

CAP. XXIV.

¶ Absenti potest conferri beneficium alio mediante, nec refert, utrum absens investiatur per personam mediam, vel persona media investiatur pro absente. h. d. conjungendo utrumq; intellectum. Et est casus not. & quotidie practicatur.

Idem *Episc. Zamoren.* b

ACcedens ad Apostolicam sedem: [& ſ.] ¶ Inquisit. t. t. respond. quòd Clericus absens per alium, vel alius magis pro ipso, poterit de beneficio Ecclesiastico investiri. *c*

CAP. XXV.

¶ Si ad unum Canonicatum & Prabendam duo sunt recepti simpliciter, receptio non tenet, etiam intervenente Apostolicâ auctoritate. h. d. & est notabile cap. quare tene semper mente, & nota ipsum.

Idem *Trecen. Episcopo.*

DIlecto filio *d* P. sanctæ Pudentianæ Presbytero Cardinali, Cellerario Trecen. & R. procuratori tuo auditore concesso, idem Cellerarius proposuit coram eo, quòd cùm in manibus Remen. Archiepiscopi tunc Apost. sed. Leg. intendentis providere, G. nepoti suo in Trecen. Ecclesia, Præbendam, quam ibi obtinebat, liberaliter resignavit *e*, dictus Legatus præfatum G. & eundem Cellerarium in Canonicos Trecen. instituit, & ambobus idem Capitulum Trecen. stallum in choro, & locum in Capitulo, & idem Archiepiscopus supradictæ Præbendæ fructus dividendos communiter assignârunt, donec idem G. integrum esset præbendale stipendium *f* assecutus: [1 *& infra.*] ¶ Quorum receptionem procurator generalis præd. tui, in partibus Constantinopolitanis tunc agentis, postmodùm approbavit. Dictus quoque Cellerarius lectionem & Evangelium in hebdomada sua legisse dignoscitur, & tam Decani quàm Episcopi electioni, & aliorum negotiorum tractatibus, sicut Canonicus Trecen. interfuit, & domum quandam per Capitulum memoratum obtinuit, quæ non nisi Canonico consueverat assignari: tuque *g* cùm ad eandem accessisses Ecclesiam consecratus, eum cum Canonicis aliis ad osculum recepisti, cùm tunc non nisi Canonici ad osculum admittantur: & eidem super prædictis non movisti per biennium quæstionem, propter quod petiit, ut te ab ipsius super hoc molestatione indebita compescere dignaremur: [2 & ſ.] ¶ Procurator tuus proposuit ex adverso, quòd ad unicum jus spirituale, quod vacabat ibidem, insimul duos Canonicos instituere prædicto Legato non licuit: nam si duo unicam Præbendam haberent, id esset contra Turonen. Concilium, quod Præbendarum inhibet sectionem. Si verò duobus receptis, uni tantum Præbenda daretur, sub expectatione alius contra Lateranen. *a* Concilium remaneret. Præterea licèt in Ecclesia, in qua non est certus numerus Præbendarum, nullâ etiam vacante, in Canonicum quis possit assumi, cùm intelligatur ad quoddam jus eligi, quod ex electorum assensu de novo creatur *b*, & cum electo in Canonicum nascitur, & desinit cum defuncto: in Ecclesia tamen, quæ determinatum habet numerum Præbendarum, uno individuo jure vacante, duo simul eligi non possunt ad illud, eò quòd hujusmodi spirituale jus dividi seu communicari nequeat inter eos: quanquam interdum hi, ad quos spectat electio, de communi assensu augmentare valeant numerum Præbendarum, quoddam jus spirituale de novo creando, nisi fortè statutum aliquod obviaret, quod esset juramento firmatum, vel cui sed. Apost. confirmatio accessisset, hujusmodi clausulâ prohibitionis adjectâ, ut si quicquam contra id fieret, non valeret: propter quod institutionem præfatam nullam fuisse dictus asseruit procurator, cùm in Trecen. Ecclesia certus sit Præbendarum numerus, quem Capitulum vel Legatus augmentare minimè intendebat *c*, vel jus aliquod de novo creare. Unde dictum Cellerarium ad restitutionem eorum, quæ ratione prædictæ institutionis tenebat, sententialiter duximus condemnandum, ei super Præbenda ipsâ vel ejus parte silentium imponentes: Ita quòd per hoc prædicto G. nullum præjudicium generetur: cùm res inter alios acta, regulariter aliis non obsistat.

[1 *In eos, qui contra venire præsumerent, excommunicationis sententia promulgata.*]

[2 *Verùm dictus R. procurator tuus proposuit ex adverso, quòd cùm dictus Cellerarius Prabendam suam in præfato Archiepiscopi Remen. manibus resignâsset, ipse de medietate una dictum Cellerarium investivit.*]

CAP. XXVI.

¶ De una Prabenda vacante, possunt fieri duæ, si ejus suppetant facultates, aliàs dividens integrare tenetur.

Idem.

VAcante *d* quâdam Præbendâ in Ecclesia tua, duas ex ea constituens, ad illas de consensu *e* Capituli tui duos Canonicos assumpsisti: quorum altero viam universæ carnis ingresso, Præbendam, quam defunctus habuerat, quidam Clericus, nomine Hippolytus, fuit auctoritate sed. Apost. assecutus. Verùm cùm idem Hippolytus te super integritate Præbendæ, per quasdam nostras literas inquietet, & alius idem jus adversùs te se habere proponat, quid facere debeas, requisisti. Super quo sic duximus respondendum, quòd cùm Turonen. statuta concilii sectionem inhibeant Præbendarum, teneris utrique de his, quæ vacare *f* contigerit, integrare Prabendam, nisi rationabili causâ de vacante Præbenda supradicta duæ fuerint constitutæ, ac tot sint utriusque proventus, quot per utramque sit utrique provisum in beneficio competenti.

CAP. XXVII.

¶ Si Papa mandat Capitulo, ut aliquem in Canonicum recipiant, & Prabendam (si qua vacat) conferant, si de mandato facto alii conferunt, coguntur primum recipere, & de reditibus Ecclesiæ loco beneficii providere, donec Prabendam habeat.

Idem *Vercellen. Episcopo.*

II. DIlectus *g* filius G. Clericus nobis exposuit *h* conquerendo, quòd cùm pro eo ad Novarien. Capitu-

a C. 9. eod. tit. in 3. comp. Hujus decret. decisionem accipere debemus secundùm Concil. Trid. Sess. 21. de reformat. c. 2. b Lateuen. aliàs Eaton. c vide l. qui mihi donatum. per Bart. ff. de donat. d Cap. 1. eod. tit. in 4. comp. e resignaret. f beneficium. g tu quoque.

a Later. sub Alex. III. c. 1. b creatur. c aliàs, non intendebat. d C. 3. eod. tit. in 4. comp. Et de materia, an ex causa rationabili possint fieri duæ, vide Dd. hoc tit. c. avaritia. e assensu. f contigerint. g C. 4. de unicess. prab. in quarta compil. h proposuit.

Item

lum mandatum Apostolicum misissemus, ut eum in Canonicum reciperent & in fratrem, Præbendam (si qua tunc a vacabat) conferentes eidem: [1 & infra.] ¶ Fraternitati tuæ mandamus, quatenus si tibi constiterit, quòd in Novarien. Ecclesia Præbenda vacaret, tempore quo ejusdem Ecclesiæ Canonici nostras literas receperunt: cùm eam alii in elusionem mandati nostri duxerint conferendam, eundem Clericum, si non habet b sufficiens beneficium Ecclesiasticum, in Canonicum recipi facias, & sibi de reditibus Ecclesiæ singulis annis assignari proventus, donec ei sit in beneficio præbendali provisum.

[1 *Ipsi non solùm mandatum Apostolicum noluerunt adimplere, verùm etiam Præbendam vacantem, quam mandavimus illis conferri, alii præsumpserunt assignare. Unde petebat à nobis, ut quod de ipso iis c peramus, exequi dignaremur. Magister autem G. G. Novarien. Ecclesiæ procurator proponebat contrà, quòd cum in illa Ecclesia nulla vacaret Præbenda, prædictus Clericus ad Ap. sed. accedens falsò in Ecclesia ipsa suggessit vacare Præbendam, & ad suggestionem falsam per surreptionem suam literas impetrârat. Unde cum mendax peccator carere debeat impetratis, penatùs idem procurator ab impetitione ipsius Ecclesiam postulabat absolvi. Cùm igitur coram dil. fil. G. S. GG. ad velum aureum Diac. Card. quem eisdem dedimus auditorem, super his diutius litigarent, & idem Card. quæ fuerant proposita, coram eo retulit diligenter.*]

CAP. XXVIII.

¶ *Habens personatum, vel beneficium curatum, si secundò tale receperit, vacat primum: quod si retinere contenderit, etiam secundò privabitur. hoc primò. Et is, ad quem spectat beneficii curati collatio, licitè confert statim, cum institutus aliud recepit: & si intra sex menses non conferat, devolvitur ad alium collatio, & aliter punitur. hoc secundo. Cum sublimibus verò & literatis personis circa pluralitatem beneficiorum incompatibilium solus Papa dispensat. hoc tertiò. Hoc dicit illud cap. utile & famosum.*

Idem *in Concilio generali.* c

DE multa d providentiâ fuit in Lateran. Concilio e prohibitum, ut nullus diversas dignitates Ecclesiasticas, vel plures Ecclesias parœciales reciperet contra sacrorum canonum instituta, alioquin recipiens sic acceptum amitteret, & largiendi potestate conferens privaretur. Quia verò propter præsumptiones & quorundam cupiditates, nullus hactenus aut rarus de prædicto statuto fructus provenit, nos evidentiùs & expressiùs occurrere cupientes: Præsenti decreto statuimus, ut quicunque receperit aliquod beneficium curam habens animarum annexam, si prius tale beneficium habebat, eo sit ipso jure privatus: & si fortè illud retinere contenderit, etiam alio spolietur. Is quoque, ad quem prioris spectat donatio, illud post receptionem alterius liberè conferat, cui meritò viderit conferendum: & si ultra sex menses conferre distulerit, non solùm ad alios secundùm Lateran. f Concilii statutum ejus collatio devolvatur, verùm etiam tantum de suis cogatur proventibus in utilitatem Ecclesiæ, cujus est illud beneficium, assignare, quantum à tempore vacationis ipsius constiterit esse perceptum. Hoc idem in personatibus esse decernimus observandum: addentes ut in eadem Ecclesia nullus plures dignitates, aut personatus habere præsumat, etiamsi curam non habeant animarum. Circa sublimes tamen & literatas personas, quæ majoribus beneficiis sunt honorandæ, cùm ratio postulaverit, per sedem Apost. poterit dispensari.

a vacaret. b habebat. c Concil. gener. Lat. sub Innocent. III. c. 29. d C. 4. eod. tit. in 4. comp. e Præter ipsa quod satium est sub Alex. III. c. 13. & cum hoc decreto convenit Concil. Trident. Sess. 7. de reform. c. 2. & 4. & Sess. 24. de reform. cap. 17. f sub Alex. 3. c. 8.

CAP. XXIX.

¶ *Concilium provinciale à beneficiorum collatione suspendit eos, qui post secundam correptionem indignis beneficia conferunt: providet etiam, quis interim beneficia conferat, & illam suspensionem relaxat solus Papa, vel solus Patriarcha.*

Idem *in eodem.* a

GRave b nimis est & absurdum, quòd quidam Ecclesiarum Prælati, cùm possint viros idoneos ad Ecclesiastica beneficia promovere, assumere non verentur indignos, quibus nec morum honestas, nec literarum scientia suffragatur, carnalitatis sequentes affectum, non judicium rationis: unde quanta Ecclesiis damna proveniant, nemo sanæ mentis ignorat. Volentes igitur huic morbo c mederi, præcipimus, ut prætermissis indignis idoneos assumant, qui Deo & Ecclesiis velint & valeant gratum impendere famulatum, fiatque de hoc in provinciali concilio diligens inquisitio annuatim: ita, ut qui post primam & secundam correctionem fuerit repertus d culpabilis, à beneficiis conferendis per ipsum concilium suspendatur, institutâ in eodem concilio personâ providâ & honestâ, quæ suspensi suppleat defectum in beneficiis conferendis. Et hoc ipsum circa capitula, quæ in his deliquerint, observetur. Metropolitani verò delictum superioris judicio relinquatur, ex parte concilii nunciandum. Ut autem hæc salubris provisio pleniorem consequatur effectum, hujusmodi suspensionis sententia præter Romani Pontificis auctoritatem, aut proprii Patriarchæ, minimè relaxetur, ut in hoc quoque quatuor patriarchales sedes specialiter honorentur. e

CAP. XXX.

¶ *Rector Ecclesiæ, non obstante consuetudine Episcopi, vel patroni, debet de reditibus Ecclesiæ sufficientem habere portionem. h. d. usque ad §. quæ verò.*

Idem *in eodem.* f

EXtirpandæ g consuetudinis vitium in quibusdam partibus inolevit, quòd scilicet parœcialium Ecclesiarum patroni, & aliæ quædam personæ, proventus ipsarum sibi penitùs vendicantes, Presbyteris earundem servitiis deputatis, relinquunt adeò exiguam portionem, quòd ex ea nequeant h congruè sustentari: nam (ut pro certo didicimus) in quibusdam regionibus parœciales Presbyteri pro sua sustentatione non obtinent, nisi quartam quartæ, id est, sextamdecimam decimarum. Unde fit, ut in his regionibus penè nullus inveniatur Sacerdos parœcialis, qui ullam vel modicam habeat peritiam literarum. Cùm igitur os i bovis ligari non debeat triturantis: sed qui altario servit, de altari vivere debeat: statuimus, ut (consuetudine quâlibet Episcopi vel patroni, seu cujuslibet alterius non obstante) portio Presbyteris ipsis sufficiens assignetur.

¶ *Privatus est parœciali Ecclesiâ rector in ea non residens, nisi sit annexa Dignitati vel Præbendæ: quo casu debet ibi habere perpetuum Vicarium. Etsi sine probabet in fraudem rectoribus de ipsius proventibus pensionem in beneficium dari. h. d. Vel sic: Non residens in Ecclesia parœciali, vel non ponens Vicarium, quando est annexa beneficio majori, privatus est eâ. h. d.*

Qui verò parœcialem habet Ecclesiam, non per Vicarium, sed per seipsum illi deserviat in ordine, quem ipsius Ecclesiæ cura requirit, nisi fortè Dignitati vel Præbendæ

a *Cap. 30.* b *C. 3. eod. tit. in 4. comp. Conc. Trid. Sess. 7. de reformat. ca. 3.* c *In Cod. Barb. huic morbo adhibere medelam.* d *vid. l. 3. C. de Episc. aud. & l. servos. C. ad leg. Iuliam de vi public.* e *vid. Chass. in Catal. glor. mund. pag. 4 consid. 9.* f *Cap. 31.* g *C 6. eod. tit. in 4. comp. vid. Conc. Trid. Sess. 25. in decr. de reform. c. 9. §. patroni autem beneficiorum.* h *nequeunt.* i *Deut. 25.*

parœcialis Ecclesia sit annexa : in quo casu concedimus, ut qui talem habet Præbendam vel Dignitatem, cùm oporteat eum in majori Ecclesia deservire, in ipsa parœciali Ecclesia idoneum & perpetuum habeat Vicarium canonicè institutum, qui (ut prædictum est) congruentem habeat de ipsius Ecclesiæ proventibus portionem : alioquin a illâ se sciat auctoritate hujus decreti privatum, liberè alii conferenda, qui velit & possit, quod dictum est, adimplere. Illud b autem penitùs interdicimus, ne quis in fraudem de proventibus Ecclesiæ, quæ curam habere debet proprii Sacerdotis, pensionem alii quasi pro beneficio conferre præsumat.

CAP. XXXI.

¶ *Non debent Religiosi Ecclesias vel decimas à Laicis sine Diœcesanorum consensu recipere : excommunicatos, vel interdictos ad divina admittere : in Ecclesiis quoque, quæ ad eos non pleno jure pertinent, instituere vel destituere : sed præsentabunt Diœcesanis ad eas viros idoneos.*

Idem *in eodem.* c

IN Lateranensi d Concilio noscitur fuisse prohibitum, ne quilibet regulares Ecclesias seu decimas sine Episcoporum consensu de manu Laici præsumant accipere, nec excommunicatos, vel nominatim interdictos admittant aliquatenùs ad divina. Nos autem id fortiùs inhibentes, transgressores dignâ curavimus e animadversione punire, statuentes nihilominùs, quatenus in Ecclesiis, quæ ad ipsos pleno jure non pertinent, juxta ejusdem Concilii statuta, Episcopis instituendos Presbyteros repræsentent, ut illis de plebis cura respondeant, ipsis verò pro rebus temporalibus rationem exhibeant competentem, institutos verò removere non audeant Episcopis inconsultis.

Sanè adjicimus f, ut illos repræsentare procurent, quos vel conversatio notos reddit, vel commendat probabile testimonium Prælatorum.

CAP. XXXII.

¶ *Absens in Theologia studio, fructus beneficiorum suorum percipit in absentia, sed quotidianas distributiones non.*

Honorius III. *Abbati & Priori sanctæ Genovefæ.*

LIcèt vobis g direxerimus scripta nostra, ut magistro N. h Eboracen. Archidiacono in sacra pagina cupienti studere, proventus suos Ecclesiasticos faceretis integre ministrari : Nolumus tamen, ut quotidianas distributiones, quæ tantùm residentibus in Ecclesiis, & his, qui interfuerint horis canonicis, exhibentur, ei tribui faciatis.

CAP. XXXIII.

¶ *Propter paupertatem Præbendarum Ecclesiæ cathedralis possint sibi annecti capella, reservatâ ipsarum Presbyteris congruâ portione.*

Idem *Vesprimen.* i *Episcopo.*

EXposuisti k nobis, quòd Ecclesiæ tuæ Canonici, diminutâ ipsorum provisione à tempore Concilii generalis, cùm eis extunc non fuerint ad eorum sustentationem concessæ capellæ, sicut antè fieri consuevit, de reditibus Præbendarum suarum nequeunt l sustentari : [1 & *infrà.*] ¶ Si evidens necessitas vel utilitas exigat, Præbendas Ecclesiæ tuæ poteris de capellis in perpetuum annectendis eisdem (sicut discretione prævia expedire videris) augmentare, reservatâ tamen congruâ capellarum Presbyteris portione.

[1 *Propter quod plures ipsorum eâdem Ecclesiâ relictâ in ejus servitio, in Clericatûs cingulo opprobrium aliorum se obsequio mancipare. Unde humiliter supplicasti, ut de capellis eisdem provisionem eorundem ampliare & nostrâ tibi permissione liceret. Quia verò per hoc statutum ejusdem Concilii derogaretur, quæ servare volumus inconcussa, te in hac parte requirimus excusare. Verum illarum paupertati paterno compatientes affectu, & tibi, prout exposcit tuæ devotionis meritum, gratiam facere cupientes, fil. 1. de quæ pœnam fiduciam obtinemus, p. anc. m. q.*]

CAP. XXXIV.

¶ *Licèt Ecclesia ex donatione Laici beneficium conferat, tenet illius beneficii impetratio, de hoc mentionem non habuit.*

Idem *Episcopo, & Priori, & Archidiacono Herfordien.* a

II. DIlectus filius G. Clericus nobis proposuit b, quòd cum Decano & Capitulo Andegaven. preces direxerimus & præcepta, ut ipsum quàm citò facultas se offerret, in Canonicum reciperent & in fratrem, vobis super hoc executoribus sibi datis : quia Decani & Capituli procurator excipiendo proposuit literas non valere, pro eo quòd in eis mentio non fiebat, quòd præfatus Decanus ex donatione Regis Præbendarum ejusdem Ecclesiæ collationem haberet : vos mandati nostri executores non esse, interloquendo dixistis : & sic duæ Præbendæ, quæ medio tempore vacaverunt, aliis sunt collatæ : [1 & 1.] ¶ Mandamus, quatenus occasione hujusmodi (quam reputamus frivolam) non obstante, mandatum nostrum exequi procuretis.

[1 *Et dictus Clericus occasione hujusmodi, quam vos malitiosè recepisse videmini, remansit indebitè suâ provisione frustratus, propter quod idem nostram audientiam appellavit, appellationis cujus diximus detulisse. Nolentes igitur, ut sæpè dictus Clericus sic frustratus à nobis, literarum nostrarum commodo ulteriùs suspendatur, vobis firmiter.*]

CAP. XXXV.

¶ *Pueri & alias beneficiati non sunt idonei ad beneficia conferenda. h. d. inharmide verbi literæ.*

Gregorius IX. *Argentinen. Episc.*

SUper inordinata c ordinatione : [& 1.] ¶ Cùm autem illi sint in Ecclesiis idonei reputandi, qui servire possunt & volunt in ipsis : Consul. t. t. respond. quòd pueri & beneficiati, qui non possunt in eadem Ecclesia deservire, in ea non debent idonei reputari.

CAP. XXXVI.

¶ *Pro unius Præbenda integratione, alia dividi non debet.*

Idem *Archiepisc. & magistro R. Turonen.*

CUm causam, quæ inter Aurelianen. Episcopum, & I. de Blesis Canonicum sanctæ Crucis super integratione Præbendæ ipsius Canonici vertebatur, vobis duxerimus committendam : [& *infrà.*] ¶ Consultationi vestræ t. respon. quòd nostræ intentionis non extitit, ut pro integratione Præbendæ suprædicti Canonici, Præbenda de novo aliqua scinderetur.

CAP. XXXVII.

¶ *Clerici ignobiles & non eminentis scientiæ, propter hoc non debent à Præbenda repelli, etiam in Ecclesia, quæ tales admittere non consuevit.*

Idem.

VEnerabilis frater noster Portuen. Episcopus supplicavit d, ut cùm quandam Præbendam, quæ in Argentinen. Ecclesia tamdiu vacaverat, quòd donatio ejus erat

---

a *Ipse illa, &c.* b *vide Conc. Trid. Sess. 24. de reform. c. 17.* c *C. 62. & refertur in cap. 7. eod. tit. in 4. comp.* d *sub Alex. III. c. 9. cujus initium, Cum & plantare.* e *curabimus.* f *Conc. Trid. Sess. 25. de reform. c. 9.* g *vid. Conc. Trid. Sess 5. de reform. ca. 5. in fin. & Hor. Lucium, tract. 92. de prov. schol. privil.* h *B. Ebroycen.* i *Vesprimen. alias, Vespen. al. Vespertimen. al. Vespamensi. al. Vesprimiensi.* k *vide Concilium Trid. Sess. 21. de reform. ca. 3. & Sess 24. de reform. ca. 13 & 11.* l *nequiverint.*

a *De Ber. al. Bech. In una vet. Cod. Episcopo, Pictaviensi & Priori.* b *exposuit.* c *De ætate requisita vide Lapum alleg. 36. & Gemmian. in c. indemnitatibus. de elect. lib. 6.* d *supplicavit nobis.*

ad

ad sedem Apostolicam devoluta, I. Clerico contulerit, dum a in illis partibus legationis officio fungeretur, suam collationem benigno prosequeremur affectu. Verùm procurator Argentini Capituli proposuit ex adverso, quòd idem Capitulum hoc audito, consuetudinem allegans antiquam inviolabiliter observatam, juxta quam nullum, nisi nobilem & liberum, & ab utroque parente illustrem, honestæ conversationis, ac eminentis scientiæ, in suum consortium hactenus admiserant: ne contra hoc fieret (maximè cùm nulla tunc Præbenda vacaret, antequam monitorias vel executorias literas recepisset) ad sedem Apost. appellavit: [& infrà.] ¶ Nos igitur attendentes, quòd non generis b, sed virtutum nobilitas, vitæq; honestas, gratum Deo faciunt & idoneum servitorem, ad cujus regimen non multos secundùm carnem nobiles & potentes elegit, sed ignobiles ac pauperes: eò quòd non est personarum acceptio apud ipsum c, & vix ad culmina dignitatum (nedum ad Præbendas) viri eminentis scientiæ valeant reperiri, exceptiones hujusmodi non duximus admittendas: [& ℣.] ¶ Discretioni vestræ mandamus, quatenus si vobis constiterit prædictam Præbendam vacâsse, quando ipsam dicto I. contulit Episcopus memoratus, ipsum ad eam recipi faciatis.

CAP. XXXVIII.

¶ Si mandatur provideri in Ecclesia, non potest de Ecclesia provideri.

Idem.

CUm d olim Priori sanctæ M. dederimus e in mandatis, ut G. f Diacono in aliqua Ecclesia civitatis vel diœcesis Lucan. auctoritate Apostolicâ provideret: idem præfatum Gu. g Ecclesiæ sancti Petri de Vico Rectorem auctoritate hujusmodi nisus h est designare: in qua Rector ab ejusdem Ecclesiæ Clericis eligi consuevit, excommunicationis sententiam nihilominùs proferens in rebelles. Cùm igitur mandatum hujusmodi se ad talia non extendat, nec ad tectoriam vel dignitatem nostra feratur i intentio, cùm pro simplici beneficio jussio nostra manat &; mandamus, quatenus tam institutionem hujusmodi, quàm excommunicationis sententiam propter hoc latam denuncies non tenere.

DE CLERICO ÆGROTANTE VEL debilitato.

TITULUS VI.

CAP. I.

¶ Clericus infirmus integrè percipat fructus beneficii sui.

Gregorius *Candido Episcopo Urbevetan.*

CUm percussio corporalis: [& ℣.] ¶ F. tuam hortamur, quatenus latorem præsentium ad percipienda quæ consueta sunt ab Ecclesia tua, ægritudo k non debeat impedire: Quia si alii ejus essent exemplo deterrerentur, forte non posset, qui militaret Ecclesiæ, inveniri: sed secundùm eius ordinem quæcunque ei, si sanus esset, poterant ministrari, de ipsa exiguitate, quæ Ecclesiæ potest accedere, fraternitas tua præbeat ægrotanti.

CAP. II.

¶ Presbyter, cui medietas palmæ cum duobus digitis est abscissa, Missam non celebrat, sed cæteris sacerdotalibus fungi potest.

Eugenius *l* Papa.

PResbyterum m, cujus duos digitos cum medietate palmæ à prædone abscissos significâsti, Missam non permittimus celebrare: quia nec securè propter debilitatem, nec sine scandalo propter deformitatem a membri, hoc fieri posse confidimus.

Ipsum autem cæteris officiis sacerdotalibus fungi minimè prohibemus.

CAP. III.

¶ Si Rector Ecclesiæ sit leprosus, dandus est ei coadjutor.

Lucius III.

DE b Rectoribus Ecclesiarum lepræ maculâ usque adeò infectis, quòd altari servire non possunt, nec sine magno scandalo eorum, qui sani sunt, Ecclesias ingredi: Hoc volumus te tenere, quòd eis dandus est coadjutor, qui curam habeat animarum: & de facultatibus Ecclesiæ ad sustentationem suam, congruam recipiat portionem.

CAP. IV.

¶ Si Rector Ecclesiæ sit leprosus, ab administrationis officio removetur, sed de bonis Ecclesiæ sustentatur.

Clemens III. *c*

TUa d nos duxit fr. consulendos: [& ℣.] ¶ De Sacerdote, qui divino judicio lepræ morbo repercussus e, in parœciali Ecclesia prælationis officio fungitur: Dicimus, quòd pro scandalo & abominatione populi, ab administrationis debet officio removeri, ita quòd juxta facultates Ecclesiæ sibi necessaria, quamdiu vixerit, ministrentur.

CAP. V.

¶ Episcopo, qui propter morbum incurabilem pastorale officium exercere non potest, dandus est coadjutor.

Innocentius III. *Arelatens. Archiepiscopo.*

EX f parte tua fuit propositum, quòd cùm Aurasiensis g Episcopus gravi morbo & incurabili ferè per quadriennium laboravit, ita quòd pastorale officium non potest ullatenùs exercere, princeps terræ illius, ac cives civitatis ejusdem, à te postulant incessanter, ut ipsis (cùm sis Metropolitanus eorum) studeas providere. Verùm cùm ipsum ad cessionem compellere non possis, nec debeas ullo modo, nec afflicto afflictio sit addenda, imò potiùs ipsius miseriæ miserendum h, eò quòd i idem vir bonus exiterit, & Ecclesiam salubriter sibi commissam gubernaverit: nos volentes tam Episcopo, quàm Ecclesiæ providere, mandamus, quatenus illi coadjutorem associes virum providum & honestum, per quem tam Episcopo, quàm populo utiliter consulatur.

CAP. VI.

¶ Brevo est, & non summatur.

Honorius III. *Episcopo Aversano.*

COnsultationibus: [& ℣.] ¶ Archidiacono autem, quem morbo paralytico laborantem officium linguæ asseris amisisse, coadjutor est meritò adhibendus.

DE INSTITUTIONIBUS.

TITULUS VII.

CAP. I.

¶ Numerus Clericorum debet institui in Ecclesiis collegiatis, secundùm facultatem ipsarum.

Ex Concilio Arelatensi. *k*

NOn ampliùs suscipiantur in monasterio Monachorum, aut Clericorum, seu etiam puellarum, quàm quot se regere de bonis Ecclesiæ absque penu a possint.

a Cùm. b *Rom. 12. Galat. 2. Epis. 6. Coloss. 2.* c *Deum.* d *Vide Oldrad. cons. 306.* e *dedimus, in antiq.* f *V.* g *V.* h *visus.* i *perferatur.* k *maneat.* l *Greg. sed in omnib. manuscr. ut est impressum.* m *Post Conc. Lat. sub Alexan. III. p. 26 a. g. & 62. cod. tit. in 1. comp.*

a *deformationem.* b *Post Conc. Later. sub Alexand. III. p. 37 a. A. & 63. cod. tit. in 1 compil.* c *In una ita: Clemens III. Pictav. Episc.* d *Cap. 2 eod. tit. in 2 compil.* e *al. percussus. al. resper, us.* f *Cap. unico, eod. tit. in 3 compil.* g *Aren. al. Aurasicen. al. Auracusf.* h *miserandum.* i *al. ita, ac quòd ipse.* k *Hæc est Synodus Arel. 4 sub Carolo Magn. Imp. & habetur hoc tit. c. 1. & cap. 1. eod. tit. in 2. compil.*

CAP. II.

¶ *Laici in Canonicos non possunt instituì.*

Eugenius *a*.

IN Ecclesia *b* vestra certum numerum Canonicorum (sicut nobis innotuit) communiter instituere curavistis: [1 & 3.] ¶ Cùm Laici non debeant in Canonicorum numero computari, nec vos debeatis differre, quò minùs statutum numerum de aliis Clericorum personis idoneis suppleatis: tales ad supplendum numerum invenire curetis, per quos Deo in divinis officiis per Ecclesiasticos ordines congruè serviatur.

[1 *Et institutionem vestram religione firmare juramenti. Unde quia illo numero successu temporis diminuto, in dubitationem deducitis, utrùm ipsum de institutione Canonicorum supplere possitis, eùm Laici computati, qui in Ecclesia vestra Canonicorum titulo numerantur, statutus numerus sit impletus, ut hac ambiguitas à vestris cordibus auferatur, nobis videtur quòd.*]

CAP. III.

¶ *Institutio beneficiorum spectat ad Episcopos, vel eorum Officiales.*

Alexander III. *Cantuariens. Archiepiscopo, & ejus Suffraganeis.*

EX *c* frequentibus querelis didicimus, in partibus vestris consuetudinem pravam à multis retrò temporibus invaluisse, quòd Clerici Ecclesiastica beneficia sine consensu *d* Episcopi diœcesis, vel Officialium suorum *e* (qui hoc de jure possunt) recipiunt, minùs rectè quàm decet cogitantes, quomodo id à sanctorũ Patrum est institutionibus alienum, & Ecclesiasticæ contrarium honestati. Unde cùm tu, frater Archiepiscope, ex officio tibi commisso, tam iniquam consuetudinem de provincia tua velis (sicut debes) radicitùs extirpare *f*, tam in illos, qui Ecclesiastica beneficia taliter occupata scientes detinent, quàm in eos, qui de cætero occupare præsumpserint, excommunicationis sententiam protulisti. Nos itaque eandem sententiam ratam habentes, & eam auctoritate Apostolicâ confirmantes, mandamus, quatenus Clericos ipsos, qui ipsam sententiam incurrerint *g*, nisi congruè satisfecerint, absolvere minimè præsumatis.

CAP. IV.

¶ *Ultra facultates non debet quis instituì invitis Clericis Ecclesiæ.*

Clemens III. *Clero Constantinopolitano.*

AUctoritate *b* Apost. sedis: [*& infrà.*] ¶ Statuimus insuper, ut nullus in Ecclesiis vestris, ultrà quàm facultates earum sustineant *i*, vobis instituatur invitis.

CAP. V.

¶ *Cùm in Ecclesiis oportet extraneos instituì, non debent instituì Clerici certa originis tantùm, sed undecunq; sint, dùm tamen sint idonei.*

Innocentius III. *& S. Marcelli, & S. Susannæ Cardin. Apost. sedis Legat.*

AD *l* decorem: [1 & 3.] ¶ Sicut nostris *m* auribus est suggestum, Constantinopolitanus Patriarcha aliarum nationum Clericos spernens, Veneros tantùm in Constantinopolitanis Ecclesiis satagit collocare, non attendens, quòd in omni *n* gente, qui facit justitiam, acceptus est Deo, nec sanctuarium Dei convenit jure hæreditario possideri. Quocirca mandamus, quatenus moneatis eundem, ut viros literatos *o*, & aliàs *p* idoneos, undecunque originem duxerint, in prædictis Ecclesiis, & maximè in majori, instituere non postponat, alioquin indignum se reddet, ut vos aliarum Clericos nationum ad ejus obedientiam compellatis. Nec *a* dissimulare potestis, quin hoc nostris auribus intimetis, ut ex hoc ipso, an verum sit, quod super hoc Venetis dicitur promisisse, conjicere valeamus.

[1 *Et commodum tam Ecclesiæ S. Sophiæ, quàm aliarum Ecclesiarum, quæ sunt in urbe Constantinopolitana constructa, noscitur pertinere, ut literati viri, & honestate morum perspecti, de quibuslibet mundi partibus venientes, instituì debeant in eisdem. Verùm.*]

CAP. VI.

¶ *Institutiones & custodiæ possunt de jure Speciali ad non Episcopum pertinere, & pendente lite cum diœcesana defenditur in possessione. b. d. Vel sic: Si possidet jus instituendi, ad quem de jure communi non spectat, pendente judicio proprietatis in possessione defenditur.*

Idem *Heliæ, Episcopo, & Archidiac. Norwicen.*

CUm venissent *b* ad Apost. sed. Archidiaconus Richimundiæ, & procuratores Eboracen. Archiepiscopi, ex parte Archiepiscopi fuit propositum, quòd institutio personarum, & custodia Ecclesiarum vacantium, ad eum in diœcesi sua spectat, tam de jurisdictione *c* communi, quàm de consuetudine generali. Verùm quidam prædecessores ipsius quibusdam Archidiac. Richimundiæ tam institutionem, quàm custodiam personaliter commiserunt: [1 & 3.] ¶ Inter alia verò Archidiaconus ipse *d* respondit *e*, quod Archiepiscopus tam institutiones, quàm custodias, non personaliter Archidiacono, qui tunc erat, sed perpetuo de consensu Capituli Archidiaconatui reali concessione donavit. Cùm autem Archidiaconatus ipse in continua possessione tam istarum, quàm aliarum libertatum, multorum Archiepiscoporum & Archidiaconorum temporibus extitisset, & Archiepiscopus sine conditione *f* qualibet concessisset ipsum eidem, post concessionem asseruit, quòd ipsum concesserat, institutionibus & custodiis vacantium Ecclesiarum exceptis. Ipse *g* verò timens, ne si negaret expressè, eùm nondum esset Archidiaconatus *b* possessionem adeptus, vel impediretur *i* penitùs factum ejus, vel diutiùs differretur: respondit, quòd non solùm de illo, sed de omnibus reditibus suis faceret, quod sibi placeret: [2 & 3.] ¶ Nos igitur interlocuti fuimus, Archidiaconum esse in plena libertatum ejusdem Archidiaconatûs possessione tuendum, donec probatum legitimè fuerit ex adverso, libertates *k* ipsas Archidiaconis ab Archiepiscopis personaliter fuisse concessas: cùm in hoc casu tam antè, quàm pòst, & in ipsa etiam concessione Archiepiscopus eas *l* retinere potuerit licitè tanquam suas, vel donec legitimè probatum fuerit, easdem libertates Archidiaconum abjurâsse. Sed in hoc casu, si concessio illa fuerit realis, Archiepiscopo nihil juris vel utilitatis accedere [illegible] vel ad petitionem Eboracen. Ecclesiæ, vel per nos ipsos super hoc Archidiaconatui consuleremus. Si ergò alterutrum ipsorum fuerit legitimè approbatum, Archidiacono super libertatibus ipsis: si neutrum, Archiepiscopo silentium imponere.

[1 *Eas sibi aliorum tempore retinentes, & liberè, sicut spectabat ad eos, utentes existerent. Itaq; Archiepiscopus, qui Eber. Ecclesiæ modo præest, V.V. de Osvvalle quondam Archid. Richem. illas ad preces inclytæ recordat. R. Regis Angliorum de gratia speciali concessit, & eo in Episcopum post electo, sibi retinuit tanquam suas. Ad hoc autem Archid. Richem. respondit, quòd cùm inclyta recordationis*

a *In aliquot manuscr. sta: Eugenius Papa.* b *C. 3. eod. tit. in 2. comp. Rectè autem Conciis addit hùc omissa à V. quando ex antiq. comp.* c *Pott Conc. Lat. p. 284. n. 11. & c. eod. tit. in 1. comp.* d *assensu, in antiq.* e *ipsorum.* f *Vid. l. omnes. C. de dec. l. 10.* g *incurrerunt.* h *C. 2. tit. de jud. in 2. comp.* i *suf. ficiant.* k *P. sanctii Marcelli: & unus versus ita: P. sanctii Marcelli, & B. sanctæ, &c.* l *C. 1. eod. tit. in 3. comp.* m *al. sta, sicut nostris est auribus intimatum.* n *Alior. to.* o *Literati ita debent recipi in Canonicos sicut nobiles: ut not. in l. societatem. in gloss. ff. pro soc.* p *& alias.*

a *al. sta, nec vos.* b *C. 3 eod. tit in 3. comp.* c *in omnib. antiq. tam de jure.* d *ille.* e *al. sta respondit, dicens.* f *contradictione.* g *Idem verò.* h *Archidiaconus.* i *impediret.* k *easdem libertates.* l *quæ.*

primum

petitum H. Rex Anglia apud Carleolum sedens Episcopalem vellet de novo creari, quia ex hoc Archid. Richero. ladebatur: Rex ipse à bon. mem. T. Archiepiscopo Eboracen. humiliter postulavit, ut in recompensationem cujusdam partis, quæ subtrahebatur Archidiaconatus memorato, ei præditas concederet dignitates. Archiepiscopus autem annuit dignitates præclaras postulanti.]

[2 *Super hoc autem pars replicavit adversa, quòd si renunciatur vel abjuratio Archidiaconatus non noceret, per hoc tamen esse Archidiacono repetendi facultas adempta: sed Archidiaconus libertates illas se non repetere dicebat, cùm eis liberè, sicut priùs, quando iter arripuit veniendi ad sedem Apostol. uteretur, & earum possessione gauderet. Sed & contra hoc iterum replicabatur, quòd idem Archidiaconus in quadam Ecclesia sua Archidiaconatûs non per Archiepiscopum institui postulâsset, sed talis institutio pertinebat ad ipsum, etsi ipse tunc ipsarum libertatum possessione gauderet: ad quod Archiepiscopus ipse respondit, quòd per Archiepiscopum non institui, sed confirmari potius postulavit, licet quod se ipsum institueret, inconveniens videtur.*]

CAP. VII.

¶ *Is ad quem spectat collatio dignitatum, seipsum instituere non potest.*

Idem *Episcopo Trecen. & Archidiac. Parisiens.*

CUm a ad nostram: [*& infrà.*] ¶ Illud autem nolumus vos ignorare, quod postquam M. fuit Abbas effectus b, Custodiam de jure non potuit obtinere: quia cùm ratione Abbatiæ ad ipsum pertineat donatio tam Custodiæ, quàm aliarum Dignitatum, ac etiam Præbendarum in Ecclesia Patranen. Custodiam ipsam recipere non potuit à seipso: cùm inter dantem & accipientem debeat esse distinctio personalis: sed nec ab alio, cùm jus conferendi alius non haberet.

DE CONCESSIONE PRÆBENDÆ, ET Ecclesiæ non vacantis.

TITULUS VIII.

CAP. I.

¶ *Institutus scienter in beneficium viventis, deponendus est.*

Gelasius c. *Papa ad Rom.*

QUi d in vivorum Sacerdotum loco ponuntur, hoc ipso sunt ab Ecclesiastica communione pellendi, quo se passi sunt successores vivis Sacerdotibus adhiberi.

CAP. II.

¶ *Beneficia non vacantia concedi vel promitti non debent: & cùm vacaverint, concedi debent intra sex menses: quibus elapsis de Episcopo ad Capitulum, & econtrà, demum ad proximum superiorem devolvitur collatio.*

Ex Concilio Lateran. e

NUlla f Ecclesiastica ministeria, seu etiam beneficia, vel Ecclesiæ tribuantur alicui, seu promittantur, antequam vacent: Ne desiderare quis mortem proximi videatur, in cujus locum & beneficium se crediderit successurum. Cùm enim in ipsis etiam legibus gentilium inveniatur inhibitum, turpe est, & divini plenum animadversione judicii, si locum in Ecclesia Dei futuræ successionis expectatio habeat, quam ipsi etiam gentiles condemnare curârunt. Cùm verò Præbendas Ecclesiasticas, seu quælibet officia in aliqua Ecclesia vacare contigerit, non diu maneant in suspenso, sed intra sex menses personis, quæ dignè administrare valeant, conferantur. Si autem Episcopus ubi ad eum spectat a, conferre distulerit, per Capitulum ordinetur b. Quòd si ad Capitulum pertinuerit, & intra præscriptum terminum hoc non fecerit, Episcopus secundùm Deum hoc cum religiosorum virorum consilio exequatur. Vel si omnes forte neglexerint, Metropolitanus de ipsis secundùm Deum absque illorum contradictione disponat.

CAP. III.

¶ *Beneficia vacantia conferuntur, non obstante appellatione illorum, quibus promissa fuerant, antequam vacarent.*

Alexander III. *Eboracen. Archiepisc.*

RElatum c est auribus nostris: [*& j.*] ¶ Consultationi tuæ taliter respond. quòd cùm in Lateranensi Concilio promissiones factæ de Ecclesiis non vacantibus, sint cassatæ: prætextu appellationis eorum, qui dictis promissionibus innituntur, omitti non debet, quin Ecclesiæ, cum vacaverint, de personis idoneis ordinentur.

CAP. IV.

¶ *Si scribitur ei, ad quem spectat collatio, dato executore ad providendum, per præsentationem literarum collateri factam, assignatur Præbenda; ita quòd collatio alteri facta non tenet. h. d. secundum verum intellectum. vide cap. si capitulo. eod. tit. in 6.*

Innocentius III. *Præposito & Capitulo Cameracen.*

PRopositum d nobis T. Presbyter, quòd cùm C. Papa præd. noster, pro receptione ipsius in fratrem, & assignatione Præbendæ ad donationem vestram spectantis in Ecclesia vestra proximò vacatura, mandatum Apostolicum vobis destinâsset, Decano Remensi executore concesso, Decanus ipse vos contumaces inveniens, ipsum de Præbenda primò vacatura in Ecclesia vestra, quæ ad donationem Capituli pertinet, auctoritate Apostolicâ investivit: [1 *& j.*] ¶ Sed cùm Præbenda, quæ ad donationem vestram spectabat, in Ecclesia Cameracen. vacâsset, eam alii assignâstis: [2 *& j.*] ¶ Idem autem prædeces. nost. quod ab eodem Decano factum fuerat, ratum volens haberi, collationem Præbendæ factam à vobis penitùs irritavit, & eum de ipsa per annulum investivit. Licèt autem intentionis nostræ non sit, investituras de vacaturis factas contra canonum instituta ratas habere, qui secundùm plenitudinem potestatis de jure possumus supra jus dispensare e: attendentes tamen, quòd idem Presbyter non de vacatura, sed de vacante per præd. nost. fuit investitus, utpote quæ post cassationem concessionis à vobis factæ intelligebatur vacare: mandamus, quatenus amoto ab ea Præbenda quolibet detentore, eam ipsi cum plenitudine honoris canonici assignetis.

[1 *Sed cùm ipse Decanus morte præventus, in negotio ipsi ulteriùs non potuisset procedere.*]

[2 *Cum autem propter hoc idem Presbyter ad ejusdem prædeces. nostri præsentiam accessisset, sicut ex literis ejus nobis innotuit.*]

CAP. V.

¶ *Semestre ad eligendum seu conferendum à jure præfixum non currit legitimè impedito, nec incipit currere, nisi à die notitia vacationis. h. d. Et est textus multum allegabilis & quotidianus.*

Idem *P. sanctæ M. in via lata Diac. Card. Apost. sed. Legato.*

---

a *Cap. 4. eod. tit. in 3. comp.* b. *institutus.* c *In uno vetustissimo ita est inscriptus.* d *C. 1. eod. tit. in 1. comp. & c. 2. de ætate & qualit. in 1. comp.* e *sub Alex. III. c. 8.* f *Cap. 2. eod. tit. in 1. comp. & concord. Conc. Trid. sess. 24. de reform. C. 14. ubi hoc decretum robor atur, & c. detestanda, eod. tit. l. 6.*

a *In Cod. Barb. ita: ubi ad eum spectat collatio.* b *ordinentur.* c *Cap. 39. eod. tit. de appell. in 1 comp. & post Conc. Lat p. 47. c. 7.* d *Cap. 1 eod tit. in 3. compilat. & vid. Friderici cum consil. 259.* e *De hoc articulo, vid. Felinum in c. postulasti. infrà. De rescript. vers. quartus casus. Adde notas hujus loci, quibus declaratur glossa in verbo, dispensare.*

Qllia *a* diversitatem corporum, diversitas sæpè sequitur animorum: [1 & 3.] ¶ Conquerebatur inter cætera Eboracen. Archiepiscopus, quòd cùm ad eum in Ecclesia Eboracen. & aliis suis Ecclesiis collatio pertineat Præbendarum, tempore suspensionis ipsius, & postmodùm etiam quidam præter ejus auctoritatem se intruserunt *b* in ipsas: [2 & 3.] ¶ Mandamus, quatenus eos, qui Præbendas vel Dignitates Ecclesiæ Eboracen. vel aliarum ad donationem ejus spectantes, præter auctoritatem acceperunt *c* ipsius, ad eas resignandas monitione præmissâ per excommunicationis sententiam, & subtractionem aliorum beneficiorum, non obstante confirmatione à sede Apost. obtenta sub forma communi, quæ confirmat beneficia, & Præbendas, sicut justè & pacificè possidentur, appell. rem. compellas: Nisi forte aliqui eas vel speciali mandato Apost. sed. vel auctoritate Lateranen. Concilii ab Eboracen. Capitulo sint adepti: Sic tamen, ut tempus suspensionis in sex mensibus nullatenùs computetur: cùm illa Lateranen. Concilii constitutio contra negligentes tantùm fuerit promulgata: & *d* tunc si voluerit, non tamen valuerit Archiepiscopus ipse in conferendis Præbendis uti propriâ potestate: à qua etsi fuerit *e* suâ culpâ suspensus, non tamen ad ipsum Capitulum ex illa culpa Præbendarum erat donatio devoluta: sed ad illum tempore suspensionis illius *f*, Præbendarum donatio pertinebat, qui præter ejus desidiam & negligentiam poterat Præbendas donare *g*. Tempus etiam, quo ad Apost. sed. accessit, & apud illam permansit, vel recessit ab illa, intra sex menses nullatenùs computetur. Semestre autem tempus non à tempore vacationis Præbendarum, sed notitiæ ipsius potiùs volumus computari.

[1 *Ne plenitudo Ecclesiastica jurisdictionis in plures dispensata vilesceret, sed in uno potiùs collata vigeret, Apost. sed. Dominus in B. Petro universarum Ecclesiarum & cunctorum Christi fidelium magisterium contulit & primatum: qua retentâ sibi plenitudine potestatis ad implendum laudabilius officium pastorale, quod in omnibus jam constituit eam debitricem, multos in partem solicitudinis evocavit, sicut suum dispensans onus & honorem in alios: ut nihil suo juri subtraheret, nec jurisdictionem suam in aliquo minoraret. Cùm autem ex suscepta auctoritatis officio tam singulis, quàm singularum mater justa petentibus, justitiam nec possit nec debeat denegare, cùm justitia & judicium sit præparatio sedis ejus: nos qui ad ejus regimen sumus, licèt immeriti vel insufficientes assumpti, fratribus & Coepiscopis nostris ad nos clamantibus non possumus in justitia non adesse, aut quòd justi postulaverint non audire: ne si forte circa exhibendam eis justitiam fuerimus inventi remissi; ipsi quoq; negligentes inveniantur reddendi vicibus subditorum, & commissam nostræ solicitudinis partem minùs laudabiliter exequantur, si fortè, quod absit, nos videre vel desinare à jure, vel non audire justitiam postulantes. Hâc autem ratione diligenter indulti, venientem ad Apost. sed. ven. f. n. Eboracen. Archiepiscopum benignè recepimus, & multiplices curavimus ejus querelas audire.]*

[2 *Et in hoc & in aliis juris ejus non modicum derogaverunt, quidam etiam in quasdam Abbatias dioc. Eboracen. post interpositam ad nos appellationem irrepserant, qui ab eo nec confirmationis munus, nec benedictionis gratiam postulaverunt. Volentes igitur eidem Archiepiscopo per tuæ solicitudinis industriam provideri, disc. v. per Apost. sed. de fiat. mst. conf.*]

CAP. VI.

¶ *Non valent litera ad beneficium impetrata, quando alterius colorata falsi possessione non faciunt mentionem. hoc dicit, secundum verum & communem intellectum. Et est textus multum allegabilis, & habet materiam questionarum. Et finit decisio multum subtilis.*

Idem *Basilensi* a *Episc. & Abbati S. Mariæ.*

Cum *b* nostris fuerit olim auribus intimatum, quòd Præpositura Ecclesiæ Lausanen. tempore tanto vacâsset, ut secundùm statuta Lateran. Concil. ad nos esset ejusdem donatio devoluta: Episcopo & Canonicis Lausan. mandavimus, ut Præposituram ipsam Thesaurario Lausan. conferrent, quibusdam super hoc executoribus deputatis: [& 3.] ¶ Verùm prafati Episcopus & Canonici literis receptis Præposituram prædictam non vacare dixerunt, quia licèt ille, qui Præpositus fuerat, in Episcopum fuisset assumptus, ad ipsam tamen Præposituram post consecrationem suam denuò fuerat ab ipsis Canonicis electus, & eam sicut antèa possidebat. Quod dicti executores dicentes contrarium esse juri, ipsam Præposituram de jure vacantem auct. Apost. præfato Thesaurario assignârunt: [1 & 3.] ¶ Auditor igitur super hoc datus à nobis, de mandato nostro decrevit, ut quòd à memoratis executoribus factum fuerat obtentu literarum nostrarum, eò quòd per falsi suggestionem, & veri suppressionem fuerant impetratæ, cùm Præpositura illa non vacaret de facto, quia talis possessio plùs habet facti, quàm juris, haberetur irritum & inane. Nos verò sententiam ejusdem ratam habentes, mandamus, quatenus nisi prædictus Episcopus sufficienter ostenderit, quòd vel ex indulgentia sed. Apost. speciali, vel ex alia justa causa & necessaria sibi post consecrationem suam Præpositura concessa fuerit memorata, ipsum ad resignationem ipsius (si sponte noluerit) compellatis. Deinde Lausan. Capitulum ad conferendam eam Thesaurario supradicto diligentiùs inducere procuretis.

[1 *In cujus præsentia, cùm predicta & alia fuissent per nuncium Subdiaconi nostri relata, nuncius partis adversæ proposuit, quòd postquam dominus suus Sedun. Episcopus, qui Præpositus fuerat Lausanen. fuit in Episcopum consecratus, Lausan. Capitulum ei Præposituram illam iterum concessit habendam, in hoc utilitatem Ecclesiæ suæ, nec non & antiquam consuetudinem attendentes. Episcopus Lausanen. videns eum plurimum utilem & necessarium Ecclesiæ suæ, quod à Canonicis sui factum fuerat super hoc approbavit: cui tanquam Præposito à Canonicis etiam Thesaurario esse bonum impensus. Memoratus verò Thesaurarius postmodum ad Ecclesiam Rom. accedens, & suppressis omnia, quæ tam fuerant ab Episcopo, quàm à Canonicis alia, nobis Præposituram illam vacare suggessit: quare super assignanda Præpositura sibi literas impetravit à nobis, quas nullo ex causis proponebat esse per veri suppressionem & falsi suggestionem obtentas: nuncius pro parte d. sui Sedunen. utilitatem, necessitatem, consuetudinem allegans, quæ Thesaurarius suppresserat. Econtrà verò partis adversæ nuncius proponebat, & rationibus multis Præposituram illam vacare monstrabat, & vacantem Thesaurario Lausan. auct. superiùs, ad quem fuerat secundùm statuta Concil. Lateran. donatio devoluta, concessam: rationi insuper multiplici monstrare conabatur, quòd dictus Sedun. Episcopus ad Præposituram Lausan. à qua fuerat ad regimen Episcopatûs assumptus post consecrationem suam minimè eligi potuisset, cùm super hoc ea sacrorum canonum institutа repugnent. Ducebat etiam Præposituram illam aliâ ratione vacare, eò quòd illi, quorum erat donatio, eam assumpto in Episcopum concedere præsumpserunt, cùm secundum statuta Concilii prædicti, qui receperit, debeat, quod contra sacros canones accepit, amittere: qui dedit, largiendi potestate privari. Ostendebat etiam multis assertionibus, quòd pro ipso Sedun. Episcopo utilitas, consuetudo & necessitas, quas nuncius in causa sua fundamentum allegabat, minimè faciebant: cum hæc potius mendicata suffragia, quàm sua vera fundamenta videantur: unde nuncius petebat, ut quod à supradictis judicibus factum fuerat*

a C. 2. eod. tit. in 3. comp. b hinc discet, quis dicatur intrusus: de quo vide Calderinum cons. 7. tit. de verb. sign. c receperint. d Codex Barbatia ita: & tunc si voluit, non tamen valuit, &c. e fuit. f ipsius. g vid. l. pupillus. ff. de privil. cred. & l. grave. ff. de his, qui not. infam.

a al. ita: Basil. Episc. al. ita: Basilien. & Belicen. Episc. & Abb. &c. b C. 4. eod. tit. in 3. comp.

vlumni literarum nostrarum dignaretur auct. Apost. confirmare, & ab ipsa Præpositura d. Seduncn. Episcopum amovere.]

CAP. VII.

¶ Ubi constat beneficium collatum per habentem potestatem per exceptionem abjurationis & renunciationis, non debet possessio retardari.

Idem *Archid.* a *Richemundia.*

POst *b* electionem & confirmationem Episcopi Elien. vacante Archidiaconatu Richemundiæ, quem tenuerat Eboracen. Archiepiscopus, cum tibi propriâ liberalitate concessit, dans Eboracen. Capitulo in mandatis, ut te in Archidiaconum recipere procurarent: cujus noluerunt mandato parere: quia prædecessor nost. inter alia, quæ Decano & Capitulo Eboracen. suo privilegio nosciter indulsisse, ordinationem Canonicorum seu personarum liberam esse decrevit, ut videlicet idonea & honesta persona, cui Archiepiscopus vacantem in Ecclesia Eboracen. Præbendam vel Dignitatem duxerit *c* conferendam, secundùm antiquam ipsius Ecclesiæ consuetudinem, præsentaretur Decano & Capitulo suprædictis: [& ℣.] ¶ Si quis *d* contra consuetudinem hujusmodi in Ecclesia ipsa esset per aliquem introductus, nec pro persona, nec pro Canonico haberetur. Quòd si Archiepiscopus intra terminum Lateran. *e* Concil. secundùm formam præscriptam personæ idoneæ non conferret, liceret Decano & Capitulo auctor. Apostol. juxta ejusdem Concilii statuta conferre. Cùm igitur in literis Archiepiscopi directis Capitulo, de Decano mentio nullatenùs haberetur, per cujus manum debebas in Capitulo investiri, ejus mandato extitit contradictum: [& ℣.] ¶ Ipsius igitur institutione propter præmissas rationes à Capitulo reprobatâ, ipsi intelligentes Archidiaconatûs donationem ad eos, tam auctor. Lateranen. Concilii, quàm indulti sibi privilegii devolutam, R. de sancto Cadmundo *f* illum unanimiter contulerunt, investientes eundem de ipso, & solenniter installantes. Processu verò temporis prædictus Archiepiscopus post resignationem & abjurationem à te factam, & receptam ab ipso, eidem R. Archidiaconatum contulit antedictum: qui Archidiaconatum ipsum, tam ratione primæ, quàm secundæ concessionis sibi assignatum, per sedem Apostolicam petiit confirmari: [℣ & ℣.] ¶ Quoniam constitit nobis Archidiaconatum prædictum tibi per Eboracen. Archiepiscopum primitus fuisse concessum, & quòd institutione factâ per ipsum, secundùm juris ordinem minimè reprobatâ, Archidiaconatus non vacans non potuit nec debuit in alium ritè ttansferri: memorato R. qui contra justitiæ regulam in Archidiaconatum alterius provehi se consensit, super eo duximus silentium imponendum, sententialiter decernentes, ut institutio facta per Archiepiscopum de te sortiatur effectum. Exinde *g* si super renunciatione, vel abjuratione, vel aliquo præmissorum aliquis, qui velit & valeat, adversùs te quicquam duxerit proponendum, ordine poterit judiciario experiri.

[1 *At cujus objectiones ex ordine taliter respondebas, quòd licèt Decani mentio in literis Archiepiscopi directis Capitulo expressè facta non esset, non tamen ob hoc exclusus videri poterat vel debebat. Adjecisti præterea, quòd si etiam ea fecisses, per adversarium tamen tuum tibi objici non poterat cum effectu, cui potiùs quòd super ipsa Archidiaconatu esset silentium imponendum, & approbatâ institutione tuâ tibi restituenda fuerunt, ex confessione partis adversæ judicio facta & sæpius repetita, ostendere nitebaris: ipse namq; Richemundus interrogatus in jure ex quo tempore Archidiaconatus Richemundiæ sibi per Capitulum fuerit assignatus, respondit, quòd circa Festum Ascensionis proximum triennium compleretur. Cùm igitur ex data literarũ nostrarum constaret, Archiepiscopum apud sed. Apostol. constitutum, & in eis per nos antiquum jus fuerit declaratum, ut tempus quoad Apostolicam sedem accessit, apud illam permansit, vel recessit ab ipsa, non esset infra tempus sex mensium computandum: liquidò constare dicebat, tempus illud Archiepiscopo minimè concurrisse, sed si etiam quadriennium effluxisset, sicut etiam prioris responsi. Sed pœnitens ultimò proposuit pars adversa, quòd ex parte tua de jure fieri dicebatur, cùm etiam tunc arripuisset iter ad sed. Apostol. veniendi, licèt illud non fuerit continuè prosecutus, impedimentis multiplicibus retardatus, interpretatio rescripti nostri ad tempus etiam hujus pertinebat, cui postea præscripto nocere non poterat in exilio constituto.]*

CAP. VIII.

¶ Recepto in Canonicum, tenetur Capitulum providere, quàm citò facultas se obtulerit.

Idem *C. Canonico Tridentino* a.

CUm super *b* quæstione Triden. *c* Præbendæ: [1 & ℣.] ¶ Cùm autem constet te in Canonicum Triden. *d* Ecclesiæ fuisse receptum, licèt receptionem tuam factam contra Lateran. *e* Concil. pars adversa proponat, quia tamen probatum non extitit, nec ipsi Canonici videbantur tibi hoc opponere posse de jure, qui se fatentur te contra statuta prætati Concilii recepisse: Sententialiter decernimus, ut tibi, quàm citò se facultas obtulerit, præbendale beneficium in Triden. *f* Ecclesia conferatur: cùm ex quo receptus es in Canonicum, non debeas catere Præbendâ.

[1 *Qua vertebatur inter te & Episcopum & Canonicos Triden. tu & procuratores partis alterius in nostra essetis præsentia constituti, vobis H. Cardin. dedimus auditorem, coram quo pro te fuit allegatum, quòd cùm bon. m. O. Triden. Episcopus patruus tuus ab Apostolica sede reverstus, Triden. Canonicos rogavisset, ut te reciperent in Canonicum, ipsi te receperunt, nullâ primæ vel secundæ habitâ mentione, qua ab illo tempore usque nunc locum in choro & capitulo habuisti, & domos in ipsa canonica tibi assignatas possedisti. Procuratores verò partis alterius respondebant, quòd cùm in Triden. Eccles. certus sit Canonicorum numerus, nos ei mandavimus, ut Rectoratuum in Canonicum reciperent.]*

CAP. IX.

¶ Si habens Prabendam, in eadem Ecclesia recipit Dignitatem cum Præbenda, vel aliam Prabendam, vacat prima: & quamvis à superiore sibi confirmetur, tamen valet impetratio per aliam facta de ipsa, etiam tacito de possessione alterius, qua colorata non est. h. d. secundum verum intellectum. Panor.

Idem *Episcopo & Magistro P. Canonico Hildesen.*

LIteras *g* vestras accepimus, quòd cùm pro D. Clerico vobis scripserimus, ut eum de Præbenda vacante sancti Uniscardi Bremen. quam dicebat ad donationem nostram fuisse juxta Lateranen. Concilii statuta devolutam, curaretis auctor. Apostol. investire: [1 & ℣.] ¶ De facto fuit propositum coram nobis *h*, quòd H. Præpositus, quondam simplex Canonicus ejusdem Ecclesiæ, de ipsa *i* in majori Ecclesia in Canonicum est electus, & postmodùm anni spatio evoluto, in ipsa Ecclesia sancti Uniscardi in Præpositum est assumptus, priorem Præbendam nihilominùs retinens, quam in ipsa Ecclesia tunc habebat: [2 *& infrà.*] ¶ Sed Præpositus allegabat econtrà, quòd erat ex consuetudine generali, quòd unus in eadem Ecclesia plures haberet Præbendas, & cùm Archiepiscopus Bremen. Præpositum ipsum de Præpositura in plena Synodo investiret, tam Præposituram illam, quàm Præbendam ei de communi *k* Canonicorum confirmavit assensu: [3 & ℣.] ¶ Unde cùm vobis dubium videretur, utrùm cùm aliquis de una Præbenda eligitur

a *In antiq. Magistro H. Archidiac. &c.* b *Cap. 4. eod. tit. in 3. comp.* c *duceret.* d *In multis antiq. sta: & si quis.* e *sub Alex. III. c. 8.* f *Eadmundo.* g *al. ita: Exinde verò.*

a *Tridomen. al. ita: idem Canonicis Tridonen.* b *Cap. 5. eod. tit. in 3. comp.* c *Tridamen.* d *Tridm.* e *Aliàs ita: Lateran. Conc. statuta.* f *Tridon.* g *Cap. 6. eod. tit. in 3. compil.* h *vobis, legitur in antiq. & ita etiam habetur in antiq. compilat.* i *In omnibus antiq. sta: de ipsa in majori Ecclesia Canonicum est electus.* k *dictio, communi, deest in recentioribus, quam habent veteres utplurimum.*

ad aliam, statim prior vacare incipiat, an per sententiam debeat abjudicari a eidem, an propter confirmationem hujusmodi, quæ superiùs est expressa, Præbenda illa dici debeat non vacare: nos consulere voluistis. Cùm igitur, si ita est, Præbenda illa etsi non de facto, de jure tamen vacare noscatur: mandamus, quatenus dictum Præpositum, ut illam sine difficultate resignet, appell. rem. cogatis: quam, cùm de facto vacaverit, Clerico memorato conferre curetis.

[1 *Si Canonici, quibus super hoc scribebamus, id exequi non curarent, Herberto Præposito & quibusdam Canonicis ipsius Ecclesiæ auno ipso D. & Magistro H. Canonico ipsius loci in nostra propter hoc præsentia constitutus, sic fuit.*]

[2 *Et super hoc partes consentiebant, fuit etiam ab una parte propositum, quòd ipse Præpositus præter Præbendam illam aliam Præbendam habebat Præpositura connexam, quam inficiatus est esse Præbendam. Præterea fuit allegatum de jure, quòd ex quo idem Præpositus de minori Ecclesia vocatus fuerat ad majorem, prima Præbenda de jure inceperat vacare juxta canonum instituta: deinde fuit ex parte Clerici allegatum, primam fuisse ordinationem ejusdem Ecclesiæ, ut in eà tredecim essent personæ, Præpositus scilicet cum duodecim fratribus, quæ ordinatio nullatenus servaretur, nisi diceretur, illa Præbenda vacare.*]

[3 *Eos qui super hoc inquietarent eundem, vinculo excommunicationis astringens. Unde objiciebatur Clerico memorato, quòd propter hoc sententiam excommunicationis incurrisset, sed ipse talem confirmationem intervenisse negabat, quæ etiam si intervenit, asserebat eam non tenere de jure.*]

CAP. X.

¶ *In Ecclesiis non numeratis vacatio Prabendarum, seu Canonicatuum possibilis non est: nec sit illis devolutio ad superiorem ex negligentia semestris in non providendo Ecclesiæ de ministris. h. d. & alii casus notabiles.*

Idem *Episc. & Archipresbytero Papien.*

EX parte *b* Hastenen. Ecclesiæ nostris est auribus intimatum, quòd cùm quædam Præbendæ in ipsa per quatuor annos, & amplius vacavissent, Hastenen. Episcopus quosdam ibidem instituit *c*, credens sibi hoc ex Lateran. Concilio licere. Instituti autem scientes, non esse firmam institutionem hujusmodi, ad Mediolanen. Archiepiscopum recurrerunt: qui eosdem in Canonicos Hastenen. Ecclesiæ ordinavit, & in corporalem possessionem Præbendarum induxit, Capitulo ejusdem Ecclesiæ præbente assensum *d*, tribus tantùm exceptis, qui se institutioni hujusmodi opponere curaverunt: [1 & 2.] ¶ Tandem utraque pars concorditer est confessa, quòd in prædicta Ecclesia non erant distinctæ Præbendæ, nec Canonicorum numerus erat certus.

Nos igitur intelleximus evidenter, statutum Lateran. *e* Concilii de beneficiis ultra sex menses vacantibus, locum in hoc articulo nullatenus habuisse, etsi fortè Hastenen. Ecclesia Canonicorum pateretur defectum. Unde institutio per Archiepiscopum, vel Episcopum facta, occasione Concilii memorati, carere debet robore firmitatis. Quia verò totum Capitulum, tribus exceptis, prædictorum receptionem affectat, nec ab illis tribus aliquid rationabile contrà ipsos objectum est & ostensum: mandamus, quatenus si Hasten. Ecclesiæ suppetant facultates, secundum consuetudinem hactenus observatam, prædictos Clericos pro Canonicis faciatis haberi.

[1 *Tres illi dicebant electionem debere cassari, quia nec Episcopus nec Archiepiscopus supradicti de concessione Lateranen. Concilii tunc in ordinatione illa poterant præfatam Ecclesiam ordinare, cùm uterque circa tempus eis indultum à canone, in ordinatione fuerit negligens & remissus. Hii verò altera pars dicebat, quòd licet institutio Episcopi non valeret, Archiep. tamen institutus de jure valebat, quòd quia tempus ei indultum à canone, nisi à tempore quo illi declaratum fuerat, non currebat. Hii autem utrique proposito.*]

CAP. XI.

¶ *Habens potestatem conferendi, potest de jure altera tradere potestatem conferendi primum beneficium, quod vacabit.*

Idem *Episcopo & Capitulo Laudun.* a

CONstitutus *b* in præsentia nostra H. Subdiaconus Ecclesiæ vestræ Canonicus humiliter intimavit, quòd tu, frater Episcope, potestatem ei dedisti sacerdotalem conferendi Præbendam, quæ *c* primò in Ecclesia vestra esset vacatura: & Remen. Archiepiscopus, tunc Apostol. Sed. Leg. vobis, filii, Capituli *d* auctoritate nostrâ præcepit, ut cùm Præbenda ipsa vacaret, personam illam, cui vellet idem H. eam conferre, sine interpositione alterius personæ reciperetis ad ipsam: [1 & *infrà.*] ¶ Quocirca mandamus, quatenus personam illam, cui memoratus H. sacerdotalem Præbendam, cùm contigerit eam *e* vacare, duxerit canonicè conferendam, sine contradictione qualibet admittatis: & tu interim, frater Episcope, Præbendam hujusmodi contra formam concessionis tuæ, conferre alicui non præsumas: [2 & *infrà.*] ¶ Quia verò concessiones tales (si ad consequentiam traherentur) fieri possent in fraudem canonicæ sanctionis *f*, per quam prohibentur Ecclesiastica beneficia concedi sive promitti, antequam vacent, nolumus, quòd hujusmodi occasione mandati, quod gratiam continet personalem, fraudem adhibere volentibus, licentia concedatur *g*.

[1 *Asserunt etiam idem Subdiac. quòd cùm esset ad Apostolicam sedem accessurus, ipse sibi præcavens, appellavit, ne tu frater Archiepiscope, si fortè interim aliquam sacerdotalem contingeret vacare Præbendam, eam nulli conferres, nec vos filii Capitulum reciperetis aliquem præsentatum ad illam, nisi quem duxerit præfatus Sub. præsentandum.*]

[2 *Alioquin noverit nos dilect. fil. n. Cancellarius Helien. & A. Canonicis Parisien. dedisse in mandatis, ut vos ad hæc per cens. Eccles. appell. rem. compellant, in irritum reducentes, si quid post appellationem à præfato Subdiacono ad nos legitimè interpositam contra concessionem sibi factam de sacerdotali Præbenda noverint attentatum.*]

CAP. XII.

¶ *Lateranensi Concilium de beneficiis ultra sex menses vacantibus, ad Episcopatus non extenditur.*

Idem.

DIlectus *h* filius Magister G. Canonicus vester nobis suggessit, quòd Episcopo vestro viam universæ carnis ingresso, Archiepiscopus sanctæ Severinæ asserens, quòd propter negligentiam vestram ad ipsum erat eligendi auctoritas devoluta, in Episcopum vestrum elegit eundem. Nos igitur attendentes, quòd canon Lateranen. Concilii ab Alexandro Papa contra negligentes editus, ad Archiepiscopatum vel Episcopatum non solet extendi, sed ad personatus alios & minora Ecclesiastica beneficia coarctari, electionem hujusmodi justitiâ cassavimus exigente.

CAP. XIII.

¶ *Non valet promissio beneficii vacaturi.*

Idem *Priori i Hostien. & Superiori S. Fridi.*

EX *k* tenore literarum vestrarum accepimus, quòd cùm causa, quæ inter I. Clericum ex una parte, & Abbatem & Conventum de Bello ex altera, super pro-

---

a *Abjudicari legitur in omnibus manuscript. & ponitur pro auferri, quod & series indicat: unde colliges perperàm in aliquot vulgatis legi, adjudicari, in alia, abdicari: quod est suavius.* b *C. 7. eod. tit. in 3. comp.* c *constituit.* d *consensum.* e *Lateran. Concil. sub Alex. III. c. 1.*

a *Laudunen. al. Lauden.* b *Cap. 1. eod. tit. in 3. comp.* c *al. ita: quæ primò esset in vestra Eccl. vacatura.* d *Capitulum.* e *illam.* f *In Conc. Lat. sub Alex. III. c. 1. & c. 2. sup. eod. adde Conc. Trid. sess. 24. de reform. cap. 19.* g *tribuatur.* h *C. 9. eod. tit. in 3. comp.* i *Priori Hasl. & Subpriori S. Fridi. al. ita: Priori de Osen. & Subpriori S. Fridesuuida.* k *C. 10. eod. tit. in 3. comp.*

visione

vihone ipsius vertebatur: [1 & 3.] ¶ Dictus Clericus post litem contestatam chartam quandam Monachorum exhibuit, continentem quòd primam Ecclesiam ad donationem suam spectantem assignarent eidem: [2 & infrà.] ¶ Nos igitur attendentes, quòd promissio prædicta non tenet, utpote contra statuta Lateran. a Concilii attentata: mandamus, quatenus memorato Clerico super hoc silentium imponentes, ab impetitione ipsius dictos Abbatem & Monachos absolvatis.

[1 *Vobis duximus committendam.*]

[2 *Nihilominùs per idoneos testes probans, ipsos post promissionem ejus licèt potuerunt nolle, sibi quenquam super hoc admoniti fuerunt providisse: quare dictos Abbatem & Monachos ad assignandum sibi reditum x marcharum cogi cum instantia postulabat: fuit ex adverso responsum, quòd ratione promissionis hujus, utpote facta contra Lateran. Concil. statuta, qua probari per chartam exhibitam videbatur, eos non poterat convenire asserentibus: alii verò in contrarium sentientibus, super hoc fuisset hinc inde coram nobis diutiùs disputatum, vos, quid juris sit in hoc articulo dubitantes, in negotio ipso ulteriùs procedere noluistis, donec super hoc receperetis nostra beneplacitum voluntatis: nobis humiliter supplicastis, ut quid sit in hac parte agendum vos dignaremur per nostras reddere literas certiores.*]

CAP. XIV.

¶ *Obligatur Prælatus, qui promittit providendorum potestatem.*

Idem.

ACcedens b ad Apostol. sed. R. Clericus suâ nobis insinuatione monstravit, quòd cùm peomiseritis vos provisuros eidem in Ecclesiastico beneficio cùm posseti, sicut per literas judicum delegatorum inde confectas liquidò apparebat: [1 & infrà.] ¶ Nos autem considerantes, quòd aliud est Prælatum promittere beneficii collationem cùm poterit, aliud cùm vacabit: cùm in multis casibus se facultas offerre posset, in quibus collatio non esset in expectatione vacaturi beneficii differenda: mandamus, quatenus memorato R. (cùm poteritis) Ecclesiasticum beneficium assignetis.

[1 *Vos igitur ad hactenus efficere non curastis, allegantes coram judicibus, quòd talia promissa vos nullatenus obligarent, cùm videretur esse facta contra Later. Conc. statuta, quod promissionem inhibet non vacantis beneficii.*]

CAP. XV.

¶ *Si ad Capitulum & Prælatum, ut Prælatum, potestas conferendi pertinet, de uno ad alterum lapsu temporis non transit: secùs si Prælatus interfit, ut Canonicus: quia tunc de Capitulo transit ad Prælatum, nisi dolum committat. b d. & est textus multum allegabilis.*

Idem.

POstulâstis c per sed. Apostol. edoceri, ut cùm ad vos & Archiepiscopum vestrum simul, donatio Præbendarum Ecclesiæ vestræ pertineat, utrùm Præbendæ vacantis donatio penes Archiepiscopum ipsum remaneat, si eam intra semestre tempus neglexeritis ordinare? Ad quod breviter resp. quòd si vos & idem Archiepiscopus intra tempus præscriptum, circa hoc negligentes extiteritis: sicut nec ab illo ad vos, ita nec à vobis ad illum potestas devolvitur conferendi, sed secundùm statuta Lateran. Con ilii d ad superiorem transit donatio: Nisi forte Archiepiscopus non ut Prælatus, sed ut Canonicus vobiscum jus habeat conferendi e. Et in hoc casu cùm dolosè impedierit, dolus ei suffragari non debet.

CAP. XVI.

¶ *Sicut non potest patronus præmittere se præsentaturum aliquem ad beneficium vacaturum, ita nec dare potestatem præsentandi, antequam beneficium vacet.*

a *Sub Alex. III. c. 1. & nunc contra Conc. Trid. sess. 24. de reform. cap. 19.* b *Cap. 1. eod. tit. in 4. comp.* c *Cap. 2. eod. tit. in 4. comp.* d *Sub Alex. III. c. 1.* e *Utrùm donata ambasiatorib. cedant eorum lucro, vide varias opinion. in l. si verò. 9. item quicquid. ff. sol. matr. & in l. qui proprio. ff. de procur.*

Honorius III. *Episcopo & Præposito Capituli Cameracen.*

CUm dilecta in Christo filia Comitissa Flandren. a fecerit promissiones de non vacantibus beneficiis Ecclesiarum, in quibus jus obtinet patronatûs, & donationes eorum in manibus posuerit alienis: Mandamus, quatenus id irritum decernentes, inhibeatis eidem, ne similia de cætero attentare præsumat b.

NE SEDE VACANTE ALIQUID innovetur.

TITULUS IX.

CAP. I.

¶ *Vacante sede, status ejus mutari non debet.*

Innocentius III. *Priori & Conventui* c *Glaston.*

NOvit d ille, qui scrutator est cordium, & cognitor secretorum, quòd licèt C. præd. nost. Ecclesiam vestram erexerit cathedralem, ipsam Bathonien. Ecclesiæ uniendo, ut idem esset Episcopus utriusque: quia tamen hæc unio asserebatur à vobis in grave præjudicium Glaston. Ecclesiæ redundare, cùm per ipsam dissolveretur religio, & fraudaretur eleemosyna, & hospitalitas tolleretur: nos ad relevandum Ecclesiæ vestræ statum cœpimus intendere diligenter: [1 & infrà.] ¶ Vos autem post obitum Bathonien. Episcopi humiliter postulâstis, ut quia tempus advenerat, quo sine scandalo Ecclesiæ vestræ ruina poterat relevari e, cùm & Bathonien. Ecclesia id ipsum pariter postularet, Rex quoq; cum regni magnatibus, & quidam Episcopi cum multis Abbatibus deposcerent illud idem, ut unione penitùs dissolutâ, monasterium vestrum reduceremus in statum antiquum, sub Abbatis regimine gubernandum. Attendentes igitur, quòd Episcopali sede vacante non debet aliquid innovari, cùm non sit, qui Episcopale jus tueatur, maximè ne plùs faviſſe personæ, quàm Ecclesiæ videremur, si quod eo vivente concessimus, post obitum ejus subitò mutaremus: petitionem vestram nequivimus exaudire, auctoritate prædictâ f indulgentes, ut cùm Bathonien. Ecclesia de Præsule fuerit ordinata, jus vestrum apud sedem Apostolicam prosequendi facultatem liberam habeatis: interim autem sub cura Prioris idem monasterium gubernetur.

[1 *Et quoniam absonum videbatur, ut subitò p. nostri evacuaremus in hac parte statutum, cùm ei quantùm cum Deo possumus deferre velimus, sicut & volumus, quia quantùm cum Deo potuerunt nobis nostri deferent successores, invocem unione manente, sic de cæteris disposuimus, quantumcunq; bon. mem. Sanctio Bathonien. Episcopo displiceret, frequenter ob hoc ad sed. Apost. laboravit, quòd status Ecclesiæ vestræ videbatur in melius relevatus. Unde post diversos tractatus & deliberationes multiplices, quod per provides & honestos auctor. nostri mandati super hoc extitit ordinatum, ad petitionem ejusdem Episcopi, postquam aliud à nobis non potuit obtinere, Apostolico tandem curavimus munimine roborare.*]

CAP. II.

¶ *Beneficia spectantia ad collationem Prælati, non possunt conferri per Capitulum sede vacante.*

Honorius III. *Episcopo* g *Calaven. & Magistris V. & S. Canonicis Suessionen.* h

ILla devotionis synceritas: [1 & infrà.] ¶ Ecclesiam sancti Leucini, de qua Magistrum R. donationis nostræ gratiâ præcedente, Præbendæ nomine de mandato nostro Capuanus Archiepiscopus investivit, sibi

a *Flandrorum.* b *al. ut similia de cætero attentare non præsumat.* c *al. Castell.* d *Cap. 1. eod. tit. in 3. comp. Psal. 7. Sap. 1. Hier. 17.* e *Vid. l. aquissimum. cum notat. ff. de usufr.* f *alit. authorit. præsentium* g *al. ita: Episcopo Carn. & Magistr. & aliàs Calaven.* h *al. Suessionen.*

duximus confirmandam: Non obstante concessione per Capitulum facta aliis, seu confirmatione nostrâ, si qua in forma communi apparet *a* obtenta: cum nusquam inveniatur cautum in jure, quòd Capitulum vacante sede fungatur vice Episcopi in collationibus Præbendarum: nec in eodem casu potest dici potestas conferendi Præbendas ad Capitulum per superioris negligentiam devoluta, cùm non fuerit ibi superior, qui eas posset de facto vel de jure conferre.

[1 *Quam dil. fil. Magister R. Decanus Trajan. ad personam nostram & sed. Apostol. hactenus habuisse dignoscitur, nos inducit, ut eum prosua scientia & probitatis intuitu geramus in visceribus charitatis, & eidem negare nolimus, quæ secundum Deum fuerunt concedenda. Unde nos.*]

CAP. III.

¶ *Sede vacante judicium habitum contra Ecclesiam, non tenet.*

Idem *Episcopo Burginen.* b

COnstitutis coram I. præd. nost. procuratore Ecclesiæ sanctæ Mariæ de Castro forti, & Burginensi *c* Episcopo prædecessore tuo, dictus procurator petebat ab eodem Episcopo restitutionem super libertate liberè eligendi sibi Prælatum: [1 & 7. *d*] ¶ Nos igitur depositiones testium, qui vacante Burginen. *e* Ecclesiâ, & carente legitimo defensore fuerunt *f* recepti, duximus reprobandas.

[1 *Quam etiam super terris ipsius Ecclesiæ & reb. aliis, quibus omnibus pars sua spoliata fuerat, inducebat. Lite igitur coram p. n. contestatâ super præmissis, & postmodùm coram judicibus delegatis factis confessionibus & receptis testibus, eadem causa fuit ad nos instructa remissa: procuratoribus igitur partium in nostra præsentia constitutis, cùm super præmissis coram nobis diutiùs litigâssent.*]

DE HIS, QUÆ FIUNT A PRÆlato *g* sine consensu Capituli.

TITULUS X.

CAP. I.

¶ *Non tenet alienatio rei Ecclesiasticæ absque approbatione Capituli.*

Ex Concilio apud Valentiam.

IRrita erit Episcoporum donatio, vel venditio, vel commutatio rei Ecclesiasticæ, absque collaudatione & subscriptione Clericorum.

CAP. II.

¶ *In temporalis alienatione, quam fecit Prælatus, taciturnitas Capituli habetur pro consensu.*

Alexander III. *Norvicen. Episcopo.*

COntinebatur *h*: [& 7.] ¶ Const. t. t. r. quòd concessio decimæ ab Abbatissa priùs facta, si Conventu sciente, & non contradicente facta est, robur firmum debet habere. Verùm si ignorante Conventu aut contradicente, decimam priùs prædicto H. concessit, & non post multum temporis *i* de assensu Conventus eandem decimam dedit eidem, secunda concessio debet præjudicare priori.

CAP. III.

¶ *Alienatio temporalis facta sine consensu Capituli, per ratificationem ejus roboratur.*

Idem *Vigorien. Episcopo* k.

CUm nos *l* jampridem: [1 & 7.] ¶ Certum est de rigore juris concessionem illam non tenere, quam reclamante Capitulo per prædecessorem tuum constat factam fuisse: Nisi eam ratam postmodùm habuisset.

[1 *Si bene meminimus, per literas nostras indulsimus, ut si I. prædecessor tuus reclamante Capitulo Ecclesiæ tuæ Abbatis & fratribus de Offensa Ecclesiam Deben. contulit, eam tibi removere liceret: jam dicto fratribus, sicut asseris, literas nostras indulsimus, ut ipsis Ecclesiam prædictam dimittens pacifice possidendam, immemores existentes illius scripti, quod super hoc tibi fuerat à nobis indultum. Licet autem hoc tibi indulsissemus, prudentiam tamen tuam monemus & exhortamur attentius, quatenus divino intuitu, & pro reverentia B. Petri & nostra, Ecclesiam ipsam si quo modo sine gravi detrimento Ecclesiæ tuæ potes, jam dicto fratribus in pace dimittas: quia decet prudentiam tuam ad commodum & profectum religiosorum locorum intendere, & quod idem prad. tuus patratis studio fecit, ratum & firmum habere. Si autem eandem ipsis Ecclesiam dimittere forte non poteras, non obstantibus literis, quas prædicti fratres super hoc impetraverunt, scripturam exinde indultum insica volumus stabilitate consistere, quousque.*]

CAP. IV.

¶ *Prælatus sine consilio Capituli instituere, vel destituere, vel alia negotia Ecclesiæ tractare non debet. hoc docit, cum capitula sequenti.*

Idem *Hierosolym. Patriarchæ.*

NOvit *a* tuæ discretionis prudentia, qualiter tu & fratres tui unum corpus sitis, ita quòd tu caput, & illi membra esse probantur. Unde non decet te omissis membris, aliorum consilio in Ecclesiæ tuæ negotiis uti: cùm id non sit dubium & honestati tuæ, & sanctorum Patrum institutionibus *b* contrarie.

Innotuit siquidem auribus nostris, quòd tu sine consilio fratrum tuorum *Canonicorum S. Sepulchri*, Abbates & Abbatissas, & alias Ecclesiasticas personas instituis & destituis: [1 & 7.] ¶ Ideoque id auctor. Apost. prohibemus: [& 7.] ¶ Nos enim tales institutiones, & destitutiones carere decernimus robore firmitatis.

[1 *Non considerans neque attendens, quomodo te non sit dubium statuta SS. canonum transgredi.*]

CAP. V.

¶ *Summatum est suprà capitulo proximo.*

Idem *eidem.*

QUantò *c*: [1 & 7.] ¶ Frat. tuæ mandamus, quatenus in concessionibus & confirmationibus, & aliis Ecclesiæ tuæ negotiis fratres tuos requiras, & *d* cum eorum consilio, vel sanioris partis, eadem peragas & pertractes, & quæ *e* statuenda sunt, statuas, & errata corrigas, & evellenda dissipes & evellas. Absentium quoque fratrum nomina inscribi non sinas *f*, quia talia munimenta sunt irrita & falsa, & tu exinde quæstionem falsi poteris meritò formidare.

[1 *Majori dignitate Domino dante præemines, tanto decet amplius & oportet te in omnibus eam diligentiam & gravitatem habere, quod omnia videantur sine nota & reprehensione peragere, & laudabiliter injuncta tibi sollicitudinis officium dispensare. Audivimus autem, unde miratis sumus, sicut mirari meritò poteramus, quòd in concessionibus & confirmationibus omissis Canonicis Ecclesiæ tuæ, consilium Clericorum & Laicorum circa te commorantium, qui non sunt de corpore Ecclesiæ ipsius, interdum, imò sæpè requiris, & in eisdem concessionibus & donationibus & confirmationibus, juxta eorum consilium & voluntatem procedis, & in privilegiis etiam, quod tuam prorsus non decet honestatem, ad majorem auctoritatem & certitudinem nomina fratrum tuorum, qui absentes fuerint, tanquam si præsentes fuerint, facis subscribi. Quia igitur non decet prudentiam tuam in negotiis tibi commissa Ecclesiæ consilium fratrum tuorum postponere, cum quibus unum corpus existere comprobaris.*]

---

a *Appareat. alii. appareret.* b *Burgensi. habent omnes Codices Vatic. uno recentiori excepto, in quo legitur Burgenensi.* c *al. Burgd.* d *Hæc verba (& 7.) desunt in magis vetustis, sed habentur jam in recentioribus.* e *al. Burgd.* f *fuerint.* g *Prælatus.* h *Post Concil. Lateran. sub Alexandr. III. part. 47. cap. 5. & c. 2. eod. tit. in 1. compil.* i *tempus.* k *VVigoren.* l *Cap. 3. eod. tit. in 1. compil.*

a *Cap. 4. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. Lat. sub Alex. III. p. 30. c. 18.* b *constitutionib.* c *Post Conc. Lat. sub Alex. III. p. 30. c. 16. & c. 3. eod. tit. in 1. comp.* d *al. ut cum.* e *In C. Barb. & qua statuenda fuerint statuens, &c.* f *al. Jubeas.*

CAP.

CAP. VI.

¶ Si Ecclesia collegiata habet præsentationem, præsentabit Prælatus de consensu Capituli, vel majoris partu, nisi de consuetudine, vel privilegio competat soli Prælato.

Cœlestinus III.

EA a noscitur: [1 & ʃ.] ¶ Cùm in provincia tua ex pè contingat, quòd ad Ecclesias, in quibus collegia jus præsentandi habere noscuntur, eorum Abbates aut per se, aut per literas, personas idoneas Episcopis diœcesi præsentant, & eis præsentatis & receptis, aliquando ante, aliquando pòst, Monachi contradicunt. Respondemus, quòd in præsentationibus Prælatorum intelligi debet, quod fiant de collegiorum suorum assensu, sine quo non obtinent firmitatem. Unde si constiterit Conventûs, vel majoris & *b* sanioris partis, non affuisse consensum, institutiones hujusmodi convenit evacuari, nisi ex antiqua & approbata consuetudine, vel concessâ libertate, aliqui eorum probaverint commissi sibi collegii non debere in Ecclesiarum seu beneficiorum collationibus requiri consensum.

[1 *Ex tua siquidem nobis est parte propositum, quòd.*]

CAP. VII.

¶ Tenet donatio, quam de solius diœcesani consensu facit Laicus Ecclesiæ de decimis, quas ab alia Ecclesia habet in feudum ab antiquo, i. e. ante Lateranense Concilium.

Innocentius III. *Archipresbytero* c *& Magistro scholarium* d *Eituri. censi.*

CUm *e* Apostolica sedes: [1 *& inferiùs.*] ¶ Sanè sicut *ex literis vestris* accepimus, cùm ex una parte Capitulum S. Stephani, & ex altera Monachi de Platea *f*, super decima quadam in vestrum compromisissent arbitrium: Dicti Monachi proponebant donationem ipsius decimæ sibi à quodam milite factam, & Bituricensis Archiepiscopi diœcesani ejus accedente consensu, confirmatam fuisse, seque auctoritate Hieronymi munitos existere, qui scribens ad Damasum ait: [*Si aliquando* g *fuerint à Laicis male detenta, quæ divini juris esse noscuntur, & in usum transierint Monachorum, Episcopo loci præbente consensum, constabunt eis omnia perpetuâ firmitate subnixa.*] Econtrariò pars allegabat adversa, consensum Episcopi sine Cleri consensu minùs sufficere, auctoritate Leonis Papæ *h*, dicentis: [*Ne quis Episcopus de rebus Ecclesiæ quicquam donare, vel commutare, vel vendere audeat, nisi fortè aliquid horum faciat* i, *ut meliora prospiciat, & cum totius Cleri consensu atque tractatu id elegat, quod non sit dubium Ecclesiæ profuturum.*] Quia vero nos consulere voluisti, utrum quando decima tenetur à Laico, si conferatur Ecclesiæ, ad confirmandam donationem consensus Episcopi sine Cleri consensu sufficiat? Talitèr respondemus, quòd monendus est Laicus, qui decimam k detinet, ut eam restituat Ecclesiæ, ad quam spectat: qui si forte induci nequiverit, & eam cum diœcesani consensu alteri Ecclesiæ assignaverit, præsertim religioso Conventui: constabit ipsa l donatio perpetuâ firmitate subnixa. Auctoritates enim præmissæ, licèt diversæ sint, non tamen adversæ: cùm aliud sit alienare, quod ab Ecclesia possidetur: & aliud, quod detinetur à Laico, ad usum Ecclesiasticum revocare. In alienatione quoq; juxta Leonis Papæ decretũ, consensus Episcopi sine Clericorum consensu *a* non sufficit. In revocatione autem juxta scripturam *b* Hieronymi sufficit consensus Episcopi, cùm per *c* utrumque utilitati Ecclesiæ consulatur. Nam & in Lateranen. *d* Concilio est inhibitum, ne quælibet religiosa persona Ecclesias & decimas de manibus Laicorum, sine consensu Episcoporum recipiat: per quod indirectè datur intelligi, quòd sufficit consensus Episcopi, ut licitum Ecclesiæ sit decimas de manibus recipere Laicorum. Hoc autem de illis decimis intelligimus, quæ Laicis in feudum perpetuò sunt concessæ.

[1 *Cui licèt immeritis præsidemus, universi per orbem Ecclesiæ, non humanâ, sed divinâ institutione sit prælata, & justum est & conveniens, ut ad eam tanquam ad magistram & matrem super diversi juris articulis referantur dubia quæstiones, quatenus quæ jura constituit, eadem quoque jura distinguat, ne, quæ diversa cernuntur, videantur adversa.*]

CAP. VIII.

¶ Non potest Episcopus sine consensu Capituli concedere Ecclesias aliis Ecclesiis, etiamsi habeat jus patronatûs in Ecclesiis concessis.

Idem *Meten. Archidiacono* e.

TUa *f* nuper: [*& infra.*] ¶ Adjecisti etiam, utrùm Episcopo, vel electo cum solo Archidiacono præter assensum majoris Ecclesiæ, cùm ab ipsa eligatur Episcopus, & Archidiaconus assumatur de ipsa, cœnobiis vel Ecclesiis conventualibus, ad quas jus pertinet patronatûs, liceat conferre perpetuò vacantes Ecclesias baptismales: [*&* ʃ.] ¶ Alterius etiam quæstionis solutio ex Epistola Leonis Papæ colligitur evidenter, in qua legitur: [*Ne quis Episcopus de rebus Ecclesiæ quicquam donare, vel permutare, vel vendere audeat, nisi fortè aliquid horum faciat, ut meliora prospiciat, & cum totius Cleri tractatu atque consensu id elegat, quod non sit dubium Ecclesiæ profuturum.*] Irrita enim Episcoporum donatio, venditio, & commutatio rei Ecclesiasticæ erit, absque conniventia & subscriptione Clericorum: per hoc enim noveris solutam secundo loco propositam quæstionem, cùm concessiones Ecclesiarum perpetuas ad alienationes non sit dubium pertinere.

CAP. IX.

¶ Episcopus parochiales Ecclesias, vel obventiones ipsarum, de consensu patroni sine consensu Capituli sui, monasterio conferre non potest.

Idem *Episcopo Helien.*

PAstoralis officii diligentia: [1 *&* ʃ.] ¶ Præterea quæsivisti (cùm auctoritate *g* Dionysii fuerint parochiæ limitatæ) quatenus singularum parochiarum proventus in usus Ecclesiæ cederent necessarios, & stipendia ministrorum: si Episcopo liceat sine auctoritate summi Pont. vel saltem sine Capituli sui voluntate, viris religiosis conferre obventiones alicujus parochialis Ecclesiæ, sustentatione Vicarii reservatâ. Et cùm *h* Lateranen. Concilii statuta prohibeant Ecclesiis novam imponi, vel augeri veterem pensionem, postulas edoceri, an Episcopus valeat Religiosis, consentiente patrono, totam Ecclesiam, vel de novo conferre aliquam portionem? Ad quod breviter respondemus, quòd salvâ constitutione canonicâ, de concedenda piis locis quinquagesima portione, neque primum, neque secundum facere potest Episcopus (nisi de licentia Rom. Pontif.) præter Capituli sui voluntatem.

[1 *Quæresup. de resc. de off. & pot. jud. del. &c.*]

CAP. X.

¶ Ad Concilia provincialia vocari debent & admitti cathedralium Ecclesiarum Capitula.

a *Cap. 2. eod. tit. in 2. compilat.* b *al. vel.* c *al. Archiepiscopo, in plur.* d *scholarum, legitur in omnib. ferè Vatic.* e *C. 1. De his quæ conceduntur ab Episcopo sine cons. Capit. in 3. compilat.* f *Pratea.* g *al. aliqua.* h *12. quæst. 2. cap. sine exceptione.* i *facit l. prætor. in princ. cum gloss. & not. & Bart. D. ne quid in loco publ. & l. prohibere, §. plane. D. quod vi aut clam.* k *tenet.* l *ipsa.*

a *Assensu.* b *alister, rescriptum.* c *utramque.* d *Sub Alexandr. III. cap. 9.* e *alt. Merens.* f *Cap. 2. De his quæ conced. ab Episc. sine consens. Capit. in 3 comp.* g *Dionys. Pap. epist. 2. ad Severum Epist.* h *Conc. Lateran. sub Alexandr. III. c. 2. & prohibemus.*

Innocentius III. *a Archiepiscopo Senon. & ejus Suffraganeis.*

ET si membra corporis *b.* [*& infrà.*] ¶ Provinciæ Senon. Capitula cathedralium Ecclesiarum ad nos querimoniam transmiserunt, quòd Archiepiscopus Senon. & ejus Suffraganei, procuratores eorum nuper ad provinciale Concilium convocatos, ad tractatum eorum admittere noluerunt: [*& infrà.*] ¶ Visum fuit nobis & fratribus nostris, ut Capitula ipsa ad hujusmodi Concilia debeant invitari, & eorum nuncii ad tractatum admitti, maximè super illis, quæ ipsa Capitula contingere dignoscuntur.

DE HIS, QUÆ FIUNT A MAjori parte Capituli.

TITULUS XI.

CAP. I.

¶ In universitatibus Ecclesiasticis prævalet regulariter, quod fit à majori parte, nisi minor pars rationabiliter contradicat. h. d.

Ex Concilio Lateran. *c*

CUm in cunctis Ecclesiis, quod pluribus & saniori bus fratribus visum fuerit, incunctanter debeat observari: grave nimis est, & reprehensione dignissimum, quòd per quasdam Ecclesias pauci quandoque non tam de ratione, quàm de propria voluntate ad ordinationem *d* Ecclesiasticam procedere non permittunt.

Quocirca præsenti decreto statuimus, ut nisi à paucioribus & inferioribus aliquid rationabiliter objectum fuerit & *e* ostensum, appell. rem. prævaleat semper & sum consequatur effectum, quod à majori & saniori parte Capituli fuerit constitutum. Nec constitutionem nostram *f* impediat, si fortè aliquis ad conservandam Ecclesiæ suæ consuetudinem se juramento dicat adstrictum: non enim juramenta, sed potius perjuria sunt dicenda, quæ contra utilitatem Ecclesiæ & sanctorum Patrum veniunt instituta. Si quis autem *g* hujusmodi consuetudines, quæ nec ratione *h* juvantur, nec sacris congruunt institutis, jurare præsumpserit, donec dignam egerit pœnitentiam, à perceptione sit Dominici corporis alienus.

CAP. II.

¶ Canonicus non interdicit Ecclesiam, sed hoc facere debet Episcopus cum Capitulo.

Cœlestin. *i* III. *R. Claromonen.* k *Episcopo.*

QUæsivit: [1 *& infrà.*] ¶ Super *l* eo, quòd Ecclesiam tuam quidam ex Canonicis etiam minimis, quia pensio Ecclesiæ debita non redditur, vel Clericus aliquis aut parochianus deliquit *m*, sine tuo & aliorum Canonicorum assensu interdicto *n* supponunt: [2 *& infrà.*] ¶ Fratern. tuæ taliter respond. quòd interdictum in aliqua Ecclesia per aliquem vel per aliquos de Canonicis tuis sine tuo & aliorum fratrum assensu positum, observare non debes, nec etiam sustinere, ut ab aliis observetur: [3 *& infrà.*] ¶ Sed si quis in his deliquerit, Ecclesiasticæ coërctioni subjaceat: cùm peccata suos auctores *o* tenere debeant, nec pœna sit ulterius protrahenda, quàm delictum fuerit in excedente repertum.

[1 *A nobis tuæ diligentiæ probatis, quid observari debeat.*]

[2 *Per quod ipsius Ecclesia servitium deperit, & malum populo scandalum non modicum generatur. Super quo.*]

[3 *Nisi talis excessus extiterit & tam gravis, per quem meritò Ecclesia silere debeat, nec sustinere prætextu occasionis hujusmodi, ut interdictum ab aliis observetur, nisi tuus & aliorum Canonicorum tuorum consensus accesserit.*]

CAP. III.

¶ Communis ordinatio Ecclesiæ, per contradictionem & appellationem ejus, cujus non interest, impediri non debet. h.d. quoad titulum.

Innocentius III. *Augusten. Præposito.*

EX ore *a* sedentis: [1 *& infrà.*] ¶ Accedentibus ad præsentiam nost. T. ac B. Augusten. *b* Canonico pro quæstione, quæ inter vos super Præpositura August. Ecclesiæ vertebatur: ex parte ipsius B. fuit propositum, quòd pater ejusdem à C. præd. nost. Decano & Capitulo Augusten. literas obtinuit destinari, ut intra spatium mensis unius eundem eligerent & assumerent in Præpositum Augusten. in signum investituræ annulo aureo destinato, & quibusdam mandati Apostolici executoribus constitutis. Capitulum memoratum cùm audisset, quòd C. *c* quondam eorum Præpositus in Episcopum Dixien. electus & confirmatus fuisset: licèt dictas literas recepissent *d*, in contemptum *e* tamen eorum assignato priùs termino, intra quem ipsi deberent super mandato Apostolico respondere, H. tunc Augusten. Decanum in Præpositum elegerunt: [2 *& infrà.*] ¶ Quia verò legitimè constitit, quòd prædictus B. de Præpositura non fuit aliquatenùs investitus, etsi mandatum fuit, ut de ea investiretur: de qua etiam si investitus fuisset, investitura ejus per præd. nostrum certâ fuit ratione cassata: quæ nec etiam si cassata fuisset, per hoc, quòd dicto H. reverentiam exhibuit, quæ debetur *f* Præposito, juri suo renunciâsse videtur: nos attendentes sibi de jure non potuisse competere, ut per appellationem ob id interpositam, communem ordinationem Ecclesiæ impediret, intelligentes etiam te à majori parte tam dignitate quàm numero eorum, quos eligendi jus constabat habere, electum fuisse canonicè in Præpositum, electionem tuam auctoritate Apostolicâ confirmamus, præfato B. super Præpositura silentium imponentes.

[1 *In throno procedebat gladius bis acutus, hicest gladius Salomonis, qui secat utrinque, reddens unicuique quod suum est. Non igitur, qui licèt immeritò locum veri Salomonis divinâ dignatione tenemus, gladium istum tunc prudenter exercemus, cùm quæstiones in auditorio nostro legitimè ventilatas, mediante justitiâ definimus. Ad hoc verò emergentium prolixitas quæstionum & difficiles nodi causarum ad sedem Apostolicam referuntur, ut cùm earum merita fuerint assertione partium patefacta, procedat ab Apostolica sede sententia deducens in certitudinem dubia, & obscura producens in lucem, ut litigantium dissensione sopitâ, suum justitia tueatur & sequatur actorem. Inde siquidem fuit, quod.*]

[2 *Cum ergo dictus Cardin. hæc & alia quæcunque fuerunt hinc inde proposita, nobis ac fratribus nostris fideliter retulisset, attestationibus & allegationibus, & rationibus utriusque plenius auditis & cognitis.*]

CAP. IV.

¶ Prælatus cum majore parte Capituli, contradicente minori, statuere potest, quòd ad necessariam reparationem fabricæ quilibet Canonicus conferre teneatur.

Idem.

EX parte tua *g* nobis fuit, frater Archiepiscope, intimatum, quòd ad restaurandam fabricam Rothomagens. Ecclesiæ tractatum communiter habuistis, te postulante, ut quilibet Canonicorum tecum pariter aliquam suorum redituum portionem operi tam pio & necessario deputaret: [1 *& infrà.*] ¶ Statuimus, ut si quis *h*

---

a *alst. Honor. III. habetur in omnibus antiquis.* b *De provincialib. Concil. Vid. Concil. Trid. sess. 24. de ref. c. 2. & sess. 25. de reform. c. 2.* c *Concil. Lat. sub Alex. 3. c. 16. & Cap. 1. eod. tit. in 1. compil.* d *Dictus ad. deest in aliquot antiq.* e *vel.* f *vestram.* g *enim.* h *alst. non.* i *alst. Clemens III.* k *Claromonen.* l *Cap. 2. eod. tit. in 2. compil.* m *al. delinquit.* n *supponunt.* o *alteret.*

a *Cap. 10. eod. titul. in 3. comp.* b *alst. Augustensi sive Canonico.* c *D. al. E.* d *susceptasset.* e *in aliquot ita legitur: in contemptum earum, assignato tamen prius &c.* f *In Codice Barbat. quæ debet Præposito exhiberi.* g *Cap. 2. eod. tit. in 4. comp.* h *qui.* vestrûm

vestrûm nuis, frater Archiepiscope, & majoris & sanioris partis Capituli statutis super hoc duxerit a resistendum, obtineat sententia plurimorum b.

[1 Quia verò super hoc diversa fuerunt inter vos, filii Canonici, & varia voluntates, ne tam laudabile opus ex vestra diffidentia negligatur.]

UT ECCLESIASTICA BENEficia sine diminutione conferantur.

TITULUS XII.

CAP. UN.

¶ *Rubrum sufficit pro summariis. Vel summa sic secundùm Abbatem: Occulta collatio beneficii, licèt sit suspecta, bene valet, dummodò aliàs legitimè facta probetur. h. d. Et est casus rar. non tamen facit ad titulum, nec omnes distinctè hoc tenent, sed major pars concludit cum hoc summario.*

Innoc. III. *Mediolan. Archiepisc.*

VT nostrum c prodeat de vultu Dei judicium: [1 & 3.] ¶ Præterea proponebas, quòd cùm nullus debeat sine accusatore d damnari, nec aliquid circa negotium illud sit actum in forma judicii, depositiones testium non poterant tibi præjudicium generare. Quia verò hæc allegatio personam nostram tangere videbatur, dignum duximus causam commissæ inquisitionis & ordinem plenius explicare, ne quis quomodolibet suspicetur, quòd nos in hoc negotio perperam processerimus, præsertim cùm ratio assignanda debeat esse posteris profutura. Cùm enim juris sit explorati, quòd actore non probante, is qui convenitur, etiamsi nihil præstiterit, debet e absolvi: videri poterat, quod nos tibi, qui conveniebaris à nobis, malitiosè vel indiscretè onus probationis super tribus præmissis articulis imposuimus: videlicet ut offenderes, quòd prædictam Cancellariam personæ idoneæ, modo canonico, & tempore competenti donâsses. Porrò cum donatio fuisset occulta, & ideò suspicione non careat, & elapso jam anno nullus Cancellarius omninò apparêat, non immeritò credebamus, quòd secundùm Lateran. Concilii f statuta, ad nos esset ipsius Cancellariæ donatio devoluta, & ideò potuissemus ipsam sine culpa conferre: quoniam etsi locum Dei teneamus in terris, non tamen de occultis potuimus g divinare. Quia h ergò contra illud, quod primâ facie justè præsumebatur pro nobis, præsertim cùm respondeas, primâ vice, quòd Cancellariam alicui non contuleras, facultatem tibi pro te probandi concessimus: non fuit gravamen, sed gratia: nec ex malitia, sed ex benignitate processit. Quòd etiam de modo canonico fidem nobis fieri mandavimus, tu causam præstitisti mandato, qui sæpè nobis per literas tuas intimâsti, & tandem probâsti per testes, quòd retentis tibi proventibus officium concesseras memoratum: ex quo non immeritò in talem concessionem fuimus suspicati. Et ideò nos, qui non tam ex plenitudine potestatis, quàm ex officii debito possumus & debemus de subditorum excessibus ad correctionem inquirere veritatem, te maximè causam i & occasionem præstante, inquisitionem commisimus faciendam. Omnibus ergò diligenter auditis, te in tribus comperimus fuisse culpabilem: Circa contrarietatem responsi, quia non solùm nobis, sed nec cuiquam debuisses ex certa scientia contraria respondere: Circa carnalitatem animi, quia non ex k affectu carnali, sed discreto judicio debuisti Ecclesiasticum officium & beneficium in persona magis idonea a dispensare: Et circa inhonestatem facti, quia non licuit ex pactione vel conventione quacunque, sub modo vel tenore præscripto concedere nudum officium, & b tibi retinere proventus: cùm in Lateranen. Concilio c prohibitum sit, ne quis conferendo Ecclesiasticum beneficium, partem proventuum suis usibus retinere præsumat: & alibi caurum reperiatur in canone, quòd Ecclesiastica beneficia sine diminutione debent conferri. Unde credimus distinguendum, utrùm qui dat spirituale beneficium, proventus ipsius ante donationem percipiat. Nam si proventus ante donationem non perceperit d ipse, sed alius, & ex donatione consequatur e, ut ipse proventus percipiat f: non est dubium circa hæc g intercedere simoniacam pravitatem. Si verò ante donationem perceperit ipse proventus, credimus distinguendum, utrùm ante donationem constituat, ut ipsi proventus retineantur ad tempus pro causâ justa & necessaria: an conveniat cum eo, qui accepit beneficium, seu cum mediatore quocunque, ut officio illo concesso retineat ipse sibi proventus. Primum enim membrum credimus esse licitum. Secundum autem dicimus non licere: ne viam aperiamus his, qui pravitatem suam satagunt palliare.

[1 *Et oculi nostri videant æquitatem, quia regiâ viâ debemus incedere, nec ad sinistram unquàm, nec ad dextram declinare, sta magnum judicantes ut parvum, quia non est apud Deum acceptio personarum, &c. Quia posset interdictum nostrum ei præsumptiosè tradere bullam, cùm in traditione saltem debuisse differre, donec nostrum consuleret beneplacitum, dilect. fil. n. L. Archidiac. & Oleneo Canonico Mediolanen. dedimus in mandatis, ut si etiam posset secundum mandatum, per quod totius negotium negotii ad nostrum judicium revocamus, ut id ipsum recognoscerent attentatum, traditionem sigilli determerent irritam & inanem, inhibentes H. ne quolibet modo eo uti præsumeret, cùm plus sit Roman. Pontific. ad se aliquod negotium evocare, quàm ad eum super aliquo negotio provocare.*]

DE REBUS ECCLESIÆ ALIEnandis, vel non h.

TITULUS XIII.

CAP. I.

¶ *Non potest Prælatus res unius Ecclesiæ alteri dare, nec invicem res illas commutare, sine ambarum consensu.*

Ex Concilio Lugdunen. quarto.

NOn licet i Episcopo vel Abbati terram unius Ecclesiæ vertere ad aliam, quamvis ambæ in ejus sint potestate: tamen si commutare voluerit terras earum, cum consensu ambarum k partium faciat.

CAP. II.

¶ *Principes seculares res Ecclesiæ donare non possunt: & qui ab eis recipiunt, excommunicantur: & perdunt omnia, quæ ab Ecclesia aliàs legitimè obtinebant. h. d. secundùm suum intellectum, qui facit placet.*

Ex eodem *m.*

QUi res Ecclesiæ petunt à Regibus, & horrendæ cupiditatis impulsu egentium substantiam rapiunt, irrita

a *Duxerint.* b *Vid. l. & suum hared. 9. fil. cum l. seq. ff. de pact. & l. quod major. ff. ad mun.* c *C. 2. eod. tit. in 3. comp.* d *accusatione.* e *debeat.* f *Alex. III. cap. 1.* g *possimus.* h *Quia ergò, &c.* i *Qualiter differant causa & occasio, vide hic Paner.* k *Deest, ex, deest in quibusdam.*

a *Concord. cap. constitutis. suprà de appell.* b *ejus tibi.* c *Lateranen. sub Alexandr. III. cap. 7. 9. prohibemus.* d *percepit.* e *consequatur.* f *recipiat.* g *Hæc duo verba, circa hæc, desiunt in antiq.* h *al. vel non alienandis.* i *Burch. l. 3. decr. c. 24. Ivo p. 3. c. 3. cap. 20. & Cap. 1. eod. tit. in 1. compilat. Vid. Calder. consil. 4. hoc tit.* k *Vox, partium, deest in antiq.* l *ab Idem. Burch. l. 15. c. 36. & Ivo p. 16. c. 37.*

habeantur, quæ obtinent, & à communione Ecclesiæ (cujus facultatem auferre cupiunt) excludantur.

CAP. III.

¶ *Rector Ecclesiæ, qui dat Ecclesiæ rem dupla æstimatione, servos Ecclesiæ manumittere potest: ipse tamen manumissus & ejus posteri erunt sub patrocinio Ecclesiæ. Ita communiter summatur, tamen non placet Panor. id, quod ducitur de æstimatione.*

Ex Concilio Toletan.

COnsensus totius Concilii definivit, ut Sacerdotes, qui aut aliquid Ecclesiæ suæ relinquunt, aut nihil habentes, aliqua prædia, vel familias Ecclesiis suis acquirunt, liceat aliquos de familia ejusdem Ecclesiæ manumittere, juxta rei collatæ modum, quem antiqui canones decreverunt: Ita ut cum peculio & posteritate sua sub patrocinio Ecclesiæ maneant, utilitates injunctas sibi, juxta quod poterunt, prosequentes.

CAP. IV.

¶ *Si Prælatus nil de sue dare Ecclesiæ, servum Ecclesiæ manumittit, non tenet manumissio.*

Ex eodem *a*.

EPiscopi, qui nil ex proprio Ecclesiæ Christi conferunt, liberos ex famulis Ecclesiæ ad condemnationem suam facere non præsumant. Impium est enim, ut qui res suas Ecclesiæ non attulerit, damnum infetat. Tales igitur liberos *b* successor Episcopus absque aliqua oppositione ad jus Ecclesiæ revocabit.

CAP. V.

¶ *Res Ecclesiæ alienari non debent.*

Ex Concilio apud Silvanen. *c*

NUlli liceat alienare rem immobilem Ecclesiæ suæ, sive agrum, sive rusticum mancipium *d*, neque specialis hypothecæ titulo obligare. Alienationis autem verbum continet [1] *e* conditionem, donationem, venditionem, permutationem, & emphyteuticum perpetuum contractum. Unde omnes Sacerdotes ab hujusmodi alienatione abstineant: pœnas timentes, quas Leonina constitutio comminatur.

[1 *Ita legit Innocentius, intelligitq; de contractu, cui fuit adscripta conditio: veluti, Si navis ex Asia venerit. Lectio mihi non probatur ob illud in jure vulgatum: conditio nihil disponit. Alii Conductionem legebant, quas Innocentius damnat, inquiens Conducere non est alienare. Sanè rectè, nisi forte conductio perpetua fovet, ut annotat Hostiensis. Ego legendum putarem: Alienationis verbum continet Testamenti conditionem, &c. Nam proculdubiò qui Testamentum condit, alienat. Vel etiam (quod sentit & Innocentius) accipias immutatam rei conditionem, id est, statum, causam, naturam prædii: veluti, Si faciat illud tributarium, vel annuâ pensione gravet. Quintinus.*]

CAP. VI.

¶ *Alienatio de rebus Ecclesiæ facta non tenet, & alienatores, nisi rem restituant, excommunicantur: & quilibet Clericus potest contradicere, & rem cum fructibus repetere. h. d. Et est textus notabilis, & quotidie allegatur.*

Symmachus Papa *in Romana Synodo tertia, habita circiter annum Domini* 506. *vel* 507. *cap.* 4, 5, 6, 7, & 8. *ejus Synodi Tolet. Concil. infrà.*

SI quis Presbyterorum, Diaconorum, seu defensorum alienanti prædium Ecclesiæ subscripserit, quo iratus Deus animas percutit, anathemate feriatur: nisi fortè & alienator, & qui acceperit *f*, celeri restitutione sibi prospexerint. Quòd si minore animæ suæ curâ remedium *g* oblatum neglexerint, præter pœnam super hoc adscriptam, confectum exinde documentum viribus (quamvis ab initio nullas habuerit) vacuetur. Sed etiam licet a quibuscunque Ecclesiasticis personis vocem contradictionis offerre, & ut cum fructibus possint alienata reposcere, & Ecclesiasticâ auctoritate fulciri.

CAP. VII.

¶ *Terra non fertilis Ecclesiæ data potest in emphyteusim ei, cujus studio reducatur ad culturam.*

Alexander III. *Vigorien.* b *Episcopo.*

AD *c* aures: [&] ¶ Illas terras, quæ de sylvis extirpatæ sunt arabiles factæ, eis hæreditario jure poteris concedere sub annuo censu tenendas, à quibus suo vel parentum suorum labore constiterit extirpatas. Nisi fortè tunc aliis possint ad majorem Ecclesiæ utilitatem cum eodem labore & onere conferri.

CAP. VIII.

¶ *Jurans non alienare bona Ecclesiæ, non potest alienare ea, quæ sunt de mensa, vel ea, de quibus dubitatur, an sint de mensa. hoc dicit, usque ad 9. possessiones. Abbas.*

Cœlestinus III. *Ravenn. Archiepiscopo.*

UT *d* super aliqua: [1 *& infrà.*] ¶ Sanè quæsivisti à nobis, si possessiones sive reditus regalium decimationum, & aliunde ex certis locis provenientes, quos prædecessor tuus, quousq; diem claudit extremum, ad manus suas tenuit, & in proprium usum excepit vel expendit *e*, nec aliis infeudavit, de mensa sint Archiepiscopi intelligendi, & de eis, cùm ex sacramento fidelitatis teneatis Apostol. sedi nihil alienare, contractus alienationis cujuslibet possit intervenire. Tuæ ergò inquisitioni taliter respond. quòd sive intelligantur de mensa, sive non, ut non alienentur, consultiùs existimamus *f*.

[1 *Reposita quæstionis dubietas Apost. sed. providentiâ enodatur, Romanam Ecclesiam, cui licet immeritis præsidemus, singulorum consultationibus convenit respondere.*]

¶ *Possessiones Ecclesiæ minus utiles, pro utilioribus de consensu Capituli potest Episcopus permutare vel alienare. h. d.*

Possessiones verò, quæ Ecclesiæ tuæ minùs sunt utiles, pro aliis utilioribus de fratrum tuorum & *g* sanioris partis consilio & assensu alienandi seu commutandi liberam concedimus facultatem.

CAP. IX.

¶ *Canonicus prædium Ecclesiæ perpetuò locare non potest.*

Idem *Exonen. Episcopo.*

AD *h* audientiam nostram noveritis pervenisse, quòd quidam de Canonicis Exonen. Ecclesiæ, quædam prædia ejusdem (inconsultis aliis fratribus) in damnum ejus *i* in perpetuum locaverunt. Ideoque mandamus, quatenus (si verum est quod asseritur) locationes illas legitimè revocare procures: ita quòd si eadem prædia non aliter revocari poterunt *k*, eos, quos noveris harum locationum auctores *l*, ad susceptam inde pecuniâ conductoribus refundendam *m* appell. rem. compellas.

CAP. X.

¶ *Possessiones, quæ sunt de mensa, non possunt alienari. Et Ecclesia consueta regi per regulares, secularibus Clericis conferri non debent. h. d. Joan. de Imola.*

Innocentius III. *Archiepiscopo Montis regalis.*

POssessiones *n* ad mensam tuam vel Capituli pertinentes, alienare non debes: Aut Ecclesias, in quibus Monachi ministrare consueverunt, Clericis vel Laicis assignare.

a *Ex eodem scil. Concilio Toletan. 4. cap. 66.* b *Libertos, duo vetusti codices.* c *Burchard. libr. 3. decret. cap. 144. Ivo part. 3. cap. 123.* d *Vid. l. 2. & 3. ff. de diver. & temp. præscr.* e *Conductionem, aliter, conditionem.* f *aliter, receperit.* g *aliter, remedio.*

a *Liceat.* b *Vigor. al. Vigornienſi.* c *Poſt Concil. Later. ſub Alexand. III. part. 29. cap. 4. & Cap. 7. eod. tit. in 1. compilat.* d *Cap. 1. eod. tit. in 2. compil.* e *Hæc duo verba, vel expendit, deſunt in omnib. antiquis.* f *æſtimamus.* g *vel.* h *Cap. 2. eod. tit. in 2. comp. & vid. Anch. conſ. 115.* i *al. ita: in damnum Eccleſiæ.* k *poterint. potuerint.* l *allores.* m *referendam.* n *Cf. eod. tit. in 3. compil.*

CAP.

CAP. XI.

¶ *Restituitur Ecclesia contra alienationem, per quam enormiter fuit læsa, d. secundum legum varietatem.*

Idem *Episcopo Maurienſi, & Præpoſito Vlcen.* a

AD *b* noſtram noveris audientiam perveniſſe, quòd cùm Tuſien. *c* Monaſterium depreſſum eſſet onere maximo debitorum, Abbas & Conventus ejuſdem villam quandam neceſſitate coacti, B. Laico conceſſerunt in feudum, tali conditione appoſitâ, quòd idem lxxx. libras perſolveret, pro quibus eadem extiterat obligata: quod non diſtulit effectui mancipare: [1 & 3.] ¶ Unde *d* humiliter ſupplicârunt, ut feudum prædictum faceremus ad utilitatem monaſterii revocari; præſertim cùm idem Laicus primo anno de ipſius proventibus ultra ſummam perceperit præfixatam, & per multos poſtmodùm annos ſumpſerit ejus fructus: [2 & 3.] ¶ Quocirca *e* mandamus, quatenus ſi prædictum monaſterium, propter hoc inveneritis enorme diſpendium incurriſſe, dictum Laicum ut (pecunia, quam pro exoneratione feudi, ſeu etiam pro utilitate ipſius monaſterii expendiſſe noſcitur, ab eiſdem Abbate & Conventu recepta, cùm ſibi fructus percepti ſufficere debeant pro labore) præfatum feudum eidem monaſterio dimittat liberum & quietum, appellatione poſtpoſitâ, compellatis.

[1 *Verum quia præfatum monaſterium, ſicut dicunt, enormiter eſt læſum, in hoc eo quòd de reditibus villæ præfatæ Conventus dabus ſingulis unum ferculum, & in feſtu duodecim lectionum, piſces vel aliud æquivalens conſuevit percipere.*]

[2 *Nos igitur ſic volentes gravaminibus præfati monaſterii providere, quòd aliis non videamur injuriam irrogare.*]

CAP. XII.

¶ *Alienatio rei Eccleſiaſticæ facta ſine legitimo Eccleſiaſticarum perſonarum aſſenſu, non tenet, licet approbetur per conſtitutionem Laicorum.*

Idem *in Concilio generali.* f

CUm *g* Laicis, quamvis religioſis, diſponendi de rebus Eccleſiæ nulla ſit attributa poteſtas *h*, quos obſequendi manet neceſſitas, non auctoritas imperandi; dolemus in quibuſdam ex illis *i* ſic refrigeſcere charitatem, quòd immunitatem Eccleſiaſticæ libertatis, quam non tantùm ſancti Patres, ſed etiam Principes ſeculares privilegiis multis munierunt, non formidant ſuis conſtitutionibus vel potiùs deſtitutionibus *k* impugnare *l*, non ſolùm de alienatione feudorum, ac aliarum poſſeſſionum Eccleſiaſticarum, & uſurpatione juriſdictionum, ſed etiam de mortuariis, nec non & aliis, quæ juri ſpirituali annexa videntur, illicitè præſumendo. Volentes igitur ſuper his indemnitatibus conſulere Eccleſiarum, ac tantis gravaminibus providere, conſtitutiones & venditiones hujuſmodi feudorum, ſeu aliorum bonorum Eccleſiaſticorum, ſine legitimo perſonarum Eccleſ. aſſenſu præſumptas, occaſione conſtitutionis laicæ poteſtatis (cùm non conſtitutio, ſed deſtitutio vel deſtructio dici poſſit, nec non uſurpatio juriſdictionum *m*) ſacri approbatione Concilii decernimus non tenere, præſumptoribus per cenſuram Eccleſiaſt. compellendis.

a *Vltien. al. Vltricen. al. Vlcien.* b *C. 2. eod. tit. in 3. compilat.* c *al. Secuſien. al. Cuſſien. vel Cuſin. in antiquiſſimis.* d *Vid. l. quod ſi minor. 4. reſtitutio. ff. de minor.* e *De intellectu hujus textûs vide latiſſimè per Covarruv. l. 1. var. reſol. c. 3.* f *Lateran. Conc. gener. ſub Innoc. III. c. 44.* g *Canico, eod. tit. in 4. compil.* h *facultat.* i *iſtis.* k *al. deſtructionibus.* l *Vid. auth. auff. per Bart. C. de ſac. ſanct. Eccleſ.* m *juriſdictionis.*

DE PRECARIIS.
TITULUS XIV.
CAP. I.

¶ *Breve eſt, nec poteſt brevius ſummari.*

Ex Concilio apud Beluacen. a

PRecariæ de quinquennio in quinquennium ſerum dum auctoritatem & antiquam conſuetudinem renoventur.

CAP. II.

¶ *Revocat ſucceſſor precariam per prædeceſſorem irrationabiliter factam.*

Ex Concilio Carthaginen. *b* v. c. de Precariis in 4. c.

DE precariis irrationabiliter factis à Rectoribus Eccleſiarum, ſe ſuoſq; ſucceſſores pœnâ gravi obligantibus, ut facta ipſorum diſſolvere nequeant: Præcipimus, ut nemo ſucceſſor anteceſſoris ſui pœnâ ſit obligatus, ſed ſuæ providentiæ ſit conceſſum, ut ſi anteceſſor ejus res Eccleſiæ irrationabiliter diſtribuit, ab eo ad jus ejuſdem Eccleſiæ revocentur.

CAP. III.

¶ *Conceſſio precarii extinguitur voluntate concedentis, aut ei ſuccedentis: precaria autem conceſſio non.*

Gregorius IX.

PRecarium *c* utendum conceditur, quamdiu patitur, qui conceſſit: ſolvitur quoque obitu ejus, cui conceſſum eſt, non *d* etiam concedentis: aut cùm ipſum alienari contingit alicui hoc revocare volenti: quia per conventionem hujuſmodi non licet rem alienam invito domino poſſideri. Porrò precariæ, quæ quandoque de Eccleſiarum poſſeſſionibus fieri ſolent, non ſunt pro voluntate concedentium revocandæ. *e*

DE COMMODATO.
TITULUS XV.
CAP. UN.

¶ *Commodatarius gratiâ ſui tenetur etiam de leviſſima culpa, non de caſu, niſi in tribus caſibus hic poſitis. Et commodatum ante uſum completum non revocatur. h. d.*

Idem Gregorius IX.

CUm *f* gratiâ ſui tantum quis commodatum accepit, de leviſſima etiam culpa tenetur: Licèt caſus fortuitus (niſi acciderit culpâ ſuâ, vel intervenerit pactum, ſeu in mora fuiſſet) ſibi non debeat imputari. Contra eum quoque rectè commodati non agitur, niſi poſt uſum expletum, cujus gratiâ res fuerat commodata: Cùm non decipi beneficio non oporteat, ſed juvari.

DE DEPOSITO.
TITULUS XVI.
CAP. I.

¶ *Ex depoſito facto apud Clericum Eccleſiæ, non tenetur Eccleſia: niſi in utilitatem Eccleſiæ ſit verſum.*

Alexander III. *London.* g *Epiſc.*

GRavis *h* illa querimonia uſque ad nos ſuper depoſito tuo tibi hactenus denegato pervenit: [1 & *infrà.*] ¶ Cùm enim non conſtet pecuniam tuam, quam ille vir Belial furatus eſt, in Eccleſiæ utilitatem converſam, non debemus de jure contra Cano-

a *Bellacum, Burch. l. 3. c. 163. Ivo p. 3. c. 230. & c. 2. eod. tit. in 1. comp.* b *Ant. Auguſt. in not. antiq. collectionis eod. tit. c. 2. ait, ſe non invenisse in Concilio hoc caput.* c *Vid. l. 2. & ibi gloſſ. & Bart. ff. eod. tit.* d *Hoſtienſis legendum ſeu corrigendum hic admonet ita: ſed non concedentis.* e *Vid. l. creditores. & quod ibi not. Bart. C. de pignor.* f *Vid. text. in 4. item is, cui res. Inſt. quib. modis re contrahitur obligat.* g *London. al. Lodon. al. Lugdunen. al. Lyndonien. al. Lanconien.* h *C. 2. eod. tit. in 1. comp. & poſt Conc. Lat. ſub Alex. III. p. 30. c. 3.*

nicos ejusdem Ecclesiæ præcisè intentare jussionis instantiam, ut tibi eandem reddant pecuniam, personæ, non Ecclesiæ commendatam.

Quocirca suademus, ut in illum furem tuam dirigas actionem, eò quòd (ut audivimus) loculos habet, & ea quæ tibi subrepta sunt, asportavit. Nam & judicibus dedimus in mandatis, ut illum iniquum sub quæstionibus ad rationem ponant, etiam (si oportuerit) vinculis alligatum, ut dictam pecuniam reddere compellatur: [& 3.] ¶ Si autem cum eis amicabiliter poteris de redituum perceptione pacisci, noveris id nobis acceptum.

[1 *Duplici nos anxietate perstringens, eò quod tibi in hoc & deesse non possimus, & adesse non valemus.*]

CAP. II.

¶ *Dicit, ad quid teneatur depositarius, & quomodo repetatur depositum.*

Gregorius IX.

BOna fides *a* abesse præsumitur, si rebus tuis salvis existentibus, depositas amisisti. De culpa quoque teneris, si te ipsum depositò obtulisti, vel si aliquid pro custodia recepisses. Pacto verò, culpâ vel morâ præcedentibus, casus etiam fortuitus imputatur. Sanè depositori licuit pro voluntate sua depositum revocare, contra quod compensationi vel deductioni locus non fuit, ut contractus, qui ex bona fide oritur, ad perfidiam minimè referatur *b*, licèt compensatio admittatur in aliis, si causa, ex qua postulatur, sit liquida, ita quod facilem exitum cedatur habere.

DE EMPTIONE ET VENDITIONE.

TITULUS XVII.

CAP. I.

¶ *Cogit Episcopus, ne carius vendatur transeuntibus, quàm in mercato venderetur.*

Ex Concilio apud Valen. *c*

PLacuit, ut Presbyteri *d* plebes suas admoneant, ut & ipsi hospitales sint, & non carius vendant transeuntibus, quàm mercato vendere possunt. Aliquin ad Presbyterum transeuntes hoc referant, ut illius jussu cum humanitate sibi vendant.

CAP. II.

¶ *Fraudans mensuras & pondera, triginta diebus in pane & aqua pœnitere debet.*

Ex Concilio Maguntin.

UT mensuræ & pondera justa fiant: [1 & 3.] ¶ Si quis justas mensuras & justa pondera causâ lucri mutare præsumpserit, 30. dies in pane & aqua pœniteat.

[1 *Sicut in divinis legibus sancitum est, & in Capitularibus Domini Caroli continetur, sicut & iste sacer Conventus constituit, sic in omnibus observare placet, &c.*]

CAP. III.

¶ *Tenet venditio, licèt venditor sit deceptus ultrà dimidiam justi pretii, potest tamen venditor agere, ut restituatur res, vel justum pretium suppleatur: & si alterum præcesserit, succumbit.*

Alexander III. *Attrebaten. Episcopo.*

CUm dilecti *e* filii Beluacen. Canonici contra Abbatem & fratres Cariloci *f* proponerent querimoniam, quòd sylvam, quæ Nigravallis dicitur, à quibusdam eorum ignorante Capitulo pro 10. libris, 40. marchas tunc valentem, comparâssent: causam ipsam Morinen. *a* Episcopo & Decano Remen. commisimus terminandam: adjicientes, quòd si uterque causæ cognitioni interesse nequiret, alter in eodem negotio procedere non differret: [1 & 3.] ¶ Tandem Decanus in illius causæ cognitione processit; & cùm ei per testes *b* constitisset, quòd prædicti fratres sylvam minùs dimidia justi pretii comparâssent, pronunciavit *c* venditionem non tenere: & sylvam Beluacen. Ecclesiæ adjudicans, Canonicos in possessionem induxit: [2 & 3.] ¶ Quia verò in arbitrio emptoris est, si velit, supplere justum pretium, aut venditionem rescindere, cùm res minùs dimidia justi pretii *d* comparatur: sententiam ipsam tanquam juri contrariam irritantes, possessionem Monachis judicavimus esse reddendam, salvâ quæstione Canonicis super deceptione pretii, vel consensu Capituli in venditione non habito, & aliâ causâ rationabili, quam Canonici contra Monachos duxerint proponendam.

[1 *Cùm itaq; Decanus partes ad suam præsentiam convocasset, Abbas & Monachi non ad agendum & respondendum, sed ad quærendum dilationes nuncios destinârunt, asserentes, quòd ad nos venirent, & ad audientiam nostram appellaverant. Verum quia ab literis appellatio remota fuerat.*]

[2 *Utriusq; igitur partis in nostra propter hoc præsentia constitutis, dum ex parte Canonicorum instanter & sollicitè peteretur ante ap. confirmari, habitâ deliberatione cum fratribus nostris & aliis sapientibus, qui legibus jurati judicant, eandem sententiam juris contrariam intelleximus.*]

CAP. IV.

¶ *Si vir habeat alia bona, unde uxor possit sibi consulere, & consentiente uxore rem propter nuptias donatam uxori vendiderit: emptorem, qui statio triginta annorum rem possederit, non potest uxor inquietare super ea, maximè si pretium sint conversum in communem usum viri & uxoris. b. d. secundum intellectum, quem tenet Panor. Et est casus notab. limitans jus civile, secundum Io. Andr. non oportet adjicere, maximè, sed omnia illa tria necessariò requiruntur.*

Cœlestinus III.

PErvenit *e* ad nos, quòd P. miles, A. uxori suæ quàndam domum in donationem propter nuptias affigratam, muliere ipsâ expressum dante consensum, B. mulieri vendidit pro certa pecuniæ quantitate: [1 & infr.] Prænominato verò milite viam universæ carnis ingresso, relicta ejus venire contra hoc præsumit: allegans dictam domum titulo donationis propter nuptias sibi concessam alienari non potuisse, licèt ejus consensus ipsi noscatur contractui accessisse: *f* Prædicta verò B. ex eo nititur se tueri, quòd 30. annis *g* constante illorum matrimonio, domum ipsam bonâ fide, titulòque justo possedit: & quia in communes usus viri & uxoris, illius pretium est conversum, ac factæ venditionis tempore, unde sibi prædicta mulier consulere potuisset, in viri facultatibus consistebat. Quia igitur super his nos consulere curâsti: respondemus, prædictam emptricem (si vera sunt, quæ præmissimus) præscriptis occasionibus super ipsâ domo non debere ulteriùs fatigari.

[1 *Quam ex eadem venditione B. matrimonio supradicto constante 30. annis liberè pacificè; possedit.*]

CAP. V.

¶ *Si in venditione apponitur pactum de recuperanda re post*

---

a *Vid. text. & ibi plenè per doct. & præterea. & in. Inst. quib. mod. re contrah. oblig. & Anton. Gomez. tom. 2. var. resol. c. 7.* b *reducatur.* c *Alumnus. al. Aluius. al. Alvernas. al. Alvernum. al. Aluem.* d *Burch. l. 2. decr. c. 262. Ivo p. 6. c. 259. & c. 2. eod. tit. in 1. compil. vid. B. Thom. & ibi Cajet. 2. 2. q. 77. art. 1. Covarr. lib. 3. c. 14. var. resol.* e *C. 4. eod. tit. in 1. comp.* f *Carolidoci.*

a *Morin.* b *Hæc duo verba, per testes, desunt in omnibus manuscr. & aliis antiq. exemplaribs.* c *verbum, pronunciavit, deest in antiquis, quòd tamen adesse debere postulat series contextus.* d *Vide l. 2. C. de rescind. vend. per Pinellum.* e *C. 2. eod. tit. in 2. comp.* f *Vic. auth. sive à me. C. ad Velleianum.* g *al. per 30. annos, &c.*

certum tempus, modico constituto pretio, præsumitur pignus, & non venditio.

Innocentius III. *Episcopo Pallienen.* a

AD nostram *b* noveris audientiam pervenisse, quòd cùm R. laicus lator præsentium *c* ab M. mutuum recipere voluisset, creditor, ne per canonem contra usuranos editum *d*, posset in posterum conveniri, domos & oliveras recepit ab eodem titulo emptionis, cùm revera contractus usurarius ageretur *e*: quod patet ex eo, quòd creditor debitori promisit, quòd quandocunque à septennio usque ad novennium daret lx. untias tarenorum, quæ vix dimidiam *f* justi pretii contingebant, domos eius restituere & olivas. Quia igitur fraus & dolus cuiquam patrocinari *g* non debent: mandamus, quatenus si res ita se habet, instrumento venditionis confecto in fraudem canonis promulgati contra usurarios non obstante, prædictum M. ad restituendas domos & olivas ei; ad quem debent hæreditario jure devolvi (cùm debitor sit viam universæ carnis ingressus) per pœnam in Lateran. Concilio contra usurarios promulgatam, appellatione remotâ compellas.

CAP. VI.

¶ *Venditor deceptus ultra dimidiam justi pretii, agere potest, ut res sibi reddenti pretium acceptum restituatur, vel justum pretium suppleatur, & in hoc electio est emptoris. h.d. secundum Antonium.*

Idem *Episcopo & Archid. Urbinatensi.*

CUm causa *h*, quæ inter œconomum monasterii sancti Martini de monte ex parte una, ac cives Viterbienses super casamentis ex altera vertebatur, fuisset aliquandiu ventilata, cum constitisset nobis monasterium in venditione ultra dimidiam justi pretii fuisse deceptum: sententiando decrevimus, ut præfati cives aut recepto pretio possessiones restituerent memoratas, aut supplerent, quantùm constaret legitimæ venditionis tempore justo pretio defuisse.

CAP. VII.

¶ *Ponit tres casus, in quibus ex evictâ non tenetur venditor emptori de evictione.*

Gregorius IX.

SI venditori post *i* institutum contra se judicium quis omiserit, ut rem venditam sibi defenderet, nunciare, [illegible] per injuriam sententia lata fuit, de evictione juxta legitimas sanctiones agere non valebit.

DE LOCATO ET CONDUCTO. *TITULUS XVIII.*

CAP. I.

¶ *Excommunicati sunt magistri & scholares Bononienses, qui ante tempus conductionis conduxerunt hospitia aliorum magistrorum vel scholarium, sine eorum consensu.*

Clemens III.

EX rescripto *k* literarum Tusculanen. Episcopi nobis innotuit, quòd cùm civitatem Bonon. tempore suæ legationis intrâsset: [1 &c.] ¶ Constitutionem factam ab Episcopo Portuen. Apostol. sed. Leg. & à prædicto Tusculan. Episcopo postmodum confirmatam, videlicet ut nullus magistrorum *l* seu scholarium super conducendis aliorum hospitiis in læsionem vel præjudicium habitantium audeat hospitem convenire, nisi priùs constiterit tempus conductionis elapsum, vel inquilini in hoc suum favorem præstiterint & consensum; cum idem Portuen. sub excommunicatione *a* hoc prohibuerit, & alter sub pœna anathematis idem decreverit observandum: ratam *b* esse decernimus, & auctoritate Apostolicâ confirmamus: Statuentes, ut à te, frater Episcope, & tuo quolibet successore hoc singulis annis in communi audientia magistrorum atq; scholarium recitetur.

[1 *Invenit ibi fuisse à bon. mem. V. quondam Portuen. Episcopo constitutum, & sub excommunicatione prohibitum, ne aliqui scholares hospitia majoris mercedis promissione conducerent, ut ea sibi vel majoris gloriæ studio, quasi potentiores in expensis apparere volentes; vel privatæ utilitatis commodo vendicarent. Unde ipse solicitâ provisione considerans, quòd hujusmodi conditionis improbitas & discordia foret semen, & impedimenta non modica pareret studiorum: prædictam.*]

CAP. II.

¶ *Personæ Ecclesiastica locare possunt proventus decimarum his, cum quibus conditio Ecclesiæ sit melior, statuto diœcesani contrario non obstante: & eadem ratio est de aliis rebus Ecclesiæ.*

Innocentius III. *Abbati & Conventui S. Petri de Pratel. London.* c *diœcesis.*

VEstra nobis relatio declaravit, quòd cùm ad firmam fructus vestrarum dare consueveritis decimarum: [& infrà.] ¶ Diœcesf. Episcoporum statuto contrario non obstante, vestrarum decimarum proventus illis liberè locare potestis, cum quibus Ecclesiæ vestræ conditionem poteritis facere meliorem: ita tamen, quòd hujusmodi locatio ad feudum vel alienationem non videatur extendi.

CAP. III.

¶ *Propter sterilitatem gravem conductori sine culpa suâ contingentem, remittitur pensio pro rata, nisi possit cum ubertate præcedentis, vel sequentis temporis compensari. h.d. usq; ad ¶ verum.*

Gregorius IX.

PRopter *d* sterilitatem afficientem magno incommodo conductores, vitio rei, sine [illegible] coloni, seu casu fortuito contingentem *e* colonis Ecclesiæ tuæ pro rata pensionis remissio est facienda, nisi cum ubertate præcedentis vel subsequentis *g* anni valeat sterilitas compensari.

¶ *Ponuntur hic quatuor casus, in quibus inquilinus potest ante tempus conductionis finita licitè expelli. Abbas.*

Verùm invito inquilino domum inhabitare vel reficere poteris, si necessitas (quæ tamen non imminebat locationis tempore) id exposcat: remissâ sibi pro residuo temporis pensione: qui etiam inde rationabiliter amovetur, si perversè ibi fuerit conversatus, vel cùm canonem per biennium non solvisset, si sibi satisfactione celeri non providit. *h*

CAP. IV.

¶ *Emphyteuta Ecclesiæ meliorationes suas vendere non potest, nisi servatis his, de quibus hic. Et si contrà fecerit, vel canonem per biennium non solverit, nec meram postea celeriter purgaverit, justè potest expelli.*

Idem.

POtuit Emphyteuta (Ecclesiâ primitùs requisitâ, eiq; nunciato, quantùm sibi ab aliis offertur *a*, si nolle se

a Pallienens. al. Cap. Pallion. b C. 1. de empt. in 3. compilat. c hæc duo verba, lator præsentium, desunt in omnib. antiq. codicib. d edictum. e extitisset. f dimidium. g debet. l. si in fraudem. C. de leg. l. 1. Lex dolo. ff. de dolo. Intellectus. Authe. sive a me. C. ad Vellejan. h C. 2. eod. tit. in 3. comp. i Vid. Anton. Gomez. tom. 2. var. resol. c. 2. de empt. & vend. k Can. eod. tit. in 2. comp. l Appellatione magistrorum comprehenduntur Doct. utriusq; juris, leg. milites, & l. in qui. ff. ex quib. caus. major.

a Al. sub pœna excommunicationis. b ratum. c Laxomens. al. London. d Vid. Ant. Gomez. tom. 2. var. resol. c. 3. Arium Pinellum in l. 2. C. de rescind. vend. part. 2. c. 3. Parisium cons. 2. l. 1. Guid. Pap. dec. 640. e & sine culpa. f contingente. g sequenti. h præsideret. i Vid. l. 2. & si rem. ff. dep. & l. damni. §. 2. & utrobiq; Bart. ff. de leg. 2.

emere dixerit: vel à denunciationis tempore duorum mensium spatium sit elapsum) meliorationes & jus sibi competens aliis vendere, qui ab emptione hujusmodi minimè prohibentur. Emphyteuta quoq; secus præsumendo, vel cessando in solutione canonis per biennium (nisi celeri satisfactione postmodùm sibi consulere studuisset) justè potuisset expelli *a*. Non obstante, quòd ei, ut canonem solveret, non extitit nunciatum: cùm in hoc casu dies statuta pro domino interpellet. *b*

DE RERUM PERMUTATIONE.

TITULUS XIX.

CAP. I.

¶ Princeps potest rem Ecclesiæ immobilem per permutationem acquirere, datâ re meliori vel æquali. h. d. Et in hoc quod dicit, vel æquali, est casus notabilis.

Ex Concilio apud Silvan.

SI princeps voluerit rem immobilem sanctis locis præstare, & accipere ab eis aliam immobilem, eoq; modo de communi voluntate permutationem contrahere: licèat ei hoc facere, si causa rationabilis id exposcat, & res quam præstiterit, major fuerit, vel æqualis: pragmaticâ sanctione super hoc promulgatâ.

CAP. II.

¶ Permutatio rerum Ecclesiasticarum facta in casu non emergente, seu non servatâ solemnitate juris, est revocanda per successorem.

Ex Concilio Beluacen. *c*

UT commutationes rerum Ecclesiasticarum, quæ ab antecessore inconsultè factæ sunt, ab eo, qui successor est, emendentur.

CAP. III.

¶ Mancipia Ecclesiæ non debent permutari nisi ad libertatem, vel nisi sint fugitiva. h. d. sum c. sequenti.

Ex Concilio apud Silvanectum.

MAncipia Ecclesiastica, nisi ad libertatem, non convenit commutari: videlicet ut mancipia, quæ pro Ecclesiastico nomine habentur, in Ecclesiæ servitute permaneant, & Ecclesiasticus homo, qui commutatur, donatur perpetuâ libertate. Quod enim semel Deo consecratum est, ad humanos usus transferri non decet.

CAP. IV.

¶ Servi Ecclesiæ cum prophanis permutari non possunt, nec alienari, nisi sint fugitivi.

Ex eodem.

INjustum videtur & impium, ut mancipia, quæ fideles Deo, & Sanctis ejus pro animæ suæ remedio consecrârunt, cujuscunque muneris mancipio, vel commutationis commercio iterùm in servitutem secularium redigantur, cùm canonica auctoritas servos tantummodò permittat distrahi fugitivos. Et ideò Ecclesiarum rectores summoperè caveant, ne eleemosyna unius, alterius peccatum fiat. Et est absurdum, ut ab Ecclesiastica dignitate servus discedens, humanæ sit obnoxius servituti.

CAP. V.

¶ Prabenda pallio præcedente permutari non possunt: Episcopus tamen potest de loco ad locum permutare personas.

Urbanus III.

QUæsitum *d* est ex parte tua, si commutationes fieri valeant Præbendarum, cùm commutatio Dignitatum in Turonensi Concilio fuerit interdicta: [1 & *infra.*] ¶ Generaliter *e*, itaque teneas, quòd commutationes Præbendarum de jure fieri non possunt, præsertim pactione præmissâ, quæ circa spiritualia vel connexa spiritualibus, labem semper continet simoniæ.

Si autem Episcopus causam inspexerit necessariam, licitè poterit de uno loco ad alium transferre personas: ut quæ uni loco minùs sunt utiles, alibi se valeant utiliùs exercere.

[1 *Sunt enim quidam, qui Prabendas ceduut, & juri renunciant, ut majorem Præbendam obtineant, vel ex hoc certam summam pecuniæ consequantur, quod quidem honestati est contrarium, & simoniacam procul dubio continet prævitatem.*]

CAP. VI.

¶ Ecclesiæ jure proprietatis possunt ad invicem permutari: & possessiones earum etiam permutari possunt, & pro minùs valentibus pretium suppleri.

Clemens III.

AD quæstiones *a* solvendas: [*& infra.*] ¶ Intelleximus ex literis tuis, quòd duæ conventuales Ecclesiæ sunt in tua diœcesi constitutæ, quarum utraque parœcialem habet Ecclesiam cum possessionibus magis alteri, quàm sibi vicinam. Illis autem desiderantibus permutare eas, cùm illarum altera respectu meliorum proventuum plùs abundet, & ideò sibi postulet adjici certam summam pecuniæ numeratæ, ut sic ad æqualitatem permutationis *b* valeant pervenire, utrum posset id licitè fieri, extitit dubitatum: [1 & 3.] ¶ Respondemus, quòd cùm de dictis *c* parœcialibus Ecclesiis per se queat commutatio celebrari, & in permutatione possessionum per se non sit inhibitum, si altera ratione possessionum alteri præponderet, pecuniam posse refundi de ipsarum possessionibus ad invicem, prout visum fuerit expedire, refusâ certæ pecuniæ quantitate poterit contractus permutationis iniri, sic tamen *d*, quòd illi contractus nequaquam sibi invicem misceantur.

[1 *Quam ob causam fed. Apost. consuluistis. Licèt itaq; tua discretionis industriam ignorare minimè putemus, quod super eodem articulo sit agendum: nihilominus tua prudentia.*]

CAP. VII.

¶ Beneficia sua perdunt, qui ea propriâ permutant auctoritate.

Innocentius III. *Scum. Archiepiscopo.*

CUm olim *e* magister S. & B. Archidiaconatum & Præpositur am ad invicem commutâssent: [1 & 2.] ¶ Licèt prædictus magister ab initio sponte fuerit de permutatione confessus, idem tamen B. eam inficiabatur omninò, proponens, quòd ipse Præposituram sine conditione qualibet resignavit, & post resignationem prædicti magistri Archidiaconatum fuerat assecutus: [2 & 3.] ¶ Cùm ergo nobis constaret, quòd ipse B. suum præstiterit *f* permutationi consensum, prædictus autem magister suum publicè fatgzetur errorem: & hunc Præpositurâ, & illum Archidiaconatu curavimus spoliare, super hoc definitivam contra eos sententiam proferentes.

[2 *Magistri ejusdem obtentu causam super hoc bonæ mem. Nasion. Episcopo duximus delegandam. Cumq; idem B. ad præstitam nostram postmodum accessisset, ut in negotio suo possessorio procederet, obtentu ipsius dil. fil. Abbatem Usuacen. eidem Episcopo duximus adjungendum: verum cum propter Abbatis absentiam non fuisset à delegatis pariter ipsis in causâ processum, utriq; partium se nostro conspectus præsentavit, & audientiam obtinuit coram nobis, &c.*]

[2 *Licèt magister ipse proponeret ex adverso, ipsum secum diutiùs de permutatione tractâsse, & complevisse eadem in manibus ven. f. n. Eduen. Episcopi quod tractaverant posuisse. Verùm sapedictus B. delegatu nostru non deferens, imo verum*

---

a *Vid. Innocent. & ibi Doct. ff. de verb. oblig.* b *interpellat.* c *Refertur in Conc. Meld. c. 25. tanquam ex Conc. apud Beluac. Bur. l. 3. decr. c. 171. Ivo p. 3. c. 262. & c. 2. eod. tit. in 1. compil.* d *Cap. 1. eod. tit. in 2. comp. vid. notata in c. majoribus. sup. de prab. vid. Ægid. Bellamer. tract. de benefic. permut.* e *igitur.*

a *C. 4. eod. tit. in 2. comp.* b *permutationes.* c *prædictis.* d *al. sic: sic tamen, quòd contractus nequaquam sibi invicem misceantur.* e *C. un. eod. tit. in 1. comp.* f *al. præstiterit permutationi assensum.*

delegandis

delegantis sigilla violavit, & illorum scripta, quæ nobis fuerant præsentanda, non erubuit aperire. Cæterum in nostra præsentia constitutus, adversariis suo præsente, in executionem suam propriam proposuit coram nobis, quod judices perperàm processissent contra ipsum, cum alia in scriptis minùs fideliter redegissent. Unde timens, ne literas portares Uriæ, scripta illorum aperuit, & quod suspicatus fuerat, adinvenit. Sane si quid expediret, melius nataviisse, vel non recepisse scripta suspecta, vel nobis fideliter retulisse & præsentâsse, & silentio esse causam suspicionis præpositæ coram nobis. Præterea cum non quæreretur de judice, quem ex proprio motu concessimus, sed de illo potiùs, quem ipsa duxerat eligendum, & judices suas nobis literas per eum destinâssent, de ipso pariter conquerentes verbo ipsius fidem non duximus adhibendam, sed ut in eo saltem puniretur, in quo peccavit contra acta judicum, quæ temere violârat, ipsum sicut non debuimus, sic voluimus exaudire, ne videretur ei dulce suum patrocinium attulisse.]

CAP. VIII.

¶ Si permutatio beneficiorum completa est ex una parte, & per alteram stet, quò minùs impleatur, restituitur pars ad suum beneficium. & secundum hoc contingit jus.

Idem *Archiepisc. & Præposito sancti Andreæ Colon.* a

CUm *b* universorum: [1 & 3.] ¶ Intelleximus G. Canonico referente, quòd cùm ipse & L. Clericus de permutatione Præbendarum suarum inter se tractare cœpissent, quam utilitati utriusque imminere credebant, tandem idem L. Præbendâ ejusdem G. cuidam consanguineo suo assignatâ, Præbendam suam ei, sicut promiserat, noluit resignare: [& 3.] ¶ Cùm igitur deceptis & non decipientibus jura subveniant, licèt ipsi per se de jure non possent Ecclesiastica beneficia permutare, ut tamen simplicitati venia tribuatur *c*, mandamus, quatenus si constiterit prætaxatum G. taliter fuisse deceptum, amoto à Præbenda sua consanguineo ipsius L. vel quolibet alio illicito detentore, eam restitui faciatis eidem.

[1 *Fidelium ab ipso Domino Jesu Christo pastor alis sit nobis cura commissa, solicitudini nostræ incumbit, vel dignoscitur expedire, ut sic debeamus quælibet in suis rationibus conservare quòd aliquorum jura in conspectu Ecclesiæ dispendium non sustineant, sed firma & illibata debeant permanere.*]

CAP. IX.

¶ Spirituale cum temporali permutari non potest.

Gregorius IX. *Beton. & Fungen.* Abbatibus. d

EXhibita nobis Abbatis & Conventûs sancti Martini de Pannonia petitio continebat, quòd cùm super causa, quæ inter ipsos ex una parte, & Præpositum Albanen. *e* ex altera, super quibusdam decimationibus vertebatur, ad C. *f* Capellanum nostrum, tunc in Hungaria commorantem, nostras literas impetrâssent: ipse ac magister M. in quos utrinque tanquam in arbitros extitit compromissum, arbitrati fuerunt, quòd si dictus Præpositus obtineret decem millia solidorum *g* regalium à Rege Hungariæ concedi monasterio memorato, ipsi ab earundem decimationum petitione cessarent: [& 3.] ¶ Quocirca mandamus, quatenus si vobis constiterit de præmissis (cùm permutatio de spiritualibus ad temporalia improbetur) prædictum arbitrium, & quicquid secutum est ex eo vel ob id, irritum decernatis.

a *al. Colonien.* b *C. 2. de prab. in 3. comp. vid. Covarr. lib. 1. var. resol. c. 5.* c *Vid. l. 1. ff. de donat. & l. tutor. ff. de suspect. tut.* d *De Beten. & Singien. Abb. al. Beton. & Semogien, al. de Becanen. & Samogien. Abb. al. de Becan. & Sirogien.* e *Albon. al. Albanen.* f *G.* g *Saltem legitur in 10. Cod. manuscr. in uno, solidorum. in alio, solinarum.*

DE FEVDIS.

TITVLVS XX.

CAP. I.

¶ Si dominus à vasallo recepit feudum in pignus, abstinendo ab ejus servitio, non tenetur computare fructus in sortem. h. d. secundum intellectum communem. Et est casus singularis, qui alibi non legitur.

Innocentius III. *Marien. a Episcopo.*

INsinuatione *b* præsentium declaramus, quòd gageria, quam de feudo Ecclesiæ tuæ ab M. dignoscetis recepisse *c*, à te potest liberè detineri, fructibus non computatis in sortem: Ita videlicet, ut quamdiu fructus illos ceperis in sortem minimè computandos, idem M. à servitio, in quo tibi & Ecclesiæ tuæ pro feudo ipso tenetur, interim sit immunis.

CAP. II.

¶ Ponit tres casus, in quibus non obstante juramento de non infeudando, potest Episcopus antiquum feudum ad Ecclesiam reversum novo vasallo concedere. h. d. Et est casus notabilis, interpretans juramentum de non alienando.

Idem *Mediolanen. Archiepiscopo.*

EX parte tua *d* nostro est Apostolatui relatum, quòd sæpius dubitâsti, utrùm cùm contingit vasallum tuum decedere, & ad te feudum ipsius redire, feudum ejus alii liceat tibi dare, quamvis juramento teneatis astrictus, non infeudare de novo, Romano Pontifice inconsulto? Ad hæc si vasallum tuum feudum alienare contingat, an ipsius filium & consanguineum ejusdem feudi consortem de ipso valeas investire? Alia quoque dubitatio continebat, ut cùm feudum alienatum repereris, quod per te facilè recuperare non potes: utrùm possis alicui Laico in feudum illud concedere, qui & illud recuperet, & in feudum per Ecclesiam recognoscat? [1 & 3.] ¶ In primo ergò casu feudum decedentis liberè (si videris expedire) concedas: Atque in secundo filium, vel consanguineum alienantis investiens, In tertio feudum alienatum poteris ei licenter *e* concedere, per quem ipsa *f* Ecclesia valeat rehabere.

[1 *Nos igitur super his de mente tua scrupulum volentes dubitationis auferre, per a. f. tibi mandamus, quatenus si quando præfati casus emerserint.*]

DE PIGNORIBUS ET ALIIS CAUtionibus.

TITVLVS XXI.

CAP. I.

¶ Res Ecclesiæ pignorari non debent, nisi ex necessitate & rationabili causa.

Ex Concilio Remen. *g.*

NUllus Presbyter præsumat calicem, vel patenam, vel vestimentum sacerdotale, aut librum Ecclesiasticum tabernario, vel negotiatori, aut cuilibet Laico, vel fœminæ in vadium *h* dare: nisi justissimâ necessitate urgente.

Sicut & Zepherinus Papa & Martyr S. Hilarium in suis decretalibus docuit.

CAP. II.

¶ Liber homo non potest pignorari.

a *Maurien.* b *C. 1. eod. tit. in 3. comp. Vid. Covarr. l. 3. var. resol. c. 1. & de materia tituli plenè Jul. Clarus tract. de feud.* c *accepisse.* d *C. 2. eod. tit. in 3. comp. Vid. Jul. Clar. de feud.* e *licitè.* f *ipsum.* g *Non invenio in Concil. Remens. ei tamen tribuunt Bur. l. 3. decr. c. 204. Ivo p. 2. c. 139. & c. 1. eod. tit. in 1 compil.* h *id est, obligare. est enim modus vulgaris loquendi Gebirven. uti sic ait Hostien.* i *C. 2. eod. tit. in 1. comp.*

Gregorius III. *Exonien. Episcopo.*

LAtor præsentium : [*& infrà.*] ¶ Lex habet *a*, ut homo liber pro debito non teneatur, etsi res defuerint, quæ possint pro debito addici.

CAP. III.

¶ Si rector Ecclesiæ pro facto proprio rem Ecclesiæ obligavit, ejusve hæres rem redimere, & Ecclesiæ restituere.

Alexander III. *Episcopo Exonien.*

EX præsentium *b* latoris insinuatione accepimus, quòd Sacerdos Ecclesiæ de Offitona *c* calicem argenteum & medietatem unius breviarii ejusdem Ecclesiæ pro sua necessitate pignori obligavit, & ea, morte prævenatus, minimè recollegit.

Unde, quoniam indignum est, ut eidem Ecclesiæ res suæ (præsertim quæ sacris ministeriis deputatæ sunt) taliter debeant deperire : mandamus, quatenus si verum est, quod asseritur, filium ejus, qui ex successione ipsius patrimonii jus dicitur obtinere, moneas & compellas, ut ea recolligat, & restituat Ecclesiæ memoratæ.

CAP. IV.

¶ Si usurarius emit rem eo pacto, quòd post tempus restituat eam venditori, recipiendo aliquid ultra sortem, fructibus tamen in ea computatis, judicatur contractus fœneraticus.

Innocentius III. *G. Subdiacono nostro, & P. Canonico d Pisano.*

ILlo vos *e* credimus scientiæ dono vigere : [1 & 2.] ¶ Sanè intimâstis nobis, quòd causam, quæ vertitur inter H. & B. filios G. de Cosa *f* ex una parte, & G. filium T. *g* & hæredes ipsius ex altera, super quibusdam terris *h* præfatis personis pro viginti tribus *i* libris pignori obligatis, vobis duximus committendam : [2 & 3.] ¶ Ex parte prædictæ G. & hæredum ejus fuit propositum, terras, quas iidem H. & B. repetebant, ab eis non esse pignori obligatas, sed purè venditas : sicut in instrumento confecto exinde continebatur *k*. Præfatus verò H. pro se ac fratre suo firmiter asserebat, terras non esse purè venditas, sed pignori obligatas : cùm venditioni prædictæ talis fuerit adjecta conditio, ut si à tempore contractûs usque ad duos proximos annos præfato T. emptio displiceret, G. pater H. abinde usque ad annum, viginti sex libras (perceptis fructibus computatis in ipsis) dare deberet. Verùm quia ambigitis, utrùm pura sit & absoluta venditio, an præfatus contractus pignus debeat judicari? Respondemus, quòd qualiscunque fuerit intentio contrahentium, & ex forma contractûs venditio non appareat conditionalis, sed pura : quamvis per conditionem possit resolvi : ex duobus tamen, quæ in pacto fuerunt expressa, videlicet, quòd fructus percepti deberent in solvenda pecunia numerari, & quòd ultra summam receptam lx. *l* solidi deberent persolvi, contra ipsum emptorem præsumitur vehementer, præsertim cum usuras consueverit exercere.

[1 *Quòd super eo, de quo nos consulere voluistis, quid juris sit liquidò cognoscatis, quia tamen nostrâ postulastis edoceri responsione, ne sub ipsius expectatione responsionis decisio negotii prorogetur, præsentibus vobis literis duximus respondendum.*]

[2 *Dantes volis per literas nostras in mandatis, ut ipsam G. & hæredes ipsius ad restituendas vineas, & quicquid ultra sortem perceperant ex eisdem, restituerent conquerentibus, per pœnam in Later. Concil. contra usuras promulgatam cogere curaretis. Vos ut juxta mandatum nostrum in prædictorum negotio memorati partes cogere curastis. Cumq; in præsentia vestra essent constituta.*]

a *C. 2. eod. tit. in 1. comp.* b *C. 3. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. Lat. sub Alex. III. p. 29. c. 1.* c *Offen. al. Offic.* d *Canonicis Pisanis.* e *C. 2 eod. tit. in 3. comp. Vid. Covarr. l. 3. var. res. c. 9.* f *Oosa.* g *Tiberii.* h *vineas.* i *al. xcvii.* k *Vid. l quòd si mihi. in fin. ff. de adil. edict.* l *quadraginta.*

CAP. V.

¶ Mulier agit pro dote contra quemlibet detinentem bona mariti.

Idem *Episcopo Aquinate.*

EX literis *a* tuæ fraternitatis accepimus, quòd causam, quæ vertitur inter R. & A. mulierem, tibi duximus committendam : [1 *& infrà.*] ¶ Si quidem probatum est, quòd pro facinore à marito prædictæ mulieris commisso, eo fugam petente, tam frater mariti *b*, præfatus videlicet R. quàm ipsa mulier (licèt minùs *c* justè) à regio Justitiario capti fuerint, & de ipsius mandato bonorum omnium delinquentis facta distractio, & soluta pecunia mercatori, qui à marito mulieris vulneratus fuerat, & rebus propriis spoliatus : sed quædam possessiones illius penes eundem R. remanserant *d*, quas idem de mandato curiæ retinuit, solutâ pro eis pecuniâ prædicto mercatori, quia emptor alius propter possessionum minutias *e* non extabat : pars verò mulieris æstimationem dotis instantiùs petebat sibi restitui, vel in possessiones, quæ mariti fuerant *f*, ex officio delegationis induci : [2 & 3.] ¶ Mandamus, quatenus si tibi constiterit ex his, quæ in præsentia tua fuêre proposita & probata, quòd mulier dicit, viro dedisse in dotem, & prædictum R. de bonis fratris aliqua possidere : cùm mulieribus favor multas in recuperandis dotibus debeatur, & cautum sit in jure, quòd propter maleficium viri mulier remanere non debeat indotata, cùm etiam bona viri mulieri sint pro dote tacitè obligata, & *g* cum suo onere transierint ad quemlibet possidentem : R. prædictum eidem mulieri ad restitutionem dotis eatenus condemnes, quatenus de bonis fratris sui præfati noscitur possidere.

[1 *Cùm ferè per biennium studuisset, ut eadem causa cum concordia finiretur, partibus non acquiescentibus, accito rarii prudentibus prædicta causa, meritò diligenter examinatis. Idem negotium de prudentum virorum consilio ad nostram duxisti præsentiam remittendum, eâ maximè ratione, quia videtur hoc ad regium judicium specialiter pertinere.*]

[2 *Pars autem viri è contrario respondebat, se non debere super his aliquo modo respondere, quia nihil auctoritate vel voluntate suâ distractum fuerat de bonis mariti ipsius mulieris, sed ipsius ea capi fecerat, & mandaverat distrahenda. Sanè cum pars mulieris diceret, de possessionibus veri sui aliqua remansisse, quæ distracta non fuerant, & ex eis sibi satisfieri postularet, ab ea studiosiùs inquisitis, quanta fuisset pecunia, quæ soluta fuerat mercatori : & ex confessione tibi constiterit utriusque, quòd quidem de immobilibus usq; ad lxxiv. uncias auri alienatum extiterat, sed prædictus R. sc xxiij. vel xxiv. uncias ad dedisse, & xl. duarum unciarum auri numerum compleviss mercatori. Allegabat quoq; pra. R. quòd cùm quinq; filii essent unius patris, & omnes in paternis bonis succederent, falsâ æstimatione totius hæreditatis, non proveniebat ad maritum mulieris de hæreditate paterna, quod ultra xxiv. auri uncias valeret. Quia verò adhuc eadem causa remissa, non fuit sufficienter instructa, nec tibi constitit, utrum ex libris Turonorum, quos petebat, mulier dedisset in dotem, aut idem R. aliquid possidebat de bonis pertinentibus ad fratrem suum virum mulieris prædictæ, nos potuissemus examinationis causa insistere, tum quia in præsentia tua renunciatum fuit allegationibus & probationibus, sicut dicis, tum quia idonei & sufficientes non venerunt ad nost. præsentiam responsales, eandem causam tuo duximus examini remittendam, per Apost. Sed.*]

CAP. VI.

¶ Si creditor, vel is, qui ab eo causam habet, tot fructus percepit ex pignore, quòd satisfactum est sorti, debet pignus restituti debitori.

a *C. 2. eod. tit. in 3. comp.* b *mariti prafati, &c.* c *Vid. l. 1. C. ne uxor pro marito. & l. fin. C. quibus modis pign. tac. contr.* d *remanserunt.* e *In multis vetustis, in minutiis, quam vocem sensus non admittit.* f *fuerunt.* g *Dilta, &, deest in antiquis.*

Idem

Idem *R. de Monte Fortino.*

CUm *a* contra G.civem Anagninum *b*, super quibusdam possessionibus, quas quondam pater tuus L. de Saul *c* pro certa quantitate pecuniæ obligaverat, & ipsius creditoris hæredes prædicto G. pignoraverant, movisses in nostra præsentia quæstionem, legitimè probavisti, quòd ex earum proventibus tantum fuerat tam ab eodè G. quàm ab aliis, qui eas tenuerant, à tempore quo fuerant obligatæ, perceptum, quòd *d* fructus sorti poterant adæquari. Nos igitur attendentes, quòd in talibus perceptio fructuum in solutione sortis accedat, cùm secundum canonicas sanctiones fructus restitui, & in sortem debeant computari: considerantes etiam, quòd possessiones ipsæ jam extenuassent penitùs totum onus, & debitum annullâssent, ipsas tibi restituendas esse decrevimus, & te per nuncium nostrum in possessionem induci fecimus corporalem.

CAP. VII.

¶ *Si is, qui sub pacto legis commissoriæ pignoraverit rem suam, & juraverit non contravenire, justè impeditus intra diem statutum non redemit, post diem redimere potest.*

Idem.

SIgnificante R. cive Pisano *e* nobis innotuit, quòd cùm domum suam *f* G.Pisano civi pro 250. libris pignori obligâsset, ac promisisset præstito juramento, quòd nisi domum ipsam statuto termino recolligeret, creditorem ulteriùs super eo minimè molestaret: & intra statutum tempus per certum *g* & fidelem nuncium (prout ei videbatur) creditori pecuniam numeratam remisit, quam idem nuncius infideliter agens, sicut ei injunctum fuerat, non persolvit: & postmodum idem R. ab Imperatore detentus, dicto G. satisfacere non potuit ut debebat: [1 *& infrà.*] ¶ Cùm igitur pactum legis commissoriæ *h* sit in pignoribus improbatum, & prædictus R. quantùm in eo fuit, juramenti debitum adimplevit: cùm per eum, quem certum nuncium esse sperabat, pecuniam remiserit termino statuto *i*, sed in captione detentus satisfacere non potuit creditori *k*: Mandamus, quatenus si est ita, prædictum creditorem, ut forte contentus, pensionibus pignoris computatis in eam, illâ *l* præfato R. omni dilatione postpositâ resignet (pacto tali vel juramento nequaquam obstante) censurâ Ecclesiasticâ cogatis.

[1 *Nunc per Dei gratiam libertati pristinæ restitutus, paratus est pecuniam reddere creditori, licèt ipse prorsus recusaret recipere, quia ei non fuerit statuto termino persoluta.*]

CAP. VIII.

¶ *Usufructuarius cavet, quòd fruatur rebus immobilibus salvâ ipsarum substantiâ, & pecuniam & æstimationem mobilium, quæ consumuntur usu, finito usufructu restituet.*

Gregorius IX.

CUm *m* constet J. mulierem, uxorem Ogerii *n*, quoad usumfructum filio suo successisse in bonis, quorum proprietas ad M. mulierem, uxorem C. dignoscitur pertinere: Mandamus, quatenus eam ad cautionem idoneam exhibendam, quòd utatur & fruatur salvâ rerum substantiâ rebus *o* immobilibus, quæ usu non consumuntur, ad arbitrium boni viri: Pecuniam verò si quam habuit *p* vel habebit, ac æstimationem bonorum, quæ consumuntur usu, & in hæreditate inventa fuerint, in morte suâ dictæ mulieri vel hæredibus ejus restituat, per censuram Ecclesiasticam compellatis.

a *C. 4. eod. tit. in 2. compilat.* b *Anagnien. al. Anagum.* c *Salu.* d *al. in quæ fructus.* e *C. unic. eod. tit. in 4. comp.* f *vox, suam, deest in antiq.* g *vid. Gomez. tom. 2 var. resol. 7.* h *vid. Covarr. l. 3. var. resol. c. 2.* i *constituto.* k *vid. l. 2. & ibi Gyn. C. ex quib. caus. ma. & l 2. & Bart. ff. de in jus voc.* l *illud, in vulgatis: sed perperam, cùm ad domum referri debeat, cujus initio c. falsa est mentio.* m *vid. l. 1 C. de usufruct. & Spec. tit. de pign. & sequitur videre.* n *Ægidii.* o *al. in rebus.* p *habuerit.*

DE FIDEJUSSORIBUS. *a*

TITULUS XXII.

CAP. I.

¶ *Breve est, nec potest brevius summari.*

Ex Concilio Cantuariensi. *b*

CLericus *c* fidejussionibus *d* inserviens, abjiciatur.

CAP. II.

¶ *Compellitur Clericus servare fidejussorem indemnem per assignationem redituum suorum.*

Lucius III. *Elien. Episcopo, &* e *Archidiacono Norwicensi.*

PErvenit *f* ad nos ex conquestione R. Clerici, quòd cùm ipse pro C. & F. Clericis, mercatoribus Bononiensib. fidejusserit: illis præscriptam pecuniam non solventibus, coactus est satisfacere de eadem. Ne igitur dispendium patiatur, unde videtur præmium meruisse: Bononiensi Episcopo dedimus in mandatis, ut super debitis illis instrumenta, quæ sunt apud creditores, inspiciat, & eorum transcripta suo sigillo signata vobis mittere non postponat. Mandamus itaque discretioni vestræ, quatenus si ex confessione prædictorum Clericorum, vel aliàs legitimè vobis rem ita se habere constiterit, moneatis eosdem, ut memorato R. pecuniam, quam pro eis solvit, restituant, ipsumque servent indemnem: alioquinde reditibus eorum præscripta debita faciatis exolvi, & damna etiam, quæ propter hoc pertulit, resarciri: aut prædictos reditus sibi assignetis tamdiu sine molestia detinendos, donec ipsa damna resarcita fuerint, & debita sine diminutione soluta. Præfatos verò Clericos, si religionem fidei & juramenti sui eos violâsse constiterit, ab officio & beneficio suspendatis.

CAP. III.

¶ *Per districtionem canonicam compellitur debitor à fidejussione absolvere fidejussorem, qui à creditoribus molestatur.*

Idem *Cantuariensi* g *Archiepiscopo.*

COnstitutus *h* in præsentia nostra magister S. suâ nobis assertione monstravit, quòd pro Cancellario suo tempore Lateran. Concilii, in quadam summa pecuniæ intercessit: quam quia usq; modò debitor non persolvit, se asserit plurimas à creditoribus Bononien. molestias pertulisse, & debitum augmentatum. Ideoque mandamus, quatenus si legitimè tibi de hujusmodi assertione constiterit, præfatum debitorem, ut eum à prædicta intercessione sine dilatione prorsus absolvat, Ecclesiasticâ censurâ *i* compellas. Præsentium quoque auctoritate injungimus, ut si debitum vel accessiones ille negaverit, consuetudine, quæ est legi contraria, non obstante, juramentum calumniæ subire cogatur. Præterea quia difficilè foret intercessori suos testes in Angliam ducere, judicibus Bonon. (satisdatione idoneâ à Cancellario ipso acceptâ, quòd ad testes audiendos vadat vel mittat intra terminum competentem) literis tuis significes, ut eos vice tuâ recipiant & examinent diligenter, & depositiones eorum transmittentes inclusas significent, quanta fides possit instrumentis vel testibus adhiberi.

a *De materia hujus capitis vid. Anton. Gomez. tom. 2. variar. resol. c. 13.* b *Cartuarien. al. Carthaginen.* c *C. 3. eod. tit. in 1. comp.* d *al. fidejussoribus.* e *al. Archiepiscopo.* f *C. 4. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. Later. sub Alex. III. p. 23 c. 1.* g *al. Carturensi.* h *C. 1. eod. tit. in 2 comp.* i *al. disciplinâ.*

CAP. IV.

¶ *Si sine licentia Prælati & majoris partis Capituli Religiosus fidejusserit, vel mutuum acceperit, non tenetur Ecclesia, & ipse recipiens punitur, nisi mutuum sit versum in utilitatem Ecclesiæ.*

Innocentius III. *in Concilio generali.* a

QUod *b* quibusdam Religiosis à sede Apost. est prohibitum, volumus & mandamus ad universos extendi *c*: ne quis videlicet Religiosus absque majoris partis Capituli, & Abbatis sui licentia pro aliquo fidejubeat, vel ab aliquo pecuniam mutuam accipiat, ultra summam communi providentiâ constitutam: alioquin non teneatur Conventus pro his aliquatenùs respondere: Nisi fortè in utilitatem *d* domûs ipsius manifestè constiterit redundâsse. Et qui contra istud statutum venire præsumpserit, graviori disciplinæ subdatur.

CAP. V.

¶ *Ponit tres casus, in quibus fidejussor contra debitorem agit, antequam solvat, ut à fidejussione liberetur.*

Gregorius IX.

EUm, pro *e* quo te fidejussorem obligâsti, si diu in debiti solutione cessavit, aut dissipare bona sua cœpit, seu super hoc condemnatus fuisti, jure poteris convenire, ut te à fidejussione debeat liberare.

DE SOLUTIONIBUS.

TITULUS XXIII.

CAP. I.

¶ *Successor in beneficio tenetur solvere debita prædecessoris pro necessitate Ecclesiæ contracta.*

Alexander III. *Decano & Capitulo Morinen.* f

AD hoc *g* in Apostolicæ: [& ℣.] ¶ Sicut filius debita patris solvere tenetur; ita Prælatus sui prædecessoris, pro Ecclesiæ necessitate contracta.

CAP. II.

¶ *Si Prælatus obligat Ecclesiam pro alienis debitis, est suspensus ipso facto ab administratione spiritualium & temporalium, & Ecclesia non tenetur.*

Gregorius IX. *universis Ecclesiarum Prælatis.*

SI quorundam: [& ℣.] ¶ Firmiter inhibemus, ne quis præsumat Ecclesiam sibi commissam pro alienis gravare debitis, aut literas alicui seu sigilla concedere, quibus possent Ecclesiæ obligari *h*: Decernentes si secùs fuerit attentatum, ad solutionem talium debitorum Ecclesias non teneri. Si quis autem contra præmissa de cætero venire præsumpserit, ab administratione spiritualium & temporalium noverit se suspensum.

CAP. III.

¶ *Si Clericus non habeat, unde satisfaciat suis creditoribus, non debet excommunicari, nec aliter molestari: præstabit tamen cautionem saltem juratoriam de solvendo, cum venerit ad pinguiorem fortunam.*

Idem *Decano & I. Canonico Tullen.*

ODoardus *i* Clericus proposuit, quòd cùm P. Clericus, D. Laicus, & quidam alii ipsum coram Officiali Archidiaconi Remen. super quibusdam debitis convenissent, idem in eum recognoscentem hujusmodi debita, sed propter rerum inopiam solvere non valentem, excommunicationis sententiam promulgavit: [& infrà.]

¶ Mandamus, quatenus si constiterit, quòd prædictus O. in totum vel pro parte non possit solvere debita supradicta, sententiam ipsam sine difficultate qualibet relaxetis, receptâ priùs ab eo *a* idoneâ cautione, ut si ad pinguiorem fortunam devenerit, debita *b* prædicta persolvat.

CAP. IV.

¶ *Conquerens se indebitè solvisse, hoc probare debet, nisi in casu hic posito.*

Idem.

IS, qui conqueritur indebitam pecuniam se solvisse, probare tenetur, quòd indebitè sit soluta *c*: Nisi ejus adversarius solutionem inficians exinde convincatur: tunc enim diffitenti onus incumbit probandi, quòd debitum recepisset.

DE DONATIONIBUS.

TITULUS XXIV.

CAP. I.

¶ *Potest intelligi duobus modis: & secundùm primum intellectum h. d. Liberalis in donando existimat se debere, quod donat. Vel sic secundùm alium intellectum: Promittentes aliquid donare, illud tanquam debitum adimplere tenentur.*

Gregorius *d A. Patricio Gallorum.*

PRudentes: [1 & ℣.] ¶ Hanc *e* sibi quodammodò nobilitas legem imponit *f*, ut debere se, quod sponte tribuit, existimet *g*: Et nisi in beneficiis suis creverit, nihil *h* se præstitisse putet.

[1 *Viros sicut æstu, Regibus adhærere, multorum solamen est, &c. ut in registro impresso.*]

CAP. II.

¶ *Non valet donatio, quam facit Prælatus inconsultis Capitulo, & in damnum Ecclesiæ.*

Alexander III. *Parisien. Episcopo.*

FRaternitatem *i* tuam credimus non latere, quòd cùm Episcopus & quilibet Prælatus Ecclesiasticarum rerum sit procurator, & non dominus: conditionem Ecclesiæ *k* meliorare potest, facere verò deteriorem non *l* debet. Accepimus autem, quòd prædecessor tuus graves donationes in rebus Episcopatûs fecit in detrimentum Ecclesiæ, suis Canonicis inconsultis.

Unde quoniam donationes hujusmodi de jure non tenent, indulgemus *m* tibi, ut liceat donationes hujusmodi tam à Clericis, quàm à Laicis legitimè revocare.

CAP. III.

¶ *In considerando, an valeat donatio facta per Prælatum, debet attendi quantitas rei donatæ, & loci consuetudo. h. d. inhærendo literæ.*

Idem *Vigorien.* n *Episcopo.*

CÆterùm *o*, si Abbatem donationem cum Priore & quibusdam de Conventu, vel solum Abbatem facere contigerit, & postea Conventûs pars reclamaverit: Datæ rei quantitas, & illius terræ conditio etudo (quæ tamen sacris canonibus non obviet) est diligentiùs attendenda: & secundùm hoc est donum ratum vel irritum judicandum.

CAP. IV.

¶ *Ecclesia non vacans, in beneficium concedi non potest, sed in proprietatem sic: de auctoritate tamen Episcopi, & sine præjudicio Prælati.*

---

a *Cap. 59.* b *C. un. eod. tit. in 4. comp.* c *Vid. l. cum antessimi per Bart. C. de fideicom.* d *Vid. Bald. in auth. hoc jus porrettum. C. de sacrosan. Eccles.* e *Vid. Guid. Pap. decis. 117. incipit, fidejussor potest.* f *al. Norvicen.* g *C. 1. eod. tit. in 1. comp.* h *Vid. l. qua dotis. ff. solut. matr. & l. Lucius. & utrobig. Bart. ff. de fide instrum.* i *Odardus habent antiqua exemplaria. Vid. late per Bald. in 6. fin. Inst. de act.*

a *al. ab ipso.* b *præscripta.* c *Vid. l. cùm de indebito. ff. de probat.* d *Aschelpidato l. 12.* e *C. 2. eod. tit. in 1. comp.* f *ponit.* g *extimet.* h *uti.* i *Cap. 2. eod. tit. in 1. compil.* k *In C. Barb. meliorem potest facere, &c.* l *al. non potest.* m *al. indulgemus, ut tibi liceat, &c.* n *VVigor. al. VVigorien.* o *C. 3. eod. tit. in 1. comp. & 4. 2. tit. de consuet. in 2. comp. & post Conc. Lat. p. 29. 4. 3.*

Idem

Idem *Abbati S. Alberti.*

CONsultationibus *a*: [*& ſ.*] ¶ Donationes verò vel conceſſiones Eccleſiarum, ſi quæ fiant privatis perſonis, viventibus illis, qui ipſas Eccleſias poſſident, nullius debent eſſe momenti. Si religioſis fiant locis ab Epiſcopo, vel ejus auctoritate, ratæ debent haberi: Ita quòd perſonæ, quæ jam dictas Eccleſias poſſident, ſine ipſorum aſſenſu eis in vita ſua non debeant *b* ſpoliari.

CAP. V.

¶ *Non obſtante juramento de non infeudando de novo, Prælatus integrare poteſt feudum, ſi appareat vaſallum in menſura fuiſſe deceptum.*

Innocent. III. *Epiſcopo Floren.*

PEr tuas *c* literas proponere procurâſti, quòd cùm quidam Nobiles Florentini tempore ſchiſmatis Epiſcopum Florent. in domo ſua tenuerunt, idem Epiſcopus ſedatâ ſchiſmatis tempeſtate, de mandato Alexandri Papæ quatuor modios terræ in feudum conceſſit eiſdem: & ſucceſſor ipſius (prout eſt moris) de certo feudo præfatos nobiles inveſtivit. Verùm cùm ipſi aſſignatam terram menſurari feciſſent, non niſi duos modios invenerunt, feudum integrari cum inſtantia poſtulantes: ſuper quo dubitas, eò quòd non ſunt in poſſeſſione ipſius, ne denovo videaris illud conferre: [*1 & ſ.*] ¶ Nos igitur attendentes, quòd Eccleſia in actibus ſuis fraudem non debet aliquam adhibere, reſpondemus, quòd feudum ipſum ſecure poteris integrare, cùm terra illa quatuor modiorum ipſis fuerit aſſignata.

[*1 Licet tibi fidelitatem curaverunt exhibere, & de quatuor modiis fuerint inveſtiti antequam eorum petitioni duceres annuendum, ſed. duxiſti Apoſt. conſulendam.*]

CAP. VI.

¶ *In donationibus pleniſſima ſit interpretatio: & ob hoc clauſula oneroſa poſt multas donationes appoſita, proximam donationem tantum reſpicit. b.d. & eſt caſus ſingularis.*

Idem *R.* d *de Burg. & G. Berbur. Abbatibus.*

CUm dilecti *e* filii Abbas & Monachi de Melios propoſuerint coram nobis, quòd nobilis vir Alanus quaſdam terras à patre ipſius, eorum Eccleſiæ in eleemoſynam *f* aſſignatas, violenter redigere cupiat in foreſtam: [*1 & infrà.*] ¶ Mandamus, quatenus ad ſententiam pro ipſo monaſterio proferendam, appell. poſt poſitâ procedatis, cùm ex tenore inſtrumenti evidenter appareat *g*, quòd hæc fuit mens & intentio donatoris, ut clauſula de foreſta, quæ in fine ponitur inſtrumenti, non ad ſuperiorem donationem, quæ tam libera & pura fuit, ut immunis eſſet à *h* vexatione & conſuetudine ſeculari, ſed ad inferiorem conceſſionem, quæ penſionem & determinationem habet inſertam, juxta ſanum referri debeat intellectum: quia in contractibus plena *i*, in teſtamentis plenior, in beneficiis quoque pleniſſima eſt interpretatio adhibenda.

[*1 Eos ſuper his indebitè moleſtaret, vobis dediſſe recolimus in mandatis, ut ipſum A. ab ipſorum ſuper illis terris indebita moleſtatione deſiſtere per cenſ. Ap. poſtpon. cogeretis. Verùm cùm ſuper cauſa ipſa mandatum Apoſt. impleveris, diligentius procedentes in cauſa, partibus in præſentia veſtra conſtitutis, teſtes recepiſtis hinc-inde, & ſuper atteſtationibus illarum, & inſtrumentis, diſputationibus, ac diſcrepationibus diu habitis in cauſa ipſa, uſque ad ſententiæ calculum proceſſiſtis: cauſam ipſam ſufficienter inſtructam ad noſtram audientiam remittentes. Ut autem per diligentiam noſtram ſinis cauſa imponatur, eadem inſtrumentorum tenorem, depoſitiones teſtium & allegationes etiam, prout ea recoperatis, ſigillorum veſtrorum munimine roborata vel conſignata, vobis ſub ſigillo noſtro remittimus interclusa per Apoſt. ſed.*]

CAP. VII.

¶ *Si Epiſcopus in Eccleſia, quam de conſenſu Capituli pio loco conceſſit, percipiebat certos proventus, illos donaſſe videtur: aliquin omnes proventus præter cathedraticum, cedunt pio loco. Et ſi Epiſcopus conceſſit de conſenſu patroni, intelligitur patronus donaſſe jus patronatûs.*

Idem *Epiſcopo Helenſi* a.

PAſtoralis *b* officii: [*1 & infra.*] ¶ Tua nos duxit diſcretio *c* conſulendos, ſi Epiſcopus conſentiente patrono viris religioſis aliquam Eccleſiam concedendo, hâc utatur ſimplicitate verborum: Concedimus vobis illam Eccleſiam: utrùm eo ipſo videatur in eorum uſus fuiſſe conceſſa, vel jus tantummodò patronatûs? Nos autem inquiſitioni tuæ duximus reſpondendum, quòd ſi Epiſcopus Eccleſiam illis conferat de conſenſu patroni, profectò patronus, quod ſuum eſt, conferre videtur: jus videlicet patronatûs *d*: & Epiſcopus, quod temporaliter obtinet in eadem: ut ſi fructuum ejuſdem Eccleſiæ aliquam recipiat portionem, in eorum uſus illa portio convertatur. Quòd ſi ex ipſius proventibus nullam debeat portionem habere, omnes proventus præter cathedraticum in eorum uſus credimus convertendos. Sed ut Epiſcopi donatio ſit legitima, conſenſus eſt ſui Capituli requirendus.

CAP. VIII.

¶ *Poſſunt hoſpitalariis in præjudicium ſuum, ſe & domum ſuam alteri religioſæ domui ſubjicere & donare. hoc dicit, ſecundum intellectum gloſſæ.*

Idem *Florentin. & Feſulan. Epiſcopis.*

INter dilectos *e* filios hoſpitalarios ſancti Sepulchri, ac fratres hoſpitalis S. Allucii, ſuper eodem hoſpitali quæſtione ſubortâ, cùm iidem hoſpitalarii ſuper poſſeſſorio, quod ſemel & iterùm ex cauſis tamen diſſimilibus intentârunt, contrariam ſententiam reportâſſent: deinde ad petitorium recurrentes, proponere curârunt, quòd cùm G. quondam rector, & fratres ac patroni ejuſdem hoſpitalis, habito communi tractatu *f* deliberâſſent, hoſpitale ipſum hoſpitalariis ſupponere ſupradictis, commiſerunt in hoc tribus procuratoribus vices ſuas, communiter ſtatuentes, ut quod per ipſos fieret, acceptarent: qui cum eiſdem taliter ſtatuerunt, ut ad ipſum hoſpitale aliqui mitterentur, qui eorum nomine acciperent *g* aſſignationem ipſius: cùm autem duos illuc de ſuis fratribus transmiſiſſent, ipſi donationem & aſſignationem hoſpitalis, tam à Magiſtro, quàm à ſupradictis procuratoribus, & aliis ejuſdem domûs fratribus receperunt: [*& infrà.*] ¶ Procurator autem partis alterius ex adverſo reſpondit, quòd prædicta donatio debebat non immeritò retractari: quoniam multis ex fratribus inconſultis à prædicto rectore, ac paucioribus fratribus excommunicatis & perjuris, de re litigioſa in fraudem Plebani de Piſcia, qui ſuper eodem hoſpitali moverat quæſtionem, fuerat celebrata: [*1 & infrà.*] ¶ Attendentes igitur, quòd fratres & patroni ſancti Allucii pro ſe, imò potiùs contra ſe turpitudinem allegabant: videlicet perjurium, excommunicationem, & fraudem, non utique contra ipſos, ſed ab ipſis commiſſam, & intelligentes donationem ab eis hoſpitalariis factam, puram ac ſimplicem extitiſſe: quia non

a *Cap. 23. tit. de jur. patr. in 1. comp. & poſt Conc. Later. p. 15. cap. 20.* b *debent.* c *C. 2. eod. tit. in 3. comp.* d *al. ita. R.G. de Burg. & G. de Burge Abbatib.* e *C. 3. eod. tit. in 3. compilat.* f *eleemoſynas.* g *apparet.* h *ab omni. in recent.* i *Interpretatio faciendæ eſt in meliorem partem, ut res valeat. vid. l. quoties. ff. de reb. dub.*

a *al. Helienen.* b *Cap. 4. eod. tit. in 3. comp. Reliquas partes hujus Decr. quare ſup. de reſcr. paſtoralis. & aliis locis.* c *fraternitas.* d *Vid. l. Cajus. cum not. D. de pignor. act.* e *Cap 3. eod. tit. in 3. compil.* f *contractu.* g *recuperent.*

deceptoribus, sed deceptis jura subveniunt: unde per ea, quæ superiùs proposita sunt, se contra factum proprium legitimè defendere non valebant, hospitale prædictum cum pertinentiis suis hospitalariis sancti Sepulchri adjudicare curavimus: Ita quod per hanc sententiam diœcesano Episcopo & Plebano de Piscia nullum præjudicium generetur: cùm res inter alios acta non debeat aliis præjudicium generare a.

[1 *Et hæc omnia proponebat sufficienter per depositiones testium productorum. Ad hæc verò parte altera multipliciter respondente hinc inde fuit aliquandiu disputatum.*]

CAP. IX.

¶ *Donatio quinquagesimæ vel centesimæ, quam fecit Episcopus cum gravi Ecclesiæ suæ detrimento, potest legitimè revocari: nec etiam potest ultra quinquagesimam vel centesimam conferre, etiam cessante lesione Ecclesiæ, sine auctoritate superioris.*

Idem *Episcopo sancti Andreæ.*

APostolicæ sedis oraculo b: [1 & 3.] ¶ Inquisitioni tuæ taliter respondemus, quòd licet sit in canone c diffinitum, ut si quis Episcoporum in parochia sua monasterium construere voluerit, & de rebus Ecclesiæ, cui præsidet, ipsum dotare, non amplius ibidem, quàm quinquagesimam partem, Ecclesiæ verò, quàm monasticis regulis informare, vel pro suis propriis magnificare voluerit sepulturis, non amplius quàm centesimam partem censûs Ecclesiæ, cui præest, debeat elargiri: quia tamen in eodem canone consequenter adjungitur, ut hæc d temperamenti æquitas observetur, quòd cui tribuit, competens subsidium conferat: & cui tollit, damna gravia non infligat: eâ quidem cautelâ servatâ, ut unam tantummodo, quæ placuerit ex his duabus, remunerationem assumat. Hoc semper est observandum, quòd unus Episcopus, vel alius, non solùm non debet amplius, sed nec tantum, nec minus cum gravi Ecclesiæ suæ detrimento conferre, sive simul & semel id facere velit, sive pluries successivè, eisdem e vel diversis Ecclesiis conferendo. Unde cùm grave detrimentum sive de possessionibus, sive de proventibus ad Episcopalem mensam vel cathedralem Ecclesiam pertinentibus, in quantalibet portione constiterit esse collatum, poterit legitimè revocari, nisi præscriptione vel aliâ exceptione legitimâ actio hujusmodi excludatur. Nam etsi primâ facie præsumatur, quòd collatio quinquagesimæ vel centesimæ partis grave non inferat detrimentum, quia tamen non solum si sæpè, sed etiam si semel id fiat, ex variis circumstantiis deprehendi potest interdum valdè damnosum: quod quidem magis potest ex ostensione facti, quàm expressione alicujus statuti cognosci: nec quinquagesima, nec centesima semel aut successivè debet cum gravi Ecclesiæ damno conferri. Si verò in tantum abundet Episcopus, ut sine damno Ecclesiæ suæ possit amplius etiam, quàm per quinquagesimam vel centesimam partem necessitati alterius Ecclesiæ subvenire, quamvis per se non debeat summam excedere à canone præfinitam, per quam incautè largiri volentibus est occursum: de superioris tamen auctoritate Pontificis f potest etiam in majori summa inopiæ alterius provideri.

[1 *Cùm plerunque contingat, quòd Episcopi successivè locis religiosis de redditibus, qui pertinent ad eosdem, ultra quinquagesimam conferant portionem, ita quòd interdùm usque ad tertiam partem vel quartam, interdum verò plus minusve hujusmodi redditus minuantur: tua fiat. nos consulas, utrum successoribus eorundem ea, quæ taliter fuerunt ultra quinquagesimam portionem concessa, licet aliquatenùs revocare. Nos igitur.*]

CAP. X.

¶ *Donatio potest per donatorem non per hæredem ejus, qui tacuit, ob ingratitudinem donatarii revocari, in casibus hic expressis.*

Gregorius IX.

PRopter ejus ingratitudinem, inquem liberalitas est collata, donatoris persona de rigore juris eam potuit revocare. a: Si fortè in ipsum impias manus injecerit b, aut sibi atroces injurias, seu grave rerum suarum damnum, vel vitæ periculum inferre præsumpserit. Quod tamen ad donatoris, qui hoc tacuit, non extenditur successores.

a *Vid. l. transactionem. C. de pact. & l. si petitor. ff. de jud. & l. si unus. §. pacta. ff. de pact.* b *Cap. 6. eod. tit. in 3. compilat.* c *Hunc canonem habes in Concil. Tolet. cap. 3. refert Grat. 12. q. 2. c. 73. incipit, bona res. Ejus canonis verba hic inserit Innoc. usque ad vers. Hoc semper.* d *ut per hoc temperamenti.* e *eidem.* f *Vox, Pontificis, deest in vetustiorib. Codic.*

DE PECULIO CLERIcorum.

TITULUS XXV.

CAP. I.

¶ *Quæsitum à Rectore Ecclesiæ tempore promotionis nihil habente, præsumitur de bonis Ecclesiæ quæsitum.*

Ex Concilio Atrebatensi a.

INvestigandum d est, si nihil patrimonii habens Presbyter, quando promotus e est ad Ecclesiasticum ordinem, postea f emerit prædia, cujus juris sint: quoniam Ecclesiæ, ad quam nihil habens promotus est, esse debent juxta canonicam auctoritatem.

CAP. II.

¶ *De emptis per Prælatum de bonis Ecclesiæ, debet instrumentum confici nomine Ecclesiæ, aliàs debet Prælatus ab administratione removeri.*

Ex eodem.

PResbyter g cùm diœcesim tenet: de eis h quæ superemerit, ad ipsius Ecclesiæ nomen scripturam faciat; aut ab ejus ordinatione discedat.

CAP. III.

¶ *Quæsita per Episcopum post consecrationem suam, Ecclesiæ relinquenda sunt.*

Ex epistola Pii Papæ i.

UT unusquisque k Presbyter res, quas post dies consecrationis acquisierit, propriæ Ecclesiæ relinquat.

CAP. IV.

¶ *Empta per Prælatum ex emolumentis Ecclesiæ, efficiuntur Ecclesiæ, licet Prælatus emerit nomine alieno.*

Ex Concilio Rhemensi l.

INquirendum est, si quis m Presbyterorum de reditibus Ecclesiæ, vel oblationibus, vel votis fidelium, alieno nomine res comparavit n: quia sicut nec suo, ita nec alieno nomine Presbyter fraudem facere de facultatibus Ecclesiasticis o debet, quoniam hoc sacrilegium p est, & par crimini Judæ furis, qui sacras oblationes asportabat & furabatur.

a *Videtur sumptum ex Concilio Carthaginens. 3. cap. 49. Refert Burchard lib. 3. decr. cap. 111. Ivo part. 3. cap. 96. Grat. 12. q. 1. c. 1.* b *ingerit.* c *In concilio edito nondum invent. Burchard. lib. 3. Decr. cap. 1. & Ivo part. 3. c. 94.* d *Cap. 1. eod. tit. in 3. comp.* e *provectus.* f *alit. si postea.* g *Cap. 2. eod. tit. in 3. compil.* h *de his.* i *Videtur sumptum ex Concilio Carthaginens. 3. cap. 49. Refert Burchard lib. 3. decr. cap. 111. Ivo part. 3. cap. 96. Grat. 12. q. 1. c. 1.* k *Cap. 1. eod. tit. in 1. comp.* l *In Concilio impresso nondum invent.* m *si aliquis Presbyter.* n *comparaverit.* o *Ecclesiæ.* p *sacrilegium.*

CAP.

CAP. V.

¶ *Meliorationes facta per Prælatum in rebus Ecclesiæ, sunt suæ vitæ, etiam si dimittat beneficium: sed de his testari non potest. b. d. secundùm intellectum satis notabilem.*

Ex Concilio Toletano *a*.

SI quis sanè *b* Clericorum agella vel vineolas in terra Ecclesiæ sibi fecisse probabitur sustentandæ vitæ causâ, usque ad diem obitûs sui possideat: verùm post suum decessum Ecclesiæ restituat, nec testamentario aut successorio jure cuiquam hæredum, prohæredúmve relinquat, nisi forsan cui Episcopus pro servitiis ac præstatione Ecclesiæ largiri voluerit.

DE TESTAMENTIS ET ultimis voluntatibus.

TITULUS XXVI

CAP. I.

¶ *Episcopus de rebus patrimonialibus testari potest: de rebus verò Ecclesiæ seu intuitu Ecclesiæ quæsitis, testari non valet.*

Gregorius IX. *Antonio Subdiacono.*

QUorundam *c* ad nos relatione pervenit, quòd Latellanæ civitatis Episcopus condito testamento in octo unciis substantiæ suæ nutum hæredem instituit, Ecclesiam suam in residuis quatuor. Hortamur igitur, ut solicitè hoc discutias, & quicquid ipsum habuisse patuerit, à qualibet persona detineri nullatenùs patiatis, nisi hoc solùm *d*, quod eum ante Episcopatûs ordinem proprium habuisse constiterit. Quicquid verò Ecclesiæ ante ipsius consecrationem fuisse cognoveris, vel in Episcopatûs ordine prædictum Episcopum acquisivisse *e*, in ejusdem Ecclesiæ dominio conservetur.

CAP. II.

¶ *Abbatissa testari non potest, etiamsi nunquam induisset habitum Monachalem.*

Idem.

QUia ingredientibus: [&c.] ¶ Gabina *f* Abbatissa conquesta est, S. quondam Abbatissam monasterii sui, postquam regendi suscepit officium, condito testamento legata quibusdam reliquisse, dicens eam usque in diem obitûs sui non induisse habitum Monachalem, sed in vestibus, quibus utuntur loci illius *g* Presbyteri permansisse, sicut & illa, quæ ante ipsam fuerat Abbatissa, & hoc pene *h* ex consuetudine licuisse: [&c.] ¶ Necessarium ergo visum est, postquam Abbatissa ordinata est, & in monasterio per annos plurimos usque ad obitum præfuit, vestis qualitatem ad culpam forte Episcopi pertinere, qui eam sic esse permisit, nontamen potuisse præjudicium monasterio irrogare, sed res ipsius eidem loco, ex quo illic ingressa & Abbatissa constituta est, de jure competere.

CAP. III.

¶ *Si intra annum à die monitionis non fit executio testamenti per debentem exequi, devolvitur executio ad Episcopum.*

Idem *i*.

NOs quidem: [&c.] ¶ Pervenit ad nos S. de hac luce migrante suprema voluntatis elogio *k* monasterium præcepisse fundari: cujus desiderium à T. religiosa fœmina ejus hærede protrahitur. Quamobrem te hortamur, ut eam commoneas, quatenus intra annum monasterium, quòd jussum est, debeat ordinare, & cuncta secundùm voluntatem defuncti sine altercatione construere. Quòd si intra prædictum tempus sive in loco, quo constitutum fuerat, seu si ibi non potest, & alibi placet ordinari, tecum implere neglexerit: tunc per te ædificetur, & omnia per te loco ipsi sine diminutione qualibet assignentur. Sic enim secundùm piissimas leges dilatas defunctorum pias voluntates Episcopali decens est studio adimpleri.

CAP. IV.

¶ *Debetur legatum, quamvis nudis verbis à testatore sit relictum.*

Idem *a Petro Subdiacono.*

INdicante: [&c.] ¶ Cognovimus R. referente, quòd moriens uxor Redempti *b* concham argenteam nudis verbis jussit venundari, & suis dare libertis, & scutellam argenteam cuidam monasterio reliquisse *c*. In quibus voluntatem ejus per omnia volumus adimpleri.

CAP. V.

¶ *Non debetur legatum, cùm testator rem non suam, sed Ecclesiæ legavit. b. d. simpliciter inhærendo litteræ.*

Idem *T. Episcopo.*

FIlius noster F. conquestus est, quòd quondam P. pater suus aliqua Ecclesiæ vestræ, sepulturæ suæ gratiâ, juris alieni reliquit. Et quidem leges seculi hoc habent, ut hæres ad solvendum cogatur, si auctor ejus rem legaverit alienam: sed quia lege Dei, non autem lege hujus seculi vivimus, valdè mihi videtur injustum, ut res tibi legatæ, quæ cujusdam Ecclesiæ esse perhibentur, à te teneantur, qui aliena restituere debuisti.

CAP. VI.

¶ *Hæredi non adimplenti jussa testatoris, ab Episcopo interdicitur res à testatore relicta. b. d. inhærendo litteræ.*

Ex Concilio Maguntino.

SI hæredes jussa testatoris non adimpleverint: ab Episcopo loci illius omnis res, quæ eis relicta est, canonicè interdicatur cum fructibus & cæteris emolumentis: Ut vota defuncti adimpleantur *d*.

CAP. VII.

¶ *De bonis per Ecclesiam acquisitis, Clerici testari non possunt.*

Ex Concilio Lateran. *e*.

CUm in officiis charitatis primo loco illis teneamur obnoxii, à quibus beneficium nos cognoscimus recepisse, econtrà quidam Clerici cùm ab Ecclesiis suis multa beneficia perceperint, bona per eas acquisita, in alios transferre præsumunt. Hoc igitur, quia antiquis canonibus constat inhibitum, nos indemnitati Ecclesiarum providere volentes, sive intestati decesserint, sive aliis *f* conferre voluerint, penes Ecclesias eadem bona præcipimus remanere.

CAP. VIII.

¶ *Moderatam eleemosynam de bonis per Ecclesiam acquisitis Clerici facere possunt, etiam in ægritudine constituti.*

Alexander III.

AD hæc *g* præsentibus innotescat, quòd Clerici de mobilibus, quæ per Ecclesiam sunt adepti, de jure testari non possunt: Viventes tamen & sui compotes moderatè valent aliqua de bonis ipsis non ratione testamenti, sed eleemosynæ intuitu erogare in ægritudine constituti.

CAP. IX.

¶ *De bonis propriis, vel acquisitis intuitu personæ Clerici testari possunt, de acquisitis intuitu Ecclesiæ non.*

a *Concil. Toletan. 2.* b *Cap. 4. & cap. 7. eod. tit. in 1. compil.* c *Cap. 1. eod. tit. in 1. comp.* d *Beat. Thom. 2. 2. q. 185. art. 6. & 7. & ibidem Cajetanus: & Conc. Trident. sess. 25. de reform. cap. 1.* e *acquisisse, in antiq.* f *Sabina Abbatissa questa.* g *ipsius.* h *placet, in vulgat. sed in regest. Greg. pem.* i *Scribit Gregor. Januar. Episcopo Caralitano l. 3. epist. 10. regist. & 2. 12. eod. tit. in 2. comp.* k *eulogio.*

a *Gregor. in regest. libr. 12. epist. 30. & cap. 13. eod. tit. in 2. comp.* b *Recepto. puto esse proprium viri nomen.* c *aliter, reliquisset, sed reliquisse in nostris antiq.* d *impleantur.* e *Sub Alexand. III. cap. 11. & Cap. 4. eod. tit. in 3. comp.* f *aliis.* g *Post Concil. Lateran. sub Alexand. III. part. 23. c. 1. & cap. 5. eod. tit. in 1. compilat.*

Idem *Vigilensi* a *Episcopo.*

QUia *b* nos: [1 & 3.] ¶ Consultationi tuæ taliter respondemus, quòd licèt Clerici de his, quæ paternæ successionis vel cognationis intuitu, aut de artificio sunt adepti, seu dono consanguineorum, aut amicorum, non habito respectu ad Ecclesiam, pervenerunt ad ipsos, liberè disponere valeant. De his tamen, quæ consideratione Ecclesiæ perceperunt, nullum de jure possunt facere testamentum.

[1 *Duxit tua f. consulendos, utrùm Clerici secundæres de mobilibus rebus possint condere testamenta.*]

CAP. X.

¶ *Valet testamentum quod parochianus facit coram Presbytero parochiali & duobus testibus: nec valet contraria consuetudo, h. d. inhærendo verbis literæ.*

Idem *Hostiensi Episcopo.*

CUm esses in nostra præsentia constitutus, proposuisti talem in tuo Episcopatu consuetudinem obtinere, quòd testamenta, quæ fiunt in ultima voluntate, penitùs rescindantur, nisi cum subscriptione septem vel quinque testium fiant, secundùm quod leges humanæ decernunt. Quia verò à divina lege & sanctorum Patrum institutis, & à generali Ecclesiæ consuetudine id noscitur esse alienum, cùm scriptum sit: *c* [*In ore duorum vel trium testium stet omne verbum:*] præscriptam consuetudinem improbamus: & testamenta, quæ parochiani coram Presbytero suo, & tribus vel duabus aliis personis idoneis in extrema fecerint voluntate, firma decernimus permanere: sub interminatione anathematis prohibentes, ne quis hujusmodi audeat rescindere testamenta.

CAP. XI.

¶ *Valet ultima voluntas ad pias causas coram duobus testibus: & est casus singularis.*

Idem *judicibus Velletren.* d

LAtum est *e*, quòd cùm ad vestrum examen super relictis Ecclesiæ causa deducitur, vos nisi septem, vel quinque idonei testes intervenerint, inde postponitis judicare: [1 & 3.] ¶ Mandamus, quatenus cùm aliqua causa talis ad vestrum fuerit examen deducta, eam non secundùm leges, sed secundùm decretorum statuta tractetis, tribus aut duobus legitimis testibus requisitis: Quoniam scriptum est: [*In ore duorum vel trium testium stet omne verbum.*]

[1 *Unde quia hujusmodi causa de judiciis Ecclesiæ, non secundùm leges, sed secundùm canones debet tractari, & in ipsis divinâ Scripturâ testante duo aut tres idonei testes sufficiunt.*]

CAP. XII.

¶ *De proprio potest testari Clericus: in acquisitis per Ecclesiam etiam si sint mobilia, succedit Ecclesia vel successor: potest tamen aliqua servitoribus vel pauperibus elargiri: si autem defunctus habet plures Ecclesias vel beneficia, fiet aquæ divisio inter illa.*

Idem *Electo & Capitulo Cassanen.*

RElatum est *f* auribus nostris, quòd quia statuimus in Lateranensi Concilio *g*, ut bona per Ecclesiam acquisita, ad eam in Clericorum obitu devolvantur: dubitatis, an hoc sit de immobilibus tantùm, vel de mobilibus sentiendum: [1 & 3.] ¶ Respondemus, quòd generaliter bona *h* quælibet per Ecclesiam acquisita, eis *i* debent juxta Lateran. Concilium post acquirentis obitum remanere: Nomine autem Ecclesiæ, non Episcopus vel successor Clerici morientis, ubi est collegium Clericorum, sed communis congregatio intelligitur, quæ rerum illarum debet canonicam distributionem & curam habere. Ubi autem in loco defuncti tantùm est unus ordinandus, is ea bona (sicut & alia ipsius Ecclesiæ) in Dei *a* timore dispenset. Licèt autem mobilia per Ecclesiam acquisita, de jure in alios pro morientis arbitrio transferri non possunt: consuetudinis tamen non est improbandæ, ut de his pauperibus & religiosis locis, & illis, qui viventi servierant, sive consanguinei sint, sive alii, aliqua juxta servitii meritum conferantur. Cæterùm, quæ ex hæreditate, vel artificio, aut doctrinâ proveniunt, distribuantur pro arbitrio decedentis. Quia verò nonnulli in diversis Ecclesiis beneficia possident, dividantur quæ habuerant per æstimationem congruam inter ipsos *b*.

[1 *Responsio nostro quæris edoceri, si præscripta bona in usus Episcopi, vel eorum qui decedenti successerunt, de jure transeant, vel communi utilitati Ecclesiæ debeant applicari. Primò itaque breviter.*]

CAP. XIII.

¶ *Tenet testamentum, si quis extremam voluntatem suam alterius dispositioni committit, & dicitur testatus ad pias causas. h. d. secundum intellectum notabiliorem.*

Innocentius III. *Alteffiodoren. Episcopo.*

CUm tibi de benignitate *c*: [*& infrà.*] ¶ In secunda quæstione dicimus, quòd qui extremam voluntatem in alterius dispositionem *d* committit, non videtur decedere intestatus.

CAP. XIV.

¶ *De relictis Ecclesiæ potest Episcopus partem suam, licèt aliquid fuerit sibi à testatore relictum: nisi eo modo & non in fraudem fuerit relictum à testatore, quòd maneret eâ parte contentus, & legatum agnoverit.*

Idem *Cæ. sanctis Laurentii in Lucina Presbytero Cardinali.*

OFficii *e*: [& 3.] ¶ Secundò quæsivisti, cùm quis in testamento relinquit Episcopo propriam portionem, & alia multa monasteriis vel Ecclesiis, utrùm Episcopus ex illis legitimam possit petere portionem: [1 & 3.] ¶ Consultationi tuæ taliter respondemus, quòd si portionem illam cum conditione legavit Episcopo, ut esset eâ solâ contentus, & Episcopus acceptavit, quia per hoc aliis renunciâsse videtur, de cæteris non poterit exigere portionem. Quòd si eam ipsi absolutè reliquit, portionem sibi debitam poterit nihilominùs de cæteris vendicare: Si verò constiterit, quòd in fraudem modicum constituit mortuarium, ut in cæteris Episcopus portione debitâ fraudaretur (quia fraus & dolus alicui patrocinari non debent *f*) Episcopus portionem ex illis poterit exigere à canone constitutam, salvis indulgentiis Romani *g* Pontificis, quæ quibusdam regularibus sunt concessæ.

[1 *Adjicies autem, cùm quis in testamento, in fraudem modicum constituerit mortuarium, & alia dimisit pro anima sua plura, nihilominùs potest Episcopus exigere portionem de illo à canonibus constitutam. Nos autem super his.*]

CAP. XV.

¶ *Relictum Episcopo contemplatione personæ, non dividitur cum Ecclesia cathedrali: secùs si contemplatione Ecclesiæ, sive nihil relinquatur Ecclesiæ, sive aliquid, sive conjunctim, sive separatim. Si autem soli Ecclesiæ est factum relictum, Episcopus habebit portionem canonicam. Præsumitur autem relictum contemplatione Ecclesiæ factum, quando fit ab extraneo habente administrationem ejusdem.*

---

a *Vigilensi habent antiq.* b *Post Conc. Lat. sub Alex. III. p. 29. c. 3. & c. 6. eod. tit. in 1. comp.* c *Deut. 17.* d *Velleren.* e *Cap. 10. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. Lateran. sub Alex. III. p. 50. cap. 8.* f *Cap. 2. eod. tit. in 2. comp. Vid. præ aliis Hostiens. & Covarr.* g *Cap. 15.* h *Vid. Pinellum in Rubr. C. de bonis mater. in 1. parte.* i *Codex Barbatia ita: ei debeant, &c. conveni antiqua compilat.*

a *Cum Dei, &c.* b *ipsa.* c *Cap. 1. eod. tit. in 3. comp.* d *dispositione.* e *Cap. 2. eod. tit. in 3. comp.* f *Vid. l. hæres meus. ff. de cond. & demon. & l. in fraud. ff. de jur. fisc.* g *Romanorum Pontificum.*

fuit

sint ab administratione non habente. Cum Ecclesia verò inferioribus Episcopus non dividit sibi relictum, quia non est sibi tanta communio cum Ecclesiis inferioribus, sicut cum cathedrali.

Idem.

REquisiti *a* de his, quæ testator pro anima sua legat in ultima voluntate, qualiter sint inter Episcopum & Ecclesiam dividenda. Et quidem regulariter verum est, quòd Episcopus debet de his secundùm diversas consuetudines tertiam vel quartam portionem habere. Sed considerandum est diligenter, utrùm testator leget hoc modo: Relinquo istud *b* Episcopo: an, relinquo istud Ecclesiæ: vel, relinquo istud Episcopo & Ecclesiæ: an, relinquo istud Episcopo, & illud Ecclesiæ. In primo casu distinguendum est, utrùm relinquatur Episcopo ab extraneo, an à propinquo. Si ab extraneo, generaliter verum est, quòd præsumitur esse relictum intuitu Ecclesiæ, non personæ: unde cathedralis Ecclesia de illo potest canonicam petere portionem: quemadmodum Episcopo competit sua portio, si aliquid Ecclesiæ relinquatur: & hoc verum est, nisi testator exprimat, quòd velit illud tantùm esse Episcopi, non Ecclesiæ: in quo casu servanda est dispositio testatoris: secùs autem si exprimat, quòd velit esse illud tantùm Ecclesiæ, non Episcopi: quia privata dispositio testatoris non potest generalem constitutionem canonis immutare. Nec est contrarium, quod in canone *c* legitur, videlicet quòd Pontifices, quibus ab extraneis aliquid, aut cum Ecclesia, aut sequestratim dimittitur aut donatur (quia hoc ille, qui donat, pro redemptione animæ suæ, non pro commodo Sacerdotis probatur offerre) non quasi suum proprium, sed quasi dimissum Ecclesiæ, inter facultates Ecclesiæ computabunt: quoniam hoc est verum, cùm testator ita sequestratim legat illud Episcopo, quod non exprimit, utrùm velit ad Episcopum tantùm, non ad Ecclesiam pertinere. Si verò relinquatur illud Episcopo à propinquo, præsumitur esse relictum non intuitu Ecclesiæ, sed personæ: nisi forte contrarium probaretur: & de isto nihil potest Ecclesia petere in vita ejus. Quòd si relinquatur Episcopo & Ecclesiæ, de illo inter ipsos *d* canonica est divisio facienda. Si verò istud Episcopo, & illud Ecclesiæ relinquatur, sive æqualia sive inæqualia sint relicta, reducenda sunt ad divisionem canonicam inter Episcopum & Ecclesiam cathedralem: nisi ambo velint *e* esse testatoris dispositione contenti, quam *f* propter ultimæ voluntatis favorem satis decens est observare, ubi neque fraus intervenit, neque dolus, ne quisquam nimium defraudetur debitâ portione. Secùs autem est, si aliquid legetur Episcopo, & aliqua Capellis vel monasteriis, aut aliis piis locis: nam in hoc casu, quod legatur Episcopo, ejus est præcipuum cum Ecclesia cathedrali, quemadmodum si cuilibet alii legaretur: & de illis *g*, quæ aliis legantur, portionem canonicam nihilominùs obtinebit: quoniam non est tanta communio inter Episcopum, & inter capellas & monasteria, seu alia pia loca, quanta est inter Episcopum & Ecclesiam cathedralem, cui est spiritualis conjugio copulatus: unde quæ acquirit Episcopus, non illis, sed isti tantùm acquirit. Illud autem est generaliter observandum circa eum, qui potest proprium possidere, prælationem vel administrationem Ecclesiæ non habentem, quòd si ei aliquid relinquatur specialiter, non solùm à propinquo, verùm etiam ab extraneo, intelligitur esse relictum non intuitu Ecclesiæ, sed personæ, nisi probatio in contrarium appareret: & idcircò de illo nec Episcopus, nec Ecclesia potest in vita ejus sibi aliquid vendicare: & hoc intelligitur esse verum, cùm fraus minimè procuratur: quæ si detecta fuerit, patrocinari non debet.

a *Cap. 3. eod. tit. in 3. comp.* b *In codic. Barb. relinquo istud Episcopo: aut, relinquo istud Ecclesiæ: aut, relinquo istud Ecclesiæ & Episcopo: aut, relinquo istud Eccles. & illud Episcopo.* c *Canon, cujus hic meminit Papa, est in Concil. Agathensi, cap. 6.* d *eos.* e *voluerint.* f *scil. dispositionem.* g *In uno vetusto ita: & de his, quæ illis legantur portionem, &c. In alio ita: & de his, quæ aliis legantur, Episcopus portionem, &c.*

CAP. XVI.

¶ In bonis patris, matris, & aviæ, habet quis debitam jure naturæ, in qua gravari nequit: & filius rogatus de restituenda hereditate sub conditione, detrahit debitum jure naturæ, & Trebellianicam, in qua computantur fructus post litis contestationem percepti.

Idem *Episcopo Tusciæ* a.

RAynutius *b* de Clera duas habens filias, Alterocham videlicet & Adjectam, matrem insuper Cleram, & uxorem nomine Adelasiam, in extremis positus condidit testamentum, Alterochæ filiæ puberi ultra dotem, quam ei dederat, domum & quendam hortum in eodem testamento relinquens. Adjectæ verò impuberi reliquit cætera *c* bona sua, adjiciens ut Alterocha & soboles quam gestabat in utero, eidem impuberi succederent, si absque liberis moreretur. Mortuo itaque testatore, tutores impuberis eam cum omnibus bonis eidem relictis à patre, jure Lombardo *d* cuidam P. nomine tradiderunt: quæ filium ex eo suscipiens, tandem sine liberis est defuncta: cujus bona idem P. maritus ejus superstes aliquanto tempore possedit in pace: qui cum alia muliere matrimonium contrahens, & filios suscipiens ex eadem, diem clausit extremum. Postmodùm inter Alterocham & filium ejus ex una parte, & filios ejusdem P. & Raynerium tutorem eorum ex altera, super bonis prædictis ejusdem Adjectæ suscitatâ materiâ quæstionis, cœperunt coram G. judice Tuscanen. adinvicem litigare: coram quo Alterocha & filius ejus bona *e* quondam Raynutii, tanquam ex causâ fideicommissi vel substitutionis sibi debita petierunt, tutore filiorum prædicti P. ex adverso dicente, quòd obstabat illis annalis præscriptio, usucapio pro dote, ac longi temporis silentium diuturnum. Insuper allegabat, quòd de bonis illis tam tertia Cleræ matris testatoris, & tertia Adelasiæ uxoris ejusdem, quàm quarta per Trebellianum, nomine ipsius Adjectæ erant ante omnia deducendæ. Dictus verò judex, supradictum Raynerium tutorio nomine pupillorum in restitutione bonorum Raynutii condemnavit, tertiâ Cleræ primò deductâ, quam Adjectæ ac viro suo donaverat: de qua in substitutione, quam fecit Raynutius, non videtur aliquatenus cogitâsse: deductâ quoque tertiâ Adelasiæ, quam ipsa P. vendiderat supradicto: præcepit etiam idem judex, de his rebus illas tertias deducendas, de quibus deduci poterant *f* secundùm Tuscanæ *g* consuetudinem civitatis. Deduci præterea quartam per Trebellianum idem judex injunxit, cùm etiam quilibet extraneus restitutione gravatus, eam deducere potuisset: sed utraque pars ab illa sententia provocavit: [t & ſ.] ¶ Cùm autem coram G. *h* Diacono Cardin. auditore à nobis concesso fuisset diutiùs litigatum, ipse de mandato nostro sententiam supradicti judicis, videlicet *i* in eo, quòd dixit tertiam Cleræ, & tertiam Adelasiæ integraliter deducendas, pronunciavit injustam, & ab ea legitimè provocatum, diffiniens, sic illas tertias deducendas, ut legitima portio jure naturæ debita Alterochæ, illi salva sit in utraque: ad cujus restitutionem dictum Raynerium condemnavit. In eo verò, quòd quartam per Trebellianum idem judex censuit retinendam,

a *Tuscanen. al. Tusculan. al. Tusculi.* b *Rannutius. al. Ranutius. vid. c. 19. tit. De sent. & re jud. in 3. comp.* c *Cætera, habent vetustiores: in recentioribus, certa, sed mendosè.* d *al. Longobardorum.* e *al. ita: dicta bona quondam Rannutii.* f *potest.* g *Tuscan. al. Tusculanæ.* h *C.* i *dubio, videlicet, decisi in plurib. antiq.*

sententiam confirmavit ejusdem: ita videlicet, quòd fructus de bonis ipsius à tempore litis contestatæ percepti, à prædicto P. & filiis ejus post mortem Adjectæ computentur in ea: qui si sufficerint *a* ad quartam & fructus ejus, eo nomine alia deductio nulla fiat: alioquin juxta quantitatem fructuum perceptorum computationis ratio habeatur. Quia verò Pater Adjectæ ipsam in legitima *b* non potuit aggravare, legitimam ipsam, videlicet ejus partis, quæ sibi debebatur ab intestato, dedusendam censuit, & etiam *tertiam* retinendam, ita quòd deductio fiat tantummodò de his rebus, de quibus secundùm Tuscanæ *c* consuetudinem civitatis fieri consuevit. In eo autem quòd prænominatus judex condemnavit Raynerium nomine pupillorum, ad residui restitutionem Alterochæ ac ejus filio faciendam, ipsius sententiam confirmavit. Nos igitur ejusdem Cardinalis sententiam ratam habentes, ipsam auctoritate Apostolicâ confirmamus.

[1 *Cùm autem propter hoc partes ad nostram præsentiam accessissent, dilect. fil. G. S. Mariæ in portica Diacon. Cardin. coessemus auditores.*]

CAP. XVII.

¶ *Episcopus compellit fideicommissarios, seu executores testamenti ad exequendas pias voluntates defunctorum, etiam si testator hoc interdixisset.*

Gregorius IX. *Nemon. Episcopo* d.

Tua nobis fraternitas intimavit, quòd nonnulli tam Religiosi, quàm Clerici seculares & Laici, pecuniam & alia bona, quæ per manus eorum ex testamentis decedentium debent in usus pios expendi, non dubitant aliis usibus applicare. Cùm igitur in omnibus piis voluntatibus sit per locorum Episcopos providendum, ut secundùm defuncti voluntatem universa procedant, licèt etiam à testatoribus id contingeret interdici: mandamus, quatenus executores testamentorum hujusmodi, ut bona ipsa fideliter & plenariè in usus prædictos expendant, monitione præmissâ compellas.

CAP. XVIII.

¶ *Filius rogatus restituere hæreditatem, detrahit tertiam jure naturæ, & quartam Trebellianicam: in quibus potest legata relinquere, hæredes instituere, & poenam imponere.*

Idem.

Raynaldus *e* Peponis filius, hæres ab ipso institutus, hoc modo, ut patruis suis hæreditatem restitueret, si absque filiis masculis moreretur: cùm eis (mortuo Pepone) super quibusdam bonis hæreditatis ejusdem, in tres arbitros compromisit: quorum duo, mortuo reliquo (prout ex forma compromissi poterant) procedentes, taliter arbitrati fuerunt, quòd neutra pars haberet licentiam transferendi quocunque modo in alium res prædictas, nisi in eorum filios masculos ex ipsis legitimè descendentes: & quod contra hoc fieret, non valeret. Porrò dictus R. prolem non habens condidit testamentum, in quo medietatem partis suæ de rebus prædictis, quibusdam avunculis suis, aliam verò medietatem & reliqua bona paterna uni ex patruis suis & ejus filiis legavit: adiciens ut bona, in quibus ex testamento vel ab intestato dicti hæredes R. possent succedere, si venirent contra legatum dictis avunculis suis debitum, ad ipsos pro determinatis portionibus devenirent. Demùm eodem R. naturæ debitum persolvente, ac uno ex patruis hæreditatem adeunte prædictam, cùm dicti avunculi adversùs eundem patruum ac filios ejus coram judice *f* comunitatis Urbenaten. *g* moverunt quæstionem, petendo pro rata, quæ ipsos contingit, legatum prædictum, & restitui eis, si contra ipsum illi venirent, quæcunque occasione testamenti ejusdem R. ad ipsos pervenerant, vel poterant pervenisse: Præfatus judex ab illorum impetitione super legato ipsos absolvens, ad restitutionem aliorum bonorum sententialiter condemnavit eosdem. A cujus sententia cùm ambæ partes ad nostram audientiam appellâssent, petente utràque parte dicti judicis sententiam infirmari, quatenus contra se fuerat promulgata, & quatenus pro se faciebat, executioni mandari *a*. Dilectus F. noster O. sancti Nicolai in carcere Tulliano Diacon. Cardin. litè coram se legitimè contestatâ, quoniam idem R. habebat in bonis quondam Peponis patris sui tertiam partem debitam jure naturæ, in qua gravari nequivit, nec non quartam Trebellianicam, quam quilibet extraneus restitutione gravatus deducere potuisset *b*, propter quod in rebus prædictis avunculis legatis portiones eisdem habuit R. præfatus, easque potuit in ultima voluntate legare, ac per hoc legatum tenuit usque *c* ad tertiam & quartam præfatas: licèt ipsas non expresserit in legando, pronunciavit (non obstante præmisso arbitrio, quod nec d legatum teneret, non poterat impedire) judicem ipsum in eo, quòd super hoc dictum patruum in totum absolvit, qui confessus est se pro medietate possidere prædicta, peteràm judicâsse, condemnavitque ipsum ad restitutionem medietatis tertiæ & quartæ partis ipsius legati pro rata, quæ dictos avunculos de ipso contingit, & in residuo præfati judicis sententiam confirmavit. Cæterùm in eo *e*, quòd idem judex dictum patruum, & ejus filios totaliter in aliis, quæ in secundo articulo petita fuerant, condemnârat, malè ipsum pronunciâsse decrevit, quia filii ejus contra voluntatem testatoris non inveniuntur aliquid commisisse, cùm nihil de petitis reperti fuerint possidere. Verùm in portione, quam patruus habebat in bonis illis ratione quartæ & tertiæ prædictorum *f* quas R. habuit in bonis eisdem *g*, in quibus ejus institutio & legatio ac adjectio pœnæ tenebat, pro rata eosdem avunculos contingente, de prædicto legato confirmavit sententiam judicis suprædicti, eodem patruo & ejus filiis in residuo absolutis, & salvo nihilominùs ei ex jure institutionis beneficio legis Falcidiæ *h*, in restitutione præfati legati, si intra tempus legitimum voluntati paruerit testatoris: cùm *i* inventarium fecerit, & contra voluntatem testatoris, lex Falcidia inducatur. Nos itaque ipsius Cardinalis sententiam ratam habentes, eam auctoritate Apostolicâ confirmamus.

CAP. XIX.

¶ *Executor testamentarius, qui suscepit illud officium, exequi compellitur.*

Idem.

Joannes Clericus, & P. Laicus, executores ultimæ voluntatis O. Clerici S. Crucis, qui venerabilibus & piis locis de bonis suis in ultima voluntate legavit, mandata insuper satisfieri creditoribus per eosdem: post mandatum susceptum per diœcesanum *k* cogi debent, testatoris explere *l* ultimam voluntatem.

CAP. XX.

¶ *Ponit quædam legata, in quibus non solvitur canonica portio, nisi fiat in pauciem.*

Idem.

De his, quæ in ornamentis, vel pro eis *m*, seu fabricæ, luminaribus *n*, anniversario, septimo, vige-

a *Sufficiunt.* b *legitimam.* c *Tuscanen.* d *Nevionensis. al. Nevien. al. Nevironsis.* e *Vid. Ferdin. Vasq. l. 2. de success. creat. per Tiraquellum & Marian. Socinum in Rubr. D. de leg. 2.* f *Communis, in antiq.* g *Urbenetanen. al. Urbonentan. al. Urbenetum. al. Urbencutarim.*

a *Vid. l. etiam ubi datur ratio hujus dicti ff de min.* b *Vid. l. in ratione. §. quod vulgò per Bartol. ff. ad l. Falcid. & authen. de hær. & Fal. in prin.* c *al. quartam partem.* d *quod ne.* e *hic.* f *prædillarum.* g *ejusdem.* h *Vid. l. ex facto. §. fin ff de vulg. & pupil.* i *In vulgatis male, cumq; inventarium &c.* k *alii. diœcesanum Episcopum, &c.* l *adimplere.* m *al. cereis, in vulgat.* n *seu anniversario.*

simo,

simo, tritesimo a die, sive aliis, ad perpetuum cultum divinum legantur Ecclesiis vel reliquis piis locis, canonica portio, (Dummodo in fraudem non fiat, ut eâ Episcopus seu parochialis Ecclesia debeat defraudari) deduci non debet.

DE SUCCESSIONIBUS AB intestato.

TITULUS XXVII.

CAP. I.

¶ *Clericus bona propria dare potest, cui vult: sed si decedat intestatus, & non habet consanguineos, succedit Ecclesia. h. d. juxtà gl.*

Ex Concilio apud Altenen. *habito* b.

SEd hoc c ibidem inventum est de Episcopis, Presbyteris, & Clericis, ut d si p.r hæreditatem, vel alio modo intuitu personæ aliquid acquisierint, domare eis liceat, cui voluerint, dum vivunt. Si autem ante obierint, quam hoc fecerint e, altari cui serviunt, omnia perpetuò sanctificentur, & in jus Ecclesiæ tradantur.

CAP. II.

¶ *Si idem servus, Presbyter factus intestatus decedat, ejus bona dividuntur secundum formam hic contentam. h. d. secundum intellectum gregalarem, qui hodie etiam tenet.*

Ex Concilio Tribur. *f*

SAncto g concilio allatum est, quod quidam Laici improbe agunt contra Presbyteros suos, ita ut de morientium Presbyterorum substantia partes sibi vendicent, sicut de propriis servis. Interdicimus itaque ne hoc ulterius fiat, sed sicut liberi facti sunt ad suscipiendum gradum, & agendum officium divinum, ita nil ab eis præter divinum officium exigatur. Peculium verò ipsorum dividatur in quatuor partes, quarum una Episcopo, altera h Ecclesiæ, tertia pauperibus, quarta parentibus assignetur: & si non sint i idonei parentes, Episcopus eam recipiat, & in usum Ecclesiæ diligenter dittribuat. Et si quis contra hoc præsumpserit, anathematizetur.

CAP. III.

¶ *Attingendo duos notabiles & singulares intellectus hujus capituli, summatur secundum quemlibet intellectum. Et primò sic: Valet testamentum ad pias causas conditum per verba enunciativa, etiam propter aliud prolata, quamquam successio seu testatio veniat ad exclusionem alterius Ecclesiæ. Vel aliter secundum alium intellectum, & sic: Per unum testem de veritate, & per confessionem etiam incidenter factam probatur oblatus, etiam quoad effectum consequendi bona oblata.*

Innocentius III. *Episcopo Murnen.*

CUm dilectus l filius Abbas de Brusia, pro causa, quam adversùs Episcopum Eduen. habebat, diutiùs expectâsset: Abbas proposuit antedictus, quod Archipresbyter de Alerio, ad participationem orationum monasterio de Brusia, obtulit se & sua: [1 *& infra.*] ¶ Sufficienter intelleximus esse probatum, quòd dictus Archipresbyter agens in extremis, velut ultimam exprimens voluntatem, asseruit se & sua monasterio contulisse. Unde cùm requisitus esset, ut conderet testamentum, respondit se non posse testari m, quia se & sua contulerat monasterio supradicto: & licet unus testis solus dixerit se vidisse, quando se & sua obtulit monasterio: quia tamen alii testes dixerunt se audivisse ipsum in Abbatis præsentia, quod prædictum n confitentem, non tanquam sufficienter probantes, sed tanquam vehementer adminiculantes, assertionem Abbatis plurimùm adjuvabant. Quia verò pars Episcopi asserebat se velle probare, quòd dictus Archipresbyter in extremis laborans tanquam Phreneticus alienatus erat a mente, unde non valuit quod expressit: Nos causam illam b tibi sub hac forma duximus committendam, quòd nisi præfatus Episcopus legitimè probaverit, sæpedictum Archipresbyterum suæ mentis compotem non fuisse, cùm ultimam voluntatem expressit, super impetitione monasterii perpetuum ei silentium imponatur, & compellatur restituere monasterio, quæcunque de bonis ipsius Archipresbyteri, vel etiam monasterii occupavit. Si verò legitimè probaverit Archipresbyterum, quæ super ultima voluntate præmissa sunt, alienatâ mente dixisse: ad faciendam ei nomine parochialis Ecclesiæ (cujus ipse e administrationem gesserat, dum vixisset) restitutionem bonorum, quæ ipsius Archipresbyteri fuerant, monasterium condemnetur, cùm idem Archipresbyter ab intestato decesserit: ipsique monasterio super impetitione Episcopi silentium imponatur.

[1 *Quibusdam rebus sibi usui sue simpliciter reservatis. De manu cujusdam fratris ejusdem cœnobii augmentationem coronæ ex signum illius oblationis accepit, & quòd hanc concessionem hoc modo fecisset, & non suo nomine, sed monasterii possidebat, & monasterio quicquid acquirebat, acquireret: sæpe fuit in communi capitulo protestatus, & in hoc etiam publice per viginti annos fere vidente Presbyter nullo contradicente vel reclamante permansit, ita quod per publicam formam in omnibus ustum erat. Nam Abbas de Bruxia, qui pro tempore fuerat et ipsi Monachi rebus illius non secùs quam aliis rebus monasteris propriis sciente Episcopo Eduuenf. qui pro tempore erat, & eo nullo penitus reclamante, publicè utebatur. Id autem quod mente compos dictus Archipresbyter fecerat inter vivos in ultima voluntate mente sanus, licèt ager corpore, confirmavit. Cumq; idem Abbas & Monachi res sic legitimè datas, & aliasquas ipsi Archipresbytero concesserant, ad utendum ad suum monasterium reducere volens, prædictus Episcopus eis violentiam inferens, non solùm res Archipresbyteri, sed etiam res ipsius monasterii occupavit: quas cùm in bona pace repeterent, ipsi rebus illis, ut ei posset grassandi materia plenior indulgeri, fed. Apostolic. appellavit, in octavas sancti Martini proximo præteriti, sua terminum appellationis prefigens. Econtra prædictus nuncius Episcopi allegavit, quòd antequam donatio illa facta fuit, Archipresbyter erat positus extra mentem, ita quòd cùm interrogatus fuisset, An Monachi vu tu habitum susipere? & respondisset, Volo: statim interrogatus ab alio, Vu tu esse alienus? respondit, volo similiter. sic q. prædicti Monachi eum ad suum monasterium deportârunt, quod idem nuncius se obtulit probaturum, quibus auditis & cognitis.]*

DE SEPULTURIS d.

TITULUS XXVIII.

CAP. I.

¶ *Decedens intestatus, sepelitur in sepulchro majorum, vel ubi eligitur sepultura: parochialis tamen Ecclesia habebit canonicam portionem ejus, quod reliquerit Ecclesiæ sepultura. h. d. secundum veriorem intellectum.*

Leo III.

NOs instituta e majorum patrum considerantes, statuimus unumquemque in majorum suorum sepulchris jacere: ut Patriarcharum exitus docet f. Nulli tamen negamus propriam eligere sepulturam, & etiam alienam. Dominus enim & Magi-

a *Hæc dictio, die, nusquam apparet.* b *Altenf.* c *Cap. 2. eod. tit. in 1. comp.* d *Dictio, ut, deest in omnibus manuscriptis & perperam.* e *Turonenf.* f *Burch. l. 2. Dec. c. 206. Ivo p. 6. c. 281 & C. 2. eod. tit. in 1. comp.* g *Burch. l. 2. Dec. c. 206. Ivo p. 6. c. 281 & C 2. eod. tit. in 1. comp.* h *altera verò.* i *sunt* k *Nivernenf. al. Eugenf.* l *Cap. 1. eod. tit. in 3. comp.* m *contestari.* n *dictum.*

a *Erat à monte.* b *ipsam.* c *Dictio ipse, deest in pluribus manuscriptis & perperam in antiq.* d *In uno Vaticano ita: De sepulturis mortuorum.* e *Poll Concil. Lateran. sub Alex. III. p. 45. c. 2 & Cap. 3. eod. tit. in 1. comp. & vid. c. 2. eod. tit. lib. 6.* f *Gen. 49. Exod. 14.*

ſter alienam elegit, ut propriam. Sed quia dignus eſt [a] operarius mercede ſuâ, tertiam partem ſui judicii illi Eccleſiæ dari cenſemus, in qua cœleſti pabulo refici conſuevit, ut juxta Apoſtolum [b] ſint conſolationum ſocii, ut fuerunt paſſionum: & ſic demùm ubicunque libitum fuerit, eligat ſepulturam. Aliter ne fiat, auctoritate Domini noſtri, qui per Propheram [c] locutus eſt, dicens: [*Ne transgrediaris terminos antiquos, quos poſuerunt patres tui:*] ſub anathematis vinculo deteſtamur & contradicimus.

CAP. II.

¶ *Qui convertitur ad monaſterium, medietatem bonorum, quæ pro animâ ſuâ diſpoſuit, tenetur relinquere Eccleſiæ parochiali.*

Leo Papa *omnibus fidelibus per Dardaniam conſtitutis.*

RElatum eſt auribus noſtris: [1 *& infrà.*] ¶ Mandamus, ut quicunque amodò in monaſterio converti voluerit, ſive in morte, ſive in vita omnium rerum & poſſeſſionum, quas pro ſalute animæ ſuæ decreverit diſponere, medietatem [d] Eccleſiæ, ad quam dignoſcitur pertinere, relinquat.

[1 *Eſſe quoſdam perversè agentes, qui ſubvertere nituntur, atque dividere conantur Eccleſiæ unitatem, videlicet Abbates, Monachos, qui non zelo charitatis, ſed ſtudio rapacitatis invigilant, atque ſeducere conantur ſeculares, quos illaqueare poſſint, ut res ſuas atque poſſeſſiones ſive in morte ſive in vita monaſteriis ſuis tradant, & Eccleſiis, quibus ſubjecti eſſe videntur, & a quibus baptiſmum, pœnitentiam, Euchariſtiam, nec non pabulum vitæ cum lacte carnis acceperunt vel accipiunt, nihil de bonis relinquunt: hunc denique fomitem diſcordiæ nos animadvertendo modis omnibus inhibere volumus, & ne ampliùs fiat omninò prohibemus, conſiderantes, non eſſe bonum, ſi illi, qui fuerunt ſocii paſſionis ſecundùm Apoſtolum, ſint immunes ſocietate conſolationum: & quia dignus eſt mercenarius mercede ſuâ, ideò præcipimus atq;.*]

CAP. III.

¶ *Ubi quis ſepulchro majorum relicto, eligit ſepulchrum in loco minùs religioſo, dolo inductus, ſeu ex contemptu, ſeu non domeſticâ Eccleſiæ ſuæ canonicâ portione expreſſe vel tacitè, non tenet electio. h.d. ſalvando iſtum textum, quantum fieri poteſt.*

Innocentius III. *Genuenſi Archiepiſcopo &c.*

FRaternitatem [g] tuam non credimus ignorare, mortuorum ſepulchra & cœmeteria, apud illas Eccleſias & monaſteria ex antiquo eſſe diſpoſita, in quibus religioſorum fratrum Conventus ſunt conſtituti, & orationes atq; Miſſarum ſolemnia, tam pro vivis, quàm pro defunctis frequentiùs celebrantur. Unde ipſorum devotioni, & extremæ voluntati, qui apud hujuſmodi Eccleſias ſepeliri deſiderant, minimè contradicendum eſt. Qui verò relictis antiquis Eccleſiis, & patrum, aliorumq; parentum ſuorum ſepulchris, contra conſuetudinem Patrum Veteris Teſtamenti, quicum patribus [h] ſuis ſepulti eſſe leguntur, ad nova & minùs religioſa loca ſe transferunt, irrationabiliter & contra antiquam inſtitutionem facere videntur. Unde ſi P. de Caſtello contra antiquam & rationabilem conſuetudinem aliquid de corpore ſuo ſepeliendo mandavit, hoc non præjudicat rationi, ſed viribus debet carere. Quocirca mandamus, quatenus corpus ipſius Monachis ſancti Stephani reddi facias, & cum ſuis patribus ſepeliri.

CAP. IV.

¶ *Si quis in ægritudine, de qua decedit, offert ſe & ſua monaſterio, Eccleſia parochialis habet inde canonicam portionem: ſecus ſi in ſanitate.*

Alexander III. *Epiſcopo Spalen.*

DE his [a], qui in infirmitate vel ſanitate cum bonis ſuis ad religioſa loca ſe transferunt, nihil tibi vel Eccleſiis, à quibus receperunt ſalutis pabula, relinquentes: hoc tuæ volumus prudentiæ innoteſcere, quòd ſi in ægritudine ipſa ad religionem tranſeant, dummodò de ægritudine illa decedant, de bonis ſuis ipſis Eccleſiis, à quibus aſſumpti fuerint, canonica debet portio exhiberi. Si verò ad religioſa loca ſe in ſanitate tranſtulerint, de his, quæ locis ipſis conferunt, cogi non poſſunt aliquid præſcriptis Eccleſiis impertiri, quia liberum eſt eis tunc bona ſua, non ſolùm religioſis, ſed etiam quibuslibet privatis conferre perſonis.

CAP. V.

¶ *Qui ſepelunt parochianum alienum, quem ſepelire non debent, coguntur reſtituere corpus, & qua ratione ipſum obtinuerint. hoc dicit, cum cap. ſequenti.*

Idem.

EX parte [b] Canonicorum Obrigen. [c] nobis eſt intimatum, quòd Prior de Inſula quendam parochianum ſuum poſt appellationem ad nos factam in ſua Eccleſia ſepelivit: [1 *& infrà.*] ¶ Mandamus, quatenus præfatum Priorem compellas, ut memoratis Canonicis prædicti parochiani corpus reſtituat, & exinde [d] amicabiliter conveniat cum eiſdem.

[1 *Unde quantùm hoc Eccleſiaſticæ inſtitutioni contrarium eſt, & à rationis tramite penitùs alienum, ut quis falcem mittat in meſſem alienam, ſ. 1.*]

CAP. VI.

¶ *Summatim eſt ſup. cap. prox.*

Idem *Decano & Magiſtro R. de Ravennaten.*

CUm [f] liberum ſit: [1 *& infrà.*] ¶ Ad audientiam noſtram pervenit ex conqueſtione Abbatis, & fratrum ſancti Martini Laudonenſ. quòd cum Presbyter quidam corpus cujuſdam mulieris (prout in ultima voluntate diſpoſuit) ad eandem Eccleſiam ſepeliendum deferret, Monachi S. Vincentii Laudonen. corpus ipſius violenter rapere, & in Eccleſia ſua ſepelire minimè dubitârunt: [2 *& infrà.*] ¶ Mandamus, quatenus ſi ita eſſe inveneritis, præfatos Monachos compellatis, ut oſſa præfatæ mulieris, & beneficia, quæ occaſione ſepulturæ ipſius recepiſſe noſcuntur, memoratis fratribus cum integritate reſtituant, & de cætero [g] talia facere non præſumant.

[1 *De univerſis inſtitutionibus ſanctorum Patrum apud religioſa loca in ultima voluntate ſibi eligere ſepulturam, canonica proculdubiò obviat rationi, qui devotionis & extremæ voluntatis decedentium in hac parte contradicere præſumit.*]

[2 *Et hoc idem de filio R. cauſa præſumpſerunt. Super qua utiq; vehementer ſumus admiratione commoti, cum iidem Monachi & ſanctorum Patrum inſtitutionibus contrairent, & privilegia prædeceſſorum, & noſtra qua præditi ſtatres de libera ſepultura proponunt, ſatagunt violare. Inde eſt quod ſ. v.*]

CAP. VII.

¶ *Mulier nupta liberè poteſt ſibi eligere ſepulturam.*

Lucius III.

DE uxore verò [h], utrùm quemadmodum vir liberam debet habere ſepulturam: Nobis videtur, quòd nulla ſuper hoc inter virum & mulierem [i] ſit facienda diſtinctio, ſed utriq; in caſu iſto æqualem eſſe credimus facultatem, cùm electio iſta ad eum potiùs ſtatum pertineat, in quo mulier ſolvitur à lege viri [k].

---

a *Luc. 10.* b *1. Theſſal. 3. 2 Corinth. 1.* c *Prov. 22.* d *11. quæſt. 2. c. 7.* e *vide ſecundus, ait Contius.* f *al. Ianuenſi, ſed jam alibi monui, olim Genuam, Ianuam vocatam.* g *C. 1. eod. tit. in 1. compil. Vid. Concilium Matiſconenſe ſecundum, cap. 17. Adde quod de hac materia ſanctum eſt poſt Decret. c. 2. De ſepult. lib. 6.* h *Gen. 50. & 3. Reg. 11. & alibi ſæpe.*

a *Poſt Conc. Later. ſub Alex. III. p. 49. c. 6. & Cap. 6. eod. tit. in 1. compil.* b *C. 1. eod. tit. in 2. comp.* c *Obergen. al. Obligen.* d *al. aut excinde.* e *Rennen.* f *Cap. 2. eod. tit. in 2. compilat.* g *In antiq. sta: de cætero ſimilia non præſumant.* h *Cap. 7. eod. tit. in 1. comp. & poſt Conc. Lat. ſub Alex. III. c. 6.* i *uxorem.* k *Vid. l. in tempus. ff. de hared. inſtit. & l. quod ſponſa. cum not. C. de donat. ante nupt.*

¶ *Pater*

¶ *Pater filios impuberes, ubi voluerit, potest sepeliri facere, si hoc habet consuetudo loci. h. d.*

Utrum autem pater, quo magis voluerit, minores filios valeat sepelire, non invenimus à sanctis Patribus diffinitum: & propterea terræ consuetudini decernimus relinquendum.

CAP. VIII.

¶ *Si parochianus Ecclesiæ cathedralis alibi sepelitur, de ipsius funeralibus, seu rebus Ecclesiæ sepulturæ, debetur quarta Capitulo Ecclesiæ cathedralis.*

Idem *Præposito & Capitulo Faventin.*

CUm super quodam *a* Capitulo: [& ſ.] ¶ Præsentium auct. statuimus, ut si aliquem parochianorum vestrorum alibi contigerit eligere sepulturam, de testamento ipsius quarta vobis portio relinquatur.

CAP. IX.

¶ *In quantitate canonica, qua debetur Ecclesiæ parochiali, statur loci consuetudini.*

Clemens III.

CErtificari voluisti *b* à nobis, quomodo illa clausula, quæ in privilegiis solet apponi: salvâ justitiâ illarum Ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur: intelligi debeat & exponi. Cùm autem super hoc articulo diversa antecessorum nostrorum manaverint instituta, Leone justitiam illam quandoque tertiam partem, quandoque mediam, & Urbano quartam fore censentibus: nos tale præbemus in hac varietate responsum, ut sicut beatus Hieronymus *c* inquit, unaquæque provincia in suo sensu abundet, secundùm rationabilem consuetudinem regionis *d* illa justitia circa medietatem, vel tertiam, aut quartam partem pro locorum diversitatibus attendatur.

CAP. X.

¶ *Prævalegiati super jure funerandi sepelire possunt illos, qui apud eos eligunt sepulturam, solvendo tamen canonicam portionem Ecclesiæ parochialis. Si verò alios sepeliunt, tenentur restituere quicquid occasione funeris receperunt.*

Innoc. III. *Episcopo Claremonten. & Abbati Mauriem.*

IN nostra præsentia *e* constitutis Priore Ecclesiæ Montis Ferrandi, & procuratore Hospitalariorum Claremonten. diœcesis, idem Prior proposuit, quòd prædicti Hospitalarii quosdam parochianos suos, quorum duo erant intra annos legitimos, receperunt ad Ecclesiasticam sepulturam. Econtrà prædictus proposuit procurator, quòd tam ex privilegio, quàm ex indulgentia speciali, licèt Hospitalariis omnes passim præter excommunicatos & interdictos, ad Ecclesiasticam sepulturam recipere, qui apud illos elegerint sepeliri, fideique commissa in ultima voluntate relicta possunt licenter accipere, solutâ tantummodò quartâ parochiali Ecclesiæ, de cujus parochia mortuorum corpora assumuntur, præterquam de equis & armis, quæ indulta sunt ipsis in *f* subsidium terræ sanctæ, de quibus quartam deducere non tenentur: [1 & ſ.] ¶ Talem super his duximus sententiam proferendam, quòd prædicti Hospitalarii de cætero non recipiant parochianos Ecclesiæ *g* supradictæ ad Ecclesiasticam sepulturam, nisi apud eos *h* elegerint sepeliri: & tunc parochialis Ecclesia de oblationibus, lectis, & aliis, quæ defunctus pro anima sua in ultima dispositione reliquit, præterquam de equis & armis, recipiat quartam partem, & Hospitalarii residuum habeant, nisi dolo, vel fraude eorum defunctus inductus fuerit ad dispositionem hujusmodi faciendam. Nihilominùs ipsis Hospitalariis injungentes, ut de quarta trium millium solidorum Priori satisfaciant memorato, cùm constet eos à parochianis ejus illos solidos recepisse: nisi sit sufficienter ostensum, quòd eorum oblati vel conversi fuissent. Eisdem præterea duximus injungendum, quòd nisi probaverint, quòd G. *a* parochianus Prioris, qui fuit interfectus in campis, apud ipsos elegerit sepulturam, universa, quæ ipsius intuitu receperunt *b*, Priori restituant memorato *c*: alioquin quartam partem solummodò restituere teneantur. Pro illis verò, quos constat intra annos legitimos decessisse, quæ sepulturæ eorum gratiâ receperunt, restituant universa.

[1 *Cùm igitur hæc & alia, quæ coram Episcopo fuerunt proposita, idem nobis fideliter retulisset, auditis & intellectis attestationibus & allegationibus universis, de ſ. n. consilio.*]

CAP. XI.

¶ *Casualiter mortuus privari non debet Ecclesiasticâ sepulturâ.*

Idem *Archiepiscopo Turonen.*

EX parte *d* parentum M. nobis est intimatum, quòd cùm nobilis vir dominus I. de insula Butardi *e*, eidem posuisset insidias, quam sollicitaverat sæpe de stupro, & ipsa gartionibus, qui eam rapere nitebantur, super quendam pontem occurreret, tandem fugiens manus illorum, in amnem de ponte cadens fuit casu submersa. Quocirca mandamus, quatenus cùm illa non sponte præcipitaverit se de ponte, sed (sicut superius est expressum) casu ceciderit, corpus ejus tradi facias Ecclesiasticæ sepulturæ: præsertim cùm ex honesta causa fugisse noscatur, & cui communicabatur viventi, communicandum sit jam defunctæ.

CAP. XII.

¶ *Si ossa excommunicatorum sunt sepulta in Ecclesiastico cœmeterio, & discerni possunt, debent exhumari & projici: alias secus.*

Idem *Nidrosien. f Archiepiscopo.*

SAcris *g* est canonibus institutum, ut quibus non communicavimus vivis, non communicemus defunctis: & ut careant Ecclesiasticâ sepulturâ, qui priùs erant ab Ecclesiastica unitate præcisi *h*, nec in articulo mortis Ecclesiæ reconciliati fuerint.

Unde si contingat interdum, quòd vel excommunicatorum corpora per violentiam aliquorum *i*, vel alio casu in cœmeterio Ecclesiastico tumulentur, si ab aliorum corporibus discerni poterunt, exhumari debent, & procul ab Ecclesiastica sepultura jactari. Quòd si discerni non poterunt, expedire non credimus, ut cum excommunicatorum ossibus corpora extumulentur fidelium: cùm licèt *k* non obsit justis sepultura nulla vel vilis, impiis tamen celebris vel speciosa *l* non prosit.

CAP. XIII.

¶ *Terra cœmeteriata pro sepultura fodienda vendi non debet.*

Innocentius III. *Episcopo Magalon.*

ABolendæ consuetudinis perversitas apud Montem Pessulanum (ut dicitur) inolevit, ut decedentibus non priùs permittatur effodi sepultura, quàm pro terra, in qua sepeliendi sunt, certum pretium Ecclesiæ persolvatur: [& ſ.] ¶ Mandamus, quatenus cùm loci diœcesanus existas, inhibeas Clericis, ne quicquam omninò præsumant exigere hac de causa.

CAP. XIV.

¶ *Excommunicatus, qui per suum Presbyterum fuit absolutus in morte, in cœmeterio sepeliri debet, & ad satisfaciendum ejus tenentur hæredes.*

Gregorius IX. *Episcopo N.*

---

a C. 1. eod. tit. in 1. comp. b Cap. 3. eod. tit. in 2. compilat. c ad Lucinium. d Vid. l. Labeo. ff. de sup. leg. & l. cum de lanario. & afinam. ff. de fun. instr. e C. 2. eod. tit. in 3. compil. f ad. g prædicta Ecclesia. h illos.

a VV. b receperint. c Vid. l. 1. cum not. C. de inst. & substit. & l. qua sub conditione. & quattes. cum ver. seq. ff. de cond. instit. d C. 2. eod. tit. in 3. comp. e Dicto, Butardi, deest in omnib. antiq. exempl. f Vitrosiensi Episcopo. g C. 3. eod. tit. in 3. comp. h Vid. l 2. ff. de cadav. punit. per Bart. i al. Lateranum. k Hæc verba sunt B. Aug. lib. De cura pro mort. agend. c. 2. l pretiosa.

Parochiano tuo, qui excommunicatus pro manifestis excessibus, videlicet homicidio, incendio, violentâ manuum injectione in personas Ecclesiasticas, Ecclesiarum violatione vel incestu fuit, dum ageret in extremis *a*, per Presbyterum suum juxta formam Ecclesiæ absolutus, non debent cœmeterium & alia Ecclesiæ suffragia denegari: Sed ejus hæredes & propinqui, ad quos bona pervenerunt ipsius, ut pro eodem satisfaciant, censurâ sunt Ecclesiasticâ compellendi.

DE PAROCHIIS, ET ALIENIS Parochianis.

TITULUS XXIX.

CAP. I.

¶ *Inter Episcopum substitutum Episcopo hæretico, & ipsum Episcopum hæreticum reversum, & ex dispensatione receptum, devolvitur Episcopatus, modo hic expresso.*

Ex Concilio Africano. *b*

Si Episcopus *c* ex Donatistis ad catholicam unitatem est conversus, æqualiter inter se dividant eas, quæ sic inventæ fuerint, ubi ambæ partes fuerint: id est, ut alia loca ad illum, alia ad alium pertineant, ita ut ille dividat, qui amplius temporis in Episcopatu habet, & minor eligat. Quòd si fortè unus fuerit locus, ad eum pertineat, quem plebs elegerit. Sed si antiqui catholici suum voluerint, & illi suum, qui ex Donatistis conversi sunt, plurimorum voluntas paucioribus præferatur *d*. Si autem partes æquales sunt, majoris temporis Episcopo deputetur *e*. Si autem ita plurima loca inveniuntur, in quibus ambæ partes fuerint *f*, ut non possint æqualiter dividi, velut si in impari numero fuerint, distributis locis, qui parem habent numerum, quicunque locus remanserit, hoc in eo servetur, quod dictum est, cùm de uno loco superiùs tractetur.

CAP. II.

¶ *Presbyteri parochiales Dominicis diebus & festivis parochianos alienos ad Missam admittere non debent, si ex contempto ad eorum Ecclesiam accedunt.*

Ex Concilio Nanneten. *g*

Ut Dominicis vel *h* festivis diebus Presbyteri, antequam Missam celebrent, plebem interrogent, si alterius parochianus in Ecclesia sit, qui proprio contempto Presbytero ibi velit Missam audire: quem si invenerint, statim ab Ecclesia abjiciant.

CAP. III.

¶ *Episcopus parochianum alterius sine ipsius licentia ordinare non potest, nec eum aliter judicare.*

Hadrianus Papa. *i*

Nullus Episcopus alterius parochianum judicare præsumat: [*& infrà.*] ¶ Nam qui eum ordinare non potuit, nec judicare potest.

CAP. IV.

¶ *Fines parochiarum, de quibus constat, vel finibus coherentia, præscribi non possunt.*

Urbanus III.

Super eo verò *k*, quod apud vos intelleximus dubitatum, an quod de finibus, & *l* his, quæ finibus cohærent, non præscribendis, statutum per canones esse dignoscitur, sit in parochiarum limitibus *a*, sicut in provincialibus, admittendum: Respondemus, quòd benè videtur in utroque servandum, si fines legitimâ probatione, vel aliàs indubitatâ fide constitit Ecclesiasticâ ordinatione statutos.

CAP. V.

¶ *Si parochianus seu dignosanus domicilium transfert, primus Prælatus in eo jura Episcopalia, seu diœcesana, sibi non vendicat: decima tamen prædiales illius parochiæ sibi debentur, nisi alteri debeantur ex consuetudine.*

Cœlestinus *b* III.

Significavit *c* nobis Aconen. *d* Episcopus, quòd cùm post recuperationem Aconen. civitatis, ad habitandum in ea se quamplurimi contulissent, qui ante generalem occupationem terræ sanctæ in aliis civitatibus regni Hierosolymitani elegerant mansionem: [1 & 2.] ¶ Fraternitati tuæ *e* mandamus, quatenus prædictorum locorum Prælatos, ut sibi nullam in prædictos Aconen. habitatores jurisdictionem usurpent, nec ab eis temporalia exigant, quibus spiritualia non ministrant, districtione, quâ convenit, compellatis: ita quòd si de agris in eorum parochia constitutis fructus percipiunt, & in ultramarinis partibus ratione prædiorum decimæ persolvuntur, deinceps eis ipsas cum integritate persolvant: dicto verò Aconen. tanquam diœcesano suo cogantur de cæteris respondere.

[1 *Et in ea residentiam fecerunt aliquantisper, & adhuc etiam resident in eadem, Prælati prædictarum civitatum eos ad solvenda sibi jura Ecclesiastica compellunt. Quia verò antiquos fines, & terminos à patribus constitutos, aut falcem mittere in messem alienam non oportet.*]

DE DECIMIS, *f* PRIMITIIS ET OBlationibus.

TITULUS XXX.

CAP. I.

¶ *Exprimit quatuor genera decimarum, quæ ex veteri lege debebantur.*

Hieronymus *super Ezechielem.* g

Decimam partem omnium frugum Leviticæ tribui populus ex lege debebat. Rursus ex ipsis decimis Levitæ, hoc est, inferiorum ministrorum gradus, decimas dabant Sacerdotibus. Erant quoque & *h* aliæ decimæ, quas unusquisque de populo Israël in suis horreis separabat, ut comederet eas, cùm iret in templum in urbe Hierusalem, & in vestibulo templi Sacerdotes & Levitas ad convivium invitaret. Erant autem & aliæ, quas pauperibus recondebant. At verò primitiæ, quas de frugibus offerebant, non erant speciali nomine diffinitæ, sed offerentium arbitrio derelictæ. Traditionem quoque accepimus Hebræorum, non lege præceptam, sed arbitrio magistrorum inolitam, quòd qui plurimùm, quadragesimam partem dabant Sacerdotibus: qui minimùm, sexagesimam: inter quadragesimam & sexagesimam licebat, quodcunque voluissent, offerre. Quod igitur in Pentateucho dubium derelictum est, hic *i* specialiter diffinitur propter Sacerdotum avaritiam, ne ampliùs à populo exigant in primitiis offerendis.

CAP. II.

¶ *Non potest congruè summari, propter varietatem loquendi.*

Paschalis II.

Novum *k* genus exactionis est, ut Clerici à Cleris decimas exigant, cùm nusquam in lege Domini

---

a *Quo decatur constitutus in extremis, vid. in leg. 3. cum l. sequen. ff. de don. caus. mort. Bart. in l. 1. C. de sacrosan. Eccl.* b *c. 85. in Conc. Lat.* c *C. 1. eod. tit. in 1. comp.* d *Vid. l. & suum hæredem. 6. fin. cum l. sequent. ff. de pactis.* e *deputentur.* f *fuerint.* g *Vanneten. al. Naveten. sed legendum Nanneten. est, hoc decretum ibi c. 1. non c. 429. ut refert Bur. l. 2. decr. c. 2. nec cap. 19. ut refert Ivo p. 2. c. 122.* h *C. 2. eod. tit. in 1 comp.* i *Bur. l. 2. decr. c. 19. Ivo p. 6. c. 140. & c. 3. eod. tit. in 1 comp.* k *post Conc. Lat. sub Alex. III. c. ult. & c. 3. eod. tit. in 1 comp.* l *vel.*

a *Luminibus.* b *Clemens.* c *Cap. un. eod. tit. in 2. compilat.* d *Ancon.* e *al vestra.* f *Demater in hujus tituli vid. Thom. 2. 2. q. 86. & 87.* g *C. 45. & c. 1. eod. tit. in 1. comp.* h *Has dilve, & decim.* i *al. hoc.* k *Post Conc. Lat. sub Alexan. III. p. 11. c. 16. & c. 17. eod. tit. in 1. comp.*

hoc

hoc legamus: non enim Levitæ à Levitis decimas accepisse leguntur. Illi profectò Clerici, qui à Clericis spiritualium ministeriorum labores accipiunt, decimas eis debent.

CAP. III.

¶ Compositio super decimis non tollitur per privilegium sequens, si de illa mentionem non facit.

Hadrianus *Vegoren. & Herforden. Episcopo.*

EX multiplici a conquestione V. Presbyteri accepimus, quòd cùm inter Abbatem de Brudeja, de consensu totius Conventûs, & prædictum Presbyterum talis intercesserit b conventio, scripto Monachorum authentico roborata, quòd Monachi dicto Presbytero & Ecclesiæ suæ de blado, & universis leguminibus, quamdiu viveret, decimas persolverent, exceptis minutis decimis, quas idem Presbyter quietas clamavit: idem Abbas à nobis privilegium obtinuit, ut de laboribus, quos propriis manibus aut sumptibus excolunt, nulli decimas solvere tenerentur: [1 & 3.] ¶ Unde quia non fuit nostræ intentionis per privilegium nostrum conventioni derogare prædictæ: mandamus, quatenus Abbatem & Monachos, ut eandem conventionem (non obstante dicto privilegio, nisi de ipsa contineatur in eo) inviolabiliter teneant & observent, vel exinde secum pacifice conveniant, appell. postpositâ compellatis.

[1 *Quo si quidem reversus ad propria tantam apud H. Regem illustrem Angliæ gratiam & favorem invenit, quòd totam terram Rex ipsius villa, in qua Ecclesia præfati Presbyteri sita est, monasterio ipsius in perpetuam eleemosynam contulit: quo facto prad. Abbas universis colonis illius villæ expulsis, totam terram prædictæ parochiæ excolens propriis sumptibus, Ecclesia debitos reditus subtraxit.*]

CAP. IV.

¶ Monachi tenentur solvere decimas prædiales, de prædiis novitèr cultis, de quibus decima prius solvebantur.

Idem *Thomæ Cantuarien. c Archiepiscopo.*

COmmissum est nobis: [1 & 3.] ¶ Pervenit d ad nos, quòd Monachi de Bosse, Ecclesiæ sanctæ Mariæ, in cujus parœcia commorantur, decimas ex integro non persolvunt. Eapropter mandamus, quatenus eos, ut decimas de terris cultis, in quibus olim domus constructæ fuerant, præfatæ Ecclesiæ cum ea integritate persolvant, quâ priusquam in eadem parœcia morarentur, solebant persolvi, compellas. Et sicut etiam de pascuis olim decimæ persolvebantur, ita nunc de eisdem ad frugum fertilitatem translatis, decimas volumus absque diminutione persolvi.

[1 *A Deo dispensationis officium admonet, & exhortatur multipliciter, ut universis Christi fidelibus & Ecclesiis debeamus utiliter providere, atque integra jura sua nos oportet atque illibata conservare.*]

CAP. V.

¶ Per excommunicationem compellitur quis ad solvendas decimas de molendinis, & aliis hic contentis, & cap. seq. hoc dicit eum seq.

Alexander III. *Cantuarien. Archiep. & ejus Suffraganeis.*

PErvenit e ad nos: [1 & 3.] ¶ Mandamus, quatenus parœcianos vestros monere curetis, & si opus fuerit, sub excommunicationis districtione compellere, ut de proventibus molendinorum f, piscariarum, fœno, & lana, decimas Ecclesiis, quibus debentur, cum integritate persolvant.

[1 *Quod cum parochiani vestri decimas bonorum suorum consueverint Ecclesiis, quibus debentur, cum integritate persolvere: nunc tam laudabilis consuetudine prætermissâ, quidam ex eis de lana, & de fœno, & de proventibus molendinorum & piscariarum ipsis Ecclesiis subtrahere non verentur. Quoniam igitur institutioni divinæ manifestis obviant, qui decimas ipsas Ecclesiis non persolvunt, f. v. per Ap. s. p.*]

CAP. VI.

¶ Summatim est cum præcedenti, & declara, ut in præcedenti dictum est.

Idem *Vintonien.* a *Episcopo.*

NUncios b [1 & 3.] ¶ Mandamus, quatenus parœcianos tuos de apibus, & de omni fructu decimas persolvere Ecclesiasticâ districtione compellas.

[1 *Et literæ tuæ s. eâ quâ decuit benignitate recepimus, & petitiones tuas, quoad licuit, curavimus exaudire, sicut illius personæ, quam puræ in Domino & ferventi charitate diligimus: & cujus commodo & profectibus intendere volumus diligenter. Cum igitur ad officium tuum spectent ea, in quibus nostri præcepti desideres nostrâ auct. muniri, tanto in hoc debuisti facilius exaudiri, quanto ipsam eorum specialius salutem respiciunt, de quibus in extremo judicio reddituros es rationem. Inde est, quod s. t. per Apost. sed. prad.*]

CAP. VII.

¶ Decima fructuum statim cum collecti sunt, solvi debet, non deductis expensis.

Idem *Exonien. Episcopo.*

CUm homines c de Hortona, de frugibus (ix partibus sibi retentis) decimam Ecclesiæ, cujus parochiani sunt, sine diminutione solvere teneantur: & antequam id faciant, servientibus & mercenariis suis de frugibus non decimatis debita totius anni pro servitio suo impendant, tunc demùm de residuo decimam persolventes: Mandamus, quatenus eos cogatis, ut decimam statim d fructibus collectis persolvant, atque de subtractis & retentis dignam satisfactionem exhibere procurent.

CAP. VIII.

¶ Privilegiati super decimis non solvendis, de iis prædiis, quæ ab aliis colebantur, decimam solvere tenentur.

Idem *Monachis de Neuclan.* e

DIlecti f filii Abbas & fratres sanctæ Crucis, suâ nobis conquestione monstrârunt, quòd prædia, unde decimas, & in magna parte sustentationem consueverunt habere, à plerisque laicis conduxistis, & recepistis ad firmam. Unde quoniam iidem fratres ex hoc gravantur enormiter, nec fuit intentionis nostræ, aut antecessorum nostrorum, ut de possessionibus, quas conduxistis g, decimas non solvatis: mandamus, quatenus de prædiis, quæ conduxistis h in parochiis suis, de quibus consueverunt decimas percipere, plenariè solvatis eisdem, vel cum ipsis amicabiliter componatis.

CAP. IX.

¶ Revocatur privilegium, si ex post facto incipit enormiter nocivum esse.

Idem *Abbati & fratribus Dolen.* i

SUggestum k est ex parte vestra, quòd Abbas & fratres monasterii de Ursin. decimas à vobis auferre conantur: [& 3.] ¶ Discr. v. mandamus, quatenus cum prædicto Abbate & fratribus super ipsis decimis componatis: nam quando Rom. Ecclesia ordini vestro privilegia de decimis dederat, ita erant ratæ Abbatiæ vestri ordinis, quòd exinde nulli poterat de jure scandalum suboriri: sed nunc in tantum augmentatæ sunt, ac possessionibus

a C. 17. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. Lat. sub Alex. III. p. 23. c. 11. b intervenerit. c Hunc existimo esse B. Thom. Cantuarien. Archi. qui circa annum Christi 1170. pro libertate Ecclesiæ assumpta martyrio traditur sub Alex. III. d C. 3. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. p. 23. c. 12. e C. 2. eod. tit. in 1. comp. f vid. l. si manifestis. C. de serv. & aqua per Bart. & l. 1. ff. de aqua plu. arcen.

a Vitorinf. al. Vintonien. b C. 18. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. p. 4. c. 3. c C. 4. eod. tit. in 1. comp. d de fructibus. e Nemhio. al. Norvole. Nevelo. al Nevelefia. f C. 6. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. p. 23. c. 2. g conduxitis. h quæ à laicis, &c. i Dolen. k C. 3. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. Lat. sub Alex. III. p. 23. c. 4.

ditatæ, quod multi viri Ecclesiastici de vobis apud nos querelam *a* sæpè proponunt.

CAP. X.

¶ *Cistercienses, Templarii, & Hospitalarii decimam prædiorum suorum, quæ propriis manibus aut sumptibus excolunt, solvere non tenentur: alii verò religiosi non solvunt decimas de hortis & nutrimentis animalium, nec de novalibus, quæ propriis manibus ac sumptibus excolunt.*

Idem *Terracinensi* b *Archiepiscopo.*

EX parte c tua ad nos noveris pervenisse, quòd albi Monachi & nigri, & quidam alii *d* religiosi, Ecclesias tuæ jurisdictionis reditibus decimarum, occasione privilegiorum, quæ sibi Romana indulsit Ecclesia, spoliare præsumunt. Sanè nolumus te latere, quòd prædecessores nostri ferè omnibus religiosis decimas laborum suorum concesserant *e*. Sed prædecessor noster Hadrianus solis fratribus Cisterciensis ordinis, & Templariis, & Hospitalariis, decimas laborum suorum, quos propriis manibus vel sumptibus colunt, indulsit: cæteris verò, ut de novalibus suis, quæ propriis manibus vel sumptibus excolunt, & de nutrimentis animalium suorum, & de hortis suis decimas non persolvant: quem sumus super his imitati. Quare ii, quibus hoc indultum est, hâc occasione decimas de aliis rebus Ecclesiæ suæ non possunt subtrahere, vel sibi aliquid ulteriùs vendicare.

CAP. XI.

¶ *Privilegium super decimis laborum non extenditur ad terras, quæ aliis tradunture excolendæ.*

Idem.

LIcèt *f* de benignitate sed. Apost. sit vobis indultum, ut de laboribus, quos propriis manibus vel sumptibus colitis, nemini decimas solvere teneamini: propter hoc tamen non est licitum vobis decimas de terris vestris subtrahere, quas aliis traditis excolendas.

CAP. XII.

¶ *Privilegium super decimis laborum, etiam ea, quæ non sunt novalia, comprehendit.*

Idem.

AUdientiam *g* nostram: [1 & 3.] ¶ Illud privilegii capitulum pravâ quidam interpretatione pervertentes, quo Cistercientibus indulgetur, ne de laboribus, quos propriis manibus aut sumptibus excolunt, aliquis decimas ab eis exigat: asserunt, quòd pro laboribus novalia intelligi debent: [2 *& infrà.*] ¶ Mandamus, quatenus non permittatis hoc fieri: nam si intelligeremus tantummodò de novalibus, ubi ponimus *h* de laboribus, de novalibus poneremus. *i*

[1 *Noveris pervenisse, quòd cùm quidam vestrùm à dil. filiis nostris, fratribus Cistercien. ordinis de laboribus, quos propriis manibus aut sumptibus excolunt, decimas exigere & exterquere conantur.*]

[2 *Verùm quoniam fratres præscripti ordinis de benignitate Apost. fovere debemus & volumus, & ne ullus contra eos materiam habeat malignandi, vel eos contra institutam molestandi quamlibet, attentius providere volentes, f. v.*]

CAP. XIII.

¶ *Decima novalium debentur Ecclesiæ, in cujus parochia surgunt: si verò non sunt in certa parochia, debentur diœcesano, qui potest eis retinere, vel alteri Ecclesiæ concedere.*

Idem *Brixien. Episcopo.*

QUoniam *k* à nobis fuisti sciscitudo tua requisivit, quid de decimis novalium tuæ diœcesis tibi sit statuendum: Respondemus, ut si terræ, quæ arabiles sunt, intra certam alicujus Ecclesiæ parochiam fuerint, decimas earum (tuâ parte retentâ) eidem Ecclesiæ facias assignari. Alioquin ipsa secundùm discretionem à Deo tibi datam, alii *a* Ecclesiæ deputare, vel ad opus tuum potestis jetinere.

CAP. XIV.

¶ *Decimæ possunt exigi.*

Idem *Remen. Archiepisc.* b

PArochianos: [1 *& infrà.*] ¶ Cùm decimæ non ab hominibus, sed ab ipso Domino sint institutæ, quasi debitum exigi possunt.

[1 *Verò tuus ad solvendas decimas Ecclesiis, quibus eas debent, Ecclesiasticâ debes severitate compellere.*]

CAP. XV.

¶ *Decima Laico jure hæreditario concedi non potest.*

Idem *Ambianen.* c *Episcopo.*

AD hæc *d* donationem decimæ, quam Abbas sancti S. de Monstrali cuidam Laico concessit per successionem tenendam: (Quoniam sanctuarium de jure hæreditario possideri non debet) viribus carere decernas: & Laicum (nisi decimam ipsam ipsi Ecclesiæ liberè resignaverit) vinculo excommunicationis adstringas.

CAP. XVI.

¶ *Judæi coguntur prædiales decimas solvere, aut prædia dimittere.*

Idem *Massilien.* e *Episcopo.*

DE terris, quas Judæi colunt, tuæ *f* prudentiæ respondemus, ut eos ad decimas persolvendas *g*, vel possessiones penitùs renunciandas, cum omni districtione compellas, ne fortè occasione illâ Ecclesiæ valeant suo jure fraudari.

CAP. XVII.

¶ *Decimæ vel oblationes Ecclesiæ Laicis concedi non possunt, & Prælatus contrà faciens est puniendus.*

Idem.

QUamvis *h* sit *i* grave nimis, & divini dignũ animadversione judicii habeatur, quòd Laici quidam, quod Sacerdotum est, in Ecclesiasticis rebus usurpant: majorem tamen incurrunt formidinem, quòd fomitẽ sui erroris dicuntur in ipso Clero aliquoties invenire, dum quidam Prælatorum Ecclesiæ decimas & Ecclesias disponere eis indulgent, & eos in devia mortis impellunt, qui prædicatione eorum ad viam vitæ fuerant revocandi: [1 & 3.] ¶ Statuimus, ut si quis alicui Laico in seculo remanenti, Ecclesiam, decimam, oblationemque concesserit, à statu suo, sicut arbor, quæ inutiliter terram occupat, succidatur, & donec emendet, dolore suæ jaceat ruinæ prostratus.

[1 *De quibus dicit Dominus per Prophetam: Populi mei peccata comedunt, & ad iniquitatem provocant. Unde.*]

CAP. XVIII.

¶ *Statur consuetudini, an colonus solvat decimam Ecclesiæ, in cujus parochia sita sunt prædia, an Ecclesiæ, ubi audit divina, & percipit Ecclesiastica sacramenta?*

Idem.

CUm sint *k* homines in parochia unius Ecclesiæ (sicut asseris) qui terras in alia parochia excolunt: tua discretionis consuluit, cui Ecclesiæ de terris illis decimas solvere debeant: [1 & 3.] ¶ Sanè non est nobis facilè super hoc certum *l* dare responsum: cùm auctoritates sanctorum Patrum etiam sint diversæ. Et ideò in hujusmodi dubitatione ad consuetudinem duximus recurrendum.

a *Querimoniam.* b *Turonen. al. Terracin.* c *Cap. 10. eod. tit. in 1. comp.* d *Alii viri religiosi.* e *concesserunt.* f *Cap. 11. eod. tit. in 1 comp.* g *C. 13. eod. tit. in 1. comp.* h *ponimus.* i *Vid. Lab hostiv. & sed quod simpliciter. ff. ex quibus caus. mai. & l. 2. ff. de offic. præsid.* k *C. 25. eod. tit. in 1. comp.*

a *Aliis Ecclesiis.* b *Poll Conc. p. 26. c. 21. deest hæc inscriptio. c. 26. eod. tit. in 1. comp.* c *Abienens. al. Ambiens.* d *Cap. 27. eod. tit. in 1. comp.* e *Massilien.* f *C. 28. eod. tit. in 1. compil.* g *Vid. Imperator. ff. de publ. cum not. per Bald. & Lempetit. C. de præscr. xxx. vel xl. annor.* h *C. 2. eod. tit. in 2 comp.* i *Verum, sit, deest in aliquot antiq.* k *C. 3. eod. tit. in 2. comp.* l *Certum responsum tibi dare.*

rendum a, & attendendum etiam, si illæ Ecclesiæ in uno sint, vel in diversis Episcopatibus constitutæ: quia difficile inis videtur, ut una Ecclesia in Episcopatu alterius recipiat decimas: cùm ex hoc Episcopatuum fines confundi non immeritò viderentur.

[1 *An illi, in qua divina audiunt, & alia Ecclesiastica percipiunt sacramenta.*]

CAP. XIX.

¶ *Non potest Laicus transferre decimam in alium Laicum, etiamsi cum titulo illam possideat. h. d. cum gloss.*

Ex Concilio Lateranen.

PRohibemus b, ne Laici decimam cum animarum suarum periculo detinentes, in alios Laicos possint aliquo modo transferre. Si quis verò receperit, & Ecclesiæ non reddiderit, Christianâ sepulturâ privetur.

CAP. XX.

¶ *Decima personalis debetur Ecclesiæ, ubi quis percipit sacramenta, licèt alibi lucrum contegerit. In prædialis verò statur consuetudini, si in alienâ parochia colonus prædium coluit.*

Lucius III. *Strigoniensi Archiepiscopo.*

AD Apostolicæ c sedis regimen: [1 & ℈.] ¶ Intelleximus, quòd quædam consuetudo in Hungaria inolevit, ut multitudo populi plerunque de parochia unius Episcopi in diœcesim alterius transferatur: in qua licèt per multa tempora moram traxerit, utcunque tamen Episcoporum, tam is, cujus parochiam reliquerunt, quàm is, cujus parochiani sunt facti, decimationem requirit: Ideoque tua nos duxit fraternitas consulendos, cui potius decimæ sint reddendæ. Noveris igitur, quod æquum est, ut illi Ecclesiæ decimæ personales reddantur ab eis, in qua Ecclesiastica percipiunt sacramenta. Decimas verò messium d, vel fructuum arborum, si coluerint in alia parochia, quàm in ea in qua habitant (quoniam à diversis diversa consuetudo tenetur) tu eligas in hoc casu, quod per consuetudinem diu obtentam ibidem noveris observatum.

[1 *Licèt immersti dignatione divinâ vocati, omnibus sumus Ecclesiæ filiis debitores, & proficimtæ nostræ modulo respondere cogimur consultationibus singulorum.*]

CAP. XXI.

¶ *De omni fructu prædii solvendæ sunt decimæ.*

Clemens III. e

EX parte f Canonicorum Ecclesiæ tuæ nobis est querela proposita, quòd quidam agricultores, cùm simul vel diversis temporibus anni, in eodem horto vel agro diversa semina sparserint, non nisi de unius illorum seminum fructibus decimas illi persolvunt: [1 & *infrà.*] ¶ Mandamus, quatenus si noveris rem taliter se habere, agricultores illos, ut de omnibus prædiorum g fructibus decimas absque diminutione persolvant, Ecclesiasticâ censurâ compellas.

[1 *Qui etiam decimas de agrorum proventibus, non curavit exsolvere, nisi quibusdam deductu expensis, quas faciunt pro illo ad aream, vel ad horrea deportando. Quia igitur per hæc Canonici ipsi & Ecclesia Dei non modica irrogatur injuria, cùm Levitis absque expensis deductu decimas sit injunctum expendi.*]

CAP. XXII.

¶ *Decimæ prædiales solvendæ sunt, expensis non deductis.*

Cœlestinus III.

NOn est h in potestate hominum, cùm plantant arbores, vel aliqua semina terræ mandant: [1 & ℈.] Revera sicut sancti patres in suis tradiderunt scripturis de vino, grano, fructibus arborum, pecoribus, hortis, negotiatione, de ipsa etiam militia, de venatione, & de omnibus bonis, decimæ sunt ministris Ecclesiæ tribuendæ, ita ut qui de his eas solvere neglexerint, Ecclesiasticâ districtione debeant percelli: [2 & ℈.] ¶ Volumus ergò & districtè præcipimus, quatenus antequam ullas a deducatis de bonis prædictis expensas, decimas Ecclesiis, ad quas pertinent, cum integritate debita persolvatis.

[1 *Quid ei satio vel plantatio sit redditura. Cùm juxta verbum Apostoli ad literam exponendum, neque qui rigat, sed Deus qui tribuit incrementum. Audivimus autem, quod quidam vestrûm de vineis, olivetis, carmelis & frugibus, non nisi primò deductis expensis seminum, laborum vel agriculturæ decimas curant Ecclesiis exhibere.*]

[2 *Præterea si quis omninò Domino decimas non dederit, quæ sunt tributa agentium animarum, & ex debito requiruntur ad decimam partem, ut docet Augustinus, removeri meretur.*]

CAP. XXIII.

¶ *De redditibus molendini ad ventum, solvendæ sunt decimæ.*

Idem.

EX transmissa b querela Rectoris Ecclesiæ de N. intelleximus: [1 & ℈.] ¶ Quia fidelis homo de omnibus, quæ licitè potest acquirere, decimas erogare tenetur: Mandamus, quatenus H. militem ad solutionem decimarum de his, quæ de molendino ad ventum proveniunt, sine diminutione aliqua compellatis.

[1 *Quòd cùm M. miles molendinum quoddam ad ventum in terra quadam infra fines parochiæ, de cujus terra proventibus decimas solebat Ecclesia percipere, memorata construxit, de ipsius proventibus vel obventionibus decimas ei solvere contradicens, in salutis suæ periculum detinere non veretur. Unde.*]

CAP. XXIV.

¶ *Locator vel conductor possessionum tenentur ad decimas, nisi se immunes ostendant.*

Innocentius III. *Pistorien. Episc.*

ANobis c tua fraternitas requisivit: [1 & *infrà.*] Cùm igitur quilibet decimas solvere teneatur, nisi à præstatione ipsarum specialiter sit exemptus: Fraternitati tuæ taliter respondemus, quòd à dantibus & recipientibus possessiones ad firmam, de fructibus quos percipiunt, decimæ sunt solvendæ: Nisi ab eis ostendatur, quare ab hujusmodi sint immunes.

[1 *Utrùm ab illis decimas exigere debeas, qui possessiones dant vel recipiunt ad firmam, cùm alii se conentur per alios excusare, quò minùs teneantur ad decimas persolvendas.*]

CAP. XXV.

¶ *Imperiali concessio sub quacunque formâ à solutione decimarum eximere non potest.*

Idem *Vercellen. Episcopo.*

TUa id: [& *infrà.*] ¶ Porrò cùm Laicis nulla sit de spiritualibus c concedendi, vel disponendi facultas, imperialis concessio quantumcunque generaliter fiat, neminem potest à solutione decimarum eximere, quæ divinâ constitutione debentur.

¶ *Decimæ novalium non pertinent ad Laicum, qui decimas habet in feudum. h. d.*

---

a vid. *l. minimè. & l si de interpretatione. ff. de legibus.* b *C. 23. eod. tit. in 1. comp quàm sit periculosum detinere decimas, tradit Guid. Pap. dec. 283.* c *C. 29. eod. tit. in 1 comp.* d *in vulg. libris legitur ita: Super decimis verò, &c. sed in omnibus Cod. manuscr. habetur, ut est impressum.* e *Cœlestinus.* f *C. 3. eod. tit. in 2. comp.* g *prædictorum.* h *C. 4. eod. tit. in 2. comp.*

a *Dittin. ullas, deest in omnibus antiquis codicibus.* b *C. 7. eod. tit. in 2. compil. vid. Conc. Trid. Sess. 25. de reform. cap. 2. & Conc. Matisc. 2. c. 3. & B. Thom. 2 2 q. 87. art. 2.* c *Cap 1 eod. tit. in 3. comp & de materia textûs & gloss. vid Covarruv. l. 1. var. resc. c. 17. & Guid. Pap. dec. 266. & 284. Adde Sylvestr. in summ verb. decima. §. 1.* d *C. 4. eod. tit. in 4. comp. vid. Host. & Oldrad. cons. 109.* e *al. de spiritualib. rebus.*

Nec occasione a decimationis antiquæ (licet in feudum decimæ sint concessæ) sunt decimæ novalium usurpandæ, cùm in talibus non sit extendenda licentia, sed potiùs b restringenda.

CAP. XXVI.

¶ *Sine deductione seminis & sumptuum debent dominus & colonus decimam solvere, & non cui voluerint Ecclesia vel pauperibus, sed Ecclesiæ cui debentur; nec ab hoc excusantur propter malitiam Clericorum.*

Idem *eidem.*

IL'Tua nobis fraternitas intimavit c, quòd quidam Laici decimas d Ecclesiis & Clericis tuis, perversis machinationibus subtrahere moliuntur. Quidam enim ex eis semen & sumptus, qui fiunt in agricultura, dicunt primitùs deducendos, & de residuo impendendam decimam asseverant. Alii verò de portione fructuum, quam à colonis accipiunt, partem decimæ separantes, eam capellis suis aut aliis Clericis, aut etiam pauperibus conferunt, vel in usus alios pro sua voluntate convertunt. Nonnulli etiam vitam Clericorum tanquam abominabilem detestantes, decimas eis ob hoc subtrahere non verentur: [1 & 3.] ¶ Verùm si ad Deum (à quo cuncta bona procedunt) assertores hujusmodi debitum respectum haberent, jus Ecclesiasticum diminuere non contenderent, nec decimas (quæ tributa sunt egentium animarum) præsumerent detinere. Cùm enim Deus, * cujus est terra, & plenitudo ejus, orbis terrarum, & universi qui habitant in eo, deterioris conditionis esse non debeat, quàm dominus temporalis, cujus statutum de terris, quas exhibet aliis excolendas, non quidem deductis sumptibus, aut semine separato, necessariò cum integritate persolvitur: nimis profectò videtur iniquum, si decimæ, quas Deus in signum universalis dominii sibi reddi præcepit, suas esse decimas & primitias asseverans, occasione præmissâ, vel excogitatâ magis fraude diminui valeant, cùm Deo debita sit solutio decimarum, in tantum, ut ad eas Clericis exhibendas, quibus eas ipse pro suo cultu concessit, Laici si moniti reddere e noluerint, Ecclesiasticâ sunt f districtione g cogendi. Et cùm de cunctis omninò proventibus decimæ sint reddendæ, sicut colonus de parte fructuum, quæ sibi remanet ratione culturæ: sic & dominus de portione, quam percipit ratione terræ, decimam reddere sine diminutione tenetur. Prætextu verò nequitiæ Clericorum, nequeunt eas (nisi quibus ex mandato divino debentur) pro suo arbitrio erogare: cùm nulli sit licitum aliena cuiquam concedere præter Domini voluntatem: [2 & 3.] ¶ Quoniam igitur pati nolumus, ut Ecclesiarum & Clericorum jura præsumptione quâlibet minuantur: mandamus, quatenus omnes qui ratione personarum, aut etiam prædiorum decimas Ecclesiis & Clericis tuæ diœcesis exhibere tenentur, ad eas cum integritate reddendas appellatione h remotâ compellas.

[1. *Quidam insuper asserentes se possessiones, & omnia jura sua cum omni honore atq; districtu per imperialem concessionem adeptos, decimas sub hujus generalitate detinere præsumunt; occasione præterea veteris decimationis, quam asserunt sibi concessam, aliqui decimas novalium sibi non metuunt usurpare.*]

[2. *Quanquam per solicitudinem pastoralis officii sum à sua nequitia coercendi, & cum de cunctis omnino proventibus decimæ sint reddendæ: sicut colonus de parte fructuum, quæ sibi remanet de ratione culturæ, sic & dominus de portione, quam perceperit de ratione terræ, decimam reddere sine diminutione tenetur.*]

CAP. XXVII.

¶ *Privilegium super decimis non solvendis Ecclesiastica persona concessum, novalia comprehendit. h. d. secundum intellectum, qui placet Panorm.*

Idem *Abbati sancti* a *Columbæ Senonen.*

EX parte b tua: [1 & 3.] ¶ Cùm igitur tibi, quod majus est, sit concessum, ut videlicet decimas de laboribus terræ parochiarum tuarum cum integritate percipias, de novalibus eas exigere satis potes: quia ubi majus conceditur, minus concessum esse videtur.

[1. *Fuit hoc propositum coram nobis, quod cum tibi de laboribus terræ parochiarum tuarum Ecclesiis sicut asseris, sit indultum decimas cum integritate percipere, dignaremur misericorditer indulgere, ut de terris, quæ infra parochias tuas novater rediguntur ad culturam, de indulgentia nostra exigendi decimas facultatem habere.*]

CAP. XXVIII.

¶ *Negotiator de lucro decimam solvit deductis expensis, quas facit de pecunia decimata: expensæ verò, quæ fiunt pro habendis fructibus, non deducuntur, & de fructibus solvitur decima, etiam non deductis expensis: sallis pro re restaurandæ.*

Idem *Helsen. Episcopo.*

PAstoralis c officii: [1 & 3.] ¶ Explicari postulasti, utrùm quis possit de molendinis & piscariis necessarias expensas deducere, priusquam solvat decimas ex eisdem, sicut est in negotiatione concessum: Ad quod respondemus, quòd licet circa res acquisitas, vel factas de pecunia decimata, cùm ipsæ venduntur, credamus deducendas expensas, & de residuo, quasi de lucro decimas persolvendas, ut si vendatur domus, ager, vinea, clibanus, molendinum, grex, aut quælibet merces: Expensas tamen, quæ fiunt pro fructibus percipiendis, ex illis, de quibus fructus proveniunt, non credimus deducendas, etiamsi fuerint decimatæ: quoniam salvâ decimâ, fructus efficiuntur eorum, qui faciunt ipsas expensas. Fructus autem ipsos d alienari posse non credimus, nisi cum onere decimarum. Nec pro restaurando detrimento quarumlibet rerum, ex quibus decimæ persolvuntur, credimus deducendas expensas, de proventibus decimandis: quia penes dominum res permanent restauratæ: ut si pars aliqua moriatur armenti, deterioretur vinea, portio mercis depereat, vel totus clibanus destruatur.

CAP. XXIX.

¶ *Qui præscribit decimam in aliena parochia, si ibi instituunt novalia, ipsorum decimas non habebit.*

Idem.

CUm e contingat interdum in tua diœcesi: [1 & 3.] ¶ Cùm in quibusdâ parochiis ad quasdam Ecclesias vel personas Ecclesiasticas ab antiquo pertinear perceptio decimarum, & de novo fiant novalia in eisdem, quæris à nobis, ad quam hujusmodi novalium decima incipiat pertinere? Unde inquisit. t. t. respond. quòd cùm perceptio decimarum ad parochiales Ecclesias de jure communi pertineat, decimæ novalium, quæ fiunt in parochiis earundem, ad ipsas proculdubiò pertinere noscuntur, nisi ab his, qui alias percipiunt f decimas, rationabilis causa ostendatur g, per quam appareat, novalium ad eos decimas pertinere.

a *Vid. decis. Capell. Tholos. 440.* b *vid. l. cùm quidam cum vulgat. ff. de liber. & postum.* c *C. 2. eod. tit. in 3. comp.* d *In recent. impressi. decimas Ecclesiæ à Clericis tuis, &c. sed non ex antiq. exemplar. Greg. reposuimus, ut est impressum, quam lectionem agnovit Hostiens.* * *Psal. 23.* e *solvere.* f *sint.* g *vid. Conc. Trid. Sess. 25. de reform. c. 12. adde Conc. Matisc. 2. c. 5. & Synodum Divionens. 4. in sacris.* h *vid. hic Henricum Boich.*

a *Sancta Columbana. al. sancti Columbani.* b *C. 3. eod. tit. in 3. comp & faciunt tradita per Ias. in l. 1 ff. de transact.* c *C. 4. eod. tit. in 3. comp. vid. Turrecr. in c. revertimini. 6. q. 1.* d *illat.* e *C. 5. eod. tit. in 4. comp. vid. Covarr. l. 1 var. resol. c. 17. circa fin.* f *accipiunt.* g *vid. l. non omnium. per Bart. ff. de legibus.*

[1 *Præterea*

[1 *Præterea requisitus, cum aliqua prædia, de quibus Ecclesiæ aut personæ Ecclesiasticæ decimæ solvebantur, ad fratres Cisterciens. ordinis ditionis vel emptionis, vel alio titulo devolvuntur, an iidem fratres de talibus prædiis ipsis Ecclesiis vel personis decimas solvere teneantur. Super quo tale damus responsum, quòd cum prædicti fratres à sed. Apost. sit indultum, ut laboribus suis, quos propriis manibus aut sumptibus excolunt, decimas nulli prorsus absolvere teneantur, de prædiis taliter acquisitis Ecclesiis vel personis Ecclesiasticis decimas solvere non teneantur, dummodo propriis manibus eorum aut sumptibus excolantur.*]

CAP. XXX.

¶ *Decima omnium fructuum prædii debetur ei, qui decimas ibi præscripsit. sed ad aliud prædium præscriptio non extenditur.*

Idem *Episcopo Eduacen.*

CUm in tua a diœcesi quædam monasteria & conventuales Ecclesiæ, in multis parochiis majores decimas percipiant & minutas, de quibusdam fructibus annuatim perceptis non fuerunt decimæ persolutæ: [1 &]. ¶ Respondemus, quòd si fructus prædicti de illa terra proveniunt, de qua monasteria vel conventuales Ecclesiæ, aliquos percipiebant ratione decimarum proventus: eis proculdubiò decimæ fructuum debentur eorum, cùm ipsis terra illa ab antiquo fuerit decimalis, & non debeat una eademque Ecclesia b diverso jure censeri: alioquin parochialibus Ecclesiis exolvantur, ad quas de jure communi spectat c perceptio decimarum.

[1 *Quæsitum per sed. Apost. edocere, utrùm decimæ fructuum prædictorum ad parochiales Ecclesias, quæ nec minores recipiunt, nec minutas, an ad monasteria & illas conventuales, quæ decimas alias percipiunt ab antiquo, debeant pertinere.*]

CAP. XXXI.

¶ *Laici Ecclesiis vel decimas donare non possunt, etiamsi sint Reges: nec ex eorum titulo præstatur causa præscribendi.*

Idem *Vesprimen.* d *Episcopo.*

DUdum e adversùs fratres Hierosolymitanos Hospitalis sancti Stephani, te proponente in nostra præsentia quæstionem, quòd ipsi decimas de laboribus rusticorum suorum Vesprimen. Ecclesiæ debitas non permitterent tibi solvi: [1 *& infrà.*] ¶ Comparentibus igitur te ac ipsis statuto termino coram nobis, G. Presbyterum Cardin. tibi & eis concessimus auditorem, coram quo decimas terrarum, quæ per rusticos f Hospitalis Vesprimen. diœc. excoluntur, & de Chirographa g, & de Novacularia Ecclesias, quæ per ipsos Hospitalarios detinentur, intentione tuâ de jure communi fundatâ, petisti. Prior autem Hospitalis in prædictis decimis & Ecclesiis præscriptionem allegans, proposuit se non teneri tibi super his respondere: quòd cùm per auditorem ad nostram audientiam pervenisset, mandavimus, quòd idem prior præscriptionis titulum, quem allegavit, probaret, qui B. Regis ac Reginæ Hungariæ privilegia exhibuit, qui Ecclesiam sancti Stephani, ad quam dictæ Ecclesiæ cum eisdem decimis pertinebant, in perpetuam eleemosynam hospitali donationis titulo concesserunt, confirmationis Clementis Papæ præd. nost. scriptum exhibens, per quod probare volebat, concessionem prædictam plenum habere vigorem: [2 &]. ¶ Cæterùm ex parte tua fuit propositum, quòd in decimis & Ecclesiis à Rege & Regina donatis, præscriptionem non poterat opponere pars adversa, quæ nec à donatione ipsorum initium habere poterat, nec à confirmatione præfata tantum effluxit temporis, quòd posset præscriptio confirmari, & sic donationis Regis ac Reginæ allegatus titulus nullius erat, cùm sacrilegii crimen incurrat, qui Ecclesias vel Ecclesiasticum aliquid a de manu receperit b laicali: [3 *& infrà.*] ¶ Nos igitur cùm donatores prædicti conferre non potuerint aliis, quæ ipsi de jure non poterant possidere, & per confirmationem prædicti Clementis super Ecclesia sancti S. hospitali cum decimis & aliis pertinentibus ad se c factam, etiamsi authenticum d appareret, juri episcopali nullatenùs derogetur: sententialiter prohibemus, ne fratres hospitalis præsumant ulteriùs impedire, quò minùs decimas percipias memoratas, & pacificè possideas in futurum.

[1 *Eos citavimus præfigentes eis terminum Concilium generale, quo cum instrumentis & rationibus sicis nostro se conspectui præsentarent, tibi respondere parati.*]

[2 *Et asserens nihilominus ipsam à fel. record. Lucio PP. prad. nost. postmodum confirmatam.*]

[3 *Unde si contingat Laicum in donatione Ecclesiæ talibus verbis uti, Do tibi Ecclesiam talem: nihil aliud concedere intelligitur, nisi jus patronatus tantum quod habet in ipsa, prout in constitutione à nobis edita continetur expressè. Contra confirmationem autem fuit hoc modo responsum, quòd cùm ipsa Ecclesia S. Stephani cum omnibus decimis & Ecclesiis, & aliis, quæ ad eandem pertinent, confirmetur, jus episcopale non tollitur, cùm de illo nil exprimatur eisdem, sed tantum debita decimarum portio in parochia S. Stephani collatarum, secundum terræ consuetudinem eisdem Hospitalariis reservetur. Præsertim cùm petita decima à te in parochia S. Stephani non confitiare, quod de plano confessa est pars adversa. Contrà verò fuit à parte altera replicatum, quòd cùm spatio xxx. annorum tacuerit, juri tuo tacite renunciâsse videris, sed hoc paro tua visa est repellere, allegando quod xxx. annorum taciturnitas non in jure communi, sed in privilegiis nostris obtinere: unde jure communi quod habet Episcopus in decimis vel Ecclesiis suæ diœces. non nisi xl. annorum taciturnitate pervatur.*]

CAP. XXXII.

¶ *Domini prædiorum cogi possunt, ut prædia dent colenda talibus, à quibus sine contradictione Ecclesia possit decimas consequi. h. d. usq; ad § illa.*

Idem *in Concilio generali.* e

IN aliquibus regionibus f quædam permistæ sunt gentes, quæ secundùm suos ritus decimas de more non solvunt, quamvis censeantur nomine Christiano: his nonnulli domini prædiorum ea tribuunt excolenda, ut decimis defraudantes Ecclesias, majores inde reditus assequantur. Volentes igitur super his Ecclesiarum indemnitatibus providere, statuimus, ut ipsi domini g talibus personis, & taliter sua prædia excolenda committant, quòd absque contradictione Ecclesiis decimas cum integritate persolvant, & ad id, si necesse fuerit, per censuram Ecclesiasticam compellantur.

¶ *Iste § propter sui brevitatem non summatur.*

Illæ quippe decimæ necessariò solvendæ sunt, quæ debentur ex lege divina, vel loci consuetudine approbata.

CAP. XXXIII.

¶ *Priùs solvenda sunt decimæ, quàm census seu tributa: & si priùs illa solvantur, postea decimari debent.*

a C. 2. eod. tit. in 4. comp. An minuta decima necessariò solvi debeant, vid. B. Thom. 2. 2. q 87. art. 2. ad 3. arg. b al ita: una ea demq; res, &c. c pertinet. d Vesprienen. al. Vespertinien. e C. 3. eod. tit. in 4. comp. vid. Oldrad. cons. 2. vid. Covarr. l. 1. var. resol. c. 17. f In omnibus manuscr. ita: quæ per rusticos in Vesprimensi diœcesi excoluntur. g Chirophal. al. Cirgo. al. Sirogr. al. Cirogra.

a aliquod. b reciperet. c à se, in recentioribus, sed ad se habetur: id est, ad Ecclesiam S. Stephani. d authentica, in recentibus: sed in antiquis authenticum legitur. e Innoc. III. in Conc. gener. Lat. c 53. f C. 3. eod. tit. in 4. comp. g In Cod. Bamb. ita: ut ipsi domini de cætero, talibus, &c.

Idem *in eodem.* a

CUm non sit in homine, quid *b* semen serenti respondeat, quoniam juxta verbum Apostoli *c:* [*Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus:*] ipsum qui *d* de mortificato semine plurimum fructum affert, nimis avarè quidam in decimis defraudare nituntur, census & tributa, quæ interdum indecimata prætereunt, de frugibus primitùs deducentes. Cum autem in signum universalis dominii, quasi quodam titulo speciali, sibi Dominus decimas reservaverit: nos & Ecclesiarum dispendiis & animarum periculis obviare volentes, statuimus, ut in prærogativam dominii generalis, exactionem tributorum & censuum præcedat solutio decimarum, vel saltem hi, ad quos census, vel tributa indecimata pervenerint (quoniam res cum onere suo transit) ea per censuram Ecclesiast. decimare cogantur Ecclesiis, quibus de jure debentur.

CAP. XXXIV.

¶ *Cistercien. Templarii & Hospitalarii de fructibus possessionum, quas acquisierunt post Concilium generale, de quo hic, decimas solvere tenentur, si de illis possessionibus prius solvebantur decima.*

Idem *in eodem.* e

NUper Abbates *f* Cistercien. ordinis in generali Concilio *g* congregati, ad commonitionem nostram providè statuerunt, ne de cætero fratres ipsius ordinis emant possessiones, de quibus decimæ debeantur Ecclesiis, nisi fortè pro monasteriis novitèr fundandis. Et si tales possessiones eis fuerint piâ fidelium devotione collatæ, aut emptæ pro monasteriis de novo fundandis, committantur aliis excolendæ, à quibus Ecclesiis decimæ persolvantur. Ne occasione privilegiorum suorum Ecclesiæ ulteriùs prægraventur, decernimus, ut de alienis terris, & amodò acquirendis, etiamsi eas propriis manibus aut sumptibus excolunt, decimas persolvant Ecclesiis, quibus ratione prædiorum anteà solvebantur, nisi cum ipsis Ecclesiis aliter duxerint componendum. Et hoc ipsum ad alios regulares, qui gaudent simílibus privilegiis, extendi volumus & mandamus: ut Ecclesiarum Prælati promptiores & efficaciores existant ad exhibendum eis de suis malefactoribus justitiæ complementum, eorumque privilegia diligentiùs & perfectiùs studeant observare.

CAP. XXXV.

¶ *Breve est, & ideò non summatur.*

Gregorius IX.

INterdicimus universis personis Ecclesiasticis, ut decimas detentas à Laicis ad alienas Ecclesias pertinentes, in pignus recipere ab eisdem Laicis non præsumant.

DE REGULARIBUS, *h* ET TRANSeuntibus ad religionem.

TITULUS XXXI.

CAP. I.

¶ *Non potest quis ad religionem admitti nisi volens, & in ætate idoneus.*

Ex Concilio Maguntino.

NUllus tondeatur *i*, nisi in legitima ætate & spontanea voluntate.

a *C. 54. & c. 6. eod. tit. in 4. comp.* b *quod.* c *1. Corinth. 3.* d *Hanc periodum ex antiquis restituimus, ut est impressa: nam in vulgatis perperàm legebatur. Ioan. 12.* e *Cap. 55.* f *Cap. 7. eod. tit in 4. comp.* g *Pro voce, concilio, qua est in antiq. omnib. Cod. in antiqua comp. penitur capitulo, quod non est inepturn: nam generales Monachorum conventus capitula vulgò dicuntur.* h *de materia hujus tit. vid. Concil. Tridene. Sess. 25. tit. de regularib.* i *vid. D. Thom. 2. 2. quæst. 189. art. 1. & Cap. Trid. infrà citatum.*

CAP. II.

¶ *Impubes monasterium ingressus, post annum à parentibus revocari non potest. h. d. primo. Pubes per vim ingressus, post annum exire, vel à parentibus revocari non potest. h. d. secundo. Abbas Siculus.*

Ex eodem.

SIquis *a* ante annos legitimos tonsuratus est sine consensu parentum suorum, si parentes ipsius intra annum non reclamaverint ad Principem, aut ad proprium Episcopum, vel ad missum dominicum, in clericatu permaneat. Si verò post legitimos annos, per vim *b* Clericus factus est, & nec ipse, nec parentes ejus intra annum ad memoratas personas reclamaverint, in clericatu permaneat, sicut is, de quo superiùs dictum est.

CAP. III.

¶ *Clericus secularis utens habitu & nomine monachali, cogitur ut fiat Monachus, vel ab hoc desistat.*

Ex Concilio Toletano.

UT Clerici, qui se fingunt habitu & nomine Monachos, & non sunt, corrigantur: ut *c* veri Monachi sint, vel *d* veri Clerici.

CAP. IV.

¶ *Novitia, quæ sponte se ingerit actibus Professarum, per hoc censetur Professa. h. d. & est casus multum notabilis.*

Ex Concilio Arelaten. *e*

VIdua si sponte velum conversationis, quamvis non sacrum sibi, imposuerit, & in Ecclesia inter velatas oblationem Deo obtulerit, velit nolit sanctimoniæ habitum ulteriùs debet habere: Licèt sacramento firmare velit, eo tenore velamen sibi imposuisse, ut deponere posset.

CAP. V.

¶ *Monachus temerè ad aliud monasterium transire, vel peculium habere non potest.*

Gregorius *Anthemio Subdiacono.*

IOannes frater: [*& infrà.*] ¶ Præsenti jussione *tibi* mandamus, ut ne quem Monachum de monasterio in monasterium temerè migrare liceat, nec eorum aliquem peculiare quicquam habere. Sed si hoc præsumpserit, monasterio, in quo ab initio conversatus est, sub Abbatis sui regula competenti coercitione reddatur.

CAP. VI.

¶ *Ubi est dura congregatio vel religio, requiritur in professo plena pubertas, scilicet tempus 18. annorum. h. d. habito respectu ad mentem loci.* a. *Et est textus singularis.*

Ex registro Gregorii. *f*

QUia in insulis dura est congregatio Monachorum, pueros in eorum monasteriis ante 18. annum suscipi prohibemus.

CAP. VII.

¶ *Si Cistercienses sine licentia sui Abbatis ad aliud monasterium transit, ad proprium monasterium regredi cogitur.*

Alexander III. *Archiepiscopu, & aliis Ecclesiarum Prælatis, per Gallias* g *constitutis.*

NOn est vobis dubium: [*1 & infrà.*] ¶ Universitati vestræ mandamus, quatenus Monachos, vel Conversos Cistercien. ordinis, post professionem sine licentia Abbatum suorum, per Episcopatus vestros recipi, nullatenùs permittatis. Et si qui ex eis, sine licentia Abbatum suorum, de monasterio exire præsumpserint, & commoniti celeriter non redierint, eos regredi compellatis.

a *Burch. l. 2. Decr. c. 3. Ivo p. 7. c. 26.* b *vide Conc. Trid. Sess. 25. tit. de regul. c. 19.* c *aut.* d *aut.* e *al. Aurelian. sed habetur in Conc. Tribur. c. 25. refert Burch. l. 2. c. 30. Ivo p. 7. c. 55. & c. 6. eod. tit. in 1. comp. quib. locis alius Concilio tribuitur, sed fortassis non rectè.* f *l. 1. epist. 42. ad Anthemium, ut refert Grat. 20 q. 1. c. quia autem. & c. 2. eod. tit. in 1. comp.* g *in Gallia.*

[1 Aug

[1 *Aut incertum quomodo fratres religiosi Cistercien. ordinis eâ religione permaneant, & virtute, quòd ex institutione primum prædecessorum nostrorum hi, qui in eorum monasteriis professionem fecerunt, sine Abbatis sui licentia prohibentur de claustro discedere, & discedentes in aliis monasteriis recipi. Inde est quòd nos tandem constitutionem, non solùm amicam religioni, sed etiam consonam rationi feliciter conservare volentes.*]

CAP. VIII.

¶ *Professio facta ante XIV. annum non obligat: post XIV. verò si fiat per susceptionem habitûs Professorum, etiam non obligat, nisi detur perseverantia triduo.*

Idem *Magistro F. Civitaten.* a *Canonico.*

AD nostram noveris *b* audientiam perveniſſe, quòd Eremitæ de Montefolio quosdam pueros seduxerunt, in tantum quòd quidam suasionibus eorum assensum præbentes, statim religionis habitum in ipsorum monasteriis susceperunt: quorum unus T. nomine statim pœnituit, quòd habitum induisset: [1 *& infrà.*] ¶ Quocirca mandamus, quatenus si constiterit, quòd prætatus T. ante consummationem XIV. anni susceptum habitum deposuerit, aut si post XIV. annum habitum ipsum sine probatione susceperit, & intra triduum deposuerit, eum ab impetitione prædictorum Eremitarum denuncies absolutum: & eam, quam, postquam exivit, juravit accipere in uxorem, liberè posse traducere, si alia *c* causa rationabilis non obstat *d*.

[1 *Id quod fecerat, suis parentibus intimavit, qui ad locum ipsum morâ postpositâ accedentes, eum inde traxerunt, & cùm non stetisset ibi nisi per unam noctem tantummodò, sicut accepimus, prafati Eremita & quidam alii non permittunt eum quandam puellam ducere in uxorem, quam ipse juravit in uxorem ducere, & sicut dicitur, desponsavit.*]

CAP. IX.

¶ *Qui recipit habitum Professorum, ubi distincti sunt habitus, compellitur ibi vel alibi esse religiosus: sed si recipit habitum novitiorum, potest ad seculum redire.*

Idem *Elnensi Episcopo.*

SUper eo *e* quod quæsitum fuit de Clericis, qui religionis habitum susceperunt, & ante professionem ad priorem statum sunt reversi: Respondemus, quòd si austeritatem religionis, ad quam migrâsse noscuntur, servare noluerint, ad minorem religionem sunt cogendi transire: nec amplius in Ecclesiis secularibus debent assumi: ne contra votum, quod Domino fecerunt, venire probentur. Verùm si ante susceptum hujusmodi habitum in probatione positi recedere voluerint, secundùm regulam beati Benedicti non videntur prohiberi ad priorem statum redire, quæ videtur præcipere, ut in eadem veste, in qua veniunt, revertantur.

CAP. X.

¶ *Canonicus regularis potest effici Monachus, si religio, ad quam transit, est strictior suâ: aliàs secùs.*

Idem *Ambianen. Episcopo.*

SAnè de Canonico *f*, qui in Ecclesia Aromaten. professionem fecerat, & fugerat ab eadem, in Monachum à quodam Abbate recepto: Id tuæ fraternitati significamus, quòd si locus, ubi nunc permanet, majoris religionis, quàm Ecclesia Aromaten. existat *g*, ipsum in eodem loco cum pura conscientia remanere permittas, alioquin eum ad priorem Ecclesiam redire compellas.

a *Civitanen. aliàs desideratur inscriptio in Codic. Barbat. & aliis.* b *Post Conc. Lat. p. 21 c. 1. & C. 3. eod. tit. in 1 comp.* c *aliqua.* d *obstat.* e *Cap. 9. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. Lateran. sub Alex. III. p. 21. c. 2.* f *Cap. 10. eod. tit. in 1. compil. & post Concil. Lat. p. 30. c. 29.* g *existit.*

CAP. XI.

¶ *Minor XIV. annis, profitendo non obligatur religioni, nisi factus major ratum habuerit.*

Idem *Belvacen. Episcopo.*

SIgnificatum est *a* nobis: [1 *& 3.*] ¶ Mandamus, quatenus si inveneris, quòd G. non fuisset à parentibus oblatus, & intra XIV. annum facti voti pœnitens, à religione recesserit, ab illo voto professionis, quod fecit, denuncies absolutum. Si autem à parentibus fuerit oblatus, seu XIV. annum compleverit, cùm religionem intravit, seu post decimum quartum annum professionem à se priùs factam, ratam habuerit: eum ad eandem vel ad aliam religionem transire compellas.

[1 *Et pro certo monstratum, quòd G. nondum incipiens esse XIV. annorum, timore magistri, qui eum literis erudiebat, habitum religionis apud Ecclesiam de Rossen. suscepit, & inde sicut puer infra annum recessit, & per secula vanitatem jam sex annis, & eò amplius vagabundus discurrit. Unde quoniam hujus rei veritas nobis non constat, s. t. per Apost. sed. pra.*]

CAP. XII.

¶ *Si filia minor XII. annis à parentibus monasterio tradita, major facta sponte velatur, ad seculum redire non potest.*

Clemens III.

CUm *b* virum: [1 *& infrà.*] ¶ Utrùm ea, quæ intra discretionis annos à parentibus monasterio tradita, habitum religionis induens, benedictionem accepit, & exiens postmodùm se cuidam militi copulavit, ad monasterium redire cogatur: Consultationi tuæ taliter respondemus, quòd cum juxta Concilii Toletani *c* censuram, Monachum aut paterna devotio, aut propria professio faciat: quicquid horum fuerit allegatum *d*, tenebit, revertendi ad seculum aditu penitùs interdicto. Non enim videtur illa monasticæ professionis à se posse jugum excutere, cùm eam non constet evidenter contradixisse, cùm benedictionem accepit, quam non nisi in ætate discretionis recipiunt, quæ velantur, præsertim si ratihabitione secutâ *e* (etsi eam quandoque contradixisse constiterit) quod antè gestum fuerat, roboratur. Nec obloquitur, quòd de præd. nost. Leonis Papæ constitutione per contrarium sensum sumitur *f*, ut puellæ, quæ coactæ parentum imperio virginitatis habitum susceperunt *g*, ipsum possint sine prævaricatione deserere: cùm de ea rectè *h* possit intelligi, quæ in ætate nubili noscitur constituta: tunc enim quia liberum habet arbitrium, in electione propositi sequi parentum non cogitur voluntatem.

[1 *Te prudentem noverimus & discretum, & si in aliquibus dubitas, consilium à nobis solicitudine pastorali requiris, & tibi de jure canonico quod possumus respondemus, & prudentiam tuam dignis in Domino laudibus commendamus. Cur ergò si quidem tuâ nobis insinuatione proponere.*]

CAP. XIII.

¶ *Valet professio facta sine susceptione habitûs religiosi.*

Idem.

POrrectum *i* nobis ex parte tua petitorium continebat, quòd I. Canonicus Acherontinus infirmitate gravatus, votum, ut fieret Monachus, se asserit emisisse: unde metuens, ne voto decederet non completo, junctis manibus tibi se reddidit in Monachum, & in fratrem: [1 *& infrà.*] ¶ Inquisitioni tuæ taliter respondemus, quòd

a *Cap. 12. eod. tit. in 1 compil. & post Concil. Later. par. 30. c. 10.* b *Cap. 3 eod. tit. in 2 compil.* c *id est, Conc. Toletan. IV. cap. 48.* d *alligatum, legitur in Conc. & in omnibus manuscript. quam lectionem hîc etiam agnovit Hostiensis in Cod. Barbat. periodus punctis ita distinguitur, quicquid horum fuerit allegatum, tenebit: quod exponit Hostiensis.* e *sequenti.* f *assumitur.* g *receperunt.* h *Dictio, recte, deest in vetustioribus.* i *Cap. 4. eodem titul. in 2. compilat.*

cum Monachum non faciat habitus, sed professio regularis, ex quo à convertendo votum emittitur, & recipitur ab Abbate, talis ut fiat Monachus, & reddat Domino, quæ promisit, erit utique compellendus.

[1 *Alii quoque in tua absentia in Sacerdotum manibus Monachos se fieri devoventes, jam factis, ad vomitum redierunt, & cùm familiares monasterii tui antèa extitissent, pro eo quòd non sunt ad familiaritatem antiquam admissi, adversarii facti sunt, pro amicis. Utrùm ergò eorum talium factum dissimulare valeas, ne fiant deteriores, an sint ad promissa solvenda compellendi, per nos postulas edoceri. Nos igitur.*]

CAP. XIV.

¶ *Si pater se cum bonis suis & filio impubere obtulit monasterio, filius factus major exire potest religionem, & legitimam à monasterio petere.*

Cœlestinus III.

CUm *a* simus: [& ℣.] ¶ Sanè nostris auribus est relatum, quòd cùm B. miles, se cum filio suo discretionis annos nullatenùs attingente, ad quoddam monasterium cum bonis suis etiam contulisset, dictum filium suum fecit habitum suscipere monachalem: [1 *& infra.*] ¶ Discretionis autem taliter respond. quòd si dictus puer ad annos discretionis pervenerit, & habitum retinere noluerit monachalem, si ad hoc induci nequiverit, non est *b* ullatenùs compellendus: quia tunc liberum sibi erit eum dimittere, & bona paterna, quæ ipsi ex successione proveniunt, postulare.

[1 *Cumq; ipsi puero disciplina monasterii propter asperitatem regulæ displiceret, & infra spatium X. hebdomadarum à monasterio & habitu taliter suscepto resiliens, bona patris ab Abbatia illa cœpit cum instantia postulare, & cùm super hoc ad diœc. Episcopum quæstio lata fuisset, & coram eo aliquandiu disceptatum: quia plerique dissentire de rigore canonum videbantur, si consanguineus pueri prædicti possent testibus comprobare, illum quando fuit oblatus infra annos discretionis existere, ipsum tali voto nullatenùs obligari: dictus Abbas ad Moguntina sedes audientiam appellavit, & quidam ex consanguineis ejusdem pueri ad Romanam Ecclesiam appellationem, sicut ex literis Augen. Episcopi comperimus, transtulerunt. Ideoq;.*]

CAP. XV.

¶ *Furiosus profitendo non obligatur, nisi factus sanæ mentis ratum habuerit.*

Innocentius III. *Episcopo & Capit. Targulen.* c

SIcut *d* tenor literarum: [1 & ℣.] ¶ Consultationi vestræ taliter respond. quòd licèt ista duo inter se repugnantia videantur, ut quisquam scilicet sit extra se positus, & de præsenti vita desperet: si tamen eo tempore, quo P. Sacerdos lator præsentium positus extra mentem *e* asseritur, indutus fuit habitu monachali, cùm alienatus non sentiat, ac per hoc non valeat consentire, eum denuncietis ab observatione monastici ordinis absolutum: nisi postquam mentis suæ factus est compos, spontaneâ voluntate professionem fecerit monachalem.

[1 *Vestrarum nobis aperuit, cum P. lator præsentium in sacerdotali esset officio constitutus, & tantâ rerum temporalium indigentiâ laboraret, quòd nec sibi, nec suis progenitoribus, seu fratribus in necessitatibus propriis posset aliquatenùs providere: proprii corporis laboribus & maris periculis multùm se non dubitavit exponere, ut de suo labore & acquisitione honestâ suum & suorum posset indigentiam relevare. Contigit autem post hoc, quòd ipse longè à civitate consistens, tam gravi cœpit agritudine laborare, quòd extra se positus desperaret de vita præsenti, & dum in tali esset articulo constitutus, à quodam simplici Monacho indutus fuerit habitu monachali, & ad monasterium deportatus. Deinde paucis diebus elapsis, cùm jam in principio esset suæ convalescentiæ, deposuit habitum, & de licentia ejusdem loci Abbatis, monasterium dereliquit, & cupiens progenitorum suorum indigentiis providere, à nobis supplicster postulavit, ut posset sicut prius in sacerdotali officio ministrare, & vobiscum pariter conversari. Quid autem super his vobis fuerit faciendum, sacro Apostolicæ sedis oraculo, humiliter edoceri petistis. Nos igitur.*]

CAP. XVI.

¶ *Professionem fieri, nec recipi debet intra tempus probationis, sed facta & recepta tenet. hoc dicit, & est casus totabula, & quotidie allegatur.*

Idem *Pisano Archiepiscopo.*

AD Apostolicam sedem *a*: [1 & *infrà.*] ¶ Cùm Monachum fieri ante unius anni probationem, regularis institutio interdicat: [2 & ℣.] ¶ Quæstionibus tuis taliter respondemus, quòd licèt tempus probationis à sanctis Patribus sit indultum, non solùm in favorem conversi, sed etiam monasterii, ut & ille asperitates illius, & illud mores illius valeat experiri: (quod utrumq; diligenter est observandum, præsertim cùm ab utroque de reliquo facta *b* certa notitia non habetur:) si tamen ante tempus probationis regulariter præfinitum, is, qui converti desiderat, habitum recipit, & professionem emittit, Abbate per se, vel per alium professionem recipiente monasticam, & monachalem habitum concedente, uterque renunciare videtur ei, quod pro se noscitur introductum: ideoque obligatur *c* per professionem emissam pariter & acceptam ad observantiam regularem, & verè Monachus est censendus: quia multa fieri prohibentur, quæ si facta fuerint, obtinent roboris *d* firmitatem. Prohibendum est autem *e* Abbatibus, ne passim ante tempus probationis quoslibet ad professionem recipiant: & si contra formam præscriptam quoslibet indiscretè receperint, animadversione sunt debitâ corrigendi: cùm in subsidium fragilitatis humanæ spatium probationis sit regulariter institutum.

[1 *Quia dissonante Domino cunctorum fidelium mater est & magistra, super diversis articulis quæstiones dubia referuntur, ut quod ab eo fuerit super earum solutione responsum, indubitater ab omnibus teneatur. Ex parte siquidem tua tales super suscipimus quæstiones, quòd.*]

[2 *Monachi & Moniales in tua diœcesi constituti, tam Clericos quàm Laicos utriusque sexûs, sanos pariter & infirmos, religionis habitum volentes assumere, nutu etiam aliquo profitentes, interdum absque ullâ professione recipiunt, quandoque professionem illicò facientes. Unde multa mala cognoscuntur sæpius provenire, cùm infirmi ad monasterium jam translati, & emissâ professione postquam de infirmitatibus convaluerunt, habitum religionis abjiciant, & ad propria revertantur. Contingit etiam tales in propriis domibus remanere, cùm Monachi per eos dum vivunt, saluti suæ monasteria prægravent: sani factis etiam sic sine probatione receptis retrò assistentes, matrimonia contrahunt relicto habitu regulari: de quibus si habitum religionis assumunt, ante unius anni probationem vel tempora competentia, utrùm fuit à professione tabitus vel omissâ Monachi debeant reputari, & si conjugatus converti desiderans recipiendus sit in Monachum, nisi uxor perpetuam continentiam repromittat, certificari à sede Apost. postulasti. Nos igitur.*]

a *Cap. 1. eod. tit. in 2. compil.* b *al. ita: non est ad hoc ut. latenùs, &c.* c *Gargilen. al. Targyn. al. Argin.* d *C. 1. eod. tit. in 3. comp. ubi est integra clausula. vid. Barb. consil. 60.* e *alias ita: positus extra mentem, ut asserit.*

2 *Cap. 2. eod. titul. in 3. compilation. ubi est integra clausula. vid. Concilium Tridentinum Sess. 24. titul. de regul. cap. 15. ex quo cessant dubia text. & gloss.* b *Dictio fallo, deest in omnibus antiquis exemplaribus.* c *Concil. Tridentin. Sess. 25. tit. de regul. cap. 15. oppositum definivit.* d *Dictio, roboris, deest in antiquis, sed ab aliis additur.* e *Item deest dictio, autem, quam habet Cod. Barb.*

CAP.

CAP. XVII.

¶ *Qui professionem fecit, licèt in claustro nunquam permanserit, sed in seculo, & suis bonis usus fuerit, ad observantiam regularem compellitur.*

Idem *Acomen. Episcopo* a.

Sicut nobis fuit *b* propositum, quidam Clericus, cùm ægritudine nimiâ laboraret, quasi de morte securus, & de recuperanda sanitate *c* desperans, habitum Canonicorum regularium petiit & accepit, sed nec ad Ecclesiam transiit, nec bonis suis uti cessavit, videntibus & scientibus Episcopo & Canonicis Ecclesiæ Nazaren. *d* à quibus habitum susceperat regularem: [1 *&c.*] ¶ Fraternitati tuæ taliter respondemus, quòd si regularem habitum se postulante suscepit, & ad observationem religionis canonicæ suâ se professione ligavit: ad resumendum habitum Ecclesiasticâ est districtione cogendus, cùm quòd tanto tempore extra canoniam mansit *e*, non in excusationem ejus, sed in majoris transgressionis augmentum meritò valeat allegari.

[1 *Tu, licèt eo tempore, quo habitum susceperat in Ecclesia Nazarena, prioris solicitudinem exerceres, immemor eorum quæ facta fuerant, in Achonen. Ecclesia eum in Canonicum suscepisti. Quia verò, quid super hoc facere debeas, per nostras literas postulas edoceri.*]

CAP. XVIII.

¶ *Potest religiosus zelo sanctioris vitæ ad religionem transire strictiorem, petitâ prius licentiâ Prælati sui, licèt non obtentâ, etiam si primum monasterium sit privilegiatum, quòd de illo ad aliud etiam arctius transire non possit. b d. Et est casus notabilis, & quotidiè allegatur.*

Idem *Priori & Conventui Dimelicusi* f.

Licèt quibusdam *g* Monachis & Canonicis, nec non Hospitalariis & Templariis à sede Apostolica sit indultum, ne postquam aliquis professus fuerit apud eos, ad alium locum possit ipsis invitis arctioris etiam religionis obtentu transire, ut unusquisque secundùm * Apostolum in ea vocatione permaneat, in qua dignoscitur esse vocatus: Quia tamen ubi Spiritus Dei est, ibi libertas: & qui Dei Spiritu aguntur, non sunt sub lege, quia lex non est posita *h* justo: eâ ratione videtur hoc illis fuisse concessum, ne quis ex temeritate vel levitate, in jacturam vel injuriam sui ordinis, sub prætextu majoris religionis ad alium ordinem transvolaret, sicut frequenter à multis constat esse præsumptum: non quidem ut ei transeundi licentia denegetur, qui eam cum humilitate ac puritate duxerit postulandam, ut non fictè, sed verè ad frugem melioris vitæ valeat transmigrare. Talis ergò postquam à Prælato suo transeundi licentiam postulaverit, ex lege privata (quæ publicæ legi præjudicat) absolutus, liberè potest sanctioris vitæ propositum adimplere, non obstante proterva indiscreti contradictione Prælati: quia privilegium meretur amittere, qui concessâ sibi abutitur potestate: cùm etiam Romanus Pontifex, qui supremam in Ecclesia obtinet potestatem, Archiepiscopis & Episcopis *i* eedendi licentiam ex justa causa petentibus, sine difficultate concedat. Quocirca noverint universi, quibus hujusmodi privilegium est concessum, se ad concedendam licentiam transeundi taliter postulantibus de jure teneri: quia sicut subditus à Prælato cum humilitate & puritate debet transeundi licentiam postulare, ne bonum obedientiæ contemnere videatur: sic profectò Prælatus subdito sine difficultate & pravitate qualibet, debet transeundi licentiam indulgere, ne videatur propositum impedire divinitùs inspiratum. Si verò probabiliter dubitetur, utrùm quis velit ad ordinem arctiorem aut laxiorem ex charitate, an ex temeritate transire, superioris est judicium requirendum: ne fortè Angelus Sathanæ in lucis Angelum se transformet. Illâ semper regulâ inviolabiliter observatâ, ut nullus absque licentia Rom. Pont. præsumat occasione quâcunque deserere Præsulatum: quoniam sicut majus bonum minori bono præponitur; ita communis utilitas speciali utilitati præfertur *a*. Et in hoc casu rectè præponitur doctrina silentio, solicitudo contemplationi, & labor quieti. Ad quod utique designandum unigenitus Dei filius Jesus Christus non de Rachele secundùm carnem natus est, sed de Lia: necelegitur eum in domum suam Maria recepisse, sed Martha. Unde quandò potest Episcopus præesse pariter & prodesse, non debet cedendi licentiam postulare, aut etiam obtinere. Cùm ergò R. Monachus vester ad fratres Cistercienses ordinis transmigraverit, non ut ordini vestro aliquatenùs derogaret, sed ut apud eos vitam duceret arctiorem: mandamus, quatenus super eo, quod de corde puro, & conscientia bona, & fide non fictâ fecisse dignoscitur, eum nullatenùs molestetis: quia charitas est fons proprius, cui non communicat alienus.

CAP. XIX.

¶ *Conjuges religionem professendo ab invicem divertere possunt, alter si se abjurant, & non contenent, illicitum est juramentum.*

Idem *Præposito, & Decano, & Scholastico, Demeren.* b *Colon. dioceseos.*

Veniens *c* ad Apostolicam sedem G. mulier supplicì nobis insinuatione monstravit, quòd cùm matrimonium cum E. in facie Ecclesiæ contraxisset, & diutiùs cohabitâsset eidem, orta est dissensio inter ipsos: in tantum, ut quòd deinceps *d* alter non requireret alterum, uterque corporaliter præstitit juramentum: hanc vir ipse divortii causam assignans, quòd quandam ipsius mulieris amitam cognovisset, antequam eam duceret in uxorem: quòd licèt assererent quamplurimi, non fuit super hoc Ecclesiæ facta fides. Cùm autem postmodùm ad secunda vota convolâsset uterque, secundo viro viam universæ carnis ingresso, priore superstite, dicta mulier se fecit in arcto loco ad pœnitentiam agendam includi, postulans ut ei dignaremur impendere consilium salutare. Nos igitur attendentes, quòd illud fuit illicitum juramentum, mandamus, quatenus præfatum virum monitione prævià *e* compellatis, ut eâ, quam superduxit, exclusâ, præfatam mulierem recipiat, audituri postmodùm si quid fuerit quæstionis. Si verò contra matrimonium nihil fuerit ostensum, & vir seculo derelicto maluerit ad regularem vitam migrare, vos ei super hoc licentiam tribuatis, ut & illa possit in suo proposito permanere.

CAP. XX.

¶ *Qui ad monasterium convertitur sumendo habitum novitii, potest intra tempus probationis redire ad seculum, nisi appareat eum vitam voluisse mutare omninò.*

Idem *Abbati de Affligen & Magistro R. & G. Canonico Trajecten.*

Consulti *f* sumus frequenter à multis, utrùm is, qui monasterium ingressus est, habitum sumendo novitii, si ante professionem emissam intra tempus probationis exire voluerit, licitè possit absque apostasiæ nota vel

a *Aldenen.* b *Cap. 3. eod. tit. in 3. comp.* c *Et de recuperanda sanitate desperatus.* d *Nazaren.* e *Religiosus contra bonum obedientiæ non potest præscribere. vid. l. 1. C. de serv. fugit.* f *Demelsuens. al. de Moleod. al. Dubcolen. al. Duvalsus.* g *C. 4. eod. tit. in 1. compil.* * *1. Corinth. 7. 2. Corinth. 3.* h *impositæ.* i *Vid. B. Thom. 2. 2. q. 189. art. 4.*

a *Vid. l. actiones. 4. Labeo. in verf. eo tempore. ff. pro socio. gl. in l. 1. & ibi Bart. ff. solut. matr.* b *al. Demiren. al. Demoren. sed saepissimè in antiq. legitur Demiren.* c *Cap. 6. eod. tit. in 3. comp. vid. Turrecremat. in c. quod Deo. part. 3. q. 3. & Sot. 4 sent. dist. 27. q. 1. art. 4.* d *quòd ut deinceps rogatus.* e *præmissâ.* f *C. 7. eod. tit. in 3. comp.*

noxa *a*, præsertim cum debita morum correctione ad seculum remeare. Licèt autem super hoc senserint diversi diversa, nos tamen credimus distinguendum, utrùm is qui convertitur, proposuerit absolutè vitam mutare, ut sub habitu regulari omnipotenti Deo de cætero famuletur: an conditionaliter experiri observantiam regularem, ut ita demùm si [intra annum] sibi placuerit, profiteatur ordinis disciplinam: aut si fortè non placuerit, moribus emendatus *b* ad statum revertatur pristinum. In primo casu debet, ut regulariter vivat, ad laxiorem saltem regulam pertransire. In secundo potest ad seculum, non tamen ut vivat secularitèr, remeare. Ut ergò, quæ sit ejus intentio plenius agnoscatur, propositum suum in principio protestetur.

CAP. XXI.

¶ Qui intra annum probationis non factâ professione redit ad seculum, licitè potest ad ordines & beneficia promoveri.

Idem.

POstulâsti: *c* [&c.] ¶ Tertiò quæsivisti, utrùm illi, qui in annis minoribus constituti novitiorum habitum susceperunt, & intra annum postmodùm non factâ professione ad seculum sunt reversi, & Episcopis suis hoc scientibus ad sacros ordines sunt promoti, sustineri debeant in illis Ecclesiis ministrare, in quibus sunt ab eisdem Episcopis instituti. Nos frat. tuæ taliter respond. quòd propter hoc non sunt ab Ecclesiis ipsis amovendi, sed in eis possunt liberè ministrare.

CAP. XXII.

¶ Qui ultra annum portat habitum monachalem in monasterio, ubi sunt habitus indistincti, censetur Professus.

Honorius III. *Veneten. Episc.*

EX parte *d* tua fuit propositum, quòd nonnulli sunt, qui licèt pluribus annis gestaverint habitum monachalem, professionem tamen monasticam non fecerunt. Unde cùm super eo, quòd habent proprium, & aliàs irregulariter vivunt, à te vel aba liis arguuntur: non erubescunt dicere, se ad carentiam proprii, & continentiam, ac alias regulares observantias non teneri, cùm habitus non faciat Monachum, sed professio regularis: [1 *c infrà.*] ¶ Ideoque fraternitati tuæ mandamus, quatenus quoslibet tibi lege diœcesanâ subjectos, qui prædicto modo terram duabus viis ingredi non verentur: ut postquam per annum gestaverint habitum monachalem, regulam secundùm formam ordinis profiteantur & servent, Ecclesiasticâ censurâ compellas.

[1 *Quare super his Apostolicum remedium postulâsti, cùm inordinata prævaricatio hujusmodi non solùm eis perculum, sed etiam scandalum inferat mentibus aliorum.*]

CAP. XXIII.

¶ Intra probationis annum liberè quis redit ad seculum, nisi professionem fecerit tacitè vel expressè, vel appareat eum vitam mutare voluisse. hoc primò. Secundò dicit, quòd ad hoc ut dignoscantur Novitii à Professis, debet habitus Professorum benedici in loco, ubi habitus non est distinctus.

Gregorius IX.

STatuimus Novitios in probatione positos ante susceptum religionis habitum, qui dari professionibus consuevit, vel ante professionem emissam ad priorem statum redire posse liberè intra annum: Nisi evidenter appareat, quòd tales absolutè voluerint vitam mutare, & in religione perpetuò Domino deservire: Cùm quilibet renunciare valeat ei, quod pro se noscitur introductum. Nihilominùs statuentes, ad omnem ambiguitatem penitùs amovendam, quòd cùm in quibusdam locis religiosis Novitiorum habitus non distinguatur ab habitu Professorum, professionis tempore benedicantur vestes, quæ professionibus conceduntur, ut Novitiorum habitus à Professorum habitu discernatur.

CAP. XXIV.

¶ Religiosi fugitivi annuatim sunt requirendi, & cogendi, ut ad monasterium revertantur.

Idem.

NE religiosi vagandi occasionem habentes, salutis propriæ detrimentum incurrant, & sanguis eorum de Prælatorum manibus requiratur: Statuimus, ut præsidentes Capitulis celebrandis secundum statutum concilii *b* generalis, seu patres, Abbates, seu Priores fugitivos suos, & ejectos de ordine suo, requirant solicitè annuatim. Qui si in monasteriis suis recipi possunt secundùm ordinem regularem, Abbates seu Priores eorum monitione prævià *c* per censuram Ecclesiasticam compellantur ad receptionem ipsorum, salvâ ordinis disciplinâ. Quòd si hoc regularis ordo non patitur, auctoritate nostrâ provideant, ut apud eadem monasteria in locis competentibus, si absque gravi scandalo fieri poterit, alioquin in aliis religiosis domibus ejusdem ordinis ad agendam ibi pœnitentiam, talibus vitæ necessaria ministrentur. Si verò hujusmodi fugitivos vel ejectos inobedientes invenerint, eos excommunicent, & tamdiu faciant ab Ecclesiarum Prælatis excommunicatos publicè nunciari, donec ad mandatum ipsorum humiliter revertantur.

DE CONVERSIONE CONjugatorum.

TITULUS XXXII.

CAP. I.

¶ Si vir de uxoris licentia professus, & uxor ipsâ professa nec continentiam vovet, nec religionem ingreditur, Episcopus uxori virum restituet. hâc juxta literam.

Alexander III. *Urbergen.* d *Episcopo.*

PRæterea *e* utrùm Laicus uxoratus, qui præsentibus Sacerdotibus & Monachis ignorante Episcopo, de licentia & permissione uxoris, monasterium ingressus, professionem fecit, uxore in seculari habitu remanente, nec transeunte ad religionem, aut perpetuam continentiam vovente, ab Episcopo suo possit ad torum revocari uxoris, an illa compellenda sit continentiam observare? Dicimus, quòd nisi uxor ad religionem transierit, aut perpetuò castitatem servare promiserit, vir potest & debet de monasterio revocari.

CAP. II.

¶ Ante matrimonium consummatum potest alter conjugum etiam altero invito religionem ingredi, sed remanens in seculo potest ad secunda vota transire.

Idem *Salernitano Archiepiscopo.*

VErùm post *f* consensum legitimum de præsenti, licitum est alteri, altero etiam repugnante, eligere monasterium, (sicut sancti quidam de nuptiis vocati fuerunt) dummodò carnalis commixtio non intervenerit inter eos: & alteri remanenti (si commonitus continentiam servare noluerit) licitum est ad secunda vota transire. Quia cùm non fuissent una caro simul effecti, satis potest unus ad Deum transire, & alter in seculo remanere.

---

a Vid. Alexat. 4. de verb. sign. Corn. Fronto. lib. de different. ait: noxa pœna: noxia culpa. b emendatus. c Cap. 1. eod. tit. in 4. comp. primam quæstionem habes sup. de foro compet. postulâsti. secundam infrà, de homicid. postulâsti. vid. Concilium Trident. initio præcedentis Can. citatum. d Pro intellectu hujus Can. vid. D. Thom. 4. Sent. dist. 11. q. 3. art. 3.

a Dictio, habitus, deest hic in pluribus exemplarib. b Later. sub Innocent. III. c. 12. c præmissâ. d al. Ubergens' al. Helien. al. Vercell. e Cap. 1. eod. tit. in 1. compil. & post. Conc. Lateran. sub Alexand. III. part. 3. 4. f Cap. 2. eod. tit. in 3 compil. & post Conc. Later. 4. c. 1.

CAP

CAP. III.

¶ Qui invitâ uxore professionem fecit, & ei postea restituitur, non compellitur mortuâ uxore ad monasterium redire: matrimonium tamen contrahere non debet.

Idem *Pisano Archiepiscopo.*

QUidam *a* intravit monasterium invitâ uxore: quâ ipsum repetente, coactus est ad eam redire: eâ mortuâ, quæris, an ipse cogatur revertì ad monasterium, an aliam possit ducere in uxorem? Consult. tuæ taliter respondemus, quòd votum non tenuit: unde ratione voti ad monasterium non tenetur redire: ulteriùs verò non poterit uxorem accipere, promisit enim se non exigere debitum, quod in ejus potestate erat: & ideò quoad hoc votum tenuit: non reddere autem, non erat in ejus, sed mulieris potestate. Unde Apostolus *b*: [*Vir non habet potestatem sui corporis, sed mulier.*]

[*Quia cùm vir & uxor una caro sint, sicut docet Apost. non potest unus ad Deum converti; & alter in seculo remanere.*]

CAP. IV.

¶ Uxoratus religionem intrare non potest, nisi etiam uxor ingrediatur, vel nisi sufficiens non sit, & continentiam promittat. h. d. Et est unum cap. de principalibus tit.

Idem *Exonien. Episcopo.*

CUm sis præditus scientiâ literarum *c*, ignorare non debes sanctorum Patrum constitutioni esse contrarium, ut vir uxore suâ, aut uxor viro ejus non assumente religionis habitum, debeat ad religionem transire: [1 *& infrà.*] ¶ Inde est, quòd auctoritate Apostolicâ prohibemus, ne in Episcopatu tuo virum vel uxorem (nisi uterque ad religionem migraverit) transire permittas. Verùm si ita uxor senex est & sterilis, quòd sine suspicione possit esse in seculo, dissimulare poteris, ut eâ in seculo remanente, & castitatem promittente, ad religionem transeat vir ejusdem.

[1 *Ad monasterium converti desiderans prohibetur suscipi, nisi uxor ejus pariter convertatur. Nam cùm unum utrorumq; corpus post conjugis copulationem sit factum, incongruum est partem converti, & partem in seculo remanere: nec recipitur apud Deum illius viri conversio, cujus sequitur conjugalis federis prosiluto. Cum igitur cœtus Clericorum longè præeminet cœtui Monachorum, ita ut aliquando bonus Monachus vix bonum Clericum faciat.*]

CAP. V.

¶ Conjugatus non est ordinandus ad sacros ordines, nisi uxor continentiam promittat.

Idem *Strigon.* d *& Colonien. Archiepiscopis.*

COnjugatus *e*: [1 *& 3.*] ¶ Nullus conjugatorum est ad sacros ordines promovendus: Nisi ab uxore continentiam professente fuerit absolutus.

[1 *Ad monasterium converti desiderans.*]

CAP. VI.

¶ Uxoratus in Episcopum promoveri non potest, nisi uxor religionem profiteatur.]

Idem *eisdem.*

SAnè si conjugati *f* consenserint ordinari, uxoris voluntas priùs est requirenda: [1 *& infrà.*] ¶ Frat. vest. auctoritate Apostol. prohibemus, ne uxoratum præsumatis in Episcopum ordinare, nisi uxor priùs professa continentiam, sacrum sibi velamen imponat, & religiosam vestem assumat *g*.

[1 *Ut sequestrato mansionis cubiculo religione promissâ, postquam pariter conversi fuerint, ordinentur. Quòd si in quibuslibet Ecclesiasticis gradibus providenter, solerterq; curandum est, ut in domo Dei nil sit inordinatum, nihilq; præposterum: multò magis laborandum est, ut in ejus promotione, qui super omnes gradus continetur, ne erretur. Inde est quòd.*]

CAP. VII.

¶ Sponsa de præsenti non cognita, quæ dicit se velle religionem ingredi, compellitur intra certum tempus profitera, vel adhærere marito.

Idem *Brixien. Episcopo.*

EX publico *a* instrumento nobis innotuit, quòd cùm Veronens. Episcopus causam matrimonii, quæ inter A. virum, & M. mulierem vertebatur, suscepisset terminandam, judiciali sententiâ matrimonium approbavit, & eidem mulieri præcepit, ut ad virum rediens exhiberet eidem conjugalem affectum: quod cùm renueret *b*, fuit vinculo excommunicationis adstricta. Cæterùm quia licèt à præfato viro desponsata fuit, adhuc tamen (sicut asserit) ab ipso est incognita: mandamus, quatenus si prædictus vir ipsam carnaliter non cognoverit *c*, & eadem ad religionem transire voluerit, receptâ ab ea sufficienti cautione, quòd vel ad religionem transire, vel ad virum suum redire intra duorum mensium spatium debeat, ipsam à sententia, quâ tenetur, absolvas, ita quòd si ad religionem transierit, uterque restituat alteri, quod ab eo noscitur recepisse: [1 *& infrà.*] ¶ Sanè quod Dominus in Evangelio dicit, non licere viro *d*, nisi ob causam fornicationis uxorem suam dimittere, intelligendum est, secundùm interpretationem sacri eloquii, de his quorum matrimonium carnali copulâ est consummatum, sine qua consummari *e* non potest.

[1 *Et vir ipse eâ religionis habitum assumente, ad alia vota licentiam habeat transeundi.*]

CAP. VIII.

¶ Summa ut suprà eod. cap. cùm sit.

Idem *Priori & Fratribus sanctæ Trinitatis.*

UXoratus *f* sine licentia uxoris inter vos nullatenùs recipiatur, quæ integræ opinionis existat, ita quòd nulla marito suspicio habeatur, eam ad secunda vota velle migrare, vel quòd minùs continenter debeat vivere: quæ si talis extiterit, marito ejus in consortio vestro recepto, ipsa publicè in conspectu Ecclesiæ continentiam professa, in domo propria cum filiis suis & familia poterit permanere. Si autem talis fuerit, quæ suspicione non careat, voto continentiæ celebrato, à secularium hominum se conversatione removeat, & in loco religioso, ubi Deo serviat, perpetuò commoretur. Nullus vestrûm mulierem aliquam tonsurare, vel ad habitandum secum præsumat assumere.

CAP. IX.

¶ Conjugatus faciens professionem uxore consentiente, licèt nunquam intraverit monasterium, si mortuâ conjuge cum alia contrahat, non valet matrimonium, & monasterium intrare compellitur.

Urbanus III *Priori sanctæ Crucis.*

EX parte *g* Abbatis sancti Petri ad audientiam nostram pervenit, quòd cùm D. in infirmitate positus consentiente uxore votum vovens castitatis, monachalem habitum susceperit, postmodùm liberatus uxorem retinuit, & aliam eâ defunctâ sibi temerè copulavit. Quia verò licèt prædictus D. uxore suâ remanente

---

a *Cap. 3. eod. tit. in 1 compil. & post Concil. Lateran. part. 3. c. 2.* b *1 Cor 7.* c *Cap. 4. eod. tit in 1. comp. & post Conc. Lat. p. 3. c. 3.* d *Strigoniens. al. & Colonien. al. Colocen.* e *Cap. 1. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. Lat. p. 3. c. 6.* f *Cap. 6. eod. tit. in 1. compil. & post Concil. Later. p. 1. c. 7.* g *In aliquot impressis ita: & religiosam vestem vel vitam assumat.*

a *Cap. 7. eod. tit. in 1. compil. Et post Concil. part. 3. c. 8. Vid. Turrecrematam in cap. sunt qui dicunt. 27. qu. 2. & Soton lib. 4. sent. distin. 27. q. 2. art. 4.* b *renuerit.* c *cognovit.* d *Conc. Trident. sess. 24. tit. de sacram. matrim. can. 6. & 7. Matth. 5. & 19.* e *confirmari.* f *Cap. 2. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. Lateran. part. 3. c. 9. Vid. quæ citavi supr. eod. in cap. conjugatus.* g *Cap. 1. eod. tit. in 2. compilat.*

in seculo, de jure ad religionem nequiverit proficisci, eâ tamen sublatâ de medio, votum sine salutis suæ periculo non potuit violare: mandamus, quatenus si verum est, quod asseritur, prædictum D. per excommunicationem compellas, ut muliere dimissâ ad suum monasterium revertatur, sub regulari habitu de cætero Domino serviturus.

CAP. X.

¶ *Professus religionem uxore sciente & dissimulante, eâ mortuâ, ad seculum redire non potest. h. d. secundùm intellectum veriorum & singularem in materia.*

Clemens a III.

CONsuluit nos b G. Sacerdos, utrùm vir ad religionem transiens, & in ea per annum & amplius moram faciens, uxore suâ, postquam ad domum transierat regularem, de præsenti vita sublatâ, seculatem habitum resumere valeat, & aliam ducere in uxorem, vel si ductam ei liceat retinere. Consultationi hujusmodi taliter respondemus, quòd prædictus vir nec habitum potest abjicere, quem assumpsit, nec aliquam sibi matrimonio copulare c. Quòd si contraxerit, matrimonium ipsum decernimus diffimendum.

CAP. XI.

¶ *Conjunx, quæ continentiam vovit, tenetur reddere debitum conjugi, licèt ad tempus voto consenserit.*

Cœlestinus III.

CHarissimus d: [1 & infrà.] ¶ Fraternitati vestræ mandamus, quatenus si inveneritis uxorem Regis Sueviæ e gravi infirmitate depressam, continentiam vovisse, & virum ejus ad tempus præbuisse consensum, maximè si non idem vir continentiam vovit perpetuam, eandem viro cohabitare faciatis, & utrunque invicem maritali affectione tractare.

[1 *In Christo filius noster L. illustris Rex Scotorum, Apostolatui nostro literis & nuncio humiliter nunciavit, quòd cùm esset adolescens, & dilecta in Christo filia uxore ejus juvencula, mutuâ fide & voto contrahendi legitimum matrimonium se adstringentes, invicem suum consensum, accedente voluntate parentum, arrarum dominio roborarunt: postmodùm verò bon. mem. D. patre suo ab inimicis occiso, cùm nimiâ bellorum adversitate premeretur, & habito cum hostibus suis congressu, vallus fugatus, fuisset, quia timebat, ne ipsa sponsa ab inimicis per violentiam raperetur, & alia similia ei non invenirentur in regno, quam sibi posset matrimonialiter copulare. De suorum & ejusdem sponsæ parentum consilio fallum est, quòd in conventu sanctimonialium habitum monasticum, sine proposito perpetualiter retinendi, susceperit, & abbatem per aliquot annos moram fecit, ne quid injuriæ ab inimicis pateretur: quam cùm pace redditâ, & obtento de inimicis triumpho, solenniter duxisset cum grandi exultatione in uxorem, & ex ea filium & filias suscepisset, inimicorum de communi assensu & electione Principum terræ sua in regnum sibi instituit successorem: procedente verò tempore, prædicta uxor gravi infirmitate correpta, cùm se de hac vita crederet decessuram, timore mortis inducta, continentiam vovit: cui cùm Rex ipse nullet eam contristari, concessit ad tempus, nunc autem se continere non posse proponat, & quòd licitè posse fieri arbitratur, & ad virum uxoris suæ redire cupit, & ad reprimendas æmulorum detractiones & obloquia petiit à nobis ei dari in mandatis, ut uxorem suam auct. nostrâ maritali affectione pertractet, non obstante voto continentiæ incautè ab ea emisso, & ab eodem Rege ad tempus approbato. Verùm quia super his ad plenum non potuimus elicere veritatem fraternit. vestræ decisionem horum canonicam duximus committendam, per Apostolicam sedem m. q. super his inquisitis diligentius veritatem: & si vobis constiterit, quòd prædicta mulier primò fuerit inter Moniales recepta timore violentiæ ac rapinæ, & propositum se habuisse redeundi profiteatur, cum inter eos moram faceret, præsertim cum postmodum in facie Ecclesiæ publicè Regi nupserit, & usque ad hæc tempora cohabitans, filios ex ea susceperit, eam denunciatis præfatos monasterio non teneri: non enim fallum illud matrimonii potest contractum dirimere: & si fortè posset matrimonium contrahentium impedire. De secunda vera casu.]*

a *Cœlestinus.* b *Cap. 2. eod. tit. in 2. compil.* c *al. ita: in matrimonium copulare. al. ita: in matrimonio copulare.* d *C. 3. eod. tit. in 2. comp.* e *Scotia. al. Suavia.*

CAP. XII.

¶ *Si alter conjugum altero ignorante religionem profectur, & propter hoc de monasterio educitur, illo mortuo, ad monasterium redire non cogitur.*

Idem.

PLacet a nobis: [1 & 3.] ¶ Solicitudo tua nos consuluit, utrùm mulier, quæ credens mortuum maritum, habitum religionis assumpsit, & eo reverso de monasterio educta fuit, post obitum viri sit ad regularem observantiam compellenda. Super quo respondemus, quòd licèt votum ejus usquequaque non tenuerit, eatenus tamen fuit obligatorium, quatenus se poterat obligare: promisit enim intrando monasterium, se non ejecturam carnis debitum b, quod erat in potestate ipsius: redire verò ad seculum, in ejus potestate non erat, sed in potestate mariti: & ideò quantùm ad ipsam, tenuit votum, quod post viri obitum tenere non desiit: cùm ad eum casum, à quo poterat efficax habere principium, pervenisse noscatur. Consultiùs itaque dicimus, & ei congruentiùs ad salutem, ut ad monasterium redeat, ubi bonâ ductâ intentione professionem fecit, & habitum religionis accepit. Si verò ad hoc induci non poterit, ipsam invitam creditmus non cogendam.

[1 *Et tuam prudentiam commendamus, quòd in causis dubiis sed. Apostol. consilium requiris, licèt præditus sis scientiâ literarum, ad matrem tuam Ecclesiam Romanam idcirco debuit recurri: ut habitâ super hoc quod dubitas responsione, consignam quam in similibus formam servare debeas, evidenter cognoscas, per dil. fil. G. Decanum Cathalan.]*

a *Cap. 4. eod. tit. in 2. comp. Vid. Turrecrem. in c. seriatim. 12. & latè hîc Henric. Bosch. vid. Magistr. sent. l. 4. dist. 38. 4 hîc quæritur.* b *Vid. Sotum 4. sent. dist. 32. q. 1. art. 1. 2. & 3.* c *C. 12. tit. de regularib. in 3. comp. Vid. Turrecrematam in c. sunt qui dicunt. 27. q. 2. & Archarenum in c. tua nos, De jurejurando.* d *Landun.* e *Cap. 1. eod. tit. in 3. comp. De materia vide quæ citavi supr. eod. cap. verum, &c. ex publice.*

CAP. XIII.

¶ *Summa ut suprà eod. cap. cùm sit.*

Innocentius III. *Pisano Archiepiscopo.*

AD Apostolicam sedem c: [& 3.] ¶ Cùm autem vir & uxor una caro sint per copulam conjugalem effecti: nec una pars converti possit ad Dominum, & altera in seculo remanere: profectò non est alter conjugum recipiendus ad observantiam regularem, nisi reliquus perpetuam continentiam repromittat: sed & vitam debet mutare, nisi fortè sit ejus ætatis, ut sine suspicione incontinentiæ valeat in seculo remanere.

CAP. XIV.

¶ *Per religionis professionem, non per propositum castitatis servandæ in seculo, dissolvuntur sponsalia de præsenti.*

Idem d *Lugdunensi Archiepiscopo.*

EX parte tua est intimatum e, quòd cùm quidam mulier velum viduitatis coram duobus Abbatibus assumpsisset, benedictione solemni, cum celebratione missæ ac litaniâ (sicut debuit) accedente, quidam nobilis proponebat, se priùs mulierem ipsam mediantibus internunciis, per verba de præsenti, arrhâ etiam interpositâ, desponsâsse: [1 & 3.] ¶ At illa se in illum consen-

esse

fisse confessa, dixit, quòd audierat, eum esse leprâ percussum, & ob hoc ejus fuerit abominata complexus: [2 *& infrà.*] ¶ Nos autem inquisitioni tuæ taliter respondemus, quòd etsi possit non inconsultè videri, quòd ex quo matrimonium inter legitimas personas per verba de præsenti contrahitur *a*, illis viventibus in nullo casu possit dissolvi, ut vivente reliquo, alter ad secunda vota transmigret *b*, etiamsi unus fidelium, inter quos est ratum conjugium, fieret *c* hæreticus, & nollet permanere cum altero sine contumelia creatoris: nisi forte secùs fieret ex revelatione divina, quæ superat omnem legem: sicut à quibusdam sanctis legitur esse factum. Nos tamen nolentes à prædecessorum nostrorum vestigiis declinare, qui respondere consulti, antequam matrimonium sit per carnalem copulam consummatum, licere alteri conjugum, reliquo inconsulto, ad religionem transire, ita quòd reliquus extunc legitimè poterit alteri copulari; hoc ipsum tibi consulimus observandum in articulo prænotato, quamvis falsa sit causa, per quam ad susceptionem veli prædicta mulier est inducta, cùm sine qualibet tali causa idipsum religionis obtentu facere potuisset. Porrò licèt prædicta mulier videatur in veli susceptione religionis habitum assumpsisse, si tamen velit in domo propria remanere, quasi propositum castitatis in sæculo servatura, nihilominùs consummandum est matrimonium jam contractum: nisi se voto adstrinxerit ad observantiam regularem: in quo casu compelli potest, ut relicto sæculo religionis propositum exequatur.

[1 *Audito quòd mulier ipsa velum assumpserat, misit ad eam, ut desponsationem factam carnalis copula sequeretur. Ea verò, postquam fuit ad tuam audientiam relata, inhibere curasti, ne ante discussionem negotii se carnaliter commisceret. Postmodùm autem à muliere ipsa in tua præsentia constituta, quæsivisti, utrum consensisset in illum, & quare ab illo quareret separari.*]

[2 *Cùm autem postmodùm per testes idoneos tibi constiterit plenior facta fides quòd ante susceptionem veli, multum intervenerat inter ipsos per verba de præsenti consensus, sedem duxisti Apost. consulendam, utrum veli susceptio impediat matrimonium inter ipsos.*]

CAP. XV.

¶ *Maritus factus Monachus, à conjuge adulterata revocari non potest.*

Idem *Rudinen.* d *Episcopo.*

COnstitutus *e* in præsentia nostra H. suâ nobis confessione monstravit, quòd in Acolythatûs ordine constitutus, quandam puellam R. nomine in facie Ecclesiæ duxit uxorem: quam cùm carnaliter cognovisset, ortâ discordiâ inter eum & amicos puellæ, ipsa fuit cuidam alii V. nomine copulata: & tu memoratum H. usque ad gradum sacerdotii ordinâsti. Cùm autem eum sua conscientia remorderet, habitum ordinis Cistercien. assumpsit: [1 *& infrà.*] ¶ Ideoque mandamus, quatenus si res ita se habet, prædictam mulierem, ut à dicto V. recedat, cui per adulterium est conjuncta, nec prædictum Monachum impetat *f*, quò minùs regulare votum valeat adimplere, per cens. Eccl. cogere non omittas.

[1 *Tandem Abbati suorum revelavit, quæ tum communivit diligenter, ut super hoc saluti animæ suæ provideret.*]

CAP. XVI.

¶ *Uxor non potest repetere maritum, de cujus licentia religionem intravit, si post ingressum non contulit, licèt ad consentiendum sit ad dandam licentiam dolo fuit inducta.*

Idem *Pictavien. Episcopo, & Abbati de* a *Boribardon. Pictavien. diœcesis.*

VEniens ad *b* præsentiam nostram L. nobis intimavit, quòd cùm olim intrandi monasterium propositum concepisset, pluribus Sacerdotibus præsentibus apud uxorem suam institit, ut super hoc suum impertiretur assensum: [1 *& infrà.*] ¶ Ipsa demùm tam ipsius, quàm multorum astantium precibus flectibusque devicta, caput ejus altari supposuit manu suâ: qui eâ præsente tonsuratus, ibidem monasterium adiit, & finito probationis tempore, professionem fecit solenniter monachalem: illa verò in sæculo remanens, inhonestos amatores admisit: [2 *& infrà.*] ¶ Quocirca mandamus, quatenus si ita est, prædictum L. in monasterio, quod intravit, perseverare liberè permittatis: licet enim in hoc videatur non modicum deliquisse, quòd captiosè asseruit, quia nisi sibi eadem *c* mulier consentiret, tam sibi, quàm toti mundo se inutilem redderet, & cùm Presbyteros exoravit, ne prædictæ mulieri exponerent, quòd eandem relinquere sæculum oporteret, si forte licentiam daret viro: ex quo tamen eadem caput viri altari sponte supposuit, & postmodùm non continuit, super revocatione ipsius non est aliquatenus audienda, cùm ipsius intentio exceptione possit commissæ fornicationis elidi: maximè cùm antequam fuerit fornicata, ipsum non duxerit repetendum.

[1 *Eisdem Presbyteris primitùs exoratis, ne præfata mulieri exponerent, quòd etiam ipsam oporteret relinquere sæculum, si viro suo daret licentiam ad monasterium convolandi. Cumq; ipsum mulier, ne ab ea discederet, voce mutuâ precaretur, ipse asserens, quòd nisi ab ea super hoc posset obtinere licentiam, non solùm se ei inutilem redderet, sed etiam toti mundo.*]

[2 *Unde idem I. metuens ne sua continentia illius incontinentia imputetur, an in monasterio debeat perseverare, à nobis consilium postulavit.*]

CAP. XVII.

¶ *Uxor maritum professum repetere potest, non obstante licentiâ profitendi, ab ea metu extortâ.*

Idem.

ACcedens *d* ad præsentiam nostram I. mulier proposuit, quòd cùm V. vir ejus eam sibi matrimonio copulâsset, volens tandem idem vir habitum assumere monachalem, postulabat humiliter ab eadem, ut tam pio proposito faveret ipsius: quæ propter multa verbera, & alia gravamina, quæ dictus vir inferebat eidem, se ipsam asserens dimissurum, annuit votis ejus. Cumque idem vir in domo de Vader. *e* Cistercien. ordinis religionis habitum assumpsisset, mulier in domo Monialium, nullo ibi habitu religionis assumpto, vel voto conversionis emisso, permansit: processu verò temporis, cùm idem vir ad sæculum rediens, religionis habitum reliquisset, eadem mulier se instanter ab ipso *f* petiit reassumi: [1 *& infrà.*] ¶ Quocirca discretioni vestræ mandamus, quatenus si res ita se habet, dictum virum, ut eam recipiat, eique affectum exhibeat conjugalem, appellatione remotâ cogatis.

[1 *Ipse illam recipere penitùs contradicens, præter verbera quibus sæpe affecit eandem, sibi plurima convitia & graves injurias irrogavit.*]

CAP. XVIII.

¶ *Uxor Professi, qua dedit viro licentiam profitendi, non compellitur ingredi religionem, si continens est, & non suspecta.*

a *Vid. l. cùm notissimi. C. de præscript. xxx. ann. in rub. C. qui matr. acc. poss.* b *negaret.* c *Quia per hæresim non dissolvitur matrimonium, vid. Concil. Trident. sess. 24. tit. de sacr. matrimon. cap. 5.* d *Tuden. al. Tudinen.* e *Cap. 2. eod. tit. in 5. compil. Vid. Turrecr. in c. duxit Dominus. & cap. conjugio, 32. q. 1.* f *In omnibus antequam, impetat, legitur: in recentioribus, inquietet, habetur.*

a *Barudien. alibi, Barrubabrund.* b *Cap. 3. eod. tit. in 3. compil. Vid. Sotum 4. sentent. distinct. 27. quæst. 1. art. 4. circa finem.* c *alii: ita: quòd si non sibi eadem mulier. &c.* d *Cap. un. eodem titul. in 4. compil.* e *Vender. alii. Vaden. alii Vendo-*

f *&c.*

Innocentius a III. *Episcopo & Decano & Thesaurario Lingonensi.*

SIgnificavit b nobis A. mulier, quòd cùm ipsa F. viro suo coram Decano S. Quirici c, vices Archiepiscopi Senonen. in hac parte fungente, licentiam concesserit religionem intrandi, continentiæ tamen voto eidem injuncto, & receptâ fide ab ipsâ, quòd perpetuò contineret, idem Decanus post factam professionem à viro prædicto in monasterio, in quo habitum assumpserat monachalem, asseruit ipsam debere religionem intrare, quanquam id primò non expressisset eidem, & hoc expresso, illi d licentiam non dedisset: [*& infrà.*] ¶ Quocirca mandamus, quatenus, si est ita, & est talis ætatis, de qua suspicio haberi non possit, ipsam votum continentiæ observantem, intrare monasterium compelli non permittatis invitam.

CAP. XIX.

¶ *Adulter, quam maritus reconciliare non vult, ad agendam pœnitentiam in aliquo claustro collocatur.*

Gregorius IX.

GAudemus e in Domino: [*& infrà.*] ¶ Mulieres verò, quæ relicto maritali toro, lapsu carnis ceciderunt, si mariti earum à te diligenter commoniti, eas ad frugem melioris vitæ conversas noluerint recipere propter Deum, in claustris cum religiosis mulieribus studeas collocare, ut perpetuam pœnitentiam ibi agant.

CAP. XX.

¶ *Si conjuges se ad invicem absolverunt, continentiam promittendo, & uterque vel alter eorum religionem profitetur, alter alterum repetere non potest.*

Idem *I. Moniali, monasterii de Plauda f.*

DUdum à C. Laico g mota contra te (quam uxorem suam dicebat) materia quæstionis, R. sanctæ M. in Comes. Diacon. Cardin. dedimus auditorem. Coram quo dictus C. conquerendo proponens, quòd indebitè recusabas eidem (cujus uxor eras per consensum de præsenti, & carnis h copulam subsecutam) matrimonialiter adhærere, te sibi restitui postulavit. Ad quod fuit responsum, quòd ipse pro animæ suæ remedio purâ & spontaneâ voluntate, præsentibus duobus religiosis Sacerdotibus, & adhibitis quinque testibus fide dignis, omni juri, quod in te habuerat, renunciavit omnino, resignando illud in manibus alterius ex Sacerdotibus supradictis, qui in personam Ecclesiæ resignationem hujusmodi recipere procuravit, & quod idem C. se castitatem servaturum promisit, pauperumque hospitalis de Ponte obsequio se devovit, promittens voto solenni omnia & singula supradicta, & tribuens tibi licentiam ad monasterium transeundi: te versâ vice similiter promittente, ac tribuente illi licentiam, & jus quodlibet resignante, sicut hæc omnia dicebantur per publicum instrumentum esse probata, manu B. Notarii Aretinensis i confectum. Verum prænominatus C. proposuit, quòd casu, amisso instrumento k prædicto, illud in prima persona, quod priùs erat in tertia, insertis pluribus in uno aliter, quàm in alio, fuit ab ipso formatum: & cùm tibi iratus fuisset, sicut verba & verbera indicabant, nondum calore iracundiæ quiescente, quidam ipsum deceptoriè allexerunt, proponentes eidem, quòd in hospitali prædicto cibis ad libitum posset uti, ac proprium retinere, prædicto h. si nihilominùs promittente, quòd non solùm ardorem, sed etiam appetitum libidinis extingueret in eodem: propter quod quicquid in hac parte fecisse dignoscitur iratus, seductus pariter & illectus, & sub spe promissionis, ac sub ea conditione vel modo, si posset continentiam observare, asseruit a à se factum. Sed ad ista respondebatur econtrà, quòd antabellio in tertia persona instrumentum conficiat, vel in prima (dummodò non mutetur substantia veritatis) nihil interesse videtur. Insuper quamvis aliquando spes memorato C. data fuisset, per quam ad hoc se proposuit b inductum, eo tamen tempore, quo talia facta fuerunt, purè, simpliciter, ac voluntariè pro amore Dei, & remedio animæ suæ, solummodò ad votum & ad alia supradicta noscitur processisse: c propter quod à consortio secularium hominum debet discedere, vitamque mutare, cùm se illius ætatis esse proponat, ut sine suspicione incontinentiæ non valeat in seculo remanere. Nos itaque habito fratrum nostrorum consilio, te ab impetitione dicti C. sententialiter duximus absolvendum, perpetuum illi super hoc silentium imponentes.

CAP. XXI.

¶ *Breve est, sed per alia verba potest sic summari: Post sententiam divortii quoad torum, latam ob fornicationem spiritualem mariti, potest uxor liberè religionem intrare.*

Idem.

MUlier, quæ in fide remansit, potest nolente viro, qui ab infidelitate revertitur, propter quam ab eo fuerat judicio Ecclesiæ separata, ad religionem liberè convolare.

DE CONVERSIONE d INfidelium.

TITULUS XXXIII.

CAP. I.

¶ *Non potest quis illam habere in uxorem, cujus maritum occidit, machinatione ipsius mulieris: secus si sine machinatione. Et est pulcher, & quotidianus casus.*

Cœlestinus III.

LAudabilem: e [*& infrà.*] ¶ Interrogâsti de Sarracenis, qui dum in captivitate essent, quamdam Christianarum viros earum insidiis & machinationibus occiderunt, utrùm, quia postea per ipsas ad fidem Christianam conversi sunt, eas de jure possint accipere f in uxores: vel si duxerint, conjugium teneat earundem. Hic Triburiensis g Concilii regulâ contenti sumus, asserentis, quòd si in mortem ipsorum malitiosè fuerint machinatæ, licèt earum studio ad fidem accesserint, nec tamen eis adhærere debent, nec sunt, & adhæserint etiam, tolerandi, cùm tale damnum tali lucro Ecclesia compensare non velit. Ad hoc Sarraceni quidam, in bello sunt Christianos interfecisse notati, & Christiani similiter Sarracenos: postea verò Sarraceni ad fidem conversi, uxores eorum, quos in belli certamine occiderunt, sibi matrimonialiter copulârunt, & idipsum Christiani de Sarracenis mulieribus conversis ad fidem fecisse noscuntur, quæ postquam de priorum virorum morte compererint h veritatem, divortium instanter i exposcunt. In his igitur respon-

a *Honorius tertius.* b *Vid Ludovic. Rom. sing. 674. ut in meo C. incipit: Nos summa in materia.* c *Quiriaci.* d *Illi, scilicet viro.* e *Vid. Ludovic Rom. sing. 674. ut in nostro Codic. incipit: Nos summa in materia. vid. infr. de adulteriis.* f *Plenca al. Plonta.* g *Vid. Tarrecrematam sæpè citatum. & Sotum 4. sentent. dist. 27. quæst. 1. art 4. & dist 32. quæst. 1. art. 3. vid. Sylvestrum in summa, verbo, votum 1.* h *carnalem.* i *Aretini.* k *Vid. Henricum Basil. & Guid. Pap. decr. 244. incipit, quidam in causa.*

a *Al. ita: asserunt esse factum.* b *proponit.* c *Vid. leg. cùm plures. 4 locator. ff. locat.* d *Vid. Sotum l. 4 sent. dist. 38. quæst. 1. art. 3.* e *Cap. 3. eod. tit. in 2. compilat.* f *ducere.* g *Vid. Concil. Triburien. cap. 40. & cap. 11. sed ibi non sunt hæc eadem verba.* h *comperiunt.* i *instanter.*

demus,

demus, quòd cùm tales non procuraverint virorum interitum defunctorum, matrimonium inter hujusmodi personas licitè potest contrahi, & taliter copulati divortium nequeunt postulare.

CAP. II.

¶ *Si alter infidelium conjugum venit ad fidem, altero remanente in infidelitatis errore, communis proles assignatur converso.*

Gregorius IX. *Argentin. Episcopo.*

EX literis *a* tuis accepimus, quòd quidam de Judaicæ excitatis *b* errore, ad Christum verum lumen adductus, uxore suâ in Judaismo relictâ, in judicio postulavit instanter, ut eorum filius quadriennis assignaretur eidem, ad fidem catholicam, quam ipse susceperat, perducendus *c*. Ad quod illa *d* respondit, quòd cùm puer adhuc infans existat, propter quod magis materno indiget solatio, quàm paterno, sibique ante partum onerosus, doloroſus in partu, post partum *e* laboriosus fuisse noscatur, ac *f* ex hoc legitima conjunctio maris & fœminæ magis matrimonium, quàm patrimonium nuncupetur, dictus puer apud eam debet convenientius remanere: [& ℣.] ¶ Cùm autem filius in patris potestate consistat, cujus sequitur familiam, & non matris, & in ætate tali quis non debeat *g* apud eas remanere personas, de quibus possit esse suspicio, quòd saluti, vel vitæ insidientur *h* illius, & pueri post triennium, apud patrem non suspectum ali debeant & morari, materque pueri, si eum remanere contingeret apud eam *i*, posset illam adducere ad infidelitatis errorem: in favorem maximè fidei Christianæ respondemus, patri eundem puerum assignandum.

DE VOTO, ET VOTI REDEMPtione.

TITVLVS XXXIV.

CAP. I.

¶ *Vota possunt eleemosynis redimi, vel in aliud commutari, interveniente superioris auctoritate, & justâ causâ redimendi, vel mutandi.*

Alexander III. *Exoniens. Episcopo.*

DE *k* peregrinationis votis, an eleemosynis redimi possint, vel pro necessitate in aliud commutari: Respondemus, quòd ab ejus, qui præsidet, pendet arbitrio, ut consideret diligentiùs qualitatem personæ, & causam commutationis, scilicet an ex infirmitate, seu affluentia divitiarum, an *l* aliâ causâ probabili peregrinatio, an *m* recompensatio melior fuerit, & Deo magis accepta: & secundùm hoc debet exinde dispensare.

CAP. II.

¶ *Commutat Papa votum ultramarinum, in his maximè, qui in puerili ætate voverunt.*

Idem *Norvicen. Episcopo.*

VEnientis *n* ad nos R. narratione accepimus, quòd in puerili ætate constitutus Hierosolymam disposuit proficisci: cuidam quoque, qui sepulchrum Dominicum proposuerat visitare, fidem dedit, & suam recepit ab eo, quòd sibi invicem in via socii fideles existerent: [*1 & infra.*] ¶ Nos autem ipsum à voto, quod in ætate tenera, facilitate potiùs, quàm ex arbitrio discretionis promisit, absolvimus: ita tamen, quòd idem votum eleemosynis redimat, & juxta consilium nostrum *o*, toto vitæ suæ tempore uni pauperum Christi (dummodò ad hoc suæ facultates sufficiant) debeat providere.

[*1 Et bonam societatem servarent, quod uterq; solicitâ mente revolvens, ad nos accessit, ut sibi nostrum super hoc consilium aperiremus.*]

CAP. III.

¶ *Ex sola conceptione boni explicandi non obligatur quis ad bonum conceptum exequendum.*

Idem *magistro A. de Mondeforde.*

LIteraturam *a* tuam: [*1 & infra.*] ¶ Cùm ex quadam minutione nimio fuisses mortis pavore perterritus, hæc verba protulisti: Non diu hic morabor: proponens in animo, quòd religionis habitum esses aliquando susceptutus: [*2 & ℣.*] ¶ Tibi igitur respondemus, quòd si plùs non est in voto processum, transgressor judicari non poteris, si non impleas, quod dixisti.

[*1 Ex prudentiam tuam jam pridem famâ revelante, cognovimus: & saluti tuæ tanto attentiùs consulere voluimus & debemus, quanto personam tuam consideratione honestæ conversationis & vitæ, ferventioris charitatis brachiis amplectamur. Relatum est nobis ex parte tua, quòd.*]

[*2 Sed propter frequentes infirmitates, quæ plerumq; vitæ districtionem impediunt, & quia indigentibus & transeuntibus te hospitalem exhibes, pluraq; solatia impendis, quod concepisti olim in animo, opere non implesti: ac per hoc dubitas, ne de facta fide voti in districto debeat examine convenire.*]

CAP. IV.

¶ *Omne votum mutabile est, in votum religionis.*

Idem.

SCripturæ *b*: [*1 & ℣.*] ¶ Reus facti voti aliquatenùs non habetur, qui temporale obsequium in perpetuam noscitur religionis observantiam commutare.

[*1 Sacro testimonio declaratur, quòd spiritualis homo propositum non mutat, cùm pro salute animæ suæ utilius aliquid meditatur. Inde est quòd vestris justis postulationibus non indignati indulgemus: quòd qui sepulcrum Dominicum vel aliorum sanctorum limina proposuerunt visitare, & infirmitate vel aliâ rationabili causâ occurrente, habitum religionis assumere, atq; inter vos Deo servire voluerint, liberè ipsi suscipere valeatis.*]

CAP. V.

¶ *Executo voti ultramarini, auctoritate Papa potest ex causa differri.*

Innocentius III. *Strigonien. Archiepiscopo.*

NOn est *c* voti dicendus transgressor, qui quod vovit, auctoritate sedis Apost. distulit adimplere. Sanè significavit nobis Rex Hungariæ, quòd cùm in regni perturbatione *d* consilium & auxilium tuum sibi senserit hactenus profuisse, utilitati ejus non modicum derogaret, si Hierosolymam (sicut ex voto teneris) regno pergeres impacato: [*1 & ℣.*] ¶ Ideoque mandamus, quatenus non priùs iter arripias Hierosolymam adeundi, quàm regnum ipsum fuerit tranquillitati pristinæ restitutum, vel super hoc receperis ab Apost. sede mandatum.

[*1 Cùm igitur immineat nobis de honore ipsius Regis & statu regni Hungariæ solicitè cogitare.*]

CAP. VI.

¶ *Ecclesia compellit hæredem Laicum per excommunicationem, & bonorum subtractionem, ad executionem voti ultramarini, ad quod se obligavit pro defuncto.*

Idem *Andreæ Duci.*

---

a *Vid. B. Th. 4. sent. dist. 39. q. 1. art. 4. ad 4. argum.* b *privatio.* c *producendus.* d *Al. alia.* e *ac post partum &c.* f *ac per hoc.* g *debeat apud illas, &c.* h *insidiantur.* i *ipsum.* k *C. 1. eod. tit. in 1. comp. & post Concil. Lat. sub Alex. III. p. 35. c. 3.* l *aut.* m *aut.* n *Al. Perveniens. Vid. c. 2. eod. tit. in 1 comp. & post Conc. Lat. p. 30. c. 15.* o *Al. vestrum, quam lectionem olim impugnavit Hostiensis.*

a *C. 1. eod. tit. in 2. comp. Vid. Navarr. in manuali confessariorum c. 12 n. 26. & 32. in Layno super expressa.* b *C. 2. eod. tit. in 2. comp.* c *C. 1. eod. tit. in 3. comp. Vid. B. Thomam 2. 2. q. 88 art. 12.* d *turbatione.*

Licèt *a* universis libernm sit arbitrium in vovendo, usq; adeò tamen solutio necessaria est post votum, ut sine proprio *b* salutis dispendio alicui non liceat resilire. Accepimus siquidem, quòd cùm Rex Hungariæ pater tuus agens in extremis, votum quod voverat Domino, Hierosolymitanam provinciam in forti manu, humili corde visitare, sub interminatione maledictionis paternæ, commiserit *c* tuæ fidei exequendum, & tu assumpto crucis signaculo, te id impleturum sine dilatione qualibet promisisti: [1 & 3.] ¶ Mandamus, quatenus postpositis cæteris solicitudinibus, usque ad festum exaltationis sanctæ Crucis debitum acceptæ Crucis exolvens, propositum iter arripias, & humiliter prosequaris: Ne si onus tibi à patre injunctum, & à te sponte susceptum, occasione quâlibet detrectaveris, paternâ te reddas successione indignum, & hæreditatis emolumento priveris, cujus recusaveris onera supportare: sciturus extunc anathematis te vinculo subjacere, & jure quod tibi, si dictus Rex sine prole decederet, in regno Hungariæ competebat ordine genituræ *d*, privandum, & regnum ipsum ad minorem fratrem tuum app. postpositâ devolvendum.

[1 *Verùm eodem patre tuo sublato de medio, cùm Hierosolymitanum hoc iter te arripere simulâsses, assumpta peregrinationis ablitis, quam contra inimicos crucis dirigere debueras, in fratrem tuum & regnum Hungariæ convertisti aciem bellatorum, & multa contra serenitatem regiam malignorum usus consilia commisisti. Nos autem, quos dsebus istis ad Pontificatûs officium licèt immeritos, Dominus evocaverit, tam paci regni Hungariæ, quàm tuæ volentes saluti consulere, nobilitatem tuam rogamus & monemus, & exhortamur in Domino, ac per Ap. s.*]

CAP. VII.

¶ *Commutat Papa votum ultramarinum in vigilias, orationes & jejunia, tunc maximè, cùm cessat causa, quæ induxit ad vovendum: ita etiam, quòd expensa fienda in eundo, morando, & redeundo, integraliter mittantur in terra sanctæ subsidium.*

Idem Trecensi Episcopo.

Magnæ *e* devotionis: [& infrà.] ¶ Cùm Trecen. Ecclesia contra libertatem Ecclesiasticam gravaretur, nec per alium quàm per Campaniæ Comitem in ultramarinis partibus constitutum, eidem Ecclesiæ credetes posse de facili subveniri, ad ipsum proposuisti accedere: ac in signum peregrinationis & devotionis terræ Orientalis crucem Dominicam assumpsisti: [& infrà.] ¶ Quamvis autem audità morte ipsius intentionem tuam conspiceres jam frustratam, noluisti tamen sine consilio Apost. sed. ad propria remeare, sed ingressus urbem *f* intentionis tuæ propositum, ac statum Trecen. Ecclesiæ, nobis humiliter expressisti: [1 & infrà.] ¶ Et quidem tria præcipuè duximus *g* in hoc negotio attendenda, quid liceat secundùm æquitatem, quid deceat secundùm honestatem, & quid expediat secundùm utilitatem. Sanè non videbatur contra votum licitum ut venires, cùm vox clamet prophetica *h*: [*Vovete & reddite Domino Deo vestro*:] ut primum ad consilium, secundum ad imperium referatur. Sed nec decens videbatur, cùm sit scriptum in Evangelio *i*: [*Nemo mittens manum ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno Dei, &c.*] Præterea non videbatur expedire, cùm ex absolutione tua scandalum posset Laicorum mentibus generari, dicentium, Ubi est Deus Clericorum? & hoc exemplo credentium, se ad voti observantiam non teneri. Quod enim agitur *a* à Prælatis, facilè trahitur à subditis in exemplum: juxta quod Dominus inquit ad Moysen in Levitico *b*: [*Si Sacerdos, qui est unctus, peccaverit, faciet delinquere populum.*] Verum ætatis vitæ senescentis defectus atque canicies, quæ vix labores & dolores suos tolerare possunt, in contrarium allegabant, & Ecclesiæ Trecen. suspitia, cui vinculo pastoralis solicitudinis es ligatus, sine cujus assensu votum peregrinationis emittere forsitan non debueras: [& infrà.] ¶ Ipsum etiam votum, quod ex sui forma sanctum & honestum erat, ex persona voventis minùs licitum videbatur. Cùm enim juxta canonica *c* instituta, Clericus absque sui Episcopi licentia peregrinari non debeat, & Episcopus non minùs, imò potiùs sed. Apost. sit adstrictus, videri meritò poterat, quòd absque generali, vel speciali licentia votum peregrinationis, quâ te tamdiu absentares, emittere non deberes: [2 & infrà.]

¶ Cùm igitur in lege veteri, *d* in qua non minùs præceptum Domini obligabat, quàm votum hodiè obligat in Ecclesia, primogenita, quæ Domino mandabantur offerri, quædam Domino redderentur, ut primogenita Levitarum: quædam redimerentur, ut aliarum tribuum: quædam commutarentur in aliud, sicut primogenitum asini, qui pro ove commutabatur: ex hoc attendentes, quòd votum commutari possit in opus aliud pietatis: non curantes, quòd os loquentium iniqua loquatur, dum tamen non recedamus à tramite veritatis: de illius auctoritate securi, qui cùm audisset à discipulis: [*Scis tu, quia Pharisæi audito hoc verbo scandalizati sunt?*] respondit: [*Sinite illos, cæci sunt, & duces cæcorum:*] tibi pro te & famulis tuis licentiam concedimus, votum peregrinationis taliter commutare, ut expensas, quas fueras in eundo, morando, & redeundo facturus, alicui Religioso committas, in necessarios usus terræ illius sine diminutione qualibet transferendas: [& 3.] ¶ Laborem etiam laboribus recompenses, solicitius instando vigiliis, devotius vacans orationibus, & in jejuniis fortiùs te exercens. Ad hanc autem indulgentiam tibi faciendam specialiter nos induxit, quòd cùm pro libertate Trecens. Ecclesiæ per dictum Comitem assequenda præcipuè votum peregrinationis emiseris, eo sublato de medio, quia cessavère causæ, facilius cessare potuit & effectus.

[1 *Nostrum & fratrum nostrorum consilium cum devotione requirens: non etiam s. n. Senonen. Archiep. tunc Metropolitanæ statum Trecen. Ecclesiæ, ad dispendium, quod ex absentia tua incurrere poterat, semel & iterum per suas nobis literas intimavit: propter quod dispositum deliberare cum fratribus nostris, an cum eadem Trecen. Ecclesia misericordiam faceremus, te ad agendam ipsius solicitudinem remittentes: an sicut ex voto tenebaris, te iter arreptum perficere paterentur, & utrùm horum tam saluti tuæ, quàm terræ orientali penitus expederet.*]

[2 *Minùs etiam votum illud terræ Orientali videtur expediens, quæ plus pugnatorum subsidium, quàm Clericorum, quos & officium & diffinitudo reddit inhabiles, ministerium pericula necessitate requirit, quamvis orationibus tuis & aliorum terra illa vehementer indigeat: quia tamen jam impletum est verbum Dei dicentis: Veniet hora, & nunc est, quando nec in monte hoc, neq; in Hierosolymis adorabitis Patrem. Spiritus Sanctus est Deus, & eos qui adorant eum, in spiritu & veritate oportet adorare. Videre poterat, quòd non minùs in Ecclesia tua, quàm in Orientali terra proficeres pia orationibus apud Deum, in his quæ pro libertate ipsius juste ac humiliter postula-*

a *C. 2. eod. tit. in 3. compilat.* b *propria.* c *commisit.* d *Ubi. Bald. in l. ex hoc jure. ff. de just. & jur. ubi docet, an ordine genituræ, vel electione succedat debeat in regno.* e *Cap. 4. eod. tit. in 3. comp.* f *Scil. Romam, per excellentiam.* g *sed jus. Inst. de jur. nat.* g *diximus.* h *Psal. 75.* i *Luc. 9.*

a *Vid. Alphonsum Castr. l. 2. c. 1. de justa hæret. punitione.* b *Levit. 4.* c *Hùc spectant tradita per D. Th. 2. 2. q 88. art 8.* d *Exod. 13. & 22. Num. 3. & 18 Deut. 15. Luc. 2. Levit. 27. Exod. 36.* e *Nec.* f *Matth. 11.* g *In antiq. exemplar. sta: Non nosti, quia, &c.*

vel: &

Vos: & utinam cum Moyse montem posses ascendere, ut manibus extensis orante, Iosue pugnans Amalechitas in ore gladii superaret. Credebatur etiam, quòd terra Orientalis magis accederes, quòd si in tuis, & morum Clericorum procuratoribus fueras impensurus, secundum alicujus religiosi arbitrium transferetur in subsidium belli.]

CAP. VIII.

¶ *Impedito ad tempus exequi votum ultramarinum conceditur dilatio, perpetuò verò impedito, indicitur redemptio in eo, quod magis expediat terræ sanctæ*

Idem *Cantuariensi Archiepiscopo.*

QUod *a* super his: [1 &]. ¶ Quæsivisti de his, qui pro succursu terræ sanctæ signo crucis assumpto, propter infirmitatem vel paupertatem, vel aliam justam causam votum non possunt utiliter adimplere, cùm fine distinctione receperis in mandatis, ut eos, qui signum crucis assumptum abjecerunt, ad resumptionem ipsius, & executionem voti compellas. Nos autem inquisitioni tuæ *b* taliter respondemus, quòd debiles & inopes magis illuc in defectum, quàm ad profectum accedunt, cùm isti pugnare non possint, & illi mendicare cogantur, nisi forte sint nobiles & magnates, qui suis secum expensis bellatores adducant: vel artifices & agricolæ, qui de laboribus suis sibi possint acquirere necessaria, & terræ subsidia ministrare: quamvis non multi talium, propter brevitatem possessionum, & paucitatem inhabitantium ibi sint opportuni. Unde credimus distinguendum inter illos qui temporalem, & eos qui perpetuam impedimenti causam creduntur habere: quòd primis indulgenda est dilatio, secundis autem est redemptio injungenda, ac rerum facultate pensatâ, quas possunt, aut quas facturi essent expensas, personarum præterea compensato *c* labore, in subsidium terræ sanctæ transmittant, exequentes per alios, quod per se nequeunt adimplere. Rursus inter illos, qui pro defensione terræ sanctæ votum peregrinationis emittunt, & eos, quibus pro satisfactione suorum criminum iter peregrinationis injungitur, credimus distinguendum: quòd circa primos plus terræ sanctæ succursus, & circa secundos plus labor itineris, secundùm intentionem voventis vel pœnitentis debet attendi. Unde si quis hoc modo voventium est inutilis ad pugnandum, quamvis habilis sit ad eundum, melius est redimere votum, quàm expensas consumere: quod & de pœnitente, qui propter debilitatem non potest iter injunctæ peregrinationis implere, sanè valet intelligi, non autem de illo, qui quamvis sit impotens ad bellandum, potens tamen est ad eundum *d*. [1 &]. ¶ De mulieribus autem hoc credimus observandum, ut quæ remanere noluerint, viros suos sequantur: ceteræ verò (nisi fortè sint divites, quæ secum in suis expensis possint ducere bellatores) votum redimant, quod voverunt.

[1 *Sed. Apost. consulere voluisti, quorum executio spectat ad officium pastorale, ſ t. in Domino condemnamus, ſperantes, quòd per responsionem nostram instructus ea diligentius exequeris.*]

[2 *Super his autem diligens est discretio adhibenda, ne quid precè vel pretio, amore vel odio, sive occasione quacunq; contra salutem animæ, vel utilitatem terræ quomodolibet attentetur. Unde per viros religiosos & providos dispensationi hujusmodi volumus provideri.*]

CAP. IX.

¶ *Votum ultramarinum certis casibus redimi & commutari potest, non tamen per alium, quàm per Papam, vel eum ipsius speciali mandato. h. d. vſq; ad 4. secundo quæsivisti.*

Idem *eidem.*

EX multa *a* tuæ solicitudinis providentia: [1 &]. ¶ Ex consultatione, quam ad inquisitionem tuam super negotio Crucesignatorum olim edidimus, viam invenisti ad alias quæstiones, & utrùm quod in ea dicitur, jus constituat generale, ut passim Prælatis quibuslibet illos secundùm formam expressam absolvere liceat, qui eorum sunt jurisdictioni commissi, solicitè requisisti. Ad hoc igitur respondemus, quòd in consultatione nostra jus editur: & licèt ad quales, ad quos tamen *b* specialiter spectet ejus executio, nullatenùs explicatur: illis autem solummodò jus hoc exequendum incumbit, qui super hoc mandatum receperint à sed. Apost. speciale. Sic ergò illi est inquisitioni responsum, quâ consequenter tua fraternitas requisivit, de quibus religiosis intelligendum hoc esset: utrùm scilicet ibi Religiosi vocentur hi tantùm, qui religionis habitum susceperunt, quorum plures idiotæ sunt & juris ignari *c*, an Episcopi, qui sicut dignitate præcellunt, sic & religione debent aliis præeminere: nam ad neutros illius executio juris spectat, nisi per Apost. sed. eis specialiter delegetur.

[1 *Credimus provenire, quòd cùm ad consultationes tuas multiplices & frequentes responderemus, quod sentimus ex responsione nostra novas elicias quæstiones.*]

¶ *Habiles ad eundum, seu inhabiles ad pugnandum, si sicut strenuè consilio, vel milites bellatores possint secum ducere, votum ultramarinum non redimunt. h. d. Abbas Siculus.*

Secundò quæsivisti, utrùm quod dicitur, Si quis voventium est inutilis ad pugnandum, quamvis sit habilis ad eundum, melius est ut redimat votum, quàm consumat expensas: generaliter accipi debeat, ut nobiles & *d* magnates, qui sunt consilio strenui, & multos secum possunt trahere bellatores, an minores tantummodò verbum hujusmodi comprehendat? Verùm si ad superiora oculum tuæ considerationis extendas, quæstionē istam *e* invenies in serie consultationis nostræ solutam, ubi dicitur, quòd debiles & inopes magis in defectum terræ sanctæ, quàm ad ejus profectum accedunt, &c. Quamvis possit aliter *f* responderi, quòd non sunt inutiles ad pugnandum, qui etsi per se pugnare non possunt, maturitate tamen consilii adesse valent pugnantibus, & personæ defectum per alios relevare: [1 &].

[1 *Tertio quoq; loco tuæ ſ. requisivit, qualiter intelligi debeat, quod de mulieribus subinfertur, ut quæ remanere noluerint, viros suos sequantur eundo. Ceteræ verò quæ non sint divites, quæ secum in suis expensis possint ducere bellatores, votum redimant quod voverunt: hoc enim quod ultimo loco dicitur, videtur tantùm de voventibus esse dictum.*]

¶ *Mulieres possunt sequi viros ultra mare, si volunt, sed non tenentur, nisi & ipsæ voverint. h. d. Abbas.*

Quòd autem superiùs ponitur, Mulieres quæ remanere noluerint, &c. de illis intelligendum esse videtur, quæ se ad peregrinationis propositum nullius voti vinculo adstrinxerunt: [1 &].

[1 *Quod sic esse dubium non existit. Ex eodem quoq; verbo decis videre quibusdam, quòd viris liceat in hoc articulo sine uxorum suarum assensu vovere posse, ac persicere quod voverunt. Ad quod dicimus quòd.*]

¶ *Viri sine consensu uxorum emittere possunt votum ultramarinum. h. d. Abbas Siculus.*

In tanta quoque necessitate populi Christiani, ne terræ sanctæ impediatur subsidium, viri præter uxorum assensum, hujus peregrinationis propositum vovere liberè valent *g*: & quod voverint, liberè adimplere. Ut autem consentiant, sunt attentiùs commonendæ.

---

a *C. 5. eod. tit. in 3. comp.* b *Inquisitioni tuæ responsum. e. recompensato.* d *Cantius eundem. Addit in margine: alias consilium, utrumq; præter veterum exemplarium fidem.*

a *C. 5. eod. tit. in 3. comp.* b *tantùm, in uno verissimo exemplari.* c *Vid. l. 1. cum not. per doct. C. de inter. ma. inter pup. not. Bald. in authen. de nauta. collat. 1.* d *Al. etiam.* e *Dicis, ipsam, decst in vetusto.* f *& aliter.* g *valeant.*

¶ *Clerici tanquam inhabiles ad pugnandum redimunt votum ultramarinum, nisi in certis casibus. h. d. Abbas Siculus.*

De Clericis *a* verò duximus respondendum, quòd cùm Clericatûs officium eos reddat inhabiles ad pugnandum, nisi vel consilio strenui, vel officio prædicationis instructi, aut magnatum sint obsequio deputati, aut usque adeò divites fuerint & potentes, ut in expensis suis aliquos secum ducere valeant bellatores, magis ab eis expetit redemptionem accipere, quàm ad votum illos cogere prosequendum, si necessitas exigit, vel utilitas persuadet. Hæc autem de voventibus dicimus, non de his, quibus labor peregrinationis in pœnitentia est injunctus.

CAP. X.

¶ *Qui vovit religionem ingredi, si voto non completo fiat Episcopus, renunciare debet, & votum implere. Sic communiter summatur.*

Idem.

PEr tuas *b* nobis literas intimâsti, te in Gratianopolitana *c* Ecclesia suscipiendi habitum regularē votum solenniter emisisse, & postea promisisse in manibus Prælati ejusdem Ecclesiæ, te intra duos menses, postquam ab Apost. sede redisses, votum, quod emiseras, impleturum. Cumque termino ipso transacto non curâsses, quod voveras, adimplere, tandem existens voti transgressor, vocatus fuisti ad regimen Ecclesiæ Gebennensis: [*& infrà.*] ¶ Nos igitur tuæ discretioni consulimus, ut si tuam sanare desideras conscientiam, regimen resignes Ecclesiæ memoratæ, ac reddas Altissimo vota tua. Quòd si capitulum ejusdem Geben. Ecclesiæ te postmodum canonicè duxerit eligendum, electionem recipere poteris de te factam.

CAP. XI.

¶ *Prælatus etiam professus potest votum ultramarinum emittere, & in suos usus vigesimam proventuum Ecclesiæ convertere.*

Honorius III. *Haretben. d & Bengad. Præpositis.*

POstulâstis à nobis, an *e* vobis professis ordinem regularem, quorum alter cruce signatus est, & reliquus charactere crucis desiderat insigniri, liceat vigesimam proventuum Ecclesiarum vestrarum deputatam succurrere terræ sanctæ, deferre vobiscum: [*1. & f.*] ¶ Discretioni vestræ taliter respondemus, quòd si Ecclesiæ vestræ per absentiam vestram enormiter non lædantur, & vos utiles fueritis terræ sanctæ verbo pariter & exemplo, (quod conscientiæ vestræ duximus relinquendum) dimissis procuratoribus idoneis in Ecclesiis vestris, potestis, & tenemini votum peregrinationis implere: & sic potest in usus vestros transire vicesima Ecclesiarum vestrarum terræ sanctæ subsidio deputata.

[1 *Ut per vos proficiat terræ illius succursui, qui parati estis personas vestras exponere servitio Jesu Christi, præsertim cùm multi exemplo æmulationis laudabilis provocati ad currendum, post vos laudabiliter accingantur: prælaturis prælium Domini contra gentes. Quia verò liberationi terræ illius totis viribus aspiramus.*]

DE STATU MONACHORUM ET CANONICORUM REGULARIUM.

TITULUS XXXV.

CAP. I.

¶ *Diœcesanus non debet molestare monasteria, præterquam pro causa correctionis: nec ea oblata sibi vendicare.*

Gregorius *Archiepiscopo Neap.* a

THeodosius *b*: [*1 & f.*] ¶ Alicui monasterio nec tu, nec Presbyteri tui, præter diligentiam disciplinæ, aliquid molestiæ inferatis. Aut si quid illic pro diversorum devotione accesserit, vobis vendicare æstimetis: Cùm monachis sibi servientibus debeat proficere, quicquid à fidelibus taliter offerri contingit.

[1 *Abbat monasterii S. Martini pridem nobis insinuatione suggessit, qua habetur in subditis, in domo quodam Martini ex ejus voluntate decessoris sui Andream Abbatem monasterium, in quo Monachi habitare debeant construxisse. Et quia id in honorem beati Petri Apostolorum principis, & S. Archangeli posset dedicari: dilectionem tuam præsentibus apicibus duximus adhortandam, quatenus ad prædictum locum cùm postulaverit, ingrauter accedas, veneranda solemnia dedicationis impendens. Et quoties necesse fuerit, à Presbyteris Ecclesiæ tuæ in loco sancto deservientibus celebrentur sacrificia veneranda Missarum, sta ut in eodem.*]

CAP. II.

¶ *Monachi non debent poni singuli per parochias. hoc primò. Si pro monachatu aliquid detur, receptus à sacris ordinibus prohibetur: & recipiens ab officio suspenditur. hoc secundò. Monachus habens peculium sine licentia Abbatis, ab altaris communione removetur: & sic decedens, sepulturâ & fratrum communione privatur. hoc tertiò. Si pecunia confertur pro habendo aliquod officium in monasterio dans & recipiens deponuntur. hoc quartò. In prioratibus conventualibus per electionem instituti non sunt removendi sine causa rationabili: & de causa rationabili tria ponit exempla. h. d. comprehendendo substantiam.*

Ex Concilio Lateranen. c

MOnachi non *d* pretio recipiantur in monasterio, nec peculium *e* permittantur habere, nec singuli per villas & oppida per quascunque parochiales ponantur Ecclesias, sed in majori Conventu, aut cum aliquibus fratribus maneant, nec soli inter seculares homines spiritualium hostium conflictum expectent, Salomone *f* dicente: [*Væ g soli! quia cùm ceciderit, non est qui sublevet eum.*] Si quis autem exactus pro sua receptione aliquid dederit, ad sacros ordines non ascendat. Is verò qui eum *h* receperit, officii suspensione mulctetur. Qui verò peculium habuerit, nisi ab Abbate fuerit ei pro injuncta administratione permissum, à communione removeatur altaris, & qui in extremis cum peculio inventus fuerit, & dignè non pœnituerit, nec oblatio pro eo fiat, nec inter fratres accipiat sepulturam: quod etiam de universis Religiosis præcipimus observari. Abbas autem, qui diligenter ista non caverit *i*, officii sui jacturam se noverit incursurum. Prioratus quoque seu Obedientiæ, pretii donatione nulli tradantur, alioquin dantes & accipientes à ministerio fiant Ecclesiastico alieni. Priores autem cùm in Ecclesiis conventualibus per electionem Capitulorum suorum canonicè fuerint instituti, nisi pro manifesta & rationabili causa non mutentur, videlicet *k* si fuerint dilapidatores, si incontinenter vixerint, aut tale aliquid *l* egerint, pro quo amovendi meritò videantur, aut si etiam pro necessitate majoris officii de consilio fratrum fuerint transferendi.

---

a *De materia hujus q. & cur Clericis & Episcopis pugnare non liceat. vid. S. Thom. 2. 2. q. 4. art. 2.* b *Conc. Triden. sess. 24. tit. de reg. c. 1.* c *al Gratinopolitana. al Garopolitana.* d *Haretbertum & Beregaden. Præpositis. al Harestien. & Beregadens. al. Havenens. & Beregabens.* e *utrum.*

a *Hic in quibusdam recentioribus legitur Gregor. 3. in aliis 9. sed rectè Centius. Imo primus l. 7 ind. 2 epist. 15.* b *In aliis Theodorius. C. 1. eod. tit. in 1. comp.* c *Concil. Lateran. sub Alex. III. c. 11.* d *C. 2. eod. tit. in 2. comp.* e *Id est, proprium. Vid. l. ult. ff. ad Trebell.* f *Eccl. c. 4.* g *Sa.* h *recipit.* i *curaverit. in Concilio.* k *Al. sta: ut videlicet. sed in antiq. & in Conc. ut est impressum.* l *aliud.*

CAP.

CAP. III.

¶ Monet Cistercienses, ut servent regulam secundùm primævam institutionem. b. d. primò. Et domus religiosa aggregata Cisterciensibus eorum mores servare tenetur. b. d. secundo.

Alexander III. *Abbatibus & Conventibus Cisterc. ordinis.*

REcolentes *a* qualiter hæc sancta plantatio: [1 & ℣.] ¶ Dolentes dicimus, quòd etsi non ab omnibus, neque in omnibus, à pleriſque tamen & in pluribus, ab illa sancta institutione dicitur declinatum, in tantum, ut aliqui ex vobis primæ institutionis obliti, contra ordinis vestri regulam villas, Ecclesias, & altaria possident, fidelitates *b* & hominia benignè suscipiunt, justitiarias & tributarias tenent: [2 & ℣.] ¶ Ideoque precibus & monitis exhortamur, quatenus domus illæ, quæ à prima sui origine in ipso ordine sunt fundatæ, constitutis terminis sint contentæ: [3 & ℣.] ¶ Si enim relictis originalibus ordinis institutis, ad communia volueritis aliorum monasteriorum jura divertere, oportebit vos communi jure censeri: quia dignum est, ut qui similem cum aliis vitam suscipiunt, similem sentiant in legibus disciplinam. Cæterùm domus illæ, quæ de aliis institutionibus ad vestrum ordinem se transtulerint, vestris omninò se satagant usibus conformare, & relictis possessionibus, vel etiam commutatis, quas institutio vestra non recipit *c*, sic se in omnibus religioni vestræ coaptent, ut quemadmodum gaudent se in societatem ordinis, & habitûs identitatem assumptas, sic etiam in paupertate sæcularium rerum se lætentur vestris institutionibus conformatas.

[1 *Falla, hæ vitis fructifera, hæc denique vinea Domini Sabbaoth sub primis ordinis vestri proceribus pullulavit, & palmites longè latèq; produxerat, ad mortifera pellenda circumquaq; venena, flores protulit & odores, pro vigili custodia custodiatis eorum in omnibus adhærere vestigiis, per quos cooperante Domino in deserto mundi hujus flos hujusmodi plantatus est honestatis. Hi enim paupertate contenti numerosi, optimum ponentes in paupertate principium, totius sufficientiæ assecuti sunt complementum, creare Ecclesia Clarevallens. Episcopis & Prælatis acceptis, ac in conspectu regum & principum famâ & merito gloriosi. Nunc autem quod.*]

[2 *Et omne studium adhibent, ut termini eorum dilatentur à terris, quarum conversatio in cœlis debet esse. Lædituv hinc orda penitus & vitiatur, nec est hæc mutatio dextera excelsi, sed potiùs de dextera in sinistram, qui relicto sæculo sub paupertatis habitu Deo militare decreverunt, negotiis denuò sæcularibus implicentur. Inde est quòd & vobis ab aliis qui foris sunt, contentiones & litigia suscitentur, & Abbatibus in causis forensibus occupatis & plurimum in commissis domibus, & tepor ordinis & dissolutio nascitur charitatis: maximè paupertate charitas plus profuit, & capitalatis consortium usi illa restringatur, hæc tepescat.*]

[3 *Nec velint inordinatè ad ea manus extendere, quæ sine laboribus & periculis multis, & deinde sine criminibus, & magnâ confusione non poterunt retinere.*]

CAP. IV.

¶ Regularis Canonicus, qui non resignavit proprium in morte, non debet in cœmeterio sepeliri: & si de facto sepultus fuit, inde debet exhumari, si sine scandalo fieri potest.

Clemens III.

Super quodam Canonico regulari *a*, qui in articulo mortis agens, licèt à Priore suo commonitus, proprium, quod contra regulam latenter habuerat, noluit resignare: & sic diem clausit extremum, & fuit inter alios fratres traditus sepulturæ: [1 & ℣.] ¶ Inquisitioni tuæ taliter resp. quòd ille Canonicus non tantùm fuit Christianâ sepulturâ privandus, verùm etiam si sine maximo scandalo potuit *b* fieri, de ipsâ projici dignus est Ecclesia. Hoc autem cùm fortè contigerit, in similibus est agendum.

[1 *Nos duximus necessariò requirendos. Quia verò te ignorare non credimus, quid de talibus in regula beati Augustini habeatur statutum, & quòd idipsum in Lateranensi Synodo extiterit inhibitum manifestè.*]

CAP. V.

¶ Canonicus regularis potest præsici Ecclesiæ parochiali etiam seculari: sed debet habere socium secum sui ordinis, si commodè fieri potest.

Innocentius III. *V. Plebanum sancti Gavini.* c

QUòd *d* Dei timorem præ oculis habeas, ex fructibus tuis colligitur evidenter, cùm opera, quæ facis, testimonium perhibeant veritati. Sanè quondam desiderans ad frugem melioris vitæ transire, officium Plebani resignans, coram fratribus sancti Victoris Bononien. promissionem de tua conversione fecisti, neque professionem solennem emittens, neque habitum religionis assumens: sed parochiani plebis ejusdem, attendentes te laudabiliter præfuisse, à Florentino Episcopo impetraverunt, ut ministrares ibidem: hoc etiam P. Presbyter Cardinalis tunc Ap. sed. Legat. proponitur annuisse, quod jam dicti parochiani à nobis tarum haberi suppliciter *e* postulârunt, præsertim cùm de licentia Prioris sancti Victoris noscaris hactenus id fecisse. Licèt autem in Lateranensi Concilio *f* de Monachis caveatur, ne singuli per villas & oppida, per quascunque parochiales ponantur Ecclesias, &c. quia tamen istud de Canonicis regularibus specialiter non cavetur, qui etsi à sanctorum Monachorum consortio non putentur sejuncti, regulæ tamen inserviunt laxiori, & per antiquos canones etiam Monachi possunt ad Ecclesiarum parochialium regimen in Presbyteros ordinari, ex quo debent prædicationis officium *g* (quod privilegiatum est) exercere: sic annuendum duximus postulatis, ut exercens Plebani officium, si commodè fieri poterit, unum Canonicum regularem tecum habeas ad cautelam: cujus in his, quæ Dei sunt & regularis observantiæ, tam consortio, quàm solatio perfruaris.

CAP. VI.

¶ Primò tractat de vestibus Monachorum. Secundò de abdicatione proprietatis. Tertiò de silentio. Quartò de cibu. Quintò de officiis in genere & in specie.

Idem *Abbati & Conventui Sublacen.* h

CUm *i* ad monasterium Sublacen. [& ℣.] ¶ Firmiter inhibuimus, ne quis de cætero Monachorum lineis camisiis uteretur: [1 & ℣.] ¶ Prohibemus quoque districtè in virtute obedientiæ sub obtestatione divini judicii, ne quis Monachorum proprium aliquo modo possideat: sed si quis aliquid habeat proprii, totum in continenti resignet. Si verò post hoc proprietatem aliquam fuerit deprehensus habere, regulari monitione præmissâ de monasterio expellatur, nec recipiatur

a C. 2. eod. tit. in 2. comp. b *In uno vetustissimo, fidelitates, hominia & onera suscipiunt, &c. in alio retentiori, ita: fidelitates & homagia susceperunt, &c. Dictio, benignè, deest in omnibus: & quid sint Hominia, explicat Hostiensis.* c *recepit.*

a C 3. eod. tit. in 2. comp. b *potuerit, habent vetustiores, quod & series postulat.* c *Gavini. al. Gravins.* d C. 1. eod. tit. in 3. comp. e *simpliciter.* f *Conc. Lat. sub Alexand. III. c. 10.* g *Conc. Trid. sess. 5. de reform. c. 2. & sess. 24. de reform. c. 4. ubi multa valdè utilia de prædicationis officio.* h *al. Abbati Sublacen.* i C. 2. eod. tit. in 3. comp. *Concil. Trident. sess. 25. tit. de reg. c. 1. & 2.*

ulterius, nisi pœniteat secundùm monasticam disciplinam. Quòd si proprietas apud quenquam inventa fuerit in morte, ipsa cum eo in signum perditionis extra monasterium in sterquilinio subterretur, secundùm quod beatus Gregorius narrat in dialogo se fecisse. Unde si quicquam alicui fuerit specialiter destinatum, non præsumat illud accipere, sed Abbati, vel Priori, vel Cellario assignetur. In oratorio *a* verò, refectorio & dormitorio continuum semper silentium observetur. In claustro quoque certis horis & locis, secundùm antiquam consuetudinem monasterii laudabiliter observatam. In refectorio *b* verò nullus omninò carne vescatur. Nec in quibusdam solennitatibus (sicut aliquando fieri consuevit) Conventus exeat cum Abbate paucis ibi relictis, ut extra refectorium edant carnes, cùm illis diebus præcipuè regularis disciplina sit studiosiùs observanda. Sed nec extra refectorium, nisi in infirmitorio esum carnium credant sibi licere. Quanquam ex indulgentia possit Abbas interdum aliquos fratrum, nunc hos, nunc illos (prout necessitas postulaverit) advocare, ipsosque secum in camera sua meliùs & plenius exhibere. Porrò debiles & infirmi, qui minutione indigent, vel aliquâ medicinâ, non seorsum in carneris, sed omnes in infirmitorio, quæ necessaria fuerint sibi tam in carnibus, quàm in aliis recipiant competenter. Quòd si quis eorum debilis fuerit, aut etiam delicatus, ut non possit communibus cibis esse contentus: sic ei provideatur sine scandalo aliorum, ut si Abbas vel Prior voluerit in refectorio misericordiam facere specialem, cibum aliquem competentem non ante illum, sed ante se faciat apportari, de quo ipse illi faciat pitantiam pro sustentatione naturæ. Tales autem ad agenda officia monasterii deputentur, qui fideles fuerint *c* & discreti. Nec alicui committatur aliqua obedientia perpetuò possidenda, tanquam in sua sibi vita locetur, sed cùm oportuerit amoveri, sine contradictione qualibet revocetur. Prior autem præ cæteris post Abbatem potens sit in opere & sermone, ut exemplo vitæ *d*, verboque doctrinæ fratres suos & instruere possit in bono, & à malo etiam revocare: zelum religionis habens secundùm conscientiam, & delinquentes corripiat & castiget, obedientes foveat & confortet. Abbas verò (cui omnes in omnibus reverenter obediant) quantò frequentiùs poterit, sit cum fratribus in conventu, vigilem curam & diligentem solicitudinem gerens de omnibus, ut de officio sibi commisso dignam Deo possit reddere rationem. Quòd si prævaricator ordinis fuerit, aut contemptor, seu negligens aut remissus, pro certo se noverit non solùm ab officio deponendum *e*, sed & alio modo secundùm regulam castigandum: cùm offensa non solùm propria, verùm etiam aliena de suis manibus requiratur. Nec æstimet *f* Abbas, quòd super habenda proprietate possit cum aliquo Monacho dispensare: quia abdicatio *g* proprietatis, sicut & custodia castitatis, adeò est annexa regulæ monachali, ut contra eam nec summus Pontifex possit licentiam indulgere.

[1 *Ad defectum autem hospitalitatis supplendum, mixturam unius molendini concessimus, ampliora pro tempore concessuri, ita tamen quòd ad necessitatem pauperum sublevandam, eleemosyna de cellario conferatur. Hos autem prædictos Ecclesias, quæ Clericis sæcularibus fuerant in beneficium assignata, ad usum revocavimus infirmorum, concessionem hospitalis, quæ facta fuerat Episcopo Anagnino, irritam decernentes, & statuentes, ne cuiquam ulteriùs in beneficium concedantur, sed infirmarius disponat de illis Ecclesiis, prout ad necessitates infirmaris magis noverit expedire.*]

a *In Cod. Barb. in oratorio, nec non refectorio, &c.* b *dicto, verò, deest in antiquis.* c *sint.* d *al. verbis doctrinæ fratres, &c.* e *vid. l. carceri. & l. milites. ff. de cust. reor.* f *existimet.* g *de hoc articulo vid. B. Thom. 2. 2. q. 88. art. 11. & Turrecremat. in c. de illo clerico. 32. dist. & Ferdinan. Vasq. l. 1. contr. illustrium. cap. 25.*

CAP. VII.

¶ *Primò statuit de Comitiis regularium provincialibus celebrandis singulo triennio. Secundo moderatur numerum evectionum & personarum venientium. Tertiò disponit de instructionibus & præsidentibus Capitulo. Quarto de tempore, quo duret Capitulum, & quid ibi fiet. Quintò quòd observetur, quod ibi fiet. Sextò de capitulo sequenti. Septimo de communi vita ducenda. Octavò de visitatoribus eligendis & eorum officio. Nono extenditur ad Canonicos regulares. Decimò providet super dissordia visitatorum. Undecimò hortatur dioecesanos ad monasteriorum reformationem. Duodecimò præcipit pretervos & similes compositi ab offensis monasteriorum. Et hæc divisio sufficit pro summario.*

Idem *in Concilio generali.*

IN singulis regnis sive provinciis fiat de triennio in triennium (salvo jure diœcesanorum Pontificum) commune Capitulum Abbatum atque Priorum, Abbates proprios non habentium, qui non consueverunt tale Capitulum celebrare: ad quod universi conveniant præditionem canonicam non habentes, apud unum de monasteriis ad hoc aptum. Hoc adhibito moderamine, ut nullus eorum plus, quàm sex evectiones & octo *a* personas adducat *b*. Advocent autem in hujusmodi novitatis primordiis duos Cistercien. ordinis vicinos Abbates, ad præstandum sibi consilium & auxilium opportunum, cùm sint in hujusmodi Capitulis celebrandis ex longa consuetudine pleniùs informati: qui absque contradictione duos sibi de ipsis associent, quos viderint expedire: ac ipsi quatuor præsint Capitulo universo, ita quòd ex hoc nullus eorum sibi auctoritatem prælationis assumat, unde cùm expedierit, providâ possit deliberatione mutari. Hujusmodi verò Capitulum aliquot certis diebus continuè, juxta morem Cistercien. ordinis celebretur: in quo diligens habeatur tractatus de reformatione ordinis, & observantia regulari. Et quod statutum fuerit illis quatuor approbantibus, inviolabiliter observetur, omni excusatione, contradictione & appellatione remotis: Provisò nihilominùs, ubi sequenti termino debeat Capitulum celebrari. Et qui convenerint, vitam ducant communem, & faciant proportionabiliter simul omnes communes expensas, ita quòd si non omnes poterunt in eisdem, saltem plures simul in diversis domibus commorentur. Ordinentur etiam in eodem Capitulo religiosæ ac circumspectæ personæ, quæ singulas Abbatias ejusdem regni seu provinciæ non solùm Monachorum, sed etiam Monialium, secundùm formam sibi præfixam, vice nostrâ studeant visitare, corrigentes & reformantes, quæ correctionis & reformationis officio viderint indigere: ita quòd si rectorem loci cognoverint ab administratione penitùs amovendum, denuncient Episcopo proprio, ut illum amovere procuret. Quòd si non fecerit, visitatores hoc referant ad Apostolicæ sedis examen. Hoc ipsum *c* regulares Canonicos secundùm ordinem suum volumus & præcipimus observare. Si verò in hac novitate quicquam difficultatis emerserit, quod per prædictas personas nequeat expediri, ad Apostol. sedis judicium absque scandalo referatur, cæteris irrefragabiliter observatis, quæ concordi fuerint deliberatione provisa. Porrò diœcesani Episcopi monasteria sibi subjecta ita studeant reformare, ut cùm ad ea prædicti visitatores accesserint, plùs in illis inveniant quod commendatione, quàm quod correctione sit dignum, attentissimè

a *al. novem. sed in Concilio, ollo legitur.* b *De hoc articulo vide quæ tetigi in c. cùm ex officii. sup. de præscript.* c *in Codice Barb. Hoc ipsum circa regulares, &c.*

tissime præcaventes, ne per eos dicta monasteria indebitis oneribus aggraventur: quia sicut volumus a superiorum jura observari, ita inferiores nolumus injurias sustinere. Ad hoc districtè præcipimus tam diœcesanis Episcopis, quàm personis, quæ præerunt Capitulis celebrandis, ut per censuram Eccl. appellat. remotâ compescant Advocatos, Patronos, Vicedominos, Rectores & Consules, magnates & milites, seu quoslibet alios, ne monasteria præsumant offendere in personis aut rebus: & si forsitan offenderint, eos ad satisfactionem b compellere non omittant, ut liberiùs & quietiùs Deo valeant famulari.

CAP. VIII.

¶ *Primò tractat de correctione Monachorum. Secundò de correctione Abbatum. Tertiò visitatorum. Quartò de secularibus in monasteriis beneficiatis. Quintò constitutionem extendit ad Monales. hoc sufficiat pro summario.*

Honorius III. *Abbatibus & Monachis in Lombardia & Marchia Tervisiana constitutis.*

EA, quæ pro religionis honestate [1 & 7.] ¶ Porrò cùm visitatores secundum statutum generalis concilii c, ordinati à generali Abbatum Capitulo, processerint ad visitationis officium exequendum, de statu Monachorum & observantiis regularibus diligenter inquirant, & tam in spiritualibus, quàm in temporalibus corrigant, & reforment, quæ viderint corrigenda: ita tamen quòd Monachos delinquentes per Abbatem loci corrigi faciant, eisque injungi pœnitentiam salutarem, juxta beati Benedicti regulam, & Apostolica instituta, non secundùm normam pravæ consuetudinis, quæ quasi pro lege in quibusdam Ecclesiis inolevit. Ipsi etiam visitatores, Monachos, quos contumaces invenerint & rebelles, juxta modum culpæ vice nostrâ regulari censurâ percellant absque personarum delectu, non parcendo rebellibus ob suam pertinaciam vel potentiam amicorum, quin ovem morbidam ejiciant ab ovili, ne inficiat oves sanas. Si verò d Abbates in corrigendis, juxta visitatorum mandatum & regularia instituta, in seipsis seu Monachis inventi fuerint negligentes, proclamentur & corripiantur, & ita puniantur publicè in Capitulo generali, quòd pœna ipsorum sit aliis in exemplum. Quòd si Abbas non exemptus fuerit à visitationibus nimis negligens & remissus inventus, id loci Diœcesano denuncient sine mora, & per illum detur ei fidelis & providus coadjutor usque ad Capitulum generale. Si autem dilapidator inventus fuerit, vel aliàs meritò amovendus: per diœcesanum, postquam hoc sibi à visitatoribus denunciatum fuerit, amoveatur absq; judiciorum e strepitu à regimine Abbatiæ, ac monasterio provideatur interim administrator idoneus, qui temporalium curam gerat, donec ipsi monasterio fuerit de Abbate provisum. Quòd si forsan Episcopus hoc adimplere noluerit vel neglexerit: visitatores vel præsidentes Capitulo generali, defectum Episcopi Apost. sedi non differant intimare. Hæc eadem circa exemptos Abbates fieri præcipimus per visitatores, vel præsidentes Capitulo generali; depositione ipsorum sedi Apost. reservatâ: ita ut Abbate, qui amovendus videbitur, interim per visitatores vel in Capitulo præsidentes, ab administratione suspenso, administrator idoneus monasterio deputetur. Illorum autem excessus & alia, quæ visa fuerint intimanda, Capitulo præsidentes nobis denuncient per fideles nuncios & prudentes, quibus de communi contributione Abbatum, juxta cujuslibet facultatem sufficienter ministrentur expensæ. Sequentes autem visitatores perquirant priorum visitatorum vestigia diligenter, & eorum negligentias & excessus referant sequenti Capitulo generali, ut juxta culpam publicè debitam pœnam portent. Idem etiam à Abbatibus præsidentibus generali Capitulo præcipimus observari. Præcipimus quoque a, ut in nullo monasterio ad præbendas recipiant de cætero Abbates & Monachi Clericos seculares: nec hi, qui jam recepti sunt, locum vel vocem in Capitulo, dormitorio vel refectorio seu claustro sibi vendicare contendant, seu Monachorum cœtibus importunè se præsumant miscere, sed beneficiis sibi concessis contenti, conversentur honestè, opportuna obsequia in monasteriis fideliter impendentes, nihilque ultra in spiritualibus aut temporalibus exigant in ipsis monasteriis vel usurpent. Si qui verò talium à visitatoribus inventi fuerint criminosi, per diœcesanum Episcopum b in non exemptis, & per visitatores vel præsidentes generali Capitulo in exemptis beneficiis priventur eisdem. Hæc autem omnia etiam in monasteriis, quæ non habent Abbates proprios, sed Priores, necnon in monasteriis Monialium, quoad articulos Abbatissis & Monialibus congruentes, præcipimus observari.

[1 *Ac religiosorum salute provide ordinantur Apostolico sunt munimine roboranda, ut suscipiantur devotius & diligentius observentur. Cùm ergò per dil. fil. Abbatem Montis bella quædam capitula nobis fuerint præsentata, quæ ad castigandum transgressiones multiplices & excessus, quos in quibusdam cœnobiis invenerat, videbantur pro salute & honestate vestra laudabiliter statuenda: nos ea examinari & corrigi fecimus, & præcipimus, ut inviolabiliter observentur, quæ sigillis ven. f. v. Hostien. & Tusculanen. Episcoporum muniri fecimus ad cautelam. Ad hoc volumus & præcip. auct. Apost. ut visitatores ad generale Capitulum convocent Abbates & Priores, non habentes Abbates proprios tam exemptos, quàm non exemptos Lombardiæ & Marchiæ, qui non consueverunt hujusmodi Capitulum celebrare, præsidentes verò in ipso Capitulo generali canonico & impedimento sublato, eos qui contempserint vel neglexerint convenire: sub pœna contra. & app. ob. per cons. Eccl. compellant, & usque ad satisfactionem condignam relaxent: eâdem censurâ facturi, quæ eodem Capitulo deliberatione provide ordinata fuerunt firmiter observari, redditurì tam ipsi quàm visitatores, & alii juxta cujuslibet ministerium Domino, in cujus conspectu nuda & aperta omnia in extremo examine rationem, si omnem solicitudinem & diligentiam, quæ circa correctionem & reformationem ordinis, ac visitationem cœnobiorum impendenda fuerint, neglexerint adhibere.]*

DE RELIGIOSIS DOMIBUS, UT EPISCOPO c sint subjectæ.

TITULUS XXXVI.

CAP. I.

¶ *Si dubitatur, in cujus diœcesi sit basilica consecranda, ille Episcopus consecrabit, qui prius in illo loco Episcopalia exercebat.*

Gregorius *Victori Archiepiscopo Neapol.*

---

a *In Cod. Barb. sta: quæ sic volumus superiorum jura servari, ut inferiores nolumus injurias sustinere. In aliis sic: quia sic volumus superiorum jura observari, ut inferiorum nolumus injurias sustinere.* b *satisfaciendum.* c *scilicet Lateranensi sub Innoc. 3. c. 12. quod est relatum sup. cap. proximo: & statutum, cujus hic meminit, habetur in 6. ordinentur etiam.* d *Vid. Conc. Trid. sess 25. tit. de reg. c. 14.* e *Qualiter hæc verba sint accipienda, vide Clement. sæpe contingit. De verbor. signif. & Eymer. in Direct. Inquisit. p. 3. q 33.*

a *Vide Ludov. Rom. sing. 665. incipit, An simplex capellanus*
b *Dilecto, Episcopum. deest in antiquis & in recentioribus magis emendatis.* c *Episcopi.*

NUnc autem a ad basilicam, quæ dedicanda est, debet disquiri, cujus civitatis Episcopus, antequam fundaretur, baptizaverit incolas: & ad cujus consignationem sub annua devotione concurrerint. Non enim terminis hæc aut locis convenit definiri: sed ille ad consecrationem vocetur, cui per hunc modum, quem scripsimus, constat debere permitti.

CAP. II.

¶ Nihil juris deperit Episcopo, in cujus diœcesi sita est Ecclesia, quam Papa unit Ecclesiæ alterius diœcesis, & est casus quotidianus.

Idem *Agapito Abbati.*

QUia monasterium, quod in fundo Martiano situm est, hostilitate faciente, dicitur desolatum: illud tuo monasterio cum omnibus rebus suis, vel quæ ei competunt actionibus, perspeximus uniendum: [*& ℣.*] ¶ Ipsum autem monasterium sic tuæ nos ordinationi commisisse cognoscas, ut tamen jurisdictionem illic non Episcopus Surrentinus, in cujus civitate monasterium tuum est situm, sed Nucerinus, cujus est diœcesis *b*, habeat. Nam sic hujus *c* loci ordinationem disponimus, ut tamen jura sua singulis Episcopis inviolata servemus.

CAP. III.

¶ Episcopo subsunt omnia loca pia, & ad ejus solicitudinem debent ordinari ad usum destinatum.

Ex decretis Eugenii Papæ d.

DE Xenodochiis *e* & aliis similibus locis per solicitudinem Episcoporum, in quorum diœcesi existunt, ad easdem utilitates, quibus constituta sunt, ordinentur.

CAP. IV.

¶ Locus auctoritate Episcopi ad usum hospitalitatis deputatus est religiosus, & ad mundanos usus redire non debet.

Urbanus IV. *Ariminensi Episcopo.*

ADhæc *f*: [*℣.*] ¶ Inquisitioni tuæ taliter respondemus, quòd si locus ad hospitalitatis usum, & pauperum provisionem fuerit (sicut moris est) auctoritate Pontificis destinatus, cùm sit religiosus, non debet mundanis usibus deputari, sicut de vestibus & ligneis vasis, & aliis utensilibus ad cultum religionis per Pontificem deputatis, antiqua consuetudo indubitanter observat, & venerabilium Patrum edocent sanctiones.

[*1 Super eo quod quæsitum est, utrum hospitalis domus possit in secularem habitum commutari.*]

CAP. V.

¶ Locus religiosus debet reformari de religiosis duntaxat, non de secularibus, nisi in defectu religiosorum.

Innocentius III. *Constantinopolitano Patriarchæ.*

INter *g* quatuor: [*& infrà.*] *de monasteriis quæ Græcorum in seculares Canonicos convertendis f. 1. Respon. quòd*, quamdiu monasteria per regulares remanere potuerint ordinata, non sunt ad seculares Clericos transferenda. Sed si regulares defuerint, propter eorum defectum, in eis seculares Clerici poterunt ordinari.

CAP. VI.

¶ Ecclesia sita in diœcesi Episcopi, tenetur sibi in Episcopalibus respondere, nisi appareant remissa legitimè: & potest Episcopus remittendo Episcopalia censum sibi retinere.

Idem *Abbati & fratrib. Cryptæ ferratæ.*

COnstitutus *h* in præsentia nostra Episcopus Alban. *i* in Ecclesia Castri, quod Pauli dicitur, in qua jus patronatûs monasterio vestro recognoscebat, à vobis jus Episcopale petebat, quoniam sita erat in diœcesi Albanen. & ideo de jure communi ei tenebatur in Episcopalibus respondere: [*1 & infrà.*] ¶ Verùm œconomus vester proposuit ex adverso, quod etsi Ecclesia sita esset in diœcesi Albanen. ei tamen non tenebatur in aliquo respondere, cùm Dominicus Lavitanus *a* Episcopus, qui fuerat Episcopus Albanen. universas Ecclesias ad vestrum monasterium pertinentes in diœcesi ejus sitas, & quicquid juris tam in monasterio vestro, quàm in eis habebat, in emphyteusim sub annua octo denariorum usualium pensione monasterio vestro concessit: ita videlicet, ut liceret Abbati & fratribus à quocunque vellent Episcopo, tam ordinationem Clericorum, quàm consecrationem altarium in monasterio ipso & prædictis Ecclesiis obtinere, in quibus etiam vobis tertiam partem mortuariorum indulsit: & C. Papa prædn. quod ab eo factum fuerat, confirmavit. Verum etsi Ecclesia ipsa fuisset aliquando Ecclesiæ Albanen. *b* subjecta, monasterium *c* vestrum nihilominùs legitimâ se poterat præscriptione tueri, cùm per quadraginta annos ipsam pacifice possedisset. Cæterum œconomus Episcopi concessionem Episcopi Lavitani non tenere dicebat, utpote continentem simoniacam pravitatem: cùm enim tertiam partem *d* mortuariorũ monasterio concessisset, & tam in ordinationibus Clericorum, quàm altarium consecrationibus indulsisset ei plenariam libertatem: non est dubium, quin cùm spiritualia hæc existant, eo ipso quòd super his recompensationem certæ pensionis accepit, commisserit vitium simoniæ *e*: unde contractus hujusmodi nullam obtinet firmitatem, confirmatio autem Apost. sedis fuerat per subreptionem obtenta, cùm in eadem de pensione nulla mentio habeatur: [*& infrà.*] ¶ Cùm autem nec insolitum sit, nec novum, ut cùm Episcopi Ecclesias concesserint piis locis, aliquid sibi reservent in eis nomine pensionis: nos quoque cùm libertatis privilegium, vel protectionis præsidium aliquibus Ecclesiis indulgemus, gratis accipiamus censum gratis oblatum: & in literis nostris ad successorum nostrorum memoriam censûs exprimamus etiam quantitatem: auditis propositis œconomum monasterii vestri œconomo ejusdem Episcopi Ecclesiæ nomine in solutionem pensionis prædictæ, juxta ratam, quæ contingit Ecclesiam prædictam, & restitutionem subtractæ à quadraginta annis, secundùm ratam eandem, per diffinitivam sententiam condemnamus, & eundem œconomum vestrum ab impetitione œconomi ejusdem Episcopi super aliis reddimus absolutum, perpetuum illi silentium imponentes.

[*1 Secundò quoniam in multis privilegiis Rom. Pontificum distinguentibus fines diœcesi. Alban. inter alias in quibus Episcopalem jurisdictionem exercet hæc Alban. Ecclesia, ault. Apost. confirmatur.*]

CAP. VII.

¶ Episcopus petens Ecclesiam quoad temporalia & spiritualia, obtinet in spiritualibus, eo ipso, quòd probat esse in sua diœcesi, si non appareat exempta: sed in temporalibus succumbit, nisi aliter doceat de jure suo: & in hoc ultimo est casus notabilis.

Idem *Abbati & Conventui Farfen.* f

CUm venerabilis frater noster I. Sabinen. *g* Episcopus Ecclesiam sancti Angeli de Cauceia *h* cum suis pertinentiis & possessionibus petiisset, asserens eam ad se tam in spiritualibus, quàm in temporalibus pertinere:

a *C. 1. eod. tit. in 1. compil.* b *In C. Barbatia, in cujus est diœcesi, &c.* c *hujusmodi.* d *Cap. 2. eod. tit. in 1. compilat.* e *Xenodochium Alex. 1. pretermissorum interpretatur Hospitale. vide Trid. Conc. sess. 25. de reform. c. 8.* f *C. 4. eod. tit. in 1. comp. vid. Archid. in c. nemo. de consecr. dist. 3. & Calderinum cons. 3. & 6. de relig. domib.* g *C. 1. eod. tit. in 3. comp.* h *C. 2. eod. tit. in 3. comp.* i *Albanen. al. Alben.*

a *Levitanus. al. Lavican. al. Lucan sed in omnib. manuscript. legitur Lavicanus.* b *Alben.* c *Monasterium tamen vestrum.* d *Dissio, partem, deest in antiq. & in recentioribus magn emendatis.* e *Vid. Bart. in l. Titia centum. ff. de condit. & demon.* f *Farsen.* g *C. 1. eod. tit. in 4. compil.* h *Cantia. al. Cautia.*

allegavit

allegavit ante omnia jus commune, quia cùm constituta sit in diœcesi Sabinen. sub ipsius debebat consistere potestate. In temporalibus quoque ad se dictam Ecclesiam pertinere nitebatur ostendere per publicum instrumentum, in quo continebatur expresse I. Sabinen. Episcopum, H. Farben. a Abbati, & duabus personis post ipsum, dictam Ecclesiam cum suis pertinentiis locavisse pro annua quatuor solidorum Papiens. pensione. Sed pars vestra proposuit, instrumento prædicto nullam fidem penitùs adhibendam, propter superlineatem scripturam, & rasuram b loco suspecto factam, ubi videlicet annotatio temporis recensetur: [1 & ℣.] ¶ Quia igitur nobis constitit, Ecclesiam supradictam constitutam in diœcesi Sabinen. Episcopale jus in omnibus spiritualibus eidem Episcopo adjudicavimus in eadem, illis tantùm exceptis, quæ per authentica scripta ei dignoscuntur esse subtracta: [& infrà.] ¶ Quia verò instrumentum prædictum, per quod Episcopus Ecclesiam intendebat quoad temporalia vendicare, ad faciendam super hoc fidem invalidum esse cognovimus, utpote propter prædicta de jure suspectum, vos ab impetitione ipsius, quoad temporalia ejusdem Ecclesiæ duximus absolvendos.

[1 *Fuit insuper ex ipsius Episcopi parte propositum, quòd cùm ab Ecclesia S. Angeli nomine monasterii vestri multo tempore fuerit certa pensio Ecclesiæ Sabinen. soluta, manifestè liquebat ad Ecclesiam eandem, à qua locatio facta fuerat, jure proprietario pertinere. Ad hoc autem procurator respondebat prædictus quòd esse quidam testes se vidisse deponant, Ecclesiam S. Angeli pensionem Ep. Sabinen. Episcopo persolvisse, nullam tamen ex hoc monasterio vestro poterat præjudicium generari, cùm non appareat personam ipsam ex parte monasterii fuisse solutam: & quamquam etiam testes asserant, se vidisse multoties prætaxatam pensionem exsolvi, non tamen ostenditur tanto tempore præstita, quousque ad præscriptionem legitimam perregatur. Item sicut ad rei proprietatem docuto facta non sufficit, ita nec solutio, nec perceptio pensionis. His igitur & aliis intellectis*]

CAP. VIII.

¶ *Monasterium subjectum est Episcopo, in cujus diœcesi situm est, nisi probetur exemptum. h. d. quoad titulum.*

Idem.

CUm dilectus c filius: [& ℣.] ¶ Quia causa non poterat in nostra præsentia terminari, cùm nuncius monasterii super procuratione vel ratihabitione literas non haberet, eam vestro duximus examini committendam, mandantes, quatenus si constiterit Abbatem ad sedem Apostolicam, antequam Episcopus in eum suspensionis vel excommunicationis, & in monasterium interdicti sententias tulerit, legitimè appellâsse, vel monasterium à jurisdictione Episcopi ejusdem exemptum: eo non obstante, quòd Abbas ab eo circumventus præter fratrum suorum assensum ei obedientiam repromisit (cùm fraus & dolus ei patrocinari non debeant) judicetis illas sententias non tenere. Quòd si Abbas in exemptionis probatione defecerit, nec legitimâ se poterit præscriptione tueri: licèt probet se ante prædictas sententias appellâsse, nihilominùs tamen monasterium judicetis Autien. Ecclesiæ subjacere, in cujus est diœcesi fundatum d. Similiter eo in probatione appellationis deficiente, si vobis constiterit de exemptione vel legitima præscriptione, tam Abbatem, quàm monasterium ab impetitione Episcopi absolvatis.

CAP. IX.

¶ *Novam religionem non licet constituere sine auctoritate Rom. Pontificis: Nec in diversis monasteriis potest quis esse Abbas vel Monachus. Sed principaliter sumnatur, licèt plura dicta habeat.*

Idem *in Concilio generali* a.

NE nimia religionum b diversitas gravem in Ecclesiam Dei confusionem inducat, firmiter prohibemus, ne quis de cætero novam c religionem inveniat: sed quicunque ad religionem converti voluerit, unam de approbatis assumat. Similiter qui voluerit religiosam domum de novo fundare, regulam & institutionem accipiat de approbatis. Illud etiam prohibemus, ne quis in diversis monasteriis locum Monachi habere præsumat, nec unus Abbas pluribus monasteriis præsidere.

a *Farfen.* b *Vid. Iaf. & Dec. in l. fin. C. de edict. div. Hadr. toll. & Alexan. cons. 59 incipit, visis processu. in 2. volumine, & Felin in c. ex literis de fid. instr.* c *Cap. 2. eod. tit. in 4. comp. vid. Hyst. & Henr. Bosch.* d *situm.*

a *Concil. generale Lateran. sub Innoc. III. c. 13. & C. 3. eod. tit. in 4. comp.* b *religionis.* c *Vid. Cardin. cons. 39. incipit, in aliquibus locis, & Felin. in cap. Ecclesia S. Mariæ. sup. de constit. cap. nn. eod. tit. in 6. comp.* d *Cap. 1. eod. tit. in 1. comp. vid. Concil. Trid. sess. 25. tit. de regul. c. 11. Aldo gl. & Archidiacon. 16. q. 2. in summa.* e *Cap. 1. eod. tit. in 3. comp. vid. Henric. Bosch. hoc ipso cap.* f *Vid. leg. 1. C. de confess. Bart. in l. certum. & sed ante ipsos. ff. eod.* g *Ad hoc.*

DE CAPELLIS MONACHORUM, & aliorum Religiosorum.

TITULUS XXXVII.

CAP. I.

¶ *Ad curam monasterio subjectam non Monachi, sed seculares Clerici præficiuntur, & Episcopis subsunt.*

Urbanus III.

IN Ecclesiis ubi Monachi habitant d, populus per Monachum non regatur: sed Capellanus, qui populum regat, ab Episcopo per consilium Monachorum instituatur: ita ut ex solius Episcopi arbitrio tam ordinatio ejus, quàm depositio, & totius vitæ pendeat conversatio.

CAP. II.

¶ *Si Ecclesia non cathedratis vendicat sibi jus in alia Ecclesia, obtinebit solum quoad ea, quæ probabat sibi deberi præscriptione, vel alio legitimo modo. h. d. secundùm communem & verum intellectum.*

Innocentius III. *Archipresbytero & Clericis sanctæ Cæciliæ.*

DIlectus e filius M. syndicus Ecclesiæ vestræ, ab Oeconomo sancti Laurentii de Piscinula, in scrutiniis, baptismate, & Capitulis, & similibus subjectionem postulans, possessorium & petitorium intentabat. Cùm enim Ecclesia sancti Laurentii sit in parochia vestra sita, debet de jure communi Ecclesiæ vestræ in prædictis omnibus subjacere: quia nec privilegium exemptionis habet, nec præscriptionem pro se poterat allegare, cùm illa Ecclesia sanctæ Cæciliæ præscripsisset, sicut per testes dicebat legitimè comprobatum. Præterea cùm coram C. Papa prædecessore nostro super prædictis inter vestram & prædictam Ecclesiam quæstio verteretur, M. Presbyter ejusdem Ecclesiæ fuit sponte confessus f, quòd Ecclesiæ sanctæ Cæciliæ scrutinium & baptisma debebat. Cumque pars vestra testes, qui se illum diversis temporibus ad Capitulum vocâsse, ipsumque venisse asserebant, in medium produxisset: eis jurare paratis, prædictus Presbyter se vocatum iviſse ad Capitulum est confessus. Unde prædictus prædecessor noster Ecclesiam vestram Capitulo, quo se conquesta fuerat spoliatam, salvo jure proprietatis Ecclesiæ sancti Laurentii revestire curavit, sicut in ejus literis continetur: per hoc ergò proprietatem, quoad scrutinium & baptisma, & possessionem quoad Capitulum, vester voluit syndicus comprobare. Ad hæc g sancti Laurentii Oeconomus ex ad-

verso respondit, quòd Ecclesia illa *a* nullo medio ad Romanam Ecclesiam pertinebat. Cùm enim monasterium Monialium fuerit, & generaliter servetur in urbe, ut nullum monasterium titulo sit subjectum, incongruum videbatur, ut regulares secularibus supponantur: præterea usque hodie nos in ea institutionem & destitutionem liberam exercemus: [1 & ℣.] ¶ Nos igitur auditis propositis Oeconomum sancti Laurentii syndico vestro in baptismo & scrutinio condemnamus, ita ut per hoc Ecclesiæ Romanæ nullum præjudicium generetur, si quando fortè jus suum duxerit prosequendum. In institutione autem & destitutione & Capitulo Oeconomum ipsum ab impetitione syndici vestri prorsùs absolvimus, syndico vestro super hoc perpetuum silentium imponentes.

[1 *Cùm & bon. mem. C. Pp. p. n. dilect. fil. M. sexpterorem, nunc Archipresbyterum, in ea sine cujuslibet contradictione statuisset. Sicut ergò Ecclesiam ipsam liberam & in possessione libertatis existere dictus minus Oeconomus comprobare. Cùm ergò pro ea faciat jus commune, in eo videlicet, quòd universa monasteria vobis ad Romanam Ecclesiam nullo mediante pertineant, unde affirmans contrarium, fides non est aliquatenus adhibenda, nisi super hoc privilegium induxerit speciale. Quòd autem dicitur in parœcia vestra sita, idem Oeconomus penitus denegavit: sed si hoc verum esset, sufficienter satis se poterat prædictâ ratione tueri. Confessio autem M. Presbyteri super servitute & baptismo ejusdem Ecclesiæ præjudicare non poterit, cùm super his non contestata in ejusdem pr. n. præsentia non fuisset, sicut ex forma petitionis & conclusionis apparet: hâc autem sententiâ non fuit hactenus Ecclesia vestra usa, sed eam duxerat usque ad hæc tempora suppriemendam.*]

CAP. III.

¶ *In Prioratibus Monachorum non possunt singuli Monachi commorari, etiamsi super hoc habeant rescriptum Apostolicum, nisi in illo fiat mentio de Lateranensi Concilio.*

Honorius III. *Epist. Venetenst.*

EX parte tua fuit propositum: [1 & ℣.] ¶ Abbas & Conventus Riven. *b* Venetens. dicæsis occasione literarum Apostol. sedis assertunt sibi esse concessum, ut in singulis ipsorum Prioratibus singuli Monachi commorentur, si pluribus non suppetunt facultates eorundem. Cùm autem id obviet Lateranensi Concilio *c*, de quo nulla mentio est in literis antedictis: fraternitati tuæ breviter respondemus, quòd hujusmodi literas ab Apostol. sede non credimus emanâsse. Quòd si per occupationem forsitan emanaverint, nolumus per hoc derogari Concilio supradicto.

[1 *Quòd conquerentibus olim Abbate & Conventu Rinen. Nameten. diœcesis: quòd tu compellere videbaris eosdem, ut instituerent plures Monachos in quibusdam suis Prioratibus tua diœcesi, in quorum singulis singuli Monachi hactenus fuerunt, cùm pluribus facultates non sufficiant eorundem. Nos Abbati S. Albani Moudegaven. & collegis ejus per nostras dedimus in mandatis, ut de ipsorum locorum facultatibus inquirentes, in eorum singulis facerent plures instituti Monachos, si pluribus eorum sufficiant facultates. Alioqui tibi auctoritate nostrâ inhiberent, ne Abbatem & Conventum prædictos molestares super instituendis pluribus in eisdem. Unde idem.*]

CAP. IV.

¶ *Ordinarius compellit Abbatem, ut Monachos à Prioratibus revocet ad claustrum, vel eis sotios adjungat.*

Idem *Burdegalen. Archiepisc.*

AD audientiam nostram pervenit, quòd nonnulli Monachi lege tibi diœcesanâ subjecti, in quibusdam Prioratibus habitant solitarii, contra statutum generalis Concilii *a*. Ideoque mandamus, quatenus ipsorum Abbates seu Priores, ut vel ipsos ad claustrum *b* revocent, facientes in ipsis Ecclesiis deserviri per Clericos seculares: vel alios Monachos eisdem associent, cum quibus vitam possint ducere regularem, monitione præmissâ, per censuram Ecclesiasticam compellas.

a *Ipsa.* b *Rivenensi. al. Rinen. & infrà Nameten.* c *Later. Concil. sub Alexand. III. c. 10. refertur suprà de statu Monach. cap. Monachi.*

DE JURE PATRONATUS.

TITULUS XXXVIII.

CAP. I.

¶ *Si propter discordiam patronorum Ecclesia caret administratore, cessatur in Ecclesia à divinis, tolluntur reliquiæ, & ostia claudantur, si aliter sine scandalo Ecclesiæ provideri non potest. h. d. cum cap. sequenti.*

Ex Concilio Mediolanensi *a*.

PErlatum est: [1 & ℣.] ¶ Nobis visum est, quòd Ecclesia inter hæredes patroni dividi non debeat. Et si simultates inter eos surrexerint, propter quas Sacerdos suo ibi officio canonicè fungi non possit: si aliter provideri non poterit, præcipiatur ab Episcopo, ut nullo modo ibi Missarum solennia celebrentur, donec ad concordiam redeant, & Ecclesia Sacerdotem canonicè habeat, qui liberè suum ministerium valeat exercere.

[1 *Ad S. Synodum, quòd inter hæredes Ecclesiæ in rebus propriis constituta dividantur, & tanta per eandem divisionem simultas oriatur, ut de uno altari quatuor partes fiant, & singulæ partes singulos habeant Presbyteros, quod sine discordia & simultate nullo modo fieri potest. Unde.*]

CAP. II.

¶ *Summatim est in cap. proximo.*

Ex Concilio Triburiensi *d*.

QUæcunque Ecclesia: [1 & ℣.] ¶ Si contingat pro Ecclesia dissidere patronos, ut eam nolint sub uno Presbytero procurari *e*, Episcopus (si aliter non poterit ipsi consulere) tollat inde reliquias, atque ejusdem Ecclesiæ claudat ostia: ut sacrum mysterium *f* nullus in ea celebret, antequam unum eligant Presbyterum, qui sacrosanctæ sit idoneus procurare.

[1 *A pluribus cohæredibus sit possessa, concordi unanimitate unicuique procuretur, ne propter aliquas discrepantes servitium Dei minuatur, & cura populi arrelegiosè agatur.*]

CAP. III.

¶ *Si patroni in præsentando discordant, præfertur præsentatus à majori parte, si est idoneus: & si hoc sine scandalo fieri non potest, vel patroni intra tempus debitum non præsentant, Episcopus ordinabit Ecclesiam.*

Ex Concilio Lateran. *g*

QUoniam in quibusdam locis fundatores Ecclesiarum, aut hæredes eorum, potestate, in qua eos Ecclesia hucusque sustinuit, abutuntur: & cùm una Ecclesia unius debeat esse rectoris, pro sua dissensione *h* plurimos repræsentant: Præsenti decreto statuimus, ut si fortè in plures partes *i* fundatorum se vota diviserint, ille præficiatur Ecclesiæ, qui majoribus juvatur meritis, & plurimorum eligitur & approbatur assensu. Si autem hoc sine scandalo esse *k* nequiverit, ordinet

a *Quod catavi suprà c. precedenti.* b *claustra.* c *In omnibus antiquis: Mediomatric. Burchard. lib. 3. decret. cap. 42. & c. 2. eod. tit. in 2. comp. Ivo p. 3. c. 46. habet ex Concil. Mediomatricensi, c. 30. extat tamen hoc decret. in Concil. vulgatis in Synodo Cabilonensi secunda, habitâ sub Imperat. Carolo Magno, cap. 28.* d *Concil. Triburiens. c. 37. Burchard. libr. 3. decret. c. 224. Ivo par. 3. c. 283. & c. 2. eod. tit. in 1. comp.* e *al. ordinari.* f *al. ministerium. quod hic agnovit Hostiensis.* g *Sub Alexand. III. c. 17. & cap. 4. eod. tit. in 1. comp.* h *al. defensione. al. dissensione.* i *al. personas.* k *Vid. Lambert. trail. de jur. patr. art. 9. quæst. 1. p. 2. lib. 2.*

Antistes

Antistes Ecclesiam, sicut melius eam secundum Deum viderit ordinandam. Et id ipsum etiam faciat, si de jure patronatûs quæstio emerserit inter aliquos, & cui competat, intra quatuor menses non fuerit diffinitum.

CAP. IV.

¶ *Excommunicantur patroni Laici, qui Clericos instituunt & destituunt in Ecclesiis etiam patronatûs, vel bona ipsarum aliter administrant. Et Clerici, qui institutionem Laicorum recipiunt, communione priventur.*

Ex eodem a.

PRæterea quia in tantum quorundam Laicorum processit audacia, ut Episcoporum auctoritate neglectâ, Clericos instituant in Ecclesiis, & removeant, cùm voluerint, possessionem quoque atque alia Ecclesiastica bona pro sua voluntate plerunque distribuant, ipsos anathemate decernimus feriendos. Clericus autem, qui Ecclesiam per Laicos sine proprii Episcopi auctoritate receperit, communione privetur: & si perstiterit, à ministerio Ecclesiastico & *b* ordine deponatur.

CAP. V.

¶ *Si patronus Laicus successivè præsentat duos, & secundus in stitutur ab Episcopo, valet institutio. hoc dicit prima. Patronus non potest Clerico vel alteri Ecclesiæ conferre Ecclesiam patronatam, vel alteri donare.*

Alexander III. *Eboracen. Archiepiscopo.*

QUòd autem *c* consulis, si Clericus idoneus ad vacantem Ecclesiam præsentatus, non fuerit ab Episcopo diœcesano admissus, & postmodùm alius idoneus præsentatus, & institutus ab Episcopo, possessionem tenuerit corporalem: an primo Clerico Ecclesiam petente debeat posterior removeri, vel posterior priori præferri: Dubium non est, quin in casu isto melior sit conditio possidentis: quoniam antequam præsentatio per diœcesanum Episcopum approbetur, ratum non est, quod à patrono fuerat inchoatum. De cætero tuæ prud. resp. quòd si Laici Clericis vel collegiis, de concessionibus vel donationibus instrumenta confecerint *d* in hæc verba vel similia: Concessi, vel dedi Ecclesiam, & præsenti chartâ firmavi: si consensus Episcopi non accesserit, nihil agi videtur: quia pro non dato habetur, quod ab illo datur, qui non potest de jure donare.

CAP. VI.

¶ *Comparans vel emens jus patronatûs, eo spoliari debet. Vel sic: Qui emit jus patronatûs ut possit præsentare filium vel nepotem, seu quem vult, eo privari debet. h. d. Et utraq; lectura potest sustentari.*

Idem *Exonien. Episc.* e

QUia Clerici *f* quidam advocatias *g* Ecclesiarum comparant, vel quocunque modo possunt, acquirunt, ut postmodùm eorum filii, vel nepotes ad easdem Ecclesias præsententur: præcipimus, ut id arctiùs inhibere procures: Eosdem advocationibus taliter acquisitis, app. postpositâ spoliando.

CAP. VII.

¶ *Jus patronatûs consistens in aliqua universitate tempore alium, transit cum ipsa universitate: etiamsi universitas transeat tantùm quoad utile dominium, non jus patronatûs specificè sit exceptum h. d. Et sit tabulis cassis, & quotidie allegatur.*

Idem *Herforden.* h *Episcopo, & Abbati de Forde.*

EX literis *i* I. Salabrien. *k* Episcopi accepimus, quòd defunctâ personâ Ecclesiæ de Laton. G. miles, qui villam, in qua Ecclesia sita est, à monasterio de Vinton. ad firmam tenebat, ad eandem vacantem G. *a* Clericum prædicto Episcopo præsentavit: postmodùm Abbatissa prædicti monasterii alium præsentavit eidem ad Ecclesiam suprascriptam: quo nolente præsentatum ab ea recipere, apud Cantuariensem Archiepiscopum gravem de Episcopo depositit quæstionem: [1 & 7.] ¶ Mandamus, quatenus si vobis constiterit, quòd præfato militi præscripta villa fuerit non excepto jure patronatûs ad firmam concessa, vel antequam de jure patronatûs inter Abbatissam & militem controversia esset suborta, præfatus Guil. in prascripta Ecclesia per Episcopum ad præsentationem militis institutus fuisset: ei (dummodò aliàs sit idoneus) adjudicetis Ecclesiam, ita quòd si Abbatissa obtineat adversùs militem, illi de temporalibus debeat respondere.

[1. *Archiepiscopus autem quia visum sibi erat, quòd factum militis super præsentatione præfata nullius esset momenti, prædicto Episcopo in virtute obedientiæ injunxit, quòd personam illam reciperet, & in possessionem induceret, quam Abbatissa sibi deservorat præsentandam.*]

CAP. VIII.

¶ *Si Laicus Clerico vel Religioso loco concedit Ecclesiam sine consensu Episcopi, non obstante tali concessione, qua non valet, ad ipsam Ecclesiam cùm vacaverit, poterit præsentare, & eam alteri Ecclesiæ de consensu Episcopi poterit concedere. v. h. d. cum cap. Laici. & cap. suggestum. infra, eod.*

Idem *Vintoniens. Episcopo* b.

ILlud prætereundum *c* non duximus, quòd si Laicus Episcopus inconsulto Ecclesiam non vacantem concedit religiosæ domui, & postea cùm vacaverit ad præsentationem ejusdem Laici, Clericus ibi fuerit per diœcesf. Episcopum institutus, prior concessio secundam institutionem, quò minùs habeatur rata & firma, non potest aliquatenùs impedire, cùm illa concessio de jure nullius possit esse momenti, tum quia de re non vacante facta est, tum quia Laicus sine auctoritate Episcopi nemini potest Ecclesias *d* dare: licèt religioso loco jus patronatûs conferendi liberam habeat facultatem. Si verò jus patronatûs *e* vacante Ecclesiâ religioso loco contulerit, & aliquis sine præsentatione fratrum ejusdem loci fuerit in ipsa Ecclesia institutus, ejus secundum rigorem juris est institutio irritanda.

CAP. IX.

¶ *Instituti in Ecclesiis patronatûs per novos patronos mutari non possunt, nec vicissitudines Ecclesiarum per eos fieri.*

Idem *eidem.*

QUerimoniam: [*& infrà.*] ¶ Absurdum videtur *f* omninò, ut ad singulas patronorum secundùm humanam conditionem mutationes, Ecclesiarum ordinationes mutentur: Et vicissitudines Ecclesiarum ab advocatis vel aliis *g* præsumantur.

CAP. X.

¶ *Patronus Ecclesiam Clerico conferre non potest: & si contulerit, potest hoc non obstante ad Ecclesiam præsentare rectorem.*

Idem *Eboracen. Archiepisc.*

CUm Laici Episcopis *h* nescientibus aut non consentientibus Ecclesias Clericis concedunt, in quibus habent jus patronatûs, & postea pœnitentiâ ducti, alios ad easdem Episcopis repræsentant, & illi ad eorum præsentationē in eisdem Ecclesiis ab Episcopis instituuntur:

a Scilicet Concil. Lateran. sub Alexand. 3. c. 14. § præterea. & Cap. 5. eod. tit. in 2. compil. b *vel.* c Post Conc. Lat. sub Alex. 3. p. 11. c. 1. § quia autem. & Cap. 7. eod. tit. in 1. compilat. d *al.* concesserint. e *Exon.* f Cap. 8. eod. tit. in 1. compil. & post Conc. Lat. p. 11. c. 4. g *Advocationes, in uno solo manuscr.* h *Herforden. al.* Hereford. i Cap. 9. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. Later. p. 11. c. 3. k *Salebriens. al.* Salesberien.

a *V. al. VV.* b *Vinton. al. VVinton.* c Cap. 10. eod. tit. in 1. comp. & post Concil. Later. p. 11. c. 6. vid. Conc. Trid. sess. 14. c. 13. d *Ecclesiam.* e *Patronatûs jus conferendi &c.* f C. 11. eod. tit. in 1 comp. & post Concil. Later. p. 11. cap. 7. g *Verbum, fieri, quod hic est in quibusdam insertum, deest in omnib. antiquis codicib. & in recentioribus magis emendatis.* h Cap. 12. eod. tit. in 1. compil. & post Concil. Later. p. 13. c. 3. vid. Concil. Trident. citatum supr. c. 1. hujus.

corum debet institutio stare, qui auctoritate sunt Episcopi instituti, concessione priori (quæ nulla est) omninò evacuatâ. Non enim licet Laicis Clericos in Ecclesiis præsumptione propriâ ordinare.

CAP. XI.

¶ *Religiosi vendicare vel retinere non possunt Ecclesias sibi concessas à Laicis sine diœcesani consensu, nisi legitimè præscripserint, vel postea diœcesanus consenserit.*

Idem *Abbatibus, Prioribus, & Clericis per Archiepiscopatum Eboracen. constitutis.*

CUra *a* pastorali: [1 & ℣.] ¶ Mandamus, quatenus ex donatione Laicorum, nisi auctoritas diœcesani Episcopi, & consensus adsit, nullus vestrûm aliquas sibi Ecclesias vendicare præsumat, vel retinere taliter acquisitas: nisi legitimâ *b* fuerit præscriptione munitus, aut diœcesani Episcopi habuerit postea consensum. Cùm enim Laici non possint in alios, nisi jus quod habent, transferre, hujusmodi concessiones irritas penitùs esse censemus.

[1 *Necessitate constringimur, & auctoritate nobis injuncti officii provocamur, pro statu Ecclesiæ vigili studio satagere, & ne contra juris ordinem alicui conferri valeat, attentiori volumus solicitudine providere. Inde est quod univ. n. p. a. s. p.*]

CAP. XII.

¶ *Si patroni Ecclesia vacantis intra tempus à jure concessum non præsentant, Episcopus ordinabit Ecclesias.*

Idem *Lingonen. c Episcopo.*

SI verò ordinatio alicujus Ecclesiæ *d* ad tuam institutionem spectat, & pro controversia Laicorum de jure patronatûs inter se dilceptantium prorogatur: Eas tibi sit appell. remotâ in eadem personam idoneam instituere: ita quòd repræsentetur ab eo, qui jus evicerit patronatûs.

CAP. XIII.

¶ *Si jus patronatûs Ecclesiæ devenit ad exemptos, per hoc in nullo debet læsi jus Episcopale.*

Idem *Hostiensis.*

CUm seculum *e* reliqueritis: [1 & ℣.] ¶ Prohibemus, ne cum ratione feudorum emptorum, alitérve acquisitorum, vel etiam alio modo jus patronatûs in Ecclesiis parochialibus acquisieritis, Episcopo jus parochiale minuere præsumatis.

[1 *Ut creatori vestro possitis in arce contemplationis placere, decet vos abhinc, quæ sunt obvia rationi, abstinere, vel quæ reprehensioni subjaceant, ne vestram opinionem vel famam valeant denigrare. Inde est quod univ. n. districtius per a. s.*]

CAP. XIV.

¶ *Sine consensu patroni non potest quis Ecclesiam occupare.*

Idem.

EX insinuatione *f* O. Clerici accepimus, quòd cùm ei frater ejus jus patronatûs, quod in quibusdam Ecclesiis habebat, liberaliter contulisset: eas quidam sine ipsius assensu occupârunt, & detinent occupatas: [1 & *infrà.*] ¶ Mandamus, quatenus, si est ita, earum detentores, ut easdem prædicto Clerico restituant, per eum libere & pacificè *g* ordinandas, monitione præmissâ compellas.

[1 *Quia igitur nostra interest, quæ minùs ordinatè à subjectis attentantur, ad rectitudinis tramitem revocare, s. i. p. a. s.*]

CAP. XV.

¶ *Non potest patronus Ecclesiam sibi retinere, vel etiam alteri concedere propriâ authoritate.*

Idem *a Adonen. Epist.*

COnsuluit *h* nos: [1 & *infra.*] ¶ Cùm sanctuarium Dei jure hæreditario teneri non possit: Non decet aliquatenùs sustineri, ut Clerici Ecclesias à parentibus suis fundatas, propriâ auctoritate detineant, aut Laici filiis vel aliquibus aliis concedant easdem.

[1 *Tua fiat quid tibi faciendum sit de Clericis, qui Ecclesias constructas hæreditario jure sibi vendicant, nec tibi volunt exinde respondere, & de Laicis qui præscriptas Ecclesias filiis vel fratribus, nepotibus suis dare nituntur.*]

CAP. XVI.

¶ *Jus patronatûs per se vendi non potest.*

Idem.

DE jure *c* verò patronatûs: [1 & *infrà.*] ¶ Mandamus, quatenus si R. illud comparavit (cùm inconveniens sit vendi jus patronatûs, quod est spirituali annexum) contractum illum irritum esse decernas.

[1 *In præscripta capella. h. d. tua.*]

CAP. XVII.

¶ *Patronus non potest sine Episcopi vel Papæ consensu, etiam loco religioso conferre Ecclesiæ decimas, vel aliud spirituale.*

Idem.

NUllus Laicus *d* decimas, aut Ecclesiam, aut quicquid Ecclesiastici juris est, sine concessione ici Pontificis monasteriis vel Canonicis conferat. Et si quis Episcopus improbitatis vel avaritiæ causâ consentire noluerit, Romano Pontifici nuncietur: & quod offerendum est, tunc ejus licentiâ offeratur.

CAP. XVIII.

¶ *Si quis Episcopus in Ecclesia alterius diœcesis est patronus, præsentatus ab eo debet admitti, si est idoneus.*

Idem.

SIgnificâsti. *e*. [& ℣.] ¶ Si Episcopi post promotionem suam præsentationes personarum ad Ecclesias à patronis earum pro Ecclesiis sibi commissis adepti fuerint: personæ idoneæ, quas ad eas vacantes præsentaverint, sunt admittendæ.

CAP. XIX.

¶ *Institutus ad præsentationem ejus, qui tunc jus patronatûs Ecclesiæ possidebat, removeri non debet: licèt illud jus ab eo postmodum evincatur: secùs si non possidebat, sed tantùm credebatur esse patronus.*

Idem *Abbati S. Alberti.*

COnsultationib' *f*: [& ℣.] ¶ Si aliquis Clericus ab ordinario judice in Ecclesia fuerit institutus ad præsentationem illius, qui ejusdem Ecclesiæ credebatur esse patronus, & postea jus patronatûs alius evicerit in judicio, institutus non debet ab ipsâ propter hoc removeri, si tempore præsentationis suæ, ille qui eum præsentavit, jus patronatûs Ecclesiæ possidebat, cùm ex hoc ei, qui de jure debet habere, nullum in posterum præjudicium generetur. Si verò non possidebat, sed tantùm credebatur esse patronus, cùm non esset, poterit ab eadem Ecclesia removeri.

CAP. XX.

¶ *Valet secunda concessio Ecclesiæ facta alteri Ecclesiæ per Episcopum & patronum, non obstante priori facta per patronum solum.*

Idem *Eboracen. Archiepiscopo.*

SUggestum *g* est, quòd cùm Ecclesiæ quædam de assensu domini fundi auctoritate Eboracen. Archiepiscopi, Ecclesiæ beati Petri Eboracen. concessæ & assignatæ sint in Præbendam, Canonici de Novoburgo concessionem illam irritare nituntur, occasione donationis,

---

a *Cap. 13. eod. tit. in 2. comp.* b *al. longâ. quam etiam vetera hîc Hostiensi cognoscat.* c *Lingon. al. Lundon.* d *Cap. 15. eod. tit. in 2. comp. & post Conc. Lateran. part. 13. c. 12.* e *C. 16. eod. tit. in 2. comp. & post Conc. Lat. p. 13. c. 13.* f *Cap. 17. eod. tit. in 2. comp. & post Conc. Lat. p. 13. c. 14.* g *hæc duo verba, & pacificè, desunt in antiquis libris & recentib. magis fidis; sunt tamen in veteri compilat.*

a *Adon. al. Andrens. al. Andron. al. Abdon.* b *Cap. 18. eod. tit. in 2. comp. & post Conc. Lat. p. 13. c. 16.* c *Cap. 20. eod. tit. in 2. comp. & post Conc. Lat. p. 13. c. 17.* d *Cap. 21. eod. tit. in 2. comp. & post Conc. Lat. c. 18.* e *C. 22. eod. tit. in 2. comp. & post Conc. Lat. p. 13. c. 19.* f *C. 23. eod. tit. in 2. comp. Vid. Abbat. conf. 54.* g *C. 25. eod. tit. in 2. comp. & post Conc. Lat. p. 16. c. 23.*

quam

quam sibi asserunt priùs factam. Unde licèt in donationibus Ecclesiarum requirendus sit & expectandus patronorum consensus: quia tamen Ecclesiæ, nisi auctoritas intervenerit Pontificalis, canonicè concedi non possunt: significamus quod prior concessio, si cum assensu patroni, & auctoritate diœcesani Episcopi a facta est, aut ejus assensus fuerit posteà subsecutus, posteriori concessioni præfertur: alioquin illa debet præferri, quamvis posteriùs facta, quæ consensu Domini fundi, & Episcopi auctoritate fulcitur.

CAP. XXI.

¶ Ab officio & beneficio removetur, qui monitus non dimittit Ecclesiam sine consensu Episcopi sibi concessam. h. d.

Idem *Archiepiscopis & Episcopis per Angliam constitutis.*

RElatum *b* est nobis, quod nonnulli occasione laicæ recognitionis, non requisitâ Episcopi audientiâ, beneficia Ecclesiastica sibi præsumunt in parochiis vestris vendicare. Quoniam igitur hujusmodi personæ non intrant per ostium, sed aliunde conscendunt, ac per hoc indigni sunt pastoris nomine, vel prærogativâ gaudere: mandamus, quatenus eos, si commoniti prædicta minimè resignaverint (nisi Episcopali concessione *c* muniti fuerint) ab officio reddatis & beneficio alienos: [1 & *infrà.*]

[1 *Et si nec sic desisterint, vinculo anathematis innodetis, & usque ad condignam satisfactionem teneatis, & teneri faciatis astrictos.*]

¶ Laici spoliantes Ecclesiam excommunicantur. h. d.

Ad hoc quoniam quidam Laici Ecclesias possessionibus spoliant, ut sic viros Ecclesiasticos faciant coram seculari judice litigare, vobis injungimus, ut id publicè sub interminatione curetis anathematis prohibere. Si quis autem prohibitionis vestræ contemptor extiterit, eum excommunicationi subdatis.

CAP. XXII.

¶ Si quæstio juris patronatûs intra sex menses non terminatur à tempore vacationis, liberè potest Episcopus sine præsentatione ibidem instituere rectorem. h. d. Sed intellige de patronis Ecclesiasticis: nam in Laicis sufficiunt quatuor menses.

Idem.

EAm te *d* decet: [*& infrà.*] ¶ Illas autem Ecclesias, de quarum patronatu controversia fuerit, si intra sex menses, postquam vacaverint, non fuerit controversia *e* terminata, licitum tibi sit de persona idonea ordinare.

CAP. XXIII.

¶ Patronus jus patronatûs propriâ auctoritate alienare non potest nec ab Ecclesia aliquid temporale exigere, nisi tempore fundationis à diœcesano illud fuerit sibi reservatum.

Lucius III.

PRæterea *f* quoniam advocati Ecclesiarum jus, advocationis, donationis, vel emptionis titulo, aliisque pro sua voluntate contractibus, in alios transferre præsumunt, fodrum, albergarias, regium, & similia tanquam à propriis rusticis ab Ecclesiis extorquentes: Præsenti decreto statuimus, eos sive Advocati, sive patroni, vel vicedomini, sive custodes, vel guardias habentes, seu quocunque alio nomine censeantur, à gravaminibus Ecclesiarum cessare, nihilque in ipsis præter antiquos & moderatos reditus à locorum Episcopis institutos exigere: aut si aliud exegerint, excommunicationi subdantur *g*. Contractus quoque hujusmodi, quos fecerunt, vel facient in futurum, vim aliquam decernimus non habere.

a *Vox. Episcopi, deest in antiquis.* b *Cap. 27. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. Lat. p. 30. c. 33. vid. Conc. Trident. Sess. 14. de reform. cap. 13* c *beneficio.* d *Cap. 5. tit. de etat. & qual. in 1. comp.* e *Vox, controversia, deest.* f *Cap. 29. eod. titul. in 1. comp.* g *excommunicabuntur.*

CAP. XXIV.

¶ In pluribus successivè præsentatis à patrono laico, Episcopo datur gratificatio: sed in præsentatis à persona Ecclesiastica, potior est primò præsentatus. h. d. specialiter: & est unum de principalioribus capit. tituli.

Idem *Norvicen. Episcopo.*

CUm autem *a* Advocatus Clericum idoneum Episcopo præsentaverit, & postulaverit postmodùm eo non refutato, alium æquè idoneum in eadem Ecclesia admitti: quis eorum alteri præferatur, judicio Episcopi credimus relinquendum, si Laicus fuerit, cui jus competit præsentandi. Verùm si collegium, vel Ecclesiastica persona præsentationem haberet, qui prior est tempore, jure potior esse videtur.

CAP. XXV.

¶ Ex constructione Ecclesiæ facta de consensu Episcopi acquiritur jus patronatûs. hoc primò. Patronus non eligit Prælatum in conventuali Ecclesia, sed in Capella &c. hoc secundò. Patrono debetur processionis honor, & alimentatur ab Ecclesia, si vergat ad inopiam. hoc tertiò. Et iste textus est de principalioribus.

Clemens III.

NObis *b* fuit: [1 *& infrà.*] ¶ Inquisitioni tuæ tale damus *c* responsum, quòd si quis Ecclesiam cum assensu diœcesani construxit *d*, ex eo jus patronatûs acquirit. Cæterùm in conventuali Ecclesia non electioni Prælati faciendæ, sed jam factæ, honestius patroni postulatur assensus, nisi aliter de sua jurisdictione obtineat, ut partes suas interponere debeat electioni tractandæ. Secùs tamen est in Capellâ, in qua unus Presbyter à patrono eligitur, & pro institutione habenda loci Episcopo præsentatur. Pro fundatione quoque *e* Ecclesiæ honor processionis fundatori servatur: & si ad inopiam vergat, ab Ecclesia illi modestè *f* succurritur, sicut in sacris est canonibus institutum.

[1 *Præterea quæsivisti à nobis, si aliquis efficiatur solâ constructione patronus, vel si ad electionem Plebani sit cum Clericis admittendus, seu ab ipsa repellendus omninò, tametsi de longa consuetudine allegaverit, se electioni interesse debere.*]

CAP. XXVI.

¶ Patronus Ecclesiæ vacantis, quamquam sit Clericus, ad eam se præsentare non potest.

Innocentius III. *Rothomagen. Archiepiscopo.*

PEr nostras *g* postulâsti literas edoceri, utrùm Clericus ad vacantem Ecclesiam, in qua jus obtinet patronatûs, seipsum (si est idoneus) valeat præsentare. Cùm igitur nullus se ingerere debeat Ecclesiasticæ prælationis officiis: respond. quòd nullus se potest ad personatum alicujus Ecclesiæ præsentare, quantumcunque idoneus sit, & quibuscunque studiis & meritis adjuvetur.

CAP. XXVII.

¶ Si quæstio juris patronatûs inter patronos non diffinitur intra quatuor menses, Episcopus ordinabit Ecclesiam sine præjudicio eorundem.

Idem *Conventren. Episcopo.*

CUm propter discordias Laicorum: [1 *& ſ.*] ¶ Fratri mandamus, quatenus si de jure patronatûs quæstio emerserit inter aliquos, & ab eo *h*, cui competit, intra quatuor menses non fuerit diffinitum, extunc Ecclesiam ipsam de persona non differas idonea ordinare: ita quòd illi ex hoc non debeat in posterum præjudicium generari, qui jus evicerit patronatûs.

a *Cap. 30. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. Later. p. 13. c. 8. & Lamb. de jure patr. art. 19. q. 7. p. 2. lib. 2. & art. 13. q. 6. p. 1. l. 2.*
b *Cap. 2. eod. tit. in 2. comp. vid. Conc. Trident. Sess. 14. de reform. c. 12. & Sess. 25. de ref. c. 9.* c *al. taliter respond.* d *construxerit.* e *Vox, Ecclesia, deest in antiquis.* f *moderate.* g *C. 1. eod. tit. in 3. comp.* h *hæc duo verba, ab eo, desunt.*

[1 *Non debeat Ecclesiis præjudicium generari, grave gerimus & indignum, quòd sicut nostro est Apostolatus relatum, occasione dissensionis, quæ de jure patronatûs vertitur inter eos, & Ecclesiæ plùs debito remanent viduatæ rectoribus, quod in ipsarum grave dispendium noscitur redundare. Verùm quoniam secundùm Apostolum instantia nostra quotidiana est, omnium Ecclesiarum solicitudo continua, volentes hîc, quæ præmissimus, ex debito Pontificalis officii obviare.*]

CAP. XXVIII.

¶ *Legatus de laicæ Ecclesiam, cujus alia Ecclesia est patrona, collationi suæ reservare potest, licèt non vacet, & conferre cùm vacat. hoc primò. Ex duobus præsentatis à patrono laico, potest superior instituere secundum. hoc secundo. Et sic quoad intellectum ipse textus habet duo dicta diversa: licèt quoad literam ambo commisceantur.*

Idem *Archidiac. & Cantellario Altissiodoren.*

CUm *a* dilectus filius: [1 *& infrà.*] ¶ Cùm Hostiens. Episcopus, tunc sed. Apostol. Leg. Archidiacono Carnoten. mandaverit, ut Ecclesiam, quam in Archidiaconatu suo primò vacare contingeret, donationi suæ servaret, inhibens, ne alicui conferret eandem? de qua G. *b* Clerico disposuerat providere, & Ecclesia de Berovilla ibi vacâsset, idem Archidiaconus contra mandatum ejusdem Legati, ad ipsâm G. Subdiacon. præsentavit: cujus facto ab eodem Legato cassato, ipse præfato G. concessit Ecclesiam sic vacantem: [& 3.] ¶ Vacante verò quâdam Præbendâ in Ecclesia sancti Martini Carnoten. diœces. Episcopus dictam Ecclesiam ad præsentationem Archidiac. H. Clerico, præbendam verò præfato G. assignare curavit. Unde ipse H. supplicabat eandem sibi Ecclesiam confirmari, utpote quam ad præsentationem Archidiaconi veri patroni se dicebat adeptum: [1 & 3.] ¶ Nos igitur attendentes, quòd etsi præfatus Archidiaconus memoratum G. tanquam Laicus *c* ad illam Ecclesiam præsentâsset, quia tamen per diœcesanum Episcopum admissus non fuit, sed dictus H. ab eodem Archidiacono præsentatus, à diœcesano Episcopo institutus, juxta statutum Alexandri Papæ, non primus, sed secundus jus est assecutus in Ecclesia memorata, & si Archidiaconus præfatum G. tanquam Clericus præsentavit: quoniam in eo, quod tanquam Clericus faciebat, subeerat jurisdictioni Legati: unde postquam idem Legatus donationem illius Ecclesiæ sibi decreverat reservandam, ad eam tanquam Clericus non potuit quempiam præsentare: præsentationem ipsius minùs canonicè factam decernimus *d* irritam, & eâ non obstante concessionem ejusdem Ecclesiæ factam prænominato H. pronunciavimus canonicam extitisse, adjudicantes eidem præfatam Ecclesiam, cum fructibus medio tempore perceptis ex ea, plenè ac pacificè possidendam: prædicto G. super hoc perpetuum silentium imponendo.

[1 *Magister Valterus de Pisca pro se ipso, & Magister H. de Fenamus pro Decano de Alveoli pro Ecclesia de Beavilla invicem litigaverunt, dat. fil. n. g. S. M. in portico Diacon. Cardin. concessum. audiverunt in cujus præsentia idem Magister proposuit quòd.*]

[2 *Contra procurator Decani respondit, quod & si dictus Legatus donationi suæ reservare mandaverit, primò in Archidiaconatu Carnotens. Ecclesiam vacantem vel vacaturam: circa tamen prædictam Ecclesiam facere hoc de jure non potuit, quia talis potestas sibi minimè pertinebat vel competebat, cum præsentatio Clerici ad illam Ecclesiam non tanquam Clerico sed quasi Laico ratione patronatûs, non jure Archidiaconatûs eidem Archidiacono pertineret: unde cùm inhibitionem ipsius in hoc idem Archidiacon. custodire minimè teneretur, alium non ad eandem Ecclesiam, de jure potuit præsentare, ac præsentatio ejus debet ex qua de persona idonea fulta est, firma accenseri.*]

CAP. XXIX.

¶ *Si laicus patronus duos successivè præsentet, valet institutio de secundo, non obstante appellatione prius factâ per primum: Episcopus tamen qui malitiosè primum repulit, eidem in competenti beneficio providere compellitur: & in ultimo est casus singularis.*

Idem *Elien. Episcopo.*

PAstoralis *a* officii: [*& infrà.*] ¶ Postulâsti edoceri, an Clericus ad aliquam Ecclesiam à patrono laico præsentatus, si diœcesanus Episcopus ipsum non duxerit admittendum, ex hujusmodi præsentatione aliquid juris assequatur in illa. Et si forte idem ad sedem Apostolicam appellaverit, & post appellationem ab ipso interpositam, idem patronus alium curaverit præsentare, ac secundum instituit *b* Episcopus præsentatum, idem ab ipsa Ecclesia debeat amoveri. Nos igitur Alexand. Papæ vestigiis inhærentes, qui inter præsentatos à Clerico & laico patronis distinguens, inter præsentatos à laico conditionem possidentis censuit meliorem: dicimus, quòd institutio præsentati secundo loco à laico patrono, robur obtinet firmitatis. Veruntamen constituimus, ut Episcopus, qui præsentatum idoneum malitiosè recusavit admittere, ad providendum eidem in competenti beneficio compelliatur: quatenus puniatur in eo, in quo ipsum non est dubium deliquisse.

CAP. XXX.

¶ *Si ad præsentationem Rectoris ad titulum Ecclesiæ aliquis fuerit ordinatus, patronus, qui non consensit, ad ipsam cum vacabit, poterit præsentare.*

Idem *c Aurien. Episcopo.*

POstulâsti per *d* sedem Apostolicam edoceri, ut cùm Rectores parochialium Ecclesiarum quosdam præsentent ad suarum Ecclesiarum titulos ordinandos, utrum electio talium ad ipsos rectores pertineat, vel etiam ad patronos: & si in his patronorum non est requirendus assensus, utrùm jus illis salvum maneat eligendi, ut cùm ipsas Ecclesias vacare contigerit, intitulati hujusmodi non sint aliis præferendi? Ad quod breviter respond. quòd per intitulationem hujusmodi nullum patronis præjudicium generatur *e*, quin possint alios ad illas Ecclesias, cùm vacaverint, præsentare, nisi de patronorum processisset assensu.

CAP. XXXI.

¶ *Patronus etiam Clericum Ecclesiam vacantem conferre non potest: & si contulit, potest nihilominus ad illam præsentare.*

Gregorius IX. *Archiepisc. Eboracen.*

TRansmissæ ad nos tuæ literæ continebant, quòd cùm Capitulum Eboracen. Ecclesiam de Gamesorde vacantem, in qua jus obtinent patronatûs, R. Clerico *f* concessissent, ipsi postmodùm L. Clericum tibi ad eandem Ecclesiam præsentârunt, post appellationem ab eodem R. ad sedem Apostolicam interjectam: [& 3.] ¶ Consult. t. t. respond. quòd cùm ex vi juris patronatûs non concessio, sed præsentatio pertineat ad patronum, præsentatum (si ei aliquid non obstiterit canonicum) instituere in ipsa Ecclesia poteris, utpote potiorem.

---

g. Cap. 3. eod. tit. in 3. comp. vid. Conc. Tridentin. Sess. 24. de reform. c. 19. ubi hujusmodi reservationes videntur prohiberi. b *V.* c *Clericum in patrimonialibus conferi, ut Laicum, vid. apud Albert. de Rosa. in l. fin. C. si contra jus vel util. publ.* d *decrevimus, & vox, irritam, deest in omnibus antiquis exemplaribus.*

a Quare superioribus titulis & libris quod hîc abscissum est. Cap. 4. eod. tit. in 3. compilat. vid. Archidiac. in c. decernimus. 16. q. 7. Gemmianum in c. per sententiam. 20. dist. & Hostiens. in sum. tit. de jure patr. §. in quib. b *instituerit.* c *al. Athanens.* d *C. 5. eod. tit. in 3. compil. vid. Henr. Basil. & Laubert. de jure patron. artic. 1. q. 5. p. 3. lib. 2. & art. 4. q. 1. lib. 3.* e *generetur.* f *Non repræsentanda, quod facere potuerunt: sed consuendo, quod facere non possunt.*

DE

DE CENSIBUS a, EXACTIONIBUS, & procurationibus.

TITULUS XXXIX.

CAP. I.

¶ *Ecclesia fundanda debet pro dote tribui Mansus liber à quolibet servitio temporali: ad Ecclesiasticum tamen tenetur: sed si aliquid confertur Ecclesiæ ultra Mansum, tenetur Ecclesia ex eo solvere onera consueta. h. d. inhærendo litteræ.*

Ex Concilio apud Guarmaciam.

SAncitum b est, ut unicuiq; Ecclesiæ unus Mansus integer absque ullo servitio tribuatur. Et Presbyteri in eis constituti, non de decimis, neque de oblationibus fidelium, non de domibus, neque de areis c, vel de hortis juxta Ecclesiam positis, neque de prædicto Manso aliquod servitium faciant præter Ecclesiasticum. Et si aliquid amplius habuerint, inde senioribus debitum servitium impendant.

CAP. II.

¶ *Solutio tributi arguit subjectionem.*

Augustinus *super epistolam ad Rom.*

OMnis anima sublimioribus potestatibus subdita sit: [& ℣.] ¶ Et vos subditi esse debetis. Ideò enim tributa præstatis, quia hæc est probatio subjectionis.

CAP. III.

¶ *Non potest Episcopus novum censum imponere monasteriis.*

Gregorius *Stephano* d *Cantori.*

SCientes e: [1 & ℣.] ¶ Asseruit prædictus Abbas Presbyterum Missæ novas monasterio consuetudines velle imponere: [2 & ℣.] ¶ Mandamus, quatenus si ab initio hoc non fuerit, etiam labentibus temporibus aliquid noviter non permittas imponi.

[1 *Magnitudinem charitatis vestræ toto Dominum corde diligere, &c. quæ sunt in registro.*]

[2 *Quæ ex tempore condita monasteriis per triennale tempus hactenus tam fuerunt.*

CAP. IV.

¶ *Cæcus & pauper ad collectas non tenentur.*

Idem *Constantino Episcopo.*

LIcèt f multum: [& ℣.] ¶ Dixit quoque prædictus cæcus, quòd ad collectas inter alios pariter compellatur: quod fieri non permittas: quia eum, quem cæcitas sua gravat, inhumanum est nimis in collectione affligere: cui debuerat ex collectis, si esset necessitas, misereri.

CAP. V.

¶ *Petens censum, debet rationem exprimere.*

Paschalis II. *Comitissæ Mathildæ.*

PErvenit g ad nos: [1 & ℣.] ¶ Inquisitioni tuæ taliter respondemus, quòd census ignorantiæ nec divinis, nec humanis legibus invenitur: oportet quippe ut omnis census, ad quid, & quando persolvi debeat, præsciatur.

[1 *Quòd Fraxinetum Abbat Carpensem Ecclesiam fuerit depræsatus, occasione scilicet cujusdam census, qui ad quid solvi debeat ignoratur, de quo numerum eum vos Archipresbyter interrogaret, ut quod rationabile videbatur, responderemus.*]

a *Vid. Terracremata in c. quæstum. 1. quæst. 3. & Covarruvias lib. 3. var. resol. c. 7. & Sotum libr. 6. de just. & jur. q. 5. art. 1.* b *Burchard. libr. 3. decret. c. 32. Ivo part. 3. cap. 55. & cap. 2. eod. tit in 1. compilat.* c *Alias; atrii, sed omnes Vaticanæ habent, ut est impressum.* d *Chartulario lib. 12. epist. 10. Indictione 7. Contius.* e *Cap. 40. eod. tit. in 1. comp.* f *Cap. 7. tit. de restitut. spoliat. in 1 comp.* g *Cap. 3. eod. tit. in 1. comp. vid. Calder. consil. 121. de libel. oblat.*

CAP. VI.

¶ *Determinat Conciliorum numerum equorum, quos secum ducere possunt Prælati visitantes: & prohibet eis tunc uti venationibus, & sumptuosas epulas quærere. hoc primo, usq; ad ver. Prohibemus.*

Ex Concilio Lateran. a

CUm Apostolus b se ac suos propriis manibus decreverit exhibendos c, ut locum prædicandi auferret pseudoapostolis, & illis quibus prædicabat, non existeret onerosus: grave nimis esse dignoscitur, quòd quidam Prælatorum ita in procurationibus graves existant, ut interdum Ecclesiastica ornamenta subditi exponere compellantur, & longi temporis victum brevis hora consumat d. Quocirca statuimus, quòd Archiepiscopi parochias visitantes, pro diversitate provinciarum, & facultatibus Ecclesiarum 40. vel 50. evectionum numerum, Episcopi autem 20. vel 30. Cardinales 25. nunquam e excedant, Archidiaconi verò 5. vel 7. Decani constituti sub Episcopis f duobus equis contenti existant: Nec cum canibus venatoriis, & avibus proficiscantur, sed ita procedant, ut non quæ sua sunt, sed quæ Jesu Christi quærere videantur. Nec sumptuosas epulas quærant, sed cum gratiarum actione recipiant, quod honestè ac competenter illis fuerit ministratum.

¶ *Prælati non debent gravare subditos talliis, & exactionibus; permittitur tamen ex justa causa petere ab eis moderatum auxilium. h. d. usq; ad ¶ Sane.*

Prohibemus etiam, ne subditos suos talliis & exactionibus Episcopi gravare præsumant. Sustinemus autem pro multis necessitatibus, quæ aliquoties superveniunt, ut si manifesta ac rationabilis causa extiterit, cum charitate moderatum ab eis valeant auxilium postulare. Cùm enim dicat Apostolus g: [*Non debent filii thesaurizare parentibus, sed parentes filiis:*] multùm longè à paterna pietate videtur, si præpositi subditis suis graves existant, quos in cunctis necessitatibus pastoris debent more fovere. Archidiaconi verò sive Decani, nullas exactiones sive tallias in Presbyteros seu Clericos exercere præsumant.

¶ *In effectu dicitur, quòd numerus equorum statutus in princ. cap. non debet trahi ad augendum numerum alias statutum. Abbas.*

Sanè quòd de prædicto numero evectionis secundùm tolerantiam dictum est, in illis locis poterit observari, in quibus ampliores sunt reditus & Ecclesiasticæ facultates. In pauperioribus autem locis tantam volumus teneri mensuram, ut ex accessu majorum, minores meritò non doleant se gravari. Nec sub tali indulgentia illi, qui paucioribus equis uti solebant hactenus, plurium sibi exedant potestatem indultam.

CAP. VII.

¶ *Novus census Ecclesiis imponi non potest, nec antiquus augeri. h. d. & est de principalioribus hujus tituli.*

Ex eodem h.

PRohibemus insuper, ne ab Abbatibus, Episcopis, vel aliis Prælatis, novi census imponantur Ecclesiis, nec veteres augeantur, nec partem redituum suis usibus appropriare præsumant: sed libertatem, quam sibi majores conservare desiderant, minoribus suis bonâ voluntate conservent. Si quis verò aliter fecerit, irritum quod egerit habeatur.

CAP. VIII.

¶ *Prælatus seu Rector Ecclesiæ non potest, præsertim post mortem, Ecclesiam suam propriâ auctoritate constituere censualem.*

a *Sub Alexand. III. cap. 4. & 8. eod. tit. in 1. compilatione.* b *1 Thess. 3. 2. Cor. 11. Act. 20.* c *al. alendos, ut est in Concilio in margine.* d *Vid. l. jus alimentorum. ff. ubi pupill. educ. deb.* e *nusquam.* f *al. ipsis.* g *2. Cor. 12.* h *Concil. Lateran. sub Alexandr. III. cap. 7. & prohibemus. & cap. 7. eod. titul. in 1. compilat.*

Alexander III. *Vigornen. Episc.* a

PRæterea *b* illi, qui Episcopo ignorante auctoritate suâ pensionem annuam de Ecclesiis quâdam illusione *c* solverint sive receperint, eis defunctis in receptione pensionis non sunt aliquatenùs audiendi, si Pontificis aut alterius, qui de jure id facere potuerit, auctoritatem & assensum super hoc non interveniſſe constiterit. Non enim simplices Sacerdotes vel Clerici possunt Ecclesias, quibus præsunt, auctoritate suâ (præsertim post decessum suum) efficere censuales.

CAP. IX.

¶ *Breve est, vel per alia verba summatur sic: Episcopus Ecclesia de manu Laici per se erepta non potest ob hoc censum imponere.*

Idem *Carnuten. Episc.* d

ECclesiis *e*, quas de novo Episcopi de manibus Laicorum eripiunt, præter cathedraticum, & jura omnia, quæ aliis Ecclesiis imponuntur, exactionem prohibemus imponi.

CAP. X.

¶ *Nova pedagia sine consensu Principis imponens, communione privatur.*

Idem *f.*

INnovamus: [*& infrà.*] ¶ Nec quisquam alicui *g* novas pedagiorum exactiones sine auctoritate & consensu Regum & Principum statuere aliquo modo præsumat. Si quis autem contra hoc fecerit, & commonitus *h* non destiterit, donec satisfaciat, communione careat Christianâ.

CAP. XI.

¶ *Qui per collusionem constituit Ecclesiam censualem, illâ privabitur.*

Idem *Cantuarien. Archiepiscopo, & ejus Suffraganeis.*

CUm Clerici *i*: [*& J.*] ¶ Ad hoc quia Clerici quidam cum Religiosis collusione factâ, citra auctoritatem diœcesf. Episcopi, Ecclesias, quas tenent, eis constituunt censuales, ut post decessum eorum, eædem Ecclesiæ per repræsentationem eorundem Religiosorum ad filios vel nepotes Clericorum ipsorum possint transferri: Præcipimus, ut si qui inventi fuerint facere talia, eos à præscriptis Ecclesiis non differatis appellat. postpositâ removere.

CAP. XII.

¶ *Si collectores gravant Ecclesias, privari debent officio.*

Idem.

EA *k*, quæ de avaritiæ: [*& J.*] ¶ Cùm autem propter B. Petri visitationem denariorum collectam per Archidiaconatus vestros feceritis, Ecclesias vel parochias non gravetis. Quòd si secùs præsumpseritis, id quod videmini habere, auferetur à vobis *l*.

CAP. XIII.

¶ *Qui recipit juramentum de novo censu imposito Ecclesiæ persolvendo, compellitur juramentum absolvere.*

Lucius III.

SIgnificavit *m* nobis T. rector Ecclesiæ de Fulsig. *n* quòd cùm à Monachis de Castig. *o* ad regimen ipsius Ecclesiæ fuisset electus *a*, de solvendo eis annuo censu trium matcharum, quas prædecessor ejus solverat, præstitit sacramentum: postmodum Episcopus diœcesanus, ne ipsum censum Monachis solveret, nisi prius constaret, quòd Episcopali auctoritate fuisset impositus, in periculum ordinis sui interdixit: [*& infrà.*] ¶ Quocirca mandamus, quatenus si præfatum censum auctoritate Præsulis, & non de novo impositum fuisse constiterit, Episcopo præcipias, ut prohibitionem sine dilatione relaxet. Si verò census sit de novo impositus, sive auctoritate Episcopi hoc factum fuerit, sive non, eosdem Monachos, ut Clericum à juramento absolvant, app. rem. compellas.

[1 *Unde prad. rector hinc perjurii reatum mutat, inde imò etiam inobedientiæ periculum ammovere.*]

CAP. XIV.

¶ *Archiepiscopus visitans provinciam, etiam à monasteriis provincia procurari debet.*

Idem *Raven. Archiepisc.*

SOpitæ *b*: [*& J.*] ¶ Sanè cùm inter te & monasteria Bononiæ super procurationibus, quas ab eis exegeras, controversia verteretur: [2 *& infrà.*] ¶ Abbas sancti Proculi, omnium aliorum procurator, sicut ex literis, quas portavit, apparuit, super hoc diutiùs litigavit: [3 *& infrà.*] ¶ Sed tu procurationes ipsas in aliis monasteriis tuæ provinciæ asserens tibi sine contradictione præstari, eas prædecessoribus tuis in monasteriis Bonon. exhibitas, per testes idoneos probavisti. Inde utique vidimus intentionem tuam jure communi, & prædecessorum tuorum consuetudine adjuvari. Eapropter monasteria supradicta condemnavimus ad procurationem, secundùm facultates eorum tibi tuisque successoribus exhibendam.

[*Judicio sed. Apost. quæstiones scripto ad memoriam perpetuam commendantur, ne per oblivionem processus temporis valeant fossitari: ut autem sententia majorem habeat firmitatem, Ap. ro scripto munimine roboratur.*]

[2 *Causam ven. f. n. Alban. Episcopo commissimus terminandam. Postmodum verò del. fil. n.*]

[3 *Unde nullum pro parte sua privilegium Rom. Ecclesia vel Ravennatis exhibuit, nec ostendit per longam consuetudinem se munitum.*]

CAP. XV.

¶ *Patroni etiam Clericis novum censum Ecclesiæ imponere non possunt, nec veterem augere: & si super hoc juramenta vel cautiones exegerunt, coguntur absolvere.*

Clemens III.

GRavis *c* admodum: [*& infrà.*] ¶ Ecclesiasticæ personæ, cùm Ecclesias vacare contingit, non aliter quenquam ad ipsarum regimen volunt vocare, nisi aut novum censum Ecclesiis illis imponant, aut veterem contra constitutionem Concilii Lateranen. *d* augmentent, ad ipsius solutionem instituendum Presbyterum juratoriâ, vel fidejussoriâ cautione cogentes: [2 *& infrà.*] ¶ Discretioni vestræ mandamus, quatenus quæcunque constiterit contra constitutionem prædictam super Ecclesiis, vel earum censu à tempore constitutionis hujus attentata, in irritum revocantes, Presbyteros, quos super his juramenta illicita præstitisse noveritis, congruâ satisfactione impositâ faciatis absolvi: eos qui de cætero contra formam canonum super his venire præsumpserint, canonicè punientes.

[1 *Et correptione dignissimâ super querela in audientia nostra est proposita, quâd salvâ conscientiâ sub dissimulatione transire non possumus. Cùm enim quadam*]

[2 *Unde sæpè contingit, ut diœcesf. Episcopo excessus hujusmodi ignoranter, vel in minimâ requisito, in Ecclesiis illis inducant*

---

a *Vigor. alii. Vigornen. alii. Vuigorn.* b *Cap. 2. eod. tit. in 1. comp. & post Concil. Lateran. sub Alexand. III part. 28. c. 9.* c *collusione, legitur post Concilium, & forte aptius est.* d *Carnoc. in uno, cæteri habent Carnoten.* e *Cap. 10. eod. tit. in 1. compil. & post Conc. Lateran. part. 2. c. 8.* f *scilicet Alexand. III. in Conc. Lateranen. cap. 22. & cap. 2. de treuga & pace, in 1 comp. vid. Sylvestrum in summa.* g *alicubi, legitur in antiqua.* h *monitus.* i *Cap. 17. tit. de simonia, in 1. compil. & post Conc. p. 28. c. 8.* k *Cap. 15. tit. de simon. in 1. comp. & post Conc. Lat. p. 2. c. 4.* l *Matth 23. & Luc 19.* m *Cap. 1. eod. tit. in 2. comp.* n *Fulcig. al. Furtigen.* o *Clausig. al. Clausirgen.*

a *Assumptus.* b *Cap. 2. eod. tit. in 1. comp.* c *Cap 4 eod. tit. in 2. comp. & de mater. vid. Cardin. in Clem. 1. § 1. d. excess. pralat.* d *Later. sub Alex. III. c. 7. § prohibemus.*

inducant, pro suæ voluntatis arbitrio instituunt Sacerdotes. Quoniam igitur constitutiones prædecessorum nostrorum Concilii patis noluimus, neque debemus aliquorum malorum injuriâ violari.]

CAP. XVI.

¶ *Qui tenetur procurare fratres alicujus domûs, obligatur ad procurandum omnes, licet illorum numerus nunc creverit: sed si ex hoc gravaretur nimium, per judicium officium sibi provideatur. h. d. secundum lecturam magis communem.*

Innocentius III. *Abbati & Conventui Bellavillæ.* a

QUantò creatori: [1 & 3.] ¶ Accepimus, quòd ab ipso domûs vestræ primordio de fundatoris voluntate processit, ut fratribus sancti Irenæi procurationem unam annis singulis liberaliter exhiberet, cùm nihil teneatis ab eis *b*, propter quod hujusmodi procuratio ipsis debeat exhiberi: verùm tunc propter fratrum & servientium paucitatem, talis procuratio non gravabat, sed nunc in tantum excrevit numerus eorundem, quòd ad procurationem vix quatuor marchæ argenti *c* sufficerent, quæ pro una fieri consuevit: [1 & 3.] ¶ Indulgemus igitur, ne ultra primam mensuram in procuratione ipsa fitis ulteriùs prædictis fratribus obligati, sed expensis, quæ consueverunt sufficere, sint contenti, nisi facultates Ecclesiæ in tantum excreverint, quòd sine gravamine ampliato fratrum numero ad solvendum debitum procurationis extendi possit quantitas expensarum.

[1 *Vestro sub religionis habitu astrictis ostii devotius famulari, tantò sollicitius vos convenit providere, ne per immoderationis gravitatem aliquatenus possit in vobis monasticæ professus ordinis impediri.*]

[2 *Ut igitur per Apost. sollicitudinis curam vestris possit in parte ista gravaminibus provideri, auct. vobis præsentium.*]

CAP. XVII.

¶ *Omnes Ecclesiæ, nisi quæ ab hoc per privilegium Apostolicum sint exemptæ, procurare tenentur Legatos sed. Apost. seu etiam ejus Nuncios: nec in hoc præscriptione juvantur. h. d. usq; ad 4. sanè.*

Idem *Primicerio & Clero Mediolanensi.*

CUm instantia *d* nostra *e* quotidiana: [1 & 3.] ¶ Postulationi vestræ taliter respondemus, quòd cùm omnes Ecclesiæ Legatis & Nunciis sedis Apostol. procurationes impendere teneantur, ab earum præstatione nullam habere *f* volumus excusatam, nisi fortè per speciale privilegium sedis Apostol. (quod non credimus) sit exempta, etiamsi longissimo tempore procurationis obsequium non impenderint *g*: cùm in talibus præscriptio sibi locum nequeat vendicare: quia nos à provisione pastoralis solicitudinis circa omnes Ecclesias nunquam omninò cessamus.

[1 *Si secundum debitum Apostolicæ servitutis omnium Ecclesiarum ipsarum negotiis promovendis, non possumus personaliter imminere, per fratres vestros ea expedire compellimur, quæ à nostro latere destinamus: illius exemplum in hac parte secuti, qui discipulis suis in mundum universum transmissis ipse personaliter in medio terræ salutem operatus est. Hinc est quod super dilect. fil. v. tit. S. Petri ad vincula Presbyterum Card. Apost. sed. Leg. pro negotiis Ecclesiæ in Lombardiam duximus destinandum, ut eis vestram servitutem ingressus procurationes exigeret, quas consueverunt Apostol. sed. Leg. nuncii exhibere: vos non attendentes, quod dicitur ab Apostolo, Si vobis spiritualia seminavimus, non est magnum si carnalia vestra metamus, ne vos ad onus procurationis arctaret, nisi à Canonicis majoris Ecclesiæ se faceret antea procurari, sed. Apost. appellâstis: & sicut idem Card. per suas nobis literas intimavit, in aliis etiam non modicum injuriosè fuistis: propter quod dilect. fil. n. præpositus S. Nazarii, & A. Canonicus S. Stephani Judices & procuratores vestri, cum Abbate S. Vincentii ad sed. Apost. venientes, ut super his statueremus ordinem & mensuram, ex parte vestra supplicater postulabant. Licèt autem pro eo, quòd prædictus Card. vel potius nobis in ipso contumaciter resistentes, juxta verbum dominicum: Qui vos recipit, me recipit, & qui vos spernit, me spernit, necessaria devegâstis, non pro vobis, sed contra vos potiùs meruerunt exaudiri: quia tamen paternam affectionem, quâ nobis proprium est miserèri de Rom. sed. clementia semper & parcere, offensi etiam deponere non valeamus, de consil. f. n.*]

¶ *Tractat de modo procurationis ipsorum Legatorum & Nunciorum. Abbat.*

Sanè in his exigendis eum modum & ordinem volumus observari, ut nulla Ecclesia vel Prælatus se indebitè pregravari rationabiliter conqueratur. Si verò de communi collecta, Legatorum & Nunciorum nostrorũ expensas duxeritis faciendas, (quod vobis non duximus inhibendum) ex hoc nobis & nostris nullum præjudicium volumus generari, quò minùs possint à quocunque maluerint procurationes sibi debitas postulare: ita quòd si exactus ultra suam gravatus fuerit facultatem, sibi ab aliis restàuretur. Nunciis tamen nostris in necessariis expensis *a* exhibendis pareat, quicunque fuerit requisitus, ita quòd in fraudem nihil penitùs attententur, nec per communes ministros procurationis obsequium, si noluerint recipere, compellantur. Qui verò contumaciter eis duxerint resistendum, districtione sunt Ecclesiasticâ compeliendi.

CAP. XVIII.

¶ *Si ad unicam mensuram solvi solet quod debetur ex voto, ad illam in posterum solvi debebit: si verò ad diversas, liberabitur solvens etiam ad minorem.*

Idem *Zamoren.* b *& Salamantino Episcopis.*

EX parte c Compostellani Archiepiscopi fuit propositum, quòd cùm hi, qui vota beati Jacobi continuè persolverunt, ad communem terræ suæ mensuram, cum qua videlicet emunt & vendunt, ipsa persolverint hactenus & persolvant: quidam quia longis *d* temporibus ab eorum solutione cessârunt, nunc quandam mensuram exhibent parvissimam & ignotam: [1 & *infra*.] ¶ Cùm ergò non constet, ad quam mensuram antecessores eorum prædicta vota persolverint, credimus distinguendum, utrum habitatores regionis ipsius, qui ea continuè persolverunt, ad unam & eandem mensuram hujusmodi vota persolverint, an ad varias & diversas. In primo enim casu ad eandem & illi solvere sunt cogendi. In secundo volentes solvere ad minorem, non sunt cogendi, ut ad majorem persolvant: quoniam cùm hujusmodi vota gratuita fuerint ab initio, benignius sunt à viris Ecclesiasticis exigenda, ne tanquam exactores videantur lucris temporalibus inhiare.

[1 *Nec etiam communibus usibus deputatam, & ad eandem vota prædicta persolvere noluntur. Unde postulâstis à nobis, ut super hoc vos certos reddere dignaremur, utrum hi qui mensuram eguetam exhibent, ad solvenda vota prædicta, sint ad communem terræ suæ mensuram, secundum quod illi qui ea persolvunt, continuè faciunt, compellendi.*]

---

a *Bellavilla.* b *Salutationem census non denotare dominium. vid. l. neque talis. C. de probat.* c *vox, argenti, deest in antiquis, & in recentioribus magis emendatis.* d *Cap. 2. eod. tit. in 3. comp. vid. Abbatem consil. 94. incipit. videtur primò. in 1. volum. & Felin. in 1. accedentes. supr. de præscript.* e *aliàs, vestra.* f *haberi.* g *impenderit.*

a *Vox, expensis, deest in antiquis, & recentioribus magis emendatis.* b *Zamoren. & Salamantin. de quibus vid. Vasæum in Annalib. Hisp. c. 20. & 21.* c *C. 3. eod. tit. in 3. comp. & quatenus obiter hic tangitur materia implendi vota, vide B. Thom. 2. 2. q. 88. art. 3. & q. 189. art. 3.* d *Aliàs, qui à longè.*

CAP. XIX.

¶ *Ecclesia tenentur Episcopo, in cujus diœcesi sunt, respondere de procurationibus, quartâ decimarum & aliis Episcopalibus. h. d. quoad utilium.*

Idem *Cæsaraugusten. Episcopo.*

CUm *a* olim: [1 & 2.] ¶ Quia nobis fides facta fuit, quòd Ecclesiæ de Luna *b* & de Bes. in tua sunt diœcesi constitutæ, non solùm per alia, verùm etiam per hoc ipsum, quòd in instrumentis compositionum continetur expresè, ut Abbas sancti Joannis Psilaten. *c* tam de quartâ decimarum, quàm de cæteris Episcopalibus, tibi debeat respondere, Abbatem ipsum ad integram solutionem quartæ omnium decimarum nullis factis deductionibus, & ad præstationem procurationum, & aliorum Episcopalium jurium in prædictis Ecclesiis condemnamus. Licèt enim ex forma secundæ compositionis deductiones essent aliquæ faciendæ, quia tamen compositionem idem Abbas nullatenùs approbavit, sed studuit multipliciter impugnare, ex ea non debuit beneficium consequi, cui renunciâsse tacitè videbatur. Absonum erat præterea, ut negaret illam Ecclesiam, in tua diœcesi constitutam, super qua instrumenta prædecessoris tui ostendebat in jure, monasterio fuisse concessa, per quæ Episcopale jus petebat *d* expresè.

[1 *Ad aures nostras tuam querimoniam destinâsses, quòd te dil. fil. Abbas S. Io. Pinnaten. quartas decimarum, quas in Ecclesiis de Luna & de Tausl. debes percipere, multipliciter defraudaret.*]

CAP. XX.

¶ *Solvendi sunt census ad antiquam monetam, in qua instituti fuerunt, nisi sit in alterius monetæ solutione præscriptum. h. d. & est casus not. & multum allegabilis.*

Idem *Spoletano Episcopo.*

OLim *e* causam, quam adversùs Clericos plebis Rupinę super synodatico proponebas, Tudertin. Episcopo & collegis suis commisimus terminandam: coram quibus ex parte tua fuit propositum, quòd cùm iidem Clerici prædecessoribus suis, tres in festo Nativitatis, & tres in festo Resurrectionis Dominicæ, pro synodatico solverint denarios Papien. nunc tantùm tres Lucenses pro singulis denariis Papiensibus persolvebant, cùm tamen unus denarius Papien. valeat *f* sex Lucen. unde petebas eos ad Papien. solutionem compelli, cùm & si tu Lucen. primo anno receperis, semper tamen jus tuum postmodùm fueris protestatus: [1 & 2.] ¶ Cùm igitur constet, quòd Papien. olim pro synodatico solvebantur, quod ex eo etiam sequitur, quòd Lucen. soluti sunt postmodùm pro eisdem, cùm ex dictis testium, & confessione *g* Advocati alterius partis non revocatâ, postmodùm appareat evidenter, quòd tempore L. prædecessoris tui pro synodatico Papien. fuit moneta soluta, & à tempore dicti L. non nisi triginta sex annorum ad plus tempus effluxerit, & sit legitimè comprobatum, quòd tres Lucen. qui pro uno Papien. post mortem ipsius L. solvebantur, quinque vel sex valebant ex illis, qui hodie sunt in usu: intelligentes ex hoc, quòd per monetæ declinationem acciderit, ut usque ad tempus tuum Lucen. dati fuerint pro synodatico, sicut erant in usu: procuratorem adversæ partis nomine Clericorum plebis prædictæ tibi ad solutionem denariorum Papien. vel æstimationem *h* eorum pro synodatico per definitivam sententiam condemnamus.

[1 *Verum pars Clericorum proposuit ex adverso, quòd si aliquando prædecess. tuis denarii Papien. pro synodatico fuerint persoluti, tamen à xlv. annis & infra tam tibi quàm alii Lucens. exsolverant, sicq; partem suam nitebantur præscriptione tueri. Nos ergò Iacobo tuo & Ioan. Presbytero adversæ partis procuratoribus dil. fil. n. P. Basilicæ xii. Apostolorum Presbyt. Cardin. concessimus auditorem: quibus coram eis vel volentibus aut volentibus de novo proponere, quoniam fuerat renunciatum utrisq; cum ipsi gesta omnia in nostra & fratrum n. præsentia recitassent, intelleximus per testes tuos fuisse probatum, quòd tempore Lotharii prad. tui, & etiam post decessum ejus denarii Papien. fuerant pro synodatico persoluti: & exinde tres Lucenses, quorum duo valebant v. de his quæ hoc tempore sunt in usu, aliquando fuerint exhibiti, & quòd à tempore Lotharii xxx. trium vel xxxiv. aut etiam xxxv. annorum spatium est elapsum, dicta nostrum etiam adversa pars inspeximus, per quos voluit comprobare, quòd à tempore Lotharii xxx. trium à vel. annis: & infr. tres Lucenses, vel tres Medalia in synodatico soluta fuerant pro singulis Papien. fuissent antea persoluti. Confessus quoq; fuerat Advocatus ipsius partis in jure, ac ejus confessio in scriptis redacta nec correcta vel revocata per Clericos supradictos, quòd iidem Clerici Henrici & Lotharii prad. tuorum temporibus tres Papien. pro synodatico solverent bis in anno, & exinde pro singulis Papien. tres Lucenses.*]

CAP. XXI.

¶ *Episcopus remittens Ecclesiæ servitia, quæ sibi debebat, & statuens, quòd aliud servitium non imponatur, procurationem non intelligitur remisisse.*

Idem *Primi sancti Stephani.*

CUm *a* venerabilis frater noster Faven. *b* Episcopus: [1 & 2.] ¶ Cognovimus, quòd præfatus Episcopus spallas, quas ab eadem Ecclesia, tam ipse quàm prædecessores sui recipere consueverant, Ecclesiæ præfatæ remisit, & statuit, quòd aliud ei servitium non imponeret, sibi & Ecclesiæ suæ annuatim trium librarum cereo pensionis nomine reservato. Quia ergò visitationi annexa est procuratio, & Episcopus ratione Episcopalis jurisdictionis, quam habet in ea, teneatur causâ correctionis Ecclesiam visitare *c* præfatam, nec intelligatur quasi novum imponi, quod ab ipsâ fundatione de communi fuerat jure impositum: Decernimus, quòd idem Episcopus, cùm ad ipsam Ecclesiam causâ correctionis accesserit, moderatam ab ea procurationem recipiat *d* bis *e* in anno: sed nihil aliud præter pensionem, & procurationes præscriptas ab eadem Ecclesia exigere, vel extorquere præsumat.

[1 *Et ut in nostra essetis præsentia constituti, & de quæstione quæ inter vos super Eccl. S. Stephani Parisien. vertebatur, velletis ad invicem litigare, dil. fil. Ioan. tit. S. Priscæ & Io. S. M. in Cosmedin Diac. Card. vobis concessimus auditores, coram quibus allegando proponere curavisti, quòd cum prædicta Ecclesia S. Stephani quorundam Monachorum, qua in ea videbantur sub religionis habitu conversari, malitiâ facientes fuerat fuit ad desolationem redacta. Ille bon. mem. Carbo. Faven. Episcopus auct. fel. rec. Eugenii PP. p. n. ab Ecclesia memorata removit, & Canonicos in ipsa instituit regulares, statuens ut ordo canonicus perpetuum in ea temporibus deberet observari, & eos ab omni exactione tam sua quàm successorum tuorum & Paris. Eccl. penitus absolvit, retento sibi & Ecclesiæ suæ uno cereo trium librarum ab ea annis singulis exhibendo. Nos autem, cùm dicti Card. ea quæ audierant vobis fideliter retulissent.*]

CAP. XXII.

¶ *Ecclesia de novo conversa in procurationibus, & aliis servabunt consuetudinem vicinarum.*

a C. 4. eod. tit. in 3. comp. b de Luna & de Tausl. c Platen. al. Pralaten. al. Pranaten. sed forte legendum Pinnaten. d al. patebat, quod agnovit gloss. hic & Hostiensis. e C 3. eod tit. in 3. comp. f al. valebat. g In antiq. ita sunt hæc distincta, & confessione advocati alterius partis non revocatâ, postmodùm, &c. h æstimationem.

a Cap 6 eod. tit. in 2. compilation. b Faventi. alias, Faven. c vid. Conc. Trid. statutum supra hoc titulo c. Sapius. d accipiat. e vid. Conc. Trid. Sess. 24. de reform. c. 4.

Idem

Idem *Compostellano Archiepiscopo.*

SUper eo *a*, quòd fraternitas tua nos consulere voluit, ut quia ferè tota provincia Compostell. de novo est ad jurisdictionem Ecclesiæ tuæ conversa, qualiter tibi provinciam, vel partem provinciæ visitanti obsequi debeat & servire, necnon & in procurationibus providere: Tibi duximus respondendum, quòd illud observare teneris, quod in vicinis provinciis observatur.

CAP. XXIII.

¶ *Prælati tunc sicut procurandi, cùm personaliter visitant: & debent tunc servare Concilium Lateran. & prædicationi, correctioni & reformationi vacare: Legati & Nuncii Apostolici pro his diebus tantum, pro quibus moram trahunt, procurari debent, & contrahanc constitutionem exactum, restituitur duplicatum.*

Idem *in Concilio generali.*

PRocurationes *b*, quæ ratione visitationis debentur Episcopis, vel Archidiaconis, vel quibusliber aliis etiam Apostolicæ sedis Legatis aut Nuncijs, absque manifesta & necessaria causa nullatenus exigantur, nisi quando personaliter *c* officium visitationis impendunt: & tunc vectionum & personarum mediocritatem observent in Lateranen. Concilio *d* definitam: hoc adhibito moderamine circa Legatos & Nuncios Apostolicæ sedis, ut cùm oportuerit eos apud aliquem locum moram facere necessariam, ne locus ille propter illos *e* nimium aggravetur, procurationes recipiant moderatas ab aliis Ecclesiis vel personis, quæ nondum fuerant de suis procurationibus aggravatæ, ita quòd numerus procurationum, numerum dierum, quibus hujusmodi moram fecerint, non excedat: & cùm aliqua non sufficerit *f* per seipsam, duæ vel plures conjungantur in unam.

Porrò visitationis officium exercentes non quærant, quæ sua sunt, sed quæ JESU Christi: prædicationi, & cohortationi, correctioni, & reformationi vacando: ut fructum referant, qui non perit. Qui autem contra hoc venire tentaverit, & quod accepit, reddat, & Ecclesiæ, quam taliter aggravavit, tantundem impendat.

CAP. XXIV.

¶ *Ecclesia etiam Civitatensis, tenetur procurare Episcopum visitantem, quamquam ipsum nunquam procuraverit.*

Honorius III. *de Tire* g *& Iosaphat Abbatibus.*

VEnerabili fratre nostro Cenomanen. Episcopo accepimus conquerente, quòd cum causa, quæ inter ipsum ex parte una, & Abbatem & Conventum de Cultura ex altera, super procurationibus, quas ab eis petit idem Episcopus, noscitur agitari, vobis fuerit ab Apost. sede commissa, dicti Abbas & Conventus ex eo frustrari intentionem ejusdem Episcopi moliuntur, quòd eorum monasterium in Cenomanen. villa situm esse dignoscitur, & ipsi procurationem hactenus non solverunt: [1 & ſ.] ¶ Discretioni vestræ mandamus, quatenus nisi aliud & rationabile ostenderint, vos eos ad exhibendum eam, sicut jus dictaverit, compellatis.

[1 *Quamquam emptionis privilegium non ostendant. Volentes igitur ut finis litibus imponatur.*]

CAP. XXV.

¶ *Qui jure metropolitano, vel legationis, visitat provinciam, in provinciales, qui sibi procurationes denegant, potest ferre sententiam.*

Gregorius IX.

CUm nuper *h* Archiepiscopus Beneventanus, Beneventanam provinciam visitaret: [& infrà.] ¶ Mandamus, quatenus cùm eundem Archiepiscopum, sive auctoritate propriâ, sive nostrâ Beneventanam provinciam contigerit visitare, procurationes ratione visitationis debitas, juxta facultates Ecclesiarum vestrarum exhibeatis eidem: Alioquin sententiam, quam ipse rite tulerit in rebelles, ratam habebimus, & faciemus auctore Domino inviolabiliter observari.

CAP. XXVI.

¶ *Ad antiquam monetam, vel si non est in usu, ad ejus æstimationem solvenda sunt pensiones antiquæ.*

Idem.

CUm Canonicis majoris Ecclesiæ, quandam summam pecuniæ pro pensione Ecclesiæ tuæ debitam, aliquot annis persolveris *a*, & iidem summam illam ex integro de meliori moneta exigant sibi solvi: Tibi damus nostris literis in mandatis, ut Canonicos illos solutione prioris pecuniæ *b*, vel si non sit in usu, æstimatione pensionis antiquæ facias manere contentos.

CAP. XXVII.

¶ *Propter privatum Oratorium, procuratio ratione visitationis non debetur.*

Idem.

AUctoritate *c* præsentium inhibemus, ne quis pro eo quod in Oratoriis, quæ in grangiis vestris habetis, interdum aliqui vestrûm celebrant, procurationes quæ ratione visitationis debentur, à vobis exigere vel extorquere præsumat.

DE CONSECRATIONE ECCLESIÆ vel altaris.

TITULUS XL.

CAP. I.

¶ *Remoto altari vel lapide continente sigillum, reconsecrabitur altare, non autem Ecclesia.*

Alexander III.

AD hæc si altare *d* motum fuerit, aut lapis ille solummodò suprà positus *e*, qui sigillum continet, confractus, aut etiam diminutus, debet denuò consecrari. Propter hoc verò nequaquam reiterare suam consecrationem Ecclesia consuevit, licèt id quidam canones innuere videantur.

CAP. II.

¶ *Diebus etiam non festis possunt Ecclesiæ consecrari.*

Innocentius III. *Tornacen. Episcopo.*

TUa *f* fraternitas: [& infrà.] ¶ Inquisit. t. t. respond. quòd in diœcesi tua licet tibi Ecclesiis dedicationem impendere, tam diebus Dominicis, quàm privatis.

CAP. III.

¶ *Habet duo dicta, & primò idem dicit, quod cap. supr. eod. Secundum dictum dicit, quòd oleum non consecratum potest commisceri oleo consecrato, & totum sit consecratum.*

Idem *Nidrosien.* g *Episc.*

QUod *h* in dubiis: [& ſ.] ¶ Altare verò, in quo tabula, cui consecrationis benedictio Pontificali ministerio adhibetur, si mota vel enormiter fracta fuerit, debet non immeritò consecrari. Nec negamus, quin oleum non consecratum consecrato possit oleo commisceri.

CAP. IV.

¶ *Reconciliatur Ecclesia, quæ propter homicidia & vulnera hominum ibidem perpetrata pollata est.*

---

a *C. 7. eod. tit. in 3. comp. vid. Hostien. hic & de materia servanda vicina consuetud. gl. in c. cons. dist. 1.* b *vid. Conc. Trid. Sess. 24. de reform. c. 3.* c *præsentialiter, in Concilio.* d *in Lat. Conc. sub Alex. III. c. 4.* e *ipsos.* f *sufficerat.* g *Tiron. al. ita: Abbatibus de Iosaphat & Tiuren. al. Turon.* h *vide breviter hic per Henricum Boich.*

a *Persolveritis.* b *Quando admittatur solutio diversa monetæ, cùm moneta est mutata. vide Bart. in l. Paulus. ff. de solut.* c *Pro intellectu vide distinctionem, quam hic affert Henr. Boich.* d *Cap. un. eod. tit. in 2. comp. & præter Host. gloss. & Dd. vide Turrecremat. in c. si motum. de consecr. dist. 1.* e *suppositus. al. transpositus. al. superpositus.* f *Cap. 3. de dedic. Eccl. vel altar. in 3. comp.* g *Indrosiensi.* h *Cap. 2. tit. de dedicat. Eccl. in 3. comp. vid. Turrecrem. in d. c. si motum.*

Idem *Compostellano Archiepiscopo.*

PRoposuisti *a*, quod venientibus ad Ecclesiam sancti *b* Jacobi ex diversis regionibus peregrinis, & volentibus aliis ab aliis per contentiones & rixas altaris de nocte custodiam vendicare, homicidia contingunt fieri *c* interdum, & aliquando vulnera inferuntur : [1 *& infrà.*] ¶ Fraternitati tuæ taliter respon. *d* quòd manente Ecclesiâ & altari, ipsa reconciliari poterit per aquam cum vino & cinere benedictam.

[1 *Propter quæ nos humiliter postulâsti, ut alio modo, quàm per consecrationis beneficium dignaremur ipsi Ecclesiæ providere. Manente igitur Ecclesiâ & altari.*]

CAP. V.

¶ *Plura altaria simul in eadem Ecclesia consecrari possunt, & idem in pluribus Episcopis.*

Idem.

CUm *e* sis : [*& infrà.*] ¶ Noveris igitur, quòd plura in Ecclesia una altaria & plures Episcopos simul poteris consecrare.

CAP. VI.

¶ *Corruente tecto parietibus illæsis, & mensâ altaris non enormiter fractâ, nec altare, nec Ecclesia consecratur.*

Idem.

LIgneis *f* ædificiis Ecclesiæ vestræ casu consumptis, parietibus tamen illæsis, ac mensâ principalis altaris in sua extremitate modicam passâ fracturam : [1 *&* ℣.] ¶ Inquisit. t. t. dux. respond. quòd cùm parietes in sua integritate permanserint, & tabula altaris mota, vel enormiter læsa non fuerit, ob causam prædictam nec Ecclesia, nec altare debet denuò consecrari.

[1 *Quæsivisti per fed. Apost. edoceri, si propter hoc ipsius altaris, vel etiam totius Ecclesiæ debet consecrationis innovari.*]

CAP. VII.

¶ *Polluitur Ecclesia vel cœmeterium, si excommunicatus in ea sepelitur.*

Idem *Senon. Episcopo.*

COnsuluisti *g* : [*&* ℣.] ¶ Cœmeteria, in quibus excommunicatorum corpora sepeliri contingit *h*, reconcilianda erunt aspersione *i* aquæ solenniter benedictæ, sicut in dedicationibus Ecclesiarum fieri consuevit.

CAP. VIII.

¶ *Qui fecit Ecclesiam consecrari, tenetur eam dotare. h. d. & tene menti hunc casum.*

Honorius III. *Reginæ Hungariæ.*

CUm sicut ex relatione Capituli Oradien. nobis innotuit *k*, eorum feceris Ecclesiam consecrari : [1 *&* ℣.] ¶ Cùm non sit Ecclesia, nisi de dote provisum ei fuerit, consecranda, eò liberaliùs ad dotandum prædictam Ecclesiam aperire manus munificentiæ tuæ debes, quo ad hoc fortius tanquam ex debito jam teneris.

[1 *Profectò speramus, quòd zelus ille, qui te ad ejusdem Ecclesiæ consecrationem induxit, te quoque ut eidem dotem conferas, debeat animare, & quidem.*]

CAP. IX.

¶ *Ecclesia polluta per Sacerdotem simplicem reconciliari non potest, etiamsi aqua fuerit per Episcopum benedicta.*

Gregorius IX. *Assisien. Episc.*

AQua *l* per Episcopum benedicta Ecclesiam reconciliari posse per alium Episcopum non negamus, per Sacerdotes simplices hoc fieri de cætero prohibentes : Non obstante consuetudine provinciæ *m* Bracharen. (quæ dicenda est potius corruptela) quia licet Episcopus committere valeat, quæ jurisdictionis existunt : quæ ordinis tamen Episcopalis sunt, non potest inferioris gradûs Clericis demandare. Quod autem mandantibus Episcopis super reconciliatione factum est, hactenus per eosdem, misericorditer *a* toleramus.

CAP. X.

¶ *Ecclesia etiam non consecrata, si polluatur, reconcilianda est.*

Idem *eidem.*

SI Ecclesia non consecrata cujuscunque semine fuerit, aut sanguinis effusione polluta, aquâ protinùs exorcizatâ lavetur, ne divinæ laudis organa suspendantur. Est tamen, quàm citiùs fieri poterit, consecranda.

DE CELEBRATIONE *b* MISSARUM, ET Sacramento Eucharistiæ, & divinis officiis.

TITULUS XLI.

CAP. I.

¶ *Presbyter tenetur horis debitis dicere horas canonicas, permittitur tamen sibi ex causa dicere eas usque ad vesperas inclusivè. h. d. secundùm unum intellectum.*

Ex Concilio Agathensi.

PResbyter manè *c* matutinali officio expleto, pensum servitutis suæ, videlicet Primam, Tertiam, Sextam, Nonam, Vesperamque persolvat : ita tamen, ut horis competentibus juxta possibilitatem, aut à se, aut à scholaribus publicè compleantur.

Deinde peractis horis, & infirmis visitatis, si voluerit, exeat ad opus rurale jejunus, ut iterùm necessitatibus peregrinorum & hospitum, sive diversorum commeantium infirmorum, atque defunctorum succurrere possit, usque ad statutam horam, pro temporis qualitate, Prophetâ dicente *d* : [*Septies in die laudem dixi tibi :*] qui septenatius numerus à nobis impletur, si Matutini *e*, Primæ, Tertiæ, Sextæ, Nonæ, Vesperæ, & Completorii tempore, nostræ servitutis officia persolvamus : nam de nocturnis vigiliis idem ipse Propheta ait *f* : [*Mediâ nocte surgebam, &c.*] Ergò his temporibus laudes Creatori nostro super judicia suæ justitiæ referamus.

CAP. II.

¶ *Propter Missam specialem, Missa de feria dimittenda non est.*

Ex Concilio Turonien. *g*

QUidam Laicorum habent in consuetudine, ut per singulos dies audiant Evangelium, In principio erat verbum : & Missas peculiares, hoc est *h*, de sancta Trinitate, & de sancto Michaële. Ideò sancitum est in eodem Concilio, ut ulteriùs hoc non fiat, nisi suo tempore, & nisi aliquis velit propter reverentiam sanctæ Trinitatis, non pro alia devotione audire. Sed si voluerint, ut sibi Missa cantetur, de eadem die Missas audiant, pro salute vivorum & etiam defunctorum *i*.

CAP. III.

¶ *Sufficit Sacerdoti semel in die celebrare : & excipit duos casus, scilicet necessitatem & festum Nativitatis.*

Innocentius III. *Vigoren. k Episc.*

COnsuluisti : [*&* ℣.] ¶ Respondemus, quòd excepto die Nativitatis Dominicæ, nisi causa necessitatis suadeat, sufficit Sacerdoti semel in die unam Missam solummodò celebrare.

---

a *Cap. 3. de dedic. Eccl. in 3. comp.* b *beati.* c *dictio, fieri, deest in antiq.* d *al. breviter respondemus.* e *Cap. un. de usu & aucl. pallii in 4. comp.* f *Cap. un. eod. tit. in 4. compilat.* g *C. 1. 1st. de celebrat. div. offic. in 4. compil.* h *contegerit.* i *al. aspersione solenniter aqua, &c.* k *al. innotuerit, quod eorum, &c.* [*vid. Covarr. l. 3. var. resol. c. 20.* m *vel. Ecclesia. & hoc agnoscit Hostiens.*

a *Ita Hostien. al. meduocriter.* b *vid. Conc. Trid. Sess. 22. in decr. de observandis & evitandis, &c.* c *C. 2. tit. de suffrag. in 3. comp.* d *Psl. 118.* e *matutinali. al. matutino.* f *Psal. 36.* g *Turonen. al. Turorum : sed in Concilio editus habetur, in Concilio Salegustadiensi, c. 10. & c. 2. tit. de suffrag. in 2. comp.* h *aut de sancta, &c.* i *mortuorum.* k *Vuguruien.*

CAP.

CAP. IV.

¶ *In Missa commemorationis, licèt dicatur propria præfatio, non tamen dicitur hymnus Angelicus, nec Symbolum.*

Idem *Archiepiscopo Bracharen.*

COnsilium *a* nostrum: [& ℣.] ¶ Requisisti, utrùm in diebus profestis, in quibus ad honorem S. Spiritûs, B. Virginis, & sanctæ Crucis, Missàm celebrari contingit, hymnus Angelicus, Symbolum, ac præfatio propria debeat decantari: [1 & ℣.] ¶ Inquisitioni tuæ taliter respondemus, quòd apud nos in diebus profestis, cùm Missarum solennia in honorem B. Virginis celebrantur, neq; hymnus Angelicus, neque Symbolum decantatur, licèt in Missâ propria præfatio decantetur: ut inter commemorationem & solennitatem differentia ostendatur: unde, Te Deum laudamus, regularius dimittitur, quàm dicatur in laudibus matutinis.

[1 *Præfertem cùm in partibus tuis in honorem B. Virginis in sabbathorum diebus Missa solemniter celebretur.*]

CAP. V.

¶ *Breve est.*

Idem *Clericis sancti P. Magalon.*

EX parte *b* vestra: [& ℣.] ¶ Postulationi vestræ taliter respondemus, quòd semper Sacerdos vino perfundere debet, postquam totum acceperit Eucharistiæ sacramentum, nisi cùm eodem die aliam Missàm debuerit celebrare: ne si fortè vinum perfusionis acciperet, celebrationem aliam impediret.

CAP. VI.

¶ *Si quæ verba sunt in canone Missæ, quæ ab Evangelistis dicta non fuerunt, credere debemus, quòd à Christo Apostolis, & ab Apostolis eorum successores acceperunt. Et hoc dicit usque ad ¶ quæsivisti.*

Idem *I. quondam Archiepiscopo Lugdunen.*

CUm Matthæ *c*: [1 & ℣.] ¶ Quæsivisti, quis formæ verborum, quam ipse Christus expressit, cum in corpus & sanguinem suum, panem transubstantiavit & vinum, illud in canone Missæ, quo Ecclesia utitur generalis, adjecerit: quod nullus Evangelistarum legitur expressisse. Cùm enim in Evangelio *d* sic legatur: [*Accipiens calicem, gratias agens benedixit, & dedit discipulis suis, dicens: Bibite ex hoc omnes: hic est enim sanguis meus Novi Testamenti, qui pro vobis, & pro multis effundetur, in remissionem peccatorum.*] in canone Missæ sermo iste, videlicet [*mysterium fidei*] verbis ipsis interpositus invenitur. Unde cùm non Evangelista Christum hoc dixisse testetur *e*, miraris, quòd aliquis asseverare tentaverit eum aliquid plus dixisse, quàm aliquis Evangelistarum asseveret. Verùm si formam ipsius canonis inspicias diligenter, præter hoc de quo tua fraternitas requisivit, alia duo, videlicet, [*elevatis oculis in cælum: & æterni Testamenti:*] poteris in ipso canone reperire, quæ in textu Evangelico non leguntur. ¶ Sanè multa tam de verbis, quàm de factis Dominicis invenimus ab Evangelistis omissa, quæ Apostoli vel suppleviſſe verbo, vel facto expressisse leguntur. Paulus enim in Actibus *f* Apostolorum sic ait: [*Memoniisse vos oportet verbi Domini Iesu, qui dixit: Beatius est dare, quàm accipere.*] Hæc nullus quatuor Evangelistarum descripsit. Nullus etiam horum expressit, quòd Paulus *g* de Christo ad Corinthios scribens ait: [*Visus est plus quàm quingentis fratribus simul, deinde visus est Iacobo: novissimè autem, tanquam abortivo visus est & mihi.*] Ipsi etiam Evangelistæ mutuò inter se suppleviſſe leguntur, quæ ab eorum aliquo, vel aliquibus sunt omissa. Unde cùm tres *h* Evangelistæ posuerunt, [*Hoc est corpus meum:*] solus Lucas adjecit, [*quod pro vobis tradetur.*] Et cùm Matthæus & Marcus dicant, [*pro multis:*] Lucas dicit, [*pro vobis.*] Matthæus autem [*in remissionem peccatorum*] adjunxit. ¶ Cæterum ea, quæ adduntur in canone Missæ, possunt ex aliis locis Evangelii comprobari. Joannes *a* enim suscitationem Lazari describens, Jesum sursum oculos levâsse asserit, & dixisse, [*Pater, gratias ago tibi, quoniam audisti me:*] [& ℣.] ¶ Si tunc igitur in cœlum oculos levavit ad Patrem, cum ad corpus exanime animam Lazari revocavit *b*: probabilius esse videtur, quòd tunc oculos levaverit ad Patrem in cœlum, cùm panem & vinum in corpus & sanguinem proprium commutavit. Caterùm, sicut superiùs est expressum, cùm in textu Evangelico [*novi Testamenti*] ponatur, hic interponitur, [*& æterni:*] nam Vetus Testamentum, quod hircorum & vitulorum *c* fuit sanguine dedicatum, temporalia promittebat: Novum autem, quod est Christi sanguine consecratum, promittit æterna, & ideò testamentum illud fuit vetus & transitorium: hoc autem novum est & æternum: Vel, ut utamur aliâ ratione, unde novum, id est, ultimum esse describitur, inde æternum, id est, perpetuum comprobatur *d*: novissimum etenim hominis testamentum *e* immobile perseverat, quia testatoris obitu confirmatur: juxta quod Apostolus *f* testamentum in morte asserit confirmatum: alioquin non valet, dum vixerit, qui testatur. Præterea non solùm Scriptura, sed etiam promissio dicitur testamentum, juxta quod Apostolus *g* ipse scribit: [*Ideò novi Testamenti mediator est, ut repromissionem accipiant, qui vocati sunt hæreditatis æternæ.*] Sic ergò intelligi debet, quod in ipso canone reperitur: [*Hoc est enim sanguis meus, novi & æterni Testamenti.*] id est, novæ ac æternæ promissionis, scilicet confirmator, sicut Dominus repromittit: [*Qui manducat* (inquiens) *carnem meam, & sanguinem meum habet, habet vitam æternam.*] Ex eo autem verbo, de quo movit tua frat. quæstionem, videlicet mysterium fidei, munimentum erroris quidam trahere putaverunt, dicentes in sacramento altaris non esse corporis Christi, & sanguinis veritatem, sed imaginem *h* tantùm & speciem & figuram: pro eo, quòd Scriptura interdum commemorat, id quod in altari suscipitur, esse sacramentum, & mysterium, & exemplum. Sed tales ex eo laqueum erroris incurrunt, quòd nec auctoritates Scripturæ convenienter intelligunt, nec sacramenta Dei suscipiunt reverenter: si enim quia figura est sacramentum altaris, veritas esse negatur: ergò nec mors, nec resurrectio Christi (cùm figura sit) veritas est credenda: siquidem mortem & resurrectionem Christi similitudinem & imaginem esse Apostolus *i* manifestat: [*Christus* (inquiens) *mortuus est pro delictis nostris, & resurrexit propter justificationem nostram.*] Apostolorum etiam princeps Petrus sic in epistola sua scribit *k*: [*Christus passus est pro nobis, relinquens vobis exemplum, ut sequamini vestigia ejus.*] Sic ergò tam mors Christi, quàm ejus resurrectio est exemplum, ut & nos peccato mortui, justitiæ jam vivamus. Quare si non fuit veritas, quia fuit exemplum, ergò nec verè mortuus fuit Christus, nec verè à mortuis resurrexit: sed abiit à fidelium cordibus error iste, cùm Propheta de *l* ipso testetur, quòd verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portavit. Dicitur tamen mysterium fidei, quoniam aliud ibi creditur, quàm cernatur, & aliud cernitur, quàm credatur: cernitur species panis & vini, & creditur veritas carnis & sanguinis Christi, ac virtus unitatis & charitatis: [2 & ℣.]

¶ Distinguendum est tamen subtiliter inter tria, quæ sunt in hoc sacramento discreta, videlicet formam visibilem, veritatem corporis, & virtutem spiritualem.

a *C. 2. eod. tit. in 2. compilat. B. Thom. l. 4. sent. dist. 13. q. 1. art. 2. quæstiuncula 4.* b *C. 4. eod. tit. in 3. comp.* c *C. 1. eod. tit. in 3. comp.* d *Matth. 26.* e *testatur.* f *Act. 20.* g *1. Corinth. 15.* h *Luc. 22. Matth. 26. Marc. 14.*

a *Ioan. 11.* b *revocabat.* c *Esa. 1.* d *approbatur.* e *Hic potè vocem, testamentum, in quibusdam est delitio, morte, quæ deest in omnib antiquis: nec esse debet, ut indicant sequentia.* f *Hebr. 9.* g *Hebr. 12.* h *Hunc errorem novissimè condemnavit Concil. Trident. Sess. 13. de sanctiss. Euchar. sacr. c. 4. & c. 1. vid. Thom. 3. p. q. 75. art. 2.* i *Rom. 6.* k *1. Petr. 2.* l *Esa. 53.*

Forma est panis & vini, veritas carnis & sanguinis, virtus unitatis & charitatis. Primum est sacramentum & non res. Secundum est sacramentum & res. Tertium est res & non sacramentum. Sed primum est sacramentum geminæ rei. Secundum est sacramentum unius, & alterius res existit. Tertium est res gemini sacramenti. Credimus igitur, quòd formam verborum, sicut in canone reperitur, & à Christo Apostoli, & ab ipsis eorum acceperint successores.

[1 *Circa plurima satagentis officio in cura regiminis pastoralis pro majori parte renuncians in domo Domini, quasi objectus elegerit habitare cum illis, qui partem optimam elegerunt, sedentes ad pedes Domini cum Maria, ut in lege ejus jugiter meditentur, Ippidem Lia Rachelis pulchritudinem præferentes, eam in te vigere credimus intelligentiam Scripturarum, ut non solum parvulis frangere possis panem, sed profectis etiam cibum solidum ministrare, ac nodos solvere difficilium quæstionum. Verum quoniam in primatu Apostolorum principis Apost. sed magisterium recognoscens, ad eam credis majores causas Ecclesiæ referendas: consultationibus tuis, quæ non ob commodum utilitatis terrenæ, cum civilem non contineant quæstionem, sed animarum profectum, ut videlicet in lucem prodeant obscuræ Scripturæ, noverimus te novisse libenter, quod nobis insperat Dominus.*]

[2 *Quod autem mysterium fidei dicitur in hoc loco, alibi secundum Ioannem Spiritus & vita narratur: nam Spiritus est in mysterium, juxta illud: Litera occidit, Spiritus autem vivificat, fides qua est vita: secundum quod legitur: Justus ex fide vivit, propter quod dicit Dominus ipse: Verba quæ locutus sum vobis, spiritus & vita sunt.*]

¶ *In sacramento altaris aqua cum vino transubstantiatur in sanguinem. h. d. usq; ad 9. tertio loco. Abb. Siculus.*

¶ Quæsivisti etiam, utrùm aqua *a* cum vino in sanguinem convertatur? Super hoc autem opiniones apud Scholasticos variantur. Aliquibus enim videtur, quòd cùm de latere Christi duo præcipua fluxerint sacramenta, redemptionis in sanguine, ac regenerationis in aqua, in illa duo, vinum & aqua, quæ commiscentur in calice, divinâ virtute mutantur: ut in hoc sacramento plenè sit veritas & figura. Alii verò tenent, quòd aqua cum vino transubstantiatur in sanguinem, cùm in vinum transeat mixta vino: licèt Physici contrarium asseverent, qui aquam à vino per artificium posse asserunt separari. Præterea potest dici, quòd aqua non transit in sanguinem, sed remanet prioris vini accidentibus circumfusa, ita quòd vini saporem assumit: quod inde convincitur, quia si post calicis consecrationem aliud vinum mittatur in calicem, illud quidem non transit in sanguinem, nec sanguini commiscetur: sed accidentibus prioris vini commixtum, corpori, quod sub eis latet, undique circumfunditur, non madidans circumfusum: ipsa tamen accidentia vinum appositum videntur afficere, quia si aqua fuerit apposita, vini saporem assumit. Contingit igitur accidentia mutare subjectum, sicut & subjectum contingit accidentia permutare: cedit quippe natura miraculo, & virtus supra consuetudinem operatur. Sed nec inconveniens creditur aut absurdum, si aqua in corpore Christi esse credatur, cùm legatur *b* de ipsius *c* latere processisse: [1 *& infra.*] ¶ Verùm inter opiniones prædictas illa probabilior judicatur, quæ asserit aquam cum vino in sanguinem transmutari: ut expressius eluceat proprietas sacramenti. Nam cùm aquæ multæ sint populi multi, juxta quod alibi legitur *d*: [*Beati qui seminatis super omnes aquas:*] ideò vino aqua unitur, ut Christo populus adunetur: per hoc enim quod suscepit ipse de nostro, & accepimus ipsi de suo, tam insolubili nexu conjungimur, ut qui est unum cum patre per ineffabilem unitatem, fiat unum nobiscum per admirabilem unionem, ac per hoc, ipso communiter mediante, cum patre unum efficimur. [*Pater, a inquit, sancte, serva eos, quos dedisti mihi, ut sint unum sicut & nos: non pro his rogo tantum, sed pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me, ut & ipsi in nobis unum sint, & mundus credat, quia tu me misisti.*]

[1 *Illud autem est nefarium opinari, quod quidam dicere præsumpserunt, aquam videlicet in phlegma convertis. Nam & de latere Christi non aquam, sed humorem aquaticum mentiuntur exisse, non attendentes, quòd de latere Christi duo fluxerunt sacramenta, & quòd non baptizantur in phlegmate, sed in aqua, juxta quod Dominus protestatur: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto, non introibit in regnum Dei.*]

¶ *Oratio, quæ dicitur in secreta in festo sancti Leonis, immutata est, quia ubi dicebatur:* [Annue nobis, Domine, ut animæ famuli tui Leonis hæc prosit oblatio:] *ludex dicitur, [ut intercessione B. Leonis hæc nobis prosit oblatio.] & hæc mutatio contigit, quia Sancti nostris orationibus non indigent, sed nos suis. h. d. usq; ad finem. Abbas.*

¶ Tertio loco *b* fraternitas tua requisivit, quare fuerit mutatum, quod in secreta B. Leonis secundum antiquiores codices continetur, sic videlicet: [*Annue nobis, Domine, ut anima famuli tui Leonis hæc prosit oblatio:*] cùm in modernis sacramentariis habeatur, [*Annue nobis quæsumus, Domine, ut intercessione B. Leonis hæc nobis prosit oblatio?*] Super quo respondemus, quòd cùm sacræ Scripturæ dicat auctoritas, quòd injuriam facit martyri, qui orat pro martyre: idem est ratione consimili de *c* aliis Sanctis sentiendum, quia orationibus nostris non indigent, pro eo, quòd cùm sint perfectè beati omnia eis ad vota succedunt: sed nos de potius orationibus eorum indigemus, quos (cùm miserimus) undique mala nostra perturbant: unde quod in plerisque *e* orationibus continetur: Prosit vel proficiat huic sancto vel illi *f* talis oblatio ad gloriam & honorem: ita debet intelligi, ut ad hoc prosit, quòd *g* magis ac magis à fidelibus glorificetur in terris: licèt plerique reputent non indignum, Sanctorum gloriam usque ad judicium augmentari, & ideò Ecclesiam interim sanè posse augmentum glorificationis eorum optare. Verùm *h* utrùm in hoc articulo locum habeat illa distinctio, quòdocetur, quòd defunctorum alii sunt valdè boni, alii sunt valdè mali, alii mediocriter boni, alii mediocriter mali: unde suffragia, quæ fiunt à fidelibus in Ecclesia pro valdè bonis, actiones sunt gratiarum, pro valdè malis, consolationes vivorum, expiationes verò pro mediocriter bonis, & propitiationes pro mediocriter malis, tua discretio investiget.

CAP. VII.

¶ *Gravius peccat, qui simulat confiteri, & non confitet, quàm ille, qui confitet in mortali.*

Idem *Rectoribus Romanæ fraternit.*

DE *i* homine: [*&c.*] ¶ Quæsivisti *k*, quid de incauto Presbytero videatur, qui cùm se sciat in mortali crimine constitutum, Missarum solennia, quæ non potest propter necessitatem quamlibet intermittere, propter sui facinoris conscientiam dubitat celebrare, peractisque cæteris circumstantiis Missam celebrare se fingit, & suppressis verbis, quibus conficitur corpus Christi, panem *l* & vinum tantummodò purè sumit, ita credens per id quod prætendit, populo satisfacere, ut per hoc, quod intendit, Deum non debeat provocare. Cùm

ergò

a *Hunc art. explicat B. Thom. 3. p. q. 74. art. 8. & Sot. 4 sentent. dist. 9. q. 1. art. 5.* b *Ioann. 21.* c *Corpore, legitur in plurimis in antiquis.* d *Esa. 32.*

a *Ioan. 17.* b *Summa est, sanctos in cœlo cum Deo regnantes, non orare pro nobis, sed nos eorum intercessibus uti. vide Conc. Trid. sess. 25. tit. de invocat. & reliq. sanct. &c.* c *al. ita & de sanctis aliis sentiendum.* d *vid. Soton. l. 4 sent. dist. 45. q. 3. art. 1.* e *pluribus.* f *illis.* g *al. ita: quòd magis ac magis, &c.* h *vide Dominic. Soton. l. 4. sent. dist. 45. q. 2. art. 2.* i *Cap. 6. eod. tit. in 3. compilat.* k *in antiq. legitur. Quæsivisti.* l *lib. Cod. Barb. panem & vinum purum tantummodo sumit.*

ergo falsa sint abiicienda remedia, quæ veris sunt periculis graviora: licet is, qui pro sui criminis conscientia reputat se indignum, peccet graviter, si se ingerat irreverenter ad illud, gravius tamen videtur offendere, qui sic fraudulenter illud præsumpserit simulare: cùm ille in solius misericordis Dei manum incidat, iste verò non solùm Deo (cui non veretur illudere) sed populo, quem decipit, se adstringat.

CAP. VIII.

¶ Hic improbat opinionem, quæ habet, quòd in sacramento altaris aqua convertatur in phlegma, & probat Christum fuisse verum Deum & verum hominem, & quòd de ipsius latere exierit vera aqua.

Idem *Ferrariensi Episcopo.*

IN quadam nostra decretali epistola asseris te *a* legisse, illud fuisse nefarium opinari, quod quidam dicere præsumpserunt, in sacramento videlicet Eucharistiæ aquam in phlegma converti: nam de latere Christi non aquam, sed humorem aquaticum mentiuntur exisse: [1 & 3.] ¶ Nos igitur ad tuæ supplicationis instantiam respondemus, quòd quidam dixerunt, sed erraverunt, Christum non fuisse verum Deum, sed adoptivum, ut miseri *b* Arriani. Alii Christum non fuisse verum hominem, sed phantasticum, ut impii Manichæi *c*. Sed adversùs hujusmodi hæreses Joannes *d* Apostolus in epistola sua loquitur, dicens: [*Tres sunt, qui testimonium dant in cœlo, Pater, Verbum & Spiritus Sanctus; & hi tres unum sunt:*] per hoc intendens ostendere, quòd Christus sit verus Deus. [*Et tres sunt, qui testimonium dant in terra, spiritus, aqua, & sanguis:*] per hoc intendens ostendere, quòd Christus sit verus homo. Nam adesse hominis duo principaliter exiguntur, videlicet corpus, & anima, ex quorum conjunctione verus homo subsistit. ¶ Per hoc autem, quòd in articulo mortis Christus inclinato *e* capite tradidit spiritum, de quo voce magnâ clamaverat *f*: [*Pater, in manus tuas commendo spiritum meum:*] manifestè probatur quòd ipse spiritum habebat, non solùm flatum vitalem, sed animam rationabilem, de qua prædixerat *g*: [*Tristis est anima mea usque ad mortem:*] &, [*Potestatem habeo ponendi animam meam, & iterùm sumendi eam.*] ¶ Per hoc autem, quòd unus militum lanceâ latus ejus aperuit *h*, & continuò sanguis exivit & aqua: probatur apertè, quòd Christus verum corpus habebat. Nam de phantastico corpore, nec sanguis, nec aqua potuissent exire: unde [*ille k qui vidit testimonium perhibuit, & testimonium ejus est verum: quia tres sunt, qui testimonium dant in terra, spiritus, aqua, & sanguis.*] ¶ Quod videlicet Christus sit verus homo, ex anima rationali & humana carne subsistens, probatur ex eo, quòd spiritum vitalem emisit. & de vero corpore probatur, quoniam ex eo sanguis exivit & aqua: rationalis quippe anima non posset vivificare, nisi corpus humanum, ex quibus verus homo constitit. ¶ Cæterùm sicut fuit verus spiritus, & verus sanguis, ita proculdubiò vera aqua: cùm Christus sit veritas, & à veritate omnis fallacia sit penitùs aliena: nam si non fuisset aqua, sed phlegma, quod de latere Salvatoris exivit, ille qui vidit, & testimonium veritati perhibuit, profectò non aquam, sed phlegma dixisset: nec in hoc verum regenerationis sacramentum fuisset offensum, cùm per sacramentum baptismi non regeneremur in phlegmate, sed in aqua. Neque per hoc posset vero argumento probari, quòd in sacramento Eucharistiæ admiscenda sit aqua vino, si de latere Christi non aqua, sed phlegma cum sanguine profluxisset. Sed nec vera fuisset figura, quæ super hac re præcessit in Veteri Testamento, quando Moyses *a* virgâ percussit silicem, & ex ea non phlegma, sed aqua *b* manavit. Restat igitur, ut qualiscunque fuerit illa aqua, sive naturalis, sive miraculosa, sive de novo divinâ virtute creata, sive de componentibus ex parte aliqua resoluta, proculdubiò vera fuit: cùm naturaliter possit & compositum in componentia, & elementatum in elementa resolvi: quemadmodum verus extitit sudor ipsius, sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram *c*. Cùm autem ad compositionem humani corporis quatuor elementa concurrant, videlicet terra, aqua, aër, & ignis: & ad vegetationem ejusdem corporis quatuor humores illis consimiles conveniant, videlicet sanguis, cholera, phlegma, & melancholia: ut veritatem humani corporis expressiùs demonstraret, unum ex illis, & unum ex istis Joannes expressit, illa quæ potiùs ex illis, & ex istis, quæ magis mysterio *d* congruebant, ex elementis aquam, & ex humoribus sanguinem: in quibus duobus duo maximè *e* sacramenta, redemptionis videlicet & regenerationis, elucent.

[1 *Licèt autem hos magnos & authenticos viros sensisse recensui, quorum opiniones dictis & scriptis haftenus ei secutus, ex quo tamen nos in contrarium sentimus, nostræ compellens sententiæ consentire. Sed verbum Io. Apostoli te multum movere fateris, dicentis: Tres sunt, qui testimonium dant in terra, spiritus, aqua, & sanguis, & hi tres unum sunt, quamvis hoc ultimum in pleriisq; codicibus minimè habeatur, ab omnibus, quod dicis sic exponi, illos videlicet esse unum, de una & eadem re, scilicet de humanitate Christi testari: Petrè si non vera fuit aqua, quæ fluxit de latere Christi, & non humani corporis humor: qualiter per illam perhibetur quòd Christus sit homo non vides? glossa namq; super illum locum sic habet: Spiritus, id est, humana anima quam emisit in passione, aqua & sanguis qua fluxerunt de latere Christi, quod fieri non posset, si non haberet veram carnis naturam. Sic ergo tam ex textu, quam ex glossa proponis per illam aquam probari, quòd Christus sit verus homo, & ideò si dicatur quòd illa non extitit vera aqua, sed aquaticus humani corporis humor, tam expositoris quàm Apostoli verba intelligibilia tibi esse videntur: sed date quòd fuerit vera aqua, sicut nos credimus & fatemur, nec ista, nec illa sufficienter intelligis. Unde nos humiliter supplicasti, quatenus ad generalem utilitatem legentium, & nebulam de tuo corde tollendam, sufficienter & evidenter hoc exponere dignaremur.]*

CAP. IX.

¶ Præcipit Prælatis & Clericis in virtute obedientiæ, ut nocturnum officium & diurnum studiosè celebrent & devotè.

Idem *in Concilio generali.* f

DOlentes referimus, quòd non solùm quidam minores Clerici, verùm etiam aliqui Ecclesiarum Prælati, circa *g* commessationes superfluas, & fabulationes illicitas (ut de aliis taceamus) ferè medietatem noctis expendunt, & somno residuum relinquentes, vix ad diurnum concentum avium excitantur, transcurrendo undique *h* continuâ syncopâ matutinum. Sunt & alii, qui Missarum solennia vix celebrant quater in anno, & (quod deterius est) interesse contemnunt: & si quando cùm hæc celebrantur intersint, chori silentium fugientes, intendunt exteriùs collocutionibus Laicorum: dumque auditum ad indebitos sermones effundunt, aures intentas non porrigunt ad divina. Hæc igitur & similia sub pœna suspensionis penitùs inhibemus, districtè præcipientes in virtute obedientiæ, ut divinum officium nocturnum pariter & diurnum, quantùm eis dederit Deus, studiosè celebrent pariter & devotè.

a C. 7 and. tit. in 3. comp. vide Sot l. 4. sent. dist. 1. quæst. 3. art. 3. & dist. 9. q. 1. art. 6. b Hos damnavit Conc. Nican. vide Nicephorum l. 8. c. 5, 6, 7, & 8. c Vide Epiphanium, lib. 2. contra hæreses, hæres 66. d 1. Ioan. 5. e Ioh. 19. f Luc. 23. g Matth. 26. h Ioan. 19. i Ioan. 19. k 1. Ioan. 5.

a Num. 20. b emanavit al. emanatus. c Luc. 22. d misterio. e maxima. f scilicet Lateran. sub Innoc. III. c. 17. refertur c. 2. tit. de celebr. div. offic. in 4. comp. g In Cod. Barb. sic: circa commessationes superfluas & confabulationes. h usquequaque, & in Concil. continuata.

CAP. X.

¶ *Eucharistia debet mundè servari, & in ejus elevatione & delatione populus debet se inclinare: & cùm defertur ad infirmum, debet deferri in decenti habitu, & cum lumine: transgressores verò graviter sunt puniendi.*

Honorius III.

SAnè cùm *a* olim: [*& infrà.*] ¶ Ne propter incuriam Sacerdotum divina indignatio gravius exardescat, districtè præcipiendo mandamus, quatenus à Sacerdotibus Eucharistia in loco singulari mundo & signato semper honorificè collocata, devotè ac fideliter conservetur. Sacerdos verò quilibet frequenter doceat plebem suam, ut cùm in celebratione Missarum elevatur hostia salutaris, se reverenter inclinet *b*, idem faciens, cùm eam defert Presbyter ad infirmum. Quam in decenti habitu superposito mundo velamine ferat, & referat manifestè ac honorificè ante pectus cum omni reverentia & timore, semper lumine præcedente, cùm sit candor lucis æternæ, ut ex hoc apud omnes fides & devotio augeatur. Prælati autem hujusmodi mandati graviter punire non differant transgressores: si & ipsi divinam & nostram volunt *c* effugere ultionem.

CAP. XI.

¶ *In Ecclesiis collegiatis debent celebrari duæ Missæ collegialiter, una pro defunctis, alia secundùm exigentiam diei, ut pro festo, si festum occurrit, vel pro feria, si feria.*

Idem *universis Ecclesiarum Prælatis.*

CUm creatura *d* non habeat, quid pro meritis respondeat creatori: [1 & ℣.] ¶ Mandamus, quatenus nullum in vos torporem negligentiæ obrepere permittatis, quò minùs & pro anniversariis defunctorum, & pro festo vel feria secundùm temporum congruentiam, Missarum solennia conventualiter celebretis.

[1 *Cum igitur Ecclesia Gallicana per Dei gratiam tanquam lucerna super candelabrum posita aliis luceat per exemplum, ut qui videntes opera ejus bona, glorificent Patrem cœlestem, ne, quod absit, tanta negligentia tenebræ obumbretur, & alias consequenter obumbret, universitatem vestram rogandam duximus & monendam, per Ap. sed. mandantes.*]

CAP. XII.

¶ *In die Cœnæ Domini Episcopus tantùm in sua Ecclesia debet Missam celebrare, & chrisma conficere.*

Idem. *e*

TE *f* referente: [1 & ℣.] ¶ Cùm cuilibet Sacerdoti, quâcunque dignitate præfulgeat, unam in die celebrare Missam sufficiat: nam & valdè est felix, qui celebrat dignè unam: Fraternitati tuæ mandamus, quatenus die Cœnæ Domini in Ecclesia Sypontina duntaxat, in qua teneris chrisma conficere, Missarum studeas solennia celebrare.

[1 *Didicimus, quòd in die Cœnæ Dominicæ de antiquæ teneris consuetudine chrisma conficere in Ecclesia Sypontina, sed cum manè dies ejusdem ad Garganicam Ecclesiam accedas, ut ibidem, prout moris est, recipias pœnitentes, vel remittentes, vel peregrinos ipsius loci: clerus & populus celebrare Missam in eadem Ecclesia Garganica priusquam ad Sypontinam redeas te compellunt, propter quod nostrum & Apost. sed. consilium implorâsti. Cum autem chrisma eodem die infra Missarum solennia conficias, &c.*]

CAP. XIII.

¶ *In sacrificio altaris plus de vino, quàm de aqua ponendum est.*

Idem *Archiepiscopo Ablasen.* *g*

PErniciosus in *h* tuis partibus inolevit abusus, videlicet quòd in majori quantitate de aqua ponitur in sacrificio, quàm de vino: Cùm secundùm rationabilem consuetudinem Ecclesiæ generalis plus in ipso sit de vino, quàm de aqua ponendum. Ideoque fraternitati tuæ mandamus, quatenus id non facias, nec in tua provincia fieri patiaris.

CAP. XIV.

¶ *Ab officio & beneficio deponitur Presbyter, qui sine aqua & igne, vel in pane fermentato, vel vase ligneo sacrificat.*

Idem *Episcopo Brixien.*

LIteras tuas recepimus continentes, quòd cùm super excessibus Presbyteri Ecclesiæ sanctæ Brigidæ, Brixien. inquireres, confessus est, quòd cùm quâdam die hostiam & calicem non haberet, in pane fermentato, & scypho ligneo Missarum solennia celebrare præsumpsit: [1 & ℣.] ¶ Intellecto iterùm, quòd prædicta Ecclesia per malitiam dicti Presbyteri multipliciter lædebatur, inquisitionis officium iterans, ex ejus confessionibus inventi, quòd idem sine igne sacrificabat & aqua. Cùm igitur vel ex aperta malitia, vel nimia desipientia peccâsse probetur: mandamus, quatenus officio & beneficio perpetuò ipsum prives.

[1 *Quare ipsum suppositisti perpetuæ interdictis, consulens quòd in aliqua Ecclesia regulari mutaret in melius vitam suam. Postmodùm autem ille coram ven. fil. n. Hostien. Episcopo Ap. sed. Leg. ut secum misericorditer ageret supplicante: idem ad celebrationem divinorum Presbyterum restituens memoratum, super suspensionem beneficii, causam S. Salvatoris, & S. Luca Brixien. Præpositis delegavit, quòd ad beneficium restitueret eundem. Deinde verò reversus de partibus marinis.*]

DE BAPTISMO ET EJUS EFFECTU.

TITULUS XLII.

CAP. I.

¶ *Licèt puer sit ter mersus in aqua, in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti, si non sit dictum, Ego te baptizo in nomine Patris, &c. non est baptizatus.*

Alexander III.

SI quis puerum *b* ter in aqua immerserit in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti, amen: & non dixerit, Ego baptizo te in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti, amen: non est puer baptizatus.

CAP. II.

¶ *Si probabiliter dubitatur, an quis fuerit baptizatus, puer baptizari formâ hîc expressâ.*

Idem.

DE quibus dubium *c* est, an baptizati fuerint, baptizantur *d* his verbis præmissis: Si baptizatus es, non te baptizo: sed si nondum baptizatus es, ego te baptizo, &c.

CAP. III.

¶ *Sacramentum baptismi utiliter confertur parvulis, licèt non credant nec intelligant, & remittitur eis peccatum originale. l. d. usq; ad ℣. verùm.*

Innocentius III. *Arelaten. Archiepiscopo.*

MAjores Ecclesiæ *e* causas, præsertim articulos fidei contingentes, ad Petri sedem referendas intelligit, qui eum quærenti Domino, quem discipuli dicerent ipsum esse, respondisse notabat: [*Tu es Christus filius Dei vivi:*] & pro eo Dominum exorâsse, ne deficiat fides ejus. Quibusdam igitur quæstionibus, quas contra catholicos hæretici moverant, nos postulas respondere. Asserunt enim parvulis inutiliter baptisma conferri:

---

a *Vid. Conc. Trid. Sess. 13. in decr. de sanct. Euch. Sacr. c. 6. & 7.* b *inclinent.* c *voluerint.* d *Vid. Conc. Trid. Sess. 22. tit. Doctrina de sacrificio Missæ c. 2. & 3. & sess. 25. decr. de purg.* e *Archiep. Sypontin.* f *Vid. Th. 3. p. q. 83. art. 2. ad 2 arg.* g *Casalens. al. Valvalen. al. Ubsalens. Hoc ultimum credo verius.* h *Vid. B. Th. 3. p. q. 74. art. 2. & Soton. l. 4. sent. dist. 3. q. 1. art. 6.*

a *Vid. B. Thom. q. 74. art. 4. & q. 83. art. 3. ad 6. arg. & q. 74. art. 6. & 7.* b *Cap. 1. De baptis. puer. in 2 comp. Vid. B. Thom. 3. par. q. 68. art. 5. & Soton. l. 4. sent. dist. 3. q. 1. art. 3.* c *Vid. B. Thom. 3. part. q. 66. art. 9. & B. Clement. l. 8. c. 15. constitutionum Apostolicarum.* d *al. baptizentur.* e *C. 1. eod. tit. in 3. compil.* f *Matth. 16. & Luc. 22.*

quod

quod nituntur probare, illud primò & præcipuè inducentes, quòd cùm secundùm verbum Jacobi a Apostoli, dicentis in epistola sua: [*Charitas operit multitudinem peccatorum:*] & juxta illud testimonium veritatis in Evangelio b de peccatrice, quæ ipsius pedes laverat, perhibentis: [*Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multùm:*] non nisi per charitatem & in charitate crimina dimittantur, parvulis, qui nec sentiunt, nec consentiunt, & charitatem non habent, quæ sentientibus & consentientibus tantùm infunditur, peccatum non dimittitur in baptismo: [1 *& infrà.*] ¶ Ad id autem taliter respondemus, quòd c baptisma successerit circumcisioni. Absit enim, ut in illam damnatam hæresim incidamus, quæ perperàm affirmabat, legem cum Evangelio, & circumcisionem cum baptismo servandam: quoniam secundùm Apostolum dicentem ad Galatas d: [*Si circumcidamini, Christus nihil vobis proderit.*] Cùm ergò circumcisio tam adultis, quàm parvulis ex præcepto Domini conferretur: ne baptismus, qui succedit loco ipsius, & generalior tamen existit, cùm tam viri, quàm fœminæ baptizentur, minoris videatur effectûs: tam adultis, quàm parvulis est conferendus. Sicut enim sine distinctione qualibet Mosaica e lex clamabat: [*Anima cujus præputii caro circumcisa non fuerit, peribit de populo suo:*] ita nunc indistinctè vox intonat Evangelica f: [*Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto, non intrabit in regnum Dei:*] ab hac generalitate nec sexum, nec ætatem excludens. Cautè tamen notandum est quantum plus baptismus hodie conferat Christianis, quàm quondam Judæis circumcisio contulisset: dictum est in fine prædictæ auctoritatis inductæ de veteri lege g [*Peribit de populo suo:*] in Evangelica vero auctoritate subjunctum est: [*Non intrabit in regnum Dei:*] quoniam etsi originalis culpa remittebatur per circumcisionis mysterium, & damnationis periculum vitabatur, non tamen perveniebatur ad regnum cœlorum, quod usque ad mortem Christi fuit omnibus obseratum h: sed per sacramentum baptismi Christi sanguine rubricati culpa remittitur, vitiatur periculum, & ad regnum cœlorum etiam pervenitur, cujus januam Christi sanguis fidelibus suis misericorditer reseravit. Absit enim, ut universi parvuli pereant, quorum quotidie tanta multitudo moritur, quin & ipsis misericors Deus i, qui neminem vult perire, aliquod remedium procuraverit ad salutem. Cæterùm ex vi literæ satis patet, prædictas auctoritates intelligendas esse tantummodò de adultis, qui habent multitudinem peccatorum, cùm de parvulis non possit intelligi, qui peccato tantùm originali tenentur. Similiter & illa auctoritas est solvenda: [*Qui* k *crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit, &c.*] cùm non possint credere parvuli, sed adulti: & ob hoc tota auctoritas hìc l intelligenda est de adultis, ne ad alios prima, & ad alios secunda clausula referatur: quamvis nonnulli concedant, quòd parvuli credunt non per usum, sed per habitum fidei, quem suscipiunt in baptismo: sicut & alia multa verba secundùm communem usum loquendi non ad actum, sed ad aptitudinem referuntur. Illud verò m, quod opponentes inducunt, fidem aut charitatem, aliasque virtutes parvulis, utpote non consentientibus, non infundi, à plerisque non conceditur absolutè, cùm propter hoc inter Doctores Theologos quæstio referatur, aliis asserentibus per virtutem baptismi parvulis quidem culpam remitti, sed gratiam non conferri: nonnullis dicentibus dimitti n peccatum, & virtutes infundi habentibus illas, quoad habitum, non quoad usum, donec perveniant o ad ætatem adultam.

[1 *Et sic ei baptismus non confertur, quia non est talibus conferendus. In Evangelio quoque legitur: Qui crediderit & baptizatus fuerit, s. e. qui autem non crediderit, cond. unde parvuli sive fuerint sive non fuerint baptizati, condemnabuntur, utpote non credentes.*]

¶ *Originale peccatum, quod sine consensu contrahitur, remittitur in baptismo etiam non consentientis, ut parvulo: secus de actuali: quia sicut non committitur sine consensu, ita non relaxatur. hoc dicit, usq; ad ¶ sed adhuc. Abbas.*

Verùm quidam ex hac solutione invenisse se credunt viam ad alias quæstiones, argumentantes ex eo, quòd dicimus parvulis in baptismate peccatum originale dimitti, quòd & adultis dormientibus vel amentibus peccatum (si baptizentur) ratione simili dimittatur. Cùm enim neutri sentiant tunc vel consentiant, dicunt idem in consimilibus judicandum. Hìc verò dicimus distinguendum, quòd peccatum est duplex, originale scilicet, & actuale: originale, quod absq; consensu contrahitur: actuale, quod committitur cum consensu. Originale igitur, quod sine consensu contrahitur, sine consensu per vim remittitur sacramenti: actuale verò, quod consensu contrahitur a, sine consensu minimè relaxatur.

¶ *Licet in baptismo dimittatur originale peccatum parvulis, qui tamen consentire non possunt: in adultis tamen amentibus vel dormientibus, qui non consentiunt baptismo, non dimittitur actuale: & idem etiam nec originale. h.d.*

Sed adhuc quæritur, quare non saltem originale peccatum amentibus, & dormientibus in baptismo sicut parvulis dimittatur? Ad hoc taliter est respondendum, quòd Dominus, qui totum hominem salvum b fecit in Sabbatho, opus imperfectionis non novit: & ob hoc peccata non ex parte, sed ex toto dimittit. Præterea pœna originalis peccati, est carentia visionis Dei: actualis verò pœna peccati, est gehennæ perpetuæ cruciatus. Unde si dimitteretur alicui primum, altero non dimisso, talis non careret visione Dei propter originale dimissum, & cruciaretur in gehenna perpetuò propter reatum criminis actualis: sed hæc tanquam incompassibilia c sese minimè pattuntur, imò sibi mutuò adversantur.

¶ *Amentes vel dormientes baptizati, si ante dementiam vel dormitionem baptizari volebant, characterem suscipiunt, aliàs secùs: coacti verò causative suscepunt. h. d. usq; ad finem.*

Item quæritur d, utrùm dormientibus & amentibus sacramenti saltem character in baptismate imprimatur, ut excitati à somno, vel ab ægritudine liberati, non sint denuò baptizandi. Sunt autem nonnulli, qui dicunt, quòd sacramenta, quæ per se sortiuntur effectum, ut Baptismus & Ordo, cæteraque similia, non solùm dormientibus & amentibus, sed invitis & contradicentibus, etsi non quantùm ad rem, quantùm tamen ad characterem, conferuntur: cùm non solùm parvuli qui non consentiunt, sed & ficti, qui quamvis non ore, corde tamen dissentiunt, recipiant sacramentum. Sed opponitur talibus, quòd qui fuissent inviti & reluctantes immersi, saltem ratione sacramenti ad jurisdictionem Ecclesiasticam pertinerent: unde ad servandam regulam fidei Christianæ forent rationabiliter compellendi. Verùm id est religioni Christianæ e contrarium, ut semper invitus & penitùs contradicens ad recipiendam & servandam Christianitatem aliquis compellatur. Propter f quod inter invitum & invitum, coactum & coactum, alii non absurdè distinguunt, quòd is, qui terroribus atque suppliciis violenter attrahitur, & g ne detrimentum incurrat, baptismi suscipit sa-

a *Iac. 5. & 1. Pet. 4.* b *Luc. 7.* c *perperàm in vulgatis, quòd cum baptisma, &c.* d *Galat. 5.* e *Gen. 17.* f *Ioan. 3* g *Genes. 17. Levit. 12.* h *id est, clausum. In multis vulgatis mendosè legitur, observatum.* i *1. Timoth. 1.* k *Matth. 28.* l *hæc.* m *Vid. B. Thom. 3. p. q. 69. art. 6.* n *alii. & dimitti.* o *pervenirent.*

a *al. Quod cum consensu contrahitur, &c.* b *al. sanum, ut plurimùm in antiquis codicibus.* c *al. incompossibilia.* d *Vid. B. Thom. 3. p. q. 80 art. 9.* e *Vid. B. Thom. 2. 2. q. 10. art. 8 & ibi Cajetan.* f *perperàm in pluribus vulgatis, propter quod inter invitum, & non invitum, coactum & non coactum, &c.* g *al. ita: ut ne, &c.*

cramentum, talis (sicut & is, qui fictè ad baptismum accedit) characterem suscipit Christianitatis impressum, & ipse tanquam conditionaliter volens, licèt absolutè non velit, cogendus est ad observantiam a fidei Christianæ: in quo casu debet intelligi decretum Concilii Toletani b, ubi dicitur, quòd qui jampridem ad Christianitatem coacti sunt, sicut factum est temporibus c religiosissimi Principis Sisibuti: quia jam constat eos sacramentis divinis associatos, & baptismi gratiam suscepisse, & chrismate unctos esse, & corporis Domini extitisse participes: oportet etiam ut fidem, quam necessitate susceperunt d, tenere cogantur, ne nomen Domini blasphemetur, & fides quam susceperunt, vilis ac contemptibilis habeatur. Ille verò, qui nunquam consentit, sed penitùs contradicit, nec rem, nec characterem suscipit sacramenti: quia plùs est expressè contradicere, quàm minimè consentire: sicut nec ille notam alicujus reatûs e incurrit, qui contradicens penitùs & reclamans thurificare idolis cogitur violenter. Dormientes autem & amentes, si priusquam amentiam incurrerent, aut f dormirent, in contradictione persisterent: quia in eis intelligitur contradictionis propositum perdurare, etsi g fuerint sic immersi, characterem non suscipiunt sacramenti. Secùs autem, si priùs catechumeni extitissent, & habuissent propositum baptizandi: unde tales in necessitatis articulo consuevit Ecclesia baptizare. Tunc ergò characterem sacramentalis imprimit operatio, cùm obicem voluntatis contrariæ non invenit obsistentem.

CAP. IV.

¶ Nemo potest seipsum baptizare, etiam instante necessitatis articulo.

Idem *Meten. Episcopo.*

DEbitum *h*: [*1 & infrà.*] ¶ Sanè intimâsti, quòd quidam Judæus in mortis articulo constitutus, cùm inter Judæos tantùm existeret, in aquam seipsum immersit, dicendo: Ego me baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti, Amen: [*2 & infrà.*] ¶ Respondemus, quòd cùm inter baptizantem & baptizatum debeat esse discretio *i*, sicut ex verbis Domini colligitur, dicentis *k* Apostolis: [*Ite 1, baptizate omnes gentes in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti:*] memoratus Judæus est denuò ab alio baptizandus: ut ostendatur, quòd alius est, qui baptizatur, & alius, qui baptizat. Ad quod etiam designandum ipse Christus non à seipso, sed à Joanne voluit baptizari: quamvis si talis continuò decessisset, ad cœlestem patriam protinus evolâsset *m* propter sacramenti fidem, etsi non *n* propter fidei sacramentum. In baptismo quippe illa spiritualis generatio *o* celebratur, de qua veritas ait *p*: [*Oportet vos nasci denuò: quia nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto, non intrabit in regnum cœlorum.*] Sicut ergò *q* in carnali generatione, quâ *r* proles ex viro & fœmina nascitur, alius est, qui carnaliter gignit, & alius, qui carnaliter gignitur: sic in sacramentali generatione, quâ soboles ex aqua & Spiritu Sancto renascitur, alius debet esse, qui spiritualiter generet, & alius, qui spiritualiter generetur. Sanè cùm corpus exterius, sive cùm cor interius baptizatur, oportet ut utrobique paternitas & filiatio valeat inveniri, quibus baptizans & baptizatus ad invicem referantur.

[*1 Pastoralis officii existimus, cùm super dubiis juris articulis responsione sed. Apost. postulas edoceri.*]

[*2 Nunc autem quæris, utrùm idem Judæus in devotione fidei Christianæ perseverans etiam debet baptizari. Nos autem s. t.*]

CAP. V.

¶ Ubi deest verbum, vel elementum aquæ, non est baptismi sacramentum.

Idem *Morosien. Episcopo* a.

NOn ut *b* apponeres: [*1 & 3.*] ¶ Postulâsti, utrùm parvuli sint pro Christianis habendi, quos in articulo mortis constitutos, propter aquæ penuriam, & absentiam Sacerdotis, aliquorum simplicitas in capite ac pectus, ac inter scapulas pro baptismo salivæ conspersione *c* linivit. Respondemus, quòd cùm in baptismo duo semper, videlicet verbum & elementum, necessariò requirantur, juxta quod de verbo veritas ait *d*: [*Euntes in mundum universum, (prædicate Evangelium e omni creaturæ) & baptizate omnes gentes, in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti:*] eademque dicat de elemento: [*Nisi f quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto, non intrabit in regnum cælorum:*] dubitare non debes, illos verum non habere baptismum, in quibus non solùm utrumque prædictorum, sed eorum alterum est omissum.

[*1 Tibi scientiam, sicut credimus, sed ut per oraculum verbi vestri tuarum ignorantiam subditorum melius eruditas, Apostolicum tibi responsum fieri.*]

CAP. VI.

¶ Baptizatos à Latinis, Græci rebaptizare non debent.

Idem *in* Concilio generali *g*.

LIcèt Græcos *h* diebus nostris, ad obedientiam sedis Apostolicæ revertentes, fovere ac honorare velimus, mores ac ritus eorum (in quantum cum Domino possimus) sustinendo, in his tamen illis deferre non *i* volumus, nec debemus, quæ periculum generant animarum, & Ecclesiasticæ derogant honestati. Postquam enim Græcorum Ecclesia, cum quibusdam complicibus & fautoribus suis, ab obedientia sed. Apostol. se subtraxit, in tantum Græci cœperunt abominari Latinos, quod inter alia, quæ in derogationem eorum impiè committebant, si quando Sacerdotes Latini super eorum celebrâssent altaria, non priùs ipsi sacrificabant in ipsis, quàm ea tanquam per hoc inquinata lavissent: baptizatos etiam à Latinis ipsi Græci rebaptizare ausu temerario præsumebant: & adhuc (sicut accepimus) quidam hoc agere non verentur. Volentes igitur tantum scandalum ab Ecclesia Dei amovere, sacro suadente Concilio districtè præcipimus, ut talia de cætero non præsumant, conformantes se tanquam filii obedientiæ sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ matri suæ: ut sit unum ovile, & unus pastor. Si quis autem tale quid præsumpserit, excommunicationis mucrone percussus, ab omni officio & beneficio Ecclesiastico deponatur *k*.

DE PRESBYTERO NON baptizato.

TITULUS XLIII.

CAP. I.

¶ Si non baptizatus ordinatur, ordinis charactérem non recipit.

Ex Concilio apud Compendium *l*.

SI quis Presbyter ordinatus, deprehenderit se non esse baptizatum, baptizetur, & iterùm ordinetur.

---

a *Observationem.* b *Stil. 4. c. 56.* c *intempore.* d *receperunt.* e *criminis.* f *vel.* g *al. sta: si fuerint sic immersi. al. si fuerint immersi.* h *C. 2. eod. tit. in 3. comp. vid. Sot l. 4. sent. dist. 4. q. 1. art. 3. vers. circa secundum.* i *In Cod. Barb. debeat distinctio personarum, &c.* k *Matth. 28.* l *verbum, Ite, deest in aliquot exemplarib. antequa.* m *convolâsset.* n *In recentioribus codic. sta: & non propter, &c. sed ex antiq. restituimus, ut est impressum.* o *regeneratio.* p *Joan. 3.* q *enim.* r *per quam.*

a *Indrosien. al. Nidrosien.* b *C. 3. eod. tit. in 3. comp. B. Thom. 3. p. q. 69. art. 3, 6, & 7. & q. 68. art. 3. 4, & 5.* c *assertione.* d *Matth. 28.* e *inclusa desunt in omn. antiq. cod. Vaticanis.* f *Joan. 3.* g *scil. Innocen. III. in Conc. gener. Later. c. 4. h C. 1. eod. tit. in 4. comp.* i *al. nec volumus, nec debemus.* k *al. suspendatur: sed in Concilio, deponatur.* l *Cap. 13. ut ait Burch. lib. 4. decr. c. 74. & Ivo p. 1. c. 201. R. fertur etiam cap. 1. eod. tit. in 1. comp. vid. Thom. in additionibus 3. p. q. 31. art. 3.*

CAP.

CAP. II.

¶ *Omissio baptismi non nocet credenti probabiliter se esse baptizatum.*

Innocentius III. a *Episcopo Cremonen.*

APostolicam *b* sedem consulere decrevisti: [*& infrà.*] Inquisit. tux taliter respond. Presbyterum, quem sine unda baptismatis extremum diem clausisse significasti, quia in sanctæ matris Ecclesiæ fide, & Christi nominis confessione perseveraverit, ab originali peccato solutum *c*, & cœlestis patriæ gaudium esse adeptum, asserimus inconctanter. Lege super octavo *d* lib. August. de civit. Dei, ubi inter cætera legitur: [*Baptismus invisibiliter ministratur, quem non contemptus religionis, sed terminus e necessitatis excludit.*] Librum etiam B. Ambrosii de obitu Valentiniani, idem asserentis, revolve. Sopitis igitur quæstionibus doctorum, Patrum sententias *f* teneas, & in Ecclesia tua juges preces, hostiasque Deo *g* offerri jubeas pro Presbytero memorato.

CAP. III.

¶ *Non baptizatus ordinari non potest: & si de facto ordinetur non recipit ordinis charakterem, licèt credebatur baptizatus.*

Innocentius III. *Ferrarien. Episcopo.*

VEniens *h* ad Apostolicam sedem l. lator præsentium nobis exposuit, quòd cùm ad gradum Sacerdotii ascendisset, comperit tandem, quòd non fuerit *i* secundùm formam Evangelii baptizatus, unde nos eum ritè fecimus baptizari. Cumq; super ordinibus *k* fuisset diutiùs disputatum, quidam in eam declinaverunt sententiam, ut cùm baptismus sit fundamentum omnium sacramentorum, ante susceptionem baptismi non suscipiatur aliud sacramentum, quoniam ubi fundamentum non est, superædificari non potest. Porrò econtrà videri posset. Nam cum quis non solùm per sacramentum fidei, sed per fidem etiam sacramenti, efficiatur procul dubiò membrum Christi: & qui Christum habet per fidem, etiam si baptismum non habeat, habet utique fundamentum, præter quod aliud poni non potest, quod est Christus Jesus: superædificare posse videtur, sicut salutifera opera, sic & quælibet Ecclesiastica sacramenta, cùm illud non sit generaliter verum, neque de novis, neque de veteribus sacramentis, quòd baptismus sit fundamentum illorum, quoniam & sacramentum Conjugii & Eucharistiæ à non baptizatis recipi potest. Præterea sacramentum Ordinis non solùm Pontificalis, sed Sacerdotalis etiam & Levitici ex institutione sua præcessit baptismum: per *l* quod forsitan videtur, quòd ante baptismum hujusmodi ordines possent ritè conferri, maximè his, qui baptizati esse creduntur: Quia verò in Concilio apud Compendium legitur constitutum, quòd si quis in Presbyterum ordinatus deprehenderit se non esse baptizatum, baptizetur, & iterùm ordinetur: nos circa latorem præsentium in hoc dubitabili casu, quod tutius est sequentes, mandamus, quatenus ipsum per singulos ordines, usque ad Sacerdotium promovere procures, & permittas eum in Sacerdotio ministrare, quia non intelligitur iteratum, quod ambigitur esse factum: nec malè de sacramento sentitur, cum illud non religionis contemptus, sed articulus necessitatis excludit. Et certè de illo, qui natus de Christianis parentibus, & inter Christianos est fideliter conversatus, tam violenter præsumitur, quòd fuerit baptizatus, ut hæc præsumptio pro certitudine sit habenda, donec evidentissimis forsitan argumentis contrarium probaretur.

a *Antonius Aug. ait scribendum, Innocent. II. sed Vaticani 3. habent.* b *Cap. cod. tit. in 1. compil.* c *absolutum.* d *al. super all'avum. al. super VIII.* e *articulus.* f *sententiam.* g *Domino.* h *Cap. 1. eod. tit. in 3 comp.* i *fuerat.* k *In Cod. Barb. ordinib. coram nobis fuisset aliquandiu disputatum.* l *al propter quod, &c. forsitan videretur.*

DE CUSTODIA EUCHARISTIÆ *a*, Chrismatis, & aliorum sacramentorum.

TITULUS XLIV.

CAP. I.

¶ *Eucharistia & Chrisma debent fideliter sub clavibus custodiri, & contra facientes sunt puniendi.*

Innocentius III. *in Concilio generali.*

STatuimus, ut in cunctis Ecclesiis Chrisma & Eucharistia, sub fideli custodia clavibus adhibitis conserventur: Ne possit ad illa temeraria manus extendi ad aliqua horribilia, vel nefaria *b* exercenda. Si verò is, ad quem spectat custodia, ea incautè reliquerit, tribus mensibus ab officio suspendatur: & si per *c* ejus incuriam aliquid nefandum inde contigerit, graviori subjaceat ultioni.

CAP. II.

¶ *Supellectilia in Ecclesiis poni non debent, nisi necessitas urgeat: hoc dicit primò. Ecclesia debent sua vasa & vestimenta munda teneri. hoc secundò.*

Idem *in eodem* d.

RElinqui nolumus incorrectum, quòd quidam Clerici Ecclesiæ sic exponunt supellectilibus propriis, & etiam alienis, ut potius domus laicæ, quam Dei basilicæ videantur: non considerantes, quòd Dominus non finebat, ut vas transferretur per templum. Sunt & alii, qui non solùm Ecclesias dimittunt incultas, verum etiam vasa ministerii, & vestimenta ministrorum, ac pallas altaris, necnon ipsa corporalia tam immunda relinquunt, quòd interdum aliquibus sunt horrori. Quia verò zelus nos comedit domus Dei: firmiter prohibemus, ne hujusmodi supellectilia in Ecclesiis admittantur, nisi propter hostiles incursus, aut incendia repentina, seu alias necessitates urgentes, adeas oporteat haberi *e* refugium, sic tamen, ut necessitate cessante, res in loca pristina reponentur. Præcipimus quoque, ut oratoria, vasa, corporalia, & vestimenta prædicta, munda & nitida conserventur. Nimis enim videtur absurdum in sacris sordes negligere, quæ decerent etiam in profanis.

a *De custodia Eucharistiæ & aliorum sacrament.* b *nefanda.* c *In Cod. Barbatia ita: & si per ejus incuriam aliquod nefarium contigerit, deinde graviori, &c.* d *Sicl. Concil. Lateranen. cap. 19. & Cap. 1. tit. de immunit. Eccles. in 4. compil.* e *habere.* f *Cap. un. De vener. sanct. in 3. compil.* g *Eph. 5.*

DE RELIQUIIS ET VENERATIONE Sanctorum.

TITULUS XLV.

CAP. I.

¶ *Sine Papæ licentia non licet aliquem venerari pro sancto.*

Alexander III.

AUdivimus *f*, quòd quidam inter vos diabolicâ fraude decepti, hominem quendam in potatione & ebrietate occisum, quasi sanctum (more infidelium) venerantur: Cùm vix pro talibus in ebrietatibus peremptis, Ecclesia permittat orare. Dicit enim Apostolus: *g* [*Ebrioси regnum Dei non possidebunt.*] Illum ergò non præsumatis de cætero colere: cùm etiamsi per eum miracula fierent, non liceret vobis ipsum pro Sancto absque auctoritate Rom. Eccl. venerari.

CAP. II.

¶ *Sanctorum reliquiæ vendi non possunt, vel passim ostendi non debent, ne circa illas populus decipi possit.*

Innocentius III. *in Concilio generali* a.

CUm ex eo *b*, quòd quidam Sanctorum reliquias exponunt venales, & eas passim ostendunt, Christianæ religioni detractum sit sæpiùs: Ne in posterum detrahatur, præsenti decreto statuimus, ut antiquæ reliquiæ amodò extra capsam nullatenùs ostendantur, nec exponantur venales. Inventas autem de novo, nemo publicè venerari præsumat, nisi priùs auctoritate Romani Pontif. fuerint approbatæ *c*. Prælati verò non *d* permittant eos, qui ad eorum Ecclesias causâ venerationis accedunt, variis figmentis, aut falsis documentis decipi, sicut in plerisque locis occasione quæstûs fieri consuevit.

DE OBSERVATIONE JEJUniorum *e*.

TITULUS XLVI.

CAP. I.

¶ *Vigilia occurrens in Dominica, jejunari debet in Sabbatho: & jejunanda est vigilia B. Matthiæ.*

Innocentius III. *Clericis S. Petri Magalon.*

EX parte vestra quæsitum fuit, utrùm si Nativitatem Domini, vel assumptionem B. Mariæ, vel festivitatem alicujus Apostolorum in secunda feria contigerit evenire, die Sabbathi præcedentis *f* vigilia debeat jejunari? & utrùm in vigilia B. Matthiæ Apostoli, sit jejunium injungendum? Ad quod breviter respondemus, quòd die Sabbathi festivitates prælibatas *g* secundæ feriæ præcedentis, & B. Matthiæ Apostoli debet vigilia jejunari.

CAP. II.

¶ *Non capit congruam summationem: & textus in se satis clarus est, & multa sunt dicta, quæ patent per ¶.*

Idem *Bracharen. Archiepiscopo.*

COnsilium *h* nostrum: [1 & infra.] ¶ Consultationi tuæ taliter respondemus, quòd omnium Apostolorum vigiliæ sunt in observatione jejunii celebrandæ, præter vigilias Apostolorum Philippi & Jacobi, & B. Joannis Evangelistæ: quoniam ipsorum solennitas intra solennitatem Paschalem, istius autem intra Natalem Domini celebratur. Jejunium etiam apud nos in Adventu Domini agitur.

Sanctorum *i* quoque vigiliæ, quorum festivitates oportet secundâ feriâ celebrari, in præcedenti sunt Sabbatho jejunandæ.

De festivitate verò B. Bartholomæi Apostoli, de cujus celebratione dubietas oritur apud quosdam: respondemus, quòd in hoc consuetudinem tuæ regionis observes *k*: [& infra.] ¶ Cùm autem quæsieris, quæ sit illis pœnitentia injungenda, qui diebus Quadragesimalibus, quo tempore *l* tantæ famis inedia ingruebat, quòd magna pars populi, propter inopiam annonæ periret, carnes comedere sunt coacti? Respondemus, quòd in tali articulo illos non credimus *m* punien-

a *Scilicet Lateran. c. 62. & cap. 2. De imm. Eccles. in 4. comp.* b *Vid. Concil. Trident. supr. citatum c. 1. hoc tit. & Sylvestrum in summa, verbo reliquiæ.* c *comprobata.* d *in C. Barbatia, non permittant eos de cætero, qui &c.* e *B. Thom. 2. 2. quæst. 147. Vid. Cap. 1. eod. tit. in 3. comp.* f *præcedenti.* g *prælibata.* h *Cap 2. eod. tit. in 3. compil.* i *al. & sanctorum vigilia, quorum quoq; festivitates, &c.* k *Vid. l. fi. fundus. ff. de evict. & l. si servus. in fin. ff. de leg. 1.* l *al. tempore illo, quo tanta, &c.* m *Ratio hujus dicti est in antiquâ compil. quam hic omisit Raymundus, quæ habetur ita: quos urgens necessitas excusavit.*

dos: preces tamen Domino pro illis, & cum illis effundas, ne ipsis aliquatenùs imputetur: quia bonarum mentium est, ibi timere culpam, ubi culpa minimè reperitur. Item de illis, qui propter debilitatem in Sabbatho carnes sumunt, quod in partibus tuis nullatenùs fieri consuevit, cùm hoc ab aliis molestiè feratur, & oriatur inde illis occasio detrahendi: Respondemus, quòd super hoc consuetudinem tuæ regionis facias observari, sic tamen, quòd debilibus & infirmis propter hoc periculum non emergat. Præterea de illis, qui in Quadragesima vel in aliis jejuniis solennibus infirmantur, & petunt sibi esum carnium indulgeri: Respondemus, quòd cùm non subjaceat legi necessitas, desiderium infirmorum, cùm urgens necessitas exigit, supportare potes & debes, ut majus in eis periculum evitetur.

[1 *Super quibusdam articulo requisisti, utrùm in omnibus fit Apostolorum vigiliis jejunandum, cùm quidam asserant, non esse jejunandum in omnibus, sed sex tantùm. Verum etiam jejunandum sit in Adventu Domini, cùm inde sentiant diversi diversa, quibusdam dicentibus, sed paucioribus, jejunandum esse tunc temporis, pluribus verò se ad hoc asserentibus non teneri. Verùm insuper si festum illorum, quorum vigilias jejunamus, secundâ feriâ eventu contingat, in præcedenti Sabbatho sint vigilia faciendæ.*]

CAP. III.

¶ *Si Festum Nativitatis occurrit sextâ feriâ, licitum est omnibus carnes comedere, excepto professis & voventibus.*

Honorius III. *Pragen. Episcopo.*

EXplicari *a* per sedem Apost. postulâsti: [1 & ſ.] ¶ Respondemus, quòd illi, qui nec voto, nec regulari observantiâ sunt adstricti, in sexta feria, si Festum Nativitatis Dominicæ die ipso venire contigerit, carnibus propter festi excellentiam vesci possunt, secundùm consuetudinem Ecclesiæ generalis. Nec tamen hi *b* reprehendendi sunt, qui ob devotionem voluerint abstinere.

[1 *Utrùm sit licitum illis, qui nec voto, nec regulari observantiâ sunt adstricti, carnes comedere, quando in sexta feria dies Dominica Nativitatis occurrit. Ad hoc.*]

DE c PURIFICATIONE post partum.

TITULUS XLVII.

CAP. UNIC.

¶ *Mulier post partum statim potest ingredi Ecclesiam, nec tenetur abstinere per aliquot dies secundùm legem Mosaicam.*

Innocentius III. *Armachan. Archiepiscopo.*

VOlens: [1 & ſ.] ¶ Licèt *d* secundùm legem Mosaicam certi dies determinati fuissent, quibus mulieres post partum à templi cessarent ingressu: Quia tamen lex per Moysen data est, gratia & veritas per Jesum Christum facta est: Inquis. t. t. r. quòd postquam umbra legis evanuit, & illuxit veritas Evangelii, si mulieres post prolem emissam acturæ gratias Ecclesiam intrare voluerint, nullâ proinde peccati mole gravantur, nec Ecclesiarum est eis aditus denegandus, ne pœna illis e converti videatur in culpam. Si tamen ex venetatione voluerint aliquandiu abstinere, devotionem earum non credimus improbandam.

[1 *Fraternitas tua per responsa Apostolicam humiliter edocere à nobis expetiit, utrùm mulieres statim post partum debeant Ecclesias ingredi, vel ab earum ingressu per dies aliquot abstinere.*]

a *Vid. Covarruv. 4. var. resol. c. 10. & Sylvest. in summ. verb. jejunium.* b *illi.* c *al. purgatione.* d *C. 1. eod. tit. in 3. comp. Cur purificata fuerit in lege institutum, vid. Thom. 2. 2. q. 37. art. 4. & de Purificatione legitur Levit. 12.* e *&c.*

DE

DE ECCLESIIS a ÆDIFICANDIS, vel reparandis.

TITULUS XLVIII.

CAP. I.

¶ *Habentes beneficium in Ecclesia, tenentur contribuere ad ipsius reparationem.*

Ex Concilio Maguntin. b

QUicunque Ecclesiasticum beneficium habent, omninò adjuvent ad tecta Ecclesiæ restauranda, vel ipsas Ecclesias emendandas.

CAP. II.

¶ *Leprosi permitti debent, sine præjudicio antiquarum parochiarum, habere Ecclesiam propriam & Presbyterum, nec tenentur solvere decimas de hortis, vel nutrimentis animalium.*

Ex Concilio Lateran.

CUm dicat Apostolus: [1 *& infrà.*] ¶ Constituimus, ut ubicunq; tot simul leprosi sub communi vita fuerint congregati, quòd Ecclesiam cum cœmeterio sibi construere, & proprio gaudere valeant Presbytero, sine contradictione aliqua permittantur habere. Caveant tamen, ut injuriosi veteribus Ecclesiis de jure parochiali nequaquam existant: quod enim eis pro c pietate conceditur, ad aliorum injuriam nolumus redundare. Statuimus etiam, ut de hortis & nutrimentis animalium suorum, decimas tribuere non cogantur.

[1 *Abundantiorem honorem membris infirmioribus deferendum, econtrà quædam quæ sua sunt, non quæ Jesu Christi quærentes, leprosi qui cum sanis habitare non possunt, vel ad Ecclesiam cum aliis convenire, Ecclesias & cœmeteria non permittunt habere, nec proprii juvari ministerio Sacerdotis, quod quidam procul à Christiana veritate dignoscitur, de benignitate Apostolica.*]

CAP. III.

¶ *Propter nimiam distantiam Ecclesiæ, potest nova Ecclesia in ipsius parochia ædificari, & certa portio de antiqua sibi deputari.*

Alexander III. *Eboracen. Archiepiscopo.*

ADaudientiam d nostram noveris pervenisse, quòd villa, quæ dicitur H. tantum perhibetur ab Ecclesia parochiali distare, ut e tempore hyemali, cùm pluviæ inundant, non possint parochiani, sine magna difficultate ipsam adire: unde non valent congruo tempore Ecclesiasticis officiis interesse. Quia igitur dicta Ecclesia ita dicitur reditibus abundare, quòd præter illius villæ proventus minister Illius convenienter f valeat sustentationem habere: mandamus, quatenus si res ita se habet, Ecclesiam ibi ædifices, & in ea Sacerdotem sublato appellationis obstaculo ad præsentationem Rectoris Ecclesiæ majoris, cum canonico fundatoris assensu instituas, ad sustentationem suam ejusdem villæ obventiones Ecclesiasticas percepturum: providens tamen, ut competens in ea honor pro facultate loci matrici Ecclesiæ g servetur: quod quidem fieri posse videtur, cùm ejusdem villæ Dominus viginti acras terræ frugiferæ velit ad usus Sacerdotis conferre. Si verò persona matricis Ecclesiæ virum idoneum præsentare distulerit, vel opus illud voluerit impedire, tu nihilominùs facias idem opus ad perfectionem deduci, & virum bonum appellationis cessante diffugio instituere non omittas.

CAP. IV.

¶ *Rectores Ecclesiarum possunt compelli, ut de reditibus, qui supersunt, teneantur conferre ad constructionem, seu reparationem Ecclesiæ.*

Idem *Lexovien.* a *Episcopo.*

DE his b, qui parochiales Ecclesias habent, duximus respondendum, quòd ad reparationem & institutionem Ecclesiarum cogi debent, cùm opus fuerit, de bonis, quæ sunt ipsius Ecclesiæ, si eis supersint, conferre, ut eorum exemplo cæteri invitentur.

CAP. V.

¶ *Secularis Ecclesia sine præjudicio Clericorum ad statum regularem potest reparari; & collegio, quod nondum est, privilegium non confertur.*

Urbanus III.

ADaudientiam c nostram pervenit, quòd tu in Ecclesia, de qua in Episcopum vocatus fuisti, regulares Canonicos desideras ordinare: inde siquidem est, quòd hoc devotioni tuæ auctoritate Apostol. indulgemus, si tibi Episcopus diœcesanus consenserit in hac parte. Verùm si Clerici seculares in ea adhuc supereſſe noscuntur, volumus eis, dum vixerint, ibi vel alibi necessaria provideri d. Licèt autem nobis instantiùs supplicares, ut Ecclesiæ prædictæ confirmationis privilegium faceremus, tibi non possumus de jure deferre, cùm nulli Canonici adhuc ibidem existant, quibus privilegium concedatur.

CAP. VI.

¶ *Non obstante juramento de rebus Ecclesiæ non alienandis, potest Episcopus propter indigentiam novam Ecclesiam ædificare.*

Cœlestinus III. e

TUa nos f duxit: [*& infrà.*] ¶ Præterea quia occasione juramenti, quod de rebus Ecclesiæ g non alienandis te asseris præstitisse, in locis tui Episcopatûs, in quibus populi habitantes Oratoriis egere videntur (ne prætextu novarum Ecclesiarum, commissa tibi Ecclesia destitui videatur) Ecclesias formidas erigere: Frat. t. mandamus, quatenus illius juramenti occasione nullatenùs prætermittas, quin populo indigenti super basilicarum institutione studeas salubriter providere.

DE IMMUNITATE ECCLESIARUM, cœmeterii, & rerum ad eas pertinentium.

TITULUS XLIX.

CAP. I.

¶ *In domibus Ecclesiarum non debet judex laicus judicare, nec hospitium quærere.*

Ex Synodo Joannis Papæ.

VT in domibus h Ecclesiarum, neque Missus, neque Comes, vel judex publicus, vel minister, quasi pro consuetudine, placitum vel hospitium vendicent: sed in publicis locis domos constituant, in quibus placitum teneant, & etiam hospitentur.

CAP. II.

¶ *Tempore magnæ necessitatis, non debet aliquis excusari à murorum, seu civitatis custodia, h. d. secundum intellectum Panorm.*

Gregorius *Archiepiscopo Tricen.* i

PErvenit: [*& f.*] ¶ Fraternitas tua nullum per nostræ vel Ecclesiæ suæ nomen, aut alio modo excusari à murorum vigiliis patiatur: sed omnes ad hoc generaliter compellantur: Quatenus cunctis vigilantibus meliùs valeat civitatis custodia procurari.

---

a *De mater. hujus tit. vid. Concil. Trident. sess. 7. de reform. cap. 8. & plenius sess. 21. de reform. cap. 7.* b *Hoc Decretum habetur in Concil. Maguntin. sub Carolo magno. Burch. 3. Decret. c. 30. Ivo part. 4. c. 31. & Cap. 4. eod. tit. in 1. comp.* c *Dictus, pro, deest in pluribus exemplaribus, & male.* d *Cap. 2. eod. tit. in 1. compil.* e *quod, &c.* f *inveniens tem.* g *al. ita: Ecclesia matrici majori servetur.*

a *Exon. al. Lexoven.* b *Cap. 3. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. Later. sub Alexan. III. p. 29. c. 2.* c *Cap. 4. eod. tit. in 2. compil.* d *Vid. l. nec avus. C. de emanc. lib. & in l. ex facto. D. de vulg & pup. substit.* e *Alex. III. in uno aut altero vetusto C.* f *C. 3. eod. tit. in 2. comp.* g *al. Ecclesia tua, &c.* h *Cap. 1. eod. tit. in 1. comp. Vid. Navarrum in manuali, de horis canonic. c. 3.* i *al. Gregorius Agnello Tirracinen. Episcopo.*

CAP. III.

¶ *Rusticus adstrictus ad culturam agrorum Ecclesiæ, non potest illam deserere, l. d. summando generaliter.*

Idem *Vitali defensori Sard.* a

INdicatum est: [*& infra.*] ¶ Dictum est nobis, quòd rustici Ecclesiæ tura ejus deserentes, in privatorum possessionibus culturam exhibeant: quod experientia tua fieri non permittat.

CAP. IV.

¶ *Laici collectas imponentes Clericis vel Ecclesiis, seu jurisdictionem eorum usurpantes, si monita non desistunt, sunt excommunicati cum suis fautoribus: poterit tamen Episcopus cum Clero eis in necessitate præbere subsidia.*

Ex Concilio Lateranensi b.

NOn c minùs: [*1 & infra.*] ¶ In diversis mundi partibus consules civitatum & rectores, nec non & alii, qui potestatem habere videntur, tot onera frequenter imponunt Ecclesiis, ut deterioris conditionis factum sub eis sacerdotium videatur, quàm sub Pharaone d fuerit, qui legis divinæ notitiam non habebat. Ille quidem omnibus aliis servituti subactis e, Sacerdotes & possessiones eorum in pristina libertate dimisit, & f eis alimoniam de publico administravit: Isti verò onera sua ferè universa imponunt Ecclesiis, & tot angariis eas affligunt, ut eis, quòd Hieremias g deplorat, competere videatur: [*Princeps provinciarum facta est sub tributo:*] Sive quidem fossata, sive expeditiones, seu alia quælibet sibi arbitrentur agenda, de bonis Ecclesiarum & Clericorum & pauperum Christi usibus deputatis, volunt ferè cuncta compleri h. Jurisdictionem etiam, & auctoritatem Prælatorum ita evacuant, ut nihil potestatis eis in suis videatur hominibus remansisse. Quocirca sub anathematis districtione fieri de cætero talia prohibemus: nisi Episcopus & Clerus tantam necessitatem vel utilitatem aspexerint i, ut absque ulla exactione k ad relevandas communes utilitates vel necessitates, ubi Laicorum non suppetunt facultates, subsidia per Ecclesias existiment conferenda. Si autem consules, aut alii de cætero ista commiserint, & commoniti desistere noluerint, tam ipsi, quàm fautores eorum, excommunicationi se noverint subjacere, nec communioni reddantur, donec satisfactionem fecerint competentem.

[*1 Pro peccato illorum qui faciunt, quàm pro illorum detrimento quæ sustinent, gravamina esse dignoscitur, quòd.*]

CAP. V.

¶ *Causa sanguinis in Ecclesia vel cœmeteriis agitari non debent.*

Lucius III.

CUm l Ecclesia Dei, secundùm Evangelicam veritatem domus orationis esse debeat, non spelunca latronum, aut sanguinis forum: Seculares judices causas, ubi de sanguinis effusione & corporali pœna agitur, in Ecclesiis vel cœmeteriis agitare, sub interminatione anathematis prohibemus: absurdum enim est, & m crudele, ibi judicium sanguinis exerceri, ubi est tutela refugii constituta.

CAP. VI.

¶ *Reus criminis ad Ecclesiam fugiens, non est violenter ab ea extrahendus, nec debet amplius pratextu criminis commissi damnari ad mortem, vel ad aliam pœnam corporalem: est tamen aliter legitimè puniendus: fallit in duobus casibus hic expressis. l. d. primo. Servus fugiens ad Ecclesiam timore Domini sui, est Domino de ejus immunitate jurante restituendus. l. d. secundò.*

a Id est, Sardeniæ, ut in veteri regist. lib. 7. epist. 65. Inn. 2. & c. 3. eod. tit. in 3 comp. b Sect. sub Alex. III. c. 19. c Cap. 4. eod. tit. in 1 compil. d Genes. 47. e subjectis. f & de publico eis alimoniam ministravit. g Thr. 1. h adimpleri. in Conc. verò legitur compilat. i inspexerint. k exactione. l Cap. 9. eod. tit. in 2. compilat. m al. & valde crudele, &c.

Innocent III. *Illustri Regi Scotiæ.*

INter a alia: [*1 & infra.*] ¶ Tuis quæstionib. respondentes juxta sacrorum statuta canonum, & traditiones legum civilium, ita duximus distinguendum, quòd fugiens ad Ecclesiam, aut liber, aut servus existit. Si liber, quantumcunque gravia maleficia perpetraverit, non est violenter ab Ecclesia extrahendus, nec inde damnari debet ad mortem vel ad pœnam, sed rectores Ecclesiarum sibi obtinere debent membra, & vitam. Super hoc tamen quod inique fecit, est aliàs legitimè puniendus: & hoc verum est, nisi publicus latro fuerit, vel nocturnus depopulator agrorum, qui dum itinera frequentat, vel publicas stratas obsidet aggressionis insidiis, ab Ecclesia extrahi potest, impunitate non præstitâ, secundùm canonicas sanctiones. Si verò servus fuerit, qui confugerit ad Ecclesiam, postquam de impunitate sua Dominus ejus Clericis juramentum præstiterit, ad servitium Domini sui redire compellitur etiam invitus, alioquin à Domino poterit occupari.

[*1 Quæ nobis regalis providentia suis literis intimavit, quid de illis fieri debeat, qui maleficia perpetrantes confugiunt ad Ecclesiam, ut pro reverentia sacri loci debitas pœnas valeant evitare, sollicitè requisivit. Non legitur.*]

CAP. VII.

¶ *Clerici non debent necessitatibus, seu utilitatibus civitatum, seu aliorum locorum, etiam ubi Laicorum non suppetunt facultates, subvenire, nisi prius Rom. Pont. consulatur. hoc primò. Sententia & constitutiones: editæ à Laicis collectantibus Ecclesiarum, sunt ipso jure irritæ, nec ullo tempore convalescunt. hoc secundò. Rectores excommunicati ob gravamina præmissa, remanent excommunicati, etiam post depositum officium: nihilominus excommunicati sunt successores, nisi satisfecerint intra mensem. hoc tertiò. Hoc dicit ad majorem declarationem, & pro notitia.*

Idem *in Concilio generali* b.

ADversùs c consules & rectores civitatum, vel alios, qui Ecclesias & Ecclesiasticos viros talliis seu collectis & exactionibus aliis aggravare nituntur, volens immunitati Ecclesiasticæ Lateran. Concilium d providere, præsumptionem hujusmodi sub anathematis districtione prohibuit: transgressores & fautores eorum excommunicationi subjacere præcepit, donec satisfactionem impenderint competentem. Verùm si quando forte Episcopus simul cum Clericis tantam necessitatem vel utilitatem perspexerit e, ut absque ulla coactione ad relevandas utilitates vel necessitates communes, ubi Laicorum non suppetunt facultates, subsidia duxerint per Ecclesias conferenda: prædicti Laici humiliter & devotè recipiant cum gratiarum actione.

Propter imprudentiam tamen quorundam Romanus Pontifex priùs consulatur: cujus interest communibus utilitatibus providere. Quia verò nec sic quorundam malitia contra Dei Ecclesiam conquievit, adjicimus, ut constitutiones & sententiæ, quæ à talibus f vel de ipsorum mandato fuerint promulgatæ, inanes & irritæ habeantur, nullo unquam tempore valituræ. Cæterùm quia fraus & dolus alicui patrocinari non debent, nullus vano decipiatur errore, ut intra tempus regiminis sufficiat anathema, quasi g post illud non sit ad satisfactionis debitum compellendus: nam & ipsum, qui satisfacere recusaverit, & successorem ipsius, nisi satisfecerit, intra mensem, manere decernimus Ecclesiasticâ censurâ conclusum, donec satisfecerit competenter, cum succedat in onere, qui in honore substituitur.

CAP. VIII.

¶ *Prælati plus debito à subditis exterquentes pratextu procura-*

a Cap. 1. eod. tit. in 3. compil. b Sect. Lat. cap. 48. c Cap. 3. de censibus in 4. compilat. Vid. quæ notavi supr. in c. non minùs. eod. tit. d Lateranen. Concil. sub Alex. III. c. 19. e præsumserint. f In Concilio apertiùs legitur, sta: quæ ab excommunicatis hujusmodi, &c. g male in quibusd. recent. legitur, quatenus. tiam

tenu vel alterius servitii impensi Legato vel alteri, illud restituent, & tantundem pauperibus erogabunt.

Idem *in eodem* a.

QUia plerique *b* Prælati, ut procurationem aut servitium aliquod impendant Legato vel alii, plùs extorquent a subditis, quàm solvant, & in eorum damnis lucra sectantes, quærunt prædam potiùs quàm subsidium in subjectis, id de cætero fieri prohibemus. Quòd si quis fortè præsumpserit, & sic extorta restituat, & tantundem erogatur pauperibus elargiri. Superior autem, cui fuerit querela deposita, si negligens fuerit in hujusmodi executione statuti, canonicæ subjaceat ultioni.

CAP. IX.

¶ Ecclesia non consecrata, in qua divina officia celebrantur, gaudet immunitate.

Gregorius IX. *Astoricen. Episcopo* c.

ECclesiæ, in qua divina mysteria celebrantur, licèt adhuc non extiterit consecrata, nullo jure privilegium immunitatis *d* adimitur: quia obsequiis divinis dedicata *e*, nullius est temerariis usibus profananda.

CAP. X.

¶ Qui sub spe immunitatis in Ecclesiis vel cœmeteriis delinquunt, immunitate non gaudent.

Idem *Toletano & Compostellano Archiepiscopis.*

IMmunitatem *f* Ecclesiasticam: [&c.] ¶ Nonnulli impunitatem suorum excessuum per defensionem Ecclesiæ obtinere sperantes, homicidia & mutilationes membrorum in ipsis Ecclesiis vel earum cœmeteriis committere non verentur: qui, nisi *g* per Ecclesiam, ad quam fugerint, crederent se defendi, nullatenùs fuerant commissuri: [&c.] ¶ Cùm autem in eo, in quo delinquit, puniri quis debeat: & frustrà legis auxilium invocet, qui committit in legem: mandamus, quatenus publicè nuncietis, tales non debere gaudere immunitatis privilegio, quo faciunt se indignos.

NE CLERICI VEL MONACHI SECULARIBUS NEGOTIIS SE IMMISCEANT.

TITULUS L.

CAP. I.

¶ Enumerat Concilium multa secularia negotia, à quibus jubet Clericos & Monachos abstinere. Et sunt XIV si recte numerentur.

Ex Concilio Maguntino.

MUlta sunt *h* negotia secularia, de quibus pauca perstringamus, ad quæ pertinet omnis carnalis concupiscentia. Quicquid plus justo appetit homo, turpe lucrum est. Munera injusta accipere vel etiam dare. Pro aliquo seculari quæstu pretio aliquem conducere. Contentiones, vel lites, vel rixas amare. In placitis secularibus disputare, exceptâ defensi ne orphanorum aut viduarum. Conductores secularium rerum aut procuratores esse. Turpis verbi vel facti esse joculatorem, vel jocum secularem diligere. Aleas amare. Ornamentum inconveniens proposito suo quærere. In deliciis vivere velle. Gulam & ebrietatem sequi. Ponderа injusta vel mensuras habere. Negotium injustum exercere. Nec tamen justum negotium est *i* contradicendum, propter necessitates diversas, quia legimus sanctos Apostolos negotiatos *a* fuisse: & in regula B. Benedicti præcipitur provideri, per quorum manus negotia monasterii procurentur. Canes & aves sequi ad venandum, & omnibus quibuslibet causis superfluis interesse. Ecce talia & his similia ministris altaris Domini, nec non & Monachis omninò contradicimus, de quibus ait Apostolus *b*: [*Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus*]

CAP. II.

¶ Clerici non debent esse ministri vel procuratores Laicorum: quòd si contrà fecerint, & deprehendantur in fraude, non subvenitur eis ab Ecclesia.

Eugenius Papa *Lucanen.* c *Episcopo.*

SAcerdotibus *d* & Clericis tuis denuncies publicè, ne ministri Laicorum fiant, nec in rebus eorum procuratores existant. Quòd si postmodùm facere præsumpserint, & occasione ipsius administrationis propter pecuniariam causam deprehendantur in fraude, indignum est eis ab Ecclesia subveniri, per quos constat in Ecclesia scandalum generari.

CAP. III.

¶ Religiosi professi exeuntes ad audiendas leges vel Physicam, nisi intra duos menses ad claustrum redeant, excommunicati sunt: & in nulla causa patrocinari possunt: & in choro, & in capitulo, & cæteris erunt ultimi: & sine dispensatione Papæ non promoventur.

Alexander III. *in Concilio Turonen.* e

NOn *f* magnoperè antiqui hostis invidia: [1 &c.] ¶ Inde nimirum est, quòd in Angelum lucis se more solito transfigurans, sub obtentu languentium fratrum consulendi corporibus, & Ecclesiastica negotia fidelius pertractandi, regulares quosdam ad legendas leges, & confectiones Physicales ponderandas, de claustris suis educit. Unde ne occasione scientiæ spirituales viri mundanis rursùs actionibus involventur: statuimus, ut nulli omninò post votum religionis, & post factam in aliquo loco religioso professionem, ad Physicam legéve mundanas legendas permittantur exire. Si verò exierint, & ad claustrum suum intra duorum mensium spatium non redierint, sicut excommunicati ab omnibus evitentur, & in nulla causa, si patrocinium præstare voluerint, audiantur: reversi autem in choro, capitulo, mensa, & cæteris ultimi fratrum existant, & (nisi fortè ex misericordia sedis Apostol.) totius spem promotionis amittant.

[1 *Infirma membra Ecclesiæ, præcipitare laborat, sed manum mittit ad desiderabilia ejus, & electos quosque nititur supplantare, dicente Scripturâ: Esca ejus electi: multorum siquidem casum sè reputat, ubi pretiosum aliquod membrorum Ecclesiæ suâ calliditate fuerit detractum.*]

CAP. IV.

¶ Clericus generalis Procurator vel Justitiarius Principis secularis esse dependendus est: & si Religiosus est, gravius punietur.

Idem *in Concilio Lateranensi.*

SEd nec procurationes *g* villarum, aut jurisdictiones etiam seculares sub aliquibus Principibus & secularibus viris, ut Justitiarius *h* eorum fiat, Clericorum quisquam exercere præsumat. Si quis autem adversùs hæc venire tentaverit, quia contra doctrinam Apostoli *i* dicentis: [*Nemo militans Deo, implicet se secularibus negotiis,*] seculariter agit, ab Ecclesiastico fiat ministerio alienus: pro eo quod (officio clericali neglecto)

a *Scil. Conc. Lat. c. 34.* b *Cap. 4. De censibus in 4. compil. vid. Felin. in c. irrefragabili. & cæterum. sup. de offic. ordin.* c *Astoriensi Episcop. al. Senon. Episc. Cantens.* d *emunitatis.* e *ducata.* f *Vid. Covarruviam lib. 2. var. resol. c. 20. & Remigium de Gonn. tract. de immu. Ecclesiast.* g *al ita: quæ ni. si. &c. sed in magis vetust. & emendatis habetur, ut est impressum.* h *Cap. 1. eod. tit. in 1. comp.* i *al. ita: est ex contradicendum*

a *Negotiatores. Act. 20.* b *2. Tim. 2.* c *al. Lucensi. al. Lucæ. al. Luen. in omnibus Vaticanis.* d *Cap. 3. eod. tit. in 1. comp.* e *Eodem modo habetur in antiq. C. & post Conc. Later. p. 27. c. 2.* f *Cap. 2. eod. tit. in 1. comp. vid. Innocent. in c. firmiter. sup. de summ. Trin. & fid. cath. Archid. in c. non dicatis. 12. q. 1. Adde citata infrà eod. tit. super Specula.* g *procuratores.* h *In C. Barbat. & Conc. ut Justitiarii eorum fiant.* i *2. Tim. 2.*

fluctibus seculi, ut potestatibus placeat, se immergit. Districtiùs autem decernimus puniendum, si Religiosorum quisquam aliquid prædictorum ausus fuerit attentare.

CAP. V.

¶ *Clericus judicium sanguinis exercens, ab officio & beneficio deponitur: & excommunicatus est habens officium Præpositi secularis, si monitus non desistat.*

Idem *Cantuarien. Archiepiscopo.*

CLericis in sacris *a* ordinibus constitutis, ex Concilio Toletano *b* judicium sanguinis agitare non licet. Unde prohibemus, ne aut per se truncationes membrorum faciant, aut judicent inferendas. Quòd si quis tale quid fecerit, honore privetur & loco. Jubemus *c* etiam sub interminatione anathematis, ne quis Sacerdos officium habeat Vicecomitis aut Præpositi secularis. Si quis autem contra hoc venire præsumpserit, & commonitus emendare noluerit, excommunicationi subjaceat.

CAP. VI.

¶ *Non licet Clericis vel Monachis lucri causâ negotiari. hoc primò. Monachi nequeunt nomine proprio conductas possessiones habere. hoc secundò. Laicis non debet Ecclesia titulo conductionis concedi. hoc tertiò.*

Idem *Londonien.* d *Episc.*

SEcundùm *e* institutа prædecessorum nostrorum sub interminatione anathematis prohibemus, ne Monachi vel Clerici causâ lucri negotientur: Et ne Monachi à Clericis vel Laicis suo nomine firmas habeant: Neq; Laici Ecclesias ad firmam teneant.

CAP. VII.

¶ *Monachi incorrigibiles de monasterio expellentur & reformabitur monasterium de fratribus alterius ordinis, si de Monachis ejusdem ordinis reformari non potest.*

Idem *eidem.*

RElatum *f* est, quòd Monachi de H. seculariter vivunt, & alios exemplo suo corrumpunt. Ideoque mandamus, quatenus eos ad observantiam regulæ *g* appellatione remotâ compellas: vel *h* si tibi restiterint ausu temerario, eis ejectis, fratres alterius ordinis (si non potest præscriptum monasterium in suo ordine reformari) in illud inducas: ut labores impiorum justi edant, & illi tandem rubore perfusi *i*, ad sui ordinis observantiam revertantur.

CAP. VIII.

¶ *Clerici in sacris compellendi sunt per beneficiorum subtractionem, ut desistant à tabellionatûs exercitio.*

Innocentius III. *Esculan. Episc.* k

SIcut *l* te accepimus referente: [1 &c.] ¶ Frat. tuæ mandamus, quatenus Clericis in sacris ordinibus constitutis, tabellionatûs officium, per beneficiorum subtractionem appellatione post posità interdicas.

[1 *Cum ven. f. n. t. Hostiens. Episc. olim per tuam transitum civitatem, tibi deberet in mandatis, ut Presbyteros, Diaconos, quos ibidem invenerit, passim tabellionatûs, & Subdiaconatûs officium exercentes, excommunicationis vinculo innodares: & eos qui ab illis publica reciperent instrumenta, tu licèt id facere ex mandato prædicti Episcopi, dissimulâsti: postmodum de Subd. qualiter donec contra ipsos & alios in sacris ordinibus constitutos deberes procedere, sedem ducens Apost. consulendam: quæsisca.*]

CAP. IX.

¶ *Clericus nec dictare, nec proferre sententiam sanguinis debet, nec quicquam aliud exercere, per quod ad vindictam sanguinis tendatur, vel purgationi vulgari opem præstare non debet.*

Idem *in Concilio generali* a.

SEntentiam sanguinis nullus Clericus dictet aut proferat, sed nec sanguinis vindictam exerceat, aut ubi exerceatur, intersit. Si quis autem hujusmodi occasione statuti, Ecclesiis vel Ecclesiasticis personis aliquod præsumpserit inferre dispendium, per censuram Ecclesiasticam compescatur. Nec quisquam Clericus literas dictet aut scribat pro vindictа sanguinis destinandas: unde in curiis Principum hæc solicitudo non Clericis, sed Laicis committatur. Nullus quoque Clericus ruptariis *b* vel balistariis, aut hujusmodi viris sanguinum præponatur: nec ullam chirurgiæ artem Subdiaconus, Diaconus vel Sacerdos exerceat, quæ adustionem vel incisionem inducit. Nec quisquam purgationi aquæ ferventis vel frigidæ, seu ferri candentis, ritum cujuslibet benedictionis aut consecrationis impendat, salvis nihilominùs prohibitionibus de monomachiis sive duellis antè promulgatis *c*.

CAP. X.

¶ *Constitutio Turonensis Concilii, puniens Religiosos, audientes leges vel Physicam, est canon latæ sententiæ: & incidentes in illam, debent per ordinarios puniri. hoc primò. Secundò extenditur dicta constitutionem ad habentes dignitates & personatus, & ad Presbyteros.*

Honorius III.

SUper specula *d*: [1 *& infra.*] ¶ Contra religiosas personas [de *e* clausuris] exeuntes ad audiendum leges vel Physicam, Alexander prædecessor noster olim statuit in Concilio Turon. ut nisi intra duorum mensium spatiа ad clausuram redierint, sicut excommunicati ab omnibus evitentur, & in nulla causa (si patrocinium præstare voluerint) audiantur. Reversi autem, in choro, mensa, capitulo, & cæteris, ultimi fratrum existant, & (nisi fortè ex misericordia sed. Apost.) totius spem promotionis amittant. Verùm quia nonnulli ex talibus propter quorundam opiniones diversas excusationis aliquid assumebant: nos volentes ut de cætero ipso facto sententiam excommunicationis incurrant, districtè præcipiendo mandamus, quatenus tam à Diœcesanis & Capitulis ipsorum, quàm à cæteris Episcopis, in quorum diœcesibus hujusmodi student, tales excommunicati, prædictis pœnis obnoxii publicè nuncientur. Quia verò Theologiæ studium cupimus ampliari, ut dilatato sui tentorii loco, funiculos suos faciat longiores, ut sit fides catholica circumcincta muro inexpugnabili bellatorum, quibus resistere valeat ascendentibus ex adverso: ad Archidiaconos, Decanos, Plebanos, Præpositos, Cantores, & alios Clericos personatus habentes, nec non Presbyteros (nisi ab his intra spatium præscriptum destiterint) hoc *f* extendi volumus [& mandamus *g*.] & appellatione postpositâ, firmiter observari.

[1 *Sanè licèt fallax sit gratia cæterarum scientiarum, & vana etiam pulchritudo, cum frumentum electorum, & vinum germinant virgines juxta Prophetam sit bonum super omnia, & sit pulchrum: quia tamen regulares quidam & claustrales scientiam & legem Domini animas convertentem & sapientiam dantem parvulis, quam super aurum & topazion amare deberent, refluentes, abeunt post vestigia gregum, & illicitè se convertunt ad podagricas ampullendas, quæ plausum desiderant populorum.*]

a *Cap. 6. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. Lat. p. 27. c. 4.* b *Conc. Tolet. 11 c. 6.* c *Inhibemus etiam.* d *Lundon.* e *Cap. 1. eod. tit. in 3. comp. & post Conc. Lat. p. 27. c. 5.* f *C. 7. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. p. 27. c. 7.* g *regularem.* h *& si tibi, &c.* i *confuss.* k *Essul.* l *Cap. 1. eod. tit. in 1. comp.*

a *Scil. Lat. c. 18. & C. 2. eod. tit. in 1. compil.* b *al. raptariis. al. Rotariis, ut observat Hostiensis. sed in omnibus Vaticanis, ut est impressum.* c *Vid. Conc. Lat. sub Alex. III. c. 20. & Concil. Trid. sess. 25. de refor. c. 19.* d *Reliqua fragmenta hujus capitis habes infr. tit. de Magistris & tit. de privil.* e *Hæc duo verba, de clausuris, desunt in omnibus antiquis & manuscr. Vatican.* f *Hæc, pro hoc, in multis Vaticanis.* g *hæc duo verba, & mandamus, desunt in omnibus antiquis codicibus.*

FINIS LIBRI TERTII.

DECRE-

DECRETALIVM EPISTOLARUM GREGORII LIBER QUARTUS.

DE SPONSALIBUS ET MATRIMONIIS.

TITULUS I.

CAPITULUM PRIMUM.

¶ *Matrimonium solo consensu contrahitur, nec invalidatur, si consuetudo patriæ non servetur.*

Ex Concilio Triburicensi *a.*

DE Francia quidam nobilem *b* mulierem de Saxonia, lege Saxonum duxit in uxorem: verùm quia non eisdem utuntur legibus Saxones & Francigenæ causatus est, quòd eam non suâ, id est, Francorum lege desponsaverat, [vel acceperat, vel donaverat] dimisitque illâ, aliam superduxit. Diffinivit super hoc sancta Synodus, ut ille transgressor Evangelicæ legis subjiciatur pœnitentiæ, & à secunda conjuge separetur, & ad priorem redire cogatur.

CAP. II.

¶ *Sponsalia de futuro dissolvuntur, si sponsi se dissolvunt, etsi juramento firmata fuerint.*

Innocentius III. *Exoniensi* c *Episcopo.*

I. PRæterea *d* hi, qui de matrimonio contrahendo pure & sine omni conditione fidem dederunt, commonendi sunt, & modis omnibus inducendi, ut præstitam fidem observent. Si autem se adinvicem admittere noluerint: ne forte deterius inde contingat, ut talem scilicet ducat, quam odio habet *e*: videtur, quòd ad instar eorum, qui societatem interpositione fidei contrahunt, & posteà eandem sibi remittunt, hoc possit in patientia tolerari.

CAP. III.

¶ *Si major septennio duxit in uxorem minorem septennio, & eam traduxit ad domum, oritur ex tali contractu publica honestatis justitia. h. d. inhærendo literæ. Panorm.*

Eugenius Papa.

IUvenis *f*, qui puellam nondum septennem duxit, quamvis ætas repugnaret, ex humana tamen fragilitate forsan tentavit, quod complere non potuit. Quia igitur in his, quæ dubia sunt, quod certius existimamus, tenere debemus: tum propter honestatem Ecclesiæ, quia ipsa conjunx ipsius fuisse dicitur, tum propter prædictam dubitationem: mandamus *g*, quatenus consobrinam ipsius puellæ, quam postmodum duxit, dividas ab eodem.

CAP. IV.

¶ *Ex sponsalibus contractis cum consanguinea, oritur publica honestatis justitia.*

Alexander III. *Papiensi Episcopo.*

AD audientiam *h* nostri Apostolatûs pervenit, quòd cùm H. Papiensis civis filiam suam cuidam filiorum L. dare vellet uxorem: juravit, quòd si ille eam habere casu aliquo interveniente non posset, alteri filio, quem de alia uxore genuerat, eandem matrimonio copularet. Contractis autem à filio priore sponsalibus, quidam consanguinitatem inter eos esse juramentis interpositis firmaverunt. Ideoque præfatus H. eandem dare alteri filio nititur, ut juravit. Sed quoniam scriptum est, quòd sponsam fratris frater habere non potest: mandamus, quatenus eum suum implere propositum non permittas, sed ut pœnitentiam agat de illicito juramento, monitione præmissâ, Ecclesiasticâ districtione compellas.

CAP. V.

¶ *Si sponsus de futuro ante copulam ad remota se transfert, sponsa libere cum alio contrahit: si tamen per eam steterit, quò minùs matrimonium perficeretur, sibi pœnitentia imponitur.*

Idem *Panormitano Archiepiscopo.*

DE illis autem *a*, qui præstito juramento promittunt, se aliquas mulieres ducturos, & posteà eis incognitis dimittunt terram, se ad partes alias transferentes: Hoc tibi volumus innotescere, quòd liberum erit mulieribus ipsis (si non amplius in facto est processum) ad alia se vota transferre, receptâ tamen de perjurio pœnitentiâ, si per eas steterit, quò minùs fuerit matrimonium consummatum.

CAP. VI.

¶ *Non omnis violentia impedit contractum matrimonii, h. d. quoad titulum.*

Idem *Paduano Episcopo.*

DE muliere *b*, quæ est invita tradita viro & detenta: cùm inter vim & vim sit differentia, & utrùm posteà consensus intercesserit, certum nobis nihil posteà expressisti, nihil certum inde tibi possumus respondere.

CAP. VII.

¶ *Si aliqui apti ad matrimonium, contrahunt per verba obscura, communem verborum intellectum sequi tenentur.*

Idem *Cantuarien Archiepiscopo.*

I. EX literis *c*: [1 & 3.] ¶ De hoc autem, quod consuluisti, quid debeat observari, quando inter aliquos sponsalia contrahuntur, nec intelligit alter, quod alter proponit: Respondemus, quòd inspiciendum est judici, si matrimonium contracturi, ad id faciendum sint idonei scientiâ & ætate: quo cognito, si alter non intellexerit, quod alter proposuit, ad communem verbi

a *Cap. 39 refert Burch. l. 9. Decret. 76. Ivo p. 8. c. 213.* b *C. 1. eod. tit. in 2. comp.* c *Exoniens.* d *C. 11. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. Lat. sub Alex. III. p. 6. c. 33.* e *habeat.* f *C. 2. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. Lat. p. 12. c. 1.* g *Mandamus ut, absq; voce quatenus.* h *C. 2. eod. tit. in 1. comp.*

a *C. 4. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. Lat. p. 6. c. 12.* b *C. 5. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. Lat. p. 6. c. 19.* c *C. 6. eod. tit. in 1. comp. & post Concil. Lat. p. 41. c. 1. Vide Alex. cons. 152. in 5. volum.*

intelligentiam recurratur *a*, & cogatur uterque verba prolata in eo sensu retinere, quem solent rectè intelligentibus generare.

¶ 1 *Quas super causa matrimonii cujusdam juvenis R. nomine & M. filiæ Gileberti, de sancto Leodegario transmissis, tua solicitudo nobis innotuit, quod in ep suus negotii examine servâsti. Quia verò absentibus partibus veritatem nequivimus plenariè cognoscere, nec causam ipsam ad te remittere, à quo pars altera mulieris ad audientiam nostram nescitur appellâsse, eam ven. fr. n. W. Sanct. Herford. & Baten. Episcopo duximus committendam. Ideoq; f. t. per a. s. m. q. partes adire eorum præsentiam, cùm ab eis fuerint convocata, & quod ipsi judicaverint, inviolabiliter observare, contradictione & appellatione rem. compellas.*]

CAP. VIII.

¶ *Inter sponsam & consanguineos sponsi oritur impedimentum publicæ honestatis, impediens & dirimens matrimonium inter eos contrahendum.*

Idem *Vigilio Episcopo.*

SPonsam *b* alterius (maximè si est nubili ætati proxima) nullus consanguineorum aliquo modo sibi potest matrimonio copulare.

CAP. IX.

¶ *Si vir & mulier invicem promiserunt, quòd ab eo tempore se pro conjugibus habebunt, contractum est matrimonium de præsenti. h. d. & est casus notabilis.*

Idem *Abbatibus sancti Eadmundi c & Demer. d*

EX parte *e* C. *f* mulieris nobis intimatum est, quòd Andreas juramentum præstitit, quòd eam ab eo *g* tempore pro conjuge teneret, & ei sicut uxori suæ fidem servaret. Ipsa quoque eidem Andreæ juravit, se illum pro marito habituram, & fidem ei tanquam viro proprio servaturam: quo facto prænominatus A. reliquit eandem. Quia igitur nemini licet uxorem suam sine manifesta causa fornicationis dimittere, & tunc eam sibi reconciliare debet, aut ipsâ vivente continere: mandamus, quatenus eundem, ut superinductâ dimissâ ad uxorem suam redeat, & eam maritali affectione pertractet, monitione præmissâ per Eccles. cens. cogatis.

CAP. X.

¶ *Qui juravit cum aliqua contrahere, si non subest impedimentum, per censuram Ecclesiasticam contrahere compellitur.*

Idem *Pictavien. Episcopo. h*

II. EX literis *i* Silvani Episcopi accepimus, quòd cùm duo nobiles viri sui Episcopatûs G. *k* scilicet de Monstra. & B. filios & filias impubescentes haberent, inter se convenerunt, quòd eos adinvicem matrimoniis copularent, & hoc tam patres, quàm filii sub juramento se promisêre facturos: inter quos siquidem G. filiam alterius consentiente patre, se [semel & iterùm] juravit ducere in uxorem: quo volente ad alia vota migrare, eum Episcopus compellere voluit, ut quod juraverat adimpleret: [1 & 3.] ¶ Quia igitur prædicto G. periculosum est contra suum juramentum venire: frat. t. mandamus, quatenus si hoc tibi constiterit, eum moneas: & si non acquieverit monitis, Eccl. cens. compellas, ut ipsam (nisi rationabilis causa obstiterit) in uxorem recipiat, & maritali affectione pertractet.

[1 *Ipse ad nostram audientiam appellavit, & alterâ parte ad nos nuncium suum destinante, ipse non venit, nec responsalem aliquem pro se transmisit.*]

CAP. XI.

¶ *Per censuram Ecclesiasticam pater compellitur restituere filio ejus uxorem, quam injustè detinuit, vel detinet.*

Idem *Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Prælatis per Angliam constitutis.*

NOn est *a* vobis (sicut arbitramur) incognitum, qualiter Rex Anglorum pro discordia, quæ inter ipsum & filios suos est suborta *b*, uxores eorum detineat: [*& infrà.*] ¶ Nos itaque attendentes justum & honestum esse, ut viri suas petant uxores: mandamus, quatenus eundem Regem ad eas restituendas solicitè moneatis: & si juxta commonitionem vestram filiis suis uxores suas intra certum terminum non restituerit, extunc in quacunque parte provinciarum vestrarum detinentur vel transferuntur, donec ibi fuerint, nulla divina officia (præter baptismum *c* parvulorum, & pœnitentiæ morientium) celebretis, vel permittatis aliquatenùs celebrari.

CAP. XII.

¶ *Dictum unius asserentis impedimentum, impedit matrimonium contrahendum, non juratum.*

Idem *Episcopo sanctæ Agathæ.*

II. PRæterea de muliere *d*, quæ à viro impetitur, cujus consanguineus cum ea se deliquisse proponit, sed hoc publicè confiteri recusat propter metum & potentiam mulieris: Taliter respondemus, ut matrimonium ipsum fieri (nisi juramentum intervenisset) districtè prohibeas, ne deterius inde contingat.

CAP. XIII.

¶ *Si mulier invita cum aliquo contrahat, nec in eum postea consentiat, tenet matrimonium, si alteri postea nubit. Ita communiter summatur. Et secundum hunc intellectum esse hoc casus apertus, quòd matrimonium metu contractum esset ipso jure nullum, hoc tamen clarè non colligitur ex litera.*

Idem *Procuratori & Canonicis Soran.*

VEniens *e* ad Apost. sed. Mariota supplici insinuatione monstravit, quòd quendam adolescentem adamavit in tantum, quòd uterque *f* de matrimonio contrahendo, sub trium personarum testimonio præstiterit *g* juramentum: quòd parentes mulieris ipsius ignorantes, eam invitam & reclamantem in uxorem alii tradiderunt: quem ita exhorruit, quòd se ab eo nullo modo cognosci permisit. Cumque publicè fateretur, quòd à priori viro cognita esset, atque jurata, Episcopus Soran. cognito, quòd proxima inter eos esset linea consanguinitatis, ipsos ab invicem separavit. Cæterùm cum causa ipsa tractaretur, & viro, cui tradita fuerat à parentibus, consentire nollet, ipse aliam in uxorem traduxit, & illa cuidam T. nomine, publicè in conspectu Ecclesiæ nupsit. Tandem cùm *h* de illo filium genuisset, pater ipsius T. ei opposuit, quòd filium suum non potuit in virum habere, eo quòd alii *i*, qui defunctus est, priùs desponsata fuisset [1 *& infrà.*]

¶ Mandamus, quatenus si inveneritis, quòd prædicta mulier à priori viro judicio Ecclesiæ fuerit separata, & ab eodem T. sine contradictione Ecclesiæ in uxorem traducta, & ille, cui à parentibus fuit *k* copulata, de præsenti vita decessit, prædictum T. monitione præmissâ compellatis, ut prafatam Mariotam recipiat, & studeat maritali affectione tractare: alioquin eum, & superinductam, & patrem ejus *l* (si huic rei *m* restiterint) excommunicationi subdatis.

[1 *Quòd cùm assertioni ejus fidem, sicut non debemus, non adhibuimus, nec poterimus sub silentio præterire, eam ad vos duximus remittendam, vobis per Apost. sed. mandantes.*]

CAP. XIV.

¶ *Si timetur inferri violentia puella de cujus matrimonio agitur, debet judex sibi providere locum tutum & honestum, donec causa terminetur. h. d. Et est textus multum allegabilis.*

---

a Concordat l. Labeo. & ibi Bart. ff. de supel. leg. b C. 7. eod. tit. in 1. compil. c Cadmundi & de Mosca. d al. Ramesia. e C. 8. eod. tit. in 1. comp. f E. g In C. Barb. sta: ab eo tempore in antea. h Pictavens. i C. 9. eod. tit. in 1. compil. & pull Conc. Lat. p. 1. c. 20. k VV.

a C. 13. eod. tit. in 1. comp. b al. est exorta. c baptisma. d C. 16. eod. tit. in 1. comp. & pull Conc. Lat. p. 20. c. 30. e Cap. 17. eod. tit. in 1. comp. f quod ut, &c. g præstitit. h Sanè cum de illo, &c. i ab alio. k fuerat. l ipsum. m restiterit.

Idem

Idem *Papiensi Episcopo.*

CUm locum *a* non habeat consensus, ubi metus vel coactio intercedit, necesse est, ut ubi assensus cujusque requiritur, coactionis materia repellatur. Matrimonium autem solo consensu contrahitur: & ubi de ipso quæritur, plenâ debet securitate ille gaudere, cujus est animus indagandus, ne per timorem dicat sibi placere, quod odit, & sequatur exitus, qui de invitis solet nuptiis provenire. Quocirca mandamus, quatenus puellam, de cujus matrimonio quæstio ventilatur, in domo, in qua nihil eam timere oporteat, facias honestè teneri, donec prædicta causa terminata fuerit, & *b* sententia sine contradictione cujusquam valeat executioni mandari.

CAP. XV.

¶ *Sponsalia de futuro, si secuta est copula, non solvuntur per sponsalia de præsenti: aliàs tenent sponsalia de præsenti, nisi per metum, qui potuisset cadere in constantem virum, contracta sint.*

Idem.

VEniens *c* ad nos Gu. suâ relatione monstravit, quòd in domo sua mulierem quandam recepit, de qua prolem habuit, & cui fidem coram pluribus præstitit, quòd eam duceret in uxorem: interim autem cùm apud domum vicini sui pernoctaverit, ejus filia nocte illâ secum concubuit: quos pater puellæ simul in uno lecto inveniens, ipsum eam per verba de præsenti desponsare coegit. Ideoque mandamus, quatenus si ita est, quòd primam post fidem præstitam cognoverit, ipsum cum ea facias remanere: alioquin secundæ (nisi metu coactus, qui posset *d* in virum constantem cadere, eam desponsavetit) adhærere facias, ut uxori.

CAP. XVI.

¶ *Qui juravit cum aliqua contrahere, si vult religionem ingredi, debet primò contrahere, ut juramentum servetur, & ante copulam carnalem monasterium ingredi poterit.*

Idem *Exoniensi Episcopo.*

COmmissum *e* [& infra] ¶ Significavit nobis fratern. tua, quòd quidam cuidam mulieri de contrahendo matrimonio fidem dedit, & se cum ea intra biennium per verba de præsenti contracturum, præstito juramento firmavit: nunc autem privatâ lege ductus ad frugem melioris vitæ transire suspirat: [& infra.] ¶ Frat. tuæ respond. quòd tutiùs est ei (religione juramenti servatâ) priùs contrahere, & postea, si elegerit, ad religionem migrare: si tamen post desponsationem copula non dignoscitur intervenisse carnalis.

CAP. XVII.

¶ *Qui juravit cum aliqua contrahere, moneri potiùs debet, quàm compelli, ut contrahat. h. d. inhærendo literæ.*

Lucius III. *Rapalen. f Episcopo.*

REquisivit *g* à nobis tua fratern. quâ censurâ mulier compelli debeat, quæ jurisjurandi religione neglectâ nubere renuit, cui se nupturam interposito juramento firmavit: [& infra.] ¶ Ad quod b. r. quòd cùm libera debeant esse matrimonia, monenda est potiùs, quàm cogenda, cùm coactiones difficiles soleant exitus frequenter habere.

[1 *Quæsivisti etiam, utrùm ea, cujus vir matrimonium pulsavit, ad alia vota, cùm mater fieri desideret, viro posse vivente transire.*]

CAP. XVIII.

¶ *Licèt pendentia super matrimonio non impedit secundum matrimonium contrahi, si primum erat nullum.*

Urbanus III.

CUm in *a* Apostolica: [1 & 3.] ¶ Intelleximus, quòd cùm inter villicum de Aryeia & uxorem ejus, matrimonii quæstio tractaretur *b*, ante publicationem testium villicus reversus ad propria, publicè inter se & uxorem suam proposuit sententiam divortii, judicio Ecclesiæ promulgatam: & sic falsitate suggestâ, quandam aliam facti nesciam *c* sibi copulare præsumpsit. Postmodùm verò super prioris matrimonii quæstione literis impetratis, delegati judices sententiam divortii protulerunt. Verùm quia villicum & mulierem, quam superinduxit, pendente lite prioris uxoris, invicem asseris consensisse: Consult. t. t. r. quòd impositâ viro pœnitentiâ competenti, & intra pœnitentiæ tempus carnali commercio interdicto, postmodùm in maritali copula poterunt remanere.

[1 *Cui licèt immeriti præsidemus, magisterium refideat totius Ecclesiastica disciplina, dignum est & consonum rationi, ut quoties circa negotia Ecclesiastica aliquid dubietatis emergit, ad ipsius deliberationis arbitrium recurratur.*]

CAP. XIX.

¶ *Uxor non certificata de morte viri, contrahere non potest, quamvis ignoret, quod sit de marito, qui longo tempore abfuit.*

Clemens III. *Casaraugustensi Episcopo* d.

IN præsentia *e* nostra quæsivisti, quid agendum sit de mulieribus, quæ viros suos causâ captivitatis, vel peregrinationis abientes, ultra septennium præstolatæ fuerint *f*: nec certificari possunt de vita vel de morte ipsorum, licèt super hoc solicitudinem adhibuerint diligentem: & pro juvenili ætate, seu fragilitate carnis, nequeunt continere, petentes aliis matrimonio copulari. Consult. ergo t. t. respond. quòd quantocunque annorum numero ita remaneant, viventibus viris suis, non possunt ad aliorum consortium canonicè convolare: nec auctoritate Ecclesiæ permittas contrahere, donec certum nuncium recipiant de morte virorum.

CAP. XX.

¶ *Contractus matrimonii cum peccatrice volente se corrigere, proficit ad remissionem peccatorum.*

Idem.

INter opera *g* charitatis non minimum est, errantem ab erroris sui semita revocare: [1 & infra.] ¶ Statuimus, ut omnibus, qui publicas mulieres de lupanari extrahentes & duxerint in uxores, quod agunt, in remissionem proficiat peccatorum.

[1 *Ac præsertim mulieres voluptuosè viventes, & admittentes indifferenter quoslibet ad commercium carnis, ut castè vivant, ad legitimum thori consortium invitare. Hoc igitur attendentes, auditores. Apostolicâ.*]

CAP. XXI.

¶ *Matrimonium per vim contractum, cohabitatione spontaneâ convaluisse. h. d. & quotidiè allegatur.*

Idem.

ADid *h*, quod per tuas literas intimâsti de quadam parochiana tua, quam suus vitricus cuidam Teuthonico matrimonialiter copulavit: Taliter r. quòd quamvis undecim annos habens, ab initio invita fuisset ei tradita & renitens: tamen quia postmodùm per annum & dimidium sibi cohabitans, consensisse videtur: ad ipsum est cogenda redire: nec de cætero recipiendi sunt testes, si quos memorata mulier ad probandum, quòd non consenserit in eundem, nominaverit pro-

a C. 19. eod. tit. in 1. comp. b al. ita: ut sententia. c C. 2. eod. tit. in 2 comp. vid. statutes cap. precedenti. d posset. e C. 4. eod. tit. in 2 comp. Magister sent. 4. dist. 27. 4 hoc autem conjugatis &c Sot. 4. 3 art. 4. f Rapulens. al. Rabulen. al. Abulens. g C. 1. eod. tit. in 2 comp.

a C. 29. eod tit. in 1. comp. & post Conc. Lat. p. 6. c. 21. b verteretur. c nesciam. d Cæsaraugustano. e C. 3. eod. tit. in 2. comp. f fierunt. g C. 5. eod. tit. in 2. comp. Ant. Gomez 3. var. resol. c. 13. Iul. Clarus in pract. crim. 4 fin. q. 98. & Covarr. in ep. 4. Decr. p. 2. c. 8. 4. 11. h Cap. 7. eod. tit. in 1. compilation. vid. Oldrad. consil. 36.

ducendos, cùm mora tanti temporis hujusmodi probationem excludit *a*: Mandamus igitur, ut propter hoc non omittas, quò minùs utrumque compellas ad alterum maritali affectione tractandum, nisi fortè vellent ad religionem pariter convolare, pœnitentiâ eis injunctâ pro eo, quòd ad alienos & illicitos concubitus uterque transivit.

CAP. XXII.

¶ Sponsalia de futuro, etiam jurata, solvuntur per secunda sponsalia de præsenti, non autem per secunda de futuro.

Innocentius III. *Fernatin.* b *Episcopo.*

SIcut e exliteris tuæ frater. accepimus, cùm Lau. parochianus tuus P. mulierem se ducturum in conjugem, in manus patris ejusdem P. jurantis, quòd eam sibi traderet in uxorem, proprio firmaverit juramento, nec per virum steterit, sed per mulierem potiùs, quò minùs inter eos matrimonialis solennitas sit secuta, quatuor postmodùm, vel quinque annis elapsis, idem L. E. mulierem per verba de præsenti (ut ejus consanguinei asserunt) desponsavit: [1 & 2.] ¶ Postulationi tuæ taliter respondemus, quòd si tibi constiterit, quòd idem L. P. per verba de futuro, E. verò desponsaverit per verba de præsenti: impositâ ei pœnitentiâ competenti, quia primam fidem irritam fecit (nisi forsan in juramento suo certum terminum, intra quem dictam P. duceret in uxorem, præfixit, nec per eum stetit, quin ad statutum terminum matrimonium consummaverit) matrimonium secundo loco contractum legitimum judices, & ad illud servandum compellas eundem. Quòd si fortè per verba de futuro sponsalia cum utraque contraxit, juramentum primum, sicut licitè factum est, ipsum servare compellas, de secundo ei pœnitentiam injuncturus. Quòd si de his non constat ad plenum, tamdiu adhuc cognoscas de causâ, donec super his sufficienter *d* instruaris.

[1 *Propter quod frater præsentia P. suam deposuit in præsentia tua quæstionem. Quia verò quod super his agendum sit, nostro postulatu responsè edoceri.*]

CAP. XXIII.

¶ Mutus & surdus, & omnes qui non prohibentur, matrimonium contrahere possunt.

Idem *Arelatensi Episcopo.*

CUm apud sedem *e* Apostolicam: [1 & 2.] ¶ Sanè consuluisti nos, utrum mutus & surdus alicui possint matrimonialiter copulari. Ad quod taliter respondemus, quòd cùm prohibitorium sit edictum de matrimonio contrahendo, ut quicunque non prohibetur, per consequentiam admittatur, & sufficiat ad matrimonium solus consensus illorum, de quorum, quarumque conjunctionibus agitur: Videtur, quòd si talis velit contrahere, sibi non possit, vel debeat denegari: Cùm quod verbis non potest, signis valeat declarare.

[1 *Cui licèt immeriti præsidemus, totius Ecclesiasticæ disciplinæ residet magistratus, dignum & consonum est rationi, ut quoties circa negotia varia & diversa quodcunq; dubitationis emerserit, ad ipsius judicium recurratur. Quæ disponente Domino, inter omnes Ecclesias obtinere meruit principatum.*]

CAP. XXIV.

¶ Furiosus matrimonium contrahere non potest.

Idem *Vercel. Episcopo.*

DIlectus *f* filius R. proposuit *g*, quòd filiam suam cuidam matrimonialiter copulavit: [1 & 2.] ¶ Cùm autem eadem mulier cum ipso viro, qui continuo furore laborat, morari non possit, & propter alienationem furoris legitimus non potuerit intervenire consensus: mandamus, quatenus si rem noveris ita esse, præfatas personas cures ab invicem separare.

[1 *Ignorans quòd ipse esset furiosus. Unde humiliter supplicavit à nobis, ut tam eidem, quam ipsius filiæ consulere dignaremur.*]

CAP. XXV.

¶ Solo consensu legitimo contrahitur matrimonium, sed verba requiruntur, quoad probationem: & intellige, vel alia signa æquipollentia. h. d. secundum intellectum, quem tenet Panormitanus.

Idem *Brixien. Episcopo.*

TUæ *b* fraternitati: [& 2.] ¶ Postulâsti, utrùm ex solis verbis, & ex quibus matrimonium contrahatur. Nos igitur inquisitioni tuæ taliter respondemus, quòd matrimonium in veritate contrahitur per legitimum viri & mulieris consensum: sed necessaria sunt, quantùm ad Ecclesiam, verba consensum exprimentia de præsenti. Nam surdi *c* & muti possunt contrahere matrimonium per consensum mutuum sine verbis: & pueri ante annos legitimos per verba sola non contrahunt, cùm intelligantur minimè consentire.

CAP. XXVI.

¶ Si alter contrahentium utitur verbo dubio, animo decipendi mulierem, & eam postmodum cognovit carnaliter, judicatur pro matrimonio in foro judiciali: secus in pœnitentiali. h. d. secundum verum & communem intellectum.

Idem.

TUæ *d* nos duxit fraternitas consulendos: [& infrà.] ¶ Consequenter quæsivisti, cùm quandam mulierem quidam aliter inducere nequivisset, ut sibi commisceretur carnaliter, nisi desponsâsset eandem: nullâ solennitate adhibitâ, vel alicujus præsentiâ, dixit illi, Te Joannes desponsat: cùm ipse Joannes non vocaretur, sed finxit se vocari Joannem: non credens esse conjugium, eò quòd ipse non vocaretur hoc nomine, nec haberet propositum contrahendi, sed copulam tantùm exequendi carnalem: utrùm inter prædictos sit matrimonium celebratum, cùm mulier consenserit in eundem, & ille dissenserit *e* & dissentiat, nec aliud quicquam *f* egerit, quàm superiùs est expressum, nisi quòd cognovit eandem? Super quo tibi respondemus, quòd cùm præfatus vir prædictam desponsaverit mulierem in propria persona, & sub nomine alieno, quo tunc se vocari finxit, & inter eos sit carnalis copula subsecuta: videtur fortè pro conjugio præsumendum, nisi tu nobis expresè scripsisses, quòd ille nec proposuit, nec consensit illam ducere in uxorem: quod qualiter tibi constiterit, non videmus. Nos autem, quid juris sit rescribentes, dicimus, quòd si res ita se habet, videlicet, quòd ille eam non proposuit ducere in uxorem, nec unquam consensit in prædictam personam, non debet ex illo facto conjugium judicari, cùm in eo nec substantia conjugalis contractûs, nec forma contrahendi conjugium valeat inveniri: quoniam ex altera parte dolus solummodò affuit, & defuit omninò consensus, sine quo cætera nequeunt fœdus perficere conjugale.

CAP. XXVII.

¶ Ad denunciationem unius honesti viri, qui defert consanguinitatem, & de fama vel scandalo docet, impeditur matrimonium contrahendum.

Idem *Episcopo Belvacen.*

CUm in *g* tua diœcesi: [& infrà.] ¶ Sanè quia contingit interdum, quòd aliquibus volentibus matrimonium contrahere, bannis (ut tuis verbis utamur) in Ecclesiis

---

a *Excludat.* b *Fornatinati. al. Ferrarien.* c *C. 1. eod. tit. in 1 comp.* d *sufficientius.* e *C. 3. eod. tit. in 3. comp. & de materia, videlicet quòd matrimonium contrahitur per nutus & signa internos consensus exprimentia: Vid. Thom. 4. sent. dist. 27. & ibi Soton q. 1 art. 4.* f *C. 4. eod. tit. in 3. comp.* g *proposuit curam nobis.*

a *Fortè legendum, & propter alienationem mentis: sed nullus ex antiquis Codicibus adstipulatur.* b *C. 1. eod. tit. in 3. compil.* c *dicto surdi, deest in omnibus Codicibus.* d *C. 1. eod. tit. in 4. compilat.* e *In C. Bar & alle dissenserit in eandem.* f *Aliquid.* g *C. 2. eod. tit. in 4. comp.*

cleſiis

clesiis editis, ac nullo contradictore publicè comparente, licèt fama privatum impedimentum deferat parentelæ, cùm ex parte contrahentium juramenta majorum de sua propinquitate (ut suspicionis tollatur materia) offeruntur a: quid tibi sit faciendum in casibus hujusmodi, quæsivisti. Ad quod taliter respond. quòd si persona gravis, cui fides sit adhibenda, tibi denunciet, quòd hi, qui sunt matrimonio copulandi, se propinquitate contingant, & de fama vel scandalo doceat, aut etiam per teipsum possis certificari de plano: non solum debes juramenta parentum sponte oblata non recipere, verùm etiam eos, qui sic contrahere nituntur, si moniti induci nequiverint, compellere, ut à tali contractu desistant, vel contra famam hujusmodi secundùm tuæ discretionis arbitrium juramenta exhibeant propinquorum. Alioquin si persona denuncians non extiterit talis, ut diximus, & de fama b, vel de scandalo non poterit edocere: ad desistendum monere poteris, non compellere, contrahentes.

CAP. XXVIII.

¶ *Mulieri, quæ negat se in matrimonium consensisse, non creditur, marito proponente contrarium: secùs si probat se consensisse per metum, qui potuit cadere in constantem virum.*

Honorius III. *Episcopo Bergum.* c

COnsultationi d tuæ breviter respondemus, quòd mulieres, quæ veniunt ad valvas Ecclesiæ benedicendæ cum sponsis, & ibi reclamantes affirmant se nunquam in eorum matrimonium consensisse, audiri (sponsis legitimè probantibus contrarium) non oportet: cùm legitimis & idoneis testibus non debeat illarum sin plex assertio prævalere. Sanè illis, quæ benedictione acceptâ mox à sponsis aufugiunt, ante carnis copulam subsecutam, asserentes se nunquam in illos veraciter consensisse, sed metu illato compulsas, verba protulisse consensûs, licèt animo dissentirent: non statim est audientia deneganda, sed de illato metu est cum diligentia inquirendum: & si talis metus inveniatur illatus, qui potuit cadere in constantem e virum, erunt non immeritò audiendæ.

CAP. XXIX.

¶ *In matrimoniis & sponsalibus debet esse libertas, unde in ea promissio pœna non obligat.*

Gregorius IX.

GEmma f mulier nobis exposuit, quòd cùm T. filia ejus cum C. contraxit g matrimonium, B. de Alferio eâ occasione, quòd inter P. filium suum, & prædictam puellam intra septennium constitutos, sponsalia contracta fuerunt, pœnam solvendam à parte, quæ contraveniret, in stipulatione appositam, ab ipsa nititur extorquere. Cùm itaque libera matrimonia esse debeant, & ideò talis stipulatio propter pœnæ interpositionem sit meritò improbanda: mandamus, quatenus si est ita, eundem B. ut ab extorsione prædictæ pœnæ desistat, Ecclesiasticâ censurâ compellas.

CAP. XXX.

¶ *Sponsalia de futuro transeunt in matrimonium per carnalem copulam subsecutam, sed non per nisum carnalis copulæ tantùm. 6. d. cum c. fin. infrà eodem.*

Idem *Episcopo Cenomanen.*

IS b, qui fidem dedit M. mulieri super matrimonio contrahendo, carnali copulâ subsecutâ, etsi in facie Ecclesiæ ducat aliam & cognoscat, ad primam redire tenetur: quia licèt præsumptum primum matrimonium videatur, contra præsumptionem tamen hujusmodi non est probatio admittenda. Ex quo sequitur, quòd nec verum, nec aliquod censetur matrimonium, quod de facto est postmodùm subsecutum.

CAP. XXXI.

¶ *Sponsalia de præsenti non solvuntur per sequens matrimonium, etiam carnali copulâ consummatum. Sed sponsalia de futuro etiam jurata solvuntur per sequentia de præsenti.*

Idem.

SI inter a virum & mulierem legitimus consensus interveniat de præsenti, ita quòd unus alterum mutuo consensu verbis consuetis expresso recipiat, utroque dicente: Ego te in meam accipio, & ego te accipio in meum: vel alia verba consensum exprimentia de præsenti, sive sit juramentum interpositum, sive non, non licet alteri ad alia vota transire: quod si fecerit, secundum matrimonium de facto contractum (etiamsi sit carnalis copula subsecuta) separari debet, & primum in sua firmitate manere. Verùm si inter ipsos accessit b tantummodò promissio de futuro, utroque dicente alteri: Ego te recipiam in meam, & ego te in meum, sive verba similia: si alius mulierem illam per verba de præsenti desponsaverit, etiamsi inter ipsam & primum juramentum intervenerit (sicut diximus) de futuro, hujusmodi desponsationis intuitu secundum matrimonium non poterit separari, sed eis est de violatione fidei pœnitentia injungenda.

CAP. XXXII.

¶ *Nisus ad copulam non facit sponsalia de futuro transire in matrimonium.*

Idem.

ADolescens c, qui desponsatam sibi per verba de futuro, licèt sæpe nisus fuerit, carnaliter non cognoscens, cùm alia postmodùm per verba de præsenti contraxit: non primam, cum qua nec fuit verum matrimonium ex forma contractus: nec præsumptum, cùm conatus non habuisset effectum: sed secundam debet habere uxorem.

DE DESPONSATIONE IMPUBERUM.

TITULUS II.

CAP. I.

¶ *Pater pro filio impubere sponsalia contrahit, pro pubere verò non, nisi consentiat.*

Hormisda *Eusebio Episcopo.*

TUa nos d requisivit fraternitas de filio adulto, quem pater matrimonium vult contrahere, si sine voluntate adulti filii facere potest. Ad quod dicimus, si aliquo modo non consentit filius, fieri non posse. Potest autem filium nondum adultum (voluntas cujus discerni non potest) pater cui vult matrimonio tradere. Et postquam filius pervenerit ad perfectam ætatem, omnino debet hoc adimplere.

CAP. II.

¶ *Impuberes ambo vel alter, nisi pro bono pacis, conjungi non debent.*

Nicolaus Papa.

UBi non e est consensus: [&c.] ¶ Districtiùs inhibemus, ne aliqui, quorum utrique, vel alter ad ætatem legibus vel canonibus determinatam non pervenerit,

a *Offerantur.* b *aut de fama, &c.* c *Belguensf. alst. Belguensf. al. Belgueresf. al. Belgueen. al. Benantensf.* d *Vide Inl. Clarum in Pract. crim. §. fin. q. 6. unde intelleges, quæ ad hunc locum spectant.* e *Quæ duratur talis metus, vid. l. qui in alterna. §. fin. ff. de acquir. hæred.* f *Vid. Con. Trident. sess. 24. de reform. matr. c. 9 & Covarr. in Epit. 4 Decr. p. 2. c. 3. §. 1.* g *contraxerit.* h *Prater Henric. Bosch. & Præpositum, vid. Covarr. in Epit. 4. Decret. p. 1. cap. 4. §. 1.*

a *Vide Sot. 4. sent. dist. 27. q. 2. art. 3. Sylvestrum in summa, verbo sponsalia, q. 10. & Covarr. in epit. 4. Decr. part. 1.* b *accesserit.* c *Præter Doctores vide Geminianum & Francum in c. 1. & idem. de desp. impub. l. 6. Sylvest. in summa, verbo matrimonium, 2. quæst. 16. & Alciat. tract. de præsumpt. reg. 3. præs. 31.* d *C. 2. eod. tit. in 1. comp.* e *C. 4. eod. tit. in 1. comp.*

conjungantur: Nisi fortè aliquâ urgentissimâ necessitate interveniente, utpote pro bono pacis, talis conjunctio toleretur.

CAP. III.

¶ *Pueres sunt, quoad matrimonium, qui ex habitu corporis concipere & generare possunt.*

Isidorus.

PUbeces à pube sunt vocati, id est, à pudentia a corporis nuncupati: quia hæc loca primo lanuginem ducunt. Quidam tamen ex annis pubertatem æstimant: id est, eum esse puberem, qui xiv. annos implevit, quamvis tardissimè pubescat. Certum autem est, eum puberem esse, qui ex habitu corporis pubertatem ostendit, & generare jam potest. Et puerperæ sunt, quæ in annis puerilibus pariunt.

CAP. IV.

¶ *Ex sponsalibus contractis cum minore septennio, non oritur impedimentum publicæ honestatis: secùs si cum majore vel minore consentiente post septennium: & assumptus sequens dissolvit sponsalia præcedentia de futuro.*

Alexander III. *Herford. Episc.*

LIteras b tuæ fraternitatis accepimus, ex quarum tenore perpendimus, quòd cùm quidam esset perfectæ ætatis, quandam puellam in cunabulis desponsavit: procedente verò tempore matrem puellæ cognovit, & eam in uxorem accepit: [1 & 3.] ¶ Consult. t. t. r. quòd si præfatus vir matrem puellæ, antequam septimum annum complêsset, in uxorem accepit, matrimonium non dissolvas: cùm desponsationes hujusmodi nullæ sint, quæ in cunabulis fiunt c. Verùm si postquam puella septimum annum complevit, prædictus vir matrem ejus accepit uxorem, cùm sponsalia extunc placere consueverint, inter eos sententiam divortii non differas promulgare, nec ipsum filiam, seu matrem habere permittas.

[1 *Unde quia dubitat, an hujusmodi matrimonium stare debeat, à nobis exinde consilium postulâsti. Super quo.*]

CAP. V.

¶ *Sponsalia nulla, ex defectu consensûs, non creant publicæ honestatis justitiam: sponsalia verò aliqua fuerint legitimo modo facta dissoluta.*

Idem *Eboracen. Archiepisc.*

ACcessit d ad præsentiam nostram: [1 & 3.] ¶ Fraternitati mandamus, quatenus si tibi constiterit, quòd puella non esset septennis, quando G. e desponsata fuit, & posteà in eam non consenserit, & quòd idem G. ab hujusmodi desponsatione per te fuerit absolutus f, matrimonium inter eundem Gu. & matrem puellæ celebratum præcipias inviolabiliter observari, & eorum prolem denuncies esse legitimam: quia desponsationes & matrimonia ante septem annos fieri non possunt, si consensus postea non accedit. Sanè si prædicta puella ante desponsationem septimum annum compleverat, licèt prædictus vir à desponsatione ipsius puellæ ipso jure fuerit absolutus, cùm ea in eum consentire noluerit: inhonestum tamen videtur, ut matrem ejus habeat, cujus filia fuit g sibi desponsata.

[1 *Nobilis vir VV. filius G. cum literis tuis, ex quarum tenore perpendimus, quòd cùm filiam cujusdam nobilis viri, cùm esset minoris ætatis, desponsâsset, & postmodum ipsa assensum in hac parte præbente, antequam ad nubiles annos pervenisset, celebratum est inter eos divortium. Procedente verò tempore, defuncto patre puellæ matrem ejusdem VV. in matrimonio copulavit. Quod quidem factum sustinere cum nolles, cum solemni munimine, ut ipsum dimitteret: & quia monitis tuis in hac parte noluit acquiescere, ipsum excommunicationis vinculo innodâsti. Tandem accepta ab eo cautione, quòd nostram adiret præsentiam, & super hoc statutum nostrum firmiter observares, eundem mandato nostro absolutum denunciâsti, & cum literis tuis ad præsentiam nostram misisti: unde præfatus VV. in nostra præsentia constitutus, suam nobis assertionem proposuit, quòd puellam ipsam, dum esset infra septimum annum, desponsavit, postea antequam ad annos nubiles pervenisset, noluit aliquatenus consentire, ut præfatum VV. in virum acciperet, & ita cum patre suo, in cujus potestate remanserat, & cum præfato VV. ad tuam præsentiam accessisset, & cum ab ore puellæ audisses, & per eam cognovisses, & per patrem ejus, quòd præfatum VV. in virum volebat, statim illum in plena Synodo ab hujusmodi desponsatione publicè absolutum denunciâsti. Elapsis verò pluribus annis mortuo patre puellæ charissimus in Christo filius noster H. Anglorum Rex supradictæ puellæ matrem memorato VV. tradidit in uxorem, quam idem VV. ut discordia orta inter consanguineos suos & consanguineos mulieris sopiretur, accepit solemniter & desponsavit, & sine contradictione Ecclesiæ duxit, & ex ea filios procreavit, & puella fuit alteri viro copulata. Verùm licèt contineatur in literis ipsis, quòd puella ipsa erat minoris ætatis, quando ipsius desponsatio facta fuit, tamen restat, utrùm puella esset proxima ætati aptæ matrimonio, an infra septem annos. Idcò.*]

CAP. VI.

¶ *Si impubes desponsata, & traducta petit licentiam pubes facta alteri nubendi, non auditur, si vir jurat se eam cognovisse: non auditur si nondum pubes, sed proxima pubertati probetur esse. Et ex sponsalibus contractis cum impubere majore septennio, oritur publica honestas.*

Idem *Norvicen. Episcopo.*

COntinebatur a in literis tuis, quòd cùm quædam puella intra nubiles annos cuidam in uxorem tradita fuerit, & ab ipso traducta, hæc ad nubiles annos perveniens, alii nubendi licentiam postulavit, asserens se in eundem nullatenùs consensisse: [1 & 3.] ¶ Consultationi tuæ taliter respondemus, quòd cùm in decretis habeatur expressum, quòd si vir dixerit, quòd uxorem suam cognoverit b, & mulier negaverit, viri standum est veritati: præfato viro, quidicit se mulierem ipsam cognovisse, fides est adhibenda, si id firmaverit juramento. Si autem fuerit ætati proxima, ut in xij. vel circa xij. annum, & cum suo assensu desponsata, & cognita ab eodem viro, separari non debet, præsertim cùm parentes ejus ipsam fuisse ætatis legitimæ faterentur. Si verò c puella intra nubiles annos alicui desponsata fuerit, non licet alicui de consanguinitate ipsius, cui desponsata fuerit, eam ducere in uxorem, nec fas est eidem sponso de consanguinitate sponsæ sibi aliquam copulare.

[1 *Pradictus verò vir proponit, quòd licèt eadem puella annum forte nondum xii. attigisset, cum ea tradita fuit in uxorem, usque adeò tamen ætatis proxima, quòd ipsam carnali commixtione cognovit. Inde est quòd cùm ipsa eidem viro dicit se innocuam, & tu non consulueris, utrùm alii possit nubere.*]

CAP. VII.

¶ *Si major septennio contrahens sponsalia, mutet ante pubertatem resilire potest. hoc primò. Et ille, qui primò fit pubes, alterum expectabit. hoc secundò. Quòd si tempore contractûs alter erat pubes, non ille, sed alter factus pubes resilire potest. hoc tertiò.*

Idem *Bathonien. Episc.* d

---

a *C. 7. eod. tit. in 1. comp. præterit Hostiensem.* b *C. 5. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. Lat. sub Alex. III. p. 12. c. 2. & de impedimento justitiæ publicæ honestatis, vid. Conc. Trid. sess. 24. de reform. matr. c. 3. vid. supra citatos tit. præc. c. ad audientiam, & Covarr. in epit. l. 4. decr. p. 1. c. 2.* c *Vide leg. quantum. ff. de sponsal.* d *C. 6. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. Lat. sub Alex. III. p. 6. c. 7.* e *al. V. al. ita: quando ab G. desponsata: al. ab V. desponsata.* f *vide citatos c. præcedenti.* g *fuerat.*

a *C. 1. eod. tit in 1. comp. & post Conc. Lat. sub Alex. III. p. 6. c. 10.* b *cognovit.* c *Vid. Conc. Trid. sess 24. de reform. c. 3.* d *Baton. al. Barthonien. sed ut plurimum, Bathonien.*

I. DE a illis qui intra annos aptos matrimoniis sponsalia contrahunt, sive uterque, sive alter reclamet, antequam ad annos matrimoniis aptos pervenerint, & postulent separari, non sunt ullatenùs audiendi. Si verò alteruter istorum ad annos pubertatis pervenerit, intra eosdem annos altero existente cùm sponsalia contrahuntur: si is, qui minoris ætatis est, cùm ad annos illos pervenerit, reclamaverit, nec in alterum voluerit consentire, judicio Ecclesiæ poterunt ab invicem separari. Mulier autem, quæ postquam annos nubiles attingit, ei, qui nondum ad annos aptos matrimoniis venerat, nupsit, cùm in eum semel consenserit, ampliùs non poterit dissentire, nisi ipse cui nupsit, postquam ad legitimam ætatem pervenerit, in eam suum negaverit præstare consensum. b

CAP. VIII.

¶ *Impuberes sponsalia contrahentes ante pubertatem separari non debent, sed post pubertatem possint, si contradixerint sponsalibus, nisi copula carnalis intervenerit.*

Idem *eidem.*

A Nobis c tua discretio requisivit, utrùm iis, qui intra annos nubiles matrimonii nomine conjunguntur, vel eorum alteri, antequam ad annos aptos matrimonio perveniant, liceat à matrimonio tali discedere. Ad quod respondemus, quòd pro eo, quòd ante nubiles annos conjugium consensum non habent, usque ad legitimam ætatem expectare tenentur: & tunc aut confirmetur matrimonium, aut (si simul esse noluerint) separentur, nisi carnalis d commixtio antè intervenerit, cùm interdum illa tempus anticipare soleat pubertatis.

CAP. IX.

¶ *Minores apti ad matrimonium ex contractu matrimonii obligantur, nisi violentia intercedat.*

Idem *Genuen.* e *Archiepisc.*

II. DE illis f qui in minori ætate desponsantur: [1 & infrà.] ¶ Respondemus, quòd si ita fuerint ætati proximi, quòd potuerint copulâ carnali conjungi, minoris ætatis intuitu separari non debent g. si unus in alium visus fuerit consensisse, cùm in eis ætatem supplevisse malitia videatur: sed cujuscunque sint ætatis, se possiunt per illatam violentiam excusare, nisi post violentiam consensus accedat.

[1 *Traduntur & conjunguntur, & processu temporis divortium postulant, minorem allegantes ætatem, aut vim sibi à parentibus factam, hoc inq. t. r.*]

CAP. X.

¶ *Contractus ante pubertatem, etiam cum usu carnalis copulæ, non facit matrimonium.*

Urbanus III. *Cenoman. Episcopo.*

ATestationes h super causâ matrimonii, quæ inter H. juvenem & G. mulierem vertitur, accepimus, & ipsis inspectis nobis innotuit, quòd prædictus juvenis nondum duodecimum annum attigerat, cùm præfatam G. accepit uxorem: & licèt nisus fuisset (sicut uterque confessus est) ipsam corrumpere, mulier tamen credit se virginem evasisse: verùm ipse antequam ad annum xiv. pervenisset, à memorata muliere recessit, quem cùm xvij. annos habeat, eadem pro viro sibi vendicare contendit: [1 & ℣.] ¶ Consultationi tuæ taliter respondemus, quòd si mulier per idoneos testes probare nequiverit, quòd post xiv. annum ætatis suæ, vel circa finem xiv. anni prædictus juvenis consensisset in eam, ab ipso juramento recepto, quòd postquam ad legitimam ætatem pervenit, ipsam habere non consensit in uxorem: ab impetitione mulieris eum potes & debes absolvere, & ad alia vota utrique dare licentiam transeundi.

[1 *Sed cùm vir xvij. annos habeat, eam recipere contradicit. Unde quia, donec nos super ipsa consuleres, non duxisti in prolatione sententia procedere.*]

CAP. XI.

¶ *Si major invita contraxit sponsalia cum minore, non tenetur ipsum expectare, donec veniat ad ætatem adultam.*

Idem *Pisano Archiepiscopo.*

EX literis a tuæ frat. accepimus, quòd puella quædam anno b xij. jurata fuit & desponsata cuidam puero ix. vel x. annorum: & tempore procedente, de voluntate parentum potiùs, quàm de sua (sicut asserit) ad domum patris pueri adducta c, ubi nolens & invita, minis parentum impulsa, moram fecit per annum & ampliùs, & tandem inde recedens, ad domum propriam est regressa: [1 & ℣.] ¶ Cùm autem dictus puer nondum ad xiv. annum pervenerit, nec ad eandem carnaliter accessum habuit, discret. tuæ taliter respond. quòd si puella commonita, ut donec compleat idem puer annum xiv. expectet, non duxerit expectandum: ei secundùm ea, quæ proposita sunt, accipiendi alium virum liberam tribuas facultatem. d

[1 *Commonita verò à matre sua, & à te, postmodùm ad eum redire penitùs contradixit, asserens, quòd nunquam eum voluit, nec vult in virum habere, sed habendi alii postulat facultatem. Unde quæ quid super hoc agendum sit, à nobis tua frat. requisivit.*]

CAP. XII.

¶ *Sponsalia contracta cum minore septennio, per cohabitationem mutuam post septennium convalescunt, & inducunt publicæ honestatis justitiam: solvuntur tamen per matrimonium de præsenti.*

Clemens III.

DUo pueri a Guilielmus & Guilielma matrimonialiter sunt conjuncti, puero vj. puellâ verò vij. annum agente: qui simul per tres annos manserunt: tunc pater puellæ subtrahens eam sponso, ipsam alteri M. nomine copulavit, cum quo per vij. annos quietè permansit: ipse verò tunc reliquit eandem, quia credebat eam alium virum habere, illum scilicet f, cui priùs fuerat desponsata. Prior autem sponsus ad annos discretionis perveniens, à prædecessore tuo contrahendi cum alia licentiam impetravit, qui quandam nomine S. consobrinam prioris in uxorem accepit: & cum ea per aliquod tempus existens, eam (ut ipse fatetur) carnaliter non cognovit, licèt illa g se ab eo cognitam asseveret. Cùm autem pater memoratæ Guiliel. eam vidisset à secundo viro relictam, prænominatum Guilielmum, cui priùs eam desponsaverat, compulit, ut S. neptem suam omninò dimitteret, & ad Guilielmam suam desponsatam rediret: qui postmodùm per biennium cohabitavit eidem. Quia igitur quid tibi faciendum sit, postulas edoceri: Breviter respondemus, quòd impediente puerili ætate matrimonium inter G. & G. non fuit: & licèt idem postquam illa nupsit alii, potuerit aliam ducere in uxorem, tamen quia dictam S. duxit consobrinam mulieris ejusdem, sive eam cognoverit sive non, non debet tamen cum eadem S. propter publicæ honestatis justitiam remanere, nec ad primam habere regressum, quia alteri fuit legitimè copulata: [& ℣.] ¶ Cùm verò vir caput sit mulieris, & Guilielmus dicat se non cognovisse priùs S. suprædictam: aliam, si voluerit,

a *C. 9. eod. tit. in 3. comp. & post Conc. Lat. p. 26. c. 29. & vide Covarr. in epit. 4. Decr. c. 1. §. 1.* b *Vide l. nuptias. cum similib. ff. de reg. jur.* c *C. 10 eod. tit. in 3. comp. vide Covarr. citatum sup. c. de illis.* d *carnis.* e *Ianuensi.* f *C. 12. eod. tit. in 2. comp. Et post Conc. Lat. p. 30. c. 41. §. de illis verò.* g *Vide l. pen. ff. quando di. leg. ce. & l. continuus. §. cùm ita. ff. de verb. obl.* h *C. 13. eod. tit. in 2. comp. vide Covarr. in epit. 4. Decr. p. 1. c. 4. §. 1. num. fin.*

a *C. 14. eod. tit. in 2. comp.* b *annorum.* c *ducta. al. abducta.* d *Vide l. si pater. & ibi Bart. C. de sponsal.* e *Cap. un. eod. tit. in 2. comp. vide Sylvest. in summa, verbo sponsalia. & Sot. 4. sent. dist. 27. q. 2. art. 2. & seq.* f *Alias ita: Guilielmum scilicet, &c.* g *ea.*

poterit ducere in uxorem, & S. viro legitimo copulari: post separationem verò, pro vitando populi scandalo, utrique ad tempus est pœnitentia injungenda. Si verò legitimè constaret ipsam S. ab eo sive post, sive antèa cognitam extitisse, neutri, vivente altero, dabitur licentia contrahendi. Remanebit ergò Guilielma cum M. impositâ ipsi M. ad tempus pœnitentiâ competenti, qui pro sua opinione sola Guilielmam (judicio Ecclesiæ non requisito) dimisit.

CAP. XIII.

¶ *Accusari non potest matrimonium, quod non est, ut si cum minori septennio sit contractum: denunciari tamen potest impedimentum, ne contrahatur in posterum.*

Innocentius III. *C. & P. quondam filiis Malebranca.* a

ADdissolvendum *b*, quod factum fuerat inter L. & S. [1 & 3.] ¶ Accusatione pro puella superconsanguinitate propositâ, præfatus L. multas exceptiones proposuit: per quas nitebatur vos ab accusatione multipliciter removere: [2 & 3.] ¶ Interloquendo pronunciamus, inter juvenem & puellam nec matrimonium nec sponsalia fuisse contracta: cùm constet puellam nondum ad septennium pervenisse. Quocirca nec accusitio locum habebat, cùm non esset, quod posset legitimè accusari. Denunciari tamen poterat consanguinitas, ut interdiceretur matrimonium contrahendum. Ad denunciationem ergò legitimè probandam terminum assignamus, salvis exceptionibus non solùm propositis, sed etiam proponendis. Ne verò quicquam in puellam interim attentetur, auctoritate Apost. interdicimus, ne in negotio de novo procedatur ulteriùs, donec vel à denunciatione cesserit, vel eâ probatâ ordine judiciario procedatur. Quòd si contra interdictum nostrum in præjudicium ipsius aliquid fuerit attentatum, id *c* irritum esse decernimus, & viribus omninò carere.

[1 *Filiam quondam M. super matrimonio contrahendo, in nostra & fratrum nostrorum præsentia fuit propositum, quòd cum dicta puella nondum ad septennium pervenisset, de ipsa nec matrimonium contrahi, nec sponsalia potuerunt: defuit etiam consanguineorum assensus, qui præcipuè sunt in talibus requirendi: quòd & si ætas sufficiens extitisset, & consanguineorum intervenisset assensus, persona tamen non fuit idonea ad matrimonium contrahendum, tunc à consanguinitate obstante.*]

[2 *Cumq; super exceptionibus ipsius fuisset diutiùs disceptatum, auditu & intellectu quæcunq; fuerunt hinc inde proposita, deinsilio f. n.*]

CAP. XIV.

¶ *Si quis per verba de præsenti contrahit cum impubere, in quâ ætatem malitia non supplet, intelligitur non matrimonium, sed sponsalia contraxisse, etiamsi subarratio intercesserit.*

Idem *Episcopo Abbaten.* d.

TUæ nobis *e* exhibitæ literæ continebant, quòd quidam filiam suam circiter xii. annos habentem, cuidam nobili desponsâvit, qui subarravit eandem, consensu mutuo accedente: [1 & 3.] ¶ Quia verò nobis constare non potuit, cujus ætatis esset puella, cùm eidem viro extitit desponsata, cùm dicatur, quòd circiter xii. annos habebat, utrùmne prudentia tunc in illa suppleret ætatem: respondemus, quòd si puella nubilis non erat ætatis, cùm sæpefatus *f* vir desponsavit eandem, & ætatem in ea prudentia non supplebat, proculdubiò inter eos non conjugium, sed sponsalia contracta fuerunt, quamvis ab ipso viro eadem fuerit subarrata.

[1 *Super nuptiis aliquantulum prorogatis, pater puellæ viam universæ carnis ingressus est, ea autem rebus humanis exempto, puella avunculus suprædictæ ipsam alteri matrimonio copulavit, & ille qui prius desponsaverat eandem, cum ipsius matre contraxit. Tunc autem prædecessor attendens, quòd cum ea non poterat permanere, cujus filiam legitimè desponsaverat, inter eos diversis sententiam promulgavit. Postmodum autem mortuo viro secundo, qui supradictam puellam duxerat in uxorem, ipsa se tertio copulavit, illa vivente, qui prius eam desponsârat. Caterum, tam ipsa quàm vir idem te duxerunt humiliter consulendum, utrùm licite valeant commorari: tu verò deliberatione habitâ, respondisti, quòd primo sponso vivente alter non potuit legitimè copulari. Sed quia tua Ecclesia postulavit, ut super hoc sed. Apost. consuleres, procedere dissuluisti, nobis humiliter supplicans, ut super hoc tibi rescribere dignaremur.*]

a *Al. Malabranca.* b *C. 1. eod. tit. in 3. comp. vid. Sutum cap. superiori citatum.* c *illud.* d *Abertaden. al. Albertaden. al. Alboven. al. Abbataden.* e *Cap. 2 eod. tit. in 3. comp. vid. Covar. in epit. 4. Decret. part. 1. c. 4. §. 2. num. 2.* f *sæpe præfatus. al. sæpe dictus.*

DE CLANDESTINA DESPONSATIONE. a

TITULUS III.

CAP. I.

¶ *Pro clandestino matrimonio non præsumitur, sed illud allegans incumbit onus probandi.*

Ex Concilio Arelaten.

SI quis clàm desponsaverit aliquam, & mulier vel vir negat hujusmodi desponsationem: viro incumbit probatio.

CAP. II.

¶ *Qui matrimonium clandestinè contraxerunt, altero negante, utrumque, non apparente legitimâ exinde probatione, simul cohabitare ab Ecclesia non compelluntur: & si illud publicaverint tanquam in conspectu Ecclesiæ factum comprobabitur: nisi rationabilis causa subsit, quæ impediat. b d. litera inhærendo.*

Alexander III. *Belvacen. Episcopo.*

QUod *b* nobis: [1 & 3.] ¶ Si enim matrimonia ita occultè contrahuntur, quòd exinde legitima probatio non appareat: ii, qui ea contrahunt, ab Ecclesia non sunt aliquatenus compellendi. Verùm si personæ contrahentium hoc voluerint publicare, nisi rationabilis causa præpediat, ab Ecclesia recipienda sunt & comprobanda, tanquam à principio in Ecclesiæ conspectu contracta.

[1 *Ex una parte significatum est, ut de clandestinis matrimoniis dispensare deberemus, non videmus quæ dispensatio super his sit.*]

CAP. III.

¶ *Cùm matrimonia sunt contrahenda, debent per Presbyteros in Ecclesia edictâ proponi, assignato termino, intra quem, qui voluerit impedire, impedimentum opponat: & si probabilis suspectura fuerit de impedimento, interdicatur matrimonium, donec de hoc cognoscatur. hoc primo visa, ad 4 Si quis.*

Innocentius III. *in Concilio generali.* c

CUm inhibitio copulæ *d* conjugalis sit in ultimis tribus gradibus revocata, eam in aliis volumus districtè servari. Unde prædecessorum nostrorum vestigiis inhærendo, clandestina conjugia penitùs inhibemus, prohibentes etiam, ne quis Sacerdos talibus interesse præsumat. Quare specialem quorundam locorum consuetudinem aliàs generaliter prorogando, statuimus, ut cùm matrimonia fuerint contrahenda, in Ecclesiâ per Presbyteros publicè proponantur *e*, competenti termino præfinito: ut intra illum, qui voluerit & valuerit, legitimum impedimentum opponat, & ipsi Presbyteri nihilominùs investigent, utrùm aliquod impe-

a *Clandestinas desponsationes & conjugia novissimè irrita fecit Conc. Trid. sess. 24. de refor. matr. c. 1. unde cessant hac de re veterum altercationes interpretum.* b *C. 3. eod. tit. in 2. comp. & post Conc. Lat. p. 30. c. 17.* c *Silvest Lat. c. 51.* d *Can. de clandest. matr. in 4. comp.* e *proponatur.*

dimentum

dimentum obsistat. Cùm autem apparuerit probabilis conjectura contra copulam contrahendam, contractus interdicatur expressè, donec quid fieri debeat super eo, manifestis constiterit documentis.

¶ *Si in gradu prohibito matrimonium clandestinè vel contra interdictum, de quo supra, contractum fuerit, etiam per ignorantes de impedimento, nati ex illo matrimonio sunt illegitimi. Idem est, si ambo parentes sciunt impedimentum matrimonii, licèt in conspectu Ecclesiæ contrahant. h. d. usq; ad §. Sanè. Abbas.*

Si quis verò hujusmodi *a* clandestina vel interdicta conjugia inire præsumpserit, in gradu prohibito etiam ignoranter, soboles de tali conjunctione suscepta, prorsùs illegitima censeatur, de parentum ignorantia nullum habitura subsidium: cùm illi taliter contrahendo non expertes scientiæ, vel saltem affectatores ignorantiæ videantur. Pari modo proles illegitima censeatur, si ambo parentes impedimentum scientes legitimum, præter omne interdictum, etiam in conspectu Ecclesiæ contrahere præsumpserunt.

¶ *Sacerdos, qui contempserit prohibere matrimonia interdicta, & quilibet Clericus etiam regularis, qui interfuit, per triennium à beneficio suspendantur, & si culpa exegerit, etiam gravius puniantur: ipsi etiam contrahentes contra hoc cap. etiam aliàs licitè, puniendi sunt, & idem in calumniosè denunciantibus. h. d. usque ad finem. Abbas.*

Sanè si parochialis Sacerdos tales conjunctiones prohibere contempserit, aut quilibet etiam regularis, qui eis præsumpserit interesse, per triennium ab officio suspendatur, gravius puniendus, si culpæ qualitas postulaverit. Sed his, qui taliter præsumpserint etiam in gradu concesso copulari, condigna pœnitentia injungatur. Si quis autem ad impediendam legitimam copulam malitiosè *b* impedimentum objecerit, canonicam non effugiet ultionem.

DE SPONSA DUORUM.

TITULUS IV.

CAP. I.

¶ *Contrahens successivè per verba de præsenti cum duabus, tenetur adhærere primæ. Si autem primò contraxit per verba de futuro, secundò per verba de præsenti, adhærebit secundæ.*

Augustinus *de fide factionis & consensus.*

Duobus *c* modis dicitur fides, pactionis, & consensûs. Si aliquis alicui mulieri fidem fecerit pactionis, non debet aliam *d* ducere: si aliam duxerit, pœnitentiam debet agere de fide mentita: maneat tamen cum illa, quam duxit. Non enim rescindi tantum debet sacramentum. Si autem fecerit fidem consensûs, non licet ei aliam ducere: si autem duxerit, dimittet ipsam, & adhærebit priori. Est autem fides pactionis, quando aliquis promittit alicui fidem, quòd eam ducet, si permiserit eum rem secum habere, vel etiam pro consensu. Fides autem consensûs est, quando etsi non stringit manum, corde tamen & ore consentit ducere, & mutuò se concedunt unus alii, & mutuò se suscipiunt.

CAP. II.

¶ *Ponit pœnitentiam illius, qui alterius sponsam de præsenti sibi accepit in uxorem, nec unquam in uxorem eam habere potest. h. d. juxta literam.*

Ex Brochardo lib. 30. *e*

Accepisti illam in *f* uxorem tibi, quam alter sibi desponsatam habuerat: dimitte illam, quia nunquam potest tibi fieri legitima: & 40. dies in pane & aqua (quod *a* carinam vocant) cum septem sequentibus annis pœniteas.

CAP. III.

¶ *Sponsalia de præsenti non solvuntur per sequens matrimonium, etiam carnali copulâ consummatum.*

Alexander III. *Salernitano Archiepiscopo.*

Licèt *b* præter solitum: [1 & 3.] ¶ Consultationi tuæ taliter respondemus, quòd si inter virum & mulierem legitimus consensus interveniat de præsenti, ita quidem, quòd unus alterum in suo mutuo consensu verbis consuetis expressè *c* recipiat, utroque dicente: Ego te accipio in meam, & ego accipio te in meum: sive sit juramentum interpositum, sive non, non licet mulieri alii nubere. Et si nupserit, etiamsi carnalis copula sit secuta, ab eo separari debet, & ut ad primum redeat, Ecclesiasticâ districtione compelli: Quamvis aliter à quibusdam prædecessoribus nostris sit aliquando judicatum.

[1 *Et amplius solita multis simus & magnis negotiis prædicti, & ita quòd non sit nobis facile, aliquorum consultationibus respondere: illâ tamen speciali gratiâ, quam ad personam tuam habemus, & fraternâ cogimur charitate, quid sentiamus de his, super quibus nos consulit dilect. tua, præsentibus literis voluimus aperire. Consuluisti nos siquidem, utrùm si inter virum & mulierem, præstito vel non præstito juramento, legitimus consensus intervenerit, & præsenti copulâ carnali non subsecutâ, liceat mulieri alii nubere, vel si nupserit alii, & carnalis fuerit copula subsecuta, an ab ipso debeat separari.*]

CAP. IV.

¶ *Ei qui appellat in causâ matrimoniali, interdici debet, ne aliud matrimonium contrahat lite pendente: & si contraxerit, debet separari.*

Idem *Gennen.* d *Archiepiscopo.*

Tua *e* fraternitas nos consuluit: [1 & 3.] ¶ De his verò, quia coram te super desponsatione factâ per consensum mutuum de præsenti, controversiam movent, & appellatione pendente, quam ante sententiam vel cognitionem causæ ad sedem Apostolicam interponunt, accipiunt alias in uxores: Hoc arbitramur agendum, ut si amodò in tali casu duxerint appellandum, eis in Ecclesia publicè interdicas, ne ante decisionem causæ aliud contrahant matrimonium. Et si contra *f* interdictum Ecclesiæ publicè factum venire præsumpserint, matrimonium tam præsumptuosè contractum poteris irritare.

[1 *Quid de his agere debeamus, qui desponsant aliquas mulieres, & processu temporis, antequam eas ducant vel cognoscant, alias accipiant in uxores. Super quo utique consultationi tuæ taliter respondemus, quòd si vir & mulier sibi recipiunt expressè consensu de præsenti mutuo, neuter eorum altero superstite poterit ad alia vota transire, & si possit ad monasterium transmigrare. Verum si inter ipsos non accessit consensus de præsenti, sed promissio de futuro, videlicet quod uterq; dixit alteri: Ego te recipiam in meam, & ego te in meum, & alius eam mulierem desponsavit & traduxit: etiam si inter primos juramentum fuit, sicut diximus de futuro hujus desponsationis intuitu, secundum non poterit matrimonium separari, sed ei est de violatione fidei pœnitentia injungenda.*]

CAP. V.

¶ *Qui duas per verba de præsenti desponsat, primam desponsatam habebit in uxorem, etiamsi prius secundam cognoverit: nec valet contraria consuetudo, & hoc ultimum additur ad cap. Licèt supra eodem.*

a *Trident. sess. 24. de refor. matr. c. 5. & Clem. un. de consang. & affinit.* b *malitiosum.* c *C. 1. eod. tit. in 1. comp. vid. Joan. majorin. l. 4. sent. dist. 27. q. 1. & Sot. q. 2. art. 4. vers. 3 duorum est.* d *al. ita: aliam ducere uxorem.* e *Ita in antiquis ut est impressum. sed restituendum ita: ex Burchardo l. 19. c. 5.* f *C. 2. eod. tit. in 1. comp.*

a *Carenam. al. Carentenam. Contius in marg.* b *Cap. 3. eod. tit. in 1. comp.* c *expressè.* d *Innocen. sed idem est.* e *Cap. 7. eod. tit. in 1. comp.* f *al. ita: Et si contra interdictum Ecclesiæ ita publicè factum, &c.*

Innocentius III. *Mutinen. Episcopo.*

TUas *a* dudum : [1 *& infrà.*] ¶ De consuetudine, quæ diu in Mutinen. obtinuit civitate, ut si quis juraret se aliquam ducturum, & citra carnis copulam desponsâsset, si consequenter desponsâsset aliam, & etiam cognovisset, primò cognita adjudicaretur viro, non quæ priùs extitit desponsata : [*& infrà.*] ¶ Ne verò turpis sit pars, quæ suo non congruit universo, & Ecclesia Mutinen. tenere debeat humiliter, & servare *b*, quod beati Petri sedem & suam metropolim sequi viderit & docere : in matrimoniis de cætero contrahendis, illud te volumus observare, ut postquam inter legitimas personas consensus legitimus intervenerit de præsenti, qui sufficit in talibus juxta canonicas sanctiones : & si solus defuerit, cætera etiam cum ipso coitu celebrata frustrantur, si personæ junctæ legitimè cum aliis postea de facto contrahant *c*, quod priùs de jure factum fuerat, non poterit irritari.

DE CONDITIONIBUS APPOSITIS in desponsatione, vel in aliis contractibus.

TITULUS V.

CAP. I.

¶ *Defectus turpis conditionis in contractu matrimonio appositæ, non vitiat matrimonium, sed vitiatur.*

Ex Concilio Africano *d*.

QUicunque *e* sub conditionis nomine aliquam desponsaverit, & eam relinquere voluerit : dicimus quòd frangatur conditio, & desponsatio irrefragabiliter teneatur.

CAP. II.

¶ *Servus manumissus eâ conditione, ut fiat Monachus, & monasterio serviat, alibi in servitutem redeat : si libe acceptato Monachus factus sit, manumittentis voluntatem cogitur observare.*

Gregorius *Episcopo Spoletano.*

CUm *f* sit proprium : [*& infrà.*] ¶ H. Presbyter conquestus est Diaconum quendam manumisisse duo mancipia sub hac conditione, ut Monachi fierent, & in eo monasterio, ubi ipse fuerat, permanerent, adjiciens, ut si quis contrà faceret, servituti iterùm subderetur : atque anum ex his (hâc conditione despectâ) monasterium deseruisse, & se inter Clericos sociâsse. Tu ergò si ita esse repereris, sic te exhibe, ut nec illi monasterium deserendi sit facultas, & manumittentis voluntas non valeat præteriri.

CAP. III.

¶ *Qui juravit aliquam in uxorem accipere, si centum sibi donaverit, centum non datis, recipere non tenetur, nisi postea pure consenserit, vel eam cognoverit.*

Alexander III. *Panorm. Archiepisc.*

DEillis *g* : [*& infrà.*] ¶ Si verò aliquis sub hujusmodi verbis juramentum alicui mulieri præstiterit, Ego te in uxorem accipiam, si tantum mihi donaveris : Reus perjurii non habebitur, si eam nolentem sibi solvere, quod sibi dari petiit, non acceperit in uxorem, nisi consensus de præsenti, aut carnalis sit inter eos commixtio subsecuta.

CAP. IV.

¶ *Res donatæ Ecclesiæ sub modo, statim est Ecclesia, nec revocatur modo non servato, nisi hoc in contractu sit expressum. h. d. secundum veriorem intellectum. Et est textus multum notabilis & valdè allegabilis. Abbas.*

Idem.

VErùm *a* cùm alicui Ecclesiæ possessio quælibet interposità conditione donatur, à donatore donum posteà revocari non potest : Nisi forte tali sit conditione collatum, quòd eâ cessante debeat revocari.

CAP. V.

¶ *Contrahens matrimonium sub conditione non improbata, non compellitur matrimonium consummare ante conditionis eventum.*

Urbanus III.

SUper eo *b* verò, quod postulâsti, utrùm ille, qui inquandam mulierem consensit, si pater ejus suum præstaret assensum, sit ad consummandum matrimonium compellendus : respondemus, quòd cùm consensus liber dici non possit, qui in alieno arbitrio reservatur, ac conditionem ipsam canonica non improbent instituta, nisi voluntas patris postmodùm intercedat, nequaquam cogendus est ad matrimonium contrahendum. Nam licèt Alexander Papa responderit, quòd sponsalia interpositâ conditione contracta, ipsa non impleta, si consensus de præsenti intercedat, vel carnalis copula subsequatur, dissolvi non debent, sed firmiter observari : nequaquam est nostræ diffinitioni adversum, cùm hujusmodi consensus non sit de præsenti habendus, licèt per verba de præsenti evidentiùs exprimatur, qui in alieno arbitrio non habito, sed habendo consistit.

CAP. VI.

¶ *Qui sub honesta conditione sponsalia contrahit, & ante conditionis eventum desponsatam cognoscit, à conditione recedit.*

Innocentius III. *Massican. c Episc.*

PEr tuas *d* literas intimâsti, quòd cùm quædam mulier P. nomine, N. postularet in virum, asserens inter se mutuum de præsenti consensum interveniss, & carnalem copulam accessisse : vir ipse quamvis contracta sponsalia, & carnalem copulam non negaret, asserebat tamen se illam in uxorem ducere non teneri : quia sponsalia inter ipsos sub hac fuerunt conditione contracta, si pater ejus & patruus sponsalibus consentirent : sed ipsi quàm citò noverunt, & sponso contradixerunt & sponsæ. Verum mulier replicabat, quòd licèt fides præstita fuerit ab utroque sub conditione præscripta, non tamen sibi fuerat à patre viri, vel patruo aliquando contradictum : & ante tempus contradictionis expressum à testibus & post, dicebat inter se carnalem copulam accessisse : [1 *& infrà.*] ¶ Consultationi tuæ taliter respondemus, quòd cùm liquidò constet, quòd post contracta sponsalia, carnalis est inter eos copula subsecuta, pro matrimonio est præsumendum *e*, quia videtur à conditione apposita recessisse. Nam & si probatum sit, quòd postquam pater & patruus viri contradixêre sponsalibus, idem vir mulierem illam carnali conjunctione *f* cognoverit : non est tamen aliquo modo probatum, quòd antequam ipse cognovisset eandem, pater ejus & patruus contradicere curavissent.

[1 *Addebat præterea, quòd licèt à principio conditionaliter contraxissent, tempore tamen processu sine conditionis adjectione purè in matrimonium consenserint, & hoc asserebat se testibus probaturam : receptis itaque testibus utriusque partis, cum attestationibus multerii, coram te præsentibus duobus examinatoribus fac eres publicari : testes ipsi dixerunt, quòd dicta, qua sibi legebantur, non dixerant, quorum lege dicebantur, & qua deposuerant scripta*

a *Cap. 1. eod. tit. in 3. comp.* b *observare.* c *contrahunt.* d *In Conc. Africanis hoc nondum inventum est, ut refert Gratianus sive Palea 27. q. 2. a. quicunq;. & habetur post Conc. Later. sub Alexand. III. part. 6. c. 3.* e *Cap. 1. eod. tit. in 1. comp.* f *Cap. 2. eod. tit. in 1. comp.* g *Cap. 4. tit. de sponsal. in 2. comp. & post Conc. Lat. p. 6. c. 12.*

a *Cap. 3. eod. tit. in 1. compil. & post Conc. Lat. p. 19. c. 3. & cap. 2. eod. tit. De consuet. in 1. comp.* b *Cap. 4. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. Lat. sub Alex. III. p. 6. c. 21.* c *Marsican. al. Marsiano. al. Marsitan.* d *Cap. 1. eod. tit. in 1. compilat.* e *Vid. l. & si contra, in ver. depositum. C. de usur.* f *al. commixtione.*

monerant, sed ab uno examinatorum tunc contra eos fuit fortiter obviatum, & ob hoc mulier postulabat, ut eidem testes vel alii super eisdem capitulis iterum audirentur: tunc autem hâc novitate commotus sequentem diem partibus prafixisti, quibus in tua presentia constitutis, omnes examinatores convocari justisti, sub interminatione anathematis illos obtestans, ut dicerent si essent illa vera attestationes, quibus obviaverant testes, qui contrà alias attestationes in medium produxerunt: quibus cùm per advocatum viri fuisset obsistum, sicut prioribus fuerat obviatum: post allegationes multiplices secundæ attestationes à partibus admissa fuerunt, & cum attestationibus una postea publicata. Verò cùm mulier illi præcipuè articulo insisteret, quòd ante renuncationem sponsalium & post, idem vir earn-later eam cognoverat, & ex ea filium procreaverat, & proprio nitebatur ostendere juramento. Quia verò super his non solùm opiniones varias, sed contrarias accepisti, & ad magisterium sed. Apost. recurrens, humiliter postulâsti, quid sentiendum sit in talibus edoceri.]

CAP. VII.

¶ Si in contractu matrimonii apponitur conditio turpis vel impossibilis, habetur pro non adjecta, nisi sit contra substantiam matrimonii, quia tunc vitiat contractum. h. d. hoc capitulum notabile, & multum allegabile.

Gregorius IX.

SI conditiones *a* contra substantiam conjugii inseruntur, puta si alter dicat alteri: Contraho tecum, si generationem prolis evites, vel donec inveniam aliam honore vel facultatibus ditiorem, aut si pro quæstu adulterandam te tradas: matrimonialis contractus quantumcunque sit favorabilis, caret effectu. Licèt alix *b* conditiones appositæ in matrimonio, si turpes aut impossibiles fuerint, debeant propter ejus favorem pro non adjectis haberi [illegible]

[illegible]

QUI CLERICI VEL VOVENTES matrimonium contrahere possunt.

TITULUS VI.

CAP. I.

¶ Diaconus vel Subdiaconus matrimonium contrahere non potest, & si contraxerint, etiamsi sint facti irregulares, debent separari.

Alexander III. *Rhemen. Archiepiscopo.*

DE Diacono *c*, qui in Sabbatho sancto alium Diaconum vulneravit, & uxorem accepit, hoc tuæ prudentiæ respond. quòd si contrito & humiliato corde ad Ecclesiam redire voluerit, dimissâ illâ, quam accepit in uxorem, & absolutione obtentâ, injunctâ *d* sibi pœnitentiâ de utroque excessu, post eam peractam dispensativè poteris ei Diaconatûs officium reddere, & si perfectæ vitæ & conversationis fuerit, eum in Presbyterum ordinare. Subdiaconum autem, sive hominem interfecerit, sive non, matrimonium non posse contrahere, sacrorum canonum censura demonstrat.

CAP. II.

¶ Subdiaconus matrimonium contrahere potest.

Idem *Comman. Episcopo.*

EX literarum *e* tuarum tenore accepimus, quòd lator præsentium in Subdiaconatûs officio constitutus, quandam sibi in conjugem copulavit, quam eundem abjurare fecisti. Super quo prud. tuam in Domino commendamus, mandantes, quatenus si ad monasticum *a* ordinem transire voluerit, & tibi post laudabilem conversationem ipsius visum fuerit, eum ad majores ordines promoveri concedas: quòd *b* si ad religionem se transferre noluerit, cum neque in Subdiaconatu ministrare, neque ad altiores permittas ordines promoveri, in minoribus tamen ordinibus poterit ministrare.

CAP. III.

¶ Votum solemne impedit & dirimit matrimonium post contractum: votum simplex tantum impedit contrahendum, sed non dirimit post contractum.

Idem *Vigorun. c Episcopo.*

MEminimus *d*: [& j.] ¶ Respondemus, quòd si quisquam, qui se religioni devovit, & habitu susceptо professionem fecit, postmodùm sibi aliquam copulaverit, est cogendus ab ea recedere, & ad Ecclesiam, cui se contulit, sine contradictione transire. Verùm si nec habitum susceperit, nec professionem, sed votum solummodò fecit, & se ad religionem transiturum promisit: licèt posteà matrimonium contraxerit, non est cogendus ad religionem transire, & matrimoniale votum rescindere.

[1 *Nos ex parte tua quæstionem hujusmodi audisse, s. utrùm illi qui se ad religionem coram Episcopo devoverunt transituros, & habitum religionis susceperunt, si postmodum uxores duxerint, cogendi sint eas dimittere, & ad Ecclesiam, cui se contulerant, redire.*]

CAP. IV.

¶ Susceptio habitûs Professorum extra religionem à non habente potestatem incorporandi religioni, impedit in dubio matrimonium contrahendum, sed non dirimit contractum. h. d. secundùm intellectum, quem tenet Panormitanus.

Idem *Lucen. Episcopo.*

CONsuluit *e* nos tua fraternitas, quid faciendum sit de nobili muliere, quæ vestibus pretiosis abjectis, mutavit habitum, & de manu Presbyteri velamen assumpsit, sed non renunciavit propriis, nec intravit claustrum, nec in manu alicujus Episcopi, Abbatis vel Abbatissæ, aut super altare professa est, vel obedientiam promisit: postmodum verò elapso anno (abjecto religionis habitu) cuidam nobili nupsit. Consultationi tuæ taliter respondemus, quòd sicut simplex votum *f* matrimonium impedit contrahendum, & non dirimit jam contractum: ita habitus sine professione susceptus, ne contrahatur, impedit, sed contractum nequaquam dissolvit.

CAP. V.

¶ Votum castitatis de præsenti impedit matrimonium contrahendum: Ecclesia tamen ex causa matrimonium contrahi quandoque permittit. h. d. viharendo literæ.

Idem.

VEniens *g* ad præsentiam nostram M. Eremita proposuit, quòd I. mulier cuidam viro absenti fide datâ se nupturam promisit, sed postmodùm audiens plura de severitate ipsius, ei noluit copulari. Cùm itaque timeret, ne illi nubere cogeretur, in manibus suis continentiæ votum promisit, non tamen locum aut vestem mutavit, quo audito vir aliam sibi copulavit. Nos itaque attendentes utilius esse, ut prædicta mulier post fidem & votum simpliciter oblatum matrimonium contrahat, quàm fornicationis reatum incurrat: mandamus, quatenus si plùs non processit, sibi de fide mentita & voto violato congruam satisfactionem indicas, & ei, cui vult, nubendi in Domino licentiam tribuere non postponas.

---

a *Illustris est hæc decret. de cujus intellectu præter D. Sotum lib. 4 dist. 29. q. 2. art. 2. & 3. Adrianum super 4. q. 7 de matr. & Covarruviam citatum super gloss. c. præcedentis.* b *Licèt aliàs.* c *Cap. 1. eod. tit. in 1. compilat. & post Conc. Later. p. 26. c. 21.* d *al. ita: injunctâ quoque sibi, &c.* e *Cap. 2. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. part. 30. c. 13.*

a *Vox monasticum, deest in omnib. manuscr.* b *al. quòd si ad religionem se conferre.* c *VVigorniensi. al. VVigorn.* d *Cap. 6 eod. tit. in 1. comp. & post Conc. Lateran. p. 6. c. 9.* e *Cap. 7. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. Lateran. p. 43 c. 4.* f *Vid. omnino citatos paulò antè in c. meminimus. eod. tit.* g *C. 1. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. part. 4. c. 10.*

CAP. VI.

¶ *Votum simplex impedit sponsalia de futuro, non autem dirimit matrimonium sequens: secùs in voto solenni.*

Cœlestinus III.

RUrsùs *a* quidam votum castitatis emittens, juravit se quandam ducturum posteà in uxorem. Unde à fraternitate tua requisiti arbitramur, quòd cùm simplex votum apud Deum non minùs obliget, quàm solenne: pro eo quòd juravit temerè, pœnitentiam agat, & votum, quod Deo fecit, studeat observare. Quòd si postquam hujusmodi præstitit juramentum, ad nuptias proprio motu convolâsset: cùm votum simplex matrimonium impediat contrahendum, non tamen dirimat jam contractum, nihil ambiguitatis quæstio tua continere videtur.

CAP. VII.

¶ *Votum solemne impedit & dirimit matrimonium post contractum.*

Innocentius III. *Libonen. & Colimbrien. Episcopis.*

INsinuante *b* I. nobili muliere, nostro est Apostolatui reseratum, quòd à quibusdam curialibus fuit Regi Legionen. pro ipsius copula supplicatum: quòd cùm ad consanguineorum ejus notitiam perveniisset, ut maritum acciperet, ei sub obtestatione Regia suggesserunt: ipsa verò, quòd tunc nollet nubere protestans, consilium accepit ab eis, quòd votum emitteret castitatis, quod in manibus cujusdam de fratribus sancti Aug. fecit, eo adjecto tenore, ut in domo propria cum omni substantia sua remaneret. Sanè in ejusdem ordinis habitu biennio post permansit, licèt id se invitam feciisse asserat & coactam, non tam metu Regio quàm parentum: [1 *& infrà.*] ¶ Tandem attendens, quòd invita votum emiserit, eo dimisso de parentum consilio, P. Michaëli *c* publicè fuit matrimonialiter copulata: de quo *d* quatuor sustulit filios tempore procedente: [2 & 3.] ¶ Nos igitur attendentes, quòd in emissione voti, quod præcessit, nulla vel modica coactio affuisset, quam patientia & perseverantia sequentis temporis penitùs profugavit, & quòd sequens conjunctio potiùs iniqua fuit, & violenter extorta: mandamus, quatenus si præmissis veritas suffragatur, præfatam mulierem ad malè dimissum religionis habitum reassumendum, & servandum quod vovit, monere & inducere procuretis, & (si opus fuerit) per censuram Ecclesiasticam coërcere.

[1 *Post hæc eidem Regi quod fecerat indecorè, quod approbari vetuit, ne quis eâ nolente domum intraret ipsius, vel exinde aliquid exportaret. Interim verò tempore medico elabente P. Curiatii regiæ literas secum portans, & F. Ferrandi dictæ mulieris domum intrantes, ut ipsi P. vi saltem eam duceret in uxorem, acceperunt ab ipsa quòd si eam idem P. duceret ipsius manibus interiret. Posteà verò dimisso domo & omnibus quæ habebat, in domo cujusdam Judæi per tres, in Ecclesia verò S. M. de Neiga per sex latuit septimanas, ita quòd exinde propter necessitates humanas etiam egredi non auderet, tandem se coactam videns & omnibus destitutam, &c.*]

[2 *Verùm quia salutem animæ desiderat omnibus anteferre, ac metuens quòd hujusmodi conjunctio licita non existat, quid super his tenere debeat, edoceri responso nostro suppliciter postulavit.*]

DE EO, QUI DUXIT IN MATRIMONIUM, QUAM POLLUIT PER ADULTERIUM.

TITULUS VII.

CAP. I.

¶ *Si quis vivente uxore contraxit cum secunda hoc ignorante, primâ mortuâ, ad sui petitionem non separabitur à secunda.*

Alexander III. *Abbati sancti Albani.*

PRopositum *a* est nobis, quòd vir quidam uxorem habens, sibi aliam hujusmodi rei insciam copulavit: sed primâ mortuâ nititur discedere à secunda: [1 & 3.] ¶ Licèt autem in canonibus habeatur *b*, ut nullus copulet matrimonio, quam priùs polluerat adulterio, & illam maximè, cui fidem dederat uxore suâ vivente, vel quæ machinata est in mortem uxoris: quia tamen præfata mulier erat insciа, quòd ille aliam haberet uxorem viventem, nec dignum est, ut prædictus vir, qui scienter contra canones venerat, lucrum de suo dolo reportet: consultationi tuæ taliter respondemus, quòd nisi mulier divortium petat, ad petitionem viri non sunt aliquatenùs separandi.

[1 *Asserens quòd uxore vivente eam non licuit sibi copulare.*]

CAP. II.

¶ *Si vivente primâ uxore & non cognitâ, quis contraxit cum secunda scienter, & eam cognovit, etiam mortuâ primâ, secundam habere non potest: secùs si prima erat non legitimè uxor.*

Idem *Abbati de Fontibus.*

SIgnificavit *c* nobis O. Andegavensis [1 *& infrà.*] ¶ Mandamus, quatenus si constiterit, quòd eidem O. tanta vis illata fuerit, quòd non sponte in primam consenserit, nec post præstitum juramentum ipsam carnaliter cognoverit, propter hoc non dimittas, quin ad aliam, quam posteà in uxorem accepit, revertendi liberam tribuas facultatem. Alioquin sibi ne ad secundam revertatur sub interminatione anathematis inhibens, des ei licentiam ducendi aliam in uxorem.

[1 *Parochianus Eboracen. Ecclesiæ per VV. de Raman. qui est ex hac luce subtractus, capiens eum, tamdiu in vinculis ferreis & carcere tenuit, donec ipsum jurare coëgit, quòd A. mulierem duceret in uxorem. Cùm autem vincula & carcerem evasisset, aliam uxorem accepit, de qua filios procreavit. Posteà verò idem O. à præfato A. coram ven. fratre n. Eboracen. Archiepiscopo Apostol. sed. Leg. tractus est in causam, coactus est juramento servare, quod ad illam quam sponte in uxorem acceperat, non accederet, donec in ejus judicio Ecclesiastico terminata. Cæterùm quia priusquam de causa cognoscitur legitimè, prænominata A. diem clausit extremum, prædictus O. ad eandem, de qua filios habuit, revertì non audet, inde est quòd d. v. p. A. s.*]

CAP. III.

¶ *Non potest quis cum illa contrahere, quam uxore vivente cognovit, si machinata fuit in mortem uxoris.*

Idem *Baruen. d Episcopo.*

SUper hoc *e* quod quæsivisti, an liceat alicui cum ea contrahere matrimonium, quam uxore suâ vivente sibi de facto matrimonio copulavit: Taliter respondemus, quòd si adultera est in mortem uxoris aliquid machinata, sive fidem dedit, sive non, quòd eâ defunctâ hanc esset ducturus, secundùm canones ab ejus consortio prohibetur, & hæc prohibitio perpetuò est servanda.

CAP. IV.

¶ *Qui vivente uxore, etiam ab eo separata quoad torum, secundam conscium duxit uxorem, primâ mortuâ separabitur à secunda, sed cum alia contrahere poterit.*

Clemens III.

EX literarum *f* tuarum insinuatione accepimus,

a *Cap. 2. eod. tit. in 2. comp.* b *Cap. 1. eod. tit. in 3. compil. vid. Sotum 4. sent. dist. 37. quæst. 2. & citatos in præcedent. capitulo.* c *aliàs Michaëlis P. filius Michaëlis.* d *In antiqua comp. de qua, &c.*

a *Cap. 1. eod. tit. in 1. compil. & post Concil. Lateran. part. 6. c. 1. vid. Magistr. 4. sent. distinct. 35. 4 solet etiam quari.* b *al. habeatur expressum.* c *Cap. 1. eod. tit. in 1. comp. & post Concil. Lateran. part. 5. c. 15.* d *Bavaren. al. Banaten. sed Belnacen. Bajonen. Baionen. & Baren. agnoscenda, cætera rejicienda sunt.* e *Cap. 1. eod. tit. in 1. compil. & post Concil. Lateran. p. 6. c. 16.* f *Cap. 1. eod. tit. in 2. comp.*

quòd

quod T. uxorem suam in adulterio deprehensam, de tui antecessoris assensu abjecit: quæ postmodùm accepit *a* habitum monachalem: sed dictus T. antequam illa decederet, aliam superinduxit *b*: & plures suscepit filios ex eadem: [1 & 3.] ¶ Frat. t. igitur resp. quòd illos debes ab invicem separare. Idem verò vir, indictâ ei de adulterio pœnitentiâ, aliam ducere poterit in uxorem.

[1 *Cæterùm quia supradicta mulier decessit, quid super secunda copula fieri debeat, sedem duxisti Ap. consulendam.*]

CAP. V.

¶ *Qui vivente uxore legitimâ cum secunda contrahit adultera, etiam primâ mortuâ separabitur à secunda, etiamsi longo tempore ei cohabitavit, & filios ex ea susceperit.*

Idem *c*.

CUm *d* haberet uxorem legitimam A. nomine, I. lator præsentium, cùm M. adulterium perpetravit. Cumque super hoc fuisset in jus vocatus, abjuravit adulteram, & postmodùm juramento contempto, vivente legitimâ, cum ea matrimonium contrahere, & ipsi diu cohabitare præsumpsit: demùm prædictâ A. de præsenti luce subtractâ, memoratus I. cum adultera per decennium est moratus, de qua decem filios procreavit. Tale ergo damus consult. t. responsum, ut separentur *e* omnino: & eis injunctâ pœnitentiâ, perpetua continentia indicatur: præsertim cùm in dies suos ambo processerint, & tamdiu publicè in adulterio, & perjurio ex certa scientia perdurantes, Ecclesiam in gravi scandalo perturbaverint. Nósti enim, quòd Leo Papa statuit, ut nullus ducat in matrimonium, quam adulterio polluit: & quòd hic plùs processum fuit, quàm si fides præstita duntaxat fuisset adulteræ, ut defunctâ legitimâ eam duceret in uxorem; cùm eadem, etiam primâ *f* vivente, quasi matrimonialiter mœchæ mœchus adhærere præsumpsit, & sacramentum suum temerè violare: quod utiq; connubium (ubi etiam nulla intercessit *g* religio juramenti) tam *h* Gregor. Papa, quàm Triburien. Synodus *i* detestatur, & utrumque hoc modo conjunctum præcepit publicæ *k* pœnitentiæ subjici, ac perpetuò sine ulla spe conjugii permanere. Nec aliquod eidem I. & M. adminiculum afferunt, ut simul maneant, quòd decennio cohabitaverunt *l* ad invicem, ac decem filios susceperunt *m*: cùm multiplicitas prolis ita susceptæ, magis eorum crimen exaggeret, & diuturnitas temporis peccatum non minuat, sed augmentet. Solicitudinis tamen tuæ intererit, ut uterque liberis suis, secundum quod eis suppetunt facultates, necessaria subministret.

CAP. VI.

¶ *Si quis mortuâ uxore contrahit cum ea, quam vivente uxore sine fidei datione cognoverat, tenet matrimonium, dummodò in mortem defunctæ neuter fuerit machinatus.*

Innocentius III. *Episcopo Spoletano.*

SIgnificâsti *n* nobis, quòd cùm P. civis Spoletanus, quandam M. mulierem duxisset legitimè in uxorem, eâ relictâ, cuidam meretrici adhæsit: [1 & 3.] ¶ Verùm cùm uxor ipsius esset viam universæ carnis ingressa, meretricem, cui adhæserat, desponsavit. Nos igitur inquisitioni tuæ taliter respondemus, quòd nisi alter eorum in mortem uxoris defunctæ fuerit machinatus, vel eâ vivente sibi fidem dederit *o* de matrimonio contrahendo, legitimum judices matrimonium supradictum, excommunicato munus absolutionis (si petierit) juxta formam Ecclesiæ impensurus.

[1 *Et cùm ab ejus contubernio ad torum non possit legitimum revocari, vos in eum excommunicationis sententiam protulistis.*]

CAP. VII.

¶ *Si quis vivente primâ secundam hujus rei inscium duxerit uxorem: mortuâ primâ, licitè remanet cum secunda, nova consensu interveniente.*

Idem *Messanen. Capitulo.*

VEniens *a* ad præsentiam nostram G. laicus humili insinuatione monstravit, quòd cùm in civitate Lemovicen. quandam sibi matrimonialiter copulâsset, ab ea recedens Messanam advenit, ubi M. mulierem insciam, quòd aliam haberet uxorem, sibi solenniter copulavit: verùm cùm eidem pœnitentia fuisset injuncta, ut ad legitimam rediret uxorem, & ipse propter hoc in suam patriam rediisset, uxorem suam inveniens carnis debita persolvisse, ad Messanam rediit civitatem, & supradictæ M. tanquam legitimæ cohabitavit uxori: [1 *& infrà.*] ¶ Licèt autem vivente uxore legitimâ prædictam M. sibi copulare nequiverit in uxorem, quia tamen uxore defunctâ, utpote à lege ipsius solutus, in eandem M. denovo potuit matrimonialiter consentire, dummodò non præstiterit fidem adulteræ, vel machinatus fuerit in mortem uxoris: mandamus, quatenus si est ita, eidem G. ut supradictæ M. affectu adhæreat conjugali, licentiam concedatis.

[1 *Nunc autem impositam sibi propriæ excessu pœnitentiam agens humiliter, & devotè, cohabitandi eidem M. à nobis licentiam postulavit.*]

CAP. VIII.

¶ *Contrahens cum secunda, vivente primâ, quam tamen non cognovit, nec ante contractum, nec post, mortuâ primâ potest contrahere cum secunda.*

Gregorius IX. *fratri R.*

SI quis uxore vivente fide datâ promisit aliam se ducturum, vel cum ipsâ de facto contraxit, si nec antè, nec post (legitimâ ejus superstite) cognovit eandem: quamvis uttique ipsorum pro eo, quòd in hoc graviter deliquerint, sit pœnitentia injungenda: non est tamen matrimonium, quod cum ea contraxit, post uxoris obitum dirimendum. Cæterùm tolerari non debet, si priùs, vel posteà dum vixerit *b* uxor ipsius, illam adulterio polluisset.

DE CONJUGIO *c* LEPROsorum.

TITULUS VIII.

CAP. I.

¶ *Lepra superveniens non dissolvit matrimonium, nec matrimonii effectum: ideò adinvicem maritali affectione conjuncti se tractare debent, aut ad perpetuam continentiam vovendam induci.*

Alexander III. *Cantuarien. Archiepiscopo.*

PErvenit *d* ad nos, quòd cùm hi, qui lepræ morbum incurrunt, de consuetudine generali, à communione hominum separentur, nec uxores viros, nec viri uxores taliter ægrotantes sequuntur. Quoniam igitur cùm vir & uxor una caro sint, non debet alter sine altero esse diutiùs: mandamus, quatenus ut uxores viros, & viri uxores, qui lepræ morbum incurrunt, sequantur, & eis conjugali affectione ministrent, solicitis exhortationibus inducere non postponas. Si verò ad hoc induci non poterunt, eisarctius injungas, ut uterque altero vivente continentiam servet. Quod si mandatum tuum servare contempserint, vinculo excommunicationis adstringas.

a *Susceptæ.* b *superduxit.* c *In veteri comp. hoc caput Cœlestin. III. præcedens verò Clemen. III. tribuitur.* d *C. 2. eod. tit. in 2. comp.* e *Vid. Bart. in l. Claudius. D. de his quibus ut indignis.* f *Vox, primâ, deest in antiq. nec debet esse, ut constat ex gl. verb. eod.* g *interessisset.* h *Vid. Host. hic inducentem variam Greg. auctor.* i *C. 40. & 51.* k *publicæ.* l *cohabitaverunt.* m *susceperunt.* n *C. 2. eod. tit. in 3. comp.* o *dederint.*

a *Cap. 2. eod. tit. in 3. comp.* b *vixit.* c *Vid. B. Tom. 4. sent. dist. 32 q. 1. art. 1.* d *Cap. 1. eod. tit. in 2. comp. & post Conc. Later. p. 37. c. 2.*

CAP. II.

¶ *Conjuges propter lepram separandi non sunt à conjugio, & contrahere possunt matrimonium: & invicem sibi reddere debitum tenentur.*

Idem *Bajonen.* a *Episcopo.*

QUoniam *b* nemini licet (excepta causâ fornicationis) uxorem dimittere: constat, quòd sive mulier leprâ percussa fuerit, seu aliâ *c* gravi infirmitate detenta, non est à viro propterea separanda, vel etiam dimittenda. Leprosi autem si continere nolunt, & aliquam quæ sibi nubere velit, invenerint, liberum est eis ad matrimonium convolare. Quòd si virum sive uxorem leprosum fieri contigerit, & infirmus à sano carnale debitum exigat, generali præcepto Apostoli, quod exigitur, est solvendum: cui præcepto nulla in hoc casu exceptio invenitur.

CAP. III.

¶ *Sponsalia de futuro præcisè non compellunt ad contrahendum matrimonium cum leproso, lepra post sponsalia superveniente.*

Urbanus III. *Episcopo Elorentino.*

LIteras *d*: [1 & 2.] ¶ Quia postulâsti, utùm si post sponsalia de futuro inter legitimas personas contracta, antequam à viro mulier traducatur, alter eorum lepræ morbum incurrat, alius ad consummandam copulam maritalem compelli debeat? Respondemus, quòd ad eam accipiendam cogi non debet, cùm nondum inter eos matrimonium fuerit consummatum.

[1 *Tua frater. debitâ benignitate suscepimus, quibus certiores de sinceritate fidei tuæ, & devotionis affectu, ad honorem & commodum tuum abundantius provocamur. Verùm.*]

DE CONJUGIO SERVORUM *e.*

TITULUS IX.

CAP. I.

¶ *Servus contradicente Domino matrimonium contrahere potest, sed propter hoc non liberatur à servitute Domino debita.*

Adrianus *Salzeburgen.* f *Archiepisc.*

DIgnum est *g*: [1 & 2.] ¶ Sane juxta verbum Apostoli *h*, sicut in Christo Jesu, neque liber, neq; servus est à sacramentis Ecclesiæ removendus, ita nec inter servos matrimonia debent ullatenùs prohiberi: & si contradicentibus Dominis & invitis contracta fuerint, nullâ ratione sunt propter hoc dissolvenda. Debita tamen & consueta servitia non minùs debent propriis Dominis exhiberi.

[1 *Et à rationis tramite non discordat quòd ea quæ dubietatis in se videntur scrupulum continere, ad Apost. sed. judicium referantur, ut inde Christi fideles in dubiis certitudinem se gaudeant invenire, unde noscuntur magisterium fidei suscepisse. Tua verò f. de servorum conjugiis, quæ invitis & contradicentibus dominis contrahuntur, quid fieri debeat Apostolatui nostro, sicut bene meminimus, requisivit, super quo tibi duximus respondendum.*]

CAP. II.

¶ *Separatur matrimonium, quando liber ignoranter cum ancilla contraxerit, nisi postea hoc sciens illam cognovit.*

Alexander III. *Præposito & Priori Mortariensi.*

PRopositum *i* nobis M. mulier, quòd cùm vir ejus cum ea diutiùs permansisset, notam ei servilis *k* conditionis objecit, asserens eam esse ancillam, quam liberam esse credebat, cùm eam duxit in uxorem: [1 & 2.] ¶ Mandamus, quatenus si constiterit, quòd idem vir præfatam mulierem, postquam illam audivit esse ancillam, carnaliter cognovit, ipsum monitione præmissâ compellatis *a*, ut eam sicut uxorem maritali affectione pertractet. Si verò aliter fuerit, & sententiam divortii proferri contingat *b*, mulieri pecuniam, quam præfato viro pro dote concessit, restitui faciatis.

[1 *Cum autem in præsentia ven. f. n. Astensis Episcopi tractaretur negotium, mulier quia sibi gravari timebat, ad nostram audientiam appellavit. Quia igitur tam ea quàm vero sive vivente post aliquantulam moram præfatus vir secundùm literas recessit, &c. v. per a. f.*]

CAP. III.

¶ *Si consuetudo est in loco, quòd partus conditionem patris sequatur, natus ex libero & ancilla liber est, & ut liber matrimonium contrahit.*

Urbanus III. *Ariminen. Episcopo.*

LIcèt *c*: [1 & 2] ¶ Sanè super eo, quod fuit propositum, an mulier possit divortium postulare, pro eo quòd vir, cum quo suæ conditionis ignara contraxit, servus monasterii proponatur, cùm econtra idem vir patrem suum, cujus conditionem secundùm leges *d* provinciæ sequeretur, tempore mortis pro libero se gessisse, & jam elapso decennio, nec patris, nec suo nomine se status controversiam passum constanter affirmet: Videtur nobis ratione temporis, & favore libertatis, pro parte viri securiùs judicandum.

[1 *Ad ea super quibus nos frat. tua consulere voluit, te satisfacere arbitremur: quia tamen ad majorem certitudinem judicium nostrum pastoralis solicitudinis requirit, nos ad inquisitiones vestras assistis nostris sine debita responsione.*]

CAP. IV.

¶ *Si liber contraxit cum ancilla ignoranter, & ex quo scivit, non consensit, separatur matrimonium, & cum alia contrahere potest.*

Innocentius III. *H. Episcopo e.*

AD nostram noveris *f* audientiam pervenisse, quòd G. Presbyter Caidin. Apost. sed. Leg. R. militem à muliere quadam propter conditionis separavit errorem. Ideoque mandamus, quatenus si constiterit, quòd miles ignoranter contraxit *g* cum ancilla, ita quòd postquam intellexit conditionem ipsius, nec facto, nec verbo consenserit in eandem, propter quod per Gard. eundem ab ejus fuerit consortio separatus, contrahendi cum alia liberam ipsi concedas auctoritate Apostolicâ facultatem.

DE NATIS EX LIBERO ventre.

TITULUS X.

CAP. UN.

¶ *Natus ex libera vel liberta, liber est.*

Gregorius *h.*

INdecens esse credimus, ut progeniti ex liberta, sive libera filii ad servitium retrahantur. Propterea tibi præcipimus, ut si documenta nulla sint ab Ecclesiæ porte, quæ documentis hujusmodi debeant obviare, ab ejus molestia sine aliqua retractatione compescas eandem: durum est enim, ut si alii pro mercede libertatem tribuunt, ab Ecclesia, à qua tueri debent, revocentur.

a *Bavarem.* b *Cap. 2. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. Later. p. 37. c 4.* c *aliquâ.* d *Cap. 3. eod. tit. in 2. comp. & post Concil. Later. p. 50 c. 63.* e *Vid. Magist. & ibi Doctores 4. sent. dist. 36.* f *Salzeburgen. al. Saliburgen. al. Salesburgen.* g *C. 1. eod. tit. in 1. compil. & post Conc. Lat. sub Alex. III. p. 45. c. 7.* h *ad Gal. 3.* i *Cap. 2. eod. tit. in 1. compil.* k *Vox, servilis, deest in omnibus antiquis codicibus.*

a *Cognatu.* b *contigerit.* c *Cap. 3. eod. tit. in 1. comp. vid. S. Thom. 4. sent. d. 36. q. 1. art. 4. & omnino textum, & ibi gloss. Aret. & Dost. in § 1. Instit. de ingenuis.* d *legem.* e *In antiq. libris, ut plurimum ita: N. Episcopo.* f *Cap. 1. eod. tit. in 3. compil. vid. Sot. 4. sent. dist. 35. q. 1. art. 2.* g *contraxerit.* h *In aliquot vet. Cod. additur nomen: sed mendosè, cum sit Greg. Lib. 1. ep. 23. repiscr. Ivo p. 16. c. 73. & c. 1. eod. tit. in 1. comp.*

DE

DE COGNATIONE a SPIrituali.

TITULUS XI.

CAP. I.

¶ *Filii duorum compatrum, per quorum neutrum deventum est ad compaternitatem, licitè contrahunt, nisi consuetudo repugnet: separantur autem, si per eorum alterum vel utrumq; compaternitas est contracta. h. d. cum cap. super eo. infr. eod.*

Alexander III. *Saler. Archiepisc.*

VTrùm autem *b* filii aut filiæ ante vel post compaternitatem geniti, possint ad invicem copulari, canones secundùm diversorum locorum consuetudines contrarii inveniuntur. Et licèt primus canon exinde editus, natos post compaternitatem ad invicem copulari prohibeat: alter tamen canon posteriùs editus, primùm videtur corrigere: per quem statuitur, ut sive ante, sive post compaternitatem geniti sunt, simul possint conjungi, exceptâ illâ personâ duntaxat, per quam ad compaternitatem venitur. Unde nobis videtur, ut secundum posteriorem canonem debeat observari: Nisi consuetudo Ecclesiæ, quæ scandalum generet, aliter se habere noscatur.

CAP. II.

¶ *Compaternitas scienter vel ignoranter supervenions inter conjuges, conjugium non dissolvit.*

Idem *eidem.*

SIvir vel mulier sciens *c*, vel ignoranter filium suum de sacro fonte susceperit, an propter hoc separari debeant? Consult. t.t. respondemus, quòd quamvis generaliter sit institutum, ut debeant separari, quidam tamen humaniùs sentientes, aliter statuerunt. Ideoq; nobis videtur, quòd sive ex ignorantia, sive ex malitia id fecerint, non sunt ab invicem separandi, nec alter alteri debitum debet subtrahere, nisi ad continentiam servandam possint induci: quia si ex ignorantia id factum est, eos ignorantia excusare videtur: si ex malitia, eis sua fraus non debet patrocinari vel dolus.

CAP. III.

¶ *Filii duorum compatrum, per quorum neutrum deventum est ad compaternitatem, licèt invicem ex utrahunt matrimonium: si tamen subest consuetudo impediens & dirimens talia matrimonia, servanda est loci consuetudo. h. d. secundum intellectum magis communem, attingendo mentem capitulo.*

Idem *Virgilien. Episcopo.*

SUper eo *d*, quòd à nobis tua fraternitas requisivit de duorum compatrum filiis: Respondemus, quòd si tales filii fuerint, per quorum alterum, vel utrumque parentes ad compaternitatem venerunt, eos conjungi nullâ ratione sustineas, & conjunctos Pontificali auctoritate non differas separare. Cæterùm si per neutrum eorum ad compaternitatem ventum fuerit, de his te volumus consuetudinem tuæ metropolitanæ Ecclesiæ, vel aliarum circumpositarum inquirere, & diligentius imitari, ita quòd si ejusdem Ecclesiæ consuetudo habeat inter eos non sustinere conjugium fieri, nec factum firmitatis robur habere: tu simili modo in Ecclesia tibi commissa conjugium hujusmodi fieri non permittas: & si quos taliter conjunctos inveneris, juxta earundem Ecclesiarum consuetudinem ipsos separare *e* ab invicem non *f* omittas. Verùm si de consuetudine habeatur, ut talia conjugia permittantur, id in Ecclesia tua dissimulare poteris, ita quòd nec contradicere, nec tuum videaris præstare assensum: quia sicut grave est antiquam consuetudinem circumadjacentium Ecclesiarum super his contemnere: sic quoque gravius videtur, si propter eam huiusmodi conjugiis tuum indulges assensum, cùm posset sic in exemplum assumi.

CAP. IV.

¶ *Inter patrem baptizati & uxorem levantis priùs ab ea cognitam, contrahitur compaternitas efficax ad matrimonium dirimendum.*

Clemens III.

MArtinus *a* Bertham duxit uxorem, Tebergam sibi copulavit Lotharius, qui Berthæ & Martini filium de sacro fonte suscepit. L. verò & B. sublatis de medio, M. cum T. præfata contraxit. Nos autem consult. t. r. duximus respondendum, quòd cùm secundùm verbum Domini vir & mulier efficiantur per connubium una caro, liquidum est Tebergam non posse matrimonialiter copulari Martino, qui compater ejus fuerat, cum quo una caro Teberga noscitur extitisse.

CAP. V.

¶ *Compaternitas per catechismum contracta impedit matrimonium contrahendum, sed contractum non dirimit.*

Idem.

COntracto *b* matrimonio inter P. & A. uxorem suam, quidam consanguinei ejusdem A. contra matrimonium objecerunt, quòd eadem in primo sacrati salis pabulo, filium quondam *c* concubinæ ipsius P. tenuit: [1 & infra.] ¶ Verùm, si constaret vera esse, quæ diximus, non ideò tamen contractum matrimonium solveretur: quæ res vix contrahendo matrimonio impedimentum afferret. Ideoque mandamus, quatenus præfato P. auctoritate nostrâ injungas, ut memoratam A. sicut uxorem maritali affectione pertractet, & carnale debitum ab ea licenter exigat & persolvat, sive ipsam ante matrimonium contractum cum P. sive posteà constiterit hoc egisse: dum tamen, si in fraudem hoc fecerit causâ matrimonii separandi, pœnitentiam pro præsumptione accipiat, matrimonio in sua firmitate durante.

[1 *Cum fuit primum in Ecclesia Dei indultum, & propter hoc tuam præsentiam adeuntes, docebant ipsum debere à viro per tuum judicium separari. Tua verò f. sicut accepimus, causâ non cognitâ sin carnale commercium interdixit, prohibens etiam ipsi P. ne debitum ab uxore requireret.*]

CAP. VI.

¶ *Inter patrem baptizati, & levantem seu tenentem baptizatum, contrahitur cognatio spiritualis valida ad impediendum & dirimendum matrimonium post contractum.*

Innocentius III. *Episcopo & Archidiacono Lemovicen.*

VEniens *d* ad Apostolicam sedem C. *e* Anglicus: [1 & infra] ¶ Mandamus, quatenus si constiterit H. mulierem prædicti viri filium de sacro fonte levâsse, antequam eam desponsâsset uxorem, vos inter eos divortium appellât. postpositâ celebretis.

[1 *Natione, nobis exposuit, quòd cùm olim in adolescentia constitutus mulieri cuidam adhæsisset, quam tamen quidam alius antè cognoverat, de consilio matris suæ factum est, ut eadem mulier quendam puerum, quem de alio sibi suscepisset, de sacro fonte levaret, ad suspicionem & infamiam utriusq; delendam. Deinde verò cum in ejus amore vehementius exarderet, abiq; consilio amicorum eam clanculo desponsavit. Cumq; pro tem ex ea procreare non posset, & increpationes à patre suo gravissimas sustineret, quod eam desponsando deliquerat revolvens in animo, ipsâ dimissâ causâ orationis Hierosolymam est profectus. Verum cum idem rediens de partib. transmarinis prolem eam suscepisse ab alio invenisset, eo nolunt adhærere: sed propter adulterium quod commisisse taliter videbatur, eâ omninò dimissâ, ad longinquâ*

---

a *De mat. hujus tit. prat. Doct. vid. Thom. & Sot. 4. sent. dist. 42.* b *Cap. 1 eod. tit. in 1. comp. & post Concil. Lat. sub Alex. III. p. 32 c. 1.* c *C. 1. eod. tit. in 1 comp.* d *Cap. 3. eod. tit. in 1 comp. Vid. Trid. Conc. initio tit. citatum.* e *separare.* f *dimittas.*

a *Cap. 2. eod. tit. in 2. comp.* b *Cap 3. eod. tit. in 2. comp. Vid. citatos in c proximo precedenti.* c *al' quendam.* d *Cap. 1. eod. tit. in 3. compil. concordat. Conc. Trid. sess. 24. de refor. matr. c. 2. addecitatos in superioribus.* e *E.*

se transtulit regionem? & ab Ebugien. tandem veniens civitatem, quandam ibidem cum terra & dote decenti sibi matrimonialiter copulavit, de qua prolem se confessus est suscepisse. Eapropter s. v. per Apost. sed.]

CAP. VII.

¶ *Si filii duorum compatrum, per quorum alterum deventum est ad compaternitatem, matrimonium contrahant, separantur: & tempore contractus scientes impedimentum, illud denunciare tenentur.*

Idem *Magistro S. Canonico Herforden.*

TUa *a* nos duxit discretio consulendos, an natus ante consparternitatem, filiam compatris patris sui, vel commatris sibi possit matrimonialiter copulare? & si contraxit *b*, an debeant separari? & an conscii talis matrimonii teneantur illud in publico accusare? Super quo respondemus, quòd hujusmodi personæ non possunt matrimonium contrahere: & si contraxerint, possunt ab invicem separari: & qui contractum sciverint, debent Ecclesiæ illud nunciare.

CAP. VIII.

¶ *Inter baptizatum & filium baptizantis, oritur cognatio spiritualis, impediens & dirimens matrimonium inter eos contrahendum. h. d.*

Gregorius IX.

EX literis *c* vestris accepimus, quòd cùm Martha mulier coram Officiali Cantuarien. Alanum peteret in virum, & se affidatam ab eo ac carnaliter cognitam per testes idoneos probavisset: dictorum tandem testium depositionibus publicatis, idem A. excipiendo proposuit, quòd eam habere non poterat in uxorem, pro eo quòd ipsum pater mulieris ejusdem, qui sacerdos existit *d*, baptizavit. Sed cùm idem Officialis exceptione hujusmodi non admissâ definitivam tulerit sententiam contra ipsum, & idem ad sedem Apost. appellaverit: Mandamus, quatenus si est ita, eundem A. super hoc ab impetitione mulieris absolvatis ipsius, eidem mulieri perpetuum silentium imponentes.

DE COGNATIONE *e* legali.

TITULUS XII.

CAP. UN.

¶ *Inter adoptatum & filium adoptantis non potest durante adoptione consistere matrimonium.*

Nicolaus *ad Consulta Bulgarorum.*

SI qua *f* per adoptionem mihi soror esse cœperit, quamdiu durat adoptio, inter me & ipsam nuptiæ consistere non possunt.

DE EO *g*, QUI COGNOVIT CONsanguineam uxoris suæ, vel sponsæ.

TITULUS XIII.

CAP. I.

¶ *Affinitas superveniens post matrimonium contractum non solvit matrimonium, sed exactionem debiti impedit, & crimen incestus inhabilitat quoad matrimonium contrahendum.*

Ex Concilio apud Metiam *h.*

SI quis *i* cum filiastra sua scienter fornicatus fuerit, nec à matre debitum petere, nec filiam unquam habere potest uxorem: nec filiastra, nec ille ullo unquam tempore alii a se poterunt matrimonio copulare.

CAP. II.

¶ *Affinitas superveniens etiam per illicitum coitum, dissolvit sponsalia de futuro, sed non matrimonium: & necessitas contrahere non potest.*

Alexander III. *Pistavien. Episcopo.*

VEniens *b* ad nos præsentium lator: [1 *infrà.*]

¶ Inquisit. t. r. resp. quòd si matrem sponsæ suæ cognovit, & *c* sponsæ nunquam carnaliter adhæsit, imponenda est ei pœnitentia paulò major, quàm pro adulterio: quâ peractâ, vel parte ipsius, poterit ex dispensatione cum alia matrimonium contrahere. Cæterum si sponsam cognovit, antequam matrem vel pòst, nunquam eam, vel aliam potest accipere in uxorem.

[1 *Nobis tua f. literas præsentavit, ex quarum tenore perpendimus, quòd quandam in uxorem duxerat, quam quadam suasserunt per mensem, quo eam duxerat non cognoscere. Contigit autem, sicut dicit, quòd pater sponsæ duxit uxorem suam, qua sponsa mater erat, quam in ejus lecto jacentem diabolo suadente cognovit. Transacto verò mense tam pater quàm alii propinqui coegerunt, ut cum ea matrimonium consummaret, quòd facere nolust, donec tecum super hoc loqueretur.*]

CAP. III.

¶ *Non separatur matrimonium ad dictum unius, asserentis affinitatem inter conjuges præcessisse.*

Idem.

DE illo *d*, qui uxorem fratris, antequam ei matrimonio jungeretur, se proposuit cognovisse: Respondemus, quòd nisi hoc publicum & notorium fuerit, aut idoneis testibus comprobatum, prædictum matrimonium occasione illâ ipsum impetere non permittas.

CAP. IV.

¶ *Incestuosus matrimonium contrahere non debet: sed si contraxit, tenet: & tunc tenetur reddere, sed non potest debitum exigere & non minus tenetur uxori necessaria administrare.*

Cœlestinus III.

TRansmissæ *e* nobis tuæ literæ demonstrârunt, quòd C. uxore suâ defunctâ, filiam ejus, privignam videlicet propriam, copulâ carnali cognovit, postmodum aliam accipiens in uxorem, cum privigna publicè tanquam canis ad vomitum rediens, illicitam rem committere non expavit. Quia verò super his consilium requisisti, præsenti paginâ respondemus, quòd legitimæ uxori cohabitans, & necessaria subministrans, non cognoscat eam, quamdiu vixerit, nisi ab ea fuerit requisitus, & tunc ad ipsam non sine gravi cordis dolore accedat: qui etiam pro incestu & adulterio, donec cum ea permanserit, juxta moderamen tui arbitrii pœnitentiam agens, postmodùm si supervixerit, perpetuò sine spe conjugii permanebit.

CAP. V.

¶ *Non separatur matrimonium ad confessionem conjugum qui dicunt affinitatem præcessisse, etsi ex rumore vicinia conjectant. Et est casus multum allegabilis & notabilis.*

Idem.

SUper *f* eo, quod postulas edoceri, utrùm conjugatus, qui ante contractum matrimonium uxoris suæ consanguineam carnali commixtione cognovit, cùm id fateatur uterque, & aliqua pars vicinia hoc acclamare dicatur, sit ab uxore sua judicio Ecclesiæ separandus: Tux frater. respondemus *g*, quòd propter eorum confessionem tantùm, vel rumorem vicinia, separari non debent: cùm & quandoque nonnulli inter se contra matrimonium velint colludere, & ad confessionem

a *Cap. 2. eod. tit. in 3. compil. Vid. Sot. 4. sent. dist. 42. q. 1. art. 3.* b *contraxerint.* c *Cap. 1. De cogn. spirit. l. 6. B. Thom. 4. sent. dist. 42. q. 1. art. 2. & Durandum eâd. dist. q. 1.* d *exiterat.* e *vid. Magistr. 4. sent. dist. 42. & ibi D. Thom. q. 2. art. 1, 2, & 3. & Durandum q 1.* f *C. 1. eod. tit. in 1. compil.* g *Vid. Conc. Trid. sess. 24. de refor. c. 4.* h *Med. al. Mentian.* i *C. 1. eod. tit. in 1. compil. Vid. Burch. l. 19. decr. c. 3. tit. de fornicatione, &c.*

a *Al. aliis.* b *Cap. 3. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. Later. p. 12. cap. 4.* c *al. si sponsa.* d *Cap. 2. eod. tit. in 2. compilat.* e *Cap. 3. eod. tit. in 2. comp. Præalii vid. Sot. 4. sent. dist. 37. q. 1. art. 3.* f *Cap. 4. eod. tit. in 1. comp.* g *rescribimus.*

incestûa

incestûs facile prosilirent, si suo judicio crederent, per judicium Ecclesiæ concurrendum. Rumor autem vicinix nonadeò est judicandus validus, quòd nisi rationabiles *a* & fide dignæ probationes accedant, possit benè contractum matrimonium irritari. *b*

CAP. VI.

¶ *Affinitas superveniens non dissolvit sponsalia de præsenti.*

Innocentius III. *Præposito Magdeburgensi.*

Discretionem *c* tuam: [1 & 3.] ¶ Sanè ex parte tua fuit propositum, quòd quidam cum muliere quadam legitimè per verba de præsenti contraxit, quam postmodum à se incognitam, cuidam consanguineo suo tradidit, in quantum potuit renitentem. Ille verò cum ipsa, licèt invita, matrimonii solennia celebravit: sed mulier quàm citò fuit reddita libertati, aufugit ab eo, & se priori viro restitui postulavit. Nos igitur inquisit. t. t. respond. quòd & viro pro tam turpi facinore gravis est pœnitentia injungenda, & mulier propter publicam *d* honestatem est monenda solicitè, ut nec primum repetat, cujus consanguineus eam licèt invitam cognovit: nec redeat ad secundum, cui non potest propter *e* reatum adulterii commiscri: sed in continentia maneat, donec prior fuerit viam universæ carnis ingressus. Quòd si forsitan ad id induci nequiverit, vir prior cogatur redire ad ipsam, & maritali eam affectione tractare: cùm adulterium ei non possit objicere, qui eam adulterandam tradidit, præsertim invitam. Nam & si secundùm * Evangelicam veritatem nunquam nisi propter fornicationis *f* causam, aut vir uxorem, aut uxor possit dimittere virum: non tamen semper propter causam eandem vel uxor virum, vel vir dimittere potest uxorem, cùm possit exceptione, vel replicatione legitimâ impediri. Sed nec affinitas, quæ post contractum legitimè *g* matrimonium inter virum & uxorem initum contrahitur, ei debet officere, quæ hujusmodi iniquitatis particeps non existit *h*, cùm suo jure non debeat sine sua culpa privari: quanquam à quodam prædecessore nostro dicatur in simili casu fuisse distinctum, utrum incestus vel adulterium manifestum fuerit, an occultum: aliis asserentibus inter gradum proximum & remotum esse potiùs distinguendum.

[1 *In Domino commendamus, quòd in his quæ dubia reputas vel obscura, sedem consulis Ap. ut in eis de cætero ipsius auct. procedas.*]

CAP. VII.

¶ *Copula carnalis habita cum puella septem annorum, dirimit matrimonium postea contractum cum consanguinea. h. d. secundum unum intellectum.*

Idem *Bisuntinens. Archiepiscopo.*

Fraternitati *i* tuæ: [1 & 3.] ¶ Divortii sententiam approbamus, quam in eum canonicè promulgâsti, qui illam sibi postea copulare præsumpsit, cujus antèà sororem adhuc septennem contractis sponsalibus extraordinariâ libidine cognoscitur polluisse.

[1 *Super tribus capitulis sed. Apost. consulenti, ad cujus consilium est in rebus dubiis à cunctis fidelibus recurrendum, scriptis præsentibus respondemus. In primo.*]

CAP. VIII.

¶ *Affinitas causata ex copula illicita rumpit sponsalia præcedentia, & privat facultate contrahendi matrimonium.*

Idem *Episcopo Gerunden.* a

Ex literis *b* fraternitatis tuæ accepimus, quòd G. lator earum matrem puellæ, quam intra nubiles annos desponsaverat in uxorem, carnaliter sæpè cognovit, & post carnali commixtione puellam tractavit adultam: [1 & *infrà.*] ¶ Nos autem eidem viro pœnitentiam injungi fecimus pro peccato, consult. t. respondentes, quòd eis ab invicem separatis, mulier alteri viro non nubat, si postquam novit viri & matris delictum, ei non erubuit commiscri. Vir etiam & mater mulieris nunquam debent ad alias nuptias convolare, sed semper continentiam servare tenentur, & enorme defiere delictum, quod pro tam *c* nefanda libidine contraxerunt, præsertim si circa personas hujusmodi de lapsu carnis minimè timeatur.

[1 *Unde ipsius viri animæ provideri humiliter postulâsti, & utrum mulieri ad secundas nuptias eo vivente liceat convolare, cum hoc factum publicum & notorium habeatur.*]

CAP. IX.

¶ *Idem quoad titulum dicit, quod decretalis supr. proxima.*

Idem *Archiepiscopo Magdeburgen.*

Veniens *d* ad Apostolicam sedem E. Laicus nobis proposuit, quòd cùm tempore infantiæ suę quandam puellam se ducturum juraverit in uxorem, quàm citò ad legitimam pervenisset ætatem, pater puellæ confœderatione hujusmodi fidejussorum obligatione hinc inde firmatâ, cum in propria domo recepit, & nutrivit insimul cum puella: deinde ex conversatione diutina, sorori puellæ carnaliter se conjunxit: tandem amicorum suorum devictus instantiâ, quam juraverat, in uxorem accepit: & nuptiis celebratis, quando se illi opportunitas ingerebat, cognoscebat utramque. Verùm licèt in præsentia tua super hoc fuerit accusatus, convinci tamen non potuit, nec suum voluit confiteri delictum: nunc autem reversus ad cor, pœnitens de commissis, salutis suæ consilium requirit impendi. Cùm igitur non tantùm à malo, sed ab omni specie mali præcipiat Apostolus *e* abstinere: mandamus, quatenus prædicto E. pro hujusmodi enormitatis excessu, injunctâ pœnitentiâ competenti, consulas ei, monens illum salubriter, & inducens, ut de cætero abstineat ab utraque.

CAP. X.

¶ *Affinitas superveniens non dissolvit matrimonium.*

Idem *Archiepiscopo Strigonien.*

Tuæ fraternitatis *f* devotio postulavit, utrùm is, qui cum sorore legitimæ conjugis fornicatur, cum uxore possit postmodum commorari, & exigere debitum, ac solvere requisitus. Nos igitur respondemus, quòd uxor ut à commixtione viri abstineat propter publicam honestatem, & in continentia maneat, donec vir viam universæ carnis ingressus fuerit, diligentius est monenda. Quòd si fortè commonitioni parere recusans talis fuerit, ut de lapsu timeatur ipsius, vir ejus poterit & debebit cum Dei timore debitum ei solvere conjugale: cùm affinitas post matrimonium iniquè contracta, illi nocere non debeat, quæ iniquitatis particeps non existit.

CAP. XI.

¶ *Summatim est supr. capitulo proximo.*

Gregorius IX. *Episcopo Pictaviens.* g

Jordanæ *h* mulieris petitio continebat, quòd I. Laicus cum ipsa, quæ nondum decimum ætatis suæ annum compleverat, per verba de futuro contraxit, & eâ

---

a *Probabiles. in aliquot Cod.* b *Bald. in l. 1. C. de prob. & l. ea quidem. C. de accus.* c *C. 1. eod. tit. in 3. comp.* d *Vid. Conc Trid. sess. 24. de reform. matr. c 3.* e *præter.* * *Matth. 19. Marc. 10. Luc. 16.* f *Vid. Conc. Trid. sess. 24. de sacr. matr. in princ. & can. 7.* g *legitimum.* h *existat* i *Cap. 2. eod. tit. in 3. comp. Sot. 4. sent. dist. 41. quæst. un. art. 2. versic. quòd si objicias.*

a *Gerundinen. al. Fertindinen. al. Graden.* b *C. 3 eod. tit. in 3. comp. vide Tabienem in summa, verbo sponsalia. §. 9. in quarto modo.* c *Dictio, tam, deest in aliquot antiquis, ac etiam recentioribus. codicib. magis emendatis.* d *C. 4. eod. tit. in 3 comp. vide Covarr. 4 decr. par. 2. c 3. non longè à principio.* e *1. Thess 5.* f *C 3. tit. de consang. & affin. in 3. compilat.* g *Pictaviens.* h *Vide quæ citavi in cap. à nobis, & c. fin. supr. de dissens. imped.*

intra ejusdem anni spatium carnaliter cognitâ, matrem ipsius sibi matrimonialiter copulare, & ad damnatæ commixtionis amplexus procedere non expavit: [& ℣.] ¶ Quare præfata I. supplicavit, ut cùm carnis stimulis resistere nequeat, sibi (ne jure suo sine sua propria culpa fraudetur) providere salubriter dignaremur. Eapropter mandamus, quatenus (si res ita se habet) utrumque ipsorum ad vovendam perpetuam continentiam attentè moneas & inducas: & si ad eam induci nequiverint, memoratum I. (injunctâ ei primitùs pro commisso incestu pœnitentiâ competenti) ut eidem cohabitet, & conjugale debitum reddat exactus, Ecclesiasticâ censurâ compellas.

DE CONSANGUINITATE ET AFFINITATE.

TITULUS XIV.

CAP. I.

¶ Separatur matrimonium contractum inter affines primi generis, & quarti gradûs.

Alexander III. *Cassien.* a *Albati.*

EX literis *b* tuis accepimus, quòd cùm quidam secretò quandam viduam subarrasset, & carnaliter cognovisset: [1 & ℣.] ¶ Tandem cùm vir paratus esset eam in conspectu Ecclesiæ subarrare, surrexerunt duo proponentes, quòd iste, qui eam subarrare volebat, priorem virum quarto gradu consanguinitatis attingit, unus autem ita le audivisse juravit, alius noluit id juramento firmare: [2 & ℣.] ¶ Nunc quæstio prima revixit, & juraverunt duo coram Archipresbytero Plumbarolæ *c*, quòd primus vir fuit superstiti quinto consanguinitatis gradu conjunctus. Quocirca mandamus, quatenus utramque partem ante tuam præsentiam convoces, & facias testes coram te jurare: [3 & ℣.] ¶ Inquisitâ verò diligentiùs veritate, si per testes circumspectos omni exceptione majores inveneris, quòd primus vir superstitem quarto gradu consanguinitatis attingit *d*, non differas divortii sententiam promulgare: æquè enim (ut canones dicunt) abstinendum est à consanguineis *e* uxoris, ut propriis. Cæterùm tuam prudentiam volumus non latere, quòd non sunt causæ matrimonii tractandæ per quoslibet, sed per judices discretos, qui potestatem habeant judicandi, & statuta canonum non ignorent.

[1 *Et cohabitâsset cum ea per annum. Medualdum virum mulieris traxit in causam, proponens quòd illam in potestate sua positam quasi fornicariam cognovisset: tunc vir & mulier quasi juramento firmaverunt, quòd ab anno alter & plus in alterius copulam consenserat maritalem, & de cætero sicut vir & mulier habitarent insimul. Cum autem nec juramentum, nec fidem procurator habuit, exigit eam publicè subarrari. quod.*]

[2 *Et ob hoc licèt ille præfatam mulierem subarrare distulerit, nunquàm tamen ab ejus cohabitatione desistit. Processu verò temporis ad instantiam Medualdi præfatus vir publicè matrimonium celebravit, & postmodum ferè per annum cum uxore permansit.*]

[3 *Ad hæc inquiras, à quibus & in quibus, & quando didicerint, quod testantur. Si verò post motam quæstionem didicerint, non est ad eorum dicta jam dudum matrimonium dissolvendum, similatur nec si ab accusatoribus matrimonii didicerint.*]

CAP. II.

¶ Affinitas superveniens, de qua saltem constat per famam, solvit sponsalia de futuro.

Urbanus III. *Burdegalen. Archiepiscopo.*

SUper eo *a*, quòd juvenem asseris puellam quandam nondum nubilem fide interpositâ desponsâsse, quæ jam facta nubilis eum repetit, & ille excipit dicens, se non debere eam ducere, pro eo quòd postquam puellam affidavit eandem, carnaliter propinquam ipsius cognovit: Inquis. t. t. respond. quòd si manifestum est juvenem cognovisse propinquam prædictæ puellæ, vel non est manifestum, fama tamen loci hoc habet, cùm esset sponsa tantummodò de futuro, idem ab ejus impetitione debet absolvi.

CAP. III.

¶ Si dispensatur cum aliquo, ut possit contrahere in certo gradu, alias prohibito, requiritur, quod uterq; contrahentium tuto gradu distet à stipite, præsertim si hoc habet consuetudo.

Cœlestinus III.

QUod *b* dilectio: [& ℣.] ¶ Quæsivisti, utrùm is, qui à stipite per descendentem lineam, sexto vel septimo gradu distat, possit ei, quæ ex altera parte per lineam descendentem ab eodem stipite, secundo vel tertio gradu distat, matrimonialiter copulari, propter indulgentiam Apostolicæ sedis Legati, quâ permissum est hominibus terræ illius in sexto gradu conjungi? Quod videtur posse fieri secundùm regulam, quâ dicitur: Quoto gradu quis distat à stipite, & à quolibet, per aliam lineam descendentium ab eodem: cùm tamen de consuetudine terræ, si quando talis casus emerserit, incolæ propter proximiorem gradum conjunctos separent, & impediant copulari volentes. Nos itaque respondemus, quòd indulgentia illa sic est intelligenda, quòd uterque conjungendorum distet à stipite sexto gradu. Si verò alter sexto vel septimo gradu distat à stipite, alter autem secundo vel tertio, conjungi non debent: unde in hac parte consultiùs duximus multitudini & observatæ consuetudini deferendum, quàm aliud in dissensionem & scandalum populi statuendum, quâdam adhibitâ novitate.

CAP. IV.

¶ Infideles conjuncti in gradu prohibito à lege canonica, post baptismum non separantur.

Innocentius III. *Archiepiscopo & Capitulo Tiron.* c

DE *d* infidelibus ad fidem conversis, utrùm si ante conversionem suam secundùm legis veteris instituta, circa gradus consanguinitatis à canone denotatos conjuncti fuerint, separari debeant post baptismum: Consul. t. duximus respondendum, quòd matrimonium sic contractum, non est post baptismi lavacrum separandum, cùm à Judæis Dominus requisitus, si liceret uxorem ex quacunque causa dimittere, ipsis respondit: [*Quos Deus* c *conjunxit, homo non separet:*] per hoc innuens esse matrimonium inter eos.

CAP. V.

¶ Consanguineus mariti cum consanguinea uxoris licèt contrahunt, hoc primo In gradibus prohibitis non possunt matrimonia contrahi, etiamsi hoc habeat consuetudo. hoc secundo.

Idem *Rosan.* f *Archiepisc.*

QUòd *g* super his: [1 & ℣.] ¶ Super eo igitur, quòd pater & filius cum matre & filia, & duo cognati cum duabus cognatis, avunculus & nepos cum duabus sororibus contrahunt matrimonia *h*, taliter tibi duximus respondendum, quòd licèt omnes consangui-

a *Cassinens. al. Calsin.* b *C. 1. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. Lat. sub Alexand. III p. 6. c. 32.* c *Plombada.* d *contingit.* e *In 7. Codicibus manuscr. ita: à consanguineis uxoris & proprius.*

a *C. 1. eod. tit. in 2. comp.* b *C. 2. eod. tit. in 3. comp. Hodiè tenendum est, quod decrevit Conc. Lat. sub hunc. III. quod refertur ℣. hoc tit. cap. non debet Adde qua diximus in tract atu cognationis.* c *Tiron. al. Tirens. al. Turonens.* d *Cap. 1. eod. tit. in 3. comp. vide Magist. sent. 4. dist. 39. & ibi D. Thom. q. 1. art. 2.* e *Genes. 2. Matth. 19. Marc. 10.* f *Rossanen. al. Rosanen. al. Pisan.* g *C. 2. eod. tit. in 3. comp.* h *al. matrimonia aliter, taliter tibi, &c.*

nei

nei viri sint affines uxoris, & omnes consanguinei uxoris sint viri affines: inter consanguineos tamen uxoris & viri, ex eorundem, scilicet viri & uxoris conjugio, nulla prorsus affinitas est contracta, propter quam inter eos matrimonium debeat impediri. Ne autem *a* intra gradus prohibitos matrimonium contrahatur, debes publice inhibere, & præsumptores Ecclesiastica districtione punire, non obstante consuetudine, quæ dicenda est potius corruptela.

[1 *Articulis, qui tibi aliquam dubitationem inducunt, nostrum duxis consilium requirendum, & ad ea exequenda, quæ officium expostulare pastorale Ap. Sed. procuras auxilium invenare, fraternitatem tuam dignis in Domino laudibus commendamus, & postulationibus tuis grato animo respondemus. Significasti siquidem nobis, quòd in diœc. tua pater & filius, & mater & filia, duo nuptæ duæ cognatæ, avunculus & nepos duæ sorores ducunt in conjuges, & maritus & uxor simul baptizant pueros alienos. Quidam præterea tuæ diœc. infra tertium & septimum gradum consanguinitatis se contingentes ad invicem matrimonium contrahunt, hoc sibi licere de antiqua consuetudine asserentes.*]

CAP. VI.

¶ *Non valeat dispensatio obtenta à Papa super matrimonio inter consanguineos contracto, si sibi causa falsa sit expressa, nisi postea eam Papa confirmaret. h. d. secundum verum & communem intellectum.*

Idem.

QUia *b* circa: [*& infra.*] ¶ Porrò de nobili viro N. pro cujus dispensatione, indulgentiâ scilicet remanendi cum ea, quæ ipsum quinto consanguinitatis gradu contingit, à sed. Apost. obtinendâ, falsâ nobis causa fuerat allegata, proles videlicet: Cùm tamen ante dispensationem obtentam unica filia, quam habebat, viam fuerit universæ carnis ingressa, prout tua consultatio continebat: dissimulare poteris, ut remaneant in copula sic contracta, cùm ex separatione (sicut asseris) grave videas scandalum imminere.

CAP. VII.

¶ *Testes, quòd de consanguinitate deponunt, computationem debent à stipite vel germine incipere.*

Idem.

TUa nos *c* duxit fraternitas consulendos, utrùm illorum sufficiat testimonium ad matrimonium diriмendum, qui consanguinitatis gradus ab avunculo & nepote, videlicet fratris filio, vel sororis inceperint computare? Nos igitur inquis. t. t. r. quòd cùm conjugium multum favoris obtineat, testes, qui ad divortium celebrandum producti consanguinitatis gradus computant, à stipite debent incipere, id est, à parentibus vel germanis, & sic per ordinem distinguere gradus, nominibus propriis, velæquipollentibus indiciis designando personas, præsertim cùm sæpiùs testimonium perhibeant de auditu: quod quia minùs est validum, non est in articulo hujusmodi nimium laxanda facultas: quùm quâ ratione computationem inciperent à secundo, eâdem ab ulterioribus inchoarent.

CAP. VIII.

¶ *In secundo & tertio affinitatis genere tollitur prohibitio, quæ alias erat in matrimonio contrahendo. Similiter tollitur prohibitio de sobole suscepta ex secundis nuptiis, quæ olim non poterat contrahere cum cognatione prioris viri. Et prohibitio conjugii ultra quartum consanguinitatis & affinitatis gradum non extendatur. hod. iste textus, qui quotidiè allegatur, & est singularis in materia sua.*

Idem *in Concilio generali.*

NOn *a* debet reprehensibile judicari, si secundùm varietatem temporum, statuta quandoque varientur humana, præsertim cùm urgens necessitas, vel evidens utilitas id exposcit: quoniam ipse Deus ex his, quæ in Veteri Testamento statuerat, nonnulla mutavit in Novo. Cùm ergò prohibitiones de conjugio in secundo & tertio affinitatis genere minimè contrahendo, & de sobole suscepta ex secundis nuptiis, cognationi viri non copulanda prioris, & difficultatem frequenter inducant, & aliquando periculum pariant animarum, cùm cessante prohibitione, cesset effectus: constitutiones super hoc editas, sacri approbatione Concilii revocantes, præsenti constitutione decernimus *b*, ut sic contrahentes de cætero liberè copulentur. Prohibitio *c* quoque copulæ conjugalis quartum consanguinitatis & affinitatis gradum de cætero non excedat: quoniam in ulterioribus gradibus jam non potest absque gravi dispendio hujusmodi prohibitio generaliter observari. Quaternarius verò numerus benè congruit prohibitioni conjugii corporalis, de quo dicit Apostolus: *d* [*Quòd vir non habet potestatem sui corporis, sed mulier: neque mulier habet potestatem sui corporis, sed vir:*] quia quatuor sunt humores in corpore, qui constant ex quatuor *e* elementis. Cùm ergò jam usque ad quartum gradum prohibitio conjugalis copulæ sit restricta: eam ita volumus esse perpetuam, non obstantibus constitutionibus super hoc dudum editis, vel ab aliis, vel à nobis: ut si quis contra prohibitionem hujusmodi præsumpserit copulari, nullâ longinquitate defendatur annorum: cùm diuturnitas temporum non minuit peccatum, sed auget: tantoque sunt graviora crimina, quantò diutiùs infelicem animam detinent alligatam.

CAP. IX.

¶ *Distans à stipite quarto gradu vel exteriori, cum distante quinto, vel ulteriori contrahere potest. h. d. cum glossa.*

Gregorius IX.

VIr, qui à stipite *f* quarto gradu, & mulier, quæ ex alio latere distat quinto, secundùm regulam approbatam, quâ dicitur: Quoto gradu remotior differt *g* à stipite, & à quolibet per aliam lineam descendentium ex eodem: licitè possunt matrimonialiter copulari.

DE FRIGIDIS *h* ET MALEFICIATIS, & impotentia coëundi.

TITULUS XX.

CAP. I.

¶ *Si maritus provocante ad divortium, & se impotentem asserente, mulier hoc idem fatetur, servatâ solennitate canonicâ matrimonium indistinctè dirimitur: sed si decipiatur Ecclesia, primum matrimonium reparatur: si verò mulier agente vir asserat se potentem, nisi per aspectum corporis, vel alio indubitato modo convincatur, mulier non auditur: sed si vir hoc idem confitetur vel convincatur, matrimonium separatur, & mulieri contrahendi licentia datur. h. d. secundùm Hostiensem.*

Ex Brocardico lib. 18.

ACcepisti *i* mulierem, & per aliquod tempus habuisti, per mensem, aut per tres, aut per an-

a *Vide Conc. Trid. sess. 24. de reform. matr. can. 6.* b *Quantum ad contrahendum vel non intra gradus prohibitos attinet, tene decisa. non debet. § cod.* c *C. 2. eod. tit. in 4. comp. & quatenus agitur de testimonio de auditu, vide Gravettam de antiquit. temp. Part. 1. circa finem, vers. vide de fama, num. 304. cum multis seq. adde text. in c. licet ex quadam. Sup. de testib.*

a *Cap. 3. eod. tit. in 4. comp.* b *decrevimus.* c *Vide B. Thom. 4. sent. d. 40. q. 1. art. 4.* d *1. Cor. 7.* e *In Concilio & aliquot vetustis, quod constat ex quatuor elementis.* f *Vide citatos in cap. precedenti.* g *distat.* h *De materia hujus tit. vide Magist. l. 4. sent. dist. 34. ubi doct. & B. Th. q. 1.* i *C. 1. eod. tit. in 1. comp. vide Durandum 4. sent. dist. 34. q. 2. & plenius ibi Soto. q. 1. art. 2.*

num : & nunc primùm dixisti te esse frigidæ naturæ, ita ut non potuisses coire cum illa, nec cum aliqua alia: si illa, quæ uxor tua esse debuit, eadem affirmat quæ tu dicis, & probari potest per verum judicium, ita esse ut dicis, separari potestis, eâ tamen ratione, ut si tu post aliam acceperis, reus perjurii dijudiceris *a*: & iterum post peractam pœnitentiam priora connubia reparare debebis. Illa autem *b* si prior post annum, aut dimidium, ad Episcopum, aut ejus Missum proclamaverit, dicens, quod non cognovisses eam, tu autem contrarium affirmas, tibi credendum est, eò quòd caput es mulieris: quia si proclamare voluit, cur tamdiu tacuit? Citò enim & in parvo tempore scire potuit, si secum coire potuisses. Si autem statim in ipsa novitate post mensem, aut duos, ad Episcopum, aut ejus Missum proclamaverit, dicens, Volo esse mater, volo filios procreare, & ideò maritum accepi: sed vir, quem accepi, frigidæ naturæ est, & non potest illa facere, propter quæ illum accepi: si probari potest per rectum judicium, separari potestis: & illa si vult, nubat in Domino.

CAP. II.

¶ *Impotens ad copulam, est impotens ad contrahendum matrimonium, sive sit impedimentum ætatis, sive naturæ.*

Alexander III. *Ambianen.* c *Episcopo.*

Quod *d* sedem: [1 & ℣.] ¶ Sicut puer, qui non potest reddere debitum, non est aptus conjugio: sic qui impotentes sunt, minimè apti ad contrahenda matrimonia reputantur.

[1 *Apostolicam consuluisti super his, quæ tibi dubia exstitunt, gratum gerimus & acceptum & tua exinde fraternitati non parum commendanda videtur. Ex tua siquidem parte nobis est intimatum, quòd quædam mulier tui Episcopatûs cuidam viro nupserit, asserens quòd ob utriusq; inguinis rupturam genitalia ejus abscissa fuissent, nec dum ab eo cognita fuisset, qua utiq; fallitur lepræsie separatur & sua domui reddidit infirmorum. Mulier vero ad domum patris reversa sicut asserit juvenis, alis vero nubere desiderat, & conjugale affectu conjungi. Unde licèt Roman. Ecclesia non consueverit propter talem infirmitatem, vel propter alia maleficia legitimos conjunctos dividere, si tamen consuetudo generalis Gallicana Ecclesiæ habet, ut hujusmodi matrimonium dissolvatur: nos patienter tolerabimus, si secundum eandem consuetudinem eidem mulieri, cui voluerit nubendi in Domino concesseris facultatem.*]

CAP. III.

¶ *Naturale impedimentum ad coitum, irreparabile arte Medicorum, matrimonium impedit.*

Idem.

Ex literis *e* tuis accepimus, quòd quidam sedecim annorum, quandam annorum tredecim duxit uxorem: qui eam debitum reddere non posset, mulier tam gravem infirmitatem contraxit, ut omninò viro sit facta inutilis, & instrumentum ejus impeditum, ita quòd vir ei commisceri non potest. Respondemus igitur, quòd si vitium illud mulier à natura contraxit, nec ope Medicorum poterit adjuvari, viro aliam accipiendi liberam tribuas facultatem.

CAP. IV.

¶ *Contrahens scienter cum impotente ad copulam, ab ea non separatur.*

Lucius III.

Consultationi *f* tuæ, quâ nos consuluisti, utrùm fœminæ clauſæ, impotentes commisceri maribus, matrimonium possint contrahere? & si contraxerint, an debeat *a* rescindi? Taliter respondemus, quòd licet incredibile videatur, quòd aliquis cum talibus contrahat matrimonium: Romana tamen Ecclesia consuevit in consimilibus judicare, ut quas tanquam uxores habere non possunt, habeant ut sorores.

CAP. V.

¶ *Si de impotentia coeundi constet statim matrimonium separatur: alias cohabitabunt conjuges per triennium: & si cum septima manu propinquorum juraverint, quòd dederunt operam carnali copulæ, & non potuerunt conjungi, statim separantur. Ita communiter summatur.*

Cœlestinus III.

Laudabilem *b:* [& ℣.] ¶ Requisisti, quantum tempus indulgendum sit naturaliter frigidis ad experientiam copulæ nuptialis: [1 & ℣] ¶ Nos verò in præsenti consultatione sentimus, ut à tempore celebrati conjugii, si frigiditas priùs probari non posset, cohabitent per triennium: quo elapso, si nec tunc cohabitare voluerint, & juxta decretum Gregorii *c* mulier per jussum judicium de viro probare potuerit, quòd cum ea coire non possit, accipiat alium: si autem ille aliam acceperit, separentur. Quòd si ambo consentiant simul esse, vir eam, etsi non ut uxorem, saltem habeat ut sororem. Si autem, quòd nunquam se invicem cognoverint, ambo fatentur, cum septima manu propinquorum, vel vicinorum bonæ famæ (si propinqui defuerint) tactis sacrosanctis Evangeliis, uterque jurejurando dicat, quòd nunquam per carnis copulam una caro effecti fuissent, & tunc videtur, quòd mulier valeat ad secundas nuptias convolare. Verum si ille aliam duxerit, tunc hi qui juraverant, rei perjurii teneantur, & peractâ pœnitentiâ coganturad connubia priora redire.

[1 *In qua si defecerint separentur.*]

CAP. VI.

¶ *Propter asserationem mulieris, si apparet, quòd prater divinum miraculum absque periculo corporalis habitûs reddi non potest, separatur matrimonium: redintegratur tamen, si postea apparet Ecclesiam fuisse deceptam.*

Innocentius III. *Altissiodoren.* *Episcopo.*

Fraternitatis tuæ literas *d* recepimus, continentes quòd O. mulier cuidam viro matrimonialiter nupsit, cum quo per multos annos morata, non potuit carnaliter ab ipso cognosci. Licèt autem per Archipresbyterum tuum super hoc fuisses edoctus, tu tamen volens habere certitudinem pleniorem, quasdam matronas suæ parochiæ providas & honestas, ad tuam præsentiam evocâsti, districtè illis injungens, sub periculo animarum, ut mulierem ipsam prudenter inspicerent, & perquirerent diligenter, utrum idonea esset ad viriles amplexus: quæ tandem in fide sua tibi asseruêre constanter, quòd eadem nunquam poterat esse mater, aut conjunx, tanquam cui naturale deerat instrumentum: unde inter ipsam & virum divortium celebrâsti, mulierem inducens, ut ad religionem aliquam se transferret, perpetuam continentiam servatura: & viro licentiam tribuisti, ut uxorem duceret, quia patet fieri cupiebat. Contigit autem postèa, quòd mulier invenit, qui seras hujusmodi reseravit, & abjiciens continentiam, quam promisit, G. latori præsentium supernupsit. Quamvis igitur sufficienter nobis expresseris, quomodo dicta mulier se promiserit continentiam servaturam, utrum videlicet simplici verbo, an voto solemni

a *Judicaveris.* b *In aliquot manuscr. post annum & dimidium, quam lectionem videtur agnoscere gloss. in verbo, caput.* c *Ambien.* d *C. 3 eod. tit. in 1. comp. & post Conc. Lat. sub Alex. III p. 30. c. 18. vide Sylvestrum in summa verbo. matrimonium q. 16.* e *C. 1 eod. tit. in 2. comp. vide Thom. 4. sent. dist. 34. q. 1. art. 2.* f *C. 2. eod. tit. in 2. comp.*

a *Debeant.* b *C. 3 eod. tit. in 2. comp.* c *Gregorii ad Joan. Ravennatem Episcopum, ut referunt Burch. l. 3. decr. c. 40 & Ivo p. 2. c. 171. & Panorm. lib. 6. c. 4. sect. 11.* d *C. un. eod. tit. de impot. coeundi in 3. comp. vid. S. Thom. 4. sent. dist. 34. q. 1. art. 2. vide Hostien. in summ. tit. de frigid. & maleficiat. & qualiter & quando.*

utrúmve

utrumve ad religionem transierit, ut promisit, an contra promissionem suam a in domo remanserit, & qualiter seras illas fecerit reserari, utrùm videlicet artificio Medici, an concubitu viri, seu alio quolibet modo? Nos tamen perspiciter attendentes, quòd impedimentum illud non erat perpetuum, quod præter divinum miraculum per opus humanum absque corporali periculo potuit removeri: sententiam divortii per errorem licèt probabilem novimus esse prolatam, cùm pateat expostfacto, quòd ipsa cognoscibilis erat illi, cujus simili commiscetur: & ideò inter ipsam & primum virum dicimus matrimonium extitisse: quare inter eam & præfatum Guil. matrimonium non esse censemus, eosque præcipimus abinvicem separari. Et si prædicta mulier ad religionem transivit [sicut asserit b promisisse] primus vir, qui non cognovit eandem, cum ea remaneat, cum qua postmodùm Ecclesiæ auctoritate contraxit: alioquin eâ dimissâ debet ad illam redire, cum qua primò contraxit, nisi sexto mulier illa constrinxerit ad continentiam observandam, ut intelligatur per hoc cum præfato Guil. fornicata fuisse: vel nisi se fornicario modo alii viro miscuerit, ut primus vir prætextu fornicationis, ejus velit consortium declinare: nam si tantùm simplici verbo se promisit continentiam servaturam, & posteà in conspectu Ecclesiæ nupsit memorato Guil. quamdiu articulus iste dubitabilis erat, præsumi non debet, quòd fornicaretur cum illo, sed amodo non debet cum illo aliquatenùs remanere. Per hæc c autem quæstionem illam noveris esse solutam, quà quæritur, utrùm ea, quæ adeò arcta est, ut nulli possit carnaliter commisceri, nisi per incisionem, aut alio sibi modo d violentia inferatur, non solummodò levis, sed fortè tam gravis, ut ex ea mortis periculum timeatur, ad matrimonium contrahendum debeat idonea perhiberi. Similiter illa, quæ viro, cui nupserat, adeò arcta est, ut nunquam ab eo valeat defloratri: si ab eo sit per judicium Ecclesiæ separata, & nubat alteri, cui arcta non sit, & per frequentem usum secundi, reddatur etiam apta primo: utrùm ad eum redire debeat, cum quo priùs fœdus inierat conjugale. De talibus autem non est facile judicandum: cùm finale judicium pendeat ex futuro.

CAP. VII.

¶ Si uxor dicit virum, cui cohabitavit per triennium, non habere potentiam coëundi, eis hoc jurantibus cum septima manu propinquorum, matrimonium separatur. h. d. inducendo verbis litera.

Honorius III. e

Literæ vestræ nobis transmissæ continebant, quòd cùm causa matrimonii quæ inter M. mulierem & A. ejus virum vertitur, vobis fuisset ab I. Papa prædecessore nostro commissa, dicta M. proposuit, quòd cùm octo annis elapsis dicto A. fuisset matrimonialiter copulata, & diu cohabitâsset eidem, adhuc integra permanebat, eò quòd prædictus vir ejus non habebat potentiam coëundi: quare petebat divortium celebrari: prædictus verò A. fatebatur, quòd illam nunquam cognoverat, tamen se habere potentiam cognoscendi alias asserebat. Vos verò, ne id confiterentur in fraudem, à matronis bonæ opinionis, fide dignis, ac expertis in opere nuptiali, dictam fecistis inspici mulierem: quæ perhibuerunt testimonium, ipsam adhuc virginem permanere. Postmodùm per Presbyterum, de cujus parochia vir extitit, fecistis inquiri, utrùm ipse aliquam cognovisset: nec per inquisitionem ipsam vobis constare potuit, aliquam esse carnaliter cognitam ab eodem. Muliere autem requirente divortium, & dicente, quòd mater esse volebat, & filios procreare: proponente verò viro, quòd paratus erat stare consilio Ecclesiæ, injunxistis eisdem, ut agerent pœnitentiam de commissis, & sic fortè placeret Deo a, qui matrimonii fuit institutor & auctor, ut opus matrimonii consummarent: qui post plures terminos ad vestram reversi præsentiam, consonâ voce dixerunt, quòd non poterant carnaliter commisceri. Quocirca mandamus, quatenus si ita est, & constiterit vobis, præfatum virum & mulierem, intra prædictos octo annos, per continuum triennium insimul habitâsse: ipsis cùm septima propinquorum manu firmantibus juramento, se commiceri carnaliter nequiviss, proferatis divortii sententiam inter eos.

a *Dicto, suam, deest in antiq. exemplaribus.* b *Hæc verba, sicut asserit promisisse, desunt in omnibus Vaticanis, habentur tamen in aliis paulo recentioribus & antiquam compilat.* c *al. per hoc autem.* d *al. aut alio simili modo, &c.* e *Si hanc decretalem intelligas juxta communem sensum, ut loquatur de eo qui per maleficia factus erat impotens ad congrediendum cum uxore, vide Gul. 4. sent. dist. 34. q. 1. art. 3.*

DE MATRIMONIO CONTRACTO contra interdictum Ecclesiæ.

TITULUS XVI.

CAP. I.

¶ Matrimonium contra interdictum Ecclesiæ, vel judicis factum seu contractum, propter hoc solum non dirimitur: imponitur tamen pœnitentia sic contrahentibus, & separantur, donec cognoscatur de causa interdicti. h. d. in effectu totus iste titulus.

Alexander III. *Paduan. Episcopo.*

Literæ b, quas tua nobis fraternitas destinavit, expressè declarant, quòd cùm quidam sororem suam jam nubilem cuidam se daturum in uxorem eâ præsente & consentiente, præstito juramento firmâsset: & illa non post multos dies dona & munera viri secundùm morem terræ sponte susceipiens, ipsum tanquam propriùm virum sæpè amplexata fuisset: tandem mortuo fratre, à proprio viri sui fratre se desponsari permisit, & quòd ab illo c cognita fuisset, mendaciter asseverat. Cumque ei prohibuisses publicè, ne cui illorum, vel alicui d se copularet, ipsa spretis monitis tuis, alii nubere non expavit: demùm cùm mulieri præcepisses, ut ad domum matris rediret, ipsa nostram audientiam appellavit: [1 & 3.] ¶ Mandamus, quatenus si est ita, præfatam mulierem (ne mandatum tuum contemptibile videatur) ad domum matris redire compellas, & impositâ sibi de tanto excessu pœnitentiâ condignâ, postquam in domo materna per mensem steterit, ad tertium reverti permittas.

[1 *Verùm quoniam solicitudini nostræ incumbit excessus & enormitates aliorum corrigere, & ad modum & formam rectitudinis revocare: f. 1. p. a. f.*]

CAP. II.

¶ Sponsalia de futuro cum una etiam contra interdictum Ecclesiæ contracta, non habent dirimere matrimonium postea contractum cum alia.

Idem *Vigorien. & Baron. Episcopis.* e

Ex literis f Cantuarien. Archiepiscopi ad nos pervenit, quòd cùm G. de sancto Leodegario M. filiam suam absentem, cuidam R. nomine desponsâsset: [1 & 3.] ¶ Postea ortâ suspicione, quòd præfatus R. ad alia desideraret vota transire, ad examen fuit dicti Archiepiscopi causa perlata: qui sub anathematis interminatione prohibuit, ne antequam de præscripto negotio plenè constaret, vir

a *In uno Vaticano: si fortè placerent Deo, qui matrimonii fuit institutor & auctor, opus matrimonii consummarent, &c.* b *C. 2. eod. tit. in 1. comp.* c *ab ve.* d *alii: sed in antiquis, alicui.* e *Vuigoren. & Baton. al. Vigornien. & B. Sed fere in om. manuscr. Vuiger. & Baton.* f *C. 3. eod. tit. in 3. comp.*

ad secunda vota transire: sed ipse præscriptâ prohibitione contemptâ, filiam G. in facie Ecclesiæ sibi solenniter copulavit uxorem: [2 & 3.] ¶ Cùm Archiepiscopus vellet de matrimonio primo cognoscere, dicta M. appellationis vocem emisit: cujus appellationi Archiepiscopus deferens, eidem sub excommunicationis interminatione districtiùs interdixit, ne cui nuberet, donec causa ipsa finem debitum sortiretur: ipsa tamen de remedio appellationis confisa, cuidam alii Gu. nomine nupsit: [3 & 5.] ¶ Mandamus, quatenus si nihil constiterit, quod impediat, præter consensum de futuro, qui inter præfatos *a* R. & M. asseritur præcessisse, secunda matrimonia inviolabiliter observanda sublato appell. obstaculo judicetis. Licèt enim contra interdictum Ecclesiæ ad secunda vota transire non debuerit, non est tamen conveniens, ut ob id solùm sacramentum conjugii dissolvatur: alia *b* tamen pœnitentia eis debebit imponi, quia contra prohibitionem Ecclesiæ hoc fecerunt.

[1 *Post modicum tempus quibusdam ipsius mulieris consanguinei procurantibus, memoratus R. cum ea præsente verbis præsentis temporis contraxit, sicut dicitur, matrimonium. Fida hinc inde corporaliter præstitâ, quòd vir mulierem sibi uxorem legitimam de cætero exhiberet, & ipsa reverenter ei sine contradictione, sicut viro legitimo obediret, nihil ex eâ defuit, nisi solennitas in facie Ecclesiæ celebranda, quæ propter tempus Quadragesimæ tunc non potuit effectus suscipere.*]

[2 *Postmodum verò duabus mulieribus & viro coram Archiepiscopo constitutis, prædictus R. publicè confessus est, secum M. sicut superiùs dictum est, matrimonium contraxisse, & aliam S. Matildam pravâ quorundam suggestione fœdulum postmodum accepisse. Maria verò constanter asseruit, quòd pater ejus non moverat de voluntate ejus querelam, dicens quòd inter ipsam & præfatum R. acceptâ sibi fide de contrahendo matrimonio nulla obligatio intercesserat: quam quia ipse non servaverat, servare minime tenebatur: & ideo eam quam secundò acceperat, relinquebat. Cùm autem alia præfat. R. tanquam propriam virum sibi restitui postularet.*]

[3 *Et super hoc citata coram Archiepiscopo venisset, propter appellationem quam ab eo fecerat, apparere. Cùm igitur absentibus partibus non videretur nobis negotium finiendum, ipsum experientiæ vestræ, de qua multùm confidimus, committimus:*]

CAP. III.

¶ *Si hi, qui dicebantur consanguinei, contraxerunt contra prohibitum judicii, debent separari, donec de causâ cognoscatur.*

Idem *Paduan. Episcopo.*

DE muliere *c*: [& infrà.] ¶ Illos autem, qui pro consanguinitate prohibentur conjungi, & post contra interdictum Ecclesiæ se receperint, excommunicationi debes subjicere, donec tamdiu separentur, quousque legitimè cognoscatur, utrùm eorum matrimonium possit & debeat jure stare.

QUI FILII SINT LEGITIMI.

TITULUS XVII.

CAP. I.

¶ *Matrimonii ex soluto genitus & soluta, legitimatur per subsequens parentum conjugium, etiam quoad hæreditatem.*

Alexander III.

CONquestus *d* est nobis H. quòd cùm quandam mulierem in uxorem acceperit, R. patruus mulieris ipsam exhæredare conatur, eò quòd ante desponsationem matris suæ nata fuerit, licèt postèa pater mulieris præfatæ matrem ipsius acceperit in uxorem. Ideoque mandamus, quatenus si est ita, eam legitimam judicetis, prædicto R. inhibentes, ne dictæ mulieri hâc occasione super hæreditate paterna molestiam inferat, vel gravamen. Si autem contra hoc venire præsumpserit, eum *a* severitate Ecclesiasticâ percellatis.

CAP. II.

¶ *Separato matrimonio vi sacræ Ecclesiæ contracto, filii geniti vel concepti ante sententiam sunt legitimi.*

Idem.

CUm *b* inter I. virum, & T. mulierem divortii sententia canonicè sit prolata, filii eorum non debent exinde sustinere jacturam, cùm parentes eorum publicè sine contradictione Ecclesiæ inter se contraxisse noscantur. Ideoque sancimus, ut filii eorum, quos ante divortium habuerunt, & qui *c* concepti fuerant ante latam sententiam, non minùs habeantur legitimi, & quòd in bona paterna hæreditario jure succedant, & de paternum facultatibus nutriantur.

CAP. III.

¶ *Statur verbo viri & mulieris, qui negant aliquem filium, nisi indiciis & testibus probetur contrarium.*

Idem *Rothomagen. Archiepiscopo.*

TRansmissæ *d* nobis tuæ literæ continebant, quòd cùm N. usque ad juventutem quendam puerum nutrivisset, uxore suâ M. tunc non desponsatâ sibi cohabitante, postmodùm ipsam legitimè desponsavit, & filios sustulit ex eadem: quibus paternam hæreditatem potentibus, prædictus juvenis contradicit *e*, gerens se filium & hæredem, quamvis à vicinia, quæ ipsum filium eorum esse credebat, spurius diceretur: prædicti verò N. & uxor ejus præfatum juvenem spurium suum, aut legitimum filium esse negabant, sed dicebant, quòd eum pietatis intuitu nutrivissent. Cùm autem quæstio coram te mota esset, & prædictus juvenis, proco quòd juri staxe nolebat, vinculo sit excommunicationis adstrictus: Consul. t. t. respond. quòd in tali casu standum est verbo viri & mulieris: nisi certis indiciis & testibus tibi constiterit, esse *f* filium juvenem memoratum.

CAP. IV.

¶ *Illegitima proles est, quam vivente uxor ex adulterio concepit, sive cum adultero, sive cum viro moretur.*

Idem *Exonien. g. & Vincenien. Episcopis, & Abbati Herfordien.*

I. CAusam *h* quæ: [1 & 3.] ¶ Si constiterit, quòd Agatha de Anelina muliere tempore Alani viri sui, ipsa cum eo tanquam cum viro suo morante, vel R. patre dictæ Agathæ ipsam A. adhuc habente virum, publicè tenente nata fuit, eam non fuisse legitimam ejusdem R. filiam judicetis: quia non potuit esse uxor, quæ viri sui torum maculans, alii, dum ille viveret, copulari præsumpsit.

[1 *Inter nobiles viros F. & S. de Arden. quæstio filium A. gathæ de nativitate ipsius vertitur, vobis fr. & ven. fr. Lundon. Ep. sub certa forma commisimus terminandam: Verum quoniam idem F. de Ard. præfat. Lundon. Episcopum omninò habebat pro eo, quod dominus est prædicti R. amovendum, & testes Abbas loco illius duximus subrogandum: per Apost. stas, scripta vobis mandamus, quatenus.*]

a *Præfatum.* b *aliqua, in recentioribus. nam in omnib. veteribus, alia, legatur.* c *C. 3. tit. de spons. & illos. in 1. comp. & post Concil. Lat. sub Alex. III. p. 6. c. 19.* d *Cap. 1. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. Lat. sub Alex. III. p. 33. c. 3.*

a *In vulgatis recentioribus ita: contra eum severitate Ecclesiasticâ procedatis. sed in omnibus antiquis, ut est impressum.* b *C. 2. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. Lat. sub Alex. III. p. 33. c. 5.* c *& qui conceptus fuerat, &c.* d *C. 3. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. Lat. p. 6. c. 21.* e *contradixit.* f *in aliquot exemplaribus, filium esse alterum, &c. sed in antiquis, ut est impressum.* g *Exon. al. & Vincenien. sed rectius ut est impressum.* h *C. 4. eod. tit. in 1. compilat. vide c. causam quæ. supr. de dolo & cap. causam quæ. supr. de offic. delg.*

CAP.

CAP. V.

¶ *Quæstio nativitatis opposita petenti hæreditatem coram judice seculari, est ad Ecclesiasticum judicem transmittenda, h. d. & est textus multum notabilis & allegabilis.*

Idem *Exonien. Episcopo, & Abbati Horsforden.*

LAtor *a* præsentium R. [1 & 3.] ¶ Cùm autem idem R. H. coram seculari judice super hæreditate avi ejusdem R. patris dicti H. traxisset in causam, ille sibi præsumpsit objicere, quòd pater ejus non fuit de legitimo matrimonio natus, & ideò de hæreditate avi sui nihil posset jure successorio vendicare: tandem cùm super quæstione nativitatis coram Norvicen. Episcopo tractatum fuisset, ad nostram extitit audientiam appellatum: [2 & 3.] ¶ Ideoq; mandamus, quatenus causam super quæstione nativitatis patris ejusdem R. intra duos menses sublato appellationis obstaculo terminetis. Si verò intra duos menses præfatus H. non poterit probare legitimè quod objecit, extunc seculari domino, sub cujus judicio de hæreditate causa vertitur, intimetis: ut pro quæstione nativitatis non dimittat, quin causam super hæreditate audiat & decidat.

[1 *Non sine multo discrimine suis auspiciis ad nostram accedens præsentiam, sibi nobis conquestione proposuit: quòd cùm avus suus uxores duas habuerit, de quarum una ejus pater processit, de altera Hug. patruum suum sustulisset: idem Ha. XL. acras terræ, quæ ipsum & patrem ejusdem R. contingunt, per violentiam detinet, nec eidem R. qui succedere in bonis paternis debet, vult exhibere debitam partem.*]

[2 *Sed co veniente, altera pars vel per se vel per alium suam nobis exhibere præsentiam contempsit. Nolentes itaq; causam ipsam diutius protrahi, eam experientiæ vestræ committentes.*]

CAP. VI.

¶ *Naturales legitimantur per subsequens parentum conjugium, spurii verò non. h. d. inhærendo verbis litteræ. Et est capitulum famosum, & quotidie allegatur in utroq; foro.*

Idem *Exon. Episcopo.*

TAnta est *b* vis matrimonii, ut qui antèa sunt geniti, post contractum matrimonium legitimi habeantur. Si autem vir vivente uxore suâ aliam cognoverit, & ex ea prolem susceperit, licèt post mortem uxoris eandem duxerit, nihilominùs spurius erit filius *c*, & ab hæreditate repellendus, præsertim si in mortem uxoris prioris alteruter eorum aliquid fuerit machinatus.

CAP. VII.

¶ *De causa civili inter Laicos non cognoscit Ecclesia: cognoscit tamen an quis sit de legitimo matrimonio natus.*

Idem *London. & Viguien. Episcopis.*

II. CAusam *d* quæ inter R. & F. super eo, quòd mater dicti R. dicitur non fuisse de legitimo matrimonio nata, agitari dignoscitur, vobis commisimus terminandam. Verùm quia literis nostris inseri fecimus, ut sæpefato R. possessionem omnium, quorum possessor extitit, quando avus suus proficiscendi Hierosolymam iter arripuit, ante principalis causæ ingressum faceretis restitui, si eâdem possessione fuisset per violentiam spoliatus: nos attendentes, quòd ad Regem pertinet, non ad Ecclesiam de talibus possessionibus judicare, ne videamur juri Regis Anglorum detrahere, qui ipsarum judicium ad se asserit pertinere: Fraternitati vestræ mandamus, quatenus Regi possessionem judicum relinquentes, de causa principali, videlicet, utrùm mater prædicti R. de legitimo sit matrimonio nata, plenius cognoscatis, & causam hujusmodi terminetis: licèt incongruum videatur, ut matrimonium genitricis præfati R. impetatur, quod eâ vivente non fuit (ut dicitur) impetitum.

CAP. VIII.

¶ *Si mulier per judicium Ecclesiæ separata à primo, vivente illo contrahat cum secundo, legitima erit proles, quam ex illo suscepit.*

Idem *Episcopo & Archidiacono Vincentino.*

PErlatum *a* est ad audientiam nostram, quòd cùm H. ad partes Constantinop. transisset, & ibi moram per decennium & amplius faciens, ad L. uxorem suam non rediens *b*, ipsa apud bonæ mem. Vincentinum Episcopum adversùs eum querelam deposuit, & quòd eum non posset diutiùs expectare, nihilominùs allegavit. Episcopus verò sicut vir providus & discretus, parentibus viri mandavit, ut pro eo mitterent, & ipsum ad propria revocarent: cumque elapso longi temporis spatio *c* vir non remearet ad propria, Episcopus in conspectu Ecclesiæ auditis rationibus mulieris, inter eos sententiam divortii promulgavit, & mulieri, ut alium duceret, facultatem indulsit. Ideoque mandamus, quatenus si constiterit, quòd Episcopus inter eos sententiam divortii tulerit, filios, quos sustulit de alio, ad cujus copulam auctoritate prædicti Episcopi migravit, legitimos judicetis, eos hac occasione ab hæreditate non patientes excludi.

CAP. IX.

¶ *Filii nati ex matrimonio clandestino per Ecclesiam approbato, sunt legitimi, h. d. inhærendo litera.*

Idem *Beluacen. Episcopo.*

QUod *d* nobis: [*& infrà.*] ¶ Si qui autem de clandestino matrimonio, postmodum ab Ecclesia comprobato, generati fuerint, eos legitimos judices filios & hæredes.

CAP. X.

¶ *Nati ex matrimonio contracto contra publica honestatis justitiam, illegitimi sunt, & ab hæreditate parentum excludendi: & tenet in omni hunc casum, quia sæpè per ignorantiam accidit.*

Cœlestinus III. *Eboracen. Archiepiscopo.*

REferente *a* nobis: [*& infrà.*] ¶ Frat. t. respond. quòd publicæ honestatis justitiâ prohibente matrimonium inter eos contrahi non potuit, & contractum debuit separari: ac per hoc cùm filii, nec per Ecclesiæ permissionem, nec per paternam ignorantiam excusentur, ad successionem bonorum paternorum non videntur aliquatenùs admittendi.

CAP. XI.

¶ *Ad docendum prolem illegitimam, non sufficit probare impedimentum matrimonii, si fuit in facie Ecclesiæ contractum.*

Idem.

PErvenit *f* sanè ad nos ex insinuatione L. viduæ, quòd cùm inter G. patrem suum, & A. matrem illius, matrimonium fuisset legitimè celebratum, & quandiu vixerunt, quietè permanserunt *g*: post illorum decessum quidam asserentes eam de non legitimo matrimonio fuisse susceptam, à paterna hæreditate tanquam illegitimam amovere conantur: Mandamus

a *Cap. 5. eod. tit. in 1. comp. Et quatenus ex hoc colligitur, quòd quæstio spiritualis remittenda est ad judicem Ecclesiasticum, si incidat coram judice seculari. vide Bart. & Alex. in l. Titia, ff. solut. matrim.* b *Cap. 6. eod. tit. in 1. comp.* c *vide l bonorum. per Bart. ff. rem. rat. hab. & l. pen. § uxor. ff. solut. matrim.* d *C. 7. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. Lat. p. 33. c. 4.*

a *C. 1. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. Lat. p. 30 c. 23.* b *rediret.* c *Adde, quòd dicatur esse longum temporis spatium, Inst. de usucap. §. 1. & l. fin. C. de præscr. long. temp.* d *Cap. 3 tit. de clandest. desponsi. in 1 comp. & post Conc. Lat. p. 30. c. 17. vide citata in c. cùm inhibitio supr. de clandest. desponsi.* e *C. 1. eod. tit. in 2 comp.* f *C. 2. eod. tit. in 2 comp.* g *permanserint.*

itaque, quatenus si est ita, dictam viduam legitimam nuncietis.

CAP. XII.

¶ Statur dicto testium, qui probant aliquem legitimum, licèt fama vicinia & tractatus parentum habeat contrarium.

Innocentius III.

PEr tuas *a* literas intimâsti, quòd R. ex muliere, quam secundùm opinionem majoris partis vicinix in concubinam habebat, prole susceptâ, quandam post, & aliam eâ defunctâ, duxit in uxorem: & ea, de qua prolem susceperat, virum sibi alium copulavit: processu verò temporis idem R. in præsentia multorum firmavit proprio juramento, quòd eam quam habere visus fuerat concubinam, prius affidaverat in uxorem, quàm ex ea filium genuisset: & postea cùm *b* ageret in extremis, eum quem ex ea susceperat, in testamento hæredem instituens, legitimum filium appellavit *c*. Cùm autem tuæ inquisitioni fuisset commissum, an filius sic susceptus, legitimus esset hæres ipsius R. & ad ejus patrimonii admittendus, tu præter id, quòd ex quadam decretali bonæ memoriæ Alex. Papæ prædecess. nost. standum esse super hoc verbo viri & mulieris credebas: receptis testibus à filio ejusdem R. productis, quibus legitimè comprobavit prædictum R. matrem suam in capella sancti Sergii affidâsse, eum ipsius R. hæredem esse legitimum judicâsti. Nos autem attendentes, quòd plùs est, quod in veritate agitur, quàm quod simulatè concipitur, licèt dictus R. cùm eâ dimissâ, quam ut concubinam habuerat, ad alia vota transiverit *d*, videatur ipso facto matrimonium, quod inter eos celebratum fuerat, denegâsse: quia tamen desponsatio per testes legitimos comprobata, eos matrimonialiter fuisse conjunctos ostendit, sive desponsatio ipsa fuerit de præsenti, ut per consensum legitimum per verba de præsenti expressum, copula matrimonii inter eos fuerit celebrata, sive, per verba de futuro carnali copulâ subsecutâ, non tam decretali dicti prædecess. nost. quæ in casu dissimili loquitur, quàm inductis probationibus innitentes, te processisse legitimè respondemus, sententiam tuam auctoritate Apostolicâ confirmantes.

CAP. XIII.

¶ In terris Ecclesiæ Papa potest liberè illegitimos legitimare, in terris verò alienis non, nisi ex causis multum arduis, vel nisi in spiritualibus: tunc tamen indirectè & per quandam consequentiam intelligitur legitimare etiam quoad temporalia: hoc tamen ultimum non est sine scrupulo, h.d. secundùm intellectum, qui placet Pan. & nisi e. difficiles & multum famosum.

Idem *nobili viro Gu. Monris Pessulano.*

PEr *e* venerabilem fratrem nostrum Arelaten. Archiepiscopum tua nobis humilitas supplicavit, ut filios tuos legitimationis dignaremur titulo decorare, quatenus eis, quò minùs tibi succederent, natalium objectio non noceret. Quòd autem super hoc Apostolica sedes plenam habeat potestatem, ex illo videtur, quòd diversis causis inspectis, cum quibusdam minùs legitimè genitis, non naturalibus *f*, tantùm, sed adulterinis etiam dispensavit, sic ad actus spirituales illos legitimans, ut possint in Episcopos promoveri: ex quo verisimilius creditur, & probabilius reputatur, ut eos ad actus legitimare valeat seculares, præsertim si præter Romanos Pontifices inter homines superiorem alium non cognoscant, qui legitimandi habeat potestatem: quia cum major in spiritualibus tam providentia, quàm auctoritas & idoneitas requiratur: quod in majori conceditur, licitum esse videtur & *a* in minori. Per simile quoque id videtur posse probari, cùm eo ipso, quòd aliquis ad apicem Episcopalis dignitatis attollitur, eximitur à patria potestate. Præterea etiamsi simplex Episcopus scienter servum alterius in Presbyterum ordinaret, licèt ordinator satisfacere Domino teneretur, ordinatus tamen jugum evaderet servitutis. Videretur *b* siquidem monstruosum, ut qui legitimus ad spirituales fieret actiones, circa seculares actus illegitimus remaneret. Unde cùm in spiritualibus dispensetur *c*, consequenter intelligitur in temporalibus dispensatum. Id autem in patrimonio beati Petri liberè potest Apost. sed. efficere, in quo & summi Pontificis auctoritatem exercet, & summi principis exequitur potestatem. Videbatur autem ex eo trahere majorem audaciam postulandi, quòd cùm Rex Francorum I. Reginam dimiserit, & ex alia postmodùm superducta puerum susceperit & puellam, & tu similiter, exclusâ legitimâ, superduxeris aliam, ex qua filios susceperis: sicut cum filiis Regis ejusdem, sic cum tuis credebatur de benignitate Apostol. sed dispensandum. Verùm si veritas diligenter inspicitur, non res similis, sed valdè dissimilis invenitur: nam Rex ipse à Regina per Remen. Archiepiscopum Apostolicæ sedis Legatum, fuit per sententiam separatus, tu verò uxorem tuam à te temeritate propriâ separâsti. Ipse quoque, priusquam ad eum prohibitio de non contrahendo cum altera pervenisset, aliam superduxit, ex qua prolem geminam noscitur suscepisse: sed tu in contemptum Ecclesiæ, aliam superinducere attentâsti. Præterea Rex ipse contra matrimonium impedimentum affinitatis objecit, & coram præfato Archiepiscopo testes induxit: cujus sententia, quia cassata fuit solummodò propter judiciarium ordinem non servatum, nos post restitutionem Reginæ alios cognitores duximus deputandos: tu verò uxori tuæ nihil quod divortium induceret objecisti: cùm etsi fides tori sit unum de tribus bonis conjugii, non tamen ipsius violatio conjugale vinculum violâsset. De filiis ergo ejusdem Regis, utrum legitimi vel illegitimi fuerint, quamdiu pendet quæstio affinitatis objectæ, potest non immeritò dubitari. Nam si affinitas fuerit comprobata, prædictam Reginam non esse Regis conjugem apparebit: & per consequens alia videbitur sibi legitimo copulata, & filios ei legitimos peperisse. Insuper cùm Rex superiorem in temporalibus minimè recognoscat, sine juris alterius læsione in eo se jurisdictioni nostræ subjicere potuit, in quo videretur aliquibus, quòd per seipsum (non tanquam Pater cum filiis, sed tanquam Princeps cum subditis *d*) potuit dispensare: tu autem nosceris aliis subjacere: [1 & 7.] ¶ Rationibus igitur his inductis, Regi gratiam fecimus requisiti, causam tam ex Veteri, quàm ex Novo Testamento trahentes, quòd non solùm in Ecclesiæ patrimonio (super quo plenam in temporalibus gerimus potestatem) verum etiam in aliis regionibus, certis causis inspectis, temporaliter jurisdictionem casualiter exercemus, non quòd alieno juri præjudicare velimus, sed quia sicut in Deuteronomio *e* continetur: [*Si difficile & ambiguum apud te judicium esse perspexeris, inter sanguinem & sanguinem, causam & causam, lepram & lepram, & judicium inter portas videris variari, veniens ad Sacerdotes Levitici generis, & ad judicem*

a C. 1. eod. tit. in 3. comp. b dum. c vide Panorm. cap. fin. de mut. petit. & Inf. in l. neque professis. C. de testamentis. d transiit. e C. 2. eod. tit. in 3. comp. vide Covarr. ep. 4. Decr. p. 2. c. 6. §. 1. f Qui dicantur filii naturales, adulterini, spurii & alii illegitimè nati, quovis nomine appellentur, vide Card. Paleotum l. de nothis & spur. filiis.

a al. etiam in minori. b Videtur. c dispensatur. d subjectis. e Deuteron. 17. Hæc Deut. auctoritas protenditur usque ad illa verba: Sane cum Deuteronomium, in ea imprimenda secuti sumus antiqua & magis emendata Greg. exemplaria: quantum ad verba tantùm differt à vulgata editione, sed eadem est sententia.

qui

qui fuerit illo tempore: qui indicabunt tibi judicii veritatem: & facies quæcunque dixerint, qui præſunt loco, quem elegerit Dominus, ſequeris; eorum ſententiam: qui autem ſuperbierit, nolens obedire Sacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat Domino Deo tuo, decreto judicis morietur.] Sanè cùm Deuteronomium lex ſecunda interpretetur, ex vi vocabuli comprobatur, ut quod ibi decernitur, in Novo Teſtamento debeat obſervari: locus enim quem elegit Dominus, Apoſtolica ſedes eſſe cognoſcitur: cùm enim Petrus urbem fugiens exiviſſet, volens eum Dominus ad locum, quem elegerat, revocare, interrogatus ab eo, Domine, quò vadis? reſpondit: Venio Romam iterùm crucifigi: quod intelligens pro ſe dictum, ad locum ipſum protinùs eſt reverſus. Sunt autem Sacerdotes Levitici generis fratres noſtri, qui nobis jure Levitico in executione Sacerdotalis officii coadjutores exiſtunt. Is verò ſuper eos Sacerdos ſive judex exiſtit, cui Dominus, inquit, in Petro *a*: [*Quodcunque ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis.*] Ejus vicarius, qui eſt Sacerdos in æternum ſecundùm * ordinem Melchiſedech, conſtitutus à Deo judex vivorum & mortuorum. Tria quippe diſtinguit judicia. Primum inter ſanguinem & ſanguinem, per quod criminale intelligitur & civile. Ultimum inter lepram & lepram, per quod Eccleſiaſticum & criminale notatur. Medium inter cauſam & cauſam, quod ad utrumque refertur, tam Eccleſiaſticum, quàm civile: in quibus cùm aliquid fuerit difficile vel ambiguum, ad judicium eſt ſedis Apoſtolicæ recurrendum: cujus ſententiam, qui ſuperbiens contempſerit obſervare, mori præcipitur, id eſt, per excommunicationis ſententiam velut mortuus a communione fidelium ſeparari. Paulus enim, ut plenitudinem poteſtatis exponeret, ad Corinth. *b* ſcribens ait: [*Neſcitis, quoniam Angelos judicabitis? quantò magis ſecularia?*] Licèt igitur cum filiis ſupradicti *c* Regis (de quibus, an fuerint legitimi ab initio, dubitatur) duxerimus diſpenſandum: quia tamen tam lex Moſaica, quàm canonica ſobolem ſuſceptam ex adulterio deteſtatur *d*, teſtante Domino, quòd manzeres *e* & ſpurii uſque ad decimam generationem in Eccleſiam non intrabunt: canone verò vetante tales ad ſacros ordines promoveri: ſecularibus quoque legibus non ſolùm repellentibus eos à ſucceſſione paterna, ſed negantibus ipſis etiam alimenta: petitioni tuæ non duximus annuendum.

[1 *Unde ſine ipſorum forſan injuria, niſi præſtarent nobis aſſenſus, in hoc fidere te non poſſes, nec ejus auctoritatis exiſtis, ut diſpenſandi ſuper his liberam habeas facultatem.*]

CAP. XIV.

¶ *Si conjugatus vivente primâ in facie Eccleſiæ contrahat cum ſecunda hoc ignorante, legitima erit eorum proles.*

Idem *H. & R. Canonicis Benaventanis.*

EX tenore *f* literarum veſtrarum nobis innotuit, quòd cùm G. vidua hæreditatem quondam R. mariti ſui ſibi & pupillo filio ſuo reſtitui poſtularet, pars adverſa petitionem ejus nitebatur excludere, pro eo quòd R. maritum ipſius viduæ de adulterio genitum aſſerebat: [1 & 2.] ¶ Intelligentes, quòd pater prædicti R. matrem ipſius in faciem Eccleſiæ ignoraret, quòd ipſe aliam ſibi matrimonialiter copulâſſet, duxerit in uxorem. & dum ipſa conjunx ipſius legitima putaretur, dictum R. ſuſcepit ex eadem: in favorem prolis potiùs declinamus, memoratum R. legitimum reputantes.

[1 *Proponens quòd dicti R. pater vivente uxore legitimam quandam aliam Martiam nomine ſuper duxit, ex qua præfatum R. maritum ipſius viduæ generavit. Econtrà verò pars viduæ reſpondebat, quòd cùm Martia præfata neſciens, quòd dicti R. pater aliam haberet uxorem, cum eo in facie Eccleſiæ contraxiſſet, ejus filium, quem ſuſcepit ab eo, legitimus debebat habere: cum non debeant illegitimi reputari, qui de adultera conſcientia non naſcuntur. Cumq; ſuper hoc diutius fuiſſet in veſtra præſentia litigatum, & nonnullorum prudentum ſententia, quorum conſilium requiſiſtis, in hoc invicem diſcordaret, ſed. duxiſtis Ap. conſulendam. Nos igitur.*]

CAP. XV.

¶ *Proles infidelium, qui poſteà convertuntur, legitima eſt, etſi parentes ſunt in gradu prohibito lege canonicâ.*

Idem *Epiſcopo Tiburt.* a

GAudemus *b*: [& 2.] ¶ Cæterùm prolem de infidelium conjunctionibus natam, qui ſecundo, tertio, vel ulteriore gradu, ſecundùm opinionem illorum e matrimoniali contraxerunt affectu, poſt fidem receptam (utilitate publicâ ſuadente) legitimam volumus reputari.

QUI MATRIMONIUM *d* ACCUSARE poſſunt, vel contra illud teſtificari.

TITULUS XVIII.

CAP. I.

¶ *Cùm agitur de fœdere matrimonii, reo abſente contumaciter poſſunt ſuper impedimento matrimonii recipi teſtes, dummodò ſint legitimi: & ad dicta eorum fertur ſententia.*

Alexander III. *Pariſienſi* e *Epiſcopo.*

RElatum *f* eſt, quòd cùm pater cujuſdam puellæ eam cuidam civi Pariſienſi *g* nuptui tradidiſſet, maritus poſt aliquot annos, quibus cum uxore permanſit, propter homicidium, quod commiſit, de civitate timore mortis exivit: nunc autem dicitur poſſe probari, quod pater puellæ eum de ſacro fonte *h* levavit: ſed literis tuis quæſitum nondum potuit inveniri, licèt quinquennium ſit tranſactum: [& 2.] ¶ Cæterùm conſultationi tuæ taliter reſpond. [*quòd ſi juvenis & puella aliquot annis ſine quæſtione fuerunt ſimul, quos præſcriptum matrimonium nunc accuſant, non videntur ſuſpiciane carere:*] quòd ſi manifeſtum eſt, quod aſſeritur, aut legitimi accuſatores & teſtes appareant: poſtquam juvenis fuerit cum omni diligentia requiſitus, etiamſi nequiverit inveniri, teſtes recipere poteris, & ſine canonico judicium terminare.

CAP. II.

¶ *Accuſatio & teſtimonium in cauſa matrimoniali perſonaliter & non per literas fieri debent.*

Clemens III.

ANobis *i* eſt quæſitum, utrùm aliqui ſuper accuſatione matrimonii nihil voce propriâ depromentes *k*, debeant per ſolam chartulæ conſcriptionem admitti? Ad hoc reſpondemus, quòd in talibus, niſi quantùm ad præſumptionem, nullius momenti eſt conſcriptio, quoad ſententiam proferendam, niſi alia legitima adminicula ſuffragentur.

CAP. III.

¶ *In cauſa matrimoniali ſuper conſanguinitate & contracta teſtificari poſſunt conſanguinei & parentes.*

a *Matth. 16.* * *Pſalm. 109. Act. 10.* b *1. Cor. 6.* c *præfati.* d *Deut. 23.* e *Manzeres qui dicantur, tradit Covarruvias lib. 4. decr. part. 2. c. 18. §. 5.* f *Cap. 3. eod. tit. in 3. comp. vid. Bald. in l. qui contra. Cod. de inoff. nuptiis.*

a *Tyb. al. Tubu. al. Tybertur.* b *Cap. 4. eod. tit. in 2. compil.* c *eorum.* d *alt. sta: de his qui matrimonium &c. aliàs deſunt illa verba. vel contra illud teſtificari.* e *Parmenſ. al. Patrinenſ.* f *Cap 1. eod. tit. in 1. comp.* g *Parmenſi.* h *vid. Concil. Tridentin. Seſſ. 24. de reformat. matr. c. 2.* i *C. 4. eod. tit. in 1. comp.* k *deponentes.*

Clemens a III. *Papa Florentino Episcopo.*

VIdetur b nobis: [1 & 7.] ¶ Quòd parentes, fratres, & cognati utriusque sexûs, in testificatione suorum ad matrimonium conjungendum vel dirimendum admittantur, tam antiquâ consuetudine, quàm legibus approbatur. Ideò enim maximè parentes, & si defuerint parentes, proximiores admittuntur: quoniam unusquisque suam genealogiam cùm testibus & chartis, tum etiam ex recitatione majorum scire laborat: qui enim melius recipi debent, quàm illi, qui melius sciunt, & quorum est interesse: ita ut si non interfuerint, & consensum non adhibuerint, secundùm leges nullum fiat matrimonium? Quòd verò legitur c, pater non recipiatur in causâ filii, nec filius in causâ patris, in criminalibus causis & contractibus verum est. In matrimonio verò conjungendo & disjungendo, ex ipsius conjugii prærogativa, & quia favorabilis res est, congruè admittuntur.

[1 *Quòd secunda, quam contra prohibitionem Ecclesiæ duxit, non sit uxor, etiamsi primam non haberet desponsatam. Nam quod contra interdictum & ordinem Ecclesiæ factum est, ratum non haberi tanquam inordinatum, tam divina quàm humana legis auctoritas proclamat. Quia igitur ea, quam inordinate superduxit prohibitione renitente, uxor non est, cogendus est eam recipere, quam juravit & desponsavit, atque ex ea prolem genuit: ut juramenti religio non vilipendatur, & fides adinvicem conservetur promissa, & proles in cultu Dei nutriatur & educetur, & alii exinde occasionem pejerandi, & alias decipiendi, assumere non valeant.*]

CAP. IV.

¶ *Invita desponsata, postea sponte cognita, contra matrimonium non auditur.*

Idem.

INsuper d adjecisti, quòd aliquis cum quadam innubili puella contraxit, quæ tandem ætatis metas attingens, ab illo pluries cognita, contra matrimonium proclamavit, asserens se semper ab initio dissensisse, quod per testes probat famâ & conversatione præclaros. In hoc itaque casu sentimus, quòd adversùs matrimonium audiri non debet, quæ ante cognitionem sui legitimum annum attingens, cùm potuit, minimè reclamavit: sicut enim ante legitimum consensum (qui in duodecimo anno spectatur) potuit dissentire, sic postquam legitimo tempore accedente semel etiam copulæ carnali consensit, ex ratihabitione sibi super hoc silentium non ambigitur indixisse e.

CAP. V.

¶ *Repellitur accusans matrimonium propter quæstum.*

Innocentius III. *Archiepiscopo, Præposito & Priori sanctæ Mariæ de Alban. Genuen.* f

SIgnificante g M. de Canula h nostro est Apostolatui declaratum, quòd cùm N. duxisset legitimè in uxorem, S. mater ipsius nisa est matrimonium accusare, ut ab eo pecuniam extorqueret: & licèt intellectui suo prava non possint opera respondere, nihilominùs vult habere pecuniam, ut ab accusatione desistat.

Cùm igitur non sit malitiis hominum indulgendum: mandamus, quatenus si est ita, ipsum ab accusatione matrimonii repellentes, eidem super hoc silentium imponatis.

a *al. Clemens Papa Florentino Episcopo. al. Cœlestinus Papa Florentino Episc. al. Cœlestinus III. &c.* b *Cap. 1. tit. de matr. contra interd. Eccles. celebr. in 2. comp. refert Grat. sive Palea 35. q. 6. c. 2.* c *Vid. Lanfranc. de Oriano in cap. quamvis contra. sup. de probat. & Specul. tit. de teste. §. 11.* d *C. 3. eod. tit. in 3. comp.* e *induxisse.* f *de Alban. Ianuen.* g *§. 2. eod. tit. in 3. comp.* h *Canulla. al. Camilla. al. Cafula.*

CAP. VI.

¶ *Repellitur ab accusatione matrimonii, qui denunciationis tempore tacuit, nisi denunciationem probabiliter ignoravit, vel juret de novo didicisse, & quòd non objecit illam malitiose.*

Idem.

CUm a in tua diœcesi: [& 7.] ¶ Si verò post contractum matrimonium aliquis apparent accusator, cùm non prodierit in publicum, quando banna secundùm consuetudinem in Ecclesiis edebantur, utrùm vox suæ debeat accusationis admitti, meritò quæri potest. Super quo sic duximus distinguendum, quòd si tempore denunciationis præmissæ, is, qui jam conjunctos imperii, extra diœcesim existebat, vel aliàs denunciatio non potuit ad ejus notitiam pervenire, utpotè si nimiæ infirmitatis fervore laborans, sanæ mentis patiebatur exilium: vel in annis tam teneris constitutus, quòd ad comprehensionem talium ejus ætas sufficere non valebat, seu aliâ causâ legitimâ fuerit impeditus, ejus accusatio debet audiri. Alioquin cùm rationabiliter præsumatur, quòd denunciationem publicè factam idem existens in ipsâ diœcesi minimè ignoravit, tanquam suspectus est proculdubiò repellendus: Nisi proprio firmaverit juramento, quòd postea didicerit ea, quæ objecerit, & b ad hoc ex malitia non c procedat: quia tunc etiamsi didicisset ab illis, qui denunciationis tempore siluerunt, claudi non debet eidem aditus accusandi: quoniam ejus ab impetitione hujusmodi culpa de silentio tali contracta illos excluderet, iste tamen amoveri nequiret, cùm culpabilis non existat.

DE DIVORTIIS. d

TITULUS XIX.

CAP. I.

¶ *Homicidium necessarium non privat spe conjugii, sed machinato in mortem conjugis sic.*

Ex Concilio apud Wormaciam e.

SI qua mulier f in mortem mariti sui cum aliis consiliata est, & ipse aliquem illorum se defendendo occiderit, potest ipse post mortem uxoris, si voluerit, aliam ducere: ipsa autem insidiatrix pœnitentiæ absque spe conjugii ster subjecta.

CAP. II.

¶ *Conjuges propter alterius crimen non separantur, nisi forte aliter fornicentur: & tunc ducat conjugium ea etiam separata.*

Alexander III.

QUæsivit g à nobis: [1 & 7.] ¶ Nos itaque taliter respondemus, quòd mulier pro furto vel alio crimine viri sui (nisi fidei suæ religionem corrumpere velit) ab eo separari non debet. Verùm si conjugem suam ad infidelitatis maleficium traxerit, à viro poterit separari, ita quòd ei nubere alii non liceat: quia licèt separentur, semper tamen conjuges erunt. In viris quoque præsentis sententiæ forma servetur.

[1 *Utrùm mulier pro latrocinio aut quolibet alio crimine à viro sit debeat separari, & alii nubere, & de viro simili modo proposuit, & utrùm pro quolibet flagitio possit à conjuge dividi, & aliam sibi legitimè matrimonio copulare.*]

CAP. III.

¶ *Vir non potest dimittere uxorem sine judicio Ecclesiæ, etiam pro-*

a *Cap. 1. eod. tit. in 4. compil. alia pars hujus decr. sup. de sponsal. c. cùm in tua.* b *al. ita: & quod ad hoc.* c *procedat.* d *De materia hujus tit. vid. Theologos lib. 4. Sentent. dist. 35. & per Sylvestrum in summa, verbo, divortium.* e *Vvarmaciam. al. Vermeciat.* f *Cap. 1. eod. tit. in 1. comp.* g *Cap. 2. eod. tit. in 1. compilat. & post Conc. Later. sub Alex. p. 30. c. 22. §. quod autem. vid. Sotum 4. Sent. dist. 27. q. 1.*

per

per impedimentum parentelæ notorium. Si fama refert impedimentum conjugii, etiam nemine opponente, Episcopus ex officio suo potest de eo inquirere. Si verò impedimentum est notorium, potest Episcopus ex officio suo matrimonium separare. hoc secundò.

Idem *Ambianen.* a *Episcopo.*

POtrò *b* de Comite Pontini, qui B. uxorem suam absque judicio Ecclesiæ dimisit, quia eam cognatam fuisse uxoris defunctæ proponit, prudentia tua cognoscat, quòd si etiam parentela esset publica & notoria, absque judicio Ecclesiæ ab ea separari non potuit: quare ipsum ad eam recipiendam, quæ petit restitutionem ipsius, districtè compellas: quam si recipere noluerit, eum & superinductam vinculo excommunicationis adstringas. Præterea de H. qui cognatam suam duxit uxorem, respondemus, quòd non apparentibus accusatoribus, & parentelâ manifestâ seu publicâ existente (quod credibile non est, nisi essent in primo gradu vel secundo) tui officii interest, matrimonia illa adhibitâ gravitate dissolvere, quæ illicitè contracta noscuntur.

CAP. IV.

¶ *Repellitur uxor petens restitutionem mariti, si notoriè fornicata est, & maritus continuit.*

Idem.

SIgnificâsti *c*, quòd quidam uxore suâ sine judicio Ecclesiæ dimissâ, pro eo, quòd suggestum sibi fuerat, ipsam incestum cum quodam consanguineo suo commisisse, vinculo fuit propter hoc excommunicationis adstrictus: verùm mulier non continuit, sed soboles de alio viro suscepit: nec minùs postulat viro restitui, asserens se ab isto injustè dimissam, & eundem sibi materiam adulterandi dedisse. Consult. t. t. respond. quòd si notorium est, mulierem ipsam adulterium commisisse, ad eam recipiendam præfatus vir cogi non debet, nisi constaret ipsum cum alia adulterium commisisse.

CAP. V.

¶ *Matrimonium separatur propter adulterium mulieris: & si vir postea fornicetur, redintegratur. Et est horum casus, & multum allegabilis.*

Idem.

EX literis *d* tuis accepimus, quòd V. quandam duxit uxorem, qui paucis temporibus fuêre concordes: proponebat enim idem V. quòd illam per violentiam sibi illatam metu etiam mediante duxisset: [1 & infrà.] ¶ Tandem vir uxorem suam super crimine fornicationis in jure convenit, quæ nescitur, quo ducta spiritu cœpit publicè confiteri: quòd cùm vir negaret ei in necessariis providere, crimen compulsa est incurrere memoratum: cumque diligentiùs à te fuisset admonita, ne ad suggestionem alicujus illud tam turpe contra se proponeret, ipsa id manifestiùs asserebat. Sanè tu convocato Capitulo tuo, cùm ex eorundem *e* consilio utrique privatim continentiam injunxeris observandam, ita quòd castè vivent ab invicem segregati: memoratus V. fictim cum alia sponsalia & nuptias temerè celebravit: verùm cùm factum inquirere laborares, supradictus V. seriem rei explicans & exponens, ad audientiam nostram dicitur appellâsse. Unde frat. t. mandamus, quatenus, si res ita processit, prætaxatum virum ad legitimam uxorem redire compellas.

[1 *Tu verò unà cum Capitulo tuo cùm tam minis quàm admonitionibus inter eos sapè pacem confirmare studeres, eos temerè segregatos pariter reconciliari coegisses.*]

CAP. VI.

¶ *Si uxor à viro lapso in hæresim propriâ auctoritate devertit, ad eum reversum redire compellitur: secus si per judicium Ecclesiæ ab eo fuisset separata.*

a al. *Ambien.* b *C. 3. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. Later. sub Alexand. III. par. 30 c. 29.* c *C. 4. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. Later. par. 6. cap. 14.* d *Cap. 3. de cland. desponsat. 2. comp.* e *eorum.*

Urbanus III. *Florentino Episcopo.*

DE illa *a*, quæ viro suo labente in hæresim, ipsius consortium sine judicio Ecclesiæ declinavit, videtur nobis, quòd mulier (maximè si eâ intentione decessit, ut lapsus in hæresim tædio pariter & confusione affectus, se ab errore suo converteret) ei cùm reversus fuerit, est reddenda: quæ etiamsi reverti noluerit, compellatur. Si verò judicio Ecclesiæ ab eo recessit, ad recipiendum eum nullatenùs dicimus compellendam.

CAP. VII.

¶ *Vinculum conjugale non dissolvitur altero conjugum fidelium in hæresim lapso. Sed si unus infidelium conjugum convertatur ad fidem, & alter voluit sibi cohabitare, vel non sine blasphemia, vel sine peccato mortali, solvitur conjugium, & conversus contrahere potest.*

Innocentius III. *Ferrarien. Episcopo.*

QUantò te *b* novimus in canonico jure peritum: [*c* & *f*.] ¶ Sanè tua Fr. intimavit, quòd altero conjugum ad hæresim transeunte, qui relinquitur, ad secunda vota desiderat convolare: quod utrùm possit fieri, per tuas nos duxisti literas consulendos. Nos igitur consul. t. respondentes distinguimus, licèt quidam prædecessor noster sensisse aliter videatur, an ex duobus infidelibus alter ad fidem catholicam convertatur, vel ex duobus fidelibus alter labatur in hæresim, vel decidat in gentilitatis errorem. Si enim alter infidelium conjugum ad fidem catholicam convertatur, altero vel nullo modo, vel non sine blasphemia divini nominis, vel ut eum pertrahat ad mortale peccatum, ei cohabitare volente: qui relinquitur, ad secunda, si voluerit, vota transibit: & in hoc casu intelligimus, quod ait Apostolus: [*Si infidelis discedat, discedat: frater enim vel soror non est servituti subjectus in hujusmodi.*] Et canonem etiam in quo dicitur *c*: [*Contumelia creatoris solvit jus matrimonii circa eum, qui relinquitur.*] Si verò alter fidelium conjugum vel labatur in hæresim, vel transeat ad gentilitatis errorem, non *d* credimus, quòd in hoc casu is qui relinquitur, vivente altero possit ad secundas nuptias convolare, licèt in hoc casu major appareat contumelia creatoris. Nam etsi matrimonium verum inter infideles existat, non tamen est ratum: inter fideles autem *e* verum & ratum existit: quia sacramentum fidei, quod semel est admissum, nunquam amittitur, sed ratum efficit conjugii sacramentum, ut ipsum in conjugibus illo durante perduret. Nec obstat, quod à quibusdam forsan objicitur, quòd fidelis relictus non debeat jure suo sine culpa privari: cùm in multis casibus hoc contingat, ut si alter conjugum incidatur. Per hanc responsionem quorundam malitiæ obviatur, qui in odium conjugum, vel quando sibi invicem displicerent, si eas possent in tali casu dimittere, simularent hæresim, ut ab ipsa (nubentibus conjugibus) resilirent. Per hanc ipsam responsionem illa solvitur quæstio, quâ quæritur, utrùm ad eum, qui ab hæresi vel infidelitate revertitur, is qui permansit in fide, redire cogatur.

[1 *Tantò f. t. amplius in Domino commendamus, quòd in dubiis quæstionum articulis ad sed. Apostol. recurris: quæ disponente Domino cunctorum fidelium mater est & Magistra, ut opinio quam in eis quandam habueras, dùm alios canonici juris peritiam edoceres, vel corrigatur per sed. Apost. vel probetur.*]

CAP. VIII.

¶ *Pagani juncti in gradu prohibito lege canonicâ tantùm, conversi ad fidem non separantur. b. primò. Si Paganus prius plures uxores habebat, post fidem susceptam adhærebit primæ. hoc secundò. Et si repudiatâ uxore cum secunda contraxerit, etiam post baptismum*

a *Cap. 5. eod. tit. in 1. comp.* b *Cap. 1. eod. tit. in 3. compil.* c *Hoc dicit B. Ambrosius epist. 1. ad Corinth. c. 7.* d *Vid. Conc. Trid. Sess. 24. de sacr. matr. can. 5.* e *In uno aut altero C. ratum & firmum existit.*

dimittet secundam, & adhærebit primæ repudiatæ, etiamsi repudiata cum alio contraxisset: secùs si fornicata fuisset, hoc tertio.

Idem *Uberiadensi Episcopo.*

GAudemus *b* in Domino: [1. *& infrà.*] ¶ Utrùm paganiuxores accipientes in secundo, vel tertio, vel ulteriore gradu sibi conjunctas, sic conjuncti debeant post conversionem suam insimul remanere, vel ab invicem separari, edoceri per scriptum Apostolicum postulâsti. Super quo taliter respondemus, quòd cùm sacramentum conjugii apud fideles & infideles existat, quemadmodum ostendit Apostolus *c* dicens: [*Si quis frater infidelem habet uxorem, & hæc consentit habitare cum eo, non illam dimittat:*] & in præmissis gradibus à paganis quoad eos matrimonium licitè sit contractum, qui constitutionibus canonicis non arctantur: [*Quid enim ad nos* (secundùm Apostolum *d* eundem) *de his quæ foris sunt, judicare?*] in favorem præsertim Christianæ religionis & fidei, à cujus perceptione per uxores se deseri timentes viri possunt facilè revocari: fideles hujusmodi matrimonialiter copulati liberè possunt, & licitè remanere conjuncti, cùm per sacramentum baptismi non solvantur conjugia, sed crimina dimittantur. Quia verò pagani circa plures insimul fœminas affectum dividunt conjugalem, utrùm post conversionem omnes, vel quam ex omnibus retinere valeant, non immeritò dubitatur: [2. *& infrà.*] ¶ Verùm absonum hoc videtur, & inimicum fidei Christianæ, cùm ab initio una costa in unam fœminam sit conversa *e*: & Scriptura divina *f* testetur, quòd propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una: non dixit tres vel plures, sed duo: nec dixit, adhærebit uxoribus, sed uxori: [3. *& infrà.*] ¶ Nec ulli unquam licuit insimul plures uxores habere, nisi cui fuit divinâ revelatione concessum, quæ mos quandoque, interdum etiam fas censetur, per quam sicut Jacob *g* à mendacio, Israëlitæ à furto, & Samson ab homicidio, sic & Patriarchæ & alii viri justi, qui plures leguntur simul habuisse uxores, ab adulterio excusantur. Sanè veridica hæc sententia probatur etiam de testimonio veritatis testantis in Evangelio *h*: [*Quicunque dimiserit uxorem suam ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur.*] Si ergò uxore dimissâ, duci alia de jure non potest, fortiùs & ipsâ retentâ: per quod evidenter apparet pluralitatem in utroque sexu, cùm non ad imparia judicentur, circa matrimonium reprobandam. Qui autem secundùm ritum suum legitimam repudiavit uxorem, cùm tale repudium veritas in Evangelio reprobaverit, nunquam eâ vivente licitè poterit aliam, etiam ad fidem Christi conversus, habere, nisi post conversionem ipsius illa renuat cohabitare cum ipso, aut etiamsi consentiat, non tamen absque contumelia creatoris, vel ut eum pertrahat ad mortale peccatum: in quo casu restitutionem petenti, quamvis de injusta spoliatione constaret, restitutio negaretur: quia secundùm Apostolum *i* frater aut soror non est hujusmodi subjectus servituti. Quòd si conversum ad fidem, & illa conversa sequatur, antequam propter causas prædictas legitimam ille ducat uxorem, eam recipere compelletur. Quamvis quoque secundùm Evangelicam veritatem, qui duxerit dimissam, mœchatur: non tamen dimissor poterit objicere fornicationem dimissæ, pro eo, quòd nupsit alii post repudium, nisi aliàs fuerit fornicata.

[1 *Et in potentia virtutis ipsius, & patris luminum, à quo est omne datum optimum & omne donum perfectum, uberes gratiarum exsistimus actiones: quòd sicut nobis tuis literis intimâsti dilectissimus, ille qui non vult mortem peccatoris, sed ut magis convertatur & vivat, ut ad Christianam venirent fidem, multorum cordibus inspiravit, & quoniam uxores acceperant in secundo vel tertio, vel ulteriori gradu sibi conjunctas.*]

[2 *Quia verò tam Patriarcha, quàm alii justi viri ante legem pariter & post legem nuptas uxores insimul habuisse leguntur: nec contrarium apparet in Evangelio vel lege præceptum: neq; pagani subjiciuntur canonicis institutis post inventis, quemadmodum est præmissum: videtur quòd nunc etiam juxta ritum suum licitè contrahant cum diversis, quorum conjunctiones legitimas unda sacri baptismatis non dissolvat, & ita Patriarcharum exemplo ad fidem Christi conversi pagani, conjugiorum pluralitate gaudebunt.*]

[3 *Unde Lamech qui plures uxores insimul legitur habuisse, reprehenditur in Scripturis, eò quòd ipse primus reprobandam bigamiæ speciem introduxit. Licet autem de hujusmodi non quæsierit, volentes tamen tam te quàm alios super his etiam reddere certiores, & quòd veritas prævaleat falsitati, sine dubitatione qualibet protestamur, quòd.*]

a *Tibaden.* b *Cap. 2. eod. tit. in 3. compilat.* c *1. Corin. 7.* d *1. Corinth. 5.* e *Genes. 2. & 3.* f *Matth. 19. Marc. 10. Ephes. 5.* g *Genes. 27. Exod. 12. Judic. 16.* h *Matth. 19. & Luca 20.* i *1. Corinth. 7.*

CAP. IX.

¶ *Non licet relictam fratris in uxorem accipere: & de falsa ducta separanda est, nisi aliter Ecclesia dispenset.*

Idem *Livonien. Episcopo, & eis qui cum ipso sunt fratribus.*

DEus, *a* qui Ecclesiam suam *b*: [*& infrà.*] ¶ Quia dispar *c* est ritus in Livonien. Ecclesia de novo ad fidem catholicam conversorum à nostro, propter infirmitatem gentis ejusdem concedimus, ut matrimonia contractis cum relictis fratrum utantur, si tamen fratribus decedentibus sine prole, ut semen defuncti juxta legem Mosaicam suscitarent, cum talibus contraxerunt: ne tales sibi de cætero, postquam ad fidem venerint, copulent, prohibentes.

a *Cap. 3. eod. tit. in 3. compil.* b *infr. de panit. & remiss. 3. c.* c *aliàs ita: Quia dispar est ritus in Livon. Ecclesia de novo, & sicut in vetustioribus exemplaribus legitur, ut est impressum.* d *Cap. 2. eod. tit. in 3. comp. & post Conc. Later. sub Alex. III. par. 30. c. 46.* e *Cap. 3. eod. tit. in 1. compil.*

DE DONATIONIBUS INTER VIRUM & uxorem, & de dote post divortium restituenda.

TITULUS XX.

CAP. I.

¶ *Separato licitè matrimonio, dos restituenda est.*

Ex Concilio habito apud Wormaciam.

MUlieres cùm *d* pro aliqua licita causâ à propriis viris fuerint separatæ, totam dotem præcipimus sibi reddi.

CAP. II.

¶ *Soluto matrimonio cogitur vir dotem restituere, & bona dividere, quæ communiter eis obvenerunt.*

Urbanus III. *Decano, Cantori & Capitulo Lexov.*

SIgnificavit P. mulier *e*, quòd H. quem loco viri tenebat, divortio inter eos solenniter celebrato, dotem suam illicitè detinet, & reddere contradicit: possessiones etiam, quæ ipsis, dum simul viverent, cujuscunque contractûs titulo communiter obvenerunt, eâ prorsùs exclusâ sibi nititur vendicare. Ideoq; mandamus, quatenus si ita est, & non est aliud quod obsistat, ipsum ad restitutionem dotis, & divisionem eorum, quæ olim communiter habuerunt, district. Eccles. compellatis.

d *Cap. 1. eod. tit. in 3. compil.* e *Cap. 3. eod. tit. in 1. compil.*

CAP.

CAP. III.

¶ *Delegatus ad causam matrimonii, si ferat sententiam divortii, pronunciare debet dotem restitui. Et est casus multum allegabilis.*

Clemens III.

DE prudentia *a* vestra miramur, quòd cùm vobis causam matrimonii, quæ vertebatur inter H. & M. commisissemus terminandam, & vos consanguinitatem inter eos invenientes, sententiam divortii tulissetis: de dote, quam à viro mulier repetebat, quicquam statuere distulistis. Quia igitur vos, qui de matrimonio principaliter cognovistis, & de dote (quæ est causa incidens) accessorie cognoscere valuistis, & sententialiter diffinire: mandamus, quatenus prædictum H. monitione præmissâ cogatis, ut prædictæ M. totam dotem (sicut canonicum fuerit) restituere non moretur.

CAP. IV.

¶ *Mulier propter adulterium à viro separata, perdit dotem.*

Clemens III. *b*

PLerunque *c* [1 *& infrà.*] ¶ Si mulier ob causam fornicationis judicio Ecclesiæ, aut propriâ voluntate à viro recesserit, nec reconciliata posteà sit eidem, dotem vel dotalitium repetere non valebit.

[1 *Accidit, ut proponis, quòd in parochia tua mulieres à viris suis causâ fornicationis recedunt, & sic usq; ad mortem ipsorum permanere noscuntur: ipsis verò defunctis, cum à consanguineis ad quos hæreditates earum perveniunt, dotem suam cum dotalitio repetunt, eis audientiam denegans, & nolunt restituere, quod repetunt: ob hanc causam, quia eo ipso se indignas fecisse noscuntur, quòd à viris suis causâ fornicationis duxerunt recedendum. In hoc itaque dicimus, quòd.*]

CAP. V.

¶ *Cogitur mulier ex officio judicis, donata sibi à viro propter nuptias pro conservatione illiciti matrimonii relaxare, si talis donatio præstet impedimentum dissolutionis talis matrimonii. h. d. secundum intellectum, qui plus placet Panormitano.*

Innocentius III. *Compostel. Archiepiscopo, & universis Episcopis in regno Legionen. constitutis.*

ET si necesse sit *d* [*& infrà.*] ¶ Quia verò castra quædam, quæ Rex Legion. filiæ Regis Castellæ in dotem tradidisse proponitur, ita ut si eam aliquâ occasione relinqueret, ipsa cederent in jus ejus, impedimentum præstare videntur hujusmodi copulæ dissolvendæ: Cùm castra ipsa non tam ob turpem, quàm ob nullam causam sint data, utpote cùm inter eos matrimonium non existat, & ideò nec dos, nec donatio propter nuptias: Ne ad commodum ei cedat, quod debet in pœnam ejus potiùs retorqueri: castra ipsa restitui volumus, & ad id puellam per excommunicationis sententiam coarctari.

CAP. VI.

¶ *Usufructuarius donans sine consensu Domini rem ipsam uxori propter nuptias, non transfert in eam plus juris, quàm ipse habebit: idem de eo, qui sub conditione adimente habet rem in hæreditatem, vel in feudum.*

Idem *Archidiacon. S. Andreæ de Scotia.*

NUper à nobis *e* tuæ discretio requisivit, si aliqua terra data fuerit alicui, non in hæreditatem vel feudum, sed tantùm quoad vixerit possidenda: & ipse postmodùm tertiam partem uxori suæ in dotem concesserit: utrùm eo defuncto præfatam dotem uxor (dum vixerit) habere debeat & tenere, cùm Ecclesia dotes protegere teneatur viduarum? Postulâsti præterea, si qua terra data fuerit alicui, & hæredi, quem de uxore legitima procrearet, in hæreditatem vel feudum: & ipse uxori suæ quâdam parte ipsius in dotem concessâ, decesserit postmodùm sine prole, an mulier dotem eandem de jure posset *a* habere?

Nos autem consultationi tuæ taliter respondemus, quòd cùm regulariter nullus in alium plus juris transferre possit, quàm eum constet habere: vir, cui *b* terra prædicto modo conceditur, non potest uxori relinquere, quod ei non licuit, nisi quoad vixerit possidere: nec licet uxori suæ partem illius terræ in donationem propter nuptias ex viri concessione tenere, nisi donationi ille, ad quem spectat dominium illius terræ, voluerit consentire. Quòd autem de prima consultatione dicimus, hoc respondemus etiam de secunda: nam licèt Ecclesia in causis viduarum se favorabilem debeat exhibere, contra justitiam tamen non est eis favor Ecclesiasticus concedendus. Illud verò te nolumus ignorare, quòd uxor dare dicitur viro dotem: vir autem uxori donationem facere propter nuptias, secundùm legitimas sanctiones.

CAP. VII.

¶ *Vir agens pro dote, non omninò excluditur ex eo, quòd vergat ad inopiam, nec præcisè cogitur satisdare ultra facultatem propriam: sed dos sibi assignatur sub cautione, quam præstare potest. Et si per illam cautionem non esset sufficienter provisum consumptioni dotis, deponetur dos apud mercatorem aut de honesto lucro vir sustineat onera matrimonii. h. d. secundùm intellectum, quem tenet Panormitanus inhærendo verbis literæ. Et est casus notabilis & quotidianus.*

Idem *Archiepiscopo & Archidiacono Genuens. c.*

PEr vestras *d* literas intimâstis, quòd cùm magistrum R. super quadam summa pecuniæ pro H. paupere, auctoritate nostrâ curaveritis convenire, quam idem H. pro dote uxoris suæ requirebat ab eo, dictus R. exceptionem opposuit contra ipsum, quòd uxorem suam à se repulerat, & tacitâ veritate super hoc literas impetraverat *e*: quia cùm super eadem dote aliâ vice coram vestræ civitatis consulibus quæstio mota esset, ipsi pronunciaverunt, ut quoniam idem H. ad inopiam vergere videbatur, dos illa non assignaretur eidem, nisi cautionem idoneam de ipsa non peritura præstaret: unde vos ei, ut de salvanda dote caveret, & uxorem suam reciperet, præcepistis: [1 *& infrà.*]

¶ Cùm ergò satis possit ei modicum credi dotis, cui creditum est corpus uxoris: mandamus, quatenus dotem assignari faciatis eidem sub ea, quam potest, cautione præstare: vel saltem alicui mercatori committi, ut de parte honesti lucri dictus vir onera possit matrimonii sustentare: ne occasione dotis detentæ, uxor à viro dimissa, seu vir, qui dimisit uxorem, adulterii reatum incurrat.

[1 *Et donec illud posset facere, dos illa reponeretur, si vellet, in secretario Ecclesiæ Tunnen. quod cùm implere non posset, ad instantiam ejus nobis hoc rescribere curavistis.*]

CAP. VIII.

¶ *Hæc decretalis satis seipsam summat.*

Gregorius IX.

DOnatio *f*, quæ constante matrimonio inter conjuges dicitur esse facta (ex quâ alter locupletior, & pauperior alter efficitur) firmitatem non habet, nisi donationis obitu confirmetur? quæ tamen penitùs evanescit, si revocetur ab eo tacitè vel expressè, vel qui donatum accepit, priùs debitum naturæ persolvat. Sanè soluto matrimonio, sicut dos ad mulierem, sic & donatio propter nuptias redit ad virum: nisi de consuetudine secùs obtineat: vel ex pacto de lucranda dote & donatione propter nuptias, quod æquale sit tamen, hinc inde, contrarium inducatur.

a *Cap. 1. tit. de dote potè divort. restituend. in 2. comp.* b *Celestinus tertius.* c *Cap. 2. tit. de dote potè divort. restituenda. in 2. compil.* d *Cap. 1. tit. de dote amitt. in 3. compil.* e *Cap. 2. tit. de dote amit. vel potè divort. restituenda, in 3. compil.*

a *Possit.* b *al. vir, cui prædicta terra dicto modo conceditur* c *Tunnensi.* d *Cap. 3. tit. de dote amitt. in 3. compil.* e *impetravit.* f *Vid. Palat. Rub. in repet. hujus Rubric. q. 20. cum multis sequentibus.*

DE SECUNDIS NUPTIIS a.
TITULUS XXI.

CAP. I.

¶ *Secundæ nuptiæ non benedicuntur, & benedicens puniendus est.*

Alexander III.

CApellanum b (quem benedictionem cum secunda constiterit celebrâsse) ab officio, beneficioq; suspensum, cum literarum tuarum testimonio, ad sed. Apost. nullatenùs destinare postponas.

CAP. II.

¶ *Dubitans de morte conjugis, nisi priùs certificetur, contrahere non debet: & si contraxit, reddat, sed non exigat debitum: & si postmodùm sciat primam vivere, dimittat secundam. Abbas Siculus.*

Lucius III. *universis Christianis in captivitate Sarracenorum positis.*

DOminus c, ac redemptor noster: [*& infrà.*] ¶ Sanè super matrimoniis, quæ quidam ex vobis (nondum habitâ obeuntis conjugis certitudine) contraxerunt: id vobis respondemus, ut nullus amodò ad secundas nuptias migrare præsumat, donec ei constet, quòd ab hac vita migraverit conjunx ejus. Si verò aliquis vel aliqua id hactenus non servavit, & de morte prioris conjugis adhuc sibi existimat dubitandum, ei quæ sibi nupsit, debitum non deneget postulanti: quod à se tamen noverit nullatenùs exigendum. Quòd si post hoc de prioris conjugis vita constiterit, relictis adulterinis complexibus, ad priorem conjugem revertatur.

a *Vide Magistrum, & Theologos l. 4. sent. dist. 42.* b *Cap. 1. eod. tit. in 2. compil.* c *Cap. 2. eod. tit. in 1. comp. hoc spectant tradita supr. de sponsalib. cap. in præsentia.*

CAP. III.

¶ *Si unus ex conjugibus fuit aliàs benedictus, non debent conjuges de novo benedici.*

Urbanus III. *Vigilion. Episcopo* a.

VIr autem b vel mulier ad bigamiam transiens, non debet à Presbytero benedici: quia cùm aliâ vice benedicti sint, eorum benedictio iterari non debet.

CAP. IV.

¶ *Mulier nubens intra annum luctûs, infamiam non incurrit. h. d. cum sequentes. Abbas Siculus.*

Idem *Exoniens. Episcopo.*

SUper illa quæstione c, quâ quæritur, an mulier possit sine infamia nubere intra tempus luctûs, secundùm leges definitum: Respondemus, quòd cùm Apostolus d dicat: [*Mulier viro suo mortuo, soluta est à lege viri sui: in Domino nubat, cui voluerit:*] per licentiam & auctoritatem Apostoli, ejus infamia aboletur.

CAP. V.

¶ *Summatur ut præcedens.*

Innocentius III. *P. Nobili mulieri.*

CUm e (secundùm Apostolum) mulier mortuo viro suo, ab ejus sit lege soluta, & nubendi, cui vult, tantùm in Domino, liberam habeat facultatem: non debet legalis infamiæ sustinere jacturam, quæ licèt post virobitum intra tempus luctûs (scilicet unius anni spatium) nubat, concessâ sibi tamen ab Apostolo utitur potestate, cùm in his præsertim seculares leges non deliguentur sacros canones imitari.

a *al. Vigor. al. Vig.* b *Cap. 1. eod. tit. in 1 comp. & post Conc. Lat. sub Alex. 3. p. 9. c. 1.* c *Cap. 2. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. Lat. p. 9. c. 2.* d *1. Cor. 7.* e *Cap. 1. eod. tit. in 3. comp. Item c. 7. & 1. Cor. c. 7.*

FINIT LIBER QUARTUS.

DECRETALIVM EPISTOLARUM GREGORII LIBER QUINTUS.

DE ACCUSATIONIBUS, INQUISITIONIBUS, & denunciationibus.

TITULUS I.

CAPITULUM I.

¶ *De persona accusatoris priùs quærendum est in judicio.*

Felix Papa a.

SI legitimus b non fuerit accusator, non fatigetur accusatus.

CAP. II.

¶ *A denunciatione repellitur is, qui non præmonuit.*

Idem *Episcopis per Galliam constitutis.*

SI quis Episcopus c ab illis accusatoribus, qui recipiendi sunt, accusatus fuerit, postquam ab eis charitativè conventus fuerit, ut causam emendet, & eam corrigere noluerit: non olim, sed tunc ad Primates causæ ejus canonicè deferantur.

CAP. III.

¶ *Criminatio Prælati debet tractari coram illo, quorum interest.*

a *Primus. epist. 1. & 2. an. eo. 270. id est, Claudio, & Paterno, Coss.* b *C. 1. eod. tit. in 1. comp. vide Bald. in l. damni. §. si alieno. ff. de damn. infecto.*

a *Cap. 1. eod. tit. in 1. comp. vid. Thom. 2. 2. q. 33. art. 7.*

Grego-

Gregorius *Ducis Campaniæ.*

ILla *a* Præpositorum: [1 & ℈.] ¶ Si verò aliquis est de monasterio prædicti Abbatis, qui possit dicere, quoad culpam reatumque ejus pertineat: nos cum eis, quorum interest, causam districtè volumus perscrutari, ut vel condemnetur, vel absolvatur.

[1 *Solicitudo utilis est, illa est cautela laudabilis, in qua totum ratio agit, & favor sive nihil vendicat, &c. quæ sunt probata & ex registro impressè repetenda.*]

CAP. IV.

¶ *Qui de aliquo crimine accusatur vel denunciatur, interim promoveri non potest.*

Idem *b Constantiæ Augustæ.*

OMnipotens *c* Deus: [& ℈.] ¶ Valdè grave est, ut vir, de quo tanta & talia nunciantur (cùm antè requiri & discuti debeant) honoretur.

CAP. V.

¶ *Episcopus per exceptionem criminis illum ab accusatione sua repellere non potest, quem antè à sua familiaritate neglexerit separare.*

Paschalis Papa.

NUlli *d* Episcoporum ab accusatione sua repellere liceat, quos, antequam se ab eis impetendum cognosceret, à sua communi familiaritate neglexerit separare.

CAP. VI.

¶ *Absolutus de certo crimine, de eodem iterùm accusari non potest.*

Ex Concilio Maguntino.

DE his criminibus, de quibus absolutus est accusatus, non potest accusatio replicari.

CAP. VII.

¶ *Cohabitantes inimicis accusati, ab accusatione repelluntur.*

Stephanus Papa.

REpellantur ab accusatione cohabitantes inimicis: Quia infestationes blasphemiæ, affectio solet amicitiæ incitare.

CAP. VIII.

¶ *Ponit pœnitentiam accusatoris calumniosi, cum sequitur inde mors, vel membri debilitatus.*

Ex Brocardico *lib. XLIII. e*

ACcusâsti aliquem, & per tuam accusationem occisus est: nisi pro pace hoc feceris, XL. dies in pane & aqua (quod carena vocatur) cum septem sequentibus annis pœniteas. Si autem per tuam delaturam debilitatus est, per tres debes Quadragesimas pœnitere.

CAP. IX.

¶ *Super notorio procedit judex, nomine accusante.*

Augustin. *super Gen. de morte Abel.*

EVidentia patrati sceleris non indiget clamore accusatoris.

CAP. X.

¶ *Laici vel inimici, Clericos accusare non possunt.*

Alexand. III. *Gaudeòs f.*

CUm P. Manconella *g* Presbyter ex una parte, & Bonus Presbyter, & I. Bonus Cocti Laicus frater ejus ex altera, in nostra essent præsentia constituti: eundem I. quia Laicus erat, in dicti P. accusationem non duximus admittendum. Cumque præfatus B. eundem P. super crimine simoniæ constantiùs accusaret, nos eum, quia in testimonium illius causæ adductus fuerat, & quia prædictus I. frater ejus, ipsum P. coram te prius accusaverat, ab accusatione repulimus: præsertim cùm *h* frater P. memoratum B. antèà de causâ consimili accusâsset: unde quoniam unus post alterum prædictum P. instanti vicissitudine accusabant: neutrum ad ejus accusationem admisimus. Sed utrique Presbytero de objectis criminibus purgationem duximus indicendam. Ideoque mandamus, quatenus uterque illorum cum tribus Sacerdotibus faciat se purgare *b.*

CAP. XI.

¶ *Monachus accusare potest Abbatem, & de bonis monasterii expensas litis necessarias habebit.*

Idem *Vigorien. Episcopo.*

EX *c* parte tua: [1 *& infrà.*] ¶ Prudentiæ tuæ r. respondemus, quòd Monachi (nisi alia rationabilis causa impediat) eò quòd de obedientia & subjectione Abbatis esse noscuntur, ab ejus accusatione sunt nullatenùs repellendi: licèt alios accusare non possint. Quibus (siquidem cùm proprium non habeant) de rebus monasterii expensæ debent necessariæ, donec causa debitum finem accipiat, ministrari.

[1 *Hujusmodi quæstio nobis proposita est, utrùm Monachi in accusatione Abbatum sint aliquatenus audiendi. Super quo utig.*]

CAP. XII.

¶ *Presbyter ebriosus Missam celebrans, non præmissâ digestione, Ecclesiâ privari debet. v. d. ut conveniat omnibus legituru.*

Idem.

SI constiterit *d*, quòd D. Ecclesia non perpetuò concessa, sed ad tempus fuerit commendata, & de vinolentia *e*, & quòd in taberna pernoctaverit, ita quòd alterâ die nullâ præmissâ dormitione *f* Missam cantâsset: [& ℈.] ¶ Si de hoc rationabiliter convictus fuerit in judicio ante Episcopum suum: sive accusatus, vel ad rationem positus, sine coactione fuerit confessus: ei super eadem Ecclesia perpetuum silentium imponatis, ipsum ab impetitione B. *g* desistere compellentes. Cæterum si eidem fuit Ecclesia canonicè concessa & tradita, & posteà de crimine aliquo non fuit convictus, propter quod de jure debeat *h* spoliari, vel post appellationem (sicut aliquando allegavit) Ecclesiâ illâ fuerit spoliatus, ipsam ei faciatis restitui, & in pace dimitti.

CAP. XIII.

¶ *Inimicus etiam à voluntaria exceptione repellitur.*

Idem.

MEminimus tibi mandâsse, ut C. Abbatissæ, cujus electionem confirmavimus, munus benedictionis impendere procurares. Sed quia H. pro altera parte à te ad nostram audientiam appellavit, proponens quòd de simoniâ accusaret eandem: mandatum nostrum distulisti effectui mancipare. Quia verò te non decet in hac parte appellationi ejusdem H. deferre, cùm idem illius manifestus fuerit inimicus, & contra eam testimonium tulerit: mandamus, quatenus (cùm inde fueris requisitus) præfatæ Abbatissæ munus benedictionis non differas impartiri *i.*

CAP. XIV.

¶ *Dicens se aliquem accusaturum coram judice, ante inscriptionem potest sine pœna desistere, & non accusare: sed ex desistentis silentium imponitur in perpetuum. Et secundum hoc summatim quæ ista tenenda est notabilis. Abbas.*

Innocentius III. *Archiepiscopo Bisuntino.*

LIcèt in beato *k* Petro: [1 & ℈.] ¶ Sanè cùm ex literis B. Decani sancti Stephani, & I. & O. Canonicorum

---

a *C. 5. eod. tit. in 1. comp. vid. B. Thom. 2. 2. quæst. 33. art. 3.*
b *Idem scil. Greg. lib. 4. ep. 34. cap. 78. inc. 13. regist.* c *C. 6. eod. tit. in 1. compil. vid. Anchar. in cap. memoratus. infra. eod.*
d *Can. 1. eod. tit. in 2. comp. Refert Gratianus sive Palea 3. qu. 5. § nulla Episcoporum.* e *al. 114. ex Burchardo l. 19.* f *Gajetano.* g *Cap. 12. eod. tit. in 1. compil. & post Concil. Later. sub Alex. 3. p. 30. c. 14.*

a *Frater ejusdem P. &c.* b *purgari.* c *Cap. 13. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. Lat. sub Alex. 3. p. 30. c. 12.* d *Scil. Alex. 3. sed in 2. comp. c. 1. eod. tit. Cælestino 3. al. Clementi tribuitur.* e *violentia.* f *dormitatione.* g *G.* h *debuit.* i *impertiri.* k *C. 1. eod. tit. in 3. comp.*

Ecclesiæ Bisuntinæ ad Apostolicæ sedis audientiam pervenisset, te varia crimina commisisse, ac ab eis fuisses per easdem literas super perjurio, crimine simoniæ & incestûs *a* delatus: Clemens Papa prædecessor noster (servatâ judiciariâ gravitate) tibi certum terminum assignavit, quo responsurus objectis Apostolico te conspectui præsentares. Cùm autem juxta tenorem citationis ad sedem Apostolicam accessisses, nec ullus *b* appareret, qui te ita impeteret de prædictis: ne aliquid de contingentibus omittere videremur, ab I. & O. Archid. in nostra præsentia constitutis quæsivimus diligenter, si quid super præmissis adversùs te pro se, vel aliis proponere vellent, & quod scripserant, legitimè demonstrarent: ipsi autem, quòd non proposito accusandi hæc scripserant, responderunt. Sed quia super quibusdam incorrigibilis videbaris, quædam de te Apostol. sedi duxerant intimanda: sed nuntius, qui pro literis accesserat impetrandis, mandati formam excessit.

Nos igitur dictis Canonicis super prædictis silentium duximus imponendum, ne te de cætero eis super his accusare liceat, vel etiam infamare. Quia verò prædicti Canonici citra vinculum inscriptionis desistere voluerunt, eis de juris permissione id non duximus imputandum. Ne autem in absolutione tua minùs canonicè procedere videamur, quamvis potiùs in odore bonæ opinionis Coëpiscoporum nostrorum, quàm eorum infamia delectemur, Cabilonensi Episcopo & Abbati de Firmitate, inquisitionem famæ tuæ duximus committendam.

[1 *Apostolorum Principe ligandi atque solvendi nobis à Domino sit attributa potestas vel facultas, quam insubditis juxta suorum exigentiam meritorum exercere liberè debeamus: exemplo tamen illius qui omnes sanat, & nemnem vult perire, libentius intendimus ad solvendum, quàm ad condemnandum vel ligandum, etsi sint nonnulla culpa, in quibus est culpa relaxare vindictam.*]

CAP. XV.

¶ *Ad prosequendam accusationem criminalem, non admittitur procurator, licèt posset allegare causam absentia, seu alias exceptiones non tangentes crimen propositum: & qui juravit stare mandato alicujus, non admittitur ad accusandum illum, si virtute juramenti sibi fuit injunctum, ut non accusaret. h. d. & ad hoc solet allegari, & in hoc est valdè vulgatum.*

Idem *Salzburgen.* c *Archiepiscopo.*

VEniens *d* ad sedem Apostolicam A. Pragen. Canonicus contra Pragen. Episcopum inter alia proposuit coram nobis, quòd cùm esset filius Sacerdotis, in Ecclesiam fuerat Pragen. intrusus: & contra ejusdem Ecclesiæ privilegium, homagium Duci Bohemiæ præstitisset, sic subjiciens Pragen. Ecclesiam servituti: [& ℈.] ¶ Unde prædictum Episcopum ad Festum Resurrectionis Dominicæ peremptoriè nos meminimus citavisse. Idem verò ad suam excusationem viarum discrimina, consecrationem chrismatis imminentem, & quòd filius Bohemiæ Principis esset per ipsum baptizandus tunc temporis, per nuncios & literas allegavit. Licèt autem excusationes hujusmodi (sicut erant) frivolas æstimantes *e*, ipsum reputavimus contumacem, nec procuratores ejus in causa possemus recipere criminali: eis tamen concessimus auditores, ut si possent, illum aliquatenùs excusarent. Cumque prædictus A. coram eis repetiisset objecta, fuit ex adverso responsum, quòd cùm olim super hoc ad Magdeburgen. Archiepiscopum literæ fuerant impetratæ, idem A. in objectorum se videns probatione deficere, ad pedes ejus se humiliter prosternens, veniam postulavit: & quòd adversùs eum calumniosè processerat, est confessus. Cæterùm cùm super hoc mandato stare ejusdem Archiepiscopi juravisset: ipse præcepit eidem, sub debito præstiti juramenti, ut contra eundem Episcopum de cætero proponere talia non auderet. Cùm igitur nobis ex ipsius A. confessione constaret, ipsum juramentum hujusmodi præstitisse, ac tale recepisse mandatum: super impetitione dicti Episcopi silentium ei duximus imponendum: propter contumaciam tamen eidem Episcopo *a* citationem & purgationem propter infamiam indicentes.

CAP. XVI.

¶ *Denunciator criminis non se inscribit, quia ad correctionem tendit: accusator autem inscribit, quia tendit ad pœnam: excipiens verò inscribit ad pœnam extraordinariam, si per exceptionem dejicitur ab obtento, aliàs secùs. hoc primò. Secundò dicitur, quòd dum defenditur de crimine per modum exceptionis, potest intervenire procurator.*

Idem *Priori sancti Fridiani, & Magistro B. Canonico Pisano.*

SUper his *b*, de quibus nos consulere voluistis, inquisit. vestræ breviter respondemus, quòd tribus modis valet crimen opponi, denunciando, excipiendo, & accusando. Quando crimen in modum denunciationis opponitur, non est inscriptio necessaria, sed cùm in modum accusationis, oportet inscribi: quoniam ad depositionem instituitur accusatio, sed ad correctionem est denunciatio facienda. Cùm autem excipiendo fuerit crimen objectum, distinguendum est, quare opponatur, & quando. Si autem objicitur, ut ab accusatione vel testificatione aliquis repellatur, non est inscribi necesse: sed cùm opponitur, ut quis à promotione officii, vel beneficii excludatur, si ante confirmationem objicitur, non cogitur quisquam inscribere: quia crimen hoc modo probatum, impedit promovendum, sed non dejicit jam promotum. Post confirmationem verò, cùm scilicet ordinandus fuerit aliquis, aut etiam consecrandus, quia etiam ab obtinendo repellit, & dejicit ab obtento, ad extraordinariam pœnam secundùm arbitrium judicis discreti citra vinculum inscriptionis est excipiens adstringendus, si defecerit in probando: pro eo, quòd crimine sic probato, perdit quod per electionem & confirmationem ei fuerat acquisitum: sed ob hoc priùs habita non amittit. Licèt enim agatur de crimine, non est tamen hujusmodi quæstio criminalis: unde per procuratorem potest ritè tractari.

CAP. XVII.

¶ *Generales inquisitores, si non servaverunt debitum inquisitionis ordinem, prudenter & cautè se corrigere debent, hoc primo. Secundò ponit formam juramenti, quam inquisitores exigunt ab inquisitis.*

Idem *Versel.* c *Episcopo & Abbati de Tileto* d.

I. QUaliter *e* & quando: [1 & ℈.] ¶ Si circa Novarien. Episcopum debitum inquisitionis ordinem observâstis, discretionem vestram in Domino commendamus. Si verò quâlibet occasione prætermisistis eundem, adhuc *f* ipsum tempore opportuno volumus observari: ne inde nascantur injuriæ, unde jura nascuntur. Ideoque mandamus, quatenus ad conscientiæ vestræ judicium recurrentes, si contra præscriptum ordinem tanquam homines excessistis: non pudeat vos errorem vestrum corrigere, qui positi estis, ut aliorum corrigatis errores: quoniam apud judicem districtum, in qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis: ira videlicet, ut inveniatis occasionem aliquam congruentem, per quam (ne vestra vilescat auctoritas) quantò

a *Incestu.* b *alii. nec unus appareret, qui te impeteret de prædictis.* c *Salzeburgen.* d *Cap. 2. eod. tit. in 3. compilation.* e *extimantes.*

a *Secuti vetera exemplaria hunc locum restituimus, ut est impressum, cùm in vulgatis perperàm legeretur sta. purgationem canonicam propter, &c.* b *Cap. 3. eod. tit. in 3. comp.* c *alii Vercell.* d *De Citeto.* e *Cap. 4. eod. tit. in 3. comp.* f *alii. sint hunc ipsum.*

cautiùs

cautiùs & prudentiùs poteritis, supersedeatis ad præsens: quoniam ex his, quæ inordinatè sunt acta, non potest ordinabiliter agi. Si verò præscriptum ordinem custodistis, omni gratiâ & timore postpositis, Deum solùm habentes præ oculis, viâ regiâ incedentes, sine personarum acceptione *a* in negotio procedatis. Formam verò juramenti, quam à Clericis Novarien. super inquisitione facienda in hoc negotio recepistis, in similibus volumus observari: ut videlicet jurent Clerici, quòd super his, quæ sciunt vel credunt esse in sua Ecclesia reformanda, tam in capite, quàm in membris (exceptis occultis criminibus) meram & plenam dicant inquisitoribus veritatem.

[1 *Debeat Prælatus procedere ad inquirèndum & puniendum subditorum excessus, ex auctoritatibus Novi & Veteris Testamenti colligitur evidenter, ex quibus super hoc processerunt posteà canonicæ sanctiones. Legitur enim in Evangelio, quòd villicus, qui dissipatus erat apud dominum suum, quasi dissipâsset bona ipsius, audivit ab illo: Quid est hoc quod audio de te? redde rationem villicationis tuæ: jam enim non poteris villicare. Et in Genesi Dominus ait: Descendam & videbo, utrùm clamorem, qui venit ad me, opere compleverint. Ex quibus auctoritatibus manifestè comprobatur, quòd non solùm cum subditus, verùm etiam cum Prælatus excedit, si per clamorem & famam excessus ejus ad aures superioris pervenit, non quidem quod à malevolis & maledicis, sed à providis & honestis, nec semel tantùm, sed sæpè quod clamor invalescat, & diffamatio manifestat, debet coram Ecclesia senioribus veritatem diligentiùs perscrutari, ut si res postulaverit qualitas, canonica districtio culpam feriat delinquentis, non tanquam sit idem actor & judex, sed quasi deferente famâ, vel clamore insistente, officii sui debitum exequatur. Licèt autem hoc sit diligenter observandum in subditis, diligentiùs tamen est observandum in Prælatis, qui quasi signum sunt positi ad sagittam: & quia non possunt omnibus complacere, cum ex officio tentantur non solùm arguere, sed etiam increpare, quinetiam interdum suspendere, nonnunquam verò excommunicatione ligare: frequenter odium multorum incurrunt & insidias patiuntur, & ideò sanctiones apostolicæ providè statuerunt, ut accusatio Prælatorum non facilè admittatur, ne concussis columnis, corruat ædificium, nisi diligens adhibeatur cautela, per quam non solùm falsa, sed etiam maligna criminationis janua præcludatur. Verùm ita voluerunt providere Prælatis, ne criminarentur injustè, ut tamen caverent, ne delinquerent insolenter; contra utrumq; morbum congruam invenientes medicinam, ut videlicet accusatio criminalis, quæ ad deminutionem capitis & ad degradationem intenditur, nisi legitima procedat inscriptione, nullatenùs admittatur. Sed cùm super excessibus suis aliquando fuerit infamatus, ut in tantum jam clamor ascenderit, quòd diutiùs sine scandalo dissimulari non possit; nec sine periculo toleretur, absq; dubitationis scrupulo ad inquirendum & puniendum ejus excessus non ex odii fomite, sed ex charitatis procedatur affectu: quatenus si gravis fuerit excessus, & si non degradetur, ab ordine & administratione tamen amoveatur omninò: quod est secundùm Evangelicam sententiam à villicatione villicum amoveri, qui non potest villicationis suæ dignam reddere rationem. Hunc igitur ordinem.*].

CAP. XVIII.

¶ *Scìu, contra quem inquiritur; juravit respondere tantùm ad interrogata, post confessionem audietur volens probare excusationes, quæ confessionem non perimunt, sed exponunt: secùs si juraverit, plenam & meram veritatem dicere.*

Idem *Archiepiscopo Arelaten. & Vallis magn. Abbati.*

Cum *b* dilecti filii Cister. Abbas, & P. & R. Monachi Fontis frigidi, Apost. sed. Leg. ad Ecclesiam Agathen. accessissent, ut in ea legationis officium exercerent, quia de Agathen. Episcopo per frequentem clamorem multa sibi fuerant insinuata siniſtra: voluerunt descendere ac videre, si clamorem opere compleviſſet: [1 *& infrà.*] ¶ Quia verò nobis non constitit, sub qua forma Episcopus cum Canonicis Agath. coram dictis Legatis præstiterit *a* juramentum, utrùm videlicet ita juraverit, ut super statu Ecclesiæ plenam & meram diceret veritatem, an ut ad inquisita veraciter responderet: Mandamus, quatenus eidem Legatis ex parte nostra mandetis, ut sub qua forma juramentum præstiterit, studeant fideliter intimare. Et si secundùm responsionem eorum sub secunda forma juraverit, aut ipse sufficienter probaverit, se sub illa forma jurâsse, aut per depositiones testium, quos produxit, aut etiam aliorum: cùm depositiones illæ non fuerint publicatæ, nec productioni testium renuntiare curaverit: quoniam secundùm eandem non teneretur ex debito juramenti nisi ad quæsita solummodò respondere: vos excusationes suas audire curetis: & si eas probaverit, cùm excusationes hujusmodi confessiones non perimant, sed exponant, quæ tales sunt, ut ad *b* bonum & malum valeant retorqueri *c*, & ideò judicari debent ex causa, cum sublato appellationis obstaculo absolvatis: cùm etsi repertus sit culpabilis in quibusdam, ex labore tamen & pudore punitus, quos propter hanc causam incurrit, hujusmodi levis culpa leviter ei valeat indulgeri. Quòd si excusationes illas super dilapidatione, naufragio, & simonia probare nequiverit, aut sub prima forma juraverit: cùm secundùm eandem nec veritatem tacere, nec admiscere debuerit falsitatem: vos (non obstantibus excusationibus, quas de novo proposuit: cùm in confessionibus suis nullam omninò de illis fecerit mentionem? quamvis firmiter asseruerit, quòd plures ex illis Legatis prædictis exposuit, cùm hoc per se probare non posset, tanquam qui solus examinabatur ab illis) eum ab administratione Agathen. Ecclesiæ removere curetis.

[1 *Ideoq; tam Episcopum quàm Canonicos juramenti vinculo adstrinxerunt, ut super statu Ecclesiæ sibi dicerent veritatem.*].

CAP. XIX.

¶ *De veritate criminum non inquiritur, nisi priùs constet de infamia: & tunc non inimici vel perjuri, sed idonei viri ad prosequendum inquisitionem & ad testimonium admittuntur: & non probato crimine, judicitur infamatus purgatus.*

Idem *Archiepiscopo Terraconen. & Abbati sanctæ Mariæ de Populeto, & Archidiac. Barchinon.*

Cum oporteat *d* Episcopum: [&c.] ¶ Sanè venientibus ad Apostol. sed. G. & H. Canonicis Vincen. & multa enormia contra Vincen. Episcopum proponentibus coram nobis, quia illa non debebamus sub dissimulatione transire *e*: vobis inquisitionem illorum duximus committendam. Verùm dictus Episcopus, antequam ad ipsum *f* vestra citatio pervenisset, ad præsentiam nostram accedens proposuit, quòd illi, qui enormia de ipso suggesserant *g*, typo malitiæ potius quàm justitiæ zelo ducti, nobis hujusmodi intimârunt: cùm ipsi ejus sint inimici manifesti, & cum ejus hostibus conversentur, consanguineosque suos, ac complices intendant ad testificandum producere contra ipsum,

a *Exceptione.* b *C. j. eod. tit. in j. comp.*

a *Præstitit.* b *Al. ad bonum vel malum.* c *Et cùm dubia ad bonum & malum possunt retorqueri, in meliorem sunt interpretanda. B. Thom. 2. 2. q. 60. art. 4.* d *C. 6. eod. tit. in 3. comp. vide Jul. Clar. in pract. crim. §. fin. q. 6.* e *præterire.* f *cujus.* g *subjecerant.*

qui ad denunciandum, seu testificandum admitti non debent: utpote juramenti præstiti transgressores, & aliis criminibus irretiti: [1 & 3.] ¶ Discretioni vestræ mandamus, quòd *a* nisi super prædictis famam ipsius *b* læsam esse noveritis: vos ad inquisitionem illorum non subitò procedatis. Quòdsi ad inquisitionem fuerit procedendum: prædictos, vel alios, quos ipsius esse constiterit inimicos, nec ad prosequendam inquisitionem, nec ad perhibendum testimonium contra ipsum Episcopum admittatis: sed per viros idoneos super his, quæ gesta sunt, inquiratis diligentius veritatem. Et si nihil grave probatum fuerit contra ipsum: vos purgationem canonicam indicatis eidem.

[1 *Ne verò per leve compendium ad grave dispendium veniatur.*]

CAP. XX.

¶ *A denunciatione repellitur publicus concubinarius, excommunicatus & conspirator, & is qui non præmonuit.*

Idem.

CUm dilectus *c* filius: [*& infrà.*] ¶ Si vobis constiterit prædictos, quorum nomine sunt excessus hujusmodi de Episcopo nunciati, publicè concubinarios tunc fuisse, propter quod in eos fuit excommunicationis sententia promulgata, vel præfatum Episcopum de jam dictis excessibus non fuisse præmonitum ab eisdem, vel ipsos conspirâsse in eum, à denunciatione repellatis eosdem: alioquin audiatis, quæ fuerunt *d* hinc inde proposita. Eidem Episcopo auctoritate nostrâ nihilominùs prohibentes, ne super his, super quibus ad audientiam nostram fuerit legitimè appellatum, præfatos Clericos indebitè gravare præsumat: donec causa supradicta juxta formam mandati nostri fuerit terminata.

CAP. XXI.

¶ *Crimen probatum per modum inquisitionis, regulariter pœnâ ordinariâ non punitur: sed si impedit ordinis executionem, sit depositio, sicut in accusatione: & si impedat tantum beneficii retentionem, fit privatio à beneficio, nec poterit judex hanc pœnam moderari. h. d. usque ad* ¶ *Tertia. secundum verum intellectum non benè declaratum per scribentes.*

Idem *Episcopo Gebenensi, & N. Valentin.*

INquisitionis *f* negotium, quam de Episcopo & Canonicis Valentinen. vobis commisimus terminandam *g*: [1 & 3.] ¶ Secundò quæsivistis, quid vobis sit statuendum, si contra quempiam per inquisitionem probatum fuerit tale crimen, quod deponeret accusatum criminaliter & convictum. In quo quidem duximus distinguendum, utrùm sit tale crimen, quod ordinis executionem susceptí, aut retentionem beneficii etiam post peractam pœnitentiam impediret, putà si homicidium commisisset, vel adeptus esset ordinem aut beneficium vitio simoniæ: quo casu erit sicut in accusationis judicio procedendum: alioquin secundùm personæ merita, & qualitatem excessus pœnam poterit judicantis discretio moderari.

[1 *Sine conscientiæ scrupulo exequi cupientes, & Apostolico petisti oraculo edoceri, utrùm eorum publicanda sint dicta & nomina, quos interrogari contigerit, prout testibus in publicis causis fieri consuevit, an sola dicta eorum publicari sufficiat nominibus tacitis, cùm idem Episcopus & Canonici manifestè sciant, quòd fuerint inquisiti, & utrum contra dicta eadem debeant exceptiones seu replicationes admitti, cùm contra personas dicentium admittuntur. Ad quod breviter respondemus, non solùm dicta, sed etiam ipsa nomina, ut quod à quo sit dictum appareat, publicanda, & exceptiones seu replicationes legitimas admittendas, ne per suppressionem nomi-*

num infamandi, & per exceptionum exclusionem falsi deponendi audacia præbeatur.]

¶ *Contra non infamatum, super veritate criminum inquiri non debet, etiamsi libellus famosus contra eum oblatus fuerit in secreto: nec super principali creditur testi, qui juratus dicit se audisse, contra quem inquiritur, inimicum: idem si hoc dicit ante juramentum: nisi præsumatur hoc dixisse in fraudem. h. d. usque ad* ¶ *Quæsivisti.*

Tertiæ dubitationis articulus continebat, utrùm cùm duo vel plures jurati affirmant aliquem crimen aliquod eisdem videntibus commisisse, de quo aliqua infamia non laborat, aliquam illi pœnam infligere debeatis? Et utrùm ad petitionem quorundam quasdam schedulas *a* vobis occultè tradentium, infamationem Episcopi continentes, sit ad inquisitionem eorum, quæ in ipsis *b* continentur schedulis procedendum. Et an fides eorum dictis debeat adhiberi, qui post juramentum interrogati secretò, utrùm sint eorum, de quibus inquiritur, inimici; respondent, quòd non diligunt illos, vel directè inimicos se asserunt eorundem, aut etiam ante juramentum id publicè confitentur: nullas tamen *c* inimicitiarum causas probabiles ostendentes. Ad *d* hæc respondemus, nullum esse pro crimine, super quo aliqua non laborat infamia, seu clamosa insinuatio non processerit, propter dicta hujusmodi puniendum: quinimò super hoc depositiones contra eum recipi non debere, cùm inquisitio fieri debeat solummodò super illis, de quibus clamores aliqui præcesserunt. Nec ad petitionem eorum, qui libellum infamationis porrigunt in occulto, procedendum est ad inquisitionem super contentis ibidem criminibus faciendam. Aut *e* etiam adversùs eos, contra quos fit inquisitio, fides adhibenda est dictis eorum, qui post juramentum vel ante, tacitè vel expressè, inimicos *f* se asserunt eorundem, nisi forsan ante juramentum in fraudem id facere præsumantur.

¶ *Non punitur quis de crimine, de quo non constat, nisi per famam, & testium credulitatem: & per dicta paucorum non debet quis apud judicem infamatus reputari. h. d. usque ad finem.*

Quæsivisti etiam, quid statui debeat, si nihil per certam scientiam, sed tantùm per famam, & eorum, qui fuerint inquisiti, credulitatem juratam contigerit inveniri. Et utrùm aliquis super eo crimine reputari debeat infamatus, de quo ipsum duo, vel tres, vel etiam plures dixerint infamatum: licèt de ipso nihil siniştri in publico audiatur. Ad quod est nostra responsio, quòd propter famam & deponentium credulitatem duntaxat, non erit ad depositionis sententiam procedendum; sed infamato canonicè poterit indici purgatio, secundùm arbitrium judicantis: Qui propter dicta paucorum eum infamatum reputare non debet, cujus apud bonos & graves læsa opinio non existit.

CAP. XXII.

¶ *Si is, de cujus crimine in judicio constat, petit restitutionem propter judiciarium ordinem non servatum: non est audiendus, sed eum tanquam notorium criminosum debet superior de novo privare. h. d. & est casus valdè notabilis, secundùm hunc intellectum.*

Idem *Episcopo & Decano Sylvanellen.* ¶

AD petitionem *h* Galteri quondam Corbien. Abbatis, R. & P. Canonicis Noviomen. à nobis dudum correctione commissâ: [1 & 3.] ¶ Verùm dilectus filius G. sanctæ Mariæ in porticu Diaconus Cardinalis, tunc Apo-

a *Quatenus.* b *ejus.* c *Cap. 1. eod. tit. in 4. compilat.* d *fuerint.* e *Vid. Notas in hunc locum.* f *C. 20. eod. tit. in 4. comp. & præter DD. hîc Jul. Clar. in practica criminali quæst. 6.* ¶ *secundum.*

a *In veteribus libris, cedulas.* b *his.* c *Dictis, tamen, deest in pluribus antiq.* d *Al. ad hæc autem, &c.* e *Al. Nec etiam, &c.* f *Vide notata per Bart. in l. ea. ff. ad l. Corn. de falsis.* ¶ *Al. Babeaten. al. Salvatenen. al. Salvanen.* h *Cap. 3. eod. tit. in 1. comp. vide Archid. c. si quis Abbat. 11. q. 1.*

stolicæ

stolicæ sedis Legatus, dicto G. præsente, nec reclamante, superstatu monasterii cœpit inquirere diligenter,& eum inquisitione finita eum Parisios evocâsset, propositurum contra inquisitionem eandem, si quid rationabiliter duceret proponendum: idem præsentiam ejus adiens, allegavit, quòd in monasterii correctione procedere non valebat,quæ prædictis judicibus priùs fuerat auctoritate nostrâ commissa: & Cardinalem ipsum ex justis causis se asserens habere suspectum, vocem ad nos appellationis emisit: quem Cardinalis (inspectis, quæ probata fuerant contra eum) amovit à regimine Abbatiæ, dando fratribus ejusdem loci liberam facultatem alium eligendi, qui priorem de Argentolio elegerunt concorditer in Abbatem: [1 & 2.] ¶ Cùm igitur nobis de talibus fuerit facta fides, propter quæ præfatus G. erat meritò amovendus, etsi restituendus foret propter judiciarium ordinem non servatum,ipsum providimus manere privatum regimine Abbatiæ:supradictum Priorem(quę pro eo quòd præfato G.propter juris ordinē non servatum inordinatè remoto, intelleximus ob eandem causam per consequentiam minùs legitimè substitutum) per sententiam amoventes: quem, quia non propter personæ vitium, vel scientiæ a defectum, sed propter juris solennitatem prætermissam amovimus, ipsum postmodùm restituimus in Abbatem.

[1 *Ipsius ad monasterium idem accedentes, quibus correctu eiusdem nonnulla quæ statuendo fuerant, statuerunt inquisitionis instantiam quorundam impedsens malitia retardando. Ad quorum contumaciam reprimendam, sæculare brachium intendebant invocare.*]

[2 *His igitur & aliis quæ utraq; pars proposuit intellectis.*]

CAP. XXIII.

¶ *Agenti possessorio adipiscenda in beneficialibus non obstat exceptio criminis, nisi de eo sit infamatus: & infamato, accusatore non probante, vel non apparente, indicitur purgatio, in qua si defecerit, punitur ut convictus.*

Idem.

ACcedens ad b præsentiam nostram G. nepos quondam H. Subdiaconi nostri, suâ nobis conquestione monstravit, quòd cùm idem H. apud sedem Apostolicam viam universæ carnis ingressus fuisset, Præbendam, quam decedens habuerat in Ecclesia Cremonen. ei duximus conferendam: [& infrà.] ¶ Mandamus,quatenus nisi præfatus G. super objectis eidem in modum exceptionis criminibus, videlicet perjurio & homicidio, publicè fuerit infamatus, concessionem nostram sibi factam executioni mandetis.

Deinde si legitimus accusator apparuerit,audiatis,quæ fuerint hinc inde proposita: & si prædicta crimina vel eorum aliquod legitimè probatum fuerit contra eum, ipsi super eadem Præbenda silentium imponatis. Si verò contra c eum legitimus non apparuerit accusator, & ipse super prædictis criminibus dignoscitur respersus infamiâ, purgationem ei canonicam indicatis: in qua si defecerit, imponatis ei silentium. Si autem purgationem præstiterit, contradictores ab ejus molestia compescentes,eos, qui eum nisi sunt impedire,in expensis legitimis condemnetis.

CAP. XXIV.

¶ *Superior contra subditum, maximè Prælatum, de his tantùm inquirat, super quibus processit infamia: & tunc vocabit eum, & tradet sibi capitula & nomina, & testium dicta publicabit, & ipsius legitimam exceptionem admittet, & probato gravi crimine, eum ab administratione removebit. In regularibus verò Prælatis ad unguem servandus non est hic ordo. Et quanquam in hac summatone modica videatur agi differentia inter Prælatos & subditos, contra quos inquiritur: tamen facienda est, ut patet in litera.*

Idem in *Concilio generali.* d

II. QUaliter & quando debeat Prælatus procedere ad inquirendum & puniendum subditorum excessus, ex auctoritatibus Vet. & Novi Testamenti colligitur evidenter, ex quibus posteà processerunt canonicæ sanctiones: sicut olim apertè distinximus, & nunc sacri approbatione Concilii confirmamus. Legitur enim in Evangelio *h*, quòd villicus ille, qui diffamatus erat apud dominum suum, quasi dissipâsset bona ipsius *e*, audiviz ab illo: [*Quid hoc audio de te? redde rationem villicationis tuæ: jam enim non poteris amplius* d *villicare.*] Et in Genesi *e* Dominus ait: [*Descendam & videbo, utrùm clamorem, qui venit ad me, opere compleverint.*] Ex quibus auctoritatibus manifestè probatur, quòd non solùm cùm subditus, verùm etiam cùm Prælatus excedit, si per clamorem & famam ad aures superioris pervenerit, non quidem à malevolis & maledicis *f*, sed à providis & honestis, nec *g* semel tantùm, sed sæpè,quod clamor innuit, & diffamatio manifestat: debet coram Ecclesiæ senioribus veritatem diligentiùs perserutari, ut (si rei poposcerit qualitas)canonica districtio eulpam feriat delinquentis, non tanquam idem sit accusator & judex, sed quasi denunciante famâ, vel deferente clamore, officii sui debitum exequatur. Licèt autem hoc sit observandum in subditis, diligentiùs tamen est observandum in Prælatis, qui quasi signum sunt positi ad sagittam. Et quia non possunt omnibus complacere, cùm ex officio suo teneantur non solùm arguere, sed etiam increpare, quin etiam interdum suspendere, nonnunquam verò ligare: frequenter odium multorum incurrunt, & insidias patiuntur. Et ideò sancti Patres *h* provide statuerunt, ut accusatio Prælatorum non facilè admittatur, ne concussis columnis corruat ædificium: nisi diligens adhibeatur cautela, per quam non solùm falsæ, sed etiam malignæ criminationi janua præcludatur. Verùm ita voluerunt providere Prælatis,ne criminarentur injustè, ut tamen caverent,ne delinquerent insolenter: contra morbum utrumque invenientes medicinam congruam: videlicet ut criminalis accusatio, quæ ad diminutionem capitis, id est, degradationem intenditur: nisi legitima præcedat inscriptio *i*, nullatenùs admittatur. Sed cùm super excessibus suis quisquam fuerit infamatus, ut jam clamor ascendat, qui diutiùs sine scandalo dissimulari non possit, vel sine periculo toleratì, absque dubitationis scrupulo ad inquirendum & puniendum ejus excessus, non ex odii fomite, sed charitatis procedatur affectu: quatenus si fuerit gravis excessus, etsi non degradetur ab ordine, ab administratione tamen amoveatur omninò: quod est secundùm sententiam Evangelicam à villicatione villicum amoveri,qui non potest villicationis suæ dignam reddere rationem. Debet igitur esse præsens is, contra quem facienda est inquisitio, nisi se per contumaciam absentaverit: & exponenda sunt ei illa capitula, de quibus fuerit inquirendum, ut facultatem habeat defendendi se ipsum: & non solùm dicta, sed

---

a *Deest vox, scientiæ, in quibusdam exemplaribus, in quibusdam erat expositio super verbo, defectum, unde irrepsit in textum.* b *C. 3. de concess. præb. in 4. comp. vide Innoc. in cap. sciant. sup. de elect. ubi multipliciter limitat hanc Decretal. & Anton. Butri.* c *Quatenus hic agitur de purgatione indicenda diffamato, vide Marian. in repet. c. qualiter.*

a *Scilicet Innocent. III. in Conc. gener. Later. c.8. & c.4. eod. tit. in 4. comp. Initium hujus Decret. usque ad* ¶ *debet igitur. habetur etiam in 3. comp. eod. tit. c. 4.* b *Luc. 16.* c *illius.* d *Dicto, amplius, deest in antiq. Cod.* e *Gen. 18.* f *maledictis.* g *non semel.* h *Vide epist. 2. Stephani Papæ I. de accusationibus Episcoporum, ubi habetur plenissimè in 1. tomo Conc. Surianæ editionis.* i *Vide quæ citavi sup. eod. c. super hii. verbo, apparet infrà.*

etiam nomina ipsa testium sunt ei (ut quid & à quo sit dictum appareat) publicanda, necnon exceptiones & replicationes legitimæ admittendæ: ne per suppressionem nominum, infamandi, per exceptionum verò exclusionem deponendi falsum, audacia præbeatur. Ad corrigendos itaque subditorum excessus, tantò diligentiùs debet Prælatus assurgere, quantò damnabiliùs eorum offensas detereret incorrectas. Contra quos, ut de notoriis excessibus taceatur, etsi tribus modis possit procedi, per accusationem videlicet, denunciationem, & inquisitionem ipsorum: ut tamen *a* in omnibus diligens adhibeatur cautela, ne fortè per leve compendium ad grave dispendium veniatur: sicut accusationem legitima debet præcedere inscriptio, sic & denunciationem charitativa monitio, & inquisitionem clamosa insinuatio prævenire: illo semper adhibito moderamine, ut juxta formam judicii, sententiæ quoque forma dictetur. Hunc tamen ordinem circa *b* regulares personas non credimus usquequaque servandum *c*, quæ (cùm causa requirit) facilius & libentius à suis possint administrationibus amoveri.

CAP. XXV.

¶ *Metropolitani ad correctionem excessuum, & reformationem morum, singulis annis facere debent provinciale Concilium: in quo statuere debent personas idoneas per singulas diœceses, quæ solicitè investigent, & in sequenti Concilio referant corrigenda: & Episcopi debent facere Synodos Episcopales singulis annis, & publicare agitata in provinciali Concilio: & hæc negligentes, ab executione officii suspendantur. h. d.*

Idem *d in eodem.*

Sicut *e* olim à sanctis Patribus noscitur institutum, Metropolitani singulis annis cum suis Suffraganeis provincialia non omittant Concilia celebrare: in quibus de corrigendis excessibus, & moribus reformandis, præsertim in Clero, diligentem habeant cum Dei timore tractatum, canonicas regulas, maximè quæ statutæ sunt in hoc generali Concilio, relegentes, ut eas faciant observari, debitam pœnam transgressoribus infligendo.

Ut autem id valeat efficaciùs adimpleri, per singulas diœceses statuant personas idoneas, providas videlicet & honestas, quæ per totum annum simpliciter, & de plano absque ulla jurisdictione solicitè investigent, quæ correctione vel reformatione sunt *f* digna, & ea fideliter perferant ad Metropolitanum & Suffraganeos & alios in Concilio subsequenti, ut super his & aliis (prout utilitati & honestati congruerit) providâ deliberatione procedant: & quæ *g* statuerint, faciant observari: publicaturi ea in Episcopalibus Synodis, annuatim per singulas diœceses celebrandis. Quisquis autem hoc salutare statutum neglexerit adimplere, à sui executione officii suspendatur.

CAP. XXVI.

¶ *Sententia excommunicationum, suspensionum, vel interdicti, lata post denunciationem per Abbatem denunciatum, vel alium pro ipso in Monachos denunciantes, vel adhærentes eisdem, relaxantur: spoliati restituuntur, & juramenta de scienda veritate relaxantur, dicta testium denuncianto traduntur, & expensa de bonis monasterii Monachis denunciantibus ministrantur: & propter hoc ab obedientia Abbatis non eximuntur, sine tamen ullo præjudicio.*

Gregorius IX. *Archiepiscopo & Priori sanctæ Mariæ Rothomagen.*

Olim I. V. & P. ordinis Tyronensis *a*: [*& J.*] ¶ Ne igitur reformatio monasterii valeat retardari, mandamus, quatenus relaxatis excommunicationum seu suspensionum sententiis, si quas idem Abbas protulerit *b*, vel per quoscunque judices promulgari fecit, post inceptum negotium in eos, & adhærentes eisdem, ac eis restitutis, quos idem Abbas negotio ipso pendente contra justitiam spoliavit: in negotio de plano & absque judiciorum strepitu procedentes (cum talibus maximè in hoc casu non deceat Dei servos involvi) inquiratis, quæ circa *c* personas & observantias regulares videritis inquirenda, corrigentes & reformantes tam in capite, quàm in membris, quæ correctionis & reformationis officio noveritis indigere: juramentis si qua de tacenda veritate Abbas extorserat, relaxatis: proviso ut *d* negotio ipso pendente præfati Monachi eidem Abbati obediant & intendant, ita tamen, quòd per hoc prosecutio negotii non valeat impediri. Si verò testes contra eundem Abbatem producti fuerint, dictorum ipsorum ei copiam faciatis. Prædictis autem Monachis expensas factas propter hoc, & tribus vel quatuor ex istis, vel aliis, quos idoneos ad dictum negotium prosequendum duxeritis assumendos, faciatis de bonis ejusdem monasterii, & faciendas expensas ad prosecutionem ipsius negotii necessarias, computatis, si qua propter hoc receperunt, de bonis monasterii, cùm proprium non habeant, ministrari. Contradictores, &c.

CAP. XXVII.

¶ *Contra Prælatum denunciatum de dilapidatione sit commissio super veritate inquirenda, & pendente negotio debet sibi interdici potestas alienandi.*

Idem *Episcopo Cister.* e *de Alde. & de Salen. Abbatibus.*

Prælatorum excessus: [*& infrà.*] ¶ Sanè dilecti filii C. & quatuor alii Canonici Frisigien. *f* denunciando monstrarunt, quòd Frisigien. Episcopus bona sui Episcopatûs, quem (ut dicunt) fuit minùs canonicè assecutus, adeò graviter dilapidat & consumit, quòd nisi celeriter adhibeatur remedium, Episcopatus idem per eum ad irreparabile *g* dissolutionis opprobrium deducemur: nec solummodò rerum, verùm etiam famæ suæ prodigus & salutis, vitam ducit enormiter dissolutam: [*& J.*] ¶ Discr. v. mandamus, quatenus personaliter accedentes ad locum, inquiratis solicitè veritatem: & eam fideliter conscribentes, sub sigillis vestris *h* nobis transmittatis inclusam. Eidem Episcopo terminum assignantes, quo nostro se conspectui repræsenter, pro meritis recepturus: Potestate vendendi, dandi, infeudandi, seu *i* quomodolibet alienandi bona ipsius Ecclesiæ, interim eidem penitùs interdictâ.

DE CALUMNIATORIBUS.

TITULUS II.

CAP. I.

¶ *Subdiaconus calumniosè accusans Diaconum, Subdiaconatu privatur, & publicè verberibus castigatur, & in exilium mittitur.*

Gregorius *Authemio Subdiacono.*

Cum fortiùs punienda sint crimina, quæ insontibus (& maximè sanctis hominibus) inferuntur, quàm sitis culpabiles, qui in causa Joan. Diac. resedistis, attendite, ut Hilarium criminatorem ipsius

---

a *Al ita, tamen ut diligens adhibeatur omnibus cautela, &c. absq; voce, in: sed in Concilio & vetustioribus legitur ut est impressum: in uno non adhibeatur. sed adimpleatur legitur.* b *contra.* c *observandum.* d *Scilicet Innocent. III. in Conc. gener. cap. 6.* e *C. 1. eod. tit. in 4. compilat.* f *sint.* g *Quod statuerunt, faciant observari.*

a *Cister. aliter Turonens. al. Coronens.* b *protulit.* c *contra.* d *proviso etiam, &c.* e *Cistertien & de Alin. & Salien. Abbat. al Cistrens.* f *Frisigens. al Frigsen.* g *Al. ad irreparabilis dissolutionis, &c.* h *Aliàs, sub sigillis vestra veritatem nobis, &c.* i *Al. seu quolibet modo, &c.*

nulla

nulla ex definitione vestra pœna conveniens castigaret: [& infrà.] ¶ Quia ergò tantæ nequitiæ malum sine digna non debet ultione transire, jubemus eundem H. priùs Subdiaconatûs (quo indignus fungitur) privari officio, & verberibus publicè castigatum, in exilium deportari.

CAP. II.

¶ *Denunciator in probatione criminum deficiens, ab officio & beneficio suspenditur, donec innocentiam suam purget.*

Innocentius *a* III. *Zamoren. Segobien. & Abulen. Episcopis.*

CUm *b* dilectus filius magister scholarum Palæstinus ad sedem Apostolicam accessisset, & de suo Episcopo excessus varios nunciâsset, examinationem commisimus excessuum objectorum: [& ℣.] ¶ Cùm autem processum negotii examinaverimus diligenter, nec intelligere potuerimus probatum esse sufficienter aliquid de prædictis, eundem Episcopum absolvendum decernimus ab objectis: vobis mandantes, quatenus memoratum magistrum scholarum, donec canonicè suam purgaverit innocentiam, scilicet quòd non calumniandi animo ad hujusmodi crimina proponenda processit, ab officio & beneficio suspendatis: ut cæteri simili pœnâ perterriti, ad infamiam suorum facilè non prosiliant Prælatorum.

DE SIMONIA *c*, ET NE ALIQUID PRO spiritualibus exigatur vel promittatur.

TITULUS III.

CAP. I.

¶ *Episcopus pro ordine ab ex conferendo, vel Ministri, vel Notarii nihil temporale exigere debent.*

Gregorius *generali Synodo præsidens.*

IN *d* ordinando: [1 & ℣.] ¶ Sicut non debet Episcopus manum, quam imponit: ita nec Minister vel Notarius in ordinatione ejus vocem vel calamum vendere. Pro ordinatione igitur vel usu pallii, seu chartis atque pastellis, eum qui ordinatur, omninò aliquid dare prohibemus.

[1 *Episcopo Pontifex manum imponit, Evangelicam lectionem Minister legit, confirmationis autem ejus epistolam Notarius scribit.*]

CAP. II.

¶ *Deponendus est, qui per pecuniam aliquem ejecit de Ecclesia sua, se postea intrudendo.*

Ex Concilio Maguntinen. *e*

QUi alium in Ecclesia ordinatum, per pecuniam expulerit, eamque sibi taliter vendicaverit: omnimodò deponatur.

CAP. III.

¶ *Quilibet Catholicus admittitur ad accusandum de crimine simoniæ.*

Deodatus *f* Papa.

SI dominus *g* & magister omnium, qui sine peccato fuit, accusandi licentiam uni dedit: [1 & ℣.] ¶ Non igitur quilibet Catholicus est respuendus, sed ut veritatem asserat ad propalandam *h* simoniacam rabiem, magnis est precibus exhortandus *i*.

[1 *Quantò magis unius assertione corrigendus est, qui simoniæ labe nescitur esse pollutus?*]

CAP. IV.

¶ *Simoniacus pendente accusatione ab administratione divinorum prohibetur.*

Idem.

ACcusatum *a* simoniacum necesse habuimus prohibere, ne Missarum solennia celebraret, donec quid esset, verius constitisset.

CAP. V.

¶ *Idem dicit quod præcedens, nisi quòd illud cap. loquitur in accusatione, istud in inquisitione: & illud loquitur de simoniaco in genere, istud declarat de ordine.*

Idem.

QUotiens *b* [& ℣.] ¶ Pervenit ad nos, quòd per simoniacam hæresim fueris ordinatus: propterea necesse habuimus te prohibere, ne Missarum solennia celebrare debuisses, donec quid sit, verius discerneremus.

[1 *Contra Ecclesiasticam disciplinam quod suggestum dicitur, ne nos ante Deum culpa ex dissimulatione redarguat, irrequisitum hoc relinquere non audemus.*]

CAP. VI.

¶ *Simoniacus est deponendus.*

Lucius Papa.

SIcut simoniaca *c* pestis sui magnitudine alios morbos vincit: ita sine dilatione mox, ut ejus signa per aliquam personam claruerint, de Ecclesia Dei debet eliminari atque repelli.

CAP. VII.

¶ *Simoniacum accusare potest servus, meretrix, & criminosi.*

Deodatus. *d*

TAnta *e* est labes hujus criminis, quòd etiam servi adversùs dominos *f*, & quilibet criminosi admittuntur ad accusationem. Item omnis peccator Missam cantare potest, præter simoniacum, quem quilibet (ut ab ordine malè accepto removeatur) accusare potest: vel etiam meretrix.

CAP. VIII.

¶ *Simoniacum est, pretium recipere pro ingressu religionis, pro Prioratibus vel Capellis concedendis, & pro Prælatis instituendis, pro concedenda sepultura, pro chrismate, pro oleo sancto, pro benedictionibus nubentium, vel aliis sacramentis: nec valet consuetudo in contrarium. h. d. cum sequenti.*

Alexander III. *in Concilio Turonen.*

NOn satis: [1 & *infrà.*] ¶ Prohibemus igitur, ne ab iis, qui ad religionem transire volunt, aliqua pecunia requiratur. Nec Prioratus *g* vel Capellaniæ quælibet Monachorum aut Clericorum annuâ distractione vendantur. Nec ab eo, cui regimen ipsarum committitur, pro *h* earum commissione ullum pretium exigatur. Unde quisquis contra hoc decretum attentare præsumpserit: tam ille qui dederit, quàm ille *i* qui receperit vel consenserit, partem se cum Simone non dubitet habiturum. Pro sepultura quoque, & chrismatis, & olei receptione, nulla cujusquam pretii exactio attentetur, nec sub obtentu cujusquam consuetudinis reatum suum quis tueatur: quia diuturnitas temporis non diminuit peccata, sed auget.

[1 *Inutiliter ab Apostolo avaritia redarguitur, si ab his qui in Clero videntur constituti, & præcipuè qui nomen Religiosorum profitentur, regula modis omnibus non servatur.*]

CAP. IX.

¶ *Summatum est suprà in cap. præcedenti.*

Ex Concilio Lateran. *k*

a *Honorius* III. b *C. 7. de accus. in 3. comp.* c *De materia hujus multa tradit B. Th. & Cajet. 2. 2. q. 100.* d *Cap. 1. eod. tit. in 1. comp.* e *Adde sub Rubano Archiepiscopo cap. 12. refert Eur. 3. decr. c. 110. Ivo p. 3. c. 16. & c. 2. eod. tit. in 1 compilat.* f *Adeodatus.* g *C. 3. eod. tit. in 2. comp.* h *pellendam. al. repellendam.* i *exorandus.*

a *C. 4. eod. tit. in 1. comp. refert Grat. sive Palea 2. q. 4. c. accusatum.* b *C. 3. eod. tit. in 2. comp. vide Bernar. Diaz. in pract. crim. Can. c. 23.* c *C. 7. eod. tit. in 1. comp.* d *Adeodatus. al. Deusdedit.* e *Cap. 16. eod. tit. in 1. comp.* f *Hoc est speciale: quia regulariter non* g *Aliàs, neque Capellania.* h *pro illa commissione.* i *quàm qui receperit & consenserit, &c.* k *Sublicet Lat. sub Alex. III. c. 7. & c. 8. eod. tit. in 1. comp.*

CUm in Ecclesiæ corpore: [1 *& infrà.*] ¶ Horribile nimis est, quòd in quibusdam Ecclesiis locum venalitas perhibetur habere, ita ut pro Episcopis vel Abbatibus seu quibuscunque personis Ecclesiasticis ponendis in sedem *a*, sive introducendis Presbyteris in Ecclesiam *b*, necnon & pro sepulturis, & exequiis mortuorum, & benedictionibus nubentium, seu aliis sacramentis aliquid requiratur *c*. Putant autem plures ex hoc licere, quia legem mortis de longa invaluisse consuetudine arbitrantur, non attendentes, quòd tantò graviora sunt crimina, quantò diutiùs infelicem animam tenuerunt alligatam. Ne igitur hæc de cætero fiant, vel pro personis Ecclesiasticis deducendis in sedem, vel Sacerdotibus instituendis, aut sepeliendis mortuis, seu benedicendis nubentibus, seu aliis sacramentis conferendis seu collatis aliquid exigatur, districtiùs prohibemus. Si quis autem contra hoc venire præsumpserit, portionem cum *d* Giezi se noverit habiturum.

[1 *Omnia debeant ex charitate tractari, & quod est gratis exceptum, gratis debeat impendi.*]

CAP. X.

¶ *Breve est.*

Idem *Vigilien. Episcopo.*

CUm *e* sit Romana: [1 & 2.] ¶ Consult. t. r. respond. quòd nihil pro Ecclesiarum consecratione potes vel debes præter procurationem exigere.

[1 *Ecclesia, cui licet immeriti præsidemus, caput omnium Ecclesiarum, mater & magistra: cogimur tamen ex debito susceptæ regiminis, prout nobis Dominus dederit, respondere consultationibus singulorum, ut dubia quæstionis Ap. sed. prævidentiâ ponatis emendentur. Quæsivisti autem, frater Episcope, frater. tua referebat, utrum pro Ecclesiarum consecratione quicquam procurationem debeas exigere, & nos.*]

CAP. XI.

¶ *Convictus de simonia, deponendus est: idem in infamato, qui se purgare non potest.*

Idem *Toletano Archiepiscopo.*

DE hoc autem *f*, quòd Episcopus Exonien. Archid. beneficia, & cuidam Clerico ante electionem suam Prioratum dicitur promisisse, ut uterque consentiret eidem: tuæ prudentiæ respondemus, quòd si manifestum est eundem Archid. & Clericum ob causam illam promissa recepisse, aut exinde confessi fuerunt *g* in jure, vel legitimè convicti, ab altaris ministerio sunt perpetuò deponendi *h*. Si verò id manifestum est, nec tamen inde convicti vel confessi fuerint, sed tantùm publicâ laborant infamiâ, eis canonica purgatio debet indici: in qua si defecerint, tanquam auctores tanti sunt sceleris puniendi. Regem autem & principes ejus debes inducere, ut si qua receperint *i* à prædicto Episcopo, ut ejus electioni præstarent assensum: Ecclesiæ Exonien. sine diminutione restituant, cùm ea sine gravi suæ salutis periculo retinere non possint.

CAP. XII.

¶ *Simoniacum est pro temporali obsequio, beneficium Ecclesiasticum promittere.*

Idem *Eboracen. Archiepiscopo.*

CUm essent *k* in nostra præsentia constituti R. Clericus, & nobilis vir V. quia idem V. moram diutiùs facere non poterat, pro se in causa illa sufficientem constituit responsalem.

Cumque ab ore præfati R. intellexerimus, quòd memoratus miles *l* promiserat ei dare Ecclesiam, si quoddam negotium ejusdem in nostra posset præsentia promovere: ac per hoc promissionem ipsam continere simoniacam pravitatem, eidem R. super eadem Ecclesia silentium duximus imponendum.

CAP. XIII.

¶ *Notorius simoniacus in beneficio ab illo deponitur: idem in infamato qui se purgare non potest.*

Idem *Cistren. Episcopo.*

INsinuatum *a* est, quòd in Ecclesiis tui Episcopatûs plurimi Clerici per simoniam habere dicuntur ingressum, & infamiâ inde respergi. Unde mandamus, quatenus si qui fuerint, quos in prædictis Ecclesiis publicum & notorium est simoniacè intrâsse: eos amoveas ab Ecclesiis taliter acquisitis. Illis autem, quorum crimen non est publicum & notorium, si publicâ laborant infamiâ, cum quinta vel sexta manu sui ordinis purgationem indicas: in qua si defecerint, beneficiis hujusmodi Ecclesiarum perpetuò prives eosdem.

CAP. XIV.

¶ *Simoniacum est pretio vel favore celare peccatorem, vel reconciliare non pœnitentem, vel degnè pœnitentem à reconciliatione removere.*

Idem.

NEmo *b* Presbyterorum xenium, vel emolumentum quodlibet temporale, imò spirituale detrimentum, à quocunque publicè peccante accipiat, ut Episcopo vel ministris ejus peccatum illius celet: nec pro respectu cujusque personæ consanguinitatis aut familiaritatis alienis communicans peccatis, hoc Episcopo innotescere detrectet. Nec quenquam pœnitentem vel minùs dignè pœnitentem, gratiâ vel favore ad reconciliationem adducat, & testimonium reconciliationis ferat eidem, vel quocunque livore dignè pœnitentem à reconciliatione removeat: quia simoniacum est utrumque.

CAP. XV.

¶ *Ecclesia emi vel redimi non potest, h. d. quoad literam.*

Idem *Vigor. Episcopo & Presbyt. de Acra.*

QUerelam *c* Monachorum de Acra recepimus, quòd cùm ipsi quoddam manerium cum pertinentiis suis, & Ecclesiam de Genen. à Monachis de Cardonio *d* sub annuo censu, quindecim librarum fuissent adepti, & inde chartam ab ipsis Monachis habuissent: Prior eorum Capitulo inconsulto præscriptum manerium, & chartam Monachis de Cardonio acceptâ pecuniâ resignavit. Unde quia præfati Monachi de Acra se conqueruntur injustè gravatos: mandamus, quatenus partibus convocatis præscriptam causam concordiâ vel judicio terminetis, sciturí, quòd sicut emi non potuit, ita nec redimi Ecclesia memorata. Si verò Monachi de Cardonio legitimè citati, ad vestram præsentiam accedere & judicio vestro stare contempserint: vos ipsos Monachos de Acra in possessionem eorum, de quibus controversia vertitur, inducatis, nec permittatis eos exinde absque ordine judiciario molestari.

CAP. XVI.

¶ *Pro chrismate ab Ecclesiis pecunia exigi non debet, etiamsi hoc habeat consuetudo.*

Idem.

EA quæ *e* de avaritia: [1 & 2.] ¶ Audivimus, quòd nummos pro chrismate ab Ecclesiis extorqueris: quos nunc cathedraticum, aliquando Pascha lem præstationem, interdum Episcopalem consuetudinem appellatis *f*-

---

a *Sede.* b *Ecclesias.* c *exigatur in Consilio.* d *4. Reg. c. 1.* e *C. 7. eod. tit. in 1. comp.* f *C. 10. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. Later. p. 2. c. 13.* g *fuerint.* h *removendi.* i *receperunt.* k *C. 11. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. Lat. sub Alex. III. p. 2. c. 14.* l *nobilis.*

a *C. 12. eod. tit. in 1. compil. & post Conc. Lat. p. 2. c. 11. & Cassiodorum Decr. 3. tit. de seq. poss. & fructum.* b *C. 13. eod. tit. in 1. comp. vide B. Th. 2. 2. q. 100. art. 3.* c *C. 14. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. Lat. p. 2. c. 12.* d *Cadomo. al. Cardomo. eadem est varietas paulo post.* e *C. 17. eod. tit. in 1. comp.* f *Facit gl. in l. si quis in fundi. §. vocabulo ff. de leg. 1. & l. unic. C. de mutat. nom.*

Quia

Quia verò hoc simoniacum esse cognoscitur: mandamus, quatenus prætextu alicujus consuetudinis vel prælationis præscriptos denarios nullatenùs exigatis: Pro certo sciturí, quòd si hoc præsumpseritis, periculum ordinis & dignitatis poteritis non immeritò formidare.

[1 *Ex cupiditatis radice proveniunt, & in speciem Simoniacæ pravitatis erumpunt, sunt penitus exterpanda, & quæ de spinis & tribulis procedunt falce Apostolica moderaminis sunt resecanda.*]

CAP. XVII.

¶ *Pro habendis spiritualibus homagium facere, simoniacum est.*

Idem.

EX diligenti *a* tua relatione innotuit, quòd H. Cant. Archidiaconus te induxit, ut ei homagium faceres, & fidelitatem præstares, ita quòd ipse tibi beneficium Ecclesiasticum annis singulis exhiberet. Unde *b* quoniam hujusmodi obligatio illicita, & contra tuæ salutis, necnon & suæ profectum existit, absolvi à nobis instantiùs postulâsti: adjiciens, quòd ab eodem inceps nihil omninò de beneficio acciperes constituto. Quocirca nos tuam petitionem honestam & favorabilem attendentes: te à præfati Archidiaconi homagio & fidelitate (præsertim cùm hæc taliter præstita, divinis & humanis legibus contraire noscantur) absolvimus, ita quòd ab Episcopo vel sacerdote discreto, pœnitentiam inde condignam recipias. Verùm ne aliquâ propter hoc notâ vel infamiâ possis respergi, absolutionis nostræ literas tibi duximus indulgendas: quibus contra latrantium morsus tutus & præmunitus existas, & quas in testimonium indulgentiæ nostræ valeas demonstrare.

CAP. XVIII.

¶ *Ordinatio vel consecratio non censetur simoniaca, licèt ordinators aliquid donatum fuerit non ex pacto.*

Idem *Senonen. Archiepiscopo.*

ETsi quæstiones *c* tuas de fervore religionis ad nos perferri nullatenùs ignoremus, non tamen tibi est in his ultrà, quàm oporteat, dubitandum, cùm leges humanæ dicant, quòd quidam tenui religione sacramenta etiam necessaria & legitima exhibere contemnunt: tenuem religionem vocantes, quæ in talibus *d* hæsitat, ubi non est aliquatenus hæsitandum. In hoc itaque quòd P. Presbyter Cardinalis Apostolicæ sedis Legatus, pro electione tua, ut pallium tibi traderet, ad partes illas accessit, & frater tuus ejus præsciens necessitatem, ei equum unum te ignorante transmisit, quoniam per mare veniens, nullas aut paucas secum equitaturas adduxit, te nullo modo timere oportet. Cùm in accipiendis *e* vel dandis muneribus tria sunt maximè attendenda, personæ scilicet dantis & accipientis qualitas, quantitas muneris, & donationis tempus: qualitas personarum, utà quo, & cui, videlicet an à paupere diviti, vel econverso, sive à divite locupleti datum fuerit: æstimatio muneris & donationis tempus, si magni vel minoris pretii res data existat, & an instante necessitate, seu alio tempore conferatur. Si ergò prædictorum Cardinalis & fratris tui personam & qualitatem pensamus, non fuit magnum ab eodem fratre tuo Cardinali equum unum transmitti, quem etiam joculatori *f* non petenti vir tantus & tam abundans fortè donaret: verùm si temporis necessitatem perpendimus, non aliâ intentione hoc constat factum fuisse, quàm ut Cardinali subveniretur in articulo prænotato: [1 *& infrà.*] ¶ Quod autem scriptum est *a*: [*Beatus qui excutit manus suas ab omni munere:*] de illis donis dictum est, quæ accipientis animum allicere vel pervertere solent: quoniam *b* si ipsa etiam persona electi offerat ordinatori vel consecratori suo electuarium, aut de vino, sive de aliis hujusmodi, quæ modici pretii fuerint *c*, & quæ voluntatem recipientis inclinare vel movere non debeant, non tamen Ecclesia Romana interpretari consuevit, accipientem in his delinquere, vel donantem.

[1 *Quare propter hoc in conscientia tua nullius unquam debet scrupulus dubitationis emergere, cum res data modici pretii, quantum ad personam dantis vel accipientis existerit, nec aliter eorum aliquid in mente habuerit, quod tibi possit vel debeat quantumlibet vel etiam in modico læsionem afferre: & si ante electionis examinationem & pallii receptionem, & te nolente & penitùs ignorante sit factum, & equus in necessitate transmissus fuerit & collatus, nec etiam res tanti reputetur, quæ accipientis animum multum movere debeat, aut ab honestatis proposito aliud declinare: quia.*]

CAP. XIX.

¶ *Abbas & majores de Conventu, si pro receptione Monachi receperunt pecuniam ex pacto: ab officio & beneficio suspenduntur: & taliter recepta pecunia restituitur, & in aliud monasterium ita receptus transfertur.*

Idem.

VEniens *d* ad nos F. Presbyter proposuit, quòd Abbas & fratres sancti R. noluerunt eum in Monachum recipere, quousque triginta solidos dare convenerit: conventione autem factâ, sequenti die eum monasticum *e* habitum induerunt: & iidem Monachi triginta solidos, Abbas verò decem, & familia duodecim pro pastu (asserentes hoc esse de consuetudine monasterii) postulârunt. Quoniam ergò factum hujusmodi pernicioſum videtur, mandamus, quatenus si ita esse inveneris, Abbatem & Monachos ad restituendam *f* pecuniam præfato F. tam indignè acceptam compellas, & Abbatem & majores personas monasterii pro tantæ pravitatis excessu ab officii executione suspendens, præcipias dicto F. ut in alio monasterio in habitu monastico Domino studeat deservire.

CAP. XX.

¶ *Si ordinandus præsentatori suo aliquid dedit ex pacto, simoniacum est: non tamen deponitur, si est occultum.*

Idem.

EX tuæ *g* fraternitatis literis, & ex confessione Sacerdotis præsentium latoris accepimus, quòd cùm ad Sacerdotii ordinem non aliter voluisset eum ejus Archidiaconus præsentare, sex solidos solvit eidem, & sic ordinem ipsum per eum præsentatus accepit.

Unde tibi sic duximus respondendum, ut si hoc non est publicum, sed secretum, eundem Sacerdotem secretò convenias, monens sine ulla coactione propensius, & inducens *h*, ut ordinem alicujus religionis assumat, & perpetuò ab officio abstineat, quod illicitè acquisivit. Aliquin non erit tutum (cùm sit secretus excessus) ipsum invitum ab eodem officio coërcere, cui tamen secretam pœnitentiam, secundùm quod tibi visum fuerit, injungere non postponas.

CAP. XXI.

¶ *Breve est, nec potest brevius summari.*

Idem.

---

a *C. 19. eod. tit. in 1 comp.* b *Hæc periodus in Codic. Barb. Unde quoniam hujusmodi obligatio illicita est, & contra salutem animæ tuæ, nec non & sua profectum existit, &c.* c *C. 20. eod. tit. in 1. comp.* d *In tribus Vatican. qui in talibus hæsitant.* e *Et dandis.* f *Vide Cajetanum apud B. Thom. 2. 2. q. 113. art. 2.*

a *Esa. 33.* b *In uno manusc. Vaticano: quoniam etiam si ipsa, &c.* c *Al. fuerunt. ex quo voluntatem, &c. sed nos vetustiora & emendatiora secuti sumus exemplaria.* d *C. 1. eod. tit. in 2 comp.* e *Monachalem.* f *De pœna simoniacorum vide Turrecrem. loco præcitato. adde B. Thom. 2. 2. quæst. 100. art. 6.* g *C. 2. eod. tit. in 2. comp.* h *Vide Federic. de Senis, cons. 140. & Gemnianum in c. si pauper. de præbendis, lib. 6.*

AD a nostram: [& infrà.] ¶ Discr. v. mandamus, quatenus pro ministerio Ecclesiastico exercendo, sive pro Vicariis assignandis, seu pro chrismate nullatenùs pecuniam exigatis.

CAP. XXII.

¶ *Cum simoniacè ordinato, qui simoniacus non est, dispensari potest.*

Lucius III.

DE simoniacè b ordinatis certum tibi non possumus dare responsum, nisi plenius cognoscamus, qualiter fuerint ordinati: cùm quidam, licèt secundùm quandam speciem simoniæ, utpote ipsis ignorantibus, simoniacè ordinentur: possunt (quia simoniaci non sunt) in suis ordinibus remanere.

CAP. XXIII.

¶ *Si contradicens electo, pro pecunia de voluntate electi tradita à contradictione cessat, electus postèà confirmatus, est simoniacus, & beneficio renunciare tenetur.*

Idem.

MAtthæus Cardinalis secretà nobis insinuatione monstravit, quòd cùm fuisses ad Ecclesiæ tuæ regimen de voluntate majoris partis fratrum electus, paucis tibi contradicentibus: quidam amicus tuus de conscientia tua, & voluntate turbata, ei, qui magister discordiæ videbatur, certæ quantitatis munus exolvit, & sic contradictio conquievit: nunc autem dubitas, quòd non sis à labe simoniæ prorsus immunis, donec in administratione volueris remanere. Quia igitur consilium requisisti, quid tibi sit faciendum: respondemus, quòd multùm tibi consulis, si administrationem celeriter ac sponte dimittas, illius verbi memor existens c: [*Nihil prodest homini, si universum mundum lucretur, anima verò suæ detrimentum patiatur.*].

CAP. XXIV.

¶ *Pro absolvendo excommunicatum, pretium aliquod exigi non debet.*

Idem.

AD d aures nostras pervenisse noveris, quòd cùm C. de Senevilla propter pecuniam quam debebat, vinculo fuisset excommunicationis adstrictus, creditoribus satisfecit, sed ab excommunicatoribus decem libras pro absolutione quæ rentibus, non valuit absolutionis beneficium obtinere. Quoniam igitur indignum est, & Ecclesiasticæ rationi contrarium, ut absolutionis beneficium redimatur: discr. v. mandamus, quatenus si præfatus C. debitum solvit, ipsum gratis faciatis absolvi, si excommunicatores id non fecerint requisiti.

CAP. XXV.

¶ *Monachi per simoniam recepti, si sunt simoniaci, ad arctiora monasteria transferuntur. aliàs postè renunciationem in eisdem vel in aliis monasteriis ejusdem ordinis poterunt collocari.*

Clemens III.

DE e regularibus Canonicis seu Monachis nos consulere voluisti, qui per simoniam ingressum ipsis scientibus habuerunt. Unde cùm super hoc auctoritates multæ reperiantur expressæ, non aliud, quàm statutum est, respondemus: ut locum, quem taliter adepti sunt, omnino dimittant, & solitudines seu alia monasteria districtiora adeant, in quibus tam execrabilem excessum sine intermissione deplorent. Si autem ignorantibus ipsis pecunia data fuerit, cogas eos ad renunciandum loco eidem, & postmodùm in ipsum reducere f. si ibi absque scandalo potuerint remanere, vel in alio, qui sit de ordine ipso, ad serviendum Deo poteris collocare.

a C. 3. eod. tit. in 2. comp. b Cap. 11. eod. tit. in 1. compilat. c Matth. 16. Luc. 9. d C. 4. eod. tit. in 2. comp. vide Thom. 2. 2. q. 100. art. 2. e C. 7. eod. tit. in 2. comp. vide Turrecrematam in cap. statuimus decretum. 1. q. 1. & alios quos citavi in cap. veniens. sup. eod. f redire, in plerisq; vulgatis.

CAP. XXVI.

¶ *Si quis Canonicatus renuncians, ad quem per simoniam ignoranter assumptus fuerat, postèà de novo assumatur ad illum: non potest ex prima receptione sibi aliquid vendicare.*

Idem.

EX insinuatione a tua nobis innotuit, quòd pater tuus interveniente pecuniâ, olim tibi Præbendæ beneficium acquisivit. Cumque ad annos discretionis perveniens, accepisses Dominicæ Crucis signum: dictam Præbendam in manu Præpositi & fratrum liberè resignâsti. Sed iidem tibi compatientes, de novo te in suum Canonicum elegerunt, ita videlicet, quòd per electionem istam postremum locum in choro, & in aliis obtineres: [1 & 1.] ¶ Respond. ut indulgentia, quam fratres tui misericorditer tibi fecisse noscuntur, contentus existens, ratione primæ receptionis, nihil audeas in ipsa Ecclesia vendicare.

[1 *Cæterùm quia à vobis humiliter requisisti, utrum juxta priorem receptionem tuum locum recuperare debeas vel valeas, tibi.*]

CAP. XXVII.

¶ *Electio simoniaca est cassanda, si propter hoc electoribus promissa fuit pecunia, quamvis electus ignoret: nisi hoc falsum fuerit in fraudem electi. b. d. primò. Cum electo reprobato per vitium simoniæ, non dispensat Episcopus. b. d. secundo. Abbat.*

Cœlestinus III.

NObis fuit ex parte b tua intimatum, quòd cùm quatuor essent à capitulo constituti, qui debebant quendam eligere in Plebanum: amici ejus, de cujus electione spes habebatur, uni vel omnibus eligentium promiserunt se pecuniam soluturos, eo tamen ignorante, qui hujusmodi promissione interveniente postmodùm est electus: [& infrà.] ¶ Quia igitur super hoc consulere nos voluisti: consultationi tuæ breviter c respondemus, quòd nisi constaret illos, qui promissum tale fecerunt, per fraudem in dispendium illius, qui eligendus erat, id malitiosè fecisse: quamvis ipse promissionis conscius non fuerit, ejus tamen electio, tanquam simoniacâ pravitate præsumpta, est penitùs reprobanda: [& infrà.]

¶ Ad ultimum, quod in fine consultationis tuæ invenimus, hoc duximus respondendum, quòd aliquis in Ecclesiæ d cujuslibet Prælatum electus, & ut dictum est, per pravitatem simoniacam reprobatus, ab Episcopo sibi dispensationem aliquam obtinere de jure non poterit.

CAP. XXVIII.

¶ *Qui dat Prælato pecuniam, ne ipsum in jure sic de facto molestet, illam repetit, si Prælatus promissa non servat. b. d. mutuando literas.*

Idem *Lincolnien.* e *Episcopo, & Priori de Pontefracto.*

IDilectus f filius R. Præpositus nobis exposuit, quòd cùm Eboracen. Archidiaconus eum multis gravaminibus afficere non cessaret, promisit ei certam quantitatem pecuniæ se daturum, ut ab ipsius desisteret læsione: verùm dictus Archidiaconus post receptionem pecuniæ super dignitatibus & beneficiis ejus, ab ejus molestia non quievit. Ideoque discr. v. mandamus, quatenus si res ita se habet, Archid. restituere quod accepit (si eum contra promissionem suam veniisse constiterit) compellatis.

CAP. XXIX.

¶ *Pro benedictionibus nubentium, & exequiis mortuorum nihil exigi debet.*

a C. 2. de renunciat. in 2 comp. vide B. Thom. 2. 2. q. 100. art. 6. ad argum. 3. & Turrecrematam in c. statuimus decretum. 1. q. 1. b Cap. 9. eod. tit. in 2. comp. c taliter. d al. in Ecclesia qualibet Prælatus electus, &c. e Lincolnen. f Cap. 12. eod. tit. in 2. compil. vid. B. Thom. 2. 2. q. 100. art. 2. ad 5. arg.

Inno-

Innocentius III. *Abbati de Ingo Dei, & Priori de Silka.*

SUam *a* nobis parochiani de Villa Franca querimoniam destinárunt, quòd Capellanus eorum pro exequiis mortuorum, & benedictionibus nubentium minùs licitè pecuniam ab eis exigit, & extorquet: [1 *& infrà.*] ¶ Discr. v. mandamus, quatenus dictum Capellanum ut à tanta præsumptione desistat, & etiam pro excessu satisfaciat competenter, moneatis: sibi (si obedire noluerit) pœnam canonicam infligentes.

[1 *Quòd si fortè cupiditati ejus non fuerit satisfactum, ne possint mortuorum corpora sepeliri, vel benedictio nubentium celebrari, fictitia ejus impedimenta fraudulenter opponit, quia igitur exactiones hujusmodi sacrorum canonum obviant institutis.*]

CAP. XXX.

¶ *Si per accusationem constat Monachum simoniacè fuisse receptum, receptus & recipiens deponuntur. Si verò per inquisitionem, receptus in ordinem monasterium detrudatur: recipientes verò & majoribus pœna condigna imponatur: & interim ab executione ordinum sacrorum suspendantur.*

Idem *Cantuariens. Archiepiscopo.*

II. DIlectus filius *b* A. nuncius tuus pro parte tua proposuit, quòd cùm Cantuarien. diœcesim visitans, in monasteriis & religiosis locis pullulâsse repereris simoniacam pravitatem, ita quòd in eis multi pretio sunt recepti, qui potiùs gratis recipi debuissent, imò etiam ad religionis observantiam invitari. Dubitas igitur, an quia multitudo reperitur in causa, severitati sit aliquid detrahendum? Nos inquisitioni tuæ taliter respondemus, quòd si adversùs eos, qui labe fuerint hujusmodi maculati, accusatio coram te fuerit canonicè instituta, postquam *c* crimen ordine fuerit judiciario comprobatum *d*, tam in dantes, quàm in recipientes canoni cæ severitatis exerceas ultionem. Quòd si de hoc tibi per solam inquisitionem constiterit, eos qui per simoniacam pravitatem in locis talibus sunt recepti, ab illis amotos, ad agendam pœnitentiam ad monasteria dirigas arctiora. Abbatibus autem & Abbatissis, Prioribus, Prælatis quibuslibet, & Officialibus eorundem injungas pœnitentiam competentem, & donec illam peregerint, eos à sacrorum ordinum executione suspendas: Injungens Episcopis tuis, ut hanc formam per suas diœceses studeant observare. Illud tamen gratanter recipi poterit, quod fuerit sine taxatione gratis oblatum.

CAP. XXXI.

¶ *Abbas contra testes, qui deposuerunt contra eum de Simonia in judicio inquisitionis, excipere potest, quòd sunt inimici & conspiratores: alias verò exceptiones criminum opponere non potest.*

Idem *Priori sancti Victoris, Magistris I. Bonon. & L. Medicon. Canonicis.*

LIcèt *e* Heli summus Sacerdos in se bonus existeret, quia tamen filiorum excessus efficaciter non corripuit, & in se pariter, & in ipsis animadversionis divinæ vindictam excepit, dum filiis ejus in bello peremptis, ipse de sella corruens, fractis cervicibus expiravit *f*. Ad corrigendos igitur subditorum excessus tantò diligentiùs debet Prælatus assurgere, quantò damnabilius eorum offensas detereret incorrectas. Contra quos (ut de notoriis excessibus taceatur) ersi tribus modis procedi possit, per accusationem videlicet, denunciationem, & inquisitionem ipsorum: ut tamen in omnibus diligens adhibeatur cautela, sicut accusationem legitimam præcedere debet inscriptio, sic & denunciationem charitativa correctio, & inquisitionem clamosa debet insinuatio prævenire *a*. [*Descendam* (inquit Dominus) *& videbo, utrùm clamorem, qui venit ad me, opere compleverint.*] Tunc enim clamor pervenit ad Prælatum, cùm per publicam famam, aut insinuationem frequentem subditorum sibi referuntur excessus: & tunc debet descendere & videre, id est, mittere & inquirere, utrùm *b* clamorem, qui venit, veritas comitetur. Nam juxta canonicas sanctiones, si quid de quocunque Clerico ad aures Prælati pervenerit, quod eum justè possit offendere, non facilè credere, nec ad vindictam eum res accendere debet incognita, sed coram Ecclesiæ senioribus diligenter est veritas perscrutanda: ut si rei poposcerit qualitas, canonica districtio culpam feriat delinquentis, non tanquam sit idem accusator & judex, sed quasi famâ deferente, vel denunciante clamore, sui officii debitum exequatur: eo semper adhibito moderamine, ut juxta judicii formam, sententiæ quoque forma dictetur. Cùm igitur de Abbate Pomposiano ea nobis frequenter insinuata fuissent, quæ ab honestate regulari nimiùm dissonabant, Monachis ad præsentiam nostram accedentibus, quidam ex ipsis nobis ipsum de Simonia, perjurio, dilapidatione, ac insufficientia detulerunt. Contra quos cùm idem Abbas exciperet, quòd denunciationem hujusmodi fraterna *c* correctio secundùm regulam Evangelicam non præcesserat, & iidem constanter assererent, quòd correctionem hujusmodi præmisissent: Licèt ad probandum hoc duorum Monachorum juramenta fuissent exhibita, quia tamen super hoc ipsi nondum contendere desistebant: nos, ut prædiximus, frequentibus clamoribus excitati, ex officio nostro voluimus inquirere de præmissis, omnes Monachos, qui vel cum ipso, vel contra ipsum accesserant, juramenti vinculo adstringentes, ut de propositis plenam, quam scirent, exponerent veritatem: quorum depositiones cùm in scripturis redactæ publicatæ fuissent, super illis cœperunt multipliciter disputare: quia verò tum ex assertione Monachorum, tum ex ipsius Abbatis confessione cognovimus, quòd idem non modicam summam pecuniæ relictam à prædecessore suo expenderat, & in alia summa majori monasterium obligârat: nos eum quasi de dilapidatione suspectum *d*, ab administratione Abbatiæ duximus suspendendum: & quia Simonia multis modis contra ipsum Abbatem videbatur esse probata, ipse contra testes multas exceptiones opposuit, super quibus fuit multipliciter disputatum, aliis asserentibus in crimine Simoniæ, sicut in crimine læsæ majestatis omnes indifferenter, tam infames, quàm criminosos, non solùm ad accusandum, sed etiam ad testificandum admittendos: cùm ad instar publici criminis & læsæ majestatis procedat accusatio Simoniæ: aliis econtrariò respondentibus, quòd licèt hæc duo crimina quantùm ad accusatio em, quasi paria judicentur, differunt tamen in multis: cùm alia pœna pro uno, & alia pro altero inferatur: & inter personas accusatorum & testium sit utique distinguendum: cùm non per accusatores, sed per testes crimina comprobentur. Ne verò vel innocentiæ puritas confusa succumberet, vel Simoniæ pravitas effugeret impunita: nos æquitate pensatâ illas duntaxat

a *Cap. 1. eod. tit. in 3. comp. vid. citatos sup. eod. in cap. cùm in Ecclesia, & in cap. veniens.* b *Cap. 2. eod. tit. in 3. comp. vid. Hostens. in summa tit. de Simonia. & quâ pœnâ feriatur: & de variis pœnis Simoniacorum. add Bernard. Diaz. in pract. crim. caus. cap. 15.* c *Crimen eorum, &c.* d *pateefactum.* e *Cap. 3. eod. tit. in 3. comp.* f *1. Reg. c. 4.*

a *Genes. c. 18. Ioan 1.* b *In antiq. Codic. & in ipso registro Innoc. Utrum clamorem veritas comitetur. nam illa duo verba qui vent, non habentur.* c *Vide B. Thom. 2. 2. q. 33. art. 7. Adde Navar. in Manuali confessar. c. 24. tit. de corr. frater.* d *Quasi dilapidatio dicitur consumptio rerum mobilium, dilapidatio verò propriè consistit circa immobilia.*

exceptiones oppositas probandas admisimus, quæ probatæ non de zelo justitiæ, sed de malignitatis fomite a procedere viderentur.

CAP. XXXII.

¶ Hoc Capitulum est glossa præcedentis capituli: nam tendit ad declarationem illius, an & quando testes criminosi admittantur in materiâ Simoniæ: & in effectu idem dicit, quod præcedens.

Idem.

I. PEr *b* tuas literas nobis intimâsti, te dubitare super quadam Epistola decretali, quam nos asseris edidisse de testibus admittendis contra simoniacam pravitatem. Noveris igitur, quòd nos illam Epistolam, quæ sic incipit, *Quamvis ad abolendam*, nequaquam *c* edidimus, sed aliam, quæ sic incipit, *Lacrymabilis*, nos edidisse fatemur: ad cujus intelligentiam credimus distinguendum, utrùm is, contra quem agitur de simoniaca pravitate, denuncietur simpliciter *d*, aut *e* criminaliter accusetur: & utrùm agatur secundùm juris rigorem, aut secundùm temperantiam æquitatis. Item utrùm ipse sit regularis, qui jam renunciaverit mundo, an secularis, qui adhuc in mundo existit, & an inferioris gradûs, an excellentioris sit dignitatis. Ad hæc, utrùm antè fuisset claræ opinionis, & bonæ famæ: an graviter infamatus, & valde suspectus: & utrùm de facili possit puniri, an sine scandalo nequeat condemnari. Præterea utrùm testes sint honesti, an criminosi: & an sint emendati de crimine, an adhuc in crimine perseverent. Rursùs si crimina sint eadem vel minora, an paria vel majora: utrùmve testes ex zelo justitiæ, an ex malignitatis fomite deposuisse credantur. Denique utrùm ad pravitatem simoniacam deregendam sola dicta testium inducantur, an alia etiam adminicula suffragentur. Hæc omnia sunt ad intelligentiam illius Epistolæ distinguenda. Ille quidem Pomposianus Abbas, qui jam pridem renunciavit mundo, erat de Simonia, perjurio, dilapidatione ac insufficientia graviter infamatus. Cumque per Monachos, qui juraverant perhibere testimonium veritati, Simonia multis modis videretur esse probata: ipse contra testes multas exceptiones opposuit, conspirationes videlicet, inimicitias capitales, furtum & adulterium, ut eos à testimonio removeret. Nos verò (ne innocentiæ puritas confusa succumberet, vel Simoniæ pravitas effugeret impunita) illas duntaxat exceptiones probandas admisimus, quibus forte probatis testes non zelo justitiæ, sed malignitatis fomite processisse constaret, ut conspirationes, & inimicitias capitales: cæteras autem exceptiones, ut furti, & adulterii, propter immanitatem hæresis simoniacæ (ad cujus comparationem cætera crimina quasi pro nihilo *f* reputantur) duximus repellendas: quoniam etsi probatæ fidem testium debilitarent in aliquo, non tamen evacuarent ex toto, aliis adminiculis suffragantibus: præsertim cùm testes de crimine fuerint emendati. Tales igitur contra talem taliter duximus admittendos, non secundùm rigorem juris, sed secundùm temperantiam æquitatis, cum ageretur non criminaliter, ut deponeretur ab ordine: sed civiliter, ut ab administratione amoveretur, tanquam immeritus & damnosus. Et utique tales Prælati ex levioribus causis possunt ab administrationibus amoveri, sicut quorundam religiosorum approbata consuetudo deposcit. Unde prædictus Abbas non expectatâ sententiâ, quasi malè conscius sibi, cessit.

a *Fonte.* b *Cap. 1. eod. tit. in 3. compilat.* c *id est, verissimum, nam illa Decretalis, quamvis ad abolendam Clementis 3. est quam Raymundus non posuit in hac compilatione.* d *In antiq. compilat. civiliter, legi, sed exemplaria Gregoriana habent simpliciter, quod agnoscunt gl. & Hostiens.* e *an criminaliter attentetur.* f *De gravitate Simoniæ in comparatione ad hæresim, & alia crimina, vide Turrecremat. in cap. 60. 3. qu. 1. & D. Thom. 2. 2. q. 100. art. 1. ad 1. argumentum.*

CAP. XXXIII.

¶ Non imputatur electo confirmato, si eo prohibente pro ipsius confirmatione pecunia data fuit.

Idem *Abbati Semblacen.* a

SIcut *b* tuis literis intimâsti, cùm in Semblacen. Ecclesia fueris Monachus, fuisti tandem promotus ad regimen Ecclesiæ Floren. *c* verùm Abbate Semblacen. post sublato de medio: ipsa quæ te pium filium habuerat, in patrem per electionem canonicam te vocavit: & quia pastore carebat Leodien. Ecclesia cathedralis, ad Colonien. Ecclesiam (quæ tua est metropolis) proficiscens, ipsius auctoritate in Semblacen. Ecclesia interim ministrâsti. Caterùm postquam in Leodien. Ecclesia fuit Episcopus institutus, is à te requisitus electionem de te factam noluit confirmare. Verùm cùm hæc fieri pro extorquenda pecunia comperisses: sub interminatione anathematis vetuisti, ne pro facto hujusmodi aliqua pecunia offerretur. Sed quidam de fratribus te inconsulto & ignorante contra excommunicationis à te factæ sententiam venientes, promiserunt pecuniam, & etiam exolverunt: & sic ab Episcopo invitatus, institutionem ab eo accepisti liberè quemadmodum postulabas: [1 & infra.] ¶ Quamvis autem secundùm sacrorum canonum institutta, etiam parvuli, qui cupiditate parentum Ecclesias per pecuniam sunt adepti, eas dimittere teneantur: quia tamen longè diversum est non præbere consensum, & expresè aliquid prohibere: taliter duximus respondendum, quoniam ex eo, quòd contra prohibitionem & voluntatem tuam (à qua postmodum minimè recessisti) aliquis te penitùs ignorante promisit pecuniam, & exolvit, præsertim cùm is nullâ sit tibi consanguinitate conjunctus, nihil debet tibi ad pœnam vel culpam (sicut credimus) imputari, nisi postea consenseris, pecuniam solvendo promissam, aut reddendo solutam: alioquin contingeret, quòd alicujus factum insidias inimico parantis ei damnosum existeret, cui penitùs displiceret: & sic aliquis de fraude sua commodum reportaret. Illos autem *d* qui dederunt pecuniam, vel etiam receperunt: in tantum constat esse culpabiles, quòd si excessus eorum esset Ecclesiæ manifestus, (quæ non judicat de occultis) pœnâ essent canonicâ feriendi.

[1 *Super his ergo non duxit tua discretio consulendos, si propter promissionem incognitam & prohibitam, quamadmodum est prædictum, tibi peccati macula infligatur, vel ille promissum tibi cognita, tunc fratribus qui eam fecerunt, debeas panitere, cùm inhæreve noluerit simoniaca pravitati, paratus pro grege Dominico laborem, vel quamvis conscientia tua te non accuset, à suscepto regimine sic decrevimus abstinere.*]

CAP. XXXIV.

¶ Si Clericus cum pacto confert Ecclesiæ bona sua, ut in ipsarum recipiatur in Canonicum, & illa sibi retineat pro Prabenda, Simonia committitur: secus, si hoc fit sine pacto.

Idem *Decano Belvacen.*

TUa *e* nos duxit discretio consulendos: [1 & infra.] ¶ Devotioni tuæ taliter respondemus, quòd si quis Clericus cum conditione vel pacto largiatur, aut offerat bona sua, ut illa postmodum pro præbenda retineat, & in Canonicum admittatur: hujusmodi oblatio vel receptio fieri non poterit sine vitio Simoniæ:

a *Damblacen. al. Tamblacen. al. Gratiablacen.* b *Cap. 5. eod. tit. in 3. compil. Vid. Henricum Bosh. & extravagantem Pauli 2. cùm detestabile. & Cassador. decisione 1. tituli de Simonia.* c *Florinens.* d *Hodie qualitercunque simoniacorum pœna, vide extravagantem, cùm detestabile.* e *Cap. 6. eod. tit. in 1. compil.*

cùm

cum in talibus omnis pactio aut conventio cessare debeat, juxta canonicas sanctiones. Si verò purè ac sine pacto vel conditione qualibet offerat, rogans humiliter *a*, ut in Canonicum admittatur, & bona sua retinere sibi liceat pro Præbenda, & Clerici ejusdem Ecclesiæ purè consentiant: hujusmodi receptio fieri poterit absque scrupulo simoniacæ pravitatis. Licèt autem taliter duximus respondendum, quia nobis datum est de manifestis tantummodò judicare: si tamen is, qui talem donationem facit, eâ intentione ducatur, ut per temporalia bona quæ offert, spiritualia valeat adipisci: & Clerici, qui eum in fratrem admittunt, non essent eum, nisi commoda temporalia perciperent, admissuri: sine dubio tam ille, quàm isti apud districtum judicem (qui scrutator est cordium, & cognitor secretorum) culpabiles judicentur.

[1 *Si quis Clericus alicui Ecclesiæ de bonis suis quiddam obtulerit, petens, ut in vita sua sibi liceret eadem bona in ipsa Ecclesia pro Præbenda tenere, an bona recipi debeant sic oblata, & idem Clericus assumi debeat, vel valeat in Canonicum ejusdem Ecclesiæ absque vitio Simoniæ. Nos igitur.*]

CAP. XXXV.

¶ *Non debet quis ordinem recipere ab eo, quem credit simoniacum: sed ministrare potest in illis, quos prius ab isto recepit.*

Idem *Priori Cantuarien.* b

II. PEr tuas *c* literas intimâsti, quòd cùm B. in quadam domo Cartusien. ordinis suscepisset habitum monachalem, à diœcesi Episcopo fuit in Subdiaconum ordinatus: sed postmodum didicit ex relatione quorundam, quòd Episcopus multoties commiserat vitium Simoniæ: propter quod idem Monachus in suscepto formidat ordine ministrare, nolens ab eodem Episcopo ad superiores ordines promoveri: [1 &] ¶ Nos igitur *d* respondemus, ut idem in ordine sic suscepto securè ministret: sed contra conscientiam ad superiores ordines non ascendat, ne fortè adificet ad gehennam: licèt exco, quòd conscientiam nimis habuerit scrupulosam, in difficultatem hujusmodi sit collapsus, quam utique non evadet, nisi deponat errorem.

[1 *Unde cùm eidem hæresim exire non liceat, nec præfatus Episcopus ipsum vel quemlibet alium suæ diœcesis ab alio Episcopo permittit ordinari, postulâsti per sedem Apostolicam edoceri, quid de præfato Monacho in ordine jam suscepto & suscipiendo superioribus sit agendum.*]

CAP. XXXVI.

¶ *Pro Chrismate vel investitura Ecclesiarum nihil exigi debet: nec excusat consuetudo, vel nominis variatio.*

Idem *Cantuarien. Archiepiscopo.*

IN tantum *e* peccatis exigentibus corda quorundam simoniaca pravitas depravavit: [&] ¶ Sanè pervenit ad audientiam nostram, quòd cùm olim quidam Suffraganei tui pro chrismate certam consuevérint accipere pecuniæ quantitatem, non metuentes pœnam canonicam, & correctionem tuam eludere cupientes, tempus faciendæ solutionis anticipant, recipientes in media Quadragesima, quod recipere consuevêre post Pascha: & ut causam recipiendi dissimulent, nomen denariorum variant, denarios, quos prius chrismales, secundò Paschales dicebant, consuetudinem *f* mediæ Quadragesimæ nuncupantes: [&] ¶ Cùm verò expressius exprimat venditionis speciem, qui prius recipit pretium, quàm rem conferat pretiosam, & gratis sit gratia conferenda: mandamus, quatenus taliter excessus corrigas supradictos, Suffraganeos tuos, & Officiales eorum à tam illicita exactione compescens, quòd aliorum culpa tibi ob tuam negligentiam non imputetur ad pœnam. Pravam etiam illam consuetudinem de tua provincia studeas abolere, per quam pro Ecclesiarum investitura Archidiacono marcham argenti, minores verò Decani vaccam albam sibi dari postulant, vel certam solvi pecuniæ quantitatem.

CAP. XXXVII.

¶ *Ordinatus in Subdiaconum, qui prius præsentatori suo promisit, quòd nil ab eo peteret, an suscepto ministrare, vel ad superiores ordines ascendere sine dispensatione non potest, etsi amsi peccare non crediderit.*

Idem.

III. PEr tuas *a* nobis literas intimâsti, quòd cùm D. lator præsentium vellet in Subdiaconum ordinari, & certum titulum non haberet, quendam Presbyterum exoravit, ut ipsum ad Ecclesiæ suæ titulum præsentaret: quod cùm ille facere recusaret, ipse illi firmiter repromisit, quòd nunquam, si præsentaret eundem, in Ecclesia sua aliquam peteret portionem, & sic ad præsentationem ejus *b* extitit ordinatus, nec se in hoc illicitum egisse aliquid intellexit: [1 *& infra.*] ¶ Nos inquisit. t. t. r. quòd nisi cum eo fuerit misericorditer dispensatum, nec ad superiores *c* ascendere, nec in suscepto debet ordine ministrare.

[1 *Unde cùm postmodum vellet eo Diaconum promoveri, Episcopo commonente, ne quis inter venerunt promissione aliqua ordinatus accederet, idem recordatus promissionis istius, à susceptione ordinis Diaconatûs cessavit, hoc tibi humiliter confitens & per te postulans Clerici, utrum ex compromissione hujusmodi reus esset, & an liceret eidem in suscepto Diaconatûs ordine ministrare, & ad altiores ascendere ordines.*]

CAP. XXXVIII.

¶ *Simonia est dare pecuniam pro vicariatu, vel pro alia administratione rerum spiritualium seu Ecclesiasticarum habendas & dantes, & recipientes ab illa Ecclesia sunt ejiciendi. i. d. hoc e. per alia verba, licèt sit breve.*

Idem.

COnsulere *d* [&] ¶ Quicunque vicedominatum, vel aliam Ecclesiasticarum rerum administrationem per pecuniam obtinere voluerint, tam ementes, quàm vendentes cum Simone *e* percelluntur, & ab illa Ecclesia, in cujus contumeliam dare pecuniam & accipere voluerunt, justè excluduntur.

CAP. XXXIX.

¶ *Simoniacum est aliquid exigere pro consecrationibus Episcoporum & benedictionibus Abbatum, & ordinationibus Clericorum: nec excusat consuetudo.*

Idem *f in Concilio generali.*

SIcut pro certo *g* didicimus, in plerisque locis à plerisque personis, quasi columbas in templo vendentibus, fiunt exactiones & extorsiones turpes, & pravæ pro consecrationibus Episcoporum, benedictionibus Abbatum, & ordinibus Clericorum: estque taxatum quantum sit isti vel illi, quantúmve alteri, vel alii *h* persolvendum: & ad cumulum damnationis majoris quidam cupiditatem, & pravitatem hujusmodi nituntur defendere per consuetudinem longo tempore observatam. Tantum igitur abolere volentes abusum, consuetudinem hujusmodi (quæ magis dicenda est corruptela) penitùs reprobamus, firmiter statuentes, ut pro his sive conferendis, sive collatis, nemo aliquid quocunque pratextu exigere, aut extorquere præsumat: alioquin

a *Humiles ergò preces à digno emissæ pro consequendo beneficio, non inducunt Simoniacum.* b *Carnotien. al Cartusien. al. Carthusien.* c *Cap. 9. eod. tit. in 3. comp.* d *al. nos i. ag. respondemus.* e *Cap. 1. tit. de excess. Prael. in 3 comp.* f *sed nominum variatio non excusat, ut ait Lactantius l. 1. c. 1.*

a *Cap. 2. eod. tit. in 4. comp.* b *ipsius.* c *al. superiores ordines.* d *Cap. 2. eod. tit. in 4. comp.* e *cum Simone Mago percelluntur.* f *Idem scil. Innoc. 3. in Concil. gener. Lat. c. 63.* g *Cap. 3. eod. tit. in 3. comp.* h *al. uta: illi vel alii.*

& qui receperit, & qui dederit hujusmodi pretium omnino damnatum, cum Giezi & Simone condemnetur.

CAP. XL.

¶ *Religiosi pretio recepti, unà cùm recipientibus de monasterio expelluntur, & in arctioribus monasteriis ad agendam panitentiam detrudantur. Sed recepti ante istud Concilium, ponebantur sic recepti in aliis locis ejusdem Ordinis, nisi multitudo sit in causa: ita tamen, quòd renuntient primæ receptioni, & de novo recipiantur.*

Idem *in eodem* a.

Quoniam *b* simoniaca labes adeò pleraſque Moniales infecit, ut vix aliquas ſine pretio recipiant in ſorores, paupertatis prætextu volentes hujuſmodi vitium palliare: ne id de cætero fiat, penitùs prohibemus: ſtatuentes, ut quæcunque de cætero talem commiſerint *c* pravitatem, tam recipiens, quàm recepta, ſive ſit ſubdita, ſive prælata, ſine ſpe reſtitutionis de ſuo monaſterio expellatur *d*, in locum arctioris regulæ ad agendam perpetuam pœnitentiam retrudenda. De his autem, quæ ante hoc ſynodale ſtatutum taliter ſunt receptæ, ita duximus providendum, ut remotæ de monaſteriis, quæ perperàm ſunt ingreſſæ, in aliis locis ejuſdem Ordinis collocentur. Quòd ſi fortè propter nimiam multitudinem alibi nequiverint commodè collocari, ne damnabiliter in ſeculo evagentur, recipiantur in eiſdem monaſteriis diſpenſativè de novo, mutatis prioribus locis, & inferioribus aſſignatis. Hoc etiam circa Monachos, vel alios regulares decernimus obſervandum. Verùm ne per ſimplicitatem vel ignorantiam ſe valeant excuſare, præcipimus, ut diœceſani Epiſcopi ſingulis annis hoc faciant perſuas diœceſes publicari.

CAP. XLI.

¶ *Epiſcopi nihil exigere debent, ut permittant in Eccleſiis ſibi ſubjectis Clericos inſtitui, Monachos profiteri, vel mortuos ſepeliri: aliàs quin exacta reſtituantur duplicata.*

Idem *in eodem* e.

Audivimus *f* de quibuſdam Epiſcopis, quòd decedentibus Eccleſiarum rectoribus, ipſas interdicto ſubjiciunt, nec patiuntur aliòs in eiſdem inſtitui, donec ipſis certa ſumma pecuniæ perſolvatur. Præterea cùm miles aut Clericus domum religionis ingreditur, vel apud Religioſos eligit ſepulturam, etiamſi nihil loco religioſo reliquerit, difficultates ingerunt & malitias, donec aliquid muneris manus contingat eorum. Cùm igitur non ſolùm à malo, ſed ab omni ſpecie mali ſit ſecundùm Apoſtolum abſtinendum, exactiones hujuſmodi penitùs inhibemus.

Quòd ſi quis tranſgreſſor extiterit, exacta duplicata reſtituat, in utilitatem locorum, in quorum fuerint ſoluta diſpendium, fideliter convertenda.

CAP. XLII.

¶ *Sacramenta ſunt liberè conferenda: cogit tamen Ordinarius Laicos obſervare laudabiles conſuetudines.*

Idem *in eodem* g.

Ad Apoſtolicam audientiam *h* frequenti relatione pervenit, quòd quidam Clerici pro exequiis mortuorum, & benedictionibus nubentium & ſimilibus, pecuniam exigunt & extorquent: & ſi fortè eorum cupiditati non fuerit ſatisfactum, impedimenta fictitia fraudulenter opponunt. Econtrà verò quidam Laici laudabilem conſuetudinem erga ſanctam Eccleſiam, piâ devotione fidelium introductam, ex fermento hæreticæ pravitatis nituntur infringere, ſub prætextu canonicæ pietatis. Quapropter ſuper his pravas exactiones fieri prohibemus, & pias conſuetudines præcipimus obſervari: ſtatuentes, ut liberè conferantur Eccleſiaſtica ſacramenta, ſed per Epiſcopum loci veritate cognitâ compeſcantur, qui malitiosè nituntur laudabilem conſuetudinem immutare.

CAP. XLIII.

¶ *Prohibet Abbates Ciſtercienſes ſolemniter inſtallari: & ponit formam obedientiæ, quam præſtant ſuis Epiſcopis.*

Honorius III. *venerabilibus Abbatibus & fratribus Ciſtercien. ordinis.*

Ne *a* Dei Eccleſiam: [1 & 3.] ¶ Inſtallationis *b* ſolennitates in electis Abbatibus Ordinis veſtri fieri prohibentes: Adjicimus, ut Archiepiſcopi, & Epiſcopi eâ ſint formâ profeſſionis contenti, quæ ab origine veſtri Ordinis noſcitur inſtituta, quæ talis eſt: Ego frater Abbas Ciſtercienſ. Ordinis ſubjectionem & reverentiam & obedientiam à ſanctis Patribus conſtitutam, ſecundùm regulam ſancti Benedicti, tibi Domine Epiſcope, tuisque ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendis, & ſanctæ ſedi Apoſtolicæ, ſalvo Ordine meo, perpetuo me exhibiturum promitto.

[1 *Quam lavet proprio ſanguine Jeſus Chriſtus, macula ſuditatis coinquinet, ruga deformet cupiditatis, quæ omnium radix eſt malorum: & ne deformitas quaſi ruga ſub prætextu conſuetudinis contracta eliminanda ſunt penitus ab eadem, ut diſpenſatis myſteriorum Dei, & ipſa myſteria gratis accepta, Giezitica pravitate prorsus abolitâ, charitate conferantur, quæ emere vel vendere quam deteſtabile: quamve periculoſum exiſtat, liquidò poteſt perpendi ex eo, quod Dominum vendentes & ementes oves & bovesque de templo, & cathedras vendentium & ementium columbas everit. In ejuſdem denique vendentium & ementium, ſacrarii inquinatione utroſq; exprimitur deteſtatio, & in cathedram eorſum monſtratur, cui pœna ſubjaceant hi qui præſunt, vendentes Dei dona & Eccleſiaſtica ſacramenta: ut hujuſmodi egritur facinus quo coinquinat Prælatus, & ſubditos non poſſit inficere, quoquo modo auctoritate Apoſtolicâ diſtrictius inhibemus, ne quis Archiepiſcopus, Epiſcopus, Archidiaconus vel Officialis ipſorum à quoquam in Abbatem electo pro benedictione, ſeu inſtallatione vel receptione à profeſſione ab eo ſub conſuetudinis prætextu cujuſdam pacifidum, ſeu aliud quicquam quocunque nomine cenſeatur exigere vel extorquere præſumat. Vobis etiam ſub prætextu hujuſmodi exacta, taliter interdicimus, ne præſatis, cùm non ſolum à malo, ſed ab omni ſpecie mali ſit abſtinendum.]

CAP. XLIV.

¶ *Recepto in Canonicum debetur Prabenda & redditus, conſuetudine non obſtante, quòd non ſervaverit pravam conſuetudinem de aliquo temporali dando ipſis Canonicis.*

Gregorius IX. *Priori ſancti Thomæ Eſculanen.*

Iacobus Canonicus Eſculanus *c* expoſuit, quòd cùm ipſe in Eccleſia Aprutin. ſit receptus in Canonicum & in fratrem, Canonici ejuſdem Eccleſiæ partem proventuum, ac Præbendam ſibi aſſignare recuſant, quandam conſuetudinem prætendentes, quòd prandium habere debeant à Canonico recepto de novo. Quocirca mandamus, quatenus ſi eſt ita, dictos Canonicos, ut (tali conſuetudine non obſtante) ſibi, ſicut uni ex aliis, in proventibus & Præbenda provideant, appell. remotâ compellas.

a *Idem Innocent. 3. in Conc. Later. cap. 64.* b *Cap. 4. eod. tit. in 4. comp.* c *commiſerit.* d *repellatur.* e *Idem Innocent. 3. in Concil. Lateran. c. 65.* f *Cap. 3. eod. tit. in 4. compil. Vid. citatos in cap. cum in Eccleſia. cap. veniens, & cap. dilectus. ſuprà eod. tit.* g *Concil. Lateran. c. 66.* h *Cap. 6. eod. tit. in 4. comp.*

a *Qualiter hoc caput ſpectet ad titulum, colligas ex caſu, & clarius hic, ex Panormitano & aliis.* b *Inſtallatio ſit, quando electus & confirmatus introducitur in ſtallum, id eſt, in ſedem ſeu locum conſtitutum in choro & Abbati deputatum ad ſedendum.* c *Vid. Doctores in cap. 1. ſuprà eod. tit. Et. B. Tamo, 2. 2. q. 100. artic. 3.*

CAP.

CAP. XLV.

¶ *Qui ordinavit aliquem sub promissione de non petendo ab ipso provisionem: Ordinator per triennium à collatione, Præsentator verò ab executione ordinum, etiam per triennium suspensi sunt: ordinatus verò ab ordine perpetuò sit suspensus: & solum per sedem Apostolicam cum eis dispensatur.*

Idem.

SI quis ordinaverit *a*, seu ad ordinem præsentaverit aliquem, promissionem vel juramentum ab illo recipiens, quòd super provisione sua non inquietet *b* eundem, Ordinator à collatione, Præsentator verò ab executione ordinum per triennium, & ordinatus ab ordine sic susceptо, donec dispensationem super hoc per sedem Apostolicam obtinere meruerint, noverint se suspensos.

CAP. XLVI.

¶ *Habet duo dicta: secundùm ubi, & ad resignationes. Et propter brevitatem & varietatem scripturarum aliter non summatur.*

Idem.

MAndato *c* nostro recepto, ut cum Monachis, qui per Simoniam dato aliquo locum in monasteriis sunt adepti, secundùm constitutionem generalis Concilii dispensares: [& ℈.] ¶ Cons. r. breviter respondentes, dicimus mandatum Apostolicum etiam ad Abbates extendi, & ad resignationes spiritualium & temporalium, quæ nullo pacto, sed affectu animi præcedente, utrinque taliter acquiruntur, (in quo casu delinquentibus sufficit per solam pœnitentiam suo satisfacere creatori) eos pro Simonia hujusmodi non teneri.

NE PRÆLATI VICES SUAS, VEL Ecclesias sub annuo censu concedant.

TITULUS IV.

CAP. I.

¶ *Qui dat pecuniam, ut Episcopalem vel spiritualem jurisdictionem exerceat, officio suo privatur, & sic conferens illud amplius conferre non poterit, & canonice punietur. hoc docet, cum sequentibus.*

Alexander III. *in Concilio Lateran.* d

PRæterea quoniam quidam in quibusdam partibus sub pretio statuuntur, qui Decani vocantur, & pro certa pecuniæ quantitate Episcopalem jurisdictionem exercent: Præsenti decreto statuimus, ut qui de cætero hoc præsumpserit, officio suo priveretur, & Episcopus conferendi hoc officium potestatem amittat.

CAP. II.

¶ *Summatum est supra cap. proxime.*

Idem *in Concilio Turonen.*

I. QUoniam in quibusdam partibus Decani *e* quidam vel Archipresbyteri ad agendas vices Episcoporum seu Archidiaconorum, & terminandas causas Ecclesiasticas sub annuo pretio statuuntur, quod ad Sacerdotum gravamen, & subversionem judiciorum non est dubium redundare: id ulteriùs fieri prohibemus. Quòd si quis de cætero fecerit, removeatur à Clero. Episcopus autem, qui hoc sustinuerit, & *f* Ecclesiasticam jurisdictionem suâ patitur dissimulatione perverti, districtione canonicâ percellatur.

CAP. III.

¶ *Regimen Ecclesiæ sub annuo censu committi non debet.*

Idem.

II. QUoniam *a* enormis quædam consuetudo in quibusdam locis contra sanctorum Patrum institutiones invaluit, ut sub annuo pretio Sacerdotes ad Ecclesiarum regimen statuantur: Ne id fiat, modis omnibus prohibemus: Quia dum Sacerdotium sub hujusmodi mercede venale disponitur, ad æternæ retributionis præmium consideratio non habetur.

CAP. IV.

¶ *Fructus Ecclesiarum sub annuo censu concedi possunt.*

Idem *Exon. Episcopo.*

QUerelam *b* Magistri Guil. recepimus, quòd cùm Ecclesiam de Chephalai *c*, à G. persona ejusdem ad annuum censum tenendam per septennium suscepisset: ipse antequam eam per unius anni spatium tenuisset, auferre præsumpsit: quanquam præstitâ fide firmaverit, quòd usq; ad statutum terminum nullam ei exinde molestiam vel gravamen inferret. Ideoque mandamus, quatenus si constiterit ita esse, eum districtè compellas, ut præfatam Ecclesiam dicto Guil. restituat: & usque ad terminum constitutum (secundùm quod inter se convenerint *d*) ipsum eandem permittat pacifice possidere.

DE MAGISTRIS, ET NE ALIQUID exigatur pro licentia docendi.

TITULUS V.

CAP. I.

¶ *Ecclesia cathedralis providere debet Magistro de beneficio, qui Clericos ejusdem Ecclesiæ, & alios pauperes gratis doceat: & vendens licentiam docendi, aut interdicens idoneum ad docendum, beneficio privatur.*

Ex Concilio Lateranen.

QUoniam Ecclesia Dei, sicut pia mater providere tenetur, ne pauperibus, qui parentum opibus juvari non possunt, legendi & proficiendi opportunitas subtrahatur, per unamquamque cathedralem Ecclesiam Magistro, qui Clericos ejusdem & Scholares pauperes gratis doceat, competens aliquod beneficium præbeatur: [1 & ℈.] ¶ Pro licentia *e* verò docendi nullus pretium exigat, vel sub obtentu alicujus consuetudinis ab eis *f*, qui docent, aliquid quærat, nec docere quenquam (qui sit idoneus) petitâ licentiâ interdicat. Qui autem contra hoc venire præsumpserit, ab Ecclesiastico fiat beneficio alienus. Dignum quippe videtur ut in Ecclesia fructum *g* sui laboris non habeat, qui cupiditate animi, dum vendit docendi licentiam, Ecclesiasticum profectum nititur impedire.

[1 *Quo docentis necessitas sublevetur, & dissentibus via pateat ad doctrinam. In aliis quoque restituatur Ecclesiis, seu magisteriis, si retroactis temporibus aliquid in eis fuerat deputatum.*]

CAP. II.

¶ *Pro licentia docendi nihil exigi debet, vel promitti, & exactum restitui, & promissum remitti debet: & negligente inferiore Prælato, ad magistrum constituendum, supplebit hoc superior.*

Alexand. III. *Ventom. Episcopo* h.

PRohibeas *i*, ne in parochia tua pro licentia docendi exigatur aliquid, aut etiam promittatur. Si quid

a *Vid. Turrecrematam in cap. statuimus, & cap. ordinationes. 1. quæst. 1. & Sylvestrum citatum in cap. præc.* b *inquietaret.* c *de materia hujus cap. vid. D. Sotum lib. 9. de just. & jure. q. 1. art. 1. ad 6. argum. Martinum Navarrum in Manuali Confessar. c. 23. tit. de Simon.* d *Cap. 15. incipit, cùm in officiis. 5. præterea quoniam. & cap. 1. tit. de Prælatis, ne vices suas, &c. in 1. comp.* e *Post Concil. Lateran. sub Alexand. III. part. 2. c. 1.* f *Ecclesiastica judicia, &c.*

a *Cap. 2. & 3. eod. tit. in 2. comp.* b *Cap. 4. eod. tit. in 1. comp.* c *Cephaja.* d *convenit.* e *vid. quæ citabo in cap. sequent.* f *al. ab eis, quos docent.* g *fructus.* h *Vincom.* i *Cap. 2. eod. tit. in 1. comp.*

verò postea solutum fuerit vel promissum, remitti promissum facias, & restitui appell. cessante solutum, sciens quod scriptum est *a*: [*Gratis accepisti, gratis date.*] Sanè si quis distulerit Magistros in locis congruis instituere, tibi liceat app. postpositâ, ibi aliorum institutioni præficere viros providos, honestos & discretos.

CAP. III.

¶ Pro licentia docendi pecunia exigi non debet, etsi hoc habeat consuetudo.

Idem.

QUantò Gallicana *b* Ecclesia: [*1 & infrà.*] ¶ Dignos esse animadversione censemus, qui nomen Magistri scholarum, & dignitatē assumunt, & sine certo pretio Ecclesiasticis viris docendi alios licentiam non impendunt. Cùm autem hæc prava consuetudo à cupiditatis radice processerit, & decorem admodùm Ecclesiasticæ honestatis confundat: mandamus, quatenus (consuetudine ipsâ de vestris Ecclesiis extirpatâ) sub anathematis interminatione hoc inhibere curetis: districtè præcipientes, ut quicunque viri idonei & literati voluerint regere studia literarum, sine molestia & exactione qualibet scholas regere permittantur. Si qui verò hujusmodi prohibitionis vel præcepti extiterint transgressores, eos officiis & dignitatibus spolietis.

[*1 Majorum personarum scientiâ & honestate præfulget, eò cautius nititur cavere, quæ confundere Ecclesiasticam videantur honestatem, tantò vehementiori.*]

CAP. IV.

¶ In qualibet cathedrali Ecclesia, vel alia in facultatibus sufficiens, debet à Prælato vel Capitulo unus Magister eligi, cui reditus unius Præbendæ debent assignari: in Metropolitana verò Ecclesia etiam eligi debet Theologus: & si ad Grammaticum & Theologum non sufficit, provideat ipsi Theologo ex reditibus suæ Ecclesiæ, & Grammatico faciat provideri in aliqua Ecclesiarum suæ civitatis vel diœcesis.

Innocentius III. *in Concilio generali* c.

QUia nonnullis propter inopiam & legendi studium & opportunitas proficiendi subtrahitur, in Lateranen. Concilio piâ fuit constitutione *d* provisum, ut per unamquamque cathedralem Ecclesiam Magistro, qui ejusdem Ecclesiæ Clericos aliosque Scholares pauperes gratis instrueret, aliquod competens beneficium præbetur, quo & docentis relevaretur necessitas, & via pateret discentibus ad doctrinam. Verùm quoniam in multis Ecclesiis id minimè observatur: nos prædictum roborantes statutum adjicimus, ut non solùm in qualibet cathedrali Ecclesia, sed etiam in aliis, quarum sufficere poterunt facultates, constituatur Magister idoneus, à Prælato cum Capitulo, seu majori & saniori parte Capituli eligendus, qui Clericos Ecclesiarum ipsarum gratis in Grammatica *e* facultate, ac alios instruat juxta posse. Sanè Metropolis Ecclesia Theologum nihilominùs habeat, qui Sacerdotes & alios in sacra pagina doceat, & in his præsertim informet, quæ ad curam animarum spectare noscuntur. Assignetur autem cuilibet Magistrorum à capitulo unus præbendæ proventus, & pro Theologo à Metropolitano tantundem, non quòd propter hoc efficiatur Canonicus, sed tamdiu reditus ipsos percipiat, quamdiu perstiterit in docendo. Quòd si fortè de duobus *f* Ecclesia Metropolis gravetur, Theologo juxta modum prædictum ipsa provideat, Grammatico verò in alia Ecclesia suæ civitatis, sive diœcesis, quæ sufficere valeat, faciat provideri.

CAP. V.

¶ Prælati & Capitula ad studia Theologiæ Scholares dociles transmittere tenentur: qui in absentia reditus Præbendarum suarum & beneficiorum per quinquennium integraliter percipient: & si profecti reditus ad sustentationem studii eis non sufficiunt, debet Prælatus cum Capitulo eis providere: Magistri verò donec docuerint, integrè percipiunt fructus beneficiorum suorum.

Honorius III.

SUper specula *a*, &c. [*1 & infrà.*] ¶ Volumus & mandamus, ut statutum in Concilio generali de Magistris Theologis per singulas Metropoles statuendis, inviolabiliter observetur: Statuentes, ut quia super hoc præter raritatem Magistrorum se possent forsitan aliqui excusare, ab Ecclesiarum Prælatis & Capitulis ad Theologicæ *b* professionis studium aliqui docibiles destinentur: qui cùm docti fuerint, in Dei Ecclesia velut splendor fulgeant firmamenti *c*, ex quibus postmodùm copia possit haberi Doctorum, qui velut stellæ in perpetuas æternitates mansùri ad justitiam valeant plurimos erudire: quibus si proprii proventus Ecclesiastici non sufficiunt, prædicti necessaria subministrent. Docentes verò in Theologica facultate, dum in scholis docuerint, & studentes in ipsa, integrè per annos quinque percipiant de licentia sedis Apost. proventus Præbendarum & beneficiorum suorum, non obstante aliquâ aliâ consuetudine vel statuto, cùm denario fraudari non debeant in vinea Domini operantes.

[*1 Cùm itaq; de singulis provinciis puellæ speciosæ, ac virgines pro Rege Assuero quæ beatitudo dicitur, per ancillas quæ debent, & adductæ ad arcem & mamma ejus tactu per manum Agæi mundum muliebrem accipere necessariorum videlicet fulcimenta.*]

DE JUDÆIS, SARRACENIS, & eorum servis.

TITULUS VI.

CAP. I.

¶ Si servus à Judæo emptus causâ mercimonii fallus est vel fieri desiderat Christianus, pro XII. solidis redimatur.

Ex Concilio Maten. *d*

PRæsenti Concilio sancimus, ut nullum Christianum mancipium Judæo serviat, sed datis XII. solidis pro quolibet bono mancipio ipsum quicunque Christianorum, seu ad ingenuitatem, seu ad servitium, licentiam habeat redimendi: & si Christianus fieri desiderat, & non permittitur, idem fiat: Quia nefas est, quem Christus redemit, blasphemum Christi in servitutis vinculis detinere.

CAP. II.

¶ Judæus Christianum in servum habere non potest, in adscriptitium verò potest.

Gregorius *Episcopo* e *Lucen.*

MUltorum ad *f* nos: [*1 & 3.*] ¶ Nulli Judæo liceat Christianum mancipium in suo dominio retinere: sed si qui apud eos inveniuntur, libertas eis servetur. Hi verò, qui in possessionibus eorum sunt, licèt legum districtione sint liberi: tamen quia colendis terris eorum diutiùs adhæserunt, utpote conditione *g* loci debentes, ad colenda rura remaneant, consuetas pensiones prædictis viris præbentes. Cuncta etiam, quæ de colonis vel originariis jura præcipiunt, peragant, & nihil eis extra hoc oneris indicatur. Quòd *h* si quisquam Judæorum aliquem de his, vel ad alium transferre locum, vel ad aliud obsequium retinere voluerit, ipse sibi imputet, qui jus colonarium, & jus dominii sibi juris severitate damnavit.

[*1 Relatione pervenit, à Iudæis in Lucensi civitate degen-*

---

a *Matth. 10.* b *Cap. 3. eod. tit. in 1. comp.* c *Scil. Later. a. 11. & Cap. 1. eod. tit. in 4. comp.* d *instituere.* e *Grammatica.* f *al. de duobus Magistris.*

a *Pars hujus capitis sup. tit. 10 Cler. vel Monach.* b *Theologia.* c *Vid. auth. habita. C. ne filius pro patre.* d *Matisc.* e *Lab. 3. indict. 12. epist. 21.* f *C. 3. eod. tit. in 1. comp.* g *conditionem. al. conditioni.* h *al. Verùm si quisquam.*

tibus ad servitium Christiana detineri mancipia, quæ res tantò nobis visa est asperior, quantò à fraternitatis tuæ patientia operosior. Oportebat quippe te respectu lucis tuæ, atque Christiana religionis intuitu, nullam relinquere occasionem superstitioni Judaicæ, ne simplices animæ non tam suasionibus quàm potestatis jure quodammodo deservirent. Quamobrem hortamur fraternitatem tuam, ut secundum piissimarum legum tramitem.]

CAP. III.

¶ *Judæi antiquas Synagogas retinere possunt, novas erigere non possunt.*

Idem *Genuensi Episcopo* a.

I. JUdæi b de civitate: [& ſ.] ¶ Sicut legalis definitio Judæos novas non patitur erigere Synagogas, ita eos sine inquietudine veteres habere permittit.

CAP. IV.

¶ *In die Veneris sanctæ non licet Judæis tenere ostia, vel fenestras apertas.*

Alexander III.

QUia c super his: [& ſ.] ¶ Generaliter interdicas, ut Judæi ostia vel fenestras in die Parasceves apertas non habeant, sed clausas teneant totâ die.

CAP. V.

¶ *Excommunicari debent Christiani, qui in domo serviunt Judæi, vel Sarracenis, sive Paganis. Et Principes seculares excommunicari debent, qui Judæos baptizatos suis bonis spoliare præsumunt.*

Idem *ex Concilio Lateran.* d

II. JUdæi sive Sarraceni, neq; sub alendorum puerorum suorum obtentu, nec pro servitio, vel alia qualibet causa Christiana mancipia in domibus suis permittantur habere: excommunicentur autem, qui cum eis præsumpserint habitare: [& infrà.] ¶ Si quis præterea e Deo inspirante ad fidem se converterint Christianam, à possessionibus suis nullatenùs excludantur, cùm melioris conditionis ad fidem conversos esse oporteat, quàm, antequam fidem susceperint, habebantur. Si autem secus fuerit factum, Principibus seu potestatibus eorundem locorum injungimus, sub pœna excommunicationis, ut portionem hæreditatis suæ & bonorum suorum ex integro eis faciant exhiberi.

CAP. VI.

¶ *Christiani deferentes Sarracenis merces prohibitas, vel in ipsorum navibus navigantes, excommunicandi sunt, & rebus earum privandi, & efficiantur captivitatis servi.*

Idem *in eodem.*

ITa quorundam animos occupavit sæva cupiditas, ut qui gloriantur nomine Christiano, Sarracenis arma, ferrum & ligamina f deferant galearum, & pares aut etiam superiores in malitia fiant illis, dum ad impugnandos Christianos arma eis, & necessaria subministrant. Sunt etiam, qui pro cupiditate sua in galeis & piraticis Sarracenorum navibus, regimen & curam gubernationis exerceant. Tales igitur ab Ecclesiastica communione præcisos, & excommunicationi subjectos, rerum suarum per Principes catholicos & consules civitatum privatione mulctari g, & captivitatis fieri servos censemus. Præcipimus etiam, ut per Ecclesias maritimarum urbium crebra & solennis in eos excommunicatio proferatur.

CAP. VII.

¶ *Judæi veteres Synagogas in pristinum statum reformare possunt: de novo erigere non possunt.*

Idem.

COnsuluit a: [& ſ.] ¶ Judæos de novo construere Synagogas, ubi non habuerunt, pati non debes. Verùm si antiquæ corruerint, vel ruinam minantur, ut eas reædificent, potest æquanimiter tolerari: non autem, ut eas exaltent, aut ampliores, aut pretiosiores faciant, quàm antea fuisse noscuntur: qui utique hoc pro magno debent habere, quòd in veteribus Synagogis, & suis observantiis tolerantur.

CAP. VIII.

¶ *In familiari servitio Judæorum, Christiani esse non debent.*

Idem.

AD hæc b omnibus Christianis, qui sunt in jurisdictione vestra, penitùs interdictis, & si necesse fuerit, districtione Ecclesiasticâ compellatis eosdem c, ne Judæorum servitio se assidue pro aliqua mercede exponant: quod etiam obstetricibus & nutricibus eorum prohibere curetis: ne infantes Judæorum in eorundem domibus nutrire præsumant. Quoniam Judæorum mores, & nostri in nullo concordant, & ipsi de facili ob continuam conversationem, & assiduam familiaritatem ad suam superstitionem, & perfidiam simplicium animos inclinarent.

CAP. IX.

¶ *Judæi invitè non sunt baptizandi, nec ad hoc cogendi, nec sine judicio puniendi, aut rebus suis spoliandi, vel in suis festivitatibus molestandi, nec ipsorum cœmeteria violanda, aut eorum corpora exhumanda.*

Clemens III.

SIcut d Judæi: [1 & ſ.] ¶ Statuimus, ut nullus invitos, vel nolentes Judæos ad baptismum venire compellat. Si quis autem ad Christianos causâ fidei confugerit: postquam voluntas ejus fuerit patefacta, Christianus absque calumnia efficiatur: quippe Christi fidem habere non creditur, qui ad Christianorum baptismum e non spontaneus, sed invitus cogitur f pervenire.

Nullas etiam Christianus eorum quemlibet sine judicio terrenæ potestatis vel occidere, vel vulnerare, vel suas pecunias auferre præsumat, aut bonas, quas hactenus habuerint consuetudines, immutare: præsertim in festivitatum suarum celebratione quisquam fustibus vel lapidibus eos nullatenùs perturbet, neque aliquis ab eis coacta servitia exigat, nisi quæ ipsi tempore præterito facere consueverunt. Ad hoc malorum hominum pravitati & avaritiæ obviantes, decernimus, ut nemo cœmeterium Judæorum mutilare aut invadere audeat, sive obtentu pecuniæ corpora humata effodere. Si quis autem hujusmodi decreti tenore cognito (quod absit) contraire præsumpserit, honoris & officii sui periculum patiatur, aut excommunicationis sententiâ plectatur g, nisi præsumptionem suam dignâ satisfactione correxerit.

[1 *Non debent in Synagoga ultrà quàm in lege permissum est, præsumere: ita in his quæ eis concessa sunt, nullatenùs debent præjudicium sustinere.*]

CAP. X.

¶ *Punit dum indulgentias illorum, qui Paganis prædicanti.*

Idem.

QUàm h sit laudabile: [& infrà.] ¶ Tuis, frater Episcope, petitionibus annuentes, tibi tuisque sociis, cùm ad prædicandam Christi fidem Paganis i exhibitis, Apost. auct. concedimus, ut vobis his cibis cum modestia & gratiarum actione, servatâ temporum qualitate juxta

a *al. Gen. al. Ian.* b *Cap. 4. eod. tit. in 1. compil.* c *Cap. 7. eod. tit. in 1. compil.* d *Cap. 26. & cap. 3. eod. tit. in 1. compil.* e *Vid. extravagantem Pauli III. quæ incipit, Cupientes Judæos, ubi multa Judæis conversis privilegia concedantur.* f *lignamina.* g *sure civili puniantur. sæp. cum consti. bonorum. l. 2. C. quæ res expet. non debeant.*

a *Cap. 1. eod. tit. in 1. compil.* b *Cap. 2. eod. tit. in 2. compil.* c *dittto, eosdem, deest in antiquo.* d *Cap. 3. eod. tit. in 2. compilat.* e *baptismo.* f *cognoscatur.* g *plectetur.* h *Cap. 4. eod. tit. in 2. compilation.* i *Scriptores Christiani Paganos vocant omnes Idolorum cultores, qui nunquam fidem Catholicam agnoverunt.*

canonicas sanctiones, uti liceat, qui vobis ab ipsis infidelibus apponuntur.

Insuper indulgemus, ut quicunque Religiosi, seu Clerici idonei ad annunciandum gentibus Evangelicam veritatem, requisitâ & habitâ Prælatorum suorum licentiâ, tibi voluerint adhærere, id absque contradictione qualibet liberam exequendi habeant auctoritate Apostol. facultatem.

CAP. XI.

¶ Pro redimendis captivis licet ire Alexandriam jurantibus, quòd nihil deferent auxilii, seu subsidii extra redemptionis articulum: per tam vel mittens etiam post treugas merces prohibitas, excommunicatus est: & pacis appellatione non veniunt treuga.

Idem.

Significavit *a* nobis tua fraternitas, quomodo aliqui civium tuorum in Alexandriam valeant proficisci pro recuperandis concivibus suis, qui illic in captivitate tenentur. Hoc arbitramur licitè posse fieri, dummodò nihil in mercibus suis, vel alio modo secum illuc deferant, unde possit Sarracenis (excepto redemptionis articulo) aliquod commodum aut subsidium provenire: quod etiam coram te priùs juramento firmabunt. Illi quoque, qui post treugam in transmarinis partibus factam, cum commercio Alexandriam adiverint, si detulerint merces prohibitas causâ lucrandi, excommunicationis vinculum non evadunt *b*: sicut nec illi, qui in personis propriis non euntes, merces eis per nuncios destinârunt. Ad ultimum illos, qui juraverunt se ampliùs in terram Sarracenorum cum mercibus non ituros, nisi pax esset inter Christianos & ipsos, & post treugam factam venerunt illuc: conditio illa de pace aut treuga habenda, ab excommunicationis vinculo non absolvit.

CAP. XII.

¶ Excommunicati sunt, qui cum Sarracenis tempore guerræ aliquod habent commercium, vel eis præstant subsidium.

Idem.

Quod olim *c* præceptum fuit: [*& infrà.*] ¶ Sanè licèt hoc fuerit in Concilio *d* Later. districtè inhibitum, nos tamen omnes illos excommunicationi supponimus, qui jam ampliùs cum Sarracenis mercimonium habuerint, vel per se, vel per alios navibus, seu quocunque alio ingenio eis aliqua rerum subsidia, seu consilia, quamdiu inter nos & illos guerra duraverit, duxerint impendenda. Vestræ igitur discretioni mandamus, quatenus nec per vos, nec per vestras naves, nec alio quocunque modo aut ingenio eis mercimonia, consilia, vel alia subsidia transmittatis: ne si aliqui in sua malitia indurati, secùs agere præsumpserint, non solùm ipso jure incidant in excommunicationem illam, verùm etiam iram Dei viventis incurrant.

CAP. XIII.

¶ Judæi nutrices, vel servientes Christianos habere non debent, contrà facientibus interdicitur Christianorum commercium.

Innocentius III. *Archiepiscopo Senonen. & Episcopo Parisiensi.*

Etsi *e* Judæos (quos propria culpa submisit perpetuæ servituti) pietas Christiana recepter, & sustineat cohabitationem illorum: ingrati tamen nobis esse non debent, ut reddant Christianis pro gratia contumeliam, & de familiaritate contemptum, qui tanquam misericorditer in nostram familiaritatem admissi, nobis illam retributionem impendunt, quam (juxta vulgare proverbium) mus in pera, serpens in gremio, & ignis in sinu, suis consueverunt hospitibus exhibere. Accepimus autem, quòd Judæi faciunt Christianas filiorum suorum nutrices *a*, & (quod non tantùm dicere, sed etiam nefandum est cogitare) cùm in die Resurrectionis Dominicæ illas recipere corpus & sanguinem Jesu Christi contingit, per triduum antequam eos lactent, lac effundere faciunt in latrinam. Alia insuper contra fidem catholicam detestabilia & inaudita committunt, propter quæ fidelibus est verendum, ne divinam indignationem incurrant: cùm eos perpetrare patiuntur indignè, quæ fidei nostræ confusionem inducunt: [*1 & 3.*] ¶ Inhibemus ergò districtè, ne de cætero nutrices, vel servientes habeant Christianos, ne filii liberæ filiis famulentur ancillæ, sed tanquam servi à Domino reprobati, in cujus mortem nequiter conjurârunt, se saltem *b* per effectum operis recognoscant servos illorum, quos Christi mors liberos, & illos servos effecit: [*1 & infra.*] ¶ Si verò nutrices & servientes non dimiserint Christianos, sub excommunicationis pœna inhibeatis *c* districtè omnibus Christianis, ne cum eis commercium aliquod audeant exercere.

[*1 Rogamus igitur charissimum in Christo filium nostrum Philippum Regem Francorum Illustrem: mandamus etiam Nobili viro M. Duci Burgundiæ, & Comitissæ Trecen. ut taliter reprimant Judæorum excessus, ne servitutis jugo submissam, præsumant erigere contra reverentiam fidei Christianæ.*]

[*2 Qui cum jam cœperint rodere more muris, & progere ficta serpentes, verendum est, ne agnis receptatus in sinu corpora confumat. Quocirca f. t. per A. f. m. q. prædictum Regem, & alios ad hoc ex parte vestra, ita diligenter monere ac efficaciter inducere procuretis, quòd Judæi perfidi de cætero nullatenus insidiantur, sed sub timore servili præstandant semper verecundiam culpæ suæ, ac si revertantur honorem fidei Christianæ.*]

CAP. XIV.

¶ Judæus, qui percusserit Clericum, temporaliter punitur: & si de facto puniri non potest, interdicatur sibi Christianorum commercium, donec satisfecerit injuriam passo.

Idem.

Postulâsti *d*, qualiter contra Judæum procedere debeas, qui manus injecit in quendam Clericum violentas? Ad quod breviter respondemus, quòd si dictus Judæus tuæ jurisdictionis existit, ipsum pœnâ pecuniariâ punias, vel aliâ (secundùm quod convenit) temporali, faciens læso satisfactionem congruam exhiberi: alioquin ejus Dominum moneas & indutas, ut passo injuriam, & Ecclesiæ, ab eo satisfieri faciat competenter: quòd si Dominus ejus neglexerit adimplere, tu Christianis omnibus *e* per cent. Eccles. interdicas, ne cum ipso Judæo antequam satisfaciat, præsumant commercia exercere.

CAP. XV.

¶ Judæi & Sarraceni utriusque sexûs debent in terris Christianorum uti habitu, per quem à Christianis discernantur, & in die passionis Domini, non debent in publicum progredi, nec in contumeliam creatoris prodire.

Idem *in Concilio generali* f.

In nonnullis provinciis à Christianis Judæos, seu Sarracenos habitûs distinguit diversitas: sed in quibusdam sic quædam inolevit confusio, ut nullâ differentiâ discernantur *g*. Unde contingit interdum, quòd per errorem Christiani, Judæorum, seu Sarracenorum, & Judæi seu Sarraceni Christianorum mulieribus commiscentur. Ne igitur tam damnatæ commixtionis excessus

a *Capit. 3. eodem titul. in secunda compilatione.* b *evadant.* c *Cap. 6. eod. titul. in 2. compilatione.* d *sub Alexand. III. cap. 24.* e *Cap. 1. eod. tit. in 3. compilat. vid. notas cap. 3. & 5. hoc eodem tit.*

a *Vid. Marquardum tract. de Judæis part. 1. cap. 1. num. 17.* b *In Codic. Barbatiæ, recognoscant se esse servos, &c.* c *Vid. D. Thom. 2. 2 quæst. 10. art. 9.* d *Vid. Nicolaum Eymericum in Directorio Inquisitorum 2. q. 46. num. 8. & 9.* e *Differ, annulus, deest in antiquioribus Codic.* f *Idem fol. Innoc. III. in Conc. Later. c. 68. & cap. 1. eod. tit. in 4. comp.* g *discernatur.*

sus

sus per velamen *a* erroris hujusmodi, ulterioris *b* excusationis possint habere diffugium: statuimus, ut tales utriusq; sexûs in omni Christianorum provincia, & omni tempore, qualitate habitûs publicè ab aliis populis distinguantur. In diebus autem lamentationis & dominicæ passionis in publicum minimè prodeant, eò quòd nonnulli ex ipsis talibus diebus (sicut accepimus) & ornatiùs non erubescunt incedere, ac Christianis, qui sacratissimæ passionis memoriam exhibentes, lamentationis signa prætendunt, illudere non formidant. Illud autem districtissimè inhibemus, ne in contumeliam creatoris *c* prosilire præsumant. Et quoniam illius dissimulare non debemus opprobrium, qui probra nostra delevit: præcipimus præsumptores hujusmodi per principes seculares condignæ animadversionis adjectione compesci, ne Crucifixum pro nobis aliquatenùs blasphemare præsumant.

CAP. XVI.

¶ *Præponens Iudæum, vel Paganum publicis officiis, per Concilium provinciale corripitur, & præposito denegatur Christianorum commercium, donec deposuerit officium, & in usus Christianorum pauperum restituet inde quæsita, secundùm Episcopi providentiam.*

Idem *in eodem.* *d*

CUm sit nimis absurdum, ut blasphemus Christi in Christianos vim potestatis exerceat: quòd super hoc Toletanum Concilium providè statuit, nos propter transgressorum audaciam in hoc generali Concilio innovamus, prohibentes, ne Judæi publicis officiis præferantur: quoniam sub tali prætextu Christianis plurimùm sunt infesti. Si quis autem eis officium tale commiserit: per provinciale Concilium, quod singulis annis præcipimus celebrari, monitione præmissâ, districtione, quâ convenit, compescatur. Officiali verò hujusmodi, tamdiu Christianorum communio in commerciis & aliis denegetur, donec in usus pauperum Christianorum, secundùm providentiam diœces. Episcopi convertatur, quicquid fuerit à Christianis adeptus occasione officii sic suscepti: & officium cum pudore dimittat, quod irreverenter assumpsit. Hoc idem extendimus ad Paganos.

CAP. XVII.

¶ *Concilium generale repetit Concilium Lateranense suprà eod. tit., & addit panam satisfactionis tempore absolutionis impendendam.*

Idem *in eodem.*

AD liberandam *e* terram sanctam: [&c.] ¶ Excommunicamus prætereà & anathematizamus illos falsos & impios Christianos, qui contra ipsum Christum & populum Christianum Sarracenis arma, ferrum, & ligamina deferunt galearum: eos etiam, qui galeas eis vendunt vel naves, quique in piraticis Sarracenorum navibus curam gubernationis exercent, vel machinis, aut quibuslibet aliis aliquod eis impendunt consilium, vel auxilium in dispendium terræ sanctæ: ipsosque rerum suarum privatione mulctari, & capientium servos fore censemus: præcipientes, ut per omnes urbes maritimas diebus Dominicis & festivis hujusmodi sententia publicè innovetur. Et talibus gremium non aperiatur Ecclesiæ, nisi totum, quod ex commercio tam damnato perceperint, & tantundem de suo in subsidium terræ sanctæ transmiserint, ut æquo judicio, in quo deliquerint, puniantur. Quòd si forte solvendo non fuerint, sic aliàs reatus talium castigetur, quòd in pœna ipsorum aliis interdicatur audacia similia præsumendi.

CAP. XVIII.

¶ *Iudæi vel Pagani publicis officiis præficiendi non sunt: & si eis regalia jura vendantur, ad ea colligenda præficiendus est Christianus non suspectus.*

Gregorius IX. *Asturcen. a & Lucen. Episcopis.*

EX speciali *b*, quem erga illustrem Regem Portugalliæ gerimus, charitatis affectu: [*& infrà.*] ¶ Mandamus, quatenus Regem ipsum solicitè inducatis, ne in officiis publicis Judæos Christianis præficiat, sicut in generali *c* Concilio continetur: & si fortè reditus suos Judæis vendiderit vel Paganis, Christianum tunc deputet de gravaminibus inferendis Clericis & Ecclesiis non suspectum, per quem Judæi sive Sarraceni, sine Christianorum injuria, jura regalia consequantur.

CAP. XIX.

¶ *Se ipsum summat.*

Idem.

NUlli Judæo *d* baptizatum, vel baptizari volentem emere liceat, vel in suo servitio retinere. Quòd si quem nondum ad fidem conversum causâ mercimonii emerit, & postmodùm factus sit, vel fieri desideret Christianus: datis pro eo xij. solidis ab illius servitio protinùs subtrahatur. Si autem intra tres menses ipsum venalem non exposuerit, vel ad sibi serviendum emerit eundem, nec ipse vendere, nec alius audeat comparere: sed nullo dato pretio perducatur ad præmia libertatis.

DE HÆRETICIS. *e*

TITULUS VII.

CAP. I.

¶ *Infidelis est, qui non habet certitudinem fidei, & infideli non est credendum in præjudicium alterius.*

Stephanus *Papa omnibus Episcopis.*

DUBIUS in fide, infidelis est. Nec eis omninò credendum est, qui fidem veritatis ignorant.

CAP. II.

¶ *Errare in fide convincitur, qui alios errantes, cùm potest, ab errore non revocat.*

Leo Papa.

QUi alios *f*, cùm potest, ab errore non revocat, se ipsum errare demonstrat.

CAP. III.

¶ *Hæreticus perseverans, æternaliter damnatur: cui nec prodest baptismus, nec eleemosyna, vel martyrium, vel aliud quodcunque bonum quoad hoc, ut consequatur vitam æternam.*

Augustinus *de fide Catholica.*

FIrmissimè *g* tene, & nullatenùs dubites, omnem hæreticum vel schismaticum cum Diabolo & angelis ejus, æterni ignis incendio participandum *h*, nisi ante finem vitæ catholicæ fuerit incorporatus & redintegratus Ecclesiæ: [*& post pauca:*] ¶ Omni homini, qui Ecclesiæ catholicæ non tenet unitatem, neque baptismus, neque eleemosyna quantumlibet copiosa, neque mors pro nomine Christi susceptа, proficere poterit ad salutem.

CAP. IV.

¶ *Damnato auctore damnantur ejus scripturæ & libri & operæ.*

Gregorius *Anastasio Antiocheno.*

FRaternitatis tuæ: [*& infrà.*] ¶ Cùm Cœlestinus, atq; Pelagius in Ephesina Synodo sint damnati: quomodo poterunt illa capitula recipi, quorum damnantur auctores?

---

a Velamentum. *b ulteriùs.* *c al. redemptoris, ut in Conc. & vet. compil.* *d Lat. c. 69. & cap. 2. eod. tit. in 4. compilat.* *e vide Martinum Navarrum supr. citatum.*

a Episcopatus sunt Hispaniæ, de quibus Vasæus in annalibus Hispaniæ, c. 20. *b vid. Marquardum tract. de Iudæis. p. 2. c. 6. & 7.* *c Lat. sub Innocent. III. c. 69.* *d vide notas hujus decr. & not. c. 1. eod. tit.* *e De materia tituli in genere vid. D. Thom. 2. 2. q. 11.* *f Cap. 2. eod. tit. in 1. comp.* *g Cap. 3. eod. tit. in 1. compilatione.* *h mancipandum.*

CAP. V.

¶ Episcopus instituens hæredem hæreticum, consanguineum, vel extraneum, vel Paganum, etiam post mortem excommunicatus nuncupatur. h. d. secundum communem & veriorem intellectum: & sic faciat ad tit. potest intelligi, quod ex hoc præsumatur hæreticus.

Ex Concilio Africano. a

SI quis Episcopus hæredes instituerit extraneos à consanguinitate sua, vel hæreticos etiam consanguineos aut Paganos pertulerit b, saltem post mortem ei c anathema dicatur, atque ejus nomen inter Dei Sacerdotes nullo modo recitetur.

CAP. VI.

¶ Loquitur de eadem materia cum præcedenti, & extenditur, quod ibi dictum fuit de Episcopis, ad Presbyteros & alios Clericos.

Ex eodem.

IN eos, qui Catholici non sunt, etiamsi consanguinei fuerint, Episcopi vel Presbyteri nihil conferant: denique hoc quod de Episcopis & Presbyteris dictum est, debet de reliquis Clericis exaudiri.

CAP. VII.

¶ Christus fuit verus Deus & verus homo: sentiens oppositum, hæreticus est, & excommunicatus.

Honorius III. *Romen. Archiepiscopo.*

CUm Christus d perfectus Deus, & perfectus sit homo: mandamus, quatenus sub anathemate interdicas, ne quis de cætero audeat dicere, Christum non esse aliquid secundum quod homo: quia sicut Christus verus est Deus, ita verus homo, ex anima rationali & humana carne subsistens.

CAP. VIII.

¶ Hæretici, receptatores, & fautores eorum, excommunicati sunt; & decedentes in hoc peccato, in cœmeterio Ecclesiæ sepeliri non debent, nec pro eis orari.

Ex Concilio Lateran. e

SIcut ait B. Leo: [1 & ℣.] ¶ Quia in partibus Tholosanis & aliis locis hæreticorum, quos alii Gazaros, alii Patarenos, & alii aliis nominibus vocant, invaluit damnanda perversitas: eos, & defensores & receptatores eorum anathemati decernimus subjacere: & sub anathemate prohibemus, ne quis eos in domo, vel in terra sua tenere vel fovere, aut negotiationem cum eis exercere præsumat. Si autem in hoc peccato decesserit, neque sub privilegiorum nostrorum quibuscunque indultorum obtentu, neque sub alia quacunque occasione oblatio pro eo fiat, aut inter Christianos accipiat sepulturam. f

[1 *Licet Ecclesiastica disciplina sacerdotali contenta judicio, eruentas effugiat ultiones: catholicorum tamen principum constitutionibus adjuvatur, ut sæpè quærant homines salutare remedium, dum corporale super se metuunt supplicium evenire. Eapropter quia in Vasconia, Albegesio, &c.*]

CAP. IX.

¶ Hæreticus malè sentiens, vel malè docens de sacramentis Ecclesiæ, excommunicatus est, & convictus, nisi se correxerit, & errorem abjuraverit, si Clericus est, degradetur, & curiæ seculari tradatur: per quam etiam Laicus punietur. Eadem etiam est pœna fautoribus de hæres. si se non correxerint, & relapsis omnino audientia denegatur. Seculares principes, qui jurare nolunt de Ecclesia contra hæreticos defendenda, excommunicantur, & terra eorum supponuntur interdicto: exutatos verò ipsorum resistentes, aliarum commercio, & Episcopali dignitate privantur: exemptis verò subsunt ordinariis super his, quæ contra hæreticos instituuntur.

Lucius III.

AD abolendam ac [1 & ℣.] ¶ Universos, qui de sacramento corporis & sanguinis Domini nostri Jesu Christi, vel de baptismate, seu de peccatorum confessione, matrimonio, vel reliquis Ecclesiasticis sacramentis aliter sentire, aut docere non metuunt, quam sacrosancta Rom. Eccles. prædicat & observat: & generaliter quoscunque eadem Rom. Eccles. vel singuli Episcopi per diœceses suas cum consilio Clericorum, vel Clerici ipsi, sede vacante, cum consilio (si opportuerit) vicinorum Episcoporum, hæreticos judicaverint, vinculo perpetui anathematis innodamus: [2 & ℣.] ¶ Præsenti b nihilominùs ordinatione sancimus, ut quicunque manifestè fuerint c in hæresi deprehensi, si Clericus est, vel cujuslibet religionis obumbratione fuscatus, totius Ecclesiastici ordinis prærogativâ nudetur, & sic omni officio & beneficio spoliatus Ecclesiastico, secularis relinquatur arbitrio potestatis, animadversione debitâ puniendus: nisi continuò post deprehensionem erroris, ad fidei catholicæ unitatem spontè recurrere, & errorem suum ad arbitrium Episcopi regionis publicè confiteri & abjurare, & satisfactionem congruam exhibere. Laicus autem, nisi (prout dictum est) abjuratâ hæresi, & satisfactione exhibitâ, confestim ad fidem confugerit orthodoxam, secularis judicis arbitrio relinquatur: debitam recepturus pro qualitate facinoris ultionem: [*& infra.*]

¶ Qui verò inventi fuerint d solâ suspicione notabiles, nisi ad arbitrium Episcopi juxta considerationem suspicionis, qualitatemq; personæ, propriam innocentiam congruâ purgatione monstraverint, simili sententiæ subjacebunt. Illos quoque, qui post abjurationem erroris, vel postquam se (ut diximus) propriis antistitis examinatione purgaverint, deprehensi fuerint in abjuratam hæresim recidisse, seculari judicio sine ulla penitùs audientia decernimus relinquendos: [3 & ℣.] ¶ Statuimus insuper, ut comites, barones, rectores, & consules civitatum & aliorum locorum, juxta commonitionem Episcoporum, præstito corporaliter juramento promittant, quod fideliter & efficaciter, cum ab eis fuerint requisiti, Ecclesiam contra hæreticos, & eorum complices, adjuvabunt bonâ fide juxta officium & posse suum. Si verò id observare noluerint, honore, quem obtinent, spolientur, & ad alios nullatenùs assumantur, eis nihilominùs excommunicatione ligandis, & terris ipsorum interdicto Ecclesiæ supponendis. Civitas autem, quæ his institutis duxerit resistendum, vel contra commonitionem Episcopi punire neglexerit resistentes: aliarum careat commercio civitatum, & Episcopali se noverit dignitate privandam: [4 & ℣.] ¶ Si qui verò fuerint e, qui à lege diœcesanæ jurisdictionis exempti, soli subjaceant sedis Apostolicæ potestati, nihilominùs in his, quæ sunt contra hæreticos instituta, Episcoporum subeant judicium, & eis in hac parte tanquam à sede Apost. delegatis (non obstantibus libertatis suæ privilegiis) obsequantur.

[1 *Diversarum hæresum pravitatem, quæ in pœne toto mundi partibus moderno tempore pullulare, vigere debet Ecclesiasticus excitari, cum numerum imperatu fortitudinis suffragante potentiâ, & hæreticorum protervitas in pravis falsitatibus*

a *C. 42. in Concilio Latensi, & in Synodo Carth. c. 24. apud Theodorum Balsam. & c. 8. eod. tit. in 1. comp.* b *præluerit.* c *ejus.* d *C. 3. eod. tit. in 1. comp. Et post Conc. Lat. sub Alex. III. p. 49. c. 20.* e *Lat. sub Alex. III. c. 27. & c. 6. eod. tit. in 1. comp.* f *Vide notata l. 1. C. de summ. trin. & in authen. Credentes. & in l. Arrian. C. eod.*

a *C. 11. eod. tit. in 1. comp.* b *vide Eymer. in Direct. Inquis. 3. part. q. 31.* c *In vulgatis ita: fuerit in hæresi deprehensus, sed in antiq. C. ut est impressum,* d *Hic ℣ utpluribus desideratur in manuscr. Codic. usq; ad illa verba: Illos quoq;.* e *vide Eymer. in Direct. Inquis. p. 3. q. 26. & seq.*

sive conatibus elidatur, & catholica simplicitatis veritas Ecclesiæ sanctæ resplendens, eam utique demonstret ab omni exactione falsorum dogmatum expeditam. Idemque nos filii nostri charissimi F. illustris Romanorum Imp. semper Augusti præsentiâ pariter & vigore fulsuti, de communi fr. n. consilio, necnon & aliorum Patriarcharum & Archiepiscoporum multorumque principum, qui de diversis mundi partibus conveniunt, contra ipsos hæreticos, quibus diversa vocabula diversarum sindant professio falsitatum, præsentis decreti sanctione consurgimus, & omnem hæresim generaliter quocunque nomine censeatur, per hujusmodi constitutionis seriem auct. Apost. condemnamus. In primis ergò Catharos & Patarinos, & eos qui se humiliatos vel pauperes de Lugdun. falsò nomine mentiuntur, Passaginos, Meesprinos, Arnaldistas perpetuò decernimus anathemati subjacere. Et quoniam nonnulli sub specie pietatis virtutem ejus, juxta quod ait Apostolus, denegantes auctoritatem sibi vendicant prædicandi. Cum idem Apostolus dicat: quomodo prædicabunt, nisi mittantur? Omnes qui vel prohibiti, vel non missi, præter auct. ab Apost. sed. vel Episcopo loci susceptam, publicè vel privatim prædicare præsumpserint, &c.]

[2 *Receptores & defensores eorum, cuncteque pariter, qui prædictis hæreticis ad fovendam in eis hæresis pravitatem patrocinium præstiterint aliquod vel favorem seu consolati, vel credentes seu perfecti, sive quibuscunque superstitiosis nominibus nuncupentur, similis decernimus sententiæ subjacere. Quia igitur peccatis exigentibus quandoque contingit, ut severitas Ecclesiastica disciplinæ ab his, qui virtutem ejus non intelligunt, contemnatur.*]

[3 *Bona damnatorum Clericorum Ecclesiis quibus deserviebant secundum sanctiones legitimas applicanda. Sanè prædictam excommunicationis sententiam, cui omnes hæreticos præcipimus subjacere, ab omnibus Patriarchis, Archiepisc. Episc. in præcipuis festivitatibus & quatuor solemnitatibus habuerint, & occasionem aut gloriam Dei reprehensione hæreticæ pravitatis decernimus nonnihil, auct. Apost. statuentes, ut si quis de ordine Episcoporum in hiis negligens fuerit, vel desidiosus inventus, per trecennale spatium ab Episcopali habeatur dignitate & administratione suspensus. Ad hæc de Episcopali consilio & suggestione culminis imperialis, & principum ejus adjecimus, ut quilibet Archiepiscopus vel Episcopus per se vel per Archidiaconum suum, aut per alium idoneæ personæ & honestæ, bis vel semel in anno propriam parochiam, in qua fama fuerit hæreticos habitare, circumeant: & ibi tres vel plures bonos testimonio viros, vel etiam totam vicinitatem si expedire videbitur jurare compellat: quod si quis hæreticos ibidem fieri, vel aliquos occulta conventicula celebrantes, seu à communi conversatione fidelium vitâ & moribus dissidentes, eos Episcopo vel Archidiacono studeat indicare: Episcopus autem vel Archidiaconus ad præsentiam suam convocet accusatos, qui nisi se ad eorum arbitrium juxta patriæ consuetudinem ab objecto reatu purgaverint, vel si post purgationem exhibitam in pristinam fuerint relapsi perfidiam, Episcoporum judicio puniantur. Si qui autem ex eu juratione superstitione damnabili resultantes, jurare forte noluerint, ex hoc ipso hæretici judicentur, & pœnis, quæ prænominatæ sunt, percellantur.*]

[4 *Omnes etiam fautores hæreticorum, tanquam perpetuâ infamiâ condemnantes, ab advocatione & testimonio & aliis publicis officiis, decernimus repellendos.*]

CAP. X.

¶ Bona hæreticorum confiscantur, & in terris Ecclesiæ applicantur fisco Ecclesiæ: in terris imperii, judicis secularis fisco, & præcedit etiam si catholicos habent filios.

Innocentius III.

VErgentis [a] in senium seculi corruptelam: [1 &c.] ¶ In terris verò temporali nostræ jurisdictioni subjectis bona hæreticorum statuimus publicari: & in aliis idem præcipimus fieri per potestates & principes seculares, quos ad id exequendum (si fortè negligentes extiterint) per cens. Eccles. appell. rem. compelli volumus & mandamus: nec ad eos bona eorum ulteriùs revertantur, nisi eis ad cor revertentibus, & abnegantibus hæreticorum consortium, misereri aliquis voluerit, ut temporalis saltem pœna corripiat, quem spiritualis non corrigit disciplina. Cùm enim secundùm legitimas sanctiones reis læsæ majestatis punitis capite, bona confiscentur eorum, filiis suis vitâ solummodò ex misericordia conservatâ: quantò magis, qui aberrantes in fide Domini Dei filium Jesum Christum offendunt, à capite nostro, quod est Christus, Ecclesiasticâ debent districtione præcidi, & bonis temporalibus spoliari: cùm longè sit gravius æternam, quàm temporalem lædere majestatem.

Nec hujusmodi severitatis censuram orthodoxorum [a] exhæredatio filiorum, quasi cujusdam miserationis prætextu debet ullatenùs impedire, cùm in multis casibus (etiam secundùm divinum judicium) filii pro patribus temporaliter puniantur, & juxta canonicas sanctiones quandoque feratur ultio non solùm in auctores [b] sceleris, sed etiam in progeniem damnatorum.

[1 *Non solùm sapiunt elementa corrupta, sed & dignissima creaturarum ad imaginem, & similitudinem condita creatoris prælata privilegio dignitatis volucribus cœli & bestiis universa terra testatur: nec eo tantum quasi jam deficiente defecit, sed inficit & inficitur scabra rubigine vetustatis: peccat enim ad extremum homo miserrimus, & qui non potuit in sui & mundi creatione paradiso persistere, circa sui & orbis dissolutionem degenerat, & pretii sui redemptionis, circa fines seculorum oblitus, dum varias quæstionum se nexibus ingerit, sese sum laqueis suæ fraudis implicat, & incidit in foveam quam fecit. Ecce etenim inimico homine messi dominicæ superseminante semen iniquum, segetes in zizania pullulant, vel potius pollluntur, tristitiam arefecit, & evanescit in paleas, in flore tineæ, & vulpes in fructu, demoliri vineam dominicam moliuntur. Nova siquidem sub Novo Testamento, Achor progenies, de spolio Iericho regulam auream: pallidum quod fuerat Abyron, Dathan, & Chore, fœdusque detestata, Novis thuribulis fermentatum thymiama, novis voluit altaribus adolere: dum nox nostra indicat sententiam, dum cæcus præbet cæco ducatum, dum hæreses pullulant: & quoniam divina reddit hæreditatis expertem, sua constituit hæreticus hæresis & damnationis hæredem. His sunt caupones, qui aquam vino commiscent, & virus draconis inaureo calice Babylonis propinant: habentes (secundùm Apostolum) speciem pietatis, virtutem autem ejus penitus abnegantes. Licèt autem contra vulpet hujusmodi parvulas, species quidem habentes diversas, sed caudas ad invicem collegatas, quia de vanitate convenisse in idipsum, diversa prædecessorum nostrorum temporibus emanaverunt statuta: nondum tamen adeò pestis potuit mortificari mortifera, quin sicut cancer amplius serperet in occultò, & jam in aperto suæ virus iniquitatis effundat: dum palliatâ specie religionis, & multos decipit simplices, & quosdam seducit astutos, factus magister erroris, qui non fuerat discipulus veritatis. Ne autem nos, qui licèt circa horam undecimam inter operarios vineæ Domini Sabaoth sumus, à patrefamilias Evangelico deputati, & quibus ex officio pastorali sunt oves CHRISTI commissæ, nec capere vulpes demolientes vineam Domini, nec arcere lupos ab ovibus videamur. Et ob hoc meritò vocari possimus canes muti, non valentes latrare, ac perdamur cum malo agricolæ & mercenario comparemur. Contra defensores, receptatores, fautores, & credatores hæreticorum, aliquid severius duximus statuendum:*

---

a *Habetur integra L. 2. regestri Innoc. III. epist. 1. & 2. & 3. sed. tit. in 3. comp.*

a *Vide Paul. Grillandum tractat. de hæred. quæst. 4. Ital. Clarum lib. 5. sentent. recept. §. hæresis. versic. & scias quod*

b *adhuc.*

qui per se ad viam rectitudinis revocari non possint, in suis saltem defensoribus, receptatoribus & fautoribus, ac etiam credentibus confundantur: & cùm se viderint ab hominibus evitari, reconciliari desiderent omnium unitati. De communi ergò s. n. c. assensu quoq; Archiepiscoporum, Episcoporum, apud sedem Apost. existentium districtiùs inhibemus, ne quis hæreticos receptare vel defensare qualibet modo audeat, aut ipsis favere aut credere quequo modo præsumat: præsenti decreto firmiter statuentes, ut si quis aliquid eorum facere forte præsumpserit, nisi primò, secundòve commonitus à sua super hoc cura averit præsumptione cessare, ipso jure sit factus infamis, nec ad publica officia vel consilia admittatur, nec ad eligendos aliquos ad hujusmodi, nec ad testimonium admittantur. Sint etiam intestabiles, nec ad hæreditatis successionem accedant. Nullus præterea ipsis teneatur in quocunque negotio respondere: quòd si forsan judex extiterit, ejus sententia nullam obtineat firmitatem, nec causæ aliquæ ad ejus audientiam perferantur. Si fuerit advocatus, ejus patrocinium nullatenùs admittatur. Si tabellio, instrumenta confecta per ipsum nullius sint penitùs momenti, sed cum auctore damnato damnentur. In similibus etiam idem præcipimus observari. Si ergò Clericus fuerit, ab omni officio & beneficio deponatur, ut in quo major est culpa, gravior exerceatur vindicta. Si quis autem tales, postquam ab Ecclesia fuerint denotati vel separati, contempserit evitare, anathematis se noverit sententiam incurrisse.]

CAP. XI.

Advocati vel Notarii hæreticis vel eorum defensoribus faventes, aut sub eis litigantibus patrocinantes, & pro eis instrumenta scribentes, infames sunt, & ab illo officio suspensi.

Idem.

SI adversùs [a] nos terra consurgeret: [1 & infrà.] ¶ Quia plùs timeri solet, quod specialiter injungitur, quàm quod generaliter imperatur: vobis Advocatis & Scriniariis firmiter inhibemus, ne hæreticis, credentibus, fautoribus, vel defensoribus eorundem in aliquo præstetis auxilium, consilium vel favorem: nec eis in causis, vel in factis, vel aliquibus litigantibus sub eorum examine vestrum patrocinium præbeatis, & pro ipsis publica instrumenta vel scripta facere nullatenùs attentetis.

Quòd si contrà præsumpseritis, ab officio vestro suspensos perpetuæ vos decernimus infamiæ subjacere.

[1 *Licèt autem à nobis & prædecessoribus nostris, contra hæreticos multa sint edicta & statuta, ne habeatis aliquam excusationem in peccatis, quasi antiquorum fuerint oblita mandatorum, &c.*]

CAP. XII.

¶ Laici non prædicent, nec occulta conventicula faciant, nec Sacerdotes reprehendant.

Idem *universis Christi fidelibus, tam in urbe Metens. quàm in ejus diœcesi constitutis.*

CUm ex [b] injuncto: [1 & 3.] ¶ Licèt autem desiderium intelligendi divinas Scripturas, & secundùm eas studium adhortandi, reprehendendum non sit, sed potiùs commendandum: in eo tamen apparent quidam Laici meritò arguendi, quòd occulta conventicula celebrant, officium prædicationis Christi sibi usurpant, Sacerdotum simplicitatem eludunt, & eorum consortium aspernantur, qui talibus non inhærent. Deus enim lux vera [c], quæ omnem hominem venientem in hunc mundum illuminat, in tantum odit opera tenebrarum, ut Apostolos suos in mundum universum prædicaturos Evangelium omni creaturæ missurus, eis præceperit aperte dicens [a]: [*Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine* b: *& quod in aure auditis, prædicate super tecta.*] [2 & infrà.] ¶ Sicut enim multa sunt membra corporis, omnia verò non eundem actum habent [c]: ita multi sunt ordines in Ecclesia, sed non omnes idem habent officium [d]: quia secundùm Apostol. [*alios Dominus dedit Apostolos, alios Prophetas, alios autem Doctores, &c.*] Cùm igitur Doctorum ordo sit quasi præcipuus in Ecclesia, non debet sibi quilibet indifferenter prædicationis officium usurpare. Nam secundùm Apostolum [e]: [*Quomodo prædicabunt, nisi mittantur?*] Et veritas ipsa præcepit Apostolis [f]: [*Rogate Dominum messis, ut mittat operarios in messem suam.*] Quod si fortè quis arguèt respondeat, quia tales invisibiliter mittuntur à Deo, etsi non visibiliter mittantur ab homine, cùm invisibilis missio multò sit dignior, quàm visibilis, & divina longè melior, quàm humana: potest rationabiliter responderi, quòd cùm interior illa missio sit occulta, non sufficit cuiquam nudè tantùm asserere, quòd ipse sit missus à Deo, cùm hoc quilibet hæreticus asseveret: sed oportet quòd astruat illam invisibilem missionem per operationem miraculi, vel scripturæ testimonium speciale. Unde [g] cùm Dominus vellet mittere Moysen in Ægyptum ad filios Israël, ut crederent ei, quòd mitteretur ab ipso, dedit ei signum, ut converteret virgam in colubrum, & virgam iterùm reformaret. Joannes quoque [h] Baptista speciale suæ missionis testimonium protulit de Scriptura, dicens: [*Ego vox clamantis in deserto: dirigite viam Domino,*] sicut ait Esaias [i] Propheta: [3 & infrà.] ¶ Licèt autem scientia sit valdè necessaria Sacerdotibus ad doctrinam, quia juxta verbum Propheticum [k]: [*Labia Sacerdotis custodiunt scientiam, & legem exquirunt ex ore ejus:*] non est tamen simplicibus Sacerdotibus etiam Scholasticis detrahendum, cùm in eis Sacerdotale officium debeat honorari: propter quod Dominus in lege præcepit [l]: [*Diis non detrahes:*] Sacerdotes intelligens, qui propter excellentiam ordinis, & officii dignitatem, Deorum nomine nuncupantur: [4 & infrà.]

Nec quisquam suæ præsumptionis audaciam illo defendat exemplo, quòd asina [m] legitur reprehendisse Prophetam: vel quod Dominus [n] ait: [*Quis ex vobis arguet me de peccato?*] Cùm aliud sit fratrem in se peccantem occultè corripere, (quod quisque tenetur efficere [o] secundùm regulam Evangelicam, in quo casu sanè potest intelligi, quod Balaam fuit correptus ab asina:) & aliud est Patrem [p] suum delinquentem reprehendere manifestè: quod utique nulli licet, secundùm Evangelicam veritatem [q]: [*nam qui etiam dixit fratri, fatue, reus erit gehennæ ignis.*] Rursùs aliud est, quòd Prælatus sponte de sua confisus innocentia, subditorum se accusationi supponit, (in quo casu præmissum Domini verbum debet intelligi) & aliud est, quod subditus non tam animo reprehendendi, quàm detrahendi exurgit temerarius in Prælatum, cùm ei potiùs incumbat necessitas obsequendi. Quòd si fortè necessitas postularet [r], ut Sacerdos tanquam inutilis & indignus à cura gregis deberet removeri, agendum est ordinatè apud Episcopum, ad cujus officium tam institutio, quàm destitutio Sacerdotum noscitur pertinere.

a *Cap. 2. eod. tit. in 3. comp.* b *Extat integra lib. 2. regestri Innoc. III. c. 3. eod. tit. in 3. comp.* c *Ioan. 1.*

a *Matth. 10.* b *in luce, al. in lucem.* c *2. Cor. 12.* d *Ephes. 3.* e *Roman. 10.* f *Matth. 9. Luc. 10.* g *Exod. 7.* h *Ioan. 1.* i *Esa. 40. Matth. 3.* k *Malach. 2.* l *Exod. 22. Ioan. 10.* m *Num. 22.* n *Ioan. 8.* o *vide D. Th. 2. 2. q. 33. art. 2. & seq.* p *al. fratrem, in plerisque Gregorianis exemplaribus. In alijs & regestro legitur patrem.* q *Matth. 5.* r *postulârit.*

[1 *Nihil*

[1 *Nobis Apostolatûs officio fungimur secundùm Apostolum sapientibus & insipientibus debitores: pro universorum salute nos oportet esse solicitos, ut & malos retrahamus à vitiis, & bonos in virtutibus foveamus. Tunc autem opus est discretione majori, cùm vitia sub specie virtutum occultè subintrant, & angelus Satanæ se in angelum lucis simulat, & transformat. Sanè significavit nobis venerabilis frater noster Episcopus Meten. per literas suas, quod tam in urbe Metensi quàm in diœcesi Laicorum, & mulierum incultitudo non modica, tractâ quadammodo desiderio Scripturarum, Evangelia, epistolas Pauli, Psalterium, moralia Iob, & plures alios libros sibi fecit in Gallico sermone converti: translationi hujusmodi adeò libenter, utinam autem & tam prudenter intendens, ut secretis conventiculis talia inter se Laici & mulieres eruditæ præsumant, & sibi invicem prædicare: qui etiam eorum aspernantur consortium, qui se talibus non immiscent, & à se reputant alienos, qui aures & animos talibus non apponunt. Quos cùm aliqui parochialium Sacerdotum super his corripere voluissent, ipsi eis in faciem restiterunt, conantes rationes inducere de Scripturis, quòd non ab eis debent penitùs inhiberi. Quidam etiam ex eis simplicitatem Sacerdotum suorum fastidiunt, & cùm ipsis per eos verbum salutis proponitur, se melius habere in libris suis, & prudentius se posse id eloqui submurmurant in occulto.]*

[2 *Per hoc manifestè denunciamus, quòd Evangelica prædicatio, non in occultis conventiculis, sicut hæretici faciunt, sed in Ecclesiâ juxta morem catholicum est publicè proponenda. Nam juxta testimonium veritatis, omnis qui male agit, odit lucem, & ad lucem non venit, ne ejus opera arguantur: Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, ut manifestentur opera ejus, quia in Deo sunt facta. Propter quod cùm Pontifex interrogâsset Iesum de discipulis suis, & de doctrina ejus, respondit: Ego palàm locutus sum mundo, ego semper docebam in synagoga & in templo, quo omnes Judæi conveniunt, & in occulto locutus sum nihil. Porrò si quis objiciat, quòd secundùm præceptum Dominicum, non sit sanctum dandum canibus, neque margarita mittenda sunt ante porcos: cùm & ipse Christus non omnibus quidem, sed solis Apostolis dixerit: Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, cæteris autem in parabolis: Intelligat canes & porcos non eos, qui gratanter accipiunt, & margaritas libenter acceptant, sed illos qui sanctum dilacerant, & margaritas contemnunt: quales sunt qui Evangelica verba, & Ecclesiastica sacramenta, non ut Catholici venerantur, sed abominantur potius, ut hæretici obstrantes semper & blasphemantes, quos Paulus Apostolus post primam & secundam admonitionem docet esse vitandos. Arcana verò fidei sacramenta, non sunt passim omnibus exponenda, cùm non passim ab omnibus possint intelligi: sed eis tantùm, qui ea fideliter possint concipere intellectu: propter quod simplicioribus unquit Apostolus, quasi parvulis in Christo, lac potum dedi vobis, non escam. Majorum enim est solidus cibus, sicut alibi ipse dicebat: Sapientiam loquimur inter perfectos, inter vos autem nihil judicavi me scire, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. Tanta est enim divina Scriptura profunditas, ut non solùm simplices & illiterati, sed etiam prudentes & docti non plenè sufficiant ad illius intelligentiam indagandam. Propter quod dicit Scriptura, quòd multi defecerunt scrutantes scrutinio. Unde rectè fuit olim in lege divina statutum, ut bestia quæ montem tetigerit, lapidetur: ne videlicet simplex aliquis & indoctus præsumat ad subtilitatem sacræ Scripturæ pertingere. Scriptum est enim: Altiora te ne quæsieris, propter quod dicit Apostolus: Non plùs sapere quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem.]*

[3 *Non est ergò credendum ei, qui dicit se missum à Deo, cùm sit missus ab homine, nisi de se speciale proferat testimonium de Scripturis & ejusdem miraculum operetur. Nam de his qui missi leguntur à Deo, Evangelista testatur, quòd ipsi profectò prædicaverunt ubique Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis.]*

[4 *Juxta quod alibi dicit de servo nolente apud dominum remanere, ut dominus offerat eum diù: cùm enim juxta verbum Apostoli, servus suo domino stet aut cadat, profectò Sacerdos ab Episcopo, cujus correctioni est subjectus, debet in mansuetudinis spiritu castigari, non autem à populo, cujus est correctionis præpositus, in spiritu superbiæ reprehendi: cùm juxta verbum Dominicum pater & mater non debent maledici, sed potiùs honorari, quod de spirituali patre multò fortius debet intelligi, quàm carnali.]*

CAP. XIII.

¶ *Excommunicati sunt omnes hæretici, quibuscunque nominibus nominentur. h. d. usq; ad* ¶ *Damnati.*

Idem a *in Concilio generali.*

1 EXcommunicamus itaque & anathematizamus omnem hæresim, extollentem se adversùs hanc sanctam, orthodoxam, & catholicam fidem, quam superiùs exposuimus, condemnantes hæreticos universos, quibuscunque nominibus ꝟ censeantur, facies quidem diversas habentes, sed caudas adinvicem colligatas, quia de vanitate conveniunt in idipsum.

¶ *Damnati ille hæresi, per seculares judicem puniuntur, & bona Laicorum hæreticorum confiscantur, & Clericorum bona applicantur Ecclesiis, ubi beneficiati erant. h. d. usq; ad* ¶ *Qui autem. Abbas Siculus.*

Damnati a verò, præsentibus secularibus Potestatibus, aut eorum Ballivis relinquantur animadversione debitâ puniendi, Clericis priùs à suis ordinibus degradatis, ita quòd bona hujusmodi damnatorum, si Laici fuerint, confiscentur: si verò Clerici, applicentur Ecclesiis, à quibus stipendia receperunt d.

¶ *Si suspectus de hæresi se non purgat, ad arbitrium superioris excommunicatur: & existens per annum in excommunicatione, ut hæreticus damnatur. hoc dicit usque ad* ¶ *Moneantur. Abbas Siculus.*

Qui autem inventi fuerint solâ suspicione notabiles, nisi juxta considerationem suspicionis, qualitatemque personæ, propriam innocentiam congruâ purgatione monstraverint, anathematis gladio feriantur, & usque ad satisfactionem condignam ab omnibus evitentur, ita quòd si per annum in excommunicatione perstiterint, extunc velut hæretici condemnentur.

¶ *Potestates seculares perpetuæ, vel temporales jurare tenentur universis hæreticos ab Ecclesia damnatos pro viribus exterminare: & temporalis dominus non purgans terram suam hæreticis, excommunicatur: & si perstiterit in excommunicatione per annum, nunciatur Papæ, qui fideles ejus à juramento absolvet, & ejus terram fidelibus exponet, salvo jure principalis domini, nisi & ipse sit in culpa. h. d. usq; ad* ¶ *Catholici. Abbas Siculus.*

Moneantur autem & inducantur, & si necesse fuerit, per censuram Ecclesiast. compellantur seculares e Potestates, quibuscunque fungantur officiis, ut sicut reputari cupiunt & haberi fideles, ita pro defensione fidei præstent publicè juramentum, quòd de terris suæ jurisdictioni subjectis universos hæreticos ab Ecclesia denotatos, bonâ fide pro viribus exterminare studebunt, ita quòd amodò quandocunque quis fuerit in Potestatem, sive f perpetuam sive temporalem assumptus, hoc teneatur Capitulum juramento firmare. Si verò dominus temporalis requisitus & monitus ab Ecclesia, suam terram purgare neglexerit ab hæretica fœditate, per Metropolitanum & cæteros comprovinciales Episcopos excommunicationis vinculo innodetur: & si satisfacere contempserit, intra annum significetur hoc summo Pontifici, ut extunc ipse vasallos ab ejus fidelitate denunciet absolutos, &

---

a Scilicet Innoc. III. in Conc. gener. Lat c. 3. & c. 2. eod. tit. in 4. camp. b Quæ sit eorum pœna, vide in l. 1. C. de sum. trinit. & in auth. credentes. & in l. Arriani. C. de hæret. c Eymericus in Directorio Inquisitorum 3. p. q. 101. & q. 111. d perceperunt. e seculi. f In Concil. ita: sive spiritualem, sive temporalem, & e. quasi non solùm principes seculares, sed etiam Ecclesiastici, quos per potestatem spiritualem posse nunc intelligere, hoc teneantur præstare juramentum.

terram exponat Catholicis occupandam, qui eam exterminatis hæreticis absque ulla contradictione possideant, & in fidei puritate conservent, salvo jure domini a principalis, dummodò super hoc ipse nullum præstet obstaculum, nec aliquod impedimentum opponat: eâdem nihilominùs lege servatâ circa eos, qui non habent dominos principales.

¶ *Cruce signati ad exterminationem hæreticorum, gaudent privilegio concesso cruce signatis in subsidium terræ sanctæ. h. d. usque ad* ¶ *Credentes. Abbas.*

Catholici verò, qui crucis assumpto charactère ad hæreticorum exterminium se accinxerint, illâ gaudeant indulgentiâ, illoque sancto privilegio sint muniti, quæ accedentibus in terræ sanctæ subsidium conceduntur.

¶ *Ibi punitur pœna credentium, receptatorum & defendentium hæreticos: primò Laicorum: secundò Clericorum: usq; ad* ¶ *quia. Abbas.*

Credentes b præterea, receptatores, defensores & fautores hæreticorum, excommunicationi decernimus subjacere, firmiter statuentes, ut postquam quis c talium fuerit excommunicatione notatus, si satisfacere contempserit intra annum, extunc ipso jure sit factus infamis, nec ad publica officia seu consilia, nec ad eligendos aliquos ad hujusmodi, nec ad testimonium admittatur: sit etiam intestabilis, ut nec testandi liberam habeat facultatem, nec ad hæreditatis successionem accedat. Nullus præterea ipsi super quocunque negotio, sed ipse aliis respondere cogatur. Quòd si fortè judex extiterit, ejus sententia nullam obtineat firmitatem, nec causæ aliquæ ad ejus audientiam perferantur. Si fuerit Advocatus, nullatenùs ejus patrocinium admittatur: si Tabellio, instrumenta d confecta per ipsum nullius sint momenti, sed cum auctore e damnato damnentur. Et in similibus idem præcipimus observari. Si verò Clericus fuerit, ab omni officio & beneficio deponatur: ut in quo major est culpa, gravior exerceatur vindicta. Si qui autem tales, postquam ab Ecclesia fuerint denotati, evitare contempserint, excommunicationis sententiâ usque ad satisfactionem idoneam percellantur. Sanè Clerici non exhibeant hujusmodi pestilentibus Ecclesiastica sacramenta, nec eos Christianæ præsumant tradere sepulturæ, nec eleemosynas aut oblationes eorum percipiant: alioquin suo priventur officio, ad quod nunquam restituantur absque indulto sedis Apostolicæ speciali: similiter quilibet regulares, quibus etiam hoc infligatur, ut eorum privilegia in illa diœcesi non serventur, in qua tales excessus præsumpserint perpetrare.

¶ *Nullus debet sibi officium prædicandi assumere, nisi super hoc sibi à jure vel à sede Apost. vel à diœcesano Episcopo licentia concedatur: aliàs excommunicatur: & nisi respuerit, alia pœna imponitur. h. d. usque ad* ¶. *Adjicimus. Abbas.*

Quia f verò nonnulli sub specie pietatis, virtutem ejus (juxta quod Apostolus ait) abnegantes, auctoritatem sibi vendicant prædicandi, cùm idem g Apostolus dicat: [*Quomodo prædicabunt nisi mittantur?*] omnes qui prohibiti vel non missi, præter auctoritatem ab Apost. sede, vel Catholico Episcopo loci susceptam, publicè vel privatim prædicationis officium usurpare præsumpserint, excommunicationis vinculo innodentur: & nisi quàm citiùs à resipuerint, aliâ competenti pœnâ plectentur i.

a *Dominii.* b *Eymericus in Directorio Inquis. p. 2. q. 30, 31, 32. & 33. Archidiaconus in c. quicunq; de hær. l. 6.* c *quilibet.* d *al. ejus instrumenta confecta, &c.* e *al. altore.* f *Vide Trid. Conc. sess. 5. de reform. c. 2. & sess. 24. de reform. c. 4. adde citatos in c. seq.* g *2. Timoth. 3. Roman. 10.* h *quantocius.* i *plectantur.*

¶ *Archiepiscopi & Episcopi inferiorum suorum provincias & diœceses suspectas habentes de hæresi, saltem semel in anno per se vel per alios idoneos visitent: qui etiam debent, si hoc expedire videbitur, exigere juramentum ab illis de vicinia ad revelandos hæreticos, & occulta conventicula celebrantes: quos revelatos, relapsos canonicè puniant: & renitentes jurare, ut hæretici condemnentur. h. d. usque ad* ¶ *Volumus. Abbas.*

Adjicimus insuper, ut quilibet Archiepiscopus vel Episcopus, per se aut per Archidiaconum suum, aut alias honestas idoneasque personas, bis aut saltem semel in anno, propriam parochiam, in qua fama fuerit hæreticos habitare, circumeat: & ibi tres aut plures boni testimonii viros, vel etiam (si expedire videbitur) totam viciniam jurare compellat, quòd a si quos ibidem hæreticos scieverit, vel aliquos occulta conventicula celebrantes, seu à communi conversatione fidelium vitâ & moribus dissidentes, eos Episcopo studeat indicare. Ipse autem Episcopus ad præsentiam suam convocet accusatos, qui nisi se ab objecto reatu purgaverint, vel si post purgationem exhibitam in pristinam fuerint relapsi perfidiam, canonicè puniantur. Si qui verò ex eis juramenti religionem obstinatione damnabili respuentes, jurare fortè noluerint, ex hoc ipso tanquam hæretici reputentur.

¶ *Episcopus negligens in hæresi persequenda, à dignitate Episcopali est removendus, & alius idoneus est surrogandus. h. d. usq; ad finem. Abbas Siculus.*

Volumus b igitur & mandamus, & in virtute obedientiæ districtè præcipimus, ut ad hæc efficaciter exequenda Episcopi per diœceses suas diligenter invigilent, si canonicam velint c effugere ultionem. Si quis enim Episcopus super expurgando de sua diœcesi hæreticæ pravitatis fermento negligens fuerit vel remissus, cùm id certis indiciis apparuerit, ab Episcopali officio deponatur, & in locum ipsius alter substituatur idoneus, qui velit & possit hæreticam confundere pravitatem.

CAP. XIV.

¶ *Laici cujuscunq; professionis sint, prædicare non debent.*

Gregorius IX. *Archiepiscopo Mediolan.*

Sicut in uno d corpore: [*& infra.*] ¶ Cùm igitur nonnulli Laici prædicare præsumant, & verendum nimis existat, ne vitia sub specie virtutum occultè subintrent: nos attendentes, quòd Doctorum ordo est in Ecclesia Dei quasi præcipuus: mandamus, quatenus, cùm alios Dominus Apostolos dederit, alios Prophetas, alios verò Doctores, interdicas Laicis universis, cujuscunque ordinis censeantur, usurpare officium prædicandi.

CAP. XV.

¶ *Hoc cap. usque ad* ¶ *Si qui autem. habetur in c. excommunicamus. supr. eod. tit. in princ. unde summa & declaratio ibi fuit dictum.*

Idem.

II. Excommunicamus e & anathematizamus universos hæreticos, Catharos, Patarenos, pauperes de Lugduno, Passaginos, Josepinos, Arnaldistas, Speronistas, & alios quibuscunque nominibus censeantur: facies quidem habentes diversas, sed caudas adinvicem colligatas, quia de vanitate conveniunt in idipsum. Damnati verò per Ecclesiam, seculari judicio relinquantur, animadversione debitâ puniendi: Clericis priùs à suis ordinibus degradatis.

¶ *Si in hæresi deprehensi, nolunt redire ad fidem, detrudendi sunt in perpetuo carcere ad pœnitentiam peragendam: & credentes erroribus hæreticorum, hæretici sunt. h. d.*

a *In Concilio & in veteribus. Gregorii codic. quòd si qui iidem hæretici.* b *Vide Conradum Brunnm, l. 6. de hær. c. 2.* c *volunt, al. voluerint.* d *Vide Simancam cath. inst. tit. de prædicatorib. adde qua dixit l. 2. comm. in Decret. schol. 8.* e *Vide Petrum Godofr. in auth. Gazarus. C. de hæret.*

Si qui

Si qui autem de prædictis, postquam fuerint deprehensi, redire noluerint ad agendam condignam pœnitentiam, in perpetuo carcere detrudantur: credentes autem eorum erroribus, hæreticos similiter judicamus.

CAP. XVI.

¶ *Liberantur ab omni obligatione, quæ hæreticis tenebantur adstricti.*

Idem.

Absolutos *a* se noverint à debito fidelitatis hominii, & totius obsequii, quicunque lapsis manifestè in hæresim aliquo pacto, quâcunque firmitate vallato, tenebantur astricti.

DE SCHISMATICIS [ET *b* ORDINATIS ab eis.]

TITULUS VIII.

CAP. I.

¶ *Irrita sunt ordinationes, beneficiorum collationes, & Ecclesiasticarum rerum alienationes per Schismaticos factæ, & à dignitate & ordine suspenduntur, qui schisma tenere jurant.*

Ex Concilio Lateranensi.

Quod à prædecessore c nostro: [1 & 2.] ¶ Ordinationes ab Octaviano & Guidone hæresiarchis factas, & ab ordinatis ab eis, irritas esse censemus: adjicientes, ut qui dignitates Ecclesiasticas seu beneficia per dictos Schismaticos acceperint, careant impetratis. Alienationes quoque quæ per eosdem Schismaticos, seu per Laicos factæ sunt de rebus Ecclesiasticis, omni careant firmitate, & ad Ecclesias sine omni onere revertantur. Si quis autem contraire præsumpserit, excommunicationi se noverit subjacere. Illos verò qui sponte juramentum de tenendo schismate præstiterint, à sacris ordinibus & dignitatibus decernimus manere suspensos.

[1 *Fel. mem. pp. Innocentio est innovantes.*]

CAP. II.

¶ *Ordinatus à Schismatico, ab officio est repellendus, nisi probet secum dispensatum per habentem potestatem.*

Innocentius III. *Bisuntin. Archiepiscopo.*

Fraternitati *d* tuæ: [& 2.] ¶ Priorem, quem à Schismatico assertis ordinatum, ab officio poteris repellere incunctanter, nisi legitimè probaverit secum fuisse misericorditer dispensatum, & ab ea persona, quæ super hoc potestatem habuerit dispensandi.

DE APOSTATIS, ET REITERANTIbus baptisma.

TITULUS IX.

CAP. I.

¶ *Clericus, qui dimisso habitu & tonsurâ immiscet se eremitatibus, perdit privilegium canonis, si quis suadente: unde eum deprehendentes non incidunt in canonem, scilicet excommunicationem.*

Alexander III.

Præterea *e* Clerici, qui relicto ordine Clericali & habitu suo, in apostasia tanquam Laici conversantur, si in criminibus comprehensi teneantur, per cens. Eccl. non præcipimus liberari.

CAP. II.

¶ *Si crimen Acolythi, qui rebaptizanti præbuit ministerium, est occultum, promoveri potest: si publicum, non, nisi cum ea religionem intrante dispensetur.*

Idem *Abbati S. Genovefæ.*

Ex literarum *a* tuarum tenore perpendimus, quòd quidam ægritudine longâ confectus, insano sortilegarum mulierum credens consilio, ut sanaretur, per iterationem fecit injuriam baptismatis sacramento: [1 & 2.] ¶ Quia ergò tua nos duxit prudentia consulendos, qualiter puniti debeat Acolythus, quem minor ætas & intentio fraternæ salutis excusare videtur *b*: Discret. tuæ præsentibus literis respond. quòd ad superiores ordines promoveri (si publicum est, quod proponitur) non valebit, nisi ad religionem transire voluerit, ut favore religionis ipsius circa eum valeat dispensari. Si verò occultum est, promoveri poterit, & excessum suum dignis pœnitentiæ fructibus expiare.

[1 *Astutiâ hujus autem sacrilegio adolescens quidam bonæ ut videtur indolis, Acolythus, frater carnalis illius in quo baptismus asseritur iteratus, qui ministerium in respondendo exhibuit Presbytero baptizanti, & cooperator extitit rei nefandæ.*]

CAP. III.

¶ *Infamatus de apostasia, compellitur se purgare.*

Innocentius III.

Tuæ *c* fraternitati: [& 2.] ¶ Super secundo articulo inquisitioni tuæ duximus respondendum, quòd Clerici, qui sunt de apostasiæ crimine infamati, qui videlicet abjecerunt habitum Clericalem, non sunt in seculari habitu tolerandi, sed per districtionem Ecclesiasticam coërcendi, donec deficiente probatione ad infamiam abolendam purgationem canonicam curaverint exhibere.

CAP. IV.

¶ *Baptizati, alterius fidei vel fidei ritus dimittere compelluntur.*

Idem *d in Concilio generali.*

Quidam (sicut accepimus) qui ad sacri undam baptismatis voluntarii *e* accesserunt, veterem hominem omninò non exuunt, ut novo perfectiùs induantur: cùm prioris ritus reliquias retinentes, Christianæ religionis decorem tali commixtione confundant. Cùm autem maledictus sit homo, qui terram *f* duabus viis ingreditur, & indui veste non debeat lino *g* lanâque contextâ: Statuimus, ut per Prælatos Ecclesiarum talis observantia veteris ritûs omnimodè compescatur, ut quos Christianæ religioni liberæ voluntatis arbitrium obtulit, salutiferæ coactionis necessitas in ejus observatione conservet: cùm minus malum existat viam Domini *h* non agnoscere, quàm post agnitam retroire.

CAP. V.

¶ *Apostata incarcerari & affligi possunt, ut habitum reassumant.*

Honorius III. *Archiepiscopo Turonen.*

Anobis *i* expetiit tua fratern. edoceri, quid de Apostatis sit agendum, cùm *k* in custodia detinentur, qui minis vel blanditiis nullatenùs possunt induci, ut abjectum habitum reassumant.

Ad quod tibi breviter respond. quòd tales (si volueris) poteris *l* sub gravi custodia carcerare, ita quòd solummodò vita sibi misera reservetur, donec à suæ præsumptionis nequitia resipiscant.

CAP. VI.

¶ *Monachus in apostasia ordinatus, non potest sine dispensatione Papæ in suscepto ordine ministrare.*

Idem *Archiepiscopo Lugdun.* m

a *Vid. B. Thom. 2. 2. q. 12. art. 2. & Alphonsum Castr. l. 2. de justa hær. pun. c. 7. & Simancam Cath. Inst. tit. 46. de pœnis.* b *Hæc verba, & ordinatis ab eis, desunt in omnib. manuscr.* c *Cap. 2. eod. tit. in 1. comp.* d *Can. eod. tit. in 3. comp. vid. Bernard. Diaz. in pract. crim. can. c. 24. & seq.* e *C. 2. eod. tit. in 1. compil. & post Conc. Lat. p. 26. c. 10.*

a *Cap. 3. eod. tit. in 1. comp. & post Concil. Lat. part. 26. c. 2.* b *videntur.* c *C. un. eod. tit. in 3 comp.* d *Idem scilicet Innoc. III. in Concilio gen. c. 70.* e *voluntariè.* f *Eccles. c. 3.* g *Exod. c. 22.* h *2. Petr. 2.* i *vide Host. in summa tit. de apostatis. & qualiter puniantur. & Bernard. Diaz. in pract. crim. can. c. 104.* k *qui.* l *potes.* m *al. Lugdun.*

CONsultationi *a* tuæ breviter respondemus, quòd Monachus aliquem sacrum ordinem in apostasia recipiens, quantumlibet suo fuerit reconciliatus Abbati, & receperit pœnitentiam, absque dispensatione Rom. Pontificis ministrare non poterit in ordine sic suscepto.

DE HIS, QUI FILIOS OCCIderunt.

TITULUS X.

CAP. I.

¶ *Mulier occidens sponte filium, debet perpetuò in monasterio panitere, si tamen timetur de innocentia, datur, vel saltem non denegatur sibi licentia nubendi.*

Alexander III. *Tornacen. Episcopo.*

VEniens *b* ad nos M. mulier lachrymabili nobis confessione monstravit, quòd cùm de quodam filium genuisset, & ille sibi fæpè turgido vultu improperâsset, quòd filius ejus non esset, ipsa iracundiæ calore ducta, eundem filium interfecit: [1 *& infrà.*] ¶ Mandamus, quatenus eam laboribus inducere, ut ad aliquod monasterium transeat, in quo peccata sua perpetuâ pœnitentiâ deploret. Si autem (repugnante carnis fragilitate) ad hoc induci noluerit, ei licentiam in Domino nubendi tribuas: quia tutius nobis videtur, ut in Domino nubat uni soli, quàm inhonestè multos admittat.

[1 *Quo comperto Comes Flandrensis, eam totam terram usque ad septennium abjurare coigit, nisi de nostra licentia remaneret. Cumq; se nostro aspectui præsentâsset, & quòd cùm crucem accepisset Hierosolymam prefectura nobis assertione suâ proposuit, & nos eam, quia in partibus illis præsentia sua non posset esse utilis, sed damnosa, à Hierosolymitano itinere revocantes, ipsam f. t. duximus remittendam: præsentium tibi auct.*]

CAP. II.

¶ *Mulier occidens filium, propter hoc à viro separari non debet; sed alta pœnitentia sibi imponitur.*

Lucius III. *Parisien. Episcopo.*

INtelleximus *c*, quòd M. mulier filiam parvam furore accensa diabolico jugulavit: propter quod Dominus terræ maritum ejus & ipsam compulit abjurare. Quia verò illam alios habere filios intimâsti: mandamus, quatenus ita super hoc provideas, quòd sui sceleris pœnam luat, & saluti ejus ac filiorum per tuam providentiam consulatur: & non obstante juramento, quod à viro dictus dominus proponitur extorsisse, eam (sicut expedire videris) eidem viro restituas, ita quòd filios suos liberè possit & pacificè gubernare.

CAP. III.

¶ *Se summat, ponens pœnitentiam parentum, circa quos pueri reperiuntur oppressi.*

Idem.

DE infantibus *d* autem, qui mortui reperiuntur cum patre & matre, & non apparet, utrùm à patre, vel à matre oppressi sint ipsi, vel suffocati, vel propriâ morte defuncti, non debent inde securi esse parentes, nec etiam fine pœna: sed tamen consideratio debet esse pietatis, ubi non voluntas, sed eventus, mortis causa fuerit: si autem eos *e* non latet, ipsos interfectores esse, scire debent se graviter deliquisse. Quidam autem pœnitentiam trium annorum judicant esse debere, quorum unum peragant in pane & aqua.

a *Vide pra alia Henricum Boich. & Hostien. præcedenti c. citatum.* b *C. 1. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. Lat. sub Alex. III. p. 10. c. 12. vide Host. hic in summa.* c *C. 2. eod. tit. in 1. comp. & post Concil Lat. p. 30. c. 25.* d *C. un. eod. tit. in 2. comp.* e *Vox, ei, deest in quibusdam exemplaribus.*

DE INFANTIBUS *a*. ET LANGUIDIS EXpositis.

TITULUS XI.

CAP. UN.

¶ *Infans expositus à patre vel alio eo consentiente, vel ratum habente, hoc ipso a patria potestate liberatur. Idem in servo & liberto, qui ob prædictam causam liberantur à dominica potestate. Et idem juris est in prædictis languidis cujuscunque ætatis sic expositis, vel si eis alimenta denegantur: hi tamen, qui prædictis alimenta præstiterint, nullum jus in eis acquirunt.*

Gregorius IX. *b*

SI à patre, sive ab alio sciente ipso aut ratum habente (relegato pietatis officio) infans expositus extitit: hoc ipso à potestate fuit patria liberatus. Nam & hoc casu in ingenuitatem libertus, & servus in libertatem eripitur, quòd & de prædictis cujuscunque ætatis languidis, si expositi fuerint, vel si alicui eorum alimenta impiè denegari contigerit, est dicendum. Sanè qui hos suscipiunt, non possunt propter hoc in eorum personis jus aliquod vendicare.

DE HOMICIDIO *c*. VOLUNTARIO VEL casuali.

TITULUS XII.

CAP. I.

¶ *Homicida incorrigibilis debet deponi, & tradi curia seculari, ut moriatur.*

In Exodo *d*.

SI quis per industriam *e* occiderit proximum suum, & per insidias, ab altari meo evelles eum, ut moriatur.

CAP. II.

¶ *Ponit pœnitentiam occidentis latronem, cùm se poterat aliter liberare: si verò aliter liberare se non poterat, non tenetur agere pœnitentiam, nisi ad cautelam.*

Ex pœnitentiali Romano.

INterfecisti furem aut latronem, ubi comprehendi poterat absque occisione: quia ad imaginem Dei creatus est, per 40. dies non intres Ecclesiam, & laneâ veste indutus, ab escis & potibus qui interdicti sunt, & à thoro, gladio & equitatu, per illos supradictos dies abstineas. In tertia autem & quinta feria & Sabbatho, aliquo genere leguminum, vel oleribus, pomis, & parvis piscibus, cum mediocri cervisia utere temperatè. Si autem sine odii meditatione, te tuaque liberando, hujusmodi diaboli membra interfecisti (secundùm indulgentiam dico, propter imaginem Dei) si aliquid jejunare vòlueris, bonum est tibi: & eleemosynam fac largiter. Si Presbyter eadem *f* fecerit, non deponatur: tamen quamdiu vivit *g*, pœnitentiam agat.

CAP. III.

¶ *Non occiditur fur diurnus sine culpa, sed nocturnus sic.*

Augustinus *super Exodo.*

SI perfodiens *h* inventus fuerit fur, & percussus mortuus fuerit, non est illi homicidium imputandum. Si autem oriatur Sol super eum, reus erit. Intelligitur ergò non pertinere ad eum homicidium, si fur nocturnus occidatur: si autem diurnus fuerit, ad homicidium pertinere. Hoc est enim quod ait: si oriatur Sol super eum, &c. quia poterat discernere, quòd ad furandum, non ad occidendum venisset: & ideò non debet occidi.

a *In Cod. Barb. de infantibus languidis, vel expositis.* b *In Cod. Barb. Nam etiam in hoc casu, &c.* c *Vide Conc. Trid. sess. 14. de reform. c. 7.* d *Exod. c. 21.* e *C. 1. eod. tit. in 2. comp. præter Ant. Butr. & alios vide Guid. Pap. decis. 121. incipit in Camera.* f *vide Bernard. Diaz. in pract. crim. can. c. 11.* g *vivat.* h *C. 3. eod. tit. in 1. comp.*

Hoc

Hoc etiam in antiquis legibus secularibus (quibus ista est antiquior) invenitur, impunè scilicet occidi nocturnum furem quoquo modo: diurnum autem, si se telo defenderit: jam enim plus est quàm fur.

CAP. IV.

¶ Sub generali pollicitatione, seu promissione, etiam juratâ, non venit illicitum.

Hieronymus *a*.

CUm juramento *b* pollicitus est Herodes saltatrici dare, quodcunque postulâsset ab eo: si ob jusjurandum feciſſe se dicat, si patris matrisvé interitum postulâsset, facturus esset, an non? quod ergò in suis repudiaturus fuit, contemnere debuit in Propheta.

CAP. V.

¶ Homicida est, qui facit vel dat sortilegia, vel venena sterilitatis.

Ex Concilio Guarmacien. *c*

SI aliquis causâ explendæ libidinis, vel odii meditatione, homini aut mulieri aliquid fecerit, vel ad potandum dederit, ut non possit generare, aut concipere, vel nasci soboles, ut homicida teneatur *d*.

CAP. VI.

¶ In pœnitentia imponenda judex debet attendere circumstantias, ex quibus augetur vel minuitur delictum. hoc dicit usque ad ¶ illi autem.

Alexand. III. *Exonien. e Episcopo.*

SIcut *f* dignum: [*1 & insrà.*] ¶ Sanè cùm vir discretus existas, plenius nôsti, quòd in excessibus singulorum, non solùm quantitas & qualitas delicti, sed ætas, scientia, sexus, atque conditio delinquentis sunt attendenda: & non solùm secundùm prædicta, sed secundùm locum & tempus, quo delictum committitur, unicuique pœnitentia debet indici: cùm idem excessus magis sit in uno, quàm in alio puniendus.

[*1 Est & omnis rationi consentaneum, solere graves & difficiles quæstiones, ad examen Apostolicæ sedis deferri: ita etiam ex ministerio nobis solicitudinis imminet, easdem quæstiones ut nobis Deus dederit solvere, & singulis à nobis consultum postulantibus respondere: ut providentia Rom. Ecclesiæ, quæ ubique terrarum Domino disponente obtinet principatum, quæstiones solvantur, & removeatur ambiguitas de cordibus singulorum. Licèt autem super quæstionibus, quas nobis tua discretio salvendas direxit, te non dubitemus providum, & circumspectum existere: cogimur tamen ex susceptæ servitutis ministerio juxta discretionem, & providentiam nostram tibi exinde respondere.*]

¶ Sciens homicidam animo occidendi, licèt non apponat manum, si tamen ex sua causa mors secuta est, tenetur fere pari pœnâ cum homicida. h. d. usque ad ¶ Illi etiam. Abbas Siculus.

Illi autem *g*, qui animo occidendi, feriendi, aut capiendi illum sanctum & reverendum virum quondam Cantuar. Archiep. citra manuum injectionem se fatentur venisse, si de illa captione mors ejus secuta fuisset, pari pœnitentiâ, vel fere pari existerent puniendi.

¶ Qui sociat homicidam tantùm animo prohibendi ne impediatur, tenetur paulò minori pœnâ. h. d. usque ad ¶ Qui verò.

Illi etiam, qui non ut ferirent, sed ut percussoribus opem ferrent, si forte per aliorum violentiam impedirentur, paulò minori debent pœnâ mulctari: quia cùm scriptum sit: [*Qui potuit hominem liberare à morte, & non liberavit, eum occidit:*] constat ab homicidii reatu immunes non esse, qui occisoribus opem contra alios præstare venerunt: nec caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori *a* desinit obviare.

¶ Incitans alium ad homicidium, mitius punitur quàm homicida: secùs autem, si incitavit ad certum homicidium: nam ea secutâ, tenetur ut homicida. h. d. usque ad ¶ Hi quoque.

Qui verò se asserunt animum Regis inflammâsse ad odium, unde homicidium fuit secutum, durè & asperè, sed non ita severè sunt puniendi, nisi fortè Regem ipsum ad illud homicidium suis suggestionibus provocâssent.

¶ Custodientes sarcinas occidentium, scientes eos esse sicarios, non sunt immunes à pœna homicidii. hoc dicit usque ad ¶ Eos insuper. Abbas.

Hi quoque non sunt *b* à culpa liberi, nec à pœna debent esse immunes, qui licèt fuerint illius machinationis ignari, tamen eis, quos sicarios esse sciebant, in sarcinis custodiendis ministerium præbuerunt.

¶ Occupans bona occisi, non per hoc tenetur de homicidio: & non sufficit occupanti, quòd eroget illa pauperibus, cùm poterit restituere eis, quorum constat fuisse. hoc dicat usque ad ¶ Illis præterea. Abbas.

Eos insuper, qui dicuntur illius sancti viri & suorum post mortem ejus spolia occupâsse, si nihil aliud in tanto facinore commiserunt, à pœna mortis ejus arbitramur esse immunes: sed quæ occupârant, eis, quorum fuerunt, tenentur in integrum restituere, si habent in facultatibus unde possint ea reddere: & ipsis ex hoc moderata est pœnitentia injungenda: quia licèt quædam ex his, quæ occupaverunt, fateantur se pauperibus erogâsse, non tamen aliena (cùm ipsa potuissent eis, quorum fuerint *c*, restituere) debuerunt pauperibus erogare.

¶ Participantes interfectoribus in excommunicatione, diversimodè puniuntur, juxta modum participationis. hoc dicit usque ad ¶ Clericos. Abbas.

Illis præterea, qui solâ excommunicatorum participatione se reos esse cognoscunt, consideratâ temporis morâ, quo in eadem nequitia perdurârunt, & inquisito, si eis timore vel affectione communicaverint scienter vel ignoranter, est pœnitentia indicenda.

¶ In isto ¶ usque ad fin. ponitur pœnitentia Clericorum præstantium prædicta morti auxilium, consilium, vel favorem. hoc dicit. Abbas Siculus.

Clericos autem *d*, quos constat armatos interfuisse tanto facinori, & illos qui consilium dederunt, ut sanctus *e* vir caperetur, perpetuò non solum ab altaris ministerio deponendos esse censemus, sed etiam quòd in Ecclesiis nullo unquam tempore lectiones legant, vel responsoria in choro separatim cantent: sed in Psalmis apud Deum de commisso satagant veniam impetrare: insuper in districto claustro Monachorum vel Canonicorum regularium (si fieri potest) sunt recludendi, ita quòd usque ad septennium vel quinquennium debeant ab Ecclesiarum introitu coërceri.

CAP. VII.

¶ Homicidium casuale imputatur ei qui dabat operam rei illicitæ, si non adhibuit diligentiam, quam debuit.

Idem.

PResbyterum *f*, qui quendam puerum intuitu disciplinæ percussit in capite, cùm post paucos dies expirâsset, tam ab omni altaris ministerio debes perpetuò removere, quàm ab officio Sacerdotali deponere, si ex ipsa percussione interiit, vel aliam infirmitatem incurrerit, de qua noscitur expirâsse.

---

a *Super Matthæum, cap. 14. refert Burch. lib. 12. decret. cap. 18. Ivo p. 12. c. 73.* b *Cap. 6. eod. tit. in 1. compilat.* c *Guarnacien. sed Burch. lib. 17. decr. c. 37. tribuit Concil. VVorm. c. 30. habetur cap. 13. eod. tit. in 1. compil.* d *tenetur.* e *Exonien.* f *Cap. 7. eod. tit. in 1. compil. & post Concil. Later. sub Alexand. III. p. 11. cap. 1.* g *Ut sequentia apertius intelligantur, observandum est Thomam Cantuarien. Archiepisc. circa ann. 1171. sub Alexan. III. crudeliter occisum.*

a *Hic in plerisq; Codic. adest dictio, non: quam abesse oportere & sententia hujus loci, & vetera indicant exemplaria.* b *fuerunt.* c *fuerunt.* d *Vid. Bernard. Diaz. in pract. crimin. can. cap. 81.* e *dictus.* f *Cap. 1. eod. tit. in 1. compil. & post Concil. Lateran. part. 26. cap. 7.*

CAP. VIII.

¶ *Homicidium casuale imputatur ei, qui dabat operam rei illicitæ, vel etiam licitæ, secundùm alium intellectum, si non adhibuit omnem diligentiam, quam debuit.*

Idem *Cusentinen. Archiepiscopo.*

COntinebatur *a* in literis tuis, quòd cùm Diaconus præsentium lator, & quidam alii Clerici à vineis Ecclesiæ opere consummato redirent, levandi laboris gratiâ, quendam ludum imitati viatorum, baculos suos studebant jacere in directum, & alter alterius fustem ferire: cujus ludi solet esse conditio, ut qui alterius baculum perueteret, quasi victor pro equo alio uteretur: sed præfati Clerici equitandi licentiâ non utentes, solâ erant jactione *b* contenti. Quidam autem Laicus, cùm baculum ejusdem Diaconi percussisset, incautus in eum equiraturus insiliit: & sic à falce illius Diaconi, quâ erat accinctus, mortale vulnus accepit, de quo post dies octo expiravit. Ideoque mandamus, quatenus eundem Diaconum *c* sine licentia Romani Pontificis ad superiorem gradum non ascendere, vel in Diaconatûs officio nullo unquam tempore ministrare permittas, sed eum dispensativè ministrare in Subdiaconatûs officio patiaris.

CAP. IX.

¶ *Homicidium casuale non imputatur ei, qui non fuit in culpa.*

Idem *Exonien. Episcopo.*

LAtor *d* præsentium P. Clericus nobis proposuit, quòd cùm quâdam die casu cum quodam Clerico luderet, contigit, quòd ille projecit istum ad terram: cujus culrellus, quem ad latus suum habebat, in alterum incidit, & fortuito casu occubuit vulneratus. Ideoque mandamus, quatenus si ita res se habuit, & alia justa causa non impedit, prædictum P. libere permittas ad sacros ordines promoveri.

CAP. X.

¶ *Is, ex cujus opera illicita sequatur homicidium, irregularis efficitur.*

Idem *Abbati S. Benedicti de Verbia c.*

SUscepimus *f* literas tuas, per quas cognovimus, quòd cùm lator præsentium in custodia cujusdam domûs cum altero fratre maneret, ingredientes de nocte quidam latrones ad eos, turpiter ipsos in personis affligere, & denudare vestimentis propriis præsumpserunt: in quos isti resumptis viribus insurgentes, ligaverunt illos, & detinere usque ad notitiam capituli voluerunt. Cùm autem iste rem ad tuam audientiam perlaturus, ligatos eos in fratris sui custodia dimisisset, & fures se solvere niterentur, frater illos (ne ipse ab eis interimeretur) occidit. Verùm *g* quoniam expediebat potiùs post tunicam relinquere pallium, & rerum sustinere jacturam, quàm pro conservandis vilibus rebus & transitoriis tam acriter in alios exardescere, abstineat iste humiliter ab altaris ministerio, & uterque peccatum suum ad arbitrium tuum studeat expiare: constat enim eos contra mansuetudinem Ecclesiasticam ex utriusque ope interemptos.

CAP. XI.

¶ *Dans causam homicidio, irregularis est.*

Idem *Lucen. Episcopo.*

DE extero *h* noveris, quòd Diaconus, qui homicidio causam dedisse videtur, non videtur ad Sacerdotium promovendus.

CAP. XII.

¶ *Homicidium casuale imputatur ei, qui dedit operam rei illicitæ, si non adhibuit diligentiam, quam debuit.*

Clemens III.

AD audientiam *a* Apostolatûs nostri pervenit, quòd cùm quidam Presbyter volens corrigere quendam de familia suæ, cingulo, quo cingi solebat, ipsum verberare tentâsset: contigit, quòd cultellus de vagina, quæ cingulo adhærebat, elapsus, eum in dorso aliquantulum vulneravit: postmodùm verò cùm ille vulneratus aliquandiu vixisset, & convaluisset à vulnere, aliâ *b* graviori (ut dicitur) infirmitate percussus, viam est universæ carnis ingressus. Quia verò utrum occasione vulneris decessisset, dubium habetur: tuæ discretioni duximus respondendum, quòd cùm in dubiis semitam debeamus eligere tutiorem, te convenit injungere Presbytero memorato, ut in sacris ordinibus non ministret, & eidem injunctâ pœnitentiâ congruenti, sibi poteris concedere, ut minoribus ordinibus sit contentus. Si verò ille ex alia infirmitate obierit, poterit (sicut erat solitus) divina officia ministrare.

CAP. XIII.

¶ *Homicidium casuale, non imputatur ei, qui dedit operam rei licitæ, nec fuit in culpa.*

Innocentius III. *Episcopo c Lingon.*

DIlectus filius A. *d* Capellanus proposuit, quòd cùm quâdam corporis molestiâ gravaretur, ut comedendi apperitum aliquantulùm excitaret, equum, quem nutriebat, ascendit: qui cùm benè non pareret habenis, sed præter sessoris arbitrium saltibus lasciviret, ipse (ut ejus refrenaret impetum) freno vim intulit, equumque calcaribus stimulavit: cumque fracto freno equus proprio arbitrio relictus curreret festinanter, quædam mulier veniens ex obliquo infantulum bajulans obviavit: in quem equus irruens (procul abjecto sessore) puerum prædictum oppressit. Ideoque mandamus, quatenus si est ita, cùm idem Capellanus nec voluntate, nec actu, homicidium perpetravit, nec dedit operam illicitæ rei, non impediat, quò minùs divina possit officia celebrare.

CAP. XIV.

¶ *Summatur ut supr. cap. prox.*

Idem *Metens. c Episcopo.*

I. EX literis *f* tuæ fraternitatis accepimus, quòd cùm H. Presbyter fœnum vellet de curru deponere, perticam superiùs alligatam projecit in terram: & cum freno insisteret deponendo, quidam puerum quendam juxta currum reperit semivivum, in quo præter modicum livoris in fronte nihil inveniri potuit læsionis. Nos autem ab eodem quæsivimus Sacerdote, si priusquam jaceret perticam, circumspexisset solicite, an aliquis esset circa currum: qui quòd diligenter circumspexit *g*, asseruit: sed, quòd vidisset aliquem, denegavit. Ad te igitur remittentes eundem, mandamus, quatenus si res ita se habet, nisi contra eundem grave scandalum sit exortum, vel tantâ laboret infamiâ, quòd deficiente accusatore oporteat eidem canonicam purgationem indici, ipsum liberè permittas exequi officium Sacerdotis.

CAP. XV.

¶ *Summatur etiam ut supr. eod. cap. dilectus.*

Idem *Eustantinen. Archiepiscopo.*

II. EX literis *h* tuæ fraternitatis accepimus, quòd quidam Monachus ad deponendam de campanili campanam subserviens, quia quoddam lignum corruit

---

a *Cap. 9. eod. tit. in 1. comp. & post Concil. Lateran sub Alexand. III. part. 26 c. 12.* b *jactatione.* c *Diaconem in antiq.* d *Cap. 10. eod. tit. in 1. comp.* d *Vebria. al. Nebria.* f *Cap. 11. eod. tit. in 1. comp. & post Concil. Later. p. 28. c. 27.* g *Ex hoc 9. colligitur aperti, non licere Clericis occidere latrones pro rebus conservandis. vide Isa. in l. ut vim. ff. de just. & jur.* h *Cap. 12. eod. tit. in 1. compil.*

a *Cap. 1. eod. tit. in 1. compil.* b *Dilite, aliâ, deest in antiquioribus exemplarib. & in vet. comp.* c *Lugdunens. al. Lugdunen.* d *C. 2. eod. tit. in 3. comp.* e *Metens. al. Anetens.* f *C. 2. eod. tit. in 3. comp.* g *circumspexisset.* h *Cap. 3. eod. tit. in 3. compilat.*

ipso

ipso movente, quendam puerum oppressit & occidit. Quocirca mandamus, quatenus si Monachus ipse rem necessariam agebat & utilem, & in loco, per quem aliquem transire non crederet, vel ibidem existere, vel etiam illuc de consuetudine venire, quando lignum movisse dignoscitur, satis poterit, præsertim in monasterio, ad altiores ordines promoveri.

CAP. XVI.

¶ *Summatur ut sup. eod. cap. dilectus.*

Idem *Episcopo Paduano.*

I. SIgnificâsti nobis *a*, quod cum F. Clericus equitaret, equus cui insidebat, tam se, quàm ipsum projecit in aquam: unde Clericus ipsum graviter calcaribus stimulavit: equus verò cùm existeret buccâ durus, præter voluntatem sessoris raptus in cursum, quandam *b* mulierem, quam obviam habuit, ex improviso pedibus interfecit. Cumque nos ab eodem Clerico fecissemus inquiri, utrùm equi vitium prius sciviſſet, illud asseruit se ignorâsse. Ideoq; mandamus, quatenus si ita est, ad cautelam injungas eidem pœnitentiam competentem: quâ peractâ non impedias, quò minùs in susceptis ministret ordinibus, & ad majores valeat promoveri.

CAP. XVII.

¶ *Non censetur homicida is, qui prohibente, & causam non dante, a consanguineis homicidium committitur.*

Idem.

PEtrus Diaconus *c* & Monachus sancti Joannis de Puna, suâ nobis insinuatione monstravit, quòd cùm ipsum quondam in seculari habitu in Ecclesia de Rigelo *d* beneficium obtinentem, Abbas illius Ecclesiæ eodem beneficio spoliâsset: cognati & amici ejus irati plurimum & commoti, nocte quâdam in domo Diaconi convenerunt, & cœnâ factâ dicebant, quòd vindictam volebant sumere de Abbate: inhibiti autem expresse ab eodem Diacono, ne Abbatem occiderent, aut aliquid sibi facerent, unde ordinis sui discrimen incurreret, & animæ detrimentum: nihilominùs irruerunt in eum, & plagis impositis abierunt semivivo relicto: qui post dies aliquot *e* expiravit: [1 & 3.] ¶ Quocirca mandamus, quatenus si præmissa noveris veritate subnixa, expedicto Diacono, non solùm in Diaconatûs officio ministrare, sed etiam ad ordinem Presbyteratûs ascendere (si aliud canonicum non obstiterit) liberam concedas auctoritate Apostolicâ facultatem, præsertim si super hoc non fuerit respersus infamiâ: cùm ei non debeat imputari, quòd contra prohibitionem ejus expressam, eo causam vel occasionem non dante, ausu sacrilego fuit ab ipsius consanguineis attentatum.

[1 *Ab illo autem tempore usque hodie præditus Diaconus, de hoc quod contigerat, tristis effectus, ab administratione cessavit & nondum expleto biennio, habitum induit Monachalem. Unde à nobis suppliciter petit edoceri, utrum posset in officio Diaconi ministrare, & si hoc ei liceat, an possit promoveri ad majorem ordinem: licèt autem præmissa veritas suffragatur, præfatus Diaconus super Abbatis intuitu, non videretur esse culpabilis, quia tamen bonarum mentium est, ibi culpas agnoscere, ubi culpa non est, ab administratione officii, propriâ voluntate se suspendit, vel habitum induit regularem, sibi non ad peccatum asscribimus, sed ad meritum reputamus.*]

CAP. XVIII.

¶ *Irregularis censetur, qui alium lethaliter percussit, licèt ab alio fuerit extinctus: idem si apparet, an lethaliter, si etiam percussus ab alio obiit, & non apparet ex cujus vulnere decesserit: idem est, si percusserit non lethaliter, si animum occidendi habuit, & ex aliorum vulneribus percussus expiravit. h. d. notabiliter. Abbas.*

Idem *Abbati S. Trinitatis de Meldemberg.* f

II. SIgnificâsti *a* nobis, quòd cùm quidam maleficus ingressus Ecclesiam, Eucharistiam cum altarium ornamentis & libris Ecclesiasticis extra Ecclesiam asportâsset: L. Presbyter Ecclesiæ Canonicus regularis præfatum iniquitatis filium fossorio arrepto percussit: sed si ad mortem fuit ictus hujusmodi, tu & ipse penitùs ignoratis: quem parochiani Ecclesiæ videntes ornamenta Ecclesiæ asportantem, arreptis gladiis & fustibus in eodem loco protinùs occiderunt: [1 & 2.] ¶ Nos in præmisso casu credimus distinguendum, utrùm constare possit, quòd præfatus Sacerdos non inflixit *b* percussionem lethalem, de qua, si aliorum non fuissent vulnera subsecuta, percussus minimè interiisset, & si percussor voluntatem non habuerit occidendi, neque ipsius studio, consilio vel mandato processerint alii contra illum. Et quidem si hoc ita se habet (quod forsan ex eo posset ostendi, si certa apparuisset percussio, ab eodem inflicta tam modica & tam levis, in ea parte corporis, in qua quis de levi percuti non solet ad mortem, ut peritorum judicio Medicorum talis percussio assereretur non fuisse lethalis) cùm de cæteris credendum sit ipsi, qui non accusatur vel denunciatur ab aliquo, sed per seipsum consilium appetit salutare, post pœnitentiam ad cautelam injunctam, in Sacerdotali poterit officio ministrare, maximè religionis accedente favore, cùm sit Canonicus regularis, & sine omni scandalo possit Sacerdotale officium celebrare. Quod si discerni non possit, ex cujus ictu *c* percussus interiit, in hoc dubio tanquam homicida debet haberi Sacerdos: & si forte homicida non sit, à Sacerdotali officio abstinere debet: cùm in hoc casu cessare sit tutius, quàm temerè celebrare, pro eo quòd in altero nullum, in reliquo verò magnum periculum timeatur: [2 *infrà.*] ¶ Si verò (quemadmodum perhibetur) Sacerdos iste prius ab illo percussus sacrilego, mox eum cum ligone in capite repercussit: quamvis vim vi repellere omnes leges & omnia jura permittant: quia tamen id debet fieri cum moderamine inculpatæ tutelæ, non ad sumendam vindictam, sed ad injuriam propulsandam: non videtur idem Sacerdos à pœna homicidii penitùs excusari: tum ratione instrumenti, cum quo ipse *d* percussit, quod cùm grave sit, non solet levem plagam inferre: tum ratione partis, in qua fuit ille percussus, in qua de modico ictu quis lethaliter solet lædi.

[1 *Præfatus verò L. de sua salute præcogitans, evoluto anno sub titulo confessionis tibi rei ordinem revelavit, pro quo nobis humiliter supplicâsti, ut cum eo misericorditer agere dignaremur. Licèt autem contineatur in cautione, quòd si quatuor homines, aut duo, vel etiam plures contra unum hominem vivacis fuerint, & ab his mortuus fuerit vulneratus, quicunque illorum illi plagam imposuerit, homicida secundùm instituta canonum judicetur: quòd tamen in also canone dicatur de Presbytero, qui Diaconum equitantem percussit, & ipse eadem ex equo cervice fractâ interiit: quòd si non ad mortem percussus est incaute agente Presbytero, competens pœnitentia est indicenda, ita quòd aliquanto tempore à Missarum solemnis denuò ad Sacerdotale officium revertatur. Quod si veraciter qualicunque percussione Presbyteri mortuus est Diaconus, nullâ ratione more Sacerdotii permittendus est ministrare, & si voluntatem non habuerit occidendi.*]

[2 *Utrùm autem de his simile sit sentiendum, quorum unus, sed quis, omninò nescitur, homicidium perpetravit, si forsan ad sacros ordines recipiendos præsentetur, utrum eumdem sint pariter reprehendendi, cùm discerni non possit, qui debeant culpabiles judi-*

---

a *C. 4. eod. tit. in 3. comp. vide citatos in c dilectus. sup. eod. tit.* b *al. mulierem quandam obviam habuit, quam ex improviso, &c. sed lectio quam retinuimus, planior est.* c *C. 1. eod. tit. in 4. comp.* d *Rigulo.* e *aliquot.* f *Mald. al. Maldem. al. Maicbrun.*

a *Cap. 2. eod. tit. in 4. comp. Covarruv. in Clem. si furiosus. de homicid. in 2. p. relect. § 2. vers. sed primò hæc eadem ratione. & Ant. Gomezius tom. 3. var. resolut. de homicid. num. 36. Conc. Trid. sess. 14. de refor. c. 7.* b *infixerit.* c *Vid. Jul Clarum 5 sent. § homicidium. vers. alia etiam est defensio.* d *ipsum.*

cari, diligens investigator avertat, quamvis hic casus sit ab illo valde diversus.]

CAP. XIX.

¶ Religiosus chirurgiam exercens, si ex ea mors sequitur, irregularis est, etiamsi sit peritus & diligens, & hoc fecerit causâ pietatis: sed cum eo potest satisfactionem misericorditer dispensari potest. h. d. usque ad §. Ad ultimum.

Idem *a.*

TUa nos *b* duxit fraternitas consulendos: [*& infrà.*] ¶ Quæsivisti, quid sit de quodam Monacho sentiendum, qui credens se quandam mulierem à gutturis tumore curare, ut chirurgicus cum ferro tumorem illum aperuit, & cùm tumor aliquantulùm resedisset, ipse mulieri præcepit, ne se vento exponeret ullo modo, ne fortè ventus subintrans gutturis apertionem, sibi causam mortis inferret: sed mulier (ejus mandato contempto) dum messes colligeret, vento se exposuit incautè, & sic per apertionem gutturis sanguis multus effluxit, & mulier diem ultimum sic finivit: utrùm videlicet cùm prædictus Monachus sit Sacerdos, liceat ei Sacerdotale officiũ exercere? Nos igitur fraternitati tuæ respond. quòd licèt ipse Monachus multùm *c* deliquerit officium alienum usurpando, quod sibi minimè congruebat si tamẽ causâ pietatis & non cupiditatis id egerit, & peritus erat in exercitio chirurgiæ, omnemque studuit, quam debuit, diligentiam adhibere, non est ex eo, quod per culpam mulieris contra consilium ejus accidit, adeò reprobandus, quòd non post satisfactionem condignam cum eo misericorditer agi possit, ut divina valeat celebrare: alioquin *d* interdicenda est ei Sacerdotalis ordinis executio de rigore.

¶ Qui judici seculari dedit interfignia furis, à quo fuit vulneratus, irregularis non est, licèt ille postmodum occidatur. Abbas Siculus.

Ad ultimum fuit ex parte tua propositum, quòd quidam Scholaris, metuens, ne latrones in hospitio suo essent, de strato consurgens, reperit ibi furem: qui non solùm ipsum Scholarem prostravit ad terram, sed penè ad mortem vulneravit eundem: [*1 & infrà.*] ¶ Mane itaque Scholares latronem quæsiverunt eundem, quem vulneratum inventum potestati Vincentiæ *e* tradiderunt: coram quo constanter negavit, quòd præmissa minimè perpetravit. Unde præfatus Potestas ad eundem Scholarem nuncios destinavit, ut exponeret, si qua sciret de fure prædicto, vel traderet interfignia *f*: qui cultrum, quem ipsi latroni abstulerat, & sotulares ab eodem in ipsius domo dimissos, quos abstraxerat, ne pedum strepitus audiretur, nunciis tradidit memoratis, super eodem facto se nihil amplius intromittens. Potestas igitur receptis talibus interfignis, latronem ipsum apparitoribus suis tradidit puniendum: qui sibi amputaverunt virilia, & oculos eruerunt: latro verò irâ & dolore commotus, nec potum sumpsit, nec cibum: & sic de medio est sublatus. Unde per nostrum oraculum postulas edoceri, utrùm præfatus Scholaris ad sacros valeat ordines promoveri? Nos igitur inquis. t. t. r. quòd si præfatus Scholaris dignis meritis adjuvatur, propter præscriptum eventum à susceptione sacrorum ordinum nullatenùs est arcendus.

[*1 Scholaris verò provocatus ab illo, vim ut in continenti repellens, extractis latronis gladio eundem servato juris moderamine repercussit, qui perterritus fugam quantocyùs potuit arripere, maturavit.*]

CAP. XX.

¶ Qui dat causam abortioni, homicida est, si conceptum erat vivificatum animal rationale: aliàs secùs.

a *In Cod. Barbatia: Idem Episcopo Placen.* b *Cap. 3. eod. tit. in 4. comp.* c *Dictio, multum, deest in manuscr. exemplarib.* d *Alioquin interdicta est ei, &c.* e *Vincentia.* f *Interfigna, ut infr. interfignia.*

Idem *Priori & fratribus Carthusien.* a

SIcut *b* ex literarum vestrarum tenore accepimus, cùm quidam Presbyter vestri ordinis, qui prius fuerat niger Monachus, quandam mulierem prægnantem, cum qua contraxerat consuetudinem inhonestam, & quæ asserebat se concepisse ex eo, per zonam attraxerit quasi ludens, ipsa per hoc se se asserit esse læsam, quòd occasione hujusmodi *d* abortivit: propter quod idem Presbyter proborum virorum usus consilio, seipsum duxit ab altaris ministerio sequestrandum: [*1 & §.*] ¶ Nos verò devotioni vestræ insinuatione præsentium respondemus, quòd si nondum erat vivificatus conceptus, ministrare poterit, alioquin debet ab altaris officio abstinere.

[*1 Quare nobis humiliter supplicâstis, ut cum ea agere misericorditer dignaremur.*]

CAP. XXI.

¶ Non imputatur Clerico civiliter justitiam petenti de Laico, si judex in Laicum exercet vindictam sanguinis.

Idem *S. Episcopo.*

POstulâsti: [*& infrà.*] ¶ Quæsivisti præterea, utrùm contra quosdam contemptâ excommunicationis sententiâ debitas Ecclesiis decimas subtrahentes, tibi regiam implorare liceat potestatem, cùm ad solutionem ipsarum vix absque sanguinis effusione valeant coarctari? Ad quod *e* respond. quòd si tu hujusmodi querimoniam simpliciter deponente, Rex (cui ad bonorum laudem, vindictam verò malorum, gladius est commissus) in eosdem rebelles traditam sibi exercuerit potestatem, eorum erit duritiæ [aut *f* malitiæ] imputandum.

CAP. XXII.

¶ Homicidium casuale non imputatur ei, qui non occidit, nec fuit in culpa, etiamsi ad cautelam veniam postulaverit.

Honorius III. *Episcopo Ebroi-censi* g.

EXhibita *h* nobis I. Clerici confessio patefecit, quòd cùm in puerili esset constitutus ætate, cum quibusdam coætaneis suis ludens, & insequens unum ex illis, lapidem post eum non animo lædendi, sed timorem incutiendi projecit: qui licèt ex projecto *i* lapide percussus non fuerit, neque tactus, ad alium tamen lapidem corruens, & caput offendens, tum propter imperitiam medicantis, tum propter patris incuriam, qui laboribus & sudoribus ipsum exposuit, expiravit. Quia verò dictus Clericus, ut mitigaretur dolor patris defuncti, veniam super hoc postulavit ab ipso, ut eum à sacrorum ordinum susceptione repellis: quanquam idem defuncti pater in extremis laborans, tibi & Presbytero, cui suam aperuit conscientiam, confessus fuerit, & præstito firmavecit juramento, nihil ipsum in morte filii sui (prout sibi constiterat) commisisse. Quare idem Clericus postulavit à nobis, ut cùm de illius obitu læsam non habeat conscientiam, dignaremur agere misericorditer cum eodem.

Quocirca mandamus, quatenus si constiterit ita esse, ipsum propter hoc à receptione sacrorum ordinum non repellas.

CAP. XXIII.

¶ Homicidium casuale non imputatur ei, qui dedit operam rei licitæ, nec fuit in culpa.

Idem *Episcopo & Capitulo Vinten.*

IOannes Sacerdos *k* humili nobis insinuatione monstravit, quòd cùm pulsaret campanas, ut signo dato

a *Carthusia. al. Carthusien. ordinis, in Cod. Barbat.* b *C. 4. eod. tit. in 4. comp.* c *al. ab eo.* d *hujus.* e *al. ita: ad quod breviter respondemus. Rom. c. 13.* f *Hæc duo verba, aut malitiæ, desunt in antiq. exempl.* g *Ebriacen. al. Ebroicen.* h *Vid. Tabiensem, verbo irregularitas. §. 4. Sylvestrum, verbo homicidium. 2. q. 20.* i *ex projecto, in recentioribus contra veterum fidem.* k *Vid. Ioannem de Anania & citatos, supr. eod. tit. cap. ex literis. lib. 2.*

conve-

conveniret populus fidelium ad divina, cadens tintinnabulum, percussit quendam puerum coram eo, qui (cùm vulnus esset mortale) decessit. Nos igitur attendentes, quòd dicto Sacerdoti, qui dabat operam rei licitæ, nihil potuit imputari, si casus omnes fortuitos non prævidit: discretioni vestræ mandamus, quatenus si constiterit ita esse, dictum Sacerdotem Sacerdotale officium exequi permittatis.

CAP. XXIV.

¶ *Clericus pugnando etiam contra inimicos fidei Catholicæ, si quamquam percussit, & de interfectione ipsum remordet conscientia, à ministerio altaris abstinere debet.*

Idem *Pelagio Presbytero* a.

PEtitio tua nobis exhibita continebat, quòd cùm inimici Dominicæ Crucis ac blasphemi nominis Christiani, castrum quoddam, in quo morabaris, graviter invasissent: exeuntibus inde habitatoribus, tam Clericis quàm Laicis, contra eos, ac *b* invicem confligentibus, hinc inde occisi quamplurimi extiterunt. Unde cùm pro eo, quòd aliquos percussisti, irregularitatem metuas incurrisse: Mandamus, quatenus si de interfectione cujusquam in illo conflictu tua conscientia te remordet, à ministerio altaris abstineas reverenter: cùm sit consultius in hujusmodi dubio abstinere, quàm temerè celebrare.

CAP. XXV.

¶ *Idem dicit quod cap. Ioannes. sup. eod. & tantùm ponit diversitatem in facto.*

Gregorius IX.

QUidam *c* (ut asseris) ad ædificationem Ecclesiæ in adjutorium à Presbytero evocatus, ruens cum laqueari, quod idem Presbyter solvere nitebatur, hâc occasione rebus est humanis exemptus: [*&c.*] ¶ Attendentes igitur, quòd Sacerdos ipse dabat operam licitæ rei, studuit etiam quam debuit diligentiam adhibere, circumstantibus (quibus periculum imminebat) ita tempestivè & altâ voce prænonitis, quòd & intelligere & fugere potuerunt: Inquisit. tuæ taliter respondemus, quòd ob hanc causam, vel quia omnes casus fortuitos (qui prævideri non possunt) fortitan non prævidit, non debet quoad officium vel beneficium impediri.

DE TORNEAMENTIS.

TITULUS XIII.

CAP. I.

¶ *Torneamenta fieri non debent: & vulneratis in eis conceditur pœnitentia: sed si moritur, denegatur ei sepultura Ecclesiastica, si accessit animo pugnandi: secùs si accessit aliâ causâ, ut puta ut debita sibi exigeret. hoc dicit, cum cap. seq.*

Ex Concilio Lateranen. *d*

FElicis *e* memoriæ Innocentii & Eugenii prædecessorum nostrorum vestigiis inhærentes, detestabiles illas mundinas vel ferias, quas vulgò torneamenta vocant, in quibus milites ex condicto convenire solent, & ad ostentationem virium suarum, & audaciæ temerè congredi, unde mortes hominum & animarum pericula sæpè proveniunt, fieri prohibemus. Quòd si quis eorum ibi mortuus fuerit, quamvis ei poscenti pœnitentia non negetur, Ecclesiasticâ tamen careat sepulturâ.

CAP. II.

¶ *Idem dicit quod in superiori cap.*

Alexander III. *Anatem. Episcopo.*

AD audientiam nostram *a* noveris pervenisse, quòd cùm quidam ad locum deputatum torneamentis causâ requirendi debita accessisset: [*1 & infrà.*] ¶ Nos attendentes, quòd his tantùm Ecclesiastica sepultura debeat interdici, qui ad torneamenta animo id faciendi tantùm accedentes, decedunt ibidem: fraternitati tuæ mandamus, quatenus si tibi constiterit, quòd ad prædictum torneamentum non animo ludendi, sed percipiendi credita pervenisset, licèt ibi fortuito casu obierit, corpus ejus dispensatione *b* Ecclesiasticæ tradi facias sepulturæ, maximè si Dominicum corpus susceperit, & sacri olei fuerit unctione peructus.

[*1 Accidit, ut volenter & inconsideratè ab equo, in quo insidebat, super eum cadente compressus mortuus est, sed prius Dominicum corpus suscepit & sacri oles peructione unctus est. Verùm pro eo quòd in torneamentis mortem accepit, à sepultura fidelium prohibetur.*]

DE CLERICIS PUGNANTIBUS in duello.

TITULUS XIV.

CAP. I.

¶ *Clericus iniens duellum, sive obtulerit, sive susceperit, deponendus est: poterit tamen Episcopus cum eo dispensare, si mors vel mutilatio membri non sit inde secuta.*

Alexander III.

PORRÒ *c* si Clericus alicui sponte duellum obtulerit, vel oblatum susceperit, sive victor, sive victus fuerit, de rigore juris est meritò deponendus. Sed quantumcunque ejus in hoc gravis sit & enormis excessus, evadere potest depositionis sententiam, si cum ipso suus Episcopus duxerit misericorditer dispensandum, dummodò ex ipso duello homicidium vel membrorum diminutio non fuerit subsecuta.

CAP. II.

¶ *Irregularis est Clericus, non solùm si ipse interficit per se, sed etiam si pugil ab eo datus adversarium occidat, nec excusat consuetudo: poterit tamen cum eo circa beneficium habendum dispensari.*

Cœlestinus III. *d*

HEnricus *e* Presbyter nobis humiliter intimavit, quòd cùm Laicum quendam super furto in seculari placito convenisset, quia testes sui defecerunt, pugilem secundùm pravam terræ consuetudinem introduxit, qui reum usque adeò ictibus vulneravit, quòd coactus est expirare. Quia igitur super hoc nos consulere voluisti, ambiguitatem tuam responsionem hujusmodi removemus, quòd tales pugiles homicidæ veri *f* existunt: nec prædictus Sacerdos, licèt non ipse, sed alius pro eo in duello pugnaverit, debet in sacris ordinibus ministrare, sicut tradunt sacrorum canonum instituta. Homicidium autem, tam facto quàm præcepto, sive consilio, aut defensione, non est dubium perpetrari: poterit tamen cum eo circa habendum beneficium misericorditer dispensari.

DE SAGITTARIIS *g*.

TITULUS XV.

CAP. UN.

¶ *Excommunicandus est sagittarius & ballistarius contra Christianos. hoc dicit.*

a *Cap. 1. eod. tit. in 2. comp. adde citatos in c. præcedenti & c. 1. sup. de corpore vitiatis.* b *al. dispensativè. al. ita: dispensativa Ecclesiæ, tradi facias. Hanc lectionem agnovit Hostiensis, quam etiam vetustiores aliquot codices præfixerunt.* c *Cap. 1. eod. tit. in 1. comp.* d *al. Clemens tertius.* e *Cap. 1. eod. tit. in 2. compil. vid. Concil. Trid. sess. 25. de refor. c. 19.* f *al. verè, sed in recentioribus.* g *Sagittariis & Ballistariis in Cod. Barbat.*

a *al. P. Presbytero.* b *al. & ita invicem.* c *Prater Doctores vide hîc citatos in c. ex literis. lib. 2. sup. eod. tit.* d *Conc. Lat. sub Alex. III. cap. 20. refertur in Panorm. lib. 1. tit. 11. sive c. 148.* e *Cap. 1. eod. tit. in 3. compil. vid. Conc. Trid. sess. 25. de refor. c. 19. consule B. Thom. 2. 2. q. 92. art. 1. ad 3. argumentum.*

Innocentius III.

ARtem illam a mortiferam & odibilem balliſtariorum & ſagittariorum adverſùs Chriſtianos & Catholicos exerceri de cætero ſub anathemate prohibemus.

DE ADULTERIIS ET STUPRO.

TITULUS XVI.

CAP. I.

¶ *Stuprans virginem tenetur eam dotare, & ducere in uxorem: & ſi non vult eam contrahere, ultra dotem corporaliter caſtigabitur. h. d. cum cap. ſequente.*

In Exodo *b.*

SI ſeduxerit quis virginem nondum deſponſatam, dormieritque cum ea, dotabit eam, & habebit uxorem. Si verò pater virginis dare noluerit, reddet pecuniam juxta modum dotis, quam virgines accipere conſueverunt.

CAP. II.

¶ *Summatim eſt ſuprà capitulo proximo.*

Gregorius *Sipon. Epiſcopo.*

PErvenit ad nos, quòd Felix quandam virginem ſtupro decepit: quòd ſi verum eſt, quamvis eſſet de lege pœnâ plectendus, nos aliquatenùs legis duritiem mollientes, hoc modo diſponimus, ut aut, quam ſtupravit, uxorem habeat: aut ſi renuendum putaverit, corporaliter caſtigatus, excommunicatusque, in monaſterio *c*, in quo agat pœnitentiam, detrudatur, de quo nulla ſit egrediendi ſine præceptione *d* licentia.

CAP. III.

¶ *Maritus retinens adulteram conjugem non peralià pœnitentiâ, participeſt delicti: ſecùs ſi egit pœnitentiam: non tamen debet eam ſæpè recipere.*

Ex Concilio Arelaten.

SI vir ſciens uxorem ſuam deliquiſſe, quæ non egerit pœnitentiam, ſed permanet in fornicatione, vixerit cum illa, reus erit, & ejus peccati particeps. Quòd ſi mulier dimiſſâ egerit pœnitentiam, & voluerit ad virum ſuum reverti, debet, ſed non ſæpè, recipere peccatricem.

CAP. IV.

¶ *Maritus propter ſuſpicionem poteſt accuſare uxorem de adulterio, & in accuſando præfertur cæteris.*

Ex Concilio Pariſienſi. *e*

MAritis etiam ex ſuſpicione uxores accuſare permiſſum eſt, & ipſi plùs cæteris de adulterio & accuſare poſſunt & defendere.

CAP. V.

¶ *Ad ſolam mulieris confeſſionem, aſſerentis ſe commiſiſſe adulterium cum Sacerdote, non debet Sacerdos puniri, ſed ſibi infamato poteſt indici purgatio, quam ſi præſtiterit, abſolvatur, deficiens verò ſuſpendatur ab officio.*

Alexander III.

SIgnificâſti nobis *f* quendam Presbyterum cum alterius conjuge intra Eccleſiam dormiviſſe, quæ ſe & illum cuidam Sacerdoti hujuſmodi delictum confeſſos fuiſſe, publicè tibi detexit, & hoc ipſum idem Sacerdos nomen adulteri celans in præſentia tua dixit. Super quo quid fieri debeat, cùm negante adultero mulier in confeſſione perſiſtat, conſilium requiriſti. Ideoq; mandamus, quatenus condignam pœnitentiam præfatæ imponens adulteræ, Eccleſiam per aſperſionem aquæ benedictæ reconciliare procures. Prædicto autem Sacerdoti, ne (contra Apoſtolum) infirmorum corda malâ famâ ipſius percutiantur, & ne vituperetur miniſterium noſtrum, neque ſecuriores Presbyteri exiſtentes in peccatum licentiùs prolabantur, cum vicinis quinque Presbyteris, quos ſe nolle pejerare cognoveris, juxta arbitrium tuum purgationem indicas: quem, ſi purgare ſe poterit, in officio ſuo miniſtrare permittas: alioquin ab officio ſuo ipſum ſuſpendere non poſtponas.

CAP. VI.

¶ *Conjunx conjugem de adulterio impetere non poteſt, ſi & ipſa adulterium commiſiſſe convincatur.*

Innocentius III. *Turon.* a *Archiepiſcopo.*

INtelleximus *b*, quòd cùm S. Laicus H. uxorem ſuam à maritali conſortio depuliſſet, diœceſanus eorum audiens eandem cum quodam adultero fornicari, eam & illum vinculo excommunicationis adſtrinxit: quæ tandem adulterum abjurans, abſolutione receptâ, coram Epiſcopo memorato prædictum virum ſibi reſtitui poſtulavit: at ille objiciens ei adulterium, & quòd ab ipſo non expulſa, ſed ſpontanea receſſiſſet, reſtitutionem ſui propoſuit minimè faciendam: quod mulier infitians replicavit in ipſum, quòd fuerat fornicatus: [1 & *infrà.*] ¶ Quocirca mandamus, quatenus (niſi tibi conſtiterit, vel per evidentiam rei, vel per confeſſionem legitimam mulieris, quòd adulterata ſponte fuiſſet) adulterii etiam quod vir dicitur commiſiſſe, probatione ceſſante, ipſum recipere compellas eandem. Quòd ſi prædicto modo de mulieris fornicatione conſtiterit (niſi teſtes, per quos viri adulterium eſt probatum, fuerint reprobati, cùm matrimonii jus in utroque ſalvum & conſtat, & paria delicta mutuâ compenſatione tollantur) nihilominus eum cogas, ut eam recipiat, & maritali affectione pertractet: alioquin mulieri ſilentium imponere non poſtponas.

[1 *Et de fornicatione ſobolem procreaverat: propter quod talî exceptione uti non poterat contra ipſam. Cumq; autem utrq; partî probandi hoc facultate conceſſâ, præfata mulier per quoſdam teſtes ejuſdem viri adulterium probaviſſet, quos ut ipſi dicebat tanquam minùs idoneos reprobandos: tandem ab ea ad noſtram præſentiam fuit appellatum.*]

CAP. VII.

¶ *Non debet ſeparari matrimonium, quoad torum, propter adulterium, quando ambo conjuges fuerunt adulteri.*

Idem *Epiſcopo Ambian.* d

TUa fraternitas *e* requiſivit, utrùm aliquo denegante uxori ſuæ in adulterio deprehenſæ debitum conjugale, ſi poſtmodùm ipſe cum alia perpetret adulterium manifeſtè, cogi debeat, ut eandem maritali affectione pertractet: [*& infrà.*] ¶ Super quo taliter reſpond. quod cùm paria crimina compenſatione mutuâ deleantur, vir hujuſmodi fornicationis obtentu, ſuæ uxoris nequit conſortium declinare.

DE RAPTORIBUS, INCENDIARIIS & violatoribus Eccleſiarum.

TITULUS XVII.

CAP. I.

¶ *Ratione rapinæ ſortiter quis ſuorum non ſui judicis, & ab eo poterit puniri, proprio judice ſuffragante.*

Ex Concilio Melden. *f*

DE illis autem, qui de loco ad locum iter faciunt, & ibi rapinas & depræ dationes petagunt, placuit, ut ab illius loci Prælato excommunicentur, nec aniè ex parochia illa exeant, quàm dignè, quæ perpetrârunt, emendent: quorum excommunicatio

---

a *Cap. 1. eod. tit. in 2. compil.* b *Exod. 22. & Cap. 1. eod. tit. in 1. comp.* c *monaſterium.* d *al. præcepto.* e *Burch. l. 16. decr. c. ult. etiam tribuit Concilio Pariſienſi c. 3.* f *Cap. 6. eod. tit. in 1. compilat. & poſt Concil. Lat. part. 30. c. 21.* g *1. Cor. 5. & 2. cap. 6.*

a *Tullen. Epiſcopo.* b *Cap. 1. eod. tit. in 3. compil.* c *Dittus, lapſum, deeſt in 4. Vaticani & aliis Codd.* d *Ambian.* e *C. 2. eod. tit. in 3. compilat.* f *Concil. Meldenſe c. 2. ut refert Burch. lib. 11. decr. c. 45. & Ivo p. 14. c. 109. habetur c. 1. eod. tit. in 1. comp.*

proprio

pioprio Episcopo significanda est, ne eos recipiat, antequam illuc redeant, ubi rapinam fecerint *a*, & omnia plenè emendent.

CAP. II.

¶ *Manifestus raptor, vel Ecclesiæ violator si restituit, vel de restituendo cavet, in vita & in morte ad pœnitentiam, & ad sepulturam admittitur: si verò noluit cavere cùm posset, & in morte non potest, Clerici ejus sepulturæ interesse non debent: & Clerici interessentes vel injungentes pœnitentiam contra hanc dispositionem, deponuntur ab officio & beneficio.*

Eugenius III.

SUper eo *b* verò: [1 & 3.] ¶ Statuimus, ut quicunque ex his, qui violenter surrexerint in rapinam, sive Ecclesiarum violationes, manifestè fuerit deprehensus, nisi priùs ablata restituat, si poterit, vel emendandi firmam & plenam securitatem fecerit, pœnitentiæ beneficium ei penitùs denegetur. Si verò usque ad obitum in contumacia sua duraverit, & in extremis positus, remedium pœnitentiæ humiliter postulaverit, si emendationem, vel emendandi securitatem præstiterit, ei pœnitentia & sepultura Ecclesiastica concedantur. Qui autem in sanitate obstinatâ mente non pœnituerit vel emendaverit, & in morte securitatem præstare nequiverit, solennitas pœnitentiæ parùm prodesse videtur, sicut credimus: sed de *c* peccato contrito viaticum non negetur, ita tamen, ut nullus Clericorum sepulturæ illius intersit, nec ejus eleemosynam præsumat accipere. Quòd si qui Presbyterorum vel Clericorum contra hoc in vita vel in morte pœnitentiam dare, aut sepulturæ interesse, vel eorum eleemosynas accipere attentaverint, seu hujusmodi rapinæ participes inventi fuerint, ordinis sui damnum irrecuperabiliter patiantur, & Ecclesiastico beneficio careant.

[1 *Quod de raptoribus & Ecclesiarum violatoribus atq; Presbyteris, qui eis pœnitentiam injungere, vel per eorum oblationes contra statutum nostrum suscipere attentaverint, à nobis communi deliberatione statutum est in Concilio cum fratr. nostr.*]

CAP. III.

¶ *Excommunicari debent, qui capiunt vel spoliant fideles ex justa causa navigantes. h. d. primo. Excommunicati sunt spoliantes naufragium patientes, nisi ablata restituant. hoc secundo.*

Ex Concilio Lateranen. *d.*

EXcommunicationi subdantur, qui Romanos, aut alios Christianos, pro negotiatione, vel aliis honestis causis navigio vectos, aut capere, aut rebus suis spoliare præsumunt. Illi etiam, qui Christianos naufragium patientes (quibus secundùm regulam fidei auxilio esse tenentur) damnatâ *e* cupiditate spoliant rebus suis, nisi ablata reddiderint, excommunicationi se noverint subjacere.

CAP. IV.

¶ *Ex Principis delegatione possunt Prælati de raptu, & aliis criminibus judicare, pœnam tamen sanguinis infligere non possunt.*

Alexand. III. *Panorm. Archiepiscopo.*

IN Archiepiscopatu *f* tuo quandoq; Sarraceni, mulieres Christianas & pueros rapiunt, & eis abuti præsumunt, & quosdam etiam interdum occidere non verentur: cùm autem excessus hujusmodi Rex Siciliæ tibi & aliis Episcopis committerit puniendos: Consul. t. t. r. quòd tales in jurisdictione tua existentes, pecuniariâ poteris pœnâ mulctare, & etiam flagellis afficere, eâ moderatione adhibitâ, quòd flagella in vindictam sanguinis tranfire minimè videantur. Si verò ita fuerit gravis excessus, quòd mortem vel detruncationem membrorum debeant sustinere, vindictam reserves regiæ potestati.

CAP. V.

¶ *Incendiarius Ecclesiæ in morte pœnitens & absolutus, in cœmeterio sepelitur: & hæredes compelluntur ad satisfaciendum, juxta facultates defuncti. hoc dicit.*

Idem *a Claremontem. Episcopo.*

IN literis tuis continebatur *b*, quòd cùm H. multis fuisset criminibus irretitus, qui Ecclesiarum incendium Diabolo instigante commiserat, tandem ægritudine constitutus, acceptâ pœnitentiâ de commissis, per manum Capellani sui fuit à sententia anathematis absolutus, sed moriens Ecclesiasticam sepulturam habere nequivit. Quapropter, si ita res se habet, mandamus, ut corpus ejusdem appellatione cessante facias in cœmeterio sepeliri, & hæredes ejus moneas & compellas, ut his, quibus ille per incendium, vel alio modo damna contra justitiam irrogaverat, juxta facultates suas condignè satisfaciant, ut sic à peccato valeat liberari.

CAP. VI.

¶ *Raptus non dicitur, ubi volens pro matrimonio abducitur: raptor tamen cum rapta matrimonium contrahere potest: & post consummationem matrimonii alter sine consensu alterius religionem ingredi non potest. h. d. cum cap. sequenti.*

Lucius III. *Burgen. Episcopo.*

CUm causam *c*, quæ inter E. militem & uxorem ejus vertitur: [1 *& infrà.*] ¶ Respondemus, quòd cùm ibi raptus dicatur admitti *d*, ubi nil antè de nuptiis agitur: iste raptor dici non debet, cùm habuerit mulieris assensum, & priùs eam desponsaverit, quàm cognoverit, licèt parentes reclamarent *e*, à quibus eam dicitur rapuisse. Præterea cùm post matrimonium carnis commixtione perfectum (teste Apostolo *f*) uxor sui corporis potestatem non habeat, sed maritus, & è converso: si præcessisse matrimonium, vel ex probationibus viri, vel ex mulieris confessione claruerit, post matrimonium *g* sine assensu viri non potuit ipsa monasterium ingredi, aut aliter continentiam profiteri. Non ergò pro eo, quòd post matrimonium consummatum rapta per vim in monasterio fuerit, viri poterit consortium declinare, maximè si probari nequeat virum, ut mulier profiteretur continentiam, assensisse *h*.

[1 *Tua commissemus experientiæ terminandam: E. miles repetens mulierem legitimè sibi nupsisse per probationes canonicas constanter se asserit probaturum. Femina quoque proposuit, quod dominorum & parentum suorum suggestione alteri viro tradita, ab illius militis amore diverterit, qui à parentibus prius rapuit eam, illâ tamen nolente, ut dicitur, ut postmodum, & priusquam eam cognosceret, desponsavit, deinde inclusa est in monasterium, ubi etiam detinetur. Unde quoniam super his prudentem duxit sed. Apostol. consulendam: significatione præsentium tibi.*]

CAP. VII.

¶ *Rapta potest matrimonium contrahere cum raptore, ubi datur libera facultas in contrahendo.*

Innocentius III. *Episcopo Saronen.* i

ACcedens *k* ad Apost. sedem: [1 & 3.] ¶ Rapta puella legitimè contrahet cum raptore, si prior dissensio transeat postmodum in consensum: & quod antè displicuit, tandem incipiat complacere, dummodò ad contrahendum legitimæ sint personæ.

[1 *Dil. fil. hr frater hospitalis Hierosolymitani à nobis ex parte tua quæsivit, utrum Clericus absens gratiâ studiorum Ecclesiastico possit beneficio investiri: & utrum si rapta puella & in aliena diœcesi delata in Ecclesia facie consensit in raptorem, matrimonium hujusmodi legitimum sit habendum. Nos igitur inquisitionis tuæ t. r. quòd & Clericus absens per alium, vel alius magis pro eo potest de beneficio Ecclesiastico investiri, &c.*]

a *Fecerunt.* b *Cap. 1. eod. tit. in 1. comp.* c *In recentioribus, sed depeccato contrito corde viaticum. &c.* d *sub Alex. III. c. 24. & excommunicationis quoque. & C. 2. eod. tit. in 1. comp.* e *Damnando, in Concilio.* f *Cap. 3. eod. tit. in 3. comp. & post Conc. Lat. part. 50. cap. 42.*

a *Claremontem.* b *Cap. 6. eod. tit. in 1. comp.* c *Cap. 4. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. Lat. sub Alex. III. p. 50. c. 24.* d *committi.* e *reclamaverint.* f *1. Cor. 7.* g *al. postmodum sine, &c.* h *consensisse.* i *Latinen. Glacmuen. forte Gracmuen. si, sed ut plurimum legitur, Latinen.* k *C. 1. eod. tit. in 3. comp.*

DE FURTIS.

TITULUS XVIII.

CAP. I.

¶ *Breve est, & non summatur.*

In Exodo *a.*

QUi furatur hominem, & vendiderit eum, convictus *noxæ*, morte moriatur.

CAP. II.

¶ *Furibus & latronibus in peccato obeuntibus sacramenta Ecclesiastica deneganda sunt, secùs si in morte eos pœnituit.*

Ex Concilio Triburien.

FUres & latrones, si in furando vel deprædando occiduntur, visum est pro eis non esse orandum. Sed si comprehensi, aut vulnerati Presbytero, vel Diacono confessi fuerint, communionem eis non negamus.

CAP. III.

¶ *Committens furtum ex necessitate non multùm urgente, peccat, sed non graviter: unde imponenda est ei levis pœnitentia. h. d. secundùm communem intellectum.*

Ex pœnitentiali Theodori.

SI quis *b* propter necessitatem famis, aut nuditatis furatus fuerit cibaria, vestem, vel pecus, pœniteat hebdomadas tres: & si reddiderit, non cogatur jejunare.

CAP. IV.

¶ *Non judicans furem propter lucrum, quod ab eo consequitur, reus peccati est.*

Hieronymus *super Parabolas* c.

QUi cum fure partitur, occidit animam suam. Non fur solùm *d*, sed ille reus tenetur, qui furti conscius quærente possessore non indicat.

CAP. V.

¶ *Fur occultus potest post restitutionem & pœnitentiam ad sacros ordines promoveri.*

Alexand. III. *Cremonen. Episcopo.*

EX literis *e* tuis innotuit, quod B. calicem quendam in Ecclesia minùs cautè dimissum rapiens longo tempore detinere præsumpsit: [& J.] ¶ Mandamus, quatenus si sponte confessus fuerit, & exinde Ecclesiæ, cujus calix fuerat, satisfecerit, nec est super hoc notâ vel infamiâ manifestâ respersus: post peractam pœnitentiam, aut congruam partem pœnitentiæ (dummodò aliàs idoneum ipsum esse cognoscas) ad sacros ordines non dubites promovere.

DE USURIS. *f*

TITULUS XIX.

CAP. I.

¶ *Usura est lucri sucor sinullus rei pignorata: fallit in casu hic excepto.*

Alexander III. *in Concilio Turonen.*

PLures *g* Clericorum: [1 & J.] ¶ Generalis Concilii decrevit auctoritas, ut nullus constitutus in Clero, vel hoc, vel aliud genus usuræ exercere præsumat. Et si quis alicujus possessionem datâ pecuniâ sub hac specie, [vel *h* conditione] in pignus acceperit, si fortem suam (deductis expensis) de fructibus jam percepit, absolutè possessionem restituat debitori. Si autem aliquid minùs habet, eo recepto, possessio liberè ad dominum revertatur. Quòd si post hujusmodi constitutum in Clero quisquam extiterit, qui detestandis usuratum lucris insistat, Ecclesiastici officii periculum patiatur: Nisi fortè Ecclesiæ beneficium fuerit, quod redimendum ei hoc modo de manu Laici videatur.

[1 *Et quod mavortes dicimus, eorum quoq; qui præsens seculum professione vocis & habitu reliquerunt, dum communes usuras quasi manifestiùs damnatas exhorrent, commodantes pecuniam egentibus, possessiones eorum in pignus accipiunt, & provenientes fructus percipiunt ultra sortem: idcircò.*]

CAP. II.

¶ *Idem in effectu dicit cum præcedenti cap. sed addit textùs idem esse in Laicis: nam in præcedenti cap tantum fuit facta mentio de Clericis.*

Idem *Cantuarien. Archiepiscopo & ejus Suffraganeis.*

QUoniam *a* non solùm vitis Ecclesiasticis, sed etiam quibuslibet aliis periculosum est usuratum lucris intendere: auctoritate præsentium duximus injungendum, ut eos, qui de possessionibus, vel arboribus, quas tenere in pignore noscuntur, sortem (deductis expensis) receperunt, ad eadem pignora restituenda sine usuratum exactione Ecclesiasticâ districtione compellas *b*.

CAP. III.

¶ *Manifesti usurarii ad communionem altaris & Ecclesiasticam sepulturam, & oblationem offerendam admitti non possunt: & Clerici contra hoc facientes puniuntur, ut hic dicitur.*

Idem *c In Concilio Lateranen.*

QUia in omnibus ferè locis ita crimen usurarum invaluit, ut multi (aliis negotiis prætermissis) quasi licitè usuras exerceant, & qualiter utriusque Testamenti pagina condemnentur, nequaquam attendant: Ideoque constituimus, quòd usurarii manifesti, nec ad communionem admittantur altaris, nec Christianam (si in hoc peccato decesserint) accipiant sepulturam, sed nec oblationes eorum quisquam accipiat. Qui autem acceperit, vel Christianæ tradiderit sepulturæ: & quæ acceperit, reddere compellatur: & donec ad arbitrium Episcopi sui satisfaciat, ab officii sui maneat executione suspensus.

CAP. IV.

¶ *Potest intelligi dupliciter. Primò in mutuante. Secundò, in recipiente usuras: & secundùm primum intellectum hoc dicit. Etiam pro opere pio non licet usuras recipere, quando per receptionem datur causa usuræ committendæ, hoc dicit. Vel sic & clarius. Non licet inducere quem ad exercendum usuras etiam pro pio opere. & ista lectura colligitur ex decisa.*

Idem *Panormitano Archiepiscopo.*

SUper eo *d* verò: [1 & J.] ¶ Respondemus, quòd cùm usurarum crimen utriusque Testamenti pagina detestetur, super hoc dispensationem aliquam posse fieri non videmus: quia cùm Scriptura sacra prohibeat pro alterius vita mentiri: multò magis prohibendus est quis, ne etiam pro redimenda vita captivi, usurarum crimine involvatur.

[1 *Quòd à nobis tua discretio postulavit, utrùm possit in recipienda pecunia ad usuram dispensatio fieri, ut pauperes qui in Sarracenorum captivitate tenentur, per eandem possint pecuniam liberari, præsentibus literis tibi.*]

CAP. V.

¶ *Usurarii, qui sunt solvendo, cogantur per pœnas Lateranen. Concilii usuras restituere, etiam quas ante Concilium receperunt: & facultatibus non extantibus debent possessiones emptæ ex pecunia funebri vendi, & debentibus recipere satisfieri.*

Idem *Salernitano Archiepiscopo.*

CUm tu manifestos *e* usurarios juxta decretum nostrum, quod nuper in Concilio promulgatum est, communione altaris, & Ecclesiasticâ præceperis sepulturâ privandos, donec reddant, quod tam pravè receperant: quidam eorum (ad excusandas *f* excusationes

---

a *Exod. 21. & Cap. 1. eod. tit. in 1. comp. vid. Ioan. de Anania.* b *Cap. 5. eod. tit. in 1. compil.* c *Proverb. 29. & Cap. 6. eod. tit. in 1. compil.* d *al. tantummodò.* e *Cap. 7. eod. tit. in 1. comp.* f *Vid. B. Thom. 2. 2. q. 78.* g *C. 1. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. Lateran. part. 16. c. 9.* h *inclusa desunt in omnib. antiquis Cod. Gregor.*

a *Cap. 4. eod. titul. in 1. comp.* b *compellatu.* c *Idem stil. Alexandr. III. in Conc. Lateranen. c. 25. & c. 2. eod. tit. in 1. comp.* d *Cap. 3. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. Lateran. sub Alex. III. part. 16. c. 1.* e *Cap. 3. eod. tit. in 1. comp.* f *Sumuntur hæc ex Psalmo 140.*

in pec-

in peccatis) impudenter affirmant illas duntaxat usuras restituendas, quæ sunt post interdictum nostrum receptæ: [1 & 3.] ¶ Super his frat. t. t. r. quòd sive ante, sive post interdictum nostrum usuras extorserint, cogendi sunt per pœnam, quam statuimus in Concilio, eas his, à quibus extorserunt, vel eorum hæredibus restituere, vel (his non superstitibus) pauperibus erogare, dummodò in facultatibus habeant, unde ipsis *a* possint eas restituere: cùm juxta verbum B. Augustini *b*: [*Non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum.*] Illi autem, qui non habent in facultatibus, unde usuras valeant restituere, non debent illâ *c* pœnâ mulctari, cùm eos nota paupertatis evidenter excuset. Possessiones verò, quæ de usuris comparatæ sunt, debent vendi, & ipsarum pretia his, à quibus usuræ sunt extortæ, restitui: ut sic non solùm à pœna, sed etiam à peccato possint (quod per usurarum extorsionem incurrerant) liberari.

[1 *Nec aliquos ad solvendas usuras, quas ante interdictum receperant, debere compelli.*]

CAP. VI.

¶ *Vendens rem plùs quàm valeat, quasi solutionem differt, peccat: nisi dubium sit an tempore solutionis erit valor rei variatus, & venditor non erat venditurus tempore, quo vendidit. b. d. secundum communem intellectum.*

Idem *Genuen. d. Archiepisc.*

IN civitate tua *e* dicis sæpè contingere, quòd cùm quidam piper, seu cinnamomum, seu alias merces comparant, quæ tunc ultra quinque libras non valent & promittunt se illis, à quibus illas merces accipiunt, sex libras statuto termino soluturos. Licèt autem contractus hujusmodi ex tali forma non possit censeri nomine usurarum, nihilominùs tamen venditores peccatum incurrunt, nisi dubium sit merces illas plus minúsve solutionis tempore valituras: & ideò cives tui saluti suæ benè consulerent, si à tali contractu cessarent, cùm cogitationes hominum omnipotenti Deo nequeant occultari.

CAP. VII.

¶ *Usurarius monitus non desistens, si Clericus est, ab officio & beneficio suspenditur: si Laicus, excommunicatur.*

Idem.

PRæterea *f* parochianis tuis usuras recipere interdicas, qui si parére contempserint, si Clerici sint, eos ab officio beneficioque suspendas: Si Laici, usque ad dignam satisfactionem ipsos vinculo excommunicationis adstringas.

CAP. VIII.

¶ *Fructus rei pignoratæ computari debent in sortem, & excipis unum casum.*

Idem *Abbati & fratribus S. Laurentii.*

CONquestus est *g* nobis C. Clericus: [1 & 3.] ¶ Discr. v. mandamus, quatenus si terram ipsam titulo pignoris detinetis, & de fructibus ejus sortem recepistis, prædictam terram Clerico memorato reddatis: Nisi terra ipsa de feudo sit monasterii vestri.

[1 *Præsentium latur, quòd licèt de quadam terra, quam pater suus nobis obligavit sortem vestram deductis expensis, receperitis tamen ipsam non sine derogatione vestræ salutis, & honestatis, & famæ, nihilominùs detinetis, inde est quod.*]

CAP. IX.

¶ *Hæres usurarii filius, vel extraneus usuras extortas per defunctum restituere compellitur.*

Idem *Episcopo Placentino.*

TUa nos *h* duxit frat. consulendos, quid sit de usurariorum filiis observandum, qui eis in crimine usurarum defunctis succedunt, aut de extraneis, ad quos bona usurariorum asseris devoluta? Tuæ igitur quæstioni literis præsentibus respondemus, quòd filii ad restituendas usuras eâ sunt districtione cogendi, quâ parentes sui, si viverent, cogerentur. Id ipsum etiam contra hæredes extraneos credimus exercendum.

CAP. X.

¶ *Mutuans eâ mente, ut ultra sortem aliquid recipiat, tenetur in foro animæ ad illud restituendum, si ex hoc aliquid consecutus est. Idem in non dante parabolam juramenti, nisi aliquid inde recipiat. Et idem in vendente rem plùs, quàm valeat, quia differt solutionem.*

Urbanus III.

CONsuluit *a* nos tua devotio, an ille in judicio animarum quasi usurarius debeat judicari, qui non aliàs mutuò traditurus, eo proposito mutuam pecuniam credit, ut licèt omni conventione cessante, plùs tamen sorte recipiat. Et utrùm eodem reatu criminis involvatur, qui (ut vulgò dicitur) non aliter parabolam juramenti concedit, donec, quamvis sine exactione, emolumentum aliquod inde percipiat. Et an negociator *b* pœnâ consimili debeat condemnari, qui merces suas longè majori pretio distrahit, si ad solutionem faciendam prolixioris e temporis dilatio prorogetur, quàm si ei incontinenti pretium persolvatur. Verùm quia, quid in his casibus tenendum sit, ex Evangelio Lucæ manifestè cognoscitur, in quo dicitur *d*: [*Date mutuum, nihil inde sperantes:*] hujusmodi homines pro intentione lucri, quam habent (cùm omnis *e* usura, & superabundantia prohibeatur in lege) judicandi sunt malè agere, & ad ea, quæ taliter sunt accepta, restituenda, in animarum judicio efficacitèr inducendi.

CAP. XI.

¶ *Manifestus usurarius appellans ad subterfugiendum restitutionem, audiendus non est.*

Innocentius III. *Prælatis in regno Franciæ constitutis.*

QUàm *f* pernicioſum: [1 & infrà.] ¶ Mandamus, quatenus manifestos usurarios (maximè quos usuris publicè renunciâsse constiterit) cùm aliquis eos convenerit de usuris, nullius permittatis appellationis subterfugio se tueri.

[1 *Est vitium usurarum, discretionem vestram non credimus ignorare, cùm præter constitutiones canonicas, quæ in earum odium emanârunt, per Prophetam datur intelligi, eos qui suam dant pecuniam ad usuram à tabernaculo Domini repellendos: & tam in Novo quàm in Veteri Testamento prohibita sint usuræ, ut ipsa veritas præcipit, mutuum date nihil inde sperantes, & per Prophetam dicatur, usuram & omnem superabundantiam non accepit. Inde est quod ista verbositatis vestræ per Apost. sed.*]

CAP. XII.

¶ *Per subtractionem communionis Christianorum, & per principes seculares cogendi sunt Judæi, ad usuras restituendas.*

Idem *Narbonen. Archiepiscopo.*

POst *g* miserabilem: [& 3.] ¶ Judæos ad remittendas Christianis usuras, per principes & potestates compelli præcipimus seculares. Et donec eis remiserint, ab universis Christi fidelibus tam in mercimoniis, quàm in aliis per excommunicationis sententiam, eis jubemus communionem omnimodam denegari.

CAP. XIII.

¶ *Non obstante juramento de non repetendis usuris, per debitorem præstito, potest judex ex officio suo usurarium ad restituendas usuras compellere.*

Idem *Mutinensi Episc.*

TUas *h* dudum recepimus quæstiones, quòd quidam usurarii eos, quibus dant pecuniam ad usuram,

---

a *Al. ita: unde possint restituere.* b *epist. 54. ad Macedonianum.* c *al. non solùm à pœna illa.* d *Innocens.* e *C. 8. eod. tit. in 1. comp.* f *C. 9. eod. tit. in 1. comp.* g *C. 10. eod. tit. in 1. comp.* h *C. 11. eod. tit. in 1. comp. Vide Covarr. 3. var. res. c. 3.*

a *C. 12. eod. tit. in 3. comp.* b *Vide Setum l. 6. de just. & jur. q. 4. art. 1. & Sylvestr. verbo, usura 2. q. 1.* c *prolixi, in antiq. Cod.* d *Luc. 6.* e *verba Ezechielis sunt c. 18.* f *C. 1. eod. tit. in 3. comp.* g *C. 2. eod. tit. in 3. comp.* h *C. 3. eod. tit. in 3. comp.*

præstare faciunt juramentum, quòd usuras non repetant, & super his, quas solverint, nullam moveant quæstionem. Nos igitur respondemus, ut usurarios ipsos monitione præmissâ per cens. Eccl. appell. remotâ compellas, ante usurarum solutionem ab earum exactione desistere, vel restituere ipsas, postquam fuerint persolutæ, ne de dolo & fraude contingat eos commodum reportare.

CAP. XIV.

¶ Non auditur usurarius repetens usuras, nisi prius restituat extortas.

Idem.

QUia *a* frustrà legis auxilium invocat, qui committit in legem: Statuimus, ut si quis usurarius à nobis literas impetraverit super restituendis usuris, vel fructibus computandis in sortem: nisi priùs ipse restituerit usuras, quas ab aliis noscitur recepisse, auctoritate literarum ipsarum nullatenùs audiatur.

CAP. XV.

¶ Convictus de usuraria pravitate per famam & alia argumenta, potest manifestari usurarius, & tanquam manifestus usurarius compesci, secundùm dispositionem Lateranensis Concilii.

Idem *Alisiodoren. Episcopo.*

CUm in *b* diœcesi tua sint quamplurimi usurarii, de quibus minimè dubitatur, quin sint usurarii manifesti, contra quos propter timorem potentum, qui tuentur eosdem, nullus accusator apparet, nec iidem sunt per sententiam condemnati: Fraternitati tuæ taliter respondemus, quòd licet contra eos non appareat accusator: si tamen aliis argumentis illos constiterit esse usurarios manifestos, in eos pœnam in Later. Concilio *c* contra usurarios editam, liberè poteris exercere.

CAP. XVI.

¶ Maritus recipiens pignus pro dote promissa, non tenetur fructus in sortem computare. b. d. & est casus singularis, & alibi non probatur.

Idem.

SAlubriter *d*: [*& infrà.*] ¶ Sanè generum ad fructus possessionum, quæ sibi à socero sunt pro numerata dote pignori obligatæ, computandos in sortem, non credimus compellendum: Cùm frequenter dotis fructus non sufficiant ad onera matrimonii supportanda.

CAP. XVII.

¶ Repetens usuras non auditur, nisi restituat extortas per se, vel per alium, à quocunque causam habeat.

Idem *Episcopo Bonon.*

MIchaël Laicus *e* suam nobis querimoniam destinavit, quòd M. & quidam alii Bonon. cives multa extorserunt ab eo, & à patre suo, cujus hæres extitit, nomine usurarum: [*& infrà.*] ¶ Attentiùs provisurus, ne auctoritate nostrâ in negotio procedas eodem, nisi dictus conquerens restituerit, vel adhuc restituat, si quas aliquando ipse, vel pater ejus extorsit usuras.

CAP. XVIII.

¶ Etiam Judæi compellendi sunt ad restituendas usuras extortas à Christianis, & ad solvendas decimas vel oblationes de eorum possessionibus.

Idem *in Concilio generali.*

QUantò ampliùs Christiana religio ab exactione compescitur usurarum, tantò graviùs super his Judæorum perfidia insolescit *f*, ita quòd brevi tempore Christianorum exhauriunt facultates. Volentes igitur in hac parte prospicere Christianis, ne à Judæis immaniter aggraventur, synodali decreto statuimus, ut si de cætero quocunque prætextu Judæi à Christianis graves immoderatasve usuras extorserint, Christianorum eis participium subtrahatur, donec de immoderato gravamine satisfecerint competenter: unde Christiani (si opus fuerit) per cens. Eccl. app. postpositâ, compellantur ab eorum commerciis abstinere. Principibus autem injungimus, ut propter hæc non sint Christianis infesti, sed potiùs à tanto gravamine studeant cohibere Judæos. Hâc eâdem pœnâ Judæos decernimus compellendos, ad satisfaciendum Ecclesiis pro decimis & oblationibus *a* debitis, quas à Christianis de domibus & possessionibus aliis percipere consueverant, antequam ad Judæos quocunque titulo devenissent: ut sic Ecclesiæ conserventur indemnes.

CAP. XIX.

¶ Usurarius est, qui à debitore recipit aliquid ultra sortem, etiamsi suscipiat in se periculum. b. d. primò. Non est usurarius emptor rei minus justo pretio, si tunc verisimiliter dubitatur, an tempore solutionis plus vel minus sit res valitura. hoc dicit secundò. Propter dubium excusatur is, qui ex eo, quòd differt solutionem pretii, vendit rem plus, quàm valeat, si non erat tam abiturus venditurus. hoc dicit tertiò.

Gregorius IX. *fratri R.*

NAviganti *b* vel eunti ad nundinas, certam mutuans pecuniæ quantitatem, eò quòd suscipit in se periculum, recepturus aliquid ultra sortem, usurarius est censendus. Ille quoque qui dat x. solidos, ut alio tempore totidem sibi grani, vini vel olei mensuræ reddantur: quæ licèt tunc plùs valeant, utrùm plùs vel minùs solutionis tempore fuerint valituræ, verisimiliter dubitatur: non debet ex hoc usurarius reputari. Ratione hujus dubii etiam excusatur, qui pannos, granum, vinum, oleum vel alias merces vendit, ut ampliùs, quàm tunc valeant, in certo termino recipiat pro eisdem, si tamen ea tempore contractûs non fuerat venditurus.

DE CRIMINE *c* FALSI.

TITULUS XX.

CAP. I.

¶ Testis falsidicus tres ledit, Deum, judicem, & partem: & falsus est non solum qui mendacium dicit, sed etiam qui veritatem occultat.

Augustinus.

FAlsidicus testis tribus personis est obnoxius: primùm Deo, cujus præsentiam contemnit: inde judici, quem mentiendo fallit: postremò innocenti, quem falso testimonio lædit. Uterque *d* reus est, & qui veritatem occultat, & qui mendacium dicit: quia & ille prodesse non vult, & iste nocere desiderat.

CAP. II.

¶ Sententia lata per falsas literas, non debet executioni mandari.

Lucius III. *Vigorien. e Episcopo.*

SUper eo *f* quòd sententiam auctoritate literarum falsarum latam noluisti executioni mandare, tuam prudentiam commendamus; Mandantes, ut quotiens aliqua scripta, sub nomine nostro destinata, redarguenda videris falsitatis, nullam eis adhibeas fidem: & quod per ipsas mandatum fuerit, non observes: sed eum, qui præsentaverit, retineri facias diligenter.

CAP. III.

¶ Clericus falsans sigillum principis, deponitur. Item si character imprimitur, & in exilium mittitur.

---

a *C. 4. eod. tit. in 3. comp.* b *C. 5. eod. tit. in 3. comp. Vid. Aretinum in 4 ex maleficiis. Inst. de actionib.* c *Lat. Conc. sub Alex. III. c. 25. quod refertur in c. quia in omnibus. sup. eod. tit.* d *C. 1. eod. tit. in 4. compil. vid. Covarr. 3. var. res. c. 2. num. 3.* e *Cap. 2. eod. tit. in 4. comp.* f *insolescit. in Cod. Barb. id est, crescat.*

a *Hodie Judæi non possunt habere bona immobilia, per extrav. Paul. 3. & Pii V. Pontif. Maximi in cap. multorum. sup. de Judæis.* b *Vid. citator in cap. in civitate. sup. eod. tit. & Sotum de just. & jure l. 6. q. 4. art. 2.* c *In quodam veteri manusc. De falsariis & crimine falsi.* d *11. q. 3. c. 80.* e *Vigorn.* f *Cap. 4. tit. de re jud. in 2. comp. quod etiam hîc admonet Ioan. And.*

Urbanus

Urbanus III.

AD audientiam a nostram te significante pervenit, quòd cùm quosdam Clericos, qui falsaverunt sigillum Philippi Regis Francorum, carcerali custodiæ mancipaveris: [1 & 3.] ¶ Frat. t. t. r. ut eis nec membrum auferri, nec pœnam infligi facias corporalem, per quam periculum mortis possint incurrere, sed eis à suis ordinibus degradatis, in signum maleficii characterem aliquem imprimi facias, quo inter alios cognoscantur: & provinciam ipsam eos abjurare compellens, abire permittas.

[1 *Quid faciendum sit tibi de ipsis ad sed. Apost. duxeris inquirendum. Unde nos.*]

CAP. IV.

¶ *Existens in curia literas Apostolicas non recipiat, nisi de manibus Papæ, vel officialium ab ipso deputatorum, persona tamen solennes per nuncios recipere poterunt, de manibus tamen prædictorum. Contrà facientes si Laicus est, excommunicationis subjacet: si Clericus, ab officio & beneficio deponitur. hoc dicit usque ad 9. Adjicientes.*

Innocentius III.

DUra sæpè b mandata: [1 & 3.] ¶ Statuimus & sub excommunicationis pœna, & suspensionis ordinis & beneficii districtiùs inhibemus, ne quis apud sedem Apost. literas nostras nisi à nobis, vel de manibus illorum c recipiat, qui de mandato nostro ad illud sunt officium deputati. Si verò persona tantæ auctoritatis extiterit, ut ipsam deceat per nuntium literas nostras recipere: nuntium ad Cancellariam nostram, vel ad nos ipsos mittat idoneum, per quem literas Apostol. juxta formam præscriptam recipiat. Si quis autem in hac parte mandati nostri transgressor extiterit, si Laicus fuerit, excommunicationi subjaceat: si Clericus, officii & beneficii suspensione damnetur: [& infra.]

[1 *Accidit nuper in urbe, quod quidam falsitatis astutiam pernitiosiùs exercentes fuerint in iniquitatibus suis deprehensi, ita quòd bullas tam sub nomine nostro, quàm bonæ memoriæ pp. p. n. quas falsò confinxerant, & quamplures literas bullis signatas invenerimus apud eos. Nos autem semper honori Rom. Eccles. & utilitati omnium paternâ volentes sollicitudine providere, de frat. n. consilio.*]

¶ *Per excommunicationis pœnam providet, contra non resignantes, nec destruentes literas falsas intra xx. dies: & absolutio Papæ reservatur, & contrà facientem non tenet. b. d. Abbas.*

Adjicientes statuimus, ut generalem excommunicationis sententiam promulgetis, quam per singulas parochias faciatis frequentiùs innovari, quòd si quis falsas literas se habere cognoscit, intra viginti dies literas illas aut destruat, aut resignet, si pœnam excommunicationis voluerit evadere: quam (nisi forsan in mortis articulo) sine speciali mandato nostro, à quoquam nolumus relaxari: nec etiam si præsumpta fuerit contra hoc absolutio, quicquam habeat firmitatis.

CAP. V.

¶ *Panit novem modos falsandi literas Papales.*

Idem *Archiepiscopo & Canonicis Mediolan.*

LIcèt d ad regimen: [1 & 3.] ¶ Ut autem varietates falsitatis circa nostras literas deprehendere valeatis, eas vobis præsentibus literis duximus exprimendas. Prima species falsitatis hæc est, ut falsa bulla falsis literis apponatur. Secunda, ut filum de vera e bulla extrahatur ex toto, & per aliud filum immissum falsis literis inseratur. Tertia, ut filum ab ea parte, in qua charta plicatur, incisum, eum vera bulla falsis literis immittatur, sub eadem plicatura cum filo simillis cannabis restauratum. Quarta, cùm à superiori parte bullæ altera pars fili sub plumbo rescinditur, & per idem filum literis falsis inserta reducitur intra plumbum. Quinta, cùm literis bullatis & redditis, in eis aliquid per raturam tenuem immutatur. Sexta, cùm scriptura literarum, quibus fuerat apposita vera bulla, cum aqua vel vino universaliter abolita seu deleta, eadem charta cum calce & aliis juxta consuetum artificium dealbata de novo rescribitur. Septima, cùm chartæ cui fuerat apposita vera bulla, totaliter abolitæ vel abrasæ, alia subtilissima charta ejusdē quātitatis scripta cum tenacissimo glutino conjungitur. Eos etiam à crimine falsitatis non reputamus immunes, qui contra constitutionem nostram scienter literas non de nostra vel bullatoris nostri manu recipiunt. Illos quoque, qui accedentes ad bullam falsas literas cautè projiciunt, ut de vera bulla cum aliis sigillentur. Sed hæ duæ species falsitatis non possunt facile comprehendi, nisi vel in modo dictaminis, vel in forma scripturæ, vel qualitate chartæ falsitas cognoscatur. In cæteris autem diligens indagator falsitatem poterit intueri, vel in adjunctione filorum, vel in collatione bullæ, vel motione, vel obtusione, præsertim si bulla non sit æqualis, sed alicubi magis tumida, & alicubi magis depressa.

[1 *Apost. sed. quæ dante Domino omnium Ecclesiarum mater & magistra, insufficientes nos vitâ & sententiâ reputemus: quantum tamen nobis Dominus inspiraverit, & suâ miseratione concesserit, ab his propositum habemus abstinere, per quæ nobis possit meritò derogari, quamquam ex infirmitatis humanæ defectu non sic formam perfectionis semper & in omnibus imitari possimus, quin aliquid aliquando in nostris subrepat operibus, quod minùs circumspectæ providentiæ valeat imputari, quod tamen non ex industria vel conscientia certa, sed interdum ex ignorantia vel naturâ occupative contingit. Cæterùm cùm eadem literas, sicut viri provisi & discreti ad nostram remisissetis præsentiam, ut earum inspectione plenius nosceremus, utrum ex conscientia nostra processissent, plus in eis invenimus, quàm nostra fuisset deceretio suspicata. Nam licèt in stylo dictaminis & forma scripturæ aliquantum caperimus dubitare, bullam tamen veram invenimus, quod primùm nos in vehementem admirationem induxit, cùm literas ipsas sicreuma de nostra conscientia nullatenùs emanâsse. Bullam igitur hinsinde diligentius intuentes in superiori parte, quâ filo adhæret, eam aliquantulum tumentem invenimus, & cùm filum ex parte tumenti sine volentia qualibet aliquantulum attrahi fecissemus, bullâ in filo remanente, filum ex parte alia fuit ab ipsa sine difficultate aliquatenùs avulsum, in cujus summitate adhuc etiam incisionis indicium apparebat: per quod liquidò deprehendimus, bullam ipsam ex aliis literis extractam fuisse ac illis per virtutem falsitatis insertam, sicut ex literis ipsius plenius cognoscetis, quas ad majorem certitudinem vobis duximus remittendas.*]

CAP. VI.

¶ *Falsa sicut litera Papales, in quibus Episcopus vocatur filius, vel inferior frater, vel uni scribitur in plurali.*

Idem *Antinacen.* a *Episcopo.*

QUàm gravi b pœnæ subjaceat: [1 & 3.] ¶ Nos verò literas, quæ tibi sub nostro nomine præsentatæ fuerunt, diligentiùs intuentes, in eis tam in continentia, quàm in dictamine deprehendimus falsitatem, ac in hoc fuimus admirati, quia tu tales literas à nobis credideras emanâsse. Cùm scire debeas Apost. sedem consuetudinem in suis literis hanc tenere, ut Patriarchas, Archiepiscopos & Episcopos, fratres: cæteros autem Reges, Principes vel alios cujuscunque ordinis, filios in nostris literis appellemus. Et cùm uni tantùm personæ nostræ literæ diriguntur, nunquam ei loquimur in plurali, ut vos, sive vester, & his similia in ipsis literis apponamus.

a C. 2. eod. tit. in 2. comp. b C. 1. tit. de falsariis. in 3. compil. c eorum. d C. 2. eod. tit. in 3. comp. Vid. Archidiaconum & Turrecrem. in cap. in memoriam. 19. dist. e ex vera bulla.

a Antinacen. al. Antibaten. b C. 3. eod. tit. in 3. comp. Et quatenus hic Doctores tradunt de stylo Rom. curiæ. vid. Felin. in c. 2. sup. de refor. & Rom. cons. 376. incipiente. Quæstio est.

In falsis autem literis tibi præsentatis in salutatione dilectus in a Christo filius vocaberis: cùm in literis, quas aliquando tibi transmisimus, te videre potueris à nobis fratrem venerabilem appellatum. Propter quod sic literas Apost. studeas intueri, tam in bulla, filo & charta, quàm in stylo, quòd veras pro falsis, vel falsas pro veris literis b modo aliquo non admittas.

[1 *Ad audientiam siquidem nostram ex literis charissimi in Christo f. n. vv. Cardula Regis illustris, nec in tenore literarum tuarum, quas d. f. S. & Capellano n. Ap. Durachium direxisti, noverò pervenisse, quòd cùm Dominicus quondam Suaten. Episcopus, qui coram eodem Capellano vestro & dil. f. S. Subdiacono tunc in partibus illu gerentibus legationis officium fuerat, de homicidio accusatus, & in Concilio apud Zammarum pontificalem resignaverat dignitatem, ad nostram olim præsentiam accessisset, à nobis redeuns quasdam tibi literas præsentavit, quibus asserebat sibi à nobis pontificale officium restitutum. Tu verò literis fidem adhibens ven. f. n. G. quem Suaten. Episcopum electum duceris canonicè consecrasse, ab eadem Ecclesia removisti: præfato Dominico occasione literarum suarum in ipsa Ecclesia restituto. Præfatus autem Rex, sicut suis nobis literis intimavit, non credens suas literas de vestra consensentia emanâsse, tam ipsum Dominicum, quàm præfatum Episcopum nostro præcepit conspectui præsentari, humiliter petens rescripto Apostolico edoceri, quid de ipso duceremus negotio faciendum.*]

CAP. VII.

¶ *Qui per se, vel per alios literas Papæ falsant, excommunicati sunt cum suis fautoribus, & Clerici officiis & beneficiis privati sunt, & degradandi & tradendi curiæ seculari, per quam Laicus legitimè punitur. Qui verò falsis literis utitur, si Clericus est, officio & beneficio privatur: si Laicus, excommunicatus est. h. d.*

Idem.

AD falsariorum c confundendam malitiam: [1 & 2.] ¶ De communi fratrum nostrorum consilio duximus statuendum, ut qui literis nostris uti voluerint, eas primò diligenter examinent: quoniam si falsis literis se usos dixerint ignoranter, eorum sera pœnitentia evitare nequibit pœnas inferiùs annotatas d. Nos enim omnes falsarios literarum nostrarum, qui per se, vel alios vitium falsitatis exercent, cum fautoribus & defensoribus suis anathematis vinculo decernimus innodatos: statuentes, ut Clerici, qui falsarii fuerint deprehensi, omnibus officiis & beneficiis Ecclesiasticis perpetuò sint privati: ita quòd qui per se falsitatis vitium exercuerint, postquam per Ecclesiasticum judicem fuerint degradati, seculari potestati tradantur, secundùm constitutiones legitimas puniendi: per quam & Laici, qui fuerint de falsitate convicti, legitimè puniantur. Qui verò sub nomine nostro literis falsis utuntur, si Clerici fuerint, officiis & beneficiis Ecclesiasticis spolientur: si Laici, tamdiu maneant excommunicationi subjecti, donec satisfaciant competenter: ita tamen, ut in istis & in illis malitia gravius, quàm negligentia puniatur: quod & de his, qui falsas literas impetrant, statuimus observandum.

[1 *Iam aliâ vice recolimus literas Ap. destinâsse, in quibus falsitatis modum ne quis se posset per ignorantiam excusare, meminimus plenius distinxisse. Quoniam verò nonnunquam evenit, ut falsas literas exhibentes, postquam super his fuerunt redarguti, ad excusationem suam dicant se literas hujusmodi per alios impetrâsse.*]

CAP. VIII.

¶ *Non præsumitur quis falsare literas de simplici justitia: nec punitur, si hoc comperto destiterit illu uti.*

Idem.

ACcedens e: [& 2.] ¶ Fraternitati tuæ mandamus, quatenus si literæ Apostolicæ, in quibus falsitas fuerit deprehensa, de simplici justitia formam habeant (cùm præsumi non debeat, quòd pro talibus literis, quæ possunt facilè obtineri, fraudem quis commiserit falsitatis) nec literis usus est, postquam eas falsas esse cognovit, tu ei officium, beneficiumque restituens, ipsum super hoc ulteriùs non molestes.

CAP. IX.

¶ *Propter paucarum literarum rasuram in loco non suspecto, rescriptum non probatur falsum.*

Idem.

EX conscientia f: [& 2.] ¶ Verùm literas ipsas, quæ redargutæ fuerant falsitatis, diligentiùs intuentes, nullum in eis falsitatis signum, vel suspicionis invenimus, nisi paucarum literarum rasuras, quæ nequaquam sapientis animum in dubitationem vertere debuerunt: unde si vobis constiterit prædictum R. obligâsse se sub periculo causæ, quòd literas illas falsas esse probaret (cùm quilibet ad renunciandum juri suo liberam habeat facultatem) ipsi R. super dicta Ecclesia silentium imponatis.

DE SORTILEGIIS. g

TITULUS XXI.

CAP. I.

¶ *Sortilegia pro furtis inveniendis, vel divinationibus faciendis prohibentur, & contrà facientibus pœna imponatur.*

Ex pœnitentiali Theodori.

IN tabulis vel codicibus, aut aliis sorte furta non sunt requirenda, nec divinationes aliquas in aliquibus rebus quis observare præsumat. Qui autem contrà fecerit, quadraginta dies pœniteat.

CAP. II.

¶ *Presbyter, qui per inspectionem astrolabii furta requirit, ad tempus suspenditur ab altaris ministerio. Ita communiter summatur, sed in veritate hæc summatio non est indistincte vera, quia acrius potest puniri.*

Alexander III. *Gradens.* d *Patriarchæ.*

EX tuarum e tenore literarum accepimus, quòd V. Presbyter cum quodam infami ad privatum locum accessit, non eâ intentione, ut vocaret dæmonium, sed ut inspectione astrolabii furtum cujusdam Ecclesiæ posset recuperari. Verùm licèt hoc ex bono zelo & simplicitate se fecisse proponat, id tamen gravissimum fuit, & non modicam inde maculam peccati contraxit: [1 & infra.] ¶ Mandamus, quatenus talem ei pro expiatione illius delicti pœnitentiam imponas f, quòd per annum & ampliùs, si tibi visum fuerit, cum ab altaris ministerio præcipias abstinere, & extunc liberum sit ei exercere officium Sacerdotis.

[1 *Sed quantum tutius est in dexteram quàm in sinistram, & in misericordiam quàm in severitatem declinare: ipsum f. t. duximus remittendum, mandantes.*]

CAP. III.

¶ *Non solùm electio per sortes fieri non debet, sed etiam electiones compromissariorum per sortes assumi non debent.*

Honorius III. *Capitulo Lucan.* g

ECclesiâ h vestrâ Episcopo destitutâ, vos convenientes in unum, ut de futuri tractaretis electione Pon-

a *Cap. 1. eod. tit. in 4. comp.* b *Cap. 2. eod. tit. in 4. compil.* c *Al. Sortilegis, & non malè: vid. tractatum Pauli Grillandi.* d *Adde Alphonsum Castrum l. 1. c. 13. de justitiar. punit.* e *Cap. 3. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. Lat. sub Alexandro III. p. 50. c. 6.* f *poenam, habent vetustiores Cod. & plerique manuscripti.* g *Lucens.* h *Vide Felin. in c. capitulum, sup. de rescr. & B. Th. 2. 2. q. 95. art. 1. & ibi Cajet. ex quo intelliges, cur sortes repellantur in electionibus spiritualibus.*

tificis.

a *In multis exemplaribus ita: dilecto in Christo filio, vocabaris. Hæc clausula insolita præsumptionem falsitatis facit. Alexand. const. 46. in 3. Volum. Felin. in c. causam 2. De test. sup.* b *diffitio, literis, deest in antiquis codicibus.* c *C. 4. eod. tit. in 3. comp.* d *Vide l. 2. cum gloss. in ver. & discrim. & Cy. in q. 1. C. de fi. instr.*

tificis, unum elegistis ex vobis per sortem, qui tres auctoritate vestrâ elegit, per quos vice omnium Lucan. provideretur Ecclesiæ de pastore: quorum duo tertium magistrum R. scilicet elegerunt: quod expresse licebat eisdem, secundùm traditam à vobis omnibus potestatem. Procuratoribus igitur vestris super his, in nostra præsentia constitutis, nos tali examinato processu, licèt notâ non careat, quinimò multâ reprehensione sit dignum, quòd sors in talibus intervenit: [1 & ¶.] ¶ Electionem celebratam de ipso ad gratiam confirmationis admittimus, sortis usum in electionibus perpetuâ prohibitione damnantes.

[1 *Propter prærogativam, cùm nos & literatura magistri R. Cavinici, in quem vota vestra Ecclesia vestra præficiendum Episcopum concurrerunt, & affectione, quam ad eandem habemus Ecclesiam.*]

DE COLLUSIONE DETEGENDA.

TITULUS XXII.

CAP. I.

¶ *Accusatore desistente ab accusatione, potest judex ex officio suo inquirere super crimine illato.*

Gregorius a *universis Episcopis de Corin.*

SCripta fraternitatis vestræ relegentes, agnovimus, quòd hi, qui contra Hadrianum Episcopum aliqua dixerant, modò cum eodem in amicitiam convenissent: [1 & ¶.] ¶ Quia verò nunciati facinoris qualitas nos vehementer impellit, ut ea, quæ audivimus, dissimulare nullatenùs debeamus, præsertim cùm accusatores & accusatum inter se feciśe gratiam indicaverit: hoc necesse est subtiliùs perscrutari, ne fortè non ex charitate, sed ex præmio eorum sit concordia comparata.

[1 *Et magna nobis ad præsens falla est de eorum unitate lætitia: sed quoniam ea quæ dicta sunt, indiscussa manere non patemur, fedu nostra Diaconum ad ea investiganda dirigimus.*]

CAP. II.

¶ *Desistente accusatore & accusato judex prosequitur.*

Idem.

CRimina *b* semel audita Gregorius indiscussa nullo modo præteribat, etiamsi accusatus cum accusatore in gratiam rediisset.

CAP. III.

¶ *Colludens in causa beneficiali, privari debet beneficio.*

Alexand. III. *Norvicen. Episcopo.*

AUdivimus *c* usque adeò Clericorum malitiam excreviśe, ut interdum inter se collusione factâ super beneficiis, quæ possident, se sustineant ab aliis molestari, & postea, ut quæstioni cedatur, & iidem Clerici beneficia quietè possideant, quasi nomine transactionis solvunt aliis de ipsis beneficiis annuam pensionem, ut post mortem eorum in beneficiis illis, super quibus est collusio facta, jus sibi valeant vendicare. Unde tibi mandamus, quatenus si quos Clericos tuæ jurisdictionis per collusionem hujusmodi fraudem legitimè tibi constiterit commisisse, eos beneficiis, super quibus collusum fuerit, non differas perpetuò spoliare: quia satis esset indignum, si fraus & dolus, quæ in præjudicium tui juris, & aliorum nituntur committere, in eorum non redundarent incommodum & jacturam.

CAP. IV.

¶ *Absolutio de criminibus illatis per collusionem facta, non impedit facultatem iterum accusandi & inquirendi de illis criminibus.*

Gregorius IX. *Baren.* a *Archiepiscopo, & fratri Isoplo Monacho Eloren.*

INtantum clamor, qui ascendit contra Acherontinum *b* Archiepiscopum, invalescit, quòd dissimulare ipsum ulteriùs sine scandalo non valemus, nec sine periculo tolerare: [& ¶.] ¶ Licèt autem sedes Apost. frequentibus clamoribus excitata, inquisitionem quorundam excessuum suorum duxerit committendam, propter tergiversationes tamen ipsius (ut dicitur) eodem cum inquisitoribus & examinatoribus colludente, necnon corruptis testibus & inquisitoribus, ac examinatoribus supradictis, non solùm prædicti excessus remanserunt hactenus incorrecti, verùm etiam pejora prioribus committere non expavit: [& ¶.] ¶ Discr. vestræ mandamus, quatenus si de hujusmodi collusione ac corruptione constiterit, ex integro super præmissis & aliis, alioquin super novis duntaxat inquiratis, quæ videritis inquirenda.

DE DELICTIS PUERORUM.

TITULUS XXIII.

CAP. I.

¶ *Impuberes præter vitium carnis delinquere possunt, puniuntur tamen mitiùs, quàm adulti.*

Gregorius. *c*

PUeris grandiusculis peccatum nolunt attribuere quidam, nisi ab annis 14. cùm pubescere cœperint. Quod meritò crederemus, si nulla essent peccata, nisi quæ membris genitalibus admittuntur. Quis verò audeat affirmare furta, mendacia, & perjuria, non esse peccata? At his plena est puerilis ætas: quamvis in eis non ita ut in majoribus punienda videantur.

CAP. II.

¶ *Puer non debet ita severè puniri sicut major, nec pater ex delicto filii impuberis tenetur.*

Alexand. III. *Hermon. Episcopo.*

REferente nobis *d* H. intelleximus, quòd cùm N. filius ejus decennis cum aliis pueris sagittaret, quidam nepos ejusdem H. sagittâ percussus, interiit: quod idem filius ejus, cùm inter alios luderet, fortuito casu dicitur peregisse: propter quod Abbas sancti Remigii à præfato H. secundùm consuetudinem illius terræ, centum solidos instantiùs requirebat: [1 & ¶.] ¶ Unde quoniam *e* in pueris relinqui solet inultum, quod in aliis provectioris ætatis humanæ leges dicunt severiùs corrigendum: mandamus, quatenus si constiterit filium prædicti H. intra 14. ætatis suæ annum eundem excessum commisisse, memoratum Abbatem moneas & compellas, ut ab eodem H. prædictos centum solidos propter illam *f* consuetudinem non exigat, nec ab ipso pro temporali pœna requirat.

DE CLERICO VENATORE. *g*

TITULUS XXIV.

CAP. I.

¶ *Clerico prohibetur venatio, & contrà facienti pœna imponitur. l. d. cum sequenti.*

a *Greg. l. 2. Regist. Ind. 11. epist. 31. c. 77. apud Is. Diac. l. 4. c. 32. de vita Greg. refertur Conc. Lat. sub Alex. III. p. 42. c. 2. & c. 1. eod. tit. in 1. comp.* b *C. 2. eod. tit. in 1. comp.* c *C. 3. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. Lat. sub Alex. III. p. 28. c. 12.*

a *Bararen.* b *Acherontin. al. Acherontium.* c *In plerique vulgatis, Greg. nonus, in manuscr. nisi plurimum, ut est impressum. in veteri comp. c. 1. eod. tit. Augustino tribuitur: verum unde sit scriptum, nondum est inventum.* d *C. 2. eod. tit. in 1. comp.* e *al. Verùm quoniam.* f *ullam.* g *Vide Conc. Trid. sess. 24. de reform. c. 12. & vestitu insuper. & Bernard. Diaz. in pract. crimin. can. cap. 26.*

Ex Concilio Autelianen.

EPiscopum *a*, Presbyterum aut Diaconum, canes aut accipitres, aut hujusmodi ad venandum habere non licet. Quòd si quis talium personarum in hac voluptate sæpiùs detentus fuerit, si Episcopus est, tribus mensibus à communione: si Presbyter, duobus: si Diaconus, ab omni officio suspendatur.

CAP. II.

¶ *Sanctum est supràcapitulo proximo.*

Ex eodem.

OMnibus servis Dei, venationes & sylvaticas vagationes cum canibus, & accipitres aut falcones habere interdicimus.

DE CLERICO PERCUSSORE.

TITULUS XXV.

CAP. I.

¶ *Clericus sæpè alium percutiens, & monitus non desistens, deponendus est.*

Ex Concilio Agathen. *b*

SI quis in aliquo gradu sacro percussor extiterit, corripiatur à crimine: & si non emendaverit, deponatur.

CAP. II.

¶ *Duobus mensibus à Missarum administratione suspenditur Episcopus, qui crudeliter aliquem fustigari facit.*

Gregorius *Tarentin. Episcopo.*

PRæterea, quoniam mulierem propter delictum suum contra ordinem Sacerdotii cædi crudeliter fustibus deputâsti: Quam licèt exinde (cùm post octo menses decesserit) minimè arbitramur fuisse defunctam: Tamen quia ad ordinem tuum noluisti habere respectum, duobus te mensibus ab administratione Missarum statuimus abstinere.

CAP. III.

¶ *Non punitur Clericus ut homicida, si fuit ipse in conflictu pro parte volentium repellentium, licèt ibi aliqui mortui sint, & ipse lapides projecit, ex quo nullum ipse percussit.*

Alexander III. *Luxen. Episcopo.*

PRæsentium *c* lator in quodam conflictu asserit se fuisse, pro parte tamen illorum, qui violentiam repellebant: in quo lapides ipse projecit, sed aliquem non percussit. Quem nos (quia per alios illic aliqui dicuntur occisi) à celebratione Missarum per biennium præcipimus abstinere. Mandamus itaque, ut si alia non impedierint, decurso hujusmodi temporis spatio, ad sui officii executionem eum admittas.

CAP. IV.

¶ *Clericus, qui fuit in conflictu, ubi aliqui fuerunt occisi, sine ejus facto vel consilio, de jure communi promoveri potest. Ita d secundum intellectum, qui plus placet Panorm.*

Cœlestinus III.

COntinentia *d* literarum: [1 & 3.] ¶ Cùm P. Acolythus cum quibusdam ad resistendum prædonibus arma sumpsisset; in conflictu illo tres fuerunt ab aliis vulnerati ad mortem, ita tamen, quòd illa homicidia neque facto ejus, neque consilio perpetrata fuerunt: [*& infra.*] ¶ Consul. t. t. r. quòd cùm prædictum Acolythum ad frugem melioris vitæ transivisse dicatis, poterit ipse ad Subdiaconatûs ordinem promoveri, & altaris ministerium exercere.

[1 *Vestrarum inspectis, quâ significâstis nobis, quòd.*]

a *C. 1. eod. tit. in 1. comp.* b *addit potest cap. 3 aut refert Burch. l. 2. Decr. c. 190. & Ivo p. 8. c. 235. sed in eo Concilio nondum repertum est.* c *C. 3. eod. tit. in 1. comp. & pot. Conc. Lat. p. 26. c. 11.* d *C. 2. De cler. percuss. in 2. comp.*

DE MALEDICIS. *a*

TITULUS XXVI.

CAP. I.

¶ *Maledicens Papæ puniendus est, ut alii deterreantur, & ipse arceatur.*

Clemens III.

INnotuit *b* nobis: [& 3.] ¶ Quia nobis per literas retulisti, quòd cùm I. Clericus multis coram adstantibus verba quædam in depressionem officii & beneficii nostri protulit, ipsum à temeritate sua compescas: Ut pœna illius aliis terrorem incutiat, ne de cætero contra Rom. Eccl. in talia verba prorumpant.

CAP. II.

¶ *Hîc ponitur pœna blasphemantis Deum, vel aliquem Sanctum, & maximè Virginem gloriosissimam.*

Gregorius IX.

STatuimus *c*, ut si quis contra Deum vel aliquem Sanctorum suorum, & maximè beatam Virginem, linguam in blasphemiam publicè relaxare præsumpserit, per Episcopum suum pœnæ subdatur inferiùs annotatæ: videlicet, quòd in septem diebus Dominicis præ foribus Ecclesiæ in manifesto (dum aguntur Missarum solennia) blasphemus existens, ultimo illorum die Dominico pallium & calceamenta non habeat, ligatus corrigia circa collum, septemque *d* præcedentibus sextis feriis in pane & aqua jejunet, Ecclesiam nullatenus ingressurus. Quolibet quoque prædictorum dierum tres, si poterit, alioquin duos reficiat pauperes, sive unum. Et si nec ad hoc ejus suppetant facultates, id in pœnam aliam commutetur: cui etiam, si renuerit recipere ac peragere pœnitentiam suprædictam, Ecclesiæ interdicatur ingressus, & in obitu Ecclesiasticâ careat sepulturâ. Per temporalem præterea potestatem coactione (si necesse fuerit) Episcopi dioec. adhibitâ contra eum, blasphemus, si dives fuerit, quadraginta solidorum, alioquin triginta, sive viginti: & si ad id non sufficiat, quinque solidorum usualis monetæ pœnâ mulctetur: nullam in hoc misericordiam habiturus: quòd etiam inter alia communicatum statuta ponatur.

DE CLERICO EXCOMMUNICATO, DEPOSITO *e*, vel interdicto ministrante.

TITULUS XXVII.

CAP. I.

¶ *Clericus depositus celebrans, excommunicatur.*

Ex canone Apostolorum.

SI quis Episcopus, Presbyter vel Diaconus depositus justè pro certis criminibus ausus fuerit attrectare ministerium sibi dudum commissum, hic ab Ecclesia abscindatur.

CAP. II.

¶ *Degradatus vel suspensus celebrans, & monitus non desistens excommunicatur: & si nec sic desistat, pro sæcularem Potestatem ad requisitionem Ecclesiæ exulet damnatur.*

Ex Concilio Antiocheni.

SI quis *f* Presbyter aut alius Clericus fuerit degradatus, aut ab officio pro certis criminibus suspensus, & ipse per contemptum & superbiam aliquid de ministerio sibi interdicto agere præsumpserit, & postea ab Episcopo suo correptus, in incepta præsumptio-

a *In Cod. Barb. & altero manuscr. Vaticano ita: De Clerico maledicto.* b *Cap. un. eod. tit. de Clerico, maled. in 2. comp.* c *Vide Bernard. Diaz. in pract. crim. can. c. 103. Abbr. de ago. assert. q. 27.* d *Al. septem præcedentib. sex feriis vel subsequentib. in pane, &c.* e *Dolleo, deposito, deest in aliquot antiq.* f *Cap. 2. eod. tit. in 2. comp.*

ne per-

ne perduraverit, modis omnibus excommunicetur *a:* & quicunque cum eo communicaverit, ſimiliter ſe ſciat eſſe excommunicatum. Similiter de Clericis, Laicis, vel fœminis excommunicatis obſervandum eſt. Quòd ſi aliquis iſta omnia contempſerit, & Epiſcopus minimè emendare potuerit, Regis judicio ad requiſitionem Eccleſiæ exilio damnetur.

CAP. III.

¶ *Interdictus & excommunicatus celebrans, monitus non deſiſtens, deponitur.*

Alexander III. *Landonen. Epiſcopo.*

CLerici *b* autem, ſi qui à ſuis, aut etiam de mandato Romani Pontificis ab alienis Epiſcopis interdicti vel excommunicati ante abſolutionem divina officia celebraverint, niſi moniti ſine dilatione redierint, perpetuæ depoſitionis ſententiam, pro auſu tantæ temeritatis incurrant.

CAP. IV.

¶ *Excommunicati vel interdicti celebrantes deponi debent, niſi propter multitudinem mitigetur pœna.*

Idem *Toletano Archiepiſcopo.*

LAtores *c* præſentium nobis intimárunt, quòd tam ipſi, quàm multi alii, poſtquam interdicti vel excommunicati fuerint, divina præſumpſerint officia celebrare: [1 & ℣.] ¶ Fraternitati tuæ mandamus, quatenus ſi xl. ſolummodò vel pauciores in his deliquiſſe conſtiterit, omnes in perpetuum ab officio ſacerdotali deponas. Si verò multitudinem magnam in hoc peccâſſe cognoveris, eos, quos magis cauſam delicti eſſe conſtiterit, perpetuâ depoſitione condemnes, & alios, qui non tantum deliquerint, ab officio ad tempus ſuſpendas, & omnibus pœnitentiam ſecundum diſcretionem tibi à Deo datam injungas.

[1 *Quoniam verò magnam cum eis multitudinem in hoc peccâſſe dicebant, nec nobis qui eorum magis vel minus deliquerit, innoteſcere potuerit, negotium tua diſcretionis arbitrio duximus remittendum.*]

CAP. V.

¶ *Si habens notitiam excommunicationis, per ſolam famam celebrat, debet de rigore deponi, licet cum eo poſſit miſericorditer diſpenſari. h. d. & eſt caſus notabilis.*

Innocentius III. *Herbipolen. Capitulo.*

ILlud *d* Dominus in beato Petro: [& ℣.] ¶ Venerabilis frater noſter quondam Hildeſemen. Epiſcopus licentiâ non ſolùm non obtentâ, ſed nec etiam poſtulatâ (Eccleſiâ Hildeſemenſi relictâ) Herbipolenſem Eccleſiam occupavit: [& *infrà.*] ¶ Unde Magdeburgen. Epiſcopo *e* dedimus in mandatis, ut (cùm factum ipſum non poſſet in partibus illis non eſſe notorium) niſi dictus Epiſcopus intra xx. dies ab Herbipolen. Eccleſiæ adminiſtratione ceſſaret, eum excommunicatum publicè nunciaret: quod idem Magdeburgen. ſtuduit adimplere: [& *infra.*] ¶ Ipſe verò Epiſcopus, in noſtra poſtmodùm præſentia conſtitutus, etſi ſuum recognoſceret & confiteretur exceſſum, & non judicium, ſed miſericordiam poſtularet: hoc tamen inter alia in ſua excuſatione propoſuit, quòd cùm dictus Magdeburgenſis non eſſet ordinarius judex ejus, non crediderat, quòd monitione non præmiſſâ auctoritate delegatâ poſſet procedere contra ipſum, aut ſententiam in eum aliquam promulgare. Unde cùm nec ante factum monitorias, nec poſt literas ab eo aliquas accepiſſet, peccare non credidit, ſi divina officia quantumcunque ſolenniter celebravit, præſertim cùm ei non niſi per famam de ſententia contra eum prolata conſtaret: [1 & ℣.] ¶ Licèt autem in hoc non videatur omninò culpabilis extitiſſe: quia tamen in dubiis via eſt eligenda tutior, etſi de lata in eum ſententia dubitaret, debuerat tamen potiùs ſe abſtinere, quàm ſacramenta Eccleſiaſtica pertractare. Illud autem, quod ſub ſpe veniæ divina ſibi fecit (poſtquam ſe à nobis excommunicatum noverat) celebrari, & communioni fidelium ſe ingeſſit, potiùs contra eum facere credimus, quàm pro eo, cùm ſub fiducia pœnitentiæ non debuerit deliquiſſe, & excommunicato non vitare, multò magis, quàm non *a* vitari periculoſum exiſtat: non vitare ſiquidem, cùm in eo ſit, excommunicatus ſine delicto non poteſt: ſed cùm ex aliis pendeat, ſine ſuo delicto poterit non vitari: [& ℣.] ¶ Cum eo miſericordiam facientes, pœnam, quam canon minatur *b* his, qui poſt excommunicationem divina præſumpſerint officia celebrare, vel ſecelebrationi ingeſſerint divinorum, ei non duximus infligendam.

[1 *Quòd autem poſtquam ſe novit excommunicatum, à nobis omnia divina ſibi fecit officia celebrari, & fidelium communioni ingeſſit ſe frequenter, ad non in contemptum ſed. Apoſt. vel etiam tanti ſacramenti, ſed ſub ſpe veniæ aſſeruit ſe feciſſe, ne videlicet indureſceret amplius, & ne divinis ejus animus deritus proteriret, vel proſterneretur, ſe nunquam divinis officiis intereſſet: licet in diebus ſolemnibus ſe nunquam celebrationi divinorum ingeſſerit, & cum paucis in angulo alicujus Eccleſiæ occultè non feſtivis diebus divina ſibi fecerit interdum officia celebrari.*]

CAP. VI.

¶ *Excommunicatus celebrans, à beneficio deponitur.*

Idem *Biſuntin. Archiepiſcopo.*

FRaternitati *c* tuæ: [& ℣.] ¶ Presbyteros autem & alios Clericos, qui pro ſuis exceſſibus, à te nexibus anathematis canonicè innodati præſumpſerunt, vel præſumunt officia celebrare divina, rationabiliter poteris omnibus beneficiis Eccleſiaſticis ſpoliare.

CAP. VII.

¶ *Collatio beneficii excommunicato facta non tenet, & ſcienter talibus conferens, à beneficiorum collatione ſuſpenditur.*

Idem *Decano & Priori Celmien.*

POſtulâſtis *d* per ſedem Apoſt. edoceri: [& ℣.] ¶ Conſult. veſtræ reſpond. quòd cùm excommunicatis communicari non debeat, Clericis excommunicationis vinculo innodatis, Eccleſiaſtica beneficia conferri non poſſunt, nec illi valent ea retinere licitè, niſi forſitan cum eis fuerit miſericorditer diſpenſatum, cùm ea non fuerint canonicè conſecuti. Illi verò, qui ſcienter illa beneficia talibus contulerunt, tamdiu debent à beneficiorum collatione ſuſpendi, donec ſuper hoc veniam conſequi mereantur, ut puniantur in hoc, in quo delinquere præſumpſerunt.

¶ *Celebrans in loco interdicto, ſi eſt Clericus ſecularis, beneficiis privatur: ſi Monachus, in arctius monaſteriorum detruditur. h. d.*

Quæſiviſtis *e* præterea, qualiter puniri debeant Clerici, Monachi vel Moniales Eccleſiarum conventualium, qui poſt latam interdicti ſententiam in locis ſuppoſitis interdicto præſumpſerunt hactenus, & adhuc etiam non verentur divina officia celebrare, quamvis propter hoc ſint excommunicationis vinculo innodati? Ad hoc breviter reſpondemus, quòd Clerici, qui talia præſumpſerunt, ſunt Eccleſiaſticis beneficiis ſpoliandi: Monachi verò vel Moniales in arctioribus monaſteriis ad peragendam pœnitentiam detrudendi.

---

a *Vid. l. 1. C. de ſuperex. l. 10. & l. Papinianus. §. meminiſſe. ff. de inoff. teſt.* b *C. 3. eod. tit. in 1. comp. & poſt Conc. Lat. 3 ſub Alex. III. p. 26. c. 10.* c *C. 4. eod. tit. in 3. comp. & poſt Conc. Lat. p. 19. c. 51. vid. Bern. Diaz. in pract. crim. can. c. 28.* d *C. 1. eod. tit. in 3. comp. Alia pars hujus decr. eſt in c. illud Dominus. ſup. de major. & obed.* e *In vet. comp. legitur Archiepiſcopo: ſed in Gregoriano legitur, Epiſcopo.*

a *Vid. Navarrum in Manuali de horis Canon. c. 2. verſ. 14. inter ambos.* b *al. inflegit.* c *C. 2. eod. tit. in 3. comp. Bernard. in pract. crim. can. c. 28.* d *C. 3. eod. tit. in 3. comp.* e *Vide quæ ſunt ſcripta. c. is qui. §. is verò. & cap. ult. de ſent. excom. in 6.*

CAP. VIII.

¶ *Valet collatio beneficii et facta, qui prius fuit excommunicatus, sed absolutus tempore collationis.*

Idem *Decano & Subdiacono* a *Pillaven. & magistro P. Canonico Petragoricen.*

PRoposuit *b* coram nobis magister P. Clericus Episcopi Tusculan. quòd G. sanctæ Mariæ in porticu Diacono Cardin. in partibus illis Apost. sed. legationis fungente officio, quidam de Lemovicinio ei humiliter supplicârunt, ut eorum Ecclesiam, quæ debito fraudabatur Clericorum servitio, ordinaret: pro se ac magistro eodem preces specialiter porrigentes. Ipse verò Lemovicen. civitatem ingressus, Canonicos monuit, ut illos reciperent in socios & in fratres: maximè cùm Præbendæ v. vel iv. ab ultima ipsius Ecclesiæ ordinatione vacâssent: quibus post petitas & concessas deliberationis inducias non curantibus respondere, de Præbenda Lemovicen. Cardinalis prædictus eosdem Clericos investivit: [1 & 3.] ¶ Cùm autem dictus magister & Lemovicen. Pœnitentiarius in nostra fuissent præsentia constituti, & acta judicii inspici fecerimus diligenter, per Pœnitentiarii testes intelleximus, quòd Lemovicen. Episcopus pluribus annis, antequam idem magister investitus fuerit, Clericos & Burgen. castri Lemovicen. & eundem P. nominatim (quem eorum dicebant consiliarium & fautorem) vinculo excommunicationis astrinxit. Per testes verò magistri P. probatur, quòd etsi dictus Episcopus in Burgen. & eorum fautores tam Clericos, quàm Laicos Lemovicen. excommunicationis sententiam protulisset, eos tamen per tres annos absolvit, antequam dictus magister fuerit investitus: [2 & 3.] ¶ Et quia idem Episcopus dicto magistro communicavit posteà in Ecclesia & in mensa: [3 & 3.] ¶ Quia verò sæpè dictum magistrum investituræ suæ tempore, à prædicto Episcopo extitisse excommunicatum, dictus Pœnitentiarius (sicut obtulerat) non probavit, cùm ex adverso de absolutione & communione dicti Episcopi fuerit facta fides: quod per dictum Legatum de memorato magistro dictum est, per diffinitivam sententiam duximus approbandum.

[1 *Si verò probaret ipsum excommunicatum tunc temporis extitisse, non postponerent, quod de ipso factum fuerat, revocare, quia mandatum Ap. sed. exsequentes, utriusq; partis confessionibus & allegationibus intellectis, eandem causam sufficienter instructam, ad nostrum remiserunt examen.*]

[2 *Quibusdam Presbyteris usque ad certum tempus in excommunicatione retentis, qui contra sententiam interdictis præsumpserant celebrare.*]

[3 *His igitur, quæ utraque pars proposuit, intellectis.*]

CAP. IX.

¶ *Suspensus vel excommunicatus ignoranter celebrando, nullâ indiget dispensatione respectu irregularitatis, aliàs scius.*

Gregorius IX. *I. & I. Canonicis Pragensibus.* c

APostolicæ sedis: [& 3.] ¶ Verùm quia tempore suspensionis ignari celebrâstis divina, vos reddit ignorantia probabilis excusatos. Cæterùm si forte ignorantia crassa & supina aut erronea fuerit, propter quod dispensationis gratiâ egeatis, eam vobis de benignitate Apostol. indulgemus.

CAP. X.

¶ *Excommunicatus minoris celebrans, non est irregularis, sed peccat, & potest eligere, & ea, quæ sunt jurisdictionis exercere, licet non eligi: & si confert sacramenta, licèt peccet, tamen collatio tenet, & suum habet effectum.*

Idem.

SI celebrat *a* minoris excommunicatione ligatus, licèt graviter peccet, nullius tamen notam irregularitatis incurrit, nec eligere prohibetur, vel ea, quæ ratione jurisdictionis sibi competunt, exercere. Si tamen scienter talis electus fuerit, ejus electio est irritâda, pro eo quòd ad susceptionem eorum eligitur, à quorum perceptione à sanctis Patribus est privatus. Peccat autem conferendo Ecclesiastica sacramenta: sed ab eo collata, virtutis non carent effectu, cùm non videatur à collatione, sed participatione sacramentorum (quæ in sola consistit perceptione) remotus: Dummodò non in contemptum Ecclesiasticæ disciplinæ, videlicet contra prohibitionem superioris, communioni excommunicatorum pertinaciter se ingesserit: in quo casu est anathemate feriendus.

DE CLERICO *b* NON ORDINATO ministrante.

TITULUS XXVIII.

CAP. I.

¶ *Clericus ministrans in pertinentibus ad ordinem, quem non habet, deponendus est, & amplius non ordinandus.*

Hormisda *c* Papa.

SI quis *d* baptizaverit, aut aliquod divinum officium exercuerit, non ordinatus, propter temeritatem abjiciatur de Ecclesia, & nunquam ordinetur.

CAP. II.

¶ *Diaconus Missam celebrans ad Sacerdotium non promovetur: & à Diaconatu suspenditur ad tempus: sed in beneficio potest ad tempus dispensari.*

Urbanus III. *Legion.* e *Episcopo.*

EX literis tuæ *f* fraternitatis innotuit nobis, quòd L. Diaconus, cùm non imposuisses ei manum, Missarum celebrationem usurpare præsumpsit: [1 & 3.] ¶ Consultationi tuæ taliter respondemus, quòd ad Sacerdotis officium non poterit promoveri: à Diaconatu quoque biennio vel triennio pro tua maneat provisione suspensus. De beneficio autem misericorditer agatus eum eo: ne sustentatione privatus, ad seculi negotia revertatur. Ut autem securiùs ei possis hanc misericordiam facere, de agenda pœnitentia diligentem *g* circa eum curam non desinas exhibere: salubriùs autem sibi absque dubio providebit, si ad regularem vitam se duxerit transferendum.

[1 *Postmodùm verò Domina asperante, rediit ad ipsum: & proprium cognoscens excessum, in tanto sibi periculo consuli humiliter postulavit: quia igitur super hoc tua nos duxit f. consulendos, literis præsentibus.*]

DE CLERICO PER SALTUM promoto.

TITULUS XXIX.

CAP. UN.

¶ *Qui ignoranter per saltum de Subdiacono fit Presbyter, post pœnitentiam in Diaconum ordinatur, & postea potest secum in Sacerdotio dispensari.*

---

a *Al. Subdecano.* b *C. un. eod. tit. in 4. comp.* c *Hic titul. ex plurimis manuscr. restitutus est: vulgati dissentiunt. alia: Gregor. IX. I. & A. Canon. Pragen.*

a *Vide Covarr. in c. alma mater. de sent. excom. l. 6. & 2. Theologos 4. sent. dist. 21. & seq. & Summistas, verbo, excommunicatio.*
b *In 7. manuscr. de non ordinato ministrante.* c *al. Honorius.*
d *C. 1. eod. tit. in 1. comp. vide Bern. Diaz in pract. crim. can. c. 12.*
e *Legion. al. Lingon.* f *C. 2. eod. tit. in 1. comp. & post Concil. Lat. sub Alex. III. p. 32. c. 62.* g *diligenter.*

Inno-

Innocentius III. *Bonon. Episcopo.*

TUæ literæ *a* continebant, quòd (sicut ex relatione quorundam receperas) P. Presbyter Diaconatûs ordine prætermisso, se fecit ad Sacerdotii ordinem promoveri. Ipse tibi quoque secretò confessus est, se pro certo nescire, si res taliter se haberet, sed ex quo boni viri hoc asserebant, inter quos fuerat conversatus, credebat assertioni eorum, eo quòd tempore, quo ordines inferiores susceperat, intra annos discretionis fuerat constitutus: [1 &] ¶ Mandamus, quatenus condignam pœnitentiam pro hujusmodi negligentia injungas eidem: quâ peractâ (quia non intelligitur iteratum, quod factum esse nescitur) ipsum in Diaconum ordinare procures, & sic de misericordia eundem ministrare permittas in ordine Sacerdotis.

[1 *Tu igitur ipsum in Apostol. sed. transmittens, nobis supplicâsti humiliter, ut cum eo misericorditer agere dignaremur. Nos igitur ejus miseria condolentes, f. t. per Apost. sed.*]

DE EO QUI FURTIVE ORDInem suscepit *b*.

TITULUS XXX.

CAP. I.

¶ *Qui furtivè recipit ordinem, si contra hoc facientes lata erat excommunicatio, sine dispensatione Papæ in sic suscepto ministrare, vel ad superiorem ascendere non potest: sed si excommunicatio lata non erat, Episcopus & Abbas poterunt dispensare. v. d. cum duobus sequentibus.*

Alexander III. *Lingonien. Episcopo* c.

VEniens ad nos P. nobis *d* exposuit, se furtivè Diaconatûs ordinem suscepisse. Unde f. t. resp. quòd si non fuit à te, vel ab aliquo Archidiaconorum, vel Prælatorum tuorum sub anathematis interminatione prohibitus, tu ipse in promotione ipsius ad Sacerdotale officium condignâ satisfactione impositâ (nisi alia impediant) pro arbitrio tuo dispenses. Si verò interminatio anathematis super hoc facta est, moneas eum, ut in aliquo monasterio seu canonia habitum suscipiat regularem: cui, ex quo in habitu illo aliquanto tempore fuerit laudabiliter conversatus, poteris misericorditer providere: alioquin nullâ ratione concedimus eum ad Sacerdotalem ordinem promoveri.

CAP. II.

¶ *Summatum est supra capitulo proximo.*

Cœlestinus III. *e*

CUm H. lator *f* præsentium, sicut nobis suâ quæstione monstravit, ad tuam (ordinationis causâ) præsentiam accessisset, juxta consuetudinem patriæ sibi quatuor minores ordines contulisti: quibus non contentus, Subdiaconum temerario ausu recepit. Quia verò idem Clericus in hoc facto multùm excessit: Mandamus, quatenus eum in minoribus duntaxat ordinibus celebrare permittas. Si verò domum religionis intraverit, & vita & mores ejus exegerint, Abbas (si voluerit) in aliis poterit ordinibus dispensare.

CAP. III.

¶ *Summatum est supra cap. 1.*

Idem.

INnotuit nobis *g*, quòd G. Clericus & alii duo de diœcesi tua ad G. quondam Seguntin. Episcopum, ut ordines ab eo reciperent, accesserunt. Cumque ab eodem Episcopo sub excommunicationis sententia fuisset inhibitum, ne quis se ad duos ordines suscipiendos ingereret, prædicti Clerici nihilominùs Subdiaconatûs & Diaconatûs ordinem clandestinè susceperunt: [1 &] ¶ Consul. tuæ taliter respond. quòd ordinati in susceptis ordinibus de juris rigore ministrare non debent. Verum, tametsi ad religionem aliquam voluerint se transferre, & peractâ pœnitentiâ pro arbitrio tuo eis injunctâ, ibidem laudabiliter fuerint conversati, processu temporis *a* cum eis poteris de nostra licentia dispensare, ut postmodùm susceptorum ordinum executione lætentur.

[1 *Quia igitur quid tibi agendum sit pro his nos duxit tua fi. consulendos.*]

DE EXCESSIBUS PRÆLATORUM & subditorum.

TITULUS XXXI.

CAP. I.

¶ *Monet Prælatos abstinere à gravaminibus subditorum, & aliqua enumerat, & geminatam pœnam imponit contrà facientibus.*

Alexander III.

PErvenit *b* ad audientiam nostram: [1 & infrà] ¶ Cùm autem Presbyteros, quasi filios & fratres benignâ ac fraternâ debeatis charitate fovere: Mandamus, quatenus in eos tallias & exactiones indebitas exercere nullatenùs præsumatis, nec de extero irrationabiliter gravetis, vel inhonestè tractetis eosdem, aut sine judicio Capituli suspendere, vel eorum Ecclesias interdicto subjicere attentetis, neque duas Ecclesias, quarum unam sufficere videbitis, permittatis illos tenere, nec aliquem excommunicare sine ordine judiciario præsumatis. Sciturі pro certo, quòd si hujusmodi rumores de vobis iterùm ad aures nostras pervenerint, pro tantis excessibus vos taliter puniemus, quòd timore pœnæ vestræ cæteri à similibus abstinebunt *c*.

[1 *Unde si verum est, miramur plurimùm: & adversùs vos de jure movemur, quòd in Presbyteros, qui sunt in vestra jurisdictione constituti, singulis annis, quasi in servos mercenarios, tallias facitis, quibus nisi ad voluntatem vestram pecuniam solverint, divinum officium interdicitis, & eos viliter & inhonestè interim tractatis, quod ipsos Laicis despicabiles reddit. Ideò si hæc vera sunt, gravi debetis ultione ferire.*]

CAP. II.

¶ *Non potest Episcopus sine causa Ecclesiam alteri subjectam ab illius subjectione & obsequio liberare.*

Idem *Cantuariensi Archiepiscopo.*

ADhæc *d*, quoniam Episcopus plures Ecclesias à consuetudine & obsequio Archidiaconorum liberas constituit & immunes, per quod reditus diminuit eorundem: Mandamus, quatenus factum Episcopi super hoc corrigas & emendes, & ita provideas, quòd prædictis Archidiaconis consuetudines, quas Presbyteri in Ecclesiis suorum Archidiaconatuum debent, plenariè conserventur, & illis debitam reverentiam exhibeant & honorem.

CAP. III.

¶ *Habens subjectionem seu collationem beneficii, illud pro suo usu retinere non potest, seu sibi conferre.*

Idem *Exoniens. Episcopo.*

ADaures *e* nostras pervenit, quòd quidam Archidiaconi tui se in Ecclesias, quæ in suis Archidiaconatibus vacant, auctoritate propriâ intrudere non ve-

a *Cap. 1. eod. tit. in 3. compil.* b *Quid sit ordinem furtivè suscipere, præter Panormitanum & alios hic tradit Hostiensis in summa eod. tit. & Bernard. Diaz in pract. crim. can. c. 21.* c *Lingonen. al. Livonien.* d *C. 1. eod. tit. in 1 comp. & post Conc. Lat. sub Alex. III. p. 26. c. 9.* e *Clemens III.* f *C. 1. eod. tit. in 1. comp.* g *Cap. 2. eod. tit. in 2. comp. vid. allegata in præced. c. hoc eod. tit. & Conc. Trid. sess. 25. de refor. c. 12. 13. & 14.*

a *Temporum.* b *Cap. 1. eod. tit. in 1. compil.* c *Vid. l. 2. in princ. C. ad l. Jul. repet. & institut. de excus. 5. hodie autem. in fin.* d *Cap. 2. eod. tit. in 1. compil. & post Concil. Lateran. p. 24. cap. 4.* e *Cap. 3. eod. tit. in 1. compil. & post Cons. Later. sub Alex. III. part. 24. c. 3.*

tentur: [1 & 3.] ¶ Mandamus, quatenus eos, qui tali modo Ecclesias occupant, vel occupatas detinent, ad eas dem dimittendas censurâ Ecclesiasticâ compellas, & eas dem Ecclesias de personis idoneis ordinans, præfatos Archidiaconos pro tanta præsumptione debitâ cures animadversione punire.

[1 Et sic ipsas Ecclesias detinere non erubescunt. Attendentes itaq; absentium & omnia rationis contrarium tanta præsumptionis excessum, nec volentes incorrectum relinquere. s. c. per Ap. sed.]

CAP. IV.

¶ *Contra naturam incontinentes, si sunt Clerici, deponantur, & in monasterio detrudantur: si Laici, excommunicantur.*

Idem *in Concilio Lateranen.* a

CLetici: [& 3.] ¶ Quicunque illâ incontinentiâ quæ contra naturam est (propter quam ira Dei venit in filios diffidentiæ, & quinque civitates igne consumptæ sunt) deprehensi fuerint laborare, si Clerici fuerint, dejiciantur à Clero, vel ad agendam pœnitentiam in monasteriis detrudantur: Si Laici, excommunicationi subdantur, & à cœtu fidelium fiant penitùs alieni.

CAP. V.

¶ *Subditus non tenetur parere superiori, aliquid exigenti vel præcipienti contra tenorem sui privilegii.*

Idem.

SAnè si Episcopi b aliquid ab Abbatibus, præter debitam obedientiam contra libertatem ordinis à præd n. & à nobis indultam exigunt, liberum sit Abbatibus auctoritate Apost. quod petitur denegare.

CAP. VI.

¶ *Vicarius Ecclesiæ usurpans sibi ipsius Ecclesiæ personatum contra præstitum juramentum, ad officii sui executionem admitti non debet.*

Idem *Norvicen. Episcopo.*

ILlud c etiam de Vicariis, qui personis fide & sacramento obligati sunt duximus statuendum, quòd si personatum sibi falsò assumentes, contra personas se exercerint, & super hoc in jure confessi fuerint vel convicti, de cætero in eodem Episcopatu ad officii sui executionem nullatenùs admittantur.

CAP. VII.

¶ *Excommunicatus lata contra subditum, quia non paret contra privilegium sibi à superiori concessum, non tenet.*

Clemens III.

CUm d ad quorundam: [1 & 3.] ¶ Ideoque discr. v. Apostol. auctoritate concedimus, ut si Ecclesiarum Prælati pumerum evectionis & personarum in Lateranen. Concilio constituturum, cùm Ecclesias visitant, excedere forte præsumpserint, & proillis procurationem exegerint, liberum sit vobis auctoritate Apostolicâ denegare: & si propter hoc Ecclesias vestras vel Clericos aliquam sententiam promulgaverint, ipsam, decernimus non tenere.

[1 *Malitiam coërcendam in Concilio fuerit Lateranen. multâ deliberatione statutum, ut Archiepiscopi, Episcopi, Archidiaconi, Archipresbyteri, & Decani certum evectionis numerum, & personarum in Ecclesiarum visitationibus non excedant: quia sicut audivimus, quidam eo pretextu personis id in Ecclesiis vestris nequaquam observant, super hoc communitatis vestræ attentius duximus salubriter providendum.*]

CAP. VIII.

¶ *Prælatus inferior extra Episcopum, non potest suam Ecclesiam, vel sibi subjectam alteri unire sine Episcopi consensu, etiam Metropolitani auctoritate intervenente. hoc dicit, & est casus multum allegabilis.*

Cœlestinus III. *Eusebio Episcopo* e.

SIcut unire Episcopatus, atque potestati subjicere alienæ, ad summum Pontificem pertinere dignoscitur; ita Episcopi est Ecclesiarum suæ diœcesis unio, & subjectio earundem. Cùm itaque Prior Graden. monasterium suum, quod est in tua diœcesi, & de tuo debet ordinari consensu, monasterio de Accato a (tuo assensu minimè requisito) subjecerit sive unierit: quod fecit te inconsulto, tibi liceat auctoritate nostrâ (sicut justum fuerit) infirmare: Non obstante assensu vel confirmatione, quam Metropolitanus interposuisse proponitur, cùm in diœcesi sui Suffraganei absque ipsius assensu non debeat aliquid contra constitutiones canonicas attentare: nos quoque id decernimus irritandum.

CAP. IX.

¶ *Suspendi debet Clericus, qui de suo crimine publicè gloriatur.*

Innocentius III. *Archipresbytero sancti Andreæ de Pal.* b

QUàm sit c grave crimen in Clericis, cùm male fecerint gloriari, nullus sanæ mentis ignorat. Accepimus sanè, quòd cùm R. Deserien. P. filiam suæ matrimonialiter tradiderit in uxorem, P. Diaconus non erubuit publicè confiteri d, se mulierem prædictam carnaliter cognovisse: unde factum est, quòd vir ad propria eam remitteret, cui fuerat matrimonialiter copulata. Ideoque mandamus, quatenus si tibi constiterit de præmissis, appellat. cessante præfatum Clericum ab officio & beneficio suspendere non postpones, compelleas virum, ut uxorem suam recipiat, eique (sicut justum est) officium exhibeat maritale.

CAP. X.

¶ *Clericus auctoritatem vel consilium directè vel indirectè homicidio præstans, irregularis efficitur.*

Idem *Episcopo Mapponen.* e *& Abbati de Telete, Visitatoribus Lombardiæ.*

EX literis vestris f accepimus, quòd cùm ad Albiganensem Ecclesiam unà cum Pisano Archiepiscopo, tunc Episcopo Vercellen. accessisseris, visitationis officium impleturi: Albiganensis Episcopus inter cæteræ, quæ proposita fuerant contra ipsum, ore proprio est confessus, quòd cùm quidam in villa quadam ad ejus g jurisdictionem spectante infamaretur de furto, & idem illud inficiaretur omninò, offerens, quòd candentis ferri judicio se purgaret, & ut suspendio puniretur, si deficeret in eodem: dictus Episcopus requisivit à judice, quid super hoc videretur eidem: & cùm judex respondisset, ut fieret, sicut fur ipse dixerat, ferrum candens in ipsius præsentia Episcopi est allatum: quod cùm accepisset fur ille, combustus est: unde judex pavefactus, quid sibi super hoc videretur, consuluit Episcopum memoratum. Qui respondit, quòd si fur sic evaderet, malum esset: quanquam affirmet se verbis talibus usum fuisse: Auditis quantus est clamor populi, on nes dicunt, malum est si sic evaserit impunitus: & sic Episcopus & judex villam ipsam cum multitudine sunt ingressi, in quorum præsentia prædictus fur est suspensus: propter quod ipsum cum literis vestris ad sedem Apostolicam destinâstis: sed idem nihil super his proposuit coram nobis, nec literas vestras vidimus, licet idem se nobis illas asserat præsentâsse: quinimò h cùm dictus Archiepiscopus ad sedem Apostolicam accessit, qui nobis hujusmodi rei seriem plenariè indicavit, idem Episcopus à nostra discessit præsentia, & perquisitus non potuit inveniri. Nos autem quia idem Episcopus non solùm in judicio i candentis ferri, verùm etiam in furis su-

spendio

---

a Idem scil. Alex. III in Conc. Lat. c. 11. & 12. tit. de coniug. Cler. & mul. in 1. comp. b C. 1 eod. tit. in 1. comp. c C. 1 tit. de jurejur. in 2. comp. & post Conc. Lat. sub Alex. III. p. 39. c. 2. d C. 3 eod. tit. in 2 comp. Vid. statutes in c. cum ex officii. sup. de præscr. e Eusebium, habet vetus compilatio.

a *Asserato, al. Aterato.* b *Pallu. al. Pollian.* c C. 2. eod. tit. in 3. compilat. d *profiteri.* e *Epo. & Abbate de Tilete.* f C. 3. eod. tit. in 3. comp. g *illius.* h *al. sua: quinimò statim cùm, &c.* i *Cui judicium ferri candentis sit illicitum, tradet luculenter D. Thom. 2. 2. q. 95. art. 8. ad 3. arg.*

spendio graviter noscitur deliquisse, cùm his non tantùm auctoritatem præstiterit, verùm etiam præsentiam exhibuerit corporalem, ipsum indignum altaris ministerio reputamus. Cùm igitur Pontificale officium sine altaris ministerio non valeat adimpleri: mandamus, quatenus ut Episcopatui cedat, moneatis eundem, alioquin ipsum ab Albiganen. Ecclesia amoventes, faciatis eidem per electionem canonicam de persona idonea provideri.

CAP. XI.

¶ Collatio beneficii facta indigno occulta cassari debet, & conferens secunda ante cassationem primæ collationis, privari debet eâ vice potestate conferendi.

Idem *Archiepiscopo, & majori monasterii & sancti Juliani Abbatibus Turonen.*

INter dilectos filios B. & P. *a* Canonicos Pictaven. super Succentoria Pictaven. Ecclesiæ quæstione subortâ, utroque asserente Succentoriam ipsam se per Pictaven. Cantorem (ad quem ejus donatio pertinebat) canonicè assecutum: [&c.] ¶ Nos igitur attestationibus utriusque partis inspectis, invenimus esse probatum, eundem P. publicum aleatorem esse, ac usurarium manifestum *b*, utpote qui undecim denarios pro duodecim mutuaverat in ludo: unde licèt ad palliandum tantæ præsumptionis excessum proposuerit, quòd hoc fecerat juxta consuetudinem Gallicorum Clericorum, quâ ferè universi Clerici mutuant sic frequenter & ludunt: nos tamen, qui ex officii nostri debito pestes hujusmodi extirpare proponimus, atque ludos voluptuosos (occasione quorum sub quadam curialitatis imagine ad dissolutionis materiam devenitur) penitùs improbamus, excusationem prædictam, quæ per pravam consuetudinem (quæ corrupтela dicenda est) palliatur, frivolam reputantes, cùm in illis magis plectibilis sit offensa, per quos ad excusandas excusationes in culpis delinquendi auctoritas usurpatur: quod circa eundem P. de Succentoria factum esse dignoscitur, propter indignitatem & vilitatem ipsius duximus irritandum, cùm personis vilibus & indignis portæ dignitatis patere non debeant, juxta legitimas sanctiones. Præterea contra præfatum B. fuit manifestè [per *c* testes] probatum, quòd de conscientia judicum ultima clausula inserta non fuerat in literis eorundem, sicut in ipsorum depositionibus exprimitur evidenter: [&c.] ¶ Unde pars altera proponebat, quòd cùm prædictus B. scienter usus fuerit literis sic falsatis, debebat tanquam falsarius omninò repelli. Verùm nos attendentes, quòd etsi constaret, quòd dicta clausula literis illis fuisset apposita, præter conscientiam judicum prædictorum *d*, quia tamen fides facta nobis non fuit, quòd dictus B. illam clausulam apposuerit, vel procuraverit, ut ab alio poneretur, vel etiam, quòd scienter usus fuerit literis sic falsatis, ab hujusmodi falsitatis objectu eundem duximus absolvendum: maximè cùm postquam sibi hoc objectum fuit, præterm iserit uti eis: [*& infrà.*] ¶ Cùm igitur per depositiones duorum testium nobis constiterit *e*, quòd concessio P. facta præcesserit, quanquam propter indignitatem ejusdem meruit reprobari, concessionem postmodum B. factam irritam decernimus & inanem. Quia verò Cantor adeò inconstanter se habuit in hoc facto, ut primâ donatione non reprobatâ, secundam facere attentaverit, & dignum sit, ut in eo quis puniatur, in quo visus est deliquisse: in hoc ejus duximus varietatis inconstantiam puniendam, ut concedendi Succentoriam ipsam hâc vice nullam habeat facultatem: præsentium vobis auctoritate mandantes, concedimus, quatenus eandem, auctoritate nostrâ suffulti, personæ idoneæ assignetis.

a *C. 4. eod. tit. in 3. compil.* b *Vid. c. quoniam in omnibus. sup. de usur. & Bernard. c. 82.* c *Hæ duæ voces per testes, desunt in antiquis exemplaribus: absunt etiam à veteri comp. & omnibus Vaticanis.* d *vox, prædictorum, deest in antiquioribus Codicib.* e *Vid. l. ubi numerus. C. de test.*

CAP. XII.

¶ Cognoscere de causâ matrimoniali, item pœnitentias publicas & indulgentias concedere, spectat ad dignitatem Episcopalem: Unde inferior Prælatus de his se intromittere non debet, nisi ea competat de jure speciali.

Idem *in Concilio generali* a.

ACcedentibus ad nos de diversis mundi partibus Episcoporum querelis, intelleximus graves & grandes quorundam Abbatum excessus, qui suis finibus non contenti, manus ad ea, quæ sunt Episcopalis dignitatis, extendunt, de causis matrimonialibus cognoscendo, injungendo publicas pœnitentias, concedendo etiam indulgentiarum literas, & similia præsumendo: unde contingit interdum, quòd vilescit Episcopalis auctoritas apud multos. Volentes igitur in his & Episcoporum dignitati, & Abbatum providere saluti, præsenti decreto firmiter prohibemus, ne quis Abbatum ad talia se præsumat extendere, si proprium voluerit periculum evitare, nisi forsan quisquam eorum speciali concessione, vel aliâ legitimâ causâ super hujusmodi valeat se tueri.

CAP. XIII.

¶ Ad revelandum peccatorem, sive peccatum in pœnitentiæ confessione, Sacerdos compelli non potest.

Honorius III. *P. tit. sanctæ Prudentianæ* b *Presbytero Cardinali.*

DIlectus filius Joannes Presbyter exposuit *c* conquerendo, quòd rectores fraternitatis urbis ipsum ad revelandum furtes, & quod super quodam furto sibi tanquam Sacerdoti fuerat revelatum, vel ad satisfaciendum exinde damnum passo, arctare nitentes, in eum (nisi alterum præmissorum efficeret) tulerunt sententiam interdicti. Quia igitur perniciosum esset, prædictum Presbyterum sibi taliter credita revelare, ac cogi ad id, quod non rapuit, exolvendum: Discret. t. mandamus, quatenus præfatos rectores coram te convenientes, injungas eisdem, ut à memorati Presbyteri gravamine penitùs conquiescant.

CAP. XIV.

¶ Privati homines regulariter nequeunt constituere collegium, & habere sigillum collegii, nisi eis aliter concedatur.

Idem *Præposito R. & I. Archidiacono Suessionen.*

DIlecta in Christo filia Abbatissa Jotrenen. nobis insinuare curavit, quòd cùm Presbyteri & Clerici Jotrenen. Ecclesiæ Meldensis diœcesis, non consueverint proprium habere sigillum, nec sint unum corpus, ita quod Capitulum appellaretur *d*, nihilominùs contra voluntatem ipsius (quæ ipsorum caput est & patrona) sigillum habere contendunt: [1 *& infrà.*] ¶ Dis. v. mandamus, quatenus si vobis constiterit ita esse, dictis Presbyteris & Clericis auctoritate nostrâ inhibeatis expressè, ne præsumant vel de novo fabricare sigillum, vel uti eo, si fortè noviter fuerit fabricatum.

[1 *In ipsius præjudicium & gravamen, quare ad eis à nobis petiit inhiberi. Quia verò nobis non constitit de præmissis.*]

CAP. XV.

¶ Qui contra juramentum negat Prælatum dominum suum, vel coram judice seculari de ipso conqueritur, vel ipsum invadit, deponi debet.

a *Idem scil. Innocent. III. in Concil. gener. cap. 60. & cap. 1. eod. tit. in 4. compil.* b *Pro Prudentianæ, repositum est Prudentiana, ut sup. c. 35. de electione.* c *Vid. cap. omnis. infr. de pœn. & remiss.* d *appellentur.*

Idem a *S. Auberti Archidiac. Abbati de Annona, & Præposito Cumeracen.*

GRavem & dolore non vacuam: [1 & 3.] ¶ Discr. v. mandamus, quatenus si vobis constiterit Archidiaconum semel & secundò, contra fidem homagii præstiti, ac debitam reverentiam, Episcopum suum esse dominum negâsse *b*, vel in foro seculari deposuisse contra eum super rebus spiritualibus quæstionem, aut tam invasori Episcopi & sociorum ejus, quàm fratri ejus, vel *c* complicibus suis causam vel consilium præbuisse: ipsum tanquam membrum putridum ab Ambianen. Ecclesia perpetuò abscindatis, beneficia sua facientes personis idoneis per illos, ad quos donatio pertinet, assignari.

[1 *At toti Clero contumeliarum aculeu circumfertam receptam quæstionem: quòd cum ven. f. n. Ambianen. Episcopus quoddam beneficium vacans, quod altare dicitur, cuidam idoneo, prout ad se spectare credebat, absente Archidiacono Ambian. contulisset: Idem Archidiaconus stipatus caterva fratrii sui & quorundam aliorum, accedens ad Episcopum memoratum, & proponens quòd ex injuriatus fuerat super hoc, instanter apud eum, ut sine causæ cognitione à beneficio ipso prorsus amoveretur ab eo institutus.*]

CAP. XVI.

¶ Ponit xv. gravamina illata Religiosis, à quibus præcipit Prælatis abstinere.

Gregorius IX. *universis Ecclesiarum Prælatis.*

INimis iniqua: [*& infrà.*] ¶ Cùm religiosi viri abnegantes sanctiter semetipsos, elegerint in paupertate Christo pauperi ad placitum famulari, tanquam nihil habentes, & omnia possidentes: non desunt plerique tam Ecclesiarum Prælati, quàm alii, qui excæcâ cupiditate seducti, propriæ aviditati subtrahi reputantes, quicquid prædictis fidelium pietas elargitur, quietem ipsorum multipliciter inquietant *d*. Volunt namque contra regulam à sede Apostolica approbatam, & sui ordinis institutu, ipsis invitis eorum confessiones audire, ac eis injungere pœnitentias, & Eucharistiam exhibere: nec volunt, ut corpus Christi in eorum Oratoriis reservetur: & fratres ipsorum defunctos apud Ecclesias suas compellunt sepeliri, & eorum exequias celebrari: & si quis decedentium fratrum alibi, quàm in suis Ecclesiis eligat *e* sepulturam, funus primo ad Ecclesias suas deferri cogunt, ut oblatio suis usibus cedat. Nec sustinentes eos habere campanam, vel cœmeterium benedictum, certis tantùm temporibus permittunt ipsos celebrare divina. Volunt quoq; in domibus eorum *f* certum numerum fratrum, Sacerdotum, Clericorum, & Laicorum, necnon cereorum, lampadarum, & ornamentorum, pro voluntate sua taxare, ac residuum cereorum, quando noviter apponuntur, exigunt ab eisdem. Nec permittunt, quòd *g* novi Sacerdotes eorum alibi, quàm in Ecclesiis suis celebrent primas Missas, eos nihilominùs compellentes, ut in quotidianis Missis, quas in suis locis & altaribus celebrant, oblationes ad opus eorum recipiant & reservent: quicquid etiam eis, dum celebrant Missarum solennia, intra dometum suarum ambitum piâ fidelium devotione donatur, ab ipsis extorquere oblationis nomine contendentes, quod eisdem tam in ornamentis altaris, quàm in libris Ecclesiasticis absolutè confertur, vendicant perperam juri suo. Quocirca mandamus, quatenus universi & singuli à prænotatis gravaminibus desistatis, subditos vestros ab hujusmodi arctiùs compescendo.

CAP. XVII.

¶ Ponit xvi. gravamina Prædicatorum & Minorum, à quibus præcipit Prælatos abstinere.

Idem *universis Ecclesiarum Prælatis.*

IINimis a prava: [*& ſ.*] ¶ Cùm quidam viri religiosi, ut putà fratres Prædicatores & Minores (quorum ordinem & regulam sedes Apostol. noscitur approbâsse) in arctissima *b* paupertate Christo pauperi famulentur, plerique Prælati & alii eos ad Synodos suas cogunt accedere, ac suis constitutionibus subjacere: nec his contenti, Capitula & scrutinia in locis fratrum pro his corrigendis facturos se comminantur, fidelitatem juramento firmatam ab eorum ministris & custodibus exigentes: eis quoque, ut tam extra civitates, quàm intra cum eis processionaliter veniant, ex levi causâ mandantes, excommunicationis sententiam fulminant in benefactores ipsorum: & idipsum fratribus comminantes, eos de locis, in quibus Domino famulantur, fatigant amovere, nisi eis obediant in omnibus supradictis. Ad hoc *c* ne fratres ad honorabiliores *d* civitates & villas, ubi religiosè ac honestè valeant commorari, à populis devote vocati accedere audeant inhibentes, tam in accedentes fratres, quàm in receptatores *e* eorum præsumunt excommunicationis sententiam promulgare. Ab eis etiam de hortorum fructibus decimas, nec non de habitaculis fratrum (sicut de Judæorum domibus) contendunt reditus extorquere: asserendo, quod nisi fratres morarentur ibidem, ab aliis habitatoribus proventus aliqui solverentur: & ut ipsos suæ subdant totaliter ditioni, eisdem ministros & custodes volunt præficere pro suæ arbitrio voluntatis. Quocirca mandamus, quatenus universi & singuli à prænotatis gravaminibus desistatis, subditos vestros ab hujusmodi actibus compescendo.

CAP. XVIII.

¶ Non servans interdictum, suspensus erit ab officio & beneficio, & omni jurisdictione. b. d. secundum verum intellectum.

Idem *Archiepiscopo Bracharen.* f

TAnta est clavis Petri: [*& infrà.*] ¶ Ad confusionem P. Episcopi quondam Colubrien. non potest in memoriam non venire, quantùm in nos & Ecclesiam Romanam deliquerit, despexerit Petri claves, & Ecclesiasticam læserit potestatem: cùm non solùm interdicti sententiam (quam servaverat ab initio) temerè violavit, verùm etiam induxit alios, imò compulit, non servare: & quos inducere monitis, & flectere minis ac terroribus ad violandam interdicti sententiam nullâ potuit ratione, post atroces injurias, amissionem honorum, spoliationem parentum, dignitatibus, præbendis, & beneficiis spolians, coëgit miserabiliter exulare, ea suis in hac parte fautoribus non absque præsumptione temeraria conferendo, quæ omnia idem Episcopus in nostra & *g* fratrum nostrorum præsentia publicè recognovit. Licet autem memoratus Episcopus in manibus nostris spontaneâ cesserit voluntate, nolentes tamen, ut hi, qui hujusmodi sententiam interdicti non sunt veriti temeritate propriâ violare, hæc recipere dignitates, Præbendas, ac beneficia aliorum, qui absque culpa & fine causæ rationabili eis fuerint spoliati, severitatem effugiant canonicæ ultionis, ne facti perversitas transeat præsumptoribus in exemplum: auctoritate Dei omnipotentis, omnem institutionem, destitutionem, collationem Præbendarum, beneficiorum ac dignitatum præsumptas per eundem Episcopum, & excommunicationis seu interdicti sententias, in quoscunque hâc occasione prolatas ab eo post interdicti violationem ejusdem, decernimus irritas & inanes. Quia verò ubi magis excreditur, ibi

a. *alit. Idem Abb. S. Alberti Archidiacon. de Annona, &c.* b. *denegâsse.* c. *al. cum complicibus, &c.* d. *inquietent.* e. *eligat.* f. *turonicen.* g. *ut.*

a. *De cogendis Synodis & qui sint vocandi, vid. Concil. Trident. sess. 24. de reform. cap. 2.* b. *altissima.* c. *Ad hæc.* d. *honorabiles.* e. *receptores.* f. *Bracarensi & Colubrensi seu Colubrensi, Episcopatus sunt vetustissimi in Portugallia.* g. *al. ita: & in fratrum, &c.*

est

est severiùs vindicandum: mandamus, quatenus omnibus, quos prædictus Episcopus in supradicta beneficia, Præbendas & dignitates intrusit, non solùm à beneficiis ipsis, Præbendis & dignitatibus, verùm etiam ab aliis beneficiis (si qua obtinent) & Ecclesiis prorsùs amotis, tam præsumptores eosdem, quàm omnes alios, qui præfatum interdictum damnabiliter violárunt *a*, suspendas [auctoritate *b* Apost.] ab officio & beneficio. Illos quoque quos in personas & res prædictorum Canonicorum, Prælatorum & Clericorum manus temerarias constiterit extendisse, ad nostram venire compellas præsentiam, pro meritis sententiam *c* recepturos, invocato ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachii secularis.

DE NOVI OPERIS NUNCIATIONE.

TITULUS XXXII.

CAP. I.

¶ *Etiam Ecclesia ædificata post nunciationem novi operis, destruenda est expensis construentis. h. d. cum sequenti.*

Lucius III. *Paduano Episcopo.*

INtelleximus *d* ex literis tuis, quòd cùm causa, quæ vertitur inter Priorem sancti Cypriani, & Clericos de Rodigio super Capella, quæ in præjudicium baptismalis Ecclesiæ de Costa, ab eisdem Clericis est constructa, f. t. delegata fuisset: [1 & 3.] ¶ Quia verò *e* sicut leges non dedignantur sacros canones imitari, ita & sacrorum statuta canonum, Principum constitutionibus adjuvantur: F. t. mandamus, quatenus diligenter considerans, quòd post denunciationem novi operis, sive jure, sive injuriâ aliquid construatur, legalibus debet constitutionibus demoliri: & quia nulla Ecclesia in præjudicium est alterius construenda *f*, negotium ipsum secundùm legum & canonum statuta non differas terminare.

[1 *Vina canonice terminanda, partibus autem ad tuam præsentiam convocatis per testes sufficienter tibi innotuit, quòd præfata Ecclesia de Radico eandem Capellam post app. ad nos factam & denunciationem novi operis ædificare inceperat, & ab hoc præfatus Prior in judicio postulabat, quicquid in supradicta Capella post appell. ad nos factam, & denunciationem novi operis factum fuerat, penitùs demoliri. Super quod dist. dubium videbatur, utrum ad hæc procedi posset canonico judicio, cùm nihil de nunciatione novi operis sit in canonibus definitum, duxisti sed. Apostolicam consulendam.*]

CAP. II.

¶ *Summatur ut supr. cap. proximo.*

Innocent. III. *Cantuarien. Archiepiscopo.*

CUm *g* ex injuncto: [1 & 3.] ¶ F. t. mandamus, quatenus quicquid ædificatum est in Ecclesia de Lamech, post novi operis nunciationem, expensis suis facias penitùs demoliri, eo non obstante, si etiam absens extiteris, cùm cautum sit legitimâ sanctione, ut si is, cui opus novum fuerat *h* nunciatum, ante remissionem ædificaverit, deinde agere cœperit jus sibi esse ita ædificatum habere, sibi debeat actio denegari, reducens prorsus in irritum, quicquid de instituendis ibi Canonicis & aliis, ad ipsam Ecclesiam pertinentibus, à te vel prædecessore tuo cognoscitur ordinatum, eorum redditibus ad statum pristinum revocatis, quos ab obligatione præstiti juramenti, pro eo quòd ibidem instituti fuerunt, auctoritate nostrâ per te denunciari præcipimus absolutos: cùm enim amodò non teneat principale, quicquid ex eo, vel ob id secutum est, sub præmissa districtione decernimus irritandum: [2 & 3.] ¶ Super eo quoque non sufficimus admirari, quòd cùm viri religiosi Monachi Cantuarien. qui omnia dimiserunt pro Christo, tot laboribus & periculis personas & res non dubitaverunt *a* frequenter exponere (quod non fecissent, nisi cognoscerent præmissa respicere in grave Cantuarien. Ecclesiæ detrimentum) tu saltem pro vitando tam gravi scandalo proximorum, ab hujusmodi etiam tibi prohibitis non cessâsti: cùm sacræ Scripturæ testimonio debueras *b* didicisse, quòd licèt opera illa, quæ sine mortali peccato omitti non possunt, non sunt *c* pro vitando scandalo *d* dimittenda, nec ea debeant pro scandalo vitando committi, quæ sine mortali peccato committi non possunt: ab his tamen, quæ sine mortali peccato committi possunt pariter & dimitti, sit pro scandalo tollendo cessandum, & eis etiam pro vitando scandalo insistendum: unde Apostolus: [*Si scandalizatur e frater, non comedam carnes in æternum.*] Et Dominus *f* in Evangelio contra eos, qui scandali præstant materiam [*Væ*, inquit, *homini illi, per quem scandalum venit, &c.*] Et licèt majorum scandalum sit vitandum, vitandum est etiam scandalum pusillorum, juxta testimonium veritatis: [*Qui g scandalizaverit* (inquit) *unum de pusillis istis, qui in me credunt, &c.*] Finis ergo his taliter à te imponatur, quòd præteritæ contradictionis rebellio per virtutem sequentis obedientiæ valeat expiari.

[1 *Districtè tibi justione mandavimus, ut in negotio capellæ de Lamech, juxta formam in literis Ap. comprehensam ab oppressione Monachorum Cantuarien. omninò cessares. Cum autem quæ præmisimus, & similia in nostra fratrumq. nostrorum præsentia prudenter essent à nunciis allegata: nos qui tempus accepimus justitiam judicandi, volentes illius vestigiis inhærere, apud quem non est acceptio personarum, cum locum licèt indigni teneamus interris, & ita viâ regiâ prudenter debeamus incedere, ut non declinemus ad dextram, vel ad sinistram, prædecessores quoq. nostros Urban. & Clem. & etiam Cœlestinum credentes ampliùs imitandos in illis maximè quæ deliberatione prævia statuerunt, de communi f. n. c.*]

[2 *Sicut sancitum est in traditione canonica & civili.*]

CAP. III.

¶ *In optione est nunciantis novum opus, an intra tres menses de præjudicio sibi debeat ostendere, & interim cessetur ab opere: an verò receptâ cautione de opere demoliendo, statim ædificari permittat. h. d. cum seq.*

Honorius III. *h*

SIgnificantibus *i* Canonicis sanctæ Oportunæ Parisien. innotuit nobis, quòd cùm super eo, quòd N. civis Parisien. in quadam platea Ecclesiæ suæ, eis prohibentibus in suum ædificabat præjudicium & gravamen, deposuerunt coram Officiali Parisien. Archidiaconi quæstionem, eis offerentibus in continenti probare præjudicium, & plateam ad suam Ecclesiam pertinere, ac petentibus, ut non obstante, quòd dictus N. cautionem de demoliendo opere offerebat, ædificium prohiberi. Et quia idem Officialis interloquendo decrevit probationes eorum admittendas esse, ac ab opere interim quiescendum, idem N. ad Senonen. Ecclesiam *k* provocavit. Sed cùm Senonen. Officialis eâdem interlocutoriâ revocatâ decreverit, ad opus sub cautione de demoliendo ipso *l* non admissis eorum probationibus procedendum, prædicti Canonici nostram audientiam appellárunt: [1 *& infrà.*] ¶ Ideoque mandamus, quatenus si est ita, revocato in

a *Violárant.* b *Hæc duo verba, auctoritate Apostolicâ, desunt in aliquot manuscr. & in impressis paulo vetustioribus.* c *Vox, sententiam, deest in antiquioribus.* d *Cap. 3. tit. de Eccles. ædific. in 2. compilat.* e *al. quia verè sacra leges, &c.* f *constituenda.* g *Cap. 1. de novi oper. nunc. in 3. compil. consule Host. in c. proced. h fuerit.*

a *Dubitaverint.* b *debeat.* c *sint.* d *Vid. B. Thom. 2. 2. quæst. 43. per totam quæstionem.* e *1. Cor. 8.* f *Matth. 18.* g *Ibid.* h *Decano & Præposito majoris Ecclesiæ Ambianen. Cant.* i *Vid. Doll. in l. 1. D. de novi op. nunc.* k *al. curiam, idq. in recentioribus: nam vetustiores Cod. Ecclesiam habentes.* l *opere.*

irritum, quicquid post appellationem hujusmodi inveneritis attentatum, &c.

[1 *Unde petebant, ut ipsorum probatorem recipi, & prohiberi ædificium mandaremus.*]

CAP. IV.

¶ *Summatim est supr. cap. proximo.*

Gregorius IX.

IS cui opus novum te nunciâsse *a* proponis, non obstante cautione, quæ offertur ab ipso de opere destruendo, si non jure ædificatum existat, tenetur te per trium mensium spatium expectare, juris tui præjudicium probare volentem.

DE PRIVILEGIIS, ET EXCESSIBUS privilegiatorum.

TITULUS XXXIII.

CAP. I.

¶ *Episcopalis dignitas non debet tribui, nisi locis insignibus, & populosis.*

Leo Papa.

EPiscopalia gubernacula non nisi majoribus populis, & frequentioribus civitatibus præsidere oportet, ne honor, cui debent excellentiora committi, sui numerositate vilescat.

CAP. II.

¶ *Non obstante privilegio fori, potest Laicus Ecclesia malefactor per Ecclesiam puniri.*

Gregorius P. Subdiacono.

SIcut *b* in judiciis Laicorum privilegia turbare nolumus, ita eis præjudicantibus nobis moderatâ volumus auctoritate resistere. Violentos itaq; Laicos coërcere, non contra legem est agere, sed legi facere *c* subsidium.

CAP. III.

¶ *Religiosi etiam exempti Ecclesias & decimas non debent à Laicis recipere, sine consensu diœcesanorum. hoc dicit, usq; ad §. Excommunicatos.*

Alexander III. *in Concilio Lateran.* d

CUm & plantare sacram religionem, & plantatam fovere modis omnibus debeamus, nusquam *e* hoc melius exequimur, quàm si nutriree a, quæ recta sunt, & corrigere quæ profectum virtutis *f* impediunt, commissâ nobis auctoritate curemus. Fratrum autem & Coëpiscoporum nostrorum conquestione comperimus, quòd fratres Templi & Hospitalis, & alii Religiosi, indulta sibi ab Apostol. sede privilegia excedentes, contra Episcopalem auctoritatem multa præsumunt, quæ & scandalum faciunt, & grave pariunt periculum animarum: [1 *& infrà.*] ¶ Ecclesias igitur & decimas de manu Laicorum sine consensu Episcoporum tam illos, quàm etiam quoscunque alios Religiosos recipere prohibemus, dimissis quascunque contra tenorem istum aliquo tempore receperunt.

[1 *Proposuerunt enim, quòd Ecclesias recipiunt de manu Laicorum, excommunicatos & interdictos ad Ecclesiastica recipiunt sacramenta, & ad sepulturam admittunt in cultu Ecclesiis suis præter eorum conscientiam, & instituunt, & amovent Sacerdotes, & fratribus eorum ad eleemosynas quærendas eunt bus, est indultum eis, ut in adventu eorum jucundo semel in anno aperiantur Ecclesiæ, atque in eis divina celebrantur officia, plures ex eis de una sive de diversis domibus ad interdictum locum sæpius accedentes, indulgentiâ privilegiorum nostrorum in celebrandis officiis, & sepelendis mortuis abutuntur, & mortuos apud interdictas Ecclesias sepelire præsumunt. Occasione quoq; confraternitatum, quas in pluribus locis faciunt, robur & auct. Episcopalem enervant, dum contra eorum sententiam sub aliquorum privilegiorum obtentu nuntere cunctos intendunt, quos ad eorum fraternitatem voluerint se conferre. In his autem, quia non tam de majorum consistentia, quàm de minorum distinctione excidit, & removenda ea in quibus excedunt, & quæ dubitationem faciunt, decrevimus declaranda.*]

¶ *Excommunicati & interdicti omninò non debent admitti ad divina, etiam per Religiosos exemptos. h. d. usque ad §. In Ecclesiis. Abbas Siculus.*

Excommunicatos *a* quoque & nominatim interdictos tam ab illis, quàm ab aliis omnibus juxta Episcoporum sententiam statuimus evitandos.

¶ *Religiosi etiam exempti in Ecclesiis non pertinentibus ad eos, pleno jure non instituunt, nec destituunt inconsulto Episcopi sed rationem exigunt in temporalibus ab instituto. hoc dicit, usque ad §. Quòd si.*

In Ecclesiis verò suis, quæ ad eos pleno jure non pertinent, instituendos Presbyteros Episcopis repræsentent: ut eis de plebis cura respondeant. Ipsis verò pro rebus temporalibus rationem exhibeant competentem. Institutos etiam inconsultis Episcopis non audeant removere.

¶ *Hospitalarii & Templarii semel in anno celebrant in Ecclesia posita in loco interdicto, ibi tamen non sepeliuntur corpora mortuorum. h. d. usq; ad §. De confratribus. Abbas.*

Quòd si Templarii vel Hospitalarii ad Ecclesiam venerint interdictam, non nisi semel in anno ad Ecclesiasticum officium admittantur, nec tunc ibi sepeliantur corpora defunctorum.

¶ *Confratres exemptorum, seu ipsorum oblati, qui in eorum non se transtulerunt, solvere non possunt ab ordinariis locorum. h. d. usque ad fin. Abbas Siculus.*

De *b* confratribus hoc constituimus, ut si non se prædictis fratribus omninò reddiderint, sed in proprietatibus suis omnimodò duxerint remanendum, propter hoc ab Episcoporum suorum sententia nullatenus eximantur, sed potestatem suam in eos, sicut in alios parochianos suos exerceant, cùm pro suis fuerint excessibus corrigendi. Quod autem de prædictis fratribus dictum est, ab aliis quoq; Religiosis, qui præsumptione suâ Episcoporum percipiunt jura, & contra canonicas eorum sententias, & tenorem privilegiorum nostrorum venire præsumunt, præcipimus observari. Si enim contra institutum hoc venerint, & Ecclesiæ, in quibus ista præsumpserint, subjaceant interdicto, & quod egerint, irritum habeatur.

CAP. IV.

¶ *Suis privilegiis privandus est, qui alienis derogat.*

Idem *Archiepiscopis* [*& c Episcopis*] *ad quos littera ista pervenerint.*

DIlecti filii *d* fratres Hospitalis Hierosolymitani transmissâ nobis conquestione monstrârunt, quòd vos eis de malefactoribus suis justitiam facere non vultis, privilegia ipsorum recipere contemnentes: [1 *& infra.*] ¶ Pro certo sciatis, quòd nos concessa vobis privilegia decurtabimus, cùm Eccl. Rom. scriptis authenticis obviare minimè timeatis.

[1 *Nec ipsos eleemosynas quærere in vestris parochiis, aut confratres eorum sepelire aliquatenus permittatis. Quoniam igitur iidem fratres multis sunt libertatibus & privilegiis à Romanis Pontificibus præmuniti, quæ ut nostris temporibus infringantur nolumus sustinere: f. v. p. a. f. m. q. jam dictos fratres in his quæ sibi à Rom. Ecclesia noscuntur indulta fuisse, nullam prorsus molestiam faciatis, nec ea sibi contradicere, vel denegare aliquatenus attentetis. Si enim de vobis in veritate de cætero talia poterimus comperire.*]

---

a *Denunciâsse.* b *C. 2. eod. tit. in 1. comp.* c *Ferre, legendum est, ex registro.* d *In Conc. Lat. sub Alex. III. c. 9. & c. 3. eod. tit. in 1. comp.* e *nunquam.* f *veritatis. in Concilio.*

a *Vide Calixtum Pap. 1. epist. 2. ad Episcopos Galliæ. Rerum Burch. lib. 11. decr. c. 38. & Ivon. p. 14. c. 112.* b *Prater Panorm. & alios vid. hic Marianum Socin. & alios in c. 2 supr. de foro comp. & gloss. & Gemianum in c. quisquis. 7 q. 4.* c *Ha duæ voces & Episcopis, desunt in aliquot & vetustis & recentioribus.* d *C. 4. eod. tit. in 1. compilat.*

CAP.

CAP. V.

¶ *Etiam privilegiati non possunt admittere excommunicatos ad sepulturam: & si admiserunt, debent inde eos ejicere: & si non fecerint, Episcopus supplebit.*

Idem *Cantuarien. Archiepiscopo.*

ADhæc *a*: [& ℈.] ¶ Mandamus, quatenus Hospitalariis præcipias, ut si quos in excommunicatione defunctos in cœmeteriis Ecclesiarum sepelierint, eos extra cœmeteria ejiciant: Quod si facere noluerint, tu hoc de his, quos in excommunicatione defunctos esse constiterit, exequatis.

[℥ *In beatorum Apostolorum Principis cathedra Domino disponente quamquam immeriti fumus constituti, ut plantare debeamus, qua ad divinum spiritum decorem, & evellere & eradicare curamus, quæ obvia sunt rationi & profectum impediunt salutis. Intelleximus sane, quod Hospitalarii nominatim excommunicatos contra prohibitionem Episcoporum Ecclesiastica præsumunt tradere sepulturæ, non cogitantes, quantum grave sit eos in morte communicare, quos dum viverent, Ecclesia à suis finu pro suis excessibus segregavit. Unde quantum hujusmodi præsumptionem & temeritatem volumus, nec debemus aliquatenus tolerare: ſ. v. p. a. ſ.*]

CAP. VI.

¶ *Contra privilegium Ecclesiæ præscribitur spatio xxx. annorum, licèt verò xl. ut ℈. eod. accedentibus.*

Idem *Abbati & Monachis S. Andreæ Cisterc. Ordinis.*

SI de *b* terra, quam habetis in parochia Canonicorum de Plautio, per xxx. annos eis decimas persolvistis, eas sibi de cætero integrè persolvatis. Licèt enim privilegiorum Rom. Eccles. beneficio fratribus Cistercienſ. Ordinis *c* indultum fuerit, quòd de laboribus suis nullas decimas persolvere debeant: de privilegio tamen indulto, tanto tempore vobis detrahere voluistis, cùm liberum sit unicuique suo juri renunciare, eoque modo non potestis vos in hac parte tueri.

CAP. VII.

¶ *De privilegio non est judicandum, nisi eorum tenore inspecto, & secundùm continentiam eorum ab omnibus subditis sint servanda.*

Idem *Ambian. d Episcopo.*

PErrò *e* quamvis Templarii & Hospitalarii multa sint libertatis prærogativâ donati *f*, non dubitamus quin aliam libertatem habeant in locis, in quibus, antequam perveniſſent ad eos, fuerant habitatores: quod totum ex inſpectione privilegiorum plenius advertere potes, & secundùm quod inveneris, ita observes. Sic enim eos volumus privilegiorum suorum servare *g* tenorem, quòd eorum metas transgredi minimè videantur.

CAP. VIII.

¶ *Per solutionem censûs, quo sit Rom. Eccl. non probatur exemptio à jurisdictione Episcoporum.*

Idem *I. Apost. sedis Legato.*

REcepimus *h* literas, quas de Ecclesiis censualibus direxisti. Cæterùm diligentiam tuam volumus non latere, quòd sicut non omnes, qui specialiter beati Petri juris existunt, annuatim Apostolicæ sedi censum exolvunt, ita non omnes censuales ab Episcoporum subjectione habentur immunes. Inspicienda sunt ergò Ecclesiarum privilegia, & ipsorum tenor est diligentiùs attendendus, ut si fuerit deprehensum, quòd Ecclesia, quæ censum solvit, specialiter B. Petri juris existat, & ad judicium *i* perceptæ libertatis census annuus conferatur, non immeritò poterit speciali prærogativâ gaudere. Si verò ad judicium perceptæ protectionis census persolvitur, non ex hoc juri diœcesi. Episcopi aliquid videtur esse subtractum.

CAP. IX.

¶ *Privilegium uni concessum non potest ad alium extendi propter identitatem rationis. h. d. & solet quotidiè allegari.*

Idem.

SAnè: [& ℈.] ¶ Temerarium est, & indignum, alicui sibi suâ auctoritate præsumere, quod Romanæ Ecclesia alicui, certâ ratione inspectâ, singularibus voluit beneficiis indulgere.

CAP. X.

¶ *In Oratoriis privatis campanæ publicè teneri non possunt etiam per Religiosos. h. d. & tene menti hoc textum, quia quotidiè allegatur, & est in usu.*

Cœlestinus III. *Abulen. Episcopo.*

PAtentibus *a* literis certificari desideras, utrùm Templariis, Hospitalariis, & aliis Oratoria in domibus suis habentibus, liceat campanas in eis ponere, publicèq; pulsare. Respondemus autem consult. t. quòd non licet eis hoc agere: quin *b* potiùs per te per censuram Eccl. appell. rem. coërcendi sunt, ut ita sint suo jure contenti, quòd justitiam non impediant aliorum.

CAP. XI.

¶ *In tota provinciâ exhortationis officio privantur Hospitalarii, qui mittunt pro eleemosynis cruce falsò signatos, & si missi sunt Laici, excommunicantur: si sunt Clerici, ab officio & beneficio suspenduntur: & eâdem suspensione puniuntur, qui ante reconciliationem in polluta Ecclesia celebrant: & suspensi per Episcopos exemptos absolvi non possunt: & fratres privilegiatorum, qui ad eos se omnimodo transferunt, privilegiati non sunt.*

Innocentius III. *Archiepiscopo Lugdunen.*

TUarum *c* nos tenor edocuit literarum, quòd fratres hospitalis sancti Joannis, Laicos & illiteratos mittunt pro eleemosynis colligendis: [1 & *insta.*] ¶ Cùm *enim* in quadam Ecclesia baptismali, eis à prædecessore tuo collata, quidam eorum percutiens Vicarium Sacerdotem, ipsam Ecclesiam sanguinis effusione fœdâsset, usque ad reconciliationem divina ibidem interdixisti officia celebrari: sed nihilominùs *d* ipsi in ea divina officia celebrârunt. Alios verò Presbyteros ab officio suspensos per Episcopos suos iidem, cùm sint Laici, ad divina *e* officia restituunt exequenda. Quosdam præterea, qui cum uxoribus suis in domibus propriis commorantur, eò quòd eis de suis aliquid conferunt annuatim, ita emancipare contendunt, ut aliquibus secundùm legem terræ de sibi objectis respondere minimè teneantur. Verùm quia privilegium meretur amittere, qui permissâ sibi abutitur potestate *f*: Fratern. tuæ mandamus, quatenus si quos Clericos aut Laicos à dictis fratribus pro colligendis eleemosynis cruce falsò signatos inveneris, his à quibus ipsos missos esse constiterit, per totam provinciam tuam *g* exhortationis officium interdicas: missos, si Laici fuerint, excommunicationis mucrone percellas: si Clerici, ab officio beneficioque suspendas, nullo prorsus privilegii beneficio, vel appellationis remedio prævalente. Eos verò, quos in prædicta Ecclesia lege tibi diœcesanâ subjecta, post interdictum tuum divina celebrare *h* cognoveris, eâdem pœnâ suspensionis involvens, in ea (donec reconciliata fuerit) officia non permittas celebrari divina: Presbyteros etiam suspensos ab Episcopis suis, & per prædictos *i* fratres ad officia sua temerè restitutos, in

---

a *Cap. 6. eod. tit. in 1. compil.* b *Cap. 9. eod. tit. in 2. comp.* c *Dictus, ordinis, deest in antiquis Cod.* d *Albicen. al. Abian.* e *C. 10. eod. tit. in 3. comp.* f *dotati.* g *conservare.* h *Capit. 1. eod. tit. in 2. comp.* i *al. indicium, in aliquot antiq. ut paulo post.*

a *Cap. 2. eod. tit. in 2. comp.* b *alit. quintò potiùs per te, &c.* c *C. 1. eod. tit. in 3. comp.* d *al. ipsi ibi in ea, &c.* e *Dictis, divina, deest in antiquioribus exemplaribus.* f *Vid. l. Iudæus. C. de Iud. l. qui sicæ. ff. de negot. gest. & l. liberam. ff. de peculio.* g *Suam, legatur in vulgatis libris, ex antiq. tuam, repositum est.* h *celebrâsse.* i *al. ita: & prædictos fratres, &c. cæterum ex veteribus exemplaribus lectio impressæ reposita est, & rescripti sortes offendit sua ligo oportuna.*

eandem sententiam suspensionis reducas. Illos verò, quos ad respondendum aliis secundùm legem terræ pro præmissa causa asserunt non teneri, nolumus excusari, quin eos ad respondendum (sublato appellationis impedimento) compellas.

[1 *Quas populus ex devotione pro sustentatione pauperum præfato loco mittere consueverat. Quidam verò qui non sufficiunt per se loca omnia circumire, sibi Clericos Sacerdotes, Laicos etiam rudes nec religiosos in nequitiis exercitatos assumunt, eorum pectoribus crucis characterem imponentes, sicq; gula & ebrietati deserviant, se valdè inhonestos in aliis ostendentes, Clerum & populum graviter scandalizant, cùm ipsi sint Laici. Proverum tamen fungantur officiis, & tam Clericis quàm Sacerdotibus præponantur: & non solùm Episcopis inobedientes existunt, verùm etiam quasdam immunitates, tanquam ab Apostolica sede sibi indultas præsumunt sibi temerè vendicare.*]

CAP. XII.

¶ *Contenta in instrumento perdito probari possunt per testes, qui illud perlegerunt, si deponunt de tenore, & quòd erat sine vitio. h. d. Et non est alibi casus ita clarus.*

Idem *Abbati & Conventui S. Petri Eugubin.*

I. CUm olim *a* essemus apud Perusium constituti, & tu, fili Abbas, privilegium Lucii Papæ nobis præsentans postulaveris innovari, propter contradictionem Eugubini Episcopi asserentis hoc in suum præjudicium redundare, non fuit effectui mancipatum: [*& ſ.*] ¶ Te igitur & præfati Episcopi procuratoribus, in nostra præsentia constitutis, B. *b* basilicæ XII. Apostolorum Presbytero Cardinali dedimus in mandatis, ut super amissione ac tenore privilegiorum *c* testes reciperet, quos duceres producendos, qui fideliter redegit in scriptis depositiones x. testium juratorum: quorum depositionibus publicatis, dicti procuratores ad producendos testes, per quos inductos à parte adversa repellerent, inducias postulârunt: quas sub eo tenore illis duximus concedendas, ut apud sed. Apost. probarent, quæ vellent, ubi onus probationis pars altera subiisset: [1 *& infrà.*]

Nos verò tam per depositiones testium, quàm assertiones quorundam fratrum nostrorum liquidò cognoscentes, talem dicti privilegii fuisse tenorem, quòd videlicet cœnobium vestrum nullo mediante ad Rom. Eccl. pertineret, & quòd non liceret alicui Episcopo eidem monasterio & ejus Ecclesiis excommunicationem indicere, ut fratres illic Domino servientes, ab omni potestate liberi, Rom. Eccles. libertatis gratiâ potirentur, & quòd nulla in eis mentio diœcesani Episcopi habebatur: illud etiam attendentes, quòd cùm tu, fili Abbas, tempore Cœlestini prædecessoris nostri ad ipsius præsentiam accessisses, ipse inspectis Ecclesiæ tuæ privilegiis, te (licèt excommunicatus ab Eugubin. Episcopo diceretis) tanquam non ligatum admisit ad osculum (quod præsumitur non fecisse, nisi monasterium vestrum cognovisset ad Rom. Eccl. specialiter pertinere) decernimus privilegium illud Lucii Papæ, quod sine reprehensione bullæ, chartæ vel literæ apparebat, quando fuit nobis ostensum, illius fuisse tenoris, cujus per depositiones testium & assertiones fratrum nostrorum noscitur extitisse.

[1 *Caterum quoniam infrà tempus datum terminum & receptum qui producendis testib. datus fuerat, defecerunt.*]

CAP. XIII.

¶ *Innovatio privilegiorum novum jus non tribuit, sed antiquum conservat. h. d. quoad titulum.*

Idem *Cathalan.* d *electo & Abbati trium Fontium.*

EX parte *e* Abbatissæ ac sororum Jotren. Ecclesiæ extitit intimatum, quòd Melden. Episcopus commissionis occasione cujusdam [per *a* literas] ad judices delegatos obtentæ (in qua nulla mentio habebatur de ipsarum privilegiis, quæ illas & earum Ecclesias, Clerum & populum Jotren. ad Apostolicam sedem nullo mediante spectare declarant, quorum ipse non erat ignarus) eos incepit graviter molestare, obedientiam ab ipsis, ac à Clero & populo Jotren. subjectionem omnimodam requirendo: [*& ſ.*] ¶ Verùm cùm judices ipsas valdè gravarent, ad appellationis beneficium convolârunt: [*& ſ.*] ¶ Sed judices appellationi non deferentes, nec fragilitati sexûs compatientes earum, in Abbatissam excommunicationis, & in Clerum, & in populum Jotren. interdicti sententias protulerunt. Sanè cùm jam nunci Jotren. Ecclesiæ prædicta & alia in nostra præsentia retulissent, privilegium nobis Apostolicum ostenderunt, per quod Ecclesiam Jotren. constabat ad Romanam Ecclesiam specialiter pertinere. Nos autem eosdem nuncios propter appellationem prædictam diutiùs detinentes, quia tandem nullus apparuit idoneus responsalis, qui partem defensaret *b* adversam, privilegium Ap. sed. Ecclesiæ Jotren. concessum duximus innovandum, ita tamen, ut per innovationem ipsius eidem Ecclesiæ non plus juris accrescat, quàm per privilegia prædecessorum nostrorum obtinuit: cùm per hoc non novum ei concedere, sed antiquum jus conservare velimus.

CAP. XIV.

¶ *Ecclesia autem duplicis privilegio exemptionis, licèt succumbat ex uno, potest nihilominus ex alio se juvare & obtinere: nec tenetur exemptus promittere obedientiam diœcesano: vigore tamen exemptionis non potest sine licentia diœcesani Ecclesiam construere in loco non exempto: & si exemptus de facto in loco non exempto construit Ecclesiam, cedat juri Episcopi.*

Idem *Calubrien.* c *Episcopo.*

II. CUm olim *d* propter quæstiones, quas adversùs Priorem & Canonicos monasterii sanctæ Crucis habebas, pro quibus ad audientiam nostram fuerat appellatum, moram feceris longiorem: quia pro parte altera nullus comparuit responsalis, eisdem certum terminum duximus præfigendum, in quo venirent vel mitterent super privilegiis omnibus & libertatibus, quæ à Romanis Pontificib. vel ab M. quondam Colubrien. Episcopo se habere dicebant, & super aliis quæstionibus adversùs eos à Colubrien. Ecclesia intentatis, definitivam sententiam recepturi: [*& infrà.*] ¶ Interim autem utrique parti liceret coram dilectis filiis suis de Alcobatia, & de Serra *e* Abbatibus, & F. Monacho Alcobatiæ, quibus causa priùs fuerat delegata, proponere ac probare, si quid aliud proponendum duceret *f* ac probandum: [*& infrà.*] ¶ Judices autem sufficienter actum esse de causa credentes, monasterium sanctæ Crucis in expensis, quas per quadriennium occasione hujusmodi negotii juraveras te fecisse, damnârunt, infirmitatesq; sententiâ libertatem, quam dictus M. Colubrien. Episcopus contulerat monasterio S. Crucis, Canonicorum assensu per portarium Regis extorto. Præterea, quia idem M. prædecessor tuus fuerat Canonicus regularis, & duo millia Marabatinorum *g*, quæ acquisierat, in Episcopum jam promotus monasterio dederat memorato, ipsum ad restitutionem eorum judices condemnârunt. Insuper Ecclesias omnes, quas monasterium præter Episcopi Colubrien. assensum propriâ auctoritate fundârat (quia pars S. Crucis nec præscriptione, nec defensione aliâ, probationibus contra se factis obstiterat) judicârunt in jus Colubriensis Ecclesiæ, cum fructibus medii temporis revocari: [*& ſ.*] ¶ Tandem procurator

a *Cap. 2. eod. tit. in 3. comp. vid. Bald. in l. fin. C. de eden. Bart. tract. de teste. Specul. tit. de legato. & superest. num. 17. Doctor. in l. ult. C. de edicto D. Hadr. toll.* b *P.* c *al. privilegii.* d *Cathalen.* e *Cap. 3. eod. tit. in 3. comp.*

a *Hæ duæ voces, per literas, desunt in antiquior. C. & omnibus Vaticanis.* b *defenderet.* c *al. Columbrien.* d *Cap. 4. eod. tit. in 3. compil.* e *Sarra. alii. Serra.* f *al. sta proponendum duceret ad probandum.* g *al. Marabatinorum.*

mona-

monasterii proposuit sententiam non valere nec tenere. Quòd si aliàs etiam sententia memorata teneret, quia tamen monasterium fuit indefensum, nec exhibita fuerant coram eis privilegia libertatis (ne delictum personæ in damnum Ecclesiæ redundaret) debebat ad exhibitionem privilegiorum suorum admitti, quod sibi concedi de solita benignitate sedis Apost. postulavit. Nos igitur attendentes, quòd eadem privilegia non solummodò pro libertate monasterii faciebant, sed etiam exprimebant jus nostrum, & Eccles. Rom. justitiam tuebantur: ne in nos monasterii læsio redundaret, ad privilegia exhibenda, partem ejus de gratia duximus admittendam: [*& infrà.*] ¶ Distinguentes itaq; inter libertatem per prædictum Episcopum Ecclesiæ ipsi concessam, & libertatem, quam et longè ante tempus ipsius Episcopi Apost. sedes indulsit, quia nobis constitit extortum fuisse in Episcopi concessione Canonicorum assensum, & concessionis paginam in aliquot lineis habuisse rasuras, & subscriptiones singulas fuisse singulis subscribentium manibus adnotatas: scriptum autem, quod nobis exhibitum fuerat, nec rasuram prætendere, nec esse variis subscriptionum manibus variatum, sed à primo ad ultimum eâdem manu conscriptum, libertatem ab ipso Episcopo concessam [per *a* extorsionem] irritam decernimus & inanem: super hoc sententiam delegatorum judicum confirmantes. Quia verò evidenter agnovimus ex privilegiis, antedictos *b* prædecessores nostros Ecclesiæ sanctæ Crucis libertatis privilegium indulsisse, & quòd in ea possessione tamdiu fuerat libertatis, quòd aliis etiam cessantibus præscripsisset: libertatem ei à prædecessoribus nostris indultam, auctoritate Apost. confirmamus, tibi super hoc silentium imponentes. Super *c* hoc autem in nullo sententiæ delegatorum judicum derogamus, cùm ipsi de hac non cognoverint libertate: [*& infrà.*]

Cumque libertatem à prædecessoribus nostris indultam monasterio confirmemus, ad jus professionis (quod est contrarium libertati) monasterium decernimus non teneri, non derogantes judicibus delegatis, quibus libertatis privilegia non fuerant præsentata: in cæteris autem latam, à prædictis judicibus sententiam pro Colubrien. Ecclesia confirmamus.

CAP. XV.

¶ *Contra privilegia Ecclesiæ minori spatio quadraginta annorum non præscribitur. h. d. secundùm verum intellectum.*

Idem *Episcopo & Magistro G. Lemovicen.*

ACcedentibus *d* ad præsentiam nostram Abbatis & Conventûs Naviacen. ex una parte, & Templariorum de Toren. ex altera procuratoribus, procurator Monachorum proposuit, quòd cùm decimas terrarum cum Sarcole diu quietè possederint, antequam ad Templariorum dominium pervenissent: & postquam Templarii terras acquiescere prædictas, decimas earundem per xl. annos & ampliùs pacificè possedissent, nunc eis ipsas subtrahere non verentur: [1 *&* ¶.] ¶ Discretioni vestræ mandamus, quatenus si Abbas & Monachi sufficienter ostenderint, quòd à Templariis decimas de terris prædictis per xl. annos continuè perceperint sine lite, vos ad præstationem ipsarum Templarios compellatis. Cùm enim tanto tempore contra indulta privilegia decimas solverint, eis renunciâsse tacitè præsumuntur. Quòd si in probatione defecerint, ab ipsorum impetitione Templarios absolvatis, ipsis super hoc silentium perpetuum *e* imponentes.

[1 *His igitur & aliis, quæ coram prædicto Capellano fuêre proposita, plenius intellectis, quia de ipsorum petitis exhiberi plena fides.*]

CAP. XVI.

¶ *Exemptus ratione certæ rei vel certi loci, non censetur exemptus respectu alterius rei vel loci. h. d. & est textus notabilis, & multùm allegabilis.*

Idem *Episcopo Lingonensi.*

CUm capella *a* Ducis Burgundiæ *b* gaudere dicatur hujusmodi privilegio, quòd nullus Archiepiscopus vel Episcopus in personas Canonicorum ejusdem capellæ suspensionis vel excommunicationis aut interdicti sententias audeat promulgare: quidam capellæ supradictæ Canonici, qui parochiales Ecclesias à te tenent, occasione privilegii prælibati, in his etiam, quarum jurisdictio ad te pertinet, ita se dicunt exemptos, ut quantumcunque graviter interdum excedant, tuæ correctioni recusant & sententiæ subjacere. Quocirca mandamus, quatenus in quantum exempti sunt ejusdem ratione capellæ, Apostolicis privilegiis deferas reverenter: sed in quantum ratione parochialium Ecclesiarum, vel aliàs jurisdictionem tuam respicere dignoscuntur, officii tui debitum in eosdem liberè prosequaris.

CAP. XVII.

¶ *Per exemptionem concessam monasterio, capella sibi subjecta non censentur exempta.*

Idem *Abbati & fratribus Evasen.* c *cœnobii.*

EX ore *d* sedentis in throno procedit gladius bis acutus, quoniam ex ore Roman. Pontif. rectissima debet exire sententia, quæ contra justitiam nulli parcat, sed reddat unicuique quod suum est. Cùm igitur inter vos & Vigor. *e* Episcopum, super monasterii vestri subjectione, ac libertate controversia verteretur, monasterii vestri proposuit procurator, quòd idem monasterium ab ipsa sui fundatione liberum extitit & exemptum: ad hoc probandum privilegia prædecessorum nostrorum inducens, unum Constantini, & alterum Alexandri, nec non indulgentias Clementis & Cœlestini, quorum usum continuum à longis retrò temporibus per depositiones testium ostendere nitebatur: [*& ſ.*] ¶ Porrò in privilegio Constantini quiddam contineri perspicitur, per quod idem cœnobium videtur ad jurisdictionem Episcopi pertinere: videlicet, quòd Abbas ejusdem primum locum post Vigorien. Præsulem semper obtineat. Unde cùm locum ipse obtinere non possit in generali Concilio, neque in provinciali: quoniam absonum esset, ut Abbas primus post illum super alios Episcopos resideret: relinquitur ergò, quòd locum illum in Episcopali Synodo intelligatur habere: quare tenetur ad Synodum Episcopalem accedere, ac per hoc ipsius statuta recipere ac servare. In privilegio verò Alexandri Papæ quiddam *f* aliud continetur, per quod diœcesanus Episcopus in eodem cœnobio jurisdictionem suam (etsi non in omnibus, in quibusdam tamen) retinuisse videtur: cùm in illo dicatur, quòd Vigor. Episcopi ab ejusdem loci fratribus aliquid injustè non exigant, sed his tantùm contenti permaneant, quæ prædecessores eorum antecessoribus suis constat rationabiliter impendisse: unde constat, quòd Abbates Episcopis aliqua de suis exhibere tenentur. Nos igitur his & aliis diligenter auditis, cùm à neutra parte sit probata præscriptio, sententialiter definimus, quòd Evasen. *g* cœnobium liberum est in capite, tanquam ab Episcopali jurisdictione prorsus exemptum, & soli Rom. Eccl. subjectum, tutelâ tamen ipsius Cantuarien. Archiepisc. reservatâ: in membris autem, quæ non probantur exempta, diœc. Episcopo ipsum subjacere decernimus: propter quod Abbas ad Synodum *h* ejus debet acce-

---

a *Hæc duo verba, per extorsionem, desunt in omnib. vetustis codicib.* b *al. ita: ex privilegiis antedictis, prædecessores, &c.* c *Al. Per hoc autem.* d *C. 5. eod. tit. in 3. comp.* e *Dubio, perpetuum, deest in antiq. Cod.*

a *C. 6. eod. tit. in 3. comp.* b *al. Divionen. at in vetera comp. ita, Bohemia: sed Vaticana & alia exemplaria constanter habent Burgundiæ.* c *Evasin. al. Evasien.* d *C. 7. eod. tit. in 3. comp. Initium sumitur ex Apoc. c. 1. & 19.* e *VVigornien. al. VVigoven.* f *quoddam, in antiq.* g *Evasin.* h *Vid. Concil. Trident. sess. 24. de reform. c. 2.*

dere, primumque locum post Vigor. Episcopum obtinere: pro ipsis quoque membris non exemptis, idem Abbas tenetur Vigor. Episcopo exhibere reverentiam, obsequium & honorem: quibus Vigorien. Episcopus sibi competenter exhibitis debet manere contentus.

CAP. XVIII.

¶ Receptus sub protectione Papæ, per hoc non censetur exemptus. hoc dicit.

Idem *Ansanen. Episcopo.*

EX parte *a* tua fuit quæsitum, utrùm Clerici & Laici, qui literas protectionis ostendunt, in quibus personæ suæ expresso nomine cum omnibus rebus suis sub Apostolica protectione consistere declarantur, à jurisdictione Episcopi diœcesani sint exempti. Nos autem tibi *b* respondemus, quòd per literas hujusmodi ab Episcoporum suorum potestate minimè subtrahuntur.

CAP. XIX.

¶ Religiosi, quibus à Papa concessum est, ut Ecclesias ex subjectas possint in proprios usus convertere, non auctoritate propriâ, sed à diœcesano loci possessionem illarum Ecclesiarum recipere debent: nisi in privilegio aliud exprimatur.

Idem *Eliden. Episcopo.* c

PAstoralis *d* officii: [*& infrà.*] ¶ Interrogâsti utrùm viris religiosis, quibus à sede Apost. est indultum, ut Ecclesias suas in proprios usus possint convertere, decedentibus personis earum, liceat auctoritate propriâ possessionem earundem intrare, vel per diœc. Episcopum *e* in ipsa *f* sint potiùs inducendi. Ad quod respond. quòd nisi fortè in indulgentia summi Pontificis id contineatur expressum, suo Episcopo inconsulto, in possessionem ipsarum eis non est licitum introire: quia per indulgentiam hujusmodi Episcopali juri non credimus derogari.

CAP. XX.

¶ Si is, propter cujus delictum positum est interdictum, illud non servat, alii nihilominus servare tenentur: secus si ille non servat, in cujus favorem latum fuit.

Idem *Episcopo & Capitulo Trapol.* g

PEtistis per sed. Apost. *b* edoceri, utrùm cùm propter Hospitalarios vel Templarios civitas vestra generali supponitur interdicto, eisdem non servantibus, vos illud teneamini observare? Ad quod duximus respondendum, quòd illorum excessus vobis non præbet licentiam excedendi. Sed si præfati Hospitalarii vel Templarii privilegiorum suorum fines excesserint, violando temerè interdictum, quod pro eis fuerat promulgatum: ne videantur de aliorum fletu ridere, vos in pœnam præsumptionis eorum, quamdiu ipsi violaverint interdictum, de nostra licentia celebretis.

CAP. XXI.

¶ Privilegium concessum monasterio, ut ejus Monachi excommunicari non possint, intelligitur de Monachis existentibus in monasterio, vel in Ecclesiis sibi subjectis utroq; jure. hoc dicit. Et est casus quotidianus.

Idem.

QUoniam *i* per confessionem constat partis adversæ, quòd Nepesinus Episcopus, jus Episcopale percipit in Ecclesia sancti Blasii *k* de Flagen. credimus, quòd non obstante illo capitulo privilegii, quod monasterio est indultum, ut nullus Episcopus Ecclesias utroque jure illi subjectas interdicto supponere, vel Monachum seu Clericum ejusdem monasterii synodare vel excommunicare præsumat, præfatus Episcopus possit interdicere dictam Ecclesiam, & excommunicare Monachum seu Clericum vestrum ad ejus regimen deputatum, cùm alterutrum de jure fuerit faciendum: quoniam illud capitulum esse intelligendum videtur de Monachis aut Clericis in ipso monasterio permanentibus, vel ad Ecclesias destinatis, utroque jure sibi subjectas.

CAP. XXII.

¶ Episcopus remittens alicui Ecclesiæ decimas Episcopales indefinite, remisisse videtur non solum præteritas, sed & futuras. Et est casus notabilis.

Idem *Londonien.* a *Archiepiscopo Apost. sed. Legato.*

QUia circa *b*: [*& infra*] ¶ Quæsivisti, utrùm Monachi omnium sanctorum privilegium prædecessoris tui, super Episcopalibus decimis retinendis indultum, extendere valeant ad possessiones acquisitas, & postmodùm acquirendas?

Super quo tale damus responsum, quòd si decimarum illarum remissio facta extitit secundum canonicas sanctiones, prædecessor tuus indefinitè decimas *c* Episcopales monasterio remittendo (cùm nihil exceperit, & potuerit excepisse, ac in beneficiis plenissima fit interpretatio adhibenda, nec debeat una eademque substantia diverso jure censeri) intellexisse videtur, non solum de decimis possessionum illius temporis, sed futuri.

CAP. XXIII.

¶ Ponit Concilium ordinem quatuor Patriarchalium sedium, ubi, & ibi, Servata: ubi ponit tria privilegia ipsorum. Primum, quæ dant pallium. Secundum ibi, Dominica, quia ante se Crucem deferri faciunt, præterquam in concilio hic excepto. Tertium ibi, In omnibus, quia ad ipsos appellatur, & in hoc protestatur ibi, Salvis.

Idem *in Concilio generali.*

ANtiqua Patriarchalium *d* locium privilegia renovantes sanctâ universali Synodo approbante, sancimus, ut post Romanam Ecclesiam (quæ disponente Domino super omnes alias ordinariæ potestatis obtinet principatum, utpote mater universorum Christi fidelium & magistra) Constantinopolitana primum, Alexandrina secundum, Antiochena tertium, Hierosolymitana quartum locum obtineat: Servatâ cuilibet propriâ dignitate: ita quòd postquam Antistites earum à Romano Pontifice receperint pallium (quod est plenitudinis officii Pontificalis insigne) præstito sibi fidelitatis & obedientiæ juramento, licenter & ipsi suis Suffraganeis pallium largiantur, recipientes pro se professionem canonicam, & pro Romana Ecclesia sponsionem obedientiæ ab eisdem. Dominicæ *e* verò Crucis vexillum ante se faciant ubique deferri, nisi in urbe Romana, & ubicunque summus Pontifex præsens extiterit, aut ejus Legatus utens insigniis Apostolicæ dignitatis. In omnibus autem provinciis eorundem jurisdictioni subjectis, ad eos (cùm necesse fuerit) provocetur: Salvis appellationibus ad sedem Apostolicam interpositis, quibus est ab omnibus humiliter deferendum.

CAP. XXIV.

¶ Privilegium Religiosis concessum ut possint sepelire confratres suos tempore interdicti, intelligitur de illis confratribus, qui licet maneant in sæculo, obtulerunt se tamen Ordini, mutato habitu sæculari, vel de illis, qui bona sua eis dederunt usufructu retento. Hoc primo. Privilegium Religiosis concessum, quo eis venientibus ad locum interdictum, semel in anno aperiantur Ecclesiæ, ut celebrentur in eis divina, intelligitur, quòd una tantùm sola Ecclesia aperiatur in loco. hoc secundo.

Idem *f in eadem.*

---

a *C.5. eod.tit. in 3 comp.* b *al. taliter.* c *Helien. al. Belsin.* d *C. 9. eod. tit. in 3. comp.* e *Dilecto, Episcopum, deest in plerisque exemplar.* f *al. Ipsas: sed ut plurimum habetur, ut est impressum.* g *Tripolitan.* h *Cap. 7. eod. tit. in 4. compilat.* i *C 4. eod. tit. in 4. comp.* k *al. Basilii de Flagen. al. Flajan.*

a *Landin.* b *C. 5. eod. tit. in 4. comp.* c *De indefinita locutione, an & quando æquipolleat universali, vide Cov. l. 1. var. resc. 13.* d *De Patriarcharum prærogativa, dignitate & numero Claff. in Cat. glor. mundi. p. 4. consid. 9. Nic. Boer. de auctor magni Concilii. n. 30. & seq. v. secundum locum.* e *Vide Clem. ult. tit. de privileg.* f *Sciticet Innoc. III. in Conc. Lateran. c. 17. & 43. eod. tit. in 4. comp.*

Ut

VT privilegia, quæ quibusdam Religiosis Romana concessit Ecclesia, permaneant inconcussa, quædam in eisdem duximus declaranda, ne minùs sanè intellecta pertrahantur ad abusum, propter quem possint meritò revocari, quia privilegium meretur amittere, qui permissâ sibi abutitur potestate. Sanè quibusdam Regularibus Apostolica sedes indulsit, ut his qui fraternitatem eorum assumpserint, si forsitan Ecclesiæ, ad quas pertinent, à divinis officiis fuerint interdictæ, ipsosque mori contigerit, sepultura Ecclesiastica non negetur, nisi excommunicati, vel nominatim fuerint interdicti. Suos quoque confratres, quos Ecclesiarum Prælati apud Ecclesias suas non permiserint tepeliri, nisi excommunicati vel interdicti fuerint nominatim, ipsi ad Ecclesias suas deferant tumulandos: hoc autem de illis confratribus intelligimus, qui vel adhuc manentes in sæculo eorum Ordini sunt oblati, mutato habitu sæculari: vel eis, qui bona sua dederant inter vivos, retento sibi (quandiu in hoc sæculo vixerint) usufructu: qui tamen sepeliantur apud ipsorum Regularium vel aliorum non interdictas Ecclesias, in quibus elegerint sepulturam: ne si de quibuslibet ipsorum fraternitatem assumentibus fuerit intellectum, pro duobus aut tribus denariis annuatim sibi collatis, dissolvatur pariter & vilescat Ecclesiastica disciplina: certam tamen & ipsi remissionem obtineant ab Apostolica sibi sede concessam. Illud etiam, quod hujusmodi Regularibus est indultum, ut si qui fratrum suorum, qui ab eis missi fuerint ad recipiendos fraternitates sive collectas, in quamlibet civitatem, castellum, vel vicum advenerint, si fortè locus ille à divinis officiis sit interdictus, in eorum jucundo adventu semel in anno aperiantur Ecclesiæ, ut exclusis excommunicatis, divina ibidem officia celebrentur: sic intelligi volumus, quòd in eadem civitate, aut castro, aut villa una tantùm Ecclesia ejusdem Ordinis fratribus semel (ut dictum est) aperiatur in anno: quia licèt pluraliter dictum sit, quòd in eorum jucundo adventu Ecclesiæ aperiantur, non tamen ad Ecclesias ejusdem loci divisim, sed prædictorum locorum conjunctim sano referendum est intellectu: ne si hoc modo singulas ejusdem loci visitarent Ecclesias, nimium vilipendi contingeret sententiam interdicti. Qui verò contra declarationes prædictas quicquam sibi usurpare præsumpserint, gravi subjaceant ultioni.

CAP. XXV.

¶ Tempore generali interdicti, Episcopi non prohibiti, qui non fuerunt culpabiles interdicti, clam celebrare possunt. & hodie istud non est privilegium Episcoporum, sed jus commune: ut in c. fin. de sent. excom. in 6. & ibi plenè habetur, an & quando, & qualiter possit celebrari tempore interdicti.

Idem [a] in eodem.

QUod nonnullis est Religiosis indultum, in favorem Pontificalis officii ad Episcopos extendentes concedimus, ut cùm commune terræ interdictum fuerit, excommunicatis & interdictis exclusis, possint quandoque januis clausis suppressâ voce, & non pulsatis campanis divina celebrare officia: Nisi & hoc ipsum eis expressè fuerit interdictum. Verùm hoc illis concedimus, qui causam aliquam non præstiterint interdicto, nec quicquam [doli [b] vel] fraudis ingesserint, tale compendium ad iniquum dispendium pertrahentes.

CAP. XXVI.

¶ Privilegia non sunt violanda etiam indirecte. h. d. generaliter.

Honorius III. *Archiep. & Episcopis, in quorum diœc. monasteria & Prioratus Cluniacen. monasteriis subjecta constituta.*

QUantò amplius: [&c.] ¶ Sanè dilecti filii Abbas & Conventus Cluniacen. [a] gravem nobis querimoniam obtulerunt, quòd quidam vestrum & vestrorum Officiales, cùm in eos & sui ordinis Monachos non possint excommunicationis & interdicti proferre sententias, eò quòd super hoc Apostolicæ sedis privilegiis sunt muniti, in eos, qui molunt in molendinis, vel coquunt in furnis eorum, quicquid vendendo seu emendo, aut aliàs eis communicant, sententias proferunt memoratas: & sic Apostolicorum privilegiorum, non vim & potestatem, sed sola verba servantes, dicti ordinis Monachos quodammodò excommunicant, dum eis alios communicare non sinunt. Ex quo illud etiam evenit inconveniens, ut ipsi Monachi quantum ad hoc judicentur judicio Judæorum, & qui eis communicant in prædictis, majorem excommunicationem incurrant, quam etiam excommunicatis communicando fuerint incursuri. Nolentes igitur hæc crebris ad nos clamoribus jam perlata, ulteriùs sub dissimulatione transire, vobis universis & singulis mandamus, quatenus hujusmodi sententias in fraudem privilegiorum nostrorum de cætero non feratis: quia si super hoc ad nos denuò clamor ascenderit, non poterimus conniventibus oculis pertransire, quin promulgatores talium sententiarum severitate debitâ castigemus.

CAP. XXVII.

¶ Qui in habitu, & tonsura, & cæteris ut Laici conversantur, deprehensi in maleficiis, se pro Clericis non defendunt: sta communiter summatur.

Idem *V. quondam Angliorum Reginæ illustri.*

EX parte [b] tua fuit propositum, quòd nonnulli literati, quos nec habitus, nec tonsura Clericos profitentur, in terra tuæ jurisdictioni subjecta degentes, cùm deprehenduntur in aliquibus foris factis, ut jurisdictionem tuam eludant, & debitam pro delictis ultionem evadant, assumunt seu etiam resumunt tonsuram abjectam, seu habitum Clericalem, licèt antè pro Laicis ab omnibus haberentur. Ne igitur tonsurâ, vel habitu sic resumpto, malitia foveatur, si tuam jurisdictionem exerceas in hujusmodi delinquentes, qui sine tonsura & habitu in delicto fuerint deprehensi, æquanimiter duximus tolerandum: cùm malitiis hominum indulgeri non debeat, sed potiùs obviari.

CAP. XXVIII.

¶ Parisiis & in locis vicinis jus civile legi non debet.

Idem. [c]

SUper specula: [&c.] ¶ Sanè licèt sancta Ecclesia legum secularium non respuat famulatum, quæ æquitatis & justitiæ vestigia imitantur: quia tamen in Francia & nonnullis Provinciis, Laici Romanorum Imperatorum legibus non [d] utuntur, & occurrunt rarò Ecclesiasticæ causæ tales, quæ non possint statutis canonicis expediri: ut plenius sacræ paginæ insistatur: [1 & 3.]

Firmiter interdicimus, & districtiùs inhibemus, ne Parisiis, vel in civitatibus, seu aliis locis vicinis quisquam docere vel audire jus civile præsumat. Et qui contrà fecerit, non solùm à causarum patrociniis interim excludatur, verùm etiam per Episcopum loci excommunicationis vinculo innodetur. *Vos autem filii sic diligentius præscripta servetis, & faciatis studiosius ab aliis observari, quod vestris sponsi possitis merito comprobari, dum paranymphos suas eruendos ad epithalamica carmina curaverint promovere.* Dat. Rom. Pontificatus nost. an. quar.

---

a Innoc. III. in Conc. Lat. c. 38. & c. 8. eod. tit. in 4. comp. b hæc duo verba, doli vel, desunt in antiquioribus Cod.

a De ordin. Cluniacensi origine & antiquitate Cass. in Catalog. gler. mundi, p. 4. b Vid. Covar. pract. q. c. 32. c C. Paris. & c. Eccl. Prahat. Paris. constitutio quare super: de magistris, &c. d Quatenus gloss. & Dd. hic quærunt, an omnes subsint Imperatori, vide Cass. in catal. glor. mundi, p. 5. cons. 24.

[1 *Et discipuli Helisei liberius juxta fluenta plenissima residerent, ut columbæ dum in januis scalas non invenerint, ad quas divaricari valeant pedes suos.*]

CAP. XXIX.

¶ *Innovatio privilegii jus novum non inducit, sed vetus conservat.*

Idem *Episcopo Bajocen.* a

QUia *b* intentionis nostræ: [1 & 2.] ¶ Cùm innovatio nec jus novum conferat, nec etiam tollat vetus, te in eo statu esse volumus, in quo tempore impetratæ innovationis dignosceris extitisse. Cæterùm nullum per hoc intendimus juri aliàs eidem monasterio competenti præjudicium generari.

[1 *Non extitit, ut per innovationem quam fecimus cujusdam scripti monasterii S.S. Caldonen. quod in registro bon. mem. Alex. pp. p. n. reperimus contineri, deregaretur Ecclesiæ Bajocen.*]

CAP. XXX.

¶ *Privilegiati ut ubique possint cum altari viatico celebrare, hoc possint sine licentia Prælatorum.*

Idem.

IN his *c*, quæ ad cultum divinum facere dignoscuntur, non maligna sed benigna esset potiùs interpretatio facienda. Unde mirari compellimur, quòd cùm fratribus Prædicatoribus & Minoribus duximus indulgendum, ut ubicunque fuerint, sine parochialis juris præjudicio cum altari valeant viatico celebrare: quidam nimis strictè interpretando indulgentiam nostram, nituntur asserere, quòd per eam prædicti fratres præter Prælatorũ assensum facere hoc non possint: propter quod eos celebrare juxta indulgentiam Apostolicam non permittunt. Cùm autem eis nihil conferret memorata indulgentia, sine qua id Prælatis annuentibus liceret eisdem: fraternitati tuæ mandamus, quatenus interpretatione hujusmodi reprobatâ, dum tamen ab aliis, quæ jure parochiali proveniunt, prorsus abstineant, datam eis sic licentiam celebrandi auctoritate nostrâ non differas publicare, ita quòd dicti fratres aliquam ex indulgentia nostra videantur in hoc gratiam consecuti.

CAP. XXXI.

¶ *Privilegium de decimis novalium non solvendis, non comprehendit decimas tempore privilegii impetrati possessas ab aliis, nisi de possessione alterius in privilegio fiat mentio.*

Gregorius IX. *majoris Ecclesiæ & Christianitatis Decano & Archidiac. Lincon.*

DUdum inter Priorem & Conventum de Butele *d* ex parte una, & Priorissam & Moniales de Campesse ex alia, super decimis lite motâ: [& 2.] ¶ De consilio fratrum nostrorum decernimus, juri prædictorum Prioris & Conventûs super decimis novalium, in quarum erant possessione tempore illo, quo indulgentiæ Apostolicæ impetratæ fuerunt, à parte altera de decimis novalium non solvendis, non debere per eas non facientes de hoc aliquam mentionem, præjudicium generari.

CAP. XXXII.

¶ *Confratres privilegiatorum, nisi se ad eos in totum transtulerint, ad Episcopalia jura tenentur.*

Idem.

QUidam (sicut asseris) in privilegiatorum fraternitate recepti, nolunt tibi de juribus Episcopalibus respondere: Verùm quamdiu hujusmodi fratres moram in domibus suis fecerint *e*, eos compellere poteris ad dicta jura tibi integrè persolvenda.

a *Bajon.* b *Doctores in c. fin. sup. de fid. inst. & in c. Alberic. & c. significavit. De testibus.* c *Gloss. & Dd. in cap. quoniam. De privileg. l. 7. & Sylvestrum in Summa, verbo altare. q. 6.* d *al. de Buten.* e *Vide l. fin. quam Bald. dicit esse singul. C. de jure fisc.*

CAP. XXXIII.

¶ *Quoad privilegium retentionis decimæ, semel novale semper est novale.*

Idem *Arelaten. Capitulo.*

COnsultationi vestræ b. r. quòd terra, de qua non extat memoria, quòd aliquando culta fuisset, redacta per Religiosos viros noviter ad culturam, perpetuò debet quoad immunitatem de non solvendis decimis novalium jure censeri: Cùm aliàs nonnunquam contingeret indulgentiam de novalibus plùs eis dispendii, quàm utilitatis afferre.

DE PURGATIONE CANONICA. TITULUS XXXIV.

CAP. I.

¶ *Infamatus fide dignus per juramentum se purget, aliàs secùs: & censetur non idoneus enormiter peccans.*

Ex Concilio Triburien.

NObilis *a* homo vel ingenuus, si in Synodo accusatus crimen negaverit, si fidelem eum esse sciverit, cum duodecim ingenuis se expurget. Si autem antèa deprehensus fuerit in furto, aut perjurio, aut falso testimonio, non admittatur ad jusjurandum: sed ei (sicut qui ingenuus non est) purgatio indicatur.

CAP. II.

¶ *Infamatus tertiò monitus se non corrigens, usq; ad purgationem ab officio suspendatur.*

Ex Concilio Agathen.

SI quis Presbyter negligens vitæ suæ, pravis exemplis, mala de se suspicari permiserit, & populus ab Episcopo juramento, seu banno Christianitatis adstrictus infamiam ejus patefecerit, certique accusatores criminis ejus defuerint, admoneatur *b* primò seorsum ab Episcopo, deinde sub duobus vel tribus testibus: & si non emendaverit, Episcopus eum publicâ increpatione admoneat. Si verò nec sic se correxerit, ab officio suspendatur usque ad condignam satisfactionem, ne populus fidelium in eo scandalum patiatur.

CAP. III.

¶ *Etiam Regulares purgare se de delicto secundum regulam canonicam.*

Ex Concilio Melden. c

MOniales si libidinibus inservire accusentur, & manifestè detegi non valuerint, erga regulam suæ opinionis malam famam canonicè purgare cogantur.

CAP. IV.

¶ *Si delictum est probabile, non indicitur purgatio, aliàs secùs. b. d. quoad titulum.*

Ex eodem.

SI quis de gradu Ecclesiastico raptoribus alienarum sponsarum se consensorem vel interventorem manifestè prodiderit, à proprio gradu repellatur. Et si verisimilibus exinde suspicionibus fuerit propulsatus, canonicè se expurget.

CAP. V.

¶ *Infamatus, contra quem crimen probari non potest, debet se purgare juramento de veritate: compurgatores verò de credulitate.*

Innocentius Papa d *Aquilegien. Patriarchæ & Mantuan. Episcopo.*

QUotiens *e* Tridentinus Episcopus de simonia impetitus sit, vos latere non credimus: sed accusa-

a *Referunt Burch. l. 15. decr. c. 19. & Grat. sive Palea 2. q. 4. c. 15. & habetur c. 1. tit. de purg. vulg. in 1. comp.* b *Observa ordinem fraternæ correctionis, de quo plenè B. Th. 2. 2. q. 33. art. 3. 4. 5. & seq.* c *C. 70. in Conc. impressis, non c. 2. ut ajunt Burch. l. 8. decr. c. 17.* d *al. Innoc. Pap. 1.* e *C. 4. eod. tit. in 1. compil. Refert Grat. sive palea. 2. q. 4. c. quatuor.*

tores

tores scriptum asserentes, testes secundùm formam canonicam producere nequiverunt, scilicet quòd Ecclesiam sancti Petri Presbytero P. dederit pro quatuor modiis frumenti: [1 & 3.] ¶ Communi fratrum nostr. consilio judicamus, ut tertiâ manu sui ordinis, & quartâ Abbatum & Religiosorum Sacerdotum, de supradicta simonia debeat se purgare. Porrò purgationis tenor erit hujusmodi: Episcopus jurabit primùm super sancta Dei Evangelia, quòd pro Ecclesia sancti Petri Presbytero P. danda, nec ipse per se, nec per submissam personam, nec aliquis pro eo se sciente pretium recepit: deinde compurgatores super sancta Dei Evangelia jurabunt, quòd ipsi credunt eum verum jurâsse.

[1 *Quos ab ejusdem Ecclesiæ Laicis accepit. Verùm quoniam nec accusatores nec testes secundùm formam canonum, & sanctorum Patrum statuta in causa ipsa procedere potuerunt.*]

CAP. VI.

¶ *Episcopus parochianum suum infamatum compellat ad se purgandum, nisi ab eo legitimè appellaverit.*

Alexander III.

NOs inter a alios: [& 3.] ¶ Quia nos t. f. consulere voluit, utrùm Episcopus parochianum suum ad purgationem cogere possit: Consult. t. t. r. quòd si de aliquo crimine publicâ laborat infamiâ, accusatore & testibus deficientibus, ad purgationem est per ipsum Episcopum compellendus: nisi fortè super ipso ad superiorem judicem duxerit appellandum. Sanè si appellaverit, ejus parebit judicio, ad cujus examen causam voluerit per appellationem transferre.

CAP. VII.

¶ *Compurgatores debent esse honesti, & intem habere eum, quem purgant, nec debent à judice vel alio impediri: & deficiens in purgatione, punitur ut convictus.*

Idem *Gajetanen. electo.*

CUm P. Manconella b Presbyter: [& 3.] ¶ Purgatores illius honestatis & opinionis esse volumus, quòd verisimile sit eos nolle amore vel odio, seu obtentu pecuniæ pejerare. Ut autem idonei appareant, necesse est ut ejus, quem purgare debent, vitam & conversationem agnoscant. Deficientem verò in purgatione, omni officio & beneficio Ecclesiastico private procures: Præcavens, quòd si qui purgando in sua voluerint purgatione assistere, nullam eis malevolentiam vel indignationem ostendas, nec eos impedias, vel ab aliis, quantùm in te est, impediri permittas.

CAP. VIII.

¶ *Absolutio facta, secundùm purgationem vulgarem non tenet, & eâ non obstante, potest judex de novo purgatio: & admitti-tur accusator.*

Lucius III.

EX tuarum c intelleximus continentia literarum, quòd cùm H. Presbyterum (quia infamabatur de homicidio) à Sacerdotali officio suspendisses, prædecessoris tui literas tulit in medium, quibus apparuit eum judicio aquæ frigidæ suam innocentiam purgavisse, & Episcopum suis eum literis absolvisse. Quia verò peregrina judicia sunt inhibita, purgationem quam præstitit, sufficere non putantes: mandamus, quatenus si accusatores idonei non apparuerint, ut cùm septimâ aut quintâ manu sui ordinis (sicut expedire cognoveris) per purgationem canonicam innocentiam suam ostendat, sibi injungas: quam cùm præstiterit, suspensionem sine difficultate relaxes, & eum testimonii boni virum annuncians, ab infamia homicidii, nullius contradictione vel appellatione obstante, absolvas.

a *Cap. 4. tit. de offic. & pot. prael. & jud. ord. in 1. comp. & c. 7. eod. tit. de purgat. can. in 1. comp.* b *C. 12. eod. tit. de accus. in 1. comp.* c *C. 1. eod. tit. in 1. compil. & post Conc. Lateran. sub Alex. III. p. 51. c. 19.*

CAP. IX.

¶ *Sufficiat, quòd compurgator sit tolerantiæ ab Ecclesia, bonæ famæ, nec de crimine suspectus condemnatus.*

Idem *Vincentien. Episcopo.*

COnstitutus a in præsentia nostra P. Diaconus: [& instâ.]

Præterea illud nobis non modicam admirationem induxit, quòd purgationem oblatam recipere noluisti, nisi priùs commendâsses nomina singulorum, qui dictum P. purgare volebant, & de nationibus & cæteris circumstantiis priùs inquireres diligenter, tanquam esses ordinationes facturus: utinam sic discuteres ordinandos. Sanè in purgationibus faciendis, cùm satis sit illis, qui pro purgando exhibent juramentum, secundùm propriam conscientiam & opinionem jurare, quòd purgandus à crimine sit immunis, vel quòd bonum exhibuit juramentum, si purgatores ab Ecclesia tolerentur, & sint bonæ famæ in suis ordinibus ministrantes, nec in judicio pro crimine condemnati, proculdubiò sunt absque ullius indagine admittendi.

CAP. X.

¶ *Propter magnitudinem criminis infamatus suspendi potest, non ab officio, sed etiam à beneficio, donec se purgaverit. hoc primò. Et augetur propter hoc numerus compurgatorum. hoc secundò. Ex causa interdum post purgationem præstitam suspenditur qui ab tempus. hoc tertiò. Et deficiens in purgatione, punitur ut convictus. hoc quartò.*

Innocentius III. *Senon. Archiepiscopo.*

INter solicitudines b nostras illa debet esse præcipua, ut capiamus vulpeculas: [1 & 3.] ¶ Licèt ergò Ecclesiastica constitutio tales ab officio tantùm usque ad purgationem canonicam doceat suspendendos: quia tamen eum etiam à beneficio propter immanitatem criminis suspendisti, nolumus improbare: Nec illud etiam improbamus, quòd licèt contra eum nullus accusator legitimus appareret, ex officio tuo tamen (famâ publicâ deferente) voluisti plenius inquirere veritatem. Attendentes autem vulgatam infamiam, grave scandalum, & vehementem suspicionem ex testium dictis obortam, quæ contra Decanum facere videbantur, cùm propter eorum quodlibet ei esset purgatio indicenda, & servantes justitiam, & mollientes rigorem, purgationem ei quartæ decimæ manus sui ordinis duximus indicendam. Ipsum igitur ad te remittentes, ut ibi purgetur, ubi noscitur infamatus: mandamus, quatenus accitis c tecum Nivern. & Parisien. Episcopis, indictam ei purgationem accipias: ita tamen, ut qui ad ejus purgationem processerint comprobandam, sint fide catholici, & vitâ probati, qui conversationem & vitam ipsius non tam moderno tempore noverint, quàm transacto. Purgatione verò receptâ, beneficium ei restituere non postponas. In pœnam autem familiaritatis illius, quam cum hæreticis scienter habuisse dignoscitur, eum ab officio volumus manere suspensum, donec scandalum sopiatur, ita tamen ut publicè familiaritatem hæreticorum abjuret. Præcipias insuper ei districtè, ut in prædicta & aliis villis circumpositis profiteatur & prædicet fidem catholicam, ac confundat & detestetur hæreticam pravitatem: sic deinceps vitam suam bonis adornans operibus, ut infamia convertatur in bonam d famam, & omne scandalum & suspicio de Catholicorum mentibus deleatur. Quòd si forsan in purgatione defecerit, eum Ecclesiasticæ disciplinæ mucrone percellas, & ab officio & beneficio depositum, ad agendam pœnitentiam in arctum monasterium detrudere non omittas.

a *Cap. 6. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. Later. part. 1. c. 21.* b *C. 1. eod. tit. in 3. comp.* c *ascitis, al. accersitis. sed in registro & antiquis, ut est impressum.* d *dictis, bonam, dett. in registro & plerisq; antiq. exemplarib.*

[1 *Qua moliuntur vineam Domini demoleri. Species quidem habentes diversas, sed caudas adinvicem colligatas, quadam de vanitate conveniunt in ipsum. Hi sunt namque caupones, qui aquam vino commiscent, qui virus draconis in aureo calice Babylonis regni propinant, qui juxta verbum propheticum, arcum rem amaram intendunt, ut sagittent in occultis innocuos: quorum error serpit ut cancer, ita quod nisi horrus in flore radatur fructum non solum amarum, sed etiam pestiferum germinant. Hos Apostolus egregius praedicator in epistola sua prophetico sermone describit, & docet omnibus modis evitandos, contra quos Sacerdotes tubis argenteis clangere debent, ut cum clamante populo arcâ fœderis praecedente & muri corruant Hiericho, qua jam fuerat perpetuo anathemate condemnata: ita quod si quis ex ea regulam aureum furare praesumpserit, cum Achor filio Charmi lapidibus obruatur. Nos igitur scientiam literarum & honestatem morum pariter attendentes.*]

CAP. XI.

¶ *Breve est, nec potest aliter summari.*

Idem *Abbati sancti Dionysii, & Presbytero S. Martini.*

CUm dilectus *a*: [& ℣.] ¶ Illud autem vos attendere volumus, & mandamus, ut tales ad purgationem admittantur personæ, quæ vicinæ sint & honestæ.

CAP. XII.

¶ *Si infamia ortum non habet ex probabilibus conjecturis, non est de necessitate indicenda purgatio, potest tamen indici ad instantiam purgandi.*

Idem.

CUm *b* in juventute sua: [& ℣.] ¶ Quia verò pater filium, quem diligit, corripit: nos Quinqueecclesf. Episcopo per literas nostras ad majorem cautelam injunximus, ut ab illius familiaritate cessando taliter se haberet, quòd sinistra de ipso suspicio non posset haberi: sed inimicus homo rescriptum literarum surripiens, apud Regem & regni magnates ipsum nequiter publicavit, ut sic deberet amplius infamari. Unde nos tantam æmulorum nequitiam attendentes, licèt pulsati fuerimus multoties contra eum, nunquam tamen adversùs ipsum potuimus commoveri, scientes quòd dictum unius facile sequitur multitudo: ubi verò idem Episcopus ad Strigon. metropolim extitit postulatus, quidam, qui super ipsâ postulatione adversabantur eidem, ut promotionem ipsius facilius impedirent, illius criminationis carbones exaccendere sunt moliti: unde quidam procurator ipsius de consilio amicorum suorum, qui super hoc bonum zelum habebant, sed non secundùm scientiam, cœpit cum instantia postulare, quatenus eidem Episcopo purgationem canonicam faceremus indici, ut suam innocentiam demonstraret. Nos autem postulationem hujusmodi minùs providam reputantes, procuratorem ipsum ab ea sæpè *c* voluimus revocare: [1 & ℣.] ¶ Cæterùm quia procurator instabat, compulsi fuimus (non juris necessitate, sed importunitate petentis) ut per vos ei purgationem canonicam cum duobus Abbatibus mandaremus indici: quamvis fuerimus protestati, quòd ex alia causa talis petitio minùs provide tunc fiebat, quia Strigon. Ecclesiæ Suffraganei vix eo tempore purgarent eundem, qui in facto postulationis contradicebant eidem: & Suffraganei Colocen. Ecclesiæ ipsum minimè tunc purgarent: quia inter eum & Colocen. Archiepiscopum de Strigon. metropoli contentio vertebatur: unde cùm non sint alii Pontifices in Hungaria, meritò videbatur, quòd per Episcopos regni sui non posset in illo articulo se purgare.

a *Cap. 2. eod. tit. in 2. comp.* b *cap. 3. eod. tit. in 3. comp. pars hujus decret. est in cap. cum in juventute. sup. de præsumpt. ut optimè hic admonet glossa.* c *si. semper. sed in antiq. ut est impressum.*

[1 *Tum quia sæpissimè non videbatur apud bonos & graves infamatus de illo crimine, cùm Episcopi super hoc ex mandato Apost. requisiti, laudabile testimonium de ipso nobis curaverunt perhibere, tum quia talis infamatio videbatur ab inimicis & æmulis processisse, sicut superius est expressum. Unde cùm annualis vita ejus laudabilis appareret, & hujusmodi fucatus incredibilis videtur, non credebamus ei purgationem aliquam amodo indicendam.*]

CAP. XIII.

¶ *Compurgator jurat de credulitate.*

Idem *Turon. a Archiepiscopo.*

DE *b* testibus: [& ℣.] ¶ Illi verò, qui ad purgandam alicujus infamiam inducuntur, id solum tenentur juramento firmare, quòd veritatem credunt eum dicere, qui purgatur.

CAP. XIV.

¶ *Infamatus super defectu natalium non debet promoveri, nisi prius se purget.*

Idem *Floren. Episcopo.*

ACcedens *a* ad præsentiam nostram T. Diaconus familii nobis insinuatione monstravit, quòd cùm à suis æmulis diceretur, quòd esset filius Sacerdotis, tu cum nec promovere voluisti, nec permisisti ab alio promoveri. Quocirca mandamus, quatenus si publicè fuerit notà respersus, & de ipsâ tibi legitimè constare non poterit, purgatione ab ipso receptâ, ipsum non differas promovere hoc ad Sacerdotis officium promovere: quia etsi non sit nota delicti, est tamen nota defectûs impedientis ad sacros ordines promovendum.

CAP. XV.

¶ *Super notorio crimine non est indicenda purgatio, & pendente causâ super criminibus coram Papa delegato, purgatio ab ordinario super eis recepta non tenet.*

Idem *Abbati Eugen. & Scholastico Mutin.*

CUm *d* dilectis filiis H. Presbytero, & G. procuratori O. Clerici, T. Capellanum nostrum conc[illegible]erimus auditorem, idem procurator proposuit, quòd cùm dictus Presbyter super incestûs crimine fuisset publicè infamatus, Constantien. Episcopus ordinarius judex ei purgationem indixit: qui cùm se purgare nequivisset, ab ipso fuit suis Ecclesiis sententialiter destitutus: quas ipse nihilominùs detinuit per violentiam occupatas. Cumque idem Presbyter cujusdam consanguinei sui uxorem publicè detineret, ad petitionem plebani de Henisio *e*, & quorundam aliorum Clericorum Constantien. diœcesis, judicibus dicimur literas destinâsse, ut si dictus Presbyter super crimine adulterii & incestûs coram ipsis se purgare non posset, ipsum pœnâ debitâ castigarent: qui cùm constitisset eisdem, quòd idem Presbyter pro eo, quòd impugatione defecerat, ab Episcopo memorato fuerat condemnatus, ipsum utpote communicem prædictis Ecclesiis per sententiam privaverunt, maximè cùm de incestu & adulterii crimine, tanquam de notorio liqueret eisdem, Abbati sancti Galli (ad quem illarum Ecclesiarum donatio pertinebat) potestatem liberam concedentes, Ecclesias illas personis aliis conferendi: qui eas postea suprad[illegible]o O. Clerico assignavit: [& ℣.] ¶ Dictus verò Presbyter inter cætera respondit, quòd processus judicum prædictorum debebat meritò retractari, cùm lite non contestatâ procedere præsumpserint *f* contra eum: adjiciens, quòd purgationem indictam ab electo Constantien. curaverit exhibere: [1 & ℣.] ¶ His igitur & aliis plenius intellectis, licèt literæ illæ, quæ ad prædictos judices impetratæ dicuntur, vel ipsarum transcriptum o-

a *Tirenen. al. Trem. al. Tyren.* b *cap. 4. eod. tit. in 3. comp.* c *cap. 3. eod. tit. in 3. comp.* d *c. 8. eod. tit. in 3. comp.* e *al. de Henneo. al. de Ponte. sed in vetustissimis utrobique impressum.* f *præsumpserunt, in vulgatu. at in antiq. præsumpserint.*

stensum

stensum non fuerit coram nobis, quia tamen ex tenore relationis ipsorum *a*, quam dictus procurator exhibuit, ac si literæ ipsæ ostensæ fuissent, nobis constitit evidenter, judices ipsos prætermisso juris ordine processisse: tam processum eorum, quàm concessionem Ecclesiarum à prædicto Abbate de mandato ipsorum factam, auct. Apost. retractamus, præsertim cùm relationis ipsius series repugnantia contineat & adversa. Dicitur enim, quòd crimen ejusdem Presbyteri, usque adeò publicum *b* fuerat & notorium, quòd nullus inficiationi locus penitùs existebat, utpote cujus universæ vicinæ populus testis erat: & tamen ibidem præmittitur, quòd eidem Presbytero terminum peremptorium præfixerunt, in quo (si posset) super infamia prædictorum criminum canonicè se purgaret: cùm nimirum si crimen notorium existebat, non erat illi indicenda purgatio, sed in eum condemnationis sententia promulganda: [*& infrà.*] ¶ Si verò nullus apparuerit legitimus accusator, & ipsum inveneritis apud bonos & graves super prædictis criminibus, vel ipsorum altero infamatum, purgationem ei canonicam indicatis, non obstante, quod coram prædicto electo dicitur se purgâsse: cùm judicio pendente coram judicibus delegatis non debuerit ordinarius purgationem indicere infamato.

[1 *Nos inducat, ut fratrum nostrorum debeamus consultationibus respondere, & ab eis, quantùm humana permittit fragilitas, dubitationis scrupulum amputare. Inde est quod.*]

CAP. XVI.

¶ *Non sufficit Prælato de criminibus infamato jurare, cùm se purgat, quòd sit immunis ab illis criminibus: sed jurare debet, quòd post suam promotionem illa crimina non commisit.*

Idem.

ACcepimus *c* literas, quibus nobis intimare curâstis, quòd Apostolico mandato super indicenda purgatione Archiepiscopo Bisuntinen. recepto, ipsum citâstis ut decùm: qui ad diem præfixum compatuit coram vobis *d*, juramentum purgationis offerens sub hac forma: videlicet, quòd immunis erat ab illis criminibus, super quibus se purgare debebat: [*& j.*] ¶ Ipse verò ad præsentiam nostram accedens, humiliter supplicavit, ut saltem super purgatione incontinentiæ dignaremur temperare rigorem, quia non deberet asserere, quòd à nativitate sua nunquam passus fuerit lapsum carnis. Porrò cùm ab eo non credatur exactum fuisse hujusmodi juramentum, potiùs fortè præsumimus, quòd alia de causa volebat sub præscripta forma jurare: videlicet, quòd immunis erat ab illis criminibus, de quibus fuerat infamatus, tanquam dimissis per pœnitentiam jam esset immunis ab illis: sed hoc jurare, non parvæ temeritatis existeret: cùm beatus Job dicat *e*: [*Etiamsi simplex fuero, hoc ipsum ignorat anima mea:*] [*& j.*] ¶ Ideoque præscriptam purgationis formam, secundùm quam idem Archiepiscopus obtulit se purgare, reprobamus, utpote indiscretam, temerariam, & ineptam: injungentes eidem, ut si voluerit & potuerit secundùm hanc formam se purgare, secundùm sanum intellectum, quem ei duximus exprimendum, videlicet quòd illa crimina graviora, id est, simoniam, venditionem justitiæ, atque incontinentiam, de quibus infamatus extitit *f*, juret se minimè commisisse, postquam ad Archiepiscopalem promotus est dignitatem: & compurgatores sic jurent, quòd credunt eum verum jurâsse: quo facto vos illum dimittatis in pace, alioquin, &c.

a *Ipsarum.* b *publicatum.* c *vid. Bart. in l. 1. & accusationem. ff. ad SC. Turpil. ubi citat hunc textum in pulchro casu.* d *nobis, legitur in plerisq. Cod. series tamen indicat legendum, coram vobis.* e *Iob. 9.* f *al. existit.*

DE PURGATIONE *a* VULGARI.

TITULUS XXXV.

CAP. I.

¶ *Duelle, & alia purgationes vulgares prohibita sunt, quia per eas multoties condemnatur absolvendus, & Deus tentari videtur. h. d. totus titulus.*

Cœlestinus III.

CUra suscepti *b* regiminis: [*1 & j.*] ¶ Cùm t. f. duxerit sed. Apost. consulendam, utrum super Ecclesiarum possessionibus duella debeant sustineri? Tuæ duximus solicitudini respondendum, quòd in eo casu, vel aliis etiam hoc non debes aliquatenus tolerare. *c*

[1 *Sapedictæ tamen mul. eum non desinunt infamare: unde nobis humiliter supplicavit, ut ab illarum impetitionibus solutum faceremus ipsum prædictarum Ecclesiarum pacificâ possessione gaudere.*]

CAP. II.

¶ *Summatum est supr. cap. proxim.*

Innoc. III. *Priori S. Sergii Spoletan.*

SIgnificantibus *d* V. Laico, & fratribus ejus ad nostram noveris audientiam pervenisse, quòd cùm quidam eos super furti crimine accusaret, cum eo coacti sunt inire duellum, in quo aliis peccatis suis præpedientibus ceciderunt: propter quod per consules Spoletanos bonis fuerunt propriis spoliati: nunc verò furtum apud alios est inventum, & quòd ipsi fuerint innocentes, est (faciente *e* Domino) revelatum. Unde consulibus ipsis dedimus in mandatis, ut ablata restituant universa.

CAP. III.

¶ *Summatum est supra cap. 2.*

Honorius III.

DIlecti *f* filii noviter in Livonia baptizati, gravem ad nos querimoniam destinârunt, quòd fratres Templariorum, & alii, qui temporalem in eis potestatem exercent, si quando de aliquo alio *g* crimine infamantur, eos ferri candentis judicium subire compellunt, quibus si qua exinde sequatur adustio, civilem pœnam infligunt. Cùm igitur hujusmodi judicium sit penitùs interdictum, utpote in quo Deus tentari videtur: mandamus, quatenus dictos fratres, & alios, ut ab hujusmodi conversorum gravamine omninò desistant, per cens. Eccles. appell. remotâ compellas.

DE INJURIIS ET DAMNO DATO.

TITULUS XXXVI.

CAP. I.

¶ *Propter ejus brevitatem non summatur.*

In Exodo. *h*

SI rixati fuerint homines, & percusserit alter proximum suum lapide, vel pugno *i*, & ille mortuus non fuerit, si *k* jacuerit in lecto, qui percusserit, operas ejus & impensas in Medicos restituat.

CAP. II.

¶ *Breve est, & ideò non summatur.*

In eodem.

SI *l* quis aperuerit cisternam, & foderit, & non operuerit eam, ceciderit{q;} bos vel asinus in eam, dominus

a *Vide B. Thom. 2. 2 q. 95. art. 8. ad 3. arg.* b *Cap. un. eod. tit. in 2. comp.* c *Adde quod not. Bald. in l. 1. C. de Lat. lib. tol. ubi vide.* d *Cap. un. eod. tit. in 1. comp. vid. Conc. Trid. sess. 25. de refor. c. 19.* e *favente, in recent.* f *Ivo p. 10. c. 15.* g *De stio, alio, deest ferè in omnib. manuscr.* h *Exod. 21.* i *vid. l. fin. cum gl. & concor. ff. de ficariis.* k *al. ita: sed* jacuerit. l *C. 3. tit. de damno dato. in 2 comp. Refert Ivo p. 16. c. 349. Exod. 21.*

citternæ reddet pretium jumentorum: quod autem mortuum est, ipsius erit.

CAP. III.

¶ Breve est, & ideò non summatur.

Idem.

Si *a* bos alienus cornupeta fuerit ab heri & nudius tertius, & non custodierit eum dominus suus, reddet bovem pro bove, & cadaver integrum accipiet.

CAP. IV.

¶ Breve est, & non summatur.

Idem.

Si *b* læserit quispiam agrum vel vineam, & dimiserit jumentum suum, ut depascat aliena, pro damno æstimationem restituet.

CAP. V.

¶ Breve est, & non summatur.

Idem.

Si *c* egressus ignis comprehenderit acervos frugum, sive stantes segetes in agris, reddet damnum, qui ignem succenderit.

CAP. VI.

¶ Breve est, & quasi idem cum præcedenti.

Ex pœnitentiali Romano. *d*

Si quis domum vel aream cujusquam incenderit voluntariè, sublata & incensa omnia restituat, & tres annos pœniteat.

CAP. VII.

¶ Secularis potestas, quæ Clericum bannivit, condemnari debet per judicem Ecclesiasticum, secundùm æstimationem injuriæ in expensis & damnis. Et hodie adde pœnam in Clem. 1. de pœnis.

Honorius III. *Episcopo Bononien.*

Olim *e* scribentibus nobis Episcopo Mutinen. ut potestatem, consiliarios & populum civitatis Florentin. ad satisfaciendum de damnis & injuriis irrogatis Episcopo, & Ecclesiis Fesulan. cens. Eccles. coarctaret, idem testes lite non contestatâ recepit. Quare nos ejus processu penitùs revocato, commune Florentin. quia bannierat Episcopum Fesulanum contra Deum & Ecclesiasticam libertatem, propter injuriam banni, & expensas, & damna tali occasione secuta, taxatione juramento præmissâ, in mille libris usualis monetæ, prædicto Episcopo sententialiter duximus condemnandum.

CAP. VIII.

¶ Qui jurat statutum super non repetendis damnis, hoc non obstante expensas repetere potest. b.d. vel sic: Statutum super damnis non repetendis, ad expensas non extenditur.

Gregorius IX.

In nostra *f* & fratrum nostrorum præsentia proposuistis, quòd olim cives Brixien. pro *g* restaurationibus damnorum illatorum adinvicem, quæ propter multas civiles discordias incurrerant, plurimùm aggravati, statutum editum de non petendo vel recipiendo in posterum restaurationes hujusmodi à communi generaliter approbârunt, & firmârunt etiam juramento: [*& infrà.*] ¶ Cùm igitur aliud sit damnorum restauratio, quàm satisfactio expensarum: & ideò in juramento exhibito super damnorum articulo intelligi non debeat, quòd factum expensarum fuerit comprehensum: mandamus, quatenus (juramento non obstante prædicto) auctoritate nostrâ provideas, quòd dictum commune pro bono concordiæ ad expensarum satisfactionem aliquid *h* contribuat, juxta tuæ discretionis arbitrium, à te, sicut expedierit, moderandum.

a *Exod. 21.* b *Exod. 22.* c *Ibid.* d *Similis sententia reperitur apud Burch. l. 19. decr. c. 5.* e *vide Clem. 1. de pœnis. c. Gratiis, supr. de restit. spol.* f *vide gl. in c. si cammuc. verbo, damnis & injur. de offic. ord. in 6.* g *dictio, pro, deest in vetustioribus Codicibus.* h *dictio; aliquod, deest in antiq. exemplaribus.*

CAP. IX.

¶ Habet plura dicta, & se summat.

Idem.

Si culpâ tuâ datum est damnum, vel injuriis irrogatis, seu aliis irrogantibus opem fortè tulisti, aut hæc imperitiâ tuâ, sive negligentiâ evenerunt: jure super his satisfacere te oportet, nec ignorantia te excusat, si scire debuisti ex facto tuo injuriam verisimiliter posse contingere, vel jactaram. Quod si animalia tua nocuisse proponas, nihilominùs ad satisfactionem teneris, nisi ea dando passis damnum, velis liberare teipsum: quod tamen ad liberationem non proficit, si fera animalia, vel quæ consueverunt nocere, fuissent, & quam debueras non curâsti diligentiam adhibere. Sanè licèt, qui occasionem damni dat, damnum videatur dedisse: secùs est tamen in illo dicendum, qui ut non accideret, de contingentibus nil omisit.

DE POENIS.

TITULUS XXXVII.

CAP. I.

¶ Toties puniendus est criminosus, quotiens delictum iterat.

Ex Concilio Toletano.

Ea quæ frequenti prævaricatione iterantur, frequenti sententiâ condemnentur.

CAP. II.

¶ Interficiens Presbyterum puniendus est: & pœna pars Ecclesiæ, cui præfuit, alia pars pro ejus anima distribuatur.

Ex Concilio Turonensi. *a*

Presbyteri interfecti compositio, Episcopo ad cujus parochiam pertinet, solvatur: ita ut medietatem utilitatibus Ecclesiæ, cui præfuit, tribuat, alteram in ejus eleemosynam juste dispertiat: Quia nulli ejus hæres proximior videtur, quàm qui ipsum Domino sociavit.

CAP. III.

¶ Non debent Prælati pro criminosis sustinentiis pœnam exigere, nec etiam correctionis causâ ex cupiditate pœnam pecuniariam imponere.

Alexander III. *Cantuarien. Archiepiscopo.*

Licèt *b* juxta Apostolum: [*1 & 2.*] ¶ Accepimus, quòd Archidiaconi Conventren. Episcopatûs pro corrigendis excessibus, & criminibus puniendis, à Clericis & Laicis pœnam pecuniariam exigunt, & pro annua exactione pecuniæ personas quandoq; suspendunt, Ecclesias interdicunt, à vicariis denarios, ut eos in Ecclesiis cantare permittant, exigere non formidant, & alia agunt, quæ canonum obviant institutis, & de radice cupiditatis & avaritiæ prodire videntur: [*& 3.*] ¶ Mandamus, quatenus Archidiaconis prædicti Episcopatûs hoc districtius interdicas: si autem contravenire præsumpserint, eos appel. cessante Eccl. censurâ compellas.

[*1 Arguere, obsecrare & increpare studeamus: sicut tamen debemus excessus corrigere singulorum, ut probemur non quæ nostra sunt; sed quæ Jesu Christi sunt, quærere, ut in correctione faciendâ videamur modestiam, & maturitatem servare.*]

CAP. IV.

¶ Victus condemnatur vobere præsenti in expensis etiam in causis pecuniariis, & unum casum excipit.

Idem *in Concilio Turonen.*

Calumniam *c* & audaciam temerè litigantium con-

a *Est in Concil. Turonensi sub Arnulpho Imperatore l. c. 4. sed alii verbis referunt Burch. l. 6. decr. c. 11. Ivon. pr. c. 140. & Gratian. sive Palea 17. q. 4. c. omnes Presbyteri.* b *C. 3. eod. tit. in 3. comp. & post Conc. Lat. sub Alex. III. p. 2. c. 3.* c *C. 3. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. Lat. sub Alex. III. p. 3. c. 2.*

demnando

demnando in expensis, & alio multiplici remedio sanctio imperialis compescit. Quoniam igitur sacris institutis consonare dignoscitur, præcipimus, ut de cætero in causis pecuniariis victus, victori in expensis condemnetur: nisi sententia pro absente feratur.

CAP. V.

¶ *Clericus causam seu operam prabens bello, deponendus est.*

Innocentius III. *Mediolanensi Archiepiscopo.*

Quòd in *a* dubiis: [& ſ.] ¶ Quia verò tam Sacerdotes, qui gubernant naves ad pugnam, quàm qui personaliter exercent conflictum, & hi, qui alios incitant ad pugnandum, omnes enormiter peccant: de rigore canonico eos credimus deponendos.

CAP. VI.

¶ *Clericus pro magno scelere ab eo commisso, deponi debet, & in monasterio detrudi ad agendam pœnitentiam.*

Idem *Londin. Episcopo.*

Tuæ discretionis *b* prudentiam: [& ſ.] ¶ Ad illud, quod à nobis tertiò requisisti, qualiter Clerici in latrociniis, vel aliis magnis sceleribus deprehensi, puniri debeant: Respondemus, quòd à suis ordinibus degradati, detrudi debeant in arctis monasteriis, ad pœnitentiam peragendam.

CAP. VII.

¶ *Si uterq; contrahentium venit contra contractum, uterq; potest exigere pœnam ad invicem promissam ex conventione.*

Idem *Abbati & fratrib. Crypta ferratæ.*

Constitutus *c* in præsentia nostra: [1 & ſ.] ¶ Licèt autem in instrumento Episcopi Lavitani expressa fuerit certa pœna, quam pars contractum non servans solveret observanti: cùm tamen utraque pars venisset contra illum, ex confessione propria convincatur, cùm & pars vestra subtraxerit Episcopo pensionem, & Episcopus procurationem exegerit ab eadem Ecclesia, sicut Oeconomus proposuit memoratus, utramque partem ab ea reddimus absolutam.

CAP. VIII.

¶ *Si testis propter vacillationem incarceretur, infamiam non incurrit.*

Idem *Priori S. Fridiani & Magistro B. Canonico Pisano.*

Super *d* his, de quibus nos consulere voluistis: [& ſ.] ¶ Clericus autem, qui pro eo quòd variaverat & vacillaverat coram vobis *e*, de mandato nostro *f* captus est & detentus, infamiam non incurrit.

CAP. IX.

¶ *Obligatus ad certam quantitatem, certâ die sub pœna solvendam, si partem intra terminum solvit, ad pœnam integram non tenetur.*

Idem *Spoletano Episcopo.*

Suam *g* ad nos rectores Clericorum sancti Fortunati querimoniam transmiserunt, quòd cùm tibi essent in XL. libris per quoddam arbitrium condemnati, effetque pœna XXX. librarum apposita, nisi eas solverent in termino constituto, tandem XXXIII. libris in termino persolutis, occasione septem residuarum, per quasdam nostras *h* literas veritate tacità impetratas, obtinuisti eos in præfatis XXX. libris tibi per delegatum judicem condemnari. Quia igitur te non decet in tantum Pontificalis modestiæ oblivisci, ut inhonestis quæstibus anhelando desideres cum aliena jactura ditari: mandamus, quatenus septem librarum solutione contentus, super pœna XXX. librarum memoratos rectores de cætero non molestes.

CAP. X.

¶ *Occidentes Prælatum, privantur beneficiis & feudis, quæ habent ab Ecclesia, cui præerat Prælatus ille, nec eis vel hæredibus restituuntur, nec alia de novo concedi debent. Et hodie in occidente, capiente, vel hamante Episcopum, multa sunt similes pœnæ: de quibus in Clem. Si quis suadente. eod. tit.*

Idem.

Ad aures *a* nostri Apostolatûs pervenit, quòd cùm quidam parochiani tui ausu diabolico [bonæ *b* memoriæ] I. Vincentinum Episcopum, prædecessorem tuum nequiter peremissent, feuda & beneficia, quæ illi à Vincentina Ecclesia obtinebant, ipsis per sententiam fuerant cum multa deliberatione sublata. Quia igitur majori sunt animadversione plectendi, nos tam tibi, quàm successoribus suis, auctoritate Apost. prohibemus, ne ipsis, aut hæredibus eorum beneficia prædicta restituantur, seu de novo eis alia quælibet conferantur.

CAP. XI.

¶ *Prorumpens contra judicem, arbitrio superioris punitur.*

Idem.

Dilectus *c* filius electus sancti P. ad montes: [& ſ.] Ne judicialis evanescat auctoritas, cùm de litigatoris improbitate constiterit, adversùs assertionem judicis temerè prorumpentis, juxta superioris arbitrium dignâ poterit animadversione puniri.

CAP. XII.

¶ *Patroni, Advocati, vel Vicedomini vendicantes sibi in Ecclesiis plus quàm jura permittant, per censuram Ecclesiasticam compescuntur: & si occidunt Prælatum vel Clericum Ecclesiæ per se, vel per alios, perdunt quod habent ab Ecclesia, & eorum posteri usque ad quartam generationem non admittuntur ad Clerum, nec in Religionibus præficiuntur.*

Idem *d in Concilio generali.*

In quibusdam provinciis Ecclesiarum Patroni & Advocati, seu Vicedomini se in tantam insolentiam erexerunt, quòd non solùm cum vacantibus debet Ecclesiis de pastoribus idoneis provideri, difficultates ingerunt & malitias, verùm etiam de possessionibus, aliisque bonis Ecclesiasticis, pro sua voluntate ordinare præsumunt: & (quod horrendum est dicere) in necem Prælatorum prorumpere non formidant. Cùm igitur, quod ad defensionis subsidium est inventum, ad depressionis dispendium non debeat retorqueri: prohibemus expressè, ne Patroni vel Advocati, seu Vicedomini super præmissis de cætero plus usurpent, quàm reperiatur in jure permissum: & si contrà præsumpserint, per severitatem canonicam districtissimè compescantur. Sacri nihilominùs Concilii approbatione statuimus, quatenus si Patroni, vel Advocati, aut Feudatarii, seu Vicedomini, aut alii beneficiati alicujus Ecclesiæ, rectorem vel Clericum alium ipsius Ecclesiæ, per se, vel per alios occidere, vel mutilare ausu nefando præsumpserint: Patroni jus patronatûs, Advocati advocatiam, Feudatarii feudum, Vicedomini vicedominatum, & Beneficiati beneficium prorsùs amittant. Et ne minùs vindictæ quàm excessûs memoria prorogetur, non solum de præmissis nihil perveniat ad hæredes, sed etiam usque ad quartam generationem posteritates talium in Clericorum collegium nullatenùs admittantur, neque in domibus regularibus alicujus prælationis assequantur honorem, nisi cum eis fuerit misericorditer dispensatum.

---

a *C.1. eod. tit. in 3. comp. an Clerico pugnare liceat, explicat B. Thom. 2. 2. q. 40. art. 2. & ibi Cajet.* b *C.3. tit. de vita & hon. Cler. in 3. comp. vid. Barn. Diaz in præst. crim. can. c.14.* c *Pars 1. constitutus. sup. de relig. dom. ubi irrenies varietates de voce, Lavitani.* d *Cap. 3. tit. de accusat. in 3 comp.* e *alii, mihi.* f *al. vestro.* g *C.2. ne Cler. vel Monach. in 3. comp.* h *Dictio, nostras, deest in plerisq; antiquis.*

a *Cap. 1. eod. tit. in 1. compil.* b *Hæc duo verba, bonæ memoriæ, desunt in omnibus Vatic.* c *C.1. tit. de probat. in 4. comp.* d *Scilicet Innocent. III. in Conc. gener. c. 45. & Cap. 2. eod. tit. in 1. compilat.*

CAP. XIII.

¶ *Domino excommunicato manente, subditi fidelitatem non debent: & si longo tempore in ea perstiterit, & monitus non paruerit Ecclesia, ab ejus debito absolventur.*

Honorius III. *Præposito, Archidiac. & H. Canonico Suession.*

GRavem Capituli Lund. *a* recepimus quæstionem, quòd cùm Comes Registren. *b* pro multis injuriis, quas irrogarat eisdem *c*, per judices à sede Apostol. deleg. excommunicationis vinculo fuerit innodatus, idem per duos annos & amplius in excommunicatione persistens, juri parere pertinaciter renuit, claves Ecclesiæ contemnendo. Licèt igitur hujusmodi pertinacia non careat scrupulo hæreticæ pravitatis: volentes tamen nobilitati parcere Comitis supradicti: Discr. v. mandamus, quatenus si Comes supradictus post commonitionem vestram non paruerit plenè juri, vos Ecclesias, in quibus aliquod jus habere dignoscitur, ab ejus debito absolventes, fideles ipsius (quamdiu in excommunicatione perstiterit) ab ejus fidelitatis juramento denuncietis penitùs absolutos.

DE POENITENTIIS, ET REMISSIONIBUS.

TITULUS XXXVIII.

CAP. I.

¶ *Pro manifesto peccato pœnitentia publica imponi debet.*

Alexander Papa *d*.

MAnifesta peccata non sunt occultâ correctione purganda.

CAP. II.

¶ *Punit pœnitentiam occidentis Presbyterum.*

Ex Concilio Maguntinen.

QUi Presbyterum occiderit, xij. annorum pœnitentia ei secundùm canones imponatur: [& ℣.] ¶ Convictus, usque ad ultimum tempus vitæ suæ militiæ cingulo careat, & absque spe conjugii maneat.

CAP. III.

¶ *Consideratis circumstantiis arbitraria pœnitentia indicenda est ei, qui modum excessûs se defendendo.*

Alexander III. *Mediolan. Archiepisc.* [& *Suffraganeis.*]

SIgnificavit *f* nobis vir nobilis P. quod F. dicto Imperatori, cùm olim rediret ab urbe, castrum Vernicæ negavit: [& ℣.] ¶ Unde contigit, quòd iv. castris destructis plusquam duo millia domorum destructa fuerunt, multi homines interfecti, & alia mala ibi commissa, quæ longum esset per singula enarrare. Quoniam igitur præfatus P. Deo exinde reconciliari desiderat: mandamus, quatenus ipsi pœnitentiam (secundùm quod visum fuerit) misericorditer imponatis *g*, attendentes *h*, quòd pro libertate sua & Ecclesiæ devotione hoc fecit. Quare in his debetis *i* talem discretionem habere, ut alii, & ipse idem pro austeritate pœnitentiæ à servitio Ecclesiæ nullatenùs retardentur, nec aliquod salutis periculum debeant formidare.

CAP. IV.

¶ *Indulgentiæ, quæ concedantur per Prælatos non subditis, non prosunt, nisi propriis judicibus hoc concedant.*

Idem *Archiepiscopo Cantuarensi.*

QUòd autem *k* consuluisti, utrùm remissiones, quæ fiunt in dedicationibus Ecclesiarum, aut conferentibus ad ædificationem pontium, aliis prosint quam his qui remittentibus subsunt: Hoc volumus tuam fraternitatem tenere, quòd cùm à non suo judice ligari nullus valeat vel absolvi, remissiones prædictas prodesse illis tantummodò arbitramur, quibus ut prosint, proprii judices specialiter indulserunt.

CAP. V.

¶ *Non est verè pœnitens, qui peccandi animum non deponit, tamen recipitur ejus confessio.*

Idem *Belvacen. Episcopo.*

QUòd *a* quidam ad confessionem de criminibus veniunt, & quamvis confiteri velint, se tamen asserunt abstinere non posse: Cons. t. t. r. quòd eorum confessionem recipere debes, & eis de criminibus consilium exhibere: quia licèt non sit vera hujusmodi pœnitentia, admittenda tamen est eorum confessio, & crebris & salubribus monitis pœnitentia indicenda.

CAP. VI.

¶ *Qui ex pœnitentia debet certâ die in pane & aqua jejunare, potest deficiente pane aliis cibariis uti.*

Idem *Trebursen. Archiepisc.*

LIcèt tam *b* Veteris, quàm Novi Testamenti pagina: [& ℣.] ¶ Si autem illi, qui aliquos dies in pane & aqua ex injuncta sibi pœnitentia tenentur peragere, panem, quo vescantur, non habent, leguminibus, aut piscibus, aut aliis cibariis reficiantur, si necessitas id exposcat *c*: Discretione tamen adhibitâ, quòd his non ad delicias, sed ad sustentationem utantur.

CAP. VII.

¶ *Sacerdoti Græco procuranti, vel studiosè negligenti oppressionem filiorum, non imponitur pœnitentia publica, sed debet abstinere ab altaris officio, & aliter in secreto agere pœnitentiam: sed si celebratum est publicum, debet publicè agere pœnitentiam.*

Clemens III.

QUæsitum *d* est, utrùm Sacerdotibus Græcis, quibus legitimo matrimonio licet uti, pœnitentia publica sit imponenda, si eam sibi postulent pro filiis oppressis injungi? Huic igitur consulit. t. t. resp. quòd si ipsis procurantibus, vel studiosè negligentibus, filii in lectis reperiuntur oppressi, ab officio altaris debent perpetuò abstinere, & eis gravior quàm Laicis, non tamen publica (nisi in publicum id veniat) pœnitentia debet imponi. Verùm si ex incuria ipsorum mortui inveniantur in cunis, & illud fuerit occultum, eis pœnitentia pro arbitrio Pœnitentiarii imponatur, & in terrorem aliorum *e* ad tempus abstineant à celebratione Missarum.

CAP. VIII.

¶ *Sacerdos pœnitentiam arbitrari debet secundùm quantitatem excessûs, pœnitentis contritionem, & alias circumstantias. Ii. d. quoad titulum.*

Innocentius III. *Lavon. Episcopo, & eis, qui cum ipso sunt, fratribus.*

DEus qui *f* Ecclesiam suam: [& ℣.] ¶ Cæterùm cùm pœnitentia non tam secundùm quantitatem excessûs, quàm pœnitentis contritionem, per discreti Sacerdotis arbitrium sit moderanda, pensatâ qualitate personæ, super fornicatione, adulterio, homicidio, perjurio *g*, & aliis criminibus, consideratis circumstantiis omnibus, & præsertim novitate Livonien. Ecclesiæ, competentem pœnitentiam delinquentibus imponatis, prout saluti eorum videritis expedire. Apostoli autem vestigiis inhærentes, dicentis *h*: [*Lac vobis potum dedi, non escam:*] paulatim eos instruatis in fide, confessio-

a *Laudunen.* b *Registren.* c *alii. eidem: sed in antiq. legitur, eisdem.* d *al. Calixtus, ut in omnib. Vaticanis: sed hæ reperiuntur apud Greg. lib. 12. epist. 31. regist. ad Felicem Siculæ Episcopum.* e *Hæ duæ voces, & Suffraganeis, desunt in omnibus Vatic.* f *C. 2. eod. tit. in 1. comp.* g *imponas.* h *attendens.* i *debes.* k *C. 3. eod. tit. in 1. comp.*

a *Cap. 1. eod. tit. in 2. comp.* b *C. 2. tit. de feriis, in 2. comp. Pars alia sup. de feriis. c. licèt.* c *expositi.* d *C. 2. eod. tit. in 2. comp.* e *Vid. l. una falta. 6. fin. ff. de pœn. & l. unus qui. ff. de injur.* f *Cap. 2. eod. tit. in 3. comp.* g *Vox, perjurio, deest in antiq. Codic.* h *1. Cor. 3.*

nis

nis formam, orationem Dominicam, & Symbolum illos solicitè edocentes *a*. Interim tamen corporis & sanguinis Domini sacramentum renatis fonte baptismatis, consuetis festivitatibus, & in mortis articulo tribuatis.

CAP. IX.

¶ Auditur mulieris confessio, qua sibi partum alienum supposuit, vel proprium ex adulterio suscepit, nec illud marito vult detegere.

Idem *sanctus Laur. in Lucina Presbytero Card. Apost. sed. Legato.*

OFficii: [*& infrà.*] ¶ Significásti quandam mulierem in pœnitentia tibi fuisse confessam, quòd timens, ne viri possessio devolveretur ad alios, quarundam herbarum succum potavit, & sic venter ejus intumuit, & inde gravidam se ostendens, sibi partum suppositit alienum: timensque maritum, non vult facinus ipsi *b* detegere: qui prolem credit sine dubitatione qualibet esse suam. Quoniam igitur postulas edoceri, utrùm ei hâc fraude durante sit pœnitentia injungenda: respondemus, quòd sicut mulieri, quæ ignorante marito de adulterio prolem suscepit, quamvis id viro suo timeat confiteri, non est pœnitentia deneganda: ita nec illi debet pœnitentia denegari, maximè si per alios intelligas alienos, ad quos timeat possessionem viri devolvi: sed competens satisfactio per discretum Sacerdotem ei debet injungi.

CAP. X.

¶ Abbatissa Moniales benedicere, confessiones audire, & publicè prædicare non potest.

Idem *Valent. c & Burgen. Episcopis, & Abbati de N. Cisterciens. ordinis.*

NOva *d* quædam nostris sunt auribus intimata, quòd Abbatissæ Moniales proprias benedicunt, ipsarum quoque confessiones in criminibus audiunt, & legentes Evangelium præsumunt publicè prædicare. Cùm igitur id absonum sit, pariter & absurdum: mandamus, quatenus ne id de cætero fiat, curetis firmiter inhibere. Quia licèt beatissima virgo Maria dignior & excellentior fuerit Apostolis universis, non tamen illi, sed istis Dominus claves regni cœlorum commisit.

CAP. XI.

¶ Tempore generalis interdicti conceditur pœnitentia & viaticum morientibus. hoc primò. Clerici, qui servárunt interdictum, possunt cum silentio in cœmeterio sepeliri. hoc secundò. In conventualibus Ecclesiis Clerici bini vel trini possunt horas submissâ voce dicere. hoc tertiò. Crucesignatis & peregrinis tempore interdicti pœnitentia concedi potest. hoc quartò.

Idem.

QUòd *e* in te: [*1 & infrà.*] ¶ In illo *enim* verbo, per quod pœnitentiam morientibus non negamus, viaticum etiam, quod verè pœnitentibus exhibetur, intelligi volumus, ut nec ipsum decedentibus denegetur. Licèt autem per generale interdictum denegetur omnibus, tam unctio, quàm Ecclesiastica sepultura, concedimus tamen ex gratia, ut Clerici decedentes, qui tamen servaverint interdictum, in cœmeterio Ecclesiæ, sine campanarum pulsatione, cessantibus solennitatibus omnibus, cum silentio tumulentur. Et in conventualibus Ecclesiis bini & bini, vel simul tres, horas canonicas valeant *f* legere, non cantare, januis clausis, interdictis & excommunicatis exclusis, & voce ita demissâ, quòd exteriùs audiri non possint: cùm & regularibus secundùm privilegium sed. Apostol. sit indultum, ut cùm generale interdictum terræ fuerit, liceat eis januis clausis, excommunicatis & interdictis exclusis, non pulsatis campanis, suppressâ voce celebrare divina. Recipientibus autem signum crucis non negamus, quò minùs eis ob *a* reverentiam Crucifixi pœnitentia, cùm postulaverint, injungatur: quod & aliis peregrinis potest misericorditer indulgeri.

[*1 Verùm quoniam à quibusdam intelleximus dubitari, utrum Clericis vel Laicis dandum sit viaticum in extremis, an & unctio impendenda, & an eum alio sacramentis indulgenda sit decedentibus sepultura. Utrùm in conventualibus denuntiâ voce, januis clausis, interdictis exclusis, divina possint officia celebrari. Similiter an suscipientibus signum crucis, & sanctorum limina visitantibus sit pœnitentia injungenda. Ambiguitatem hujusmodi de dubitantium cordibus volumus amputare.*]

CAP. XII.

¶ Famosum est & multùm allegabile, & hoc dicit. Quilibet doli capax tenetur saltem semel in anno confiteri proprio Sacerdoti, vel de ejus licentia alteri, & Eucharistiæ sacramentum ad minus in Pascha recipere. Et Sacerdos revelans confessionem deponendus est, & in monasterio ad agendam perpetuam pœnitentiam detrudendus.

Idem *h in Concilio generali.*

OMnis *e* utriusque sexûs fidelis, postquam ad annos discretionis pervenerit, omnia sua solus peccata saltem semel in anno fideliter confiteatur proprio Sacerdoti, & injunctam sibi pœnitentiam propriis viribus studeat adimplere, suscipiens reverenter ad minus in Pascha Eucharistiæ Sacramentum: nisi fortè de propriî Sacerdotis consilio ob aliquam rationabilem causam ad tempus ab hujusmodi *d* perceptione duxerit abstinendum: alioquin & vivens ab ingressu Ecclesiæ arceatur, & moriens Christianâ careat sepulturâ. Unde hoc salutare statutum frequenter in Ecclesiis publicetur, ne quisquam ignorantiæ *e* cæcitate velamen excusationis assumat. Si quis autem alieno Sacerdoti voluerit justa de causa sua confiteri peccata, licentiam priùs postulet & obtineat à proprio Sacerdote, cùm aliter ipse illum non possit absolvere *f* vel ligare. Sacerdos autem sit discretus *g*, & cautus, ut more periti Medici superinfundat vinum & oleum vulneribus sauciati, diligenter inquirens & peccatoris circumstantias, & peccati: quibus *h* prudenter intelligat, quale debeat ei præbere consilium, & cujusmodi remedium adhibere, diversis experimentis utendo ad salvandum *i* ægrotum. Caveat autem omninò, ne verbo, aut signo, aut alio quovis modo aliquatenùs prodat peccatorem *k*: sed si prudentiori consilio indiguerit, illud absque ulla expressione personæ cautè requirat: quoniam qui peccatum in pœnitentiali judicio sibi detectum præsumpserit revelare, non solùm à Sacerdotali officio deponendum decernimus, verùm etiam ad agendam perpetuam pœnitentiam in arctum monasterium detrudendum.

CAP. XIII.

¶ Medici vocati ad infirmos debent ante omnia inducere infirmum ad confessionem, nec quicquam persuadere pro salute corporis tendens in animarum periculum.

Idem *in eodem.*

CUm infirmitas corporalis nonnunquam ex peccato proveniat, dicente Domino languido, quem sana-

a *Quæ debent scire Christiani ad salutem suam, vid. Bald. super tub. C. de sum. Trin.* b *illi.* c *In antiq. cod. Palentin. & Burg. Episcopis, & Abbati Aumâd.* d *Cap. 1. eod. tit. in 4. compil.* e *Cap. 3. eod. tit. in 4. comp, vide c. ult. de sentent. excomm. l. 6.* f *In omnib. Vatic. valeant legere potiùs, quàm cantare.*

a *Ad reverentiam.* b *Idem scilicet Innoc. III. in Conc. gen. c. 21. & c. 4. eod tit. in 4. compil.* c *Vid. Conc. Trid. Sess. 14. c. 5. de confess. & can. 8. de sanctissimo pœn. sacram.* d *al. ita, ab ejus.* e *In aliis, ne quisquam ex ignorantiæ cæcitate.* f *alii. solvere.* g *Qualis debeat esse confessor, tradit Magister Sentent. l. 4. dist. 9. § qualem.* h *al. ex quibus. an conetur ita: per quas.* i *sanandum.* k *B. Thom. in quæstionibus additis ad 3. part. q. 11. art. 4. & Theologes 4. Sent.*

verat *a*: [*Vade, & amplius noli peccare, ne deterius aliquid tibi contingat.*]

Præsenti decreto statuimus, & districtè præcipimus Medicis corporum, ut cùm eos ad infirmos vocari contigerit, ipsos ante omnia moneant & inducant, ut Medicos advocent animarum: ut postquam fuerit infirmo de spirituali salute provisum, ad corporalis medicinæ remedium salubrius procedatur, cùm causâ cessante, cesset effectus. Hoc quidem inter alia huic causam dedit edicto, quòd quidam in ægritudinis lecto jacentes, cùm eis à Medicis suadetur, ut de animarum salute disponant, in desperationis articulum incidunt, unde facilius mortis periculum incurrunt. Si quis autem Medicorum hujus nostræ constitutionis, postquam per Prælatos locorum fuerit publicata, transgressor extiterit, tamdiu ab ingressu Ecclesiæ arceatur, donec pro transgressione hujusmodi satisfecerit competenter. Cæterum cùm anima sit multo pretiosior corpore, sub interminatione anathematis prohibemus, ne quis Medicorum pro corporali salute aliquid ægroto suadeat, quod in periculum animæ convertatur.

CAP. XIV.

¶ *Eleemosynarum quæstores sine Apostolicis vel diœcesanorum literis admitti non debent: nec tunc proponant ultra id, quod in ipsis literis continetur. hoc primò. Et debent esse modesti: & à locis & expensis incongruis abstinere. hoc secundò. In dedicatione Basilicæ ultra annum, & in anniversario dedicationis, & in literis indulgentiarum concessis ab alio, quàm à Papa, ultra xl. dies remissio excedere non debet. h. d. usq; ad fin.*

Idem *b* in eodem.

CÜm ex eo: [*& infrà.*] ¶ Eleemosynarum quoque quæstores, quorum quidam se alios mentiendo, abusiones nonnullas in sua prædicatione proponunt, admitti (nisi Apostolicas vel diœcesani Episcopi literas veras exhibeant) prohibemus: & tunc præter id, quod in ipsis continebitur literis, nihil populo proponere permittantur. Formam verò, quam communiter talibus Apostol. sedes indulget, duximus exprimendam, ut secundùm eam diœcesani Episcopi suas literas moderentur. Ea siquidem talis est: quoniam (ut ait Apostolus *c*) omnes stabimus ante tribunal Christi, recepturi prout in corpore gessimus, sive bonum fuerit, sive malum: oportet nos diem messionis extremæ misericordiæ operibus prævenire, ac æternorum intuitu seminare in terris, quod reddente Domino cum multiplicato fructu recolligere debeamus in cœlis: firmam spem *d*, fiduciamque rectam tenentes, quoniam qui parcè *e* seminat, parcè & metet: & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet vitam æternam. Cùm igitur ad sustentationem fratrum & egenorum ad tale confluentium hospitale, propriæ non suppetant facultates, universitatem vestram monemus & exhortamur in Domino, atque in remissionem vobis injungimus peccatorum, quatenus de bonis vobis à Deo collatis pias eleemosynas, & grata eis charitatis subsidia erogetis: ut per subventionem vestram ipsorum inopiæ consulatur, & vos per hæc *f* bona & alia, quæ Domino inspirante feceritis, ad æterna possitis gaudia pervenire. Qui autem ad quæ rendas eleemosynas destinantur, modesti sint & discreti, nec in tabernis aut in aliis locis incongruis hospitentur, nec inutiles faciant aut sumptuosas expensas, caventes omninò, ne falsæ religionis habitum gestent. Ad hæc, quia per indiscretas & superfluas indulgentias, quas quidam Ecclesiarum Prælati facere non verentur, & claves Ecclesiæ contemnuntur, & pœnitentialis satisfactio enervatur: decernimus, ut cùm dedicatur basilica, non extendatur indulgentia ultra annum, sive ab uno solo, sive à pluribus Episcopis dedicetur: ac deinde in anniversario dedicationis tempore xl. dies de injunctis pœnitentiis indulta remissio non excedat: [*& ſ.*] ¶ Hunc quoque dierum numerum indulgentiarum literis præcipimus moderari, quæ pro quibusliber casibus aliquoties concedantur: cùm Rom. Pont. qui plenitudinem obtinet potestatis, hoc *b* in talibus moderamen consueverit observare.

a Iob. 5. b Scilicet Innoc. III. in eod. Conc. gen. Lat. c. 62. & 63. eod. tit. in 4. comp. c 2. Cor. c. 5. d In C. Barb. & in Concilio: firmam spem fiduciamq; tenentes, &c. e 2. Corinth. 9. f al. per hæc & alia bona.

CAP. XV.

¶ *Archiepiscopus intra provinciam suam potest concedere indulgentias, secundùm formam Concilii generalis. h. d. & loquitur de cap. præced. in fine.*

Honorius III.

NOstro postulâsti consilio certificari responso, utrùm per totam provinciam possis concedere remissionis literas generales. Nos igitur fraternitati tuæ breviter respondemus, quòd per provinciam tuam liberè potes hujusmodi concedere literas, ita tamen, quòd statutum generalis Concilii non excedas.

CAP. XVI.

¶ *Episcopus & alii, de quibus in littera, possunt sine licentia superiorum sibi eligere providum Confessorem.*

Gregorius IX.

NE pro dilatione pœnitentiæ periculum incurrat animarum, permittimus Episcopis & aliis superioribus, nec non minoribus Prælatis exemptis, ut etiam præter sui superioris licentiam, providum & discretum sibi possint eligere Confessorem.

DE SENTENTIA EXCOMMUnicationis *d*.

TITULUS XXXIX.

CAP. I.

¶ *Impubes, qui Clericum percussit, ab Episcopo absolvi potest: & qui joco vel causâ disciplinæ percutit Clericum, etsi major, excommunicatus non est: qui verò ex odio, sic, & per Papam absolvitur.*

Alexander III. *Senon. Archiepiscopo.*

SUper eo verò *e*, quòd consilium postulâsti: [*1 & infrà.*] ¶ Respondemus, quòd si Clerici infra pubertatis annos se ad invicem, aut unus alterum percusserit, non sunt ad Apostolicam sedem mittendi, quia ætas excusat.

Nec Clerici, si sunt plenæ ætatis, & non odio, vel invidiâ, vel indignatione, sed levitate jocosâ se ad invicem percutere contingat, neque magister, si scholarem Clericum intuitu disciplinæ vel correctionis percusserit: quia non potest in ipsis injectio manuum violenta notari. Cæterum si ex odio iidem scholares vel seculares Clerici se percusserint, pro sua absolutione debent ad Apostolicam sedem venire.

[*1 Utrum scholares si se invicem in plena vel minore ætate Clerici vel religiosi viri in claustro, secundum canonum sanctiones, quæ statuerunt est, ut ille qui in Clericos violentas manus injecerit, mittantur ad Ap. sed. pro sua absolutione debeant venire. Inquisit. r.*]

CAP. II.

¶ *Monachos se ad invicem percutientes, abbatis. Abbas. Idem in Canonicis regularibus: & Abbatis discretione deficiente, recurritur ad Episcopum.*

Idem.

MOnachi *f* verò & Canonici regulares, quocunque modo se in claustro percusserint, non sunt ad Apost.

a Quid lateat sub hoc, infrà, non apparet. b al. & in talibus. c Vid. Specul. tit. de pœn. & remiss. B. Thom. in quæst. additis ad 3. part. q. 26. d In aliubus manuscript. sta: & absolutionis. e C. 2. eod. tit. in 1. comp. f C. 3. eod. tit. in 1. comp.

sedem

sedem mittendi, sed secundùm providentiam sui Abbatis disciplinæ subdantur: & si discretio Abbatis non sufficit *a* ad eorum correctionem, est providentia diœcesani Episcopi adhibenda.

CAP. III.

¶ Ostiarius, qui Clericum percussit non graviter, ab Episcopo absolvi potest. hoc primo. Officialis deliberate injiciens manum in Clericum, per Papam absolvitur. hoc secundo. Qui repellendo vim vi Clericum percutit, excommunicatus non est. hoc tertiò. Qui percutit Clericum turpiter inventum cum propinqua, excommunicatus non est, secus cum remotæ: & dicitur propinqua, ut in littera.

Idem.

I. SI verò alicujus *b* potestatis Ostiarius sub prætextu sui officii malignatus Clericum læserit, ab Episcopo suo potest absolvi, nisi fortè eundem Clericum graviter vulneraverit. Officialis verò pro injectione manuum in Clericum non potest sine mandato Rom. Pont. absolutionis beneficium promereri: quia nulli Laico super Clericum tanta datur auctoritas: nisi fortè turbam arcendo irruentem, non ex deliberatione, sed fortuito casu Clericum lædat. Si verò Clericum vim sibi inferentem, vi quis repellat vel lædat, non debet propter hoc ad sedem Apost. transmitti, si in continenti vim vi repellat: cùm vim vi repellere omnes leges omniaque jura permittant. Nec ille compellendus est ad sedem Apost. venire, qui in Clericum cum uxore, matre, sorore, vel filia propria, turpiter inventum, manus injecerit violentas. Cæterùm, si in stupro vel adulterio, quod committit cum ea, quæ ipsum ita proximæ consanguinitatis linea non contingit, ceperit, aut in eum violentas manus injecerit, non erit à sententia illius excommunicationis immunis.

CAP. IV.

¶ Qui percutit Clericum ignorans probabiliter eum Clericum, excommunicatus non est, ignorantiam tamen probare debet per juramentum: & si hoc præstare recusat, pro excommunicato habere debet.

Idem.

II. SI verò *c* aliquis in Clericum nutrientem comam manus injecerit violentas, propter hoc non debet *d* Apostolico præsentari conspectui, nec etiam excommunicatione notari *e*, dummodò ipsum esse Clericum ignoraverit. Vel si hoc dubium fuerit, propriâ manu duntaxat præstiterit juramentum, quòd eum esse Clericum ignorasset. Ab illo autem (si præstare noluerit juramentum) quia violentas manus constat eum in Clericum injecisse, sicut ab excommunicato, donec de mandato summi Pontificis absolvatur, convenit abstineri.

CAP. V.

¶ Percutiens Clericum vel Religiosum, excommunicatus est, nec ab alio, quam à Papa absolvitur, præterquam in mortis articulo.

Idem.

NOn dubium *f* est, quod hi, qui violentas manus in Clericos vel Canonicos, aut cujuslibet religionis Conversos injiciunt, ex constitutione Concilii sententiam excommunicationis incurrunt, nec nisi in articulo mortis sine Rom. Pontifice absolutionis possunt beneficium impetrare.

CAP. VI.

¶ Mulieres, quæ inciderunt in cavenem, Si quis suadente, absolvuntur ab Episcopo. Idem in personis, quæ non sunt sui juris, vel sunt delirantes. de quibus dubitatur, quòd non possint commodè accedere ad curiam. & b. d. usq; ad §. Illi.

Idem.

MUlieres *a* vel aliæ personæ, quæ sui juris non sunt, ab Episcopo diœc. absolvi possunt, si manus in Clericum injecerint violentas. De his verò, qui magnæ sunt potentiæ, & ita delicati, quòd laborem veniendi ad sedem Apostolicam nequeunt sustinere: respondemus, quòd status personæ prius, & veritas negotii est intimanda Rom. Pont. & secundùm consilium ejus tales erunt de commisso scelere corrigendi.

¶ Mandans Clericum percuti, excommunicatus est, sicut percutiens. b. d.

Illi verò, qui non per seipsos, sed eorum auctoritate vel mandato, alii violenter injiciunt manus in Clericos, ad sedem Apostolicam sunt mittendi: cùm is committat verè, cujus auctoritate vel mandato delictum committi probatur.

CAP. VII.

¶ Excommunicatus per injectionem manuum in Clericum, licet occultus, absolvitur per solum Papam.

Idem.

POrrò si aliqui violentas manus *b* in fratres suos injiciunt, & duræ pœnitentiâ non convicti, sed privatim à te veniam postulant: eos monere debes & inducere, ut his, quos læserunt, congruè satisfaciant, & Apostolico se conspectui repræsentent, cùm à te vel alio sine speciali mandato Romani Pontificis absolvi non possint.

CAP. VIII.

¶ Etiam privilegiati tenentur vitare excommunicatum, & per injectionem manuum in Clericum excommunicati sunt.

Idem.

NUlli se possunt *c* privilegio Apostol. sedis tueri, quò minùs excommunicatos vitare debeant, & pro violenta manuum injectione in Clericos, sicut excommunicati vitari.

CAP. IX.

¶ Percutiens Monachum, vel Conversum religiosum, debet denunciari excommunicatus, & vitari, donec fuerit per Papam absolutus.

Idem *Episcopis & aliis Prælatis per Galliam constitutis.*

PArochianos *d* vestros, si qui in Monachos vel Conversos prædicti ordinis violentas manus injecerint, sublato appellationis remedio, secundùm tenorem generalis decreti excommunicatos publicè nuncietis, ipsosque satisfactis sicut excommunicatos arctiùs evitari, donec læsis congruè satisfaciant, & cum literis vestris Apostolico se conspectui repræsentent.

CAP. X.

¶ Ponitur forma præcepti, quod sub virtute juramenti fieri debet illi, qui pro violenta manuum injectione in Clericum excommunicatus absolvitur.

Idem *Genuen. Archiepiscopo.*

EX tenore *e* literarum tuarum nobis innotuit, quòd B. Canonicus in quendam Subdiaconum manus injecit violentas: [&c. ¶.] ¶ Mandamus itaque, quatenus recepto ab eo juramento, quòd tuo debeat mandato parere, ipsum vice nostrâ à sententia qua tenetur absolvas: sibique in virtute juramenti præcipias, ne de cætero in Clericum, Monachum, vel alicujus religionis Conversum, manus injiciat violentas, nisi se defendendo, aut de mandato suorum fecerit Prælatorum, vel nisi super eum prælationis ministerium aut magisterium habeat, aut cum ipso in eadem Ecclesia socius esse noscatur.

---

a *Sufficiat.* b *c.4. eod. tit. in 1. comp. & post Concil. Later. p. 14. c. 9.* c *c. 5. eod. tit. in 1. comp.* d *al. non debet Apostolico præsentare, &c.* e *notari, in recentioribus libris.* f *c. 6. eod. tit. in 1. comp. nam qui dicantur conversi, tradunt citati in 4. ut privilegia. sup. de privilegiis: & Panorm. hic.*

a *Cap. 7. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. Later. p. 14. c. 12. vid. Decium consil. 604. vol. 2.* b *c. 9. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. Lat. p. 14. c. 3.* c *c. 10. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. Later. p. 14. c. 4.* d *cap. 14. eod. tit. in 1. compil. & post Concil Lateran. p. 14. c. 11.* e *c. 15. eod. tit. in 1. compil. vid. Sylvest. verbo Absolutio.*

CAP. XI.

¶ *Excommunicatum pro percussione Clerici absolvit Episcopus, si sine periculo Papam adire nequit: debet tamen sibi mandare, quòd adeat Papam impedimento cessante.*

Idem *Cenomanen. Episcopo.*

DE cætero *a* noveris, quòd si quis pro violenta manuum injectione in Clericum, est vinculo excommunicationis adstrictus, si habens capitales inimicitias, vel alias justas excusationes, quibus ab itinere rationabiliter excusetur, ita quòd sine periculo, Apostolico se nequeat conspectui præsentare: licèt diœcesano Episcopo, recepto juramento secundùm morem Ecclesiæ sibi absolutionis gratiam impertiri. Sed est illi sub juramenti debito injungendum, ut quàm citiùs opportunitatem habuerit, Rom. Pontif. adeat, mandatum Apostolicum suscepturus.

CAP. XII.

¶ *Cùm Papa absolutionem excommunicatis delegat, mandat recipi cautionem de parendo mandatis Ecclesiæ.*

Urbanus III. *Sorovoc. Archiepiscopo.*

AD hæc *b* cùm inter parochianos tuos: [1 *& infrà.*] ¶ Romana Ecclesia absolutionem sententiæ delegatorum judicum nequaquam consuevit aliis delegare: nisi in literis commissionis contineatur expressè de sufficienti cautione præstanda ab his, qui absolvi debent, quòd judicio Ecclesiæ debeant obedire.

[1 *Vel inter eos & alios controversia coram delegatis judicibus agitetur, sæpiùs à judicibus ipsis, ut asseris, auditor. Apostol. injungitur, ut alteram partium, fortè parere judicio contemnentem, vel ob aliam causam rationabilem, Ecclesiastica destrictione percellat. Illi verò qui subjacere excommunicationi mandantur, ad alios judices literas ab Apostol. sede impetrant, à quibus nihilominus auctoris. Apostol. tibi mandatur, ut eos qui de præmissis judicum mandato excommunicati fuerant, habeas absolutos: super quo tua discretio dubitat, quid tibi in diversitate hujusmodi sit agendum: ad quod pariter respondemus, quod si litera ad secundos judices impetrata tacitâ veritate obtenta non fuerunt, eos ad mandatum eorum absolutos habere debes, præsipuè cùm.*]

CAP. XIII.

¶ *Excommunicatus per canonem, Si quis suadente, sit dives vel pauper, per Papam absolvendus est, vel ejus Legatum: fallit in muliere, sene, infirmo, vel mutilato, qui per Episcopum absolvi possunt.*

Clemens III.

EA noscitur *c*: [1 *& §.*] ¶ Consultationi t. t. duximus respondendum, quod mulieres, senes, & valetudinarii, seu membrorum destitutionibus impediti, licèt ad Apostol. sed. non veniant, ab Episcopis valeant fidelium communioni restitui, satisfacto juxta facultates his, quibus per eos constiterit injurias irrogatas. Alios autem sive pauperes sive divites sedi Apostol. vel Legato ejus, ut beneficium absolutionis obtineant, necesse est præsentari. Si verò infirmitatis tempore timore mortis beneficium fuerit absolutionis indultum, juramento præstito injungatur eisdem, ut postquam sanitati fuerint restituti, ad Rom. Eccl. vel ejus Legatum accedant, mandatum *d* Apostol. super talibus recepturi.

[1 *Quod utiq; f. s. diligenter attendens, certificari humiliter postulavit de his qui violentas manus in Clericos aliquâ temeritate mittunt, nec eis suppetunt facultates, ut ad sed. Apost. valeant laborare, quatenus his possit salubriter provideri.*]

CAP. XIV.

¶ *Ante denunciationem vitandus est excommunicatus pro violenta manuum injectione in Clericos, nisi sit occultus. hoc primò. Interficiens Clericum, qui contempto Clericali habitu se enormitatibus inmiscuit, excommunicatus non est. hoc secundò.*

Idem.

CUm non *a* abhomine: [1 *& §.*] ¶ Consul. t. t. respondemus, quòd à communione illius, qui pro sacrilega manuum injectione in Clericum, in edictum excommunicationis incidit, licèt denunciatus non sit, debes abstinere: nisi forte id tibi soli pateret: in quo casu ipsum privatim tantummodò evitabis, quamdiu ab Ecclesia toleratur: ut saltem verecundiæ rubore suffusus, pro latenti excessu satisfacere compellatur. In articulo verò secundæ quæstionis respondemus, quòd occisores Clericorum aut Presbyterorum, qui contempto Clericali habitu tyrannidi & enormitati se inverecundè immiscent, in odium Clericalis excessûs, & terrorem atque correctionem similium, canone latæ sententiæ minimè coërcentur: injungatur tamen eis pœnitentia competens aliquantulùm asperior, quàm si in Laicos talia commisissent.

[1 *Ab nobis itaque fuit ex parte tua quæsitum, an teneatis abstinere à communione illius, qui pro temeraria manuum injectione in Clericum, in sententiam incidit, antequam excommunicatus publicè nunciatur: & utrum incideris in canonem latæ sententiæ interfectores Clericorum & Presbyterorum illorum, qui abjecto suscepti ordinis ministerio, in publicis bellis, vel etiam pro bello se homicidiis polluere non verentur, cùm in comessationibus, & in ebrietatibus, atque rapinis, & aliis enormitatibus aque sicut Laici, vel deterius debacchantes.*]

CAP. XV.

¶ *Ante absolutionem communicandus non est excommunicato, licèt juraverit parere mandatis Ecclesiæ, vel composuerit cum offenso. hoc dicit primò. Infamato de excommunicatione communicandum non est, nisi se purget, vel ad cautelam absolvatur. hoc secundo.*

Idem.

CUm *b* desideres: [1 *& infrà.*] ¶ Fuit autem primæ quæstionis tenor hujusmodi: utrùm alicui excommunicato, qui mandato Ecclesiæ stare juravit, & ante absolutionem Episcopus ei communionem reddidit, sit excommunicandum ab aliis? & an Episcopus id facere debeat? Cui quæstioni t. respond. quòd cùm cautio juratoria, quam hodie qui excommunicati sunt præstant, potiùs ad cautelam ex *c* consuetudine Ecclesiæ, quàm rigore canonum sit inducta, neque momenti tam validi reputetur, quòd nisi absolutionis beneficium subsequatur, ille, qui excommunicatur, debeat communioni aliorum restitui, præsertim cùm ex eo juramento absolutionem consecutus non sit, & constet eum excommunicatum fuisse, & verum sit absolutum non esse: nec Episcopus, nec alii debent communicare eidem, nisi fuerit secundùm formam Ecclesiæ, post juramentum præstitum absolutus: quia qui cum excommunicato scienter communicaverit, excommunicationis pœnam contrahit cum eodem. Secundæ quæstioni hunc finem duximus imponendum, quòd si publica fama est *d* aliquem verberâsse Clericum, nec Episcopus, nec alius communicare sibi debet, nisi ad arbitrium Episcopi de hoc se purgaverit, vel ad cautelam absolutionis beneficium consequatur. Tertio loco tua discretio requisivit: si Clericus verberatus, Episcopo mediante, cum suo verberatore composuerit, & ille reconciliatus sibi fuerit, an per hoc is debeat ad aliorum communionem admitti? Super quo tibi breviter respondemus, quòd licèt ille, qui violentas manus injecit, ei, quem læsit, satisfecisse taliter videatur, Ecclesiæ tamen, quam offendit, ex hoc non satisfecisse dignoscitur: & nisi forma Ecclesiæ, quæ pro absolutione talium introducta est, observetur, non est communicandum eidem.

---

a *Cap. 16. eod. tit. in 1. comp. & post Concil. Lateran. part. 14. cap. 13.* b *Cap. 2. tit. de rescript. in 1. compilat.* c *Cap. 1. eod. tit. in 2. compilat.* d *Dicto, Apostolicum, decst in vetustiorib. Codicib.*

a *Cap. 3. eod. tit. in 2. compil.* b *Cap. 4. eod. tit. in 2. comp.* c *de consuetudine.* d *vid. Damine. in c. pro humanâ. § ult. De homicid. in 6.*

[1 *Quo-*

[1 *Quoque quid tua f. observare debeat super his quæ dubietatem continent, Apostol. sed. scripto plenius edoceri, nos qui licet immeriti ex suscepto administrationis officio consultationibus respondere cogimur singulorum.*]

CAP. XVI.

¶ *Sacerdos ejiciens regularem de Ecclesia officia divina turbantem, excommunicatus non est.*

Idem.

VEniens *a* ad sedem Apostolicam I. lator præsentium, suâ nobis assertione monstravit, quòd cum matutina officia celebraret, quædam Monialis Ecclesiam ingrediens, cum alio Clerico ludendo impedimentum præstabat, quò minùs Deo divinum posset obsequium exhibere: unde memoratus Sacerdos commotus, ut liberiùs posset circa divinorum celebrationem vacare, manibus in eam appositis, ut extra Ecclesiam poneret, cùm nollet exire, in trahendo *b* ipsam, coëgit eandem extra *c* Ecclesiam residere: sed tu illum propter hoc tanquam excommunicatum evitâsti, & facis ab aliis evitari. Ideoque mandamus, quatenus si res ita se habet, eum de cætero non evites: cùm ex hoc ipsum excommunicatum nullatenùs videamus.

CAP. XVII.

¶ *Excommunicati pro levi manuum injectione in Clericum, possunt per Episcopum absolvi. h. d. secundùm communem lecturam, & est textus singularis.*

Idem.

PErvenit ad *d* nos: [1 & 2.] ¶ De his absolvendis, qui Clericis non enormem, sed modicam & levem injuriam irrogârunt, tuæ fraternitatis arbitrio duximus committendum.

[1 *Illos autem qui valetudine prepediti, pro absolutionis beneficio ad sedem Apostolicam nequeunt laborare, recepto ab eis, sicut moris est, juramento potes absolvere, ita quòd sanitati pristinæ restituti, Apostolos se conspectui repræsentent. Sexui vero fœminino, & pueris ac senibus super hoc satis te credimus posse liberè dispensare.*]

CAP. XVIII.

¶ *Clericus, qui scienter & sponte participat excommunicato in divinis officiis, excommunicatus est excommunicatione majori, & tantùm absolvendus per Papam. h. d. secundùm Panorm.*

Idem.

SIgnificavit *e* nobis: [& 2.] ¶ Verùm Clericos, qui scienter & sponte participaverunt excommunicatis à nobis, & ipsos in officiis receperunt, eâdem excommunicationis sententiâ cum ipsis non dubitamus involvi: quos etiam pro beneficio absolutionis habendo ad nos volumus cum literarum tuarum insinuatione remitti.

CAP. XIX.

¶ *Excommunicatus pro injectione manuum in Clericum, vel intendiarius post publicationem à solo Papa absolvitur.*

Idem.

TUa nos *f* duxit fraternitas consulendos: [1 & 2.] ¶ Fraternitati tuæ taliter respond. quòd non solùm *g* qui in Clericos temerarias manus injiciunt, sed etiam incendiarii, ex quo sunt per Ecclesiæ sententiam publicati, pro absolutionis beneficio ad Apostolicam sedem sunt mittendi.

[1 *An hi soli sint ad sedem Apostolicam destinandi, qui in canonem lata sententia incidentes, manus injiciunt in Clericos violentas, & utrùm possint ab eadem sententia, nisi per Rom. Pont. liberari.*]

CAP. XX.

¶ *Legati de latere absolvere possunt excommunicatos pro injectione manuum in Clericos.*

a C. 3. eod. tit. in 1. comp. b al. extrahendo. al. vi trahendo. c al. ita: intra Ecclesiam residere. d Cap. 6. eod. tit. in 2. comp. e Cap. 7. eod. tit. in 2. comp. f C. 8. eod. tit. in 2. comp. g al. ita: quòd non solùm hi, qui, &c.

Idem.

AD eminentiam sedis *a* Apostolicæ: [1 & infra.] ¶ Sicut ex parte tua nostris est auribus intimatum, tibi extitit dubium, utrùm absolutionis beneficium assequantur, qui pro injectione manuum in Clericos, vel alias religiosas personas, excommunicationem incurrerunt, & à legatis Cardinalibus, qui à latere Rom. Pont. desinantur, pro tempore absolvuntur, cùm fidem legatis mandatum super hoc non ostendant expressum. Super quo id à te volumus observari, ut eos habeas absq; omni hæsitationis scrupulo absolutos, quos constiterit à talibus beneficium absolutionis adeptos.

[1 *Est revertendum, quoties articulus dubitationis emergit, ut tantò quis promptiori conscientiâ recipiat & observet, quod super re dubia sibi fuit à sede Apostol. responsum, quanto prærogativa dignitatis ipsius certiori noscitur veritatis sententiâ vel scientiâ roborata, quæ in B. Petro Apostolorum Principe, præ aliis omnibus amplitudinem prælationis accepit.*]

CAP. XXI.

¶ *Generalis excommunicatio non ligat, nisi subditos proferentis.*

Idem.

ANobis *b* fuit ex parte tua quæsitum, utrùm si quis ita pronuntiaverit: Quisquis furtum fecerit, excommunicatus sit: hæc generalis clausula ad ipsius excommunicatoris subditos referatur, an generaliter extendatur ad omnes, qui non sunt de jurisdictione illius? Ad quod dicimus, quòd hâc sententiâ non nisi subditi obligantur, nisi fortè plùs contulerit major & largior auctoritas delegantis.

CAP. XXII.

¶ *Qui cum effractione spoliant Ecclesias, excommunicati sunt, & per Papam tantùm possunt denunciationem absolvuntur.*

Idem.

COnquesti *c* sunt nobis Regin. Canonici, quòd I. de Malafrena, & ejus sequaces quasdam Ecclesias Regin. Episcopatûs violenter confregerint, easque spoliati minimè dubitârunt. Quoniam igitur gravia sunt, nec clausis debent oculis prætereri: mandamus, quatenus si est ita, memoratos sacrilegos excommunicatos nuncietis, & faciatis sicut excommunicatos arctiùs evitari, donec passis injuriam congruè satisfaciant, & damna [pro *d* eis] data resarciant, & cum literis vestris rei veritatem continentibus Apostolico se conspectui repræsentent.

CAP. XXIII.

¶ *Percutiens vel etiam interficiens Clericum, se, dimisso Clericali habitu, sævis enormitatibus immiscentem, non tenetur ire pro absolutione ad sed. Apost. Ita generaliter summari potest.*

Idem.

PErpendimus *e* ex literis tuis, quòd quidam Sacerdos pro eo, quòd se filium Regis falsò nominare præsumpsit, & armis acceptis seditionem fecit & guerram, à B. Comite jussus est fustigari: qui postea ejus mandato traditus patibulo expiravit: [1 & 2.] ¶ Fr. tuæ duximus respondendum, quòd si memoratus Sacerdos tali modo excessit, & non propulsando, sed inferendo injuriam fuit occisus: non videtur nobis, quòd interfectores ejus propter hoc ad obtinendam absolutionem Ap. sedem adire cogantur: tu verò, qui merita personarum benè nosti, pœnitentiam eis competentem injungas.

[1 *Quia igitur tam ipsum Comitem, quàm alios hujus facti participes velle super hoc satisfacere, intimâsti præsenti pag.*]

CAP. XXIV.

¶ *Judex Ecclesiasticus faciens percuti Clericum per Laicum, etiam causâ disciplinæ, excommunicatus est, & ipse, & verberans pro absolutione tenentur ire ad Papam.*

a Cap. 9. eod. tit. in 2. comp. b C. 10. eod. tit. in 2. compilat. c C. 11. eod. tit. in 2. comp. d hæc duo verba, pro eis, desunt in vetust. & omnibus Vatic. e C. 12. eod. tit. in 2. comp.

Idem

UNiversitatis vestræ consultationem *a* accepimus, quâ nos requisistis, utrùm Laicus incidat in excommunicationis edictum, qui ad jussionem Abbatis *b*, in cujus servitio commoratur, in Clericum, Monachum, aut Conversum, temerarias manus præsumit injicere, maximè ubi causa non subest, propter quam debeat verberari. Nobis autem videtur, quòd nisi causâ regularis disciplinæ hoc faciat, Abbas in propria persona, vel (si necessitas urget) per Clericum vel Monachum fieri jubeat: tam qui tales verberari præcipit, quàm illi qui verberant (etiamsi causa subesset) excommunicationis sententiam, donec ad Apostolicam sedem veniant, æquaquam evadunt.

CAP. XXV.

¶ Clericus ut Laicus incedens, tertiò monitus non resipiscens, perdit privilegium Clericale.

Idem.

IN audientia nostra *c* talis fuit ex parte tua proposita consultatio, utrùm Clerici, qui arma militaria (relicto habitu Clericali) gestare nullatenùs erubescunt: si eis fuerit injuria corporalis illata, vel se à captione redemerint: illâ Clericorum debeant immunitate gaudere, quâ pro temeraria manuum injectione facta in Clericum, excommunicatus quis ipso jure notatur? Ad hæc tibi breviter respondemus, quòd cùm frustrà Ecclesiæ imploret auxilium, qui committit in ipsam, & lex secularium Principum huic responso satis efficax afferat argumentum, quâ manifestè cautum habetur, matronam, cujus pudicitia attentata fuerit, non posse injuriarum agere, si in veste meretricali fuerit deprehensa: hujusmodi Clerici, si à Prælatis suis tertiò commoniti militaria noluerint arma deponere, de privilegio Clericorum subsidium aliquod habere non debent.

CAP. XXVI.

¶ Excommunicatus propter injectionem manuum in Clericum, impeditus ire ad curiam, potest ab inferiore absolvi: sed impedimento cessante, tenetur curiam visitare, suscepturus mandatum Apostolicum.

Idem.

QUod *d* de his: [1 *& infrà.*] ¶ Fratern. t. taliter duximus respondendum, quod is, qui asserit se in canonem latæ sententiæ incidisse, non aliter quàm per sedem Apostolicam vel ejus Legatum absolutionis potest beneficium obtinere: Nisi fortè in mortis articulo, vel paupertate, aut infirmitate, vel senectute tantâ gravaretur, quod Eccles. Rom. laborem subire non valeat veniendi, vel ab hoc alio impedimento canonico retrahatur.

Cæterùm ab his in forma sacramenti exigi consuevit, ut resumptis viribus & opportunitate concessâ, Rom. Ecclesiam in propria persona debeant visitare.

[1 *Etiam in quibus non dubitas, & quid de his observari debeat, plurimùm agnovisti sed. Apostol. responsa requiri: tanto f. t. magis in Domino commendamus, quanto in his quæ sacrorum canonum institutionibus sunt expressa, audil. n. procedere desideras & disponas. Sanè requisivit à nobis fr. t. utrùm qui se confitetur in lata sententia canonem incidisse, nec ad hoc potest induci, ut ad sed. Ap. veniat, absolvendus ab ipso vel à simplici Presbytero, absolutionis debeat vel possit beneficium promoveri, & utrùm Presbyteris bigamis, & viduarum maritis, & eorum uxoribus viam universa carnis ingressis, Missarum solennia liceat celebrare. Verùm licet quid de his observare debeat, satis in canonibus sit definitum, hoc tamen.*]

a *Cap. 13. eod. tit. in 2. compilat. Vid. Henric. Boich.* b *Ergò illicitus non est dominus obtemperandum. facit quod notat Bald. in l. servos. C. ad l. Iuliam, de vi publ.* c *Cap. 14. eod. tit. in 2. compilat. vide Sylvestrum superiùs à. citatum.* d *Cap. 13. eod. tit. in 2. compilat.*

CAP. XXVII.

¶ Ligatus pluribus excommunicationibus, licet ex eodem facto, obtinens absolutionem, expressâ unâ causâ, seu non excommunicatione, non habetur pro absoluto, quoad alium.

Innoc. III. *Archiepiscopo Decano, & Præcentori Lugdun.*

CUm *a* pro causa, quæ inter G. & F. Cabilonens. Ecclesiæ Archidiac. vertebatur, eis concesserimus auditorem, procurator G. allegavit, quod cùm F. Archidiaconus in Succentorem in communi dormitorio manus injecisset temerè violentas, & eum traxisset verberando per claustrum, tu frater Archiepiscope eum ob violentam manuum injectionem, & violationem immunitatis Ecclesiæ, fecisti excommunicatum publicè nunciari: [1 *& infrà.*] ¶ Discretioni tuæ mandamus, quatenus si vobis constiterit dictum F. Archidiaconum ob duplicem causam excommunicatum fuisse, & expressisse tantùm alteram in literis, quas super absolutione sua impetravit: ipsum tanquam excommunicatum satisfacere Ecclesiæ suæ pro altera monitione præmissâ cogatis.

[1 *Ipse verò ad Apost. sed. accedens confessus est, quòd in Clericum manus injecerat violentas, supprimens autem quod immunitatem violâsset Ecclesiæ, super absolutione sua literas impetravit. Nos igitur causam ipsam vestro examini committentes.*]

CAP. XXVIII.

¶ Excommunicato decedenti in excommunicatione, quantumcunque contritus decesserit, non est communicandum ante absolutionem, nec pro eo orandum, licet sit quoad Deum absolutus: sed si constat Ecclesiæ de contritione præcedenti, absolvetur etiam post mortem ab eo, à quo vivus fuerat absolvendus: & hæredes ejus compelluntur per Ecclesiam ad satisfaciendum pro eo.

Idem *Abbati S. Andreæ.*

ANobis est sæpè quæsitum *b*, utrùm si aliquis excommunicatus, in quo indicia fuerint pœnitentiæ manifesta, nec per eum steterit, quò minùs reconciliaretur Ecclesiasticæ unitati, non suscepto beneficio absolutionis decesserit, pro absoluto ab Ecclesia sit habendus? & utrùm pro tali recipienda sit eleemosyna, & à fidelibus sit orandum? [1 *& infrà.*] ¶ Nos igitur consul. t. b. respond. quòd judicium Dei vetitati, quæ non fallit nec fallitur, semper innititur: judicium autem Ecclesiæ nonnunquam opinionem sequitur, quam & fallere sæpè contingit, & falli: propter quod contingit interdum, ut qui ligatus est apud Deum, apud Ecclesiam sit solutus: & qui liber est apud Deum, Ecclesiasticâ sit sententiâ innodatus. Vinculum ergò, quo peccator ligatus est apud Deum, in culpæ remissione dissolvitur: illud autem, quo ligatus est apud Ecclesiam, cùm sententia remittitur, relaxatur: quod in suscitatione *c* Lazari sermo Evangelicus manifestat, quem prius Dominus suscitavit, & Apostolis præcepit postmodùm solvere suscitatum. Unde quantumcunque se quis juramento præstito, quòd Ecclesiæ mandato pareret, humiliare curaverit: quantacunque *d* pœnitentiæ signa præcesserint, si tamen morte præventus absolutionis non potuerit beneficium obtinere, quamvis absolutus apud Deum fuisse credatur, nondum tamen habendus est apud Ecclesiam absolutus. Potest tamen & debet ei Ecclesiæ beneficio subveniri, ut si de ipsius viventis pœnitentia per evidentia signa constiterit, defuncto etiam absolutionis beneficium impendatur. Nec obstat, quòd Ecclesiæ legitur attributa potestas ligandi atque solvendi homines super terram, tanquam non possit solvere & ligare sub terra sepultos: & quod legitur, Non

a *Cap. 1. eod. tit. in 3 comp. vid. statuta super glossa.* b *Cap. 2. eod. tit. in 3. compil.* c *Ioan. 11.* d *al. qualiacunq; pœnitentia signa præcesserint.*

commu-

communicetur mortuo, cui non est communicatum & vivo: cùm etsi communicatum non fuerit, communicandum tamen illi fuisset, quem non contemptus religionis, sed necessitatis articulus impedivit, & in certis casibus à canonibus denotatis ligâsse legatur Ecclesia mortuos, & solvisse. Ut autem in uno pariter & eodem negotio, & servemus rigorem, & mansuetudinem ostendamus, statuimus, ut illius mortui absolutio à sede Apost. requiratur, qui cùm viveret, ab ea fuerat absolvendus: aliorum autem absolutionem ex præmissa causa cæteris indulgemus, à quibus dum viverent, fuerant absolvendi. Absolutionis autem forma servetur *a*, ut fiat cum pœnitentiali psalmo, & tam oratione Dominicâ, quàm aliâ consuetâ. Hæredes quoque ipsius ad satisfaciendum pro ipso, si monitione præmissâ noluerint, per district. Ecclesiast. compellantur.

¶ 1 *Ut autem quod intendimus per suppositionem exempli apertius exprimamus, quadam Presbyter & Canonicus regularis, sicut per tuas nobis literas intimâsti, cum publicâ laboraret infamiâ, quòd ad quandam conjugatam accederet, maritus ejusdem mulieris & consanguineis ejus in eum manus injecerunt temerè violentas: propter quod per Episcopum denunciati sunt excommunicationis sententia subjacere. Verum ipsi postmodum ad eundem Episcopum accedentes præstito in manibus ejus, quòd parerent judicio Ecclesiæ, corporaliter juramento, in mandato receperunt ab ipso, quòd propter hoc Apostolico se conspectui præsentarent. Cumq; unus illorum se ad iter accingeret ad sed. Ap. veniendi, à quibusdam suis amicis est peremptus & extra cœmeterium Ecclesiæ tumulatus: & licèt eum interfectores amici & consanguinei interfecto graviter sint commoti, promiserunt ei tamen, quòd omnem rancorem remitterent, & offensam, dummodo interfecti cadaver traderetur Ecclesiasticæ sepulturæ. Videretur igitur forsan in hoc casu quibusdam, quòd eidem sacramentum non necessitatis articulus, sed contemptus religionis excludat, & judicium Ecclesiæ debeat imitari; cùm interfecto prædicto manifestæ pœnitentiæ signa præcesserint, & propter hoc absolutus etiam ab Ecclesia sit habendus: sed è contrario cum ex sola culpa ligetur quis quoad Deum apud triumphantem Ecclesiam, ex sola culpa vero sententia ligetur quoad hominem apud Ecclesiam militantem, quando, vinculum culpæ remittitur apud Deum, sed apud homines non absolvitur, nisi forte quando vinculum sententiæ relaxatur. Alioquin Ecclesia absolutio nullatenùs necessaria videretur, si in sola cordis contritione præter Sacerdotale efficium regulariter relaxaretur Ecclesiastica disciplina.*]

CAP. XXIX.

¶ *Detinens Clericum in custodia vel vinculis sine læsione, excommunicatus est. h. d. primo. Communicans excommunicato scienter in crimine, excommunicatus est: & nisi difficultas impediat, absolvi debet ab excommunicatore cum juramento. Communicans verò extra crimen reconciliari potest per simplicem Sacerdotem sine juramento. hi. d. usq; ad finem.*

Idem *VVratislavien.* b *Episcopo:*

NUper à nobis tua c discretio requisivit, quid de illis Laicis sit faciendum, qui Clericos (sine læsione tamen) in custodia detinent publica vel privata, vel etiam detrudunt in vincula? Et utrùm, qui nominatim excommunicatis scienter communicant, absolvi ab excommunicatione possint per confessionem à simplici Sacerdote, vel Episcopi seu Archiepiscopi sit ab eis absolutio expetenda? Nos igitur inquisitioni tuæ ex ordine respond. quòd in primo consultationis articulo non credimus Laicos pœnam excommunicationis evadere, quamvis per d eorum factum corporalis læsio non fuerit subsecuta, citra quam violentia sæpiùs circa Clericos nequiter perpetratur. In secunda a verò quæstione credimus distinguendum, an is, qui nominatim excommunicato communicat, scienter in crimine communicet criminoso, ei consilium impendendo, auxilium vel favorem: aut aliàs in oratione vel osculo, aut orando secum, aut etiam comedendo. In primo quidem articulo, cùm talis communicet crimini, & participet criminoso, ac per hoc ratione damnati criminis videatur in eum delinquere, qui damnavit: ab eo, vel ejus superiore meritò delicti tunc erit absolutio requirenda: cùm facientem & consentientem par pœna constringat. In secundo verò casu à suo Episcopo, vel à proprio Sacerdote poterit absolutionis beneficium obtinere: quamvis enim & tunc non judicis, sed juris sententia excommunicato communicans sit ligatus, quia tamen conditor canonis ejus absolutionem sibi specialiter non retinuit, eo ipso concessisse videtur facultatem aliis relaxandi. Is autem, qui juxta primum modum excommunicato communicat, cum juramento debet absolvi: qui verò juxta secundum modum, reconciliari poterit sine juratoria cautione. Verùm si difficile sit ex aliqua justa causa, quòd ad ipsum excommunicatorem absolvendus accedat, concedimus indulgendo, ut (præstitâ juxta formam Ecclesiæ cautione, quòd excommunicatoris mandato parebit) à suo absolvatur Episcopo, vel proprio Sacerdote.

CAP. XXX.

¶ *Juramentum excommunicati de stando mandato Ecclesiæ, non habet vim absolutionis. h. d. primo. Excommunicato nullus communicare tenetur præter personas exceptas: aliàs communicans excommunicati incurrit minorem, & est excommunicandus majori, nisi ille esset excommunicatus cum participibus suis, quia tunc esset excommunicatus majori.*

Idem *Strigonien. Archiepiscopo:*

QUod *b* in dubiis: [*& infrà.*] ¶ Respondemus, quòd excommunicato, licèt quòd stet mandato Ecclesiæ, juramento firmaverit, communicari non debet, donec per Ecclesiam fuerit absolutus, alioquin post juramentum non esset absolutio necessaria. Nullus autem scienter nominatim excommunicato communicare tenetur, nisi quædam personæ, quæ per illud Gregorii Papæ capitulum, Quoniam multos, specialiter excusantur. Illi autem, qui nominatim excommunicatis præsumptuosè participant, præter personas dicto à canone annotatas, nisi ab eorum participatione commoniti fortè destiterint, excommunicationis vinculo sunt innodandi: secùs autem si scienter ei communicant, qui cum participibus suis est vinculo excommunicationis sententialiter innodatus: tunc enim & ipsi sententiam excommunicationis incurrunt.

CAP. XXXI.

¶ *Excommunicato communicare tenentur, qui prius erant ei obligati ad obsequium familiare: alii verò non tenentur de necessitate, licèt interdum possint necessitate urgente.*

Idem *Doctoribus decretorum Bonon:*

INter alia *c*, quæ Strigon. Archiepiscopus proponi fecit, nos recolimus respondisse, quòd nullus nominatim excommunicato scienter communicare tenetur, nisi quædam personæ, quæ per illud Greg. Papæ c. Quoniam multos, specialiter excusantur. Verùm ex hac responsione orta est occasio disputandi, aliis concedentibus, quòd excommunicato communicare tenentur personæ in prædicto c. nominatæ, præsertim quæ prius ad communionem eorum ex debito tenebantur: aliis as-

a *Vid. Burch. l. 9. decr. c. 8.* b *VVitislamen. al. VVratislamen.* c *C. 5. eod. tit. in 3. comp.* d *Dicto, per, deest in antiquior. exempl.*

a *Vid. B. Thom. in quæstionibus additis ad 3. p. q. 23. art. 2.*
b *C. 9. eod. tit. in 3. compil. Pars supr. de pœnis, c. quod in dubiis.*
c *C. 4. eod. tit. in 3. comp. Vide Hostiensem in summa de sent. excomm. & quæ sit pœna.*

ferentibus eos communicare licitè posse, si velint: non tamen ad hoc ex necessitate teneri. Ut igitur unde jus prodiit, interpretatio quoque procedat, ambiguitatem hujusmodi taliter duximus absolvendam, quòd cùm quædam personæ in præmisso capitulo denotatæ, illis, in quos lata fuerit excommunicationis sententia, ante prolationem ipsius obsequio tenerentur familiariter adhærere, neque postmodùm ad contrarium teneantur (cùm adhuc debitum duret) beneficio canonis id agente, à priore non sunt obnoxietate solutæ, sed ad familiare tenentur obsequium, & ita per consequens ad communionem tenentur, sine qua illud nequeunt exhibere. Illud autem non ad omnes personas capituli credimus referendum, ut videlicet obnoxietati hujusmodi sint subjectæ, cùm viatores, peregrini & mercatores à communione talium personarum (nisi articulus necessitatis immineat) debeant abstinere, ut in fine colligitur manifestè, sed ad illas duntaxat, quæ talibus arctiori tenentur obnoxietate constrictæ: quibus tamen in his, pro quibus sunt excommunicatione notatæ, ut in criminibus, communicare non debent, sed ab eis penitùs abstinere.

CAP. XXXII.

¶ Si excommunicatus pro manuum injectione, scienter recepit ordines, si est Clericus secularis, deponendus est: si regularis, ab executione ordinis est suspensus. Qui ignorans jus vel factum sic excommunicatus recepit ordines, si est Clericus secularis, dispensat cum eo solus Papa: si regularis, dispensat Abbas, si ignorantia est probabilis, & factum non est grave.

Idem.

CUm illorum *a* absolutio, qui pro violenta manuum injectione in Clericos, labem excommunicationis incurrunt (quibusdam casibus à prædecessore nostro exceptis) sedi duntaxat Apost. reservetur, nonnulli Ecclesiasticam sententiam negligentes, in excommunicatione positi, Ecclesiasticos ordines accipere non formidant. Quid autem de his fieri debeat, Apostolicum sæpiùs oraculum imploratur. Circa quos credimus distinguendum, quòd tales vel sciunt excommunicationis se vinculo irretitos, vel non recolunt factum, pro quo in latæ sententiæ canonem inciderunt, vel factum quidem scientes, juris ignari, nesciunt exinde se teneri. Primos *b*, si fuerint seculares Clerici *c*, à susceptis ordinibus censemus in perpetuum deponendos: in reliquis casibus tam Archiepiscopi, quàm Episcopi absque mandato sedis Apost. speciali, dispensandi facultatem se noverint non habere, quibus etiam est absolutio talium interdicta: cùm majora intelligantur *d* illis prohibita, quibus vetita sunt minora. Poterunt tamen hujusmodi Rom. Pontif. auribus intimari, ut ab eo secundùm rigorem vel æquitatem responsum prodeat, prout discretio sua viderit faciendum. Qui si claustrales hujusmodi fuerint, licèt ab Alexandro Papa fuerit constitutum, quòd Monachi & Canonici regulares quocunque modo se in claustro percusserint, non sunt ad Apost. sed. mittendi, sed secundùm providentiam sui Abbatis disciplinæ subdantur: & si Abbatis discretio ad eorum correctionem non sufficit, providentia est diœc. Episcopi adhibenda: & alibi dicatur, quòd de seculo fugientes, qui religionis habitum in monasterio receperunt, & inter cætera postmodùm confitentur se tale commisisse delictum, per *e* quod ipso actu excommunicationis sententiam incurrerunt, sine licentia Rom. Pont. Abbas non potest nec debet eos absolvere, quamvis præsumptionem delinquentium debitâ possit animadversione punire: non tamen in religionis favorem, & ut evagandi materia subtrahatur, majorem eis gratiam exhibere volentes, eorum Fraiatis, quòd etiam talibus absolutionis beneficium impertiti valeant, indulgemus: nisi excessus ipsorum extiterit difficilis & enormis, utpote si ad mutilationem membri vel effusionem sanguinis est processum, aut in Episcopum, aut Abbatem violenta manus injecta, cùm excessus tales & similes nequeant sine scandalo præteriri. Si verò claustralis aliquis in religiosam personam alterius claustri manus injecerit violentas, per Abbatem proprium, & ejus, qui passus est injuriam, absolvatur. Quòd si Clericum percusserit secularem, non nisi per Apost. sed. (ut scandalum evitetur) absolutionis gratiam poterit promereri. Si autem hos ad ordines promoveri contingat, juxta præmissam distinctionem, qui scienter in contemptum Ecclesiasticæ disciplinæ se fecerint ordinari, ab executione suscepti ordinis & officii decernimus manere suspensos. Circa reliquos verò facti memoriam, vel juris peritiam non habentes, monasteriorum utilitate pensatâ, post injunctam regularem pœnitentiam & peractam, Abbates ipsorum poterunt dispensare, nisi grave fuerit, & notabile factum: aut is, qui fecit, adultus fuerit & discretus, ut violenter contra oblivionem vel ignorantiam præsumatur. Præcipimus autem Abbatibus, ut formam istam diligenter observent, ne privilegium mereatur amittere, qui sibi permissâ abutitur potestate.

CAP. XXXIII.

¶ Monialis percutiens Monialem seu Conversam, vel Clericum secularem, incidit in excommunicationem, & ab Episcopo loci absolvi potest.

Idem *Pistoriensi Episcopo.*

DE Monialibus *a* tua à nobis fraternitas nequisivit, per quem eis sit beneficium absolutionis impendendum, si vel in se invicem, vel Conversos, vel Conversas suas, aut Clericos etiam, manus injecerint temerè violentas? Super hoc igitur tuæ consult. taliter respond. ut per Episcopum, in cujus diœcesi monasteria fuerint, absolvantur.

CAP. XXXIV.

¶ Contractus etiam, qui sine communione explicari non potest, non dissolvatur, seu impedatur per excommunicationem supervenientem in eum, qui tenetur aliquid præstare non excommunicato.

Idem *universis Crucesignatis.*

SI *b* verè: [1 & 3.] ¶ Quòd si Veneti fortè nec satisfacere voluerint, nec absolvi, vobis permittimus, ut cum ipsis usque in terram Sarracenorum vel proviciam (juxta quod inter vos convenit & ipsos, vel honestè convenerit) navigio transeatis, quantò minùs poteritis, cum dolore tamen & amaritudine cordis, & sub spe veniæ communicantes eisdem. Cùm enim jam à vobis majorem nauli *c* receperint quantitatem, nec ad eam possint restituendam induci, aut etiam coarctari: si aliter fieret, videremini vos damnum ex pœnitentia, ipsi verò præmium excontumacia reportare *d*: cùm ad hoc debitum exolvendum ipsi vobis maneant obligati, & ab excommunicatis exigi possit & recigi, quod debetur. Est autem cautum in jure, quòd si quisquam per terram hæreticorum aut quorumlibet excommunicatorum transierit, necessaria emere ac recipere poterit ab eisdem. Præterea si paterfamiliàs domûs excommunicationis sententiâ fuerit innodatus, à participatione illius familia excusatur. Licèt ergò dux Venetorum dominus navium tanquam paterfamiliàs domûs in excommunicatione persistat, vos tamen tanquam ipsius familiam, dum in navibus ejus fueritis, ipsius

a C. 5. eod. tit. in 3. comp. b *in recentioribus, Primò: sed in antiquioribus, primos.* c *Dicite, Clerici, deest in vetustis Cod.* d *Al. cum & majora.* e *propter.*

a *Cap. 6. eod. tit. in 3. compil.* b *C. 7. eod. tit. in 3. compilat.* c *Naulum est pretium, quod solvitur nautis pro vectura.* d *Vid. l. sancimus. C. de pan. l. si quis. 4. legis. C. de inoff. test.*

excom-

excommunicatio non contingat: & excusabiles eritis apud Deum, si in excommunicatorum navibus existentes, cum dolore cordis sub spe pœnitentiæ communicaveritis ipsis, in quibus eorum communicationem non potueritis a evitare:

[1 *Vos pœnitet de commisso; & plenè proponitis satisfacere de peccato, Deum vobis credimus, imò novimus, jam placatum. Si ergò Venetis ad satisfactionem indulti & absolutionis beneficium meruerunt obtinere, securè cum eis navigare poteritis, & in prælio Domini præliari.*]

CAP. XXXV.

¶ *Prælatus potest, & debet Clericum subjectum incorrigibilem incarcerare, & Laici citra metum excommunicationis de Prælatorum licentia capere possunt Clericos, & ad judicium ducere.*

Idem *Londonen. Episcopo.*

UT b famæ tuæ: [1 & infra.] ¶ Sanè consuluisti nos, utrum Clerici graviter excedentes, qui tutè non possunt monasteriis ad agendum pœnitentiam deputari, quoniam cùm non ceniteant de commissis, opportunitate fugiendi captatâ carcerem fugerent claustri, & prioribus se sceleribus scelestius immiscerent, à te vel aliis Prælatis suis arctæ possint custodiæ mancipari? [2 & 3.] ¶ Respondemus, quòd cùm Prælati excessus corrigere debeant subditorum, & publicæ utilitatis interfit, ne crimina remaneant impunita, & per impunitatis audaciam fiant, qui nequam fuerant, nequiores: non solùm possunt, sed debent etiam Clericos, postquam fuerint de crimine canonicè condemnati, sub arctâ custodia detinere: qui cùm sint incorrigibiles, nec in monasteriis valeant custoditi, ad similia vel pejora facilè laberentur. Laici verò citra excommunicationis sententiam capere Clericos, & ad judicium trahere possunt c, si oporteat etiam violenter, dum tamen id de mandato faciant Prælatorum, quorum illi sunt jurisdictioni subjecti, & quorum est corrigere criminosos: cùm hoc non ipsi, sed illi, quorum auctoritate id faciunt, facere videantur: dum tamen non ampliùs eorum violentia se extendat, quàm defensio vel rebellio exigit Clericorum.

[1 *Consulas salutē, & sic malorum audaciam comprimas, & ut ab eis bonorum innocentiam tueatis; super his nos humiliter consulis, quæ officium pastorale contingunt, ut de nostra responsione securus, insuetæ tibi solicitudinis debitum laudabilius exequaris.*]

[2 *Et utrùm Laici, si Clericos in magnis sceleribus deprehendant, in canonem incidant latæ sententiæ: cùm verò comprehendere, nec ad judices trahere ipsos possint, nisi in eos manus injecerint violentas, ad præsens.*]

CAP. XXXVI.

¶ *Excommunicatus est, qui in Clericum etiam volentem manus injecerit violentas, etiamsi hoc faciat in satisfactionem præcedentis injuriæ, h. d. & est casus notabilis.*

Idem *Bracharen. Archiepiscopo.*

COntingit d interdum, quòd Clerici, si quem offendant, & satisfacere velint offenso, secundùm morem patriæ, quem inter se Laici observant, corpora sua sponte supponunt, xxx. seu pluribus aut pauctioribus percussionibus fustium: [1 & 3.] ¶ Nos autem fratern. tuæ super hoc respond. quòd hujusmodi manûs injectio, etsi non violenta, tamen injuriosa videtur: cùm ille canon non tam in favorem Clerici ordinati, quàm in favorem ordinis Clericalis fuerit promulgatus: ideò & volumus, & mandamus, ut id de cætero prohibeas attentari. Si quis autem Clericus post prohibitionem hujusmodi sponte se subjecerit, excommunicetur: proviso, ut Clericus injuriam passo sine injustia Clericali satisfaciat competenter, quatenus inter eos pax valeat rationabiliter reformari.

[1 *Quas frequenter non coacti suscipiunt, sed volentes, non solùm de aliorum Clericorum manibus, sed etiam Laicorum. Undè nos humiliter consulebas, utrum hujusmodi percussores in canonem incidant sententiæ promulgatæ.*]

CAP. XXXVII.

¶ *Servus excommunicatus pro injectione manuum in Clericum, tenetur pro absolutione ire ad sed. Apost. sed si ex hoc dominus, qui non fuit in culpa, grave damnum patiatur, vel servus hoc faciat in ejus fraudem, absolvi potest ab Episcopo, si læsio non fuit enormis.*

Idem *Lugdunen. Archiepiscopo.*

RElatum a est nobis, quòd cùm aliqui servi propter injectionem manuum in Clericum violentam, in canonem incidunt sententiæ promulgatæ: allegantibus dominis eorundem, quòd carere mancipiis suis nolunt, venire ad sed. Apost. absolvendi non curant, per occasionem hujusmodi eludentes Ecclesiasticam disciplinam. Quocirca mandamus, quatenus eos venire compellas ad sed. Apost. absolvendos: cùm plus sit Deo, quàm homini deferendum: nisi fecerint hoc in fraudem, ut subtrahant se obsequio dominorum, aut ipsi domini propter hoc sine culpa sua grave damnum incurrant: tunc enim b in utrolibet casu poteris eos ex indulgentia nostræ provisionis absolvere, cùm nimis sint ab Apost. sede remoti: sed in recompensationem laboris, quem in itinere sustinerent, alia eis satisfactio injungatur: dummodò non sit tam gravis & enormis excessus, ut propter vitandum scandalum & tollendum exemplum, hujusmodi servi ad servum servorum Dei venire debeant absolvendi.

CAP. XXXVIII.

¶ *Excommunicatus propter participationem cum excommunicato, licèt eum postea impugnet, ex hoc solo pro absoluto non est habendus.*

Idem *Strigonien. Archiepiscopo.*

SAcris est e canonibus institutum: [& 3.] ¶ Licèt is, qui voluntarius excommunicatis illis communicaverat, qui cum omnibus fautoribus & participibus suis excommunicationis sententiâ sunt adstricti, ad cor rediens, de mandato Ecclesiæ excommunicatos, quos priùs foverat d, expugnaverit: non tamen priusquam absolutionis gratiam perceperit, habendus est absolutus: nec si occumbat in hujusmodi bello, sunt absolutiones vel oblationes recipiendæ pro eo, vel orationes Domino porrigendæ, nisi cùm de ipsius viventis pœnitentia per evidentia signa constiterit, & justa cujusdam constitutionis nostræ tenorem, defuncto etiam absolutionis beneficium impendatur.

CAP. XXXIX.

¶ *Semel excommunicatus, debet vitari semper ut excommunicatus: nisi legitimè probet se fuisse absolutum.*

Idem *Assuntinen. Episcopo.* e

SIcut f nobis: [1 & 3.] ¶ Fraternitati tuæ respond. quòd nisi excommunicati à te super absolutione suâ literas nostras, vel illius, cui vices nostras in hac parte commisimus, reportaverint, aut alio modo legitimè de illorum absolutione tibi constiterit, tu ipsos pro excommunicatis, ut priùs, habeas & facias evitari.

[1 *Tuis literis intimâsti, cùm aliquos tua diœcesis Clericos vel Laicos culpis suis exigentibus excommunicationis supponas, ipsi postmodum ad te nullâ satisfactione præmissâ sine tuis literis redeuntes, dicunt se absolutionis beneficium accepisse, quibus si credi debeas, in hac parte per nos instructi supplicasti, cùm propter causam hujusmodi, sicut*

---

a *Poteritis.* b *cap. 1. eod. tit. in 3. comp. vid. Bernar. Diaz. in pract. crim. can. c. 119 & c. 131.* c *Quid de capiente Clericum suum debitorem, fusfellum de fuga, vid. Bart. in l. qui in servit. ff. de furt.* d *c. 10. eod. tit. in 3. comp.*

a *C. 11. eod. tit. in 3. comp.* b *Dubio, enim, non est in vetustioribus Codicib.* c *c. 12. eod. tit. in 3. comp.* d *expugnaret.* e *alias: Assisinati Episc.* f *c. 12. eod. tit. in 3. comp.*

dicit tua sententia à subditis condemnantur. Nolentes itaque malitiis hominum indulgere.]

CAP. XL.

¶ Si excommunicatus ab Episcopo ad Metropolitanum appellat, ab eo absolvi potest: Metropolitanus tamen volens suo Suffraganeo deferre, potest illum sibi remittere absolvendum, & tenetur etiam remittere quando propter manifestum excessum fuit excommunicatus: & ante absolutionem non auditur volens probare se injustè excommunicatum: secus si probare vult sententiam esse nullam.

Idem *Senonen. Archiepiscopo.*

PEr tuas *a* literas: [1 &] ¶ Videtur *enim* aliquibus, quòd cùm ad Metropolitanum per appellationem quæstio non defertur, excommunicatus autem vocem non habeat appellandi, utpote ab Ecclesia separatus, sive appellaverit sive non, Metropolitanus ei non debet absolutionis beneficium exhibere. Verùm ex verbis cujusdam epistolæ, quam Scholastici ab Alexandro Papa emanâsse proponunt, habetur, quòd si ante appellationem in aliquê excommunicationis sententia fuerit promulgata, Metropolitanus ante litis ingressum ab eo juramento recepto secundùm Ecclesiæ consuetudinem, debet ipsum absolvere, nisi voluerit Episcopo diœcesano deferre, ipsumque ad eum remittere absolvendum: ubi etiam consequenter infertur, quòd nec excommunicati sunt audiendi, priusquam fuerint absoluti, nec sunt ad illos, à quibus appellaverant, remittendi. In Sardicen. autem Concilio reperitur, ut is, qui ab Episcopo est abjectus, finitimos Episcopos interpellet, & causa ejus audiatur, & diligentiùs pertractetur: Episcopus autem, qui justè vel injustè abjecit eundem, patienter accipiat ut discutiatur negotium, quatenus vel probetur ejus à pluribus sententia, vel etiam emendetur: priùs tamen quam omnia diligenter examinata fuerint, nullus ante causæ cognitionem communioni eum sociare præsumat, qui fuerat communione privatus. Nos igitur credimus distinguendum, utrùm quis proponat, se post appellationem legitimam interpositam excommunicatione fuisse notatum, vel in forma excommunicationis intolerabilem errorem fuisse patenter expressum: in quibus casibus approbationem eorum, etiamsi absolutionem non petat, debet admitti: sed donec de ipsis constiterit, in aliis evitari debet *b*, quanquam Apostol. sedes etiam tales *c* consueverit absolvere ad cautelam. Verùm in aliis, nisi gratiam absolutionis imploret, non debet absolvi, ne sententiam Ecclesiasticam contemnere videatur, & per hoc ampliùs ex suo contemptu ligetur. Quòd si absolutionis beneficium humiliter postulaverit, Metropolitanus eum debet absolvere, nisi suo duxerit Suffraganeo deferendum: cui tamen si Suffraganeus absolutionis beneficium juxta formam Ecclesiæ noluerit exhibere, ipse nihilominùs illum absolvat, cautione receptâ, quòd suo debeat parére mandato, ac deinde causam audiat, & quod canonicum fuerit (justitiâ mediante) decernat. Quòd si forsan Episcopus subditum suum, propter manifestum excommunicâsset excessum, Metropolitanus non debet ipsum absolvere, nisi Suffraganeus requisitus malitiosè sibi absolutionis beneficium denegaret.

[1 *Nobis intimâsti, quòd ven. f. n. Altissiodoren. Episcopus in del. fil. Altissiodoren. Archipresbyterum excommunicationis sententiam promulgâsset, Archipresbyter tuo se conspectui præsentavit, & quòd staret mandato Ecclesiæ, sufficienter obtulit cautionem: petens humiliter, ut absolutionis ei beneficium exhiberes: tu verò deferre volens Episcopo memorato, ipsum sæpè monuisti, ut absolveret Archipresbyterum memoratum. Sed quia tuis monitis non parebat, excommunicatum absolvere curavisti, quem Episcopus pro absoluto non habet, utpote qui proponit, quòd ad tuâ illius absolutio non spectabat. Unde quæritur, quid in similibus de cætero sit agendum.]*

CAP. XLI.

¶ Si Papa sicut literis excommunicatum salutat, non propter hoc eum absolvit.

Idem.

SI aliquando *a* fortè contigerit, quòd eis, qui auctoritate Apostolicâ sunt excommunicationi subjecti, nostræ literæ cum salutationis alloquio destinentur, non propter hoc excommunicationis credatur sententia relaxata: Cùm per ignorantiam vel negligentiam, aut occupationem nimiam, vel etiam surreptionem contingat hujusmodi literas impetrari.

CAP. XLII.

¶ Excommunicatus à pluribus Prælatis ob plures causas, non est communioni restituendus, licet de una causa velit satisfacere: & si impetratur absolutio tacitis aliis causis, non valet absolutio.

Idem *C. sanctæ Laurentii in Lucina Presbytero Cardinali Apostolicæ sedis Legato.*

OFficii *b*: [&] ¶ Postremò quæsivisti, utrùm is, qui propter plures excessus à pluribus Prælatis jus in ipsum habentibus, excommunicationis est vinculo innodatus, & uni Prælatorum de uno tantùm satisfacere vult excessu, ab eo sit absolvendus, de quo satisfacere vult eidem: & cum de alio non satisfecerit, alii absolutus valeat nunciari: [&] ¶ Super hoc articulo respondemus, quòd supprimenti veritatem absolutio surrepta non prodest: & veritatem intelligens, absolutionem hujusmodi exhibere non debet.

CAP. XLIII.

¶ Excommunicatis & interdicto prædicari potest licitè verbum Dei. hoc primò. Et tempore generali interdicti concedi potest baptismus, & chrismatio in fronte, & pœnitentia morientium. ii. d. secundò.

Idem *Ferrarien. Episcopo.*

REsponso *c* nostro postulas edoceri, an cùm Ferrarien. cives excommunicationis & interdicti sententiis sint ligati, liceat tibi viros & mulieres semel in hebdomada, vel in mense apud aliquam Ecclesiam convocare, quibus prædices verbum Dei, & eosdem ad correctionem inducas. Super quo respondemus, quòd sine scrupulo conscientiæ hoc facere poteris, cùm videris expedire, dummodò contra formam interdicti nullum eis divinum officium celebretur. Præterea quæsivisti, cùm Ferrarien. civitas sit interdicto supposita, & ideò sint ibidem (præter baptismum parvulorum & pœnitentias morientium) universa sacramenta Ecclesiastica interdicta, an liceat tibi baptizatos pueros in frontibus consignare. Super quo respondemus, quòd sicut baptizari possunt pueri, sic & baptizati ad confirmationem in frontibus à te possunt sacro chrismate deliniri.

CAP. XLIV.

¶ Si conjunx scit pro certo impedimentum matrimonii, non debet reddere debitum, sed potiùs excommunicationem pati: si autem hoc credat ex causa probabili & deducta, potest reddere debitum, non autem exigere: sed si ex levi & temeraria causa, deposità conscientiâ, potest reddere & exigere.

Idem.

INquisitioni tuæ respondentes *d*, credimus distinguendum, utrùm alter conjugum pro certo sciat impedimentum conjugii, propter quod sine mortali pec-

a *Cap. 14. eod. tit. in 3. comp.* b *Al. deest verbum, Debet.* c *Al. talem.*

a *Cap. 2. tit. de rescript. in 3. comp. vide Clement. si summus. de sent. excom.* b *C. 13. eod. tit. in 3. comp. Pars hujus in cap. officii. supra de pœnit. & remissio.* c *C. 16. eod. tit. in 3. constitut. vide de Ioan. Calder. tract. de inter. memb. 6. q. 4.* d *C. 17. eod. tit. in 3. comp. vide Doct. Theolog. l. 4. sent. Dist. 32.*

cato

esto non valet carnale commercium exercere, quamvis illud apud Ecclesiam probare non possit, an non sciat pro certo, sed credat. In primo casu debet potiùs excommunicationis sententiam humiliter sustinere, quàm per carnale commercium peccatum operari mortale. In secundo distinguimus, utrùm habeat conscientiam hujusmodi ex credulitate levi & temeraria, an probabili & discreta: & quidem ad sui pastoris consilium (conscientiâ levis & temerariæ credulitatis explosâ) licitè potest non solùm reddere, sed exigere debitum conjugale. Verùm cùm conscientia pulsat animum, ex credulitate probabili & discreta, quamvis non evidenti & manifesta, debitum quidem reddere potest, sed postulare non debet: ne in alterutro, vel contra legem conjugii, vel contra judicium conscientiæ committat offensam.

CAP. XLV.

¶ *Per dimissionem habitûs & tonsuræ, non perdit Clericus ante trinam monitionem privilegium Clericale.*

Idem.

COntingit interdum *a*: [& ℣.] ¶ Sanè sicut accepimus insinuante Comite Flandren. in diœcesi tua quidam existunt, qui nec in modo tonsuræ, nec in vestimentorum forma, nec in qualitate negotiorum, de Clerico *b* quicquam ostendunt, ad pœnæ subterfugium se Clericos exhibentes: cùm enim *c* super excessibus, quos seculari luxu committunt, ad publica judicia pertrahuntur, circumcisis crinibus, ut possint circumvenire vindictam, se pro Clericis repræsentant, Clericalis fori privilegium labiis allegantes, qui factis paulò ante negaverant Clericatum: [& ℣.] ¶ Verùm quia privilegium meretur amittere, qui permissâ sibi abutitur potestate, ac frustrà legis auxilium invocat, qui committit in legem: volumus & mandamus, ut tales, si tertiò à te commoniti seipsos contempserint emendare, illius efficiantur *d* immunitatis extortes *e*, quæ pro Clericorum tutela, & Laicorum violentia coërcenda dignoscitur instituta.

CAP. XLVI.

¶ *Ab excommunicati denunciatione repellitur, qui non præmunit, & ex communicavit.*

Idem.

IN præsentia *f* dilecti filii: [& ℣.] ¶ Nec Canonici suo Decano excommunicationem possunt objicere, cùm super hoc nec commonitus, nec impetitus fuerit: neque ipsi propter hoc eum duxerint evitandum, sed Episcopus in mensâ, & Canonici communicaverint ei etiam in divinis.

CAP. XLVII.

¶ *Excommunicatus est dolosè permittens Clericum percuti, ex quo poterat prohibere, & non prohibuit.*

Idem.

QUantæ præsumptionis *g* & temeritatis existat in rectores Ecclesiæ manus injicere violentas: [1 & ℣.] ¶ Ne autem solos violentiæ hujusmodi auctores aliquorum præsumptio existimet puniendos, facientes & consentientes pari pœnâ plectendos, catholica condemnat auctoritas. Eos delinquentibus favere interpretamur, qui cùm possint, manifesto facinori desinunt obviare.

[1 *In Evangelio Dominus protestatur, qui se in ministru suis asserit flagellari, & Apostolorum principi alibi perhibuit se iterum crucifigi: hoc etiam qualitas pœnæ manifestè declarat, cum excommunicationis sententia in ipso actu feriat delinquentes, si non solùm in fratres nostros & Coëpiscopos, sed etiam minores ord. Clericos violentiam præsumpserint operari.*

a *Vid. Clem. 1. & 2. De vita & honest. Cler. & Bern. Diaz. in pract. crim. can. c. 69. & 70.* b *Al. de Clericatu.* c *Dictio, enim, non est in plerisque antiq. cod.* d *Al. fiant.* e *al. exortes: sed legendum extortes.* f *C. 2. eod. tit. in 4. comp. Vide quæ notat Ioan. Calder. tract. de interd. Eccl. memb. 6. q. 4.* g *C. 3. eod. tit. in 4. comp. vide Navarrum in Manuali confess. c. 24. num. 20. & seq.*

CAP. XLVIII.

¶ *Prælatus excommunicare non debet subditum, nisi competente monitione præmissâ, & ex causâ manifesta & rationabili: & contrafacienti imponitur pœna hic expressa. Item punitur subditus, qui falsò conqueratur se excommunicatum injustè: & subjicit quid juris, si Prælatus dicens se errâsse, velit excommunicatum absolvere, & adversarius appellat, ne absolvatur.*

Idem *in Concilio generali.*

SAcro approbante Concilio *a* prohibemus, ne quis in aliquam excommunicationis sententiam, nisi competenti admonitione præmissâ, & personis præsentibus idoneis, per quas (si necesse fuerit) possit probari monitio, promulgare præsumat: quòd si contrà præsumpserit, etiamsi justa fuerit excommunicationis sententia, ingressum Ecclesiæ per mensem unum sibi noverit interdictum, aliâ nihilominùs pœnâ mulctandus, si visum fuerit expedire. Caveat etiam diligenter, ne ad excommunicationem cujusquam absque manifesta, & rationabili causâ procedat: ad quam si taliter fortè processerit, & requisitus humiliter processum hujusmodi non curaverit absque gravamine revocare, gravatus apud superiorem deponat de injusta excommunicatione querelam: qui (si absque periculo moræ potest) ad excommunicatorem illum cum suo mandato remittat, iatra competentem terminum absolvendum: alioquin ipse per se vel per alium (prout viderit expedire) sufficienti cautione receptâ, munus ei absolutionis impendat. Cumque adversùs excommunicatorem de injusta excommunicatione constiterit, excommunicator condemnetur ad interesse, excommunicato, aliàs nihilominùs (si culpæ qualitas postulaverit) superioris arbitrio puniendus: cùm non levis sit culpa, tantam infligere pœnam insonti: nisi forsitan erraverit ex causâ probabili, maximè si laudabilis opinionis existat.

Verùm si contra excommunicationis sententiam nihil rationabile fuerit à conquerente probatum, idem *b* & super injusta excommunicationis molestia, per pœnam ad interesse, vel aliàs secundùm superioris arbitrium condemnetur: nisi forsan & ipsum probabilis error excuset: & super eo, pro quo fuerit justâ excommunicatione ligatus, per cautionem receptam satisfacere compellatur, vel in pristinam reducatur sententiam, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observandam. Si verò judex suum recognoscens errorem, paratus sit talem revocare sententiam, & is, pro quo lata fuerat, ne absque satisfactione revocet illam, appellet: appellationi non deferat in hac parte, nisi talis sit error, de quo meritò debeat dubitari: & tunc sufficienti cautione receptâ, quòd coram eo, ad quem appellatum extiterit, vel delegato ab ipso, juri parebit, excommunicatum absolvat: sicque pœnæ præscriptæ minimè subjacebit: cavens omninò, ne voluntate perversâ in alterius præjudicium mentiatur errorem, si districtionis canonicæ vult effugere ultionem.

CAP. XLIX.

¶ *Excommunicat hæreticos & quoscunque violatores Ecclesiastica libertatis.*

Honorius III. *Episcopo Bononien.*

NOverit *c* fraternitas tua: [1 & infrà.] ¶ Excommunicamus omnes hæreticos utriusque sexûs, quocunque nomine censeantur, & fautores & receptatores & defensores eorum: Necnon & qui de cætero sec-

a *Quàm cautè sit faciend. excommunicationis sentent. cavit Trid. Conc. sess. 25. de refor. c. 3.* b *In Cont. libro & aliis recentioribus ita: idem super justa excommunicationis molestia, &c. sed in Concilio, & Vaticano constanter legitur ita: idem & super injusta.* c *Vide Zanchinum tract. de hær. c. 17. & 18. & Alphonsum Castrum l. 2. c. 18. de justa punitione hæret.*

vari fecerint statuta edita & consuetudines introductas, contra Ecclesiæ libertatem, nisi ea de capitularibus suis intra duos menses post hujusmodi publicationem sententiæ fecerint amoveri. Item excommunicamus statutarios & scriptores statutorum ipsorum, necnon potestates, consules, rectores & consiliarios locorum, ubi de cætero hujusmodi statuta & consuetudines editæ fuerint vel servatæ: necnon & illos, qui secundùm ea præsumpserint judicare, vel in publicam formam scribere judicata.

[1 *Quòd nos in basilica Principis Apostolorum præsente charissimo in Christo fil. n. Federico illustri Romanorum Imperatore & semper Augusto, in celebratione Missarum, postquam capiti ejus imposuimus diadema, de cons. frat. n. accensis candelis excommunicavimus.*]

CAP. L.

¶ *Fratres hospitalis Hierosolymitani excommunicati pro injectione manuum in Clericum seu confratrem, absolvi possunt per eorum Priorem: nisi excessus fuerit difficilis & enormis.*

Idem *Magistro & fratribus hospitalis Hierosolymitani.*

CAnonicâ *a* constitutione cavetur, quòd Monachi & Canonici regulares, quocunque modo se percusserint, non sunt ad Apostolicam sedem mittendi, sed secundùm discretionem & providentiam sui Abbatis disciplinæ subdantur: quòd si Abbatis discretio ad eorum correctionem non sufficiat, providentia est diœcesani Episcopi adhibenda: nisi excessus difficilis fuerit & enormis, propter quem meritò ad Eccles. Rom. sit recursus habendus. Nos ergò ad vos statutum hujusmodi duximus extendendum, auctoritate prædictâ statuentes, ut in tali casu (nisi major sit providentia requirenda) per Priorem vestrum, qui (sicut audivimus) Presbyter esse debet, fratribus vestris absolutionis beneficium impendatur.

CAP. LI.

¶ *Excommunicatus vel suspensus absolvi non debet, nisi prius juramento præstito: si tamen sine scandalo juramentum habere non potest, poterit fieri absolutio per manualem promissionem.*

Idem *titulo sanctæ Praxedis Presbytero Cardin. Apost. sed. Leg.*

SUper eo quòd *b* Monachi Græci & Eremitæ propter inobedientiam sententiâ suspensionis & excommunicationis ligati, nolunt ad mandatum Ecclesiæ nisi per manualem promissionem redire: Hoc tibi duximus respondendum, quòd si nullatenùs possunt induci ad præstandum juxta formam Ecclesiæ juramentum, ipsos hâc vice cum promissione poteris recipere manuali: cùm interdum (consideratis locorum & temporum qualitatibus) severitati sit aliquid detrahendum.

CAP. LII.

¶ *Cùm de viribus sententiæ dubitatur, potest quis absolvi ad cautelam juramento præstito.*

Idem *Bituricen. & Carnoten. Decan. & Subdiac. Aurelian.* c

VEnerabili fratre nostro Cenomanen. Episcopo & procuratore Turonen. Archiepiscopi, in nostra præsentia constitutis, pro quadam suspensionis sententia in præfatum Episcopum ab eodem Archiepiscopo promulgata: nos sententiam ipsam relaxavimus ad cautelam, ipso Episcopo in præsentia dicti procuratoris præstante corporaliter juramentum, quòd parebit mandatis, quæ idem Archiepiscopus sibi propter hoc fecerit, si constiterit ipsum in eo, pro quo fuit lata prædicta sententia, culpabilem extitisse.

CAP. LIII.

¶ *Excommunicantur Officiales locorum, in quibus sunt statuta contra Ecclesiasticam libertatem, nisi ea deleri fecerint: & statutarii feudis Ecclesiæ sunt privati.*

Idem *Episcopo Senen.*

GRavem venerabilis f. n. *a* Pisani Archiepiscopi recepimus quæstionem, quòd quidam cives Pisani, deputati à potestate ac populo ad statuta civitatis edenda, in derogationem Apostolicæ sedis, & subversionem Ecclesiasticæ libertatis edere præsumpserunt, quòd si quis Clericus vel Laicus contra quemcunque Laicum Pisani districtus, ad judicem Ecclesiasticum literas Apostolicas impetraverit, in mille solidis (nisi renunciaverit literis) condemnetur: nec reditus possessionum suarum reddantur eidem, vel agri excolantur illius, sed banno potiùs subjaceant *b* potestatis: [1 & 2.] ¶ Statuerunt illi præterea, ut Clerici suis sumptibus castrum Ripæ fractæ faciant custodiri: quòd si renuerint, contra eos potestas procedere teneatur: [1 & 2.] Ideoque fraternitati tuæ mandamus, quatenus in Consiliarios & Officiales civitates ipsius, nisi statuta ipsâ de capitularibus suis delevi fecerint, & idoneè, sicut exigit res, caveri, quòd similia de cætero non debeant attentare, excommunicationis sententiam promulgare procures. Cæterùm *c* cùm iidem statutarii multa de bonis Ecclesiasticis tenere dicantur in feudum, ipsos fore nihilominùs privatos feudis hujusmodi nunciare procures.

[1 *Qui nullam ad regimen civitatis suscipiet, nisi hoc se juraverit servaturum: & hoc etiam qualibet alia potestas, quæ pro tempore fuerint, successores suos jurare facient suprædicta.*]

[2 *Juxta quod ille Pisanis civitatis, quæ omnia potestas, quæ nunc præest civitati pro monasterio, se firmiter juraturum & firmavit. Cum autem tota civitas Pisana, quæ alias Deo tamen tamdiu abjecit, quæ infecta jam errore, vel infectivis proxima præsumatur, & tam statutarius, quàm potestatem eandem non sit dubium propter hoc excommunicationis sententiam præter suam infamiæ incurrisse.*]

CAP. LIV.

¶ *Alloquens excommunicatum intendentibus ad salutem animæ, etiamsi alia verba interponat, excommunicatus non est.*

Gregorius IX.

CUm voluntate *d* ac proposito maleficis distinguantur, excommunicationis sententiam non incurrit, qui excommunicato in his, quæ ad absolutionem, vel aliàs ad salutem animæ pertinent, in locutione participat, licèt etiam alia verba incidenter (ut apud eum magis proficiat) interponat.

¶ *Prædicatores præsertim, qui aliàs sustentari non possunt, ab excommunicatis & detinentibus bona aliena eleemosynam recipere possunt, & c.*

Prædicatores quoquè, qui penes excommunicatos vel alios alienarum rerum detentores, in prædicationibus & confessionibus, quasi gerunt causam [vel e curam] eorum, ad quos res ipsæ spectare noscuntur, eleemosynas licitè possunt ab illis recipere, præsertim si aliàs non valeant in illo loco sustentationem habere.

¶ *Pœnit quæstio casus, in quibus percutiens Clericum excommunicatus non est.*

Si qui verò ratione officii, quod in Ecclesia obtinent, aut etiam alii Clerici seniores zelo devotionis pueros vel adolescentes in minoribus ordinibus constitutos, turbantes divinum officium, & hi qui obtentu prælationis vel magisterii subditos & scholares correctionis causâ leviter fortè percusserint, excommunicationis

a *Vide Henric. Bosch. in c. à nobis. 21. & in c. cum illorum. sup. eod. tit.* b *Vide Panorm. in c. cùm desideres. supra eod. tit. & ibi Henric. Bosch. dub. 3.* c *Aurelian.*

a *Prater Doctores hic & in c. notavit. sup. eod. tit. vide legistas in Constit. Cassa. C. de sacr. Eccles.* b *subjacent.* c *in Codice* d *Verb. Cæterum cùm iidem statutarii & potestas multa, &c.* d *Vide de B. Thom. in quæst. addita ad 3. p. q. 21. art. 1. & citatos in c. à nobis. sup. de excess.* e *Hæc duo verba, vel eorum, desunt in antiq. codic. & in Vaticano.*

senten-

sententiam non incurrunt. Quod & de his dicendum est, qui aliquos de familia sua vel propinquos inferiorum graduum simili modo, ut cohibeantur à suis insolentiis, & scientiâ bonisque moribus informentur, duxerint corrigendos.

CAP. LV.

¶ *Communicans excommunicato in crimine damnabili, incidit in excommunicationem majorem.*

Idem *Asturicen. Episcopo.*

SI concubinæ *a* publicæ Clericorum Ecclesiasticæ censuræ districtione notentur, eosdem concubinarios non est dubium sententiâ majoris excommunicationis involvi, qui post latam sententiam communicant in eodem crimine criminosis.

CAP. LVI.

¶ *Excommunicatus minori potest ab excommunicatione aliquem absolvere.*

Idem.

DUobus *b* collata potestas, ut à minori excommunicatione, si in ipsam inciderint, invicem se absolvant, utroque ligato vinculo excommunicationis hujusmodi, non expirat.

CAP. LVII.

¶ *Permittitur ministris Ecclesiarum semel in hebdomada celebrare tempore interdicti, concurrentibus his, quæ exprimuntur in textu.*

Idem.

PErmittimus *c* Ecclesiarum ministris, semel in hebdomada tempore interdicti, non pulsatis campanis, voce submissâ, januis clausis, excommunicatis & interdictis exclusis, Missarum solennia celebrare, causâ conficiendi corpus Domini, quod decedentibus in pœnitentia non negatur.

CAP. LVIII.

¶ *Satisfaciens Clerico quem verberavit, non potest propter hoc ab Episcopo absolvi, nisi in certis casibus hic expressis.*

Idem.

QUamvis incidens in canonem latæ sententiæ propter violentam manuum injectionem, juxta proprias facultates eis satisfaciat, quibus injurias irrogavit, non tamen aliter, quàm per sedem Apostolicam vel ejus legatum absolutionis potest beneficium obtinere: Nisi imminente mortis articulo, infirmitate, inimicitiâ aut inopiâ, puerili vel senili ætate, fragilitate sexûs, seu aliâ corporis impotentiâ, sive quolibet impedimento canonico retrahatur, quò minùs Romanum Pontificem possit adire: vel nisi juris beneficio à labore hujusmodi excusetur. Cæterùm quibusdam prædictorum, videlicet qui temporali impedimento laborant (exceptis pueris) sub debito juramenti (quod secundùm Ecclesiæ formam præstare tenentur) consuevit injungi, ut impedimento cessante, ad Apostolicam sedem accedant, mandatum ipsius humiliter suscepturi.

CAP. LIX.

¶ *Excommunicatio simpliciter lata, intelligitur de majori h. d. Et est textus notabilis, & quotidiè allegatur.*

Idem.

SI quem sub hac forma verborum: Illum excommunico, vel simili, à judice suo *d* excommunicari contingat, dicendum est eum non tantùm minori, quæ à perceptione sacramentorum, sed etiam majori excommunicatione (quæ à communione fidelium separat) esse ligatum.

CAP. LX.

¶ *Beneficium indultum ratione minoris ætatis, postquam cœpit habere locum, non extinguitur, licèt minor pervenerit ad majorem ætatem.*

Idem.

PUeris, qui in canonem inciderunt sententiæ promulgatæ, sive ante, sive post pubertatem postulent se absolvi, potest diœcesanus Episcopus absolutionis beneficium impertiri: Cùm propter defectum ætatis, in qua fuit commissus excessus, rigor sit mansuetudine temperandus.

DE VERBORUM SIGNIFICATIONE. *TITULUS XL.*

CAP. I.

¶ *Novale, est terra noviter ad culturam redacta.*

Hieronymus *super Oseæ.* a

INnovate novale. Novale *b* est ager nunc primùm præcisus.

CAP. II.

¶ *Appellatione patris, veniunt in lata significatione omnes ascendentes.*

Idem *super Danielem.* c

NAm & Rex Nabuchodonosor pater tuus: id est, pro avus, more Scripturæ, quæ avos & deinceps patres appellat.

CAP. III.

¶ *Non dicitur Natus, qui statim decessit.*

Idem *in Parabolis.* d

NAm & ego unigenitus fui coram matre mea. Quare unigenitum se nominat, quem fratrem uterinum præcessisse Scriptura testatur? nisi quia ille mox Natus sine nomine, quasi nunquam esset, de vita decessit.

CAP. IV.

¶ *Dictio, Antequam, non semper implicat.*

Idem *super Matthæum.* e

QUod dicitur, Antequam convenirent, non sequitur ut posteà convenirent: sed Scriptura, quod factum non sit, ostendit.

CAP. V.

¶ *Primogenitus dicitur, qui primò nascitur, etiamsi nullus sequatur eum,*

Idem *in eodem.*

IOseph non cognovit Mariam, donec *f* peperit filium suum Primogenitum. Ex hoc loco quidam perversissimè suspicantur, & alios filios Mariam habuisse: cùm mos divinarum Scripturarum sit, ut primogenitum non vocent, quem fratres sequuntur, sed eum, qui primò natus fuit.

CAP. VI.

¶ *Verba sunt intelligenda non secundùm quod sonant, sed secundùm mentem proferentis.*

Hilarius. g

INtelligentia dictorum ex causis est assumenda dicendi: quia non sermoni res, sed rei est sermo subjectus.

CAP. VII.

¶ *Non vitiatur factum varie modo narratum, ubi idem in substantia concluditur.*

Augustinus *super Matthæum.* h

NIhil obstat narrandi diversitas, ubi eadem dicuntur, maximè cùm quisque Evangelistarum eo ordine credat se dicere, quo Deus voluit.

CAP. VIII.

¶ *Sensum, non verba considerare debemus.*

Gregorius *i.*

PRopterea, si prolixam epistolam meâ ad interpretandum accipere te fortasse contigerit, rogo non verbum

---

a *Vide Conc. Trid. sess. 25. de refor. c. 14. vide Covarr. in c. alma mater. de sent. excom. l. 6. p. 1. §. 3.* b *Vide Henric. Boich. in c. si vere. sup. eod. Dist. ult.* c *Vide Bonif. 8. in c. ult. de sent. excom. l. 6. & adjicimus. & § seq.* d *Dilthio, suo, deest in plerisq; recentioribus: ea ex antiq. Cod. & Vatic. est restituta: quam etiam tegerus gl. hic, & Hostiensis.*

a *Osee. c. 10. sunt verba glossæ interlinearis.* b *Qui per novale. ff. eod. & l. sylva. & novale.* c *Dan 3. & c. 1 eod. tit. in 1 comp.* d *Prov. 4. & c. 2. eod. tit. in 1. comp.* e *Matth. 1. & c. 3. eod. tit. in 1. comp.* f *Ibid. & c. 4. eod. tit. in 1. comp.* g *Lib. 4. de trinit. Refertur c. 3. eod. tit. in 1. comp.* h *Forte hæc dicit Aug. in l. de consensu Evang. vide ibi l. 2. c. 12, 21, & 28.* i *Lib. 1 epist. 22. Regist. & c. 7. eod. tit. in 1. comp.*

ex verbo, sed sensum ex sensu transferri: quia plerumque dum proprietas verborum attenditur, sensus veritatis amittitur.

CAP. IX.

¶ *Dicit, quis propriè sit Præpositus.*

QUamvis omnes, qui præsunt, Præpositi ritè vocentur, usus tamen obtinuit eos vocari Præpositos, qui quandam Prioratûs curam super alios gerunt.

CAP. X.

¶ *Non recipit congruam summationem.*

Idem *in libro Etymologiarum.* b

FOrus est exercendarum litium locus, à fando dictus, sive à Foroneo Rege, qui primus Græcis legem dedit. Constat autem Forus causâ, lege, & judicio. Causâ, à casu quo venit, dicitur: est enim materia & origo negotii, necdum discussionis examine patefacta: quæ dum proponitur, causa est: dum discutitur, judicium: dum finitur, justitia. Vocatur autem judicium, quasi jurisdictio, & justitia, quasi juris status. Judicium autem priùs inquisitio vocabatur: unde & auctores judiciorum, præpositos, quæstores, vel quæsitores vocamus. Negotium multa significat: modò actum alicujus rei, cujus contrarium est otium: modò actionem causæ, quod est jurgium litis c, & dictum est negotium, id est, sine otio. Negotium autem in causis, negotiatio in commerciis dicitur, ubi aliquid datur, ut majora lucrentur. Jurgium dicitur quasi juris garrium: eò quòd hi, qui causam dicunt, jure disceptant. Lis autem à contentione limitis priùs nomen sumpsit, de qua Vergilius d, [*Limes erat positus, litem ut discerneret agris.*] Causa, aut argumento, aut probatione constat. Argumentum nunquam testibus, nunquam tabulis dat probationem, sed solâ investigatione invenit veritatem: unde dictum est argumentum, quasi argutè inventum. Probatio autem testibus, & fide tabularum constat. In omni quoq; negotio hæ personæ quæruntur: Judex, accusator, reus, & tres testes. Judex dictus, quasi jus dicens populo, sive quòd jure disceptet. Jure autem disceptare, est justè judicare. Non est ergò judex, si non est in eo justitia. Accusator vocatus est quasi causator, qui ad causam vocat eum, quem appellat. Reus à re, quæ petitur, nuncupatur: quia quamvis conscius sceleris non sit, reus tamen dicitur, quamdiu in judicium pro re aliqua petitur. Testes antiquitùs superstites dicebantur, eò quòd super causæ statu proferebantur: nunc parte ablatâ nominis, testes vocantur. Testes autem considerantur conditione, naturâ, & vitâ. Conditione, si liber, non servus: nam sæpè servus metu dominantis testimonium supprimit veritatis. Naturâ, si vir, non fœmina: nam varium & mutabile testimonium e semper fœmina producit. Vitâ, si innocens & integer actu: nam si vita bonæ defuerit, fide carebit: non enim potest justitia cum scelerato homine habere commercium.

CAP. XI.

¶ *Dicit quid sit pactum, & unde dicatur.*

Idem.

PActum dicitur inter partes, ex pace conveniens scripturâ, legibus ac moribus comprobata: dictum pactum, quasi ex pace factum.

CAP. XII.

¶ *Hic Isidorus ponit etymologiam juris, prout habetur in re, non prout est generale nomen.*

Idem *in eodem.*

a *Lib. 10. Etymol. & c. 1. eod. tit. in 1. comp.* b *Lib. 18. Etymol. c. 11. & c. 10. eod. tit. in 1. comp.* c *Vide l. cum Clericis, C. de Episc. & Clericis.* d *Verg. in 12.* e *Dictus, testimonium, in manibus Vaticanis deest.*

IUsdictum est à jure possidendo: hoc enim jure possidetur, quod justè: hoc justè, quod benè: quod autem malè possidetur, alienum est: malè autem possidet, qui vel suis malè utitur, vel aliena præsumit.

CAP. XIII.

¶ *Quicquid fidelis offert Ecclesiæ, oblationis nomine continetur, & à secularibus possideri non debet.*

Paschalis *Canonicis sancti Martini.*

CAusa a Carpensis plebis: [&c.] ¶ Cæterùm primitiæ, decimæ & oblationes, in solis Ecclesiarum bonis præcipuè numerantur. Oblationes verò dicimus, quæcunque de propriis & licitis rebus Ecclesiæ à fidelibus offeruntur. Quicunque igitur eas per potestatem seculatem obtinet, procul dubiò contra Deum, & sanctorum Patrum nititur sanctiones: quinimò & qui accipit, & qui tradit, raptor & sacrilegus judicatur.

CAP. XIV.

¶ *Solus Sacerdos potest sacramentum extremæ unctionis infirmo conferre. b. d.*

Alexander III.

QUæsivit frat. t. b [&c.] ¶ Nos itaque tibi t. duximus respondendum, quòd Sacerdos uno præsente Clerico, & etiam solus potest infirmum ungere.

¶ *In anno bissextili servari debet loci consuetudo, circa diem S. Matthiæ festandum, dum tamen vigilia continetur festo, hoc docet.*

Festum verò beati Matthiæ juxta consuetudinem Ecclesiasticam, vigilia eatenùs præcedat, ut nec pro bissexto, nec pro quolibet alio modo inter se & solennitatem aliam diem admittat: in qua utique vigilia (nisi venerit in Dominica) jejunium celebretur: ipsum autem festum sive fiat in præcedenti die, sive in sequenti (qui duo quasi pro uno reputantur) nullus error, sed consuetudo Ecclesiæ teneatur.

CAP. XV.

¶ *Per verbum, Statuo & Præcipio, definitiva sententia ferri potest.*

Cœlestinus tertius.

INhis c quæ ambiguitatem continent: [1 &c.] ¶ Innotuit Apostolatui nostro, quòd cùm inter magistrum M. & Conversos hospitalis sancti Simpliciani super eodem hospitali in præsentia Mediolanen. Archiepiscopi quæstio verteretur, ipse Archiepiscopus post cognitionem causæ in prolatione sententiæ his verbis non fuit usus, Talem partem condemno, vel talem absolvo: sed pronunciavit ita, Statuo & Præcipio: [2 &c.] ¶ Attendentes igitur, quòd hoc verbum Statuo, rem perfectam significat, & cum effectu, non verbotenùs accipitur. Item quia secundùm Gregorium, quod præcipitur, imperatur, & quod imperatur, necesse est fieri, & aliquando si non fiat, pœnam habet: Considerantes nihilominùs, quòd non debet aliquis considerare verba, sed voluntatem: cùm non intentio verbis, sed verba intentioni debeant deservire: interpretamur procuratoribus utriusque partis præsentibus, & diffinimus, quòd præfati Archiepiscopi verba talî formâ prolata, perpetuò valituræ sententiæ obtineant firmitatem.

[1 *Ad sed. Apost. meritò recursus debet haberi, ad quam revera, tanquam matrem omnium Ecclesiarum majores & difficiliores quæstiones, ut ab antiquis Patribus constitutum, & moribus utentium retè approbatur, conferri debent.*]

[2 *Ne de cætero, & cætera, quæ infrà expressè continentur in registro: quoniam igitur sicut ex relatione dil. fil. n. G. tit. S. Laurentii in Lucina, S. Joannis, S. Priscæ Presbyterorum Cardinalium didicimus, quos ad hoc concessimus auditores, super hoc fuit in prolatione sententiæ dubitatum.*]

a *C. 13. eod. tit. in 1. comp.* b *C. 9. eod. tit. in 2. compilatione.* c *C. un. eod. tit. in 2. comp.*

CAP.

CAP. XVI.

¶ *Beneficium Principis latissimè interpretari debet.*

Innocentius III. *Patriarchæ Grandensi.*

OLim *a* tibi scripsisse recolimus, ut si Canonici Paduani, magistro G. Canonico Paduano, Præbendam quæ tantùm residentibus de communi confertur, sicut uni ex aliis de communibus proventibus, & manualia beneficia non conferrent, tu eos ad id appell. cessante compellere procurares. Quia verò quidam mandatum nostrum interpretari aliter, quàm deceat, moliuntur (cùm beneficia Principum sint interpretranda largissimè) nostrum aperiendum duximus intellectum, videlicet, quòd Præbendam, quæ tantùm residentibus in victu & vestitu de communi confertur, ipsi magistro G. plenè sicut uni ex aliis residentibus injunximus conferendam.

CAP. XVII.

¶ *Generale dicitur interdictum, quod fertur nedum in provinciam, sed in villam vel castrum.*

Idem *Colubrien.* b *& aliis Episcopis in regno Portugalliæ constitutis.*

CUm in partibus *c* vestris sæpè contingat, diversa loca interdicto supponi, quando generale, vel particulare dici debeat interdictum, apud vos accepimus in dubium revocari: cùm illi, qui ab Ecclesia Romana decorari privilegio meruerunt, videlicet, ut cùm generale interdictum terræ fuerit, liceat eis januis clausis, non pulsatis campanis, exclusis excommunicatis & interdictis, suppressâ voce divina officia celebrare, interdicto particulari se asserant non arctari, dicentes interdictum generale duntaxat, cùm regnum vel saltem provincia tota subjicitur interdicto: [1 *& infrà.*] ¶ Cùm autem in privilegiis de regno vel provincia nil expresè dicatur, nomine terræ, non solùm regnum vel provinciam intelligi volumus, verùm etiam villam & castrum, ut & in his locum habeat, quod de generali dicitur interdicto.

[1 *Propter quod & justitia sæpius deperit, & Prælatorum sententiæ contemnuntur, cùm in aliis interdictis ipsi promptius divina celebrent, & suspensis organis alterum, ipsi pulsatis campanis & aperta janua quoslibet passim recipiant ad divina. Ne autem diversa interpretatio discordiæ causam inter vos ulteriùs, & odis fomitem valeat ministrare, vel quòd interdictum diu dici debeat generale amodò in dubium revocetur significatione vobis præsentium intimamus, quòd.*]

CAP. XVIII.

¶ *Privilegium contra consuetudinem juri communi obviantem largè est interpretandum. h. d. secundùm intellectum Abbatis antiqui. Et est casus not. secundùm hunc intellectum.*

Idem *Altissiodoren. Episcopo.*

CUm tibi *d* de benignitate sedis Apost. sit indultum, quòd ordinatio rerum Clericorum ab intestato decedentium, in tua dispositione permaneat: nos consulere voluisti, an appellatio vocabuli Clericorum, tam ad Canonicos, quàm ad non Canonicos extendatur: [1 *& infrà.*] ¶ Consult. t. t. r. quòd appellatio Clericorum non solùm alios, sed etiam Canonicos comprehendit.

[1 *Secundò, an illi qui in dispensatione & voluntate alterius suam committunt ultimam voluntatem, nil per se penitùs ordinantes, nec determinantes, cui loco vel persona conferri debeat, dicantur decedere intestati. Prima igitur.*]

CAP. XIX.

¶ *Jurans obedire Prælato & Ecclesiæ, non Clero diœcesano, sed Capitulo Ecclesiæ Cathedralis obedire tenetur.*

Idem *Præposito, & Capitulo Placentino.*

CUm Clerici *e* Placentini juramentum præstant sub hac forma verborum: Ego talis ab hac hora in antea fidelis ero & obediens Placentinæ Ecclesiæ, & Domino meo Episcopo Placentino: nos consulere voluistis, utrùm intelligi debeat *b* Clerus totius diœcesis, an Capitulum tantùm Ecclesiæ Cathedralis? Nos igitur taliter respondemus, quòd per Ecclesiæ Placen. vocabulum in forma juramenti præscripti non debeat intelligi totius diœcesis Clerus: etsi Capitulum intelligatur Ecclesiæ cathedralis: is tamen, qui præstat hujusmodi juramentum, Episcopo, tanquam capiti principaliter obligatur.

CAP. XX.

¶ *Appellatione Ecclesiasticæ censuræ comprehenditur excommunicatio, suspensio & interdictum.*

Idem *Priori S. Fridiani Lucan.*

QUærenti, quid *e* per censuram Eccl. debeat intelligi, cùm hujusmodi clausulam in nostris literis apponimus: respond. quòd per eam non solùm interdicti, sed suspensionis & excommunicationis sententia valet intelligi, nisi judex discretus, rerum & personarum circumstantiis indagatis, ferat, quam magis viderit expedire.

CAP. XXI.

¶ *In privilegiis, de decimis Novalium non solvendis, illud appellatur Novale, de cujus cultura non est memoria, & quod priùs modicum vel nullum fructum afferebat.*

Idem *Cæsaraug. Episcopo.*

QUid per *d* Novale vocabulum intelligi debeat, t. f. requisivit. Licèt autem quidam dixerint, quòd Novale sit terra præcisa, quæ anno cessat, aliis asserentibus, quòd ex sylva, quæ arboribus extirpatis ad cultum redigitur, fieri Novale dicatur, quarum utraque interpretatio ex civilibus legibus colligitur. Nos igitur *e* inquisit. t. r. quòd eam credimus prædecessorum nostrorum intentionem fuisse, cùm piis locis indulgentiam de Novalibus concesserunt, ut Novale intellexerint agrum de novo ad cultum redactum, de quo non extat memoria, quòd aliquando cultus fuisset. Sed nec de quolibet tali Novali credimus eis indulgentiam fore concessam, nisi de illo duntaxat, cujus decimam religiosus potest Conventus absque gravi detrimento parochialis Ecclesiæ detinere, cùm talis sit sæpè locus inultus, de quo parochialis Ecclesia magnos percipit decimarum ratione proventus.

CAP. XXII.

¶ *Si Ecclesia subjecta Episcopo unitur alteri, vel gubernanda committitur salvo jure Matricis Ecclesiæ, per Matricem Ecclesiam intelligitur Cathedralis, & non Romana.*

Idem *Abbati F. & P. Monacho Alcobacia.*

VEnerabili f. n. Colubrien. *f* Episcopo didicimus conquerente, quòd cùm fratres sanctæ Crucis monasterium de Argariis *g*, sub protectione sua nuper receperit, quòd suis prædecessoribus Episcopalia jura consueverat ab antiquis temporibus exhibere, nunc quodam de Canonicis suis sine suo consensu ibi facto Priore, occasione cujusdam privilegii à C. Papa veritate tacitâ impetrati, eidem Episcopo obedientiam denegat exhibere: inde sumptâ occasione, quòd per Matricem Ecclesiam non Cathedralem intelligit, sed Romanam: [1 *& 3.*] ¶ Ideoque mandamus, quatenus si aliud vobis non occurrerit, propter quod dictus Prior non debeat diœcesi Episcopo respondere: vos eum ad eam præstandam eidem, sicut prædecessores sui prædecessoribus Episcopi præstiterunt, per censuram Ecclesiasticam compellatis, non obstante privilegio in præjudicium Colubrien. Ecclesiæ per surreptionem obtento: nos enim per Matri-

a *Cap. 6. eod. tit. de rescript. in 1. comp.* b *Vid. Ioan. Vasæum in Annal. Hispan. c. 20.* c *cap. 1. eod. tit. in 3. compilat.* d *cap. 2. eod. tit. in 3. comp.*

a *Cap. 3. eod. tit. in 3 comp.* b *debet.* c *cap. 4. eod. tit. in 3. comp.* d *cap. 1 eod. tit. in 3. comp.* e *in aliis plerisq; Nos tamen inquisitioni &c. al. Nos autem, &c.* f *c. 6. eod. tit. in 3. comp.* g *Argavil.*

eem Ecclesiam Cathedralem intelligi volumus, non Romanam.

[1 Quæ verò non est nostræ intentionis, ut jura fratrum nostrorum temporibus nostris minuantur, causam ipsam vobis duximus committendam.]

CAP. XXIII.

¶ Excommunicatus, vel interdictus pro contumacia, vel offensa dubia, absolvitur cautione præstitâ de stando juri. Si verò fuit excommunicatus vel interdictus pro manifesta offensa, tunc prius debet satisfacere, antequam absolvatur. Et dicitur manifesta, de qua constat per confessionem, vel probationem legitimam, vel rei evidentiam. l. d. cum cap. seq.

Idem *Abbati sanctæ Genovefæ, Decano & Cancellario Parisien.*

EX parte in Christo a dilectæ filiæ Comitissæ Blesen. [1 & 3.] ¶ Proposuerunt nuncii Comitissæ, quòd cùm ipsius præpositus quendam latronem ceperit, & justitia fuerit inde facta, latro fuit per Capitulum Carnoten. post factam justitiam requisitus, quia eum in terra sua captum fuisse dicebant: [2 & infrà.] ¶ Verùm cùm super hoc de parendo juri Comitissa cautionem offerret, Canonici Carnoten. nihilominùs terram ejus fecerunt interdicto supponi: quod relaxare noluerunt, nisi priùs solveretur emenda: dicebant enim in Carnoten. Ecclesiæ privilegiis b contineri, quòd nemini liceat excommunicatis, vel nominatim interdictis, pro Canonicis Carnoten. absque congrua satisfactione absolutionis beneficium indulgere: [1 & 3.] ¶ Ad intelligendam autem clausulam privilegii memorati, credimus distinguendum, utrùm in aliquem interdicti vel excommunicationis sententia sit prolata pro contumacia tantùm, quia scilicet citatus stare noluit juri: vel etiam pro offensa, quia videlicet justus noluit maleficium emendare. In primo casu credimus congruè satisfieri, ut sententia relaxetur, si priùs sufficiens standi juri cautio tribuatur: in secundo verò, si offensa est manifesta, non credimus satisfieri congruè, ut relaxetur sententia, nisi priùs sufficiens præstetur emenda. Si verò dubia est offensa, sufficere credimus ad relaxandam eandem, si parendi mandato Ecclesiæ c competens satisfactio præbeatur.

[1 Nuncii ad nostram præsentiam destinati sibi postulârunt audientiam exhiberi, ut audiremus injurias, quas ei & suis infert Ecclesia Carnoten. quibus & dil. fil. B. Beto Canonico Carnoten. qui pro ipsa stabant Ecclesia, dil. fil. R. tit. S. Anastasiæ Presbyterum Card. dedimus audientem: in cujus præsentia.]

[2 Asserentibus Ballivis contrà ipsum fuisse captum in terra, in qua jus capiendi latrones & alios malefactores habet eadem Comitissa: quoniam ver ejusdem, antequam signaculum crucis assumeret, erat in possessione juris & itus, ut in loco illo, in quo captus ab ipsa Capitulo diebatur, hujusmodi jurisdictionem haberet: quod erant probare parati.]

[3 Videntes autem nuncii Comitissæ, quòd datâ cautione absolvi non poterant, ut deberent tam super hoc quàm aliis causis, inter Comitissam & Capitulum agitatis, Metropolitanam audientiam appellaverunt: tam ipsam Comitissam, quàm terram & Ballivos ipsius sub ejus protectione ponentes. Metropolitanus cùm partes essent in diæ præfixâ præsentes, privilegia inspecta, testibus hinc inde receptis, quibus ab officiali Metropolitani examinatis, in diæ partibus iterum assignato procurator Comitissæ cum instantia postulabat publicari attestationes receptas, ex abundanti de juris parendo sufficientem exhibens cautionem, ut relaxaretur interdictum. Sed procurator Capituli econtrario allegabat, quòd jam dictis privilegiis ratione, ab ipsa sententia non poterat nec debebat absolvi, nisi prius Capitulo satisfactum fuisset emenda, interpretando verbum illud quod in privilegio continetur, videlicet satisfactione congruâ, pro emenda. Litigato igitur diutius super hujusmodi clausula, interlocutus est Metropolitanus jam dictus, se velle hujusmodi expositionem Apostolicæ examini reservare, & super hoc diem partibus assignavit.]

a C. 7. eod. tit. in 3. comp. b forte, privilegm. c Dilio, Ecclesia, deest in vetustiorib. Cod. & in omnib. Vatic.

CAP. XXIV.

¶ Summatum est supr. cap. proxim. vel dic: Manifestum dicitur, quod per confessionem, vel probationem legitimam, vel evidentiam rei constat.

Idem *Comitissæ Blesen.*

CUm olim a pro Canonicis Carnoten. quoddam capitulum contra te fuit allegatum, quod dicebant in Ecclesiæ suæ privilegiis contineri: ut videlicet nemini liceat excommunicatis, vel nominatim interdictis, pro Canonicis Carnoten. absque congrua satisfactione absolutionis beneficium indulgere: [& infrà.] ¶ Quia verò dum ansam solvimus, nodum dicimur ligavisse, propter hoc, quòd eisdem Canonicis (velut asseris) proponentibus, illam offensam esse manifestam, non quæ judici, nec quæ alii, sed quæ sibi tantummodò manifesta videnti: offensam illam nos rescribimus intelligere manifestam, quæ vel per confessionem, vel probationem legitimè nota fuerit, aut evidentiâ rei, quæ nullâ possit tergiversatione celari.

CAP. XXV.

¶ Verba privilegiorum debent intelligi, ut aliquid operentur, & non remaneat ambiguitas: & ideo verba, secundum & juxta, videntur apposita causativè, non conditionaliter. l. d. Panorm.

Idem *Episcopo & Cantori Aurelianen.*

ABbate S. b Silvani Alciaten. vitam universæ carnis ingresso, cùm ejusdem loci Monachi elegissent quendam de ipsius Ecclesiæ gremio in Abbatem, & confirmationem electionis à Morinensi Episcopo nequivissent aliquatenùs obtinere, eam à sede Apostolica petierunt. Cæterùm procurator monasterii sancti Bertini proposuit ex adverso, quòd cùm secundum approbatam consuetudinem & privilegia Romani Pont. Abbates Alciaten. debeant de monasterio sancti Bertini semper assumi: hujusmodi electio erat non immeritò reprobanda, utpote contra consuetudinem diuturnam, & contra privilegium sed. Apostol. attentata, & Alciaten. Monachi c debeant de jure compelli, ut de monasterio sancti Bertini personam idoneam sibi eligerent in Abbatem: [& infrà.] ¶ Nos igitur depositionibus testium diligenter inspectis, invenimus esse probatum, quòd à xx. annis & infrà, Monachi Alciaten. Abbatem sibi de S. Bertini monasterio elegerunt: [& infrà.] ¶ Et cùm quidam vice Guarinus Alciaten. Monachum elegissent, ejus electio robur habere non potuit, donec apud monasterium S. Bertini professione factâ, post aliquantum d temporis, quando scilicet ejusdem loci Abbati, & Conventui placuit, in Alciaten. exitit Abbatem assumptus. Ex privilegiis quoque Rom. Pontif. apud quos poterat Alciaten. Abbatem fore de sancti Bertini collegio eligendum: cum privilegio Paschalis Papæ hujusmodi capitulum apparet insertum: surrogationem Abbatis penes monasterium sancti Silvani apud Alciaten. Monachos, juxta præteriti temporis morem, in vestra semper concedimus dispositione persistere. In privilegio etiam Calixti hujusmodi capitulum invenitur. Porrò juxta Paschalis Papæ decretum, Abbatis surrogationem penes Alciaten. non alibi, quàm de vestro monasterio sedi Apostol. auctoritate decernimus. Ad hoc autem pars adversa respondit, quòd si etiam probaretur, quòd infra prædicti tem-

a Cap. 2. eod. tit. in 3. compil. Hujus Decr. intellectus pendet ex superiori. b Cap. 10. eod. tit. in 3. comp. c al. debeant jure compelli. d aliquantulum.

poris

Poris spatium de monasterio sancti Bertini semper fuerit Abbas Alciaten. assumptus: ex hoc dici non poterat, quòd consuetudo aliqua, quasi contradicto *a* judicio fuerit introducta, cùm in memorati Guarini electione, pro bono pacis extra judicium processum taliter dignoscatur: [*& infrà.*] ¶ Præterea cùm Paschalis Papa surrogationem Abbatis sancti Silvani monasterio S. Bertini juxta morem præteriti temporis duxerit concedendam, nec *b* more præteriti temporis frat fides, per ejus privilegium & similia, nullum super hoc Alciaten. monasterio poterat præjudicium generari. Contra quod fuit ex adverso responsum, quòd hæc determinatio, secundum præsciti temporis morem, & causalis, & conditionalis potest intelligi, & tam ad personale, quàm ad impersonale verbum referri. Si enim impersonale verbum determinet, conditionalis *c* intelligitur, & est sensus, Concedimus surrogationem Abbatis sancti Silvani apud Alciaten. monasterium in vestra semper dispositione consistere, secundum præteriti temporis morem: id est, si mos præteriti temporis talis fuerit *d*. Si verò verbum determinet personale, causaliter debet intelligi, ut sit sensus, Concedimus secundum præteriti temporis morem: id est, quia mos præteriti temporis sic obtinuit, surrogationem, &c. Hic autem sensus rectior esse videtur, quia cùm privilegium sit lex privata, & lex *e* non debeat esse obscura, vel captiosa, sed certa & manifesta, nec esset privata, nisi aliquid specialiter indulgeret: profectò sic intelligenda sunt illa verba, ut res, de qua agitur, valere possit potiùs quàm perire: maximè cum supradictus C. Papa, qui eidem Paschali è vicino successit, verbis æquioribus usus, determinationem illam prorsus amoverit, ut ambiguitas tolleretur: & quod dicebatur in concessione Paschalis, ut videlicet surrogatio Abbatis sancti Silvani apud Alciaten. in dispositione Abbatis, & fratrum sancti Bertini semper existeret, ipse mutaverit, decernens surrogationem ipsius Abbatis non aliunde, quàm de monasterio sancti Bertini faciendam. His igitur diligenter auditis, monasterio sancti Bertini adjudicavimus hujusmodi dignitatem, ut quoties in Alciaten. monasterio Abbatis electio imminet facienda, Alciaten. Monachi de cœnobio S. Bertini personam idoneam sibi eligant in Abbatem: ita videlicet, ut tamdiu monasterium ipsum hâc honoris debeat prærogativâ gaudere, donec ibidem viguerit observantia regularis, ut idoneæ personæ inveniantur in illo, qui *f* possint in Abbatem assumi.

CAP. XXVI.

¶ Dicit, qui dicuntur hæretici manifesti. Secundò quæ sint Pedagia, Guidagia & Salinaria interdicta. Tertiò dicitur, quomodo intelligitur præceptum falsum Lasco, quòd de se conquerentibus in Ecclesiastico foro respondeat. h. d.

Idem *Comiti Tolosan.*

SUper *g* quibusdam mandatorum articulis: [*1 & infrà.*] ¶ Tua devotio postulavit à nobis, qui sint dicendi hæretici manifesti? Super quo tibi duximus respondendum, illos intelligendos esse manifestos hæreticos, qui contra fidem catholicam publicè prædicant, aut profitentur, seu defendunt eorum errorem, vel qui coram Prælatis suis convicti sunt, vel confessi, vel ab eis sententialiter condemnati super hæretica pravitate: quorum bona propria confiscantur, & ipsi juxta sanctiones legitimas puniuntur. Præterea cùm Pedagia, Guidagia, Salinaria tibi Legatus interdixerit memoratus, auctoritate Apostolicâ duximus declarandum illa esse pedagia, salinaria, guidagia interdicta, quæ non apparent Imperatorum, vel Regum, vel Lateran. *a* Concilii largitione concessa, vel ex antiqua consuetudine à tempore, cujus non extat memoria, introducta: [*& infrà.*] ¶ Cùm autem à Legato receperis in mandatis, ut de te conquerentibus, secundùm suum, vel alterius Legati, vel judicis ordinarii, vel delegati arbitrium, justitiam exhiberes: hoc taliter intelligendum esse censemus, ut in omni causa, quæ ratione personarum, vel rerum, ad Ecclesiasticum forum pertinet, ac super universis capitulis, quæ pro pace servanda sunt per dictum Legatum statuta, vel auctoritate Apostolicâ statuenda, item viduis, pupillis, orphanis, & personis miserabilibus teneatis in judicio Ecclesiastico respondere.

[*1 Tibi à bon. mem. Milone notario nostro tunc temporis Aquisgr. sed. Leg. factorum apud quosdam dubitatione subortâ.*]

CAP. XXVII.

¶ Clericus tradatur curiæ sæculari, quia degradatur, sæculari potestate præsente, cui denunciatur, ut in suum forum illum recipiat. h. d. usq; ad 4. pro illo.

Idem *Episcopo Parisien.*

NOvimus expedire *b*, ut verbum illud quod in antiquis canonibus, & in nostro decreto contra falsarios edito continetur, videlicet ut Clericus per Ecclesiasticum judicem degradatus, sæculari tradatur curiæ puniendus, apertiùs exponamus.

Cùm enim quidam antecessorum nostrorum super hoc consulti diversa responderint, & quorundam sit opinio à pluribus approbata, ut Clericus, qui propter hoc vel aliud flagitium grave, non solùm damnabile, sed damnosum, fuerit degradatus, tanquam exutus privilegio Clericali, sæculari foro per consequentiam applicetur: cùm ab Ecclesiastico foro fuerit projectus, ejus est degradatio celebranda sæculari potestate præsente, ac pronunciandum eidem, cùm fuerit celebrata, ut in suum forum recipiat degradatum: & sic intelligitur tradi curiæ sæculari: pro quo tamen debet Ecclesia efficaciter intercedere, ut citra mortis periculum ei tca cum sententia moderetur.

¶ Iste 4. non facit ad titulum, sed ponit gravamen, secundum quosdam.

Pro illo verò falsario sceleratо, quem ad mandatum nostrum capi fecisti, hoc tibi duximus consulendum, ut in perpetuum carcerem ad agendam pœnitentiam ipsum includas, pane doloris, & aquâ angustiæ sustentandum, ut commissa defleat, & flenda ulteriùs non committat.

CAP. XXVIII.

¶ Si Papa indulget res, qui propter absentiam alteris possessionem recuperare non potest, quòd ei lapsus annis non noceat, intelligitur hæc indulgentia secundum jus commune.

Honorius III. *Archiepiscopo Turonen.*

DIlecto filio Jacobo Barba: [*1 & infrà.*] ¶ Quia te pro causa necessaria tunc absente, possessio tibi tradita causâ custodiæ, restitui parti adversæ non potuit: eidem indulsimus, ut sibi lapsus temporis non obsisteret, quò minùs possessionem ipsam recuperare valeret. Quoniam verò tantum temporis ante concessionem ipsius indulgentiæ dicitur effluxisse, quòd tibi sufficere posset ad veræ possessionis effectum, secundùm statuta *a* Concilii generalis: [*& §.*] ¶ Auctor. præs. declaramus, quòd nostræ intentionis non fuit per ipsam indulgentiam jus perimere, quod tibi competit *d* ex possessione præterita, vel post reditum tuum competierit ex futura: tibi enim imputare poterit pars adversa, si negligens fuerit in sua justitia prosequenda, cùm absentiæ

---

a *Al. contradictorio judicio.* b *al. nec de more, vel consuetudine.* c *conditionaliter.* d *fuit.* e *Bart. in l. si finita. & ex hoc edicto. ff. de dam. infecto.* f *al. qua possint, &c.* g *Cap. 10. eod. tit. in 4. comp. vide Albertinum tract. de agnosc. assert. Cathol. & hæret. q. 29.*

a *Lateranen. Concil. sub Alex. III. c. 22.* b *Cap. 2. eod. tit. in 4. comp. Degradatio qualiter sit facienda, vide Concil. Trident. Sess. 13. de reform. matr. cap. 4.* c *Sub Innocent. III cap. 40.* d *competebat.*

tuæ impedimento cessante, conveniendi te habuit facultatem.

[1 *Procuratore Ecclesiæ S. M. de Venetiis, olim nobis humiliter supplicante ut cùm paratus esset tibi justitia plenitudinem exhibere super Ecclesia S. Marci de Tyro & rebus aliis, de quibus inter te & Venetos, ac Vicarium Venetorum quæstio mota fuit, possessionem ipsius Ecclesiæ, aliq; rerum, quæ per fel. mem. I. Pp. p. n. tibi fuit causâ custodiæ assignata, sibi restitui faceremus: cumq;.*]

CAP. XXIX.

¶ *Oblationis nomine intelligitur, quicquid offertur Ecclesiæ, quocunq; modo in Missa vel extra, & in Ecclesia vel extra.*

Idem *Priori & Clericis sanctorum Ioannis & Pauli Tudertin.*

CUm inter vos dudum ex parte una, & Abbatem sancti P. de monte Spolet. diœc. ex altera, super tertia parte oblationum capellæ sancti Hilarii, quæstio verteretur, & à vobis probatum fuerit per XL. annos, & amplius tertiam partem oblationum ejusdem capellæ vestram Ecclesiam recepisse, à Clericis institutis, per Abbatem de Monte, tuisque, fili Prior, eandem tertiam te commisisse aliquando colligendam: bonæ memoriæ I. Papa, prad. noster ipsam tertiam Ecclesiæ vestræ adjudicans, statuit, ut tibi Prior liceret per eosdem Clericos (sicut fuerat consuetum) partem colligere memoratam. Verùm quia postmodùm Sacerdos prædictæ capellæ asserens oblationum nomine minimè contineri ea, quæ ipsi capellæ in festivitate omnium Sanctorum mittuntur, vel portantur ad illam, seu ad domum Sacerdotis ejusdem, intuitu defunctorum: nec non, quæ in ciminili ponuntur, quod de altari suscipit, & facit per Ecclesiam deportari, & quæ ante crucem, & in Missa Trinitatis, & ea quæ pro desponsatis dantur *a*, & lampades cum oleo, quæ prædictæ capellæ ab aliquibus offeruntur, vel quæ dantur nuncio, qui ad recipienda talia per præfatæ capellæ parochiam destinatur, de his omnibus vobis tertiam partem denegans exhibere, de aliis nomine tertiæ partis persolvendis pro rata vestram Ecclesiam contingentis retinere nitebatur ad expensas capellæ ipsius necessarias faciendas: dictus prædecessor de omnibus suprædictis absque subtractione aliqua integrè persolvi voluit & mandavit tertiam portionem. At *b* Capellani prædictæ capellæ dicentes primitias & decimas, vel ea, quæ offeruntur pro Missis mortuorum Sacerdotibus, & quæ pro septimis, & tricesimis, & anniversariis, panes *c*, & alia, quæ intra hebdomadam offeruntur, & mortuorum judicia, oblationum nomine minimè contineri: de his omnibus tertiam partem solvere vobis nolunt: [1 & ℣.] ¶ Volumus igitur & mandamus, ut per vestrum Clericum à vobis in eadem Ecclesia institutum, de omnibus suprædictis & aliis oblationibus quocunq; titulo ad Ecclesiam pervenerint, sine diminutione aliqua integrè tertia vobis portio persolvatur.

[1 *Ut igitur hujusmodi scandalorum materia radicitùs pullulantium evellatur.*]

CAP. XXX.

¶ *Lis dicitur nota, cùm fuerit contestata.*

Idem *Episcopo F. & P. Bertrandi d.*

II. EX parte vestra fuit propositum, quòd Præpositus & Canonici Aretinen. sententiam, quam I. Papa prad. noster super Molendino de Calianen. ac aliis articulis promulgavit, in recidivæ quæstionis scrupulum reducere molientes, asserunt capitulum illud ejusdem sententiæ, quo dicitur, ne canonica ipsa impediat, quò minùs monasterium vestrum Molendinum præfatum de Calianen. reædificare valeat in eo statu, in quo fuisse dignoscitur tempore motæ litis, esse referendum ad tempus, quo lapillus in denunciatione novi operis jactus fuit: vobis econtrariò asserentibus, illud esse intelligendum de tempore, quo lis super hoc inter vos & præfatam canonicam extitit contestata. Nos igitur confideratâ eâdem sententiâ, quod in præfato capitulo dicitur de tempore motæ litis, interpretamur esse referendum ad tempus, quo litis contestatio facta fuit.

CAP. XXXI.

¶ *Constitutio Legati de solvenda tertia mortuariorum Episcopo, intelligi debet de his mortuariis, in quibus de jure communi debetur.*

Idem *Prælatis universitatis Francigenarum Constantinop.*

III. EX parte vestra fuit propositum, quòd Patriarcha vester, occasione constitutionis cujusdam, quam Albinen. *a* Episcopus tunc Legatus in partibus Romaniæ super legatis edidit defunctorum, & dil. fil. I. tit. sanctæ Praxedis Presbyter Card. dum ibidem legationis fungeretur officio, innovavit, de quibusdam, quæ vobis & Ecclesiis vestris legantur à decedentibus, tertiam à vobis exigit portionem. Cùm igitur ipsi (sicut ex eorum interpretatione accepimus) non intellexerint, quòd de his, quæ in ornamentis Ecclesiasticis, vel ad fabricam Ecclesiæ reparatione indigentis, aut ad Ecclesiæ luminaris, nec non de his, quæ pro anniversario, septimo, tricesimo ac vicesimo faciendis, vel de his, quæ personis specialiter, nisi forsan id fiat Ecclesiæ ratione, à quocunque legantur, aliqua deberet solvi portio Ecclesiæ cathedrali. Nos interpretationem eorum ratam habentes, secundum ipsam constitutionem præfatam præcipimus observari: firmiter inhibentes, ne in prædictis aliquid fraudulenter in præjudicium Cathedralis Ecclesiæ procuretur.

CAP. XXXII.

¶ *In privilegio de percipiendis fructibus beneficiorum, appellatio beneficiorum etiam majora beneficia comprehendit, quando privilegium est concessum Episcopo pro honesta & favorabili causa. h. d. cum suppletione Patet mutati.*

Idem *Episcopo Tolenen.* b

TUa nobis fraternitas *c* intimavit, quòd cùm tibi pro relevatione oneris debitorum duxerimus indulgendum, ut fructus beneficiorum, quæ interim in diœcesi tua vacare contigerit, tibi liceat biennio retinere: quidam Apostolicæ gratiæ privilegium finistrâ interpretatione restringere molientes, asserunt Præbendas, & majora beneficia nequaquam beneficiorum nomine contineri: [1 & ℣.] ¶ Nos igitur auctoritate præsentium declaramus, quòd in hoc casu Præbendæ ac alia beneficia generali beneficiorum nomine continentur.

[1 *Super qua interpretatione Apostolicam postulasti.*]

CAP. XXXIII.

¶ *Verbum, moderationis, diminutionem continet, non augmentum.*

Gregorius IX. *Decano & Sacrista Engo d.*

TRansmissæ *e* nobis literæ continebant, quòd significantibus Episcopo & Capitulo Xanton. quòd quadragenarius Canonicorum numerus institutus in eorum Ecclesia, non poterat observari, pro eo, quia non sufficiebant Ecclesiæ facultates: vobis dedimus in mandatis, ut Canonicorum & Præbendarum numerum juxta facultates Ecclesiæ moderantes, statueretis eundem firmiter observari. Vos verò inventis prædictæ Ecclesiæ facultates, à tempore statuti numeri adeò excrevisse, quòd absque mutilatione prabendarum major haberi posset numerus in eadem: quare quæsitis, an per moderationis, verbum literis nostris appositum, eundem

a *Cantur, pro dantur, habetur in antiquis Cod. & ea Missa qua pro desponsatis canitur.* b *al. Ac.* c *pannos.* d *al. ita: Idem Episcopo F. P. P.*

a *Alban.* b *Tullen. all. Tullenen. al. Tulonen.* c *Vid. Archidiac. in cap. frater noster. 21. q. 1.* d *Engels. al. Engelsman.* e *Vid. gl. & D. in cap. sapientes, de elect. in 6. & Cardinalem in Clement. 1. de magistris.*

numerum

numerum augmentare & minuere deberetis. Quocirca mandamus, quatenus si veteres non sunt minutæ præbendæ, cùm moderatio locum non habeat, ipsarum & canonicorum numerum dimittatis in eodem statu, in quo hactenus dignoscitur extitisse, in utilitatem ejusdem Ecclesiæ convertentes augmentum suorum reditnum, donec duxerimus aliter disponendum.

DE REGULIS JURIS.
TITULUS XLI.

CAP. I.

¶ *Non potest brevius summari.*

Joannes Chrysostomus.

OMnis res, per quascunque causas nascitur, per easdem dissolvitur.

CAP. II.

¶ *Dubia in meliorem partem interpretari debent.*

Beda *in Homiliu.* a

EStote misericordes, &c. Hoc loco nihil aliud nobis præcipi existimo *b*, nisi ut ea facta, quæ dubium est, quo animo fiant, in meliorem partem interpretemur. Quod enim scriptum est *c*, [*Ex fructibus eorum cognoscetis eos:*] de manifestis dictum est, quæ non possunt bono animo fieri: ut stuprum, blasphemiæ, furta, ebrietates, & similia: de quibus nobis permittitur judicare.

CAP. III.

¶ *Propter scandalum evitandum veritas non est omittenda.*

Idem.

QUi scandalizaverit, &c. Utilius scandalum nasci permittitur, quàm veritas relinquatur.

CAP. IV.

¶ *Propter necessitatem illicitum efficitur licitum.*

Idem *super Marc.*

QUod non est licitum in lege, necessitas facit licitum. Nam & Sabbathum custodiri præceptum est: Maccabæi tamen sine culpa sua in Sabbatho pugnabant: sic & hodie, si quis jejunium fregerit ægrotus, reus voti non habetur.

CAP. V.

¶ *Illicitè factum, obligationem non inducit.*

Gregorius VII.

QUod latenter, aut per vim, vel aliàs illicitè introductum est, nullâ debet stabilitate subsistere.

CAP. VI.

¶ *Tormenta indiciis non præcedentibus inferenda non sunt.*

Idem *Varien. Episcopo.*

CUm in contemplatione: [*& infrà.*] ¶ In ipso causæ initio non est à quæstionibus inchoandum.

CAP. VII.

¶ *Sacrilegus est, offendens rem vel personam Ecclesiasticam.*

Stephanus Papa. *a*

QUæ multoties: [*1 & infra.*] ¶ Quicquid in sacratis Deo rebus, & Episcopis injustè agitur, pro sacrilegio reputatur: quia sacra sunt, & à quoquam violari non debent.

[*1 Usurpantur, necesse est ut multoties prohibeantur. Nam.*]

CAP. VIII.

¶ *Qui facit aliter quàm debet, facere non dicitur.*

Augustinus

QUi ex timore *b* facit præceptum, aliter quàm debeat facit, & ideò jam non facit.

CAP. IX.

¶ *Committens unum peccatum, reus est omnium, quoad vitam æternam.*

Idem *in libro de pœnitentia.*

DEficat peccator, quia offendens in uno, factus est omnium reus.

CAP. X.

¶ *Ignorantia non excusat Prælatum in peccatis subditorum, h.d. quoad mysticum & moralem intellectum.*

Gregorius *in registro.*

QUamvis causæ: [*1 & 3.*] ¶ Non *enim* potest esse pastoris excusatio, si lupus oves comedit, & pastor nescit.

[*1 Quid esse deterius potest, quàm ut agantur talia contra servos Dei, ut ipse nesciat qui præest.*]

CAP. XI.

¶ *Pro spiritualibus homagium non præstatur.*

Lucius III. *c*

INdignum est, & à Romanæ Ecclesiæ consuetudine alienum, ut pro spiritualibus facere quis homagium compellatur.

a *In Lucam lib. 2. cap. 14. vide D. Thom. 2. 2. quæst. 60. artic. 4.* b *ætimo.* c *Matth. 7.*

a *Stephanus Papa I. epist. 2. cujus initium: Plurimum gaudemus, extat in 1. tom. Conc.* b *C. 10. eod. tit. in 1. comp. vide D. Thom. 2. 2. quæst. 19.* c *Cap. 13. eod. tit. in 1. compil. vide cap. 2. de excess. Prel. in 2 compil. ubi extat integra clausula.*

FINIS.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

LIBER SEXTVS DECRETALIVM D. BONIFACII PAPAE VIII.

SUÆ INTEGRITATI UNA CUM CLEMENTINIS ET EXTRAVAGANTIBUS RESTITUTUS.



CUM PRIVILEGIO GREGORII XIII. Pontif. Maxim. & aliorum Principum.

BONIFACIUS PAPA VIII. natione Hernicus, patriâ Anagninus, è familia Cajetana, anno 1294. Pontifex Maximus creatus est. Is Decretales Epistolas prædecessorum suorum per Guilielmum Archiepiscopum Ebrudunens. & Berengarium Episcopum Biterens. ac Magistrum Richardum de Senis S. R. E. Vicecancellar. diligenter fecit recenseri: & quibusdam Decretis novis à se additis in unum librum sub debitis titulis redigi, & quinque aliis Gregorii Papæ IX. annecti, Sextumque nuncupari jussit. Ad quem Joannes Andr. Bononiens. continuas glossas, quibus multa ex ejus lectura fuerunt inserta, & hoc signo [ ] notata, conscripsit.

INDEX

INDEX
TITVLORVM ET CAPITULORVM LIBRI SEXTI DECRETALIUM.

TABULA TITULORUM v. librorum Sexti Decretalium secundùm ordinem Alphabeti.

A.

Accusationibus, inquisitionibus & denunciationibus. l. 5. t. 1.
Ætate & qualitate, & ordine præficiendorum. l. 1. tit. 10.
Appellationibus. lib. 2. tit. 15.
Arbitris. lib. 1. tit. 22.

B.

Bigamis. lib. 1. tit. 12.

C.

Capellis Monachorum. l. 3. t. 18.
Constitut, exactionibus & procurationibus. lib. 3. tit. 20.
Clericis conjugatis. lib. 3. tit. 2.
Clericis non residentibus. l. 3. t. 3.
Clerico ægrotante vel debilitato. lib. 3. tit. 5.
Cognatione spirituali. lib. 4. tit. 3.
Concessione præbendæ & Ecclesiæ non vacantis. l. 3. tit. 8.
Confessis. lib. 2. tit. 9.
Consecratione Ecclesiæ vel altaris. lib. 3. tit. 21.
Consuetudine. lib. 1. tit. 4.
Constitutionibus. lib. 1. t. 2.

D.

Decimis, primitiis, & oblationibus. lib. 3. tit. 13.
De desponsatione impuberum. lib. 4. tit. 2.
Digamis. lib. 1. tit. 12.
Dolo & contumacia. l. 2. tit. 6.

E.

Electione & electi potestate. lib. 1. tit. 6.
Eo qui mittitur in possessionem causâ rei servandæ. l. 2. t. 7.
Exceptionibus. lib. 2. tit. 12.
Excessibus Prælatorum & subditorum. l. 5. t. 6.

F.

Filiis Presbyterorum & aliis illegitimè natis. l. 1. t. 11.
Foro competenti. lib. 2. tit. 2.

H.

Hæreticis. lib. 5. tit. 2.
Homicidio. l. 5. tit. 4.

I.

Ii quæ vi metúsve causâ fiunt. l. 1. tit. 20.
Immunitate Ecclesiarum, cæmeteriorum & aliorum locorum religiosorum. l. 3. tit. 23.
In integrum restitutione. l. 1. t. 21.
Injuriis & damno dato. l. 5. t. 8.
Institutionibus. lib. 3. tit. 6.
Judiciis. lib. 2. tit. 1.
Juramento calumniæ. l. 2. t. 4.
Jurejurando. lib. 2. tit. 11.
Jure patronatûs. lib. 3. tit. 19.

L.

Lite contestatione. l. 2. t. 3.

M.

Majoritate & obedientiæ. lib. 1. tit. 17.

N.

Ne Clerici vel Monachi secularibus negotiis se immisceant. lib. 3. tit. 24.
Ne sede vacante aliquid innovetur. lib. 2. tit. 8.

O.

Officio vicarii. lib. 1. tit. 13.
Officio & potestate judicis delegati. l. 1. tit. 14.
Officio legati. lib. 1. tit. 15.
Officio ordinarii. lib. 1. tit. 16.

P.

Pactis. lib. 1. tit. 18.
Pœnis. lib. 5. tit. 9.
Pœnitentiis & remissionib. l. 5. t. 10.
Postulatione Prælatorum. lib. 1. tit. 5.
Præbendis & dignit. lib. 3. t. 4.
Præscriptionibus. lib. 2. tit. 13.
Privilegiis. lib. 5. tit. 7.
Procuratoribus. lib. 1. tit. 19.

R.

Rebus Ecclesiæ non alienandis. lib. 3. tit. 9.
Regularibus transeuntibus ad religionem. l. 3. tit. 14.
Regulis juris. lib. 5.
Religiosis domibus. l. 3. t. 17.
Reliquiis & veneratione sanctorum. lib. 3. tit. 22.
Renunciatione. lib. 1. tit. 7.
Rerum permutatione. l. 3. tit. 10.
Rescriptis. lib. 1. tit. 3.
Restitutione spoliatorum. l. 2. t. 5.
Restitutione in integrum. l. 1. tit. 21.

S.

Schismaticis. lib. 5. tit. 3.
Sententia & re judicata. l. 2. t. 14.
Sententia excommunicationis. l. 5. tit. 11.
Sepulturis. lib. 3. tit. 12.
Sponsalibus & matrimoniis. l. 4. t. 1.
Statu regularium. lib. 3. tit. 16.
Summa trinitate & fide catholica. lib. 1. tit. 1.
Supplenda negligentia Prælat. l. 1. t. 8.

T.

Temporib. ordinationum. l. 1. t. 9.
Testamentis & ultimis voluntatibus. lib. 3. tit. 11.
Testib. & attestat. lib. 2. tit. 10.

V.

Verborum signif. lib. 5. tit. 12.
Vita & honest. Cleric. l. 3. t. 1.
Voto & voti redemptione. lib. 3. tit. 15.
Usuris. lib. 5. tit. 5.
Vi lite pendente nihil innovetur. l. 2. t. 8.

FINIS TABULÆ TITULORUM.

TABULA OMNIUM CAPITULORUM Sexti Decretalium secundùm ordinem Alphabeti.

A.

Ab arbitris. de offic. & potest. jud. deleg.
Abbate. de sent. & re jud.
Abbates. de privileg.
Ab eo qui appellat. de appell.
Ab eo qui contra. de elect.
Absolutionis. de his quæ vi.
Accusatus. de hæret.
A collatione. de appell.
Actor qui. de dol. & contum.
Ad Apostolic. de sent. & re jud.

Ad decimas. de restit. spoliat.
Ad succidendos. de schismat.
Alma mater. de sentent. excomm.
Altercationis. de bigamis.
Animarum. de sepult.
Appellatio. de appell.
Avaritiæ. de elect.
Auctoritate Martini. de concessione præbend.
Auctoritate sedis. de priv.

B.

Beneficium. de regularib.

C.

Clericis. de immun. Eccl.
Clerici. de vita & honestate Clericorum.
Clerici. de Cleric. conjugat.
Collatio. de officio legati.
Commissa. de elect.
Concertationi. de appellation.
Constitutionem. de sentent. excomm.
Constitutionem. de verborum significatione.
Constitutionem. de regularib.
Constitutio. de electione.
Consuetudinem. de consuetud.
Consuetudinem. de Cleric. non residentib.
Contingit. de jurejuran.
Contra Christianos. de hæret.
Cordi nobis. de appellation.
Cui de non. de præbend.
Cùm singula. de præbend.
Cùm in Ecclesiis. de præbend.
Cùm de diversis. de privil.
Cùm personæ. de privil.
Cùm in multis. de rescript.
Cùm aliquibus. de rescript.
Cùm æterni. de sentent. & re judicat.
Cùm ab uno. de sentent. & re judicat.
Cùm quis. de sepulturis.
Cùm quis. de sententia excommunicationis.
Cùm medicinalis. de sententia excommunicationis.
Cùm nullus. de temp. ord.
Cùm appellationibus. de appellat.
Cùm in tua. de consuetud.
Cùm non deceat. de electione.
Cùm ex eo. de electione.
Cùm expediat. de electione.
Cùm quidam. de exceptionib.
Cùm ex eo. de excessib. Prælator.
Cùm C. laicus. de foro competenti.
Cùm contumacia. de hæret.
Cùm secundùm leges. de hæret.
Cùm in positionibus. de jurejurando.
Cùm in generali. de offic. vic.
Cùm plures. de officio & potestate judic.
Cùm de beneficio. de præbend.
Cùm in illis. de præbend.
Cùm in Ecclesia. de præbend.
Cùm Episcopus. de offic. ord.
Cupientes. de elect.

D.

Decet domum. de immunitate Ecclesiarum.
Decernimus. de sententia excommunicationis.
Decrevit. de hæret.
Degradatio. de pœnis.
Deliberatione. de offic. legat.
Detestanda. de concess. præbend.
Dilecto. de sententia excommunicationis.
Discretioni. de decimis.
Dispendia. de rescript.
Dispendiis. ut lit. pend.
Dudum. de præb.
Dudum. de rebus Ecclesiæ non alienandis.
Duobus. de rescript.

E.

Ecclesiæ. de suppl. neglig. Prælatorum.
Ecclesia. de in integr. restitut.
Ei cui. de præbend.
Eos qui. de sententia excommunicationis.
Eos qui. de temp. ordin.
Eos qui. de immunit. Eccles.
Episcopali. de major. & obed.
Episcopus. ne Cler. vel Monach.
Episcopum. de præscript.
Episcoporum. de privileg.
Et si capitulum. de institut.
Et si pignorationes. de injur.
Et si sententia. de sent. & re judic.
Eum cui. de præbend.
Eum qui. de eo qui mittitur in possessionem.
Eum qui. de dolo & contumac.
Eum qui. de præbend.
Exceptionis. de lit. contestat.
Ex eo quòd. de elect.
Executor. de concess. præbend.
Exigit. de censib.
Exit. de verbor. significat.
Ex sponsalibus. de sponsa.

F.

Felicis. de pœnis.
Felicis. de censib.
Fideli. de summ. trinit.
Filii. de hæret.
Frequens. de restit. spoliat.
Fundamenta. de electione.

G.

Generali. de elect.
Gloriosus. de reliq. & venerat.
Grandi. de sup. neglig. Prælat.
Gratia. de rescript.

H.

Hac constitutione. de offic. & potest. jud. delegat.
Hi qui. de præbend.
Hoc consultissimo. de rebus Eccles. non alienand.

I.

In appellationis. de jur. calum.
Indemnitatibus. de elect.
Indulgentiæ. de pœnit.
In electionibus. de elect.
In fidei. de hæret.
Inquisitiones. de hæret.
Ipso jure. de rescript.
Is cui procuratio. de elect.
Is cui ab Apostolica. de officio & potestate judicis delegati.
Is cui est. de sententia excommunicationis.
Is cui conceditur. de præb.
Is qui mandat. de homicid.
Is qui contra. de elect.
Is qui. de fil. Presbyt.
Is qui à procuratore. de procuratoribus.
Is qui habet. de sepult.
Is qui in Ecclesia. de sententia excommunicationis.
Is qui monasterium. de reg.
Iudex. de officio & potestate judicis delegati.
Iuris. de judic.

L.

Legatos. de officio legati.
Legitima. de appellationibus.
Licèt Ecclesiarum. de præbend.
Licèt Episcopus. de præbend.
Licèt ab interlocutoria. de appellationibus.
Licèt in officialem. de offic. vic.
Licèt is. de procur.
Licèt Romanus. de const.
Licèt canon. de electione.
Licèt pater. de sepult.
Licèt. de sentent. excommunicat.
Licèt vobis. de privil.
Licèt in tua. de verum permutat.
Licèt mulieres. de jurejur.

M.

Mandatum. de præbend.
Mandate. de præbend.
Mediatores. de testibus & attestationibus.
Mulieres. de judic.

N.

Ne aliqui. de hæret.
Ne aliqui. de privileg.
Ne captanda. de concess. præbend.
Nedum. de cognat. spirit.
Nemo deinceps. de elect.
Non est. de consuetud.
Non indiscrete. de procur.

Non potest. de præb.
Non putamus. de consuet.
Non solùm. de appell.
Non solùm. de regular.
Nulli licere. de elect.
Nullam. de jur. cal.
Nullus Episcopus. de temp. ord.
Nullus religiosus. de elect.

O.

Officii. de off. legati.
Ordinarii. de off. ord.

P.

Pactum. de pact.
Pastoralis. de Cler. ægr.
Per Catechismum. de cog. spir.
Per exemptionem. de priv.
Per hoc. de hæret.
Permittimus. de ætat. & qualit.
Perpetuò. de censib.
Perpetuò. de postul. Prælat.
Perpetuò. de elect.
Periculoso. de statu reg.
Pia. de except.
Postquam. de accusat.
Prælatis. de homicid.
Præsenti. de off. leg.
Præsenti. de off. ord.
Præsenti. de præbend.
Præsenti. de sentent. excommun.
Præsentium. de testibus & attestationibus.
Presbyteri. de capel. Mon.
Præsidentes. de hæret.
Privilegium. de verborum significatione.
Procurator. de procur.
Procurator. de elect.
Pro humani. de homicid.
Provida. de elect.

Q.

Quàm sit Ecclesiis. de elect.
Quanquam usurarii. de usur.
Quanquam in casu. de elect.
Quanquam pelagiorum. de cens.
Quamvis non plures. de cognat. spirit.
Quamvis alicui. de offic. & potestate.
Quamvis super cessationibus. de offic. ordin.
Quamvis plenissima. de præb.
Quamvis tibi. de præb.
Quamvis ad vestrum. de pœnis.
Quamvis. de rescr.
Quamvis constitutio. de elect.
Quamvis procurator. de proc.
Quamvis pactum. de pact.
Qui ad agendum. de proc.
Qui contra certam. de elect.
Qui generaliter. de proc.
Qui post votum. de reg.
Qui Pontificali. de offic. & potestate judic.
Quia plerique. de off. ord.
Quia sæpè dubitatur. de præb.
Quia nonnulli. de immun. Eccl.
Quia per ambitiosam. de rescr.
Quia sæpè contingit. de elect.
Quia periculosum. de sentent. excommunicationis.
Quia ex eo. de pact.
Quia cunctis. de concess. præb.
Quicunque. de sent. excom.
Quicunque hæreticos. de hæret.
Quod votum. de voto & vot. redempt.
Quodam. de præb.
Quoniam Episcoporum. de hær.
Quoniam ut intelleximus. de immun. Eccles.
Quoniam Episcopi. de privil.
Quoniam aliqui. de renunt.
Quoniam electione. de elect.
Quoniam ex constitutione. de concess. præbend.
Quoniam in baptismo. de sentent. excommun.
Quorundam. de elect.

R.

Religiosus. de testam.
Religioso. de sent. excommun.
Religiosi. de sepult.
Religionum. de relig. dom.
Romana. de suppl. negl. Præl.
Romana. de sentent. excommunicationis.
Romana. de testib. & attestationib.
Romana. de censib.
Romana. de foro comp.
Romana. de offic. vic.
Romana. de offic. ord.
Romana. de pœnis.
Romana. de pœnitent.
Romana. de appell.

S.

Sciant cuncti. de elect.
Seculares. de foro comp.
Sæpè contingit. de temp. ord.
Si à judice. de appell.
Si à subdelegato. de off. & pot.
Si Apostolicæ. de præb.
Si à sede. de præb.
Si Apostolica. de præb.
Si Abbatem. de elect.
Si ad solum. de regul.
Si adversùs. de in integ. rest.
Si annum. de judic.
Si ad Episcopum. ne sede vac.
Si beneficia. de præb.
Si Clericos. de sent. excom.
Si civitas. de sententia excommunicationis.
Si capitulo. de concess. præb.
Si compromissarius. de elect.
Si confirmationem. de elect.
Si contra unum. de officio & potestate.
Si Canonici. de offic. ord.
Si Clericus. de præb.
Si cui. de elect.
Si cui. de præbend.
Sicut nobis. de verborum significatione.
Sicut cum. de elect.
Si duo procuratores. de procuratoribus.
Si duo ex tribus. de officio & potestate.
Si de calumnia. de jur. calumn.
Si delegatus. de offic. & pot.
Si Ecclesiam. de consecr. Eccl.
Si Episcopus. de suppl. negl. Prælatorum.
Si Episcopus. de præb.
Si Episcopus. de pœnitent.
Si Episcopus. de offic. ord.
Si eo tempore. de rescript.
Si eo tempore. de elect.
Si electio. de elect.
Si ex tribus. de arbitr.
Si eum. de præb.
Si forte. de elect.
Si gratiosè. de rescript.
Si hi contra. ut lite pend.
Si judex. de sentent. excomm.
Si infantes. de desponsat. imp.
Si is cum quo. de fil. Presbyt.
Si is cui. de præbend.
Si is cui. de accusat.
Si is ad quem. de institut.
Si is cui. de offic. & potest. jud.
Si Laicus. de jure patr.
Si motu. de præb.
Si oblato. de lit. contest.
Si Papa. de priv.
Si pater. de testam.
Si post præstitum. de confess.
Si propter. de rescript.
Si pro te. de rescr.
Si postquam. de elect.
Si pro Clericis. de præbend.
Si postquam. de præb.
Si pluribus. de præb.
Si pauper. de præb.
Si quando. de elect.
Si quem. de procur.
Si quis. de præscript.
Si quis justo. de elect.
Si religiosus. de elect.
Si sententia. de sententia excommunicationis.
Si soli. de concess. præb.
Si super. de off. & pot. jud.

Si te. de renunciat.
Si tibi absenti. de præb.
Si tibi concesso. de præb.
Solet. de sent. excomm.
Statuimus. de sentent. excommunicationis.
Statuimus. de elect.
Statuimus. de confessis.
Statuimus j. de offic. & potest. judic. deleg.
Statuimus ij. de offic. & pot.
Statutum. de rescr.
Statutum. de elect.
Statutum. de sent. excomm.
Statutum. ne Cler. vel Monach.
Statutum. de præb.
Statutum j. de hæret.
Statutum ij. de hæret.
Statuta. de hæret.
Statuto perpetuo. de decim.
Super eo. de hæret.
Super eo. de præb.
Susceptum. de rescr.
Suscepti. de præb. & dign.

T

Tibi qui. de rescr.

V

Ubi periculum. de elect.
Ubicunque. de panis.
Veniens. de verbor. signif.
Venerabilibus. de sentent. excom.
Volentes. de privil.
Usurarum. de usur.
Ut Apostolicæ. de priv.
Ut animarum. de constitutionibus.
Ut circa. de elect.
Ut commissi. de hæret.
Ut inquisitionis. de hæret.
Ut litigantes. de officio ordinarii.
Ut officium. de hæret.
Ut periculosa. ne Cleric. vel Monach.
Ut quæstionibus. de arb.
Ut quis. de elect.
Ut super. de appell.

FINIS.

CLEMENS PAPA V. natione Gallus, provinciâ Vasconiâ, diœcesis Burdegalensis, anno 1305. Romanus Pontifex creatur. Is non modò in Concilio Viennensi, sed etiam ante & post ipsum Concilium plurimas constitutiones edidit: quas, cùm & assiduâ occupatione, & morte præventus in unum collectas volumen, & sub congruis titulis collocatas edere ut decreverat, non potuisset, Joannes XXII. ejus successor publicavit. Eas Joann. And. Bononien. glossis illustravit.

TABULA

TABVLA TITVLORUM ET CAPITULORUM CLEMENTINARUM.

TABULA TITULORUM Clementinarum, secundùm ordinem Alphabeti.

A.

Etate & qualitate, & ordine præficiendorum. l. 1. t. 6.
Appellationibus. l. 2. t. 12.

B.

Aptismo & ejus effectu. lib. 3. tit. 15.

C.

Causa possessionis & proprietatis. lib. 2. t. 3.
Celebratione Missarum. l. 3. t. 14.
Censib. exactionib. & procurationib. l. 3. t. 13.
Concessione prabendæ. l. 3. t. 3.
Consanguinitate & affin. l. 4. t. 1.

D.

Decimis, primitiis, & oblationib. l. 3. t. 8.
Dolo & contumacia. l. 2. t. 4.

E.

Electione & electi potestate. lib. 1. tit. 3.
Excepionib. lib. 2. t. 10.
Excessib. Prælat. l. 5. t. 6.

F.

Foro competenti. lib. 2. tit. 2.

H.

Hæreticis. lib. 5. t. 3.
Homicidio voluntario, vel casuali. l. 5. t. 4.

I.

Immunitate Ecclesiarum. l. 3. t. 17.
Iudais & Sarracenis. l. 5. t. 2.
Iudiciis. lib. 2. tit. 1.
Iure patronatus. lib. 3. t. 12.
Iurejurando. lib. 2. t. 9.

M.

Magistris, & ne aliquid exigatur pro licentia docendi. lib. 5. tit. 1.

O.

Officio Vicarii. lib. 1. t. 7.
Officio & potestate judicis deleg. lib. 1. t. 8.
Officio judicis ordinarii. l. 1. t. 9.

P.

Pœnitentiis & remiss. l. 5. t. 9.
Pœnis. lib. 5. tit. 8.
Præbendis & dignitat. lib. 3. t. 2.
Privilegiis, & abusibus privilegiatorum. lib. 5. t. 7.
Probationibus. lib. 2. tit. 7.
Procuratorib. lib. 1. tit. 10.

R.

Rebus Ecclesiæ non alienandis. l. 3. tit. 4.
Regularibus, & transeuntibus ad religionem. l. 3. t. 9.
Religiosis domibus. lib. 3. t. 11.
Reliquiis & veneratione sanctorum. lib. 3. t. 16.
Renunciatione. lib. 1. t. 4.
Rerum permutatione. l. 3. t. 4.
Rescriptis. lib. 1. tit. 2.
Restitutione in integrum. l. 1. t. 11.

S.

Sententia & re judicata. lib. 2. tit. 11.
Sententia excommunicationis. lib. 5. tit. 10.
Sepulturis. lib. 3. t. 7.
Sequestratione possessionum & fructuum. l. 2. t. 6.
Status Monachorum. l. 3. t. 10.
Summa Trinitate & fide catholica. lib. 1. tit. 1.
Supplenda negligentia Prælatorum. lib. 1. t. 5.

T.

Testamentis & ultimis voluntatibus. l. 3. t. 5.
Testibus. lib. 2. tit. 8.

V.

Verborum signific. l. 5. t. 11.
Vita & honestate Clericorum. l. 3. tit. 1.
Vsuris. lib. 5. tit. 5.
Vt lite pendente nihil innovetur. l. 2. tit. 5.

TABULA CAPITULORUM Clementinarum, secundùm ordinem Alphabeti.

A.

Abbates. de rescript.
Ab Ecclesia. de restit. in int.
Abusionibus. de pœnit. & remission.
Ad compescendas. de seq. poss. & fruct.
Ad nostrum. de cens.
Ad nostrum. de hæret.
Appellanti. de appell.
Archiepiscopo. de privileg.
Attendentes. de stat. Monach.
Auditor. de rescript.

C.

Causa beneficiali. de caus. pos. & propr.
Causam electionis. de elect.
Cedis quidem. de Iudæis.
Constitutionem. de elect.
Cùm à repulsione. de appell.
Cùm concessa. de elect.
Cùm de quibusdam. de rel. dom.
Cùm Ecclesiæ. de æt. & qualit.
Cùm ei quem. de conc. prab.
Cùm ex eo. de sent. excom.
Cùm illusio. de renunt.
Cùm Iudæi. de testib.
Cùm lite. ut lit. pendent.
Cùm rationi. de elect.
Cùm secundùm statuta. de pan. & rem.
Cùm sit nimis. de magistr.
Cùm sit naturæ. de cens.
Cupientes. de pœnis.

D.

Dignum prorsus. de celebr. Missar.
Diœcesanis. de vit. & hon. Cler.
Dispendiosam. de judic.
Dudum. de judic.
Dudum. de sepult.

E.

Eos, qui. de sepult.
Eos, qui. de regular.
Eos qui. de consang. & affin.
Et si. de rescr.
Et si. de offic. ordin.
Ex frequentib. de sent. excom.
Ex gravi. de usur.
Excommunicationis. de except.
Exivi de Paradiso. de verb. sign.

F.

Fidei catholicæ. de summ. Trin.
Frequens. de excess. Prat.

G.

Generalem. de æt. & qualit.
Gratia. de rescript.
Gravi. de celebrat. Missar.
Gravis. de sent. excom.

I.

In plerisque. de elect.
Instrumento. de procur.

Inter solicitudines. de magist.
Iudices. de offic. deleg.

L.

Literis nostris. de probat.
Literas. de rescript.

M.

Monasteriorum. de reb. Eccl. non alien.
Multorum. de hæret.
Multorum. de pœnit.

N.

Ne concessione. de rer. perm.
Ne in agro. de stat. Mon.
Ne Romani. de elect.
Nolentes. de hæret.
Non potest. de procur.

P.

Pastoralis. de re jud.
Per literas. de præbend.
Plures ab uno. de jur. patr.
Præsenti constitutione. de censib.
Præsenti. de bapt. & ejus effect.
Procuratorem. de procur.

Q.

Quamdiu. de appell.
Quamvis sacris. de for. comp.
Quamvis vigor. de appell.
Quæ de Ecclesiis. de offic. vicar.
Quia contingit. de relig. dom.
Quia regulares. de suppl. negl. Præl.
Quod circa. de elect.
Quoniam qui. de vit. & hon. Cler.
Quoniam ex constitutione. de immun. Eccles.

R.

Religiosi. de priv.
Religiosi. de decim.
Religiosus. de procur.
Religiosis. de testam.
Romani. de jurejur.

S.

Sæpè contingit. de verborum significatione.
Si antè. de dol. & contum.
Si à judicibus. de appell.
Si appellationem. de appell.
Si beneficiorum. de decim.
Sicut appellationem. de appell.
Si de beneficio. de præb.
Si dignitas m. de præb.
Si dominum. de relig. & ven. san.
Si duobus. ut lit. penden.
Si furiosus. de homicid.
Si juxta. de prabend.
Si plures. de prabend.
Si quis suadente. de pœnit.
Si Romanus. de prabend.
Si summus. de sentent. excommunicationis.
Si una. de reb. Eccl. non alien.
Statutum. de elect.

T.

Testibus. de test.

V.

Ut calumniis. de re judic.
Vt Clericorum. de offic. jud. ord.
Vt constitutio. de jur. patr.
Vt professores. de regular.
Vt ii qui. de ætat. & qual.

FINIS.

IOANNES PAPA XXII. natione Gallus, patriâ Caturcensis, ex provincia Aquitania, anno 1316. Romanus Pontifex creatus est. Is præter constitutiones Clementis V. prædecessoris, multas quoque suas publicavit. Ad quas Zenzelinus de Cassanis (quem alii Genzelinum vocant) uberes composuit commentarios.

TABULA

TABULA EXTRAVAGANTIUM VIGINTI JOANNIS XXII. TUM ETIAM TITULORUM ET CAPITULORUM EXTRAVAGANTIUM COMMUNIUM, per Alphabeti ordinem distincta.

INDEX TITULORUM Extravagantium XX. Joannis XXII. juxta seriem Alphabeticam.

C.

Concessione præbendæ, & Ecclesiæ non vacantis. tit. 4.
Crimine falsi. t. 10.

E.

Electione & electi potestate. tit. 1.

I.

Iudæis & Sarracenis. t. 8.

M.

Majoritate & obedientia. t. 2.

N.

Ne sede vacante aliquid innovetur. t. 5.

P.

Pœnit. t. 12.
Præbendis & dignitatibus. t. 3.
Privilegiis. t. 11.

R.

Religiosis domib. t. 7.

S.

Sententia excommunicationis, suspensionis, & interdicti. tit. 13.

T.

Torneamentis. tit. 9.

V.

Verborum significatione. t. 14.
Voto, & voti redemptione. tit. 6.

TABULA CAPITUM Extravagantium XX. Joannis XXII. secundùm ordinem Alphabeti.

A.

Ad apostolatus. t. 4. de concess. præb. & Eccl. non vac.
Ad nostri Apostolatus. tit. 11. de privileg.
Ad conditorem. tit. 14. de verbor. significat.
Adonus. t. 1. de elect. & electi. potest.
Antiquæ. tit. 6. de vot. & voti redempt.

C.

Copiosus in misericordia. t. 8. de Iud. & Sarracen.
Cùm ad sacrosanctæ. tit. 13. de sent. excomm. suspens. & interd.
Cùm inter nonnullos. tit. 14. de verbor. significat.

D.

Dierum crescente malitiâ. tit. 12. de pœn.

E.

Ecclesiæ Romanæ. tit. 2. de major. & obed.
Execrabilis. t. 3. de præbend. & dign.

P.

Prodiens quasi. tit. 10. de crim. falsi.

Q.

Quia in futurorum. tit. 9. de torneam.
Quia nonnunquam. t. 14. de verb. significat.
Quia quorundam. t. 14. de verb. significat.
Quorundam exigit. tit. 14. de verb. significat.

S.

Sanctæ Romanæ. tit. 7. de rel. domib.
Sedes Apostolicæ. tit. 4. de conces. præbend. & Eccles. non vac.
Si fratrum. tit. 5. ne sed. vac. aliquid innov.
Suscepti regiminis. t. 1. de elect. & el. potest.

TABULA TITULORUM quinque librorum Extravagantium communium, secundùm ordinem Alphabeti.

A.

Auctoritate & usu pallii. lib. 1.

C.

Celebratione Missarum. l. 3.
Censibus, exactionibus, & procurationib. l. 3.
Consuetudine. l. 1.
Crimine falsi. l. 5.

D.

Decimis. l. 3.
Dilationibus. l. 2.
Dolo & contumacia. l. 2.

E.

Electione. l. 1.
Empione & venditione. l. 8.

F.

Furtis. l. 5.

H.

Hæreticis. l. 5.

I.

Immunitate Ecclesiarum. l. 3.
Iudiciis. l. 2.
Iudæis. l. 5.

M.

Majoritate & obedientia. l. 1.

N.

Ne sede vacante aliquid innovetur. l. 3.

O.

Officio custodis. l. 1.
Officio delegati. l. 1.
Officio judicis ordinarii. l. 1.

P.

Pœnitentiis & remissionibus. lib. 5.
Pœnis. l. 5.
Postulatione Prælatorum. l. 1.
Præbendis & dignitatibus. l. 3.
Privilegiis. l. 5.

R.

Rebus Ecclesiæ non alienand. l. 3.
Regularibus & transeuntibus ad religionem. l. 3.
Religiosis domibus. l. 3.
Reliquiis & veneratione Sanctorum. lib. 3.

S.

Schismaticis. l. 5.
Sententia excommunicationis. l. 5.
Sepulturis. l. 3.
Simonia. l. 5.

T.

Treuga & pace. l. 1.

V.

Vita & honestate Cler. l. 3.

TABULA OMNIUM CAPITULORUM Extravagantium communium, per Alphabeti ordinem.

A.

Ad cerebrum. de sent. excomm.
Ad cujus libet. de præb. & dign.
Ad nostrum. de reg. & trans. ad relig.

Tabula Extravagantium.

Ad regimen. de præb. & dign.
Ad Romani. de præb. & dign.
Ad universalis. de treug. & pace.
Ambitiosæ. de reb. Eccl. non alien.
Antiquorum. de pœn. & remiss.

C.

Cùm detestabile. de simon.
Cùm Matthæus. de hær.
Cùm nonnullæ j. de præb. & dignit.
Cùm nonnullæ ij. de præb. & dignit.
Cùm præexcelsa. de rel. & ven. sanct.

D.

Debent superioribus. de offic. jud. ordin.
Declarationes. de decim.
Detestandæ. de sepult.
Dignum arbitramur. de Iudæis.
Dispendiis. de postul. Prælat.
Discipulorum. de celeb. Miss.
Divina. de privil.
Divinis. de pœnis.
Docta sanctorum. de vita & honest. Clericor.
Dudum. de schismaticis.

E.

Et si Dominici j. de pœn. & remiss.
Et si Dominici ij. de pœn. & remiss.
Et si decreat. de major. & obed.
Et si in temporalium. de præb. & dign.
Excommunicamus. de sentent. excommunicationis.
Ex debito. de elect.
Execrabilis. de præb. & dign.
Ex eo. de hær.
Exhibita. de privileg.
Ex supernæ. de præb. & dign.

F.

Frequentes. de jud.

G.

Grave nimis. de relig. & ven. sanct.

I.

In delictorum. de dilat.
Infidelis. de furtis.
Injunctæ. de elect.
Inter cunctas. de privil.

M.

Malitiis. de auct. & usu pall.
Meruit. de privil.
Multa mentis. de Iudæis.

N.

Nuper j. de præb. & dign.
Nuper ij. de præb. & dign.
Nuper iij. de præb. & dign.

P.

Pastoralis. de immun. Eccl.
Piæ solicitudinis. de præb. & dign.
Postulasti. de præb. & dign.
Provide. de sent. excomm.

Q.

Quemadmodum. de pœn. & rem.
Quia cunctos. de offic. cust.
Quia nonnulli. de sent. excomm.
Quod olim. de immun. Eccl.

R.

Ratio recta. de relig. dom.
Regiminis j. de empt. & vend.
Regiminis ij. de empt. & vend.
Rem non novam. de dol. & cont.

S.

Salvator. de præb. & dign.
Sancta Romana. de elect.
Sanè in vinea. de simon.
Sedes Apostolica. de offic. deleg.
Si religiosus. de elect.
Spondent. de crim. falsi.
Super cathedram. de sepult.
Super gentes. de consuet.
Suscepti. ne sed. vacante.

V.

Vas electionis. de censib. &c.
Vas electionis. de hæret.
Viam ambitiosæ. de reg. & transl. ad relig.
Vices illius. de treug. & pace.
Vnam sanctam. de major. & obed.
Vnigenitus. de pœn. & rem.
Vt Prælatorum. de maj. & obed.
Vt quos. de offic. jud. ord.

FINIS.



LIBER SEXTUS
DECRETALIUM DOMINI
BONIFACII PAPÆ VIII.

BONIFACIUS Episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Doctoribus & Scholaribus universis Bononiæ [a] commorantibus, salutem & Apostolicam benedictionem.

SAcrosanctæ Romanæ Ecclesiæ (quam imperscrutabilis divinæ providentiæ altitudo, universis dispositione incommutabili prætulit Ecclesiis, & totius orbis præcipuum obtinere voluit magistratum) regimini præsidentes, curis solicitamur continuis, & assiduâ meditatione urgemur: ut juxta creditæ nobis dispensationis officium, subditorum commodis (in quorum prosperitate utique prosperamur) jugi, quantùm nobis ex alto concessum fuerit, solicitudinis studio intendamus. Amplectimur quippe voluntarios pro ipsorum [b] quiete labores, & noctes quandoque transigimus insomnes, ut scandala removeamus ab ipsis: & quas humana natura (novas semper deproperans edere formas) lites cotidiè invenire conatur, nunc antiquorum [c] declaratione, nunc verò novorum editione jurium, prout nobis esse possibile, reprimamus.

Sanè, cùm post volumen Decretalium à felicis recordationis Gregorio Papa IX. prædecessore nostro tam providè, quàm utiliter compilatum, nonnullæ ab eo & ab aliis Romanis Pontificibus successivè super diversis dicerentur articulis editæ Decretales: de quarum aliquibus, an Decretales existerent, earumq; auctoribus dubitabatur solicitè in judiciis & in scholis: nos ad apicem summi Pontificatûs superna dispositione vocati, super hoc cũ instantia requisiti à multis [d], ambiguitatem & incertitudinem hujusmodi dispendium pluribus afferentem [e], omninò tollere, ac elucidare, quæ de Decretalibus ipsis teneri, quæve deberent in posterum refutari, gratiâ suffragante divinâ, pro utilitate publica desiderabiliter affectantes: per venerabiles fratres nostros Guilielmum Archiepiscopum Ebrudunens. [f] & Berengarium Episcopũ Biterens. ac dilectũ filium magistrum [g] Richardum de Senis, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Vicecancellarium, juris utriusq; Doctorem, Decretales hujusmodi diligentiùs fecimus [h] recenseri: & tandem pluribus ex ipsis (cùm vel temporales, aut sibiipsis, vel aliis juribus contrariæ, seu omninò superfluæ viderentur) penitùs resecatis: reliquas, quibusdam ex eis abbreviatis, & aliquibus in toto, vel in parte mutatis, multisq; correctionibus, detractionibus, & additionibus (prout expedire vidi-

---

a In uno manuscripto ita, Paduæ commorantibus: in altero Vaticano ita, Bononiæ, Parisiis, Aurelianisque commorantibus. b eorum. c Optimus tex. secundùm Doct. quòd declarans non novat. similis tex. in l. hæredes palam. §. sed & si notam. ff. de testamentis. Font. d In dubio juris, si Princeps est præsens, consulendus est: aliter non valet actus. vide l. cùm de novo. C. de legibus. e Aliàs, afferentes. f Ebredunens. g Doct. not. quòd Doct. vocari possunt magistri. gl. 3 in Clem. cùm sit. de magist. ego addo text. in l. quibus præcipua. ff. de verb. sign. Font. h Nota, quod potestas condendi legem, est delegabilis. Doct. Font.

mus) factis in ipsis, in unum librum, cum nonnullis nostris constitutionibus (in quibus ad correctionem morum, subditorumq; [a] *quietem multa statuuntur salubria, fructus uberes Deo propitio in domo Domini allatura, & plurima in judiciis & extra frequentata dubia deciduntur) redigi mandavimus, & sub debitis titulis collocari.*

Quem librum quinque libris aliis dicti voluminis Decretalium annectendum, Sextum censuimus nuncupari: ut idem volumen senarium [b] *(qui numerus est perfectus) librorum, illo adjuncto numerum comprehendens, perfectam in* [c] *rebus agendis formam tribuat, & in moribus disciplinam.*

Nec sine causa morem prædecessorum nostrorum (qui cùm constitutiones aliquas promulgabant noviter, eas mandabant sub antiquarum serie situari) omisimus in hac parte servare: hæc [d] *enim fecimus, ne infinitos libros destrui, & alios non sine maximis dispendiis, laboribus, & expensis de novo fieri oporteret.*

Universitati [e] *vestræ igitur per Apostolica scripta mandamus, quatenus librum hujusmodi cum multa maturitate digestum, quem sub bulla nostra vobis transmittimus, prompto suscipientes affectu, eo utamini de cætero in judiciis & in scholis: nullas alias, præter* [f] *illas, quæ inseruntur, aut specialiter reservantur in eo, Decretales aut Constitutiones, à quibuscunque nostris prædecessoribus Romanis Pontificibus post editionem dicti voluminis promulgatas, recepturi ulteriùs, aut pro Decretalibus habituri.*

---

a Aliàs ita: Utrorumq; subditorum quietem. *b* Consule Euclidem & alios Mathematicos, ex quibus intelliges, cur numerus senarius dicatur perfectus. adde Macrobium lib. 1. cap. 6. in somnium Scipionis. *c* Al. ita: In Ecclesiasticis rebus agendis. *d* Hoc *e* Nota text. hic junctâ superscriptione, quod Scholares & Doct. simul faciunt universitatem. Dom. Philip. Font. *f* Nota quòd dictio, Præter, sequens negativam includit. Dom. hic Rom. consil. 318. Font.

DE SUM-

DE SUMMA TRINITATE, ET FIDE CATHOLICA.

TITULUS PRIMUS.

CAPITULUM UNICUM.

¶ *Spiritus Sanctus æternaliter à Patre & Filio, tanquam ab uno principio & unica spiratione, procedit. Joan. Andr.*

Gregorius X. *in generali Concilio Lugdunensi.*

FIdeli ac devotâ professione fatemur a, quòd Spiritus Sanctus æternaliter ex Patre & Filio, non tanquam ex duobus principiis, sed tanquam ex uno principio: non duabus spirationibus, sed unicâ spiratione procedit: hoc professa est hactenus, prædicavit & docuit, hoc firmiter tenet & prædicat, profitetur & docet sacrosancta Romana Ecclesia, mater omnium fidelium, & magistra: hoc habet orthodoxorum Patrum, atque Doctorum Latinorum, pariter & Græcorum incommutabilis & vera sententia. Sed quia nonnulli propter irrefragabilis præmissæ veritatis ignorantiam in errores varios sunt prolapsi: Nos hujusmodi erroribus viam præcludere cupientes, hoc sacro approbante Concilio, damnamus & reprobamus omnes, qui negare præsumpserint, æternaliter Spiritum Sanctum ex b Patre & Filio procedere sive etiam temerario ausu asserere, quòd Spiritus Sanctus ex Patre & Filio, tanquam ex duobus principiis, & non tanquam ex uno, procedat.

DE CONSTITUTIONIBUS.

TITULUS II.

CAP. I.

¶ *Nova constitutio Principis tollit primam contrariam, quamvis id non exprimat. Speciales consuetudines, & statuta rationabilia non tollit, nisi id exprimat. Ioan. Andr.*

Bonifacius VIII.

LIcèt Romanus Pontifex (qui jura omnia in scrinio pectoris sui censetur habere) constitutionem c condendo posteriorem, priorem, quamvis de ipsâ mentionem non faciat, revocare noscatur: Quia tamen locorum specialium & personarum singularium consuetudines & statuta, (cùm sint facti, & in facto consistant) potest probabiliter ignorare: ipsis, dum tamen sint rationabilia, per constitutionem à se noviter editam (nisi expresè caveatur in ipsâ) non intelligitur in aliquo derogare.

CAP. II.

¶ *Duo sunt dicta. Primum, quòd statuta ordinariorum non ligant probabiliter ignorantes. Secundum, quòd statutum Episcopi extra suam diœcesim subditum non ligat. Ioan. And.*

Idem.

UT animarum a periculis obvietur, sententiis per statuta quorumcunque ordinariorum prolatis, ligari nolumus ignorantes: dum tamen eorum ignorantia crassâ non fuerit, aut supina. Statuto Episcopi, quo in omnes, qui furtum commiserint, excommunicationis sententia promulgatur: subditi ejus furtum extra ipsius diœcesim committentes, minimè ligari noscuntur: cùm extra territorium jus dicenti non pareatur impunè.

DE RESCRIPTIS.

TITULUS III.

CAP. I.

¶ *Rescriptum impetratum ab excommunicato, est ipso jure nullum, & quicquid inde secutum est: nisi in causa excommunicationis vel appellationis.*

Gregorius IX.

IPso jure rescriptum, vel processus per ipsum habitus non valeat, si ab excommunicato, super alio quàm excommunicationis vel appellationis articulo, fuerit impetratum.

CAP. II.

¶ *Per clausulam, Quidam alii possunt sola quatuor conveniri: quorum nomina in primo citatorio exprimantur, ne variationi sit locus. Ioan. Andr.*

Innocentius III. *in Concilio Lugdunen.*

CUm in multis juris articulis infinitas reprobetur, providè duximus statuendum, ut per illam generalem clausulam, Quidam alii, quę frequenter in literis nostris inseritur, ultra tres vel quatuor in judicium non trahantur quorum nomina in primo citatorio exprimat impetrator: ne locus fraudi forsitan relinquatur, si circa ea posset liberè variare.

CAP. III.

¶ *Si actor contra reum super pluribus personalibus literas impetrat ad diversos, non valent literæ, nec processus earum: & reo condemnabitur in expensis. Et idem in reo conveniente vel reconveniente actorem, eodem durante judicio. Ioan. Andr.*

Idem *in eodem.*

DIspendia litium æquitatis compendio volentes quâ possumus industriâ coarctare, statutum felicis recordationis Gregorii Papæ noni prædecessoris nostri, super hoc editum ampliantes: Decernimus, ut si quis contra alium plures personales movere voluerit quæstiones, non ad diversos judices, sed ad eosdem super omnibus hujusmodi quæstionibus literas studeat

---

a *Papa cogitur confiteri. Doc & infidelis deponitur. xl. distinct. si Papa. per gloss. vide Magistrum & alios Doct. Theologos lib. 1. sent. dist. 11. & 12. Thom. p. 1. q. 36. art. 2. & 4.* b *aliàs, à Patre.* c *Qua dicitur, quasi commune statutum, & verbum statuti restrictè jus scriptum. 1. dist. §. cùm itaq; secundùm Archid.*

a *Doct. hic not. quod Laici ligantur statuto Episcopi in favorem animæ facto. c. novit. de Iud. c. nos inter. de purg. can. Font.*

impetrare. Qui verò contrarium fecerit, omni commodo a careat literarum: nec processus habitus valeat per easdem, reo, si eum per ipsas citaverit vel fatigaverit, in expensis legitimis condemnandus. Reus quoque si eodem durante judicio actorem sibi obnoxium dixerit, reconventionis beneficio vel conventionis (si contra eum literas impetrare maluerit) de jure suo debet apud eosdem judices experiri: nisi eos ut suspectos poterit recusare: simili pœnâ, si contra hoc fecerit, puniendus.

CAP. IV.

¶ *Receptus per literas facultatis, si ad recipientes spectabat receptio, ipsorum, & non Papæ auctoritate intelligitur esse receptus: nisi in literis aliud esset expressum. Si autem receptio non spectabat ad eos, tunc Apostolicâ auctoritate dicitur receptus. Ioan. And.*

Bonifacius VIII.

CUm aliquibus recipiendi aliquem in Canonicum alicujus Ecclesiæ, non obstantibus ejusdem Ecclesiæ privilegiis, consuetudinibus, vel statutis, juramento, confirmatione Apostolicâ, vel quâcunque firmitate aliâ roboratis, per nostras literas concedimus facultatem: si Canonicorum receptio aliàs in ipsâ Ecclesia non spectat ad eos, quibus hujusmodi literæ dirigantur, sex ex earum viribus recipiunt potestatem, is qui recipitur, auctoritate Apostolicâ dignoscitur esse receptus. Si verò Canonicorum receptio aliàs pertineat ad eosdem, non Apostolicâ, sed recipientium censetur auctoritate receptus: nisi, quòd eum auctoritate nostrâ reciperent, in nostris literis caveretur expressè.

CAP. V.

¶ *Rescriptum Papale, quod concedit promoto retentionem primorum beneficiorum usq; ad beneplacitum Papæ, extinguitur mortuo Papâ: secùs, si dicatur, Usque ad beneplacitum Apostolicæ sedis. Nec intelligitur tale rescriptum de beneficio prius non canonicè detento. Ioan. And.*

Idem.

SI gratiosè tibi à Romano Pontifice concedatur, ut beneficia b, quæ tempore tuæ promotionis obtinebas c, posses usque ad tuæ voluntatis beneplacitum retinere: hujusmodi gratia per ejus obitum, per quem ipsius beneplacitum omninò extinguitur, eo ipso expirat. Secùs autem, si usque ad Apostolicæ sedis beneplacitum gratia concedatur prædicta: tunc enim, quia sedes d ipsa non moritur, durabit perpetuò, nisi à successore fuerit revocata. Prætextu verò talis concessionis, quæ debet (cùm sit ambitiosa) restringi, ea solùm beneficia, quæ canonicè obtines, potes licitè retinere.

CAP. VI.

¶ *Vacatio per mortem, & vacatio per renunciationem sunt diversa: & ideo in literis ad beneficia impetratis, uno expresso non ventre reliquum. Ioan. And.*

Idem.

SUsceptum ab Apostolicæ sede mandatum, ut ab aliquo beneficii (quod obtinet) resignatione receptâ, ipsum alteri conferas & assignes: adimplere non potes, si ille antequam resignet; rebus eximatur humanis: cùm non per resignationem vacaverit, sed per mortem: nisi de intentione mandantis aliud appareret expressè. Si duo super eodem beneficio literas impetrent, primo eorum per illius obitum, qui tenebat, secundo verò per cessionem ejusdem ipsum proponente vacare: secundus, cùm beneficium ipsum cessione non morte vacaverit, debet primo in ipsius assecutione præferri.

CAP. VII.

¶ *Licèt ignorans beneficium sibi collatum, in impetratione alterius illius mentionem non fecerit, valent literæ: alterum tamen eligat, si de jure simul teneri non possint. Ioan. And.*

Idem.

GRatia, quam super beneficio à sede Apostolica te impetrâsse proponis, vitiosa reputari non debet, quamvis de alio beneficio ab Episcopo tuo antè tibi absenti & ignoranti collato, nullam (cùm tempore impetrationis ne cires) feceris mentionem. Utrumque tamen (si talia sint beneficia, quæ simul nequeant de jure teneri) habere non potes: sed eligas, quod ex eis malueris retinere.

CAP. VIII.

¶ *Si restituatur quis ad gratiam revocatam, sine alterius præjudicio intelligitur restitutus: unde alteri ante restitutionem impetranti, præferri non debet. Ioan. And.*

Idem.

QUamvis is, cujus gratia (per quam mandabatur a in certa Ecclesia provideri sibi de beneficio proximè vacaturo) per nos fuerat revocata, restituatur à nobis denuò ad eandem: non tamen ei, cui post revocationem, & ante restitutionem prædictas, similis in eadem Ecclesia gratia facta fuit (nisi de hoc b expresè dixerimus) anteferri debebit. Cùm talis restitutio, ubi aliud non exprimitur, intelligatur fieri sine juris præjudicio alieni.

CAP. IX.

¶ *In literis ad beneficia impetratis inspicitur tempus data. Vide de per illas beneficium curatum obtinere non poterit, qui licèt major, illo tempore minor erat. Ioan. And.*

Idem.

SI eo tempore, quo tibi de beneficio cum cura, vel sine cura mandavimus provideri, ad obtinendum curatum beneficium, idoneam c non habebas ætatem: tibi, licèt nunc legitimæ effectus sis ætatis, auctoritate literarum hujusmodi (cùm tempore datæ ipsarum adhuc non esses idoneus) de beneficio curam animarum habente nequaquam provideri. Beneficium autem sine cura (cùm ad ipsum sufficientem tunc ætatem haberes) per eas licitè potes obtinere.

CAP. X.

¶ *Gratia generalis non præjudicat speciali, & debet fieri mentionem de precedenti privilegio, consuetudine vel statuto. h. d. Zenzel.*

Idem.

SI propter tua debita persolvenda, fructus beneficiorum primi anni, quæ in tua vacabunt diœcesi, tibi (non obstantibus quibuslibet consuetudinibus, privilegiis, vel statutis, per quæ nostra impediri posset concessio) usque ad quinquennium de speciali gratia concedimus: intentionis nostræ nequaquam existit, si fructus hujusmodi, Ecclesiæ tuæ fabricæ vel alteri usui, seu cuicunque singulari personæ, de speciali consuetudine, privilegio, vel statuto forsitan debeantur: quòd eis per concessionem ipsam (nisi hoc expresè caveatur in d ea) præjudicium aliquod generetur.

CAP. XI.

¶ *Causæ ab Apostolica sede, vel ejus Legato committi debent dignitatem obtinentibus, vel Canonicatum Ecclesiæ Cathedralis. Nec trahi debent, nisi in civitatibus, vel locis suffraganeis. h. d. usque ad §. Cum verò.*

a *Hoc est, si virtute primi rescripti adversarius erat in mora, vel in mala fide, vel eras interrupta prescriptio propter secundum rescriptum ad alium, omnes isti effectus pereunt. Phil. Et vide c. procedere etiam in delegatis ab inferioribus à Papa. Archi. Phil. Dec. Rom.* b *Quod nomine beneficii intelligatur, vide Doct. in c. cum olim. de præbend. & dig. Plura beneficia sine dispensatione tenere licet.* ¶ *cod. tit. gratia. Dom.* c *obtines, possis, &c.* d *In Codic. Barbat. sedes Apostolica.*

a *Hodie hujusmodi mandata de providendo omninò sunt sublata per Concil. Trident. sess. 24. de reform. c. 19.* b *nisi hoc, &c.* c *Quæ sit idonea ætas in quolibet ordinato, tradit Panorm. c. sicut inordinatè de præb.* d *Papa in beneficialibus præjudicare potest alterum jure. nam in beneficialibus omnia potest. c. 2. nisi. de præb.*

Idem.

Idem.

STatutum a quod circa judices à sede Apostolica deputandos nuper edidimus, cùm quædam contenta in eo, quæ pro communi utilitate credebantur inducta (sicut experientia docuit) tendere dignoscantur ad noxam: sanctione præsenti (quam irrefragabiliter observari mandamus) suadente utilitate, in melius duximus reformandum. Sancimus igitur, ut nullis, nisi dignitate præditis, aut personatum obtinentibus, seu Ecclesiarum Cathedralium Canonicis, causæ auctoritate literarum sedis Apostolicæ, vel Legatorum ejusdem de cætero committantur, nec audiantur alibi, quàm in civitatibus, vel locis insignibus, ubi possit commodè copia peritorum b haberi.

¶ *Actore & reo ejusdem diœcesis existentibus, causa committi non debet extra illam, nisi in sex casibus, in quibus tamen non trahetur ultra unam diætam. Et nisi in duobus ultimis casibus impetrans per juramentum fidem fecerit de illo, repelletur à judice: & in expensis condemnabitur. hoc dicit usq; ad §. Cùm autem. Dominicus.*

Cùm verò ejusdem civitatis seu diœcesis fuerint actor & reus, extra ipsas causa non committatur, nec conveniatur aliquis eorundem, nisi ab Episcopo contra aliquem de sua diœcesi, vel ab aliquo contra eum, aut contra ejus Capitulum, seu contra universitatem civitatis, villæ, aut castri fuerit actio dirigenda: vel nisi actor eandem civitatem seu diœcesim intrare non audens, aut sui adversarii potentiam meritò perhorrescens, eum intra ipsas nequeat convenire securè: in his quippe casibus extra dictas civitatem & diœcesim possit contra prædictos causa committi: nullus tamen eorum ultra unam diætam à fine suæ diœcesis valeat conveniri. Sed & in duobus ultimis casibus, nisi impetrans de prædicto timore, quem in literis commissionis exprimere teneatur, primò fidem judici faciat, saltem per proprium juramentum: judex ipse nullatenùs in causa procedat, sed partes à sua jurisdictione dimittens, impetrantem eundem in expensis legitimis alteri parti condemnet.

¶ *Actor contra reum diversæ diœcesis debet impetrare Delegatum, vel in diœcesi rei, vel in alia non propria, nec ultra unam diætam distante. Dominicus.*

Cùm autem actor & reus civitatum & diœcesum fuerint diversarum, si actor in civitate vel diœcesi rei judicem habere recuset, ipsum non in sua, sed in alia civitate, vel diœcesi liberè impetrare valeat, reumque trahere ad eandem: dummodò locus, ad quem eum traxerit, ultra unam diætam (sicut in cælo alio præmittitur) minimè sit remotus.

¶ *Delegatus extra locum commissionis, nec partes citare, nec causam cognoscere potest sine expresso partium consensu, nec subdelegare loci vel personæ alii, quam hic expressis. Ioan. And.*

In nullo quoque casuum prædictorum judex extra civitatem seu diœcesim, in quibus deputatus fuerit, citet partes, nec de causa sibi commissa cognoscat: nisi ad id expressus accesserit earundem c assensus: neque alibi, quàm intra illas, & personis duntaxat designatis superiùs, committat d quomodolibet vices suas.

¶ *Delegatus nihil debet à partibus recipere, nisi esculentum & poculentum liberè oblatum, quod paucis possit consumi diebus: vel moderatas expensas, si non sunt pauperes, quando pro necessitate vel utilitate, non malitiosè extra domicilium pergeret. Dominicus.*

Insuper ut gratis, & cum omni puritate judicium coram ipso procedat, nullum munus vel quicquam aliud (nisi forsan esculentum vel poculentum merâ liberalitate oblatum, quod paucis consumi possit diebus; vel nisi, cùm ipsum propter causam sibi commissam contigerit extra suum domicilium proficisci, moderatas expensas) recipere ab eisdem partibus qualitercunque præsumat. Provisurus attentè, quòd in ipsis expensis modum nequaquam excedat: nec plùs ab una parte, quàm ab alia exigat, cùm commune gerat negotium utriusque: quodque (ubi causæ sibi commissæ utilitas vel necessitas non exegerit) occasionem propter habendas expensas proficiscendi extra domicilium non assumat: sed & ubi notabiliter fuerint pauperes a litigantes, etiam pro expensis nil prorsus exigat ab eisdem.

¶ *Delegatus, nisi indigeat non assumat Assessorem: aliàs de suo illi provideat. Sic eget, non suspectum partibus assumet, cum moderato salario à partibus solvendo.*

Assessorem autem (ut quandoque b faciunt aliqui fraudulenter) nisi eo indigeat, quod conscientiæ relinquatur ejusdem, sibi nequaquam adjungat: alioquin de suo proprio providere teneatur eidem. Si autem indigeat, ipsum neutri parti suspectum assumens, ei de competenti salario, providè moderando ab eo, faciat à partibus communiter provideri.

¶ *Delegatus taxare debet salarium Notariorum, nec participare debet cum ipsis vel Assessoribus in salario. Dom.*

Notarium verò vel Notarios, in causa sibi commissa scribentes, qui utplurimùm in exigendo salario metas rationis excedunt, ut ad ipsius spectat officium, prudenter refrenet: nec cum ipsis, aut cum Assessore præfato lucrum participet ullo modo.

¶ *Delegatus receptans aliquid contra prohibitionem hujus capituli, tenetur restituere, non obstante dantis remissione. Ioan. Andr.*

Si quid c autem contra constitutionem præsentem receperit, ad ipsius restitutionem integram teneatur: nullâ eorum, quibus restitutio facienda fuerit, remissione ullatenùs profuturâ eidem.

¶ *Delegatus non debet vocare testes, nisi statu causæ requirente, & producente, illis administrare debet expensas in veniendo, stando & redeundo. Dominicus.*

Pro ferendo quoque testimonio (prætextu cujus aliqui alios fraudulenter interdum à judicibus vocari procurant, ut eos laboribus & expensis fatigent, aut extorqueant aliquid ab eisdem) nullum ullatenùs convocet d: nisi quando conditio & status causæ requirent. Sed nec tunc, nisi à producente, competentes (vocato pro testimonio veniendo, stando, & redeundo) faciat ministrari expensas.

¶ *Gesta contra hanc Decretalem sunt ipso jure nulla. h. d. Et non dividitur.*

Quicquid autem contra præmissa, vel eorum aliquod contigerit attentari, sit ipso jure irritum & inane.

CAP. XII.

¶ *Sola præventa præsentatio & receptio in Canonicum secundi impetrantis in eadem Ecclesia, non excludit primum impetrantem à Prebenda vacante tempore suæ receptionis, vel post à vacante ante suam receptionem vel præsentationem: & hoc si per processum executoris, vel interpositionem decreti pro primo impetrante effecta extiterat: nisi dolo vel negligentiâ excluderetur ab eadem. Dominicus.*

Idem.

TIbi, qui gratiam in Bituren. e Ecclesia impetrâsti à nobis certo executore concessio, qui te in Canonicum recipi faceret, & de Præbenda tibi (si qua in eadem Ecclesia tunc vacabat, alioquin de vacatura f proximè)

a *Nota, appellatione statuti comprehendi jus commune. Font. vide Conc. Trid. sess. 25. de reform. c. 20.* b *nomine peritorum, qui intelligantur, vide Archidiac. in c. ut commiss. §. de har.* c *eorundem.* d *vid. Bart. in l. nulla. ff. de cond. & demonst. & Bald. in l. fin. C. de har. inst. Font.*

a *Paupertas excusat ab onere expensarum. Dom.* b *Iura desumunt super eo quod non sit sæpè, sed quandoq; Dom.* c *Vid. l. si rem. §. omnis. ff. de pig. act.* d *convocent.* e *Britensi. al. Betarensi.* f *Hodie mandata de providendo, & gratias expectativas omninò sustulit Conc. Trid. sess. 24. de reform. c. 19.*

provideret : alius similem gratiam, post tuam impetrationem obtinens in eadem, licèt prius quàm tu suas literas præsentaverit, & in Canonicum sit receptus, in Præbenda tempore tuæ receptionis, vel etiam post vacante, ex quo alteri ante tuam receptionem collata non extitit, anteferri non debet. Idem quoque, si ante receptionem tuam in Canonicum vacavisset Præbenda per processum tui executoris, qui ei, ad quem Præbendæ collatio pertinebat, notificaverat, quòd eam volebat per hujusmodi potestatem conferre : aut interdixerat, ne conferret eandem, seu illam suæ reservaverat collationi, præsertim cum interpositione decreti affecta : tunc enim tibi & non alteri debet Præbenda hujusmodi assignari. Quinimò si ante receptionem & præsentationem etiam tuam Præbenda vacavit, idem erit censendum, si in hujusmodi gratia tibi facta decretum à nobis fuerat irritum & inane, quod contra ipsam contingeret attentari. In prædictis itaque a casibus debes tu Præbendam vacantem potiùs, quàm impetrator ultimus, obtinere : dum tamen dolus tibi non possit, vel notabilis negligentia imputari.

CAP. XIII.

¶ Si primo sub conditione provideri mandatur, & secundus pure impetrans, priusquam veniat conditio, à Papa vel executore suo Canonicatum obtineat, in assecutione Præbendæ primo præfertur. Ioan. Andr.

Idem.

SI pro te alicui directa fuerint scripta nostra, ut tibi de Canonicatu, & Præbenda Ecclesiæ Bituren. b si ad id accederet Episcopi & Capituli Ecclesiæ prælibatæ assensus, auctoritate Apostolicâ provideret : alter postmodùm impetrans, qui ex collatione Apostolicæ sedis, vel executoris super hoc deputati provisione, priusquam Episcopi & Capituli prædictorum assensus ad provisionem tibi accederet faciendam, Canonicatum obtinuit Bituren. licèt tu interveniente postèa prædictorum assensu, dicti prioris mandati auctoritate, in Canonicum ipsius Ecclesiæ sis receptus, in Præbenda vacante tibi merito antefertur.

CAP. XIV.

¶ Hæc est solennis Decretalis, & per Ioan. And. subtiliter glossata : & potest sic secundum eum summari : Si inter duos impetrantes non appareat prioritas, & c. hæc Decretalis duo membra distinguit, & in secundo subdistinguit. Et partes patent secundum Ioan. Andr. licèt glossa prima latius summat.

Idem.

DUobus c super provisione simili sibi facienda in eadem Ecclesia, literas à nobis obtinentibus unà die certis eis executoribus deputatis, si non appareat, quis primò impetraverit ex eisdem, is eorum, cui Canonicatum contulimus, est in Præbenda præferendus alteri, qui à nobis Canonicatum non extitit assecutus : licèt priusquam alius eis, ad quos spectat Canonicorum receptio, & collatio Præbendarum, suas præsentaverit literas, & ab eis in Canonicum sit receptus. Si verò neutri eorum vel utrique Canonicatum contulimus, tunc (ex quo in gratia sunt æquales) is, qui primò præsentaverit, erit potior in Præbenda. Quòd si forsan ambo simul in præsentando concurrant, hi ad quos (ut præmittitur) spectat Canonicorum receptio & collatio Præbendarum, vel eorum major pars, ex eis alterum, quem voluerint, eligere teneantur : quo electo, alius omninò carear impetratis : ni si ex tenore literarum ipsius expressè appareat, quòd utrique ipsorum voluerimus providere.

CAP. XV.

¶ Omnes indulgentiæ concessæ à Bonifacio, vel suis prædecessoribus, Clericis, de percipiendis perpetuò fructibus suorum bene-

a *Quòq.* b *Biterensis.* c *Meminisse semper oportet eorum, quæ sancivit Conc. Trid. sess. 24. de reform. c. 19.*

ficiorum in absentia, sunt revocatæ. Et profitetur Papa, se illas in posterum non daturum. Ioan. And.

Idem.

QUia per ambitiosam importunitatem petentium, tam nos, quàm nonnulli prædecessores nostri Romani Pontifices, indulgentias perpetuas multis concessimus de percipiendis fructibus beneficiorum suorum, distributionibus a quotidianis duntaxat exceptis, sive in scholis essent, sive in Ecclesiarum suarum altera residerent, aut in Romana curia moram traherent, seu alio certo loco, vel etiam ubicunque : ex quo insolentiæ oriuntur vagandi, & dissolutionis præparatur materia, minuitur cultus divinus, quem desideramus augeri : & officium plerunque, propter quod beneficium Ecclesiasticum datur, omittitur : Nos volentes emendare præterita, & quantùm possumus, adversùs futura cavere, omnes hujusmodi & similes indulgentias, personis, non Ecclesiis vel dignitatibus datas, penitùs revocamus : & earum concessionem nostris volumus exulare temporibus. Quodque nobis licere non patimur, nostris successoribus indicamus.

DE CONSUETUDINE.

TITULUS IV.

CAP. I.

¶ Prætextu consuetudinis etiam juratæ, vel quantocunque tempore observatæ, non potest quis nisi unicum personatum, dignitatem, vel aliud perpetuum officium, simul cum Canonia, & Præbenda in aliqua Ecclesia absque dispensatione sedis Apostolicæ obtinere, vel jam obtenta tenere : & contrà præsumptum, irritum est omninò. Ioan. Andr.

Bonifacius VIII.

COnsuetudinem b, quam in vestra Ecclesia servatam asseritis tanto tempore, quòd in contrarium memoria non existit : videlicet, quòd ipsius Ecclesiæ Canonici duos personatus, aut duas dignitates, vel præposituras, seu administrationes, aut duo officia, vel eorum alterum cum reliquo insimul & Præbendam possint in ea licitè absque dispensatione sedis Apostolicæ obtinere : corruptelam (cùm sacris sit inimica canonibus, & de ambitionis radice processerit) meritò reputantes, eam auctoritate Apostolicâ reprobamus, vosque ad ipsius observantiam, etiamsi juramento firmata exiterit (cùm juramentum iniquitatis vinculum non existat) decernimus non teneri : Statuentes, ut cùm unum officium vix dignè valeat aliquis adimplere, nulli liceat de cætero, nisi unicum personatum, vel dignitatem, aut præposituram, sive administrationem, vel officium perpetuum, quocunque nomine censeantur c, cum Præbenda insimul absque dispensatione dictæ sedis in eadem Ecclesia obtinere, vel jam obtenta d tenere. Quòd si à quoquam secùs præsumptum fuerit, irritum sit omninò.

CAP. II.

¶ Non valet consuetudo, quòd ab Officiali Episcopi ad Episcopum appelletur. Ioan. And.

Idem.

NOn putamus illam consuetudinem, quantocunque tempore de facto servatam, consonam rationi, quòd ab Officiali Episcopi ad eundem Episcopum valeat appellari : ne ab eodem ad seipsum (cùm sit idem auditorium utriusque) appellatio interposita videatur.

a *Appellatione frustum veniunt manualia, ut annotant Doct. Dec. Font.* b *Vide Conc. Trid. sess. 7. de refor. c. 2. & 4. & sess. 24. de reform. c. 17.* c *al. censeatur.* d *Constitutio antiqui juris declaratoria extenditur ad præterita, etsi contra se habeat consuetudinem, damnando declaret illam non valere. Dom. Flo. Font.*

CAP.

CAP. III.

¶ *Valet consuetudo præscripta, quòd Episcopus in inquirendo, puniendo, & corrigendo subditorum excessus, sua Capituli consilium requirere non teneatur. Ioan. Andr.*

Idem

NOn *a* est (dum tamen aliàs sit præscripta canonicè *b*) consuetudo, quam allegat Episcopus, reprobanda: quòd in inquirendis *c*, puniendis, & corrigendis subditorum excessibus, consilium sui Capituli requirere minimè teneatur.

CAP. IV.

¶ *Per rescriptum Apostolicum, quo de Prabenda primò vacatura mandabatur alicui provideri, laudabilis illius Ecclesiæ consuetudo non tollitur: hinc est, quòd si ibi est consuetudo, quòd antiquiores Canonici vacantes Prabendas possint optare gradatim: illo non obstante mandato, poterit antiquior vacantem optare Prabendam: & expectatis per xx. dies optare volentibus, executor de non optata providebit eidem. Si autem prabendam vacantem in curia Papa conferret, tunc illam antiquior optare non poterit. Ioan. And.*

Idem.

CUm in tua *d* Ecclesia (in qua consuetudo habetur, quòd antiquiores Canonici gradatim meliores, si voluerint, possint, cùm vacant, per se, vel per alios optare Prabendas) provideri mandamus alicui de Prabenda, nulli alii de jure debita, proximò inibi vacatura: hujusmodi non obstante mandato, poterunt ipsi antiquiores juxta consuetudinem eandem optare, cùm Prabenda vacabit: & illa quæ optata non fuerit (si nulli sit debita) erit illi, pro quo scripsimus, conferenda. In Prabendis verò sed. Apostol. vacantibus, cùm de ipsis per Rom. Pontif. ordinatur, locus prædictæ consuetudini non existit. Ne autem prætextu ejusdem consuetudinis, provisiones auctoritate Apostolicâ faciendæ, ultra debitum differantur: statuimus, ut executores super ipsis provisionibus deputati, optare volentes, per viginti dies duntaxat *e* expectent: quibus elapsis, liberè in non optatis ad exequenda sibi mandata procedant, præfatâ consuetudine non obstante.

DE POSTULATIONE PRÆlatorum.

TITULUS V.

CAP. UN.

¶ *Si quis eligat postulando, vel postulandum, vel in postulandum: vel postulet eligendo, vel eligendum, vel in elegendum: talis electio vel postulatio est irrita ipso jure. Si autem dicat, Eligo & postulo, prout melius de jure valere potest, idem: nisi probabiliter dubitaretur, an esset elegendus vel postulandus: & tunc consensus tempore eligat alteram viam, electionis scilicet vel postulationis: quâ electâ, ad alteram redire non poterit. Ioan. Andr.*

Bonifacius VIII.

PErpetuo prohibemus edicto, ne sub aliqua ex iis formis, quas pernicioſa curiositas adinvenit, Eligo postulando, & *f* postulo eligendo: aut, Eligo postulandum, seu postulo eligendum cum nec vera electio, nec vera postulatio resultet ex ipsis, quin sibi potiùs invicem adversentur: aut sub illis verbis *g*, Eligo in postulandum, vel postulo in eligendum: cùm rem imperfectam significare noscantur: ad faciendas electiones vel postulationes de cætero procedatur: si secùs actum fuerit, eo ipso irritum decernentes. Sub ea etiam forma, Eligo & postulo, prout potest melius de jure valere (cùm incertitudinem contineat) quemquam postulari vel eligi prohibemus: statuentes, quod contrà factum fuerit, viribus omninò carere, nisi quando probabiliter dubitatur, utrùm quis sit eligendus, vel potiùs postulandus: quo casu is, qui sic postulatus fuerit aut *a* electus, consensus tempore viam electionis vel postulationis (ne in incerto vagetur) eligere necessariò teneatur, redeundi ad aliam *b*, postquam unam elegerit, sibi licentiâ penitùs interdictâ.

DE ELECTIONE ET ELECTI potestate.

TITULUS VI.

CAP. I.

¶ *Si aliquid opponatur contra provisionem, electionem, vel postulationem factam ad personatum, dignitatem, vel canonicam, in personam vel formam: & ob hoc fuerit appellatum ad Papam: appellans & defendens, & quorum interest, à die objectionis, intra mensem arripiant iter eundi ad Papam. Ioan. Andr.*

Innocentius IV. *in Concilio generali Lugdun.*

STatuimus, ut si quis electionem, postulationem vel provisionem factam impugnat, in formam *c* objiciens aliquid, vel personam, & propter hoc ad nos appellari contigerit: tam is qui opponit, quàm qui defendit, & generaliter omnes, quorum interest, & quos causa contingit, per se, vel per procuratores ad causam instructos, ad sedem Apostolicam à die objectionis iter arripiant intra mensem.

¶ *Si pars altera expectata per xx. dies post adventum alterius non venerit, in negotio procedatur. Ioan. Andr.*

Sed si pars alia *d* non venerit, per viginti dies post adventum alterius expectata, in electionis negotio, non obstante cujusquam absentiâ, sicut de jure fuerit, procedatur. Hæc autem in dignitatibus, personatibus, & canoniis observari volumus, & mandamus.

¶ *Non probans quod in formam opponit, condemnatur parte alteri in expensis: non probans quod objicit in personam, est à beneficiis triennio suspensus, & perpetuò privatus, si se interim ad illa miscuerit. Ha pœnæ locum non habent, si legitimè pateat eum calumniosum non fuisse. Ioan Andr.*

Adjicientes, ut qui plenè non probaverit, quod in formam opponit, ad expensas, quas propter hoc pars altera *e* se fecisse docuerit, condemnetur. Qui verò in probatione defecerit, ejus quod objicit in personam, à beneficiis Ecclesiasticis triennio noverit se suspensum: ad quæ si intra illud tempus propriâ temeritate se ingesserit, eis ipso jure perpetuò sit privatus, nullam super hoc de misericordia spem aut fiduciam habiturus: nisi manifestissimis constiterit documentis, quòd ipsum à calumniæ vitio causa probabilis & sufficiens excusaret.

CAP. II.

¶ *Vota conditionalia & alternativa & incerta in electionibus reprobantur, & habentur pro non adjectis, & recidunt in puri consentientes. Ioan. Andr.*

Idem.

IN electionibus & postulationibus, ac scrutiniis, ex quibus jus oritur eligendi, vota conditionalia, alternativa vel *f* incerta penitùs reprobamus: Statuentes, ut hujusmodi votis pro non adjectis habitis, ex puris

a *Vid. de consuet. c. fin. Dum.* b *al. legitimè.* c *al. requirendis.* d *Vid. cap. 2. de don. & nota quòd Ecclesia dicitur esse prælati, quod intellige quoad administrationem, quia prælatus non est dominus.* e *de dilatione, duntaxat, vide Archid. in c. statutum. 4. innullo. sup. de resc. & Bart. & Alex. in l. 1. ff. si quis jus dic. non obt.* f *al. seu postulo. al. vel.* g *dubio, verbis, deest in manuscr. Cod.*

a *Alit. & electus quam lectionem glossa agnoscit, in verbo, sic.* b *Vid. c. ut quis duat. inf. tit. prox. l. eum qui duob. ff. de acquir. har. Font.* c *Ille dicitur impugnare alium, qui opponit aliquid contra formam actûs, vel contra personam, in cujus commodùm dirigitur executio actûs. Vid. gl. in c. personas. sup. de app.* d *alia vel altera.* e *adversa.* f *& incerta.*

consentibus celebretur electio: voce illorum, qui non purè consenserint, eâ vice *a* in alios residente.

CAP. III.

¶ *Ponitur causa constitutionis, & juris veteris conservatio. Ioan. Andr.*

Gregorius X. *in generali Concilio Lugdunensi.*

UBi periculum *b* majus intenditur, ibi proculdubiò est plenius consulendum. Quàm gravibus autem sit onusta dispendiis, quot & quantis sit plena periculis Ecclesiæ Romanæ prolixa vacatio, exacti consideratio temporis edocet, & considerata prudenter illius temporis discrimina manifestant. Hinc nos evidens evocat ratio, ut, dum reformandis etiam minoribus nostra solerter vacat intentio, ea quæ periculosiora sunt, nequaquam absque remedio reformationis accommodæ relinquamus. Ideoque omnia quæ pro vitanda discordia in electione Rom. Pontificis, à nostris sunt prædecessoribus, & præcipuè à felicis recordationis c Alexandro Papa III. salubriter instituta, omninò immota in sua firmitate manere censentes: nihil enim detrahere illis intendimus, sed quod experientia deesse probavit, præsenti constitutione supplere.

¶ *Ponitur, quomodo debeat fieri Romani Pontificis electio, quando moritur in civitate, in qua cum sua Curia residebat.*

Hoc sacro Concilio approbante statuimus, ut si eundem Pontificem in civitate, in qua cum sua Curia residebat, diem claudere contigat extremum: Cardinales qui fuerint in civitate ipsa præsentes, absentes expectare decem diebus tantummodò teneantur: quibus elapsis, sive absentes venerint, sive non, extunc omnes conveniant in Palatio, in quo idem Pontifex habitabat: contenti singuli singulis tantummodò servientibus Clericis vel Laicis, prout duxerint eligendum. Illis tamen, quibus patens necessitas id suggerit indulgeri, duos habere permittimus, eisdem *d* electionis arbitrio reservato.

In eodem autem Palatio unum conclave, nullo intermedio pariete, seu alio velamine, *e* omnes inhabitent in communi: quod (reservato libero ad secretam Cameram aditu) ita claudatur undique, ut nullus illud *f* intrare valeat vel exire. Nulli ad eosdem Cardinales aditus pateat, vel facultas secretè loquendi cum eis: nec ipsi aliquos ad se venientes admittant, nisi eos, qui de voluntate omnium Cardinalium inibi præsentium, pro iis tantùm, quæ ad electionis instantis negotium pertinent, vocarentur. Nulli etiam fas sit ipsis Cardinalibus, vel eorum alicui, nuncium mittere, vel scripturam. Qui verò contrà fecerit, scripturam mittendo vel nuncium, aut cum aliquo ipsorum secretè loquendo, ipso facto sententiam excommunicationis incurrat. In conclavi tamen prædicto aliqua fenestra competens dimittatur, per quam eisdem Cardinalibus ad victum commodè necessaria ministrentur: sed per eam nulli ad ipsos patere possit ingressus. Verùm si (quod absit) intra tres dies, postquam (ut prædicitur) conclave præfatum iidem Cardinales intraverint, non fuerit ipsi Ecclesiæ de Pastore provisum: per spatium quinque dierum immediatè sequentium, singulis diebus, tam in prandio, quàm in cœna uno solo ferculo *g* sint contenti: quibus (provisione non factâ) decursis, extunc tantummodo panis, vinum & aqua ministrentur eisdem, donec eadem provisio subsequatur. Provisionis quoque hujusmodi pendente negotio, dicti Cardinales nihil de Camera Papæ recipiant: nec de aliis eidem Ecclesiæ tempore vacationis obvenientibus undecunque: sed ea omnia ipsâ vacatione durante, sub ejus, cujus fidei & diligentiæ Camera eadem est commissa, custodia maneant, per eum dispositioni futuri Pontificis reservanda. Qui autem aliquid receperint, teneantur extunc à receptione quorumlibet redituum ad eos *a* spectantium abstinere, donec de receptis taliter plenariam satisfactionem impendant. Iidem quoque Cardinales accelerandæ provisioni sic vacent attentius, quòd se nequaquam de alio negotio intromittant: nisi forsan necessitas adeò urgens incideret, quòd eos oporteret de terra ipsius Ecclesiæ defendendâ, vel ejus parte aliqua providere: vel nisi aliquod tam grande, & tam evidens periculum immineret, quod omnibus & singulis Cardinalibus præsentibus concorditer videretur illi celeriter occurrendum. Sanè si aliquis ex prædictis Cardinalibus conclave prædictum (ut suprà exprimitur) non intraverit, aut intrans absque manifesta causa infirmitatis exierit: ipso minimè requisito, nec in ejusdem electionis negotio ulteriùs admittendo, per alios ad *b* eligendum summum Pontificem liberè procedatur. Si verò infirmitate superveniente, idem conclave ex eis aliquem exire contingat, ipsâ etiam infirmitate durante, poterit, ejus suffragio non requisito, ad *c* electionem procedi: sed si ad alios post sanitatem sibi redditam, seu ante, redire voluerit: vel etiamsi alii absentes, quos per decem dies diximus expectandos, supervenerint: re integrâ, videlicet antequam eidem Ecclesiæ sit de Pastore provisum, in eodem negotio, in illo statu, in quo ipsum invenerint, admittantur, præmissa tam de clausura, quàm de servientibus, cibo ac potu, & reliquis cum aliis servaturi.

¶ *Quid juris, quando moritur Romanus Pontifex extra civitatem, in qua erat Curia.*

Porrò si quando Romanum Pontificem extra civitatem prædictam, in qua erat cum sua Curia residens, contigerit ab hac luce migrare: teneantur Cardinales in civitate, in cujus territorio, seu districtu idem Pontifex obiit, convenire, nisi sit forsitan interdicta, vel contra Ecclesiam Romanam in aperta rebellione persistat: quo casu, in alia vicinori conveniant, quæ similiter nec interdicto subjaceat, nec sit (ut prædictur) apertè rebellis. In hac etiam civitate tam quoad expectationem absentium, quàm quoad habitationem communem, clausuram, & extera omnia in domo Episcopali, vel alia qualibet eisdem Cardinalibus deputanda, eadem observentur, quæ superiùs obeunte dicto Pontifice in ea, in qua cum sua Curia residebat, sunt expressa.

¶ *Dat executores hujus juris cum pœnis. Ioan. And.*

Præterea (quia parùm est jura condere, nisi sit, qui eadem tueatur) adjiciendo sancimus: ut Domini *d*, aliique Rectores, & Officiales civitatis illius, in qua Romani Pontificis electio fuerit celebranda, auctoritate nostrâ, & ejusdem approbatione Concilii potestate sibi tradita, præmissa omnia & singula plenè ac inviolabiliter sine fraude ac dolo aliquo faciant observari: nec Cardinales ultrà quàm præmittitur, arctare præsumant. Super his autem taliter observandis, statim audito summi Pontificis obitu, coram Clero & populo universo civitatis ipsius ad hoc specialiter convocandis, præstent corporaliter juramentum. Quòd si præmissa diligenter non observaverint, aut fraudem in eis, vel circa ea commiserint, cujuscunque sint præeminentiæ, conditionis, aut statûs, omni cessante privilegio, eo ipso sententiam excommunicationis incurrant, & perpetuò sint infames: nec unquam eis portæ dignitatis pateant, nec ad aliquod publicum officium admittantur.

a *Dicentes vota hîc expressa, non privatur potestate eligendi, sed vox sua non computatur. Dom. Font.* b *Vid. Conc. Later. sub Alex. III. cap. 1. & Clem. ne Romani. de elect.* c *In Conc. Lat. 6. c. 1. & refertur c. licèt de vitanda. extrà de elect.* d *al. ejusdem.* e *Vid. l. si non speciali. C. de test. & Dom. in c. cum sam. de test. & Bald. in d. l. si non specialis.* f *In antiq. exemplar. illac.* g *Vid. gl. in c. ne tales. de cons. dist. 1. Font.*

a *Ipsos.* b *In antiq. Codicibus ita: ad eligendum subsistentiam Pontificem liberi, &c.* c *Hæ duæ voces, ad electionem, desunt in antiq. Codicibus.* d *In antiq. dominos.*

tur.

tur. Ipsos insuper feudis, & bonis cæteris, quæ ab eadem Romana Ecclesia, vel quibuslibet aliis Ecclesiis obtinent, ipso facto decernimus esse privatos: ita quòd ad Ecclesias ipsas plenè ac liberè revertantur, administratorum earundem Ecclesiarum arbitrio sine contradictione aliqua disponenda. Civitas verò prædicta non solùm sit interdicto supposita, sed & a Pontificali dignitate privata.

¶ *Obtestatur Cardinales, ut in electione Romani Pontificis deponant omnem privatum affectum: & cassat omnia pacta, obligationes, & juramenta, quæ data vel facta essent de aliquo eligendo.*

Cæterùm (quia cùm arbitrium, vel inordinatus captivat affectus, vel ad certum b aliquem obligationis cujusque necessitas adigit, cessat electio, dum libertas adimitur eligendi) Cardinales eosdem obsecrantes per viscera misericordiæ Dei nostri, per aspersionem sui pretiosi sanguinis obtestamur, ut pensantes attentiùs, quid eis imminet, cùm agitur de creatione c Vicarii Jesu Christi, successoris Petri, Rectoris universalis Ecclesiæ, gregis Dominici directoris, omni privatæ affectionis inordinatione depositâ, & cujuslibet pactionis, conventionis, obligationis necessitate, nec non condicti & intendimenti contemplatione cessantibus, non in se reciprocent considerationis intuitum, vel in suos: non quæ sua sunt, quærant: non commodis privatis intendant, sed nullo arctante ipsorum in eligendo judicium, nisi Deo, puris & liberis mentibus, nudâ electionis conscientiâ, utilitatem publicam liberè prosequantur: omni conatu & solicitudine, prout possibilitas patitur, id acturi tantummodò, ut eorum ministerio acceleretur utilis & pernecessaria totius mundi provisio, idoneo celeriter eidem Ecclesiæ sponso dato. Qui autem secùs egerint, divinæ subjaceant ultioni, eorum culpa (nisi gravi propter hoc peractâ pœnitentiâ) nullatenùs abolenda. Et nos nihilominùs pactiones, conventiones, obligationes, condicta & intendimenta omnia, sive juramenti, sive cujuslibet alterius fuerint vinculo firmitatis annexa, cassamus, irritamus, & viribus decernimus omninò carere: ita quòd nullus ad illa observanda quomodolibet sit adstrictus: nec quisquam ex eorum transgressione notam vereatur fidei non servatæ, sed non indignæ laudis titulum potiùs mereatur: cùm lex etiam humana testetur, Deo magis transgressiones hujusmodi, quàm jurisjurandi observationes acceptas.

¶ *Monet omnes fideles, ut statim audità summi Pontificis morte, ejus celebrent exequias, & quotidiè orent pro vigili, concordi, & utili provisione Rom. Ecclesiæ. Prælati autem in suis prædicationibus ipsos subditos ad hoc hortentur, & eis frequentiam orationum, & observantiam jejuniorum indicant. Ioan. And.*

Quia verò fidelibus non est tam de solicita quantumcunque inventione fidendum, quàm de instantia orationis humilis & devotæ sperandum: huic adjicimus sanctioni, ut in omnibus civitatibus, cæterisque locis insignibus, ubi primùm de memorati Pontificis obitu certitudo claruerit, à Clero & populo, solennibus pro eo exequiis celebratis, singulis diebus, donec de ipsius Ecclesiæ provisione indubitanter rumor pertulerit veritatem, humiles preces fundantur ad Dominum: apud eum d devotis orationibus insistatur, ut ipse, qui concordiam facit in sublimibus suis, sic efficiat eorundem Cardinalium corda in eligendo concordia, quòd provisio celer, concors, & utilis (prout animarum salus exigit, & totius orbis requirit utilitas) ex ipsorum unanimitate sequatur. Et ne tam salubre præsentis sanctionis edictum ignorantiæ negligi prætextu contingat, districtè præcipimus, ut Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi & alii Ecclesiarum Prælati, exteriúsque, quibus concessum est proponere verbum Dei, Clerum & populum propter hoc specialiter frequentiùs congregandos, in suis sermonibus ad supplicum precum suffragia, pro celeri & felici exitu tanti negotii frequentanda, solerter hortentur: & ipsis eâdem auctoritate, non solùm orationum frequentiam, sed a observantiam (prout circumstantiæ pensandæ suaserint) jejuniorum indicant.

a *In aliquot manuscript. sed etiam Pontificali.* b *In antiquioribus Codicibus, vel ad certum aliquid obligationis.* c *Vide Turrecrematam in summa de Ecclesia, lib. 2. cap. 86.* d *alias, & apud eum.*

a *al. Sed & observantiam.* b *Vid. Conc. Lat. sub Innoc. III. c. 23. & refertur ext. de elect. can. nefas defectu.* c *Vid. Lambertinum de jure patron. l. 2. p. 2. q. 3. art. 1.* d *Qui dicantur agere altum temerarii. vid. text. quæ fil. sint legit. per venerabilem. ver. videbatur. & per Ioan. And. in Clem. 1. de sepult.*

CAP. IV.

¶ *Appellantes contra electiones, postulationes, vel provisiones, omnia quæ objicere intendunt contra personam vel formam, tenentur exprimere: & jurare, quòd illa credunt vera esse, & ea se posse probare. Super non expressis, ipsi, vel adhærentes eis, non audientur: nisi de novo emergant, vel perveniant, vel superveniat probandi facultas: super quo jurare debebunt. Statutum Innoc. editum contra non probantes, quæ objiciuntur in personam vel formam, in suo robore conservatur. Ioan. And.*

Idem *in eodem.*

UT circa electiones, postulationes, & provisiones Ecclesiasticas viam malitiis, prout est possibile, præcludamus, ne diutiùs periculosè b vacent Ecclesiæ: vel personatuum, dignitatum, & aliorum Ecclesiasticorum beneficiorum provisio differatur: Edicto perpetuo providemus, ut (si quando aliqui electionibus, postulationibus, vel provisionibus se opponunt, proponendo aliqua contra electionis, postulationis, seu provisionis formam, aut personas eligentium, vel electi, sive illius, cui erat provisio facienda sive facta, & propter hoc contigerit appellari) appellantes in instrumento publico, seu literis super appellatione confectis, omnia & singula exprimant, quæ in formam intendunt objicere vel personas: Coram personis authenticis, aut persona, quæ super hoc testimonium perhibeant veritati, corporali præstito juramento, quòd credunt ea, quæ sic exprimunt, esse vera, & se posse probare: Alioquin tam opponentes, quàm (tempore appellationis interpositæ, vel postmodùm) adhærentes eisdem, objiciendi aliqua (quæ non fuerint in hujusmodi literis vel instrumentis expressa) potestatem sibi noverint interdictam: nisi aliquid posteà forsan emerserit, vel super antiquis supervenerit probandi facultas, aut aliqua antiqua in opponentium notitiam de novo pervenerint, quæ appellantes appellationis tempore emissæ verisimiliter ignorare potuerint, & etiam ignorârint. Super hujusmodi autem ignorantia, & superveniente facultate probandi, fidem per proprium præstandum corporaliter faciunt juramentum: hoc adjiciendo in juramento eodem, quòd ad ea probanda credunt se sufficientes probationes habere. Illa sanè, quæ felicis recordationis Innocentius Papa quartus contra non plenè probantes ea, quæ in formam vel personam objecerant, statuit, in suo volumus robore permanere.

CAP. V.

¶ *Electus ante confirmationem administrare non debet per se, vel per alium, in totum, vel in partem, sub quocunque colore: quæ contrà fecerint, ipso jure privati sint jure ex electione quæsito. Ioan. Andr.*

Idem *in eodem.*

AVaritiæ c cæcitas, & damnandæ ambitionis improbitas, aliquorum animos occupantes, eos in illam d temeritatem impellunt, ut quæ sibi à jure interdicta

noverint, exquisitis fraudibus usurpare conentur. Nonnulli siquidem ad regimen Ecclesiarum electi, quia eis, jure prohibente, non licet se ante confirmationem electionis celebratæ de ipsis, administrationi Ecclesiarum, ad quas vocantur, ingerere: ipsam sibi tanquam procuratoribus, seu œconomis committi procurant. Cum itaque non sit malitiis hominum indulgendum, nos latiùs providere volentes, hâc generali constitutione sancimus, ut nullus de cætero administrationem dignitatis, ad quam electus est, priusquam celebrata de ipso electio confirmetur, sub œconomatûs, vel procurationis nomine, aut alio de novo quæsito colore, in spiritualibus vel temporalibus, per se vel per alium, pro parte vel in totum, gerere vel recipere, aut illis se immiscere præsumat. Omnes illos, qui secus fecerint, jure, si quod eis per electionem quæsitum fuerit, decernentes eo ipso privatos.

CAP. VI.

¶ Eligentes, quàm citò commodè possunt, electionem electo præsentent. Electus intra mensem consentiat: aliàs privatus est jure quæsito, nisi condigna persona ipsum excusit. Post consensum confirmationem petat intra tres menses, aliàs electio viribus vacuetur. Ioann. Andr.

Idem *in eodem.*

Quàm sit Ecclesiis ipsarum dispendiosa vacatio, quàm periculosa etiam esse soleat animabus, non solùm jura testantur, sed etiam magistra rerum efficax experientia manifestat. Cupientes itaque competentibus remediis vacationum diuturnitatibus obviare, hoc perpetuo decreto statuimus: ut si quando fuerit electio in aliqua Ecclesia celebrata, electores electionem ipsam, quàm citiùs commodè poterunt, electo præsentare, ac petere consensum ipsius procurent *a*. Electus verò illum adhibere intra mensem à tempore præsentationis hujusmodi teneatur. Quem si electus ipse ultrà præstare distulerit, jure, si quod ei ex sua electione fuerit acquisitum, extunc se noverit eo ipso privatum: nisi forsan ea sit electæ personæ conditio, ut electioni de se celebratæ absque superioris sui licentia, ex prohibitione, seu quâvis provisione sedis Apostolicæ, consentire non possit: quo casu idem electus, seu electores ipsius, consentiendi licentiam ab ejus superiore, cum ea celeritate, quam superioris ipsius præsentia vel absentia permiserit, petere studeant & habere. Alioquin, si lapso tempore pro ejusdem superioris præsentia vel absentia (ut præmittitur) moderando, hujusmodi licentiam eos nequaquam obtinere contingat: electores extunc ad electionem aliam procedendi liberam habeant facultatem. Cæterùm quivis electus intra tres menses post consensum electioni de se celebratæ præstitum, confirmationem electionis ipsius petere non omittat. Quòd si, justo impedimento cessante, intra hujusmodi trimestre tempus omiserit, electio eadem eo ipso viribus vacuetur.

CAP. VII.

¶ Si non sequatur electio, non est quis ex consensu in scrutinio scienter habito in indignum, eligendi potestate privatus. hoc dicit. Ioann. Andr.

Idem *in eodem.*

Perpetuo *b* sanctionis oraculo declaramus, quòd scienter in electionibus nominantes indignum, propter suffragium in scrutinio præstitû (nisi adeo in eo perstiterint, quòd ex votis eorum communis electio subsequatur) nequaquam eligendi potestate priventur: Licèt pro eo, quòd indignum nominando, scienter contra conscientias suas agunt *c*, & divinam vindictam, & Apostolicæ ultionis metum *d*, quem qualitas facti suaserit, possint non immeritò formidare.

a *al. tollerent.* b *al. perpetuo sanctionis, &c.* c *al. agant.* d *In omnibus antiq. exemplarib. mutum.*

CAP. VIII.

¶ Eligens, vel electioni consentiens, contra electum (nisi ex nova causa, vel noviter ei pandata) se nequit opponere, vel renunciare. Ioan. And.

Idem *in eodem.*

Nulli licere decernimus (postquam in scrutinio nominaverit aliquem, & electio fuerit subsecuta: vel postquam præstiterit electioni de ipso ab aliis celebratæ consensum) illum super electione ipsa (nisi ex causis posteà emergentibus) impugnare: vel nisi ei motum ipsius anteà celata, de novo pandatur improbitas: seu alicujus alterius latentis vitii, vel defectûs, quæ verisimiliter ignorare potuerit, veritas reveletur. De hujusmodi autem ignorantia fidem faciat proprio *a* juramento.

CAP. IX.

¶ Contra electum à duplo majori parte, vel electores ipsius, nil à reliqua parte potest opponi, quod votum extenuet: sed id benè opponitur, quod votum annullet. Ioan. And.

Idem *in eodem.*

Si quando contigerit (duabus electionibus celebratis) partem alteram eligentium duplo majorem *b* numero inveniri: contra electores, qui partem reliquam sic excedunt, ad extenuationem zeli, meriti, vel auctoritatis ipsorum, reliquis, vel electo ab eis, aliquid opponendi omnem præsenti decreto interdicimus facultatem. Si quid autem opponere voluerint, quod votum illius, cui opponitur, nullum redderet ipso jure, id eis non intelligimus interdictum.

CAP. X.

¶ Appellatio judicialiu vel extra, devolvit causas electionum Episcoporum & superiorum ad Papam: si in scriptis, & ex causa probabili fuerit interjecta: aliàs non. Et ab ea possunt partes sine pravitate recedere, priusquam Papæ præsentata fuerit. Et an in recessu intervenerit pravitas, inferiores judices ante omnia debent inquirere: quam si reperierint, de causa non cognoscent, sed statuent partibus terminum, in quo cum aliis & monumentis se Apostolico conspectui representent. Ioan. And.

Idem *in eodem.*

Quamvis constitutio felicis recordationis Alexandri Papæ quarti, prædecessoris nostri, causas electionum Episcopalium, seu super electionibus Episcoporum exortas, non immeritò majoribus causis annumerans, cognitiones ipsarum per appellationes quaslibet devolvi asserat ad Apostolicæ sedis examen: Nos tamen & temeritam appellantium audaciam, & effrenatam appellationum frequentiam refrenare volentes, hâc generali constitutione duximus providendum: ut si extra judicium in prædictis electionibus, vel in aliis dignitatibus Episcopatu majoribus celebratis, expressa causa manifestè frivola *c* contigerit appellari, per appellationem hujusmodi nequaquam ad sedem eandem negotium devolvatur. Sed cùm in electionum earundem negotiis, in judicio, vel extra judicium appellatur in scriptis, ex causâ probabili, quæ probata deberet legitima reputari, ad sedem ipsam hujusmodi negotia deferantur. Cæterùm in præmissis omnibus casibus liceat partibus ab hujusmodi appellationibus, nullâ tamen interveniente pravitate, recedere, antequam præfatæ sedi fuerint præsentatæ. Inferiores autem judices, quorum erat ipsarum causarum cognitio appellatione cessante, an in hoc pravitas intercesserit, ante omnia diligenter inquirant: & si eam intercessisse reperierint, se de causis ipsis nullatenùs intromittant, sed præfigant dictis partibus terminum peremptorium competentem, in quo cum

a *Vid. Panorm. in cap. 2. De constit. & Bal. conf. 229. par. 2.*
b *Vid. gloss. in clem. ad compescendas. de sequest. poss. & fru. Do.*
c *Frivola causa appellandi qua dicantur, vide in cap. cum appellationib. infrà de appell. hoc tit.*

omnibus

omnibus actis & munimentis suis Apostolico se conspectui repræsentent.

CAP. XI.

¶ *Si inter reliqua, quæ objiciuntur promovendo ad dignitatem, objicitur evidens defectus scientiæ vel personæ, illud ante omnia examinare debebit. Et si reperietur falsum, opponens à prosecutione negotii repellitur, & punitur perinde ac si defecisset in probatione omnium objectorum. Ioan. And.*

Idem *in eodem.*

SI fortè inter cætera, quæ objiciuntur electo aut postulato, seu aliàs promovendo ad aliquam dignitatem, evidentem scientiæ, vel alium personæ defectum opponi contingat: in discussione objectorum illum statuimus ordinem incommutabiliter observandum, ut promovendus super defectu ipso ante omnia subjiciatur examini: cujus eventus examinandis aliis aut dabit initium, aut negabit. Cæterùm si præmissi examinis exitus hujusmodi oppositiones docuerit veritate destitui, opponentes omninò à prosecutione causæ, in qua talia objecerunt, excludimus: & perinde puniri decernimus, ac si penitùs in probatione omnium, quæ objecerant, defecissent.

CAP. XII.

¶ *Qui gravaverit aliquam personam Ecclesiasticam, vel ejus consanguineos, vel Ecclesias seu bona, pro eo, quòd eum pro quo rogabatur, eligere noluit, ipso facto excommunicatus est. Ioan. And.*

Idem *in eodem.*

SCiant cuncti, qui Clericos vel quoslibet alias personas Ecclesiasticas (ad quos, in aliquibus Ecclesiis, monasteriis, aut aliis piis locis spectat electio) pro eo, quòd rogati, seu aliàs inducti, eum, pro quo rogabantur sive inducebantur, eligere noluerint, vel consanguineos eorum, aut ipsas Ecclesias, monasteria, seu loca cætera, beneficiis sive aliis bonis suis, per se vel per alios spoliando, seu aliàs injustè persequendo *a*, gravare præsumpserint: se ipso facto excommunicationis sententiâ innodatos.

CAP. XIII.

¶ *Primò punit usurpantes de novo custodiam vacantium Ecclesiarum. Secundo punit Clericos & Monachos hoc fieri procurantes. Tertiò punit Clericos se talibus non opponentes. Quartò ponit, qualiter debeant se habere habentes talem custodiam ab antiquo. Ioan. Andr.*

Idem *in eodem.*

GEnerali constitutione sancimus, universos & singulos, qui regalia, custodiam, sive guardiam, advocationis seu defensionis titulum in Ecclesiis, monasteriis, seu quibuslibet aliis piis locis, de novo usurpare conantes, bona Ecclesiarum, monasteriorum, aut locorum ipsorum vacantium occupare præsumunt, quantæcunque dignitatis honore præfulgeant: Clericos etiam Ecclesiarum, Monachos monasteriorum, & personas cæteras locorum eorundem, qui hoc fieri procurant, eo ipso excommunicationis sententiæ decernimus subjacere. Illos verò, qui se (ut deberent) talia facientibus non opponunt, de proventibus Ecclesiarum, seu locorum ipsorum, pro tempore, quo præmissa sine debita contradictione permiserint, aliquid percipere districtiùs inhibemus. Qui autem ab ipsarum Ecclesiarum cæterorumq; locorum fundatione, vel ex antiqua consuetudine jura sibi hujusmodi vendicant, ab illorum abusu sic prudenter abstineant, & suos ministros in eis solicitè faciant abstinere, quòd ea, quæ non pertinent ad fructus sive reditus provenientes vacationis tempore, non usurpent: nec bona cætera, quorum se asserunt habere custodiam, dilabi permittant, sed in bono statu conservent.

CAP. XIV.

¶ *Parochialis Ecclesia nemini committatur, qui non sit idoneus scientiâ, moribus, & ætate: & si conferatur non attingenti xxv. annum, non valet collatio. Ille autem, cui talis Ecclesia collata fuerit, tenetur personaliter residere, & intra annum Sacerdos fieri: si autem promotus non fuerit, elapso anno privatus est ipso jure. Super residentia autem Prælatus ejus ad tempus poterit dispensare. Ioan. Andr.*

Idem *in eodem.*

LIcèt canon à felicis recordationis Alexand. Papa III. præd. nostro editus, inter cætera statuerit, ut nullus regimen Ecclesiæ parochialis suscipiat, nisi xxv. annum ætatis attigerit, ac scientiâ & moribus commendandus existat: quodque talis ad regimen assumptus hujusmodi, si monitus non fuerit præfixo à canonibus tempore in Presbyterum ordinatus, à regiminis ejusdem amoveatur officio, & alii conferatur. Quia tamen in observatione canonis memorati se multi exhibent negligentes: nos periculosam illorum negligentiam volentes juris executione suppleri, præsenti decreto statuimus, ut nullus ad regimen parochialis Ecclesiæ assumatur, nisi sit idoneus moribus *a*, scientiâ & ætate: Decernentes collationes de parochialibus Ecclesiis, iis qui non attigerint xxv. annum, de cætero faciendas, viribus omninò carere. Is etiam, qui ad hujusmodi regimen assumetur, ut gregis sibi crediti diligentiùs curam gerere possit, in parochiali Ecclesia, cujus rector extiterit, residere *b* personaliter teneatur: Et intra annum à sibi commissi regiminis tempore numerandum, se faciat ad Sacerdotium promoveri. Quòd si intra idem tempus promotus non fuerit, Ecclesia sibi commissa, nullâ etiam præmissâ monitione, sit præsentis constitutionis auctoritate privatus. Super residentia verò (ut præmittitur) facienda, possit Ordinarius gratiam dispensationis ad tempus facere, prout causa rationabilis id exposcit.

CAP. XV.

¶ *Parochialis Ecclesia non commendetur, nisi constituto in ætate legitima & Sacerdotio: & tali, non nisi una: & illa tunc demum, cum necessitas vel utilitas exigit. Talis autem commenda ultra sex menses non duret. Quod contra prædicta factum fuerit, est irritum ipso jure. Ioan. And.*

Idem *eodem.*

NEmo deinceps parochialem Ecclesiam, alicui non constituto in ætate legitima & Sacerdotio, commendare præsumat: nec tali etiam nisi unam, & evidenti necessitate, vel utilitate ipsius Ecclesiæ suadente. Hujusmodi autem commendam (ut præmittitur) ritè factam, declaramus ultra semestris temporis spatium non durare: statuentes, quicquid secùs de commendis Ecclesiarum parochialium actum fuerit, esse irritum ipso jure.

CAP. XVI.

¶ *Hæc decret. fuit multum utilis suo tempore, antequam Papa reservaret sibi provisiones Episcopatuum. Glos. prima ponit summarium: & secunda divisionem. Dominicus.*

Nicolaus III.

CUpientes Ecclesiarum vacationibus *c* periculosis occurrere, ac malignantium subterfugiis obviare: jam provisis remediis, alia (quæ patenter ipsa rerum experientia ad earum expeditionem indicavit utilia) remedia experta subjungimus: & quod felicis recordationis Gregorius Papa x. prædecessor noster, de electionibus præsentandis electis, & ipsorum electorum petendo ac adhibendo consensu, salubriter statuit, in suo robore, cùm infrà scripti temporis moderatione, in præsentandis electionibus permanere volentes: sed quod de trimestri tempore post consensum ad petendas

a *Vid. cap. felicis. infr. de pœnis, cùm ibi not.*

a *Idem cavetur in Concil. Lat. sub Innoc. III. cap. 30. & in Conc. Trid. sess. 7. de reform. cap. 5. & sess. 24. de refor. c. 12.* b *Idem cavetur in Conc. Trid. sess. 6. de reform. c. 2.* c *Vacatio simpliciter dicta continet omnem modum vacandi. vide c. suscepium. de rescript. sup. eod. Phil. Font.*

confirmationes instituit, quoad illas, quæ petuntur vel peti debent à sede Apostolica, temperantes: (cùm interdum aliquorum locorum vicinitas minùs exigat, aliquorum *a* distantia prolixius tempus exposcat:) hâc generali & in perpetuum valiturâ constitutione sancimus, ut omnes electi cathedralium, vel regularium Ecclesiarum (quorum electionum confirmationes, vel infirmationes, ad ipsius sedis examen deducit immediata subjectio, vel appellatio interjecta devolvit) intra unum mensem post consensum, vel post obtentam de ipsorum electione notitiam, si eam debito tempore non contigerit præsentari, ad sedem ipsam iter arripiant, & extunc sive intra præscriptum tempus iter arripuerint, sive non, absque fraude, quàm citò poterunt commodè, locorum considerată distantiâ, petituri suarum electionum confirmationes, vel prosecuturi electiones suas, quibus poterunt modis licitis comparere, cum omnibus actis, juribus, & munimentis suis, & processus suos contingentibus, coram nobis personaliter teneantur. Quòd si per viginti dies post lapsum ex qualitate locorum moderandi temporis expectati, sive eligentes, sive opponentes venerint, sive non: personaliter comparere, & suarum electionum confirmationem, vel prosecutionem, seu executionem petere, nullâ justâ causâ intervenientes, contempserint: de qua intra prædictos viginti dies proposita, intra quindecim dies post tempus hujusmodi, coram nobis, vel alio, seu aliis deputando, vel deputandis à nobis, si admittenda videbitur, teneantur apud sedem ipsam facere plenam fidem. Nisi vel intra eosdem viginti dies, seu prædictos quindecim, eo casu tantùm, cùm ad prædictam causam proposităm, ut prædicitur, & admissam probandam concessi fuerint, talia & tam verisimilia proponi contingeret, quæ *b* judicio præsidentis electos ipsos ab infrascripta pœna meritò excusarent: & propter quæ forsitan videretur eidem ad prædictam comparitionem tempus prolixius indulgendum. Insuper etiam eo casu, quoad personalem electorum comparitionem excusandam, aliquam justam causam proponi contigerit, vel admitti: nisi tunc intra idem tempus justo impedimento cessante, per procuratorem ad præmissa omnia sufficienter instructum, & nihilominùs ipsâ causâ cessante, ut præmittitur, se personaliter præsentaverint: electiones de ipsis factas, eo ipso viribus vacuantes, ipsos omni jure, si quod eis per electionem hujusmodi quæsitum esset, decernimus esse privatos. Electos verò, qui se sine actis, juribus & munimentis suis, & processus suos contingentibus personaliter, vel per procuratorem, ut præmittitur, præsentaverint: eâ volumus ex contemptu constitutionis hujusmodi, eo casu pœnâ percelli, ut pro exhibendis illis alibi, quàm apud sedem ipsam, nisi ex justa causa, non possint dilationem aliam obtinere. Ad hæc, ut diligens inquisitio super electionibus, & eligentibus, & electis ac aliis præmissa contingentibus, plena informatio possit haberi (quam informationem per procuratores, qui utplurimùm constituuntur absentes, & processûs ignari, cursus causarum non sentit de facili provenire) de ipsis electoribus duæ personæ ad minus, super negotio ipso, ut de electis præmittitur, sufficienter instructæ, quando electionem concordem esse contigerit, intra idem tempus, per *c* Capitulum expensis bonorum ad Prælatum ipsius Ecclesiæ, de cujus electione agitur, pertinentium, si sint discreta, alioquin communium: vel per ipsum Capitulum aliunde provisorum, si de ipsis discretis, vel communibus tunc adhiberi non possint, ad omnia instructæ (inquam plenariè) transmittantur. Si verò in discordia electio, vel electiones ipsæ processerint: tunc duæ personæ ad minus de parte qualibet (cùm sint plures) vel de parte electi (cùm electio una processerit) necessariis & moderatis expensis electorum. Quas si electi exhibere contempserint (nisi forsan ipsos facultatum impotentia pro qualitate negotii excusaret) omni jure ipsis ex tali electione quæsito priventur. Et quando *b* unicus est electus, cui aliquis vel aliqui se opponunt, eo casu tam opponens, quàm opponentes hujusmodi, si duo tantùm, vel si plures, duo ad minus ex ipsis opponentibus, expensis ipsorum opponentium propriis plenè (ut dictum est) cum actis & munimentis instructi *a* compareant: ut per præmissas personas, vel negotium plenariè instrui, vel sedes eadem valeat informari, an Ecclesiarum utilitate pensată, & aliis inspectis circumstantiis, super habendis aliquibus probationibus, seu quibuscunque aliis sit alibi faciendа commissio, vel (æquitate suadente) partes potiùs apud sedem ipsam in probationibus & aliis sint arctandæ. Cæterùm si eligentes electiones ipsas concorditer, vel in discordia celebratas, intra octo dies, postquam commodè poterunt, electis præsentare distulerint: ipsos, qui culpabiles in hoc extiterint (quo ad se) à processûs prosecutione totaliter excludentes, omnibus beneficiis suis, quæ in ipsa Ecclesia, de cujus electione agitur, obtinent, per triennium continuum extunc inchoandum, volumus eo ipso fore suspensos: ad quæ si intra illud tempus se propriâ temeritate, vel alio quæsito colore ingesserint, illis ipso jure perpetuò sint privati. Vel si personas instructas, ut præmittitur, (etiamsi opponentes vel electi mittere vel venire, seu expensas ministrare contemnant) destinare neglexerint (nisi eos Capituli, vel contradicentium paucitas, seu alia justa & probabilis causa evidenter excuset: in quo casu procuratorem sufficienter instructum mittere, & nihilominùs cessante causâ dictas personas dirigere teneantur:) & à totali (quoad se) prosecutione processus, & à proventuum beneficiorum, quæ in Ecclesia ipsa obtinent, per triennium continuum perceptione priventur: opponentis vel opponentium (cùm unicus est electus) contumacia simili pœnâ plectenda: nihilominùs tamen in præmissis casibus, quibus eligentes vel opponentes, quoad se processus prosecutione privantur, electis super hoc in prosecutione sui juris nullum præjudicium generetur. Denique cùm ad postulationem concordem vel discordem procedi contigerit, & aliqui patientes in ordinibus vel ætate defectum, vel his similes postulentur, non qui aliis Ecclesiis alligati, liberum non habent sine nostra permissione volatum: (circa quos taliter alligatos, nihil de veteris juris observantia immutamus) postulatos hujusmodi, & postulantes eosdem, eâ moderată districtione perstringimus, ut eo salvo, quòd postulati hujusmodi, nec suis postulationibus præstare consensum, nec (ut de electis dictum est) exhibere expensas aliquibus teneantur: sed postulantes ipsi concorditer vel discorditer, expensas ipsas personis talibus subministrent: postulatos in veniendo (si non dissenserint) & postulantes in mittendo personas instructas (ut in concordi vel discordi electione) per omnia (ut suprà præmittitur) moderatio præmissa constringat: & negligentes statu-

a *Al. ita: & aliquorum, &c.* b *Al. ita: quæ in judicio, &c.* c *Hæc periodus in antiq. Codic. ita habet: per Capitulum in expensis, de bonis ad Prælatum ipsius Ecclesiæ, de cujus electione agitur, pertinentibus, si sint discreta: alioquin de communibus vel per ipsum Capitulum aliunde provisis, &c.*

a *Aliter, instructæ.* b *Hæc periodus utplurimum in antiq. exemplaribus ita legitur: Et quando unicus est electus, cui aliquis vel aliqui se opponunt in expensis ipsorum propriis, eo casu tam opponens, quàm opponentes hujusmodi, si duo tantùm, vel si plures, duo ad minus ex ipsis opponentibus in expensis ipsorum opponentium, plenè, &c.*

ta ibi-

ta ibidem, similis pœna percellat: nec per hoc, quòd de postulatis pro celeri Ecclesiarum expeditione statuitur, postulationes ipsæ minùs dependére intelligantur à gratia, quàm anteà dependebant. Porrò in singulis casibus supradictis, in recuperandis, vel reddendis expensis eligentium, electorum, postulantium, & etiam postulati, illud servari decernimus, quod justum fuerit, seu æquitas canonum judicabit.

CAP. XVII.

¶ Glossa prima docebit, & summas eorum tenetur. vide eam. Dominicus.

Idem.

FUndamenta militantis Ecclesiæ, in montibus sanctis Prophetа *a* rememorans, per montes Apostolos & prædicatores patenter insinuat, quibus tota hujusmodi ædificii fabrica confidenter innititur: qui firmæ *b* bases Ecclesiæ super fundamento, præter quod nemo aliud ponere potest, quod est Christus Jesus, veluti summo angulari lapide solidantur: ut veritas, quæ anteà legis & Prophetarum præconio vehebatur, per Apostolicam tubam in salutem universitatis exiret: sicut scriptum est: [*In omnem terram exivit sonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorum.*] Hujus autem muneris sacramentum ita Dominus ad omnium Apostolorum voluit officium pertinere, ut in beato Petro Apostolorum omnium summo, principaliter collocaret: ut ab ipso, quasi quodam capite, dona sua velut in corpus omne diffunderet: hunc enim in consortium individuæ unitatis assumptum, id, quod ipse erat, Dominus voluit nominari, dicendo *d*, [*Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam:*] ut æterni templi structura Deo ædificante constructa, mirabili munere gratiæ Dei in Petri consisteret firmitate: cui Salvatoris nostri miranda provisio beatum Paulum in Apostolatu gentium per dexteras societatis *e* adjunxit. Isti sunt, per quos Evangelium Romæ resplenduit. Isti sunt ejus Patres, verique pastores. Isti sunt, qui unâ die, pro merito, uno loco, pro gloria, sub uno persecutore, pro pari virtute compassi, urbem ipsam glorioso cruore martyrii Christo Domino consecrárunt. Isti sunt, qui illam in hanc gloriam provexerunt, ut sit gens sancta, populus electus, civitas sacerdotalis & regia: per sacram beati Petri sedem caput totius orbis effecta. Ne autem ipsa mater Ecclesia in congregatione & pastura fidelium temporalibus careret auxiliis, quin potiùs ipsis adjuta, spiritualibus semper proficeret incrementis: non absque miraculo factum esse concipitur, ut occasionaliter Constantini Monarchæ à Deo provisa, sed curata baptismalibus fomentis infirmitas, quandam quasi adjiceret ipsi Ecclesiæ firmitatem, qui quarto die sui baptismatis, unà cum omnibus satrapis, & universo senatu, optimatibus etiam, & cuncto populo, in persona beati Sylvestri, sibi Romanam concedendo urbem relinquens, ab eo & successoribus ejus, per pragmaticum constitutum disponendam esse, (decernens in ipsa urbe utriusque potestatis Monarchiam Romanis Pontificibus) declararet: non justum arbitrans, ut ubi Sacerdotii principatum, & Christianæ religionis caput Imperator cœlestis instituit, illic Imperator terrenus habeat potestatem: quin magis ipsa Petri sedes in Romano jam proprio solio collocata, libertate plenâ in suis agendis per omnia potiretur: nec ulli subesset homini, quæ ore divino cunctis dignoscitur esse prælata. Decet namque ipsi Romano Pontifici, per fratres suos sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales (qui sibi in executione officii Sacerdotalis coadjutores assistunt) libera provenire consilia: decet ipsius nullo modo vacillare judicia: ut fratres ipsos nullus secularis potestatis metus exterreat, nullus temporalis favor absorbeat, nullus eis terror immineat, nihil eos à veri consilii soliditate removeat: quin, cùm per ipsum Romanum Pontificem in quibuscunque negotiis contingeret eorum peti consilia in consulendo, per omnia liberi eidem Romano Pontifici in omnibus, quæ pro tempore imminent, liberè consulant & assistant, ipsaque Romani Pontificis Vicarii Dei, quæ suis temporibus occurrerit electio, & eorundem *a* Cardinalium (cùm expedierit) facienda promotio, in omni libertate procedant.

Dignè itaque ad urbem ipsam ejusque regimen aciem nostræ considerationis extendimus, ut felici ducta regimine, præservetur à noxiis, & optatis semper proficiat incrementis. Nunquid obduxit oblivio, quæ urbi, quæ incolis nota dispendia intulerunt hactenus peregrina regimina? Nunquid non hæc destructio mœnium, deformatio proveniens ex ruinis, luce clariùs manifestant? Nunquid non hæc fidelium contrectata *b* deposita? Nunquid non hæc ipsa veneranda Dei templa præsidentis manu sacrilegâ diebus nostris nefariè violata proclamant? Quid plura? Nonne ipsius urbis retroactis temporibus incorrupta constantia, sub regentis *c* eo tempore nefando subversa est regimine? ipsamque urbem speculum fidei tanta respersit infamia, ut à matre sua Romana Ecclesia filia prædilecta deviare compulsa, quondam Contradinum, qui de venenosa radice Friderici quondam Romani Imperatoris, colubri tortuosi, justo ipsius Ecclesiæ judicio reprobati, prodiisse videbatur in Regulum: quique ad exterminium Romanæ matris Ecclesiæ manifestis indiciis unà cum suis fautoribus aspirabat, & in contemptum Dei & suæ matris, ac ipsius urbis opprobrium patenter reciperet *d*, recepto faveret, constituens se per hæc *e* tam patentis hostis suæ matris Ecclesiæ filiam adjutricem. Hoc ipsi Romæ præstiterunt Senatores incogniti, hoc Præfides improvisi, ut gratiosa civitas redderetur ingloria, sua stabilitas vocaretur instabilis, suæque constantiæ antiquata soliditas, linguis hominum vocaretur infirma. Proinde officii nostri debitum circa hujusmodi tam periculosos eventus ad libram moderaminis erigentes, tantæ subversionis occasiones ita salubris remedii appositione præcidimus, ne illorum (qui ipsam Rempublicam laudabiliter hactenus gubernaverunt) videamur gloriam fugillare vel merita, quæ illis apud infallibilem, & scientem omnia retributorem, de jam perlatis quæsita laboribus salva persistunt. Ut ergò circa regimen ipsum talis adhibeatur in omnibus cum discretione solertia, per quam ipsi Romanæ Ecclesiæ plena libertas (quæ in omnibus & per omnia sibi debetur) optata proveniat: vitentur jam experta pericula, & Romanus *f* populus ab opprimentium protectus incursibus sedeat, sedendo quiescat in pulchritudinem *g* pacis, in tabernaculis fiduciæ, & temporalium requie opulenta, de fratrum nostrorum consilio, hâc irrefragabili & in perpetuum valiturâ constitutione sancimus: ut quandocunque & quotiescunque Senatoris electio vel alterius quocunque nomine censeatur, qui quocunque modo vel quocunque titulo ipsius urbis debeat præesse regimini, in posterum imminebit: nullus Imperator seu Rex Romanorum, aut ali⁹ Imperator, vel Rex, Princeps, Marchio, Dux, Comes aut Baro, vel quicunque alterius notabilis

a *Psalm. 16.* b *1. Corinth. 3.* c *Psalm. 18. Roman. cap. 10.* e *al. societatis.* d *Matth. 16.*

a *Quales Cardinales eligi debeant, habetur in Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 1. circa finem.* b *alter, contrectata.* c *Hæc periodus ita legitur: Sub regentis eo tempore subversa regimine: ipsamq; urbem speculum fidei, &c.* d *Alias, exciperet.* e *al. per hoc. al. per hanc.* f *al. ita: & Romanorum populus.* g *al. pulchritudine.*

præeminentiæ, potentiæ seu potestatis, excellentiæ vel dignitatis existat, frater, filius vel nepos *a* eorum ad tempus, vel in perpetuum, seu quivis alius, ultra annale spatium quovis modo, colore vel causâ, per se vel aliam personam quomodolibet submittendam, in Senatorem, Capitaneum, Patricium, aut Rectorem, vel ad ejusdem urbis regimen seu officium nominetur, eligatur, seu aliàs etiam assumatur, absque licentia sedis Apostolicæ speciali, per ipsius sedis literas concessionem licentiæ hujusmodi specialiter exprimentes. Quòd si secùs factum fuerit, nominationem, electionem & assumptionem hujusmodi decernimus esse nullas, ac carere omni robore firmitatis: & non solùm nominatores, electores, & assumptores, verùm etiam nominati, electi & assumpti, si hujusmodi nominationi, electioni, seu assumptioni consenserint, aut se de ipsis quolibet modo intromiserint, intendentes & obedientes eisdem, & in hoc omnes dantes ipsis nominatoribus, electoribus, assumptoribus, aut nominatis, electis, vel assumptis, auxilium, consilium vel favorem, publicè vel occultè, cujuscunque dignitatis vel præeminentiæ, conditionis aut statûs extiterint, eo ipso sententiam excommunicationis incurrant, ac nihilominùs ipsos nominatos, electos seu assumptos, si contra constitutionem præsentem prædictis nominationi, electioni vel assumptioni consenserint, aut se quoquo modo illis ingesserint *b*, & eorum posteros in perpetuum omnibus feudis, privilegiis, libertatibus, immunitatibus, gratiis & honoribus, quæ à prædicta seu aliis tenent Ecclesiis, censemus esse privatos: ita quòd illi, ad quos eorum collatio, concessio seu dispositio pertiner, resumendi ea, aut retinendi, concedendi seu conferendi aliis, seu de ipsis etiam disponendi (prout ad eos pertinet) liberam habeant potestatem: & ne taliter nominati, electi vel assumpti de sua pertinacia vel contemptu valeant gloriari, nos quælibet mandata, præcepta, ordinationes & statuta, quæ fecerint, omnesque sententias, quas tulerint, & quicquid penitùs in contractibus & obligationibus seu quibuscunque aliis, urbis nomine, vel tanquam Senatores, Capitanei, Patricii aut Rectores, vel Officiales ipsius egerint, irrita prorsus exnunc & vacua nunciamus. Judices verò & Tabelliones, qui super his aut eorum aliquibus contra præsentis constitutionis edictum patrocinari vel instrumenta conficere fortè præsumpserint, judicatûs & tabellionatûs officiis se noverint esse privatos. Contemptores quoque, seu violatores præmissorum, vel aliquorum, vel alicujus eorum, ab hujusmodi excommunicationis sententia (præterquam in mortis articulo) absolvi non possint, nisi per Romanum Pontificem, vel de ipsius petita & obtenta licentia speciali: non obstantibus aliquibus privilegiis, indulgentiis, concessionibus, constitutionibus, consuetudinibus & statutis quâcunque firmitate vallatis, quæ in præmissis omnibus nolumus aliquibus vel alicui suffragari: sed omnia, quoad illa decernimus non tenere. Ut *c* autem cives Romanorum, qui ex ipsa urbe naturalem duxisse noscuntur originem, aut quivis alii, qui in ipsa ejusve territorio, non advenæ, sed continui habitatores extiterant *e*, quoad honores ipsius urbis, aut regimen, gratiosis functionibus potiantur: non intendimus, quòd præsens constitutio tales excludat, quin ad unum annum duntaxat, vel ad aliud tempus brevius nominari ad ipsius regimen, & officium eligi valeant, ac assumi: etiamsi prædictorum Principum & aliorum fratres, filii vel nepotes existant: aut etiam si extra urbem & ipsius territorium sub nomine comitatûs, baroniæ, seu cujuscunq; alterius tituli in hominibus *a* vel locis aliquibus jurisdictionem seu potestatem aliquam temporalem vel perpetuam obtinerent: dummodò prædicta jurisdictio vel potestas extra urbem & territorium pra fata consistens, non tantæ præeminentiæ vel notabilis potentatûs existat, quòd eam *b* obtinentes ejus occasione vel causâ cum aliis exclusis à dicto urbis regimine (ut præmittitur) præsentis constitutionis oraculo rationabiliter includantur.

a *Vid. l. j. §. 2. ff. de gr. & Bart. in l. omnes populi. ghlff. in c. nonnulli. de rescript.* b *Dicit Pet. de Anch. nisi hoc fuisset expressum pœnâ privationis feudi, non transivisset in filiuto, quod tamen ipse latius distinguit. Font.* c *Quia tunc nulla est casuum reservatio, & ideo omnes Sacerdotes quoslibet pœnitentes à quibuscùn peccatis & censuris absolvere possunt. Concil. Trident. sess. 14. cap. 7. de casuum reserv.* d *alit. ut autem cives Romani.* e *aliàs, extiterint.*

CAP. XVIII.

¶ Canonicis cathedralis Ecclesiæ ipso jure vel per sententiam (præterquam in casu negligentiæ) eligendi potestate privatis, ad Papam jus devolvitur eligendi: in inferioribus Ecclesiis semper ad proximum superiorem devolvitur. h. d.

Bonifacius VIII.

QUanquam in casu *c* negligentiæ sit statutum à jure, ut Ecclesiâ cathedrali vacante, si per eos, ad quos spectat, non fuerit electio de Prælato intra tempus debitum celebrata, eligendi potestas ad superiorem proximum devolvatur: hoc tamen non est ad casum alium extendendum. Igitur si electores in hujusmodi Ecclesia, vel ipso jure, cùm eligunt scienter indignum, vel per sententiam, cùm formam traditam in generali *d* Concilio non observant, eligendi potestate priventur: non ad dictum superiorem, sed ad Romanum Pontificem potestas eadem devolvetur. Secùs autem in inferioribus Ecclesiis est censendum.

CAP. XIX.

¶ Constitutione, Ut circa. non satisfecit appellans, qui disjunctivè juravit se credere opposita esse vera, vel quæ sufficere deberent ex eis. Ioann. Andr.

Idem.

IS, qui contra electionis formam vel electi personam aliqua objiciens, ad sedem Apostolicam appellavit, corporali à se præstito juramento, quòd illa, quæ in appellatione sua expresserat, vel ea, quæ de ipsis deberent sufficere, vera esse credebat, & se posse probare: non est super objectis vel expressis hujusmodi audiendus. Cùm non simpliciter, sicuti tenebatur juxta constitutionem felicis recordationis Gregorii Papæ x. prædecessoris nostri, editam in Concilio generali Lugdunensi, juraverit, expressa eadem seu objecta se credere vera esse, & se posse probare: sed indeterminatè illa, vel ea, quæ deberent sufficere de eisdem.

CAP. XX.

¶ Qui contra certam personam, ne eligatur, appellat, constitutionem, Ut circa. servare tenetur. Ioan. Andr.

Idem.

QUi contra certam & nominatam *e* personam, ne ab aliis eligatur, ad sedem Apostolicam, antequam fiat electio, duxerit appellandum, debet per omnia in appellando servare formam constitutionis felicis recordationis Gregorii Papæ x. prædeces. nostri (ut *f* circa)

a *alit. in nonnullis.* b *Dicto, eam, deest in manuscriptis Codicibus.* c *Pœna imposita per jus in casu negligentiæ, non includit casum delicti, & sic non pacificantur negligentia & delictum. In Concilio Lateranensi generali sub Innocent. III. cap. 23.* d *In generali Concilio Lateran. sub Alexan. III. cap. 4.* e *Potest dici persona certa, licèt suo nomine non nominetur. tit. de testibus. cap. licet ex quadam.* f *Nota argumentum, quòd allegans aliud statutum sufficit, quòd alleget principium ipsius, absq; eo quòd totum extensum producat. sup. c. proximo. Dom.*

editæ

editæ in Concilio Lugdunensi, ac si electione jam factâ eum contingeret appellare. Alioquin non observans, pœnæ constitutionis ejusdem se noverit subjacere.

CAP. XXI.

¶ Si compromissum est in plures ut eligant, per unum facienda est electionis pronunciatio, sicut quando proceditur per formam scrutinii: aliter electio facta non tenet. Ioan. And.

Idem.

Sicut *a* cùm per formam scrutinii ad electionem proceditur, est per unum pronuncianda & facienda communis electio, secundùm canonica instituta: sic & per unum debet fieri, cùm per formam proceditur compromissi. Quamvis in arbitris compromissariis lex *b* humana innuat, quòd ab eis omnibus sit pronunciatio facienda: alioquin à pluribus compromissariis facta simul electio, eo ipso viribus non subsistat *c*.

CAP. XXII.

¶ Decret. suprà eodem, licet canon. in collegiatis parochialibus Ecclesiis, & assumptis ad ipsarum regimen, locum non habet. Ioan. And.

Idem.

Statutum *d* felicis recordationis Gregorii X. Papæ prædecessoris nostri de iis, qui ad parochialium Ecclesiarum regimen assumuntur *e*, promovendis ad Sacerdotium intra annum, alioquin eisdem Ecclesiis sint privati: quod (cùm sit pœnale) *f* restringi potiùs convenit, quàm laxari: declaramus ad collegiatas Ecclesias, etiam si aliàs parochiales extiterint, & ad assumptos ad earum regimen non extendi, sed antiqua jura servari debere potiùs in eisdem.

CAP. XXIII.

¶ Si compromissarius secundùm traditam sibi metam (scrutatis & in scriptis redactis voluntatibus singulorum) illum eligat, in quem non major pars Capituli, sed plures aliorum comparatione consenserant: non tenet electio, cùm præter formas Concilii fuerit celebrata. Ioan. And.

Idem.

Si cui eligendi potestas data fuerit sub hac forma, ut ipse secretò & sigillatim votis singulorum de Capitulo exquisitis, & in scriptis redactis illum eligat, in quem plures de Capitulo partium *g* comparatione minorum consenserint, licèt consentientes majorem partem totius Capituli non attingant: ipseque facto hujusmodi scrutinio & in scriptis redacto, juxta traditam sibi formam eum, in quem non major pars, sed plures de dicto Capitulo, quàm in quenquam alium direxerant vota sua, duxerit eligendum: Talis electio (cùm præter formas, quas generale Concilium servari statuit in electionibus celebrandis, decernens eas si aliter fierent, non valere, fuerit attentata) robur non obtinet firmitatis.

CAP. XXIV.

¶ Ex vocatione quocunque modo facta in discordia de Religioso mendicante ad prælaturam extra administrationem sui ordinis, non acquiritur illi jus: nec consentire poterit etiam de Prælati licentia. Idem de vocatione facta à minori parte numero ad quamlibet prælationem de religioso non mendicante: & scienter factum irritum decernit. Et ponit istud cap. unum speciale in mendicantibus. Ioan. And.

Idem.

Quorundam *a* oculos sic vitium ambitionis excæcat, quòd quasi suæ professionis immemores, quâ contemptis honoribus, abjectis divitiis, spretisque deliciis, arbitrium proprium subjugârunt alterius ditioni, retrò respiciunt ad aratrum manu missâ, dum præcipitanter tuunt in litigiorum anfractus, & *b* causarum strepitibus se involvunt, & extra administrationes proprii ordinis solium prælaturæ conscendere moliuntur, electionibus, postulationibus seu provisionibus de se in discordia celebratis, improvidè præstando consensum, præbendi assensum à suo superiore nonnunquam extorta licentia potiùs, quàm obtenta: ex quo animarum & Ecclesiarum dispendia noscimus provenisse, & proventura majora in anteà verisimiliter formidamus. Volentes igitur huic pesti salubri remedio obviare, præsenti constitutione sancimus, ut nulli Religioso Prædicatorum, Minorum, & Eremitarum sancti Augustini, aut quorumlibet mendicantium ordinum ex electione, postulatione, provisione, seu vocatione ad aliquam extra administrationem sui ordinis prælaturam in discordia de se facta jus de cætero acquiratur: nec eorum aliquis tali electioni, postulationi, provisioni, aut vocationi quoquo modo valeat consentire: etiamsi magistri, aut ministri, vel prioris generalium eorundem ad id accesserit licentia vel consensus. Circa *c* Religiosos quoque alios cujuscunque conditionis vel statûs existant, volumus hoc servari: ut nec ipsi electionibus, postulationibus, provisionibus, aut vocationibus, à minori parte numero ad prælationes quaslibet de se factis (quæ hoc ipso, quòd à minori parte processerint, nullum prorsùs tribuant jus eisdem) suum audeant præstare consensum: etiamsi super hoc assensus vel licentia suorum intervenerit Prælatorum. Nos enim quicquid contra præmissa vel eorum aliquod à quoquam contigerit attentari, omninò decernimus irritum & inane.

CAP. XXV.

¶ Non potest electus duas electiones prosequi, petendo confirmationem ex illis: etiamsi protestetur se contentum alterâ, per quam consequi possit sua intentionis effectum: necesse ergò habet alteram eligere: quâ electâ, ad alteram redire non poterit. Ioan. And.

Idem.

Ut quis duas *d* electiones de se in aliqua Ecclesia celebratas prosequatur insimul, & confirmationem petat ex eis (cùm non nisi ex una ipsarum valeat jus habere) rationi consonum non putamus: Etiamsi se contentum esse velle alterâ, per quam suæ intentionis consequi possit effectum, in initio protestetur. Oportet ergò eum (ne cùm ipsius Ecclesiæ, vel sui adversarii, si quem habet, discrimine in incerto vagetur) eligere, quam prosequi velit ex illis: & confirmationem petere tantummodò ex eadem: Regressum ad aliam, cui per electionem alterius renunciare, sibique jus ex ea non competere profiteri videtur, nullatenùs habiturum.

CAP. XXVI.

¶ Si electus non consentit, vel post consensum renunciat, vel moritur, vel propter occultum sua vitium electio cassatur: eligentes ad eligendum extunc integrum tempus habebunt: nisi circa id egerint fraudulenter. Ioan. And.

---

a *Vid. Conc. Lat. sub Innoc. III. c. 24. ubi traduntur varia electionum forma.* b *Leges civiles possunt allegari in foro canonico: de quo suprà de nov. oper. nunt. c. 1. & 2. Dom.* c *al. subsistit.* d *Vid. Card. cons. 30.* e *Cap. licèt Canon. locum habet qualitercunq; sit provisum de parochiali Ecclesia: cùm dicat textus, assumuntur, quod congruit cuilibet modo provisionis.* f *Nota. jura panalia strictè esse interpretanda. c. in pœnis. de reg. juris.* g *Appellatione majoris partis intelligitur de majori parte totius, non autem de majori parte comparatione aliarum minorum.*

a *Declaratiunc text. prout in Clem. quòd circa. de elect.* b *dicitis, &, deest in manuscr. Luc. 9.* c *Vide Oldrad. cons. 103. & Conc. Trid. sess. 25. tit. de reg. c. 6.* d *Nota ex hoc c. posse quem obtinere duplicem electionem in eadem Ecclesia, tamen confirmationem quærere non posse, nisi ex una. Item non posse aliquem causare titulum super eadem re, nisi ex una causa. vide text. in 6. inter dilectos. de fide instrum.*

Idem.

SI electio ex eo non fortiatur effectum, quia electus consentire recusat, vel post consensum renunciat juri suo, aut forte diem claudit extremum, seu propter occultum ejus vitium irritatur: electores (quia jam fecerant quod spectabat ad ipsos, intra juris terminum eligendo) habebunt à dissensu, renunciatione, morte, vel irritatione prædictis, ac si vacatio nova esset, tempus integrum ad electionem aliam celebrandam: Dummodo nil fraudulenter egerint in præmissis.

CAP. XXVII.

¶ *Si Religiosus non obtentâ licentiâ consentit electioni de se factæ extra suum monasterium, non valet consensus, & irrita est electio.*

Idem.

SI Religiosus *a* (cujus arbitrium *b* non ex sua, cùm velle vel nolle non habeat, sed ex illius, quem vice Dei supra caput suum posuit, & cujus imperio se subjecit, voluntate dependet) electioni de se ad prælationem aliquam extra suum monasterium, vel suam Ecclesiam celebratæ, sui superioris, qui dare ipsam valeat, non petitâ licentiâ, & obtentâ præsumpserit consentire, consensus sic præstitus non teneat, & in pœnam præsumptionis illius electio eadem ipso facto viribus vacuetur omnino.

¶ *Solus Superior sine Conventu dare potest Suo Religioso consentiendi & transeundi licentiam. h. d.*

Quia verò utrum Religiosis consentiendi electionibus de se factis, & ad prælationes, ad quas electi fuerint, transeundi à suis Superioribus, sine fratrum *c* consilio, licentia dari possit (cùm jura super hoc sint varia) dubitatur interdum: Nos ad hujusmodi dubitationem tollendam, & ut ordinationes Ecclesiarum ac monasteriorum, in quibus tales electi extiterint, celeriùs & facilius valeant expediri: decernimus, ut iidem Superiores (suis irrequisitis Conventibus) electis hujusmodi consentiendi & transeundi, liberam dare valeant facultatem.

CAP. XXVIII.

¶ *Monachus in Abbatem eligi non potest, nisi sit expressè professus. Ad dignitatem autem Episcopalem & in seculari, & in regulari Ecclesia, talis eligi poterit.*

Idem.

NUllus Religiosus *d* ad Abbatiam seu prælaturam suæ vel alterius religionis de cætero eligatur, nisi antèa fuerit ordinem regularem expressè professus. Quod si secùs actum *e* fuerit, eo ipso irritum habeatur.

Ad dignitatem verò Episcopalem (ad *f* quam novitii eliguntur interdum) talem in secularibus vel regularibus Ecclesiis eligi minimè prohibemus.

CAP. XXIX.

¶ *Forma electionis tradita per decr. suprà eod. Cùm dilecti, non est sublata per sequens Concilium: Quia propter. h. d. Ia. Ao.*

Idem.

CUm expediat concordare jura juribus, & eorum correctiones (si sustineri valeant) evitari: Decretalem felicis recordationis Innoc. Papæ III. prædecessoris nostri, quæ innuit sub ea forma posse in electionibus licitè *g* compromitti, ut compromissarii secretò & sigillatim voluntatibus omnium inquisitis, illum, in quem major & sanior pars Capituli consenserit, eligere teneantur: declaramus abrogatam non esse per subsecutum Concilium generale: imo potest in ipsis electionibus ut priùs procedi licitè per eandem.

d *Vid. Clem. cùm contingat. de elect. & extrav. Benedictus. qua incipit, Si religiosus. de elect.* b *vid. text. in c. vij. judic. Dom.* c *Nota quòd Monachi dicuntur fratres. c. cautum. sup. de jud. Dom. allegat. ibi c. pen. inf. eod. de privil. Font.* d *Vid. Clem. cum statuti. de elect.* e *al. ita: factum fuerit.* f *al. ita: ad etiam novitii, &c.* g *dictio, licite, deest hic in antiq. Cod.*

CAP. XXX.

¶ *Accedens ad sedem Apostolicam pro instruendo negotio electionis per Decr. Cupientes. eundo hac de causa, stando, & redeundo integrè (præter quotidianas distributiones) percipit fructus beneficiorum, quos percipere posset in ipsa Ecclesia residendo. Ioan. Andr.*

Idem.

CUm non deceat alicui suum officium esse damnosum: Statuimus, ut ii, qui juxta constitutionem felicis recordationis Nicolai Papæ tertii prædecessoris nostri super hoc editam, ad Apostolicam sedem venerint, eam circa imminentium electionum negotia instructuri: (cùm tales Ecclesiarum suarum *a* prosequentes utilitatem, censeri debeant residentes) fructus beneficiorum suorum, quæ obtinent in illis Ecclesiis, quarum negotia prosequuntur, & etiam aliorum, quos reciperent vel possent recipere in ipsis *b* Ecclesiis residendo, integrè (quotidianis distributionibus duntaxat exceptis) recipiant, ad sedem propterea veniendo eandem, ibidemque hac de causa morando, & ad ipsas Ecclesias redeundo, ac si personaliter in eisdem Ecclesiis residerent: Non *c* obstantibus quibuslibet consuetudinibus vel statutis Ecclesiarum ipsarum contrariis, seu privilegiis quibuscunque, per quæ præmissorum effectus posset quomodolibet impediri.

CAP. XXXI.

¶ *Is, qui opponit evidentem defectum scientiæ vel personæ, contra promovendum ad aliquam dignitatem, panitere non potest. causam reddit. Ioan. Andr.*

Idem.

AB eo, qui contra electum vel postulatum seu promovendum ad aliquam dignitatem, inter cætera, quæ objicit, evidentem *d*, notorium seu manifestum scientiæ, vel alium personæ defectum opponit: ipsius defectûs oppositio, vel ejus qualitas nequeunt postea revocari. Cùm enim opponens (si quod de defectu opposuit hujusmodi, destitui veritate contingat) à prosecutione causæ debeat omninò excludi, & puniri perinde ac si in probatione omnium, quæ objecerat, defecisset: justum est, ut (postquam ad oppositionem eandem procedit) nequeat in præjudicium ejus, contra quem opposuit, ulteriùs pœnitere.

CAP. XXXII.

¶ *Canonicus impubes ad electionem non vocatus, non agit de contemptu.*

Idem.

EX eo quòd ad electionem Episcopi, quæ te in pupillari constituto ætate, in tua Ecclesia extitit celebrata, cum cæteris ejusdem Ecclesiæ Canonicis non fuisti admissus, de contemptu conqueri, aut electionem eandem impugnare non potes: Cùm tam juris, quàm rationis existat, ut tales (cùm discretione careant) ad præstandum in electione suffragium nullatenus admittantur.

¶ *Non professi cum professis, vel conversi Laici cum Clericis electionis interesse non debent. h. d.*

In Ecclesiis quoque regularibus, vel monasteriis, hi qui non sunt tacitè vel expressè professi, non debent cum professis, vel conversi Laici cum Clericis, electionibus interesse.

CAP. XXXIII.

¶ *Si ab electione cathedralis vel regularis Ecclesiæ in scriptis ex causa probabili appellatur ad Papam, ea pendente confirmatio facta per ordinarium non valet. Requirit Decr. Cupientes, non solum quòd electus veniat, sed quòd usq; ad finem negotium prosequatur:*

a *Suum potest dici ad, quod est suum in parte, & non in toto: nam Ecclesia non est tota Canonica: vide gloss. inf. de prab. cum in illis.* b *al. ita: in dicta Ecclesia.* c *al. ita: non obstantibus quibuslibet aliis consuetudinibus.* d *Vid. text. inf. de verbor. signific. cap. 2.* e *Vid. c. inquisitionis. supra de accus. Dominic.*

& habet locum etiam, cùm appellatur à confirmatione vel provisione. Ioan. Andr.

Idem.

SI postquam ab electione in cathedrali vel regulari Ecclesia celebrata, fuerit in scriptis ex causa probabili, quæ probata deberet legitima reputari, ad sedem Apost. appellatum, electionem ipsam per ordinarium confirmari contingat: hujusmodi confirmatio, nisi priùs fuerit canonicè ab appellatione ipsa recessum (cùm sit ab eo, qui non potuit *a* de facto præsumpta) nullam obtinebit roboris firmitatem. Si verò electus, qui juxta constitutionem felicis recordationis Nicolai Papæ tertii, prædecessoris nostri, ad dictam sedem venerat pro electionis suæ negotio prosequendo, de Romana curia sine licentia recesserit, antequam hujusmodi negotium sit finitum, ejus electio auctoritate constitutionis ipsius (quæ non solùm ut quis veniat, sed etiam ex sui mente exigit, quòd usque ad finem negotium prosequatur) eo ipso viribus evacuatur *b* omninò. Cùm autem ab electionis confirmatione vel facta provisione per eum, ad quem propter inferiorum negligentiam fuerat devoluta eligendi potestas, ad sedem appellatur eandem: constitutionem prædictam in veniendo & mittendo, & aliis quæ perstringuntur, in ea convenit observari.

CAP. XXXIV.

¶ Dispensare possunt Episcopi & superiores cum habentibus parochiales Ecclesias sibi subjectas, quòd usque ad septennium studendo non teneantur ad Sacerdotium promoveri: ad Subdiaconatum tamen debent promoveri intra annum: aliàs sunt privati. Et illo durante septennio debet in illa Ecclesia idonea ponи Vicarius, de fructibus Ecclesiæ sustinendus. Elapso septennio debet rector intra annum in Presbyterum promoveri.

Idem.

CUm ex eo, quod felicis recordationis *c* Gregorius Papa X. prædecessor noster, statuit in Concilio Lugdun. ut ad regimen parochialium Ecclesiarum assumpti, se ad Sacerdotium promoveri faciant intra annum à sibi commissi regiminis tempore connumerandum *d*, & personaliter resideant in eisdem: Alioquin si intra idem tempus promoti non fuerint, hujusmodi Ecclesiis absque monitione alia sint privati: Nonnullis extunc parochiales Ecclesias recusantibus acceptare, legendi & proficiendi (cùm eis facultates non suppetant, nec ab Ecclesiarum Prælatis de aliis beneficiis in plerisq; mundi partibus interdum provideatur eisdem) opportunitas sit sublata, in grande universalis Ecclesiæ (quæ ad sui regimen viris literatis permaximè noscitur indigere) dispendium & jacturam: Nos super hoc multorum instantiâ excitati frequenter, volentes cupientibus in scientia proficere, ut fructum in Dei Ecclesia suo tempore afferre valeant opportunum, utiliter providere: præsenti constitutione sancimus, ut Episcopi, eorumq; superiores cum iis, qui hujusmodi subjectas sibi Ecclesias obtinent vel obtinuerint, in futurum dispensare possint liberè, quòd usque ad septennium literarum studio insistentes promoveri minimè teneantur, nisi ad ordinem Subdiaconatûs duntaxat, ad quem intra prædictum annum recipiendum (ne sicut à multis de Christi patrimonio sublimatis olim factum esse dignoscitur, à statu retrocedere valeant Clericali) omnino adstringi volumus: & nisi receperint, pœnâ contentâ in dicto Concilio eo ipso percelli. Potrò septennio prædicto durante, iidem Episcopi & superiores solicitè providere procurent, ut per bonos & sufficientes Vicarios, ab eis in hujusmodi Ecclesiis deputandos, animatum cura diligenter exerceatur, & deserviatur laudabiliter in divinis: quibus de ipsarum Ecclesiarum proventibus necessaria congruè ministrentur. Elapso verò dicto septennio *a*, hi, cum quibus fuerit (ut præmittitur) dispensatum, ad Diaconatûs & Presbyteratûs ordines intra annum se faciant promoveri: alioquin extunc dictam pœnam (nisi justa de causa id omiserint) ipso jure se noverint incursuros.

CAP. XXXV.

¶ Quatuor dicit. Primo, quòd ad pœnam privationis Rectoris parochialis Ecclesia non promoti requiritur, quòd annus integer sit completus. Secundo, quòd annus iste non currit justo impedito. Tertiò, quòd post privationem, Ecclesia eidem conferri non potest. Quarto, quòd non promotus, si eo animo receperat Ecclesiam, ut suo tempore promoveretur, tenetur ad restitutionem ipsorum. Et qui eâ mente contulit, Ecclesiam servare debet indemnem. Ioan. Andr.

Idem.

COmmissa tibi parochialis Ecclesia, quanquam tantùm de anno transiverit, quòd intra ipsum nequeas juxta statutum generalis Concilii Lugdunensis ad Sacerdotium promoveri: non est nisi tunc demùm, cùm ex toto *b* fuerit ipse annus elapsus, censenda vacare, nec potest alteri anteà te nolente conferri. Annus autem hujusmodi, qui à tempore illo incepit, quo ipsius Ecclesiæ regimen commissum tibi extitit, & possessionem ejus pacificam habuisti, vel per te stetit, quò minùs haberes eandem, tibi non cursit, si promoveri justo impedimento detentus intra tempus hujusmodi nequivisti. Porrò si intra dictum tempus non fueris rationabili causâ cessante promotus, tibi Ecclesia ipsa, quâ dicti statuti auctoritate jam privatus existis (ne statutum ipsum fiat Indibrio, debitoque fraudetur effectu, & non rebus, sed verbis, cùm sit potiùs contrarium faciendum, lex imposita videatur) nullatenùs eâ vice poterit iteratò conferri. Cæterùm si promoveri ad Sacerdotium non intendens, parochialem reteneris Ecclesiam, ut fructus ex ea per annum percipias, ipsam postmodum dimissurus (nisi voluntate mutatâ promotus fueris) teneberis ad restitutionem fructuum eorundem: cùm eos receperis fraudulenter. Illum autem, qui eam tibi contulit, cùm te non crederet ad hujusmodi ordinem promovendum (præter divinam, quam exinde incurrit offensam) ad servandam indemnem eandem Ecclesiam decernimus obligari.

CAP. XXXVI.

¶ Abbas exemptus eligitur non Episcopum: sed transire non potest sine licentia Papæ vel Legati de latere.

Idem.

SI Abbatem Ecclesiæ Romanæ immediatè subjectum in vestrum Episcopum elegistis, reprehendi exinde nullâ ratione potestis: ei tamen ab alio, quàm à nobis vel Apostolicæ sedis Legato, si sit in provincia, de latere *c* nostro missus, dari non potest licentia suum deserendi monasterium, & ad vestram Ecclesiam transeundi.

¶ Legatus de latere potest confirmare electiones Episcoporum exemptorum: reliqui non sine speciali mandato. Ioan. And.

Hujusmodi verò Legatus, qui majus omnibus post Rom. Pontificem in provincia sibi decreta imperium censetur habere, Archiepiscoporum, Episcoporum, & exemptorum electiones potest ex officio confirmare. Alii autem Legati hoc nequeunt: nisi id eis à sede ipsa specialiter sit commissum.

---

a Gesta à judice incompetenti sunt nulla. ad hoc supra de jud. ex si Clerici cum si Dom. b aliàs, vacaturi. c Aliàs ita: dominus Gregorius Papa prædecessor noster. d numerandum.

a *Dispensare non potest Episcopus ultra septennium cum curato super non promotione ad Sacerdotium.* b *Vbi statutum præcipit certam pœnam solvendam intra annum, illa pœna peti non potest, donec annus totaliter sit elapsus.* c *De triplici genere legatorum, vide gloss. in c. 1. de off. leg. & Dom. meum Bruneliun. in lib. de potest. legati. Fent.*

CAP. XXXVII.

¶ Si Compromissarius non eligit intra tempus juris, ad proximum superiorem devolvitur potestas providendi. Si eligit sed indignum, indistinctè redit ad compromittentes: nisi id scienter ratum habuerint. Idem si electus idoneus non consentit. Si Compromissarius scienter eligit indignum, ipse solus ab Ecclesiastico beneficiorum triennio est suspensus, nisi id compromittentes scienter ratum habuerint. Et pœna prædicta suspensionis non habet locum in Episcopo compromissario, nec in electione inferiorum Episcoporum. Et restringitur illa pœna ad beneficia, quæ obtinet in Ecclesia offensa. Et idem in beneficiis illius, qui deficit in probatione ejus, quod objicit in personam. Ioan. And.

Idem.

SI Compromissarius, in quem defuncto *a* Episcopo transfertur eligendi potestas, negligenter intra tempus à jure statutum eligere prætermittat, ad superiorem proximum potestas devolvitur providendi, sibique compromittentes imputent, qui in talem potestatem hujusmodi transtulerunt.

Si verò eligat, sed indignum, tunc sive scienter id fecerit (cùm dolus ipsius eis, qui non sunt in culpa, non debeat imputari *b*) sive etiam ignoranter (cùm suo sit functus officio) eligendi potestas (nisi & ipsi scienter electionem talem ratam habuerint) liberè revertitur ad eosdem. Idem fit, cùm eligit idoneum, sed electus renuit consentire.

Porrò eo casu, cùm scilicet indignus eligitur ab eodem, compromittentes (quos illius odio non convenit prægravari) nequaquam (nisi sicut præmittitur ratum habuerint) puniuntur: sed ipse (ut pœna suum auctorem teneat) à beneficiis Ecclesiasticis triennio, juxta Lateranense Concilium, suspenditur ipso jure. Hujusmodi quoque pœna, nec in Episcopo, si ad eligendum fiat compromissarius sic peccante (cùm de jure nullam sententiam suspensionis incurrat, nisi de ipso expressa mentio habeatur) nec in aliorum, quàm Episcoporum & superiorum ipsorum electionibus, cùm peccatur in ipsis, vendicat sibi locum. Restringitur etiam dicta pœna solùm ad ea beneficia, quæ sic peccans, in illa obtinet Ecclesia, quam taliter eligendo specialiter noscitur offendisse. Et idem in illius beneficiis est censendum, qui alicujus electionem, postulationem, aut provisionem impugnans, in probatione deficit ejus, quod objicit in personam.

CAP. XXXVIII.

¶ Procurator ad appellandum secundùm formam c. Ut circa. non est idoneus, nisi omnia objecta, & forma juramenti in procuratorio exprimantur. h.d. secundum Panorm.

Idem.

PRocurator ad appellandum contra electionem, postulationem aut provisionem alicujus *c*, non aliter idoneus de cætero reputetur, quàm si omnia, quæ in formam objicere vel personas, & propter quæ appellare intendit, singulariter & clarè in ejus procuratorio sint expressa: Habeatque speciale mandatum jurandi corporaliter in eorum animas, quorum procurator existit, quòd ipsi credunt expressa hujusmodi vera esse, & se posse probare.

CAP. XXXIX.

¶ Cassatâ confirmatione, vel cassâ nunciatâ propter defectum jurisdictionis, vel solemnitatem omissam: non propter hoc electio cassata dicetur. Ioan. And.

Idem.

SI confirmationem electionis *a* propter debitam juris solennitatem in confirmatione ipsa omissam, vel ex eo, quia ipse qui confirmavit, confirmandi non habuit potestatem, cassari, seu cassam & irritam nunciari contingat: non propter hoc præcedens electio (si aliàs sit canonica) intelligitur infirmari.

CAP. XL.

¶ Si vacante cathedrali, regulari, vel collegiatâ Ecclesiâ, singulares personæ Capituli vel Conventus occupant bona à Prælato dimissa, vel vacationis tempore obvenientia, donec plenè restituant, ab officio & quibuscunque beneficiis sunt suspensi: non obstantibus privilegiis, statutis, & consuetudinibus quacunque firmitate vallatis. Ioan. And.

Idem.

QUia sæpè *b* contingit, quòd cathedralibus & regularibus ac collegiatis Ecclesiis vacantibus, Capitula, conventus, collegia *c*, & singulares eorundem personæ bona à Prælatis ipsarum dimissa, vel vacationis tempore obvenientia, quæ in utilitatem dictarum Ecclesiarum expendi, vel futuris deberent successoribus fideliter reservari, occupant, inter se dividunt, surripiunt, dilapidant, dissipant, & consumunt in earum grave dispendium & jacturam: Nos ipsorum ausus reprimere, ac Ecclesiarum indemnitatibus præcavere volentes: decernimus ut ii, qui præmissa de cætero præsumpserint, eo ipso sint, & tamdiu maneant ab officio & beneficiis quibuscunque suspensi, donec plenè restituerint, quicquid de bonis perceperint suprædictis: Non obstantibus quibuslibet privilegiis vel indulgentiis, aut contrariis consuetudinibus, constitutionibus, vel statutis, juramento, confirmatione sedis Apostolicæ, aut aliâ quâcunque firmitate vallatis: quæ omnia, quoad hoc, auctoritate Apostolicâ revocamus, cassamus, & irritamus, ac nullius deinceps volumus esse firmitatis.

CAP. XLI.

¶ Decretalis, Ut circa. solum in extrajudicialibus appellationibus locum habet: in judicialibus autem antiqua jura servanda sunt. h. d. Ioan. And.

Idem.

COnstitutio felicis recordationis Greg. Papæ præd. nost. edita in Concilio Lugdun. formam exprimens, secundùm quam ab iis, qui in *d* electionibus, postulationibus, aut provisionibus se opponunt, debeat appellari: locum sibi non vendicat, nisi solùm cùm in eis extra judicium appellatur.

Quando verò in judiciis *e* in hujusmodi negotiis appellari contingit, anteriora jura (cùm per eam immutata non fuerint) observari oportet.

CAP. XLII.

¶ Habens plenam administrationem cathedralis Ecclesiæ in spiritualibus & temporalibus, jurisdictionalia exercere potest: sacramentalia non, nisi Episcopus fuerit. h. d. Dom.

Idem.

IS, cui procuratio seu administratio cathedralis Ecclesiæ plena & libera in spiritualibus & temporalibus à sede Apostolica (cui soli hoc competit) est commissa: potest (alienatione bonorum immobilium duntaxat exceptâ) omnia, quæ jurisdictionis Episcopalis existunt, & quæ potest electus exequi confirmatus, liberè exercere.

Illa quippe, quæ ministerium consecrationis exposcunt (nisi fuerit Episcopus) per alios faciat Episcopos expediri.

---

a *Electio potest fieri antequam Episcopus tradatur sepulturæ. de quo vide c. Bona. supra eodem.* b *Vide l. fin. C. de acq. poss. ubi ejus delictum concernit processum & pœnam. de Anub. Fent.* c *dictio, alicujus, deest in manuscript. Codicib.*

a *Secundùm Doctor. ista text. habet locum etiam in aliis confirmationibus. vide Felcinum in c. constitutus. de rescript. Fent.* b *Jura debent adaptari iis, quæ sæpe contingunt. vide gloss. de desponsat. impub. Isteras.* c *Quomodo puniantur colleg. vid. Bart. in Laut fall a. ff. de pœn. c. si civitas. de sent. excom. de Anchar. Fent.* d *dictio, in, deest in manuscr.* e *al. in judicio.*

CAP.

CAP. XLIII.

¶ Monialis non eligit, nisi peregerit duodecimum annum, & sit tacitè vel expressè professa: nec eligitur nisi peregerit tricesimum annum, & fuerit expressè professa. hoc dicit prima pars usque ibi, Sanè. Ioan. And.

Idem.

INdemnitatibus a monasteriorum Monialium, quæ frequenter propter electiones in discordia celebratas, in ipsis grandia in spiritualibus & temporalibus dispendia patiuntur, occurrere desiderabiliter affectantes: statuimus, ut cùm in eis fuerit electio facienda, nulla Monialis (nisi duodecimũ annum peregerit, & professa fuerit tacitè vel expressè) ad eligendum cum aliis admittatur. Nec in Abbatissam, aut Priorissam (ubi per Priorissam monasterium gubernatur) de cætero eligatur aliqua, nisi tricesimum annum compleverit, & expressè professa fuerit ordinem regularem.

¶ Non obstante contradictione, vel appellatione quâcunque, electa à duabus partibus numero, cùm per scrutinium proceditur, examinatione præmissâ per officium præsidentis confirmatur & benedicitur. Item publicato scrutinio, antequam ad actus extraneos se divertant, eligentes possunt accedere ad illam, quæ majorem partem Conventus numero habet, & si per accessum ad duas partes pervenerit (sicut in primo casu) confirmabitur & benedicetur: non tamen admittetur contradicentibus potestas denunciandi vel accusandi, cùm Abbatissa fuerit benedicta, & possessionem adepta. Item de objectu contra electam à majori parte Conventûs, quæ tamen duas partes nec à principio, nec per accessum habet, ante confirmationem sine strepitu & figura judicis inquiretur. Ipsa tamen (alienatione bonorum, & Montalium receptione sibi interdictis) interim ministrabit. Item à minori parte electa nullum jus acquiritur, nec alia possunt accedere ad eam: nec ibi fit collatio, nisi numeri ad numerum. h. d.

Sanè b si ad electionem per formam scrutinii procedatur, & (votis in diversa divisis) electiones c per plures in discordia celebrari contingat: ea, quæ à duabus partibus numero fuerit celebrata (exceptione seu contradictione aut appellatione quâcunque partis alterius non obstante) per superiorem (priùs tamen ex officio, prout spectat ad ipsum, diligenti examinatione præmissâ) si alias inventa fuerit canonica, confirmetur: & confirmatæ electæ, si Abbatissa extiterit, benedictio impendatur. Si autem nulla earundem electionum à partibus fuerit celebrata duabus: tunc non obstante, quòd sit publicatũ scrutinium, & ad electionem processum, possint Moniales, quæ in aliam vel in alias dixerant vota sua, licitè per consensum, antequam ad actus divertant extraneos, omni pravitate cessante, ad illam accedere, quæ ab aliis majorẽ partem Conventûs numero facientibus est electa. Et si per accessum hujusmodi ad duas partes perveniri poterit, illis, quę anteà in eam consenserant computatis, confirmetur d & benedicatur, ac si duas partes ab initio habuisset, ut in casu proximo est præmissum e. Verùm si quæ fuerint Moniales, quæ postquam in præmissis casibus talis confirmata & benedicta extiterit, ac possessionem suæ administrationis fuerit assecuta, voluerint in modum denunciationis vel accusationis, ut à dignitate dejiciatur adepta, proponere aliquid contra ipsam, eis per prædicta proponendi minimè sit sublata facultas. Si verò ad illam, quæ à majori parte (ut præmittitur) est electa, noluerint aliæ accedere Moniales: vel si accesserint, non tot tamen, quòd cum aliis priùs in eam consentientibus faciant duas partes: tunc super a objectibus partis alterius, si quæ fuerint, & super aliis, quæ in tali negotio sunt ex officio inquirenda, plenè sine strepitu judicii & figura per superiorem inquiratur primitùs, antequam confirmetur eadem electio, vel etiam infirmetur: sed interim præsentis constitutionis auctoritate in spiritualibus & temporalibus liberè administret: sic tamen, quòd de rebus monasterii nil penitùs alienet, nec aliquam in Monialem recipiat quoquo modo. Si qua verò à minori parte Conventûs numero nominata fuerit vel electa, ex nominatione vel electione hujusmodi (quas eo ipso, quòd pars minor eas fecerit, vires aliquas nolumus obtinere) ipsi jus aliquod quomodolibet non quæratur: nec ad eam ab aliis per consensum in hoc casu valeat accessus haberi. Ut autem cùm per prædictam formam proceditur, facilius in hujusmodi Monialium electionibus ad concordiam veniatur: decernimus, ut non zeli ad zelum, nec meriti ad meritum, sed solùm numeri ad numerum fiat collatio in eisdem.

¶ Electa per compromissum benedictio impendetur, non obstante minoris partis contradictione: sed si major se ei opponat, liberè administrabit, nec confirmabitur. Si autem ei se opponat pars in duplo major, non administrabit, nec confirmabitur, sed expectabit litis eventum. h. d.

Cæterùm si per formam compromissi fuerit in electione processum, & electæ pars aliqua se opponat: si minor, ipsius (ut in forma scrutinii statuitur) confirmetur electio, & eidem benedictio impendatur, partis ejusdem contradictione, vel exceptione, aut appellatione quâlibet non obstante: sed per hoc denunciandi vel accusandi eam postmodùm sibi via minimè sit præclusa. Si major, ejus (donec de objectis b & aliis, ut in eadem forma scrutinii præmittitur, fuerit inquisitum) confirmatio vel infirmatio differatur: sed interim (ut prædicitur) liberè administret, nisi forsàn pars opponentium extiterit duplo major: tunc enim administrare ipsam nolumus, sed litis eventum potiùs expectare.

¶ Si ab opponentibus in casibus præmissis appellatur, constitutio, Ut circa. servabitur: sed Moniales ad sedem Apostolicam personaliter non venient, sed procuratores secundùm constitutionem cupientes mittent. h. d. Ioan. And.

Porrò si in hujusmodi electionum negotiis contigerit (in illis duntaxat casibus, in quibus oppositiones juxta præmissa fuerint admittendæ) ad sedem Apostolicam appellari: appellantes formam constitutionis felicis recordationis Gregorii Papæ prædecessoris nostri, editæ in Concilio Lugdunensi diligentiùs servare teneantur. Sed cùm eas propter sexûs verecundiam c, suæque conditionis statum non deceat, nec ipsis expediat publico cœtui demonstrari, aut extra sua monasteria evagari, nolumus quòd electæ, vel etiam eligentes aut appellantes, seu hæ, contra quas appellatum fuerit, ad eandem sedem personaliter veniant quoquo modo. Sed procuratores sufficienter instructos, juxta constitutionem piæ memoriæ Nicolai Papæ tertii, prædecessoris nostri, ad sedem ipsam transmittant: per eos electionum ac appellationum & postulationum suarum prosecuturæ negotia, prout justitia suadebit: pœnam in dicta constitutione contentam ipso jure, si hoc non fecerint, incursuræ.

¶ Ponentes vel nutrientes discordiam in electione Monialium, ipso jure sunt excommunicati. h. d. Ioan. And.

Postremò hi, quos ad dirigendas in hujusmodi electionibus Moniales easdem deinceps contigerit evocari, ab his prorsus abstineant, per quæ inter eas super

a *De materia hujus t. §. vide quod novissimè diffinivit Conc. Trid. sess. 25. tit. de regular. & monial. c. 7. vide Conc. Agathens. c. 19.* b *de articulo hujus §. & seq. vide quod novissimè sancivit Conc. Trid. sess. 25. tit. de regularib & monialib. c. 6.* c *in antiq. Codic. ita: electiones plures in discordia, absque dilatione, Per. d al. ita: & confirmatur, & benedicitur.* e *al. expressum.*

a *Al. ita: super objectis partis alterius, si qua, &c.* b *al. objectionibus.* c *Vide hîc effectum verecundiæ per Anchar. & l. filius. ff. de cond. instit. l. Font.*

faciendis ipsis electionibus oriri *a* possit discordia, vel exorta nutriri: aliàs eo ipso excommunicationis sententiæ se noverint subjacere.

¶ *Hæc constitutio locum habet in Monialibus regulariter viventibus, & in Canonicis secularibus: hoc excepto, quòd non debeant, nisi professa, eligere vel eligi: quod non potest sibi vendicare locum in Canonicis secularibus: per hoc tamen Papa non approbat statum dictarum Canonicarum secularium. h. d. Ioan. And.*

Supradicta siquidem nedum in monasteriis, in quibus sunt Moniales viventes sub aliqua de religionibus approbatis: sed *b* etiam in illis, ubi sunt juxta quarundam provinciarum consuetudinem mulieres, quæ nec propriis renunciant, nec professionem faciunt regularem, sed vivunt ut in secularibus Ecclesiis Canonici seculares, volumus per omnia observari: eo (quod suprà dicitur) duntaxat excepto, ut non eligantur, nec eligant non professæ, cùm in ipsis hoc locum sibi nequeat vendicare: per hoc tamen earum statum, ordinem seu regulam nolumus nec intendimus approbare.

¶ *Pœna de virorum electionibus trallantia, per hoc capitulum non sunt mutata. h. d.*

Ad hæc licèt præmissa, quæ in multis à jure communi discrepare noscuntur, circa electiones in quibuslibet mulierũ monasteriis faciendis ex *c* certis causis rationabilibus specialiter duxerimus statuenda: intentionis tamen nostræ nequaquam extitit *d*, ut per illa, quoad electiones in aliis virorum monasteriis, vel quibusvis Ecclesiis celebrandis aliquid immutetur: sed jura præcedentia in sua omninò remaneant *e* firmitate.

CAP. XLIV.

¶ *Si ordinarius post recessum appellationis interjecta ad curiam, in causis electionum Episcopatuum, non inquisito an pravitas intervenerit, procedit, confirmat, vel consecrat, prædicta non tenent: & ipsè ab Episcoporum confirmatione & consecratione suspensus est per annum. h. d. Dominicus de sancto Geminiano.*

Idem.

PRovidâ consideratione generale Concilium Lugdun. concessit, ut ab appellationibus in judicio, vel extra judicium ad sedem Apostolicam in electionum Episcoporum, & eorum superiorum negotiis interjectis, per quas ad sedem ipsam eadem negotia deferuntur, partes (nullâ interveniente pravitate) recedere valeant, antequam ipsi sedi Apostolicæ appellationes eædem fuerint præsentatæ: sed inferiores judices, quorum est (appellatione cessante) negotiorum cognitio eorundem, si in hoc pravitas intercesserit, ante omnia diligenter inquirant, & si eam intercessisse repererint, se non intromittant ullatenùs de eisdem: sed præfigant ipsis partibus peremptorium terminum competentem, quo cum actis & munimentis suis Apostolico se conspectui repræsentent. Verùm cùm nonnulli concessione hujusmodi abutentes *f*, suam (inquisitione præfatâ omissâ) cognitionem in eisdem negotiis interponant, ad confirmandas electiones, & consecrandos electos temerè procedendo: Nos super hoc expressiùs providere volentes, confirmationes & consecrationes hujusmodi, & quoscunque processus alios, quos (inquisitione præmissâ non habitâ) contigerit de cætero in talibus negotiis attentari, decernimus, nullius penitùs existere firmitatis: & confirmantes & consecrantes eosdem (ut in eo, in quo peccaverint, puniantur *g*) ab Episcoporum confirmatione ac consecratione per annum continuum ipso jure fore suspensos.

CAP. XLV.

¶ *Si Papa sibi provisionem Ecclesiæ cathedralis reservavit, inhibuit & decrevit, non est votiva electio, quæ præsertur: omnia tamen, quæ reservationem sequuntur, carent effectu. Ioan. Andr.*

Idem.

SI eo tempore, quo provisionem alicujus Ecclesiæ cathedralis ex quavis causâ dispositioni seu ordinationi sedis Apostolicæ reservamus, inhibentes, ne ad electionem vel provisionem faciendam in ea quomodolibet procedatur, & decernentes, si secùs super hoc à quoquam scienter vel ignoranter attentatum extiterit, irritum & inane, jam ad electionem forsitan sit processum in ipsâ: Præsenti constitutione sancimus, quod licèt reservatio, inhibitio, & decretum hujusmodi non afficiant electionem, vel alia, quæ præcedunt, afficiunt tamen, ut effectu careant ea, quæ postmodùm subsequuntur.

CAP. XLVI.

¶ *Absens plures procuratores ad actum electionis dare potest insolidum, & non aliter: & in altero admittendo ponit tres gradus. h. d. usq; ad §. Porrò. Dominicus.*

Idem.

SI quis justo impedimento detentus in electionis negotio nequeat commodè interesse, potest nedum uni (prout dicitur in Concilio *a* generali) sed & pluribus committere vices suas, dum tamen eorũ cuilibet det insolidum potestatem: & erit tunc melior conditio occupantis. Verùm si ambo concurrant insimul, & postulent se admitti, audiri eos non expedit: quia possent vota sua dirigere in diversos, sicque res non haberet exitum, & quod ab eis hoc casu fieret, non valeret: sed is admittatur duntaxat, quem Capitulum vel pars major elegerit: vel si concordare nequeant, is, qui primò *b* in instrumento vel literis procurationis extiterit nominatus.

Si autem nullus ipsorum insolidum fuerit deputatus, tunc propter rationem eandem ipsorum aliquis non debebit admitti: sibique imputet, qui sic eos constituit indiscretè.

¶ *Procurator ad eligendum constitutus, unum nomine suo, & unum nomine domini sui eligere non potest: nisi à domino de certa persona speciale mandatum habeat. h. d.*

Porrò cùm unus est Procurator simpliciter constitutus, si is unum suo, & alium domini sui nomine in scrutinio nominandum duxerit, nihil agit: nisi de certa eligenda persona sibi dominus dederit speciale mandatum, tunc enim in illam ejus, & in aliam suo nomine licitè poterit consentire.

¶ *Canonicus absens (licèt nullus de Capitulo ejus Procurator esse velit, & ipse Procuratorem, qui non sit de Capitulo, nolente Capitulo deputare non possit) votum per literas exprimere non potest: cùm cujuslibet votum sit secretè & sigillatim in scrutinio exprimendum. h. d.*

Absens quoque (licèt nullus de collegio velit esse procurator ejusdem, nec ipse, nolente Capitulo, extraneum valeat deputare) non poterit aliquatenùs per literas exprimere votum suum: quod non est ante scrutinium, sed in ipso scrutinio secretè & sigillatim tamummodò exprimendum.

CAP. XLVII.

¶ *Si apparet electus, vel se opponenti ei, qui confirmationem petit, ille vocabitur nominatim: aliàs fit in Ecclesia cridà generalis, quòd se confirmationi volentes opponere, veniant peremptorio assignato: alter confirmatio facta non tenet. Ioan. Andr.*

Idem.

QUoniam electione non in concordia celebratâ, superior, ad quem electionis ipsius confirmatio

---

a *Doct. nat. quòd pœna statuta procurantibus ortum discordiæ, non legat jam ortam nutrientes. Font.* b *Aliàs ita: sed & in illo etiam, ubi, &c.* c *In manuscriptis ita: ex certis causis & rationabilibus, &c.* d *aliàs, existit.* e *aliàs, maneant.* f *Vid. glossa. in Clem. 1. de jure patr.* g *Vid. glossa. l. 1. ff. de divort. in princip. & Bart. in l. prater ait. §. hoc jus, inter ditum. ff. de nov. oper. nunciat.*

a *In Concil. generali Later. sub Innoc. III. c. 24.* b *Vid. dist. 2. in Christo pater. & l. si servus communis. de resp. ser. c. quoniam Abbas. de offic. deleg. Font.*

pertinet,

pertinet, consuevit interdum suæ confirmationis celeritate, præferens cupiditatem propriam juri, & inordinatum affectum etiam æquitati, competitorem aliquando, sibi alius, vel eos, qui se volunt opponere, quando electus est unicus, supplantare: dum nullis vocatis, & non discusso negotio per repentinam confirmationem citò (contra doctrinam Apostoli *a*) imponit manus electo: Nos volentes huic morbo & fraudibus obviare, præsenti constitutione sancimus, confirmationes tales viribus omninò carere, ipsasque decernimus irritas & inanes. Vocationem autem hujusmodi nominatim ubi est cœlectus, vel apparet oppositor *b*, aliàs generaliter in Ecclesia, in qua electio facta est, ut si qui sint, qui se velint opponere, compareant assignato peremptorio termino competenti, faciendam esse censemus. Quæ etiamsi electio in concordia celebrata fuerit, volumus observari.

DE RENUNCIATIONE.

TITULUS VII.

CAP. I.

¶ Romanus Pontifex potest liberè Papatui renunciare. h. d. secundùm Zen.

Bonifacius VIII.

QUoniam *c* aliqui curiosi disceptantes de iis, quæ non multùm expediunt, & plura sapere, quàm oporteat (contra doctrinam Apostoli) temerè appetentes, in dubitationem solicitam, an Romanus Pontifex (maximè cùm se insufficientem agnoscit ad regendam universalem Ecclesiam, & summi Pontificatûs onera supportanda) renunciare valeat Papatui, ejusque oneri & honori deducere minùs providè videbantur: Cœlestinus Papa quintus prædecessor noster (dum ejusdem Ecclesiæ regimini præsidebat) volens super hoc hæsitationis cujuslibet materiam amputare, deliberatione habitâ cum suis fratribus Ecclesiæ Romanæ Cardinalibus (de quorum numero tunc eramus) *d* de nostro & ipsorum omnium concordi consilio & assensu auctoritate Apostolicâ statuit & decrevit, Romanum Pontificem posse liberè resignare. Nos igitur, ne statutum hujusmodi per temporis cursum oblivioni dari, aut dubitationem eandem in recidivam disceptationem ulteriùs deduci contingat, ipsum inter constitutiones alias ad perpetuam rei memoriam de fratrum nostrorum consilio duximus redigendum.

CAP. II.

¶ Si in fraudem expectantis primam vacaturam, cùm in proximo crederetur præbenda vacare, renunciet aliquis tenuem, quam habebat: non tenetur expectans illam recipere, imo illâ dimissâ expectabit alias sine fraude vacantem. Et si illi renunciantis illa præbenda postea conferatur, hoc ipso probata sit fraus, & carebit utrâq.

Idem.

SI te præbendam *e* vel dignitatem, in aliqua Ecclesia proximò vacaturam auctoritate Apostolicâ expectante, aliquis præbendam seu dignitatem tenuem obtinens in eadem, fraudulenter ei renunciet, ut illâ primò sic vacante præcludatur tibi via per consequens ad obtinendum præbendam vel dignitatem aliam pinguiorem, quæ per mortem alicujus vel aliàs in ipsâ Ecclesia creditur verisimiliter in proximo vacatura: per renunciationem hujusmodi (dummodò de præmissa fraude appareat, saltem per aliquas probabiles conjecturas, ut quia dictæ renunciationis tempore is, qui præbendam vel dignitatem pinguiorem habebat, infirmitate gravi detinebatur: vel aliquid aliud imminebat, propter quod illius præbenda seu dignitas vacare in proximo probabiliter credebatur) nullum tibi volumus obstaculum interponi, quò minùs (præbendâ vel dignitate prædictâ sic fraudulenter renunciatâ omissâ) possis dictam pinguiorem, cùm eam vel aliam, si priùs ipsam vacare contigerit, auctoritate præfatâ liberè petere, veluti tibi debitam, & habere.

Cæterùm si prædicto renuncianti hujusmodi præbenda vel dignitas pinguior forsitan conferatur: eo ipso dicta fraus intelligatur esse probata, & idem renuncians habitâ omninò careat & ambitâ.

DE SUPPLENDA NEGLIGENTIA Prælatorum.

TITULUS VIII.

CAP. I.

¶ Jurisdictio Suffraganei excommunicati, ad Metropolitanum non devolvitur. Ioan. Andr.

Innocentius IV.

ROmana *a* Ecclesia: [& ſ.] ¶ Edictum verò per Rhemensem provinciam publicatum, ut à subditis Episcoporum ipsius provinciæ pro audiendis & terminandis eorum causis liberè ad Rhemensem curiam accedatur, penitùs revocamus: Quia etiamsi tenerentur iidem Episcopi pro suis culpis vinculo excommunicationis adstricti, non tamen ex culpis ipsis (cùm id non inveniatur à jure concessum) ad Rhemensem Archiepiscopum jurisdictio devolveretur eorum. Sed alia forte pro illis pœna ipsis canonica posset infligi.

CAP. II.

¶ Si ille, qui præest, est negligens & remissus, debet superior ipsi dare adjutorem coadjutorem. h. d. Ioan. And.

Idem *Baronibus & Comitibus regni Portugaliæ.*

GRandi non immeritò: [& ſ.] ¶ Mandamus, quatenus dilectum filium nobilem virum Comitem Bolon. præfati Regis Portugalliæ fratrem, de devotione, probitate ac circumspectione multipliciter commendatum, qui eidem Regi (si absque legitimo decederet filio) jure regni succederet: quique examinatæ dilectionis affectu, quo vos & prædictum regnum prosequitur, (magnanimitate ac potentiâ sibi plurimùm suffragantibus) regnum ipsum maturiùs reformaturus firmâ credulitate speratur: præsertim cùm ad curam & administrationem generalem, & liberam regni ejusdem, tam *b* pro læpedicti Regis, quàm ipsius regni utilitate si providè attendatur, ac ad defensionem Ecclesiarum, monasteriorum, aliorumque piorum locorum regni præfati, & personarum Ecclesiasticarum, tam religiosarum, quàm secularium, nec non viduarum, orphanorum, & exterorum ibidem degentium, ac deperditorum inibi recuperationem salubriter (ut in Domino confidimus) sit assumptus, cùm ad vos accesserit (fidelitate, homagio, juramento, seu pacto, si aliquibus fortè præfato Regi, vel cuicunque alii personæ tenemini, aut etiam ipsius Regis prohibitione: dummodò personam ejus, & vitam, ac legitimi sui filii, si aliquem ipsum habere contigerit, fideliter conservetis, debitum eis exhibentes honorem, nequaquam obstantibus) in civitatibus,

a 1. Tim. 5. b Vid. Innoc. c. inter quatuor. de major. & obed. dott. l. fin. C. de jur. delib. c Vid. Ludovicum Gomesium in regula cancellaria, de infirmis resignantibus. Paul. ad Roman. c. 12. d Vide l. jus senatorum. C. de dig. l. 12. e Hodiè gratiæ quæ dicuntur expectativæ, sive ad vacaturam, omninò sublatæ sunt per Concilium Trid. sess. 24. de reform. c. 19.

a Hîc spectant tradita per Ioan. And. in c. novit. & per Felin. in cap. pastoralis. extrà de offic. legat. b al. ita: non minùs pro supradicti Regis, quàm, &c. al. ita: tam pro ipso dicti Regis, quàm, &c.

castris, villis, & munitionibus regni prædicti, cum omnibus suis recipere, ac ejus dispositioni, ordinationi, & mandatis universaliter singuli, & singulariter universi per omnia, & in omnibus intendere absque difficultate qualibet procuretis: impendentes sibi contra quoslibet repugnantes, ac etiam violentos consilium, auxilium, & favorem: de reditibus, proventibus, omnibusque præfati regni juribus sine diminutione aliqua plenarie respondendo: ut de illis dicto Regi, secundùm quod suam decet excellentiam, sibi ac suis & præfati regni necessitatibus pro tempore, ac negotiorum emergentium qualitate valeat providere. Alioquin venerabilibus fratribus nostris Bracharensi *a* Archiepiscopo, & Episcopo Colimbrensi damus nostris literis in præceptis *b*, ut vos ad id monitione præmissâ per censuram Ecclesiasticam appellatione remotâ compellant.

Per hoc autem non intendimus memorato Regi, vel ipsius legitimo filio (si quem habuerit) prædictum regnum adimere: sed potius sibi & eidem regno destructioni exposito, ac vobis ipsis in vita ipsius *c* Regis per solicitudinem & providentiam Comitis consulere suprà dicti.

CAP. III.

¶ *Episcopo à Paganis, vel à Schismaticis capto, non Archiepiscopus, sed Capitulum administrat: nisi Papa quàm citò hoc fieri poterit, super hoc per Capitulum consulendus aliter ordinaret. Ioan. Andr.*

Bonifacius VIII.

SI Episcopus à Paganis *d* aut Schismaticis capiatur, non Archiepiscopus, sed Capitulum, ac si sedes per mortem vacaret illius, in spiritualibus & temporalibus ministrare debebit: donec eum libertati restitui, vel per sedem Apostolicam (cujus interest Ecclesiarum providere necessitatibus) super hoc per ipsum Capitulum quàm citò commodè poterit consulendam, aliud contigerit ordinari.

CAP. IV.

¶ *Ecclesiâ cathedrali vacante, soli Papa visitatorem deputat, nisi Archiepiscopus propter negligentiam, vel dolosam Capituli administrationem cum causæ cognitione deputaret. hoc dicit Dominicus.*

Idem.

ECclesiæ *e* cathedrali vacanti visitator ab alio, quàm à Rom. *f* Pontifice deputari non potest: Nisi fortè Capitulum in spiritualibus & temporalibus negligenter, aut perperàm administret. Tunc enim Archiepiscopus ob negligentiam vel malitiam Capituli (eo vocato, causaque super hoc cognitione præmissâ) visitatorem, seu administratorem eidem Ecclesiæ licitè poterit deputare.

¶ *Visitator Ecclesiæ vacantis ab inferiore à Papa deputatus, temporalia & spiritualia administrat: exceptâ beneficiorum collatione ad Episcopum pertinente. h. d. Dominicus.*

Hujusmodi quoque visitator, quanquam spiritualium & temporalium administrationem legitimam censeatur habere, beneficia tamen, quæ ad collationem pertinent Episcopi, conferre non potest, si ab alio, quàm à Romano Pontifice fuerit deputatus.

DE TEMPORIBUS ORDINATIONUM, & qualitate ordinandorum.

TITULUS IX.

CAP. I.

¶ *Episcopus Italia ultramontanum non ordinet, nisi de speciali licentia Papæ, vel per patentes literas Episcopi sui, continentes sufficiens causam, quare nolit vel non possit illum ordinare: si secus factum fuerit, ordinans punietur pœnâ condignâ, & ordinatus manebit suspensus: ita quod etiam à pœnitentiario Papæ, sine ipsius speciali licentia absolvi non poterit. Ioan. And.*

Clemens IV.

SÆpè contingit, quòd nonnulli Clerici vinculo excommunicationis adstricti, aut apostatæ, seu irregulares, vel aliàs ordinum sacrorum susceptione indigni, suam patriam, in qua de his habetur notitia, fugientes, se in remotis partibus faciunt ad hujusmodi ordines promoveri. Nos igitur volentes animarum ipsorum periculis obviare, statuimus, ut nullus Episcoporum Italiæ de cætero aliquem ultramontanum Clericum ordinare præsumat, nisi à nobis specialem licentiam habeat, vel ab Episcopo, de cujus diœcesi traxit originem ordinandus, vel in cujus diœcesi beneficiatus existit *a*, per ejus patentes literas causam rationabilem continentes, quare ipsum nolit, aut nequeat ordinare. Eos verò, quos contra præmissa contigerit ordinari, manere volumus absque spe dispensationis, super hoc à sede Apostolica obtinendæ, suspensos, ac ordinantes pœnitentiâ condignâ puniri. Omnibus nostris pœnitentiariis inhibentes districtè, ne absque licentia nostra speciali cum taliter ordinatis dispensent, vel suas eis tradant literas, per quas cum ipsis debeat dispensari.

CAP. II.

¶ *Qui scienter ordinaverint Clericum alienum, per annum à collatione ordinum sint suspensi: & postquam suspensio fuerit manifesta, poterunt subditi sine ipsorum licentia à vicinis Episcopis ordinari. Ioan. And.*

Gregorius X. *in generali Concilio Lugdunensi.*

EOs, qui *b* Clericos parochiæ alienæ absq; superioris ordinandorum licentia scienter, seu affectatâ ignorantiâ, vel quocunque alio figmento quæsito præsumpserint ordinare, per annum à collatione ordinum decernimus esse suspensos: His quæ jura statuunt contra taliter ordinatos, in suo robore duraturis. Clericis quoque parochiæ taliter suspensorum, postquam eorum suspensio fuerit manifesta, absque ipsorum etiam licentia, interim recipiendi ordines ab aliis vicinis Episcopis, aliàs tamen canonicè, liberam concedimus facultatem *c*.

CAP. III.

¶ *Episcopus originis, domicilii, vel Ecclesiastici beneficii commendatitias ad ordines dare potest, inferiores Prælati non, nisi ex privilegio: nec Officiales Episcoporum, sed is, qui habent administrationem spiritualium, illas bene concedunt.*

Bonifacius VIII.

CUm nullus *d* Clericum parochiæ alienæ, præter superioris ipsius licentiam debeat ordinare: superior intelligitur in hoc casu Episcopus, de cujus diœcesi est is, qui ad ordines promoveri desiderat, oriundus, seu in cujus diœcesi beneficium obtinet Ecclesiasticum, seu habet (licèt alibi natus fuerit) domicilium in eadem. Inferiores quoque Prælati, Religiosi vel alii, nisi eis quòd suos Clericos aut subditos possint, à quo voluerint Episcopo, facere ordinari, à sede Apost. specialiter sit indultum, vel Officialis Episcopi (cùm ad hoc se ipsius officium non extendat) hujusmodi nequeunt licentiam impertiri. Episcopo autem in remotis agente, ipsius in spiritualibus Vicarius generalis, vel sede vacante Capitulum, seu is, ad quem tunc temporis administratio spiritualium noscitur pertinère, dare possunt licentiam ordinandi.

---

a *De his Episcopatibus vid. Is. Vasæum in Annalibus Hispaniæ c. 20.* b *al. ita: in mandatis.* c *al. ejusdem.* d *Sacrarum rerum scriptores Paganos vocant omnes, adolerum cultores.* e *Vid. Marianum Socinum tract. de visitatore.* f *Vid. suprà de offic. leg. quod translationem. Dominicus.*

a *Al. extitit.* b *Vide Concil. Trid. sess. 23. de reform. cap. 1.* c *al. postea tem.* d *Vide Concil. Trid. sess. 7. de reform. cap. 10. & sess. 23. de reform. c. 10.*

¶ *Possunt*

¶ *Possunt Episcopi ordinare Priores Prioratuum non exemptorum, & ipsorum socios, quamdiu morantur in illis: licèt inde non fuerint oriundi. Ioan. And.*

Religiosi verò à suis superioribus in non exemptis Prioratibus deputati, Priores & eorum socii, possunt à locorum diœcesanis quamdiu morantur in ipsis Prioratibus, ordinari licitè, licèt non sint de eorum *a* diœcesibus oriundi.

CAP. IV.

¶ *Episcopus, seu alius inferior, primam tonsuram infanti non confert, nisi religionem intret: nec homini illiterato, nec homini alterius diœcesis, absque suo Prælati licentia: nec etiam conjugato, nisi religionem intret, aut ad sacros promoveatur legitimè: aliàs contrà faciens punitur, ut hic. h. d. Zen.*

Idem.

NUllus *b* Episcopus, vel quivis alius, infanti (nisi fortè religionem intraret) seu illiterato, sed nec absque sui superioris licentia homini diœcesis alienæ, Clericalem præsumat conferre tonsuram: nec etiam conjugato, nisi volenti religionem intrare, aut ad sacros ordines promoveri: prout est sacris canonibus definitum. Qui verò contrà fecerit (ut in eo, in quo peccaverit puniatur) per unum annum à collatione Clericalis tonsuræ duntaxat noverit se suspensum.

DE ÆTATE ET QUALITATE, & ordine præficiendorum.

TITULUS X.

CAP. UN.

¶ *Episcopus dispensat cum majore xx. annis in dignitatibus & personatibus non curatis, si aliud non obstet. h. d. Dominicus.*

Bonifacius VIII.

PErmittimus, ut Episcopi cum iis, qui xx. annum compleverint, quod dignitates vel personatus, quibus animarum cura non imminet, valeant obtinere, possint (si *c* aliud non obstat canonicum) liberè dispensare.

DE FILIIS PRESBYTERORUM, & aliis illegitimè natis.

TITULUS XI.

CAP. I.

¶ *Cùm illegitimè natis dispensant Episcopi in minoribus ordinibus, & beneficio sine cura: dummodò sit tale, in quo aliàs dispensare possint; in alio dispensatio Papæ requiritur. Ioan. Andr.*

Bonifacius VIII.

IS, qui defectum patitur *d* natalium, ex dispensatione Episcopi licite potest (si ei aliud canonicum non obsistat) ad ordines promoveri minores, & obtinere beneficium, cui cura non imminet animarum: dummodo sit tale, super quo per ipsum Episcopum valeat dispensari. Ad ordines quoque majores, vel *e* beneficia curam animarum habentia, super quibus nequit Episcopus dispensare, sine dispensatione sedis Apostolicæ promoveri non potest.

¶ *Si dispensatum fuerit cum aliquo, quòd non obstante ullo defectu possit ad curatum beneficium promoveri: pratextu illius dispensationis non poterit duo beneficia insimul obtinere. Ioan. And.*

Ille verò, cum quo per sedem dispensatur eandem, ut (præmisso non obstante defectu) valeat ad beneficium, etiamsi curam animarum habeat, promoveri: nequit prætextu dispensationis hujusmodi (quam exorbitantem a jure oportet veluti odiosam restringi) nisi unicum beneficium obtinere.

CAP. II.

¶ *Si ille, cum quo super defectu orginis in curato beneficio fuerit dispensatum, ea tacito super pluralitate dispensationem obtineat, non valet dispensato. Ioan. And.*

Idem.

SI is, cum quo fuit per sedem Apostolicam dispensatum, ut, non obstante defectu natalium quem patitur, ad omnes ordines promoveri valeat, & obtinere beneficium, etiamsi curam habeat animarum, dispensationem aliam (tacito de prædicto defectu) postmodum obtineat à sede præfata, ut duo aut plura beneficia similem curam habentia possit recipere, si ei aliàs canonicè conferantur, & ea simul licitè retinere: talis dispensatio (cùm non sit verisimile sedem ipsam cum illo prædictum patiente defectum voluisse, si hoc fuisset expressum, eidem in pluralitate beneficiorum hujusmodi dispensare) veluti per surreptionem obtenta, nullius penitùs est momenti.

DE BIGAMIS.

TITULUS XII.

CAP. UN.

¶ *Bigamus nudatus est omni privilegio Clericali, & adstrictus seculari foro; nec valet consuetudo in contrarium: & prohibetur ei sub anathemate, ne tonsuram deferat. Ioan. And.*

Gregorius X. *in Concilio generali Lugdunen.*

ALtercationis antiquæ *a* dubium præsentis declarationis oraculo decidentes, bigamos omni privilegio Clericali declaramus esse nudatos: & coërctioni fori secularis addictos: consuetudine contrariâ non obstante. Ipsis quoque sub anathemate prohibemus deferre tonsuram, vel habitum Clericalem.

DE OFFICIO VICARII.

TITULUS XIII.

CAP. I.

¶ *Successor Officialis excommunicati, excommunicatus non est, nisi in crimine damnato communicet: illa autem, quæ exercet, illo excommunicato manente, non valent, si jurisdictione solum ab eo receptâ hoc facit. Ioan. And.*

Innocentius IV.

ROmana Ecclesia: [&c.] ¶ Cùm Rhemen. Archiepiscopus in Officialem alicujus Suffraganei sui excommunicationis sententiâ ex aliqua rationabili *b* causa profert: illos, qui vices ipsius gerunt, propter hoc excommunicationis vinculo non adstringit. Cùm non communicent ob id Officiali eidem in crimine, qui Ecclesiasticæ censuræ districtione, pro eo quòd suum exercent officium, non arctantur. Ea tamen, quæ ipsi gerendo hujusmodi vices agunt, eo taliter excommunicato manente (si jurisdictionem tantùm recipiunt ab eodem) non possunt obtinere vigorem.

CAP. II.

¶ *Ex generali commissione non potest Officialis inquirere, corrigere, deponere, & punire subditorum excessus. Ioan. And.*

a *al. Ipsorum.* b *Vid. Concilium Trident. sess. 21. de reform. cap 4.* c *In manusc. sta: si aliud canonicum non obsistat.* d *al. sta: patitur in natalibus.* e *In aliquot antiquis Codicib sta: vel beneficia super quibus nequit, &c. absque illis verbis, curam animarum habentia.*

a *Vid. Ancharan. consil. 114. & de multiplici pœna bigamorum agit Ioan. Montaigne tractat. de bigamia. q. 5.* b *Vid. Conc. Trid. sess. 25. de reform. cap. 3.*

Bonifacius VIII.

Licèt a in officialem Episcopi per commissionem officii generaliter sibi factam, causarum cognitio transferatur, potestatem tamen inquirendi, corrigendi, aut puniendi aliquorum excessus, seu aliquos à suis beneficiis, officiis b, vel administrationibus amovendi, transferri nolumus in eundem: Nisi sibi specialiter hæc committantur.

CAP. III.

¶ Ex generali commissione Officiali beneficia conferre non potest. Ioan. Andr.

Idem.

Cum in generali concessione nequaquam illa veniant, quæ non esset quis verisimiliter in specie concessurus: nec regulariter donare valeat is, cui bonorum administratio etiam libera est concessa: Officialis, aut Vicarius generalis Episcopi, beneficia conferre non possunt: Nisi beneficiorum collatio ipsis specialiter sit commissa.

DE OFFICIO ET POTESTATE judicis delegati.

TITULUS XIV.

CAP. I.

¶ Conservator à manifestis defendit injurias, & judicialem indaginem non exercet.

Innocentius IV.

Statuimus c, ut conservatores, quos plerunque concedimus, à manifestis injuriis & violentiis defendere possint, quos eis committimus defendendos. Nec ad alia, quæ judicialem indaginem exigunt, suam possint extendere potestatem.

CAP. II.

¶ In coalitionibus & pœnis Pontificali dignitati defertur.

Alexander IV.

Quia Pontificali dignitate præditis ob reverentiam sacri officii, quod exercent, plurimùm deferri convenit, & eos plùs aliis honorari decet: ut cùm à judicibus, vel conservatoribus à sede Apostolica deputatis, contra eos ad coactiones aliquas, sive pœnas fuerit procedendum, gradus & modestia in hujusmodi processu servetur: Ita quòd (eis quâdam condignâ reverentiâ supportatis) ingressus primò ipsis Ecclesiæ, vel Sacerdotale interdicatur ministerium: ac deinde ab officio suspendantur, & subsequenter aggravetur censura Ecclesiastica contra eos. Nisi fortè aliter fieri suaserit nimia contumaciæ protervitas sive culpa.

CAP. III.

¶ Delegato procedente cum duobus subdelegatis non in totum, ad Papam, non ad condelegatos appellari debet. h. d. Ioan. And.

Bonifacius VIII.

Si duo ex tribus à sede Apost. delegatis, duobus aliis non in totum subdelegaverint vices suas, ipsique d subdelegati cum delegato tertio in causa processerint delegata, si appellatur ab ipsis, non ad condelegatos, sed ad primum delegantem tantummodò appellari debebit.

CAP. IV.

¶ Tres casus ponit, in quibus suspicionis causa coram arbitris non tractatur. Primus, cum recusatur unus ex delegatis datis cum clausula, quòd si non omnes. Secundus, cum recusatur delegatus Episcopi. Tertius, cum recusatur Officialis. Ioan. And.

Idem in eodem.

Si contra unum ex duobus judicibus cum illa clausula, quòd si ambo interesse non possunt, alter eorum in causa procedat, à sede Apostolica delegatis, suspicionis causa legitima proponatur: causa ipsa suspicionis coram non recusato conjudice (ad quem ex vi prædictæ clausulæ debet ipsius causæ cognitio pertinere) probari, & ab eo expediri debebit. Ubi verò non est dicta clausula in rescripto, debet super hoc ad arbitros recursus haberi. Cùm autem ipse a delegatus Episcopi recusatur, recusationis causa coram Episcopo est probanda. Idem est, si Officialis recusetur ejusdem, licèt ad ipsum ab eodem Officiali nequeat appellari.

CAP. V.

¶ Distinguit tria tempora ad sciendum, an judex subdelegare committere possit: quia aut non est proposita recusatio: & tunc in totum per eum facta commissio tenet. Aut est proposita, sed nondum pronunciatum super ea: & tunc volente recusatore committere potest: aliàs non. Aut jam pronunciatum est illum esse suspectum: & tunc etiam volente recusatore nequit. Ioan. Andr.

Idem in eodem.

Iudex ab Apostolica sede datus, quamvis legitimè recusari valeat ut suspectus, potest licitè vices suas committere, antequam recusatio contra ipsum proponatur. Et si in totum commiserit, recusari ulteriùs, aut facta per eum commissio impugnari nequibit: quod posset, si sibi de jurisdictione aliquid reservâsset. Post recusationem quoque propositam committere (nisi de recusatoris procedat assensu) non potest: sed eo volente hoc potest, etiamsi jam recusatio eadem sit probata: dummodò pronunciatum non fuerit super ea. Extunc enim (cùm omninò judex esse desierit) nullâ etiam cum illius assensu potest fieri commissio per eundem.

CAP. VI.

¶ Delegatus subdelegans, etiam in totum, re integrâ causam reassumere poterit. h. d. Ioan. And.

Idem.

Quamvis alicui vices tuas in causâ tibi à sede Apostolica delegata in totum commisisse noscaris: si tamen, antequam ille jurisdictione usus fuerit, commissio hujusmodi per te revocetur ab ipso, vel eum rebus eximi contingat humanis: causam ipsam resumere poteris. Cum jurisdictio (ex quo ipsâ usus non extitit) non censeatur in eum efficaciter transtulisse.

CAP. VII.

¶ Si delegatus subdelegaret, quoties abesset, vel donec revocaret, & mortuus sit, re non integrâ, subdelegatus procedit. Et semper de subdelegato ad delegatum, qui sibi aliquid jurisdictionis reservavit, appellari debet, etiam post sententiam. h. d. Ioan. And.

Idem.

Si delegatus, quoties eum abesse contigerit, tibi commiserit vices suas, poteris eo rebus humanis exempto (cùm & tunc censeatur abesse) commissum tibi negotium (dum tamen illo vivente jurisdictione uti cœperis) liberè definire. Idem poteris, quando tibi vices etiam sub ea forma commisit, donec eas duceret revocandas. Nam talis commissio, per quam censetur etiam sententiæ prolatio (nisi antèa fuerit revocata) committi, nequaquam morte committentis expirat, ex quo res integra non exisit. Ad eum quoque, qui vices suas committit, donec revocet, vel qui executionem sententiæ b tantùm, aut quicquid aliud de jurisdictione sibi reservat, non ad delegantem primum appellari debebit, etiamsi post sententiam fuerit appellandum.

a *Nota quòd genus non includit quamlibet speciem comprehensam sub eo, quando est dare aliquam rationem, quare non includatur ad hoc, quod not. gloss. inf. de except. pia.* b *Dicto, ipso, deest in antiquis codicib.* c *Vid. Petr. de Anchar. consil. 87. incip. omisso primo dubio. & consil. 132. incip. in primo dubio. & Iaf. consil. 163. incip. circa duo. vol. 4.* d *Vid. l. præcipimus. ad fin. C. de app. & c. fin. supr. de re jud. l. fin. C. de Can. iurg. lib. 11. Anch. Ioan.*

a *Dicto, ipso, deest in antiquis codicibus.* b *Executor est jurisdictionis: ideò non facienda die feriatâ. de fer. si videtur. Domin. Ioan.*

CAP.

CAP. VIII.

¶ *Plurium delegatorum in solidum quilibet cognoscit. Et uno cognoscente, alii (nisi ex causa) se non intromittunt. Et perpetuatio unius, perpetuat quoad omnes. h. d. Zen.*

Idem.

Cum plures sub illa forma, ut omnes, aut duo, vel unus eorum mandatum Apostolicum exequantur, aut aliâ consimili, judices vel executores à sede Apostolica deputari contingit: ipsorum quilibet injunctum potest libere adimplere mandatum. Porrò uno eorum negotium inchoante commissum, alii nequibunt se ulteriùs intromittere de eodem, nisi vel infirmitate, vel aliâ justâ causâ illum contingeret impediri: aut si nollet, vel malitiosè in eo procedere recusaret. Jurisdictione verò perpetuatâ mandatore vivente per unum (eo casu quo potest) ex judicibus delegatis, perpetuata intelligitur quoad omnes.

CAP. IX.

¶ *Executor super gratia facta datus à Papa, mortuo Papâ etiam re integrâ gratiam exequitur. Ioan. And.*

Idem.

Si super gratia cuiquam ab Apostolica sede facta executores fuerint deputati, æquum esse censemus, ut sicut ipsa gratia (licèt nondum sit in ejus executione processum) morte non perimitur concedentis, sic nec etiam re integrâ perimatur executoribus data potestas, quam veluti gratiæ prædictæ accessoriam, naturam sequi congruit principalis. Ne gratiam eandem vel reddi quandoque omnino inutilem, vel ipsius effectum in tempus longius (cum illius a dispendio, cui facta extitit) differri contingat.

CAP. X.

¶ *Duos casus ponit, quibus de subdelegato non in totum, appellatur ad primum delegantem: scilicet cum delegatus excommunicatus, vel mortuus est. Alios casus ponit infra eodem, Si à subdelegato. Ioan. Andr.*

Idem.

Si is, cui causa (licèt proprio nomine non expresso) à sede fuerat Apostolica delegata, subdelegaverit non in totum vices suas alicui: à subdelegato hujusmodi, si delegatum ipsum excommunicari, aut de medio tolli contingat, impedimento tali durante ad sedem ipsam (ne absolutionem, vel successorem expectando illius, præjudicari litigantibus, vel causa plùs debito prorogari valeat) volumus appellari.

CAP. XI.

¶ *Ab arbitris juris appellatur ad Papam. Ioan. Andr.*

Idem.

Ab arbitris, qui secundùm formam juris, ut de proposita contra judicem suspicionis causa cognoscant, vel qui cùm de revocatione ambigitur literarum, judicibus nequeuntibus in unam sententiam concordare, ad concertationem hujusmodi sopiendam à partibus eliguntur: est (si gravaverint) ad sed. Apost. appellandum.

CAP. XII.

¶ *Executor datus à Papa, ut provideat persona, subdelegat: si detur, ut provideat Ecclesia non expressâ personâ, non subdelegat: nisi habeat speciale mandatum: & causam reddit. Ioan. And.*

Idem.

Is, cui ab Apostolica sede committitur certæ personæ provisio de beneficio in certa Ecclesia, diœcesi vel provincia facienda, potest alii committere licitè vices suas.

Sed si (non expressâ certâ personâ) committatur eidem, ut alicui personæ idoneæ de certa Ecclesia vel beneficio debeat providere: (Quia circa eligendam personam ejus industriâ b tunc videtur electa) provisionem sibi commissam alteri demandare non potest: Nisi forma commissionis habeat, ut per se, vel per alium id valeat expedire.

CAP. XIII.

¶ *Is, cui aliquid certo loco expediendum committitur, ex justa causa aliud expedire potest extra locum. h. d. Ioan. And.*

Idem.

Statuimus, ut is, per quem ab Apostolica sede certo loco inquisitio fieri, vel quicquid aliud expediri mandatur: si propter potentiam, vel malitiam illius, contra quem inquiri debet, sive procedi, seu fautorum a ejusdem non possit hoc exequi eo loco securè (ne ipse commodum ex dolo, vel fraude reportet) ad id exequendum locum alium eligat idoneum & securum. Idem faciat, si alia rationabilis causa subsit, propter quam in loco decreto perfici nequeat commodè, quod mandatur: ne tali prætextu impediri contingat mandatum Apostolicum, vel differri.

CAP. XIV.

¶ *Quando à subdelegato non in totum appellatur, quia non admittit exceptionem, per quam denegatur etiam delegatum habere jurisdictionem, ad primum delegantem appellabitur. h. d. Ioann. Andr.*

Idem.

Si à subdelegato, cui delegatus non in totum commiserat vices suas, ex eo fuerit appellandum, quia exceptionem coram se propositam, quòd antequam per eum, vel per ipsum delegatum in aliquo processum fuisset, delegans viam fuerat universæ carnis ingressus, admittere recusavit: non ad delegatum (cùm jurisdictionem negetur habere) sed ad delegantem potiùs appellari debebit. Idem fiet in aliis casibus, in quibus delegatus jurisdictionem habere negatur. Alias si appellari deberet ad ipsum, esset appellans (qui sic fateri videretur eundem jurisdictionem habere, quod antè negaverat b) contrarius sibiipsi.

CAP. XV.

¶ *Ponit hîc, quæ possint esse conservatores, & ubi cognoscere, & an & quibus possint delegare, & quantùm duret eorum potestas, & de expensis taxatum. h. d. Zen.*

Idem.

Hac constitutione perpetuò valiturâ sancimus, ut conservatores, qui aliquibus (ut à manifestis injuriis, & violentiis tueantur eosdem) plerumque à sede Apostolica conceduntur, de cætero deputari non possint, nisi Episcopi vel eorum superiores, aut Abbates, seu dignitates vel personatus in cathedralibus vel collegiatis Ecclesiis obtinentes: nullusque deputati sibi conservatoris esse valeat conservator. Nec aliquis (Regibus & c Reginis d, qui sicut dignitatis altitudine præeminent, sic prærogativâ gratiæ ipsos convenit anteferri, duntaxat exceptis) deinceps conservatorem habeat eum, qui sub ipsius jurisdictione, dominio, vel districtu Ecclesiastico, vel temporali consistat. Conservatores autem hujusmodi extra civitates seu diœceses, in quibus fuerint deputati, contra quoscunque procedere, aut aliquos ultra unam diætam à fine diœcesum eorundem trahere non præsumant. Vices quoque suas (citationibus, sententiarum denunciationibus duntaxat exceptis, quas per alios valeant exercere) nulli committere possint, nisi hoc eis competierit ex beneficio literarum: sed nec tunc, nisi intra civitates, seu diœceses, in quibus deputati fuerint, & personis tantùm, quæ superiùs sunt expressæ.

a *al. ipsius.* b *Vid. Bart. in l. inter artifices. ff. de fol. & Ioan. Anch. Font.*

a *Vid. de test. constitutus. & de homi. Petrus. & 1. quæst. 4. quia Prælatus. Dominic.* b *alii. negavit. aliàs, denegârat.* c *al ita: vel Reginis.* d *Not. Pet. de Anch. quòd dicitur hîc etiam de conservatoribus Laicorum, ponderando istam exceptionem, quia exceptio de regula est. l fin. §. cui dulcia. ff. de ví. trit. & ideo legat. Font.*

Ut autem conservatores limites sibi traditæ potestatis (quos frequenter excedunt) metu pœnæ diligenter observent: decernimus, ut si de aliis, quàm de manifestis injuriis & violentiis, scienter se intromiserint, seu ad alia, quæ judicialem indaginem exigunt, suam extenderint potestatem, eo ipso per unum annum ab officio sint suspensi. Pars verò, quæ hoc fieri procurabit, sententiam excommunicationis incurrat: à qua non possit absolvi, nisi ei, quem sic fatigavit *a* indebitè, primò satisfaciat integraliter de expensis. Officium autem quorumcunque conservatorum, ipso jure, quoad non cœpta negotia per obitum concedentis volumus expirare. Circa munera verò & expensas, assessores, ac notarios & personas testimonii causâ vocandas, illa præcipimus in hujusmodi conservatoribus per omnia observari, quæ in delegatis judicibus constitutio à nobis super his edita observanda decrevit *b*. Quicquid autem contra præmissa, vel eorum aliquod attentari contigerit, omninò decernimus irritum & inane.

DE OFFICIO LEGATI

TITULUS XV.

CAP. I.

¶ Legati non Cardinales, sine speciali mandato jure legationis beneficia conferre non possunt: sed legati Cardinales hoc benè possunt. Ioan. Andr.

Innocentius IV.

Officii nostri debitum remediis invigilat subditorum: quia dum eorum exercitus onera, dum scandala removemus, nos in eorum quiete quiescimus, & fovemur in pace. Proinde præsenti decreto statuimus, ut Ecclesiæ Romanæ Legati quantumcunque plenam legationem obtineant, sive à nobis missi fuerint, sive suarum prætextu Ecclesiarum legationis sibi vendicent dignitatem: ex ipsius legationis munere conferendi beneficia nullam habeant potestatem, nisi hoc alicui specialiter duxerimus indulgendum. Quod in fratribus nostris legatione fungentibus nolumus observari: quia *c* sicut honoris prærogativâ latantur, sic nos auctoritate fungi volumus ampliori.

CAP. II.

¶ Legatus habet ordinariam: unde per mortem Papæ non expirat ejus officium, h. d. Ioan. Andr.

Clemens IV. *S. tit. sanctæ Cæciliæ Presbytero Cardinali, Apostolicæ sedis Legato.*

Legatos, quibus in certis provinciis committitur legationis officium, ut ibidem evellant & dissipent, ædificent atque plantent: provinciarum sibi commissarum, ad instar Proconsulum, cæterorumque Præsidum, quibus certæ sunt decretæ provinciæ moderandæ, ordinarios reputantes: Præsenti declaramus edicto, commissum tibi à prædecessore nostro legationis officium nequaquam per ipsius obitum *d* expirâsse.

CAP. III.

¶ Finitâ legatione expirant reservationes Legatorum, & omnia processus habitus super illis: nisi tunc illa beneficia jam vacantia sint collata. Demum dicitur quòd pendente unâ suâ reservatione in Ecclesia collegiata, vel de beneficio spectante ad collationem alicujus, Legatus in eadem Ecclesia, vel beneficium spectante ad collationem ejusdem, aliam facere non potest: & quod sit contra prædicta, irritum decernit. Ioan. And.

a *al.* Fatigaverit. b *al.* ita: decernit. c *In manuscriptis* ita: qui sicus, *&c.* d *Intelligo scilicet re non integrâ: re verò integrâ, an per mortem Papæ expiret legatio, distinguit hic Petr. de Anchar. Font.*

Bonifacius VIII.

Præsenti declaramus edicto, reservationes *a* quorumcunque beneficiorum ab Apostolicæ sedis Legato suæ legationis auctoritate factas, & decreta interposita super ipsis: necnon denunciationes, inhibitiones, & processus quoslibet per eum, vel per executores deputatos ab eo habitos circa ipsas (dummodò ad collationem eorundem beneficiorum jam vacantium minimè sit processum) eo ipso, quòd illius finitur legatio, viribus penitùs vacuari: nec executores eosdem posse ulterius beneficia taliter reservata conferre *b*. Cæterum reservationes hujusmodi (per quas interdum Prælati, & Ecclesiæ nimium onerantur) restringere cupientes, prohibemus, ne postquam Legatus in aliqua cathedrali vel collegiata Ecclesia, reservationem aliquam duxerit faciendam, aliam, illâ pendente, faciat aliquatenùs in eadem. Nec etiam postquam alibi reservaverit aliquod beneficium ad collationem pertinens cujuscunque, aliud quod ad illius collationem pertineat (quamdiu reservatio pendet alterius) sibi quoquo modo reservet. Quicquid autem contra præmissa contigerit attentari, eo ipso viribus non subsistat.

CAP. IV.

¶ Cathedrales, vel regulares, vel collegiatas Ecclesias, Legati reservare, vel conferre non possunt. Idem in dignitatibus Ecclesiarum cathedralium, quæ sunt majores post Episcopos, si ipsarum Prælati per electionem debent assumi: & contra hoc factum, est irritum.

Idem.

Deliberatione providâ duximus inhibendum, ne aliquis Apostolicæ sedis Legatus, quantumcunque legationem obtinere plenariam dignoscatur, cathedrales, vel regulares, aut collegiatas Ecclesias, seu ipsarum Ecclesiarum cathedralium dignitates, ad quas hi, qui præficiuntur eisdem, majores in earum Capitulis post Episcopos existentes, habent per viam electionis assumi, suæ ordinationi, collationi, provisioni, electioni, aut dispositioni quomodocunque reservet: ne de ipsis ordinandis, conferendis, vel disponendis, se aliquatenùs intromittat: neque aliquod quò minùs hi, ad quos pertinuerit eligere aut postulare, liberè valeant, cùm vacabunt, obstaculum quomodolibet interponat: Decernentes quicquid contra hoc actum extiterit, eo ipso irritum & inane.

¶ Delegatus non potest alicui committere, quòd recipiat resignationem beneficii, & postea illud conferat: & contra factum, vel faciendum decernit irritum. h. d. Ioan. And.

Prohibemus insuper, ne Legatus ipse in genere aut in specie cuicunque concedat, ut ab iis, qui beneficia intra legationem ejusdem habentes, ea in illius manibus voluerint liberè resignare, ipsorum resignatione receptâ, illa valeat idoneis conferre personis: Cùm per hoc aperiri posset via contra Lateranen. *c* Concilium ad beneficia vacatura. Nos enim concessionem, quam contra hoc contigerit attentari, & quicquid ex ea vel ob eam secutum extiterit, nullam prorsus habere statuimus roboris firmitatem. Volentes non solùm ad futura, sed etiam ad præterita, & adhuc pendentia negotia hoc extendi.

CAP. V.

¶ Collatio Legati per tacturnitatem prioris beneficii vitiatur, hoc dicit. Zen.

a *Vid. Concil. Trident. sess. 24. de reform. cap. 19. ubi reservationes qualibet ad vacatura beneficia tolluntur.* b *Fallit si legatus contulerit canonicatum, & præbendam vacaturam reservaverit, dato executore: Nam tali finitâ legatione conferre potest. Petr. de Anchar. Font.* c *Hoc est Concilium Lateranen. sub Alexand. III. cap. 1.*

Idem.

Idem.

COllatio beneficii per Legatum sedis Apostolicæ tibi facta, nullius momenti existit, si in ea non fuerit a habita mentio de alio beneficio, quod primitùs obtinebas.

DE OFFICIO ORDINARII.

TITULUS XVI.

CAP. I.

¶ Archiepiscopus non potest sibi constituere Officiales in diœcesi Suffraganeorum suorum, etiam pro futuris causis per appellationem devolvendis ad ipsum, nisi de consuetudine hoc habeat: & tunc etiam tales Officiales exhibere non possunt, priusquam fuerit appellatum.

Innocentius IV. *in Concilio Lugdunensi.*

ROmana Ecclesia: [&c.] ¶ Prohibemus quoque, ne Rhemensis Archiepiscopus in diœcesibus Suffraganeorum suorum foraneos Officiales constituat: quia, cùm Metropolitanis, ne suorum Suffraganeorum ingrediantur diœceses, ut in eis auctoritate propriâ judicent, disponant, aliquidvé aliud agant, canonica prohibeant instituta, nequaquam hoc possunt in illis per alios exercere. Nec pro eo, quòd causas per appellationem delatas ad ipsos, possunt in Suffraganeorum suorum diœcesibus delegare, similiter licet eis tales Officiales instituere in eisdem, qui eorum vice (cum appellatur ad ipsos) citationes, vel inhibitiones faciant, seu compescant in hac parte rebelles: Quia in causis per appellationem devolutis ad ipsos, jam jurisdictionem obtinere noscuntur, propter quod licite possunt super illis committere vices suas. Non sic autem in aliis *b*, in quibus nondum extitit appellatum, & idcircò non debent aliquos constituere pro citationibus in futuris causis appellationum, & inhibitionibus faciendis: misi aliud Rhemensis Ecclesia circa talium Officialium institutionem de consuetudine obtineat speciali. A quibus etiamsi de consuetudine hujusmodi possint in Rhemensi provincia constitui: inhibitiones tamen, ne procedatur in causis, priusquam ad Rhemensem curiam appelletur, fieri penitùs inhibemus.

¶ Donec Archiepiscopus de facti potest haberi, Officialis ejus Suffraganeum excommunicare, suspendere, aut interdicere non potest, propter ordinis (meliùs dixerisset officii) Episcopalis reverentiam. h. d. in summa. Ioan. And.

Officiales autem Rhemensis Archiepiscopi (quamdiu in sua provincia vel circa illam extiterit) in Suffraganeos interdicti, suspensionis, vel excommunicationis proferre sententias non attentent. Et hoc idem ab Officialibus aliorum Metropolitanorum, circa ipsorum Suffraganeos, (quibus ob reverentiam Pontificalis officii deferri volumus in hac parte) præcipimus observari.

CAP. II.

¶ Canonici, qui à divinis cessare possint consuetudine vel alio jure, si cessare volunt, causam suæ cessationis exprimant in instrumento publico, vel patentibus literis suo vel alio authentico sigillo munitis: & exhibeant illud vel illas illi, contra quem cessant. Hoc prætermisso, vel expressâ causâ non inventâ legitimâ, quicquid medio tempore percepérint ab Ecclesia, restituant: & quæ percipere debent, non percipiant, & satisfaciant de injuriis illi, contra quem cessant. Causâ legitimâ inventâ, tenetur ille ad interesse Canonicis, & ad certam quantitatem Ecclesiæ, superioris taxandam arbitrio. Ultimò reprobatur consuetudo, quâ imagines Sanctorum, in dolla cessationis sponiis & urticis supponebantur. Et statuitur contrarium facientes graviter puniendos. Ioan. And.

Gregorius X. *in generali Concilio Lugdunensi.*

SI a Canonici à divinis cessare voluerint, prout in Ecclesiis aliquibus sibi ex consuetudine, vel aliàs vendicant: antequam ad cessationem hujusmodi quoquomodo procedant, in instrumento publico, vel patentibus literis figillorum *b* suorum, aut alterius authentici munimine roboratis, cessationis ipsius causam exprimant; & illud vel illas ei, contra quem cessare intendunt, assignent. Sciturì, quòd si hoc prætermisso cessaverint, vel causa, quam expresserint, non fuerit inventa canonica: omnia de quibuscunque proventibus illius Ecclesiæ, in qua cessatum fuerit, cessationis tempore perceperint, restituent. Illa verò, quæ pro eodem tempore debentur eisdem, nullo modo percipient, sed ipsi Ecclesiæ cedere, ac nihilominùs ei contra quem cessaverant, de damnis & injuriis satisfacere tenebuntur Si autem causa eadem canonica fuerit judicata, is, qui occasionem cessationi dederat, ad omne interesse dictis Canonicis, & Ecclesiæ, cui debitum officium ejus est culpâ subtractum, ad certam quantitatem taxandam, & in divini cultûs augmentum convertendam, superioris arbitrio condemnetur. Cæterùm detestabilem abusum horrendæ indevotionis illorum, qui Crucis, beatæ Mariæ virginis, aliorumq; Sanctorum imagines seu statuas irreverenti ausu tractantes, eas in aggravationem cessationis hujusmodi prosternunt in terram, & urticis spinisque supponunt, penitùs reprobantes, aliquid tale fieri de cætero districtiùs prohibemus: statuentes ut in eos, qui contrà fecerint, ultrix procedat dura sententia: quæ delinquentes sic puniat graviter, quòd alios à similium præsumptione compescat.

CAP. III.

¶ Statuit Papa, quòd habentes plures dignitates, vel alia beneficia curam animarum habentia, per ordinarios compellantur ostendere, intra tempus competens superioris arbitrio statuendum, dispensationes: quas si non ostenderint, perinde procedatur, ac si nullas haberent. Et si ostenderint, & sufficientes, non amplius molestentur: provisò, ne in prædictis beneficiis cura negligatur animarum. Si autem dubitetur de dispensatione, ad sedem Apostolicam recurratur. Talibus plura similia beneficia obtinentibus, aliud non conferatur beneficium, nisi ostensâ dispensatione sufficiente: & tunc ita demum conferatur, si per dispensationem possint illud cum aliis retinere, vel si prioribus renunciaverint: aliter collatio facta non teneat. Ioan. Andr.

Idem.

ORdinarii *c* locorum subditos suos plures dignitates, vel Ecclesias, quibus animarum cura immineat, obtinentes: seu personatum, aut dignitatem cum alio beneficio, cui cura similis est annexa, districtè compellant dispensationes auctoritate, quarum hujusmodi Ecclesias, personatus, seu dignitates canonicè tenere se asserunt, intra tempus pro facti qualitate ipsorum ordinariorum moderandum arbitrio, exhibere. Quòd si fortè justo impedimento cessante, nullam dispensationem intra idem tempus contigerit exhiberi: Ecclesiæ beneficia, personatus seu dignitates, quæ sine dispensatione aliqua eoipso illicitè detineri constabit, per eos ad quos eorum collatio pertinet, liberè personis idoneis conferantur.

Cæterùm si dispensatio exhibita sufficiens evidenter appareat, exhibens nequaquam in beneficiis hujusmodi, quæ canonicè obtinet, molestetur. Provideat *d* tamen ordinarius, qualiter nec animarum cura in eis-

a *Aliàs, fuit.* b *Vid. cap fin. de rescript. in antiq. & l. non quamadvertendum. ff. de judic. Font.*

a *De materia hujus c. vide citatos in cap quamvis infr. eod. tit. & libr.* b *Vid. l. ad testium. ff. de test. & l. fin. ff. de alb. scrib. ac c. significantibus, infr. de appell. Font.* c *Hoc decretum expresse innovat & confirmat sacrum Concil. Tridentin. sess. 7. de reform. cap. 3.* d *alit. ita: provideat tamen ordinarius taliter, ne animarum cura, &c.*

dem Ecclesiis, personatibus, seu dignitatibus negligatur: nec beneficia ipsa debitis obsequiis defraudentur. Si verò de dispensationis exhibitæ sufficientia dubitetur, super hoc erit ad sedem Apostolicam recurrendum: cujus est æstimare, quem modum sui beneficii esse velit. In conferendis insuper personatibus, dignitatibus, & aliis beneficiis curam habentibus animarum annexam, iidem ordinarii diligentiam illam observent, ut personatum, dignitatem, vel aliud *a* beneficium similem curam habens animarum *b*, alicui plura similia obtinenti non antè conferre præsumant, quàm eis super obtentis dispensatio evidenter sufficiens ostendatur. Quâ etiam ostensâ, ita demùm ad collationem procedi volumus, si appareat per eandem, quòd is, cui est collatio facienda, hujusmodi personatum, dignitatem, vel beneficium retinere liberè valeat cum obtentis, vel si ea, quæ sic obtinet, liberè ac sponte resignet.

Aliter autem de personatibus, dignitatibus, & beneficiis talibus facta collatio, nullius penitùs sit momenti.

CAP. IV.

¶ Præcipit Papa, ne Prælati subditis interdicant, ne statum Ecclesiarum & personarum superioribus inquirentibus manifestent: nec eos ad id celandum juramentis, promissionibus, obligationibus aut alijs pœnis adstringant: decernit autem, quod contrà factum fuerit, irritum & inane: & sententias, juramenta, promissiones, vel pœnas non ligare: & præsumptores præcipit pœnâ condignâ à superioribus eisdem puniri. Ioan. Andr.

Bonifacius VIII.

Quia plerique Prælati non *c* sine multa temeritatis audacia suis subditis aliquando interdicunt, ne ipsorum superioribus aut Apostolicæ sedis Legatis, vel Inquisitoribus ad inquirendum, corrigendum, & reformandum, in eorum Ecclesiis, monasteriis, sive locis à sede deputatis eadem, vel aliis quibuscunque personis, per quas ad notitiam prædictorum valeat pervenire, statum Ecclesiarum, monasteriorum seu locorum suorum, personarum & rerum ipsorum insinuent vel exponant: in ipsos (si secus egerint) excommunicationis, suspensionis, vel interdicti sententias proferentes: eosque ad hoc celandum juramentis, promissionibus & *d* obligationibus, aliisque pœnis nihilominùs adstringentes. Nos huic malitiæ (ne tali prætextu in Ecclesiis, monasteriis, & locis eisdem inquisitio, correctio seu reformatio, cùm faciendæ fuerint, valeant impediri) occurrere cupientes, prædicta & eorum quodlibet attentari de cætero districtiùs inhibemus.

Decernentes auctoritate Apostolicâ, quicquid contra præsentem inhibitionem attentatum extiterit, nullius penitùs existere firmitatis: nec quenquam sententiis, juramentis, promissionibus, obligationibus, vel pœnis hujusmodi obligari quomodolibet vel adstringi. Præsumptores autem eosdem (ne ipsorum temeritas quoquo modo transeat impunita) à superioribus, vel Legatis, seu Inquisitoribus memoratis, animadversione condignâ præcipimus castigari.

CAP. V.

¶ Iurisdictio Archiepiscopo attributa in una diœcesi, sibi in alijs non prodest. h. d. Zou.

Idem.

Ut *e* litigantes releventur à laboribus & expensis: Statuimus, ne Archiepiscopus causas, quæ per appellationem, vel aliàs jure Metropolitico deferuntur ad ipsum, alibi quàm in sua propria civitate vel diœcesi, aut in eis, in quibus appellatum extitit, vel causæ ipsæ consistere dignoscuntur, audiat, vel etiam audiendas committat: Nisi sibi aliud de consuetudine competat in hac parte.

CAP. VI.

¶ Si Episcopus, cùm potest, suam diœcesim visitat per alium, habet illis in necessarijs providere: visitati autem in victualibus providebunt ipsi Vicario visitanti, & non Episcopo. hoc dicit. Ioan. Andr.

Idem.

Si *a* Episcopus suam diœcesim (ubi ei à jure permittitur) faciat per alium visitari, licèt ipse illi habeat in aliis necessarijs providere, ii tamen, qui visitantur, ministrare tenentur expensas victualium visitanti: Cùm secundùm Apostolum *b* non sit magnum, si ab eo metantur temporalia, per quem spiritualia seminantur. Idem tamen Episcopus cùm personaliter non visitat *c*, nil prorsùs ab iis, qui per illum quem deputat, fuerint visitati, exigere poterit aut debebit.

CAP. VII.

¶ In quolibet loco diœcesis non exempto, per se & per alium potest Episcopus pro tribunali sedere, & libere exequi, quæ ad ipsum spectant officium. Ioan. Andr.

Idem.

Cum *d* Episcopus in sua tota diœcesi jurisdictionem ordinariam noscatur habere, dubium non existit, quin in quolibet loco ipsius diœcesis non exempto, per se vel per alium possit pro tribunali sedere: causas ad Ecclesiasticum forum spectantes audire: personas Ecclesiasticas (cùm earum excessus exegerit) capere, ac carceri deputare: necnon & cætera, quæ ad ipsius spectant officium, liberè exercere.

CAP. VIII.

¶ Canonici, qui à divinis cessare possunt, cùm cessare voluerint, vocabunt absentes, sicut si immineret electio facienda, cum quibus de cessatione deliberabunt: & si deliberant cessare, requirent prius eum, contra quem cessant, ut irregatam offensam emendet: quòd si fecerit, non cessabunt: alioquin cessare poterunt, ita quod à cessatione intra mensem utraq; pars, & cessans & contra quem cessatur, iter arripiat eundi ad Papam, vel per se, vel per procuratores sufficienter instructos: nisi interim intervenerit concordia inter ipsos. Et continuatio dicti quàm citò poterunt se coram Papa præsentent, utraq; parte præsente, vel alterâ contumaciter absente, Papa definiat negotium, & culpabiles puniat: & si pars cessans prædicta non servet, cessatio non servetur. Ioan. And.

Idem.

Quamvis super cessationibus à divinis, quæ à Capitulis, Conventibus, sive Collegiis secularium vel regularium Ecclesiarum multoties sine causa rationabili attentantur, manifesta satis à felicis recordationis Innocentio *e* tertio, & Gregorio decimo, prædecessoribus nostris, manaverint instituta: Quia tamen post illa est plerunque compertum, cessationes easdem irrationabiliter esse factas: nos ad tam pernicioſum evitandum abusum, eadem statuta cum infrascripta moderatione in suo volentes robore perdurare, de fratrum nostrorum consilio districtiùs inhibemus, ne à secularibus, vel regulari Capitulo, Collegio seu Conventu Ecclesiæ cujuscunque, cessationes ipsæ, nisi vocatis omnibus (prout sunt pro electionis negotio evocandi) & deliberatione habitâ diligenti, ac Episcopo, aliove quocunque Clerico sive Laico (cujuscunque dignitatis, præeminentiæ, conditionis aut statûs existat) propter cujus injuriam vel offensam eadem videtur cessatio facienda, post prædictas vocationem & deliberationem de cessando habitam requisito, quòd irrogatam injuriam,

a *Al. aliquod.* b *Dictio, animarum, deest in manuscriptis aliquot.* c *In antiquis codicibus ita: non sine multa temeritatis, &c.* d *In antiq. exemplarib. ita: & obligationibus aliis atque pœnis nihilominus, &c.* e *Vide nevissimè sanctia in Conc. Trid. sess. 24. de reform. c. 20.*

a *De materia visitationis, prout ad hunc locum spectat, vide Conc. Tolet. IV. cap. 35. & novissimum Conc. Tridem. sess. 24. de reform. cap. 3.* b *1. Cor. 9.* c *al. visitet.* d *Vid. limitationem ad hoc c. traditam per Decium in c. cum te. de offic. deleg.* e *Id cavit Innoc. III. in Concil. generali Later. c. 7.*

riam,

tiam, vel offensam emendet, aliquatenùs attententur. Neque tunc etiam, si emendam inde habuerint, vel per eos steterit, quò minùs habeant competentem. Si autem præmissis servatis, Capitulum, Collegium, vel Conventus alicujus Ecclesiæ ad cessationem eandem duxerint procedendum: extunc intra unius mensis spatium pars utraque, videlicet ii qui cessant, & illi etiam, propter quorum factum à divinis cessatur (nisi supervenientè concordiâ inter eos cessatio illa cesset) iter arripiant a per se, vel per procuratores idoneos, cum munimentis & actis ad negotium ipsum spectantibus, ad sedem Apostolicam veniendi: & continuatis dictis, quàm citò commodè poterint, se Apostolico conspectui repræsentent: ut partibus præsentibus, aut unâ præsente, alterâ non veniente vel mittente, examinato negotio apud sedem eandem, pars quæ culpabilis inventa fuerit in præmissis, præter alias pœnas à dictis canonibus institutas, si Romano Pontifici videbitur expedire, pœnâ docente cognoscat, quantùm excesserit, quæ cessationi factæ rationabiliter causam dedit: vel quæ sine rationabili & manifesta causa cessavit. Parte insuper à divinis cessante, suprascripta b tam in cessando, quàm in veniendo sive mittendo ad sedem Apostolicam non servante, non servetur cessatio: sed eâ non obstante (ut prius) in ipsa Ecclesia celebretur.

CAP. IX.

¶ Primò pœnæ constitutionem de bonâ dignitatum vel Ecclesiarum vacantium, non occupandis per eos, ad quos collatio, vel custodia pertinet: nisi de speciali jure id eis competat: & contrà facientibus panam imponit. Secundò ostendit, de quibus bonis intelligatur, cum de speciali jure id aliquis competit. Tertiò decret. quia sæpe, supr. eod. libro, de elect. dicit non esse corrigendum. Ioan. And.

Idem.

PRæsenti prohibemus edicto, ne Episcopi, vel eorum superiores aut Abbates, seu quivis alii regulares vel seculares Prælati, aut Ecclesiasticæ quæcunque personæ, vacantibus dignitatibus, personatibus, prioratibus, vel Ecclesiis quibuscunque sibi subjectis, seu ad collationem, ordinationem, præsentationem, vel custodiam pertinentibus, eorundem bona (morientibus eorum rectoribus, vel ministris) in ipsis inventa, sive vacationis ipsorum tempore obvenientia, quæ in utilitatem eorundem expendi, vel futuris debent successoribus fideliter reservari, occupare, aut in usus suos convertere quoquomodo præsumant: Nisi de speciali privilegio vel consuetudine jam præscriptâ legitimè, seu aliâ causâ rationabili, hoc eisdem competere dignoscetur.

Alioquin Episcopi & eorum superiores ab ingressu Ecclesiæ, exteri verò ab officio & beneficio tamdiu eo ipso noverint se suspensos, quousque restitutionem fecerint de prædictis. Porrò ubi ex privilegio vel consuetudine, seu alia de causa rationabili, sibi aliquis prædictorum asserit bona competere supradicta: hoc de illis bonis solùm debet intelligi, quæ solutis debitis, si qua sint, & iis, quæ fuerint necessaria pro servitoribus & ministris ac incumbentibus oneribus usque ad novos reditus supportandis congruè reservatis, ex ipsis reperta fuerint superesse. Sanè constitutioni, quam superiùs specialiter edidimus, contra Capitula, Collegia, Conventus, seu singulares personas, bona cathedralium, vel regularium, aut collegiatarum Ecclesiarum vacantium occupantes, per constitutionem præsentem (quam in dignitatibus, personatibus, prioratibus, & Ecclesiis aliis locum habere censemus) nolumus in aliquo derogari.

a *al. Arripiat.* b *al. supradicta.*

DE MAJORITATE ET obedientia.

TITULUS XVII.

CAP. UN.

¶ Capitulum, vel is, ad quem administratio pertinet vacante sede, eos absolvet, quos absolvere posset Episcopus si viveret, nisi a sede Apostolica id fuerit interdictum. Ioan. Andr.

Bonifacius VIII.

EPiscopali sede vacante, potest Capitulum, seu is ad quem Episcopalis jurisdictio tunc temporis noscitur pertinere, iis, quibus posset Episcopus, si viveret, ab excommunicationis sententia, sive juris, sive hominis fuerit, absolutionis beneficium impertiri: Nisi ei fuerit à sede Apost. specialiter interdicta potestas.

DE PACTIS.

TITULUS XVIII.

CAP. I.

¶ Monachi habentes liberam à sede Apostolica sepulturam, si pacisuntur de non recipiendis aliquibus vel certis parochianis Ecclesiæ alicujus, servare compelluntur pactum: nec illos sepelire possunt, licèt apud eos elegerint sepeliri, cum per pactum privilegio renunciaverint. Ioan. And.

Bonifacius VIII.

PActum a cum rectore parochialis Ecclesiæ factum à vobis, ne aliquos vel certos ipsius Ecclesiæ parochianos recipiatis ad Ecclesiasticam sepulturam, omninò servare debetis. Quanquam sepultura libera sit monasterio vestro ab Apostolica sede indulta: & illi apud vos elegerint sepeliri. Cùm per dictum pactum indulto hujusmodi derogetur.

CAP. II.

¶ Pactum factum patri à filia, dum tradebatur nuptui, quòd dote contenta nullum habebit ad bona paterna regressum, si juraverit id ipsa filia, omninò servare tenebitur. Ioan. Andr.

Idem.

QUamvis b pactum patri factum à filia, dum nuptui tradebatur, ut dote contenta nullum ad bona paterna regressum haberet, improbet lex civilis: si tamen juramento, non vi, nec dolo præstito, firmatum fuerit ab eadem, omninò servari debebit: Cùm non vergat in æternæ salutis dispendium, ne redundet in alterius detrimentum.

CAP. III.

¶ Pacta inita per fratres Prædicatores, vel Minores, vel alios Mendicantes, cum rectoribus parochialium Ecclesiarum super parochialibus juribus, si facta sunt per Priores vel Guardianos de Conventuum ipsorum locorum consensu (licèt auctoritas sedis Apostolica non intervenerit, vel licentia Prioris vel ministri generalis, aut magistri vel provincialis ministri, vel Capituli provincialis) servanda sunt: dummodò aliàs sint licita & honesta. b. d. Ioan. And.

Idem.

QUia ex eo, quòd fratres Prædicatores, & Minores, & alii Mendicantes, compositiones & pacta cum Prælatis, Capitalis, rectoribus & personis Ecclesiarum, civitatum, castrorum, villarum & locorum, in quibus domus seu habitationes eorum existunt, super juribus parochialibus, vel aliis quibuscunque articulis, ab eis vel eorum antecessoribus inita sive facta, servare recusant: & ea eo prætextu infringere moliuntur, quia magistri aut ministri, vel prioris generalium seu provin-

a *Vid Antonium de Butrio. cap. statuimus de translat. Prælat. & Felinum in c. cum sit generale. de foro compet.* b *Vid. Mart. de Afflictis decis. 322. Purpuratum consil. 100. Hyppolitum Marsilium singulari 673. incip. nonnulla de præsentia. Alexand. consil. 29. lib. 3. & consil. 42. lib. 1. & Lasun. cons. 133. vol. 4.*

cialium eorundem non affuit assensus in ipsis, nec approbata per ipsorum generalia, vel provincialia Capitula extiterunt: multa in diversis mundi partibus insurgunt scandala *a*, & ipsorum fratrum (quos decet puritatem omnimodam in suis observare actionibus *b*, & ab his abstinere propensiùs, per quæ possit aliis exempli pernicies generari) famæ detrahitur plurimùm & honori. Nos his occurrere paternæ solicitudinis studio intendentes, præsenti decreto sancimus: compositiones & pacta hujusmodi cum Prælatis, Capitulis, & *c* rectoribus, & personis prædictis ab ipsorum fratrum Conventualibus, Prioribus, seu Guardianis facta vel approbata, de suorum Conventuum consilio & assensu (dum tamen aliàs sint licita & honesta) debere ab ipsis fratribus in locis, in quibus fuerint facta, perpetuò *d* inviolabiliter observari: non obstante, quod magistri vel ministri aut Prioris generalium seu provincialium prædictorum non intervenerit in eisdem assensus, nec ab ipsorum generalibus vel provincialibus Capitulis extiterint approbata: seu quòd sedes Apostolica in iis, quæ per prædictos fratres Minores facta fuerint, auctoritatem suam non præstiterit vel assensum.

DE PROCURATORIBUS.
TITULUS XIX.

CAP. I.

¶ Laicus potest esse Procurator ad agendum & defendendum in causis spiritualibus.

Bonifacius VIII.

NOn indiscretè judex censetur egisse, Procuratorem Laicum ad agendum vel defendendum in causis spiritualibus admittendo: Cùm regulariter qui non prohibetur expresè ad exercendum procurationis officium, idoneus debeat reputari.

¶ Procurator post litem contestatam potest dare alium Procuratorem: antè non, nisi datus fuerit in rem suam, vel à Domino habuerit mandatum de substituendo etiam non certam personam.

Licèt autem à Procuratore post litem contestatam ab eo possit (cum Dominus sit litis effectus) dari alius Procurator: anteà tamen non potest, nisi in rem suam sit datus, vel à Domino substituendi alium (etiam certâ non expressâ personâ) sibi fuerit concessa potestas.

¶ Procurator ad negotia potest dare alium Procuratorem liberè, & etiam quandocunque. h. d.

Procurator verò datus ad negotia, potest liberè quandocunque alium deputare.

CAP. II.

¶ Procurator ante litem contestatam etiam sine causa revocari potest, post litem contestatam non, sine rationabili causa: Dominus tamen benè potest adesse causæ cum ipso Procuratore, maximè si de collusione timeat.

Idem.

QUamvis *e* Procurator possit ante litem contestatam etiam sine causa liberè à Domino revocari, posteà tamen ipso nolente nequibit: nisi eum cum Domino inimicum fieri, vel suspectum, aut adversario affinitate conjungi, vel ejus hæredem fieri, seu ingredi religionem, aut in longum peregrinari, vel ægritudine aut vinculis detineri contingat, seu alia rationabilis causa subsit, propter quam sit merito revocandus. Verùm, quanquam (nisi ut præmittitur) revocari non possit, Dominus tamen suæ causæ unà cum eodem Procuratore (maximè si de collusione timeat) minimè prohibetur adesse.

CAP. III.

¶ Procurator habens mandatum substituendi, substitutum à se post mandatum susceptum, etiamsi eo non sit usus, revocare non potest, nisi & potestatem habuit revocandi. Si autem erat Procurator ad plures causas, & in altera substituit, in aliis remanet Procurator. Ioan. Andr.

Idem.

IS, qui à *a* Procuratore super hoc à Domino potestatem habente Procurator extitit substitutus, non potest post mandatum susceptum, etiamsi eo usus non fuerit, (licèt in delegato sedis Apostolicæ vices suas alteri committente aliud censeatur) ulteriùs revocari ab illo: Nisi revocandi potestas concessa fuisset eidem. Verùm si cùm ad plures vel ad omnes causas generaliter constitutus fuisset, in una tantùm substituerit earundem, in aliis nequaquam prohibetur procurationis officium exercere.

CAP. IV.

¶ Procurator generalis non agit exigentiâ speciale mandatum: nisi cum aliqua illorum specificatione, vel liberâ potestate. hoc dicit. Zen.

Idem.

QUi ad agendum & defendendum, ac generaliter ad omnia (etiamsi mandatum exigant speciale) constituitur Procurator, ex vi generalitatis hujusmodi ad aliquem articulum, in quo speciale mandatum exigitur, admitti non debet. Sed si aliquis vel aliqui de articulis speciale mandatum exigentibus specificati *b* fuissent, adjectâ clausulâ generali, tunc ad non expressos etiam admittetur. Procurator quoque absque speciali mandato juramentum deferre, transigere, vel pacisci non potest: nisi ei bonorum vel causæ administratio liberè *c* sit concessa.

CAP. V.

¶ Mandatum generale ad negotia, etiam ad judicia se extendit.

Idem.

QUi generaliter constituitur ad negotia Procurator, agere ac experiri potest *d*, exceptis his casibus, qui mandatum exigunt speciale.

¶ Potest filiusfamilias esse Procurator, etiam absque patris consensu. Zen.

Nedum verò ad negotia, sed etiam ad judicia potest filiusfamiliàs absque patris assensu fieri Procurator.

¶ Major annis xxv. ad judicia, major xvij. ad negotia deputari potest Procurator. h. d. Zen.

Licèt autem quis post XVII. annum Procurator ad negotia licitè deputetur: ad judicia tamen, nisi major XXV annis fuerit, deputari nequibit.

CAP. VI.

¶ Ex duobus Procuratoribus simul simpliciter constitutis, alter solus admitti non debet. Si verò insolidum, qui primò contestatur litem, admittitur altero totaliter excluso: nisi adjectum fuerit, quod non sit melior conditio occupantis: quo casu altero non prosequente, nec alium substituente, reliquus admittatur. h. d.

Idem.

SI duo *e* Procuratores simul (non adjecto insolidum) deputentur, unus sine altero non debebit admitti. Secùs si sint insolidum constituti: sed tunc illius

---

a *Vid. B. Thom. 2. 2. quæst. 43. per totam quæstionem.* b *In antiquis codicibus constanter legitur, altibus.* c *Dilecto, &, deest in manuscriptis.* d *Hic text. habet locum in pactu facto cum Laico.* e *Pro hoc c. vide, quæ tradit Iason consil. 151. incip. revocatur in dubium. vol. 4. & Felinum in cap. ex parte Decani, extrà de rescript.*

a *De materia revocationis procuratorii vide Cynum & alios in l. mandato. C. mandati, & Ioannem Ananiam consil. 25. incip. utrùm præsentato & Paulum de Castro consil. 361. incip. venerabilis var.* b *Vid. l. legata inutiliter. de legat. 1. & Dec. in l. 1. de reg. juris. Font.* c *aliàs ita: libera.* d *Vid. l. 1. §. si mutuam. ff. si quid in fraud. patr. de Anch. Font.* e *Ad hunc textum vide quæ dicit Felinus in c. 2. extr. de test. adde Socinum consil. 11. incip. circa præsentem. lib. 1.*

melior

melior erit conditio, qui per litis contestationem negotium primitùs occupabit. Post occupationem autem hujusmodi, alter se intromittere nequibit ulteriùs, cùm ille litis dominus sit effectus: nisi dictum in constitutione fuisset, quòd non fieret melior conditio occupantis: tunc enim si eum, qui occupavit, infirmari, mori, absentari, vel aliàs impediri contingat, aut si prosequi fortè nolit, poterit alter suscipere ac perficere negotium ab alio inchoatum, dum tamen ab alio non fuerit alius substitutus: nam si sit, is præferri debebit eidem.

¶ *Procurator datus insólidum, qui occupaverat negotium, ex impedimento exclusus, non reassumit, nisi altero impedito. h.d. Dominicus.*

Cæterùm ubi nullo substituto, alter suscipit negotium prosequendum, is, qui occupavit primitùs, ipsum resumere posteà impedimento cessante nequibit: nisi forsan illum contingeret *a* impediri.

¶ *In causis spiritualibus ex duobus Procuratoribus simul simpliciter datis, judex eligit magis idoneum, qui solus prosequi poterit: nec alius admittitur, nisi primo legitimè excluso. h.d. Dominicus.*

Sanè in electionum, postulationum, provisionum, & aliorum spiritualium negotiorum causis (cùm taliaClericorum expeditionem exigere dignoscantur) volumus specialiter observari, ut si plures Procuratores simul in eis fuerint non insólidum deputati, judex (ne propter eorum concursum negotia eadem intricari contingat) idoneiorem ex ipsis eligere valeat: & ille solummodò prosequatur, habeatque, quicquid cum illo sic electo factum extiterit, plenam roboris firmitatem: nec ad prosequendum alius admittatur postmodùm, nisi prout eum, qui non occupat negotium, censuimus post occupationem factam ab alio superiùs admittendum.

CAP. VII.

¶ *Procurator, qui renuit acceptare mandatum, pœnitere potest, quamdiu constituens in eadem perseveraverit voluntate.*

Idem.

Licèt *b* is, qui Procurator constituitur ab absente, dixerit præsentatum sibi suscipere nolle mandatum: hoc tamen nequaquam obstante, quandiu constituens in eadem perstiterit voluntate, ipsum acceptare poterit *c*, quandocunque placebit.

CAP. VIII.

¶ *Dominus dans Procuratorem, quoties contingit eum abesse, causam tractando, Procuratorem non intelligitur revocare: secus si simpliciter, nisi expressè protestetur, quòd ipsum revocare non intendit: vel aliàs hoc appareat ex probabilibus conjecturis. Ioan. And.*

Idem.

Si quem sub ea forma, Quoties te abesse contigerit: constitueris Procuratorem ad causam, non ideò (licèt tractes eum postmodùm per teipsum) Procuratorem ipsum dignosceris revocare, quinimò Procurator idem Procuratoris assumet officium, quandocunque te contigerit absentare. Secùs si simpliciter à te fuerit constitutus: tunc enim sive ante litem contestatam, sive post, ad causam ipsam venias, non ut ipsi Procuratori assistas, sed ut causam tractes eandem, tractando ipsam eum revocare censeris: nisi dicas expressè, quòd ipsum vis in officio procurationis (hoc non obstante) manere, vel nisi quòd non animo revocandi hoc facias, ex aliquibus appareat conjecturis *d*, ut si forsan aliquis immineat articulus, in quo tu meliùs nôsti veritatem, aut si sit Procurator ipse infirmus, vel forsitan se absentet, seu quicquid aliud accidat, propter quod ipsi causæ tua sit præsentia opportuna.

a *Aliàs, contigerit.* b *ad hunc text. vid. quæ dicit Alex. consil. 81. incip. revocatur in dubium. l. 5.* c *Vid. l. consensu. ff. de aff. & obleg. Font.* d *Una præsumptio tollit aliam. de præsumpt. lateran. de in integr. restit. l. decus. Font.*

CAP. IX.

¶ *Tria dicit: Primò, quòd Procurator ad contrahendum matrimonium debet habere speciale mandatum. Secundò, quòd talis Procurator non substituit, nisi ad hoc mandatum habeat. Tertiò, quòd si talis Procurator revocatus etiam ignoranter contrahit, non tenet matrimonium. Ioan. Andr.*

Idem.

Procurator *a* non aliter censetur idoneus ad matrimonium contrahendum, quàm si ad hoc mandatum habuerit speciale. Et quamvis aliàs is, qui constituitur ad negotia Procurator, alium dare possit: in hoc tamen casu (propter magnum quod ex facto tam arduo *b* posset periculum imminere) non poterit deputare alium, nisi hoc eidem specialiter sit commissum. Sanè si Procurator antequam contraxerit, à domino fuerit revocatus, contractum postmodùm matrimonium ab eodem (licèt tam ipse, quàm ea, cum qua contraxit, revocationem hujusmodi penitùs ignorarent) nullius momenti existit, cùm illius consensus defecerit, sine quo firmitatem habere nequivit.

DE IIS, QUÆ VI METUSVE CAUsa fiunt.

TITULUS XX.

CAP. UN.

¶ *Excommunicationis, suspensionis, vel interdicti absolutio, vel revocatio per vim extorta, non tenet: & excommunicatus est ipso jure. Ioan. Andr.*

Gregorius X. *in Concilio generali Lugdun.*

Absolutionis beneficium ab excommunicationis sententia, vel quamcunq; revocationem ipsius, aut suspensionis, seu etiam interdicti per vim vel metum extorta, præsentis constitutionis auctoritate omninò viribus vacuamus. Ne autem sine vindicta violentiæ crescat audacia, eos, qui absolutionem seu revocationem hujusmodi vi vel metu extorserint, excommunicationis sententiæ decernimus subjacere.

DE RESTITUTIONE IN INtegrum.

TITULUS XXI.

CAP. I.

¶ *Ecclesia post quadriennium non admittitur ad petendum restitutionem contra sententiam, vel contractum, nisi rationabilis aliqua causa hoc suadeat. Ioan. And.*

Gregorius IX.

Ecclesia, quæ ad retractandam sententiam, vel contractum, per beneficium restitutionis in integrum, postulat se admitti, si quadriennii spatium post sit lapsum, & negligenter omiserit, non est ad beneficium hujusmodi admittenda: *a* Nisi prævaricationis, vel fraudis manifestæ probetur super hoc interveniisse commentum: aut alia rationabilis causa subsit, quæ superiorem movere debeat ad idem beneficium concedendum.

CAP. II.

¶ *Ecclesia contra confessionem, quâ læsa fuit, admittitur intra quadriennium per beneficium restitutionis in integrum: posteà non, nisi per viam juris communis. Ioan. Andr.*

Bonifacius VIII.

a *Vid. Anchoranum consil. 228. incip. A. duas filias habebat. & duobus consil. seq. Antonium Butrium consil. 64. incip. A. duas filias habuit. & consil. sequent. & Alexand. consil. 148. incip. in causa & lite. & consil. 149. incep. viso processu. lib. 5.* b *Et ideò non decidetur juramento per judicem delato. Bald. in l. admonendi. Font.* c *Iste versiculus habet etiam locum in aliis personis, quibus ista restitutio competit. Phil. Font.*

SI adversùs confessionem in judicio à se factam, læsa Ecclesia beneficium restitutionis in integrum, intra quadriennium ab ipsius confessionis tempore computandum, petere negligenter omittat: non est (nisi aliquid rationabile appareat, quod aliud suaserit faciendum) ad hoc petendum ulteriùs admittenda. Ubi verò per viam communem revocationis erroris, quem in facto prætendit, vult adversùs suam confessionem Ecclesia se juvare: hoc quandocunque poterit, donec negotium sit finitum.

DE ARBITRIS.

TITULUS XXII.

CAP. I.

¶ Si ex tribus arbitris duo concordant in summa, tenet illorum sententia: si omnes discordant, tenet sententia de summa minori.

Bonifacius VIII.

SI ex tribus arbitris, te duo in decem, & tertius in quinque condemnent, debet sententia prævalere duorum: Licèt cùm unus in XV. alius in X. tertius verò in quinque pronunciant, illius, qui dixit de summa minori (cùm in illa omnes concordes existant) sententia efficax censeatur.

CAP. II.

¶ Si ex tribus arbitris unus nolit examinando vel definendo negotio interesse, duo procedere poterunt, ac si ille præsens esset. Circa judices autem antiqua jura servantur. Joan. Andr.

Idem.

UT quæstionibus (quæ plerunque propter arbitrorum voluntariam seu malitiosam absentiam remanent indecisæ) finis celeriùs imponatur: Statuimus, ut si ex tribus arbitris à partibus electis, eorum aliquis ab aliis legitimè requisitus ad examinandum vel definiendum unà cum eis negotium, super quo in ipsos extitit compromissum, non curaverit (cessante impedimento legitimo) convenire: duo præsentes, penes quos (licèt lex civilis aliud innuere videatur) totalem eo casu remanere decernimus potestatem, possint (malitiosâ seu voluntariâ illius absentiâ non obstante) dictum examinare negotium, & liberè definire, sicut possent illo præsente, nec volente cum eis in unam sententiam concordare *a*: ut sic ipsius absentia præsentiâ repleta divinâ, eum reputare faciat pro præsente. Circa judices verò antiqua jura nolumus immutari.

a Vid. Bart. in l. item si unus. §. item si plures. ff. eod. tit.

FINIS LIBRI PRIMI.

SEXTI DECRETALIUM LIBER SECUNDUS

DE JUDICIIS.

TITULUS PRIMUS.

CAPITULUM PRIMUM.

¶ Judex delegatus non habens ad hoc speciale mandatum à Papa, non potest compellere partem, ut personaliter coram eo compareat, nisi ex rationabili causa. Joan. Andr.

Innocentius IV. *in generali Concilio Lugdunensi.*

DUBIUS esse ambiguum non videtur, judicem delegatum (qui à sede Apostolica mandatum ad hoc non receperit speciale,) jubere non posse alterutram partium coram se personaliter in judicio comparere: Nisi causa fuerit criminalis *a*, vel nisi pro veritate dicenda, vel pro juramento calumniæ faciendo, vel aliàs juris necessitas partes coram eo exegerit personaliter præsentari.

CAP. II.

¶ Mulieres personaliter ad judicium (quâcunq; causâ in jure non expressâ) invitæ trahendæ non sunt: sed si necessarium sit ipsarum testimonium in causa, judex expensis producentis interdum ibit, interdum mittet: & judex fraudulenter vadens, excommunicatus est. Mulieres religiosæ, etiam volentes, extra monasterium suum ex aliqua causa personaliter ad judicium trahi non possunt: quod contra præmissa fit, est irritum. Joan. Andr.

Bonifacius VIII.

MUlieres *b* (quas vagari non convenit, nec virorum cœtibus immisceri) auctoritate literarum sedis Apostolicæ, vel Legatorum ipsius, aut aliâ quâcunque ad judicium personaliter evocari, vel trahi invitas, causâ ferendi testimonium, aut aliâ quâlibet (quæ in jure non exprimitur) prohibemus. Sed cùm necessarium fuerit testimonium earundem, judex (in expensis partis producentis easdem) tabellionem, aut aliam personam idoneam ad eas transmittat: vel si fortè talis casus occurrerit, quo, jure prohibente, receptio testium alteri committi non possit: judex *a* tunc propter hoc personaliter ad illas accedat: aut (si talis sit personæ judicantis conditio, quòd id per ipsum non deceat fieri, vel non possit) mittat ad eas: proviso quòd casus hujusmodi (videlicet ut judex vadat personaliter, non fingatur: nec fraus interveniat in hac parte. Alioquin fictor hujusmodi, vel fraudator, ipso facto sententiam excommunicationis incurrat.

Cæterùm fœminæ religiosæ, præsertim quæ debent sub clausura morari *b*, extra suum monasterium vel clausuram non vocentur ad judicium, vel trahantur ex quavis causa personaliter: etiamsi ad hoc voluntas accederet earundem. Decernimus quoque, ut ipso jure sit irritum & inane, si quid contra præmissa contigerit attentari.

a *Vid. Bart. in l. pen. & ad crimen. ff. de pub. judic. Font.* b *Vide l. fœmina. de prec. l. servus. C. de jud. & l. fœmina. ff. de reg. jur.*

a *Al. ita præfatus judex propter hoc, &c.* b *causâ religionis hoc loco. V. l. 1. ff. de in jus voc. l. servos ad custodiam. ff. de aëtio. & exhibat. legat.*

CAP.

CAP. III.

¶ *Major XIV. annis per se & per Procuratorem potest agere, & defendere causam spiritualem: minor XIV. per se non agit, sed per Procuratorem, vel per curatorem datum auctoritate ordinarii Ecclesiastici judicis, & etiam delegati ad causas illas. Filiusfamilias sine patris assensu agit causam spiritualem. h. d. Ioan. And.*

Idem.

SI annum quartumdecimum tuæ peregisti ætatis, in beneficialibus & aliis causis spiritualibus, necnon & dependentibus ab eisdem, ac si major XXV. annis existeres, ad agendum, & defendendum, per te, vel per Procuratorem *a*, (quem ad hoc constituendum decreveris) admitti debebis. Si verò intra XIV. annum existas, per te agere, aut defendere non poteris super ipsis: sed vel per tuum Episcopum, vel per Officialem ejusdem, tibi curator dabitur ad lites hujusmodi exercendas: aut tu ipse (si major infante fueris) cum auctoritate alterius eorundem, procuratorem ad eas poteris deputare. Delegatus etiam Apostolicæ sedis, & subdelegatus ab eo, tibi (si non habeas) curatorem dare valeant, vel auctoritatem constituendi procuratorem præstare, ad illas causas, vel lites duntaxat, quæ coram ipsis fuerint ventilandæ. In hujusmodi quoque litibus sive causis, quanquam in potestate patris existas *b*, nec aliàs absq; ipsius assensu in judicio regulariter esse possis (cùm de iis se intromittere non habeat) nequaquam requiri debebit assensus.

DE FORO COMPETENTI.

TITULUS II.

CAP. I.

¶ *Archiepiscopus omisso appellationis articulo, vel per viam querelæ, de causa subditorum, Suffraganeis etiam ipsis consentientibus, non cognoscit. h. d. usq; ad §. Neq;.*

Innocentius IV. *a*

ROmana Ecclesia: [&c.] ¶ Nec appellationis articulo prætermisso, nec aliàs etiam (cùm minimè appellatū extiterit) Rhemen. Archiepiscopus vel ejus Officialis *b*, de causis Clericorum tanquam judices (licèt in ipsos iidem Clerici de facto consentiant) absque diœcesanorum suorum voluntate cognoscant.

¶ *Archiepiscopus subditos Suffraganei non potest compellere causas delegatas ab eo suscipere, suas sententias & præcepta exequi, vel testimonia in causis ad eos devoluta ferre: nisi consuetudo aliud disponat h. d. Dominicus.*

Neq; Suffraganeorum Rhemensis Ecclesiæ subditos ipsorum delegationem suscipere, vel sententias & præcepta exequi, aut in causis per appellationem devolutis ad eos, testimonium (nisi aliud in his tribus de consuetudine obtineant) perhibere compellant.

¶ *Archiepiscopus contra Officiales, vel Prælatos Suffraganeorum (consuetudine aliud non disponente) & contra subditos ipsorum, pro salario Advocatorum & Procuratorum causarum fori Archiepiscopi, judex competens non est. h. d.*

Nec etiam Suffraganeorum ipsorum Officiales, aut Archidiaconos, Archipresbyteros, & alios inferiores Prælatos, Suffraganeis eisdem subjectos (dummodò aliud eis contraria consuetudo non tribuat) nec subditos Suffraganeorum ipsorum, super salariis Advocatorum & Procuratorum in causis (quæ in Rhemensi ventilantur curia) cogant querelantibus in sua præsentia respondere.

¶ *Archiepiscopus non compellet invitos contrahentes alterum diœcesum ex sua propria curia se respondere, nisi ibi inveniantur. Sed si citati nolunt comparere, vel malitiosè se occultant, ne citentur, in locis ipsorum suæ diœcesis potest missionem facere, vel in alia decernere per ordinarios faciendam. h. d.*

Contrahentes verò aliarum diœcesum, super contractibus initis in Rhemensi diœcesi ab eisdem (nisi inveniantur ibidem) trahere coram se non debent invitos: licèt in possessionem bonorum, quæ ibi habent, etiam cùm alibi copiam sui faciunt, si eorum auctoritate citati *a* comparere contemnant, possint missionem facere contra eos: vel (si fortè malitiosè seipsos occultent, ne citatio perveniat ad eosdem) decernere faciendam in possessionem bonorum, quæ in alia etiam diœcesi obtinere noscuntur: sed tunc loci diœcesanus ad denunciationem ipsorum faciet hujusmodi missionem.

¶ *Non potest Archiepiscopus suos Clericos mittere in diœcesim Suffraganes, ut coram eis fiant contractus, vel jam facti approbentur. Nec si facti vel approbati fuerint coram illo, possunt Suffraganeorum subditos coram se compellere litigare super illis, nec excommunicare Suffraganeorum Officiales vel subditos, si nolunt litigare coram ipso. h. d. ad finem secundum Dominicum.*

Nec Clericos suos mittant ad Suffraganeorum ipsorum & diœceses pro incundis vel recognoscendis contractibus coram ipsis. Nec eorundem Suffraganeorum subditos compellant coram se occasione hujusmodi juri stare. Neque potest Archiepiscopus ipse in suorum Suffraganeorum Officiales & subditos (pro eo quòd vocati ab ipso nolunt querelantibus in sua præsentia respondere) Ecclesiasticam exercere censuram.

CAP. II.

¶ *Iudex secularis, qui vult Clericum compellere ad debita (etiam liquida) solvenda, per Ecclesiasticum judicem desistere compellatur. Ioan. And.*

Bonifacius VIII.

SEculares *c* judices, qui (licèt ipsis nullà competat jurisdictio in hac parte) personas Ecclesiasticas ad solvendum debita (super quibus coram eis contra ipsas earum exhibentur literæ, vel probationes aliæ inducuntur) damnabili præsumptione compellunt *d*, à temeritate hujusmodi per locorum ordinarios, censurâ Ecclesiasticâ decernimus compescendos.

CAP. III.

¶ *Ratione juramenti Laicus (ut aliud servet) coram judice Ecclesiastico convenitur.*

Idem.

CUm C. Laicus (pro quo solvisti certam pecuniæ quantitatem, in qua pro eo te fidejussorio nomine obligaveras) te servare recusset indemnem, contra juramentum à se præstitum temerè veniendo: Ipsum coram Ecclesiastico judice (ad cujus forum ratione juramenti causæ hujusmodi cognitio noscitur pertinere) de jure poteris convenire: Ut ipsum monitione præmissâ, per censuram Ecclesiasticam *e*, quòd te super prædictis (ut tenetur) servet indemnem, prævia ratione compellat.

DE LITIS CONTESTATIONE.

TITULUS III.

CAP. I.

¶ *Peremptoria litis contestationem non impedit: nisi sit de re semel finita. Ioan. And.*

Innoc. IV. *in Concilio Lugdun.*

EXceptionis peremptoriæ, seu defensionis cujuslibet principalis cognitionem negotii contin-

a Nota, ubicunq; minor legitimè potest interesse judicio, ibi potest constituere procuratorem. Vid. l. 1. C. si de moment. possess. Font. b Vid. c. inhonestum. de etat. & qualit. c In quodam Manuscr. tribuitur Innoc. III. d aliàs, Officiales.

a Vid. l. sed interpellatus. §. 1 ff. de arbitr. b al. suorum. c Vid. quæ late tradit Alex. consil. 8. l. 1. d dicit Petr. de Anch. quòd ipse Laici facta hujusmodi probationibus sine sententia compellabant Clericos per sua statuta. unde nat. quòd sunt sententia non artat non subditum, sta etiam statuta. c. fin. supr. de constit. cod. lib. Font. e Non ergò potest capere personas aut res earum. Dom. Pet. de Anch. Petr. Font.

gentis, ante litem contestatam objectus, nisi de re judicata, transacta, seu finita excipiat litigator, litis contestationem non impediat, nec retardet : licèt dicat objector, quòd rescriptum non fuisset obtentum, si, quæ sunt impetranti opposita, fuissent exposita deleganti.

CAP. II.

¶ *Per exceptionem peremptoriam non sit litis contestatio. Ioan. Andr.*

Bonifacius VIII.

SI oblato ab actore libello, ex parte rei exceptio peremptoria proponatur, nequaquam per hoc litis contestatio intelligitur esse facta : Imò eâ non obstante (nisi sit de illis exceptionibus, quæ litis contestationem impediunt) fieri oportebit eandem.

DE JURAMENTO CALUMNIÆ.

TITULUS IV.

CAP. I.

¶ *Non est de substantia, quòd statim post litem contestatam juretur de calumnia. Ioan. And.*

Bonifacius VIII.

SI de calumnia, seu de veritate dicenda, in primo litis exordio non juretur (ut debet) poterit postmodùm in qualibet parte litis jurari : cùm hujusmodi juramenta præstari ab initio, de substantia ordinis judiciarii non existat.

¶ *Non annullatur processus, licèt tacitè omittatur calumnia juramentum. ib. d.*

Propter omissum quoque tacitè in tota causa calumniæ juramentum, judicialis processus, aliàs factus legitimè, non est nullus, nec etiam annullandus.

¶ *Præcipit quòd in spiritualibus simul de calumnia, & de veritate juretur. Ioan. And.*

Quamvis *a* in causis spiritualibus (in quibus debet de veritate dicenda jurari) canones non indicant alicui calumniæ juramentum : nos tamen (quia frequenter calumniari videmus in ipsis) utile reputamus, quòd simul, (sicut plerique observant) tam de veritate dicenda, quàm de calumnia (ut via præcludatur calumniis) jurari debeat in eisdem.

CAP. II.

¶ *In causa appellationis jurari debet de calumnia, & veritate dicenda.*

Idem.

IN appellationis causa (quanquam in principali juratum fuerit) præstari jubemus calumniæ juramentum. Et idem in juramento de veritate dicenda volumus observari.

¶ *Procurator deputatus post juramentum calumniæ, jurabit de calumnia. ib. d.*

Procuratores quoque (qui post juramentum calumniæ deputantur) teneri volumus (ut calumnia vitetur ab ipsis) ad subeundum hujusmodi juramentum : etiamsi à suis dominis, quid ponere, aut respondere, seu agere debeant, sint instructi.

¶ *Judex quoties sibi videtur, exigit juramentum malitiæ : etiamsi de calumnia, vel veritate juratum sit. Ioan. And.*

In omnibus autem causis, nedum antè, sed etiam postquam lis fuerit contestata, sive de veritate, sive de calumnia sit juratum in ipsis, potest judex à partibus exigere juramentum malitiæ, quoties viderit expedire.

CAP. III.

¶ *Procurator habens speciale mandatum, jurat de calumnia. Ioan. Andr.*

Idem.

NUllam *a* tibi judex injuriam feciſſe censetur, qui procuratorem tui adversarii constitutum ad causam, habentem super hoc speciale mandatum, admisit ad præstandum in ea calumniæ juramentum.

DE RESTITUTIONE SPOLIATORUM.

TITULUS V.

CAP. I.

¶ *In civilibus non admittitur spoliationis exceptio, facta ab alio quàm ab actore. In criminalibus admittitur facta à tertio, dummodò sit de tota substantia vel majori parte. Exceptio probari debet intra quindecim dies : aliàs sit condemnatio expensarum. Ioan. Andr.*

Innocentius IV. *in Concilio Lugdun.*

FRequens *b* & assidua nos querela circumstrepit, quòd spoliationis exceptio nonnunquam in judiciis calumniosè proposita, causas Ecclesiasticas impedit & perturbat *c:* dum enim exceptioni insistitur, appellationes interponi contingit, & sic intermittitur, & plerunq; perimitur causæ cognitio principalis: & propterea nos, qui voluntarios labores appetimus, ut quietem aliis præparemus, finem litibus cupientes imponi, & calumniæ materiam amputare : Statuimus, ut in civilibus negotiis, spoliationis objectu (quæ ab alio, quàm ab actore facta proponitur) judex in principali procedere non postponat. Sed si in civilibus ab actore, in criminalibus autem se spoliatum reus asserat à quocunque, intra quindecim dierum spatium (post diem, in quo proponitur) quod asserit comprobabit : alioquin in expensis, quas interim actor ob hoc fecerit (judiciali taxatione præhabitâ) condemnetur : aliàs (si judici æquum visum fuerit) puniendus. Illum autem spoliatum intelligi volumus in hoc casu (cùm criminaliter accusatur) qui totâ suâ substantiâ, vel majori parte ipsius, se per violentiam destitutum affirmat : & secundùm hoc loqui canones, sano credendum est intellectu : quia nec nudi contendere, nec inermes inimicis opponere nos debemus habet enim spoliatus privilegium, ut non possit exui jam nudatus.

¶ *Excipiens de spoliatione facta à tertio, intra certum tempus à judice statuendum debet restitutionem petere, aliàs accusabitur exceptione non obstante. Ioan. Andr.*

Solet *d* autem inter Scholasticos dubitari, si spoliatus à tertio, de spoliatione contra suum accusatorem excipiat, an ei tempus à judice debeat indulgeri, intra quod restitutionem imploret : ne fortè sic velit existere, ut omnem accusationem eludat, quod satis æquitati & juri consonum æstimamus *e*. Quòd si intra tempus indultum restitutionem non petierit, & causam cùm potuerit, non ducat ad finem : non obstante spoliationis exceptione deinceps poterit accusari.

¶ *Agentes super rebus Ecclesiasticis, non obstat exceptio spoliationis privatarum rerum, vel è converso. Ioan. And.*

Ad hoc sancimus, ut rerum privatarum spoliatio, agenti super Ecclesiasticis, vel è contrario, nullatenùs opponatur.

CAP. II.

¶ *Ecclesia, quæ petit restitutionem decimarum (quas se dicit intra*

---

a *Circa istum §. nota, quòd juramentum de calumnia differt à juramento de veritate. l. 1. §. quod observari. C. eod. Nam juramentum de calumnia est de credulitate : unde si aliud fit, non est perjurus, quemadmodum dicitur de juramento partis respondentis articulo per credit, vel non credit, neque respondens confitetur, sed solùm relevat adversarium ab onere probandi. Pet. de Anch. Font.*

a *De intellectu vide Matthæum sing. 149. incip. nota, quòd si dominus. adde Innoc. & Alexand. in l. qui bona. §. si alienæ. ff. de damn. infect.* b *vide Matthæum de Afflictu decis. 19.* c *al. conturbat.* d *in antiq. Codic. sic, solet enim.* e *extimamus.*

parochiam

parochiam alterius possedisse) non audiatur, nisi probet possessionem legitimam. Ioan. Andr.

Bonifacius VIII.

AD decimas *a*, quas Canonici *b* sancti Nicolai se asserunt intra parochiam Ecclesiæ B. Clerici possedisse aliquandiu, & eis per eundem Clericũ spoliatos fuisse, ne quaquam debent restimi, nisi evidenter docuerint, quòd earum possessionem legitimè assecuti fuissent. Quia eas occupâsse injustè verisimiliter præsumuntur, cùm proveniant ex prædiis intra alienam parochiam constitutis. Sitque manifestum (nisi aliud ostendatur) eas de jure communi ad eandem Ecclesiam pertinere.

DE DOLO ET CONTUMACIA.

TITULUS VI.

CAP. I.

¶ Actor contumax condemnatur in expensis: nec citatur ulterius ad suam petitionem rei, nisi caveat de veniendo & comparendo.

Innocentius IV. *c*

ACtor qui ad terminum venire, ad quem citari adversarium fecerat, non curavit, venienti reo in expensis *d*, (propter hoc factis legitimè) condemnetur. Ad citationem aliam minimè admittendus, nisi sufficienter caverit, quòd in termino fideliter debeat comparere.

CAP. II.

¶ Index appellantem & recedentem citare ulterius non tenetur, si vult in causa procedere: nisi forsitan appellationi renunciet. Ioan. And.

Bonifacius VIII.

EUm, qui à tua interlocutoria vel gravamine, quod per te sibi proponit illatum, à tua præsentia recedit appellans; (cùm protestari videatur hoc ipso, se nolle coram te de cætero litigare) citare ad alia, quæ posteà in judicio facienda incumbunt, vel etiam ad sententiam audiendam (nisi sponte appellationi suæ renunciet) non teneris. Nec ideò minùs (quòd in ejus absentia processeris) tuus processus validus reputari debebit.

DE EO QUI MITTITUR IN POSSESsionem causâ rei servandæ.

TITULUS VII.

CAP. UN.

¶ Quando agitur de beneficio Ecclesiastico, ob contumaciam rei non fit missio in possessionem, sed ad sententiam lite non contestatâ procedatur.

Innocentius IV. *e*

EUm *f*, qui super dignitate, personatu, vel beneficio Ecclesiastico obtinendis, cum aliquo litigat possessore, ob partis adversæ contumaciam, causâ rei servandæ in ipsorum possessionem statuimus non mittendum: ne per hoc ad ea ingressus patere valeat vitiosus. Sed liceat in hoc casu (contumacis absentiam divinâ replente præsentiâ) etiam lite non contestatâ *g*. diligenter examinato negotio, ipsum fine debito terminare.

a *Vid. Matth. de Afflict. decis. 326.* b *vide Bald. gl. 2. c. fin. supr. de procur. Font.* c *al. ita: Innoc. IV. in Concil. Lugdun.* d *vid. Bald. in l. sancimus. C. de jud. & c. finem latebus. de dol. & contum. Font.* e *al. ita: Innoc. IV. in Concil. Lugdun.* f *Amplia istud cap. ad fructus beneficiorum, nec fiet eorum sequestratio, nisi in Clem. II. de seq. pos. Phil. Font.* g *Ubi contra contumacem non mittitur in possessionem, & mora est periculosa, procedatur ad definitivam.*

UT LITE PENDENTE NIHIL INNOvetur.

TITULUS VIII.

CAP. I.

¶ Si ex duobus litigantibus electis alter decedat, renunciet, vel à prosecutione causæ excludatur, si lite pendente cum reliquo fuerit alia electio facta, non tenet.

Bonifacius VIII.

DIspendiis, quæ propter electiones diversas Ecclesiæ patiuntur interdum, occurrere cupientes: Statuimus, ut si (aliquibus apud sedem Apostolicam, vel alibi litigantibus, super electionibus de se in discordia celebratis) aliquem ipsorum mori, vel suo juri renunciare, aut à prosecutione ipsius contigerit quoquo modo excludi: ad electionem aliam (lite super electione superstitis electi pendente) nullatenùs procedatur. Aliàs attentata contra hoc electio, ipso jure viribus non subsistat.

CAP. II.

¶ Si beneficiatus (contra quem super beneficio litigatur) cedat, vel decedat, si alius lite pendente cum superstite fuerit electus, non valet electio. Si verò aliqui (quorum interfit) ad defensionem lis velint admitti, in eo statu, in quo erat causa, admittentur. Ioan. Andr.

Idem.

SI ii, contra quos super dignitatibus, personatibus, vel aliis Ecclesiasticis beneficiis, quæ possident *a*, litigatur, lite pendente cedant, vel forte decedant: ne propter novos adversarios (qui malitiosè interdum petitoribus surrogantur) litigia in Ecclesiarum dispendium prorogari contingat: statuimus, ut dignitates, personatus vel beneficia hujusmodi (donec contra superstites lis finita fuerit) aliis nullatenùs conferantur, nec ad ea eligatur quispiam, vel etiam præsentetur. Quòd si secùs actum fuerit, eo ipso irritum habeatur. Sane si ad defensionem ipsius litis, aliqui, quorum interierit, petierint se admitti, eos in illo statu, in quo ipsam invenerint, decernimus admittendos.

DE CONFESSIS.

TITULUS IX.

CAP. I.

¶ Super facto negativo per partem improbabili (si judici videbitur) est admittenda positio. Dominicus.

Innocentius IV. *in Concil. Lugdunensi.*

STatuimus *b*, ut positiones negativas (quæ probari non possunt nisi per confessionem adversarii) judices admittere possint, si æquitate suadente viderint expedire.

CAP. II.

¶ Si reus jussus positionibus respondere recusat, vel si contumaciter recedat, habebuntur pro confessatis: secùs si prius, quàm fuit jussus esset, contumax fuerat: nam tunc procedetur contra eum tanquam contra contumacem. Ioan. Andr.

Bonifacius VIII.

SI post præstitum veritatis aut calumniæ juramentum, reus vel Procurator ipsius, positionibus ab adversario sibi factis, interrogatus, jussusque à judi-

a *Notat Phil. & Pet. de Anch. quòd in beneficialibus est vera possessio, & illa est causa, quare in talibus fiunt possessoria, sicut in profanis: & limitant istum textum Anch. & Dominicus, non procedere in petitore decedente: neque obstat Clem. 1. §. si verò. §. cod. quia illa intelligitur, quando nulla lis pendet mortuo petitore: item limitatur text. quando lis est inter provisum à Papa, & eum ad quem spectat providere. Phil. hic Font.* b *vide Paul. de Cast. cons. 167. incip. ad primum. vol. 2. & Cyn. l. 2. §. sed quia. C. de jur cal.*

ce a respondere, absque rationabili causa recuset, aut nolit, seu contumaciter se absentet, haberi debet super iis, de quibus in eisdem positionibus interrogatus extitit, pro confesso. Verùm si antequam respondere sic jussus fuerit, eum contumaciter absentari contingat, tunc pro confesso non debet haberi: sed est aliàs contra eum, tanquam contra contumacem (prout ratio dictaverit) procedendum.

DE TESTIBUS ET ATTESTATIONIBUS.

TITULUS X.

CAP. I.

¶ Socius in crimine simoniæ admittitur in testem, si fit socius criminis tantum, & agatur civiliter: aliàs non. Ioan. And.

Gregorius IX. *in Concilio generali Lugdunensi.*

MEdiatores, per quos scelus simoniæ plerunque committitur, ad testimonium contra sceleris ejusdem auctores (in detestationem criminis) admittuntur, si non agatur criminaliter, sed civiliter, & emolumentum exinde non fuerint assecuti.

CAP. II.

¶ Ponit modum remissionis curiæ, & dat modum jurandi super positionibus, & dicit, per quem jurari debeat: dat modum respondendi, & modum testes probatorios reprobandi, & reprobatorios iterum reprobandi. h. d. Ioan. And.

Idem.

PRæsentium auctoritate mandamus, quatenus in causa, quæ inter Abbatem & Conventum S. Nicolai Andegavensis ex una parte, & Priorem & Conventum de Paldigen. Lyconen. diœcesis ex altera (super eo quòd iidem Abbas & Conventus, se ab ipsis Priore & Conventu de Paldigen. possessione subjectionis ejusdem Prioratûs asserunt spoliatos, & super irritanda quadam compositione olim inita inter partes, & rebus aliis) vertitur, ab eisdem Abbate & Priore, nomine suo, & in animas Conventuum eorundem, vel majoris & sanioris partis ipsorum, recepto juramento de veritate dicenda: injungas dictis Abbati & Priori, ut tam ponendo, quàm respondendo dicant veritatem, quam (super positionibus tibi sub bulla nostra transmissis) ipsi sciunt, & per illos intelligunt, in quorum animas juraverunt. Præterea sigillatim super quolibet articulo in qualibet positione contento facias à partibus sufficienter ad invicem responderi: nullâ prorsus ab eis super ipsis positionibus contradictione receptâ. Sine juramento autem à syndico utriusque partis, quid sciat de hujusmodi positionibus, vel credat, inquiras. Testes etiam, quos super articulis sub eadem bulla transmissis pars dictorum Prioris & Conventûs duxerit producendos, ad reprobandos testes partis alterius in causa principali productos (quorum nomina in eisdem articulis continentur) usque ad Kal. Novemb. proximò futuri, examines (secundum partis adversæ interrogatoria, quæ tibi sub eadem bulla transmittimus) diligenter: primò tamen in personam cujuslibet testis à prædictis Abbate & Conventu producti, factâ sigillatim specificatione criminum, & aliorum objectorum sibi in eisdem articulis contentorum. Si verò dicti Abbas & Conventus aliquos testes coram te produxerint, contra testes b ab eisdem Priore & Conventu producendos, juxta articulos (quos ipsi Abbas & Conventus tibi super reprobatione testium productorum Prioris & Conventûs in eadem causa a produxerint) recipere, ac eos usque ad Kalendas Februarii proximò futuri diligenter examinare procures: simili specificatione criminum, & aliorum (quæ contra testes eorundem Prioris & Conventûs objecta fuerint) observatâ: priùs tamen præstito juramento à Procuratore dictorum Abbatis & Conventûs, quòd ad hoc ex malitia non procedant.

CAP. III.

¶ Advocatus vel Procurator principalis causæ, in causa appellationis testificari non potest. Iuramentum autem (præsumptione faciente pro appellante) sibi deferri non debet, nisi judex videatur. Dominicus.

Innocentius IV. *in generali Concilio Lugdunensi.*

ROmana Ecclesia: [*& infrà.*] ¶ In appellationis causa, is qui appellantis Procurator vel Advocatus in priori judicio fuerat, non recipiatur in testem. Neque indistinctè ipsi appellanti (præsumptione faciente pro eo) deferatur etiam juramentum: sed tunc cum inspectis personarum & ipsius causæ circumstantiis, id fuerit faciendum.

DE JUREJURANDO.

TITULUS XI.

CAP. I.

¶ Prælati, Canonici, Rectores, & Officiales locorum, qui juramenta statuta, & consuetudines loci vel Ecclesiæ servare, prætextu talis juramenti non obligantur ad illicita, impossibilia vel obviantia Ecclesiasticæ libertati: nec ad ea debet intentio sua referri. Ioan. And.

Nicolaus III.

COntingit b in nonnullis Ecclesiis de eorum consuetudine observari, quòd nec ipsarum Prælati (cùm primò ad Ecclesias ipsas accedunt) admittuntur, nec Canonici (cùm de recipiendis ibidem novis Canonicis agitur) aliter recipiuntur in ipsis, nisi jurent statuta & consuetudines ipsarum Ecclesiarum scripta & non scripta, inviolabiliter observare. Inter Laicos etiam in multis civitatibus, castris & terris, in suis Potestatibus, Rectoribus vel Officialibus assumendis, consuetudinis morbus irrepsit: quòd Potestates, Rectores, & Officiales hujusmodi, ad potestarias, rectorias & officia eadem (nisi priùs servaturos se statuta ipsorum locorum clausa c juraverint) nullatenus admittantur. Quia verò in statutis, consuetudinibusque supradictis interdum aliqua reperiuntur illicita seu impossibilia, vel obviantia Ecclesiasticæ libertati (ne sub tali generalitate jurandi, sic jurantibus peccandi occasio præbeatur, cùm juramentum non fuerit, et esset iniquitatis vinculum, institutum:) hâc generali constitutione animarum periculis obsistere cupientes, præcipimus à quibuscunque scientibus contineri in prædictis consuetudinibus & statutis, illicita, impossibilia vel libertati Ecclesiasticæ obviantia, juramenta hujusmodi aliquatenus non præstari. Et talia juramenta eâ intentione facienda, vel facta, ut etiam illicita vel impossibilia, seu Ecclesiasticæ liberrati obviantia observentur (cùm etiam sub tali intentione præstari non possint absque divinæ majestatis offensa) decernimus in hujusmodi illicitis, impossibilibus, seu libertati Ecclesiasticæ obviantibus, non servanda: quin potiùs pro animarum salute, si sub forma prædicta vel simili aliquos ignorantes prædicta illicita seu

impossibi-

a *Vide supr. e. prox. & ff. de interrog. act. l. fi fine. supr. de dolo, sicut ibi de hoc Ioan. And.* b *Nis. quod judex potest præfigere terminum ad reprobandas personas testium ante publicationem attestationum. Nam attestationes publicata non erant, quas judex eo casu tenebatur remittere. Pet. de Anch. Fent.*

a *Dolus, causa, deest in antiq. codic.* b *De intellectu, vide Decium in rub. de const. 1. lect.* c *an sit differentia jurare simpliciter, observare statuta, vel contenta in statuto, vel prout in statuto, vide Fel. in c. cum accessissent. de const.*

impossibilia, vel libertati Ecclesiasticæ obviantia jurare contigerit, ad observanda duntaxat licita, possibilia & non obviantia libertati Ecclesiasticæ, jurantium referri debet intentio. Declaramus quoque juramenta sub hujusmodi generalitate qualitercunque & sub qualicunq; a verborum forma præstita vel præstanda, ad licita, possibilia, & libertati Ecclesiasticæ non obviantia b, tantùm extendi: ipsosque jurantes ad alia per præstationem juramenti hujusmodi non teneri.

CAP. II.

¶ *Per Ecclesiasticum judicem ordinarium loci, compellitur judex secularis Ecclesiastica censurâ, jus canonicum, quod ad provisionem animarum statutum est, servare.*

Bonifacius VIII.

Licèt mulieres, quæ alienationibus dotium & donationum propter nuptias consentiunt non contravenire, proprio juramento firmantes, servare juramentum hujusmodi non vi nec dolo præstitum, de jure canonico teneantur: quia tamen quidam judices seculares eas contra prædictas alienationes audiunt, quamvis eis constet legitimè de hujusmodi juramento c: Nos animarum periculis obviare volentes, eosdem judices ad servandum hoc jus canonicum, per locorum ordinarios censurâ Ecclesiasticâ decernimus compellendos.

CAP. III.

¶ *Electus post sacramentum, ponens vel respondens contraria dicere (nisi rationabiliter excusetur) velut perjurus a confirmatione repellitur. Idem si hoc fecerit Procurator, ipso mandante, vel ratum habente, vel non revocante. h. d. Ioan. And.*

Idem.

CUm in positionibus super electionis tuæ negotio (post juramentum in causâ præstitum) à te datis, seu responsionibus, quas ad positiones tui adversarii feciste dignosceris, reperiatur contrarietas manifesta: tibi tanquam perjuro (nisi justa causa & rationabilis te excuset) super ipsâ electione perpetuum silentium imponi debebit.

Idem fiet, si (te expresse mandante, vel etiam ex postfacto sciente, acratum habente, seu non revocante) positiones, aut responsiones hujusmodi contrarias tuo nomine tuus fecerit Procurator.

DE EXCEPTIONIBUS.

TITULUS XII.

CAP. I.

¶ *Sex sunt dicta hujus decretalis. Primò ponit aremgam, & jus antiquum, & constitutionis causam. Secundò dicit, quòd reus, qui contra actorem de excommunicatione excepit, ut ipsum repellat ab agendo, debet ipsius excommunicationis speciem, & nomen excommunicatoris exprimere, & eam intra octo dies probare: alias judex procedet in causa, & illum in expensis condemnabit. Tertiò statuit, quòd si iterum objicatur, & probetur eadem vel alia excommunicatio, actor repellitur: sed quæ alia sint, valebunt. Quartò, quòd ultra duas vices hæc exceptio non opponatur, nisi ex causa. Quintò, quòd si opponitur post rem judicatam, impeditur executio, sententia nihilominus valet. Sextò dicitur, quòd judex publice excommunicatum, reo non opponente, ex suo officio debet ab agendo repellere. Ioan. And.*

Innoc. IV. *in Concilio Lugdun.*

Piâ a consideratione statuit mater Ecclesia, quòd majoris excommunicationis exceptio, in quacunque parte judiciorum opposita, lites differat, & repellat agentes: ut ex hoc magis censura Ecclesiastica timeatur, communis b periculum evitetur, contumaciæ vitium reprimatur, & excommunicati (dum à communibus actibus excluduntur) rubore suffusi, ad humilitatis gratiam, & reconciliationis affectum faciliùs inclinentur: sed hominum succrescente malitiâ, quod provisum est ad remedium, tendit ad noxam. Dum enim in causis Ecclesiasticis frequentiùs hæc exceptio per malitiam opponitur, contingit interdum differri negotia, & partes fatigari laboribus & expensis: proinde (quia morbus iste quasi communis irrepsit) dignum duximus communem adhibere medelam. Si quis igitur excommunicationem opponit, speciem illius, & nomen excommunicationis exprimat, sciturus eam rem se deferre debere in publicam notionem, quam intra octio dierum spatium c (die in quo proponitur minimè computato) probare valeat apertissimis documentis. Quòd si non probaverit, judex in causâ procedere non omittat: reum in expensis, quas actor ob hoc diebus illis se fecisse docuerit, præhabitâ taxatione condemnans. Si verò postmodum instantiâ durante judicii, & probationis copiâ succedente, de eadem excommunicatione, vel alia excipiatur iterùm, & probetur, actor in sequentibus excludatur, donec meruerit absolutionis gratiam obtinere: iis quæ præcesserunt, nihilominùs in suo robore duraturis. Provilo, quòd ultra duas vices hæc non opponatur exceptio, præterquam si excommunicatio nova emerserit, vel evidens, & prompta probatio supervenerit de antiqua. Sed si post rem judicatam talis exceptio proponatur, executionem impediet: sed sententia, quæ præcessit, non minùs robur debitum obtinebit: eo tamen salvo, ut si actor excommunicatus sit publicè, & hoc judex noverit d, quandocunque (etsi de hoc reus non excipiat) judex ex officio e suo actorem repellere non postponat.

CAP. II.

¶ *Exceptio rei judicatæ per Ecclesiasticum judicem admitti debet in foro seculari, & è converso. Ioan. And.*

Bonifacius VIII.

CUm quidam seculares judices (dum coram eis excipitur de re per Ecclesiasticum judicem judicata, in casu, quoad eum pertinet cognitio de consuetudine, vel de jure) recusent excipientes audire, in derogationem jurisdictionis Ecclesiasticæ & contemptum: Decernimus, ut per censuram Ecclesiasticam ab iniquitate coërceantur hujusmodi, & ad admittendum exceptionem eandem (ubi aliàs de jure debet admitti) à locorum ordinariis compellantur.

Similiter Ecclesiastici judices (si coram ipsis excipiatur de re per secularem judicem judicata) exceptionem ipsam admittant, in iis, quæ animarum periculum non inducunt: per superiores suos (nisi fecerint) animadversione debitâ castigandi.

DE PRÆSCRIPTIONIBUS.

TITULUS XIII.

CAP. I.

¶ *In præscriptionibus sufficit bona fides, ubi jus commune,*

a *Al. quacunq;.* b *hæc generalis principii confirmatio trahitur ad illicita, & alia de quibus in text. Alex. consil. 59. volum. 1. & Dec. consil. 172.* c *vide not. per Rom. sing. 493 in cap. ubi juramentum. & 499. incip. in fin. & per Ioan. And. in cap. cum latores. de foro competent. adde Fel. in c. 1. ext. de jurejur.*

a *De intellectu vide Covarruv. in cap. quamvis de pact. lib. 6. in 3. par. relictio §. 3. & Lud. Gom. in reg. cancellar. 1a, de annali possessore, quæst. 44.* b *al. & communitatis.* c *sed si ultimus dies esset feriatus, an talis inter octo esset computandus, docet Fel. in cap. fin. de except.* d *Not. quod non sequitur, iste est publicè excommunicatus, ergò judex scit. Vide 9. notandum. 2. q. 1. Anch. Font.* e *vide Dec. in c. parati. de appell.*

vel præsumptio non est contra præscribentem, aliàs debet allegari titulus, & probari: nisi sit præscriptio, cujus contrarii non extat memoria. h.d. Ioan. And.

Bonifacius VIII.

EPiscopum, qui Ecclesias, & decimas, quas ab eo repetis, proponit (licèt in tua sint constitutæ diœcesi) se legitimè præscripsisse, allegare oportet (cum jus commune contra ipsum faciat) hujusmodi præscriptionis titulum *a*, & probare. Nam licèt ei, qui rem præscribit Ecclesiasticam, si sibi non est contrarium jus commune, vel contra eum præsumptio non habeatur, sufficiat bona fides: ubi tamen est ei jus commune contrarium, vel habetur præsumptio contra ipsum, bona fides non sufficit, sed est necessarius titulus, qui possessori causam tribuat præscribendi: Nisi tanti temporis allegetur præscriptio, cujus contrarii memoria non existat.

CAP. II.

¶ *Privatus ipsâ jure, vel per sententiam, bonis, quæ tenet à Romana vel alia Ecclesia, ita minori spatio centum annorum contra Romanam, vel quadraginta contra alias non præscribit. Filii autem hæreticorum, qui catholici putabantur, bona paterna contra Romanam & alias Ecclesias præscribunt spatio quadraginta annorum: & idem in extraneis. Ioan. And.*

Idem.

SIqui *b* (exigentibus culpis, vel excessibus ab eisdem commissis) bonis quæ à Romana, vel ab aliis tenent Ecclesiis, sint per sententiam, vel ipso jure privatos statuimus, ut in apprehendendis, vel occupandis posteà quandocunque bonis eisdem, nullus (licèt leges humanæ super hoc alia tempora statuere videantur) ipsis Ecclesiis temporis lapsus obsistat, nisi contra ipsam Rom. Ecclesiam centenaria, vel contra Ecclesias alias quadragenaria præscriptio legitimè sit completa. Si post mortem hæreticorum (qui dum viverent, catholici putabantur) bona ipsorum à catholicis eorum filiis, vel nepotibus, aut extraneis quibuscunque, spatio XL. annorum fuerint bonâ fide possessa: sancimus eos super bonis hujusmodi (etiamsi ad Romanam pervenire deberent Ecclesiam) in hoc casu non esse ulteriùs molestandos: quanquam illi, quorum bona fuerant, nunc detegantur hæretici extitisse.

DE SENTENTIA ET RE JUDICATA.

TITULUS XIV.

CAP. I.

¶ *Iudex, qui contra justitiam, & contra conscientiam aliquid in judicio fecerit in gravamen partis, per gratiam, vel per sordes, condemnandus est parti læsa in æstimationem litis, & per annum est suspensus & perpetuus, si medio tempore ingerat se divinis, nisi Papa eum ipso dispenset. Ioan. And.*

Innocentius IV. *in Concil. Lugdunen.*

CUm æterni tribunal judicis illum reum non habeat, quem injustè judex condemnat, testante Prophetâ *c*: [*Nec damnabit eum, cum judicabitur ille:*] Caveant Ecclesiastici judices, & prudenter attendant, ut in causarum processibus nil vendicet odium, vel favor usurpet, timor exulet, præmium aut expectatio præmii justitiam non everset, sed stateram gestent in manibus, lances appendant æquo libramine, ut in omnibus quæ in causis agenda fuerint, præsertim in concipiendis sententiis & ferendis, præ oculis habeant solum Deum: illius imitantes exemplum *d*, qui querelas populi tabernaculum ingressus ad Dominum referebat, ut secundùm ejus imperium judicaret. Si quis autem judex Ecclesiasticus, ordinarius, aut etiam delegatus, famæ suæ prodigus, & proprii persecutor honoris, contra conscientiam, & contra justitiam, in gravamen partis alterius in judicio quicquam fecerit per gratiam, vel per sordes, ab executione officii per annum noverit se suspensum, ad æstimationem litis parti, quam læserit, nihilominùs condemnandus. Sciturus, quòd si suspensione durante damnabiliter ingesserit se divinis, irregularitatis *a* laqueo se involvet, secundùm canonicas sanctiones: à qua non nisi per summum Pontificem poterit liberari, salvis aliis constitutionibus, quæ judicibus malè judicantibus pœnas ingerunt & infligunt. Dignum est enim, ut qui in tot præsumit offendere, pœnâ multiplicâ castigetur.

CAP. II.

¶ *Papa Imperatorem deponere potest ex causis legitimis. h.d. secundum Paulum.*

Idem *sacro præsente Concilio, ad memoriam sempiternam.*

AD Apostolicæ dignitatis: [*& infrà.*] ¶ Sanè cùm dura guerrarum commotio nonnullas professionis Christianæ provincias diutiùs afflixisset, nos ad Fridericum præcipuum Principem secularem, hujusmodi dissensionis & tribulationis auctorem, à felicis recordationis Gregorio Papa IX. prædecessore nostro, pro suis excessibus anathematis vinculo innodatum, speciales nuncios, & magnæ auctoritatis viros, videlicet venerabiles fratres P. Alban. & Hug. *b* Sabin. Episcopos, ac dilectum filium Gulielmum Basilicæ XII. Apostolorum Presbyterum Cardinalem, qui salutem zelabantur ipsius, duximus destinandos: facientes sibi proponi per ipsos, quòd nos & fratres nostri (quantùm in nobis erat) pacem *c* per omnia secum habere, nec non cum omnibus hominibus optabamus, parati sibi pacem & tranquillitatem dare, ac mundo etiam universo. Et quia Prælatorum, Clericorum, omniumque aliorum, quos detinebat captivos, & omnium tam Clericorum, quàm Laicorum, quos ceperat in galeis, restitutio poterat esse pacis plurimùm inductiva: eum, ut illos restitueret (cùm hoc idem, tam ipse, quàm sui nuncii, antequam ad Apostolatûs vocati essemus officium, promisissent) rogari & peti ab ipso fecimus per eosdem: ac proponi insuper, quòd iidem pro nobis parati erant audire, & tractare pacem, ac etiam audire satisfactionem, quam facere Princeps vellet de omnibus, pro quibus erat vinculo excommunicationis adstrictus: & offerre præterea, quòd si Ecclesia eum in aliquo contra *d* debitum læserat (quod non credebat) parata erat corrigere, ac in statum debitum reformare. Et si diceret ipse, quòd in nullo contra justitiam læserat Ecclesiam, vel quòd nos eum contra justitiam læsissemus, parati eramus vocare Reges, Prælatos, & Principes, tam Ecclesiasticos, quàm seculares ad aliquem tutum locum, ubi per se, vel per solennes nuncios convenirent *e*: eratque parata Ecclesia de consilio Concilii sibi satisfacere, si eum læsisset in aliquo, ac revocare sententiam, si quam contra ipsum injustè tulisset, & cum omni mansuetudine & misericordia (quantùm cum Deo & honore suo fieri poterat) recipere de injuriis & offensis ipsi Ecclesiæ, suisque per eum irrogatis, satisfactionem ab *f* eo volebat, & omnes amicos suos sibique adhærentes *g* in pace ponere, plenâque securitate gaudere, ut nunquam hâc occa-

a *An sufficiat titulus putativus, docent Abb. & Fel. in c. de quarta. & in c. auditis. de præscr.* b *De intellectu. Ioan. Fab. in fin. de usur. §. res fisci.* c *Psal. 36.* d *Exod. 32.*

a *Vid. Doct. in c. fin. de Cler. excom. minist. & quid irregularitas, & unde sumpserit originem. Dom.* b *G.* c *vid. Spec. tit. de comp. vid. ad 6. v. & Fel. in c. cum sit. de for. comp.* d *In quadam manuscr. desunt hæc duo verba, contra debitum.* e *conveniret.* f *al. ab ipso.* g *vid. c. mutare. 6. q. 1. tamen. & l. si ave. §. fin. ff. de arb. & Bart. in l. si fil. ff. de verb. obl. Ioan.*

sione

sione potient aliquod subire discrimen. Sed licèt sic apud eum pro pace paternis monitis, & precum curaremus insistere lenitate : Idem tamen Pharaonis imitatus duritiam, & obturans *a* more aspidis aures suas, preces hujusmodi & monita, elatâ obstinatione, ac obstinatâ elatione despexit : propter quod non valentes absque gravi offensa Christi ejus iniquitates ampliùs tolerare, cogimur (urgente nos conscientiâ) juste animadvertere in eundem. Et ut ad præsens de cæteris ejus sceleribus taceamus, quatuor gravissima (quæ nullâ possunt tergiversatione celari) commisit. Dejeravit enim multoties, pacem quondam inter Ecclesiam & imperium reformatam temere violando : [&c.] ¶ Perpetravit sacrilegium, capi faciens Cardinales sanctæ Romanæ Ecclesiæ, ac aliarum Ecclesiarum Prælatos, & Clericos religiosos, & seculares venientes ad Concilium, quod idem prædecessor noster duxerat convocandum : [&c.] ¶ De hæresi quoque non dubiis & levibus, sed difficilibus & evidentibus argumentis suspectus habetur : [&c.] ¶ Præter hæc regnum Siciliæ (quod est speciale patrimonium B. Petri *b*, & idem Princeps ab Apostolica sede tenebat in feudum) jam ad tantam in Clericis & Laicis exinanitionem, servitutemq; redegit, quòd eis penè penitùs nihil habentibus, & omnibus exinde ferè probis ejectis, illos, qui remanserunt ibidem, sub servili quasi conditione vivere, ac Romanam Ecclesiam (cujus sunt homines principaliter & vasalli) offendere multipliciter, & hostiliter impugnare compellit. Posset etiam meritò reprehendi, quod mille quidem fartorum annuam pensionem (in qua pro eodem regno ipsi Ecclesiæ Romanæ tenetur) per novem annos & ampliùs solvere prætermisit.

Nos itaque super præmissis, & quampluribus aliis ejus nefandis excessibus, cum fratribus nostris, & sancto Concilio deliberatione præhabitâ diligenti (cùm Jesu Christi vices licèt immeriti teneamus in terris, nobisque in B. Petri persona sit dictum *c* : [*Quodcunque ligaveris super terram, ligatum erit & in cœlis*] memoratum Principem, qui se imperio & regnis *d*, omnique honore & dignitate reddidit tam indignum, quique propter suas iniquitates à Deo ne regnet, vel imperet, est abjectus, suis ligatum peccatis, & abjectum, omnique honore ac dignitate privatum à Domino ostendimus, denunciamus, & nihilominus sententiando privamus : omnes qui ei juramento fidelitatis tenentur adstricti, à juramento hujusmodi perpetuò absolventes : auctoritate Apostol. firmiter inhibendo, ne quisquam de cætero sibi tanquam Imperatori vel Regi pareat & intendat. Decernendo *e* quoslibet, qui ei deinceps velut Imperatori vel Regi consilium vel auxilium præstiterint, seu favorem, ipso facto *f* excommunicationis sententiæ subjacere. Illi autem, ad quos in eodem imperio Imperatoris spectat electio, eligant liberè successorem.

De præfato Siciliæ regno providere curabimus, cum eorundem fratrum nostrorum consilio, sicut viderimus expedire.

CAP. III.

¶ Qui petit rem certam causâ expressâ, si illam causam non probat, succumbet : licèt aliam probet, maximè postmodùm emergentem. Ioan. Andr.

Idem *Præceptori hospitalis S. Ioannis Hierosol. in Hispania, & Commendatori, ac fratribus domûs de Curvaria, hospitalis ejusdem.*

A Bbate sanè : [&c. *a*] ¶ Abbas de Bonefac. pro se & Conventu suo proponens, locum de Rosellis esse prædicti monasterii jure dominii, vel quasi, & cum suis finibus ex largitione Regis Arragoniæ ad ipsum monasterium pertinere : petiit adjudicari eidem monasterio locum ipsum, & vos exinde amoveri. Allegabatur autem pro parte vestra, quòd facta vobis donatio de prædictis valida existebat, quamvis illa sub Sarracenorum tunc existerent potestate : quia non simpliciter, sed sub conditione fuêre donata, videlicet si ad manus fidelium devenirent. In quo casu concessio poterat, & debebat habere vigorem : quia ipsi donationi rerum donatarum natura vel qualitas non obstabat, & salubre ac laudabile quidem erat spectare ac præstolari tempus, quo illa Christianorum dominio subderentur : quare mox cùm pervenerunt ad ipsos, fuerunt ad vos totaliter devoluta. Multùm quoque distabat, an ipsi monasterio de Bonefac. vel prædicto monasterio Populeti ab eodem Rege facta donatio fuisset : quia etsi liquebat prædicta monasteria Populeti ab ipso Rege, ac ab illo Abbati & Conventui de Bonefac. fuisse collata : non tamen ob hoc constabat dictum Regem ipsi monasterio de Bonefac. illa donâsse, vel mandâsse donari. Nec pro eo quòd voluit & statuit, ut ædificaretur ibi monasterium, poterat & debebat intelligi eum prædicta, vel eorum aliqua construendo monasterio donavisse : cùm illa potiùs sua videretur intentio, ut (quia præfatum monasterium Populeti, tot & tantorum bonorum largitione ditabat) Abbas & Conventus ipsius pro sua suorumque salute monasterium construere tenerentur, præsertim quia monasterio, quod nondum erat, aliqua fieri donatio non valebat. Præmissa verò concessio facta monasterio de Bonefac. ab Abbate & Conventu monasterii Populeti, nullum prorsùs ei videbatur afferre suffragium, pro eo potissimè *b*, quòd post litem contestatam, & processum judicii facta fuerat, sicut clarè patebat ex instrumento præfato. Unde cùm jus (si quod in prædictis ipsi monasterio de Bonefac. ex concessione hujusmodi competebat) in judicio minimè deduxisset : (quia videri non potest illud venisse, quod postmodum accidit) pronunciari utique super petitis non poterat ex eadem. Pro parte autem altera dicebatur, quòd cùm Rex ipse suâ probitate ac studio, ab infidelibus loca conquisiverit suprædicta, donatio avi, vel patris ipsius priùs facta de illis, cùm ad cultum fidei pervenirent, Regem eundem, quoad hæc sic per eum postmodùm acquisita, obligare non potuit : cùm sua propria facta essent, & viderentur ab aliis bonis hæreditariis separata.

Porrò præfata concessio facta monasterio de Bonefac. à monasterio Populeti, licèt post acceptum judicium causæque processum intervenerit, prodesse tamen & valere debebat, cùm pro actore (quòd de jure suo ex causa idonea, quamvis supervenienti *c* appareat) satis sufficere videatur, satisque esse, si (prout servatur in reo) interfit ipsius tempore sententiæ proferendæ. Sed ad hæc pars vestra respondit, quòd cùm tam suprædicti avi donatio, quàm locorum acquisitio præmissorum, fuerint nomine regni factæ : memoratus Rex donationem servare hujusmodi tenebatur *d*. Cæterùm prædicta monasterii Populeti concessio, monasterio de Bonefac. auxiliari non poterat in hac parte : quia cùm quis egit ex aliqua certa & speciali causa, & posteà, sive alia, sive similis ei, quam exposuit, accidit, videri non potest illa in judicio devenisse : cùm judex tunc prospicere ac at-

a *Aliàs, obturantis. Exod. 7.* b *Adde cap. mandata. & ibi Dd. de præscript. & cap. 1. 94. dist. & in cap. 1. Romani. de jur.* c *Matth. 16.* d *Nata quòd dignitates seculares de jure plures simul teneri possunt absq; dispensatione : licèt secùs sit in Ecclesiasticis. de quo in c. 1. de consuet. & cap. de multa. de præbendis.* e *al. & decernendo.* f *Id est, absq; mentione. Ita Decr. in cap. reprehensibilis. de appell. & consil. 138.*

a *De intellectu, vid. Ioan. Fab. inst. de act. §. sic itaque discretis.* b *Vid. Bart. & Alex. in l. habebat. de instit. & Alex. in l. duos. de re judic. & Felin. in cap. licèt. de probat.* c *Vid. decis. Rot. 176. in novis.* d *Vid. de hoc Bart. in l. prohiberi. §. plant. ff. quod vi aut clàm. & Ruin. consil. 23. lib. 2.*

tendere debeat diligenter, an a ex ea omnino eadem, quæ priùs expressa extitit, utpote, quæ tunc etiam competeret, actoris intentio sit fundata. Secùs autem cùm egit vel petiit in genere, nullius certæ, vel specialis causæ faciens mentionem: videlicet quia generaliter fortè proposuit aliquem obnoxium esse sibi, vel ad se jure dominii, vel quasi, rem aliquam pertinere: tunc enim hoc præcipuè est inspiciendum judici, an sufficienter vel minimè de jure vel intentione constet actoris: Unde si de hoc ex causa etiam postmodùm accidenti liqueat, potest & debet judex (etiamsi appareat minùs justè à principio fore actum) suum exinde animum informare. Quoniam etsi petitum fuerit indebitè, non ob hoc tamen minùs valuit & tenuit judicium subsecutum: nec illius acta vel gesta propterea minùs valida extiterunt: nec etiam judex ipse cognitâ taliter veritate, pronunciare in contrarium posset cum libera conscientia & secura. Non prodesset etiam multùm reo, si tunc fortè in ipsum hujusmodi supervenienti causâ, condemnatio non ferretur: cùm mox alio instituto judicio foret ex illa meritò condemnandus. Unde etsi actori suam ex supervenienti causa intentionem sufficiat fundavisse, cùm egit aliquâ causâ specialiter non expressâ: secùs tamen est, si certam & specialem in sua petitione subjunxerit, nisi postmodùm intentionem suam ex eadem prorsùs (quam priùs expressit) tunc b etiam competenti causâ fundârit. Quare cùm memoratus Abbas monasterii de Bonefac. proposuerit sæpefatum locum de R. sel. cum suis terminis ad ipsum monasterium ex prædicti Regis largitione spectare, nec de aliqua facta ipsi monasterio super hoc ab eodem Rege concessione docuerit, ostenderit autem donationem quondam factam illi de his ab Abbate & Conventu monasterii Populeti, quæ nec in sua petitione fuerat expressa, nec etiam antè facta: nullum profectò commodum ex ea reportare debebat.

Præfatus igitur Cardinalis præmissis omnibus, & aliis, quæ hinc inde fuerunt proposita, diligenter auditis, ac utriusque partis meritis æquâ justitiæ lance discussis, prudenter attendit, id quod prædicti Abbas & Conventus de Bonefac. proposuerunt, intentionem videlicet actoris, ex iis quæ post litis contestationem acciderunt, posse fundari, eaque debere in judicium devenire, tunc locum habere (sicut congruè allegatum est suprà) videlicet quando ex certa & expressa c causa specialiter non est actum. Ex iis enim, quæ post inchoatum judicium eveniunt, quando causa fuit exposita specialis, nec debet, nec potest judicis animus ad proferendam sententiam informari: quia cùm certæ causæ facta est mentio, utpote donationis, vel venditionis aut alterius specialis, oportet incepti judicii tempus attendi, ut liquidò cognoscatur, an tunc interfuerit actoris, propter illa, quæ specialem comitantur causam, & necessariò adesse debent, veluti locus & tempus, & hujusmodi, quæ sunt solicitè attendenda, & sine quibus causa vacua & invalida censeretur. Sed cùm est in genere absque alicujus causæ declaratione petitum, non sic oportet accepti judicii tempus inspici: quia non requiruntur, nec sunt opportuna, nec attendi possunt hujusmodi comitantia in hoc casu d. Et licet aliquibus curiosis (qui de iis, quæ non multùm expediunt, sæpè disceptant) aliter forsan appareat, quando actum est causâ aliquâ non expressâ e: utilius tamen videtur negotia tali expediri compendio, quàm per quandam exactam subtilitatem longo dispendio prorogari: præsertim cùm nonnulla pro utilitate communi contra juris asperitatem ex æquitatis mansuetudine tolerari noscantur. Unde idem Cardinalis considerans, quòd ipsi Abbas & Conventus de Bonefac. non probaverunt largitionem super his Regiam legitimè sibi factam, ex qua specialiter vos impetere videbantur, ab hujusmodi eorundem Abbatis & Conventûs impetitione, de mandato nostro præhabito fratrum nostrorum consilio, vos duxit sententialiter absolvendos. Nos igitur Cardinalis ejusdem sententiam ratam habentes, eam auctoritate Apostolicâ confirmamus.

a *In quodam manuscripto legitur sic, an & omnino eadem, &c* b *al. & tunc etiam.* c *Vid. ad hoc Bart. in l. 1. ff. de edend. & l. habebat. ff. de just. & jur. & Fel. in c. ex parte. 1. de rescript.* d *Vid. Bart. in l. & an eadem. 4. actionis. ff. de except. rei jud. Font.* e *Vid. l. si rem. 4 fin. ff. de pign. act. l. non potest videri. ff. de jud.*

CAP. IV.

¶ *Si ex pluribus judicibus vel arbitris, unus (aliis præsentibus & mandantibus) per verba pluralis numeri ferat sententiam, tenet sententia. Electio autem pronunciandæ est per verba singularia. h. d. Ioan. And.*

Bonifacius VIII.

CUm a ab uno arbitrorum vel judicum (aliis præsentibus & mandantibus) scripta sententia recitatur, habetur perinde ac si simul esset ab omnibus recitata b. Oportet tamen, ut is qui recitat, non utatur verbis singularis numeri, sed pluralis: ut dicat, Nos tales judices vel arbitri pronunciamus, seu statuimus in hunc modum. Licet secùs in electione servetur, in qua (ut censeatur evidentiùs unica, & communis) est ab uno vice omnium (sive per compromissum, sive per scrutinium procedatur) electionis pronunciatio per verba singularis numeri facienda.

CAP. V.

¶ *Ponit tres casus nullitatis sententiæ: & à primo unum casum excepit. h. d. Ioan. And.*

Idem.

ETsi sententia definitiva (postquam scripta fuerit) debeat à judice, non ab alio, de scripti recitatione proferri (aliàs nec nomen sententiæ mereatur habere, nec ab ea sit appellare necesse) Episcopo tamen (quem propter dignitatis prærogativam, ampliori convenit honore fulgere) sententiam ab eo ferendam licebit (ad instar illustrium personarum) per alium recitare. Sententia, quam scriptam edi à judice litigatoribus, non recitari, vel quam ab ipso stando, non sedendo proferri contingit, nullius penitùs est momenti.

a *Ad intelligentiam vid. not. per Dd. ac præsertim Arc. in cap. in c. sicut cum per formam. de elect. l. 6.* b *Vid. 4. fin. autem. in auth. ut jud. non exp.* c *Vid. Bart. in l. ejus. ff. de appell. & gl. in l. 2. ad fin. ff. eodem. Anch. Ar. in d. l. 1. Font.*

DE APPELLATIONIBUS.

TITULUS XV.

CAP. I.

¶ *Appellans ad Papam in judicio vel extra, appellare debet in scriptis, & causam exprimere, & Apostolos petere. Si vult & petit appellatus, principales personæ per se, vel per Procuratores instructos super principali, accedere debent ad Papam. In appellationibus à sententia definitiva interpositis nil mutatur. Demum utrique contrafacienti ponatur pœna. Ioan. And.*

Innocentius IV. *in Concilio Lugdun.*

COrdi nobis est litem mimere, & à laboribus relevare subjectos. Sancimus igitur, ut si quis in judicio vel extra, super interlocutoria, vel gravamine aliquo ad nos duxerit appellandum, causam appellationis in scriptis assignare deproperet c, petat Apostolos, quos ei præcipimus exhiberi: In quibus appellationis causam exprimat, & cur appellatio non sit admissa, vel si appellationi forsan ex superioris reverentia sit delatum. Post hoc appellatori secundum

locorum

locorum distantiam, personarum & negotii qualitatem tempore prosecutionis indulto, si voluerit appellatus, & petierit, principales personæ per se, vel per procuratores instructos, cum mandato ad agendum, & cum rationibus & munimentis ad causam spectantibus, accedant ad sedem Apostolicam sic parati, ut (si nobis visum fuerit expedire) finito appellationis articulo, vel de partium voluntate omisso, procedatur in negotio principali, quantùm de jure poterit & debebit: Iis quæ in appellationibus à definitivis sententiis interpositis antiquitas statuit, non mutatis. Quod si appellator, quæ præmissa sunt, non observet: reputabitur non appellans, & ad prioris judicis redibit examen, in expensis legitimis condemnandus. Si autem appellatus contempserit hoc statutum, in eum tanquam in contumacem tam in expensis, quàm in causa (quantùm à jure permittitur) procedatur. Justum est equidem, ut in eum jura insurgant, qui jus, & judicem, & partem illudit.

CAP. II.

¶ Judex qui recusatur, statuit competens tempus arbitris ad ferendam causam: quo elapso si finita non fuerit, in principali procedit. Ioan. Andr.

Idem.

LEgitima suspicionis causa contra judicem assignata, & arbitris à partibus (secundùm formam juris) electis, qui de ipsa cognoscant, sæpè contingit, quòd ipsis in idem convenire nolentibus, nec tertium advocantibus, cum quo ambo vel alter eorum procedat ad decisionem ipsius negotii ut tenentur, judex proferat excommunicationis sententiam contra ipsos: quam ipsi tum propter odium, tum propter favorem partium diutiùs vilipendunt: quare cau à ipsâ plùs debito prorogatâ, non proceditur ad cognitionem negotii principalis. Volentes igitur morbo hujusmodi necessariam adhibere medelam, statuimus, ut ipsis arbitris per judicem competens terminus præfigatur *a*, intra quem in idem conveniant, vel tertium concorditer advocent, cum quo ambo, vel alter eorum, ejusdem suspicionis negotium terminare procurent. Alioquin judex extunc in principali negotio procedere non omittat.

CAP. III.

¶ De Officiali Episcopi non ad Episcopum, sed ad Archiepiscopum appellatur.

Idem.

ROmana Ecclesia: [& ſ.] ¶ Cùm Suffraganeorum Rhemensis Ecclesiæ, suorumque Officialium (qui generaliter de causis ad ipsorum forum pertinentibus, eorum vices supplendo cognoscunt) unum & idem consistorium sive auditorium sit censendum: ab ipsis Officialibus non ad dictos Suffraganeos *b* (ne ab eisdem ad seipsos interponi appellatio videatur) sed de jure ad Rhemensem est curiam *c* appellandum.

¶ De subdito Episcopi ad ipsum, non ad Archiepiscopum appellatur: nisi aliud esset de consuetudine. h. d.

Ab Archidiaconis verò, aliisque inferioribus Prælatis, Suffraganeis subjectis eisdem, & eorum Officialibus, ad Suffraganeos ipsos debet, & non ad eandem curiam Comissis dictis Suffraganeis) appellari: nisi aliud Rhemensi Ecclesiæ de consuetudine competat in hac parte.

¶ Archiepiscopus causam appellationis ab Episcopo interpositæ non debet committere, vel partes citare, nisi in appellatione probabilis causa sit expressa.

Cùm autem *d* ad præfatam curiam ab eorundem Suffraganeorum vel suorum Officialium audientia fuerit appellatum, Rhemensis Archiepiscopus (qui pro tempore fuerit) vel Officialis ipsius nullatenùs in appellationis causa interpositæ, ante definitivam sententiam citent partes: nec etiam aliis illam committant, appellationis ejusdem causâ probabili seu legitimâ non expressâ.

¶ Si negetur per appellationem negotium devolutum, non inhibebit Archiepiscopus judicem principalis causa procedere, nisi prius de devolutione constiterit. h. d.

Si verò vocatis partibus, vel nullatenùs, aut non intra decem dies post interlocutoriam, vel definitivam sententiam appellatum fuisse, seu aliquid aliud simile, sicque non esse per appellationem ad eundem Archiepiscopum vel ejus Officialem devolutum negotium proponatur: iidem (nisi priùs ipsis constiterit causam ipsam ad eos totaliter fuisse delatam) prohibere, ne in causa illa, vel ne ad executionem procedatur sententiæ, non præsumant.

¶ Si dicitur ex injusta causa appellatum, Archiepiscopus inhibere non potest: nisi prius recepta appellatione, ut probabili, incipiat cognoscere de causæ veritate. h. d.

Quòd *a* si objiciatur ex injusta causa seu minùs legitimâ, ante sententiam appellationem interpositam extitisse, & ex eo non esse appellationem hujusmodi admittendam: nequeunt prædicti Archiepiscopus, vel ejus Officialis prohibere, ne procedatur in causa, nisi priùs appellatione receptâ velut emissâ ex causa probabili, cognoscere incipiant de causa hujusmodi, an sit vera.

¶ Licèt dicatur appellatum à definitiva in casu prohibito à jure, ex quo de hoc Archiepiscopus cognoscere cœperit, potest inhibere, ne sententia executioni mandetur. h. d.

Si autem post sententiam, in casibus à jure prohibitis (utpote à sententia super manifesto & notorio *b* crimine, vel de quo quis in jure confessus extitit, promulgata) vel consimilibus appellatum fuisse dicatur: possunt, ne sententia executioni mandetur (postquam cognoscere cœperint, utrùm sit recipienda, vel non appellatio ab eo interposita) inhibere.

¶ Archiepiscopus in tertiam personam (post inhibitionem suam in causa per appellationem delata ad ipsum) aliquid innovantem, jurisdictionem exercere non potest. h. d.

In alium quoque, qui circa rem, de qua inter appellantem & appellatum controversia vertitur, aliquid post eorum inhibitionem attentat, non valet occasione hujusmodi jurisdictionem aliquam vendicare.

¶ Archiepiscopus appellantem in aliis causis, à jurisdictione Episcopi non potest eximere. h. d.

Cùm verò is, qui ad Rhemensem curiam super aliqua causa vocem appellationis emittit, nihilominùs in causis aliis Ordinarii sui jurisdictioni subjiciatur: Rhemensis Archiepiscopus, vel Officialis ipsius, nequaquam jurisdictionem ipsam in aliis impediant, ut ab ejusdem Ordinarii potestate totaliter eximant taliter appellantem.

¶ Ab Episcopis in causis, quibus jurisdictionem temporalem habent, de jure debet ad Archiepiscopum appellari: nisi speciale jus aliud inducat. h. d.

---

a *Vide l. quoties. ff. de action. & obligat. & l. 1. §. dixerat aliquis. ff. de publ. de Anch. Font.* b *Sed an supplicari possit, vide not. in cap. ex literis. de in integrum restit. Font.* c *vid. cap. si quis Clericus. 11. q. 1.* d *de intellectu, vide Fel. in cap. pastoralis. §. quoniam. de rescript.*

a *Ad intelligentiam §. vid. Abb. & Felin. in cap. dilectus. 2. de rescr. Dec. Rot. 11. & 412. end. 111. in novis.* b *Quid sit notorium, & quotuplex, & quod eorum plus operetur, vid. consil. 42. lib. primo. Felin. in cap. exceptionem. de except. Gramm. decis. 191.*

Debet autem ad eos ab Episcopis præfatæ provinciæ, super causis in quibus temporalem jurisdictionem exercent (nisi fortè de consuetudine a, aut privilegio, sive jure alio speciali sit appellandum ad alium) appellari.

¶ *Censuram Ecclesiasticam, in appellantem prolatam per Episcopum, Archiepiscopus revocare non potest: nisi partibus vocatis, & de causa legitimè cognito. h. d.*

Sententias quoque interdicti, vel suspensionis, seu excommunicationis, in appellantem, ab eo, à quo appellatum proponitur, promulgatas, nullatenùs b nisi vocatis partibus, & de appellatione legitimè cognito, revocent aut denuncient esse nullas.

¶ *Ex quo Archiepiscopus pronunciaverit male appellatum ante sententiam, statim debet causam ad Suffraganeum remittere. h. d.*

Cùm autem ad Rhemensem Archiepiscopum, ab audientia Suffraganei sui, super aliqua causa fuerit ante sententiam appellatum: idem Archiepiscopus (postquam de appellatione cognito constiterit, eam minùs rationabilem extitisse) causam ad eundem Suffraganeum remittere non postponat.

CAP. IV.

¶ *Si judex requisitus non tradit Apostolos, & postea procedit in causa, non valet processus: nisi renunciatum fuisset appellationi. Ioannes Andr.*

Idem.

UT super appellatione ac ejus causa instructio facilior valeat in processu haberi, districtè præcipimus, quòd ille, à quo appellatur, Apostolos appellanti (juxta tenorem constitutionis nostræ super hoc editæ) tribuat requisitus. Si verò non exhibuerit, extunc si fortè in causa procedat (nisi appellationi renunciatum fuerit c) ejus invalidus & irritus sit processus.

CAP. V.

¶ *Judex appellationis iniquè appellantem ante sententiam remittere debet ad judicem principalem, & in expensis condemnare, & hoc si principalis judex non dederat appellationi: sed si detulit, non fiet remissio de necessitate. In appellationibus interpositis à definitiva, antequa jura serventur. Ioan. And.*

Clemens IV.

CUm appellationibus frivolis nec justitia deferat, nec sit à judice deferendum, si judex inferior appellationem minùs legitimam non admittat, eam appellatore nihilominùs prosequente, superior de ipsa cognoscens, causam ad priorem judicem (juxta sanctiones canonicas) sine difficultate remittat, eâdem die condemnationem faciens expensarum. Si verò judex admittat eandem, licèt tam appellatio, quàm ipsius judicis delatio à superiore valeant refutari d, quia tamen judex ipse, quantùm in se fuit, à se jurisdictionem abdicavit eandem, appellationi deferens minùs justè, totius causæ decisio in superioris est potestate transfusa, nec est illi causa de necessitate ulteriùs remittenda: Salvis iis, quæ super appellationibus post sententiam interpositis sunt statuta.

CAP. VI.

¶ *Si appellans intra xxx. dies instanter non petit Apostolos, appellationi renunciat. Si judex modo debito requisitus illos non tradit, sed postea procedit, non valet ejus processus. Ioan. And.*

a *Vid. gloss. in c. fin. de constit. lib. 6. & Ruin. consil. 119. lib. 4.*
b *Dictio, nullatenùs, quod importet, vid. per gloss. in clem. infr. de sieq. pos. & per Grammat. consil. 3.* c *Ante processum judicis: quia si post renunciaret, illa non validaret. Ioann. Andr. Petr. de Anchar. Font.* d *Et ratio, quia culpa alicujus non debet alium plus gravare quàm velit. vid. l. si quis plurium. 9. si quis. ff. de leg. 3. Azeb. sicut perjurus non præstat juramentum bonum, sed onerosum, ne culpâ suâ alios gravet. Font.*

Bonifacius VIII.

AB eo, qui appellat, intra triginta dies instanter Apostoli peti debent, & eidem intra dictum tempus à judice exhiberi: aliàs præsumitur appellationi suæ renunciare appellans, si eos intra idem tempus petere prætermittat, etiamsi vadat aut mittat ad appellationem hujusmodi prosequendam.

Illud autem, quod felicis recordationis Innocentius Papa IV. prædecessor noster statuendum decrevit, ut si is, à quo appellatur, Apostolos appellanti non tribuat requisitus, extunc si fortè in causa procedat (nisi appellationi renunciatum fuerit) ejus invalidus sit processus: tunc demùm obtinet, cùm judex super hoc cum debita instantia, loco & tempore congruo requisitus, eos expresè denegat, vel intra præmissum tempus malitiosè, aut negligenter illi tradere prætermittit.

CAP. VII.

¶ *Innovata per judicem post definitivam sententiam, à qua appellatum extitit, revocantur statim per judicem appellationis, etiamsi ante appellationem fuerint innovata. Attentata verò post appellationem ante definitivam, non revocantur nisi primò de veritate constiterit, nisi post inhibitionem debito modo factam attentata fuissent. Ioan. Andr.*

Idem.

NOn a solùm innovata post appellationem à definitiva sententia interjectam, debent semper (exceptis casibus, in quibus jura post sententiam prohibent appellare) ante omnia per appellationis judicem penitùs revocari: sed etiam ea omnia, quæ medio tempore inter sententiam & appellationem) quæ postmodùm intra decendium interponitur ab eadem) contingit b innovari, ac si post appellationem eandem innovata fuissent. Illa verò, quæ post appellationem interpositam ante definitivam sententiam innovantur, donec appellationis causam veram esse constiterit, revocari non debent: nisi judex appellationis (postquam sibi constiterit per appellationem emissam, ex probabili causa fore ad se negotium devolutum) inhibeat canonicè judici, à quo appellatum extitit, ne procedat: tunc enim, quicquid post inhibitionem hujusmodi fuerit innovatum, est (licèt causa eadem non sit vera) per eundem appellationis judicem ante omnia in statum pristinum reducendum.

CAP. VIII.

¶ *Qui appellat extra judicium, intra decem dies (ex quo sentit gravamen) appellare debet: postea per remedium juris communis audietur, sed non per appellationis remedium. Ioan. And.*

Idem.

COncertationi c antiquæ finem imponere præsenti constitutione volentes: Statuimus, ut ab electionibus, postulationibus, provisionibus, & quibuslibet extrajudicialibus actibus (in quibus potest appellatio interponi) quisquis ex eis gravatum se reputans, per appellationis beneficium gravamen illatum deduxerit revocari, intra decem dies (postquam sciverit) si velit, appellet: post decendium verò eidem aditus non pateat appellandi. Sed si per contradictionem debitam, vel alia juris remedia petierit revocari gravamen, ei (dummodò medio tempore his non consenserit) lapsus decendii non obsistat.

CAP. IX.

¶ *Valet appellatio in scriptis porrecta, licèt coram judice non legatur. hoc dicit. Zenzo.*

Idem.

a *De intellectu, vide Alex. consil. 89. vol. 1. & Imol. in clem. 1 de causa poss. & pro. vers. nota bonum dictum.* b *al. contingeret.* c *Vid. Dec. in cap. cùm sit Romana. & Perus. in cap. consuluit. extr. de appell.*

Appellatio a quam in scriptis judici (à quo appellare volebas) te porrexisse proponis, non potest ex eo, quòd coràm ipso lecta non fuerit, rationabiliter impugnari.

CAP. X.

¶ *Judex à quo, compellere non potest appellantem à gravamine, ipsius veritatem probare, licèt citare potest ad ipsius revocationem audiendam: quâ facta in causâ procedere poterit, ejus contumaciâ non obstante, ac si nunquam appellâsset. h. d. Zen.*

Idem.

Si b à judice, à quo (propter gravamen quod tibi proponis illatum) appellas, ad docendum te fore gravatum, & ad audiendam revocationem ejusdem gravaminis (si de ipso docueris) tibi terminus præfigatur. Nec coram eo (cùm ipse per se id videre habeat) hoc docere, nec etiam tanquam coram judice (cùm per appellationem sit suspensa ipsius jurisdictio) comparere teneris: Nisi ad hoc solùm, ut revocationem ipsam audias, si eam duxerit faciendam: aliàs si non comparueris, & ipse in termino gravamen revocaverit cum effectu, poterit extunc liberè in causâ procedere, ac si appellatio interposita non fuisset.

CAP. XI.

¶ *A collatione Capituli ad Episcopum appellatur, si ut Canonicus interfuit: secùs si ut Prælatus. h. d. Dominicus.*

a *De intimatione appellat. vid. Lapum all. 391. inc. an valeat. & all. 119. in cap. quantum.* b *Vid. Rot. dec. 7. & 74. in novis.*

Idem.

A Collatione beneficii, quam communiter per Episcopum & Capitulum in tuum præjudicium factam esse proponis: Non a ad ipsum Episcopum (si in ea, ut Prælatus interfuerit) sed ad superiorem te oportuit appellare. Aliàs, si ut Canonicus interfuisset in ea, potuisti appellare licitè ad eundem.

CAP. XII.

¶ *Per appellationem interpositam à definitiva, revocari potest interlocutoria principali negotio præjudicans: aliàs non. Io. And.*

Idem.

Licèt ab interlocutoria (per quam pacti vel præscriptionis, aut alia principali negotio præjudicans, vel judicium nullum reddens, exceptio est repulsa) non fuerit appellatum, si tamen à definitiva (quæ postmodùm etiam ultra decendium promulgatur) appellari contingat, potest in appellationis causa ipsum gravamen per interlocutoriam eandem illatum licitè per appellationis judicem emendari. Ubi verò interlocutoria super eo profertur, quòd non parat præjudicium negotio principali, vel judicium nullum reddit, nisi fuerit appellatum ab ipsa, per appellationem à definitiva postea interjectam, gravamen illatum nequaquam poterit revocari.

a *Vid. Bart. in l. verò. ff. sol. matr. l. scium qua. §. fin. ff. pro soc. Fout.*

FINIS.

SEXTI DECRETALIUM LIBER TERTIUS.

DE VITA ET HONESTATE CLERICORUM.

TITULUS PRIMUS.

CAPITULUM UNIC.

¶ *Clericus joculatoriam artem per annum exercens, si tertiò monitus non desistat, ipso jure perdit privilegium Clericale. Joan. Andr.*

Bonifacius Octavus.

Clerici, qui Clericalis ordinis dignitati non modicum detrahentes, se joculatores seu goliardos faciunt aut bufones: si per annum artem illam ignominiosam exercuerint, ipso jure a: Si autem tempore brevioris, & tertiò moniti non resipuerint, careant omni privilegio Clericali.

DE CLERICIS CONJUGATIS.

TITULUS II.

CAP. I.

¶ *Si Clericus conjugatus ferat habitum & tonsuram, Clericali privilegio gaudet, aliàs non. Ioan. And.*

a *Vid. authent. de sanctiss. Episc. §. interdicimus.*

Bonifacius VIII.

Clerici a qui cum unicis & virginibus contraxerunt, si tonsuram & vestes deferant Clericales, privilegium retineant b canonis c ab Innocent. Papa II. prædecessore nostro editi in favorem totius Ordinis Clericalis. Et cùm (juxta Parisiense Concilium) nullus Clericus distringi, aut condemnari debeat à judice seculari: præsenti declaramus edicto, hujusmodi Clericos conjugatos pro commissis ab eis excessibus vel delictis, trahi non posse criminaliter aut civiliter ad judicium seculare: nec ab ipsis secularibus judicibus eos debere personaliter, vel etiam pecuniariter (ne per unam viam concedatur eisdem judicibus, quod per aliam denegatur) ullatenùs condemnari. In cæteris

a *Vide Conc. Trid. sess. 23. de reform. c. 6.* b *Al. retinent.* c *Vid. Alex. cons. 8. vol. 1. & Rot. decis. 202. in novis.*

autem, vel nisi (ut præmittitur) tonsuram, vel a vestes deferant Clericales, etiam in præmissis eos gaudere nolumus privilegio Clericali.

DE CLERICIS b NON RESIDENTIbus in Ecclesia vel Præbenda.

TITULUS III.

CAP. UN.

¶ *Distributiones quotidianæ solum præsentibus, qui intersunt divinis, dari debent, consuetudine non obstante. Et qui aliter illas receperunt, non faciunt illas suas: & idem de distributionibus, quæ dantur pro anniversariis defunctorum. Ioan. And.*

Bonifacius VIII.

COnsuetudinem, quæ in quibusdam partibus inolevit, quâ Canonici, & alii beneficiati, seu Clerici cathedralium & aliarum collegiatarum Ecclesiarum, distributiones c quotidianas (quæ aliàs manualia beneficia seu victualia nuncupantur, & tantùm residentibus tribuuntur) qualitercunque in civitatibus, seu aliis locis (in quibus ipsæ consistunt Ecclesiæ) sint præsentes, licèt divinis officiis non interfint, ex integro percipiunt d, ac si continuè ipsis Ecclesiis in eisdè officiis deservirent, penitùs improbantes: Statuimus, ut distributiones ipsæ quotidianæ, in quibuslibet rebus consistant, Canonicis ac aliis beneficiatis, & Clericis Ecclesiarum ipsarum, qui eisdem officiis, in ipsis Ecclesiis adfuerint, tribuantur juxta Ecclesiæ cujuslibet ordinationem rationabilem jam factam, seu etiam faciendam. Qui verò aliter de distributionibus ipsis quicquam receperit (exceptis illis, quos infirmitas, seu justa & rationabilis corporalis necessitas, aut evidens Ecclesiæ utilitas excusaset) rerum sic receptarum dominium non acquirat, nec faciat eas suas: imò ad omnium restitutionem, quæ contra hujusmodi nostram constitutionem receperit, teneatur.

De distributionibus etiam pro defunctorum anniversariis largiendis, idem decernimus observandum.

DE PRÆBENDIS ET DIgnitatibus.

TITULUS IV.

CAP. I.

¶ *Ad præsentationem Religiosorum, etiam exemptorum, non debent in Ecclesiis ipsorum rectores institui, nisi primò tantum eisdem assignetur, unde incumbentia onera subire possint, & congruè sustentari: nec valet contraria consuetudo. Ioan. And.*

Clemens III. *aliàs quartus* e.

SUscepti regiminis nos cura solicitat, ut utilitatibus subjectorum in illis præcipuè, per quas f animarum saluti consulitur, nunc novorum editione jurium, nunc antiquorum innovatione solicitè providere curemus. Sane fuit olim per sedem Apostolicam providè constitutum, ut diœcesani locorum, ad præsentationem Religiosorum nullum ad aliquam Ecclesiam recipiant, nisi tantum ei de proventibus ipsius Ecclesiæ coram eis fuerit assignatum, unde jura Episcopalia possint solvere, & congruam sustentationem habere. Verùm (sicut nobis querela multorum frequens insinuat) Religiosi exempti de proventibus parochialium Ecclesiarum, in quibus jus obtinent patronatûs, seu rectorum præsentatio pertinet ad eosdem, tantum percipiunt annuatim, quòd rectores Ecclesiarum ipsarum non possunt de residuo commodè sustentari, & Episcopalia jura persolvere, ac alia incumbentia eis onera supportare: propter quod sæpè contingit, quòd non inveniantur personæ idoneæ, quæ hujusmodi Ecclesias velint recipere, sicque frequenter minus idoneis conferuntur, ex quo pericula imminent animarum. Nos itaque volentes super hoc salubre remedium adhibere, præsenti decreto statuimus, & mandamus, constitutionem hujusmodi quoad omnes patronos a Ecclesiarũ, Religiosos tam exemptos, quàm non exemptos, & alios inviolabiliter observari, consuetudine contrariâ non obstante.

CAP. II.

¶ *Beneficia vacantia in curia, aliis quàm Papa conferre non potest: quod si fecerit, irrita est collatio. Ioan. And.*

Idem.

LIcèt Ecclesiarum, personatuum, dignitatum, aliorumque beneficiorum Ecclesiasticorum plenaria dispositio ad Romanum noscatur Pontificem pertinere, ita quòd non solùm ipsa cum vacant potest de jure conferre, verùm etiam b jus in ipsis tribuere vacaturis: collationem tamen Ecclesiarum, personatuum, dignitatum, & beneficiorum apud sedem Apostolicam vacantium, specialiùs cæteris antiqua consuetudo c Romanis Pontificibus reservavit. Nos itaque laudabilem reputantes hujusmodi consuetudinem, & eam auctoritate Apostolicâ approbantes, ac nihilominùs volentes ipsam inviolabiliter observari: eâdem auctoritate statuimus, ut Ecclesias, dignitates, personatus & beneficia, quæ apud sedem ipsam deinceps vacare contigerit, aliquis præter Romanum Pontificem quâcunque super hoc sit auctoritate munitus, sive jure ordinariæ potestatis ipsorum electio, provisio, seu collatio ad eum pertineat, sive literas super aliquorum provisione generales vel etiam speciales sub quacunque forma d verborum receperit (nisi ei sit super conferendis eisdem in curia Romana vacantibus specialis & expressa ab ipso Pontifice summo auctoritas attributa) conferre alicui seu aliquibus non præsumat. Nos enim si secùs actum seu attentatum fuerit, decernimus irritum & inane.

CAP. III.

¶ *Si Papa beneficia vacantia in curia non conferat intra mensem à die vacationis, illi, ad quos collatio pertinebat, poterunt ea conferre. Ioan. And.*

Gregorius X. *In Concilio generali Lugdunen.*

STatutum felicis recordationis Clementis Papæ prædecessoris nostri de dignitatibus & beneficiis in curia Romana vacantibus, nequaquam per alium, quàm per Romanum Pontificem conferendis, decernimus taliter moderandum: Ut ii, ad quos eorundem beneficiorum & dignitatum spectat collatio e (statuto non obstante prædicto) demùm post mensem à die, quo dignitates seu beneficia ipsa vacaverint, numerandum, ea conferre valeant. Tantummodo per seipsos vel (ipsis agentibus in remotis) per suos Vicarios generales in eorum diœcesibus existentes, quibus id canonicè sit commissum.

CAP. IV.

¶ *In beneficiis vel in impetrationibus ad beneficia per provisionem usq; ad certam summam persolvi non debetur. Per Ecclesias civitatis vel diœcesis non comprehenditur cathedralis: Sed per Eccle-*

a *Aliàs, &.* b *Vid. Concil. Trident. sess. 6. de reform. cap. 1. & sess. 21. cap. 3. & sess. 24. cap. 12.* c *Vid. Decium, consil. 280. ubi late de his quotidianis distributionibus.* d *aliter, participant.* e *In vetustioribus codicibus constanter legitur, Clemens IV.* f *alit. per quæ.*

a *Alios casus, quib. exempti subsunt ordinario, vide infr. eod. cap. 2. de pœn. & rem. per gl. ibi. Phil. Font.* b *al. sta: verùm etiam jus ad ea tribuere vacatura.* c *Vid. l. jus civile ff. de justit. & jure.* d *Procedit, etiamsi habeatur clausula, non obstante quòd oportet expressam mentionem de verbo ad verbum fieri in literis Apostolicis. Petr. Anch. Dom & Phil. Font.* e *Vid. § fin. in authent. de sil. ante do. instrum. Font.*

sint

suas provincia metropolitana & cathedrales reliqua includuntur. Ioan. Andr.

Bonifacius VIII.

QUamvis *a* plenissima sit aliàs in beneficiis interpretatio facienda, literæ tamen super obtinendis beneficiis impetratæ, debent (cùm sint ambitiosæ) restringi. Et ideò si alicui usque ad certam summam provideri mandamus, ei non in pensione, sed in beneficiis Ecclesiasticis tantùm volumus provideri: nisi de pensione in nostris literis mentio habeatur expressa. Quanquam sub nomine Ecclesiarum civitatis comprehendatur aliàs Ecclesia cathedralis: cùm tamen alicui de beneficio mandamus in aliqua Ecclesiarum civitatis vel diœcesis provideri, ad cathedralem Ecclesiam (quam propter ipsius honorem sub hac generalitate nolumus hoc casu includi) se mandatum hujusmodi non extendit. Secùs *b* autem cùm mandamus in aliqua Ecclesiarum provinciæ provideri: tunc enim & metropolitana & cæteræ cathedrales Ecclesiæ includuntur sub tali mandato, cùm uberiorem hoc casu, quàm alio, impetranti gratiam facere videamur.

CAP. V.

¶ *Impetranti beneficium seculare, providetur de beneficio per seculares Clericos vacaturo, ad præscriptionem legitimam possesso. hoc primò. Clerico seculari prioratum impetranti simpliciter, non providetur de consueto per religiosos gubernari. h. d. secundo. Dom.*

Idem.

CUm *c* de beneficio Ecclesiastico consueto Clericis secularibus assignari, provideri mandatur, de illo debet intelligi, quod tanto tempore ab uno vel pluribus secularibus Clericis, institutis in eo rectoribus, extitit continuè ac pacificè gubernatum, ut præscriptio legitima sit completa, etiamsi antè vel pòst *d* Religiosi quandoque ministraverint in eodem. Quando verò scribitur, ut providetur de aliquo Prioratu alicui Clerico seculari, provideri non potest de Prioratu, qui per Religiosos (juxta modum præmissum) est solitus gubernari: Nisi hoc in literis caveatur expressè.

CAP. VI.

¶ *Habere personatum cum cura, & Præbendam, cui annexa est parochialis Ecclesia, non est contra Concilium generale. Io. And.*

Idem.

SUper eo, quod Præbendas, quibus parochiales Ecclesiæ sunt annexæ *e*, in quibus spiritalem jurisdictionem secundùm Ecclesiæ vestræ consuetudinem approbatam, & sic secundùm aliquorum interpretationem curam animarum habetis, simul cum personatibus (quorum aliquibus cura imminet animarum) in eadem Ecclesia obtinetis, vobis (cùm hoc generali concilio non obviet) dispensatio necessaria non existit.

CAP. VII.

¶ *In impetrationum beneficiorum inspicatur data, non præsentatio vel receptio. Ioan. And.*

Idem.

EUm cui Canonicatus alicujus Ecclesiæ à sede Apostolica est collatus, licèt nondum sit in ea receptus, decernimus in assecutione Præbendæ (juxta suæ provisionis ordinem) omnibus præferendum *f*, quibus postmodùm in ipsa Ecclesia similis gratia est concessa: Licèt isti primò suas literas præsentaverint, & primò recepti fuerint in eadem.

a *Vid. Oldrad. consil. 102.* b *In antiq. codic. ita: Secùs est cùm mandamus.* c *Vid. Clemen. 1. tit. de sup. negl. præl. vers. prioratus. & late Felin. in cap. in nostra. ext. de rescriptu.* d *Vid. cap. fin. de decim.* e *De ista unione not. clo. si una. de reb. Eccl. non alien. & c. si unire. de excess. prælat. de Anch. Fent.* f *Vide hic Felin. in c. cum te. de rescrip. Fent.*

CAP. VIII.

¶ *Per literas Apostolicas non facientes de defectu ordinis mentionem, potest impetranti de curato beneficio provideri: ad ordines tamen se faciet proximis temporibus promoveri. Ioan. And.*

Idem.

SIpro Clericis pauperibus vel aliis nostras literas, ut eis de beneficiis provideas, etiamsi animarum cura sit annexa eisdem, recipere te contingat: ipsis (licèt nec in sacris sint constituti ordinibus, nec de defectu ordinum in eisdem literis mentio habeatur) poteris de beneficiis curam habentibus licitè providere, nec prætextu dicti defectûs tua poterit provisio impugnari. Oportebit tamen, ut ipsi ad ordines, quos requirunt *a* collata eis beneficia, se faciant in proximis statutis à jure temporibus promoveri.

CAP. IX.

¶ *Mandato alterius super provisione facienda per Papam impleto, provisio auctoritate Papæ intelligitur esse facta. hoc dicit secundum Zen.*

Idem.

SIeum, super cujus provisione Apostolicæ sedis Legatus in certa Ecclesia suas literas, quibus obtemperatum non fuerat, destinârat: mandamus auctoritate nostrâ in ipsa Ecclesia in Canonicum recipi & in fratrem, sibique provideri de Præbenda juxta ipsius Legati continentiam literarum: talis receptus hujusmodi nostri auctoritate mandati, non Legati, sed nostrâ *b* intelligitur auctoritate receptus. Et ideò est in assecutione Præbendæ omnibus pòst eum eâdem auctoritate receptis, in dicta Ecclesia præferendus.

CAP. X.

¶ *Mandatum alternativè plures collatores includens, verificatur in primo vacante. Insimul verò vacantibus orda scriptura servatur. hoc dicit secundùm Dominicum.*

Idem.

MAndato nostro sub ea forma tibi directo, ut alicui provideas de beneficio ad collationem tuam vel alterius pertinente: De beneficio, quod primò vacabit (sive ad tuam, sive ad illius collationem pertinuerit) ei, pro quo scribitur, providere debebis. Si verò plura beneficia ad tuam & illius collationem forsan speciantia simul vacent, tunc scripturæ ordinem servare habebis, ut illi solùm provideas de illo beneficio, quod ad te noscitur pertinere.

CAP. XI.

¶ *Si Clericus, cui mandabatur provideri de Præbendâ primò vacante, negligit petere Præbendam sibi debitam, extincta est gratia. Si autem sibi collatus fuerit Canonicatus, tunc habebit Præbendam, cùm multæ sit ibi expellans auctoritate Apostolicâ. Ioan. And.*

Idem.

SI Clericus, pro quo à sede Apostolica recepisti mandatum, ut ei de Præbenda *c* proximò vacatura in certa Ecclesia provideres, eumque pòstea in Canonicum ipsius Ecclesiæ recipi faceres & in fratrem, Præbendam sibi debitam, quando vacat, petere negligenter omittat: aliam pòstmodùm in ipsa Ecclesia vacaturam nequibit prætextu dicti mandati petere, nec tu de ipsa sibi poteris providere, cùm facta ei gratia per ipsius negligentiam sit extincta. Verùm si præfatus Clericus fuisset auctoritate Apostolicâ effectus ab initio Canonicus in Ecclesia præfata: tunc (cùm remanserit in ea Canonicus) dictâ negligentiâ non obstante, ac per consequens ratione Canonicatûs sit in alia Præbenda nulli alii de jure debita exteris præferendus, petere

a *Vid. Conc. Trid. sess. 22. de refor. c. 4.* b *Vid. l. si servus. ff. de hær. inst & l. unum ex familia. ff. de leg. 2.* c *Vid. c. cum in Ecclesia. inf. eod. & l. penult. C. de pact. inf. de consec. Eccles. vas.*

poterit Præbendam aliam proximò vacaturam: dummodò non sint aliqui eâdem auctoritate Præbendas in ipsa Ecclesia expectantes. Et eidem de ipsa non per te (cùm mandatum non susceperis super illa) sed per eum, ad quem spectat in eadem Ecclesia Præbendarum collatio, provideri debebit: Aliàs facta de Præbenda hujusmodi alteri collatio in illius præjudicium, eo ipso viribus non subsistat.

CAP. XII.

¶ Receptus auctoritate Papæ etiam ad mandatum alterius, præferendus est aliis in Præbenda. h. d. secundum Zen.

Idem.

HI, qui auctoritate Apostolicâ in aliqua Ecclesia in Canonicos sunt recepti, debent in Præbendarum assecutione cæteris anteferri, Legatorum vel aliorum quorumcunque auctoritate receptis antèà in eadem. Eum quoque, qui ad mandatum Legati vel alterius auctoritate Apostolicâ sibi specialiter in hac parte concessâ fungentis recipitur, auctoritate Apostolicâ receptum esse dubium non existit.

CAP. XIII.

¶ Si post gratiam mihi factam à Papa de Canonicatu & Præbenda, Bononienses Canonici hoc ignorantes & ignoranti Præbendam conferunt post vacantem, non tenet collatio. h. d. Ioan. And.

Idem.

SI postquam Canonicatum in aliqua Ecclesia tibi contulimus, & de Præbenda nulli alii de jure debita inibi proximè vacatura mandavimus provideri, hi ad quos in ea spectat collatio Præbendarum, Præbendam, quæ vacabit *a* ibi postmodùm, motu proprio, ignorantes tibi gratiam factam, alii duxerint conferendam: talis collatio in tuum præjudicium attentata, nullam obtinet firmitatem. Nam eo ipso, quòd Canonicus auctoritate Apostolicâ fuisti effectus, jus ad obtinendum Præbendam proximò vacaturam ibidem, tibi acquisitum extitit: eandemque, quàm citò vacavit (ex quo nulli alii debebatur) justè petere potuisti: & ideò à prædictis (licèt ignorantibus) alteri conferri nequivit.

CAP. XIV.

¶ Si Papa det licentiam Legato suo, recipiendi auctoritate Apostolicâ resignationes beneficiorum legationis suæ liberè in manibus suis factas, & illa beneficia conferendi: secundò Papa, de prædicta potestate non habitâ mentione, Canonicatum & Præbendam si vacat, vel quàm primò vacaverit in aliqua Ecclesia legationis mihi conferat: tertiò Canonicus ipsius Ecclesiæ renuncient, & Legatus etiam, ignorans collationem mihi factam, confert tibi Præbendam prædictam: non tenet collatio Legati, sed mihi illa Præbenda debetur. hoc dicit. Ioan. And.

Idem.

DUdum venerabili fratri nostro S. Episcopo Prænestino *b*, quem ad partes destinavimus Gallicanas, recipiendi auctoritate nostrâ resignationem ab obtinentibus beneficia Ecclesiastica in eisdem partibus, qui ea vellent liberè in ejus manibus resignare, ac beneficia ipsa personis idoneis conferendi per nostras literas potestate concessâ: Nos postmodùm (de concessione hujusmodi non habitâ mentione) Nicolao de Bonefac. Camerario dilecti filii nostri N. tituli sancti Laurentii in Damaso Presbyteri Cardinalis, Canonicatum Lexon. Ecclesiæ, quæ in partibus illis existit *c*. & Præbendam nulli alii de jure debitam (si qua tunc vacabat in dicta Ecclesia) contulimus, & sibi providimus de eisdem. Si verò nulla talis Præbenda vacabat ibidem, nos Præbendam proximò inibi vacaturam (conferendam dicto Camerario, cùm vacaret) donationi Apostolicæ duximus reservandam; decernentes extunc irritum & inane, si secùs super hoc à quoquam contingeret attentari, certis *a* sibi ad hoc executoribus deputatis. Cumque postmodùm Nicolaus vasalli Clericus Canonicatum & Præbendam, quos in dicta Lexon. Ecclesia obtinebat, in dicti Episcopi manibus resignâsset, & dictæ potestatis prætextu eos idem Episcopus (collationis, provisionis, reservationis, & decreti prædictorum forsan ignarus) Guilielmo vasalli Presbytero contulisset: dicti executores (collatione non obstante prædictâ) literarum nostrarum auctoritate, Præbendam eandem dicto Camerario velut sibi debitam contulerunt, quem dictus Presbyter (prætextu *b* collationis per dictum Episcopum sibi factæ) quòd Præbendam ipsam pacifice possidere valeat, non permittit: propter quòd idem Camerarius nobis supplicavit humiliter, ut providere sibi super hoc de opportuno remedio dignaremur. Nos igitur attendentes, quòd etsi memorato Episcopo prædictam concessimus potestatem, penes nos tamen nihilominùs remansit major, licèt eadem potestas, etiam in prædictis, propter quod nostra, qui eandem præoccupavimus potestatem, potior debet esse conditio: eò præsertim, quod secundùm canonicas & legitimas sanctiones per speciem generi derogatur, quanquam de genere in derogante specie mentio nulla fiat. Considerantes quoque, quòd nos exposito nobis de potestate prædicta, nihilominùs literas gratiosas daremus in dictis partibus, non habitâ mentione de ipsa *c*: quia foret absurdum, si tam lata *d* nostra impediretur potestas: & si in omnibus provisionum nostrarum literis, quas concederemus in partibus supradictis, oporteret nos de sæpedictâ potestate specialem facere mentionem: Et quòd decretum nostrum prædictum (maximè hic, ubi jam dictus Camerarius ante dictam renunciationem per nos erat Lexonien. effectus Canonicus) statim ignorantes ligaverat, cùm super incerto non esset editum: nec ex alieno penderet arbitrio, vel voluntate cujusvis, qui acceptandi potestatem haberet: & idcircò per illud etiam expressisse videmur, ne alius posset conferre, & potestatem prædictam quantùm ad præsentem speciem revocâsse, quæ in hoc casu, ubi de lucro dicti G. tantùm agitur, & non de præjudicio Episcopi memorati, ab ignorante potuit revocari: nec post revocationem hujusmodi jus, per eum in alium etiam ignorantem, in re revocata transferri. Ad instar etiam servi calendario præpositi, qui post mortem Domini præponentis mutuatas pecunias accipientis non facit, licèt inter contrahentes mors Domini præpositum revocans fuerit ignorata: Et Domini, qui peculium quod proprio servo concesserat, statim perimit, cùm in eo suam mutaverit voluntatem. Discretioni vestræ mandamus, quatenus præfatum Presbyterum monitione præmissâ per censuram Ecclesiasticam compellatis, ut collatione de Canonicatu & Præbendâ prædictis per dictum Episcopum sibi factâ (quæ nulla extitit) non obstante, dicto Camerario Præbendam ipsam omninò dimittat, & eum super ea deinceps nullatenùs inquietet.

CAP. XV.

¶ Secundus, qui impetravit dignitatem & Præbendam, præfertur priori, qui solum Præbendam impetraverat, si Præbenda dignitati est annexa, aliàs non. h. d. Ioan. Andr.

Idem.

QUia sæpè dubitatur à multis, si Canonicatus alicujus Ecclesiæ sit collatus à sede Apostolica successivè duobus, fuerit̃que mandatum primo de Præbenda, secundo verò de Præbenda & dignitate, personatu, vel

officio

a *In antiquioribus libris constanter legitur, vacavit.* b *al. Palestrine.* c *al. extitit.*

a *Aliàs, ita: certis sibi super hoc, &c.* b *aliàs occasione.* c *Ad hunc locum vide notata, cap. ex parte. de fur. competen. & in Spec. de lib. conceptione. § ad hujus tit. confirmationem. versic. cùm sit alter. de Anchar. Font.* d *al. lata.*

officio, cùm se facultas obtulerit provideri: quis ipsorum in Præbenda, quæ cum dignitate, personatu, vel officio vacat ibi, postmodùm debeat de jure præferri. Nos dubitationem hujusmodi sopire volentes, præsenti declaramus edicto, primum (cùm sit tempore anterior) cui per mandatum secundum præjudicari, aut jus ipsius absorberi non debet, ex quo de intentione mandantis contraria non apparet, præferendum esse in dicta Præbenda: Nisi vacanti dignitati, personatui, vel officio sit annexa: nam si esset annexa, secundus, cui debetur dignitas, personatus, vel officium, præferretur in ipsâ.

CAP. XVI.

¶ Mandatum provideri de dignitatibus vel beneficiis aliùs Ecclesiasticis, curata non includit, non expressâ curâ. h.d. neq. ad 4. Illis.

Idem.

CUm *a* in illis, quibus beneficia curam animarum habentia committuntur, major, quàm in iis, qui ad alia promoventur, idoneitas requiratur: intentionis nostræ nequaquam existit, ut cùm aliquibus de Ecclesiis, personatibus, dignitatibus, vel aliis beneficiis quibuscunque (de animarum cura mentione non habitâ) provideri mandamus, ipsis de iis, quibus hujusmodi cura imminet, possit aut debeat provideri.

¶ In beneficiis provisione modus electivus non includitur, si alius modi providendi exprimantur. h. d.

Illis verò, pro quibus scribimus, ut provideatur eisdem de personatibus vel dignitatibus, etiamsi curam habeant animarum, ad collationem, provisionem, præsentationem, vel dispositionem spectantibus quorumcunque *b*, provideri nequibit de prælaturis, personatibus, vel dignitatibus, ad quos, seu quas per electionem ii, qui eis habent præfici, assumuntur.

¶ Beneficiales literæ unum modum exprimentes, alios non excludunt. h. d.

Cum autem inter collationem, præsentationem, & institutionem differentia magna esse noscatur: si cui de beneficio ad alicujus collationem spectante provideri mandetur, de illo quod ad ejus præsentationem vel institutionem pertinet, provideri non poterit, nec etiam è converso: expresso enim uno casuum prædictorum, mandatum super hoc factum (quod debet de sui natura restringi) ad alios extendi non debet.

¶ Mandatum simpliciter duos includens, alterum solum non adstrinxit, & è converso duorum unis, duos non afficit. h. d. Dom.

Si verò de beneficio ad aliquorum collationem vel præsentationem spectante (non adjecto communiter vel divisim) provisio injungitur facienda, in beneficio, quod ad collationem vel præsentationem alterius ipsorum tantùm pertinet, adimpleri non potest. Sicuti si de beneficio spectante ad collationem unius provisio injuncta fuisset, impleri non posset in beneficio, cujus collatio ad eum simul cum alio pertineret.

CAP. XVII.

¶ Beneficium mihi collatum ante dissensum meum alteri conferri non potest, nisi terminus mihi datus ad consentiendum esset elapsus: & tunc etiam post terminum, antequam alteri conferatur, potero consentire. Ioan. And.

Idem.

SI tibi absenti, per tuum Episcopum conferatur *c* beneficium, licèt per collationem hujusmodi (donec eam ratam habueris) jus in ipso beneficio, ut tuum dici valeat, non acquiras, ipse tamen Episcopus vel quicunque alius de ipso beneficio (nisi consentire recuses) in personam alterius ordinare nequibit. Quod si fecerit, ejus ordinatio facta de beneficio non libero, viribus non subsistet. Sed si Episcopus (notificatâ tibi collatione) ad consentiendum terminum competentem assignet, nisi consenseris, poterit eo lapso beneficium liberè (cui viderit expedire) conferre. Antequam tamen ipsum contulerit, tuum poteris (non obstante, quòd lapsus sit terminus) præstare consensum *d* & extunc de ipso non poterit aliter ordinari.

CAP. XVIII.

¶ Qui vi, vel injustè occupat secundum beneficium curatum, privatus est primo. Qui autem vi beneficium curatum aliquod occupat, est ipso jure privatus jure, quod in illo vel ad illud habebat. h. d. Ioan. And.

Idem.

EUm *a*, qui beneficium, cui animarum cura imminet, vi occupat, seu se scienter injustè intrudit in eo: decernimus ipso jure fore privatum beneficio, quod cum cura simili primitùs obtinebat. Non enim decet, ut stultus melioris quàm peritus conditionis existat, vel quòd invasor eo, qui justè ingreditur, privilegio gaudeat potiori. Insuper ut violenti, qui auctoritate (vel verius temeritate) propriâ occupare dignitates, personatus, aut alia quæcunque Ecclesiastica beneficia non verentur, etsi non virtutis amore, pœnæ saltem formidine à suæ temeritatis audacia refrenentur: eo ipso jus, si quod in dignitatibus, personatibus & beneficiis occupatis taliter vel ad ea ipsis forsitan competebat, amittant.

CAP. XIX.

¶ Habens potestatem Apostolicam personæ idoneæ de beneficio providendi, aliàs beneficiato sufficienter providere non poterit, nisi in literis hoc exprimatur, & tunc unicum simplex obtinentiâ providebit. Si verò conceditur, ut provideat beneficia obtinenti, ad duo tantùm refertur: & contrà factum est nullum. h.d. Dominicus.

Idem.

IS, cui conceditur, ut auctoritate Apostolicâ possit unâ personæ idoneæ *b*, in suâ vel alia Ecclesia providere, alicui aliud beneficium sufficiens obtinenti providere non potest. Nisi primò ille beneficium, quod obtinet, omninò dimittat. Vel nisi in concessione hujusmodi sit expressum, quòd aliàs beneficiatæ valeat providere personæ. Tunc enim providere poterit unicum duntaxat beneficium obtinenti: dum tamen illi cura non immineat animarum. Si verò concessum fuerit, ut providere illi valeat, qui alia beneficia noscitur obtinere, hujusmodi pluralitas debet solùm ad duo beneficia sine curâ restringi. Provisio quoque facta contra præmissa eo ipso viribus non subsistat.

CAP. XX.

¶ Si quis ignorans recipiat beneficium priùs reservatum vel alteri collatum per Papam, si ex quo scivit, illud sine difficultate dimittat, recuperat priora beneficia, propter illud dimissa, aliàs non. Ioan. And.

Idem.

SI *a* beneficia, quæ per sedem Apostolicam conferuntur, aut decreto interposito reservantur, interdum contingat ab iis, ad quos aliàs pertinet collatio eorundem, aliquibus hujusmodi collationem seu reservationem ignorantibus de facto conferri, & beneficia, quæ illi tenebant anteà, & *d* post prædictorum adeptionem

a Vide Concil. Trid. sess. 7. de refor. c. 3. & D. Thom. 2. 2. quæst. 2. art. 6. b Vide l. 1. §. fin. autem. & l. omnibus. ff. ad Trebell. Fant. c Vide l. consensu. ff. de oblig. & obligat.

a Vide extravag. Ioan. 22. incip. execrabilis. eod. tit. & Concil. Trid. sess. 1. de refor. c. 1. & seq. & sess. 2. de refor. c. 17. b Hæc dictus, determinat hoc providere, ergo si nunc nil habet, quamvis aliàs habuerit, videbitur etiam de curatis, cùm hic sit gratia providenti, idcò est in suum favorem ampliandæ. Pet. de Anch. Fant. c Vide Dom. consil. 71. incip. formatur, & Lapum. allegatione 126. d Dictis, &, deest in antiq. cod.

dimissa per eos aliis assignari. Ne talis ignorantia eis (cùm sint sine culpa) præjudicialis existat: statuimus, ut si ipsi de collatione seu reservatione prædicta postea certiores effecti, sublatâ difficultate quâcunque omninò dimiserint beneficia sic sibi de facto collata, ad beneficia sua priora (collatione quibuscunque personis factâ de ipsis nequaquam obstante) libere revertantur. Alioquin redeundi ad ea (si difficultatem adhibuerint in aliis dimittendis) sit ipsis penitus interdicta facultas. Eundem quoque modum in dimittendo recepta, & recuperando dimissa, quoad omnes alios, qui forsan occasione prædictâ sua dimiserint beneficia, & dimissa per alios fuerint assecuti, per omnia decernimus observandum.

CAP. XXI.

¶ Taciturnitas beneficii etiam modici vitiat dispensationem super pluralitate beneficiorum, quæ etiam legitimè super duobus obtenta ad duo prima recepta refertur. Item provisio alicui facta de beneficio non obstante, quòd aliud habeat, dispensationem super utroque remendo non inducit. h. d. secundum Zen.

Idem.

NOn a potest dispensatio super pluralitate beneficiorum concessa impetranti prodesse, qui aliquod quantumcunq; modicum beneficium subticuit in eadem. Illud autem Apost. sedis indultum, ut quis duo beneficia curam animarum habentia b, si aliàs canonicè conferantur eidem, possit recipere ac simul licitè retinere, intelligitur de duobus primis beneficiis, quæ cum cura post dictum indultum obtinere contingit eundem. Cùm verò tibi (non obstante, quòd aliud beneficium obtinere noscaris) à sede prædicta de aliquo beneficio provideri contingit, per hoc tecum (ut primum beneficium cum secundo retinere valeas) non intelligitur dispensatum. Hoc enim solùm prædicta operatur expressio, quòd facta tibi gratia nequeat surreptitia judicari.

CAP. XXII.

¶ Mandatum Legati super facienda provisione per Papam confirmatum, Papalis gratia est censenda. Zenze.

Idem.

SI Apostolicæ sedis Legatus volens tibi suæ legationis auctoritate in certa Ecclesia providere, Canonicatum & Præbendam, nulli alii de jure debitos, proximò in ipsa Ecclesia vacaturos, collationi suæ reservet, & decernat irritum & inane, si secùs super hoc contigerit attentari, certis qui eos tibi conferant (cùm vacabunt) executoribus per suas literas deputatis: nosque postmodùm plenâ de his factâ narratione, quod ab ipso Legato factum extitit, ratum & gratum habentes, id auctoritate Apostolicâ confirmamus, & eisdem executoribus vel aliis nostris damus literis in mandatis, ut in hujusmodi provisionis negotio auctoritate nostrâ procedant, juxta ipsius Legati continentiam literarum. Certum est, quòd (cùm ipsa provisio ipsius Legati c post impertitam à nobis auctoritatem nostram censeatur effecta) omnibus, quibus posteà mandavimus in eadem Ecclesia provideri (etiamsi Canonicatum ipsius Ecclesiæ duxerimus conferendum eisdem) de jure præferri debebis, in Præbenda postmodùm inibi vacatura.

CAP. XXIII.

¶ Obstat taciturnitas obtenti beneficii licèt modici, nisi constet provisionem factam proprio motu Papæ: qui demùm intelligitur si hoc in litera exprimatur. h. d. Zen.

Idem.

SI motu a proprio alicui aliquod beneficium obtinenti conferamus aliud, de illo non habitâ mentione: non ob hoc gratiam hujusmodi, quæ de nostra mera liberalitate processit, invalidam volumus reputari. Secùs si ad petitionem illius, vel alterius pro eodem oblatam, gratiam hujusmodi faciamus: tunc enim (quantumcunq; modicum beneficium taceatur in ea) ipsam veluti surreptitiam vires nolumus obtinere. Motu quoque proprio tunc solùm gratia fieri censeatur, cùm hoc expresse cautum fuerit in eadem.

CAP. XXIV.

¶ Collatio facta motu proprio Papæ, pluribus beneficiis in eadem Ecclesia vacantibus simul, intelligitur facta de pinguiori: sed si beneficia sunt æqualia, ad eum spectat electio, cui gratia est concessa. Collatio verò facta ad petitionem alterius, ad minus beneficium restringetur: si sint æqualia, eligit, qui alias conferebat: qua negligente, alius eligit: & etiam contrà. hoc dicit secundum Zen.

Idem.

SI pluribus simul in aliqua Ecclesia vacantibus dignitatibus vel Præbendis, nos de hac vacatione incerti, dignitatem vel Præbendam (si qua nulli alii de jure debita in ipsa vacat Ecclesia) cuiquam in genere conferamus: Gratiam hujusmodi (si motu proprio eam fecerimus, ut tunc fiat interpretatio plenissima in eadem) referri volumus ad dignitatem vel Præbendam, quæ inter illas majoris censetur esse valoris: seu (si sint forsan æquales) ad eam, quam is, cui conferimus, intra decendium post habitam de dicta vacatione notitiam duxerit eligendam. Si verò ad petitionem alterius ipsa gratia fuerit per nos facta, eam (ut hoc casu, prout juri congruit, restringatur) ad illam, quæ minoris valoris existit, seu, si sit æqualitas in eisdem, ad eam, quam is, ad quem ipsarum spectat collatio, intra dictum tempus elegerit, postquam sibi hujusmodi gratia erit nota, decernimus referendam. Alteruter quoque ipsorum (prout ad eum pertinet) intra tempus debitum eligere negligente, ad alium extunc electio liberè devolvatur. *¶ Hæc cap. l. 3. de elect. Primicip. lib. 6. tit. 4. cap. 4.*

CAP. XXV.

¶ Non debetur expectanti Præbenda, quæ per Episcopi Præbendarii mortem vacat. h. d. secundum Zen.

Idem.

CUm in Ecclesia tua, quæ XII. Canonicorum & XIII. Præbendarum habet numerum, consuetudinem esse proponas, ut Episcopus, qui est pro tempore, vocem habeat in Capitulo tanquam Canonicus, licèt Canonicus non existat, & unam de dictis Præbendis sicut unus Canonicus obtineat in eadem: certum est eum, cui auctoritate Apostol. provideri mandatur b, de Præbenda nulli alii de jure debita proximò in ipsa Ecclesia vacatura, Præbendam, quam per mortem Episcopi vacare contingit (ne contra dictam consuetudinem, cui per præfatum mandatum non intelligitur derogari, futurus Episcopus Præbendâ careat, & dictus Canonicorum numerus amplietur) habere non posse: sed expectare debere quousque vacet alia, oportebit eundem.

CAP. XXVI.

¶ Per adeptionem secundi beneficii curati, cujus fructus alter ex causa percipit, non vacat primum. Ioan. And.

Idem.

SI tibi concessio à nobis, ut fructus beneficiorum c, quæ usque ad certum tempus in tua vacabunt dice-

a *De clausula, motu proprio, vide Fel. in c. ad aures. & in c. si quando. extrà de rescrip. & in c. causam, quæ clem. 2. de testim. & in c. cùm inter procuratorem. de except.* b *Hæc mandata de providendo sublata sunt per Concilium Trident. sess. 24. de reformat. cap. 19.* c *Et appellatione beneficiorum an comprehendantur prebenda, personæ & præsumptio, vide Fel. in c. postulasti. ext. de rescr.*

a *Vide Fel. in c. in nostra. extrà de rescr. & Panorm. in cap. ad aures. in 2. not. de rescr.* b *Vide Conc. Trid sess. 7. de reform. c. 2. & seq. & sess. 2. de refor. c. 14.* c *Hæc duo verba, ipsius Legati, desunt in manuscr. codic.*

cess

teli percipere valeas pro solvendis debitis, quibus est tua Ecclesia onerata, beneficium vacans postmodum, curam habens animarum annexam, alicui simile beneficium obtinenti te conferre contingat: Æquum est, ut quamdiu fructus ipsius percepteris, primum non debeat reputari vacare.

CAP. XXVII.

¶ *Cùm mandatur alicui non Sacerdotali, vel integra, vel certi valoris conferri Præbenda: Sacerdotalis dimidia vel minoris valoris illi etiam volenti conferri non poterit.*

Idem.

CUi de non Sacerdotali Præbenda provideri mandatur, sibi etiam volenti Sacerdotalis auctoritate mandati hujusmodi conferri nequibit. Similiter, si in Ecclesia, in qua integræ ac dimidiæ Præbendæ habentur, mandetur *a* integra conferri Præbenda, quanquam ille, pro quo scriptum extitit, dimidiâ velit esse contentus, ei de ipsa non poterit provideri. Idem cùm injungitur provideri alicui de Præbenda certi valoris, ut in Præbenda minoris valoris etiam illo volente mandatum non possit adimpleri. Non enim hujusmodi mandata (quorum fines diligenter servari oportet) debent ad casus alios, quàm expressos extendi.

CAP. XXVIII.

¶ *Secundo beneficio curato effectualiter adepto, primum consimile (ejus possessore irrequisito) conferri potest: non autem ejus possessio dari, secundum Zen.*

Idem.

LIcèt *b* Episcopus beneficium, quod cum animarum cura tenebas (postquam aliud recepisti consimile, ac ipsius possessionem pacificam habuisti, vel per te stetit, quò minùs haberes eandem) possit alteri de jure conferre: Illum tamen cui contulerit, non debebit te non vocato (cùm tibi forsan jus possit competere retinendi) in possessionem ipsius inducere corporalem.

CAP. XXIX.

¶ *Sacerdotalis Præbenda per simplex mandatum de providendo, non nisi apto ad Sacerdotium est conferenda. h. d. secundum Zen. Et istud summarium potest adaptari utriq; lecturæ posita in tertia glossa. Dominicus.*

Idem.

EI, cui provideri mandatur *c* simpliciter de Præbenda proximò vacatura, Sacerdotalis Præbenda conferri non potest, si nondum in ætate tali existat, quòd possit ad Sacerdotium promoveri: Sed aliam expectare debebit.

CAP. XXX.

¶ *Ex mandato sedis Apostolicæ expectans ex certa causa, eâ deficiente, beneficium petere impeditur. h. d. secundum Zen.*

Idem.

SI pauper *d* Clericus, cui cùm beneficium nullum haberet, mandabatur de beneficio (juxta suæ probitatis merita) per Episcopum provideri, aliud autequam sit provisum eidem, beneficium fuerit assecutus: providere sibi Episcopus (cùm cessaverit causa mandati) de cætero non tenetur.

CAP. XXXI.

¶ *Ubi de prioritate beneficii pluribus collati non constat, primò possessio, deinde major prærogativa præfertur. h. d. secundum Zen.*

Idem.

SIà sede Apostolicâ, vel Legato ipsius, uni, & ab Ordinario alteri, eodem die idem beneficium conferatur, nec appareat, quæ collatio fuerit primò facta, erit potior conditio possidentis *a*. Si verò neuter possideat, is, cui sedes ipsa contulit vel Legatus (propter conferentis ampliorem prærogativam) erit alteri præferendus.

CAP. XXXII.

¶ *Religiosus habens Prioratum vel Ecclesiam curatam si recipiat secundum sine licentia Papæ, ipso jure vacat primum. Quod si statim non demiserit, efficitur ineligibilis, & privatur utroq;. Eadem est pœna in iis, quæ habebant ante hanc constitutionem, nisi intra mensem alterum elegerint & alterum demiserint. h. d. usq; ad 9. prohibemus. Ioan. And.*

Idem.

CUm *b* singula officia sint singulis committenda personis, & dissolutionis ac evagationis materia sit Religiosis præ cæteris auferenda: præsenti prohibemus edicto, ne aliqui Monachi vel Religiosi alii e pluribus Prioratibus, vel Ecclesiis curam habentibus animarum, etiamsi eadem cura non per ipsos, sed per Presbyteros ad eorum præsentationem per Episcopos institutos habeat exerceri, absque sedis Apostolicæ auctoritate præsse præsumant: nisi fortè unus ex eis ab alio dependeat, vel adinvicem sint annexi. Statuentes, ut quicunque ipsorum Prioratum vel Ecclesiam talem obtinens alium receperit, primum, quo sit ipso jure privatus, statim omninò dimittere teneatur, per cum, ad quem pertinuerit, liberè alteri conferendum. Quod nisi fecerit, extunc eo ipso efficiatur ineligibilis *d*, & tanquam ambitiosus ab utroque penitùs repellatur. Circa eos autem, qui plures Prioratus vel Ecclesias hujusmodi nunc detinent, providemus, ut intra mensem, postquam præsens constitutio pervenerit ad eosdem, unum ex ipsis, quem retinere voluerint (reliquis dimissis) eligere teneantur: alioquin extunc pœnis subjaceant supradictis.

¶ *Prioratus Ecclesia vel administrationes unius monasterii solita per ipsius Monachos gubernari, absq; sedu Apostolicæ licentia alterius monasterii Monachis non committantur, nec commissa dimittantur. Qui contrà fecerint, sint privati potestate ordinandi prædictâ eâ vice: & defertur ad Diœcesanum in non exemptis, & ad Papam in exemptis. Recipientes vel detinentes (aliàs eligentes) sunt ineligibiles ipso jure. h. d.*

Prohibemus insuper, ne Prioratus vel Ecclesiæ, aut administrationes, seu officia unius monasterii consueta per ejusdem Monachos gubernari, committantur deinceps absque auctoritate sedis ejusdem alterius monasterii Monachis gubernanda, nec hactenus commissa dimittantur eisdem: sed per eos, ad quos pertinent, liberè ordinentur. Cùm illis non liceat habere locum in diversis monasteriis, quorum unum ab alio non dependet, nec aliorum monasteriorum (nisi canonicè transferantur ad ipsa) Prioratus, Ecclesias, administrationes vel officia gubernare. Qui verò contra prohibitionem præsentem prædicta de cætero alienis Monachis commiserint, vel dimiserint jam commissa: eâ vice ordinandi de ipsis sint potestate privati, & de eis per Diœcesanos (si exempta non fuerint) alioquin per sedem Apostolicam ordinentur *e*. Ii autem, qui ea suscipere vel suscepta præsumpserint detinere *f*, reddantur ineligibiles ipso jure.

CAP. XXXIII.

¶ *Contemptum possunt prosequi, si ad receptionem vel collationem absentes Monachi vel Canonici non vocentur: nisi consuetudo habeat eos non vocari. h. d. secundum Zen.*

---

a *Aliàs, mandatur.* b *Vide Fol. in c. fin. ext. de præsumpt. & Hoppol. singul. 195. incip. nemo privandus est.* c *Mandata de provid. modo sustinet Conc. Trid. sess. 24. de ref. c. 19.* d *Multa modo quis dicatur pauper, vide Alex. consil. 39. incip. consultus sum. l. 7. adde Bart. in l. si constante. ff. sol. matr.*

a *Vide l. vlt. ejus. C. de probat. c. licet causam. de prob. & l. in bona fide. C. de rebus cred. Font.* b *Vide Conc. Trid. sess. 7. de refor. c. 2. & sess. 24. de refor. c. 17.* c *Aliàs, alias.* d *Vide gloss. 16. qu. 1. in sum. & elem. 1. de elect. Phil. Font.* e *al. ordinetur.* f *Aliàs, retinere.*

Idem.

CUm in Ecclesiis Canonicorum receptio, aut Præbendarum vel beneficiorum collatio imminet facienda, absentes Canonici (si commodè fieri valeat) sunt vocandi: Nisi consuetudo habeat eos ad talia non vocari. Alioquin quod in eorum absentia fieri contigerit, eis instantibus irritari debebit.

CAP. XXXIV.

¶ Beneficia morientium etiam in loco vicino curiæ Romanæ per duas dietas legales, vel sede ipsâ vacante, ibi causam, domicilium vel originem non habentium, vel etiam habentium, sed curialium, & ibi causa Romanæ curiæ morientium, vel translatâ curiâ eam sequentium, & in cinere decedentium, vel in loco, unde recessit curia, in quo remanserant infirmi: conferri nequeunt per alium quàm per Papam. b. d. secundum Zen.

Idem.

PRæsenti declaramus edicto, statutum felicis recordationis Clementis Papæ prædecessoris nostri, de beneficiis apud sedem Apostolicam vacantibus, per alium, quàm per Romanum Pontificem minimè conferendis, locum habere in beneficiis, quæ Legati aut Nuncii sedis ejusdem, vel quivis alii ad Romanam curiam venientes, vel etiam recedentes ab ipsa obtinere noscuntur, si eos in locis vicinis *a* ipsi curiæ mori contingat: quemadmodum si in loco, ubi eadem curia residet, morerentur.

Idem est si aliquis curialis (etiam Ecclesiâ Romanâ vacante) peregrinationis, infirmitatis, aut recreationis, seu aliâ quâvis causâ ad locum curiæ vicinum secedens, in hujusmodi loco vicino decedat: dummodò ibi (etiamsi erat ad ipsam curiam reversurus) ejus domicilium seu domus propria non existat.

Loca verò intelligantur vicina eidem curiæ in præmissis, quæ remota ultra duas dietas legales (quas hoc casu sic specialiter volumus computari) à loco, ubi moratur ipsa curia, non existunt.

Sanè si quis in loco ubi *b* degit curia, suæ originis domum habens, diem claudat extremum in ea: ipsius beneficia sub prædicto non aliter includantur *c* statuto, quàm si curialis esset antea, & ibidem occasione curiæ moraretur. Porrò cùm curiam de loco ad locum transferri contingit, si curiales in itinere (dùm curiam sequuntur eandem) vel in loco, unde recedit ipsa curia, forsitan remanentes infirmi, rebus inibi eximantur humanis, præmissum statutum (quantumcunque locus ubi decedunt, ab ipsa curia sit remotus) ad illorum beneficia se extendit.

CAP. XXXV.

¶ Mori Papa tollit, ne parochiales Ecclesia in curia vacare dicantur. b. d. secundum Zen.

Idem.

SI Apostolicâ sede vacante aliquas parochiales Ecclesias vacare de cætero contigerit apud ipsam, statuimus ut de eis (ne ipsarum vacatio diutina periculum valeat animabus afferre) per eos, ad quos pertinet *d*, possit liberè ordinari constitutione felicis recordationis Clementis Papæ, prædecessoris nostri, de beneficiis apud sedem ipsam vacantibus, per alium, quàm per Romanum Pontificem minimè conferendis, vel aliâ quâvis contrariâ super hoc editâ non obstante. Idem volumus & de illis, quæ ibidem ipso Romano Pontifice vivente vacabunt, si de ipsis per eum ante ipsius obitum non fuerit ordinatum.

a *Nota ex loci vicinitate contrahi communionem quandam etiam quoad præmium, pœnam, mores. de pœnit. dist. 1. §. sed contrà. l. non tantùm. §. Ilicensium. ff. de excus. tut. & qui dicantur vicini, vide l. si tertius. de aqua pluv. arc. l. 4. §. si tam vicinum. ff. de damn. infect de Anch. Font.* b *Al. ita: ubi degit ipsa curia, &c.* c *Al. includuntur.* d *Vide Doc. in c. bona. in princ. ext. de appell.*

CAP. XXXVI.

¶ Gratia alicui concessa, ut providere possit personis idoneis in certa Ecclesia, personis non expressis, non expirat re integrâ obitu concedentis: secùs si personæ essent expressæ. Ioan. And.

Idem.

SI cui (nullâ personarum factâ expressione) sit gratiosè concessa facultas, ut auctoritate Apostolicâ possit aliquibus personis idoneis in certa Ecclesia providere, vel beneficia (quorum collatio est ad sedem Apostolicam legitimè devoluta) conferre, contradictores a eâdem auctoritate per censuram Ecclesiasticam compescendo: hujusmodi concessio (quam, cùm specialem gratiam contineat, decet esse mansuram) non expirat etiam re integrâ per obitum concedentis. Secùs si super provisione certæ personæ facienda sit data potestas eidem, non ob suam, sed ejus, cui provideri mandatur, gratiam vel favorem: illa quidem expirat omninò, si concedens re integrâ moriatur.

CAP. XXXVII.

¶ Qui ex licentia curæ incertos concessa absque titulo ad sacros ordines Clericos promovet, eu tenetur providere. Dans licentiam promoveri, vel etiam promovendo, ex promotu ad sacros sine titulo providere tenebitur. b. d. Zen.

Idem.

SI *b* Episcopus, cui nullis personis expressis in genere commisisti, ut vice tuâ ordines in tua diœcesi celebraret, ad sacros ordines promoverit quempiam titulum non habentem: ei (cùm in culpa fuerit taliter ordinando eundem) tenebitur vitæ necessaria ministrare, donec sibi per eum vel alium de competenti beneficio sit provisum. Si verò certas commisisti *c* eidem ordinare personas, tu (qui prævidere hoc casu, an haberent titulum, debuisti) taliter ordinato ad prædicta, donec per te beneficiatus fuerit, obligatus existis. Eis autem, quibus à diœcesanis datur licentia, ut possint à quo voluerint Episcopo, ad omnes sacros ordines promoveri, non qui ordinant, sed qui tribuunt licentiam (cùm eam dare non debeant titulum non habenti) ad præmissa, si titulum non habeant, obligantur.

CAP. XXXVIII.

¶ Si primo loco Papa dat licentiam conferendi beneficia certo modo vacantia, vel ad Papam devoluta: secundo aliquod de his conferat specialiter, vel conferri mandet, species generi derogat: ita quòd secundo beneficium debetur. b. d. Ioan. And.

Idem.

QUamvis *d* tibi nuper in genere potestatem dederimus, beneficia sex Clericorum tuorum cedentium, vel decedentium auctoritate nostrâ personis idoneis conferendi, Canonicatum tamen & Præbendam, quas in tua Ecclesia (in qua post prædictam gratiam tibi factam mandavimus cuidam specialiter provideri) obtinebat quidam ex iisdem tuis Clericis, nunc defunctus, conferre non potes: cùm illi, pro quo scripsimus, debeantur. Nam primæ generali gratiæ tibi factæ derogat posterior specialis, licèt de illâ non fecerit mentionem. Simili ratione si post facultatem tibi concessam à nobis, conferendi beneficia tuæ diœcesis (quorum collatio est ad sedem Apostolicam devoluta) nos eorum aliquod (antequam tu conferas) conferamus specialiter alicui, vel conferri mandemus, de concessione tibi facta non habitâ mentione, facta per nos collatio canonica est censenda.

a *De hac clausula vide Zabarellam in Clem. 2. 4. contradistetes. de religios. dom. & Felin. in c. super 10. ext. de offic. deleg.* b *Vide Conc. Trid. sess. 21. de refor. cap. 2.* c *Al. commisisti.* d *Vid. Doc. in c. 1. de rescript. super 1. gl. & sund. cons. 147.*

CAP.

CAP. XXXIX.

¶ Revocatio gratia non tollit jus quæsitum, sed quærendum, nisi jus annexum aliud inducat: nec tamen tollit jus quærendum annexum juri digniori jam quæsito. h. d. secundum Zen.

Idem.

SI is, cui de Canonicatu, Præbenda, & dignitate, personatu, vel officio per felicis recordationis Nicolai Papæ vel Celestini prædecessorum nostrorum literas, gratia in aliqua Ecclesia facta erat, constitutionis nostræ revocatoriæ tempore Canonicatum & Præbendam, dignitati, personatui vel officio alicui non annexam erat adeptus, licèt dignitatem, personatum, seu officium inibi expectaret, propter expectationem hujusmodi privatus non intelligitur jure, quod in Canonicatu & Præbenda fuerat canonicè assecutus: jus tamen quod ad dignitatem, personatum, vel officium competebat eidem, juxta verba dictæ revocationis intelligitur revocatum. Non sic autem si Canonicatum cum dignitate, personatu aut officio conferri tantùm Canonico consuetis *a*, fuerat assecutus sub expectatione Præbendæ: cùm jus magis dignum, quod iste in dignitate, personatu, seu officio hujusmodi jam habebat, jus minus dignum Canonicatûs retineat, cujus Canonicatûs ratione jus eidem salvum remanet, ad Præbendam nulli alii debitam, Apostolicâ ante ipsum auctoritate recepto. Sed & si ex Episcopi vel alterius cujuscunque collatione vel provisione adeptus fuerat in eadem Ecclesia dignitatem, personatum, sive officium conferri tantùm Canonico consueta, præfatus, qui Canonicatum auctoritate Apostolicâ jam habebat, idem erit censendum.

CAP. XL.

¶ Obest revocatio gratiæ Præbendam expectanti, & decreti interpositio, etiam ignoranti. h. d. Zen.

Idem.

QUodam per literas felicis recordationis Nicolai Papæ prædecessoris nostri, Canonicatum sub expectatione *b* vacaturæ Præbendæ in certa Ecclesia obtinente, successor ejus Celestinus cuidam alteri similem in eadem Ecclesia gratiam fecit, quem omnibus etiam ante ipsum auctoritate Apostolicâ, vel quâvisaliâ in Ecclesia ipsa receptis voluit anteferri *c*, cum interpositione decreti: priusquam tamen ad primum & ejus executores secundæ gratiæ notitia pervenisset, vacans Præbenda eidem primo per suos fuit executores collata: post hujusmodi autem & ante factam secundo collationem ipsius Præbendæ, nostra constitutio revocatoria emanavit: & quoniam quis eorum jus habeat in Præbenda hujusmodi, dubitatur, nos neutrum illorum habere jus decernimus in eadem. Prima enim collatio post & contra decretum à dicto Celestino interpositum facta (licèt ab ignorantibus & etiam ignoranti) non obtinet firmitatem. Jus verò, quod secundo ad Præbendam, non in Præbenda hujusmodi competebat (cùm nostram revocationem ejus collatio non præcesserit) per eam penitùs est sublatum.

CAP. XLI.

¶ Mandatum de providendo de beneficio ad collationem Capituli pertinente, non tangit jus singularis Canonici. hoc dicit secundum Zen.

Idem.

MAndatum Apostolicum tibi directum, ut T. Clerico de beneficio spectante ad collationem Narbonen. Capituli provideres, beneficia ejusdem Capituli, sive dentur in communi per ipsum, sive per Canonicos ejusdem Ecclesiæ singulares, vice ac auctoritate Capituli, aut ex jure ipsius de consuetudine vel statuto, meritò comprehendit *a*. Ad beneficia tamen ratione dignitatum, personatuum, vel officiorum, quæ nonnulli ex eisdem Canonicis obtinent in ipsa Ecclesia, ad eorundem collationem spectantia, mandatum hujusmodi minimè se extendit. Idem esse censemus, si ratione Præbendarum suarum ad ipsos Canonicos collatio dictorum beneficiorum singulariter pertinere noscatur: Nisi contineatur forsitan in mandato, quòd eidem Clerico provideas de beneficio ad collationem Narbon. Capituli pertinente communiter vel divisim: tunc enim de beneficiis, quæ ad ipsorum collationem pertinent, ratione hujusmodi Præbendarum potetis providere.

a *Dicunt Petr de Anch. & Archid. quòd rescriptum impetranti à Papa dignitatem, non facit à mentione consuetudinis, de qua non obtineret, per l. honores. §. 2 ff. de decur. aff surreptitiè Font.*
b *Expectativas ad vacaturas omninò sustulit Conc. Trid. sess. 24. de reform. c. 19.* c *De clausula anteferri, vide latè per Felin. in cap. capitulum. ext. de rescr.*

a *Petrus de Anch. nat. mandatum etiam adstringere gerentem vices ejus, cui mandatur; similiter mandatum factum vicem gerenti: quia si deficit principalis, debet posteà per principalem commoda recipientem impleri: l. secundum naturam. ff. de reg. jur. neg. poterit per vicem gerentem impleri: in his enim mandatu intelligitur, restante in eodem statu. l. 1. ff. si ex nox. caus. ag. Fontan.*
b *Quam auctoritatem habeant coadjutores dati Episcopi senibus vel infirmis, latè docet Oldradus, consil. 44.*

DE CLERICO ÆGROTANTE VEL debilitato.

TITULUS V.

CAP. UN.

¶ Datio coadjutorum Episcoporum & suorum superiorum est de majoribus causis, & spectat ad solum Papam: potest tamen Episcopus senio vel infirmitate perpetuâ impeditus de consensu Capituli sui vel majoris partis sibi auctoritate Apostolicâ unum vel duos coadjutores assumere: & si dementi fuerit, Capitulum aut duæ partes ipsius hoc facient. Sed si Episcopus contradixerit, tunc nil innovabit Capitulum, sed Episcopi & Ecclesiæ conditionem, quam citò poterit, intimabit Papæ. Et coadjutores illi sumptus moderatos habebunt de proventibus Prælatorum ipsorum. Ioan. And.

Bonifacius VIII.

PAstoralis officii debitum exequentes, declaramus atque statuimus, coadjutorum *b* Episcoporum & superiorum Prælatorum dationem intelligendam esse de causis majoribus, & referendam ad sedem Apostolicam, ac ab ea (consuetudine non obstante contrariâ) tantummodò postulandam.

Verùm ne hoc prætextu Ecclesiæ (existentes præcipuè in remotis) dispendia patiantur: nos earum in hac parte indemnitatibus prævacare volentes, hâc generali constitutione sancimus, ut Episcopus senio aut valetudine corporali gravatus, vel etiam aliàs adeò impeditus perpetuò, ut officium suum nequeat exercere, possit de sui consilio & assensu Capituli, vel majoris partis ipsius, unum, vel duos auctoritate Apostolicâ coadjutores assumere, ad dictum officium exequendum. Si verò Episcopus dementis fuerit, & quid velit aut nolit exprimere nesciat, vel non possit: tunc ejus Capitulum vel duæ ipsius partes eâdē auctoritate unum aut duos coadjutores assumant idoneos, qui ejus officium exequantur. Si autem Episcopus senio aut incurabili morbo gravatus, vel perpetuo impedimento detentus, ad sui executionem officii reddatur inutilis: & coadjutorem assumere vel habere noluerit, licèt à Capitulo requisitus proprio, se illius non indigere suffragio forsitan asserendo: tunc nil per Capitulum innovetur, sed hoc casu & etiam proximo, idem Capitulum Episcopi & Ecclesiæ suæ conditionem & statum, ac facti circumstantias universas, quàm citò poterit, fideliter & explicitè referat ad notitiam dictæ sedis, recepturi humiliter, & efficaciter impleturi, quod super hoc per sedem ipsam contigerit ordinari. Præsenti quoque adjicimus sanctio-

ni, ut coadjutores hujusmodi de proventibus Prælatorum, in quorum assumentur auxilium, sumptus recipiant moderatos, ab alienatione qualibet de bonis Ecclesiasticis Prælatorum ipsorum vel Ecclesiarum suarum quomodolibet facienda penitùs abstinentes: rationem non solùm in districto examine, sed & Prælatis eisdem (si sanæ mentis extiterint) ac Capitulis eorundem, seu etiam ipsorum Prælatorum successoribus (si hoc anteà non fecerint) plenariam reddituri. Cæterùm quod de Episcopis præmittitur, ad superiores etiam Prælatos esse volumus & intelligimus referendum.

DE INSTITUTIONIBUS.

TITULUS VI.

CAP. I.

¶ *Capitulum sede vacante licèt beneficia ad Episcopi collationem spectantia conferre non possit, tamen ad illa præsentatos instituere potest. h. d. Zen.*

Bonifacius VIII.

ETsi Capitulum *a* sede vacante beneficia, quæ ad collationem Episcopi pertinent, conferre non possit; præsentatos tamen à patronis potest admittere, si sint idonei, & eos instituere in beneficiis, ad quæ fuerint præsentati: Licèt ad Episcopum (si superesset) admissio & institutio hujusmodi pertineret.

CAP. II.

¶ *Non repellit præsentatum defectus sacrorum ordinum. h. d. Zen.*

Idem *in eodem.*

SI is ad quem rectoris præsentatio in aliqua parochiali Ecclesia noscitur pertinere, quempiam non constitutum in sacris præsentet ad eam: ipsum *b* (dummodò aliàs sit idoneus, & intra tempus à jure statutum ad ordines, quos ipsius Ecclesiæ cura requirit, valeat promoveri) decernimus admittendum.

DE CONCESSIONE PRÆBENDÆ ET Ecclesiæ non vacantis.

TITULUS VII.

CAP. I.

¶ *Si mandatur alicui provideri de dignitate vacatura, quam duxerit acceptandam, & vacat dignitas, quam ante acceptationem ordinarius confert, tenet ipsius collatio: etiamsi executor impetrantis ante acceptationem fecerit reservationem, inhibitionem, & processus super prima vacante. Ioan. And.*

Innocentius IV. *dilecto filio Andreæ Capellano nostro.*

QUia cunctis: [&c.] ¶ Proponebatur itaque pro parte tua, quòd cùm prædicta præpositura, dum vacabat, tibi per eum, qui conferre potuit ipsam, collata fuisset, collatio hujusmodi canonica existebat: maximè cùm nulla per Priorem ipsum, quæ illam impedire posset, inhibitio præcessisset. Dicebat autem pars altera, quòd cùm præmissæ literæ sede Carnotens. vacante fuissent in Capitulo publicatæ, ac præfatus Episcopus tunc de Capitulo ipso esset, ibique præsens existeret, ignorare non potuit mandatum Apostolicum (super conferenda memorato D. Præbenda vel dignitate sine cura, quam ipse duceret acceptandam, cùm primò in Ecclesia ipsa prædicta vacaret) alii fuisse directum, & sic per consequens facultatem sibi esse sublatam, conferendi hujusmodi dignitatem: propter quod videbatur, quòd nec per se, nec per alium præfatam præposituram, curam non habentem animarum annexam (quæ primò post mandatum ipsum in Ecclesia prædicta vacavit) poterit alicui personæ conferre: Præsertim cùm jam dictus Prior eodem publicato mandato moxpræfato D. Præbendam vel dignitatem, curam hujusmodi non habentem, quam primò in eadem Ecclesia vacare contingeret, contulisset: nec aliàs etiam (prout allegabatur) prodesse poterat ipsius Episcopi ignorantia in hac parte. Nam si alicui à sede Apost. concedatur, quòd excommunicari non possit, licèt id forsan suus ignoret Episcopus, non tamen propter hoc ejus ligatur sententia, si quam proferat in eundem. Similiter si alicui conferendi præbendam aliquam tribuatur à sede Apost. potestas, ex hoc ipso videtur, quòd sit Episcopo conferendi tunc eam penitùs interdicta facultas. Nec obstaret, si forte objiceretur, quòd lex, seu constitutio & mandatum nullos adstringunt, nisi postquam ad notitiam pervenerint eorundem, aut nisi post tempus, intra quod ignorare minimè debuissent: quia in privilegiis & indulgentiis, seu concessionibus specialibus secùs existit, in quibus sufficit, quòd ad illorum, quibus conceduntur, notitiam perveniant: ut patet cùm indulgetur alicui, quòd excommunicari non possit, sicut superius est expressum. Et quidem cùm tribuitur alicui potestas conferendi Præbendam, videtur proculdubiò ei concedi aliquid speciale. Adjiciebatur insuper, quòd cùm sententia statim arctet etiam ignorantem: quoniam si contra Prælatum aliquem absentem depositionis sententia proferatur, contractus, quos iniit ignoranter postea ut Prælatus, nullum robur obtinent firmitatis: & in supradictis literis irritum decernimus & inane, quicquid super hujusmodi Præbenda vel dignitate contra nostrum contigerit attentari mandatum: collatio, quam idem Episcopus post tale nostrum decretum (sive illud ignoraverit, sive non) de præfata præpositura per se vel per alium fecerat, non valebat. Ex parte verò tua extitit replicatum, quòd hæc de illis privilegiis & indulgentiis (æquitate suadente) debent intelligi, quæ vim suam habent mox cùm ad illos, quibus conceduntur, perveniunt: ex quorum tenore liquidò nosci potest, quòd talis circa ea fuerit intentio concedentis: utpote cùm alicui conceditur, quòd excommunicari non possit: ex hoc enim evidenter apparet aliis ipsum excommunicandi ademptam esse penitùs facultatem: non sic autem si alicui conferendi Præbendam, sive certâ, sive incertâ, tribuatur potestas, non enim tunc esse videtur tribuentis intentio, ut per hoc ei (ad cujus donationem Præbenda ipsa pertinet) conferendi possibilitas adimatur: nisi priùs ille sibi notificet, quòd eam velit per hujusmodi potestatem conferre, aut ei collationem interdicat illius: vel postquam illi notificaverit talem potestatem fore sibi concessam, vacuum decernat & irritum, si secùs de ipsa præsumat. Quia cùm illi non amplior detur potestas, quàm ipse Romanus Pontifex habeat in hac parte, sicut per eam, quam obtinet ipse Romanus Pontifex, facultas conferendi beneficium vel Præbendam (nisi suam insinuet voluntatem) alicui non auferur: similiter & per eam, quæ taliter illi ab ipso conceditur, ei, ad quem ipsius Præbendæ spectat collatio, priusquam insinuet ille sibi, quòd eam velit concedere, vel etiam conferre (si forte vacet) potestas non tollitur conferendi, nisi forsan quòd ipsam conferre non possit; exprimatur in concessione hujusmodi potestatis: tunc enim licèt talem concessionem fortassis ignoret, sua tamen collatio, si postmodum Præbendam ipsam conferat, nihil valet: cùm satis super hoc concedentis intentio agnoscatur: sicut cùm indulgetur alicui, quòd excommunicari non valeat, ut in superioribus est præmissum. Subjunctum etiam extitit, quòd cùm memorato Priori per prafatas literas mandaverimus, ut memorato D. Præbendam, vel dignitatem

a *Varias significationes hujus vocis, capitulum, ponit Ioan. And. in c. capitulum. supr. de reser.* b *Nat. idoneitatem & tempus hic per copulam poni: unde non sat est quòd intra tempus juris possit promoveri, sed debent etiam alia idoneitates concurrere. Dom. & Pet. de Anch. Cont.*

a *Vide Decium & Doct. in c. cognoscentes. ext. de const. & Turrecrematam in c. in istis. 5. leges. dist. 4.*

fine

sine cura, quam acceptandam duceret, si vacaret tunc, vel quam primò vacare contingeret in Ecclesia prædicta, conferret: idem Prior providendi ei de Præbenda, vel dignitate ipsa (nisi post acceptationem ipsius *a*) non habebat aliquam potestatem. Unde cùm sæpedicta præpositura fuerit tibi (antequam illam idem D. acceptaret) præfati Episcopi auctoritate collata, hujusmodi collatio talis mandati nostri prætextu (etiamsi prius illud Episcopus ipse scivisset) non poterat vacuari. Nostrum autem in hac parte decretum ad Præbendam seu dignitatem, quam prædictus D. acceptaret, referri debebat: alioquin super incerto fuisset editum, nec aliquem adstrinxisset. Sed extitit ex adverso responsum, quòd etsi præfatus Prior jam dicto D. Præbendam vel dignitatem hujusmodi, cùm vacaret, ante hujusmodi acceptationem conferre nequiret: idem tamen D. Præbendam vel dignitatem talem licitè posset & liberè acceptare: quare prædictus Episcopus præfatam præposituram (cum non prius eam requisierit, an acceptare vellet eandem) cuiquam conferre non potuit: quinimò ipsius collatio (cùm idem D. præposituram ipsam postmodum acceptaverit) irritari debebat, & concessio per jam dictũ Archipresbyterum sibi facta, debet stabilis permanere: sicut cùm legatur alicui unus ex servis, quem elegerit, vel optaverit, & hæres ante optionem vel electionem illius manumittit aliquem, vel alienat ex illis: profectò manumissio vel alienatio irritatur, creditque ille legato, si legatarius eam duxerit eligendum. E contrà verò pro parte tua propositum extitit, quòd id in ultimis voluntatibus tenet, nec præmissa in legatis futuris, quemadmodum in extantibus habent locum: quia nec etiam ad optandum, seu eligendum ex illis, sicut ex istis potest terminus assignari. Et gravis inesset conditio quoddamque incongruum videretur, si quando mandaretur alicui de beneficio, quod duceret acceptandum in aliqua provincia, quàm primò illud vacare contingeret, provideri: oporteret ipsum *b* in singulis beneficiis postmodum inibi vacantibus (prorogatâ non absque periculo forsitan ipsorum collatione) requiri: unde cùm sæpe præfato Priori fuisset injunctum, ut dicto D. Præbendam vel dignitatem, quam acceptandam duceret, si vacaret in Ecclesia memorata, vel quàm citò contingeret eam vacare, sibi auctoritate Apostolicâ conferret: & ita eidem D. circa futuras, sive vacaturas Præbendas vel dignitates tales ipsius Ecclesiæ optio data esset, non poterat per hoc memorati Episcopi in illis, quando vacarent, collatio impediri: nisi forsan cùm aliquam ex eis vacare contingeret, illam ipse D. (priusquam eam conferret Episcopus) acceptaret: vel etiam nisi ante vacationem alicujus ipsarum vacaturarum ex his primam, vel eâ omissâ, ex aliqua causa ulteriorem duceret acceptandam: quia taliter acceptatam conferre postmodùm Episcopus non valeret. Nos itaque tam tuis, quàm præfati D. rationibus plenius intellectis, quia sæpe dictam præposituram ad te novimus pertinere, ipsam tibi (habito fratrum nostrorum consilio) adjudicare curavimus: ipsi *d* D. super ea perpetuum silentium imponentes.

CAP. II.

¶ Omnis promissio per quam datur via ad beneficia vacatura, ab reprobata. Ioan. And.

Bonifacius VIII.

DEtestanda *a* iniquorum perversitas abstinere nescia à vetitis, nec gaudere debito modo concessis, digne plerunque officium excitat præsidentis, ad ea, quæ justâ fuerant consideratione concessa (cùm in abusum ea vergere circumspicit) discretione prævia revocanda. Sanè licèt olim fuerit canonicâ constitutione decretum, quòd ii *b* qui promittunt aliquibus de beneficiis Ecclesiasticis, cùm poterunt, vel cùm facultas se obtulerit providere, promissiones suas (facultate se offerente) debeant adimplere: quia tamen, sicut experientia docuit, per promissiones hujusmodi, quæ per importunitatem nimiam (per quam non concedenda multoties conceduntur) & per ambitionem improbam ut plurimùm extorquentur, aperitur via sub tali palliatione verborum, ad promittenda damnabiliter *c* contra Lateranense Concilium beneficia vacatura, mortis alienæ votum ingeritur, & Ecclesiis, ac Prælatis, & personis Ecclesiasticis gravamina plurima inferuntur. Nos malis hujusmodi, & animarum periculis occurrere cupientes, promissiones easdem, & alias quascunque sub quovis modo, aut formâ verborum de catero faciendas, per quas directè vel indirectè aperiri via valeat ad beneficia vacatura, auctoritate Apostolicâ penitùs reprobamus, & omninò viribus vacuamus, decernentes per eas, vel ipsarum aliquam, ad providendum alicui nullum deinceps quomodolibet obligari.

CAP. III.

¶ Habens literas Apostolicæ sedis super primo beneficio, dignitate, vel Præbenda, quod duxerit acceptandum, certum acceptare non potest: sed primum quod vacabit, vel ex causa secundum, vel ulterius poterit acceptare. Reservationes, processus, & decreta contra hoc facta non valent. Ioan. And.

Idem.

NE captandæ alienæ mortis occasio ex benignitate gratiarum sedis Apostolicæ tribuatur: Declarandum duximus, quòd is cui ab eadem sede, ut ei provideatur de Præbenda, dignitate, vel personatu, aut alio beneficio in aliqua provincia, diœcesi, vel Ecclesia, quem *d*, seu quod duxerit acceptandum, certis sibi super hoc executoribus deputatis gratia noscitur esse facta: Licèt in genere primum personatum, dignitatem, Præbendam, seu beneficium in eadem provincia, diœcesi, vel Ecclesia vacaturum, aut secundum, seu ulterius (si rationabilis causa subsit) valeat acceptare: Certum tamen & expressum priusquam vacet, acceptare non potest. Quòd si fecerit, etiamsi per executores ejus secundùm acceptationem hujusmodi facta fuerint reservatio, inhibitio, variique processus, ac sententiæ promulgatæ, tam acceptatio e ipsa, quàm processus viribus careant, nec aliquam obtineant roboris firmitatem: imò nisi acceptator ille dignitatem, Præbendam, personatum, seu beneficium taliter acceptatum & reservatum, per collationem, vel institutionem postmodùm factam de vacanti jam adeptus, vel ei jus in ipso fuerit acquisitum: per eum, ad quem ejusdem personatûs, dignitatis, Præbendæ, aut beneficii collatio seu provisio pertinet (dictis acceptatione, ac executorum processibus inde secutis nequaquam obstantibus) de illo vacanti liberè poterit alii provideri.

CAP. IV.

¶ Sine speciali mandato non inhibet executor generaliter

a *Dott. not. hîc, quòd executoris ad conferendum beneficium, quod impetrans duxerit acceptandum, inhibitio, intimatio, collatio ante tempus vacationis non ligat ordinarium, quia potestas in executore conditionis non exercetur ante purificatam conditionem facit c. si per te. sup. C. de rescript. Font.* b *Al. sta: oportet eum.* c *Vide Cle. 1. §. secus. inf. eod.* d *Al. sta, memorato D. super ea, &c.*

a *Vid. Conc. Trid. sess. 16. de refor. c. 19.* b *alst. ut hic.* c *Not. quòd contravenions juris peccat. gl. de pœn. dist. 1. in fanum. Imò incurrit notam infamiæ. c. illud. de majorit. & obedientia. vid. Bart. in l. si quis pro eo. ff. de fidejuss. & gl. in c. 1. de servit. in ord. fac. vid. qua dixi in c. perpetua. sup. de elect. Font.* d *alst. sta, quam seu quod duxerit, &c. quam varietatem etiam agnovit gl. hîc.* e *Vid. l. per fundum. ff. de servit. rustic. prad.*

collationem beneficiorum provincia: specialiter vero reservat primum, & inhibet ulteriorem non sine mandato: nec tunc tenet collatio contra facta. b. d. Dominicus.

Idem.

EXecutor *a* super provisione alicujus à sede Apostolica, per generales literas in aliqua Provincia deputatus, Prælatis, & aliis, ad quos beneficiorum in eadem provincia spectat collatio, ne ad provisionem aliquorum procedant, donec illi, pro quo scribitur, sit provisum, non potest generaliter inhibere.

Nisi expressè in ipsis literis facultas hujusmodi inhibitionis concedatur. Potest tamen reservationem, & eisdem inhibitionem facere specialem de primo: vel (si hoc illi ex beneficio competat literarum) de secundo vel ulteriori beneficio inibi vacaturo eidem Clerico conferendo. Quod autem contra talem reservationem & inhibitionem ab eo, ad quem beneficii reservati collatio pertinebat, fuerit attentatum, non tenet.

CAP. V.

¶ Si mandetur Capitulo, ut me recipiant in Canonicum, & Prebendã conferant, cùm id pertineret ad eos, dato executore ad providendum, per solam præsentationem factam Capitulo, affecta est Prebenda: & executor (negligente Capitulo intra terminum per eum statutum me recipere, & Prebendam conferre) non vocato Capitulo id exequi poterit. Ioan. And.

Idem.

SI Capitulo alicujus Ecclesiæ, cùm ad ipsum Canonicorum receptio, ac Præbendarum collatio pertinebat, ut te in Canonicum reciperet, & tibi de Præbenda (si tunc vacaret) inibi provideret, vel cùm se facultas offerret, ac executori, qui eodem Capitulo negligente mandatum Apostolicum exequatur, directa fuerint scripta nostra: Per solam illorum præsentationem Capitulo ipsi factam, absque alia etiam executoris insinuatione, inhibitione, seu reservatione, beneficium, pro quo tibi conferendo scriptum extiterat, adeo est affectum, quòd de illo alteri facta collatio non obtinet firmitatem: Imò si Capitulum intra terminum competentem sibi ab executore præfixum, mandatum Apostolicum ei pro te directum, in quantum poterit non duxerit adimplendum, extunc in ipsum executorem potestas provisionis hujusmodi transferatur, & executor ipse Canonicatum incontinenti poterit tibi dare, ac Præbendam (etiam sine alia Capituli vocatione vel monitione) si vacat, vel cùm obtulerit se facultas.

CAP. VI.

¶ Si soli ordinario, vel soli executori ad compellendum, vel ordinario, & tali executori sit scriptum: per præsentationem talis mandati non afficitur Prebenda, nisi in literis esset decretum, aut executor ille insinuasset & interdixisset, maximè cùm decreto, vel ratione mandati jam esset facta receptio ad Canonicatum. In his casibus, vel ipsorum altero, affecta est Prebenda, ita quòd collatio alteri facta non tenet. Ioan. And.

Idem.

SI soli ordinario *b* pro te beneficiando, executore non dato, vel ordinario & executori (ut eum ad faciendum quod mandatur compellat) aut soli executori (ut tibi faciat de Canonicatu & Præbenda, vel alio beneficio in certa Ecclesia, diœcesi, seu provincia proveneri) mandatum Apostolicum sit directum: per talis præsentationem mandati ordinario ipsi factam, licèt si contrà faciat, puniendus existat, ei tamen potestas sic non adimitur conferendi, quin teneat alteri facta collatio ab eodem: Nisi nos in gratia tibi facta decrevissemus irritum & inane, quod fieret contra ipsum: Aut executor hujusmodi ordinario suam insinuans potestatem, ne alteri conferret beneficium (de quo tibi est secundum tenorem hujusmodi mandati Apostolici providendum) interdixisset eidem: præsertim cum interpositione decreti. Vel nisi tu juxta dictum *a* mandatum esses in Canonicum jam receptus: tunc enim Præbendæ collatio alteri facta, firmitatem aliquam non haberet.

CAP. VII.

¶ Si tres expellantes sunt in una Ecclesia, unus auctoritate Martini, alter auctoritate Bonifacii, tertius ejusdem auctoritate cum prærogativa, ut præferatur omnibus receptu non auctoritate Bonifacii: Prebendas hi consequentur hoc ordine, quia primam habebit secundus, secundam tertius, tertiam primus: quod probatur argumento legis. Ioan. And.

Idem.

AUctoritate Martini Papæ prædecessoris nostri, quodam ad Præbendam primò in Parmensi Ecclesia vacaturam nulli alii de jure debitam in ejusdem Ecclesiæ Canonicum recepto, & alio à nobis in eadem Ecclesia similem *b* gratiam adepto secundo, tertius deinde auctoritate nostrâ in ipsâ Parmensi Ecclesia in Canonicum, & in fratrem recipitur cum prærogativa gratiæ, quòd omnibus prædecessorum nostrorum auctoritate, non autem nostrâ receptis, in assecutione Præbendæ debeat anteferri: post hæc autem quædam vacavit Præbenda in Ecclesia memorata, quæritur, quis eorum alteri præferatur, & secundùm quem ordinem Præbendas assequi debeant tres prædicti? Cùm igitur ex tenore *c* gratiæ tertio à nobis concessæ, appareat evidenter nos voluisse primo tertium, & secundum tertio anteferri: decernimus, quòd primam secundus, secundam tertius, & tertiam primus debet obtinere Præbendam: aliàs forma mandati minimè servaretur. Licèt enim ex persona sua, secundus primam obtinere non posset, ex persona tamen tertii, qui primum superat, illam habet. Sicut contingit in successione illius, qui ab intestato relictis patre (in adoptiva familia constituto) matre atque fratre decedit, in qua successione pater ex se matrem excludit: sed quoniam talem patrem agnatus, materque vincit agnatum, mater patri non ex semetipsa, sed agnati persona, in successione hujusmodi antefertur.

CAP. VIII.

¶ Revocatoria gratiarum includit receptos in Canonicos Prebendam distinctam expellantes: etsi non percipiebant distributiones quotidianas, secùs si Prebendam distinctam non expellant, sed augmentum portionis. Includit habentes jus ad vacaturam, si nondum est deventum ad collationem. b. d. secundum Domin.

Idem.

QUoniam ex constitutione nostra, per quam paulò post promotionem nostram ad summi Pontificatûs apicem omnes collationes, provisiones, reservationes, & concessiones, super canonicatibus, dignitatibus, personatibus, præbendis, officiis, portionibus, præstimoniis, Ecclesiis parochialibus, ruralibus, & aliis quibuscunque beneficiis Ecclesiasticis vacaturis, quocunque nomine censerentur, ac etiam super canonicatibus sub expectatione dignitatum, vel aliorum quorumcunque beneficiorum (in quibus jus non esset

a *Nota quòd executor datus ad providendum seu conferendum, non potest reservare, vel inhibere in genere, sed in specie sic, & rationem ponit hic Ioan. And. & hoc, in cap. cum dilectus sup. de jur. patron. Franc.* b *Nota primo, quod quando, Papa scribit ordinario ut conferat, sive alia executoris datione. ad hoc de refer. eam te. nit. secundo argum. quòd in impetratione debet fieri mentio de canonicatu & prebenda, & sic videtur quòd non sufficeret expressio tantùm alterius. Dom.*

a *Al. prædictum.* b *Al. similiter.* c *Mens & tenor gratiæ est observandus. ad hoc de prob. cui de non. supra eod. lib.*

quæsitum

qualitum in re, licèt ad rem) à felicis recordationis Nicolao Papa IV. & Celest. V. prædecessoribus nostris factas, sive concessas, auctoritate Apostolicâ in fratrum nostrorum præsentia omninò cassavimus, irritavimus, & vacuavimus, cassas, irritas & vacuas nuntiavimus, & nullius fore decrevimus firmitatis: multæ dubitationes insurgunt, ut unde prafatæ constitutionis revocatoriæ processit editio, interpretatio ejus quoque procedat: Præsenti declarandum duximus sanctione, quòd in illis (qui editionis tempore supradictæ ultra statutum numerum erant per eosdem prædecessores Canonici sub expectatione Prabendarum, vel etiam portionum) eadem constitutio locum habet. Si autem hujusmodi recepti ultra numerum distributiones, & alia, ut Canonici de numero existentes, sic tempore dictæ revocationis habebant, quòd per cessionem vel decessum illorum, qui erant intra numerum, ex vigore prioris gratiæ nil ampliùs assequi expectabant, nisi distributionum, seu partium suarum augmentum (cùm forsan esset Ecclesia, in qua Canonicorum, non autem portionum numerus, vel Prabendarum distinctio habebatur) quantoque inter pauciores cujusvis Ecclesiæ dividuntur proventus, tantò majores fieri possunt singulorum percipientium portiones: ad istos vel eos, qui per literas facultatis a dictorum prædecessorum nostrorum in aliquarum Ecclesiarum Canonicos erant recepti (licèt Prabendas vel alia beneficia expectarent) constitutionem certum est non extendi præfatam. In illis verò, qui ultra numerum auctoritate præfatâ in aliquarum Ecclesiarum Canonicos jam recepti, quantùm ad Capitulum, & ad chorum, ac distributionum perceptionem quotidianarum plenitudinem juris Canonici tunc habebant, sed in eis dignitates, personatus, prabendas, portiones, vel alia beneficia, quæ dantur tantùm existentibus de numero, expectabant: constitutionem præfatam locum habere (ratione hujusmodi expectationis) dubium non existit. Sanè in iis, qui super canonicatibus, prabendis & dignitatibus, parochialibus vel aliis Ecclesiis seu beneficiis quibuscunq; à dictis prædecessoribus nostris literas impetraverunt, etiamsi per executores illorum factæ fuerint reservationes, decreti interpositiones, variiq; processus, & etiamsi eadem beneficia tunc vacabant, & per impetrantes petitum fuerat ab executoribus, quòd eis illa conferrent: non tamen ipsorum beneficiorum vacantium collationes tunc temporis erant factæ: locum habet constitutio supradicta, ut omnes hujusmodi gratiæ (quarum ratione tunc non erat ad collationem processum, & sic per consequens jus in re non fuerat ipsis impetrantibus acquisitum) intelligantur penitùs revocatæ.

NE SEDE VACANTE ALIquid innovetur.

TITULUS VIII.

CAP. UN.

¶ Collatione communiter ad Episcopum & Capitulum pertinente, uno ipsorum effecto inhabili, alter confert. h. d. usq; ad §. Cùm verò. secundum Dominicum.

Bonifacius VIII.

SI *b* ad Episcopum & Capitulum communiter pertineat *c* collatio Prabendarum, mortuo Episcopo, vel à beneficiorum collatione suspenso, poterit Capitulum vacantes conferre Prabendas: Etiamsi Episcopus interesse habeat in collatione hujusmodi, ut Prælatus. Idem poterit Episcopus, si Capitulum ab ipsâ collatione suspendi contingat, vel singulariter omnes de Capitulo majoris excommunicationis vinculo innodari.

¶ Collatione spectante ad Episcopum de consilio, vel assensu Capituli, illo existente inhabili (nisi sit in mora) non confert Capitulum. hoc dicit.

Cùm *a* verò ad solum Episcopum Prabendarum spectat collatio, cum consilio sui Capituli vel assensu, defuncto Episcopo vel suspenso (nisi Episcopus in petenda relaxatione suspensionis hujusmodi sit in mora) Capitulum se non potest intromittere de eisdem.

¶ Habens conferre cum consilio Episcopi, sine illo conferet, morte & remotâ absentiâ intervenientes. h. d. Dominicus.

Ubi verò de speciali alicujus Ecclesiæ consuetudine vel statuto, beneficiorum collatio ad aliquem cum consilio Episcopi noscitur pertinere: sublato Episcopo de medio (cùm consilium nequeat tunc peti ab eo) non erit propter hoc vacantis beneficii collatio differenda: nec etiam si egerit in remotis, ita quòd non possit ipsius præsentia in brevi haberi: Quia in petendo vel expectando ejus consilio, posset vacanti beneficio periculum imminere.

DE REBUS ECCLESIÆ NON alienandis.

TITULUS IX.

CAP. I.

¶ Perpetua alienatio facta de rebus Ecclesia vacantis non precedente tractatu, & sine justa causa, non valet. Ioan. And.

Innocentius IV.

DUdum: [*& infrà.*] ¶ Dictus verò Archidiaconus ex adverso respondit, illas decimas illi Ecclesiæ restitui non debere: proferens in medium ordinationem quandam Episcopi Dulmen. de consensu Capituli sui factam, inter alia continentem, quòd idem Episcopus attendens proventus Archidiaconatûs Dulmen. adeò fore tenues & exiles, quòd non sufficiebant ad ejus onera *b* supportanda, prasatas decimas Archidiaconatui memorato concessit: [*& infrà.*] ¶ Quia verò in concessione hujusmodi prædicta Ecclesia (cùm vacaret) legitimo caruit defensore, qui sibi priùs ab eodem Episcopo debuerat deputari: Quia etiam tractatus solennis & diligens, qui in talibus concessionibus perpetuis, & alienationibus rerum Ecclesiasticarum exigitur, non fuit habitus in eadem: ordinationem & concessionem ipsam (præsertim cùm evidens necessitas quare fieri deberet, vel utilitas *c* non subesset) de fratrum nostrorum consilio decernimus non valere, dictas decimas ipsi Ecclesiæ, tanquam pertinentes ad eam, sententialiter adjudicare curantes.

CAP. II.

¶ Primò prohibet submissionem Ecclesiarum, suorum immobilium bonorum vel jurium fieri Laicis absq; consensu Capituli & licentiâ Papa. Secundo cassat contractus quâcunq; firmitate vallatos, contra hoc de cætero faciendos. Tertiò ponit Prælatos contrafacientes, & Clericos non contradicentes, & Laicos, qui ipsos Prælatos ad hoc compulerunt vel compellent. Quartò præcipit Laicos per tales contractus, eo casu, quo valent, ultra debitum non usurpare: & pœnam apponit. h. d. Ioan. And.

a *Vid. Panorm. & Felin. in c. constitutus. extr. de restit.* b *Ad intellectum hujus cap. vid. Panorm. in c. ex parte. extr. de constit.* c *Illud dicitur communiter pertinere, quando æquale jus qualibet pars habet in illo.*

a *Ad hunc textum vide Felin. in cap. eam te. extr. de rescript.* b *Vid. cap. ad audientiam. de Eccles. ædif. x. q. tij. unis aliàs regularis sola principi licet. ix. q. iij. nemo. ff. de evict. Lucius. vid. Oldrad. in consil. 160. cum 2. seq. hoc cod. tit.* c *Vid. Hostien. in summ. hoc cod. tit. ubi assignat quinq; causas alienationis rerum Ecclesiasticarum.*

Gregorius X. *in Concilio generali Lugdunen.*

HOc consultissimo prohibemus edicto, universos & singulos Prælatos Ecclesias sibi commissas, bona immobilia, seu jura *a* ipsarum Laicis submittere, subjicere, seu supponere, absque Capituli sui consensu & Apostolicæ sedis licentia speciali. Non concedendo bona ipsa vel jura in emphyteusim, seu aliàs alienando in forma, & casibus à jure permissis: sed constituendo, vel recognoscendo, seu profitendo ab illis ea tanquam à superioribus se tenere: seu ab ipsis eadem advocando, prout in quibusdam partibus vulgariter dicitur, avoher, vel ipsos Patronos, vel advocatos Ecclesiarum, seu bonorum ipsarum perpetuò, aut ad tempus non modicum statuendo. Contractus autem omnes etiam juramenti, pœnæ, vel alterius cujuslibet firmitatis adjectione vallatos (quos de talibus alienationibus sine hujusmodi licentia & consensu contigerit celebrari) & quicquid ex eis secutum fuerit, decernimus adeò viribus omninò carere, ut nec jus aliquod tribuant, nec præscribendi etiam causam parent. Et nihilominùs Prælatos, qui secùs fecerint, ipso facto ab officio & administratione: Clericos etiam qui scientes contra inhibitionem prædictam aliquid esse præsumptum id superiori denunciare neglexerint, à perceptione beneficiorum, quæ in Ecclesia obtinent sic gravata, triennio statuimus esse suspensos. Laici verò, qui Prælatos vel Capitula Ecclesiarum, seu alias personas Ecclesiasticas ad submissiones hujusmodi faciendas hactenus compulerunt, nisi post competentem monitionem (remissâ submissione, quam per vim vel metum exegerant) Ecclesias, & bona Ecclesiastica eis submissa taliter in sua libertate dimittant: Illi verò, qui de cætero Prælatos, vel personas easdem ad talia facienda compulerint (cujuscunque sint conditionis, aut statûs) excommunicationis sint sententiâ innodati. Ex contractibus præterea super præmissis (hujusmodi licentiâ & consensu intervenientibus) hactenus initis, vel quos in futurum iniri contigerit, seu occasione illorum, Laici ultra id, quod ex natura contractuum ipsorum, vel adhibitâ in illis lege permittitur, aliquid non usurpent. Qui verò secùs egerint (nisi legitimè moniti ab hujusmodi usurpatione desiterint, restituendo etiam ea *b*, quæ taliter usurpârunt) eo ipso sententiam excommunicationis incurrant: & extunc ad supponendum terram ipsorum (si opus fuerit) Ecclesiastico interdicto, liberè procedatur.

DE RERUM PERMUTATIONE.

TITULUS X.

CAP. UN.

¶ Non obstantibus expectationibus beneficiorum permutatio fieri potest. Ioan. Andr.

Bonifacius VIII. *Bitteren. Episcopo.*

LIcèt *c* in tua diœcesi aliqui auctoritate Apostolicâ beneficia proximò vacatura expectent: illos tamen qui secundùm formam juris sua beneficia in eadem diœcesi ad tuam collationem spectantia permutare volentes, liberè ac sine fraude in manibus tuis ipsa resignant: Nolumus occasione præmissâ (æquitatem præferentes in hac parte rigori) circa faciendam permutationem beneficiorum hujusmodi (quæ aliàs minimè resignassent) ullatenùs impediri.

a Vid. Bart. l. 2. in 2. col. C. ubi in rem allin. per l. si aliena ff. de usucap. Font. *b Dittie, ea, deest in antiquior. codic.* *c Vid. Clem. 1. tit. de rer. permut. & de materia Bellamerum tract. de permutatione beneficiorum, & Dec. consil. 141. lo 1. incap. ad plura dubia. & consil. 210. cap. incip. vso puncto. lib. 2.*

DE TESTAMENTIS ET ULTIMIS VOLUNTATIBUS.

TITULUS XI.

CAP. I.

¶ In fidei commissariis substitutionibus locum habet quartarum deductio: in directis non. Et substitutiones interpretari debemus directas, dummodo conveniant verbis & personis instituti. Ioannes Andreas.

Bonifacius VIII.

SI pater *a* filium & filiam habens impuberes, & uxorem, filiam in re certa, filium verò in cæteris bonis suis universalem hæredem instituit, & uxori aliqua in suo testamento legavit, adjiciens, ut si decederet filia sine liberis, eidem filio, & si ipse absque liberis obiret filius, præfatæ filiæ moreretur, Christi pauperes instituendo hæredes, si utrunque sine liberis mori contingeret filiorum. Testatore mortuo, ac deinde filio subsequenter, & filiâ (superstite matre) defunctis ante tempora pubertatis: Absque deductione Trebellianicæ, sive partis jure naturæ debitæ facienda, ipsis pauperibus bona omnia deferuntur. Præmissæ namque substitutiones factæ de filio ad filiam, & econtrà, & de illis ad pauperes, directæ debent intelligi pupillares. Cùm in substitutionibus semper sit interpretatio facienda (dummodò, sicut in casu proposito, earum verbis & personis conveniat institutis) ut substitutio directa intelligatur potiùs quàm obliqua: quanquam directa interdum ad fideicommissum ex causa trahatur. Licèt autem filius testamento suo matrem portione jure naturæ debitâ privare non possit, pater tamen in testamento, quod filio impuberi facit, potest: nam testamentum hujusmodi pupillare paternum, vel paterni pars potiùs est censendum.

CAP. II.

¶ Superior habet consentire Religiosis deputatis executoribus hoc dicit, secundum Zen.

Idem.

REligiosus executor ab aliquo in sua voluntate ultima deputatus, non potest (cùm velle vel nolle non habeat) hujusmodi officium suscipere, vel exequi: nisi à superiore suo petitâ super hoc licentiâ & obtentâ.

¶ Pluribus executoribus datis, uno mortuo, vel in remotis existente, vel exequi nolente, unus officium executionis exercebit, ne impediatur testatoris voluntas: nisi aliud per testatorem disponeretur. h. d. secundum Zen.

Sanè pluribus à testatore simpliciter executoribus deputatis, uno eorum mortuo, vel in remotis agente, aut id exequi fortè nolente: Ne voluntatem testatoris impediri, vel nimium differri contingat: poterit alius (nisi testator aliud expresserit) officium executionis injunctæ liberè adimplere.

DE SEPULTURIS.

TITULUS XII.

CAP. I.

¶ Hic prohibetur pactum de sepultura eligenda. Non obstante pacto de sepultura eligenda, vel electa non mutanda, sepelendus est qui, ubi aliàs erat de jure sepelendus, & aliàs sepultus cum omnibus sepulturæ obventionibus restituendus est, aliàs pœnâ incurritur hic contentâ. h. d. secundum. Zen.

Bonifacius VIII.

ANimarum periculis & scandalis, quæ frequenter ex his proveniunt, obviare volentes, universis Religiosis & secularibus Clericis cu-

a De materia hujus cap. præter doctores hic vide Interpretes in cap. Rainutius. ext. de test. & in l. proximo c. de sepulc. & alios subst. & alibi.

juscun-

juscunque statûs vel conditionis existant a, in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub interminatione maledictionis æternæ, districtissimè prohibemus: ne aliquos ad vovendum, jurandum, vel fide interpositâ, seu aliàs promittendum inducant, ut apud eorum Ecclesias sepulturam eligant, vel jam electam ulteriùs non immutent. Nos enim (si secùs actum fuerit) electionem talem decernimus nullius penitùs existere firmitatis. Statuentes, ut hi, qui sic elegerint, nec apud sic electas Ecclesias ullatenus sepeliri, nec alibi, (nec contra votum, juramentum aut promissum hujusmodi à se factum materiam habeant veniendi) possint eligere sepulturam: sed contradictione quâcunque cessante, sepeliantur omninò apud illas Ecclesias, apud quas sepeliendi de jure fuissent, si aliàs sepulturâ non electâ forsitan decessissent. Si verò iidem Religiosi vel Clerici prædictos in suis Ecclesiis vel cœmeteriis præsumpserint sepelire, ad restitutionem tam sepultorum corporum (si petantur) quàm etiam omnium, quæ occasione sepulturæ illorum pervenerint quomodolibet ad eosdem, intra decendium integraliter faciendam ipsos obligatos esse censemus. Quam nisi fecerint, Ecclesiæ ipsæ, apud quas sepulti fuerint, necnon & cœmeteria earundem, extunc eo ipso sint, & tamdiu maneant Ecclesiastico supposita interdicto, donec ab eis facta fuerit restitutio plenaria omnium prædictorum.

CAP. II.

¶ *Ecclesia dimissa non debetur canonica portio, sed parochiali: & pluribus si sunt plures.*

Idem.

CUm b quis, cujus majores sunt soliti ab antiquo in aliqua Ecclesia sepeliri, eâ dimissâ eligit alibi sepulturam, canonica portio dimissæ non debetur Ecclesiæ, sed illi duntaxat, in qua ille officia consuevit audire divina, & Ecclesiastica recipere sacramenta. Cùm ab eo, qui duo habet domicilia, se collocans æqualiter in utroque, in loco tertio eligitur sepultura, domiciliorum Ecclesiæ habebunt inter se c dividere canonicam portionem.

¶ *In loco etiam minùs religioso potest nova eligi sepultura. h. d. secundum Zen.*

Si quis antiquâ dimissâ novam etiam in loco minùs religioso elegerit sepulturam, electionem hujusmodi (licèt jura super hoc videantur esse diversa) nequaquam volumus impugnari.

CAP. III.

¶ *Translatio personæ ad certum locum facta ad tempus, Ecclesiæ jus sepulturæ non aufert. h. d. secundum Zen.*

Idem.

IS d, qui habet domicilium in civitate vel castro, quandoque ad villam ruralem se transfert recreationis causâ, vel ut ruralia exerceat in eadem, si non electâ sepulturâ decedat ibidem, non in Ecclesia dictæ villæ, sed in sua parochiali, vel in ea potiùs, in qua Majorum ipsius ab antiquo sepultura extitit, sepeliri debebit: Dummodò absque periculo ad ipsam valeat deportari.

¶ *Mulier mortua, qua pluribus nupsit, cum viro ultimo sepelitur. hoc dicit.*

Mulier autem, quæ plures viros habuit successivè, si sepulturam non eligat, est cum viro ultimo, cujus domicilium retinet & honorem e, tumulanda.

CAP. IV.

¶ *Ex consuetudine potest pater impubers eligere sepulturam: puberes autem elegit per seipsum. & hoc dicit secundùm Zen. quoad titulum, sed non quoad textum: unde posset addi: Et pro anima non legat, sine assensu patris bona non castrensia. Domin.*

Idem *in eodem* a.

LIcèt f pater minores filios, qui nequeunt, antequam ad annos pubertatis perveniant, eligere sepulturam, possit (si consuetudo terræ id habeat) quò voluerit sepelire: hoc tamen non potest, ubi consuetudo hujusmodi non habetur, sed sunt cum suis Majoribus, vel in parochiali Ecclesia tumulandi. Quamvis autem filiusfamiliàs absque patris assensu sibi possit libere eligere sepulturam, pro anima tamen sua g præter ipsius assensum (nisi peculium castrense, aut quasi castrense habeat) aliquid judicare non potest.

CAP. V.

¶ *Religiosi, nisi multùm remoti à monasterio, nequeunt alibi eligere sepulturam. h. d. secundùm intellectum Zen.*

Idem *in eodem.*

REligiosi, nisi à propriis monasteriis adeò forsitan sint remoti, quòd ad ea cùm moriuntur commodè portari non possint, nequeunt (cùm velle vel nolle non habeant) sibi eligere sepulturam: sed sunt apud sua monasteria tumulandi.

DE DECIMIS, PRIMITIIS, ET oblationibus.

TITULUS XIII.

CAP. I.

¶ *Populus, ut Ecclesiis jura debita persolvat, est in prædicationibus & aliis exhortandus. h. d. secundùm Zen.*

Gregorius IX. *Fratribus Prædicatoribus & Minoribus.*

DIscretioni d vestræ mandamus, districtiùs inhibentes, ne talia, quæ audientes à decimarum seu aliarum rerum Ecclesiis debitarum solutione retrahant, vel aliàs animas corrumpant audientium, in sermonibus vestris, vel alibi proponere de cætero præsumatis. Imò verbo & opere informetis eosdem, ut ad solutionem prædictorum promptæ voluntatis animo sint intenti.

CAP. II.

¶ *Privilegium decimas novalium concedens, non includit decimas novalium per alios possessos tempore impetrationis: & loca tantum includit, ubi percipiebantur antiquæ, & ad portionem antiquam. h. d. usq; ad §. Statuimus. secundùm Dominic.*

Alexander IV.

STatuto perpetuo declaramus, quòd indultum illud Apostolicum (quod plerisque conceditur) ut novalium decimas pro ea portione percipere valeant, quâ veteres eos contingunt, ad illas novalium decimas (quas tempore illo, quo impetratum vel obtentum extitit hoc indultum, alii e possidebant, cùm de hoc in ipso mentio nulla fiat) nullatenùs se extendit: nec ad alias etiam, nisi in his tantùm locis, ubi veteres tunc (quando dictum indultum impetratum fuit) ipsi impetratores habebant, & pro ea solummodò portione, quâ ipsi tempore impetrationis hujusmodi percipiebant antiquas.

¶ *Privilegium decimarum novalium limitatum ad mensuram antiquarum, non potest ultra dimidiam includere: fallit in Cistercensibus & Carthusiensibus. h. d.*

a *Vid. cap. de maj. & obed. l. 9. 4. secundum. & Bal. in l. 1. C. de sacrosanct. Eccles.* b *Vid. Concil. Trid. sess. 25. de reform. cap. 13. & Cardin. consil. 90. incip. Episc. Feltren.* c *Vid. Bart. in l. hoc artic. ff. de hær. inst. Angel. de ag. succes. §. proxim. Font.* d *Vid. Conradum Brunum lib. 4. de cerem. c. 4. circa finem.* e *Vid. Abbatem in cap. super eo. ext. de testib.*

a *Hæc duo verba, in eodem, desunt in antiq. codicib.* b *Vid. Antonium de Butrio in cap. de uxore. extr. de sepulturis.* c *Vid. Bart. in l. qui in potestate. ff. de testam. Font.* d *Vid. Conc. Trid. sess. 25. de reform. c. 12. & B. Thom. 2. 2. q. 87. art. 2.* e *Vid. l. impuberi. ff. de admit. tut.*

Statuimus præterea, quòd idem indultum obtentum ab iis, qui tempore impetrationis totaliter veteres percipiebant decimas, ultra medietatem decimarum novalium nullatenùs extendatur: quia non est verisimile, si tunc de plena & integra perceptione veterum fuisset expressum, quòd Apostolica sedes pariter & similiter novalium decimas, in tam grave parochialium Ecclesiarum dispendium indulsisset, quodque ratione talis indulti sive impetrati jam, sive impetrandi deinceps, non possit in novalibus (quæ amodò fient) vendicari & acquiri vel percipi, plùs quàm medietas decimarū ipsorum novaliū: etiamsi amplius in veteribus habebatur, cum non sit dicendum asperum, sed pium potiùs & benignum, si super decimis futurorum novalium contra parochialium Ecclesiarum gravamen (quod ex distinctione a indulti hujusmodi possit accidere) taliter obviatur. Religiosos tamen Cistercien. & Carthusienſ. ordinum statuto & declaratione hujusmodi (quantùm ad hos duos articulos, videlicet de medietate decimarum novalium) comprehendi nolumus, vel constringi.

¶ *Privilegiati super decimis recipiendis, Ecclesiis parochialibus gratis assignare debent portionem pro debitis oneribus supportandis. h. d. Dominicus.*

Ubi autem per hujusmodi concessiones decimarum parochiales Ecclesias adeò gravari contingit, quòd earum rectores de ipsarum reditibus congruè sustentari, & commodè jura Episcopalia exhibere non possunt: provideatur per locorum ordinarios, & ordinetur taliter, quòd eisdem rectoribus tantùm de illarum relinquatur proventibus, quòd exinde competentem sustentationem habere b, & Episcopalia jura solvere valeant, aliaque onera debita supportare.

¶ *Decima per Laicos ante Lateranense Concilium in feudum recepta à Religiosis, per eos recognita in feudum, non possunt ipsis Religiosis concedi, sine diœcesanorum consensu. hoc dicit. Dominicus.*

Sanè quamvis fortè à Religiosis exemptis & aliis fiant infeudationes de decimis detentis à Laicis, & iidem Laici, quòd illas ab ipsis Religiosis in feudum teneant, recognoscant: non tamen licèt Religiosis eisdem post talem infeudationem, vel recognitionem sic de facto præsumptam, hujusmodi decimas de manibus Laicorum ipsorum acquirere, vel recipere absque diœcesanorum Episcoporum assensu. Illas autem decimas intelligimus posse taliter à Religiosis de manibus Laicorum recipi vel acquiri, quæ ante Lateran. c Concilium ipsis Laicis in feudum perpetuò fuêre concessæ.

¶ *Diœcesani compellunt Religiosos exemptos solvere decimas parochialibus Ecclesiis, si non agatur de rebus exemptis. hoc dicit. Dominicus.*

Diœcesani verò parochialium Ecclesiarum, ad requisitionem rectorum earundem, de ipsis Religiosis super decimis, quas habent, vel eos habere contingit, quæ quidem alias ad ipsas spectaverunt Ecclesias (nisi de rebus exemptis agatur) exhibeant justitiæ complementum.

¶ *Religiosi etiam exempti de possessionibus acquisitis, & acquirendis Ecclesiis parochialibus solvere debent decimas, si privilegiati non sunt. h. d. Dominicus.*

Cæterùm iidem Religiosi, tam exempti, quàm non exempti de terris & possessionibus acquisitis hactenus & amodò acquirendis, decimas integrè solvant illis Ecclesiis, quibus eædem possessiones & terræ priùs fuerant decimales, nisi super hoc speciali jure vel privilegio sint muniti.

¶ *Ex donatione Laicorum habentes decimas antiquas, novales superuenientes in eodem loco non percipiunt. h. d. Dom.*

a *alit. Districtionis.* b *Ad hæc vide l. in condemnatione. l. inter eos. ff. de regul. jur. Fort.* c *Hoc est Concilium Lateranen. sub Alex. III. cap. 9.*

Nec pro eo, quòd fortè in aliquibus parochiis omnes majores decimas, seu partem illarum acquirunt de manibus Laicorum, possunt pro eadem vel simili portione (si de novo postmodùm fiant novalia) in eisdem petere, vel percipere novalium decimas eorundem: nisi alia rationabilis, per quam hoc facere valeant, causa subsit.

DE REGULARIBUS a ET TRANSeuntibus ad religionem.

TITULUS XIV.

CAP. I.

¶ *Si minor xiv. annis ingreditur religionem, in xv. anno ibi exit: nisi in ipso xv. anno professionem fecerit, vel habitum Professorum receperit, vel expressè ratam habuerit professionem priùs à se factam. Si autem per totum xv. annum portavit habitum, ubi non est distinctus, intelligitur Professus, nisi tanta sit indistinctio, quòd viventes cum eis simili habitu induantur. Si major xiv. annis ingreditur, si portat habitum per annum, quantumcunq; sit indistinctus, intelligitur Professus. Ioan. And.*

Innocentius IV.

IS b, qui monasterium ante xiv. annum, ut Monachus efficiatur, ingreditur, nisi eo completo professionem faciat in sequenti, vel habitum religionis suscipiat, qui dari professis consuevit, seu professionem à se priùs factam ratam expressè habeat, liberè potest intrà c sequentem annum ad seculum remeare. Quòd si per totum sequentem annum in monasterio permanserit, ubi Professorum & Novitiorum sunt habitus indistincti, professionem per hoc fecisse, vel si quam priùs fecerat, ratam habuisse videtur: nisi tanta indistinctio ibi habitûs habeatur, quòd & Professi & Novitii, ac etiam alii communem vitam cum eis ducentes, simili penitùs habitu induantur. Qui verò post quartum decimum annum habitum religionis assumpserit, si per annum illum gestaverit, extunc religionem assumptam præsumitur veraciter esse professus, ubi professi à Novitiis dissimilitudine habitûs minimè distinguuntur, etiamsi alii degentes cum eis, similibus vestibus coütantur: quoniam cùm jam hic ad discretionis annos pervenerit, quid agat agnoscit: & ideò susceptum discretionis tempore ordinem (postquam hunc annis probaverit spatio) intelligitur firmiter approbâsse. Secùs autem in illo, qui ante discretionis annos habitum induit regularem: cùm eorum, quæ tunc agit, plenum non habeat intellectum.

¶ *Hic declarat, qui sunt habitus distincti. h. d.*

Distinctos d quoque seu dissimiles intelligimus esse habitus, sive Novitiis, sive Professis dissimiles vestes dentur: sive benedicantur, cùm professionibus conceduntur: sive etiam aliquid aliud fiat, per quod Novitiorum à Professorum habitu discernatur.

CAP. II.

¶ *Prædicatores & Minores intra annum probationis quemquam ad suos ordines professionem recipere non possunt: quòd si fecerint, receptus alligatus non est eorum ordini, & ipsi à receptione professionis aliorum sunt suspensi, & puniendi pœnâ, quæ pro gravioribus culpis eis consuevit infligi. Ioan. And.*

a *De materia hujus tituli vide quæ nuperrimè sanxit Concil. Trident. sess. 25. tit. de Regul. & Monialibus.* b *Vid. Concil. Tridentin. sess. 25. tit. de Regul. & Monialib. cap. 15. ubi de tempore professionis aliud quàm hîc statuitur.* c *In antiq. codic. constanter legitur sta, infra ipsum sequentem annum. &c.* d *De materia hujus v. vide Clem. ex quo. tit. de regul. & ibi latè Zabarellam, Imolam & alios.*

Alexan-

Alexander IV. *Fratribus Prædicatoribus & Minoribus.*

NOn solùm *a*: [& ℣.] ¶ Licèt zelum animarum habentes eas lucrari Domino solicitè cupiatis, quia tamen decet & expedit, ut conscientiæ puritati non desit judicium rationis, ne unde spiritualis profectus quæritur, salutis dispendium subsequatur: vobis de fratrum nostrorum consilio in virtute obedientiæ, & sub pœna excommunicationis auctoritate præsentium districtiùs inhibemus, ne ante annum probationis elapsum (qui est maximè in subsidium fragilitatis humanæ regulariter institutus) quenquam ad professionem vestri ordinis, seu renunciationem in seculo faciendam recipere, nec constitutum intra hujusmodi annum aliquatenùs impedire, quò minùs intra ipsum ad aliam religionem, quam maluerit, transeat: vel (nisi major tamen quatuordecim annis existens, professus sit tacitè, vel expressè, aut evidenter constet illum vitam voluisse mutare: quod tamen non præsumitur, nisi clarâ probatione, vel competentibus indiciis ostendatur) omninò ad seculum redeat, sicut de sua voluntate processerit, præsumatis. Quòd si fortè contra hanc nostram prohibitionem quenquam recipere præsumpseritis, decernimus eum (qui taliter receptus fuerit) nullatenùs vestro esse ordini alligatum, vosque à receptione quorumlibet ad professionem ejusdem ordinis fore ipso facto suspensos, & insuper pœnæ subjiciendos, quæ fratribus ipsius ordinis pro culpis infligi gravioribus consuevit.

CAP. III.

¶ *Decretalis, non solum extenditur ad omnes Mendicantes: in aliis verò professio expressa, religioni cui sit: tacita autem generaliter obligat intra annum. h. d. secundum Zen.*

Bonifacius VIII.

COnstitutionem *b* Innocentianâ, quæ prohibet Conversorum professionem recipi ante annum probationis elapsum, piæ memoriæ Alexander Papa IV. prædecessor noster ad fratrum Prædicatorum & Minorum ordines duntaxat declaravit extendi: Unde nos pari similitudine rationis inducti, declarationem eandem ad aliorum mendicantium ordines prorogamus. In aliis autem religionibus professio expressè vel tacitè fieri potest licitè intra annum. Sed expressè emissa (etiam seculari habitu non mutato) illi religioni *c* præcise obligat, quam profitens est professus. Tacitè verò facta intra probationis annum per susceptionem habitûs (qui profitentibus tantùm datur) non illi specialiter, cujus habitus est susceptus, sed generaliter religioni alicui recipientem obligat, si ætatis aptæ sit, si sciens & voluntarius, ac triduo perseveret.

CAP. IV.

¶ *Beneficium ingredienti religionem intra annum probationis (exceptis casibus hîc expressis) non est alteri conferendum: interim tamen debebit per alium beneficio deservire, assignatâ eidem substituto congruâ portione, unde vivere possit. h. d. Ioan. de Fan.*

Idem *Parisiensi Capitulo.*

BEneficium *d* illius, qui religionem ingreditur, non est intra probationis annum alicui conferendum: Nisi ad id ipsius accedat assensus *e*, aut constet, quòd vitam voluerit absolutè mutare, vel professionem expressam fecerit, seu scienter habitum receperit professorum. Sed interim eidem beneficio per alium deservire debebit, assignatâ sibi congruâ de ipsius proventibus portione.

a *Vid. omninò, quod sancivit noviſſimè Concil. Trident. circa professionem emittendam, sess. 25. tit. de regul. & Monialibus. c. 15.* b *Hic quoque tenendum, quod sancivit Concil. Trident sess. 25. de Regul. & Monialibus, cap. 15.* c *Vid. l. precibus. Cod. de imp. & aliis subjoin.* d *Vid. Concil. Trident. sess. 25. de reform. cap. 4.* e *al. consensus.*

CAP. V.

¶ *Secundum votum solenne religionis, derogat priori simplici. h. d. Ioan. de Fan.*

Idem.

QUi *a* post votum à se de certa religione intranda emissum, religionem aliam etiam laxiorem ingreditur & profitetur in ipsâ, potest (voto non obstante priori, cui tanquam simplici per secundum solenne noscitur derogatum) manere licitè in eadem. Pro voto tamen non completo, erit eidem pœnitentia imponenda.

CAP. VI.

¶ *Vacante monasterio Conventus novum recipit Monachum, si communiter ad Abbatem, & eos spectat: si ad Abbatem solum, secùs. h. d. Dominicus.*

Idem.

SI ad solum Abbatem pertineat creatio Monachorum, eo defuncto nequibit novus Monachus à Conventu creari: Aliàs poterit, si eorum creatio spectat insimul ad utrunque.

DE VOTO ET VOTI REdemptione.

TITULUS XV.

CAP. UN.

¶ *Votum solemnizatum per susceptionem sacri ordinis, vel per professionem factam alicui de religionibus per sedem Apostolicam approbatis, dirimit matrimonium post contractum: alias solum impedit, & non dirimit. h. d. secundum Zen.*

Bonifacius VIII. *Biteren. Episcopo.*

QUod *b* votum debeat dici solenne, ac ad dirimendum matrimonium efficax, nos consulere voluisti: Nos igitur attendentes, quòd voti solennitas ex sola constitutione Ecclesiæ est inventa: matrimonii verò vinculum ab ipso Ecclesiæ capite rerum omnium conditore, ipsum in paradiso, & in statu innocentiæ instituente unionem & indissolubilitatem acceperit: Præsentis declarandum duximus oraculo sanctionis, illud solum votum debere dici solenne, quantùm ad post contractum matrimonium dirimendum, quod solennizatum fuerit per susceptionem sacri ordinis: Aut per professionem expressam vel tacitam factam alicui de religionibus per sedem Apostolicam approbatis. Reliqua verò vota, etsi quandoque matrimonium impediant contrahendum, & quantò manifestiùs sunt emissa, tantò propter plurium scandalum, & exemplum durior pœnitentia transgressoribus debeatur: non tamen rescindere possunt matrimonia post contracta.

DE STATU REGULARIUM.

TITULUS XVI.

CAP. UN.

¶ *Moniales tacitè vel expressè professæ, clausuras monasterii exire non possunt, nec alii ad illas intrare: nisi causa legitima & superioris licentia intervenerit. h. d.*

Bonifacius VIII.

PEriculoso & *c* detestabili quarundam Monialium statui (quæ honestatis laxatis habenis, & monachali modestiâ sexûsque verecundiâ impudenter abjectis, extra sua monasteria, nonnunquam

a *Vid. B. Thom. 2. 2 q. 88. art. 3. & q. 189. art. 4. & 1.* b *Vid. B. Thom. & ibidem Cajetanum 2. 2. q. 88. art. 7.* c *Innuit, quòd Moniales corrumpuntur: & an talibus ac iis, qui publicè volunt, sit dandum corpus Christi? gl. 1. de filia. 27. q. 1. vid. Doct. in l. si quis non dicam rapere. C. de Episc. & Cler. Font.*

per habitacula secularium personarum discurrunt, & frequenter intra eadem monasteria personas suspectas admittunt, in illius, cui suam integritatem voluntate spontaneâ devoverunt, gravem a offensam, religionis opprobrium, & scandalum plurimorum) providere salubriter cupientes: præsenti constitutione perpetuò irrefragabiliter valiturâ, sancimus universas & singulas Moniales præsentes, atque futuras, cujuscunque religionis sint vel ordinis, in quibuslibet mundi partibus existentes, sub perpetua in suis monasteriis debere de cætero permanere clausura: ita, quòd nulli earum religionem tacitè vel expressè professæ, sit vel esse valeat quâcunque ratione vel causâ (nisi fortè tanto & tali morbo evidenter earum aliquam laborare constaret, quòd non posset cum aliis absque gravi periculo seu scandalo commorari) monasteria ipsa deinceps egrediendi facultas: nulliqúe aliquatenùs inhonestæ personæ, nec etiam honestæ (nisi rationabilis & manifesta causa existat, ac de illius, ad quem pertinuerit, speciali licentia) ingressus, vel accessus pateat ad eadem: ut sic à publicis & mundanis conspectibus separatæ, omninò servire Deo valeant liberius, & lasciviendi opportunitate sublatâ, eidem corda sua & corpora in omni sanctimonia diligentiùs custodire.

¶ *In monasterio non Mendicantium tot sorores debent recipi, quot poterunt sine penuria sustentari. & ultrà non valet receptio. hoc dicit. Dominicus.*

Sanè, ut hoc salutare statutum commodiùs valeat observari, districtiùs inhibemus, ne in monasteriis ordinum non mendicantium aliquæ recipiantur de cætero in sorores, nisi quot poterunt, de ipsorum monasteriorum bonis sive proventibus absq; penuria sustentari: si secùs actum fuerit, irritum decernentes.

¶ *Abbatissa Principibus secularibus, ad fidelitatis sacramentum præstandum adstricta, si non possunt per procuratorem jurare, personaliter exeundo monasterium jurabunt, absque dilatione ad monasterium reditura. Domin.*

Verùm quando Abbatissa vel Prioriss cujusvis monasterii pro feudo, quod monasterium ipsum tenet ab aliquo Principe, seu domino temporali, sibi debebit homagium, vel fidelitatis sacramentum præstare (nisi quòd per procuratorem illud præstet, possit efficere apud eum) de monasterio cum honesta & decenti societate exire poterit eo casu licenter, homagio facto, quàm primùm commodè poterit, seu fidelitatis præstito sacramento ad ipsum monasterium è vestigio reversura: sic quòd in fraudem residentiæ, sive moræ claustralis, nihil fiat omninò.

¶ *Compelluntur domini temporales per censuram Ecclesiasticam, ut in suis curiis admittant. Abbatissas per procuratores litigare: Ecclesiasticos verò in temporalibus & spiritualibus earum procuratores admittere debent. Domin.*

Porrò, ne Moniales causam, seu occasionem habeant evagandi, Principes seculares, ac alios dominos temporales rogamus, requirimus & obsecramus b per viscera misericordiæ Jesu Christi, eisdem in remissionem peccaminum nihilominùs suadentes, quòd Abbatissas ipsas, & Priorissas, ac Moniales quascunque, monasteriorum suorum curam, administrationem, negotiave gerentes, quibuscunque nominibus censeantur, per procuratores in suis tribunalibus seu curiis litigare permittant: ne pro constituendis procuratoribus (qui adornati in aliquibus partibus nuncupantur) seu aliis hujusmodi, eas dem oporteat evagari. Si qui verò contra præsumpserint, exhortationi hujusmodi rationabili, atque sanctæ obtemperare nolentes, cùm sit juri contrarium, quòd mulieres (præsertim religiosæ) per seipsas litigare cogantur, & à via deviet honestatis, & periculum animarum inducat, ad hoc per suos ordinarios Ecclesiasticos a censurâ Ecclesiasticâ compellantur. Episcopis autem, & aliis Prælatis superioribus & inferioribus quibuscunque injungimus, quòd & ipsi causas seu negotia, quæ præfatæ Moniales habebunt agere coram ipsis, aut in curiis eorundem, sive sint homagia, fidelitatis sacramenta, lites, vel quicquid aliud, ipsa per procuratores earum fieri faciant & tractari.

¶ *Ordinaris locorum, in subjectis monasteriis propria, in exempta Apostolicâ auctoritate clausuram procurare debent: nec est propter hoc in alios casibus jurisdictio in exemptos eis attributa. hoc dicit. Dominicus.*

Et quoniam parùm esset condere jura, nisi essent qui ea executioni debitæ demandarent, Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis universis districtè in virtute sanctæ obedientiæ, sub obtestatione divini judicii & interminatione maledictionis æternæ, præcipiendo mandamus, quatenus eorum quilibet in civitate ac diœcesi propria, in monasteriis Monialium sibi ordinario jure subjectis, sua, in iis verò, quæ ad Romanam immediatè spectant Ecclesiam, sedis Apostolicæ auctoritate Abbates verò & alii, tam exempti, quàm non exempti Prælati Ecclesiarum, monasteriorum & ordinum quorumcunque, in monasteriis hujusmodi sibi subjectis, de clausura convenienti, ubi non est, ipsorum monasteriorũ expensis & fidelium eleemosynis, quas ad hoc procurent, diligentiùs facienda, & de ipsis Monialibus includendis, quàm primùm commodè potuerunt, providere procurent, si divinæ, ac nostræ indignationis voluerint acrimoniam evitare: contradictores atq; rebelles per censuram Ecclesiasticam appellatione postpositâ compescendo: invocato ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachii secularis. Per hoc autem in monasteriis exemptis ordinarii locorum, quoad alia nullam sibi credant jurisdictionem vel potestatem aliquatenùs attributam.

DE RELIGIOSIS DOMIBUS.

TITULUS XVII.

CAP. UNIC.

¶ *Non licet novum ordinem vel religionem, aut habitum novæ religionis creare & assumere. Et revocati sunt ordines mendicantium per Papam non approbati, creati post Concilium. Dominicus.*

Gregorius X. *in Concilio generali Lugdunen.*

Religionum diversitatem nimiam (ne confusionem induceret) generale Concilium b consultâ prohibitione vetavit c. Sed quia non solùm importuna petentium inhiatio illarum postmodum multiplicationem extorsit, verùm etiam aliquorum præsumptuosa temeritas diversorum ordinum, præcipuè Mendicantium (quorum nondum approbationis meruere principium) effrenatam quasi multitudinem adinvenit: repetitâ constitutione districtiùs inhibentes, ne aliquis de cætero novum ordinem aut religionem adinveniat, vel habitum novæ religionis assumat. Cunctas d assiatim religiones & ordines mendicantes post dictũ concilium adinventos, qui nullam confirmationem sedis Apostolicæ meruerunt, perpetuæ prohibitioni subjicimus, & quatenus processerant e, revocamus.

a *Aliter autem hic legitur gravamen, offensam & religionis.* b *Not. Dom. & Phil. quod verba rogativa in materia præcepti sunt præceptiva. gloss. 12. quæst. 1. c. rogo. not. in l. age. C. de transact. de quo vide Tiraquell. tract. de pœnu temperandis aut remittend. causa 24.*

a *Vid. gloss. 11. q. 3. c. rogo. not. in l. age. C. de transf.* b *Conc. Later. sub Innocent. III cap. 13.* c *al. vetavit.* d *In antiq. cod. ut plurimum legitur ita: cunctos assiatim religiones & ordines, &c. quidam manuscripti habent ita: cunctos assiatim religiosos & ordines mendicantium.* e *al. processerunt.*

¶ *Religiosi*

¶ *Religiosi Mendicantes, per Papam post Concilium approbati & instituti, non possunt aliquem ad professionem recipere, domum vel locum de novo acquirere, nec acquisita sine licentia alienare, nec extraneis prædicare, confessiones eorum audire, vel ad sepulturam admittere. Et contra factum non tenet, & contrafacientes, excommunicatos est. h. d. Dominic.*

Confirmatos autem per sedem eandem, post idem tamen Concilium institutos, quibus ad congruam sustentationem reditus aut possessiones habere professio sive regula quælibet interdicunt, sed per quæstum publicum tribuere victum solet incerta mendicitas: modo decernimus subsistere infrà scripto, ut videlicet professoribus eorundem ordinum ita liceat in illis remanere, si velint, quòd nullum deinceps ad eorum professionem admittant, nec de novo domum vel aliquem locum acquirant, nec domos seu loca, quæ habent, alienare valeant sine sedis ejusdem licentia speciali. Nos enim ea dispositioni sedis Apostolicæ reservamus in terræ sanctæ subsidium, vel pauperum, vel alios pios usus per locorum ordinarios, vel eos, quibus sedes ipsa commiserit, convertenda. Si verò secus præsumptum fuerit, nec personarum receptio, nec domorum vel locorum acquisitio, aut ipsorum, cæterorumque bonorum alienatio valeat, & nihilominus contrarium facientes sententiam excommunicationis incurrant. Personis quoque ipsorum ordinum omninò interdicimus, quoad extraneos, prædicationis & audiendæ confessionis officium, aut *a* etiam sepulturam.

¶ *Revocatio Ordinum Mendicantium, Prædicatorum, Minorum, Eremitanos, & Carmelitas non comprehendit. hoc dicit. Dominicus.*

Sanè ad Prædicatorum & Minorum ordines (quos evidens ex eis utilitas Ecclesiæ universali proveniens perhibet approbatos) præsentem non patimur constitutionem extendi. Cæterùm Eremitarum sancti Augustini, & Carmelitarum ordines, quorum institutio dictum Concilium generale præcessit, in solido statu volumus permanere.

¶ *Existens de ordinibus revocatis, non collegialiter, sed singulariter ad alios ordines transire potest. h. d. Dominic.*

Ad hæc personis ordinum, ad quos constitutio præsens extenditur, transeundi ad reliquos ordines approbatos licentiam concedimus generalem: ita quòd nullus ordo ad alium, vel Conventus ad Conventum se, ac loca sua totaliter transferat *b*, sedis ejusdem super hoc permissione specialiter non obtentâ.

DE CAPELLIS MONAchorum.
TITULUS XVIII.

CAP. I.

¶ *Instituti in Ecclesiis Monachorum ad curam populi per Episcopum ad ipsorum præsentationem, per eundem (si causa subsit) sunt destituendi, h. d. Dominicus.*

Bonifacius VIII.

PResbyteri, qui ad curam populi per Monachos in eorum Ecclesiis præsentantus Episcopis, & instituuntur ab ipsis: (cùm debeant esse perpetui *c*) consuetudine vel statuto quovis contrario non obstante, ab eisdem nequeunt Ecclesiis (nisi per Episcopos, & ex causa rationabili) amoveri.

a *In manuscript. sta: ac etiam sepulturam.* b *alit. transferant.* c *Dubia, perpetuus, quid significet, vid. Fulgos. cons. 157 incip. in causa Benedictis, & Alex. consil. 60. incip. omisso multis legunt. in 1. volum.*

DE JURE PATRONATUS.
TITULUS XIX.

CAP. UN.

¶ *Donatio juris patronatûs Laici facta loco Ecclesiastico, etiam sine consensu Episcopi, tenet: non tamen præjudicat juri Episcopi. h. d. Dominicus.*

Bonifacius VIII.

SI Laicus jus patronatûs Ecclesiæ sibi competens, eidem vel alteri Ecclesiæ seu loco religioso duxerit conferendum, hujusmodi collatio (quamvis absq; assensu Episcopi facta fuerit) efficax est censenda *b*. Per præfatam tamen collationem juri Episcopi, qui eidem assensum non præbuit, nolumus in aliquo derogari.

¶ *Laicus quadrimestre tempus habet ad præsentandum: Ecclesia verò semestre, licèt à Laico acquisiverit jus patronatus. hoc dicit. Dominicus.*

Verùm licèt patronus Laicus ad præsentandum tempus habeat quadrimestre duntaxat: Ecclesia tamen, vel monasterium, cui facta est à Laico juris patronatûs collatio, tempus habet semestre. Et omninò quantùm ad præsentationem pertinet, non ut patronus Laicus, sed ut patronus debet Ecclesiasticus reputari.

DE CENSIBUS, EXACTIONIBUS, & procurationibus.
TITULUS XX.

CAP. I.

¶ *Archiepiscopus volens provinciam visitare, priùs debet visitare Ecclesiam, civitatem, & diœcesim propriam, Clericos & Laicos earundem. h. d. Dominicus.*

Innocentius IV.

ROmana *c* Ecclesia: [*& infrà.*] ¶ Statuimus, ut quilibet Archiepiscopus suam volens visitare provinciam, priùs Ecclesiæ suæ Capitulum ac civitatem & diœcesim propriam plenè visitare procuret: nec sit solum erga majorum, sed etiam minorum Ecclesiarum, nec circa Clericorum tantùm, sed etiam populorum visitationem intentus. Et si commodè vel absque difficultate accedere ad unamquamque non poterit, de pluribus locis ad unum congruum Clericos & Laicos studeat convocare, ne in illis visitatio postponatur.

¶ *Visitatâ suâ diœcesi, Archiepiscopus in parte vel in totum visitat omnia loca Ecclesiastica, Clerum & populum provinciæ, procurationem à visitatis recipiendo. h. d. Domin.*

Deinde liceat ei per totam provinciam vel ejus partem visitationis officium exercere, civitates & diœceses, Suffraganeos suos & eorum subditos, cathedralium & aliarum Ecclesiarum Capitula & monasteria, Ecclesias & alia religiosa & pia loca, Cleros & populos liberè visitando, ac procurationes à locis tantùm recipere visitatis.

¶ *Archiepiscopus post inceptam visitationem in una diœcesi transiens ad aliam, ad primam redire non potest: nisi de novo reiteret in tota provincia. Dominic.*

Ex quo tamen aliquam de ipsis diœcesibus visitare cœperit, nunquam posteà, sive totam, sive partem ejus visitaverit, revertatur causa visitationis ad illam, priusquam omnes reliquæ ipsius provinciæ diœceses in toto vel in parte (quas securè visitare poterit) & sua denuò fuerint visitatæ. Quòd si fortè eadem diœcesis vel aliqua ibi Ecclesia plus aliis indiguerit visitari: tunc aliarum

a *De materia hujus tit. vide quod novissimè decrevit Concil. Trid. sess. 25. de refor. c. 9.* c *Vid. l. cum à matre. C. de rei vend. & l. peto. §. fratre. ff. de leg. 2.* c *De materia hujus decret. prater statuta in Conc. Later. sub Alexand. III. c. 4. & in Concil. Later. sub Innocent. III. c. 3. vide omninò quæ novissimè sanxit Concil. Trid. sess. 24. de reform. cap. 3.*

visitatione intermissâ redeat ad eandem, si à loci diœcesano requisitus extiterit, vel de omnium aut majoris partis Episcoporum ejusdem provinciæ processerit consilio & assensu: ad quod iidem se pronos exhibeant, ne animarum profectus aliquatenùs negligatur. Si verò malitiosè in his difficultatem adhibuerint, Archiepiscopus licentiam super hoc à sede Apostolica postulet confidenter.

¶ *Expeditâ visitatione non reteneat illam Archiepiscopus sine consilio Suffraganeorum, & definitione in scriptis prius factâ: debet tamen recipere ab illis, qui in prima non fuerant visitati. hoc dicit. Dominicus.*

Postquam autem semel omnes provinciæ suæ diœcesis visitaverit, licitum sit ei posteà (priùs tamen Suffraganeorum suorum requisito consilio, & ipsius definitione super hoc habita coram eis, quæ in scriptis redigi volumus, ut possint a aliis esse nota) visitationem per eandem reiterare provinciam, juxta modum superiùs annotatum: etiamsi non interveniat in hoc Suffraganeorum ipsorum assensus: illam semper providentiam adhibendo, ut in posterioribus visitationibus illas Ecclesias, eosque Cleros & populos priùs visitet, qui non fuerant ab eo in prioribus visitati: nisi magis sit aliis visitationis officium opportunum.

¶ *Archiepiscopus visitans debet proponere verbum Dei, inquirere de vita ministrorum, & de pertinentibus ad divinum officium, absq; juramento: infamatos ordinariis denunciet, & notoria crimina puniat. h. d. Dominic.*

Sanè hujusmodi impensurus officium, proposito verbo Dei quærat de vita & conversatione ministrantium in Ecclesiis & locis aliis divino cultui deputatis, ac cæteris quæ ad officium ipsum spectant, absque coactione & exactione qualibet juramenti, ad ipsorum emendationem per salubria monita b, nunc levia, nunc aspera, juxta datam sibi à Deo prudentiam diligenter intendens. Quòd si de aliquibus orta fuerit infamia, contra eos ordinarius ipsorum (ut super his solenniter inquirant) denunciet, si viderit expedire. Notoria verò crimina, quæ examinatione non egeant (cùm super his meritò notari possit ordinariorum negligentia eorundem) liberè corrigat, pœnam pro illis debitam infligendo.

¶ *Visitator non in pecunia, sed victualibus recipiet procurationem moderatam: nec familia sua aliquid recipere potest etiam prætextu officii, nec ipse, nec sui aliquod munus etiam oblatum recipient. h. d. Dominicus.*

Procurationes autem recipiat, secundùm quod est in canonibus c constitutum: nullam tamen pecuniam ipse vel aliquis de sua familia, occasione alicujus officii aut consuetudinis, seu quolibet alio modo earum nomine, sed in victualibus expensas tantùm recipiat moderatas. Caveat insuper, ne ipse, vel quisquam suorum aliquod munus, quodcunq; sit, & qualitercunque offeratur, præsumat recipere: ut non quæ sua sunt videatur quærere, sed quæ Jesu d Christi. Quòd si fuerit contrà præsumptum, recipiens maledictionem incurrat, à qua nunquam (nisi duplum restituat) liberetur: volumus enim in his fraudem quamlibet penitùs evitari.

¶ *Forma visitationis præmissa servari debet in Episcopis & aliis Prælatis inferioribus: Regularium consuetudinibus exceptis. hoc dicit. Dominicus.*

Hanc autem visitandi formam ab universis etiam Episcopis aliisque Prælatis ordinario jure suos subjectos e visitantibus, plenè observari præcipimus: salvis super hoc rationabilibus & approbatis Religiosorum consuetudinibus & regularibus institutis.

a *al. Posset.* b *Vid. omninò Conc. Trid. sess. 1. de reform. cap. 1.* c *Hos canones habes in Conc. Later. initio cap. citati.* d *al. deest Dilecte, Jesu.* e *al. subditos.*

CAP. II.

¶ *Quia decret. Innocent. IV. suprà proxim. non bene servabatur in illo capitulo, quo præceperat procurationes in victualibus non in pecunia recipi, & non recipi munera, nec etiam procurationes in victualibus à loci non visitatis: illam confirmat, pœnas adjiciens. Ioan. Andr.*

Gregorius X. *in generali Concilio Lugdunen.*

EXigit perversorum a audacia, ut non simus follâ delictorum prohibitione contenti, sed etiam pœnam delinquentibus imponamus. Constitutionem itaque felicis recordationis Innocentii Papæ IV. prædecessoris nostri editam, super non recipiendis in pecunia procurationibus, ac super receptione munerum, visitantibus, eorumque familiaribus interdicta, quam multorum fertur temeritas præterire, volentes inviolabiliter observari: eam decernimus pœnæ adjectione juvandam. Statuentes, ut universi & singuli, qui ob procurationem sibi ratione visitationis debitam exigere pecuniam, vel etiam à volente recipere, vel aliàs constitutionem ipsam recipiendo munera, sive visitationis officio non impenso procurationem in victualibus, aut aliquid aliud procurationis occasione violare præsumpserint, duplum ejus quod receperint, Ecclesiæ à qua id receptum fuerit, intra mensem reddere teneantur. Alioquin extunc Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, duplum ipsum ultra prædictum tempus restituere differentes, ingressum sibi Ecclesiæ sentiant b interdictum. Inferiores verò ab officio & beneficio noverint se suspensos, quousque de duplo hujusmodi gravatis Ecclesiis plenariam satisfactionem impendant: nullâ eis in hoc dantium remissione, liberalitate seu gratiâ valiturâ.

CAP. III.

¶ *Visitator recipere potest procurationem in pecunia volentibus visitatu. Sed unâ die ultra unam procurationem non recipiet, licèt plura visitaverit loca. h. d. Dominic.*

Bonifacius VIII.

FElicis c recordationis Gregorius Papa X. prædecessor noster prohibuit in Concilio Lugdunensi, ne aliqui ob procurationem sibi ratione visitationis debitam exigere pecuniam præsumerent, vel etiam recipere à volente. Verùm quoniam rerum experientia nos instruxit, ex hoc tam personis visitantibus, quàm locis & Ecclesiis visitatis multa incommodorum dispendia provenire, concedimus, ut Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, & alii, quibus ex officio competit visitare, à volentibus Ecclesiarum & locorum visitatorum rectoribus seu personis pecuniam licitè recipere valeant, pro sumptibus moderatis faciendis in victualibus, diebus quibus visitationis officium personaliter exercebunt: Adjicientes, quòd non liceat visitanti nisi unam procurationem recipere unâ die, sive unum locum solum visitaverit, sive plura, etiamsi locus quilibet visitatus ab illo sufficeret ad procurationem integram persolvendam, cùm eidem sufficere debeat, ut temporalia metat à locis personaliter visitatis, pro diebus, quibus eis spiritualia subministrat: Cætera verò in ejusdem prædecessoris constitutione contenta in suo volumus robore perdurare.

CAP. IV.

¶ *Si universitas vel singularis persona Ecclesias vel Ecclesiasticas personas compulerit solvere pedagia, vel guidagia, vel exactiones pro rebus suis, quas causâ negotiationis non deferunt, vel pro personis singularibus sunt excommunicati, & universitas interdicta: nec prodest contraria consuetudo. Cle. hoc addit, quòd diœcesanus, quibus constat aliquos has sententias incidisse, illos publicare debent, & ipsas sententias facere observari. vid. tit. præsenti. Ioan. And.*

a *Vid. Conc. Trid. sess. 24. de refor. c. 13. quòd si quisquam.* b *In veteri exemplari deest, teneant.* c *Vid. Conc. Trid. sess. 24. de refor. cap. 3. §. tamen in optatæ earum 3.*

Idem.

Idem.

Quanquam *a* pedagiorum exactiones, tam jure canonico, quàm civili regulariter meritò sint damnatæ *b*: tantò tamen districtiùs ne ab Ecclesiis & personis Ecclesiasticis talia exigantur, prohiberi oportet, quantò si id fiat, major inde transgressionis reatus incurritur, & offensi evidentior comprobatur. Cum igitur Ecclesiæ, Ecclesiasticæque personæ ac res *c* ipsarum non solùm jure humano, quinimò & divino, à secularium personarum exactionibus sint immunes: constitutionem felicis recordationis Alexandri Papæ IV. prædecessoris nostri (qui statuit Ecclesias & personas Ecclesiasticas ad pedagia & guidagia penitùs non teneri, nec ad exhibendum vel solvendum talia pro rebus suis propriis, quas non causâ negotiandi deferunt, vel deferri faciunt, seu transmittunt:) Volentes propter multorum insolentiam & abusum pœnæ adminiculo adjuvare, adjicimus districtiùs inhibendo (contrariâ consuetudine quorumcunque, quæ dicenda est corruptela veriùs, non obstante) ut nec collegium, nec universitas, nec aliqua etiam singularis persona, cujuscunque sit dignitatis, conditionis aut statûs, à præfatis Ecclesiis, aut personis, pro personis ipsis aut rebus prædictis talia exigat, vel extorqueat, per se vel per alium, suo nomine vel etiam alieno, aut eas ad hujusmodi persolvenda compellat. Qui verò contrà fecerint, si personæ fuerint singulares, excommunicationis: si autem collegium vel universitas civitatis, castri, seu loci alterius cujuscunque, ipsa civitas, castrum vel locus interdicti sententias ipso facto incurrant: nec ab excommunicatione hujusmodi absolutionem vel interdicti relaxationem obtineant, donec exacta plenariè restituerint, & de transgressione satisfecerint competenter.

CAP. V.

¶ *Archiepiscopus visitare potest provinciam ac etiam iterare, licèt Suffraganei non sint negligentes: & tunc confessiones omnium audire, absolvere, & pœnitentias imponere. h. d. Domin.*

Idem.

Perpetuo *d* declaramus edicto, Archiepiscopum posse secundum tenorem constitutionis felicis recordationis Innocentii Papæ IV. prædecessoris nostri, super hoc editæ, suam provinciam visitare liberè, licèt non sint ejus Suffraganei negligentes, & iterare visitationem eandem, ac procurationes à locis recipere visitatis. Consuetudine (si qua forsan ab ipsis Suffraganeis vel ab aliis allegetur) præmissis contrariâ, non obstante. Potest etiam idem Archiepiscopus dum visitat, confessiones subditorum Suffraganeorum audire, ac absolvere confitentes, & ipsis pœnitentias injungere salutares.

DE CONSECRATIONE ECCLESIÆ vel Altaris.

TITULUS XXI.

CAP. UNIC.

¶ *Pollutâ Ecclesiâ pollutum est cœmeterium iis contiguum, sed non remotum. Polluto cœmeterio Ecclesiam non polluit, licèt contigua existat. Polluto uno cœmeterio, aliud iis contiguum pollutum non est, licèt per portam de uno in aliud detur ingressus. hoc dicit. Dominicus.*

Bonifacius VIII.

Si *a* Ecclesiam pollui sanguinis aut seminis effusione contingat, ipsius cœmeterium, si contiguũ sit eidem, censetur esse pollutum: unde antequam reconciliatũ fuerit, non debet in eo aliquis sepeliri. Secùs si remotum fuerit ab eadem. Non sic quoque in casu verso sentimus, ut videlicet polluto cœmeterio, quamvis Ecclesiæ contiguo, debeat Ecclesia reputari polluta: ne minùs dignum, majus, aut accessorium, principale ad se trahere videatur. Non unum, sed plura cœmeteria esse noscuntur, quæ quamvis sibi cohærentia, pariete tamen medio sejunguntur. Ideoque violato eorum altero, altetum (licèt de uno ad aliud per portam intermediam habeatur accessus) non propter hoc reputabitur violatum.

DE RELIQUIIS ET VENERATIONE sanctorum.

TITULUS XXII.

CAP. UNIC.

¶ *Festa duodecim Apostolorum, quatuor Evangelistarum, & quatuor Doctorum & Confessorum Ecclesiæ, scilicet Gregorii, Augustini, Ambrosii, & Hieronymi, sub officio duplicis debent solenniter celebrari. Ioan. And.*

Bonifacius VIII.

Gloriosus *b* Deus in sanctis suis, & in majestate mirabilis, cujus ineffabilis altitudo prudentiæ nullis inclusa limitibus, nullis terminis comprehensa, recti censurâ judicii cœlestia pariter & terrena disponit, etsi cunctos ejus ministros magnificet, altis decoret honoribus, & cœlestis efficiat beatitudinis possessores: illos tamen (ut dignis digna rependat) potioribus attollit insigniis dignitatum, & præmiorum uberiori rettributione prosequitur, quos *c* digniores agnoscit, & commendat ingentior excellentia meritorum. Sic & alma mater Ecclesia ejus sacra vestigia prosequens, & exemplo ducta laudabili, licèt universos in regnis cœlestibus constitutos studiis honorare solicitis & sonoris efferre præconiis non desistat: glorioſissimos tamen Christianæ fidei principes, athletas Dei electos, justos sæculi judices, lumina vera mundi, videlicet Christi redemptoris Apostolos numero duodeno contentos, qui viventes in carne prædictam Ecclesiam suo precioso sanguine plantaverunt, ipsam erigendo sublimiter, & disciplinis sanctissimis dirigendo: Reverendissimos etiam patres virosque clarissimos quatuor Evangelistas Domini, per quorum diligentissima & fidelissima studia eidem Ecclesiæ sacra Evangelia illuxerunt: Egregios quoque ipsius Doctores Ecclesiæ beatos Gregorium, qui meritis inclytus sedis Apostolicæ curam gessit, Augustinum & Ambrosium venerandos *d* antistites, ac Hieronymum Sacerdotii præditum titulo, eximios Confessores summis attollere vocibus, laudibus personare præcipuis, & specialibus disponit honoribus venerari. Horum quippe Doctorum perlucida & salutaria documenta prædictam illustrârunt Ecclesiam, decorârunt virtutibus, & moribus informârunt: per ipsos præterea quasi luminosas ardentesque lucernas super candelabrum in domo Domini positas (errorum tenebris profugatis) totius corpus Ecclesiæ tanquam sydus irradiat matutinum: eorum etiam fœcunda facundia cœlestis irrigui gratiâ influente Scripturarum ænigmata reserat, solvit nodos, obscura dilucidat, du-

a *Vide Conc. Lat. sub Alex. III. c. 22. & Conc. Trid. sess. 25. de ref. c. 20.* b *Ergò eas facientes probabit hoc sibi licere. infrà c. 2. de immun. Eccl. l. 1. C. vetti. not. Dom. & Phil.* c *vide l. si publicanus. §. de rebus. ff. de publ. Font.* d *vide Conc. Trid. Sess. 24. de refor. c. 3. & à metropolitanis verò. unde intelliges qualiter hodie procedat dispositio hujus capitis.*

a *De materia hujus decretalis, vide plenè Turrecrematam & alios in cap. Ecclesiis. de consecrat. distinct. 1.* b *Vide Chassaneum in Catalogo gloriæ mundi, part. 3. consideral. 20. & multis sequentibus.* c *Vide text. & ibi distinct. cap. ad hoc. Font.* d *Alias reverendos.*

biaque declarat: profundis quoque ac decoris illorum sermonibus ampla ipsius Ecclesiæ fabrica velut gemmis vernantibus rutilat, & verborum elegantiâ singulari gloriosiùs sublimata coruscat. Ideoque circumspectâ prudentiâ dictæ sedis (quæ actibus intenta salubribus, & operibus exposita pietatis, libenter & solerter exequitur, quæ sunt Dei) præmissâ solicitè digneque considerans, & debitâ meditatione perlustrans, ad divini nominis honorem & gloriam, exaltationem catholicæ fidei, salutemque fidelium, meritò censuit, riteque providit, Apostolos, Evangelistas, & Confessores eosdem in universali Ecclesia honorificentiæ potioris impendiis attollendos: ut ab ea tantò propensiùs honorari se sentiant, quantò ipsam præ exteris excellentiùs illustrârunt. Nos itaque piis ductî consiliis, dignisq; studiis excitati, nonnullos a prædecessores nostros Romanorum Pontificum (qui specialis devotionis prosequentes affectum, aliquorum festa Sanctorum sub duplici ordinaverunt officio celebranda) imitari solicitè intendentes, eorundem Apostolorum, Evangelistarum & Confessorum festivitates præcipuas (de fratrum nostrorum consilio & assensu) sub officio duplici per universas orbis Ecclesias volumus, statuimus, & præcipimus annis singulis perpetuis futuris temporibus solenniter celebrari.

DE IMMUNITATE b ECCLESIARUM, Cœmeteriorum, & aliorum locorum religiosorum.

TITULUS XXIII.

CAP. I.

¶ *Seculares potestates ab Ecclesiis vel Ecclesiasticis personis tallias vel exactiones pro rebus vel possessionibus acquisitis vel acquirendis exigere non præsumant: nec eas compellere ad ipsas distrahendum, vel extra manum suam ponendum, hoc docet. Ioan. And.*

Alexander IV.

QUia c nonnulli habentes temporale dominium, vel potestatis gerentes officium secularis, libertatem & immunitatem Ecclesiasticam lædere ac minuere tanquam honoris & privilegii Ecclesiarum invidi moliuntur: expedit, quòd per diligentiam & auctoritatem sed. Apost. (quæ curam habet Ecclesiarum omnium & tutelam) contra talium ausus & conamina opportunum remedium apponatur. d, ut Ecclesiæ ipsæ in plenitudine juris sui & libertatis integritate lætentur e, ac detestabilis malignorum audacia, & insolentium nefaria temeritas propulsetur. Sanè intelleximus, quòd in regno Franciæ, Communiæ, Scabini, seu Consules & alii domini temporales, & ii, qui jurisdictionem in ipsis communiis, civitatibus, castris & villis temporalem exercent, vel quibus in illis commissa est executio justitiæ secularis, molesti sunt nimium Ecclesiis super pluribus, & infesti: & inter cætera nituntur & student, ut illis collectas f & tallias & alia hujusmodi eadem Ecclesiæ prætextu bonorum quæ acquisiverunt, tribuant & persolvant, vel extra manum suam ponant hujusmodi acquisita. Volentes itaque super his omnibus (prout expedit) solicitè providere, totque temerariis ausibus congruis præsidiis obviare, auctoritate Apostolicâ, prahabitâ cum fratribus nostris diligenti deliberatione, decernimus, non licere præfatis Communiis, Scabinis, & iis, qui in eis jurisdictionem temporalem obtinent, vel justitiam temporalem a exercent, tallias, vel collectas seu exactiones quascunque Ecclesiis vel personis Ecclesiasticis imponere, vel exigere ab eisdem pro domibus, prædiis, vel quibuscunque possessionibus ab eisdem Ecclesiis, vel personis Ecclesiasticis legitimè hactenus acquisitis, vel in posterum acquirendis, etiamsi ipsæ Ecclesiæ vel personæ, vel res hujusmodi sint intra illorum districtum vel territorium constitutæ. Nec etiam licear illis ipsas Ecclesias vel personas ad distrahendum vel alienandum, aut extra manum suam ponendum, acquisita jam vel quæ deinceps acquirent, aliquatenus coarctare.

CAP. II.

¶ *In Ecclesiis data humile ingressu debet orationibus insistî: exclusis clamoribus & sedentibus, confinia universitatis Laicorum, & eorum publicis parlamentis, vanis colloquiis, negotiationibus, & nundinis ac judiciis secularibus, & maximè criminalibus. h. d. usq; ad §. ordinarii. Dominicus.*

Gregorius X. in generali Conc. Lugdun.

DEcet domum Domini h sanctitudo, decet ut cujus in pace factus est locus, ejus cultus sit cum debita veneratione pacificus. Sit itaque ad Ecclesias humilis & devotus ingressus, sit in eis quieta conversatio, Deo grata, inspicientibus placita e, quæ considerantes non solùm instruat, sed & reficiat. Convenientes ibidem nomen illud, quod est super omne nomen (à quo aliud sub cœlo non est datum hominibus, in quo salvos fieri credentes oporteat, nomen videlicet JESU d Christi, qui salvum faciet populum suum à peccatis eorum) exhibitione reverentiæ specialis attollant, & quod generaliter scribitur e, ut in nomine JESU omne genu flectatur, singuli singulariter in seipsis implentes (præcipuè dum aguntur Missarum sacra mysteria f) glorioſum illud nomen quandocunque recolitur, flectant genua cordis sui, quod vel capitis inclinatione testentur; attendantur in locis eisdem intentis præcordiis sacra solennia, devotis orationibus insistatur, nullus in locis eisdem, in quibus cum pace ac quiete vota convenit celebrari, seditionem excitet, conclamationem moveat, impetumvé committat. Cessent in locis illis universitatum & societatum quarumlibet concilia g, contiones & publica parlamenta. Cessent vana, & multò fortiùs fœda & prophana colloquia. Cessent confabulationes quælibet. Sint postremò quæcunque alia, quæ divinum possunt turbare officium, aut oculos divinæ majestatis offendere, ab ipsis prorsus extranea: ne ubi peccatorum est venia postulanda, ibi peccandi detur occasio, aut deprehendantur peccata committi. Cessent in Ecclesiis earumque cœmeteriis negotiationes, & præcipuè nundinarum ac fori cujuscunque tumultus, omnis in eis secularium judiciorum strepitus conquiescat, nulla inibi causa per Laicos, criminalis maximè, agitetur, sint loca eadem à Laicorum cognitionibus aliena.

¶ *Laicorum ordinarii excessus debent hic contenta & sententia in Ecclesiis habita sunt nulla: & contrà facientes puniri debent. h. d. Dominicus.*

Ordinarii locorum hoc faciant observari: suadenda

---

a *Al. ita: nonnullos prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum &c.* b *vide Conc. Trid. sess. 25. de refor c. 20. ubi privilegia & immunitates Ecclesiarum & personarum Ecclesiasticarum innovantur & confirmantur.* c *vid. Conc. Lat sub Alex. III. c. 15. & Conc. Lat. sub Leone X. Sess. 9. tit. de reformat. curiæ. §. etsam à jure.* d *al. appenatur.* e *aliàs, locentur.* f *Vide Anch. consil. 56 incip. super dicto dubio. Dec. consil. 496. incip. in causa domini. & Las. consil. 13. incip. dicta prædia. volum. 3.*

a *Secularem legitur constanter in vetust. codic.* b *Psal. 92. & 75.* c *Aliàs, placida.* d *vide beatum Chrysostomum super c. 1. Epist. Pauli ad Galatas. Act. 4.* e *Philipp. 2.* f *aliàs, ministeria.* g *al. consilia.*

suadeant.

suadeant, interdicta hujus canonis auctoritate compescant, ad hoc alios etiam in Ecclesiis ipsis magis assiduos, & ad præmissa idoneos deputando. Et nihilominùs processus judicum secularium, ac specialiter prolatæ sententiæ in eisdem locis omni carcant robore firmitatis. Qui verò præmissas inhibitiones animo petulanti contempserint, præter processum ordinariorum & deputandorum ab ipsis, divinæ ultionis & nostræ poterunt acrimoniam formidare, donec suum confessi reatum à similibus firmato proposito deliberaverint abstinere.

CAP. III.

¶ Finit excessus Laicorum, qui Clericis collectas, tallias & onera imponebant: & excessus Clericorum, qui talibus consentiebant.

Bonifacius VIII.

CLericis a Laicos infestos oppidò tradit antiquitas, quod & præsentium experimenta temporum manifestè declarant, dum suis finibus non contenti nituntur in vetitum, ad illicita frena relaxant, nec prudenter attendunt, quàm sit eisin Clericos, Ecclesiasticasvé personas & bona interdicta potestas, Ecclesiarum Prælatis, Ecclesiis, Ecclesiasticisque personis regularibus & secularibus imponunt onera gravia, ipsosque talliant, & eis collectas imponunt, ab ipsis suorum proventuum vel bonorum dimidiam, decimam seu vicesimam, vel quamvis aliam portionem aut quotam exigunt & extorquent, eosque moliuntur multifariè subjicere servituti, suæque submittere ditioni: & (quod doleanter b referimus) nonnulli Ecclesiarum Prælati, Ecclesiasticæque personæ, trepidantes ubi trepidandum non est, transitoriam pacem quærentes, plus timentes majestatem temporalem offendere, quàm æternam, talium abusibus non tam temerariè, quàm improvidè acquiescunt, sedis Apostolicæ auctoritate seu licentiâ non obtentâ.

¶ Præcipit personas Ecclesiasticas pro rebus suis vel Ecclesiarum vel Laicos solvere debere absq; licentia Apostolica sedis, sub quocunque colore mutui, subventionis, doni, vel alio quolibet: ut etiam ipsi Laici tallias non exigant vel recipiant, nec occupent quocunq; modo deposita Ecclesiarum vel personarum Ecclesiasticarum: singulares contrà facientes excommunicat, universitates interdicit: quæ pœna locum habeant in promissoribus falsis etiam ante hanc constitutionem, si postmodum solvantur vel recipiantur: & ab his sententiis solus Papa absolvit, præterquam in mortis articulo. h. d.

Nos igitur talibus iniquis actibus obviare volentes, de fratrum nostrorum consilio Apostolicâ auctoritate statuimus, quòd quicunque Prælati, Ecclesiasticæque personæ, religiosæ vel seculares quorumcunque ordinum, conditionis, seu statûs, collectas vel tallias, decimam, vicesimam, seu centesimam suorum & Ecclesiarum proventuum vel bonorum Laicis solverint vel promiserint, vel se soluturos consenserint, aut quamvis aliam quantitatem, portionem, aut quotam ipsorum proventuum vel bonorum æstimationis, vel valoris ipsorum, sub adjutorii, mutui, subventionis, subsidii vel doni nomine, seu quovis alio titulo, modo, vel quæsito colore absque auctoritate sedis ejusdem: nec non Imperatores, Reges, seu Principes, Duces, Comites, vel Barones, Potestates, Capitanei, vel Officiales, vel rectores, quocunq; nomine censean-

a *Quærebat Ioan. Mont. in isto cap. Quid si fiat impositio talis non Ecclesiasticis personis, sed earum hominibus, numquid esset locus pœnæ hujus cap. Et dicebat quòd sic, quia sit fraus legis, de qua infrà eod. regulis jur. can. fin. & supra de privileg. quanto, facit infrà eod. cap. ex. secundum Lapum, Advo. Dom. Philip. dixit, quòd nullo casu haberet locum hæc constitutio, quia penitùs revocata cum suis declarationibus, nec ullus Doctorum eam legit. Fiat.* b *alias, dolentes.*

tur, civitatum, castrorum, seu quorumcunq; locorum constitutorum ubilibet, & quivis alii cujuscunque præeminentiæ, conditionis, & statûs, qui talia imposuerint, exegerint, vel receperint, aut apud ædes sacras depositæ Ecclesiarum vel Ecclesiasticarum personarum ubilibet arrestaverint, saisiverint, seu occupare præsumpserint, vel arrestari, saisiri a aut occupari mandaverint, aut occupata, saisita b seu arrestata receperint: necnon omnes, qui scienter dederint in prædictis auxilium, consilium, vel favorem publicè vel occultè, eoipsò sententiam excommunicationis incurrant. Universitates quoque, quæ in his culpabiles fuerint, Ecclesiastico supponimus interdicto. Prælatis & personis Ecclesiasticis supradictis in virtute obedientiæ, & sub depositionis pœnâ districtè mandantes, ut talibus absque expressa licentia dictæ sedis nullatenus acquiescant: quodque prætextu cujuscunque obligationis, promissionis, & confessionis c factarum hactenus vel faciendarum in antea, priusquam hujusmodi constitutio, prohibitio, seu præceptum ad notitiam ipsorum pervenerint d, nihil solvant, nec supradicti seculares quoquo modo recipiant. Et si solverint, vel prædicti receperint, in excommunicationis sententiam incidant ipso facto. A supradictis autem excommunicationum & interdicti sententiis nullus absolvi valeat, præterquam in mortis articulo, absque sedis Apostolicæ auctoritate & licentia speciali: Cum nostræ intentionis existat tam horrendum secularium potestatum abusum nullatenus sub dissimulatione transire.

¶ Omnia privilegia derogantia hanc constitutionem cassat & irritat.

Non obstantibus quibuscunque privilegiis sub quibuscunque tenoribus, formis, seu modis, aut verborum conceptione concessis Imperatoribus, Regibus & aliis supradictis, quæ contra præmissa in nullo volumus alicui vel aliquibus suffragari.

CAP. IV.

¶ Excommunicati sunt, qui impediunt super causis, quæ ad forum Ecclesiasticum de jure vel de consuetudine pertinent, literas à sede Apostolica impetratas, vel super ipsis coram ordinario vel delegato Ecclesiastico litigari. Ioan. And.

Idem.

QUoniam (ut intelleximus) quorundam justitiariorum, ballivorum, judicumvé secularium ac temporalium dominorum in quibusdam partibus præsumptuosa temeritas sic excrevit, ut in terris eorum sive districtibus literas Apostolicas impetrantes, vel ad judices ordinarios Ecclesiasticos recurrentes, super causis, negotiis, seu quæstionibus, quæ ratione personarum aut rerum de jure aut antiqua consuetudine ad forum e Ecclesiasticum pertinent, obtinere non possunt in eis per eosdem ordinarios judices vel Apostolicas literas justitiæ complementum, quin potius super illis recurrere ad judicium seculare, vel à lite, causa seu quæstione desistere compelluntur: Nos justitiam nostram & Ecclesiæ sponsæ nostræ nolentes negligere, qui alios in sua justitia conservemus: statuimus districtius inhibendo, ne quis impetratores literarum nostrarum, vel alios in foro Ecclesiastico delegato seu ordinario litigantes, seu litigare volentes, sive ambæ partes hoc voluerint, sive una, super causis Ecclesiasticis, sive quæ ad forum Ecclesiasticum ratione personarum, negotiorum, vel rerum, de jure vel de antiqua consuetudine pertinere noscuntur, per se vel per alium ad desistendum, vel in foro seculari de quæstionibus hujusmodi litigandum per eorundem judicum Ecclesiasticorum vel impetrantium, aut litigantium, seu

a *Al. fisari.* b *al. fisata.* c *In manuscr. legitur constanter ista: & concessium.* d *al. pervenerit.* e *Quæ sint illæ causæ, vide in c. fi. et. de foro compet. in antiq. Bart. in extravag. ad reprim. in verb. denunciatione.*

volentium litigare, aut propinquorum ipsorum seu rerum illorum, aut Ecclesiarum suarum etiam captionem, modisvè aliis quibuscunque compellat, seu compelli faciat vel procuret: nec per se aliosvè impediat, quò minùs coram judicibus Ecclesiasticis, delegatis seu ordinariis querelantes de causis, quæ (ut præmissum est) ad cognitionem pertinent eorundem, possint liberè justitiam obtinere: nec ad prædicta facienda det auxilium, consilium, vel favorem. Si quis verò contrà præsumpserit, excommunicationi se ipso facto noverit subjacere: à qua (nisi tam judici, cujus cognitio fuerit impedita, vel jurisdictio usurpata, quàm parti, quæ turbata in prosecutione fuerit sui juris, de injuria, damnis, expensis, & interesse prius per eundem integrè fuerit satisfactum) nullatenus absolvatur.

CAP. V.

¶ *Dominî temporales prohibentes subditis, ne cum personis Ecclesiasticis contrahant, vel communia obsequia exhibeant, ipso facto excommunicationem incurrunt. h. d. Dom.*

Idem.

EOs *a*, qui temporale dominium obtinentes, suis subditis, ne Prælatis aut Clericis, seu personis Ecclesiasticis quicquam vendant, aut emant aliquid ab eisdem, neque ipsis bladum molant, coquant panem, aut alia obsequia exhibere præsumant, aliquando interdicunt (cùm talia in derogationem libertatis Ecclesiasticæ præsumantur) eo ipso excommunicationis sententiæ decernimus subjacere.

NE CLERICI VEL MONACHI SECULARIBUS NEGOTIIS SE IMMISCEANT.

TITULUS XXIV.

CAP. I.

¶ *Capitulum, super speculâ. prohibens audientiam Legum vel Physicæ, non includit parochiales Ecclesias habentes, nisi sint plebania habentes sub se capellas, in quibus Clerici perpetuò instituantur. h. d. Domin.*

Bonifacius VIII.

STatutum *b* felicis recordationis Honorii Papæ tertii prædecessoris nostri, quòd Decanis, Archidiaconis, Præpositis, Plebanis, Cantoribus, & aliis Clericis habentibus personatus, audire Leges vel Physicam interdicit: ad eos, qui parochiales Ecclesias obtinere noscuntur, piæ memoriæ Clementis Papæ quarti prædecessoris nostri vestigiis inhærentes, declaramus præsentis constitutionis oraculo ratione Ecclesiarum hujusmodi non extendi: Nisi eædem Ecclesiæ fuerint plebaniæ sub se capellas habentes, in quibus instituantur Clerici perpetui, nequeuntes ab ipsis absque causâ rationabili amoveri.

a *Vide Anch. consil. 11 incip. factum super quo petitur consultum, & Lapum allegat. 92. incip. inspeximus.* b *Vide Doct. & inprimis Panorm. in cap. non magnoperè. & in cap. fin. extr. ne Clerici vel Monachi. & Innoc. in cap. firmiter. extrà, de summ. Trinitat. & fide Catholica.*

CAP. II.

¶ *Excommunicatus est ipso facto Religiosus professus, habitum temerariè dimittens, vel ad quascunq; studia accedens, non obtentâ licentiâ Prælati & Conventûs. Doctores scienter docentes, vel in scholis retinentes ad Leges vel Physicam tales Religiosos, similiter excommunicationem incurrunt. h. d. Dominicus.*

Idem.

UT *a* periculosa Religiosis evagandi materia subtrahatur, districtiùs inhibemus, ne de cætero aliquis quamcunque religionem tacitè vel expressè professus, in scholis vel alibi temerè habitum religionis suæ dimittat nec accedat ad quævis studia literarum, nisi à suo Prælato cum consilio sui Conventûs vel majoris partis ejusdem, sibi eundi ad studium, licentia primitùs sit concessa. Si quis autem horum temerarius violator extiterit, excommunicationis incurrat sententiam ipso facto. Doctores quoque sive magistri, qui Religiosos habitu suo dimisso Leges vel Physicam audientes scienter docere, aut in scholis suis præsumpserint retinere, simili eo ipso sint sententiâ innodati.

CAP. III.

¶ *Clericus in loco temporalis jurisdictionis suæ super delicto sibi commisso delegans, ut veritate inquisitâ justitiam exequatur, irregularis non efficitur, licèt pœna sanguinis inferatur. hoc dicit. Dominicus.*

Idem.

EPiscopus *b* seu quicunque alius Prælatus, vel Clericus jurisdictionem obtinens temporalem, si homicidio aut alio maleficio ab aliquibus in jurisdictione sua commisso, ballivo suo aut alii cuicunque injungat, ut super hoc veritatem inquirens, justitiæ debitum exequatur, irregularis censeri non debet: quamvis ipse ballivus vel alius contra malefactores ad pœnam sanguinis processerit, justitiâ mediante. Nam licèt Clericis causas sanguinis agitare non liceat, eas tamen (cùm jurisdictionem obtinent temporalem) debent & possunt metu irregularitatis cessante aliis delegare.

a *Multa huc spectantia vide per Calderinum consil. 2. tit. de magistris. & per Abbatem cons. 64. lib. 1.* b *Præter Doctor. hic, vide notata in cap. ex literis. extrà, de excess. prælat. & in cap. in archiepiscopatu. de raptoribus.*

FINIS.

SEXTI

SEXTI DECRETALIUM LIBER QUARTUS.

DE SPONSALIBUS ET MATRIMONIIS.

TITULUS PRIMUS.

CAPITULUM UNIC.

¶ *Sponsalia pura & certa, ex consensu valida, licèt aliàs nulla, inducunt publicam honestatem: quæ habet dirimere sequentia sponsalia, sed non præcedentia.*

Bonifacius VIII.

EX sponsalibus a puris & certis, etiamsi consanguinitatis, affinitatis, frigiditatis, religionis, aut aliâ quâvis ratione sint nulla, dummodò non sint nulla ex defectu consensûs, oritur efficax ad impediendum & dirimendum sequentia sponsalia vel matrimonia, non autem ad præcedentia dissolvendum, impedimentum justitiæ publicæ honestatis b. Quare ille, qui sponsalia purè ac determinatè cum aliqua muliere contraxit, & postmodùm cum secunda prioris consanguinea idem fecit, ex priorum sponsaliorum vigore (quibus per publicæ honestatis justitiam ex secundis sponsalibus subsecutam minimè derogatur) ad matrimonium contrahendum cum prima remanet obligatus.

¶ *Publicam honestatem non inducunt sponsalia conditionalia ante conditionis eventum. h. d. Ioan. And.*

Ille verò, qui sponsalia cum aliqua muliere c sub conditione contraxit, si postmodùm ante conditionis eventum cum alia prioris consanguinea per verba contraxerit de præsenti, cum secunda remanere debebit: Cùm ex sponsalibus conditionalibus ante conditionem extantem, sicuti consensum non habentibus, & incertis, nulla publicæ honestatis justitia oriatur.

DE DESPONSATIONE IMPUBERUM.

TITULUS II.

CAP. UN.

¶ *Sponsalia amborum infantium vel alterius tantùm per superuenientiam majoris ætatis non validantur, nec publicam honestatem inducunt: nisi fuerint ratificata tacitè vel expressè. h. d. usq; ad ¶. Idem quoq;. Dom.*

Bonifacius VIII.

SI infantes d ad invicem, vel unus major septennio, & alter minor, sponsalia contraxerint ipsi, vel parentes pro eis, nisi per cohabitationem eorum mutuam, seu aliàs verbo vel facto ipsorum liquidò appareat, eosdem in eadem voluntate factos majores septennio perdurare, sponsalia hujusmodi, quæ ab initio nulla erant, per lapsum dicti temporis minimè convalescunt: & ideò cùm sint nulla ratione defectus consensus, publicæ honestatis justitiam non inducunt.

¶ *Sponsalia per verba de præsenti contracta inter impuberem & puberem, vel inter impuberes non proximos pubertati, valent ut sponsalia de futuro: nec in matrimonium transeunt ex sola perseverantia ætatis, nisi aliter approbentur: inducunt tamen publicam honestatem. h. d. Dom.*

Idem quoque si pubes & impubes, vel duo impuberes non proximi pubertati, & in quibus ætatem malitia non supplebat, per verba contraxerint de præsenti: sponsalia enim illa, quæ juris interpretatione tantùm fuerunt sponsalia de futuro (licèt verba consensum exprimentia de præsenti haberent, & matrimonium contrahere intenderent contrahentes) per adventum pubertatis in matrimonium non transeunt de præsenti: nec matrimonium (quod ut matrimonium ætate non tenuit prohibente) per lapsum dicti temporis convalescit: nisi per carnis copulam subsecutam, vel aliquem modum alium contrahentes eosdem ejusdem perseverantia voluntatis ad pubertatis tempora perveniſſe constiterit evidenter: per dictum tamen contractum, qui valuit ut potuit, non sicuti agebatur, publicæ honestatis justitia est inducta.

¶ *Sponsalia pro absentibus filiis non tenent nisi ipsis præsentibus, vel nisi approbaverint tacitè vel expressè ex postfacto. hoc dicit, Dominicus.*

Porrò ex sponsalibus, quæ parentes pro filiis puberibus vel impuberibus plerunque contrahunt, ipsi filii, si expressè consenserint vel tacitè, ut si præsentes fuerint, nec contradixerint, obligantur: ex eis oritur justitia publicæ honestatis. Et est idem, si filii tempore sponsaliorum absentes, & etiam ignorantes eadem sponsalia pòst scientes ratificaverunt tacitè a vel expressè: aliàs ex sponsalibus contractis à parentibus pro filiis, nec ipsi filii obligantur, nec publicæ honestatis justitia inde surgit.

a *Vide Conc. Trid. sess. 24. de refor. matr. c. 3. confert enim multùm pro textu & gl.* b *de impedimento justitiæ publicæ honestatis, quid sit, & unde proveniat, vide B. Thom. in quæstionibus additis ad tertiam partem. q. 55. art. 4. & Doct. scholasticos l. 4. sent. dist. 41.* c *Not. Doct. hîc illam dici mulierem quæ nondum matrimonio copulata.* d *Vide B. Thom. in quæstionibus additis ad 3. part. q. 43. art. 1. & 2. & Doct. l. 4. sent. dist. 27. & Dominic. consil. 24. incip. quia dissuit.*

a *Vide Bart. in l. quo enim. ff. rem rat. hab. Font.*

DE COGNATIONE SPIRITUALI.
TITULUS III.
CAP. I.

¶ *Inter baptizatum & levantem, filios & uxorem levantis antè carnaliter cognitam, & suscipientem & patrem & matrem suscepti, & similiter de baptizante, spiritalis contrahitur cognatio. h. d. usq; ad §. Ex confirmatione. Dominicus.*

Bonifacius VIII.

NEdum *a* inter baptizatum & illum *b* qui eum suscepit de baptismo, ac inter eundem baptizatum & suscipientis filios & uxorem ante susceptionem carnaliter cognitam ab eodem: imò etiam inter suscipientem, patremque baptizati & matrem, cognationem spiritalem in baptismo contrahi jure constat: quæ cognatio & contrahendum matrimonium impedit, & dirimit pòst contractum. Et eadem quæ de suscipiente sunt dicta, sunt etiam de baptizante censenda.

¶ *Confirmatio frontis inducit spiritalem cognationem sicut baptisma. h. d. Dominicus.*

Ex confirmatione quoque seu frontis chrismatione, spiritalis cognatio eisdem modis contrahitur: matrimonia similiter impediens contrahenda, & dirimens pòst contracta.

CAP. II.

¶ *Compaternitas per catechismum contracta, impedit matrimonium, sed non dirimit. Ioan. And.*

Idem.

PEr *a* catechismum, qui præcedit baptismum, sacramentorum fundamentum & januam reliquorum, cognatio spiritalis contrahitur: per quam contrahendum matrimonium impeditur. Ut ex prædecessoris nostri Clementis Papæ tertii decretali colligitur evidenter: dicendo enim, quòd talis ses vix contrahendo matrimonio impedimentum afferat, velle videtur quòd afferat. nam quod vix fit, fieri tamen dubium non existit. Per illam tamen cognationem matrimonium pòst eam contractum minime separatur.

CAP. III.

¶ *Unus tantùm intervenire debet in levatione infantis de sacro fonte, vel chrismatione frontis: tamen si plures intervenient, cognationem contrahunt spiritalem. Et ex aliis sacramentis cognatio non contrahitur. h. d. Dominicus.*

Idem.

QUamvis *b* non plures *c*, quàm unus vir, vel una mulier accedere debeant ad suscipiendum de baptismo infantem, juxta sacrorum canonum instituta: si tamen plures accesserint, spiritalis cognatio inde contrahitur, matrimonia contrahenda impediens, & etiam pòst contracta dissolvens. De confirmatione insuper, quantùm ad hoc, idem judicium est habendum. Ex datione verò aliorum sacramentorum cognatio spiritalis nequaquam oritur, quæ matrimonium impediat vel dissolvat.

a *Vide Conc. Trid. sess. 24. de refor. matr. c. 2. & B. Thom. in qu. additis. ad 3. part. q. 66. per totum, & Theol. lib. 4. sent. dist. 42.*
b *Procedit si ille est Christianus. 30. q. 1. c. 2. de cons. dist. 4. in baptismate. Ioan. Andr. in reg. ex eo. §. decreg. jur.*

a *Vide Theolog. scholasticos l. 4. sent. dist. 42. & beatum Thom. in quæst. additis ad 3. part. q. 55. art. 2.* b *Vide Conc. Trid. sess. 24. de refor. matr. c. 2.* c *Vide l. ad testium. §. fin. ff. de testam.*

FINIS.

SEXTI DECRETALIUM LIBER QUINTUS.

DE ACCUSATIONIBUS *a*, INQUISITIONIBUS, ET denunciationibus.

TITULUS PRIMUS.

CAPIT. I.

¶ *Ex confessione coram delegato inquirente super certis criminibus deputato facta, punitur confitens, licèt dicat se priùs diffamatum non fuisse, vel inquisitionis capitula non habuisse. h. d. Dominicus.*

Bonifacius VIII.

POstquam *b* coram eo, qui contra te super certis criminibus inquisitor fuerat deputatus, eadem crimina fuisti confessus, fruſtrà confessionem tuam (quò minùs puniaris ex ea, prout justitia suadebit) eo prætextu impugnare contendis, quòd super eisdem criminibus non fueras antèà diffamatus: Vel quòd per eundem inquisitorem capitula, super quibus contra te volebat inquirere, tibi tradita non fuerunt.

a *De materia hujus tit. vide plenè per Hostien. in summa, eod. tit.* b *Vide Parrusinum in c. dilecto. de appellat. & Alex. cons. 32. lib. 3. & Fel. in c. 1. de excep.*

CAP. II.

¶ *Valet inquisitio facta super veritate criminum, amissâ infamiâ. si rem præsens tacuit. h. d. secundùm Ioan. And.*

Idem.

SI is, cui contra te commissa fuerat simpliciter inquisitio super certis crimimbus faciendâ, processe-

rit te

sit te præsente, nec reclamante, aut quicquam super hoc excipiente (infamiæ inquisitione omissâ) ad veritatem eorundem criminum inquirendam: processum hujusmodi ex eo, quòd non fuit de infamia a primitus inquisitum, ulterius impugnare nequibis.

DE HÆRETICIS.

TITULUS II.

CAP. I.

¶ *Propter crimen hæresis Clericum in quibuscunq; sacris ordinibus constitutum, solus ejus Episcopus degradare poterit. h. d. Dominicus.*

Gregorius IX. *Rhenen. Archiepiscopo, & suis Suffraganeis.*

QUoniam Episcoporum numerus ad degradationem Clericorum à canonibus constitutus, non potest de facili b convenire: Concedimus, ut Sacerdotem vel alium Clericum in sacris ordinibus constitutum (cùm pro hæresi fuerit curiæ seculari relinquendus, aut perpetuo immutandus) convocatis Abbatibus, aliisq; Prælatis & religiosis personis, ac literatis suæ diœcesis, de quibus expedire videbitur, suus solus possit Episcopus degradare.

CAP. II.

¶ *Excommunicationem incurrit sepeliens scienter hæreticos, vel eorum receptatores, defensores, vel fautores, nec absolvitur nisi exhumet eorum corpora, locus verò privatur sepulturâ. hoc dicit usq; ad 4. Iubemus. Dom.*

Alexander IV.

QUicunque c hæreticos, credentes, receptatores, defensores, vel fautores eorum scienter præsumpserint d Ecclesiasticæ tradere sepulturæ, usque ad satisfactionem idoneam excommunicationis sententiæ se noverint e subjacere. Nec absolutionis beneficium meretantur f, nisi propriis manibus publicè extumulent g, & projiciant h hujusmodi corpora damnatorum. Et locus ille perpetuâ i careat sepulturâ.

¶ *Excommunicari debent Laici publicè, vel occultè disputantes de fide. h. d. Dominicus.*

Inhibemus quoque, ne cuiquam Laicæ personæ liceat publicè, vel privatim de fide catholica disputare. Qui verò contrà fecerit, excommunicationis laqueo innodetur.

¶ *Non valet promotio hæreticorum, eis credentium, fautorum, receptatorum, & defensorum eorum, nec filiorum suorum usq; ad secundam generationem ad beneficia Ecclesiastica, vel officia publica. h. d. Dominic.*

Hæretici autem, credentes, receptatores, defensores, & fautores eorum, ipsorumque filii k usque ad secundam generationem, ad nullum Ecclesiasticum beneficium, seu officium publicum admittantur. Quod si secùs actum fuerit, decernimus irritum & inane.

¶ *Privati sunt habentes beneficia Ecclesiastica ad preces hæreticorum, & inhabiles efficiuntur ad alia obtinenda, si scienter talia receperunt. h. d. Dom.*

Ad hæc quoscunque viros Ecclesiasticos, qui ad preces hujusmodi pestilentium personarum, dignitates, personatus, & quæcunque alia Ecclesiastica beneficia sunt adepti, ex nunc privamus taliter acquisitis: volentes, quòd tales & habitis careant perpetuò, & si receperunt l illa scienter, ad alia vel similia nequaquam in posterum admittantur.

¶ *Nulla est emancipatio filiorum vel subditorum per hæreticos facta, etiamsi postea votum detegatur. h. d. Domin.*

Illorum autem filiorum emancipationem, quorum parentes post emancipationem etiam hujusmodi apparuerit ante ipsam à via veritatis ad hæreticæ superstitionis invium declinâsse, nullius volumus esse momenti, velut factam de hominibus sui juris: cùm dignum sit, ut propter tanti atrocitatem delicti, filii esse in parentum hæreticorum desierint potestate.

CAP. III.

¶ *Filii vel hæredes potentium in infirmitate sua hæreticorum consolationem, non admittuntur ad probandum, quòd non sanâ mente, vel perditâ loquelâ susceperint si constat, quòd erant sanæ mentis, vel si prius suspecti, vel diffamati erant de hæresi: aliàs admittuntur, scilicet per testes fide dignos, non suspectos hoc dicat. Dominicus.*

Idem *inquisitoribus hæreticæ pravitatis.*

FIlii, vel hæredes illorum, qui dum in ægritudinis lecto decumberent, petierunt hæreticos consolatores, ut ab eis per manûs impositionem consolationem reciperent secundùm pessimam consuetudinem eorundem, sicq; viam fuerint universæ carnis ingressi: ad probandum, quòd ipsi defuncti consolationem illam, imò verius desolationem non a sanæ mentis effecti susceperint, vel post perditam jam loquelam, cùm tamen moris sit (ut dicitur) apud eos, quòd nullum taliter consolentur, qui non sit sanæ mentis, & memoriam habeat ordinatam, admitti non debent: si dum vivebant, diffamati erant de hæresi, vel suspecti, aut legitimè constiterit, quòd sanæ mentis existentes hujusmodi hæreticos petierunt. Alioquin admitti poterunt prædicti filii, vel hæredes ad probandum præmissa. Non tamen per uxores, filios, familiares, vel de suis aliquos, sed per testes alios fide dignos, & specialiter fidei zelatores.

CAP. IV.

¶ *Relapsi in hæresim sunt tradendi curiæ seculari, licèt pœniteat eos, & ad fidem redeant: non tamen denegantur eis sacramenta pœnitentiæ & Eucharistiæ. h. d. Dom.*

Idem *eisdem.*

SUper eo b, quod scriptum legitur, Ecclesia nulli claudit gremium redeunti: quodque hi, qui post abjurationem erroris, vel postquam se proprii antistitis examinatione purgaverint, si deprehensi fuerint in abjuratam hæresim recidisse, seculari decernuntur judicio sine ulla penitùs audientia relinquendi: cùm scripturæ hujusmodi videantur sibi invicem adversari, quid tenendum sit per sedem edoceri Apostolicam postulâstis. Nos itaque inquisitioni vestræ de fratrum nostrorum consilio respondemus, quòd taliter deprehensis, etiamsi (ut dictum est) sine ulla penitùs audientia relinquendi sint judicio seculari: si tamen postmodum pœniteant, & pœnitentiæ signa in eis apparuerint manifesta, nequaquam sunt humiliter petita sacramenta pœnitentiæ ac Eucharistiæ deneganda.

CAP. V.

¶ *Excommunicati participes, & socii criminis, admittuntur in testes contra hæreticos, si sciunt verisimiliter veritatem deponere. h. d. Dom.*

Idem *eisdem.*

IN fidei favorem concedimus, ut in negotio inquisitionis hæreticæ pravitatis excommunicati, & participes, vel socii criminis ad testimonium admittantur: Præsertim in probationum aliarum defectum contra hæreticos, credentes, fautores, receptatores & defensores eorum, si ex verisimilibus conjecturis, & ex numero testium, aut personarum (tam deponen-

a *Et qualiter probari debeat infamia alicujus, vide Romanum cons. 267. & Cardinalem cons. 3. de test.* b *Nota hic quòd propter difficultatem relaxatur juris solemnitas: ut habes c. supr. eod. & l. 1. §. fin. ff. de vent. in poss. mitt. Cont.* c *Vide Turrecrematam in sum. de Eccles. l. 4. part. 2. cap. 21.* d *al. præsumpserit.* e *al. noverit.* f *al. meretur.* g *al. extumulet.* h *al. projiciat.* i *al. perpetuò.* k *vide Gandissalvum tract. de hær. q. 22. & repertorium Inquis. verbo filii.* l *al. receperint.*

a *Quod ex verbis & actibus probatur: ut not. in l. si cùm detem. & sin autem. ff. sol. mat. c. hoc habes. 46. dist. & c. legimus. 99. dist.* b *Vide Zanch. tract. de hær. c. 16.*

tium, quàm eorum contra quos deponitur) qualitate, ac aliis circumstantiis sic testificantes falsa non dicere præsumantur.

CAP. VI.

¶ Ordinarii, vel eorum delegati, & inquisitores sine pœna excommunicationis facere habent executionem justitiæ contra hæreticos, per habentes jurisdictionem secularem in loco: licèt excommunicati sint, vel de facto tantum illam jurisdictionem possideant. h. d. Dominic.

Idem *eisdem.*

PRæsidentes *a* regimini alicujus regni, provinciæ, sive loci, licèt excommunicati, vel de facto tantùm, & non de jure jurisdictionem habentes, ac eorum officiales ad requisitionem ordinariorum, vel delegatorum ipsorum, aut inquisitorum hæreticæ pravitatis, non valentium sine moræ dispendio vel negotii periculo recursum habere ad superiores, qui legitimè in locis ipsis possint justitiam exequi, possunt & debent contra hæreticos, credentes, fautores, receptatores, & defensores eorum justitiam, & suum officium exercere. Nec requirentes hujusmodi excommunicatos, propter hoc sententiam excommunicationis incurrunt. Non tamen præsidentibus prælibatis, vel officialibus eorundem propterea in aliis casibus intelligatur concessum aliquid vel permissum.

CAP. VII.

¶ Excommunicatus propter contumaciam non respondendi super hæresi, de qua erat suspectus, post annum damnatur ut hæreticus. h. d. Dominicus.

Idem *eisdem.*

CUm *b* contumacia (in causa præsertim fidei) suspicioni præsumptionem adjiciat vehementem: si suspectus de hæresi vocatus à vobis, ut de fide respondeat, excommunicationis vinculo (pro eo quòd parere subterfugit, aut contumaciter se absentat) per vos fuerit innodatus, quam si *c* per annum animo sustineat pertinaci, extunc velut hæreticus condemnetur.

CAP. VIII.

¶ Abjurans in judicio hæresim propter vehementem præsumptionem, si ulteriùs labatur (licèt non fuisset probatum plenè) relapsus dicitur: secùs si levis erat præsumptio. h. d. usq; ad §. Eum verò. Dominicus.

Idem *eisdem.*

ACcusatus de hæresi vel suspectus, contra quem de hoc crimine magna & vehemens suspicio orta erat, si hæresim in judicio abjuravit, & posteà committit in ipsa, censeri debet quâdam juris fictione relapsus: licèt ante abjurationem suam hæresis crimen plenè probatum non fuerit contra ipsum.

Si autem levis & modica suspicio illa fuerit *d*, quanquam ex hoc sit gravius puniendus, non tamen debet in hæresim relapsorum pœnâ puniri.

¶ Culpabilis in uno articulo hæresis, generaliter postea abjurando, relapsus dicitur, si committit etiam in alium articulum separatum. h. d. Dom.

Eum verò, qui in una hæresis specie vel secta commisit, aut in uno fidei articulo, seu Ecclesiæ sacramento erravit, & postmodùm hæresim simpliciter vel generaliter abjuravit, si extunc in aliam etiam hæresis speciem sive sectam, aut alio articulo seu sacramento committat, volumus ut relapsum in hæresim judicari.

¶ Qui post abjurationem hæresis, de qua convictus fuerat, vel postea convincatur, facto vel verbo hæreticis communicat in rebus hic prohibitis, relapsus dicitur. h. d. Dom.

Ille quoque, de cujus ipsa in hæresim ante abjurationem constiterat, vel nunc constat, si post illam hæreticus acceptet *a*, deducat, visitet, sive associet, aut dona vel munera eis donet, vel mittat, seu favoren eis impendat, qui excusari non possit etiam sine adoratione: (ut verbis vestris utamur) meritò debet judicari relapsus, cùm illum ex approbata *b* à se priùs erroris consequentia non sit dubium id fecisse.

¶ Testis in causa hæresis falsum deponens, licèt perjurus sit, probat dicendo contrarium: dum tamen ex indiciis constet dictum non corruptionem, sed veritatem continere. h. d.

Licèt verò perjuri à testimonio, etiam post pœnitentiam, repellantur, si tamen ii, qui coram inquisitoribus jurantes, tam de se, quàm de aliis super facto hæresis dicere veritatem, eam celando dejerent, & postmodùm velint corrigere dictum suum, contra se ac alios suos complices deponendo: cùm crimen hujusmodi sit exceptum, si ex manifestis indiciis apparuerit, tales non animi levitate, aut odii fomite, seu corruptione pecuniæ, sed zelo fidei orthodoxæ dictum suum velle corrigere, ac modò (quæ priùs tacuerant) revelare, in favorem fidei, nisi aliud obsistat, stari debet, tam contra se, quàm contra reliquos attestationibus eorundem.

¶ Inquisitores super hæresi deputati, non se intromittant de divinationibus vel sortilegiis non sapientibus hæresim manifestam. h. d. Dominic.

Sanè cum *c* negotium fidei (quod summè privilegiatum existit) per occupationes alias non debeat impediri: pestis inquisitores hæreticæ à sede Apostolica deputati, de divinationibus, aut sortilegiis (nisi hæresim saperent manifestè) intromittere se non debent, nec punire talia exercentes, sed eos relinquere suis judicibus puniendos.

¶ Inquisitores hæresis de quæstionibus usurarum se intromittere non possunt. h. d.

De quæstionibus præterea usurarum motis etiam contra illos, quibus restitutionem usurarum in pœnitentia pro hæresis crimine injunxerunt, ac illi se & sua ad hoc faciendum in judicio Ecclesiæ obligârunt, intromittere se non possunt: ne per causas hujusmodi offendiculum negotio fidei præparetur.

¶ Inquisitores possunt compellere hæredes fautorum hæreticorum (qui tamen hæretici non erant) ad implendum pœnitentiam injunctam in bonis temporalibus: secùs si mortui sint, antequam fuerit pœnitentia injuncta. h. d. Dom.

Si verò *d* pro iis, quæ in hæresi, receptando vel defendendo hæreticos, seu eis favendo, non tamen existens hæreticus, quis commiserit, sub obligatione bonorum suorum inquisitoribus se adstrinxit ad recipiendam ab eis pœnitentiam & complendam, & ea licèt injuncta, non tamen peracta decessit: si per hujusmodi pœnitentiam onus impositum fuerit proficiens ad salutem, in bonis ejus temporalibus exequendum, ad complementum ipsius per inquisitores cogi debent hæredes, vel alii ad quos cum suo onere bona hujusmodi devenerunt. Porrò si propter hujusmodi hæreticorum receptationem, defensionem, seu favorem, quis ad faciendam pœnitentiam, quam inquisitores ipsi injungere vellent, bona sua obligaverit eisdem, & antequam ei pœnitentia injungeretur, decesserit: ejus hæredibus non est satisfactio pro extincto jam crimine injungenda.

¶ Post mortem hæretes declarari potest eum hæreticum fuisse, ad finem confiscandi. Dom.

In eo verò casu, quo hæredes ad successionem non debent ob hæresim sui auctoris admitti, non obstante, quòd auctore ipso vivente hoc non fuerit (interveniente ipsius morte) per sententiam declaratum, ad *e*

confisca-

---

a *Vide gl. fin. in c. 1. de offic. vicarii hoc eod. lib. & Gandis salvum tract. de hær. q. 19.* b *de intellectu vide Albertinum tract. de agnosc. affect. q. 30. n. 73.* c *Dictus, si, deest in antiquioribus codicibus etiam impressis, & series orationis videtur abesse oportere.* d *al. fuit.*

a *Al. receptet.* b *al. approbati.* c *Vide Zanchinum tract. de hæret. c. 22.* d *In vetustioribus cod. sic: si verò in his, &c.* e *al. ad occupationem.*

confiscationem bonorum post mortem ejusdem nihilominùs procedatur.

¶ *Clerici instruentes testes, ne inquisitores veritatem investigent, puniri possunt per vos: & Religiosi gravius puniuntur, hoc dicit. Dominicus.*

Sacerdotes insuper, & alii Clerici, qui negotium inquisitionis instruendo citatos hæreticos, vel eorum credentes de celanda veritate, vel dicenda falsitate, seu eos indebitè liberando inventi fuerint impedire (cùm non sit dubium eos *a* ipsa facere in favorem hæreticæ pravitatis) per inquisitores à talibus compesci possunt, & pœnâ debitâ castigari, tam per captionem personarum, quàm aliàs, prout culpa exegerit delinquentis. Religiosi etiàm sunt immutationis pœnâ, vel aliâ gravius puniendi quàm seculares, si inventi fuerint in hæresi, vel consimilibus deliquisse.

CAP. IX.

¶ *Non valent statuta, per qua inquisitoris hæresi officium impeditur, vel retardatur.*

Urbanus IV.

STatutum *b* civitatis, castri, villæ, vel alterius loci, per quod negotium inquisitionis hæreticæ pravitatis, directè vel indirectè, ne in eo liberè procedi valeat, contigerit impediri, vel quomodolibet retardari, nullius existere firmitatis: ipsiusque civitatis vel loci Dominum, Potestatem, Capitaneum, Consules, vel Rectores, per quem vel quos eadem civitas, seu locus regitur, quocunque nomine censeantur, ad statutum hujusmodi loci Diœcesano, vel ejus Vicario, aut inquisitori, seu inquisitoribus labis præfatæ, sine moræ dispendio exhibendum: & si tale inventum fuerit, revocandum omninò, vel saltem eatenùs moderandum, quòd per illud inquisitionis processus non impediantur, vel aliquatenùs retardentur, per censuram Ecclesiasticam decernimus compellendos.

CAP. X.

¶ *Officium inquisitoris hæresi morte concedentis non expirat: etiam quoad negotia prius non cœpta vel exorta. b. d.*

Clemens IV. *Inquisitoribus hæreticæ pravitatis.*

NE c aliqui dubitationem solicitam excitantes in dubium revocent, an officium inquisitionis hæreticæ pravitatis solicitudini vestræ intra certos limites ab Apostolica sede commissum, expiret per mortem Romani Pontificis, qui commisit: Præsenti declaramus edicto, ipsum officium non solùm quoad negotia vivente mandatore incœpta, imò etiam quoad integra & non cœpta, & quod plùs est, quantùm ad ea quæ tunc nequaquam emerserant, in favorem fidei post committentis obitum perdurare.

CAP. XI.

¶ *Informat inquisitores ad Deum, ut ejus timorem hominum metus anteponant, in procedendo simul vel separatim contra hæreticos & suos fautores: & etiam in eos absolvendo cùm verè redierint.*

Idem *eosdem.*

UT *d* officium inquisitionis contra hæreticos in provincia, in qua vobis idem officium est commissum auctoritate Apostolicâ positis efficaciùs adimplere, discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus ubique in præfata provincia simul vel separatim aut singulariter (prout negotii utilitas suadebit) contra hæreticos, credentes, receptatores, fautores & defensores eorum, necnon contra infamatos de hæresi vel suspectos, juxta sanctiones canonicas (hominum metu divino *a* timori postposito) procedatis. Si verò aliquis ex prædictis hæreticâ labe primitùs abjuratâ, redire voluerit ad Ecclesiæ unitatem: ei juxta formam Ecclesiæ absolutionis beneficium impendatis, & injungatis eidem quod injungi talibus consuevit: proviso solerter, ne simulatâ conversione redeant fraudulenter, & vos (imò scipsos) fallentes, sub agni specie lupum gerant.

¶ *Instruit inquisitores in modo examinationis testium, & in personis, quæ testificata scribere debeant. b. d.*

Verùm, quia in tam gravi crimine cum multa oportet cautela procedi (ut in reos sine ullo proferatur errore duræ ac dignæ severitas ultionis) volumus & mandamus, ut in examinatione testium, quos recipi super crimine prædicto, ipsumque contingentibus oportuerit, adhibeatis duas religiosas & discretas personas: in quarum præsentia per publicam (si commodè potestis habere) personam, aut per duos viros idoneos, fideliter eorundem depositiones testium conscribantur. Ad conscribendas *b* quoq; hujusmodi depositiones testium, & ad faciendum omnia, quæ in commisso vobis officio ad scriniarii, seu tabellionis officium pertinent, teneri districtè præcipimus, cùm per vos fuerint requisiti, omnes & singulos vestri ordinis fratres, qui dum essent in seculo, tabellionatûs officium habuisse aut exercuisse noscuntur: & illos etiam, quibus idem tabellionatûs officium ratione præfati negotii fidei fuit Apostolicâ sede commissum, & in posterum committetur: concedentes hujusmodi fratribus, necnon & aliis Religiosis quibuslibet, qui similiter dum essent in seculo, tabellionatûs officium habuerunt *c* & exercuerunt, quibusvis etiam Clericis secularibus officium ipsum habentibus (etiamsi iidem fratres Religiosi & Clerici sint in sacris ordinibus constituti) exercendi liberè officium ipsum quoad præmissa, non obstante statuto aliquo contrario canonis vel ordinis, quocunq; valjato munimine, potestatem.

¶ *Instruit inquisitores circa personas, per quas impedere posset, vel differri inquisitionis negotium. b. d.*

Compescendi præterea monitione præmissâ per censuram Ecclesiasticam appellatione postpositâ, prædicatores quæstuarios *d* (ubi contigerit pro inquisitionis seu fidei negotio congregationem fieri, vel aliàs eidem negotio, quomodolibet ex hoc impedimentum aliquod afferri) à prædicationis officio, quod ad ipsos nullatenùs pertinet (quorum interest tantùm charitativa subsidia suppliciter petere, ac indulgentiam si fortè habent exponere) liberam vobis & singulis vestrum concedimus auctoritate præsentium facultatem. Denique, ut circa præmissa plenè vobis & singulis vestrum coërcitionis expedita & inviolabilis adsit auctoritas, volumus, ut ea omnia viriliter exequamini (si opus fuerit) invocato auxilio brachii secularis, contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postpositâ compescendo. Non obstantibus aliquibus privilegiis vel indulgentiis quibuscunque personis cujusvis conditionis, dignitatis vel gradûs, religionis vel ordinis, comitatibus *e*, vel universitatibus civitatum & locorum specialiter, vel generaliter sub quacunque

---

a *Alit. sta: ipsos ea facere, &c.* b *Concordat rescriptum Innocent. IV. incip. ad extirpanda. & cæterum teneatur. & aliud rescriptum Alex. IV. incip. implacida relatio. qua habentur impressa in bullario literarum Apostolicarum pro officio sanctissimæ inquisit.* c *Vid. Dec. in cap. causam matrimonii. extr. de offic. deleg. & A. relatarum tract. de hær. notabili 4.* d *Concordat rescriptum Urbani IV. incip. lucet ex omnib. unde hoc capitulum accepit lucem. habetur impressum in bullario literarum Apostolicarum pro officio sanctissimæ inquisitionis.*

a *In pleriq; codic. mendosè legitur sta, divinoq; timore postposito.* b *Vid. rescr. Alexand. IV. incip. ne commissa. & rescriptum Pii IV. incip. pastoralis officii cura. habentur impressa inter literas Apostolicas pro officio sanctissimæ inquisitionis.* c *aliàs, ita: habuerint & exercuerint.* d *Prædicatores quæstuarios omninò sustulit Concil. Trident. sess. 5. de reform. cap. 2. §. ult. & sess. 21. de reform. c. 3.* e *In manuscr. legitur, communitatibus.*

verborum expressione vel forma à memorata sede concessis, vel in posterum concedendis, cùm ex hujusmodi, vel aliis privilegiis, vel indulgentiis nullum vobis in tantæ pietatis negotio velimus obstaculum interponi: & constitutione de duabus diætis edita in concilio generali. Statuimus insuper, ut potestas, Capitaneus, seu Rector, vel Consules, seu quivis alii, qui civitati præsunt, vel loco alteri ad præsens, aut præruntur a in futurum, ad requisitionem Diœcesanorum, vel Vicariorum suorum, seu inquisitorum hæreticæ pravitatis, jurent præcise attendere inviolabiliter & b observare, ac facere à suis subditis observari toto tempore sui regiminis, in terris suæ jurisdictioni regiminive subjectis, constitutiones contra hæreticos, credentes, receptatores, fautores, & defensores eorum, ipsorumque filios & nepotes à sede Apostolica promulgatas, ac etiam approbatas, quas, qui jurare noluerit, & servare, ut infamis, & tanquam hæreticorum fautor, ac de fide suspectus, officio & honore sui regiminis spolietur: nec ulterius Potestas, Capitaneus, Consul, vel Rector habeatur in aliquo, aut de cætero in c aliquam dignitatem vel officium publicum ulterius assumatur: & quæ ut Potestas, Ballivus, Consul, vel Rector fecerit, nullam obtineant firmitatem.

CAP. XII.

¶ *Comprehendit ista decret. plura utilia pro expediendo officio inquisitorum: dat enim eis potestatem committendi citationes, & sententiarum denunciationes: dat potestatem vocanda peritos, Clerum & populum, ut eis assistant: dat potestatem procedendi contra illos, qui defuso in aliam provinciam se transtulerunt: dat potestatem repetendi libros & processus, commutandi & mittigandi panas, privandi & privatos nuntiandi officiis & honoribus hæreticos fautores, & defensores eorum: ita tamen quòd hoc fiat de Diœcesanorum, vel eorum absentia Vicariorum suorum consilio: nisi iidem scienter talibus beneficia contulissent. b. d. Ioan. And.*

Bonifacius VIII. *Inquisitoribus hæretica pravitatis.*

UT d commissi vobis officii debitum utilius & uberius exequamini, sanctæ memoriæ Innocentii, Alexandri, & Clementis prædecessorum nostrorum vestigiis inhærentes, vobis & vestrum singulis committendi citationes & denunciationes sententiarum, quas in quoslibet hæreticos, credentes, receptatores, defensores, & fautores eorum tuleritis: Advocandi quoque prout expedierit, peritos quoslibet, ut vobis assistant, & in hujusmodi ferendis sententiis præbeant consilium opportunum, ac eis, quòd super his vobis humiliter pareant, in virtute obedientiæ injungendi: Convocandi etiam Clerum & populum civitatum, castrorum, aliorumque locorum (prout dicto negotio fidei videritis expedire.) Et contra illos, quos in provincia, in qua vobis inquisitionis officium est commissum, hæresis crimen constiterit commisisse (licèt ad alias partes se transferendos duxerint) procedendi: Necnon faciendi à quibuslibet assignari vobis libros, seu quaternos, & alia scripta, in quibus inquisitiones factæ, ac processus per quoscunque auctoritate sedis Apostolicæ, vel Legatorum ejus habiti contra hæreticos continentur: & illorum, qui vestris mandatis obedientes humiliter stant propter hæresim in carcere vel muro recluſi, pœnam unà cum Prælatis, quorum jurisdictioni subsunt, mitigandi, vel mutandi, cùm videritis expedire: Privandi præterea, vel privatos nuntiandi dignitatibus ac aliis beneficiis Ecclesiasticis de Diœcesanorum, vel eis absentibus Vicariorum suorum consilio, & officiis publicis, ac honoribus quibuscunque, eosdem hæreticos, credentes, receptatores, & defensores ipsorum, eorumque filios & nepotes, plenam concedimus facultatem. Sunt autem Diœcesani in privando tales, vel nuntiando privatos beneficiis hujusmodi requirendi: Nisi forte constaret legitimè, quòd iidem scienter hujusmodi personis eadem beneficia contulissent: tunc enim eos in his requirendos non esse censemus, sed potius à suo judice puniendos.

CAP. XIII.

¶ *Christiani ad Iudaismum transeuntes & redeuntes, hæretici reputantur. b. d. secundum Zen.*

Idem.

CONtra Christianos, qui ad ritum transierint, vel redierint Judæorum, etiamsi hujusmodi redeuntes, dum erant infantes, aut mortis metu, non tamen absolutè, aut præcisè coacti, baptizati fuerunt, erit a tanquam contra hæreticos, si fuerint de hoc confessi, aut per Christianos, seu Judæos convicti. Et sicut contra fautores, receptatores, & defensores hæreticorum, sic contra fautores, receptatores, & defensores talium est b procedendum.

CAP. XIV.

¶ *Non confiscantur dotes uxorum innocentium propter hæresim maritorum. b. d. secundum Zen.*

Idem.

DEcrevit e felicis recordationis Innocent. Papa IV. quòd propter hæresim maritorum, uxorum catholicarum dotes non debeant confiscari. Quod intelligendum fore censemus, nisi fortè mulieres ipsæ cum viris matrimonia contraxissent, quos hæreticos tunc sciebant.

CAP. XV.

¶ *Filii hæreticorum usque ad secundam lineam paternam, ad primam verò maternam, sunt inhabiles ad beneficium Ecclesiasticum, vel officium seculare, si patres ante mortem Ecclesiæ reincorporati non fuerint. b. d. secundum Dom.*

Idem.

STatutum felicis recordationis Innocentii & Alexandri præd. nost. ne videlicet hæretici, credentes, receptatores, defensores, & fautores eorum, ipsorumque filii usque ad secundam generationem ad aliquod beneficium Ecclesiasticum, seu publicum officium admittantur, quòd si secùs actum fuerit, sit irritum & inane. Primum & secundum gradum per paternam lineam comprehendere declaramus: per maternam verò ad primum duntaxat volumus hoc extendi. Hoc sanè de filiis & nepotibus hæreticorum, credentium, & aliorum hujusmodi, qui tales esse, vel tales etiam decessisse probantur, intelligendum esse videtur: non autem illorum, quos emendatos esse constiterit, & reincorporatos Ecclesiæ unitati, & pro culpa hujusmodi ad mandatum Ecclesiæ pœnitentiam recepisse, quam ipsi vel jam perfecerunt, vel humiliter prosecutioni ejus insistunt, vel parati fuerint ad recipiendam eandem.

CAP. XVI.

¶ *Inquisitor Papa super hæresi, sine speciali mandato non inquirit contra Episcopum, sed si eum culpabilem senserit, mittat ad Papam. b. d. Ioan. And.*

Idem.

INquisitores d hæreticæ pravitatis ab Apostol. sede seu alio vel aliis quibuslibet deputati, de hujusmodi crimine inquirere contra Episcopos nequeunt, aut ejus prætextu procedere contra eos: Nisi in literis commissionis Apostolicæ, quòd hoc possint, contineatur expressè. Si tamen inquisitores ipsi Episcopos, vel alios superiores Prælatos sciverint vel invenerint circa crimen

a *al. præfuerint.* b *al. ita: & servare.* c *al. ad aliquam.* d *Vid. rescriptum Urban IV. incip. licèt ex omnibus. 4. ut ergo. extat impressum inter literas Apostolicas pro officio sanctissimæ Inquisitionis.*

a *al. est.* b *Verbum, est, deest in manuscr.* c *Vid. Zanchinum tract. de hæret. cap. 11.* d *Vid. Conc. Trident. sess. 24. de reform. cap. 5. & repertorium Inquisitorum, verbo Episcopus.*

hære-

hæreticos commisisse, aut eos de hoc diffamatos existere, vel suspectos; id tenebuntur sedi Apostolicæ nuntiare.

CAP. XVII.

¶ Non derogatur ordinariis super processu hæreticorum, licèt Papa generaliter aliter deleget. Et super eodem facto Episcopus & inquisitor possunt procedere communiter vel divisim, vel proferre sententiam, in qua si discordant, debent Papa referre. Et Episcopo qualitercunq; procedant, debent servare modum inquisitoribus impositum. h. d. Dominic.

Idem.

PEr a hoc, quòd negotium hæreticæ pravitatis alicui vel aliquibus ab Apostolica sede generaliter in aliqua provincia, civitate, vel diœcesi delegatur, diœcesanis Episcopis, quin & ipsi auctoritate ordinariâ, vel delegatâ (si habent) in eodem procedere valeant, nolumus derogari. Verùm, ut dictum inquisitionis negotium efficacius, meliùs, utiliusque procedat, concedimus, quòd per Episcopos ipsos, & per inquisitores de facto eodem inquiri valeat communiter vel divisim: & si divisim processerint, teneantur sibi invicem communicare processus, ut per hoc possit meliùs veritas inveniri: & nisi hoc casu inquisitores in sententiæ prolatione Diœcesanis vel contra duxerint deferendum, per utrosque simul sententia proferatur: in qua ferenda, si non convenerint, per utrosq; negotium sufficienter instructum ad sedem Apost. remittatur b. Sive autem ordinariâ, sive delegatâ Episcopi potestate procedant, illum in procedendo modum observent, quem inquisitores possunt & debent per jura communia, vel per speciales concessiones, seu ordinationes sedis Apostolicæ observare.

CAP. XVIII.

¶ Episcopis & inquisitoribus hæresi non resistant, sed omnino pareant damnis temporalibus, & de eo crimine non cognoscant: aliàs, prout dicitur hic, puniuntur. h. d. secundùm Zenz.

Idem.

UT inquisitionis negotium contra hæreticam pravitatem, ad Dei gloriam & augmentum fidei nostris temporibus prosperetur, leges c quasdam per Federicum olim Romanorum Imperatorem, tunc in devotione Romanæ persistentem Ecclesiæ, promulgatas, quatenus Dei, & Ecclesiæ sanctæ suæ honorem promovent, & hæreticorum exterminium prosequuntur, & statutis canonicis non obsistunt, approbantes & observari volentes: universos seculi potestates & dominos temporales, ac provinciarum, terrarum, civitatum, aliorumque locorum rectores, quibuscunque dignitatibus vel officiis, aut nominibus censeantur, requirimus & monemus, ut sicut reputari cupiunt & haberi fideles, ita pro defensione fidei diœcesanis Episcopis & inquisitoribus hæreticæ pravitatis, à sede Apostolica deputatis, aut in posterum deputandis, pareant, & intendant in hæreticorum, credentium, fautorum, receptatorum, & defensorum ipsorum investigatione, captione, ac custodia diligenti, cùm ab eis fuerint requisiti: & ut præfatas personas pestiferas in potestatem, seu carcerem Episcoporum, aut inquisitorum dictorum, vel ad locum, de quo ipsi vel aliqui ex eis mandaverint, intra eorundem dominorum potestatem, vel rectorum districtum ducant, vel duci faciant sine mora: ubi per viros catholicos à præfatis Episcopis, seu inquisitoribus, vel eorum aliquo deputatos sub arctâ & diligenti custodia teneantur, donec eorum negotium per Ecclesiæ judicium terminetur. Utque de hæresi à diœcesano Episcopo vel inquisitore, seu inquisitoribus condemnatos, præfati potestates, domini temporales, sive rectores, vel eorum officiales, seu nuntii sibi relictos statim recipiant indilate animadversione debitâ puniendos: non obstantibus appellationibus, seu proclamationibus prædictorum nequitiæ filiorum: cùm tam secundùm ordinationem prædecessorum nostrorum, quàm secundùm legem Imperialem, appellationis & proclamationis beneficium expresè sit hæreticis & credentibus, ac eorum receptatoribus, fautoribus & defensoribus interdictum. Prohibemus quoque districtiùs potestatibus, dominis temporalibus, & rectoribus, eorundemque officialibus supradictis, ne ipsi de hoc crimine (cùm merè sit Ecclesiasticum) quoquo modo cognoscant vel judicent, sive captos pro eodem crimine, absque dictorum Episcoporum sive inquisitorum, aut saltem alterius eorundem licentia, vel mandato à carcere libereut, aut executionem sibi pro hujusmodi crimine à diœcesano vel inquisitoribus, seu inquisitore injunctam, prompte (prout ad suum spectat officium) facere seu adimplere detrectent: vel aliàs diœcesanorum, aut inquisitorum judicium, sententiam, seu processum, directè, vel indirectè impedire præsumant. Si quis verò de prædictis potestatibus, dominis temporalibus, rectoribus, vel eorum Officialibus, seu Ballivis, contra prædicta fecerit, aut præfato fidei negotio sæpefatis diœcesano Episcopo vel inquisitoribus incumbenti se opponere forte præsumpserit, vel ipsum aliquatenùs impedire, necnon & qui scienter in prædictis dederit auxilium, consilium, vel favorem, excommunicationis se noverit mucrone percussum: quam si per annum animo sustinuerit pertinaci, extunc velut hæreticus condemnetur.

CAP. XIX.

¶ Bona hæreticorum ipso jure sunt confiscata: quod probatur triplici argumento legali. Sed apprehensio bonorum fieri non debet per dominum secularem, nisi prius pronunciatum fuerit super crimine per judicem Ecclesiasticum, qui hoc possit. Ioan. And.

Idem.

CUm secundùm leges civiles, nefarias, naturæ contrarias, incestas nuptias contrahentes, eoipso suarum dominium rerum perdant: & mulier humanam legem transgrediens, & (præsertim parentibus suis non consentientibus) raptoris a nuptias eligens, bona omnia, quæ per legem sibi obvenerant à raptore, ac aliis consortibus raptus, ipso jure amittat, certoque casu deferantur in fiscum: Ac etiam illicitas species transvehens, aut rerum vectarum professionem b omittens, earundem specierum & rerum proprietate hoc ipso privetur, & fisco rerum & specierum dictarum proprietas acquiratur: Bona hæreticorum (qui graviùs, horribiliùs, ac detestabiliùs, quàm prædicti delinquunt) ipso jure de fratrum nostrorum consilio decernimus confiscata. Confiscationis tamen hujusmodi executio, vel bonorum ipsorum occupatio fieri non debet per principes, aut alios dominos temporales (juxta Gregorii Papæ prædecessoris nostri declarationem) antequam per Episcopum loci, vel aliam personam Ecclesiasticam, quæ super hoc habeat potestatem, sententia super eodem crimine fuerit promulgata.

CAP. XX.

¶ In causa hæresi proceditur simpliciter & de plano, & dicta testium & accusatorum non publicantur, si periculum timeatur. h. d. secundum Zen.

Idem.

STatuta quædam felicis recordationis Innocentii, Alexandri, & Clementis prædecessorum nostrorum quibusdam declaratis & additis, recensentes: concedimus, quòd in inquisitionis hæreticæ pravitatis negotio-

a *Declaratur hoc cap. per extravag. Benedicti, incip. ex eod. habetur. tit. de hær.* b *Vid. Zanchin. tract. de hær. c. 31. & reperietur Inquis. verbo Episcopus. §. quando Episcopus.* c *Vid. Bart. in l. Aurelius. §. idem quæsit. ff. de li. leg. in cauf. ff. de procur. Innoc. c. cum venerabilis. de except. Fuga.*

a *Vide Concil. Trident. sess. 24. de refor. matrim. c. 6.* c *alt. professionem.*

tio procedi possit simpliciter & de plano *a*, & absque advocatorum ac judiciorum strepitu & figura. Jubemus tamen, quòd si accusatoribus vel testibus in causa hæresis intervenientibus seu deponentibus (propter potentiam personarum, contra quas inquiritur) videant Episcopus vel inquisitores grave periculum imminere *b*, si contingat fieri publicationem nominum eorundem: ipsorum nomina non publicè, sed secretò coram diœcesano Episcopo, vel eo absente ipsius Vicario, quando inquisitores procedunt: quando verò procedit Episcopus, coram inquisitoribus, si haberi commodè possit copia eorundem: ac nihilominùs sive Episcopus, sive inquisitores processerint, aliquibus aliis personis providis & honestis, jurisque peritis (quas ad hoc vocari, & eis per *c* totum processum, super quo deliberandum est, seriosè manifestari, ac integraliter explicari, & de ipsorum consilio ad sententiam vel condemnationem procedi volumus) exprimantur: sicque (non obstante, quòd illis contra quos hujusmodi depoluerunt, nomina ipsorum non fuerint publicata) adhibeatur ad cognitionem judicis instruendam plena fides depositionibus testium eorundem. Et ut eorundem accusatorum & testium periculis efficacius occurratur, & cautiùs in inquisitionis negotio procedatur: præsentis constitutionis auctoritate permittimus, quòd Episcopus vel inquisitores secretum possint indicere illis, quibus (ut præmissum est) processum hujusmodi explicabunt: & in eos si arcana consilii seu processûs sibi sub secreto ab eisdem Episcopo vel inquisitoribus patefacta, præter eorum licentiam aliis patefecerint, excommunicationis sententiam, quam ex secreti violatione ipso facto incurrant (si eis expedire videbitur) promulgare: sic tamen, quòd inquisitores Episcopum, vel Episcopus inquisitores non excommunicent hac de causa, sed Episcopi ex injuncto ex nunc à nobis sub virtute sanctæ obedientiæ districto præcepto ad secretum hujusmodi teneantur. Cessante verò periculo supradicto, accusatorum & testium nomina (prout in aliis fit judiciis) publicentur. Cæterùm in his omnibus præcipimus, tam Episcopos, quàm inquisitores puram & providam intentionem habere, ne ad accusatorum vel testium nomina suppremenda, ubi est securitas, periculum esse dicant: nec in eorum discrimen securitatem asserant, ubi tale periculum immineret, super hoc eorundem conscientias onerantes. Constitutiones verò, ordinationes, & mandata alia prædecessorum nostrorum in negotio hæreticæ pravitatis facta, concessa, seu etiam ad consulta responsa, quæ constitutionibus suprascriptis *d* super eadem editis pravitate non obvient, in suo volumus robore permanere.

DE SCHISMATICIS.

TITULUS III.

CAP. UN.

¶ In prima parte ponit arengam usq; ad vers. Iacobum videlicet. in qua dicit, quòd Columnenses Iacobus & Petrus olim Cardinales, & filii Isaiæ, fratres scilicet dicti Petri, diutiùs expectati noluerunt ad cor redire, sed in profundum malorum descendentes sua aggravabant delicta: quare varias pœnas tulit in eos, quas ad certitudinem præsentium & memoriã futurorum hic inserit. Secundo ponit pœnas, quas protulit in ipsos Iacobum & Petrum, usq; ad vers. Contra natos. Ibi tertiò ponit pœnas, quas tulit contra filios & posteros dicti Ioannis, usque ad vers. Omnem. Ibi quartò imponit pœnas in, quas de cætero deliberatè dictos Iacobum & Petrum pro Cardinalibus habuerint, vel eis vel præjudicio nati Ioannis favorem præbuerint, usq; ad vers. Hæc & alia. Ibi quintò & ultimò ratificat, innovat, & confirmat præmissa, & ea præcipit inviolabiliter observari: & jubet similes excessus puniri similibus pœnis in posterum. hoc dicit. Ioan. Andreas.

Bonifacius VIII.

AD succidendos infructuosos palmites, pestiferos & nocivos, quos (quasi ficus fatua) domus *a* de Columna produxit, nescientes in semitis justitiæ dirigere gressus suos, ad cor reverti, & agere pœnitentiæ dignos fructus, licèt diutiùs expectatos (Jacobum videlicet de Columna, & Petrum nepotem ipsius, olim sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, & filios quondam Joannis de Columna, fratris dicti Jacobi, & patris Petri præfati posteros, & fautores & sequaces eorum) in virtute altissimi exurgentes, spiritualiter & temporaliter contra eos duximus procedendum. Consequenter dictis Jacobo & Petro, descendentibus in profundum malorum, & molientibus inconsutilem tunicam Domini, sanctæ videlicet Ecclesiæ scindere unitatem, & ut gladium acuentibus linguas suas, & prorumpentibus, non tam in verba *b* blasphemiæ & schismatica, quàm insana, quæ in scriptis redacta sub sigillis, quibus antequam essent depositi utebantur, per urbem & diversa mundi climata destinaverunt, æstimantes loquacitatem facundiam, & maledicere conscientiæ bonæ signum, & confictã materiã disputandi, quia veritate non poterant, nos saltem lacerare convitiis præsumpserunt: quorum dicta licèt possemus superiori assertione convincere, & luce clarioribus rationibus confutare, duximus eorum latratibus non dare responsum, ut contrita eorum rabies, auctoritate sonorã præsidentis in supremo judicii solio frangeretur, & patens veritas per seipsam veniret in publicam notionem, nostrumque silentium in supplicium eis foret: processus tamen contra ipsos & alios fecimus successivè varios, diversisque temporibus, spirituales & temporales pœnas & sententias continentes & mulctas: quorum (quia totum tenorem constitutionis in præsentì inserere longum esset) ex eis quardam compendiosè collata huic nostræ constitutioni duximus inserenda, ad certitudinem præsentium, & memoriam futurorum: videlicet, quòd ex causis, quæ rationabiliter nos moverunt, de fratrum nostrorum consilio deposuimus dictos Jacobum & *c* Petrum à Cardinalatibus ejusdem Ecclesiæ, & ab omni Cardinalatûs commodo & honore, ipsosque judicavimus schismaticos & blasphemos, & tanquam hæreticos puniendos, expositis personis eorum à fidelibus capiendis, omnibus beneficiis, officiis, honoribus, dignitatibus, & prælaturis perpetuò privantes eosdem, & reddentes inhabiles ad habenda, cunctis eorum bonis mobilibus & immobilibus, juribus & jurisdictionibus publicatis. Contra natos insuper & posteros dicti Joannis spiritualiter & temporaliter duximus multipliciter procedendum, eorum bonis & juribus publicatis, & confiscatis, ipsisque posteris dicti Joannis per masculinam & fœminimam lineam descendentibus, indignis perpetuò redditis ad Cardinalatûs honorem, & quælibet officia, beneficia, & ministeria in Ecclesia memorata vel ejus curia: alibi verò usque ad quartam generationem. Omnem personam præsentem & futuram, cujuscunque fuerit præeminentiæ, con-

a De ista clausula vide Lanfrancum Clem. sæpè. in n. 1, 2, 3. & ibi alios Doct. & Bart. in extravag. ad reprimendam. in verbo Summarie. b Hodie semper præsumitur imminere tale periculum, & ideò indistinctè solet observari, ut in crimine hæresis. nunquam publicentur nomina accusatorum vel testium. ville extravag. Innoc. Papa, quam affert Repertorium inquisitorum, verbo, nomina. c Dilio. per, deest in manuscriptis codicibus. d In antiquioribus legitur constanter, supradicto.

a Hujus appellatione non veniunt bastardi. de Anch. Phil. dixit sup. tit. prax. c. statutum. add de gl. in Clem. 1. de bapt. Nic. de Ubal. in tract. de succeff. ab intest. Font. b al. ita: in verba blasphema & schismatica. c Vid. l. si servus, & plurium. ff. si quis caus. & l. demonstratio. ff. de condit. & demonst. Font.

ditionis,

editionis, dignitatis, aut statûs Ecclesiastici vel mundani (etiamsi foret sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis) quæ ipsos Jacobum & Petrum, vel eorum alterum scienter & deliberatè pro Cardinalibus habuerit & tenuerit, aut ad Cardinalatum admiserit, seu votum eorum vel alicujus ipsorum suffragium in electione Romani Pontificis admiserit, aut in Pontificem Romanum elegerit, nominaverit, assumpserit, vel receperit seu dederit in his vel ad hoc auxilium, consilium, vel favorem, excommunicationis sententiâ duximus innodandum, à qua (absque expressa licentia Romani Pontificis) non possit absolvi, nec etiam per collegium Apostolicæ sedis, eâdem sede vacante, ea mique prælatione, dignitate, statu & honore Ecclesiasticis omninò privamus: nihilominùs omnes, qui dictis Jacobo & Petro aliàs, & natis dicti Joannis favorem præbuerint, vel auxilium in rebellione vel schismate persistentibus, excommunicationis sententiâ innodantes. Hæc & alia per nos facta in prædictis nostris processibus, & in literis nostris bullatis super eis confectis contenta, hâc constitutione perpetuò valiturâ ratificamus, confirmamus, & etiam innovamus, eandemque *a* de novo facimus de fratrum nostrorum consilio prædictorum. Et ut dictorum malitia non inveniat successorem, & punitæ transgressionis exemplar retrahat alios ab offensa, ac in oblivionem veritas veniens, non vagetur incerta: statuimus atque decrevimus *b*, ut & ipsa inviolabiliter observentur, & quòd similes excessus & culpæ pœnis similibus in posterum puniantur.

DE HOMICIDIO.
TITULUS IV.
CAP. I.

¶ *Per assassinos factum, vel tantùm mandans aliquem interfici, tanquam ab omnibus diffidatus, absque alicujus prolatione sententiæ incurrit excommunicationis & depositionis ab officio & beneficio. h. d. secundùm Zen.*

Innocentius IV. *in Concilio Lugdunensi.*

PRo humani redemptione generis, de summis cœlorum ad ima mundi descendens, & mortem tandem subiens temporalem Dei filius Jesus Christus, ne gregem sui pretio sanguinis glorioſi redemptum, ascensurus post resurrectionem ad patrem, absque pastore desereret, ipsius cùram B. Petro Apostolo (ut suæ stabilitate fidei cæteros in Christiana religione firmaret, eorumque mentes ad salutis opera suæ accenderet devotionis ardore) commisit: unde nos ejusdem Apostoli effecti (disponente Domino, licèt immeriti) successores *a*, & ipsius redemptoris locum in terris, quanquam indignè tenentes, circa gregis ejusdem custodiam solicitis excitati vigiliis, & animarum saluti jugis attentione cogitationis intendere, summovendo noxia, & agendo profutura debemus, ut excusso à nobis negligentiæ somno, nostrique cordis oculis diligentiâ sedulâ vigilantibus, animas Deo lucrifacere suâ nobis cooperante gratiâ valeamus.

Cùm igitur illi, qui sic horrendâ inhumanitate, detestandâque sævitiâ mortem sitiunt aliorum, ut ipsos faciant per assassinos occidi, non solùm corporum, sed mortem procurent etiam animarum: (nisi eos exuberans gratia divina prævenerit, ut sint armis spiritualibus præmuniti) ac omnis potestas tribuatur à Domino ad justitiam, rectumque judicium exercendum: Nos tanto periculo volentes occurrere animarum, & tam *d* nefarias præsumptiones Ecclesiasticæ animadversionis mucrone ferire: ut metus pœnæ, meta hujusmodi præsumptionis existat: præsertim cùm nonnulli magnates taliter perimi formidantes, coacti fuerint securitatem ab eorundem assassinorum domino impetrare, sicque ab eo non absque Christianæ dignitatis opprobrio redimere quodammodò vitam suam.

Sacri approbatione Concilii statuimus, ut quicunque Princeps, Prælatus, seu quævis alia Ecclesiastica secularisvé persona, quempiam Christianorum per dictos assassinos interfici fecerit, vel etiam mandaverit (quanquam mors ex hoc forsitan non sequatur) aut eos receptaverit, vel defenderit seu occultaverit, excommunicationis & depositionis à dignitate, honore, ordine, officio, & beneficio incurrat sententias ipso facto: & illa liberè aliis per illos, ad quos eorum collatio pertinet, conferantur: sit etiam cum suis bonis mundanis omnibus, tanquam Christianæ religionis æmulus, à toto Christiano populo perpetuò diffidatus: & postquam probabilibus constiterit argumentis *a*, aliquem scelus tam execrabile commisisse, nullatenùs alia excommunicationis, vel depositionis, seu diffidationis adversùs eum sententia requiratur.

CAP. II.

¶ *Sine pœna irregularitatis possunt Clerici de suis malefactoribus conqueri coram judice seculari, etiam de criminibus, ex quibus debetur pœna sanguinis, expressè protestando, quòd ad pœnam sanguinis non intendunt. h. d. Ioan. And.*

Bonifacius VIII.

PRælatis *b* vel Clericis quibuscunque, qui de Laicis suis malefactoribus querelam penes secularem judicem deponentes, petunt emendam sibi fieri, & provideri, ne contra eos talia de cætero præsumantur, protestando expressè quòd ad vindictam *c* seu pœnam sanguinis non intendunt, imputari non debet: quamvis aliàs in tali casu de jure debeat pœna sanguinis irrogari, si judex mortem illis inferat justitiâ exigente.

Alioquin si Prælati aut Clerici propter metum hujusmodi, quia judex ad pœnam sanguinis posset *d* procedere, de suis malefactoribus taliter conqueri non auderent, daretur plerisque materia trucidandi eosdem, & ipsorum bona liberè deprædandi.

CAP. III.

¶ *Mandans aliquem verberari, secuta mors imputatur. h. d. secundum Zen.*

Idem.

IS, qui mandat aliquem verberari, licèt expressè inhibeat, ne occidatur ullatenùs, vel membro aliquo mutiletur, irregularis efficitur, si mandatarius fines mandati excedens mutilet vel occidat: Cùm mandando in culpa fuerit, & hoc evenire posse debuerit cogitare.

DE USURIS.
TITULUS V.
CAP. I.

¶ *Primò innovat & obtest vare præcipit Lateranense Concilium contra usurarios edictum usque ad verſ. Et quia. Vbi præcipit omnibus dominis & universitatibus terrarum, ne permittant alienigenas in terris suis conducere domos, ad exercendum fœnus, vel conductas habere, & quòd aliquis eis ad hoc domos non locet, usque ad verſ. Qui verò. Vbi imponit pœnam Clericis contrafacientibus. usque ad verſic. Cæterum. Vbi imponit pœnam Laicis, & hoc facit usque in finem. Ioan. And.*

a *In antiq. libris ita: eademq; de novo, &c.* b *al. decernimus.* c *Vid. Turrecrematam in summa de Eccles. lib. 2. c. 25. & 26.* d *al. ita: & tam nefarias præsumptiones.*

a *Vid. l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re milit.* b *Vid. Decium consil. 9. & Felin. in cap. afferte. extr. de præsumpt.* c *Præter doctores hic vide Felinum in cap. querelam. ext. de jurejurando.* d *al. posset.*

Gregorius X. *in generali Concilio Lugdunensi.*

VSurarum voraginem (quæ animas devorat, & facultates exhaurit) compescere cupientes, constitutionem Lateranensis *a* Concilii contra usurarios editam, sub divinæ maledictionis interminatione præcipimus inviolabiliter observari. Et quia, quò minor fœneratoribus aderit fœnerandi commoditas, eò magis adimetur fœnus exercendi libertas: hâc generali constitutione sancimus, ut nec collegium, nec alia universitas, vel singularis persona cujuscunque sit dignitatis, conditionis aut statûs, alienigenas & alios non oriundos de terris ipsorum, publicè fœnebrem pecuniam exercentes, aut exercere volentes, ad hoc domos in terris suis conducere, vel conductas habere, aut aliàs habitare permittant: sed hujusmodi usurarios manifestos omnes intra tres menses de terris suis expellant, nunquam aliquos *b* tales de cætero admissurt: nemo illis ad fœnus exercendum domos locet, vel sub alio titulo quocunque concedat. Qui verò contrà fecerint, si personæ fuerint Ecclesiasticæ, Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, suspensionis: minores verò personæ singulares, excommunicationis: si autem collegium, seu alia universitas, interdicti sententiam ipso facto se noverint incursuros. Quam si per mensem animo sustinuerint indurato, tertiæ ipsorum (quamdiu in eis iidem usurarii commorantur) extunc Ecclesiastico subjacebunt interdicto. Cæterùm si Laici fuerint, per suos ordinarios ab hujusmodi excessu (omni cessante privilegio) per censuram Ecclesiasticam compescantur.

CAP. II.

¶ *Manifestis usurariis, licèt mandaverint usuras restitui, Ecclesiastica sepultura negabitur, nisi primò satisfiat, vel secundùm formam hujus decreti idoneè caveatur. Sepelientes eos contra hanc constitutionem Lateranen. Concilii pœnam incurrunt. Testamenta ipsorum aliter facta non valent, nec debet eis aliquin interesse, vel eos absolvere, vel ad confessionem admittere: h. d. Ioan. And.*

Idem c.

QUanquam usurarii manifesti de usuris, quas receperant *d*, satisfieri expressâ quantitate vel indistinctè in ultima voluntate mandaverint: nihilominùs tamen eis Ecclesiastica sepultura denegetur, donec de usuris ipsis fuerit (prout patiuntur facultates eorum) plenariè satisfactum: vel illis, quibus facienda est restitutio, si præstò sint ipsi, aut aliis, qui eis possint acquirere, vel eis absentibus loci ordinario, aut ejus vices gerenti, sive rectori parochiæ, in qua testator habitat, coram aliquibus fide dignis de ipsa parochia (quibus quidem ordinario, vicario, & rectori prædicto modo, cautionem hujusmodi eorum nomine liceat præsentis constitutionis auctoritate recipere: ita quòd illis perinde actio acquiratur) aut servo publico de ipsius ordinarii mandato idoneè de restitutione facienda sit cautum. Cæterùm si receptarum usurarum sit quantitas manifesta, illam semper in cautione prædicta exprimi volumus: alioquin aliam recipientis cautionem hujusmodi arbitrio moderandam: ipse tamen scienter non minorem, quàm verisimiliter creditur, moderetur: & si secùs fecerit, ad satisfactionem residui teneatur. Omnes autem religiosos & alios, qui manifestos usurarios, contra præsentis sanctionis formam ad Ecclesiasticam aut fuerint admittere sepulturam, pœnæ Lateranensis Concilii contra usurarios promulgatæ statuimus subjacere. Nullus manifestorum usurariorum testamentis interfit, aut eos ad confessionē admittat, sive ipsos absolvat: nisi de usuris satisfecerint, vel de satisfaciendo *a* pro suarum viribus facultatum præstent (ut præmittitur) idoneam cautionem.

Testamenta quoque manifestorum usurariorum aliter facta non valeant, sed sint irrita ipso jure.

a *Lateranense Concil. sub Alexand. III. c. 25.* b *alit. aliis.* c *al. sta: Idem eo eodem.* d *Supple cum effectu, ideò sit cautus, dicunt Ioan. Andr. Domin. advocatus, ut in isto casu simpliciter formet articulum, quòd mutuavit ad usuras, quia in mutuantibus tantùm, nisi probentur recepisse, textus non loquitur. faciunt nota. in simils sup. tit. prox. cap. 1. & promissio de dando non concludit dationem. 1. q. 1. sec. Fint.*

DE EXCESSIBUS PRÆLATORUM, & *b* subditorum.

TITULUS VI.

CAP. UN.

¶ *Mendicantes non possunt acquirere nova loca ad habitandum, vel antequa alienare vel mutare, absq; speciali licentia Papæ, quæ de hac prohibitione faciat mentionem. In acquirentibus tamen loca pro Eremitica vita ducenda, cessat prohibitio. h. d. Ioan. And.*

Bonifacius VIII.

CUm ex eo, quòd Prædicatores, Minores, & religiosi alii Mendicantes, in civitatibus, castris, villis, aut aliis locis ad habitandum domos vel loca de novo susciperunt, seu olim suscepta dimittunt, se ibidem ad alia transferentes, diversa scandala quandoque proveniant, & frequentes clamores ad sedem Apostolicam perferantur: Nos super hoc providere volentes, hoc perpetuo prohibemus edicto, ne deinceps aliquis vel aliqui de prædictis quibuscunque super hoc privilegiis muniri existant (quæ ipsis contra tenorem constitutionis præsentis nullatenùs volumus suffragari) in aliqua civitate, castro, villa, seu loco quocunque ad habitandum domos, vel loca quæcunque de novo recipere, seu hactenus recepta mutare, vel ea venditionis, permutationis, donationis aut cujusvis alienationis titulo quocunque in alios transferre præsumant, absque sedis Apostolicæ licentia *a* speciali, plenam & expressam faciente de prohibitione hujusmodi mentionem: si secùs egerint, irritum decernentes. Per hoc tamen eis, qui vitam duxerint Eremiticam seu solitariam eligendam, de majorum suorum licentia, quin cellas, mansiones seu habitacula in eremo, sive locis ubi non sit hominum habitatio de propinquo, possint acquirere ac mutare, non intelligimus interdictum.

DE PRIVILEGIIS.

TITULUS VII.

CAP. I.

¶ *Exempti vel privilegiati, ut non teneantur, nisi sub certo judice respondere, ratione delicti, contractûs aut rei, si hæc sint inita vel sita in loco non exempto, conveniuntur coram ordinario: sed ratione domicilii non.*

Innocentius IV. *in Concilio generali Lugdunensi.*

VOlentes *d* libertatem, quam nonnullis Apostolica sedes privilegio exemptionis indulsit, sic integram observari, ut & illam alii non infringant, & ipsi ejus limites non excedant *e*: declaratione irrefragabili definimus, quòd quantumcunque *f* sic exempti gaudeant libertate, nihilominùs tamen ratione delicti sive contractûs, aut rei, de qua contra

a *al. satisfactione.* b *Hæc duo verba, & subditorum, desunt in antiq. codicib. & in recentioribus magis emendatis.* c *Per istud excluditur hîc legatus de latere. Phil. Fint.* d *Vid. Concil. Trid. sess. 7. de reform. c. 14. ubi hæc decretalis innovatur.* e *Privilegiatus non debet excedere metas privilegiorum. sup. eod. sane. & c. porrò.* f *alit. sta: quod quantascunq; &c.*

ipsos

ipsos agitur, ritè possunt coram locorum ordinariis convenire, & illi *a*, quoad hoc, suam in ipsos jurisdictionem (prout jus exigit) exercere. Nunquid ergò carent omninò in his commodo libertatis? non utique: quia nec coram ordinariis ipsis, dummodò sit in loco exempto commissum delictum, vel contractus initus, aut res litigiosa, nec ubi domicilium habent, si alib delinquant vel contrahant, aut res ipsa consistat, convenire possunt aliquatenus super istis: nec domiciliorum prætextu locorum diœcesani (si ubi deliquerunt, vel contraxerunt, aut res ipsa consistit, illi conveniantur) remittendi eos illuc, vel ipsis ut illic respondeant, injungendi habeant aliquam potestatem: salvis nihilominùs casibus aliis, in quibus eos Episcoporum jurisdictioni subesse canonica præcipiunt instituta. Et idipsum decernimus circa illos, quibus ut non nisi sub uno certo judice teneantur de se conquerentibus respondere, Apostolico privilegio est concessum.

¶ *Monasterio privilegiato ut ejus Monachi à quocunque interdici, suspendi vel excommunicari non possint, cessat in illo ordinarium jurisdictio quoad illa: nisi illi Monachi mitterentur ad privatum subjectos ordinario: quia tunc etiam licet ubicunque sint Monachi, ordinarius etiam quoad predicta illos judicant, quamdiu ibi morent. hoc dicit.*

In eos *b* autem, quibus ne interdici, suspendi vel excommunicari à quoquam valeant, à sede Apostolica est indultum: sicut sunt religiosi quamplures, in quorum privilegiis continetur, ne quilquam Episcopus vel Archiepiscopus monasteriorum suorum Monachos pro ulla causa, ullove loco interdicere, suspendere, vel excommunicare præsumat, iidem ordinarii jurisdictionem suam quantùm ad ista, ubicunque illi fuerint, penitùs exercere non possunt. Nisi forsàn ipsi Monachi ad monasteriorum suorum Prioratus ordinariis eisdem subjectos (ut vel gerant eorum *c* regimen, vel in eis tanquam propriis locorum ipsorum Monachi residentes) fuerint destinati: tunc enim etsi liberè possint ad eadem monasteria revocari, ac tam illorum, quàm ipsorum Prioratuum Monachi reputentur (cùm non sit inconveniens aliquem *d* ubicunque locum habere monachicum *e*) unum alteri subesse monasterio, vel ab ipso noscitur dependere, ratione tamen eorundem Prioratuum dicti ordinarii suâ jurisdictione in ipsis etiam quoad præmissa, quamdiu morantur in illis, licitè uti possunt.

CAP. II.

¶ *Curia Romana habet studium generale, & ejus privilegia. h. d. Ioannes Andr.*

Idem.

CUm de diversis mundi partibus multi confluant ad sedem Apostolicam quasi matrem: nos ad communem tam ipsorum, quàm aliorum omnium commodum & profectum paternâ solicitudine intendentes, ut sit eis mora hujusmodi fructuosa, providimus, quòd ibidem de cætero regatur, & vigeat studium juris divini & humani, canonici videlicet & civilis. Unde volumus & statuimus, ut studentes in scholis ipsis penes sedem eandem, talibus privilegiis omninò, libertatibus & immunitatibus gaudeant, quibus gaudent studentes in scholis, ubi generale regitur studium, ac recipiant integrè proventus *f* suos Ecclesiasticos sicut illi.

CAP. III.

¶ *Dicit, quomodo intelligatur privilegium quod habent quidam Abbates de populo benedicendo, & quibus possint Abbates conferre tonsuram. Ioan. Andr.*

a *al. ita: & illi quoad hæc.* b *De intellectu vide Decium in cap. suarum. num. 49. ext. de privileg.* c *al. illorum.* d *al. ita: aliquam sic utroq; &c.* e *alt. Monachum.* f *Vid. Concil. Trident. sess. 3. a tit. c. 1. in fin.*

Alexander IV. *a*

ABbates, quos Apostolica sedes in exhibitione benedictionis super populum speciali privilegio insignivit, in Ecclesiis, quæ ad eos pertinent pleno jure, quando in eis divina officia celebrant, possunt post Missarum solennia, & vespertinas ac matutinas laudes, benedictionem solennem super populum elargiri. Alibi autem publicè aut per vias, civitates, castra & villas, populis, & plebibus benedictionem facere vel impertiri non valeant: Nisi hoc eis expresso *b* Apostolico privilegio sit concessum. Nec eis *c* licitum sit aliis, quàm monasteriorum suorum Conversis, & qui ad illa convolaverint, & in quos Ecclesiasticam & quasi Episcopalem jurisdictionem obtinent, primam clericalem conferre tonsuram: Nisi eis id competat ex pleno præfatæ sedis indulto.

CAP. IV.

¶ *Exempti in locis non exemptis Oratoria vel Capellas sine Diœcesanorum licentia construere non possunt, nec in exemptis sine licentia Papæ. Hoc possunt exempti assumere causas proprias suorum liberorum hominum in se: etiamsi illi sint sui censuales. Ioannes Andreas.*

Idem.

AUctoritate sedis Apostolicæ de fratrum nostrorum consilio statuimus, quòd Oratoria vel Capellas, in locis non exemptis sine Diœcesanorum locorum ipsorum licentia exempti construere non præsumant: neque in fic constructis, nec tempore interdicti (casibus expressis in jure duntaxat exceptis) celebrent vel faciant celebrari divina. Quòd si talia præsumpserint, ab his per locorum ipsorum Ordinarios compescantur: Et si quas propter hoc exemptorum ipsorum conservatores in eos sententias protulerint, illas penitùs revocamus. Inhibemus insuper, ne in locis etiam exemptis hoc ipsi exempti facere audeant, nisi super his licentiam vel privilegium habeant sedis Apostolicæ speciale. Causas quoque sive lites proprias suorum hominum liberorum, quæ videlicet tantùm ad ipsos homines pertinent, iidem exempti sùo nomine, sive ut actores, sive ut defensores, aliquatenùs non assumant. Etiamsi sint ipsis dicti homines censuales: cùm id nequaquam licitum sit eisdem.

CAP. V.

¶ *Privilegium Papæ, quòd quis excommunicari, suspendi, vel interdici non possit, non extenditur ad sententias ordinariorum: nisi tale privilegium sit concessum Regibus, Reginis, vel ipsorum filiis, vel religioso loco, vel ordini. h. d. Ioan. And.*

Clemens IV.

NE aliqui de indultis Apostolicis confidentes, alios confidentiùs in suo jure molestent, & Ordinariorum jurisdictionem contemnant pariter & eludant: Omnes indulgentias & privilegia, quibuscunque singularibus personis Ecclesiasticis vel secularibus, cujuscunque sint præeminentiæ, dignitatis, conditionis aut statûs, quòd interdici à quocunque, vel excommunicari non possint, nec terræ vel Ecclesiæ ipsorum Ecclesiastico interdicto supponi, sub quacunque forma verborum concessa (illis per quæ Regibus & Reginis eorumque filiis, necnon & Religiosis quibuscunque, non personarum tantùm, sed ordinum privilegiatorum vel locorum ratione, in hoc immunitas hujusmodi conceditur, duntaxat exceptis) de fratrum nostrorum consilio ad Ordinariorum sententias & processus edicto perpetuo prohibemus extendi.

CAP. VI.

¶ *Inferiores Prælati quibus per privilegium conceditur usus mitræ, si sint exempti in provincialibus & Episcopalibus Concilijs, non possunt mitris auriphrisiatis non habentibus luminas aut gemmas.*

a *In manuscripto ita: Alex. III.* b *al. expresse.* c *Vid. Concil. Trident. sess. 23. de refor. c. 10.*

Et si non sunt exempti, albis & planis utantur: in aliis locis utantur, ut indulta permittunt.

Idem.

UT Apostolicæ sedis benignitas, quæ nonnullis Abbatibus *a*, aliisque Prælatis, quibus non competit ex propria dignitate, concessit in Ecclesiarum suarum gloriam & honorem, quòd mitra *b* & aliis Pontificalibus uti possint, provideat, ne inde scandala oriantur, sic tamen, quòd ipsi privilegiati suorum privilegiorum non frustrentur effectu, & ex majoritate ac decore majori ornatuum, majoritas appareat dignitatum: De fratrum nostrorum consilio præsenti decreto statuimus, ut Abbates & alii, quibus mitræ usus est ab eadem sede concessus, exempti quidem in provincialibus conciliis, & Episcopalibus synodis (quibus nonnulli eorum interesse tenentur) mitris tantummodò aurifrisiatis (non tamen aureas vel argenteas laminas, aut gemmas habentibus) uti possint: Non exempti verò simplicibus, & albis ac planis utantur. In aliis verò locis exemptis, & non exemptis, mitris liceat illis uti, prout concessa eis ab eadem sede indulta permittunt.

CAP. VII.

¶ *In prima parte demonstrat, quid juris, cùm quis solo privilegio se dicit exemptum. In secunda, ibi, Si autem, quid juris, cùm super hoc præscriptionem allegat. In tertia, ibi, Quòd si tales, quid juris, cùm allegat utrumq;. Ioan. And.*

Bonifacius VIII.

CUm *c* personæ Ecclesiasticæ tam religiosæ, quàm seculares plura præsumant, quæ ipsis infamiam pariunt, & aliis inferunt læsionem, prætextu exemptionis vel libertatis, quam asserunt se habere, Ordinariorum correctiones & ordinationes subterfugientes, ac eorum forum sive judicium declinantes: Nos volentes super hoc de salubri remedio providere, statuimus, ut hi, qui se asserunt per privilegia seu indulgentias Apostolicæ sedis exemptos, à locorum Ordinariis *d* requisiti, hujusmodi privilegia vel indulgentias (quibus se dicunt fore munitos) ipsis Ordinariis in loco congruo & secuto, aut aliquibus prudentibus viris omni suspicione carentibus, ad hoc per dictos Ordinarios deputatis, intra terminum competentem, pro facti qualitate, ipsorum Ordinariorum, vel delegatorum suorum arbitrio moderandum, justo impedimento cessante ostendere, ac ad legendum integraliter *e*, exhibere: necnon de articulis, de quibus controversia fuerit, transcriptum tradere teneantur. Si autem ad fundandam intentionem suam super hujusmodi libertate solummodò præscriptionem canonicam duxerint opponendam: eisdem Ordinariis vel delegatis ab eis viris prudentibus non suspectis, de præscriptione hujusmodi facere debent fidem. Quòd si tales privilegio & præscriptione asserant se munitos: privilegium quidem ipsum exhibeant, ut in primo hujusmodi constitutionis articulo superiùs est expressum. Et si privilegium exhibitum non ad plenum per se sufficiat ad exemptionem seu libertatem hujusmodi comprobandam, sed tale est, quòd saltem causam præbeat præscribendi, coram personis prædictis annotum st. præscriptionem teneantur probare, præscriptionisque probatione pendente, licet Ordinariorum intentio de jure communi fundetur, tamen quia de privilegio (quod saltem causam præscribendi præbet) faciunt fidem, in libertatis vel exemptionis possessione, non violenta, non clandestina, nec concessa precariò, de qua fidem coram eisdem fecerint, non turbentur. Si verò privilegium per se sufficiens, quando solo privilegio se defendunt, vel saltem tale, quod præscriptioni canonicæ causam præstet, cùm præscriptionem allegant, non exhibuerint, ut est dictum: cùm de jure communi Ordinariorum intentio sit fundata, suâ jurisdictione uti possint in eosdem liberè: donec de præscriptione canonica (ut præmissum est) fecerint plenam fidem.

CAP. VIII.

¶ *Interdictus est ingressus Ecclesiæ regularibus vel secularibus (quarevis exemptis) qui scienter celebrant vel celebrari faciunt divina in civitatibus vel locis interdictis: nisi secundum permissionem juris: vel qui excommunicatos vel interdictos publicè ad divina officia, sacramenta vel sepulturam admittunt. hoc dicit. Ioannes Andreas.*

Idem.

EPiscoporum *a* & aliorum Prælatorum querelis frequentibus & querulosis clamoribus excitati, præsenti decreto duximus statuendum, ne aliqui seculares aut regulares, quantumcunque exemptionis seu libertatis sedis Apostolicæ privilegiis communiti, cujuscunq; ordinis, religionis, statûs vel conditionis existant, scienter celebrent vel faciant celebrari divina in civitatibus *b*, castris, villis (nisi quatenus eis à jure conceditur) seu locis aliis interdictis ab Ordinariis sive delegatis judicibus, vel à jure: aut excommunicatos publicè vel interdictos ad divina officia seu Ecclesiastica sacramenta, vel Ecclesiasticam sepulturam admittant. Qui verò contrà præsumpserint (præter alias pœnas à jure statutas) ingressum Ecclesiæ sibi noverint interdictum: donec de transgressione hujusmodi ad arbitrium ejus, cujus sententiam contempserunt *c*, satisfecerint competenter.

CAP. IX.

¶ *Primò ponit, quando eximatur Ecclesia, quid importet. Secundò, quando ipsius Canonici. Tertiò, quando Clerici. Et ista ordinate declarat, in qualibet partium affirmative & negative loquendo, secundum Ioan. And.*

Idem.

PEr *d* exemptionem Ecclesiæ concessam, ipsa Ecclesia & ipsius Monachi vel Canonici, Clerici etiam & Conversi, perpetuoque oblati (non autem Ecclesiæ ejusdem Presbyter, qui parochianorum curam habet, quoad ea, quæ ad curam eandem pertinent, nec ipsi parochiani etiam) intelliguntur exempti. Verùm si Canonici alicujus Ecclesiæ eximantur, ipsi soli Canonici, non autem Ecclesia vel alii ejus Clerici sunt exempti. Si autem Clerici cujusvis Ecclesiæ eximantur, tunc tam Canonici, quàm alii Clerici eximuntur, non tamen Ecclesia: nisi aliud in exemptionis privilegio exprimatur.

CAP. X.

¶ *Formas privilegiorum ponit hoc decretali; quarum quædam exemptionem conferunt, quædam non. Ioan. And.*

Idem.

SI Papa in aliquo privilegio vel scriptura non facta principaliter super donatione *e* vel sententia exemptionis seu libertatis, aliquam Ecclesiam ad jus & proprietatem Romanæ Ecclesiæ pertinere, vel consimilia verba narret: non propterea illius Ecclesiæ exemptio est probata, nisi de libertate aliter doceatur. Si autem Ecclesiæ vel monasterio exemptionis privilegium concedendo, vel super ipsius exemptione sententiando (cùm de ipsius exemptionis negotio ageretur) asserat ipsam

---

a *Abbates an dicantur esse prælati, vide Geminianum in cap. præsenti. de offic. ord. lib. 6.* b *Vid. Barbat. in cap. volentes. extr. de off. deleg.* c *Vid. Antonium Capycium decisione Neapolit. 206.* d *Suppleat Dom. & Plur. seu alii, quorum jurisdictio fundata est jure communi, aut statuto privilegio notorio: quia notorium facti, ut latè Anchar. operatur idem quod notorium juris. Font.* e *Vide Bart. in rubr. ff. de novi oper. nunt. & l. prætor. ff. de eden. Font.*

a *Vid. Clement. ex frequentibus. de sentent. excommun. Calderinum consil. 4. tit. de sentent. excommun. & latè Felinum in cap. à nobis. extr. de except.* b *Civitatis appellatione quid veniat, vide per Felinum in cap. Rodulphus. extr. de rescript.* c *alii contempserint.* d *Prater doctores hic vide Decium consil. 15.* e *al. dativæ.*

Ecclesiam

Ecclesiam fore exemptam: aut etiam juris beati Petri existere: sive ad jus & proprietatem Romanæ Ecclesiæ, vel ad Romanam Ecclesiam specialiter, aut sine medio, vel etiam simpliciter pertinere: per hoc plenè debet exempta hujusmodi Ecclesia judicari. Cùm enim jure communi omnes Ecclesiæ per orbem diffusæ ad Romanam Ecclesiam pertineant, si id alicui concedatur Ecclesiæ, vel de ea per sententiam judicetur, ex hoc ipsius comprobatur exemptio: ut privilegii nihil aliàs allatura concessio ei, cui conceditur, & sententia nullum aliter datura subsidium Ecclesiæ (pro qua fertur) prærogativam (cùm verba aliquid operari debeant) conferat gratiæ specialis. Et est idem, si privilegium contineat, vel ipse Papa per modum exprimat suprascriptum, quòd Ecclesia sit libera: seu quòd potiatur Romanæ Ecclesiæ libertate: vel quòd in hoc prærogativâ gaudeat speciali: aut si dicat indefinitè, quòd Ecclesiæ Romanæ annuum censum solvat, ad perceptæ indicium libertatis: sive quòd ipsam Ecclesiam eximit ab ordinarii [a] potestate: vel quòd non audeat illic Episcopus cathedram collocare, aut imperandi, seu ordinationem quamvis levissimam faciendi, exercere aliquam potestatem. Similiter si aliqui recipiantur in proprios & speciales subjectos, censentur exempti. Non sic si in proprios & speciales filios Romanæ Ecclesiæ sint suscepti: tales quippe exempti propterea non existunt. Si verò dicatur simpliciter, quòd aliqua Ecclesia Romanæ Ecclesiæ annuum censum solvat, non propter hoc exempta Ecclesia dici debet. Idem dicimus, si circa aliqua per privilegium concedatur libertas, & clausula de censu annuo persolvendo sequatur: ut si aliquibus quòd ab alio, quàm à Papa seu ejus Legato excommunicari, suspendi aut interdici non possint, vel aliquid aliud specialiter à sede Apostolica sit indultum: vel etiam dicatur, quòd in speciales Romanæ Ecclesiæ filios sint assumpti, & sequatur in privilegio, quòd Ecclesiæ Romanæ ad indicium [b] libertatis perceptæ annuum censum solvant. His enim & consimilibus casibus sic [c] in certis privilegiati articulis, Ordinariorum jurisdictioni quantùm ad alia sunt subjecti. Licèt autem sic diversos privilegiorum, quibus Ecclesiæ ac monasteria eximuntur, tenores ad litium materiam amputandam duxerimus designandos: per hoc tamen aliis exemptionum (si reperiantur) seu aliarum libertatum modis vel eorum effectibus nolumus aliquatenùs derogari.

CAP. XI.

¶ Privilegiati ut tempore interdicti celebrare possint divina clausis Ecclesiis, alios etiam extraneos admittere non possunt. Et si fuerit singularis persona super hoc privilegiata, familiares suos admittit: secùs in familia Conventûs taliter privilegiata. Hoc privilegio non gaudet ille, cujus culpâ ponitur interdictum. h. d. Domin.

Idem.

Licèt [d] vobis concessum existat, ut interdicti tempore januis clausis, excommunicatis & interdictis exclusis, voce submissâ divina celebrare possitis: ad ea tamen aliquos, etiamsi aliunde venerint (nisi super hoc privilegiati existant) recipere nullâ ratione debetis. Cùm conceditur singularis personæ, ut modo præmisso tempore interdicti celebrare valeat, vel audire divina: ejus familiares domestici ad audiendum cum ea, & celebrandum sibi divinum officium, licitè admittuntur. Non sic autem in familiaribus alicujus Conventûs, seu collegii est censendum: illi enim nisi privilegiati fuerint, admitti non debent. Hujusmodi quoque concessione gaudere non potest is, cujus causâ seu culpâ, dolo vel fraude, fuit [a] sententia interdicti prolata, seu qui ad perpetrandum delictum, cujus occasione lata extitit, præbuit consilium, auxilium, vel favorem.

CAP. XII.

¶ Episcopi cum altari viatico celebrare possunt, & sibi facere celebrare: ita tamen, quòd non violent interdictum. hoc dicit. Ioan. And.

Idem.

Quoniam Episcopi [b] eorumque superiores se habent diversis ex causis à suis Ecclesiis & diœcesibus absentare frequenter, nec semper possint commodè ad Ecclesias accedere pro Missâ celebranda vel audienda in ipsis, sine qua eos transire non decet absque causa rationabili ullam [c] diem: præsenti constitutione indulgemus eisdem, ut altare possint habere viaticum, & in eo celebrare, ac facere celebrari, ubicunque absq; interdicti transgressione illis permittitur celebrare vel audire divina.

DE INJURIIS, ET DAMNO dato.

TITULUS VIII.

CAP. UNIC.

¶ Represaliæ contra personas Ecclesiasticas concedi, vel concessa extendi non debent: contrà facientes (nisi revocent intra mensem) singulares sunt excommunicati, universitates interdicta. Ioan. And.

Gregorius X. *in Concilio generali Lugdunensi.*

Etsi pignorationes, quas vulgaris elocutio [d] represalias nominat, in quibus alius pro alio prægravatur, tanquam graves legibus, & æquitati naturali contrariæ, civili sint constitutione prohibitæ: Ut tamen earum prohibitio in personis Ecclesiasticis tantò ampliùs timeatur, quantò in illis specialiùs inhibentur, eas concedi contra personas prædictas, seu bona ipsorum [e], aut quantumcunque generaliter prætextu cujusvis consuetudinis (quam potiùs reputamus abusum fore) concessas, ad illas extendi præsenti decreto districtiùs inhibemus. Illi autem, qui contrà fecerint, adversùs personas easdem pignorationes, seu represalias concedendo, vel extendendo ad eas, nisi præsumptionem hujusmodi revocaverint, à concessionis vel extensionis tempore intra mensem, si personæ singulares fuerint, sententiam excommunicationis incurrant: si verò universitas, Ecclesiastico subjaceat interdicto.

DE POENIS.

TITULUS IX.

CAP. I.

¶ De veteri jure potuit Archiepiscopus, cùm in provincia sua jurisdictionem suam exequitur, punire notorias injuriantes, sibi, nuncio, & familiæ suæ, si per id suæ jurisdictioni impedatur: aliàs non, nisi consuetudo amplius tribuat: sed hodie tales injurias tunc punit, etsi jurisdictionem non impediant. h. d.

Innocentius IV.

Romana [f] Ecclesia [& J.] ¶ Licèt autem Rhemens. Archiepiscopo suam Provinciam visitanti, eos, qui tunc sibi, vel suæ familiæ, aut aliis, quos propter hoc per eandem provinciam dirigit, & etiam

a *Al. ordinaria.* b *Aliàs, judicium.* c *Al. ita: sic scripsit privilegiati articulis. al. ita: sic inserta privilegiati articulo, &c.* d *de materia vide latissimè in c. alma mater. infrà de sent. excom.*

a *Al. fuerit.* b *Et an appellatione Episcopi veniat electus, vide Felin. in cap. eam te. de rescript. vers. tertio restringitur.* c *al. ita: nullâ die.* d *Vide l. liberorum. §. quod tamen Cassius. ff. de leg. 3. Bart. in l. Labeo. ff. de sup. leg.* e *al. ipsarum.* f *Vid. Alex. cons. 137. l. 1. incip. circa primum dubium; unde intelliges quando quis possit esse judex in propria causa.*

quando concilium convocat, eos, qui nunciis suis, quos pro illo vel aliàs per Provinciam ipsam suâ debitâ jurisdictione utendo transmittit, injuriari præsumunt: si hâc occasione sua in his impediatur jurisdictio, pro injuria hujusmodi (dummodò exstat notoria) propriâ auctoritate punire, nisi ampliùs ei de Rhemensis Ecclesiæ consuetudine competere dignoscatur. Sibi etiam & metropolitanis aliis in suis provinciis, dum sic in illis jurisdictionem exercent, puniendi manifestas & notorias offensas, tunc eisdem illatas, vel suis (etiamsi exinde impediri jurisdictionem hujusmodi non contingat) libera sit de nostra speciali concessione facultas.

CAP. II.

¶ Docet hac Decretali, quibus assistentibus fieri debeat degradatio, de quibus vestibus, ornamentis, libris & instrumentis in degradatione fiat expoliatio, & quibus verbis utatur ipse degradans. Ioan. And.

Bonifacius VIII. *Bitterun. Episcopo.*

DEgradatio *a* qualiter fieri debeat, à nobis tua fraternitas requisivit. Super quo tibi taliter respondemus, quòd verbalis degradatio seu depositio ab ordinibus vel gradibus Ecclesiasticis est à proprio Episcopo sibi assistente, in degradatione Clericorum in sacris constitutorum ordinibus, certo Episcoporum numero, definito canonibus, facienda: quanquam proprii Episcopi sententia sine aliorum Episcoporum præsentia sufficiat in degradatione eorum, qui minores duntaxat ordines receperunt. Actualis verò sive solennis cœlestis militiæ militis, id est, Clerici degradatio (cùm ad eam fuerit procedendum) fiet, ut exauctorizatio ejus, qui militiæ deservit armatæ, cui militaria detrahuntur insignia, sicque à militia remotus castris rejicitur, privatus consortio & privilegio militari. Clericus igitur degradandus vestibus sacris indutus, in manibus habens librum, vas, vel aliud instrumentum seu ornamentum ad ordinem suum spectans, ac si deberet in officio suo solenniter ministrare, ad Episcopi præsentiam adducatur: cui Episcopus publicè singula, sive sint vestes, calix, liber, seu quævis alia, quæ illi juxta morem ordinandorum Clericorum in sua ordinatione ab Episcopo fuerint *b* tradita, seu collata, singulariter auferat, ab illo vestimento seu ornamento, quod datum vel traditum fuerat ultimò, inchoando, & descendendo gradatim degradationem continuet usque ad primam vestem, quæ datur *c* in collatione tonsuræ, tuncque radatur caput illius seu tondeatur, ne tonsuræ seu Clericatûs vestigium remeat in eodem. Poterit autem Episcopus in degradatione hujusmodi uti verbis aliquibus ad terrorem, illis oppositis, quæ in collatione ordinum sunt prolata, dicendo Presbytero hæc vel similia verba in remotione planetæ: Auferimus tibi vestem sacerdotalem, & te honore sacerdotali privamus: sicque in remotione reliquorum insignium similibus verbis utens, in ablatione ultimi, quod in collatione ordinum fuit primum, infrascripto, vel alio simili modo pronunciet sive dicat: Auctoritate Dei omnipotentis Patris & Filii & Spiritûs Sancti, ac nostrâ, tibi auferimus habitum Clericalem, & deponimus, degradamus, spoliamus, & exuimus te omni ordine, beneficio & privilegio clericali.

CAP. III.

¶ Quamvis inventio carceris fuit ad custodiam: tamen potest quis punire pœnâ carceris perpetui & ad tempus. Ioan. And.

Idem.

QUamvis *d* ad reorum custodiam, non ad pœnam carcer specialiter deputatus esse noscatur: Nos tamen non improbamus, si subjectos tibi Clericos confessos de criminibus seu convictos (eorum excessibus & personis, caterisque circumstantiis providâ deliberatione pensatis) in perpetuum vel ad tempus, prout videris expedire, carceri mancipes ad pœnitentiam peragendam.

CAP. IV.

¶ Pœna alicui imposita, & ejus posteris, non extenditur ad posteros lineæ fœmineæ: nisi aliud in jure, vel sententiâ sit expressum. h. d. Zen.

Idem.

UBicunque *a* alicui & ejus filiis seu posteris usque in certam generationem pœna imponitur ab homine vel à jure, pœna ipsa eos tantùm afficit, qui per masculinam, non per fœmininam lineam descendere dignoscuntur: Nisi aliud in jure vel sententiâ sit expressum.

CAP. V.

¶ Primò punit insequentes, percutientes, aut capientes Cardinales, & ejus cruentis socios. Secundò, eorum filios & nepotes. Tertiò, ipsis insultatoribus pœnam addit. Quartò, quam satisfactionem eum absolventur, facere debeant: & quid per absolutionem consequantur. Quintò, de nudis consiliariis, vel simpliciter favoribus hujus criminis. Sextò, ad collaterales permittit pœnas extendi. Septimò, ponat de insequentibus Clericos vel Religiosos familiares Papæ vel Cardinalium. Octavò, ponat de occidentibus Cardinales. Nonò, docet potestates seculares nihilominùs pœnis legalibus contra tales uti debere, & hanc constitutionem etiam facere observari: & contrafacientibus pœnam imposuit. Ioan. And.

Idem.

FElicis recordationis Honorii Papæ tertii, prædecessoris nostri vestigiis inhærentes, quibusdam additis & detractis de communi fratrum nostrorum consilio, hâc in perpetuum valiturâ constitutione sancimus, ut si quis deinceps in hoc sacrilegii genus irrepserit, quòd sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem fuerit hostiliter insecutus, vel percusserit, aut cæperit, vel socius fuerit facientis, aut fieri mandaverit, vel factum ratum habuerit, aut consilium *b* dederit vel favorem aut posteà receptaverit vel defensaverit scienter eundem: sicut reus criminis læsæ majestatis perpetuò sit infamis, diffidatus *c* nihilominùs & bannitus, sit intestabilis, ut nec testamenti liberam habeat factionem, nec ad alicujus bona ex testamento vel ab intestato vocetur: quatenus ab omni successione repulsus, publicâque repulsâ confusus, minus inveniat suæ malitiæ successorem: [*fiant* d *habitationes ejus desertæ, & ut non sit, qui eas inhabitet*,] dentur cuncta ipsius ædificia in ruinam, & ut perpetuæ notam infamiæ perpetua ruina testetur, nullo tempore reparentur: nullus ei debita reddere, nullus respondere in judicio teneatur: quicquid etiam in bonis invenitur ipsius, fisci, vel reipublicæ dominio applicetur, ut ex illis nil transmittat ad posteros, sed potiùs cum ipso quodammodò damnentur & sua. Si qua verò feuda, locationes, officium vel beneficium spirituale vel temporale ab aliquibus Ecclesiis obtinet, sit eis ipso jure privatus, quæ sic liberè ad Ecclesias revertantur, quòd Ecclesiarum rectores de ipsis pro sua voluntate disponant. Quòd si quis prædictorum filium vel filios habeat, nepotem, vel nepotes per rectam lineam descendentes, beneficiatum seu beneficiatos quovis beneficio, etiamsi pontificalem adeptus vel adepti fuerint dignitatem, sint eis ipso jure ptivati: spe promotionis omninò sublatâ. Nulli prætereà

---

a *Qualiter hodie fieri posset degradatio, vide Conc. Trid. sess. 13. de reform. c. 4. adde citatos in c. 1. sup. de hæret. and Lib.* b *al. fuerunt.* c *al. tradatur.* d *Vide Ioan. Ananiaro in c. 2 nobis. de apostat. & Fel. in c. cùm sit. de for. compet.*

a *Prater Doctores hic vide aliqua per Decium in c. novit. de Iudic.* b *Vide Decium in c. 1. de off. delegati.* c *Diffidare & bannire quid significet, docent Angelus de Perusio consil. 11. Geminianus in c. 2. de homic. l. 6. & Petrus Godefredus in Auth. gazaros. ext. de hær.* d *Psalm. 82.*

terea talium filiorum atque nepotum ex virili sexu descendentium ab eisdem, alicujus aperiatur janua dignitatis, aut honoris Ecclesiastici vel mundani, seu ad alicujus loci regimen sit ascensus: sit eis postulandi negata facultas, sit notoriæ *a* judicatus, & quodlibet aliud officium seu ministerium publicum interdictum: in judiciis eorum assertio contra quenquam nihil fidei, nihil credulitatis inveniat, ut ad testimonium prorsus reddantur indigni: sit eis ad ordines ascensus inhibitus, sit ad beneficium vel officium Ecclesiasticum denegatus accessus *b*, & (ut magis famosa sit eorum infamia) ad actus legitimos nullus eis pateat aditus, nulla porta pandatur eisdem super aliquo præmissorum, omni *c* spe dispensationis ademptâ. Præsenti nihilominùs adjicimus sanctioni, ut ex insecutione prædicta, sicut ex injectione manuum violenta, ipso facto excommunicationis sententiam quis incurrat, & tam insecutor, quàm alii suprà dicti tanti mali participes, quamdiu in sua contumacia perdurârint, singulis diebus Dominicis & festivis, pulsatis campanis, & candelis accensis, per omnes illius loci Ecclesias, in quo tantum facinus fuerit attentatum, necnon civitatum & diœcesum vicinarum *d* excommunicati publicè denuntientur *e*: nec ab alio, quàm à Romano Pontifice possint absolutionis beneficium obtinere, nisi duntaxat in mortis *f* articulo constituti.

Cùm autem fuerint absolvendi: primò sufficienter & idoneè caveant, quòd inferendæ pœnæ parebunt, & auxiliante Domino pœnitentiam peragent injungendam: deinde per omnes illius loci Ecclesias principales, vicinorumque locorum, diebus Dominicis & solennibus incedant nudi coram populo, femoralia tantùm habentes, & ferulas deferentes in manibus, cum quibus per easdem Ecclesias publicè fustigentur: ituri postmodùm ultra mare, & ibidem acturi pœnitentiam per tres annos ad minus, nec exinde postmodùm revertuti absque sedis Apostolicæ licentia speciali. Verùm cùm talis gratiam reconciliationis meruerit, beneficio absolutionis obtento, indulgeatur ei licentia, ut suam & suorum injuriam prosequatur: & debitorum illorum, quæ contracta fuerint & de postmodùm acquisitis repetitio non negetur. Illud autem non duximus omittendum, quòd si quis fuerit in præmissis nudo consilio aut simplici favore culpabilis, judex in talem pœnam metiatur ex culpa: ut secundùm quod excessus exegerit, vindicta procedat. Cæterùm, quia dignum est, ut nefandi ratione flagitii ultionis severitas ampliùs extendatur, & propter enormitatem culparum, plagarum modus exuberet, nec pœnis solitis contentetur: statuimus, ut ad collaterales fratres, videlicet nepotes, & pronepotes talium possit extendere pœnas in hujusmodi nostra constitutione contentas, circumspectio Romani Pontificis, prout circumstantiæ rationabiles suadebunt.

Præmissis etiam dignum censuimus annectendum: ut si quisquam aliquo prædictorum excessuum, quenquam de Clericis vel Religiosis nostræ familiæ, vel Cardinalium afficere fortè præsumpserit, proportionetur pœna delicto: ita quòd vindicta ex æquo excessui respondente ab offensa nostrorum cohibeantur deinceps manus temeratiæ formidine ultionis, quas Dei vel nostra seu fratrum nostrorum reverentia non coërcet. Si quis verò per se vel per alium occiderit Cardinalem (quod absit) vel dederit causam mortis: ultra quàm præmissa contineant, sic in eum potestas jurisdictionis insurgat, sic rigor ultionis insiliat, quòd contra vitæ subsidium mortis solatium invocet, vivens pœnæ non culpæ, vindictæ speculum non offensæ. Per hoc quoque secularibus potestatibus non adimimus facultatem utendi legibus contra tales, quas adversùs sacrilegos catholici Principes ediderunt: Quis enim locus regiminis poterit esse tutus, quis rector securitate gaudebit, si Romana Ecclesia (quæ omnium Ecclesiarum disponente Domino caput est & magistra) casibus istis subjicitur? si ejus filii speciales hujusmodi periculis exponuntur? Quem Ecclesiæ filium, quem fidei zelatorem contumelia tanta non tangeret, & confusio tam aspera non moveret? Porrò si filius est, dolebit: si fidelis, matre fidei læsâ lædetur. Quapropter si Princeps, senator, consul, potestas, vel alius domin. sive rector contra præsumptores prædictos, præsentis constitutionis tenorem non fecerit observari: tàm ipse, quàm officiales ipsius intra mensem, postquam res ad notitiam eorum pervenerit, eoipso sententiam excommunicationis incurrant. Civitas verò quævis alia, præter urbem, quæ talia facienti vel facientibus seu præsumentibus, in his consilium vel auxilium dederit aut favorem, vel intra mensem saltem taliter delinquentes, (prout tanti facinoris enormitas exegerit, & facultas ei affuerit) non duxerit puniendos, pontificali & suprà sit eoipso dignitate privata, & nihilominus remaneat interdicta.

a *Al.* notarii. b *Al.* ascensus. c *Al.* omninò. d *Lateranensi quæ dicantur, vide per Alex. consil.* 17 *l.* 3. e *Al.* nuntientur. f *Quandam in mortis articulo nulla est reservatio, atq; ideo omnes sacerdotes quoslibet pœnitentes, à quibuslibet peccatis & censuris absolvere possunt: ita Conc. Trid. sess.* 14. *c.* 7. *vbi. de casuum reservatione.* g *al.* fuerunt.

DE POENITENTIIS, ET REMISSIONIBUS.

TITULUS X.

CAP. I.

¶ Quæstores non citant aliquos; licèt eos monere possint. Et in concedendis indulgentiis non excedant Archiepiscopi statutum Concilii generalis. h. d. Zen.

Innocentius IV. *in Concilio Lugdunen.*

ROmana Ecclesia: [*& infrà.*] ¶ Quæstoribus *a* autem fabricæ Rhemen. Ecclesiæ, Rhemen. Archiepiscopus, sive ejus officiales citandi Suffraganeorum ipsius Ecclesiæ subditos (quos iidem quæstores sibi resistere, aut nolle parere dixerint) ut super hoc compareant coram ipsis, nequaquam tribuant potestatem. Super benigna verò ipsorum receptione ac subventione ipsi fabricæ facienda, possunt eosdem Suffraganeos & alios Christi fideles Rhemen. Provinciæ charitative monere. In concedendis quoque indulgentiis non excedat Rhemen. Archiepiscopus statutum Concilii generalis.

CAP. II.

¶ Concessio generalis confessoris non tangit Episcopo specialiter reservata, nec obstante consuetudine potest quis sibi eligere confessorem. h. d. Zen.

Bonifacius VIII.

SI Episcopus suo subdito concesserit, ut sibi possit idoneum eligere confessorem, ille quem is elegerit, in casibus, qui eidem Episcopo specialiter reservantur *b*, nullam habet penitùs potestatem: Cùm in generali concessione illa non veniant, quæ non esset quis verisimiliter in specie concessurus. Nullâ quoque potest consuetudine introduci, quòd aliquis præter sui superioris licentiam confessorem sibi eligere valeat, qui eum possit solvere vel ligare.

CAP. III.

¶ Decretalis, cùm ex eo, in pluribus Episcopis indulgentibus locum habet. h. d. Zen.

a *Prædicatores quæstuarios omninò sustulit Conc. Trid. sess. 21. de reform. c. 2. in fine. & sess. 21. de reform. c. 3.* b *Vide Conc. Trid. sess. 14. de sanctissimo pœnitentiæ sacramento. c. 11.*

Idem.

INdulgentiæ *a*, quæ ab uno vel pluribus Episcopis in Ecclesiarum dedicationibus, vel aliis quibuscunque casibus conceduntur, vires non obtinent *b*, si statutum excesserint concilii generalis.

DE SENTENTIA EXCOMMUNICATIONIS, suspensionis, & interdicti.

TITULUS XI.

CAP. I.

¶ Iudex qui excommunicat, suspendit, vel interdixit, in scriptis hoc faciat, & causam conscribat, & requisitus exemplum sententiæ tradat intra mensem. Qui contrà fecerit, per mensem ab ingressu Ecclesiæ & divinis est suspensus: & relaxabitur illa sententia per superiorem absq; difficultate, & condemnabitur lator in expensis, & aliàs pœnâ condignâ. Si sic suspensi celebrant ut prius, sunt irregulares: nec absolventur ab alio quàm à Papa. h.d. Ioan. And.

Innocentius IV. *in Concilio Lugdun.*

CUm *c* medicinalis sit excommunicatio, non mortalis, disciplinans, non eradicans, dum tamen is, in quem lata fuerit, non contemnat: cautè provideat iudex Ecclesiasticus, ut in ea ferenda ostendat se prosequi, quod corrigentis fuerit *d* & medentis. Quisquis igitur excommunicat, excommunicationem in scriptis proferat, & causam excommunicationis expressè conscribat, propter quam excommunicatio proferatur. Exemplum verò hujusmodi scripturæ teneatur excommunicato tradere intra mensem, si fuerit requisitus, super qua requisitione fieri volumus publicum instrumentum, vel literas testimoniales cohei sigillo authentico consignatas. Si quis autem iudicum hujusmodi constitutionis temerarius extiterit violator, per mensem unum ab ingressu Ecclesiæ *e*, & divinis officiis noverit se suspensum. Superior verò, ad quem recurritur, sententiam ipsam sine difficultate relaxans *f*, latorem excommunicato ad expensas, & omne interesse condemnet, & aliàs puniat animadversione condignâ, ut pœnâ docente discant iudices, quàm grave sit excommunicationum sententias sine maturitate debita fulminare. Et hæc eadem in suspensionis & interdicti sententiis volumus observari. Caveant autem Ecclesiarum Prælati & iudices universi, ne prædictam pœnam suspensionis incurrant: quoniam si contingeret eos sic suspensos divina officia exequi sicut priùs, irregularitatem non effugient iuxta canonicas sanctiones super qua non nisi per summum Pontificem poterit dispensari.

CAP. II.

¶ Qui petit absolvi ad cautelam, dicens excommunicationis sententiam in se latam esse nullam, absolvetur cujuscunq; contradictione non obstante: nisi dicatur & probetur infra octo dies excommunicatus pro manifesta offensa. Qui probat se excommunicatum post appellationem, probatione pendente in iudicio evitabitur, extra iudicium verò non. h. d. Ioan. And.

Idem *in eodem.*

SOlet *a* à nonnullis in dubium revocari, an cùm aliquis per superiorem absolvi postulat ad cautelam, dum in se latam excommunicationis sententiam asserit esse nullam, sine contradictionis obstaculo munus ei debeat absolutionis impendi? Et an ante absolutionem hujusmodi is, qui se offert in iudicio probaturum se post appellationem legitimam excommunicatione innodatum, vel intolerabilem errorem in sententia fuisse patenter expressum, sit in cæteris (excepto probationis illius articulo) evitandus? In prima igitur dubitatione sic statuimus observandum, ut petenti absolutio non negetur, quamvis in hoc excommunicator vel adversarius se opponat: nisi eum excommunicatum pro manifesta dicat offensa. In quo casu terminus octo dierum indulgebitur sic dicenti: ut si probaverit quod opponit, non relaxetur sententia, nisi priùs sufficiens præstetur emenda: vel competens cautio de parendo juri, si offensa dubia proponatur. In secunda verò quæstione statuimus, ut is, qui ad probandum admittitur, pendente probationis articulo, in cæteris, quæ ut actor *b* in iudiciis attentaverit, interim evitetur. Extra iudicium verò in officiis, postulationibus, & electionibus, ac aliis legitimis actibus nihilominùs admittatur.

CAP. III.

¶ Excommunicatio lata in participantes excommunicatis in locutione & similibus (canonicâ monitione non præmissâ) non tenet. Ioan. And.

Idem *in eodem.*

STatuimus *c*, ut nullus iudicum participantes cum excommunicatis ab eo, in locutione & aliis, quibus ligatur participans excommunicatione minori, ante monitionem canonicam excommunicare majori excommunicatione præsumat: salvis constitutionibus contra illos legitimè promulgatis, qui in crimine præsumunt participare damnato. Quòd si ex locutione & aliis quibus participans labitur in minorem, excommunicatus fortiùs indurescat, poterit iudex post monitionem canonicam hujusmodi participantes consimili damnare censurâ. Aliter autem in participantes excommunicatio prolata non tenet: & proferentes pœnam legitimam poterunt formidare.

CAP. IV.

¶ Episcopi nullam interdicti vel suspensionis incurrunt sententiam, nisi in sententia sint expressi. h. d. Ioan. And.

Idem *in eodem.*

QUia periculosum est Episcopis & eorum superioribus, propter executionem pontificalis officii, quod frequenter incumbit, ut in aliquo casu interdicti vel suspensionis incurrant sententiam ipso facto: Nos deliberatione providâ duximus statuendum, ut Episcopi & alii superiores Prælati nullius constitutionis occasione, sententiæ sive mandati prædictam incurrant sententiam ullatenùs ipso jure: Nisi in ipsis de Episcopis expressa mentio habeatur.

CAP. V.

¶ Hujus decretalis quinq; sunt dicta. Primum, quòd Archiepiscopus sententias latas à subditis suorum Suffraganeorum, nisi hoc habeat de consuetudine, non relaxet. Secundum, quòd generalis sententia Archiepiscopi ligat tantum subditos. Tertium, quòd pro præteritis vel præsentibus culpis, monitione non præmissâ, abeis lata sententia est injusta. Quartum, quòd pro futuris culpis vel jam commissis, scilicet nisi satisfaciant, excommunicare

---

a *Vide B. Thom. in quæstionibus additis ad 3. part. q. 16. art. 3.*
b *Vide l. jusjurandum quod ex conventione. 4. l. ff. de jurejur. & l. falsus. ff. quod cum fal. tu. Font.* c *Vide Conc. Trid. sess. 25 de reform. c. 3. & cur excommunicatus dicatur medicinalis, luculenter docet Ioannes Rufforsis adversus Lutherum, art. 2. & Covarruvias in cap. alma mater. de sentent. excom. l. 6. in init.* d *al. all.* e *Nota hic ex mente Dominici, quòd non poterit dom in oratorio celebrare. Font.* f *Vide l. prolatam. C. de sent. & interl. omn. jud. Font.*

a *Vide Alb. Felin. & alios in c. Apostolica. ext de excep. ubi multa tradunt de absolutione ad cautelam hùc spectantia.*
b *Vide Doc. in c. intelleximus. extrà de judiciis.* c *De participantibus cum excommunicatis, videsis Apostoli. 21. q. 3. & ibi latè Turrecr & B. Thom. in quæstionibus additis ad 3. part. q. 23. art. 1. 2. & 3.*

municare

municare non debent, nisi mora, culpa, vel offensa, vel alia justa causa subsit. Quantum, quòd ea universitatem vel collegium non feratur excommunicationis sententia: sed in illos, qui culpabiles extiterunt. Ioan. And.

Idem.

ROmana Ecclesia: [& ℸ.] ¶ Cæterùm interdicti, suspensionis, vel excommunicationis sententias latas ab Officialibus Archidiaconorum, seu quibuslibet aliis jurisdictionem habentibus Suffraganeorum Rhemen. Ecclesiæ subditis, Rhemen. Archiepiscopus & ejus Officiales (omissis ipsis excommunicatoribus) non relaxent: salvâ contrariâ super hoc consuetudine, si quam habent. Porrò excommunicationum sententiæ à Rhemen. Archiepiscopo, suisque Officialibus generaliter promulgatæ, subjectos ejusdem jurisdictioni Archiepiscopi tantùm ligant. Sed nec in specie nec in genere pro culpis & offensis præteritis vel præsentibus, excommunicationum sententias absque competenti monitione præmissa promulgent, & si contrà præsumpserint, injustas noverint esse illas. Caveant etiam, ne tales sententias excommunicationis *b*, sive specialiter, sive generaliter, in aliquos pro futuris culpis, videlicet si tale quid fecerint, vel etiam pro jam commissis sub hac forma, si de illis intra tale tempus minimè satisfecerint, proferre præsumant: nisi mora in exhibenda satisfactione, vel culpa seu offensa præcesserit, quibus meritò ad injungendam satisfactionem hujusmodi, & taliter prohibenda similia inducantur: aut alia rationabilis (quam in ipsis sententiis exprimant) causa subsit. In universitatem vel collegium proferri excommunicationis sententiam penitùs prohibemus: volentes animarum periculum vitare, quod exinde sequi posset, cùm nonnunquam contingeret innoxios hujusmodi sententiâ irretiri: sed in illos duntaxat de collegio vel universitate, quos culpabiles esse constiterit, promulgetur.

CAP. VI.

¶ Prælatus contra potentiam temporalem etiam spiritali gladio, scilicet Ecclesiasticâ censurâ, se tueri potest. h. d. Ioan. And.

Idem *in eodem.* c

DIlecto filio Decano Aurelianensi: [& ℸ.] ¶ Præterea cùm omnes leges, omniaque jura vim vi repellere, cunctisque sese defensare permittant, licuit *d* utique ipsi Decano (si prædictus ballivus eum bonis suis mundanis injuriosè spoliare, vel ea violenter occupare præsumpserit, ut superiùs est expressum) contra illius violentiam injuriamque se tueri. Et quoniam adversùs ejus nimiam potentiam sufficiens temporalis defensio sibi fortè non aderat, potuit se etiam spiritalier, gladio videlicet utendo Ecclesiastico, defensare, ac recurrere propter hoc ad arma spiritualia, quæ sunt Ecclesiæ propria, & pro suo munimine illis uti: præsertim cùm dictus ballivus post latas in eum ab *e* eodem Decano ex aliis causis excommunicationis sententias (sicut idem Decanus asseruit) ipsum tanquam exinde provocatus, sententiis ipsis contemptis, bonis spoliasset eisdem: & propter hoc postmodum ipse Decanus sententiam tulerit interdicti, tanquam spiritali se mucrone defendens contra illius injuriam & violentiam, sibi ab eadem occasione prædictarum sententiarum, & in ipsarum contemptum illatam. Et quidem cùm liceat cuilibet suo vicino vel proximo pro repellenda ipsius injuria suum impertiri auxilium: imò si potest & negligit, videatur injuriantem fovere, ac esse particeps ejus culpæ: licuit profectò ipsi Decano proprio sibimet subvenire subsidio, & suammet temporalem injuriam suâ propriâ spiritali defensione tueri: sicque utrumque quodammodo gladium & temporalem & Ecclesiasticum, alterum videlicet altero adjuvare: maximè quia hi duo gladii consueverunt (exigente necessitate) sibi adinvicem suffragari, & in juvamen alterius subventione mutuâ frequentiùs exerceri.

CAP. VII.

¶ Excommunicatos à subditis Suffraganeorum, Archiepiscopi non possunt absolvere: sed excommunicatos à Suffraganeis vel Officialibus eorò, si ad eos appellatum fuerit. h. d. Ioan. And.

Idem.

VEnerabilibus: [& ℸ.] ¶ Cæterùm Rothomagen. Archiepiscopo vel ejus Officiali non licet excommunicatis ab Archidiaconis vel aliis subditis Suffraganeorum ipsius Archiepiscopi (cùm nec excommunicantium, nec excommunicatorum sint judices) absolutionis beneficium impertiri: excommunicatos autem ab ipsis Suffraganeis, vel eorum Officialibus possunt absolvere, si ab ipsis litigantibus ad eos *a* fuerit provocatum. Neutrâ verò partium appellante, si qua ipsarum per Archiepiscopum vel ejus Officialem ab excommunicatione contra eam lata pro reliqua postulet se absolvi, vel aliàs coram eis de parte adversa querimoniam sine appellationis interpositione deponat: non est in hoc ab ipsis (cùm sui non sint judices) audienda. Sed si excommunicatus deponat apud eos de Suffraganeo, ut imponatur ei pœna, & pro suo interesse super injusta excommunicatione querelam, audire utique debent eum: secùs autem si conqueratur de ipso, ut relaxetur hujusmodi sententia contra se ab eo pro alio promulgata: quoniam tueri hanc causam non ad ipsum Suffraganeum, sed ad eum, pro quo est sententia lata, spectat. Attamen si Suffraganeus vel extra judicium pro suorum defensione *b* jurium, vel etiam in judicio ex suo procedens officio *c*, inquirendo videlicet, vel simile quid agendo, aliquem excommunicet: in hoc casu conveniendus est ipse Suffraganeus coram Archiepiscopo vel ejus Officiali: quia ipsius interest defendere causam suam.

¶ Archiepiscopus in casibus, in quibus jurisdictionem habet, ante cognitionem causæ absolvit excommunicatum ad petitionem partis, vel ex officio, nisi dicatur excommunicatus pro manifesta offensa vel contumacia: & contumacia præsumpta & manifesta ponit exemplo. h. d. Ioan. And.

Porrò Archiepiscopus vel ejus Officiales excommunicatos à Suffraganeis, semper antequam audire causam incipiant, in casibus, in quibus eis jurisdictio competit, juxta Ecclesiæ formam debent absolvere: utpote si post diffinitivam fuerit excommunicationis sententia promulgata, & ad eos *d* fuerit appellatum: exceptis casibus, in quibus jura prohibent post sententiam appellare. Similiter si Suffraganeus extra judicium excommunicet aliquem pro ejus offensa, vel pro sui defensione juris, & super hoc querimoniam ille proponat, est ille primitùs juxta formam Ecclesiæ absolvendus: nisi Suffraganeus probaturum se offerat, quòd pro manifesta offensa excommunicationis eum vinculo innodavit. Idem est, etiamsi quenquam pro præsumpta contumacia (videlicet quia citatus præfixo sibi termino non comparuit) excommunicatione constringat:

---

a *Al. ita: Idem in eodem. al. ita: Innocentius quartus, in Concilio Lugdunensi.* b *Dicto, excommunicationis, decst in antiquissimis exempl. etiam impressis.* c *in manuscr. desunt hæc duo verba, in eodem.* d *Vide Doc. in c. cùm non ab homine. in primo not. de jud. & in c. significasti. de off. deleg.* e *Hæc verba, ab eodem Decano: desunt in manuscriptis.*

a *Ampl. in alio casu not. ut per Abbatem. in cap. in literis. de off. deleg. ubi vide omninò Decium.* b *Vide not. in cap. novit. de off. leg. & Inn. c. ex parte. suprà de verb. signific. Font.* c *Vide Innoc. c. humilis. de major. & obedient. Bart. l. 2. ff. de adult. Fontan.* d *Al. ipsos.*

quia si sic ligatus, propositâ querimoniâ a petat ab Archiepiscopo se absolvi, sive quando Suffraganeus ex suo processit officio, sive quando est ad ipsum Archiepiscopum ante sententiam diffinitivam appellatum, & ab adversario proponatur, quòd absolvendus non sit, nec pandi ei debeat judicii aditus, nisi prius expensas restituat, & judicio sisti exhibeat cautionem: ipseque respondeat, quòd rectè contumax reputari non debet, pro eo quòd in itinere captus, vel etiam alio impedimento detentus in termino comparere nequivit: tunc protinùs sibi juxta formam Ecclesiæ, beneficium debet absolutionis impendi. Secùs autem si se contumacem confiteatur, vel aliàs de contumacia sua constet, quia fortè prædixerat in judicio, quòd minimè compareret: tunc enim (cùm manifesta sit contumacia, & manifesta reputetur offensa) non est ei (nisi primò expensarum satisfactione, ac de standō judicio cautione præstitâ) absolutio impendenda. Et hoc ipsum est in similibus observandum: sicut si aliquis ad certum locum citetur, & ille proponat ipsum non esse sibi tutum, & judex postea in eum (quia non probavit hoc, nec comparuit) sententiam excommunicationis promulget: nam tunc si excommunicatus ipse ad superiorem appellet, & ante omnia se ab eo petat absolvi (cùm probare coram eo velit ipsum locum non existere sibi tutum) in hoc est proculdubiò audiendus, cùm præsumpta solummodò ejus contumacia videatur. Sed si judex pronuntiâsset locum illum esse idoneum & securum, & ille non comparuisset, ac ideò excommunicâsset eundem: ipse postmodùm super hoc (nisi post latam interlocutoriam intra decendium provocâsset) nullatenùs audiri debet.

¶ *Excommunicatio lata post appellationem interpositam ex causa probabili, non statim pronuntiatur nulla: sed fieri potest relaxatio ad cautelam, etiam antequam incipiat de veritate causæ cognoscere. Idem si dicatur lata per intolerabilem errorem, & in contrarium error ille probabiliter defendatur. Ioan. And.*

Sed si ex causa legitima seu probabili quis appellet, putà quia locus non est tutus, & post appellationem hujusmodi excommunicatione ligetur, ac deinde constet superiori, quòd ad ipsum ex tali causa extitit provocatum: non tamen illicò pronunciare debet excommunicationis sententiam fore nullam, sed potest eam ad cautelam juxta formam Ecclesiæ relaxare.

¶ *Secertum est excommunicationem esse justam, sit remissio: si certum est eam injustam, non fit: si est dubium, fieri potest relaxatio, sed honestum est remittere: tenet tamen relaxatio, ubi Archiepiscopus est judex, licèt non fiat remissio. h. d. Ioan. And.*

Sane si certum est excommunicationis sententiam esse b justam, velut cùm propter manifestum excessum est in aliquem promulgata, superior judex (nisi periculum sit in mora) excommunicatam ad excommunicatorem prorsus remittere debet: nec debet eum absolvere, nisi excommunicator requisitus malitiosè illi absolutionis beneficium deneget exhibere. Si verò constet hujusmodi sententiam esse injustam, nequaquam remittendus est ad suum excommunicatorem excommunicatus, sed debet sine difficultate aliqua mox absolvi. Quòd si dubitetur, utrùm justa sit vel injusta, superior (nisi excommunicatori deferat) relaxare juxtà formam Ecclesiæ potest illam: quanquam honestiùs & convenientiùs agat, si ei deferat in hoc casu. Ubi autem superiori competit de excommunicatione cognoscere, absolutio seu relaxatio, quam ipse fecerit, tenet, licèt fortitan sit injusta: quoniam etsi contra jus litigatoris, non tamen contra jus constitutionis absolvit.

¶ *Archiepiscopus in casibus, in quibus excommunicare potest, si consuetudo habet, emendas pecuniarias exigere potest. h. d. Ioan. And.*

Denique à subditis Suffraganei emendas pecuniarias c potest Archiepiscopus secundum consuetudinem regionis exigere, in casibus, in quibus ei licet eos excommunicationis vinculo innodare.

¶ *Summatur suprà in §. Sed si ex causa. ibi vide.*

Potest quoque Archiepiscopus beneficium absolutionis juxta formam Ecclesiæ nonnunquam impendere ad cautelam: utpote si asseritur in excommunicationis sententia intolerabilem errorem fuisse patenter expressum, id est, aliquid sub vi præcepti vel mandati aperte in ea contineri, quod communiter vel in suo genere est peccatum: veluti si dicat fortè aliquis, se à Suffraganeo excommunicatum fuisse, pro eo quòd eleemosynam pauperi tribuebat, vel quia faciebat aliquid aliud, quod in se bonum est, aut quia non operabatur id, quod suo actu illicitum est & pravum, & Suffraganeus ipse asserat, quòd pro digna & rationabili causa, vel pro conservanda vel exequenda justitia hoc illi prohibuisset, vel etiam injunxisset: nam tunc Archiepiscopus ad cautelam absolvere potest eum.

¶ *Summarium habes suprà in §. Sed si ex causa. ibi vide.*

Similiter si aliquis proponat se ante diffinitivam sententiam in judicio, vel extra, post appellationem ex causa legitima interpositam, vinculo excommunicationis adstrictum: potest Archiepiscopus, postquam sibi de hoc constiterit (etiam priusquam incipiat de veritate causæ appellationis cognoscere) absolutionis illi beneficium ad cautelam juxta formam Ecclesiæ impertiri.

CAP. VIII.

¶ *Iudex Ecclesiasticus compellit judicem laicum repellere excommunicatos ab actibus judiciariis sibi prohibitis. h. d. Io. And.*

Alexander IV.

DEcernimus, ut judices seculares per censuram Ecclesiasticam ab Ecclesiasticis judicibus, canonicâ monitione præmissâ, repellere excommunicatos ab agendo, patrocinando b & testificando in suis curiis & judiciis compellantur.

CAP. IX.

¶ *Non valet excommunicatio lata in participantes, nisi fuerint nominatim. Et canonica monitio dicitur, quæ habet dierum intervalla: nisi necessitas fallè aliud suadeat. hoc dicit. Ioan. Andr.*

Gregorius X. *in Concilio generali Lugdunen.*

COnstitutionem felicis recordationis Innocentii Papæ quarti, prædecessoris nostri, quæ prohibet participantes c excommunicatis eâ participatione, quæ solam minorem excommunicationem inducit, monitione canonicâ non præmissâ, majori excommunicatione ligari, decernens promulgatam aliter excommunicationis sententiam non tenere: ad tollendum omnem ambiguitatis scrupulum declarantes, decernimus, ita demùm esse monitionem canonicam in hoc casu, si aliis ritè servatis, eos qui monentur, exprimat nominatim. Statuimus quoque, ut inter monitiones, quas (ut canonicè promulgetur excommunicationis sententia) statuunt jura præmitti, judices sive monitionibus tribus utantur, sive unâ pro omnibus, observent aliquorum dierum competentia intervalla: Nisi facti necessitas aliter ea suaserit moderandâ. d

¶ *Relaxatio ad cautelam, in generali interdicto non habet locum. h. d. Domin.*

---

a *Per viam supplicationis, restitutionis in integrum, appellationis. Dom. Font.* b *Al. fore.*

a *De Arch. hic remittit ad 25. q. 1 c. si vero. 21. q. 2. si quis cujusdam. Font.* b *Quod lucratur patrocinando, debet excommunicatus restituere, vel erogare in pauperes: quia male est quæsitum. cap. cum sit. de Iudæ. Font.* c *Vide Fran. Aret. l. 1 ff. de ver. obl. cap. lex divina. 27. q. 2. & ratio dicetur loqui etiam, ubi non expressè meminit de verbo. cap. cum apud. de sponsi. Font.* d *Vide Bald. l. 1. de pret. Imp. offer. Dom. Font.*

Idem

Idem *in eodem.*

PRæsenti generali declaramus edicto, beneficium relaxationis ad cautelam, quoad interdicti sententias in civitates, castra, vel quælibet alia loca, sive terras aliquas generaliter promulgatas, locum aliquatenùs non habere.

CAP. XI.

¶ *Primò excommunicat certis limitationibus dantes licentiam offendendi in personis vel rebus suis, vel suorum: exercentes contra aliquos Ecclesiasticam censuram, vel exercere facientes, vel illam servantes. Secundò ibi, Eâdem. panam prorogat ad utentem, vel motu proprio ad agentem. Tertiò ibi, Quæ autem. panam aggravat. h. d. Ioan. And.*

Idem *in eodem.*

QUicunque pro eo, quòd in Reges, principes, barones, nobiles, ballivos, vel quoslibet ministros eorum, aut quoscunque alios excommunicationis, suspensionis, seu interdicti sententia fuerit promulgata, licentiam alicui dederint occidendi, capiendi, seu aliàs in personis, aut bonis suis, vel suorum *a*, gravandi eos, qui tales sententias protulerunt, sive quorum sint occasione prolatæ, vel easdem sententias observantes, seu taliter excommunicatis communicare nolentes (nisi licentiam ipsam re integrâ revocaverint, vel si ad bonorum captionem occasione ipsius licentiæ sit processum, nisi bona ipsa fuerint intra octo dierum spatium restituta, aut satisfactio pro ipsis impensa) eo ipso sententiam excommunicationis incurrant. Eâdem quoque sententiâ sint innodati omnes, qui ausi fuerint prædictâ licentiâ datâ uti, vel aliquod præmissorum, ad quæ committenda dari licentiam prohibuimus, aliàs committere suo motu. Qui autem in eadem sententia permanserint duorum mensium spatio, extunc ab ea non possint, nisi per sedem Apostolicam, absolutionis beneficium obtinere.

CAP. XII.

¶ *Si malefactor captus à judice laicodicit se Clericum, hujus rei cognitio ad judicem Ecclesiasticum spectat. Et si notoriè, vel publicâ famâ, vel communi æstimatione habetur pro Clerico, statim sit remissio. Idem si priùs se gerebat pro Clerico, & nudo deprehensus fuit in habitu clericali. Si autem priùs se gerebat pro Laico, licet modo in clericali habitu deprehensus fuerit, non fiet remissio, donec fuerit de Clericatu probatum, sed interim contra eum judex in nullo procedet. h. d. Ioan. And.*

Vid. ad 5. Cap. Licet. ad fin. Conf. — Bon.

Bonifacius VIII.

SI judex *b* laicus malefactorem captum detineat, & is se Clericum dicens ad curiam Ecclesiasticam petat remitti, vel curia ipsa eum tanquam suum Clericum repetat, judice illum inficiante Clericum, ac ob hoc minimè remittendum: dubitationis hujusmodi, an scilicet sit, qui repetitur, Clericus, ad judicem Ecclesiasticum (quia de re Ecclesiastica & spirituali, vocato tamen judice seculari, vel alio, cujus interest) cognitio pertinebit. Et si notorium fuerit, quòd idem malefactor sit Clericus, qui hujusmodi privilegio gaudere debeat, statim absque alia cognitione, vel famâ publicâ de hoc extiterit, aut ipse pro Clerico communiter habebatur: in continenti etiam ante cognitionem de Clericatu, Ecclesiasticæ curiæ debet reddi. Idem esse censemus, si reus ipse ante deprehensionem pro laico publicè se non gerens, deprehensus fuit in habitu clericali, tonsuram videlicet, & vestes deferens clericales: nam talem debemus Clericum (donec constet de contrario) reputare. Sicut de illo, qui in possessione ingenuitatis existit, si dicatur ab alio libertinus, legalis sanxit auctoritas, ut probandi necessitate non ipse, sed adversarius adstringatur. Justum est enim, ut ipse talis, quem gestat, ex habitu (quousque appareat aliud) præsumatur, qualis is esse, cujus fert habitum, comprobatur. Ex stigmate namque consueto Fabricensibus *a* imprimi, latitans Fabricensis agnoscitur. Et custodes aquarum (quos hydrophylacas nominant) quæ eis infigi solet annotatione signati, manifesti sunt omnibus, & angariarum nomine non tenentur. Isque status alicujus esse videtur, in quo ipse deprehenditur, donec contrarium doceatur *b*. Non sic autem volumus observari, si ante deprehensionem pro Laico publicè se gerebat, ac pro tali communiter habebatur, quamvis deprehensionis tempore repertus fuerit in habitu clericali: tunc enim restituendus non est, quousque fidem de titulo fecerit clericali, cujus eidem probationis onus incumbat, propter præsumptionem, quæ adversùs ipsum orta est ex delatione laicalis habitûs præcedenti. Contra eum tamen interim quivis processus judicis penitùs conquiescat.

CAP. XIII.

¶ *Non tenet suspensio vel interdictum lata in participantes, non præmissâ monitione canonicâ. h. d. Ioan. And.*

Idem.

STatutum Gregorii Papæ X. factum ad declarationem constitutionis Innocentianæ, quæ prohibet participantes excommunicatis eâ participatione, quæ solùm *c* minorem inducit, majore excommunicatione ligari monitione canonicâ non præmissâ: in suspensionis & interdicti sententiis (quæ pro hujusmodi participatione plerunque ab ordinariis vel delegatis *d* judicibus promulgantur) præcipimus inviolabiliter observari: Decernentes easdem sententias non tenere aliter promulgatas.

CAP. XIV.

¶ *Per negligentiam non prosequentis debito tempore appellationem, excommunicatio post eam lata non convaluerit: sed poterit tunc denunciari, & debebit vitari, donec de sententiæ nullitate docuerit. h. d. Ioan. And.*

Idem.

LIcèt excommunicationis sententia post appellationem legitimam promulgata, per negligentiam appellantis, appellationem suam minimè prosequentis, non ratificetur, nec etiam convalescat: excommunicatus tamen nominatim, vel specialiter & expressè, qui post appellationem legitimam excommunicationis sententiam asserit in se latam: si appellationem eandem intra tempus *a*, ad ipsam prosequendam ab homine, vel à jure statutum, non fuerit (ut debuit) prosecutus, lapso eodem tempore excommunicatus publicè nunciari, & nedum in judicialibus, sed etiam in extrajudicialibus evitari, ac à legitimis actibus removeri debebit, quousque quòd post appellationem legitimam excommunicatus fuerit, vel aliàs de ipsius sententiæ docuerit nullitate.

CAP. XV.

¶ *Prælatus capi faciens & includens, etiam per Laicos, Clericum nondum incorrigibilem, excommunicatus non est: nec etiam ipsi capientes. Secundò dicetur, si talis dat fidejussores de parendo juri, detineri non debet: nisi justa causa id suadeat. h. d. Ioan. And.*

---

a *Vide Bald. in l. his rebus. ff. sol. matrim. Bart. in l. nam & Servus. ff. de negl. gest. & l. quoniam multa. C. ad leg. Iul. de vi. & c. sicut nob. de testib. Fun.* b *Vide Alex. cons. 8. l. 1. & cons. 81. l. 4. Bald. in l. si qua per calumniam. C. de Episcop. & Cleric. Caumsias, in c. cum non ab homine. ext. de jud. late Covarruv. in pract. quæst. 1. 33. & Grammaticum decis. 81.*

a *Vide Alciatum l. 1. prætermissorum, verbo militia.* b *Vide c. tuam. de ord. cog. l. præsens. C. ad l. Fabiam, de plag.* c *al. falsum.* d *Nota quòd delegati possunt excommunicare, suspendere, interdicere: quanquam hoc in literis delegationis non exprimatur, secundùm Doct. vide not. supr. eod. statuimus. Fun.* e *Vide Abbat. in c. testimonium. ext. de testib.*

Idem.

SI a Clericos tuæ jurisdictioni subjectos propter commissos excessus, etiam per Laicos capi facias, & eos (ne fugiant) in carcere pœnâ debitâ posteà castigandos includas: te vel capientes eosdem (licèt nondum appareat incorrigibiles illos esse) nullâ credimus excommunicatione nodari: Cùm in his, nisi aliàs ex proposito excedatur in ipsis, temeritas vel injuria nequeat deprehendi. Eosdem quoque Clericos si de parendo juri tibi fidejussoriam dederint cautionem, detinere non debes: nisi excessus enormitas, vel alia causa rationabilis eos suaserit detinendos.

CAP. XVI.

¶ *Interdicto Clero non est interdictus populus, nec è converso. Interdictâ civitate propter delictum domini, cives non interdicti extra ipsam audiunt divina. Interdicto populo, singulares de populo intelliguntur interdicti. h. d. Ioan. Abid.*

Idem.

SI sententia interdicti proferatur in Clerum, non intelligitur, nisi aliud sit expressum in ea, interdictus populus: nec etiam è converso. Unde uno interdicto ipsorum, alius licitè admittitur ad divina. Cæterum cùm propter delictum domini, vel rectoris, est civitas interdicta, cives ejusdem (qui culpabiles non existunt, dummodò & ipsi propter dominum, vel rectorem puniendum in eis non fuerint interdicti) possunt extra ipsam licitè interesse divinis. Cùm verò alicujus terræ populus interdicto nodatur, singulares ex eo personæ, quas interdictas esse constat (ne sententia effectu careat, cùm divinorum auditio, & sacramentorum perceptio populo ut universis non competant) non debent alicubi (casibus expressis à jure duntaxat exceptis) audire divina, vel Ecclesiastica recipere sacramenta.

CAP. XVII.

¶ *Interdictâ civitate, suburbia & continentia ædificia dicuntur interdicta. Et interdictâ Ecclesiâ, Capella contigua & cœmeterium contiguum dicitur interdictum. h. d. Ioan. And.*

Idem.

SI civitas b, castrum, aut villa, subjiciantur Ecclesiastico interdicto, illorum suburbia, & continentia ædificia eo ipso intelligi volumus interdicta. Nam licèt prædicta videantur aliàs murorum ambitu terminari, hoc tamen casu ne vilipendi valeat sententia interdicti (quod fieret si posset in ipsorum suburbiis, vel continentibus ædificiis licitè celebrari, ut priùs) expedit interpretationem fieri latiorem. Ratione quoque simili si sit Ecclesia interdicto suppositа c, vel subjecta, nec in Capella ejus celebrari, nec in cœmeterio ipsius eidem Ecclesiæ contiguis poterit sepeliri. Secùs, si ei contigua non existant.

CAP. XVIII.

¶ *Celebrans scienter in Ecclesia polluta, vel præsente excommunicato majori excommunicatione, irregularitatem non contrahit. Domin.*

Idem.

IS, qui in Ecclesia sanguinis aut seminis effusione polluta, vel qui præsentibus majori excommunicatione nodatis, scienter celebrare præsumit, licèt in hoc temerariè agat, irregularitatis tamen (cùm id non sit expressum in jure) laqueum non incurrit.

¶ *Scienter celebrans in loco interdicto, in casibus non permissis, irregularis & inelegibilis est. h. d. Dom.*

Is verò, qui scienter in loco celebrat suppositо inter-

a *Vide Alex. cons. 1. l. 1. incip. videtur super primo dubio. & cons. 149. l. 6. incip. in causa inquisitionis.* b *Et an appellatione evitatis veniant terræ sibi recommendatæ, vide Anchar. in Clem. ne Romani. 9. sanè. de elect. ubi asserit non venire, & quæ sit ratio, vide Cur. in cons. 204. l. 2. & quid veniat appellatione evitatis, tradit Fel. in c. Rodulphus. ext. de rescript.* c *Hæc duo verba, suppositа vel, desunt in manuscr. cod.*

dicto (nisi super hoc privilegiatus existat, aut à jure sit concessum eidem) irregularitatem incurrit: à qua nequit per alium, quàm per Romanum Pontificem liberari, & adeò efficitur ineligibilis, quòd nec ad eligendum cum aliis debebit admitti.

CAP. XIX.

¶ *Tempore interdicti chrisma die Cœnæ Domini confici potest. hoc dicat.*

Idem.

QUoniam a in baptismo & confirmatione (quæ nedum pueris, sed & adultis, propter mortis periculum exhiberi possunt licitè tempore interdicti) chrismatis utimur unctione: posse (licèt terra interdicta existat) chrisma die Cœnæ Domini confici, dubium non existit.

CAP. XX.

¶ *Suspensus ab ingressu Ecclesiæ, in ea divina celebrans, est irregularis. Et moriens impenitens suspensione illâ durante, caret Ecclesiasticâ sepulturâ. Et suspensio ab ingressu Ecclesiæ vel officio, per appellationem sequentem non suspenditur. h. d. Dom.*

Idem.

IS, cui est Ecclesiæ interdictus ingressus (cùm sibi per consequens censeatur in ipsa divinorum celebratio interdicta) irregularis efficitur, si contra interdictum hujusmodi divinis in ea se ingerat, in suo agens officio sicut priùs. Talis quoque si hoc interdicto durante decedat, non debet in Ecclesia vel cœmeterio Ecclesiastico (nisi b pœnituerit) sepeliri. Sanè sicut excommunicatio, sic ab officio vel ab ingressu Ecclesiæ lata suspensio, aut ipsius effectus, per appellationem sequentem minimè suspenduntur.

CAP. XXI.

¶ *Religiosum, Clericum verberantem, absolvit Episcopus, ex casu, quo absolveret Clericum. h. d. Dom.*

Idem.

REligioso, qui manus violentas in Clericum seculârem injecit (ne hoc prætextu habeat materiam evagandi) poterit ab Episcopo eo casu absolutionis beneficium exhiberi, quo seculari Clerico posset, si alium Clericum percussisset.

¶ *Verberans Novitium religionis, excommunicationem incurrit. h. d. Dom.*

Quamvis c autem is, qui religionem ingreditur, religiosus censeri cum effectu non possit, donec sit tacitè vel expressè professus: si quis tamen violentas manus in eum injiciat, excommunicationis latæ à canone vinculum non evadit.

CAP. XXII.

¶ *Absolutus propter mortis periculum, vel aliud impedimentum, ab eo, à quo aliàs non poterat, si cessante impedimento se non præsentat, cùm commodè potest, ei, à quo aliàs absolvi debebat, recidit in eandem sententiam. Idem in absoluto, qui se debet alicujus consilium præsentare, si hoc non faciat. Ioan. And.*

Idem.

EOs, qui à sententia canonis vel hominis (cùm ad illum, à quo aliàs de jure fuerant absolvendi, nequeunt propter imminentis mortis articulum, aut aliud impedimentum legitimum, pro absolutionis beneficio habere recursum) ab alio absolvuntur: si cessante posteà periculo, vel impedimento hujusmodi, se illi, à quo his cessantibus absolvi debebant, quàm citò commodè poterunt, contempserint præsentare, mandatum ipsius super illis, pro quibus excommunicati fuerant, humiliter recepturi & satisfacturi, prout justitia suadebit: decernimus (ne sic censuræ illudant Ecclesiasticæ) in eandem sententiam recidere ipso jure. Idem statuimus de his, quibus (cùm à sede Apost. vel à Legatis ipsius, absolu-

a *Vide text. & ibi doct. in cap. non est. in fin. extr. de sponsa.*
b *In manuscriptis codicibus sta: nisi prius pœnituerit, &c.*
c *Vide Fel. c. cùm dilecti. extr. de jud. & Inst. leg. pen. ff. de jur. omn. jud.*

tionis

tionis beneficium à quibusvis sententiis consequuntur) injungitur, ut Ordinariorum suorum, vel aliorum quorumlibet susceperi pœnitentiam ab eisdem, se conspectui eorum præsentent, & passis injuriam, seu his, quibus propter hoc obligati existunt, satisfactionem exhibeant competentem: si hæc cùm primùm commodè poterunt, non curaverint adimplere.

CAP. XXIII.

¶ Si percussionem in Clericum sine voto mandato, tamen nomine meo factam, ratam habeam, excommunicatus sum: fatis si meo nomine non sit facta. Ioannes Andr.

Idem.

CUm quis absq; tuo mandato manus injicit *a* in Clericum tuo nomine violentas, si hoc ratum habueris, excommunicationem latam à canone incunctanter incurris: cùm ratihabitio retrotrahatur, & mandato debeat comparari. Si verò injectio eadem tuo nomine non sit facta, tunc licèt pecces ratam habendo eandem, non tamen propter hoc excommunicationis ullius *b* vinculo innodaris: Cùm quis ratum habere nequeat, quod ejus nomine non est gestum.

CAP. XXIV.

¶ Tempore interdicti etiam sani ad pœnitentiam admittuntur: nisi sint excommunicati, qui non nisi in mortis articulo admittentur: vel nisi causam dederint interdicto, qui non admittentur, nisi satisfaciant, vel caveant prout possunt. Item illo tempore Missa & alia divina officia sub pœna distributionum, sicut priùs, in Ecclesiis celebrantur januis clausis: planè sine excommunicatis & interdicto, & semitu campanarum. Et quater in anno alii cum campanis & januis apertis celebrare possunt, & exclusis excommunicatis interdictos admittere: ita tamen quòd ii, propter quorum excessum latum est, non appropinquent altari. In cæteris servandum est interdictum. Et revocata sunt privilegia, ultra ad quibuscunque concessa. hoc dicit. Ioann. Andr.

Idem.

ALma mater Ecclesia plerunque nonnulla rationabiliter ordinat & consultè, quæ suadente subjectorum utilitate postmodùm consultiùs, ac rationabiliùs revocat *c*, in meliúsve commutat. Sanè à nostris dudum fuit prædecessoribus constitutum, ut in terris seu locis Ecclesiastico supposito interdicto, nulla (certis casibus & sacramentis exceptis) divina celebrentur officia, vel ministrentur Ecclesiastica sacramenta. Quia verò ex districtione hujusmodi statutorum excrescit indevotio populi, pullulant hæreses, & infinita pericula animarum insurgunt, ac Ecclesiis sine culpa earum debita obsequia subtrahuntur: cum fratribus nostris deliberatione habitâ super his diligenti, concedimus, quòd tempore interdicti ab homine, vel à jure prolati, non tantummodò morientes, sed *d* etiam viventes, tam sani etiam quàm infirmi, ad pœnitentiam (quæ propter pronitatem & facilitatem hominum ad peccandum, summè necessaria est) licitè admittantur, dum tamen excommunicati non fuerint, quos admitti (præterquam in mortis *e* articulo) nolumus ad eandem. Illis etiam, propter quorum culpam, dolum vel fraudem lata est sententia interdicti, vel qui ad perpetrandum delictum, cujus occasione ipsum interdictum est latum, præbuerunt auxilium, consilium vel favorem: nisi de ipso delicto (si sint tales, quòd id facere valeant) priùs satisfecerint, vel de satisfaciendo idoneam dederint cautionem, aut si satisfacere nequeunt, vel hujusmodi cautionem præstare juraverint, quòd cùm poterunt, satisfacient: & ad satisfactionem hujusmodi per eum, vel per eos, qui facere ipsam debent & possunt præstandam, dabunt consilium & auxilium, ac juxta posse suum fideliter laborabunt: non est pœnitentiæ beneficium aliquatenùs concedendum. Nec tunc etiam quoad istos vel alios, qui circa hoc minimè deliquerunt (ubi civitas vel locus alius, seu universitas interdicti existunt) facienda est relaxatio interdicti, sed est eis solummodò injungenda pœnitentia salutaris. Adjicimus præterea, quòd singulis diebus in Ecclesiis & monasteriis Missæ celebrentur, & alia dicantur divina officia sicut priùs: submissâ tamen voce & januis clausis, excommunicatis ac interdictis exclusis, & campanis etiam non pulsatis. Et tam Canonici, quàm Clerici Ecclesiarum, in quibus distributiones quotidianæ illis, qui horis intersunt canonicis, tribuuntur, si ad officia non venerint supradicta, distributiones easdem amittant: sicut interdicto perdurante non extante, si divinis officiis non adessent. In festivitatibus verò Natalis Domini, Paschæ, ac Pentecostes, & Assumptionis Virginis gloriosæ, campanæ pulsentur, & januis apertis altâ voce divina officia solenniter celebrentur, excommunicatis prorsus exclusis, sed interdictis admissis: quibus ob reverentiam dictarum solennitatum (ut ipsi ad humilitatis gratiam, & reconciliationis affectum *a* faciliùs inclinentur) præfatis diebus participationem permittimus divinorum: sic tamen quòd illi, propter quorum excessum interdictum hujusmodi est prolatum, altari nullatenùs appropinquent. Cæteris, quæ circa observationem interdictorum à nostris sunt prædecessoribus instituta, in suo robore duraturis: non obstantibus quibusvis privilegiis, Ecclesiis, monasteriis, ordinibus, religionibus, seu personis Ecclesiasticis, secularibus, vel regularibus, exemptis & non exemptis, sub quavis forma vel expressione verborum ab Apostolica sede concessis, quæ contra tenorem præsentis constitutionis nullis volumus suffragari, cùm quibuslibet tam secularibus, quàm regularibus sufficere debeat, ut tempore interdicti modo præmisso diebus celebrent supradictis.

a *alit. injecerit.* b *al. ullius.* c *Vid. l. 1. C. de cad. toll. ubi dicit Bald. quòd sicut medicus secundùm tempora alterat medicinas, ita legislator leges. Font.* d *aliter, ita: sed & viventes.* e *Nam in mortis articulo nulla est casuum reservatio: atque ideò omnes sacerdotes quoslibet pœnitentes à quibuscunque peccatis & censuris absolvere possunt. ita Concil. Trident. sess. 14. cap. 7. de casuum reservatione.*

DE VERBORUM SIGNIFICATIONE.

TITULUS XII.

CAP. I.

¶ Declarat his Innocentius, quid significet verbum privilegii: recepimus vos in proprios filios Ecclesiæ Romanæ: & quis locus dicatur esse desertus. hoc dicit. Ioann. Andr.

Innocentius IV.

VEniens: [*& infrà.*] ¶ Per illa verba privilegii, in speciales & proprios Ecclesiæ Romanæ filios vos recepimus: dictos fratres exemptos non intelligi, & ipsos ex illo in proprios ejusdem Ecclesiæ filios fuisse receptos, quòd ab alio quàm à Romano Pontifice, vel Legato ab ejus latere *b* destinato, interdici vel excommunicari à quoquam non valeant, declaramus. Illum locum desertum in præmissis intelligimus, qui non habitatus penitùs, neque cultus fuerit, vel ultra memoriam hominum (secundùm indulgentiam Lucii) est sub Sarracenorum potestate detentus: censentes Ecclesias in talibus desertis locis, à fratribus ipsis constructas, seu etiam construendas, in eo plenâ libertate gaudere, ut secundùm indulgentiam Lucii,

a *al. effectum.* b *Pet. de Anchar. negat per hunc text. probari, legatos cognoscere posse de causis exemptorum, quia hic est privilegium, non jus commune. Item æquiparantur ordinariis, qui exemptos non judicant. not. supr. de offic. leg. translationem. Font.*

nihil ab ipsis legis diœcesanæ nomine valeat per Episcopos exigi: quæ (secundum privilegium Alexandri) non possint interdicto, seu excommunicationi supponi: quas in locis hujusmodi dicti fratres habeant potestatem (petitâ à sede Apostolica licentiâ) construendi, easque cum suis plebibus per suos Clericos idoneos gubernent, qui ratione plebium examinandi Episcopis præsententur: ut ab eis curam recipiant animarum, cùm plebes Episcopis sint subjectæ. Cæterùm dicti fratres decimas de laboribus & novalibus suis, quos propriis manibus aut sumptibus excolunt, aut aliis bonis sibi à Deo præstitis, Conventibus Clericorum ordinis sui (à quibus quarta vel tertia nullatenùs exigatur) cum integritate persolvant: salvâ moderatione Concilii generalis.

In aliis eorum possessionibus jure communi, seu quolibet alio Ecclesiis parochialibus, & diœcesano Episcopo reservato: Per declarationem autem hujusmodi nolumus defensionibus aliis, seu juribus partium derogari.

CAP. II.

¶ *Declarat manifestum & evidens esse synonyma, & idem significare, quoad cæsum decret. de electi. Si forte. Ioan. And.*

Nicolaus III. a.

CONstitutionem felicis recordationis Gregorii Papæ prædecessoris nostri editam in Concilio Lugdunensi, ut si fortè inter cætera, quæ objiciuntur electo aut postulato, seu aliàs promovendo ad aliquam dignitatem, evidentem scientiæ, vel alium personæ defectum opponi contingat, de illo primitùs cognoscatur: & si opponentem inventum fuerit destitui veritate, à causæ illius prosecutione totaliter sit exclusus, & aliàs punistur, ac si in objectorum probatione omnium defecisset: in illo, qui manifestum defectum in visu, auditu, & aliis corporis 6 sensibus, nec non & in memoria, & etiam intellectu opponit electo, locum habere, ac quoad intentionem constitutionis ipsius, manifestum & evidens, idem supponere declaramus.

¶ *Declarat conspiratores & conjuratores, qui juraverunt & statuerunt de non recipiendo aliquem in Canonicum ad mandatum Papæ, donec possint resistere. Ioan. And.*

Cæterùm Canonicos cujusvis Ecclesiæ, qui statutum fecerunt solenniter, & juramento firmârunt, quòd Ecclesiam suam & se ipsos contra omnes impetrantes Canonicatum ipsius Ecclesiæ defenderent, usque ad jus vel sententiam, quantùm possent, ad judicium domini Papæ, vel specialis mandati ejusdem: & quòd communibus expensis, ac cum procuratorio sigillo Capituli sigillato eadem defensio fieret: & quòd, quandiu aliquis de Canonicis ejusdem Ecclesiæ defensionem hujusmodi, & oppositionem vellet prædicto modo subire, alii Canonici non possent nec deberent recipere in Canonicum, nec habere pro Canonico in Capitulo, vel extra Capitulum, impetrantem: conspiratores & conjuratores contra sanctam Romanam Ecclesiam, ac libertatem, obedientiam & auctoritatem ipsius decernimus, & eosdem tanquam conspiratores ac conjuratores secundum sanctiones canonicas puniendos.

¶ *Statutum de non recipiendo aliquem ad Papa mandatum, multis ex causis est detestabile & illicitum. h. d.*

Statutum quoque ipsum (quod Capitulo prælibato & singulis ejus personis libertatem, obedientiam eidem Ecclesiæ Romanæ debitam exhibendi saltem usque ad sententiam, & c Pontificum Romanorum judicium, seu speciale mandatum, liquidò interdicit, promptum futurorum gravaminum & expensarum discrimen ingerens contra legitimas sanctiones, laudabile votum exercentium lites vetat, injustam litem movere compellit, iniquæ controversiæ seu liti cedendo, bonam fidem seu conscientiam agnoscere prohibet, & adigit ad peccandum) conspirationem & conjurationem continere contra libertatem & auctoritatem sedis Apostolicæ manifestè, ac aliàs detestabile, prorsusque illicitum reputamus.

CAP. III.

¶ *Constitutio amplissima pene cunctas declarans hæsitationes, quæ circa divi Francisci regulam contingere possunt: præsertim an fratres Minores (quos Cordigeros vocant) illius regulæ professores, sint ad omnia Evangelii consilia obligati. Et utrum aliquid proprium habere, & pecuniam recipere, legatarij, sibi relicta agnoscere valeant: cum multis aliis ambiguitatibus hic luculentissimè resolutis.*

Idem.

EXiit qui seminat a seminare semen suum. De sinu Patris in mundum, veste scilicet humanitatis indutus Dei filius Jesus Christus, verbum Evangelicum saturus in singulos probos & reprobos, insipientes & ignaros, studiosos & desides, & juxta Prophetam colonus futurus in terra, semen suum doctrinam Evangelicam sine delectu dispersit in omnes, qui omnia tracturus ad se, omnes salvare venerat: qui tandem seipsum Deo Patri pro salute omnium in redemptionis humanæ pretium immolavit. Licèt autem hoc semen in singulos communicativâ Dei charitate dispersum, aliud ceciderit b secùs viam, super corda scilicet dæmonum suggestionibus pervia: aliud supra petram, corda scilicet nullo fidei vomere penetrata: aliud inter spinas, corda scilicet hominum divitiarum solicitudinibus lacerata: Et ideò unum pravis affectibus conculcatum, aliud aridum, quia gratiæ carebat humore, reliquum verò legitur inordinatis solicitudinibus suffocatum: Aliud tamen mite cor & docile, terra bona, suscepit, hoc est Minorum fratrum mitis & docilis in paupertate ac humilitate per altum Christi confessorem Franciscum radicata religio: qui ex illo vero semine germinans, germen illud per regulam sparsit in filios, quos sibi & Deo per suum ministerium in observatione Evangelii generavit. Isti sunt filii, qui docente Jacobo e verbum æternum Dei filium, insitum humanæ naturæ in horto virginalis uteri, potens salvare animas, in mansuetudine susceperunt. Hi sunt illius sanctæ regulæ professores, quæ Evangelico fundatur eloquio d, vitæ Christi roboratur exemplo, fundatoris militantis Ecclesiæ, Apostolorum ejus sermonibus actibusque firmatur. Hæc est apud Deum & Patrem munda & immaculata religio, quæ descendens à Patre luminum per ejus Filium exemplariter & verbaliter Apostolis tradita, & deinde per Spiritum Sanctum beato Francisco, & eum sequentibus inspirata, totius in se quasi continet testimonium Trinitatis. Hæc est, cui (attestante Paulo Apostolo e) nemo de cætero debet esse molestus: quam Christus stigmatibus suæ passionis confirmavit, volens institutorem ipsius passionis suæ signis notabiliter insigniri. Sed nec sic contra fratres ipsos Minores & regulam, hostis antiqui cessavit astutia, quin potius contra eos nitens superseminare zizaniam, interdum æmulatores agitatos invidiâ, iracundiâ, & indiscretâ inscitiâ concitavit: mordentes fratres & eorum regulam, quasi illicitam, inobservabilem, & discriminosam, caninis latratibus lacerantes, non attendentes hanc sanctam regulam (ut prædicitur) præceptis ac monitis salutaribus institutam, Apostolicis observationibus roboratam, per plures Romanos Pontifices f approbatam, &

a *In plerisq; antiquis codicib. etiam impressis ita: Nicolaus quartus.* b *al. corporis.* c *al. & Pontificis Romani, &c.*

a *In antiquioribus codicib. etiam impressis ita, Exiit qui seminat, & infra: & mox sequitur decretalis Privilegium. ex prima etiam glossa hic, constat olim non fuisse solitum apponi integram: sed dicasi, id est, initium tantùm.* b *Luc. 8.* c *Iac. 1.* d *Non tamen per omnia, ut inventur. quia quærundum.* e *adhuc. Font.*
f *Honorium III. Innocentium III. Gregorium IX. Font.*

etiam

etiam per sedem Apostolicam confirmatam, tot divinis testimoniis communitam, quæ credibilia facta sunt nimis in tot sanctis viris *a*, in observantia hujus regulæ agentibus & finientibus dies suos, quorum nonnullos sanctorum Catalogo sedes eadem ex eorum vita & miraculis fecit adscribi. Ac novissimè, quasi diebus istis, per piæ memoriæ Gregorium Papam nonum, prædecessorem nostrum approbatam esse, ex evidenti utilitate, quam de ipsa consequitur universalis Ecclesia, in generali Lugdunensi Concilio declaratur. Nec nos minùs attendamus, imò profundiùs cogitamus, sicut pensare debent subtiliùs exteri catholicæ fidei professores: quia ipse Deus ordinem prædictum & ejus observatores inspiciens, sic eos ab insurgentibus in ipsos rancoribus salutari subsidio præservavit, quòd nec ipsos fluctus tempestuosus allisit, nec animos in ordine ipso degentium constravit: quin potius in vigore regulari contrescant, & amplientur in suorum observantia mandatorum. Veruntamen, ut ordo prædictus (quibuslibet præcisis anfractibus) distinctâ & purâ vigeat claritate, & sicut fratres ejusdem ordinis nuper in generali Capitulo congregati providerant, dilectis filiis generali & nonnullis aliis provincialibus ejusdem ordinis ministris, qui in Capitulo ipso convenerant, in nostra præsentia constitutis, cùm ad plenam observationem regulæ ejusdem in vigore spiritûs eorum fervere noscatur intentio: Vitium est nobis (ut mordacibus hujusmodi mordendi vias præcluderemus) aliqua, quæ in ipsa regula videri poterant dubia, declarare: nonnullis per prædecessores nostros etiam declarata, pleniori claritate differre: in aliquibus etiam regulam ipsam contingentibus puritati eorundem conscientiæ providere. Nos autem, qui à teneris annis ad ordinem ipsum affectus nostros *b* ereximus, in illis succedendo, cum aliquibus ejusdem confessoris sociis, quibus ejus vita & conversatio nota erat, super ipsa regula & sancta ipsius beati Francisci intentione frequenti collatione tractavimus. Et tandem Cardinalis, ac postmodùm ejusdem ordinis per prædictam sedem gubernator & protector, & cotrector effecti, conditiones prædicti ordinis ex imminenti nobis cura palpavimus in Apostolatûs officio: tam de pia intentione confessoris prædicti, quàm de his, quæ regulam ipsam & ejus observantiam contingunt: ex prædictis longâ etiam experientiâ informati, nostros ad ordinem præfatum convertimus cogitatus. Et tam ea, quæ per eosdem prædecessores approbata & declarata esse noscuntur, quàm etiam ipsam regulam & eam contingentia, maturitate plenâ discussimus. Nonnulla in præsenti serie statuimus, declaravimus, certiùs approbavimus, approbata confirmavimus, edidimus, & concessimus, plura etiam ordinando seriosiùs & clariùs, quæ infrà scriptis articulis pleniùs exprimuntur. In primis, quia (sicut intelleximus) ab aliquibus hæsitatur, an fratres ejusdem ordinis tam ad consilia, quàm ad præcepta Evangelii teneantur: tum quia in regulæ prædictæ principio habetur, Regula & vita Minorum fratrum hæc est: scilicet Domini nostri Jesu Christi sanctum Evangelium observare, vivendo in obedientia, sine proprio, & in castitate: tum ex eo, quod in eadem regula continetur sic: Finito verò anno probationis recipiantur ad obedientiam, promittentes vitam istam semper & regulam observare: tum etiam, quia in fine ipsius regulæ continentur hæc verba: paupertatem, & humilitatem, ac sanctum Evangelium Domini nostri Jesu Christi, quod firmiter promisimus, observemus.

a *Quos ponit Ant. circa finem tertiæ part. suæ chronic.* b *Idem dicit Ioann. 22. in extravag. quorundam. vers. nunc verò. post princ. Fun.*

Licèt felicis recordationis Gregorius Papa nonus prædecessor noster hunc articulum & nonnullos alios ejusdem regulæ declaraverit: quia tamen ejus declaratio propter aliquorum insurgentium in fratres & regulam inordinatos vel mordaces insultus, & multorum posteà emergentium casuum considerandos eventus, in aliquibus obscura, in aliquibus semiplena, & in multis etiam contentis in ipsa regula insufficiens videtur: Nos obscuritatem ac insufficientiam hujusmodi, præfatæ interpretationis declaratione amovere volentes, & cujuslibet ambiguitatis scrupulum in eisdem de singulorum mentibus plenioris expositionis certitudine amputare.

Dicimus, quòd cùm in principio regulæ non absolutè, sed cum quadam modificatione, seu specificatione ponatur: Regula & vita Minorum fratrum hæc est: scilicet Domini nostri Jesu Christi sanctum Evangelium observare, vivendo in obedientia, sine proprio, & in castitate: quæ tria eadem regula multùm arctè prosequitur, & nihilominùs alia nonnulla subnectit, præcipiendo, prohibendo, consulendo, monendo, hortando, & sub aliis verbis, ad aliquem modorum reducibilibus prædictorum: de intentione regulæ liquere valeat apertiùs: ut illud, quod in professione quasi absolutè subnecti videtur, promittentes vitam istam semper & regulam observare, & quod in fine subjungitur, & sanctum Evangelium Domini nostri Jesu Christi, quod firmiter promisimus, observemus: totum ad ipsius regulæ modificatum, vel determinatum, seu specificatum principium reducatur: videlicet ad observantiam Evangelii (ut prædicitur) per ipsam regulam in illis tribus modificatam, vel determinatam, seu specificatam. Cùm non sit verisimile ipsum sanctum verbum ab ipso semel cum quadam modificatione, vel determinatione, seu specificatione prolatum, licèt quasi succinctoriè repetitum, voluisse in sui repetitione datâ sibi per eum modificatione seu specificatione sine certa causa carere. Et utriusque juris argumenta nos doceant *a*, ea quæ in principio ad medium & ad finem: illa verò quæ in medio, ad finem atque principium: & ea quæ in fine, ad utrunque vel eorum alterum sæpè referri. Et dato, quòd absolutè diceretur, omninò promitto sanctum Evangelium observare: non *b* professor hujusmodi intenderet se ad omnem consiliorum observantiam obligare: (quod vix aut nunquam posset ad literam observare: propter quod talis promissio illaqueare professentis animum videretur:) Clarè videtur promissionem hujusmodi ad alium intellectum absque intentione promittentis non debere perstringi: nisi ut observantia Evangelii sic, sicut tradita reperitur à Christo, videlicet quòd præcepta ut præcepta, & consilia ut consilia, à promittentibus observentur. Quem intellectum etiam in eisdem verbis habuisse idem beatus Franciscus in serie sui processûs in regula patenter ostendit: cùm aliqua Evangelica consilia indicat, ut consilia, sub verbis monitionis, exhortationis & consilii, nonnulla verò sub prohibitione ac verbo præcepti: per quod patet, quòd non fuit loquentis intentio *c*, quòd fratres ex professione hujusmodi regulæ ad omnia consilia, sicut ad præcepta Evangelica tenerentur: sed solùm ad illa consilia, quæ in eadem regula præceptoriè vel inhibitoriè, seu sub verbis æquipollentibus sunt expressa. Unde nos ad fratrum ejusdem ordinis conscientias plenariè serenandas declaramus, quòd ex professione ejusdem regulæ, fratres ipsi ad ea tantùm Evangelica observanda consilia sunt adstricti, quæ in ipsa regula præceptoriè vel inhibitoriè, seu sub verbis æquipollentibus

a *Quæ vide in gloss. rubr. infrà eod. de reg. jur. tit. prox. Fun.* b *alit. cum professor, &c.* c *Ecce ex verbis colligetur intentio. Fun.*

exprimuntur. Ad nonnulla verò alia per Evangelium data consilia eò magis, secundùm exigentiam sui status, tenentur, plusquàm cæteri Christiani, quò per statum perfectionis, quem per professionem hujusmodi assumpserunt, se obtulerunt Domino holocaustum medullatum, per contemptum omnium mundanorum. Ad omnia autem, quæ in ipsa regula continentur, tam præcepta quàm consilia, quàm cætera, ex voto professionis hujusmodi non aliter tenentur, quàm eo modo, quo in regula ipsa traduntur: ut scilicet teneantur ad eorum a observantiam, quæ in eadem regula ipsis sub verbis obligatoriis indicuntur. Cæterorum verò observantiam, quæ sub verbis monitoriis, exhortatoriis, informatoriis, & instructoriis, seu quibuscunque aliis continentur: eatenùs magis condecet de bono & æquo eos prosequi, quo imitatores tanti patris effecti Christi semitas elegerunt. Porrò cùm ipsa regula expresse contineat, quòd fratres nihil sibi approprient, nec domum, nec locum, nec aliquam rem: sitque declaratum per eundem prædecessorem nostrum Gregorium nonum, & nonnullos alios, hoc servare debere, tam in speciali, quàm etiam in communi: quam sic arctam abdicationem venenosis obtrectationibus aliquorum insensata damnaverit astutia, ne fratrum eorundem perfectionis claritas in talium imperitis sermonibus laceretur: dicimus quòd abdicatio proprietatis hujusmodi omnium rerum non tam in speciali, quàm etiam in communi propter Deum meritoria est & sancta: quam & Christus viam perfectionis ostendens, verbo b docuit & exemplo firmavit: quamque primi fundatores militantis Ecclesiæ, prout ab ipso fonte hauserant, volentes perfectè vivere, per doctrinæ ac vitæ exempla in eos derivárunt. Nec his quisquam puter obsistere, quòd interdum dicitur Christum loculos habuisse: nam sic Jesus Christus, cujus perfecta sunt opera, in suis actibus viam perfectionis exercuit, quòd interdum infirmorum imperfectionibus condescendens, & viam perfectionis extolleret, & imperfectorum infirmas semitas non damnaret: sic infirmorum personam Christus suscepit in loculis: sic & in nonnullis aliis infirma humanæ carnis assumens (prout Evangelica testatur historia) non tantùm carne, sed & mente condescendit infirmis. Sic enim humanam naturam assumpsit, quòd in suis operibus perfectus existens, in nostris factus humilis, in propriis permansit excelsus. Sic & summæ charitatis dignatione ad actus quosdam nostræ imperfectioni conformes inducitur, quòd à summæ perfectionis rectitudine non curvatur. Egit namque Christus & docuit opera perfectionis. Egit etiam infirma, sicut interdum & in fuga patet & loculis: sed utrumque perfectè perfectus existens, ut perfectis & imperfectis se viam salutis ostenderet, qui utrosque salvare venerat: qui tandem mori voluit pro utrisque. Nec quicquam ex his insurgat erronee, quòd taliter propter Deum proprietatem omnium abdicantes, tanquam homicidæ sui, vel tentatores Dei, vivendi discrimini se committant: sic enim seipsos committant divinæ providentiæ in vivendo, ut viam non contemnant provisionis humanæ: quin vel de iis, quæ offeruntur liberaliter, vel de iis, quæ mendicantur humiliter, vel de iis, quæ conquiruntur per laboricium, sustententur: qui triplex vivendi modus in regula providetur expresse. Profectò si (juxta promissum Salvatoris) nunquam deficiet fides Ecclesiæ, per consequens nec opera misericordiæ subtrahentur: ex quo Christi pauperibus omnis ratio diffidentiæ cujuslibet videtur esse sublata. Et quidem ubi (quod non est aliquatenùs præsumendum) hæc cuncta deficerent, sicut nec cæteris, sic nec ipsis fratribus, jure poli, in extremæ necessitatis articulo, ad providendum sustentationi naturæ, via omnibus extremâ necessitate detentis concessa præcluditur: cùm ab omni lege extrema a necessitas sit exempta: nec talem abdicationem proprietatis omnimodæ, renuntiationem usus rerum cuiquam videatur inducere: nam cùm in rebus temporalibus sit considerare præcipuum, proprietatem, possessionem, usumfructum, jus utendi, & simplicem facti usum, & ultimo tanquam necessario egeat, licèt primis carere possit vita mortalium: nulla prorsus potest esse professio, quæ à se usum necessariæ sustentationis excludat: verùm condecens fuit ei professioni, quæ sponte devovit Christum pauperem in tanta paupertate sectari, omnium abdicare dominium & rerum sibi concessarum necessario usu fore contentam. Nec per hoc, quòd proprietatem usus, & rei cujusque dominium à se abdicâsse videtur, simplici usui omnis rei renunciâsse convincitur: qui, inquam, usus non juris, sed facti tantummodò nomen habens, quod facti est tantùm, in utendo præbet utentibus, nihil juris: quinimò necessariarum rerum, tam ad vitæ sustentationem, quàm ad officiorum sui status executionem (excepto quod de pecunia infrà subjungitur) moderatus usus, sed secundùm eorum regulam & veritatem omnimodam, concessus est fratribus: quibus rebus fratres licitè uti possent durante concedentis licentiâ, & juxta id, quod in præsenti serie continetur. Nec his obviare dignoscitur, quod civilis providentia in humanis rebus humanè constituit: videlicet non posse usum vel usumfructum à dominio perpetuò b separari: quod, ne dominium dominis (semper abscedente usu) redderetur inutile, temporalem utilitatem tantùm in constituendo prospiciens ista decrevit. Retentio namque dominii talium rerum cum concessione usûs facta pauperibus, non est infructuosa domino, cùm sit meritoria ad æterna, & professioni pauperum opportuna, quæ tantò sibi censetur utilior, quantò commutat temporalia pro æternis. Profectò non fuit confessoris Christi regulam instituentis intentio: quinimò contrarium in ipsa conscripsit, contrarium vivendo servavit, cùm & ipse temporalibus ad necessitatem usus fuerit, & in pluribus locis in regula usum talem licere fratribus manifestet. Dicit namque in regula, quòd Clerici faciant divinum officium, ex quo habere poterunt breviaria: ex hoc patenter insinuans, quòd fratres sui habituri essent usum breviarii & librorum, qui sunt ad divinum officium opportuni. In alio quoque Capitulo dicitur, quòd ministri & custodes pro necessitatibus infirmorum, & aliis fratribus induendis, per amicos spirituales solicitam curam gerant, secundùm loca & tempora & frigidas regiones, sicut eorum necessitati viderint expedire. Alibi etiam exhortans fratres, per congruum laboris exercitium ad otium evitandum, dicit, quòd de mercede laboris pro se & suis fratribus corporis necessaria recipiant. In alio quoque Capitulo continetur, quòd fratres vadant pro eleemosynis confidenter. Habetur c etiam in eadem regula, quòd in prædicatione, quam fratres faciunt, sint examinata & casta eorum eloquia ad utilitatem & ædificationem populi: annuntiando eis vitia & virtutes, pœnam & gloriam. Sed constans est, quòd hæc præsupponunt scientiam: scientia requirit studium: exercitium verò studii convenienter haberi non potest, sine usu librorũ d.

a *Verba obligatoria sunt: tenantur, habeant, & alia declarata in Clem. exivi. §. ut autem hæc. §. præterea eum. Font.* b *Extravagant. Ioan. 22. quia quorundam. declarat hæreticum asserere, quòd Christus nec in speciali, nec in communi proprium habuerit. Font.*

a *De consec. dist. 2. sicut. & inst. eod. dist. 4. c sanctum. c. quod non est. cum gl. de reg. jur. Font.* b *Vid. Lemnium. ff. de usufr. l. antiquus. C. eod. Font.* c *Vid. Con. Trid. sess. 5. de reform. c. 2.* d *Libri sunt ad scientiam necessarii, vide Oldrad. cons. 14 incip. an expediat habere multos libros.*

Ex

Ex quibus omnibus satis claret ex regula, ad victum, vestitum, divinum cultum & sapientiale studium, necessarium rerum usum fratribus esse concessum. Patet itaque sane intelligentibus ex prædictis, regulam quoad abdicationem hujusmodi, non solum observabilem, possibilem & licitam, sed meritoriam & perfectam: & eò magis meritoriam, quò per ipsam professores ipsius magis à temporalibus propter Deum (sicut prædicitur) elongantur. Ad hæc cùm fratres ipsi nihil sibi in speciali acquirere, vel eorum ordini possint etiam in communi, & cùm aliquid propter Deum ipsis offertur, conceditur, vel donatur, ea (si secùs non exprimat) offerentis, concedentis, vel donantis, verisimiliter credatur intentio, ut rem hujusmodi oblatam, concessam, vel donatam perfectè concedat, donec auferat, à se abdicet, ac in alios transferre cupiat propter Deum, nec sit persona, in quam loco Dei congruentiùs hujusmodi rei dominium transferat, quàm sedes præfata vel persona Rom. Pontificis Christi vicarii, qui pater est omnium, & fratrum Minorum nihilominùs specialis. Ne talium rerum sub incerto videatur esse dominium, cùm patri filius suo modo, servus domino, & monachus monasterio res sibi oblatas, concessas vel donatas acquirant, omnium utensilium & librorum, ac eorum mobilium præsentium & futurorum, quæ & quorum usumfructum scilicet ordinibus vel fratribus ipsis licet habere, proprietatem & dominium a (quod & fel. record. Innoc. Papa IV. prædec. noster fecisse dignoscitur) in nos & Romanam Ecclesiam plenè & liberè pertinere, hâc præsenti constitutione in perpetuum valiturâ sancimus. Præterea loca empta de eleemosynis diversis, & oblata seu concessa fratribus, sub quacunque forma verborum (licèt fratres sibi cavere debeant, quòd hujusmodi verbis statui suo incompetentibus non utantur) à diversis seu pro indiviso possidentibus, seu certas partes in ipsis locis habentibus, in quibus ipsi possidentes pro indiviso, seu certas partes habentes, nihil sibi in oblatione seu concessione hujusmodi reservârint: similiter & in jus & dominium ac proprietatem nostram & Ecclesiæ prædictæ eâdem auctoritate suscipimus. Loca verò seu domos pro habitatione fratrum à singulari persona, vel collegio, vel ipsis fratribus ex integro concedenda seu etiam offerenda (si talia de voluntate conferentis fratres inhabitare contigerit) perseverante tantùm voluntate concedentis inhabitent. Acilla liberi, præter Ecclesiam & oratoria ad Ecclesiam destinata, & cœmeterium (quæ tam ad præsentia, quàm ad futura, in jus & proprietatem nostram & prædictæ Romanæ Ecclesiæ simili modo & auctoritate recipimus) mutatâ concedentis voluntate, ac ipsis fratribus patefactâ dimittant: in quorum locorum dominio seu proprietate nihil nobis vel præfatæ Romanæ Ecclesiæ retinemus omninò, nisi ea specialiter de nostro seu ipsius Romanæ Ecclesiæ recipiantur assensu: & si in eisdem locis reservaverit dominium sibi in concedendo concedens, præter inhabitationem fratrum speciale b dominium in jus Ecclesiæ fæpedictæ non transeat, sed potiùs plenè liberum maneat concedenti. Insuper nec utensilia, nec alia præter eorum usum ad necessitatem & officiorum sui statûs executionem (non enim omnium rerum usum habere debent, ut dictum est) ad ullam superfluitatem, divitias, seu copiam, quæ dezoget paupertati, vel ad thesaurizationem, vel eo animo, ut ea distrahant sive vendant, recipiant, nec sub colore providentiæ in futurum, nec aliâ occasione: quinimò in omnibus appareat in eis, quoad dominium omnimoda abdicatio, & in usu necessitas. Hoc autem secundùm exigentiam personarum & locorum, ministri & custodes simul & separatim in suis administrationibus & custodiis cum discretione disponant: cùm de talibus interdum personarum qualitas, temporum varietas, locorum conditio, & nonnullæ aliæ circumstantiæ plùs minúsve, ac aliter provideri requirant: ista tamen sic faciant, quòd semper in eis & eorum actibus paupertas sancta reluceat, prout ipsis ex eorum regula invenitur indicta. Cæterum cùm in eadem regula sit super præcepti districtione prohibitum, ne fratres recipiant per se, vel per alios denarios vel pecuniam ullo modo: idque fratres in perpetuum servare cupiant, & velut injunctum necesse habeant adimplere: ne ipsorum puritas in hujusmodi observatione præcepti maculetur in aliquo, & ne fratrum conscientiæ aliquibus aculeis stimulentur: Articulum istum propter detrahentium morsus profundiùs, quàm nostri prædecessores fecerint, assumentes, ac ipsum clarioribus determinationibus prosequentes, dicimus in primis, quòd fratres ipsi à mutuis contrahendis abstineant, cùm eis mutuum contrahere (ipsorum statu considerato) non liceat a: possint tamen ipsi pro satisfactione facienda, pro eorum necessitatibus, quæ pro tempore occurrerint (cessantibus eleemosynis, de quibus satisfieri commodè tunc non posset) citra cujuslibet obligationis vinculum dicere, quòd per eleemosynas & alios amicos fratrum ad solutionem hujusmodi faciendam intendam fideliter laborare. Quo casu procuretur à fratribus, quòd ille, qui dabit eleemosynam, per se vel per alium, non nominandum ab ipsis, si fieri poterit, sed ab eo potiùs juxta suum beneplacitum assumendum, hujusmodi satisfactionem faciat in totum vel in partem, prout sibi Dominus inspirabit. Si tamen ipse hoc nollet facere, vel non posset, vel quia recessus ejus immineat, aut quia quibus hoc velit committere, notitiam non habet fidelium personarum, seu quâcunque aliâ occasione vel causâ: declaramus & dicimus, quòd in nullo regulæ puritas infringitur, aut quomodolibet ipsius observantia maculatur, si fratres ipsi alicujus vel aliquorum sibi currentes dare notitiam, vel aliquos seu aliquem nominare, aut etiam præsentare: cui vel quibus, si eleemosynam facienti placuit, committi possit executio prædictorum, ac ipsius habeatur assensus super subrogationibus infrascriptis. Ita tamen, quòd penes ipsum dantem, dominio, proprietate, ac possessione ipsius pecuniæ cum libera potestate revocandi sibi pecuniam ipsam semper usque ad conversionem ipsius in rem deputatam, plenè, liberè, ac integrè remanentibus, in ipsa pecunia nihil omninò fratres juris habeant, nec administrationem, seu dispensationem, nec contra personam nominatam, vel non nominatam ab eis, cujuscunque conditionis existat, in judicio, vel extra, actionem, persecutionem, aut aliquod aliud jus intentent, qualitercunque persona prædicta in commissione hujusmodi se habeat: liceat tamen fratribus suas necessitates insinuare, ac specificare, vel exponere personæ prædictæ, ac eam rogare, quòd solvat b. Possint etiam personam eandem exhortari ac inducere, quòd fideliter in re commissa se habeat, & animæ suæ saluti in commissâ sibi executione provideat: Ita tamen, quòd ab omni ejusdem pecuniæ administratione, seu dispensatione, & contra prædictam personam actione seu persecutione (ut prædictum est) fratres abstineant omnimodò. Si verò personam hujusmodi nominatam, vel non nominatam à fratribus (quò minùs per se possit exequi, quod prædicitur) contigerit per absentiam, infirmitatem, voluntà

a *De hoc dominio vide extrav. Ioann. 22. incip. ad conditorem canonum. tit. de verb. signific. & extravag. quorundam. eod. tit.* b *al. tale.*

a *Quia ibi de meo sit tuum, quod pronomen fratres Minorum convenit: & hanc provisionem circa pecuniam approbat Clemen. extvi. ibi videas §. porrò. usque ad §. proinde. Font.* b *Quid de hæredibus talis personæ, vide infrà eod. §. in eo verò casu. Font.*

tem, seu locorum distantiam, ad quæ ipse nollet accedere, in quibus esset solutio seu satisfactio facienda, vel per occasionem aliam impediri: liceat fratribus cum conscientiæ puritate quandam aliam personam subrogandam ad præmissa in nominando & aliis (si ad primum dantem non possint, vel nolint habere recursum) cum ista persona facere, sicut suprà proximè declaravimus eis licere cum prima: Duarum enim personarum ministerium per viam subrogationis (ut dictum est) communius & generalius videtur posse in prædictorum executione sufficere, cum prædicta satisfactio præsumatur posse celeriter expediri. Si tamen (ut interdum dictum est) propter locorum distantiam, in quibus esset satisfactio facienda, & conditiones seu circumstantias alias, casus emergeret, in quo videretur plurium personarum subrogandarum ministerium opportunum: liceat ipsis fratribus in hoc casu juxta negotii qualitatem (servato modo prædicto) plures personas assumere, nominare, seu præsentare ad illud ministerium exequendum. Et quia oportet & expedit fratrum necessitatibus, non solùm illis, pro quibus jam esset solutio seu satisfactio facienda (ut superiùs proximè dictum est) sed etiam imminentibus, sive tales necessitates ingruentes immineant, quæ brevi tempore expediri valeant, sive tales (licèt paucæ comparativè) quarum provisio ex sui conditione necessariò tractum [a] temporis habet: ut in libris scribendis, Ecclesiis seu ædificiis ad usum habitationis ipsorum construendis, libris & pannis in locis remotis emendis, & aliis similibus, si quæ occurrerint, cum moderamine suprædicto salubriter provideri: Sic in istis necessitatibus clarè distinguimus, sic in eis fratres posse tutè & salvâ conscientiâ procedere declaramus: videlicet ut ingruenti vel imminenti necessitate, quæ brevi tempore, vel quæ interdum ex aliquibus circumstantiis non sic brevi (ut suprà in proximo casu dictum est) valeat expediri: tam quoad dantem eleemosynam, quàm quoad nominatum vel substitutum, in omnibus & per omnia (sicut in articulo solutionis pro necessitatibus præteritis faciendæ suprà proximè declaravimus) procedatur. In ea verò necessitate quantumcunque præsentialiter ingruenti, quæ tamen ex qualitate sui (ut prædicitur) tractum temporis habet innexum [b], quia in eo casu verisimile est, quòd tum ratione distantiæ locorum, quæ expeditio necessitatis ipsius ex sui conditione requireret: tum etiam circumstantiarum ipsius necessitatis ratione pensatâ frequenter casus acciderent, in quibus ad expeditionem necessitatis hujusmodi oporteret, quòd per diversas manus & personas transiret pecunia necessitati hujusmodi deputata: quarum omnium personarum impossibile quasi esset dominum principalem pro ipsâ necessitate pecuniam deputantem, seu etiam substitutum ab eo, & tertium etiam ab ipso substituto (si casus talis accideret) postea subrogatum, habere notitiam: declaramus, & dicimus, quòd in hoc articulo, præter dictos duos modos in necessitatibus præteritis & ingruentibus, quæ possint brevi tempore, vel interdum non brevi (ut suprà exprimitur) expediri (ut prædiximus) observandos, ad observandam ipsius regulæ ac professorum ejus omnimodam puritatem. Quòd si præterò sit eleemosynæ hujusmodi elargitor, vel ejus nuntius, qui possit hoc facere & velit: expresse illi prædicatur à fratribus, quòd si placeat ut (dominio talis pecuniæ cum libera potestate revocandi sibi pecuniam ipsam, penes ipsum semper usque ad conversionem ipsius in rem deputatam liberè remanente, ut in aliis duobus casibus superiùs dictum est) per quorumcunque manus pecunia seu eleemosyna ipsa tractetur, sive personas ab eo vel à fratribus nominatas, totum suo consensu, voluntate ac auctoritate procedat: quo assensum suum præbente prædictis, securè fratres re emptâ vel acquisitâ de illa pecunia, per quemcunque (juxta modum annotatum superiùs) uti possint. Ad majorem autem prædictorum omnium claritatem hâc in perpetuum valiturâ provisionis serie declaramus, quòd fratres (præfatis modis, ut prædicitur, circa pecuniam in supportandis eorum præteritis & ingruentibus necessitatibus observatis) non intelligantur, nec dici possint per se vel per interpositam personam pecuniam recipere, contra regulam vel professionis sui ordinis puritatem: cum manifestè pateat ex præmissis, ipsos fratres non solùm à receptione, proprietate, dominio, sive usu ipsius pecuniæ, verùm etiam à contrectatione qualibet ipsius, & ab ea pecunia penitùs alienos. In eo verò casu quando (antequam ipsa pecunia in licitum rei habendæ vel utendæ commercium sit conversa) concedentem pecuniam mori contigerit: si concedens in concedendo dixerit vel expresserit, quòd persona deputata pecuniam ipsam in necessarium usum fratrum expenderet, quicquid de ipso concedente vivendo vel moriendo contingeret, sive concedens hujusmodi hæredem reliquerit, sive non: possint fratres ad personam deputatam (non obstante concedentis morte, vel hæredis contradictione) pro ipsa pecunia expendenda recurrere [c]: sicut poterant ad ipsum dominum concedentem. Quia verò puritatem ipsius ordinis intimâ cordis affectione zelamus, cùm in prædictis casibus ad determinatam necessitatem (ut prædicitur) per aliquem pecuniam concedi contigerit, concedens pecuniam rogari possit à fratribus, quòd si quid de pecunia ipsa (habitâ necessitate determinatâ) supererit, consentiat ipse concedens, quòd residuum præfatæ pecuniæ in res alias pro aliis ipsorum fratrum prædictis necessitatibus convertatur, quo non consentiente prædictis, ipsum residuum (si quod fuerit) restituatur eidem. Caveant tamen fratres, quòd solicitè se coaptent, ut non plùs scienter concedi consentiant, quàm verisimiliter æstimari possit, rem necessariam, pro qua pecunia ipsa conceditur, valituram.

Et quia [d] prædictorum seriosâ expositione à dante vel recipiente de facili posset errari: ut clarius utilitati dantium, puritati ordinis, simplicitati aliquorum simplicium, saluti animarum hincinde securius consulatur: intellectum illum, qui satis in hoc casu à sanè intelligente percipitur, præsentis ac in æternum valituræ constitutionis serie lucidamus, volentes illum ad communem deduci notitiam: videlicet quòd semper quando pecunia fratribus ipsis mittitur vel offertur (nisi expresse per mittentem vel offerentem aliud exprimatur, prædictis modis prorsus oblata intelligatur & missa.

Non enim verisimile est, aliquem eleemosynæ suæ fine expressione modum illum prætigere, per quem & donans meritò, vel illi [e], quorum necessitatibus intendit per donum hujusmodi provideri [d], vel effectu doni, vel suæ conscientiæ puritate fraudentur. Ad hæc quia fratribus ipsis interdum in ultimis voluntatibus sub diversis modis nonnulla legantur, nec expresse, quid de his agendum sit, in regula vel prædecessorum nostrorum declarationibus continetur: ne in ipsis dubitari contingat in posterum, providendo legantibus, & fratrum conscientiis præcavendo, declaramus, ordinamus, & dicimus, quòd si testator modum, secundum quem fratribus (eorum conditione inspectâ) recipere non liceret, exprimat in legando: ut si legaret fratribus vineam vel agrum ad excolendum, domum ad locandum, vel similia verba in similibus proferret, aut modos similes in relinquendo servaret: à tali legato & ejus receptione per omnem modum fratres abstineant.

Si

a *al. tractu.* b *al. annexum.*

a *Observatis modo & formâ. § ita tamen. sup. eod. Fint.* d *al. ita: & quia in prædictorum, &c.* c *al. & illi.* d *al. providere.*

Si verò modum licitum fratribus in legando testator expresserit : ut si diceret, Lego pecuniam pro fratrum necessitatibus expendendam, vel domum, agrum, vineam & similia : ad hoc, quòd per certam personam vel personas idoneas distrahantur, & pecunia de rebus ipsis accepta in ædificia vel alia fratrum necessaria convertatur : aut in legendo similibus modis vel verbis utatur : In hoc casu illud in omnibus & per omnia (consideratis eorum necessitatibus & moderaminibus supradictis) quantùm ad fratres, servari decernimus, quod per nos est superiùs in concessis pecuniariis eleemosynis declaratum. Ad quæ legata solvenda tam hæredes testatorum, quàm executores se liberales exhibeant. Et etiam Prælati & seculares *a*, quibus de jure vel consuetudine provisio ista competeret (cùm expedierit) se ex officio suo promptos exhibeant, ad pias voluntates deficientium adimplendas.

Nam & nos etiam per modos licitos, & fratrum regulæ congruos intendimus providere, quòd hæredum cupiditas legitimis ictibus feriatur : ne pia defunctorum destituatur intentio, ac ipsi fratres pauperes opportunis auxiliis non fraudentur. Si verò fratribus ipsis generaliter aliquid absque modi expressione legetur, in hoc legato sic indeterminatè relicto, in omnibus & per omnia intelligi ac servari volumus, & in perpetuum præsenti constitutione jubemus, quod suprà in pecunia seu eleemosyna fratribus indeterminatè oblata vel missa voluimus ac expressimus observari : videlicet ut sub modo licito fratribus intelligatur esse relictum : ita quòd nec legans merito, nec fratres ipsi effectu relicti fraudentur.

Quia verò libros & alia mobilia, quibus tam ordo quàm fratres utuntur, quorum dominium (cùm non sint dominii aliorum) ad præfatam Ecclesiam specialiter spectare dignoscitur, interdum contingit seu expedit vendi, vel etiam commutari : fratrum utilitatibus & eorum conscientiis providere volentes, eâdem auctoritate concedimus, ut commutatio talium rerum, & ad eas res, quarum usum fratribus licet habere, de generalium & provincialium ministrorum in suis administrationibus conjunctim vel divisim auctoritate procedat : quibus etiam de dispositione usus talium rerum concedimus ordinare. Si verò res hujusmodi æstimato pretio vendi contingat, cùm fratribus ipsis per se vel per alium recipere pecuniam (regulâ prohibente) non liceat : ordinamus & volumus, quòd talis pecunia seu pretium recipiatur & expendatur in rem licitam, cujus usum fratribus licet habere, per procuratorem à præfata sede, vel à Cardinali gubernationem per ipsam sedem gerenti ejusdem ordinis deputandum, juxta modum in superioribus necessitatibus præteritis & ingruentibus ordinatum. De vilibus autem mobilibus, vel parùm valentibus, liceat ex præsenti nostra concessione fratribus (pietatis seu devotionis intuitu, vel pro alia honesta & rationabili causa) obtentâ super hoc priùs superiorum suorum licentiâ, juxta quod inter fratres in generali, vel in provincialibus Capitulis, tam de ipsis rebus vilibus seu parùm valentibus, & earum valore, quàm præfata licentia, scilicet à quibus & qualiter sit habenda, extiterit ordinatum, intra & extra ordinem aliis elargiri *b*. Licèt autem contineatur in regula, quòd fratres habeant unam tunicam cum caputio, & aliam sine caputio, & videri possit illa fuisse instituentis intentio, quòd necessitate cessante pluribus non utantur : declaramus, quòd possint fratres de licentia ministrorum & custodum conjunctim & divisim in administrationibus sibi commissis, cùm eis videbitur (pensatis necessitatibus & aliis circumstantiis, quæ secundùm Deum & regulam attendendæ videntur) uti pluribus, nec per hoc videantur à regula deviare : cùm etiam in ipsa dicatur expresè, quòd ministri & custodes de infirmorum necessitatibus, & fratribus induendis solicitam curam gerant, secundùm loca & tempora, & frigidas regiones. Et quanquam prædicta regula contineat, quòd de fratribus induendis & necessitatibus infirmorum ministri tantùm & custodes solicitam curam gerant : & dictio illa tantùm *c*, adeò ministros & custodes in hac cura perstringere videatur, quòd ab ea cæteros primâ facie excludat : quia tamen solicitè considerare nos convenit, & tempus regulæ institutæ, quo fratres isti ad comparationem præsentem numero pauci erant, & forsàn ministri & custodes videbantur tunc ad ista procuranda posse sufficere : ac nihilominùs multiplicationes fratrum, & moderni temporis qualitatem : nec sit verisimile beatum Franciscum institutorem regulæ vel ipsis ministris & custodibus impossibilitatis jugum voluisse præfigere, vel ex ipsius impossibilitatis consequentia fratres ipsos suis necessitatibus velle carere : concedimus, quòd ipsi ministri & custodes possint per alios hujusmodi curæ solicitudinem exercere. Debent etiam & alii fratres curam hujusmodi, quæ præfatis ministris & custodibus præcipuè incumbit ex hac regula, cùm sibi ab illis commissa fuerit, gerere diligenter. Continetur quoque in regula, quòd fratres, quibus gratiam dedit Dominus laborandi, laborent fideliter & devotè : Ita quòd (excluso otio animæ inimico) sanctæ orationis & devotionis spiritum non extinguant. Quia verò ex verbo isto fratres ipsos de otiositate vitæ, & de regulæ transgressione improbè notare interdum hactenus aliqui sunt conati : nos morsus hujusmodi nefarios reprimentes, declaramus, quòd consideratis verbis prædictis, & formâ seu modo loquendi, sub quibus fratres ad hujusmodi exercitium induxuntur, non videtur ea fuisse instituentis intentio, quòd vacantes studio vel divinis officiis & ministeriis exequendis, manuali labori seu operationi subjiceret, vel ad hoc illos arctaret : Cùm exemplo Christi & multorum sanctorum patrum, labor iste spiritalis tantò illi præponderet, quantò quæ sunt animæ, corporalibus præferuntur. Ad alios verò, qui se in prædictis spiritalibus operibus non exercent *b*, nisi tales aliorum fratrum licitis servitiis occupentur (ne otiosè vivant) verba prædicta declaramus extendi : Nisi & tales tam excellentis & notabilis contemplationis & orationis existerent, quòd meritò propter hoc non essent à tanto bono pro hujusmodi exercitio subtrahendi : fratres enim quicunque studio vel divinis ministeriis non vacantes, sed aliorum fratrum studio vel aliis divinis officiis & ministeriis vacantium servitiis inhærentes tantùm, pro servitiis eisdem cum ipsis, quibus serviunt, sustentari merentur, quod astruitur illâ æquâ lege, quâ strenuus pugnator ille *c* David justè decrevit, videlicet, quòd descendentium ad prælium, & remanentium ad sarcinas, portio æquaretur. Verùm quia expresè continetur in regula, quòd fratres non prædicent *d* in Episcopatu alicujus Episcopi, cùm ab eo illis fuerit contradictum : nos in hoc & deferentes regulæ, & nihilominùs auctoritatem Apostolicæ plenitudinis conservantes, dicimus, quòd prædictum verbum ad literam, sicut regula ipsa protulit, observetur : nisi per sedem Apost. circa hoc pro utilitate populi Christiani sit concessum, vel ordinatum aliud, vel in posterum concedatur, seu etiam ordi-

a Nota, quòd judex secularis interponit se circa legata pia. Gonz.
b Vide Clem. exivi. §. præterea. & extravag. quorundam. §. in primis. Gonz.

a Nota quòd constitutio ex ratione supervenienti ampliatur
b hoc est, non concionantur ad plebem, non psallunt, non legunt. Gonz.
c 1. Lib. Reg. c. 30. d Vide omnino Conc. Trid. sess. 5. de reform. c. 2. & sess. 24. de reform. c. 2.

nietur a. Et quia in eodem capitulo regulæ immediatè subjungitur, quòd nullus fratrum populo penitùs audeat prædicare, nisi à ministro generali fuerit examinatus, & etiam approbatus, ac ab eo prædicationis officium sibi sit concessum: Nos & statum præteritum ipsius ordinis in paucitate sui, & modernum in ampliato fratrum numero, ac utilitatem animarum (ut condecet) advertentes, concedimus, nedum generalem examinare & approbare fratres prædicaturos in populis, ac illis concedere licentiam prædicandi, quatenus personæ idoneitatem & prædicationis officium licentia ipsa respiceret, prout in regula continetur: verùm etiam provinciales ministri hoc possint in Capitulis provincialibus cum definitoribus, quod etiam hodie observari dicitur, & in fratrum privilegiis contineri: quam quidem licentiam præfati ministri revocare & suspendere valeant & arctare, sicut & quando id eis videbitur expedire. Sed quoniam in desideriis nostris hoc geritur, ut ad Dei gloriam salus proficiat animarum: addicto ordini, per quem jugiter ad amorem divinum affectio Christianæ religionis accenditur, meritum & numerus augeatur, concedimus & præsenti statuto firmamus, licere non solùm generali, sed etiam provincialibus ministris personas fugientes à sæculo in fratres recipere: quæ ministrorum provincialium licentia per ipsum generalem (sicut expedire viderit) possit arctari. Vicarii verò provincialium ministrorum ex officio vicariæ licentiam hanc sibi noverint interdictam, nisi per ministros eosdem (quibus hoc posse committere Vicariis & aliis licere decernimus) hoc ipsis Vicariis specialiter committatur. Caveant tamen ipsi provinciales, quòd hoc non indiscretè, non passim, sed sic considerate committant, ut illos, quibus hoc committi contigerit, fidelibus consiliis fulciant, quæ omnia discretè procedant. Nec indifferenter omnes admittantur ad ordinem, sed illi tantùm, qui suffragantibus eis literaturâ, idoneitate, vel aliis circumstantiis possint utiles esse ordini, sibique per vitæ meritum, ac aliis proficere per exemplum. Insuper dubitantibus fratribus prædicti ordinis, an pro eo, quòd in regula dicitur, ut decedente generali ministro, à provincialibus ministris & custodibus in capitulo Pentecostes fiat electio successoris, omnium custodum multitudinem oporteat ad generale Capitulum convenire: aut (ut omnia cum majori tranquillitate tractentur) sufficere possit, ut aliqui de singulis provinciis, qui vocem habeant aliorum, intersint: Taliter respondemus, ut scilicet singularum provinciatum custodes unum ex se constituant, quem cum suo provinciali ministro pro seipsis ad Capitulum dirigant, voces aut vices suas committentes eidem. Quod etiam constituerint per se ipsos, statutum hujusmodi duximus approbandum. Quod idem prædecessor noster Gregorius nonus in casu hujusmodi dicitur respondisse. Denique b quia continetur in regula supradicta, quòd fratres non ingrediantur monasteria Monacharum, præter illos, quibus à sede prædicta concessa fuerit licentia specialis: quanquam hoc de monasteriis pauperum Monialium inclusarum fratres attentiùs intelligendum esse crediderint: cùm eorum sedes præfata curam habeat specialem, & intellectus hujusmodi per constitutionem quandam tempore regulæ datæ, vivente adhuc B. Francisco, per provinciales ministros fuisse credatur in generali Capitulo declaratus: iidem fratres certificari nihilominùs postulaverunt, an hoc de omnibus generaliter, cùm regula nullum excipiat, an de illis solùm monasteriis Monialium prædictarum debeat intelligi? Nos utique generaliter id esse prohibitum de quarumlibet cœnobiis Monialium respondemus: & nomine monasterii volumus claustrum, domos, & officinas interiores intelligi: pro eo, quòd ad alia loca ubi homines seculares conveniunt, possunt fratres illi causâ prædicationis vel eleemosynæ petendæ accedere: iis, quibus id à superioribus suis pro sua fuerit maturitate vel idoneitate concessum, exceptis, seu pro prædictarum monasteriis inclusarum, ad quæ nulli datur accedendi facultas sine sedis ejusdem licentia speciali: quod etiam ipsum idem prædecessor noster Gregor. IX. in eo casu dicitur respondisse. Cæterùm sanctæ memoriæ confessor Christi Franciscus mandâsse dicitur circa ultimum vitæ suæ (cujus mandatum, ipsius dicitur testamentum) quòd verba ipsius regulæ non glossentur, & (ut verbis utamur eisdem) quòd sic, vel sic intelligi debeat, non dicatur: adjiciens quòd fratres nullo modo literas aliquas ab Apostolica sede petant: & alia quædam interserens, quæ non possent sine multa difficultate servari, propter quod fratres hæsitantes, an tenerentur ad observantiam testamenti prædicti, dubitationem hujusmodi per eundem prædecessorem nostrum Gregor. IX. petierunt de ipsorum conscientiis amoveri: qui (sicut asseritur) attendens periculum animarum, & difficultates, quas propter hoc possent incurrere, dubietatem de ipsorum conscientiis amovendo, dixit, fratres ipsos ad ipsius mandati observantiam non teneri, quod sine consensu fratrum, & maximè ministrorum, quos universos tangebat, obligare nequivit, nec successorem suum quomodolibet obligavit: cùm non habeat imperium par in parem. Nos autem circa præsentem articulum nihil duximus innovandum a. Ad hoc à nonnullis prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus circa declarationem ipsius regulæ, & ipsam regulam contingentia, diversas literas intelleximus emanâsse. Sed nec per hoc mordacium prædictorum contra regulam ipsam & fratres quievit insultus: nec per ipsas literas statui fratrum providere b in multis, in quibus de novo vel aliter necessariò providendum esse multorum postea casuum contingentium experientia indicavit. Nos itaque ne literarum hujusmodi & præsentis constitutionis diversitas vel intellectûs adversitas in prædictorum observatione fratrum animos perturbaret: & ut plenius, clariùs & certiùs eorum statui & observantiæ prædictæ regulæ consulatur in omnibus & singulis illis articulis, quos constitutio ipsa continet, quanquam ipsi vel eorum aliqui contineantur in aliis literis Apostolicis supradictis: Hanc nostram constitutionem, declarationem, seu ordinationem tantùm à fratribus ipsis præcisè, ac inviolabiliter decernimus perpetuis temporibus observandam. Cùm igitur ex prædictis & aliis per nos cum multa maturitate discussis, regula ipsa licita, sancta, perfecta, & observabilis, nec ulli patens discrimini evidenter appareat: illa & omnia suprascripta per nos statuta, ordinata, concessa, dispositа, decreta, declarata etiam & suppleta, de Apostolicæ potestatis plenitudine approbamus, confirmamus, & volumus existere perpetuæ firmitatis: In virtute obedientiæ districtè præcipientes, quòd hæc constitutio sicut cæteræ constitutiones, vel decretales Epistolæ, legatur in scholis. Et quia sub colore liciti nonnulli contra fratres ipsos & regulam in legendo, exponendo, atque glossando possent dirum virus suæ iniquitatis effundere: ac ipsius constitutionis intellectum ipsum in diversas & adversas sententias producentes suis adinventionibus depravare: & opinionum diversitas ac distortio intellectûs multorum pios animos posset

a *Nota bene, quòd Papa potest constituere expressè contra constitutionem alicujus facti: etiamsi vita & constitutio sua sit per alios Pontifices approbata. Font.* b *Vide Concil. Trident. sess. 25. tit. de regularibus & monialibus, capit. 1. & extravag. Pii Papæ, V. incip. & si mendicantium.*

a *Vid. hunc. 4. & 4. quia sub colore. auth. si qua mulier. C. de sacrof. Eccl. & Bal. l. non dubium de leg. Font.* b *al. providetur.*

involu-

involvere, & à religionis ingressu multorum corda subtrahere : talium detrahentium vitanda perversitas cogit nos viam ipsis ad prædicta præcludere, & certum procedendi modum hanc constitutionem legentibus præfinire. Itaque sub pœna excommunicationis & privationis officii ac beneficii districtè præcipimus, ut præsens constitutio, cùm ipsam legi contigerit, sicut prolata est, sic fideliter exponatur ad literam : concordantiæ, contrarietates, seu diversæ vel adversæ opiniones à lectoribus seu expositoribus nullatenùs inducantur. Super ipsa constitutione glossæ non fiant (nisi forsan, per quas verbum vel verbi sensus, seu constructio, vel ipsa constructio quasi Grammaticaliter ad literam vel intelligibiliùs exponatur.) Nec intellectus ipsius per legentem depravetur in aliquo, seu distorqueatur ad aliud, quàm littera ipsa sonat. Et ne secundùm prædicta contra detractores hujusmodi oporteat ulteriùs laborare, universis ac singulis cujuscunque præeminentiæ, conditionis aut status, districtè præcipimus, ne contra prædictam regulam & statum fratrum prædictorum, seu contra præmissa per nos statuta, ordinata, concessa, dispositа, decreta, declarata, suppleta, approbata, & etiam confirmata, dogmatizent, scribant, determinent, prædicent, seu pravè loquantur publicè vel occultè. Sed si quid penes aliquem in his ambiguitatis emerserit, ad culmen prædictæ sedis Apostolicæ deducatur, ut ex auctoritate Apostolica sua in hoc manifestetur intentio : cui soli concessum est in his statuta condere, & edita declarare. Glossantes verò in scriptis constitutionem ipsam aliter, quàm eo modo, quem diximus : Doctores verò insuper & lectores, dum docent in publico, ex certa scientia & deliberatè intellectum constitutionis hujusmodi depravantes, facientes quoque commentum, scripturas, seu libellos, ac ex certa scientia & deliberatè determinantes in scholis, seu prædicantes contra prædicta, vel aliqua seu aliquod prædictorum (non obstantibus aliquibus privilegiis, vel indulgentiis, aut literis Apostolicis, quibuscunque dignitatibus, personis, ordinibus, aut locis religiosis vel secularibus generaliter vel singulariter sub quacunque forma vel expressione verborum concessis, quæ nolumus aliquibus in præmissis quomodolibet suffragari) excommunicationis sententiæ, quam nunc in ipsos proferimus, se noverint subjacere : à qua per neminem nisi per Romanum Pontificem possint absolvi *a*. Insuper tam istos, contra quos per nos excommunicationis est prolata sententia, quàm alios (si qui fuerint) contra præmissa vel eorum aliquod venientes, ad sedis memoratæ volumus deduci notitiam : ut quos provisus modus æquitatis non arcet à vetitis, compescat rigor Apostolicæ ultionis. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis, ordinationis, concessionis, dispositionis, suppletionis, approbationis, confirmationis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Siriani XVIII. Calendàs Septembris, Pontificatûs nostri anno secundo.

CAP. IV.

¶ *Exemptis cellis alicujus monasterii, quid appellatio cellæ significet, hic ostendit. Ioan. And.*

Bonifacius VIII.

PRivilegium monasterio tuo concessum, ut Monachi sive fratres in cellis ad monasterium ipsum spectantibus habitantes, ab alio, quàm à Papa, vel ejus Legato excommunicari, aut suspendi, vel ipsæ cellæ interdicto supponi non possint : non fratres in Prioratibus, Ecclesiis, seu Capellis ejusdem monasterii commorantes, aut ipsos Prioratus, Ecclesias vel Capellas ab Ordinariorum jurisdictione in aliquo, sed residentes tantùm in cellis, & cellas ipsas (hoc est loca secreta & solitaria, quæ ab hominum separata convictu sunt, ad contemplandum & Deo vacandum specialiter deputata) defendat.

CAP. V.

¶ *Privilegiato aliquo, ut possit conferre beneficia Clericorum suorum, quid appellatio Clericorum suorum designet, ostendit. Ioan. Andr.*

Idem.

SIcut nobis significare curâsti, tibi gratiosè concessimus, ut beneficia Clericorum tuorum cedentium vel decedentium possis conferre : quodque iidem Clerici Præbendarum suarum fructus percipiant, ac si in suis Ecclesiis personaliter residerent. Verùm quia dubitas, qui Clericorum tuorum appellatione debeant contineri : brevi respondemus oraculo, quòd illos in his & similibus casibus tuos volumus intelligi Clericos, qui per te non quæsiti propterea, vel recepti, sine fraude & fictione qualibet verè tui Clerici familiares existunt, & in tuis expensis continuè domestici commensales : Etiamsi *a* quos ex illis aliquando pro tuis gerendis negotiis abesse contingat.

DE REGULIS JURIS.

Bonifacius VIII. *b*

Regula I.

BEneficium Ecclesiasticum non potest licitè sine institutione canonica obtineri.

Idem. Regula II.

Possessor malæ fidei ullo tempore non præscribit.

Idem. Reg. III.

Sine possessione præscriptio non procedit.

Idem. Reg. IV.

Peccatum *c* non dimittitur, nisi restituatur ablatum.

Idem. Reg. V.

Peccati venia non datur nisi correcto.

Idem. Reg. VI.

Nemo potest ad impossibile obligari.

Idem. Reg. VII.

Privilegium personale personam sequitur, & extinguitur cum persona.

Idem. Reg. VIII.

Semel malus, semper præsumitur esse malus.

Idem. Reg. IX.

Ratum *d* quis habere non potest, quod ipsius nomine non est gestum.

Idem. Reg. X.

Ratihabitionem retrotrahi, & mandato non est dubium comparari.

Idem. Reg. XI.

Cùm sunt partium jura obscura, reo favendum est potiùs, quàm actori.

Idem. Reg. XII.

In judiciis non est acceptio personarum habenda.

Idem. Reg. XIII.

Ignorantia facti, non juris excusat.

Idem. Reg. XIV.

Cùm quis in jus succedit alterius, justam ignorantiæ causam censetur habere.

Idem. Reg. XV.

Odia restringi, & favores convenit ampliari.

a In isto vers. nota quòd Papa potest sibi rebellantes excommunicare, & ultrà adhuc aliter punire. Font.

a Aliàs ita : etiamsi ex illis aliquos aliquando, &c. b *aliàs, ita : Idem.* c *Ex D. Augustin. epist. 54. ad Macedonium refert Ivo in decreto part. 13. c. 4. & part. 11. c. 35.* d *Vide Rum. cons. 27. l. 4. & consil. 129. eod. lib.*

Idem. Regula XVI.

Decet concessum à Principe beneficium esse mansurum.

Idem. Reg. XVII.

Indultum à jure beneficium, non est alicui auferendum.

Idem. Reg. XVIII.

Non firmatur tractu temporis, quod de jure ab initio non subsistit.

Idem. Reg. XIX.

Non est sine culpa, qui rei, quæ ad eum non pertinet, se immiscet.

Idem. Reg. XX.

Nullus pluribus uti defensionibus prohibetur.

Idem. Reg. XXI.

Quod semel placuit, ampliùs displicere non potest.

Idem. Reg. XXII.

Non debet aliquis alterius odio prægravari.

Idem. Reg. XXIII.

Sine culpa, nisi subsit causa, non est aliquis puniendus.

Idem. Reg. XXIV.

Quod quis mandato facit judicis, dolo facere non videtur: cùm habeat parere necesse.

Idem. Reg. XXV.

Mora sua cuilibet est nociva.

Idem. Reg. XXVI.

Ea, quæ fiunt à judice, si ad ejus non spectant officium, viribus non subsistunt.

Idem. Reg. XXVII.

Scienti & consentienti non fit injuria, neque dolus.

Idem. Reg. XXVIII.

Quæ à jure communi exorbitant, nequaquam ad consequentiam sunt trahenda.

Idem. Reg. XXIX.

Quod omnes tangit, debet ab omnibus approbari.

Idem. Reg. XXX.

In obscuris minimum est sequendum.

Idem. Reg. XXXI.

Eum, qui certus est, certiorari ulteriùs non oportet.

Idem. Reg. XXXII.

Non licet actori, quod reo licitum non existit.

Idem. Reg. XXXIII.

Mutare consilium quis non potest in alterius detrimentum.

Idem. Reg. XXXIV.

Generi per speciem derogatur.

Idem. Reg. XXXV.

Plùs semper in se continet, quod est minus.

Idem. Reg. XXXVI.

Pro possessore habetur, qui dolo desiit possidere.

Idem. Reg. XXXVII.

Utile non debet per inutile vitiari.

Idem. Reg. XXXVIII.

Ex eo non debet quis fructum consequi, quod nisus extitit impugnare.

Idem. Reg. XXXIX.

Cùm quid prohibetur, prohibentur omnia, quæ sequuntur ex illo.

Idem. Reg. XL.

Pluralis locutio duorum numero est contenta.

Idem. Reg. XLI.

Imputari non debet ei, per quem non stat, si non faciat, quod per eum fuerat faciendum.

Idem. Reg. XLII.

Accessorium naturam sequi congruit principalis.

Idem. Reg. XLIII.

Qui tacet, consentire videtur.

Idem. Reg. XLIV.

Is, qui tacet, non fatetur: sed nec utique negare videtur.

Idem. Regula XLV.

Inspicimus in obscuris, quod est verisimilius, vel quod plerunque fieri consuevit.

Idem. Reg. XLVI.

Is, qui in jus succedit alterius, eo jure, quo ille, uti debebit.

Idem. Reg. XLVII.

Præsumitur ignorantia, ubi scientia non probatur.

Idem. Reg. XLVIII.

Locupletari non debet aliquis, cum alterius injuria vel jactura.

Idem. Reg. XLIX.

In pœnis benignior est interpretatio facienda.

Idem. Reg. L.

Actus legitimi conditionem non recipiunt neque diem.

Idem. Reg. LI.

Semel Deo dicatum, non est ad usus humanos ulteriùs transferendum.

Idem. a Reg. LII.

Non præstat impedimentum, quod de jure non sortitur effectum.

Idem. Reg. LIII.

Cui licet quod est plus, licet utique quod est minus.

Idem. Reg. LIV.

Qui prior est tempore, potior est jure.

Idem. Reg. LV.

Qui sentit onus, sentire debet commodum, & è contra.

Idem. Reg. LVI.

In re communi potior est conditio prohibentis.

Idem. b Reg. LVII.

Contra eum, qui legem dicere potuit apertiùs, est interpretatio facienda.

Idem. c Reg. LVIII.

Non est obligatorium contra bonos mores præstitum juramentum.

Idem. Reg. LIX.

Dolo facit, qui petit, quod restituere oportet eundem.

Idem. Reg. LX.

Non est in mora, qui potest exceptione legitimâ se tueri.

Idem. Reg. LXI.

Quod ob gratiam alicujus conceditur, non est in ejus dispendium retorquendum.

Idem. Reg. LXII.

Nullus ex consilio, dummodò fraudulentum non fuerit, obligatur.

Idem. Reg. LXIII.

Exceptionem objiciens, non videtur de intentione adversarii confiteri.

Idem. Reg. LXIV.

Quæ contra jus fiunt, debent utique pro infectis haberi.

Idem. Reg. LXV.

In d pari delicto vel causa, potior est conditio possidentis.

Idem. Reg. LXVI.

Cùm non stat per eum ad quem pertinet, quo minùs conditio impleatur, haberi debet perinde, ac si impleta fuisset.

Idem. Reg. LXVII.

Quod alicui suo non licet nomine, nec alieno licebit.

---

a *Per hanc regulam dicunt Phil. Ioan. And. non tolli spensalia per matrimonium ob consanguinitatem resultatum & fallit hæc regula in iis in quibus tacita voluntas sufficit de leg. 1 plane in princ. Ang. Fab. 4. posteriori. quibus modis in fem.* b *Vide c. cum dilectus. de consuet.* c *Vide S. Thom. 2. 2. p. 89. art. 7.* d *De commodo possessoris, vide Doctor. in l. quoties. C. de rei vend.*

Idem.

Idem. Regula LXVIII.

Potest quis per alium, quod potest facere per seipsum.

Idem. Reg. LXIX.

In *a* malis promissis fidem non expedit observari.

Idem. Reg. LXX.

In alternativis electoris *b* est electio, & sufficit alterum adimpleri.

Idem. Reg. LXXI.

Qui ad agendum admittitur, est ad excipiendum multò magis admittendus.

Idem. Reg. LXXII.

Qui facit per alium, est perinde, ac si faciat per seipsum.

Idem. Reg. LXXIII.

Factum legitimè retractari non debet, licèt casus postèà eveniat, à quo non potuit inchoari.

Idem. Reg. LXXIV.

Quod alicui gratiosè conceditur, trahi non debet ab aliis in exemplum.

Idem. Reg. LXXV.

Frustrà sibi fidem quis postulat ab eo servari, cui fidem à se præstitam servare recusat.

Idem. Reg. LXXVI.

Delictum *c* personæ, non debet in detrimentum Ecclesiæ redundare.

Idem. Reg. LXXVII.

Rationi congruit, ut succedat in onere, qui substituitur in honore.

Idem. Regula LXXVIII.

In argumentum trahi nequeunt, quæ propter necessitatem aliquando sunt concessa.

Idem. Reg. LXXIX.

Nemo potest plus juris transferre in alium, quàm sibi competere dignoscatur.

Idem. Reg. LXXX.

In toto partem non est dubium contineri.

Idem. Reg. LXXXI.

In generali concessione non veniunt ea, quæ quis non esset verisimiliter in specie concessurus.

Idem. Reg. LXXXII.

Qui contra jura mercatur, bonam fidem præsumitur non habere.

Idem. Reg. LXXXIII.

Bona fides non patitur, ut semel exactum iterùm exigatur.

Idem. Reg. LXXXIV.

Cùm quid unâ viâ prohibetur alicui, ad id aliâ non debet admitti.

Idem. Reg. LXXXV.

Contractus *a* ex conventione legem accipere dignoscuntur.

Idem. Reg. LXXXVI.

Damnum, quod quis suâ culpâ sentit, sibi debet, non aliis *b* imputare.

Idem. Reg. LXXXVII.

Infamibus portæ non pateant dignitatum.

Idem. Reg. LXXXVIII.

Certum est, quòd is committit in legem, qui legis verba complectens, contra legis nititur voluntatem.

Data Romæ apud sanctum Petrum, V. Nonas Martii, Pontificatûs nostri anno quarto.

---

a *Vid. B. Th. 2. 2. q. 29. art. 7. & Turrecremat. in c. si aliquid. 22. q. 4.* b *In omnibus antea cod. legitur, debuerit.* c *Vide gloss. in c. de dilat. gloss. in c. placuit. 26. q. 3 Innoc. in c. cùm dilectus. de ord. cognitionum. Ant. de Butrio in c. 1. de dolo & contum. & Doctor. in l. jubemus. C. de sacros. Eccl.*

a *Nota quòd conventio partium legem indicit, quæ in contractibus servanda est. Philip.* b *al. aliis.*

FINIS.

CONSTITUTIONES
CLEMENTIS PAPÆ QUINTI, IN CONCILIO VIENNENSI EDITÆ.

PRÆFATIO.

JOannes Episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis, Doctoribus, & Scholaribus universis Bononiæ commorantibus, salutem & Apostolicam benedictionem. [a]

QUoniam nulla juris sanctio, quantumcunque perpenso digesta consilio, ad humanæ naturæ varietatem, & machinationes ejus inopinabiles sufficit, nec ad decisionem lucidam suæ nodosæ ambiguitatis attingit: eo præsertim, quòd vix aliquid adeò certum clarumque statuitur, quin ex causis emergentibus (quibus jura jam posita mederi non possint) in dubium revocetur: Quia etiam ab adolescentia viri proclivis ad malum sensualitas humana declinat, per quod morum subversio in Clero & populo frequenter obrepit: necessaria est superioris auctoritas, ut tam per determinationis opportunæ suffragium tollat ambigua, lites auferat, altercationes dirimat, & obscura succidat, quàm per cultoris providi sarculum extirpet vitia, virtutes inserat, corrigat excessus, moresq; reformet. Hæc sanè felicis recordationis Clemens Papa quintus prædecessor noster prudenter attendens, & providè cupiens deformatorum reformationi prospicere, solvere difficilia, ac sanctiones quæstionibus & negotiis imminentibus consonas promulgare: Dudum nedum in Concilio Viennensi, quinetiam ante & post ipsum Concilium, constitutiones plurimas edidit, in quibus multa utilia statuit atque salubria, & nonnulla dubia in judiciis & extra frequentata decidit. Et licèt eas collectas in unum volumen, & sub congruis titulis collocatas mittere decrevisset, & dare in commune subjectis: assidua tamen occupatio circa magna, ac sortis humanæ conditio, quæ ipsum de medio sustulit, in causa fuerunt, quare suum in hac parte propositum non implevit. Nos etiam, qui sicut eidem (licèt immeriti) in Apostolatûs officio, Domino permittente, successimus: sic & in affectûs plenitudine, in his, quæ compendiũ universi concernunt, successisse debemus, tot grandibus agendis & arduis fuimus à nostræ promotionis exordio circumsepti, quòd tam ex hoc, quàm ex causis rationabilibus aliis, quas sub silentio providimus committendas, prædictas vobis communicare constitutiones fuimus hactenus impediti. Nunc igitur (opportunitate captatâ) illas vobis sub bullâ nostra transmittimus. Universitati vestræ per Apostolica scripta mandantes, quatenus eas prompto affectu suscipiatis, & studio alacri, eis sic vobis manifestatis & cognitis usuri deceterò in judiciis & in scholis. Data Avenion. [b] *VIII. Calendâs Novemb. Pontificatûs nostri anno secundo.*

---

a Hanc benedictionem primò introduxit Papa Cletus, loco cujus scribitur ab Ecclesia præcisa, Spiritum sanioris consilii. Et licèt ista benedictio omnibus prosit, qui tamen non studeant, non gaudent privilegio studii. Zab. Van. Font.

b De his vide C. de contrah. & commit. stipul. l. optimam. 2. q. ultim. libellorum. de probat. quoniam. de re. jud. abbat. lib. 6. de quo in Spec. de instrum. edit. 5. restat.

DE SUM-

DE SUMMA TRINITATE, ET FIDE CATHOLICA.

TITULUS PRIMUS.

CAP. UNICUM.

¶ *Fatetur Concilium, unicum* DEI *Filium in essentia* DEI *æternaliter subsistentem, verum corpus humanum assumpsisse de Virgine, & in eo passum, & jam mortuum lanceâ perforatum, approbans in hoc ordinem, quem tradidit Evangelista Ioannes. h. d.*

Clemens V. *in Concilio Viennensi.*

Fidei catholicæ fundamento, præter quod (teste Apostolo) nemo potest aliud ponere, firmiter inhærentes: apertè cum sancta matre Ecclesia confitemur unigenitum Dei Filium, in iis omnibus, in quibus Deus Pater existit, unà cum Patre æternaliter subsistentem, partes nostræ naturæ simul unitas (ex quibus in se verus Deus existens, fieret verus homo) humanum videlicet corpus passibile, & animam intellectivam, seu rationalem, ipsum corpus verè per se & essentialiter informantem, assumpsisse ex tempore, in virginali thalamo, ad unitatem suæ hypostasis & personæ. Et quòd in hac assumpta natura, ipsum Dei verbum pro omnium operanda salute, non solùm affigi cruci, & in ea mori voluit, sed etiam emisso *a* jam spiritu perforari lanceâ sustinuit latus suum: ut exinde profluentibus undis aquæ & sanguinis, formaretur unica & immaculata, ac virgo sancta, mater Ecclesia, conjunx Christi, sicut de latere primi *b* hominis soporati, Eva sibi in conjugium est formata: ut sic certæ figuræ primi & veteris Adæ (qui secundùm Apostolum *c* est forma futuri) in nostro novissimo Adam, id est, Christo, veritas responderet. Hæc est, inquam, veritas illius prægrandis aquilæ vallata testimonio, quam Propheta vidit *d* Ezechiel animalibus cæteris Evangelicis transvolantem, beati Joannis videlicet, Apostoli & Evangelistæ, qui sacramenti hujus rem gestam narrans & ordinem, in Evangelio suo dixit *e*: [*Ad Iesum autem cùm venissent, ut viderunt eum jam mortuum, non fregerunt ejus crura, sed unus militum lanceâ latus ejus aperuit, & continuò exivit sanguis & aqua: & qui vidit, testimonium perhibuit, & verum est testimonium ejus: & ille scit, quia vera dicit, ut & vos credatis.*] Nos igitur ad tam præclarum testimonium, ac sanctorum patrum & doctorum communem sententiam, Apostolicæ considerationis (ad quam duntaxat hæc declarare pertinet) aciem convertentes, sacro approbante Concilio, declaramus prædictum Apostolum & Evangelistam Joannem rectum in præmissis factæ rei ordinem tenuisse: narrando, quòd Christo jam mortuo, unus militum lanceâ latus ejus aperuit.

¶ *Reprobat & hæreticam judicat doctrinam, quæ habet, quòd substantia anima rationalis, seu intellectiva, verè, & per se, humani corporis non sit forma. Ioan. And.*

Porrò *a* doctrinam omnem, seu positionem temerè asserentem, aut vertentem in dubium, quòd substantia animæ rationalis, seu intellectivæ, verè ac per se humani corporis non sit forma, velut erroneam, ac veritati catholicæ inimicam fidei, prædicto sacro approbante concilio reprobamus: Definientes, ut cunctis nota sit fidei sinceræ veritas, ac præcludatur universis erroribus aditus, ne subintrent, quòd quisquis deinceps asserere, defendere, seu tenere pertinaciter præsumpserit, quòd anima rationalis, seu intellectiva non sit forma corporis humani per se & essentialiter, tanquam hæreticus sit censendus.

¶ *Asserens confitendum unum baptisma, sicut unum Deum & unam fidem, approbat opinionem, quæ habet per illud conferri etiam parvulis (quoad habitum) informantem gratiam & virtutes. Ioan. And.*

Ad hoc *b* baptisma unicum baptizatos omnes in Christo regenerans est (sicut unus Deus ac fides unica) ab omnibus fideliter confitendum. Quod celebratum in aqua, in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti, credimus esse tam adultis, quàm parvulis, communiter perfectum remedium ad salutem. Verùm, quia quantùm ad effectum baptismi in parvulis, reperiuntur Doctores quidam Theologi opiniones contrarias habuisse: Quibusdam ex ipsis dicentibus, per virtutem baptismi parvulis quidem culpam remitti, sed gratiam non conferri: Aliis è contra asserentibus, quòd & culpa eisdem *c* in baptismo remittitur, & virtutes, ac informans gratia infunduntur, quoad habitum, etsi non pro illo tempore quoad usum. Nos autem attendentes generalem efficaciam mortis Christi (quæ per baptisma applicatur pariter omnibus baptizatis) opinionem secundam (quæ dicit, tam parvulis, quàm adultis conferri in baptismo informantem gratiam & virtutes) tanquam probabiliorem, & dictis Sanctorum, ac Doctorum modernorum Theologiæ magis consonam & concordem, sacro approbante Concilio duximus eligendam.

---

a *Vide Gusdonem Carmelitam in summa de hæresibus. tit. de hæresibus Petri Ioan. mod. & ejus sequacium, cap. 3.* c *Genesi. 2.* c *Rom. 5.* d *Ezech. c. 1.* e *Ioan. c. 19.*

a *Vide Conc. Later. sub Leone X. Sess. 8. in decreto incip. Apostolici regiminis.* b *al. at hoc.* c *al. ipsis.*

DE RESCRIPTIS.

TITULUS II.

CAP. I.

¶ *Major Prælatus pro membris suis (etsamsi sunt demensa) rectam convenire non potest per rescriptum Apostolicum, nisi ubi possint administratores membrorum. Contrà facientes in expensis & interesse puniuntur, & processus est irritus. Ioan. And.*

Clemens V. *in Concilio Viennensi.*

ABbates *a* aut alii Religiosi, quibuslibet administrationibus præsidentes, occasione Prioratuum seu aliorum locorum subditorum eisdem, nullum auctoritate literarum Apostolicæ sedis, vel Legatorum ipsius, quomodolibet valeant convenire: Nisi ubi, & coram quibus, Prioratuum & locorum ipsorum Prioribus aut aliis gubernatoribus hoc liceret. Nec occasione locorum ad mensas pertinentium eorundem, aliud ipsis super hoc liceat, quàm si loca ipsa sic præmissa speciales sub eis gubernatores haberent. Si quis autem aliquem contra hæc vexare præsumpserit, in expensis sibi & interesse per judicem (coram quo vexatio fiet hujusmodi) condemnetur: omnisque processus contra præmissa habitus sit irritus ipso jure.

CAP. II.

¶ *Principalis Officialis Episcopi & Prior conventualis, licèt obedentiarius, delegari possunt à Papa: Officialis verò foraneus, vel Prior claustralis non. Ioan. And.*

Idem *in eodem.*

ETsi *b* principalis Officialis Episcopi, aut Religiosus conventualem obtinens Prioratum (quamvis ad Prioratum eundem Prior non consueverit per electionem assumi) à sede Apostolica, vel Legato ejusdem, dari valeat delegatus: In Officiali tamen foraneo aut Religioso, monasterii sui Priore claustrali, nequaquam hoc volumus observari.

CAP. III.

¶ *Brevius non potest summari.*

Idem *in eodem.*

AUditor *c* in Romana curia deputatus à nobis, de beneficio (quod pronuntiabit alicui de jure fore debitum) poterit sibi absque commissione alia *d* (ut eviteur circuitus) providere.

CAP. IV.

¶ *Expectans beneficium perdit gratiam, si consequitur aliud, quod cum illo, quod expectat, de jure tenere non potest. Io. And.*

Idem.

GRatiæ, ut de dignitate, vel beneficio curato tibi provideatur, renuntiare videris *e*, si ante adeptionem ejusdem aliud beneficium pacificè assequaris, quod simul de jure cum dignitate, vel beneficio virtute dictæ gratiæ tibi debito, retinere non possis, licèt illud resignaveris, aut sis resignare paratus.

CAP. V.

¶ *Gratia super vacaturo non comprehendit beneficium post datum in substantia creatum. h. d. Io. de Imol.*

Idem.

LIteras nostras super conferendo tibi beneficio vacaturo directas, ad beneficium post datam ipsarum creatum, statuimus non extendi.

DE ELECTIONE, ET ELECTI POtestate.

TITULUS III.

CAP. I.

¶ *Religiosus eligi non potest ad prælaturam non Episcopalem alterius religionis vel habitus: si contrà fiat, est irritum, h. d. Ioan. Andr.*

Clemens V. *in Concilio Viennensi.*

CUm rationi non congruat, ut homines disparis professionis vel habitûs, simul in eisdem monasteriis socientur: Prohibemus, ne religiosus aliquis in Abbatem, vel Prælatum alterius religionis, vel habitûs de cætero eligatur. Quòd si secùs actum extiterit, siteo ipso irritum & inane *a*. Per hoc autem, quin Religiosus in Episcopum, secularis vel cujuslibet regularis Ecclesiæ, licitè possit eligi, non intendimus prohibere.

CAP. II.

¶ *Cœtus Cardinalium sede vacante jurisdictionem Papalem non exercet, nisi in quantum permittit Concilium Lugdunense: nec illud, vel ejus partem alterare potest. Ioan. And.*

Idem.

NE Romani electioni Pontificis indeterminata opinionum diversitas aliquod possit obstaculum vel dilationem afferre: Nos inter cætera præcipuè attendentes, quòd lex superioris per inferiorem tolli non potest, opinionem astruere (sicut accepimus) satagentem, quòd constitutio felicis recordationis Gregorii Papæ X. prædecessoris nostri, circa electionem præfatam edita in Concilio Lugdunen. per cœtum Cardinalium Romanæ Ecclesiæ (ipsâ vacante) modificari possit, corrigi vel immutari, aut quicquam ei detrahi, sive addi, vel dispensari quomodolibet circa ipsam seu aliquam ejus partem, aut eidem etiam renuntiari per eum, tanquam veritati non consonam, de fratrum nostrorum consilio reprobamus & irritum nihilominùs & inane decernentes, quicquid potestatis aut jurisdictionis ad Romanum, dum vivit, Pontificem pertinentis (nisi quatenus in constitutione prædicta permittitur) cœtus ipse duxerit (eâdem vacante Ecclesiâ) exercendum.

¶ *Officium Camerarii vel Pœnitentiariorum Papa durat eo mortuo, qui si deficiant, poterit cœtus Cardinalium pro tempore vacationis alios surrogare. Ioan. And.*

Eo tamen provisò, quòd si ejusdem Ecclesiæ Camerarium, aut Majore, vel aliquos alios, ex Pœnitentiariis (quorum officium per obitum ejusdem Pontificis nolumus expirare) per mortem, vel aliàs deficere quovis modo contingat, valeat idem cœtus ad tempus vacationis hujusmodi pro numero deficientium, vel ampliori etiam, quantùm ad Pœnitentiarios (si hoc eidem cœtui concorditer expedire videbitur) alios surrogare.

¶ *Determinat diœcesim intelligi id, quod in Concilio dicitur de territorio & districtu: statuit moriente Papâ extra curiam, ipsius electionem fieri debere in loco, ubi erat consarum & literarum audientia, licet suspensa: nisi prius ordinatum esset de curia transferenda. Ioan. And.*

Sanè cùm juxta constitutionem prædictam Papâ extra civitatem, in qua cum sua erat curia, morientr, in civitate, in cujus districtu seu territorio moritur, sit regulariter successoris electio celebranda, districtûs, seu

---

a *His habent dignitatem principaliter. cap. hâc constitutione. de offic. deleg. lib. 6. Bald. per illum text. in auth. habita. c. ne fil. pro pat. gl. c. à Subdiacono. dist. 93. quæ gloss. limitatur à Dom. ibi per c. quia §. quanquam. de prab. l. 6. Barb. Fant.* b *vide l. fin. C. de edict. divi Hadrian. tollend. Bart. in l. 1. §. 1. ff. de secund. tab. c. ultima voluntas. 12. q. 2. Fant. & vide Conc. Trid. Sess. 10. 23 de refor. c. 10.* c *vide doct. in c. super eo. de offic. deleg. & Alex. in l. more. ff. de jurisd. omn. jud.* d *vide l. si prius. ff. de oper. nov. nuntiat. & Bar. in l. cùm fundum. §. si servum tuum imprudens. ff. si certum pet. Fant.* e *vide c. 1. de jud. l. divi fratres. ff. de libr. can. Bar. in l. quid tamen. §. si arbiter. ff. de arbit.*

a *Vide c. capitulum sanctæ crucis. de rescript. l. ex facto. ff. de vulg. & pupill.* b *Adhæc vide l. cùm qui. §. fin. ff. de jurisdict. omn. judic. Fant.*

territorii

territorii nomine, diœcesim hoc casu intelligendam fore censemus. Eo tamen adjecto, quòd si in certo loco causarum & literarum Apostolicarum audientiâ remanente, Papam alibi mori contingat, non ibi, sed ubi prædicta fuerit audientia, memorata electio celebretur: etiamsi eadem audientia tempore mortis hujus vacare noscatur: nisi forsan ante mortem eandem ordinatum esset per Papam de curia transferenda, quo casu servetur provisio constitutionis prædictæ.

¶ *Provides casus, quo contingeret Cardinales omnes exire conclave.*

Porrò si Romano non electo Pontifice, Cardinales omnes simul vel successivè (quod absit) exire contingeret conclave deputatum eisdem: hi (ad quos pertinet executio constitutionis prædictæ) illos ex ipsis, quibus infirmitas corporis, aut nota debilitas excusationem non dabit, idem conclave (quàm citò poterunt) reintrare compellant *a*: Pœnas in dicta constitutione contentas (nisi hoc fecerint) incursuri. Cardinales autem hujusmodi conclave reintrantes, ad electionem jam dictam procedant: & aliàs constitutionem præfatam observent, secundum statum, in quo erant in eodem conclavi, quando ipsum (ut præmittitur) exiverunt.

¶ *Statuit Cardinales per excommunicationis, suspensionis, vel interdicti, ab electione non repelli. Ioan. And.*

Cæterùm ut circa electionem prædictam, eò magis vitentur dissensiones, & schismata, quò minor eligentibus aderit dissidendi facultas: decernimus, ut nullus *b* Cardinalium cujuslibet excommunicationis, suspensionis, aut interdicti prætextu, à dicta valeat electione repelli: Juribus aliis circa electionem eandem hactenus editis, plenè in suo robore duraturis.

¶ *Electos & alios (qui mittere vel ire tenentur ad curiam) adstringit ad id sede vacante. ii. d. Ioan. And.*

Verùm, quia tam ex provisis remediis, quàm ex orationibus ad Deum super hujus negotio effundendis, quòd breviter hujusmodi celebretur electio, præsumendum est probabiliter, & speramus *c*: statuimus, ut electi & alii (qui ex quacunque causa ad sedem Apostolicam venire vel mittere sunt adstricti) ad ipsam, cùm vacat, ac si non vacaret *d*, venire vel mittere teneantur.

CAP. III.

¶ *Primò ponit formam, secundum quam appellans appellationem intimat appellato, ut per ipsam causa beneficialis ad curiam devolvatur. Secundò providet, cùm appellatus vel ipsius specialis Procurator nequit haberi. Tertiò provides, cum per metum appellati, vel suorum, intimatio fieri non potest. Quartò vitiat intimationem aliter factam. Quintò prorogat hunc modum intimandi ad alios casus. ii. d. Ioan. Andr.*

Idem.

CAusam electionis, postulationis, seu provisionis, per appellationem ab ipsa vel occasione ipsius, ad sedem Apostolicam emissam, tunc demùm ad sedem eandem devolvi censemus, cùm in appellati aut procuratoris ejusdem in ipsa causa specialiter constituti præsentia interposita fuerit, aut eorum alteri intra mensem ab interpositione ipsius, vel saltem post lapsum ejusdem mensis (quàm citò commodè fieri poterit) legitimè intimata: porrecto videlicet sibi sub scriptura authentica, vel perlecto *e* illius tenore & copiâ modo consimili (si petita fuerit) inde factâ. Quòd si forsan appellatum abesse, & procuratorem talem non inveniri contingat, in domo, quam ipse appellatus habitare communiter consuevit: vel (si domus eadem in remotis existat) in Ecclesia cathedrali, in cujus civitate vel diœcesi consistit beneficium: & nihilominùs utroque casu in Ecclesia vel beneficio, de quo agitur, volumus appellationem hujusmodi publicari, ac de ipsa, quandocunque petitum fuerit, copiam modo præmisso fieri appellato. Verùm, si propter appellati aut suorum metum, vel potentiam, intimatio fieri nequeat (ut præfertur) appellationem eandem in loco aliquo publico sic solenniter volumus publicari, quòd ad appellati seu ejus procuratoris notitiam possit verisimiliter pervenire. Intimatio verò aliter facta, omni careat juris effectu: Nec causa per appellationem eandem ad sedem censeatur devoluta prædictam, nisi ad appellatum ejus plena & certa notitia, intra tempus prædictum aliter pervenisset. Idem quoque in aliis casibus observari volumus, in quibus requiritur intimatio facienda.

CAP. IV.

¶ *Decretalis, Ut circa. locum non habet, cùm appellans jus suum vel Ecclesia directè prosequitur: sed cùm in formam vel personas opponit crimina vel defectus: quorum circumstantias, si non specificat, super illis non auditur, etiam si juret illas dedicisse de novo. Nec etiam in eadem causa super illis auditur alius non appellans, & prosequens commune non proprium interesse: potest tamen assistere appellanti. Appellans, qui non servat formam, etiamsi appellationem renuntiat, per viam querelæ non prosequitur objecta, nec etiam alia: nisi in casibus exceptis. Omissio formæ licèt appellantem à probatione repellat, non tamen infirmat probationem super his legitimè factam adversarii confessione vel aliter. ii. d. Ioan. Andr.*

Idem.

COnstitutionem, Ut circa *a* editam in Concilio Lugdunensi, locum decernimus non habere, quando, quæ opponuntur, directè respiciunt jus Ecclesiæ, vel opponentis personæ: sed tantùm ubi per competitorem *b* vel oppositorem quemlibet appellantem in formam aut personas defectus vel crimina opponuntur. Cæterùm cùm circa crimina vel defectus debitam circumstantiarum specificationem prædictus omittit appellans, non est postmodùm in prosecutione negotii super his audiendus, etiamsi circumstantias hujusmodi, vel probationes earum per juramentum asserat ad se pervenisse de novo. Sanè si quis, cujus interest, ab electione, postulatione, vel provisione duxerit appellandum, opponendo crimina vel defectus, formâ dictæ constitutionis omissâ, eodem postmodùm appellationem hujusmodi prosequente, alius superveniens non appellans, contra appellatum in eadem causa principaliter admitti non debet, pro interesse communi eosdem articulos prosequendo, licet appellanti possit assistere, ne colludat: non tamen ei propter hoc prosecutionem proprii interesse denegamus. Insuper si appellans ab electione, postulatione vel provisione per viam querelæ simplicis causam agat, vel eam appellato agente defendat, repellitur ab objectibus in appellatione sua expressis & aliis, nisi constiterit ipsum formam servâsse prædictam, præterquam in casibus in constitutione præmissa exceptis: etiamsi appellationem suam non prosequatur, nec exhibeat, & illâ se asserat nolle uti: dum tamen de ipsa coram judice fiat fides: quia per ipsam jus repellendi eundem adversario est quæsitum. Illius verò constitutionis formæ omissio, licèt appellantem ab objectibus in

---

a *Vide Bart. in l. si fidejussor. §. meminisse. ff. de leg. 1.* b *al. ita: ut nullus ex Cardinalibus.* c *vide Bald. in l. 1. col. 4. Cod. de Latin. lib. toll. quanquam.* d *Consule l. mortuo. ff. de jud. c. cavent. 1. q. 3. Pann. in d. c. licit. Font.* e *Not. idem esse scripturam legere, aut legendam exhibere. Vide Item apud Labeon. §. convenium autem. junctâ l. lex Cornelia. §. si quis iiorum.*

a *Hic not. Card. quòd lex aut capitulum allegandum est per suum principium. Font.* b *Nota differentiam inter competitorem & oppositorem, & quis sit competitor: dic, ut in gl. ejusdem. Oppositor autem est, quando electus est unicus. ut lit. pend. c. 1. & 2. p. 6. Zabarel.*

formam electionis, vel personas eligentium, vel electi propositis vel proponendis, & eorum facienda probatione repellat a: probationem tamen factam super his per adversarii confessionem b, vel aliàs legitimè non infirmat.

CAP. V.

¶ *Sine speciali licentia Papæ nullus providere potest Ecclesiæ cathedrali Clero carenti & populo Christiano. Religiosus per Prælatum licentiari non debet, ut tali provisioni consentiat: consentiens, etiamsi fuerit consecratus, proprio Prælato subjacet: nec in Episcopum recipitur, nec ad aliquem honorem promovetur: quæ contra fient, irrita decernit. Ioan. And.*

Idem.

IN plerisque Ecclesiis nedum (quod dolentes referimus) præsidio facultatum privatis, sed & Clero carentibus & populo Christiano, multos frequenter & religiosos præsertim, improvida superiorum provisio ad Pontificatûs assumit honorem: qui nec (ut expediret) prodesse, nec præesse (ut deceret) valentes, instabilitate vagationis & mendicitatis opprobrio serenitatem Pontificalis obnubilant dignitatis. Volentes igitur contra temeritatem tam facientium, quàm ut frequentiùs recipientium provisiones hujusmodi providere: de consilio fratrum nostrorum statuimus, ut nullus deœtero, quantacunque dignitate præpollens (nisi speciali super hoc auctoritate sedis Apostolicæ fulciatur) de pastore provideat cathedrali Ecclesiæ sibi qualitercunque subjectæ, quæ Clero careat & subditis Christianis: Nullusque religiosus à suo unquam, quòd provisioni tali consentiat, licentietur Prælato. Quòd si licentiatus etiam hujusmodi provisioni consenserit, & in Episcopum se fecerit aut permiserit consecrari, in Episcopali nullatenùs recipiatur honore. Sed in tantæ ambitionis pœnam sub religionis, aut monasterii sui Prælato semper sic degat humilis, jaceatque prostratus, quòd nullus eidem in religione sua vel extra, ad gradum honoris vel administrationis cujuslibet sit ascensus. Nos enim quicquid contra præmissa vel aliquod præmissorum contigerit attentari, irritum esse decernimus & inane, contrariâ quâcunque consuetudine non obstante. Sanè circa præfatas Ecclesias permissâ sic specialiter providenda decernimus, quòd circa provisionem quarumlibet aliarum, facultatem superiorum nec coarctare intendimus, nec ultra juris communis limites ampliare.

CAP. VI.

¶ *Capitulum Quorundam, quoad discordiam & minoritatem numeri, intelligitur quoad voces falsi, non secundùm juris fictionem. h. d. Ioan. And.*

Idem.

QUod circa religiosorum electiones super discordia & minoritate numeri Bonifaciana constitutione cavetur, de discordia & numeri minoritate, quæ in facto, non in fictione vel juris effectu consistunt, debere intelligi declaramus.

CAP. VII.

¶ *Emolumentum ex jurisdictione, sigillo curiæ, vel aliàs pertinens ad Prælatum cathedralis Ecclesiæ vel collegiatæ, eâ vacante, non obstante consuetudine (deductis expensis) reservandum est successori: nisi tunc certa dignitati competat jurisdictio cum ipsius emolumento. Ioan. And.*

Idem.

STatutum super bonis à Prælatis cathedralium regularium & collegiatarum Ecclesiarum dimissis, aut obvenientibus tempore vacationis earum, futuris successoribus fideliter reservandis editum: locum declaramus habere in omni emolumento, quod provenit ex jurisdictione, & sigillo curiæ Ecclesiasticæ vel secularis, aut aliàs undecunque, quod ad Prælatos (Ecclesiis non vacantibus) pertineret, consuetudine quâlibet contrariâ non obstante: ita tamen quòd in illis & similibus rationabiles deducantur expensæ. Cæterùm ad singulares personas, ad quas ratione dignitatum, quas obtinent, jurisdictio cum ejus emolumento devolvitur: sede vacante de consuetudine, privilegio, vel jure alio speciali, nolumus præsentem constitutionem extendi.

CAP. VIII.

¶ *Concessio licentiæ generalis Religioso de consentiendo electioni facta vel facienda, non valet. Ioan. de Imol.*

Idem.

CUm concessa Religioso à superiore suo licentia, ut electioni vel provisioni (si quam de ipso contigerit fieri) suum dare possit assensum, ambitionis vitio viam pararet, nullius eam existere volumus firmitatis.

DE RENUNCIATIONE.

TITULUS IV.

CAP. UNIC.

¶ *Renunciatio dignitatis vel beneficii facta per procuratorem ad hoc constitutum, tenet: licèt primus procurator fuerit revocatus, ipse tamen & superior, cui fiebat cessio, ignorante: nisi per malitiam ipsorum vel alterum revocatio ipsis fuerit occultata. Ioan. And.*

Clemens V. *in Concilio Viennensi.*

CUm illusio & variatio in personis Ecclesiasticis maximè sint vitandæ, præsenti constitutione sanctimus, ut si quis ad cedendum Pontificali aut alii cuilibet dignitati b, vel beneficio procuratorem sponte ac liberè constituerit, & ipsum ignorantem postmodùm duxerit quomodolibet revocandum: teneat cessio facta per eum, antequam ad ipsius vel illius (in cujus manibus cessio fuerat facienda) notitiam revocatio hujusmodi sit deducta. Nisi fortè per ipsos aut alios malitiosè factum fuerit, quò minùs ad eos vel eorum alterum ante cessionem potuerit revocatio pervenisse.

DE SUPPLENDA NEGLIGENTIA Prælatorum.

TITULUS V.

CAP. UN.

¶ *Si Prælati regulares non conferant intra sex menses prioratus, administrationes & Ecclesias vacantes, quæ non sunt de mensâ, sed solent speciales (licèt obedientiarias) reliquere habere: disponant auctoritate suâ, vel Apostolicâ, si sint exemptæ, conferant illa personis, quibus per Prælatos fuerant conferenda. Nec permittunt illa applicari mensi Prælatorum, vel pensionibus gravari. Declarantur etiam decret. de offic. ordin. præsent. & de præbend. cum singula. in talibus prioratibus & Ecclesiis locum habere. Ioan. And.*

Clemens V. *in Concilio Viennensi.*

QUia regulares Prælati prioratus, Ecclesias, administrationes, aut quævis alia beneficia, ad eorum dispositionem spectantia, cum va-

a *Not. hoc confessionem in judicio nullo factam valere. Idem dixit Innoc. c. fin. de restit. spol. Panor. Font.* b *In quacunq; parte libri opponatur secundum Imol. Sed Franc. ducit, hanc exceptionem dilatoriam: & ideo quia in istis spiritalibus non contestatur lis. Clem. sæpe. opponenda antequam procedatur ad illa, quæ aliàs fiunt post litem contest. per gl. & quæ ibi dixi. capit. 1. sæpe. end. tit. l. 6. Font.*

a *Vide Fel. in c. ex parte decani ext. de rescript.* b *Sub ista voce ducit Cardin per hunc text. non comprehendi Episcopatum. Fel. in rubr. de major. & obed. in col. 6. Font.*

cant.

cant, interdum committere negligunt vel conferre intra tempus in Lateranen. a Concilio constitutum: diœcesani locorum in non exemptis, suâ, in exemptis verò Apostolicâ auctoritate negligentiam super hoc suppleant eorundem. Prioratus, Ecclesias, administrationes & beneficia hujusmodi, illa b videlicet, quæ consueverunt per seculares Clericos gubernari, secularibus Clericis alia c verò, quæ Religiosis duntaxat committi sunt solita vel conferri, Religiosis monasteriorum, quorum Prælati hujusmodi negligentes fuerint, conferendo. Eâdem quoque auctoritate diœcesani suffulti nullo modo permittant, quòd iidem Prælati prioratus, Ecclesias, administrationes, aut beneficia hujusmodi applicent mensis suis, pensionésve novas eis imponant, aut veteres augeant, sive quòd ipsis de novo impositæ, sive auctæ solvantur. Præmissâ verò de prioratibus, Ecclesiis, administrationibus, & beneficiis intelligimus, quæ non sunt de mensa Prælatorum ipsorum, sed speciales Priores, administratores seu rectores consueverunt habere: licèt Priores seu administratores hujusmodi liberè possint ad claustrum (cùm oportuerit) revocari. In quibus etiam constitutionem Bonifacii Papæ octavi prædecess. nostri, bona beneficiorum vacantium occupari à Prælatis vel aliis prohibentem, ac nihilominùs in prioratibus hujusmodi & Ecclesiis illud Bonifacii ejusdem statutum, quod Religiosum quemcunq; pluribus præesse prohibet prioratibus, aut Ecclesiis curam animarum habentibus (etiamsi cura ipsa non per eum, sed per alium habeat exerceri) locum sibi censuimus vendicare: licèt etiam eisdem prioratibus cura non immineat supradicta.

DE ÆTATE ET QUALITATE, ET ordine præficiendorum.

TITULUS VI.

CAP. I.

¶ Diœcesani servare debent, & à suis subditis servari facere juva, loquentia de qualitate personarum præficiendarum Ecclesiis. Joann. Andreas.

Clemens V. *in Concilio Viennensi.*

CUm d Ecclesiæ, quibus præficiuntur personæ minùs idoneæ scientiâ, moribus vel ætate, gravia propter hoc (ut docet experientia) nonnunquam perferant in spiritualibus & temporalibus detrimenta: Nos volentes per locorum diœcesanos, quibus ratione officii hoc competit, præcipuè super hoc diligentiùs præcaveri: eis districtè injungimus, ut ipsi statuta canonica, quæ super præficiendis personis in hujusmodi Ecclesiis hactenus emanârunt, diligentiùs per seipsos observent, & faciant à suis subditis inviolabiliter observari, si divinam offensam, & sedis Apostolicæ debitam vitare voluerint ultionem.

CAP. II.

¶ In Capitulo cathedralis Ecclesia vel collegiata vocem non habet, qui non est Subdiaconus. Habens beneficium, cui annexus est ordo, post annum, nisi prius (impedimento cessante) promoveatur ad illum, in Capitulo vocem non habet, donec fuerit ordinatus, & interim perdit distributionem dimidiam. Ioan. And.

Idem.

UT e ii, qui divinis in cathedralibus vel collegiatis secularibus vel regularibus Ecclesiis sunt mancipati officiis, vel mancipabuntur in posterum, ad suscipiendos sacros ordines propensiùs inducantur: statuimus, ut nullus decætero in hujusmodi Ecclesiis vocem in Capitulo habeat (etiamsi hoc sibi ab aliis liberè concedatur) nisi saltem in Subdiaconatûs ordine fuerit constitutus. Illi verò, qui dignitates, personatus, officia, vel præbendas, quibus certi ordines sunt annexi, pacificè nunc obtinent in eisdem Ecclesiis, vel obtinuerint in futurum, nisi (justo impedimento cessante) ad hujusmodi ordines se promoveri fecerint intra annum, extunc donec ad eos promoti fuerint, nullo modo vocem in Capitulo habeant earundem. Ipsisque distributionum, quæ dantur his, qui certis horis intersunt, pars dimidia subtrahatur, non obstantibus quibuslibet consuetudinibus vel statutis: Pœnis aliis, quæ contra tales promoveri ad ordines recusantes statuuntur in jure, nihilominùs in suo robore permansuris.

CAP. III.

¶ In XVIII. anno ad Subdiaconatum: in XX. ad Diaconatum: in XXV. ad Presbyteratum potest quis liberè promoveri. hoc dicit. Ioann. Andr.

Idem.

GEneralem Ecclesiæ observantiam volentes antiquis juribus in hac parte præferri, decernimus, ut (alio non obstante impedimento a canonico) possit quis liberè in decimo octavo ad Subdiaconatûs, in vigesimo ad Diaconatûs, & in vigesimo quinto ætatis suæ anno, ad Presbyteratûs ordines promoveri.

DE OFFICIO VICARII.

TITULUS VII.

CAP. UN.

¶ Jura loquentia de Ecclesiis curatis, locum habent, quoad tria, in Vicariis perpetuis Ecclesiarum parochialium. Ioann. And.

Clemens V. *in Concilio Viennensi.*

QUæ de Ecclesiis curam animarum habentibus per receptionem aliarum similium amittendis, ac de ipsarum rectoribus promovendis ad sacerdotium, & de eorum ætate à jure statuta noscuntur, in perpetuis b Ecclesiarum parochialium Vicariis & assumptis ad eas, volumus observari.

DE OFFICIO ET POTESTATE judicis delegati.

TITULUS VIII.

CAP. UN.

¶ Judex ad receptionem testium in civili, & executor ad providendum certa persona, cognitione præmissâ, à Papa deputati, licitè subdelegant.

Clemens V. *in Concilio Viennensi.*

IUdices super receptione testium in causa civili: Nec non executores ad providendum aliquibus, si per inquisitionem solertem eos esse vitæ laudabilis & conversationis honestæ repererint, à sede Apostolica deputati, aliis possint committere licitè vices suas.

a *Id est, Conc. Later. sub Alex. III. c. 1.* b *Vid. Concil. Trid. sess. 14. de refor. c. 8.* c *al. ita: illa verò, &c.* d *Vid. Conc. Trid. sess. 24. de refor. c. 12.* e *Vid. Conc. Trid. sess. 7. de reform. cap. 12. & sess. 24. de refor. c. 12.*

a *Dictus, impedimento, deest in antiquioribus exemplaribus.*
b *De vicariis perpetuis, vide multa per Felinum in cap. 6. perpetuas. extr. de fid. instrum.*

DE OFFICIO JUDICIS ordinarii.

TITULUS IX.

CAP. I.

¶ *Episcopi ita debent corrigere Clericorum excessus, quòd metu pœnæ ipsi arceantur, & alii pertimescant. Ioan. And.*

Clemens V. *in Concilio Viennensi.*

VT Clericorum audacia, qui prætextu privilegii Clericalis ordinis *a* impunitatem excessuum obtinere sperantes, nonnulla multoties committunt enormia, per quæ nimirum diffamatur Ecclesia, & scandala gravia in populo generantur, potissimè cùm talia per Episcopos, ad quos horum spectat correctio, deferantur ut plurimùm incorrecta, propensiùs compescatur: eisdem Episcopis districtè injungimus *b*, quatenus ficcirca correctionem Clericorum hujusmodi vigilanter intendant, & diligenter sui officii debitum exequantur, quòd & iidem Clerici metu pœnæ à suis arceantur insolentiis *c*, & alii eorum exemplo perterriti prosilire ad similia meritò pertimescant.

CAP. II.

¶ *Valet collatio beneficii si. ita à collatore quolibet citra Legatum Apostolicum, non factâ mentione de beneficio, quod prius habebat is, cui fit. h. d. Ioan. And.*

Idem.

ETsi ab Apostolicæ sedis Legato, de beneficio facta collatio beneficium aliud obtinenti, non valeat, nisi de illo, quod obtinet, facta fuerit mentio specialis: in aliis tamen quibuslibet collationem beneficiorum habentibus, hoc nolumus observari.

DE PROCURATORIBUS.

TITULUS X.

CAP. I.

¶ *Qui sciens sine protestatione recipit instrumentum vel literas sua procurationis, quibus constituens pro ipso cavebat, super inclusis in procuratorio dominum defendere cogitur. Ioan. And.*

Clemens V. *in Concilio Viennensi.*

INstrumento vel literis, quibus te aliquis in causis suis procuratorem constituens pro te debito modo cavit, simpliciter (nullâ factâ protestatione) à te scienter receptis, non potes posteà recusare defensionem illius: imò cogi poteris ipsum defendere in omnibus causis & negotiis, ad quæ prædicta instrumenta seu literæ se extendunt: Cùm per hæc ad omnia tuum præstitisse videaris assensum.

CAP. II.

¶ *Procurator habens mandatum jurandi, & omnia faciendi, quæ requirunt speciale mandatum, contra electum vel provisum opponere non potest crimina vel defectus. Ioan. And.*

Idem.

NOn potest procurator ad agendum vel defendendum *a*, jurandumque de calumnia & veritate dicenda, & generaliter ad omnia alia, quæ speciale mandatum exigunt, constitutus (nisi aliud super hoc in mandatis habeat) opponere in personam electi, seu ejus, cui est provisio facienda vel facta, crimina *b* vel defectus: Cùm sub generalitate tali graviora non veniant, vel majora, quàm in ipso procuratorio sint expressa.

CAP. III.

¶ *Religiosus etiam pro conventu, nisi procuret ejusdem licentiam, non potest procurator constitui sine licentia superioris, nec etiam alium constituere, nec substituere: licèt hoc habeat in mandatis. Ioan. And.*

Idem.

REligiosus procurator, etsi per alium religiosum sui vel alterius monasterii fuerit constitutus, sicut non potest sine sui superioris licentia procurationis *c* officium suscipere, nisi pro suo in eadem lite consorte: Ita non potest alium procuratorem constituere seu substituere, etiamsi per constituentem hoc sibi expressè fuerit commissum.

CAP. IV.

¶ *Per obitum rectoris Ecclesiæ revocatur procurator, ab eo pro Ecclesia constitutus, etiam quoad jam cœpta.*

Idem.

PRocuratorem à Prælato, rectore, vel alio quolibet, pro Ecclesia *d* sua vel beneficio constitutum, per mortem constituentis revocari censemus: Etiam quoad negotia jam incœpta, & causas, in quibus per ipsum lis fuerit ante mortem hujusmodi contestata.

DE RESTITUTIONE IN integrum.

TITULUS XI.

CAP. UN.

¶ *Ecclesia probans se læsam per lapsum temporis, ad illud tempus tantùm restituitur, & intra quadriennium à tempore læsionis.*

Clemens V. *in Concilio Viennensi.*

AB Ecclesia *e* adversus lapsum temporis, in quo se læsam affirmat, in integrum restitutio peti potest: & causa restitutionis hujusmodi finiri debet intra quadriennium continuum à tempore læsionis, etiamsi minus quadriennio tempus læsionis existat. Sed non fiet restitutio, nisi ad tantum tempus, quantum se læsam fore probabit.

---

a *Diffio, ordinio, deest in antiquioribus exemplaribus.* b *Si negligant, peccant mortaliter. 4. dist. vn. c. denique. Anfr. Fontanus.* c *Ob istam causam puniuntur res in ipso loco delicti. Salic. in auth. si vero. C. de adulter. Font.*

a *Idem & multò magis si ad alterum tantum, cùm tunc procuratoris minor esset potestas.* b *Crimina intellige magna vel parva, dum tamen talia sint, quæ probata repellerent electum à beneficio, de quo agatur. juxta cap. 1. de elect. lib. 6. & Clem. constit. sup. de elect. Bonifacius.* c *al. procuratoris.* d *vide cap. si tibi absenti. de præben. lib. 6.* e *De intellectu hujus Clementinæ Matthæus de Afflictis decis. 17.*

FINIS.

CLE-

CLEMENTINARUM
LIBER SECUNDUS.
DE JUDICIIS.

TITULUS I.

CAPITULUM I.

¶ *Constitutio Bonifacii, quæ habet, quòd citationes etiam extra dies solennes publicè factæ, de mandato Papæ, in audientia literarum Apostolicarum, vel papali palatio, affixæ januis majoris Ecclesiæ loci, in quo Papa cum curia sua degit, arctent citatum, ac si ad eum personaliter devenissent: restringitur ad eos, qui impediunt, ne ad eos possit citatio pervenire, vel quorum domicilium tutè non potest adiri. Ioannes Andreæ.*

Clemens V. *in Concilio Viennensi.*

DUdum a Bonifacius Papa VIII. prædecessor noster constituit, ut citationes auctoritate Apostolicâ de personis quibuscunque, ac etiam undecunque ad instar edictorum in albo prætoris propositorum, etiam extra dies solennes, in quibus Romani Pontifices processus consuevetunt facere generales, ipso Papâ specialiter & ex certa scientia id mandante factæ, in Apostolicarum audientia publica literarum, vel in papali palatio, publicè postmodùm majoris Ecclesiæ loci, in quo Romanus Pontifex cum sua curia residebit, januis affigendæ, sic valeant atque arctent citatos post lapsum terminum b, quem (consideratâ distantiâ locorum) citationibus ipsis apponi convenit competentem, ac si ad eos personaliter devenissent. Quia verò statutum ipsum rationabiliter editum, propter malitiam temporis tunc instantis, nonnullis nimis rigorosum videtur: Nos zigorem ipsum mansuetudine temperantes, idem statutum, & præfatum modum citandi restringimus ad illos tantùm, & in illis locum volumus sibi vendicare, qui faciunt, impediunt, vel procurant per se vel per alios quoquo modo, ne ad eos possit citatio pervenire: vel quorum domicilia sive loca non possunt tutè liberéve adiri. Verò ei, quod circa citationes absentium, tam diebus solennibus, quàm aliis, Ecclesia c Romana diversis ex causis interdum facere consuevit, per præsentem constitutionem seu moderationem in nullo volumus derogari.

CAP. II.

¶ *In causis etiam pendentibus beneficialibus, decimarum, matrimonialibus, & usurarum, & ipsas tangentibus, procedi potest simpliciter & de plano, absque judiciorum strepitu & figura. Ioann. Andreæ.*

Idem.

DIspendiosam prorogationem litium (quam interdum ex subtili ordinis judiciarii observatione causarum docet experientia provenire) restringere in subscriptis casibus cupientes: Statuimus, ut in causis super electionibus, postulationibus, vel provisionibus, aut super dignitatibus, personatibus, officiis, canonicatibus, vel prabendis, seu quibusvis beneficiis Ecclesiasticis, aut super decimis, ad quarum etiam præstationem possunt, qui tenentur ad eas, prænoniti censurâ Ecclesiasticâ coërceri, necnon super matrimoniis vel usuris, & eas quoquo modo tangentibus ventilandis, procedi valeat de cætero simpliciter & de plano, ac sine strepitu judicii & figura: Volentes non solùm ad futura negotia, sed ad præsentia, & adhuc etiam per appellationem pendentia hoc extendi.

a *Modus citandi per edictum in forma hujus Clement. locum habet in sola Papa, ut not. hic Zabarella. eum video.* b *al. termini.* c *In quodam manuscripto sic: Ecclesia Rom. diversis ex causis processus interdum, &c.*

DE FORO COMPETENTI
TITULUS II.

CAP. UNIC.

¶ *Concedit Concilium certo casu Episcopis expulsis à suis sedibus, quòd in locis aliarum diœcesium servatâ formâ, quam limitat possint procedere contra expulsores, consiliarios, & fautores, & inter subditos jus dicere. Ioan. And.*

Clemens V. *in Concilio Viennensi.*

QUamvis sacris canonibus sit generaliter interdictum, ne quis Episcopus jurisdictionem in diœcesi exerceat aliena: nos tamen Episcopis, qui à suis sedibus protervia impiorum expulsi non audent propter metum persequentium in suis civitatibus vel diœcesibus, aut earum parte aliqua residere, nec jurisdictionem ad se spectantem per se vel per alium inibi exercere: ne injuria in eorum expulsione ipsorum arrogata Ecclesiis hoc prætextu remaneat impunita, duximus indulgendum, ut in diœcesibus alienis, in civitatibus videlicet, vel locis insignibus suis Ecclesiis vicinioribus, in quibus poterunt securè morari, & jurisdictionem suam liberè exercere, possint contra suos expulsores, & eorum in hac parte consiliarios & fautores (dummodò civitates, vel loca hujusmodi eisdem expulsoribus, consiliariis, & fautoribus sint secura, & ipsi personaliter vel ad domum, si hoc tutè fieri valeat, alioquin publicè in Ecclesia cathedrali loci vel domicilii eorundem citati fuerint) liberè procedere, prout justitia suadebit.

Si verò dicti Episcopi ausi non fuerint hujusmodi suos expulsores, vel eorum consiliarios aut fautores dicto modo citare, vel ipsi malitiosè impedimentum præstiterint, ne potuerint sic citari: licitum sit eisdem Episcopis, ut expulsores, consiliarios, & fautores eosdem diebus aliquibus Dominicis vel festivis, cùm populus convenerit ad divina, ut sic facta citatio ad eos pervenire verisimiliùs *a* præsumatur, citent vel citari faciant publicè in Ecclesiis civitatum vel locorum insignium prædictorum, & procedant deinde contra ipsos, si citati taliter statuto ipsis peremptorio termino competenti coram eisdem Episcopis noluerint comparere, acsi citati legitimè aliàs extitissent.

Eisdem etiam Episcopis indulgemus, ut inter suos subditos (ne ob defectum justitiæ dispendium aliquod patiantur) possint in diœcesibus alienis, in quibus moram traxerint (dummodò per ic vel per alium hoc in suis propriis diœcesibus facere non audeant, vel non possint) jurisdictionem suam omnimodam exercere: Ita tamen, quòd subditi, qui expulsores, vel eorum fautores, aut consiliarii non fuerint, ultra duas diætas à fine suæ diœcesis non trahantur. Volumus insuper, ut ante omnia à diœcesanis locorum, in quibus moram traxerint, petant licentiam in præmissis: quam si obtinere nequiverint *b*, procedant nihilominùs, prout superiùs est expressum. Sanè si prædicti Episcopi asseruerint, se non fuisse ausos præfatos expulsores, consiliarios, vel fautores, personaliter, vel ad domum, aut publicè (ut præmittitur) in eorum Ecclesia cathedrali citare: vel ipsos malitiosè præstitisse impedimentum, ne per eos potuerint sic citari: aut quòd in suis diœcesibus jurisdictionem per se vel per alium contra ipsos exercere nequeunt, vel non audent: stari super his volumus assertionibus eorundem. Ipsis districtiùs injungentes, sub interminatione divini judicii, ne circa præmissa contra conscientiam quicquam mendaciter aut dolosè asserant vel confingant. Eorundem autem Episcoporum sententias & processus, quos in præmissis casibus in aliis diœcesibus duxerint faciendos, denuncient, seu denunciari faciant per suas diœceses convicini Episcopi, cùm ab eis fuerint requisiti. Per præmissa quoque nullum ex transcursu temporis quanticunque, vel aliàs quoquo modo locorum diœcesanis, vel aliis quibuscunque jurisdictionem habentibus in locis præmissis, in quibus prædicti Episcopi sic expulsi jurisdictionem (ut prædicitur *c*) exercebant, præjudicium generetur.

DE CAUSA POSSESSIONIS & proprietatis.

TITULUS III.

CAP. UN.

¶ In causa beneficiali delata etiam per appellationem ad curiam, utraque pars petitil petitorium & possessorium intentare. Et ante causæ conclusionem potest spoliatus suspenso petitorio suo, vel adversarii, possessorium prosequi. Ioan. And.

Clemens V. *in Concilio Viennensi.*

CAusâ *d* beneficiali per appellationem ad sedem Apostolicam legitimè devolutâ, tam appellanti, quàm appellato licere decernimus, nedum petitorium, sed & possessorium intentare. Et in spoliantis odium ante causæ conclusionem suspendere petitorium à se, & ab adversario intentatum, in solo possessorio procedendo.

a *Al. verisimiliter.* b *al. nequibunt.* c *al. præmittitur.* d *Vide Paul. de Castro consil. 277. lib. 1. & de intellectu, Covarruviam lib. 1. var. resol. c. 16. num. 13.*

DE DOLO ET CONTUmacia.

TITULUS IV.

CAP. UN.

¶ Appellans ante definitivam, etiam à definitiva, lata ea absente, stato vel non, appellare potest nisi prima appellatio fuerit frivola manifesta: quo casu non appellat, tanquam manifestus contumax. Ioan. And.

Clemens V. *in Concilio Viennensi.*

SI ante *a* definitivam sententiam à judice quis appellando recedat, & judex suæ appellationi non deferens, eo citato, vel etiam non citato ulteriùs in causa procedens, contra ipsum etiam absentem sententiam definitivam promulget, poterit idem appellans à dicta sententia intra tempus debitum appellare: Nisi ejus prima appellatio esset frivola manifestè.

UT LITE PENDENTE NIL innovetur.

TITULUS V.

CAP. I.

¶ Si duo litigantes super beneficio, moriantur: sive uterq; in curia, vel solus possidens, vel neutro possidente alter tantum, alteroalibi moriente: ad Papam, & inconversis casibus ad Ordinarium spectat collatio, si ad alterum beneficium pertinebat. Si autem alter tantum moritur, si superstes, vel alius, cujus interest, litem prosequitur, ex futuro eventu apparebit, ad quem collatio spectat. Ioan. And.

Clemens V. *in Concilio Viennensi.*

SI duobus in Romana curia, super beneficio sibi collato litigantibus, in eadem curia mori contingat utrumque, collationem hujusmodi beneficii ad Romanum Pontificem: si verò extra dictam curiam, ad Ordinarium decernimus pertinere: nisi forsan alius ab eis in dicto beneficio jus haberet. Quòd si unum in dicta curia, alterum verò extra mori contingat, si moriens in curia beneficium possidebat, ad Romanum Pontificem: si vero alius, ad Ordinarium pertineat collatio supradicta. Neutro autem ipsorum beneficium possidente, erit Romanus Pontifex, propter auctoritatis prærogativam in collatione hujusmodi præferendus. Si verò, alter tantummodò, sive possessor, sive petitor, decedat, si superstes, vel alius, cujus interest, causam nihilominùs prosequatur (cùm interim beneficium de jure conferri non possit) ad quem collatio ejus pertineat, futurus declarabit eventus. Nam si ad defunctum pertinuisse beneficium fuerit declaratum, pertinebit ad Papam, si ille in curia, vel ad Ordinarium, si extra curiam sit defunctus. Quòd si ad neutrum illud spectâsse constiterit, ad Ordinarium collatio pertinebit. Salvâ tamen, in præmissis omnibus Rom. Pontificis potestate ad quem Ecclesiarum, personatuum, dignitatum, aliorumque beneficiorum Ecclesiasticorum plena & libera dispositio, ex suæ potestatis plenitudine noscitur pertinere.

CAP. II.

¶ Lis dicitur pendere quoad hoc, ut nihil debeat innovari, cùm citatio legitimè perveni ad partem, vel per eam stetit, quò minus perveniret, cum tale expressum, quòd potuit instrui super quo conveniatur. Ioan. And.

Idem.

CUm lite pendente nihil debeat innovari, litem quoad hoc pendere censemus, postquam à judice

a *Not. quòd appellari potest ante definitivam, quod est verum indistincte de jure communi, dum tamen appelletur ex causa rationabili. cap. ut debitus. ext. de appell. sed de jure civili non appellatur, nisi in certis casib. Zabarella.*

compe-

competenti in ea citatio emanavit, & ad partem citatam pervenit: vel per eam factum fuit, quò minùs ad ejus notitiam perveniret. Dum tamen in citatione prædicta talia sint expressa, per quæ plenè possit instrui, super quibus in judicio convenitur.

DE SEQUESTRATIONE POSSESSIONUM & fructuum.

TITULUS VI.

CAP. UNIC.

¶ Si super beneficio contra ipsius possessorem, qui triennio non possedit, in petitorio vel possessorio una definitiva fertur in curia, etiamsi nulla fore dicatur, ipsius beneficii sequestratio per loci Ordinarium fieri debet: quam impediens, vel sequestratos fructus occupans, excommunicatus est: & si est de litigantibus, cadit à jure suo, & re-ficit pendentia. Ioan. And.

Idem *a*.

AD compescendas litigantium malitias, definimus, ut una contra possessorem definitiva sententia super beneficio apud sedem Apostolicam, duntaxat in petitorio vel possessorio promulgata, beneficium ipsum, etiamsi dignitas, vel personatus existat, & curam habeat animarum, à possessore hujusmodi (dum *b* tamen triennio pacificè antèa ab eo possessum non fuerit) per loci Ordinarium, apud aliquam personam idoneam sequestretur, quæ plenam de ipso & debitam curam gerens, id, quod de fructibus ipsius (debitis ejusdem supportatis oneribus) superesse contigerit, illi restituat, qui finalem in causa victoriam obtinebit. Si quis autem sequestrationem hujusmodi impedire, vel fructus sequestratos quoquo modo præsumpserit occupare, excommunicationis incurrat sententiam ipso facto: à qua (nisi impedimento priùs amoto, & occupatis per eum fructibus restitutis) nullatenùs absolvatur. Et nihilominùs, si de litigantibus fuerit, à jure (si quod in hujusmodi beneficio, vel ad ipsum forsitan competebat eidem) hoc ipso se noverit cecidisse: Præmissis nedum circa futura, sed etiam circa per appellationem pendentia negotia observandis: Non obstante si contra præfatam sententiam de nullitate forsan opponatur.

DE PROBATIONIBUS.

TITULUS VII.

CAP. UNIC.

¶ Verba literarum Apostolicarum, quibus Papæ proprium factum narrat, plenè probant, si super illo gratia vel intentio Papæ fundatur. Ioan. Andr.

Clemens V. *in Concilio Viennensi.*

LIteris nostris, quibus nos dignitates quaslibet seu beneficia collationi nostræ, vel sedi Apostolicæ reservâsse, aut resignationem beneficii alicujus recepisse, vel recipiendi potestatem alii commisisse, vel aliquem excommunicâsse, seu suspendisse, seu aliquem Capellanum nostrum vel familiarem fuisse, vel alia similia, super quibus gratia, vel intentio nostra fundatur, feciisse narramus, censemus super sic narratis fidem plenariam adhibendam: Volentes ad præterita & pendentia (etiam per appellationem) negotia hoc extendi.

DE TESTIBUS.

TITULUS VIII.

CAP. I.

¶ Per testes Christianos convinci possunt Iudæi & Sarraceni, non obstantibus contrariis privilegiis Regum & Principum: quibus si utantur, subtrahitur illis Christianorum commercium. Ioan. And.

Clemens V. *in Concilio Viennensi.*

CUm Judæi quidam & Sarraceni (sicut accepimus) quòd super civilibus aut criminalibus convinci per Christianos non possint, se privilegiis Regum & Principum tueantur (quia id nedum juri contrarium, sed & Christianæ religioni opprobriosum est quamplurimùm & adversum) Reges eosdem & Principes *a* in Domino exhortamur, ne concedant hujusmodi decætero privilegia, vel servent aut servare permittant etiam jam concessa. Quòd si Judæi, aut Sarraceni privilegiis talibus uti præsumpserint, Christianorum communio eis subtrahatur, sic, quòd Christiani ab eorum abstinere communione censurâ Ecclesiasticâ (si opus fuerit) compellantur.

CAP. II.

¶ Publicatis attestationibus testes produci non possunt (etiam in causa appellationis) super eisdem articulis vel directè contrariis. Ioan. And.

Idem.

TEstibus ritè *b* receptis, & eorum attestationibus publicatis, sicut non licet super eisdem vel directò contrariis articulis alios, vel eosdem testes in principali causa producere: sic non debet in appellationis causa licere: Cùm non minùs in appellationibus, quàm in principali causa subornatio sit timenda.

DE JUREJURANDO.

TITULUS IX.

CAP. UNIC.

¶ Iuramenta, quæ Romana Ecclesia præstant Romani Principes, fidelitatis existunt. Ioan. And.

Clemens V. *in Concilio Viennensi.*

ROmani Principes *c*, orthodoxæ fidei professores, sacrosanctam Roman. Ecclesiam, cujus caput est Christus Redemptor noster, ac Romanum Pontificem ejusdem Redemptoris Vicarium, fervore fidei, & clarâ devotionis promptitudine venerantes, eidem Romano Pontifici, à quo approbationem personæ, ad Imperialis celsitudinis apicem assumendæ, necnon unctionem, consecrationem, & Imperii coronam accipiunt, sua submittere capita non reputârunt indignum, seque illi, & eidem Ecclesiæ, quæ à Græcis Imperium transtulit in Germanos, & à qua ad certos eorum Principes jus & potestas eligendi Regem in Imperatorem postmodum promovendum pervenit, adstringere vinculo juramenti, prout tam mos observationis antiquæ, temporibus novissimis renovatæ, quàm forma juramenti hujusmodi sacris inserta canonibus manifestant. Dudum sanè inter quondam Henricum Imperatorem, tunc Romanorum Regem, & charissimum in Christo filium nostrum Robertum Siciliæ Regem, gravi discordiâ suscitata: Nos multis grandibusque periculis, quæ exinde proventura verisimiliter timebantur, intendentes celeri & opportuno remedio obviare, quibusdam ex fratribus nostris sanctæ Rom. Eccl. Cardinalibus, existentibus tunc in urbe pro reformanda pace, & solidanda concordia inter Reges eosdem, literas nostras sub certa forma duximus destinandas, inter alia inferentes in eis, quòd cùm ipsi Reges ejusdem Ecclesiæ specialissimi filii, sibi juramento fidelitatis, & alias multipliciter essent adstricti, ipsius Ecclesiæ debeant esse promptissimi defensores.

a *In uno manuscr. ita habetur.* b *Vid. c. commissa. de elect. in 6. tot. Bart. & moderni in l. Celsus. ff. de usucap. Font.*

a *Qui debent Iudæos punire: vid. l. si quis in hoc genus. C. de Episc. & Cler. & gl. in cap. Iudæi. 2. de Iud. Font.* b *Vid. l. iv §. ajunt ædiles. ff. de ædil. edict. & l. apud eum. §. Imperator. ff. de manumiss.* c *al. Imperatores.*

Dictis autem literis in notitiam dicti Henrici ad Imperium jam promoti sic deductis, idem Henricus ab eisdem Cardinalibus requisitus, ut super contentis in illis suum propositum responderet: quasi molestè tulisset, quòd de juramento fidelitatis hujusmodi per eum præstito in dictis literis mentio haberetur, non familiariter, nec secretè, ut tractandæ pacis qualitas exigebat, sed multis tabellionibus accersitis & requisitis ab eo, quòd de responsionibus suis conficerent publica instrumenta, inter cætera publicè (præsente multitudine hominum copiosâ) respondit a, se non fore cuiquam ad juramentum fidelitatis adstrictum, & quòd nunquam fecerit juramentum, propter quod foret ad juramentum fidelitatis alicui obligatus, & quòd ipse nesciebat, quòd antecessores sui Romani Imperatores unquam juramentum hujusmodi præstitissent, simulans se immemorem juramentorum, quæ nobis ante coronationem suam præstiterat, & post coronationem etiam renovârat. Nos itaque attendentes, quòd hujusmodi responsio, si sub dissimulatione pertranseat, vel silentio pallietur, posset in magnum & evidens præjudicium Rom. Ecclesiæ redundare, dignum admodùm & opportunum fore perspeximus, ut de juramentis hujusmodi constitutioni præsenti aliqua breviter annectamus. Dictus namque H. quamprimùm fuit in Regem Romanorum electus, solennes b ad nos nuntios destinavit: dans eis per suas patentes literas plenum & speciale mandatum, exponendi nobis pro eo devotionem ipsius & reverentiam filialem, quam ad nos & Rom. Eccles. sincero gerere se dicebat affectu: nec non petendi & impetrandi à nobis favorem & gratiam confuctos: offerendi quoque nobis & præstandi pro eo, & in ipsius animam debitæ nobis & eidem Ecclesiæ fidelitatis, & cujuslibet alterius generis juramentum, ac nihilominùs petendi à nobis per nostras sibi manus impendi unctionem, consecrationem, & Romani Imperii diadema. Præfatis itaque nuntiis in nostra & fratrum nostrorum præsentia constitutis, ac secundùm dicti tenorem mandati Avenione, ubi tunc eramus cum nostra curia residentes, in publico consistorio, in quo erat Prælatorum, & aliorum, tam Clericorum, quàm Laicorum non modica multitudo, præmissis per eos coram nobis expositis supplicando petitis humiliter, & oblatis: Nos eodem mandato & decreto electionis ejusdem H. ex parte Principum tam Ecclesiasticorum, quàm secularium, qui eundem elegerant, nobis per dictos nuntios præsentatis, plenâ cum eisdem fratribus deliberatione discussis, factâque nobis de electione hujusmodi concordi & legitimâ plenâ fide, examinatâ quoque personâ ipsius H. prout absentia patiebatur ejusdem, & de ipsius fide, probitate, & aliis, quæ in persona Imperatoris sunt meritò requirenda, cum pluribus Prælatis, & aliis magnæ auctoritatis viris, qui ejusdem H. mores, conditionem, & statum plenius noverant, inquisito, ejusque personâ, cujus etiam nos & fratres nostri aliqualem priùs notitiam habebamus, propter quod faciliùs transivimus in examinatione hujusmodi, idoneâ reputatâ, ipsum nominavimus, denunciavimus, & declaravimus Regem Romanorum, ipsius approbantes personam, eumque sufficientem & habilem declarantes, ad suscipiendam Imperialis celsitudinis dignitatem, ac decernentes unctionem, consecrationem, Imperiique Romani coronam, sibi per manus nostras debere concedi: Et subsequenter à præfatis nuntiis, sufficiens ad hoc ab eo (ut præmittitur) mandatum habentibus, secundùm formam in decretis, quæ incipit, Tibi Domino, comprehensam, fidelitatis recepimus juramentum. Postque idem H. consecrationis & coronationis suæ tempore aliud eisdem Cardinalibus, quos ad impendendum sibi hujusmodi consecrationis & coronationis insignia miseramus ad urbem, illud nostro nomine recipientibus juramentum præstitit corporale, quod in libro Pontificali Rom. præstandum Pontifici per Imperatorem coronationis suæ tempore continetur, cujus tenor dignoscitur esse talis: Ego H. Romanorum Rex annuente Domino futurus Imperator, promitto, spondeo & polliceor, atque juro coram Deo, & beato Petro, me de cætero protectorem, procuratorem a & defensorem fore summi Pontificis, & hujus sanctæ Romanæ Ecclesiæ, in omnibus necessitatibus & utilitatibus suis, custodiendo & conservando possessiones, honores, & jura ejus, quantùm divino sustultus adjutorio fuero, secundum scire & posse meum, rectâ & purâ fide: sic me Deus adjuvet, & hæc sancta Dei Evangelia. Cæterùm, quin juramenta hujusmodi fidelitatis existant, à retrò Romanis Principibus non fuit hactenus hæsitatum: imò tam quondam Albertus Rex Romanorum, immediatus prædecessor memorati Henrici, Bonifacio Papæ octavo prædecessori nostro tempore approbationis ejusdem Alberti, quàm Rodolphus Pater ipsius, & alii prædecessores ejusdem, Romanorum Reges diversis nostris prædecessoribus juramentum fidelitatis & obedientiæ præstiterunt. Idemque Bonifacius memoratum A. juramento hujusmodi ab eo recepto, de fratrum suorum consilio (præsente Prælatorum & aliorum multitudine copiosâ) auctoritate Apostolicâ recepit in specialem suum filium & Ecclesiæ memoratæ, ipsumque in Regem Romanorum assumpsit, in Imperatorem postmodum promovendum. Verùm, quia sæpefatus H. qui in proximis diebus fuit de hac luce subtractus, non virtutem & mentem, sed nedum verborum infectans corticem, sensumque confundens, juramenta restringendo prædicta, curiosè videbatur asserere (ut præfertur) illa ad debitum fidelitatis hujusmodi non extendi: novo modo curiositatis hujus luculentæ veritatis antidotum ipsius declarationis oraculo providimus apponendum. Quia ergò capitulis juramento fidelitatis contentis solicitâ meditatione pensatis, ipsa capitula in præfatis Imperatoris juramentis, quantùm ad effectum, mentem, & virtutem ipsorum, non est dubium contineri: Nos præmissis & aliis rationibus, ne quis in Romanum assumptus Principem, vel in posterum assumendus, an juramenta hujusmodi per dictum H. Imperatorem præstita, & per successores ipsius in futurum præstanda, fidelitatis existant, in dubitationem deducere audeat, vel super his contrarium astruere veritati: auctoritate Apostolicâ de fratrum nostrorum consilio declaramus, illa juramenta prædicta b fidelitatis existere, & censeri debere. Porrò præter juramenta prædicta, idem Henricus suorum inhærens prædecessorum vestigiis, priusquam ingrederetur Italiâ, vel ibidem jura aliqua exerceret, sub testimonio suarum patentium literarum in manibus dilecti filii Joannis de Mollianis c, scholastici Ecclesiæ Tullen. sis, capellani nostri, ad hoc specialiter per nos missi, nostro & præfatæ Ecclesiæ nomine recipientis promisit, & tactis sacrosanctis Evangeliis juramento firmavit, quòd eandem Ecclesiam & fidem catholicam purâ fide rotisque viribus conservaret reverenter, & etiam defensaret, omnemque hæresim, schisma, & hæreticos quoslibet, fautores, receptatores, & defensores ipsorum exterminaret pro posse: ac nunquam cum Sarraceno, Pagano, Schismatico, seu alio quolibet communionem d catholicæ fidei

a *Vid. Bart. in leg. sciendum ff. de verber. oblig.* b *Vide c. ad Apostolicæ. de rejudic. lib. 6. q. 1. c. ffote. & 46. distinct. nobilissimus. Fort.*

a *Dictio, procuratorem, deest in antiquioribus cod.* b *Dictus, prædicta, deest in antiquior. codicib.* c *al. Melanis.* d *Ad hæc vid. l. non dubito ff. de capt. & Innoc. cap. 1. de schis. dost. in cap. quod super his. de vr. Fort.*

non

non habente, aut cum aliquo alio præfatæ Ecclesiæ inimico, vel rebelli, seu eidem manifeste suspecto, unionem quamlibet seu parentelam aut confœderationem iniret, sed tam nostram, quàm successorum nostrorum personas, honorem & statum manuteneret, defenderet, & conservaret contra omnes homines cujuscunque existerent præeminentiæ, dignitatis vel statûs. Eidem etiam *a* adjiciens juramento, quòd manuteneret semper atque servaret privilegia omnia per prædecessores suos Reges ac Imperatores Romanos, præfatæ Romanæ, & aliis quibuslibet Ecclesiis quocunque concessa tempore, & continentiæ cujuscunque: Ipsaque omnia, & specialiter ac præcipuè per claræ memoriæ Constantinum, Carolum, Henricum, Ottonem quartum, Fridericum secundum, atque Rodulphum, prædecessores ipsius super concessione, recognitione, advocatione, annotatione, quitatione, & libera dimissione terrarum & provinciarum Romanæ Ecclesiæ ubilibet positarum, quarum etiam multas nominatim expressit, sedi Apostolicæ Romanisque Pontificibus super *b* quocunque tenore concessa recognovit, confirmavit, & ex certa scientia innovavit, ac etiam de novo concessit: & terras ipsas atque provincias recognovit ad jus & proprietatem ipsius Ecclesiæ plenissimè pertinere: easque nihilominùs ex abundanti de novo Ecclesiæ sæpefatæ donavit, sub prædicto se obligans juramento, quòd ipsas, aliquamvé ipsarum partem nullo unquam tempore occuparet, seu (quantùm in eo esset) ab alio permitteret occupari. Nec in eis, aut aliquâ parte ipsarum jura aliqua, possessiones, aut tenutas haberet, seu quomodolibet possideret, nec in eis etiam potestarias seu cujusvis capitaniæ, aut jurisdictionem quamcunque per se, vel per alium exerceret, quodque (ut Princeps catholicus & sæpe dictæ Ecclesiæ advocatus atq; defensor) ipsam juvaret, & consiliis, & auxiliis illi assisteret opportunis, contra quoscunque inobedientes & rebelles eidem, & præcipuè contra occupantes seu turbantes terras prædictas seu provincias, vel partem quamlibet earundem. Sub eodem etiam juramento promisit, quòd tam ipsam Romanam Ecclesiam, quàm alias Ecclesias, libertatem Ecclesiasticam, bona, jura, Prælatos, & ministros Ecclesiarum ipsarum manuteneret, conservaret, atque defenderet suo posse. Et quòd Ecclesiæ Romanæ vasallos contra justitiam nullatenùs offensurus, devotos ac fideles Ecclesiæ etiam in Imperio constitutos benignè tractaret, nec eos opprimeret contra justitiam, aut (quantum in eo esset) per alium opprimi sustineret, sed in suis potiùs juribus & justitiis conservaret. Hoc quoque juramentum & etiam pristinum pro eo nobis per suos nuntios (ut præmittitur) præstitum, receptis suæ coronationis insignibus innovavit, prout in patentibus ante coronationem ipsam, ejus regio magno sigillo, & aliis post coronationem eandem, ejus Imperiali autem bullâ munitis, inde confectis literis (quas in archivis Rom. Ecclesiæ reponi, & diligenter conservari fecimus) plenius continetur.

DE EXCEPTIONIBUS.

TITULUS X.

CAP. UN.

¶ *Exceptio excommunicationis opponitur dilatoria quandocunque, peremptoria non obstante. Ioan. And.*

Clemens V. *in Concilio Viennensi.*

EXcommunicationis exceptio dilatoria in qualibet parte litis opponi potest, termino peremptorio per judicem assignato, ad proponendum exceptiones declinatorias & dilatorias, non obstante: Servatâ tamen constitutione felicis recordationis Innocentii Papæ IV. edita circa hoc in Concilio Lugdunensi.

a *Dictio, etiam, dicit in antiquiorib. codicibus.* b *Al. sub.*

DE SENTENTIA ET RE judicata.

TITULUS XI.

CAP. I.

¶ *Qui tres sententias contrarias in quavis causâ reportavit, de illarum nullitate non agit, nec excepit ipsarum executione non fallit: & respicit etiam pendentia. Ioan. And.*

Clemens V. *in Concilio Viennensi.*

VT *a* calumniis litigantium occurratur, is, qui in beneficiali vel aliâ quâvis causâ tres contra se in petitorio vel possessorio sententias reportavit, ad agendum de nullitate ipsarum, vel alicujus ex eis nullatenùs admittatur, donec hujusmodi sententiæ plenariè fuerint executioni mandatæ. Similiter si ille, contra quem tres sententiæ definitivæ latæ fuerint, ab interlocutoria vel gravamine ante prolationem ipsarum vel earum alicujus se appellâsse, & causam appellationis hujusmodi adhuc pendere proponat: sententiarum prædictarum executionem tali prætextu nolumus impediri. Quæ ad causas qualitercunque etiam per appellationem pendentes duximus extendenda.

CAP. II.

¶ *Sententia lata contra citatum extra citantis territorium existentem, nulla est ipso jure. Ioan. And.*

Idem.

PAstoralis cura solicitudinis nobis divinitùs superæ cunctas Christiani populi nationes injuncta, nos invigilare remediis subjectorum, eorundem periculis obviare & scandala removere compellit. Sanè cùm jamdudum inter quondam Henricum Imperatorem Romanum, & charissimum in Christo Filium nostrum Robertum Siciliæ Regem, gravis fuisset materia turbationis exorta, asserente deinde Imperatore prædicto, quòd cum quibusdam ipsius subditis Rex confœderationes & conspirationes fecerat in ipsius majestatis offensam: Quodque tractaverat & ordinaverat, ut civitates quædam sub Imperii & Imperatoris ejusdem obedientia consistentes, contra eum, & Imperium rebellarent, gentesque sui ipsius fultæ subsidio, nonnullas alias Imperii civitates & castra (inde violenter ejectis ipsius Imperatoris Officialibus) occupârunt, & pro ipso Rege occupata tenebant: Ac aliàs etiam in urbe & alibi in Imperii, & Imperatoris ejusdem contemptum, & suæ majestatis injuriam, & reipublicæ detrimentum, multa gravia fecerunt *b* per Regem eundem, ac malitiam & instigationem ipsius tam à suis stipendiariis, quàm à subditis Imperatoris commissa.

Præhabitis per Imperatorem eundem quibusdam processibus contra eum, absentem tamen, quamvis legitimè (juxta Imperatoris assertionem) citatum, ac quòd supradicta erant notoria, per imperialem interlocutoriam declarata, Imperator ipse, Regem affirmans propter præmissa læsæ majestatis criminis reum esse, in eum peremptoriè (ut dixit) & sufficienter citatum, sed comparere contumaciter recusantem, tanquam rebellem, proditorem & hostem Imperii, ac reum criminis supradicti, privationis omnium dignitatum, quocunq; comprehensarum titulo, & quibus se intitulabat Rex ipse, auctoritasu quoq; honorum, provinciarum, terrarum, bonorum, jurium & jurisdictionum, tam perpetuorum, quàm temporalium, & si quando veniret in suam & Imperii fortiam, mutilationisve

a *De intellectu vide Oldradum consil. 106. incip: quod littera executoria.* b *Al. fuerant.* c *Vide l. res capitalis ff. de pœnis. & leg. transigere. C. de transact. cum leg. crimenali. C. de jurisd. omnium jud. atq; l. 1. C. ne Christia. man. & Felin. in c. ex literis. 12. col. de constit.*

etiam capitis sententiam promulgavit, omnem supplendo defectum, si quis forsitan fuerat ex solennitate juris omissus in processibus memoratis: præmissa (ut asseruit) faciens exigente justitiâ, & de imperiali etiam potestate. Verùm quia hujusmodi sententia, quæ non à discretione, matre virtutum, sed à noverca justitiæ, voluntariâ scilicet judicantis præcipitatione processit, partus forsan se deteriores haberet, si ipsius sententiæ inefficacia in publicum præconc justitiâ non proderet: Nos circa eam tali uti provisione volentes, quæ (defectis ipsius defectibus) seminata per eam extinguat pericula, & in ratione reddenda sit posteris profutura, ipsam subjiciendam esse providimus limæ justitiæ, ac rectæ libramini rationis. Ejusdem igitur causis & continentiâ, necnon conditione illorum, à quo, & in quem lata fuit, diligenti & debitâ consideratione pensatis, patenter ex eis illius astruitur evidentia nullitatis, & manifestè arguitur temeritas promulgantis. Notorium quippe ac indubitatum exitit, quòd grandis exercitus tempore dictorum processuum & sententiæ, continuè Imperatori assistens, Regem ipsum & suos persequebatur odio capitali: Pisanaque civitas, in qua lata fuit memorata sententia, Regem capitali habebat odio notorio & antiquo. Esto igitur, quòd Rex ipse aliàs ad præmissa fuisset legitimè per Imperatorem citatus: nunquid venire debuit ad judicem exercitu feroci ac grandi, ipsique citato (ut præmittitur) odioso stipatum? Nunquid etiam debuit comparere in loco admodùm populoso, multùm potenti, ac præfato in eum odio provocato? Quis enim auderet, vel quâ ratione audere aliquis teneretur consistorii talis subire *a* judicium, & se in hostium sinu reponere, ac ad mortem per violentam injuriam, non per justitiam inferendam ultroneum se offerre? Hæc quidem jure timentur, hæc de more vitantur, hæc humana fugit ratio, hæc abhorret natura. Desiperet igitur, qui citationem hujusmodi saperet arctâsse citatum. Ut *b* illud tanquam notissimum nullatenùs omittamus, quòd Regem extra districtum Imperii, in regno scilicet Siciliæ, notoriè ac continuè tempore supradicto morantem, citare non potuit Imperator, nec citatio, si quam forsan de ipso intra Imperii fines fecit, citatum extra Imperium constitutum arctavit. Nos quoque Regis ordinarius judex, quòd ad Imperatoris judicium citaremus, vel citari aut remitti faceremus eundem, nequaquam fuimus requisiti: imò licèt ad nos & curiam nostram temporibus illis rumores frequenter de curia Imperatoris venirent, & juxta eum etiam quidam ex fratribus nostris essent, prius tamen dictæ sententiæ promulgatio, quàm aliquid de processibus antecedentibus ad audientiam nostram pervenit. Denique licèt Rex ipse terras aliquas ab Imperatore tenere dicatur in feudum, non tamen in eis, sed in regno prædicto domicilium suum fovebat: unde Imperator in ipsius personam nullam ratione terrarum hujusmodi (nisi ex natura feudorum) debitam superioritatem habebat. Quòd si punitio criminis intra districtum imperialem commissi, ad Imperatorem forsan pertinuisse asseratur: Verum est quidem, si in eodem districtu fuisset inventus delinquens, vel ad illum de more remissus. Dicine ergò sententia meruit, quæ à judice, qui per Regem tutè adiri non potuit, & in loco notoriè (ut præfertur) non tuto, in absentem, nec citatum legitimè ac inauditum per consequens, & indefensum, non maturo fuit judicio, sed præcipitio, & de tanto præsertim crimine promulgata? Rursùs non est silentio relinquendum, quòd ipse Rex noster & Ecclesiæ Romanæ ratione regni prædicti notoriè subditus, homoque ligius & vasallus, ac *a* in eodem regno, non ut præmittitur, in Imperio certum, continuum & notorium suum habens domicilium, ac originem inde trahens, Imperatori eò modo non subfuit, quòd in eum crimen *b* læsæ majestatis commiserit, quantumlibet in sententia supradicta contenta veritatem indubiam continerent, sicque nedum non jure, imò nec cum juris colore tulit Imperator sententiam supradictam *c* in Regem, ex causa, quæ veritatis subsistentiam non habebat, propter quam etiam, quatenus in eo fuit, Regem eundem privando regno & regiâ dignitate, ac terris etiam aliis, & jurisdictionibus perpetuis & temporalibus, quæ sub eo nullatenùs, vel ab eo, sed à nobis, & sub nobis tenebat: nec non procedendo contra Regem eundem ex illis, quæ per ipsius stipendiarios ac nonnullos Imperatoris ejusdem subjectos per malitiam & instigationem Regis ipsius, contra eum fuisse commissa in urbe dicebat: cum etsi illa fuissent ibidem revera commissa, punitio tamen eorum in Regem, veluti extra districtum Imperii commissorum, ad Imperatorem nullatenùs pertineret: inhibendo etiam in eadem sententia sub magnarum oppositione pœnarum, quarum aliquas sibi applicari mandavit, ne quis dicto Regi præsumeret in suis respondere debitis, in ipsiusve familiaritate vel servitio remanere, aut eidem contra ipsum Imperatorem quovis modo impendere consilium, auxilium vel favorem: cùm debitores, servitores, & auxiliatores hujusmodi extra Imperium & in regno constituti prædicto nullatenùs Imperatori subessent, nec ex committendis in regno eodem dictis possent pœnis adstringi, aliqualiter condemnati per ipsum: absolvendo quoque ab omni fidelitate, obligatione, servitio, promissione, ac pacto provincias omnes, civitates, & castra, & *d* loca, ipsiusque vasallos, & feudatarios, & alios quoslibet eidem Regi quomodolibet obligatos, cùm includerentur in absolutione hujusmodi terræ & personæ nobis & Ecclesiæ Romanæ subjectæ, propriæ terminos potestatis excessit, in messem nostram mittens perperàm suam falcem. Cæterùm defectûs suppletio circa processus adhibita supradictos, non tantum valet ad justificationem ipsorum & sententiæ supradictæ, quantum ad eorum suggillationem & notam: cùm nullam super præmissis potestatem haberet Imperator in Regem, sibi aliàs, quàm ut præfertur, non subditum, non citatum *e* legitimè aut remissum, & extra districtum ipsius continuè ac notoriè consistentem: nec prædicta suppletio circa subditum etiam ad ea potuisset de ratione referri, per quæ de crimine præsertim sic gravi delato defensionis (quæ à jure provenit naturali *f*) facultas adimi valuisset: cùm illa Imperatori tollere non licuerit, quæ juris naturalis existunt. Ut igitur sicut memorata sententia juris caret effectu, sic auctoritate & nomine rei careat judicatæ, ut nec in opinione communi aut vulgi labiis nomen habere sententiæ mereatur: ut etiam in magnum justitiæ ac pacis obsequium scandalosis occurratur periculis, quæ cum nostra & Ecclesiæ, provinciarum multarum, regnorum & gentium turbatione non modicâ possent occasione ipsius pro tempore suboriri: Nos tam ex superioritate, quam ad Imperium non est dubium nos habere, quàm ex potestate, in qua (vacante Imperio) Imperatori succedimus: & nihilominùs ex illius plenitudine potestatis, quam Christus Rex Regum, & Dominus dominantium nobis, licèt immeritis, in persona beati Petri concessit, senten-

a *alii. ita: subire judicium, si in hostium sinu reponere, ad mortem, &c.* b *al. ut id.*

a *In quodam manuscripto ita: ac in eodem regno, ut præmittitur, non Imperio certum, &c.* b *Vid. l. Pantomim. ff. de acq. hær.* c *al. sæpedictam.* d *Hæc duo verba, & loca, desunt in antiquior. codicibus.* e *Debac re vide Uldericum Zasium. l. ij. §. eodem tempore. ff. de ori. ju. Bal. in l. fin. C. de legat.* f *L. ut vim. nihil licit docuer. ff. de justit. & jure.*

tiam

tiam & processus omnes prædictos, & quicquid ex eis secutum est vel occasione ipsorum, de fratrum nostrorum consilio declaramus fuisse ac esse omninò irritos & inanes, nullumque debere aut debuisse sortiri effectum seu nocumentum, vel notam afferre cuiquam, vel quomodolibet attulisse. Ipsosque nihilominus, quatenus processerunt de facto, & quicquid ex eis secutum est, vel ob eos, vel in posterum sequi posset, in irritum revocamus.

DE APPELLATIONIBUS.

TITULUS XII.

CAP. I.

¶ Valet appellatio coram majore parte plurium judicum. Sed appellato est appellatio, delatio, & termini præfixio intimanda. Ioann. And.

Clemens V. *in Concilio Viennensi.*

SI à judicibus *a* duobus aut pluribus fuerit appellandum, quia fortè de facili eorum præsentia simul haberi non posset, liceat coram ipsis vel majori parte ipsorum appellare, & Apostolos petere separatim, valebitque appellatio talis, ac si simul fuisset in eorum præsentia ab omnibus appellatum. Est tamen appellato ignoranti, appellationis, necnon delationis eorum & termini præfixionis, si subsecutæ fuerint, intimatio legitimè facienda.

CAP. II.

¶ Sufficit Apostolos peti uno contextu sæpiùs & instanter: ad quos recipiendos, si judex certum terminum statuat, appellans illos non petens in termino, appellationi renunciat: Idem cum judex statuit terminum juris incertum, intra quem appellans illos debuit non petivit, vel oblatos recipere renuit.

Idem.

QUamvis rigor juris exposcat eum, qui appellat, debere petere Apostolos congruo loco & tempore sæpiùs & instanter: Nos tamen antiquam & communem observantiam litigantium sequi, & æquitatem rigori præferri volentes, decernimus sufficere, quòd per appellantem simul uno contextu Apostoli instanter & sæpiùs postulentur. Verùm si judex à quo appellatur, certum terminum ad recipiendos Apostolos appellanti assignet, & appellans in assignato sibi termino non compareat coram eo, nec petat Apostolos sibi tradi, appellationi suæ renunciâsse videtur. Similiter si judex appellanti responderit, intra juris terminum Apostolos se daturum, appellationi suæ renunciâsse appellans intelligitur, nisi intra dictum terminum congruo loco & tempore instanter, & sæpiùs saltem uno contextu petat Apostolos ab eodem judice sibi dari *b*, vel si recipere recusat oblatos.

¶ Ponit tres casus, quibus appellans non habens Apostolos, appellationem prosequi potest. h. d. Ioan. And.

Quòd si judex in termino ad dandum Apostolos præfixo per eum ipsos appellanti petenti non dederit: aut si dum peterentur Apostoli, responderit se daturum eosdem, nullo termino certo sibi præfixo, vel intra juris terminum se eos asseruerit velle dare, & posteà per appellantem congruo loco & tempore sæpiùs & instanter uno contextu etiam requisitus, eos non curaverit intra eundem terminum exhibere, appellationem suam extunc prosequi posset appellans, ac si expresè fuissent eidem Apostoli denegati.

CAP. III.

¶ Appellans prosequi & finire tenetur appellationem extrajudicialem intra annum à die interpositæ appellationis vel illati gravaminis: quo non facto (impedimento justo cessante) appellatio est deserta. h. d.

Idem.

SIcut appellationem judicialem, sic & extrajudicialem intra annum à die interpositionis ipsius, vel à die illati gravaminis, ubi à futuro gravamine appellatur, prosequi & finire tenetur appellans. Quòd si justo impedimento cessante non fecerit, debebit ejus appellatio deserta censeri.

CAP. IV.

¶ Tempus ad prosequendam appellationem ab homine vel à jure præfixum, non currit appellanti compromisso durante, vel de partium expresso consensu: nisi periculo imminente ex mora judex aliud decernat.

Idem.

QUamdiu *a* appellationis prosecutio per compromissum, vel aliàs de partium expresso consensu differtur: tempus ad prosequendum eandem ab homine vel à jure præfixum, currere nolumus appellanti: Nisi fortè judex videns, ex dilatione periculum imminere, præciperet in illa procedi.

CAP. V.

¶ Ante definitivam appellanti non licet prosequi causas, in appellatione nominatim non expressas: Nec processus primi judicis justificari vel impugnari potest, nisi ex actis coram eo.

Idem.

APpellanti ab interlocutoria vel à gravamine judicis, non licet alias causas prosequi, quàm in appellatione sua nominatim duntaxat expressas: nec processus primi judicis ex novis, aut de novo probandis justificari potest, vel etiam impugnari: sed tantùm ex illis, quæ acta fuerunt vel exhibita coram ipso.

CAP. VI.

¶ Prosecutio appellationis deserta non impedit, quin sententia censeatur in rem judicatam transivisse. h. d. Ioan. And.

Idem.

SI *b* appellationem per negligentiam appellantis desertam, appellans ipse cum appellato, aut appellatus etiam per se & principaliter prosequatur: non ideo minùs in rem judicatam censebitur transivisse sententia, à qua fuerat appellatum.

CAP. VII.

¶ A peremptoria repulsa ex alio, quàm propter ineptitudinem, secundò appellans & succumbens non auditur super ea in appellatione à definitiva. h. d. Ioan. And.

Idem.

CUm à repulsione exceptionis peremptoriæ, secundò appellans succumbit, non est in causa appellationis postmodùm à definitiva emissæ audiendus ulteriùs super ea: Nisi tunc ritè proposita ex eo priùs repulsa fuisset, quia proponebatur ineptè.

a *Nota quod indefinitè dicitur judicibus, in omnibus igitur enjusvis speciei judicibus vendicat sibi locum, ut in gloss. 1. Pet. de Author.* b *Aliàs, tradi.*

a *De intellectu, vide Matthæum Afflictum in Authen. si tamen. C. de temp. appell.* b *Pro limitatione hujus Clem. vide Abbatem in cap. ex parte. Cl. 2. ext. de rest. & de materia ibidem plenissimè Fel.*

FINIS.

CLEMENTINARUM
LIBER TERTIUS.
DE VITA ET HONESTATE CLERICORUM.
TITULUS I.
CAPITULUM I.

¶ *Punit Clericos conjugatos, & alios personaliter & publicè carnificum & tabernariorum officium exercentes, qui per diœcesanos nominatim & tertiò moniti, illud officium non dimittunt, vel dimissum reassumunt. Excitat etiam diœcesanos contra illos Clericos, qui seculares actus exercent. Joan. And.*

Clemens V. *in Concilio Viennensi.*

Diœcesanis *a* locorum districtè præcipimus, ut Clericos carnificum seu macellariorum aut tabernariorum officium publicè & personaliter exercentes, nominatim & tertiò moneant, ut sic ab hujusmodi officiis intra convenientem terminum monentium ipsorum arbitrio moderandum desistant, & quòd ipsa nullo unquam tempore reassumant. Qui si taliter moniti ab his non destiterint, aut ipsa (ut præmissum est) exercendo resumpserint quandocunque, conjugati omninò, non conjugati verò in rebus, & si omninò incedant ut Laici, in personis privilegium clericale, quamdiu præmissis institerint, eoipso amittant. Adversùs verò alios Clericos negotiationibus vel commerciis secularibus, vel officiis non convenientibus Clericali proposito publicè insistentes, vel arma portantes, sic canonica servare studeant institutis, quòd & illi ab excessibus compescantur hujusmodi, & ipsi de damnabili circa hæc negligentia nequeant reprehendi.

CAP. II.

¶ *Præmisso exordio, punit primò Clericos beneficiatos, utentes publicè virgatâ vel partitâ veste. Secundo, Subdiaconos, & Diaconos. Tertiò omnes Clericos, tonsuram publicè cum tali veste portantes. Quartò, habentes dignitatem, personatum, beneficium curatum, & Sacerdotes & Religiosos publicè portantes talem vestem vel insulam. Quintò, punit omnes prædictos, utentes tabardo notabiliter brevi, integre foderato. Sextò, certas caligas Clericis interdicit. Joan. And.*

Idem.

Quoniam *b*, qui abjectis vestibus proprio congruentibus ordini, alias assumere, & in publico portare rationabili causâ cessante præsumit, professorum illius ordinis prærogativâ se reddit indignum: præsenti constitutione sancimus, quòd quicunque Clericus virgatâ vel partitâ veste publicè utetur (nisi causa rationabilis subsit) si beneficiatus extiterit, per sex menses à perceptione fructuum beneficiorum, quæ obtinet, sit eoipso suspensus. Si verò beneficiatus non fuerit, in sacris tamen ordinibus citra Sacerdotium constitutus, per idem tempus reddatur eoipso inhabilis ad Ecclesiasticum beneficium obtinendum. Idem quoque censemus, de Clericis aliis vestem talem simul & tonsuram publicè deferentibus clericalem. Dignitatem verò, personatum, seu beneficium aliud obtinens, cui cura immineat animarum, nec non cæteri in Sacerdotio constituti, ac Religiosi quilibet, quos oportet per decentiam habitûs extrinseci, morum intrinsecam honestatem ostendere, si (præterquam ex causa rationabili) publicè vestem ferant hujusmodi, aut insulam seu pileum *a* lineum publicè portent in capite, sint eoipso beneficiati videlicet à perceptione fructuum beneficiorum, quæ obtinent, suspensi per annum. Cæteri verò Sacerdotes & Religiosi quilibet, per idem tempus reddantur inhabiles ad quodcunque beneficium Ecclesiasticum obtinendum. Sed & tales & cæteri quicunque Clerici utentes epithogio seu tabardo foderato usque ad oram, & ita brevi, quòd vestis inferior notabiliter videatur: epithogium ipsum seculares Clerici & Religiosi administrationem habentes, teneantur intra mensem dare pauperibus. Cæteri verò Religiosi administrationem non habentes, intra idem tempus illud teneantur suis superioribus assignare, in pios usus aliquos convertendum. Alioquin beneficiati suspensionis, cæteri verò inhabilitatis pœnas prædictas, per idem tempus se noverint incurrisse. Huic insuper adjimus sanctioni, ut Clerici, præsertim beneficiati, caligis scacatis, rubeis, aut viridibus publicè non utantur.

a *Vide Conc. Trid. sess. 22. de reform. c. 1. & Bernardinum Diaz. in pract. crim. can. c. 65.* b *Hanc constitutionem innovat & ampliat Conc. Trid. sess. 14. de reform. c. 6.*

DE PRÆBENDIS ET DIGNITATIBUS.
TITULUS II.
CAP. I.

¶ *Clausula inserta literis gratiosis super dignitate concessis, per quam provideri mandatur, ne animarum cura (si dignitati imminet) negligatur, vel per quam inhibetur electionem fieri dignitatis: non facit extendi gratiam ad dignitatem curatam, vel ad quam quis per electionem assumitur. h. d. Joan. Andr.*

a *Al. pileum juvenum.*

Clemens

Clemens V. *in Concilio Viennensi.*

SI dignitatem habenti de alia provideri mandemus *a*, dispensantes cum eo, ut simul utramque valeat retinere, de animarum cura, quæ illis vel alteri earum imminet, non habitâ mentione, gratia hujusmodi velut surreptitia nullius penitùs est momenti: quanquam confectis super ea literis sit insertum, quòd animarum cura (si dignitatibus ipsis vel alteri earum imminet) nullatenùs negligatur. Ad hoc si alicui provideri mandemus, de dignitate ad cujuscunque vel quorumcunque collationem, provisionem, seu quamvis dispositionem aliam in certa Ecclesia pertinente, quam intra mensem duxerit acceptandam: inhibentes illi vel illis, ad quorum collationem, provisionem, seu electionem, dignitates in ipsa Ecclesia pertinere noscuntur, ne interim ad collationem ipsarum, seu provisionem procedant, vel quenquam eligant ad easdem de dignitate, ad quam consuevit quis per electionem assumi, impetranti non poterit provideri: cùm in concessione gratiæ (ad quam non augendam, sed exequendam debent, quæ de inhibitione sequuntur, referri) nullam de electione fecerimus mentionem.

CAP. II.

¶ *Intra super provisione Clericorum non includunt hospitalia, & loca similia, & habentia jura spiritualia: nisi ad exprimatur. b. d. Ioan. And.*

Idem.

PEr literas à sede Apostolica, vel Legatis ipsius super provisione quorumlibet Cleticorum directas, de xenodochiis, leprosariis, eleemosynariis, seu hospitalibus (etiamsi Ecclesias vel Capellas, decimas, aut alia spiritalia jura noscantur habere) nulli posse decernimus *b* provideri: Nisi hoc in Apostolicis literis caveatur expresè.

CAP. III.

¶ *Duo casu vacat una dignitas, per receptionem alterius, vacant etiam plures.*

Idem.

SI plures *c* obtinens dignitates, aliam dignitatem aut beneficium curam animarum habens acceptet, dispensatione super hoc legitimè non obtentâ: ejus possessione adeptâ pacificè, dignitates, quas priùs habebat, ipso facto vacare censemus.

Sicut si dignitatem unicam obtinenti alia simili conferatur, ejus pacificâ possessione habitâ, prima de jure vacaret.

CAP. IV.

¶ *Valet provisio facta proprio motu Papæ tacentis beneficia provisi, quacunque sint, & quotcunque. b. d. Ioan. And.*

Idem.

SI Romanus Pontifex de beneficio alicui motu proprio provideat, de beneficiis, quæ obtinet, non habitâ mentione, provisionem seu gratiam hujusmodi fore validam declaramus, qualiacunque fuerint beneficia, dignitates, aut personatus, cum cura vel sine cura, & in numero quantocunque *d*, quæ is habebat, cùm sibi provisio facta fuit.

CAP. V.

¶ *Expectans beneficium, ad collationem Episcopi, devolutum ad illius Capitulum, obtinere non poterit: devolutum tamen ad Episcopum, vel etiam ad Papam ex cujuscunque negligentia poterit obtinere.*

Idem.

SI de beneficio ad cujuscunque Episcopi collationem spectante alicui conferendo scribamus, sibi illud conferri non poterit, cujus collatio ex negligentia ipsius Episcopi ad ejusdem Capitulum devoluta existit. Licèt provideri sibi possit de illo etiam, cujus ad ipsum Episcopum ex sui Capituli vel alterius cujuscunque, sive ad nos ex ipsius Episcopi, & aliorum in hoc eidem succedentium negligentia collatio fuerit devoluta.

CAP. VI.

¶ *Adeptus in Ecclesia dignitatem habentem Prabendam annexam, perdit primam Prabendam, quam habebat in illa. b. d. Ioan. And.*

Idem.

SI juxta nostri formam mandati Canonicatum & Præbendam Ecclesiæ Rutinensis adeptus, dignitatem, quam duxerit acceptandam, ibidem expectet, Archidiaconatum *a* inibi post vacantem, non obstante quòd certa sit sibi annexa Præbenda, poterit acceptare: primâque Præbendâ hoc ipso vacabit, quòd secundam cum Archidiaconatu prædicto pacificè fuerit assecutus.

DE CONCESSIONE PRÆBENDÆ ET Ecclesiæ non vacantis.

TITULUS III.

CAP. UNIC.

¶ *Decretum conditionale ante conditionis eventum non afficit potestatem ordinaris, vel alterius collatoris: secus quando acceptationi beneficii tempus adjicitur cum decreto. Et qui beneficium vacans ab executore petit vel recepit, illud intelligitur acceptâsse: qua vacatio nota dicitur expectanti, ex quo in loco beneficii publicè scitur.*

Clemens V. *in Concilio Viennensi.*

CUm *b* ei, quem in scientia reputamus idoneum, si per inquisitionem executoris sibi deputati à nobis repertus fuerit esse vitæ laudabilis, & conversationis honestæ, de beneficio certi valoris alicui provideri mandamus, adjicientes, quòd de beneficio minoris valoris possit eidem, si voluerit, provideri, ac extunc etiam inane decernentes & irritum, si secùs à quoquam quâvis auctoritate contigerit attentari: Quia decretum hujusmodi in eventum duntaxat prædictarum conditionum suum sortitur effectum: antequam extet prima conditio, beneficium prætaxati valoris, & etiam minoris, priusquam suam impetrans super valore hujusmodi voluntatem declaret, conferri liberè poterit per ordinarium, aut alium executorem à nobis ad providendum de tali beneficio deputatum. Secùs autem fore censemus, quùm decreto apposito alicui provideri mandamus de beneficio, quod intra mensem à vacationis ipsius notitia duxerit acceptandum: ut appositio mensis ejusdem aliquid afferat impetranti. Quin etiam beneficium, quod acceptare poterat, petendo sibi per suum executorem conferri, aut recipiendo sibi præsenti collatum: ipsum ex hoc acceptare, & collationem taliter sibi factam valere censemus. Cæterùm, ut tam diuturnis vacationibus, quàm fraudibus & litibus occurratur, prædictæ vacationis notitiam impetrantem interpretamur habere, ex quo ipsa vacatio in loco, vel Ecclesia hujusmodi beneficii publicè nota erit. Imputet quidem sibi si hoc casu, quo de ipsius commodo agitur, id quod per se, vel per alium scire potuerit, ignoravit.

a *De mandatis de providendo vide quod novissimè sanxerat Concilium Tridentin. sess. 24. cap. 19.* b *Nota quod hoc verbum facit novum jus, & hoc tenet Zenzel. de hoc, de jud. decernimus. Zabarel.* c *Vide Conc. Trident. sess. 7. de reform. c. 4. & sess. 24. de reform. c. 17.* d *Al. quotcunque.*

a *Nota, quòd Archidiaconatus est dignitas. vide Doct. in cap. de multa. de prab. Archidiaconum, in cap. 1. de consuet. lib. 6. & Abbatem, in cap. novit. de judic.* b *Nota quod promovendus ad beneficium, debet esse idoneus. de quo prater Doct. hic vide Canonistas in cap. si eo tempore. de rescript. lib. 6. & in cap. ex. cui de prabend. eod. lib. Abb. in c. dudum. de elect. & Fel. in c. ult. de præsumpt.*

DE REBUS ECCLESIÆ NON ALIENANDIS.

TITULUS IV.

CAP. I.

¶ Religiosus, qui concedit alicui ad vitam vel certum tempus jura, reditus vel possessiones administrationis cui præest, suspensus est ab officio, nisi duo concurrant: nec valet concessio. duos casus excipit. h. d. Ioan. And.

Clemens V. a *in Concilio Viennensi.*

MOnasteriorum, & aliarum administrationum regularium dispendiis occurrere cupientes, perpetuo prohibemus edicto *b*, ne quis Religiosus monasterio, prioratui, Ecclesiæ, seu administrationi cuivis præsidens, jura, reditus, aut possessiones ejusdem, alicui ad vitam ejus, seu aliud certum tempus, pecuniâ etiam inde receptâ quovis modo concedat: nisi necessitas aut utilitas monasterii, prioratûs, Ecclesiæ aut administrationis hujusmodi hoc exposcat, Conventûs sui, aut si Conventum non habeat, Prælati proprii assensu ad hoc nihilominùs accedente. Si quis autem contra hoc fecerit *c*, pœnam suspensionis ab officio eo ipso incurrat, nec ex concessione ipsius recipienti jus aliquod acquiratur. Verùm præmissâ ad locationes vel etiam redituum aut fructuum venditiones, ad tempus modicum faciendas, declaramus nullatenùs non extendi.

CAP. II.

¶ Episcopus unire potest Ecclesiam alteri, vel loco religioso donare, etiam non vocato vel tenere, vel defensore. h. d. Ioan. And.

Idem.

SI *d* una Ecclesia alteri Ecclesiæ, seu dignitati alicui vel præbendæ per Episcopum, suo consentiente Capitulo uniatur, aut religioso loco donetur, ex eo quòd rector ipsius ad hoc vocatus, vel si vacabat, defensor ei super hoc datus non extitit, nequaquam id poterit impugnari. Quòd si Episcopus (sui etiam Capituli accedente consensu) mensæ suæ, vel ipsi Capitulo aliquam duxerit Ecclesiam uniendam: hoc irritum esse decernimus & inane, contrariâ quâvis consuetudine non obstante.

DE RERUM PERMUTATIONE.

TITULUS V.

CAP. UNIC.

¶ Collatio de beneficiis causâ permutationis vacantibus facta a aliis, quàm permutantibus, non tenet. h. d. Ioan. And.

Clemens V. *in Concilio Viennensi.*

NE concessione juris utentibus præsertim circa spiritualia illudatur, si qua *e* beneficia ex causa permutationis, ab aliquibus resignata, aliis quàm ipsis permutare volentibus conferantur, nullius hoc esse volumus firmitatis.

DE TESTAMENTIS ET ULTIMIS voluntatibus.

TITULUS VI.

CAP. UN.

¶ Ordinarius loci rationem exigit à Religiosis etiam exemptis de testamentorum executoribus, quæ gesserunt: & si circa id deliquerint, alios punit.

a *Al. sta: Idem.* b *Propter expressionem hujus verbi hæc constitutio ab omnibus ut lex generalis est servanda. ut l. 3. C. de legibus. Bonifacius de Vital.* c *Al. attentaverit.* d *Circa unciones vide statuta in Conc. Trid. sess. 7. de reform. c. 6. & sess. 24. de reform cap. 13 & 15. & sess. 25. de reform. c. 9.* e *In vetust. cod. etiam impressu constanter legitur sta: si beneficia ex causa, &c.*

Clemens V. *in Concilio Viennensi.*

RElegiosis etiam exemptis, deputatis ad executionem cujuslibet ultimæ voluntatis, circa ipsius executionis officium (quod utique non possunt, nisi à superiori suo petitâ & obtentâ susceptione) volentes præscindere materiam delinquendi: Præsentis constitutionis auctoritate statuimus, quòd tales, etiamsi prælationis fungantur officio, locorum ordinariis debitam reddere, ipsique ordinarii ab eisdem absque dolo, fraude seu negligentia de susceptæ executionis officio teneantur exigere rationem: Illos, quos circa id deliquisse reperierint, in aliorum exemplum pœnâ debitâ (quocunque non obstante privilegio) puniturì.

DE SEPULTURIS.

TITULUS VII.

CAP. I.

¶ Excommunicati sunt etiam exempti, qui in casibus non permissis defunctos sepeliunt in cœmeterio tempore interdicti: vel qui scienter sepeliunt excommunicatos publicè, nominatim interdictos, vel manifestos usurarios. Ioan. And.

Clemens V. *in Concilio Viennensi.*

EOs *a*, qui propriæ temeritatis audaciâ defunctorum corpora, non sine contemptu clavium Ecclesiæ, in cœmeteriis interdicti tempore, in casibus non concessis à jure, vel excommunicatos publicè, aut nominatim interdictos, vel usurarios manifestos scienter sepelire præsumunt: decernimus facto excommunicationis sententiæ subjacere: à qua nullatenùs absolvantur, nisi priùs ad arbitrium diœcesani Episcopi eis, quibus per præmissa fuerit injuria irrogata, satisfactionem exhibuerint competentem: Nullo eis circa præmissa exemptionis, vel quovis alio privilegio, sub quacunque forma verborum concesso, aliqualiter suffragante.

CAP. II.

¶ Pari, qua titulum respicit, hoc intendit: Prædicatores & Minores in locis suis liberè sepeliunt illos, qui hoc liberè elegerint. De funeralibus tamen, & quibuscunq; obventionibus & relictis, etiam de quibus aliàs non debetur canonica, quartam & non ultra solvent Ecclesiæ parochiali. h. d. Ioan. And.

Idem *in eodem.*

DUdum à Bonifacio Papa octavo prædecessore nostro infrascriptâ editâ decretali, Benedictus Papa undecimus prædecessor noster aliam illius revocatoriam promulgavit: quæ quia (ut probavit effectus) nedum pacis ab auctore ipsius speratæ fructum non attulit, quinimò discordiæ, pro qua sedanda processerat, fomentum non modicum ministravit: nos eam omninò cessantes, aliam à præfato Bonifacio editam, sacro instante & approbante concilio innovamus, subjicientes tenorem illius, qui dignoscitur esse talis: Bonifacius Episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Super cathedram præeminentis pastoralis divinâ disponente clementiâ constituti; etsi multis & arduis, quæ in amplum Romanæ curiæ alveum undique confluunt quasi torrens, prægravemur negotiis, curis excitemur innumeris, cogitationibus plurimis distrahamur, circa id tamen ferventibus *b* votis intendimus, vacamus instantiùs, ac operosæ studium solicitudinis impertimur, ut ad divini nominis *c* gloriam, exaltationem catholicæ fidei, & profectum fidelium animarum (præcisis radicitùs dissidiorum vepribus, & litigiorum anfractibus omninò subductis) inter Ecclesiarum antistites, ad curam & regimen gregis Dominici depu-

a *De intellectu vide Decium in c. ad hæc. ext. de privil.*
b *Aliàs, frequentibus.* c *Al. numinis.*

tatos,

tatos, exterasque personas, quas ordo clericalis includit, pacis tranquillitas vigeat, fervor charitatis exæstuet, invalescat concordiæ unitas a, animorum identitas perseveret. Scimus enim, & ex evidentia facti colligimus, quòd non nisi in pacis tempore benè colitur pacis auctor: nec ignoramus, quòd dissensiones & scandala pravis actibus aditum præparant, rancores & odia suscitant, & illicitis moribus assumpræbent. Ab olim siquidem inter Prælatos & Rectores, seu Sacerdotes ac Clericos parochialium Ecclesiarum, per diversas mundi provincias constitutos ex una parte, & Prædicatorum & Minorum ordinum fratres, ex altera (pacis æmulo, satore b zizaniæ procurante) gravis & periculosa discordia extitit suscitata, super prædicationibus fidelium populis faciendis, eorum confessionibus audiendis, pœnitentiis injungendis eisdem, & tumulandis defunctorum corporibus, qui apud fratrum ipsorum Ecclesias, sive loca noscuntur eligere sepulturam. Nos autem (pii patris more laudabili) molestè ferentes incommoda filiorum, reducentes ad exactæ considerationis examen, ac intra pectoris claustra solicitè revolventes, quàm sit plena periculis, quàm onusta dispendiis, quamque in divinæ majestatis conspectu reddatur exosa discordia supradicta: Et propterea intendentes paternæ solicitudinis studio illam prorsùs evellere, ac omnimode submovere, nullis unquam futuris temporibus favente c Domino suscitandam: grandi quoque desiderio cupientes, ut hujusmodi negotium, quod potissimè insidet cordi nostro, finem salubrem & celerem per Apostolicæ solertiæ studium consequatur, diligenticum fratribus nostris deliberatione præhabitâ super eo, ad honorem Dei & exaltationem catholicæ fidei, quietum statum partium prædictarum, ac salutis animarum fidelium incrementum: de d ipsorum fratrum consilio, auctoritate Apostolicâ statuimus & ordinamus, ut dictorum ordinum fratres in Ecclesiis & locis eorum, ac in plateis communibus e liberè valeant clero & populo prædicare, ac proponere verbum Dei: horâ illâ duntaxat exceptâ, in qua locorum Prælati prædicare voluerint, vel eorum se facere solenniter prædicari, in qua prædicare cessabunt, præterquam si aliud de Prælatorum ipsorum voluntate processerit, ac licentia speciali. In studiis autem generalibus, ubi sermones ad clerum ex more fieri solent diebus illis, quibus prædicari solenniter consuevit, ad funera etiam mortuorum, & in festis specialibus, sive peculiaribus eorundem fratrum, possunt iidem fratres, & liceat eis liberè prædicare: nisi fortè illâ horâ, quâ solet ad clerum in prædictis locis Dei verbum proponi, Episcopus vel Prælatus superior clerum ad se generaliter convocaret, aut ex aliqua ratione, vel causâ urgente clerum ipsum duceret congregandum. In Ecclesiis autem parochialibus fratres illi nullatenùs audeant, vel debeant prædicare, vel proponere verbum Dei, nisi fratres prædicti à parochialibus Sacerdotibus invitati fuerint vel vocati, & de ipsorum beneplacito & assensu, seu petita licentia fuerit & obtenta: nisi Episcopus vel Prælatus superior per eosdem fratres prædicari mandaret. Statuimus etiam & ordinamus auctoritate prædictâ, ut in singulis civitatibus & diœcesibus, in quibus loca fratrum ipsorum consistere dignoscuntur, vel in civitatibus & diœcesibus locis ipsis vicinis, in quibus loca hujusmodi non habentur, magistri f priores provinciales Prædicatorum, aut eorum vicarii & generales g & provinciales ministri & custodes Minorum ordinum prædictorum, ad præsentiam Prælatorum eorundem locorum se conferant per se vel per fratres, quos ad hoc idoneos fore putaverint, humiliter petituri, ut fratres, qui ad hoc electi fuerint, in eorum civitatibus & diœcesibus confessiones subditorum suorum confiteri sibi volentium audire liberè valeant, & hujusmodi confitentibus (prout secundum Deum expedire cognoverint) pœnitentias imponere salutares, atque eisdem absolutionis beneficium impendere de licentia, gratia, & beneplacito eorundem. Ac deinde præfati magistri, priores, provinciales & ministri ordinum prædictorum, eligere studeant personas sufficientes, idoneas, vitâ probatas, discretas, modestas atque peritas, ad tam salubre ministerium & officium exequendum: quas sic ab ipsis electas repræsentent, vel faciant præsentari Prælatis, ut de eorum licentia, gratis, & beneplacito in civitatibus & diœcesibus eorundem, hujusmodi personæ sic electæ, confessiones confiteri sibi volentium audiant, imponant pœnitentias salutares, & beneficium absolutionis in posterum a impendant, prout superiùs est expressum: extra civitates & diœceses, in quibus fuerint deputatæ, per quas eas volumus, & non per provincias deputari, confessiones nullatenùs audituræ. Numerus autem personarum assumendarum ad hujusmodi officium exercendum esse debet, prout b universitas cleri & populi, ac multitudo vel paucitas exigit eorundem. Et si iidem Prælati petitam licentiam confessionum hujusmodi audiendarum concesserint, illam præfati magistri, ministri, & alii cum gratiarum recipiant actione, dictæque personæ sic electæ commissum sibi officium exequantur. Quòd si forte jam dicti Prælati quenquam ex dictis fratribus præsentatis eisdem ad hujusmodi officium nollent habere, vel non ducerent admittendum: eo amoto vel subtracto, loco ipsius similiter eisdem præsentandus Prælatis possit & debeat alius surrogari. Si verò iidem Prælati præfatis fratribus ad confessiones (ut præmittitur) audiendas electis, hujusmodi exhibere licentiam recusârint: nos exnunc ipsis, ut confessiones sibi confiteri volentium liberè licitèque audire valeant, & eisdem pœnitentias imponere salutares, atque eisdem beneficium absolutionis impertiri, gratiosè concedimus de plenitudine Apostolicæ potestatis. Per hujusmodi autem concessionem nequaquam intendimus personis seu fratribus ipsis ad id taliter deputatis, potestatem in hoc impendere ampliorem, quàm in eo curatis vel parochialibus Sacerdotibus est à jure concessa: nisi forsan eis Ecclesiarum Prælati uberiorem in hac parte gratiam specialiter ducerent faciendam. Hujusmodi quoque statuto, & ordinationibus nostris adjicimus, ut fratres dictorum ordinum in Ecclesiis vel locis suis ubilibet constitutis, liberam (ut sequitur) habeant sepulturam: videlicet, quòd omnes ad eam recipere valeant, qui sepeliri elegerint in locis & Ecclesiis memoratis. Verùm ne parochiales Ecclesiæ & ipsarum curati, sive rectores, qui ministrare habent Ecclesiastica sacramenta, quibus noscitur de jure competere, prædicare seu proponere verbum Dei, & confessiones audire fidelium, debitis & necessariis beneficiis defraudentur, cùm operariis mercedis exhibitio debeatur: auctoritate Apostolicâ constituimus & ordinamus eâdem, ut dictorum ordinum fratres, de obventionibus omnibus tam funeralibus, quàm quibuscunque & quomodocunque relictis, distinctè vel indistinctè c, ad quoscunque certos vel determinatos usus, de quibus etiam quarta, sive canonica portio dari, sive exigi non consuevit, vel non debet de jure: nec non de datis vel

a *Al. & animorum, &c.* b *Al. Satoreſ.* c *Aliàs ita: auctore Domino.* d *Al. ita: de fratrum noſtrorum conſilio, &c.* e *Vide l. ſicut locus. §. fin. ff. quemad. ſervitus amitt.* f *Aliàs, magiſter.* g *Al. generalis miniſter.*

a *Hæ duæ dictiones, in poſterum: deſunt in antequamvis codicibus.* b *Al. ita: prout univerſitas cleri, & populi multitudo, vel paucitas exigit eorundem.* c *Vide l. tutor petitus. §. 1. ff. de caſt. pec. l. à filio. §. fin. ff. de alim. & cibat. leg. Fund.*

qualitercunque donatis in morte, seu mortis articulo in infirmitate donantis, vel dantis, de qua decesserit, quomodocunque directè vel indirectè fratribus ipsis, vel aliis pro eisdem, quartam partem (quam auctoritate Apostolicâ taxamus, & etiam limitamus) parochialibus Sacerdotibus, & Ecclesiarum Rectoribus, seu curatis largiri integrè teneantur. Facturi & curaturi, quòd nec alii, nec aliis, à quibus quarta hujusmodi minimè deberetur, ad ipsorum fratrum utilitatem vel commodum hujusmodi fiant relicta, aut in eos taliter data vel donata procedant, seu quod in morte, vel ab infirmis hujusmodi dandum vel donandum fratribus ipsis existeret, in eorundem dantium vel donantium sanitate, sibi dari vel donari procurent. In quibus per ipsos vitandis eorum intendimus conscientias onerare: ut si (quod absit) per fratres ipsos dolo vel fraude, quicquam in hac parte agi fortassè contigerit (præterid, quòd eos propterea dictis Sacerdotibus, Rectoribus, & curatis teneri volumus) etiam districta ratio in extremi judicii examine requiratur ab eis. Ultra portionem autem hujusmodi nihil valeant parochiales rectores, curati, & prælati exigere supradicti, neque illis dicti fratres amplius impendere sint adstricti, neque ad id à quoquam possint aliqualiter coërceri. Nos etenim (ut in cunctis æqualiter & pacificè favente Domino procedatur) universa privilegia, gratias, indulgentias, verbo seu scripto, sub quacunque forma vel expressione seu conceptione verborum, à nobis vel prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus cuicunque ordinum prædictorum concessa, necnon consuetudines, conventiones, statuta & pacta, in quantum sunt præmissis, vel alicui præmissorum contraria, ea penitùs revocamus, vacuamus, cassamus & irritamus: quinimò cassa, vacua & irrita nunciamus, & decernimus nullius prorsùs existere firmitatis. Cæterùm universos Ecclesiarum Prælatos cujuscunque præeminentiæ, statûs, vel dignitatis existant, ac Sacerdotes parochiales & curatos, sive rectores prædictos, præsentium tenore rogamus & hortamur attentè, nihilominusque a eis districtè præcipiendo mandamus, quatenus pro divina & Apostolicæ sedis reverentia, prædictos ordines & professores eorum habentes affectu benevolo commendatos, fratribus ipsis non se difficiles, graves, duros, aut asperos, sed potiùs favorabiles, propitios, ac benignos, piâque munificentiâ liberales se studeant exhibere: sic eos in prædicationis officio, & b propositionibus verbi Dei, ac in omnibus aliis supradictis, tanquam cooperatores eorum idoneos, & laborum suorum participes promptâ benignitate recipiant, ac affectuosè admittere non omittant, ut proinde illis æternæ beatitudinis præmium augeatur, & animarum salutis incrementa felicia procurentur. Nec ipsos lateat, quòd si secùs ab eis agi fortassè contigerit in hac parte, Apostolicæ sedis benignitas, quæ ordines & professores eosdem ubere favore prosequitur, & gerit in visceribus charitatis, contra eos non immeritò turbaretur, nec eadem æquanimiter pati posset, quin super hoc provisionis opportunæ remedium adhiberet: ipsosq; nihilominùs cœlestis indignatio principis digna pro meritis rependentis, cujus obsequia fratrum ipsorum sedulitas curiosa prosequitur, minimè pratoriret.

DE DECIMIS, PRIMITIIS, ET OBLATIONIBUS. c

TITULUS VIII.

CAP. I.

¶ *Ponit quatuor casus, in quibus Religiosi gravantes, vel fraudantes Ecclesias, circa decimas eis debitas. si requisiti per illas, quorum interest, non desistunt intra mensem, vel de usurpato vel retento intra duos menses non fecerint emendam, suspensi sunt ab officio, administrationibus, & beneficiis: & talia non habentes sunt excommunicati. Secundus, tertius, & quartus casus sic, Seu qui. Ioan. And.*

Clemens V. *in Concilio Viennensi.*

REligiosi a quicunque, qui novalium aut aliarum decimas Ecclesiis debitas ad eos ex aliqua causa legitima non spectantes, appropriare sibi præsumpserint, aut exquisitis fraudibus, sive coloribus usurpare: Seu, qui de animalibus familiarium & pastorum suorum, vel aliorum etiam animalia ipsa eorum gregibus immiscentium: Seu, qui de animalibus, quæ in fraudem Ecclesiarum in pluribus locis emunt, emptaque tradunt venditoribus vel aliis ab ipsis tenenda: Seu, qui de terris, quas tradunt aliis excolendas, decimam solvi Ecclesiis non permiserint, aut prohibuerint: nisi post requisitionem per eos, quorum intererit, super hoc eis factam à præmissis destiterint intra mensem, aut si de iis, quæ contra præmissa usurpare vel retinere præsumpserint, intra duos menses damnificatis Ecclesiis emendam non fecerint competentem: sint, & tamdiu maneant ab officiis, administrationibus & beneficiis suis suspensi, donec destiterint & satisfecerint, ut superiùs est expressum. Quòd si religiosi hujusmodi administrationes, vel beneficia non habeant, eo casu, quo alii supradicti suspensionis, ipsi sententiam excommunicationis incurrant, ante satisfactionem condignam nullatenùs absolvendi: privilegiis non obstantibus quibuscunque. Cæterùm præmissa extendi nolumus ad animalia, quæ per religiosorum ipsorum donatos seu oblatos tenentur: dum tamen illi religiosis eisdem cum effectu donaverint aut obtulerint se & sua.

CAP. II.

¶ *Decima beneficiorum alicui concessa, sibi debetur secundùm taxationem, & de moneta currente: Nec possunt collectores propter hoc distrahere, vel occupare ornamenta divinis officiis deputata. b. d. Ioan. And.*

Idem *in eodem.*

SI beneficiorum decima cuivis simpliciter concedatur ad tempus, secundùm taxationem decimæ in illis partibus, in quibus fiet concessio, consuetam, & ad monetam currentem b communiter ipsa decima levari poterit & debebit. Nec per collectores c, levatores, sive exactores ipsius decimæ, Ecclesiarum calices, libros, & alia ornamenta divinis officiis deputata, ex causa pignoris vel distractionis capi vel recipi volumus, nec distrahi, seu quomodolibet occupari.

DE REGULARIBUS ET TRANSEUNTIBUS AD RELIGIONEM.

TITULUS IX.

CAP. I.

¶ *Professi ordinum Mendicantium, etiam licitè transeuntes ad non Mendicantes, licèt administrationes habeant, non habent vocem in Capitulo, etiamsi alii de Capitulo id concedant: nec deinceps consequi possunt administrationes, Priviratus, vel officia, etiam tanquam Vicarii: nec pro se vel aliis animarum curam gerere: & irritus contra factum. Ultimo ponit casum exceptum. Ioan. And.*

Clemens V. *in Concilio Viennensi.*

a *Al. sic: nihilominùs eis districtè præcipiendo mandantes, &c.* b *Al. & propositionis.* c *In antiq. cod. etiam impressis desunt hæc tria verba: primitiis & oblationibus.*

a *Vide Conc. Trid. sess. 25. de reform. c. 12.* b *Vide Gemmianum consil. 137. & Albertum Brunum consil. 98.* c *De potestate collectorum, & subcollectorum, & an debeat constare per literas. vide de Rotam decis. 246. in tertio.*

UT professores cujusvis paupertatis ordinis eò libentiùs, in qua vocati sunt vocatione persistere, transeuntesque ad non Mendicantium ordinem in eodem converlari quietius studeant, quò in ipsis discordiarum & schismatum productiva ambitio reprimetur a: Sacro concilio approbante statuimus, Mendicantes quoslibet, qui ad non Mendicantium ordines etiam auctoritate Apostolicâ transibunt in posterum, quivè hactenus transiverunt, quamvis nunc Prioratus, administrationes, vel officia, aut curam animarum, vel regimen quodcunque obtineant ibi, vocem aut locum in Capitulo non habere: etiamsi hoc sibi ab aliis liberè concedatur. Ad b Prioratus quoque, administrationes, aut quæcunque in antea non assumi officia, etiam tanquam vicarios seu ministros vel locorum aliorum tenentes: quodque animarum curam & regimen non pro se possint, nec pro aliis exercere. Quidquid autem in contrarium attentatum fuerit, sit irritum ipso jure, quovis privilegio non obstante. Ad illorum autem Mendicantium ordines, quos Apostolica sedes eo modo subsistere c voluit, ut eorum professoribus ita in illis remanere liceret d, quòd nullum extunc admitterent ad professionem eorum, quibuscunq; concessit licentiam generalem ad approbatos alios ordines transeundi, præsentem nolumus constitutionem extendi.

CAP. II.

¶ *Pubes per annum deferens habitum novitiorum, non patenter distinctum ab habitu professorum, intelligitur professus. Ioan. And.*

Idem.

EOs, qui deinceps in discretionis constituti ætate, novitiorum habitum in aliqua religione per annum portaverint, hoc ipso religionem illam decernimus esse professos: Nisi hujusmodi habitus in colore, scissura, vel forma se distinctum patenter exhibeat ab habitu professorum.

DE STATU MONACHORUM VEL CANONICORUM REGULARIUM.

TITULUS X.

CAP. I.

¶ *Præmittit exordium breve, in quo constitutionis causam ponit, & generale interdictum Monachorum nigrorum circa exquisitum ornatum, vel notabilem excessum in vestibus, cibo, potibus, equitaturis, & lectisternio.*

Clemens V. *in Concilio Viennensi.*

NE in agro Dominico, sacrâ videlicet Monachorum nigrorum religione, indecorum aliquid obrepat, aut vitiosum quicquam perniciosè c in segetem coalescat, sed ut in illa potiùs flores honoris & honestatis fructus in ubertate succrescant: eis in vestibus inordinatum omnem seu exquisitum ornatum, aut cultum, necnon in cibis & potibus, equitaturis & lectisterniis, quemvis notabilem interdicentes excessum.

¶ *Specialiter provident circa vestes habitui proximas, almucias, caputia, calceamenta, zonas, cultellos, calcaria, sellas, & frænos ipsorum: & ultimò, circa habitum superiorem. Ioan. And.*

Statuimus, ut superior vestis ipsorum habitui proxima, nigri, bruni, aut albi coloris existat, juxta morem apud eos servari solitum in regione, quâ degunt: nec in qualitate panni regularis excedatur modestia, nec quæratur quod pretiosius & subtilius, sed quod utilius valeat inveniri. Sit etiam vestis ipsa rotunda per circuitum & non scissa, nec longitudine nimiâ, aut brevitate notanda: largas etiam manicas habeat usque ad pugnum protensas, non consutitias vel quomodolibet botonatas. Almutiis de panno nigro vel pellibus caputiorum loco cum caputiis habitus, quem gestaverint, sint contenti: juxta tamen dispositionem Abbatis, scissis super humeros, & honestis caputiis uti possint. In vestibus sendatum pro foderaturis non portent. Æstivalibus largis aut botis altis pro calceamentis utantur. Nullus zonam, cultellum, calcaria cum ornatu deferre, aut cum sella clavorum ornatu decorata superfluo, vel nimis aliàs sumptuosa, sive cum fræno ferraturam ad ornatum habente equitare præsumat. Rursùs in locis, in quibus fuerit congregatio duodecim Monachorum aut suprà, intra septa monasterii, Abbas, Prior, aut alius præsidens portet flocum de panno, pro flocis aut cucullis in ipso monasterio consueto: Monachi verò alii in monasteriis, in quibus flocos soliti sunt portare, debent etiam uti eis. In aliis autem monasteriis & intra domos & alios Prioratus, ubi non est tanta congregatio Monachorum, cucullas clausas deferant & honestas. Cùm verò Abbates, Priores, aut alios præsidentes & Monachos alios extra monasterium proficisci contiget, flocum, cucullam, aut capam clausam habeant, & subtus capam, si eam portaverint, cucullam deferant, aut si maluerint, scapulare. Cùm autem ad serviendum in divinis officiis albis vel sacris vestibus induentur, aut cùm occupabuntur in operibus, uti eis liceat scapulari. Verùm ne ex diversa acceptione, quam in diversis regionibus hujusmodi vocabula, flocus videlicet, & cuculla dicuntur habere, hæsitandi circa præmissa materia relinquatur: cucullæ nomine habitum longum & amplum, sed manicas non habentem: nomine verò floci habitum, qui longas & amplas habet manicas, nos intelligere declaramus.

¶ *Provident circa Monachorum confessionem, communionem, exercitium regulæ, & institutionem novitiorum. Ioan. Andr.*

Sanè a singulis mensibus tam in monasteriis, quàm extra (sublatâ occasione quâcunque) ad confessionem saltem semel accedant omnes & singuli Monachi. Et in prima Dominica mensis cujuslibet in monasteriis semper communicent, nisi ex causa fortè, quam Abbati, Priori, aut Pœnitentiariis monasteriorum non differant intimare, eorumque judicio vel abstineant vel accedant. Regula quoque cùm in Capitulo legitur, ab illo, qui præest ipsi Capitulo, vel alio, cui hoc ipse injunxerit, propter juniores vulgariter exponatur. Novitiis etiam fidelis deputetur instructor, tam in divinis officiis, quàm in observantia regulari.

¶ *Provident circa venationes & aucupationes Monachorum. Ioan. And.*

Porrò à venationibus & aucupationibus omnes semper abstineant, nec eis interesse, aut canes, vel aves venaticas per se vel alios tenere præsumant, nec à familiaribus secum morantibus teneri permittant, nisi saltus, vivaria, vel garenas proprias, vel jus venandi in alienis haberent, in quibus cuniculi vel feræ aliæ forsan essent, quo casu hoc eis permittitur: dum tamen intra monasteria seu domos, quas inhabitant, aut eorum clausuras, venaticos canes non teneant, nec venationi præsentiam exhibeant personalem.

¶ *Punit certos prædictorum transgressores: omnes alios punire jubens juxta disciplinam regulæ. Ioan. And.*

Si quis autem præmissorum temerarius extiterit vio-

a *Al. reprimatur.* b *In manuscr. vetustissimis & emendatis ita: Ad prioratus quoslibet, administrationes, aut quæcunq; etiam annua officia non assumi, & tanquam vicarios, seu ministros, vel loca aliorum tenentes, &c.* c *Al. sustinere.* d *Al. liceat.* e *Al. perniciosam in segetem.*

a *Iste §. comprehendit canonicos regulares, ne rubrica sit superflua, contra l. si quando. ff. de legat. 1. & c. solita. de majorit. & obed.*

lator, regulari subjaceat disciplinæ. Et nihilominùs si sotulares non corrigiatos & altos, aut caputia (ut præfertur) non fissa portare præsumpserit, siquidem Abbas, vel Prior non habens Abbatem proprium fuerit, per annum se noverit à beneficiorum collatione suspensum: Si verò alius fuerit, ab administratione, si quam obtinet, sit per annum suspensus. Quòd si nullam habeat, eo ipso per annum reddatur inhabilis ad administrationem & Ecclesiasticum beneficium obtinendum. Si qui verò eorum venationi aut aucupationi clamosæ, vel aliàs cum canibus aut avibus ex proposito interfuerint, juxta præmissam personarum distinctionem, dictarum suspensionis & inhabilitatis pœnas per biennium ipso facto incurrant. Abbate autem vel Priore à collatione (ut præmittitur) beneficiorum suspenso, ad Priorem claustralem, cum consilio & assensu Conventûs vel majoris partis ipsius, eorundem beneficiorum collatio devolvatur.

¶ *Providet contra professos euntes ad curias principum, vel aliàs vagantes, vel intra septa monasteriis arma tenentes. Ioan. And.*

Quia verò nonnulli Monachorum ipsorum (sicut accepimus) suavi jugo observantiæ regularis abjecto, interdum (propriis relictis monasteriis se in eis securè morari non posse fingentes, vel alio colore quæsito) per curias principum evagando discurrunt: & nisi à Prælatis eorum petita pensio vel subventio assignetur eisdem, conspirantes in illos, eisque proditionem vel alia gravia imponentes, eos capi & incarcerari, ipsorumque monasteria comburi procurant, & interdum monasteriorum ipsorum bona in totum vel *a* in partem non modicam occupare præsumunt: Nos eorum in hac parte *b* probis ausibus obviare volentes, hoc edicto perpetuo prohibemus, ne Monachi aut regulares Canonici administrationem aliquam non habentes, ad curias Principum absque speciali Prælatorum suorum licentia se conferre præsumant. Quòd si ut suis Prælatis aut monasteriis damnum aliquod inferant, ad dictas curias se conferre præsumpserint, excommunicationis sententiam eos incurrere volumus ipso facto. Prælatis eorum districtè nihilominùs injungentes, ut ipsos à prædictarum curiarum accessu, & aliis quibuslibet vagationibus & discursu diligenter compescere, ac super hoc non parentes eisdem, severè corrigere non omittant. Præfatæ quoque sententiæ, Monachos intra septa monasteriorum, sine licentia Abbatum suorum arma tenentes, decernimus subjacere.

¶ *Providet circa Monachorum sollitudines. Ioan. And.*

Ad hæc prædecessorum nostrorum vestigiis inhærentes, perpetuo prohibemus edicto, ne Monachi singuli in singulis sibi commissis administrationibus vel Prioratibus habitare præsumant: Sed si proventus Prioratuum seu administrationum hujusmodi duobus fortè non suppetant, iidem Prioratus seu administrationes, nisi per Abbates ad sustentationem duorum sufficientes reddantur, locis aliis vicinioribus, ad eorum monasteria pertinentibus, vel ipsorum monasteriorum officiis, aut inter se invicem, prout erit commodius, cum consilio & assensu Abbatum, per locorum ipsorum ordinarios uniantur: Monachis locorum, quæ aliis unientur prioribus, ad claustrum primitùs revocandis, & Clericis servitutis ibidem, de locorum ipsorum proventibus provisione debita facienda.

¶ *Providet de Priorum ætate, & ipsorum sacerdotio, professione, & habitatione. Ioan. And.*

Cæterùm Prioratus conventuales alicui, nisi XXV. annum attigerit: alii verò curam animarum habentes, etsi cura ipsa per seculares habeat Presbyteros exerceri, cuiquam nisi XX. annum peregerit, conferri nequeant aut committi. Qui autem prioratus istos vel illos habuerint, intra annum computandum à tempore collationis seu commissionis sibi factæ de eis, ex possessionis eorum adeptæ, vel intra vigesimum quintum ætatis suæ annum, si ante annum ipsum non conventuales Prioratus eis commissi fuerint, aut collati, se faciant ad sacerdotium promoveri. Quod si (cessante rationabili causâ) non fecerint, eo ipso, nullâ etiam monitione præmissâ, prædictis Prioratibus sint privati, qui ipsis iterùm eâ vice nullatenùs conferantur. Sanè Prioratus aliquis, sive administratio committi alicui vel conferri non possit, nisi expresè professus fuerit ordinem monachalem: neque Prioratus aut administrationes extra monasteria obtinentes, permittantur in monasteriis, sed teneantur in ipsis Prioratibus seu administrationibus (quâcunque non obstante consuetudine) residere: nisi ex studiorum vel alia causa rationabili ad tempus fortè ab hujusmodi residentia excusentur.

¶ *Providet de Monachorum ordinatione & ipsorum doctrina. Ioan. And.*

Ad ampliationem autem cultûs divini, statuimus, quòd Monachi quilibet ad monitionem Abbatis se faciant ad omnes ordines sacros (excusatione cessante legitimâ) promoveri. Rursùs ut ipsis Monachis proficiendi in scientia, via opportuna non desit, in singulis ipsorum monasteriis, quibus ad hoc supperunt facultates, idoneus teneatur magister, qui eos in primitivis scientiis instituat diligenter.

¶ *Confirmat & innovat decretalem suprà eodem, Cum ad monasterium, & cap. In singulis h. d. Ioan. And.*

Præmissa igitur omnia, & ea nihilominùs, quæ felicis recordationis Innocentius Papa quartus prædecessor noster, circa statum Monachorum ipsorum pro uberiori cultu observantiæ regularis, quoad usum camisiarum, abdicationem proprietatis, silentium, & esum carnium, ac de eorum Capitulis de triennio in triennium celebrandis, & etiam quoad quælibet alia statuit (quæ omnia innovamus & approbamus) expresè volumus & statuimus firmiter observari.

CAP. II.

¶ *Monales, quarum subsunt nisi Papa, & Canonici seculares, per ordinarios, & alia exempta per suos Prælatos debent annis singulis visitari. Et ponit numerum personarum visitationi interesse debentium. h. d. Ioan. And.*

Idem *in eodem.*

Attendentes *a*, quòd ubi gubernaculum disciplinæ contemnitur, restat, ut religio naufragetur: providendum censuimus esse præcipuè, ne per contemptum hujusmodi in his, quæ se Christo voto celebri desponderunt, quicquam reperiatur incongruum, quod in regularis ponat honestatis gloria maculam, & divinam meritò possit offendere majestatem. Hoc igitur sacro approbante concilio duximus statuendum, ut singula Monialium monasteria per ordinarios, exempta videlicet, quæ ita sedi Apost. quòd nulli alii subjecta noscuntur, Apostolicâ: non exempta verò, ordinariâ auctoritate, ac exempta alia per alios, quibus subsunt, annis singulis debeant visitari. Visitatores autem hujusmodi solicitudinis studium diligenter impendant, ut Moniales ipsæ (quarum nonnullas dolentes audivimus in subscriptis excedere) pannis fericis, variorum foderaturis, sandalitiis, comatis & cornutis crinibus, scaratis & virgatis caputiolis non utantur: non choreas, non festa secularium prosequantur, non die noctuve per vicos & plateas incedam, aut voluptuosam aliàs vitam ducant, easque solertiùs retrahant ab insolentiis quibuslibet & mundi hujus illecebris, ac inducant easdem

a *Al. ita: vel in parte non modica.* b *Vide l. quisquis C. ad leg. Iul. majest. & Ioan. And. in c. in panis. de reg. jur. lib. 6.*

a *Vide Conc. Trid. sess. 25. de regularibus. c. 9.*

ad im-

ad impendendum in monasteriis suis devotum & debitum virtutum Domino famulatum. Ad quæ omnia observanda Moniales easdem (non obstantibus exemptionibus & privilegiis quibuscunque, quibus tamen quoad alia nolumus præjudicium generari) per illos, de quibus suprà dictum est, compelli jubemus remediis opportunis. Statuimus insuper, ut quævis ad regimen Abbatiarum assumptæ, in monasteriis, in quibus Abbatissæ sunt solitæ benedici, intra annum à suæ confirmationis tempore computandum *a*, munus benedictionis suscipiant: alioquin à jure suo (nisi subsit causa rationabilis) prorsus se noverint cecidisse: per illos, ad quos id pertinet, provisione de Abbatissis monasteriis ipsis canonicè faciendâ. Illas quoque *b* mulieres, quæ vulgò dicuntur Canonicæ seculares, & ut seculares Canonici vitam ducunt, non renuntiantes proprio, nec professionem aliquam facientes, per locorum ordinarios, si exemptæ non fuerint, suâ: si verò exemptæ fuerint, Apostolicâ auctoritate præcipimus visitari: Per hoc tamen non intendentes earum statum, regulam, seu ordinem approbare. Ipsos autem visitatores Notariis duobus, & personis duabus suæ Ecclesiæ, quatuorque viris aliis honestis utique & maturis præcipimus in ea, quam visitando facient, inquisitione fore contentos. Si qui verò visitatores ipsos in præmissis impedire præsumpserint, seu aliquo præmissorum (nisi moniti resipiscant) ipso facto excommunicationis sententiam se noverint incursuros, privilegiis, statutis, & consuetudinibus quibuslibet in contrarium minimè valituris.

DE RELIGIOSIS DOMIBUS, UT EPISCOPO sint subjectæ.

TITULUS XI.

CAP. I.

¶ Mulieres statum Beguinarum sectantes, & de novo assumentes, ac Religiosi in hoc dantes consilium vel favorem, ipso facto sunt excommunicati: status tamen præsentialis per hoc non interdicitur: secundum Paulum.

Clemens V. *in Concilio Viennensi.*

CUm de quibusdam mulieribus, Beguinabus vulgariter nuncupatis (quæ cùm nulli promittant obedientiam, nec propriis renuntient, neque profiteantur aliquam regulam approbatam, religiosæ nequaquam existunt: quanquam habitum, qui Beguinarum dicitur, deferant, & adhæreant Religiosis aliquibus, ad quos specialiter trahitur affectio earundem) nobis fide dignâ relatione insinuatum extiterit, quòd earum aliquæ, quasi perductæ in mentis insaniam, de summa Trinitate ac divina essentia disputent & prædicent, ac circa fidei articulos & Ecclesiastica sacramenta opiniones catholicæ fidei contrarias introducant, & multos super his decipientes simplices, eos in errores diversos inducant, aliaque quamplura periculum animarum parientia *c* sub quodam velamine sanctitatis faciant & committant: Nos tam ex his, quàm ex aliis de ipsarum opinione sinistra frequenter auditis, eas meritò suspectas habentes, statum earundem sacro approbante Concilio perpetuò duximus prohibendum, & à Dei Ecclesia penitùs abolendum: eisdem & aliis mulieribus quibuscunque sub pœna excommunicationis, quam in contrarium facientes incurrere volumus ipso facto, injungentes expressè, ne statum hujusmodi, dudum fortè ab ipsis assumptum, quoquo modo sectentur ulteriùs, vel ipsum aliquatenùs de novo assumant. Prædictis verò Religiosis, per quos eædem mulieres in hujusmodi Beguinagii statu foveri, & ad ipsum suscipiendum induci dicuntur, sub simili excommunicationis pœna, quam eo ipso, quòd secùs egerint, se noverint incursuros, districtiùs inhibemus, ne mulieres aliquas prædictum statum (ut præmittitur) dudum assumptum sectantes, aut ipsum de novo fortitan assumentes quomodocunque admittant: ipsis super eo sectando vel assumendo præbentes ullo modo consilium, auxilium, vel favorem, nullo contra præmissa privilegio valituro. Sanè per prædicta prohibere nequaquam intendimus, quin si fuerint fideles aliquæ mulieres, quæ promissâ continentiâ, vel etiam non promissâ, honestè in suis conversantes hospitiis, pœnitentiam agere voluerint, & virtutum Domino in humilitatis spiritu deservire, hoc eisdem liceat, prout *a* Dominus ipsis inspirabit.

CAP. II.

¶ Ponens constitutionis causam, statuit hospitalia reformari per Collatores ipsorum, & cogi Rectores eorum ad conservationem locorum & suorum jurium, & ad hospitalitatem tenendam: statuens per locorum ordinarios supplere defectum vel negligentiam Collatorum, etiam circa exempta. Ioan. And.

Idem.

QUia contingit interdum, quòd xenodochiorum, leprosariarum, eleemosynariarum, seu hospitalium Rectores, locorum ipsorum curâ postpositâ, bona, res & jura ipsorum interdum ab occupatorum & usurpatorum manibus excutere negligunt: quinimò ea collabi & deperdi, domos & ædificia ruinis deformari permittunt, & non attento, quòd loca ipsa ad hoc fundata, & fidelium erogationibus dotata fuerunt, ut pauperes, infectique lepra reciperentur inibi, & ex proventibus sustentarentur illorum, id nonnunt inhumaniter facere, proventus eosdem in usus suos damnabiliter convertentes *b*: cùm tamen ea, quæ ad certum usum largitione sunt destinata fidelium, ad illum debeant, non ad alium (salvâ quidem sedis Apostolicæ auctoritate) converti: Nos incuriam *c* & abusum hujusmodi detestantes, hoc sacro Concilio approbante sancimus, ut hi, ad quos id de jure vel statuto in ipsorum fundatione locorum appositio, aut ex consuetudine præscripta legitimè, vel privilegio sedis Apostolicæ pertinet, loca ipsa studeant in prædictis omnibus salubriter reformare, ac occupata, deperdita, & alienata indebitè, in statum reduci debitum faciant, & ad ipsarum miserabilium personarum receptionem & sustentationem debitam, juxta facultates & proventus locorum ipsorum Rectores prædictos compellere non omittant. In quo, si fortè commiserint negligentiam vel defectum, ordinariis locorum injungimus, ut etiamsi pia loca prædicta exemptionis privilegio munita consistant, per seipsos vel alios impleant omnia præmissa & singula, & Rectores eosdem utique non exemptos, propriâ: exemptos verò & alios privilegiatos, Apostolicâ ad id auctoritate compellant. Contradictores cujuscunque status aut conditionis existant, ac præbentes eisdem circa præmissa consilium, auxilium, vel favorem, per censuram Ecclesiasticam & aliis juris remediis compescendo: nullum tamen per hoc exemptionibus seu privilegiis ipsis, quoad alia, præjudicium generando.

¶ Præcipit hospitalia in beneficium non concedi, nisi in duobus casibus, & reprobat contrariam consuetudinem, submittens, quales esse debeant, quibus administratio ipsa committitur, & de ipsorum juramento, inventario & ratione reddenda: & decretum apponit. Ioan. Andr.

Ut autem præmissa promptiùs observentur, nullus ex locis ipsius secularibus Clericis in beneficium conferatur, etiamsi de consuetudine (quam reprobamus pe-

a *al. numerandum.* b *Vid. Archidiaconum in c. si quis suadente. 7. q. 4.* c *al. parentia.*

a *al. ita: prout ipsis Dominus ministrabit.* b *Ad hunc locum vid. l. legatum. ff. de administ. rerum ad civit. pert. c. revera. de cons. dist. 2. ver. nat. c. quamvis. de pœn. lib. 6.* c *al. injuriam.*

nitus) hoc fuerit observatum, nisi in illorum fundatione secùs constitutum fuerit, seu per electionem fit de Rectore locis hujusmodi providendum. Sed eorum gubernatio viris providis, idoneis, & boni testimonii committatur, qui sciant, velint, & valeant loca ipsa, bona eorum, ac jura utiliter regere, & eorum proventus & reditus in personarum usum miserabilium fideliter dispensare, & quos in usus alios bona prædicta convertere præsumptio verisimilis non existat: in quibus sub obtestatione divini judicii illorum, ad quos dictorum locorum commissio pertinet, conscientias oneramus. Illi etiam, quibus dictorum locorum gubernatio seu administratio committetur, ad instar tutorum & curatorum juramentum præstare, ac de locorum ipsorum bonis inventaria *a* conficere, & ordinariis seu aliis, quibus subsunt loca hujusmodi, vel deputandis ab eis, annis singulis de administratione sua tenebuntur reddere rationem. Quòd si secùs à quoquam fuerit attentatum, collationem, provisionem, seu ordinationem ipsam carere decernimus omni robore firmitatis.

¶ *Declarat constitutionem non extendi ad hospitalia Religiosorum & militarium ordinum. h. d.*

Præmissa verò ad hospitalia militarium ordinum, aut religiosorum etiam aliorum extendi minimè volumus: quorum tamen hospitalium Rectoribus in sanctæ obedientiæ virtute mandamus, ut in illis secundùm suorum ordinum instituta & antiquas observantias providere pauperibus, & hospitalitatem debitam in illis tenere procurent: ad quod per superiores eorum arctâ *b* districtione cogantur, statutis aut consuetudinibus quibuslibet non obstantibus in præmissis.

¶ *Conservat antiquas consuetudines talium locorum, circa divina officia & sacramenta. Ioan. And.*

Cæterum nostræ intentionis existit, quòd si qua sint hospitalia, altare, vel altaria, & cœmeterium ab antiquo habentia, & Presbyteros celebrantes & sacramenta Ecclesiastica pauperibus ministrantes, seu si parochiales Rectores consueverint in illis *c* exercere præmissa, antiqua consuetudo servetur, quoad exercenda & ministranda spiritalia supradicta.

DE JURE PATRONATUS.
TITULUS XII.
CAP. I.

¶ *Si præsentatio ad Ecclesias per patronos Ecclesiasticos, in quibus ipsi non consueverunt omnia onera supportare, non assignetur intra terminum competentem congrua portio, diœcesanus eam assignare debebit. Quod locum non habet, quando onera sunt per patronos supportanda. h. d. Ioan. And.*

Clemens V. *in Concilio Viennensi.*

VT constitutio, quæ ad Ecclesiam aliquam quemvis etiam ad exemptorum præsentationem admitti consuetudine non obstante contrariâ prohibet, nisi præsentato de proventibus ejusdem Ecclesiæ, talis coram diœcesano portio fuerit assignata, unde jura possit Episcopalia solvere, & sustentationem habere congruam, sicut expedit, observetur, ipsam declarare, ac *d* quibusdam adjicere consulta hujusmodi sacri Concilii approbatione providimus: Diœcesanis sub obtestatione divini judicii districtiùs inhibentes, ne præsentatum aliquem per quamcunque personam Ecclesiasticam jus præsentandi ad Ecclesiam aliquam habentem admittant, nisi intra certum terminum competentem, per diœcesanos *e* ipsos præsentantibus præfigendum, ipsi præsentato fuerit coram eis (ut præscribitur *a*) congrua de proventibus Ecclesiæ portio assignata. Quam si forsan iidem præsentantes intra terminum ipsum assignare neglexerint, ne factum eorum noceat præsentato, statuimus, ut extunc diœcesani debeant præsentatum (nisi aliud canonicum obsistat) admittere, & in pœnam præsentantium ad diœcesanos ipsos potestas assignationis hujusmodi devolvatur. Præcipimus autem diœcesanis eisdem, sub ipsius obtestatione divini judicii, ipsorumque conscientias oneramus, quòd moderationem portionis *b* ipsius debitè faciant, nec odio vel favore, vel aliàs in pluri vel minori circa illam scienter excedant. Sanè in prioratuum vel aliorum, tam regularium, quàm secularium locorum Ecclesiis, in quibus Religiosi vel alii, ad quos eorum reditus pertingere noscuntur, prædicta consueverunt onera supportare, præmissa nullatenùs observentur: sed onera omnia, quæ Ecclesiarum ipsarum perpetuis Presbyteris, aut Vicariis incumberent, si dicta eis assignatio facta esset, Religiosi & alii supradicti plenè subire, ac Presbyteros, seu Vicarios ipsos decenter tractare, necnon sustentationem eis præstare sufficientem & congruam teneantur. Ad quæ omnia integraliter adimplenda, & nihilominùs ad observationem debitam assignationis per diœcesanum in casu alio (ut præmittitur) faciendæ, Religiosos prædictos, & alios quoslibet à diœcesanis eisdem Ecclesiasticâ volumus censurâ compelli: Non obstantibus exemptionibus aut aliis quibuslibet privilegiis, consuetudinibus, vel statutis, quæ circa præmissa, vel eorum aliquod Religiosis ipsis aut aliis, in nullo volumus suffragari.

CAP. II.

¶ *In plures hæredes unius ex pluribus patronis transit jus patronatus per stirpes. h. d. Ioan. Andr.*

Idem.

PLures *c* ab uno ex patronis Ecclesiæ relicti hæredes, vocem duntaxat unius habebunt in præsentatione Rectoris. Et (ut faciliùs provideatur Ecclesiis) non inconveniens reputamus, patronos ipsos inter se posse liberè convenire, de Rectore ab eis alternis vicibus præsentando: Quibus etiam ex eadem causa permittimus, ut plures ad vacantem Ecclesiam possint eo modo præsentare personas, quòd una ex eis eligi per Episcopum valeat & admitti.

DE CENSIBUS, EXACTIONIBUS, & procurationibus.
TITULUS XIII.
CAP. I.

¶ *Religiosi subire tenentur onera, quæ incumbebant Ecclesiis per eos ante hoc Concilium acquisitis: nisi privilegio, exemptione vel aliâ justâ causâ juventur: quæ privilegia vel exemptiones non juvant in Ecclesiis post Concilium acquirendis. h. d. Ioan. And.*

Clemens V. *in Concilio Viennensi.*

CUm sit naturæ consonum, illos non recusare onera, qui rerum commoda complectuntur, hâc in perpetuum valiturâ constitutione sancimus, ut Religiosi quicunque pro monasteriis & Ecclesiis, quæ ad eos quocunque sint titulo devoluta, procurationes Legatorum sedis Apostolicæ, ac jura Episcopalia, & alia præstari pro ipsis, antequam ad eos pervenissent, solita, prompte solvere studeant: nisi forsan sedis Apostolicæ privilegio, exemptione, vel aliâ causâ legitimâ, ab his se valeant excusare. Privilegia verò, seu exemptiones hujusmodi ad monasteria, seu Ecclesias, quæ ad eas obvenire contingit, in posterum volumus non extendi.

---

a *al.* Inventarium. b *al.* Ecclesiasticâ. c *al.* ita: in illis partibus, &c. d *In antequioribus codicibus constanter legitur ita: ac ei quædam, &c.* e *al.* Episcopos.

a *al.* Præmittitur. b *al.* pensionis. c *De intellectu vide Lambertin. de jure patron. art. 12. q. 1. part. 1. num. 3.*

CAP.

CAP. II.

¶ *Ponit quadam gravamina, quæ Prælati inferebant exemptis, præsertim Cisterciensibus, & illa fieri prohibet: statuens, quòd Episcopi, qui in monasteriis Cisterciensis ordinis charitativè procurantur, sint contenti cibariis, quæ per illos sibi ministrantur. Si verò procurantur ex debito, ipsis volentibus carnes ministrare debent extra septa monasteriis, vel saltem extra portam, quæ dicitur Regularis. Ipsorum etiam Eleemosynarii fragmenta mensarum possunt pauperibus erogare. h. d. Io. Andr.*

Idem.

AD a nostrum (quod dolentes referimus) pervenit auditum, quòd Ecclesiarum Prælati ad monasteria Cisterciensis ordinis accedentes, licèt ab eis charitativè recipiantur, & eis curialiter necessaria ministrentur, cibis tamen regularibus non contenti, contra privilegia dicti ordinis carnes petunt, & si eis non ministrentur, auferunt violenter. Et licèt in locis eisdem fiant eleemosynæ competenter, ipsi tamen Prælati ipsis Religiosis invitis alias eleemosynas faciunt, etiam in aliquibus locis, in quibus procurationes non habent, de consuetudine vel de jure. Pro equitaturis quoque ferrandis, licèt ferris non egeant, & coci eorum sui officii ratione pecuniam exigunt & extorquent: Nec compositiones super procurationibus inter Prælatos ipsos & eos initas eis servant. Ipsis etiam in recipiendis procurationibus ita graves existunt, quòd ipsis in eorum monasteriis & Ecclesiis procurationes recipientibus, longi temporis victum brevis hora consumit: & dum procurationes recipiunt, canes venaticos, falcones & accipitres secum habent. Et nisi voluntati satisfiat eorum, valvæ monasteriorum seu Ecclesiarum per violentiam sæpè franguntur, & ornamenta Ecclesiæ exportantur, plutesque procurationes recipiunt unâ die sedis Apostolicæ privilegio non suffulti, interdum in pecunia numerata, visitationis etiam officio non impenso, & occasione dictarum procurationum iidem Prælati ab ipsis frequenter exigunt, quæ illis solvere non tenentur, intolerabilia eisdem gravamina cumulantes. Sunt b & nonnulli, qui procurationes nunciorum Apostolicæ sedis, aliaque extraordinaria onera exemptis & aliis Religiosis pro majori parte imponunt, ut se ac Presbyteros liberent seculares, Religiosos ad ordinandum hujusmodi onerum distributionem minimè assumentes: In multis etiam aliis præfati Prælati, exempta monasteria, & ipsorum Ecclesias utroque illis jure subjectas, gravant in procurationibus recipiendis, & oneribus insolitis imponendis. Nos igitur super his volentes de opportuno remedio providere, sacri approbatione Concilii duximus statuendum, ut si Episcopi non causâ visitationis, sed charitativæ hospitalitatis, ad monasteria venerint supradicta, victualia gratiosè recipiant, quæ charitatis gratiâ eis fuerint ministrata. Ipsis autem Episcopis, ad monasteria venientibus supradicta, & procurationes ibidem recipientibus sibi debitas de jure communi, consuetudine, privilegio, vel jure alio speciali, in domibus ipsorum monasteriorum, extra tamen septa ipsorum existentibus, si quæ fuerint ad hoc aptæ, alioquin intra septa ipsa, non tamen intra portam, quam regularem appellant, carnium pro congruentia temporis si voluerint (privilegio non obstante quocunq;) cibaria ministrentur. Nec inconveniens reputamus, si fragmenta, quæ de mensis ipsorum Episcoporum & suorum familiarium colliguntur, per ipsorum Episcoporũ Eleemosynarios ibidẽ pauperib. erogentur. Ab aliis autẽ gravaminib. expressis superiùs, Prælati diligenter c abstineant, si Dei & Apostolicæ sedis indignationem voluerint evitare.

CAP. III.

¶ *Diœcesani, quibus hoc constat, illos qui exigendo à Clericis pedagia, vel guadagia excommunicati sunt vel interdicti, publicare debent. Ioan. And.*

Idem *in eodem.*

PRæsenti d constitutione jubemus, ut locorum diœcesani contra eos, qui ab Ecclesiis vel personis Ecclesiasticis pro earum rebus propriis, quas non negotiandi causâ deferunt, aut deferri faciunt, vel transmittunt, pedagia vel guidagia suo vel alieno nomine exigunt, vel extorquent in animarum suarum periculum, & eorum à quibus ea exigunt, præjudicium & gravamen, excommunicationis & interdicti sententias à jure prolatas, postquam de e his ipsis constiterit, omninò publicent, vel à suis subditis tamdiu faciant publicari, donec illi sic exacta e restituerint, & de transgressione hujusmodi satisfecerint competenter.

DE CELEBRATIONE d MISSARUM, & aliis divinis officiis.

TITULUS XIV.

CAP. I.

¶ *Prælati, ad quos spectat correctio, & illis negligentibus, superiores ipsorum debent esse solliciti, ut horis debitis in cathedralibus, regularibus, & collegiatis Ecclesiis Hora Canonica devotè psallantur: & quòd in Ecclesiis aliis celebretur conveniente & debitè diurnum officium, & nocturnum, principaliter hoc intendit. Io. And.*

Clemens V. *in Concilio Viennensi.*

GRavi e nimirum turbatione movemur, quòd ex nonnullorum Rectorum negligentia, quæ dum spem impunitatis permittit, multam nutrire pestilentiam consuevit in subditis, plerique Ecclesiarum ministri modestiâ ordinis Clericalis abjectâ, dum offerre Deo sacrificium laudis fructum labiorum suorum in puritate conscientiæ & animi devotione deberent, Horas Canonicas dicere, seu psallere, transcurrendo, syncopando, extranea quidem & plerunque vana, profana, & inhonesta intermiscendo colloquia, tardè ad chorum conveniendo, seu Ecclesiam ipsam absque rationabili causa ante finem officii exeundo frequenter, aves interdum portando, seu faciendo portari, canesque secum ducendo venaticos, ac quasi nihil prætendentes de clericali militia, in corona, vestibus, & tonsura, divina etiam celebrare, aut eis interesse nimis indevotè præsumunt. Nonnulli etiam tam Clerici, quàm Laici, præsertim in festorum certorum vigiliis, dum in Ecclesiis deberent orationi insistere, non verentur in ipsis, earumque cœmeteriis choreas facere dissolutas, & f interdum canere cantilenas, ac multas insolentias perpetrare, ex quibus Ecclesiarum & cœmeteriorum violationes, inhonesta, variaque delicta quandoque sequuntur, & Ecclesiasticum plerunque perturbatur g officium, in divinæ majestatis offensam, & astantium scandalum populorum. In multis insuper Ecclesiis cum vasis, vestimentis, & cæteris ornamentis ad divinum cultum necessariis, indecentibus utique (pensatis earum facultatibus) deservitur. Ne igitur transgressiones invalescant hujusmodi, aliisque veniant in exemplum, sacri Concilii approbatione hoc

a *Vid. c. cum Apostolus. extra de censib. & cap. 1, 2, & 3. eod. tit. lib. 6. & vid. Concil. Trid. sess. 24. de refor. c. 3. ubi plenè de materia visitationis.* b *al. sunt etiam, &c.* c *al. sta: diligenter prorsus abstineant.*

a *Nota quòd res Clericorum gaudent eodem privilegio, quo res Ecclesiarum. cap. ultim. de vit. & honest. Cler. c. Ecclesiarum servos. 12. q. 2. Anch.* b *al. de ipsis eis constiterit, &c.* c *al. extorta.* d *al. sta: de celebratione Missarum, & aliorum officiorum.* e *De materia hujus Clementi præter Doct. hic, vide Canonistas in cap. 1 & c. dolentes. ext. de celeb. Missar.* f *al. sta: etiam interdum, &c.* g *al. perturbant.*

fieri prohibentes, sancimus: ut illi, ad quos id pertinet, & in eorum, si utique exempti non sint, negligentiam vel defectum, locorum ordinarii: si verò exempti fuerint, aut aliàs circa hoc privilegiati, superiores ipsorum (omni negligentiâ vel incuriâ penitùs relegatâ) circa reformanda præmissa, & eorum singula corrigenda, necnon ut in Cathedralibus, Regularibus, & Collegiatis Ecclesiis horis debitis devotè psallatur: In aliis verò conveniens & debitè celebretur divinum a diurnum & nocturnum officium, si Dei & Apostolicæ sedis indignationem evitare voluerint, solicitam curent diligentiam adhibere: contradictores per censuram Ecclesiasticam (dummodò ad eos illam exercere pertineat) aliisque opportunis remediis compescendo, facientes prout ad eos spectat in his & aliis, quæ ad divinum cultum, & morum reformationem pertinent, ac Ecclesiarum & cœmeteriorum respiciunt honestatem, sacrorum statuta Canonum, ad quæ sciendo diligens curent adhibere studium, irrefragabiliter observari.

CAP. II.

¶ *Clerici etiam Religiosi, domestici commensales Cardinalium vel Episcoporum, se possunt illis in divinis officiis coaptare. h. d. Ioan. And.*

Idem *in eodem.*

DIgnum prorsus & congruum arbitrantes, quòd Clerici tam Religiosi, quàm alii Cardinalium sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, ac quorumcunque Pontificum, gratiam & communionem Apostolicæ sedis habentium, commensales domestici se possint ipsis in divinis officiis coaptare, ut illud, quod iidem Cardinales, seu Pontifices dicent officium, licitè dicere valeant: Nec ad dicendum aliquod aliud teneantur, sacri approbatione Concilii indulgemus.

DE BAPTISMO, ET EJUS effectu.

TITULUS XV.

CAP. UN.

¶ *In sentibus Ecclesiarum, non in privatis domibus, debet baptisma concedi: duos casus excipit, & transgressores puniri præcipit. Ioan. And.*

Clemens V. *in Concilio Viennensi.*

PRæsenti *b* prohibemus edicto, ne quis de cætero in aulis vel cameris, aut aliis privatis domibus, sed duntaxat in Ecclesiis, in quibus sunt ad hoc fontes specialiter deputati, aliquos (nisi Regum vel Principum, quibus valeat in hoc casu deferri, liberi exiterint, aut talis necessitas emerserit, propter quam nequeat ad Ecclesiam absque periculo propter hoc accessus haberi) audeat baptizare. Qui autem secùs præsumpserit, aut suam in hoc præsentiam exhibuerit, taliter per Episcopum suum castigetur, quòd alii attentare similia non præsumant.

DE RELIQUIIS ET VENERATIONE Sanctorum.

TITULUS XVI.

CAP. UN.

¶ *Festum corporis Christi celebrari debet feriâ quintâ, post octavam Pentecostes, & certa indulgentia concedentur iis, qui in festo, vel intra octavam officio vel horis intererunt. h. d. Io. And.*

Clemens V. *in Concilio Viennensi.*

SI Dominum in sanctis ejus laudare jubemur, dignum profectò, justum & salutare nobis existit, ut sibi in sui, quo nos quotidiè spiritualiter reficit, memoriam corporis, laudes festivæ venerationis, & gratias referamus. Hâc igitur consideratione inducti, constitutionem à bonæ memoriæ Urbano Papa quarto prædecessore nostro super hoc editam, de fratrum nostrorum consilio districtè præcipimus observari, cujus tenor sequitur in hæc verba: Urbanus Episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis & aliis Ecclesiarum Prælatis, &c. Transiturus de hoc a mundo ad Patrem Salvator noster Dominus Jesus Christus, cum tempus suæ passionis instaret, sumptâ cœnâ, in memoriam mortis suæ instituit summum & magnificum sui corporis & sanguinis sacramentum, corpus in cibum, & sanguinem in poculum tribuendo. Nam quoties hunc panem manducamus, & calicem bibimus, mortem Domini annunciamus. In institutione quidem hujus sacramenti dixit ipse Apostolis: [*Hoc facite in meam commemorationem:*] ut præcipuum & insigne memoriale sui amoris eximii, quo nos dilexit, esset nobis hoc præcellsum & venerabile sacramentum: memoriale, inquam, mirabile ac stupendum, delectabile, suave, tutissimum, ac super omnia pretiosum, in quo innovata sunt signa & mirabilia immutata, in quo habetur omne delectamentum, & omnis saporis suavitas, ipsaque dulcedo Domini degustatur, in quo utique vitæ suffragium consequimur & salutis. Hoc est memoriale dulcissimum, memoriale sacratissimum, & memoriale salvificum, in quo gratam redemptionis nostræ recensemus memoriam, in quo à malo retrahimur, & in bono confortamur, & ad virtutum & gratiarum profectus incrementa, in quo profectò proficimus ipsius corporali præsentiâ Salvatoris. Alia namque quorum memoriam agimus, spiritu menteque complectimur: sed non propter hoc realem eorum præsentiam obtinemus: In hac verò sacramentali Christi commemoratione Jesus Christus præsens sub alia quidem forma, in propria verò substantia est nobiscum. Ascensurus enim in cœlum dixit Apostolis & eorum sequacibus *b*: [*Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi:*] benignâ ipsos promissione confortans, quòd remaneret & esset cum eis, etiam præsentiâ corporali *c*. O digna & nunquam intermittenda memoria! in qua mortem nostram recolimus mortuam, nostrumque interitum interisse, ac lignum vivificum ligno crucis affixum, fructum nobis attulisse salutis. Hæc est commemoratio gloriosa, quæ fidelium animos replet gaudio salutari, & cum infusione lætitiæ devotionis lachrymas subministrat. Exultamus nimirum nostram memorando liberationem, & recolendo passionem Dominicam, per quam liberati sumus, vix lachrymas continemus. In hac itaque sacratissima commemoratione adsunt nobis suavitatis gaudium simul & lachrymæ: quia & in ea congaudemus lachrymantes, & lachrymamur devotè gaudentes, lætas habendo lachrymas, & lætitiam lachrymantem: nam & cor ingenti perfusum gaudio, dulces per oculos stillat guttas. O divini amoris immensitas, divinæ pietatis superabundantia, divinæ affluentiæ largitatis! dedit enim nobis Dominus omnia, quæ subjecit sub pedibus nostris, & super universas terræ creaturas contulit nobis dominii principatum. Ex ministris etiam spirituum superiorum *d* nobilitat & sublimat hominis dignitatem. Administratorii namque sunt omnes in ministerium, propter eos qui hæreditatem salutis capiunt, destinati. Et cùm tam copiosa fuerit erga nos ejus magnificentia, volens adhuc ipse in nobis suam exuberantem charitatem præcipuâ liberalitate monstrare, semetipsum nobis exhibuit, & transcendens omnem plenitudinem largitatis, omnem modum dilectionis excedens, attribuit se in cibum. O singularis & admiranda liberalitas, ubi donator

a *Al. ita: diurnum officium pariter & nocturnum.* b *Ea ferunt tradita per B. Thom. par. 3. q. 83. art. 3.*

a *In antiquioribus codicibus deest dictio, hoc.* b *Matth. ult.* c *Vide gl. in l. 1. ff. quod mor. cau. & gloss. in l. 2. C. in quibus cau. mil. lib. 11.* d *Al. supernorum.*

venit

venit in donum, & datum est idem penitus cum datore! Quàm larga & prodiga largitas, cùm tribuit quis sepsum. Dedit igitur nobis se in pabulum, ut quia per mortem homo corruerat, & per cibum ipse relevaretur ad vitam: cecidit homo per cibum ligni mortiferum a, relevatus est homo per cibum ligni vitalis. In illo pependit esca mortis, in isto pependit vitæ alimentum. Illius esus meruit læsionem, istius gustus intulit sanitatem: gustus sauciavit, & gustus sanavit. Vide quia unde vulnus est ortum, prodiit & medela: & unde mors subiit, exinde vita evenit. De illo siquidem gustu dicitur b: [*Quâcunque die comederis, morte morieris.*] De isto verò legitur c: [*Si quis comederit ex hoc pane, vivet in æternum.*] Hic est cibus, qui plenè reficit, verè nutrit, summeque impinguat: non corpus, sed cor, non carnem, sed animam, non ventrem, sed mentem. Homini ergò, qui spirituali alimoniâ indigebat, Salvator ipse misericors, de nobiliori & potentiori hujus mundi alimento pro animæ refectione piâ dispositione providit. Decens quoque liberalitas extitit, & d conveniens operatio pietatis, ut verbum Dei æternum, quod rationabilis creaturæ cibus est & refectio, factum caro, se rationabili creaturæ carni & corpori, homini videlicet, in edulium largiretur e: panem enim Angelorum manducavit homo, & ideò Salvator ait f, [*Caro mea verè est cibus.*] Hic panis sumitur, sed vere non consumitur: manducatur, sed non transmutatur: quia in edentem minimè transformatur, sed si dignè recipitur, sibi recipiens conformatur. O excellentissimum sacramentum! O adorandum, venerandum, colendum, glorificandum, præcipuis magnificandum laudibus, dignis præconiis exaltandum, cunctis honorandum studiis, devotis prosequendum obsequiis & sinceris mentibus retinendum! O memoriale nobilissimum intimis commendandum præcordiis, firmiter animo alligandum, diligenter reservandum in cordis utero & meditatione, ac celebratione sedulâ recensendum! Hujus memorialis continuam debemus celebrare memoriam, ut illius, cujus ipsum fore memoriale cognoscimus, semper memores existamus: quia cujus donum vel munus frequentius aspicitur, hujus memoria strictius retinetur. Licèt igitur hoc memoriale sacramentum in quotidianis Missarum solenniis frequentetur, conveniens g tamen arbitramur & dignum, ut de ipso semel saltem in anno, ad confundendam specialiter hæreticorum perfidiam & insaniam, memoria solennior & celebrior habeatur. In die namque cœnæ Domini, quo die ipse Christus hoc instituit sacramentum, universalis Ecclesia pro pœnitentium reconciliatione, sacri confectione chrismatis, adimpletione mandati, circa lotionem pedum & aliis quamplurimùm occupata, plenè vacare non potest celebrationi hujus maximi sacramenti. Hoc enim circa Sanctos, quos per anni circulum veneramur, ipsâ observat Ecclesia, ut (quamvis in letaniis & Missis, ac aliis etiam ipsorum memoriam sæpiùs renovemus) nihilominùs tamen ipsorum natalitia certis diebus per annum solenniùs recolat, festa propter hoc eisdem diebus specialia celebrando. Et quia in his festis circa solennitatis debitum aliquid per negligentiam, aut rei familiaris occupationem, aut aliàs, ex humana fragilitate omittitur: statuit ipsa mater Ecclesia certam diem, in qua generaliter omnium Sanctorum commemoratio fieret, ut in hac ipsorum celebratione communi, quicquid in propriis ipsorum festivitatibus omissum existeret h, solveretur. Potissimè igitur exequendum est erga hoc vivificum sacramentum corporis & sanguinis Jesu Christi, qui est Sanctorum omnium a gloria & corona, ut festivitate ac celebritate præfulgeat speciali, quatenus in eo, quod in aliis Missarum officiis circa solennitatem est forsitan prætermissum, devotâ diligentiâ suppleatur, & fideles (festivitate ipsâ instante) intra se prætetita memorantes, id quod in ipsis Missarum solenniis, secularibus forsan agendis impliciti, aut aliàs ex negligentia vel fragilitate humana minùs plenè gesserunt, tunc attentè in humilitate spiritûs & animi puritate restaurent. Intelleximus autem olim, dum in minori essemus officio constituti, quòd fuerat quibusdam catholicis divinitùs revelatum, festum hujusmodi generaliter in Ecclesia celebrandum. Nos itaque ad corroborationem & exaltationem catholicæ fidei, dignè ac rationabiliter duximus statuendum, ut de tanto sacramento, præter quotidianam memoriam, quam de ipso facit Ecclesia, & solennior & specialior annuatim memoria celebretur: certum ad hoc designantes & describentes diem, videlicet feriam quintam proximam, post Octavam Pentecostes: ut in ipsa quinta feria devotæ turbæ fidelium propter hoc ad Ecclesias affectuosè concurrant, & tam Clerici quàm populi gaudentes, in cantica laudum surgant: tunc enim omnium corda & vota, ora & labia, hymnos persolvant lætitiæ salutaris: tunc psallat fides, spes tripudiet, exultet charitas, devotio plaudat, jubilet chorus, puritas jucundetur: tunc singuli alacri animo pronâque voluntate conveniant, sua studia laudabiliter exequendo, tantâ festi solennia celebrantes: & utinam ad Christi servitium sic ejus fideles ardor inflammet, ut per hæc & alia proficientibus ipsis meritorum cumulis apud eum, qui sese dedit pro eis in pretium, tribuitque se ipsis in pabulum, tandem post hujus vitæ decursum eis se in præmium largiatur. Ideoque universitatem vestram monemus & hortamur in domino, & per Apostolica scripta in virtute sanctæ obedientiæ districtè præcipiendo mandamus, in remissionem peccaminum injungentes, quatenus tam excelsum, & tam gloriosum festum prædictâ quintâ feriâ singulis annis devotè ac solenniter celebretis, & faciatis studiosè per universas Ecclesias civitatum vestrarum & diœcesum celebrari: subditos vestros in Dominica, dictam quintam feriam proximè præcedente, salutaribus monitis solicitè per vos & per alios exhortantes, ut per veram & puram confessionem, eleemosynarum largitionem, attentas & sedulas orationes, & alia devotionis & pietatis opera taliter se studeant præparare, quòd hujus pretiosissimi sacramenti mereantur fieri participes illâ die, possintque ipsum susscipere reverenter, ac ejus virtute augmentum consequi gratiarum. Nos enim Christi fideles ad colendum tantum festum & celebrandum donis volentes spiritualibus animare, omnibus verè pœnitentibus & confessis, qui Matutinali officio festi ejusdem in Ecclesia, in qua idem celebrabitur, interfuerint, centum: Qui verò Missæ, totidem: Qui autem in primis ipsius festi vesperis interfuerint, similiter centum: Qui verò in secundis, totidem: Illis verò, qui Primæ, Tertiæ, & Sextæ, Nonæ ac Completorii officiis interfuerint, pro qualibet Horarum ipsarum, quadraginta: Illis autem, qui per octavas b illius festi Matutinalibus, Vespertinis, Missæ, ac prædictarum Horarum officiis interfuerint, centum dies singulis octavarum ipsarum diebus, de omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Apostolorum ejus Petri & Pauli auctoritate confisi, de injunctis sibi pœnitentiis relaxamus.

a *Aliàs, mortiferi.* b *Genes. 2.* c *Ioann. 6.* d *Aliàs, ità: & non inconvenienter, &c.* e *Psalm. 77.* f *Ioann. 6.* g *Vid. Concilium Tridentinum sessione 13. de sanctissimo Eucharistiæ sacramento, c. 5. & 6.* h *Aliàs, extitit.*

a *Philipp. 4.* b *al. octavam.*

DE IMMUNITATE ECCLESIARUM.

TITULUS XVII.

CAP. UN.

¶ *Revocat & pro infectis vult haberi decretalem, Clericis. eod. tit. lib. 6. cum suis declarationibus. Io. And.*

Clemens V. *in Concilio Viennensi.*

QUoniam ex constitutione Bonifacii Papæ octavi prædecessoris nostri, quæ incipit, Clericis Laicos. & ex declaratione, seu declarationibus ex illa postmodùm subsecutis, nonnulla scandala, magna pericula, & incommoda gravia sunt secuta, & ampliora sequi (nisi celeri remedio succurratur) præsumitur [a] verisimiliter in futurum: Nos de consilio fratrum nostrorum constitutionem, & declarationem, seu declarationes prædictas, & [a] quicquid ex eis secutum est, vel ob eas, penitùs revocamus, & eas haberi volumus pro infectis: Volentes & firmiter statuentes, illud (contra quoscunque Laicos, exigentes seu extorquentes ab Ecclesiis, Ecclesiasticisque personis tallias seu collectas aut exactiones quascunque, & contra dantes ad id faciendum consilium, auxilium vel favorem, necnon & circa præstandas subventiones Laicis ab Ecclesiarum Prælatis, ac aliis aviis Ecclesiasticis) inviolabiliter observari, quod super his à prædecessoribus nostris in Lateranen. & generali Conciliis, quæ nos sub obtestatione divini judicii præcipimus obsetvari districtè, salubriter est provisum.

a *al. Præsumuntur.*

a *In vetusto codice manuscripto ita: ac omnia & singula contenta in eis penitus, &c.*

FINIS.

CLEMENTINARVM
LIBER QUARTUS.
DE CONSANGUINITATE, ET AFFINITATE.

TITULUS UNICUS.

CAP. UNIC.

¶ *Scienter contrahens matrimonium in gradu consanguinitatis vel affinitatis prohibito, vel cum Monialis excommunicatus est ipso jure: & publicari debet & vitari. Idem in professo & professa, vel constituto in sacris. Ioan. Andr.*

Clemens V. *in Concilio Viennensi.*

EOs [a], qui divino timore postposito, in suarum periculum animarum scienter in gradibus consanguinitatis & affinitatis constitutione canonicâ interdictis, aut cum Monialibus contrahere matrimonialiter non verentur: Necnon Religiosos & Moniales ac Clericos in sacris ordinibus constitutos matrimonia contrahentes, refrænare metu pœnæ ab hujusmodi eorum temeritatis audacia cupientes: Ipsos excommunicationis sententiæ ipso facto decernimus subjacere: Præcipientes Ecclesiarum Prælatis, ut illos, quos eis constiterit taliter contraxisse, excommunicatos publicè tamdiu nuncient, seu à suis subditis faciant nunciari, donec suum humiliter recognoscentes errorem separentur abinvicem, & absolutionis obtinere beneficium mereantur. Per prædicta quoque juribus, quæ sic contrahentibus alias pœnas imponunt, in nullo volumus derogari.

a *Vid. Concil. Tridentin. sess. 24. de reform. matrim. cap. 1. & de intellectu, beatum Antoninum tractat. de excommunicatione, capit. 24. adde Covarruviam lib. 4. decretal. part. 2. cap. 3. §. 2. num. 1.*

FINIS.

CLE-

CLEMENTINARVM
LIBER QUINTUS.
DE MAGISTRIS, ET NE ALIQUID EXIGATUR PRO LICENTIA DOCENDI.
TITULUS PRIMUS.

CAPIT. I.

¶ In studiis Romanæ curiæ, Parisien. Oxonien. Bononien. & Salamantino, debent esse magistri catholici, scholas regentes in linguis Hebraica, Arabica, & Chaldæa, duo scilicet pro qualibet lingua. Et statuitur per quos eis debeat de stipendiis & sumptibus provideri.

Clemens V. *in Concilio Viennensi.*

INter [a] solicitudines nostris humeris incumbentes, perpeti curâ revolvimus, ut errantes in viam veritatis inducere, ipsosq; lucrifacere Deo, suâ nobis cooperante gratiâ, valeamus: hoc est, quòd profectò desiderantes exquirimus, ad id nostræ mentis sedulò destinamus affectum, ac circa illud diligenti studio & studiosâ diligentiâ vigilamus. Non ambigimus autem, quin ad hujusmodi nostrum desiderium assequendum [b], divinorum eloquiorum sit expositio congrua, ipsorumque fidelis prædicatio admodum opportuna. Sed nec ignoramus, quin & hæc promi noscantur inaniter, vacuaq; redire, si auribus linguam loquentis ignorantium proferantur. Ideoq; illius, cujus vicem in terris (licèt immeriti) gerimus, imitantes exemplum, qui iturus per universum mundum ad evangelizandum Apostolos, in omni linguarum genere fore voluit eruditos, viris catholicis notitiam linguarum habentibus, quibus utuntur infideles præcipuè, abundare sanctam affectamus Ecclesiam, qui infideles ipsos sciant & valeant sacris institutis instruere, Christicolarumque collegio per doctrinam Christianæ fidei ac susceptionem sacri baptismatis aggregare.

Ut igitur peritia linguarum hujusmodi possit habiliter per instructionis efficaciam obtineri: Hoc sacro approbante Concilio scholas in subscriptarum linguarum generibus ubicunque Romanam curiam residere contigerit [c], nec non in Parisien. & Oxonien. Bononien. & Salamantino studiis providimus erigendas: Statuentes, ut [d] in quolibet locorum ipsorum teneantur viri catholici sufficientem habentes Hebraicæ, Arabicæ, & Chaldææ linguarum notitiam: duo videlicet uniuscujusque linguæ periti, qui scholas regant inibi, & libros de linguis ipsis in Latinum fideliter transferentes, alios linguas ipsas solicitè doceant, earumque peritiam studiosâ in illos instructione transfundant: ut instructi & edocti sufficienter in linguis hujusmodi, fructum speratum possint (Deo auctore) producere, fidem propagaturi salubriter in ipsos populos infideles. Quibus equidem in Romana curia legentibus [e], per sedem Apostolicam: in studiis verò Parisiensi, per Regem Franciæ: in Oxonien. Angliæ, Scotiæ, Hiberniæ, ac Vualiæ: in Bononiensi per Italiæ: in Salamantino, per Hispaniæ Prælatos, Monasteria, Capitula, Conventus, collegia exempta & non exempta, & Ecclesiarum Rectores in stipendiis competentibus & sumptibus volumus provideri: contributionis onere singulis juxta facultatum exigentiam imponendo: Privilegiis & exemptionibus quibuscunq; contrariis nequaquam obstantibus, quibus tamen nolumus quoad alia præjudicium generari.

CAP. II.

¶ Is, ad quem spectat magisterium vel doctoratum tribuere, prius à doctorando recipiat juramentum, quòd in solennitate suâ non expendet ultra summam trium millium Turon. argenteorum. Quod si non fecerit, etiamsi sit Episcopus, per sex menses à collatione magisterii est suspensus. b. d. Ioan. And.

Idem.

CUm sit nimis absurdum, ut quis cum vanitate & imperitia ad honorem ascendat peritiæ literarum, non sine turbatione miramur illum apud Scholasticos invaluisse abusum, quòd plerique eorum, qui in quavis scientia ad doctoratûs vel magisterii assumuntur honorem, cùm sua solenniter principia faciunt, aut sui recipiunt insignia doctoratûs, circa cibos, vestes, & alia sic in expensis excedunt, quòd & ipsi transeunte expensarum hujusmodi vanitate, vacui plerunque remaneant & gravati: Et cæteri qui vel nolunt vel nequeunt similes expensas subire, hâc occasione frequenter à receptione honoris hujusmodi retrahuntur. Volentes igitur de opportuno super his remedio providere, illis ad quos ubilibet pertinet honorem tribuere memoratum, districtè præcipimus, ut quoscunque ab eis decætero dictum recipientes honorem, juramento priùs adstringant, ne ultra tria millia Turonen. argenteorum [a] in solennitate, circa hujusmodi doctoratus aut magisterium quomodolibet adhibenda, expendant: Ipsosque nihilominùs (nisi forsan nobilis [b] conditionis extiterint) ut intra summam prædictam hujusmodi moderentur expensæ, efficaciter exhortantes, ac si hoc illorum congruere statui viderint, juramentum exigentes abeis, quòd certos, intra summam præfatam taxandos ab ipsis expensarum terminos non excedant. Si quis autem Pontificali etiam [c] dignitate præfulgens, non recepto priùs juramento prafato, honorem cuiquam tribuerit supradictum, à collatione magisterii seu doctoratûs cujuslibet, per sex menses sequentes eo ipso noverit se suspensum.

---

a *Vid. Ludovicum Gomezium in regula Cancellariæ de idiomate, ubi plenè de materia linguarum.* b *aliter, exequendum.* c *ab contingere.* d *alit. sta: ut in locorum ipsorum studiis, &c.* e *al. regentibus.*

a *al. Argenti.* b *al. notabilis.* c *Dictio, etiam, deest in antiquioribus exemplaribus & impressis.*

DE JUDÆIS ET SARracenis.

TITULUS II.

CAP. UN.

¶ *Principes Christiani compescere debent Sarracenos sibi subjectos, ab invocatione publica nominis Machometi, & à peregrinatione, quam facere solent ad sepulchrum ipsius. hoc dicit. Ioannes Andreas.*

Clemens V. *in Concilio Viennensi.*

CEdit quidem in offensam divini nominis & opprobrium fidei Christianæ, quòd in quibusdam mundi partibus Principibus Christianis subjectis, in quibus interdum seorsum, interdum verò permistim cum Christianis habitant Sarraceni, Sacerdotes eorum, Zabazala vulgariter nuncupati, in templis seu Mesquitis suis, ad quæ iidem Sarraceni conveniunt, ut ibidem adorent perfidum Machometam, diebus singulis, certis horis in loco aliquo eminenti ejusdem Machometi nomen, Christianis & Sarracenis audientibus, altâ voce invocant & extollunt, ac ibidem verba quædam in illius honorem publicè profitentur: Ad locum insuper ubi olim quidam sepultus extitit Sarracenus, quem ut sanctum Sarraceni alii venerantur & colunt, magna Sarracenorum earundem partium & etiam aliarum confluit publicè multitudo, ex quibus nostræ fidei non modicum detrahitur, & grave in cordibus fidelium scandalum generatur. Cùm autem hæc in *a* divinæ majestatis displicentia non sint ullatenus toleranda, sacro approbante Concilio, ipsa in terris Christianorum districtiùs fieri deinceps inhibemus: universis & singulis Principibus Catholicis, sub quorum dominio dicti Sarraceni morantur, & fiunt prædicta, sub obtestatione divini judicii obnoxiùs *b* injungentes, quatenus ipsi tanquam veri Catholici & Christianæ fidei zeluli zelatores, opprobrium quod tam ipsis, quàm cæteris Christicolis per præmissa ingeritur, debitâ consideratione pensantes, ipsum (ut proinde æternæ beatitudinis præmium assequantur) de terris suis omninò auferant, & à suis subditis auferri procurent: inhibendo expressè, ne præfata invocatio seu professio nominis ipsius sacrilegi Machometi publicè, aut peregrinatio prælibata ab aliquo in eorum exsistente dominio audeat attentari de cætero, vel quomodolibet sustineri. Hi verò, qui secùs præsumpserint, taliter ob divinam reverentiam castigentur ab ipsis, quòd alii eorum exemplo perterriti à præsumptione simili arceantur.

DE HÆRETICIS.

TITULUS III.

CAP. I.

¶ *Præmittit constitutionis causam. Ioan. Andr.*

Clemens V. *in Concilio Viennensi.*

MUltorum *c* querela sedis Apostolicæ pulsavit auditum, quòd nonnulli inquisitores per sedem eandem contra pravitatem hæreticam deputati, metas sibi traditas excedentes, sic interdum extendunt *d* suæ potestatis officium, ut quod in augmentum fidei per circumspectam ejusdem sedis vigilantiam salubriter est provisum (dum sub pietatis specie gravantur innoxii) cedat in fidelium detrimentum.

¶ *Ponit constitutionem de officio inquisitionis exercendo per diœcesanos & inquisitores, primò ponens quinque, quæ potest alter sine altero. Secundò tria, quæ non potest: & decretum apponit, submittens, quomodo impeditus vel interesse volens committat alii, vel consentiat. Ioan. Andr.*

Propter quod ad Dei gloriam & augmentum ejusdem fidei, ut negotium inquisitionis hujusmodi eò prosperetur felicius, quò deinceps ejusdem labis indago solenniùs, diligentiùs, & cautiùs peragetur: ipsum tam per diœcesanos Episcopos, quàm per inquisitores à sede Apostolica deputatos (omni carnali amore, odio, vel timore, ac cujuslibet commodi temporalis affectione semotis) decernimus exerceri. Sic quod quilibet de prædictis sine alio citare possit, & arrestare sive capere, ac tutæ custodiæ mancipare, ponendo etiam in compedibus vel manicis ferreis, si ei visum fuerit faciendum: super quo ipsius conscientiam oneramus: nec non inquirere contra illos, de quibus pro hujusmodi negotio, secundùm Deum & justitiam viderit expedire. Duro tamen tradere carceri, sive arcto, qui magis ad pœnam, quàm ad custodiam videatur, vel tormentis exponere illos, aut ad sententiam procedere contra eos, Episcopus sine inquisitore, aut inquisitor sine Episcopo diœcesano, aut ejus Officiali, vel Episcopali sede vacante, Capituli super hoc delegato, si sui ad invicem copiam habere valeant, intra octo dierum spatium, postquam se invicem requisierint, non valebit. Et si secùs præsumptum fuerit, nullum sit & irritum ipso jure. Verùm si Episcopus vel ejus Capituli sede vacante delegatus cum inquisitore, aut inquisitor cum altero eorundem, propter præmissa nequeat aut nolit personaliter convenire: possit Episcopus, vel ejus seu Capituli, sede vacante, delegatus inquisitori, & inquisitor Episcopo vel ejus delegato, seu sede vacante illi, qui ad hoc per Capitulum fuerit deputatus, super illis committere vices suas, vel suum significare per literas consilium & consensum.

¶ *Provides circa muros vel carceres hæreticorum, ipsorum claves, custodes, & custodum ministros. Ioan. Andr.*

Sanè quia circa custodiam carcerum hæreticalium, qui muri in quibusdam partibus vulgariter nuncupantur, multas fraudes dudum intelleximus perpetratas: Nos *a* volentes super hoc providere, statuimus, ut quilibet talis carcer vel murus, quem decætero Episcopo & inquisitori prædictis volumus fore communem, duos custodes habeat principales, discretos, industrios & fideles: unum, quem volet Episcopus, & providebit eidem: alium, de quo voluerit inquisitor, cui etiam providebit: & quilibet prædictorum custodum sub se alium bonum & fidum poterit habere ministrum. In quolibet etiam conclavi ejusdem carceris sive muri, erunt duæ claves diversæ, quarum unam unus, aliam alius tenebit prædictorum custodum, & eam cum officio ministrandi, quæ incarceratis fuerint ministranda, suo poterit committere vel subdelegare ministro.

¶ *Ponit sacramentum custodum, ministrorum sacrum, & notariorum, & aliorum officialium. Ioan. And.*

Porrò coram Episcopo vel Capitulo, sede vacante, & inquisitore prædictis vel substitutis ab eis, custodes supradicti, antequam suum officium exequantur, jurabunt ad sancta Dei Evangelia corporaliter à se tacta, quòd in custodia immuratorum & aliorum pro crimine supradicto in sua custodia positorum & ponendorum, omnem diligentiam & solicitudinem, quam poterunt, fideliter adhibebunt. Et quòd alicui incarcerato nihil unus in secreto *b* loquetur, quin hoc audiat alter custos. Et quòd provisionem, quam incarcerati recipiunt ex ordinatione communi, & illud quod à parentibus & amicis, vel aliis personis fidelibus offeretur eisdem (nisi

a Desit, in, deest in antiquioribus. Cod. etiam impressa. b In antiq. etiam impresse constanter legitur, obnoxius. c De materia & intellectu vide Dd. in c. aut commissa. & c. per hoc. de har. lib. 6. d al. excedunt.

a De materia istius v. vide Zanch. tract. de haret. cap. 1. & 10. Gondissalvum tract. de her. q. 21. Sylvest. in verb. hæres. 2. b Vid. Archidiac. in cap. Clericus. 11. dist. & in c. si peccaverit. 2. qu. 1. Ie. And. in c. ult. de haret.

Episcopi

Episcopi & inquisitoris vel suorum commissariorum ordinatio refragetur) ipsis fideliter & absque diminutione aliqua ministrabunt, nec in his fraudem aliquam adhibebunt. Et idem juramentum & coram eisdem personis [illegible] custodum, priusquam suum exerceant officium, exhibebunt. Et quia sæpè contingit Episcopos proprios habere carceres, sibi & dictis inquisitoribus non communes: volumus & districtè præcipimus, ut custodes ad incarceratorum pro dicto crimine custodiam per Episcopos, vel sede vacante per Capitulum deputandi, & eorum ministri coram dictis inquisitoribus vel substitutis ab eis præstent simile juramentum. Notarii a quoque inquisitionis coram Episcopo & inquisitore vel substitutis ab eis, jurabunt suum officium fideliter exercere. Et idem fiet de aliis personis necessariis ad prædictum officium exequendum.

¶ *Punit Episcopos, inquisitores, & eorum substitutos, qui faciendo, vel omittendo delinquunt in officio. h. d.*

Verùm quia nimis est grave, ad exterminationem pravitatis prædictæ non agere, quod ipsius contagiosa enormitas agendum requirit: grave est quoque & damnatione dignissimum malitiosè insontibus eandem imponere pravitatem: Episcopo & inquisitori prædictis ac aliis ad dicti executionem officii substituendis ab eis, in virtute sanctæ obedientiæ & sub interminatione maledictionis æternæ præcipimus, ut sic discretè & promptè contra suspectos vel diffamatos de hujusmodi pravitate procedant, quòd malitiosè aut fraudulenter tantam labem, seu quòd ipsos in executione officii inquisitionis impediat, falsò alicui non imponant. Quòd si odii, gratiæ, vel amoris, lucri aut commodi temporalis obtentu, contra justitiam & conscientiam suam omiserint contra quemquam procedere, ubi fuerit procedendum super hujusmodi pravitate, aut obtentu eodem, pravitatem ipsam vel impedimentum officii sui alicui imponendo, eum super hoc præsumpserint quoquo modo vexare (præter alias pœnas, pro qualitate culpæ imponendas eisdem) Episcopus aut superior suspensionis ab officio per triennium, alii verò excommunicationis sententias eo ipso incurrant. A qua quidem excommunicationis sententia, qui eandem incurrerint, nisi per Romanum Pontificem nequeant, præterquam in mortis articulo b, & tunc satisfactione præmissâ, absolutionis beneficium obtinere: nullo in hac parte privilegio suffragante.

¶ *Confirmat antiqua jura huic constitutioni non obvia. Ioan. Andr.*

Alia sanè, quæ circa præmissum inquisitionis officium à nostris sunt prædecessoribus instituta (quatenus præsenti decreto non obviant) facti approbatione Concilii roborata, in sua volumus firmitate manere.

CAP. II.

¶ *Primò, ponens constitutionis causam, determinat ætatem inquisitorum. Secundò, punit inquisitores, qui prætextu officii pecuniam illicitis modis extorquent, vel ob delictum Clericorum, Ecclesiarum bona confiscant. Tertiò, præcipit Notariis, Officialibus & sociis, ut hoc facientes reprehendant, & superioribus denuncient, si probare possint. Quartò, prohibet inquisitoribus abusum armorum, & circa quantitatem vel qualitatem Officialium. h. d. Ioan. And.*

Idem *in eodem.*

NOlentes splendorem solitum negotii fidei per actus indiscretos & improbos quorumvis inquisitorum hæreticæ pravitatis, quasi tenebrosi fumi caligine obfuscari: hoc sacrò Concilio approbante statuimus, nullis exnunc, nisi qui quadragesimum ætatis annum attigerint, officium inquisitionis prædictæ committi inquisitoribus. Et tam ipsorum, quàm Episcoporum seu Capitulorum, sede vacante, super hoc deputatis commissariis quibuscunque districtius injungentes, ne prætextu officii inquisitionis quibusvis modis illicitis ab aliquibus pecuniam extorqueant: nec scienter attentent Ecclesiarum bona ob Clericorum delictum a prædicti occasione officii fisco etiam Ecclesiæ applicare. Quòd si secùs in his vel eorum altero fecerint, excommunicationis sententiæ eos subjacere decernimus ipso facto. A qua non possint absolvi, præterquam in mortis articulo, donec illis, à quibus extorserint, plenè satisfecerint de pecunia sic extorta: Nullis privilegiis, pactis, aut remissionibus super hoc valituris. Notarii verò & Officiales dicti officii, necnon fratres & socii inquisitorum & commissariorum ipsorum, qui dictos inquisitores aut commissarios secretè noverint talia commisisse (si indignationem Dei & Apostolicæ sedis vitare voluerint, & offensam) ipsos graviter arguere & corrigere studeant in secreto. Quòd si taliter ea sciverint, ut ea probare valeant, si sit opus, hæc Prælatis inquisitorum & commissariorum eorundem, ad quos id pertinebit, nunciare solicitè debeant. Qui equidem Prælati inquisitores & commissarios prædictos reos inde repertos ab officiis amovere, & amotos aliàs punire debitè seu corrigere teneantur. Prælatis autem inquisitorum id negligentibus agere, præmissa omnia nunciari per prædictos locorum Ordinarios volumus: quibus, ut ea in Apostolicæ sedis notitiam perferant, in virtute sanctæ obedientiæ districtè præcipimus & mandamus. Porrò inquisitoribus ipsis districtius inhibemus, ut nec abutantur quomodolibet concessione portationis armorum, nec officiales nisi sibi necessarios habeant, tales qui se conferant ad sua cum inquisitoribus ipsis officia exequenda.

CAP. III.

¶ *Damnat sectam Beguardorum & Beguinarum Alemaniæ, & octo ipsius errores, excitans diœcesanorum & inquisitorum officium contra illos. h. d. Ioan. And.*

Idem *in eodem.*

AD nostrum (qui desideranter in votis gerimus, ut fides catholica nostris prosperetur temporibus, & pravitas hæretica de finibus fidelium extirpetur) non sine displicentia grandi pervenit auditum, quòd secta quædam abominabilis, quorundam hominum malignorum, qui Beguardi, & quarundam infidelium mulierum, quæ Beguinæ vulgariter appellantur, in regno Alemaniæ (procurante satore malorum operum) damnabiliter insurrexit: tenens & asserens doctrinâ suâ sacrilegâ & perversâ inferius designatos errores. Primò videlicet, quòd homo in vita præsenti tantum & talem perfectionis gradum potest acquirere, quòd reddetur penitùs impeccabilis, & amplius in gratia proficere non valebit: nam (ut dicunt) si quis semper posset proficere, posset aliquis Christo perfectior inveniri. Secundò, quòd jejunare non oportet hominem, nec orare, postquam gradum perfectionis hujusmodi fuerit assecutus: quia tunc sensualitas est ita perfectè spiritui & rationi subjecta, quòd homo potest licerè corpori concedere quicquid placet. Tertiò, quòd illi, qui sunt in prædicto gradu perfectionis & spiritu libertatis, non sunt humanæ subjecti obedientiæ, nec ad aliqua præcepta Ecclesiæ obligantur: quia (ut asseruut) ubi spiritus Domini, ibi libertas. Quartò, quòd homo potest ita finalem beatitudinem, secundùm omnem gradum perfectionis in præsenti as-

a *De juramento notariorum Hostiens. & Dost. in cap. ut officium. §. ad conscribendum. de hær. l. 6. & in c. sicut. ne clerici vel mon.*

b *In mortis articulo nulla est casuum reservatio, atq; ideò omnes Sacerdotes quoslibet pœnitentes a quibuslibet peccatis & censuris absolvere possunt: ita Concil. Trident. Sess. 14. cap 7. de casuum reservatione.*

a *Delictum prælati quando noceat Ecclesiæ, vide Ecl. in c. audientiam. de restr. & Alex. cons. 23. l. 1.*

sequi, sicut eam in vita obtinebit beata. Quintò, quòd quælibet intellectualis natura in seipsa naturaliter est beata: quodque anima non indiget lumine gloriæ, ipsam elevante ad Deum videndum, & eo beatè fruendum. Sextò, quòd se in actibus exercere virtutum, est hominis imperfecti, & perfecta anima licentiat à se virtutes. Septimò, quòd mulieris osculum (cùm ad hoc natura non inclinet) est mortale peccatum: Actus autem carnalis (cùm ad hoc natura inclinet) peccatum non est, maximè cùm tentatur exercens. Octavò, quòd in elevatione corporis JESU Christi non debent assurgere, nec eidem reverentiam exhibere: asserentes, quòd esset imperfectionis eisdem, si à puritate & altitudine suæ contemplationis tantum descenderent, quòd circa ministerium seu sacramentum Euchatistiæ, aut circa passionem humanitatis Christi aliqua cogitarent. Nonnulla etiam alia sub simulata quadam sanctitatis specie dicunt, faciunt & committunt, quæ oculos divinæ majestatis offendunt, & graviter in se continent periculum animarum.

Cùm autem ex debito commissi nobis officii, hujusmodi sectam detestabilem, & præmissos ipsius execrandos errores (ne propagentur ulteriùs, & per eos corda fidelium damnabiliter corrumpantur) extirpare ab Ecclesia catholica necessariò habeamus: Nos sacro approbante Concilio, sectam ipsam cum præmissis erroribus damnamus & reprobamus omninò: inhibentes districtiùs, ne quis ipsos decæterò teneat, approbet vel defendat. Eos autem qui secùs egerint, animadversione canonicâ decernimus puniendos. Porrò diœcesani & illarum partium inquisitores hæreticæ pravitatis, in quibus Beguardi & Beguinæ hujusmodi commorantur, suum officium circa eos diligenter exerceant, inquirentes de vita & conversatione ipsorum, qualitervé sentiant de articulis fidei & Ecclesiæ sacramentis. In illos verò, quos culpabiles reperetint (nisi abjuratis sponte prædictis erroribus pœnituerint, & satisfactionem exhibuerint competentem) debitam exerceant ultionem.

DE HOMICIDIO VOLUNTARIO, vel casuali.

TITULUS IV.

CAP. UNIC.

¶ Furiosus, infans, vel dormiens, hominem mutilans, vel occidens, non efficitur irregularis: nec etiam ille, qui aliter mortem vitare nequiens, suum invasorem occidit, vel mutilat. b. d.

Clemens V. *in Concilio Viennensi.*

SI a furiosus, aut infans, seu dormiens, hominem mutilet, vel occidat, nullam ex hoc irregularitatem incurrit. Et idem de illo censemus, qui mortem aliter vitare non valens, suum occidit vel mutilat invasorem.

DE USURIS.

TITULUS V.

CAP. UN.

¶ Officiales communitatum facientes, dictantes, vel scribentes statuta super usuris solvendis, non repetendis, vel non restituendis, vel judicantes secundùm illa, vel non delentes illa (si possint) intra tres menses de libris communitatum, vel illa servantes, excommunicati sunt. Ioan. And.

Clemens V. *in Concilio Viennensi.*

EX b gravi ad nos insinuatione pervenit, quòd quorundam communitates locorum in offensam Dei & proximi, ac contrà jura divina pariter & humana, usurariam approbantes quocammodò pravitatem, per statuta sua juramento quandoque firmata, usuras exigi & solvi nedum concedunt, sed a ad solvendas eas debitores scienter compellunt, ac b juxta ipsorum continentiam statutorum gravia imponendo plerunque uturas [illegible] onera. Hinc utendo super his diversis coloribus, & fraudibus exquisitis, repetitionem impediunt earundem. Nos igitur pernicioüs his ausibus obviare volentes, sacro approbante Concilio statuimus, ut quicunque communitatum ipsarum Potestates, Capitanei, Rectores, Consules, Judices, Consiliarii, aut alii quivis Officiales, statuta hujusmodi decæterò facere, scribere, vel dictare, aut quòd solvantur usuræ, vel quòd solutæ, cùm repetuntur, non restituantur planè ac liberè, scienter judicare præsumpserint, sententiam excommunicationis incurrant. Eandem etiam sententiam incursuri, nisi statuta hujusmodi hactenus edita, de libris communitatum ipsarum (si super hoc potestatem habuerint) intra tres menses deleverint, aut si ipsa statuta sive consuetudines effectum eorum habentes quoquo modo præsumpserint observare.

¶ Fœneratores in causis usurarum edere cogantur libros rationum suarum. Ioan. And.

Cæterùm, quia fœneratores sic utplurimùm contractus usurarios occultè ineunt & dolosè, quod vix convinci possunt de usuraria pravitate, ad exhibendum cùm de usuris agetur suarum codices rationum, censurâ ipsos decernimus Ecclesiasticâ compellendos.

¶ Pertinaciter asserens exercere usuras non esse peccatum, hæreticus est. Ioan. And.

Sane si quis in illum errorem inciderit, ut pertinaciter affirmare præsumat, exercere usuras non esse peccatum, decernimus eum velut hæreticum puniendum: locorum nihilominùs Ordinariis & hæreticæ pravitatis Inquisitoribus districtiùs injungentes, ut contra eos, quos de errore hujusmodi diffamatos invenerint, aut suspectos, tanquam contra diffamatos, vel suspectos de hæresi, procedere non omittant.

DE EXCESSIBUS PRÆLATORUM.

TITULUS VI.

CAP. UNIC.

¶ Providerat Greg. contra XXVII. gravamina, quæ Prælati Religiosis inferebant. eod. tit. Nimu. r. & 2. hoc verò Concilium providet contra XXX. à quibus Prælatos cessare præcipit, & per suos subditos cessare facere, jubens ipsorum privilegia & jura servari. b. d. Ioan. And.

Clemens V. *in Concilio Viennensi.*

FRequens & assidua nos quorundam Religiosorum querela circumstrepit, quòd plerique Episcopi, & eorum superiores, ac cæteri Ecclesiarum Prælati, ipsorum Religiosorum quietem injustè in subsequentibus multipliciter inquietant. Quidam enim exemptos capiunt, & incarcerant in casibus non concessis à jure. Quidam per gravium interminationem pœnarum impediunt, ne debentes exemptis decimas seu reditus, illos solvant eisdem: Nevè aliqui Missas eorum audiant: Molentes in molendinis, & coquentes in furnis eorum: Servientes quoque & vasallos, & domesticos eorundem, vel alios qualitercunque contrahentes, & participantes cum ipsis, suspendunt, interdicunt, & excommunicant absque causa rationabili pro libito voluntatis: bona illorum interdum nihilominùs illicitè occupantes. Et appellationibus, quas prædicti exempti ob prædicta, vel alia gravamina rationabiliter interponunt quandoque, minimè deferentes, appellantes occasione appellationum hujusmodi interdum capiunt, aut capi faciunt, &

a *Hanc Clementinam latissimè repetivit Didacus Covarruvias: cum videto.* b *Pro materia intellectu vide B. Thom. 2. 2. q. 78. per totam quæstionem.*

a *Al. sed & ad solvendum eosdem, &c.* b *Al. aut.* carceri

carceri mancipari. Quidam præterea capellanos in Ecclesiis pleno jure spectantibus ad eosdem (licèt nulla causa subsit legitima) celebrare non sinunt, nec administrare parochianis Ecclesiastica sacramenta. Nonnulli [a] etiam indebitè Abbates, Monachos & Conversos exemptos, necnon & Clericos ipsis pleno jure subjectos, si eis non pareant in his etiam, in quibus non tenentur eisdem, inconsultâ facilitate suspendunt, excommunicant, capiunt, & incarcerant, ac loca & Ecclesias interdicunt ipsorum. In exigendo insuper ab ipsis exemptis, ipsorumque subditis subsidia charitatis, excedunt nimium contra eos. Et insolitas ac indebitas ipsis contra jura exactiones imponunt: Novos census & indebita onera parochialibus imponunt Ecclesiis, in quibus exempti jus obtinent patronatûs: Processus justè factos, seu sententias justè latas a delegatis sedis Apostolicæ, vel à conservatoribus pro exemptis, publicari seu executioni mandari à suis subditis non permittunt. Tabellionibus publicis inhibent, ne instrumenta conficiant: Et judicibus, ne justitiam faciant, ac Jurisperitis, ne consilium vel auxilium prabeant in causis, seu negotiis eorundem: Præsentatos per exemptos ad ordines vel beneficia, quorum præsentatio ad eos pertinet, nolunt admittere, nisi præsentantes ponant obedientiam in salutatione literarum, quas pro hujusmodi præsentatione transmittunt: Ecclesiis quoque vacantibus, in quibus monasteria jus obtinent patronatûs (repulsis personis idoneis præsentatis ad eas) personas instituunt inhabiles & indignas. Quidam etiam Ecclesias curam animarum habentes ad mensam Abbatum spectantes, quarum fructus quandoque Clericis secularibus tradunt, seu concedunt ad firmam, Clericis ipsis decedentibus, suis conferunt Clericis, quanquam ipsæ propter hoc Ecclesiæ in veritate non vacent. Nonnulli quoque in Ecclesiis Monachorum jura ipsorum injustè sibi appropriant, & de ipsorum reditibus, ut volunt, ordinant, ita quòd rectoribus earum [b] non remanet, unde valeant sustentari. Quidam cum armis & erecto vexillo, molendina, & alia bona contra justitiam destruunt exemptorum, quæ etiam tanto tempore possederunt, quòd de contrario memoria non existit: Mittuntque frequenter ad monasteria suarum civitatum & diœcesum suos consanguineos & nepotes, & interdum animalia sua cum custodibus, ut eis de bonis monasteriorum debeat provideri: Abbates insuper, & Priores monasteriorum frequenter compellunt, ut suis consanguineis & nepotibus monasteriorum suorum, seu Prioratuum possessiones [c] concedant in perpetuum, vel ad tempus: quas quidem concessiones, vel [d] pensiones, nos nullas esse volumus ipso jure: Eosdem quoque Abbates & Priores, quandoque compellunt ad præsentandum sibi ad Ecclesias vacantes, in quibus jus obtinent patronatûs, & ad monachandum interdum suos familiares, consanguineos, vel nepotes. Frequenter etiam permittunt, & tacitè consentiunt, quòd in suo dominio temporali per milites, vasallos, & ipsorum temporales Officiales monasteriorum bona mobilia & immobilia per violentiam occupentur, in casibus non permissis à jure: & aliæ variæ injuriæ personis Ecclesiasticis & monasteriorum hominibus irrogentur. Præterea interdum injustè Abbates, Priores, ac alios beneficiatos beneficiis suis privant, ut sic fructus beneficiorum illorum percipere valeant primo anno, prætextu privilegii, quod asserunt se habere, quòd usque ad certum tempus fructus beneficiorum vacantium possint percipere primi anni: Quibus non contenti, equos, boves, thesaurum, & alia bona monasteriorum & beneficiorum vacantium illicite occupant, quæ essent futuris successoribus reservanda. Quidam militibus, & aliis potentibus dignitatum suarum reditus & proventus vendunt ad tempus, ut per ipsos exempti vicini fortius opprimantur: Nonnulli etiam indebitè monasteria diruunt: Alii domos & hospitalia, & alia bona monasteriorum mobilia & immobilia frequenter occupant, & detinent occupata: Pluries quoque sine causa justa impediunt, ne exempti loca sua valeant reparare. Quidam statuta faciunt, per quæ derogatur privilegiis exemptorum. Et generaliter, quamplures Prælati, Religiosis, præsertim exemptis & privilegiatis, in personis & rebus suis ac juribus spiritualibus & temporalibus, graves inferunt contra justitiam & eorum privilegia injurias & jacturas. Verum quia una est regularium & secularium Prælatorum, & subditorum exemptorum & non exemptorum universalis Ecclesia, extra quam nullus omninò salvatur, quorum omnium unus est Dominus, una fides, & unum baptisma: decet ut omnes, qui ejusdem sunt corporis, unius etiam sint voluntatis, & sicut fratres ad invicem vinculo charitatis sint adstricti. Decet igitur, ut & Prælati, & alii tam exempti, quàm non exempti suis juribus sint contenti, & alter in alterius injuriam non prosiliat seu jacturam. Universis itaque Prælatis Ecclesiarum præsentis sanctionis edicto districtè præcipiendo mandamus, quatenus ipsi à prædictis gravaminibus omninò cessantes, & cessare suos subditos facientes, viros religiosos, exemptos, privilegiatos, & non exemptos, mendicantes & non mendicantes, charitativè tractent & foveant, & sua jura & privilegia inviolabiliter eis servent. Et quoniam plùs solet timeri, quod specialiter, quàm quod generaliter inhibetur, eisdem Prælatis districtissimè inhibemus, ut Abbates, Priores, & alios religiosos, ne ad sua generalia, vel provincialia vadant Capitula, impedire quomodòlibet non præsumant.

a *In vetusto quodam manuscr. ita: Nonnulli etiam Abbates indebitè monachos & conversas etiam exemptos.* b *alias, eorum.* c *alias, pensiones.* d *Hæc duo verba, vel pensiones, non habentur in antiq. cod. etiam impressis.*

DE PRIVILEGIIS, ET EXCESSIBUS privilegiatorum.

TITULUS VII.

CAP. I.

¶ *Ponit sex casus, in quibus Religiosos excommunicat, & absolutionem Papa reservat: & privilegio, & exemptionibus non obstantibus eos per Ordinarios locorum denunciari præcipit. Ioan. And.*

Clemens V. *in Concilio Viennensi.*

REligiosi, qui Clericis aut Laicis sacramentum Unctionis extremæ, vel Eucharistiæ ministrare, matrimoniave solemnizare, non habitâ super his parochialis Presbyteri licentiâ speciali, aut qui excommunicatos à canone, præterquam in casibus à jure expressis, vel per privilegia sedis Apost. concessis eisdem, vel à sententiis per statuta provincialia aut synodalia promulgatis, seu (ut verbis eorum utamur) à pœna & culpa absolvere quempiam præsumpserint: excommunicationis incurrant sententiam ipso facto, per sedem Apostolicam duntaxat absolvendi, quos etiam locorum Ordinarii (postquam de hoc eis constiterit) excommunicatos faciant publicè nunciari, donec de absolutione ipsorum eis fuerit facta fides, nullo Religiosis eisdem super hoc exemptionis, vel alio privilegio suffragante.

¶ *Ponit septem culpas Religiosorum, à quibus eos præcipit abstinere sub certis pœnis, quas eis imponi jubet: & quas Prælatus ipsorum imponat, si non satisfecerint. Ioan. And.*

Quibus etiam in virtute sanctæ obedientiæ, & sub

interminatione maledictionis æternæ districtiùs inhibemus, ne in sermonibus suis Ecclesiarum Prælatis detrahant *a*: Aut etiam retrahant Laicos ab Ecclesiarum suarum frequentia vel accessu, seu indulgentias pronuncient indiscretas: Nevè cùm confectionibus *b* testamentorum intererunt, à testitutionibus debitis, aut legatis matricibus Ecclesiis faciendis retrahant testatores: Nec legata, vel debita, aut malè ablata incerta sibi aut aliis singularibus sui ordinis fratribus vel Conventibus in aliorum præjudicium fieri seu erogari procurent: Nec etiam in casibus sedi Apostolicæ, aut locorum Ordinariis reservatis quenquam absolvere: Aut personas Ecclesiasticas, præsertim coram judicibus delegatis à nobis, suam contra eos justitiam prosequentes, vexare indebitè, aut ad loca plura, & præsertim multùm remota convenire præsumant. Si qui verò præmissa, vel aliquod de præmissis attentare præsumpserint, per duos menses subjaceant pœnis illis, quæ secundùm eorum regulam, vel statuta, pro gravibus criminibus seu culpis eis consueverunt imponi: Super quibus absque manifesta necessitate cum eis non valeat dispensari. Cæterùm Prælati eorum, nisi de his, quæ occasione præmissorum *c* excessuum ad eos quoquo modo pervenerint, Ecclesiis aut personis Ecclesiasticis damnificatis, vel læsis satisfactionem plenariam exhibuerint intra mensem, postquam super hoc fuerint requisiti, suspensionis sententiam usque ad satisfactionem debitam eo ipso incurrant, non obstantibus *d* præmissis statutis, aut quibuslibet privilegiis, cujuscunque tenoris existant.

¶ *Ponit moderationem circa duas primas cassu. hoc dicit. Ioan. Andr.*

Sanè Religiosis illis, quibus est ab Apostolica sede concessum, ut familiaribus suis domesticis, aut pauperibus in hospitalibus suis degentibus, sacramenta possint Ecclesiastica ministrare, nullum ex præmissis volumus quoad hoc præjudicium generari.

CAP. II.

¶ *Archiepiscopi per loca exempta provincia sua faciunt crucem ante se deferri: ipsi etiam & diœcesani ibi benedicunt, audiunt divina, & illa celebrant, & faciunt celebrari: per hoc tamen exemptis vel privilegiatis in aliis nullum fit præjudicium. Ioan. Andr.*

Idem *in eodem.*

Archiepiscopo *e* per quævis loca exempta suæ provinciæ facienti transitum, aut ad ea forsan declinanti, ut crucem ante se liberè portari faciat, benedicat populo, divina officia privatim vel publicè ibidem audiat, & ea etiam in pontificalibus celebret, & faciat in sua præsentia sine pontificalibus celebrari (quovis privilegio contrario non obstante) sacro approbante Concilio præsentis constitutionis serie duximus concedendum. Simili modo concedimus Episcopo, ut in locis eisdem suæ diœcesis possit populo benedicere, audire divina officia, & ea etiam celebrare, & in sua præsentia facere celebrari. Sic tamen, quòd prætextu concessionis hujusmodi, in locis ipsis exemptis, vel circa hoc privilegiatis, nullam aliam jurisdictionem idem Archiepiscopus vel Episcopus exerceat *f*, nec personis exemptis vel privilegiatis molestiam inferat *g*, vel gravamen, nullumque *h* exemptioni vel privilegiis eorundem aliud præjudicium generetur, nec ipsis Archiepiscopo vel Episcopo jus aliud quomodolibet acquiratur.

a *Vide omninò Conc. Lat. sub Leon X. Sess. 11. in decreto. incip. Supernæ majestatis præsidio.* b *al. factionibus.* c *al. præditorum.* d *In antiq. etiam impressu constanter legitur ita: non obstantibus in præmissis statutis, &c.* e *vide notata per Doct. in c. 1. ut lite pend. & in cap. antiqua. de privil.* f *alias exerceant.* g *al. inferant.* h *al. ita: nullumq; exemptioni eorum vel privilegiis aliàs præjudicium generetur.*

DE POENIS.

TITULUS VIII.

CAP. I.

¶ *Percutientes Episcopum, capientes, & bannientes, vel hoc mandantes, vel ratificantes, socios, consiliarios, fautores, & defensatores, cum suis posteris, civitates in hoc delinquentes, & ejus Officiales, pœnis variis per Concilium puniuntur. Ioan. Andr.*

Clemens V. *in Concilio Viennensi.*

Si quis *a* suadente diabolo in hoc sacrilegii genus prorumperit, quòd quemvis Pontificem injuriosè vel temerè percusserit, aut ceperit, seu bannierit, vel hæc mandaverit fieri, aut facta ab aliis rata habuerit, vel socius in his fuerit facientis, aut consilium in his dederit, aut favorem, seu scienter defensaverit eundem: in illis casibus de prædictis, in quibus excommunicationem per jam editos canones non subiret, sit hujus nostræ constitutionis auctoritate (non obstante quâcunque consuetudine, quam reputamus approbante sacro Concilio potiùs corruptelam) anathematis mucrone percussus, à quo nequeat, nisi per summum Pontificem (præterquam in articulo mortis) absolvi. A feudis insuper, locationibus, officiis, & beneficiis spiritalibus sive temporalibus, quæ ab Ecclesia, cui sic offensus præest Episcopus, obtinet, cadat hoc ipso, ac ad eandem Ecclesiam liberè revertantur. Ipsius filii per masculinam descendentes lineam usque ad generationem secundam (omni spe dispensationis ademptâ) reddantur ipso facto inhabiles ad Ecclesiastica beneficia, in civitate & diœcesi, in quibus idem Episcopus præsidet, obtinenda. Terra quoque ipsius (dum tamen ultra unam diœcesim non contineat) usque ad condignam satisfactionem ejusdem: Necnon *b* locus aut loca, in quibus captus Episcopus detinebitur, quandiu detentio ipsa in eisdem duraverit, Ecclesiastico subjaceat interdicto. Quòd si terra ejusdem duas diœceses, vel ultrà contineat, diœcesis domicilii principalis ipsius *c*, & illa etiam, in qua fuerit delictum commissum, si sua sit, & duæ aliæ, quæ sub ipso sint eidem loco magis vicinæ, interdicto subjaceant supradicto. Et quia eo major erit ipsius confusio, quo sua fuerit culpa patentior, quousque dignam *d* satisfactionem præstiterit, per omnes illius loci, in quo commissum est facinus, necnon civitatum, & diœcesum vicinarum Ecclesias, quibuslibet diebus Dominicis & festivis, pulsatis campanis, & candelis accensis excommunicatus publicè nuncietur. Et cùm absolvendus fuerit, sufficienter & idoneè caveat, quòd inferendæ pœnæ parebit, & auxiliante Domino pœnitentiam peraget injungendam. Civitas autem, quæ præmissa, vel eorum aliquod in Episcopum suum commiserit, interdicto (donec satisfecerit) subjaceat memorato. Potestas verò, Consiliarii, Ballivus, Scabini, Advocati, Consules, Rectores & Officiales ipsius, quocunque nomine censeantur, in præmissis culpabiles existentes, similitèr excommunicationis sententiæ, à qua (nisi ut præmittitur) non valeant absolutionis obtinere beneficium, sint subjecti. Quæ *e* omnia tantò magis in Episcoporum interfectoribus sunt servanda, quantò in eos severior, quàm in præfatos pœna debet exurgere, & gravioris indignationis aculeus desæviet.

¶ *Excusat rigorem, dicens, quòd graviores pœnæ deberent imponi. Ioan. Andr.*

Nec super hæc quisquam miretur, quòd præmissa perpetrantibus pœnas non inferimus graviores: licèt enim (quod dicere pudet) hæc, proh dolor! frequenter occurrant,

a *De intellectu hujus Clement. vide Ioannem Lupum in tract. de libert. Eccles. part. 2. quæst. 1.* b *al. ita: necnon locus aut loca alia, in quibus, &c.* c *al. ita: & illa etiam terra in qua, &c.* d *al. condignam.* e *al. ita: qua etiam tanto magis, &c.*

multisque

multisque grassantibus opus esset exemplo, & ex dignitate offensi pœnam metiri deceat offendentis: Episcopi enim dicuntur sanctissimi, Christi Legati existunt, spirituales sunt patres, nostrique fratres & Coepiscopi, columnæ comprobantur Ecclesiæ: quare gravem oporteret esse pœnam culpæ violantis dignitatem tantæ præeminentiæ adæquandam. Volumus tamen ad præsens in pœnarum exaggeratione temperare rigorem: ad pœnas alias processuri, si protervitatem delinquentium hoc exposcere videamus.

¶ *Repetit jus antiquum de absolutis in mortis articulo, qui sanati revocidunt, si non satisfaciant. Ioan. And.*

Sanè si quis in aliquo casuum prædictorum fuerit ab excommunicationis sententia in mortis articulo absolutus, nisi postquam pristinæ restitutus fuerit sanitati, quàm citò commodè poterit, conspectui Romani Pontificis se præsentare curaverit, ejus mandatum [a] humiliter recepturus, prout justitia suadebit: in eandem excommunicationis sententiam reincidat ipso facto. Quamvis enim super hoc satis plene in jure alibi sit provisum, ne tamen aliquis in hoc ex ignorantia juris se satagat excusare, hoc expresè præmissis duximus annectendum.

CAP. II.

¶ *Procurantes capi viros Ecclesiasticos, ut renuncient beneficiis, vel ut citati non vadant ad curiam, præter pœnam excommunicationis, quam per canones antiquos incurrunt, si sint Prælati, à perceptione fructuum per triennium sint suspensi, inferiores verò beneficiis sunt privati. Eandem pœnam incurrunt ipsi citati, qui se capi procurant. Resignatio etiam sit facta non tenet, etiamsi per Prælatos recepta fuerit, vel ratificata. h. d. Ioan. And.*

Idem.

MUltorum ad nos gravis querela deduxit, quòd nonnulli obtinentes temporale dominium viros sæpè Ecclesiasticos capere, captosque donec sua resignent beneficia, aut ne citati ad Apostolicam sedem ab homine, vel à jure, venire ad ipsam valeant, ausu detinere sacrilego non verentur, citatos eosdem in exitu eorum districtuum [b] ut plurimùm capientes. Considerantes igitur, quantum ex his tam nostro, & Apostolicæ sedis honori, quàm personarum Ecclesiasticarum quieto & prospero statui non sine damnanda exempli pernicie derogetur: sacro approbante Concilio statuimus, ut præter sententiam canonis, quam facientes, & fieri procurantes præmissas incurrere dignoscuntur, procurantes ipsi, personæ Ecclesiasticæ existentes, à perceptione fructuum Ecclesiarum suarum, si fuerint Prælati, triennio sint suspensi. Quòd si inferiores extiterint, eoipso obtentis beneficiis sint privati: Illis pœnam incursuris eandem, qui ne citati (ut præmittitur) ad sedem Apostolicam veniant, sed ut se sub obtentu hujusmodi à veniendo excusent, à potestate seculari se capi (ut interdum contigisse audivimus) procurârint. Sanè resignationes beneficiorum modo supradicto extortas (licèt à resignantium ipsorum Prælatis receptæ, aut ratæ habitæ fuerint) nullius omninò decernimus [c] esse firmitatis: Locorum Ordinariis injungentes, ut postquam eis constiterit aliquos sibi subjectos pœnam & sententiam incurrisse præmissas, ipsas publicare non differant, executionique debitæ (prout ad eos pertinuerit) demandare.

CAP. III.

¶ *Excommunicat Religiosos mendicantes, transgressores constitutionis Bonifacii de excess. prælat. cap. unic. lib. 6. Item omnes Religiosos, qui in sermonibus, vel alibi proferunt aliqua, ut retrahant à solutione decimarum, quarum solutionem certis diebus & in confessionibus suadere tenentur sub certis pœnis, quas incurrunt: Nisi sint tales, quorum monasterio, vel Ecclesiis competat percipere decimas. Ioan. And.*

Idem.

CUpientes eos, quos ad observantiam jurium, virtutum præmia non inducunt, tam adjectarum exaggeratione pœnarum, quàm adjiciendarum de novo formidine, à temerariis ausibus refrænare, transgressores constitutionis, quæ Religiosis mendicantibus domos ad habitandum, vel loca quæcunque de novo recipere, recepta hucusque mutare, vel ea transferre in alios cujusvis alienationis titulo interdicit. Illos [a] etiam Religiosos, qui aliqua, ut audientes à decimarum Ecclesiis debitarum solutione retrahant, in sermonibus suis, vel alibi proferre præsumunt, excommunicationis subjacere sententiæ decernimus ipso facto.

Et quia nisi fiat quod bonum est, à malo abstinere non sufficit, Religiosis omnibus injungimus sub obtestatione divini judicii, & interminatione maledictionis æternæ, ut quoties populo prædicabunt in prima Dominica, quarta & ultima Quadragesimæ, & in festis Ascensionis Dominicæ, Pentecostes, Nativitatis beati Joannis Baptistæ, Assumptionis & Nativitatis beatissimæ virginis Mariæ matris Dei, audientes expresè studeant informare, si ab Ecclesiarum rectoribus, vel vicariis, aut loca tenentibus eorundem requisiti fuerint: Necnon & his, quorum confessiones audient, conscientiam facere, quòd decimas solvere non omittant. Quòd si forte in prædicationibus hoc ipsum supradictis diebus suadere scienter omiserint, per superiores eorum graviter arguantur. Quibus etiam superioribus in virtute sanctæ obedientiæ districtè præcipimus, ut contra taliter omittentes statuta pœnalia faciant, secundùm quæ sic acriter puniant transgressores, quòd pœna eorum sit cæteris in exemplum: Constitutione bonæ memoriæ Gregorii Papæ decimi [b] prædecessoris nostri circa hæc editâ in suo nihilominùs robore duraturâ. Qui verò scienter postposuerint confitentibus conscientiam facere de solvendis hujusmodi decimis, ab officio prædicationis tamdiu maneant ipso facto suspensi, donec confitentibus ipsis (si hoc ipsum sibi dicendi commodè facultatem habuerint) conscientiam fecerint: Exinde excommunicationis incursuri sententiam ipso facto, si prædicare præsumpserint, prædictâ negligentiâ (ut præmittitur) non purgatâ. Ad [c] Religiosos tamen monasteriorum, vel rectores Ecclesiarum decimas percipientium nolumus hoc extendi.

¶ *Excommunicat violatores Decret. 1. de sepult. lib. 6. & absolutionem Papæ reservat. h. d. Ioan. And.*

Sanè temerarios violatores constitutionis illius, quæ Religiosis & Clericis secularibus prohibet, ne aliquos ad vovendum, jurandum, vel fide interpositâ, seu aliàs promittendum inducant, ut sepulturam apud eorum Ecclesias eligant, vel jam electam ulteriùs non immutent, similem sententiam (pœnâ in dicta constitutione contentâ in suo perdurante robore) incurrere volumus ipso facto, ab alio, quàm à sede Apostolica (præterquam in mortis articulo) nullatenùs absolvendos: nullis privilegiis aut statutis, cujuscunque tenoris existant, super his valitutis.

a *Al. mandata.* b *Al. ita: suorum districtuum, &c.* c *Vide c. Abbat. quod met. caus. & l. qui in carcerem. ff. quod metûs caus. fiunt.*

a *Vide Conc. Trid. sess. 25. de reform. c. 12.* b *In manuscr. codice, legitur noni.* c *In antiquioribus codic. etiam impressis constanter legitur ita: ad religiosos tamen monasteriorum vel Ecclesiarum decimas percipientium, &c.*

DE POENITENTIIS ET REmissionibus.

TITULUS IX.

CAP. I.

¶ Damnatio ad mortem hoc petentibus, pœnitentia concedi debet: nec valet contraria consuetudo. Secundò, locorum Ordinariis ad hoc exequendum exeatur: ibi, Locorum, &c. Ioan. And.

Clemens V. *in Concilio Viennensi.*

CUm *a* secundùm statuta canonica ultimo deputandis supplicio, negari (si petant) non debeat pœnitentiæ sacramentum, abusum damnabilem in quibusdam partibus contra hoc introductum aboleri omninò volentes, justitiarios omnes & dominos temporales, ut ab hujusmodi desistant abusu, hortamur in Domino, & obsecramus per viscera misericordiæ Jesu Christi: Locorum Ordinariis nihilominùs injungentes, ut eos ad hoc cùm primùm commodè poterunt, diligenter monere, & (si necesse fuerit) Ecclesiasticâ censurâ compellere non omittant.

CAP. II.

¶ Repetit Concilium generale, de quæstoribus non admittendis sine literis Apostolicis vel diœcesanorum. Et addit per diœcesanos literas Apostolicas prius examinari. b. d. Ioan. And.

Idem.

ABusionibus *b*, quas nonnulli eleemosynarum quæstores in suis proponunt prædicationibus, ut simplices decipiant, & aurum subtili vel fallaci potius ingenio extorqueant ab eisdem, cùm in animarum cedat *c* periculum, & scandalum plurimorum, viam (prout est nobis possibile) præcludere cupientes, juxta statuta *d* Concilii generalis duximus prohibendum districtè, ne Quæstores aliqui (nisi Apostolicas vel diœcesani Episcopi literas exhibuerint) quomodolibet admittantur, nec permittantur (cùm solum ipsis competat indulgentias sibi concessas insinuare populo, & charitativa postulare subsidia suppliciter ab eodem) ullatenùs ipsi populo prædicare, nec aliud exponere, quàm quod in literis continebitur supradictis. Literas quoque Apostolicas diœcesani Episcopi (ne quid fraudis committi valeat per easdem) antequam admittant, Quæstores ipsos examinent diligenter.

¶ Ponit octo reprehensibiles actus Quæstorum, quos fieri prohibet: & contraria privilegia revocat. Ioan. And.

Ad hæc cùm aliqui ex hujusmodi Quæstoribus, sicut ad nostram audientiam est perlatum, non sine multa temeritatis audacia, & deceptione multiplici animarum, indulgentias populo motu suo proprio de facto concedant, super votis dispensent, à perjuriis, homicidiis, & peccatis aliis sibi confitentes absolvant, malè ablata incerta (datâ sibi aliquâ pecuniæ quantitate) remittant, tertiam *e*, aut quartam partem de pœnitentiis injunctis relaxent, animas tres, vel plures parentum vel amicorum illorum, qui eleemosynas eis conferunt, de purgatorio (ut asserunt mendaciter) extrahant, & ad gaudia paradisi perducant, benefactoribus locorum, quorum Quæstores existunt, remissionem plenariam peccatorum indulgeant, & aliqui ex ipsis eos à pœna, & à culpa (ut eorum verbis utamur) absolvant.

Nos abusus hujusmodi, per quos censura vilescit Ecclesiastica, & clavium Ecclesiæ auctoritas ducitur in contemptum, omnimodè aboleri volentes, ea per quoscunque Quæstores fieri vel attentari decatero districtiùs inhibemus: Omnia & singula privilegia, si qua super præmissis, vel eorum aliquo, sint aliquibus locis, ordinibus vel personis Quæstorum hujusmodi quomodocunque *a* concessa (ne ipsorum prætextu fit eis materia talia ulteriùs præsumendi) auctoritate Apostolicâ, quantùm ad præmissa, penitùs revocantes.

¶ Delinquentes Quæstores per Episcopos puniri præcipit, non obstantibus privilegiis. b. d. Ioan. Andr.

Quæstores autem, qui deinceps in præmissis vel aliquo præmissorum deliquerint, vel bibas etiam quibuscunque suis privilegiis abusi fuerint, sic per locorum Episcopos puniri volumus (nullo prorsus eisdem Quæstoribus in hac parte privilegio suffragante) quòd à suis temeratiis ausibus, qui ubique (ut communis habet assertio) nimium excreverunt, pœnæ formidine propensiùs compescantur.

DE SENTENTIA EXCOMMUNICATIOnis, suspensionis & interdicti.

TITULUS X.

CAP. I.

¶ Religiosi etiam exempti violantes interdictum positum per sedem Apostolicam vel Ordinarium loci, vel generalem cessationem devenerunt, factam per provinciale Concilium, vel eum, qui hoc possit, servatam per cathedralem, vel matricem Ecclesiam loci, excommunicati sunt ipso facto: Non obstantibus privilegiis, conventionibus, consuetudinibus & statutis: & respicit pendentia. b. d. Ioan. And.

Clemens V. *in Concilio Viennensi.*

EX *b* frequentibus Prælatorum querelis accepimus, & nos ipsi experientiâ certâ probavimus, in minoribus constituti, quòd plerunque Religiosi nunc patenter excusationibus fucatis & frivolis intitentes, nunc latenter Ecclesiarum suarum jamais perforatis, aut in eis factis fenestris, seu modis aliis exquisitis, non absque damno cathedralium, & parochialium Ecclesiarum & scandalo plurimorum, dirumpendo nervum Ecclesiasticæ disciplinæ, civitatum, terrarum, & aliorum locorum generalia interdicta præsumptione damnabili violare præsumunt. Nos igitur in sancta Dei Ecclesia, cui (disponente Domino) præsidemus: quæ quidem unica est, & unum Deum prædicat atque colit, unam fidem firmiter & simpliciter confitetur, uniformitatem (quantùm commodè possumus) conservare volentes: circa interdictorum observantiam prædictorum auctoritate sedis Apostolicæ, vel à locorum Ordinariis positorum, de fratrum nostrorum consilio districtè præcipiendo mandamus, quatenus Religiosi quicunque, tam exempti quàm non exempti, cujuscunque ordinis & conditionis existant, cùm cathedralem vel matricem, seu parochialem *c* loci Ecclesiam illa viderint, aut sciverint observare (non obstantibus quibuscunque appellationibus, antea etiam ad eandem sedem, vel alium, seu alios interjectis, & aliis objectibus quibuscunque) absque dolo & fraude, cum moderatione tamen decretalis Almæ, inviolabiliter *d* conservent. Alioquin non servantes, excommunicationis sententiæ hoc ipso volumus subjacere. Quod etiam in interdictis, & in cessationibus à divinis indictis per provincialium Conciliorum statuta, vel ipsorum auctoritate, cùm majus sit provinciale Concilium, quàm singularis Prælati Provinciæ, ac judicium integrum, quod plurimorum sententiis comprobatur, volumus observari. In cessationibus verò generalibus à divinis, civitatum, terrarum, & aliorum locorum, quas aliquando ex consuetudine, vel aliàs Capitula, Collegia,

a *Vide notata per Dec. in c. 2 ext. de furtis.* b *Quæstorum nomen & usum omnino abolevit Conc. Trident. sess. 21. de refor. c. 9.* c *al. ceduut.* d *al statutum.* e *al. ita: tertiam aut quartam partem aliis de pœnitentiis, &c.*

a *Al. quoquomodo.* b *Not. ex verbo frequentibus, quòd jura adoptantur ad ea, quæ frequenter emergunt de hoc, de dissens. impub. l. per as. Zabarel.* c *Hæc duo verba: seu parochialem, desunt in antiquioribus exempl. etiam impressis.* d *Al. ita: inviolabiter ea servent.*

vel

vel Conventus secularium, aut regularium Ecclesiarum sibi vendicant (quia ipsos hoc unico lumine ad repellendas injurias eis factas privare nolumus, nec debemus) idem intelligimus observandum. Ipsi verò sint diligenter attenti, ut statuta Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum super his edita, diligenter observent. Porrò hanc a sanctionem ad pendentia trahimus: non obstantibus privilegiis, conventionibus, statutis, & consuetudinibus quibuslibet, quæ contra præmissa, seu aliquod præmissorum Religiosis ipsis in nullo volumus suffragari.

CAP. II.

¶ *Domini temporales, qui cogunt aliquos in loco interdicto celebrare divina, vel qui per præcones faciunt tunc ad illa audienda populum evocare, vel prohibent, ne publicè excommunicati vel interdicti, super hoc per illos, qui Missas celebrant, nominati, Ecclesias exeant, & ipsi nominatim moniti, qui non exeunt, excommunicati sunt, & per Papam absolvendi. b d. Ioan. And.*

Idem.

GRavis ad nos Prælatorum querela perduxit, quòd nobiles *b* quidam, & Domini temporales (terris eorum Ecclesiastico suppositis interdicto) sedum in locorum suorum capellis, sed & in collegiatis & aliis insignium locorum Ecclesiis, Missas & alia divina officia publicè & solenniter facium celebrari: ad officia eadem celebranda, nunc hos, nunc illos vocantes, & interdum (quod est deterius) compellentes: hisque non contenti excessibus, per campanarum non solùm pulsationem, sed & voce præconiâ populos etiam interdictos, ut (interdicti non obstante sententiâ) ad audiendas Missas hujusmodi veniant, faciunt evocari. Nonnulli quoque ipsorum suis plerunque subjectis, ne (licèt excommunicationis vel interdicti sententiâ publicè sint innodati) de Ecclesiis, dum in ipsis Missarum celebrantur solennia, instantibus etiam celebrantibus exeant, præcipere non verentur: Ex quo frequenter contingit, quòd non sine Dei offensa, clerique ac populi scandalo ipsa Missarum solennia remanent inexpleta. Ne igitur excessus sic graves excedentium impunitate trahantur ab aliis in exemplum, præsumptores præfatos, qui in locis interdicto suppositis, quenquam decætero divina celebrare officia, quomodolibet cogere: aut qui modo prædicto, ad officia eadem audienda aliquos, excommunicationis præsertim vel interdicti ligatos sententiâ, evocare: Seu, qui ne excommunicati publicè, aut interdicti, de Ecclesiis, dum in ipsis Missarum aguntur solennia, à celebrantibus moniti ut exeant, prohibere *c*: Necnon excommunicatos publicè & interdictos, qui in ipsis Ecclesiis nominatim à celebrantibus, ut exeant moniti, remanere præsumpserint, excommunicationis sententiâ (à qua per sedem duntaxat Apostolicam possint absolvi) sacro approbante Concilio innodamus.

CAP. III.

¶ *Fratres Minores si tempore interdicti recipiunt in suis Ecclesiis ad divina fratres & sorores tertii Ordinis, excommunicati sunt, nec privilegia juvant. b d. Ioan. Andr.*

Idem.

CUm ex eo, quòd Religiosi viri fratres Minores in suis recipiunt Ecclesiis ad audienda divina officia tempore interdicti, fratres & sorores de ordine tertio (quam B. Franciscus instituit) existentes, qui continentes, seu de pœnitentia nuncupantur, scandalum aliorum, qui ab his excluduntur, mentibus generetur, censura vilescat Ecclesiastica & minoris auctoritatis interdicti sententia reputetur: Iisdem fratribus Minoribus districtiùs inhibemus, ne decætero aliquem, vel aliquos prædictorum (etiamsi super hoc, hi vel illi privilegiis quibuscunque muniti exiterint, quæ ipsis in nullo prorsus quoad hoc volumus suffragari) ad divina in suis Ecclesiis tempore interdicti quoquomodo admittant. Quod si fecerint, eo ipso excommunicationis sententiæ se noverint subjacere, à qua per alium, quàm per Romanum Pontificem, vel satisfactione præmissâ, per locorum Episcopos (quos auctoritate Apostolicâ fungi volumus in hac parte) absolutionis beneficium nequeant obtinere.

CAP. IV.

¶ *Si Papa etiam scienter excommunicato participat, illum per hoc non absolvat, nisi exprimat hoc se velle. Et si scienter sub titulo dignitatis aliquem nominet vel honoret, per hoc illum in dignitate non approbat. Ioan. Andr.*

Idem.

SI summus Pontifex scienter etiam excommunicato participet literis, verbo, vel osculo, seu alio quovis modo, ipsum per hoc absolvere nullâ ratione censetur, nisi se velle forsitan exprimat illum ex hoc pro absoluto haberi. Similiter quoque, si quem sub titulo cujuslibet dignitatis, ex certa etiam scientia, verbo, constitutione, vel literis nominet *a*, honoret, seu quovis alio modo tractet: per hoc in dignitate illa ipsum approbare non intelligitur, aut quicquam ei tribuere novi juris.

DE VERBORUM SIGNIFICATIONE.

TITULUS XL.

CAP. I.

¶ *Declaratur in aliquibus cap. Exiit. eod. tit. lib. 6. præsertim an fratres Minores teneantur ad observationem eorum omnium, quæ in regula sub verbis imperativis modis ponuntur: deinde multa suspenduntur, ad quæ fratres ipsi obligantur. Et consequenter eorum novem excessibus prolixè discussis, de electione ministri ipsorum luculentissimè tractatur.*

Clemens V. *in Concilio Viennensi.*

EXivi *b* de paradiso, dixi, rigabo hortum plantationum: ait ille cœlestis agricola, qui vere fons sapientiæ, verbum Dei à Patre, in Patre manens, genitum ab æterno, novissimis è diebus istis (fabricante Sancto Spiritu) in utero virginis caro factum, exivit homo ad opus arduum redemptionis humani generis peragendum: exemplar *c* se dando cœlestis vitæ, præbens hominibus semetipsum. Verùm quia plerunque mortalis vitæ solicitudinibus pressus homo, mentis aspectum ab exemplaris hujusmodi intuitu *d* divertebat, verus noster Salomon in solio militantis Ecclesiæ hortum voluptatis inter cæteros quendam fecit, à procellosis mundi fluctibus elongatum, in quo quietiùs ac securiùs vacaretur contemplandis, servandisque hujusmodi operibus exemplaris, in hunc mundum introivit ipse, ut rigaret ipsum fœcundis aquis spiritualis gratiæ & doctrinæ. Hic hortus siquidem est fratrum Minorum sancta religio, quæ muris regularis observantiæ firmiter undique circumclusa, intra se solo contenta Deo, adornatur abundè novellis plantationibus filiorum. Ad hunc veniens dilectus Dei filius mortificantis pœnitentiæ myrrham metit cum aromatibus, quæ suavitate mirâ universis odorem attrahentis sanctimoniæ circunfundunt. Hæc est illa cœlestis vitæ forma & regula, quam descripsit ille confessor Christi eximius sanctus Franciscus, ne servandam à suis filiis verbo docuit, pariter & exemplo. Quia verò dictæ sanctæ regulæ professores ac æmulatores devoti.

---

a *Al. ita: porrò hanc etiam sanctionem, &c.* b *Nobiles qui dicantur & cur ita vocentur, late docet Tiraquell. tract. de Nobilitate, c. 2.* c *In manuscript. ita: prohibere, vel etiam impedire, necnon, &c.*

a *Vide Felin. in rubr. præmiss Gregoriani, & inc. cum vigesimum. de offic. delegat.* b *Ecclesiast. 24.* c *al. ita: exemplar sequendo cœlestis, &c.* d *al. contuitu.*

ut & alumni & veri filii tanti patris affectabant, ſicut & ferventer affectant, ad purum, & ad plenum præmiſſam regulam firmiter obſervare: attendentes quædam, quæ dubium poterant afferre ſenſum, in ipſius regulæ ſerie contineri, pro ipſorum declaratione habenda recurrerunt prudenter olim ad apicem Apoſtolicæ dignitatis *a*, ut certificati per ipſam, cujus pedibus etiam per ipſam regulam ſunt ſubjecti, poſſent Domino (pulſis cunctis dubiis) cum plena charitate conſcientiæ deſervire. Horum autem piis ac juſtis ſupplicationibus, plures prædeceſſores noſtri Romani Pontif. ſucceſſivè (ſicut dignum erat) applicantes aures & animum, declaraverunt ea, quæ dubia videbantur: ediderunt nonnulla, & aliqua conceſſerunt, ſicut expedire videbant fratrum conſcientiis, ac puræ obſervantiæ ſtatûs. Verùm, quia plerunque ubi culpa non eſt, eam timere ſolent conſcientiæ timoratæ, quæ in via Dei quodcunque devium expaveſcunt, non ſunt ad plenum ex dictis declarationibus dictorum omnium fratrum conſcientiæ quietatæ, quin circa aliqua ad regulam, ipſorumque ſtatum pertinentia, dubitationum in ipſis fluctus aliqui generentur & oriantur, ſicut ad aures noſtras pluries, & de quàm pluribus in publicis & privatis conſiſtoriis eſt perlatum. Quapropter per ipſos fratres nobis extitit humiliter ſupplicatum, quatenus prædictis dubiis, quæ occurrerunt, & quæ poſſunt occurrere in futurum, adhibere opportuna declarationis remedia de benignitate ſedis Apoſtolicæ curaremus.

Nos igitur (cujus animus ab ætate tenera piâ devotione efferbuit ad hujuſmodi profeſſores regulæ, & ad ordinem ipſum totum: nunc autem ex communi cura paſtoralis regiminis, quam immeriti ſuſtinemus, ad ipſos fovendos, dulciùs & attentiùs gratioſis favoribus proſequendos, tantò provocamur ardentiùs, quantò frequentiùs intentâ mente revolvimus fructus ubere, quos ex eorum exemplari vita, & ſalutari doctrina, toti univerſali Eccleſiæ continuè certimus provenire) tam piâ ſupplicantium intentione commoti, ad peragendum diligenter quod petitur, ſtudia noſtra duximus convertenda: ipſaque dubia, per plures Archiepiſcopos & Epiſcopos, & in Theologia magiſtros, & alios literatos, providos, & diſcretos examinari fecimus diligenter. Cùm igitur *b* in primis ex eo, quòd in dictæ regulæ principio habetur: Regula & vita fratrum Minorum hæc eſt, ſcilicet, Domini noſtri Jeſu Chriſti ſanctum Evangelium obſervare, in obedientia vivendo ſine proprio & in caſtitate. [*Item* ¶.] ¶ Finito verò anno probationis *c* recipiantur ad obedientiam, promittentes vitam iſtam ſemper & regulam obſervare. [*Item circa finem regulæ:*] ¶ Paupertatem, & humilitatem, & ſanctum Evangelium Domini noſtri Jeſu Chriſti, quod firmiter promiſimus, obſervemus: Fuit hæſitatum, an fratres ejuſdem ordinis ad omnia, tam præcepta quàm conſilia Evangelii, ex profeſſione ſuæ regulæ teneantur. Quibuſdam dicentibus, quòd ad omnia, aliis autem aſſerentibus, quòd ad ſola illa tria conſilia, videlicet vivere in obedientia, in caſtitate, & ſine proprio, & ad ea quæ ſub verbis obligatoriis ponuntur in regula, obligantur. Nos circa hunc articulum prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærentes, ipſumque articulum, quoad aliquid clariùs proſequentes, dictæ hæſitationi duximus reſpondendum, quòd cùm votum determinatum *d* cujuslibet habeat cadere ſub certo, vovens regulam non poteſt dici teneri ex vi voti hujuſmodi ad ea conſilia Evangelica, quæ in regula non ponuntur. Et quidem B. Franciſci conditoris regulæ, hæc probatur fuiſſe intentio, ex hoc quòd quædam Evangelica conſilia in regula poſuit, aliis prætermiſſis. Si enim per iſtud verbum, Regula & vita fratrum Minorum hæc eſt, &c. intendiſſet eos ad omnia conſilia Evangelica obligare, ſuperfluè & nugatorie quædam eorum (ſuppreſſis cæteris) in regula expreſſiſſet. Cùm autem natura termini reſtrictivi hoc habeat, quòd ſic excludit ab ipſo extranea, quòd cuncta ad ipſum pertinentia concludit: Declaramus & dicimus, quòd dicti fratres non ſolùm ad illa tria vota nudè & abſolutè accepta, ex profeſſione ſuæ regulæ obligantur, ſed etiam tenentur ad ea omnia implenda, quæ ſunt pertinentia ad hæc tria prædicta, quæ regula ipſa ponit. Nam ſi ad hæc tria prædicta tantùm præcisè & nudè promittentes ſe ſervare regulam vivendo in obedientia, caſtitate, & ſine proprio, & non etiam ad omnia contenta in regula, quæ hæc tria modificant, arctarentur, pro nihilo & vanè proferrentur hæc verba: Promitto ſemper hanc regulam obſervare: ex quo ex his verbis nulla obligatio naſceretur. Nec tamen putandum eſt, quòd B. Franciſcus Profeſſores hujus regulæ, quantùm ad omnia contenta in regula, modificantia tria vota, ſeu ad alia in ipſa expreſſa, intenderit æqualiter eſſe obligatos: quin potiùs apertè diſcrevit, quòd quoad quædam ipſorum ex vi verbi tranſgreſſio eſt mortalis, & quoad quædam alia non: Cùm ad quædam ipſorum verbum apponat præcepti, vel æquipollentis eidem, & quoad aliqua verbis aliis ſit contentus. Item quia præter ea, quæ expreſsè verbo præcepti, ac exhortationis, ſeu monitionis ponuntur in regula, nonnulla verbo imperativi modi negativè vel affirmativè appoſito inferuntur, hactenus extitit dubitatum, an tenerentur ad iſta, ut ad habentia vim præcepti. Et quia (ut intelleximus) non minuitur hoc dubium, ſed augetur ex eo, quòd felicis recordationis Nicolaus Papa tertius *a* prædeceſſor noſter noſcitur declarâſſe, quòd fratres iſti ex profeſſione ſuæ regulæ ſunt adſtricti ad ea conſilia Evangelica, quæ in ipſa regula præceptoriè vel inhibitoriè, ſeu ſub verbis æquipollentibus exprimuntur: & nihilominùs ad eorum omnium obſervantiam, quæ ipſis in eadem regula ſub verbis obligatoriis indicuntur: ſupplicaverunt prædicti fratres, ut ad ipſorum conſcientias ſervandas *b* declarare, quæ horum cenſeri debeant præceptis æquipollentia ac obligatoria, dignaremur. Nos itaque, qui in ſinceris horum conſcientiis delectamur, attendentes, quòd in his, quæ animæ ſalutem reſpiciunt, ad vitandos graves remorſus conſcientiæ, pars ſecurior eſt tenenda *c*: dicimus, quòd licèt fratres non ad omnium, quæ ſub verbis imperativi modi ponuntur in regula, ſicut ad præceptorum, ſeu præceptis æquipollentium obſervantiam teneantur: Expedit tamen ipſis fratribus ad obſervandam puritatem regulæ & rigorem, quòd ad ea ſicut ad æquipollentia præceptis ſe noverint obligatos, quæ hic inferiùs annotantur. Ut autem hæc, quæ videri poſſunt æquipollentia præceptis ex vi verbi, vel ſaltem ratione materiæ, de qua agitur, ſeu ex utroque ſub compendio habeantur: declaramus, quòd illud, quod ponitur in regula, de non habendo plures tunicas, quàm unam cum caputio, & aliam ſine caputio: Item, de non portandis calceamentis, & de non equitando extra caſum neceſſitatis: Item, quòd fratres vilibus induantur: Item, quòd jejunare à feſto

a *Cap. exiit. ¶ penult. eod. tit. lib. 6. Font.* b *Vide Conc. Trid. ſeſſ. 25. tit. de regularibus & monialibus. c. 1.* c *Vide Conc. Trid. ſeſſ. 25. tit. de regularibus & monialibus. c. 13.* d *Vide D. Thom. 2. 2. q. 88. art. 1. 2. & 3.*

a *In antiquis Codicib. etiam impreſſe conſtanter legitur, ita: Nicolaus Papa IV. & decretalis, exiit. de qua loquitur iſte text. qua habetur eod. tit. lib. 6. etiam tribuitur Nicolao IV. in antiquioribus & emendatioribus exemplaribus, ſicut in hac editione obſervatum eſt.*
b *al. ſerenandas, id eſt, clarificandas, ſive ad ſerenitatem & tranquillitatem deducendas.* c *ad hæc vide c. conſilium. & gl. de obſerv. jejun. c. juvenis. de ſponſal. c. in teſtium. 34. q. 2.*

omnium

omnium Sanctorum usque ad Natale Domini, & in sextis feriis teneantur: Item, quòd Clerici faciant divinum officium, secundùm ordinem sanctæ Romanæ Ecclesiæ: Item, quòd ministri & custodes pro necessitatibus infirmorum, & fratribus induendis solicitam curam gerant: Item, quòd si quis fratrum in infirmitatem ceciderit, alii fratres debent ei servire: Item, quòd fratres non prædicent in Episcopatu alicujus Episcopi, cùm ab eo illis fuerit contradictum: Item, quòd nullus audeat penitùs populo prædicare, nisi à generali ministro, vel aliis quibus secundùm declarationem prædictam id competit, fuerit examinatus, approbatus, & ad hoc institutus: Item, quòd fratres qui cognoscerent se non posse præmissam regulam specialiter observare, debeant & possint ad suos ministros recurrere: Item, quod omnia quæ ponuntur in regula ad formam habitûs, tam novitiorum, quàm etiam professorum, necnon ad receptionis modum ac professionem spectantia, nisi recipientibus, quoad habitum novitiorum (sicut dicit regula) secundùm Deum aliter videatur. Hæc, inquam, omnia, sunt à fratribus tanquam obligatoria observanda. Item ordo communiter sensit, tenet & tenuit ab antiquo, quòd ubicunque ponitur in regula hoc vocabulum, *teneantur*: obtinet vim præcepti, & observari debet à fratribus sicut tale. Cæterum quia Christi confessor prædictus, agendorum ac servandorum circa recipiendos ad ordinem, ministris & fratribus modum prabens, dixit in regula, quòd caveant fratres & eorum ministri, ne sint soliciti de rebus suis temporalibus, ut liberè faciant de eis, quicquid ipsis à Domino fuerit inspiratum: licentiam tamen habeant ipsi ministri mittendi eos ad aliquos Deum timentes, si consilium requiratur, quorum consilio sua bona pauperibus erogentur. Dubitaverunt & dubitant multi fratrum, *an liceat ipsis* de bonis ingredientium quicquam recipere si donetur, & si ad dandum personis & Conventibus possint eos inducere sine culpa: si etiam ad disponendum de distributione rerum talium debeant ipsi ministri seu fratres dare consilium, ubi ad consulendum alii, quàm ex ipsis, ad quos ingressuri mittantur, possint idonei inveniri. Nos autem considerantes attentè intendisse sanctum Franciscum suæ regulæ professores, quos fundaverat in maxima paupertate, ab affectu temporalium rerum ipsorum ingredientium per dicta verba specialiter & totaliter elongare, ut quantum est ex parte fratrum ipsorum, receptio ad ordinem sancta & purissima appareret, & ne aliquo modo oculum viderentur habere ad bona eorum temporalia, sed ad ipsos tantum divino servitio mancipandos: dicimus [a] de cætero debere tam ministros, quàm fratres cæteros à dictis inductionibus ad sibi dandum, & suasionibus, necnon & dandis circa distributionem consiliis abstinere: cùm per hoc ad timentes Deum status alterius mitti debeant, non ad fratres, ut verè cunctis pateant esse tam salubris instituti paterni studiosi, zelatores seduli & perfecti. Cùm verò facere de rebus suis, quod Dominus inspirabit, ipsamet regula ingredientibus liberum velit esse: non videtur, quin liceat eis recipere, consideratis scilicet eorum necessitatibus, & moderaminibus declarationis jam dictæ, si quid de bonis suis intrans, sicut & cæteris pauperibus per modum eleemosynæ liberè velit dare. Cavere tamen in acceptione oblatorum talium decet fratres, ne ex receptorum quantitate notabili præsumi possit sinister oculus contra ipsos. Præterea cùm dicatur in regula, quòd illi, qui jam promiserunt obedientiam, habeant unam tunicam cum caputio, & aliam sine caputio, qui habere voluerint: Item, quòd fratres omnes vestimentis vilibus induantur: Nosque prædicta verba declaravimus æquipollere præceptis, volentes hæc determinari plenius, dicimus, quantùm ad numerum tunicarum, quòd pluribus uti non licet: nisi in necessitatibus, quæ haberi possunt ex regula, secundùm quod hunc passum memoratus prædecessor noster plenius declaravit: Vilitatem autem vestium, tam habitûs, quàm interiorum tunicarum, illam intelligi debere dicimus, quæ secundùm consuetudinem, vel conditionem patriæ debeat, quantum ad colorem panni, & pretium vilitas merito reputari: non enim quoad regiones omnes potest determinatus unus modus in talibus assignari. Hujusmodi etiam vilitatis judicium ministris & custodibus, seu guardianis duximus committendum, eorum super hoc conscientias onerantes: ita tamen, quòd servent in vestibus vilitatem. Quorum etiam ministrorum, custodum, & guardianorum judicio eodem modo relinquimus, pro qua necessitate possint ipsi fratres calceamenta portare. Deinde, cùm duobus temporibus annotatis in regula, scilicet à festo omnium Sanctorum, usque ad Nativitatem Domini, & maximè Quadragesimæ, in quibus jejunare tenentur, inseratur in eadem regula: Aliis autem temporibus non teneantur, nisi sexta feriâ jejunare: & ex hoc voluerunt aliqui dicere, quòd dicti ordinis fratres non tenentur, nisi ex condecentia, ad alia jejunia, quàm ad ista: declaramus debere intelligi, eos non teneri ad jejunium aliis temporibus, præterquam in jejuniis ab Ecclesia constitutis: non est enim verisimile, quòd vel institutor regulæ, vel etiam confirmator, absolvere ipsos intenderit à servandis illis jejuniis, ad quæ de communi statuto Ecclesiæ obligantur cæteri Christiani. Portò cùm dictus sanctus, volens fratres suos super omnia à denariis, seu pecuniâ esse totaliter alienos, præcepit firmiter fratribus universis, ut nullo modo denarios vel pecuniam recipiant, per se vel per interpositam personam: istumque articulum declarans idem prædecessor noster, casus & modos posuerit, quibus servatis à fratribus non possint dici, nec debent per se vel per alium pecuniæ receptatores contra regulam, vel sui ordinis puritatem: dicimus fratres teneri cavere summoperè, quòd pro aliis causis, & sub modis aliis, quàm ponat dicti prædecessoris nostri declaratio, ad dantes pecunias sive deputatos nuncios non recurrant: ne (si secus ab ipsis attentatum fuerit) transgressores præcepti & regulæ meritò possint dici. Nam ubi aliquid alicui generaliter prohibetur, quod expresè non conceditur, intelligitur denegatum. Quocirca quæstus omnis pecuniæ, ac oblationum pecuniarum receptio in Ecclesia, vel alibi, cippi vel trunci ordinati ad offerentium seu donantium pecunias reponendas, necnon & quicunque recursus alius ad pecunias, seu habentes ipsas, qui per declarationem prædictam non conceditur, hæc, inquam, omnia sunt eis simpliciter interdicta. Cùm etiam recursus ad amicos speciales expresè tantùm in duobus casibus, secundùm regulam concedatur, videlicet, pro necessitatibus infirmorum, & fratribus induendis: idque piè & rationabiliter consideratâ necessitate, vitæ, ad alias necessitates fratrum pro tempore occurrentes, cessantibus eleemosynis, seu etiam ingruentes, sæpedictus prædecessor noster duxerit extendendum: Attendant fratres præfati, quòd pro nullis causis aliis, quàm prædictis vel similibus in via vel alibi recurrere licet eis ad amicos hujusmodi: sive sint dantes pecunias, seu deputati per ipsos, sive nuntii, vel depositarii, seu alio quovis nomine appellentur, etiamsi concessi per eandem declarationem modi circa pecuniam integrè servarentur. Denique cum idem confessor summè affectaverit suæ regulæ professores totaliter esse abstractos ab affectu & desiderio terrenorum, & specialiter à pecunia & ejus usus totaliter expertes, sicut probat prohibitio de recipienda pecunia, in regula sæpiùs repetita: curare fratres vigilanter necesse est, quòd cùm

[a] *Alias ita: dicimus omninò debere tam ministros, &c.*

ex causis prædictis & modis ad habentes pecunias deputatas pro ipsorum necessitatibus recurrere oportebit ad tenentes ipsas, quicunque hi fuerint, principales vel nuntii, in omnibus sic se gerant, quòd se cunctis ostendant in dictis pecuniis (sicut nec habent) penitùs nil habere. Quapropter præcipere, quòd & qualiter pecunia expendatur, computumque exigere de expensa, eam quomodocunque repetere sive deponere, aut deponi facere, capsulam pecuniæ, vel ejus clavem deferre: hos actus & consimiles sibi fratres illicitos esse sciant. Prædicta enim facere ad solos dominos pertinet, qui dederunt, & eos, quos ipsi deputaverunt ad hoc ipsum. Proinde cùm vir sanctus, paupertatis præmissæ in regula modum exprimens, dixerit in eadem: Fratres nihil sibi approprient, nec domum, nec locum, nec aliquam rem: sed tanquam peregrini & advenæ in hoc seculo in paupertate & humilitate Domino famulantes, vadant pro eleemosyna confidenter: Sicque declaratum extitit per nonnullos prædecessores nostros Romanos Pontifices, hanc expropriationem intelligi debere tam in speciali, quàm etiam in communi, propter quod & rerum omnium concessarum, oblatarum, & donatarum fratribus (quas & quarum usum, facti scilicet, ordini vel *a* ipsis fratribus licet habere) proprietatem & dominium in se & Romanam Ecclesiam receperunt, dimisso ipsis fratribus in eis tantummodò usu facti simplicis: Ad nostrum fuerunt deducta examen, quæ in ordine fieri dicebantur, & videbantur prædicto voto & puritati ordinis repugnare: videlicet, ut ea prosequamur ex ipsis, quæ remedio credimus indigere, quòd se institui hæredes non solùm sustinent, sed procurant. Item, quòd reditus annuos recipiunt interdum in tam notabili quantitate, quòd Conventus habentes totaliter inde vivunt. Item, quòd cùm ipsorum negotia, etiam pro rebus temporalibus in curiis agitantur, assistunt advocatis & procuratoribus, & ad instigandum eosdem se ibidem personaliter repræsentant. Item, quòd executiones ultimarum suscipiunt voluntatum, & gerunt, seque intromittunt quandoq; de usurarum vel male ablatorum dispositionibus seu restitutionibus faciendis. Item, quòd alicubi non solùm excessivos hortos, sed etiam vineas magnas habent: de quibus tam de oleribus, quàm de vino multum colligitur ad vendendum. Item, quòd temporibus messium vel vindemiarum sic copiosè granum & vinum, menditando, vel aliunde emendo, colliguntur à fratribus, & in cellariis & granariis reconduntur, quòd per anni residuum absque eorum mendicatione possint transigere vitam suam. Item, quòd Ecclesias vel alia ædificia faciunt, vel procurant fieri in quantitate & curiositate figuræ & formæ, ac sumptuositate notabiliter excessiva, sic quòd non videntur habitacula pauperum, sed magnatum. Paramenta etiam Ecclesiastica in plerisque locis tam multa habent, & tam notabiliter pretiosa, quòd excedunt in his magnas Ecclesias cathedrales. Equos insuper, & arma eis oblata in funeralibus recipiunt indistinctè. Tamen communitas fratrum, & specialiter Rectores ipsius ordinis asserebant, quòd prædicta, seu plura ex ipsis in ordine non fiebant, quòd & si qui reperiuntur rei in talibus, rigidè puniuntur, necnon contra talia, ne fiant, sunt facta pluries ab antiquo statuta in ordine multùm stricta. Cupientes igitur nos ipsorum fratrum providere conscientiis, & cuncta dubia (quantum possibile nobis est) de ipsorum pectoribus removere, ad prædicta modo qui sequitur respondemus. Cùm enim ad veritatem vitæ pertineat, ut id, quod exteriùs agitur, interiorem mentis dispositionem & habitum repræsentet: necesse habent fratres, qui se expropriatione tantâ à temporalibus abstraxerunt, ab omni eo, quod dictæ expropriationi esset, vel posset videri contrarium, abstinere. Quia igitur in successionibus transit non solùm usus rei, sed & dominium suo tempore in hæredes: Fratres autem præfati nihil sibi in speciali acquirere, vel eorum ordini possunt, etiam in communi: Declarando dicimus, quòd successionum hujusmodi, quæ etiam ex sui natura indifferenter ad pecuniam, & etiam ad alia mobilia & immobilia se extendunt (consideratâ sui puritate voti) nullatenus sunt capaces. Nec licet eis valorem hæreditatum talium, vel tantam earum partem, quòd præsumi posset hoc in fraudem fieri, quasi sub modo & forma legati sibi dimitti facere, vel sic dimissa recipere, quin potius ista sic fieri ab ipsis simpliciter prohibemus. Cumque annui reditus inter immobilia censeantur à jure, ac hujusmodi reditus obtinere paupertati & mendicitati repugnet: nulla dubitatio est, quòd prædictis fratribus reditus quoscunque, sicut & possessiones, vel eorum *a* etiam usuras (cùm eis non reperiatur concessus) recipere vel habere (conditione consideratâ ipsorum) non licet. Amplius cùm non solùm quod malum esse dignoscitur, sed & omne, quod speciem habet mali, sit à viris perfectis specialiter evitandum: Ex talibus autem assistentiis in curiis & instigationibus, cùm de rebus agitur in ipsorum commoda convertendis, creduntur verisimiliter ex his, quæ foris patent (de quibus habent homines foris judicare) in ipsis rebus fratres *b* assistentes aliquid quærere tanquam suum: nullo modo debent hujusmodi voti & regulæ professores se talibus curiis & litigiosis actibus immiscere, ut & testimonium habeant ab his, qui foris sunt, & puritati satisfaciant voti sui, ac evitetur per hoc scandalum proximorum. Verùm etiam cùm dicti ordinis fratres, non solùm à receptione, proprietate, dominio, sive usu ipsius pecuniæ, verùm etiam à contrectatione qualiberipsius, & ab ea sint penitùs alieni, quemadmodum sæpedictus prædecessor noster in declaratione hujusmodi regulæ planè dixit: Cumque dicti ordinis professores pro nulla re temporali possint in judicio experiri, prædictis fratribus non licet, nec competit, quin potiùs (consideratâ sui puritate status) debent sibi scire interdictum, quòd hujusmodi executionibus & dispositionibus se exponant: cùm hæc sæpiùs absque litigio & contrectatione vel administratione pecuniæ nequeant expediri. Veruntamen in his exequendis dari consilium, ipsorum statui non obsistit, cùm ex hoc ipsis circa bona temporalia nulla jurisdictio, sive actio in judicio, sive dispensatio tribuatur. Licèt verò non solùm sit licitum, sed & multùm conveniens rationi, quòd fratres, qui in laboribus spiritualibus orationis & studii sedulò occupantur, hortos & areas habeant competentes ad recollectionem vel recreationem sui, & interdum ad ipsos post labores hujusmodi corporaliter deducendos, necnon ad habenda necessaria hortalitia pro ipsis: habere tamen hortos aliquos, ut colantur, ac olera ac alia hortalitia pretio distrahantur, necnon & vineas, repugnat suæ regulæ & ordinis puritati, secundùm quod dictus prædecessor declaravit, ac etiam ordinavit: quòd si talia ad usus proximè dictos, ut putà agrum vel vineam ad colendum, & consimilia, fratribus legarentur, per omnem modum fratres à receptione talium abstinerent: cùm etiam præmissa habere, ut pretium fructuum suis temporibus habeatur *c*, ad naturam & formam proventuum appropinquet. Rursùs cùm prædictus sanctus tam in exemplis vitæ, quàm verbis regulæ ostenderit se velle, quòd fratres sui & filii, divinæ providentiæ innitentes, suos in Deum jacerent cogitatus, qui volucres cœli pascit, quæ non congregant in horrea, nec seminant, nec metunt: non est verisimile voluisse ipsum eos habere gra-

a Al. eorum. *b* al. ita: fratres & assistentes, &c. *c* alias, habeant.

z Al. ita: vel ipsis.

narii, vel cellarii, ubi quotidianis mendicationibus deberent sperare posse transigere vitam suam. Et idcircò non ex timore levi relaxare a se debent ad congregationes & conservationes b hujusmodi faciendas, sed tunc tantùm, cùm esset multùm credibile ex jam expertis, quòd non possent vitæ necessaria aliter invenire. Hoc autem ministrorum & custodum simul & separatim in suis administrationibus & custodiis (cum guardiani, & duorum de conventu loci discretorum Sacerdotum, & antiquorum in ordine fratrum consilio & assensu) duximus judicio relinquendum, eorum super hoc specialiter conscientias onerantes. Hinc est etiam, quòd cùm vir sanctus fratres suos in paupertate summa ac humilitate fundare voluerit, quoad affectum pariter & effectum, sicut ferè regula tota clamat, convenit ipsis, quòd nullo modo deinceps fieri faciant, vel fieri sustineant Ecclesias, vel alia quæcunque ædificia, quæ (considerato fratrum inhabitantium numero) excessiva in multitudine & magnitudine debeant reputari: Ideoque volumus, quòd ubique in suo ordine deinceps temperatis & humilibus ædificiis sint contenti, ne huic tantæ paupertati promissæ, quod patet oculis, contrarium foris clamet. Quamvis etiam paramenta & vasa Ecclesiastica ad honorem divini nominis ordinentur, propter quem omnia fecit ipse Deus: tamen qui absconditorum est cognitor, ad animum sibi ministrantium respicit principaliter, non ad manum: nec per illas sibi vult serviri, quæ suorum servitorum conditioni & statui dissonarent: propter quod sufficere debent eis vasa & paramenta Ecclesiastica decentia, in numero & in magnitudine sufficientia competenter. Superfluitas autem, aut nimia pretiositas, vel quæcunque curiositas in his, seu aliis quibuscunque non potest ipsorum professioni, vel statui convenire: cùm enim hæc sapiant thesaurizationem, seu copiam, paupertati tantæ, quoad humanum judicium, derogant manifestè. Quapropter præmissa servari à fratribus volumus, & mandamus. Circa equorum verò & armorum oblationes, illud decernimus in omnibus & per omnia observandum c, quod per declarationem prædictam in pecuniariis noscitur electmosynis definitum. Ex præmissis autem succrevit non parum scrupulosa quæstio inter fratres: videlicet utrum ex suæ professione regulæ obligentur ad arctum & tenuem, sive pauperem usum rerum. Quibusdam ex ipsis credentibus & dicentibus, quòd sicut quoad dominium rerum habent ex voto abdicationem arctissimam, ita ipsis quoad usum arctitudo maxima & exilitas est indicta. Aliis in contrarium asserentibus, quòd ex professione sua ad nullum usum pauperem, qui non exprimatur in regula, obligantur: licèt teneantur ad usum moderatum temperantiæ, sicut & magis ex condecenti, quàm cæteri Christiani. Volentes itaque conscientiarum prædictorum fratrum providere quieti, & his altercationibus finem dare: declarando dicimus, quòd fratres Minores ex professione suæ regulæ specialiter obligantur ad arctos usus, seu pauperes, qui in ipsorum regula continentur, & eo obligationis modo, sub quo continet seu ponit regula dictos usus. Dicere autem, sicut aliqui asserere perhibentur, quòd hæreticum sit, tenere usum pauperem includi vel non includi sub voto Evangelicæ paupertatis, præsumptuosum & temerarium judicamus. Demùm, quia ex eo, quòd dicta regula, per quos & ubi fieri debeat ministri generalis electio, tradens, nullam fecit de ministrorum provincialium electione vel institutione penitùs mentionem, oriri super hoc poterat dubitatio inter fratres: Nos volentes posse ipsos clarè ac securè procedere in omnibus factis suis, declaramus, statuimus etiam & ordinamus in hac constitutione in perpetuum valitura, ut cùm alicui Provinciæ de ministro fuerit providendum, ipsius ministri electio a penes Capitulum provinciale residеat, quam idem Capitulum die sequenti, quâ fuerit congregatum, facere teneatur. Ipsius autem electionis confirmatio ad ministrum pertineat generalem. Et si quidem ad electionem hujusmodi per formam scrutinii procedatur, & (votis in diversa divisis) electiones plures in discordia celebrari contingat: illa, quæ à majori parte Capituli numero (nullâ zeli vel meriti collatione aut consideratione habitâ) fuerit celebrata, exceptione seu contradictione quâcunque alterius partis non obstante, per dictum generalem ministrum de consilio discretorum de ordine (priùs tamen ex officio, prout spectat ad ipsum, diligenti examinatione præmissâ) confirmetur, vel etiam infirmetur, prout eis secundùm Deum visum fuerit expedire. Et si fuerit infirmata, ad Capitulum provinciale electio hujusmodi revertatur. Cæterùm si Capitulum memoratum die prædictâ ministrum eligere prætermittat, extunc ministri provincialis provisio ad generalem ministrum liberè devolvatur. Verùm si ministro prædicto & Capitulo generalibus ex certa, manifesta, ac rationabili causa videretur aliquando in Provinciis ultramarinis Hyberniæ, seu Græciæ, seu Romæ, in quibus hactenus alius providendi modus dicitur ex causa certa & rationabili fuisse servatus, expedire, ministrum provincialem per ministrum generalem, cum proborum ordinis consilio potiùs, quàm per Capituli prædicti electionem præfici in provinciis Hyberniæ, etiam ultramarinis irrefragabiliter: In Romana verò vel Græcia, quando minister dictæ Provinciæ moreretur, vel absolveretur citra mare; illâ vice servetur absque dolo, partialitate & fraude (super quo eorum conscientias oneramus) quod super hoc dictus minister cum dictorum proborum consilio duxerit ordinandum. In destitutione verò dictorum ministrorum provincialium servari volumus, quod super hoc hactenus de ipso ordine extiterit observatum. Cæterùm si contingeret eosdem ministro generali carere, per vicarium ordinis fiat super hoc, quod faciendum fuerit per eundem ministrum, usquequo provisum fuerit de generali ministro. Verò, si quid de hujusmodi ministro provinciali secùs attentari fortè contigerit, illud ipso facto sit irritum & inane. Nulli igitur omninò hominum liceat hanc paginam nostrarum declarationum, dictorum, commissionis, responsionis, prohibitionis, ordinationis, mandati, constitutionum, judicationum, & voluntatum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem, &c.

a Allaxare. b Al. observationes. c Al. servandum.

CAP. II.

¶ Determinat & declarat, quid significent hæc verba inserta in judicialibus commissionibus quæ fiunt à principe vel à jure: scilicet, quòd procedatur simpliciter & de plano, & sine strepitu & figura judicii. Ioan. And.

Idem *Clemens* b *V.*

SÆpè contingit, quòd causas committimus, & in earum aliquibus simpliciter & de plano, ac sine strepitu & figura judicii procedi mandamus: de quorum significatione verborum à multis contenditur, & qualiter procedi debeat, dubitatur. Nos autem dubitationem hujusmodi (quantùm nobis est possibile) decidere cupientes, hâc in perpetuum valiturâ constitutione sancimus, ut judex, cui taliter causam committimus, necessariò libellum non exigat, litis contestationem non postulet, in tempore etiam feriarum ob necessitates hominum indultarum à jure procedere valeat, amputet dilationum materiam, litem quantò poterit faciat breviorem, exceptiones, appellationes dilatorias, &

a *De modo electionis faciendæ vide novissimè sancita in Conc. Trid. sess. 25. tit. de regularib. & monialibus, c. 6.* b *Hæc duo verba, Clemens V. absunt à vetust. codic.*

frustratorias repellendo, partium, Advocatorum, & Procuratorum contentiones & jurgia, testiumque superfluam multitudinem refrænando. Non sic tamen judex litem abbreviet, quin probationes necessariæ, & defensiones legitimæ admittantur. Citationem verò, ac præstationem juramenti de calumnia vel malitia, sive de veritate dicenda, ne veritas occultetur, per commissionem hujusmodi intelligimus non excludi. Verùm quia juxta petitionis formam pronunciatio sequi debet, pro parte agentis, & etiam rei, si quid petere voluerit, est in ipso litis exordio petitio facienda, sive scriptis, sive verbo: actis tamen continuò (ut super quibus positiones & articuli formari debeant, possit haberi plenior certitudo, & ut fiat definitio clarior) inferenda. Et quia positiones ad faciliorem expeditionem litium, propter partium confessiones, & articulos ad clariorem probationem usus longævus in causis admisit: Nos usum hujusmodi observari volentes, statuimus, ut judex sic deputatus à nobis (nisi aliud de partium voluntate procedat) ad dandum simul utrosque terminum dare possit, & ad exhibendum omnia acta & munimenta, quibus partes uti volunt in causa post datam articulorum diem certum, quandocunque sibi videbitur, valeat assignare: eo salvo, quòd ubi remissionem fieri contingeret, pro testibus producendis possint etiam instrumenta produci, assignatione hujusmodi non obstante. Interrogabit etiam partes, sive ad earum instantiam, sive ex officio, ubicunque hoc æquitas suadebit. Sententiam verò definitivam (citatis ad id licet non peremptoriè partibus) in scriptis, & (prout magis sibi placuerit) stans vel sedens proferat: etiam (si ei videbitur) conclusione non factâ, prout a ex petitione & probatione, & aliis actitatis in causa fuerit faciendum. Quæ omnia etiam in illis causis, in quibus per aliam constitutionem nostram, vel aliàs procedi potest simpliciter & de plano, ac sine strepitu & figura judicii, volumus observari. Si tamen in præmissis causis solennis ordo judiciarius in toto vel in parte non contradicentibus partibus observetur, non erit processus propter hoc irritus, nec etiam irritandus. Data Avenion. XIII. Cal. Decembr. Pontificatûs nostri Anno 2.

a *In antequam verbis etiam impressis constanter legitur ita, prout ex petitione & probatione aliis, &c.*

Clementinæ constitutiones accuratè castigatæ, cum summariis admodùm familiaribus finiuntur.

EXTRAVAGANTES
SEU CONSTITUTIONES VIGINTI, A IOANNE PAPA XXII. EDITÆ.

DE ELECTIONE ET ELECTI POTESTATE.

TITULUS I.

CAPITULUM I.

¶ Electi, qui pro suarum electionum negotio ad curiam venire tenentur, etiam sede vacante, non tenentur de necessitate in ipsa curia moram trahere: & licèt alibi morentur, nullum eis præjudicium generatur. facit Clement. Ne Romani. §. fin. eod. tit.

AD onus Apostolicæ servitutis supernâ dispositione vocati, ambiguitates, ex quibus possent Ecclesiis damnosa provenire dispendia, tollere cupientes, de potestatis plenitudine, ac fratrum nostrorum consilio ordinamus, quòd quibuscunque electis, qui ad sedem Apostolicam venire vel mittere tenebantur, ac ipsorum electionum instructoribus, qui in veniendo ad sedem ipsam, & se præsentando ipsâ sede vacante vel non vacante servaverunt tempora à canonibus instituta (dummodò præsentialiter adfint in civitate Lugdun. vel fuerint Avenione in Calendis Octobr.) ubicunque sede vacante moram traxerint, nullum ipsis, seu eorum juri præjudicium ex mora interim facta ubilibet generetur: sed eorum jura circa electiones hujusmodi hoc non obstante perinde ferventur illæsa, ac si apud sedem Apostolicam moram traxissent. Non obstantibus prædecessorum nostrorum constitutionibus quibuscunque: quibus tamen quoad alia nullum volumus præjudicium generari. Nulli ergò, &c. nostræ ordinationis infringere, &c. Datum Lugduni VIII. Idûs Septemb. Anno 1.

CAP. II.

¶ Beneficia vacante, cujus fructus ad certum tempus debentur alicui annalia habenti, vel alii, qualiter debeant fructus ipsi dividi inter ipsum annalia habentem, & beneficiatum: & divisiona factâ, cujus sit electio, hæc declarat constitutio. Et petuisset poni sub tit. de rescript. vel Ne sed. vacant. vel ut Eccl. benefic. vel de verborum significa.

SUscepti regiminis nos cura solicitat, ut quæ in Ecclesiis non absque dispendio ministrorum, & cultûs detrimento

detrimento divini servari viderimus, per appositionem congrui moderaminis in melius reformemus. Cum itaque in nonnullis Ecclesiis observetur, & à longis retrò temporibus fuerit observatum, quòd fructus primi vel secundi, aut alterius cujuscunque sequentis anni beneficiorum vacantium in eisdem defuncto, vel fabricæ, aut Ecclesiis, vel personis habentibus annalia, de consuetudine, privilegio vel statuto applicantur in totum: ita quòd illi, qui hujusmodi beneficia canonicè obtinent, & ad quos aliàs de jure fructus ipsi spectare deberent, nihil inde percipiunt: unde illud inconveniens sequitur, quòd commodè nequeunt ad impendendum servitium debitum residere in Ecclesiis, in quibus beneficiati existunt. Nos a de illo super his remedio providere volentes, per quod hi & illi in fructuum prædictorum perceptione participent, & Ecclesiæ debitis servitiis non fraudentur: præsenti decreto statuimus de fratrum nostrorum consilio, quòd illi, qui fructus prædictos sibi b hactenus in regrè vendicabant, ex privilegio, consuetudine vel statuto, nihil exinde ultra summam, pro qua unumquodque beneficiorum ipsorum consuevit in solutione decimæ taxari, prætextu cujusvis privilegii, consuetudinis, vel statuti quovis modo percipiant, sed ipsius summæ perceptione duntaxat sint omninò contenti: totali residuo prædicta obtinentibus beneficia remansuro: nisi forsan illi, qui fructus eosdem soliti fuerant (ut præfertur) cum integritate percipere, pro se mallent ipsum habere residuum, & obtinentibus ipsa beneficia summam dimittere memoratam: quo casu percipiendi, quod maluerint, illis relinquimus optionem: sic, quòd intra decem dies, postquam sciverint beneficia ipsa vacare, iis quibus annalia c ipsa debentur ex privilegio, consuetudine, vel statuto, vel ipsorum annalium d collectores, quam partem habere voluerint, an scilicet decimæ taxationem, vel illâ dimissâ residuum, nullâ subhastatione præmissâ eligere teneantur. Quam electionem, si intra dictos decem dies non fecerint (ut dictum est) extunc ad eum, cujus est beneficium, hujus optio vel electio transeat ipso jure. Et hoc in Ecclesiis & partibus illis, in quibus beneficia majora, & alia quæ ad solutionem decimæ sunt taxata, volumus observari. In illis verò Ecclesiis & partibus, in quibus decimarum taxatio non est facta, servetur quod fructus & obventiones beneficii tunc vacantis, quod e decimam solvere consuevit, per medium dividantur: quorum medietatem habeat is, cui annalium f per alterum de prædictis modis perceptio est concessa. Reliquam verò medietatem percipiat ille, cui beneficium est concessum, pro sustentatione sua, & aliis Ecclesiæ oneribus supportandis. Quòd si alter de prædictis præfatâ medietate noluerit esse contentus, altero contentari volente, pars nolentis transeat ad volentem g: & volens fructus & obventiones illius beneficii percipiet universos, eidem beneficio congruè faciens deservire, ac ejus supportans onera consueta. Et si quicquam aliquis prædictorum ultra præmissa perceperit, illudque his, ad quos pertinebit, intra mensem non restituerit cum effectu: eoipso si Episcopus vel superior Prælatus fuerit, à pontificalibus & ingressu Ecclesiæ sit suspensus. Si autem capitulum, universitas, vel collegium, interdicto se noverint (donec prædicta cum integritate restituerint) subjacere. Si verò aliqua singularis persona Ecclesiastica vel mundana id fecerit, excommunicationis incurrat sententiam ipso facto, à qua fine restitutione præmissâ, præterquam in mortis articulo, minimè absolvatur: Non obstantibus quibuscunque privilegiis vel indulgentiis, aut contrariis consuetudinibus & statutis, juramento a, confirmatione sedis Apostolicæ, aut aliâ quâcunque firmitate vallatis, quæ omnia, quoad hoc, auctoritate Apostolicâ revocamus, & nullius deinceps esse volumus firmitatis. Nulli ergo, &c. nostræ constitutionis, revocationis, cassationis, irritationis & voluntatis, &c.

a *Vide l. fundos. C. de omni agro deser. lib. 11.* b *al. hct.* c *al. annualia.* d *al. annualium.* e *al. quos.* f *al. annualium.* g *Vide l. si totam. ff. de acquir. hær. l. hæc scriptura. §. fin. ff. de cond. & demon. Font.*

DE MAJORITATE ET OBEdientia.

TITULUS II.

CAP. UNIC.

¶ Quia multi assumebant dominium, & se creari faciebant potestates & Capitaneos in comitatu Sabinæ, & aliis locis hîc nominatis, quæ sunt de patrimonio Ecclesiæ Romanæ: ubi cavetur, ne tales decetero assumantur, neq; illi tanquam talibus obediatur: & quod nullus hujusmodi præmentionatam sibi audeat adscribere sine speciali licentia sedis Apostolicæ. Et si sint aliquæ civitates, quæ habeant sua eligendi tales Capitaneos per sedem Apostolicam confirmandos, veluti Papa, quòd ante confirmationem debitam nulla eis tanquam talibus præstetur obedientia.

Ecclesiæ Romanæ suorumque fidelium dispendia dissimulare non possumus, quin postquam nobis cognita fuerint, adversùs ea opportunis remediis occurramus. Attendentes igitur gravia nocumenta, quæ nonnullis civitatibus, terris, castris, intra patrimonium beati Petri in Tuscia, comitatum Sabinæ, & terram Arnolphorum constitutis, eidem Ecclesiæ Romanæ subjectis, & personis singularibus eorundē, & diversorum tam nobilium, quàm etiam aliorum usurpato regimine provenerunt, & volentes super hoc in posterum eorum dispendiis præcavere: Omnibus & singulis comitatibus, seu universitatibus, & singulis personis civitatum, terrarum, castrorum, & locorum intra patrimonium, comitatum & terram prædictos constitutis, in quibus videlicet nobis, seu quibusvis officialibus nostris, jus b competit deputandi vel instituendi aut eligendi seu ponendi potestates, Capitaneos, dominos vel rectores aut officiales quoslibet alios, ne ipsæ potestatem, Capitaneum, dominum, rectorem vel defensorem, seu quemcunque alium officialem, quocunq; nomine censeatur, in civitatibus, castris, terris & locis prædictis, aut eorum aliquo eligere, assumere, vocare vel recipere, retinere aut jam electo vel assumpto, vocato seu recepto, tanquam potestati seu Capitaneo, rectori seu defensori vel officiali obedire quoquo modo præsumant: nevè taliter electus, assumptus, receptus seu vocatus, hujusmodi potestariæ, capitaneatûs, dominii, vel rectoriæ, seu defensoriæ, aut quodcunque aliud cujusvis nominis officium recipere, acceptare, assumere vel gerere (nisi de nostra & Apostolicæ sedis licentia speciali) quomodolibet audeat, sed assumptum omnino dimittat. Ubi verò ad communitates seu universitates, & singulares personas civitatum, terrarum, castrorum, & locorum prædictorum, vel eorum aliquem jus competit eligendi potestatem, Capitaneum, dominum, vel rectorem seu officialem quemlibet alium, qui per nos seu quosvis officiales nostros debeat aut consueverit confirmari, ne ante debitam confirmationem obtentam ipsæ, vel earum aliquæ sic electo, tanquam potestati seu Capitaneo, rectori vel defensori seu officiali in quibusvis obediant, néve taliter electus quousque confirmationem habuerit (ut præfertur) hujusmodi potestariæ, capitaneatûs, dominii vel rectoriæ, seu defensoriæ, aut

a *Vide c. cùm non deceat. de elect. lib. 6. & in verbo, pacta. Clem. dudum de sepul.* b *Vide c. Constantinus 96 dist. & 23. q. 8. convenior. de Clerc. conjug. c. ex parte. in authen. quomodo oport. Episc. col. 1. in princ.*

cujuslvis alterius nominis officio se immiscere, vel illud gerere aut exercere quovis modo præsumat, auctoritate Apostolicâ districtiùs inhibemus. Decernentes extunc irritum & inane, quicquid contra hujusmodi inhibitionis tenorem contigerit attentari. Nulli ergo &c. nostræ inhibitionis & constitutionis infringere. Datum Aven. 4. Nonàs Augusti, Anno 2.

DE PRÆBENDIS ET DIGNITATIBUS.

TITULUS III.

CAP. UN.

¶ Tempore hujus cap. obtinentes plures dignitates, personatus, vel beneficia curam animarum habentia ex dispensatione, virtute illeur non poterunt retinere, nisi unum: & reliqua tenebuntur resignare verbaliter & realiter coram Ordinario sub testimonio publico intra mensem à tempore notitiæ hujus cap. nisi fuissent Cardinales, aut Regum filii. Illi autem, qui plura talia sine dispensatione obtinebant, poterunt ultimum retinere, reliqui formâ præscriptâ & sub eodem tempore resignato. Qui verò deinceps tale habuerit beneficium, si cum illo secundum simile receperit, quamprimùm illius possessionem habuerit, vel per eum steterit quò minus habeat, primum quo est ipso jure privatus, modo prædicto resignare tenetur: aliàs utrumq; perdit, & inhabilis sit ad sacros ordines suscipiendos, & ad quodcunq; beneficium habendum. Tandem, qui dicantur Ordinarii, quantum ad præmissa, & quæ sint beneficia curam animarum habentia, hic manifestatur. h. d. hac extravagante, quæ est notabilis, & multùm practicabilis, & gravius obligat, quàm cap. de multa. eod. tit. in antiq. ut patet ad oculum.

EXecrabilis quorundam tam religiosorum, quàm secularium ambitio, quæ semper plùs ambiens eò magis sit insatiabilis, quò sibi amplius indulgetur, & improbitas importuna petentium à nobis & prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, non tam obtinuisse, quàm extorsisse plerunque noscuntur, quòd unus interdum etiam ad unum beneficium Ecclesiasticum minùs idoneus, in diversis Ecclesiis, nedum vicinis, sed etiam ab invicem longè distantibus, imò nonnunquam in diversorum regnorum partibus situatis, duas aut tres, aut plures dignitates, personatus, officia seu prioratus, aut diversa Ecclesiastica beneficia curam animarum habentia possit dispensativè (cùm aliàs non liceret de jure communi) recipere, & simul licitè retinere. Unde inter cætera inconvenientia, subscripta sequuntur, quòd videlicet interdum unus, qui unicum, quamvis modicum vix officium implere sufficeret, plurimorum sibi vendicet stipendia, quæ multis literatis viris vitæ puritate ac testimonio bonæ famæ pollentibus, qui mendicant, possent abundè sufficere, æquâ distributione collata, habentibus ipsa paratur vagandi materia, divinus cultus minuitur, hospitalitas in ipsis beneficiis debita non servatur. Et dum non sunt sui in unaquaque regione rectores, Ecclesiarum detrahitur commodis & honori, quæ carentes defensorum auxilio in juribus suis, & libertatibus multipliciter collabuntur, & ruinis patent ædificia nobilia, quę magnificentia extruxerat decessorum: & (quod amariùs est dolendum) animarum cura negligitur, & vitiorum sentibus fomentum periculosè præbetur. Nos itaque tot malis tantisq; discriminibus occurrere cupientes, omnes & singulas dispensationes super receptione aut retentione plurium dignitatum, personatuum, officiorum, prioratuum aut beneficiorum, quibus cura animarum sit annexa, sub quacunque forma, vel expressione verborum à nobis, vel prædictis prædecessoribus cuicunque personæ concessas (Cardinalibus tamen sanctæ Romanæ Ecclesiæ, qui circa nos universali Ecclesiæ serviendo, singularum Ecclesiarum commoditatibus se impendunt, ac Regum filiis, qui propter sublimitatem eorum ac generis claritatem sunt potioris prærogativâ gratiæ attollendi, duntaxat exceptis) deliberatione super hoc cum fratribus nostris habitâ diligenti, de ipsorum consilio, & ex certa scientia nostra, in forma subscripta duximus taliter moderandas, quòd per moderamen nostrum effrenatam circa easdem personas talium beneficiorum multitudinem refrenemus: ipsique impetrantes fructu dispensationum hujusmodi totaliter non frustrentur a. Statuimus itaque & de fratrum ipsorum consilio ordinamus, quòd obtinentes nunc ex dispensatione legitima pluralitatem hujusmodi dignitatum, personatuum, officiorum aut prioratuum seu beneficiorum, quæ aliàs absque dispensatione obtinere nequibant, unum tantùm ex dignitatibus, personatibus, officiis, prioratibus, Ecclesiis vel beneficiis hujusmodi, quibus cura imminet animarum, cum dignitate, personatu vel officio, prioratu, Ecclesia, vel beneficio sine cura, quod habere maluerit, prætextu dispensationis sufficientis circa id eisdem indultæ, possint licitè retinere. Quæ tamen teneantur eligere intra mensem numerandum à tempore notitiæ constitutionis istius: exteris beneficiis cum cura vel sine cura, quæ ipsius dispensationis prætextu tenebant, & quæ aliter non poterant de jure absque dispensatione licitè retinere, quæ nos extunc vacare decernimus, coram Ordinario sub testimonio publico intra idem tempus verbaliter & realiter cum effectu dimissis: absque eo quòd ad illa nunquam sine nova collatione ab eo qui facere poterit facienda redire, aut eorum administrationi se immiscere præsumant. Alioquin tam his, quàm aliis omnibus beneficiis, quæ virtute hujusmodi nostri moderaminis retinere poterant (ut præfertur) sint ipso jure privati, & prorsùs inhabiles ad similia beneficia obtinenda. Per hoc autem iis, qui dignitates, personatus, officia, vel alia beneficia, curam animarum habentia ex dispensatione, quæ jus b tribuat, juxta nostram moderationem præscriptam obtinent, & alia similia beneficia nostrarum, vel aliàs eorundem prædecessorum auctoritate literarum expectant, cum quibus est, ut illa, cùm vacaverint, recipere, & unà cum obtentis retinere licitè valeant, dispensatum, nolumus derogari, quin ea cùm vacabunt intra dicti temporis spatium possint eligere, & dimissis aliis recipere in forma præscripta, ac licitè retinere: pœnas similes incursuri, si huic nostræ contraire præsumpserint sanctioni. Porrò, quia quorundam oculos sic avaræ cupiditatis vitium excæcavit, quòd plurima talia beneficia simul absque dispensatione canonica retinere præsumunt: Nos de illis præsenti decreto statuimus, ut omnia & singula beneficia sic detenta, illo tantùm retento, quod ultimò receperunt, dummodo in eo ex collatione canonica competat jus eisdem, intra tempus (ut præscribitur) limitatum, verbo & facto ac sine fraude coram Ordinario sub testimonio similiter publico dimittere teneantur. Quod si non fecerint, etiam illo sint ipso jure privati, in quo jus eis aliàs competebat, & inhabiles penitùs ad quæcunque obtinenda Ecclesiastica beneficia censeantur. Qui verò deinceps receperint dignitatem, vel personatum, seu officium, aut aliud beneficium animarum curam habens annexam, si antea simile beneficium obtinebant, illud (quo ipso jure, postquam secundi possessionem habuerint, vel per eos omni dolo & fraude cessantibus, quò minùs habeant, steterit, privati noscuntur) absque moræ dispendio in Ordinariorum manibus dimittere debeant pari modo: Alioquin extunc sint ipso jure secundo privati, & nedum ad sacros suscipiendos ordines, quin etiam ad habendum

a *Al. fraudentur.* b *Not. tex. profitente faciente mentionem de beneficiis quæ jure obtinentur: nam in tali veniunt beneficia dispensativè retenta, per text. hic. Fent.*

quodcun-

quodcunque beneficium Ecclesiasticum inhabiles reputentur. Quæ omnia & singula beneficia vacatura (ut præmittitur) vel dimissa, nostræ & sedis Apostolicæ dispositioni de ipsorum fratrum consilio reservamus: Inhibentes, ne quis præter Romanum Pontificem, quicunque sit super hoc auctoritate munitus, de hujusmodi beneficiis disponere, vel circa illa per viam permutationis, vel aliàs innovare quoquo modo præsumat. Nos enim, si secùs actum seu attentatum fuerit, irritum decernimus & inane. Cæterùm ordinarios intelligimus in casibus suprascriptis Episcopos, in quorum civitatibus vel diœcesibus consistunt beneficia, seu aliquod eorum, quæ debent secundùm præmissa dimitti, aut ipsi, qui ea debent dimittere, commorantur, vel Ecclesiis cathedralibus vacantibus, Capitula eorundem: & hi de beneficiis tam dimissis, quàm (ut præmittitur) perditis, nos, vel Apostolicam sedem certificare studeant, quamprimùm commodè poterunt indilatè, ut de illis salubriter disponere valeamus. Quantùm autem ad modificationem attinet antè factam, illa duntaxat, & non alia beneficia Ecclesiastica, quocunque nomine nuncupentur, curam animarum habere censemus, quæ parochias habent, in quibus est animarum cura, non per vicarios perpetuos, sed per rectores aut ministros beneficiorum ipsorum vel illorum temporales vicarios exercenda: necnon & illa, quorum ministris tatione beneficiorum hujusmodi competit visitare, inquirere, procurationes recipere, suspendere, excommunicare, seu ab excommunicationis & suspensionis sententiis absolvere de consuetudine vel de jure: juribus aliis de animarum cura loquentibus in suo robore, quoad cætera, permansuris. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam nostrarum moderationis, statutorum, constitutionum, reservationis, inhibitionis, & voluntatum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Avenione 13. Cal. Decembr. Anno 2.

DE CONCESSIONE PRÆBENDÆ, & Ecclesiæ non vacantis.

TITULUS IV.

CAP. I.

¶ Executores gratiarum, & judices causarum à sede Apostolica deputati in diœcesibus jam divisis procedere possunt, sicut ante divisionem poterant. Et congruè ponitur sub hoc titulo, cum loquatur de executoribus, de quibus frequens mentio habetur in tit. de concess. prabend. lib. 6. pater. in cap. Executor. cap. Si Capitulo. & capitula fels. Et potuisset situari sub tit. de rescript. vel de off. deleg. vel de Paroch.

SEdes a Apostolica in suis actibus veritatem prosequens, lucem amans, libenter evitat nodosæ ambiguitatis involucrum, illamque sibi semper in suis ordinationibus reservare cautelam intendit, ut de illis ita proveniat commodum, quòd aliis non immineat detrimentum.

Sanè pridem ad divini cultûs augmentum, & ad salutem populi, quem in nonnullis civitatibus ac diœcesibus sic multiplicavit Altissimus, quòd in earum singulis singulorum vulnus nequibat (ut eum decet) unicus pastor inspicere, aut alias partes boni pastoris implere, salubriter intendentes, in ipsis diœcesibus (quarum nonnullas in duas, & aliquas in plures diœceses duximus dividendas) certas civitates & Ecclesias ereximus cathedrales, quarum singulis proprias, distinctas, & limitatas diœceses jussimus assignari. Verùm quia plures ante ordinationem seu divisionem nostram hujusmodi tam à nobis, quàm à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, Apostolicas obtinuerunt literas super beneficiis Ecclesiasticis in ipsis tunc integris diœcesibus vacaturis, quarum nonnullæ restant adhuc executioni mandandæ. Nos amovere volentes cujusvis dubitationis scrupulum, qui circa executionem gratiarum super hujusmodi beneficiis concessarum posset forsan incidere, & providè considerantes attentius, quòd per ordinationem seu divisionem nostram prædictam jus ad rem expectantibus dicta beneficia antea competens ex ratione mutari non debet, quin adeò efficax in divisis diœcesibus maneat, sicut priùs erat: auctoritate præsentium declaramus, quòd omnes & singulæ gratiæ super beneficiis vacaturis ante divisionem hujusmodi in ipsis quondam integris diœcesibus à nobis, vel prædictis prædecessoribus personis quibuscunque concessæ, tam in ipsis nunc divisis, quàm in aliis diœcesibus decisis ab illis, eisdem modo & formâ possint suo ordine a per executores inde datos, & alios, ad quos id pertinebit, ad debitam executionem adduci, quibus ante divisiones sæpefatas poterant & debebant. Idem etiam declaramus, quoad literas Apostolicas justitiam continentes: ut videlicet judices dati per illas in causis quarumlibet personarum, quæ nunc de hujusmodi diœcesibus divisis existunt, possint juxta earum tenorem provide procedere, ac si dictæ diœceses, de quibus mentio in literis eisdem habetur, integræ remansissent. Nulli, &c.

CAP. II.

¶ Nullus impediat Capitula, Archidiaconos, & alias personas in juribus, quæ sibi competebant in Ecclesiis integris, quin illa jura percipiant post divisionem ipsarum, sicut antè solita erant percipere: quoniam in beneficiis divisis habet quis eadem jura, quæ habebat in integris: Et hoc cap. sub hoc tit. fuit positum, quoniam declarat præcedens, ut clarè patet. Concor. cap. quia monasterium. de relig. dom. in antiquis.

AD Apostolatûs nostri pervenit auditum, quòd aliquarum Ecclesiarum per nos ab aliis Ecclesiis ex certis causis, quæ ad hoc nostrum animum induxerunt, auctoritate Apostolicâ divisarum, Prælati & subditi Capitulis, Archidiaconis, & aliis personis Ecclesiarum, à quibus supradictæ Ecclesiæ sunt divisæ, multipliciter injuriari præsumunt, non permittentes eosuti jurisdictionibus & juribus suis, sicut ante divisionem hujusmodi utebantur. Quia igitur intentionis nostræ non extitit, nec existit, per divisionem Episcoparuum Ecclesiarum, à quibus divisiones factæ sunt, Capitulis, Archidiaconis, vel aliis personis velle aliquatenus derogare, nisi quatenus in divisionum hujusmodi literis Apostolicis continetur expresè: Nos præsentis auctoritate statuti universis Prælatis, Capitulis, & aliis quibuscunque personis Ecclesiasticis Ecclesiarum desisarum, & in cathedrales Ecclesias per nos auctoritate Apostolicâ erectarum, præcipimus & mandamus, ne Capitula, Archidiaconos, & alios personatus, vel dignitates, officia seu beneficia in prædictis primariis Ecclesiis obtinentes, quò minùs visitationes exerceant, procurationes recipiant, jurisdictiones, & jura Archidiaconalia, & alia bona obtineant in prædictis decisis diœcesibus, sicut ante divisionem hujusmodi obtinebant, nisi quantum in divisionem hujusmodi literis Apostolicis caveatur expresè, impediant quoquo modo, quousque per sedem Apostolicam aliud fuerit ordinatum. Si enim aliqui contra præsens præceptum agere vel facere præsumpserint, nos præsumptores tales dignâ curabimus animadversione punire. Nulli, &c. nostrorum

a *Hac extravagans habetur inter communes sub tit. de officio deleg. cum gloss. Guilielmi de Monte Laudune.*

a *Ad hac vide gloss. in tit. de defen. cvvit. §. quæ igitur. c. 3 Vide Claud. Cantiuncularn in loco ab ordine. Imol. Nicol. Ever.*

præcepti, & mandati infringere, &c. Datum Avenione 5. Cal. Octobris, Anno quinto.

NE SEDE VACANTE ALIQUID innovetur.

TITULUS V.

CAP. UN.

¶ Vacante sede imperiali, cum jurisdictio ad Papam devolvatur, sub pœna excommunicationis hic prohibetur, quòd nullus tunc nomen Vicarii, Imperatoris, vel alterius cujuscunq; officii retineat, assumat, vel resumat, nullu-q; ei obediat, vel auxilium præbeat: alias excommunicatio in personas, & interdictum in terras (nisi intra duos menses resipuerint) profertur. Tandem modus hujus processus publicandi exprimitur. h. d.

SI fratrum & Coepiscoporum nostrorum, & aliorum quorumlibet jura illibata servari, & ab omni fore dispendio diminutionis extranea cupimus, & ad illud libenter nostræ solicitudinis studium adhibemus: multò fortiùs equidem pro nostris & Romanæ Ecclesiæ sponsæ nostræ juribus & honoribus conservandis ex injuncto nobis officii debito Apostolicæ provisionis partes tenemur impendere, ne temporibus nostris usurpationis injuriam subeant, aut detrimentum cujusvis derogationis incurrant. Sanè in nostram & fratrum nostrorum deductum est (famâ divulgante) notitiam, quòd licèt de jure sit liquidum, & ab olim fuerit inconcussè servatum, quòd vacante Imperio, sicut & nunc per obitum quondam Henrici Romanorum Imperatoris vacâsse dignoscitur, cùm in illo ad secularem judicem nequeat haberi recursus, ad summum Pontificem, cui in persona beati Petri terreni simul & cœlestis Imperii jura Deus ipse commisit, Imperii prædicti jurisdictio, regimen & dispositio devolvuntur, & ea ipse (durante ipsius vacatione Imperii) per se, vel alium, seu alios exercuisse noscitur in Imperio memorato: nonnulli tamen in Italiæ partibus potestatis & dignitatis fastigium illicitè ambientes, in nostrum & Romanæ sanctæ matris Ecclesiæ (quantùm in eis est) præjudicium evidens, ac diminutionem honoris & juris, vicariatûs seu alterius cujuscunque nomen officii, quod ipso Imperatore vivente ex ipsius commissione gerebant in certis terris, territoriis sive locis, post decessum ipsius, absq; nostra, vel Apostolicæ sedis petita vel obtenta licentia, retinere sibi, & nonnulli etiam de novo assumere, quod non gesserant, aut gestum antèa, posteaq; dimissum resumere temerariis ausibus præsumpserunt, quo vel quibus adhuc non verentur abuti, & sub ejus vel eorũ colore multa facere & fecisse noscuntur, quæ in nostram, & Ecclesiæ prædictæ injuriam apertè redundant, non abhorrentes per id variis involvi criminibus, nec divinæ majestatis formidantes offensam. Quia igitur error, cui non resistitur, approbari videtur, & latum pandit delinquentibus sinum, qui eorum perversis conatibus non resistit: Nos volentes nostris & Ecclesiæ sponsæ nostræ juribus & honoribus in hac parte prospicere, & malis ac scandalis, quæ ex retentione, assumptione, seu resumptione hujusmodi orta sunt hactenus, & quæ periculosè possent in antea suboriri, celeriter obviare, necnon periculis animarum hujusmodi retinentium, assumentium seu resumentium nomina, & eis abutentium (ut præfertur) salubriter occurrere cupientes, præsentium auctoritate monemus sub excommunicationis pœna omnes & singulos cujuscunque statûs, præeminentiæ, dignitatis, aut conditionis existant, etiamsi Patriarchali, vel quâvis aliâ superiori sive Episcopali, vel Regiâ, seu aliâ quâcunque præfulgeant dignitate, qui post vacationem Imperii absque nostra, vel sedis prædictæ licentia hujusmodi Vicarii seu cujusvis alterius officii nomen ubilibet retinuerunt, assumpserunt, seu resumpserunt & retinent: & qui assument, vel resument fortassis in posterum, & sub talis donationis pallio abusi sunt, & abutuntur, vel etiam abutentur potestate, vel jurisdictione quâcunque, seu ejus exercitio publicè vel occultè, quatenus decætero etiam à denominatione hujusmodi, seu cujuscunque assumptione, resumptione ac retentione prædictis, necnon usu, potestate, & exercitio supradictis prorsus abstineant, & omninò desistant. Inhibentes insuper sub pœna prædicta omnibus & singulis Patriarchis, Prælatis, & etiam aliis superioribus ac Regibus, civitatibus, comitatibus, universitatibus, Capitaneis, potestatibus, rectoribus, comitibus, vicecomitibus, baronibus, & aliis omnibus cujuscunque sint dignitatis, conditionis aut statûs, ne prædictum hujusmodi nomen, seu aliud quodlibet in eodem Imperio retinentes (ut præfertur) aut assumentes, vel eorum aliqui sub denominatione, vel titulo hujusmodi nominum, seu procuratores, commissarios, judices, aut vices eorum gerentes, quocunque colore quæsito, recipiant vel admittant, nec ut vicariis seu vicario aut officialibus Imperii pareant vel intendant, aut pareri vel intendi faciant, vel permittant, nec in his eis vel ei quomodolibet præstent auxilium, consilium, vel favorem. Alioquin in omnes & singulos Patriarchas, Prælatos, & superiores & inferiores, Reges & cæteros, denominationem prædictam (ut præmissum est) retinentes, assumentes, seu resumentes, ac illius pratextu exercentes quæcunque officia, potestates seu jurisdictiones, & recipientes eos, ut vicarios, vel officiales Imperii, aut commissarios eorum, ut talium, & in parentes seu obedientes eis, ut talibus, ut præstantes in hoc sibi consilium, auxilium, vel favorem, nisi intra duorum mensium spatium à die datæ præsentium numerandum penitùs resipuerint, vel se licentiâ sedis Apostolicæ super hoc ostenderint communitos, excommunicationis in singulares personas, & in terras & loca ipsorum, & quaslibet communitates, universitates, civitates, aut villas, interdicti sententias de fratrum nostrorum consilio publicè promulgamus. Contra eos nihilominùs spiritaliter & temporaliter gravius processuri, prout inobedientia eorum exegerit, qualitas facti suaserit, & viderimus expedire. Et ut quibuslibet parendi talibus tollatur occasio, omnes & singulos, qui hujusmodi vicariatûs nomen retinentibus, assumentibus seu resumentibus, juramento fidelitatis tenentur adstricti, à juramento hujusmodi, quantùm ad hoc, de potestatis plenitudine absolventes, auctoritate Apostolicâ firmiter inhibemus eisdem, ne talibus, ut vicariis vel officialibus Imperii, aliquatenus pareant vel intendant. Et insuper omnes pactiones, obligationes, confœderationes, & colligationes à quibuscunque super hoc quomodolibet initas, juramento vel quacunque firmitate vallatas, omninò dissolvimus, viribus vacuamus, irritamus, & quatenus de facto processerint, revocamus: Ac hujusmodi, & quælibet alia juramenta quibuslibet super his præstita, per quæ posset in prædictis nostris, & Ecclesiæ nostræ prædictæ juribus derogari, præsertim cùm juramentum vinculum iniquitatis esse non debeat, relaxamus. Cæterùm ut hujusmodi processus veriùs ad communem omnium notitiam deducatur, chartas seu membranas processum continentes eundem, in Ecclesia Avenionensi appendi vel affigi ostiis seu superliminaribus faciemus, quæ processum ipsum suo quasi sonoro præconio, & patenti judicio publicabunt: Ita quòd omnes & singuli, quos processus ipse contingit, & contingere potest, nullam posteà possint excusationem prætendere, quòd ad eos talis processus non pervenerit, vel quòd ignoraverint eundem: cùm non sit verisimile remanere quoad ipsos incognitum vel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur. Datum Avenione in domo Episcopali, pridie Calend. April. Anno primo.

DE

DE VOTO, ET VOTI REDEMPtione.

TITULUS VI.

¶ *Votum per susceptionem sacri ordinis solennizatum, licèt impediat matrimonium sequens, non tamen præcedens: etiamsi nondum esset per carnis copulam consummatum. Et durante matrimonio, etiam nondum consummato, nullus præsumat accipere aliquem de sacris ordinibus: quod si fecerit, dissoluto etiam matrimonio, nec in illo ministrare, nec ad superiores ascendere poterit, nisi aliquam de religionibus approbatis ingrediatur, & ejus regulam expressè, vel tacitè profiteatur. Est autem talis conjugatus sic ordinatus per diœcesanum monendus, ut religionem ingrediatur, si matrimonium nondum est consummatum: quòd si reniterit, & uxor institerit, compellitur per excommunicationem ad matrimonii consummationem, hoc dicit. Et est casus notabilis, & qui satis efferri non potest.*

CAP. UN.

ANtiquæ concertationi finem cupientes imponere, ac animarum periculis inde provenientibus salubriter providere, de fratrum nostrorum consilio præsenti declaramus edicto, quòd licèt votum solennizatum per sacri susceptionem ordinis, quantum ad impediendum matrimonium contrahendum, ac ad dirimendum, si pòst contractum fuerit, secundùm statuta canonum sit efficax reputandum: ad dissolvendum tamen prius contractum, etiamsi per carnis copulam non fuerit consummatum, cùm nec jure divino, nec per sacros reperiamus canones hoc statutum, invalidum est censendum: auctoritate Apostolicâ districtiùs inhibentes, ne quispiam durante matrimonio, nondum etiam consummato, aliquem de sacris ordinibus præsumat suscipere, nisi prout sacris canonibus noverit convenire. Quòd si secùs à quoquam forsitan attentatum fuerit, ordinamus, quòd nec matrimonio soluto in sic suscepto ordine ministrare, nec ad superiores ordines provehi, nec ad aliquod beneficium vel officium Ecclesiasticum valeat promoveri: Nisi aliquam de religionibus approbatis (quarum professio ad castitatis custodiam, & abdicationem temporalium, & sui superioris obedientiam suos professores adstringat) ipsum canonicè contigerit ingredi, ac ejus regulam expressè vel tacitè profiteri: quo casu diœcesanus super præmissis, & singulis præmissorum eum eo dispensare valeat, nisi sit aliud canonicum, quod obsistat. Ad ingressum hujusmodi sic ordinatum, si matrimonium consummatum non fuerit, per diœcesanum instanter moneri præcipimus, & induci: quod si forsan renuerit adimplere, ipsum, si sponsa ejus institerit, per censuram Ecclesiasticam compellendum decernimus contractum matrimonium consummare. Nulli, &c. nostrarum declarationis, inhibitionis, ordinationis, præcepti, & constitutionis infringere. Datum Avenione Calend. Decemb. Anno septimo.

DE RELIGIOSIS DOMIBUS.

TITULUS VII.

¶ *Secta & religio Fratricellorum, sive Beguinorum, qui se dicebant de tertio ordine beati Francisci, cassatur, quoniam inter cæteros errores Ecclesiasticæ sacramenta despiciebant: Et sub pœna excommunicationis omnibus injungitur, ut nulli decætero talem ritum assumant, & ne Episcopi ipsum concedere præsumant. Vide cap. fin. eod. tit. in antiq. & c. 1. eod. tit. l. 6.*

CAP. UNIC.

SAncta [a] Romana atque universalis Ecclesia, cui auctore Domino, licèt immeriti, præsidemus, sicut religiosa & pia vota benigno favore prosequitur, sic superstitiosos conatus insolentium hominum a detestatur, videlicet ne sub ovina pelle gregem Dominicum truculentia lupi rapacis invadat, sub pietatis imagine virus hæreticæ pravitatis obrepat, & sub prætextu conversationis angelicæ incautis mentibus spiritus malignus illudat: cujus rei gratiâ sacris canonibus est interdictum, ne aliquis novum ordinem aut religionem inveniat, vel habitum novæ religionis assumat: sed quicunque ad religionem venire voluerit, ingrediatur unam de religionibus approbatis. Nonnulli tamen profanæ multitudinis viri, qui vulgariter Fratricelli, seu fratres de paupere vita, Bizochi sive Beguini, vel aliis nominibus nuncupantur in partibus Italiæ, necnon in insula Sicilienſi, Comitatu Provinciæ Narbon. & Tholosanen. civitatibus, & diœcesibus, & Provinciis, aliisque diversis cismarinis & ultramarinis partibus, contra dictos canones habitum novæ religionis assumere, congregationes & conventicula facere, & superiores sibiipsis eligere, quos ministros, seu custodes, vel gardianos, aut nominibus aliis appellant: plurimos ad eorum sectam recipere, & loca de novo construere, seu constructa recipere, in quibus habitant in communi, publicè mendicare (quasi eorum secta foret una de religionibus per sedem Apostolicam approbatis) temeritate damnabili præsumpserunt, & præsumunt etiam incessanter. Et ut ipsorum error, veritas, & impietas religio reputetur, plurimi eorum regulam seu ordinem fratrum Minorum, quem sanctus Franciscus instituit, se profiteri ad literam conservare confingunt: quanquam in obedientia generalis, vel provincialium ministrorum ipsius ordinis non morentur: prætendentes se à sanctæ memoriæ Cœlestino Papa quinto prædecessore nostro hujus statûs seu vitæ privilegium habuisse: quod tamen etsi ostenderent, non valeret, cùm bonæ memoriæ Bonifacius Papa octavus prædecessor noster, ex certis causis rationabilibus omnia ab ipso Cœlestino prædecessore nostro concessa, quæ per ipsum Bonifacium non contingeret approbari, vitibus penitùs vacuaverit, dictumque vitæ privilegium non inveniatur per eundem Bonifacium approbatum. Quidam autem eorum dictum habitum, & vivendi ritum à quibusdam Episcopis seu eorum superioribus, vel aliis Ecclesiarum Prælatis habuisse profitentur, quos nec eis concedere licuit contra formam concilii generalis. Nonnulli etiam ex ipsis asserentes se esse de tertio ordine beati Francisci, pœnitentium vocato, prædictum statum & ritum eorum sub velamine talis nominis satagunt palliare: cùm tamen in regula ipsius tertii ordinis talis vivendi ritus nullatenùs sit concessus. Et quia in errorum barathrum faciliter ruunt, qui conceptus proprios patrum definitionibus anteponunt, ipsorum quàm plurimi (sicut fide digná relatione percepimus) à veritate catholicæ fidei deviantes Ecclesiastica sacramenta despiciunt, ac errores alios studem multipliciter seminare. Cùm itaque talium damnanda temeritas in ejusdem fidei detrimentum, fidelium scandalum, præfati Minorum & aliorum ordinum opprobrium, & etiam suarum & aliarum animarum perniciem redundare noscatur: sectam, ritum, & statum hujusmodi, non obstantibus præmissis eorum excusationibus, quas frivolas reputamus, & quicquid per eos communiter vel divisim sub religionis, Conventûs, collegii seu congregationis nomine vel colore attentatum extitit, vel existit, de fratrum ipsorum consilio auctoritate Apostolicâ nullius fuisse & esse decernimus firmitatis: & quatenus de facto processerunt, de consilio, & auctoritate præmissis revocamus omninò, ac perpetuæ prohibitioni subjicimus, & ab Ecclesia Dei penitùs abolemus. Eisdem personis & aliis quibuscunq;

a *De Beguinorum secta & erroribus, vide Guidonem Carmelitam in summa de hæresibus, tit. de hæresibus Beguinorum, & Nicolaum Eymericum in directorio inquisitorum part. 2. q. 15.*

a *Vide l. qui sub conditione ff. de cond. instit. l. non erit. §. divus. ff. de jurejur.*

sub pœna excommunicationis, quam eas (si secùs fecerint) incurrere volumus ipso facto, injungentes expressè, ne statum siye sectam & ritum hujusmodi ab ipsis assumptum sectentur ulterius, vel ipsum de novo assumere quoquo modo præsumant. Episcopos quoque & eorum superiores & etiam alios Prælatos quoscunque, qui prædictis personis vel aliis ritum vivendi & habitum supradictos, præter specialem Apostolicæ sedis auctoritatem deinceps concesserint, prædictæ excommunicationis pœnæ ipso jure decernimus subjacere: dignum est enim, ut adulterinas plantationes, quas non Pater cœlestis, sed humanæ temeritatis audacia plantat, Apostolici culminis censura divellat: nec patiatur in agro Dominico perversæ congregationis vepres excrescere, cui proprium est (divinâ opitulante gratiâ) virtutes serere, ac vitia radicitus extirpare. Nulli ergo, &c. Datum Avenion. 3. Cal. Januar. Anno secundo.

DE JUDÆIS ET SARRACENIS.

TITULUS VIII.

CAP. UN.

¶ *Ut Petrus filius Regis Castellæ pio ductus proposito facilius Agarenos infideles à regno Granatæ expelleret, lata fuit excommunicationis sententia in omnes prohibita portantes ipsis infidelibus & Sarracenis præfati regni Granatæ. Concor. Ita quorundam. & c. Ad liberandam. eod. tit. in antiq.*

COpiosus in misericordia Dominus, qui de sua abundantia pietatis corda fidelium ad suæ majestatis obsequia devotionis ardore succendit, præcordiis dilecti filii nobilis viri Petri infantis nati claræ memoriæ Sanctii Regis Castellæ, adeò copiosè gratiam cœlestis inspirationis infudit, quòd sibi delectabile reputat propriam exponere in ipsorum prosecutione personâ. Pio quidem nobilis ipse ductus proposito, tanquam strenuus athleta Domini, negotium impugnationis perfidorum Agarenorum, à quibus regnum Granatæ in Dei contumeliam detinetur, tutorio nomine, charissimi in Christo filii nostri Alphonsi Castellæ Regis illustris, qui sub teneritudine puerilis ætatis adhuc dignoscitur constitutus, assumpsit sub spe cœlestis auxilii ferventer & viriliter prosequendum. Cùm igitur omnia cupiamus obstacula removere, per quæ dicti negotii prosecutio posset quomodolibet impediri, universis & singulis cujuscunque conditionis, præeminentiæ vel status existant, districtiùs inhibemus, ne arma, equos, ferrum, ligamina, victualia & alia quæcunque prohibita per Romanos Pontifices prædecessores nostros ad terras Ægypti deferri, ad Sarracenos dicti regni Granatæ intra triennium incipiendum à Cal. Aprilis proximè secuturi, quomodolibet deferre præsumant. Nos enim omnes & singulos, qui ad dictum regnum arma, equos, ferrum, ligamina & victualia supradicta & quæcunque prohibita, contra tenorem hujus nostræ prohibitionis deferre præsumpserint, illis pœnis & sententiis, quas deferentes hujusmodi prohibita in Alexandriam vel ad Ægypti partes incurrunt, decernimus subjacere. Et nihilominùs omnes & singulos, qui Sarracenis Granatæ præstabunt (dicti negotii prosecutione durante) auxilium, consilium vel favorem, aut prosecutionem dicti negotii directè vel indirectè, secretè vel publicè impedire vel turbare forte præsumpserint, excommunicationis sententiam incurrere volumus ipso facto. Nulli ergò nostræ inhibitionis, constitutionis & voluntatis, &c. Dat. Avenione 5. Kal. Mart. Anno primo.

DE TORNEAMENTIS.

TITULUS IX.

CAP. UNIC.

¶ *Constitutio Clementis in quibusdam regnis torneamenta inhibens sub pœnis excommunicationis & interdicti, hîc revocatur: & illi, qui hujus occasione sententias incurrerant, absolvuntur.*

QUia in futurorum eventibus sic humani fallitur incertitudo judicii, ut quod conjecturâ probabili exnunc interdum attenta consideratio utile politicetur, experiri damnosum quandocunque contingat: nonnunquam quod consultè statuitur, ex laboris inspectione judicii consultrìus revocatur. Sanè felicis recordationis Clemens Papa quintus prædecessor noster, attentè considerans generale passagium in Concilio Viennensi pro terræ sanctæ subsidio salubriter ordinatum, per torneamenta, & hastiludia, sive juxtas non leviter impediri: tum quia frequenter sic ipsum passagii negotium prosecuturos exinaniunt, quod ad ejus executionem efficiuntur impotentes, tum quia interdum quamplures à crucis assumptione retrahunt, dum ab illis abstinere (aliis ea exercentibus) erubescunt: torneamenta ipsa & hastiludia, sive juxtas in regnis Franciæ, Angliæ, & Alemaniæ, & aliis nonnullis Provinciis, in quibus ea consuevêre frequentius a exerceri, specialiter interdixit: in facientium ea, vel ad id eis præstantium opem, consilium, vel consensum, & illorum etiam in quorum locis vel districtibus fierent, non prohibentium hoc, cùm possent, & illorum procedentes ad illa in domibus suis recipientium, vel commercium quomodolibet exercentium cum eisdem, in personas excommunicationis, & in terras interdicti sententias promulgando, absolutione ab excommunicatione hujusmodi præterquam in mortis articulo sedi Apostolicæ reservatâ. Verùm quoniam (ut intelleximus) per sententiam hujusmodi periculum animabus ingeritur, & pro eo maximè negotio dicti passagii derogatur: quia nonnulli militari cingulo abstinent, & quia vacare militiæ metu præsertim ipsius sententiæ non præsumunt, propter quod idoneos & voluntarios ad terræ prædictæ subsidium in regnis eisdem contingit pauciores solito reperiri. Nos ad dilectum filium nobilem virum Philippi claræ memoriæ regentis Franciæ, & Navarræ Regis, & aliorum de domo regia, necnon quamplurium magnatum & nobilium, tam in regno Franciæ, quàm aliunde, considerantium præmissa discrimina, repetitæ supplicationis instantiam, sententias excommunicationis & interdicti prafatas, præmissorum supplicationibus inclinati, & ducti considerationibus antedictis, & ex causis etiam rationabilibus aliis, in favorem fæpefati negotii, de fratrum nostrorum consilio revocamus: eos, qui propter exercitium torneamentorum seu hastiludiorum ipsorum hujusmodi sententias incurrerunt, absolventes ab illis, & cum eis qui sic ligati, vel in locis propterea interdictis divina celebrârunt officia, super irregularitate inde contracta auctoritate Apostolicâ dispensantes. Datum Lugdun. 16. Cal. Octobr. Anno 1.

DE CRIMINE FALSI.

TITULUS X.

CAP. UNIC.

¶ *Falsificantes monetam Regis Franciæ, & aliorum locorum circumvicinorum, aliique de quatuor modis hic prolixè declaratis ipso facto excommunicationem incurrunt: a qua absolvi non possunt, nisi à Papa, præterquam in mortis articulo. De falsificatibus sigillum ipsius Regis Franciæ, habes cap. Ad audientiam. eod. tit. in antiquis.*

PRodiens quasi ex adipe iniquitatis multorum sceleratorum funesta cupiditas, eos in perniciem præcipitare conatur, dum sequi miserabilem ejus ingluviem, satietatis nescientem moderamina, non ve-

a *Vide gl. in l. tale pactum. 6. fin. ff. de pactis. l. scire oportet. 5. fin. ff. de exc. tut. gl. in verbo præsidentes reputata singul. Clem. 1. de reser. & l. 2. C. de raptor. virg. & Bald. in c. 1. 8. si quis rusticus. de paten. Font.*

rentur:

rentur: ipsi etenim turpium lucrorum sordibus immergentes, ambitiosis nexibus involvuntur: Dei timorem damnabili cœcitate postponunt, & quasi ambulantes in tenebris non vitant excidia personarum. Nuper siquidem ad nostri Apostolatûs auditum multorum relatio fide digna perduxit, quòd nonnulli nullam habentes auctoritatem juris, vel consuetudinem, seu privilegium faciendi, monetam falsam ostendunt & fabricant in regno Franciæ, & locis circumvicinis.

Alii verò monetam falsam sub vero signo charissimi in Christo filii nostri Caroli Regis Francorum & Navarræ illustris studiosè depravant, & ex hoc cadit à suo recto pondere. Quamplures etiam in locis circumvicinis, quibus de jure, aut consuetudine, seu privilegio jus competit fabricandi monetam, signum proprium monetæ regiæ monetæ suæ, quam fabricant, imprimere seu insculpere moliuntur, ejusdem quantitatis & jucunditatis, literarum figuræ, quam habet moneta regia, monetæ suæ, quam fabricant, quantùm possunt similius, speciem & formam insculpunt, constituunt, & imponunt: & quamvis moneta prædicta eorum ad usurpatam similitudinem perducta deficiat à justo pondere argenti, & solito in regia moneta, & more, & consuetudine observato: simplices tamen & populares personæ, non habentes inter monetas tantæ similitudinis peritiam discernendi, falluntur quotidie eâ occasione in usu monetarum, recipientes monetas falsò assimilatas pro veris. Sunt & alii, qui scienter falsas monetas extra regnum prædictum emunt, & pòst intra regnum ipsum eas portant, vendunt & expendunt. Nos igitur attendentes, quòd iidem falsarii & fabricatores monetarum talium & emptores prædicti per hoc se dignos maledictione constituunt, eos, qui (ut præmittitur) præmissa moliri, aut fabricare, aut emere, vel portare ad regnum prædictum scienter præsumpserint, felicis record. Clementis Papæ quinti prædecessoris nostri vestigiis inhærentes, excommunicationis sententiâ innodamus: absolutione prædictorum nobis & successoribus nostris, præterquam in mortis [a] articulo, reservatâ: Nulli, &c. nostræ innovationis infringere, &c. Datum Aven. 7. Nonas Jul. Ann. 6.

DE PRIVILEGIIS.

TITULUS XI.

CAP. UN.

¶ Privilegia, si qua sint, quibus aliqui nobiles Campaniæ & Maritimæ diebamus se munitos circa bannitorum receptationem, hac constitutio propter causas hic insertas revocat & annullat.

AD nostri Apostolatûs pervenit auditum, quòd nonnulli nobiles & communitates intra nostras Campaniæ, Maritimæque provincias constituti, asserentes per privilegia sedis Apostolicæ sibi fore concessum, quòd de Provinciis ipsis per rectorem eorum qui est pro tempore, vel officiales curiæ rectoris ejusdem banniti, in terris, civitatibus, castris, & locis eorum morari liberè possint, nec in illis idem rector bannitos ipsos capere valeat: eosdem bannitos in dictis terris, civitatibus, castris, & locis, non absque derogatione sedis Apostolicæ manifesta recipiunt & receptant. Nos igitur, qui benevoli more patris in provinciarum ipsarum tranquillitatis & pacis commodis delectamur, super hoc (prout ad nostrum spectat officium) pro communi bono provinciarum ipsarum de congruo volentes remedio providere, privilegia supradicta, cujuscunque tenoris existant, maximè cum ipsorum prætextu maleficia remaneant in eisdem Provinciis impunita, pandatur ausus excessibus, cultus lædatur justitiæ, dictique rectoris multipliciter impediatur officium, ac provinciarum ipsarum status, pacis fœdere violato, non absque grandi reipublicæ detrimento subverti posset scandalis, scissuris, exnunc auctoritate Apostolicâ ex certa scientia revocamus, annullamus, & etiam irritamus, ac nullam habere decernimus roboris firmitatem. Nulli, &c. nostræ revocationis & annullationis, cassationis, irritationis, & constitutionis infringere. Data Aven. 7. Idûs Aug. Anno 6.

[a] *In mortis articulo nulla est casuum reservatio, atq; ideò omnes sacerdotes quoslibet pœnitentes à quibuscunq; peccatis & censuris absolvere possunt. Ita Conc. Trid. sess. 14. c. 7. de casuum reservatione.*

DE POENIS.

TITULUS XII.

CAP. UNIC.

¶ Narratis facinoribus hominum Marchiæ, qui suos rectores & officiales occidere soliti erant, pòst enumerationem 17. moderatum offensa, totidem pœnas exprimit, quas incurrent, qui de cætero talia præsumerent: & propter patrum iniquitatem filios à quibuscunq; honoribus & beneficiis tanquam indignos repellit. Concor. cap. ad aures. & cap. in quibusdam. eod. tit. in antiq. & cap. felicis. eod. tit. lib. 6. junctâ Clem. si quis suadente diabolo. etiam in eod. tit.

DEcrum a crescente malitiâ videmus mundum in deteriora jugiter prolabi, sic hominum mentes assuetâ depravante nequitiâ, malis passim cumulum superaddi, ut & boni qui aliàs odirent virtutis amore delinquere, interdum cum perversis admisti, concurrere cum illis in illicitis habeant, & in apertam malitiam prosilire. Est enim compescenda malorum audacia, ut saltem pœnæ formidine retrahantur à noxiis, sicque boni sectando virtutem meliores effecti, non cogantur cum illis perire. Sanè vulgaris famæ notorium publicat, & longè lateque ipsa injuriosa transgressus evidentia manifestat, quòd nonnulli de Marchia Anchonitana, Provincia nobis & Romanæ Ecclesiæ subjecta, nedum olim temporibus diversorum prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum gressus fidelitatis egressi, declinaverunt ad infidelitatis reprobæ devium: sed in diebus non longè præteritis contra nos, & Ecclesiam eandem, & dilectum filium Amelium præpositum Bellimontis Capellanum nostrum, Provinciæ memoratæ rectorem cervicem rebellionis erigere præsumpserunt, & in quosdam officiales & familiares suos crudeliter sævientes, pòst graves illatas injurias, & reprobosas contumelias irrogatas eisdem, & pòst bona ipsorum violentâ prædatione subtracta, eos cruentæ mortis suppliciis in ore gladii tradiderunt: inter quos pars dicitur fuisse non modica, cui mens sanior inerat, & tantæ temeritatis excessus non leviter displicebat, sed habuerunt, vel inviti furoti confusæ multitudinis cedere, dum illius nequiverunt conatibus obviare. Nos igitur, ut mali pœnarum impositionibus gravium territi vereantur in antea in consimilis erroris invium relabi, ac boni persistentes in sua fidelitate constanter, non habeant propter illorum claudicare perfidiam, remediis quibus possumus præcavere volentes, & animarum suarum saluti, dictæque Provinciæ pacifico statui paternis affectibus prospicere cupientes: de fratrum nostrorum consilio hâc in perpetuum valiturâ constitutione sancimus, ut quicunque de Provincia ipsa, vel aliunde in ea Provincia moram trahens, Clericus vel Laicus famæ suæ prodigus (ipsius Ecclesiæ calcatâ reverentiâ) in hoc sceleris genus irrepserit, quòd rectorem seu rectores, qui pro tempore regimini dictæ

[a] *Hic potest videre tractatum D. Boëris, de seditiosa civibus. Et ego addo, quòd isti hic expressi, quia rebellaverunt contra istum vicecorrectorem positum à Papa, contra quem committitur crimen læsa majestatis. c. in primis. in fin. 2. q. 1. inciderunt in illud crimen. Bart. in l. hostes. ff. de capt. & postl. rev. Cynus in l. non convitii. q. 4. C. de injur. neq; isti quia facta fuerunt omnia in contemptum Papæ possunt injuriam remittere. arg. not. ibi per Cynum. Font.*

Provinciæ in spiritualibus & temporalibus auctoritate Apostolicâ præfuerint, vel ipsorum aliquem, aut eorum, vel alicujus ipsorum vicarium, aut judicem, vel judices, vel ipsius Provinciæ thesaurarium, aut locum tenentem ejusdem (quod absit) occiderit, aut ad offendendum illum vel illos insecutus extiterit, ceperit, captivaverit, detinuerit, percusserit, aut etiam vulneraverit, aut ipsorum aliquid, vel aliàs in locum, ubi moram traxerint, insultum fecerit, aut ipsum, vel ipsos obsederit, sive de suo regimine vel officio forsan expulerit, vel fugaverit, vel socius fuerit facientis, aut illum vel illos bonis aliquibus spoliaverit, vel Provinciæ supradictæ alicujus civitatis, castri vel loci de Provincia ipsa populum, communitatem vel universitatem, aut aliquos ex eis, vel quosvis alios de Provincia ipsa directè vel indirectè, contra nos & præfatam Ecclesiam, seu rectores, officiales & locum tenentes prædictos, vel ipsorum aliquem ad seditionem quomodolibet excitabit, ac rebellionem seu conspirationem per se, vel per alium, seu alios facere, vel procurare præsumpserit, vel ad ea, sive ipsorum aliquod dederit auxilium, consilium, vel favorem, directè vel indirectè, publicè vel occultè, cujuscunque conditionis, ordinis, dignitatis aut statûs Ecclesiastici vel mundani fuerit, etiamsi Patriarchali vel Archiepiscopali, seu Episcopali, vel superiori præfulgeat dignitate, perpetuò sit infamis: ut nec ad testimonium vel alios actus legitimos admittatur. Sit intestabilis, ut nec testandi liberam habeat factionem, vel ad alicujus bona ex testamento, vel ab intestato vocetur. Nullus ei super quocunque negotio respondere, sed ipse aliis respondere teneatur. Nec quævis causæ ad audientiam perferantur illius. Nec valeant ejus sententiæ vel processus. Nullus ei in quacunque causa vel negotio patrocinium præstare præsumat. Nec ipse ad patrocinandum aliis admittatur. Instrumenta confecta per eum, si fortè officium tabellionatûs exerceat, nullam habeant firmitatem, sed potiùs cum auctore damnato damnentur. Dignitatibus, officiis, & beneficiis Ecclesiasticis, vel mundanis, quæ obtinet, quæcunque sint, & quocunque nomine censeantur, sit eo ipso privatus, ac inhabilis, & indignus ad ea, & quælibet alia in posterum obtinenda. Filii ejus ad nullos honores Ecclesiasticos, vel mundanos, ad nullas dignitates, vel beneficia Ecclesiastica, aut officia publica quomodolibet admittantur. Libertatibus & etiam immunitatibus realibus & personalibus, privilegiis & indulgentiis quibuscunque sub quacunque forma verborum ab Apostolica sede concessis, extunc penitus careant. Vasalli & homines à juramento fidelitatis, & alia quavis obligatione, quibus tenentur eidem, sint penitùs absoluti. Feuda quoque, jura, honores, ac officia, & alia quæcunque bona immobilia, quæ in dicta Provincia Marchiæ, & alibi ubicunque à prædicta Romana obtinent Ecclesia, sint eo ipso penitus confiscata. Aliis verò feudis, juribus, honoribus, officiis, & bonis immobilibus, quæ à quibuscunque aliis tenent Ecclesiis, sint eo ipso privati: quæ sic ad easdem Ecclesias liberè revertantur, quòd de illis earum rectores pro sua voluntate disponant: mobilia verò bona ipsius concedimus fidelibus occupanda. Illud nihilominùs adjicientes nostræ hujusmodi sanctioni, ut sic delinquens excommunicationis sententiæ: Universitas verò, seu communitas, quæ deliquerit in prædictis, ejusque territorium & districtus, interdicto Ecclesiastico subjaceant ipso facto: A qua quidem excommunicationis sententia nullus ab alio, quàm à Romano Pontifice possit absolutionis beneficium obtinere, nisi duntaxat in mortis articulo [a] constitutus. Per hoc autem non adimimus secularibus potestatibus facultatem uti legibus contra talem, quas adversùs sic delinquentem catholici Principes ediderunt. Dignum etenim est, ut quos timor Dei à malo non revocat, pœnarum moles in eos exaggerata compescat. Nulli, &c. nostræ functionis, & sanctionis insuper, &c. Datum Avenion. 8. Cal. Septemb. Anno 3.

[a] *Quia in mortis articulo nulla est casuum reservatio. vide Conc. Trid. sess. 14. c. 7. de casuum reservatione.*

DE SENTENTIA EXCOMMUNICATIONIS, suspensionis & interdicti.

TITULUS XIII.

¶ Taxatio gratiarum sedu Apostolicæ impetratarum, tam cum clausulis consuetis, quam non consuetis, his continetur. Et quot literæ quarumq; distinctæ lineæ compleri debeat, declaratur: ad paupertatem respectus habetur. Contra transgressores pœna suspensionis ab officio usq; ad sex menses, & quandoq; privationis imponitur: & ultra illam abbreviatoribus sententiam excommunicationis Papa comminatur.

CAP. UNIC.

CUm ad sacrosanctæ Rom. Ecclesiæ sinum, velut ad matris ubera, referta dulcedine, ac ad Romani Pont. Christi Vicarii successorisque Petri clementiam, tanquam ad patris plenam providentia pietatem, orbis terrarum, & qui habitant in eo, gratiarum spe assiduè confluant universi: indignum credimus nostris fore temporibus, ut quibus nos & Ecclesia ipsa exuberamus in gratiis, deficiamus in donis: ne murmurandi inde præstetur occasio, unde gratitudine necessitas adderat collaudandi: nevé scriptura reddat onustum, quod liberalitas fecerat gratiosum. Qua de re circa literarum nostrarum scripturas, registri quoque nostri, nec non abbreviatorum Rom. curiæ notas, illam in taxando volumus moderationem apponi, quâ personæ, quibus gratiæ hujusmodi conceduntur, se gratias ipsas ab Apostolica sede liberaliter sentiant consecutas: ac literarum ipsarum scriptoribus, registri etiam nostri, notariumque abbreviatoribus antedictis, qui interdum in eis etiam multo labore desudant, de suo labore congruè satisfiat. Ad tollendos igitur excessus, difficultates, circuitus & anfractus, qui possent ex variis literarum Apostolicarum taxationibus provenire, sancimus ut modus subscriptus in hujusmodi taxationibus observetur: videlicet quòd litera gratiæ cum clausulis consuetis super canonicatu, & præbenda, & alio beneficio Ecclesiastico, cum cura vel sine cura, vacante vel vacaturo, etiamsi dignitas, officium, vel personatus existat, decem Turonen. grossis & non ultrà taxetur: executio verò ejusdem 12. Turonensibus & non ultrà taxetur: & idem in similibus literis beneficialibus gratiosis, putà super Prioratu aliquo, administratione & hujusmodi, ac executoriis earundem servari debebit. Si verò eisdem literis gratiæ, & executoriis earundem (ut suprà) aliquæ clausulæ non communes, vel insolitæ apponantur circa taxationem clausularum hujusmodi congruè poterit sic distingui: videlicet quòd non habeatur consideratio in eisdem majoris vel minoris gratiæ ejus, quod conceditur, nec quod ipsius sint majores vel pauciores fructus, reditus & proventus, & ex hoc plùs minúsve taxetur, sed habeatur in taxando illa consideratio ad laborem, ut scilicet longior scriptura magis, & minùs brevior æstimetur: hoc tamen circa hujusmodi clausulas apponendas addito moderamine in taxando, ut si scriptura clausulæ appositæ non faciat lineam, nec ipsa clausula literæ taxationem augmentet. Si verò per se, vel saltem aliis additæ clausulis faciat lineam, in quarta parte Turonen. grossis taxetur: & sic pro qualibet linea hujusmodi additæ

[a] *Vide Innoc. VIII. in regul. 66. ubi dicit, quòd camera Apost. est mater pecuniarum. Vide eundem in regul. 46.*

ditæ clausulæ in taxando quarta pars grossi Turon. addatur, & si quid superfuerit, & minus lineâ, illud superfluum nec taxationem immutet. Lineam autem, quæ centum & quinquaginta literas, seu XXV. continet dictiones, intelligi volumus in hoc casu: & ut taxatio hujusmodi (dum exempla ponuntur) quodammodò procedat, insertâ illâ clausulâ: Verùm ne sub eo prætextu, &c. quæ quatuor continet lineas, uno Turon. grosso taxetur. Illa etiam clausula: Præbendam verò ac dignitatem, quæ cum acceptatione reservat, quæ quatuor & paulò plus continet lineas, uno Turon. grosso taxetur: & in similibus clausulis additis, secundùm linearum numerum idem fiat. Eandem taxationem cum moderamine antedicto, quoad præfatas literas in registro nostro servari volumus, cùm fuerint registrandæ. Eandem etiam taxationem quoad præfatarum literarum notas, scilicet gratiæ cum antedicto numero Abbreviatores observent. De executoriis verò hujusmodi gratiarum Abbreviatores ipsi, etiamsi clausulæ non communes vel insolitæ apponantur eisdem, duos tantùm recipiant Turonen. Hoc licèt sic in taxatione prædictarum literarum observari velimus, in forma tamen pauperum deferri volumus paupertati, & nostram taxationem in illa, videlicet octo Turon. grossi inviolabiliter observari: nam beatum fore virum, qui super pauperem & egenum intelligit, verbis propheticis [a] edocemur. Circà taxationem autem literarum, quæ per audientiam transeunt, nihil ad præsens aliud duximus ordinandum, sed rationabilis modus observetur in illis, qui solitus est hactenus observari: maximè secundùm taxationem literarum ipsarum, quæ in libro provinciali invenitur esse conscripta. In quarum taxationibus literarum ex causis rationabilibus sustinemus, ut Turonens. grossi quamdiu scilicet Romana curia extiterit citra montes, Romanino succedat. Cæterùm ubicunque de Turon. grossi in taxationibus præfatis fit mentio, intelligi volumus, quamdiu curia fuerit citra montes. Si verò ultra montes, Romæ scilicet, vel in aliis locis, vel Italiæ partibus curia ipsa constiterit, in taxationibus antedictis Romaninus pro Turonen. ponatur. Ad hæc prædictæ nostræ adjicimus sanctioni, ut si forsan (quod quandoque contingit) eveniat, videlicet quòd non culpâ, negligentiâ, vel defectu scriptoris, vel ex ignorantiæ cœcitate, aut torpore defidiæ, vel ex occupatione, distractione, aut aliâ quâvis occasione Abbreviatoris, qui notam, ex qua litera grossa procedit, ineptè formaverat, eadem grossa literis gratis fuerit rescribenda: hoc ipsi scriptori, vel illi, cujus litera hujusmodi fuerit rescribenda, non noceat, sed Abbreviatori debeat imputari, in tantum, ut eidem scriptori Abbreviator ipse satisfaciat integrè, juxta taxationem ejusdem grossæ literæ rescribendæ. Cæterùm ut prædicta, quæ à nobis pro utilitate publica sunt instituta salubriter, eò diligentiores sui observatores inveniant, quò transgressores ipsorum majori noverint se pœnâ percelli: statuimus, ut præfati omnes & singuli, tam literarum nostrarum, quàm registri nostri scriptores, quàm Abbreviatores notarum ipsarum (quibus etiam Abbreviatoribus specialiter ultra infrà scriptas pœnas, quatenus prædictas taxationes observent, sub excommunicationis pœna mandamus) qui contra præmissa fecerint, plus scilicet præfatas nostras benificiales literas, vel notas ipsarum, vel earundem in dicto registro scripturas taxando, exigendo vel recipiendo pro ipsis, quàm superiùs sit taxatum: usque ad semestre tempus officio, in quo sic deliquerint, sint eo ipso suspensi. Et si secundò deliquerint in eodem, ipso facto eodem officio (quod quantùm in ipsis fuerat, maculare conati sunt) perpetuò se privatos agnoscant. Nulli ergò liceat, &c. Datum Aven. 4. Idûs Decembr. Pontificatûs nostri Anno primo.

a *Psalm. 40.*

DE VERBORUM SIGNIFICATIONE.

TITULUS XIV.

CAP. I.

¶ Cùm fratres Minores indumentis vilibus secundùm eorum regulam debeant indui, de qua vilitate sit intelligendum, hoc relinquit judicio superiorum, præcipiens sub pœna excommunicationis illis obediri, & reprehendens fratres, qui pro arbitrio suo habitus curtos, strictos, & novitatis plenos portabant, qui transgressores regulæ non dicentur, si in hoc superioribus obsequuntur. Superiores etiam arbitrari poterunt, an habenda sint granaria & cellaria pro necessariis ad victum colligendis. Tandem fratres ipsos hortatur ad obedientiam, quam dicit paupertati & castitati esse præferendam. h. d. & est valdè notabilis. Concur. c. Exiit qui seminat. eod. tit. lib. 6. & Clem. Exivi de paradiso. eod. tit.

QUorundam exigit cœcæ scrupulositatis ambiguum, ac ipsorum quodammodò indocta scientia (ne dixerimus, quòd irreligiosa horum sit vana, & in hoc superstitiosa religio) ut dum suis mavult temerè sub conscientiæ velamento conceptibus, quàm prælatorum ordinis sui eum obedientiæ merito providè inhærere sententiis, nos post prædecessorum nostrorum, & præsertim felicis recordationis Nicolai quarti, ac piæ memoriæ Clement. V. Romanorum Pontificum super intellectu & observantia regulæ ordinis fratrum Minorum, declarationes salubriter editas, solidas quidem & claras, & lucidas multaque maturitate digestas, nostras Domino favente indubitas ipsorum prædecessorum declarationibus declarationes adjungamus: sicque dies [a] diei eructet verbum, & nox nocti scientiam manifestet, ne perperàm pancorum dicti ordinis fratrum (quod absit) insitia, recta ipsarum declarationum verba convertens in devium, illaque suis eis profectò contraria accommodans sensibus, ingrata Deo, superioribus contumax, præfato ordini detrahens, odiosa confratribus, unionem scindens, si valeat, reddatur, aegrave in populo scandalum allatura, quin potiùs (ut nostra vehementer flagitat intentio) antedictis profugatis incommodis, hæc sancta Minorum fratrum religio, ad quam jamdudum (cùm minor nos gradus haberet) dilectionis & devotionis fervor incanduit, cunc verò post susceptum à nobis Apostolicæ servitutis jugum, ad illius religionis gubernationem, protectionem, defensionemque interiùs exteriusque propitiam pastoralis curæ solicitudo nos angit, paternæ cogit providentiæ debitum, ac internæ charitatis zelus accendit, quietâ pace gaudeat, sancto proficiat otio, in numero ac merito, quàm & plurimùm augeatur, blandeque in redeuntium filiorum suæ scilicet professionis ruat oscula, mactet vitulum, eorumque liberis, & sedula corruat in amplexus: profectò cum ipsius religionis odor trahat, charitas attrahat, scientia lucidet, oratio mereatur, quæ in convalle lachrymarum, hujus scilicet mundi miseria, vel cordis contritione & humiliatione puriſſima ascensiones in corde suo disposuit, ut non solùm in virtutem de virtute proficiat, sed in eisdem virtutibus permanens, quasi quibusdam harum ad profectionem tendentibus gradibus, de die in diem facta se melior ascendat in altius, terrena despiciat, ac cœlestia complectatur: sicque tandem divino numine collocata in patria, tanto Deum secundùm hujus sanctæ ascensionis gradus cognoscat apertiùs, quantò nunc in hujus peregrinationis angustiis illos conscenderit altiores. Nam secundùm David Prophetam eximium, dum sanctam Ecclesiam Deus susciperit, in ejus gradibus

a *Psalm. 18.*

dignoscetur. Quapropter tantis incommodis tantisque ejusdem ordinis excitati periculis, ac ad illa salubribus & opportunis per ejusdem sedis providentiam circumspectam adhibendis summovenda remediis, nostræ solicitudinis studium convertentes ad Dei laudem, beati Francisci præconium, ejusque præfati ordinis pacem, consolationemque fidelium, necnon minùs cautis, minusque habentibus inobediendi vel evagandi occasionis subducendam materiam, ad trepidandum ubi timor non aderat, scrupulosam caliginem detergendam, eosque suaviter deducendos, ut filios ad ipsius religionis gremium velut matris. Diligenti super his perscrutatione & maturâ deliberatione prahabitis, de fratrum nostrorum consilio, infrascriptos declarationes, commissiones, ordinationes, & præcepta, quæ inferiùs inseruntur, duximus adjungenda. Inprimis cùm dicatur in regula, quod illi, qui promiserunt obedientiam, habeant unam tunicam cum caputio, & aliam sine caputio, qui habere voluerint. Item quòd fratres omnes vestimentis vilibus induantur, & super prædictorum verborum sensu à præfatis prædecessoribus nostris Nicolao & Clemente declarationes (ut præmittitur) limpidæ emanârunt: dictusque Clemens hujus vilitatis judicium ministris, custodibus, seu gardianis ordinis prædicti duxerit committendum, eorum super hoc conscientias onerando: nec ob hoc in quibusdam ex fratribus antedicti ordinis, volentibus plus sapere quàm oportet sapere, novarum adinventiones ambiguitatum cessâvêre quamplurimæ, vel non omninò non vetustarum explicatio quæstionum, tam videlicet super longitudine & latitudine, quàm grossitie & subtilitate, forma & figura vestimentorum ipsorum: quinimò adeo hujusmodi adinventiones & quæstiones propriâ excrevêre licentiâ, ut ex eisdem fratribus aliqui habitus propterea curtos, strictos, inusitatos & squalidos, novitate plenos, ac dissidii non ignaros, cùm à communitate ordinis discrepant, assumerent, nec eos ad ministrorum, custodum, gardianorum eorundem mandatum requisiti deponerent, nec alios prout ejusdem ordinis communitas deferebat habitus, juxta eorundem ministrorum, custodum, & gardianorum arbitrium ducerent resumendos, dicentes in hoc eorundem Prælatorum suorum non parendum fore arbitrio: cùm & suum sic despectum regularem & cruciformem assererent, cæterorum verò superfluum habitum irregularemque censerent: Nec huic eorum opinioni præfati Clementis declarationem sæpius repetitam obesse. Nam licèt ministris, custodibus & gardianis præfatis vestium vilitatis detur in illa judicium, tamen inibi consequenter adjungitur: ita tamen, quòd vilitatem in vestibus servent: præsertim cùm & in declaratione prædicti Nicolai dicatur, quòd semper in eisdem fratribus & eorum actibus paupertas sancta reluceat, prout ipsis ex eorum regula invenitur indicta: ac constitutionibus ejusdem ordinis generalibus caveatur (ut asserunt) quòd in omnibus, quæ ad habitum fratrum spectant, reluceat semper asperitas, vilitas, & paupertas: unde cùm nec paupertatis, vel vilitatis oblatæ per ministros, custodes, & gardianos vestes existerent, nec ipsorum superiorum ordinis sui in deponendo vestes, quas gererent, nec in reassumendo, quas darent, sequi judicium ullatenùs tenebantur a, generali ministro & cæteris fratribus, qui pro communitate ejusdem ordinis aderant suis rationibus (quas brevitatis causâ omittimus) contrarium asserentibus ex adverso: prout hæc & alia hinc inde coram nobis & eisdem fratribus nostris scripto lecta, verboque fuêre proposita, ac etiam coram aliquibus ex fratribus nostris prædictis super hoc deputatis à nobis, præsertim per aliquos ex fratribus dicti ordinis, qui in prædictis communitatibus adversabantur eisdem, fuerunt pluries repetita. Quocirca nos seriosius rationibus prædictis auditis & aliis, illisque plenius intellectis, volentes perpetuum præfato finem dare negotio, de prædictorum fratrum nostrorum consilio declaramus & dicimus, quod cum (sicut prætangitur) dicatur in regula, quòd fratres omnes vestimentis vilibus induantur, & cùm vilitatem hujusmodi vestium, tam habitûs, quàm interiorum tunicarum, illam præfatus Clemens intelligi debere decreverit, quæ secundùm consuetudinem vel conditionem patriæ debeat, quantùm ad colorem panni & pretium, vilitas merito reputari, atque consequenter hujus vilitatis judicium ministris, custodibus, seu gardianis prædictis (ipsorum super hoc conscientias onerando a) duxerit committendum, prout in ejusdem Clementis litteris super hoc confectis plenius continetur: in eorundem ministrorum, custodum, seu gardianorum eodem modo judicio est relictum. Nosque nihilominùs præfatorum ministrorum, custodum & gardianorum judicio præsentium auctoritate committimus, determinare videlicet, arbitrari atque præcipere, cujus longitudinis & latitudinis, grossitiei & subtilitatis, formæ sive figuræ, atque similium accidentium esse debeant tam habitus, ipsorumque caputia, quàm interiores tunicæ, quibus fratres omnes Minores dicti ordinis induuntur, ac insuper cujus quantæque vilitatis indui eos ipsis vestimentis oporteat, & an in vestimentis hujusmodi secundùm regulam & declarationes eorundem prædecessorum nostrorum, & præfatas ordinis constitutiones, reluceat asperitas, vilitas, & paupertas: utrumne quantum ad colorem, vilitatem, paupertatem quoque, ac cætera b accidentia supradicta fratres vestimentis induantur, ut debent: super quibus eorundem ministrorum, custodum, & gardianorum conscientias oneramus: Statuentes & districtè præcipiendo mandantes, quòd in prædictis & his similibus eorum arbitrium, determinationem sive judicium, generalis quidem in totius ordinis, provincialium verò in provinciarum ministrorum ac custodum, & gardianorum administrationibus, custodiis ac gardianiis, sive consimilibus ordinis memorati commissis eisdem fratres omnes & singuli sequi omnimodè, illisque paréte pe omnia teneantur. Ac insuper quòd illorum sequendo arbitrium, determinationem sive judicium, illisque parendo, nec sint, nec dici possint vel debeant, nec ipsi seipsos autument suæ regulæ vel constitutionum sui ordinis transgressores, maximè cùm nec expresè vel determinate in prædicta fratrum Minorum dicatur regula vel declarationibus antedictis, quantæ longitudinis, quantæ latitudinis, quantæ grossitiei vel subtilitatis, qualis formæ, qualisve figuræ hujusmodi debeant esse vestes, sicut nec qualis quantæque vilitatis eas esse oporteat, exprimitur in eadem: sicque quodammodo eâdem urgente necessitate, æquitate non impari, vero sensu, veroque id regulæ inadentibus intellectu, ejusdem Clementis inhærentes vestigiis præfatorum ministrorum, custodum, & gardianorum in prædictis, horumque similibus fore judicium, declarare compellimur, illaque eis (ut prædicitur) committere invitamur. Non enim particularium omnium certa potest dari scientia, neque eorum (cum infinita sint) contingit fieri disciplinam, non ars, non regula circumstantias singulas, accidentiaque cuncta complectitur: ha-

a *Videl si verò §. de viro, in 7 fallentia ff. sol. mat. & l. 2. C. de nox. al. oll. Bart. in l. omnes §. 9. principali ff. de pœn. & jur. Panor. a solita 1. Abb. de majoritate & obed. Font.*

a *Vide hîc quæ ego notavi in c. statutum, in §. assessorem. super gl. relinquat. de resir. l. 9. Font.* b *Nota hic expressum, quòd cui competit cognoscere de principali, competit etiam cognoscere de iis, quæ consequenter accidunt. vide gloss. fin. inf. eod. in extravag. ad conditorem. Font.*

bent

bent in illis minores majoribus obsequi, illisque intendere, non in certis solùm, verùm etiam in dubiis: & in certis præsunt artibus, quibus obediant, præsunt regulis singulis, quibus obtemperent disciplinis, ut illarum finis egregius debitis obsequentium ministeriis subsequatur. Sic judicans cuncta rimatur & discutit, leges casibus applicat, canonum decreta secernit: sic morbis aggravatus Medicum, sic virtus constans in medio, sapientem prudentemque deposcit: ne si quisque regatur, ut appetit, confestim corruat, ut non quærit, neque taliter conviventibus non ordo, sed horror inhabitet: adsit (quod absit) discordia: religans religio relegetur: sententiæ namque variantur, ut capita, & crescit in stolidis opinionibus phantasia. Eodem modo, eisdemque quodammodò rationibus invitati, cùm præfatorum ministrorum, vel custodum sub certa forma, simul scilicet & separatim in suis administrationibus & custodiis, cum a gardiani & duorum de Conventu loci discretorũ Sacerdotum & antiquorum in ordine fratrum consilio & assensu, præfatus Clemens judicio duxerit relinquendum, an sit multùm credibile ex jam expertis, quòd fratres ipsi absque granariis & cellariis non possint vitæ necessaria invenire: quo casu granaria & cellaria, congregationes & conservationes hujusmodi eis ipse concessit, prout in prædictis ej sdem Clementis literis plenius continetur. Nos de prædictorum fratrum nostrorum consilio eorundem ministrorum & custodum sub eadem forma judicio præsentium auctoritate committimus, determinare videlicet, arbitrari atque præcipere eo casu qualiter, ubi, & quando, & quoties granum, panem & vinum pro vitæ fratrum necessariis, fratres ipsi quærere debeant, conservare sive recipere, eisdem reponenda sint in prædictis granariis & cellariis conservanda: Statuentes & districtè præcipiendo mandantes, quòd in prædictis & his similibus eorundem arbitrium, determinationem sive judicium generalis quidem in totius, provincialium verò in provinciarum, ministrorum ac custodum simul & separatim administrationibus & custodiis ordinis memorati commissis eisdem, cum gardiani tamen (ut suprà prædicitur) & duorum de Conventu loci discretorum Sacerdotum & antiquorum in ordine fratrum consilio & assensu, fratres omnes & singuli obsequi omnimodè, illisque parére per omnia teneantur: Ac insuper quòd illorum sequendo arbitrium, determinationem sive judicium, illisque parendo, nec dici possint vel debeant, neque ipsi seipsos autument suæ regulæ vel constitutionum sui ordinis transgressores. Ideoque omnes & singulos fratres antedicti ordinis Minorum, qui strictos, curtos & difformes habitus ab ipsius generalis ministri, & aliorum de dicta communitate habitu coram nobis & fratribus nostris, & aliis in Romana curia detulerunt, vel deferunt, monemus & hortamur in Domino, eis nihilominùs in virtute sanctæ obedientiæ & sub excommunicationis pœna per Apostolica scripta mandantes, quatenus ad mandatum ipsius generalis deponant, quos deferunt habitus, & aliis juxta ejusdem generalis arbitrium, determinationem sive judicium (ut suprà prædicitur) induantur: Ipsique generali in omnibus istis & aliis, & per omnia secundùm beati Francisci regulam & prædictas prædecessorum nostrorum declarationes, concessiones, & commissiones, in ipsis declarationibus comprehensas, & nostras contentas in præsentibus, humiliter obediant, pareant & intendant: non obstantibus quibuscunque privilegiis, indulgentiis, literis, libertatibus, immunitatibus, vel exemptionibus, eis, vel alicui ipsorum à præfato Clemente concessis, vel appellationibus ab eis vel ipsorum aliquo ad sedem Apost. interjectis, quæ (in quantum possent derogare præsentibus) viribus vacuamus. Religio namque perimitur, si à meritoria subditi obedientia subtrahantur: magna quidem paupertas, sed major integritas, bonum est obedientia maximum, si custodiatur illæsa: nam prima rebus, secunda carni, tertia verò menti dominatur & animo, quos velut effrænes & liberos ditioni alterius, humilis jugo propriæ voluntatis adstringit. Ad hanc itaque fratres prædicti non inviti, sed sponte redeant, hanc velint & appetant, hanc magnis desideriis concupiscant, illudque votis Canticorum a ingeminent. Osculetur me osculo oris sui, charitatis utique & dilectionis, religionis hujus obedientia sancta purificans: nam meliora sunt ubera tua, præceptorum siquidem & consiliorum quædam nutrientia pocula, vino, unguentis optimis, scilicet bonæ famæ fragrantia suavitatis odorem. Nec formident hi ad obedientiam ordinis Deo auctore, dum redeunt: nam Prælatos suos (ut firmiter speramus, eisque injungimus) sibi benignos & mites invenient, cæteros dulces atque palpabiles, cùm sint & esse debeant omnes & singuli fratres in Christo, & clamitent: Quis mihi det te fratrem meum, communi scilicet patre beato Francisco congenitum, sugentem ubera matris meæ, religionis utique & professionis ejus velut matris contemplationis & electionis suavia & dulcia pocula, ut inveniam te foris ab ejusdem observantiis quodammodò disparem, & deosculer blandè, videlicet intra charitatis viscera te complexus: & jam me, imò & te, nemo despiciat, profectò quos foris positos multi, ac si divisos & desides fortassè desperarant, intus, putà intra dilectionis internæ præcordia & conformis observantiæ claustra repositos, jam nemo despiciat, sed suscipientes eosdem dulcedine quisque dignè laudibus efferet, & susceptos. Nulli ergò, &c.

a Vide Bart. in l. 1. §. si pbures. ff. de instit. Ioan. And. & post num Alber. in re. nullus ex consil. de reg. jur. lib. 6. de materia hujus text. est gl. posita in Clem. exivi. §. rursus.

CAP. II.

¶ Præmisse qualiter glossantes decretalem, Exiit qui seminat. eod. tit. lib. 6. excommunicationem ipso facto non obstantibus quibuscunq; privilegiis incurrunt, illam excommunicationem usque ad sedis Apostol. beneplacitum suspendit: & per istam suspensionem contra fratres Minores obloquendi non intendis tribuere occasionem.

QUia nonnunquam, quod conjectura profuturum credidit, subsequens experientia nocivum ostendit, non debet reprehensibile judicari, si canonum conditor, canones à se vel suis prædecessoribus editos, vel aliqua in eisdem contenta canonibus revocare, modificare vel suspendere studeat b, si ea obesse potiùs viderit, quàm prodesse. Sanè dudum felicis record. Nicolaus Papa quartus prædecessor noster, quandam constitutionem declarativam, quæ incipit, Exiit. super regula dilectorum filiorum fratrum ordinis Minorum, quam beatus Franciscus almus confessor instituit, promulgavit, sub certis pœnis arctiùs interdicens, ne concordantiæ, contrarietates, seu adversæ vel diversæ opiniones ab ipsius constitutionis lectoribus seu expositoribus aliquatenùs inducantur, nec super constitutione glossæ fiant ab aliquibus, nisi forsan, per quas verbum, vel sensus ipsius, vel ipsa constitutio quasi grammaticaliter & ad literam exponatur, nec intellectus ipsius per legentem distorqueatur ad aliud, quàm constitutionis ejusdem litera ipsa sonat: glossantes autem in scriptis constitutionem eandem aliter, quàm superiùs est expressum, facientes quoque commenta, scripturas seu libros, & ex certa scientia & deliberatione determinantes in scholis, seu prædicantes contra contenta in constitutione prædicta, vel aliqua seu aliquod prædictorum (non obstantibus aliquibus privilegiis seu

a Cant. 1. b Vide qua notavi in cap. alma mater. de sent. excommun. l. 6. Font.

indulgentiis aut literis Apostolicis, quibuscunque personis, dignitatibus, ordinibus, aut locis religiosis vel secularibus generaliter vel singulariter sub quacunque forma vel expressione verborum concessis: quæ noluit aliquibus in prædictis quomodolibet suffragari) ipso facto excommunicationis sententiæ voluit subjacere. Nos autem attendentes, quòd argumentis frequenter & collationibus latens veritas aperitur a, quodque sub eadem litera sæpè latet multiplex intellectus, nec non esse difficile, volentibus constitutionem prædictam perfectè legere ac intelligere, pœnas adjectas in constitutione hujusmodi devitare: viam veritatis aperire volentes, & periculis, quæ ex prædictis possent literatæ personæ præcipuè scholasticæ incurrere, salubriter obviare, præsertim cùm de novo suborta sint aliqua dubia, circa quæ posset periclitari veritas, & erroribus via pandi, nisi liceret conferre super contentis in constitutione hujusmodi & disputare: prohibitiones & pœnas prædictas tam latas, quàm comminatas, & earum effectus, in fratrum nostrorum ac multorum Archiepiscoporum, Episcoporum, & aliorum Prælatorum, nec non multorum professorum utriusque juris, & multorum sacræ Theologiæ magistrorum præsentia, dum consistorium teneremus, auctoritate Apostolicâ duximus usque ad sedis Apostolicæ beneplacitum suspendendas. Per suspensionem autem hujusmodi nequaquam licentiam cuiquam intendimus impertiri, quòd contra fratrum regulam prædictorum dogmatizare, scribere seu determinare, prædicare seu pravè loqui liceat publicè vel occultè: quinimò hæc omnibus & singulis auctoritate prædictâ districtiùs inhibemus. Ne autem in posterum præmissarum prohibitionum & pœnarum suspensio in dubium revocari valeat, aut alicui propter defectum probationis impingi, quòd velut transgressor prohibitionum ipsarum in pœnam seu pœnas inciderit antedictas: Nos volentes super hoc de opportuno remedio providere, chartas seu membranas suspensionem continentes eandem, appendi seu affigi in majoris Ecclesiæ Avenionostiis, seu superliminaribus faciemus, quæ suspensionem prædictam suo quasi sonoro præconio & patenti indicio publicabunt. Dat. Aven. 7. Cal. April. Anno 6.

CAP. III.

¶ Dominium rerum, quæ pervenebant ad fratres Minores, retentum ab Ecclesia Romana, simplici usu facti fratribus ipsis reservato in ea. exiit qui seminat. eod. tit. lib. 6 summus pontifex refutat: multiplici ratione probans eos non posse habere in re aliqua simplicem usum facti: & statuit quod de cætero nullum jus nullumve dominium habeat Ecclesia Romana in hujusmodi rebus, quæ in posterum conferentur vel offerentur ipsis fratribus. Hæc extravagans est multùm jurídica, & subtilis in pleriisque locis, præsertim ubi probat usum simplicem non posse constare in rebus usu non sumptibilibus.

AD conditorem canonum non est dubium pertinere, cùm statuta à se vel prædecessoribus suis edita obesse percipit potiùs, quàm prodesse, ne ulteriùs obesse valeant, providere. Dudum siquidem felicis record. Nicolaus quartus prædecessor noster, attentè prospiciens in almi confessoris beati videlicet Francisci regula contineri, quòd nihil sibi approprient, neq; domum, neque locum, neque rem aliquam aliam sui ordinis professores, ac considerans diligenter, quòd per piæ recordationis Gregorii Papæ IX. & nonnullos alios prædecessores ejusdem fuerat declaratum, hoc debere servari, tam in speciali, quàm in communi: necnon & considerantes attendens, nonnullos fratribus ipsis detrahere, impingentes eisdem, quòd regulam & declarationes hujusmodi non observabant, pieque considerans ora contra præmissos fratres oblatrantium claudere, ac professorum ipsorum conscientiis providere, inter alia ordinavit & sanxit, omnium utensilium & librorum, rerumque mobilium, & præsentium, & etiam futurorum, Ecclesiarum quoque & oratoriorum ac cœmeteriorum tam præsentium, quàm etiam futurorum, necnon & aliarum emptarum, & eleemosynis divinis oblatarum seu concessarum dictis fratribus (in quibus tamen offerentes seu concedentes ipsa nihil in ipsis sibi ducerent reservandum) proprietatem & dominium plenè ac liberè ad se & Romanam Ecclesiam pertinere, ipsa in se recipiens ac antedictam Ecclesiam, simplici usu facti duntaxat in rebus & bonis hujusmodi reservato fratribus antedictis. Et quia nonnunquam libros, & alia mobilia suprædicta vendi expedit, seu etiam commutari, fratribus ipsis in eadem ordinatione concessit, ut res ipsas cum rebus aliis, quarum usum habere licet ipsis fratribus (dummodò generalis, & provincialium ministrorum conjunctim vel divisim auctoritas intercederet) possent liberè commutare. Sed & quia fratribus ipsis pecuniam per se vel per alium recipere ipsorū regula districtiùs interdicit, voluit & concessit, quòd si vendi contingeret res mobiles antedictas pretio æstimato, quòd hujusmodi pretium per procuratorem deberet recipi, à præfata sede, vel Cardinali gubernatore ejusdem ordinis deputandum, per procuratorem eundem in rem licitam, cujus usus esset permissus ejusdem ordinis fratribus, expendendum: hoc adjecto, quòd possent de vilibus rebus mobilibus, vel parùm valentibus fratres ipsi pietatis seu devotionis intuitu, vel pro alia honesta causa, & rationabili (obtentâ tamen super hoc superiorum suorum licentiâ) intra vel extra dictum ordinem ordinare. Quanquam autem piâ consideratione motus prædecessor noster ordinavit, suprædicta illa dicto ordini existimans profutura: ipsa tamen attento modo utendi fratrum ipsorum ac dictæ Ecclesiæ subsecutâ patientiâ circa ipsum non profuisse, sed potiùs tam ipsis fratribus, quàm multis aliis obfuisse, subsequens magistra rerum experientia noscitur declarasse. Ipsis quidem fratribus quantum ad statum perfectionis nequaquam profuit reservatio dominii suprædicta: cùm enim perfectio vitæ Christianæ principaliter, & essentialiter in charitate consistat, quæ ab Apostolo perfectionis vinculum dicitur, & quæ unit seu jungit aliqualiter in via hominem suo fini: ad quam per contemptum bonorum temporalium, & ipsorum expropriationem via disponitur, per hoc præcipuè, quod solicitudo, quam temporalia in acquirendo, conservando, & dispensando exigunt, quæ plerunque ab actu charitatis retrahit, amputetur: restat quòd si solicitudo eadem post expropriationem hujusmodi quæ ante ipsam inerat, perseveret, ad perfectionem hujusmodi talis expropriatio valeat nihil conferre: constat autem, quòd post ordinationem prædictam non fuerunt in acquirendis ac conservandis bonis prædictis in judicio & extra minùs soliciti, quàm ante illam fuerant fratres ipsi, quanquam sint religiosi mendicantes alii, habentes aliqua in communi. Adhuc nec utique profuit dictis fratribus ordinatio suprædicta, quantum ad hoc, quòd propter carentiam talis proprii se pauperiores dicere valeant, quàm si res ipsas cum illo (quo carere se dicunt) dominio obtinerent. Licèt etiam prædecessor noster prædictus dominium earum rerum, quæ ipsis fratribus offerri seu conferri, aut aliàs obvenire contigerit, quarum tamen usum facti duntaxat habere licet ordini, vel fratribus antedictis (usu facti simplici prædictis fratribus reservato) in se Romanamq; Ecclesiam recipiendum duxerit, ac liberè pertinere decreverit, ut superiùs est expressum: attento tamen ipsorum fratrum utendi modo, & ejus effectu, ac patiçu-

a *De utilitate disputationis omninò vide Sylvam nuptialem Joannis de Nevizan in prin. Fest.*

tientiâ circa modum ipsum Romanæ Ecclesiæ subsecutâ, non ipse usus fratrum dici debet, sed potiùs Romanæ Ecclesiæ dominium esse simplex. Quis enim simplicem usuarium dicere poterit, cui rem usuariam licet permutare, vendere ac donare? proculdubio hæc naturæ repugnare noscuntur, nec ad usuarium pertinere, quæ tamen de rebus mobilibus antedictis faciunt fratres ipsi. Quòd autem dominium Romanæ Ecclesiæ reservatum simplex censeri debeat, ex hoc patet, quòd ex illo nullum eidem Ecclesiæ temporale obvenit hactenus commodum, nec speratur, quòd obvenire debeat in futurum, cùm nec intentio reservantis, nec fratrum ipsorum fuerit, quòd ad quemcunque alium, quàm ad fratres dictarum rerum perveniret compendium: quod proculdubio modus utendi fratrum ipsorum, & Romanæ Ecclesiæ subsecuta patientia evidenter declaravit. Et quòd talis intentio fuerit ordinantis, & ex hoc patet, quòd illarum rerum sibi, & Ecclesiæ Romanæ dominium duntaxat retinuit, quarum usum facti liceret habere ordini, vel fratribus antedictis: talis autem dominii carentia re in præsenti, ac spe in futurum omnimodo denudati, quoad paupertatem temporalem, quam altiorem (præ mendicantibus aliis in communi habentibus) sibi vendicant dicti fratres, pauperiorem non efficit non habentem. Quòd autem a quoad res, quæ usu consumuntur, non sint censendi usuarii fratres ipsi, ex sequentibus liquet satis: dicere siquidem, quòd in talibus rebus usus juris vel facti separatus à proprietate rei seu dominio possit constitui, repugnat juri, & obviat rationi, nec prædecessoris nostri prædicta fuisse videtur intentio, Romanæ Ecclesiæ talium bonorum dominium reservare. Quis enim sanæ mentis credere poterit, quòd intentio fuerit tanti patris, unius ovi, seu casei, aut frusti panis, & aliorum usu consumptibilium, quæ sæpè fratribus ipsis ad consumendum è vestigio conferuntur, dominium Romanæ Ecclesiæ, & usum fratribus retinere? profectò probabile non videtur, præsertim cùm illorum bonorum duntaxat dominium præfatæ Ecclesiæ reservaverit, quorum simplex usus facti pertinere potest ad fratres dicti ordinis, quod nequaquam potest in rebus usu consumptibilibus reperiri, in quibus nec jus utendi, nec usus facti, separata à rei proprietate seu dominio possunt constitui vel haberi. Et quòd de talibus rebus non intellexerit, evidenter ostendit, dum respondet legi, dicenti, non posse usumfructum à dominio perpetuò separari, ne dominium dominis, semper abscedente usu, inutile redderetur: quæ quidem lex de rebus illis intelligitur, quarum penes unum usus rei, & penes alium dominium possit (licèt inutile) remanere, quod nequaquam in rebus usu consumptibilibus potest esse, cùm in illis per usum vel abusum usuarii substantia talis rei esse desinat, & per consequens proprietas etiam inutilis non subsistat. Cùm enim ususfructus, prout est in re constitutus, qui servitus dicitur personalis, & pro quo reales competunt actiones, nihil sit aliud, quàm jus utendi, nec usus, qui etiam personalis est servitus, sit aliud, quàm jus tantùm utendi rebus alienis salvâ rei substantiâ, id est, jus percipiendi fructus, & utilitatem aliam in totum, vel pro parte suo nomine, qui possunt ex re, in qua ususfructus seu usus constituitur provenire, propter quod proprietas reputatur inutilis, à qua perpetuò abscedit ususfructus, seu usus constitutus rebus, ex quibus ipsis stantibus usufructuario seu usuario nulla possit utilitas provenire: patet quòd ad hoc, quòd talis ususfructus, vel usus in re aliqua constitui valeat, requiritur, quòd ex re illa possint fructus, vel utilitas (salvâ ipsius rei substantiâ) ad fructuarium vel usuarium pervenire. Quòd si nulla ad ipsos posset ex re ipsa utilitas (salvâ rei substantiâ) pervenire, quales res constat esse usu consumptibiles, nequaquam posset in rebus ipsis cuiquam ususfructus vel usus constitui, vel à quoquam haberi. Adhuc nec jus utendi, quod nec est jus in re, nec servitus personalis, sed merè jus personale, pro quo reales actiones non competunt, in rebus talibus, vel rebus ipsis utendi potest constitui vel haberi, cùm & jus tale exigat, quòd ex re ipsa, quæ ad utendum conceditur, tali modo ad usuarium pervenire posset utilitas aliqua, ac cum usu permanere usuarii, substantiâ salvâ rei, quod nequaquam potest (sicut ad sensum potest percipi) in rebus usu consumptibilibus reperiri. Rursùs nec simplex usus, qui nec est servitus, nec pro illo competit jus utendi, in talibus rebus potest constitui vel haberi: cùm enim uti re aliquâ, nihil sit aliud propriè, quàm fructus rei sive utilitatem aliam in solidum vel pro parte recipere, qui ex ea possunt (salvâ rei substantiâ) provenire; restat quòd re illâ uti quis nequeat, ex qua (ejus salvâ substantiâ) nulla sibi provenire potest utilitas, quales res usu consumptibiles esse constat. Ex quibus patet, quòd nec usus, qui est servitus personalis, nec jus utendi, quod non est servitus, sed merè jus personale, nec actus ipse utendi sine jure aliquo possunt in rebus usu consumptibilibus constitui vel haberi, cùm quodlibet præmissorum exigat, quòd ex re ipsa (salvâ rei substantiâ) possit habenti jus utendi, seu utenti ex re ipsa utilitas aliqua provenire, quod utique in rebus nequit usu consumptibilibus reperiri. Nec obviat supradictis, quòd idem prædecess. nost. in ordinatione prædicta etiam illorum, quæ ad vitæ sustentationem pertinent, sibi & Romanæ Ecclesiæ dominium reservârit: hoc enim de rebus illis duntaxat debet intelligi, quæ usu non sunt consumptibiles, sine quibus humana vita non est sustentabilis, quæ utique non sunt pauca. Licèt autem in rebus usu consumptibilibus nec jus utendi, nec ipsum uti possit constitui vel haberi, ipsis tamen poterit jus abuti. Abuti autem (dum tractatur de rebus usu consumptibilibus) pro rei consumptione sumitur, quod ei opponitur, quod est uti. Uti quidem præsupponit, quòd cum usu, salvâ rei substantiâ, maneat, sed abuti exigit, quòd cum actu hujusmodi rei substantia consumatur: cùm abuti nihil aliud, quàm contra naturam usûs uti in hac materia propriè possit dici. Licèt autem quis re usibili absque jure utendi aliquo uti possit, ipsum tamen uti etiam in re tali absque jure utendi, separato à dominio vel conjuncto, nec ab aliquo potest constitui, nec à quoquam haberi. Et quòd talis usus constitui nequeat, ex hoc patet, quòd dare vel constituere quod suum non est, nec ad se pertinet, nemo potest: licèt interdum illud dare possit aliter, quàm sit suum. Actus autem ipse utendi ad utentem pertinet, in quantum quis suorum actuum per liberum arbitrium & voluntatem Dominus dicitur, cùm per hoc illos non exercere valeat, vel etiam exercere: non autem actus ipse utendi ad eum pertinet, qui concedit alii, quod in re sua actum illum valeat exercere: quod utique nihil est aliud, quàm quòd actum suum ad rem concedentis ad actum suum utens valeat applicare. Sicut qui equum suum alicui commodat, non actum equitandi concedit commodatario, sed quòd actum illum in equo suo valeat exercere: quod non est utique actum utendi simplicem concedere sine jure, cùm hæc concedere nihil sit aliud, quàm concedere jus utendi: quod quidem jus utendi separatum à proprietate seu dominio in rebus, quæ usu consumuntur, nequit constitui: ut patet manifestiùs ex prædictis. Præterea quòd simplex usus, id est, sine jure utendi à proprietate seu dominio separatus, etiam in re usibili haberi nequeat, sic probatur: Si enim possit haberi usus talis, aut ante actum ipsum, aut in ipso actu, aut post completum actum hujusmodi haberetur. Quòd autem hoc nequeat fieri, ex hoc patet: quod

a *Vide gloss. positam in Clem. exiv. §. proinde. ver. solutis. videtur dicendum.*

non est, nequaquam haberi potest: patet autem quòd actus ipse, antequam exerceatur, aut etiam dum exercetur, aut postquam perfectus est, in rerum natura non est, ex quo sequitur, quòd haberi minimè potest: licèt enim & ante actum ipsum quis facultatem illam habeat exercendi, per hoc tamen actus ipse in rerum natura, nisi in potentia, non existit: cùm autem actus est in fieri, nec adhuc quòd ipse actus in rerum natura sit, potest dici, licèt pro eo quòd sit in fieri, dici possit: quod enim de actu, qui est in fieri, præteriit, vel futurum est, jam non est in rerum natura, sed in memoria vel apprehensione tantùm est: quare, nisi prout in memoria vel apprehensione tantùm est, haberi nequaquam potest. Quod autem in præsenti sit, momentaneum vel instantaneum est, quod utique magis intellectu quàm sensu percipi potest: unde nec potest haberi pro tunc, nisi pro momento illo seu instanti, in quo càm sit, potest dici actum post actum completum: licèt si ex facto ipso producta res aliqua fuerit, res ipsa aliqua facta haberi valeat, factum tamen ipsum, quod jam transit, nisi in memoria (prout supra dictum est) non habetur. Præterea si simplex usus absque jure utendi haberi possit ab aliquo, constat, quòd non justus esset actus utendi, hujusmodi reputandus: cùm ille usus fuerit, cui jus non competebat utendi: talis autem usus non justus ad perfectionis statum nequaquam pertinet, nec perfectioni aliquid adjicit, sed sibi repugnare potiùs ac detrahere noscitur manifestè. Quòd autem usum non justum conditor canonis fratribus ipsis intellexerit reservare, nequaquam debet aliquis sapiens æstimare: imò quòd de justo intellexerit, ex eo potest evidentiùs apparere, quòd in eadem ordinatione curavit adjicere, quòd illarum rerum duntaxat in se & Ecclesiam Romanam recipiebat dominium, quarum usum facti liceret habere fratribus seu ordini antedictis, subjungens nihilominùs, quòd non rerum omnium usum habere debeant fratres ipsi: quantùm autem ad usum facti simpliciem absque omni jure utendi attinet, nulla rerum quoad fratres differentia est censenda: sic enim uti de facto possunt prohibitis, ut permissis: quare præmissa rerum distinctio ad illum usum facti potiùs est referenda, pro quo ipsis competit fratribus jus utendi: quarundam enim rerum usus fratribus ipsis prohibitus noscitur, & quarundam permissus: ex quo sequitur, quòd usus facti, de quo ordinatio loquitur, de tali intelligi debeat, qui justus sit, id est, pro quo competat jus utendi: & hoc conditor ipse canonis exprimit evidenter, cùm in eadem ordinatione adjecerit, quòd moderatus usus in expressis priùs rebus ipsis fratribus est concessus. Præterea si in rebus consumptibilibus possit usus constitui vel haberi, nequaquam simplex, nec à rei substantia, proprietate, seu dominio separatus usus hujusmodi posset dici, cùm per talem usum, id est, utendi actum, & in ipso actu, & cum ipso actu res consumatur hujusmodi, ac in ipsius rei exerceatur substantia, nec sine rei ipsius consumptione esse valeat usus talis: ex quo patet, quòd usus talis nec simplex, nec separatus à dominio potest dici. Rursùs a nedum fratribus ipsis ordinatio prædicta non profuit, sed etiam occasionaliter honori sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ non leviter detrahit & detraxit. Nunquid non præfatæ Ecclesiæ derogatur honori, si ipsam oporteat nunc in foro Ecclesiastico, nunc in seculari, interdum quoque coram pedaneis judicibus, & plerunque pro rebus parvis & vilibus continuè litigare? Hoc autem notum est fieri, cùm occasione retentionis dicti dominii omnes causæ occurrentes agendo vel defendendo pro bonis hujusmodi nomine Romanæ Ecclesiæ, virtute cujusdam privilegii à fel. record. Martino Papa quarto prædecessore nostro concessi, super hoc agitentur, & (quod gravius est censendum) procuratores causarum hujusmodi multos vexare dicuntur indebite, licèt potestas attributa procuratoribus talibus per privilegium antedictum, quoad administrationem bonorum præmissorum dudum servata non fuerit, nec servetur, quæ omnia in notam & injuriam sanctæ Romanæ Ecclesiæ non est dubium redundare. Adhuc ordinatio antedicta Ecclesiarum Prælatis & Rectoribus gravis existere nimiùm & molesta monstratur. Nunquid non grave præmissis potest existere, quòd ipsos oporteat se opponere sanctæ Romanæ Ecclesiæ, quæ ipsorum caput noscitur & magistra, ac cum ea agendo vel defendendo litigare assiduè, vel cedere juri suo? hoc tamen oportet illos facere, cùm in multis dicti fratres prædictis existere dicantur injurii, sicut multorum Prælatorum & Rectorum diversarum provinciarum adhuc in curia existentium habet insinuatio, qui quidem fratres facta sua per procuratores nituntur defendere antedictos. Nos itaque, qui veritatem tenemur colere, velut ille, qui illius, qui veritas noscitur, licèt immeriti, vicem teneamus in terris, illa volentes in sancta Dei Ecclesia, quæ non verbo obtinent tantùm, sed quæ re potiùs, observari: præmissis in scrutinio rectæ considerationis adductis, ac deliberatione cum fratribus nostris & multis aliis prahabitâ diligenti, dignum arbitrantes & congruum, professores dicti ordinis non verbis tantùm, non simulatis actibus, sed operibus claris, veritate suffultis, perfectioris statûs, ac altioris paupertatis sibi prærogativam præ aliis mendicantibus vendicare, ac nihilominùs honori sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ (cujus obnubilari posset gloria, si tam perversæ simulationi, quæ profectò & ipsis simulantibus officit, & aliis scandali materiam subministrat, dissimulando illi occurrere consentiret) ac insuper volentes indemnitati Prælatorum & Rectorum salubriter super hoc providere, nolentes in posterum sub prætextu seu pallio talis dominii temporalis, verbalis, nudi ac ænigmatici, tanta bona, quanta dicti fratres faciunt, inici, ac fomentum tantis malis, quanta procedunt ex simulatione hujusmodi, ministrare; De fratrum nostrorum consilio hoc edicto in perpetuum valituro sancimus, quòd in bonis, quæ in posterum conferentur vel offerentur, aut aliàs quomodolibet obvenire continget fratribus seu ordini supradictis (exceptis Ecclesiis, oratoriis, officinis & habitationibus, ac vasis, libris & vestimentis divinis officiis dedicatis vel dedicandis, quæ ad ipsos obvenient in futurum, ad quæ se non extendunt adeò inconvenientia supradicta, propter quod constitutionem istam ad illa extendi nolumus) nullum jus seu dominium aliquod occasione ordinationis prædictæ seu cujusvis alterius à quocunque prædecessorum nostrorum super hoc specialiter editæ, Romanæ Ecclesiæ acquiratur, sed quoad hoc habeantur prorsùs ordinationes hujusmodi pro non factis. Res autem in his, quæ absque dictis ordinationibus in bonis prædictis ad dictam Ecclesiam provenire vel pertinere quomodolibet poterant vel debebant, nullum eidem parari præjudicium volumus, sed illa sibi expressiùs intacta & inviolata servamus. Et quia præfatum Martini Papæ prædecessoris nostri privilegium dudum servatum quoad administrationem bonorum præmissorum non extitit, nec servatur: ac ipsorum procuratorum officium, qui nominantur à ministris & custodibus dicti ordinis, Ecclesiæ Romanæ injuriosum, ac multis aliis molestum noscitur, & etiam onerosum: districtiùs inhibemus, ne deinceps pro recipiendis, petendis, extorquendis, defendendis seu administrandis bonis, quæ in posterum fratribus vel ordini prædictis offerri vel conferri, seu aliàs obvenire continget,

a *Vide Bart. lib. 2. minoric. 2. dist. dicentem constitutionem Martini non priùs correctam. adde Baldum relatum per Pet. de Ancharano, in Cleto. Extrav.*

contingat, quisquam nominetur à quoquam, seu constituatur amodò nomine sanctæ Romanæ Ecclesiæ procurator: nec occasione cujusvis privilegii, quicunque administrationem quorumcunque bonorum, quæ obvenire fratribus ipsis, vel ordini contingat in posterum, in judicio vel extra, agendo vel defendendo, supplicando, vel aliàs quomodolibet assumere vel exercere dictæ Ecclesiæ nomine audeat, nisi de sedis Apostolicæ licentia speciali: decernentes irritum & inane, si secùs à quoquam in posterum contigerit attentari: Non obstantibus quibuscunque privilegiis, à Martino Papa prædicto, vel aliis prædecessoribus nostris ipsis fratribus vel ordini, sub quacunque forma vel expressione verborum concessis. Per hoc autem dicti ordinis regulæ in aliquo non intendimus derogare, nec privilegiis fratribus ipsis seu eorum ordini ab Apostolica sede concessis (nisi duntaxat quoad præmissa & ista tangentia) præjudicium aliquod generare. Nulli ergò hominum liceat hanc paginam nostræ sanctionis, inhibitionis, constitutionis & intentionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, &c. Datum Avenion. 6. Idûs Decemb. Pontificatûs nostri Anno 7.

CAP. IV.

¶ *Opinio, quæ asserit Christum, & ejus discipulos nihil habuisse, & in his quæ habuerunt, nullum jus eis fuisse, erronea est & hæretica. Hæc extravagans est valdè notabilis, & glossas habet profundas, quæ sunt ex sacra Scriptura fontibus hausta. Si diligenter extravagantem præcedentem & sequentem inspexeris, locum huic aptum fuisse assignatum, meâ opinione dixeris.*

CUm a inter nonnullos viros scholasticos sæpè contingat in dubium revocari, utrùm pertinaciter affirmare Redemptorem nostrum, ac Dominum Jesum Christum, ejusque Apostolos in speciali non habuisse aliqua, nec in communi etiam, hæreticum sit censendum, diversa & adversa etiam sentientibus circa illud: Nos huic concertationi finem imponere cupientes, assertionem hujusmodi pertinacem, cùm Scripturæ sacræ, quæ in plerisque locis ipsos nonnulla habuisse asserit, contradicat expressè, ipsamque Scripturam sacram, per quam utique fidei orthodoxæ probantur articuli, quoad præmissa fermentum apertè supponat continere mendacii, ac per consequens quantùm in ea est, ejus in totum fidem evacuans, fidem catholicam reddat, ejus probationem adimens dubiam & incertam, deinceps erroneam fore censendam & hæreticam, de fratrum nostrorum consilio hoc perpetuo declaramus edicto. Rursùs in posterum pertinaciter affirmare, quòd Redemptori nostro prædicto, ejusque Apostolis iis, quæ ipsos habuisse Scriptura sacra testatur, nequaquam jus ipsis utendi competierit, nec illa vendendi seu donandi jus habuerint, aut ex ipsis alia acquirendi, quæ tamen ipsos de præmissis fecisse Scriptura sacra testatur, seu ipsos potuisse facere supponit expressè: cùm talis assertio ipsorum usum & gesta evidenter includat, in præmissis non justa, quod utique de usu, gestis, seu factis Redemptoris nostri Dei filii sentire nefas est, sacræ Scripturæ contrarium, & doctrinæ catholicæ inimicum: assertionem ipsam pertinacem de fratrum nostrorum consilio deinceps erroneam fore censendam meritò ac hæreticam declaramus. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam nostram declarationum infringere, vel ausu ei temerario contraire. Si quis autem, &c. Datum Avenion. 2. Idûs Novemb. Anno 7.

CAP. V.

¶ *Reprobatur opinio illorum detractorum, qui præsumunt impugnare constitutiones Ioan. XXII. Ad conditorem canonum, &, Cùm inter nonnullos: suprà immediatè precedentes. Et præmissa responsionibus ad omnes eorum objectiones, tandem declarantur tanquam hæretici & Romanæ Ecclesiæ rebelles, ab omnibus evitandi, si deinceps scienter verbo vel scripto aliquid defendere vel approbare contra illas præsumpserint. Hic habetur sub parte secunda & tertia, de clavium materia, prolixa & utilis disputatio.*

QUia quorundam mentes sic pater mendacii dicitur excæcâsse, quòd nostris constitutionibus, quarum una incipit, Ad conditorem canonum: alia verò, Cùm inter nonnullos: utique tam cum fratribus nostris sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, quàm cum multis Archiepiscopis & Episcopis, aliisque Ecclesiarum Prælatis, necnon & compluribus sanctæ Theologiæ magistris, ac utriusque juris Professoribus deliberatione præhabitâ diligenti digestis, ac de præmissorum fratrum nostrorum consilio promulgatis, non absque multa temeritate plectibili nisi sunt detrahere, & nituntur veritatem, quam continent, per falsas insanias obfuscare: Nos tam perniciosis ausibus, ne eorum doctrina pestifera simplicium animos labefacere, ac in sui erroris devium deducere valeat, de eorundem fratrum consilio decernimus super hoc salubriter (ut sequitur) providere. Ad impugnandas autem constitutiones prædictas suprascriptâ ratione, tam verbo, quàm scripto usi sunt publicè, sicut fertur: illud, inquiunt, quod per clavem scientiæ, in fide ac moribus semel definierunt Romani Pontifices, adeò immutabile perseverat, quod illud successori revocare non licet in dubium, nec contrarium affirmare: licèt de iis, quæ per clavem potestatis ordinaverint, asserant secùs esse. In confirmatione autem regulæ ordinis fratrum Minorum, Honorii tertii, Gregorii noni, Innocentii quarti, Alexandri quarti, Nicolai quarti, prædecessorum nostrorum summorum Pontificum hæc verba asserunt contineri: Hæc est regula Evangelica Christi, & Apostolorum imitatrix, quæ nihil in hoc mundo habet proprium vel commune, sed in rebus, quibus utuntur, habent simplicem usum facti: his addere præsumentes, præfatos summos Pontifices, & multa Concilia generalia per clavem scientiæ definisse paupertatem Christi & Apostolorum constitisse perfectè in expropriatione cujuslibet temporalis dominii civilis & mundani, & sustentationem eorum in solo & nudo usu facti etiam constitisse: ex quibus nituntur concludere, non licuisse, nec licere ipsorum successoribus contra præmissa aliquid immutare. Ideoque cùm constitutio nostra in ratione prædicta, contra definitiones prædictorum prædecessorum nostrorum (sicut asserunt) definierit, Christum & Apostolos in iis quæ habuerunt, habuisse non tantùm simplicem usum facti, sed jus faciendi de ipsis, eosque ipsos fecisse Scriptura sacra testatur: pertinacem assertionem dicentium ipsos jus hujusmodi minimè habuisse, cùm actus illorum fuisse concludant non justos, quod de Christo nefas est dicere, hæreticam declarando: concludere satagunt, licèt falsò, nobis non licuisse declarare vel statuere suprædicta. Item quia constitutio, Ad conditorem canonum: contra definitiones prædictas fratres Minores asserit non posse habere in re aliqua simplicem usum facti, nituntur similiter concludere contra ipsam. Quòd autem quod in ratione prædicta præmittitur, videlicet, quòd illa, quæ per clavem scientiæ in fide ac moribus à summis Pontificibus semel sunt definita, eorum successoribus revocare non licet in dubium, nec contrarium affirmare, licèt secùs sit (sicut dicunt) in iis quæ per clavem potestatis per summos Pontifices ordinantur, prorsùs sit contrarium veritati, patet ex sequentibus evidenter: primò quidem secundùm illos, qui tenent clavem

a *Vide B. Ant. p. 4. tit. 12. c. 4. §. 23. & Turrecrem. in summa de Eccl. l. 2. c. 112. ad 10. argum.*

spiritualem nequaquam esse scientiam, sed ligandi atque solvendi potestatem, pater assertores prædictos, ponendo esse scientiam, erravisse: pro quibus facit clavis definitio, quæ à doctoribus datur: Clavis est specialis potestas ligandi atque solvendi, quâ judex Ecclesiasticus dignos recipere, & indignos excludere debet à regno. Item quia claves, de quibus agimus, in collatione Sacerdotalis ordinis conferuntur: constat autem, quòd ordinato in Sacerdotem scientia communiter non confertur: quare secundùm illos videtur, quòd scientia non est clavis, sed potentia tantùm ligandi atque solvendi debeat dici clavis. Adhuc secundùm illos, qui ponunt unam clavem spiritalem esse scientiam, & secundùm illos, qui auctoritatem discernendi inter lepram & lepram esse asserunt clavem, & aliam potestatem ligandi atque solvendi, noscuntur evidenter errâsse. Supponunt enim per claves hujusmodi circa ea, quæ fidei sunt, & alia, posse per constitutionem aliquam definiri; claves autem, quæ in Sacerdotali conferuntur ordine, ad talia minimè se extendunt: aliàs sequeretur quòd circa præmissa possent constitutiones Sacerdotes simplices facere, quod falsum est evidenter. Si autem intendant claves istas extendere ad generalem potestatem attributam beato Petro, suisque successoribus in persona ejusdem in commissione officii pastoralis, per quam utique videtur evidenter ipsis omnia concessisse, sine quibus pastoris universalis convenienter cura nequit, seu officium expediri: adhuc claret ipsos etiam errâsse: dicunt enim alium affectum habere illa, quæ per clavem scientiæ, & alium illa, quæ per clavem potentiæ statuuntur, supponentes alia per clavem scientiæ, & alia per clavem potentiæ statui, seu etiam definiri, quod evidenter est falsum: per clavem enim scientiæ, sive per auctoritatem discernendi, seu cognoscendi inter lepram & lepram (si ipsam dixerimus esse clavem) nil aliud per ipsum illi, cui datur, tribuitur, nisi auctoritas cognoscendi. Ei autem, cui datur auctoritas de re aliqua cognoscendi, de illa definiendi non intelligitur esse data. Quare restat, quòd ad convenienter statuendum, seu aliquid definiendum, utraque clavis, scilicet cognoscendi & definiendi necessariò requiratur: vel quod soli clavi potentiæ statuere competat, & etiam definire: sed sicut lumen materiale claviger um in usum clavis materialis dirigit, & quasi quantùm ad hoc obtineat scientia vicem lucis. Et hoc Salvator noster in promissione clavium facta beato Petro sensisse videtur expresè, cùm post illam immediatè subjunxerit: Et quodcunque ligaveris super terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcunque solveris super terram, erit solutum & in cœlis, nullâ de scientia habitâ mentione. Quod autem subsequenter proponitur in ratione prædicta: videlicet, quòd in confirmatione & declaratione regulæ fratrum Minorum, nonnullorum prædecessorum nostrorum, videlicet Honorii tertii, Gregorii noni, Innocentii quarti, Alexandri quarti, Nicolai quarti, verba hujusmodi continentur: Hæc est regula Evangelica, &c. suprà posita, usque ibi, in nudo usu facti etiam constituisse patet, prorsus obviat veritati. Honorius quidem præfatam regulam absque declaratione aliqua confirmavit, in cujus confirmatione de verbis prædictis mentio aliqua non habetur, ut liquere potest cuilibet confirmationem hujusmodi intuenti, nisi quatenus de vita Evangelica habetur mentio in ipsa regula confirmata: ibi, cùm dicit: Hæc est regula fratrum Minorum, videlicet Domini nostri Jesu Christi sanctum Evangelium observare, vivendo in obedientia, sine proprio, & in castitate. Ex quibus verbis concludi non potest, quòd per ipsum prædecessorem nostrum ea, quæ ipsi in verbis prædictis asserunt, fuerint definita: imò potest co ncludi potiùs, quòd vita Evangelica, quam Christus & Apostoli tenuerunt, habere in communi aliqua non excludat, cùm sine proprio vivere non exigat, quòd sic viventes nihil habeant in communi. In declarationibus quoque Gregorii, Innocentii & Alexandri prædictorum, qui eandem regulam absque confirmatione aliâ declarant, similiter nulla prorsùs fit mentio de prædictis: imò per eas evidenter ostenditur eorum, quæ habere licet ipsis fratribus, usum juris ad ipsum ordinem pertinere. Gregorius quidem in sua declaratione, quantùm ad hoc, interseruit, quæ sequuntur: Dicimus, quòd nec in speciali, nec in communi debent habere proprietatem: sed utensilium, librorum, & rerum mobilium, quas licet habere, ordo usum habeat, & fratres, secundùm quod generalis minister & provinciales ordinandum duxerint, his utantur. Innocentius autem & Alexander præfati in suis declarationibus sic dixerunt: Dicimus insuper, quod cùm in ipsa regula contineatur expresè, quòd fratres nihil sibi approprient, neque domum, neque locum, neque aliquam rem, quòd nec in communi, nec in speciali debent proprietatem habere: sed locorum, & domorum, & utensilium, & librorum, & eorum, quæ licet habere, ordo usum habeat, & fratres secundùm quod generalis & provinciales ministri ordinandum duxerint, his utantur. Cùm enim dicatur in declarationibus suprà dictis, quòd ordo usum rerum habeat præmissarum, ad usum juris necesse est hoc referri: facta quidem, quæ singulorum sunt, personam veram exigunt, & requirunt: ordo autem vera persona non est, sed repræsentata & imaginaria potiùs est censenda: quare, quæ sunt facti, sibi verè convenire nequeunt, licèt ei possint congruere quæ sunt juris. Adhuc licèt declaratio Nicolai quarti prædicti contineat, quæ sequuntur: Hi sunt illi sanctæ regulæ professores, qui Evangelico fundantur eloquio, vitæ Christi roborantur exemplo, fundatorumque militantis Ecclesiæ Apostolorum ejus sermonibus & actibus firmantur. Et post in eadem declaratione subjunxit, dicens, quòd abdicatio proprietatis omnium rerum, tam in speciali, quàm in communi propter Deum meritoria est & sancta, quam & Christus viam perfectionis ostendens, verbo docuit, & exemplo firmavit: quamque primi fundatores militantis Ecclesiæ, prout ab ipso fonte hauserant, in volentes perfectè vivere, per doctrinæ ac vitæ ipsorum alveos direxerunt. Ex verbis tamen prædictis nequaquam potest colligi, quòd præfati prædecessoris nostri Nicolai intentio fuerit, dicere, quòd dicta regula, quoad omnia, quæ continentur in ea, Evangelico fundetur eloquio, ac vitæ Christi roboretur exemplo: nec quòd Apostolorum vita & actibus sit firmata. Constat enim multa contineri in dicta regula, quæ nec Christus verbo docuit, nec exemplo firmavit, utpote, quòd præcepit conditor regulæ fratribus universis, ut nullo modo denarium vel pecuniam recipiant per se, vel per interpositam personam, necnon & de multis aliis contentis in dicta regula: quæ utique nec Christus, nec Apostoli verbo docuerunt, nec firmaverunt exemplo. Nec obstat, quòd Christus portare pecuniam Apostolis & discipulis, dum ipsos ad prædicandum mitteret, interdixit: quod tamen antequam eos mitteret, ipsis fuisse legimus interdictum. Quodque post reditum pecuniam portaverunt, in plerisque locis Evangelica veritas, & Apostolica dicta testantur. Præterea Augustinus dicit expresè, quòd illud non fuit præceptum, sed potestas recipiendi necessaria ab iis, quibus prædicabant Evangelium, quam servare Apostolis licuit, vel etiam non servare. Sed hoc Romanus Pontifex prædecessor noster Nicolaus, quoad principalia tria vota, scilicet in obedientia vivere, & sine proprio, & in castitate, ac alia, si qua Evangelio reperiantur expressa, in dicta regula videtur intellexisse dicere in declaratione prædicta: quod utique declarationibus nostris in

nullo

nullo obviat supradictis: adhuc non apparet ipsum dixisse sustentationem Christi, & Apostolorum ejus in solo & nudo simplici consistere usu facti: cùm quoad Christum & Apostolos nullam præfatus prædecessor noster Nicolaus in sua declaratione fecerit mentionem: imò sensisse satis videtur expressè, quòd jus aliud à proprietate habuisse potuerunt: cùm de sola abdicatione proprietatis, non juris alterius, in præfata declaratione, quantùm ad ipsos attinet, mentio habetur. Adhuc idem Nicolaus prædecessor noster videtur sensisse, quòd Christus & Apostoli etiam quoad proprietatem habuerunt aliquid in communi: cùm enim in sua declaratione prædicta verba de abdicatione proprietatis dixisset, respondens objectioni tacitæ, quæ sibi de loculis, quos Christus habuisse in Evangelio legitur, poterat fieri, statim quæ sequuntur, subjunxit: Nec his quisquam putet obsistere, quòd interdum dicitur Christum loculos habuisse: nam sic ipse Christus, cujus perfecta sunt opera in suis actibus, viam perfectionis exercuit, quòd interdum infirmorum imperfectioni condescendens & viam perfectionis extolleret, & imperfectorum infirmas semitas non damnaret: sic & infirmorum personam Christum asserit in loculis fuisse pisse. Aliàs impertinens de loculis fuisset objectio, nisi intellexisset Christum etiam quoad proprietatem loculos habuisse. Præterea si diceretur Christum in loculis habuisse tantummodò simplicem usum facti, frustra diceretur, quòd in persona infirmorum ipsos Christus habuit loculos: cùm secundùm eum perfectis etiam conveniat habere simplicem usum facti. Et si quæratur, propter quos infirmos illos loculos habuerit? Augustinus, cujus dictum insertum est in decretis, respondet, dicens: Habebat Dominus loculos à fidelibus oblata conservans, & suorum necessitatibus, & aliis indigentibus tribuebat: unde constat ipsum de suis discipulis hoc sensisse. Nec hoc scilicet in communi & quoad proprietatem aliqua habere derogat, juxta dictum Greg. IX. prædicti, altissimæ paupertati, qui in quadam sua decretali dicit expressè, fratres Prædicatores & Minores in altissima paupertate Christo pauperi famulari: & tamen constat ipsos Prædicatores habere in communi etiam quoad proprietatem aliqua, quod eorum regulæ & statui non repugnat. Hoc etiam Alexander prædecessor noster præfatus in condemnatione libelli, contra statum Prædicatorum & Minorum editi, videtur sensisse, in qua aliquando de dictis fratribus, quæ sequuntur subjunxit, cùm insuper respondet, quòd iidem fratres omnia propter Deum dereliquerint, exilia vitæ subsidia mendicantes, Christumque imitentur pauperem, perfectionem Evangelicam amplexando: propter quod evidenter apparet eos non solùm in statu salvandorum existere, sed etiam perfectorum, & per suæ religionis observantiam, quæ quidem ipsius perfectionis Evangelicæ tenet formam, in æternæ retributionis præmio præcellentem gloriam promereri: ubi quidem expressè dicit, Prædicatores Christum pauperem imitari, ipsosque perfectionem Evangelicam amplexari, & in statu existere perfectorum, quodque ipsorum religionis observantia perfectionis Evangelicæ tenet formam, & tamen constat ipsos habere posse etiam quoad proprietatem aliqua juxta eorum regulam in communi. Nec obstat, quòd dicunt Innoc. (aliàs Cœlestinum) V. prædecessorem nostrum dixisse, altam paupertatem esse, habere pauca propria propter Deum: altiorem, quæ nulla habet propria, tamen habet in communi: altissimam, quæ nihil habet in hoc mundo, nec in proprio, nec in communi: dicimus quidem quòd hoc dixerit, non ut Papa, sed ut frater Petrus de Tarantasia in quadam postilla sua, quare dicta præmissorum summorum Pontificum sunt ei meritò præferenda. Dicunt etiam, quòd Apostolus de tali altissima loquitur paupertate, dicens: [*Et altissima paupertas eorum abundavit in divitias simplicitatis eorum:*] quod evidenter est falsum: quia ibi loquitur de paupertate Macedonum, qui etiam in speciali bona temporalia obtinebant: de quibus Apostolus asserit, quòd supra vires suas miserant eleemosynas sanctis. Quod autem dicitur in declaratione Nicolai prædecessoris nostri contineri, quòd fratres Minores in rebus, quæ eis obveniunt, habent tantùm simplicem usum facti: dicimus, quòd si ipse intellexerit simplicem usum facti denudatum omni jure, ita quòd fratres ipsi seu ordo nullum jus habeant utendi, hoc est expressè contra declarationem Greg. Innoc. Alex. summorum Pontif. prædictorum, quibus expressè quod talium bonorum ordo usum habeat, continetur: quod de usu juris est intelligendum necessariò, ut superiùs est probatum. Adhuc dicimus, quòd est cum hoc impossibile, scilicet usum facti simplicem absq; jure aliquo (quod nihil aliud, quàm ipsum uti propriè potest dici) posse in re aliqua etiam usu non consumptibili ab aliquo obtineri, prout in decret. Ad conditorem canonum, est probatum: & a Aug. in lib. xj. de actu, tenet expressè. Præterea si simpliciter usus denudatus ab omni jure haberi posset ab aliquo, constat quòd actus utendi hujusmodi esset reputandus non justus, cùm ille usus fuerit, cui jus non competebat utendi: usus autem non justus ad perfectionis statum nequaquam pertinet, nec perfectioni aliquid adjicit, sed sibi repugnare potiùs noscitur manifestè. Quòd autem usum talem non justum conditor canonis fratribus ipsis intellexerit reservare, probabile non videtur: imò quòd de justo intellexerit, ex eo potest evidentiùs apparere, quòd in eadem ordinatione adjicit, quòd illarum rerum duntaxat in se & etiam Rom. Eccl. recipiebat dominium, quarum usum facti liceret habere fratribus seu Ordini antedictis: subjungens, quòd non rerum omnium usum habere debeant fratres ipsi. Quantùm autem ad usum facti simplicem absque omni jure utendi attinet, nulla rerum potest censeri differentia quoad fratres: sic enim uti de facto possunt prohibitis, ut permissis. Ex quo sequitur, quòd usus facti, de quo ordinatio loquitur, de tali intelligi debeat, qui justus sit, & pro quo competat jus utendi, & ipse videtur conditor canonis ex eo etiam sensisse, quòd in eadem ordinatione subjunxerit, quòd moderatus usus in expensis priùs rebus ipsis fratribus est concessus. Rursùs impugnatores constitutionum hujusmodi asserere publicè perhibentur, quòd libellum & dicta magistrorum asserentium dictam paupertatem & vitam dictorum fratrum non esse Evangelicam & Apostolicam, summi Pontifices damnaverunt, districtiùs per Apostolicas literas inhibentes, ne quisquam præmissa vel aliquod præmissorum contumaciter astruere, seu quomodolibet præsumere defensare, statuentes, quòd præsumens contrarium tanquam contumax, Ecclesiæ Rom. rebellis, ac ut hæreticus haberetur. Ad quod dicimus assertionem hujusmodi falsam esse: non enim continetur in sententia supradictæ, quòd contra faciens, ut hæreticus haberetur, quæ quidem quoad hoc continet, quæ sequuntur: Nos enim nihilominùs auctoritate præsentium districtiùs inhibemus, ne quisquam præmissa, vel aliquod præmissorum pertinaciter asserere, vel quomodolibet defensare præsumat: quicunque verò hoc præsumpserit, tanquam contumax, & Ecclesiæ Roman. rebellis ab omnibus fidelibus habeatur: non fuit adjectum, quòd ut hæreticus & haberetur, ut patet in serie sententiæ condemnationis prædictæ. Rursùs asseruisse dicuntur publicè hujusmodi assertores,

a *Al. ita: & Augustin. de doctrina Christiana tenet, &c.*
b *Nota textum bene. & quis dicatur hæreticus, vide gloss. Clement. 1. de usu. c. hæreticus, 24. quæst. 3. & Ioan. de Turrecrem. lib. 4. part. 1. c. 2. Fant.*

quòd abdicatio juris in cujuscunque rei proprietate & in usu ejus est sancta & meritoria propter Deum, & à Christo in seipso servata, Apostolis imposita, & ab ipsis sub voto assumpta: nec propter hoc ullus facti ad sustentationem naturæ in Christo & Apostolis convincitur esse non justus: sed tantò justior atque perfectior, & Deo acceptior, & mundo exemplarior, quantò plenius renunciatum fuerit omni juri, per quod potest sic utens pro usu hujusmodi quomodolibet contendere vel in judicio litigare. Quæ quidem assertio continet multa falsa: cùm neque Christum expropriationem prædictam omnis juris in cujuscunque rei proprietate, & in ejus usu in se servâsse, nec eam imposuisse Apostolis, neque sub voto ab ipsis fuisse receptam, Evangelica seu Apostolica doceat historia, sed contrarium evidentiùs manifestat. Quòd autem in prædicta assertione adjicitur, quòd per abdicationem juris prædicti, videlicet proprietatis, is usus facti ad sustentationem naturæ in Christo & Apostolis non convincitur esse non justus, sed tantò justior, &c. impossibilitatem includit & errorem dictum hujusmodi evidenter. Impossibile enim est actum humanum extrinsecum esse justum, si exercens actum ipsum nullum jus habeat illum exercendi: imò non justus seu injustus, necessariò convincitur talis usus. Item est absurdum & erroneum, quòd actus alicujus non habentis jus actum hujusmodi faciendi, sit justior & Deo acceptior, quàm habentis, cùm concludat actum injustum justiorem & Deo acceptiorem existere, quàm sit justus. Ex præmissis autem inferre nituntur (ut fertur) quòd prædictorum summorum Pontificum definitio, quam definierunt de paupertate Christi & Apostolorum, ac fratrum Minorum prædictorum regula (prout superiùs expressatum) per nos non potuit mutari, proculdubiò falsa asserunt, dicendo prædecess. nostros definiviſſe talia, ut superiùs est probatum, & adhuc sic loquentes, dum per talia constitutiones nostras impugnare satagunt, constitutiones illas, quibus se adjuvant, ostendunt (si eorum falsæ assertiones verè existerent) fore invalidas, erroneas & infirmas. Si enim nobis non licuit contra constitutionem Nicol. IV. prædecess. nostri, in qua se fundant præcipuè, aliquid statuere commune, nec sibi licuit contra statuta Gregor. Innoc. & Alexand. prædictorum statuere, aut aliquid declarare, quod tamen ipsum feciſſe (secundùm eorum assertionem) noscitur evidenter: cùm enim illi declaraverint, quòd ordo Minorum habet usum earum rerum, quas licet eis habere, quod ad usum juris est referendum necessariò, ut superiùs est probatum: ipse verò secundùm ipsos statuit, quòd nec ordo, nec fratres jus utendi habeant, sed tantummodò simplicem usum facti: & insuper ordinavit, decrevit & statuit hujusmodi constitutionem, ordinationem & declarationem suam duntaxat à fratribus ipsis præcisè & inviolabiliter perpetuis temporibus observandam: constat non solùm, quòd contra declarationes prædecess. prædictorum ordinaverit, sed ipsum illas, quantùm ad ea, quæ sua declaratio continet, etiam revocâsse. Ipse quoque prædecessor noster in sua declaratione subjunxit, ad sedis Apostolicæ declarationem & ordinationem eorum, & circa ea, quæ ipse declaraverat pertinere, sic dicens: Si quid in prædictis ambiguitatis emerserit, hoc ad culmen sedis Apostolicæ deducatur, ut ex auctoritate Apostolica sua in hoc manifestetur intentio, cui solùm concessum est in his statuta condere, & condita declarare: cujus tamen contrarium asserunt hujusmodi assertores. Adhuc patet, quod asserunt, esse falsum: licèt enim Innoc. III. prædictus in generali Concilio interdixisset novas religiones institui: tamen successores ipsius (non obstante interdicto hujusmodi) plures leguntur ordines confirmâsse, qui etiam (aliquibus exceptis) fuerunt postea per Gregor. IX. prædecessorem nostrum dissoluti certo modo in Concilio generali. Si igitur post interdictum generalis Concilii, licuit summis Pontificibus non confirmatos ordines confirmare, & eorum successoribus sic confirmatos in totum dissolvere, non est mirum, si quod declarat circa regulas ordinum solus summus Pontifex, vel ordinat, liceat ejus successoribus declarare, seu aliàs immutare. Patet autem, quòd neque Honorii confirmatio, neque Gregorii, neque Alexand. neque Nicolai prædictorum facta fuerit in Concilio generali, cùm per nullum ipsorum fuerit generale Concilium celebratum, licèt Innoc. IV. celebravit Concilium generale, tamen in illo, nec auctoritate alicujus Concilii facta fuit ipsius declaratio supradicta. Nicolaus autem IV. nec celebravit generale Concilium, nec aliquid circa dictam regulam declaravit. Gregorius autem IX. prædictus, nec confirmavit, nec declaravit dictam regulam: sed in generali Concilio, ubi cassati fuerunt nonnulli mendicantium ordines, dictorum fratrum Minorum, & Prædicatorum ordines non cassavit, sed asseruit approbatos, sic dicens: Ad eos, quos evidens ex eis utilitas Ecclesiæ universali proveniens perhibet approbatos, præsentem non patimur constitutionem extendi. Præterea dicant nobis, ubi legunt assertiones hujusmodi, quòd ad fidem vel mores pertineat, Christum & Apostolos non habuisse in his, quæ habuerunt, nisi simplicem usum facti? profectò directè hoc ad fidem non pertinet, cùm de hoc articulus non sit aliquis, nec sub quo valeat comprehendi, ut patet in symbolis, in quibus articuli fidei continentur: nec etiam reductè, ne quasi hoc sacræ Scripturæ contineat, quo negato tota Scriptura sacra redditur dubia: & per consequens articuli fidei, qui habent per Scripturam sacram probari, redduntur dubii & incerti: hoc enim in Scriptura sacra non poterit, sed contrarium reperiri. De fratribus autem Minoribus prædictis constat, quòd de ipsorum paupertate & simplici usu facti, seu de dominio eorum, quæ ipsis offeruntur, quòd summus Pontifex illud sibi & Romanæ Ecclesiæ reservaverit vel potuerit reservare, nec quòd illud reservatum successori abjicere non liceat, si hoc expedire viderit, seu quòd procuratores constitutos auctoritate summi Pontificis pro negotiis ordinis prædicti successor revocare non valeat, in prædictis symbolis Evangelio, neque actibus Apostolorum & epistolis mentio aliqua non habetur. Unde non possunt ex prædictis concludere, nisi falsò, quin contra ordinata per summos Pontifices circa talia valeat successor aliud ordinare: quòd Nicolaus præfatus expressè in sua declaratione inseruit, ut superiùs plenius continetur. Nos itaque, ne fabricatores mendaciorum hujusmodi ac etiam assertores de tam pestifera, erronea & damnata doctrina, confutatione ac confusione utique omni dignâ, gloriari valeant, & alios trahere in errorem, cum aulis arreptando, ac perulantiâ improbâ ausi defendere publicè fuerint damnatam per constitutionem prædictam hæresim, ac etiam probare, videlicet quòd Christus & ejus Apostoli in iis, quæ habuisse leguntur, tantùm habuerint absque jure aliquo simplicem usum facti, ex quo (si verum esset) sequeretur usum Christi fuisse non justum, quod profectò blasphemiam continet, & est catholicæ fidei inimicum, cùm hoc de pertinaci animositate ac erronea non sit dubium processisse: omnes & singulos, qui verbo ac scripto per se vel alium seu alios talia publicè præsumpserunt, ipsos quoque qui eos docuerunt in talibus, & ut præmissa facerent, in damnatam incidisse hæresim, ac ut hæreticos evitandos fore, de fratrum nostrorum consilio declaramus. Si quis autem damnatas per constitutionem, Cùm inter prædictam, hæreses, vel ipsarum alteram, deinceps scienter verbo vel scripto defendere vel approbare præsumpserit, de fratrum eorundem consilio decernimus, ut tanquam hæreticus ab omnibus evidenter habeatur. Adhuc quòd constitutionem nostram, Ad conditorem canonum. supradictam insano ausu

no ausu impugnare nisi sunt (sicut fertur) districtius decorundem fratrum consilio inhibemus, ne quisquam contra definita, ordinata seu facta per ipsam, verbo vel scripto scienter approbet aliquid, vel defendat. Si quis verò contrà præsumpserit, tanquam contumax, & rebellis Romanæ Ecclesiæ ab omnibus habeatur. Nulli ergò, &c. Data Avenion. IV. Idûs Novembris, Pontificatûs nostri Anno nono.

Constitutionum vigens Ioannis vigesimi-secundi finis.

EXTRAVAGANTES COMMUNES, A DIVERSIS ROMANIS PONTIFICIBUS POST SEXTUM EDITÆ, CUM SUIS (UT VOCANT) SUMMULIS.

DE CONSUETUDINE.

TITULUS I.

CAP. UNIC.

¶ *Consuetudo impediens, ne Legati sedis Apostolicæ recipiantur, non valet: & illâ non obstante Legati ipsi sunt ab omnibus recipiendi, & eos impedientes ipso facto excommunicationem incurrunt, & eorum terræ Ecclesiastico subjiciuntur interdicto.*

Joannes XXII.

SUper gentes & regna Romanus Pontifex à Domino constitutus, cùm personaliter singulas regiones circuire non possit, nec circa gregem sibi creditum curam pastoralis solicitudinis exercere: necesse habet interdum ex debito impositæ servitutis, suos ad diversas mundi partes (probt necessitates emerserint) destinare Legatos, qui vices ipsius supplendo, errata corrigant, aspera in plana convertant, & commissis sibi populis salutis incrementa ministrent. Verùntamen aliqui hujusmodi officium & potestatem ipsius Romani Pontificis, quam non ab homine, sed à Deo recepit, sub suo arbitrio redigere molientes, Legatos ipsos, nisi ab eis petiti fuerint, vel de beneplacito eorum transmissi, sibi terras subjectas (dicentes hoc eis de consuetudine competere) ingredi non permittunt. Nos hujusmodi consuetudinem, non tam irrationabilem, quàm nonnùnquam animarum saluti contrariam, detrahentemque Apostolicæ potestati, auctoritate Apost. penitùs reprobantes, Legatos ipsos ab omnibus, cujuscunque præeminentiæ, conditionis, aut statûs fuerint, debere admitti decernimus: nec eos prætextu cujusvis consuetudinis impediri posse à quoquam Christiano nomine gloriante, quò minùs regna, provincias & terras quaslibet, ad quæ ipsos destinari contigerit, ingrediantur liberè, ac commissæ sibi legationis officium exerceant in eisdem. Qui verò decatero super prædictis dictos Legatos, aut etiam Nuntios, quos ad quascunque partes pro causis quibuslibet sedes ipsa transmiserit, præsumpserint impedire, ipso facto sententiam excommunicationis incurrant. Regna, terræ & loca quælibet subjecta eisdem, tamdiu sint eo ipso Ecclesiastico suppositæ interdicto, quamdiu in hujusmodi contumacia duxerint persistendum. Non obstantibus quibuslibet indulgentiis, aut privilegiis, Imperatoribus ac Regibus, seu quibuscunque aliis sub quibuscunque modis, tenoribus & formis à sede ipsa concessis, quæ contra præmissa nullius volumus suffragari.

DE POSTULATIONE PRÆlatorum.

TITULUS II.

CAP. UNIC.

¶ *Minores XXVII. annis seculares, & mendicantes religiosi, ad certas Ecclesias prohibentur postulari: & puniuntur tam postulantes, quàm postulati.*

Joannes XXII.

DIspendiis & periculis variis, quæ ex subscriptis postulationibus possent Ecclesiis evenire, & vacationum diuturnitatibus, quæ contigerunt nonnunquam ex postulationibus irrationabilibus provenire, ac dispendiis, quæ inde frequenter Ecclesiæ incurrunt, ad futuram rei memoriam obsistere cupientes: illum, qui vigesimum septimum non attigerit annum, ad cathedralem, necnon professorem cujusvis mendicantium ordinis ad inferiores cathedralibus Ecclesias, ad monasteria extra suos ordines postulari edicto perpetuo prohibemus. Quòd si secùs postulatum fuerit & attentatum, irritum ac nullius penitùs sit momenti. Et qui scienter processerint ad eandem, eâ vice postulandi

ac eligendi potestate privatos, ac beneficiis, quæ in ipsa obtinebunt Ecclesia, ad quam postulationem hujusmodi fecerint, per triennium noverint se suspensos. Postulatos verò, qui postulationis de se factæ negotium fuerint per se, vel per alium in Romana curia prosecuti, illud ibi proponi in publico vel privato Consistorio facientes, etiam se duntaxat dispositioni sedis Apost. committendo, si se annum XXVII. non attigisse sciverint (ut præfertur) usque ad XXXV. annum. Cæteros verò seculares & religiosos extra suorum administrationes ordinum perpetuò ineligibiles ac impostulabiles esse decernimus, ac prorsus inhabiles ad quascunque dignitates Ecclesiasticas, & beneficia quælibet obtinenda.

DE ELECTIONE.

TITULUS III.

CAP. I.

¶ Multis probat argumentis, promotos in curia non debere ad propria redire sine literis suæ promotionis. Qui si secus fecerint, pro Prælatis non sunt habendi, pœnaq; incurrunt hic expressa. Et de ista extravaganti facit mentionem Paner. in cap. qualiter. de elect. dicens, quòd nullus, antequam habeat literas Apostolicas super sua promotione, debet administrare, nec debet recipi ab Ecclesia tanquam Prælatus: aliàs recipientes & receptus incurrunt pœnam, de qua hic.

Bonifacius VIII.

INjunctæ nobis debitum servitutis exposcit, ut qui ad reformandos in Clero mores & actus (prout nobis ex alto permittitur) solertiùs intendimus, ibi præcipuè reformationis accommodæ remedium apponamus, ubi majus respicimus periculum imminere. Sanè quàm periculosum existat, quòd aliquis in officio, dignitate vel gradu fore se asserat, & pro tali etiam habeatur, nisi priùs ipse, quod asserit, legitimis ostenderit documentis, tam ex civilibus, quàm ex canonicis institutis colligitur evidenter. Asserenti namque cum mandatis principis se venisse, credendum non est, nisi hoc scriptis probaverit. Nec similiter creditur se asserenti Legatum. Nunquam enim Apost. sedis moris fuit, absque signatis apicibus undecunque legationem suscipere. Sed nec dicenti se delegatum sedis ejusdem creditur vel intenditur, nisi de mandato Apostolico fide doceat oculatâ. Similiter Clerici ad alienam diœcesim sine suorum ordinariorum literis venientes, nec in suis recipiantur ordinibus, nec ad superiores ascendant. Clerici quoque & Monachi, qui de suis civitatibus ad alienam urbem proficiscuntur (nisi muniti veniant suorum literis Prælatorum) non sunt Clerici vel Monachi reputandi. Si quis præterea in Clerum electum se dicat, si Sacerdotem sese nominet, hoc scrutandum est: quia non sine periculo est in talibus communicatio indiscussa. Quòd autem in illis, qui se Episcopos, vel superiores Prælatos, aut etiam Abbates, Priores, seu alios monasteriorum Rectores, quocunque nomine censeantur, appellant, sit discussio celebris & diligens facienda, luculenter apparet: si scandala & pericula gravia (quæ ipsorum parere posset communicatio indiscussa) diligentiùs attendantur. Hinc nos evidens evocat ratio, ut cùm præmissis aliis casibus, qui minoris existunt periculi, sit ex constitutionibus editis jam provisum, hunc ultimum, qui pericula graviora minatur, nequaquam sine provisionis opportunæ remedio relinquamus. Præsenti itaque perpetuò valiturâ constitutione sancimus, ut Episcopi & alii Prælati superiores, necnon Abbates, Priores & cæteri monasteriorum regimina exercentes, quocunque nomine censeantur, qui apud dictam sedem promoventur, aut confirmationis, consecrationis, vel benedictionis munus recipiunt, ad commissas eis Ecclesias & monasteria absque dictæ sedis literis hujusmodi, eorum promotionem, confirmationem, consecrationem, seu benedictionem continentibus accedere vel bonorum Ecclesiasticorum administrationem accipere non præsumant: nullique eos absque dictarum literarum ostentione recipiant, aut eis pareant vel intendant. Quod si forsan contra præsumptum fuerit, quod per Episcopos, Prælatos, Abbates, Priores, & alios monasteriorum regimina exercentes prædictos medio tempore actum fuerit, irritum habeatur: nec quicquam interim idem Episcopi vel Prælati, Abbates, Priores, vel regimina exercentes, de Ecclesiarum vel monasteriorum proventibus percipiant eorundem. Capitula verò & Conventus Ecclesiarum & monasteriorum ipsorum, & alii quicunque, ipsos absque hujusmodi dictæ sedis literis recipientes, vel obedientes eisdem, tamdiu sint à beneficiorum suorum perceptione suspensi, donec super hoc ejusdem sedis gratiam meruerint obtinere. Similiter quoque Episcopi, Prælati, Abbates, Priores, & alii monasteriorum regimina exercentes prædicti, solito fidelitatis & obedientiæ juramento non præstito. Illi etiam Pontifices, quos apud prædictam sedem pallium contingit recipere, absque literis traditionis ipsius pallii nequaquam ab eadem discedant: discedentes verò (quousque hujusmodi juramentum præstiterint, & literas obtinuerint) nihil de ipsarum Ecclesiarum & monasteriorum proventibus percipiant: & quicquid interim per eos (ut de aliis prædicitur) actum fuerit, viribus non subsistat.

CAP. II.

¶ Si religiosus electus non petierit ipse vel ejus electores licentiam consentiendi, intra tempus moderandum pro præsentia vel absentia superioris, est eo ipso privatus jure sibi ex electione quæsito, & possunt electores alium eligere. l. d. addit ad c. quàm sit. de elect. in 6.

Benedictus XI.

SI Religiosus, qui absq; sui superioris licentia electioni de se factæ consentire non potest, illam post electionem sibi præsentatam, vel ejus electores, intra tempus pro ejusdem superioris præsentia vel absentia moderandum, nequaquam obtineat, dat generale Concilium Lugdunense electoribus extunc ad electionem aliam procedendi liberam facultatem. Verùm quia frequenter dubitatum est, an etiam sit eo ipso jure (si quod ei competebat ex hujusmodi electione) privatus: statuimus illo eum hoc ipso fore privatum.

CAP. III.

¶ Quatuor Patriarchalibus Ecclesiis vacantibus, statuitur illis non posse provideri Romano Pontifice inconsulto: quòd si secus factum fuerit, irritum decernitur.

Idem.

SAncta a Romana Ecclesia, quæ disponente Domino super omnes aliàs ordinariæ potestatis obtinet principatum à Deo, utpote mater universorum Christi fidelium, & magistra, quatuor Patriarchales sedes instituit, inter quas post ipsam Romanam Ecclesiam, Constantinopolitanam primum, Alexandrinum secundum, Antiochenam tertium, & Hierosolymitanam quartum locum voluit obtinere, ipsasque multis prærogativis & honoribus ac privilegiis decoravit: de quarum provisionibus cùm eas vacare contingit, tanto est accuratiùs cogitandum, & attentiùs providendum, quanto majoris eminent altitudine dignitatis, & periculosè erraretur in provisionibus earundem. Super hoc igitur cum fratrib. nostris habitâ deliberatione maturâ, inter alia nostræ considerationi occurrit, quòd omnes (proh dolor) prædictarum sedium Patriarchalium civitates, aut sunt destructæ, aut occupatæ ab infidelibus, vel à Schismaticis detinentur, ipsarum Capitulis, seu Conventibus, & Canonicis dispersis undique extra civitates ipsas, per alias regiones, seu loca à civitatibus ipsis remota.

a *Vide notata per Doct. in c. antiqua, extra de privil.*

Ex

Ex quo contingit (sicut experientia nuper nos docuit) quòd vacante Constantinopolitanâ Ecclesiâ, per mortem bonæ memoriæ Petri Patriarchæ, solùm per unum duntaxat ejus Canonicum fuit de novo pastore electio celebrata, aliis Canonicis suis agentibus in remotis: dictus tamen electus juri, si quod sibi ex electione hujusmodi competebat, in nostris manibus sponte ac liberè resignavit. Ideoque de eorundem fratrum consilio & Apostolicæ potestatis plenitudine statuimus, ut quandiu civitates ipsæ Schismaticorum, aut infidelium subsunt, aut suberunt ditioni, aut detinebuntur per eos, Canonici dictarum patriarchalium sedium, cùm eas vel ipsarum aliquam, seu aliquas vacare contigerit, ad electionem, postulationem, seu quamvis provisionem de præficiendo sibi Patriarchâ vel pastore nullo modo procedant, quousque ad Apost. sedis notitiâm deducatur. Nos enim à data præsentium decernimus irritum & inane, si secus per prædicta Capitula, Conventus vel Canonicos, aut quemvis alium vel alios scienter vel ignoranter fuerit attentatum: non obstantibus quibuscunque ipsarum Ecclesiarum, vel alicujus earum consuetudinibus vel statutis, juramento, confirmatione dictæ sedis, vel quâcunque aliâ firmitate vallatis, seu constitutionibus, privilegiis, vel indulgentiis sedis ejusdem, per quæ effectus præsentium impediri posset quomodolibet, vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum in nostris literis habenda esset mentio specialis. Nulli ergò, &c. Data Laterani X. Calend. Januar. Pontificatûs nostri Anno 7.

CAP. IV.

¶ Cùm beneficia apud sed. Apost. vacantia sint soli Papæ reservata, ostendit, quæ & quorum apud sedem vacare dicantur eandem. Et primò loquitur de reservationibus, secundò de pensionibus.

Joannes XXII.

Ex debito pastoralis officii, nobis quanquam immeritis superna dispositione commissi, periculis animarum & Ecclesiarum ac monasteriorum dispendiis, quæ ob ipsorum vacationes diutinas ipsis solent frequentiùs provenire, congruis remediis (quan ùm nobis ex alto conceditur) salubriter occurrere intendentes, ut celeriùs & utiliùs provideatur Ecclesiis ac monasteriis antedictis, & ut Rom. Eccl. quæ super ipsas Ecclesias ac monasteria ex divina provisione obtinere dignoscitur principarum, honor debitus impendatur: prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum, præsertim. fel. record. Bonif. VIII. qui dignitates, personatus, Ecclesias & alia Ecclesiastica beneficia, & Cl. V. qui tam hujusmodi dignitates, personatus, Ecclesias, beneficia, quàm cathedrales Ecclesias quaslibet, monasteria, prioratus, administrationes & officia quæcunque, quæ apud sedem Apost. vacarent, provisioni Apostolicæ sub certis tenoribus reservaverunt, vestigiis inhærentes: Nos ex causis rationabilibus, quæ ad id nostrum animum induxerunt, de fratrum nostrorum consilio nonnulla detrahendo, aliqua declarando, & quædam addendo de novo, Episcopales, & earum superiores sedes, monasteria, & regulares Ecclesias, ad quæ hi qui eis pro tempore præficiendi sunt, etiam per electionem canonicam assumuntur, Prioratus, officia vel administrationes eorundem, dignitates, personatus, præbendas, aliasque Ecclesiastica beneficia, cum cura vel sine cura, quocunque nomine censeantur, quæ apud prædictam sedem vacant ad præsens, & exnunc in antea (donec Christi dignatio nos dignabitur universalis Ecclesiæ sponsæ suæ regimini præsidere) vacare contigerit apud eam, provisioni nostræ de fratrum nostrorum consilio auctoritate Apostolicâ reservamus. Hujusmodi autem sedes, monasteria, Ecclesias & alia præfata beneficia Ecclesiastica, per mortem vel depositionem, ac privationem eorum, qui ea obtinerent, per electionum cassationem, postulationum repulsionem, renuntiationem quorumlibet, provisionem, translationem, sive per successionem muneris consecrationis, aut benedictionis dudum à dicto Clemente prædecess. nost. promotis impensi: nisi de ipsis dispositerit prædecessor, & à nobis, sive auctoritate nostrâ promovendis impendendi apud sedem ipsam, vel etiam ubicunque aut quovis alio modo canonicè vacare, apud sedem intelligimus prælibatam. Episcopales insuper vel alias dignitates, Ecclesias, Monasteria, & alia prædicta fratrum nostrorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium apud dictam sedem per eorum obitum vacare censemus, sive inibi, sive alibi ubicunque ipsos migrare contigerit de hac luce. Et hoc idem in dignitatibus & beneficiis quibuslibet (ut de aliis præmittitur) officialium nostrorum, videlicet Vicecancellarii, ejusdem Ecclesiæ Camerarii, Notariorum, auditoris contradictarum, correctorum, scriptorum literarum, ac pœnitentiariorum nostrorum, necnon abbreviatorum curiæ Romanæ locum sibi volumus vendicare. Rursus hujus nostræ reservationis edictum ad dignitates, & alia jam dicta Capellanorum nostrorum commensalium, & quorumlibet aliorum ratione officii, vel ex causâ legitima in dicta curia morantium, quando à nobis pro nostris, & ejusdem sedis negotiis prosequendis, de ipsa curia quocunque modo præmisti, vel aliqui eorum transmissi, aut legati vel nuncii fuerint, & eos ubilibet ante ipsorum ad præfatam curiam reditum (durante legatione, seu prosecutione ipsorum negotiorum) rebus eximi contigerit ab humanis, duximus extendendum. Et idipsum etiam esse volumus in hujusmodi Capellanis commensalibus, etiamsi (ut præmittitur) nunc transmissi fuerint ubicunque, & ipsos rebus eximi contigerit ab humanis. Cæterùm edictum ipsum trahimus ad sedes, monasteria, & alia supradicta, quæ vivente adhuc dicto Clem. prædecessore nostro usque ad ejus obitum, nisi de ipsis per eum fuerit ordinatum, & deinde usque ad datam præsentium apud sedem vacaverint eandem, illaque vacare decernimus apud ipsam, dummodò in eis jus in re, licèt ad rem non sit aliquibus acquisitum: Decernentes extunc irritum & inane, si secùs in prædictis & singulis eorum scienter vel ignoranter, per quæcunque seu quoscunque Apostolicâ vel aliâ quâvis auctoritate attentatum fuerit, vel comigerit in posterum attentari: Non obstantibus piæ memoriæ Gregorii decimi, ac Bonifacii octavi, & aliorum Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum constitutionibus super hoc editis: quatenus edicto essent & sunt contrariæ memorato. Cæteris in ipsis constitutionibus contentis, in suo robore duraturis. Pensiones insuper annuas ab Episcopis & eorum superioribus aliisque Prælatis inferioribus, necnon quibuscunque Capellanis, Conventibus, collegiis, vel singularibus personis factas & faciendas personaliter, aliquibus ex eisdem Cardinalibus, seu quibusvis aliis ex prænominatis personis, & pensiones præterea seu assignationes quantitatum quarumlibet super certis Provinciis, diœcesibus, Ecclesiis, monasteriis, vel aliis Ecclesiasticis locis aut ordinibus, etiam à quibusvis prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus factas præmissis personis, sive alicui earundem, vel monasteria, Prioratus, administrationes quaslibet, beneficia regularia, vel alia quælibet quocunque nomine censeantur, non consueta ab olim Clericis secularibus assignari, hujusmodi personis vel alicui earundem collata, sive concessa in commendam, vel alio quovis titulo ab eisdem prædecessoribus, seu aliis Episcopis, vel superioribus Prælatis, Capitulis, aut Conventibus, vel collegiis sub edicto prædicto nolumus aliquatenus comprehendi, quò minùs eis cedentibus vel decedentibus, sive illa quovis alio modo dimittentibus, monasteria ipsa, Prioratus, administrationes, beneficia, ac loca hujus-

modi, ad Ecclesias & monasteria, sive alia loca religiosa, vel alia Ecclesiastica, eorumque Prælatos, sive personas, ad quas anteà eorum dispositio pertinebat, seu quibus immediatè subesse noscuntur, liberè revertantur; nisi eis quid canonicum obtiterit, vel de ipsis aliter duxerimus disponendum.

DE AUCTORITATE ET USU PALLII.

TITULUS IV.

CAP. UN.

¶ Pallii traditio per objectum criminis vel defectûs retardari non debet, nisi objiciens præmisso juramento de objecto promptam fidem faciat. Et quid sit promptam fidem facere, declarat.

Joannes XXII.

MAlitiis hominum, quæ sæpè circa impediendam pallii dationem committuntur, volentes salubriter obviare, hâc in perpetuum valiturâ constitutione sancimus, ut deinceps per objectum cujusvis criminis seu defectûs traditio pallii, facienda his, qui ad metropolitanarum Ecclesiarum, seu aliarum regimen assumuntur, non impediatur in aliquo nec retardetur, nisi objicientes fiment corporali præstito juramento, se id malitiosè non agere, sed objecta vera esse se credere, ac de objectis offerant facere promptam fidem: & nihilominùs ad pœnam talionis, seu extraordinariam se obligent arbitrio præsidentis. Promptam verò fidem intelligimus in hoc casu, si intra bimestris temporis spatium numerandum à die collationis in antea, probaverint legitimè, quod opponunt. Quod si non fecerint, eorum objectibus nequaquam obstantibus, ad ipsius traditionem pallii procedatur. Per traditionem autem hujusmodi, viæ accusationis, denunciationis, vel inquisitionis, nullum volumus præjudicium generari.

DE OFFICIO CUSTODIS.

TITULUS V.

CAP. UN.

¶ In religiosorum mendicantium conventibus plures campanæ esse non possunt sine speciali Papæ licentia: plures autem campanulas in refectorio, capitulo & aliis locis possunt ipsi religiosi mendicantes habere. h. d. Et est extravagans notabilis: & quia pulsare campanas est custodis officium, ut patet eod. tit. c. 1. in ant. ideò hîc non abs re collocata est.

Joannes XXII.

QUia cunctos orthodoxæ fidei professores, & viros præsertim Ecclesiasticos sic hortamur adinvicem, & quoad alios etiam conversari, quòd ex ipsorum gestis nullius offendatur justitia, nec cuiquam scandali materia præparetur: Advertentes quòd eo, quòd nonnulli mendicantium ordinum professores in nonnullis suis conventibus plures campanas obtinent, & in posterum fatagunt obtinere, cathedrales ac Ecclesiæ aliæ suæ queruntur propterea justitiæ detrahi, & exinde civitatibus locorum interdum afferri divinis officiis impedimentum, videturque inter ipsos litigiis & scandalis via aperiri. Nos præmissis obviare cupientes periculis, pacemque desiderantes inter ipsos (sine qua benè pacis auctor non colitur) observari: de fratrum nostrorum consilio hoc edicto perpetuo ordinamus, quòd religiosi dictorum ordinum mendicantium in nullo conventu suo, seu loco, plures campanas habeant, sine sedis Apostolicæ licentia speciali, sed unâ tantummodò pro loco quolibet sint contenti. Quòd si forsan communitas seu universitas aliqua Ecclesiastica vel mundana, seu iidem religiosi pro illis, in aliquo ipsorum locorum campanam aliam habuerint, vel nunc habent, non illam, sed aliam solam eorum specialiter usibus deputatam pulsare valeant horis diurnis & nocturnis, Missis & aliis consuetis. Cæterùm religiosis eisdem permittimus, quòd ubi hactenus plures campanas sine lite & contradictione qualibet in usus duntaxat proprios habuerint, & nunc habent, illis etiam deinceps liberè uti possint. Aliis quibuscunque per eos habitis intra trium mensium spatium de suis locis seu campanilibus deponendis, & nullatenùs iterùm reponendis. Verùm campanulas, quæ in Refectoriis, Sacristiis, Capitulis, & aliis forsan officinis religiosorum ipsorum consueverunt haberi, sub ista nostra ordinatione nolumus comprehendi. Nulli ergò, &c. Datum 2. Novembris, Pontificatûs nostri Anno 8.

DE OFFICIO DELEGATI.

TITULUS VI.

CAP. UN.

¶ Litera Apostolica impetrata ad gratias seu ad lites in aliquibus civitatibus seu diœcesibus, dum erant integræ, non obstante divisione factâ de ipsis in duas seu plures civitates seu diœceses, qua divisio facta propter divini cultûs augmentum, & populi incrementum, & etiam executores seu judices earundem, habeant sub eisdem modo & forma illum vigorem in sic divisis, quem habebant in illis, dum integræ remanebant. a

Joannes XXII. *Episcopus, servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.*

SEdes Apostolica in suis actibus veritatem prosequens, lucem amans, libenter evitat nodosæ ambiguitatis involucrum: Illamque sibi semper in suis ordinationibus reservare cautelam intendit, ut de illis ita proveniant commoda, quod aliis non immineat detrimentum. Sanè pridem ad divini cultûs augmentum, & ad salutem populi, quem in nonnullis civitatibus & diœcesibus sic multiplicârat altissimus, quòd in earum singulis singulorum vultus nequibat, ut deceret, unicus pastor inspicere, aut alias partes boni pastoris implere: salubriter intendentes, in ipsis diœcesibus, quarum nonnullas in duas, & aliquas in plures diœceses duximus dividendas, certas earum civitates ac Ecclesias ereximus cathedrales, quarum singulis propriis, distinctas & limitatas justimus assignari. Verùm quoniam plures ante ordinationem seu divisionem nostram hujusmodi tam à nobis, quàm à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus Apostolicas obtinuerunt literas, super beneficiis Ecclesiasticis in ipsis tunc integris diœcesibus vacaturis, quarum nonnullæ restant adhuc executioni mandandæ: Nos amovere volentes cujusvis dubitationis scrupulum, qui circa executionem gratiarum super hujusmodi beneficiis concessarum posset forsan incidere, consideranter attentiùs, quòd per ordinationem seu divisionem nostram prædictam, jus ad rem expectantibus dicta beneficia antè competens ex ratione immutari non debet, quin adeò efficax in divisis diœcesibus maneat, sicut in ipsis quondam integris: auctoritate præsentium declaramus, quòd omnes & singulæ gratiæ, super beneficiis vacaturis ante divisionem hujusmodi in ipsis quondam integris diœcesibus à nobis vel prædictis prædecessoribus nostris personis quibuscunque concessæ, tam in ipsis nunc divisis, quàm in aliis diœcesibus decisis ab illis, eisdem modo & formâ possint suo ordine per executores demandatos, & alios, ad quos id pertinebit, ad debitam executionem adduci, quibus ante divisiones sæpefatas poterant, & debebant. Idem etiam declaramus quoad literas Apostolicas justitiam continentes, ut videlicet judices dati per illas in causis quarumlibet personarum, quæ nunc de eisdem diœcesibus divisis existunt,

a *Hæc extravagans habetur inter XX. Ioan. XXII. sub tit. de concess. præb. cum gl. domini Zenzelini.*

possint

possint juxta earum tenorem perinde procedere, ac si dictæ diœceses, de quibus mentio in eisdem literis habetur, integræ remansissent. Nulli ergò omnino hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Avenion. 3. Cal. Novemb. Pontificatûs nostri Anno 2.

DE OFFICIO JUDICIS ORDINARII.

TITULUS VII.

CAP. I.

¶ Episcopus monasterium visitans non tenetur accipere Monachos illius monasterii pro tabellionibus, etsi hoc haberet consuetudo: nec in actu visitationis debet esse solus, sed duos vel tres Clericos cum Notario, qui similiter sit Clericus, secum assumat. h. d.

Bonifacius VIII.

DEbent superioribus suis reverentiam subditi: & dum salubriter ab eis pro culpis correctionem velut curantium medicamenta recipiunt, obedientiam exhibere tenentur. Rursùs oportet Præpositos cum charitate a corrigere: decet eos inferre humiliter, quod docent, & paternâ subjectos dilectione fovere. Sic debitor delicatus effugitur, sic onerosus creditor minimè reperitur. Sanè dudum venerabili fratre nostro A. Episcopo Dulmen. ad visitandum Capitulum suæ Ecclesiæ Dulmen. quæ regularis ordinis sancti Benedicti fore noscitur, descendente, Prior & Capitulum ipsius Ecclesiæ excipientes, quòd de consuetudine erat Ecclesiæ supradictæ, a tempore, cujus non erat memoria, inconcussè servata, quòd Episcopi Dulmen. qui fuerunt pro tempore, per se solos absque aliis religiosis sibi adjunctis, vel Clericis, vel Laicis secularibus quibuscunque, assumptis sibi loco Notarii Monacho, seu Monachis Capituli memorati, visitationem suam hactenus præfato impenderunt Capitulo: supplicârunt eidem Episcopo, ut omnes tam Clericos, quàm Laicos, religiosos & seculares (antequam visitationem actualiter exerceret) à Capitulo præciperet amoveri: quibus amotis, parati erant ipsum admittere ad visitationem hujusmodi peragendam. Et quia dictus Episcopus eos super hoc non audivit, quanquam protestaretur se velle omnes Clericos suos, & alios (præter tres, vel quatuor, & Notarium) removere, & sic suam visitationem incipere & complere, idem Prior & Capitulum ad sedem Apostolicam appellârunt. Proposito itaque hujusmodi negotio coram nobis, & auditis, & intellectis, quæ partes dicere voluerunt: nos considerantes, quòd consuetudo prædicta contra communem utilitatem, facultatem probationum (quæ non est angustanda) restringit, propter quod etiam, ut salva scilicet sit rerum probatio, quia publicè interest, ne veritas occultetur, cautum est jure, ut curent magistratus testari, id est, testificari volentibus, seipsos, & alios testes, vel signatores præbere. Et statuit generale Concilium, ut à judicibus adhibeatur persona publica, vel duo viri idonei, qui acta conscribant. Quos quidem Monachos ad prædicta, tum propter eorum professionem, quæ illorum vocem facit funestam, & ipsos arcet à judiciis, & publicis sive civilibus actibus, nec patitur (prout constitutio novella declarat) nisi in inquisitionis hæreticæ pravitatis causa, tabellionis (cujus vicem in hac parte duo viri per supra dictum Concilium obtinent) officium exercere: tum quia suspecti nec contra reos, aut Capitulum, quibus subsunt, quæ corrigenda inventurentur, fideliter & rectè conscriberent, constat non esse idoneos. Attendentes quoque quòd id Episcopali non modicum detrahit dignitati, si ab Episcopo, qui dignitatem propriam suo ingenio augere debet, comites honoris sui causâ adhibiti abducantur, seque solum suspectis quandoque, forsitan quos visitat, committere compellatus: Dictam consuetudinem, per quam prælibati Prior & Capitulum videntur nimium delicati, tanquam non rationabilem reprobamus. Sed ne sit Episcopus onerosus, decernimus, nostrorum prædecessorum vestigiis inhærentes, ut cum ad visitationem decætero faciendam in Ecclesia memorata descenderit, in visitationis actu duas vel tres honestas personas Clericali charactere insignitas, quarum una ad minus sit religiosa ordinis supradicti, & unum Notarium Clericum secum habeat, & non plures: Consuetudine aliquâ obtentâ, & compositione quâlibet inter partes ipsas super hoc in contrarium factâ hactenus, non obstante. Nulli ergò liceat hanc pag. nostrarum reprobationis, constitutionis, &c. Datum Anag. X. Calend. Augusti. Pontificatûs nostri Anno 8.

a *Vide Conc. Trid. sess. 3. de refor. c. 1.*

CAP. II.

¶ Beneficia plura incompatibilia obtinens sine dispensatione, debet illa præter ultimum in manu ordinarii intra duos menses dimittere: aliàs pœnas incurrit hic positas. Et debet Ordinarius talem plura beneficia obtinentes compellere ad ostendendam dispensationem: quod si non fecerit, ab ingressu Ecclesiæ suspendatur. vide cap. Ordinarii. eod. tit. lib. 6. quod si diligenter notetur, hoc extravagans sub hoc tit. rectè collocata dicetur.

Joannes XXII.

UT a quos virtutis amor à vitio ambitionis execrandæ, & avaritiæ excitate non retrahit, saltem rigor coerceat disciplinæ: Statuimus, ut quicunque plures dignitates, vel personatus, aut parochiales Ecclesias, aut dignitatem, vel personatum cum alio beneficio curam animarum habente, simul sine dispensatione canonica detinens, illa omnia & singula (illo duntaxat excepto, quod ultimò receperit, quod possit, si tamen in eo ex collatione canonica jus sibi competat, retinere) intra duos menses à die notitiæ hujusmodi nostræ constitutionis continuè numerandos, efficaciter verbo & facto, absque fraude aliqua in manu Ordinarii dimittere teneatur, per eum, vel per eos, ad quem, vel ad quos eorum dispositio spectabit, ea vice libere disponenda. Quod si non fecerit, etiam illo sit ipso jure privatus, in quo jus competebat eidem: & inhabilis ad quæcunque beneficia obtinenda penitùs censeatur. Qui verò deinceps receperit dignitatem, vel personatum, aut beneficium curam habens animarum annexam, si priùs simile beneficium obtinebat, primum, quo postquam secundi possessionem habuerit, vel per eum (omni dolo & fraude cessantibus) quò minùs habeat, steterit, privatus noscitur ipso jure, absque moræ dispendio in manu Ordinarii omninò similiter dimittere teneatur, per eum vel eos, ad quem seu quos collatio seu ordinatio spectaverit, disponendum: quod nisi fecerit, extunc secundo sit ipso jure privatus, & inhabilis ad sacros ordines, & ad quodcunque beneficium Ecclesiasticum obtinendum. Ut autem præmissorum fructus faciliùs subsequatur, omnibus & singulis Ordinariis in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœna suspensionis ab ingressu Ecclesiæ, quam eos (si in exequendis subsequentibus negligentes fuerint) incurrere volumus ipso facto, districtè præcipimus & mandamus, ut sub certa & formidabili pœna eorum arbitrio infligenda, subditis suis plures dignitates & personatus aut Ecclesias, quibus cura imminet animarum, aut dignitatum vel personatum cum alio beneficio, cui cura similis sit annexa, obtinentibus, injungere debeant, quòd dispensationes,

b *Vide Conc. Trid. sess. 1. de reform. cap. 2. & 4. & sess. 24. de reform. c. 17.*

auctoritate quarum hujusmodi Ecclesias, personatus, vel dignitates obtinent, si quas habent, necnon & titulos Ecclesiarum, dignitatum vel personatuum eorundem, intra tempus pro facti qualitate ipsorum ordinariorum moderandum arbitrio, ordinariis ipsis, vel iis, quem vel quos ad hoc duxerint deputandos, exhibere procurent: De processibus habendis super his exhibitis, propositis & productis, reddituri absque moræ dispendio per scripta publica conficienda super his sedem Apostolicam certiorem.

DE MAJORITATE ET obedientia.

TITULUS VIII.

CAP. I.

¶ Omnes Christi fideles de necessitate salutis subesse Romano Pontifici, qui utrumq; gladium habet, & omnes judicat, à nemine autem judicatur. Hac tamen extravagante Regem Franciæ & regnicolas non amplius subjicit Ecclesiæ Romanæ, quàm prius erant: ut patet]. *de privil. meruit.*

Bonifacius VIII.

UNam sanctam Ecclesiam catholicam & ipsam Apostolicam urgente fide credere cogimur & tenere. Nosque hanc firmiter credimus & simpliciter confitemur: extra quam nec salus est, nec remissio peccatorum, Sponso in Canticis *a* proclamante: [*Una est columba mea, perfecta mea. Una est matri suæ, electa genetrici suæ:*] quæ unum corpus mysticum repræsentat, cujus caput Christus: Christi verò Deus. In qua unus Dominus, una Fides, unum Baptisma. Una nempe fuit diluvii tempore arca Noë, unam Ecclesiam præfiguraus, quæ in uno cubito consummata, unum (Noe videlicet) gubernatorem habuit & rectorem, extra quam omnia subsistentia super terram legimus fuisse deleta. Hanc autem veneramur & unicam: dicente Domino in *b* Propheta: [*Erue à framea Deus animam meam, & de manu canis unicam meam:*] Pro anima enim, id est, pro se ipso, capite simul oravit & corpore: quod corpus unicam scilicet Ecclesiam nominavit, propter sponsi, fidei, sacramentorum & charitatis Ecclesiæ unitatem. Hæc est tunica *c* illa Domini inconsutilis, quæ scissa non fuit, sed sorte provenit. Igitur Ecclesiæ unius & unicæ, unum corpus, unum caput, non duo capita, quasi monstrum, Christus videlicet & Christi vicarius Petrus, Petrique successor, dicente Domino ipso Petro, [*Pasce d oves meas,*] meas, inquit, & generaliter, non singulariter has vel illas, per quod commisisse sibi intelligitur universas. Sive ergò Græci sive alii se dicant Petro ejusque successoribus non esse commissos, fateantur necesse se de ovibus Christi non esse: dicente Domino in Joanne: Unum *e* ovile & unicum esse pastorem. In hac ejusque potestate duos esse gladios, spiritalem videlicet & temporalem, Evangelicis dictis instruimur. Nam dicentibus Apostolis, [*Ecce gladii duo hîc*] in Ecclesia scilicet, cùm Apostoli loquerentur, non respondit Dominus nimis esse, sed satis. Certè qui in potestate Petri temporalem gladium esse negat, malè verbum attendit Domini proferentis, [*Converte gladium tuum f in vaginam.*] Uterque ergò est in potestate Ecclesiæ, spiritalis scilicet gladius & materialis. Sed is quidem pro Ecclesia, ille verò ab Ecclesia exercendus. Ille Sacerdotis, is manu Regum & militum, sed ad nutum & patientiam Sacerdotis. Oportet autem gladium esse sub gladio, & temporalem auctoritatem spiritali subjici potestati. Nam cùm dicat Apostolus: [*Non g est potestas nisi à Deo: quæ autem sunt, à Deo ordinata sunt:*] Non autem ordinata essent, nisi gladius esset sub gladio, & tanquam inferior reduceretur per alium in suprema. Nam secundùm B. Dionysium, Lex divinitatis est, infima per media in suprema reduci. Non ergò secundùm ordinem universi omnia æquè ac immediatè, sed infima per media, & inferiora per superiora ad ordinem reducuntur. Spiritalem autem & dignitate & nobilitate terrenam quamlibet præcellere potestatem, oportet tantò clarius nos fateri, quantò spiritalia temporalia antecellunt. Quod etiam ex decimarum datione, & benedictione, & sanctificatione, ex ipsius potestatis acceptione, ex ipsarum rerum gubernatione clariis oculis intuemur. Nam veritate testante, spiritalis potestas terrenam potestatem instituere habet, & judicare, si bona non fuerit: sic de Ecclesia & Ecclesiastica potestate verificatur vaticinium Hieremiæ: [*Ecce à constitui te hodie super gentes & regna:*] & extera, quæ sequuntur. Ergò si deviat terrena potestas, judicabitur à potestate spiritali: sed si deviat spiritalis minor, à suo superiori; Si verò suprema, à solo Deo, non ab homine poterit judicari: testante Apostolo, [*Spiritalis b homo judicat omnia, ipse autem à nemine judicatur.*] Est autem hæc auctoritas (& si data sit homini, & exerceatur per hominem) non humana, sed potiùs divina, ore divino Petro data, ubique suisque successoribus in ipso quem confessus fuit petra firmata: dicente Domino ipsi Petro: [*Quodcunq; ligaveris* c, *&c.*] Quicunque igitur huic potestati a Deo sic ordinatæ restitit, Dei ordinationi restitit, nisi duo (sicut Manichæus) fingat esse principia, quod falsum & hæreticum judicamus: quia testante *d* Moyse, non in principiis, sed in principio cœlum Deus creavit & terram. Porrò subesse Romano Pontifici omni *e* humanæ creaturæ declaramus, dicimus, definimus & pronunciamus omninò esse de necessitate salutis. Dat. Laterani, Pontificatûs nostri Anno 8.

CAP. II.

¶ Prælati non discurrant, præsertim habitu transformati: qui si ad curiam venerint, inde recedere non debent, sine Papa licentia; aliàs ipsi & receptantes illos excommunicanti sunt.

Joannes XXII.

UT Prælatorum inepta discursibus gravitas & simplicitas simulationibus obvia, & ipsorum ad Christi vicarium indevotio, religiositati quippe contraria, non immeritò arguenda, cùm reverentiam illorum sanctitas, lucem puritas, firmosque maturitas polcat gressus, ut sint vitâ mundi, famâ clari, proficuique reddantur exemplo. Verùm quia ipsorum quorundam (ut fide dignorum habet assertio) eò vana prorupit interdum, ne dixerimus perniciosa temeritas, quòd (vestibus spiritalis sanctitatis abjectis, dissimulato habitu) ad remotas à suis sedibus partes se transferunt. Quinimò ad sedem Apostolicam clanculo, nobis non visis, nec intimato *f* quòd venerint, venisse, latitâsse, discessisseque dicantur: nos ne tacentibus nobis non præcisus hujusmodi morbus invaleat, dùm providum creditur, quod incautum, licitum, quod impune. Omnibus Episcopis, superioribusque Prælatis sub obtestatione divini judicii inhibemus, ne absque rationabili causa, timoris fortè vel alia, extra suarum civitatis & diœcesis ac Provinciarum (mutatis habitibus) limites indiscretè discurrant. Inhibemus etiam, ne qui Episcoporum & superiorum ipsorum latenter (præsertim habitu transformato) venientes ad curiam, de ipsa (Romani Pontificis non præsentati conspectibus, vel saltem ab eo recedendi licentiâ non obtentâ) recedant. Si qui verò Episcoporum & superiorum hujusmodi nostræ inhibitionis contradictores extiterint, & absque ipsius Romani Pontificis recedendi licentia concessa, eoque non viso, recesserint ab eadem, necnon si qui scienter receptaverint antedictos,

a *Cantic. 6.* b *Psalm. 21.* c *Ioan. 19.* d *Ioan. 21.* e *Ioan. 10.* f *Matth. 26.* g *Rom. 13.*

a *Hierem. 1.* b *1. Cor. 2.* c *Matth. 16.* d *Gen. 1.* e *Aliàs, statuit omnem humanam creaturam.* f *Aliàs intimato.*

nisi

eisi id confestim eidem Romano Pontifici, vel alicui, per quem hoc ipsum ad ejus crediderint deduci notitiam, manifestare curaverint (etiamsi Episcopali, Archiepiscopali, Patriarchali vel quâvis aliâ dignitate præfulgeant) eos excommunicationis sententiâ innodamus.

CAP. III.

¶ *Prælati ad curiam non debent more nocturno latenter venire, nisi inde sine papali licentia recederet: aliàs infideles judicantur, & sententiâ excommunicationis ligantur.*

Joannes XXII.

ETsi deceat quoslibet subditorum curam exercere solicitè, & per omnia velut lucis filios ambulare: hoc tamen præcipuè ab ipsis exigitur, qui constituti per altitudinem dignitatis, ut in specula, circa commissas sibi plebes pastorum simul & custodum partes implere tenentur, & coram ipsis laudabilium operum exemplo lucere. Ad nostrum sane pervenit auditum, quòd nonnulli pontificali præditi dignitate, gregum suorum custodiam negligentes, & abhorrentes lucem, tanquam filii tenebrarum, non verentur se ab ovium suarum cura, mercenarii more, tempore longo subducere, & pontificali dignitate rejectâ non erubescunt vagari per devia sub habitibus transformatis, ac contempto de exhibendo paribus & superioribus honore præcepto, sic abjecti & indecori interdum ad sedem Apostolicam clanculò declinare præsumunt, ubi more noctuæ, cujus intuitum nox illuminat, lux excœcat, de die latentes, horis tenebrarum, quos suis arbitrantur conformari desideriis, visitant, suos eis evomentes conceptus iniquos, & conspirationes forsan illicitas adversùs nos & alios pertractantes, & demùm abinde (non absque notabili sedis prædictæ contemptu) reverentiâ tam consuetâ, quàm debitâ, non exhibitâ Romano Pontifici, & nec ab ipso petitâ licentiâ nec obtentâ, recedunt. Nos igitur & ipsius sedis honori in hac parte prospicere, ac talium insolentiis finem imponere cupientes, de fratrum nostrorum consilio, generali prohibemus edicto, ne decætero Præsul aliquis sine sui superioris licentia, nisi pro negotiis Ecclesiæ sibi commissæ, extra suam diœcesim audeat pernoctare: firmiter statuentes, ut quicunque Pontifex ad Romanam curiam veniens, Papale palatium primitùs visitet, ad Papam (si hoc patiatur temporis opportunitas) intraturus, ac reverentiam consuetam & debitam exhibiturus eidem: nullatenùs recessurus à curia, nisi ab ipso super hoc petitâ licentiâ & obtentâ. Quòd si secùs à quoquam super his fuerit attentatum, nos quoscunque Prælatos, quamvis etiam Patriarchali dignitate fulgentes, sic ad sedem accedentes, & ab illa (ut prædicitur) recedentes, necnon quoslibet alios, qui tales apud sedem ipsam receptare præsumpserint, nisi ante receptionem hujusmodi eidem Romano Pontifici significaverint adventum illorum, decernimus eo ipso notam infidelitatis incurrere, ac excommunicationis sententiæ subjacere. Nulli ergò, &c.

DE TREUGA ET PACE.

TITULUS IX.

CAP. I.

¶ *Sixtus Papa volens discordiam ex pragmatica sanctione subortam sedare, ordinariis regni Franciæ ad conferenda beneficia sex menses concedit. Facultatem concedendi sex gratias sibi retinet. Beneficia Cardinalium & eorum qui Cardinalib. sunt familiares, in regno Franciæ existentia, sua dispositioni usq; ad certum tempus reservat. De beneficiis promerendorum quid fieri debeat, ostendit. Causas beneficiales in prima instantia vult in partibus terminari, in quibus ante definitivam sententiam (nisi in uno casu) vetat appellari. Quid de causis in curia pendentibus faciendum sit, narrat. Si autem eadem causa in diversis curiis, diversis respectibus tractatur, quonam pacto terminanda sit, hic recitatur. Taxa beneficiorum edita à Ioanne XXII. servandas censet. Tandem tempus ponit, intra quod vult ista acceptari & servari. Sciat autem quod hujusmodi concordata, tanquam juri communi & decretis Constant. & Basilien. contraria, nullum sunt effectum sortita.*

Sixtus IV.

AD universalis Ecclesiæ regimen divinâ disponente clementiâ vocatis, inter alia pro commissorum populorum votiva dilectione nil occurrit præstantius, quàm exorta inter personas Ecclesiasticas (principis tenebrarum astutiâ) discordiarum fomenta per nostræ solicitudinis occursum protinùs extinguere: ut cujusvis altercationis salubriter evulsis seminibus, pacis & tranquillitatis dulcedinem inter creditos nobis populos (divinâ nobis assistente gratiâ) imponere & conservare valeamus. Cupientes itaque ut suscitatâ retroactis temporibus discordiâ (proh dolor) in regno Franciæ, Delphinatu, aliisq; terris & dominiis charissimi in Christo filii nostri Ludovici Francorum Regis illustris, inter nonnullas ex eisdem personas, occasione cujusdam constitutionis, quæ in eodem regno diutiùs inolevit, quam personæ prædictæ pragmaticam sanctionem vocant, ne si (quod absit) majora fomenta sumeret, damna pariter & graviora scandala, periculaque subsequerentur, fine debito claudatur, & totaliter secludatur: Auctoritate Apostolicâ ex certa scientia de fratrum nostrorum consilio omnibus & singulis Prælatis & aliis personis Ecclesiasticis regni, Delphinatûs, terrarum & dominiorum eorundem, ad quos dignitatum, aliorumque beneficiorum Ecclesiasticorum, terrarum & dominiorum eorundem collatio, provisio, præsentatio, electio, seu quævis alia dispositio pertinet: de quibusvis dignitatibus, personatibus, administrationibus, officiis, canonicatibus, & præbendis, necnon aliis beneficiis Ecclesiasticis, cum cura & sine cura, secularibus & regularibus, ad eorum collationem, provisionem, præsentationem, electionem, seu quamvis aliam dispositionem pertinentibus, quæ deinceps in Februarii, Aprilis, Junii, Augusti, Octobris & Decembris mensibus futuris perpetuis temporibus vacare contigerit (dummodò dispositioni Apostolicæ ex aliqua generali reservatione in corpore juris clausa, aut per alteram ex constitutionibus felicium recordationum Benedicti XIII. quæ incipit, Ad regimen. aut Joannis XXII. Romanorum Pontificum, prædecessorum nostrorum, quæ incipit, Execrabilis. seu constitutiones & regulas cancellariæ Apostolicæ per nos super hoc editas reservata generaliter non existant) perinde ac si aliquæ à sede Apostolica, vel ejus Legatis expectativæ literæ non emanâssent, liberè disponendi facultatem concedimus per præsentes. Et quia isti summi Pontifices prædecessores nostri consueverunt se in concessionibus gratiarum expectativarum a personis benemeritis exhibere liberales, nostræ intentionis existit concedere in regno, Delphinatu, terris & dominiis regni hujusmodi, ultra gratias expectativas per nos in eisdem regno, Delphinatu, terris & dominiis concessas (quibus in aliquo præjudicare non intendimus per præsentes, qualsque in suo robore permanere volumus) sex personis idoneis regnicolis, sex alias gratias expectativas ad quamlibet collationem, provisionem, præsentationem, seu quamvis aliam dispositionem singulorũ ex Prælatis & aliis personis prædictis. Ex quibus quidem sex gratiis, duæ gratiæ expectativæ concedentur duobus Clericis regnicolis idoneis, pro quibus Rex ipse, & charissima in Christo filia nostra Regina, ac dilectus filius nobilis vir Delphinus Viennensis, nec non magistri & præsidentes, ac alii officiarii, in aliquo ex parlamentis Regis ejusdem regni nobis super hoc unanimiter supplicabunt: qui duo nominati per Regem

a *Gratias expectativas, & mandata de providendo nemini amplius concedi decrevit Conc. Trid. Sess. 24. de refor. c. 19.*

& Reginam, Delphinum, magistros, præsidentes, & officiarios præfatos, gaudeant prærogativis ad instar familiarium nostrorum continuorum commensalium. Ipsisque sex gratiis consumptis, aliàs sex gratias similes, aliis sex gratiis personis idoneis modo & formâ præmissis concedere intendimus. Volumus autem, ac ejusdem auctoritate & tenore præsentium decernimus & declaramus beneficia, quæ venerabilium fratrum nostrorum sanctæ Rom. Eccl. Cardinalium familiares continui commensales eorum familiaritate durante in regno, Delphinatu, terris, & dominiis præfatis obtinent & in posterum obtinebunt, dispositioni Apostolicæ in posterum censeri reservata, quandiu duntaxat Cardinales præfati vitam duxerint in humanis, ac post obitum eorundem Cardinalium per sex annos continuè sequentes. Quibusquidem sex annis elapsis, alii ad quos eorundem beneficiorum collatio, provisio, præsentatio, electio, seu quævis alia dispositio aliàs pertinet, de beneficiis familiarium hujusmodi in regno, Delphinatu, terris, & dominiis præfatis consistentibus, in prædictis mensibus disponere valeant, hujusmodi reservatione non obstante. Concedimus etiam, quòd beneficiorum, quæ promovendi per nos ad dignitates, seu beneficia consistorialia ipsâtù provisionum per nos de eorum personis faciendarum obtinebunt, ac in quibus, & ad quæ jus eis quomodolibet competit, ac competere poterit, per promotiones ad dignitates, & alia beneficia consistorialia prædicta, ac munus consecrationis eisdem promovendis impendendum, seu lapsum temporis de consecrandis Episcopis à sacris canonibus definiti vacaturorum, si promotiones ipsæ in aliquo ex supradictis mensibus fiant, nisi beneficia ipsa essent aliàs dispositioni Apostolicæ (ut præfertur) reservata, ad prælatos & personas supradictas. Si verò in aliis mensibus promotiones eisdem fieri contingat, ad nos & Romanos Pontifices successores nostros collatio, provisio, & omnimoda dispositio pertineat. Et quoniam sedis Apost. Notariorum magnus reperitur numerus, eorundem Notariorum, qui habitum per ejusdem sedis Notarios gestari solitum publicè & continuè gestant, & in posterum gestabunt, beneficia in eisdem regno, Delphinatu, & terris consistentia, duntaxat censeantur reservata: quodque [a] omnes & singulæ causæ beneficiales in partibus coram judicibus competentibus usque ad definitivam inclusivè, in prima duntaxat instantia, in qua nulli ante definitivam liceat appellare, nec appellatio (si fuerit emissa) debeat admitti, nisi ab interlocutoria, vel à gravamine negotium principale minimè concernente, quòd non possit per appellationem à definitiva sententia reparari. In aliis verò instantiis in Romana curia tractentur, cognoscantur & fine debito terminentur. Causæ verò beneficiales pendentes in dicta curia inter nostros, aut dictorum Cardinalium familiares continuos commensales, ipsis Cardinalibus in eadem curia præsentibus, seu in aliqua legatione, aut recreationis causa secedentibus, necnon præfatæ sedis officiales, officia actu exercentes, aut alios à præmissis, qui per sex menses curiam prædictam secuti sunt, & sequuntur de præsenti, curiales, & quoscunque alios eorum adversarios, super quibusvis beneficiis eisdem adversariis auctoritate ordinariâ collatis, per illos, quibus commissæ reperiuntur, seu alios per nos ad id deputatos, seu etiam deputandos judices audiantur, cognoscantur, decidantur, fineque debito terminentur, ac executioni debitæ demandentur. Cæteræ verò similes causæ beneficiales inter quoscunque alios pendentes, & quæ quibusvis judicibus, seu auditoribus commissæ reperiantur, aliquibus judicibus competentibus in regno Franciæ, auctoritate Apostolicâ committantur audiendæ, & cognoscendæ, decidendæ, & fine debito terminandæ, cum necessaria eorundem causarum advocatione. Præterea, quia aliquæ ex supradictis causis in eadem Romana curia super petitorio, & diversis curiis ipsius regni super possessorio tractantur: volumus, quòd in eisdem causis in diversis curiis super petitorio & possessorio unico, & eodem contextu pendentibus (suspenso petitorio, & censuris super hoc latis) in possessorio in curiis eorundem judicum, coram quibus causæ possessorii pendeant de præsenti, procedant, causæque ipsæ super hujusmodi possessorio intra biennium terminentur, & finiantur. Alioquin biennio elapso liceat partibus ipsis procedere super petitorio, & ulteriùs dictis causis expeditis super possessorio, aut hujusmodi biennio elapso altera partium litigantium coram judice competenti, auctoritate Apostolicâ deputato, poterit jus suum prosequi, ipseque Apostolicus judex intra aliud biennium causam in petitorio terminare teneatur. Quod si non fecerit, causa ipsa ab eo avocata, & lis penitus extincta censeatur. Et si forsan aliquis eorundem judicum cujusvis sibi commissæ causæ expeditionem malitiosè prorogare aut differre præsumpserit, excommunicationis & omnium beneficiorum suorum privationis pœnas ipso facto incurrat, à qua quidem excommunicationis pœna absolvi nequeat, nisi à nobis & successoribus nostris Rom. Pontificibus, præterquam in mortis articulo [a]: quodque decretо in literis expediendis in regno Franciæ, Delphinatu, & terris, aliisque dominiis prædictis serventur taxæ super hoc editæ per Joan. XXII. Papam præfatum, & excessus, si qui fuerint, corrigantur. Et quia propter assiduas guerras & novitates, quæ continuè vigent in dicto regno, prætenditur Ecclesias, dum vacant gravatas, in taxa etiam reformata in Concilio Constant. quæ reducta est ad medietatem antiquæ taxæ, quòd gravatus in eadem taxa Prælatus promovendus solvat communia, & minuta servitia, quæ plures ex Gallis annatam vocant: tantùm pro vera æstimatione fructuum Ecclesiæ & monasterii, ad quæ fit promotus, eaque in dicta Cancellaria, & camera Apostolica inviolabiliter observari mandamus. Et quia in supradictis concessionibus regnum ac Regem maximâ sumus charitate complexi, credendum est non immeritò, ut se devotos & obedientes erga sanctam Romanam Eccles. exhibeant. Quare volumus, & eisdem auctoritate & tenore statuimus, quòd præfatus Rex intra quatuor menses præmissa acceptare & observare, ac in regno, Delphinatu & dominiis hujusmodi observari facere, nec non intra alios duos præfatos quatuor immediatè sequentes menses super acceptatione & observatione, aliisque præmissis omnibus & singulis per suas patentes literas nos & sedem præfatam certificare teneatur. Alioquin præsentes literæ, & inde secuta quæcunque sint cassa & irrita, nullíusque roboris vel momenti. Nos enim extunc irritum decernimus & inane, si secùs super his à quoquamquâvis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam nostrarum concessionis, intentionis, voluntatis, constitutionis, declarationis, indulti, mandati, & statuti infringere, & ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum, Anno incarnationis dominicæ 1471. septimo Idùs Augusti, Pont. nost. Anno 1.

a *Vide Conc. Trid. Sess. 24. de reform. c. 20.*

CAP. III.

¶ *Discordia inter religiosos mendicantes, & Ecclesiarum parochialium Rectores in partibus Germaniæ quatuor delegatis commissa, per eos sub certa forma & modo in pacem & con-*

a *In mortis articulo nulla est casuum reservatio: atque ideò omnes Sacerdotes quoslibet pœnitentes à quibuscùs peccatis & censuris absolvere possunt: Conc. Trid. Sess. 14. c. 7. de casuum reservatione.*

cordiam

cerdiam conversa fuit: quam Romanus Pont. confirmat præcipiens sub pena excommunicationis illam à Prælatis observari.

Sixtus IV.

Vices illius a, qui supra petram ædificavit Ecclesiam suam (meritis licèt insufficientibus) gerentes in terris, & per ejus immaculata vestigia (quantùm nobis ex alto conceditur) incedere satagentes, inter Christi fideles quoslibet, & præsertim sub uno atque eodem Sacerdotii vexillo nobiscum Deo militantes, pacem & charitatem inducere, & inductam confovere, vigilanti solicitudine meditamur assidue, & quæ iis contraria sunt, falce vigilantiæ pastoralis ad radicem posità submovere, prout rerum & temporum circumstantiæ id non immeritò expoſcere dignoscuntur. Nuper siquidem pro parte tam venerabilium fratrum nostrorum Maguntinen. & Treveren. Archiepiscoporum, ac Herbipol. & Wormatien. & Spiren. Episcoporum, quàm dilecti filii nobilis viri Philippi Comitis Palatini Rheni, & Ducis Bavariæ, qui unus ex Electoribus Romani Imperii existit, ad nostrum pervenit auditum, quòd inter dilectos filios Prædicatorum, Minorum, & Carmelitarum ordinum professores, & nonnullos parochialium rectores, & alios etiam Ecclesiarum Prælatos, instigante illo, qui tanquam leo rugiens circuit, quærens quem devoret, in partibus Germaniæ, & præsertim in oppido Eslingen. Constan. diœcef. suscitata sunt nonnulla dissensionum & scandalorum fomenta, ex certis causis tunc nobis expressis, quæ nisi per vigilantiam pastoralis officii celeriter succidantur, possent ad scandalum non modicum Christi fidelium illarum partium faciliter pervenire. Nos igitur attendentes, quòd sacrosancta Rom. Ecclesia, ab ejus fundatione primæva in ordine sacerdotali, quem Petrus Apostolus, & ejus successores observârunt, instituta, & per viros providos & Sacerdotes virtuosos adaucta, & longissimis temporibus feliciter conservata extitit: Ruriusque animadvertentes, quòd hodiernis temporibus hominum crescente malitiâ, nisi ager Dominicus cultoribus idoneis, bucinatoribus Spiritûs Sancti, & præconibus verbi Dei (qui præter cæteros in ordinibus fratrum mendicantium gratiâ assistente divinâ in copioso numero reperiuntur) assiduè coleretur, vepribus malorum, & sentibus vitiorum omnium celeriter obrueretur: non potuimus non ab intimis cordis nostri dolore, quòd inter tales viros, qui se mutuâ charitate diligere, & alter alterius (juxta Apostolum b) onera portare deberent, discordiæ seminarium excitaretur. Unde cùm vellemus super his, ea quâ decet maturitate consulere, venerabilibus fratribus nostris Gulielmo Hostiensi, & Angelo Prænestinen. Episcopis, & dilectis filiis nostris Juliano tituli S. Petri ad Vincula, ac Petro tituli S. Sixti Presbyteris Cardinalibus, vivæ vocis oraculo commisimus & mandavimus, ut à singulis partibus prædictis, vel eorum procuratoribus legitimis, auditis hinc inde propositis, inter eas concordiam tractarent. Qui quidem Episcopi & Cardinales statutis loco & tempore convocatis, auditis & intellectis partibus prædictis (ut præfertur) & in præmissis graviter & consultè procedentes, partes ipsas de communi earundem consensu ad concordiam infrascriptam perduxerunt: Videlicet, quòd ipsi parochiani Sacerdotes decætero non dicant à mendicantibus hæreses processisse, cùm in veritate fides nostra sit illuminata, & Ecclesia exaltata per eosdem, & præsertim per ordines Prædicatorum & Minorum, ut jura testantur. Quodque fratres mendicantes non prædicent, populos parochianos non teneri audire Missam in eorum parochiis diebus festivis & Dominicis, cùm jure sit cautum illis diebus parochianos teneri audire Missam in eorum parochiali Ecclesia, nisi forsan ex honesta causa ab ipsa Ecclesia se absentarent: quodque etiam nec fratres, nec curati inducant aliquo modo Laicos ad eligendum sepulturam apud eos, & benè caveant propter pœnas, quas imponunt canones, cùm sit libera. Quòd etiam ipsi mendicantes desistant prædicare, quòd parochiani non sint obligati, saltem in pascha te proprio confiteri Sacerdoti: quia de jure a tenetur parochianus saltem in pascha te proprio confiteri Sacerdoti. Per hoc tamen ipsi fratres mendicantes non censeantur exclusi, quò minùs secundùm juris communis & privilegiorum eisdem concessorum dispositionem, confessiones audire, & pœnitentias injungere valeant. Quòd etiam decæterò inter ipsos fratres mendicantes & curatos, quoad effectum prædicandi, horas cantandi, & campanas pulsandi, servetur consuetudo antiqua, quæ temporibus antiquis servata fuit in ipso oppido Eslingensi. Et casu, quo veniat aliqua occasio sive necessitas, non fiat commutatio temporis, vel horæ, in ipsis prædicationibus fiendis, nisi de consensu partium. Quodq; etiam ipsi fratres in sermonibus eorum non detrahant Prælatis, & Rectoribus parochialium Ecclesiarum: Nec etiam populos à suarum Ecclesiarum parochialium frequentia & accessu abstrahant, sive retrahant quoquo modo. Et viceversa ipsi Rectores & Prælati aliquo modo non detrahant mendicantibus, sed illum favorem, quem possunt, eis impendant, & in omnibus & per omnia præstent, ita ut vera unitas & perfecta charitas inter eos ostendatur. Nos itaq; illius vices gerentes in terris, qui Apostolis suis dixit b: [*Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis:*] cupientes super his opportunè provideri, motu proprio, non ad alicujus super hoc nobis oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra certa scientia & mera voluntate, concordiam prædictam, ac omnia & singula per præfatos Episcopos & Cardinales ordinata, ad hoc, ut perpetuò inconcussa persistant, auctoritate Apostolicâ, & ex certa nostra scientia approbamus, & confirmamus, ac viribus perpetuò subsistere debere decernimus. Supplentes omnes & singulos defectus, tam juris, quàm facti, si qui forsan intervenerunt in eisdem. Injungentes nihilominùs Archiepiscopis, Episcopis, Plebanis, Rectoribus, Curatis, necnon Prioribus, gardianis, & singulis fratribus ordinum mendicantium, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, quam contrà facientes & quemliber eorum contrà facientem incurrere volumus eo ipso: à qua absolvi nequeant, nisi de expresso consensu partis læsæ, & debitâ satisfactione præviâ, inviolabiliter observent, & quantùm in eis est, ab aliis observari faciant. Et insuper quascunque lites & causas, coram quibuscunque causarum palatii Apostolici auditoribus, seu alibi, occasione præmissorum, inter dilectos filios Decanum & Capitulum Ecclesiæ Spiren. & curatum dicti oppidi, ac fratres prædictos indecisas pendentes, illarum status, tenores, & formas, & in eis gesta & actitata, præsentibus pro expressis habentes, ad eos harum serie, motu, scientiâ & auctoritate prædictis advocamus, & litem seu lites ipsas penitus extinguimus: Et ambabus partibus prædictis litis hujusmodi consortibus, seu illis adhærentibus, perpetuum silentium imponimus: Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac privilegiis eisdem fratribus in genere vel in specie concessis, cæterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergò, &c. Datum Romæ apud S. Petrum, Anno incarnationis Dominicæ 1478. XV. Cal. Julii, Pontif. nost. Anno 7.

a *Matth. 16.* b *Gal. 6.*

a *Cap. omnis utriusq; sexûs. de pœn. & remiss.*
b *Joan. 14.*

FINIS LIBRI PRIMI.

EXTRAVAGANTIVM COMMUNIUM,

LIBER SECUNDUS. DE JUDICIIS.

TITULUS I.

CAPITULUM UNICUM.

¶ *Decretalem, Super cathedram. quæ est in Clem. in cap. dudum. innovatam, jubet observari: neque propter illam debent religiosi mendicantes esse molesti & graves Prælatis, neque Prælati ipsis religiosis. Et si sint aliquæ injuriæ, vel molestationes hinc inde factæ, Papa vult justitiæ complementum breviter exhiberi, summariè, simpliciter & de plano, sine strepitu & figura judicii, vel aliter, prout qualitas excessuum exigit: Non obstantibus quibuscunque obstaculis, quæ possent his obviare.*

Joannes XXII.

Frequentes imò innumerosæ quodammodò de diversis mundi partibus venerabilium fratrum nostrorum Episcoporum, aliorumque superiorum Prælatorum, nec non dilectorum filiorũ, rectorum, curatorum, & parochialium Sacerdotum querelæ, contra dilectos filios fratres Prædicatorum & Minorum ordinum, nostrum & sedis Apostolicæ excitârunt auditum, & clamorosis insinuationibus excitare & fatigare non cessant, quòd iidem fratres decretalem, Dudum. editam à felicis recordationis Bonif. Papa VIII. præd. nost. quæ incipit, Super cathedram. ac per pix memor. Clem. Pap. V. prædec. nost. in Viennensi Conc. innovatam temerè observare non curant: sed ipsam transgredi non timentes, in ejusdem sedis contemptum, animarum suarum periculum, & eorundem & Ecclesiarum parochialium præjudicium & gravamen. Intelleximus quoque, quòd plerunque præfatis dictorum Prædicatorum & Minorum, nec non Eremitarum sancti Aug. & Carmelitarum ordinum fratribus, in cujus ordinis dictorum Eremitarum personis idem prædecessor Bonif. constitutionem prædictam, in qua tantùm de ipsis Prædicatorum & Minorum cavebatur ordinibus, per omnia voluit postmodum integraliter & inconcussè servari. Et ad quem prædictorum Carmelitanum fratrum ordinem, nos subsequenter constitutionem eandem, quoad omnia in ea contenta, duximus extendendam: à prædictis Episcopis, Prælatis, Rectoribus, Curatis, & Sacerdotibus, contra tenorem constitutionis prædictæ graves injuriæ, atque molestiæ in diversis partibus inferuntur. Nuper pro parte Vien. fratris nostri Archiepiscopi Burdegal. & dilectorum filiorum Capitulorum majoris Burdegal. & aliarum Ecclesiarum, Prioratuum, Conventuum, Rectorum, Curatorum, Sacerdotum, & Vicariorum parochialium, ac Clericorum, tam regulatium, quàm secularium civitatis & diœcesis prædictarum, nobis extitit intimatum, quòd prædicti eorundem Prædicatorum, Minorum, Eremitarum, & Carmelitarum ordinum fratres, contra tenorem decretalis ejusdem, multa eisdem & pœnis singulis gravamina & injurias inferunt & facturas. Quia igitur parùm esset jura condere, nisi qui ea tueatur, existat: Nos volentes de fratrum nostrorum consilio decretalem prædictam, Super cathedram. irrefragabiliter observari: Discret. v. per Apostolica scripta mandamus, quatenus vos, vel duo aut unus vestrùm, per vos, seu alium, vel alios, etiamsi sint extra loca, in quibus estis conservatores, seu judices deputati, tam eisdem Archiepiscopo, Capitulis, Prioribus, Conventibus, Rectoribus, Curatis, Sacerdotibus, Vicariis, ac Clero civitatis, & diœcesis prædictarum, & eorum cuilibet adversùs prædictos, quàm econverso eisdem fratribus adversùs Archiepiscopum, Capitula, Prælatos, Priores, Conventus, Rectores, Sacerdotes, Vicarios ac Clerum, præfatos, & singulos eorundem efficacibus defensionibus præsidio assistentes, ac facientes decretalem prædictam, quoad omnia ejus capitula, prout jacent, fixiter observari, non permittatis contra tenorem ipsius per memoratos fratres dictorum ordinum eisdem Archiepiscopis, Capitulis, Prælatis, Prioribus, Conventibus, Rectoribus, Curatis, Sacerdotibus, Vicariis ac Clero, vel alicui seu aliquibus eorundem, nec etiam prædictos Archiepiscopum, Capitula, Prælatos, Conventus, Rectores, Curatos, Sacerdotes, Vicarios, ac Clerum, seu aliquem, vel aliquos ipsorum eisdem fratribus gravamina, ac injurias irrogari: Facturi ipsis hinc inde, de quibuscunque injuriis, molestationibus, gravaminibus, & damnis vicissim illatis hactenus, & etiam in posterum inferendis eisdem contra tenorem constitutionis ejusdem, in illis videlicet, quæ judicialem requirunt indaginem, summariè, simpliciter & de plano, sine strepitu judicii & figura, in aliis verò prout qualitas ipsorum exigit, justitiæ complementum: Molestatores minores & majores hujusmodi, necnon contradictores quoslibet & rebelles, quandocunque & quotiescunque expedierit, per censuram Ecclesiasticam appellatione postpositâ compescendo. Non obstantibus quibuscunque exemptionibus, specialibus vel generalibus, tam fratribus & ordinibus prædictis, vel alicui, seu aliquibus fratrum & ordinum eorundem, quàm præfatis Archiepiscopo, Capitulis, Prælatis, Prioribus, Conventibus, Rectoribus, Curatis, Sacerdotibus, Vicariis, ac Clero, seu

ipso-

ipsorum alicui vel aliquibus, communiter vel divisim, sub quacunque forma vel expressione verborum ab eadem sede concessis, ac ejusdem Bonifacii, quo cavetur, ne aliquis extra suam civitatem vel diœcesim, nisi in certis exceptis casibus, & in illis ultra dictam unam à fine suæ diœcesis ad judicium evocetur. Seu ne judices, & conservatores à sede deputati prædicta, extra civitatem & diœcesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscunq; procedere, sive alii vel aliis vices suas committere, aut aliquos ultra unam dictam à fine diœcesis ejusdem trahere præsumant: dummodo ultra duas dictas aliquis extra suam civitatem auctoritate præsentium non trahatur. Seu, quòd de manifestis injuriis, molestiis, & aliis, quæ judicialem indaginem exigunt (pœnis in eos si secùs egerint, & etiam id procurantes, adjectis) conservatores se nullatenùs intromittant, quàm aliis quibuscunque constitutionibus à Romano Pontifice, tam de judicibus delegatis & conservatoribus, quàm personis ultra certum numerum per literas Apostolicas ad judicem non vocandis, aut aliis edictis, quæ nostræ possent jurisdictioni, aut potestati, ejusque exercitio libere quomodolibet obviare. Seu si tam eisdem fratribus, vel eorum ordinibus, aut alicui, seu aliquibus fratrum & ordinum prædictorum, quàm Archiepiscopo, Capitulis, Prælatis, Prioribus, Conventibus, Rectoribus, Curatis, Sacerdotibus, Vicariis, ac Clero prædictis, vel aliquibus ipsorum, seu quibusvis aliis communiter vel divisim à præfata sede sit indultum, quòd excommunicari, suspendi, vel interdici, seu extra vel ultra, circa vel alio quocunque modo ad judicium evocari non possint, per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi & de eorum personis, locis, hominibus, ordinibus, & nominibus propriis mentionem. Et quibuslibet aliis indulgentiis, seu privilegiis dictæ sedis generalibus vel specialibus, quorumcunque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta, nostræ jurisdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri. Et de quibus, quorumque totis tenoribus, de verbo ad verbum specialem oporteat in nostris literis fieri mentionem. Cæterùm judicibus, seu conservatoribus quibuscunque per literas Apostolicas sub quacunque alia, quàm præsenti verborum forma vel expressione confectas, eisdem prædictorum Prædicatorum, Minorum, Eremitarum, ac Carmelitarum ordinum fratribus, seu ipsis ordinibus communiter vel divisim, super damnis & injuriis, & aliis quibuscunque rebus, seu negotiis aliàs deputatis, & subdelegatis eorum præsentibus & futuris, auctoritate præsentium districtiùs inhibemus: ne aliquem, seu aliquos auctoritate literarum papalium, prætextu seu occasione quorumcunque damnorum vel injuriarum, sive gravaminum, contra tenorem prædictæ constitutionis, Super cathedram, ipsis fratribus, seu eorum ordinibus antedictis communiter vel divisim à quibuscunque personis illatorum hactenus, & etiam inferendorum in posterum, coram se alicui deinceps ad judicium vel aliàs quoquo modo vocare, seu in causam aliquatenùs trahere præsumant. Inhibitionem hujusmodi non solùm ad futura, sed etiam ad quovis modo adhuc pendentia & incœpta negotia volentes extendi: ac decernentes præfatas literas & processus eorum auctoritate quâcunque habitos & habendos ad damna, gravamina, & injurias hujusmodi contra tenorem dictæ constitutionis illata & inferenda (ut dictum est) deinceps aliquatenùs non extendi: ac etiam irritum & inane, si secùs super præmissis per quoscunque scienter vel ignoranter contigerit attentari: Vobis nihilominùs injungentes, ut inhibitionem nostram hujusmodi ad dictorum judicum, seu conservatorum & subdelegatorum notitiam, de quibus vobis expedire videbitur, deducere procuretis. Insuper volumus & auctoritate Apostolicâ decernimus, quod quilibet vestrûm prosequi valeat articulum etiam per alium inchoatum, quamvis idem inchoans nullo fuerit impedimento præpeditus canonico: quodq; à data præsentium sit vobis & unicuiq; vestrûm in præmissis omnibus & eorum singulis cœptis & non cœptis, præsentibus & futuris & præteritis, licitum procedere, ac si prædicta omnia & singula coram vobis cœpta fuissent, & jurisdictio vestra, & cujuslibet vestrûm in prædictis omnibus & singulis per citationem vel modum alium legitimum perpetuata extitisset: constitutione prædictâ super conservatoribus & aliis quomodolibet in contrarium editâ non obstante. Datum Avenion. X. Cal. Februarii, Pontificatûs nostri Anno II.

DE DILATIONIBUS.

TITULUS II.

CAP. UN.

¶ *Præmissâ elegantí exordio ostensiq; periculo, quæ provenunt ex falsorum florenorum fabricatione, citantur peremptorie fabricantes, datâ sibi dilatione trium mensium, intra quos coram Papa compareant: aliàs contra ipsos, eorum absentiâ non obstante, procedetur prout justitia suadebit.*

Joannes XXII.

IN delictorum diversorum nexibus ac tenebris involutos, plerunque trahit in majorum scelerum præcipitium moles præponderans peccatorum: nam etsi diversos diversa delicta coinquinent, sunt tamen nonnulli, qui propriæ salutis immemores, delictis communibus & vulgaribus non contenti, ad profana & vetita prorumpentes, sic damnatâ cupiditate lucrorum, ac inexhaustâ eorum voragine devolvuntur, quòd dummodò suas ingluvies, ad quas inhiant, expleant, se lucris illicitis, imò jacturis spiritalibus temerè immergentes, honori Dei, & animarum saluti, ac sacrorum canonum, & imperialibus edictis, & juribus communibus, capturas nefarias, & lucra illicita anteponunt. Sanè jamdudum ad nostri Apostolatûs auditum multorum fide digna relatio sæpiùs etiam repetita perduxit, & fama jam publica per facti evidentiam divulgata effecit notorium, nonnullos esse in Lombardiæ superioris, & Marchiæ Januensis partibus, qui licentiæ temerariæ laxatis habenis, licere sibi præsumentes illicita, cudunt & fabricant, seu cudi & fabricari faciunt florenos auri, secundùm formam, & signum, & coinum ac circumferentias literarum, qui in civitate Florentiæ (à tempore cujus non extat memoria) cudi & fabricari sunt soliti, & cudumur & fabricantur etiam in præsenti. Et quamvis dicti floreni ad veram florenorum de Florentia similitudinem fabricati, in vero & solito florenorum ejusdem civitatis pondere communiter & bonitate auri, & vero florenorum valore deficiant, ipsi tamen (simulatâ eorum effigie) personas utplurimùm simplices, & quandoque etiam in hujusmodi rebus expertas decipiunt, ipsasque damnis rerum, & periculis personarum exponunt, dum pro veris florenis ipsos recipiunt: Cùm etiam præterea in talibus plurimi non habeant inter florenos & florenos tantæ similitudinis peritiam discernendi. Nos itaque tantis & præcipuè animarum periculis affectu paterno occurrere cupientes, monemus omnes & singulos talium præsumptores, ipsis nihilominùs districtiùs inhibentes, quatenus deinceps à cusione & fabricatione florenorum hujusmodi cessent, realiter & effectualiter resipiscant: Nihilominùs præsentis edicti peremptorii auctoritate citantes eosdem, ac eorum singulos, sub pœna privatio-

nis juris, si quod eis super eudendis florenis competit, (quam ipsos cessante justo impedimento, si in exequendis mandatis nostris hujusmodi remissi seu negligentes fuerint, incurrere volumus ipso facto) ut intra trium mensium spatium à data præsentium numerandum, per se vel per procuratorem idoneum Apostolico conspectui se præsentent, proposituri, quo jure ipsis florenos comperat jus eudendi, ac exhibituri privilegium, si quod super hoc habeant, vel jus aliud, si quod sibi credant competere, ostensuri. Et nihilominùs super prædictis facturi, & recepturi, quod justitia suadebit: Intimantes eisdem, quòd si non venerint, nos contra ipsos super præmissis, & ea tangentibus procedemus, prout expedire viderimus, & suadebit justitia, ipsorum absentiâ non obstante. Ut autem hujusmodi nostra nuntiatio atque citatio ad communem omnium notitiam deducatur, chartam sive membranam, citationem atque monitionem hujusmodi continentes, in majoris Ecclesiæ Avenionensis affigi ostiis faciemus: Quæ processum hujusmodi suo quasi sonoro præconio, & patulo indicio publicabunt, ut prædicti moniti, & citati, & alii quicunque, qui sua crediderint interesse, vel quos processus ipse contingit, nullam possint excusationem prætendere, quòd ad eos processus hujusmodi non pervenerit, vel quòd ignoraverint eundem, cùm non sit verisimile remanere quoad ipsos incognitum *a*, vel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur. Datum Avenion. 6. Cal. Decemb. Pontificatûs nostri Anno 9.

DE DOLO ET CONTUMACIA.

TITULUS III.

CAP. UN.

¶ Citationes etiam extra dies solemnes publicè factæ de mandato Papæ, in audientia literarum Apostolicarum, vel Papali palatio affixæ januis majoris Ecclesiæ loci, in quo Papa cum curia sua degit, arctant citatum, ac si ad eum personaliter devenissent. Restringitur tamen hæc extravagans ad illos, qui impediunt, ne ad eos possit citatio pervenire, vel quorum domicilium tutè adiri non potest, ut c. 1. de jud. in Clem.

Bonifacius VIII.

REM non novam aggredimur, neque viam insolitam ambulamus, sed anterioris juris calcatam vestigiis, præsentis constitutionis indubitato roboramus suffragio, & inconcusso munimine stabilimus. Est siquidem jam sancitum, quòd propositum publicæ citationis edictum eum arctet, qui impedit, aut facit etiam se celando, ne ad eum possit pervenire citatio, appareatque contumax, qui sic agit. Quodque in albo prætoris hujusmodi edicta proposita suæ jurisdictioni subjectos arceant *a*, & adstringant magis quam si voce præconiâ (quæ innotescit paucis) vel literis citarentur. Jus enim, quod talem modum citationibus posuit, violenter præsumpsisse credendum est, ut quæ in eodem albo tot ipsius albi publicum locum frequentantium oculis paterent legenda, ad citati notitiam devenirent. Unde ad prædendam omnibus eorum, quæ sanciuntur plenam lectionem & notionem, mandatur legem tabulis aut lapidibus sculptam, sanctissimæ Ecclesiæ describi porticibus & affigi. Præmissis igitur in debitam considerationem deductis, ac in lance intefragabilis rationis appensis: nos qui universis (disponente Domino) præesse dignoscimur, volentes perhanc novellam constitutionem aliquid circa prædicta statuta expressiùs inveniri, declaramus de fratrum nostrorum consilio, & nihilominùs hoc edicto perpetuò valituro firmamus, & statuimus, ut citationes auctoritate Apostolicâ de quibuscunque personis undecunque & ubicunque sint, cujuscunque statûs, dignitatis vel præeminentiæ, Ecclesiasticæ vel mundanæ, etiamsi imperiali vel regali fulgeant dignitate, præsertim si impediant, vel faciant per se vel per alios quoquo modo, ne citationes ipsæ ad eos perveniant, ex quacunque causa faciendo, ut citandorum domicilia sive loca tutè vel liberè adiri non possint: cùm (prout scriptum est) existimare debeamus, an eò ire liceat, ubi est citatio facienda, perinde ad instar edictorum prætatorum propositorum in albo prætoris, etiam extra solennes dies, in quibus Romani Pontifices suos facere consueverunt generales processus, publicè id nobis specialiter, & ex certa scientia jubentibus, factæ in audientia literarum nostrarum, aut in aula nostri palatii, postmodùm affigendæ januis majoris Ecclesiæ loci, in quo Romana communis omnium Christiani populi nationum residebit curia, ut cunctis possint patere, & ita deferri citatis, sic valeant ac arctent citatos post terminum lapsum, quem (consideratâ locorum distantiâ) volumus citationibus ipsis competentem apponi, sicut si eos personaliter apprehendissent: Non obstantibus aliquibus privilegiis, indulgentiis, & literis Apostolicis, generalibus aut specialibus, quibuscunque personis Pontificali, imperiali, regali, vel aliâ Ecclesiasticâ, seu mundanâ dignitate prædictis; aliisque inferioribus Ecclesiis, monasteriis, locis, collegiis, & universitatibus in quacunque forma verborum concessis: per quæ talium citationum effectus possit quomodolibet impediri, etiamsi de ipsis, & eorum totis tenoribus de verbo ad verbum, aut de propriis nominibus personarum, monasteriorum, Ecclesiarum, locorum illorum, quibus concedantur, vel eorum ordinibus, aut dignitatibus oporteat in nostris literis fieri mentionem.

a Ovnium non præsumitur, quod omnibus publicatur.

¶ Fortassis legendum, arctent.

FINIS LIBRI SECUNDI.

EXTRA-

EXTRAVAGANTIVM COMMUNIUM,

LIBER TERTIUS.

DE VITA ET HONESTATE CLERICORUM.

TITULUS I.

CAP. UNIC.

¶ *Præmissâ Musicæ artis plurimâ laude, cantorum lasciva melodia reprobatur, qui contrà honestatem Clericalem, quod ore cantabant, gestibus simulabant. Et cantores ipsi tam exempti, quàm non exempti per octo dies ab officio suspenduntur. Posset etiam hæc extravagans aptè locari sub tit. de celeb. Miss.*

Joannes XXII.

Docta sanctorum patrum decrevit auctoritas, ut in divinæ laudis officiis, quæ debitæ servitutis obsequio exhibentur, cunctorum mens vigilet, sermo non cespiter, & modesta psallentium gravitas placidâ modulatione decantet. Nam in ore a eorum dulcis resonabat sonus. Dulcis quippe omninò sonus in ore psallentium resonat, cùm Deum corde suscipiunt, dum loquuntur verbis, in ipsum quoque cantibus devotionem accendunt: inde etenim in Ecclesiis Dei psalmodia cantanda præcipitur, ut fidelium devotio excitetur: in hoc nocturnum diurnumq; officium, & Missarum celebritates assiduè Cleto ac populo sub maturo tenore, distinctâque gradatione cantantur, ut eâdem distinctione collibeant, & maturitate delectent. Sed nonnulli novellæ scholæ discipuli, dum temporibus mensurandis invigilant, novis notis intendunt fingere suas, quàm antiquas cantare malunt, in semibreves, & minimas Ecclesiastica cantantur, notulis percutiuntur: nam melodias hoquetis intersecant, discantibus lubricant, triplis & motetis vulgaribus nonnunquam inculcant, adeò ut interdum antiphonarii & gradualis fundamenta despiciant, ignorent super quo ædificant, tonos nesciant, quos non discernunt, imò confundunt: cùm ex earum multitudine notarum ascensiones pudicæ, descensionesque temperatæ, plani cantus, quibus toni ipsi secernuntur ad invicem obfuscentur: currunt enim, & non quiescunt: aures inebriant, & non medentur: gestibus simulant, quod depromunt, quibus devotio quærenda contemnitur, vitanda lasciviæ propalatur. Non enim inquit frustrà ipse Boëtius, lascivus animus, vel lascivioribus delectatur modis, vel eosdem sæpè audiens emollitur, & frangitur. Hoc ideò dudum nos & fratres nostri correctione indigere percepimus: hoc relegare, imò prorsùs abjicere, & ab eadem Ecclesia Dei profligare efficaciùs properamus. Quocirca de ipsorum fratrum consilio districtè præcipimus, ut nullus deinceps talia, vel his similia in dictis officiis, præsertim horis canonicis, vel cùm Missarum solennia celebrantur, attentare præsumat. Si quis verò contrà fecerit, per ordinarios locorum, ubi ista commissa fuerint, vel deputandos ab eis in non exemptis, in exemptis verò per Præpositos seu Prælatos suos, ad quos aliàs correctio & punitio culparum & excessuum hujusmodi, vel similium pertinere dignoscitur, vel deputandos ab eisdem, per suspensionem ab officio per octo dies auctoritate hujus canonis puniatur. Per hoc autem non intendimus prohibere, quin interdum diebus festis præcipuè, sive solennibus in missis, & præfatis divinis officiis aliquæ consonantiæ, quæ melodiam sapiunt, putà octavæ, quintæ, quartæ, & hujusmodi supra cantum Ecclesiasticum simplicem proferantur: sic tamen, ut ipsius cantûs integritas illibata permaneat, & nihil ex hoc de bene morata musica immutetur: maximè cùm hujusmodi consonantiæ auditum demulceant, devotionem provocent, & psallentium Deo animos torpere non sinant. Actum &c datum, &c.

a *Eccles. 47.*

DE PRÆBENDIS ET DIGNITATIBUS.

TITULUS II.

CAP. I.

¶ *Cùm beneficia in curia vacantia idoneis debeant conferri personis, illorum collationem Papa sibi reservat. vide cap. 2. & 3. & cap. præsenti. eod. tit. lib. 6.*

Bonifacius VIII.

Piæ solicitudinis studio ducimur, ut dignitates, personatus, præbendæ, aliaque beneficia Ecclesiastica, cum cura vel sine cura, quæ apud sedem Apostolicam vacare noscuntur, personis conferantur idoneis a, per quas in eis debita impendantur obsequia, & divinorum cultus exerceatur solicitè in eisdem. Inde fit, quòd nos hujusmodi dignitates, personatus, præbendas, Ecclesias, & alia Ecclesiastica beneficia, quæ apud sedem eandem intra unum mensem à data præsentium hactenus in curia vacaverint, computandum, & quæ exnunc apud eam vacaverint in futurum, provisioni sedis ejusdem auctoritate Apostolicâ reservamus: Decernentes exnunc irritum & inane, si secùs in hac parte scienter vel ignoranter, per quemcunque seu quoscunque, Apostolicâ, vel aliâ quâvis auctoritate contigerit attentari. Nulli ergò, &c. Datum Later. 3. Nonas Maji, Anno 1.

a *Vide Conc. Trid. sess. 24. de reform. c. 12.*

CAP. II.

¶ Provisiones sub titulo commendæ factas de Ecclesiis Patriarchalibus, Archiepiscopalibus, Episcopalibus, & monasteriis ad petitionem Regum vel quorumcunq; magnatum, revocat.

Clemens V.

EX supernæ providentia majestatis, cujus universa dispositione reguntur, ad Apostolicæ præeminentiam dignitatis (licèt insufficientibus meritis) evocati, gregem Dominicum nostræ vigilantiæ creditum undique contemplamur: illumque salubri studemus pastoris more, vigili (quantùm nobis ex alto permittitur) observantiâ custodire, ut de illo possimus ad ipsius laudem, cujus exercemus vices in terris, dignam in extremo judicio reddere rationem. Ideoque nos diligens cura solicitat, continua pulsat instantia, & curiosa solicitudo perurget, ut circa fidelium statum salubriter dirigendum, sic efficacibus studiis & promptis operibus intendamus, quòd per nostræ cooperationis ministerium erga sanctam matrem Ecclesiam devotio filiorum concrescat, ipsorum cessent gravamina, & tranquillitatis ei proveniat incrementum: quod tunc rectè agere credimus, cùm molestiis eventibus viam præcludimus, inditecta dirigimus, subtrahimus noxia, & salubria procuramus. Sane pridem nos, licèt insufficientibus meritis, ad summum Apostolatûs apicem (sicut Domino placuit) evocati, ab ipso nostræ promotionis exordio, antiquæ notitiæ Regum, Prælatorum, magnatum, & aliorum nobilium personarum Ecclesiasticarum & secularium memores existentes, ac ipsorum aliquibus, tum quia in terris morantes eorum, gradum hujusmodi promotionis habuimus, tum quia solitæ ad eos amicitiæ specialibus affectibus ducebamur: Aliquibus verò ex assueta Romanorum Pontificum liberalitate, quam in suis exercere sunt solìti novitatibus, volentes honoris & liberalitatis affluentiâ complacere, ad eorum importunas tamen & multiplicatas precum instantias, nonnullis Clericis, & personis Ecclesiasticis, religiosis & secularibus, diversorum ordinum, dignitatis, conditionum & statuum, Patriarchales, Archiepiscopales & Episcopales Ecclesias, ac monasteria distincta pastoribus, sub commendæ vel custodiæ, seu curæ vel guardiæ, aut administrationis titulo, nominevè notabili, duximus perpetuò ad vitam seu ad certi temporis spatium committenda: super his, an tales videlicet tantasque gratias per nos fieri decuisset, variorum arduorum negotiorum multiplicitate distracti, usque ad tempus, quo infirmitate satis periculosâ nos his diebus visitavit omnipotens, nequivimus cogitare plenariè. Verùm in debilitate ipsius ægritudinis constituti, à negotiorum utcunque discussione semoti, ad hoc sub diligenti examine direximus aciem nostræ mentis, demumque prospeximus evidenter, quòd Ecclesiarum & monasteriorum eorundem cura negligitur, bona & jura dissipantur ipsorum, ac subjectis eis personis & populis spiritaliter plurimùm & temporaliter derogatur, eisque redundant ad noxam, quæ dicebantur cedere ad profectum: ac nedum ipsis, sed etiam Romanæ matri Ecclesiæ, (quæ disponente Domino ipsorum caput fore dignoscitur & magistra) graviora inde futura timentur pericula. Nolentes igitur his tot & tantis dispendiis ulteriùs causam relinquere, sed volentes potiùs opportunum & debitum in hac parte remedium adhibere, omnes & singulas promissiones hujusmodi, per nos (ut præmittitur) factas, quibuscunque cujuscunque ordinis, dignitatis, aut statûs, sed etiam sanctæ Rom. Ecclesiæ Cardinalibus quocunque modo vel tempore factæ noscantur, auctoritate Apostolicâ exnunc ex certa scientia revocamus, cassamus, & annullamus, & decernimus de cætero non habere aliquam roboris firmitatem. Nulli ergo, &c. Datum apud Pisatum Burdegalens. diœcesf. X. Cal. Martii, Anno 2.

CAP. III.

¶ Beneficia majora & minora vacantia & vacatura, præsertim in provincia Burdegalen. Clemens V. certis ex causis sua dispositioni reservavit, cum appositione decreti.

Clemens V.

ETsi in temporalium dispositione bonorum habenda sit discretionis cautela, præcipuè ut ea dignè & laudabiliter disponantur: in Ecclesiasticis tamen rebus multò fortiùs invigilare nostra debet intentio, ut juxta personarum conditiones & status, ad divini nominis laudem, & ipsarum utilitatem provideatur ex merito Ecclesiasticis personis: cùm juxta canonicas sanctiones a nihil sit, quod Ecclesiæ Dei magis officiat, quàm quòd indigni assumantur ad regimen animarum. Hâc igitur consideratione moti specialiter Burdegalen. Ecclesiam, de qua (licèt imeriti) sumus noviter ad hunc statum summi Apostolatûs assumpti, & monasterium sanctæ crucis Burdegalen. ordinis sancti Benedicti etiam vacans per obitum quondam fratris Gulielmi de Bombio Abbatis ejusdem: Et generaliter Patriarchales, Archiepiscopales, Episcopales Ecclesias, monasteria, prioratus, & quoslibet personatus, dignitates vel officia, cujuscunque ordinis & conditionis existant, necnon canonicatus, præbendas, Ecclesias cum cura vel sine cura, & alia quælibet beneficia Ecclesiastica quocunque nomine appellentur, quæ apud sedem Apost. vacare noscuntur ad præsens, & quæ toto nostri Pontificatûs tempore vacare contigerit in futurum: provisioni, collationi & dispositioni nostræ & sedis ejusdem hâc vice auctoritate Apostolicâ reservamus. Decernentes exnunc irritum & inane, si quid contra hoc per quoscunque quâvis auctoritate scienter vel ignoranter attentatum est hactenus, vel in posterum contigerit attentari: Constitutione Clementis IV. & Bonifac. VIII. Rom. Pont. prædeceff. nost. & aliâ quâlibet in contrarium editâ non obstante. Et quia plùs timeri solet, quod specialiter injungitur, quàm quod generaliter imperatur, hâc reservatione nostrâ & decreto ligari volumus ignorantes. Et quia bullam nostram non habemus ad præsens, ad cautelam præsentium & memoriam futurorum, hujusmodi reservationem cum præmissi interpositione decreti scribi & in publicam formam redigi jussimus per Bernardum Caprarii publicum Notarium infrascriptum: quam etiam sigilli (quo utebamur olim Burdeg. Ecclesiæ præsidentes) fecimus appensione muniri. Datum Burdeg. 2. Cal. Aug. Pontif. nost. Anno 1.

CAP. IV.

¶ Papa hîc primò ambitionem & importunitatem quærendam Religiosorum & secularium super obtinendis pluribus beneficiis, dispensativè, qui insufficientes quandoq; erant pro uno, in diversis locis, regnis & aliis locis distantibus recitans, apponit plures ex hoc contingentes inconvenientias: & tandem statuit, quòd omnes (exceptis Cardinalibus ac Regum filiis) qui super pluralitate beneficiorum, quæ aliàs de jure non poterant obtinere, dispensationem obtinent, unum cum cura, aliud sine cura, possint à tempore notitiæ eligere intra mensem, & alia cum effectu dimittere teneantur: aliàs omnibus sic dispensatis sint ipso jure privati. Et idem de beneficiis, in quibus jus est ad rem dum vacabunt: de pluribus etiam talibus, injustè tamen & sine dispensatione detentis, ordinat, quòd ultimum retineant, & omnia alia dimittant intra mensem, alioquin omnibus sint privati. Item vult quòd qui amodo talia receperint, dimittendo de primo faciant coram Ordinario cum effectu, aliàs quin sint omnibus ipso jure privati: quæ omnia sic vacantia dispositioni Apost. sedulò reservat, interpretans Ordinarios in hoc casu fides diœcesanos beneficiorum sic dimissorum. Item hoc vult de solis beneficiis intelligi, in quibus quis per se vel vicarium suum temporalem curam animarum vel spiritualem jurisdictionem exercet de consuetudine vel de jure. h. d. de Laud.

a *In Conc. Lateran. sub Innoc. IV. c. 28. refertur in c. nihil est. extr. de elect.*

Joannes

Joan. XXII. *Epiſs. ſervus ſervorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.*

EXecrabilis [a] quorundam tam religioſorum quàm ſæcularium ambitio, quæ ſemper plùs ambiens, eò magis inſatiabilis ereditur, quò ſibi ampliùs indulgetur, & improbitas importuna petentium à nobis & prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus non tam obtinuiſſe, quàm extorſiſſe plerunque noſcuntur, ut unus interdum etiam ad unum beneficium Eccleſiaſticum minùs idoneus, in diverſis Eccl. nedum vicinis, ſed ab invicem longè diſtantibus, imò nonnunquam in diverſorum regnorum partibus ſituatis, plures quàm duas vel tres, aut plures etiam dignitates, vel perſonatus, officia ſeu prioratus, aut diverſa Eccleſiaſtica beneficia curam animarum habentia poſſit diſpenſativè, cùm alias non liceret de jure communi, recipere, & ſimul licitè retinere. Unde inter cætera inconvenientia infraſcripta naſcuntur, quòd videlicet interdum unus, qui unum quamvis modicum vix officium implere ſufficeret, plurimorum ſibi vendicat ſtipendia, quæ multis literatis viris vitæ puritate ac teſtimonio bonæ fæmæ pollentibus, qui mendicant, poſſent abundè ſufficere, æquâ diſtributione collatâ. Habentibus ipſa paratur vagandi materia, divini cultus minuuntur, hoſpitalitas in ipſis beneficiis debita non ſervatur: & dum non ſunt ſui in unaquaque regione rectores Eccleſiarum detrahitur commodis & honori, quæ carentes defenſorum auxilio in juribus ſuis & libertatibus multipliciter collabuntur: ruinis patent ædificia nobilia, quæ magnificentia extruxerat deceſſorum: Et (quòd amarius eſt dolendum) animarum cura negligitur, & vitiorum ſentibus fomentum periculosè præbetur. Nos itaque tot malis tantiſq; diſcriminibus occurrere cupientes, omnes & ſingulas diſpenſationes ſuper receptione ac tententione plurium dignitatum, perſonatuum, officiorum, prioratuum, aut beneficiorum, quibus cura ſit animarum annexa, ſub quacunque forma vel expreſſione verborum à nobis vel dictis prædeceſſoribus noſtris cuicunque perſonæ conceſſas (Cardinalibus tamen ſanctæ Rom. Eccleſ. qui circa nos univerſali Eccleſiæ ſerviendo, ſingularum Eccleſiarum commoditatibus ſe impendunt, ac Regum filiis, qui propter ſublimitatem eorum ac generis claritatem ſunt potioris prærogativâ gratiæ attollendi, duntaxat exceptis) deliberatione ſuper hoc cum fratribus noſtris habitâ diligenti, de ipſorum conſilio & ex certa noſtra ſcientia, in forma ſubſcripta duximus taliter moderandas, quòd per moderamen noſtrum effrenatam circa eaſdem perſonas talium beneficiorum multitudinem refrenemus, ipſiſque impetrantes fructu diſpenſationum hujuſmodi totaliter non fruſtrentur. Statuimus itaque & de fratrum noſtrorum conſilio ordinamus, quòd obtinentes nunc ex diſpenſatione legitima pluralitatem hujuſmodi dignitatum, perſonatuum, officiorum, aut Prioratuum ſeu beneficiorum, quæ aliàs abſque alia diſpenſatione legitima obtinere nequibant, unum tantùm ex dignitatibus, perſonatibus, officiis, prioratibus, Eccleſiis vel beneficiis hujuſmodi, quibus cura immineat animarum, cum dignitate, perſonatu, vel officio, prioratu, Eccleſia vel beneficio ſine cura, quæ habere maluerint, prætextu diſpenſationis ſufficientis circa id eiſdem indultæ, poſſint licitè retinere: quæ tamen teneantur eligere intra menſem, numerandum à tempore notitiæ conſtitutionis iſtius. Cæteris beneficiis cum cura vel ſine cura, quæ ipſius diſpenſationis prætextu tenebant, & quæ aliter antè non poterant de jure abſque diſpenſatione aliqua licitè retinere, quæ nos extunc vacare decernimus, coram ordinariis ſub teſtimonio publico intra idem tempus verbaliter vel realiter cum effectu dimiſſis: abſque eo, quòd ad illa nunquam ſine nova collatione, ab eo qui facere poterit facienda, redire, aut eorum adminiſtrationi ſe immiſtere præſumant. Alioquin tam his, quàm aliis omnibus beneficiis, quæ virtute hujuſmodi noſtri moderaminis retinere poterant, ut præfertur, ſint ipſo jure privati, & prorsùs inhabiles ad ſimilia beneficia obtinenda. Per hoc autem iis, qui dignitates, perſonatus, officia, prioratus, vel alia beneficia curam animarum habentia ex diſpenſatione, quæ jus tribuat, juxta noſtram moderationem præſcriptam obtinent, & alia ſimilia beneficia noſtrarum vel eorundem prædeceſſorum auctoritate literarum expectant, cum quibus eſt, ut illa cùm vacaverint recipere, & unà cum obtentis retinere licitè valeant, diſpenſatum, nolumus derogari, quin ea cùm vacaverint, intra dicti temporis ſpatium poſſint eligere, & dimiſſis aliis recipere in forma præſcripta, ac licitè retinere: pœnas ſimiles incurſuri, ſi hujuſmodi noſtræ contraire præſumpſerint ſanctioni. Porrò quia quorundam oculos ſic avaræ cupiditatis vitium excæcavit, quòd plura talia beneficia ſimul abſque diſpenſatione canonica retinere præſumunt: nos de illis præſenti decreto ſtatuimus, ut omnia & ſingula beneficia ſic detenta (illo tamen retento, quod ultimò receperunt, dummodò in eo ex collatione canonica competat jus eiſdem) intra tempus, ut præſcribitur, limitatum, verbo & facto ac ſine fraude, coram ordinariis ſub teſtimonio ſimiliter publico dimittere teneantur. Quod ſi non fecerint, & illo ſint ipſo jure privati, in quo jus eis aliàs competebat, & inhabiles penitùs ad quæcunque obtinenda Eccleſiaſtica beneficia cenſeantur. Qui verò deinceps receperint dignitatem vel perſonatum, ſeu officium, aut aliud beneficium, curam animarum habens annexam, ſi antè ſimile beneficium obtinebant, illud pro ipſo jure (poſtquam ſecundi poſſeſſionem habuerint, vel per eos omni dolo & fraude ceſſantibus, quò minùs habeant, ſteterit) privati noſcuntur, abſque moræ diſpendio in ordinariorum manibus dimittere debeant, pari modo: Alioquin extunc ſint ipſo jure ſecundo privati, & nedum ad ſacros ſuſcipiendos ordines, quin etiam ad habendum quodcunque aliud Eccleſiaſticum beneficium inhabiles reputentur. Quæ omnia & ſingula beneficia vacatura, ut præmittitur, vel dimiſſa, noſtræ & ſedis Apoſtolicæ diſpoſitioni, de ipſorum fratrum conſilio reſervamus: Inhibentes, ne quis præter Rom. Pont. quàcunque ſit ſuper hoc auctoritate munitus, de hujuſmodi beneficiis diſponere, vel circa illa per medium permutationis, vel aliàs innovare hoc quoquo modo præſumat. Nos enim ſi ſecùs actum ſeu attentatum fuerit, irritum decernimus & inane. Cæterùm ordinarios intelligimus in caſibus ſuprascriptis Epiſcopos, in quorum civitatibus vel diœceſibus conſiſtunt beneficia, ſeu aliquod eorum, quæ debent ſecundùm præmiſſa dimitti, aut ipſi, qui ea debent dimittere, commorantur, vel Eccleſiis cathedralibus vacantibus Capitula earundem. Et hi de beneficiis tam dimiſſis, quàm (ut præmittitur) perditis, nos vel Apoſt. ſedem certificare ſtudeant, quumprimùm commodè poterunt, indilatè, ut de illis ſalubriter diſponere valeamus. Quantùm autem ad modificationem perſonatuum attinet antefatam, illa duntaxat, & non alia beneficia Eccleſiaſtica, quocunque nomine nuncupentur, curam habere cenſemus, quæ parochias habent, in quibus eſt animarum cura annexa, non per vicarios perpetuos, ſed per rectores, aut miniſtros beneficiorum ipſorum, vel illorum temporales vicarios exercenda. Necnon etiam illa quorum miniſtris ratione beneficiorum hujuſmodi competit viſitare, inquirere, procurationes recipere, ſuſpendere excommunicare, ſeu ab excommunicationis & ſuſpenſionis ſententiis abſolvere de conſuetudine, vel de jure, juribus aliis de animarum cura loquentibus in ſuo robore quoad cætera permanſuris. Nulli ergò omninò

[a] *Vide Conc. Trid. ſeſſ. 7. de reform. c. 2. & 4. ſeſſ. 24. de reform. cap. 17.*

hominum liceat hanc paginam nostrorum moderationis, statutorum, constitutionum, reservationis, inhibitionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Avenion. XIII. Calend. Decembr. Pontif. nost. Anno 2.

CAP. V.

¶ Episcopatus Tholosanus, in reditibus plurimùm abundans, in novam metropolim, propter multiplices causas hic expressas erigitur, cui prosuffraganeæ Ecclesiæ sunt deputatæ quatuor vallæ in novas civitates erectæ, adjectâ cum illis Ecclesiâ Apamiarum. Et quibus Episcopis & Archiepiscopis prius fuberant, quidq; eorum eustibet pro reditibus sit assignatum, hic exprimatur: & tandem censura Ecclesiastica in rebelles proferantur. Adverte, quòd Ecclesia de Vauro, & Ecclesia de Merapice, sunt sub Ecclesia Tholosana tanquam suffraganea: licet de illa hic mentio nulla fiat. Utilitas ex hoc capitulo habetur, quoniam cognoscimus causas erigendi, & dividendi Ecclesias, alias alteis subjiciendi, & alias ab aliis eximendi, & ad solum Papam has omnia spectare: cui in singulari privilegio majores causæ majorq; negotia reservantur. patet in cap. 1. de translat. Episc. cum suis concordantiis.

Joannes XXII.

SAlvator noster, cujus nutui cuncta serviunt *a*, in agro mundi hujus messem multam aspiciens, & operariorum raritatem attendens, Dominum messis rogandum esse, ut in illam operarios mitteret, censuit: & ipse idem etiam exiens manè, veluti paterfamilias diligens, horis diei variis operarios in vineam suam misit. Romanus itaque Pontifex, sicut eodem Domino disponente Vicarius ejus in terris esse dignoscitur, sic & ipsius actibus (in quantum finit humana fragilitas) se conformare tenetur. Ubi ergò superexcrescere messem, populi videlicet multitudinem, viderit, operarios debet opportunos adjicere, & juxta Propheticum verbum augere custodiam: custodes & cultores idoneos in Dominicam vineam destinare. Sanè considerantes attentiùs, & intra pectoris claustra meditatione solicitâ revolventes, quòd in tanta multitudine populi, quanta fœcundavit altissimus civitatem & diœcesim Tholosanam, singulorum vultus nequibat (ut deceret) unicus pastor inspicere, aut alias partes boni pastoris implere: quodque durum erat atque difficile, per talem latam & diffusam diœcesim ad unum tantùm à personis Ecclesiasticis & mundanis recursum haberi. Attendentes etiam, quòd licèt Tholosanus Episcopatus reditibus abundaret immensis, non tamen hucusque memoria, quòd ex fructuum opulentia copiosa redituum aliquid in Ecclesia vel diœcesi Tholosana provenisset in divini cultûs augmentum: imò sic ex adipe prodierat & prodibat iniquitas, ut multo jam tempore luxus circa carnis desideria, evectionum pompa, immensitas clientelæ, immoderata diffluxio in parentes, sumptus enormes, aut usus extraordinarii sibi vendicâssent ibidem quasi totum patrimonium crucifixi: & verendum erat ne præsul unicus Tholosanus incrassatus *b* & dilatatus, & excessivis hujusmodi opibus aliàs superbus periculosè recalcitrans, Deum factorem derelinqueret, & à suo salutari recedens, pernitiosum exemplum in subditos derivaret. Pensantes quoque, quòd sanctæ memoriæ Clemens Papa quintus, prædecessor noster, eodem etiam tempore, quo civitas & diœcesis antefatæ longè minus in populo, ac reditibus affluebant, tamen extunc benedicente Domino incredibiliter creverint in utroque, & jugiter crescere dignoscantur, spiritu beatæ considerationis inductus, ad divisionem Episcopatûs ejusdem firmiter, dum viveret, intendebat: licet morte præventus finum in hac parte nequiverit implere conceptum. Nos pium prædecessoris nostri propositum in effectum volentes adducere, & tam dissipare malum, quod prædictorum reddituum copia excessiva produxit, quàm etiam cultum augere divinum, & spiritalem animarum profectum, quos (si juxta facultatis exigentiam, & diffusam latitudinem dictæ diœcesis sufficiens numerus in eadem utilitate Præsulum deputetur) indubiò provenire speramus, promovere salubriter intendentes. Præmissis & aliis suadentibus justis causis, ex certa nostra scientia, de fratrum nostrorum consilio concordi, & Apostolicæ plenitudine potestatis, ad laudem Dei, exaltationem Ecclesiæ, fideliumque salutem, Episcopatum ipsum dictamque diœcesim Tholosanam Apostolicâ auctoritate dividimus in quinque diœceses, quas per certos distingui limites faciemus: Volentes ac decernentes, quòd præter civitatem Tholosanam, quæ suam propriam & distinctam habebit diœcesi. certis finibus limitandam, subscriptæ quatuor villæ, quarum quamlibet, eisdem consilio & auctoritate in civitatem erigimus, & civitatis vocabulo insignimus: scil. de monte Albano, pridem de Caturcen. diœcesi. cui adjicietur certa pars dictæ quondam diœcesis Tholosanæ: ac sancti Papuli de Rivis, & de Lumberiis, & de ipsâ quondam Tholosana diœcesi existentes, IV. separatas diœceses habeant certis limitibus distinguendas. Quodque beati Martini de monte Albano, ubi corpus sancti Theodori confessoris dicitur esse reconditum, prædictæ civitatis montis Albani, & beati Papuli dictæ civitatis sancti Papuli, Matiæ de Lumberiaco, civitatis præfatæ Lumberici, necnon beatæ Matiæ de Rivis Ecclesiæ ipsius civitatis Rivenensis, sint decætero & habeantur perpetuò Ecclesiæ cathedrales. Et quia Ecclesia Tholosana, sicut solenniori statu, & conditione potiori refulget, sic & grandioris honoris titulis efferenda est, ipsam hucusque suffraganeam Ecclesiæ Narbonens. ac totam quondam diœcesi. Tholosanam de fratrum nostrorum consilio, & ex certa nostra scientia, & Apostolicæ plenitudine potestatis, ab omni jurisdictione, potestate, ac subjectione Archiepiscopi, Capituli & ejusdem Ecclesiæ Narbonensis penitùs eximentes, eam ad laudem divini nominis, & honorem Ecclesiæ sanctæ suæ, in Archiepiscopalem, seu metropolitanam erigimus, eamque honoribus & insigniis sedis metropolitanæ decoramus: auctoritate Apostolicâ decernendo, ut exnunc pro metropolitana Ecclesia in perpetuum habeatur. Et quia etiam dignum est, ut ex quo de filia facta mater, metropoliticæ dignitatis suscepit insignia, & suffraganearum congruum numerum filiarum, ac decentem provinciam habeat, ut ad judicium Archiepiscopi Tholosani, qui pro tempore fuerit, omnes causæ suffraganeorum Episcoporum & personarum Ecclesiasticarum, ac civitatum ejusdem provinciæ juxta sacrorum statuta canonum referantur. Nos præfatas IV. civitates & Ecclesias cathedrales cum earum diœcesibus (ut præmittitur) distinguendas, necnon civitatem & Ecclesiam Apamiarum cum sua diœcesi, exnunc ipsius Ecclesiæ Tholosanæ suffraganeas, ac de provincia Tholosana in perpetuum fore decernimus, & jure metrop. subjicimus, & subjectas esse volumus eas illi. Prænominatas montis Albani, quæ de diœcesi Caturcen. & Ituricen. provincia, & Apamiarum civitates & Ecclesias, quæ de provincia Narbon. hactenus fuisse noscuntur, necnon reliquas tres civitates & Ecclesias sancti Papuli, Rivenen. & Lumbericen. quæ ab olim de diœcesi Tholosana fuerunt, cum earum diœcesi. conventibus, collegiis, sive capitulis à jurisdictione, potestate, ac subjectione quacunque Ituricensis & Narbonensis Archiepiscoporum, ac Caturcensis, & quondam Tholosani, Episcoporum, Capitulorum, & Abbatum atque Conventuum, & ordinariorum quorumlibet aliorum Eccle-

a *Matth. 3. Matt. 20.* b *Deut. 2.*

Ecclesiasticorum, quibus quomodolibet fuerant hucusque subjecta, auctoritate præsentium perpetuò eximentes, de prædictorum consilio, & plenitudine potestatis. De bonis autem, reditibus, proventibus & juribus dicti quondam Episcopatus Tholos. ipsi Tholos. decem millia, & singulis aliis prædictis Ecclesiis (Apamiarum exceptâ, cui de ipsis bonis, reditibus & proventibus, juribus, ultra illis, quæ habere dignoscitur, certam assignabimus portionem nostris aliis literis distinguendam) singula quinque millia librarum Turonen. annui reditus, & perpetui proventus, quæ quidem unicuique illarum, fuisque Pontificibus (dignitate ac onere, & circumstantiis aliis attente pensatis) debere sufficere vidimus, præter reditus, proventus, & jura, quæ ad prædictas Ecclesias, & conventus earum antea pertinebant, de quibus ad honorem Dei, & ipsarum Ecclesiarum commodum intendimus ordinare: exnunc auctoritate prædictâ de consilio ac plenitudine memoratis concedimus, donamus, ac etiam deputamus percipienda integraliter per ipsarum Ecclesiarum præsules, qui pro tempore fuerint, in rebus & locis cuilibet magis adjacentibus & vicinis, juxta distinctionem, seu limitationem diœcesium singularum, per alias nostras literas faciendam. Interim tamen distinctione, seu limitatione prædictâ pendente, volumus quòd eorum quilibet summam eum contingentem pro rata accipiat annuatim de bonis, reditibus, proventibus & juribus antedictis, per manus eorum, quos ad hoc providerimus deputandos. Residuum verò reditum, proventuum, & jurium ipsorum, quod factâ de illis (ut præmissum est) assignatione supererit, necnon jurisdictionem spiritalem & temporalem, quæ ad dictum quondam Episcopatum Tholosan. usque ad tempus divisionis hujusmodi pertinebat, & quæ distinctione, seu limitatione pòst tacta pendente faciemus per idoneas exerceri personas. Ac beneficia, etiamsi dignitates, personatus ac officia existant (exceptis his, ad quæ quis per electionem assumitur, & in quibus vel ad quæ auctoritate literarum Apostolicarum alicui, seu aliquibus jus est aliquod acquisitum, quibus per id nullum volumus præjudicium generari) nunc & in antea usque ad distinctionem diœcesi vacatura dispositioni nostræ ac sedis Apostolicæ de fratrum ipsorum consilio reservamus. Hæc igitur per dictæ sedis prudentiam circumspectam sic statuta salubriter & utiliter ordinata, perpetuis esse valitura temporibus, & robur incommutabilis firmitatis obtinere volentes: auctoritate prædictâ districtiùs inhibemus, ne aliquis cujuscunque præeminentiæ, ordinis, conditionis, aut statûs, etiamsi Archiepiscopali, vel Episcopali, seu Regiâ præfulgeat dignitate, hujusmodi ordinationem, Apostol. reservationem, & alia suprædicta quovis modo turbare, seu quomodolibet impedire præsumat. Nos enim exnunc irritum decernimus & inane, si secùs super his à quoquam quâvis auctoritate contigerit attentari. Et nihilominùs in eos, qui ex certa scientia contrarium præsumpserint, nisi intra octo dierum spatium pòst publicationem præsentium resipuerint cum effectu, excommunicationis in personas & interdicti in universitates, ac suspensionis in Conventus, Capitula sive collegia, de consilio & auctoritate prædictis sententias promulgamus: à quibus non, nisi per Romanum Pontificem absolutionis beneficium (præterquam in mortis a articulo) valeant obtinere. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostrarum divisionis, voluntatis, constitutionum, erectionum, insignitionum, exemptionum, decorationis, subjectionis, concessionis, donationis, deputationis, reservationis, inhibitionis promulgationis, infringere, vel ei ausu, &c. Datum Aven. VII. Calend. Julii, Pont. nost. Anno 1.

a *In articulo mortis nulla est casuum reservatio: unde ideò omnes Sacerdotes quoslibet pœnitentes à quibuscùs peccatis & censuris absolvere possunt. Conc. Trid. sess. 14. c. 7. de casuum reservat.*

CAP. VI.

¶ Impedientes Episcopatus Tholosani erectionem in Ecclesiam cathedralem, & ejus divisionem in V. dicec. ultra pœnas in constitutione superiori declaratas, perdunt feuda, & quæcunque beneficia spiritualia & temporalia. Et si sint personæ Ecclesiasticæ, efficiuntur inhabiles ad quæcunq; beneficia Ecclesiastica.

Idem.

INuper certis ex causis, quæ nostrum & fratrum nostrorum animos ad id rationabiliter induxerunt, quondam Episcopatum Tholosanum in Archiepiscopalem, seu Metropolitanam ereximus Ecclesiam: quatuor villas, quarum quamlibet insignivimus vocabulo civitatis, quatuor cathedrales Ecclesias creavimus: unam videlicet in villa montis Albani, quondam Caturcen. diœc. adjicienda sibi certâ parte quondam diœc. Tholosan. alteram in villa Lumberiaci, aliam in villa sanctæ Papuli, & aliam in villa de Rivis & de Robestria quondam Tholos. diœc. Quas quidem Ecclesias unà cum Apamiarum Ecclesia, tanquam suffraganeas subjecimus ipsi metropolitanæ Tholosanæ Ecclesiæ. De bonis quoque & reditibus dicti quondam Episcopatus Tholosan. tam ipsi Tholosan. quam prædictis Ecclesiis suffraganeis certam portionem, quam unicuique illarum debere sufficere vidimus, providimus assignandam: totali bonorum & reddituum ipsorum residuo, dispositioni nostræ & sedis Apostolicæ reservato. Alia etiam circa præmissa fecimus, decrevimus, & ordinavimus ex certa nostra scientia, de ipsorum fratrum concordi consilio, & Apostolicæ plenitudine potestatis, districtiùs inhibentes, ne quis cujuscunque præeminentiæ, ordinis, conditionis, aut statûs, etiamsi Archiepiscopali dignitate fulgeret, ipsam ordinationem nostram impedire præsumeret vel turbare: ac decernentes exnunc irritum & inane, si secùs super his à quoquam quâvis auctoritate contigerit attentari. Et nihilominùs in eos, qui ex certa scientia contrarium facerent, nisi resipuerint cum effectu, intra octo dierum spatium pòst publicationem ordinationis ipsius excommunicationis in personas, interdicti in universitates, ac suspensionis sententias in Capitula, Conventus, sive collegia duximus promulgandas, prout hæc & alia in Apostolicis literis inde confectis plenius continentur. Verùm quia ipsa nostra ordinatio eò efficacius & inviolabiliùs speratur servari, quò plurium & graviorum valiata fuerit adjectione pœnarum: Nos ad observationem inconcussam ipsius eò amplius anhelantes, quò evidentius in divini cultûs augmentum, & salutem fidelium animarum noscitur redundare, præfatis adjiciendo sententiis, omnes & singulos scienter turbantes aut impedientes ordinationem eandem, aut aliqua in illa contenta; seu turbantibus vel impedientibus dantes consilium, auxilium vel favorem, directè vel indirectè, publicè vel occultè, cujuscunque sint conditionis, dignitatis, ordinis, aut statûs, Ecclesiastici vel mundani, etiamsi Archiepiscopali vel Episcopali, aut majori vel superiori præfulgeant dignitate: nisi intra octo dierum spatium pòst publicationem præsentium ab hujusmodi impedimento seu turbatione, ac impensione consilii, auxilii vel favoris resipuerint cum effectu, feudis, locationibus, officiis & beneficiis quibuscunq; spiritualibus & temporalibus, etiamsi dignitates vel prælaturæ quævis fuerint, quæ ab Ecclesiis seu in Ecclesiis quibuscunque obtinebunt, seu obtinent, ex certa nostra scientia, & de ipsorum fratrum consilio, & Apost. plenitudine potestatis, privatos esse decernimus ipso facto. Et sic liberè ipsa feuda, locationes vel officia aut beneficia spiritalia & temporalia, dignitates,

& prælaturæ ad ipsas, ad quas spectant, revertantur Ecclesias, & devolvantur ad Rectores, Capitula seu Collegia eorundem, quòd de illis pro sua voluntate disponant, & ad dignitates & prælaturas per electionem aut alium modum licitum idoneas personas assumant: Personasque Ecclesiasticas, quæ culpabiles fuerint in præmissis, inhabilitamus ad quæcunque Ecclesiastica beneficia obtinenda. Nulli ergo omninò hominum, &c. Datum Avenion. IV. Non. Aug. Pont. nost. Anno 1.

CAP. VII.

¶ Executorum quatuor dantur, ad pœnas superiores solemniter publicandas.

Idem *Bartholomæo electo Narbon. diœcesf. Aquelmo de Blavia Engolismen. Eduen. Archid. & magistro Berengario de Lagiis Lemovicen. & Narbon. Ecclesiarum Canonico.*

II. NUper ex certis causis, quæ nostrum & fratrum nostrorum animos, ad id rationabiliter induxerunt, &c. *(ut suprà proximè usque ad beneficia Ecclesiastica obtinenda.)* Quocirca discretioni vestræ, per Apost. scripta mandamus, quatenus privationem & inhabilitationem nostram hujusmodi vos omnes, seu tres, vel duo, sive unus ex vobis, per vos vel alium, seu alios, in Ecclesiis & solennibus locis & aliis, de quibus & quoties expedire videritis, solenniter publicetis: ne quisquam valeat circa id ignorantiam allegare. Datum Avenion. II. Idûs Nov. Pont. nost. Anno 3.

CAP. VIII.

¶ Dispensat cum quodam Abbate, ut Episcopus possit esse, licèt defectum patiatur in ordinibus & ætate. Ex hac & sequenti cognoscimus causas & formas dispensandi. Quæcunq; enim scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt. ad Rom. 15.

Idem *Arnoldo electo Lumbanen.*

III. NUper ex certis rationabilibus & manifestis causis, quæ ad hoc nostrum animum induxerunt, civitatem Lumbanen. olim villam de Lumbanis, tunc intra Tholosanæ diœcesf. limites consti utam, qui locus insignis, ac multiplici commoditate dotatus existit, de fratrum nostrorum consilio, & Apostolicæ plenitudine potestatis, per literas nostras sub certa forma in civitatem ereximus, civitatisque vocabulo duximus decorandam: statuentes, ac etiam decernentes, ut Ecclesia Abbatiæ illius loci de Lumban. ordinis sancti Augustini extunc haberetur & existeret cathedralis; acdeinde volentes eidem Ecclesiæ de pastore idoneo salubriter providere, in te Abbatem ejusdem Ecclesiæ, virum utique literatum & literarum scientiâ prædium, vitæ ac morum honestate decorum, discretionis & consilii maturitate conspicuum, direximus oculos nostræ mentis, teque (non obstante defectu ætatis & ordinum, quem pateris, cùm tonsuratus modò in Clericum, & in XXVII. ætatis tuæ anno, vel circà constitutus esse dicaris, super quo tecum gratiosè duximus dispensandum) de fratrum nostrorum consilio ipsi Ecclesiæ præfecimus in Episcopum & pastorem, curam & administrationem ipsius Ecclesiæ tibi in spiritalibus & temporalibus committendo. Unde licèt nondum sit tibi munus consecrationis impensum, nec Apostolicas literas promotionem tuam hujusmodi continentes (cùm illas non habeas) possis ostendere: Nos tibi, ut (constitutione felicis record. Greg. Pap. VIII. prædecess. nost. & quâlibet aliâ super hoc in contrarium editâ, nequaquam obstante) possis ejusdem Ecclesiæ Lumban. & quorumcunque bonorum ipsius administrationem accipere, ipsamque administrationem liberè exercere, auctoritate præsentium indulgemus. Contradictis, &c. Datum Anno 4. ut suprà.

CAP. IX.

¶ Hortatur quendam in multis commendatum, ut curam pastoralem administret in Ecclesia, quæ de novo fuerat in cathedralem erecta. hic autem invenies multa notatu dignissima, quæ debeant lectores ad devotionem accendere.

Idem *venerabili fratri Bertrando Episcopo montis Albani, ad universalis Ecclesiæ regimen exercendum divinâ dispensatione vocato.*

AD cujuslibet status Ecclesiæ aciem solicitæ considerationis extendimus, pastorales partes officio vigilanti adhibentes, ut earum singulæ pastoribus gubernentur idoneis, & providis rectoribus disponantur, quorum dispensatione providâ, & providentiâ circumspectâ (illius cooperante clementiâ, qui verè pastor & rector agnoscitur) spiritalium & temporalium proficiant incrementis. Nuper siquidem ex certis & rationabilibus causis, quæ ad hoc nostrum animum induxerunt, civitatem, olim villam montis Albani, tunc intra limites Caturcen. diœcesf. constitutam, qui locus insignis existit, acubertate multiplici hominum & rerum exuberat, de fratrum nost. cons & Apost. plenitudine potestatis, civitatis vocabulo duximus decorandam: statuentes ac etiam decernentes, ut Ecclesia monasterii illius loci montis Albani monasterii casa Dei ad Rom. Eccl. nullo medio pertinentis, ordinis sancti Benedicti Clarемonten. diœc. tunc immediatè subjecta, extunc haberetur & existeret Ecclesia cathedralis: postmodùm verò de celebri ac salubri provisione ipsius Ecclesiæ montis Albani, ut sponsi solatio lætaretur, solicitè cogitantes, ac volentes illum eidem præficere in pastorem, de quo certam haberemus notitiam, quòd eum clara morum insignia redimerent, nec esset dubia ejus charitas, circa plebem suo regimini committendam, & in cujus fiducia consisteret salubriter securitas subditorum. Ad te nunc monasterii prædicti Abbatem, quem literarum scientiâ præditum, vitæ & morum honestate decorum, discretionis & consilii maturitate conspicuum, in temporalibus providum, in spiritualibus circumspectum, nobis & fratribus nostris placida tua conversatio continuata, diu apud sed. Apost. approbavit, direximus oculos mentis nostræ: quibus omnibus debitâ meditatione pensatis, de persona tua, nobis & eisdem fratribus ob tuorum exigentiam meritorum accepta, de ipsorum fratrum consilio & Apostolicæ plenitudine potestatis, eidem Ecclesiæ montis Albani providimus, præficientes eidem sanctæ Ecclesiæ teipsum in pastorem, tibi curam & administrationem illius in spiritualibus & temporalibus committendo, ac tibi postmodùm faciendo, per venerabilem Frat. nost. Berengarium. Episcopum Tusculan. munus consecrationis impendi: Firmâ spe, fiduciâque tenentes, quòd eadem Ecclesia monasterii Albani (dominicâ assistente clementiâ) per tuæ circumspectionis & industriæ studium fructuosum servabitur à noxiis & adversis, & spiritualibus & temporalibus proficiet incrementis. Tolle igitur Dei jugum, tam leve collis humilium, quàm suave, ac dilectione pascendum susci pe gregem ejus, super quem noctis vigilias dilectus solicitusque custodi, ut liber non pateat aditus invasori, & dominus insuspicabili horâ venturus, si te invenerit sic agentem, cursu consummato, qui tuo labori proponitur, & horum fide servatâ, quæ tuæ solicitudini committuntur, te repertum fidelem in modico, supra multa constituat, ac in dilecta gaudiorum suorum tabernacula introducat. Datum, &c. Anno 4.

CAP. X.

¶ Declaratur, an collector fructuum primi anni omnium beneficiorum Ecclesiasticorum vacantium & vacaturorum, nec ne, ad certi temporis spatium deputatorum, pro camera Apost. onerosis facilius supportandis, possit cum obtinentibus beneficia convenire, & an altaria dotata cadant sub tali reservatione, &c.

Idem *Hugoni de Mirabello Canonico Ebredun. collectori fructuum primi anni, &c.*

Postulâsti

Postulâsti per Apostolicæ declarationis evidentiam edoceri, quid tibi super dubiis infrà scriptis circa commissam tuæ industriæ recollectionem fructuum prædictorum (aliàs præbendarum, aut beneficiorum) imminentibus sit agendum. Tuæ itaque consultationi breviter respondentes, te scire volumus beneplaciti nostri esse super fructibus beneficiorum, quæ ita reperies in solutione decimæ juxta verum taxata valorem, quòd illum nequaquam excedunt, cum obtinentibus hujusmodi beneficia, prout meliùs & utiliùs diœcesanis locorum (in quibus hujusmodi beneficia fuerint, quorum consilia in hac parte requiras) & tibi videbitur, valeas convenire. Nos enim ipsorum diœcesanorum, & tuam conscientiam superhis oneramus. Licèt autem quotidianæ distributiones per nos fuerint à perceptione fructuum prædictorum exclusæ, hoc tamen volumus de distributionibus ipsis intelligi, quæ dantur eis, qui horis interfunt: sic quòd illæ, quæ solvuntur his, qui sunt in civitate vel loco præsentes, quamvis horis non interfint eisdem, non sint ab onere dictæ recollectionis immunes. Porrò declarationem illam factam per nos in deputatione seu reservatione fructuum prædictorum, ut videlicet non extendatur ad vicarias seu capellanias, ut plurimùm à decedentibus institutas ad Missas pro ipsis decedentibus celebrandas, certis constitutis reditibus Presbytero inibi celebranti, locum habere volumus in altaribus dotatis certis feudis usuaticis seu censibus, ut Capellanus inibi celebrare debeat pro dotantium animabus certis vicibus, singulis septimanis, & in Ecclesia cathedrali horis interesse divinis, dummodò valor annuus ipsorum altarium summam XX. librarum Turon. non excedat. Alioquin includantur in deputatione seu reservatione prædictis. Ubi verò præbenda fuerit in decima pro tanto taxata, quòd parum posset Canonico hebdomadario (cui certum pro illa servitium imminet in Ecclesia faciendum) post perceptionem taxationis hujusmodi remanere: volumus quòd de taxatione ipsa pro hujusmodi servitii onere portionem aliquam congruam prædicto hebdomadario dimittas, pro jam dicta camera nostra residuum percepturus. Cæterùm præbendas illorum, qui taxationem decimæ solvere recusantes abesse velle se simulant, ut taxationem ipsam diminuere compellantur: ne per illorum absentiam hujus perceptione taxationis frauderis, quasi nil de præbenda percipere valeas, de qua non percipiunt aliquid, nisi saltem in loco vel in civitate præsentes, cùm tamen Ecclesiæ fabrica tales præbendas ex integro percipere dignoscatur: declaramus sub deputatione seu reservatione comprehendi præfata, ut videlicet eas juxta deputationis nostræ modum percipere valeas, Canonicorum ipsorum absentiâ non obstante. Ridiculum enim esset, ut eadem fabrica potiori quàm nos privilegio in talibus uteretur. De illis denique, qui licèt per multos menses tenuerint Ecclesias vel præbendas, nihil tamen se percepisse asserunt ex eisdem, cùm juxta consuetudinem patriæ prædecessores eorum testati fuerunt de bonis illarum, propter quod ipsi obtinentes tales Ecclesias tibi satisfacere nequeunt de fructibus antedictis: nihilominùs offerentes, quòd tandiu fructus Ecclesiarum ipsarum percipias, donec tibi fuerit inde plenariè satisfactum: placet nobis & volumus, ut si est ita, oblationi hujusmodi condescendas: per hoc tamen non intendimus consuetudinem approbare prædictam. Datum Avenion. V. Idûs Octob. Pontificatûs nostri Anno 2.

CAP. XL

¶ *Cum Romanus Pontifex pro Ecclesia Romana necessitatibus fructus beneficiorum vacantium usque ad certum tempus reservâsset, circa illam reservationem plurimæ ambiguitates ortæ sunt, quas hic solvit.*

Idem.

I. Cum nonnullæ Ecclesiasticæ personæ in cathedralibus Ecclesiis Canonicatus, præbendas, dignitates, personatus, & officia, ac alia beneficia Ecclesiastica obtinentes, revocare conentur in dubium, an fructus, reditus, & proventus primi anni beneficiorum Ecclesiasticorum etiam vacantium, & quæ in diversis orbis partibus usque ad triennium vacare contingeret, quos pro Eccles. Rom. necessitatibus per nostras sub certa forma literas duximus reservandos, juxta tenorem literarum ipsarum cameræ nostræ solvere teneantur: præsertim cùm Archiepiscopales & Episcopales Ecclesiæ, ac regulares Abbatiæ ab hujusmodi solutione fructuum (ut dicunt) in dictis literis eximantur: Nos dubitationem hujusmodi amputare volentes, auctoritate Apost. declaramus, quòd cum subappellatione Archiepiscopalis vel Episcopalis Ecclesiæ, aut regularis Abbatiæ, hujusmodi præbendæ, dignitates personatus, & officia nequaquam intelligantur, nec etiam includantur, prædictos, necnon & præbendarum, & officiorum Monachorum, monasteriorum regularium, ac reditus Abbatiarum seu Abbatum earundem, quæ in beneficiis Ecclesiasticis assignantur, distinctos fructus, reditus & proventus includi in deputatione prædicta, & dictæ cameræ juxta prædictarum literarum tenorem debere persolvi: ac id idem super solutione omnium fructuum, redituum, & proventuum commendatariarum, curtuum seu grangiarum, monasteriorum, domorum, & locorum conventualium, quæ pro beneficiis Ecclesiasticis (ut prædicitur) conceduntur (nisi duntaxat in fructibus illorum, quæ sunt forsan excepta) declaramus & præcipimus observari. Præterea cùm in aliquibus Ecclesiis tam cathedralibus, quàm aliis, panis & potus pro quotidianis distributionibus ipsarum Ecclesiarum Canonicis & personis de præbendarum ipsarum corporibus pro die quolibet deputetur: & etiam interdum certa quantitas bladi, & quandoque certa pecuniæ summa, & aliquando alterum pro altero pro singulis mensibus vel hebdomadis etiam Canonicis studiorum causâ, aut aliàs pro eorum negotiis, de licentia Capitulorum Ecclesiarum ipsarum, ab Ecclesiis eisdem absentibus exhibeantur, & etiam persolvantur: declaramus auctoritate prædictâ, illam bladi quantitatem, & pecuniæ summam, quæ pro quolibet mense vel hebdomada dictis Canonicis (ut prædicitur) ministrantur, non debere pro quotidianis distributionibus computari, sed illa tantùm, quæ præfatis Canonicis quotidiè pro diurnis & nocturnis horis distribuuntur sine fraude. Adjicimus insuper declarationi prædictæ, quòd si obtinenti curatum beneficium, aliud sibi consimile collatum fuerit, vel etiam in posterum conferatur, post secundi beneficii pacificam possessionem adeptam, & fructuum perceptionem ipsius, nihil de fructibus ejusdem primi beneficii (nisi forsan super hoc dispensatione canonicâ sit munitus) percipere possit: sed pro dicta camera nostra juxta formam dictarum literarum recipiantur, & etiam exigantur. Ubi verò fructuum, redituum & proventuum beneficiorum Ecclesiasticorum non reperiretur certa taxatio: declaramus auctoritate prædictâ, quòd fructus, reditus & proventus beneficiorum hujusmodi, cùm vacare contigerit, per medium dividantur, quorum medietas recipiatur pro camera prædicta, reliquam verò medietatem ille pro sua sustentatione percipiat, qui beneficium hujusmodi dignoscitur obtinere. Grangias autem, & alia loca Cistercien. ordinis, & aliorum locorum regularium, in quibus gubernatores seu custodes, vel administratores ponuntur ad tempus, & removentur ad voluntatem superiorum suorum, eorumque fructus, reditus & proventus auctoritate declaramus eâdem in deputatione prædicta, ac literis nostris super illa confectis aliquatenus non includi. Nulli ergo omninò, &c. Datum Avenion. Nonis Januar. Pont. nost. Anno 4.

CAP. XII.

¶ *Fructus amborum beneficiorum, quibus quando, beneficiatus privatur, cameræ Apostolicæ deputantur.*

Idem.

II. CUm nonnullæ Eccles. personæ revocare conentur in dubium, an si obtinenti dignitatem, vel aliud beneficium Ecclesiasticum, cui cura imminet animarum, aliud beneficium conferatur, eo casu, quo ambo beneficia ipsa successivè vacare contingit, eorundem amborum fructus primo anno, quo vacant, ratione deputationis fructuum, redituum & proventuum Ecclesiasticorum tunc vacantium, & quæ usque ad certum tempus vacare contingeret, quos pro Ecclesiæ Romanæ necessitatibus relevandis per nostras literas duximus deputandos, nostræ cameræ debeantur: Nos ambiguitatem hujusmodi removere volentes, auctoritate Apostolicâ declaramus, amborum eorundem beneficiorum fructus, reditus & proventus (cùm utrumque ipsorum vacet) pro eadem camera debere percipi & haberi. Nulli ergò, &c.

CAP. XIII.

¶ *Dispositioni Apostolicæ reservantur beneficia curialium, & aliorum ad curiam accedentium, vel ab ea recedentium, si moriantur in locis ultra duas dietas legales ab ipsa curia non distantibus.*

Benedictus XII.

AD regimen Ecclesiæ generalis, quanquam immeriti, supernâ dispositione vocati, gerimus in nostris desideriis, ut debemus, quòd per nostræ diligentiæ studium ad quarumlibet Ecclesiarum & monasteriorum regimina, & alia beneficia Ecclesiastica juxta divinum beneplacitum, & nostræ intentionis affectum, viri assumantur idonei, qui præsint, & prosint committendis eis Ecclesiis, monasteriis, & beneficiis prælibatis. Præmissorum itaque consideratione inducti, & suadentibus nobis aliis rationabilibus causis, nonnullorum prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum vestigiis inhærentes, omnes Patriarchales, Archiepiscopales & Episcopales Ecclesias, & etiam monasteria, prioratus, dignitates, personatus & officia, necnon canonicatus, & præbendas, & Ecclesias, cæteraque beneficia Ecclesiastica cum cura vel sine cura, secularia & regularia, quæcunque & qualiacunque fuerint, etiamsi ad illa personæ consueverint seu debuerint per electionem, seu quemvis alium modum assumi, nunc apud sedem Apostolicam quocunque modo vacantia, & in posterum vacatura, necnon per depositionem, vel privationem, seu translationem, aut muneris consecrationis suspensionem, per felicis recordationis Jo. Papam XXII. præd. nost. seu ejus auctoritate factas, & per nos seu auctoritate nostrâ in antea faciendas ubilibet. Necnon si forsan tempore jam dicti prædecessoris aliqui in concordia vel discordia electi, vel postulati fuerint, quorum electio cassata seu postulatio repulsa, vel per eos facta renuntiatio, & admissa per ipsum prædecessorem, vel auctoritate ipsius extiterint, seu quorum electorum, vel postulatorum, & in antea eligendorum seu postulandorum ac renuntiantium electionem cassari, vel postulationem repelli, aut renuntiationem admitti per nos, vel auctoritate nostrâ contingeret apud sedem prædictam, vel alibi ubicunque. Ac etiam per obitum Cardinalium ejusdem Eccl. Rom. ac officialium dictæ sedis, videlicet Camerarii, Vicecancellarii, Notariorum, auditorum literarum contradictarum, & Apostolici palatii causarum auditorum, correctorum, & scriptorum literarum Apostolicarum, ac pœnitentiarii præfatæ sedis, ac abbreviatorum, nec non commensalium, & aliorum quorumlibet Capellanorum sedis ejusdem, & etiam quorumcunque legatorum sive nuntiorum, ac in terris Ecclesiæ Romanæ rectorum, & thesaurariorum, per dictum Joan. prædecessorem, vel nos specialiter deputatorum seu missorum hactenus, vel à nobis deputandorum, aut mittendorum in posterum: nunc vacantia & in antea vacatura, ubicunque dictos Legatos, vel Nuntios, seu rectores aut thesaurarios, antequam ad Romanam curiam redierint seu venerint, rebus extremi contigerit ab humanis. Necnon quorumlibet pro quibuscunque negotiis ad Romanam curiam venientium, seu etiam recedentium ab eadem, si in locis à dicta curia ultra duas dietas legales non distantibus jam forsan obierint, vel eos in antea transire contigerit de hac luce. Ac etiam simili modo quorumcunque curialium peregrinationis, infirmitatis, aut recreationis, seu aliâ quâcunque causâ ad quævis loca recedentium, si eos, antequam ad dictam curiam redierint, in locis ultra duas dietas ab eadem curia (ut præmittitur) non remotis, dummodò eorum proprium domicilium non existat ibidem, jam forsitan decesserint, vel in posterum eos contigerit de medio submoveri: nunc per obitum hujusmodi vacantia, & in posterum vacatura. Rursùs monasteria, prioratus, decanatus, dignitates, personatus, administrationes, officia, canonicatus, præbendas, & Ecclesias, cæteraque beneficia Ecclesiastica, secularia & regularia, cum cura vel sine cura, quæcunque & qualiacunque fuerint, etiamsi ad illa personæ consueverint & debuerint per electionem aut quemvis alium modum assumi, quæ promoti per dictum prædecessorem, vel ejus auctoritate ad Patriarchalium, Archiepiscopalium, & Episcopalium Ecclesiarum, necnon monasteriorum regimina obtinebant tempore promotionum de ipsis factarum nunc vacantia. Et qui per nos seu auctoritate nostrâ in posterum ad eadem regimina promovendi tempore promotionis hujusmodi obtinebunt. Necnon etiam, quæ per assecutionem pacificam quorumcunque Prioratuum, dignitatum, personatuum, officiorum, canonicatuum & præbendarum Ecclesiarum, & beneficiorum aliorum per nos, vel eundem Joan. prædecessorem, seu auctoritate literarum nostrarum, vel ipsius Joan. prædecessoris collatorum, & conferendorum in posterum, nunc vacantia, & in antea vacatura (plenâ super præmissis omnibus & singulis cum fratribus nostris collatione præhabitâ, & maturâ deliberatione secutâ) ordinationi, dispositioni, & provisioni nostræ (donec miserationis divinæ clementia nos universalis Ecclesiæ regimini præsidere concesserit) de ipsorum fratrum consilio auctoritate Apostolicâ reservamus, decernentes exnunc irritum & inane, si secus super præmissis, & quolibet eorum per quoscunque quâvis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus quibuscunque constitutionibus à prædecessoribus nostris Rom. Pontif. editis, quatenus obsistere possent super enarratis articulis, vel alicui, sive aliquibus eorundem. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam nostræ reservationis & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Avenion. 3. Idûs Januarii, Pontificatûs nostri Anno 2. M. CCCXXV.

CAP. XIV.

¶ *Beneficia quæcunq; sint dispositioni Apostolicæ reservata, per talem reservationem sunt affecta: ita quòd illorum collatio non tenet, si per aliam à Romano Pontif. fuerit facta.*

Paulus Venetus *Papa II.*

AD Romani Pontificis providentiam, & circumspectionem providam spectare dignoscitur, dubia juris (ex quibus lites graves oriuntur indies) suæ declarationis oraculo terminare, prout negotiorum qualitate, & temporum conditione inspectis, conspexerit in Domino salubriter expedire. Cùm itaque nonnulli Romani Pontifices, prædecessores nostri, per diversas eorum constitutiones, quas suo tempore duntaxat duraturas vo-

re voluerunt, quæcunque beneficia Ecclesiastica, quæ sui, & sanctæ Romanæ Ecclesiæ viventium & tunc existentium Cardinalium familiares continui commensales obtinebant, & in posterum obtinerent, eorum familiaritate durante, etiamsi ab ipsâ familiaritate per obitum Cardinalium eorundem vel aliàs recessissent: nec non illa, quæ etiam fructuum & proventuum cameræ Apostolicæ debitorum collectores, & qui ipsorum prædecessorum temporibus sua officia exercerent, uniti succollectores durantibus eorum officiis obtinebant, ac in quibuscunque locis vacaverint, cum irritantis appositione decreti, & deinde prædecessoribus ipsis sublatis de medio, ac eorum beneficiorum occurrentibus vacationibus, inter utriusque juris interpretes, etiam officiales Romanæ curiæ sæpenumerò hæsitarum extiterit, an beneficia hujusmodi propter reservationem & decretum prædicta reservata vel affecta remanserint: ita quòd nullus præter Romanum Pontif. de illis disponere potuerit sive possit, reservatione & decreto obsistentibus supradictis. Ac cùm propter ambiguitatem hujusmodi, varias quoque Jurisperitorum opiniones & discrepationes ipsas adverteremus, plerunque pro reservatione & affectione præmissis, interdum verò contrà pronunciatum & definitum fore. Nos qui vigilis more pastoris super his maturo providendum esse consilio non indigne censuimus, & propterea in singulis causis super quibusvis beneficiis Ecclesiasticis eandem ambiguitatem quomodolibet concernentibus, usque ad nostrum beneplacitum supersedere mandavimus: cupientes (quem admodum nostro incumbit officio) dubiis hujusmodi finem imponere, subditorum obviare dispendiis, & (ne fires fiant penitùs immortales) de opportuno remedio providere: Felicis recordationis Urbani V. Greg. IX. Bonifac. VIII. Romanorum Pontificum, etiam prædecessorum nostrorum, qui ad submovenda alterationum fomenta & ambiguitates hujusmodi lucidandas, declarationes similes per suas literas ediderunt, vestigiis inhærendo, ac provide considerantes effectum: per reservationem, manûsque appositionem eorundem prædecessorum in dictis beneficiis in esse productum, per obitum ipsorum nequaquam censeri debere revocatum. Romani quoque Pontificis manûs appositionem prædictam tantæ efficaciæ, tantæque virtutis existere, ut etsi literæ Apostolicæ super provisionibus beneficiorum, aut de providendo mandatis, in quibus decretum & reservatio hujusmodi apponuntur, ex aliquâ causâ suum debitum non sortiantur effectum: facultatem tamen providendi de beneficiis taliter reservatis quibuscunque, aliis fuisse ademptam hujus perpetuæ & irrefragabilis constitutionis edicto de venerabilium fratrum nostrorum sanctæ Romanæ Eccles. Cardinalium consilio omnia & singula beneficia Ecclesiastica, sæcularia, & cujusvis ordinis regularia, etiamsi præpositatus, canonicatus, præposituræ & præbendæ, dignitates, personatus, administrationes, vel officia fuerint: etiamsi ad illa consueverint, qui illis præficiuntur, per electionem assumi, eisque cura immineat animarum (ut præmittitur) reservata, & per Romanos Pontifices successores nostros canonicè intrantes in posterum reservanda, ac etiam quovis modo vacantia & in antea vacatura, per hujusmodi reservationem & decretum remansisse & remanere semper affecta, nullumque de illis (cùm primum vacare contigerit) præter eundem Romanum Pontificem eâ vice quovis modo disponere potuisse sive posse, harum serie decernimus, & pariter declaramus. Quod tam in pendentibus etiam per appellationem, quàm in futurum super eisdem beneficiis (ut præmittitur) reservatis, committendis causis, per dilectos filios magistros Capellanos nostros, causarum palatii Apostolici auditores, atque alios quoscunque delegatos & judices ubilibet inviolabiliter observari, & secundùm præmissa, nec aliter sententiari & definiri volumus atque mandamus eis & eorum cuilibet, quâvis aliâ super præmissis interpretandi facultate sublatâ: Decernentes exnunc irritum & inane, si secùs super his à quoquam quâvis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ constitutionis, declarationis, voluntatis, mandati & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Marcum, Anno incarnationis Dominicæ M. CCCCLXVII. Cal. Septem. Pontif. nost. Anno 5.

NE SEDE VACANTE ALIQUID innovetur.

TITULUS III.

CAP. UN.

¶ Papa volens providere divino cultui & ministris ejusdem, & occurrere dispendiis, quæ ipsis quotidiè imminent propter occupationes vacantium Ecclesiarum primi anni, quæ competunt ex diversis titulis aliquibus Ecclesiis seu personis: statuit, quòd quando talis occupatus immunebit in beneficiis, quæ consueverunt in decimæ solutione taxari; collectores ipsorum annalium sint contenti ipsâ summâ, pro quâ consueverunt dari decimæ: si ipsam eligendam duxerint, totali residuo penes eum, cui collatum est beneficium, remanente: vel dimissâ eadem summâ prædictâ possint dictum residuum sibi assumere, dum tamen alterum intra X. dies dicti eligant collectores: aliàs post X. dies ipsorum optio in beneficiatum transeat ipsâ jure. In non taxatis autem fructus decimabiles illius anni dividantur per medium, & utrique eorum medietas tribuatur: ita quod si alter dimidiâ voluerit contentari, ipsa in volentem transeat ipsâ jure: Et si quicquam aliquis contra dictam ordinationem receperit; pœnâ hic contentâ incurrat.

Joannes XXII. *Episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.*

SUSCEPTI regiminis nos cura solicitat, ut quæ in Ecclesiis non absque dispendio ministrorum & cultûs detrimento divini servari videamus, per appositionem congrui moderaminis in melius reformemus. Cùm itaque in nonnullis Ecclesiis observetur, & à longis retroactis temporibus fuerit observatum, quòd fructus a primi vel secundi, aut alterius cujusque sequentis anni beneficiorum vacantium in eisdem, defuncto vel fabricæ, aut Ecclesiis vel personis habentibus annalia de consuetudine, privilegio, vel statuto applicetur in totum: ita quòd illi, qui hujusmodi beneficia canonicè obtinent, & ad quos aliàs de jure fructus ipsi spectare deberent, nihil inde percipiunt: unde illud inconveniens sequitur, quòd commodè nequeunt ad impendendum servitium debitum residere in Ecclesiis, in quibus beneficiati existunt. Nos de illo super his remedio providere volentes, per quod hi & illi in fructuum perceptione prædictorum participent, & Ecclesiæ debitis servitiis non fraudentur: præsenti decreto statuimus de fratrum nostrorum consilio, quòd illi, qui fructus prædictos sibi hactenus integrè vendicabunt ex privilegio, de consuetudine vel statuto, nihil exinde ultra summam, pro qua unumquodque beneficiorum ipsorum consuevit in decimæ solutione taxari, prætextu cujusvis privilegii, consuetudinis vel statuti quovis modo percipiant, sed ipsius summæ perceptione duntaxat sint omnino contenti, totali residuo prædicta

a *Vide extravagantem Pii V. Pontificis Maximi, incip. Durum nimis.*

obtinentibus beneficia remanturo: nisi forsan illi, qui fructus eosdem soliti fuerint (ut præfertur) cum integritate percipere, pro se mallent ipsum habere residuum, & obtinentibus ipsa beneficia summam dimittere memoratam, quo casu percipiendi quod maluerint illis relinquimus optionem: sic quòd intra X. dies, postquam scierint beneficia ipsa vacare, ii, quibus annalia ipsa debentur ex privilegio, consuetudine vel statuto, aut ipsorum annalium collectores, quam partem habere voluerint, an scilicet decimæ taxationem, vel illâ dimissâ residuum (nullâ subhastatione præmissâ) eligere teneantur. Quam electionem si intra dictos X. dies non fecerint, ut est dictum, extunc ad eum, cujus est beneficium, hujusmodi optio vel electio transeat ipso jure. Et hoc in Ecclesiis & partibus illis, in quibus beneficia majora & alia quantùm ad solutionem decimæ sunt taxata, volumus observari. In illis verò partibus & Ecclesiis, in quibus decimarum taxatio non est facta, servetur, quòd fructus & obventiones beneficii tunc vacantis, quos in decima solvere consuevit, per medium dividantur: quorum medietatem habeat is, cui annalium per alterum de prædictis modis perceptio est concessa: reliquam verò medietatem percipiat ille, cui beneficium est concessum pro sustentatione sua, & aliis Ecclesiæ oneribus supportandis. Quòd si alter de prædictis prædictâ medietate voluerit esse contentus, altero contentari nolente, pars volentis ipso jure transeat ad nolentem, & volens fructus & obventiones illius beneficii percipiet universos, eidem beneficio congruè faciens deservire, ac ejus supportans onera consueta. Et si quicquam aliquis prædictorum ultra præmissa perceperit, illudq; his, ad quos pertinebit, intra mensem non restituerit cum effectu, eo ipso si Episcopus vel superior Prælatus fuerit, à Pontificalibus & ingressu Ecclesiæ noverit se suspensum: Si autem Capitulum, universitas vel collegium, Ecclesiastico interdicto se noverit (donec prædicta cum integritate restituerit) subjacere. Si verò aliqua singularis persona Ecclesiastica vel mundana id fecerit, excommunicationis incurrat sententiam ipso facto, à qua, nisi restitutione præmissâ (præterquam in mortis articulo) minimè absolvatur: non obstantibus quibuscunque privilegiis vel indulgentiis, aut contrariis consuetudinibus, aut contrariis statutis, juramento, confirmatione sedis Apostol. aut aliâ quâcunque firmitate vallatis. Quæ omnia quoad hæc auctoritate Apostolicâ revocamus, cassamus, & irritamus, & nullius deinceps esse volumus firmitatis. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam nostræ constitutionis revocationis, cassationis, & voluntatis infringere, vel ei, &c. Si quis, &c. Datum Aven. Calend. Novemb. Pontif. nostri Anno 2.

DE REBUS ECCLESIÆ NON ALIENANDIS.

TITULUS IV.

CAP. UN.

¶ Eorum Ecclesiasticorum alienatio non tenet, & alienantes & recipientes sunt excommunicati. Prælatis, & diversis diversa pœna imponuntur.

Paulus Venetus *Papa II.*

AMBITIOSÆ a cupiditati, illorum præcipuè, qui divinis & humanis affectati, damnatione postpositâ, immobilia & pretiosa mobilia Deo dicata, ex quibus Ecclesiæ, monasteria & pia loca reguntur, illustranturque, & eorum ministri sibi alimoniam vendicant, profanis usibus applicare, aut cum maximo illorum ac divini cultûs detrimento exquisitis mediis usurpare præsumunt, occurrere cupientes, omnium rerum & bonorum Ecclesiasticorum alienationem, omneque pactum, per quod ipsorum dominium transfertur, concessionem, hypothecam, locationem & conductionem ultra triennium, nec non infeudationem vel contractum emphyteuticum, præterquam in casibus à jure permissis, ac de rebus & bonis in emphyteusim ab antiquo concedi solitis, & tunc Ecclesiarum evidenti utilitate, ac de fructibus & bonis, quæ servando servari non possunt, pro instantis temporis exigentia, hâc perpetuo valiturâ constitutione præsenti fieri prohibemus: prædecessorum nostrorum constitutionibus, prohibitionibus, & decretis aliis super hoc editis, quæ tenore præsentium innovamus, in suo nihilominùs robore permansuris. Si quis autem contra hujus nostræ prohibitionis seriem de bonis & rebus ejusdem quicquam alienare præsumpserit, alienatio, hypotheca, concessio, locatio, conductio & infeudatio hujusmodi, nullius omninò sint roboris vel momenti. Et tam qui alienat, quàm is qui alienatas res & bona prædicta receperit, sententiam excommunicationis incurrat. Alienanti verò bona Ecclesiarum, monasteriorum, locorumque piorum quorumlibet inconsulto Rom. Pont. aut contra præsentis constitutionis tenorem, si Pontificali vel Abbatiali præfulgeat dignitate, ingressus Ecclesiæ sit penitùs interdictus. Et si per sex menses immediatè sequentes, sub interdicto hujusmodi animo (quod absit) perseveraverit indurato, lapsis mensibus eisdem è regimine & administratione suæ Ecclesiæ vel monasterii, cui præsidet in spiritalibus & temporalibus, sit eo ipso suspensus. Inferiores verò Prælati, Commendatarii, & aliarum Ecclesiarum rectores, beneficia vel administrationem quomodolibet obtinentes, prioratus, præposituras, præpositatibus, dignitatibus, personatibus, administrationibus, officiis, canonicatibus, præbendis, aliisque Ecclesiasticis cum cura & sine cura secularibus & regularibus beneficiis, quorum res & bona alienârunt dantaxat, ipso facto privati existant, illaque absque declaratione aliqua vacare censeantur, possintque per locorum ordinarios, vel alios, ad quos eorum collatio pertinet, personis idoneis (illis exceptis quæ propterea privatæ fuerint) liberè de jure conferri, nisi aliàs dispositioni Apost. sedis sint specialiter aut generaliter reservata: nihilominùs alienatæ res & bona hujusmodi ad Ecclesias, monasteria & loca pia, ad quæ ante alienationem hujusmodi pertinebant, liberè revertantur. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam nostræ prohibitionis & innovationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Marcum, Anno Dom. incarn. M.cccc. LXVIII. Cal. Mart. Pont. nost. Anno 4.

a *Vide Conc. Trid. sess. 25. de reform. c. 11.*

DE EMPTIONE ET VENDITIONE.

TITULUS V.

CAP. I.

¶ Contractus emptionis & venditionis annui censûs, cum conditione revenditionis, declaratur hic non esse usurarius. Et in fine mandatur, quòd hujusmodi bulla publicetur.

Martinus V. *venerabilibus fratribus Trevoren. & Lubicen. ac Almicen. Episc.*

REgimini a universalis Ecclesiæ, quanquam immeriti, disponente Domino præsidentes, curis angimur assiduis, ut juxta creditæ nobis dispensationis officium, subditorum quorumlibet pacì & quieti (quantùm nobis ex alto conceditur) intenda-

a *De materia hujus extravagantis vide gloss. & doctores in c. sanctissimus. de usur. Butrium & Imolam in cap. ad nostram. de empt. & vend. Anch. consil. 30. incip. Dubitari solet. Felinum in c. si cautio. de fide instr. & Sot. l. 6. de just. & jur. q. 3. art. 3.*

rum,

mus, & dubia, quæ inter eos oriuntur pro tempore, ne litis anfractum, seu scandalorum parturiant fomentum, nostro moderamine declarentur. Sanè petitio dilectorum filiorum universorum cleri, nobilium, incolarum, & habitatorum civitatis & diœcesis Vratislavien. nobis exhibita continebat, quòd à centum annis citra, & supra, & à tanto tempore, & per tantum tempus, cujus contrarii memoria hominum non existit: in eisdem civitate & diœc. ac partibus aliis vicinis, quædam consuetudo rationabilis observata, præscripta, ac moribus utentium approbata, ad communem hominum utilitatem introducta fuisset. Pro quibus princeps, baro, miles, civis, sive oppidanus partium earundem, cùm hoc expedire videbatur, melius pro tunc non valentes sibi consulere, personæ Ecclesiasticæ, aut seculari collegio, aut universitati, oppido vel civitati, super bonis suis, dominiis, oppidis, terris, agris, prædiis, domibus, & hæreditatibus vendere consuevit, & vendidit annuos census unius vel plurium marcarum, aut grossorum Pragensium nummi Polomici, & pagamenti consueti: ad rationem, & pro qualibet marca annui census X. XI. XIII. XIV. marcæ, aut plus vel minùs, secundùm temporis qualitatem, prout ipsi contrahentes tunc inter se convenerant. Ipsi venditori tunc integraliter in pecunia numerata solvi consueverant, bonis in ipso contractu tunc expressis, pro ipsius censûs annui exolutione in perpetuum obligatis. Et semper in ipsis contractibus expresse ipsis venditoribus data fuit facultas atque gratia, quòd ipsum annuum censum in toto vel in parte pro eadem summa denariorum, quam ab ipsis emptoribus receperunt, quandocunque vellent, liberè absque alicujus requisitione, contradictione, vel assensu possent extinguere & redimere, ac se ab ipsius censûs solutione extunc penitùs liberare. Sed ad hoc hujusmodi censûs venditores inviti nequaquam per emptores astari vel adstringi valerent, etiam ipsis possessionibus & bonis obligatis penitùs interemptis seu destructis. Fuitque, & est talis contractus emptionis & venditionis per Episcopos Vratislavien. pro tempore existentes, & eorum officiales, necnon per diversos dominos temporales locorum & terrarum, in quibus census hujusmodi constituti existunt, tanquam licitus & communi utilitati deserviens, sæpiùs confirmatus pariter & approbatus. Quodque etiam super hujusmodi censibus plurima beneficia Ecclesiastica, collegia, canonicatus, & præbendæ, dignitates, personatus & officia, vicariæ, altaria numero plusquàm duo millia, de expresso consensu & voluntate dominorum temporalium, sub quorum territoriis dicta bona obligata consistunt, erecta, dotata, & fundata, authenticis eorundem dominorum temporalium literis, sigillis sigillatis & roboratis fore noscuntur. Quodque etiam venditores eorundem censuum se nonnunquam ad ipsorum censuum solutionem, pœnis & censuris Ecclesiasticis ordinariorum locorum sponte & liberè submiserunt: sicuti etiam aliqui eorum tractu temporis compulsi fuerunt, & compelli consueverunt. Tamen nonnulli ex venditoribus ipsis in arcum pravum conversi, cupientes cum alterius pecunia locupletari, hujusmodi census hucusque per eos anteà liberè, & absque ulla contradictione solutos, eisdem emptoribus, tam Ecclesiasticis, quàm secularibus solvere contradicunt & recusant, confingentes hujusmodi emptionis & venditionis contractus fore & esse usurarios & illicitos, ipsos emptores Ecclesiasticos & seculares, necnon collegia, canonicatus, & præbendas, & dignitates, personatus & officia, vicarias & altaria, ac beneficia hujusmodi ipsorum annuorum censuum spoliant perceptione, & detinent spoliatos, in animarum suarum periculum, eorumq; emptorum præjudicium, damnum & gravamen. Et propterea, an contractus emptionis & venditionis hujusmodi liciti existant, à nonnullis hæsitatur. Quare pro parte eorundem cleri, nobilium, incolarum, & habitatorum civitatis & diœc. Vratislavien. nobis fuit humiliter supplicatum, ut an contractus hujusmodi liciti vel illiciti censeri debeant, declarare, & aliàs eis in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur hujusmodi supplicationibus inclinati, quia etiam ex relatione dilecti filii nostri Gulielmi tituli sancti Marci Presbyteri Cardinalis, cui negotium hujusmodi cum peritorum consilio commisimus examinandum, comperimus contractus hujusmodi juridicos, & juxta determinationem doctorum licitos fore. Ad hujusmodi ergò ambiguitatis tollendum dubium in præmissis, præfatos contractus, licitos, & juri communi conformes, ac ipsorum censuum venditores, ad illorum solutiones (remoto contradictionis obstaculo) obligari, auctor. Apost. tenore præsentium ex certa scientia declaramus: Non obstantibus præmissis, cæterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Volentes, quòd prædictæ literæ nostræ debitum sortiantur effectum, fraternitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus vos, vel duo aut unus vestrûm, per vos, vel alium seu alios, præfatis emptoribus in præmissis opportuni favoris præsidium efficaciter impendentes, dictasque literas, ubi, quando & quoties expedire videritis, auctoritate nostrâ solenniter publicantes, faciatis eàdem auctoritate eisdem emptoribus, vel ipsorum procuratoribus eorum nominibus, per venditores, seu debitores censuum hujusmodi de præfatis censibus juxta contractuum & conventionum inter ipsos habitorum formam & tenorem, plenam & debitam satisfactionem impendi. Contradictores per censuram Ecclesiasticam, appellatione postpositâ compescendo. Non obstante si aliquibus communiter vel divisim à sede Ap. sit indultum, quòd interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Datum Romæ, apud sanctos Apost. 6. Nonas Jul. Pontific. nost. Anno 8.

CAP. II.

¶ Contractum quendam emptionis & venditionis præcedenti similem declarat esse juri consonum, & ab usuris alienum. Et tandem jubet præsentem bullam cunctis manifestari.

Calixtus III. *Episcop. Magdeburgen. Nurembergen. & Hasserstaden. Ecclesiarum Decanis.*

II. REgimini a universalis Ecclesiæ quanquam immeriti disponente Domino præsidentes, curis angimur assiduis, ut juxta nobis credita dispensationem officii, subditorum quorumlibet paci & quieti (quantùm nobis ex alto conceditur) intendamus: Et dubia, quæ inter eos oriuntur pro tempore (ne litium anfractus exinde, seu scandala proveniant) debito (prout justitia persuaserit) declarationis nostræ ministerio sopiantur. Sanè pro parte venerabilis fratris nostri Joannis Episcopi Mersburgen. & dilectorum filiorum universi Cleri civitatis & diœcesis Mersburgen. nobis nuper exhibita petitio continebat: quòd licèt à tanto tempore, cujus contrarii memoria non existit, in diversis Alemaniæ partibus, pro communi hominum utilitate, inter habitatores & incolas partium earundem talis inoleverit, hactenusque observata fuerit legitimè præscripta, ac moribus utentium & ordinariorum permissione, & plerunque expressâ ratificatione approbata consuetudo: quòd ipsi habitatores & incolæ, sive illi ex eis, quibus id pro

a *Vide Decr. in proxima precedenti extravaganti citatum.*

fuis statu & indemnitatibus expedire visum fuerit, super eorum bonis, domibus, agris, prædiis, possessionibus, & hæreditatibus annuos marcarum, florenorum, seu grossorum monetæ in partibus illis currentis, reditus seu census vendentes pro singulis ex marcis, florenis sive grossis hujusmodi ab eis, qui illas, vel illos, sive reditus sive census ipsos emerint, certum competens pretium, in numerata pecunia secundùm temporis qualitatem, prout ipsi videntes & ementes in contractibus super his inter se firmaverunt, & recipere soliti fuêre, illa ex domibus, terris, agris, prædiis, possessionibus, & hæreditatibus prædictis, qui in hujusmodi contractibus expressi fuerunt, prædictorum solutione reddituum & censuum efficaciter obligantes, in illorum vendentium favorem: Hoc adjecto, quòd ipsi pro rata, quâ hujusmodi per eos receptam dictis ementibus restituerent in toto vel in parte pecuniam, à solutione reddituum seu censuum hujusmodi restitutam pecuniam contingentium, liberi forent penitùs & immunes. Sed iidem ementes, etiamsi bona, domus, terræ, agri, possessiones, & hæreditates hujusmodi processu temporis ad omnimodæ destructionis sive desolationis reducerentur opprobrium, pecuniam ipsam etiam agendo repetere non valerent. Apud aliquos tamen hæsitationis versatur scrupulus, an hujusmodi contractus liciti sint censendi. Unde nonnulli illos usurarios fore prætendentes, occasionem quærunt reditus & census hujusmodi ab eis debitos non solvendi. Quare pro parte Episcopi & Cleri prædictorum, asserentium, quòd in talibus hic emptis censibus & reditibus, fructus, reditus & proventus plurium Ecclesiarum, monasteriorum, hospitalium, & Ecclesiasticorum beneficiorum civitatis & diœcesis, ac partium prædictarum, necnon ferè omnes quotidianæ distributiones, quæ in plerisque ex Ecclesiis ipsis divinis interessentibus ministrari solent, consistere noscuntur: nobis fuit humiliter supplicatum, ut super his Apostolicæ sedis declarationis oraculum impertiri & adjicere paternâ dilectione curaremus. Nos igitur hujusmodi in hac parte supplicationibus inclinati, & factas ex commissione felicis recordationis Martini Papæ quinti, prædecessoris nostri, desuper examinationem, & ejusdem prædecessoris nostri declarationem attentiùs perstringentes, suisque vestigiis inhærentes, ad omne super his ambiguitatis tollendum dubium, præfatos contractus licitos, jurique conformes, & vendentes eosdem ad ipsorum solutionem censuum & reddituum, juxta dictorum contractuum tenores (remoto contradictionis obstaculo) efficaciter teneri, auctoritate Apostolicâ præsentium serie declaramus. Nulli ergò hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ, M. CCCC. XV. pridie Nonàs Maji, Pontificatûs nostri Anno primo. Volentes itaque, quòd prædictæ literæ debitum sortiantur effectum, fraternitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus vestrûm, per vos vel alium, seu alios, dictis Præposito, Decano, Capitulo, ac aliis beneficiatis, opportunæ defensionis præsidio assistentes, dictasque literas (ubi & quando, ac quoties expedire videritis) auctoritate nostrâ solenniter publicantes, faciatis, & eâdem auctoritate per venditores seu debitores reddituum & censuum hujusmodi dictis emptoribus, seu illis, quibus ipsorum reddituum & censuum solutio præstanda fuerit, de eisdem censibus & reditibus juxta contractuum & conventionum super his habitorum formam & tenorem, plenam & debitam satisfactionem impendi, contradictores verò per censuram Ecclesiasticam appellatione postpositâ compescendo: non obstante si aliquibus communiter vel divitum à sede Apost. indultum existat, quòd interdici, suspendi, vel excommunicati non possint, per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto hujusmodi mentionem. Datum ut suprà.

DE SEPULTURIS.

TITULUS VI.

CAP. I.

¶ Corpora defunctorum exenterantes, & ea immaniter decoquentes, ut ossa à carnibus separata ferant sepelienda in terram suam, ipso facto sunt excommunicati.

Bonifacius VIII.

Detestandæ feritatis abusum, quem ex quodam more a horribili nonnulli fideles improvidè prosequuntur, nos pix intentionis ducti proposito, ne abusûs prædicti fœvitia ulteriùs corpora humana dilaceret, mentesque fidelium horrore commoveat, & perturbet auditum, dignè decrevimus abolendum. Præfati namque fideles hujus suæ improbandæ utique consuetudinis vitio intendentes, si quisquam ex eis genere nobilis, vel dignitatis titulo insignitus, præsertim extra suarum partium limites debitum b naturæ persolvat, in suis vel alienis remotis partibus sepulturâ electâ, defuncti corpus ex quodam impiæ pietatis affectu truculenter exenterant, ac illud membratim, vel in frusta immaniter concidentes, ea subsequenter aquis immersa exponunt ignibus decoquenda. Et tandem (ab ossibus tegumento carnis excusso) eadem ad partes prædictas mittunt seu deferunt tumulanda. Quod non solùm divinæ majestatis conspectui abominabile plurimùm redditur, sed etiam humanæ considerationis obtutibus occurrit vehementiùs abhorrendum. Volentes igitur (prout officii nostri debitum exigit) illud in hac parte remedium adhibere, per quod tantæ abominationis, tantæque immanitatis & impietatis abusus penitus deleatur, nec extendatur ad alios: Apost. auctoritate statuimus & ordinamus, ut cùm quis cujuscunque status aut generis seu dignitatis extiterit, in civitatibus, terris, seu locis, in quibus catholicæ fidei cultus viget, diem decretero claudet extremum, circa corpora defunctorum hujusmodi abusus vel similis nullatenùs observetur, nec fidelium manus tantâ immanitate fœdentur. Sed ut defunctorum corpora sic impiè ac crudeliter non tractentur, deferantur ad loca, in quibus viventes elegerint sepeliri, aut in civitate, castro, vel loco, ubi decesserint, vel loco vicino, Ecclesiasticæ sepulturæ tradantur ad tempus, ita quòd demùm incineratis corporibus, aut aliàs ad loca, ubi sepulturam elegerint, deportentur & sepeliantur in eis. Nos enim si prædicti defuncti executor vel executores, aut familiares ejus, seu quivis alii cujuscunque ordinis, conditionis, status, aut gradûs fuerint, etiam si pontificali dignitate præfulgeant, aliquid contra hujusmodi nostri statuti & ordinationis tenorem præsumpserint attentare, defunctorum corpora sic inhumaniter & crudeliter pertractando, vel faciendo pertractari, excommunicationis sententiam (quam extunc in ipsos proferimus) ipso facto se noverint incursuros: à qua non nisi per Apostolicam sedem (præterquam in mortis articulo) c possint absolutionis beneficium obtinere. Et nihilominus ille, cujus corpus sic inhumanè tractatum fuerit, Ecclesiasticâ careat sepulturâ. Nulli ergò, &c. Datum Lateran. XII. Cal. Martii, Pont. nost. Anno 6.

CAP. II.

¶ Super prædicationibus, confessionibus & sepulturis, providet hoc cap. ut tollat contentiones, quæ olim erant inter curatos ex una

a *Al. malo.* b *Mori, est naturæ debitum solvere.* c *Vide Conc. Trid. Sess. 14. c. 7. de casibus reservat.*

parte, & Iacobitas, & Cordigeros ex altera. Hoc cap. licèt fuisset sublatum per extravagantem, Inter cunctas. quæ est infrà de præb. est tamen hodie innovatum per Clem. Dudum. de sepult.

Bonifacius VIII.

SUper cathedram præeminentiæ pastoralis divinâ dispONente clementiâ constituti, etsi multis & arduis, quæ in amplum Romanæ curiæ alveum undique confluunt quasi torrens, prægravemur negotiis, curis excitemur innumeris, cogitationibus plurimis distrahamur: circa id tamen ferventibus votis intendimus, vacamus instantius, ac operosæ studium solicitudinis impertimur, ut ad divini nominis gloriam, exaltationem catholicæ fidei, & profectum fidelium animarum (præcisis radicitùs dissidiorum vepribus, & litigiorum anfractibus omninò subductis) inter Ecclesiarum antistites, ad curam & regimen gregis Dominici deputatos, cæterasque personas, quas ordo clericalis includit, pacis tranquillitas vigeat, fervor charitatis exæstuet, invalescat concordiæ unitas, animorum identitas perseveret. Scimus enim & ex evidentia facti colligimus, quod non nisi in pacis tempore benè colitur pacis auctor: nec ignoramus, quod dissensiones & scandala pravis actibus aditum præparant, rancores & odia suscitant, & illicitis moribus ausum præbent. Ab olim siquidem inter Prælatos & Rectores, seu Sacerdotes, ac Clericos parochialium Ecclesiarum per diversas mundi provincias constitutos ex una parte, & Prædicatorum & Minorum ordinum fratres ex altera (pacis æmulo satore zizaniæ procurante) gravis & periculosa discordia extitit suscitata super prædicationibus fidelium populis faciendis, eorum confessionibus audiendis, pœnitentiis injungendis eisdem, & tumulandis defunctorum corporibus qui apud fratrum ipsorum Ecclesias sive loca noscuntur eligere sepulturam. Nos autem (pii patris more laudabili) molestè ferentes incommoda filiorum, reducentes ad exactæ considerationis examen, ac intra pectoris claustra solicitè revolventes, quam sit plena periculis, quàm onusta dispendiis, quamque in divinæ majestatis conspectu reddatur exosa discordia supradicta: Et propterea intendentes paternæ solicitudinis studio illam prorsus evellere, ac omnimodè submovere, nullis unquam futuris temporibus faveute Domino suscitandam: grandi quoque desiderio cupientes, ut hujusmodi negotium, quod potissimè in odium cordi nostro, finem salubrem & celerem per Apostolicæ solertiæ studium consequatur: diligenti cum fratribus nostris deliberatione prahabitâ super eo, ad honorem Dei, & exaltationem catholicæ fidei quietum statum partium prædictarum, ac salutis animarum fidelium incrementum, de ipsorum fratrum consilio, auctoritate Apostolicâ statuimus & ordinamus, ut dictorum ordinum fratres in Ecclesiis & locis eorum, ac in plateis communibus liberè valeant Clero & populo prædicare ac proponere verbum Dei, horâ illâ duntaxat exceptâ, in qua locorum Prælati prædicare voluerint, vel coram se facere solenniter prædicari, in qua prædicare cessabunt, præterquam si aliud de Prælatorum ipsorum voluntate processerit, ac licentiâ speciali. In studiis autem generalibus, ubi sermones ad Clerum ex more fieri solent, diebus illis, quibus prædicari solenniter consuevit, ad funera etiam mortuorum, & in festis specialibus sive peculiaribus eorundem fratrum, possint iidem fratres, & licèat eis liberè prædicare: nisi forte illâ horâ, quâ solet ad Clerum in prædictis locis Dei verbum proponi, Episcopus vel Prælatus superior Clerum ad se generaliter convocaret, aut ex aliqua ratione vel causâ urgente Clerum ipsum duceret congregandum. In Ecclesiis autem parochialibus fratres illi nullatenùs audeant vel debeant prædicare, vel proponere verbum Dei, nisi fratres prædicti à parochialibus Sacerdotibus invitati fuerint vel vocati: & de ipsorum beneplacito & assensu, seu petita licentia fuerit & obtenta, nisi Episcopus vel Prælatus superior, per eosdem fratres prædicari mandaret. Statuimus etiam & ordinamus auctoritate prædictâ, ut in singulis civitatibus & diœcesibus, in quibus loca fratrum ipsorum consistere dignoscuntur, vel in civitatibus & diœcesibus locis ipsis vicinis, in quibus loca hujusmodi non habentur, magistri, priores, provinciales prædicatorum, aut eorum vicarii & generales & provinciales ministri, & custodes minorum ordinum prædictorum, ad præsentiam Prælatorum eorundem locorum se conferant, per se vel per fratres, quos ad hoc idoneos fore putaverint, humiliter petituri, ut fratres qui ad hoc electi fuerint, in eorum civitatibus & diœcesibus confessiones subditorum suorum confiteri sibi volentium audire libere valeant, & hujusmodi confitentibus (prout secundum Deum expedite cognoverint) pœnitentias imponere salutares, atque eisdem absolutionis beneficium impendere de licentia, gratia, & beneplacito eorundem. Ac deinde præfati magistri, priores, provinciales, & ministri ordinum prædictorum, eligere studeant personas sufficientes, idoneas, vitâ probatas, discretas, modestas, atque peritas, ad tam salubre ministerium & officium exequendum: quas sic ab ipsis electas repræsentent, vel faciant præsentari Prælatis, ut de eorum licentia, gratia, & beneplacito in civitatibus & diœcesibus eorundem hujusmodi personæ sic electæ confessiones confiteri sibi volentium audiant, imponant pœnitentias salutares, & beneficium absolutionis impendant, prout superiùs est expressum: extra civitates & diœceses, in quibus fuerint deputatæ, per quas eas volumus, & non per provincias deputari, confessiones nullatenùs audituræ. Numerus autem personarum assumendarum ad hujusmodi officium exercendum esse debet, prout universitas Cleri & populi, ac multitudo vel paucitas exigit eorundem. Et si iidem Prælati petitam licentiam confessionum hujusmodi audiendarum concesserint, illam prælati magistri, ministri, & alii cum gratiarum recipiant actione, dictæque personæ sic electæ commissum sibi officium exequantur. Quod si fortè jam dicti Prælati quenquam ex dictis fratribus præsentatis eisdem ad hujusmodi officium nollent habere, vel non ducerent admittendum, eo amoto vel subtracto, loco ipsius similiter eisdem præsentandus Prælatis possit & debeat alius surrogari. Si verò iidem Prælati præfatis fratribus ad confessiones (ut præmittitur) audiendas electis, hujusmodi exhibere licentiam recusârint, nos exnunc ipsis, ut confessiones sibi confiteri volentium libere licitèque audire valeant, & eisdem pœnitentias imponere salutares, atque eisdem beneficium absolutionis impertiri, gratiosè concedimus, de plenitudine Apostolicæ potestatis. Per hujusmodi autem concessionem nequaquam intendimus personis seu fratribus ipsis, ad id taliter deputatis, potestatem in hoc impendere ampliorem, quam in eo curatis vel parochialibus Sacerdotibus est à jure concessa, nisi forsan eis Ecclesiarum Prælati uberiorem in hac parte gratiam specialiter ducerent faciendam. Hujusmodi quoque statuto, & ordinationibus nostris adjicimus, ut fratres dictorum ordinum in Ecclesiis vel locis suis, ubilibet constitutis, liberam (ut sequitur) habeant sepulturam: videlicet, quòd omnes ad eam recipere valeant, qui sepeliri elegerint in locis & Ecclesiis memoratis. Verùm, ne parochiales Ecclesiæ, & ipsarum curati sive Rectores, qui ministrare habent Ecclesiastica sacramenta, quibus noscitur de jure competere, prædicare, seu proponere verbum Dei, confessiones audire fidelium, debitis & necessariis beneficiis defraudentur, cùm operariis mercedis exhibitio debeatur: auctoritate Apostolicâ constituimus & ordinamus, eâdem, ut dictorum ordinum fratres de obventionibus omnibus tam funeralibus,

quam quibuscunque & quomodocunque relictis, distinctè vel indistinctè, ad quoscunque certos vel determinatos usus, de quibus etiam quarta sive canonica portio dari, sive exigi non consuevit, vel non debet de jure, nec non de datis vel qualitercunque donatis in morte, seu mortis articulo in infirmitate donantis vel dantis, de qua decesserit, quomodocunque, directè vel indirectè, fratribus ipsis, vel aliis pro eisdem, quartam partem (quam auctoritate Apostolicâ taxamus, & etiam limitamus) parochialibus Sacerdotibus & Ecclesiarum rectoribus seu curatis largiti integrè teneantur, facturi & curaturi, quod nec alii, nec aliis, à quibus quarta hujusmodi minimè deberetur, ad ipsorum fratrum utilitatem vel commodum hujusmodi fiant relicta, aut in eos taliter data vel donata procedant, seu quòd in morte, vel ab infirmis hujusmodi dandum vel donandum fratribus ipsis existeret, in eorundem dantium vel donantium sanitate, sibi dari vel donari procurent: In quibus per ipsos vitandis eorum intendimus conscientias onerare, ut si (quod absit) per fratres ipsos dolo vel fraude quicquam in hac parte agi fortassè contigerit (præter id quòd eos propterea dictis Sacerdotibus, Rectoribus, & curatis teneri volumus) etiam districta ratio in extremi judicii examine requiratur ab eis. Ultra portionem autem hujusmodi nihil valeant parochiales rectores, curati & prælati exigere supradicti, neque illis dicti fratres ampliùs impendere sint adstricti, neque ad id à quoquam possint aliqualiter coërceri. Nos etenim (ut in cunctis æqualiter & pacificè favente Domino procedatur) universa privilegia, gratias, indulgentias, verbo seu scripto subquacunque forma, vel expressione, seu conceptione verborum, à nobis, vel prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, cuicunque ordinum prædictorum concessa, necnon consuetudines, conventiones, statuta & pacta, in quantum sunt præmissis, vel alicui præmissorum contraria, ea penitùs revocamus, vacuamus, cassamus, & irritamus, quinimò cassa, vel vacua, & irrita nuntiamus, & decernimus nullius prorsùs existere firmitatis. Cæterùm universos Ecclesiarum Prælatos, cujuscunque præeminentiæ, status, vel dignitatis existant, ac Sacerdotes parochiales, & curatos, sive rectores prædictos præsentium tenore rogamus, & hortamur attentè, nihilominùsque eis districtè præcipiendo mandamus, quatenus pro divina & Apostolicæ sedis reverentia prædictos ordines & professores eorum habentes affectu benevolo commendatos, fratribus ipsis non se difficiles, graves, duros, aut asperos, sed potius favorabiles, propitios, ac benignos, piâque munificentiâ liberales se studeant exhibere: sic eos in prædicationis officio, & propositionibus verbi Dei, ac in omnibus aliis supradictis, tanquam cooperatores eorum idoneos, & laborum suorum participes promptâ benignitate recipiant, ac affectuosè admittere non omittant: ut proinde illis æternæ beatitudinis præmium augeatur, & animarum salutis incrementa felicia procurentur. Nec ipsos lateat, quòd si secùs ab eis agi fortassè contigerit in hac parte, Apostolicæ sedis benignitas, quæ ordines & professores eosdem ubere favore prosequitur, & gerit in visceribus charitatis, contra eos non immeritò turbaretur, nec eadem æquanimiter pati posset, quin super hoc provisionis opportunæ remedium adhiberet, ipsosque nihilominùs cœlestis indignatio Principis digna pro meritis reprendentis, cujus obsequia fratrum ipsorum sedulitas curiosa prosequitur, minimè pateretur. Nulli ergò omninò, &c.

DE DECIMIS.

TITULUS VIII.

CAP. UN.

¶ *Cum Bonifacius decimam certa ex causis hic in principio expressis, ab Ecclesiis & Ecclesiasticis personis exigi statuisset, multa dubia circa illam suborta sunt, quæ hic clarè & prolixè manifestantur. vide textum cum gl. in Clem. 2. eod. tit. ubi hæc extravagans in multis declaratur.*

Bonifacius VIII. *collectori decimæ.*

DEclarationes, quas in negotio decimæ pernos nuper impositæ pro prosecutione guerræ ac negotii regni Siciliæ contra hostes, de Ecclesiis & personis Ecclesiasticis per totam Italiam & extera loca constitutis, volumus observari (cujus quidem decimæ in illis partibus te superintendentem seu collectorem duximus deputandum) tales sunt: De reditibus & proventibus leprosariarum, domorum Dei, & hospitalium pauperum, qui in usus leprosorum, infirmorum, & pauperum convertuntur, decima non solvetur. Moniales etiam, aliæque regulares personæ, quarum reditus & proventus Ecclesiastici adeo sunt tenues & exiles, quòd de illis sustentari non possunt, sed pro habendo vitæ suæ sustentationem necesse habent publicè mendicare, & eleemosynas publicè petere, dictam decimam non persolvent. Seculares quoque Clerici, quorum Ecclesiastici reditus, & proventus annui summam septem florenorum auri non excedunt, eandem decimam non præstabunt. Si verò una persona plura habeat beneficia, quorum nullum per se acceptum dictam summam septem florenorum auri annuatim attingat, simul tamen collecta in minimis proventibus summam memoratam excedant, quotquot, vel quantumcunque modica fuerint, de omnibus & singulis decima persolvetur, sed non solvetur de pitantiis Monachorum. Similiter de his, quæ à Christi fidelibus relinquuntur Ecclesiis, ut ex eis perpetui emanturreditus. Item de xeniis Prælatis & aliis personis Ecclesiasticis liberaliter factis, decima non solvetur. Solventium decimam electioni seu arbitrio committitur, utrum ipsam velint solvere per totum tempus, quod durabit decima, pro rata proventuum, quos singulis annis dicti temporis ipsos percipere contigerit, an per ipsum tempus pro rata communis æstimationis proventuum eorundem. Sed unâ viâ electâ non licebit alicui variare ad aliam recurrendo. Et fiat & redigatur per collectores in scriptis electio hujusmodi expressè in prima solutione decimæ supradictæ: alioquin juxta æstimationem communem per totum tempus solvere tenebuntur. Declaramus autem, quòd hi, qui elegerint solvere decimam pro rata eorum, quæ perceperint annuatim, vendant proventus beneficiorum suorum, quæ personalem residentiam non requirunt, & solvant decimam pro solo pretio, quod receperint de eisdem: dum tamen contra hoc in fraudem decimæ nihil omninò agatur. Sed Ecclesiastica persona, quæ in Ecclesia sua, vel beneficio (quod residentiam personalem requirit) non residet, sed facit in eodè per Firmarium vel Vicarium deserviri, deputando ipsi Vicario vel Firmario certam suorum proventuum portionem: non de vicariatûs seu firmarii portione, sed de universis ipsius Ecclesiæ vel beneficii proventibus decimam exhibebit. Declaramus etiam, quòd de sylvis seu nemoribus, quæ non consueverunt vendi, nil solvetur, nisi fortè aliquid de illis venditum fuerit durante decimâ: & tunc æstimabitur, quantùm valere debent annui reditus partis venditæ secundùm æstimam, quæ consuevit fieri de nemoribus in partibus illis, in quibus nemus situatum fuerit, & de sola æstimatione decima persolvetur, & non de eo quod percipietur de dictis sylvis seu nemoribus, quæ vendi non consueverunt, nisi forte vendantur durante decimâ: qui tunc solvetur ex venditione pascuagii seu herbagii, aut alterius consimilis proventûs eorundem nemorum & sylvarum. Et si non vendantur hujusmodi pascuagia & similia, non solvetur decima de his,

de his: ita tamen, quòd in fraudem decimæ nihil contra hoc attentetur. Idemque de pascuis, herbagiis, & consimilibus obventionibus sylvarum volumus observari. De stagnis & piscariis decima sic solvetur, videlicet quòd fiet relatio de numero annorum, quibus ante venditionem ultimam vendita non fuerunt, ad quantitatem pretii ex ipsa venditione ultima recepti: ut pretio diviso in partes secundùm annorum terminum, durante decimâ, solvatur decima ipsa de tot partibus pretii ex ipsa venditione recepti, quot fuerunt anni prædicti: ut si fortè sunt quinque anni elapsi, ex quo fuerat stagnum venditum, & tunc vendatur pro centum florenis, fiant de pretio quinque partes, & pro tribus annis, quibus durabit decima, solvetur ipsa decima de tribus partibus pretii tantùm, videlicet LX. florenorum, & multiplicabuntur, & minuentur partes pretii, prout plures & pauciores fuerint dicti anni. De piscariis autem fluminum & lacuum, & venationibus si vendantur, & sylvis cæduis, idem quod de stagnis fiet. De piscibus stagnorum, vel beluis garenarum, quos pro usu vel esu suo consumi, vel sine fraude donari contigerit, decima non solvetur. Et quia nonnulli obtinent à monasteriis & Ecclesiis prioratus, grangias, domos, reditus, pensiones & census, in solvenda de his decima eredimus distinguendum: videlicet, an talia in beneficium habeantur, an ex contractu, anex mera gratia. Si talia in beneficium habeantur, sive hoc sit concessum per sedem Apostolicam, sive per ipsorum monasteriorum vel Ecclesiarum personas, de illorum proventibus solvetur decima. Cùm autem obtinentur talia ex contractu, putà ad pensionem, vel firmam annuam, in qua non est facta gratia obtinenti, sed in hoc uterque contrahentium studuit conditionem suam facere meliorem: perceptores pensionis vel firmæ de ipsâ pensione vel firma decimam exhibebunt. Si autem quis ante vel post concessionem hujus decimæ ad vitam propriam emit proventus Prioratuum, vel aliorum prædictorum pro aliqua pecunia, ita quòd in hoc ei scienter gratia non est facta, considerabitur quantùm æstimatione communi valeant annui proventus, prioratus, grangiæ, domus terrarum seu redituum hujusmodi: & secundùm hoc ab illis, quorum est horum proprietas, qui inde pretium pro futuro tempore receperint, per tres annos decima exhibebitur. Si autem in his gratia facta sit obtinentibus, quia scienter pro minori pretio, quàm valeant, sunt talia vendita, vel locata, ipsi obtinentes, & non monasterium vel Ecclesia de illo, in quo gratia facta est ipsis, & de reliquo illi, quorum est proprietas, decimam exhibebunt. Si autem personis aliquibus pro justa mercede seu remuneratione laboris vel obsequii præstiti vel præstandi talia sunt concessa, ii, quorum est illorum proprietas in decimatione proventuum suorum, etiam horum proventus meritò numerabunt, & de illis (sicut de aliis, quos pro certis suis utilitatibus expendunt) decimam exhibebunt. Quòd si hæc per illos, qui ea obtinebant, in alios sunt translata (quia res transit cum onere suo) etiam circa illos, quæ prædiximus, servabuntur. Nec deducentur expensæ, quæ pro Monachis (qui in talibus prioratibus, grangiis, seu domibus, in beneficium seu ex mera gratia concessis, ex pacto teneri debent) fieri dignoscuntur. Expensæ autem illorum Monachorum vel personarum, quæ teneri debent ex pacto in prioratibus, grangiis seu domibus ad justam firmam seu pensionem concessis, sive determinatè, sive non, æstimabuntur æstimatione communi, & talem æstimationem monasterium vel Ecclesia, cujus illorum est proprietas, cum suis proventibus decimabit. Prælati de procurationibus, quas in victualibus percipiunt, decimam non persolvent: sed qui eis præstant hujusmodi victualia, in decimatione suorum proventuum & redituum numerabunt, & solvent decimam de eisdem. De illis autem procurationibus, quas Prælati in pecunia numerata ritè percipiunt ab antiquo, & quas perciperent, etiamsi non visitarent, decimam præstare tenentur. Prælatus autem, qui procurationem (quam sine visitatione potuit de jure percipere in pecunia numerata) remittit: quia remittit quod sibi debetur, & de quo solvisset decimam, si recepisset illud, tenetur ex tali procuratione decimam exhibere. Si verò procurationem, quam tantùm in victualibus licet percipi, fortasse remittit, persona Ecclesiastica, cui remissio facta est, hujusmodi victualia cum aliis proventibus suis, cùm solvet, decimam æstimabit: cùm etiamsi non esset remissa, hoc facere teneretur. In solvendo decimam supradictam solæ expensæ necessariæ, quæ fiunt in re, ex qua fructus percipiuntur arando, colendo, & colligendo fructus, sine quibus non possunt inde fructus percipi, deducentur. Expensæ autem, quæ fiunt in castrorum custodibus, cum fiunt extra rem, vel etiam in ædificiis construendis vel conservandis, nullatenùs deducentur: sic ut nec illæ, quæ in villis tuendis fierent in guerris seu etiam cavalcatis. De iis quoque, quæ consistunt in jurisdictione, mero imperio, regalibus, atque similibus, solvetur decima deductis salariis moderatis, quæ ante concessionem decimæ consueverunt solvi judicibus & officialibus, similibusque personis, sine quibus jurisdictio, & cætera similia nequeunt expediri: ita tamen, quòd in fraudem decimæ nihil contra hoc penitùs attentetur. Sed expensæ officialium, judicum & consimilium personarum, factæ in vestibus sive victualibus, minimè deducentur, sicut nec aliæ expensæ similes factæ circa familiam Prælatorum. Ratione autem æris alieni, quo persona solvens decimam obligata consistit, nihil de decima minuetur, etiamsi certæ res Ecclesiasticæ propter hoc à quoquam fuerint obligatæ. Item de furnis, & de molendinis decima præstabitur. Solvetur autem de oblationibus, sive fiant pro benedictione nubentium, sive pro exequiis mortuorum, necnon de proventibus singulorum Prælatorum, & de emendis, quæ ab excommunicatis recipiuntur. De Legatis quoque sibi & aliis personis Ecclesiasticis non per onarum, sed Ecclesiarum, vel officiorum ratione relictis, decima persolvetur. Pro decima supradicta non exhibebitur pecunia, nisi illa communiter curreret de mandato Domini terræ, & quæ est moneta in locis, in quibus consistent fructus & reditus unde decima persolvetur, nec aliqui pecuniam cambire cogentur eandem. Sed si ex probabilibus seu verisimilibus præsumptionibus apparuerit, quisquam pensatis ejus proventibus minùs debito notabiliter de decima persolvisse, ita quòd super hoc meritò suspectus debeat reputari: ex officio nostro per viros idoneos deputandos à nobis faciemus inquiri ab illis, qui super hoc scire valeant veritatem, videlicet de consilio diœcesani Episcopi, vel alicujus deputandi ab ipso, si sit ejus subditus, & non aliter, si Episcopus ipse vel deputatus ab eo commodè possit haberi: & tunc demùm, & non priùs, ille, cujus proventus fuerint taliter æstimati, pro eo quòd minùs solverit, etiam nominatim excommunicabitur: si ejus contumacia exegerit, & visum fuerit expedire. Episcopi autem & Abbates cæteræque personæ Ecclesiasticæ, honorabiles non suspectæ, propriæ conscientiæ relinquantur: ita, quòd sufficiat quoad tales excommunicationis sententia, quæ in nullo modo solventes, vel scienter adhibentes fraudem vel malitiam circa ipsius decimæ solutionem generaliter proferetur. Super his autem fiet compulsio per censuram Ecclesiasticam, prout nobis & illi, cui hoc committendum duxerimus, visum fuerit expedire. Proferatur autem (si expediens visum fuerit) excommunicatio generaliter vel specialiter in eos, qui contra solutionem decimæ, vel suorum æstimationem proventuum, cùm fuerit facienda, fraudem vel malitiam scienter duxerint adhibendam.

Fiet autem solutio decimæ non ex ipsis rebus, quæ per eipiuntur de proventibus, sed in pecunia numerata.

Solvetur autem decima illis, quos ad hæc contigerit deputari.

Rector parochialis, qui urgente necessitate Ecclesiæ, putà quia ipse residendo personaliter in eadem per se non sufficeret ipsi curæ propter multitudinem parochianorum vel divisionem parochiæ suę, sed necesse habet unum, vel duos, vel plures Capellanos conducere, & eis propter victum salarium constituere, salarium hujusmodi poterit in decimæ solutione deducere: sed ratione victûs Capellanorum ipsorum aliquid non deducet.

Quòd si in diversis civitatibus & diœcesib. diversa beneficia obtineantur, de unoquoque beneficio in civitate vel diœcesi, in qua illud fuerit, decima persolvetur.

De eleemosynis verò seu oblationibus datis ad opus fabricæ, maximè de his oblationibus, quæ in civitatibus & aliquibus castris & locis dictarum provinciarum in certis festivitatibus in candelis & aliis consueverunt dari & offerri ad opus fabricæ deputatis, decima non solvetur.

Similiter nec de illis oblationibus, quæ colliguntur interdum per Laicos, qui consortiales dicuntur: interdum per Clericos, quæ ad opus consortii reducuntur, & quæ offeruntur ut luminaria in Ecclesia, cruces & calices fiant & reparentur, & etiam ex illis pauperibus subveniatur, & sepeliantur corpora pauperum defunctorum. Prælati autem & Clerici exules, cujuscunque conditionis aut dignitatis existant, de suis proventibus Ecclesiasticis decimam persolvent. Illæ quoque expensæ, quæ fiunt pro fossatis & aliàs pro terris ædificandis, ut uberiores fructus producant, & illæ quæ fiunt in conservandis & reparandis ædificiis molendinorum, domorum, seu apothecarum & similium, & ex quibus fructus & pensiones recipiuntur, & nisi reparentur, fructus ex eis percipi non valerent: de decima hujusmodi minimè deducentur. Nec etiam illæ, quæ fiunt pro custodia castrorum, quamvis fiant majores solito.

Insuper de oblationibus minutissimis, quas percipiunt Ecclesiasticæ personæ ratione Ecclesiarum suarum, pro sepulturis & candis pœnitentiis, decima persolvetur. Et quia non occurrit nobis, quin quotidianæ distributiones proventus Ecclesiastici sint, de distributionibus quæ dantur in horis canonicis præsentibus, debere solvi decimam declaramus.

Illi quoque qui deputati fuerint ad collectionem decimæ, cum eis qui debent solvere decimam, de aliqua certa summa solvenda pro decima, nequeunt convenire.

De fructibus arborum & hortorum solvetur decima.

De his autem, quæ consumuntur usu vel esu animalium, si sint Ecclesiarum, solvetur decima, deductis expensis necessariis, quæ fiunt pro custodia: si verò sunt personarum, decima non solvetur.

Tu ergò in his solum Deum & justitiam pro præmissis præ oculis habens, ex prædictis declarationibus in decidendis hujusmodi dubitationibus, quæ pro parte leviter decidi poterunt, confirmationem accipias: super majoribus verò decisionem Apostolici oraculi expectes.

Volumus quoque & præsentium tibi auctoritate mandamus, ut in unamquamque personam Ecclesiasticam deputatarum tibi partium, cujuscunque ordinis, conditionis, vel dignitatis existat, quæ decimam ipsam nullo modo vel non integrè scienter, aut non secundum verum valorem fructuum suorum perceptorum, sive non in terminis constitutis exhibuerit, seu in illorum exhibitione malitiam commiserit sive fraudem: excommunicationis sententiam auctoritate nostrâ promulges: Et etiam in singulos, qui scienter impedimentum præstiterint, directè vel indirectè, publicè vel occultè quòminus decimæ prædictæ solvantur. Et omnes & singulos, qui hujusmodi sententias latas incurrerint: per te & alios, singulis diebus Dominicis & festivis, pulsatis campanis, & candelis accensis, usque ad satisfactionem condignam excommunicatos publicè nunties, & facias ab omnibus publicè evitari: Aggravaturus aliàs manus tuas contra ipsos prout proteriam & contumaciam exigere videris eorundem: quòd si satisfacere decreverint, post plenam & integram satisfactionem ab hujusmodi excommunicationibus juxta Ecclesiæ formam absolvas eosdem, & dispenses cum eis super irregularitate, si taliter ligati non abstinuerint à divinis: Proviso hactenus, quòd contra decimam hujusmodi non solventes nullatenus sine speciali mandato Apostolicæ sedis invocetur brachium seculare. Quodq; ad vasa sacra, paramenta, calices, cruces, & libros, aliaq; bona mobilia ad cultum deputata divinum, vel ad privilegia Ecclesiarum & monasteriorum, aliorumq; locorum Ecclesiasticorum, ipsius occasione decimæ manus nullatenus extendatur. Data Anagn. Cal. Octobr. Pont. nost. Anno 7.

DE REGULARIBUS ET TRANSEUNTIBUS AD RELIGIONEM.

TITULUS VIII.

CAP. I.

¶ Religiosi mendicantes sub excommunicationis pœna prohibentur convolare ad religionem non mendicantium, quacunq; quæsita colore, quam ipso facto incurrunt tam recepti, quam recipientes, quâcunq; licentiâ non obstante. Quid juris sit de jam recepto, subdit.

Martinus IV.

Vlam ambitiosæ cupiditatis religiosis, potissimè mendicantibus præcludere cupientes, ad alios ordines, præsertim monasticos (fucatis tamen coloribus asserentibus ob frugem melioris vitæ, aut arctioris observantiæ) tam sancti Benedicti, quàm Cisterciensis, Canaldulensis, Vallisumbrosæ, Canonicorum regularium sancti Augustini, vel aliorum monasticorum ordinum convolare nitentibus, licentiam à sede Apostolica seu Legatis aut Nuntiis ejusdem sedis ad transferendum se de mendicantium ordinibus ad alios ordines, præsertim eâ ratione (ut verisimile est, prout facti evidentia docet) ut liberius degant, dignitatesque & beneficia monastica consequi valeant, & ex certis aliis causis honestati non consonis obtinentibus. Ac volentes etiam conservationi ordinum mendicantium providere: auctoritate Apostolicâ ex certa scientia tenore præsentium declaramus & etiam decernimus, statuentes, quòd decætero nullus religiosus ordinum mendicantium quorumcunque, cujuscunque gradûs, statûs, conditionis, vel religionis existat, quantumcunque & qualitercunque possit & debeat virtute cujuscunque licentiæ, etiam indulti Apostolici seu Pœnitentiarii nostri curam gerentis, vel aliâ quâvis auctoritate hactenus, etiam per literas Apostolicas facultatum quarumvis tam Legatorum vel Nuntiorum sedis Apostol. quam aliâ auctoritate, maximè de transferendis fratribus, aut aliquibus præsertim ordinum mendicantium professoribus in genere vel in specie ab ordinibus hujusmodi mendicantium, sub quacunque verborum forma appareant, admitti aut recipi per aliquos etiam superioris ordinis, seu monasterii, aut loci monastici, seu aliàs in Monachum vel in fratrem alicujus ex ordinibus monasticis supradictis vel aliis expressis (ordine Carthusiensium duntaxat excepto) sub pœna excommunicationis, quam tam recipientes quam recepti ipso facto incurrunt. Et quam exnunc prout extunc contra quemlibet transgressorem quomodolibet in præmissis, scientiâ & auctoritate antefatis proferimus in his scriptis. Et à nemine, nisi duntaxat à Rom. Pontif. (præterquam in mortis

in mortis articulo a) excommunicati hujusmodi possint absolutionis beneficium quomodolibet obtinere. Et nihilominùs secùs facta non teneant, & nullius existant efficaciæ vel momenti. Decernentes etiam & volentes, quòd si quis hactenus virtute cujusvis licentiæ seu mandati hujusmodi fuisset receptus ad aliquem monasticum ordinem, & habitum consuetum gestari per Monachos talis ordinis suscepisset, sive professionem emiserit, sive non, sub dicta pœna teneatur in monasterio, in quo receptus fuerit (etiamsi beneficia Ecclesiastica seu rectorias Ecclesiarum quarumvis obtineat) stare in ejus totali ordinatione, & in hujusmodi ordine monastico altissimo deservire. Si quis autem præextu hujusmodi licentiæ vel sine habitu vel cum habitu vagando incederet, monitione prævia teneatur & debeat intra terminum XV. dierum à die monitionis hujusmodi computandorum, ad ejus religionem vel ordinem, unde cùm licentia vel sine licentia recesserat, remeare. Quod si efficere neglexerit, post ipsum terminum tanquam notorius apostata excommunicatus in omnibus & per omnia debeat per quemlibet reputari, & ab omnibus retractari etiam per invocationem auxilii brachii secularis, quoties fuerit opportunum. In futuris autem nullus ex professoribus alicujus ex ordinibus mendicantium hujusmodi in aliquem monasticum ordinem (Carthusiensium duntaxat excepto) possit aut debeat per quemcunque recipi vel admitti, virtute alicujus licentiæ vel indulti, absque sedis hujusmodi licentia speciali sub dictis pœnis, & nihilominùs secùs facta non teneant ipso jure. Hujusmodi licentiis & indultis, necnon constitutionibus Apostolicis, & mendicantium ordinum prædictorum, etiamsi de illis specialis & expressa, ac de verbo ad verbum in nostris literis mentio habita foret, & aliis contrariis non obstantibus quibuscunque. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis, decreti, statuti, prohibitionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Sebennis 4. Cal. Aug. Pont. nost. Anno 1.

CAP. II.

¶ Religiosi sine sui superioris licentia ultra mare euntes sunt ipso facto excommunicati, nec ibi sunt ad prædicationem vel divinorum celebrationem admittendi.

Joannes XXII.

AD nostrum nuper relatio fide digna perduxit auditum, quòd nonnulli religionis gestantes habitum, sed à veritate religionis omninò vacui, & à modestia penitùs alieni, ad partes quandoque transmarinas se transferant, in quibus pauci fideles respectu infidelium commorantur. Et ut illi decipere faciliùs simplicium animos, ac ipsos & alios in errores præcipitare seu retinere valeant, sub ovilla veste, ac humilitatis habitu supinum animum occultantes, per doctrinas suas reprobas & erroneas fidelium mentes, quantùm in eis est, corrumpere satagunt: In ipsis partibus periculum nimium spargere non omittunt, necnon & os suum ponentes in cœlum, linguâ eorum falsidicâ transeunte super terram, S. Rom. Eccles. detrahere constitutionibus, & alia multa à fide devia in suis sermonibus & secretis collocutionibus evomere insanis ausibus non verentur: ex quibus Deus offenditur, periculosa suscitantur scandala, paratur simplicibus laqueus, ipsique talium præsumptores de hæresi vehementer arguunt se suspectos. Nos itaque tantis obviare periculis paternæ diligentiæ studiis cupientes, universis & singulis religiosis cujuscunque conditionis, religionis, ordinis vel status existant: de fratrum nostrorum consilio districtius auctoritate præsentium inhibemus, ne ipsorum aliquis absque superioris ordinis sui licentia, sibi per ipsius literas patentes concessa, decætero ad partes se transferat antedictas. Superioribus ipsis nihilominùs injungentes, ne quibusvis sui ordinis fratribus (nisi duntaxat viris literatis, providis & expertis) hujusmodi licentiam impertiri præsumant. Nos enim quoscunque præsumentes contrarium quovis modo, excommunicationis subjacere sententiæ volumus ipso facto. A qua nullus ab alio, quàm à Rom. Pont. possit (nisi duntaxat in mortis articulo) absolutionis beneficium obtinere. Cæterùm universis Ecclesiæ Prælatis in virtute sanctæ obedientiæ districtè præcipiendo, præsentium tenore mandamus, quatenus nullos religiosos ad partes se transferentes prædictas: nisi per patentes superioris sui ordinis literas, de licentia speciali se illuc transferendi sibi concessa, Prælatis eisdem fecerint plenam fidem, in civitatibus suis & diœcesibus ac locis & terris aliis ad prædicationis officium, vel divinorum celebrationem admittant: sed ipsos potiùs velut apostatas capiant, seu capi faciant, eos carcerali custodiæ (donec de dicta licentia speciali modo prædicto sibi constiterit) detinendo. Et nihilominùs si quos religiosos approbare, quæ sedes Apost. reprobavit, vel quæ aliàs sunt fidei obvia, in suis prædicationibus seu secretis collocutionibus dogmatizare persenserint: ut tales (quibuscunque cessantibus privilegiis) possint licitè capere, & carcerali custodiæ, sicut suos possent subditos, mancipare licentiam impertimur. Et insuper tenore præsentium mandamus eisdem, ut de præmissis summariè, simpliciter & de plano, ac sine strepitu judicii & figura, per se vel alium seu alios se solerter & fideliter studeant informare: quosque de prædictis, seu eorum aliquo receperint reos esse, juxta statuta canonum in aliorum exemplum castigare pœnis debitis non postponant: Non obstantibus exemptionibus, & aliis quibuscunq; privilegiis, & literis Apostolicis eisdem Religiosis, vel eorum ordinibus ab eadem sede concessis, vel in posterum concedendis: etiamsi de illis plena & expressa mentio, ac de verbo ad verbum in præsentibus sit habenda. Quæ quantùm ad prædicta vel aliquod eorundem eisdem in nullo volumus suffragati. Nulli ergò, &c. Datum Avenion. VI. Idùs Maji, Pont. nost. Anno 9.

a *Vide Conc. Trid. Sess. 14. c. 7. de casuum reservatione.*

DE RELIGIOSIS DOMIBUS.

TITULUS IX.

CAP. UN.

¶ Licèt Beguinarum status sit propter multas rationes per Clementem V. reprobatus permittitur tamen mulieribus fide dignis, quæ nec sunt culpabiles, nec suspectæ, sub habitu Beguinarum vivere: nec sunt tales per ordinarios molestandæ. Vide cap. 1. eod. tit. in Clement.

Joannes XXII.

RATIO recta non patitur, ut innocentes ad paria cum nocentibus judicentur. Sanè felic. rec. Clemens Papa V. prædecess. nost. cùm de mulieribus, quæ Beguinæ vulgariter nuncupantur, nonnulla ei fuissent præcipuè de Alemaniæ partibus insinuata sinistra, & præsertim quòd earum quædam de summa Trinitate & divina essentia disputarent, & prædicarent, ac circa articulos fidei, & Ecclesiastica sacramenta opiniones catholicæ fidei contrarias introducerent, & multorum simplicium animas in diversos errores inducerent: ex his & aliis frequenter de illis auditis habens eas non indignâ ratione suspectas, in illas, quæ statum hujusmodi noviter assumptum sectarentur ulterius, aut quæ illum de novo assumerent, excommunicationis sententiam promulgavit. Verùm quia in multis

mundi partibus plurimæ sunt mulieres, quæ similiter vulgò Beguinæ vocatæ, segregatæ quandoque in parentum, aut suis, interdum verò in aliis, aut conductis sibi communibus domibus insimul habitantes, vitas deducunt honestas, Ecclesias de nocte frequentant, diœcesanis locorum, & parochialium Ecclesiarum rectoribus reverenter obediunt, curiositatem disputandi aut auctoritatem, seu temeritatem potiùs prædicandi, nullo modo sibi usurpant, nec se vel alios seu alios quoslibet præmissis opinionibus, erroribusque involvunt: nec ulla super his est aut fuit hactenus nota seu suspicio contra eas, quæ ipsas dissimiles à luce sua constringeret, ut nullis earum, quæ perpetuam forte Domino continentiam devoverunt, occasio præbeatur ad lapsum: & ne periculis, damnis, & scandalis plurimis, quæ proinde verisimiliter sequerentur, pro provisione Ecclesiæ moderna occupentur: Beguinas hujusmodi inculpabiles (ut præmittitur) nec suspectas sub prohibitionis & abolitionis præmissis (quia de ipsis prædecessor noster præfatus nullatenùs sensisse dignoscitur) de fratrum nostrorum consilio declaramus & volumus non includi. Locorum ordinariis nihilominùs injungentes, ut eas sub prætextu hujusmodi nullatenùs molestari permittant. Et si quid forsan ex hoc in bonis aut juribus à quibuscunque contra eas attentatum est hactenus, vel attentari contigerit in futurum, per illos prædictos ordinarios auct. noſt. in statum reduci debitum volumus: Invocato (si opus fuerit) auxilio brachii a secularis. Caterùm statum Beguinarum hujusmodi, quas esse permittimus (nisi de his per sedem Apostolicam aliter ordinatum extiterit) nullatenùs ex præmissis intendimus approbare. Locorum autem ordinarios, & alios, ad quos prædicta spectabunt, curam pervigilem & solicitudinem debitam præcipimus adhibere, ne præmissarum sequentes invia, & ipsarum actus temerarios imitando, præmissis erroribus, & disputationum & prædicationum temeritatibus se involvant: eas, quæ contra prædicta præsumpserint, per censuram Ecclesiasticam (appellatione postposità) compescendo. Porrò mulieres, quodcunque nomen habentes, quæ de illis, ex quibus prohibitio præcesserit, culpabiles se reddiderint, aut meritò notabiles vel suspectas esse, si statum vel habitum quoquo modo mutaverint, verè sub prædicta decernimus remanere censura: & taliter contra eas, per illos, ad quos pertinuerit, procedi volumus & mandamus, quòd ab errore demore revocatæ, non ultrà inficiant sanas oves.

DE CENSIBUS, EXACTIONIBUS, ET procurationibus.

TITULUS X.

CAP. UN.

¶ *Taxat procurationes, pabula charitatis, & subsidium charitativum. Salvas privilegia, conventiones, consuetudines, & præscriptiones. & indemnitatem pauperum: exhibet contravenientes: pœnas transgressores. & eorum familiares, &c. Et locari debet sub rubrica, de censibus, & procurationibus.*

Benedictus XII. *Episcopus, servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.*

VAs electionis Paulus Apostolus egregius prædicator, se, & eos qui secum erant, propriis manibus exhibebat [b], ut pseudo & subdolis operariis sub prædicationis specie lucra sectantibus locum præcluderet, & his, quos ipse pascebat pabulo verbi Dei, non exilleret onerosus. Sanè licèt circa modestiam in exigendis procurationibus observandam à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus salubria emanaverint instituta, quia tamen (sicut experientia docet) nonnulli Prælatorum, necnon diœcesis Nuntiorum, vel Legatorum Apostolicæ sedis, de quibus nullam faciunt mentionem expresse, sic se reddiderunt & reddunt in dictarum procurationum exactionibus onerosos, ut oppressi subditi hujusmodi onera nequeant supportare, & victum longi temporis brevis hora consumat. Nos attendentes, quod parentes debent thesaurizare filiis, non delitiis fastidiosis eorum substantiam absorbere: ac cupientes pro diversitate conditionum visitantium Prælatorum & Provinciarum, ac Ecclesiasticarum etiam facultatum, certum modum sufficientem visitantibus, & supportabilem visitatis in præmissis fore decretero observandum: de fratrum nostrorum consilio præsentis constitutionis edicto statuimus, quòd cùm in Franciæ, Navarræ, Majoricarum regnis, ac terris, provinciis, & partibus adjacentibus, & in vicinis eisdem, necnon in Delphinatu, Burgundiæ, Sabaudiæ provinciæ, & Forcalquerii Comitatibus, Archiepiscopi & Episcopi, ac alii Prælati & personæ Ecclesiasticæ, quibus id de jure vel consuetudine competit, suos subditos personaliter visitabunt: iidem Archiepiscopi à suis, vel Suffraganeorum suorum cathedralibus Ecclesiis pro procuratione unius diei, sive in victualibus, sive à volentibus in pecunia, ultra trecentorum: à monasteriis verò & aliis Ecclesiis, vel prioratibus secularibus vel regularibus, habentibus collegium vel conventum duodecim vel plurium personarum, ultra ducentorum ac quinquaginta. Ab habentibus verò paucarum personarum collegium seu conventum, & quibusvis aliis Ecclesiis, prioratibus & locis, ultra ducentorum. Episcopi verò ab Ecclesiis cathedralibus ultra ducentorum. A monasteriis verò & Ecclesiis aliis, ac prioratibus secularibus vel regularibus, habentibus collegium vel conventum duodecim vel plurium personarum, ultra ducentorum quinquaginta. Ab habentibus verò paucarum personarum collegium seu conventum, & quibusvis aliis Ecclesiis, prioratibus & locis, ultra ducentorum. Episcopi verò ab Ecclesiis cathedralibus, ultra ducentorum. A monasteriis verò & Ecclesiis aliis ac prioratibus secularibus vel regularibus, collegium habentibus duodecim vel plurium personarum, ultra centum & quadraginta. Ab habentibus verò personarum collegium pauciorum, & quibuslibet aliis Ecclesiis, prioratibus & locis, ultra centum & quadraginta. Abbates quoque à monasteriis vel prioratibus habentibus collegium duodecim vel plurium personarum, ultra centum. Ab aliis quoq; habentibus minus collegium, ac Ecclesiis, prioratibus & locis quibuscunq; ultra cxxx. Archidiaconi quoque, ultra xxxv. Archipresbyteri quoq; ultra viii. Turonen. argenti valorem recipere non præsumant. Si verò præfati Archiepiscopi, Prælati, & personæ Ecclesiasticæ ex privilegio Apostolico per alios visitare, & procurationes recipere valeant in pecunia numerata: iidem Archiepiscopi à suis & aliis cathedralibus Ecclesiis, ultra centum xx. à monasteriis verò & Ecclesiis aliis, ac prioratibus secularibus & regularibus, habentibus collegium duodecim, vel plurium personarum, ultra centum. Ab habentibus verò minus collegium, & quibuslibet aliis Ecclesiis, prioratibus & locis, ultra cxxx. Episcopi etiam ab eisdem Ecclesiis, monasteriis, prioratibus, atque locis, ultra lxxx. Abbates, ultra lx. Archidiaconi, ultra xxx. Turonen. argenti valorem, non recipiant quoquo modo. In Alemaniæ quoque, Angliæ, Hungariæ, Bohemiæ, Poloniæ, Norvegiæ, Daciæ, Scotiæ, & Sueciæ regnis, terris, ac provinciis, & partibus eisdem adjacentibus Archiepiscopi & Episcopi, alii quoque Prælati, & personæ Ecclesiasticæ, cum (ut præmittitur) personaliter visitabunt, iidem Archiepiscopi & Episcopi etiamsi primatiæ

a *Brachium seculare patet quandoque ab Ecclesia invocari. c. 1. de cons. mod. in antiq.* b *Act. c. 3.*

mates existant, à suis, vel Suffraganeorum suorum Ecclesiis cathedralibus, & personis earum pro procuratione unius diei, sive in victualibus, sive à volentibus in pecunia, ultra trecentum & viginti. A monasteriis verò & aliis Ecclesiis, prioratibus, secularibus vel regularibus, habentibus collegium duodecim vel plurium personarum, ultra CC. & LX. ab aliis verò monasteriis, Ecclesiis, seu prioratibus minus collegium habentibus, aliis quoque Ecclesiis, prioratibus & locis, ultra ducentorum & viginti. Episcopi etiam à cathedralibus Ecclesiis, ultra ducentorum & viginti. A monasteriis verò & aliis Ecclesiis & prioratibus, secularibus vel regularibus, habentibus collegium duodecim vel plurium personarum, ultra C. & LXXX. Ab habentibus verò collegium minus, & quibuslibet aliis Ecclesiis & prioratibus atque locis, ultra centum & quinquaginta. Abbates insuper à monasteriis, prioratibus, seu Ecclesiis habentibus collegium XII. vel plurium personarum, ultra centum. Ab habentibus verò minus collegium, ac Ecclesiis, prioratibus, & aliis locis quibuslibet, ultra LXXX. Archidiaconi verò, ultra quinquaginta. Archipresbyteri etiam, ultra decem Turonen. argenti valorem recipere non præsumant. Si verò iidem Archiepiscopi, Episcopi, & Prælati, ac personæ Ecclesiasticæ ex privilegio Apostolico per alios visitare, & procurationes recipere valeant in pecunia numerata, dicti Archiepiscopi, etiamsi primates existant, ab hujusmodi Ecclesiis, monasteriis, prioratibus, atque locis, ultra centum. Episcopi, ultra octoginta. Abbates ultra LX. Archidiaconi, ultra XXX. Turon. argenti valorem pro procuratione qualibet unius diei recipere non præsumant. In Castellæ quoque, Legionis, Aragoniæ, & Portugalliæ regnis & dominiis, terris & provinciis Regum Castellæ, Aragoniæ, & Portugalliæ, & partibus adjacentibus etiam vicinis eisdem, excepto Sardiniæ & Corsicæ regno, Archiepiscopi, Episcopi, & Prælati, ac personæ Ecclesiasticæ, cùm (ut præmittitur) personaliter visitabunt, iidem Archiepiscopi à suis & Suffraganeorum suorum Ecclesiis cathedralibus, pro procuratione unius diei, sive in victualibus, sive à volentibus in pecunia, ultra centum & quadraginta: à monasteriis verò & Ecclesiis aliis, ac prioratibus secularibus vel regularibus, habentibus collegium duodecim vel plurium personarum, ultra centum & viginti. Ab habentibus verò minus collegium, aliisque Ecclesiis, prioratibus atque locis, ultra centum. Episcopi etiam à cathedralibus Ecclesiis, ultra centum: à monasteriis verò & prioratibus secularibus vel regularibus, habentibus collegium duodecim vel plurium personarum, ultra LXXX. Ab habentibus verò minus collegium, aliisque Ecclesiis, prioratibus & locis, ultra LX. Abbates etiam à monasteriis vel prioratibus, habentibus collegium XII. vel plurium personarum, ultra quinquaginta. Ab habentibus minus collegium, & quibuslibet aliis Ecclesiis, prioratibus & locis, ultra XL. Archidiaconi verò, ultra vigintiquinque. Archipresbyteri verò, ultra quinque Turonen. argenti valorem recipere non attentent. Si verò proximè nominati Archiepiscopi, Episcopi, & Prælati, & aliæ personæ Ecclesiasticæ, ex privilegio Apostolico, per alios visitare & procurationes recipere possint, in pecunia numerata: Iidem Archiepiscopi, ab eisdem suis & Suffraganeorum suorum Ecclesiis, ultra LXXX. A monasteriis verò & Ecclesiis aliis, ac prioratibus secularibus vel regularibus, habentibus collegium duodecim vel plurium personarum, ultra LX. Ab habentibus verò minus collegium, & quibuslibet aliis Ecclesiis, prioratibus sive locis, ultra quinquaginta. Episcopi etiam ab eisdem Ecclesiis, monasteriis, prioratibus sive locis, ultra XL. Abbates verò, ab eorum monasteriis, prioratibus, Ecclesiis sive locis, ultra XXX. Archidiaconi verò, ultra XX. Turon. argenti valorem recipere non attentent. In Apuliæ verò, Calabriæ, terræ Laboris, Siciliæ, Lombardiæ, Tusciæ, Sardiniæ, Corsicæ, & cæteris aliis Italiæ partibus, necnon Sclavoniæ, Achaiæ, Cypri, & cæteris regnis, insulisque & aliis provinciis & partibus omnibus ultramarinis, & etiam transmarinis, Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi ac Prælati alii & personæ Ecclesiasticæ consistentes, cùm (ut præmittitur) personaliter visitabunt: Iidem Patriarchæ & Archiepiscopi à suis vel Suffraganeorum suorum Ecclesiis cathedralibus pro procuratione unius diei, sive in victualibus, sive à volentibus in pecunia, ultra LX. A monasteriis verò & Ecclesiis aliis, ac prioratibus secularibus vel regularibus, habentibus collegium XII. vel plurium personarum, ultra quinquaginta. Ab habentibus verò minus collegium, & quibuslibet aliis Ecclesiis, prioratibus atque locis, ultra quadraginta. Episcopi etiam à cathedralibus Ecclesiis, ultra quinquaginta: à monasteriis verò, aliisque Ecclesiis, & prioratibus secularibus vel regularibus, habentibus collegium duodecim vel plurium personarum, ultra quadraginta. Ab habentibus verò minus collegium, & Ecclesiis aliis, seu prioratibus vel locis quibuslibet, ultra triginta. Abbates verò à suis monasteriis vel prioratibus, simile collegium vel majus habentibus, ultra viginti. Ab habentibus vero minus collegium, & quibuslibet aliis Ecclesiis, prioratibus atque locis, ultra sedecim: Archidiaconi ultra decem Turonen. argenti valorem non audeant recipere quoquo modo. Si verò Prælati, Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, & personæ Ecclesiasticæ proximè nominati, ex privilegio Apostolico per alios visitare, & procurationes recipere valeant in pecunia numerata: dicti Patriarchæ seu Archiepiscopi ab eisdem suis vel Suffraganeorum suorum Ecclesiis cathedralibus, ultra quadraginta. A monasteriis quoque & Ecclesiis aliis, ac prioratibus, secularibus vel regularibus, habentibus collegium duodecim vel plurium personarum, ultra triginta. Ab habentibus verò minus collegium, & Ecclesiis aliis, prioratibus, sive locis, & subditis quibuscunque, ultra viginti octo. Episcopi quoque à suis cathedralibus, & quibuslibet aliis Ecclesiis, monasteriis, prioratibus atque locis, ultra viginti. Abbates etiam ultra decem, necnon Archidiaconi ultra quinque Turonen. argenti valorem recipere non præsumant. Ita, quòd expensæ seu sumptus universi, seu taxatio pecuniaria hujusmodi procurationis totius diei, videlicet in pecunia, vel victualibus & necessariis aliis, prædictam summam vel valorem aliquatenùs non excedat: nec ultra dictas summas vel taxationes seu valores earum prætextu cujusvis consuetudinis, vel aliàs, vel ab ipsis Prælatis vel familiaribus earundem quicquam exigere vel recipere liceat etiam à volentibus, quando ex conventione vel consuetudine minùs solvere consueverint, quòd propter prædicta non plùs solvant. Illud quoque quod de Archidiaconis superiùs diximus ordinandum, locum habere volumus etiam in Decanis, Præpositis, aliisque personis Ecclesiasticis superiùs non expressis, quibus visitationis officium & procurationis receptio ex privilegio sedis Apostolicæ, vel de jure seu consuetudine competere dignoscuntur: Decanis ruralibus duntaxat exceptis, qui in aliquibus regionibus Archipresbyteri nominantur, circa quos in receptione hujusmodi procurationis, id quod suprà statutum est de aliis Archipresbyteris, volumus observari. Nostræ tamen intentionis existit, quòd si ex conventione, vel consuetudine, tam Ecclesiæ cathedrales, quàm collegiatæ, & aliæ qualibet seculares, ac etiam monasteria, prioratus conventuales, & loca alia quævis Ecclesiastica, earumque Capitula, collegia seu conventus, Rectores etiam & personæ, Prælatis quibusvis suis visitantibus (ut præfertur) minùs debeant, vel consueverint, quàm per nos superiùs est statutum, ad solvendum ultra conventionem vel consuetudinem hujusmodi nullatenùs adstringantur, sed super his circa eos consuetudo & conventio hujusmodi observentur. Hujusmodi

etiam moderationes & taxationes ad Prælatos quoslibet, qui prætextu cujusvis consuetudinis in monasteriis, sive locis aliis Ecclesiasticis gratis recipiantur ad pabulum charitatis, extendimus & etiam prorogamus: proviso nihilominùs, quòd in locis quibusliber, secundum quod major vel minor rerum copia fuerit in eisdem, necnon juxta majorem vel minorem personarum & evectionum numerum hujusmodi visitantium, expensarum majorum vel minorum debita moderatio teneatur: ita tamen, quòd majores expensæ non excedant summam superius limitatam. Insuper prædictis omnibus Archiepiscopis, Primatibus, Episcopis, & aliis superius nominatis visitantibus, ne ultra conventionem vel consuetudinem hujusmodi circa personas, & loca ubi fuerint, nec ultra moderationes & taxationes prædictas, quicquam præsumant recipere, districtiùs nihilominùs inhibemus. Volentes etiam constitutionem præsentem pœnæ adjectione juvari, statuimus, quòd si dicti visitantes per se, vel (si ex privilegio eis competat) per alios visitationis officium exercuerint, & procurationes receperint (ut præfertur) ipsi, vel familiares eorum ultra taxationes prædictas, aliquid scienter exegerint, vel receperint etiam à volente, duplum ejus, quod ipsi iidem Prælati, vel eis scientibus aut ratum habentibus eorum familia taliter exegerint vel receperint, intra duos menses post receptionem seu scientiam hujusmodi Ecclesiis, monasteriis, & aliis locis, à quibus illa receperint, restituere teneantur. Si verò dictis Prælatis per alios visitantibus, hi, qui pro eis visitationis officium exercebunt, per se vel alios ultra moderationes seu taxationes prædictas quicquam exegerint, seu receperint etiam à volentibus, duplum ejus, quod ultra receperint, Ecclesiis & monasteriis vel locis aliis, à quibus id receptum fuerit, intra præfatum terminum restituere teneantur. Alioquin extunc dicti Prælati, qui ultra moderationes & taxationes prædictas, seu conventionem vel consuetudinem hujusmodi receperint in pecunia numerata, duplum ipsum eisdem Ecclesiis, monasteriis, sive locis ultra dictum tempus restituere differentes, ingressum Ecclesiæ sibi noverint interdictum. Hi verò pro dictis Prælatis visitationem hujusmodi (ut præmittitur) exercentes, ab officio & beneficio noverint se suspensos, quousque gravatis Ecclesiis, monasteriis, sive locis de hujusmodi duplo plenariam satisfactionem impendant. Adjicientes constitutioni præsenti, quòd si quis de familia Prælati personaliter visitantis, aliquid ultra moderationes & taxationes præfatas per se vel alios Prælato ignorante, nec ratum habente receperit ab Ecclesiis, monasteriis & locis aliis visitatis, duplum ejus, quod ultrà receperit, de suo proprio intra duos menses post receptionem hujusmodi Ecclesiis, monasteriis, & locis aliis, à quibus illa receperit, reddere teneatur: Alioquin extunc recipiens, si Clericus fuerit, tamdiu ab officio & beneficio sit eo ipso suspensus: Si verò Laicus, tamdiu ingressum Ecclesiæ sibi noverit interdictum, & à communione Eucharistiæ ipso facto noverit se suspensum, donec de duplo hujusmodi gravatis Ecclesiis, monasteriis, sive locis satisfecerit cum effectu: Nullâ eisdem ultra moderationes & taxationes prædictas recipientibus in his donantium remissionem, liberalitate, vel gratiâ valiturâ. Cæterùm moderationes & taxationes hujusmodi in illis locis volumus observari, in quibus id fieri poterit secundùm Ecclesiæ, monasterii, vel loci alterius facultates. In aliis autem tantam præcipimus modestiam adhiberi, quòd per hæc, quæ ad exonerationem locorum Ecclesiarum statuendam providimus, non doleant segravari, nec per hoc dicti Prælati exigendi ampliùs quam ipsi subditi pati possint, indultam sibi existiment potestatem. Præmissis quoque adjiciendo statuimus, quòd si dicti Prælati, vel aliquis eorùdem ex Apostolica indulgentia, vel consuetudine, seu de jure, petant sibi ab Ecclesiis, monasteriis, & locis aliis, eorumque Capitulis, Collegiis, vel Conventibus, Rectoribus, seu personis moderativum, seu charitativum subsidium exhiberi, non possint à singulis Ecclesiis, monasteriis, sive locis pro subsidio hujusmodi ultrà petere, vel recipere (etiam à volentibus) nisi quantùm ascenderent singulæ procurationes in pactum per nos superiùs moderatum, quas iidem Prælati possent recipere, quando ex privilegio per alium visitarent. Porrò Turonenses prædictos tales fore intelligimus, quòd XII. ipsorum valeant unum florenum auri boni, puri, & legalis ponderis, ac cunii Florentini. Per constitutionem autem hujusmodi nolumus, quòd prædicti Prælati, vel alii, quibus visitationis officium, & procurationum receptio ex privilegio sedis Apostolicæ, vel aliàs de consuetudine vel de jure competere dignoscuntur, jus visitandi, seu procurationes recipiendi, sibi valeant vendicare. Nec per constitutionem eandem aliis constitutionibus super præmissis, per prædecessores nostros dudum editis, quoad alia contenta in eis, aliquatenus derogetur. Insuper Abbates Cistercien. ordinis sua monasteria visitantes, sub præfata constitutione nostra nolumus comprehendi, cùm super his per aliam constitutionem nostram duxerimus specialiter providendum. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam nostratum constitutionis, intentionis, inhibitionis, adjectionis, & præcepti ac voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Avenion. XV. Calend. Januarii, Pontificatûs verò nostri Anno 2.

DE CELEBRATIONE MISSARUM.

TITULUS XI.

CAP. UN.

¶ Narratis perturbationibus plurimis, quæ Ecclesiæ præsertim per hæreticos inferuntur, ordinat Romanus Pontifex, quòd dum Missæ celebrantur, in quibus devotius oratur, certæ preces hîc expressæ ad Deum effundantur. Et ut Christiani ad id sint promptiores, vigenti dies indulgentiarum cuncto hoc facientibus elargitur. Adverte, quòd sub hoc tit. apte potuisset locari extravagans, Dudum, quæ est supra de vita & honest. Cler. ut ibi tractatum est.

Joannes XXII.

DISCIPULORUM Christi *a* gesta nos instruunt, ut in pelago hujus mundi procellâ surgente, ad divinum confugium recurrere debeamus. Illi quidem commotione maris adeò grandi factâ, ut fluctus in quam naviculam JESUM sequentes intraverant, operirent, Christum dormientem vocibus excitârunt supplicibus, & adversùs ingruentes tempestatis impetus ab eo salutis præsidium postulârunt. Cùm itaque catholicam Ecclesiam, quæ congregationem *b* fidelium comprehendit, videamus (quod dolentes referimus) pacis æmuli, zizaniorumque satoris malitiâ procurante, discordiarum flatibus concitatam, earumque fluctus adeò elevatos, quòd quasi operiant ipsam totam: hæreticos insuper Ecclesiam ipsam cernamus, & schismaticos impugnare ferociter, ac ut inconsutilem Domini tunicam scindant, multipliciter laborare: Cum fratribus nostris deliberatione præhabitâ diligenti, expediens, (imò necessarium potius) æstimamus, ut ad illum, qui ad dexteram Patris residet in excelsis, qui caput est congregationis ejusdem, cuique potestas omnis, tam in cœlo, quàm in terra noscitur tradita, eique venti & maria obsecundant *c*, levemus cum manibus corda no-

a *Luc. 8.* b *Vide Turrecrem. in summa de Eccles. l. cap. 1.*
c *Luc. 8.*

stra,

nostra, ipsumque devotis pulsantes precibus, apud eum sedulis orationibus insistamus, ut insurgentes præmissæ fremitus tempestatis, quæ quasi universorum Christicolarum regna concutit, subditos contra dominos violato fœdere erigit, hæreticis & Schismaticis ac rebellibus Ecclesiæ Dei, insurgendi contra ipsam, ejusque jura usurpandi, insaniâ damnabili ausum pandit: flatus cessare, fluctusque prædictos quiescere suâ faciat omnipotenti virtute: Cordaque hæreticorum, Schismaticorum, aliorumque rebellium ad Dei Ecclesiæ unitatem ac devotionem inclinet & habilitet, vel forsan, cum præmissis pertinaciter intendant perstitere, ipsorum elidat superbiam, eorumque obstinatam malitiam suæ virtute dexteræ conterat & prosternat. Corda quoque subditorum ad eorum superiores, & eorum superiorum convertat ad subditos, ipsosque dissidentes in concordiæ unitate concilier & confirmet: sicq; det ipsis superioribus præsidere, quòd sic regnent, ut dirigantur, eorumque regimen cedat subditis ad salutem perpetuam, quietem & pacem: nobisque ipse, cujus providentia in sui dispositione non fallitur, modos & vias aperiat, per quos hoc, quod in votis gerimus, efficaciter promovere possimus. Et quia in Missarum solemniis ad Deum consueverunt preces effundi devotiùs, de eorundem frat. con. ordinamus, quòd in singulis Missarum celebrationibus post dictum à celebrante Pater noster, responsioneque secutâ, antequam in Missa ulteriùs procedatur, illud Canticum, Lætatus *a* sum in iis quæ dicta sunt mihi, totum, cum Gloria Patri, à Religiosis, Clericis & aliis literatis præsentib. cum devotione dicentur *b*. Et primò dicantur Kyrie eleison, Christe eleison. Kyrie eleison, Pater noster. Et post isti versiculi subsequantur, Domine salvos fac Reges. Et exaudi nos in die, quâ invocaverimus te. Salvum fac populum tuum Domine, & benedic hæreditati tuæ. Et Rege eos, & extolle illos usque in æternum. Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis. Domine exaudi orationem meam, & clamor meus ad te veniat. Dominus vobiscum, Et cum spiritu tuo.

Collecta.

Ecclesiæ tuæ, quæsumus Domine, preces placatus admitte, ut destructis adversitatibus & erroribus universis, securâ tibi serviat libertate. Per Dominum nostrum.

Hostium nostrorum quæsumus Domine elide superbiam: eorum contumaciam dexteræ tuæ virtute prosterne. Per Christum Dominum nostrum. Amen. Benedicat celebrans consequenter. Nos autem Christi fideles ad exequendum supradicta promptiùs donis volentes spiritualibus animare, omnibus verè pœnitentibus, & confessis, tam his celebrantibus, quàm ipsis assistentibus observantibus supradicta, quàm aliis preces tunc devotas Deo fundentibus, pro præmissis diebus, & Missis singulis, quibus hæc fecerint, XX. dies de omnipotentis Dei misericordia, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, de injunctis sibi pœnitentiis relaxamus. Nulli ergò, &c. Datum XII. Cal. Julii. Anno 12.

a *Psal.* 121. b *In aliis legitur, dicant.*

DE RELIQUIIS ET VENERATIONE Sanctorum.

TITULUS XII.

CAP. I.

¶ Qui conceptionem immaculatæ virginis devotè celebrabunt, in eadem festa, & ejus octavis officio intererunt, tales trahuntur indulgentia, quales consequuntur Christi fideles in corporis Christi solemnitate.

Sixtus IV.

Cum præexcelsa meritorum insignia, quibus Regina cœlorum virgo Dei genitrix gloriosa sedib. præfata athereis, sideribus quasi stella matutina præmitens, devotæ considerationis indagine perscrutamur, & intra pectoris arcana revolvimus, quòd ipsa utpote via misericordiæ, mater gratiæ & pietatis, amica humani generis consolatrix, pro salute fidelium, qui delictorum onere gravantur, sedula oratrix, & pervigil ad Regem, quem genuit, intercedit: Dignum (quin potiùs debitum) reputamus universos Christi fideles, ut omnipotenti Deo, (cujus providentia ejusdem virginis humilitatem ab æterno respiciens, pro reconciliandâ suo auctori humana natura, lapsu primi hominis æternæ morti obnoxia, eam sui unigeniti habitaculum Sancti Spiritûs præparatione constituit: ex qua carnem nostræ mortalitatis pro redemptione populi sui assumeret, & immaculata virgo nihilominùs post partum remaneret) de ipsius immaculatæ virginis mira conceptione gratias & laudes referant, & instituta propterea in Dei Ecclesia Missas, & alia divina officia dicant, & illis intersint: indulgentiis & peccatorum remissionibus invitare, ut exinde fiant ejusdem virginis meritis, & intercessione divinæ gratiæ aptiores. Hâc igitur consideratione inducti, ejusdem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, auctoritate Apostolicâ hâc in perpetuum valiturâ constitutione statuimus & ordinamus, quòd omnes & singuli Christi fideles utriusque sexûs, qui Missam & officium conceptionis ejusdem virginis gloriosæ, juxta piam, devotam, & laudabilem ordinationem dilecti filii magistri Leonardi de Nogarolis Clerici Veronensis Notarii nostri, & quæ desuper à nobis emanavit Missæ & officii hujusmodi institutionem, in die festivitatis conceptionis ejusdem virginis Mariæ, & per octavas ejus devotè celebraverint, & dixerint, aut illis horis canonicis interfuerint, quoties id fecerint, eandem prorsùs indulgentiam, & peccatorum remissionem consequantur, quam juxta felicis recordationis Urbani *a* IV. in Concilio Viennensi approbatæ *b*, ac Martini V. & aliorum Roman. Pontificum, prædecessorum nostr. constitutiones, consequuntur illi, qui Missam & horas canonicas in festo corporis & sanguinis Domini nostri Jesu Christi à primis vesperis, & per illius octavas juxta Romanæ Ecclesiæ constitutionem celebrant, dicunt, aut Missæ officio & horis hujusmodi intersunt: præsentibus perpetuis temporibus valituris. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ, M. CCCC LXVI. 3. Cal. Martii, Pont. nost. Anno 6.

CAP. II.

¶ Excommunicationem ipso facto incurrunt prædicatores, asserentes devotam virginem in peccato mortali fuisse conceptam: qui etiam dicunt, quòd festum Conceptionis ejus celebrantes graviter peccant. Et vult præsentem constitutionem in locis populosis publicari.

Idem *in eadem materia.*

Grave *c* nimis gerimus, & molestum, cùm siniſtra nobis de quibusdam Ecclesiasticis personis referuntur. Sed in eorum qui ad evangelizandum verbum Dei sunt deputati, excessibus prædicando commissis, cogravius provocamur, quò illi periculosiùs remanent incorrecti: Cùm facilè deleri nequeant, qui multorum cordibus sic publicè prædicando diffusius & damnabiliùs imprimuntur errores. Sanè cùm S. Rom. Eccles. de immeratæ semperque virginis Mariæ conceptione publicè festum solemniter celebret, & speciale ac propriù super hoc

a *Hanc constitutionem Urbani habes insertam in Clem. 1 de reliquiis & veneratione sanctorum.* b *Forte approbatam.* c *Vide Conc. Trid. sess. 5. in decreto de peccato orig. §. ult. & extravagantem Pii V. Pont. max. incip. super speculam Domini. ubi hoc statutum confirmatur & approbatur.*

officium ordinaverit: nonnulli (ut accepimus) diversorum ordinum prædicatores in suis sermonibus ad populum publicè per diversas civitates & terras affirmare hactenus non erubuerunt, & quotidie prædicare non cessant, omnes illos, qui tenent aut asserunt eandem gloriosam & immaculatam Dei genitricem absque originalis peccati macula fuisse conceptam, mortaliter peccare, vel esse hæreticos: ejusdem immaculatæ conceptionis officium celebrantes, audientesque sermones illorum, qui eam sine hujusmodi macula conceptam esse affirmant, peccare graviter. Sed & præfatis prædicationibus non contenti, confectos super his suis assertionibus libros in publicum ediderunt: ex quorum assertionibus & prædicationibus non levia scandala in mentibus fidelium exorta sunt, & majora meritò exoriri formidantur indies. Nos igitur hujusmodi temerariis ausibus, ac perversis assertionibus ac scandalis, quæ exinde in Dei Ecclesia exoriri possunt (quantùm nobis ex alto conceditur) obviare volentes, motu proprio, non ad alicujus nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione, & certa scientia, hujusmodi assertiones prædicatorum eorundem, & aliorum quorumliber, qui affirmare præsumerent, eos, qui crederent aut tenerent, eandem Dei genetricem ab originalis peccati macula in sua conceptione præservatam fuisse, propterea alicujus hæresis labe pollutos fore, vel mortaliter peccare, aut hujusmodi officium conceptionis celebrantes, seu hujusmodi sermones audientes, alicujus peccati reatum incurrere, utpote falsas & erroneas, & à veritate penitus alienas, editosque desuper libros prædictos id continentes, quoad hoc auctoritate Apostolicâ tenore præsentium reprobamus & damnamus. Ac motu, scientiâ, & auctoritate prædictis statuimus, & ordinamus, quòd prædicatores verbi Dei, & quicunque alii, cujuscunque statûs, gradûs, aut ordinis ac conditionis fuerint, qui decætero ausu temerario præsumpserint in eorum sermonibus ad populum, seu aliàs quomodolibet affirmare, hujusmodi sic per nos improbatas & damnatas assertiones veras esse, aut dictos libros pro veris legere, tenere, vel habere, postquam de præsentibus scientiam habuerint, excommunicationis sententiam eo ipso incurrant: à qua ab alio, quàm à Rom. Pontifice (nisi in mortis articulo) nequeant absolutionis beneficium obtinere. Item motu, scientiâ, & auctoritate similibus, simili pœnæ ac censuræ subjicientes eos, qui ausi fuerint asserere, contrariam opinionem tenentes, videlicet gloriosam virginem Mariam cum originali peccato fuisse conceptam, hæresis crimen vel peccatum incurrere mortale: cùm nondum sit à Rom. Eccles. & Apostolica sede decisum. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis contrariis quibuscunque, quibus communiter vel divisim à sede Apostolica indultum existat, quòd interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas, non facientes plenam ac expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Et ne de præmissis aliquando valeant ignorantiam allegare, volumus, quod locorum ordinarii requisiti præsentes literas in Ecclesiis consistentibus in eorum civitatibus, & suarum diœcesium, & locis insignibus, dum major ibi multitudo populi ad divina convenerit, sermonibus ad populum mandent, & faciant publicari. Præterea, quia difficile foret præsentes literas ad singula loca, in quibus expediens fuerit, deferre, etiam volumus, & dictâ auctoritate decernimus, quòd earundem literarum transsumpto [a], manu publici Notarii confecto, & authentico alicujus Prælati Ecclesiastici sigillo munito, ubique fletur, prout staretur eisdem originalibus literis, si forent exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam nostræ reprobationis, damnationis, statuti, ordinationis, voluntatis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum se noverit incursurum. Datum Rom. apud S. Petrum, anno incarnationis Dominicæ 1483. prid. Non. Sept. Pont. nost. Anno 13.

DE IMMUNITATE ECCLESIARUM.

TITULUS XIII.

CAP. UN.

¶ Decretalis, Clericis Laicos. eod. tit. lib. 6. habet locum tantùm quoad Laicos tallias à Clericis exigentes, & dantes illis auxilium, & non quoad solventes: præcipit deinde Lateran. & generale Concilia diligenter observari.

Benedictus XI.

Quod [b] olim per felic. record. Bonifacium Papam VIII. prædecessorem nostr. contra Laicos, exigentes sive recipientes à Clericis & Ecclesiasticis personis tallias, decimam vel aliam quotam seu quantitatem aliquam de proventibus bonorum suorum, aut Ecclesiarum: necnon adversùs solventes, aut promittentes, vel consentientes se solvturos, pœnis subjectis statutum est, quantùm ad pœnas ipsas ex causa de consilio fratrum nostrorum restringimus ad exigentes tantummodò, & ad exigendum dantes auxilium, consilium vel favorem: non autem quoad easdem pœnas in solventibus aut recipientibus à sponte dantibus deinceps vendicet sibi locum. Cæterùm attendant solicitè Ecclesiarum Prælati, & alii Clerici Lateran. Concilium, quod in hujusmodi subventionibus solum casum necessitatis, aut communis utilitatis, ubi Laicorum ad id non suppetant facultates, deliberatione providâ noscitur excepisse: & deinde generale statuisse Concilium, propter quorundam imprudentiam, etiam in hoc casu Rom. Pont. (cujus interest communibus providere utilitatibus) primitùs consulendum. Attentè igitur caveant, ne prædictorum Conciliorum transgressiones existant, aliquid in casu prædicto, & multò magis si casus ipse non subsit, quoquo modo vel titulo inconsulto Rom. Pont. occasione subventionum dictarum concedendo Laicis, vel etiam promittendo: Alioquin tanquam canonum, & tam solennium Conciliorum temerarii transgressores, quas proculdubiò (Deo propitio) idem infliget Pontifex, gravissimas pœnas poterunt meritò formidare. Nulli ergò omninò hominum, &c.

Pastoralis cura solicitudinis super cunctas populi Christiani nationes, invigilare remediis subjectorum, eorundem periculis obviare, ac scandala removere compellit. Sanè quoniam ex constitutione felicis recordationis Bonifacii, &c. ut in Clem. 1. eod. tit.

---

a *Instrumentum ex originali transsumptum quandoq; facit plenam fidem.* b *vide c. 1. eod. tit. in Clem. cum notatis ibid. per Dd.*

FINIS LIBRI TERTII.

QUARTUS LIBER VACAT.

EXTRA-

EXTRAVAGANTIVM COMMUNIUM,

LIBER QUINTUS.

DE SIMONIA.

TITULUS I.

CAPITULUM PRIMUM.

¶ *Pastus vel jocalia exigentes, & etiam dantes pro religionis ingressu, si sint singulares personæ, excommunicationis: si Conventus vel Capitulum suspensionis sententias ipso facto incurrunt: cujus utriusq; vinculi absolutio soli Papæ reservatur: aliis pœnis in suo robore duraturis, nisi ingredientes aliquid sponte, & sine pactione obtulerint. Quid de personis jam tali labe fœdatis, & bonis sic receptis faciendum sit, tandem patefacit.*

Urbanus IV. *alias*, V.

SAnè [a], ne in vineæ Domini, nostræ (licet insufficientibus meritis) commissâ custodiæ, nascentes vepres & spinæ adeò convalescant, quòd speratam fructificationem ipsius valeant impedire, diligentiæ nostræ incumbit officio, ut illas extirpare radicitùs solerti studio procuremus. Sanè multorum fide dignorum relatione didicimus, quòd in nonnullis Ecclesiis, monasteriis, prioratibus, & aliis locis religiosis, tam virorum, quàm mulierum, ordinum, regionum & partium diversarum detestabilis, & à canonibus reprobata servatur abusio, quòd cùm personæ aliquæ recipiuntur ab eis ad observantiam regularem, ipsæ temeritate præsumptuosâ pastus seu prandia Capitulis & Conventibus ipsarum Ecclesiarum, monasteriorum, prioratuum, & locorum, aut pecunias, aut jocalia, seu res alias ipsis Ecclesiis, monasteriis, prioratibus, & locis, seu præsidentibus eis, ex statuto seu consuetudine, quæ corruptela est potiùs dicenda, tribuere compelluntur: Ex quibus decori Ecclesiasticæ & immaculatæ religionis detrahitur. Quamplures etiam, tam execratione hujusmodi criminis, quàm expensarum onere à sacræ religionis proposito retrahuntur: Ipsæque Ecclesiæ, monasteria, & loca famulantium Deo consuetis numeris remanent destituta, & in multorum mentibus fidelium scandalum generatur. Nos igitur huic morbo pestifero cupientes congruam adhibere medelam, & aliis pœnis in talia præsumentes inflictis à jure, in suo robore duraturis, pœnam adjicere graviorem: universis Abbatibus, Prioribus, Decanis, Præpositis & Magistris, necnon Abbatissis & Prioristis, aliisque Prælatis, quovis nomine nuncupatis, & eorum officialibus quarumcunque etiam Ecclesiarum, monasteriorum prioratuum, domorum & locorum quorumlibet, religionum, ordinum etiam militarium, tam exemptorum, quàm non exemptorum, quocunque nomine censeantur, ac Capitulis & Conventibus & singularibus personis eorum, tenore præsentium auctoritate Apostolicâ (quamvis sit eis à jure inhibitum) districtiùs inhibemus, ne tam à maribus quàm à mulieribus, volentibus ingredi eorum religionem, Ecclesias, monasteria, prioratus, domus seu loca, in eorundem personarum receptione, aut ante vel post illam, quoscunque pastus, prandia seu cœnas, pecunias, jocalia, aut res alias, etiam ad usum Ecclesiasticum, seu quemvis pium usum alium deputata, vel deputanda, directè vel indirectè petere vel exigere quoquo modo præsumant. Sed eas potiùs cum omnimoda pietate recipiant, ac in victu & vestitu sicut alias personas suarum Ecclesiarum, monasteriorum, prioratuum, domorum, & locorum sincerâ charitate pertractent. Illa duntaxat quæ personæ ipsæ ingredientes purè & sponte, & plenâ liberalitate, omnique pactione cessante, dare vel offerre Ecclesiis, monasteriis, prioratibus, domibus, & locis hujusmodi voluerint, cum gratiarum actione licitè recepturi. Nos enim, qui secùs egerint, si sint singulares personæ tam dantes, quàm accipientes, hujusmodi excommunicationis: si Capitulum vel Conventus fuerit, suspensionis sententiis eoipsò decernimus subjacere: A quibus (præterquam in mortis articulo) absolvi nequeant absque sedis Apost. licentia speciali. Cæterùm personis illis utriusque sexûs, quæ jam labe hujusmodi sunt fœdatæ, earum providentes saluti, de benignitatis gratia eas liberantes, concedimus, quòd per suos locorum diœcesanos hâc vice duntaxat à crimine hujusmodi & nota infamiæ inde contracta, auctoritate Apostolicâ absolvantur: canonicâ proinde ipsis pœnitentiâ salutari impositâ, de qua ipsorum discretioni videbitur expedire, & demùm cum ipsis, ut in earum Ecclesiis, monasteriis, prioratibus, dignitatibus & locis licitè valeant remanere, misericorditer dispensetur. Insuper ergà personas illas, quæ in præmissis recipiendo aliqua contra canonicas sanctiones peccâsse noscuntur, volentes nos reddere gratiosos: omnia recepta hujusmodi si ad communem usum monasteriorum seu locorum eorum sunt applicata, ea ad dictum usum licitè concedimus retineri. Si verò ad specialem usum Abbatis seu Abbatissæ, Prioris aut Prioristæ, aut alterius singularis personæ retineantur, illa venire præcipimus in communi. Nulli ergò hominum liceat hanc paginam nostræ inhibitionis, constitutionis, concessionis, & præcepti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si

a *Vide cap. non satis. cap. cùm in Ecclesia corpore. & c. Veniens. cum ibi notatis. extr. de simon. addè D. Thom. 2. 2. q. 100. art. 3. ad quartum argumentum.*

quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum 2. Nonas mensis Aprilis, Pontificatûs nostri Anno 1.

CAP. II.

¶ Omnes simoniace cujuscunq; dignitatis aut status, sunt ipso facto excommunicati: nec habent simoniaci ordinati ordinis executionem. Et electiones aut alia provisiones per simoniam facta non valent, nec jus percipiendi fructus tribuunt. Mediatores etiam simoniæ eadem censurâ ligantur, qui à solo Papa absolventur. Et omnes prædicti sunt Romano Pontifici reveland.

Paulus Venetus *Papa II.*

CUm a detestabile scelus simoniacæ pravitatis tam divinorum quàm sacrorum canonum auctoritas abhorreat atque damnet: Nos considerantes quòd plures pœnarum gravitas, quàm Dei timor arcere solet à voluntate peccandi, ac summis desideriis affectantes, ut horum pestiferum vitium non ex usu solùm, sed etiam ex mentibus hominum salem propter pœnarum metum penitùs evellatur: prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum vestigiis inhærentes, ac etiam omnes & singulas excommunicationis, suspensionis, privationis, & interdicti sententias, censuras & pœnas dudum à Romanis Pontificibus prædictis, & pro talibus reputatis contra simoniacos quomodolibet latas, & illos, qui cujuscunque status, gradûs, ordinis, conditionis, vel præeminentiæ fuerint, etiamsi Cardinalatûs, Patriarchali, Episcopali, Regali, Reginali, vel aliâ quâvis Ecclesiasticâ seu mundanâ dignitatibus præfulgeant, & eorum quemlibet, tam manifestum, quàm occultum, quas ipso facto eos incurrere volumus, confirmantes & innovantes Apostolicâ auctoritate, declaramus quòd omnes illi, qui simoniacè ordinati fuerint, à suorum sint ordinum executione suspensi *b*. Per electiones verò, postulationes, confirmationes, provisiones, seu quasvis alias dispositiones, quas simoniacâ contigerit labe fieri, & quæ viribus omnino careant in Ecclesiis, monasteriis, dignitatibus, personatibus, officiis Ecclesiasticis, & quibulvis beneficiis, aut aliquo eorum cuiquam jus nullatenùs acquiratur, nec inde faciat aliquis fructus suos, sed ad illorum omnium quæ percepit restitutionem sub animæ suæ periculo sit adstrictus. Statuentes præterea, quod universi & singuli etiam præmissis dignitatibus prædicti, qui quomodolibet dando vel recipiendo simoniam commiserint, aut quòd illa fiat, mediatores extiterint, seu procuraverint, sententiam excommunicationis incurrant: à qua nisi à Romano Pontifice pro tempore existente non possint absolvi, præterquam in mortis articulo constituti. Et ut hujusmodi labis contagio frequentiùs reprimatur, omnibus & singulis Ecclesiasticis secularibusque personis cujuscunque dignitatis, status, gradûs, ordinis, vel conditionis fuerint, in virtute sanctæ obedientiæ districtiùs injungimus, ut eos omnes, quos simoniam hujusmodi commisisse vel procurâsse, aut in ea mediatores esse sciverint, Pontifici prædicto, vel cui idem Pontifex duxerit committendum, per se vel alios revelare quantocius non omittant. Pro revelatione hujusmodi, etiamsi complices *c* fuerint, non solùm veniam à nobis, sed etiam gratiam consecuturi, si eorum indicio participes tanti criminis valeant coerceri. Quod si non fecerint, absolvi non valeant, donec prædicta revelent, & complices hujusmodi detecti arctiùs puniantur.

Nulli ergò, &c. nostræ confirmationis, innovationis, declarationis, & voluntatis infringere, &c. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ M. CCCC. LXIV. 9. Cal. Decemb. Pontificatûs nostri Anno 1. Publicata die 24. Novemb. Anno prædicto.

a *Vide extravagantem Pii V. incip Cùm primum. §. & ut simoniacæ pravitatis, per quam hæc constitutio inviolabiliter observari mandatur. & de intellectu decretorum Castellor. 1. tit. de constit.*

b *Vide c. de simoniac. & ibi plenè per Canonistas. extrà, de simonia. adde omnino beatum Thomam 2. 2. q. 100. art. 2. ad quartum argumentum.*

c *Complices criminis quandoq; præmiantur. Cod. ad leg. Iuliam majestatis. l. quisquis. in fine.*

DE JUDÆIS.

TITULUS II.

CAP. I.

¶ Christiani arma portantes ad infideles Christianos impugnantes, ipso facto sunt excommunicati, sapientum servi, infames & intestabiles tam activè, quàm passivè, & eorum bona confiscata. vide cap. ita quorundam. & cap. ad liberandam. extrà eod. tit.

Clemens V.

MULTA a mentis amaritudine concitamur, gravisque doloris aculeus perfodit mentem nostram, intelligentes, quod renati fonte baptismatis in devium aberrantes, qui deberent opprobrium illatum Domino in terram hæreditatis suæ votis viribus vindicare, potius injuriatoribus suis favent, Sarracenorum videlicet horribili & perfidæ nationi: & degenerantes miserabiliter à statu fidelium, famæ propriæ immemores, & salutis obliti, inimicis crucis Christi, contra ipsius negotium, ferrum, equos, arma, & alia vetita, necnon victualia, & mercimonia in Alexandriam, & ad alia loca Sarracenorum terræ Ægypti deferre præsumunt. Ex quo manifestè apparet, quod Christianos, qui ad defensionem hæreditatis Domini ibidem pro fide remanserunt, talibus adjutiis subsidiis irreverenter impugnant: propter quod fidei negotium ibidem quodammodo noscitur deperire. Nos igitur qui ad liberandam terram ipsam operam dare intendimus (cum Dei adjutorio) efficacem, tam graves transgressus ulteriùs sustinere nolentes, felicis recordationis Nicol. Papæ IV. prædecess. nostri vestigiis inhærentes, præsentium tenore statuimus, ut nullus arma, equos, ferrum, lignamina, victualia, & alia quæcunque mercimonia in Alexandriam, vel alia loca Sarracenorum terræ Ægypti deferre, mittere, vel portare, seu de portubus eorum, ut eisdem deferantur, extrahere, vel extrahi permittere, aut eis alias auxilium vel favorem præstare quoquo modo præsumat. Nos verò illos, qui contra hujusmodi constitutionem nostram ausu temerario venire præsumpserint, eo ipso excommunicationis sententiæ decernimus subjacere: à qua absolvi nequeant, nisi tantum de bonis propriis in dictæ terræ subsidium convertendum exolverint, quantum ad partes prædictas detulerint vel miserint, aut deferri, vel de ipsorum portubus extrahi permiserint deferendum: nec tunc etiam ab eadem (præterquam in mortis articulo) absolvantur sententia, absque mandato sedis Apostolicæ speciali. Et nihilominus, si personas eorum capi contingat, in servitutem & capturam illorum esse volumus, in quorum cecidcrint captionem. Auctoritate insuper Apostolicâ statuentes, ut illi, qui contra hujusmodi statutum nostrum quomodolibet venire præsumpserint, præter pœnas prædictas, quas ipso facto incurrant, perpetuò sint infames, & intestabiles habean-

a *Præter cap. ita quorundam. & cap. ad liberandam. extrà, de Iudæis, vide Clem. 1. eod. tit. & processum Bullæ in cœna Domini. §. 3.*

tur:

tur: ita quòd nec testari, nec legata eis seu relicta percipere valeant, & insuper ad successiones, tam ex testamento, quàm ab intestato sint prorsùs & reddantur inhabiles, nec ad publica quælibet admittantur officia, sintque illis omnes actus legitimi penitùs interdicti, & tanquam excommunicati, hostesque catholicæ fidei (postquam de ipsorum hujusmodi temeritate constiterit) diebus Dominicis & festivis publicè nuntientur, & in fiscum bona eorum omnia devolvantur.

CAP. II.

¶ Judæi ad fidem conversi non sunt in bonis molestandi, ne sint deterioris conditionis post baptismum, quàm essent ante.

Joannes XXII.

Dignum *a* arbitrantes, & juri consonum, fonte renatos baptismatis Judaicâ cæcitate dimissâ ampliotibus favoribus aut gratiis, quàm anteà abundare: indecens & absurdum, ut qui in perfidia abundarent, cogantur mendicare fideles: universis & singulis rectoribus, & aliis officialibus comitatûs Venesini, aliorumque comitatuum, & terrarum pertinentium ad Apostolicam sedem, districtè præcipimus & mandamus, quatenus conversis hujusmodi & qui in posterum convertentur, in possessionibus & bonis aliis, quocunque nomine censeantur, quæ in comitatibus & terris prædictis conversionis tempore obtinebant, seu etiam obtinebunt, occasione prædictâ nullam molestiam inferant, nec ab aliis inferri permittant: sed ipsis in his & aliis se favorabiles exhibentes, ipsos ab injuriis & molestiis protegant & defendant: ut sic de servitute ad libertatem se transisse percipiant, nec redire prætextu mendicitatis odibilis ad dimissam perfidiam compellantur. Nulli ergò, &c. nostrorum præceptionis & mandati infringere. Datum Avenion. 10. Cal. Augusti. Anno 4.

DE HÆRETICIS.

TITULUS III.

CAP. I.

¶ Decretalem, Per hoc. quod tit. lib. 6. declarat, bona hæreticorum per diœcesanos usurpari vetans.

Benedictus XI. *Inquisitoribus hæreticæ pravitatis.*

Ex eo *b*, quòd quædam novella constitutio super negotio hæreticæ pravitatis à bonæ memoriæ Bonifacio Papa octavo, prædecessore nostro, edita continet, quòd in ipso negotio per diœcesanos Episcopos, & inquisitores super eodem facto inquiri valeat communiter vel divisim: & si divisim processerint, teneantur sibi invicem communicare processus: Nos consulere voluistis, quando & quoties sit ista processuum communicatio facienda. Nos autem de fratrum nostrorum consilio intelligendo diœcesanos & inquisitores tunc demùm divisim procedere, cùm hi & illi separatim, non quando Episcopi tantùm, vel inquisitores tantùm procedunt: consultationi vestræ breviter respondemus, quòd quando utrique procedunt sejunctim, sibi debent in fine tantùm, dum nihil restat agendum, nisi quòd solùm sententia promulgetur, communicare processus. Licèt enim quibusdam potuisset videri per legem civilem, quòd sicut quando aliquis ex actitatis coram alio debet ferre sententiam, ut putà, quando administrator delegat causam, sibi sententiâ reservatâ: saltem in principio, id est, contestatione, rursùs in medio, & semel in fine, quæ sunt examinata, audire debet: ita & in casu præsenti, ubi ex actis coram alio habitis alter profert sententiam, sic ter hujusmodi acta recenseat: quod fieri non potest, si eorum denegetur editio: tamen id æquitas canonum non admisit. Unum sanè casum excipimus, si alter commodè non possit procedere, nisi alterius actis visis. Ex hac enim causa semel tantùm (ut fraudi locus non fiat) in toto negotio copia tribuatur. Verùm quia *a* nonnulli diœcesani partem partis proventuum de hæreticorum bonis inquisitionis officio deputatæ propter expensas, quas dum inquirunt in expedicto negotio faciunt, à vobis exigere moliuntur, hoc tanquam juri absonum (cùm ordinarii sint, ideoque officium tale, quod eis incumbit, propriis eos oportet explere stipendiis) fieri penitùs prohibemus. Rationem autem iidem diœcesani proventuum, obventionum ex inquisitionis officio à vobis, non obstante aliquâ constitutione, consuetudine, vel mandato contrariis, non exposcant: sed eam cameræ nostræ, vel alii, cui nos vel successores nostri Romani Pontifices mandaverimus reddendam, reddatis, quæ generaliter observari jubemus.

CAP. II.

¶ Tres errores magistri Ioannis de Poliaco, doctoris Parisiensis, hic damnantur.

Joannes XXII.

Vas *b* electionis doctor eximius, & egregius prædicator, cujus prædicatio mundum docuit universum, præsumptuosam illorum audaciam refrænare solicitus, qui prudentiæ propriæ innitentes, in errores proprios prolabuntur, non plùs sapere, quàm oportet sapere, sed ad sobrietatem sapere salubri doctrinâ suggessit: & juxta Sapientis *c* eloquium: [*Quisque suæ prudentiæ modum ponat.*] Sanè dudum cùm dilectum filium magistrum Joannem de Pohaco, sacræ Theologiæ Doctorem, certis ex causis de fratrum nostrorum consilio ad nostram præsentiam vocavissemus: fide digna relatio ad nostrum perduxit auditum, quòd ipse in quibusdam articulis tangentibus pœnitentiæ sacramentum, non sobriè, sed perperàm sapiebat, infrascriptos articulos, periculosos continentes errores, docens publicè in suis prædicationibus, & in scholis. Primò siquidem astruens, quòd confessi fratribus, habentibus licentiam generalem audiendi confessiones, tenentur eadem peccata, quæ confessi fuerant, iterùm confiteri proprio Sacerdoti. Secundò, quòd stante, Omnis utriusque sexûs edicto in concilio generali *d*, Rom. Pontif. non potest facere, quòd parochiani non teneantur omnia peccata sua semel in anno proprio Sacerdoti confiteri, quem dicit esse parochialem curatum. Imò nec Deus posset hoc facere: quia (ut dicebat) implicat contradictionem. Tertiò, quòd Papa non potest dare potestatem generalem audiendi confessionem: imò nec Deus, quin confessus habenti licentiam teneatur eadem confiteri proprio Sacerdoti: quem dicit esse (ut præmittitur) proprium curatum. Nos igitur scire volentes, si suggesta nobis veritatem haberent, articulorum præmissorum copiam eidem magistro Joanni fecimus assignari, & ad sui defensionem plenam audientiam sibi præbuimus; tam in nostra & fratrum nostrorum præsentia in consistorio, quàm aliàs coram aliquibus ex ipsis fratribus per nos ad hujusmodi officium deputatis. Verùm licèt præfatus magister dictos articulos, & contenta in ipsis defendere niteretur, asserebat tamen se paratum credere & tenere in præmissis & aliis, quæ tenenda & credenda esse sedes Apostolica definiret. Nos igitur attendentes,

a *Vide omnino extravagantem Pauli Papæ III. incip. cupientes Iudæos, ubi de hac materia plenius cavetur.* b *Prater notata, in cap. per hoc. de hæret. lib. 6. vide Nicolaum Eymericum in direct. Hæret. Inquisitorum part. 3. quæst. 51. & 52. Repertorium Inquisitorum verbo communicare. 9. sed quomodo. & Zanchinum tract. de hær. c. 17.*

a *Vide Eymericum in directorio Inquisitorum p. 3. q. 104. 105. & seq.* b *Rom. 12.* c *Proverb. 6. & 25.* d *Scilicet Lateran. sub Innoc. III. c. 21.*

quòd prædictorum articulorum assertio, prædicatio, & doctrina redundare poterant in multarum perniciem animarum, ipsos per Prælatos magistros in Theologia examinari fecimus diligenter. Nos ipsi etiam cum dictis fratribus nostris collationem solertem & examinationem habuimus super his. Per quas quidem collationem & examinationem super his habitas, comperimus præmissos articulos doctrinam non sanam, sed periculosam multùm & veritati contrariam continere. Quos etiam articulos omnes & singulos idem magister Joannes, veris sibi rationibus opinioni dudum suæ habitæ contrariis demonstratis, in consistorio revocavit: asserens se credere eos non veros, sed ipsorum contrarium verum esse, & dicens se nescire rationibus sibi factis in contrarium respondere. Ideoque ne per assertionem, prædicationem, & doctrinam hujusmodi in errorem (quod absit) animæ simplicium prolabantur, omnes articulos & quemlibet eorum tanquam falsos & erroneos, & à doctrina sacra devios auctoritate Apostolicâ condemnamus & reprobamus, de fratrum nostrorum consilio prædictorum, doctrinam contrariam veram, & contrarium esse catholicum asserentes: scilicet, quòd illi, qui prædictis fratribus confitentur, non magis teneantur eadem peccata confiteri iterum, quàm si ea aliàs confessi fuissent eorum proprio Sacerdoti juxta concilium generale 4. Optantesq; veritatis vias notas esse fidelibus cunctis, & prædictis erroribus præcludere aditum, ne subintrent errores, felicis recordationis Alexandri quarti, & Clementis quarti Romanorum Pontificum, prædecessorum nostrorum vestigiis innitendo, universis & singulis districtius inhibemus, ne quisquam præmissos articulos per nos (ut præmittitur) damnatos & reprobatos, & contenta in eis, vel aliquo ipsorum, utpote à catholicis mentibus respuenda, tenere audeat, seu defensare quomodolibet, vel docere. Quocirca universitati vestræ per Apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatenus universis & singulis vestrûm in civitatibus & diœcesi vestris convocato clero & populo communiter omnia præmissa & singula per vos, seu alios solenniter publicetis. Nos etiam eidem magistro Joanni mandamus, quòd in scholis & sermone Parisius prædictos articulos, & contenta in eis tanquam veritati contraria propriæ vocis oraculo, asseveratione constanti publicè debeat revocare. Quod se facturum dictus magister Joannes efficaciter repromisit. Datum Aven. 8. Cal. Aug. Pont. nost. Anno 5.

CAP. III.

¶ Inquisitores hæreticæ pravitatis censuras Ecclesiasticas fulminare non possunt in Officiales & Nuntios sedis Apostolicæ sine ipsius licentia specali: sed de eorum excessibus informationem facere possunt, & deinde Romano Pontifici significare.

Idem.

CUm [b] Matthæus de Pontinian. ordinis Prædicatorum, inquisitor hæreticæ pravitatis in regno Siciliæ auctoritate Apostolicâ deputatus, frivolâ occasione quæsitâ, ac nostrâ & Apostolicæ sedis reverentiâ & honore postpositis, in dilectum filium G. de Baleto, Archidiaconum Forolivien. Capellanum nostrum, Campaniæ, Maritimæque rectorem excommunicationis sententiam inconsultis motibus, non sine multa temeritate duxerit proferendam: Nos volentes decartero talium præsumptoribus obviare, universis & singulis, tam ordinariis, quàm delegatis judicibus, & inquisitoribus pravitatis ejusdem, & aliis universis & singulis, quacunque auctoritate fungantur, auctoritate Apostolicâ districtiùs inhibemus, & mandamus expresse, ne contra nostros & Apostolicæ sedis officiales vel nuntios, aut ipsorum aliquem, quâvis occasione vel causâ, absque nostra & Apostolicæ sedis licentia speciali, eis per sedis ipsius literas concedenda, plenam faciente de tenore præsentium mentionem, procedere quôquomodo præsumant, aut in eos, vel ipsorum aliquem excommunicationis vel suspensionis, seu quasvis alias sententias promulgare. Nos enim exnunc decernimus irritum & inane, quicquid contra inhibitionem & mandatum hujusmodi contigerit attentari. Volumus tamen, quòd diœcesani & inquisitores prædicti, super iis, quæ negotium tangunt fidei, alii vero super iis, quæ rem tangunt vel publicam, vel privatam, sive ordinarii, sive delegati, quâcunque auctoritate fuerint, prout posset ad eorum officium pertinere, si quid per officiales & nuntios ipsos indebite forsan attentatum extiterit, se plenius informare, idque nobis significare studeant, ut providere super hoc de remedio opportuno valeamus. Nulli ergò, &c. Datum Avenion. XII. Cal. Jan. Pont. nost. Anno 11.

a *Id est, Concil. gener. Later. sub Innoc. III. c. 21. & refertur in cap. omnis. de pœnit. & remiss.* b *Super hac constitutione, vide omnino Consilium Lapi. incip. fuctum super quo. id consilium nunc circumfertur post Consilia Oldradi, adde Eymericum in directorio inquisit. part. 3. quæst. 26.*

DE SCHISMATICIS.

TITULUS IV.

CAP. UNIC.

¶ Processus & sententias latas per Bonifacium octavum, contra Jacobum & Petrum de Columna, tanquam Schismaticos, & eorum posteros, revocat hic Benedictus XI. exceptis confiscationibus, in quibus nihil immutat. Et sic (ut clarè patet) hanc extravagam corrigit, & pristinæ revocat cap. unic. eod. tit. lib. 6.

Benedictus XI.

DUdum bonæ memoriæ Bonifacius Papa VIII. prædecessor noster, contra Jacobum, Petrum & Joannem de sancto Vito, Ottonem quondam Agapitum, Stephanum & Jacobum Scyarram, nepotes memorati Jacobi, & filios olim Joan. de Columna, & posteritatem eorum, necnon contra Richardum, Petrum & Joan. de monte Nigro, ac adjutores, fautores, & receptatores eorum, cujuscunque statûs, etiamsi imperiali, vel regali dignitate fulgerent, contra ipsum insuper Prænestæ, dum vixit, varios fecit processus, sententias graves pœnas habentes & multas, prout in eisdem processibus continetur, ex quibus sic paucas ex multis, & prolixis breves exprimimus, quòd intelligi volumus specialiter singulas numeratas, & nominatim expressas. Inter cætera siquidem deposuit dictos Jacobum atq; Petrum à Cardinalatibus sanctæ Rom. Eccl. reddens eos & filios dicti Jacobi, & posteritatem eorum inhabiles ad Apostolicæ dignitatis apicem & Cardinalatûs honorem: ipsos, eosdemque Jac. & Ottonem & Richardum beneficiis Ecclesiasticis, & Ecclesiis cunctis privavit, eosque & Agapitum, Stephanum & Scyarram prædictos bannivit ab urbe, & ita Ecclesiæ supradictæ ipsorum confiscavit bona & jura, plurium excommunicationum sententiis innodavit, addixit infamiæ, capiendos exposuit, judicavit Schismaticos, & tanquam hæreticos puniendos, ab administrationibus & officiis, jurisdictionibus, exercitio & dignitatibus in urbe & circa in Rom. Eccles. & curia, ac ipsorum posteros perpetuò, & in terris Rom. Eccles. usque in quartam generationem, per masculinum & fœmininum sexum coercuit, eis incolatum, civilitatem & habitationem urbis, circumpositæ regionis, & terrarum subjectarum Ecclesiæ interdixit, & intestabiles fecit. Nos itaque, qui ejus vices in terris gerimus, cujus est proprium misereri & parcere, eorum miseriis & ærumnis compatimur, ad clementiam pro eis commovemur, ipsis pietatis nostræ aperimus viscera, & mansue-

mansuetudinem non negamus, misericordes ab eis non avertimus oculos, illisque pium animum exhibemus. Ideoque omnes prædictas, depositionis à Cardinalatibus, privationis à beneficiis & Ecclesiis, inhabilitatis ad Papatum Romanum, & bonorum, & jurium, quæ certis nobilibus Romanis civibus & aliis concessa sunt (confiscationibus exceptis, in quibus nihil immutamus ad præsens) sententias, pœnas & mulctas, & alias, quæ in processibus memoratis sive alibi continentur: verbo etiam in vita ipsius, vel in morte in eos latas & inflictas, seu confirmatas & innovatas per prædecessorem eundem, sicut si (ut prædicitur) essent per nos specialiter numeratæ, & nominatim expressæ, tam ad prædictos Jacobum & fil. dicti Joannis de Col. masculinam & fœmininam prolem, eorundem Joannis & filiorum per utrumque sexum posteritatem descendentem ab eis, Pet. & Richardo, & Joann. de monte nigro præfatos, quàm ad coadjutores, fautores, receptatores, susceptores, & sequaces eorum quoslibet alios, penitùs tollimus & viribus vacuamus: Ita, quòd nec etiam pro præterito tempore possint super eis aliquæ personæ impeti, quæ incurrissent eos, aut contra ipsas aliquem effectum habere. Eisque quod quævis alia quàm præfatarum, depositionis à Cardinalatibus, privationis beneficiorum & Ecclesiarum, confiscationis bonorum & jurium, quæ (ut præmittitur) dictis civibus seu aliis sunt concessa, & inhabilitatis ad Papatum, sententia sive pœna abstulit, reddimus. Et irregularitatem, si quam quoquo modo contraxerint, removemus, & notam abolemus ipsius: Inhibentes ne jam dicta Prænestæ cum monte suo reædificetur, vel muniatur, aut civitatis nomen, sive Episcopatum recuperet absque nostra licentia speciali. Non obstantibus quibuscunque constitutionibus, processibus, inhibitionibus, decretis, privilegiis, indulgentiis, & literis Apostolicis, per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta, earum effectus possit quomodolibet impediri: & de quibus, quorumque totis tenoribus, de verbo ad verbum debeat in nostris literis fieri mentio specialis.

DE FURTIS.

TITULUS V.

CAP. UN.

¶ *Publicatio excommunicationis lata in eos, qui furati sunt thesaurum Ecclesiæ, quem jubente Clemente Papâ de Perusio in Lucanam civitatem tres viri hic nominati deportaverant. Et hic habetur optima practica mundi malefactores, ut intra certum terminum satisfaciant, aliàs excommunicationem incurrant: & modum ipsius excommunicationis publicandæ hæc extravagans clarè manifestat.*

Joannes XXII.

INFIDELIS & stolidæ prædicationis alumni se per culpæ vitium indignos efficiunt, ut matris Ecclesiæ filii nuncupentur, dum ad ipsius matris injuriam se convertunt (quod gravi nos commotione perturbat) matris ejusdem pietatem offendunt: & his in perniciem miserabili exitate delapsis, respergunt infamiæ maculis loca propriæ nationis. Dudum siquidem nonnulli degeneres filii, qui ad quæque nefaria currere sunt ausi, perversis ausibus in matris ejusdem prosilientes injuriam & offensam, illam thesauri sui maximam partem, quæ de Perusio ad civitatem Lucanam de mandato felicis record. Domini Clementis Papæ V. prædec. nost. dum adhuc viveret, per dilectos filios Vitalem de Chabenate, Clericum Burdegalen. diœcesi. & Guliel. de Luna, servientem prædecessoris ejusdem, unà cum dilecto filio Jacobo de Casalibus Decano Ecclesiæ S. Severini Burdegal. diœc. Capellano nostro, extiterat deportata: & quæ in sacristia monasterii S. Fedriani Lucanen. tunc temporis servabatur: deinde ad cameram prædecessoris ejusdem fideliter deferendam tempore invasionis civitatis Lucanen. direpserunt in prædam, & de præfata sacristia per violentiam asportârunt. Nos igitur ad recuperationem thesauri prædicti solicitis studiis prætendentes, omnes & singulos asportantes thesaurum prædictum, & alios, penes quos aliqua de thesauro fuerunt, vel adhuc existunt, auctoritate Apostolicâ coram hac fidelium multitudine copiosa monemus, ut ea nobis, aut ei, quem ad id duximus deputandum, intra quatuor mensium spatium à die datæ publicationis præsentium numerandum, cum integritate restituant & assignent: ac omnes & singulos scientes, ubi, vel penes quos aliqua de dicto thesauro extiterint, vel existant, ut intra terminum supradictum, nobis aut ipsi deputato nostro indicare studeant: alioquin in omnes & singulos monitionis hujusmodi contemptores, cujuscunque dignitatis, statûs, vel conditionis extiterint, etiamsi Patriarchali vel superiori, aut aliâ quâcunque præeminent dignitate, exnunc auctoritate prædictâ excommunicationis sententiam promulgamus: Mandantes illos per diœcesanos locorum & rectores parochialium Ecclesiarum, civitatum & diœcesum earundem singulis diebus Dominicis & festivis pulsatis campanis & candelis extinctis excommunicatos publicè nunciari: processuri ad graviora nihilominùs contra eos, necnon & contra civitates, communitates, universitates, & singulares personas quascunque, quæ fuissent in præmissis culpabiles, sicut protervia ipsorum exegerit, & viderimus expedire. Non obstante, si eis, aut eorum aliquibus, vel alicui sub quacunque forma vel conceptione verborum, à sede Apostolica sit indultum, quòd excommunicari non possint, per literas sedis ejusdem non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, & quâlibet aliâ dictæ sedis indulgentiâ generali vel speciali, cujuscunque tenoris existat, per quam effectus præsentium impediri possit, vel quomodolibet retardari. Ut autem hujusmodi nostra monitio verius ad communem omnium notitiam deducatur, chartas sive membranas monitionem continentes eandem, in Ecclesia Avenion. appendi vel affigi ostiis, seu superliminaribus ejusdem Ecclesiæ faciemus, quæ monitionem ipsam suo quasi sonoro præconio & patulo indicio publicabunt: ita quòd omnes & singuli, quos monitio ipsa contingit vel contingere potest, nullam postea possint excusationem prætendere, quòd ad eos talis monitio non pervenerit, vel quòd ignoraverint eandem: Cùm non sit verisimile, remanere quoad ipsos incognitum vel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur. Datum Avenion. 2. Calend. April. Pontif. nostri Anno 1.

DE CRIMINE FALSI.

TITULUS VI.

CAP. UN.

¶ *Alchimia hic prohibentur, & ponuntur facientes & fieri procurantes: quoniam tantum de vero auro & argento debent inferre in publicum, ut pauperibus eregetur, quantum de falso & adulterino posuerunt. Et si eorum facultates non sufficiant, pœna per judicis discretionem in aliam commutabitur, & infames sunt. Et si sint Clerici, beneficiis habitis privantur, & ad habenda inhabiles efficiuntur. Vide extravagantem ejusdem Ioan. quæ incipit, Providem. & est sub eod. tit. collocata.*

Joannes XXII.

SPONDENT *a*, quas non exhibent divitias, pauperes Alchimistæ: pariter, qui se sapientes existimant, in foveam incidunt, quam fecerunt. Nam

a Vide B. Thom. 2. 2. q. 77. art. 2. ad 1. arg. & ibi. Cajetanum Oldrad. consil. 74. incip. An Alchimista peccet. & latè Cassaneum in catalogo gloriæ mundi, part. 11. consid. 40.

haud dubiè hujus artis Alchimiæ alterutrum se professores ludificant, cùm sua ignorantiæ conscii eos, qui supra ipsos aliquid hujusmodi dixerint, admirentur: quibus cum veritas quæsita non suppetat, diem cernunt, facultates exhauriunt: iidemque verbis dissimulant falsitatem, ut tandem, quod non est in rerum natura, esse verum aurum vel argentum sophisticâ transmutatione confingant: eoque interdum eorum temeritas damnata & damnanda progreditur, ut fidis metallis cudant publicæ monetæ characteres fidis oculis, & non alias Alchimitum fornacis ignem vulgum ignorantem eludant. Hæc itaque perpetuis volentes exulare temporibus, hâc edictali constitutione sancimus, ut quicunque hujusmodi aurum vel argentum fecerint, vel fieri secuto facto mandaverint, vel ad hoc scienter (dum id fieret) facientibus ministraverint, aut scienter vel auro vel argento usi fuerint, vendendo vel dando in solutum: verum tanti ponderis aurum vel argentum pœnæ nomine inferre cogantur in publicum pauperibus erogandum, quanti Alchimitum exstat: circa quod eos aliquo prædictorum modorum legitimè constiterit deliquisse: facientibus nihilominùs aurum vel argentum Alchimitum, aut ipso (ut præmittitur) scienter utentibus, perpetuæ infamiæ notâ respersis. Quod si ad præfatam pœnam pecuniariam exolvendam delinquentium ipsorum facultates non sufficiant, poterit discreti moderatio judicis pœnam hanc in aliam (putà carceris, vel alteram juxta qualitatem negotii, personarum differentiam, aliasque attendendo circumstantias) commutare. Illos verò, qui in tantæ ignorantiam infelicitatis prorumperint, ut nedum nummos vendant, sed naturalia juris præcepta contemnant, artis excedant metas, legumque violent interdicta, scienter videlicet adulterinam ex auro & argento Alchimito cudendo seu fundendo, cudi seu fundi faciendo monetam, hâc animadversione percelli jubemus, ut ipsorum bona deferantur carceri, ipsique perpetuo sint infames. Et si Clerici fuerint delinquentes, ipsi ultra prædictas pœnas priventur beneficiis habitis, & prorsus reddantur inhabiles ad habenda.

DE PRIVILEGIIS.

TITULUS VII.

CAP. I.

¶ Hæc extravagans dat Prædicatoribus, & Minoribus privilegia plurima circa tria: videlicet circa prædicationes, confessionum auditiones, & sepulturas. De secundo in §. Sed quia multoties. De tertio in §. Porrò. Et licèt sit revocata per Clem. II. de sepul. multa tamen notatu digna in ea reperiuntur, quæ non sunt retractata. Et potuisset non incepto poni sub eis, de sepult. Sed non est inconveniens idem cap. diversis respectibus, sub variis collocari titulis: ut patet in cap. significantibus. extrà. de libel. oblat. & de appel.

Benedictus XI.

INTER cunctas a sollicitudines nostras, quibus nos pastorale præmit officium, & debitum Apostolicæ servitutis adstringit, illa debet esse præcipua, ut gregi Dominico nobis superna dispositione commisso, animarum cura non desit, ne illum lupus rapax antiquus serpens humani generis inimicus invadat, ejusque sanguis de nostris (quod absit) clamante Prophetâ, manibus requiratur. Debemus insuper, quantùm ex alto permittitur, pacem inserere, removere scandala, jurgiorum amputare materiam, & intelligere super egenum & pauperem: quia non in finem oblivio erit pauperis, & patientia pauperum non peribit in finem. Sanè dudum bonæ memoriæ Bonifacius Papa VIII. prædecessor noster, quandam specialem inter Prælatos, rectores, seu Sacerdotes & Clericos parochialium Ecclesiarum ex parte una, & Prædicatorum ac Minorum Ordinum fratres ex altera super faciendarum prædicationum, audiendarum confessionum per eosdem Fratres, ac de electis, & de funeralibus canonicæ portionis articulis constitutionem edidit, certum his modum imponens, prout in eadem constitutione plenius continetur. Sed prout ea quam intendebat quiete, turbatio nata est, pro concordia sunt suborta dissidia, & pullulatæ inquietudines pro tranquillitate noscuntur: sicque dum aniam solvisse se credidit, nodum ligâsse videtur, & septem uno Hydræ amputato capite suscitâsse. Nec mirum, quia plerunque pariunt novitates discordiam, præsertim dum ab eo, quod diu æquum visum est, per novam constitutionem recedit: nec quare recedatur, utilitas evidens vel alia causa subest. Ideoque cupientes, ut ipsi gregi cura nostra eò plenior impendatur, quò amplior in agro Domini operariorum numerus operetur, super b egenum intendentes & pauperem, ac novitatem removentes per eandem constitutionem inductam: statuimus de fratrum nostrorum consilio, ut priorum Ordinum Fratres, qui ad hoc deputati fuerint, in Ecclesiis ac locis ipsorum, quæ impræmentiarum habent, & in posterum obtinebunt, ac in plateis communibus seu puplicis, liberè absque diœcesanorum & aliorum Prælatorum petita licentia valeant Clero & populo prædicare, eique proponere verbum Dei. Caveant tamen omninò, ne hora, in qua diœcesani prædicti prædicarent, vel coram se facerent prædicari, prædicent iidem Fratres: putamus etenim dignum, ut majori minor, & superiori inferior deferat in hac parte: nisi forsan aliud circa hoc facerent de voluntate diœcesanorum ipsorum, aut in studiis generalibus prædicarent diebus illis duntaxat, quibus sermones ad Clerum fieri solent, & solenniter prædicari, seu mortuorum funeribus, vel eorundem Fratrum festis specialibus seu peculiaribus: quia in his casibus cum diœcesanis in prædicatione concurrere poterunt. Ubi verò iidem diœcesani vocarent generaliter ad se Clerum aliquâ ratione, vel urgente causâ illum duerent congregandum, eâ horâ in studiis memoratis diebus, suprædicti fratres ab hujusmodi prædicatione cessabunt. In Ecclesiis autem parochialibus Fratres ipsi invitis eorum rectoribus seu Sacerdotibus (nisi jussi à superioribus eorundem) non audeant prædicare. ¶ Sed c quia multoties propositum verbum Dei audientem à peccato non retrahit: idcirco post prædicationem necessarium est pœnitentiæ sacramentum, circa quod (nisi articulus necessitatis occurrat) Sacerdoti facienda oris confessio (prout scriptum est *et Corde ad justitiam creditur, ore autem fit confessio ad salutem*) exigitur: aliàs frustrà esset in sacramento eodem Sacerdotis (qui inter lepram, & lepram debet discernere) ministerium institutum. Electi igitur ab eisdem Fratribus ad audiendas confessiones & pœnitentias injungendas, liberè auctoritate Apostolicâ absque licentia diœcesanorum, & aliorum Prælatorum inferiorum, exemptorum & non exemptorum, quibus subsunt, qui ad confitendum accedunt, audiant eis peccata sua confiteri volentes. Non Religiosos, qui secundùm statuta suorum Ordinum propriis Prælatis confiteri debent, aut ab eis, ne confiteantur aliis, prohibentur, absolvant: ipsique pœnitentias salutares injungant, intra sibi deputatos terminos ad hujusmodi exercendum officium constitutos. Excommunicationis verò, vel alias sententias per Prælatos latas contra hoc, vel in ejus fraudem, denunciamus irritas & inanes: nec confessi ipsis Fratribus peccata illa, de quibus confessi sunt eis, & absoluti pœnitentes, de illis Sacerdotibus propriis teneantur (sicut etiam non tenentur)

a *Vide extravagantem Sixti IV. incip. vices illius tit. de treug. & pace, inter communes.*

a *Psalm. 40.* b *Prædicatio non semper retrahit audientem à peccato.* c *Rom. 10.*

nentur) iterum confiteri: non obstante constitutione generalis Concilii, quæ sano intellectu (ne sequatur absurdum, quòd per pœnitentiam dimissa peccata quis confiteri debeat, & quòd liberatus debitor adhuc ad solvendum remaneat obligatus) intelligenda est (ut ex eo patet) de illis, qui peccata sua confiteri aliis neglexerunt. Sed Sacerdotes ipsis taliter confessis & absolutis adstricti sunt ministrare Eucharistiæ, & extremæ unctionis etiam sacramentum. Super confessione autem facta Fratribus memoratis, cùm de confitentis solius præjudicio (si falsum dicat) agatur in judicio animæ seu pœnitentia foro, stabitur simplici verbo illius, qui sacramenta petit prædicta, & dicit Fratribus se confessum. Duos tamen casus excipimus, scilicet si Sacerdos asserat eum excommunicatum, aut notoriè peccatorem. Sed videat, ne id dicat mendaciter, aut in dolum, vel in fraudem: quia si hoc egerit, à delicto tali, nisi plenè satisfecerit (præterquam in morte) absolvi nequeat, nec de illo ad pœnitentiam aliter admittatur. Ut autem diœcesanis honor debitus reservetur, præcipimus, ut Provinciales Priores Prædicatorum, & Ministri Minorum Ordinum præfatorum, per se vel alios, verbo vel scripto, eis significent, se Fratres ad hujusmodi confessionum audiendarum, & pœnitentiarum injungendarum officium elegisse: & non nominando, aut coram ipsis sistendo eos, nec illorum numerum exprimendo, petant humiliter à diœcesanis eisdem, quòd iidem electi Fratres de ipsorum beneplacito & licentia dictum possint in eorum civitatibus & diœcesibus intra eis determinatos fines officium exercere. Quòd si denegent, vel intra triduum non concedant, extunc iidem Fratres nihilominùs auctoritate eâdem hujusmodi officium exequantur. Datam verò licentiam per diœcesanorum mortem nolumus terminari. Per hoc autem non intendimus, quòd superdicti Fratres, qui ad hoc eligentur officium exercendum, plùs habeant in audiendis confessionibus, & pœnitentiis injungendis, quàm parochiales Sacerdotes noscuntur habere. Sicque de casibus Episcopis & superioribus, quos inferiùs annotamus, ac sede Apost. reservatis, se nullatenùs intromittant. Observent ergo solicitè dicti Fratres, ne ad confessiones recipiant criminosos criminibus, pro quibus solennis est pœnitentia indicenda: Modo eodem excommunicatos respuant; & Clericos, qui propter delictum irregularitatem aliquam incurrerunt. Inconveniens enim existimamus, ut à peccato absolvat, qui pœnitentiam ei debitam imponere, aut irregularitatis pœnam, peccati sequelam, vel excommunicationem, quæ infligitur maximè à jure quandoque pro crimine, quarvè quem ab Ecclesia, & per consequens à participatione Ecclesiasticorum sacramentorum excludit, removere non potest. Incendiarios, eosque qui tam enormibus sunt irretiti peccatis, quòd ea rationabilis consuetudo præscripta cautè in Episcopatibus aliquibus reservavit Episcopis, similiter non admittant: quam consuetudinem (ex causâ, quæ justè ad id animum nostrum movit) solummodo circa voluntarios homicidas, falsarios, Ecclesiarum immunitatis, & libertatis Ecclesiasticæ violatores, & sortilegos approbamus. Quòd si forsan antequam ab eo, qui potestatem habet, absolvi possint, mors talium confiteri volentium verisimil reformidetur: etiam in prædictis casibus superfati Fratres eos confiteri volentes audiant, ipsisque beneficium absolutionis impendant, sed subeant juramentum, quòd liberati se suis Episcopis & excommunicatoribus præsentabunt: excommunicantium super his, pro quibus ab eis excommunicati erant, & Episcoporum pro peccato hujusmodi parituri mandatis. Verum, quia post baptismum inter cætera magis ad salutem necessaria [a] est propositio verbi Dei, quo audientes illud, quod est victoria nostra, instruuntur in fide, docentur fugienda fugere, & sectanda sectari, à quo per peccatum lapsi resurgunt, pœnitentiæ sacramentum perficiunt: Grandis nobis solicitudo incumbit, ut tales ad hæc promoveantur Fratres, qui oleo dulcedinis verbi ejusdem nostros foveant subditos, à peccatis prohibeant, increpationis vino peccatorum suorum morticent vulnera, eosque ad illa pœnitentiæ acrimonia purgandum & tergendum provocent & inducant. Ad id verò exequendum sententia [a] divinæ legis exposcitur, desideratur ordo, & vitæ integritas etiam postulatur. Scriptum est enim [b]: [*Tu scientiam repulisti, & ego te repellam, ne sacerdotio fungaris mihi: quia oblita es legem Dei tui, & ego obliviscar filiorum tuorum*] aliàs prout ad eum pertinet, inter peccatum & peccatum non posset discernere, nec peccator existens Dei [c] deberet enarrare justitias, & testamentum illius assumere per os suum. Nam cujus vita despicitur, consequens est, ut ejus prædicatio contemnatur. Quare decernimus, ut Priores & Ministri Generales, & Provinciales Prædicatorum, & Minorum Ordinum præfatorum, vel eorum Vicarii, de discretorum consilio ad tam salubre officium Fratres divinâ scientiâ doctos, discretione vigentes, vitâ probatos, & expertos moribus (alioquin districtam reddent in futuro examine rationem) eligant & assumant: sic enim, quod prædicabunt, facient: quæ arguent, operari cessabunt: & in eis ædificabitur populus verbo pariter & exemplo. Cæterùm licet (sicut prædicitur) de necessitate non sit, iterum eadem confiteri peccata: tamen quia propter erubescentiam, quæ magna est pœnitentiæ pars, ut eorundem peccatorum iteretur confessio, reputamus salubre: districtè injungimus, ut Fratres ipsi confitentes attentè moneant, & in suis prædicationibus exhortentur, quòd suis Sacerdotibus saltem semel confiteantur in anno: asserendo id ad animarum profectum proculdubio pertinere. ¶ Porrò, ut circa sepulturam apud loca eorundem Fratrum eligentium sepeliri, & portionem canonicam de relictis eisdem Fratribus minimè detrahendam, in queat in posterum dubitari: jubemus, ut corpora defunctorum, qui apud eorundem Fratrum loca elegerint dum viverent sepulturam, processionaliter cum cruce, thuribulo, & aqua benedicta, cantando seu legendo officium mortuorum, vel psalmos, & alienas ingredientes parochias, possint assumere, & ad suas deferre Ecclesias tumulanda. De quibuscunque verò relictis prædictis Fratribus in communi, vel singulis ultimis decedentium voluntatibus, sive apud eos sepeliendi sint, sive alibi, nulla per parochiales Sacerdotes morientium (à quo Fratres ipsos liberos esse volumus) canonica portio, vel multo minùs per Episcopos Episcopalis quarta omninò cum eis tanquam exempti non subsint, nec etiam debita jure parochiæ, si forsan cathedralis defunctorum esset parochialis Ecclesia, detrahatur. De funeralib. autem medietatem, si commode divisionem recipiant: aliàs ejusdem medietatis æstimationem solvant parochiali Ecclesiæ, & Sacerdotibus antedictis. Funeralia verò intelliguntur hoc casu, quæ cum funere deferuntur. De candelis verò, quas Fratres portant, portio non petatur. Moneant autem iidem Fratres, & pro posse inducant confitentes sibi, ut de propriis bonis suis parochialibus Ecclesiis, earumque Sacerdotibus competenter relinquant, & quæ eis debent parochialia jura reddant. Ad hoc non murmurent, quia sumus, secularis Clerus, non grant molestè Prælati, quòd circa præmissa sic duximus providendum. Attendant, quanta ex iis, quæ in primis duobus articulis statuta sunt, salus animarum proveniat. Advertant, quanta tollantur jurgia, & patenter conspiciant, quòd eorum onera cum aliis nostro beneficio salubriter, & quasi necessariò patiuntur.

a *Verbum Dei propositio est ad salutem valdè necessaria.*

a *Fortè sententia.* b *Osee 4. Malach. 2.* c *Psal. 50.*

¶ Circa tertium verò articulum diligenter intelligant, quòd Fratres ipsi hoc per privilegia Romanorum Pontificum eis benignè concessa, ante constitutionem eandem hactenus habuerunt. Quodque sunt pauperes, nil habentes singuli, in communi rustica prædia, imò nec urbana, vel mobilia, eorum alteri vel etiam universi, mendicant victum, quærunt vestitum, & eatenus sustinere possunt, quatenus vel vivorum pietas, aut morientium charitas eis necessaria subministrat. Quis ergò non misereatur eorum, qui omnia, voluntatem habendi etiam, reliquerunt? Quis non compatiatur eisdem operantibus tam utiliter in agro prædicto? Certè nullus, nisi qui triturantis bovis os impiè alligare velit, aut eos subtractis alimentis necare. Inopes patrimonii onera ipsa non habendi necessitate non sustinent, & à curialibus res Ecclesiis vel piis loeis donatas, à quarta præstatione, seu lucrativorum inscriptionibus lex facit immunes. Relicta pauperibus non patiuntur Falcidiam. Et legata ad fabricam, vel pro ornamentis Ecclesiæ, aut ad divinum cultum perpetuum, solutioni non subjacent canonicæ portionis. Pauperes autem (ut dictum est) sunt Fratres, & quod eis relinquitur, aut in sua alimenta erogant, aut in fabricam, sive in cultum divinum, & Ecclesiæ ornamenta convertunt. Propter a quod nos, qui debemus intelligere super egenum & pauperem, & non oblivisci eorum, cùm humanitatis sit etiam secularis Principis prospicere egenis, & dare operam, ut pauperibus alimenta non desint: non tam pie, quàm quodammodo justè in eodem articulo egimus, egenos eosdem (ut præmittitur) reddendo ab onere canonicæ portionis exemptos. Hæc autem (dictâ constitutione, quæ incipit, *Super cathedram*: quam penitùs revocamus, aliisque quibuscunque constitutionibus specialibus & generalibus, statutis, privilegiis, indulgentiis, sub quacunque forma verborum concessis, etiamsi de ipsis de verbo ad verbum, vel aliquorum nominibus in nostris literis oporteret fieri mentionem, conventionibus, pactis, juramentis, sententiis, consuetudinibus contrariis, nequaquam obstantibus) inviolabiliter observari sancimus. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti, denunciationis, exemptionis, præceptorum, approbationis, jussionis, voluntatis, revocationis, & sanctionis infringere. Si quis autem, &c.

CAP. II.

¶ *Rex Franciæ & regnicolæ, per Extravagantem, Unam sanctam, supr. de major. & obed. non amplius subjiciuntur Eccles. Rom. quàm priùs erant.*

Clemens V.

MEruit charissimi filii nostri Philippi Regis Francorum illustris, sinceræ affectionis ad nos & Ecclesiam Romanam integritas, & progenitorum suorum præclara merita meruerunt: Meruit insuper regnicolarum puritas, ac devotionis sinceritas, ut tam Regem, quàm regnum favore benevolo prosequamur. Hinc est, quòd nos Regi & regno per definitionem & declarationem bonæ memoriæ Bonifacii Papæ VIII. prædecess. nost. quæ incipit, Unam sanctam: nullum volumus vel intendimus præjudicium generari. Nec quòd per illam Rex, regnum, & regnicolæ præfati amplius Ecclesiæ sint subjecti Romanæ, quàm antea existebant: Sed omnia intelligantur in eodem esse statu, quo erant ante definitionem præfatam: tam quantùm ad Ecclesiam, quàm etiam ad Regem, regnum, & regnicolas superiùs nominatos.

CAP. III.

¶ *Ordinarii non possunt ferre censuras in suos subditos pro suis negotiis Romam euntes, ibi morantes, aut ab ea redeuntes: nec illos privare beneficiis: quòd si fecerint, irritum est. Et si beneficia illorum alias sint collata, tam dantes, quàm recipientes ipso facto sunt excommunicati: & à solo Papa absolvendi.*

Eugenius IV.

DIvinâ a in eminenti sedis Apostolicæ specula disponente clementiâ constituti, ad ea libenter intendimus, per quæ Officiales prædictæ sedis obsequiis ejus (ad quam veluti fidelium omnium matrem, pro animarum salute quærenda, & justitia prosequenda, de diversis mundi partibus confluit multitudo) tutius & quietius se promptiores valeant exhibere. Hinc est, quòd nos ex certis rationalibus causis moti, etiam nonnullorum prædecessorum nostrorum vestigiis inhærentes, districtius inhibemus locorum Ordinariis, necnon Commissariis & Delegatis eorum, cæterisque universis & singulis quâcunque potestate & auctoritate præfulgeant, cujuscunque dignitatis, gradûs vel præeminentiæ fuerint, ne contra Officiales præfatos, quocunque nomine nuncupentur, in nostris & dictæ sedis obsequiis nunc & pro tempore existentes, necnon quoscunque alios pro suis & eorum causis vel negotiis prosequendis ad sedem prædictam venientes, ac in ea (durante negotiorum & causarum hujusmodi prosecutione) morantes, & recedentes ab eadem, procedere, aut in eos excommunicationis, suspensionis vel interdicti, aut privationis officiorum, aut beneficiorum, seu quamvis aliam sententiam promulgare præsumant. Nos enim omnes & singulos processus & sententias contra tenorem & mentem nostræ inhibitionis hujusmodi latas & habitas, & in posterum habendas, ac etiam promulgandas, & quæcunque inde secuta, declaramus nulla, irrita & inania, nulliusq; extitisse vel existere roboris vel momenti. Necnon quicquid in contrarium à quoquam, quâvis auctoritate scienter vel ignoranter attentatum forsan est hactenus, vel in posterum contigerit attentari, etiam decernimus irritum & inane. Et nihilominùs in omnes & singulos Ordinarios & Officiales, Commissarios & Delegatos eorum, qui se de dignitatibus ac beneficiis Ecclesiasticis quibuscunque Officialium, aut negotia hujusmodi apud dictam sedem prosequentium prædictorum: eos illis forsan privando, atque privatos decernendo seu declarando, vel cujuscunque privationis prætextu illa personis aliis conferendo, seu de illis in eos quomodolibet se intromittendo, tam in dantes, quàm in recipientes excommunicationis, suspensionis & interdicti latas sententias promulgamus: quas volumus eos ipso facto incurrere. A qua quidem excommunicationis sententia absolvi nequeant, nisi à nobis vel per nos deputandis, præterquam in mortis articulo, constituti. Præmissa autem à die affixionis præsentium ad valvas basilicæ Principis Apostolorum de urbe, ex certa scientia quoscunque ligare volumus & arctare: Non obstantibus Apostolicis & quibuscunque generalibus, aut provincialibus, aut synodalibus concilio, edictis, constitutionibus, ordinationibus, & Apostolicis privilegiis: per quæ effectus præsentium impediri posset quomodolibet vel differri, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus habenda esset in præsentibus mentio specialis, & quæ præsentibus volumus haberi pro sufficienter expressis, cæterisque contrariis quibuscunque.

Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam nostræ inhibitionis, declarationis, constitutionis & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ

a *Psalm. 40.*

a *Vide Conc. Trid. Sess. 23. de reform. c. 1. circa finem. & Sess. 24. de reform. c. 11. & quæ verò privilegia.*

M. CCCC. XXXII. 8. Idus Martii, Pontificat. noſt. Anno 2.

CAP. IV.

¶ Præmiſſo tenore duarum conſtitutionum, dicit, quòd Hoſpitalaris ſancti Ioannis ex ſtatuto, conſuetudine, vel privilegio habentes annalia beneficiorum vacantium, pervipere debent portionem, quam haberent beneficia obtinentes, ſi in illis eſſent reſidentes.

Joannes XXII. *Magiſtro & Fratribus hoſpitalis ſancti Ioannis Hieroſolymitani.*

EXhibita nobis ex parte veſtra petitio continebat, quòd dudum poſt conſtitutionem per nos editam, quâ ſpecialiter & expreſsè cavetur, quòd habentes annalia in Eccleſiis de conſuetudine, privilegio, vel ſtatuto, qui ratione dictorum annalium fructus primi, vel ſecundi, vel alterius cujuſcunque ſequentis anni beneficiorum vacantium ſibi hactenus in totum vendicaverant, nihil exinde ultra ſummam, pro qua unumquodque beneficiorum ipſorum conſuevit in decimæ ſolutione taxari, prætextu cujuſvis privilegii, conſuetudinis, vel ſtatuti, quovis modo perciperent, ſed ipſius ſummæ perceptione duntaxat deberent eſſe contenti, totali reſiduo prædicta obtinentibus beneficia remanſuro: niſi forſan illi, qui fructus illos ſoliti eſſent cum integritate percipere, mallent ipſum habere reſiduum, & obtinentibus beneficia dimittere ſummam memoratam: quo caſu percipiendi quod mallent, erat eis optio derelicta. Quandam aliam declaratoriam conſtitutionem fecimus, in qua ſpecialiter cavebatur, quòd ſi hujuſmodi beneficium obtinentes in Eccleſia, in qua ſpecialiter illud beneficium exiſteret, minimè reſiderent, ad debitum ſervitium impendendum Capitulo ejuſdem Eccleſiæ nihil deberet accreſcere: cùm ceſſante cauſâ *a*, ceſſare debeat pariter, quod vigebat. Quodque ex verbis declarationis hujus ſatis innui videbatur, quòd fructus beneficiorum non reſidentium accreſcere debeant habentibus annalia memorata. Verum ex eo, quòd in declaratione dicta non continetur expreſsè de perceptione annalium beneficiorum vacantium vobis debitorum de prædictis conſuetudine, privilegio, vel ſtatuto quoad fructus non reſidentium in eiſdem, qui vobis accreſcere debent, nullum adhuc commodum aſſequi potuiſtis: licèt (ut præmittitur) dicti fructus Capitulo non accreſcant. Quare nobis humiliter ſupplicaſtis, ut quod in hujuſmodi declaratione noſtra tacitè innuitur, declarare expreſſius dignaremur. Nos itaque petitionem veſtram juri conſonam æſtimantes, ac propterea in hac parte quieti & indemnitati veſtræ providere volentes, præſenti oraculo declaramus, quòd fructus prædictæ Eccleſiæ vel beneficii vacantis, cujus annalia, in quibus conſiſtunt, debentur vobis ex privilegio, conſuetudine, vel ſtatuto, etiam pro ea parte, quæ obtinentibus Præbendam vel beneficium hujuſmodi (ſi in Eccleſia, ubi illa conſiſtunt, perſonalem reſidentiam facerent) deberetur, ſi non reſideant ibidem verè vel interpretativè, utpoteper ſpeciale privilegium Apoſtolicum, vel aliàs ex cauſa rationabili ab hujuſmodi reſidentia legitimè excuſentur: cùm dicta pars (ut præmittitur) Capitulo non accreſcat, vobis accreſcere debet, ſecundùm intentionem & mentem declaratoriæ memoratæ. Nulli ergò omninò hominum, &c. ut ſuprà. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, &c. ut ſuprà. Datum Avenion. Calend. Martii, Pontificat. noſtri Anno 7.

a L. adigere. 4. quamvis. ff. de jure patron. cap. cum ceſſante. de appellat.

DE POENIS.

TITULUS VIII.

CAP. UN.

¶ Epiſcopus Caturcen. propter varios exceſſus per ipſum perpetratos, præſertim quia ſedi Apoſt. ſuis ſubditis & ſibipſi injurioſus fuerat, varias pœnas incurrit: quamvis perpetuæ depoſitionis ſententiam meruit, privatusq; ſuit Pontificali, Sacerdotali & alio quolibet officio, & ad perpetuum carcerem condemnatus. Doctrina utilis hic nobis tribuitur: ut ſcilicet cognoſcamus crimina & exceſſus, pro quibus Prælatus deponi poſſit. Facit ad hoc c. veritatis. extrà. de dolo & contum. & c. ex literis. & c. tanta eſt clavis Petri. de exceſſ. Prælat. Et niſi antiqui libri hoc c. ſub tit. de pœnis. annotaviſſent, ſub tit. de exceſſ. Prælat. poſitum fuiſſet.

Joannes XXII.

DIVINIS exemplis, quæ noſtrorum debent eſſe actuum regula, patenter inſtruimur, aures noſtras ſubditorum à ſuis præpoſitis oppreſſorum indebitè, & aggravatorum injuſtè, non obturare clamoribus, ſed ipſis ipſas potiùs compaſſivis affectibus inclinare: ut ſi per ſolertis inquiſitionis indaginem clamores hujuſmodi opere *a* completos eſſe viderimus, liberationis opportunæ remedium ſolicitis ſtudiis apponamus: pœnâ nihilominùs debitâ puniturí in hanc patratorum qualitatem exceſſuum illicitos oppreſſores. Omnipotens etenim Dominus audito *b* clamore populi ſui, propter duritiam eorum, qui operibus præerant, dolentis, ad liberandum eum deſcendit: & ſummi templi præpoſito, qui juxta nominis interpretationem in vias pravas iniquè diverterat, comminando ſic ait *c*: [*Expellam te de ſtatione tua, & de tuo miniſterio te deponam.*] Dudum ſiquidem famâ gravi, clamore frequenti, & querelâ flebili ſubditorum deferentibus nobis Hugonem Geraldi olim Caturcen. Epiſcopum, de multiplicatis exceſſibus, oppreſſionibus gravibus, enormibuſque criminibus eſſe reum: Nos mala hujuſmodi nolentes ante credere, quàm probare, ſuper illis inquiſitionem per nos & per alios fieri fecimus diligentem. Et demùm inquiſitionis ipſius viſo & examinato proceſſu, luculenter invenimus, quòd ejus fuerat vitioſus ingreſſus, cùm per ambitionem nimiam & per abrupta ſimoniacæ pravitatis ad Pontificalem aſcendiſſet honorem. Progreſſus autem ejus (ut execrando conveniret initio) injurioſus extiterat quoad tria. Primò videlicet quoad Apoſtolicam ſedem, cui (licèt ipſum honoraſſet in multis, & tandem ad Epiſcopalis dignitatis apicem promoviſſet) terga vertens, non faciem, contemptum pro gratia, maleficium pro beneficio, & vituperium retulit pro honore. Appellationibus interdum ad ſedem ipſam ab eo vel Officialibus ejus per ſubditos oppreſſos emiſſis, nedum deferre contemptibiliter renuens, ſed eas verbo vilipendens & facto, ſuis præcipiendo miniſtris, quòd de appellationibus hujuſmodi non curarent, ac nihilominùs appellantes (quibus contra oppreſſiones debuerat eſſe appellatio ipſa remedium) nunc per captionis injuriam, nunc per ſpoliationem beneficiorum, & aliàs indebitè affligendo multipliciter, non abſque vitio ingratitudinis violans juramentum fidelitatis ab ipſo præſtitum dictæ ſedi: nec veritus matris Eccleſiæ tranſgreſſionem apertam, nonnullis quandoque per ſuas patentes literas de vacaturis mandavit beneficiis provideri, vias ad vacationem eorum aperiens nimis illicitas & ſuſpectas: perniciosus etiam fuit, & frequens literarum Apoſtolicarum abuſor. Secundò verò, quantùm ad ſubditos, erga quos non pii Prælati vel paſtoris peregit officium, quinimò tanquam fur improbus, crudeliſque tyrannus, ſub pallio charita-

a Gen. 18. b Exod. 3. c Eſa. 22.

tivi subsidii incussis terroribus, violentiis & injuriis illatis, dolosis inductionibus, & fraudibus exquisitis, velut recursor iniquus, extorsionibus eos intolerabilibus prægravando, nunc binas in anno, nunc plures in die, nunc alias nimium excessivas, & Ecclesiis importabiles, utpote multiplicato evectionum numero canonibus definito, interdum per se, interdum per alios procurationes exigendo, pro libito visitationis officio quandoque nullatenùs, & regulariter non ad fructum correctionis, sed ad saturandæ cupiditatis affectum impenso, ad alios quæstus illicitos & damnatos, suum exacuit frequenter ingenium, nec de modo, nec de causa curavit. Et cùm invenit subditos suis in hoc reprobandis affectibus non parentes, nec aliàs ab eis exigere potuit concupita, calumniosas delationes fieri, contra eos lites moveri, & diversa eis gravamina subdolè procuravit pluries inferri. Præterea non citatos legitimè, nec convictos etiam, aut confessos, suis privavit beneficiis, occasionem pro causa confingens, non rationem in his, sed tyrannidem potiùs prosequens personalem. Multa falsa scienter instrumenta dictavit, per suos illa faciens Notarios publicari, & ut illis, qualem ipse habuerat, ad Ecclesias præberet ingressum, instituere ei præsentatos, seu institutionis suæ eis concedere literas sæpiùs renuit, nisi primitùs certa sibi & magna pecunia propter hoc exoluta. Multa Ecclesiastica beneficia, nunc permutationis prætextu, nunc verò simpliciter in suis manibus resignata, modò jure (ut prætendebat) ordinario, modò super hoc (ut dicebat) Apostolico munimine indulto, de facto scienter contulit: intervenientibus fraude, pacto, & simoniacâ pravitate subjectas sibi Ecclesias occupans, earum reditus usurpavit: & sic in suis fuit corruptus judiciis, processum eorum, & finem in pecuniarium commodum ordinando, quandoque justificans impium, innoxium injustè condemnans: sic & alios corrumpere judices pro obtinenda super oppressionibus inchoatis injusta victoria nisus fuit. Tertiò, quantùm ad se, ut qui sibi nequam existeret, nulli alii bonus esset, suæ namque famæ prodigus, se perjuriis patenter involvit, irregularitatisque laqueis irretivit, & (quod referre pudet) in corpus suum fornicando peccans per continuatum incontinentiæ vitium, quo se dudum fœdaverat, Pontificali posteà decoratus honore, in sua ponere gloria maculam, & fœmora sua non erubuit mulieribus inclinare. In his quidem ejus sic reprehendendi ingressus, sic scandalosus, pernicioſus exemplo progressus, ut vitio hujusmodi, sive culpis nescius finem imponere, & periculosus egressus, cùm adeò foret in ipso habituata malitia, quòd (remanente sibi adsolitâ facultate) in iniquitatis opere voluntas sibi deficere minimè speraretur. Propter quod, ne prioribus pejus committeret, illud solum æstimamus salubre remedium; ut quod velle non poteramus auferre, eriperemus vel posse. Nos itaque super præmissis & pluribus aliis ejus nefandis excessibus cum fratribus nostris ex sano consilio deliberatione cohabitâ diligenti, in præfatum Hugonem Geraldi, qui se omni honore ac dignitate reddidit tam indignum, quique ob suas iniquitates, ne præsit, est abjectus à Deo, suis ligatum peccatis, omnique honore ac dignitate Pontificali jam privatum à Domino, de consilio omnium & singulorum fratrum ipsorum, perpetuæ depositionis sententiam duximus promulgandam: Pontificali eum, & Sacerdotali, & alio quolibet officio privantes, & ad perpetuum carcerem condemnantes: ut ibi committendis cessantibus agat pœnitentiam de commissis. Nulli ergò hominum liceat hanc paginam nostræ promulgationis & condemnationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Avenion. XV. Calend. Junii, Pontif. nost. Anno 2.

DE POENITENTIIS ET REMISSIONIBUS.

TITULUS IX.

CAP. I.

¶ Centesimo quoque anno visitantibus basilicas Petri & Pauli Apostolorum, plenissima peccatorum venia concedatur.

Bonifacius VIII.

ANtiquorum *a* habet fida relatio, quòd accedentibus ad honorabilem basilicam Principis Apostolorum de urbe, concessæ sunt magnæ remissiones & indulgentiæ peccatorum. Nos igitur, qui juxta officii nostri debitum salutem appetimus & procuramus libentiùs singulorum, hujusmodi remissiones & indulgentias omnes & singulas ratas & gratas habentes, ipsas auctoritate Apostolicâ confirmamus & approbamus, & etiam innovamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Ut autem beatissimi Petrus & Paulus Apostoli eò ampliùs honorentur, quò ipsorum basilicæ urbe devotiùs fuerint à fidelibus frequentatæ, & fideles ipsi spiritualium largitione munerum ex hujusmodi frequentatione magis senserint se refertos: Nos de omnipotentis Dei misericordia, & eorundem Apostolorum ejus meritis, & auctoritate confisi, de fratrum nostrorum consilio, & Apostolicæ plenitudine potestatis, omnibus in præsenti anno millesimo trecentesimo, à festo Nativitatis Domini nostri Jesu Christi præterito proximè inchoato, & in quolibet anno centesimo secuturo, ad basilicas ipsas accedentibus reverenter, verè pœnitentibus & confessis, vel qui verè pœnitebunt, & confitebuntur in hujusmodi præsenti, & quolibet centesimo secuturo annis, non solùm plenam & largiorem, imò plenissimam omnium suorum concedemus & concedimus veniam peccatorum: Statuentes, ut qui voluerint hujusmodi indulgentiæ à nobis concessæ fieri participes, si fuerint Romani, ad minus XXX. diebus continuis, seu interpolatis, & saltem semel in die: Si verò peregrini fuerint, aut forenses, simili modo diebus XV. ad basilicas easdem accedant. Unusquisque tamen plùs merebitur, & indulgentiam efficacius consequetur, qui basilicas ipsas ampliùs & devotiùs frequentabit. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis, approbationis, innovationis, concessionis, & constitutionis infringere, &c. Datum Romæ apud sanctum Petrum, VIII. Cal. Mart. Pontif. nost. Anno 6.

CAP. II.

¶ Annus Jubilæus, sive plenaria remissio, quæ olim dabatur quolibet centesimo anno omnibus verè pœnitentibus & confessis, visitantibus basilicas beatorum Petri & Pauli, per istam extravagantem ad annum quinquagesimum reducitur.

Clemens VI. *Archiepiscopis Tarracon. ejusq; Suffraganeis.*

UNigenitus Dei filius de sinu Patris in uterum dignatus est descendere matris, in qua & ex qua nostræ mortalitatis substantiam divinitati suæ, in suppositi unitate, ineffibili unione conjunxit, id quod fuit, permanens, & quod non erat, assumens: ut haberet, unde hominem lapsum redimeret, & pro eo satisfaceret Deo Patri. Ubi enim venit plenitudo temporis *b*, misit Deus filium suum factum sub lege, natum ex muliere, ut eos

a *Vide Dist. scholasticos l. 4. sent. dist. 19, 20. & 21. inde enim sunt apertæ, quæ traduntur in textu & glossis. adde Rossensem, contra Lutb. art. 17. & aliquot sequentibus.* b *ad Gal. 4.*

qui sub lege erant, redimeret, ut adoptionem reciperent filiorum. Ipse namque factus a nobis à Deo sapientia, justitia, sanctificatio, & redemptio, non per sanguinem hircorum, aut vitulorum, sed per proprium b sanguinem introivit semel in sancta, æternâ redemptione inventâ. Non enim c corruptibilibus auro & argento, sed suiipsius agni incontaminati & immaculati pretioso sanguine nos redemit: quem in ara crucis innocens immolatus non guttam sanguinis modicam, quæ tamen propter unionem ad verbum pro redemptione totius humani generis sufficisset, sed copiosè velut quoddam profluvium noscitur effudisse, ita ut à planta d pedis, usque ad verticem capitis nulla sanitas inveniretur in ipso. Quantum ergò exinde, ut nec supervacua, inanis, aut superflua tantæ effusionis miseratio redderetur, thesaurum militanti Ecclesiæ acquisivit, volens suis thesaurizare filiis pius pater, ut sic sit infinitus thesaurus hominibus, quo qui usi sunt, Dei amicitiæ participes sunt effecti. Quem quidem thesaurum non in sudario e repositum, non in agro f absconditum, sed per beatum Petrum cœli clavigerum, ejusque successores, suos in terris Vicarios, commisit fidelibus salubriter dispensandum: & propriis, & rationabilibus causis, nunc pro totali, nunc pro partiali remissione pœnæ temporalis pro peccatis debitæ, tam generaliter, quàm specialiter (prout cum Deo expedire cognoscerent) verè pœnitentibus & confessis misericorditer applicandum. Ad cujus quidem thesauri cumulum beatæ Dei genitricis, omniumque electorum à primo justo usque ad ultimum merita, adminiculum præstare noscuntur: de cujus consumptione, seu minutione non est aliquatenùs formidandum, tam propter infinitã Christi (ut prædictum est) meritã, quàm proeo, quòd quantò plures ex ejus applicatione trahuntur ad justitiam, tanto magis accrescit ipsorum cumulus meritorum. Quod fel. rec. Bonifacius Papa VIII. prædecessor noster pie (sicut indubiè credimus) considerans, & attentâ meditatione revolvens, quantum apud homines gloriosi Principes terræ Petrus & Paulus (per quos Evangelium Christi Romæ resplenduit, & per quos Ecclesia religionis sumpsit exordium, qui facti Christiani populi per Evangelium genitores, gregis Dominici pastores, fidei lucernæ, Ecclesiarum columnæ, præ cæteris Apostolis peculiari quâdam prærogativâ in ipso Salvatore fidei virtute præcellunt: Quorum uni, scilicet Apostolorum Principi, sicut bono dispensatori, claves regni cœlorum commisit: Alteri, tanquam idoneo doctori magisterium Ecclesiasticæ eruditionis injunxit) in speciali veneratione haberi debeant, & debitâ honorificentiâ venerari, pro ipsorum memoria recolenda crebrius, & reverentia à cunctis Christi fidelibus eis devotiùs adhibenda, ipsorumque patrocinio favorabiliùs assequendo, inconsumptibilem thesaurum hujusmodi pro excitanda & remuneranda devotione fidelium voluit aperire: decernens de fratrum suorum consilio, ut omnes, qui in anno à Nativitate Domini M. CCC. & quolibet anno centesimo extunc secuturo, ad dictorum Apostolorum basilicas de urbe accederent reverenter, ipsasque si Romani ad minus XXX. si verò peregrini aut forenses fuerint, quindecim diebus continuis vel interpolatis, saltem semel in die, dum tamen verè pœnitentes & confessi existerent, personaliter visitarent, suorum omnium obtinerent plenissimam veniam peccatorum. ¶ Nos autem attendentes, quòd annus g quinquagesimus in lege Mosaica (quam non venit Dominus solvere, sed spiritualiter adimplere) Jubilæus remissionis & gaudii, sacerque dierum numerus, quo lege fit remissio, censebatur: quodque ipse quinquagenarius numerus in Testamentis, Veteri quidem ex legis datione, Novo ex visibili Spiritûs Sancti in discipulos missione, per quem datur peccatorum remissio, singulariter honoratur. Quodque huic plura & grandia divinarum adaptantur mysteria scripturarum: & clamorem peculiaris populi nostri Romani, videlicet hoc humiliter supplicantis, ac nos ad instar Moysi & Aaron, per proptios & solennes nuntios ad hoc destinatos specialiter orantis pro toto Christiano populo, & dicentis: Domine, aperi eis thesaurum tuum, fontem aquæ vivæ, desiderantes benigniùs exaudire, non quidem ut sicut illius Israëlitici populi indurati cesset murmuratio, sed ut istius prædilecti populi, & cunctorum fidelium augeatur devotio, fides splendeat, spes vigeat, charitas vehementiùs incalescat: Volentesque quamplurimos hujusmodi indulgentiæ fore participes, cum pauci multorum respectu propter vitæ hominum brevitatem valeant ad annum centesimum pervenire, de fratrum nost. consilio prædictam concessionem indulgentiæ ex suprascriptis & aliis justis causis ad annum quinquagesimum duximus reducendam. Statuentes de fratrum consilio prædictorum, & Apostolicæ plenitudine potestatis, ut universi fideles, qui verè pœnitentes & confessi in anno à Nativitate ejusdem M.CCC. quinquagesimo proximè futuro, & deinceps perpetuis futuris temporibus de quinquaginta in quinquaginta annis prædictas eorundem Petri & Pauli Apostolorum basilicas & Lateran. Ecclesiam, (quam inclytæ recordationis Constantinus, postquam per beatum Silvestrum, sicut per eosdem Apostolos Deo revelante cognovit, renatus fonte baptismatis fuerat, & à contagio leprę mundatus, in honorem Salvatoris construxisse, quamque idem beatus Silvester novo sanctificationis & chrismationis genere dedicâsse legitur, & in cujus Ecclesiæ parietib. præfati Salvatoris imago depicta primùm toti populo Romano visibiliter apparuit, devotiùs veneranda, quàm ex his & aliis certis & rationabilibus causis, ut ipsa Ecclesia pariter indulgentiæ prædictæ privilegio decoretur, & devotus ab eodem Salvatore, qui in præfatis Apostolis mirabilis prædicatur, eorum meritis & precibus indulgentiæ mereatur percipere largitatem, in hoc censuimus venerandam) causâ devotionis modo prædicto visitaverint, plenissimam omnium peccatorum suorum veniam consequantur, ita videlicet, ut quicunque voluerint indulgentiam hujusmodi assequi, si Romani, ad minus XXX. si verò peregrini aut forenses, modo simili XV. diebus ad prædictas basilicas & Ecclesiam accedere teneantur: Adjicientes, ut ii etiam, qui pro ea consequenda ad easdem basilicas & Ecclesiam accedent, post iter arreptum impediti legitimè, quò minùs ad urbem illo anno valeant pervenire, aut in via, vel dierum prætaxato numero non completo in dicta urbe decesserint, verè pœnitentes (ut præmittitur) & confessi, eandem indulgentiam consequantur. Omnes nihilominus & singulas indulgentias, per nos vel prædecessores nostros Rom. Pontifices tam prænominatis, quàm aliis basilicis & Ecclesiis de dicta urbe concessas, ratas & gratas habentes, ipsas auctoritate Apostolicâ confirmamus & approbamus, ac etiam innovamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam nostræ reductionis, constitutionis, &c. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & dictorum Petri & Pauli Apostolorum se noverit incursurum. Datum Avenion. VI. Calend. Februar. Pontif. nost. An. 1. ¶ Quocirca fraternitati vestræ per Apost. scripta mandamus, quatenus singuli vestrûm, in singulis vestris civitatibus & diœcesibus prædictas nostras literas subditis vobis clero & populo publicetis, & intelligibiliter exponatis, ut annuente Domino ad promerendam hujusmodi indulgentiam se disponant. Cæterùm, quia præsentes literæ nequirent forsitan propter viarũ discrimina, vel alia legitima impedimenta singulis

a 1. Cor. 1. b Ad Hebr. 9. c 1. Petr. 1. d Esaiæ c. 1 e Luc. 19. f Matth. 13. g Levit. 25. c. ubi plenissimè de anno quinquagesimo, sive Jubilæo.

vestrûm commodè præsentari, volumus quòd per te frater Archiepiscope, dictarum literarum transumptum manu publicâ scriptum, tuoque munitum sigillo vobis fratres suffraganei transmittatur: cui velut originalibus literis adhiberi volumus plenam fidem. Datum, &c.

CAP. III.

¶ Constitutio casus Papa reservatos comprehendens, certis ex causis hic ponitur, à quibus nullus potest absolvere sine speciali licentia sedis Apostolicæ.

Paulus Venetus Papa II.

ETsi Dominici gregis saluti semper intenti, singulis cum humilitate poscentibus ea benignè concedere studeamus, per quæ (peccatorum mole depositâ) salus ipsa succedat, & ab hostis humani generis servitute ereptas animas lucrifaciamus Altissimo, qui nobis eas suâ bonitate commisit: id tamen propensiori studio præcavendum esse censemus, ne (cujusvis indulgentiæ, remissionis vel facultatis obtentu) Christi fideles procliviores ad illicita in posterum committenda reddantur, aut veniæ facilitas a eis peccandi tribuat incentivum. Hâc itaque consideratione habitâ, olim emanavit à nobis constitutio tenoris subsequentis, videlicet: Sanctissimus in Christo Pater, & Dominus noster, Dominus Paulus divinâ providentiâ Papa secundus, qui pridem super plenariis remissionibus, quæ semel in vita, & semel in mortis articulo conceduntur, formam & normam instituit, ne passim sine exceptione quorumcunque criminum procliviores redderentur homines ad peccandum, per regulam in cancellaria Apostolica publicatam statuit & ordinavit, quòd in quibuscunque concessionibus & facultatibus absolvendi, casus infrascripti tanquam speciales sedi Apostolicæ reservati, semper intelligerentur excepti: Videlicet offensæ Ecclesiasticæ libertatis, Violationis interdicti ab eadem sede impositi, Criminum hæresis, Conspirationis in personam aut statum Romani Pontificis, seu cujusvis offensæ, inobedientiæ, seu rebellionis ejusdem Pontificis, vel sedis Apostolicæ, Presbytericidii, Offensæ personalis in Episcopum, seu alium Prælatum, Invasionis, Depræ dationis, Occupationis, aut devastationis terrarum Romanæ Ecclesiæ mediatè vel immediatè subjectarum: ac etiam invasionis Romipetarum, seu quorumcunque aliorum ad Romanam curiam venientium: Prohibitionis devolutionis causarum ad dictam curiam, Delationis armorum, & aliorum prohibitorum, ad partes infidelium, Impositionis novorum onerum realium vel personalium, Ecclesiis vel Ecclesiasticis personis, Simoniæ super ordinibus vel beneficiis assequendis, in eadem curia vel extra contractæ: Et generaliter in casibus contentis in bulla, quæ consuevit in die Cœnæ Domini, per prædecessores suos Romanos Pontifices publicari: Considerans, quòd plerunque contingit suam sanctitatem hujusmodi facultates, & confessionalia, tam præsentibus, quàm absentibus, etiam oraculo vivæ vocis concedere: (ne prætextu concessionis hujusmodi, vel pœnitentes vel confessores in suprascriptis casibus fallantur, & fallant) statuit & decrevit, suæ intentionis fuisse, & esse, per quascunque concessiones & facultates per suam sanctitatem, tam scripto, quàm verbo factas, & in posterum faciendas, nemini licere irretitos dictis casibus absolvere sine speciali suæ sanctitatis licentia: quinimò concessiones & indulta prædicta, quoad casus exceptos hujusmodi, nulli penitus suffragari. ¶ Ut autem ipsa constitutio (quæ duodum, scilicet quinto Calendas April. anni ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi, millesimi quadringentesimi sexagesimi sexti, Pontificatûs nostri Anno secundo, publicata fuit) eisdem Christi fidelibus plenius innotescat, nulluscj; illius ignorantiam prætendere valeat in futurum: præsentibus inseri fecimus, ut ad majorem omnium perveniat notionem. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti, ordinationis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ M. CCCC. LXVIII. quinto Nonas Mart. Pontificatûs nostri Anno 5.

a *Venia facilitas invitorum traxit delinquendi. c. ut Clericorum. extr. de vita & honest. Clericorum.*

CAP. IV.

¶ Bulla confirmationis anni Jubilæi, publicata apud sanctum Petrum in die Nativitatis Domini, in qua continetur, quod annus Jubilæus est ad brevius tempus reductus, quàm olim esset: quoniam vigesimo quinto quoq; anno cunctis fidelibus basilicas urbis Romanæ hic expressas visitantibus, illius indulgentia concederetur. Et illo durante, aliæ indulgentiæ ubiq; cessant.

Sixtus IV.

QUemadmodum a operosi, vigilisque pastoris solertia oves suæ custodiæ deputatas, curat à ferarum præservare incursibus, & ad statum prosperum fœtu multiplicato perducere: ita quoque & nos (quibus dispositione supernâ universi gregis Dominici solicitudo commissa est) & supremis desideramus affectibus, & studiis nitimur indefessis, cunctos Christi fideles, quos à justitiæ semita hostis humani generis diabolicâ fraude avertit, depositâ peccatorum farcinâ, suo reconciliare auctori: ut æternæ felicitatis præmiis nostri redemptoris inæstimabili charitate media potiantur, fiatque nostræ operationis ministerio, utilitate publicâ suadente, etiam per gratiarum susceptionem, quod eorum saluti conveniat, atque nostra & prædecessorum nostrorum ordinationes salubres debitis effectibus mancipentur. Olim siquidem felicis recordationis Paulus Papa secundus, prædecessor noster, rationabilibus causis tunc expressis inductus, de venerabilium Fratrum nostrorum, tunc suorum (de quorum numero tunc eramus) consilio, annum Jubilæum ad brevius tempus providâ moderatione reducens, illum ad annum vigesimum quintum Apostolicâ auctoritate restrinxit, ac voluit, statuit, & decrevit ex causis prædictis, quòd singulis viginti quinque annis Jubilæus annus prædictus celebrari deberet: quodque anno Domini M. CCCC. LXXIV. proximè futuro, videlicet à vigilia Nativitatis Domini nostri Jesu Christi, idem annus Jubilæus inciperet, & ut sequitur, finiretur: ac universi & singuli utriusq; sexûs fideles, qui beatorum Apostolorum Petri & Pauli basilicas, Lateranensem quoq; & sanctæ Mariæ majoris almæ urbis Ecclesias statutis diebus devotè visitarent, omnes & singulas indulgentias, & peccatorum remissiones consequerentur, quas idem Pontifex suique prædecessores anno Jubilæo hujusmodi basilicas & Ecclesias prædictas visitantibus devotè concesserant, perquasdam primò, & deinde nos, qui (dicto prædecessore, sicut Domino placuit, sublato de medio) fuimus divinâ disponente clementiâ ad apicem summi Apostolatûs assumpti, & per alias nostras literas, ejusdem Pauli prædecessoris ordinationem, voluntatem, & statutum, ac omnia & singula in eisdem suis literis contenta, de fratrum eorundem consilio approbantes: Similiter statuimus & ordinamus, quòd annus Jubilæus prædictus, cum eisdem indulgentiis & remissionibus plenariis peccatorum, anno proximè futuro

a *Vide extravagantem Gregorii XIII. incip. Dominus ac redemptor, quâ indicitur sanctus Jubilæus pro anno 1575.*

à vigilia

à vigilia Nativitatis ejuſdem incipere, & ut ſequitur, continuari deberet: prout in ſingulis literis prædictis (quarum tenores præſentibus haberi volumus pro expreſſis) plenius continetur. ¶ Verum, quia poſtmodùm tamnos, quàm idem Paulus prædeceſſor noſter, dum in humanis ageret, animarum ſalutì fidelium intenti, multorum Principum & aliorum Chriſti fidelium, ac devotarum perſonarum pulſati precibus, diverſas indulgentias & peccatorum remiſſiones plenarias nonnullis Eccleſiis, monaſteriis & piis locis duximus concedendas: propter quas populorum forſan concurſus ad baſilicas & Eccleſias antedictas retardari, aut ipſius anni Jubilæi celebritas minui, vel intermitti poſſet, cum animarum non modico detrimento: Nos qui univerſorum credentium profectibus & ſalutì proſpicere ex debito miniſterii paſtoralis adſtringimur (ne propter aliarum indulgentiarum hactenus à nobis, ſeu eodem Paulo, vel aliis prædeceſſoribus noſtris conceſſarum, hujuſmodi effuſionem, hoc ſanctum opus, ac remiſſionis & gratiæ annus Jubilæus intermittatur, aut fideles ipſi a tanto munere reddantur expertes) remediis opportunis providere volentes, omnes & ſingulas plenarias, etiam ad inſtar Jubilæi, ac etiam commutandi vota, aut ſuper eis & male ablatis incertis, aut per uſurariam pravitatem, vel alium illicitum modum extortis, diſpenſandi & componendi, aut illa ſub certis modo & forma remittendi, & deputandi confeſſores, cum poteſtate abſolvendi, etiam in caſibus ſedi Apoſtolicæ reſervatis, facultates, conceſſiones, & indulta à nobis & eadem ſede, vel illius auctoritate quibuſcunque Eccleſiis, monaſteriis, hoſpitalibus, & piis locis, univerſitatibus, fraternitatibus quibuslibet, tam in perpetuum, quàm ad certum tempus, in vita, ſeu in mortis articulo, quovis modo, aut quàvis causâ, quomodolibet conceſſas & conceſſa, & in poſterum forſitan concedendas, vel concedenda, auctoritate Apoſtolicâ tenore præſentium de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, uſque ad noſtrum & ejuſdem ſedis beneplacitum ſuſpendimus, illasq; durante beneplacito noſtro & ſedis prædictæ ſuſpenſas eſſe volumus, nec interim alicui ſuffragari: indulgentiis tamen baſilicarum & Eccleſiarum dictæ urbis in ſuo plenario robore durantibus: Diſtrictiùs inhibentes, alias indulgentias (præterquàm tantùm) in locis publicis vel privatis prædicari aut nuntiari, earumque prætextu à quæſtoribus a aliquid exigi quoquo modo. Quinimò quæſtores & prædicatores quoſcunque per locorum ordinarios a prædicationibus & quæſtis hujuſmodi faciendis, volumus & mandamus præſentium auctoritate arceri, ſub cenſuris & pœnis Eccleſiaſticis, de quibus viſum fuerit opportunum. Nulli ergò omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum ſuſpenſionis, inhibitionis, mandati & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Tybure anno incarnationis Dominicæ, M. CCCC. LXXIII. 4. Calend. Septemb. Pont. noſt. Anno 3.

CAP. V.

¶ Sixtus tempore ſuo nullius multas conceſſerat indulgentias: quas certis ex cauſis hic revocat.

Idem.

ETſi Dominici gregis ſaluti ſemper intenti, ſingulis cum humilitate poſcentibus ea benignè concedere ſtudeamus, per quæ (peccatorum mole depoſitâ) ſalus ipſa ſuccedat, & hoſtis humani generis ſervitute ereptas animas lætificamus Altiſſimo, qui nobis eas ſuâ bonitate commiſit: id tamen propenſiori ſtudio præcavendum eſſe cenſemus, ne cujuſvis indulgentiæ, remiſſionis, vel facultatis obtentu, Chriſti fideles procliviores ad illicita in poſterum committenda reddantur, aut facilitas veniæ eis peccandi tribuat incentivum. Cùm itaque (ſicut multorum fide dignorum teſtimonio accepimus) ob multitudinem facultatum per nos, vel auctoritate noſtrâ conceſſarum, tam verbo, quàm in ſcriptis, confectis exinde literis vel non, Prælatis & perſonis Eccleſiaſticis, etiam religioſis & ſecularibus utriuſque ſexûs, Capitulis, Collegiis, Conventibus, hoſpitalibus, confratriis, & univerſitatibus, tam in genere, quàm in ſpecie, ſub electione, vel deputatione confeſſorum, qui eligentes eoſdem, vel pro indulgentiis per nos conceſſis conſequendis, ad Eccleſias & alia pia loca confluentes, ſeu ad aliqua ja opera manus porrigentes adjutrices, earundemque confratriarum confratres & ſorores, ac in hoſpitalibus prædictis decedentes, ſeu deſervientes, aut eis pie aliquid relinquentes, vel aliqua alia meritorum miniſteria exhibentes, & in ordinibus profitentes, eorum confeſſione diligenter auditâ, in ſingulis etiam ſedi Apoſtolicæ reſervatis caſibus ſemel in vita, & in aliis toties quoties, ac in morte plenariè, vel aliàs etiam ad effectum conſequendi quaſcunque indulgentias plenarias, vel non plenarias, abſolvere, & pœnitentiam ſalutarem eis injungere, emiſſâ quoque vota per illos quæcunque in alia pietatis opera commutare liberè & licitè valeant: fideles præfati ad peccandum, & ad alia illicita committendum, nonnunquam procliviores exiſtant, in non parvum periculum ſalutis animarum ſuarum: Nos qui Deo propitio ejuſdem gregis Dominici (meritis licet inſufficientibus) cauſam gerimus, & illum ſpiritalis theſauri clargitione cupimus ipſi Deo reddere acceptabilem: ne exinde clavium auctoritas deducatur in contemptum, ipſique ad peccandum procliviores (ut diximus) liberius prolabantur: Ex præmiſſis & aliis rationalibus cauſis animum noſtrum moventibus, motu proprio (non ad alicujus nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera voluntate & deliberatione) auctoritate Apoſtolicâ tenore præſentium ſtatuimus & ordinamus, quòd de cætero prætextu facultatum hujuſmodi conceſſarum à nobis, vel auctoritate noſtrâ, & quas concedi quomodolibet continget in poſterum, verbo, literis, aut quàvis aliâ ſcripturâ, etiam cum clauſula, quòd ſola ſignatura ſufficiat, etiam in favorem fidei & cruciatæ, nullus confeſſorum eorundemquempiam, cujuſvis ſtatûs, gradûs, ordinis, vel conditionis exiſtat, & quàcunque Eccleſiaſticâ, etiam Epiſcopali, vel majori, aut mundanâ, etiam regali, & majori dignitate præfulgeat, qui offenſæ Eccleſiaſticæ libertatis, violationis interdicti ab eadem ſede impoſiti, ſeu hæreſis, poſtquam fuerint de ea ſententialiter condemnati, delati, ſeu publicè diffamati: conſpirationis in perſonam aut ſtatum Rom. Pont. ſeu cujuſvis offenſæ, inobedientiæ, aut rebellionis ejuſdem Pont. vel dictæ ſedis, mutilationis membrorum, vel occiſionis cujuſcunque in ſacris ordinibus conſtituti: offenſæ perſonalis in Epiſcopum ſeu alium Prælatum: invaſionis, depræ dationis, occupationis, aut devaſtationis terrarum Romanæ Eccleſiæ mediatè vel immediatè ſubjectarum: ac etiam invaſionis Romipetarum, ſeu quorumcunque aliorum ad Romanam curiam venientium: prohibitionis devolutionum cauſarum ad dictam curiam: delationis armorum & aliorum prohibitorum ad partes infidelium: impoſitionis novorum onerum, realium vel perſonalium, Eccleſiis vel Eccleſiaſticis perſonis: ſimoniæ ſuper ordinibus vel beneficiis conſequendis in dicta curia vel extra eam contractæ, criminum quomodolibet reus foret: Et generaliter in caſibus contentis in literis, quæ conſueverunt in die Cœnæ Domini publicari, prætextu hujuſmodi facultatum abſolvere, & per eos emiſſa peregrinationis ultramarinæ, & vili-

a *Prædicatores quæſtuarios omnino abolevit Conc. Trid. Seſſ. 5. de reform. c. 2. & ult. & ſeſſ. 21. de reform. c. 9.*

tationis liminum Apostolorum Petri & Pauli: in Compostella, & castitatis ac religionis vota: Nisi ex speciali licentia, & certa scientia nostra, de qua demum constare censeatur, cùm in signatura nostra desuper manu nostrâ scriptum, aut in literis nostris expressum fuerit, nos ex certa scientia & de speciali gratia id concedere cum derogatione præsentis constitutionis, illius de verbo ad verbum inserto tenore: non autem per clausulas id importantes: vel in articulo mortis constitutum, & tunc in casibus (in quibus satisfactio fuerit impendenda) factâ satisfactione, vel idoneâ præstitâ cautione, commutare præsumant. Et si aliqui confessorum prædictorum contra præsentem constitutionem quenquam absolvere, aut excepta vota prædicta commutare attentaverint, absolutio & commutatio hujusmodi nullius sit roboris vel momenti. Et contrafacientes eo ipso excommunicationis sententiam incurrant, à qua (nisi in mortis articulo a constituti) ab alio, quàm à Romano Pontifice absolvi non possint: Non obstantibus literis & constitutionibus hujusmodi, ac constitutionibus, & ordinationibus, &c. Et ne aliquis de præsentibus ignorantiam valeat allegare, mandamus eas in Cancellaria Apostolica, & audientia literarum contradictarum legi & publicari, ac inter extravagantes alias Apostolicas constitutiones in quaterno dictæ cancellariæ describi, &c. Nulli ergò omnino hominum liceat hanc paginam nostrarum suspensionis, inhibitionis, mandati & voluntatis, &c. Datum Spiræ, Ann. Domini M. CCCC. LXXVIII.

DE SENTENTIA EXCOMMUnicationis.

TITULUS X.

CAP. I.

¶ Excommunicati sunt, qui pactis aut promissionibus justitiam vel gratiam à sede Apostolica obtinent, & qui tales non revelant: nec illis absolutio facilè conceditur.

Bonifacius VIII.

EXcommunicamus & anathematizamus ex parte Dei omnipotentis, Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti, auctoritate quoque beatorum Apostolorum Petri & Pauli, & nostrâ, omnes Clericos, Religiosos, & Laicos utriusque sexûs, sive sint familiares curiæ, sive alii undecunque, qui aliquod pactum fecerint, seu aliquod parvum vel magnum promiserint, vel promissionem receperint, aut ex pacto sive promissione occulta vel manifesta, facta sub generalibus & plenariè non expressis, sive sit sub specialibus & expressis apertè verbis, quicquam dederint aut receperint, magnum vel parvum, vel promissionem de quacunque re aut utilitate propter hoc consequenda fecerint, vel receperint, pro aliqua justitia sive gratia pro se aut pro alio in causis, vel judiciis, seu aliàs per literas Apostolicas, & quibuscunque modis apud sedem Apostolicam obtinenda. Et sic sententiam ad promittentes & acceptantes, dantes & recipientes duximus extendendam. Illos quoque, qui aliquem sciverint culpabilem in prædictis, & nobis intra dierum trium spatium non retulerint, vel alicui, per quem ad nos verbum fideliter perferatur, simili decernimus sententiæ subjacere. Decernimus etiam, ut nullus hanc incurrens excommunicationis sententiam pro prædictis, vel aliquo prædictorum (absque speciali mandato) nostræ absolutionis beneficium valeat obtinere: nisi forsan ad nos habere accessum non posset, in mortis articulo b constitutus. Nec etiam ad absolutionis gratiam admittatur, nisi priùs quantum dedit vel recepit, integraliter pauperibus largiatur. Justitiam verò sive gratiam sic obtentam nullius prorsùs esse momenti volumus, omnique statuimus carere effectu, & robore firmitatis. Sed & scienter ureutes ipsis, simili sententiâ excommunicationis adstringimus: & reservantes nobis absolutionem eorum cum præmissis in omnibus ad pœnas similes obligamus.

a Vide Conc. Trid. Sess. 14. de casuum reservatione, c. 3. b Vide Conc. Trid. Sess. 14. c. 7. de casuum reservatione.

CAP. II.

¶ Præmissa damna ex interdicto proventuribus statuit quod propter dominum debita non solventem ejus terra vel civitas sine speciali Papæ licentia non interdicatur.

Idem.

PRovidè attendentes, quòd ut frequentiùs, quamvis non sine causâ, sine culpa tamen multorum, interdicti sententiæ proferuntur, quodque fiant nonnulli judices nimis prompti ad proferendas easdem, etiam in negotiis sive causis quæ interdum plus ex cupiditatis, quàm charitatis radice perspiciuis indiciis procedere arguuntur, quodque interdicti tempore divina organa suspenduntur & laudes, nec Ecclesiastica sacramenta ministrantur, ut solent: tolluntur mortuis seu minuuntur suffragia, præsertim per oblationem frequentem hostiæ salutaris: adolescentes & parvuli participantes rarius sacramenta, minùs inflammantur & solidantur in fide: fidelium repescit devotio, hæreses pullulant, & multiplicantur peticula animarum. Præsentis constitutionis providemus edicto, ut nulla Provincia, civitas, castrum, villa, locus, territorium, vel districtus auctoritate ordinariâ vel delegatâ supponatur Ecclesiastico interdicto pro pecuniario debito, vel pro cujusvis monetæ, vel pecuniæ quantitate, quâcunque occasione vel causâ, seu quovis quæsito colore: pro eo maxime, quòd ipsorum domini, rectores seu officiales, quocunque nomine censeantur, aut incolæ seu habitatores, aut singulares personæ ipsorum, statutis vel statuendis, ordinatis vel ordinandis terminis hujusmodi debitum seu quantitatem non solverunt hactenus, aut in antea non exsolvent. Nos enim exnunc decernimus irritum & inane, si secùs hactenus extitit attentatum, vel contigerit attentari, illudque revocamus omninò: Non obstantibus quibuscunque contractibus, obligationibus, pactis, conventionibus, compositionibus, submissionibus, fidejussionibus, consensibus, processibus, & sententiis super hoc habitis, vel habendis juramentorum, pœnarum spiritalium & temporalium, seu mulctarum appositione, vel quâcunque aliâ firmitate vallatis. Nisi talis suppositio interdicti hactenus foret facta, vel in antea fieret de Apostolicæ sedis speciali licentia, & expressa per ipsius sedis patentes literas apparente.

CAP. III.

¶ Andronicum Palæologum se Imperatorem Græcorum nominantem, & hæresis ipsorum fautorem, excommunicatum denunciat: omnesq; eum sic manutenentes excommunicatos, ipso facto decernit excommunicatos, & eorum terras Ecclesiastico supponendas interdicto. Sumq; prævenit bona, quæ ab Ecclesia tenent: & talis fœderatio seu confœderatio nulla est. Fauit cap. ad Apostolicæ. de sentent. & re jud. lib. 6.

Clemens V.

AD certitudinem præsentium, & memoriam futurorum Andronicum Palæologum, qui Græcorum Imperatorem se nominat, tanquam eorundem Græcorum antiquorum a Schismaticorum, & in antiquato schismate constitutorum, & per hoc hæreticorum, & hæresis ipsorum ac schismatis antiqui fautorem, de fratrum nostrorum consilio denunciamus excommunicationis sententiam latam à canone incurrisse, ac ipsius fore sententiæ vinculo innodatum. Cæterùm universis & singulis Regibus, Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, & cæteris omnibus cujuscunque

a Al. antiquatorum.

præmi-

præeminentiæ, conditionis, statûs, necnon universitatis civitatum, castrorum, & aliorum locorum districtius inhibemus, ne cum eodem Andronico Palæologo in hujusmodi excommunicatione manente, societatem vel confœderationem aliquam contrahere sub quovis ingenio, vel machinatione præsumant: vel ei aliàs in his, quibus excommunicatus est denunciatus à nobis, præstare consilium, auxilium, vel favorem publicum, vel occultum. Et si secùs præsumptum fuerit, omnes singulares personas contrarium præsumentes (non obstante quâlibet indulgentiâ sub quacunque forma verborum, vel expressione ipsis ab Apostolica sede concessâ, vel in posterum concedendâ, quam quoad hoc viribus volumus omninò carere) sententiam excommunicationis, quam exnunc in ipsos ferimus, incurrere volumus ipso facto: Terras ipsorum & universitates prædictas, quæ secùs attentare præsumpserint, prout expedire videbimus, Ecclesiastico curabimus subjicere interdicto. Ad privationem omnium bonorum, quæ à quibuslibet tenent Ecclesiis, & ad pœnas alias spirituales & temporales, prout utile putabimus, processuri. Et nihilominùs societatem & confœderationem ipsas (etiamsi pœnarum & juramenti additione vel quâcunque fuerint aliâ firmitate vallatæ) decernimus irritas & inanes. Datum Pictavis III. Nonas Junii, Anno 2.

CAP. IV.

¶ Excommunicati sunt, qui literas à Papa ante suam coronationem concessas impugnant.

Idem *a*.

Quia *b* nonnulli (prout accepimus) contra doctrinam Apostoli suæ prudentiæ, quin potiùs imprudentiæ innitentes, ac disceptare super his, de quibus eis non expedit, satagentes, asserere non verentur, quòd summus Pontifex ante suæ coronationis insignia se non debet intromittere de provisionibus, reservationibus, dispensationibus, & aliis gratiis faciendis, nec se in literis Episcopum simpliciter, sed electum Episcopum scribere: Nec etiam uti bullâ, in qua nomen exprimatur ipsius. Nos talium temeritates compescere cupientes, singulos, qui occasione hujusmodi aliquas literas nostras super negotiis quibuscunque confectas *c*, quæ à nobis ante donationis nostræ insignia emanârunt, ausi fuerint impugnare, excommunicationis sententiâ innodamus. Datum apud Pescum Burdegalensis diœcesis, Anno 2.

a *Ioannes de Sylva in tract. de benef. part. 1. q. 2. dum mentionem hujus extravagantis, eam tribuit Clem. 6.* b *Prov. cap. 2. Ne innitaris. extr. de const.* c *Al. concessas.*

EXTRAVAGANTIUM COMMUNIUM FINIS.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

INSTITUT. JURIS

CANONICI,

QUIBUS JUS PONTIFICIUM SINGULARI METHODO LIBRIS IV. COMPREHENDITUR.

A JOAN. PAULO LANCELOTTO PERUSINO conscriptæ: & in Aula Romana, mandato Pont. Max. ab illustribus viris olim recognitæ.

Nunc primùm rejectis ad finem cujusque columnæ locis, unde sumpti sunt.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

PIO PONTIF. MAXIM.

JO. PAULUS LANCELOTTUS
JURECONSULTUS PERUSINUS, S.

POntificii Juris Institutiones proximis annis superiorum Pontificum jussu & nos conscripsimus, & summi viri castigârunt, quæ quidem optandum sanè erat, ut iis in lucem prodirent auctoribus, quorum mandato & scriptæ & recognitæ fuissent, vel eâ saltem ratione quòd auctores ipsi munera nobis gratiora ac pretiosiora facere consueverint, & sæpè non tam quid, quàm à quibus accipiant, homines soleant perpendere. Sed quando id vel ratio temporum, vel alia quæcunque causa fieri non sinit, illud certè nullâ ratione committi debet, ut juris scilicet Pontificii Institutiones sub alterius, quàm ipsius Pontificis nomine appareant, à quo Pontificia omnia jura emanant: velut enim ab Oceano deducta flumina in ipsum tandem refluunt, ita hoc, quicquid est operis, quod totum de Romanorum Pontificum Constitutionibus derivatum est, ad ipsum Romanum Pontificem, quasi ad fontem proprium, redibit. Ad te autem eò justiùs, quòd magnis aliis animi dotibus, quibus ad Pontificatum tibi aditum parâsti, exactissimam adjunxisti Juris hujus cognitionem. Unde perbellè nunc accidit, ut quæ facultas optimum te meliorem reddit, & ad moderandam difficillimis temporibus Christianam Rempubl. instructiorem, eam nunc tu contrà, cùm Canonum conditor evaseris, beneficium reponens meliorem sis redditurus: cujus rei non dubia jam apparent indicia, cùm ad restituendos antiquos Christianorum mores, atque hæreses extirpandas, sanctissimas quotidiè Constitutiones edere non desistas, quæ dubio procul Christiano gregi non minùs futuræ sunt salubres iis ipsis quæ juris Pontificii, quod nunc tenemus, libros implent, ad illas autem Institutiones hæ nostræ gradum fortè rudioribus facere poterunt. Accipies igitur eas placido ac benigno animo: nam si ita contingere senserimus, ad alia promptiores reddemur, & alacriores. Deus Opt. Max. te nobis diu incolumen, felicemq; servet.

INDEX TITVLORVM, ET PRIMUM PRIMI LIBRI.

I. De Jure Canonico.
II. De Jure Divino, Consuetudine, & Constitutionibus.
III. De Ecclesiasticis Constitutionibus.
IV. De Jure Personarum.
V. De Episcopis, & summo Pontifice.
VI. De Electione.
VII. Qui eligere, eligive possunt.
VIII. De Postulatione.
IX. De Confirmatione Electionis.
X. De Consecratione.
XI. De receptione, & auctoritate Pallii.
XII. De vita & honestate Prælatorum.
XIII. De officio Archidiaconi.
XIV. De officio Archipresbyteri.
XV. De officio Vicarii.
XVI. De Coadjutore.
XVII. De Chorepiscoporum usu sublato.
XVIII. De Translatione.
XIX. De Renunciatione.
XX. De Depositione, seu Degradatione.
XXI. De Sacerdotibus in inferiori gradu constitutis.
XXII. De iis, qui in sacris sunt constituti.
XXIII. De iis, qui sunt in minoribus ordinibus constituti.
XXIV. Communia tam majorum, quàm minorum ordinum.
XXV. Qui promoveri non possunt.
XXVI. De Præbendis & aliis beneficiis.
XXVII. De Collationibus.
XXVIII. De Institutionibus, & Jure Patronatûs.
XXIX. De Clericis non residentibus.
XXX. De Regularibus, ac Monachis.

SECUNDI LIBRI.

I. De Rerum divisione, atque illarum administratione.
II. De Sacramentis.
III. De Baptismo, & ejus effectu.
IV. De Sacramento Chrismatis.
V. De Pœnitentiis & Remissionibus.
VI. De Eucharistia.
VII. De Extrema Unctione.
VIII. De Sacramento Ordinis.
IX. De Sacramento Matrimonii.
X. De Sponsalibus.
XI. De Nuptiis.
XII. Quæ Matrimonium impedire possunt.
XIII. De Triplici cognatione.
XIV. De Clandestina desponsatione.
XV. Qui matrimonium accusare possunt vel contra illud testificari.
XVI. De Divortiis.
XVII. De Rebus sacris, sanctis, & religiosis.
XVIII. De construendis, consecrandis, & reparandis Ecclesiis, & Altaribus.
XIX. De Unionibus Ecclesiarum.
XX. De immunitate Ecclesiarum & subjectione.
XXI. De Censibus, Exactionibus & Procurationibus.
XXII. De Capellis Monachorum.
XXIII. De Religiosis domibus.
XXIV. De Sepulturis.
XXV. De Canonica portione.
XXVI. De Decimis.
XXVII. De Rebus Ecclesiæ alienandis, vel non.
XXVIII. De Peculio Clericorum, Relictis, & Successionibus eorum.

LIBRI TERTII.

I. De Judiciis, & illorum divisione.
II. De Procuratoribus.
III. De Pactis & Transactionibus.
IV. De Arbitris.
V. De in jus vocando.
VI. De Dolo & Contumacia, & in Possessionem missione.
VII. De Libelli conceptione, & oblatione.
VIII. De Exceptionibus & Replicationibus.
IX. De Mutuis petitionibus.
X. De Restitutione spoliatorum.
XI. De Litis contestatione.
XII. De Juramento calumniæ.
XIII. Ut lite pendente nihil innovetur.
XIV. De Probationibus.
XV. De Sententiis, & Re judicata.
XVI. De Executione rei judicatæ.
XVII. De Appellationibus.
XVIII. De Restitutione in integrum.

LIBRI QUARTI.

I. De Accusationibus, Denunciationibus & Inquisitionibus.
II. De Duplici purgatione.
III. De Simonia.
IV. De Hæreticis, & Schismaticis, & Apostatis.
V. De Sortilegis, Maledicis, & Sacrilegis.
VI. De Furtis.
VII. De Usuris.
VIII. De Adulteriis, & aliis conjunctionibus illicitis.
IX. De Crimine falsi.
X. De Homicidio.
XI. De Injuriis, & damno dato.
XII. De Ecclesiasticis Censuris.
XIII. De sententia Excommunicationis.
XIV. De Ecclesiastico Interdicto.
XV. De Suspensione.

FINIS.

INSTI-

INSTITUTIONUM JURIS CANONICI LIBER PRIMUS INCIPIT.

Jo. Paulus Lancelottus J. C. Perusinus, Juris Pontificii Candidatis, S.

PROOEMIUM.

Libros Juris Pontificii diligenter intuentibus facilè apparebit, eos ad quandam imitationem illorum, qui in jure Civili extant, fuisse conscriptos, atque digestos. Nam ut illi Romani Imperatoris, sic hi Romani Pontificis authoritate potissimùm nituntur: ac velut illi Romanorum Imperatorum constitutionibus, Senatûs, aliorumque magistratuum placitis, & JConsultorum responsis constant, sic in hoc Pontificum itidem Romanorum sanctiones, sacrorum Conciliorum decreta, & sanctissimorum virorum haud dissimili ordine congestæ sententiæ conspiciuntur: quæ omnia tam pari postmodùm studio posteritas amplexa est, & tam eodem stylo interpretata, ut inter bonas artes nullæ prorsùs sint, quæ tantâ similitudine sese invicem contingant. Non parva hinc nos interdum cepit admiratio, quânam ratione contigerit, ut veluti Imperatorio nomine Cæsarei Juris in certos libros redacta sunt elementa, non ita etiam ad usum studiosæ juventutis ad jus Canonicum ab ipsis Pontificibus compositæ Institutiones reperiantur, cùm id, si, ut qui-

dem nunc est, contemplemur, ædificii cujusdam referat speciem, januis atque omni propemodùm aditu carentis, & unâ hâc tantùm dissimilitudine à jure Civili sejungatur. Accedit, quòd, cùm nemo sit mortalium qui gloriæ cupidine non tangatur, hoc non sine magna sua laude facturi videbantur. Sed Veteribus quidem facilè id cognosci poterit, in jaciendis & struendis hujus Juris fundamentis videlicet occupatis, & quasi materiæ defectu impeditis: at Recentioribus, ejus facultatis tractatibus ad justum corpus excrescentibus, Institutiones inde elicere, & quasi de rudi marmore statuæ cujusdam effigiem ducere non difficile fuisset: & quæ nostrorum est felicitas temporum, non modò in ea re illustrium virorum operâ uti, verùm etiam per se id præstare nonnulli potuissent. Sed & horum quidem vitæ brevitate, quidam multiplicium hæresium, bellorumque tam civilium, quàm externorum procellis facilè excusari possunt. Quis enim in sacri Apostolatûs fastigio universæ Ecclesiæ præsidens, atque orbem ipsum principum discordiis fluctuantem, bellorumque incendiis æstuantem circumspiciens, ad ocium literarium variè agitatum animum facilè possit appellere? Sed hoc nos parùm aliquando perpendisse videri possumus: nam cùm in aula Romana difficilimis temporibus degeremus, de Institutionibus Juris Canonici Pontificio nomine conscribendi, Justiniani Imperatoris exemplo, ipsi Romano Pontifici suggessimus: & quamvis minùs fortè opportunè, de his tamen conscribendis ab eodem mandatum accepimus, & quantùm in nobis fuit, etiam explevimus: siquidem intermisso superioribus annis prælegendi ac patrocinandi munere, impensè operam dedimus, ut per nos hujusmodi Institutiones

ſtitutiones componerentur, quæ, ut Pontificio nomine exirent, non indignæ judicarentur: quòd quidem ex ſententia nobis ceſſiſſe, ita locupletiſſimum ſummorum virorum probavit teſtimonium, ut illæ jamjam de manu Pontificis in manus veſtras venturæ crederentur. Sed uſque adeò poſtmodùm, cùm Romæ ob eam unam rem diu fuiſſemus, ſupremæ manûs impoſitio differebatur, ut qui graviſſimis, ac multiplicibus undique ad ſedem Apoſtolicam confluentibus negotiis admodum ſummum Pontificem, & natura ipſa (ut ajebant) valdè cunctatorem, diſtentum fuiſſe ignoraverit, magnam illo tempore in curia rerum harum incuriam fuiſſe facilè ſuſpicari potuerit. Itaque diutiùs ſuſtinere non valentes in patriam conceſſimus, Pontifex paulò mox in fata. Sed hæc commentariolo ſufficiat nos aliquando fuiſſe complexos. Ergò ſi cui fortè audentiores viſi fuimus, qui tantam rem aggredi tam imbecilli auſi fuerimus, maximis authoribus, atque adeò mandato ipſo Pontificio hanc temeritatis culpam redimere poſſumus: vel certè id non impunè tulimus, qui ob eam rem magnos labores, & impenſas, atque invidorum obtrectationes, neſcio an dicam, fruſtrà ſubierimus, utinam non ampliùs ſubituri. Sed hæc omnia æquiſſimo feremus animo, ſi, quod vehementer ſemper optavimus, noſtra hæc ejuſmodi ſit ſcriptio, quæ ſtudiis veſtris commoda videri poſſit: quòd ſanè his temporibus futurum non deſperamus, quibus ut nonnullos fortè ſacroſancti Pontificii juris ignoratione in errores aliquos, atque hæreſes faciliùs prolabi potuiſſe, ita nunc expeditiore quadam, ejus tractatione non tam facilè juvenum hoc jure imbutos animos aberraturos veriſimiliter exiſtimare debemus. Unde

quamvis non iisdem, quibus inchoatus fuit auspiciis, liber hic noster in lucem prodeat, in communi saltem periculo non fuisse nos ociosos, sed quoquo modo tulisse opem, juvabit. Accipite igitur privati quidem hominis, Pontificio tamen mandato ad jus Canonicum & scriptas, & castigatas Institutiones: Cumque eis nihil sit comprehensum, quod (ni fallimur) sacris Canonibus penitùs non consentiat, ita existimate, si de Pontificis manu eas accepissetis, fuisse id perinde futurum, ac si vobis vasis aureis, ac longè splendidissimis mensis fuissent fercula subministrata: nunc cùm de manu nostra, ac si fictilibus illa quidem atq; exoticis, in sapore tamen nullam fore differentiam.

DE

DE JURE CANONICO,

TITULUS PRIMUS.

¶ *Dividitur in tres partes. In prima ponit, unde dicatur Jus Canonicum. In secunda, quid sit. In tertia, ex quibus constet. Partes patent. h. d.*

IURI Canonico daturum operam nósse oportet, unde talis denominatio desci dat. Et quidem Jus, generale est nomen: Canonicum verò, dicitur à verbo Græco Κανὼν, *a* quod Latinè idem significat, quod regula: unde Jus Canonicum, Jus regulare non malè dixeris: quam denominationem ex eo accepit, quod ex regulis priscorum patrum ad rectam vivendi normam institutis deductum fuerit. Est igitur Jus Canonicum, quod civium actiones ad finem æternæ beatitudinis dirigat. Constat verò in primis id Jus divinæ legis præceptis, consuetudine, & constitutionibus: quæ singula qualia sint, diligentiùs dispiciamus.

DE JURE DIVINO, CONSUETUDINE & constitutiombus.

TITULUS II.

¶ *Jus divinum est, quod continetur in Lege & Evangelio, & est immutabile. h. d.*

IUs divinum est, quod in Lege continetur, & Evangelio *b*, atque immutabile semper permanet. Sunt *c* enim Legis & Evangelii præcepta, aut moralia, aut mystica. Moralia præcepta nullam omninò mutabilitatem recipere possunt: Mystica verò, etsi quantum ad superficiem mutata videantur, secundùm moralem tamen intelligentiam nullam mutationem recepisse comperiuntur.

¶ *Quid sit consuetudo, & unde duxerit originem, & quam vim habeat. h. d.*

IUs *d* consuetudinis, post naturalem legem sumpsit exordium, ex quo homines in unũ convenientes cœperunt simul habitare: quod ex eo tempore factum creditur, quo Cain civitatem ædificásse legitur. Est autem consuetudo *e*, Jus quoddam moribus institutum, quod pro lege suscipitur: in iis enim rebus, in quibus nihil certi divina statuit Scriptura *f*, mos populi Dei, & instituta majorum pro lege tenenda sunt: & sicut prævaricatores divinarum legum, ita contemptores Ecclesiasticarum consuetudinum sunt coërcendi.

¶ *Prava consuetudo non ligat.*

HÆc tamen de ea consuetudine intelligere nos oportet, quæ neq; divino Juri, neq; Canonicis contradicit institutis: si quid autem contra fidem Catholicam usurpare dignoscitur, non tam consuetudo, quàm vetustas erroris est appellanda.

¶ *Quid sit constitutio, & quotuplex: & civiles constitutiones, quæ non sunt contra Evangelium & Canones, sunt honorandæ, licèt ipsis Ecclesia non ligetur.*

a *Can. 1. dist 1.* b *dist. 1. in sum.* c *can sin. §. hic itaq. dist. 4.* d *can. sin. § jus verò consuetudinis. dist. 6.* e *can. consuetude. 1. dist.* f *can. in iis rebus. 11. dist.*

COnstitutio *a* est lex scripta. Constitutionum autem *b* aliæ Civiles, aliæ Ecclesiasticæ. Civiles sunt, quas Princeps, aut Magistratus, aut populi sibimetipsis sanciunt: quæ quidem, si Evangelicis, atq; Canonicis decretis non sint contrariæ *c*, sunt omni reverentiâ dignæ, atque eis Ecclesia sæpè contra *d* hæreticos, contra Tyrannos, & quoscunque prævos utitur: alioquin nullius sunt momenti. quod usque adeò obtinet, ut etiamsi quid in eis statutum fuerit, quod Ecclesiarum respiciat commodum, nullius firmitatis existat, nisi ab Ecclesia fuerit comprobatum. Sed nos ad Ecclesiasticas constitutiones stylum vertamus, earum originem, species, & authoritatem breviter referentes.

DE ECCLESIASTICIS CONSTITUtionibus.

TITULUS III.

¶ *Canones quibus constent, & quotuplicia sint Concilia, & quæ Concilia universalia.*

CAnonum *a* quidem alii sunt statuta Conciliorum, alii decreta Pontificum, aut dicta sanctorum. Conciliorum verò alia sunt universalia, alia provincialia, alia verò Episcopalia. Universalia sunt, quæ sancti Patres ex universo orbe *f* in unum convenientes, juxta fidem Evangelicam & Apostolicam conciderunt.

¶ *Initium universalium Concilorum celebrandorum post Apostolos cœpit temporibus Constantini: & ipsorum celebrandorum est apud sedem Apostolicam authoritas.*

QUorum *g* celebrandorum initium post sanctissimos Apostolos à temporibus Constantini magni cœpit: ipse enim primus, cùm fervente persequutione docendarum plebium commoditas minimè daretur, Christianis, ut liberè congregarentur, facultatem præstitit. Legitima *h* verò Conciliorum universalium aggregandorum potestas & authoritas est penes sedem Apostolicam: quæ *i*, si Romanus Pontifex interesse impediatur, unum vel plures speciales ad hoc Legatos constituere solet.

¶ *Quatuor sunt principalia Concilia: Nicænum, Constantinopolitanum, Ephesinum, Chalcedonense.*

INter *k* cætera autem Concilia quatuor sunt, quæ totam principaliter Christianam fidem complectuntur, quasi quatuor Evangelia: Nicænum scilicet, Constantinopolitanum, Ephesinum, & Chalcedonense: in quibus velut in quadrato lapide sanctæ fidei structura consurgit.

¶ *Inter discordantia Concilia præponitur sententia ejus, quod est majoris authoritatis.*

a *Can. constitutio. 2. dist.* b *3. dist. in sum.* c *gl. p. Can. cùm ad veram. 96. dist.* d *Can. 1. in fin. & Can. seq. dist. 10.* e *can. 2. §. porrò. dist. 3.* f *Can. 1. in prin. vers. sub hoc. d. 15.* g *can. 1. in prine. dist. 15.* h *dist. 17. in sum. in fin. & can. 1. & seq. d. dist.* i *queb. fertè.* k *can. 1. § inter cætera. & can. seq. dist. 15.*

ALia vero Concilia, quæ ductu Sancti Spiritus congregata & celebrata fuerint, proximum ab istis sibi locum vendicant. Quòd si quando inter ea discors sententia inveniatur, illius sententia magis est tenenda, cujus antiquior & major est authoritas.

¶ *Provincialia Concilia quæ sint, & quam authorit. habeant.*

PRovincialia *a* Concilia sunt, quæ propter Ecclesiasticas causas, & altercationum sedationes per singulas provincias, convocante Metropolitano Episcopo omnes provinciales Episcopos, & cathedralium Ecclesiarum Capitula, celebrari placuit. Hæc autem neque diffiniendi *b*, neque generaliter constituendi vim aliquam habent: sed tantùm curandi, ut id servetur, quod aliàs statutum est, & quod generaliter seu specialiter observari præceptum est: licèt interdum & quæ ab his rectè statuta sunt, etiam Catholica Ecclesia suscipiat.

¶ *Quæ sint Episcopalia Concilia, & qui ipsis ligentur.*

EPiscopalia Concilia sunt, quæ Episcopus in sua diœcesi singulis annis *c* convocat, dum inter suos Abbates, Presbyteros & Clericos cognoscit. In iis, si quid ab Episcopo statutum fuerit, nec subditi extra diœcesim constituti, neque ignorantes (nisi sit ignorantia supina) ligantur. Quamobrem pastoralis officii cura postulat, ut, quæ in illis constituta fuerint, Episcopus suis plebibus nota facere non omittat.

¶ *Decreta Pontificum Romanorum æquipollent decretis Conciliorum.*

DEcreta *d* quoq; Pontificum Romanorum Canonibus Conciliorum pari potestate exæquantur. Nam si id demùm hodiè probatur, quod sedes Apostolica probavit, & quod illa repulit, rejicitur: multò magis quæ ipsa pro Catholica fide, pro sacris dogmatibus diverso tempore scripsit, debent ab omnibus reverenter recipi.

¶ *Scripta sanctorum non inserta Iuri communi, secundum, post decreta Pontificum Romanorum, locum obtinent.*

ALia *e* sanè est causa eorum, quæ sancti viri, vel sacræ paginæ interpretes scripta reliquerunt: nam quæ sacris canonibus interserta comperiuntur, parem cum eis obtinent firmitatem, cætera verò post scita Pontificum authoritatem tenent: nam licèt divinarum scripturarum interpretes scientiâ Pontificibus interdum præcedant, quia tamen statuendi potestate destituuntur, in scripturis quidem exponendis illis quandoque præponuntur: in causis verò diffiniendis, secundum post eos locum habere merentur. Aliud est *f* enim causis terminum imponere, aliud scripturas diligenter interpretari, cùm in negotiis diffiniendis non solùm necessaria sit scientia, verùm etiam potestas.

¶ *Ius Canonicum versatur circa personas, res, & judicia.*

VErsatur autem Jus Canonicum circa tria: circa personas, res, & judicia. Verùm quia posteriora duo ad personas referuntur, videamus prius de personis: parùm enim esset illa noscere, si personæ ignorentur, quarum causâ illa ipsa constituta sunt, & per quas ea omnia administrantur.

DE JURE PERSONARUM.
TITULUS IV.

¶ *Christianorum quidam sunt Laici, quidam Clerici: & Clericorum quidam sunt in sacerdotio constituti, quidam in sacris, non in sacerdotio, quidam nec in sacerdotio, nec in sacris.*

PErsonarum *g* genera duo sunt, unum Laicorum, alterum verò Clericorum. Laici, qui & populares dici possunt, sunt, quibus licet temporalia possidere, uxorem ducere, causas agere, inter virum & virum judicare. Clerici sunt, qui divinis officiis mancipati sunt, & quos ab omni strepitu cessare convenit. Videamus igitur de iis, qui divinis officiis sunt ascripti: nam si cognoverimus, quæ istæ personæ sunt, simul etiam & qui Laici sint, intelligemus. Horum autem quidam sunt in sacerdotio, quidam in sacris, quidam nec in sacerdotio, nec in sacris. Rursùs eorum qui in sacerdotio constituti sunt, quidam sunt in altiore gradu vel ordine positi, quidam verò in inferiore. Videamus igitur primùm de his Sacerdotibus, qui in altiore gradu positi sunt, proximè de his, qui in inferiore, ac subinde de his, qui tantùm in sacris ordinibus constituti sunt, visuri & demùm de his, qui nec in sacerdotio nec in sacris reperiuntur.

DE EPISCOPIS ET SUMMO Pontifice.
TITULUS V.

¶ *Episcoporum ordo est tripertitus, & Patriarchæ primum post Papam locum tenent.*

IN altiori gradu constituti sunt Episcopi. Est autem *a* Episcoporum ordo tripertitus: Alii enim sunt Patriarchæ, sive Primates: alii Archiepiscopi: alii simpliciter Episcopi. Patriarchæ *b* sunt, qui primum post Romanum Pontificem tenent locum: quales Constantinopolitanus, Alexandrinus, Hierosolymitanus, Antiochenus. Appellantur autem Patriarchæ, quia summo honore funguntur, quasi Patrum Principes: unde ob dignitatis excellentiam, & crucem *c* iis deferre, & ab Episcopis & Archiepiscopis appellationes recipere jure permittitur.

¶ *Archiepiscopi sunt Præsules Episcoporum unius provinciæ.*

ARchiepiscopi *d* sunt unius provinciæ Episcoporum Principes & Præsules. Provinciæ siquidem *e* longo ante adventum Christi tempore, maxima ex parte divisæ erant: quæ divisio postmodum ab Apostolis & eorum successoribus renovata est. Itaque ubi dudum Primates erant seculi, nostros Patriarchas vel Primates leges Ecclesiasticæ poni jusserunt. In civitatibus autem Metropolitanis, quæ minores Judices habebant, illi hodie præsunt, qui Metropolitanorum, aut Archiepiscoporum nomine designantur. Ad hos igitur inter suos Suffraganeos cognoscere pertinet: à quibus tamen si durius illi habiti & accepti fuerint, ad Primates, aut sedem Apostolicam appellare poterunt.

¶ *Episcopi sunt, qui præsunt majoribus populis, & Latinè speculatores appellari possunt, & magna est ipsorum in Ecclesia authoritas.*

SImpliciter autem Episcopi sunt *f*, qui majoribus populis & frequentioribus civitatibus præsunt. Ii speculatores Latinè dici possunt: Episcopus enim quasi speculator in Ecclesia præpositus est: Mores enim & vitam populorum infra se positorum speculatur & perspicit. Horum autem non modica in Ecclesia est authoritas: nam præter ligandi solvendique potestatem, & visitandi diligentiam, soli sacrum chrisma conficiunt *g*, soli Dei altaria & Ecclesias consecrant, & pollutas repurgant, Clericos ordinant, suspendunt & deponunt: ad hos pertinet excommunicatio, purgationis indictio, dispensatio, solennis pœnitentiæ impositio.

¶ *Quod inferiori conceditur, multò magis conceditur & superiori.*

QUod autem diximus, prædicta solos Episcopos efficere posse, non eum habet intellectum, quasi Archiepiscopi & Primates non eandem habeant potestatem

a *Dist. 17. per totum. & can. propter. dist. 18.* b *d. dist. 13. c. 18. in fin.* c *Can. pen. in Palea 18. dist. & c. sicut olim. extrà, de sacræ.* d *Can. 1. per totum. dist. 19.* e *dist. 20. per totum.* f *& sed aliud. in fin. d. distinct. 21.* g *Can. duo sunt genera. 21. quæst. 1.*

a *Can. 1. vers. ordo. dist. 21.* b *d. can. 1. & Patriarcha.* c *C. antiq. Patriarchalium extr. de priv.* d *Can. 1 dist. 21.* e *C. 1. dist. 99.* f *Can. 1. & Episcopus. dist. 21.* g *Can. 1. vers. ad Episcop. dist. 23. can. quamvis. dist. 68. & 26. q. 6. per totum.*

tem, sed, quòd Presbyteris & cæteris inferioribus illa non conceduntur. Ridiculum enim esset cogitare, Episcopis illa quidem permitti, Archiepiscopis & Primatibus, qui Episcopis præsunt, eadem denegari.

¶ *Papa est ordinarius omnium ordinariorum, & Ecclesia Romana omnes Ecclesias subsumit.*

Sicut autem Petrus Apostolus primus fuit Apostolorum, ita & Ecclesia suo nomine consecrata, Domino instituente, prima est & caput cæterarum: & qui illi præest, cæteros Episcopos antecellit: unde ad eam, tanquam ad matrem *a* atque apicem, omnes majores Ecclesiæ & Episcopi recurrunt, à qua, quasi à quodam capite, dona velut in corpus omne diffunduntur. Ipsa autem tanquam omnium magistra, celsiore sede residens, à quoquam judicari non poterit. Quinimò velut tempore Noë omnes extra arcam positi, diluvii vastitate consumpti sunt: sic extra Petri naviculam constituti, æternæ damnationis fluctibus obruentur.

DE ELECTIONE.
TITULUS VI.

¶ *Duobus modis creantur Episcopi.*

PRomoventur autem tam Episcopi, quàm Prælati cæteri, aut per electionem, aut per postulationem.

¶ *Quid sit electio, & quod ad unum jus eligendi habentes citari debent, aliàs non valet electio; & non citatus potest habere ratam electionem.*

CÆterum, ut priùs de electione dicamus, Electio nihil aliud est, quàm hominis alicujus ad dignitatem, vel fraternam societatem Canonicè facta vocatio; nam cùm viduatæ providendum est Ecclesiæ, debent cuncti, qui eligendi jus habent, legitimè citari, ut electioni interfint. Quod si vel in unius persona fuerit id omissum, irritam reddit electionem talis omissio. Sæpè etenim rescriptum est, magis hac in re unius obesse contemptum, quàm multorum contradictionem *b*: planè si is, qui citatus non fuerit, ratam adveniens habere velit electionem, confirmanda erit electio. *c*

¶ *Absens potest uni de Capitulo votum suum demandare. b. d.*

SEd & si quis casu aliquo ad electionem accedere fuerit impeditus, votum suum uni vel pluribus de Capitulo demandare minimè prohibendus erit.

¶ *Procurator ad eligendum non potest unum procuratorio, alium proprio nomine eligere, nisi habeat mandatum de eligenda certa persona.*

ET *d* si tantùm uni votum suum quis demandaverit, & is unum suo, alium mandantis nomine in scrutinio nominandum duxerit, nihil agit, nisi de certa eligenda persona mandatum acceperit: quo casu in illam mandantis, in aliam suo nomine jure consentire poterit.

¶ *Duobus procuratoribus ad eligendum datis in solidum, non possunt ambo eligere, sed erit melior conditio occupantis: & si non appareat de prioritate in occupando, præponitur electus à Capitulo, vel primò nominatus in procuratorio. b. d.*

QUòd si pluribus *e* in solidum vices suas quis commiserit, non quidem omnes reddere votum poterunt (quia vota dirigere possent in diversos, ticque res non haberet exitum) sed erit occupantis melior conditio: & si ita concurrant, ut inter eos prior non appareat, is admittetur duntaxat, quem vel Capitulum, vel pars major elegerit: vel si concordare nequeant, is qui primus in instrumento vel literis procurationis nominatus fuerit.

¶ *Non possunt plures deputari ad eligendum non in solidum. b. d.*

SI autem plures non in solidum constituti fuerint, eâdem ratione nullus eorum admittendus erit, sibique mandans imputet, qui sic eos imprudenter constituerit.

¶ *Non potest votum in electione reddi per literas.*

SEd cùm absens reclamante Capitulo extraneum constituere nequeat, videamus, an, si nullus de collegio velit esse procurator, saltem per literas votum suum reddere valeat? & sanè, cùm non ante electionem, sed in ipsâ electione secretè & sigillatim duntaxat singulorum vota sint exprimenda, per literas reddi non poterunt.

¶ *Superius dicta non habent locum in electione Papæ, in qua multa sunt specialia. b. d.*

SEd hæc quidem in aliorum Episcoporum, non in Romani Pontificis electione obtinent. In hujus enim nec ulla necessaria est citatio, nec alii quis absens votum suum demandare permittitur. Alia quoque in eo specialiter constituta sunt, quæ ex Decretalium libris decentius est quàm hic, accipere.

¶ *Electio celebratur tribus modis, & quomodo per inspirationem: & quòd Laici non per inspirationem, sed per conspirationem dicuntur elegere. b. d.*

CElebratur autem electio tribus modis *a*, per inspirationem, per scrutinium, & per compromissum. Per inspirationem, ut cùm electores nullo præcedente tractatu, quasi divini Spiritûs impulsu, simul omnes in unum repentè consentiunt, & simul unum nominant: quòd si fortè Laici prece vel precio *b* corrupti aliquem concordibus clamoribus petant, is non tam per inspirationem, quàm per nefariam conspirationem nominatus, omni penitùs electionis fructu meritò carere debet.

¶ *Quomodo dicatur celebrari electio per scrutinium, & qui sint scrutatores. b. d.*

PEr scrutinium fieri dicitur electio, cùm præsentibus omnibus, qui debent, volunt & possunt commodè interesse, tres de collegio fide digni assumuntur, qui secretè & sigillatim vota cunctorum diligenter exquirunt, & demùm in scripturam redacta publicant. Quo facto collatione habitâ, is demùm censetur electus, in quem vel omnes, vel major & sanior pars Capituli statim consenserint.

¶ *Pars minor eligentium, ad infringendam majoris partis electionem, potest opponere de propria authoritate ac zelo, & de meritis electi. b. d.*

QUòd si eligentium vota ita se diviserint, ut hinc quidem electorum pars numerosior consistat, inde minor, sed quæ non minùs ex authoritate eligentium, quàm ex meritis electi sanior appareat, ad infringendam partis numerosioris electionem facultas erit minori, & de authoritate ipsorum eligentium, & de meritis eorum qui electi fuerint, opponere.

¶ *Contra electionem factam à duabus partibus non potest opponi, nisi de nullitate voti alicujus earum dictarum partium. b. d.*

HOc tamen tunc obtinebit, cùm non magnus in altera parte contigerit excessus: cæterùm si quando *c* duabus electionibus celebratis, pars altera eligentium, alia duplo major numero deprehendatur, contra hujusmodi electores ad extenuationem meriti vel authoritatis ipsorum, pancioribus, vel electo ab eis opponendi facultas non erit: quanquam, si quid opponere voluerint, quod votum illius, cui opponitur, nullum ipso jure redderet, id eis minimè censetur interdictum. Vocantur autem viri tres de collegio sumpti, scrutatores, eò quòd singulorum vota diligenter scrutentur.

¶ *Quomodo per compromissum celebretur electio, & quòd arbitri non servantes formam compromissi nullius eligunt. b. d.*

PEr compromissum celebratur electio, cùm plures idonei viri eliguntur, in quos omnium vice eligendi certo modo facultas & potestas transfunditur, qui arbitri compromissi fines diligenter custodire debent, scituri, si quid non secundùm demandatam formam egerint, nullum habiturum esse juris effectum.

---

2 *C. antiqua. extr. de privil.* b *C. quod sicut. in fin. princ. d sis. de elect.* c *d. 2. quod sicut. in fin. princ.* d *C. si quis justo. 4. porrò. de elect. in 6.* e *C. si quis justo. in princ. de elect. in 6.*

a *C. perpetuò. ubi præsumpt. 2. Helia. de elect. in 6.* b *Can. si ergò. 8. q. 1. & c. 2. de electim. extrà.* c *C. si quando contigerit. de elect. in 6.*

¶ *Potestas arbitrorum non expirat re non integrâ, etiam non secutâ electione. h. d.*

QUòd *a* si intra terminos constiterint, quod ab eis gestum fuerit, usque adeò ratum habendum erit, ut etiam non secutâ electione, re tamen non integrâ, demandata sibi potestas revocari non possit. Ostendimus quibus modis electio celebretur: consequens nunc est ut videamus, & qui possint eligere, & in quos cadere possit electio.

QUI ELIGERE, ELIGIVE possint.

TITVLVS VII.

¶ *Quibus jus eligendi competat. h. d.*

IUs igitur Prælatum eligendi ad Canonicos hodiè, & ad viduatæ Ecclesiæ pertinet collegium. Sed & si qui consuetudine, vel præscriptione, pacto, vel privilegio fuerint muniti, ab electione minimè sunt excludendi.

¶ *Impuberes, & non constituti in sacris non possint eligere. h. d.*

SEd neque in pupillari ætate constituti, neque ii qui sacris ordinibus non sunt decorati, sunt admittendi. Absurdum enim esset, si ad tanti ponderis res explicandas, ii quorum nullum est animi judicium, & ad sacra tractanda, ii qui nondum illa attigerunt, assumerentur.

¶ *Excommunicatus minore excommunicatione eligit: secus majore.*

ILlud quæsitum est, an excommunicati ad eligendum admitti possint? Et sanè, si minoris excommunicationis vinculo tantum fuerint innodati, ab electione arcendi non sunt: Anathemate autem percussi, ab omni penitùs eligendi facultate repelluntur.

¶ *Suspensus à canone eligit: secus ab homine.*

IN suspenso quoque non absimilis obtinet distinctio. Si enim quis per solam Canonis dispensationem suspensus sit, electioni interesse minimè prohibetur: si verò per Judicis sententiam, anathematizato similis habebitur.

¶ *Eligere à superiore prohibiti, absentes, hæretici, non possunt eligere.*

HIs quoque & illi annumerari debent, quibus à superiore, ne eligant, interdictum est. Item absentes: qui tamen si legitimis causis ad electionem accedere impeditos esse se docuerint, aliis de Capitulo votum suum demandare, secundùm ea, quæ proximè ✱ exposuimus, minimè sunt prohibendi. Hæreticis autem, vel non Catholicis, indistinctè jus eligendi adimitur.

¶ *Ob non servatam formam, & ob negligentiam eligentium, electio devolvitur ad proximum superiorem. h. d.*

INterdum tamen accidit, ut ii, quibus ab initio jus eligendi competit, eo jure postmodùm priventur: ut putà, si qui aliter, quàm per præscriptas formas, elegere tentaverint: Item, qui per tempus constitutionibus diffinitum in eligendo negligentes fuerint: quo casu ad proximum superiorem eligendi potestas devolvitur.

¶ *Electio facta de indigno, jus eligendi transfert ad Romanum Pontificem.*

ALia sanè *c* causa eorum est, qui scientes indignum eligunt, aut postulant: nam licèt & ii eligendi jure priventur, id tamen non ad Primatem, aut Archiepiscopum, sed immediatè ad summum Pontificem devolvitur.

¶ *Laici non possunt eligere. h. d.*

LAicis *d* quoque, etiam si Principes sint, nullo neque consuetudinis, neque præscriptionis, neque conventionis jure, ad electionem aspirare permittitur. Patroni tamen circa jam factam electionem, non indecenter postulatur assensus.

¶ *Qualem Episcopum esse oporteat. h. d.*

OPortet autem eum, qui in Episcopum eligendus sit (cùm Ars sit artium, regimen animarum) ætate maturum esse, natalibus illæsum, corpore integrum, fama candidum, literis instructum, religiosum, prudentem, temperatum, casdum, hospitalem, mansuetum, irreprehensibilem, secundùm ea quæ latiùs infrà *a* dicturi sumus. Si enim ad seculares honores sine suffragatione meritorum indignum est perveniri, & notari ambitus solent, quos probitatis documenta non adjuvant: quàm diligens ac prudens habenda est dispensatio divinorum munerum, & Ecclesiasticarum dignitatum?

¶ *Minor triginta annis, excommunicatus, suspensus, & non constitutus in sacris, & schismaticus non reconciliatus, non possunt eligi.*

IGitur is, qui ad Episcopalem dignitatem promovendus est, annos natus esse debet non minùs triginta *b*: nam eâ ætate Dominum *c* & baptizatum esse, & concionatum fuisse legimus: alioqui si quis minor fuerit, eligi non poterit. Idem *d* juris est in iis, qui aut excommunicationis, aut suspensionis vinculo sunt innodati. Sed nec ii *e*, qui in sacris ordinibus non sunt constituti, saltem subdiaconatu, neque schismatici eligi debent.

¶ *Eligentes indignum per triennium eligi non possunt. h. d.*

ILli *f* quoque qui scienter indignum eligunt, non solùm eligendi potestate privandi sunt: verùm etiam per triennium, ut ab aliis eligi possint, seipsos inhabiles reddunt.

¶ *Neophytæ non possunt eligi.*

NEophytæ *g* quoque in Episcopos ordinari prohibentur: indecens est enim, & valdè præposterum, eum fieri magistrum, qui nondum didicit esse discipulus. Appellantur autem Neophytæ *h*, qui propositum sacræ religionis noviter assumpserunt.

DE POSTVLATIONE.

TITVLVS VIII.

¶ *Quid sit postulatio. h. d.*

POstulatio *i* est ejus, qui eligi non potest in Prælatum, concors Capituli facta petitio.

¶ *Qui non animi vel corporis vitio, sed aliàs non potest eligi, puta minor XXX. annis, vel spurius potest postulari.*

SCiendum est enim, quosdam esse qui quamvis eligi non possint, postulari tamen minimè prohibentur. Quæ res ita videtur posse commodè diffiniri, ut quicunque non animi vel corporis vitio, sed ob alterius defectum qualitatis eligi impediuntur, iidem tamen postulari possint. Ex hoc apparet *k*, eum, qui trigesimum annum nondum complevit, item in minoribus ordinibus constitutum, aut Laicum, item naturalibus læsum *l*, licèt eligi non possint, postulari tamen posse.

¶ *Episcopus & electus debent postulari, non eligi: secus Abbas, & alii inferiores. h. d.*

EPiscopus *m* quoque cùm propriæ sit allegatus Ecclesiæ, ad aliam transitum facere non potest: ea propter non eligendus, sed postulandus erit. Non idem Juris est *n* in Abbatibus, & cæteris Prælatis infra Episcopalem dignitatem constitutis: isti enim, licèt propriæ Ecclesiæ videantur alligati, nihilominùs eligi possunt: proprium tamen non deserunt monasterium, nisi licentiâ legitimè impetratâ.

a *Infrà, de vit. & honestat.* b *c. cum in cunctis. extr. de elect.* c *can. Presbyter. dist. 78.* d *sup. eod. tit. §. illud. & §. seq.* e *can. de Syracusana. in fin. dist. 21. c. à multis. de ætate & qualitat.* f *c. cum in cunctis. §. fin. & c. cum Umanensis. & c. per inquisitionem. extr. de elect.* g *can. 1. dist. 41.* h *can. 2. eâd. dist.* i *gl. in ver. vera postulatio. c. 1. de postulation. in 6.* k *gl. in c. sin. extr. de postulat. & c. cupientes. §. denique. de elect. in 6.* l *c. innotuit. extrà, de elect.* m *d. cap. ubi gl. extra, eod. tit.* n *c. nullus religiosus. & c. Si Abbatem. de elect. in 6.*

DE

DE CONFIRMATIONE Electionis.

TITULUS IX.

¶ *Electus debet intra mensem consentire electioni, alioqui alius poterit eligi. h. d.*

NUnc videndum est de confirmatione. Sciendum est itaque inprimis, Gregoriană constitutione *a* in Lugdunensi Concilio cautum fuisse, ut electores, quamprimùm commode possint, operam dent, ut electi consensum habeant: quem si infra mensem, sine causa legibus cognita, electus accommodare distulerit, jure, si quod ei fuerat ex tali electione quæsitum, statim carere debere: Electoresque ad aliam electionem liberè posse convolare.

¶ *Electus post consensum electioni præstitum, vel notitiam habitam, debet intra mensem ad sedem Apostolicam iter arripere, & quanto citius poterit, confirmationem obtinere.*

EAdem constitutione *b* cavetur, electum infra tres menses post consensum electioni præstitum, si nullum justum impedimentum obsistat, confirmationem à superiore Prælato petere debere: alioqui trimestri spatio elapso electionem esse penitus irritandam. Sed cum interdum eveniat, ut aliquorum locorum vicinitas minùs exigat, aliquorum distantia prolixius tempus exposcat, consultissimè Nicolaus *c* tertius sanxit: Ut electi, quorum electionum confirmationes ad sedis Apostolicæ examen deducit, immediata subjectio, vel appellatio interjecta devolvit, infra mensem post consensum, vel habitam de ipsorum electione notitiam, ad sedem ipsam Apostolicam iter arripiant, & quanto citiùs commodè poterunt, cum omnibus juribus eorum sede Apostolica personaliter comparere nitantur, suarum electionum confirmationes perituri: aliaque insuper adjecit, quibus Ecclesiarum periculosis vacationibus ac malignantium subterfugiis, electorumque incommodis facilè occurritur: quæ non solùm in electionibus, verùm etiam in postulationibus obtinere voluit.

¶ *Non confirmatus non potest res Ecclesiæ administrare. h. d.*

QUamdiu *d* autem quis confirmatus non est, rerum Ecclesiasticarum administrator esse non potest. Quod si negotiis Ecclesiæ, ad quam vocatus est, sese temerè ingesserit, omni jure, quod ei per electionem quæsitum fuerit, statim privandus erit: nullo neque Oeconomatûs, nec procurationis prætextu excusandus.

¶ *Electo non est obediendum, nisi literis confirmationis ostensis. h. d.*

PEtet igitur is, qui confirmatus est, ab Apostolica sede literas, confirmationis suæ tenorem continentes, illisque ostendet, ad quos ea res pertinet: alioqui nulli eum absque dictarum literarum ostensione recipere tenebuntur. Quod & in promotione apud dictam sedem factâ, & in consecrationis, vel benedictionis munere, locum sibi vendicat.

¶ *Confirmatio non conceditur, nisi cum causæ cognitione. h. d.*

IS autem *e*, ad quem confirmatio pertinet, diligenter examinare debet & electionis processum, & personam electi: est enim hoc generale, ut ad eum pertineat examinatio, ad quem manus impositio spectat. Et cùm omnia ritè concurrunt, tunc munus ei confirmationis impendat. Quod si secùs factum fuerit, non solùm dejiciendus erit indignè promotus, verùm etiam indignè promovens puniendus. Nihil est enim quod Ecclesiæ Dei magis officiat, quàm si indigni ad regimen assumantur animarum. Quod cùm in cunctis sacris ordinibus sibi locum vendicet, in Episcopo tamen multò fortiùs: qui ad curam aliorum positus, in se ipso debet ostendere, quomodo cæteros in domo Dei oporteat conversari. Quòd si fortè eligentium vota in duas se diviserint partes, is confirmatoris judicio alteri præferendus erit, qui majoribus juvatur studiis & meritis.

¶ *Si unus sit postulatus, alius electus, præponitur electus æquè idoneus, nisi postulantium sit duplo major numerus. Quæ tamen si ignoranter indignum postulaverant, nec postulatio, nec electio valet: sed si scienter, electio tenet. h. d.*

ET *a* si vacante Ecclesiâ, scisso in duas partes Capitulo, alius quidem electus fuerit, alius verò postulatus, quæri potest, electione confirmandâ, an verò postulatio sit admittenda? In quâ specie si tam postulatus, quàm electus sint idonei, responsum est, Si postulantium numerus sit eligentium duplo major, utique postulationem esse admittendam: sin id minùs, electionem confirmandam. Sed si postulantes indignum nescii postulaverunt, nec postulatio, nec electio rata habenda erit: si scientes & prudentes, erit electio confirmanda.

¶ *In confirmatione faciendâ citandi sunt, quorum interesse potest. Et calumniosè opponentes, puniuntur. h. d.*

ILlud *b* etiam confirmantem observare oportet, ne, dum nimiâ in confirmando celeritate utitur, contra doctrinam Apostoli proprium affectum juri & æquitati præponat. Itaq; si coelectus aliquis, vel contradictor appareat, ante confirmationem nominatim vocandus est: alioqui si nemo apparet in foribus Ecclesiæ, in qua electio facta est, generaliter edicendum erit, ut si qui sint, qui confirmationi futuræ velint opponere, ad contradicendum in assignato peremptorio termino præsentes esse debeant. Quæ omnia locum habent, sive concorditer electio fuerit celebrata, sive non. Sciant tamen ii, qui contra electionem opponendum duxerint, se, si probationibus destituti fuerint, ab omni pœnitentiæ præsidio exclusos, legitimis pœnis esse subjiciendos.

¶ *Potest dispensari cum electo schismatico, si nullum ordinem à schismaticis susceperit. h. d.*

DE *c* illo dubitari contingit, an ejus, qui abjurato schismate ad unitatem Ecclesiæ rediit, confirmanda sit electio? & responsum est, Stà schismaticis nullum susceperit ordinem, & ejus electio canonicè celebrata deprehendatur, posse illam dispensativè confirmari.

¶ *Confirmatus & nondum consecratus, exercet solum quæ sunt jurisdictionis, non quæ sunt ordinis. Ex nemo dat quod non habet. h. d.*

IGitur confirmatione secutâ, inter electum & personas eligentium, hoc est, Ecclesiam, spirituale conjugium *d* contrahitur. Quapropter confirmatus liberam super illis statuendi nancisciturfacultatem. Hoc autem sic intelligi oportet *e*, ut eorum quidem quæ jurisdictionis sunt, ut putà, corrigendi, excommunicandi, jusjurandum exigendi, conferendi, confirmandi, & iis similium, libera confirmato permissâ sit tractatio: Ea verò, quæ non jurisdictionis, sed ordinis sunt *f*, veluti Clericorum ordinationes, benedictiones virginum, depositiones, Ecclesiarum & altarium consecrationes, ante propriam consecrationem peragere prohibetur. Neque enim ratio suadere videtur, ut quis in alios id conferre possit, quo eundem indigere dignoscitur. Quòd si consecratus sit, non solùm quæ jurisdictionis, verùm etiam quæ ordinis sunt, exequi poterit.

DE CONSECRATIONE.

TITULUS X.

¶ *Consecratio expeditè debet intra tres menses post confirmationem. h. d.*

DEbet igitur is qui canonicè electus, confirmatus & examinatus est, noviſſimè consecrari. Quod *g* quidem, ne Ecclesia pastoris quasi destitura solatio aliquod patiatur incommodum, intra tres menses

a *C. quàm sit. de elect. in 6.* b *d. c. quàm sit. de elect. in 6.* c *C. cupientes. de elect. in 6.* d *Cap. avaritiæ. de elect. in 6.* e *C. nihil est. in princ. extrà, de elect.*

a *C. scriptum est, ext. de elect.* b *C. fin. de elect. in 6.* c *C. quia diligentia. ext. de elect.* d *C. 2. & sicut autem. ext. de translat. Episc.* e *Gl. fin. c. transmissa. extr. de elect.* f *C. quod sicut. & præterea. & d. gl. fin. ext. de elect.* g *Can. 2. dist. 73.*

post electionem, nisi legitimum subsit impedimentum, expediri debet: alioqui si Metropolitanus, aut ii ad quos ea res pertinet, negligentes fuerint, Ecclesiasticis condemnationibus subjiciendi erunt.

¶ *Consecrationi interesse debent ad minus tres Episcopi, alioqui non valet. h. d.*

ORdinationi autem interesse debent, non solùm Metropolitanus, verùm etiam comprovinciales Episcopi, qui numerum conficiant trium. Nam & beatus Jacobus, qui Justus appellatus est, à Petro, Joanne & altero Jacobo, Apostolis ordinatus est: successoribus suis scilicet formam dantibus: ut non minùs quoque tribus Episcopis, cæteris quoque assensum præbentibus, Episcopus ordinetur. Quòd si ab uno vel duobus Episcopis ordinatio expedita fuerit, taliter ordinatis, ut Episcopi nominentur, à sanctis Patribus interdicitur: ergò si nomen non habent, officium qualiter habebunt? Evocandi sunt igitur à Metropolitano a Suffraganei: qui si omnes concurrunt, bene est: si aliqui convenire non possunt, sui præsentiam per epistolam facere debent.

¶ *Archiepiscopus impeditus, consecrationem suis Suffraganeis alteri committere potest. h. d.*

QUòd si Metropolitanus, vel infirmitate, vel aliâ justâ causâ ita præpediatur, ut suorum Suffraganeorum aliquem consecrare non valeat, alicui Coëpiscoporum vires suas demandare poterit, à quo consecrandus munus consecrationis recipere tenebitur.

¶ *Deficientibus Episcopis comprovincialibus, advocandi sunt Episcopi vicinæ provinciæ.*

ILlud quæritur, si in provincia in qua olim plures Episcopi fuerint, unum tantùm remanere contigerit, quid fieri debeat, cùm nec solus ordinare possit, & nullos quos convocet, habeat provinciales: De hoc in Sardicensi Concilio b statutum legitur, ut superstes Episcopus convocet Episcopos vicinæ provinciæ, & cum eis comprovinciales sibimet Episcopos ordinet.

¶ *Quomodo sit explicanda consecratio. h. d.*

COngregatis c igitur horâ Dominicæ lucis tertiâ Episcopis, & scrutinio cum precibus celebrato, duo supra caput ordinandi, Evangelii codicem tenentes, manus imponant, & uno super eodem benedictionem fundente, cæteri qui adsunt, manibus suis caput ejus tangant, atque illud unà cum manibus sacro chrismate deliniant: quo demùm peracto, Ecclesiæ Romanæ, atque ejus Pontificibus fidelitas secundùm formam Gregoriani rescripti juranda erit.

DE RECEPTIONE ET AUTHORITATE PALLII.

TITULUS XI.

¶ *Pallii receptio non est differenda: & volens aliquid pallio objicere, debet jurare de calumnia, & intra duos menses objecta probare: alioqui tenetur ad pœnam talionis.*

HOc d amplius Metropolitanum prospicere oportet, ut pallii petitionem & receptionem non differat: cùm sibi sine pallio Episcoporum consecrationem minimè permissam scire debeat. Est autem pallium Metropolitanorum insigne ornamentum, quod de corpore beati Petri sumitur, Pastoralis officii plenitudinem designans: cujus receptio, ut citiùs explicetur, novissimè constitutum est, ne per cujusvis criminis objectionem fortè palliando faciendam differri possit: nisi objicientes corporali juramento præstito firment se, nec agere quicquam callidè, ac de objectis promptam fidem, hoc est, intra bimestris temporis spatium afferant, ad talionis, vel extraordinariam pœnam se Præsidis obligantes arbitrio, si objecta minimè probaverint. Quòd si contradictores ista facere renuerint, eorum objectionibus nequaquam obstantibus, ad ipsius traditionem pallii procedendum erit.

¶ *Metropolitanus solùm in sua provincia, & certis diebus pallio utitur, & pallium personam sequitur, & ideò commodari non potest.*

SEd eo nec semper, nec ubique Metropolitanus uti poterit (id enim soli Romano Pontifici e, dum Missarum celebrat solennia, permittitur) verùm in sua tantùm provincia, ac certis duntaxat diebus. Et cùm personam pallium non transeat f, nec alteri commodari poterit: & cum eo quisque sepeliendus erit.

¶ *Pleraque dicta de creatione Episcoporum, habent locum etiam in aliis Prælatis.*

HÆc de creandis Episcopis dixisse sufficiat: Nunc de illorum vita, ac qualis eorum debeat esse conversatio, pleraque & de cæteris Sacerdotibus intellecturi, paucis expediamus.

DE VITA ET HONESTATE PRÆLATORUM.

TITULUS XII.

¶ *Qui præcellit dignitate, debet & innocentiâ præcellere. h. d.*

DEbet g igitur Episcopus esse sine crimine, & cunctum populum cui præest, conversatione & innocentiâ præcellere. Qualis enim erit ædificatio discipuli, si se magistro intelligat esse præstantiorem? nam Episcopus instituere & admonere omnes debet: nemo autem restè monitoris personam susipit, nisi qui moribus suis aliorum errata condemnat. Quod non solùm de Episcopo, sed etiam de omnibus qui domui Dei deserviunt, intelligi oportet: quia vehementer Ecclesiam Dei destruit, meliores Laicos esse, quàm Clericos: quæque in aliis membris Ecclesiæ vacant à culpa, sæpè in Sacerdotibus habentur illicita.

¶ *Episcopus cavere debet ab improborum commercio, & in corrigendo non minùs charitatem, quam potestatem exercere debet. hoc dicit.*

AB improborum quoque commerciis abstinebit: Malorum enim consortia bonos corrumpunt. Habebit igitur secum honesti testimonii Clericos, qui possint irreprehensibiles inveniri: & si quando illos, sive etiam Laicos inter se dissidere contigerit, ad pacem magis, quàm ad judicium compellat: inque illis corrigendis plùs agat benevolentia h, quàm severitas: plùs charitas, quàm potestas: neque dominari magis, quàm consulere subditis cupiat, ne quod provisum est ad concordiam, tendat ad dissidium.

¶ *Prælatus in corrigendo debet miscere severitatem lenitati. h. d.*

CUm lenitate tamen severitas miscenda est: Nam misericordiæ multùm demitur, si severitate omninò sit destituta: ideoque Rectoribus inesse debet justè consulens misericordia, & piè sæviens disciplina: ut nec in disciplinæ rigore benignitatem mansuetudinis, nec rursus in mansuetudine districtionem deserant disciplinæ: quodque severiùs castigare necesse est, non sævientis plectatur animo, sed medentis.

¶ *Prælatus non debet tolerare perversos. h. d.*

PRætereà cavendum est, ne perversè agentes connivendo toleret. Culpam enim facientis habet, qui, quod potest, negligit emendare: & error, cui non resistitur, approbatur.

¶ *Episcopus orationi & prædicationi debet insistere. h. d.*

IN primis autem orationi & prædicationi insistat: Nam præconis officium suscipit, quisquis ad sacerdotium accedit: hinc est, quòd super Pastores primos in linguarum specie Spiritus Sanctus insedit. Populum itaque prædicando doceat, sed illa doceat, quæ à Deo ipse didicerit,

non

a *Can. 1. & seq. dist. 64. & can. 2. dist. 65.* b *can. fin. d. 65.* c *can. 1. dist. 75.* d *can. 1. dist. 100.*

a *C. ad honorem. eod. tit. extr.* b *c. 1. eod. tit.* c *can. unum orarium. vers. oportet Episc. d. 23.* d *can. licet plerumq. dist. 41.*

non quæ illi caro, vel humanus sensus suaserit. Eapropter sacris libris jugiter insistere illum oportet *a*: nec enim sufficit Prælatis bona conversatio, nisi addatur scientia doctrinæ.

¶ *Episcopus hospitalis esse debet & liberalis. h. d.*

SEd *b* nec utramque sibi sufficere credat: nam largam quoque manum habere debet, & necessitatem patientibus subvenire, alienam inopiam suam credens. Res suas inter histriones, venatores, aut aucupes minimè dispenset: pauperes potiùs in hospitio recipiat, & facilius exemplo suo ad hospitalitatem subditos attrahat.

¶ *Prælatus debet sobrius esse, prudens & pertus, non solùm peritia literarum, verum etiam negotiorum.*

SObrius sit, non vinolentus *c*: non sit percussor *d*, & ad vindictam facilis: imò in omni genere rerum agendarum prudentiam secum habeat: si enim mancum aut debilem sancta contingere nequaquam lex divina permittit, quantò magis doni cœlestis dispensatores esse non convenit (ad quod est deterius) mente debilitatos?

¶ *Episcopus non debet secularibus negotiis se implicare, h. d.*

SIcut autem Episcopum nullo errore convenit involvi, ita nullâ debet cupiditate corripi: & propterea lucri cupidus esse prohibetur, & alicui etiam honesto negotio *d*, ut sibi victum & necessaria quærat, operam dare. Nam & Dominus negotiatores de templo verberatos expulit: &, Apostolo teste, nemo militans Deo, implicat se negotiis secularibus.

¶ *Pudicitia studiosus esse debet Episcopus. h. d.*

PUdicus *e* quoque debet esse, & moribus & verbis pudorem præ se ferre. Eapropter Maguntino Concilio *f* statutum legitur, ut nullus Sacerdos fœminas, de quibus suspicio potest esse, retineat: sed neque matrem, aut amitam, aut sororem retinebit: quia & in illis, instigante diabolo, scelus perpetratum reperitur, aut in posterum sequis earum. Itaque domesticarum *g* quoque personarum immoderatam familiaritatem vitabit.

¶ *Qualis quis sit interius, debet per exteriora demonstrare. hoc dicit.*

OPortet *h* item Episcopum, cæterosque Ecclesiasticis officiis mancipatos, per decentiam habitûs extrinseci, morum intrinsecam honestatem indicare: & ideò, si præterquam ex causa urgenti, indumentis, præter ordinis ac officii decorem, præsertim publicè, luxurientur, illorum impudentia variis modis, non minùs recentioribus, quàm antiquis Pontificum decretis coercetur. In summa, cùm pro populo Episcopi Suffragatores ad Deum parentur, necesse est ut omni genere virtutum ejus gratiam habere nitantur: quia cùm is, qui displicet, ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora provocatur.

DE OFFICIO ARCHIDIACONI.
TITULUS XIII.

¶ *Archidiaconus est à Jure constitutus Vicarius, & quasi oculus Episcopi, & inter Clericos cognoscat, visitat, & corrigenda emendat, & ardua ad Episcopum deferat, de cujus licentia poterit etiam excommunicare. h. d.*

QUoniam verò gravis & lata est Pastoralis officii cura, rectè constitutum est, ut aliqui in Ecclesia sint, qui unà cum Episcopo onus ferant, & sui Prælati valeant sublevare solicitudinem. Talis est Archidiaconus *i*, qui major post Episcopum, & ejus Vicarius reperitur. Cujus vigilantia & solertia usque adeò in domo Dei excubare debet, ut oculus Episcopi non immeritò meruerit appellari. Eapropter debet is audire jurgia singulorum, & quæ corrigenda & emendanda viderit, corrigere & emendare. Quòd si qua fuerint ita ardua, quæ per eum commodè non possint terminari, ad Episcopum suum deferet. Dispiciet quoque ut Primicerius, Sacrista, & Custos injuncti sibi muneris solicitudinem diligenter exequantur. Sed & tertio quoque anno, si Episcopus non poterit, universam Parochiam circumire debet, & cuncta, quæ ordinatione vel emendatione indigere viderit, secundùm Canonicas sanctiones corriget: & si Episcopi authoritas accesserit, excommunicationis etiam sententiam feret.

a *Dist. 36. & seq.* b *dist. 42.* c *dist. 44. in sum. & per totum.* d *dist. 45.* d *can. 2. 21. q. 3. & per totum.* e *in sum. dist. 43.* f *c. 1. extr. de cohabit Cl & mul.* g *dist. 34. in sum. & per totum.* h *dist. 40. & Cl. 2. eod. tit. de vit. & honest. pral.* i *cap. 1. & c. ad hæc nu. extr. eod. tit. & per totum. can. 1. vers. Archidiaconus. dist. 25.*

DE OFFICIO ARCHIPRESBYTERI.
TITULUS XIV.

¶ *Archipresbyter est vicarius Episcopi, circa divina: & Archipresbyterorum duæ sunt species. h. d.*

NOn absimiles Archidiaconis Archipresbyteri habentur: nam & ii Prælati sui circa spiritualia curam sublevant *a*. Horum autem duplex est species: alii enim urbani sunt, alii autem exteri. Urbani sunt, qui Præsulis sui absentis circa divina in urbe vicem sustinent, aut præsentis curam minuunt: ut officium inchoando, celebrando, & benedicendo, & cunctis providendo, quæ Sacerdotum ministerio perfici debent.

¶ *Quæ sit potestas forancorum Archipresbyterorum. h. d.*

EXteri sunt *b*, qui circa singulas plebes constituti, non solùm vulgi solicitudinem gerunt, verùm etiam Presbyterorum, qui per minores titulos habitant, vitam jugi circumspectione custodire debent: qui licèt suis præsint plebibus, ut Episcopus Matrici præest Ecclesiæ: nihil tamen contra sui Præsulis ordinate decretum audere debent.

¶ *Obtinentes aliquam præposituram, debent etiam habere ejus præposituræ ordinem. h. d.*

ADmonendi *c* sunt autem ii, qui præposituræ alicujus administrationem canonicè volunt obtinere, ut non solùm nomen, verùm etiam ordinem habere studeant. Unde *d* nisi qui Archidiaconatum tenent, Diaconi: aut qui Archipresbyteratum, Presbyteri infra annum fiant, amittent honorem, etiamsi justâ causâ prohibente Presbyteri aut Diaconi esse non potuerint.

DE OFFICIO VICARII.
TITULUS XV.

¶ *Vicarius Episcopi non potest inquirere, punire, prævare beneficia, vel eadem conferre, nisi hæc specialiter sibi committantur, hoc dicit.*

PEr Vicarium quoque, cùm Episcopus per se ipsum deservire & residere rationabili causâ prohibetur: aut præsens omnibus commodè par esse non potest, Episcopalis repræsentatur authoritas. In quo tamen illud advertendum est, quòd licèt per generalem officii commissionem Vicario factam *e*, causarum cognitio transferatur: potestas tamen inquirendi, corrigendi, aut puniendi aliquorum excessus, seu aliquos à suis beneficiis vel administrationibus amovendi, vel beneficia conferendi (nisi specialiter concessa sit) non transfertur.

¶ *Habens curam animarum in diversis Ecclesiis, vel Locis, non potest constitui Vicarius.*

DEbet autem Episcopus circumspectus esse, ne Laicum Vicarium sibi constituat. Indecorum *f* est enim, Laicum hominem viros Ecclesiasticos judicare: nec in uno eodemq; officio debet dispar esse professio. Quod etiam lege divinâ prohibetur, dicente Moyse, *Non arabis in bove & asino.* Inde & Honorianâ constitutione cavetur *g*, ut Epi-

a *Can. 1. vers. Archipr. d. 21.* b *c. fin. eod. tit.* c *Cl. 2. de etat. & qual.* d *can. 1. dist. 60.* e *c. 2. & cap. seq. eod. tit. in 6.* f *can. in nova Altone. 16. q. 7.* g *c. fin. extr. eod. tit.*

scopus eum, qui perpetuam Vicariam obtinet, per subtractionem proventuum, vel ipsius Vicariæ ablationem compellat, ut se in Presbyterum promoveri faciat.

¶ *A Vicario appellatur ad Archiepiscopum: ab Archidiacono ad Episcopum. h. d.*

INter Vicarium autem & Archidiaconum illud interest, quòd à Vicario non ad Episcopum, sed ad Archiepiscopum *a*: ab Archidiacono verò, nisi aliud Ecclesiarum inducat consuetudo, ad ipsum, cui immediatè subjacet, Episcopum erit appellandum.

DE COADJUTORE.

TITULUS XVI.

¶ *Ex causa datur Episcopo coadjutor, cujus datio ad sedem Apostolicam spectat. h. d.*

ACcidit *b* etiam interdum, ut pastor senio aut corporis valetudine impeditus, aut sanæ mentis consilio destitutus, super suum gregem excubias ducere non possit: quapropter vir providus & honestus, illi in coadjutorem adjungendus est, per quem tam Episcopo, quam populo utiliter consulatur. Cujus datio, cùm de causis majoribus esse constet, ad sedem Apostolicam, nullâ obstante consuetudine, referenda est. Quod tamen sic intelligi oportet, si non in remotis partibus explicanda sit: cæterùm, si procul ab Apostolica sede Episcopus impeditus deget, tunc secundùm Bonifacianæ constitutionis tenorem providendum erit.

¶ *Etiam inferioribus ab Episcopis dandus est coadjutor: & utrisq; de facultatibus Ecclesiæ erit subvenendum. h. d.*

NEc e solùm Episcopis dandus erit coadjutor, sed etiam, si res exigat, inferioribus: unde, si vel Ecclesiæ Rectorem, vel Archidiaconum ita morbo aliquo contigerit impediri, ut Ecclesiasticis ministeriis, vel nullo pacto, vel non nisi cum scandalo interesse possint, eis quoq; coadjutor adhibendus erit: & ita res temperanda *d*, ut utrique juxta facultates Ecclesiæ vitæ necessaria ministrentur.

DE COREPISCOPORUM USU sublato.

TITULUS XVII.

¶ *Corepiscoporum usus sublatus est. h. d.*

ERant olim & Corepiscopi, quibus circa plurima cum Episcopis ministeriorum communis erat dispensatio: quorum tamen institutio tam in Romana sede, quàm in aliis totius orbis Ecclesiis, tanquam improba & supervacanea, est penitùs interdicta *e*.

¶ *Matrimonium spirituale dissolvitur translatione, renuntiatione, & depositione. h. d.*

VIdimus hucusq; de spiritualis fœdere conjugii, quod inter Episcopum & Ecclesiam contrahitur, quod electione vel postulatione initiari, firmatione ratificari, consecratione intelligitur consummari: item de moribus, & Vicariis, & adjutoribus Episcoporum: tractemus nunc, quibus modis Episcopus ab Ecclesia removetur: & sic quomodo tale conjugium præter mortem dissolvitur. Contingit autem id tribus modis: Translatione, Renuntiatione, & Depositione, seu degradatione: de quibus singulis videamus, ac primùm de Translatione.

DE TRANSLATIONE.

TITULUS XVIII.

¶ *Translatio indulta est ex utilitate, & ex necessitate: & ne cessante, translatio irritatur. h. d.*

TRanslationes, quæ & mutationes a nuncupari possunt, institutæ sunt utilitatis & necessitatis gratiâ. Utilitatis, cùm Episcopus ab ea civitate, cui præpositus est, in aliam transfertur, in qua magis proficere posse verisimiliter existimatur. Sic olim princeps Apostolorum de Antiochena civitate se Romam transtulit, ut scilicet ibidem copiosiùs proficere posset. Necessitate *b* verò nonnunquam Episcopalium sedium mutationes fieri solent, hostium urgente metu. Sed hoc casu, si civitatem, de qua effugerit Episcopus, ab hostibus liberari *c*, & ad priorem statum contigerit revocari, ad eam expulsus revertetur.

¶ *Episcopos transferre, ad solum Romanum Pontificem pertinet. h. d.*

SCiendum est autem Episcoporum translationes, non etiam inferiorum, ad solum Apostolicæ sedis Antistitem certissimâ ratione pertinere *d*: neque super his matrimoniis quicquam præter ejus assensum immutari debere, aut posse. Quod obtinet non solùm, si Episcopus est consecratus, verùm etiam si tantùm canonicè fuit electus, & confirmatus: Cùm (ut suprà diximus) post electionem & confirmationem, inter personas eligentium & electi, conjugium sit spirituale contractum.

¶ *Qui propriâ authoritate se ad aliam Ecclesiam contulerit, & habitâ caruerit, & ambitâ. h. d.*

EA propter *e* quicunq; avaritiâ ducti, aut ambitione impulsi, Ecclesiæ suæ mediocritate despectâ, ad majorem sese plebem propriâ authoritate transtulerint, à cathedra repelli debent aliena, & carere propriâ: ut nec illis præsideant, quos per superbiam spreverunt: nec illis, quos ob avaritiam vel ambitum concupiverunt. Sicut enim vir *f* non debet adulterare uxorem suam: ita nec Episcopus temerè Ecclesiam, ad quam electus fuit, relinquere, ut alteri sese conjungat, etiam si à populo fuerit attractus.

¶ *Quod constitutum est in Ecclesiis Episcopalibus, trahitur etiam ad Ecclesias inferiores. h. d.*

NOn abimilis Juris ratio obtinet in Presbyteris *g*. & cæteris infra Episcopalem dignitatem constitutis. Nam si vel quâlibet causâ, propriâ quis authoritate *h* cum altero suum beneficium permutare voluerit, uterque proprii beneficii jacturam faciet. Beneficiorum enim & præbendarum permutationes generaliter fieri prohibentur *i*: præsertim gactione præmissâ, quæ circa spiritualia, vel spiritualibus annexa, semper labem simoniæ continet: licèt possit Episcopus de uno loco ad alium aliquos transferre, ut qui uni loco minus sunt utiles, alibi se valeant utilius exercere.

¶ *Si permutatio beneficiorum completa est ex una parte, & per alteram stat quò minus impleatur, restituatur pars ad suum beneficium. h. d.*

SUbventum *k* tamen est ei, qui de permutatione cum alio habito tractatu, præbendam suam cùm resignâsset, ab alio quicùm permutationis tractatum habuit, & qui posteà suam resignare recusat, deceptus est: cum enim deceptis, & non decipientibus Jura subveniant, licèt is qui renuntiaverit, à se beneficium abdicâsse videatur, tributa tamen est simplicitati venia, constitutumque ut ad resignatum beneficium reverti possit.

¶ *Collatio de beneficiis causâ permutationis vacantibus, facta alii quam permutantibus, non tenet. h. d.*

ET generaliter, ne concessione Juris utentibus, præsertim circa spiritualia, illudatur, si qua benefitio ex

a *C. Romana, de app. in 6.* b *C. 1. de Cl. agrot. vel debil. in 6.* c *Per totam tit. extr. de Cl. agrot.* d *Cap. 1. & præsenti quoque. de Cler. agrot. in 6.* e *Can. Corepiscopo. & seq. dist. 68.*

a *Can. mutationes. 7. q. 1.* b *Can. sicut scitur. & seq. d. 7. q. 1.* c *Can. posteaquam officii. dist. 7. q. 1.* d *Can. 2. & fin. extr. eod. tit. de translat. Episc.* e *C. quando. extr. eod. tit.* f *Can. sicut vir. 7. q. 1.* g *Can. sicut alterius. in fin. d. 7. q. 1.* h *Cap. cum olim magister. extr. de rerum permutat.* i *Cap. quæsitum. extr. de rerum permutat.* k *Cap. cum universorum. extr. de rerum permutat.*

causa

causa permutationis aliquibus resignata, aliis quàm ipsis permutare volentibus conferantur, nullius firmitatis erit ipsa collatio.

¶ *Non obstantibus expectationibus, beneficiorum permutatio fieri potest. h. d.*

Quinimò *a* si in diœcesi aliqua quidam fortè auctoritate Apostolicâ beneficia proximè vacatura expectent, illi tamen qui secundùm formam Juris sua beneficia in eadem diœcesi ad ordinarii collationem spectantia, liberè ac sine fraude in manibus Episcopi resignaverint, non nisi ex causa permutationis resignaturi, ab hujusmodi expectationibus circa faciendam permutationem minimè impedientur.

DE RENUNTIATIONE.

TITULUS XIX.

¶ *Quid sit renuntiatio, & quibus ex causis possit renuntiari. h. d.*

Per renuntiationem quoque quis ab Ecclesia sua removetur. Est autem renuntiatio, juris proprii spontanea resignatio. Ea verò propter quæ Episcopus potest cedendi licentiam postulare, hæc ferme habent *b*, conscientia criminis, debilitas corporis, defectus scientiæ, malitia plebis, grave scandalum & irregularitas personæ.

¶ *Quale debeat esse crimen, ob quod renuntiari possit. h. d.*

Propter *c* conscientiam criminis, cedendi potest licentia postulari, non cujuslibet, sed duntaxat illius, propter quod ipsius officii executio post peractam pœnitentiam impeditur.

¶ *Quæ debilitas corporis renuntiandi causam præbeat. h. d.*

Non absimilis *d* juris ratio in debilitate corporis obtinet: nam non quælibet, sed solùm illa legitimam renuntiandi præstat causam, per quam quis ad exequendum officium pastorale redditur impotens: cùm interdum non plùs horretur senilis debilitas aliquem cedere, quàm maturitas, quæ in senibus esse solet, quem in suo studeat officio permanere.

¶ *Magnus defectus scientiæ tribuit legitimam causam renuntiandi. h. d.*

Propter *e* defectum quoque scientiæ plerunque potest quis petere cessionem: quia cùm illa circa spiritualem administrationem sit potissimùm necessaria, & circa curam temporalium opportuna, Præsul, qui in utrisque committam sibi debet Ecclesiam regere salubriter, ei renuntiat, si quomodo ipsam regere debeat, ignorer. Quanquam autem desideranda sit eminens scientia in pastore, in eo tamen mediocris tolerari potest: quia imperfectum scientiæ potest supplere perfectio charitatis.

¶ *Malitia plebis justam tribuit renuntiandi causam: item vitatio scandali. h. d.*

Propter malitiam *f* quoque plebis cogitur interdum Prælatus ab ipsius regimine declinare: veluti, quando plebs tam duræ cervicis existit, ut apud ipsam amplius proficere non possit. Item pro gravi scandalo *g* vitando, cùm aliter sedari non potest, licet Episcopo petere cessionem, ne plùs temporalem honorem, quàm æternam videatur affectare salutem.

¶ *Ob irregularitatem potest renuntiari. h. d.*

Item *h* ob irregularitatem: putà, si bigamus. Quòd si fortè de legitimo matrimonio non sit natus, licet hujusmodi irregularitatem subjicere non potuerit, si tamen & culpa latet, & causa, cum eo qui suum laudabiliter implevit officium, injunctâ sibi competenti pœnitentiâ, poterit non minùs utiliter quàm misericorditer dispensari.

¶ *Gratia laboris fugiendi non potest renuntiari. h. d.*

Cæterum *a* ob alias causas renuntiationem affectantes audiendi non sunt: dum fortè aliqui laboris angustias declinantes, ad otium, adversùs glorioſi Pontificis exemplum, aspirare contendant.

¶ *Episcopus qui semel ad vitam Monachalem transivit, non potest rursùs ad Episcopalem dignitatem reverti. h. d.*

Accidit autem interdum, ut Episcopus humilitatis & pœnitentiæ causâ, ab Ecclesia sua removeatur: quod tunc contingit, cùm quis Apostolicâ concessione ab Episcopali sede ad Monachalem descendit subjectionem. Quo casu alius in locum ejus subrogari poterit: ille verò resurgere, Constantinopolitano *b* Concilio vetante, nequaquam valebit.

¶ *Impeditus administrare Episcopatum, & propterea factus Monachus, cessante impedimento, potest reverti ad Episcopalem dignitatem.*

Cæterùm *c* speciales quidam casus inveniuntur, in quibus, prædicto Concilio non obstante, is qui vitam Monachalem elegit, rursum licitè potest ad Episcopatum assumi. Si enim quis, persecutionis rabie sæviente, vel præpeditus adversâ valetudine corporis, cùm proficere nequeat in regimine pastorali, de superioris authoritate ad Monasticam vitam descendat: persecutionis vel ægritudinis impedimento cessante, ad Episcopalem poterit resurgere dignitatem. Idem Juris est, si quis propter doctrinæ defectum, locum regiminis deserens, authoritate Apostolicâ ad otium se contulerit Monachale: nam si per exercitium lectionis, scientiæ reperit margaritam, proculdubio denuò vocatus ad Cathedram pastoralem redire poterit.

¶ *Assecutus Episcopatum simoniacè sed ignoranter, si fiat postea regularis, licet ad primum reverti non possit, alium tamen Episcopatum consequi potest.*

Rursùs *d* si quis insciùs cupiditate parentum fuerit Episcopatum adeptus, & hoc comperto de licentia superioris illum dimittens, observantiam elegerit regularem, etsi ad Ecclesiam eandem redire nequeat, ad aliam tamen promoveri poterit, Constantinopolitani Concilii constitutione non obstante: quam tunc obtinere oportet, cùm pœnitentiæ causâ, quam Episcopatum retinens peragere non valebat, vitam quis elegerit Monachalem.

¶ *Ad eum fieri debet renuntiatio, ad quem spectat confirmatio. h. d.*

Abbas *e* quoque, qui Romanæ immediatè subditus est Ecclesiæ, nisi licentiâ à Romano Pontifice legitimè impetratâ, sui regiminis oneri renuntiare minimè poterit: quòd si Episcopo subjectus sit, cum ejusdem permissione locum suum licito jure poterit relinquere. Et hoc generale est in præbendis, & cæteris minoribus beneficiis, ut apud eum fieri debeat renuntiatio, ad quem pertinere dignoscitur confirmatio: ex quo apparere potest, quòd resignatio facta Laico *f*, nullam Juris obtinet firmitatem.

¶ *Papa potuit renuntiare Papatui. h. d.*

De Romano *g* Pontifice quæsitum est, an, quia nullum habet superiorem in cujus manibus renuntiare possit, Pontificatui ex causa cedere valeat? & super hoc Cœlestinus V. hæsitationis cujusliber volens occasionem amputare, & statuit & decrevit, Romanum Pontificem posse liberè resignare.

¶ *Per procuratorem renuntiari potest, & quatenus valeat renuntiatio facta à procuratore revocato. h. d.*

Potest *h* autem quis non solùm per semetipsum resignare, verùm etiam per procuratorem: qui, si ad ce-

a *C. unic. de rerum permut. in 6.* b *C. nisi cùm pridem. extr. eod. tit.* c *d. c. nisi. §. propter. extr. eod. tit.* d *d. c. nisi. §. alia vero.* e *d. c. nisi. §. pro defectu.* f *C. nisi. §. propter malitiam.* g *d. c. nisi. §. pro gravi.* h *d. c. nisi. §. persona.*

a *D. c. nisi. §. verùm.* b *Can. hoc nequaquam. 7. q. 1.* c *C. post translationem. §. cæterùm. extr. eod. tit. de renunt.* d *D. c. post translationem. §. rursùs. eod. tit.* e *Cap. fin. ubi gl. extr. eod. tit.* f *C. quod in dubio. extr. eod. tit.* g *C. 1. de renuntiat. in 6.* h *Clem. unic. eod. tit.*

dendum Pontificali aut alii cuilibet dignitati vel beneficio, sponte ac liberè constitutus fuerit, si postmodum ignorans revocatus fuerit, tenebit cessio per eum facta, antequam ad ipsius procuratoris, vel illius in cujus manibus cessio fuerat facienda, notitiam revocatio hujusmodi fuerit deducta: nisi forte per ipsos, aut alios dolo malo factum fuerit, quò minùs ad eos, vel eorum alterum, ante cessionem revocatio perveniret.

¶ *Qui impetravit cedendi licentiam, compellitur renunciare. h. d.*

ALiud juris est, si qui cedendi licentiâ cum instantia postulata, atque eâ obtentâ, levitate forte cedere prætermittant: eos enim ad cedendum compellendos esse generali Concilio *a* statuitur.

DE DEPOSITIONE, SEU DEGRADATIONE.

TITULUS XX.

¶ *Spirituale conjugium dissolvitur per degradationem. h. d.*

PEr degradationem quoq; conjugium Ecclesiæ & Episcopi dissolvitur. Nihil enim est aliud degradare, quàm de gradu dejicere: quod institutum est ad similitudinem *b* exauthorationis ejus qui militiæ deservit armatæ: cui tam militaris ordo, quàm etiam insignia ob delictum detrahuntur.

¶ *Duplex est degradatio, verbalis & actualis. h. d.*

ESt autem degradatio duplex, verbalis scilicet & actualis. Verbalis degradatio est, cùm ab eo, qui authoritatem habet, assistente certo Episcoporum numero, depositionis fertur sententia. Actualis verò, sive solennis est, cùm non solùm fertur sententia, verùm etiam ab eo qui degradandus est, vestes & singula insignia sui ordinis gradatim auferuntur. Cujus ordo ac series latissimè Bonifaciana constitutione *d* demonstratur.

¶ *Proprius solùm Episcopus potest deponere constitutos in majoribus ordinibus: secùs in majoribus. h. d.*

QUòd *e* autem dictum est, Episcoporum numero assistente, sic intelligi oportet, si de Episcopo, aut illo degradando agatur, qui sit in majoribus ordinibus constitutus. Cæterùm si de iis agatur, qui minoribus tantùm insigniti sint, proprii Episcopi sententia, absque ullorum Episcoporum *f* interventu, satis erit.

¶ *In degradatione Sacerdotum ob causam hæresis potest procedere solus Episcopus delinquentium, cum suis minoribus Prælatis. h. d.*

QUinimò interdum etiam si Presbyter, vel in sacris constitutus degradandus fuerit, plurium Episcoporum interventus necessarius non erit: nam tales, si pro hæresi *g* sæculari curiæ tradendi, vel perpetuò immutandi sint, quia Episcoporum numerus facilè convenire non potest, solus Episcopus, convocatis Abbatibus & aliis Prælatis, virisq; suæ diœcesis pietate ac bonis artibus instructis, degradare poterit.

¶ *Degradatus traditur curiæ sæculari, & pro eo debet Ecclesia intercedere, & degradatus si misceat sacris, excommunicatur. h. d.*

CLericus igitur ob grave flagitium degradatus, cùm ab Ecclesiastico foro fuerit projectus, sæculari curiæ traditur puniendus. Unde celebranda *h* erit talis degradatio sæculari præsente potestate, & cùm perfecta fuerit, pronunciandum, ut sæcularis judex degradatum, tanquam clericali privilegio exutum, in forum sum recipiat puniendum: pro quo tamen Ecclesia debet intercedere, ut citra mortis periculum in eum sententiam moderetur: & si impetraverit, & degradatus pœnæ superstes fuerit, ab administratione sui ordinis debet abstinere. Quòd si cingulo militiæ cœlestis exauthoratus, ausu temerario sibi dudum commissum audebit in posterum attractare ministerium, etiam ab Ecclesia ex canone Apostolorum erit abscindendus.

a *C. quidam cedendi. extr. eod. cit.* b *c. 2. § actualis. de pœnis. in 6.* c *d. cap. 2. § verbalis. de pœnis. in 6.* d *d. cap. 2.* e *canon. si quis. cum idus. 15. quæst. 7.* f *canon. si autem. in fin. d. 15. q. 7.* g *canon. 1. de hæret. in 6.* h *canon. novimus. extr. de verbor. significat.*

DE SACERDOTIBUS IN INFERIORI gradu constitutis.

TITULUS XXI.

¶ *Sacerdotes inferioris gradûs, sunt Presbyteri: nec sufficit aliquid obiter tractatum esse. h. d.*

NUnc descendamus ad Sacerdotes in inferiore gradu constitutos: subsequenter posteà de iis dicturi, qui licèt Sacerdotes non sint, in sacris tamen constituti reperiuntur: ac demùm de his, qui circa humiliora in domo Dei necessarium ministerium exhibent, qui in minoribus ordinibus dicuntur constituti; de quibus omnibus, si quid superiùs locuti fuimus, obiter potiùs quàm ex professo locuti fuimus. Inferiores Sacerdotes sunt Presbyteri.

¶ *Sacerdotum in duos classes divisio, sumpsit exordium tam à Testamento Veteri, quàm Novo. h. d.*

ET *a* non ineleganter Sacerdotes in duos ordines distributi esse videntur: Hæc enim discretio, tam in Veteri Testamento à Deo per Moysen sumpsit exordium, qui ex præceptis Domini Aaron in summum Pontificem, filios verò ejus inunxit in minores Sacerdotes: quàm etiam in Novo ab ipso Christo, qui duodecim Apostolos, tanquam majores Sacerdotes, septuaginta duos quasi in minores instituit: Petrum verò quasi summum Sacerdotem elegit, dum ei præ omnibus & pro omnibus claves regni cœlorum tribuit.

¶ *Presbyteri & Episcopi olim erant iidem: sed in remedium schismatis, de Presbyteris unus electus est, qui Episcopus diceretur. h. d.*

PResbyterum *b* autem & Episcopum sunt qui eundem olim extitisse affirment, & aliud ætatis, aliud dignitatis fuisse nomen. Sed cùm multi in singulis Ecclesiis Presbyteri constituti essent, in remedium schismatis *c* factum esse, ut per illos unus eligeretur, qui cæteris esset præponendus: electum autem Episcopi retinuisse nomen, eligentes Presbyterorum: quorum erga Episcopos usq; adeò crevit honos, ut illis tanquam filii cœperint obedire, nec jam pro Sacerdotibus habeantur, qui sub nullius Episcopi disciplina & providentia gubernantur.

¶ *Presbyter appellatur potius à prudentia, quam ab ætate. h. d.*

PResbyteri *d* verò nomen, quanquam à senectute sit sumptum, magis tamen sapientiæ indicat maturitatem, quàm corporis canitiem.

¶ *Quæ sit Presbyterorum potestas, & authoritas. h. d.*

EPiscopi *e* igitur ac Presbyteri non penitùs est absimilis circa sacra ministeriorum dispensatio: illorum enim, quæ gerere potest Episcopus, quædam Presbyter suo jure, quædam illius permissione exequitur, quædam verò nullo pacto potest attingere. Proprio jure Presbyter, Dominici corporis *f* ac sanguinis consecrationem, etiam Episcopo præsente celebrat, infantes baptizat, & sanctificato oleo inungit, benedicit, & de occultis peccatis pœnitentes, vel in extremis agentes ad gratiam reconciliationis admittendi potestatem habet. Episcopo permittente *h*, aut ultimâ cogente necessitate,

a *Dist. 21. in summa. & per totum.* b *Can. 1. § unde & apud. 21. distinct.* c *Can. olim idem. distinct. 93. & can. legimus dist. 93.* d *Canon. quisquis. § Presbyteros. distinct. 24.* e *canon. quamvis. distinct. 68.* f *d. canon. quamvis. & canon. 1. § ad Presbyter. 21. distinctum.* g *canon. constat baptismus. de consecrat. distinct. 4.* h *canon. 1. & seq. 26. quæst. 6. & canon. Presbyteris. de consecr. dist. 4.*

& ba-

& baptizatos sacro linire chrismate, & virgines Deo dicare, Presbyteris conceditur. Ecclesias verò erigere, consecrare, reconciliare, sacrum chrisma conficere, Clericos ordinare, excommunicare, pœnitentes publice reconciliare, solis Episcopis reservatur *a*.

DE IIS, QUI IN SACRIS SUNT constituti.

TITULUS XXII.

¶ In sacris constituti sunt Diaconi & Subdiaconi: & Diaconi debent Episcopum custodire, Sacerdotibus celebrantibus assistere. Novum Testamentum prædicare: Eucharistiam verò præsente Episcopo vel Presbytero, populo erogare non possunt. h. d.

Sicut autem Episcopis Presbyteri, ita etiam *b* utrisque debent obedientiam Diaconi: ad quos Episcopum prædicantem ab insidiis custodire pertinet, ne aut ipse quoquo modo lædatur, aut divina verba per detractatores polluantur. Sacerdotibus quoque celebrantibus *c* in omnibus assistent, Evangelium ad populum prædicabunt. Sed nec baptizare *d* præsente Episcopo, aut Presbytero, nec Dominici corporis Eucharistiam populo erogare audere debent, nisi prædictis omnibus longiùs fortasse constitutis, necessitas ad id extrema eos compellat.

¶ Primitiva Ecclesia non habuit Subdiaconos, & apud antiquos Subdiaconatus non reponebatur inter sacros ordines: sed postea & is ordo inter sacros cœptus est haberi: & Subdiaconus potest eligi in Episcopum. h. d.

Subdiaconos *e* licèt & Ecclesia primitiva legatur habuisse, talis tamen ordo apud antiquos inter sacros non annumerabatur: paulatim tamen post aliquot temporum curricula cœptus est & Subdiaconatus inter sacros ordines reponi, eisque ad similitudinem tam Presbyterorum, quàm Diaconorum continentia *f* fuit imperata. Cumque à multis, an in Episcopum Subdiaconus eligi valeret, hæsitaretur, novissimè *g* post Urbanum Innocentii processit constitutio, quæ, ut is quoque in Episcopum liberè eligi valeat, declaravit ac statuit.

¶ Circa quæ versetur officium Subdiaconi. h. d.

Diaconum *h* igitur Subdiaconus subsequitur: ad quem calicem & patinam ad altare deferre pertinet, & Levitis tradere, eisque ministrare. Urceolum quoque, & aquam, mantile, & manutergium tenere, Episcopo, Presbyteris, & Levitis pro lavandis ante altare manibus aquam præbere.

¶ Subdiaconus potest quis ordinari in decimo octavo anno, Diaconus in vigesimo, Presbyter in vigesimo quarto. h. d.

Sicut autem Subdiacono minus creditur, quàm Diacono: & Diacono minus, quàm Presbytero committitur: ita ad Subdiaconatum minor ætas, quàm ad Diaconatum, & ad Diaconatum minor, quàm ad Presbyteratum suffragatur. Poterit igitur hodie *i* quis, nisi aliud Canonicum obstiterit impedimentum, decimo octavo natus anno ad primum sacrum ordinem, vigesimo ad secundum, ad Presbyteratum vigesimo quinto promoveri.

¶ Proprie Sacerdotes appellantur, qui Eucharistiam conficiunt, improprie etiam Diaconus & Subdiaconus.

Diximus autem Diaconum & Subdiaconum non esse Sacerdotes, proprietatem sermonis attendentes. Propriè *k* enim Sacerdos is est appellandus, cui sacrificium corporis & sanguinis Dominici in altari conficere permittitur. Cæterum & ipsi interdum Sacerdotes appellantur, sed per abusionem. Vidimus hactenus de iis, qui in majoribus sunt ordinibus constituti: nunc videamus de iis, qui in Ecclesia Dei minoribus sunt ordinibus insigniti.

a *d. can. quamvis. dist. 68. & can. 1. vers. ad Episcopum. 25. dist.* b *can. Diacens septem. 9. ut igitur. dist. 93. & can. seq.* c *can. 1. vers. ad Diaconum. dist. 25.* d *can. constat baptismo. de consecrat. distinct. 4.* e *c. a multis. extr. de ætate & qualit.* f *can. 1. distinct. 28.* g *d. c. à multis. extra. de ætate & qualit.* h *can. 1. vers. ad Subdiac. dist. 25.* i *Clem. fin. de ætat. & qualit.* k *can. 1. vers. Sacerdos. dist. 21.*

DE IIS, QUI SUNT IN MINORIBUS ordinibus constituti.

TITULUS XXIII.

¶ Minores ordines sunt Acolythatus, Exorcistatus, Lectoratus, & Ostiariatus. h. d.

Sunt igitur in Ecclesia alii minores ordines, qui sine sacramentali unctione, solâ Episcopi benedictione, cum quadam vasorum vel indumentorum distributione, præstantur: ut sunt, Acolythus, Exorcista, Lector, Ostiarius. Acolythus *a* est is, ad quem præparatio luminum, & qui cereum (à quo nomen quoque ducit) deferre debet, quique suggesta pro Eucharistia Subdiaconis præparat. Exorcista *b* is est, qui exorcismos memoriter retinere debet, manusque super energumenos & catechumenos in exorcizando imponere. Lector *c* autem is appellatur, qui lectiones debet pronunciare, & ea, quæ Prophetæ vaticinati sunt, populis prædicare. Ad Ostiarium *d* pertinent claves Ecclesiæ, ut claudat & aperiat templum Dei, & omnia quæ sunt intùs extraque, custodiat, fideles recipiat, excommunicatos & infideles provido judicio repellat.

¶ Psalmistatus est minor ordo, & potest conferri à solo Presbytero. h. d.

Est & Psalmista, id est, Cantor, qui absque scientia Episcopi *e*, Presbytero solùm jubente, officium suscipit cantandi: qui & ipse, licèt apud antiquos dubitatum fuerit, inter minores ordines cœptus est annumerari *f*.

¶ Constituti in majoribus ordinibus nullo pacto matrimonium contrahere possunt, sed constituti in minoribus possunt: sed si contrahant, privantur beneficiis & dignitatibus Ecclesiasticis. h. d.

Horum autem & factorum valde dispar est conditio: siquidem illis ita est continentia imperata *g*, ut nunquam ad matrimonium aspirare valeant: his autem, si ad superiores ordines provehi noluerint, matrimonium contrahere minimè interdicitur: sed eo casu non solùm ad sacros ordines, & Ecclesiasticas dignitates, & administrationes admittendi non sunt: sed etiam *h* beneficiis, quæcunque fortè habuerint, privandi erunt: nam nec ea sine pravo exemplo possunt & gravi scandalo retinere *i*: & tales bona Ecclesiastica dilapidare solent. Hucusque singulariter tam de majoribus ordinibus, quàm de minoribus breviter tractatum fuit: exponamus nunc aliqua, quæ tam majorum ordinum, quàm minorum, sunt communia.

COMMUNIA TAM MAJORUM, QUAM minorum ordinum.

TITULUS XXIV.

¶ Minores debent majoribus exhibere reverentiam, majores verò minoribus amorem & charitatem.

In primis admonendi sunt ii, qui minori sub ordine constituti sunt & officio, ut iis, qui aut ordine præcellunt, aut officio, reverentiam & obedientiam *k* exhibeant, nec per temeritatem alter alterius partes sibi vindicet. Majores quoque meminerint, se majores esse, non dominos: & ob id inferioribus non tanquam subditis dominentur, sed

a *Can. 2. 9. ad acol. dist. 25.* b *d. can. 1. 9. ad exorcistam.* c *d. can. 2. 9. ad lectorem.* d *d. can. 2. 9. ad ostiarium.* e *can. Psalmista. d. 23.* f *gl. in vers. Psalmista. can. 1. 21. dist. & can. 1. vers. ad Psalmist. 21. dist.* g *dist. 26. & 32. per totum.* h *c. 2. c. quod ad. & c. diversis. extr. de Cl. conjug.* i *c. cum decorem. extr. de Cleric. conjug.* k *can. à Subdiacono. dist. 93. gl. 2. v. ad aures. extr. de temp. ordin.*

quasi Clericos honorent, & diligant: & tales sint, qui non solùm præsint, verùm etiam profint.

¶ *Ordinatores debent instruere ordinandos in divinis. h. d.*

ITem sub gravis ultionis comminatione ex ordinatione generalis Concilii debent Episcopi promovendos in Sacerdotes per seipsos, vel alios idoneos viros super divinis officiis, Ecclesiasticisque sacramentis diligenter instruere, & informare. Sanctiùs *a* enim (inquit) est paucos bonos, quàm multos malos habere ministros: quia, si cæcus cæcum ducat, ambo in foveam dilabentur.

¶ *Ordinationem præcedere debet diligens scrutinium. h. d.*

PRæcedet autem ordinationem diligens scrutinium *b*, nec nisi qui *c* tam verbo fidei, quam rectæ conversationis exemplo, Episcoporum vel populari testimonio probantur, ad ordines admittendi erunt. Ordinaturus *d* itaque accipiat secum divinæ legis peritos Sacerdotes, & in Ecclesiasticis sanctionibus exercitatos, qui ordinandorum genus, patriam, ætatem, locum ubi ordinati sunt, si literas callent, si instructi in lege Dei, & ante omnia diligenter investigent, si fidem Catholicam diligenter teneant.

¶ *Examen debet præcedere collationem beneficiorum. h. d.*

QUod *e* & in beneficiorum collationibus observandum erit; qui enim beneficiis Ecclesiasticis præficiendi fuerint, à suo prius Archidiacono examinari debent, & per ipsum postmodum Episcopo præsentari.

¶ *Tam simoniaci ordinatus, quàm ordinans sunt puniendi. h. d.*

IPsi *f* verò quibus talis cura committitur, cavere debent, ne aut cujusquam gratiâ, aut cujuscunque muneris cupiditate illecti, à vero devient, ut indignum, & minùs idoneum, aut non examinatum ad sacros gradus suscipiendos Episcopo præsentent. Quod si aliter fecerint, & qui indignè accesserit, ab altari removebitur, & qui donum Sancti Spiritùs vendere conati sunt, coram Deo jam condemnati, Ecclesiasticâ dignitate carebunt.

¶ *Quæ tempora in ordinationibus servari debent. h. d.*

IGitur *g* per tres continuos dies diligenter examinentur, & demùm sabbatho, qui probati sunt, Episcopo præsententur: Qui tamen secundùm diversitatem ordinum, temporis quoq; servabit diversitatem: non enim *h* omnes ordines quibuslibet temporibus conferri possunt: nam Dominicis & aliis festivis diebus unum, aut duos ad minores licebit promovere, sed ad Subdiaconatum, nisi in quatuor temporibus, & unà & alterâ statutâ die, nulli Episcoporum, præterquam Romano Pontifici, licet aliquos ordinare, nec alicujus loci contraria est admittenda consuetudo. Quod si *i* fortè secùs factum fuerit, ordinans quidem potestate privandus est ordinandi; & ordinatus cùm characterem *k* minimè dubitetur recepisse, pœnitentiâ tantùm præviâ in susceptis ordinibus ministrare sustinendus erit.

¶ *Nec uno, nec duobus diebus continuato jejunio duo sacri ordines conferri possunt. h. d.*

SEd *l* nec uno die, nec duobus continuato jejunio ad duos quis potest sacros ordines promoveri, arbitrariæ ordinanti suspensionis imminente pœnâ.

¶ *Minores ordines omnes simul conferri possunt. h. d.*

DIversum *m* statuitur de minoribus, qui omnes vel unicâ die conferri possunt.

¶ *Cum promoto, per saltum, potest, prætermisso ordine repetito, dispensari. h. d.*

PEr *n* saltum vero si promotus fuerit quis solenniter ordine prætermisso repetito, ex misericordia ministrare permittendus erit.

¶ *Promotus ad sacros ordines furtivè contra prohibitionem Prælati, non potest fieri Sacerdos, nisi prius fuerit monasterium ingressus: secus si non contra prohibitionem, quia tunc potest Episcopus pro arbitrio dispensare, & qui non ordinatus se miscuit divinis, nunquam poterit ordinari. h. d.*

QUòd si *b* furtivè ad sacros ordines quis irrepserit, dispiciendum erit, an Prælati sub anathemate præcesserit interminatio: tunc enim nullâ ratione ad sacerdotalem poterit ordinem promoveri, nisi regulari habitu susceptò laudabilem aliquandiu duxerit vitam: quo casu secum misericorditer dispensari poterit: alioquin nullâ præcedente inhibitione, condignâ satisfactione impositâ, pro suo arbitrio cum illo poterit Episcopus dispensare. Quòd si is, qui nullum adhuc penitùs attigit ordinem *o*, divinum aliquod officium exercuerit, & ab Ecclesia erit abjiciendus, & nunquam ordinandus.

¶ *Qui nondum baptizatus ordinatus est, debet baptizari, & rursus ordinari. h. d.*

DE *d* eo qui non baptizatus ordines susceperit, valdè dubitatum est: de quo post multam tandem discussionem obtentum & constitutum fuit, ut baptizetur, atque iterùm ordinetur: & meritò: cùm enim baptismus *e* omnium sacramentorum janua sit & fundamentum, superædificari non potuit, ubi fundamentum defuit.

¶ *Sacros ordines tantum Episcopus confert, minores interdum & alii: & Episcopus qui loco, non dignitate renuntiavit, sacros ordines conferre potest: secus, si etiam dignitati, quia tunc solum minores confert. h. d.*

ILlud postremò omittendum non est, quòd inter minores & sacros ordines illa est differentia, quia majores ab Episcopis, minores verò etiam ab aliis quandoq; conferuntur. Unde de eo quæsitum est *f*, qui Episcopatui renuntiâsset, an & quales ordines conferre posset? in qua specie obtinuit distinctio, ut si quidem loco tantùm quis renuntiâsset, eos quos ante renuntiationem poterat, rogatus conferre possit. Quòd si non solùm loco, verùm etiam dignitati renuntiavit, minores tantùm quis ab eo recipere, & in illis deservire, & ad majores, si reperiatur idoneus, poterit promoveri. Sanè si ab eodem sacros ordines scienter quis receperit, quia indignum se fecit, officii non habebit executionem: ubi autem non scienter (nisi crassa & supina fuerit ignorantia) discretus Pontifex dispensare poterit.

QUI PROMOVERI NON POSSUNT.

TITULUS XXV.

¶ *Parat quatuor causas sive respectus, ob quos prohibentur homines ordinari. h. d.*

QUoniam verò præcaveri debet, quod vel infirmari, vel vituperari potest: sciendum est, quosdam esse qui non sunt ad Ecclesiasticos ordines admittendi, quòd fieri contingit quatuor ex causis: aut enim quis promoveri impeditur ratione subjectionis, aut ratione delicti jam patrati, aut suspicione futuri lapsûs, aut ob corporis læsionem.

¶ *Servus & libertus non possunt ordinari, & servus ordinatus sciente domino sit ex hoc liber & ingenuus. h. d.*

RAtione subjectionis *g* promoveri impediuntur servi: eos enim, nisi à dominis libertatem consecuti fuerint, nullo debet ordine Episcopus insignire: liber enim esse debet, qui divinæ aggregandus est militiæ. Quapropter non solùm servi, sed nec qui retento obsequio

a *Can. tales. dist. 23.* b *Extr. de scrutinio in ord. faciend.* c *Can. 2. & can. Episcopi. dist. 24.* d *Can. quando Episcopus. d. dist. 24.* e *Can. ad hæc ver. & hoc idem. extr. de offic. Archid.* f *Can. quando Episcopus. & ipsi autem. distinct. 24.* g *d. can. quando Episcopus & igitur.* h *C. 1, 2, & 3. extr. de temp. ordin.* i *C. dilectus filius. extr. de temp. ord.* k *C pen. eod. tit.* l *C. literas. extrà, de temp. ord.* m *De eod. extr. de temp. ord.*

a *C. 1. dist. 52. & c. unic. de Cleric. per salt. prom.* b *Cap. 1. & seq. extr. de eo qui fur. ordin. fuse.* c *Cap. 1. & seq. extr. de Cler. non ord. ministr.* d *Can. 1. extr. de Presbyter. non baptiz.* e *Gloss. 2. d. c. 1.* f *C. 1. extr. de ord. ab Epis.* g *C. 1. & seq. extr. de servis non ordin.*

manu

manumissi sunt, cùm adhuc servitutem quandam servire videantur, sunt ad Clericatûs ordinem promovendi: quòd si contrà factum fuerit, tam ordinantis, quàm ejus qui facto præcinctus est cingulo, Canonicis pœnis coërcenda est audacia. Si tamen servus sciente domino fuerit ordinatus, ex hoc liber erit & ingenuus.

¶ *Manumissus ab Ecclesia, ut eidem serviat in divinis, non potest se transferre ad aliam Ecclesiam: secùs si simpliciter fuerit manumissus. h. d.*

Quòd si *a* quis Ecclesiæ servili conditione obnoxius, ab eadem manumittatur, ut insignitus ordine clericali in ea perpetuò serviat in divinis, liber factus & ordinatus, ad aliam se transferre non poterit: sed si absolutè manumissus fuerit, ad aliam transeundi non erit licentia deneganda.

¶ *Monachi non ordinantur, nisi de licentia Abbatis.*

Monachi *b* quoque, nisi de sui fuerint Abbatis voluntate præpositi, ad Ecclesiastica non sunt officia promovendi.

¶ *Licentia concessa à superiore religioso, ut possit consentire provisioni de se factæ, non valet. h. d.*

Strictiùs *c* adhuc agitur cum religiosis, non solùm circa ordines, sed etiam circa electionem, vel provisionem quamlibet: si cui enim à superiore suo licentia concedatur, ut electioni, vel provisioni, si quam de ipso fieri contigerit, suum accommodare possit consensum, quia ambitionis vitio viam parat talis licentia, nullius firmitatis existet.

¶ *Non potest quis ab extraneo Episcopo ordinari, nisi de licentia sui ordinarii: quam concedere poterit etiam Vicarius & Capitulum, si sedes vacet, vel qui administrat. h. d.*

Patet *d* ratione constitutum est, ne quis alienæ diœcesis virum præter proprii superioris licentiam ordinare audeat: quam tamen Episcopo in remotis agente, dare poterit ipsius in spiritualibus Vicarius generalis, vel sede vacante Capitulum, seu is ad quem tunc temporis administratio spiritualium noscitur pertinere.

¶ *Itali Episcopi non debent ordinare Ultramontanum, nisi de licentia Papæ, vel sui ordinarii. h. d.*

Et *e* hoc quidem non solùm obtinet Italis ordinari flagitantibus, verùm etiam exteris. Etenim illos nullus Italicus Episcopus ordinare debet, nisi vel à summo Pontifice specialem habeat licentiam: vel ab Episcopo, de cujus diœcesi traxerit originem ordinandus, vel in cujus diœcesi beneficiatus existit, per cujus patentes literas causam rationabilem continentes, quare ipsum nolit vel nequeat ordinare: & in qui contravenerint, censuris canonicis coërcentur, prout latiùs ex Clementis IV. constitutione apparet.

¶ *Homicida voluntarius non potest promoveri, & promotus est deponendus: secus de necessario. h. d.*

Patrati delicti ratione qui ordinari prohibetur, ut cùm homicidium, aut aliud capitale crimen *f* facto, aut præcepto, aut consilio perpetraverit: & per surreptionem promotus, dejiciendus erit, dicente Domino, *Si quis per industriam* g *aut per insidias hominem occiderit, ab altari meo evelles eum.* De eo itaque homicida intelligendum est, qui voluntate committit homicidium. Cæterùm si qui necessitate maximâ arctati, effugere nullo pacto valentes, homicidium admiserint, nullam ex hoc irregularitatem incurrunt.

¶ *Fortuitum homicidium commissum, dum dabatur opera rei illicitæ, impedit quem promoveri. h. d.*

Quòd si neque voluntarium fuerit, neque necessarium, sed fortuitum, distinguendum est, num is cujus occasione perpetratum fuerit, illicitæ rei daret operam, an licitæ. Si illicitæ rei *a* dans operam, ut putà, vetito ludo incumbens, casu homicidium perpetraverit, vel bello etiam contra infideles sese immiscens, volens Christiani nominis hostem interfecerit, nec *b* ad sacros ordines promovendus est, & promotus non solùm ad superiores ascendere prohibendus est, verùm etiam in suo ministrare: planè *c* ex dispensatione in inferiore ministrare sustinendus erit.

¶ *Si dans operam rei licitæ, ex negligentia homicidium commisit, irregularitatem incurrit: secùs, si non ex negligentia, sed mero casu. h. d.*

Sed *d* & si licitæ rei opera dabatur, nec tamen debitam quis operi suo adhibuit diligentiam, ex quo homicidium sequutum est, ab omni ministerio altaris excludendus erit: quod in eo responsum est, qui puerum e intuita disciplinæ ita percussit, ut ex percussione expiraverit, vel ex ea in aliam infirmitatem incidit, ex qua compertum fuit expirâsse. Præceptoris enim nimia sævitia culpæ assignatur. Diversum statuitur, si nulla culpa subsit: ut in eo accidit, quo campanas *f* pulsante, ut signo dato conveniret populus ad divina, tintinabulum cadens, ita subjectum puerum percussit, ut ex vulnere decesserit: nam cùm is culpæ penitùs expers fuerit, nullam incurrisse noscitur irregularitatem, etiamsi de homicidio veniam postulaverit. Bonarum enim mentium est ubi etiam culpas agnoscere, ubi culpa non est.

¶ *Infantes, furiosi, dormientes ex commisso homicidio non incurrunt irregularitatem. h. d.*

Idem *g* constitutum est de infantibus, furiosis, & dormientibus, qui si hominem mutilent, vel occidant, nullam ex hoc irregularitatem contrahunt.

¶ *Clerici facientes querelam de suis malefactoribus, non fiunt irregulares, etiamsi Judex mortem illis inferat. h. d.*

Idem & de Clericis *h* qui de injuriis sibi illatis apud Judicem conqueruntur, protestantes quòd ad vindictam, seu sanguinis pœnam non intendunt. Nam si Judex justitiâ exigente mortem delinquentibus inferat, accusatoribus imputari non debet: alioqui si propter hujusmodi metum, quia scilicet Judex ad pœnam sanguinis posset procedere, sic conqueri non auderent, daretur plerisque materia trucidandi eos, & ipsorum bona passim invadendi.

¶ *Publicè pœnitentes non possunt promoveri, possunt tamen ex necessitate deputari in aliquo ministerum ecclesiæ. h. d.*

Pœnitentes *i* quoque tam ad sacros ordines, quàm etiam infimos promoveri non debent: quod utique non de omni pœnitente intelligendum est, sed de eo tantùm, quem publicè ac solenniter pœnituit: quæ pœnitentia semel tantùm in Ecclesia conceditur *k*. Placuit tamen Toletano Concilio *l*, si necessitas aut usus exegerit, inter Ostiarios, vel Lectores hujusmodi pœnitentes posse collocari.

¶ *Qui exercuerunt officia secularia, si honesti sunt, post reddita rationcinia possunt ordinari: secùs est de usurario. h. d.*

Illis *m* illi similes sunt, qui negotiis & officiis secularibus serviunt: quorum tamen vita si post deposita onera, & reddita rationicinia deprehensa fuerit inculpata, omnibus possunt muneribus honestari. Quòd si quis usuras *n* dum negotiaretur, exercuisse compertus fuerit, non solùm ordinandus non est, verùm etiam ordina-

a C. cò libentiùs extr. de fer. non ordin. b canon. 1. dist. 51. c. ad aures, extrà de temp. ordin. c Clem. fin. de elect. d c. 2. & seq. de temp. ord. in 6. e cap. 1. de temp. ord. in 6. f can. si quis voluerit. 50. dist. & per totum. & extr. de homicid. g c. 1. extr. de homic.

a C. continebatur. extrà, de homic. b can. Clericum qui. & canon. seq. dist. 50. c d. c. continebatur. in fin. d c. continebatur. extrà. de homicid. e can. Presbyterum, extrà, de homicid. f c. Joannes sacerdos, d. tit. de homicid. g Clem. 1. de homicid. h c. 2. de homicid. in 6. i canon. canones apud. d. 50. k can. si quis post. & potest. d. dist. 50. l can. placuit. d. dist 50. m c. unic. extrà, de obligation. ad ration. ordin. vel non. n canon. 2. dist. 33.

tus deponendus *a*. Mens enim avida, nec abitinere novit vetitis, nec gaudere concessis. *b*

¶ *Simoniaci, seditiosi, & injuriarum ultores ordinari non possunt. h. d.*

IDem statuendum est de eo, qui quasi dona Dei emptus, pecuniam ad imitationem Simonis *c* obtulerit. Idem & de seditiosis *d*, & his qui propriarum injuriarum pertinaces fuerint ultores.

¶ *Fur occultus potest post restitutionem & pœnitentiam ad sacros ordines promoveri. h. d.*

DE fure, an ad sacros ordines promoveri possit, quæri potest: & si quidem sponte furtum confessus, damnũ passo satisfecerit, & pœnitentiam peregerit, si alioqui idoneus fuerit, nec super furto manifestâ respersus sit infamiâ, ad sacros ordines proculdubiò promoveri poterit.

¶ *Baptizatus in ægritudine non debet ordinare regulariter, & rebaptizati nunquam ordinantur. h. d.*

SEd etsi nullum quis delictum perpetrâsse deprehendatur, quòd illum à sacris excludere valeat ministeriis, adhuc tamen si vel de fide ejus, vel continentia suspicio sit, promovendus non erit. Ut ecce, si quis in ægritudine *f* constitutus, baptizatus fuerit, quia fides ejus non ex voluntate, sed ex necessitate videtur esse, Presbyter ordinari non debet: nisi fortè posteà ipsius studium & fides emicuerit, aut hominum raritas hoc exegerit. Scienter autem rebaptizatis *g*, ut ad Clericatûs gradum promoveantur, permittendum non erit.

¶ *Filii Presbyterorum non possunt ordinari, nisi fiant regulares vel Monachi, vel nisi sint nati ex legitimo matrimonio, vel sint valde morati. h. d.*

PResbyterorum *h* quoque filii à sacris ministeriis arcendi sunt, nisi aut Monachi fiant, vel in congregatione Canonica regulariter viventes, religiosè probati fuerint conversari. Sed hoc *i* de iis intelligere nos oportet, ad quos adulterio natos paterna flagitia hæreditariâ successione descendunt: unde si vel ex legitimo nati sunt matrimonio *k*, vel morum honestas eos commendabiles fecerit exemplis & authoritatibus, non solùm Sacerdotes fieri possunt, sed etiam summi Sacerdotes.

¶ *Bigamus, & qui uxorem duxit viduam, ejectam, vel meretricem, ordinari non possunt. h. d.*

ITem *l* repellendi sunt bigamus, & qui viduam, vel ejectam, vel meretricem, vel ancillam uxorem duxerit. Vidua est, cujus cognitæ maritus mortuus est: Unde *m* is qui ab alio quidem ductam, sed minimè cognitam duxit uxorem, propter hoc impediri non debet, quin possit ad sacerdotium promoveri, cùm neuter carnem suam diviserit in plures. Ejecta est, quæ vivente marito ejicitur. Meretrix, quæ multorum libidini paret, & cujus turpitudo publicè venalis est. Quod non de iis intelligendum est, qui tales adhuc uxores retinent (nam in iis alia ratio est: quia scilicet conjugati non possunt in sacris esse constituti) sed de iis, quorum uxores defunctæ sunt.

¶ *Bigamus est, qui duas duxit uxores, & qui secundas nuptias tantum de facto contraxit, reputatur bigamus. Item, si cum vidua de facto contraxit. h. d.*

ESt autem bigamus *n*, qui duas habuit uxores, sive baptizatus ambas, sive etiam ante baptismum, alteram. Si *o* quis tamen Laicus primam duxerit, in sacris constitutus alteram, an sit inter bigamos reputandus, hæsitatum est. Ex facto autem responsum est, hunc quidem nec bigamum esse, nec maritum viduæ: quia tamen, quantùm in ipso fuit, secundas nuptias contraxit, & viduam duxit, tanquam de bigamo fore constituendum.

¶ *Fornicatus cum pluribus concubinis, non incurrit irregularitatem bigamiæ. h. d.*

ALiud Juris est de concubinis *a*, quas si plures quis habuerit, irregularitatem bigamiæ non incurrit, sed cum eo tanquam simpliciter fornicatus sit, quoad executionem sacerdotalis officii, dispensari poterit.

¶ *Corpore vitiatus, nisi modica sit læsio, ordinari non potest. h. d.*

CAvenda sunt autem iis, qui Ecclesiasticis mancipandi sunt officiis, non solùm animi, verùm etiam corporis vitia. Unde aliquâ parte *b* læsi ad sacerdotium ascendere non valent. Hoc tamen tunc obtinet, cùm evidens & notabilis est læsio: cæterùm, si modica sit *c*, ut putà, qui exiguam partem digiti, vel unguem nolentes amiserint, ita ut sine scandalo possint celebrare, à Sacerdotio repellendi non erunt.

¶ *Abscisi ex necessitate promoveri possunt, secus, si ex voluntate. h. d.*

IDem Jurjs est *d* de eo, cui vel vi, vel in cunabulis, vel de Medicorum consilio metu imminentis periculi virilia fuerint amputata: quod si volentes, & carnali vitio repugnare fortè cupientes, seipsos abscideriut, quia sui homicidæ sunt, ad Clerum pervenire non possunt *e*. Corpore enim vitiati, non casu, sed propriâ voluntate sunt intelligendi *f*: & sicut in illis veniam casus impetrat, ita vindictam in iis voluntas postulat.

¶ *Oculo privatus indistinctè promoveri non potest, licèt retineat ordines: secus si postea talis privatio contingat.*

HÆc autem distinctio non in omnibus membris sibi locum vendicat. Cui enim oculum *g* abstulit casus, licèt voluntas desit, sacerdotium tamen consequi non potest. Cæterùm si sacerdotali in ordine constituto tale quid acciderit, quod olim integer acceperit, non admittet.

¶ *Olim furiosus, vel aliter vexatus, non potest ordinari. Clerici qui aliquando fuerunt dæmoniaci, non possunt ad ulteriores ordines promoveri. h. d.*

IS *h* quoque, qui in furorem aliquando versus insanivit, aut quolibet modo vexationis incursibus effertur, aut quod propè furorem accidit, in scena luserit, vel afflictione diabolicâ vexatus fuerit, ordinari non poterit. Clerici etiam *i*, qui in adolescentia à dæmonibus cognoscuntur obsessi, ad superiorem gradum ascendere non possunt.

DE PRÆBENDIS, ET ALIIS beneficiis.

TITULUS XXVI.

¶ *Connexa & dependentia sunt simul tractanda. h. d.*

POst hæc videamus de præbendis, & illarum concessione: quæ pars Juris extra propositam quidem materiam forsasse videri poterit: loquimur enim in præsenti de jure personarum. Sed cùm suprà de dignitatibus Ecclesiasticis, quibus præbendæ videntur annexæ, locuti fuerimus, non sine causa, sequenti loco potest hæc Juris materia tractari.

¶ *Qui in altari laborat, de altari debet & vivere. h. d.*

PRæbenda nihil est aliud, quàm Jus percipiendi proventus Ecclesiasticos, tanquam unus de collegio competens, & ex canonia procedens. Cùm enim ut lex divina præcipit *k*, qui altari servit, de altari debeat & vivere: dignum est, ut qui divinis ascribuntur obsequiis, Ecclesiæ subsistententur stipendiis. Et ideò institutum olim fuerat *l*, ut ordinationes eorum, qui sine certo titulo

a *C. si quis Clericorum. d. 47.* b *C. virum in fin. d. d. 47.* c *C. 2. in fin. d. 33. & 1. q. 1. per totum.* d *C. seditionarios d. 46.* e *C. ex literis. extr. de furt.* f *C. 1. & seq. d. 37.* g *C. confirmandum est. in fin. d. 50.* h *C. 1. d. 56. & c. 1. extr. de fil. Presbyt.* i *d. c. 1. & sed hoc. d. 56.* k *C. ad hæc. extr. de filiis Presb.* l *C. pœnitentibus. & seq. & c. si quis viduam. d. 33. cap. 1. & 3. per totum tit. extr. de bigam.* m *C. debitum. extr. de bigam. in fin.* n *gl. pen. c. pen. dist. 28.* o *C. nuper. & c. fin. extr. de bigam.*

a *C. pen. extr. de bigam.* b *dist. 55. in sum. & per totum.* c *C. 2. & fin. ext. de corpore vit.* d *Can. si quis à Medicis. cum duobus seq. dist. 55. c. 3. & 4. de corp. vitiat.* e *Can. si quis absiderit. d. dist. 55.* f *Can. pœnitentia. & corp. d. dist. 55.* g *Can. fin. dist. 55.* h *Can. 2. & 3. dist. 55.* i *Can. Clerici. d. dist. 82.* k *Can. cum secundum. extr. eod. tit.* l *Can. 1. dist. 70.*

ordinati

ordinati essent, in injuriam ordinantium inanes essent. Paulatim tamen benigniùs agi cœptum. Constitutum est enim *a*, ut, si Episcopus aliquem sine certo titulo, unde vitæ necessaria percipiat, ordinaverit, tamdiu ipse aut ejus successor, ordinato necessaria subministret, donec ei in aliqua Ecclesia convenientia clericalis militiæ stipendia assignentur.

¶ *Mandatum suscipiens de ordinibus conferendis certis personis, non tenetur eisdem providere de beneficio, sed mandanti: secus, si sit mandatum generale, vel ordinandi licentiam concedens.*

Quòd si Episcopus *b* mandato alterius in aliena diœcesi ordines celebret, distinguendum est, an de certis personis mandatum susceperit, an generale & expresso nomine. Primo enim casu mandans, secundo mandatum suscipiens, inopi ordinato vitæ tenebitur necessaria ministrare. Eis autem, quibus à diœcesano datur licentia, ut à quo voluerint Episcopo, ad sacros ordines promoveri possint, ad præmissa non qui ordinant, sed qui licentiam tradant, obligantur: nisi *c* tamen ordinatus de paterna hæreditate vitæ possit habere subsidium.

¶ *Prabenda conceduntur per collationem, & per institutionem, & singulis rebus singula sunt imponenda nomina. h. d.*

Conceduntur autem præbendæ vel beneficia duobus modis: per collationem, & per institutionem. Collatio *d* est libera quædam præbendæ concessio. Institutio est præbendalis juris ad præsentationem patroni facta translatio: quæ licèt & ipsa collatio possit appellari, commodius tamen est in præsenti singulas causas singulis appellationibus distinguì.

DE COLLATIONIBUS.
TITULUS XXVII.

¶ *Ex tribus capitibus conferuntur præbenda, & ordinarium collatorem facit lex vel consuetudo. h. d.*

Conferuntur autem præbendæ vel beneficia aut ab ordinario, aut ex mandato Legati sedis Apostolicæ, aut Pontificio rescripto. Ordinarius collator is est, quem aut consuetudo approbavit, aut Juris designavit authoritas: ut, Episcopus, Capitulum.

¶ *Si Episcopus & Capitulum habeant potestatem conferendi conjunctim, non potest unus sine altero, nisi in uno subsit impedimentum, conferre: & si Episcopus possit conferre, tamen de consilio Capituli, etiam quòd sit impeditus, Capitulum non potest se in collatione intromittere, nisi Episcopus sit negligens in removendo impedimentum: & mortuo vel absente eo, cujus consilio intervenire est conferendum, non est ob id differenda collatio. h. d.*

Quam conferendi potestatem Episcopus & Capitulum interdum habent communiter, interdum disjunctim: si communiter *e*, alter sine altero illam exercere non poterit, nisi vel mortis, vel suspensionis, vel majoris excommunicationis impedimentum in altero adesse contigerit. Cum *f* verò ad solum Episcopum cum consilio sui Capituli, vel assensu, præbendarum spectat collatio, eo defuncto, vel suspenso, nisi Episcopus in petenda relaxatione suspensionis sit in mora, Capitulum se non potest intromittere. Ubi verò *g* collatio ad aliquem cum consilio Episcopi pertinet, si quid illi humanitùs contigerit, non erit ob hoc vacantis beneficii collatio differenda. Idem juris est Episcopo adeò in remotis agente, ut brevi non possit illius haberi præsentia: quia in petendi vel expectandi mora vacanti beneficio posset imminere periculum.

¶ *Si Ecclesia steterit vacans per sex menses, ad Capitulum beneficium devolvitur. h. d.*

Eadem ratione, ubi ad solum Episcopum spectat collatio, si per sex menses *h* conferre distulerit, ad Capitulum devolvitur. Ex contrario, si ad solum Capitulum pertinuerit, & infra præscriptum terminum hoc non fecerit, Episcopus cum religiosorum virorum consilio exequetur: quòd si omnes fortè neglexerint, Metropolitanus absque contradictione disponet.

¶ *Regularibus Prælatis non conferentibus intra sex menses, sit devolutio ad ordinarium. h. d.*

Idem statuitur in regularibus Prælatis: si enim quævis beneficia ad illorum dispositionem spectantia intra constitutum tempus conferre negligant, locorum diœcesani in non exemptis propria, in exemptis verò Apostolicâ authoritate eorundem negligentiam juxta præscriptum in Vienensi concilio modum supplebunt.

¶ *Tempus devolutionis currit solùm non impeditis, & à die notitiæ. h. d.*

Tempus autem sex mensium, nec currit legitimè impeditis, & à die notitiæ, non à tempore vacationis erit computandum.

¶ *Devolutio non habet locum in Ecclesia non numerata, vel quando dignitas est suppressa. h. d.*

Hæc *a* autem demùm obtinent, si in Ecclesia erat distinctio Præbendarum, & certus Canonicorum numerus. Cæterùm, si neque distinctæ Præbendæ, nec certus sit Canonicorum numerus, Lateranensi Concilio de beneficiis ultra sex menses vacantibus locum non erit. Idem etiam obtinet, si per Capitulum vacans dignitas legitimè fuerit sublata.

¶ *Sede vacante Capitulum non fungitur vice Episcopi in conferendo: & cessante causâ, cessat & effectus. h. d.*

Licèt autem ob negligentiam Episcopi, conferendi potestas ad Capitulum devolvatur, sede tamen vacante *b* in collationibus præbendarū Episcopi vice non fungitur: cùm eo casu nullius superioris possit argui negligentia.

¶ *Circa collationem factam post devolutionem, dispensari potest. h. d.*

Is *c* quoque, qui nimiùm cessando conferendi Jus amiserit, si post Jus collationis devolutum, nihilominùs viris idoneis de beneficio providere voluerit, quanquam ob temporis lapsum collatio mero jure non teneat, ex dispensatione tamen & benignitate tolerari poterit.

¶ *Legati missi, vel nati vigore suæ legationis, non conferunt, nisi sibi specialiter concedatur: secus est in Legato de latere qui conferunt, & sine mandato speciali, etiam invito patrono Ecclesiastico. h. d.*

Ex *d* legationis quoque munere conferendi competit facultas, quod tamen non indistinctè obtinet: nam sive missi fuerint, sive suarum prætextu Ecclesiarum aliqui legationis sibi vendicant authoritatem, ex ipsa legatione nullam habent conferendi potestatem, nisi hoc alicui specialiter indultum fuerit. His autem quos Rom. Pontificis latus & comitatus illustrat, legatione fungentib' sine speciali concessione, etiam Ecclesiastico patrono invito, conferendi facultas competit. Sicut enim honoris prærogativâ lætantur, sic eos authoritate fungi congruit ampliori.

¶ *Legatus de latere non confert cathedrales Ecclesias, nec regulares, nec dignitates post Pontificalem majores, nec potest eodem tempore in eadem Ecclesia plures reservationes facere. h. d.*

Sed tamen nec cathedrales *e*, nec regulares, aut collegiatas Ecclesias, nec Ecclesiarum cathedralium dignitates, ad quas per electionem promoti primum post Episcopum obtinent locum, veluti Archidiaconatum, suæ dispensationi aut provisioni reservare possunt. Nec plures beneficiorum reservationes eodem tempore in eadem cathedrali vel collegiata Ecclesia, vel ad ejusdem collationem pertinentium faciet.

¶ *Reservationes legatorum expirant finitâ legatione. h. d.*

Illæ quoque, quas jure fecerint, dummodo ad beneficiorum jam vacantium collationem non sit processum,

---

a *C. Episcopus. extr. eod. tit.* b *c. si Episcopus. eod. tit. in d.* c *c. si Episc. in fin. extr. eod. tit.* d *c. 1. de reg. jur. in 6.* e *c. 1. ne sede vacant. in 6.* f *d. c. 1. §. cum verò.* g *d. c. 1. §. nisi verò.* h *c. 2. in fin. extr. de concess. præb.*

a *C. ex parte extr. de concess. præb.* b *C. 1. extrà, ne sede vacante.* c *C. literar. extr. de supplend. negl. pral.* d *C. 1. de off. legat. in 6.* e *C. deliberationes. de off. leg. in 6.*

eo ipso, quòd illorum finitur legatio, penitùs evanescent, nec executores dati amplius ea conferre poterunt.

¶ *Taciturnitas habiti beneficii invalidat provisionem Legati non ordinarii. h. d.*

SEd *a* nec aliter beneficium obtinenti ab Apostolicæ sedis Legato facta collatio valebit, quàm si de eo, quod tunc provisus obtinet, mentio facta fit specialis, licèt id in aliorum ordinariorum collationibus minimè requiratur.

¶ *Licèt ante acceptionem beneficii quis nullum habeat in eo jus, tamen collator de eo alteri, primo non consentiente, providere non potest: potest tamen primo provisò præfigi terminus ad acceptandum, quo lapso poterit beneficium alteri conferri, nisi primus etiam lapso termino acceptaverit. h. d.*

ILlud autem tam in ordinario, quàm etiam in legato statutum est, quòd si cui beneficium contulerint, licèt is *b*, donec collationem ratam non habuerit, nullum jus in eo acquisiverit, in personam tamen alterius primo non consentiente, de beneficio non libero ab ipsis facta provisio non subsistet: plane notificatâ collatione, & ad consentiendum termino competenti præstito, si primus non consenserit, eo lapso beneficium liberè, cui viderint expedire, conferre poterunt. Antequam tamen ipsum alii contulerint, non obstante lapsu termini, suum primus collationi poterit accommodare consensum.

¶ *Per rescriptum Apostolicum prabenda confertur purè, in diem, & sub conditione: & pura collatio est, cùm alicui simpliciter de beneficio provideatur. h. d.*

PEr rescriptum Apostolicum mandatur fieri collatio, aut purè, aut adjecto die, aut sub conditione. Purè, ut cùm mandatur simpliciter, ut alicui de beneficio, aut præbenda provideatur.

¶ *Collatio Apostolica in diem facta, accedente decreto irritante, ligat manus ordinarii. h. d.*

DIes adjicitur collationi, ut cùm præbenda confertur, quam quis intra mensem *c*, aut alio tempore à vacationis notitia duxerit acceptandam: quo casu, cùm temporis appositio favorem afferat impetranti, si decretum irritans fuerit appositum, collatio per ordinarium alteri facta, intra præfixum tempus nullius obtinebit roboris firmitatem. Decreti enim appositio, reservatio, executoris inhibitio, & lis mota, beneficiũ affectum reddunt.

¶ *Publicè notum, præsumitur notum etiam privatu. h. d.*

INterpretamur autem quem prædictæ vacationis habere notitiam, ex quo ipsa vacatio in loco vel Ecclesia hujusmodi beneficii publicè nota erit. Imputet enim sibi, si hoc casu, quo de ipsius commodo agitur, id quod per se vel per alium scire potuerit, ignoraverit.

¶ *Collatio conditionalis, & concurrente decreto non impletis conditionibus, non ligat manus ordinarii. h. d.*

SUb conditione mandatur fieri collatio, ut cùm *d* alicui, si per executoris inquisitionem repertus fuerit vitæ laudabilis, vel si consensus accesserit capituli, vel alia adjectâ conditione, de beneficio provideri committitur: & eo casu etiam appositio irritante decreto, non impletis adhuc conditionibus, vacans beneficium per ordinarium, aut per executorem ad providendum de tali beneficio datum, liberè conferri poterit.

¶ *Obstat taciturnitas obtenti beneficii, etiam modici, nisi provisio fit facta motu proprio. h. d.*

SEd multùm interest, motuné proprio, an ad alterius petitionem de beneficio provideri mandetur? Si enim proprio motu, longè pinguius erit mandatum: nam etiam de beneficiis, quæ impetrans obtinet, nullâ habitâ mentione, erit hujusmodi provisio valida, qualiacunque fuerint beneficia, & in numero quantocunque quæ habebat impetrans, cùm sibi provisio facta fuerit. Quòd si ad petitionem gratia hujusmodi facta sit, quantumcunque modicum beneficium scienter taceatur, veluti surreptitia non valebit.

¶ *Collatio facta motu proprio, pluribus beneficium eadem Ecclesia simul vacantibus, intelligetur facta de pinguiori: si beneficia sint æqualia, ad cum spectat electio, cui gratia est concessa. Collatio verò facta ad petitionem alterius, ad minus beneficium restringetur: si sint æqualia, eligat, qui aliàs conferebat: & motu proprio tunc censetur gratia fieri, cùm ad exprimitur. h. d.*

ITem si pluribus *a* in aliqua Ecclesia vacantibus dignitatibus vel præbendis, Rom. Pontifex de hac vacatione incertus, dignitatem vel præbendam, si qua nulli debita in ipsa vacat Ecclesia, cuiquam motu proprio conferat, fiet interpretatio plenissima, & ad illam dignitatem seu præbendam erit habenda relatio, quæ inter illas majoris censeatur esse valoris: quòd si forsan æquales sint, ad eam, quam is, cui confertur, infra decem dies post habitam de dicta vacatione notitiam, duxerit eligendam: si verò ad petitionem alterius gratia hujusmodi facta fuerit, ad illam erit habenda relatio, quæ minoris valoris extitit: & si sit æqualitas, ad eam, quam is, ad quem ipsarum spectat collatio, infra dictum tempus elegerit, postquam sibi hujusmodi gratia erit nota. Motu *b* autem proprio tunc solùm gratia fieri censetur, cùm hoc expressè cautum fuerit.

¶ *Solus Papa tribuit jus in beneficiis vacaturis. h. d.*

SEd sive motu proprio, sive ad alterius petitionem per rescriptum Apostolicum fiat provisio, cæteris longè præstat. Nam cùm ex Lateranensi Concilio ministeria & beneficia Ecclesiæ tribui aut promitti non debeant, antequam vacent, Romanus Pontifex etiam in ipsis jus potest tribuere vacaturis.

¶ *Penes gradus quosdam circa potestatem conferendi inter ordinarium Legatum & summum Pontificem. h. d.*

ESt ergò inter ordinarium Legatum, ac summum Pontificem circa collationis potestatem, quasi per gradus ascensus quidam. Nam ad Episcopum *c* omnium quidem basilicarum, quæ in ejus territorio positæ sunt, collatio regulariter pertinet: vacaturam tamen præbendam suæ dispositioni reservare non potest, & longè minùs in eadem alicui jus tribuere. Legatus autem non modò vacantes intra suæ legationis terminos Ecclesias conferre, verùm etiam vacaturas (juxta ea quæ suprà diximus) reservare poterit, licèt eidem in vacaturis alicujus jus tribuendi nulla sit facultas. At Apostolicus & ubiq; vacantes donare, & vacaturas suæ provisioni reservare *d*, & in vacaturis jus tribuere potest, cùm in ipso plenitudo resideat potestatis.

¶ *Si Clericus, cùm mandatur provideri de beneficio vacaturo, negligat petere præbendam, non poterit postea aliam petere, nisi fuerit in Canonicum receptus. h. d.*

QUo *e* tamen casu summus Pontifex de vacatura præbenda alicui provideri mandat, si is, in cujus gratiam mandatum obtentum est, præbendam, quando vacat, negligenter omittit, non poterit postmodùm prætextu dicti mandati, nisi antea in Canonicum fuerit receptus, aliam in ipsa Ecclesia vacaturam petere.

¶ *Habens expectativam, potest acceptare beneficium vacaturum primum, vel secundum, vel alterius, certum tamen acceptare non potest. h. d.*

POterit *f* tamen is, cui certis super hoc executoribus deputatis ab Apostolica sede hujusmodi gratia concessa fuerit, non solùm primum in genere vacaturum beneficium vel præbendam: verùm etiam, si rationabilis causa subsit, secundum & ulterius acceptare: certum tamen & expressum, priusquam vacet, acceptare non poterit, ne captandæ alienæ mortis occasio ex benignitate

a *Canon. fin. de off. legat. in 6.* b *C. si tibi, de prabend. in 6.* c *Clem. unic. & sequ. de concess. prab.* d *d. Clem. unic. in princip. d. concess. prabon.*

a *C. si plurib. de prab. in 6.* b *C. si motu. in fin. eod. tit. in 6.* c *C. omnes basilica. 16. q. 7.* d *C. 2. in gl. de prab. in 6.* e *C. si Clericus. de prab. in 6.* f *C. ne captanda. de concess. prab. in 6.*

gratia-

gratiarum sedis Apostolicæ tribuatur: quòd si de certo acceptatio secuta fuerit, nullam obtinebit roboris firmitatem, ut Bonifac. constitutionis tenore latiùs continetur.

¶ *Rescripto Apostolico dispensatur super pluralitate beneficiorum, maximè circa literatas personas. h. d.*

INde *a* etiam licet beneficiatæ personæ de alio beneficio, nisi primò illud, quod obtinet, omninò dimittat, provideri non possit, nisi aut Cardinales sint, aut Regum filii: per tale tamen rescriptum, maximè circa literatas personas, super hac pluralitate dispensari poterit.

¶ *Ubi de præeritate beneficii pluribus collati non constat, primò possessor, deinde major prærogativa præfertur. h. d.*

ITem si à sede *b* Apostolica, aut legato, & ab ordinario eodem die idem beneficium conferatur, & quæ fuerit primò facta collatio, non appareat, nemine possidente, is erit cæteris præferendus, cujus conferens ampliore gaudet prærogativâ. Hâc *c* ratione & ii, qui in aliqua Ecclesia in Canonicos sunt recepti, debent in præbendarum assecutione cæteris, sive legatorum, sive aliorum quorumcunque authoritate antea fuerint admissi, anteferri.

¶ *Quis dicatur receptus authoritate Apostolicâ. h. d.*

AUthoritate *d* autem Apostolicâ receptus & is intelligitur, qui legati, vel alterius mandato, cui specialiter in ea re auctoritas Apostolica concessa fuerit, recipitur. Sed & si mandatum legati ratum habeat *e* Rom. Pontifex, atque id authoritate suâ muniat, ex eo receptus non legati, sed Apostolicâ intelligitur auctoritate receptus: atque ideò est in assecutione præbendæ omnibus post eum receptis in Ecclesia dicta præferendus.

¶ *Expressio ejus quod tacitè inest, nihil operatur, nisi per alium modum, quam quo tacere inest, fuerit facta expressio. h. d.*

ALiud juris est, si iis, ad quos aliàs pertinet Canonicorum receptio, facultas concedatur ab Apostolico, ut aliquem recipiant in Canonicum ejusdem Ecclesiæ, ordinationibus fortè certum numerum Canonicorum præfigentibus non obstantibus: hoc enim casu non Apostolicâ, sed recipientium censetur auctoritate receptus, nisi quod cùm auctoritate Apostolicâ recipiunt, in literis caveatur expressè. Quòd si ad eos aliàs talis receptio non pertinebat, Apostolicâ dicetur auctoritate receptus. Aliàs verò, si literæ impetratæ certi numeri Canonicorum nullam fecerint mentionem, quod illarum occasione factum fuerit, nullam obtinebit firmitatem.

¶ *Papa non onerat aliquê pluribus provisionib. nisi id exprimat. h. d.*

ILlud etiam omittendum non est, non solere Apostolicum eundem collatorem pluribus onerare provisionib. nisi id velle se suis literis expressè fuerit complexus.

¶ *Mandati Apostolici fines sunt diligenter custodiendi, nec extenduntur, nisi ad casus expressos, etiam de consensu, & in præjudicium provisi. h. d.*

SUnt *f* autê Apostolici mandati fines diligenter custodiendi, ideoq; non debent ad casus alios, quàm expressos, extendi. Unde cùm injungitur, ut alicui de præbenda certi valoris provideatur, in præbenda minoris valoris, etiam impetrante volente, mandatû impleri non poterit.

¶ *Mandatum faciens mentionem de collatione, non potest trahi ad præsentationem, vel institutionem. h. d.*

IDem *g* observari oportet, si cui de beneficio, quod ad alicujus collationê spectat, provideri mandatur: hoc enim casu de eo quod ad ejusdê præsentationê, vel institutionê pertinet, provideri minimè poterit, nec etiam è converso.

¶ *Casus resignationis non includitur, nec verificatur in casu mortis. h. d.*

EOdem spectat *h*, si quis ab Apostolica sede mandatum suscipiat, ut ab aliquo beneficii resignatione recepta, idê beneficium alteri conferat. Si enim is, qui resignaturus erat, reb. eximatur humanis, mandato locus nõ erit, cùm non per resignationem vacaverit, sed per mortem.

¶ *Casus futura vacat. non verificatur in casu nova creationis. h. d.*

IDem obtinet, si literæ Apostolicæ super conferendo beneficio proximè vacaturo fuerint impetratæ. Nam ad illud, quod post illarum impetrationem fuerit creatum, non extenditur.

¶ *Appellatione beneficii non venit pensio. h. d.*

ET *a* si quis literas super obtinendis beneficiis usque ad certam summam impetraverit, eidem non in pensione, sed in beneficiis Ecclesiasticis erit providendum, nisi de pensione in literis mentio habeatur.

¶ *Dispositio regulariter restringitur ad tempus præsens, & mentio potentia intelligitur de præsenti. h. d.*

EOdem etiam spectat, quòd si de conferendo *b* alicui beneficio ad Episcopi collationem spectante rescribatur, illud ei conferre non poterit, cujus collatio ex negligentia ipsius Episcopi ad ejusdem Capitulum devoluta fuit: quanquam ex contrario de eo cujus ad Episc. ex Capituli, vel alterius cujuscunque, sive ad sedem Apost. ex ipsius Episc. vel aliorum in hoc eidem succedentiũ negligentia collatio fuerit devoluta, hoc casu provideri poterit.

¶ *Mandatum Apostolicum restrictionem recipit ex persona provisi. h. d.*

INterdum tamen, licèt mandatum generale sit, ex persona impetrantis recipit restrictionem: ut si cui *c* de præbenda proximè vacatura simpliciter provideri mandatur: nam si talis nondum in ea ætate existat, ut ad sacerdotium promoveri possit, sacerdotalis sibi præbenda conferri non poterit.

¶ *Ex loco sumitur rescripti interpretatio. h. d.*

EX loci quoq; expressione rescripti sumitur declaratio, & ideò *d*, quanquam sub nomine Ecclesiarũ civitatis, etiam Eccl. Cathed. comprehendatur, cùm tamen alicui de beneficio mandatur in aliqua Ecclesiarum civitatis vel diœc. provideri, ad Cathedral. Ecclesiam mandatum hujusmodi non extenditur: secùs est, si in aliqua Ecclesiarũ provincię provideri mandatur: tunc enim & Metropolitana & cæterę Cathedral. Ecclesię tali mandato includuntur.

¶ *Ordo scripturæ declarat mandatum. h. d.*

EX ordine *e* quoque scripturæ rescripti interpretatio sumitur, veluti cùm Joanni de beneficio ad collationem suam vel Pauli pertinente, ut alicui provideat, mandatur. Nam si plura simul beneficia vacare contigerit ad utriusque collationem separatim spectantia, tunc ordo scripturæ servandus est, & de illo beneficio providendum erit, quod ad Joannem noscitur pertinere.

¶ *Cùm mandatur providere de beneficio spectante ad provisionem plurium, intelligitur conjunctim. h. d.*

SI verò *f* de beneficio ad aliquorum collationem, vel præsentationem spectante, non adjecto communiter vel divisim, provisio injungitur facienda, in beneficio quod ad collationem vel præsentationem alterius tantùm pertinet, adimpleri non poterit.

¶ *Ex insertione causæ elicitur interpretatio rescripti. h. d.*

ITem insertio causæ declarat rescriptum: sicut accidit *g*, cùm Clerico nullum beneficium obtinenti, ob paupertatem per Episcopum de beneficio provideri mandatur. Nam si antequam ei provisum sit, beneficium fuerit assecutus, cessante causâ mandati, provideri sibi Episcopus in posterum non tenetur.

¶ *Ex simplici mandato de providendo, non potest provideri obtinenti aliud beneficium, nisi fuerit ad expressum: quo casu solum unicum & non curatum beneficium obtinenti provideri poterit: & pluralis locutio restringitur ad duo. h. d.*

a *C. de multi. ext. de prab. extrav. Joann. xxii. eod. tit. & ext. com. execrabilis.* b *c. si à sede. de prabend. in 6.* c *c. hi qui. d. tit. in 6.* d *c. hi qui. de prab. in 6.* e *c. si cum super. d. tit. in 6.* f *c. cui de non faciendo. & idem. de prab. in 6.* g *c. cùm in illu. & cùm autem. de prab. in 6.* h *c. susceptum. de refer. in 6.*

a *C. quamvis. de prab. in 6.* b *c. si de benefic. de prab. in 6.* c *c. ei cui. de prab. in 6.* d *c. quamvis. & quanquam d. tit. in 6. de prab.* e *c. mandato. de prab. in 6.* f *c. cùm in illu. & fin. de prab. in 6.* g *c. si pauper. de prab. in 6.*

NAm a & is, cui conceditur ut idoneo possit in sua vel aliena Ecclesia providere beneficium, aliud obtinenti providere non potest, nisi vel primò ille beneficium quod obtinet, omnino dimittat, vel in concessionem hujusmodi sit expressum, quòd etiam beneficiatæ valeat providere personæ: quo casu unicum duntaxat beneficium, atque illud non curatum obtinenti, provideri poterit. Sed si concessum fuerit, ut providere illi valeat, qui & alia beneficia noscitur obtinere, hujusmodi pluralitas debet solùm ad duo beneficia non curata restringi.

¶ *Mandatum simplex de providendo, non extenditur ad beneficium curatum, vel electivum. h. d.*

EX natura quoque & beneficii qualitate Apostolicum rescriptum restrictionem recipit: nam si de quibuscunque beneficiis provideri mandatum fuerit, de animarum cura mentione non habita, de iis providendum non erit, quibus hujusmodi cura noscitur imminere. Illis quoque, pro quibus scribitur ut de personatibus & dignitatibus ad collationem, provisionem, præsentationem, vel dispositionem pertinentibus quorumcunque provideatur, de iis provideri non poterit, ad quos per electionem præficiendi assumuntur.

¶ *Gratia alicui concessa, ut providere possit personis idoneis in certa Ecclesia, personis non expressis, non expirat re integrâ per obitum concedentis: secùs, si personæ essent expressæ. h. d.*

ILlud quoque omittendum non est, Quòd si cui b nullâ factâ personarum expressione sit gratiosè concessa facultas, ut authoritate Apostolicâ aliquibus personis idoneis in certa Ecclesia providere possit, vel beneficia, quorum collatio est ad sedem Apostolicam legitimè devoluta, conferre: hujusmodi concessio etiam re integrâ, per obitum concedentis non expirat: secùs, si super provisione certæ personæ facienda eidem sit data potestas, non ob suam, sed ejus, cui providetur, gratiam vel favorem. Illa enim expirat omninò, si concedens re integrâ moriatur.

¶ *Mandatarius, cujus non est electa industria, potest alteri mandare. h. d.*

ILlud etiam interest, Utrùm, cui ab Apostolica sede provisio de beneficio in certa Ecclesia, diœcesi, vel provincia certæ personæ facienda committatur, an de certa Ecclesia incertæ tamen personæ? Primo enim casu licitè quis vices suas alteri committere poterit: secundo verò, cùm in eligenda persona mandatarii electa videatur industria, provisionem sibi commissam alteri demandare non poterit, nisi forma commissionis id habeat, ut per se, vel per alium hoc expedire valeat.

¶ *Beneficia Ecclesiastica debent sine diminutione conferri. h. d.*

POstremò illud sciendum est, tam Turonensi c Concilio cautum esse, ne præbendæ aliquam sectionem patiantur: quàm ex Lateranensi, ne quis conferens beneficium Ecclesiasticum, partem proventuum suis usibus retinere audeat, cùm sine ulla debeat diminutione conferri.

DE INSTITUTIONIBUS, ET JURE patronatûs.

TITULUS XXVIII.

¶ *Quandòdicatur provideri per Institutionem, quid sit jus patronatûs, & quibus modis constituatur. h. d.*

ACcidit autem interdum, ut Prælati liberam de vacantibus beneficiis disponendi facultatem non habeant: quod tunc evenit, cùm ea vacare contigerit, in quibus aliquis jus obtinet patronatûs: tunc enim strictè sumpto vocabulo, non conferre, sed instituere dicentur eos, quibus præsentante patrono providendum erit. Est igitur d jus patronatûs, potestas præsentandi instituendum ad beneficium vacans. Constituitur autem tale jus variis modis: veluti, Ecclesiæ ædificatione, dotatione, & similibus.

¶ *Ædificans ritè, vel dotans, acquirit jus patronatûs: & eum sequi debent commoda, quem sequuntur incommoda. h. d.*

AEdificatione acquiritur jus patronatûs, cùm quis Ecclesiam de consensu diœcesani, juris ordine servato, construxit. Dotatione acquiritur, ut cùm is, qui non fundavit, Ecclesiæ pro dote certa bona assignavit. Sicut enim in carnali matrimonio ad onera sustinenda dos assignari debet, ita etiam concedenda sunt Ecclesiæ, quæ ad luminaria, & ad custodiam, & ad stipendia custodum, & ad extera sacræ domui necessaria sufficiant. Institutum est igitur, ut quasi cujusdam loco remunerationis ad præsentationem patronorum in fundatis vel dotatis Ecclesiis Sacerdotes instituantur, nullo professionis vel sexûs habito discrimine.

¶ *Ecclesiasticus patronus habet ad præsentandum menses sex, Laicus quatuor. Ecclesiasticus non potest variare, Laicus potest. h. d.*

SUnt tamen inter Ecclesiasticos & Laicos patronos, plurâque differentiæ. Nam a Ecclesiastico ad præsentandum sex mensium conceditur spatium, Laico quadrimestre tempus datur. Et videtur optimâ ratione inductum, ut longius præfigatur tempus Ecclesiasticis, quippe b quibus semel factâ præsentatione, amplius variare minimè licet: quod in Laicis diversum statuitur.

¶ *Episcopus qui instituit secundo loco præsentatum, in pœnam tenetur providere etiam primo præsentato. h. d.*

SEd si Laicus, cui plures præsentandi tributa est facultas, primò Joannem instituendum offerat, secundo loco Paulum utrunque idoneum, Ordinarius autem secundo loco præsentatum instituat: videamus, an primus appellare valeat? & statutum est, de secundo factam institutionem infringi non posse: Episcopum tamen, qui primo loco præsentatum dolo recusavit admittere, recusato ut in competenti beneficio provideat, compellendum: ut in eo puniatur, in quo eum deliquisse constat.

¶ *Legatus de latere potest derogare juri patronatûs Ecclesiasticorum, non Laicorum. Ecclesiastico patrono reddenda ratio proventuum patronatæ Ecclesiæ: secus Laico. h. d.*

LEgatus e etiam beneficium in præjudicium Ecclesiastici patroni, ut suprà tetigimus, conferre potest: cùm in Laicis diversum accidat. Item Ecclesiastico patrono de temporalibus rebus ratio debet exhiberi, quod in Laico minimè obtinet.

¶ *Patronus Laicus potest deferre ad superiores Clericos, qui dilapidant bona Ecclesiæ, cujus est patronus. h. d.*

LIcebit d tamen patrono Laico, si Sacerdotem ex collatis in Ecclesiam rebus fraudare cognoverit, aut honestâ illum conventione compescere, aut Episcopo vel competenti Judici corrigenda denunciare: quòd si talia agere tentet & Episcopus, Metropolitano ejus hæc insinuabit: sin autem & Metropolitanus talia gerat, Principis hæc auribus (si aliter Ecclesiæ consuli non possit) intimare non differet.

¶ *Jus patronatûs transmittitur ad quoscunque hæredes: & plures succedentes uni, habent vocem unius, nec hæres patroni instituta mutare potest. h. d.*

SUccessione quoque jus patronatûs acquiritur: quod quidem procedit, sive sui, sive extranei, sive ex testamento, sive ab intestato sint hæredes. Plures tamen ab uno ex patronis Ecclesiæ relicti hæredes, vocem duntaxat unius habebunt in præsentatione Rectoris, nec jam institutos mutare poterunt.

¶ *Si patroni in præsentatione non sint concordes, attenditur major & melior pars. h. d.*

ETsi e fortè in plures partes patronorum se vota in præsentando diviserint, ille præficiendus est Eccle-

a C. in cas. de prab. in 6. b c. si cui nulla de prab. in 6. c C. majoribus. extr. de prab. d gl. c. cum pia mentis. 16. q. 7.

a C. un. §. fin. de jur. patron. in 6. b c. postulatis. extr. de stat. & d. c. un. in gl. c c. cum dilectus. extr. de jur. patron. d c. filii vel. 16. q. 7. e c. quamvis in. extr. de jur. patr.

fix, qui

sia, qui majoribus juvatur meritis, & plurium approbatur consensu.

¶ *Si Ecclesia ob patronorum discordiam detrimentum patiatur, potest Episcopus interdicere divinis. b. d.*

Quòd si a ita simultates inter eos ortæ fuerint, ut Sacerdos suo ibi officio canonicè fungi non possit, si aliter provideri non poterit, præcipere debet Episcopus, ut ibi Missarum solennia non celebrentur, donec patroni ad concordiam redeant: quod si intra quatuor menses factum non fuerit, tunc ordinet Antistes Ecclesiam, sicut melius eam secundùm Deum judicaverit ordinandam.

¶ *Episcopus potest ex causa Ecclesiam patronatam secundùm tertiam formam commendare. b. d.*

Quod si necessarium aut expediens esse duxerit, poterit etiam interim Ecclesiam alicui commendare: ita tamen, ut si parochialis sit Ecclesia, nemini commendetur, qui non sit in sacerdotio constitutus: nec hujusmodi commenda ultra semestris temporis spatium vires suas porriget: nec in unius persona, nisi unica fieri poterit.

¶ *Episcopus in Ecclesia juris patronatûs Laicorum ex causa potest ponere œconomos, qui colligant fructus erogandos in utilitatem Laicorum. b. d.*

Erit b etiam Episcopo facultas in Ecclesiis, in quibus Ecclesiastica persona præsentationem non habet, si vel minùs idonei præsententur, vel alia de causa aliquos in eis instituere non valeat, œconomos ponere, qui fructus percipere debeant in Ecclesiarum utilitatem erogandos, aut his qui quandoque instituentur, fideliter reservandos.

¶ *Patroni possunt convenire de præsentando alternis vicibus, & plures simul possunt præsentari, ut de ipsis Episcopus eligat instituendum. b. d.*

Sed c ut facilius provideatur Ecclesiis, non inconveniens visum fuit, patronos ipsos inter se posse liberè convenire de Rectore ab eis alternis vicibus præsentando: quibus etiam ex eadem causa permittitur, ut plures ad vacantem Ecclesiam præsentare valeant, ita ut unus ex eis eligi possit per Episcopum, & admitti.

¶ *Jus patronatûs donari potest, sed ob donationem non præjudicatur juribus Episcopalibus: vendi autem non potest, nisi cum universitate. b. d.*

Donatione d quoque jus patronatûs acquiritur. Ut cùm jus, quod quis in Ecclesiis habet, in aliquem liberaliter confert: quæ si fiat Ecclesiæ, aut loco religioso, quamvis absque assensu Episcopi facta fuerit, efficax est censenda, sed per eam Episcopalibus Juribus in aliquo non derogatur. Sed si quis dato precio e, hujusmodi sibi jus comparare ausus fuerit, talis contractus irritus erit & inanis, nisi tale jus cum universitate rerum temporalium transferretur.

¶ *Episcopus non potest spernere patroni præsentationem. Patronus non potest quem propriâ authoritate instituere sub pœna excommunicationis. b. d.*

Quemadmodum autem ad præsentationem patroni, debet Episcopus Clericos instituere, & quod spretis fundatoribus de vacanti Ecclesia disposuerit, erit irritum: ita etiam patronus authoritatem Episcopi negligere non debet. Quod si Laici f ausu temerario propriâ authoritate ad institutionem processerint, tam ipsi anathemate feriendi, quàm etiam perpetàm instituti Clerici communione sunt privandi: qui si etiam adhuc perstiterint, à ministerio Ecclesiastico & ordine deponendi erunt.

¶ *Patrono putativi præsentatio tenet.*

Interdum g accidit, ut ejus qui patronus non est, præsentatio tamen rata sit habenda. Ut cùm ordinarius ad ejus præsentationem Clericum instituit, qui & juris patronatûs erat possessor, & patronus credebatur: nam si postea jus patronatûs alius in judicio evicerit, institutus non debet propter hoc ab Ecclesia removeri.

¶ *Nemo potest seipsum præsentare. b. d.*

Licèt a autem patronus alios præsentet, seipsum tamen, quanquam Clericus sit, præsentare non potest, quantumvis idoneus sit, & quibuscunque studiis juvetur & meritis: cùm nullus Ecclesiasticis sese officiis ultrò immiscere debeat.

¶ *Nemo sibi beneficium confert, veluti nemo se præsentat nec vacaturi beneficii tenet collatio, aut præsentationis promissio. b. d.*

Sunt autem institutiones collationibus in quibusdam similes, in quibusdam verò dissimiles. Similes sunt, quia quemadmodum is, qui seipsum præsentat, instituendus non est: ita etiam is, ad quem pertinet collatio b, seipsum non potest instituere, cùm inter dantem & accipientem distinctio debeat esse personalis. Item quemadmodum vacaturæ præbendæ non tenet regulariter collatio: ita etiam promissiones de non vacantibus beneficiis Ecclesiarum, in quibus quis jus obtinet patronatûs, nullo jure subsistunt.

¶ *Capitulum sede vacante potest instituere præsentatos: idem potest Vicarius sine speciali mandato Episcopi. b. d.*

Dissimiles sunt, quia etsi Capitulum sede vacante c beneficia, quæ ad collationem Episcopi pertinent, conferre non possit: præsentatos tamen à patronis potest, si idonei sint, admittere & instituere. Idem obtinet in Vicario: quia licèt sine speciali concessione conferre d non possit, præsentatos tamen instituere e minimè prohibetur.

¶ *In Rectorem parochialis Ecclesiæ potest præsentari etiam non in sacris constitutus, licèt secùs in libera collatione: in qua tamen potest dispensari cum eo, qui est constitutus in minoribus. b. d.*

Sunt etiam in eo dissimiles, quòd in rectorem parochialis Ecclesiæ, etiam non in sacris constitutus præsentari potest, dummodò aliàs sit idoneus, & infra tempus à jure constitutum ad ordines, quos ipsius Ecclesiæ cura requirit, promoveri valeat. Collatio autem fieri non potest, nisi in persona ejus, qui saltem sit in Subdiaconatu constitutus: cum his tamen, qui in minoribus sunt ordinibus constituti, si tales sint, qui infra breve tempus possint in Presbyteros ordinari, dispensari poterit.

¶ *Patronis defertur circa honorem, & vita necessaria submistranda. b. d.*

Defertur autem patronis non solùm circa præsentationem, verùm etiam circa honorem processionis, & circa necessarium vitæ subsidium. Nam si aut ipsi aut illorum filii ad inopiam redacti fuerint, illis erit modestè ab Ecclesia succurrendum. f

Jus patronatûs tollitur cessione, Collegii constitutione, Ecclesiæ destructione, delicti perpetratione. b. d

Tollitur jus patronatûs cessione: ut putà, cùm quis id Ecclesiæ, in qua jus habet hujusmodi, conferendum duxerit. Item, si quis Ecclesiam sine sui reservatione juris, collegiatam fieri patiatur. Eò amplius constat, si ædes sacræ incendio consumptæ fuerint, vel etiam terræ motu, vel vitio suo corruerint, extingui jus patronatûs necesse est. Sed & si patronus ausu nefando Rectorem vel Clericum ipsius Ecclesiæ per se, vel per alios occidere, vel mutilare ausus fuerit, tam aliis pœnas, quàm juris patronatûs amissionem sustinere debet. Idem juris est, si patronus efficiatur hæreticus: cùm enim bona hæreticorum universa sint confiscanda g, meritò cum ista universitate etiam jus patronatûs interibit.

a *C. 1. extr. eod. tit.* b *c. cùm vos. extr. de offic. ord.* c *vers. & ut. de jur. patr.* d *c. 1. de jur. patr. in 6.* e *c. quia Clerici. & seq. extr. de jur. patr.* f *c. præterea. extr. d. tit.* g *c. confultationis. extr. d. tit.*

a *C. per vestras. extr. d. tit.* b *c. fin. extr. de inst.* c *c. 2. extr. de sed. vac.* d *c. fin. de off. vicar. in 6.* e *c. ex frequentibus. extr. de inst.* f *c. quicunque fidelium. 16. q. 7.* g *c. vergentis. extr. de hæret.*

DE CLERICIS NON RESIdentibus.

TITULUS XXIX.

¶ *Si conferatur beneficium non idoneo ad residendum, & provisus privandus est beneficio, & collator conferendi potestate. h. d.*

DEbent *a* autem hi, quibus Ecclesiastica ministeria sunt committenda, tales deligi, qui & residere in Ecclesia, & curam demandati sibi officii per seipsos valeant exercere: quod si aliter actum fuerit, & qui receptus fuerit, quod contra sacros canones acceperit, amittet: & qui dederit, largiendi potestate privabitur.

¶ *Qui sine causa non residet, post mortuum privandus erit: & quæ sint justa causæ non residendi. h. d.*

SI tamen ab initio idonei ad residendum reputati, posteà Ecclesias, vel præbendas sibi concessas, sine justa & necessaria causa deserant, si moniti & congruo tempore expectati non redierint, eis privati poterunt. Justæ non residendi causæ sunt: veluti, si quis aut Romano Pontifici, aut proprio Episcopo obsequium exhibeat. Item, si jura, & negotia Ecclesiæ suæ fideliter prosequatur, aut si, ut studiorum causâ abesse possit *b*, est alicui specialiter indultum, & si quæ sunt aliæ similes.

¶ *Ad memoriam juvandam inducit repetitionem. h. d.*

HÆc de præbendis & dignitatibus, atque illarum provisionibus dixisse nos sufficiat. Verùm, quia in hoc tractatu diffuse immorati sumus, ut sequentia præcedentibus meliùs contexamus, quædam in memoriam reducemus. Personarum ergò quidam Laici sunt, quidam Clerici. Rursùs Clericorum quidam sunt in Sacerdotio constituti, quidam in sacris,, licèt non in Sacerdotio, quidam nec in sacris nec in Sacerdotio. Eorum rursùs, qui in Sacerdotio constituti sunt, quidam sunt in celsiore gradu, ut Episcopi: quidam in inferiore, ut Presbyteri. In sacris verò dicuntur constituti Diaconi & Subdiaconi. Qui verò nec in Sacerdotio, nec in sacris reperiuntur, ii sunt, qui sunt in minoribus ordinibus constituti. Cæterùm, quoniam adhuc quidam in Ecclesia sunt, qui non minùs in Laicatu, quàm in Clericatu constituti Domino deserviunt, ut sunt Regulares ac Monachi, restat, ut de his pauca subjiciamus.

DE REGULARIBUS, AC Monachis.

TITULUS XXX.

¶ *Regulariter valet argumentum à Regulari ad Monachum, & contrà. h. d.*

QUoniam verò, sive de Regularibus agendum sit, sive de Monachis, eadem fere jura servantur, ne verbosa fiat evagatio, dirigamus sermonem in personas Monachorum, idem etiam intellectuti de Regularibus cæteris. Nam si quid in iis propriè servetur, separatim ostendemus.

¶ *Ex tripleci capite quis sit Monachus, & impubes à patre traditus monasterio, post annum pubertatis potest redire ad seculum, si velit. h. d.*

MOnachi *c* fiunt, aut ex paterna devotione, aut ex propria professione, aut ex voti emissione. Ex paterna devotione *d* Monachus quis efficitur, cùm pater filios impuberes monasterio offert. Quo casu, si impuberes sacram tonsuram vel velamina susceperint, quintodecimo ætatis anno moneri debent & inquiri, utrùm in ipso habitu permanere cupiant: si permansuros se professi fuerint, vel professionem à se priùs factam ratam habuerint, ulteriùs pœnitendi locum non habebunt: si verò ad secularem habitum reverti maluerint, redeundi licentia concedenda erit, quia satis inutile est, ut coacta servitia Domino præstentur. Quâ etiam ratione constitutum est, ne quis invitus ordinari debeat.

¶ *Si impubes præter parentum voluntatem monasterium fuerit ingressus, possunt parentes intra annum reclamare: secùs si sit pubes. h. d.*

QUòd si *a* impubes præter parentum voluntatem tonsuram accepit Monachalem, parentes id factum irritare valent: sed si intra annum ad proprium Episcopum, vel alium competentem judicem non reclamaverint, revocare ampliùs non poterunt. Si verò in grandiori ætate adolescentes servire Deo elegerint, non est potestas parentibus prohibendi.

¶ *Professio est duplex, tacita & expressa, & potest fieri etiam ante annum. h. d.*

PRopriâ professione Monachus efficitur quis, aut expressè, aut tacitè. Expressè, ut si quis post annum probationis habitum suscipiens Monachalem, regulis monasterii obstringi se velle profitetur. Si tamen ante tempus probationis regulariter præfinitum *b*, is qui converti desiderat, habitum recipit, & professionem emittit, Abbate per se vel per alium professionem recipiente, regulari observantiâ obligatur, & verè Monachus est censendus.

¶ *Ex causa potest annum potest professio differri, ut si ingressus monasterium sit incognitus. Et servus triennio in monasterio commoratus, per monachationem sit liber. h. d.*

QUemadmodum autem discretus Abbas ex causa ante probationis tempus professionem recipere potest, ita ex causa interdum profertur. Unde *c* si quis incognitus monasterium ingredi voluerit, ante triennium Monachalis habitus concedendus non erit: ne, si fortè post annum statim præfetur, posteà servus, aut aliàs inhabilis ad monasterium deprehendatur. Quòd si servus per triennium in monasterio commoratus posteà Monachus effectus fuerit, ex hoc liber etiam efficietur.

¶ *Ordinatus ignoratæ domino, si fiat Monachus, sit liber, aliàs dominus potest intra annum recipere servum. h. d.*

QUinimò *d* si priùs ignorante domino ad sacra ministeria ordinatus, Monachus fieri elegerit, jugum servitutis evadet: aliàs intra unius anni spatium domino & servilem fortunam probare, & servum suum recipere licebit.

¶ *Prædicatores, Minores, & Mendicantes, non possunt profiteri ante lapsum anni, & recipientes professionem puniuntur. h. d.*

QUòd *e* tamen de facultate recipiendi ante annum professionis dicitur, non est perpetuum. Prædicatores enim & Minores, aliique mendicantium ordines, ante annum probationis elapsum, quenquam ad sui ordinis professionem, vel seculi renuntiationem faciendam, recipere non possunt. Quòd si fortè contrà fecerint, & is qui sic receptus fuerit, eorundem ordini minimè alligabitur, & receptores à receptione ad professionem quorumlibet suspensi, tam excommunicationi, quàm aliis pœnis, quæ hujusmodi regularibus pro culpis infligi solent, gravioribus subjiciendi erunt.

¶ *Delatio habitûs tacitam ostendit professionem, & unusquisque debet se conformare cum habitu quem gerit. h. d.*

TAcite profitetur quis, cum idoneis conjecturis appareret *f*, quòd perpetuò vult Domino in religione servire, & vitam ducere Monachalem: ut puta, habitum post annum retinendo, ubi is novitiis & professis communis & indistinctus est, vel professorum habitum suscipiendo, ubi is distinctus habetur. Unde & Toletano Concilio inductum est, ut Clerici, qui se fingunt habitu & nomine Monachos, & non sunt, corrigantur, & veri Monachi fiant.

¶ *Ponit differentiam inter expressam & tacitam professionem, hoc dicet.*

UTrùm autem quis expressè professus fuerit, an tacitè, interdum multùm interest. Expressa enim pro-

---

a *C. quia nonnulli. 9. cum agitur. extr. eod.* b *c. relatum. eod. tit.* c *c. Monachum. 20. q. 1.* d *c. illud autem. 20. q. 1.*

a *C. 2. extr. de regul.* b *c. ad Apostolicam. extr. eod. tit.* c *c. si servus. d. 54.* d *c. si servus. ubi gl. dist. 54.* e *c. constitutionem. eod. tit. in 6.* f *c. statuimus. extr. eod. tit.*

fessio,

fessio, etiam seculari habitu non mutato, illi religioni præcisè obligat, quam quis professus fuerit. Tacitè a vero facta infra probationis annum, per habitûs, qui profitentibus tantùm datur, susceptionem, non illi specialiter, cujus est susceptus habitus, sed generaliter religioni recipientem obligat. dum tamen legitimæ sit ætatis, ac sciens & prudens triduò in ejus habitûs delatione perseveret.

¶ *Beneficium non vacat per religionis ingressum ante professionem, nisi de consensu ingressi. b. d.*

ET si contigerit eum, qui religionem ingreditur, beneficium retinere b, intra probationis annum non erit alicui conferendum: sed interim per alium assignatâ sibi congruâ de proventibus portione, beneficio inserviendum erit. Si tamen ingressi ad id accedat assensus, aut quòd vitam mutare voluerit, liquidò appareat, aut legitimam professionem emiserit, beneficium alteri liberè conferri poterit.

¶ *Qui votum regularem vovit, monasterium ingredi debet, non obstante quòd fuerit prælaturam consecutus. b. d.*

IS quoque, qui votum de ingressu religionis compos mentis emisit, ut Monachus fiat, cogendus erit. Itaque adeò enim Deo voti ligat emissio, ut etiam si quis post votum prælaturam fuerit consecutus, Domino tamen promissa reddere sit compellendus.

¶ *Per votum solenne derogatur simplici. b. d.*

ILlud quæri potest, Si quis post votum c de certa religione intranda emissum, aliam religionem etiam laxiorem ingrediatur, & in eadem profiteatur, ibidemne possit, voto non obstante priore, licitè remanere? in qua specie, cùm per secundum solenne votum priori simplici derogari potuerit, responsum est, posse Monachum in ea religione, in qua professus est, remanere: eidem tamen pro voto non completo, pœnitentiam imponendam. Est autem in proposito votum simplex, quod non est aliquâ professione munitum. Solenne verò est, quod quis per professionem tacitam vel expressam comprobavit.

¶ *Semel factus Monachus, cogitur remanere in monasterio. b. d.*

IS igitur, qui legitima in ætate constitutus, habitum semel induit sponte, religiosum propositum ultrò susceptum deserere non poterit, sed proprio Abbati obediens, in castitate in proprio deget monasterio.

¶ *Monachus non potest aliquid proprium habere, nec contra hoc potest Papa dispensare. b. d.*

SEd d nec aliquid proprium possidere debet: & si quid habet, totum in continenti resignabit. Nam abdicatio proprietatis adeò est annexa regulæ monachali, ut contra eam nec summus Pontifex possit licentiam indulgere. Et si proprietas apud quenquam inventa fuerit in morte, is est Christianâ sepulturâ privandus, & sepultus exhumandus: prout etiam beatus Gregorius se fecisse narrat.

¶ *Potest Monachus transire solum in artiorem religionem: & si dubitetur, an sit artior, in quam Monachus vult migrare, stabitur judicio Abbatis. b. d.*

SEd nec temerè Monachus de monasterio e in monasterium migrare permittendus est, nisi monasterium, ad quod transitum facere cupit, districtius existat. Quo f casu, nullo obstante privilegio, Prælatus Monacho sine difficultate debet transeundi licentiam indulgere, ne videatur propositum impedire divinitùs inspiratum. Quòd si fortè probabiliter dubitetur, utrùm quis velit ad ordinem artiorem transire, an ad laxiorem, ex charitate, an ex temeritate, superioris est judicium requirendum, ne fortè angelus Sathanæ in lucis Angelum se transformet.

¶ *Mendicantes solum in ordinem Carthusiensium migrare possunt. b. d.*

MEndicantibus a verò approbatis, qui prætextu artioris ducendæ vitæ ad monasterium confugiunt, etiamsi authoritate Apostolicâ fuerint muniti, Clemens Quintus, sacro approbante Concilio, interdixit ne vocem aut locum in Capitulo talis monasterii haberent, nevé ad priorâtûs administrationes, aut quæcunq; officia assumi possent. Sed novissimè g Martinus Quartus omninò vetuit, Mendicantes ad aliquem monasticum ordinem, excepto ordine Carthusiensium, sine speciali sedis Apostolicæ concessione transire, tam recipientibus quàm receptis, ipso facto excommunicationis pœnam incursuris.

¶ *Abbates debent perquirere fugitivos, & Monachi non possunt præsse Ecclesiis parochialibus: licet secus sit in regularibus. b. d.*

FUgitivos e verò debent Abbates solicitè perquirere, & ut ad monasterium & frugem melioris vitæ revertantur, opportunis remediis providere, nec ordinarios qui eorum suppleant negligentiam, expectare. Singuli quoque Monachi per villas d & oppida non debent discurrere, nec per quascunque parochiales Ecclesias disponi: quod in regularibus, cùm regulæ inserviant laxiori, specialiter cautum non invenitur. Ideoque e illis cum minori difficultate parochialibus Ecclesiis præsse permittitur.

¶ *Quomodo & qualis sit eligendus in Abbatem. b. d.*

UT autem inviolabiliter monastica disciplina custodiatur, de congregatione Monachorum Abbas eligendus est f, quem ordo vitæ & meritum magis poposcerit ordinari, ut uni tantùm præsit monasterio, qui cautus sit in regimine, humilis, & discretus, & cui Monachi cum omni obedientia & devotione subjaceant.

¶ *Non professus non potest eligi in Abbatem, sed bene in Episcopum. b. d.*

ET præterea cùm in magistrum g assumi non debeat, qui formam discipuli non assumpsit, nec sit præficiendus, qui subesse non novit: Religiosus, qui regularem ordinem antè non fuerit expressè professus h, in Abbatem, vel ad aliam regularium prælaturam eligi non poterit: quanquam ad Episcopalem dignitatem, talis in secularibus vel regularibus Ecclesiis eligi minimè prohibeatur.

¶ *Visitatores creandi, & quid agere debeant. b. d.*

VIsitatores quoque in Capitulo creandi sunt secundùm formam generalis Concilii, qui visitationis officium exequantur, & omnia, quæ Viennensi Concilio i constituta sunt, fideliter observari faciant, & de statu monasteriorum, & observantiis regularibus diligenter inquirant; & tam in spiritualibus, quàm in temporalibus corrigant & reforment, quæ viderint corrigenda, & omnia secundùm Honorianæ constitutionis tenorem prosequantur.

¶ *Non debet quis invenire, vel fundare novam religionem. b. d.*

NOvissimè k sciendum est, generali Concilio semel atque iterum cautum esse, ne quis in posterum novam religionem inveniat: sed quòd quicunque ad religionem converti voluerit, unam de probatis assumat. Similiter etiam de iis qui religiosam domum de novo fundare voluerint, cautum est, ut regulam & institutionem de probatis assumant.

a *D. c. non solum. 4. facile.* b *c. beneficium. eod. tit. in 6.* c *c. penult. eod. tit. in 6.* d *c. cùm ad monasterium. extr. de statu Monachor.* e *c. Ioannes. extr. eod. tit.* f *c. licèt quibusdam. extra. eod. tit.*

a *Cl. 1. eod. tit. de reg.* b *extr. c. communi. de reg.* c *c. fin. extr. eod. tit.* d *c. 1. extr. de stat. Monachor.* e *c. quod Dei. de statu Monach. extr.* f *c. Abbatem. cum duobus seq. tit. q. 2.* g *c. cum in magistrum. extr. de elect.* h *can. nullus religiosus. de elect. in 6.* i *Clem. 1. eod. tit. de stat. Monach.* k *c fin. extr. de relig. dom.*

FINIS LIBRI PRIMI.

INSTITUTIONUM JURIS CANONICI LIBER SECUNDUS.

DE RERUM DIVISIONE, ATQUE ILLARUM ADMINISTRATIONE.

TITULUS PRIMUS.

¶ *Res Ecclesiastica sunt aut spirituales, aut temporales. hoc dicit.*

SUperiore libro de jure personarum exposuimus: modò videamus de rebus Ecclesiasticis, illarumque tractatione, & administratione. Summa rerum Ecclesiasticarum divisio in duos articulos deducitur: nam aut spirituales sunt, aut temporales. Spirituales sunt, quæ spiritui deserviunt, atq; animæ causâ sunt institutæ: ut Sacramenta Ecclesiæ, altaria, & his similia. Temporales sunt, quæ non tam spiritûs, quàm corporis gratiâ pro Ecclesiasticis ministeriis, sacrorumque ministrorum usu sunt comparatæ: ut sunt, prædia, domus, & fructus decimales.

¶ *Res spirituales sunt aut incorporales, aut corporales: & corporales dividuntur in Sacramenta, in res sacras, sanctas & religiosas. h. d.*

RUrsùs spiritualium quædam sunt incorporales, quædam verò corporales. Incorporales sunt, quæ neque tangi, neque sensu corporeo percipi possunt: quales sunt, virtutes, & dona Dei, aut quæ in jure consistunt. Corporales sunt, quæ tangi & humanis sensibus percipi possunt. Harum autem quædam sunt Sacramenta, quædam sacræ sunt, & sanctæ, quædam religiosæ. Videamus igitur nunc de spiritualibus: & quidem incorporales, cùm de his tam suprà opportunis locis loquuti fuerimus, quàm etiam infrà suo tempore dicturi simus, specialem tractatum minimè exigunt: itaque tractemus jam de corporalibus, ac primùm de Sacramentis, de sacris, sanctis, & religiosis, consequenter etiam loquuturi: ac demùm de rebus temporalibus, atque illarum administratione.

DE SACRAMENTIS.

TITULUS II.

¶ *Quid sit Sacramentum. h. d.*

SAcramentum *a*, est invisibilis gratiæ visibilis forma, ita quòd ejus similitudinem gerens & causa existat.

¶ *Sacramentorum quædam necessaria sunt, quædam voluntaria. h. d.*

SAcramentorum summa divisio hæc est *b*, quòd ut sunt necessaria, aut voluntaria. Necessaria sunt, quæ sine interitu salutis æternæ prætermitti & contemni non possunt: ut sunt, Baptismus, Confirmatio, Pœnitentia, Eucharistia, Extrema Unctio: quæ omnia ad particularem cujusq; profectum sunt principaliter instituta. Voluntaria sunt, quæ sine salutis dispendio, pro cujusque arbitrio recipi possunt, & refutari: qualia sunt, Ordo sacer, & Matrimonium: & hæc ad totius Ecclesiæ profectum & subsidium principaliter pertinent.

¶ *Necessariorum Sacramentorum quædam deserviunt ad ingressum Ecclesiæ, quædam ad progressum in Ecclesia, quædam ad egressum ab Ecclesia. h. d.*

ET rursùs necessariorum quædam ad ingressum Ecclesiæ sunt comparata, ut Baptismus: quædam ad progressum in Ecclesia, ut Confirmatio, Pœnitentia, Eucharistia: quædam ad egressum ab Ecclesia, ut postrema unctio.

¶ *Secunda dextralis Sacramentorum, quod quædam characterem imprimunt, quæ iterari non possunt: quædam non imprimunt, quæ iterationem admittunt. h. d.*

RUrsùs Sacramentorum quædam characterem imprimunt, quædam verò non. Quæ characterem imprimunt, iterari non possunt: ut Baptismus, Confirmatio, Ordo sacer. Cætera verò, quæ characterem nullum imprimunt, iterari minimè prohibentur: ut Eucharistia, Unctio, Pœnitentia, Matrimonium.

¶ *Sacramenta constant elemento & verbo. h. d.*

COnstant autem Sacramenta elemento & verbo. Elementum hic accipimus, quicquid sub visibili natura, invisibilem gratiam designat & continet. Verba sunt, quæ formæ visibilis efficaciam exprimunt: ergò accedente verbo ad elementum, sacramentum fiet.

¶ *Non Ecclesia, sed Christus instituit Sacramenta, quæ tamen dicuntur Ecclesia, quia illa per ea sanctificatur, & illa ministrat. hoc dicit.*

ILlud quoque scire nos oportet, quòd non Ecclesia, sed ipso Domino instituente Sacramentis utimur: sed tamen ideò Ecclesiæ Sacramenta nuncupamus, tum quòd per ea sanctificata, & cœlesti sponso matrimonii fœdere conjuncta sit: tum quòd illorum dispensatio ejus credita sit ministerio.

¶ *Etiam malus minister, & hæreticus potest ministrare sacramenta. h. d.*

ERgò *a* qui baptizat, qui absolvit, & in singulis Sacramentis divinitùs operatur, Dominus est: ministri verò Ecclesiæ in conficiendis sacris mysteriis, vel dispensandis, præter nudum ministerium nihil sibi vendicare valent, cùm non propriam, sed ejus qui Sacramenta instituit, personam referant, nec ulla ex ipsis sanctificandi virtus manet. Unde, quanquam eos inculpatos esse deceat, si tamen mali sint, vel à catholica communione sejuncti, nihilominùs & conficere Sacramenta, &

a *Can. sacrificium. de cons. dist. 2.* b *can. ammistionem. & sed notandum, 1. q. 1. gl. 1. c. veniens. extr. de transactionib.*

a *Can. aliud est. & can. seq. de consecr. dist. 4.*

dispensa-

dispensare poterunt: veluti enim per lapideos canales ad arcolas aqua transfunditur, & soljs radij per loca fœtidissima transeuntes, nullâ contactûs maculatione contaminantur: sic multò magis Sacramenta nulla ministri fœditate commaculantur.

¶ *Spiritualis potestas exerceri sine fide potest, sed non sine intentione Ecclesiæ. h. d.*

Hoc tamen sic intelligi oportet, si tales ministri intentionem Ecclesiæ concordem habeant. Cæterum si aliud agere intendant, putà sacris illudere mysteriis, vel aliud, quod Ecclesiæ non consentiat, nihil agitur: sine fide enim spiritualis potestas exerceri quidem potest, sine Ecclesiæ intentione non potest. His circa Sacramenta generaliter cognitis, exordiamur nunc de singulis etiam specialiter dicere: & quia baptismus fundamentum *a* est & janua cæterorum, meritò ab eo principatum sumamus.

DE BAPTISMO ET EJUS effectu.

TITULUS III.

¶ *Baptismus operatur animæ ablutionem, & in locum circumcisionis est institutus. h. d.*

Baptismus *b* est ablutio corporis exterior, quæ, adhibitâ certâ verborum formâ, interiorem animæ ablutionem designat & operatur. Veluti enim circumcisio in populo *c* Dei, in fidei justitiæque signaculum instituta, ad significationem purgationis originalis veterisque peccati parvulis valebat: sic & baptismus ad hominis innovationem valere cœpit.

¶ *Licèt in baptismo plena contingat peccatorum remissio, non tamen contingit plena novitas. h. d.*

Non tamen ex quo quisque baptizatus, statim etiam in eo omnis vetus infirmitas ablumitur, sed renovatio ad remissionem peccatorum incipit, & ad intelligentiam & operationem spiritualium: cætera verò sunt in spe, donec re compleantur, quod erit in surrectionis tempore. Quamvis ergò in baptismate plena fiat peccatorum remissio, non propterea plena novitas & mutatio contingit.

¶ *Cura baptizandi ad solos Sacerdotes spectat, sed ex causa necessitatis quilibet potest baptizare. h. d.*

Baptizandi *d* autem cura ad solos Sacerdotes pertinet, ejusque ministerium nec ipsis Diaconis explere permittitur, absque Episcopo vel Presbytero: nisi his procul absentibus, ultima languoris cogat necessitas: quo casu & Laicis fidelibus, atque ipsis mulieribus *e* baptizare permittitur. Presbyter verò, cujus negligentiâ commissum est, ut quis sine baptismate ex humanis excesserit, deponendus erit *f*.

¶ *Baptizati ab hæreticis, schismaticis, paganis, vel aliàs facinorosis, non sunt denuò rebaptizandi. h. d.*

Sed & si qui ab hæreticis *g*, sive schismaticis, vel etiam paganis, aut aliàs facinorosis baptizati fuerint, quasi baptizati non fuerint, iterùm baptizari non debent. Antiqua *h* tamen patrum induxit institutio, ut qui ab his in Trinitatis nomine baptizati fuerint, cùm ad sanctam Ecclesiam redierint, aut unctione chrismatis, aut impositione manûs, aut solâ professione fidei, ad sinum matris Ecclesiæ revocentur.

¶ *Nemo seipsum baptizare potest. h. d.*

Sed *i* quanquam baptismus ab hæreticis, schismaticis vel paganis susceptus valeat, ipsum tamen se baptizare nemo poterit: sicut enim in carnali generatione, quâ proles ex viro & fœmina nascitur, alius est qui carnaliter gignit, alius qui gignitur: sic in sacramentali generatione, quâ soboles ex aqua & Spiritu Sancto renascitur, alius debet esse qui spiritualiter generet, alius qui generetur. Unde de Judæo, qui in mortis articulo constitutus, in aquam seipsum immergendo dixerat, *Ego me baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti*, responsum est, denuò ab alio illum baptizandum esse, ut ostendatur, quòd alius est qui baptizatur, alius qui baptizat: quamvis si talis continuò decessisset, protinùs ad patriam evolâsset, non propter fidei sacramentum, sed propter sacramenti fidem.

¶ *Baptismus alius fluminis, alius flaminis, alius sanguinis. h. d.*

Quod quidem & de illo rectè creditur, qui visibiliter non baptizatus martyrii subiit sacramentum. Baptismus enim invisibiliter ministratur, quem non contemptus religionis, sed terminus necessitatis excludit. Unde scitè *a* scriptum à quibusdam reperitur, baptismum alium esse fluminis, alium flaminis, alium verò sanguinis: cùm baptismi virtus & efficacia, non tam ablutione *b* corporis, quàm fide cordis contineatur: & aliud sit per ministerium baptizare *c*, quod Sacerdos exequitur: aliud per potestatem, quam Dominus non usque adeò sacramentis adjunxit, ut sine illis eorundem gratiam tribuere non possit.

¶ *Parvuli baptizantur in fide parentum, & Ecclesia: & non debet minor esse virtus baptismi, quam circumcisionis. h. d.*

Non tamen, quia fide cordis baptismatis virtus continetur, ideo minùs parvulos *d*, qui credere ob ætatem non possunt, unda salutaris abluit, cùm & ii, non per usum, sed per habitum fidei, quem suscipiunt in baptismate, credere non male credentur, & in fide parentum *e* & Ecclesiæ, alio professente, baptizati, ob fidei sacramentum rectè fideles dici possunt: & cùm circumcisio *f* tam adultis, quàm parvulis ex præcepto Domini conferretur, ne baptismus, qui succedit in locum ipsius, & generalior tamen exitit, cum tam viri, quàm fœminæ baptizentur, minoris videatur effectûs, tam adultis, quàm parvulis est conferendus.

¶ *Tam mater, quàm filius in ipso articulo parturiendi, possunt separatim baptizari, nec ob id creditur baptismus iteratus. h. d.*

Is *g* quoque cujus mater vel prægnans, vel in ipsa hora, quâ parturit, mortis urgente periculo baptismatis gratiam perceperit, baptizari poterit, nec propterea bis baptizatus reputabitur: cùm utique ad maternum corpus, cùm esset in utero, pertineret: nec ibi regeneratio reperiri possit, ubi generatio non præcesserit, nec in hoc infanti, qui nascitur, aliquid mater participat, cùm uniuscujusq; propria voluntas in confessione sit attendenda.

¶ *Muti surdi, & ægrotantes baptizari possunt. h. d.*

Muti quoque *h* & surdi, item ægrotantes, qui pro se respondere non possunt, aliis pro se professionibus, rectè baptizari poterunt.

¶ *Dormientes & amentes, si ante somnum & amentiam habuerunt propositum baptizandi, baptizari possunt. h. d.*

De dormientibus *i* & amentibus quæsitum est, & planè si priùs quàm dormirent, aut amentiam incurrerent, non baptizandi propositum haberent, quia in eis eadem perdurare voluntas intelligitur, si sic immersi fuerint, characterem sacramenti non suscipiunt: secùs autem, si priùs catechumeni extitissent, & baptizandi propositum habuissent: tales enim in necessitatis articulo baptizare consuevit Ecclesia. Tunc ergò characterem

a *Venens. extr. de Presbyt. non baptizat.* b *gl. 1. in sum. de conf. dist. 4.* c *can. ex quo dist 4. de conf.* d *can. constat. de conf. dist. 4.* e *can. multer. d. dist. 4. de consecr.* f *can. quicunq; d. dist. 4.* g *can. sive ab hæreticis. & can. seq. de consecr. d. 4.* h *can. ab antiqua. d. dist. 4.* i *c. debitum. extr. eod.*

a *Gl. 1. in sum. de conf. dist. 4.* b *can. verus baptis. d. dist. 4.* c *can. aliud est. d. dist. 4.* d *cap majores. in fine princ. extr. eod.* e *can. aliud. & can. seq vers. parvuli. de consecr. dist. 4.* f *can. majores 4. cum ergo extr. eod.* g *can. si ad matris & can. seq. de conf. dist. 4.* h *can. parvuli. alio. & can. seq. d. 4. de consecr.* i *cap. majores. in fine. extr. eod.*

sacramentalis imprimit operatio, cùm obicem voluntatis contrariæ non invenit obsistentem.

¶ *Invitus baptizatus characterem suscipit, & cogendus est ad observantiam fidei: secùs si penitùs coactus sit. h. d.*

SEd & si quis non sponte, dum tamen non omninò coactus baptismatis susceperit sacramentum, Christianitatis characterem suscipit: ut putà, cùm quis terroribus, atque suppliciis ad undam salutarem trahitur, & ob id tanquam conditionaliter volens, licèt absolutè non velit, est ad fidei Christianæ cogendus observantiam. Ille verò, qui nunquam consentit, sed penitùs contradicit, nec rem, nec characterem sacramenti suscipit. Plùs est enim expressè contradicere, quàm minimè consentire.

¶ *Is de quo non est præsumptio quòd sit baptizatus, debet sine metu iterationis baptizari. h. d.*

ILlud *a* in dubium venire non debet, quoties nulla extant indicia inter propinquos & familiares, quibus aliquos baptizatos esse doceri possit, eosdem baptizari minimè prohibendos esse. Quod enim factum esse nescitur, nulla ratio sinit, ut iteratum videatur: nec temeritas intervenit præsumptionis, ubi est diligentia pietatis. De eo tamen, qui Christianis parentibus natus, inter Christianos est fideliter conversatus, tam violenter præsumitur quòd baptizatus fuerit, ut hæc præsumptio pro veritate sit habenda, donec evidentissimis argumentis contrarium probatum fuerit.

¶ *Iterùm scienter baptizatus debet severissimè puniri; ignoranter verò baptizatus non potest ordinari, nisi ex necessitate. h. d.*

QUòd si *b* quis sciens & prudens iterum baptizari sustinuerit, arctissimæ pœnitentiæ subjiciendus erit: quòd si ignoranter, nulla quidem imponenda erit pœnitentia, sed nisi magna cogat necessitas, ordinari non poterit.

¶ *Iterantes Baptismum sunt deponendi ab officio, & beneficio: hoc dicit.*

ILli quoque, qui ausu temerario in homine jam baptizato cœleste lavacrum iterare ausi fuerint, excommunicationis mucrone percussi, ab omni officio & beneficio Ecclesiastico deponentur.

¶ *Multa fiunt in baptismo, quæ non sunt de ejus substantia. h. d.*

POstremò sciendum est, quòd licèt verbo tantùm *c* & elemento, baptismatis substantia contineatur & forma, multa tamen à sanctis patribus ad ejus decorem fuerunt solenniter constituta, ut immersionis numerus, Exorcismi, Clericorum exsufflationes, salis benedicti exhibitio, salivæ contactus, inunctio: quæ si ex neglectu prætermissa fuerint, omissio culpæ reos arguet.

¶ *Baptismus non debet conferri in privatis domibus, nisi ex necessitate, vel ob magnam nobilitatem. h. d.*

ILlud etiam novissimè *d* Viennensi Concilio constitutum est, ne quis in privatis domibus, sed duntaxat in Ecclesiis, in quibus sunt ad hoc fontes specialiter deputati, aliquos audeat baptizare: nisi Regum vel Principum liberi baptizandi fuerint, vel talis necessitas emerserit, propter quam ad Ecclesiam absque periculo accessus haberi nequeat.

DE SACRAMENTO CHRISMATIS.

TITULUS IV.

¶ *Fideles post receptum baptismum debent chrismari. h. d.*

QUamvis autem continuò transituris regenerationis sufficiat beneficium, victuris tamen etiam confirmationis auxilium est necessarium. Ita enim conjuncta sunt hæc duo sacramenta, ut unum ab altero, nisi morte præveniente, separari non debeat.

¶ *Chrismatis sacramentum operatur augmentum gratiæ, & soli Episcopo chrismare. h. d.*

IGitur omnes fideles post baptismum, paracletum *e* per manûs impositionem accipere debent, ut perfectè Christiani inveniantur. Spiritus *b* Sanctus enim, qui super aquas baptismi salutifero descendit lapsu, in fonte plenitudinem tribuit ad innocentiam, in confirmatione robur & augmentum præstat ad gratiam: Unde *c* cùm cæteras unctiones simplex Sacerdos vel Presbyter valeat exhibere, hanc non nisi summus Sacerdos, hoc est, Episcopus conferre debet: alioquì nullâ excusante consuetudine chrismatio irrita habebitur & vacua, nec inter Ecclesiastica sacramenta reputabitur, cùm manum imposuisse præter Apostolos, quorum hodiè vicem sustinent Episcopi, nulli alii legantur.

¶ *Jejunis à jejuno debet dari Chrisma, nisi necessitas aliud cogat. h. d.*

ACcedent igitur, qui legitimæ sunt ætatis, ad confirmationem jejuni *d*, ut à jejunis Episcopis sacro chrismate in fronte deliniti per manûs impositionem paracletum recipiant. Planè infirmis, & morte periclitantibus, vel quâlibet causâ impeditis, nullâ de jejunio habitâ ratione, manus imponi poterit.

¶ *In Baptismo, Confirmatione, & Catechismo debent patrini intervenire. h. d.*

ILlud *e* commune est tam his qui baptizandi sunt, quàm etiam illis qui confirmationis munus recipere debent, ut aliquem in patrinum habeant, qui eosdem in religione Christianâ, & fide Dominica instituat, & qui pro eis apud Deum quasi fidejussor existat: quod & in Catechismo observandum erit.

¶ *Patrini non debent esse plures, vel non baptizati, vel confirmandi. h. d.*

ADmonendi tamen sumus, quòd nec plures quenquam in baptismo, aut in confirmatione suscipere debent, sed unus *f* tantùm, sive vir, sive mulier: nec quenquam quispiam tenere, vel levare poterit, qui ipse baptizatus non sit, vel confirmatus.

¶ *Parentes non possunt esse patrini proprierum filiorum, nec Abbates, vel Monachi alienorum. h. d.*

PArentes quoque proprios filios, vel Abbates *g*, vel Monachi alienos de sacro fonte suscipere, aut in confirmatione tenere non debent.

¶ *Nec Baptizatus, nec Chrisma possunt iterari, & utrumq; conferre potest tempore interdicti. h. d.*

COmmune etiam illud est utrisque, quòd & neutrum (ut paulò antè diximus) iterari potest, quippe quòd ambo characterem imprimunt, & quòd interdicti tempore ob imminens ex dilatione periculum utrumque conferri, & pro utroque chrisma confici poterit, ut infrà suo loco latiùs exponemus.

DE POENITENTIIS ET REMISSIONIBUS.

TITULUS V.

¶ *Quid sit pœnitentia, & effectus pœnitentiæ. h. d.*

POenitentia, est Sacramentum, quod contritione, confessione, & satisfactione concurrentibus, peccatorum operatur remissionem. Multiplex enim Dei misericordia ita lapsibus humanis subvenit, ut non solum per baptismi & confirmationis gratiam, sed etiam per pœnitentiæ meditinam spes æternæ vitæ reparari velit. Unde qui dona regenerationis violaverint, proprio se judicio condemnantes, per Sacramentum pœnitentiæ ad criminum remissionem, quasi ex naufragio arreptâ tabulâ ad portum pervenient.

a *Can. si nulla extant. de consec. dist. 4.* b *Can. qui his. de consec. dist. 4.* c *C. non ut. extr. eod.* d *Cl. 1. eod. tit.*

a *Can. novissimè. de consecr. d. 5.* b *can. 1. de consecr. dist. 5.* c *can. un. & per totum. extr. de sacr. unct. & can. manus quoq. de consecr. dist 5.* d *can. ut jejuni. & can. seq. de consecrat. dist. 5.* e *c. vos ante omnia. de consecr. dist. 4.* f *c. non plures. de consecr. dist. 4. & can. seq.* g *can. non licet. de cons. dist. 4.*

¶ *Deus*

¶ *Tres sunt species pœnitentiæ, & pœnitentia solennis iterari non potest, & pœnitentes ad sacros ordines reddit inhabiles. h. d.*

SUnt autem pœnitentiæ tres species: quædam enim est solennis, quædam publica, quædam privata. Solennis est, quam propter majora scelera, Episcopus in capite jejunii, servatâ certâ rerum serie, delinquentibus solet imponere: quæ quidem ne Ecclesiæ vilescat authoritas, iterari non debet: & tales pœnitentes ad sacros ordines (ut suprà exposuimus *a*) inhabiles reddit, quippe quæ nec aliter potest Sacerdotibus imponi, quàm si priùs cœlestis militiæ cingulo exuti fuerint.

¶ *Publica delicta & publicâ pœnitentiâ lui debent. h. d.*

PUblica pœnitentia est, quæ publicè, nullâ servatâ juris solennitate, peragenda injungitur: qualis est, peregrinatio, certi habitûs delatio, & his similia. Cùm enim manifesta peccata non sint occultâ correctione purganda, rectè constitutum est, ut qui publicè peccando proximo suo scandalum præbuerint, publicam etiam pœnitentiam à propriis sibi Sacerdotibus impositam peragere debeant. Apparet itaque ex his, quòd licèt omnis solennis pœnitentia publica sit, non tamen omnis publica est solennis.

¶ *Unusquisq; semel in anno debet confiteri, & Eucharistiam sumere, nisi de consilio Sacerdotis abstineat. h. d.*

PRivata aut secreta pœnitentia est, quæ in occulto Deo fit & Sacerdoti. Statutum est enim generali Concilio *b*, ut omnis fidelis, quamprimùm sapere cœperit, omnia sua peccata proprio Sacerdoti confiteatur, & injunctam sibi pœnitentiam propriis viribus adimplere studeat; suscipiens reverenter ad minus, singulis annis in Paschate Eucharistiæ sacramentum, nisi forte de Sacerdotis consilio ex causâ duxerit abstinendum: alioqui & vivens ab ingressu Ecclesiæ arcebitur, & moriens Christianâ carebit sepulturâ.

¶ *Pœnitentia constat contritione, confessione, & satisfactione: hoc dicit.*

COnstat igitur pœnitentiæ sacramentum tribus partibus: contritione cordis, confessione oris, & operis satisfactione. Contritio nihil aliud est, quàm dolor pro peccatis voluntariè assumptus, cum proposito confitendi, & satisfaciendi. Confessio, (ut Augustino placet) est, per quam morbus latens spe veniæ aperitur: vel, confessio est Canonica peccatorum coram proprio Sacerdote facta declaratio.

¶ *Tribus casibus potest quis confiteri non proprio Sacerdoti, si obtineat licentiam ab eodem, vel ab Episcopo, vel si confiteatur fratribus habentibus generalem potestatem audiendi confessiones. h. d.*

QUod autem dicitur *coram proprio Sacerdote*, ita demùm obtinet, si nullâ legitimâ causâ subsit ejus declinandi judicium. Cæterùm si quis vel proprii Sacerdotis imperitiam *c* vereatur, vel aliàs vitam & mores suspectos habeat, & propterea alieno Sacerdoti *d* confiteri voluerit, licentiam priùs postulet & obtineat à proprio: cùm aliter illum alienus, quâcumque suffragante consuetudine, non possit absolvere, vel ligare. Si quis tamen regularibus generalem audiendi confessiones potestatem habentibus, & locorum ordinariis præsentatis, & ab iisdem approbatis, confessus fuerit, Parisiensis Doctoris rejectâ sententiâ, non magis eadem peccata tenebitur iterùm confiteri, quàm si ea proprio Sacerdoti justa generalis Concilii dispositionem confessus fuisset.

¶ *Episcopus potest suo subdito concedere licentiam eligendi confessorem, h. d.*

EPiscopus quoque subdito suo, ut quemvis idoneum sibi deligat confessorem, facultatem concedere potest: cùm non minoris esse debeat efficaciæ ab Episcopo obtenta licentia, quàm à Parochiali Sacerdote.

¶ *Necessitas facit affectum reputari pro effectu. h. d.*

SEd & si pœnitendi urgeat necessitas, nec desideranti locus aut tempus proprium Sacerdotem offerat, & si is, cui quis confitetur, solvendi nullam potestatem habeat, tanta tamen est vis confessionis, ut dignus fiat veniâ ex desiderio Sacerdotis, qui proximo suo criminis turpitudinem confiteri non refugit. Votum enim pro opere reputatur, cùm operis perficiendi facultas deest.

¶ *In perpetuum est monasterium detrudendus, qui revelat confessionem. h. d.*

SEd *a* sive proprius Sacerdos, sive alius pœnitentiam audiat, cavebit omninò, ne aut verbo, aut alio quovis modo confitentem prodat: quoniam qui peccatum in pœnitentiali judicio sibi detectum revelare ausus fuerit, non solùm à sacerdotali officio deponendus erit, verùm etiam ad agendam perpetuò pœnitentiam in arctum monasterium detrudendus.

¶ *Sacerdos non debet quem absolvere de casibus reservatis Papæ, vel Episcopo. h. d.*

ILlud etiam animadvertere Sacerdotem oportet, ne quem scilicet ab his criminibus absolvendo liberare tentet, quorum absolutio aut Apostolico *b*, aut proprio ordinario est reservata: ut putà, si pœnitens Clericum enormiter læserit, Ecclesiam combusserit, vel fregerit, falsum commiserit, Cardinalem, vel Episcopum insecutus fuerit, cum Moniali rem habuerit, & in aliis casibus.

¶ *In generali confessione non veniunt ea, quæ quis non esset verisimiliter in specie concessurus. h. d.*

DE eo tamen quæsitum est, si Episcopus subdito suo concesserit, ut sibi possit idoneum eligere confessorem, an tunc ille, quem is elegerit, in casibus, qui eidem Episcopo specialiter reservantur, absolvendi habeat facultatem: & cùm in generali concessione illa minimè veniant, quæ non esset quis verisimiliter in specie concessurus, responsum est, electum hunc hujusmodi non habere potestatem.

¶ *Contritio & confessio sine satisfactione parum proficiunt. hoc dicit.*

SEd nec contritio multùm proficiet, nec confessio, nisi ambabus adjuncta fuerit satisfactio: quæ nihil aliud est, quàm quædam injuriæ illatæ compensatio: nullus enim delictorum accipit veniam, nisi (si nullâ necessitate fuerit impeditus) qualemcunque, etsi longè minorem, quàm debeat, pœnam solverit. Nec sufficit mores in melius commutare, & à præteritis malis recedere, nisi etiam de his, quæ facta sunt, Deo satisfiat per contriti cordis sacrificium, cooperantibus eleemosynis, orationibus & jejuniis.

¶ *Medici, qui ægrotos ad pœnitentiam non inducunt, sunt ab Ecclesiæ ingressu arcendi. h. d.*

MEdicos *d* etiam admonere oportet, ut cùm eos ad infirmos vocari contigerit, ipsos ante omnia moneant, & inducant, ut medicos vocent animarum: ut, postquam fuerit ægrotanti de spirituali salute provisum, ad corporalis medicinæ remedium salubriùs procedatur. Si quis autem Medicorum secùs fecerit, ab Ecclesiæ ingressu arcebitur, donec pro transgressione hujusmodi satisfecerit.

¶ *Qui habuit propositum confitendi, potest absolvi, si gravitas morbi non posset confiteri. h. d.*

SI quis autem in infirmitate constitutus, pœnitentiam petierit, & dum ad eum invitatus Sacerdos properat, morbo oppressus obmutuerit, vel in phrenesim conversus fuerit, & pœnitentiam moriturus, & per manûs impositionem reconciliationem accipere poterit.

---

a Tit. qui prom. non poss. § pœnitentes. b c. omnis utriusq. extr. eod. c c. fin. de pœnit. dist. 6. d c. omnis utriusque. § si quis autem. extr. eod.

a Omnis utriusq. § caveat. extr. eod. b Clem. 1. § quib. verss. nec etiam. de privileg. c c. 2. de pœn. in 6. d c. cum infirmitas. extr. eod.

¶ *Deputatis ultimo supplicio sacramentum pœnitentiæ & Eucharistiæ non negatur. h. d.*

NEc infirmis solùm, sed etiam ultore gladio morituris in hac parte jura subveniunt, cùm ultimo damnatis supplicio *a* pœnitentiæ sacramentum, si petant, non solùm negari non debeat, verùm etiam sint censurâ Ecclesiasticâ ab ordinariis locorum coërcendi, quicunque adversarentur, quò minus id conferantur. Quod ipsum & de Eucharistia quoque intelligendum erit, cùm quibuscunque pœnitentia non negetur, viaticum quoque, quod verè pœnitentibus exhibetur, intelligatur esse concessum.

DE EUCHARISTIA.

TITULUS VI.

¶ *Maximum est Eucharistiæ sacramentum, & saltem semel in anno debet assumi. h. d.*

ESt autem inter cætera, Eucharistiæ sacramentum maximum *b*, & oblationes omnes longè antecellit. Unde, sicut præstantius est cæteris, ita etiam diligentiùs excoli debet. Et quidem circa prima fidei cunabula frequentissima erat apud fideles sanctissimi viatici susceptio; sed cùm posteà paulatim tepescente charitate rarius homines communicarent, constitutum fuit *c*, ut nisi quis majoribus fortasse criminibus impediretur, tribus saltem vicibus in anno communicare deberet: donec refrigescente penitùs religionis ardore, eò tandem ventum est, ut semel saltem singulis annis *d*, unusquisque cœlestis mensæ debeat esse particeps.

¶ *Quotidie Sacerdotes hodiè pro populo sacrificare debent, sed semel tantum, non plures, nisi ex magna causa, vel in nativitate Domini. hoc dicit.*

INvaluit tamen, ut Deo quotidie Sacerdotes pro populo hanc oblationem facerent. Quoniam enim quotidie labimur, ideò etiam Christus quotidie mystice pro nobis immolatur: in quo tamen illud cavendum est, ne Sacerdos, quâcunque præfulgeat dignitate *e*, amplius quàm semel in die celebret; nisi aut aliter faciendum Domini nativitas *f* suadeat, aut urgens cogat necessitas. Satis enim felix est, qui semel dignè celebrat.

¶ *Presbyter tantùm debet exhibere Eucharistiam, non inferior: nisi subsit necessitas. h. d.*

SEd nec ab omnibus nec passim omnibus, tantum sacramentum exhiberi debet: nam veluti solus Sacerdos illud conficit, ita etiam nemo præter eum exhibere poterit. Quòd si Presbyter aliter quàm per semetipsum infirmum, vel alium communicet, ex Rhemensis *g* Concilii dispositione, sui gradûs periculo subjacebit. Permisit tamen Laodicense Concilium *h*, si necessitas urgeret, ut Diaconus præsente Presbytero Eucharistiam jussus erogare posset.

¶ *Sacerdos constitutus in peccato mortali, quoad se ipsum, est suspensus, non quoad alios. h. d.*

IMo & Sacerdotes, si quâ criminali *i* maculâ sese infectos esse sentiant, ab hujusmodi exhibitione abstinere debent. Quanquam si peccato mortali *k* vel minori excommunicatione illigatus celebret, & sacramenta conferat, licèt graviter peccet, nullam tamen irregularitatis notam incurrit, & sacramenta ab eo collata, virtutis effectu non carent: cùm non à collatione, sed à participatione, quæ in sola perceptione consistit, videatur esse remotus.

¶ *Scenicis & histrionibus non est danda Eucharistia: pro cæteris autem maximè infirmis, semper debet esse parata. h. d.*

ITem quamvis regulariter nullus, etiamsi quem Sacerdoti peccatorem & impœnitentem esse liqueat, ab altari sit arcendus: Scenicis *a* tamen, atque histrionibus, cæterisque personis hujusmodi, quandiu tam detestandas artes exercuerint, sacra communio deneganda erit. Nec enim Evangelicæ disciplinæ congruit, ut pudor & honor Ecclesiæ tam turpi & infami contagione fœdetur. In cæteris prospiciet Presbyter, ut si quis infirmatus fuerit, ita Eucharistiam paratam habeat *b*, ut nemo sine communione moriatur.

¶ *Sacramentum Eucharistiæ constat visibili formâ, veritate corporis, & spirituali virtute. Et in calice poni debet vinum aquâ mixtum. h. d.*

COnstat *c* autem Eucharistiæ sacramentum visibili formâ, veritate corporis, & virtute spirituali. Forma visibilis est panis, & vini *d*: vinum verò hoc loco intelligimus aquâ permixtum: nec enim in calice Domini, aut vinum solum, aut aqua sola offerri debet, cùm utrumque ex latere illius profluxisse legatur. Illud etiam rationabilis consuetudo generalis habet Ecclesiæ, ut plus in eo vini, quàm aquæ sit ponendum *e*.

¶ *In sacramento altaris & panis & vinum sunt vera caro & sanguis Domini. h. d.*

VEritas *f* est carnis & sanguinis: sicut enim ante consecrationem panis est & vinum, quod natura formavit: ita etiam post consecrationem vera Christi est caro & sanguis, quem benedictio consecravit *g*.

¶ *Virtus Sacramenti est charitas & unitas. h. d.*

VIrtus est charitatis *h* & unitatis: nam veluti ex multis granis unus fit panis, & multis racemis unum vinum, ita & nos per hoc charitatis sacramentum Christo incorporati, unum evadimus.

¶ *Ponit, quomodo & quando tria, quibus constat sacramentum altaris, sint sacramenta. h. d.*

HIs igitur repetitis apparet *i*, primum quidem sacramentum esse non rem, secundum & rem esse simul & sacramentum, tertium verò rem esse, sed non sacramentum. Sed primum quidem sacramentum est geminæ rei, secundum est sacramentum unius & alterius rei, tertium verò res est gemini sacramenti.

DE EXTREMA UNCTIONE.

TITULUS VII.

¶ *Extrema unctio solet exhiberi iis, de quorum morte dubitatur: & duplex unctio, exterior & interior: & interiorem exterior designat. h. d.*

HActenus loquuti fuimus de his sacramentis, quæ ad ingressum, & ad progressum in Ecclesia comparata sunt: consequens nunc est, ut de iis videamus, quæ propter egressum ab Ecclesia sunt constituta. Sciendum est igitur, graviter ægrotantibus, & de quorum morte probabiliter timeri potest, certas corporis partes sanctificato oleo à Presbyteris ex institutione divina inungi debere: quæ quidem unctio, non minus interiùs animæ, quàm exteriùs corporis sanitatem operatur. Sunt *k* enim unctionis duæ species: Exterior, quæ materialis & visibilis, & interior, quæ spiritualis est & invisibilis. Exteriore visibiliter inungitur corpus: Interiore invisibiliter cor inungitur. Hæc, quòd in extremitate vitæ constitutis exhiberi consuevit, meritò extremæ unctionis nomen est sortita.

---

a *Clem. 1. de pœnitent.* b *Can. nihil in sacrificiis. de consecr. dist. 2.* c *Can. etsi non. de consecrat. distinction. 2.* d *Can. omnis. de pœn.* e *C. te referente. extr. de celeb. miss.* f *C. consuluisti extr. de celebr. missar.* g *Can. pervenit. de consec. dist 2.* h *Can. præsente. dist. ult. 93.* i *Can. Sacerdotes qui. 1. q. 1. in fin.* k *Can. si extr. de Cler. excomm.*

a *Can. pœn. de conf. dist. 2.* b *Can. presbyter Eucharistiam. de consec. dist. 2.* c *Glo. in sicut. de consec. d. 2.* d *sicut. d. dist. 2.* e *C. pernicioſus. extr. de celebr. missar.* f *Can. cum Martha. & distinguendum. extr. de celeb. miss ext d gl.* g *Can. vos autem. de consecr. dist. 2.* h *Vide in præced. ¶¶.* i *C. cum Martha. & distinguendum. ext. de celeb. miss.* k *C. 1. & seire te. ext. de sacra unctione.*

¶ *Magis*

¶ *Magis dignum trahit ad se minùs dignum. h. d.*

SAnctificatum autem oleum hoc loco accipimus, non modò quod ipsum totum consecratum est, sed etiam quod est consecrato admixtum *a*. Postquam hucusque de iis sacramentis, quæ quoquo modo necessitatis sunt, tractatum habuimus: reliquum est, ut de iis loquamur, quæ dignitatis sunt & voluntatis.

DE SACRAMENTO ORDINIS.

TITULUS VIII.

¶ *Quid sit Ordo. h. d.*

VOluntatis Sacramenta sunt (ut paulò antè exposuimus) Ordo sacer, & Matrimonium. Est autem Ordo, nihil aliud quàm signaculum quoddam Ecclesiæ, per quod spiritualis potestas traditur ordinato: de cujus speciebus, differentiis, & gradibus satis videtur superiore libro dictum esse. Unde solùm nunc restat, ut ad matrimonii materiam orationem vertamus.

DE SACRAMENTO MATRIMONII.

TITULUS IX.

¶ *Quid sit matrimonium. h. d.*

MAtrimonium *b* est viri & mulieris conjunctio, individuam vitæ consuetudinem continens, cum divini & humani juris communicatione.

¶ *Matrimonium præcedit alia Sacramenta, ratione loci in quo institutum est, temporis, amplitudinis & mysterii. h. d.*

ET merito inter alia sacramenta matrimonium quoque annumerari meruit, cùm cæteris loci, temporis, amplitudinis, & mysterii ratione etiam præcellat. Siquidem ab ordinis primordio in paradiso à Deo ipso institutum est, ut esset omnibus etiam infidelibus commune, quod in aliis minimè contingit. His illud quoque accedit *c*, quòd animorum consensus & corporum commixtio, quæ in matrimonio intercedunt, primum quidem charitatem significat, quæ consistit in spiritu inter Deum & justam animam, vel Ecclesiam: alterum verò sacrosanctum conjugium designat, quod inter Christum & Ecclesiam per incarnationis mysterium est contractum.

¶ *Bona matrimonii sunt sacramentum, fides, proles, & sors ustionis remedium. h. d.*

COnsequuntur & inde præter sacramentum, & alia bona, ut putà *d*, fides, & proles, & quòd humana infirmitas in ruinam turpitudinis prona, honestate exceptâ conjugii, minimè laditur. Initiatur autem matrimonium sponsione, consensu ratificatur, & copulâ consummatur: de quibus singulis distinctiùs dispiciamus.

DE SPONSALIBUS.

TITULUS X.

¶ *Quid sint Sponsalia, & unde dicantur. h. d.*

SPonsalia *e* sunt futurarum nuptiarum mentio, & repromissio: & dicta sunt à spondendo, quòd per ea sibi invicem se futuros conjuges viri & mulieres spondent.

¶ *Sponsalia contrahuntur re, verbis, literis, & consensu. h. d.*

COntrahuntur autem sponsalia variis modis: ut putà, re, verbis, literis, & consensu. Re contrahuntur per nudam subarrhationem, vel annuli immissionem. Verbis, ut si inter virum & mulierem promissio super futuro matrimonio intercesserit, veluti altero alteri vice mutuâ dicente: *Ego f te accipiam in meam maritum, & ego te in meam uxorem:* sive in hunc sensum verba similia protulerint. Literis, ut cùm absentes inter se de futuris nuptiis per epistolam paciscuntur: quod ipsum & per nuntium, vel procuratorem fieri poterit.

¶ *Procurator ad contrahendum matrimonium non potest substituere, nisi hoc habeat in mandatis. h. d.*

PRocurator *a* tamen ad hoc specialiter constitutus, ob magnum, quod ex facto tam arduo posset periculum imminere, alium substituere non poterit, nisi hoc ei specialiter commissum fuerit.

¶ *Si duo impuberes, quorum prudentia non supplet ætatem, & qui pubertatis non sint proximi, vel etiam alter tantum sit impubes, per verba de præsenti matrimonium contraxerint, talis contractus resolvitur in sponsalia de futuro: & ex eo inducitur justitia publica honestatis. h. d.*

COnsensu *b* contrahuntur sponsalia: ut cùm pubes & impubes, vel duo impuberes, non proximi pubertati, & in quibus ætatem prudentia non supplet, matrimonium per verba contraxerint de præsenti. Licet enim verba in præsens matrimonium sonent, juris tamen interpretatione in sponsalia de futuro resolvuntur. Quo casu dicta sponsalia, licèt contrahentes matrimonium celebrare intenderent, conjugium, quod ab initio ætate impediente, ut matrimonium non tenuit, per adventum pubertatis minimè convaluit, nisi per carnis copulam subsequutam, vel alium modum contrahentes cum ejusdem perseverantia voluntatis, ad pubertatis tempora pervenisse evidenter constiterit: per dictum tamen contractum, qui valuit ut potuit, non secuti agebatur, publicæ honestatis justitia censetur inducta.

¶ *In re dehonestanda potius effectum attendimus, quàm modum. h. d.*

ET ideò hoc casu consensu contracta sponsalitia dicimus: quia, si verba spectes, non sponsalia, sed ipsum matrimonium contractum videri poterit. Censuerunt autem jura eos, qui, cùm non possent, conjugium de facto contraxerunt, voluisse etiam in casu quo possent, contrahere: ideoq; saltem, ut sponsalia, valere conventionem.

¶ *Sponsalia contrahuntur tripliciter, purè, in diem, & sub conditione: & qui contraxerunt sponsalia purè, compellendi sunt etiam matrimonium contrahere, & consanguinei contrahentium non debent cum ipsis contrahentibus contrahere. h. d.*

RUrsùs contrahuntur sponsalia, aut purè, aut adjectâ die, aut sub conditione. Purè *c*, ut cùm vir & mulier se invicem futuros conjuges pollicentur. Et hoc casu nullus consanguineorum aliquo pacto alterum ex contrahentibus matrimonio sibi copulare poterit: imò qui contraxerunt, ut se invicem recipiant, & mutuâ conjugali affectione pertractent, moneri, & nisi rationabilis causa obstitet, Ecclesiasticâ censurâ compelli poterunt.

¶ *Si per contrahentem sponsalia in diem, non stetit quò minùs matrimonium contraheret intra terminum, cum alia postmodum matrimonium contrahere posset. h. d.*

DIes adjicitur sponsalibus, cùm quis intra certum temporis spatium aliquam se ducturum in uxorem convenit: in qua specie, si per eum non steterit, quò minùs intra præfixum terminum cum eadem matrimonium contraheret, liberè ad nuptias alterius transire poterit.

¶ *Sponsalia contracta sub conditione, evanescunt conditione deficiente, nisi ab ea recessum fuerit. h. d.*

SUb conditione celebrantur sponsalia, cùm quis si quid fiet vel contigerit, nuptias se contracturum pollicetur: veluti si dictum fuerit, *Ego d te in uxorem accipiam, si centum mihi dederis: aut si pater meus consenserit:* quibus conditionibus deficientibus, ad matrimonium quis compelli non poterit, nisi consensus de præsenti, aut carnalis sit inter eos commixtio subsequuta, cùm his casibus à conditionibus recessum videatur.

---

a *Gl. fin. c. quod in dubiis. extr. de conf. Eccles.* b *Ita sanc. 27. q. 2. § sanè. c. illud. extr. de præsumpt.* c *c. debitum. extr. de bigam.* d *c. omnis. 27. q. 2.* e *c. nostrates. 30. q. 5. glos. 1. c. licit. extr. de transl. Episc.* f *cap. penult. extr. eod.*

a *C. fin. de procur. in 6.* b *c. 1. § idem. de despons. impub. in 6.* c *c. 2. & c. ex literis. ver. secund. extr. eod. tit.* d *c. de illis. & cap. per tuas. extr. de condit. appo.*

¶ *Turpes conditiones adjectæ sponsalibus vel matrimonio non vitiant, sed vitiantur: nisi sint contra substantiam & naturam conjugii. h. d.*

HOc tamen de his conditionibus intelligere nos oportet, quæ honestæ sunt, & Canonicis institutis non contrariæ: nam si turpes sint, aut impossibiles, ob favorem matrimonii debent pro non adjectis censeri: si tamen non solùm turpes sint, sed etiam contra substantiam, vel naturam conjugii: putà, si alter dicat alteri *a: Tecum contrahо si generationem prolu evitaveris, vel donec aliam honore vel facultatibus dignioremi inveniam, aut si pro quæstu adulterandam te tradideris*: matrimonialis contractus, quantumcunque sit favorabilis, omni carebit effectu.

¶ *Minores septennio non possunt sponsalia contrahere, & contracta lapsu temporis non convalescunt, nisi nova voluntas accesserit, aut nixus copulæ intervenerit. h. d.*

NOn tamen omnibus, cujuscunque sint ætatis, licet sponsalia contrahere: nam inter minores septennio *b* celebrata, nullius roboris efficaciam sortiuntur: ideoque si infantes, vel unus major septennio *c*, alter minor, sponsalia contraxerint ipsi, vel parentes pro eis, nisi per cohabitationem eorum mutuam, sive aliàs verbo, vel facto eosdem in eadem voluntate factos majores perdurare liquidò appareat, sponsalia hujusmodi, quæ ab initio nulla erant, per lapsum dicti temporis minimè convalescunt: & ideo cùm sint nulla, ratione defectûs consensûs, publicæ honestatis justitiam non inducunt. Si tamen cum ea, quam nondum septennem domum quis traduxerit, copulæ nixus intercesserit, aliud statuendum erit.

¶ *Qui contraxerunt sponsalia, debent compelli ad matrimonium, nisi aliquid triste timeatur. h. d.*

INitiatum igitur sponsalibus matrimonium fide consensûs ratificari debet. Quòd si qui de contrahendo matrimonio fidem sibi dederunt *d*, se invicem admittere omninò noluerint: instar eorum, qui societatem interpositione fidei contrahunt, & postea eandem sibi remittunt, dissolutio tolerari poterit: cùm coactiones difficiles soleant exitus frequenter habere.

Non sunt audiendi impuberes volentes dissolvere sponsalia, sed exspectandum tempus pubertatis. h. d.

DE *e* illis, qui infra annos aptos matrimonio sponsalia contrahunt, quæri poterit: & sanè, sive uterque, sive alter reclamet, & antequam ad annos matrimoniis aptos pervenerint, separati postulent, non sunt audiendi: si verò alteruter istorum ad pubertatis annos pervenerit, infra eosdem annos altero existente, cùm sponsalia contraherentur, si is, qui minoris est ætatis, ad pubertatis annos perveniens reclamaverit, nec in alterum consentire voluerit, judicio Ecclesiæ separati poterunt.

¶ *Mulier impotens contrahens cum impubere, non potest restare, sed impubes factus puber potest. h. d.*

MUlier *f* quoque, quæ nubiles annos attingens, ei qui nondum matrimonio erat aptus, nupsit, cùm in eum semel consenserit, amplius dissentire non poterit, nisi ipse, cui nupsit, postquam ad legitimam ætatem pervenerit, in eam suum negaverit præstare consensum.

¶ *Contrahens sponsalia cum impubere cessat, non tenetur expectare impuberem. h. d.*

HÆc tamen de his dicta intelliguntur, quæ sponte cum minoribus sponsalia contraxerint. Si qua enim non tam sponte suâ, quàm à parentibus coacta, cum impubere contraxerit, & domum traducta fuerit, licèt aliquando ibi invita permanserit, si puerum usque ad annum decimumquartum minimè expectandum duxerit, ei alium sibi virum accipiendi libera concedenda facultas erit.

¶ *Sponsalia contracta à parentibus, non tenent, nisi filii assentiant & ratificent. h. d.*

NOn absimile est *a*, quòd de sponsalibus, quæ parentes pro filiis puberibus frequenter contrahunt, statuitur: nam si quidem ipsi filii expressè consenserint, vel tacitè, ut si præsentes fuerint, nec contradixerint, obliganturs: & ex eis oritur publicæ honestatis justitia. Idem etiam obtinet, si filii tempore sponsaliorum absentes, & etiam ignorantes eadem sponsalia, post scientes & prudentes ratificaverunt, tacitè vel expressè: aliàs ex sponsalibus contractis à parentibus pro filiis, nec ipsi obligantur, nec publicæ honestatis justitia inde exoritur.

¶ *Sponsalia dissolvuntur ipso jure, quando non habetur actus voluntatis contrahentium. h. d.*

DIssolvuntur sponsalia, aut ipso jure, aut facto hominis. Ipso jure tunc dicuntur sponsalia dissolvi, ut cùm nullâ habitâ ratione voluntatis & consensûs partium, ex certa superveniente causâ distrahuntur: ut ex contractu matrimonii, sacrorum ordinum susceptione, religionis ingressu, cognationis interventu.

¶ *Matrimonium per verba de præsenti contractum, tollit sponsalia precedentia, etiam juramento firmata: sed matrimonium contractum per verba de præsenti, non firmatur etiam secutâ copulâ. h. d.*

SI quis igitur eam, quæ tibi desponsata fuerat, per verba sibi junxerit de præsenti, etiam si inter te & ipsam sponsalia juramento firmata extitissent, dum tamen copula non intervenerit, nihilominùs per secundum matrimonium, etiam te invito, tolluntur: licèt fidem frangentibus, salutaris sit injungenda pœnitentia: quanquam, si priùs per verba contraxisses de præsenti, ita firmum maneret matrimonium, ut per secundum, etiam secutâ copulâ, tolli non possit. Nec enim ut pactionis fidem interdum frangi jura sustinent, ita etiam fidem consensûs aboleri permittunt.

¶ *Per susceptionem sacrorum ordinum, & ingressum monasterii dissolvuntur sponsalia. h. d.*

ITem ex contrario, si quis sacris ordinibus fuerit insignitus, aut religionem fuerit ingressus, pari ratione solvuntur sponsalia. Consultiùs *b* tamen egerit, qui certam mulierem se ducturum in uxorem fortè jurejurando firmaverit, si anteà contrahendo jusjurandum servaverit: posteaque nullâ subsequente carnali copulâ religionem ingrediatur.

¶ *Affinitas superveniens dirimit sponsalia de futuro. h. d.*

ITem si inter sponsum & sponsam affinitas superveniat: ut putà, si sponsum *c* propinquam sponsæ cognovisse, aut manifestum sit, aut de hoc sit publicè diffamatus, aut spiritualis inter eos cognatio intercesserit: dissolventur inter eos sponsalia, nec ad matrimonium pervenire poterit.

¶ *Patet, quomodo facto hominis sponsalia dissolvuntur. h. d.*

FActo hominis dissolvuntur sponsalia, vel contrario utriusque contrahentis consensu, vel cùm legitimâ emergente causâ, dissolutio alterius tantùm voluntati permittitur: veluti, ex fornicatione *d*, absentia, membrorum amissione, incurabilis morbi interventu.

¶ *Sponsalia dissolvuntur contrario consensu, nec pœna appositio sponsalibus apposita, aliquid operatur. h. d.*

SI contrahentes igitùr, vel sese invicem liberent, vel impubes contrahens adveniente pubertate, ratum nolit habere matrimonium, dissolventur sponsalia: nec aliquid proderit, quòd sub certa pœna contracta fuerint:

a *C. fin. extr. de condit. appos.* b *c. accessit. extr. de despons. impub.* c *c. 1. in princ. de despons. impub. in 6.* d *c. 2. extr. eod.* e *c. 1. de illis. extr. de despons. impub.* f *c. de illis. & mulier. extr. de despons. impub.*

a *C. 1. §. fin. 2. de despons. impub. in 6.* b *c. 2. extr. de conversi. conjug.* c *c. 2. extr. de consanguinit. & affin.* d *c. 2. 31. q. 1. can. Apostolus. & can. omnes. 32. q. 7. c. discretionem. extr. de eo, qui cogn. consang.*

cùm

cùm enim libera matrimonia *a* esse deceat, pœnarum inanis omnis est adjectio.

¶ *Ob fornicationem potè sponsalia etiam juramento firmata emmittam, potest quis licitè resilire? & id quod conjunctos disjungit, multò magis impedit conjungendos. h. d.*

UNusquoque tantùm dissensu etiam jurati solvuntur interdùm sponsalia: veluti *b* si quis aliquam se in uxorem ducturum juraverit, & ea postmodùm fornicata fuerit: nam licèt eidem fornicationem non possit opponere præcedentem, ob subsequentem tamen poterit eandem in conjugem non ducere: quia illi juramento talis inest conditio, si illa contra regulam desponsationis non venerit: alioqui si post hujusmodi juramentum publica meretrix fieret, teneretur eam in uxorem ducere: quod est prorsùs absurdum. Nam si post contractum conjugium, vir propter fornicationem licitè potest à sua cohabitatione recedere, longe fortiùs ante conjugium celebratum sponsos sponsam poterit non admittere.

¶ *Carnalis & spiritualis fornicatio æquiparantur. h. d.*

IDem erit, si sponsus vel sponsa idololatrando, vel hæresim sequendo in spiritualem fornicationem inciderit.

¶ *Si sponsi conferant se ad remotas regiones, sponsa possunt se ad alterum nuptias conferre, receptâ, si perjeraverint, pœnitentiâ. hæc ducit.*

SEd *c* & si qui præstito juramento promittant aliquas se mulieres ducturos, posteaque illis non cognitis, procul recedentes, ad alias partes se transferant, liberum erit mulieribus ad alia migrare vota: receptâ tamen de perjurio, si fortè juramentum præstiterint, pœnitentiâ, si per eas steterit, quò minùs fuerit matrimonium consummatum.

¶ *Lepra, vel similia morbus sponsalia dirimit, licèt non dirimat matrimonium. h. d.*

ITem si sponsus, aut sponsa, leprosus fiat *d*, vel leprosa: paralyticus, vel paralytica: aut nasum vel oculos amittat: aut quid sibi turpius eveniat: ad consummandam maritalem copulam compelli non debent: licèt jam contractum matrimonium superveniens lepra, vel alius morbus non dirimat.

DE NUPTIIS.

TITULUS XI.

¶ *Ponit subordinationem præsentis Tituli ad præcedentia & sequentia. h. d.*

EXposuimus hactenus, quid esset matrimonium, & quâvè ratione inter sacramenta reponatur, admonentes illud initiari sponsalibus, consensu ratificari, & copulâ consummari. Sed cùm proximè de sponsalibus, tanquam de principio tractatum habuerimus: reliquum nunc est, ut de consensu & copula, quibus substantia & perfectio matrimonii continetur, disseramus: quid impediat nuptias contrahi, vel contractas dirimat, cum cæteris quæ tractatui adjacent, recensentes.

¶ *Nuptiæ consensu partium contrahuntur, nec sufficit consensus parentum. h. d.*

NUptias igitur, sive matrimonium inter se contrahunt, viri puberes & mulieres viripotentes, simulatque in se invicem consenserunt. Ubi enim non est utriusque consensus, non potest esse matrimonium: ideoque si ex altera parte pater puellæ tantùm consenserit, ex altera qui se cupit maritum fieri, nihil agitur: quanquam honestè faciant filii, si paternæ voluntati minimè reluctentur.

¶ *Pubertas æstimatur non tam annis quàm corporis habitu: & minores quatuordecim annis non possunt contrahere matrimonium, nisi pro bono pacis, & ex necessitate. h. d.*

SEd qui sint puberes, videamus: & quidam ex annis tantùm pubertatem judicandam asserunt, eum esse puberem rati, qui quatuordecim annos impleverit & viripotentem, quæ duodecim, quamvis tardissimè pubescant. Prævaluit tamen opinio existimantium ex habitu corporis pubertatem debere censeri, atque eos qui generare possint, etiamsi minores annis sint, in proposito puberes reputari. Itaque, si malitia ætatem suppleat, etiam minores cà ætate conjungi possunt. Idem, si fortè urgentissima necessitas *a* interveniat: utpote quòd pro bono pacis talium conjunctio sit toleranda.

¶ *Quantum ad Ecclesiam, verba sunt necessaria ad contrahendum matrimonium, ac muti & surdi signis nuptias possunt contrahere. h. d.*

LIcèt *b* autem per solum legitimum viri & mulieris consensum matrimonium contrahatur, attamen quantum ad Ecclesiam, verba præsentem consensum exprimentia sunt necessaria, si contrahentes loqui poterunt. Muti verò & surdi, qui loqui non possunt & exaudire, & si contrahere velint, & quod verbis ostendere nequiverint, signis declaraverint, proculdubio legitimas nuptias contrahent.

¶ *Ponit quasdam verborum conceptiones aptas ad matrimonium contrahendum. h. d.*

VErba autem ad hoc apta sunt: verbi gratiâ *c*, *Ego te in meam uxorem accipio, & ego te accipio in meum maritum*: vel, *Promitto quod te ab hoc tempore pro conjuge tenebo, & tibi sicuti uxori meæ fidem servabo*: & contrà, *Promitto me te pro marito habiturum, & tibi tanquam viro proprio fidem servaturam*: vel similia consensum de præsenti exprimentia.

¶ *Verba prolata in contrahendo matrimonio sunt accipienda secundùm communem intelligentiam. h. d.*

INde quæritur, si alter conjugum ita loquutus fuerit *d*, ut quod propositum est, altera pars non intellexisse se affirmet, quid agendum sit, si tali prætextu causæ dissidii quærantur? in quâ specie, si matrimonium contracturi judicio & ætate sint idonei, si alter, quod alter proposuit, non intellexerit, statutum est, ad communem verbi intelligentiam esse recurrendum, cogendique erunt ambo verba prolata in eum sensum accipere, quem solent rectè intelligentibus generare.

¶ *Servi possunt etiam invitis dominis contrahere matrimonium, dum tamen dominos non fraudent debitis obsequiis. h. d.*

ILlud quoque explorati juris est, quòd matrimonia inter se contrahunt, non solùm liberi homines, verùm etiam servi *e*. Sicut enim neque liber, neque servus ab aliis Sacramentis Ecclesiæ removendus, ita nec inter servos matrimonia prohiberi debent: ideoque, quanquam contradicentibus dominis, & invitis contracta fuerint, nullâ ratione propterea sunt dissolvenda. Servi tamen, qui contraxerint, proprios dominos debitis & consuetis obsequiis minimè fraudare debent.

¶ *Si una conjugum comperiatur post contractum matrimonium servilis conditionis, potest dissolvi matrimonium, nisi post talem cognitionem fuerit renovatus consensus, vel sequuta copula. Et liberi sunt ex libero ventre nati, nisi aliud inducat lex, & mos regionis. h. d.*

SI quis tamen *f*, vel si qua insciens eum vel eam sumpserit in conjugem, quem vel quam postea servilis compertum sit esse conditionis, nec post diem veræ cognitionis habitæ se invicem cognoverint, aut aliter facto invicem in se consenserint, ita separari poterunt, ut utrique libera cum aliis contrahendi facultas non denegetur. Liberi autem sunt, qui sunt ex libero ventre

a *C. gemma. 4. cùm itaque. extr. eod. tit.* b *quemadmodum. extr. de jurejurand.* c *c. de illa. extr. eod.* d *c. 1. & fin. extr. de conjugio leprosor.*

a *C. 2. in fin. extr. de despons. impub.* b *c. tua fraternitatis. extr. de spons.* c *c. ex parte. extr. de spons.* d *c. ex literis Cl. 1. extr. de spons.* e *c. 1. extr. de conjug. servor.* f *c. 1. & fin. extr. de conjug. serv.*

nati, nisi quis patris conditionem secundùm leges & consuetudinem Provinciæ sequatur.

¶ *Error in persona impedit matrimonium. h. d.*

MUltò magis matrimonium invalidatur, cùm quis in persona erraverit: ut putà, si existimans se cum Gemma contrahere, cum Berta contrahat.

¶ *Si alter contrahentium utitur verbis dubiis animo decipiendi mulierem, & eam postmodùm carnaliter cognoscit, judicatur pro matrimonio in foro judiciali: secùs in pœnitentiali. h. d.*

DE eo quæritum est, qui cùm non aliter mulierem, ut sibi carnaliter commisceretur, perducere posset, quàm si eandem desponsâsset, proprium mentitus nomen, illam per hæc verba desponsavit *a*: *Te Joannes desponsat*: an quia vir illo nomine non vocaretur, nec ullum nubendi haberet propositum, sed copulam tantùm carnalem exequendi, inter prædictos matrimonium sit celebratum, cùm tamen mulier in virum consenserit? Et responsum est, non debere ex isto facto conjugium judicari, cùm in eo nec substantia conjugalis contractûs, nec forma contrahendi conjugium inveniri valeat: quoniam ex altera parte solummodò dolus adfuit, consensus omninò defuit, sine quo cætera fœdus conjugale perficere nequeunt. Sed donec expresè non appareat, quòd is, qui mulierem desponsavit in propria persona, sub nomine tamen alieno, quo vocari tunc se finxit, dissensit, interim erit pro matrimonio præsumendum.

QUÆ MATRIMONIUM IMPEDIRE possunt.

TITULUS XII.

¶ *Error personæ & conditionis impedit matrimonium, non autem qualitatis & fortunæ. h. d.*

ERgò non omnis error matrimonium impedit: nam si quis corruptam in uxorem accipit, quam virginem arbitratur; vel qui accipit meretricem, quam putat esse castam: uterque quidem errat, neutro tamen casu ob errorem matrimonium infringitur.

¶ *Et qui scienter ducit in uxorem publicam meretricem, peccata remittuntur. h. d.*

QUin potiùs qui scientes & prudentes, mulieres publicas de lupanari extraxerint *b*, & in uxores duxerint, quod agent, in remissionem proficiet peccatorum: cùm inter opera charitatis non minimum sit, errantem ab erroris semita revocare.

¶ *Qualis sit error personæ, conditionis, fortunæ, & qualitatis, hoc docet.*

SOlum igitur personæ & conditionis error obstat matrimonio: qualitatis verò & fortunæ non obstat. Est autem error personæ, cùm hic, qui est Joannes, Paulus putatur. Conditionis, cùm is, qui servus est, liber creditur. Fortunæ, ut cùm is, qui pauper est, dives existimatur, vel contrà. Qualitatis, cùm is reputatur bonus, qui tamen est malus. Sunt & alii plures modi, quibus matrimonia impediuntur: ut putà, conditio apposita & non impleta, secundùm ea, quæ suprà diximus de sponsalibus.

¶ *Sacer ordo, & votum solemne impediunt matrimonium contrahendum, & contractum dirimunt: votum autem simplex solum impedit contrahendum, & pro voto simplici facto imponenda est pœnitentia. h. d.*

ITem voti *c* solennis emissio, & sacri ordinis susceptio, tam matrimonium impedit contrahendum, quam postea contractum dirimit. Secùs verò statuitur in voto simplici: quanquam enim contrahendum impediat, non tamen contractum dissolvit. Sic & religionis habitus sine professione susceptus, ne contrahantur, impedit, sed jam contractas nuptias nequaquam tollit. Huic tamen, qui nubendo votum simplex fecit irritum, quantò illud manifestiùs emiserit, tantò propter plurium scandalum erit durior imponenda pœnitentia.

¶ *Christiani non debent nubere infidelibus: & si nubant, sunt excommunicandi. h. d.*

CUlùs quoque disparitas matrimonium & contrahendum impedit, & contractum interdum dirimit: si quis *d* enim Judææ conjugali societate jungi voluerit, sive Christianâ Judæo, vel aliàs infideli, sive Judæa, vel aliàs infidelis Christiano carnali consortio misceatur, quicunque eorum id commisisse deprehenditur, à Christiano cœtu & Ecclesiæ communione protinùs segregandus erit.

¶ *Si unus infidelium conjugum convertatur ad fidem, & alter nolit sibi cohabitare, vel non sine peccato mortali, solvitur conjugium, & conversus cum alia contrahere poterit, & proles communis converso assignabitur. h. d.*

ITem *b* si alter infidelium conjugum ad fidem Catholicam convertatur, & alter, qui in infidelitate remansit, vel nullo pacto, vel non sine blasphemia divini nominis, vel ut Catholicum ad mortale peccatum protrahat, ei cohabitare voluerit, conversus, quasi priore matrimonio dissoluto, licitè ad secunda vota convolare poterit, & communis proles ipsi converso assignabitur.

¶ *Si alter infidelium conjugum convertitur, & antequam alius legitimè conjungatur fuerit, alius quoque convertatur, debent se invicem recipere. h. d.*

QUòd si conversum *e* ad fidem & uxor conversa sequatur, antequam propter causas prædictas legitimam maritus ducat uxorem, eam recipere compellitur: nec quicquam converso proderit, quòd jam secundùm *d* ritum suum eandem repudiaverit, cùm repudium ipsum veritas Evangelica repudiaverit: sed nec fornicationem dimissor dimissæ poterit objicere, propterea quòd alii post repudium nupserit, nisi aliàs fornicata fuerit.

¶ *Si paganus prius plures uxores habeat, post fidem susceptam adhærebit primæ. h. d.*

QUia verò *e* pagani in plures simul fœminas affectum conjugalem dividunt, utrùm post conversionem omnes, vel quam ex omnibus conversus retinere valeat, non immeritò dubitari poterit. Et cùm nulli unquam licuerit, plures habere simul uxores, nisi cui divina fuit revelatione concessum, nec cuiquam uxore etiam ob fornicationem dimissâ, aliam liceat superinducere, evidenter apparet, pluralitatem in utroque sexu (cùm inter conjuges servanda sit æqualitas) circa matrimonium reprobandam, & de pluribus primam tantùm retinendam.

¶ *Matrimonium non solvitur altero conjugum fidelium in hæresim lapso. h. d.*

ALia sanè causa est eorum conjugum *f*, quorum alter vel in hæresim labitur, vel ad infidelium transit errorem: neque enim hoc casu, qui relinquitur, ad secundas nuptias descendere poterit. Nam etsi matrimonium verum inter infideles sit, non tamen est ratum: inter fideles autem, & verum & ratum existit, quia sacramentum fidei, quod semel est admissum, nunquam amittitur, sed ratum efficit conjugii sacramentum, ut ipsum in conjugibus, ipso durante, perduret.

¶ *Per dationem instantiæ solvitur argumentum. h. d.*

NEc *g* refert, quòd à quibusdam forsan objici posset, quòd fidelis relictus non debeat jure suo fine

a *C. tua nos. extr. de spons.* b *c. inter opera. extr. de sponsal.* c *c. 1. & 2. & per totum tit. extr. qui Cler. vel vov. matrim. contrah. poss.*

a *Can. si quis Judæa. 28. q. 1.* b *c. quanto. § si eum alter. extr. de divort.* c *c. gaudemus. § quod si conversum. extr. de div.* d *d. c. gaudemus. § qui autem. de divort.* e *d. c. gaudemus. § quia verò extr. de divort.* f *c. quanto. § si verò. de divort.* g *d. can. quanto. § nec obstat. extr. de divort.*

culpa

culpa privari, cùm idem multis casibus contingat, ut si alter conjugum incidatur. Ex hoc quoque quorundam malitiæ occurritur, qui odio conjugum simularent hæresim, ut postmodùm nubentibus conjugibus ab ipsa resilirent. Quinimò, qui in fide permanserit, ad eum qui ab hæresi vel infidelitate ad Ecclesiam revertitur, vel invitus redire cogendus erit, nisi ad religionem transire maluerit.

¶ *Conjugiorum aliud est legitimum & non ratum, aliud legitimum & ratum, aliud ratum & non legitimum. h. d.*

EX his apparet conjugium *a* aliud esse legitimum & non ratum: aliud legitimum, & ratum: quoddam verò, quod ratum quidem est, sed non legitimum. Legitimum, & non ratum conjugium est, quod legali institutione, vel Provinciæ moribus contrahitur: hoc inter infideles ratum non est, quia dissolvi potest dato libello repudii, lege fori, & non lege poli, quam non sequuntur. Inter fideles verò semper ratum est conjugium, cùm conjugia semel inter eos contracta nunquam solvi possint. Horum verò quædam sunt etiam legitima, veluti cùm servatis nuptialibus ritibus, uxor sponso traditur. Illorum verò conjugia, qui contemptis legitimis solennitatibus, solo affectu aliquam sibi deligunt in conjugem, non legitima, sed rata tantummodò esse creduntur: quanquam enim spretis ritibus Ecclesiæ, matrimonium contrahi non debeat, non tamen ob id solum sacramentum conjugii dissolvi debet. Quin potiùs si tale matrimonium fuerit ab Ecclesia postmodum comprobatum, filii generati, & legitimi judicandi erunt, & hæredes: aliqua tamen illis erit imponenda pœnitentia, qui contemptis Ecclesiæ præceptionibus matrimonium contraxerunt.

¶ *Justus metus, nisi purgatus fuerit, impedit matrimonium. h. d.*

COactio quoque & justus violentiæ metus matrimonium impediunt. Cùm *b* enim solo consensu conjugium contrahatur, plenâ debet ille securitate gaudere, cujus est animus indagandus, ne metu impulsus dicat sibi placere quod odit. Planè *c* quæ invita probat se sponsalia contraxisse, si comperiatur postmodùm sponte cognita, ad matrimonii dissolutionem proclamare, & metum causare non poterit.

¶ *Furor impedit matrimonium contrahendum, sed non dirimit contractum. h. d.*

FUror quoque, quia consensum impedit, nuptias contrahi prohibet: contractas autem non dirimit.

¶ *Frigiditas & coeundi impotentia matrimonium impedunt. hic dicit.*

ITem frigiditas *d* & coëundi impotentia legitimum matrimoniis impedimentum asserunt. Sicut enim puer, qui debitum reddere non potest, non est aptus conjugio: sic, qui ita sit naturâ impotentes, ut nec ope medicorum sine mortis periculo juvari possint, apti ad contrahenda matrimonia minimè putantur. Ea igitur, quæ adeò est arcta, ut muliere fieri & alteri carnaliter commisceri non possit, nisi per incisionem, ad matrimonium contrahendum non debet idonea judicari.

¶ *Leprosi possunt matrimonium contrahere. h. dicit.*

ALia est causa leprosorum *e*: nam si mulierem invenerint, quæ sibi velit nubere, vel mulier leprosa virum, liberum erit illis conjugali vinculo colligari.

¶ *Publicæ honestatis justitia impedit matrimonium contrahendum, & contractum dirimit. h. d.*

PUblicæ *f* quoque honestatis Justitia tam matrimonium contrahendum impedit, quàm contractum irritat. Est autem publicæ honestatis Justitia, quæ ex legitimis sponsalibus oritur mulieris, quæ illi conjuncta est, cum quæ nunc vir matrimonium contrahere desiderat: ut, ecce cum Berta sponsalia contraxi, volo nunc cum Gemma, quæ Berta cognationis vinculo est conjuncta, matrimonium contrahere: publicâ honestate impedior. Inhonestum enim ac turpissimi visum est exempli, ut ei quis nubere valeat, cujus conjunctam sponsalia frangendo deceperit, ne in eandem ejus nubendo conjunctæ quasi injuriam cumulet.

¶ *Sponsalia pura & certa, ex consensu valida, licèt aliàs nulla, inducunt publicæ honestatis justitiam, quæ sequentia sponsalia dirimit, non præterita. h. d.*

USque adeò autem ex puris & certis sponsalibus *a* impedimentum justitiæ publicæ honestatis exoritur, ut etiam si illa consanguinitatis, affinitatis, frigiditatis, religionis, aut aliâ quâvis ratione nulla sint, dum tamen non sint nulla ex defectu consensûs, nihilominùs & impedire & dirimere sequentia sponsalia, vel matrimonia dignoscatur, licèt præcedentia dissolvere non valeant. Quare, qui sponsalia purè ac determinatè cum aliqua muliere contraxit, & postmodùm cum secunda prioris consanguinea idem fecit, ex priorum sponsaliorum vigore ad matrimonium contrahendum, cum prima remanet obligatus.

¶ *Filii nati ex matrimonio, cui obstitit publica honestatis justitia, non succedunt patri scienter contrahenti. h. d.*

FIlii quoque nati ex matrimonio *b*, quod publicæ honestatis justitiâ impediente contractum fuit, cùm nec Ecclesiæ permissionem, nec patris allegare possint ignorantiam, ad successionem bonorum paternorum minimè admittentur.

DE TRIPLICI COGNATIONE.
TITULUS XIII.

¶ *Cognatio est triplex, spiritualis, legalis, & naturalis: & spiritualis cognatio impedit matrimonium contrahendum, & contractum dirimit. h. d.*

MUltò magis cognatio matrimonio interdum est impedimento: est autem cognatio triplex, spiritualis, legalis, & naturalis. Spiritualis *a* cognatio est, attinentia quædam proveniens ex sacramenti collatione, vel ad sacramentum detentione. Non solùm igitur *d* inter baptizantem, & illum qui eum de baptismo suscepit, item inter baptizatum & suscipientis filios, & uxorem ante susceptionem à suscipiente carnaliter cognitam: verùm etiam inter suscipientem, parentesque baptizati, cognatio spiritualis contrahitur, quæ & contrahendum matrimonium impedit, & dirimit postea contractum. Et quæ de suscipiente dicta sunt, eadem etiam de baptizante sunt intelligenda.

¶ *Excepto baptismate, & confirmatione, non oritur ex sacramentis cognatio impeditiva matrimonii. h. d.*

EIsdem modis confirmatione *e* spiritualis cognatio contrahitur, matrimonia similiter impediens contrahenda, & postea contracta dirimens. Ex datione verò aliorum sacramentorum cognatio spiritualis nequaquam oritur, quæ matrimonium impediat vel dissolvat.

¶ *Cognatio spiritualis per Catechismum contracta, impedit matrimonium contrahendum, sed non dirimit contractum. h. d.*

PEr Catechismum *f* an spiritualis cognatio contrahatur, dubitatum est: & constitutum est, contrahi quidem illam, sed non tantam: licèt enim ex ea contrahendum matrimonium impediatur, post eam tamen contractum minimè dissolvetur.

¶ *Spiritualis cognatio non dirimit matrimonium antea contractum. h. d.*

DIximus autem hujusmodi cognationem matrimonia contracta dirimere, non simpliciter, sed postea

a *C. fin. 4. item illud. 28. q. 1.* b *c. Cùm locum. ext. de sponsa.* c *C. insuper. ext. qui matrim. accus. poss.* d *ext. per totum tit. de frig. & malef.* e *c. 2. ext. de conjug. leprosi.* f *c. referente. ext. qui filii sint legitim. c. juvenis. & seq. ext. de sponsa.*

a *C. 1. de spons. in 6.* b *C. referente. ext. qui fil. sint legit.* c *gl. super. spiritualis. c. 2. de cog. spir. in 6.* d *d. c. 2. de cog. spirituali. in 6.* e *C. 1. §. fin. de cogn. spirit. in 6.* f *C. 2. de cogn. spir.*

contracta: nam *a* si vir vel mulier ex ignorantia vel dolo proprium filium de sacro fonte susceperit, propter hoc separari non debent, nec alter alteri debitum subtrahere, nisi ad continentiam servandam possint induci: quia si ex ignorantia id factum est, eos ignorantia excusare videtur: si ex malitia, eis proprius dolus patrocinari non debet. Quinimò pro tali aulu, matrimonio suâ firmitate durante, pœnitentia imponenda erit.

¶ *Filii, per quorum neutrum ventum est ad compaternitatem, copulari possunt, nisi mos regionis aliud induxit. h. d.*

DE *b* filiis quoque, per quorum neutrum ad compaternitatem ventum est, an copulari possint, quæritum est: & sanè, nisi consuetudo Ecclesiæ, ubi de contrahendis nuptiis agitur, vel aliarum vicinarum aliter se habeat, tali conjugio minimè obsistendum erit.

¶ *Licèt plures non debeant esse patrini, si plures tamen fuerint, cum omnibus spiritualis cognatio contrahitur. h. d.*

DE eo quoque admonendi sumus, quòd *c* licèt non plures, quam unus vir, vel una mulier ad suscipiendum de sacro fonte infantem accedere debeant: si tamen plures accesserint, spiritualis cognatio æquè, quoad omnes, inde contrahitur, tam matrimonia contrahenda impediens, quàm etiam posteà contracta dissolvens. Circa quod idem statuitur & de confirmatione.

¶ *Legalis cognatio modò affert temporale impedimentum matrimonium, modò perpetuum. h. d.*

LEgalis cognatio est proximitas per adoptionem proveniens. Ejus autem duæ sunt species: una, quæ temporalem impediendi matrimonii causam continet: alia, quæ perpetuam. Temporalem causam impedimenti continet ea, quæ inter te, & eam, quæ tibi per adoptionem soror esse cœperit, intercedit. Nam per adoptionem quæsita fraternitas, eousque nuptias impedit, donec manet. Perpetuam prohibitionis causam continet, ut putà quæ inter adoptantem & adoptatum, item inter adoptantem uxoremque adoptati, & inter adoptatum uxoremque adoptantis, intercedit. Nam & per emancipationem, dissolutâ adoptione, matrimonium impeditur.

¶ *Quid sit naturalis cognatio, quid consanguinitas, quid affinitas. h. d.*

NAturalis cognatio est, quæ medio consanguinitatis, vel affinitatis contracta reperitur. Est autem consanguinitas *d* attinentia personarum ex eo proveniens, quòd una descendit ab altera, vel ambo ab eadem; vel consanguinitas, est vinculum personarum ab eodem stipite descendentium, carnali propagatione contractum. Et dicitur consanguinitas, quasi sanguinis unitas, quia scilicet consanguinei de communi sanguine descendunt. Affinitas *e* quædam personarum proximitas ex coitu proveniens: ex eo dicta, quasi duorum fit ad unum finem unitas. Cùm enim duæ cognationes diversæ per aliquorum copulam conjunguntur, alter ad alterius cognationis quasi quosdam fines accedere videtur.

¶ *Affinitas & consanguinitas contrahitur etiam ex damnato coitu. h. d.*

NEc *f* interierit, quòd ad consanguinitatem, vel affinitatem contrahendam, ex justis nuptiis aliqui, an ex damnato coitu invicem copulati fuerint.

¶ *Hodiè matrimonia usque ad quartum gradum inclusivè sunt prohibita, & de facto contracta tempore cursûs non validantur, hoc dicit.*

CONstitutum igitur erat olim, ut quicunque vel septimo consanguinitatis, sive affinitatis gradu sese invicem contingerent, legitimas nuptias contrahere non possent: quod ipsum non solùm in primo, verùm etiam in secundo & tertio affinitatis genere sibi locum vendicabat: nec soboles ex secundo matrimonio suscepta, cognationi præmortui viri copulari poterat. Sed cùm hujusmodi prohibitiones difficultatem frequenter inducerent, & aliquando periculum parerent animarum, evidenti utilitate suadente, hujusmodi constitutiones abrogatæ fuerunt *a*, sanctumque, ut prohibitio copulæ conjugalis quartum consanguinitatis gradum primi duntaxat generis non excedat. Vir *b* igitur, qui à stipite quarto gradu, & mulier, quæ ex alio latere distat quinto, licitè conjungi poterunt. Aliàs si propiore gradu sese invicem contingant, temerè contractum matrimonium adeò erit irritum, quòd nullo poterit annorum numero defendi.

¶ *Infideles intra quartum gradum conjuncti, si convertantur, non sunt separanda, & eorum proles est legitima. h. d.*

SI tamen infideles *c*, qui secundum veteris, vel propriæ legis instituta, circa gradus consanguinitatis, vel affinitatis à Canonibus notatos, conjuncti sunt, Domino inspirante conversi fuerint, matrimonium anteà contractum non erit post baptismi lavacrum irritandum: cùm per sacramentum baptismi non solvantur conjugia, sed crimina dimittantur. Unde & proles inde nata legitima censebitur.

¶ *Propinquitas viri reputatur uxoris, & propinquitas uxoris reputatur viri. h. d.*

ADmonendi etiam sumus, perinde virum à consanguineis & propinquis uxoris abstinere debere, & uxorem à propinquis viri, atque à propriis. Hujus autem rei manifesta ratio illa est, quia, si secundum divinam sententiam ego & uxor mea una caro sumus, profectò mihi & illi mea suaque cognatio una propinquitas efficitur. Quocirca ego & soror meæ uxoris in uno & primo gradu erimus, filius verò ejus in secundo gradu erit à me, nepos tertio, & sic deinceps. Uxorem verò propinqui, cujuscunque gradûs sit, ita me oportet attendere, quemadmodum si ejusdem gradûs fœmina propriæ propinquitatis existat: quod nimirum & uxori meæ de propinquitate mea, in cunctis cognationis gradibus, convenit observare.

¶ *Conjuncti uxoris non impediuntur matrimonium contrahere cum conjuncta viri. h. d.*

QUanquam autem omnes consanguinei viri, uxoris sint affines, inter consanguineos tamen uxoris & viri nulla intelligitur esse affinitas contracta, propter quam inter eos matrimonium debeat impediri. Pater igitur & filius cum matre & filia, item duo cognati cum duabus cognatis, licitè contrahere poterunt.

¶ *Qui cognovit consanguineam uxoris suæ, non potest debitum petere, licèt reddere teneatur, & uxori superstes, carebit spe conjugii. h. d.*

SI *d* quis autem contracto matrimonio consanguineam uxoris suæ cognoverit: ut putà, si vitricus privignam, vel maritus sororem propriæ uxoris adulteraverit, matrimonium quidem anteà contractum non dirimitur: sed qui se ita contra leges alteri commiscuit, à conjuge nunquam debitum petere poterit, nec cum aliqua legitimas unquam nuptias contrahere, licèt propriæ uxori supervixerit.

¶ *Uxor, cujus consanguinea à proprio viro cognita est, monenda est, non cogenda ad continentiam. h. d.*

UXor quoque, cujus consanguinea à proprio marito fuit cognita, diligenter est commonenda, ut à commixtione viri abstineat *e*, & in continentia maneat, donec vir viam universæ carnis ingressus fuerit. Quòd si fortè monitionibus parere recusans, talis fuerit, ut de lapsu ipsius probabiliter timeri possit, vir ejus & po-

a *Can. 2. extr. de cogn. spirit.* b *C. super eo. extr. de cogn. spirit.* c *c. fin. de cogn. spirit. in 6.* d *Adi ad Arb. consang. in 6. in declar.* e *In declar. Arb. affin.* f *In declar. Arb. affin. in 6.*

a *Can. non debet extr. de consan. & affin.* b *c. fin. extr. de consanguin. & affin.* c *c. de infidelib. ext. de consang. & affin.* d *c. transmissa. extr. de eo qui cogn. consang.* e *c. pen. & fin. ext. de eo qui cogn. conf.*

terit

terit & debebit debitum sibi solvere conjugale: cùm *a* affinitas post matrimonium iniquè contracta, illi nocere non debeat, quæ iniquitatis particeps non existit.

¶ *Subsequens affinitas non dirimit matrimonium, sed præcedens legitimè probata. h. d.*

ERgò præcedens affinitas, non subsequens dirimit matrimonium. Sed nec id quidem indistinctè obtinet: nam *b* etsi utriusque conjugum constet assertione, acclamante etiam vicinià, quòd conjugatus ante contractum matrimonium uxoris suæ consanguineam cognoverit, propterea conjuges separari non debent: nec enim talis confessio momentum habere debet, cùm alioqui facilè fieri possit, ut quicunque inter se contra matrimonium velint colludere, ad confessionem incestûs facilè prosiliant, si suæ assertioni Ecclesiæ judicium accessurum credant. Rumor autem vicinix non est adeò judicandus validus, ut, nisi fide dignæ probationes accedant, possit ritè contractum matrimonium irritare.

DE CLANDESTINA DESPONsatione.

TITULUS XIV.

¶ *Prohibentur matrimonia contrahi clandestinè, nec postea oportet illa dissolvere. h. d.*

NEc tamen post secutam copulam & susceptam prolem, detectis quibusdam impedimentis, non sine gravi scandalo contracta matrimonia retractari oporteat, nevé, si alter conjugum qui clàm contraxerint, conjugium negaverit legitimis probationibus deficientibus, Judicis sententiâ ritè fuerit absolutus, uterque aliis nubendo reatum incurrat adulterii, consultissimè constitutum est *d*, ut nullus fidelium occultè nuptias contrahat. Sed cùm matrimonia contrahenda fuerint *e*, per Presbyterum proponantur publicè, competenti termino præfinito, intra quem qui voluerit, & valuerit, legitimum impedimentum opponat, & ut ipse quoque Presbyter per se investiget, utrùm aliquod futuro matrimonio obsistat impedimentum.

¶ *Suspenditur contractus matrimonii, donec extat præsumptio, quòd non possit contrahi. h. d.*

CUjus *f* si apparuerit probabilis conjectura, contractus expresse interdicetur, donec quid fieri debeat, manifestis constiterit documentis.

¶ *Nati ex clandestinis & interdictis matrimoniis non sunt legitimi, licèt nati ex matrimonio contracto in faciem Ecclesiæ ante sententiam divortii sint legitimi, nisi uterque conjugum noverit impedimentum. h. d.*

QUicunque *g* verò hujusmodi clandestina & interdicta conjugia inire ausus fuerit, etiam ignoranter, proles ex hujusmodi conjunctione susceptæ, prorsùs illegitima censebitur, nec de parentum ignorantia ullum est habitura subsidium: cùm sic contrahentes, vel non expertes scientiæ, vel saltem affectatores ignorantiæ videantur, licèt alioqui, si ignorantes in faciem Ecclesiæ contraxerint, ante latam sententiam divortii nati, & legitimi habeantur, & in bona paterna hæreditario Jure succedant. Idem juris erit, si in conspectu quidem Ecclesiæ contraxerint, sed impedimentum ambo noverint.

¶ *Sacerdos contemnens constitutiones Ecclesiæ punitur pro qualitate culpæ, & clandestina matrimonia, si publicentur, recipit Ecclesia. h. d.*

SAnè *h* si parochialis Sacerdos tales conjunctiones prohibere contempserit, per triennium ab officio suspendendus erit: gravius etiam puniendus, si culpæ qualitas postulaverit. Verùm (ut suprà indicavimus) si contrahentes clandestina matrimonia publicare voluerint, nisi alia causa impediat, ab Ecclesia recipienda sunt, tanquam à principio in Ecclesiæ conspectu contracta.

a *Cap. discretionem, in fin. & c. pen. extr. d. tit.* b *cap. super eo. extr. de eo qui cogn. consang.* c *gl. in sum. 30. q. 5. & can. si quis divinit. & huitaque. dist. 30. q. 5.* d *c. 1. 30. q. 5.* e *c. cùm inhibitio. in princ. extr. eod. tit.* f *d. c. cùm inhibitio. & cùm autem. extr. eod. tit.* g *d. c. cùm inhibitio. & si quis. extr. eod. tit.* h *d. c. cùm inhibitio. & fin. extr. eod. tit.*

QUI MATRIMONIUM ACCUSARE POSSUNT, vel contra illud testificari.

TITULUS XV.

¶ *Non admittitur ad accusandum matrimonium, qui tempore denunciationis siluit, nisi juret de calumnia, & quòd post denunciationem novit quæ objecturus est: & negligentia authoris meî non intelligitur esse mea. h. d.*

NOn tamen quandocunq; aut indistinctè omnes ad matrimonium impugnandum admittendi erunt. Nam si quis tempore factæ à Sacerdote denunciationis *a* in ipsa diœcesi constitutus, nihil contra matrimonium dixerit, eidem mox conjunctos impetere minimè concedendum erit, nisi proprio firmaverit juramento, quòd ea, quæ objecturus est, postea didicerit, quodque ad accusandum dolo non prosiliat: quo casu etiamsi, quod objecturus est, ab illis didicisset, qui denunciationis tempore siluerunt, claudi non debet ei accusandi aditus: quoniam etsi ab impetitione hujusmodi, culpa ex tali silentio contracta, authores excludat, iste tamen, qui culpâ caret, amoveri non debet.

¶ *Ex causa etiam post denunciationem potest quis matrimonium accusare. h. d.*

IDem juris erit *c*, si tempore denunciationis, vel extra diœcesim commorabatur, vel aliàs denunciatio ad ejus notitiam pervenire non potuit: ut putà, si nimiæ infirmitatis fervore laborans, mentis non erat compos, vel in annis tam teneris constitutus erat, ut ad talium rerum perceptionem ejus ætas sufficere non valeret, sive aliâ legitimâ causâ fuerit impeditus.

¶ *Ad accusandum matrimonium, non ex causa delicti, soli conjuges admittuntur. h. d.*

SEd nec omnes ad accusationem, testimoniumvé dicendum admitti debent: nam si de tali impedimento agendum sit, quod neque conjugum in se delictum contineat, nec ob id matrimonium dissolvi cujusquam interest, præterquam ipsorum conjugum (ut putà, si erratum in conditione statûs fuerit, vel si mulier ita sit arcta, ut cognosci non possit, vel vir ita frigidus, ut coire nequeat) soli ipsi conjuges admittentur.

¶ *Ad accusandum matrimonium ex causa delicti, omnes admittuntur, sed potissimum conjunctiores, antiquiores, & honestiores. h. d.*

QUòd si delictum contineat, ut, quia aliqui in gradu vetito vel contraxisse, vel contrahere velle dicantur, tunc quilibet quidem ad accusandum recipitur, sed omnium maximè parentes *c*: & si ii desint, proximiores, id est, soror, frater, patruus, avunculus, amita, matertera, eorumque descendentes. Quòd si progenies tota defecerit *d*, ab antiquioribus, & honestioribus, quibus eadem propinquitas nota verisimiliter esse debeat, accusatio, testimoniumvé recipi poterit. Ideò autem omnium maximè parentes, & conjunctiores admittuntur, quoniam unusquisque suam genealogiam cum testibus & chartis, tum verò ex recitatione majorum scire laborat. Nulli igitur decentiùs admitti debent, quàm qui meliùs sciunt.

¶ *Speciale est in causa matrimonii, quòd pater admittitur in causa filii, & contrà. Et testimonium parentum interdum non debet admitti, ubi est disparitas inter conjuges. h. d.*

QUod *e* autem legitur, pater non recipiatur in causa filii, nec filius in causa patris, in criminalibus

a *C. cùm in tua. & aliquin. extr. eod. tit.* b *c. cùm in tua. & super quo. extr. eod. tit.* c *c. videtur. extr. eod. tit.* d *c. 1. cum palea. seq. 33. q. 6.* e *c. videtur. & quòd verò. extr. eod. tit.*

causis & contractibus sibi locum vendicat. In matrimonio verò conjungendo & impediendo, ex ipsius conjugii prærogativa, & quia favorabilis res est, congruè admittitur. Ubi tamen a alter conjugum divitiis, honore, nobilitate, & potentiâ superior esset, testimonium illius, qui parens esset inferioris, adeò suspectum redditur, ut illud nullo modo sit admittendum: cùm parentes filiorum incrementum & honorem affectare proculdubio comperiantur.

¶ *Quales esse, & qualiter jurare debent testes super consanguinitate. h. d.*

Quoties b ergò aliqui propter cognationem propinquitatis separari petuntur, duobus vel tribus ejusdem consanguinitatis testibus adhibitis, vel totidem senioribus & melioribus ejusdem loci, id debet legitimè comprobari. Testium autem examinatio in hac causa duplicis interventu juramenti fieri debet: ut jurent scilicet, & se non privato odio, neque amicitiâ, nec alicujus proprii commodi intuitu, ad hoc jurandum inductos: & sicut ipsi dicunt, rei veritatem à majoribus accepisse, & se credere ita esse.

¶ *Probatio matrimonialis impedimenti non potest reprobari. hoc dicit.*

Præstitis c autem juramentis & impedimento matrimonii legitimè probato, si quis contra præcedentem probationem partibus publicatam, quasi matrimonium impediri jure non valeat, probare velit, audiendus non erit, sed priori standum erit probationi.

DE DIVORTIIS.
TITULUS XVI.

¶ *Divortium est dissolutio matrimonii. Et separatio tori potest appellari divortium. h. d.*

Divortium d est dissolutio matrimonii, quæ utroque vivente conjuge contingit. Sed & simplicem tori separationem divortium non male appellamus.

¶ *Matrimonium regulariter dissolvi non potest, & nisi secuta sit copula, solvitur per ingressum monasterii, ita ut remanens in seculo possit alteri liberè nubere. h. d.*

Sciendum est igitur legitimè contractum matrimonium dissolvi non posse, quippe à Deo conjuncti ab homine separari non debent, nec valent: si tamen alter conjugum e, qui per verba contraxit de præsenti, copulâ non secutâ, sese ad observantiam regularem voluerit astringere, poterit id altero etiam inconsulto efficere: & eâ, qui in seculo remanere voluerit, alteri se jungere permittendum erit: nec causari poterit religionem ingressus, se falsâ ad id causâ inductum, putà quòd conjugem lepra percussam crediderit, & ob id ejus abominatus complexus fuerit, cùm & sine causa id ipsum facere potuerit.

¶ *Dicenti se velle ingredi religionem, est certum tempus præfigendum, intra quod vel ingrediatur, vel ad uxorem redeat. h. d.*

Et f autem qui se ad religionem transire velle dicit, certum est præfigendum tempus, intra quod legitimè caveat, quòd aut ad religionem se transferat, vel redibit ad conjugem.

¶ *Reddit rationem, cur non secutâ copulâ per religionis ingressum matrimonium dissolvatur. h. d.*

Neque mirum videri debet, quòd post legitimum de præsenti præstitum consensum, carnis non secutâ commistione g alter conjugum etiam altero invito ad vitam regularem transitum facere valeat: quia cùm nondum una caro effecti sint, satis probabiliter, uno ad Deum transeunte, alter in seculo remanere poterit.

a *C. super eo. extr. de testibus.* b *c. quoties. extr. de testibus.* c *c. juravit. extr. de probation.* d *c. 1. in gl. 32. q. 7. & gl. 2. in c. omnes. 27. q. 2.* e *c. ex parte. 4. vers. aut in. extr. de convers. conjugat.* f *c. ex publico. extr. de convers. conjugat.* g *c. 2. ext. de nov. con. ng.*

¶ *Per sacri ordinis susceptionem non dissolvitur matrimonium, etiam non consummatum. h. d.*

Diversum statuitur, si quis posthabito Canonico religionis ingressu, post aliquam per verba de præsenti desponsatam, sacros ordines susceperit: quanquam enim votum per sacri susceptionem ordinis factum, ad impediendum matrimonium futurum, ac dirimendum posteà contractum habeatur efficax: ad dissolvendum tamen priùs contractum etiam non consummatum, invalidum censetur. Ideoque talium ordinum non obstante susceptione, si ad professionem probatam religionem induci non valeat, & sponsa ejus institerit contractum matrimonium consummare, per censuram Ecclesiasticam compellendus erit.

¶ *Cultûs disparitas, & creatoris contumelia sunt justa causa dirimendi: & quod facit Papa, Deus censetur facere. h. d.*

Sed & si inter infideles matrimonio contracto sequuta copula fuerit, si alter qui in infidelitate permanserit a, velit à fideli disjungi, aut non nisi cum contumelia creatoris, cum altero commorari, licebit Christiano non modò matrimonium dissolvere, sed etiam (ut suprà diximus b) alteri se matrimonio jungere. Quibus casibus cùm authoritate sedis Apostolicæ, & Romani Pontificis matrimonium distrahatur, non jam humanâ, sed potiùs divinâ potestate conjugium dissolutum intelligitur.

¶ *Ob veram coeundi impotentiam, non ob putativam dissolvitur matrimonium. h. d.*

Item si quis ignarus virginem in uxorem duxerit, quæ adeò arcta sit, ut mulier fieri non possit, vel simile vitium à natura contraxerit, ut ope Medicorum non possit adjuvari: aut mulier virum acceperit, qui adeò frigidæ sit naturæ, ut eidem carnaliter commisceri non possit, poterunt invicem separari: & qui matrimonio aptus erit, ad secundas nuptias liberè transitum facere. Si quis tamen coeundi impotentiam causatus, post separationem aliam acceperit, aut ea c quæ arcta putabatur, aliquem invenerit, qui tibi feras reseraret, utroque casu post peractam pœnitentiam, ad priora conjugia redire compellendi erunt.

¶ *Quam quis duxit vel retinuit sciens copulâ non idoneam, habebit ut sororem, sinon potest habere velut uxorem. h. d.*

Planè si sciens d quis cum ea, quæ maribus impotens est commisceri, matrimonium contraxerit, vel alterius compertâ postmodùm impotentiâ, simul morari consenserint, his casibus Ecclesia judicare consuevit, ut quas viri tanquam uxores habere non possunt, habeant ut sorores.

¶ *Ob fornicationem carnalem vel spiritualem non solvitur matrimonium, sed fit separatio tori. h. d.*

Sæpius tamen accidit, ut matrimonii remanente sacramento, tori tantùm fiat separatio, ut putà, si alter conjugum carnaliter vel spiritualiter fornicatus fuerit: quibus casibus matrimonium minimè aboletur, sed tibi sunt invicem conjuges, etiam separati.

¶ *Pendente judicio super adulterio, non habet locum separatio tori. h. d.*

Sed & separatio non instituta statim de crimine accusatione, facienda erit: sed probata e & peracta. Interim enim pendente judicio, conjugum alteruter, jure quod habet in altero, privari non poterit.

¶ *Facta separatione tori ob fornicationem carnalem, post emendationem non compelluntur conjuges se resumere: secus, si ob spiritualem, nisi alter velit monasterium ingredi. h. d.*

Ultimum autem interest, utrum ob carnalem, an vero ob spiritualem fornicationem tori sit facta separatio. Primo enim casu maritus adulteram uxorem

a *C. quanto. extr. de divort.* b *supra tit. qua matr. imp. pos. §. item & §. seq.* c *c. fraternitatem. in fin. extr. de frig. & malef.* d *c. consultationi. extr. de frig. & malef.* e *c. 2. extr. ut lite pendan.*

etiam

etiam emendatam, nisi & ipse simili fornicatione a pollutus fuerit, recipere non compellitur, sed fornicatrix in claustris cum religiosis mulieribus ad perpetuam agendam pœnitentiam erit collocanda b. Secundo verò, si fornicatus spiritualiter, ab infidelitate revertatur, cogetur, quæ in fide remansit, illum resumere, nisi & ipsa ad religionem transitum facere voluerit: quod etiam nolente viro ad fidem reverso, exequi libarè poterit.

¶ *Regulariter uxor & vir non possunt disjungi, ut alter sumat sacros ordines, aut monasterium ingrediatur, fallit hoc in casibus præcedentibus & sequentibus. h. d.*

His exceptis casibus alter conjugum, altero in seculo remanente, nec ad sacros ordines, nec ad regularem suscipiendus est observantiam, nisi fortè remanens ejus sit ætatis, ut sine suspicione incontinentiæ valeat in seculo remanere, aut ipsam continentiam vovere voluerit. Alioqui quanquam de uxoris licentia e monasterium quis ingressus fuerit, & professionem fecerit, non uxor ad continentiam cogi, sed vir ad uxoris torum evocari poterit, nisi post conjugis ingressum fornicata fuerit, aut se invicem continentiam promittendo absolverint.

¶ *Qui invitâ uxore ingressus est monasterium, & ab eadem uxore redire coactus, eâ mortuâ, non cogitur rursus in monasterium reverti, sed non poterit amplius uxorem ducere. Quòd si uxore non contradicente fuerit ingressus, illâ mortuâ non poterit exire, præsertim si fuerit professus consentiente uxore. h. d.*

Quæritur tamen est, si quis uxore invitâ d monasterium intraverit, & repertus ad eam redire coactus fuerit, an eâdem mortuâ, cogendus sit ad monasterium reverti, an verò aliam possit in uxorem ducere? Et in hac specie responsum est, votum quidem non tenuisse, & propterea ad monasterium redire minimè illum teneri: sed cum ingrediendo monasterium, debitum se non exacturum, promisisse videatur, ulteriùs uxorem ducere non poterit: cùm id vovere in sua positum voluntate fuerit. Quòd si quis sciente e uxore, nec contradicente, vitam professus fuerit Monachalem, uxore postmodùm defunctâ, nec habitum quem semel assumpsit, abjicere, nec aliquam sibi matrimonio copulare poterit. Matrimonium quoque temerè f contractum dirimendum erit: quod in eo, qui consentiente uxore professus fuerit, multò magis obtinebit, quanquam monasterium nunquam ingressus fuerit.

¶ *Quæ credens virum esse mortuum, religionem est ingressa. à viro educta, si vir moriatur, non cogitur reverti ad monasterium, licèt id sibi expediat. h. d.*

Quid statuemus de ea, quæ credens maritum mortuum g, habitum religionis assumpsit, an si eo reverso, de monasterio educta fuerit, post obitum viri sit ad regularem observantiam compellenda? Et quidem huic consultius ad salutem fuerit, si ad monasterium redeat: sed si ad hoc perduci non poterit, cogenda non erit.

¶ *Etiam altero conjugum invito potest quis vovere peregrinationem. h. d.*

Licèt autem alter conjugum altero invito religionis votum non possit assumere, viri tamen etiam præter uxorum assensum peregrinationis ad terram sanctam propositum vovere, & implere libere valent.

¶ *Uxor non plenè certificata de morte viri, contrahere tum potest, quamvis contrahere nequeat. h. d.*

Et b quamvis illi diutissimè in peregrinatione commorentur, vel etiam ab hostibus capti nuncientur, donec certum nuncium de virorum morte uxores non receperint, ad aliorum conjugium convolare non poterunt, quamvis ut certiorarentur, magnam adhibuerint diligentiam, & ejus ætatis sint & fragilitatis, ut continere nequeant.

¶ *Agenti petitorio ad conjugem, obstat consanguinitatis exceptio, secus si possessorio: quia antequam de exceptione cognoscatur, plenaria restitutio est facienda, nisi convenitus excipiens juret de malitia, & probationes habeat in promptu: quo casu fiet restitutio quoad alia, non quoad copulam. h. d.*

Ergò nisi legitima subsit exceptio, conjugibus temerè disjunctis, alterum alterius repetendi semper integrum Jus manet. Erit autem legitima exceptio, cùm aliquis consanguinitatis gradus objicitur a: quo quidem casu, licèt si petitorio judicio actum sit, anteà de ipsa exceptione cognosci debeat: si tamen possessorio quis experiatur, antequam de consanguinitate disceptiatur, plenaria erit facienda restitutio, nisi is qui convenitur, & de malitia juret, & super exceptione promptas probationes offerat. Quo casu exceptâ carnali commixtione, tantùm quoad reliqua, restitutio facienda erit.

¶ *Si mulier restituenda timeat sævitiam viri, debet ab eo præstari cautio: & si ea non putetur sufficiens, dum causa plenè cognoscitur, uxor est deponenda in loco honesto & tuto. h. d.*

Præstanda tamen erit idonea cautio b, quòd nullam restitutæ violentiam vir inferet: quòd si tanta sit viri sævitia, aut odio tam capitali uxorem prosequatur, ut trepidanti mulieri sufficiens securitas provideri nequeat, usque ad causæ decisionem alicui probæ & honestæ mulieri studiosiùs custodienda committetur, in loco ubi vir, vel ejus conjuncti, mulieri nullam possint injuriam inferre. c

¶ *Ob solam traductionem mulieris ad domum, nullum jus oritur impeditivum sequentis matrimonii. h. d.*

Et hæc quidem obtinent, secuto inter viros & mulieres matrimonio. Cæterum d si nullis præcedentibus sponsalibus, vel legitimo consensu mulier ad viri domum jam traducta, postea abscedens alii fortè nubere voluerit, nulla facienda erit restitutio.

¶ *Qui vivente uxore etiam ab eo separatâ quoad torum, secundam sponsam duxit uxorem, etiam primâ mortuâ separabitur à secunda, sed cum alia contrahere poterit. h. d.*

Fornicationis e quoque repetenti obstat exceptio, eoque ob eam causam sequutâ separatione, separatâ vivente, aliam usque adeò superinducere quis prohibetur, ut si de facto duxerit, exque ea filios susceperit, etiam mortuâ adulterâ eandem retinere non possit: quod ipsum & priore uxore minimè cognitâ sibi locum vendicat, licèt aliam ducere minimè prohibeatur.

¶ *Si mulier matrimonium contraxerit cum eo quem ignorabat conjugatum, uxore primâ mortuâ erit in ejus potestate virum retinere. h. d.*

Hoc f tamen de ea intelligi oportet, quam quis non ignaram aliam vivere, & fortè aliquid in morte alterius machinatam, in uxorem duxit: nam si qua præcedentis matrimonii penitùs inscia alicui nupserit, priore mortuâ, nisi mulier divortium petat, ad petitionem viri non sunt separandi. Nec enim sustinendum est, ut vir qui scienter in legem commisit, de proprio dolo commodum reportet.

¶ *Cum ea, quam quis uxore vivente cognovit non sub specie matrimonii, desponsâ à uxore potest quis contrahere, si neuter ipsorum machinatus est in mortem prædefunctæ uxoris. h. d.*

Cum ea autem, quam quis uxore vivente non prætextu matrimonii cognovit, si nihil in perniciè olim viventis uxoris vir, aut mulier cognita, machinati fuerint, nec fidem de contrahendo sibi invicem dederint, contractæ postea nuptiæ legitimæ reputandæ erunt. Sed etsi

a *Can. pen. & fin. extr. de adult.* b *c. gaudemus extr. de convers. conjug.* c *c. 1. de convers. conjug.* d *c. quidam. extr. de convers. conjug.* e *c. consuluit nos. extr. d. tit.* f *c. ex parte extr. d. tit.* g *c. placet nobis. extr. de convers. conjug.* h *c. in Provincia nostra. extr. de sponsa.*

a *C. literas. extr. de restit. spoliat.* b *c. literas in fin. extr. de restit. spol.* c *c. ex transmissa. extr. d. tit.* d *c. ex parte extr. de restit. spol.* e *c. ex literarum. extr. de eo qui duxit in matr.* f *c. 1. extr. de eo qui duxit in matr.*

fidem quidem sibi invicem dederint, vel etiam de facto contraxerint *a*, si nec antè, nec pòst, legitimâ conjuge superstite, carnalis intercessit copula, quamvis uterque graviter deliquerit, & propterea etiam sit imponenda pœnitentia, matrimonium tamen contractum post uxoris obitum, minimè dissolvetur.

¶ *Bonum aliquod subsecutum præcedens delictum, & ejus pœnam non abolet. h. d.*

USque adeò *b* autem machinatio in alterius conjugum obitum adhibita, inter superstites machinatores matrimonii spem excludit, ut si infidelis cum Christiana communicato consilio ejusdem maritum de medio sustulerit, licèt posteà per studium superstitis uxoris ad fidem Christianam translatus fuerit, non tamen propterea magis cum ea nuptias legitimas contrahere, aut contractas retinere poterit. Nec enim hujusmodi lucro, tam detestandum damnum Ecclesia refarciri patitur.

¶ *Animus & propositum distinguunt maleficia. h. d.*

DIversa *c* ratio est eorum, qui ad fidem conversi, illorum sibi matrimonio junxerunt uxores, quos in belli certamine occiderunt: eorumque qui conversas duxerunt, quarum infideles maritos simili modo interfecerunt: nam cùm tales virorum defunctorum interitum specialiter non quæsiverint, & matrimonium inter hujusmodi personas licitè potest contrahi, & sic conjuncti divortium postulare nequeunt.

¶ *Punitur affectus, licet non sequatur effectus. h. d.*

SEd etsi machinationem adhibitam in necem conjugis effectus consequutus non fuerit, si insidiator alteri supervixerit, spe conjugii *d* perpetuò destitutus, ad secundas nuptias nunquam aspirare poterit: sicut & in iis accidit, qui incestum admiserunt, Sacerdotem interfecerunt, & aliis pluribus casibus.

¶ *Secundæ nuptiæ absq; timore infamiæ intra annum luctûs possunt celebrari, sed non debent benedici, quocunq; tempore contrahantur. h. d.*

ILlud quoque admonendi sumus, quibus casibus secundarum nuptiarum permissa est celebratio, minimè verendum est nupturis, ne si intra annum luctûs ad secunda vota transeant, aliquâ notentur infamiâ *e*. Cùm enim secundùm Apostolum mulier viro mortuo sit ab ejus lege soluta, ejusdem sententiâ & authoritate, omnis legalis infamia censetur abolita: cùm in his præsertim sæculares leges non dedignentur sacros Canones imitari. Vir *f* tamen & mulier ad bigamiam transiens, non debet à Presbytero benedici: quia cùm semel benedicti fuerint, hujusmodi benedictio iterari non debet.

DE REBUS SACRIS, SANCTIS, ET religiosis.

TITULUS XVII.

¶ *Titulus sequens solum subordinat sequentia ad præcedentia. h. d.*

SAcramentorum breviter explicato tractatu, illorumque sectione ac naturâ cognitis, transeamus jam ad res sacras & sanctas, quales sunt Ecclesiæ, Altaria, Sanctorum in his conditæ reliquiæ, vasa, vestes, & similia ad divinum cultum principaliter comparata. Paulò mox & de religiosis dicturi, ut sunt, religiosæ domus, xenodochia, cœmeteria, & sepulturæ.

DE CONSTRUENDIS, CONSECRANDIS, & reparandis Ecclesiis, & Altaribus.

TITULUS XVIII.

¶ *Non licet celebrare, nisi in templis consecratis, nisi ex privilegio, vel ex causa necessitatis. h. d.*

ECclesiam *a* hoc loco accipimus non tam Christianorum multitudinem, fidelium que congregationem, quàm manufactum ipsum templum Dei, & orationis domum, ab eo quod continetur ejus quod continet sumptâ denominatione. Sicut ergò non alii *b*, quàm sacrati Deo Sacerdotes, sacramenta ministrare debent: sic non in aliis, quàm in Domino consecratis locis, cum suis altaribus, vasis, vestibus, & reliquis ad divinum cultum explendum utensilibus, itidem consecratis, sacrificia offerre licet: nisi quis super hoc speciali, sit privilegio munitus, vel summa coëgerit necessitas: utpote *c*, quia combusta sit Ecclesia, quo casu, donec illa restauretur, in capellis cum sacrata tabula celebrari poterit.

¶ *Constitutis in itinere, licet celebrare sub dio, & celebrans in privatis domibus est deponendus. h. d.*

INitinere *d* quoque constitutis, Ecclesia non reperta, sub dio, sive in tentoriis, si tabula altaris, cæteraque sacra ministeria adfuerint, Missarum solennia celebrari permittendum erit: alioqui si quis in oratoriis *e* intra privatas domos constitutis, sine consensu Episcopi hoc facere ausus fuerit, deponendus erit.

¶ *Episcopus excrescentibus fidelibus, novam Ecclesiam construere potest, & unam in plures dividere. h. d.*

COnstituuntur autem Ecclesiæ, vel ob incrementum populi, vel ob commoditatem plebium, vel certæ universitatis intuitu, aut in pastoralis dignitatis privilegium. Ob incrementum populi tunc nova constituenda est Ecclesia, cùm certis in regionibus ad. ò multitudo fidelium excrevit, ut illorum curæ unica sit impar Ecclesia. Sicut *f* enim eâ ratione unus Episcopatus in duos, Antistitis accedente voluntate, dividi potest: sic etiam Episcopus de baptismalibus & parochialibus Ecclesiis, Rectorum accedente consensu, facere potest: quod cùm factum fuerit, illa pars populi, quæ novis Ecclesiis supponitur, à jure prioris Ecclesiæ absolvetur.

¶ *Plures baptismales Ecclesia non debent fieri sub una terminatione, & terminationis controversia dirimenda est judicio plebium, vel forte. h. d.*

PLures *g* tamen baptismales Ecclesias in una terminatione facere non poterit. Quòd si de terminatione duarum matricum Ecclesiarum contentio fuerit, plebes utrarumque discernent: quod si non convenerint, Dei judicio controversia discernetur.

¶ *Non est perjurus Episcopus fabricans Ecclesiam, licèt juraverit non alienare Ecclesiastica. h. d.*

NEc *h* quicquam Episcopo obstiteris, quòd de rebus Ecclesiæ non alienandis juraverit, nam & tali non obstante juramento, populo indigenti super basilicarum institutione salubriter providere poterit, & debebit.

¶ *Ob commoditatem plebium nova Ecclesia ædificari potest, quæ tamen matrici honorem exhibere debet. h. d.*

PLebium *i* commoditas tunc novam ædificare suadet Ecclesiam, cùm parochianorum pars adeò distat à veteri, ut certis temporibus non sine magna difficultate, & periculo illam adire, & ibi congruis temporibus divinis interesse, & sacramenta percipere possint: quo quidem casu maximè si ministro commodè pro sustentatione sua provideri possit, nova quidem erit Ecclesia constituenda, sed à filiali matrici Ecclesiæ pro facultate loci competens honor exhibendus erit.

¶ *Universitatis intuitu potest nova Ecclesia ædificari, ut puta pro leprosis. h. d.*

UNiversitatis intuitu nova Ecclesia ædificari permittitur: veluti cùm plures simul leprosi *k* sub com-

a *C. fin. extr. de eo qui duxit in matr.* b *C. 1. ext. de convers. infid.* c *C. 1. extr. de conv. infid.* d *C. 1. extr. de divortiis.* e *C. pen. & fin. extr. de secund. nupt.* f *C. vir autem extr. de secund. nupt.*

a *Can. Ecclesia. de consec. dist. 1.* b *C. sicut non alii. & can. 2. ibi. ea quæ de cons. dist. 1.* c *Concedimus. de consec. dist. 2.* d *Concedimus. vers. in itinere de consec. dist. 2.* e *C. Clerici. de cons. dist. 1.* f *C. præcipimus. § si cui. 16. q. 1.* g *C. plures baptismales. 16. q. 1.* h *C. fin. ext. de Eccl. ædif.* i *Cad audientiam. Cl. 1. ext. de Eccl. ædif.* k *C. 2. extr. de Eccl. ædif.*

muni

muni vita congregati fuerint. Iis enim, quòd Ecclesia cum cœmeterio, & quòd proprio gaudere valeant privilegio, permittendum erit. Cavebunt tamen hi, ut injuriosi veteribus Ecclesiis de jure parochiali nequaquam existant. Nec enim quod eis ob pietatem indulgetur, ad aliorum injuriam flecti convenit.

¶ *Episcopo conceditur pro sepultura propria Ecclesiam ædificare, aut novum monasterium construere. h. d.*

EPiscopo *a* quoque in sua parochia novam Ecclesiam ædificare permittitur. Sed multum intererit, Ecclesiam monasticis informandam regulis construat, an verò ex alia causa, fortè pro propriis erigere velit sepulturis: cùm primo casu eandem ex rebus Ecclesiæ, cui præsidet, usque ad quinquagesimam tantùm partem dotare debeat: secundo verò non amplius, quàm centesimam conferre licebit, eâ quoque adhibitâ cautelâ, ut unam tantummodò ex his duabus remunerationem eligat.

¶ *Quæ servari debent in construenda Ecclesia, vel consecranda, & quòd Ecclesia indotata consecrari non debet. h. d.*

QUacunque tamen ex causa nova extruenda sit Ecclesia, observandum est inprimis, ut civitatis Episcopus *b*, sine cujus assensu id inchoari non debet, ad locum veniat, in quo crucem ipse figet, & publicè atrium designabit, nec illam antèa patietur ædificari, aut munus impendet consecrationis, quàm dotem basilicæ, & obsequium ipsius per donationem chartulâ confirmatam accipiat, quæ ad luminaria, & ad custodiam, & custodum stipendia, sufficere valeat.

¶ *Construens novam Ecclesiam potest novum opus nunciari, hoc dicit.*

SEd *c* si quis, dum nova construitur Ecclesia, aut proprium jus imminui, aut sibi quoquo modo noceri existimet, novi operis nunciatione consulere sibi poterit: postquam si legitima non sit impetrata remissio, quicquid ædificatum fuerit, sive illud jure, sive injuriâ, omninò ædificantium impensis destruendam erit, negotiumque ipsum secundùm legum & canonum statuta terminabitur.

¶ *Qui præter Episcopi consensum Ecclesiam construit, facit jacturam juris patronatus. h. d.*

DIversum statuerunt in ea, quæ præter Episcopi consensum constructa fuerit: hæc enim si nemini nocet, destruenda quidem non erit, sed ob superioris neglectum excluso jure patronatûs cum dotibus suis Episcopalibus jutibus applicabitur.

¶ *Ecclesia debet, quantò potest citiùs, consecrari. h. d.*

BAsilica igitur legitimè extructa non antè sacris est deputanda *d* mysteriis, quàm munus consecrationis acceperit: quod ne qua divino cultui offeratur mora, quantò poterit citiùs *e*. conficiendum erit.

¶ *Ecclesia consecranda est ab Episcopo, qui prius baptizavit incolas regionis, ubi constructa est. h. d.*

ET *f* si dubitetur à quo dedicanda sit, illud exquiri oportebit, cujus civitatis Episcopus, antequam fundaretur, incolas baptizaverit, & ad cujus consignationem sub annua devotione concurrerint: atque is etiam ad consecrationem vocandus erit.

¶ *Ecclesia semel consecrata, non debet amplius consecrari: nec dicitur iteratum, quod ignoratur semel factum. h. d.*

ECclesiæ *g* autem, vel altari semel Deo consecratis, non debet iterùm consecratio adhiberi: quia velut infans à Sacerdote ritè baptizatus, non debet iterùm baptizari, ita nec locus semel Deo dicatus, iterùm consecrari. Planè *h* si de Ecclesiarum, vel altarium consecratione dubitetur, nec de ea aut scriptura appareat, aut testes existant, sine ulla dubitatione erunt consecranda. Nec talis trepidatio iterationem facit: quia iteratum dici non potest, quod semel esse factum ignoratur.

¶ *Ecclesia polluta debet reconciliari. h. d.*

SEd si Ecclesia, aut *a* ab igne exusta, aut fusione sanguinis, vel seminis, vel excommunicati humatione polluta fuerit, etiamsi semel antèa consecrata appareat, nihilominùs diligentissimè expurgata, iteratò consecranda, vel reconcilianda erit.

¶ *Propter detrimentum altaris, ipsum altare, non Ecclesia est iterùm consecranda. h. d.*

DE eo dubitari contigit, si altare motum fuerit *b*, aut lapis superpositus, qui sigillum continet, confractus, aut diminutus, an Ecclesia debeat iterùm consecrari? Et responsum est, ob id Ecclesiæ non esse consecrationem iterandam, sed ipsum solùm altare denuò consecrandum.

¶ *Quibuscunque diebus potest Ecclesia consecrari, sed solùm ab Episcopo, qui ea quæ sunt jurisdictionis, possunt demandare inferioribus: secùs quæ sunt ordinis. h. d.*

COnfici *c* autem poterit Ecclesiarum, Altariumque consecratio quibuscunque diebus, tam Dominicis, quàm privatis, sed non à quocunque. Licèt *d* enim aqua per Episcopum benedicta, per alium Episcopum, qui aquę benedictionem non impenderit, Ecclesia reconciliari possit, idem tamen per Sacerdotes simplices fieri non poterit: quia ea quidem quæ jurisdictionis sunt, etiam inferioribus Episcopis demandare potest: sed quæ ordinis sunt, inferioris gradûs Clericis committere non potest.

¶ *Non debet consecrari Ecclesia, ubi sepulta sunt corpora infidelium, nisi servata forma hujus §. h. d.*

ILlud etiam animadvertere consecrantem oportebit, ne basilicam *e*, in qua infidelium sepulta sunt cadavera, sanctificet. Sed si consecrationi apta videbitur, evulsis inde corporibus, & rasis parietibus & tignis, consecrari poterit.

¶ *Festa dedicationum Ecclesiarum debent celebrari. h. d.*

SOlennitates *f* quoque dedicationum ipsarum Ecclesiarum per singulos annos erunt celebrandæ, ipso Domino exemplum dante, qui dum ad festum dedicationis templi celebrandum cum reliquis populis accessit, omnibus idem faciendi formam tribuit.

¶ *Reparatio Ecclesiæ pertinet ad possessorem beneficii, & Episcopus debet de sua tertia contribuere. h. d.*

HÆc de ædificandis & consecrandis Ecclesiis, vel altaribus delibâsse sufficiat: nam si repurgandæ sunt, vel emendandæ *g*, id oneris proculdubiò ad eum, qui Ecclesiasticum possidet beneficium, pertinebit. Sed & Episcopus tertiam partem sibi obtingentem impendere debebit. Nunc de Ecclesiarum unionibus, paucis dispiciamus.

DE UNIONIBUS ECCLESIARUM.

TITULUS XIX.

¶ *Quid sit unio, & quotuplex. h. d.*

VNio nihil est, quàm duarum pluriumvé Ecclesiarum facta connexio: dicta ab uniendo, ex eo quòd plures Ecclesiæ in unum conjungantur. Unionum autem duæ sunt species: aut enim perpetuæ sunt, aut temporales. Perpetuæ sunt, quæ fiunt, ut sine præfinitione temporis perdurent. Temporales sunt, quæ ad certum tempus, putà ad alicujus vitam instituuntur.

a *Can. bona rei pen. 12. q. 2. & c. pen. extr. de donat.* b *can. nemo Ecclesiam. de consec. dist. 1.* c *c. 1. & seq. ext. de nova oper. nunciat.* d *Monasteriis forte.* e *c. fin. extr. de conf. Eccl.* f *c. 2. ext. de releg. dom.* g *can. Eccl. semel. de conf. dist. 1.* h *can. solennitates. 3. de Ecclesiarum, & can. Ecclesia vel. de conf. dist. 1.*

a *Can. Ecclesia semel. ver. nisi. de consec. dist. 1. c. proposuisti. a. consuluisti. & c. fin. extr. de consec. Eccles.* b *c. 1. extr. de consec. Eccles. vel alt.* c *c. 2. extr. d. tit.* d *c. aqua. per c. 9. ext. de consecr. Eccles.* e *can. Ecclesiam in qua. & can. seq. de consecr. dist. 1.* f *can. solennitates. de consecr. dist. 1.* g *c. 1. & c. de hiis. extr. de Eccles. ædific.*

¶ *Causæ uniendi sunt, necessitas & utilitas. h. d.*

VElut ergò ex causâ una Ecclesia, vel Episcopatus in plures dividi permittitur, sic etiam rebus suadentibus plures Ecclesiæ in unam conjungi possunt. Causæ verò unionum sunt, aut *a* urgens necessitas, aut evidens utilitas. Necessitas, veluti cùm duæ Ecclesiæ adeò sunt pauperes *b*, ut impossibile sit earum proventus ad victum duorum Sacerdotum sufficere: aut, si altera hostium *c* immanitate desolata sit. Utilitas *d*, ut cùm locorum opportunitas id exposcit, vel temporis qualitas: putà, quia in loco nunc Christianorum dicatur imminutus numerus: aut, quia ob fructuum tenuitatem non perinde idonei Sacerdotes ad beneficium procurandum inveniantur. His igitur casibus, ne quid detrimenti divinus cultus & animarum cura patiatur, debent plura beneficia vel Ecclesiæ in unum conjungi.

¶ *Sicut unire Episcopatus pertinet ad Romanum Pontificem, sic minores Ecclesias ad Episcopum cui subsunt: inferiores verò non possunt unire. h. d.*

NOn tamen omnibus passim quascunq; Ecclesias uniendi potestas indistinctè permittitur, sed certis duntaxat servatis regulis. Et quidem *e*, sicut unire Episcopatus, atq; potestati alienæ subjicere ad summum Pontificem pertinere noscitur, sic ad Episcopum spectat Ecclesiarum suæ diœcesis unio atq; subjectio. Ab Episcopo itaque inferiores uniendi potestatem minimè sibi vendicare poterunt. Ideoq; si Prior, vel Abbas monasterium monasterio subjecerit, vel unierit, Episcopi consensu minimè requisito, quod inconsulto præsule fecerit, non subsistet, nec subjectionem, vel unionem Metropolitani consensus, vel confirmatio sustinebit, cùm is in diœcesi sui Suffraganei absque ipsius assensu non debeat aliquid contra constitutiones Canonicas attentare.

¶ *Episcopus unire potest Ecclesiam alteri, vel loco religioso donare, etiam non vacato Rectore, vel defensoribus, sed propria mensâ non potest. h. d.*

USque adeò autem Episcopo in propria diœcesi facultas uniendi competit, ut si per eundem consentiente Capitulo, Ecclesia Ecclesiæ, dignitati, vel præbendæ uniatur, aut religioso loco donetur, ex eo quòd Rector ipsius ad hoc vocatus, vel si vacabat, defensor ei super hoc datus non extitit, nequaquam impugnari valeat. Aliud tamen obtinet, si quamjis Ecclesiam mensæ suæ, vel Capitulo uniendam duxerit: id enim (etsi Capituli consensus accesserit, & loci consuetudo suffragetur) irritum penitùs erit: cùm unientium utilitas probabilem non rectè factæ unionis suspicionem ingerat.

¶ *In unione faciendo requiritur consensus non solùm Capituli, sed etiam eorum qui læsi possent. h. d.*

NEe solùm Capituli unientis Episcopi in unione consensus exigitur, sed etiam illorum, qui ex unione læsi possent. Unde si aut collegiata, aut patronata, alicujus Suffraganei Ecclesia sit unienda, collegii patroni, & Suffraganei assensus intervenire oportebit.

¶ *Quis sit unionis effectus. h. d.*

SEcutâ verò unione Canonicâ, statim is, cujus Ecclesiæ alia per unionem est applicata, eandem in unitam nancisciturpotestatem, & jus, quod in eam olim habebat, cui ab initio præfuit: statimq; unitæ Ecclesiæ eadem privilegia competunt, quæ principali Ecclesiæ competere comperiuntur.

¶ *Per unionem non præjudicatur juribus Episcopalibus. h. d.*

SEd quæri poterit *f*, si per Apostolicum Ecclesia in certa diœcesi constituta, putà in Perusina, Ecclesiæ alterius diœcesis, veluti Tiphernatis, unita fuerit, an Ecclesia per unionem alteri connexa, per hoc à jurisdictione Præsulis Perusini censeatur exempta, & Tiphernatî subjecta? Et responsum est, à jurisdictione prioris Episcopi unitam Ecclesiam non eximi, cùm Romanus Pontifex in hujusmodi unionibus singulis Episcopis jura sua inviolata servari velit.

¶ *Unio dissolvatur temporis lapsu, & causæ cessatione, & ab his qui habent jus uniendi. h. d.*

DIssolvetur autem unio, si temporalis fuit, temporis ipsius: quòd si sit perpetua, cessantibus eisdem causis, ex quibus facta fuerit, ab iis itidem dissolvi poterit, quorum consensu & authoritate olim fuerit instituta: nihil est enim tam rationi consonum, quàm ut is destruendi habeat potestatem, cui constituendi facultas conceditur.

¶ *Licèt vacans Ecclesia possit unire, unio tamen Ecclesiarum vacantium dissolvi non potest. h. d.*

ILlud inter instituendam, & dissolvendam unionem interest, quòd licèt etiam vacans Ecclesia alteri possit uniri, si tamen Ecclesias per unionem connexas vacare contigerit, unio interim vacantium Ecclesiarum dissolvi minimè poterit.

DE IMMUNITATE ECCLESIARUM & subjectione.

TITULUS XX.

¶ *Immunitas in hoc titulo largè assumitur, & quid sit immunitas. hoc dicit.*

IMmunitas est à muneribus indulta exemptio. Sed hoc loco immunitatem largè accipimus, pro quolibet Ecclesiarum favore, indulgentia, rigoris remissione, & privilegio.

¶ *Triplex est species immunitatis Ecclesiarum, localis, personalis & realis: & quòd immunitas localis est, per quam profana in Ecclesia, & non consecratis, vel oratoriis exerceri prohibentur. h. d.*

ESt autem Ecclesiarum immunitas triplex: localis, personalis, & realis. Localis immunitas est, quæ locis ipsis domibus, aut aliquibus sacrarum ædium intuitu conceditur. Cùm enim Ecclesia *a* secundùm Evangelicam veritatem domus esse debeat orationis, merito à profanis usibus esse convenit alienam.

¶ *Processus falsi, & sententia lata in Ecclesia, vel cœmeteriis sunt nulli. h. d.*

SEculares *b* igitur judices causas, præcipuè ubi de sanguinis agitur effusione, & de pœna corporali tractatur, in Ecclesiis, vel earum cœmeteriis agere sub anathematis interminatione prohibentur. Absurdum est enim ibi judicium sanguinis exerceri, ubi est tutela constituta refugii. Processus quoque *c*, quos ibi legitimâ contemptâ prohibitione, & spretâ ultione divinâ, faciendos duxerint, ac specialiter prolatæ sententiæ, omni firmitatis robore carebunt.

¶ *Conflictus publici, nundinæ & negotia secularia non debent tractari in Ecclesiis. h. d.*

PUblicæ quoq; *d* quarumlibet societatum, & universitatum conciones, & consilia, nundinarum, aliorumq; secularium tractationes negotiorum, confabulationes, & profana colloquia ab his penitùs amoveri debent.

¶ *Convivia non debent fieri in Ecclesiis, nisi ex necessitate: & quod dicitur de Ecclesiis, intelligitur etiam de non consecratis & oratoriis. hoc dicit.*

SEd *e* & convivia, & hospitia, licèt illa despicere non oporteat, in sacris domibus celebrari, vel exerceri à Laicis non poterunt, nec etiam à Clericis, nisi fortè transeuntes ob hospitiorum necessitatem illic reficiantur: quod & in oratoriis observari conveniet, ut nomini opera jugiter impensa concordet: & ne, ubi peccatorum est venia postulanda, ibi peccandi detur occasio. Idem

a Can. exposuisti. 9 si evidens. ext. de præb. b c. eam te. ext. de stat. & qualit. in fin. & can. unio. 12. q. 3. c can. postquam hostilis. 16. q. 1. d can. & temporis. 16. q. 1. e c. sicut unire. ext. de excess. prælat. f can. 2. ext. de relig. dom.

a C. cùm Ecclesia. ext. eod. tit. b c. cùm Ecclesia. 9 seculares. ext. eod. c c. 2. 9 fin. eod. tit. in 6. d c. 2. 9 vestint. eod. tit. in 6. e c. non oportet. & can. seq. 42. dist.

statui-

statuitur & de Ecclesia, in qua divina mysteria celebrantur, licèt adhuc consecrata non fuerit, quia cùm obsequiis divinis sit dedicata, nullius temeritatis ausibus est profananda.

¶ *Qui invitum abstrahit à sacris locis, excommunicatur, & quasi sacrilegus punitur. h. d.*

SAcrorum *a* locorum intuitu illis conceditur immunitas, qui ad ipsam Eccl. siam confugiunt: nam si eos qui ad statuam Principis se proripiunt, ab omni violentia leges seculares vindicant, quantò magis convenit ad templum Domini confugientes, loci sancti reverentiâ, & authoritate defendi? Quicunq; igitur inde hominem reluctantem reclamantemque violenter abstraxerit, tam à liis pœnis pro sacrilegio, quod admisit, quàm Ecclesiasticæ subjacebit excommunicationi.

¶ *Non potest quis invitus abstrahi à domo Episcopi, vel ab Ecclesiæ circuitu, extra triginta passus. h. d.*

NEc *b* ab atriis tantùm Ecclesiæ quenquam invitum abstrahere non licebit, verùm etiam nec à domo Episcopi, & ab Ecclesiæ circuitu intra triginta passus ab ostio: quod spatium Ecclesiæ reverentiâ defendi sacri Canones voluerunt.

¶ *Liber homo non debet ab Ecclesia violenter abstrahi, nisi impetratâ vitâ, & membrorum incolumitate. h. d.*

HÆc tamen securitas non omnibus æquè & indistinctè solet indulgeri, sed statùs habetur ratio & causarum, quibus quis fugiendum ad Ecclesiam duxerit. Si liber *c* igitur quis sit, quantumvis gravia perpetraverit, non est violenter ab Ecclesia extrahendus, nec inde ad mortem damnari debet, sed Ecclesiarum Rectores vitam & membra debent fugientibus obtinere: aliis tamen pœnis de eo, quod iniquè egerint, puniendi erunt.

¶ *Publici latrones, & qui in sacris locis immunitatis spe dudùm delinquunt, privilegio sacrorum locorum non gaudent. h. d.*

HOc autem *d* de publicis latronibus, vel nocturnis agrorum populatoribus, viarumque obsessoribus intelligi non oportet. Hi enim secundum Canonicas sanctiones nullâ impunitate præstitâ violenter, & egressionis adhibitis insidiis, ab Ecclesia extrahi poterunt. Idem & de his statuendum erit, qui impunitatem suorum excessuum obtinere sperantes, homicidia, & mutilationes membrorum in ipsis Ecclesiis, vel ipsarum cœmeteriis committere non verentur, quæ nisi per Ecclesiam crederent se defendi, nullo pacto commissuri fuerant: tales enim, cùm in eo, in quo quis deliquit, puniri debeat, & frustrà legis invocet auxilium, qui in ipsam legem committit, immunitatis privilegio, quo se fecerunt indignos, minimè gaudebunt.

¶ *Dominus præstito juramento de impunitate, potest servum suum etiam invitum ab Ecclesia abducere. h. d.*

QUòd si servus sit *e*, qui ad Ecclesiam confugerit, postquam de impunitate Dominus Clericis juramentum præstiterit, ad servitium domini sui redire compelletur: alioqui si redire nolit, à domino occupari poterit: famuli enim, qui dominos metuunt, si ad Ecclesiæ septa confugerint, intercessionem debent quærere, non latebras: nec quenquam religionis reverentia proprio jure fraudari convenit.

¶ *Clerici & Monachi deservientes Ecclesiæ sunt exempti à muneribus personalibus. h. d.*

PErsonalis *f* immunitas est, quæ personis Ecclesiasticis indulgetur. Cùm enim in Clericorum ministerio constituti, non nisi altari & sacrificiis deservire debeant, rectissimè constitutum est, ut Deo dicati ab omnibus personalibus muneribus reddantur immunes. Personalia autem munera sunt, quæ cum corporis labore, & animi solicitudine, ac vigilantiâ principaliter sustinentur. Generaliter igitur Episcopi, Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, Monachi, immunitate omnis tutelæ & curæ ipso jure gaudebunt.

¶ *Miserabilium personarum tutelam debent Clerici suscipere, hoc docet.*

VIduarum *a* autem & orphanorum curam suscipere non solum non prohibentur Clerici, sed etiam jubentur, cùm ipsis cupiditatis negotia, non pietatis interdicantur.

¶ *Ad morborum custodiam etiam Clerici tenentur, tempora necessitatis. h. d.*

EXcipitur *b* etiam ab his muneribus morborum custodia: à qua si magna immineat necessitas, neminem excusari constitutum est, ut cunctis vigilantibus melius valeat civitas custodiri.

¶ *Personæ Ecclesiasticæ non possunt à secularibus potestatibus collectari. h. d.*

REalis immunitas est, per quam res Ecclesiasticæ à censu, vel collectis potestatum secularium liberæ redduntur. Siquidem *c* tam profanis legibus, quàm sacris Canonibus sub excommunicationis & interdicti pœna constitutum est, ne quis eorum qui jurisdictionem temporalem obtinent, possit tributa, collectas, seu quascunque exactiones, sub quovis titulo, vel colore, imponere Ecclesiis, vel personis Ecclesiasticis, pro domibus, prædiis, vel quibuscunque possessionibus legitimè acquisitis, etiamsi ipsæ Ecclesiæ, vel personæ, vel res sint intra illorum territorium constitutæ.

¶ *Ob magnam necessitatem, vel utilitatem, consulto Pontifice possunt Clerici sine tamen coactione, Laicis subvenire. h. d.*

SI tanta *d* tamen sit in Republica necessitas, aut utilitas, ut Episcopus cum Clero suo Laicorum non suppetentibus facultatibus, communes utilitates per subsidia Ecclesiastica sublevandas ducant, Romano priùs consulto Pontifice, omni penitùs cessante coactione, poterunt aliquid in commune conferre, & Laici humiliter ac devotè cum gratiarum actione suscipere.

¶ *Ecclesia Episcopo omnimodam subjectionem debent. h. d.*

QUemadmodum autem sacrosanctis domibus secularium potestatum intuitu omnimoda debetur immunitas, tam locorum ratione, quàm personarum & rerum: sic eisdem rationibus ab illis proprio Episcopo omnimoda subjectio debetur *e*. Nam quantum ad ipsa loca pertinet (ut paulò antè diximus) nemo Ecclesiam in diœcesi ædificare potest, aut consecrare, præter sui præsulis conscientiam. Quoad personas Ecclesiasticas, ipsi debetur Canonica obedientia *f*, subjectio, reverentia: ad eundem spectat institutio, destitutio, correctio, reformatio, causarum omnium ad forum Ecclesiasticum de jure spectantium jurisdictio, Ecclesiasticarum censurarum promulgatio, Sacramentorum exhibitio. Si res Ecclesiasticas spectes, ipsi census debetur, ipsa cathedraticum, sive synodaticum, ipsi procuratio annua, ipsi mortuariorum & decimarum quarta.

¶ *Ad Episcopum quædam pertinent jure ordinationis, quædam lege jurisdictionis, quædam lege diœcesanâ. h. d.*

SEd hæc omnis pastoralis potestas in tria principalia membra contrahitur: quædam enim ad Episcopum spectant jure ordinis, ut Clericorum ordinatio, virginum benedictio, altarium & Ecclesiæ consecratio: quædam lege jurisdictionis, ut corrigendi, excommunicandi, & instituendi potestas: quædam lege diœcesanâ, ut jus censûs & cathedraticum exigendi, decimam percipiendi, jus hospitii indicendi, & his si-

a *Can. definivit. 17. q. 4.* b *Can. id constitutum. 17. q. 4.* c *c. inter alia. §. si libert. extr. eod.* d *c. inter alia. §. super hoc. extr. eod.* e *c. inter alia. §. fin. extr. eod.* f *c. non minus. extr. eod. tit. can. Clericis. eod. tit. in 6. & §. realis.*

a *Dist. 87. in sum. & dist. 88. in summ.* b *c. 2. extr. eod. tit.* c *cap. 1. §. volentes. eod. tit. in 6. & §. personalis. d. tit.* d *c. adversus. §. verum. extr. eod. tit.* e *c. de Xenodochiis. extr. de relig. domib.* f *c. conquerente. §. nos. extr. de offic. ord.*

milia. Sed cùm tam de locali, quàm de personali subjectione, deque his, quæ ad Episcopos tam jure ordinis, quàm lege jurisdictionis pertinent, suprà locis congruis locuti fuerimus: transeamus nunc ad eam subjectionem, quæ cognoscitur ex solutione censûs, & rerum quæ lege Diœcesanâ ad ordinarium pertinent.

DE CENSIBUS, EXACTIONIBUS, ET procurationibus.

TITULUS XXI.

¶ *Census generaliter sumptus continet omnem pensionem, specialiter verò tantùm cathedraticum, b. d.*

CEnsûs appellatio generalis est, sumiturque pro omni pensione, quæ Prælatis de Ecclesiasticis proventibus singulis annis in signum subjectionis, vel alterius juris penditur. Speciali tamen nomine census, qui Episcopo ab Ecclesiis in argumentum subjectionis tribuitur, *Cathedraticum* appellatur: eò quòd ob honorem cathedræ persolvatur.

¶ *Quibus temporibus, & quibus causis potest census constitui in Ecclesiis. b. d.*

COnstituitur autem census, aut fundationis tempore, aut consecrationis, aut donationis, aut tempore immunitatis indultæ. Fundationis aut consecrationis tempore census imponitur, quia veluti præter ordinarii consensum, nec fundari, nec dedicari potest Ecclesia: ita eodem tempore certum censum Episcopis in subjectionis signum constituere poterit. Sed nec illud insolitum, aut novum haberi debet, ut cùm Episcopi Ecclesias piis locis ritè concesserint, aut exemptas fecerint, aliquid sibi in eis pensionis nomine reservent. Sedes quoque Apostolica cùm libertatis privilegium vel etiam quibusdam Ecclesiis protectionis indulget præsidium, censum gratis oblatum suscipit, & in literis Apostolicis, ad futurorum Pontifex memoriam quantitas census exprimitur. Sed *a* & patrono fundationis tempore poterit Episcopus moderatos sumptus constituere.

¶ *Simplices Sacerdotes non possunt proprias Ecclesias facere censuales: & quide fabri id fecerit, ab Ecclesia removebitur. b. d.*

SImplices autem Sacerdotes, vel Clerici non possunt Ecclesias, quibus præsunt, propriâ authoritate, præsertim post eorum decessum, censuales efficere. Ideoque *b* qui ab eisdem quâdam collusione pensionem annuam de Ecclesiis receperint, illis defunctis super pensionis receptione audiendi non erunt, si Romani Pontificis, aut alterius, qui de jure id facere potuerit, authoritatem super hoc non interveniisse constiterit. Quin potius si qui per collusionem *c* talia facere comperti fuerint, ab ipsis Ecclesiis removendi erunt.

¶ *Episcopus non potest novum censum imponere, vel veterem augere præter cathedraticum. b. d.*

SEd *d* nec Episcopus ipse, aut quilibet alius Ecclesiis novos census imponere, aut veterem augere, aut partem proventuum suis usibus vendicare poterit: idq; adeò obtinet, ut etiam si juramentum *e* de novo censu persolvendo quis susceperit, non propterea solvere, sed absolvi ab illicito jurejurando debeat. Nec quicquam profuerit, quòd Episcopus, vel quilibet de novo *f* illas de manibus Laicorum eripuerit: nam nec eo casu præter cathedraticum, & quæ cæteris imponuntur, aliquid exigi poterit.

¶ *Ex causa & non in propriam utilitatem potest Episcopus novum censum constituere, vel augere veterem, accedente consensu Capituli. hoc dicit.*

Quòd autem diximus, Episcopum nec novum posse censum imponere, nec augere veterem, ita intelligi oportet, si in propriam velit utilitatem convertere. Cæterùm si nomen suum, sed in alterius sibi subjectæ Ecclesiæ commodum, ex justa causa, vel novum censum constituere, vel veterem augere, vel etiam minuere velit, Capitulo accedente consensu, id sibi minimè interdicitur.

¶ *Provincia & Ecclesiæ de novo conversa in persolvendis censibus servabunt consuetudinem vicinarum. b. d.*

SEd quis erit modus obsequiorum Metropolitano exhibendorum, si qua de novo *a* conversa provincia, ad alicujus Ecclesiæ jurisdictionem accesserit? Et ex facto responsum est, id observari debere, quod in vicinis provinciis observatum reperitur.

¶ *Episcopis visitantibus debetur procuratio. b. d.*

ULteriùs Prælatis diœcesim visitantibus *b*, etiam procuratio debetur. Est autem procuratio necessariorum sumptuum exhibitio. Nam cùm Apostolico testimonio suffragante congruum sit, ut à quibus spiritualia recipimus, eisdem etiam temporalia nostra communicemus: rectissimè constitutum est, ut cùm Prælati diœcesim peragrando divina nobis exhibent, illis etiam à nobis temporalia exhibeantur.

¶ *Episcopus remittens Ecclesiæ servitia, non censetur remittere procurationem, sed illam dare, detrectantes potest excommunicare, & procurationi non præscribitur. b. d.*

ET adeò visitationi annexa est procuratio, ut si Episcopus e alicui Ecclesiæ omnia servitia remiserit, eidem visitanti nihilominùs moderata debeatur procuratio: quam si visitati exhibere negaverint *d*, si quam in contumaces ritè tulerit sententiam, erit inviolabiliter observanda, cùm nec ullam adversùs procurationem, quæ ratione visitationis competit, præscriptionem currere dignoscatur *e*.

¶ *Qui visitare possint, & quòd Archiepiscopus potest visitare provinciam, etiam cum Suffraganei non sint negligentes. b. d.*

VIsitandi *f* verò solicitudo non modò incumbit Episcopis, verùm etiam Archiepiscopis, Patriarchis, Sedis Apostolicæ Legatis, Nuntiis, Archidiaconis, & Decanis: qui quidem ne non tam divina, quàm propria quæsiviisse videri possint, cautè prospicient, ut ea, quæ tam generali *g* quàm Lateranensi Concilio *h* continentur, & quæ Innocentianâ *i* constitutione, atque aliis Canonibus salubriter constituta comperiuntur, inviolabiliter observent. Quòd autem diximus, Archiepiscopis visitare licere provinciam, ac procurationes à locis recipere visitatis, tunc etiam sibi locum vendicat, cùm ejus Suffraganei argui negligentiæ nomine non possunt: nec enim propterea minus suam liberè visitare provinciam poterunt.

¶ *Ob oratorium non est exigenda procuratio, & ob urgentem necessitatem potest Episcopus exigere charitativum subsidium. b. d.*

POstremò *k* admonendi sumus, propter privatum oratorium, in quo quis interdum celebrat, procurationes, quæ visitationis ratione debentur, à quoquam exigi vel extorqueri non posse: sed nec aliis exactionibus subditos suos Episcopi gravare debent *l*, nisi quandoque eisdem multæ superveniant necessitates: quib casibus si manifesta ac probabilis causa extiterit, cum charitate moderatum ab eis postulare subsidium subsistinendi erunt.

a *C. præterea. in fin. extr. de jur. patron.* b *Cauon. præterea. extr. eod. titul.* c *c. cùm Clerici. extr. eod. tit.* d *c. prohibemus. ext. eod. tit.* e *c. significavit. d. tit.* f *canon. Ecclesiis extravagant. eod. tit.*

a *C. super eo. extr. eod. tit.* b *Extr. com. vas. eod. tit. & can. cùm Apostolus. extravag. eod. tit. & per totum titul. & in 6.* c *can. cùm venerabilis. extr. eod.* d *c. cum super. eod. tit. extrà.* e *c. accedentes extr. de præscript.* f *can. solicit. eod. tit. in 6. & Clem. 1. d. tit. & can. sapiat. & can. cum instantia. extr. eod. tit.* g *can. 1. eod. tit. in 6.* h *c. cùm Apostolus. extr. eod.* i *Ca. eod. tit. in 6.* k *c. fin. extr. eod. tit.* l *c. cùm Apostolus. & prohibemus. extr. eod. tit.*

DE

DE CAPELLIS MONACHORUM.

TITULUS XXII.

¶ *Omnes Ecclesiæ positæ in diœcesi subsunt Episcopo, etiam monasteria, & Monachorum capella, nisi defendantur privilegio, vel præscriptione. h. d.*

VSqueadeò autem omnes basilicæ *a* per diversa loca constructæ in Episcopi, in cujus territorio positæ sunt, potestate consistunt, ut si Ecclesia *b*, ubi Monachi habitant, populi curam habeat, cùm per Monachum plebs regi non debeat, Capellanus ad consilium Monachorum ab Episcopo sit instituendus: ita ut consuetudine, aut quovis statuto contrario non obstante, ex solius Episcopi arbitrio, tam ordinatio ejus, quàm depositio, & totius vitæ pendeat conversatio. Nec id mirum videri debet, cùm *c* monasteria ipsa, & Monachorum disciplina, si nec privilegio, nec legitimâ præscriptione doceantur exempta, ad eum pertineant Episcopum, in cujus sunt territorio constituta.

DE RELIGIOSIS DOMIBUS.

TITULUS XXIII.

¶ *Xenodochia, Orphanotrophia, & loca similia Episcopis subsunt, qui providere debent, ne illorum res dissipentur. h. d.*

XEnodochia quoque, Orphanotrophia, Brephotrophia, Nosocomia, Gerontocomia, aliaque similia loca, ad Episcoporum *d*, in quorum sunt diœceſi, solicitudinem pertinent, per eosdemque ad eas utilitates, quibus constituta sunt, ordinanda ac dirigenda erunt: nec postquam hujusmodi loca ad hospitalitatis usum *e*, & pauperum provisionem, Pontificis ordinatione deputata fuerint, ad profanos usus converti poterunt: cùm ea, quæ ad certum usum largitione fidelium sunt destinata, ad alium, salvâ sedis Apostolicæ authoritate, converti non valeant.

¶ *Ordinarii loca pia & religiosa possunt reformare authoritate Apostolicâ, si opus sit reformatione. h. d.*

QUinimò *f* si talium locorum Rectores exempti sint, si tamen illorum curâ postpositâ, bona & jura ipsorum ab usurpatorum manibus vendicare negligant, aut quoquo modo res illorum collabi sinant, poterunt ordinarii authoritate Apostolicâ sibi ex Viennensi Concilio præstitâ, loca ipsa salubriter reformare, & occupata, alienata, deperdita, ut in statum pristinum redigantur, procurare contradictoresque quoscunque per censuram Ecclesiasticam & aliis juris remediis compescere, licèt nullum per hoc exemptionibus, seu privilegiis, quoad alia, præjudicium generari debeat.

¶ *Xenodochia, & loca similia non possunt in beneficium conferri, nisi certu casibus. h. d.*

EOdem cavetur Concilio *g*, ut nullus ex hujusmodi locis secularibus Clericis in beneficium conferatur, etiamsi consuetudine id fuerit aliàs observatum, nisi in illorum fundatione aliter constitutum fuerit, sive per electionem sit de Rectore hujusmodi locis providendum: sed quòd eorum gubernatio vitis providis, ac boni testimonii committatur, quos bona prædicta in alios usus convertere, præsumptio verisimilis non existat.

¶ *Administratores hospitalium æquiparantur tutoribus. h. d.*

UT autem *h* hi demandatæ sibi curæ diligentiùs insistant, instar tutorum & curatorum debent juramentum præstare, ac de bonis inventaria conficere: & ordinariis, seu aliis, quibus loca hujusmodi subsunt, vel deputandis ab eis, singulis annis de administratione sua rationem reddere: quòd si secus à quoquam fuerit attentatum, provisio, seu ordinatio minimè valebit.

¶ *Supradicta non habent locum in hospitalibus militarium ordinum, aut religiosorum. h. d.*

PRædicta *a* verò ad hospitalia militarium ordinum, vel aliorum religiosorum minimè extenduntur. Hi enim suorum ordinum institutiones & consuetudines observare cogendi erunt.

¶ *Hospitalibus circa sacramentorum exhibitionem servanda est antiqua consuetudo. h. d.*

SEd *b* & si qua sint hospitalia, altaria & cœmeterium ab antiquo habentia, & Presbyteros celebrantes & sacramenta Ecclesiastica pauperibus ministrantes, quoad exercenda & ministranda spiritualia prædicta, antiquam consuetudinem Viennense Concilium observari voluit.

DE SEPULTURIS.

TITULUS XXIV.

¶ *Cur in Ecclesia & locis sacris sepultura constituantur.*

TRactemus nunc de sepulturis, quæ quidem per fideles, nonnisi in sacris & religiosis locis, ideò constituuntur: quòd minùs ibi spiritibus vexantur immundis, & quòd Sanctorum illorum commendantur patrociniis, quorum nomini Ecclesia, in qua corpora conquiescunt, est consecrata. Accedit *c*, quòd defunctorum proximi ad sacra loca venientes, sepulturamque conspicientes, suorum recordantur, & pro eis pias preces fundunt. Unde *d* mortuorum sepultura, & cœmeteria apud illas Ecclesias, & monasteria ex antiquo dispositа esse comperiuntur, in quibus religiosorum conventus sunt constituti, ubi orationes, & Missarum solennia, tam pro vivis, quàm pro defunctis, frequentiùs celebrantur.

¶ *Unusquisque habet liberam facultatem sepulturam eligendi, & si quis non eligat, in parochiali Ecclesia, aut majorum sepulchris est sepeliendus. h. d.*

REgulariter igitur in parochiali Ecclesia, aut ibi quis sepeliendus erit, ubi majorum *e* suorum sepulchra constituta reperiuntur: nulli *f* tamen propterea propriam, si contemptus absit, negatur eligere sepulturam: quod usque adeò obtinet *g*, ut antiquâ dimissâ, novam possit quis etiam in loco minùs religioso sibi deligere: nec propterea poterit hodie electio talis impugnari, licèt antiqua jura super hoc diversa esse videantur.

¶ *Uxor non tenetur sequi sepulturam viri, si velit aliam eligere, hoc dicat.*

NEc *h* ulla super hoc inter virum & mulierem facienda est distinctio, quasi uxor capitis sui sequi judicium & sepulturam sit compellenda: sed utrique æqualis erit eligendi facultas, cùm hujusmodi electio ad eum statum pertineat, quo mulier à lege viri solvitur.

¶ *Si uxor sepulturam non eligat, tenetur sequi sepulturam ultimi viri, si plures habuerit. h. d.*

SI tamen ipsa sibi sepulturam non eligat, & plures fortè viros habuerit *i*, cum viro ultimo, cujus domicilium retinet, tumulanda erit.

¶ *Filius familiâs licèt non possit aliquid relinquere pro anima, si careat castrensi peculio, vel quasi, tamen potest sibi eligere sepulturam, nisi sit impubes: quo casu poterit pater sepelire illum, ubi voluerit, nisi sit consuetudo in contrarium. h. d.*

DE filiofamiliâs, an sibi sepulturam eligere valeat, dubitari poterit, & multum interest, an ejus ætas intra pubertatis annos contineatur, an verò pubertatem excesserit: primo enim casu sepulturam eligere non poterit: permittendum *k* tamen erit patri, si id loci con-

a *Can. omnes basilicæ. 16. q. 7.* b *c. 2. extr. eod. tit. & c. 1. eod. tit. in 6.* c *c. pen. extr. de relig. domib. & c. 2. extr. eod. tit.* d *c. de Xenodochiis. extr. eod. tit.* e *c. 2. ad hæc. extr. eodem.* f *Cl. 2. in princ. eod. tit.* g *Cl. 2. §. ut autem. eod. tit.* h *d. Clem. 2. §. 1. vers. ubi etiam. eod. tit.*

a *Clem. 2. §. permissa. eod. tit.* b *Cl. 2. §. fin. eod. tit.* c *cùm gravia. 13. q. 2.* d *c. fraternitatem. in princ. extr. eod. tit.* e *can 1. & c. fraternitatem. extr. eod. tit.* f *c. in nostra. extr. eod. tit.* g *c. 2. §. 1. eod. tit. in 6.* h *c. de uxore vers. extr. eod. tit.* i *c. in qui. §. 1. eod. tit. in 6.* k *c. de uxore §. fin. extr. eod. tit.*

suetudo patiatur, ubicunq; voluerit, illum sepelire: quòd si consuetudo id non habeat *a*, cum suis majoribus, vel in parochiali Ecclesia tumulandus erit. Secundo verò casu, cùm pubertatem attigit, liberè absque patris assensu sibi sepulturam eligere poterit, quanquam pro anima sua præter patris assensum aliquid judicare non possit, nisi *b* castrense, vel quasi castrense peculium habuerit.

¶ *Religiosi non possunt sibi sepulturam eligere. h. d.*

IMpuberi similes religiosi habentur: hi enim, cùm propriæ voluntatis libertatem *c* non habeant, eligere sibi sepulturam nequeunt, sed apud propria monasteria tumulandi sunt: nisi adeò fortè sint remoti, quòd ad eos, cùm moriuntur, commodè exportari nequeant.

¶ *Non potest quis etiam jurejurando à se ipsâ abdicare liberam eligendæ sepulturæ potestatem. h. d.*

ALiàs autem sepulturæ usque adeò libera esse debet electio, ut Bonifaciana *d* constitutione cautum sit, ne qui ad vovendum, jurandum, vel fide interpositâ, vel aliàs promittendum aliquos inducant, ut apud eorum Ecclesias sepulturam eligant, vel jam electam ulteriùs non immutent, & secùs factum omninò infringit.

¶ *Mortuus rure, qui sepulturam non elegit, si sine periculo possit exportari, vel in parochiali Ecclesia, vel in majorum sepultura debet sepeliri. h. d.*

ILlud *e* tamen in dubium venire potest, si quem, dum animi, vel agri colendi causâ rusticatur, rure inopinato forsitan interitu, nec electa sepultura contingat occumbere, an in Ecclesia rure constituta, an potius in alia sepeliri debeat? & responsum est, si absque periculo defunctus inde valeat exportari, non in Ecclesia rure posita, sed in sua parochiali, vel in qua majorum ipsius ab antiquo sepultura extitit, sepeliendum fore.

¶ *Quibus non communicamus vivis, nec mortuis communicamus. h. d.*

NOn tamen omnes, qui fato functi fuerint, Ecclesiasticæ tradendi sunt sepulturæ: quibus *f* enim non communicamus vivis, nec defunctis communicare debemus. Unde carebunt Ecclesiasticâ sepulturâ, qui prius erant ab Ecclesiastica unitate præcisi. Igitur nec Paganus, nec Judæus, nec hæreticus, nec qui usuras exercuit, nec qui sibi mortem consciverunt, aut qui personis Ecclesiasticis violentas manus injecerunt, nec homicidæ, nec incendiarii, aut Ecclesiarum violatores, nec incestuosi, nec blasphemi, nec ullus qui pro manifestis condemnatus est excessibus, Ecclesiasticæ sepulturæ tradi poterit.

¶ *Tumulati contra canones, sunt exhumandi, si illorum corpora possunt discerni à corporibus fidelium. h. d.*

ETsi contigerit aliquando horum corpora in cœmeterio Ecclesiastico tumulari *g*, si ab aliorum corporibus discerni poterunt, exhumari debent, & ab Ecclesiastica sepultura procul jactari. Quòd si discerni non poterunt, cum excommunicatorum ossibus corpora fidelium extumulanda non erunt, cùm licèt non obsit justis sepultura nulla, vel vilis, celebris tamen vel speciosa non prosit improbis.

¶ *Qui contemptis clavibus non humandos in locis sacris humaverit, excommunicationem incurrit, à qua non est absolvendus antequam arbitrio Episcopi satisfecerit. h. d.*

SI quis autem *h* contemptis Ecclesiæ clavibus hujusmodi personas, aut interdicti tempore quoslibet, in Ecclesiis vel cœmeteriis sepelire ausus fuerit, ipso facto, excommunicationis sententiam incurrit: à qua, nisi priùs ad arbitrium diœcesani Episcopi eis, quibus injuria irrogata fuerit, satisfactionem competentem exhibuerit, absolvi non poterit, nec ullum circa præmissa contrà facientibus privilegium suffragabitur.

a *C. pen. eod. tit. in 6.* b *d. c. pen. in fin. in 6.* c *c. fin. eod. tit. in 6.* d *c. 1. in princ. eod. tit. in 6.* e *c. u qui, in princ. eod. tit. in 6.* f *c. sacris. in princ. extr. eod. tit.* g *c. sacris est extr. eod. tit.* h *Clem. 2. eod. tit.*

¶ *Reconciliati, licèt aliquis Ecclesiastica sepultura non essent tradenda, post reconciliationem tradi poterunt. h. d.*

SEd hæc de illis intelligenda sunt, qui impœnitentes decesserint, nec in articulo saltem mortis Ecclesiæ reconciliati fuerint. Nam *a* si, cùm forsitan in extremis agerent, legitimè absoluti fuerint, Cœmeterium his & alia Ecclesiastica suffragia denegari non debent: hæredes tamen & propinqui, ad quos ipsorum bona pervenerint, ut pro eisdem satisfaciant, si casus exigat, Ecclesiasticâ sunt censurâ compellendi.

¶ *Cadavera punitorum pœnitentium sunt tradenda sepultura Ecclesiastica. h. d.*

EX his apparet, eorum cadavera, qui post confessionem Deo peractam, pro sceleribus suis in patibulis suspenduntur *b*, ad Ecclesiam esse deferenda, & oblationes pro eis offerendas. Cùm enim pro peccatis suis pœnam extremam solverint, & dignè pœnituerint, non judicat Deus bis idipsum.

¶ *Deprehensi in scelere & vulnerati, si confessi ex vulneribus mortui fuerint, item improviso casu oppressi, non prohibentur Ecclesiasticâ sepulturâ. h. d.*

QUin etiam *c* si, dum in scelere comprehenduntur, vulnerati fuerint, & Sacerdoti postmodùm confessi, ex vulneribus acceptis decesserint, communio eis minimè denegabitur: quanquam si, dum seipsos defendunt, interfecti fuerint, aliud sit statuendum. Is autem, quem casus improvisus opprimit *d*, si nihil aliud obsistat, Ecclesiasticâ sepulturâ non arcebitur.

¶ *Pro sepultura non possunt Clerici aliquid exigere, nec consuetudo in contrarium valet, possunt tamen sponte oblatum accipere, hoc dicit.*

ILlud etiam atque etiam admonendi sumus, sacris Canonibus penitus interdici *e*, ne quis terram pro sepulchro vendere, aut pro hominibus sepeliendis quoquo modo munera *f* exigere audeat, nisi fortè sepeliendus Ecclesiæ in cujus atrio *g* sepelitur, aliquid vivens tradi jusserit, aut post mortem ipsius parentes, proximi, vel hæredes pro luminaribus, vel elemosyna aliquid ultrò dare voluerint: quo casu sponte oblatum licitè recipi poterit: peti *h* verò, vel aliquid exigi, est omninò vetitum, ne aut venalis dicatur Ecclesia, aut Clerici hominum interitu gaudere videantur, si ex illorum cadaveribus studeant habere compendium, nec obtentu cujusquam consuetudinis, nisi pia & laudabilis fuerit, reatum suum quis excusare poterit.

DE CANONICA PORTIONE.
TITULUS XXV.

¶ *Quid sit Canonica portio, & quod est duplex, parochialis & Episcopalis, & quòd parochialis debetur curato de relictis facto Ecclesiæ, in qua quis posthabitâ propriâ Ecclesiâ elegit sepeliri. h. d.*

CAnonica portio est, quæ de relictis & proventibus Ecclesiis obvenientibus detrahitur, & prælatis debetur. Est autem duplex, Parochialis & Episcopalis. Parochialis est, quæ Parochiali Ecclesiæ, vel ipsius Curato, & Rectori debetur. Sciendum est enim, si quis in alia Ecclesia, quàm in ea, in qua divina audit officia, & Ecclesiastica sacramenta percipit, sepulturam sibi elegerit (quod quibus casibus fieri possit, proximè exposuimus) ne parochialium Ecclesiarum Rectores, quibus cura incumbit animarum, debitis fraudentur subsidiis, constitutum esse *i*, ut Curatus de his rebus, quas defunctus pro anima sua in ultima dispositione reliquit Ecclesiæ, in qua sepeliri elegit, quartam

a *C. fin. extr. eod. tit.* b *can. quæsitum est. 13. q. 1.* c *can. fures. Clem. pen. 13. q. 2.* d *c. ex parte parentum. extr. eod. tit.* e *c. pen. extr. eod.* f *can. quæsta est & unde. 13. q. 2.* g *can. præcipiendum. d. 13. q. 2.* h *d. can. quæsta & peti.* i *c. cum super. & c. seq. extr. de sepult.*

partem

partem percipiat, aut aliam, quam legitima consuetudo præfixerit.

¶ *De his, quæ quis vivens & sanus contulit alicui Ecclesiæ, Curato non debetur Canonica portio: secùs si infirmus, & ex eadem infirmitate decedens. h. d.*

SEd etsi nihil quidem testamento quis reliquerit, sed in ægritudine *a* constitutus cum bonis suis ad loca religiosa se transtulerit, Ecclesia parochiali Canonica portio debetur, si modò ille de eadem ægritudine decesserit. Quòd si sanus ad ea loca se transtulerit, de his, quæ locis ipsis contulit, cogi non poterit aliquid Ecclesiæ, à qua discessit, impertiri: quia liberum est eis tunc bona sua non solùm religiosis, sed etiam quibuslibet privatis conferre.

¶ *Canonica portio solvatur Ecclesiæ, in qua quis divina percipit: & si duo quis habeat domicilia, dividetur inter Ecclesias duorum domiciliorum. h. d.*

DUbitari tamen potest, si cujus *b* majores antiquitùs in aliqua Ecclesia sepeliri consueverant, eâ dimissâ alibi sepulturam elegerit, num dimissæ Canonica portio debeatur, an parochiali? Et statutum est, illi persolvendam, in qua quis audire divina, vel sacramenta recipere debet. Quòd si is, qui duo habet domicilia, seque in utroque collocat æqualiter, in loco tertio sepulchrum eligat, domiciliorum Ecclesiæ inter se Canonicam portionem dividunt.

¶ *Ponit, de quibus rebus parochialis non detrahatur. h. d.*

SUnt *c* tamen quædam relicta, ex quibus Canonica portio detrahi non debet, ut putà si quid pro fabrica, pro luminariis, pro anniversario, pro equis *d*, vel armis contra infideles exercendis, vel aliàs ad perpetuum cultum divinum, vel particulari personæ legatur: de quibus omnibus, nisi eâ machinatione facta fuerint, ut parochialis Ecclesia fraudetur, hujusmodi portio detrahenda non erit.

¶ *Minores, & Prædicatores indistinctè de omnibus obventionibus parochialem portionem solvere tenentur.*

SEd istud *e* quidem ita demùm obtinet, si neque in Minorum, neque Prædicatorum quis Ecclesiis sepulturam sibi elegerit: hoc enim casu dictorum ordinum fratres de omnibus obventionibus, tam funeralibus, quàm quibuscunque, & quomodocunque relictis, distinctè vel indistinctè, ad quoscunq; certos, vel determinatos usus, etiam de quibus Canonica portio dari, sive exigi non consuevit, vel de jure non debet, nec non de datis, vel qualitercunque donatis in morte, seu mortis articulo, infirmitate donantis, vel dantis, de qua decesserit, quomodocunque, directè vel indirectè, quartam partem parochialibus Sacerdotibus, & Ecclesiarum Rectoribus integrè largiri tenentur.

¶ *Canonica Episcopalis est, quam detrahit Episcopus de relictis pro anima, quam testator prohibere non potest, & ubi eadem ratio, eadem debet esse juris dispositio. h. d.*

CAnonica portio Episcopalis est, quæ de relictis alicui Ecclesiæ pro anima ab Episcopo deducitur. Nam veluti parochialis Ecclesia pro labore, & cura, quam gessit, animarum, certam portionem detrahit de relictis alteri Ecclesiæ, in qua quis sepulturam elegerit: sic etiam licebit ipsi Episcopo *f*, nisi sibi quadragenaria *g* obstet præscriptio, curæ pastoralis intuitu, quam diœcesi superintendens suscipit de relictis, & pro anima cujuslibet Ecclesiæ oblatis, Canonicam sumere portionem: etiamsi testator expresserit, quòd non Episcopi velit esse relictum, sed tantùm Ecclesiæ, cùm privata testatoris dispositio generalem Canonis constitutionem immutare nequeat *h*.

¶ *Ecclesia debetur Canonica portio de relicto Episcopo, quam tamen potest testator prohibere. h. d.*

ITem *a* ex contrario, quemadmodum Episcopo sua portio competit, si quid Ecclesiæ relinquatur: ita si quid Episcopo relictum fuerit, Ecclesia de illo Canonicam petere portionem poterit. Sed hoc casu, si testator exprimat, quòd velit illud Episcopi tantùm esse, non Ecclesia, testatoris erit servanda dispositio.

¶ *Si quid simpliciter Episcopo à conjuncto fuerit relictum, in dubio non debetur Ecclesia Canonica portio: secùs si ab extraneo. hoc dicit.*

SEd *b* in hac specie multum interierit, quâ legandi formulâ testator usus fuerit. Nam si simpliciter dixerit, *Rem talem relinquo*, distinguendum est, Episcopi propinquus leget, an extraneus. Primo enim casu, cùm non Ecclesiæ relictum præsumatur intuitu, nisi forte id probetur, sed personæ, de relicto in vita Episcopi Ecclesia petere nihil poterit. Contraria obtinet præsumptio & dispositio, si ab extraneo quid Episcopo relictum fuerit.

¶ *Si quid conjunctim legetur Episcopo & Ecclesiæ, sit inter ipsos divisio, etiamsi testator hoc reliquerit Episcopo, illud Ecclesiæ: nisi stare velint testatoris voluntati, quod ob favorem ultimæ voluntatis conceditur. h. d.*

QUòd si *c* conjunctim dictum fuerit, *Relinquo rem Episcopo & Ecclesiæ*, de ea inter ipsos Canonica divisio facienda erit. Si verò istud Episcopo, & illud Ecclesiæ relinquatur, relicta inter Episcopum, & cathedralem Ecclesiam ad Canonicam divisionem sunt redigenda: nisi ambo testatoris velint esse dispositione contenti, quam propter ultimæ voluntatis favorem observare est satis decens, ubi neque fraus intervenit, nec alteruter nimiùm debitâ portione fraudatur.

¶ *Cum Ecclesiis inferioribus Episcopus non dividat sibi relictum, sed bona detrahat quartam de relictis dictis Ecclesiis. h. d.*

SEcùs *d* autem est, si quid legetur Episcopo, & capellis vel monasteriis, aut aliis piis locis: nam hoc casu, quod Episcopo legatur, ejus præcipuum est: cum Ecclesia cathedrali, & de illis quæ aliis locis legantur, portionem Canonicam nihilominùs obtinebit. Et hæc ideò tam variè, quia non tanta inter monasteria, aut capellas est communio, quanta inter Ecclesiam cathedralem & Episcopum, qui cathedrali spirituali copulatus est conjugio: unde & quæ acquirit Episcopus, non illis, sed isti tantùm acquirit.

¶ *Si testator aliquid Episcopo, aliquid Ecclesiis reliquit, & jussit Episcopum esse contentum suo relicto, possibilitâ detractione quartæ, servanda est testatoris voluntas, nisi sit facta in fraudem. hoc dicit.*

HOc autem tunc obtinere oportet, si simpliciter Episcopo legatum factum fuerit: cæterùm si eam adjecerit conditionem testator, ut Episcopus suo sit legato contentus *e*, & ipse legatum agnovit, quia per hoc aliis renunciâsse videtur, de cæteris portionem exigere non poterit. Sed si constiterit, quòd eâdem adjectâ conditione in fraudem modicum constituit mortuarium, ut Episcopus portione debitâ fraudetur in cæteris, quia dolus cuiquam patrocinari non debet, poterit is etiam ex aliis relictis exigere portionem à Canone constitutam, salvis tamen indulgentiis, quæ à Romano Pontifice quibusdam regularibus sunt concessæ.

¶ *Relictum ei, qui potest proprium possidere, non habenti prælationem vel administrationem, à quocunque præsumitur relictum intuitu propriæ personæ, non Ecclesiæ. h. d.*

ILlud *f* etiam generaliter observandum est circa eum, qui proprium possidere potest, prælationem, vel

---

a *C. de iis, extr. de sepult.* b *C. de sepult. in 6.* c *C. fin. ext. de test.* d *C. in nostra, ext. de sepult.* e *Clem. 2 verùm. & per totum tit. de sepult.* f *c. requisisti, in prin. ext. de test.* g *c. de quarta, ext. de præscript.* h *d. c. requisisti. ver. secùs autem.*

a *C. requisisti. §. si ab extrà, de test.* b *d. c. requisisti. §. si verò.* c *d. c. requisisti. §. quod si. & seq. ext. de test.* d *d. c. requisisti. §. secùs autem. extrà de test.* e *c. officii. & infra. extrà, de test.* f *c. requisisti. §. illud. extrà, de testam.*

administrationem Ecclesiæ non habentem, quòd si ei aliquid relinquatur specialiter, non solùm à propinquo, verùm etiam ab extraneo, non intuitu Ecclesiæ, sed personæ esse relictum intelligitur, nisi probatio in contrarium appareret: & idcirco de illo, nec Episcopus, nec Ecclesia potest in vita ejus sibi aliquid vendicare.

¶ *Episcopalis & parochialis pari passu ambulant. h. d.*

ITem de quibus relictis parochialis portio non detrahitur, nec Episcopalis detrahenda erit.

DE DECIMIS.

TITULUS XXVI.

¶ *Ponit subordinationem tituli ad præcedentia & sequentia. h. d.*

EXplicito tractatu rerum, quæ spiritualitate quâdam continentur & censentur, supereſt nunc, ut de rebus Ecclesiasticis quidem, sed temporalibus, illarumque administratione dicamus. Sed cùm decimæ mediam quandam inter spirituales res & temporales naturam obtineant, quippe quòd ipsum decimandi jus spirituale sit, fructus verò ipsi decimarum temporales & profani, meritò de his quasi in confinio quodam, tractatus habendus erit, & tam præcedentibus, quàm subsequentibus annectendus. Quod eò etiam congruentius posse fieri videtur, quòd & proximè de iis, quæ Sacerdotibus, & Ecclesiis parochialibus debentur, & similem naturam habere videntur, loquuti fuimus, & ipsarum quoque decimarum ad parochiales Ecclesias jure communi spectat perceptio.

¶ *Quid sit decima. h. d.*

DEcima est quota bonorum mobilium pro Deo, tam divinâ, quàm humanâ constitutione debita *a*.

¶ *Decimarum alia personales, alia prædiales. h. d.*

DEcimarum duæ sunt species: personales, & prædiales. Personales sunt, quæ ex iis proventibus deducuntur, qui ex propria cujq; solertia & industria obveniunt, ut putà de negotiatione, artificio, & militia. Prædiales sunt, quæ ex fructibus prædiorum solvuntur, ut de vino, tritico, & his similibus, quas in signum universalis sibi retenti dominii reddi Deus præcipere voluit.

¶ *Personales præbendæ debentur Ecclesiæ, in qua quis sacramenta percipit: prædiales verò Ecclesiæ, in cujus finibus sunt constituta prædia, nisi aliud inducat consuetudo. h. d.*

INter personales autem & prædiales decimas hoc interest, quod personales illi solùm parochiæ debentur, in qua quis Ecclesiastica sacramenta percipit, tametsi lucrum alibi contigerit: prædiales verò, si ex prædiis in aliena parochia constitutis fructus collecti fuerint, ei debentur Ecclesiæ regulariter, in cujus territorio prædia sunt constituta: quanquam si consuetudo aliud introduxerit, servanda erit *b*.

¶ *Personales decimæ, quæ solvuntur ex rebus venditis & paratis pecuniâ decimatâ, solvuntur deductis impensis: species verò prædiales: & fructus non, nisi cum onere decimarum alienari possunt. h. d.*

ITem si personales, quæ de rebus acquisitis, vel factis ex pecuniâ decimatâ, ut vendantur, solvendæ sint *c*, ut putà si vendatur domus, ager, vinea, molendinum, grex, aut merces, quælibet expensæ priùs, quas quis in rebus parandis fecerit, deduci debent, & de residuo, quasi de lucro, decimæ præstabuntur. Expensæ verò etiam seminis, quæ fiunt pro percipiendis fructibus, ex illis de quibus fructus proveniunt, etiam si decimatæ fuerint, non deducentur: quoniam salvâ decimâ, fructus efficiuntur eorum, qui expensas ipsas faciunt: sed nec fructus ipsi, nisi cum onere decimarum, alienari poterunt.

¶ *Non deducuntur impensæ factæ pro instaurandis rebus, de quibus solvenda sunt decimæ, tam personales, quàm reales. h. d.*

ILlud commune tamen est tam personalibus, quam prædialibus, quòd expensæ, quæ factæ fuerunt pro restaurando a detrimento rerum, ex quibus decimæ persolvuntur, ut si pars aliqua moriatur armenti, vinea fiat deterior, mercis depereat portio, de proventib. decimandis minimè deduci debent. Cujus rei illa est ratio, quòd penes dominum res instaurata remanent.

¶ *Census & tributa de fructibus, de quibus decimæ solvendæ sunt, non debent deduci. h. d.*

SEd *b* nec census, nec tributa de fructibus, de quibus decimæ persolvendæ fuerint, primitùs deduci poterunt. Cùm *c* enim in signum universalis dominii, quasi quodam speciali titulo decimas sibi Dominus reservaverit, consequens est ut in prærogativam dicti generalis dominii decimarum solutio, censuum & tributorum præcedat exacti nem: vel saltem hi, ad quos census, vel tributa pervenerint, quoniam res cum suo transit onere, decimas solvere per censuram Ecclesiasticam compellantur.

¶ *De omnibus proventibus decimæ solvi debent. h. d.*

EAdem *d* ratione constitutum est, ut non solùm de vino & grano, fructibus arborum & hortorum decimæ persolvi debeant, sed etiam de pecoribus, de venationibus, negotiationibus, de ipsa etiam militia, & denique de omnibus bonis, & proventibus omnibus, ita ut qui de his eas cum integritate solvere neglexerint, Ecclesiasticâ districtione percelli debeant.

¶ *Omnes tenentur solvere decimas, tam Christiani quàm Judæi. Judæi tamen tantum prædiales tenentur solvere, Christiani & prædiales, & personales. h. d.*

ILlud etiam nullam recipit dubitationem, ad solutionem earum quemlibet teneri, nisi quis speciali privilegio ab ipsarum præstatione doceatur exemptus. Unde non solùm Christiani, sed etiam Judæi tenebuntur. Inter eos tamen illa differentia, quòd fideles ad personales & prædiales præstandas indistinctè tenentur: Judæi verò *e* ad prædiales tantùm, quas si recusent solvere, ad ipsas possessiones renunciandas compellendi erunt, ne fortè hâc occasione Ecclesiæ suo jure fraudari valeant.

¶ *Monachi regulares, & Clerici communiter viventes solvunt prædiales decimas, & quod novale, est ager de novo redactus ad culturam. h. d.*

DE Monachis & regularibus, seu Clericis communiter viventibus videamus, & sanè nulla finit ratio, ut ab his de laboribus ac nutrimentis propriis decimæ extorqueantur: ad prædiales tamen etiam de novalibus, de quibus anteà decimæ solvebantur, tenebuntur. Est autem novale, ager nunc primùm proscissus, & nuper ad culturam redactus: de quo, quòd aliquando cultus fuerit, memoria non extat.

¶ *Decimas solvere tenentur Monachi, & alii communiter viventes, etiam de prædiis de novo acquisitis, & propriis manibus excultis, nisi obstet aliquod privilegium. h. d.*

SEd & si iisdem possessiones piâ fidelium devotione collatæ fuerint, aut pro monasteriis de novo fundandis comparatæ, vel quoquo modo recenter acquisitæ, etiamsi eas propriis manibus aut sumptibus excolant, nihilominùs decimas persolvent Ecclesiis, quibus ratione talium prædiorum anteà solvebantur, nisi *f* super hoc speciali jure vel privilegio muniti esse probentur.

¶ *Privilegium tollitur re judicatâ & præscriptione. h. d.*

SEd nec semper eis privilegium suffragabitur: nam si res judicata obsistat, vel privilegio muniti decimas per quadraginta annorum spacium solverint, cùm liberum sit unicuique juri proprio renunciare, præsta-

a *C. parochianos. extr. eod.* b *d. c. ad Apostolica. in fin.* c *c. pastoralis officii. extr. eod. tit.*

a *C. pastoralis. §. nec prædeo. tit. extr.* b *c. cum non. ext. eod.* c *c. tua nobis. circa med. eod. tit ext.* d *c. ex parte. & c. sequen. extr. eod. tit.* e *c. de terris. ext. eod. tit. & c. pen. in fin. ext. de usur.* f *c. c. §. cæterùm. eod. tit. in 6.*

tione

none tanti temporis proprio privilegio detrahere voluisse præsumuntur, & ea propter ad decimarum præstationem compelli poterunt.

¶ *Privilegia sunt interpretanda, ut nemini indebitè damnum inferant. h. d.*

ITem si post initam inter aliquos super decimis conventionem certi tenoris privilegia obtenta fuerint, nisi conventioni per ea derogetur expresè, illis non obstantibus, erit inviolabiliter observanda: ita enim hujusmodi privilegia sunt accipienda, ut nemini læsionem, præcipuè enormem, inferre debeant. Unde *a* si per hujusmodi concessiones parochiales Ecclesias adeò gravari contingat, ut Rectores de reditibus earum congruè sustentari, & Episcopo debita persolvere non possint, per locorum ordinarios ita providendum erit, ut eisdem Rectoribus tantum relinquatur, quòd & competentem substentationem habere, aliaque onera debita supportare valeant.

¶ *Privilegiati super decimis, tenentur illas solvere de prædiis conductis: & privilegiatus super laboribus propriis solvet decimas super prædiis locatis. h. d.*

SUper decimis quoque non solvendis privilegiati, si aliena prædia conduxerint *b*, privilegio minimè obstante, de conductis prædiis solitas decimas parochiis suis integras persolvent. Idemque erit de locatis prædiis, si privilegiatus super laboribus, quos propriis vel manibus, vel sumptibus excolerer, terras suas aliis locaverit.

¶ *Laici, & etiam Imperator non possunt concedere privilegium super decimis non solvendis. h. d.*

GEneraliter autem, nisi hujusmodi immunitatum privilegia ab Apostolica potestate obtenta fuerint, nullam habebunt efficaciam, ideoque *c* etiam Imperialis concessio quantumcunque concepta generaliter, cùm nulla sit Laicis de spiritualibus disponendi facultas, à solutione decimarum neminem poterit eximere: imò sacrilegii *d* crimen incurrit, qui de manu Laicorum rem Ecclesiasticam recipiet.

¶ *Laicus etiam de manu Clericorum non potest decimas recipere, sub pœna excommunicationis, & privationis sepulturæ, & Clericus concedens deponetur. h. d.*

EX contrario quoq; Laicus etiam à Clericali potestate decimas recipere, & in alium, velut hæreditario jure transmittere non poterit: & si secùs actum fuerit, & qui concesserit, à statu suo dejicietur *e*, & qui receperit, & Ecclesiæ non reddiderit, & vivens excommunicationis vinculo *f* innodabitur, & mortuus Ecclesiasticâ sepulturâ carebit *g*.

¶ *Reditus decimarum locari possunt, dummodo locatio non sapiat alienationem. h. d.*

SI *h* quis tamen, cùm Ecclesiæ suæ conditionem meliorem facere possit, decimarum suarum proventus alicui locare velit, dummodò hujusmodi locatio ad feudum, vel alienationem non videatur extendi, id facere minimè impedietur.

¶ *Episcopo debetur à Rectoribus quarta decimarum, quas exigunt, nisi præscripta fuerit. h. d.*

POstremò sciendum est, quòd veluti parochialibus Ecclesiis (secundùm ea quæ proximè exposuimus) decimæ debentur, ita etiam decimarum iplarum quarta Episcopo à Rectoribus Ecclesiarum, nisi legitima obstet præscriptio *i*, persolvenda erit.

DE REBUS ECCLESIÆ ALIENANdis, vel non.

a *C. 2. § ubi autem. eod. tit. in 6.* b *c. dilecti filii. & cap. ex parte. ext. eo. & cap. seq.* c *c. tua. Clef. ext eod. tit.* d *c. dudum. § cum sacrilegii extr eod.* e *c. quamvis. ff. in fin extr eod.* f *c. ad hæc. eod tit. extr.* g *c. prohibemus. extr. eod. tit.* h *c. 2. extra loca.* i *c. de quarta. extrà, de præscr.*

TITULUS XXVII.

¶ *Regulariter Episcopus non potest aliquid agere sine consensu, vel consilio Capituli. h. d.*

TRactemus nunc de rebus temporalibus Ecclesiarum, illarumque administratione & alienatione, sine quibus spiritualium dignitas haud facilè consistere potest. Et quidem illud in primis firmare nos oportet, nihil Episcopum regulariter sine consensu sui capituli vel consilio posse super his statuere: cùm velut caput ad membra, ita sese Prælatus habeat ad capitulum. In eo autem totius videtur esse consensus capituli, cui & major & sanior fratrum accesserit sententia.

¶ *Alienatio rei Ecclesiasticæ facta sine utilitate Ecclesiæ, & Clericorum consensu, non valet: & quid contineat alienationis verbum. h. d.*

EX his consequens est, ut rerum Ecclesiasticarum absq; Clericorum subscriptione, & Ecclesiæ utilitate, & Romano inconsulto Pontifice *a*, ab Episcopo facta donatio, vel alienatio, vel suppositio non teneat, nisi eam postmodùm ratam habeant. Prælatus enim Ecclesiasticarum rerum procurator est, non dominus: & conditionem Ecclesiæ meliorem quidem facere potest, deteriorem verò non potest. Quòd si secùs factum fuerit, nec quod gestum est, vires ullas sortietur, & Canonum temeratores tam secularium, quàm Ecclesiasticarum legum pœnis subjacebunt. Alienationis autem verbum continet hoc loco venditionem, permutationem, hypothecam, donationem, conditionem, emphyteusim, & omnem conventionem, per quam dominium transfertur.

¶ *Ecclesiam suam non potest quis gravare pro alienis debitis, & debita necessaria facta à prædecessore luenda sunt. Idem si Clericus de mandato fidejusserit, aut in rem ipsius Ecclesiæ mutuum verterit. h. d.*

SEd *b* nec commissam sibi Ecclesiam pro alienis gravare debitis, aut literas alicui, vel sigilla concedere, quibus Ecclesia possit obligari, aliquis audere debet: alioqui nec Ecclesia ad talium debitorum solutionem tenebitur, & qui id ausus fuerit, à spiritualium & temporalium administratione suspensus erit. Debita *c* tamen à prædecessore suo pro Ecclesiæ necessitate contracta, solvere proculdubiò tenebitur. Idem, si Clericus de mandato fidejusserit *d*, aut si non de mandato, in rem tamen Ecclesiæ, mutuum verterit.

¶ *Potest Prælatus rem non magni valoris in aliquem bene meritum transferre, & terram gratia fabricandæ Ecclesiæ alicui concedere. h. d.*

EXcipiuntur tamen nonnulli casus, in quibus donandi, permutandi, locandi, libertatem, feudum, & emphyteusim dandi, aut aliter alienandi jure licentia conceditur. Nam *e* si quid Prælatus non magni valoris alicui fortè ob benè merita donaverit, præsertim suadente consuetudine, jure sustinebitur donatio. Multò magis idem erit statuendum, si quid fortè soli ad Ecclesiæ fabricam erigendam concessum fuerit: quo casu tantum donare licet, quantum Ecclesiæ parietes concludere possunt.

¶ *Proventus Ecclesiastici possunt vendi ad modicum tempus, & ad precariam concedi, quæ renovanda erunt de quinquennio in quinquennio. h. d.*

IDem juris erit & de redituum fructuumq; venditionibus ad tempus modicum faciendis, & de precariis, quæ quandoque de Ecclesiarum possessionibus fieri solent: quæ, ne temporis longinquitate juris Ecclesiastici pereat memoria, de quinquennio *f* in quinquennio renovandæ erunt.

a *Cap. 2. in princ. eod. tit. in 6.* b *c. 2. extravag. de fidejuss.* c *c. 1. extr. de solut.* d *c. pen. extr. de fidejuss.* e *c. cæterùm. extr. de donat.* f *c. 1. extr. de precar.*

¶ *Precarium solvitur ad beneplacitum concedentis: secùs precaria, nisi sit irrationabilis. h. d.*

DIstat autem precarium à precaria: quia precarium *a* tandiu conceditur, quoad is, qui concessit, patitur: Precariæ verò non sunt pro voluntate concedentium revocandæ, nisi sint irrationabiles: quo casu poterit successor à prædecessore concessam precariam rescindere & revocare.

¶ *Ruinæ, prædia inculta, & sylva extirpata possunt sub annuo censu concedi in emphyteusim, & si per biennium in solutione census cessatum fuerit, potest emphyteuta expelli. h. d.*

RUinæ quoque, quas Ecclesia reficere non valet, & inculta prædia, ut extirpatæ sylvæ, in emphyteusim sub annuo censu his concedi poterunt, à quibus, vel suo, vel parentum *b* suorum labore constiterit extirpatas, nisi fortè possint aliis ad majorem Ecclesiæ utilitatem cum eodem onere conferri. Qui e tamen si per biennium in solutione Canonis cessaverint, nisi celeri satisfactione postmodùm sibi consulere studuerint, jure expelli poterunt: nec quicquam eis proderit, quòd ut Canonem solverent, sibi nunciatum non fuit, cùm hoc casu præfixus dies pro domino interpellet.

¶ *Terrulas incommodas, & minùs utiles, item servos fugitivos potest Prælatus alienare. h. d.*

TErrulas *d* quoque aut vineolas exiguas, & Ecclesiæ minùs utiles, aut longè positas, vel domos, quæ Ecclesiæ plus incommodi quàm utilitatis afferunt, si necessitas fuerit, distrahendi potestatem Episcopus habebit. Simili ratione fugitivos servos, & qui de fuga revocati, retineri non possunt, si voluerint, aut illi ex alio meruerint, Episcopis distrahendi potestas erit.

¶ *Feudum à vasallo alienatum, & difficilis recuperationis, potest Episcopus alteri sub conditione recuperandi concedere. h. d.*

SEd & in feudum *e* certis casibus, & jurejurando de non alienando minimè obstante, res Ecclesiasticas concedere poterit, veluti si feudum per vasallum alienatum fuerit, & per Episcopum id facile recuperari non valeat: poterit eum per Episcopum illud alicui concedi, qui & ipsum recuperet, & in feudum ab Ecclesia recognoscat.

¶ *Feudum devolutum potest per Episcopum alteri concedi, hoc dicit.*

QUinimò *f* etiamsi talis necessitas non immineat, nihilominus alienantis filium, vel consanguineum, vel ejusdem feudi consortem poterit Episcopus investire. Idem erit, si per obitum vasalli feudum ad Ecclesiam remeaverit: nam & eo casu investire Prælatus alium libere poterit, si Ecclesiæ viderit expedire.

¶ *Qui aliquid contulerunt, vel acquisiverunt Ecclesiæ, possunt pro modo collati, vel acquisiti manumittere, dum tamen manumissus cum posteritate & peculio remaneat in patrocinio Ecclesiæ. hoc dicit.*

ILlud etiam Toletano Concilio *g* diffinitum reperitur, quòd si Sacerdotes aliquid Ecclesiæ suæ relinquunt, vel nihil habentes, aliqua prædia, vel familias Ecclesiis suis acquirunt, liceat eisdem aliquos juxta collatæ modum rei de familia ejusdem Ecclesiæ manumittere, ita ut manumissi cum peculio & posteritate sua sub Ecclesiæ remaneant patrocinio. Quòd si qui nihil de proprio *h* Ecclesiæ contulerunt, libertati servos Ecclesiæ donare ausi fuerint, ex eodem Concilio Episcopus successor ad Ecclesiæ jus revocare poterit. Impium est enim, ut qui lucrum de rebus suis Ecclesiæ non contulit, damnum inferre valeat.

¶ *Princeps potest rem suam æqualem, vel majorem cum Ecclesiastica permutare: & servi Ecclesiastici, si fruges sint, præter quam ad libertatem, commutari non possunt. h. d.*

SEd & Princeps, si causa probabilis id poposcerit, cum re Ecclesiastica & immobili, rem suam majorem, vel æqualem permutare poterit, pragmaticâ super hoc præcedente formâ. Ecclesiastica tamen mancipia quæ frugi fuerint, præterquam ad libertatem, commutari non poterunt.

¶ *Episcopus potest permutare terras duarum Ecclesiarum suæ diœcesis, illarum accedente consensu: & de temporalibus ad spiritualia non potest fieri permutatio. h. d.*

EPiscopus quoque duarum suæ diœcesis Ecclesiarum terras, invicem ambarum *a* partium accedente consensu, permutare poterit, & si alterius partis prædium valore præponderet, ad æqualitatem inducendam ab altera parte pecuniam refundi jubebit *b*. De temporalibus autem ad spiritualia permutatio jure consistere non potest *c*.

¶ *Res Ecclesiastica potest propter præscriptionem legitimam ab Ecclesia abduci, & detrahi. h. d.*

PRætereà & si quis per tempora sacris Canonibus definita rem Ecclesiasticam justo titulo & bonâ fide ita possederit, ut nullo tempore rei conscientiam habeat alienæ, completâ præscriptione, res possessa à juribus Ecclesiæ dubio procul intelligitur esse avocata.

¶ *Decimæ & oblationes præscribi non possunt. h. d.*

PRoventus tamen primitiarum & decimationum præscriptione tolli non poterunt, etiamsi à Romano Pontifice Laicus quilibet super his rescriptum impetraverit.

DE PECULIO CLERICORUM, RELICTIS ET successionibus eorum.

TITULUS XXVIII.

¶ *Ecclesiastica reputantur etiam res illæ, quas Sacerdos acquisivit, cum tempore suæ promotionis nihil haberet: quas sub patris hæreditate curabit, ut de rebus à se emptis ad nomen Ecclesiæ scripturam conficiat. h. d.*

ERgò res Ecclesiasticas ab Ecclesiæ juribus abdicare non licet: Ecclesiasticas autem res intelligimus, non modò quas Ecclesiæ rationibus Sacerdos comperit ascriptas, sed etiam eas, quas is emerit, cùm tempore suæ promotionis nihil haberet. Cùm igitur, & hæc tanquam de bonis Ecclesiæ quæsita ejusdem esse intelligantur, ne quando Jus Ecclesiasticum imminuatur, curabit Sacerdos, ut de his, quæ superemerit, & ad ipsius Ecclesiæ nomen scripturam *d* conficiat, & Ecclesiæ relinquat, alioqui ab ejus ordinatione discedet. Qui verò prætextu proprii *e*, vel alieni nominis fraudem facere voluerit, sacrilegii crimen incurret.

¶ *Relictum Sacerdotis pro anima, & constetur relictum Ecclesiæ: secùs est, si quid ex fit relictum sub onere fideicommissi. h. d.*

SEd & si non emerit, sed pro anima quispiam intuitu Ecclesiæ Sacerdoti reliquerit, adhuc idem statuendum erit. Congruit enim, ut quemadmodum Sacerdos habet, quod Ecclesiæ dimissum est, ita & Ecclesia id habeat, quod relinquetur Sacerdoti. Si quid tamen per fideicommissum, aut Sacerdoti, aut Ecclesiæ relictum fuerit, alteri postmodùm profuturum, id inter Ecclesiasticas facultates computandum non erit.

¶ *Bona quæsita Sacerdotes intuitu Ecclesiæ, debent remanere apud Ecclesiam, nec de his potest quis testari: & quid contineatur nomine Ecclesiæ. h. d.*

GEneraliter *f* igitur bona quælibet ob Ecclesiam acquisita Sacerdotibus, sive mobilia, sive immobilia, post illorum obitum debent apud eandem remanere, nec super his ullum de jure testamentum fieri poterit. Nomine autem Ecclesiæ, ubi Clericorum est collegium, non Episcopus, vel morientis Clerici successor, sed congregatio communis intelligitur, quæ rerum illarum curam & Canonicam

a *C. fin. ext. de prec.* b *c. ad aures, ext. eod.* c *c. fin. extr. loca.* d *c. terrulas 12. q. 2.* e *c. 2. ext. de feud.* f *c. fin ext. de feud.* g *c. confessus. ext. eod.* h *c. Episcopi. ext. eod. tit.*

a *C. 1. extr. eod. tit.* b *c. ad quæstionem extr. de rer. permut.* c *c. fin. de rer. permut.* d *c. 1. ext. eod.* e *cap. penult. ext. eod.* f *c. relatum, vel secundo. ext. de test.*

nonica in debet habere distributionem. Ubi autem in locum defuncti unus tantùm substituendus erit, is ea bona, velut & alia, dispensabit.

¶ *Clerici possunt maximè accedente justâ causâ de bonis Ecclesiasticis facere eleemosynam. h. d.*

Licèt autem Clerici, nec de mobilibus ipsis testamentum conficere possint, consuetudinis tamen est non improbatæ, ut de his pauperibus & religiosis locis, & his qui viventi servierint, sive sint consanguinei, sive extranei, aliqua juxta servitii meritum conferantur, non testamenti ratione, sed eleemosynæ duntaxat intuitu *a*.

¶ *Potest quis tantum legare de bonis Ecclesiasticis, quantum contulerit Ecclesiæ. h. d.*

Item si tantundem de proprii Juris facultate contulerit Ecclesiæ, quantum de Ecclesiasticis bonis legaverit, legatum sustinebitur.

¶ *Clerici possunt testari de his, quæ acquisiverunt non intuitu Ecclesiæ. h. d.*

De his verò *b*, quæ aut paternæ successionis, vel cognationis intuitu, seu consanguineorum, vel amicorum munere, respectu non habito ad Ecclesiam, ad Clericos pervenerint, liberè testari poterunt.

¶ *Clericis ingenuis deficientibus successoribus ab intestato succedit in totum Ecclesia. h. d.*

Quòd si decesserint intestati, nec alicui fuerint inventi, qui jure cognationis ipsis succedere valeant, si ingenui gaudeant natalibus, in integrum tunc Ecclesia succedet, nec cuiquam ex rebus eorum aliquid præsumere licebit.

¶ *Bona servi promoti ad sacros ordines ab intestato decedentis dividuntur in quatuor partes, ut hic. h. d.*

Si verò servus *a* ad sacros ordines promotus, libertatem nactus fuerit, idemque postea accesserit intestatus, nihil olim dominus de bonis ejus vendicare poterit, sed ejus peculium in quatuor partes dividetur, quarum una Episcopo, altera Ecclesiæ, tertia pauperibus assignabitur, quarta parentibus: & si non sint capaces parentes, Episcopus eam recipiet, & in usum Ecclesiæ diligenter distribuet.

a C. ad hæc. extr. de test. b c. quia nos. extr. de test.

a Can. 2. extr. de succes. ab intest.

FINIS LIBRI SECUNDI

INSTITUTIONUM JURIS CANONICI LIBER TERTIUS.

DE JUDICIIS, ET ILLORUM DIVISIONE.

TITULUS PRIMUS.

¶ *Quid sit judicium, & quid causa. hoc dicit.*

RESTAT, ut videamus de judiciis. Potest autem judicium ita describi. JUDICIUM est discussio causæ, quæ ritè fit in foro coram judice: CAUSA verò est origo negotii, & materia judicii.

¶ *Quæ sint judicia secularia, & quæ Ecclesiastica. h. d.*

Summa divisio judiciorum hæc est, quòd aut sunt secularia, aut Ecclesiastica. Judicia secularia sunt, quæ coram judice laico inter personas seculares exercentur. Ecclesiastica verò sunt, quæ coram judice Ecclesiastico inter personas Ecclesiasticas agitantur. Duo enim sunt, quibus principaliter orbis regitur *a*, Authoritas sacra Pontificum, & Imperialis ac regia potestas. Unde sicut civilium legum non nisi civilis esse debet executor: ita etiam Ecclesiasticarum Ecclesiasticus Judex est administrator.

¶ *Laicus à Laico coram seculari judice conveniri debet, nisi causa sit spiritualis vel similis: & litera impetrata ad judicem Ecclesiasticum non tenent. h. d.*

Laicus *a* ergò à Laico coram judice seculari, non autem Ecclesiastico conveniendus erit: quod usque adeò obtinet, ut etiam si alteruter litigantium ab Apostolica sede literas ad Ecclesiasticum judicem impetraverit, irritæ sint & inanes. Si tamen causa sit hujusmodi, quæ ad Ecclesiasticum forum pertineat, qualis est matrimonii, usurarum, perjurii, & similes, licèt inter Laicos disceptatio sit, Judex Ecclesiasticus adeundus erit. Idem juris est, si vel à seculari judice justitia impetrari non potest, vel consuetudo loci, vel miserabilitas personarum Ecclesiasticum judicem compellandum suadeat.

¶ *Clerus habent privilegium, ne coram judice laico conveniri valeant, cui non potest ullo pacto renunciare. In judicium tamen Ecclesiasticum non suum possunt consentire, accedente consensu diœcesani. h. d.*

Pari *b* ratione tam Milevitanensi, quàm Carthaginensi Concilio constitutum est, ne Clerici Clericos relicto suo Pontifice, ad publica judicia, sub pœna depositionis & amissionis propriorum jurium pertrahant: cui

a C. solicitè extr. de majorit. & obed.

a Can. licèt. & 2. seq. extr. de foro compet. b c. si diligenti ext. de foro compet.

beneficio, cùm non sit personale, sed collegio Ecclesiastico indultum, pactionibus privatorum, aut juramento illicito derogari non potest. In judicem tamen non suum si is persona sit Ecclesiastica, & Episcopi diœcesani consensus accesserit, Clerici consentire poterunt.

¶ *Actor sequi debet forum rei. h. d.*

Quòd si inter Clericum & Laicum contentio sit, ut cognoscamus, utrùm Ecclesiasticus, an secularis judex causam dirimere debeat, dispiciendum erit, quis rei conventi partes sustinet. Nam si Clericus, apud Ecclesiasticum forum: si Laicus, apud secularem erit agitanda causa: cùm *a* generale sit, ut actor forum rei sequatur. Cavendum *b* erit igitur Laico judici, ne quoquo modo Clericum condemnet: quòd si fecerit ab Ecclesia, cui injuriam irrogare noscitur, tam diu sequestrandus erit, quousque reatum suum cognoscens, emendet.

¶ *Si delinquens captus pratendatur Clericus, utrùm ita sit, debet cognoscere judex Clericus vocato judice seculari. h. d.*

Dubitari tamen contigit, si judex Laicus *c* delinquentem captum detineat, & si is se Clericum asserens, ad curiam Ecclesiasticam remitti postulet, vel illum curia ipsa Ecclesiastica tanquam Clericum repetat, si judex Laicus illum esse Clericum inficiatur, & propterea minimè remittendum contendat, quis sit hujus dubitationis legitimus futurus judex? Et cùm de re Ecclesiastica & spirituali sit controversia, ad judicem Ecclesiasticum hujusmodi cognitio pertinebit. Judex tamen secularis, vel alius, cujus interfit, dum res hujusmodi cognoscitur, vocandus erit.

¶ *Delinquens captus habitus pro Clerico, statim debet restitui judici Ecclesiastico. h. d.*

Sed si notorium fuerit, vel fama publica extiterit, reum captum talem esse Clericum, qui hujusmodi privilegio gaudere debeat, aut ipse pro Clerico communiter habeatur, statim ante ullam de Clericatu cognitionem Ecclesiasticæ curiæ restituendus erit.

¶ *Talis quis præsumitur, in quali habitu reperitur aliquandiu conversatus & captus. h. d.*

Idem *d* dicendum erit, si ante deprehensionem pro Clerico publicè se gerens, tonsuram & clericales vestes deferens deprehensus fuerit: donec enim contrarium non constiterit, talis, qualem eum demonstrat habitus, præsumendus erit.

¶ *Ex actu momentaneo non tollitur præsumptio orta ex actu habente tractum temporis. h. d.*

Aliud *e* observandum, si antequam deprehenderetur, publicè se pro Laico gerebat, & quasi Laicus communiter habeatur: nam quanquam deprehensionis tempore in habitu clericali repertus fuerit, ob præsumptionem, quæ adversùs captum ex præcedenti laicalis habitûs delatione orta est, non antea restituendus erit, quàm de clericali titulo fidem fecerit: interim tamen quivis processus Judicis penitùs conquiescet.

¶ *Secunda Judiciorum divisio, quòd quædam sunt ordinaria, & quædam extraordinaria; & quis sit judex ordinarius. h. d.*

Est & alia divisio judiciorum: nam Ecclesiasticorum quædam sunt ordinaria, quædam verò extraordinaria, sive delegata. Judicium ordinarium est, quod coram judicibus ordinariis exercetur. Ordinarius judex est, qui suo jure, vel superioris beneficio, universalem jurisdictionem exercere potest, ut Episcopus, Archiepiscopus, Legatus, & similes. Constituitur autem à Lege, vel Principe, Consuetudine, vel Universitate. Igitur cùm Episcopus in tota sua diœcesi jurisdictionem ordinariam noscatur habere, poterit in quolibet loco suæ diœcesis non exempto, per se, vel per alium, pro tribunali sedere, & ea quæ ad ipsius spectant officium, libere exercere, & cùm opus fuerit, auxilium publicum implorare *a*.

¶ *Quod sit judicium extraordinarium, & quod Judex delegatus. h. d.*

Extraordinarium sive delegatum judicium est, quod coram judice delegato exercetur. Judex delegatus est is, cui ab eo, qui demandare potest, causa committitur.

¶ *Non solùm Princeps, sed etiam alii Ordinarii possunt delegare, licèt delegatus à Principe sit magis privilegiatus. h. d.*

Possunt autem jurisdictionem mandare, non solùm Princeps, verùm etiam alii ordinarii. Istamen, cui à Principe mandatur, cæteris longè præstat: nam & alteri ex causa subdelegare, nisi illius electa fuerit industria *b*, renitentemque compellere, & propriam sententiam exequi *c*, & contra ipsum ordinarium procedere potest: quæ in cæteris delegatis non obtinent.

¶ *Delegatus à Principe regulariter non potest quem citare, ut comparcat personaliter. h. d.*

Non *d* tamen in civili judicio alterutri parti, ut coram se personaliter compareat, jubere poterit: nisi vel mandatum ad hoc speciale receperit, vel nisi pro veritate dicenda, vel pro juramento calumniæ exhibendo, vel alia juris necessitas partes coràm exigat specialiter præsentari.

¶ *Delegatus à Papa non subdelegat, nisi personis hic enumeratis. h. d.*

Sed nec omnibus promiscuè vices suas demandare poterit *e*, sed illis duntaxat, quibus authoritate literarum sedis Apostolicæ, vel legatorum ejusdem causæ committuntur, hoc est, non nisi dignitate præditis, aut personatum obtinentibus, vel Ecclesiarum cathedralium Canonicis.

¶ *Potest una causa etiam pluribus delegari, & si in rescripto non fuerit adjecta clausula. Quòd si omnes, non valebit processus, nisi simul procedant: focus si talis clausula fuerit adjecta? quo casu proceder e poterunt, si constet aliquos non posse, vel nolle interesse. h. d.*

Item mandari potest jurisdictio, tam uni, quàm pluribus, certis tamen: sed si pluribus mandata sit, non adjecto eo, *Quòd si omnes interesse nequiverint, vel noluerint reliqui exequantur*, nisi simul omnes conjunctim processerint, quicquid aliqui fecerint, nullam juris habebit efficaciam. Planè si is, qui interesse non potest, vel Conjudici suo, vel alii vices suas commiserit, perinde res accipienda est, atque si omnes simul procedant. Aliud juris est, si illud adjectum sit. Nam nec impeditorum collegarum subdelegatos admittere cogendi erunt, & quod pars illorum fecerit, ratum habendum erit. Hoc tamen ita demùm obtinebit, si reliqui procedere volentibus, quosdam vel interesse non posse, vel omninò nolle legitimè constiterit: alioqui procedentes nihil agent.

¶ *Si unus ex pluribus delegatis negotium inchoaverit, alii non possunt se intromittere, nisi ex causa. h. d.*

Porrò uno illorum commissum negotium inchoante, alii ulteriùs se intromittere non poterunt, nisi aut infirmitate, vel aliâ justâ causâ illum, qui causam tractare inceperit, contigerit impediri, aut idem nollet, vel dolo malo in eo procedere recusaret.

¶ *Jurisdictio perpetuata per unum, intelligitur perpetuata quoad omnes. h. d.*

Jurisdictione *f* verò per unum vivo mandatore perpetuatâ, quoad omnes condelegatos judices perpetuata intelligitur.

¶ *Delegatus debet diligenter servare fines mandati, & cùm quid committitur, censentur omnia commissa, per quæ pervenitur ad illud. h. d.*

Sed sive uni, sive pluribus, sive à Principe, sive ab alio mandata fuerit jurisdictio, mandati forma dili-

a *Can. cùm sit. extr. de foro compet.* h *c. conquestus. d. tit.* c *c. si judex. de sentent. excom. in 6.* d *d. c. si judex. & idem, de sentent. excom. in 6.* e *d. c. si judex. & non sic. de sentent. excom. in 6.*

a *C. 1. in fin. extr. de off. ord.* b *c. fin. & pen. extr. de off. deleg.* c *c. significasti. extr. d. tit.* d *c. 1. de jud. in 6.* e *c. statutum. de reser. in 6.* f *c. cùm plures. in fin. de offic. deleg. in 6.*

gentes

genter custodienda erit: nec aliquid contrà quàm sibi mandatum fuerit, delegatus tentare audebit. Planè jurisdictionem impedientes, vel in judicium venire detrectantes, delegatus à Principe Ecclesiasticâ districtione, etiam si literæ commissionis id non contineant, coërcere poterit, vel pro delicti & causæ qualitate, secundùm arbitrium suum, si certa pœna à Canonibus non exprimatur, mulctare: quia ex eo, quòd alicui causa committitur super omnibus a, quæ ad causam ipsam spectare noscuntur, plenam recipit potestatem

¶ *Rationabiles exceptiones admittet delegatus, nisi verba rescripti sonent in contrarium. h. d.*

RAtionabiles b quoque & honestas exceptiones, & à juris æquitate non abhorrentes, licèt id expressè mandato non comprehendatur, admittet: nisi, quòd nullæ debeant exceptiones admitti, literis expressum fuerit.

¶ *Delegatus habet jurisdictionem etiam in eum, in quem fuit facta alienatio post impetratum rescriptum, licèt rescriptum de eo non faciat mentionem. h. d.*

SEd c etsi literas adversùs Titium ab Apostolico impetraveris, & is, ut mandatum eludat, antequam literæ ad judicem datum perveniant, vel etiam posteà antequam citetur, de possessione, de qua controversia vertitur, commutationem fecerit, cum qui in possessionem sese ingesserit, poterit delegatus cogere, ut coram se juris pareat æquitati: nec, quòd rescriptum contra Titium impetratum fuerit, opponi poterit. Generaliter enim omnis venditio, cessio, & alienatio judicii mutandi causâ facta, utroque jure prohibetur: aliàs delegata jurisdictio ad personas rescripto non comprehensas, etiam ipsis volentibus, prorogari d non potest.

¶ *Mandatum Apostolicum ex causa potest executioni mandari, etiam in alio loco ab expresso in mandato. h. d.*

SImili ratione statutum e est, ut si is, per quem ab Apostolica sede certo loco inquisitio, vel quid aliud expediri mandatur, ob illius potentiam, vel malitiam, contra quem inquiri, vel procedi mandatur: vel fautorum ejus eo loco securè mandatum executioni mandari nequeat, ad id exequendum locum securum & idoneum eligere valeat, ne quis scilicet ex proprio dolo, vel fraude commodum reportet. Quinimò idem faciet, si alia probabilis causa subsit, propter quam in loco decreto perfici commodè nequeat, quod mandatur: ne tali prætextu impediri contingat mandatum Apostolicum, vel differri.

¶ *Delegatio solvitur revocatione jurisdictionis re integrâ. h. d.*

SOlvitur autem delegatio multis modis: putà revocatione, morte, impotentiâ delegati, executione sententiæ, propriâ pronunciatione, temporis fluxu, recusatione. Revocatione, cùm is f, qui mandavit jurisdictionem antequam is, cui mandata fuerit, eâ uti cœperit, mandatum revocat: cùm eo casu jurisdictio in eum efficaciter transisse non censeatur.

¶ *Morte tam delegantium, quàm delegatorum solvitur delegatio: & si unus ex pluribus delegatis moriatur, adhuc solvitur delegatio, nisi aliud expressum sit in rescripto, vel sub nomine dignitatis facta sit delegatio. h. d.*

MOrte extinguitur delegatio, tam ejus qui mandavit, si re integrâ decesserit, quàm etiam eorum qui delegationem susceperunt: quod quidem adeò obtinet, ut si pluribus judicibus datis unus rebus eximatur humanis, delegatio etiam quoad superstites expiret: nisi aliud in delegatione comprehensum fuerit, aut sub dignitatis nomine non proprio facta fuerit.

¶ *Mors & absentia æquiparantur re non integrâ. h. d.*

QUæsitum est, si ab Apostolica sede datus judex, quoties eum abesse a contigerit, vices tibi suas commiserit, an si is rebus eximatur humanis, commissum tibi negotium liberè valeas diffinire? & cùm tunc quoque censeatur abesse, rescriptum est, si illo vivente jurisdictione uti cœperis, posse te non secùs, ac si is viveret, & abesset, in negotio procedere. Idem juris est, si tibi vices sub ea forma committat, donec eas revocandas duxerit.

¶ *Delegatus permittur impedimento delegati, tam juris quàm facti. h. d.*

SEd etsi delegatus mortuus quidem non fuerit, ita tamen impediatur, ut omninò delegationis negotio interesse non possit, extinguitur delegatio. Impedimentum autem intelligitur, tam juris, quàm facti. Juris, ut b si infamis factus, aut alio legitimo impedimento detentus fuerit. Facti, ut si inevitabili necessitatis articulo, putà infirmitate, præpediatur.

¶ *Jurisdictio delegati à Principe expirat per executionem sententiæ. h. d.*

IDem juris est, si delegatus à Principe per se, vel per alium sententiam executioni mandavit, vel mandari præcepit. Tunc enim ejus jurisdictio cessat, quia semel est officio suo functus.

¶ *Si judex delegatus pronunciat se judicem incompetentem, expirat jurisdictio. h. d.*

ITem c si Judex delegatus interloquendo pronunciaverit se super aliqua causa procedere non debere, usque adeò jurisdictionem amittit, ut etiam ex litigatorum consensu illam reassumere non possit.

¶ *Si in rescripto tempus apponatur, transacto termino expirat, jurisdictio. h. d.*

SEd d & cùm causa intra certum terminum decidenda committitur, termino transacto mandatum expirat, nisi tempus communi partium consensu prorogatum fuerit. Terminus autem tunc incipit currere, cùm judices literas recepisse contigerit.

¶ *Potest quis conveniri vigore literarum posteriorum, etiam non facientium mentionem anteriorum, quas adversarius impetravit, sed per annum non fuit usus. h. d.*

NOn absimili ratione constitutum est e, ut si quis Apostolicas literas impetrans infra annum, postquam judicum copiam habuerit, dolo, vel negligentiâ eis uti distulerit, authoritate posteriorum literarum, quas posteà forsan ejus adversarius impetraverit, conveniri valeat, licèt in posterioribus nulla mentio de prioribus habeatur.

¶ *Recusatione extinguitur delegatio, cùm judex datus suspectus postulatur & pronunciatur. h. d.*

REcusatione quoque extinguitur delegatio: quod eo casu accidit, quo judex datus altero litigatorum petente, ob probabilem aliquam suspicionis causam ab judicio removendus pronunciatur: ut putà f, si judex datus dicatur dominus litigantium, aut consanguineus, aut advocatus, aut cum altero immodicam contraxisse familiaritatem, aut ab eodem in alia causa partem appellâsse, aut nondum judicem ad legitimam ætatem pervenisse.

¶ *Qualiter cognoscatur & expediatur causa suspicionis. h. d.*

REcusationis autem causa variè cognoscitur g: nam si contra unum ex duobus ab Apostolica sede delegatis suspicionis causa proponatur, siquidem illa clausula appositа sit, *Quòd si ambo interesse non possint, alter in causa procedat*: coram non recusato conjudice expedienda erit. Ubi verò non est dicta clausula in rescripto, debet super hoc ad arbitros recursus haberi, prout Grego-

a *Can. præterea. in fin. extr. dict. tit.* b *can. ex parte. Cl. 2. extr. de offic. deleg.* c *can. 1. & 2. extr. de alien. jud. mut.* d *c. porrò. in fin. extr. de offic. del.* e *can. statuimus. de offic. del. in 6.* f *can. quamvis. de offic. del. in 6.*

a *C. si delegatus. de off. del. in 6.* b *c. scisciatur. extr. de rescript.* c *c. significantibus. extr. de off. deleg.* d *c. de causis. extr. de offic. deleg.* e *can. si autem. & c. plerumq. extr. de rescript.* f *c. causam quæ. & can. insinuante. extr. de offic. deleg.* g *c. si contra. de offic. deleg. in 6.*

xianâ constitutione latiùs continetur. Cùm autem delegatus Episcopi recusatur, recusationis causa coram Episcopo probanda erit, licèt coram ipso, qui recusatur, sit alleganda.

¶ *Judicium summarium est, in quo subtili ordinis judiciarii observatione prætermissâ proceditur. Ordinarium & solenne est, in quo feries judiciaria tota observatur. h. d.*

RUrsùs judiciorum tertia divisio hæc est, quòd quædam sunt summaria, quædam ordinaria & solennia. Summaria sunt, in quibus subtili & solenni ordinis judiciarii observatione prætermissâ proceditur: ut sunt a causæ electionum, provisionum, matrimonii, usurarum, & similes, in quibus nec solennis libelli porrectio, nec litis contestatio est necessaria, sed simpliciter de plano sine strepitu ac figura judiciali proceditur. Itaque de his judex, etiam tempore feriarum ob hominum necessitates indultarum cognoscet, & litem, dilationes amputando, exceptiones, & appellationes dilatorias & frustratorias repellendo, quantò poterit, faciet breviorem, prout hæc duabus Clementis luculentissimis constitutionibus latiùs continentur. Judicium ordinarium & solenne est, in quo exquisito & solenni juris ordine servato proceditur: ut putà, libellum porrigendo, litem contestando, & alia faciendo, de quibus infrà latiùs visuri sumus.

DE PROCURATORIBUS.
TITULUS II.

¶ *Judicia exercemus per nosmetipsos, & per procuratores, vel syndicos: & quot procuratorum species. h. d.*

EXpositis generibus judiciorum, consequens nunc est, ut videamus, per quas personas illa exerceri possint. Exercemus igitur judicia non solùm per nosmetipsos, verùm etiam per procuratores nostros, aut syndicos. Procurator est, qui aliena negotia mandato domini, vel quasi domini administrat. Syndicus *b* est universitatis defensor, & procurator. Porrò procuratorum duæ sunt species: alii enim dantur ad judicia, alii ad negotia extra judicium explicanda.

¶ *Procurator constitui potest paterfamiliâs, & filiusfamiliâs: & ad negotia potest procurator constitui, qui natus est annos XVII. ad judicia solùm natus viginti quinque. ö. d.*

POtest autem ad judicia non solùm paterfamiliâs, verùm etiam filiusfamiliâs *c* nullo intercedente patris consensu, fieri procurator, si legitimam ætatem compleverit. Licèt enim quis post XVII. annum procurator ad negotia licitè constituatur, ad judicia tamen, nisi major XXV. annis fuerit, constitui non poterit.

¶ *Natus annos XIV. potest esse in judicio super causis spiritualibus per se, & per procuratorem, non obstante patriâ potestate. h. d.*

ALiud *d* tamen juris est in principali: nam si is ad quartum decimum ætatis annum pervenerit, in causis beneficialibus, & aliis spiritualibus, nec non ab iisdem dependentibus, ad agendum, defendendumque per se, vel procuratorem, perinde admittendus erit, atque si vigesimum quintum ætatis annum natus esset, nec *e* ullâ patriæ potestatis, vel voluntatis erit habenda ratio: quanquam aliàs regulariter filiusfamiliàs sine patris assensu in judicio esse non possit.

¶ *Quomodo sit agendum, si minor quatuordecim annis in causis spiritualibus in judicio esse velit. h. d.*

QUòd si *f* quartumdecimum annum natus non fuerit, in hujusmodi causis, nec agere, nec defendere per se poterit, sed vel per Episcopum, vel ejusdem officialem ad has lites curator sibi dandus erit: vel si major infante fuerit, cum authoritate alterius eorundem procuratorem constituere poterit.

¶ *Delegatus sedis Apostolicæ in causis quæ agitantur coram se pro minori quatuordecim annorum, potest eidem curatorem dare, vel authoritatem constituendi procuratorem. Et omnis qui non prohibetur, potest esse procurator. h. d.*

QUinetiam *a* Apostolicæ sedis delegatus, & ab eodem subdelegatus ad eas duntaxat causas, quæ coram ipsis ventilandæ fuerint, vel curatorem dare, vel procuratoris constituendi authoritatem præstare poterunt. Constitui autem poterit non solùm Clericus, verùm etiam Laicus. Regulariter *b* enim omnis, qui non prohibetur, ad procuratoris officium idoneus habetur.

¶ *Si duo dati sint procuratores in solidum, occupantis erit melior conditio, nisi in mandato sit comprehensum contrarium: quo casu solum alterum non valente, vel nolente prosequi, poterit inchoatum negotium suscipere, nisi is, qui non prosequitur, alium substituerit. Si non sint dati in solidum, unus sine alio procedere non poterit. h. d.*

ET tam unus, quàm plures possunt in una causa constitui procuratores. Si tamen *c* duo simul, non adjecto quòd in solidum sint procuratores, constituantur, unus sine altero non admittetur: secùs, si sint in solidum constituti: tunc enim illius melior erit conditio, qui per litis contestationem negotium primus occupaverit. Et dominus litis factus alterum excludet, nisi constituens dixerit, quòd occupantis conditio melior esse non deberet. Tunc enim si eum, qui occupavit, aut legitimè impediri contingat, aut prosequi forte nolit, poterit alter negotium ab alio inchoatum suscipere ac perficere, dum tamen ab alio alius non fuerit substitutus.

¶ *Procurator constitutus etiam ad ea, quæ speciale mandatum exigunt, non potest explicare ea, quæ exigunt mandatum speciale, nisi in procuratorio sit facta expressio aliquorum articulorum speciale mandatum exigentium: quo casu etiam non expressos articulos poterit exequi procurator. h. d.*

SEd sive unus sit procurator, sive plures, fines mandati diligenter custodiendi erunt, usque adeò ut si generaliter *d* quis ad omnia, etiam speciale mandatum exigentia constitutus procurator fuerit, ex vi generalitatis hujusmodi ad aliquem articulum, in quo mandatum speciale exigitur, admitti non debeat, nisi clausulam generalem quorundam articulorum speciale mandatum exigentium subsequatur expressio, putà transactionis, & jusjurandum deferendi. Tunc enim & non expressos casus mandatum complectetur.

¶ *Mandatum non complectitur majora, quàm sint in procuratorio expressa. h. d.*

CRimina *e* tamen, vel defectus in personam electi, sive ejus, cujus favore, vel facienda, vel jam facta est provisio, non hujusmodi generalitatis, vel expressionis obtentu, opponendi facultas competit, nisi super hoc aliud in mandatis habeat. Nam hujusmodi generale mandatum graviora, vel majora, quàm in ipso procuratorio sint expressa, non complectitur.

¶ *Procuratori ad negotia liberum est quandocunq; substituere: Procuratori verò ad judicia substituitur solùm in casibus hic expressis. h. d.*

SEd & illud non est omittendum, quòd licèt procuratori ad negotia *f* liberum sit alium quandocunque constituere, judiciario tamen *g* minimè id concedi, nisi aut lis fuerit contestata, vel in rem suam datus sit, vel à domino substituendi fuerit concessa potestas: quo casu etiam non expressam personam poterit in procuratorem eligere.

a *Clem. 2. de jud. & Clem. sæpè. de verb. signif.* b *ext. de syndic.* c *can. qui generaliter. §. 1. & seq. eod. tit. in 6.* d *can. fin. de judic. in 6.* e *can fin. §. in hujusmodi, de judic. in 6.* f *can. fin. §. si verò. de jud. in 6.*

a *C. fin. §. delegatus. de jud. in 6.* b *can. 1. eod. tit. in 6.* c *c. si duo. eod. tit. in 6.* d *c. qui ad agendum. eod. tit. in 6.* e *Clem. 2. eod. tit.* f *can. 1. §. fin. eod. tit. in 6.* g *d. can. 1. §. licit. d. tit. in 6.*

¶ *Regulariter*

¶ *Regulariter in causis criminalibus non potest intervenire procurator. h. d.*

NOn tamen in omni judicio procurator intervenire potest. In criminalibus *a* enim causis neque accusator, neque accusatus, nisi per se ipsos impetere, vel defendere permittuntur, nisi *b* vel ab illustri propulsanda sit injuria, aut rei contumacia sit excusanda, vel contra accusatorem sit excipiendum, aut de levi crimine tractetur, aut si de gravi agendum sit, civiliter agatur.

¶ *Clerici & Monachi non possunt esse procuratores nisi propria Ecclesia, urgente necessitate & superiorum jussu. h. d.*

SEd nec omnes ad procuratoris officium temerè admitti debent. Ideoque Episcopus & universi Sacerdotes, cùm ad solam Dei laudem, piorumque operum actiones sint constituti, ab hujusmodi ministerio excludendi erunt. Idem quoque obtinet in Monachis *c*: nam & illos, cùm solitariam vitam degere profiteantur, à forensi strepitu, ac litigiis summoveri convenit. Plane monasterii exigente utilitate *d*, vel necessitate, & Abbatis accedente imperio, ad procurationis *e* officium accedere minimè prohibentur.

¶ *Clerici regulariter coram secularibus judicibus postulare non possunt. h. d.*

POstulandi *f* quoque officium Clericis, qui stipendiis subsistentantur Ecclesiasticis, coram seculari judice in secularibus negotiis interdicitur, nisi propriam causam, vel Ecclesiæ suæ prosequuti fuerint, vel *g* nisi urgente necessitate pro conjunctis, aut miserabilibus personis postulare velint.

¶ *Excommunicati nec proprio nomine, nec alieno possunt esse in judicio, nisi ad defensionem. h. d.*

HI verò, qui excommunicationis vinculo innodati sunt *h*, non solùm procuratorio nomine in judicio interesse non possunt, verùm etiam nec proprio: actore tamen impugnante, excommunicato reo legitimæ defensionis copia non est admittenda.

¶ *Procurator universitatis, in qua sunt excommunicati, non potest à judicio repelli, nisi tribus casibus. h. d.*

SEd bellè dubitari contigit, an universitatis *i* alicujus procurator ex eo repelli debeat, quòd majores & jurati, per quos eadem universitas regitur, tempore, quo injunctum fuit procurationis officium, erant excommunicationis sententiâ innodati, quasi & ille repelli debeat, cujus non recipiuntur authores? Et responsum est, hujusmodi procuratorem non repellendum, nisi vel illi ipsi excommunicati in literis procurationis essent expressi, vel aliàs eorum authoritate procurationis institutio facta fuisset, aut ipsa universitas excommunicationis conscia simul cum eis eundem procuratorem constituisset.

¶ *Procurator revocari potest expressè, & tacitè, putà, si dominus per se incipiat causam tractare. h. d.*

TAmdiu autem durat quis procurator, quamdiu is, qui eum constituit, revocet, sive expressè, sive etiam tacitè. Unde *k* si tu Titium simpliciter procuratorem constitueris, isque in judicio procuratorio nomine esse cœperit, deinde tu, sive ante litem contestatam, sive post, ad causam ipsam venias, non ut ipsi assistas, sed ut causam eandem tractes, tractando causam Titium procuratorem revocare censeris: nisi quòd non animo revocandi facias, vel expressè professus fueris, vel ex aliquibus appareat conjecturis.

¶ *Actus præcedens subsequentem limitat & interpretatur. h. d.*

SEd si eundem Titium sub ea forma *l* quoties te abesse contigerit, procuratorem constitueris, & postmodùm per te ipsum causam tractes, non propterea tamen procuratorem revocasse videris. Quinimò Titius, quandocunque abesse te contigerit, procuratoris assumet officium.

¶ *Procurator si substituit, non potest substitutum revocare, nisi & revocandi habeat potestatem. Et procurator, qui substituit in una causa, non prohibetur in aliis se intromittere. h. d.*

HÆc autem de revocatione domini sunt intelligenda. Nam si à procuratore tuo *a* alius procurator legitimè substituatur, post mandatum susceptum, etiamsi eo substitutus usus non fuerit, ab illo revocari, nisi etiam potestas revocandi fuerit eidem concessa, non potest. Sed si, cùm ad plures, vel ad omnes causas Titium generaliter procuratorem constituisses, is in una vel in altera substituerit, in reliquis procuratoris officium exercere minimè prohibetur.

¶ *Acta cum procuratore revocato, donec ignoretur revocatio, tenent. h. d.*

AD hæc etiam admonendi sumus, quòd si ignorante judice, vel adversario *b* post contestatam litem mandatum revocatum fuerit, ratum esse debet judicium, in quo quis post ignoratam revocationem quasi procurator versatus fuerit.

¶ *Matrimonium contractum per procuratorem revocatum non tenet, licet revocatio non venerit ad notitiam partium. h. d.*

NOn sic tamen in matrimonio statuitur *c*: nam si procurator ad contrahendum specialiter constitutus, antequam contrahat, à domino revocatus fuerit, contractum postmodùm matrimonium, licèt tam procurator, quàm ea, cum qua contraxit, revocationem hujusmodi penitùs ignoraverint, nullius momenti penitùs existet: cùm illius consensus defecerit, sine quo firmitatem habere non potuit.

¶ *Acta judicis post revocationem procuratoris non ignoratam, non tenent. h. d.*

QUòd si scientibus judice *d* & parte mandatum revocatum fuit, & nihilominùs est in judicio processum per procuratorem revocatum, tàm alia acta, quàm ipsa sententia nullum afferet domino præjudicium: cùm falsi procuratoris exceptio *e* non solùm ante sententiam, verùm etiam posteà possit objici: quâ probatâ judicium prorsus nullum redditur.

¶ *Refutatio mandati non impedit refutantem acceptare, si mandans perduret in voluntate mandandi. h. d.*

NOn *f* idem juris statuetur in eo, qui absens procurator constitutus præsentatum sibi mandatum suscipere nolle dixerit. Is enim refutatione hujusmodi nequaquam obstante, quandiu constituens in eadem voluntate perstiterit, ad libitum mandatum acceptare poterit.

¶ *Receptio instrumenti, & cautio domini operantur, quòd procurator non possit renunciare mandato, sed teneatur defendere. hoc dicit.*

AT *g* literis, vel instrumento, quibus te aliquis in causis suis procuratorem constituens, pro te debito modo cavit, simpliciter nullâ factâ protestatione, à te scienter receptis, non potes posteà recusare illius defensionem: imò cogi poteris illum defendere in omnibus causis, & negotiis, ad quæ prædicta instrumenta, seu literæ se extendunt: cùm per hoc ad omnia tuum præstitisse videaris assensum.

¶ *Morte constituentis expirat mandatum, interdum etiam re non integrâ. h. d.*

MOrte quoque constituentis definit quis esse procurator, quod interdum obtinet etiam re non integrâ. Nam *h* si prælatus, vel rector te pro beneficio suo, vel Ecclesia procuratorem constituat, & tu vivente

a *C. in crimina. 5. q. 3. gl. 1. in c. veniens. ext. de accus.* b *c. absens. & vit. 1. q. 3.* c *Ext. ne Cler. vel Monach.* d *can. Monach. 16. quæst. 1.* e *Clem. 3. eod. tit.* f *can. 1. ext. de postul.* g *c. fin. ext. de postul.* h *c. intelleximus. ext. de jud.* i *c. fin. eod. tit. ext.* k *c. si quem. & secus. eod. tit. in 6.* l *c. si quem. in princ. eod. tit. in 6.*

a *C. in quo. de procur. in 6.* b *c. mandato. ext. eod. tit.* c *c. fin. & fin. de procur. in 6.* d *c. insinuatione. & seq. ext. eod. tit.* e *c. in nostra. ext. de procur. in 6.* f *c. licèt u. eod. tit. in 6.* g *Clem. 1. eod. tit.* h *Clem. fin. eod. tit.*

illo litem contestatus fueris, aut negotium aliter attigeris, post mortem tamen illius, etiam quoad cœpta, procurator esse desinis.

DE PACTIS ET TRANSACTIONIBUS.

TITULUS III.

¶ Metu judicum interdum deveniunt ad pacta, ad transactiones, & ad compromissa. h. d.

COnsequens nunc est, ut videamus de serie, & actis ipsorum judiciorum. Sed quia interdum accidit, ut judiciorum metu litigaturi ad pacta & transactiones veniant, aut ad arbitros declinent, ideò priùs paucis de his dispiciamus.

¶ Pacta sunt servanda, & per ea etiam indultis Apostolicis derogari potest. h. d.

ET quidem pacta inter quoscunque, quæcunque de re inita, regulariter suam habere debent firmitatem: neque enim quispiam, ut divinum monet oraculum, ea quæ de labiis suis procedunt, irrita facere debet. Quod quidem usque adeò obtinet, ut Apostolicis etiam indultis pactum deroget. Inde *a* cùm monasterio ab Apostolica sede libera sepultura concessa esset, pactumque esset cum Rectore parochialis Ecclesiæ, ne parochiani ipsius ad sepulturam reciperentur, responsum est, in dicto monasterio sepeliri eligentes, obstante conventione, voti sui fieri non posse compotes.

¶ Pactum, per quod filia dotata renunciat hæreditati paternæ, juramento vallatum, tenet. h. d.

EOdem etiam spectat *b*, quòd pactum à filia, dum nuptui traditur, cum patre factum, ut dote contentâ, ad bona paterna nullum habeat regressum, si juramento vallatum sit, licèt lege civili improbetur, servari debet: cùm tale pactum non vergat in æternæ salutis dispendium.

¶ Pactum quod tendit ad periculum animæ, non ligat. h. d.

QUòd si servatum in animæ tendat detrimentum *c*, quia fortè sit pactum de re turpi, veluti quòd post mortem Titii Clerici Sejus in beneficio succedat: vel aliter de jure, vel de facto sit impossibile, nullam inducet obligationem.

¶ Transactiones, quæ non sunt jure contrariæ, servari debent, & partium juribus derogant. h. d.

TRansactiones *d* quoque similem juris firmitatem obtinent, usque adeò ut juribus omnibus, quæ partibus, aut obtentu præscriptionis, aut privilegii, seu quocunque modo suffragari poterant, vires adimant. Sed & hoc de illis transactionibus intelligere nos oportet, quæ non sunt juri contrariæ. Alioqui si aut super re sacra *e*, & litigiosa, aut in causa matrimonii interpositæ sint, nullum robur obtinent.

DE ARBITRIS.

TITULUS IV.

¶ Qui sint propriè arbitri. h. d.

ARbitri *f* dicuntur propriè qui nullam potestatem habentes, consensu litigantium in judices eliguntur, in quos compromittitur, ut eorum sententiæ stetur.

¶ Tam in judicem ordinarium, quàm delegatum potest compromitti. h. d.

SEd etsi qui legitimam in partes potestatem habeant, ab eisdem tamen in arbitros eligi poterunt. Quod non solùm de eis intelligendum est *g*, qui ordinariam exercent jurisdictionem, verùm etiam de his, qui delegatam tantùm obtinent.

¶ Punit personas, in quas non potest compromitti. h. d.

SEd neque servi *a*, nec, qui servis similes sunt, Monachi & Regulares, arbitrium in se recipere possunt. Ad hos enim quies, oratio, & manuum labor, non autem causarum spectat cognitio. Hæretici quoque, apostatæ, schismatici, infideles, & excommunicationis vinculo ob delictum proprium innodati, Arbitrorum in se officium assumere non poterunt.

¶ In Laicum de re spirituali non potest compromitti, nisi sit Clerico adjunctus, vel in eum sit compromissum authoritate Apostolicâ. h. d.

SEd nec in eum, cujus licèt ex delicto aliquo non sit læsa æstimatio, Laicus *b* tamen est, de re spirituali compromissum fieri potest. Si tamen *c* is, aut Clerico sit adjunctus, aut Apostolicâ authoritate compromissum susceperit, Arbitri partes exequi minimè prohibebitur.

¶ In fœminas non potest compromitti, nisi ad permittat regionis consuetudo, & ordinis. Quæ non prohibetur, potest recipere compromissum. h. d.

FŒminæ *d* quoque, licèt illæ summæ opinionis existant, ab omni judiciali examine usque adeò sunt separandæ, ut ex illarum sententiis nulla pœna adversùs illius contemptores, nullaque pacti exceptio oriatur, nisi regionis probata consuetudo talium munerum participes illas redderet. Cæteri verò, quos neque sacrorum Canonum, nec secularium legum statuta specialiter arcent, omnes ad tractanda arbitria admittendi erunt.

¶ Reperiuntur quidam, qui non possunt compromittere. h. d.

SIcuti autem ii, quos suprà recensuimus, arbitria exercere prohibentur, ita etiam illorum quidam compromittere non permittuntur, qui tam ex libris Pontificii, quàm Cæsarei juris commodiùs cognosci poterunt.

¶ Ponit causas, super quibus non potest compromitti. Et quod super matrimonio spirituali potest compromitti, secùs super carnali. h. d.

PLeræque etiam causæ arbitrorum notionem effugiunt: nam *e* liberales, matrimoniorum, filiationum, monachationum, conversionum, in integrum restitutionum: item *f* criminales, & quæ majores judices exigunt, per arbitros cognosci non possunt. Quòd autem diximus, de matrimoniis compromitti non posse, de carnalibus intelligendum est: nam quod de spirituali matrimonio compromitti possit, secundùm ea, quæ suprà diximus, nulla est dubitatio.

¶ Arbiter super pluribus, si super uno tantùm pronunciet, non expirat compromissum, nisi habuerit à partibus facultatem ita pronunciandi. h. d.

FIniuntur autem arbitria pluribus modis: ut putà, sententiæ prolatione, & temporis lapsu. Sententiæ prolatione finiuntur arbitria, cùm de omnibus, de quibus compromissum fuerit, arbiter pronunciavit. Nam si de quibusdam tantùm sententiam tulerit, nisi talem pronunciandi potestatem à partibus habuerit, compromissum non expirat.

¶ Termini lapsu compromissum expirat. h. d.

LApsu temporis expirat arbitrium, cùm terminus compromisso comprehensus re infectâ labitur.

¶ Morte tam arbitrorum, quàm compromittentium expirat compromissum, nisi specialiter sit dictum de hæredibus compromittentium. h. d.

MOrtis *g* quoque interventu compromissa irritantur, tam arbitrorum, quàm etiam litigatorum. Compromissum *h* enim in compromittentis hæredes non extenditur, nisi de his quoque specialiter caveatur. Sunt & alii modi, quibus compromissa finiuntur: quos ta-

a *C. 1. de pact. in 6.* b *cap. 2. de pact. in 6.* c *c. fin. ext. de pact.* d *c. 1. ext. de transf.* e *c. constitutus. & c. fin. ext. de transact.* f *c. à judicibus. 9. arbitrarii. 2. q. 6.* g *can. cùm olim. ext. eod. gl. pen. can. à judicib. 2. q. 6.*

a *Can. 1. 9. servi. 7. q. 7.* b *c. contingit. ext. eod.* c *c. per tuas. in fin. extr. eod.* d *c. dilecti filii. ext. eod.* e *c. pen. in fin. ext. de rest. in integ.* f *d. c. pen. in initio.* g *c. pen. extr. de offic. del. c. ex parte. in fin. ext. eod.* h *cap. fin. ext. eod.*

men,

tamen, ut ad cœptum judiciarii ordinis propositum festinemus, ex aliis juris libris cognoscendos relinquimus.

DE IN JUS VOCANDO.

TITULUS V.

¶ *Judex debet habere notarium, vel duos viros idoneos, qui scribant acta judicii. h. d.*

ERgò si partes neque pactionibus, neque transactionibus, neque compromissis concordes reddi poterunt, ad judicem deveniendum erit. Illud autem inprimis prospicere judicem oportebit, ne scilicet debitæ solennitates in judicio prætermittantur: adhibebitq; *a* publicam personam, aut duos viros idoneos, qui universa acta judicii conscribant, ut Innocentianâ constitutione, in generali Concilio editâ, latiùs continetur.

¶ *Initium judiciorum est citatio, sine qua omnes actus regulariter sunt nulli. h. d.*

OMnium *b* autem judiciorum instituendorum principium, & fundamentum sunt citationes, sine quibus omnia, quæ adversùs absentes in omni negotio, aut loco aguntur, viribus carent. Nam neque naturalis, neque civilis ratio quenquam indefensum judicari permittit. Quicunque igitur cum altero judicio contendere voluerit, ante omnia curare debet, adversarium ita moneri, ut sese coram judice exhibere teneatur.

¶ *Ex quatuor capitibus eluforia redditur citatio: & citatus à non suo judice non tenetur comparere. h. d.*

SIt tamen interdum pluribus modis *c*, ut quis vocationi de se factæ parere non compellatur, ut putà ex personæ qualitate, loci conditione, temporis ratione, & forma citationis. Personæ qualitas inefficacem reddit citationem tam jus dicentis, quàm etiam in jus vocati. Nam si te is in jus vocet, quem tibi judicem non esse competere tem manifestum sit, dubio procul ad comparendum vocatio talis te minimè coarctabit.

¶ *Qui legitimè citatus mutavit judicem, non propterea potest declinare judicem, cùm sit præventus. h. d.*

SI tamen *d* contigerit eum, qui legitimè citatus fuerit, alterius postmodùm fieri jurisdictionis, quasi præventus, jus revocandi forum non habebit.

¶ *Citatus ad instantiam spoliatoris non tenetur comparere. h. d.*

IDem juris est, si judex quidem tuus sit *e*, ex eo tamen te mandet vocari, ut in judicio cum spoliatore tuo stare compellaris: nec enim anteà comparere cogeris, quàm ad omnia Canonicè restitutus fueris. *f*

¶ *Ex qualitate loci citatio non astat ad comparendum. h. d.*

LOcus *g* quoque, ad quem vocatus fueris, tunc invalidam reddit citationem, cùm aut incertus est, aut citantis non subest jurisdictioni. Idem etiam dici poterit, si citandus extra judicis territorium moram trahere comperiatur. Tunc enim jus dicenti impunè non paretur. Quemadmodum & si locus citationi designatus pestilens sit, aut aliàs pro citato malè tutus. *h*

¶ *Diebus feriatis in honorem Dei etiam ex consensu partium non potest procedi. Et angustia temporis ad comparendum dati, vitiat citationem. h. d.*

SEd & si te judex jusserit adesse, aut inter angusta nimis tempora, aut quæ veneranda sint divini cultûs gratiâ, nullas vires habebit talis jussio *i*. Quamvis enim non prorogare, sed expedire decet quæstiones, usque adeò tamen his diebus judiciorum strepitus debet conquiescere, ut nisi vel necessitas cogat, vel pietas suadeat, consentientibus etiam partibus, processus habitus non teneat.

¶ *Feriis indulti hominum causa renunciari potest. h. d.*

ALiud *a* tamen obtinet, si ob hominum necessitates feriæ indultæ fuerint. Tunc enim acta cuncta tenent, si de partium processerint voluntate.

¶ *Delegatus debet in citatione inserere tenorem suæ commissionis, & designare auditorium: Secùs est in ordinario. h. d.*

IAm verò multum interest, delegatúsne citet, an ordinarius. Ille enim, cùm alienâ utatur jurisdictione, longè remotos, non nisi literis commissionis *b* suæ tenorem continentibus, & intra certa spatia quem vocare poterit. Et cùm proprium non habeat auditorium, certum hujusmodi literis locum, ubi se citatus exhibere valeat, designare illum oportebit: cùm in ordinario nulla subsit hujusmodi necessitas.

¶ *Patet, quid agendum sit delegato, si jurisdictio ejus expirat in peremptorio. h. d.*

ITem in delegato quæri potest, si peremptoriè *c* partes is citaverit, & earum altera, die datâ, sese absentat contumaciter, an saltem circa ultimam diei partem sit in negotio procedendum? & utrùm, si duxerit expectandum, sit iterùm citandus contumax? Et in hac specie multum interest, duret jurisdictio post peremptorium terminum, an expiret. Primo enim casu, in diem alteram æquitate suadente judex expectare poterit, nec propterea peremptorio elapso, pars contumax citanda erit, nisi gratiam eidem fecerit benignitas judicantis: posteriore verò, ne fruträ judicialis instantia evanescat, si partes, cùm id noverint, sese judici non præsentaverint, horâ, quâ congruè procedi possit ad exequendum, propter quod eis legitimè terminum peremptorium assignaverit, ad executionem libere procedere poterit. Discretus tamen judex in assignatione peremptorii, non debet jurisdictionem suam, nisi necessitas urgeat, adeò coarctare.

¶ *Citatus potest ex legitimo impedimento non comparere: qui tamen cessante debet se judici præsentare. h. d.*

ADhuc, tametsi omnia solenniter peracta fuerint, nec vocatus accedat ad judicem, quibusdam casibus excusandus erit: ut putà si facto adversarii impeditus, aut ad majus tribunal vocatus, vel vinculis, aut infirmitate detentus, aut aliis *d* similibus causis implicatus non accesserit. Debet tamen cessante impedimento, quantò poterit citiùs, judici sui copiam facere. *e*

DE DOLO ET CONTUMACIA, ET IN possessionem missione.

TITULUS VI.

¶ *Quis dicatur contumax, & quid sit contumacia, & quibus pœnis puniatur. h. d.*

ERgò juridicè vocatus, & nullâ legitimâ causâ impeditus, si se judici præsentare neglexerit, adversario accusante, contumaciæ crimen incurrit. Est enim contumacia, erga judicem vel Prælatum commissa inobedientia. Hæc autem variè juribus coërcetur: nunc enim litis damno, nunc mulctâ, nunc expensarum refectione *f*, & rei sequestratione, vel Ecclesiasticæ sententiæ *g* innodatione ob contumaciam suam conventus afficitur.

¶ *Actor mittitur in possessionem rerum rei contumacis, & post annum efficitur verus possessor, reservatâ quæstione super proprietate. h. d.*

ILlud quoque videtur ordinarium, ut contumace adversario tuo existente, in possessionem earum rerum, de quibus quæstio vertitur, vel *h* quæ aliàs sunt in patri-

a *C. quoniam contra. ext. de probat.* b *gl. pen. c. Ecclesia sancta Maria. ext. de constit.* c *gl. 2. can. pen. 3. q. 2.* d *c. pen. extr. de foro compet.* e *gl. 2. can. pen. 3. q. 2.* f *c. fin. 5. q. 2.* g *gl. 2. c. pen. 3. q. 2.* h *c. ex parte tuâ. extr. de appellationib.* i *c. fin. extr. de feriis.*

a *C. fin. in fin. ext. de feriis.* b *C. 2. ext. de dilat. gl. 2. c. pen. 3. q. 2.* c *c. consuluit nos. ext. de offic. deleg.* d *c. quoniam. §. si autem de carnal. ext. ut lite non contest.* e *c. cùm dilecti. ext. de dolo & contumac.* f *c. cùm dilecti. in fin. ext. eod.* g *c. tuæ fraternitatis. ext. ut lite non contestatâ.* h *c. fin. §. in alio in. extr. ut lite non contestatâ.*

monio rei, pro modo debiti, si personalis instituatur actio, custodiæ causa inducaris, ut tædio affectus reus veniat aliquando responsurus. Quòd si a adhuc per annum in sua contumacia perseveraverit, judice decernente verus possessor efficieris, super proprietate duntaxat adversæ parti defensione reservatâ. Sed si missus in possessionem b fructus dilapidet, sequestrandi erunt, & quod distractum est, in pristinum statum erit revocandum.

¶ *Si ob potentiam adversarii contumacis non possit actor possessionem ingredi, vel illam amiserit, nihilominus efficitur verus possessor elapso anno. h. d.*

Si tamen propter rei potentiam c sive dolum contigerit, ut intra annum rem custodiendam nancisci non potuis, vel etiam acquisitam amittas, ne contumax meliotis, quàm obediens, conditionis existat, de Canonica æquitate sancitum est, ut hoc etiam casu verus, elapso anno, possessor actor constituatur.

¶ *Si reus contumax dederit cautionem de stando juri, nec multandus est, quòd adversarium non fuerit passus esse in possessione. Et missionem passus restituetur. h. d.*

Hoc tamen d tunc obtinet, cùm reus nullam cautionem præstitit: nam si de stando juri caverit, nec multandus, quòd in possessione actorem esse passus non fuerit, & missionem passus illicò restituendus erit.

¶ *Actor anno lapso non reputatur possessor, si per eum steterit, quo minus intraverit possessionem. h. d.*

Idem e juris est, si annus lapsus esse proponatur, per reum tamen non steterit, quò minus ante terminum & possessionem receperit, & cautionem dederit.

¶ *Excommunicatus à delegato Principis, etiam delegato mortuo non potest ab Ordinario absolvi, vel alio, præterquam in mortis articulo, vel de mandato Papæ. h. d.*

Quari f contigit, si delegatus, qui reum propter contumaciam manifestam excommunicationis vinculo innodavit, vel petitorem causâ rei servandæ in possessionem induxit, rebus eximatur humanis, an eidem juri parere volenti, & idoneam cautionem offerenti Ordinarius absolutionis beneficium impertiri, & possessionem restituere valeat? Et responsum est, quòd cùm delegatus, quoad hoc, sit Ordinario major, excommunicatus ab eo non potest per alium, præterquam in mortis articulo, sine mandato summi Pontificis absolutionis gratiam obtinere, vel possessionem recuperare, nisi alius ei in onere successerit, & honore.

¶ *Passus missionem, si mortuo delegato præstet infra annum cautionem de parendo juri, etiam post annum recuperabit possessionem, hoc dicit.*

Sed g ne missus in possessionem verus efficiatur post annum possessor, missionem passus coram Ordinario, vel, si ejus copiam habere nequiverit, coram publicis & honestis viris, ut quasi præscriptionem interrumpat annalem, offerre, ac præstare poterit de parendo juri cautionem, ut sic etiam post annum per Apostolicam sedem possessionem recuperare mereatur.

¶ *In causis beneficialibus non habet locum missio in possessionem, sed in locum ejus poterit procedi lite non contestatâ. h. d.*

Sed h ista quidem tunc procedent, cùm de profanis rebus erit disceptatio: nam qui super dignitate, personatu, vel beneficio Ecclesiastico obtinendis cum aliquo litigat possessore, ob partis adversæ contumaciam in possessionem mittendus non erit, ne per hoc ad ea ingressus vitiosis pateat. Licebit tamen judici hoc casu etiam lite non contestatâ diligenter examinato negotio, ipsum fine debito terminare, contumaciâ absentis divinâ replente præsentiâ.

¶ *Contra reum contumacem, si de causa liqueat, potest ferri sententia etiam in causa profana, lite contestatâ: contra alterum verò etiam lite non contestatâ. h. d.*

Quod interdum etiam in profanis obtinebit, ut putà a si contestatâ lite reus contumax fuerit, & de causa liqueat, vel actor ipse contumaciæ crimen incurrat: quo casu etiam lite non contestatâ instante reo judex & testes recipere, & sententiam ferre debebit.

¶ *Si actor non venerit in terminis, ad quem reum citari fecerit, debet reo reficere expensas, & cavere de in posterum comparendo, alias non admittitur ad aliam citationem. h. d.*

Idem b quoque actor, si ad terminum, ad quem adversarium citari fecerit, venire contempserit, venienti reo in expensis propter hoc factis legitimè condemnabitur, & ad aliam citationem minimè admittendus erit, nisi de fideliter in posterum comparendo idoneam cautionem dederit.

¶ *Judex debet esse contentus unâ pœnâ ex pluribus, quæ adversus contumacem competunt: & excrescente contumacia potest etiam ad alias procedere. h. d.*

Quod autem diximus, juribus variè contumaciam coërceri, non est ita accipiendum, quasi omnes simul pœnas jus dicens infligere contumaci debeat, sed quòd variarum pœnarum sibi datur optio: unde alteutra, quæ magis timeri debeat, judex à principio contentus erit, ad aliam nihilominùs processurus, si hoc meruerit protervitas contumacis.

DE LIBELLI CONCEPTIONE, ET oblatione.

TITULUS VII.

¶ *Actor reo comparente debet clarum judici libellum offerre: & quid sit libellus. h. d.*

In primis igitur reo in assignato termino comparente judici libellum actor offert c, & illum ita clarum & planum, ut ex ejus inspectione deliberare reus valeat, utrum cedere velit, an contendere, atque ut, si contendendum sit, despicere valeat judex, quemadmodum à se concipienda sit sententia. Nihil enim aliud est libellus d, quàm brevis scriptura, claram actoris intentionem continens, & contra adversarium necessariò concludens.

¶ *Libellorum alii sunt accusatorii, alii conventionales. h. d.*

Porrò libellorum duæ sunt species e: alii enim sunt accusatorii, alii conventionales. Accusatorii sunt f, quibus quis aliquos apud judicem alicujus criminis reos defert: de quibus quidem in præsenti nobis non est institutus sermo, sed infrà suo loco & ordine dicetur. Conventionales sunt g, quibus in civilibus disceptationibus utimur, dum rem nostram, aut quam nobis deberi putamus, in judicio petimus.

¶ *Quæ debeat continere libellus: & quòd ineptus, vel obscurus libellus non obligat ad respondendum: & quòd judex illum potest lacerare. h. d.*

Exprimet igitur oblatus libellus, non solùm agentis, & conventi nomen, sed & jus dicentis, & petitæ rei h, & actionis qualitatem. Et si personali i experiendum sit actione, petendi quoque causa exprimenda erit: alioqui nec conventus respondere tenebitur, & judex libellum non legitimæ conventionis formam continentem concerpere ac destruere poterit.

¶ *Plures dantur casus, in quibus solennis libelli porrectio non est necessaria. h. d.*

Sunt tamen casus, in quibus solennis hæc libelli oblatio minimè est necessaria k; veluti in quibus de plano ac sine strepitu & figura judicii procedendum erit, & in quibus etiam non contestatâ lite testes recipi possunt, & alii plures.

---

a C. 1. extr. de eo qui mit. in poss. b C. 2. extr. de sequest. poss. c 1. contingit. ext. eod. tit. d C. 1. eod. tit. e C. 2. in fin. ext. de eo qui mit. in poss. f C. pastoralis officii. 4 præterea. extr. de off. ord. g C. pastoralis officii. 4 præterea. vers. verumtamen. extr. de off. ord. h C. unic. de eo qui mit. in poss. in 6.

a C. causam quæ. 6 c. seq. extr. eod. b C. 1. eod. tit. in 6. c C. reducta. 9. offeratur 3 q. 1. d C. 1 in gl. 1. ext. de libel. obl. e gl. 1. ext. eod. tit. f C. præscripta. 86. 4 libell. 3 q. 1. g d. gl. 1. can. 1. eod. tit. ext. h C. 2. ext. eo. t. i C. fin. ext. eo. t. k Cl. sæpe. de verb. sig.

¶ Bene-

¶ *Benefaciet judex si rem terminare quæret sine tela judiciaria. h. d.*

IN his quoque casibus, in quibus libelli est necessaria porrectio, probè judex fecerit, si principales personas, vel in subsidium etiam advocatos factum ipsum proponere jusserit, & sine tela judiciaria controversiam terminare tentaverit.

¶ *Oblato libello debent reo dari dilationes ad excipiendum, & ad evitandam obscuritatem una materia est uno loco tractanda. hoc dicit.*

OBlato tamen secundùm juris ordinem libello, certæ reo convento indulgendæ sunt induciæ *a*, quibus deliberet, cedendum sibi sit, an contendendum: accepturus, an recusandus judex: denique, ut proponat, si quas habet, exceptiones. Quæ propterea comparatæ sunt, ut ii, adversùs quos instituuntur actiones, defendantur. Harum verò quædam ante litis contestationem opponendæ erunt, quædam verò etiam post contestatam litem. Sed ne, si qui inter has alieni tractatus medii fuerint interjecti, hujusmodi sectio obscuritatem pareat, videamus nunc generaliter de exceptionibus.

DE EXCEPTIONIBUS, ET REPLICATIONIBUS.

TITULUS VIII.

¶ *Quid exceptio, & quid duplex ejus est species, dilatoria & peremptoria. Et quòd dilatoriarum quædam respiciunt judicem, quædam actorem, quædam reum, quædam causam. h. d.*

EXceptio est *b* actionis vel intentionis exclusio. Exceptionum summa divisio in duo genera deducitur *c*: aut enim sunt dilatoriæ, aut peremptoriæ. Dilatoriæ sunt, quæ rem & judicium differunt. Harum quædam judicis personam respiciunt, quædam agentis, quædam rei conventi, quædam verò actionis & causæ qualitatem. Personam judicis respiciunt, vel quæ illius incompetentiam arguunt, vel quæ de ipso suspicionem ingerunt, secundùm ea, quæ suprà suo loco latiùs exposuimus. Et hæ declinatoriæ quoque poterunt appellari. Actoris partem illæ spectant, quæ illum non legitimam in judicio standi personam habere demonstrant: quales sunt procuratoriæ: ut putà, si quis per Monachum, aut Regularem, aut Clericum agere velit. Item si quis ut tutor, vel curator, vel procurator, vel syndicus compareat, & illum tutorem, vel curatorem, vel procuratorem, vel syndicum esse negetur, vel sua non interesse, vel audiri non debere protestetur, & si quæ sunt his similes. Ex persona rei deducuntur: veluti si quis ab eo, qui alienam litem defendit, de judicato solvendo cautionem postulet, aut si ab actore se spoliatum esse reus conventus coram judice queratur, & propterea restitutionis beneficiū imploret, vel si actorem ex legitima causa domū revocet. Actionem & causam respiciunt, ut cùm proponitur de ineptitudine, aut incertitudine libelli, aut de litis pendentia, aut cùm nondum diem solutionis venisse prætendi-tur.

¶ *Declinatoria exceptiones proponi debent ante omnem exceptionem, alioquì amplius opponi non poterunt. h. d.*

HÆ verò regulariter omnes ante litis contestationem proponi debent: sed quas declinatorias appellavimus, non modò ante litem contestatam, verùm etiam ante omnem dilatoriam exceptionem opponere reum oportebit: alioquì si aliam primò proposuerit, cùm per hoc in jurisdictionem ejus, coram quo proposuit, consensisse videatur, ejusdem jurisdictionem serò declinare conabitur.

¶ *Dilatoriæ exceptiones, non declinatoriæ, regulariter proponuntur ante litem contestatam, quandoque tamen etiam post. h. d.*

ERgo in initio litis declinatoriæ opponi debent, & probari: cæteræ post oblatum libellum ante litem contestatam intra terminum à judice assignatum, quandocunque opponi & probari poterunt. Sed & lite contestatâ quandoque eas opponere licebit, veluti *a* si qua nuper reo competens extorta fuerit, vel is, qui eam opponere voluerit, postmodùm ad suam notitiam pervenisse jurejurando fidem faciat, vel esset hujusmodi, quæ retroactum processum nullum redderet, ut est ea, quæ vel mandati, vel jurisdictionis defectum arguit.

¶ *Et ex loco, & ex tempore, & ex aliis fontibus ducuntur exceptiones. h. d.*

DUcuntur autem hujusmodi exceptiones non solùm ex suprà positis causis, sed etiam ex loco, ex tempore, & ex aliis pluribus, ut tam Pontificii, quàm Cæsarei juris libris facilè est legentibus cognoscere.

¶ *Exceptio excommunicationis licet sit dilatoria, tamen potest opponi & ante & post litem contestatam. h. d.*

HIs annumeranda est etiam excommunicationis *b* exceptio, quæ licèt & ipsa dilatoria sit, à cæteris tamen dissimilem naturam sortita esse deprehenditur: nec enim post oblatum tantùm libellum ante contestatam litem velut cæteræ, sed in qualibet parte litis opponi poterit *c*, peremptorio termino ad proponendum exceptiones declinatorias & dilatorias præfixo minimè obstante. Quòd est in hac exceptione specialiter observandum, ne quisquam in periculum animæ suæ excommunicato communicare compellatur: quòd si eam reus omiserit, ut actor sumptibus & laboribus fatigetur, in expensis legitimis condemnandus erit.

¶ *In opponenda exceptione excommunicationis servanda est certa forma. h. d.*

SEd cùm per malitiam hæc exceptio in judiciis opponeretur frequentiùs, Innocentianâ constitutione consultissimè cautum est *d*, ut certa in ea proponenda forma servari debeat, uti ex ipsius constitutionis tenore facilè apparere potest.

¶ *Exceptio excommunicationis potest actori opponi in prima tantùm instantia, non in secunda. Idem de cæteris dilatoriis. h. d.*

HÆc *e* autem in prima tantùm instantia sibi locum vendicant: quòd si succumbens actor appellaverit prætextu excommunicationis oppositæ, à prosequutione appellationis minimè excludendus erit: quod & in cæteris dilatoriis multò magis locum obtinet.

¶ *Reus excommunicatus licèt convenire non possit, admittitur tamen ad proponendas suas legitimas defensiones. h. d.*

REus *f* autem nullo obstante excommunicationis vinculo, velut rectè convenitur, ita ad legitimas defensiones semper admittitur. Satis enim absurdum esset, si actore impugnante defensionis copia reo denegaretur: quia sic multoties condemnaretur absolvendus. Reconventionis tamen potestas eidem minimè permittitur.

¶ *Superiùs dicta de excommunicatione, intelliguntur de majori. h. d.*

CÆterùm *g* quæ suprà de excommunicatione diximus, non de quacunque excommunicatione sunt intelligenda, sed de ea tantùm, quæ à perceptione sacramentorum, & à fidelium communione separat, ut etiam ipsa Innocentianæ constitutionis verba demonstrant.

¶ *Peremptoriæ exceptiones sunt, quæ jus actoris perimunt, & semper agentibus obstant. h. d.*

PEremptoriæ, seu elisoriæ exceptiones sunt, quæ in totum jus agentis perimunt *h*, & semper agentibus obstant: qualis est, doli mali, metûs, pacti conventi, solutionis, jurisjurandi, præscriptionis *i*, transactionis, & rei judicatæ, & si quid contra leges factum esse dicatur.

---

a *Can. inducie. 4 offeratur. 3. q. 3.* b *gl. in verf. irritari. c. dudum. Cl. 2. extr. de elect. gl. fin. c. ex parte. extr. de foro comp.* c *gl. 1. c. exceptionum. ext. eod. de except.*

a *C. postoralì in fin. ext eo ti.* b *C. exceptionem excommunicationis. ext. eod.* c *Cl. 1. eo. tit.* d *C. 1. eo. ti in 6.* e *C. significavit. ext. eo.* f *C. cùm inter. ext. eod. tit.* g *C. 1. eo. tit. in 6.* h *Ca. de litis contest. in 6.* i *Can. 2. in fin. 3. q. 6.*

¶ *Exceptiones peremptoriæ litis finitæ sunt, quæ impediunt litis ingressum. h. d.*

HArum quædam dicuntur peremptoriæ litis finitæ, quædam simpliciter peremptoriæ. Peremptoriæ litis finitæ sunt, quæ litis impediunt ingressum, & adversùs agentem omni tempore opponi possunt *a*: qualis est exceptio transactionis, jurisjurandi, & rei judicatæ, quæ vel in ipso limine judicii proponi poterunt *b*. Cùm enim super negotiis, transactione, jurejurando, & sententia decisis, aliàs lis inchoata terminata fuerit, valdè absonum visum fuit, super eisdem novum assimi debere judicium, & quasi in infinitũ forensia jurgia protrahere. Inde quoque litis finitæ exceptiones appellantur, quòd, ut aliquis esset finis litium, institutæ fuerint. Idem juris est in aliis etiam peremptoriis exceptionibus, quæ vulgò manifestæ sunt, & notoriæ habentur.

¶ *Exceptiones peremptoriæ proponuntur post litem contestatam ante sententiam. h. d.*

Cæterq verò litis contestationem minimè impediunt, atque ante sententiam erunt regulariter proponendæ: quas quidem si dolo malo suo tempore in prima instantia reus proponere distulerit, etiam in causa appellationis opponendi sibi facultas denegabitur.

¶ *Præjudiciales exceptiones sunt, quæ alterò causæ præjudicium afferunt, putà exceptio consanguinitatis, causæ restitutionis vtri, exceptio natalium, petitio hæreditatis. h. d.*

SUnt etiam quædam exceptiones, quæ præjudiciales appellari possunt, ex eo quòd alteri cognitioni præjudicium afferunt: utpote, si quæ mulier Titium in virum petat, qui ad mulieris intentionem elidendam consanguinitatis objiciat exceptionem *c*: quâ probatâ, cùm quæstio principalis perimatur, de ipsa est cognoscendum, antequam ad diffinitionis articulum procedatur. Idem *d* si petenti hæreditatem natalium objecta sit exceptio. Cùm enim successionis causa à causa natalium dependeat, posteriore quoque loco cognoscenda erit.

¶ *Spoliatus opponens de spolio in modum exceptionis, non cogitur respondere antequam sit restitutus. h. d.*

SEd *e* & si quæstio spolii in modum exceptionis petentibus objecta fuerit, probationes super spolio primitùs erunt audiendæ: eoque legitimè probato reus non cogetur respondere *f* positionibus, donec integrè restitutus fuerit.

¶ *Non debet judex in causa supersedere obtentu exceptionis spolii, nisi dicatur factum ab actore, & hoc in civilibus: in criminalibus verò posset etiam objici de spolio à tertio facto, si quis dicatur, vel totâ suâ substantiâ, vel majori parte spoliatus: nec agenti super rebus Ecclesiasticis potest opponi exceptio spolii rerum privatarum, vel contrà. h. d.*

SEd quia hujusmodi exceptionem nonnunquam in judiciis calumniosè propositam causas Ecclesiasticas contingebat impedire, & per interpositas appellationes principalis causæ cognitionem perimere: consultissimè Innocentius *g* constitutione decretum fuit, ut in civilibus negotiis spoliationis objectu ab alio, quàm ab actore factæ, judex in causa principali procedere non postponat. In criminalibus verò etiamsi à tertio spoliatus fuerit, dum tamen, vel totâ suâ substantiâ, vel majori parte ipsius se per violentiam privatum affirmet, objecta exceptio processum differet, pœnis statutis, si eandem intra certa tempora non probaverit objiciens: eo quoque salubriter adjecto *h*, ut rerum privatarum spoliatio, agenti super Ecclesiasticis, vel ex contrario, non opponatur.

¶ *Accusato excipiente de spolio à tertio facto, debet indulgeri tempus, intra quod restitutionem petat, & causam si potest finiat: quo elapso, non obstante tali exceptione, accusari poterit. h. d.*

INter scholares *a* olim dubitari contigit, si spoliatus à tertio contra suum accusatorem de spolio excipiat, an ei tempus indulgeri debeat, infra quod restitutionem imploret, ne fortè sic existens omnem accusationem eludat: & id æquitati & juri satis consonum visum fuit. Unde si infra tempus indultum restitutionem non petierit, & causam, cùm posset, ad finem non perduxerit, non obstante exceptione spolii, deinceps accusari poterit.

¶ *Exceptiones contra testes, peremptoriarum naturam sapiunt, idcò ante sententiam proponendæ. h. d.*

SUnt & aliæ exceptiones, quas propriè neque dilatorias, neque peremptorias appellaveris: cujusmodi sunt, quæ adversùs productos testes opponuntur, utputà *b*, si quis Mævium examinatum, infamem, excommunicatum, vel aliàs criminosum esse dicat. Quæ tamen cùm ad peremptoriarum naturam accedere videantur, ipsæ quoque ante sententiam proponendæ erunt.

¶ *Pone differentiam, utrùm testis objiciatur crimen, de quo nunquam aliàs fuerit convictus: vel objiciatur crimen, de quo aliàs quis confessus & convictus fuit. h. d.*

MUltum tamen interest, an per exceptionem tantùm testibus opponantur crimina, de quibus nunquam accusati fuerint: an verò ea, de quibus aliàs convicti, vel confessi fuerunt. Primo enim casu *c* objectorum criminum probatio anteà exhibenda erit, quàm causa per sententiam terminetur: & si convicti vel confessi fuerint, ordinariâ cessante pœnâ, sufficiet, quòd à perhibendo testimonia repellantur, præsertim cùm objectum crimen minimè causam contingat. Posteriore verò, cùm non sit cuiquam contra alios credendum, nisi se priùs probaverit innocentem, à ferendo testimonio penitùs repelli poterunt.

¶ *Opponens exceptionem, quæ adversùs opponentem opponi potest, nihil agit, & hoc, si proprio nomine excipiat: secùs, si nomine suæ Ecclesiæ. h. d.*

CAvebit autem reus, ne quam contra adversarium suum exceptionem porrigat, cujus ipse nexibus implicetur: cùm scire debeat, nullum hanc esse juris effectum habituram: veluti *d* si plura beneficia possidens de eadem pluralitate adversùs alium excipiat: vel si perjurium *e* aut excommunicationem is objiciat, qui pejeravit, vel Ecclesiasticâ sententiâ innodatus fuerit. Hoc tamen ita accipiendum est, cùm proprio nomine conventus excipit *f*: cæterùm si suam defendens Ecclesiam, tales exceptiones opposuerit, audiendus erit, nec quòd opponens eisdem sit obnoxius, replicari poterit.

¶ *Qui excipit, non confitetur agentis intentionem, & potest quis plures etiam contrarias exceptiones opponere: & si judex non admittat, potest appellari, & judex punitri. h. d.*

POstremò sciendum est, eum, qui excipit *f*, non propterea agentis intentionem confiteri illum videri, cùm eidem non solùm unam, sed etiam plures, quandoquam contrarias, proponere liceat: quæ si legitimæ fuerint, & judex non admiserit, reo quidem per appellationis remedium succurretur, & judex ipse meritis pœnis coërcendus erit.

¶ *Adversùs exceptiones dantur replicationes. h. d.*

DAntur *g* adversùs exceptiones replicationes: de quibus multis agere supervacuum esset, cùm institutæ sint ad similitudinem exceptionum, quæ adversùs actiones opponuntur: de quibus si quis plenius velit intelligere, ex his, quæ superiùs diffusè de exceptionibus posuimus, mutuari poterit.

a C. 1. de litis contest. in 6. b c. 2. 3. 9. 6. c c. literas tuas. ext. de rest. spol. d c. pen. extr. de ord. cog. e c. fin. extr. de ord. cog. f petitionibus, melius. g c. 1. de rest. spol. in 6. h d. c. 1. ¶ fin.

a C. 1. ¶ solet autem. de rest. spol. in 6. b c. præsentium. ubi gl. extr de test. c c. 1. extr. eod. tit. d c. cùm Ecclesia. extr. eod. tit. e gl. in c. præsentium. & c. testimonium. extr. de test. f can. dilecti filii. extr. eod. de exception. g c. sum venerabilis. extr. eod. c. exceptionem. de regul. jur. in 6.

DE

DE MUTUIS PETITIONIBUS.
TITULUS IX.

¶ *Si reus conventus nolit, vel non possit excipere, si habeat unde actorem reconveniat, poterit illum reconvenire. h. d.*

IGitur oblato ab actore libello, si reus conventus nullâ sit exceptione munitus, quæ vel judicium differat, vel litis ingressum impediat, mutuis petitionibus adversarium suum fatigare poterit, & agentem coram eodem judice, antequam litem contestetur, reum constituere. Cujus enim quis *a* in agendo observat arbitrium, eundem habere contra se judicem in eodem negotio dedignari non debet. Propositâ ergò actoris intentione, & responsione factâ super quæstionibus rei monitione præmissâ, incontinenti actor respondere compellendus erit, ut vicissim posteà rationes partium judex audiens, concordiâ, vel judicio utriusque negotium terminet.

¶ *Etiam coram judice delegato potest reus actorem reconvenire. h. d.*

NEc solùm coram Ordinario reconventio talis sibi locum vendicat, verùm *b* etiam coram delegato: unde nisi reus literas impetrare maluerit, actorem sibi obnoxium eodem durante judicio coram datis judicibus reconvenire poterit.

¶ *Actoris & rei reconventionis æqualis debet esse conditio in judicio. h. d.*

UTriusque autem, tam actoris, quàm rei reconventionis æqua debet esse conditio: unde *c* cùm causa appellatione remotâ committitur, si reus actorem reconvenerit, uno eodemque jure circa appellationis remedium uterque censendus erit.

¶ *Coram arbitris non habet locum reconventio. h. d.*

DE arbitris dubitari poterit, an coram eis reconventioni locus esse possit *d*? & cùm arbitri judicare non possint, nisi de his tantùm, super quibus in eos compromissum fuit, responsum est, coram eis reconventionem locum habere non posse.

¶ *Reus conventus coram judice Laico, non potest reconvenire actorem super causa spirituali. h. d.*

INterdum etiam accidit, ut nec coram ordinario, nec coram delegato judice reo actorem reconvenire sit potestas, ut putà si coram judice Laico conventus, actorem super causâ juris patronatûs, decimarum, matrimonii, aut alia spirituali reconvenire velit.

¶ *Excommunicatus non potest reconvenire. h. d.*

IDem *e* juris est, si conventus excommunicationis vinculo innodatus existat. Huic enim, licèt alioqui excipiendi facultas minimè sit interdicta, actorem tamen reconvenire non conceditur, ne quod (ut suprà diximus) in defensionis remedium sustinetur, ad impugnationis materiam extendatur.

¶ *Super causa criminali non admittitur reconventio: idem in causa depositi. h. d.*

ILlis quoque, qui coram judice criminaliter conventi fuerint *f*, vel super depositi, nisi se priùs innocentes probaverint, & depositum restituerint, alios criminandi, vel conveniendi licentia non conceditur.

DE RESTITUTIONE SPOliatorum.
TITULUS X.

¶ *Intentans spolia non potest reconveniri, nisi super causa spolii. h. d.*

ISquoque, qui se quibusdam rebus, aut juribus spoliatum conqueritur, ab adversario suo reconveniri non poterit: nam super spoliatione conventus, adversùs restitutionem petentem non est, nisi super quæstione spolii, audiendus. Restitutionis enim petitio in hoc privilegiata esse noscitur, ut ipsam intentans, non cogatur ante restitutionem spoliatoribus respondere. Unde *a* cùm quis se de beneficii possessione violenter ejectum apud judicem conqueritur, si adversarius eundem non Canonicè dicat institutum, de violenta priùs ejectione, quàm de Canonica institutione cognoscendum erit.

¶ *Spoliatus est ante omnia, & quoad omnia, restituendus. h. d.*

SEd etsi spoliatus non primus coram judice super spolio sibi illato consistat, sed criminali judicio ab adversario lacessitus spoliationis causam proponat, ita demùm super petitione judex procedere poterit, si priùs restitui spoliatum suâ sententiâ jusserit: omnes enim leges tam Ecclesiasticæ, quàm seculares ante omnia cuncta spoliatis, vel ejectis redintegranda *b*, & damna sarcienda esse præcipiunt: fructus *c* quoque non tantùm à violento possessore perceptos, sed etiam qui à veteri possessore percipi verisimiliter potuissent, restituendi erunt: nec restitutionis solùm sententia sufficiet, nisi re ipsâ omnia judicis officio restituantur, ita ut ejectus, vel spoliatus etiam naturalem possessionem recipiat, cunctaque, quæ sibi oblata fuerint, eodem, unde surrepta fuerunt, revocentur.

¶ *Quæstio spolii per modum reconventionis proposita, non impedit processum super alia causa civiliter instituto. h. d.*

QUòd si civiliter conventus adversarius spolii quæstionem regerat, cùm mutuæ tunc intelligantur petitiones in idem judicium deductæ, vicissimque tractatæ, unicâ simul erunt sententiâ terminandæ.

¶ *Cum spolium proponitur in modum exceptionis, nulla fertur restitutionis sententia: sed quamdiu non fuerit reus restitutus, non est cogendus actori respondere. h. d.*

SEd hæc quidem obtinent, cùm in modum actionis spolii quæstio proponitur: sed si circa litis contestationem de spolio quis excipiendum duxerit, super ipsa quidem exceptione probationes primitùs recipiendæ erunt: eâ tamen legitimè probatâ, nulla restitutionis erit ferenda sententia, sed tamdiu spoliatori super petitionibus suis respondere cogendus non erit *d*, donec ab ipso restitutus fuerit. Quemadmodum enim, si in modum exceptionis aliquod crimen testi objicitur *e*, ut à testimonio repellatur, etsi crimen contra eum civiliter probatum fuerit, sibi pœna non infligitur ordinaria, sed ejus duntaxat testimonio non creditur: sic spoliatione in modum exceptionis tantùm probatâ, restitutionis sententia minimè ferenda erit.

¶ *Tribus casibus privatus à judice dicitur spoliatus, si non servavit juris ordinem, si nulliter pronunciavit, si erat judex incompetens. h. d.*

SPoliatus autem non solùm is intelligitur, qui à privato quocunque homine rerum quarundam possessione indebitè privatus fuit: sed etiam *f* ille, quem judex ipse juris ordine prætermisso, beneficio, vel aliis rebus carere coëgit: vel is, qui licèt juris quidem ordinem servaverit, spoliati tamen, & de facto damnati judex erat incompetens: vel, si judex sit competens, circa privationem tamen nulliter pronunciavit.

¶ *Spoliâsse & is intelligitur, qui mandavit spoliari, aut spolium suo nomine factum ratum habuit, vel spoliatori successit in vitium. h. d.*

ISquoque spoliâsse intelligitur, qui licèt ipse non spoliaverit, per alium tamen spoliari mandaverit *g*, aut spolium suo patratum nomine ratum habuerit: unde & is restitutioni obligabitur, quemadmodum *h* & ille, qui rem indebitè occupitam, sciens recipiendo spolia-

a *Can 1. § cujus. 2. q 1.* b *C. dispendia. de restr. in 6.* c *C. fin. extr. de mut. pet.* d *C. cùm dilectus. extr. de arbit.* e *C. enim inter. in fin. extr. de except.* f *C. 1. & 2. 3. q. 11.*

a *C. in literis tuis. extr. eod. tit.* b *C. redintegranda. 3. q. 1.* c *C. gravis. extr. eod. tit.* d *C fin. extr. de ord. cogn.* e *C. 1. extr. de except.* f *C. conquerente. extr. eod. tit.* g *Can. totum. ubi gl. 12. q. 1 & c. cùm ad secundum. in fin. ubi gl. extr. eod.* h *C. sæpe contingit. extr. eod.*

tori succedit in id vitium. Licèt enim is non spoliaverit, cùm tamen, quoad periculum animæ, non multum interfit, utrùm quis injustè detineat, an alienum invaserit, contra hujusmodi possessorem spoliato per restitutionis beneficium, non obstante juris civilis rigore, succurritur.

¶ *Renunciatio factæ post spolium non impedit spoliati restitutionem: secùs si antè fuerit renunciatum, & testes super spontanea renunciatione non sunt admittendi ante restitutionem. h. d.*

ILlud quæsitum a est, si post spolium Ecclesiæ renunciâsse quis dicatur, an ob hujusmodi renunciationem spoliato sit deneganda restitutio? & cùm non sit verisimile, quòd sponte proprio juri renunciaverit, qui renunciat, spoliatus hujusmodi non obstante renunciatione, restituendus erit. Testes etiam partis alterius de juramento, & renunciatione sponte factâ, non antè admittendi erunt, quàm spoliatus plenariè fuerit restitutus. Quòd si ante b spolium Ecclesiam sponte abjurâsse reperiatur, perpetuum ei super negotio silentium imponendum erit.

¶ *Ponit aliquos casus exceptos ab illa regula, spoliatus ante omnia est restituendus. h. d.*

SUnt & alii casus, quibus jure denegabitur spoliatis restitutio: ut putà, cùm agenti per modum exceptionis de alia spoliatione opponitur, aut tam super proprietate, quàm super spolio eodem tempore disceptari spoliatus ipse consenserit, aut ante restitutionis postulationem petitoriâ actione judicium expertus succubuerit.

¶ *Probatio spolii, absentia spoliatoris, & lapsus temporis, non operatur restitutionem, si spoliator non abfit per contumaciam, vel dolum. h. d.*

IDem si spoliatore non per contumeciam, vel per dolum absente, ab Apostolica sede ad judices spoliatus literas obtinuerit, ut si eum spoliatum judicibus constituerit, intra certum temporis spatium restituatur, si reus intra præfixum terminum sese judici exhibere non possit, quanquam temporis lapsus immineat, & actor sit suam possessionem & dejectionem probare paratus, nihilominùs restituendus non erit.

¶ *Si contra agentem de spolio opponatur exceptio, per quam concludatur actorem non possedisse, spoliatus ante omnia non restituitur. h. d.*

SEd & si talis opponatur exceptio, quæ agentem minimè possedisse concludat, tamdiu sustinenda erit restitutio, donec super tali exceptione cognitum fuerit: ut ecce, nec Laici spiritualia possidere, nec Sacerdotes uxores habere possunt. Unde si vel illi se beneficiis spoliatos, vel hi ab uxoribus se destitutos coram judice conquerantur, & ab adversariis de secularitate, vel de Sacerdotio agentibus opponatur, proculdubiò differenda erit restitutio.

¶ *Cùm pro spoliatore militat juris præsumptio, spoliatus non est ante omnia restituendus. h. d.*

QUinimo & cùm sola juris præsumptio pro spoliatore contra spoliatum militat, impedienda erit restitutio ex quo apparet c, eum, qui (exempli gratiâ) restitui postulat ad decimas, quas intra alienæ parochiæ limites possedisse asserit, nequaquam restituendum esse, nisi evidenter docuerit, quòd earum possessionem legitimè assequutus fuerit: quia eas occupâsse injustè verisimiliter præsumitur, cùm ex prædiis perveniant intra alienam parochiam constitutis, manifestumq; sit, eas jure communi ad eandem Ecclesiam pertinere, nisi aliud ostensum fuerit.

¶ *Hæreticus non restituitur ante omnia: idem si in restitutione timetur de periculo animæ, vel scandalo, quia differtur restitutio, hoc dicat.*

PLures præterea sunt casus, quibus spoliatus illicò non restituitur: veluti, cùm hæresis labe pollutus deprehenditur, vel factâ restitutione animæ periculum immineret, vel scandalum timeri possit: & alii, qui non minùs secularibus, quàm Pontificiis legibus continentur.

¶ *Spoliatus potest suspenso petitorio ante conclusionem in causa, intentare possessorium: secùs si sit conclusum: nisi tamen alter judices videatur. h. d.*

POstremò sciendum est, in spoliantis odium constitutum esse d, si spoliatus proprietatis litem ingressus fuerit, nullam de illata sibi violentia mentionem faciens, antequam renunciatum sit, aut conclusum in proprietatis judicio, ut idem debeat super possessorio, etiam petitorio suspenso, audiri. Quòd si renunciatum fuerit, vel conclusum, ut jam possit causâ proprietatis sententia terminari, ne lites litibus inculcentur, & via possit fraudibus aperiri, causâ non decisâ, possessorio non erit utendum: nisi judex, qui de causâ cognoscit, hoc ipsum ex justa causa viderit expedire: putà, cùm ex perspicuis indiciis iniquitas invasoris facile argoitur, & spoliato casu, sive dolo spoliatoris, dominium probandi facultas subtracta fuerit.

DE LITIS CONTESTATIONE. TITULUS XI.

¶ *Litis contestatio est fundamentum judicii, quæ deficiente frustrà superædificabitur: & quando dicatur lis contestata. h. d.*

HActenus ea complexi fuimus, quæ plerunque ante causarum discussionem vertuntur, quæ non tam judicii partes habentur, quàm judiciorum præparatoria: perveniamus nunc ad ea, quibus ipsum judicium constituitur. Est autem judiciorum quasi fundamentum quoddam, litis contestatio: nam e si illa à partibus prætermissa fuerit, proculdubiò omnia, quæ sequuta fuerint, corruent, seque ipsos litigatores inanibus laboribus & sumptibus vexabunt: unde nec testes recipi, nec ad sententiam per judicem procedi poterit. Ea c verò fit per petitionem in jure propositam, & congruam responsionem sequutam, animo contestandi litem factam, cùm judex per narrationem negotii causam audire cœperit: unde si quis positionibus simpliciter respondeat, aut peremptoriam exceptionem proponat, nequaquam per hoc esse facta contestatio litis intelligitur.

¶ *Procurator, tutor, & similes, possunt litem contestari. h. d.*

FIt autem d litis contestatio non solùm per principales, sed etiam per procuratorem, tutorem, & personas similes.

¶ *Advocati responsio nisi sit statim revocata, facit litis contestationem. h. d.*

AN advocati responsio litis contestationem faciat, dubitari potest, & ex facto responsum est, nisi statim revocata fuerit, illius quoque responsione contestationem fieri.

¶ *Cùm officium judicis pro actione instituitur, est necessaria litis contestatio. h. d.*

NEc solùm, cùm per actionem judicium instituitur, erit litis contestatio necessaria: sed etiam ubicunque judicis officium pro ipsa proponitur actione: veluti, cùm restitutio in integrum non incidenter, sed principaliter postulatur.

¶ *Qui effectus sequantur ex litis contestatione. h. d.*

IGitur sequutâ contestatione reus & judici subjicitur, & actori obligatur, dilatoriis exceptionibus via præcluditur, actiones perpetuantur, præscriptio interrumpitur, alii quoque effectus emanant, ut tam civilibus, quàm Ecclesiasticis constitutionibus suis locis traditur.

¶ *Cùm civiliter agitur, & probabiliter de morte testium, vel diuturna absentia timetur, possunt examinari testes etiam lite non contestatâ. h. d.*

ADmonendi tamen sumus, quod traditum est, lite non contestatâ non posse testes recipi e, aut ad sententiam

a *C. 2. extr. eod. tit.* b *C. accepta. extr. eod. tit.* c *L. fin. eod. tit. in 6.*

a *C. pastoralis. extr. de causa possess. & proprietat.* b *C. 1. extr. eod. tit.* c *C. dudum. secundo. & licit. extr. de elect.* d *C. 1 extr. eod.* e *Ext. ut lite non contest. per totum. & c. 1. eod. tit. in 6.*

tentiam perveniri, non esse perpetuum. Nam si forte de morte testium timeatur, vel absentia diuturna, cùm civiliter est agendum, ne veritas occultetur, & probationi copia fortuitis casibus subtrahatur, senes, & valetudinarii, & alii testes, de quibus ex probabili causa timetur, etiam lite non contestatâ sunt admittendi, seu pars conventa sit contumax, seu sine dolo sit absens, ut conveniri non possit.

¶ *Qui testes examinavit ad perpetuam rei memoriâ, debet intra annum vel convenire adversarium, vel examen denunciare. h. d.*

DEbet *a* tamen actor intra annum, ex quo facultas sibi data fuerit, adversarium convenire, aut saltem hujusmodi testium receptionem eidem denunciare: alioqui attestationes sic receptæ non valebunt, ne fortè hoc procuretur in fraudem, ut scilicet processu temporis exceptiones legitimæ ad repellendum testes, vel aliæ, locum habere non possint.

¶ *Nota ex isto ¶ bonam regulam ad cognoscendum, quando non est necessaria litis contestatio. h. d.*

SUnt *b* & alii casus, in quibus absque litis contestatione legitimè possunt testes produci, & lis sententiæ terminari: quos tam ex his, quæ supra de contumacia diximus, quàm etiam ex aliis locis cognoscere licebit. Et generaliter, ubicunque libellus non exigitur, aut jus agendi contra certam personam non dirigitur, litis contestatio non est necessaria.

DE JURAMENTO CALUMNIÆ.
TITULUS XII.

¶ *Actor recusans subire juramentum calumniæ, cadit ab actione, & reus habetur pro confesso. h. d.*

SEd ut veritate prævia judicia expediantur, institutum est, ut litigatores in exordio litis de calumnia vitanda jurare debeant. Quod juramentum si quis præstare recusaverit *c*, actor quidem ab instituta cadet actione, & pro confesso reus habendus erit.

¶ *In causa sua Ecclesiæ Clericus non cogitur jurare de calumnia, secus in proprio: quo casu jurat propositis tantum scripturis, non tactis. h. d.*

IN hac tamen parte quibusdam casibus Clericis jura pepercerunt. Vetuerunt *d* enim, ne dum propriæ Ecclesiæ causa peragitur, inconsultis illorum prælatis hujusmodi subire jusjurandum cogantur, licèt in propriis causis hujusmodi privilegio minimè gaudere noscantur. Sed & quo casu hoc juramentum subire vel permittuntur prælati, vel jubentur, non tactis *e*, sed tantùm propositis scripturis id implebitur.

¶ *Hodie etiam in causis spiritualibus juratur de calumnia. h. d.*

IN causis spiritualibus olim de calumnia minimè jurabatur: sed quia & in illis litigatores frequenter calumniari compertum est, novissimè sancitum est *f*, ut in eis id, quod in cæteris constitutum est, observari debeat.

¶ *Etiam procuratores jurare de calumnia tenentur, quando eunque judex videbitur. h. d.*

ET non tantùm principales, verùm etiam procuratores *g*, & syndici *h*, hujusmodi juramentum suscipere compellendi erunt, etiamsi quid ponere aut respondere debeant, à dominis instructi fuerint: aut post hoc præstitum juramentum deputati fuerint: nec enim illud intra certa judicii tempora coarctatum reperitur, sed *i* poterit judex exigere, quoties expedire viderit.

¶ *De calumnia juratur etiam in causa appellationis. h. d.*

PRæterea *k*, quanquam in prima instantia partes juraverint, non tamen propterea in causa appellationis hujusmodi juramentum declinare poterunt, cùm rursus, & de calumnia vitanda, & dicenda veritate jurare partes sint compellendæ.

¶ *Juramenti de calumnia omissio non vitiat processum. h. d.*

ILlud postremò admonendi sumus, quòd propter omissum *a* tacitè in tota causa calumniæ juramentum, judicialis processus aliàs factus legitimè, nec est nullus, nec ob eam causam venit annullandus: cùm hujusmodi juramenta præstari de substantia ordinis judiciarii non existat.

UT LITE PENDENTE NIHIL innovetur.
TITULUS XIII.

¶ *Lite pendente nihil innovandum: & lis tunc pendere dicitur, cùm citatio legitima pervenit ad partem citatam, aut per eam factum est, quò minus perveniret. h. d.*

INstitutâ ergò lite & solennibus præstitis satisdationibus, & calumniæ juramento exhibito, ad probationes, & merita causæ descendendum erit, & interim pendente lite nihil innovari poterit. Lis *b* autem pendere hoc respectu tunc dicetur, non modò cùm lis contestata fuerit, verùm etiam postquam à judice competenti citatio emanârit, & ad partem citatam pervenerit, vel per eam factum est, quò minus ad ejus notitiam perveniret, dum tamen in citatione ea sint expressa, per quæ possit quis instrui, super quibus in judicio convenitur.

¶ *Ob dilapidationem etiam lite pendente fit sequestratio. h. d.*

PLanè *c* ab eo, qui postquam à sententia provocavit, possessionis fructus dissipat, etiam lite pendente sequestrari poterunt.

¶ *Litis pendentia non invalidat matrimonium contractum. h. d.*

SIc etiam *d* si dum super matrimonio lis pendet, secundum quis matrimonium ritè contraxerit, si primum non tenuisse declaratum fuerit, pendentis litis obtentu secundum irritari non poterit. Ei tamen qui in contemptum contraxerit, competens pœnitentia imponenda erit.

DE PROBATIONIBUS.
TITULUS XIV.

¶ *Quid sit probatio, & quibus modis fiat. h. d.*

PRobatio igitur est, idoneis argumentis & legitimis mediis facta demonstratio. Contingit autem quid probari variis modis: ut putà, confessione partium, depositione testium, instrumentorum exhibitione, jurisjurandi religione, inspectione judicis, notorietate rei, suspicione vehementi, famâ, atque aliis adminiculis.

¶ *Quomodo noscatur probatio ex confessione, & quæ sint positiones. h. d.*

PArtium confessione tunc constat probatio, cùm reus positionibus respondendo, vel aliàs in judicio de intentione confitetur actoris. Sunt autem positiones, breves quædam narrationes, facti seriem continentes, ad eliciendam veritatem conceptæ, super quibus quis petit ab adversario responderi, quas ad faciliorem *e* expeditionem litium propter partium confessiones, & probationum defectum usus longævus in causis admisit, & juris probavit authoritas.

¶ *Recusans respondere positionibus, habetur pro confesso. h. d.*

SI *f* quis igitur positionibus sibi factis respondere requisitus recusaverit, vel, ne responderet, se per contumaciam subtraxerit, pro confesso habendus erit. Hoc tamen ita demùm obtinet, si à judice respondere jussus, illum absensem fieri contigerit: sed si antequam juberetur, contumaciter abscesserit, tunc pro confesso minimè reputabitur, sed contra eundem, tanquam contumacem, procedendum erit, prout juris ratio dictaverit.

---

a *C. fin. & sed fi. ext. ut lite non contest.* b *d. c. fin. & sunt & alia, ut lit. non contest.* c *c. fin. ext. eod. tit.* d *c. 1. & seq. ext. eod.* e *c. fin. ext. eod.* f *c. 1. & fin. eod. tit. in 6.* g *c. 2. & procuratores. eod. tit. in 6.* h *c. pen. & fin. ext. eod. tit.* i *c. 2. in fin. eod. tit. in 6.* k *c. 2. in princ. eod. tit. in 6.*

a *C. 1. in princ. & ¶ 1. eod. tit. in 6.* b *Clem. 2. eod. tit.* c *c. fin. extr. de sequest. poss.* d *c. cùm in Apostolica. ext. de spons.* e *Clem. fin. de verb. sign.* f *c. 1. de confess. in 6.*

¶ *Confessus, & probationibus convictus, aequiparantur: & confesso erronea, si statim revocatur, non affert praejudicium. h. d.*

REdditis igitur circa exhibitas positiones responsionibus, diligenter ab actore dispiciendum erit, an à reo super controversia legitimam confessionem extorserit: quo quidem casu & ipse probationum oneribus relevabitur, & judicis in cognoscendo partibus cessantibus statim super tali confessione pronunciandum erit. Planè si per errorem facti hujusmodi confessionem emanâsse doceatur, confitenti, sed tamen confessionem suam statim revocanti, nullum praejudicium generabitur: alioqui, quod suâ quisque voce dilucidè testatus est, proprio non valebit amplius testimonio infirmare.

¶ *Reus non tenetur edere actori, nisi instrumenta communia. hoc dicit.*

NOn tamen *b*, quia positionibus reus respondere compellitur, documenta quoque, quæ ad causam pertinentia penes se detinet, nisi sibi cum actore sint communia *c*, exhibere compellendus erit: nam grave nimis esset, illum ad eorum exhibitionem urgeri, per quæ sibi postea praejudicium fieret. Sed actor ipse, inficiante reo, sumptis congruis dilationum temporibus, intentionis suæ proprias probationes afferret, vel testes inducendo, vel instrumenta, & alias scripturas producendo.

¶ *Reus standus est ad videndum jurare, & deponere testes: & testi injurato non creditur, nisi fuerit remissum juramentum à parte. h. d.*

DEbet autem inprimis, si ex dictis testium rei sit erudenda veritas, admoneri adversarius, quòd audituris juramentum veniat *d*, ne, si praetermissum id fuerit, quod contra leges actum deprehenditur, nullam habeat firmitatem. Sed & testium depositiones non aliter recipiet judex, quàm priùs jurisjurandi religione firmaverint, quod tantùm, quæ vera noverint, professione suæ testificationis aperient: nullius enim testimonio, quantumcunque religiosus existat, nisi juratus deposuerit, in praejudicium credi debet alterius, nisi fortè juramentum ab adversa parte remittatur.

¶ *Testes recusantes jurare, sunt sub poena excommunicationis cogendi, & juramentum de non deponendo non tenet. h. d.*

QUod si testes à judice moniti sese, vel odio, vel gratiâ, vel timore à ferendo testimonio subtraxerint, per censuras Ecclesiasticas testificari compellendi erunt, nec audientur, quòd sese, quò minùs deponant, proprii juramenti vinculo innodatos asserant. *e*

¶ *Diligens debet esse judex in examinando super omnibus qualitatibus totius causæ. h. d.*

INterrogabit *f* ergò judex testes in qualibet causa ad minus duos (nulla enim causa est regulariter, quæ unius testimonio quantumvis legitimo terminetur) eosque diligenter examinabit *g*, de singulis circumstantiis diligenter inquirens, de causis videlicet, de personis, loco, tempore, visu, auditu, scientiâ, credulitate, famâ, & certitudine, cæterisque, quæ ad rem facere, & negotio convenire existimabit. Illud quoque subtiliter animadvertere non omittet, quo vultu, quâ constantiâ, quâvè animi trepidatione testes deponant, cùm interdum ex his vel ipsis invitis testibus, magis quàm ex verborum serie, rerum veritas eluceat.

¶ *Ex causa delegabit judex examen testium. h. d.*

SI qui tamen erunt, qui interrogandi sunt, valetudinarii *h*, vel senes, vel debilitate confecti habeantur, vel etiam ita paupertate depressi, ut ad praesentiam judicis venire non possint, idoneum deliget judex, quem ad suscipiendas illorum attestationes dirigat.

a *C. fin. in gl. ext. de conf.* b *c. 1. ubi tex. ext. eod.* c *c. si perpetuus. extr. de fide instrumentorum.* d *c. 2. ext. de testib.* e *c. intimavit. ext. de test.* f *c. licet universis. ext. de testib.* g *can. cum causam. ext. de testib.* h *c. si quis testium, ext. de testibus.*

¶ *Testes considerantur conditione, naturâ, & vitâ. h. d.*

TEstes verò non omnes recipiendi sunt, sed fideles duntaxat, & idonei. Censentur autem testes conditione, naturâ, & vitâ. Conditione, si liber testis sit, non servus: servus enim fæpè metu dominantis, veritatis testimonium supprimit. Naturâ, si vir sit, non fœmina: nam varium & mutabile semper fœmina.

¶ *Mulieres non sunt in forum trahenda gratiâ testimonii ferendi, sed ad eas est mittendus tabellio. h. d.*

CUjus tamen testimonium, si quando necessarium fuerit *a*, cùm mulieres honestas ipsâ, ac naturalis pudor virorum coetibus immisceri prohibeat, quâcunque authoritate testimonii ferendi causâ, vel aliâ, quæ jure non exprimatur, in judicium personaliter evocari, vel trahi non poterit: sed ad eam mittendus tabellio, & juxta Bonifacianæ constitutionis tenorem, procedendum erit.

¶ *Testis mala vita caret fide. h. d.*

VIta censetur testis, si innocens sit, & integer: nam si vita bona defuerit, fide carebit.

¶ *Clerici possunt testificari pro Ecclesia, & singulares personæ pro universitate sua, nisi tamen aliqua causa probabilis impediat. hoc dicit.*

IN summa, quicunque jure minimè prohibentur, ad testimonium perhibendum sunt admittendi. Clerici *b* ergò à ferendo testimonio super negotio propriæ Ecclesiæ, vel aliæ singulares personæ, in causa sua universitatis arcendi non erunt, nisi ad agendum, respondendumvè fuerint instituti, vel ipsos alia causa probabilis impedierit.

¶ *Monachi de consensu Abbatis, possunt testimonium dicere. hoc dicit.*

MOnachi quoque, & quicunque sub alterius obedientia constituti sunt, de sui Praesulis licentia rectè testimonium dicent.

¶ *Christianorum testimonia adversùs infideles admittuntur, sed non contrà. h. d.*

CHristianorum *c* quoq; testimonia adversùs Judæos in omnibus causis recipienda erunt, nullis sibi contra hoc Principum privilegiis suffragantibus. Sed contra Christianum, nec Judæus, nec Paganus, nec haereticus, aut aliter infidelis, neque excommunicatus, aut aliter criminosus rectè testimonium dicent.

¶ *Criminosus perseverans in crimine non potest testificari emendatus verò in causa civili potest, nisi fuerit reus perjurii, vel nisi sit affectus infamiâ: in causa verò criminali, licet emendatus, difficilius admittatur. h. d.*

PLanè quod de criminoso diximus, distinctionem recipit: nam si is, cui ab adversa parte opponitur *d*, adhuc in ipso crimine perseverat, tam in civili, quàm in criminali causa ab omni prorsus testificandi officio excludendus erit: si verò sit de crimine emendatus, nec eum comitetur infamia, non est in causa civili, vel etiam cùm de crimine civiliter agitur, praeterquam pro reatu perjurii, repellendus. In criminali autem quaestione, si in alio judicio contra ipsum accusatione de crimine institutâ confessus, vel convictus fuit, vel si tunc per exceptionem convincatur, aut ejus gravata sit opinio, ex eo quòd quandoque fuit tali modo repulsus, quamvis hoc casu non excluderetur in causa civili, potest à testimonio, licèt egerit poenitentiam, removeri.

¶ *Validum ab initio tractu temporis non infirmatur, etiam nevâ superveniente causâ. h. d.*

ILlud in dubium non venit, ejus testimonium, qui integer deposuit, infringi, debilitativè minimè posse, quanquam illum post depositionem factum esse contigerit criminosum. Nec enim, quod rectè semel factum

a *C. 2. de jud. in 6.* b *c. cùm nuncius. ext. de test.* c *c. Judæi. ext. de testib. & Clem. 1. eod. tit.* d *c. testimonium. extr. de testibus.*

est,

est, ex hujusmodi eventu postea debet infirmari, cum culpandus non sit, qui idoneum nunc in testem producit, si aliquando eundem futurum malum non divinaverit.

¶ *Domestica & similè habentes causam non possunt esse testes. h. d.*

DOmestici quoque, & similem habentes causam consimili quoque morbo verisimiliter laborare existimandi sunt, si certum id sit, aut super eo legitimè convinci possint, si ab alterutra partium testes adducti fuerint, ad testimonium admittendi non erunt.

¶ *Non potest quis esse testis in causa, in qua fuit advocatus, vel procurator. h. d.*

IS quoque *a*, qui in prima instantia alicujus causæ advocationem & patrocinium susceperit, licèt advocatus & procurator esse desierit, quia tamen adhuc affectus causæ præsumitur, in judicio appellationis in testem recipiendus non erit.

¶ *Ad testes examinandos etiam tres dilationes dari possunt, & ex causa etiam quarta, sub certo tamen juramento. h. d.*

DAbunt autem judices tam in Ecclesiasticis, quàm in civilibus causis ad exhibendos testes, non solùm unam, sed ex causa secundâ etiam & tertiam dilationem: quartam *b* verò disceptantibus non largientur, nisi præstito ab eo, qui postulat, juramento, quòd non per calliditatem aliquam quartam productionem postulet, sed quia illorum, quos instat nunc de novo producere, prius notitiam habere nequiverit, quodque neque per se, neque per alium testificata subtraxerit, vel didicerit: quo casu quartam quoque dilationem accommodabit judex, maximè si productioni testium non fuerit à partibus renunciatum *c*.

¶ *Multa conceduntur, ne probationes intereant, quæ aliàs non concederentur: quod probatur hic tribus exemplis. h. d.*

SIquidem ne probationes depereant, multa permittuntur, quæ alioqui non concederentur, ut ecce, si is in causâ judex datus fuerit, quem in testem produci sit necessarium, removendus, & alius in ejus locum subtituendus erit. Sic & aliàs citato adversario recipiuntur, & publicantur testes, quos reus inducendos duxerit. Sic & Ecclesia necessariæ probationis omissione læsa, etiam adversùs Ecclesiam restituenda erit.

¶ *Publicato processu non possunt testes examinari super eisdem, nec in prima, nec in secunda instantia: secùs super emergentibus de novo. h. d.*

ELapsis igitur tribus dilationibus, postquam renunciatum est probationibus, & publicata dicta testium, regulariter producendi testes rursùs non erit danda copia. Et sicut *d* non licet super eisdem, vel directò contrariis articulis, aliis, vel eosdem testes in principali causa producere: sic non debet in causa appellationis licere, cùm non minùs in ea, quàm in principali testium sit timenda subornatio. Quòd si *e* nova contingat emergere capitula, super quibus partes testes novos velint inducere, recepto solenni juramento testium, non obstante publicatione super veteribus facta, nec in primo, nec in secundo judicio rejiciendi erunt.

¶ *Qualiter, & quando possit in testes objici. h. d.*

SEd interdum accidit, ut eos, qui jure in testes recipi non debuerant, admissos tamen esse ab aliqua partium prætendatur: in qua specie statutum est *f*, ut si quid in eos habent, ante publicationem debeant objicere, posteà verò tunc demùm id licebit, cùm juramento partes firmaverint, quòd non dolo velint ad opponendum descendere. Sed & si ostendere quis paratus fuerit post publicationem didicisse se, quod in personas vult objicere, tunc quoque opponendi patere debet aditus. Idem juris est, si fortè quis ante publicationem id fuerit protestatus. Cæterùm cùm quis protestatus fuerit, velle se post publicationem depositionum personas testium repellere, si quid in favorem protestantis dixerit, non de facili fides adhibebitur.

¶ *Testes probatorios, & reprobatorios probatoriorum reprobare licet, sed reprobatorios reprobatoriorum non licet. h. d.*

ILlud *a* etiam admonendi sumus, quòd non solùm testes super principali negotio deponentes aliis testibus licebit repellere, sed etiam contra secundos primorum reprobatorios probationes proferre licebit. Et non admittente judice, appellationis remedium licitum erit interponere. Ulteriùs autem partibus ad reprobationem testium aspirare minimè licebit, ne si producendi quartos contra tertios, & sic deinceps partibus licentia tribuatur, negotium contingat in infinitum protelari.

¶ *Qualiter judex pensari debet dicta testium, & quòd potest illos repetere, & interrogare, usque ad sententiam. h. d.*

PUblicatis igitur attestationibus, non solùm *b* ad multitudinem testium respicere judicem oportet, sed etiam ad qualitatem illorum: item depositiones rimari, & diligenter inspicere debet, & ex his, quibus potiùs veritatis lucem assistere judicabit, animi sui motum informabit: quòd si circa alicujus testis dictum judicis hæsitet intellectus, eundem rursùs ad examen revocare poterit. Et generaliter judex usque ad prolationem sententiæ interrogare sub facto poterit, ubicunque aliquid dubitationis *c* inciderit.

¶ *Testis statim seipsum corrigens, non adimitur ob id fides, & potest judex testem repetere super omissis. h. d.*

EUm quoque, qui non studiosè, sed linguæ lubrico erraverit, & sese confestim correxerit, reprobare judex non debet: secùs autem, si correctioni suæ tempus interposuerit. Repetere autem non solùm obscurè deponentem poterit, sed etiamsi à principio super certis capitulis eundem interrogare postulante adversario, vel negligentiâ, vel calliditate prætermiserint.

¶ *Probationes fiunt non solùm testibus, sed & instrumentis: & instrumentorum appellatione non largè sumptâ contenta solùm scriptura, quæ in judicio exhibentur. h. d.*

AT si partes vivæ vocis adminiculo in probando destitutæ fuerint, ad instrumentorum productiones decurrere eas oportebit: & licèt instrumentorum adeò latè pateat appellatio, ut hoc nomine etiam testes contineantur, quippe & ipsi causam instruunt, nos tamen in præsenti pro scripturis in judicio exhibendis magis utimur, quæ quidem in litibus exercendis eandem cum depositione testium vim obtinent.

¶ *Instrumenta possunt exhiberi usque ad conclusionem in causa. h. d.*

EXhiberi autem *d* in jure poterunt instrumenta, non solùm ante attestationum publicationem, sed & postea usque ad diffinitivum sententiæ calculum: anteà tamen, quàm in causa conclusum fuerit. In causa *e* autem conclusum esse tunc dicimus, cùm à partibus omnibus probationibus renunciatum fuerit.

¶ *Scriptura solum publica in judicio fidem facit, & qua sit scriptura publica. h. d.*

NOn tamen omnis scriptura in judicio producta fidem faciet, sed ita demùm *f*, si per manum publicam scripta fuerit, ita ut appareat publica, aut authentico sigillo muniatur, alioqui nullius roboris firmitatem obtinebit.

¶ *Exempla solenniter sumpta, fidem faciunt. h. d.*

IDem *g* & de exemplis dicendum erit, quæ tamen, si solenniter sumpta fuerint, eandem cum originalibus habitura sunt authoritatem. Solenniter autem tunc dicentur sumpta *h*, cùm coram Ordinario judice, vel

---

a *C. 2. §. testes. vers. patroni. 4. q. 3.* b *c. pen. ext. de testib.* c *c. constitutis. in fin. ext. de testib.* d *Clem. 2. de testib.* e *c. cùm causam. ext. de testib.* f *c. præsentium. ext. de testib.*

a *C. licet ei. 3. extrav. de testib.* b *c. in nostra. & c. cùm causam. ext. de testib.* c *c. cùm clamor. extr. de testib.* d *c. cum dilectus. ext. de side inst.* e *gl. in d. c. cùm dilectus.* g *c. 1. ext. de fid. inst.* g *gl. 2. c. 1. extrav de fid. inst.* h *c. fin. ext de fid. inst.*

ad hoc ab ipso specialiter delegato præsentata fuerint, atque is diligenter inspecta, dum nullâ parte sui vitiata comperit, per publicam personam exempla sumi præcipit.

¶ *Redacta in publicam formam post mortem tabellionis, faciunt fidem. h. d.*

EAndem etiam authoritatem & ea obtinebunt, quæ ad petitionem eorum *a*, ad quos pertinent, permissu judicis ordinarii in publicam formam redacta fuerint, si tabellio morte præventus ea non perfecerit, sed in notas tantum redacta moriens reliquerit.

¶ *Instrumenta non vitiatis, & de vitio non suspectis creditur, & error unius literæ, & raso in loco non suspecto, non vitiat instrumentum. h. d.*

EXhibebuntur *b* ergò instrumenta publica non cancellata, neque abolita, nec ullâ parte sui vitiata, aut aliquo pacto de falsitate suspecta, quanquam si exceptor literam *c* imprudens omiserit, aut documentum in loco non suspecto *d* interleverit, non propterea veri fides, & instrumenti authoritas vacillabit.

¶ *Ad supplendum probationem potest jusjurandum deferri. hoc dicit.*

QUòd *e* si nec testibus, nec instrumentis intentionem suam actor legitimè deduxerit, permittente judice non plenè probationes jurisjurandi religione suppleri, & causa terminari poterit. Nec enim aliud est juramentum, quàm veritatis confirmatio, cùm aliquid Deo teste asseritur.

¶ *Iuramentum aliud voluntarium, aliud necessarium: & necessarium, nisi ex causa, recusari non potest. h. d.*

SEd cùm sit juramentum multiplex, duplex tantùm in proposito considerari poterit *f*: aut enim est necessarium, aut voluntarium. Necessarium est, quod ad supplendas probationes à judice parti defertur: quod propterea necessarium nuncupatur, & quod à judice illud omninò deferti partibus oportet, & quòd ritè delatum ab eisdem, nisi ex justis causis recusari non poterit.

¶ *Quæ sint justa causa recusandi juramentum. h. d.*

SUnt autem justæ recusandi causæ, ut putà, si actor plenè probaverit, aut si sibi non plenè cognitam rem ipsam asserat: & si quæ sunt hujusmodi.

¶ *Si pro reo sunt præsumptiones, sibi deferendum est juramentum, nisi aliter judex arbitretur. h. d.*

SEd etsi *g* pro reo præsumptiones fuerint, eidem hoc sacramentum judex deferet ad suam tuendam innocentiam, nisi inspectis personarum & causæ qualitatibus, illud actori deferendum censeat.

¶ *Voluntarium juramentum est, quod defertur à parte parti, quod deferenti potest referri, nisi simus in famosis actionibus. h. d.*

VOluntarium *h* est, quod à parte parti in judicio defertur: quod quia litem terminat, decisorium quoque nuncupari poterit. Et appellatur voluntarium, quia pars non nisi volens deferet, & ab eo, cui defertur, licitè recusari ac referri poterit. Planè *i* si reus famosis actionibus conventus fuerit, hujusmodi jusjurandum agenti referri minimè permittetur, cùm non actor, sed ipse, qui convenitur, facti proprii conscius esse debeat.

¶ *Ponit exempla plura, in quibus probationes respiciunt personam judicis. h. d.*

IUdicis inspectione consistunt probationes: ut putà, cùm pro terminandis finalibus quæstionibus propriis oculis loca judex subjicit, aut ex aspectu corporis ætatem colligit, aut cùm ex literis Ordinarii, vel Apostolicis excommunicatus, aut dignitatibus honestatus quis deprehenditur, vel cùm ad probandum virginitatem ab honestis & prudentibus matronis, vice suâ judex inspici mulierem jubet.

a *C. pen. ext. de fid. instr.* b *c. inter dilectos. ext. de fide instr.* c *Ex part. ext. d. tit.* d *c. ex literis. d. tit. ext.* e *c. fin. de jurejur.* f *gl. 1. c. fin. ext. de jurejur.* g *c. fin. ext. de jurejur.* h *d. c. fin. in gl. 1. de jurejur.* i *c. fin. in princ. ext. de jurejur.*

¶ *Notorium probationem non indiget. h. d.*

SEd & si quid notorium fuerit *a*, testium depositionibus, vel instrumentorum exhibitione amplius declarari non debet, cùm talia probationem, vel ordinem judiciarium non requirant.

¶ *Iudex debet advertere, ne dubium recipiat pro notorio. h. d.*

SEd cùm multa dicantur notoria *b*, quæ non sunt, prospicere debet judex, ne quod dubium est, pro notorio recipiat.

¶ *Vehemens suspicio interdum habet vim notorii. h. d.*

AD notorium propè accedit vehemens suspicio: nam si (exempli gratiâ) de *c* carnali copula quæratur, & sint, qui solum cum sola, nudum cum nuda, in eodem lecto jacentem, locis secretis, & ad hoc commodis, & horis electis se vidisse deponant, proculdubiò ex suspicionibus tam vehementibus sequutam copulam pronunciari poterit. Planè si de gravi crimine actum fuerit, propter solam suspicionem quanquam vehementem, nemo condemnabitur.

¶ *Fama præstat adminiculum cæteris probationibus. Et judex ex variis debet animum suum instruere. h. d.*

FAma quoque si de aliquo facto invulgata fuerit, cæteris præsumptionibus non leve, præsertim in quibusdam, præstabit adminiculum. Demùm circumspectus judex motum animi sui non ex una tantùm re, sed ex variis argumentis, & testimoniis, quæ rei aptiora esse compererit, confirmabit. Judicaturum enim oportet cuncta rimari, & ordinem rerum plenâ inquisitione discutere, nec sententiam priùs ferre, quàm præactis omnibus nihil habeat in quæstione, quod non proponat.

DE SENTENTIIS ET RE Judicata.

TITULUS XV.

¶ *Duæ sunt species sententiarum, interlocutoria, & diffinitiva: & interlocutoria potest revocari ante diffinitivam. h. d.*

VIdeamus nunc de sententiis, & re judicata. Est autem sententia nihil aliud, quàm controversiæ propositæ à judice ritè facta diffinitio. Sententiarum duæ sunt species: aut enim interlocutoriæ sunt, aut diffinitivæ. Interlocutoria est illa, quæ inter principium & finem causæ fertur super his, quæ incidunt, vel emergunt: qualis est cùm judex dandam, vel negandam dilationem ad examinandos testes, vel exhibenda instrumenta interloquitur, vel super aliquibus exceptionibus pronunciat: quam nec in scriptis ferri oportet, & ante diffinitivam sententiam quandoque judex revocare poterit.

¶ *Diffinitiva sententia est, quæ condemnando, vel absolvendo liti finem imponit, nec requiritur de necessitate in ea verbum, Condemno, vel Absolvo, sed sufficit æquipollens. h. d.*

DIffinitiva verò sententia est diffinitio judicialis, quæ condemnando, vel absolvendo principali controversiæ finem imponit. Diffinitiva *d* enim, quæ nec condemnationem, nec absolutionem continet, pro nulla habetur: hanc simul ac tulerit, retractandi copia judici denegabitur. Non tamen ut sententia valeat, condemnandi, vel absolvendi verbum necessariò contineredebebit: sed satis erit, quòd verbum æquivalens contineat. Unde rescriptum est, ejus diffinitionem, qui ita se statuere & præcipere pronunciâsset, legitimæ sententiæ obtinere firmitatem.

¶ *Sententia debet ferri sedendo, & de scripti recitatione: alias non valet, & Episcopus facere potest, quòd alius pro se recitet. h. d.*

VOcatis igitur partibus, loco & tempore congruis, judex ipse sedens *e* sententiam de scripti recitatio-

a *C. de manifesta. 2. q. 1. c. tua nos. ext. de ob. Cler. & mul.* b *c. consuluit nos. ext. de appell.* c *c. literis fraternit. ext. de præsumpt.* d *2. et qui appell. 6. diffinitiva. 2. q. 6.* e *c. fin. eod. tit. in 6.*

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg

ne proferet : alias si non judex, sed alius legerit, vel scriptam litigatoribus tantùm ediderit, vel stando, non sedendo tulerit, nullius penitùs momenti erit, ut ab ea nec appellare sit necesse. Episcopo tamen, quem tantæ dignitatis apex attollit, instar personarum illustrium sententiam per alium recitare permittitur.

¶ *Ex pluribus judicibus sufficit, quòd unus recitet sententiam visis pluralis numero : secus in actu electionis. h. d.*

SEd *a* & si plures judices sint, vel arbitri, si cæteris præsentibus, ac mandantibus per unum tantùm sententia recitetur, si plurali numero perlegendo usus fuerit, perinde habebitur, ac si ab omnibus recitata fuerit, licèt aliud in electione servetur.

¶ *Si duo judices ordinarii sententias diversas ferant, tenet sententia lata pro reo, nisi actoris causa sit favorabilis : si verò delegatis, sententia pendet ex voluntate delegantis : si verò arbitri, neutra tenet : si verò unus tantùm ex pluribus pronunciaverit, nulla erit sententia. h. d.*

EX facto *b* dubitatum fuit, duobus judicibus diversas proferentibus sententias, utra sit habenda potior : in qua specie responsum est, quòd si ex jurisdictione ordinaria processerunt, tenet pro reo, non pro actore lata sententia, nisi agentis causa sit favorabilis : ut putà, libertatis, dotis, matrimonii. Si verò ex delegata, utraque ex delegantis pendebit arbitrio. Quòd si ex compromisso, utraque firmitatis robore destituetur. Quòd si pluribus *c* judicibus datis unus tantùm ex eis pronunciásse proponatur, adeò nullas sententia vires obtinebit, utnec provocationis remedium necessarium sit futurum.

¶ *Iudicare secundùm leges & consuetudinem debet quilibet judex, etiam summus Pontifex, qui tamen ex causa potest ab illis recedere. h. d.*

SEd sive ordinarius sit, sive delegatus judex, inprimis illud observare debet, ne contra id judicet, quod legibus, aut Canonibus proditum sit, alioquin ipso jure sententia non subsistet *d*. In causis quoque, quæ summi Pontificis *e* judicio deciduntur, cùm in similibus causis cæteri teneantur judicare, similiter juris ordo, & vigor æquitatis subtiliter observandus erit, nisi cùm ille aliquid causâ necessitatis, & utilitatis dispensativè duxerit statuendum.

¶ *Licèt sententia lata contra jus constitutionis sit nulla, secùs tamen est in sententia lata contra jus litigatoris. Et quando dicatur lata contra jus constitutionis, vel contra jus litigatoris. h. d.*

SI tamen sententia non contra jus constitutionis expressè à judice lata fuerit, sed contra jus litigatoris, cùm jure quidem teneat, legitimis mediis retractanda erit. Dicitur autem judex contra jus constitutionis pronunciásse, veluti cùm defunctus, & minor quatuordecim annis fuisse asseritur, & testamentum jure fecisse pronunciatur. Contra jus verò litigatoris, veluti cùm minor quatuordecim annis, annum quartumdecimum impleviſse, ac per hoc testamentum jure fecisse asseritur.

¶ *Qui contra leges & conscientiam, corruptus judicat, variè punitur. h. d.*

IS autem *f*, qui in gravamen partis alterius in judicio aliquid injustè fecerit per gratiam, vel per sordes, sive ordinarius, sive delegatus sit, ab executione officii per annum suspendendus erit, & ad æstimationem litis partí, quam læserit, nihilominùs condemnabitur, & si suspensione durante divinis fese ingesserit, irregularitatis quoque laqueo innodabitur, à qua non, nisi per summum Pontificem, liberari poterit, aliis quoque legum animadversionibus coërcebitur : cùm dignum sit, ut qui in multis audet offendere, pœnæ etiam multiplici subdatur.

a *C. pen. eod. tit. in 6.* b *C. fin. extr. eod. tit.* c *C. ex qui. §. si verò. vers. si plures. 2. q. 6.* d *C. 1. extr. eod. tit.* e *C. in causis. extr. eod. tit.* f *C. 1. eod. tit. in 6.*

¶ *Sententia lata, postquam per decem dies non fuit appellatum, regulariter retractari non potest. h. d.*

LAta tamen sententia, nisi per appellationem intra terminum lege constitutum suspensa fuerit, amplius revocari non poterit. Cùm *a* enim post decem dierum spatium sententia in authoritatem rei judicatæ transeat, qui ad provocationis subsidium intra id temporis spatium non recurrit, ideò appellandi sibi aditum præcludit, quia per hoc videtur interpretatione juris velle latæ sententiæ obtemperare. Excipiuntur tamen multi casus, in quibus sententiæ etiam post decem dies rei judicatæ firmitatem sibi vendicare non valent, veluti cùm de matrimonio *b* est quæstio, aut servatâ sententiâ salus animæ in discrimen adducitur, & alii plures.

¶ *Res inter alios acta aliis præjudicium regulariter non affert. h. d.*

DE eo quoque admonendi sumus, quòd etsi sententia transierit in rem judicatam, præter eos, inter quos dicta fuerit, regulariter neminem lædat : si quis tamen *c*, cùm sibi primùm de ea re actio, vel defensio competeret, sustinuit sequentem agere, aut passus est eum, à quo causam habuit, experiri, ipse quoque sentiet ex re judicata præjudicium.

DE EXECUTIONE REI JUDICATÆ.
TITULUS XVI.

¶ *Sententia lata in reali actione mandatur executioni statim, in personali verò post quatuor menses : qui terminus potest breviari, & prorogari. h. d.*

SI igitur sententiæ latæ legitima appellatio non occurrerit, intra statuta tempora executioni mandanda erit. Sed multùm intererit, utrùm super reali, an verò super personali actione sententia lata fuerit. Primo enim casu, statim : secundo non, nisi post emensa quatuor mensium spatia executioni mandabitur. Licèt autem quadrimestre tempus in personali actione sit regulariter statutum, ex causa tamen nonnunquam & arctari, & prorogari potest. Sed qui ab initio terminum recipit sponte breviorem, sibi id imputare debebit, cùm ex voluntate propria juris beneficium contempsisse videatur. Unde posteà non audietur appellans, nisi fortè adversùs eum modus executionis Canonicus excedatur, sive ab ordinario, sive à judice delegato, sive etiam ab arbitro res judicata fuerit.

¶ *Delegatus à Principe potest propriam sententiam intra annum exequi. h. d.*

SEd *d* si ordinarius ad mandatum judicis à Principe delegati nolit, aut quibusdam obsistentibus sententiam ab eo latam suo effectui mancipare nequeat, datus ipse judex illam executioni mandare poterit, & resistentes Ecclesiasticâ sententiâ coërcere, & non solùm usque ad quadrimestre tempus, quodad solvendum debitum à lege reo conceditur, sed usque ad annum integrum ad exequendam sententiam, jurisdictionem exercere poterit.

¶ *Iudex deputatus super executione sententiæ, admittit exceptionem fraudis seu nullitatis, non ut super ea pronunciet, sed ut negotium ad superiorem, qui judicavit, transmittat. h. d.*

QUòd *e* si Princeps propriam sententiam per aliquem executioni mandari jubeat, & circa negotium fraus interveniſse dicatur, executori de toto negotio cognoscendi facultas non erit, sed ad superiorem quæstiones, si quæ inciderint, deferri oportebit.

¶ *Iudex ordinarius tenetur exequi sententiam delegati à Principe etiam injustam. h. d.*

CUm igitur regulariter contingat, quòd executio sententiæ ordinario demandetur, quæri poterit, an si ipsam injustam esse cognoverit, executioni eam mandare

a *C. quod ad consultat. §. taliter. extr. eod. tit.* b *C. latæ. ext. eod tit.* c *C. pen. extr. eod.* d *C. significasti nobis. extr. de offic. deleg.* e *C. de causis. extr. de sent. & re jud.*

debeat, an sit ei subsistendum potiùs? in qua specie responsum est, quòd cùm ordinarius delegato teneatur obsequi, licèt sententiam non esse justam noverit, exequi nihilominùs tenebitur, cùm sibi non cognitio, sed executio tantùm fuerit demandata, nisi à dato judice impetrare valeat, ut ab hoc onere ipsum liberet: nec enim debet judicis delegati mandato violenter resistere *a*, sed & apud eundem instare poterit, ut executionem tamdiu differri patiatur, donec principi rei veritas innotescat.

¶ *Si Papa scienter commisit appellationem interpositam à suo delegato date cum clausula, appellatione remotâ, jurisdictio primi delegati est suspensa, quoad executionem. h. d.*

SEd quid si cùm à scientia lata authoritate literarum Apostolicarum, in quibus inhibita fuerat appellatio, provocatum fuerit, & literæ post appellationem ad alios judices emanaverint, an ad mandatum posteriorum judicum executio sententiæ à prioribus delegata retardari debeat? & quidem cùm Apostolicus aliis judicibus appellationis causam ex certa sententia committit, & appellationem videtur recipere, & simul priorum judicum revocare jurisdictionem. Usque eò igitur sententiæ suspenditur executio, donec appellationis merita pleniùs discussa fuerint.

¶ *Postulatio restitutionis in integrum differt executionem. h. d.*

DAntur & casus alii, in quibus licèt sententia in rem transierit judicatam, differenda nihilominùs erit executio: ut putà, si non protelandi causæ in integrum restitutio *b* petita fuerit, & alii plures.

DE APPELLATIONIBUS.
TITULUS XVII.

¶ *Quid sit appellatio, & quare inventa. h. d.*

APpellandi usus præcipuè judicantium iniquitatem corrigit, & imperitiam detegit. Est autem appellatio jurisdictionis prioris judicis per superioris invocationem legitimè facta suspensio: vel, appellatio est provocatio ad majorem judicem ratione gravaminis illati, vel inferendi.

¶ *Appellatio alia extrajudicialis, alia judicialis. Et de jure Canonico etiam extra judicium appellatur, quæ appellatio provocatio dicitur. h. d.*

APpellationum duæ sunt species. Aut enim extra judicium appellatur, aut in judicio. Extra judicium appellatur, cùm quis ante litis ingressum *c* ab aliquo gravamine appellat, ut putà *d* ab electionibus, postulationibus, provisionibus, & quibuslibet extrajudicialibus actibus, ex quibus se gravatum putet. Licèt enim seculares leges *e* non, nisi in casibus, ante sententiam appellationem admittant: sacri tamen Canones, etiam extra judicium passim appellare permittunt: nec solent hujusmodi dici propriè appellationes, sed provocationes. *f*

¶ *Appellatio judicialis dividitur in duas species. h. d.*

RUrsùs in judicio appellatur, aut ante diffinitivam sententiam, aut posteà. Anteà appellatur, ut cùm ab interlocutoria, vel alio gravamine provocatur. Posteà, ut cùm ab ipsa diffinitiva sententia appellatur.

¶ *Appellans ab interlocutoria, debet in scriptis appellare, & intra triginta dies Apostolos petere, & exhibere continentes causam appellationis, aliàs causa censebitur deserta. h. d.*

MUltum autem interest, ab interlocutoria quis provocet, vel alio gravamine, an à diffinitiva: nam *g* primo casu, & causam appellationis in scriptis assignare, & à judice infra triginta dies instanter petere debet literas dimissorias, & eidem intra dictum temporis spatium debent ab eodem judice exhiberi, continentes & appellationis causam, & cur appellatio non sit admissa, vel si appellationi forsan ex superioris reverentia sit delatum. Alioqui *a* si eos intra idem tempus appellans petere prætermittat, appellationi suæ renunciâsse putabitur, etiamsi vadat, aut mittat ad appellationem hujusmodi prosequendam.

¶ *Ponit tres casus, in quibus ob non petitos Apostolos causa deseritur. h. d.*

IDem juris *b* est, si judex, à quo appellatur, certum terminum appellanti ad recipiendos Apostolos assignaverit, & appellans in assignato sibi termino non compareat, nec eos sibi tradi petat: idem & si judex appellanti responderit intra juris terminum sè daturum, nec intra dictum spatium congruo loco & tempore instanter & sæpiùs saltem uno contextu petierit, vel sibi oblatos appellans recipere recusaverit.

¶ *Tacti & expressi eadem est virtus. h. d.*

QUòd si judex *c* in termino per eum præfixo ipsos petenti non dederit, aut si dum peterentur, vel intra juris terminum, vel nullo certo termino præfixo, se daturum asseruerit, posteà per appellantem congruo loco & tempore, sæpiùs & instanter, unico etiam contextu requisitus eos exhibere non curaverit, perinde propriam appellationem prosequi appellans poterit, ac si ei expressè fuissent Apostoli denegati. Alia quoque agenda erunt, prout ex tenore tam Innocentianæ *d*, quàm aliarum constitutionum luculenter apparet.

¶ *In appellatione à diffinitiva non est necesse causam inferre. h. d.*

IN appellationibus autem *e* à sententia diffinitiva interponendis nec causam reddere tenetur appellans, nec etiam supradicta diligens observatio per omnia sibi locum vendicat.

¶ *In appellatione ab interlocutoria debet talis causa allegari, quæ si esset vera, reputaretur legitima. h. d.*

CUm autem ex probabili causa ab interlocutoria quis duxerit appellandum, talem tenetur proponere, quæ si probata fuisset, deberet legitima reputari, de quo posteà superior cognoscet: nec enim sufficit *f* appellanti probare, quòd ex causa hujusmodi appellavit, si eam non doceat esse veram, nisi hoc se offerens probaturum non fuisset admissus.

¶ *Is qui minùs rationabiliter appellavit, condemnatus in expensis ad inferiorem judicem remittetur, nec potest quis aliàs causas prosequi, quàm expressas. h. d.*

QUòd *g* si judex minùs probabiliter appellatum esse compererit, appellantem ad inferiorem judicem remittet, & in expensis alteri parti condemnabit, alioquì ipse procedet, nec licebit appellanti alias causas prosequi, quàm quas in appellatione sua, nominatim expressèrit.

¶ *Si dicitur ex justa causa appellatum, judex ad quem, inhibere non potest, nisi prius recepta appellatione, ut probabili, incipiat cognoscere de causæ veritate. h. d.*

QUòd si objiciatur *h*, non ex legitima causa ante sententiam appellationem interpositam, & propterea non admittendam esse, nisi priùs appellatione recepta, velut emissa ex causa probabili, judex superior cognoscere incipiat, ne procedatur, inferiori prohibere non poterit.

¶ *Cessante causa cessat effectus. h. d.*

SEd & si judex sano usus consilio *i* ab ejus executione destiterit, quod comminando, vel interloquendo in gravamen partis protulit, non obstante, quòd ab hujusmodi comminatione, vel interlocutione provocatum

a C. si quando. extr. de off. del. b c. suscitata. extr. de in integ. restit. c can. cùm sit. & si verò. extr. eod. d c. concertationi. eod. tit. in 6. e can. super eo. Clem. secundo. extr. eod. f d. cap. cùm sit. extr. eod. g c. 1. eod. tit. in 6.

a C. ab eo. eod. tit. in 6. b Cl. 2. eod. tit. in princ. c Cl. 2. & fin. eod. tit. d c. 1. eod. tit. in 6. e c. 1. vers. ut qui. ubi gloss. eod. tit. in 6. f c. interposita. in princ. extr. eod. g c. cum appellationi. eod. tit. in 6. h C. Romana. & quòd si objiciatur. eod. tit. in 6. i c. cùm cessante. extr. eod. tit.

catum fuerit, ne processus negotii frivolis occasionibus retardetur, in causæ cognitione liberè procedere poterit.

¶ *Judex à quo, compellere non potest appellantem à gravamine ipsius veritatem probare, licèt citare possit ad ipsius revocationem audiendam, quâ factâ in causâ procedere poterit, ejus contumaciâ non obstante, ac si nunquam appellâsset. h. d.*

Sed *a* videamus, an jus dicenti obtemperare tenearis, à quo propter gravamen, quod tibi illatum asseris, appellaveris, si tibi is ad docendum de gravamine, & si de ipso liquerit, ad ejusdem revocationem audiendam terminum præfixerit: & sanè cùm id ipsum judice perspiciendum sit, nec coram eo de gravamine docere, nec etiam tanquam coram judice (cùm per appellationem ejus suspensa sit jurisdictio) comparere teneberis. Quòd si tantùm, ut revocationem audias, te vocandum duxerit, licèt non compareas, ipse tamen in termino gravamen revocaverit, perinde in causâ procedere poterit, ac si appellatio nunquam fuisset interposita.

¶ *Potest appellantem ab interlocutoria pœnitere, & facere, ut prior judex cognoscat: sed appellato sunt reficienda expensa, quas in fecit ob appellationem. h. d.*

Ac veluti in potestate judicis gravamen revocantis positum est, non obstante appellatione causam resumere: sic contrà, si is, qui vocem appellationis emisit *b*, cujus adhuc nemini est demandata cognitio, petierit, ut ad judicem, à quo provocavit, rursùs causa remittatur, id ei alterius partis contradictione minimè obstante indulgendum erit. Sed hoc ita, ut in legitimis expensis adversario, quas eum propter hoc fecisse constiterit, condemnetur.

¶ *Potuit quàm plures casus, in quibus appellationi non est deferendum. h. d.*

Non omnis ergò appellatio indistinctè recipienda erit: nam sive adeò sit vaga, & generalis, ut incertitudinem afferat, sive quòd omisso medio sit interposita, à parte opponatur, causa non devolvetur. Idem juris est, si super notorio crimine, vel de quo quis in jure confessus fuit, provocetur: nec enim ad defensionem iniquitatis, sed ad præsidium innocentiæ est appellationis remedium institutum.

¶ *Regulares non appellant à correctione sui Prælati. Nec à judice seculari sedi Apostolicæ non subdito appellatur ad Papam. Et qui non defert legitimæ appellationi, punitur. h. d.*

Et ideò nec Regulares, cùm pro aliquo excessu corrigendi fuerint, contra Regularem Prælati sui, vel Capituli disciplinam appellabunt, sed quod sibi pro salute injungitur, humiliter suscipient: sed nec tunc appellationi deferendum erit *c*, cùm à seculari judice, qui temporali sedis Apostolicæ jurisdictioni non subjicitur, ad Apostolicum appellatum fuerit: & aliis quibusdam casibus. Alioqui is, qui legitimæ appellationi etiam de minima causâ interpositæ non detulit, Canonicis pœnis coërcendus erit.

¶ *Appellans ab ordinario potest coram eodem super alia causa convenire. h. d.*

Licèt autem provocatione Canonicè à partibus interjectâ, judicis, à quo appellatum fuit, officium in illa quidem causâ penitùs conquiescat, si *d* tamen is, qui ab ordinario appellavit, superalia causa coram eodem conveniatur, præsertim pro gravi & manifesto crimine, appellationis obtentu, quò minùs Canonicâ censurâ puniatur, effugere non potest.

¶ *Innovata per judicem post diffinitivam sententiam, à qua appellatum fuit, revocantur statim per judicem Apostolicum, etiamsi ante appellationem fuerint innovata. h. d.*

Interpositâ ergò à diffinitiva sententia appellatione, non solùm post eam innovata *e* debent per judicem appellationis penitùs & ante omnia revocari: (exceptis tamen casibus, in quibus jura post sententiam prohibent appellare) sed etiam ea omnia, quæ medio tempore inter sententiam, & appellationem contigerit innovari, perinde ac si post appellationem innovata fuissent.

¶ *Attentata post appellationem diffinitivam non revocantur, nisi primò de veritate constiterit, vel nisi post inhibitionem debito modo factam attentata fuerint. h. d.*

Illa *a* verò, quæ post appellationem interpositam ante diffinitivam sententiam innovantur, donec appellationis causam veram esse constiterit, revocari non debent, nisi judex appellationis, postquam sibi constiterit, per appellationem emissam ex causa probabili fore ad se negotium devolutum, inhibeat Canonicè judici, à quo appellatum fuit, ne procedat: tunc enim, quicquid post inhibitionem hujusmodi fuerit innovatum, est per appellationis judicem ante omnia in statum pristinum reducendum, licèt eandem causam non esse veram contingat.

¶ *Non refert, quid ex æquipollentibus fiat, & facta plùs operantur, quàm verba. h. d.*

Appellâsse autem dicetur non solùm is, qui vocem appellationis emisit, sed etiam qui aliquo indubitato facto provocandi propositum declaraverit. Unde rescriptum *b* est, eum, in quem post iter ad sedem Apostolicam arreptum excommunicationis sententia ab ordinario promulgata fuerit, excommunicationis vinculo non teneri, quasi appellatione pendente lata fuerit: cùm plùs sit facto, quàm verbo provocare. Idem & in eo responsum est *c*, qui licèt ex simplicitate fortè verbum appellationis non expresserit, se tamen & Ecclesiam suam, cùm molestaretur, Romani Pontificis protectioni subjecit.

¶ *Justus metus excusat adeò, quòd non appellans habetur pro appellante, si fuerit protestatus, & causas appellationis expresserit. hoc dicit.*

Is quoque *d*, quem quò minùs appellarer, justus metus impedierit, ad appellationis beneficium convolâsse reputabitur, dummodò infra tempus, quo licitè provocatur coram judice, à quo appellâsse vellet, vel si ipsius copiam habere nequiverit, coram probatis viris contestatione super hoc propositâ causas appellationis expresserit.

¶ *Sufficit appellare coram majori parte judicum. Et omnium aliorum intimatio partis appellatæ est facienda. h. d.*

Quòd *e* si à pluribus judicibus appellandum fuerit, quia non semper facilè eorum præsentia simul haberi posset, coram majori parte ipsorum appellare, & Apostolos separatim petere licebit, valebitque hæc appellatio perinde, atque si coram omnibus interposita fuisset: omnium tamen subsecutorum appellato ignoranti intimatio legitimè facienda erit.

¶ *Si unus ex pluribus appellet, & obtineat in causa appellationis, prodest victoria consortibus, si sit idem negotium, & causa. h. d.*

Idem ex contrario *f*, si plures sententiâ condemnati fuerint, & unus solus ad appellationis beneficium convolaverit, istius victoria cæteris quoque suffragabitur, & communi jure juventur, idemque negotium & eadem causa defensionis existat.

¶ *Si per rescriptum committantur plures articuli connexi, & in uno removeatur appellatio, intelligitur remota etiam in aliis. hoc dicit.*

Iam dubitari poterit, si ex pluribus *g* articulis unis precibus comprehensis in uno tantùm contingat appellationem vetari, utrùm appellatio teneat, si super aliis provocatum fuerit: & cùm delegantis hæc sit intentio,

a *C. si à judice. eod. tit. in 6.* b *c. interposita. & ille. ext. eod. tit.* c *c. si duob. & fin. extr. eod. tit.* d *can. ad hæc. ext. eod. & c. præterea. el. primo. eod. tit.* e *c. non solùm. eod. tit. in 6.*

a *D c. non solùm. & illa. eod. tit. in 6.* b *c. dilecti filii. el. secundo ext eod. tit.* c *c. ad audientiam. ext. eod. tit.* d *c. fin. extr. eod.* e *Clem. 1. eod. tit.* f *cap. pen. extr. eod. tit.* g *c. secundo requirip. ext. eod. tit.*

ut de omnibus articulis, qui in precibus ponuntur, justitia suum consequatur effectum, in omnibus appellatio interdicta intelligetur. Unde nihil intererit, utrùm appellatio inhibeatur in primo, an in secundo: in medio, an in fine. Sed hoc ita intelligi oportet, si capitula connexa fuerint: caterum *a* quoties clausula, per quam appellationis remedium tollitur, in medio literarum ponitur, si sunt plura negotia se minimè contingentia, tantùm præmissa complectitur, nisi forte & in fine literarum prædicta clausula iteretur.

¶ *Appellari potest, si locus non tutus partibus assignatur, vel sententia continet manifestam iniquitatem, etiamsi sit rescriptum appellatione remotâ. b. d.*

INterdum etiam non obstante prohibitione appellari poterit, ut decretum est in *b* eo, qui per delegatos judices in judicium ad locum non tutum vocatus fuerit: nisi enim locum idoneum judices assignent, non erit propterea appellationis remedium intercusum, quòd appellatione remotâ procedi debere mandatum fuerit. Idem etiam obtinet, cùm sententia fertur iniqua: licèt enim causâ appellatione remotâ commissâ fuerit, sententiæ tamen stari non debet, si iniquitatem contineat manifestam.

¶ *Lapso anno, & ex causa brevium, appellatio est deserta. h. d.*

ILlud tam judiciali appellationi, quàm ei, quæ extra judicium interponitur, commune est, quod *c* hujusmodi appellantibus annus, & ex justa causa biennium à die appellationis interpositæ indulgetur: quo temporis spatio & prosequi, & finire appellationis causam compellendi erunt: alioqui si per negligentiam * appellantis hoc temporis spatium fluxerit, adeò causa deserta censebitur, ut etiamsi appellans ipse cum appellato, aut appellatus etiam per se, & principaliter prosequatur, non propterea minùs in rem judicatam censebitur transisse sententia, à qua fuerit appellatum.

¶ *Potest casus, quibus tempus ad prosequendum non currit. h. d.*

QUandiu *d* tamen per compromissum, vel aliàs de partium expresso consensu differtur prosecutio, tempus ad prosequendam appellationem ab homine, vel à jure præfixum minimè currit appellanti, nisi forte judex ex dilatione periculum imminere videns, in illa procedi præciperet.

¶ *Tempus datum à jure ad prosequendam appellationem, potest breviare per judicem ex causa. h. d.*

ET licèt anni, vel biennii spatium appellantibus indulgeatur, poterit tamen judex à quo, secundùm locorum distantiam *e*, personarumque & negotii qualitatem brevius tempus moderari, intra quod si is, qui appellavit, causam appellationis non fuerit prosecutus, tenebit sententia. Coget ergò judex partes appellatione non admissâ *f*, ut vel appellationem interpositam prosequantur, vel coram eo juris pateant æquitati.

¶ *Quando periculum est in mora, debet judex brevisare terminum prosequendæ appellationis. h. d.*

SUperior *g* quoq; judex si ex dilatione viderit imminere periculum, potest & debet neutro appellationem prosequente, ut periculum evitetur, occurrere: putà si à sententia lata super confirmatione alicujus electi provocatum fuerit, & utraque pars velit etiam ad annum appellationis prosecutionem differre, potest utique, imò debet is, ad quem appellatum fuit, providè terminum moderari, ne diu gregi dominico cura pastoris desit.

¶ *Interdum ad prosequendam appellationem datur plus, quàm biennium. h. d.*

ACcidit tamen aliquando, ut non per annum, vel biennium, sed etiam ulteriùs causam appellationis alicui prosequi concedatur, ut putà si quem per impotentiam *a* prosecutionem omisisse constiterit, vel cùm judici ex proprio officio super causâ electionis etiam lapso biennio cognoscere conceditur.

¶ *Pars potest sibi terminum prosequendæ appellationis brevisare, non prorogare. h. d.*

PArs quoque interdum sibi prosequendæ appellationis terminum præfigit. Sed cùm hoc gratiâ litium citiùs expediendarum indultum fuerit, juris terminus à parte præveniri, non prorogari poterit, sicut nec in una causa tertiò provocari licebit.

¶ *Confirmatio in forma communi non præjudicat appellationi, nec laudum invalidum roborat, aut processum impedit, sed obtenta super re ab aliquo pacificè possessa, facit ut quis non possit convenire absque mandato sedis Apostolicæ. h. d.*

POstremò sciendum est, quòd si sententiam appellatione suspensam, antequam ipsius appellationis causa commissa fuerit, vel laudum contra juris, vel compromissi formam latum Apostolico rescripto in forma communi confirmati obtentum fuerit, talis confirmatio nec appellationi præjudicium afferet, nec invalidum laudum ullo firmitatis robore muniet. Nam etiamsi ante latam sententiam litigiosæ rei confirmationem ab Apostolica sede quis impetraverit, non propterea minùs de causa poterit judex cognoscere, & eam fine debito terminare. Quanquam si rem pacificè quis possedisset, cùm inde confirmationem obtinuit, non erit licitum judici de quæstione postmodùm exorta absque mandato sedis Apostolicæ decernere: nisi certum sit, quòd per falsi suggestionem fuerit elicita.

DE RESTITUTIONE IN INtegrum.

TITULUS XVIII.

¶ *Minor & Ecclesia restituuntur adversùs sententiam, etiam à sede Apostolica latam. h. d.*

ADhuc autem iis, qui appellationis remedio destituti sunt, auxilio restitutionis in integrum succurritur, sed nec omnibus, nec semper, nec ab omnibus. Minor igitur & Ecclesia *b*, si se prolatione sententiæ graviter læsos conquerantur, & appellandi tempora jam fluxerint, restitutionem in integrum implorare poterunt. Quod quidem adeò obtinet, ut etiamsi ab Apostolico *c* sententia lata fuerit, non propterea magis in integrum restitutionis petitio impediatur. Nec enim negatur *d*, Romanæ sedis sententiam in melius posse commutari, cùm aut surreptum aliquid fuerit, aut ipsa pro consideratione ætatum, & temporum, seu gravium necessitatum aliquid ordinavit.

¶ *Restituitur Ecclesia adversùs quamlibet læsionem, etiam adversùs aliam Ecclesiam. h. d.*

SEd si non sententiâ, sed vel contractu *e*, vel confessione *f*, vel probationis omissione, vel temporis fluxu *g*, Ecclesia læsa fuerit, restitutio indulgenda erit: nec solùm contra privatos homines, sed etiam adversùs aliam Ecclesiam *h*.

¶ *Beneficium restitutionis in integrum non indulgetur, nisi intra quatuor annos, si non fuerit aliqua rationabilis causa, ne dilatum spatium prorogetur. h. d.*

SEd *i* sive sententiâ, sive contractu, vel aliter se læsam prætendat Ecclesia, & propterea se ad beneficium restitutionis in integrum admitti postulet, si quadriennii spatium à die læsionis lapsum fuerit, amplius restituenda non erit, nisi prævaricationis, vel manifestæ

a C. inquisitionis tuæ. ext. eod. tit. b can. ex parte tua. el. primo. ext. eod. tit. c can. cùm sit Romana. ext. eod. tit. can. & qui. 2. quæst. 6. * Clem. pen. de appellat. d Clem. quamdiu. eod. tit. e can. cùm sit Romana. ext. eod. tit. f c. ad hæc. el. 3. ext. eod. g c. oblata. & superior. ext. eod.

a Cap. ex ratione. ext. eod. b c. 1. cap. ex literis & c. seq. ext. eod. c c. tum ex lit. eod. tit. ext. d d. c. tum ex lit. 6. nec. vers. præsertim. e c. 1. ext. eod. f c. 2. eod. tit. in 6. g Clem. unic. eod. tit. h 2. authen. extravag. eod. tit. i can. 1. eod. tit. in 6.

fraudis

fraudis probetur super hoc interveniſſe commentum, aut alia cauſa ſubſit, quæ judicem ad hoc beneficium concedendum movere debeat. Et a ſi tempore læſa aſſeratur, non fiet reſtitutio, niſi ad tantum temporis, in quantum ſe læſam eſſe, legitimè probaverit.

¶ *Reſtitutio in integrum ſemel negata non conceditur amplius, etiam in alio judicio, niſi duobus caſibus hic contentis. h. d.*

QUod ſi ſemel b reſtitutio in integrum in alio judicio denegata fuerit, præterquam ad appellationem omiſſam, non erit eidem ampliùs concedenda, niſi novis defenſionibus ad hujuſmodi beneficium admittenda fuerit.

¶ *Patet, qui & quando poſſunt de reſtitutione in integrum cognoſcere. h. d.*

HUjuſmodi c verò reſtitutionum cauſæ ſolùm coram judicibus ordinariis adminiſtrationem habentibus, vel delegatis ab eis tractari poterunt, & terminari: ſive hoc ipſis delegatis ſpecialiter demandatum fuerit, ſive commiſſo eis negotio, hujuſmodi quæſtionem incidere contingat. Delegati verò ab Ordinariis, qui adminiſtrationem non habent, ſed tantummodò judicandi facultatem, ſive arbitri, de his cauſis cognoſcere nequeunt, niſi coram eis incidenter motæ fuerint.

¶ *Per querelam & ſupplicationem retractatur ſententia. Et ſub qua forma ſupplicatio porrigatur. h. d.*

PEr ſupplicationem a quoque Principi porrectam, aut per querelam appellationis remedio deſtitutis ſubveniri ſolet. Eſt autem ſupplicatio intra decem dies poſt ſententiam offerenda: quo ſubſecuto ſententia non aliter executioni mandabitur, quàm ſi victrix pars idoneam fidejuſſionem præbuerit, tantum reſtituendi cum legitimis augmentis, quantum fuerit in condemnatione, ſi legitimâ retractatione ſententia reſolvatur. Et niſi ſub hac forma ſupplicatio porrigatur, executio ſententiæ ſine fidejuſſione procedet, retractationis jure illi ſervando, qui ſe gravatum putaverit, ut intra biennium ſupplicare valeat.

a *Clem. unic. eod. tit.* b *c. fin. eod. tit. extr.* c *c. pen. extr. eod. tit.*

a *Gl. in verſ. ſupplicavit. c. ex literis. extrav. eod. tit.*

FINIS LIBRI TERTII.

INSTITUTIONUM JURIS CANONICI LIBER QUARTUS.

DE ACCUSATIONIBUS, DENUNCIATIONIBUS, ET INQUISITIONIBUS.

TITULUS PRIMUS.

¶ *Criminalia Judicia non habent aliquid ſimile cum Civilibus. Et inſtituuntur per Accuſationem, Denunciationem, & Inquiſitionem. Et Accuſationem inſcriptio, Denunciationem charitativa monitio præcedere debet. hoc dicit.*

CRIMINALIA Judicia nihil fermè ſimile habent cum cæteris Judiciis, de quibus proximè locuti ſumus: magnaque diverſitas eorum eſt, & in inſtituendis, & in exercendis. Inſtituuntur autem aut per Accuſationem, aut per Denunciationem, aut per Inquiſitionem. Per Accuſationem, cùm ſolenni præcedente inſcriptione a per Accuſatorem Rei crimen ad Judicem defertur. Per Denunciationem, ut cùm nullâ præcedente inſcriptione, ſed tantùm charitativâ monitione ad Judicis notitiam crimen deducitur. Ideò autem, cùm in modum Accuſationis crimen objicitur, eſt inſcriptio neceſſaria, non cùm in modum Denunciationis: quoniam ad depoſitionem inſtituitur accuſatio, ſed ad correctionem eſt denunciatio facienda.

¶ *Accuſator non probans objectum crimen, tenetur ad pœnam talionis, niſi ſuam innocentiam purgaverit: & interim dum purgat, eſt ſuſpendendus. h. d.*

ACcuſator igitur, ſi legitimis deſtitutus ſit probationibus, eam pœnam a debet incurrere, quam ſi probâſſet, reus ſuſtinere debebat. Denuncians verò licèt ad talionem non teneatur, ſi tamen b in probatione deficiat, donec ſuam purgaverit innocentiam, & ab officio & beneficio ſuſpendendus erit: ut cæteri ſimili pœnâ perterriti ad aliorum infamiam facilè non proſiliant.

a *Canon. qui crimen. 2. quæſt. 8. & c. ſuper his. in princ. extr. eod.*

a *Can. qui non probare. 2. q. 3. & can. qui crimen. 2. quæſt. 8.*
b *c. 2. extr. de calum.*

¶ *Ponit, quando procedendum sit per inquisitionem. h. d.*

PEr inquisitionem criminale judicium instituitur, cùm præcedente diffamatione *a*, acquasi denunciante famâ, de crimine Judex inquirit. Constitutum est enim, ne criminum facilis nimis sit objectio: ut sicut ad accusationem legitima præcedere debet inscriptio, & *b* denunciationem charitativa monitio: ita & inquisitionem clamorosa insinuatio *c* præcedere debeat.

¶ *Confessus crimina coram inquisitore, non poterit confessionem suam eo pretextu revocare, quòd non præcesserit fama inquisitionem. h. d.*

SIquis *d* tam, postquam coram eo, qui contra ipsum super certis criminibus inquisitor deputatus fuerat, eadem crimina confessus fuerit, frustrà postmodùm eo prætextu confessionem suam impugnare contendet, quòd super eisdem criminibus non fuerit anteà diffamatus.

¶ *Si judex processerit non excipiente inquisito de non diffamatione, processus tenebit. h. d.*

IDem etiam erit *e*, si is, cui contra te commissa super certis criminibus fuerit inquisitio, te præsente, nec quicquam super hoc excipiente, infamiæ inquisitione omissâ ad veritatem eorundem criminum inquirendam processerit. Nec enim processum hujusmodi, eò quòd non fuit de infamia primitùs inquisitum, ulteriùs impugnare poterit.

¶ *Si crimen opponatur excipiendo, non est necessaria inscriptio. h. d.*

ACcidit autem interdum, ut alicui nec accusando, nec denunciando, nec inquirendo, sed excipiendo crimen opponatur, ut putà *f*, cùm quid objicitur, ut quis ab accusatione, vel testificatione repellatur: quo casu non erit inscriptio necessaria.

¶ *Non est necessaria inscriptio, si crimen objiciatur, ut quis ab officii vel beneficii assecutione excludatur: quo tamen casu si post confirmationem opponatur, deficiens in probatione punitur pœnâ extraordinariâ. h. d.*

SEd *g* an, si propterea crimen opponatur, ut quis à promotione officii, vel beneficii assecutione excludatur, necessaria tunc sit inscriptio? Et proditum est, si ante confirmationem objiciatur, non cogi quenquam inscribere: quia crimen hoc modo probatum promovendum quidem impedit, non tamen jam promotum dejicit. Post confirmationem verò, cùm scilicet ordinandus fuerit aliquis, aut etiam consecrandus, quia & ab obtinendo repellit, & ab obtento dejicit, ad extraordinariam pœnam secundùm arbitrium judicis citra vinculum inscriptionis, si defecerit in probando, est excipiens adstringendus.

DE DUPLICI PURGATIONE.
TITULUS II.

¶ *Quid sit purgatio & quotuplex. Et quid vulgaris purgatio est penitus improbata. h. d.*

COntingit etiam interdum, ut licèt adversùs criminosum nec accusator consistat, neque testibus, aut propriâ sit confessione convictus, ita tamen alicujus criminis, vel maculæ publicâ laborat infamiâ, quod super manifesta ferè nota eidem purgatio sit indicenda. Est autem purgatio, demonstratio innocentiæ super objecto crimine. Purgationis duæ sunt species *h*, Vulgaris scilicet, & Canonica. Vulgaris purgatio est, quam vulgus vel invenit, vel sequitur: ut, cùm aquæ frigidæ, vel candentis ferri, vel singularis certaminis quis subit judicium: quæ, cùm Deus in ea tentari videatur, meritò jussa est sacris Canonibus exulare: licet enim quosdam singulare certamen iniisse divina prodat historia, nunquam tamen ut id pro lege teneatur, divina sanxit authoritas.

¶ *Quæ sit Canonica purgatio. Et quales esse debent compurgatores. h. d.*

CAnonica purgatio dicitur, quæ sacris Canonibus est comprobata: ut cùm *a* de crimine infamatus, jurat se non esse tali crimine, vel maculâ inquinatum, & certa compurgatorum manus eundem à crimine immunem, & verum credere illum jurâsse, ipsa quoque jurejurando firmat. Erunt autem compurgatores hujusmodi honestatis & opinionis, ut verisimile sit, eos amore, vel odio, vel obtentu pecuniæ non dejerare: necesse etiam est, ut ejus, quem purgare intendunt, vitam & mores notos habeant.

¶ *Deficiens in purgatione habetur pro convicto. Et super notorio non est indicenda purgatio. h. d.*

QUicunque *b* verò in Canonica purgatione defecerint, perinde puniendi sunt, atque si de crimine, de quo diffamati fuerint, legitimè convicti, vel confessi fuissent: nisi tamen aliud judicantis æquitas statuendum duxerit. Planè super notorio *c* nulli erit indicenda purgatio, sed tantùm condemnationis promulganda sententia: cùm patrati sceleris evidentia, neque accusatoris clamore indigeat.

¶ *Criminum quædam solum Deum ladunt, quædam etiam homines. h. d.*

CRiminum autem quædam divinæ majestatis læsionem continent: quædam verò & hominibus damnum irrogant. Quæ Deum principaliter ladunt, hæc fermè habentur, simonia, hæresis, schisma, apostasia, sortilegium, maledicentia, sacrilegium. Hominibus verò læsionem inferunt, homicidium, adulterium, stuprum, rapina, furtum, usura, falsum, injuriæ: de quibus distinctiùs, sed tamen breviter videamus.

DE SIMONIA.
TITULUS III.

¶ *Quid sit Simonia, & unde dicta. h. d.*

SImonia *d* nihil aliud est, quàm studiosa voluntas, sive cupiditas emendi, vel vendendi spiritualia, vel spiritualibus annexa. Vel, simonia est rei spiritualis, vel spiritualibus annexæ, cum aliquo temporali facta commutatio. Appellata est autem à Simone mago, qui primus hujus detestandi sceleris author fuit.

¶ *Simonia aut est simplex conventionalis, aut realis. Et realis subdividitur in realem conventionalem, & realem mentalem. h. d.*

SImoniæ duplex est species. Nam aut est conventionalis, aut mentalis. Conventionalis est, cùm aut aliquid datum est, vel de dando in posterum tractatus intercesserit, & conventio. Mentalis est, cùm nullum quidem interfuit factum *e*, sed sola prava dantis, aut recipientis mens & intentio concurrit: & propterea rudi, sed congruenti vocabulo mentalis appellatur.

¶ *Cujuscunque muneris receptione Simonia contrahitur. Et appellatione pecuniæ continetur, quicquid homines habent in terra. h. d.*

COntrahitur *f* autem Simonia, non modo cùm pecunia ipsa pro re sacra datur, aut recipitur, vel dedanda & recipienda tacitè vel expressè conventum fuerit: verùm etiam cùm dans à lingua, vel obsequio recipientis munus exigit. Cùm enim spiritualia tribuens, manus ab omni munere excutere debeat, id tunc facere intelligitur, cùm pro divinis rebus non solùm pecuniam, nullam, sed nec humanum obsequium, aut gratiam alli-

a *C. qualiter & quando. el. ext. eod.* b *cap. 2. ext. eod.* c *c. inquisitionis, 4 tertiæ. vers. ad hæc. extr. eod.* d *c. 1. eod. tit. in 6.* e *c. fin. eod. tit. in 6.* f *c. super his. 4 cùm aut. extr. eod. tit.* g *d. c. super his. 4 cùm autem. extr. eod. tit.* h *gl. rub. extr. de purg. vulg.*

a *Cap. quatuor. extr. de purg. can. & can. meminam. eod. tit.* b *C. cùm lex. ubi gl. & c. inter sollicitudines extr. de purg. Canon.* c *C. pen. ext. dist. tit.* d *gl. 1. in sum. 1. q. 1.* e *ext. com. 2. eod. tit.* f *gl. 1. in sum. 1. q. 1.*

quam

quam requirit. Et sicut pro manûs impositione non debet Episcopus *a*, ita nec minister, nec notarius, in ordinatione, pro voce vel calamo, pecuniam recipere. Pecuniam verò hoc loco accipiemus, quicquid homines habent: hoc enim nomine ideò omnia continentur, quia antiqui, quicquid fermè habebant, in pecoribus habebant. Contrahitur ergò simonia, cùm quis sacra quodammodò in commercium deducit.

¶ *Plura capita, ex quibus committitur simonia.*

Sed *b* & tunc quoque simonia committi dicitur, cùm quid pro personis Ecclesiasticis deducendis, in sedem, vel Sacerdotibus instituendis, aut sepeliendis mortuis, seu pro nubentium benedictionibus, accipitur. Is quoque, qui pro electione præmia largitur, quia per electionem pervenitur ad consecrationem, perinde simoniacus habebitur, ac si pro consecratione munera dedisset.

¶ *Simoniacè dicitur quis electus, etsi ignorante eo datum fuerit, vel promissum. h. d.*

Nec distinguemus *c*, sciente, an ignorante eo, qui promissionis, vel dationis alicujus interventu postmodum electus fuit, promissum quid, vel datum fuerit: quamvis enim electus tempore dationis, vel promissionis conscius non fuerit, non propterea minùs electio rei probanda erit.

¶ *Episcopus non potest dispensare cum electo simoniacè, licèt ignoranter, sed bonæ super assertione beneficiis simplicis, prævia tamen resignatione. h. d.*

Sed videamus, an post reprobatam electionem cum eo super prælatione, ad quam quis sic electus fuerit, possit Episcopus dispensare, & constitutum est, non posse: quamvis *d* circa eum, qui per simoniacam pravitatem simplex beneficium recipit, post liberam resignationem Episcopi dispensatio toleretur.

¶ *Datum in dispendium eligendi, vel illo etiam reclamante, non facit electionem simoniacam. h. d.*

Plane si constet eos, qui quid dederint, vel promiserint *e*, quòd per fraudem in dispendium eligendi dolo malo id fecerint, aut electo ipso non modò ignorante, sed etiam reclamante, nec aliquando ratum habente, secuta electio minimè reprobanda erit: alioquin contingeret, quòd factum insidias inimico parantis innocenti damnosum existeret, & vir malus de fraude sua commodum reportaret.

¶ *Simoniacè ordinans cum suo ordinato & Clerico mediatore est deponendus, Laicus verò mediator excommunicatur. h. d.*

Ac veluti variis modis simoniaca labes committitur, sic etiam variis pœnis simoniacos percelli, admonendi sumus. Nam si quis, ut ordinetur, pecuniam Episcopo obtulerit *f*, & qui turpissimi lucri commodo Sancti Spiritûs gratiam vendere *g* tentaverit, amissionis propriî gradûs periculo subjacebit: & qui ordinatus est, à dignitate, quam pecuniis acquisivit, erit prorsus alienus. Si quis verò *h* tam turpibus & nefandis datis, vel acceptis mediator extiterit, siquidem Clericus, erit à proprio gradu dejiciendus: si verò Laicus, anathematizandus erit.

¶ *Ordinatus à simoniaco non simoniacè, & simoniacè non simoniacus ordinem conferens, non sunt deponendi. h. d.*

Hæc tamen de illis intelligere nos oportet, quos nec ignorantia, nec attractationis excusat violentia, sed simoniaci simoniacè ordinati, vel ordinatores existunt. Cæterùm si quis à simoniaco quidem, non tamen simoniacè, ordinem susceperit, aut simoniacè non simoniacus ordinem contulerit, misericorditer in Ecclesia sustinendi erunt: hos enim facit simoniacos, non reatus criminis, sed ordinatio, vel susceptio simoniaci.

¶ *Beneficium consecutus simoniacè per accusationem convictus privatur beneficio, & deponitur: per inquisitionem verò privatur quidem beneficio, sed post peractam pœnitentiam in suo ordine permittitur ministrare. h. d.*

Quòd *a* si non ordinem quis, sed beneficium Ecclesiasticum datâ pecuniâ consecutus fuerit, multùm interest, per accusationem, an per inquisitionem quis convictus fuerit. Primo enim casu non solùm Ecclesiâ privandus, verùm etiam honore Sacerdotii Presbyter spoliandus erit: posteriore verò, postquam ab Ecclesia, quam sibi per pecuniam comparaverat, amotus fuerit, & injunctam pœnitentiam egerit, in susceptis ordinibus ministrare permittendus erit.

¶ *Cum parvulo, qui cupiditate parentum Ecclesias sunt consecuti, post liberam resignationem potest dispensari. h. d.*

Quinimò *b* qui parvuli parentum cupiditate Ecclesias per pecuniam sunt consecuti, ob paternum factum non modò à sacris ordinibus non sunt removendi: verùm etiam postquam eas omninò dimiserint, si Canonicè in eisdem vivere voluerint, pro magna misericordia sustineri poterunt.

¶ *Idem jure est de accessorio, quod de principali. h. d.*

Nec objiciat quis, non consecrationes emisse se, sed quæ ex consecratione proveniant. Nam sicut anima sine corpore corporaliter vivere non potest, sic corporalis Ecclesia, vel dignitas, & ordo Ecclesiasticus sine rebus corporalibus parum proficiet. Quisquis igitur eorum alterum vendit, sine quo alterum haberi non contingit, neutrum invenditum reliquisse intelligitur.

¶ *Quilibet admittitur ad accusandum simoniacum. Et solus simoniacus inter peccatores Missam non celebrat. h. d.*

Hujus autem criminis tanta est labes *c*, ut etiam servi adversùs dominos, & quilibet criminosi admittantur ad accusationem. Item omnis peccator Missam celebrare potest, præterquam simoniacus: quem adeò quilibet, ut ab ordine malè accepto removeatur, accusare potest, ut nec meretrix excludatur.

¶ *Oblatum sponte, vel datum gratiâ redimendæ molestiæ super jure quæsito indebitè illata, non inducit simoniam. h. d.*

Sciendum tamen est, non datione quâlibet, aut receptione simoniam contrahi: nam si quid sponte, putè *d*, sine pacto, & conventione, & taxatione quâlibet fuerit gratis oblatum, id sine scrupulo simoniacæ pravitatis recipi poterit. Idem obtinet ex contrario, si quid non sponte quis dederit, sed ut indebitè illatam molestationem super quæsito jure redimat, dare coactus fuerit.

¶ *Puniuntur Prælati committentes vices suas sub annuo censu. hoc dicit.*

Demùm sciendum est tam Lateranensi, quàm Turonensi Concilio statuente, Canonicæ districtioni Prælatos eos subjacere, qui vices suas *e*, vel Ecclesiæ sub annuo censu concedunt: quia dum Sacerdotium sub hujusmodi mercede venale disponitur, ad æternæ retributionis præmium consideratio non habetur.

¶ *Puniuntur aliquid recipientes pro concedenda docendi licentia. h. d.*

Pro docendi *f* quoque licentia concedenda nullus cujusque consuetudinis obtentu aliquid exigere debet, & qui secùs fecerit, ab Ecclesiastico beneficio fiet alienus: dignum enim videtur, ut in Ecclesia fructus sui laboris non habeat, qui cupiditate animi, dum vendit docendi licentiam, Ecclesiasticum profectum nititur impedire.

a *Can. 1. extr. eod. tit.* b *cap. non satis. & cap. seq. extr. eod. tit.* c *cap. nobis fuit. extr. eod. tit.* d *c. pen. extr. de elect.* e *cap. nobis fuit. extr. eod. tit.* f *can. si quis. 1. q. 1.* g *can. quando Episcopus. 4. quod si alter. 24. dist.* h *can. si quis Episcopus. 1. q. 1.*

a *Can. dilectus. ubi etiam gl. in verf. amotos. eod. tit. extr.* b *c. sicut tuis. 4. quamvis. extr. eod.* c *c. tanta extr. eod. tit.* d *C. tua nos. 5. si verò. extr. eod. tit.* e *can. 1. 2. & seq. extr. ne Pralat. vic. suas.* f *can. 1. 2. & per totum tit. extr. de magist.*

DE HÆRETICIS ET SCHISMATICIS, ET Apostatis.

TITVLVS IV.

¶ *Quæ sint hæretici, & qui schismatici, & quomodo differant. hoc dicit.*

HÆretici sunt, qui vanæ gloriæ, principatusque sui causâ falsas opiniones gignunt, vel sequuntur. Schismatici sunt, qui se ab unitate Ecclesiæ per inobedientiam separant. Licèt autem inter hos à principio quædam videatur esse diversitas, nullum tamen est schisma, quod sibi aliquam tandem hæresim non confingat, ut ab Ecclesia rectè recessisse videatur.

¶ *Schismatici excommunicatione, depositione, bonorum confiscatione, & à se gestorum annullatione puniuntur. h. d.*

UTrumque *a* verò crimen atrocissimè Ecclesiastica disciplina prosequitur: nam Schismaticos excommunicationis sententiâ Canones infectantur: & si nec sic resipuerint, ab omni ministerio Ecclesiastico deponentur, adhibito etiam, si necesse fuerit, brachii secularis auxilio, ad illorum insolentiam coërcendam, cum omnium etiam bonorum confiscatione. Ordinationes quoque ab his factas, & dignitatum sive beneficiorum concessiones, alienationes rerum Ecclesiasticarum, omni penitùs firmitate carere voluerunt.

¶ *Hæretici nisi hæresim abjuraverint, omni Ecclesiasticâ prærogativâ nudati, tradantur seculari curiæ puniendi. h. d.*

IN hæresi *b* autem deprehensi, præter perpetui vinculum anathematis, si Clerici sint, vel religiosi, totius ordinis Ecclesiastici prærogativâ spoliandi erunt, & omni officio, & beneficio nudati, secularis relinquentur arbitrio potestatis, animadversione debitâ puniendi, nisi continuò post deprehensionem erroris ad fidei Catholicæ unitatem recurrere, & errorem suum publicè abjurare, & congruam satisfactionem exhibere consenserint. Laici verò, nisi (prout dictum est) abjuratâ hæresi & satisfactione exhibitâ, ad fidem redierint orthodoxam, secularis judicis arbitrio relinquentur, debitam pro qualitate facinoris ultionem recepturi.

¶ *Bona hæreticorum post latam sententiam confiscantur. h. d.*

BOna quoque *c* damnatorum, propter hæresim ipso jure, & omni spe potiundæ hæreditatis filiis ademptа, confiscata intelligentur: aut si Clerici fuerint, Ecclesiis, à quibus stipendia receperunt, applicabuntur. Confiscationis tamen hujusmodi executio, vel bonorum occupatio facienda non erit, antequam super crimine sententia fuerit promulgata.

¶ *Ob hæresim maritorum dotes uxorum non sunt confiscandæ, nisi scienter contraxerint matrimonium cum hæreticis. h. d.*

SEd & cùm alteri per alterum iniqua conditio inferri non debeat, propter hæresim maritorum, uxorum Catholicarum dotes *d* confiscari non debent, nisi forte cum viris matrimonia contraxerint, quos hæreticos esse sciebant.

¶ *Etiam post mortem bona hæreticorum confiscantur. h. d.*

POst mortem *e* quoque ob sceleris immanitatem hæreticos pœna prosequitur: ideoque & si criminoso vivente nihil fuerit super bonorum confiscatione declaratum, nihilominùs ad eam etiam ipso mortuo procedendum erit.

¶ *Hæretici non possunt tradi Ecclesiastica sepulturæ. Et tumulantes eos excommunicantur, nec ante absolvuntur, quam propriis manibus exhumaverint. h. d.*

ECclesiasticâ *f* quoque sepulturâ usque adeò carere debent, ut si qui eosdem credentes, aut fautores eorum scienter Ecclesiasticæ sepulturæ tradere ausi fuerint, excommunicationis sententiæ subjacere debeant, nec

a *C. 1. & per totum tit. de schismat. in 6.* b *c. ad abolendam. & c. excommunicamus. §. 1. extr. eod. tit. de hær.* c *c. cùm secundum. eod. tit. in 6.* d *c. decrevit. de hær. in 6.* e *c. accusatus. & pœn. eod. tit. in 6.* f *c. 2. in princ. eod. tit. in 6.*

antè absolutionis mereantur beneficium, quàm propriis manibus hujusmodi corpora extumulent, & projiciant: locus autem ille perpetuò carebit sepulturâ.

¶ *Descendentes ab hæretico usque ad secundum gradum, ab hæretica usque ad primum, non possunt habere beneficium Ecclesiasticum, nisi pater aut mater decesserint emendati. h. d.*

SEd *a* & eorum filii ad beneficia Ecclesiastica, seu publica officia admittendi non erunt: quod quidem per paternam lineam usque ad secundum gradum, per maternam verò usque ad primum tantùm extenditur. Cùm enim secundùm legitimas sanctiones reis læsæ majestatis capite punitis, & bonis confiscatis, eorum filiis vita solummodò ex misericordia conservetur, quantò magis, qui aberrantes in fide Deum offendunt, meritò, bonis, honoribus debent spoliari? cùm longè sit gravius æternam, quàm temporalem lædere majestatem. Hoc *b* tamen intelligendum est de filiis & posteris eorum, qui tales esse, vel etiam decessisse probantur: non autem illorum, quos emendatos & Ecclesiæ unitati reincorporatos esse constiterit.

¶ *Qui receperunt pœnitentiam Ecclesiæ, vel recipere sunt parati, sunt reincorporandi: post abjurationem verò relapsi non sunt amplius reincorporandi, sed traduntur curiæ seculari: cui tamen non negatur sacramentum pœnitentiæ. h. d.*

SEd videamus, qui & quando incorporari debeant: & constat eos, qui pro culpa hujusmodi ad mandatum Ecclesiæ pœnitentiam acceptaverint, eamque vel perfecerint, vel humiliter prosecutioni ejus insistant, recipiendos esse. Idem juris est, si pœnitentia nec peracta sit, nec imposita, dum tamen crimini obnoxii ad eam recipiendam parati fuerint. Quòd si qui post *c* abjurationem erroris, vel postquam se proprii Antistitis examinatione purgaverint, in abjuratam hæresim reincidisse deprehensi fuerint, seculari judicio sine ullâ penitùs audientiâ relinquendi erunt: licèt si postmodùm pœniteant, & pœnitentiæ signa in eis apparuerint manifesta, nequaquam sint relapsis humiliter petita sacramenta pœnitentiæ & Eucharistiæ deneganda.

¶ *Quando quis dicatur relapsus. h. d.*

RElapsi autem intelligendi sunt, non solùm ii, quorum ante abjurationem crimen plenè probatum fuerit, verùm etiam *d* ii, qui postquam accusati, vel vehementer suspecti semel hæresim in judicio abjuraverint, & postmodùm in eandem iterùm reincidunt. Planè si ex modica & levi suspicione semel quis abjuraverit, reincidens, quanquam ex hoc sit gravius puniendus, non tamen debet in hæresim relapsorum pœnâ puniri.

¶ *Qui abjuraverit in uno articulo, si pòst fit hæreticus in alio, dicatur relapsus. h. d.*

IS verò *e*, qui in una hæresis specie, vel secta commisit, aut in uno fidei articulo, seu Ecclesiæ sacramento erravit, & postmodùm hæresim simpliciter vel generaliter abjuravit, si deinde in aliam etiam hæresis speciem, sive sectam, aut alio articulo seu sacramento committat, ut relapsus in hæresim, judicandus erit.

¶ *Suspecti de hæresi, nisi se purgent, sunt excommunicandi, & excommunicati si in excommunicatione indurarint, condemnantur tanquam hæretici. h. d.*

QUi *f* verò inventi fuerint solâ suspicione notabiles, ob eam quantumvis vehementem de tam gravi crimine condemnandi non erunt, sed nisi juxta considerationem suspicionis, qualitatemque personæ propriam innocentiam congruâ purgatione monstraverint, anathematis gladio sese feriendos exponunt, & usque ad satisfactionem ab omnibus evitabuntur, & si per annum in excommunicatione persititerint, velut hæretici condemnabuntur.

a *C. statutum. eod. tit. in 6.* b *d. c. statutum. §. hoc.* c *c. super. eod. tit. in fin.* d *c. accusatus. in princ. eod. tit. in 6.* e *d. c. accusatus, §. 1. eod. tit. in 6.* f *c. cùm contumacia. eod. tit. in 6.*

¶ Plura

¶ *Plura specialiter inducta sunt in causa hæreticorum, & processu contra eos. h. d.*

PLura a quoque ad hoc atrocissimum crimen vindicandum specialiter & præter ordinarias Juris regulas inducta sunt, tam circa judicium & processum instituendum, & testium depositiones, & carcerum custodiam, & immutationis pœnam: quàm etiam contra fautores, receptatores & defensores eorum, ut clarè ex lectione sacrarum constitutionum apparere potest.

¶ *Apostatæ qui sint, & quotuplex Apostasia: & quâ pœnâ puniantur Apostatæ. h. d.*

Et hæc est tertia pars principalis hujus tituli.

APostatæ sunt, qui à statu fidei, obedientiæ, vel religionis, quam se tenere professi sunt, temeratiè recedunt. Apostasiæ b triplex est species: alia enim est perfidiæ, alia inobedientiæ, alia irregularitatis. Apostasia perfidiæ est, cùm qui à fide recedunt: ut putà, cum Christiani effecti in Christi fide prævaricantur c, & ad Judaicos, vel alios detestabiles ritus se convertunt. Apostasia inobedientiæ est d, cùm quis præceptum superioris sui sponte transgreditur, sive patrum regulis, vel constitutionibus non obtemperat. Irregularitatis Apostasia est, cùm quis ab ordine suo e, sive assumptæ religionis recedit. Apostatas autem sacri Canones tam inter infames f deputant, quàm etiam excommunicationis & aliarum pœnarum vinculis innodandos esse præcipiunt.

DE SORTILEGIS, MALEDICIS, ET sacrilegis.

TITULUS V.

¶ *Inquisitor hæreticæ pravitatis non potest procedere contra sortilegos, nisi sortilegium expressè contineat hæresim. h. d.*

SCiendum est, hæreticæ pestis inquisitores de divinationibus, & sortilegiis, nisi hæresim saperent manifestè, sese intromittere non debere, nec talia exercentes posse punire, sed eos suis debere judicibus puniendos relinquere, cùm negotium fidei, quod summè privilegiatum esse convenit, per occupationes alias non debeat impediri.

¶ *Qui sint sortilegi: & quòd ab Ecclesia sint omninò ejiciendi. hoc dicit.*

SUnt autem g sortilegi, qui prætextu religionis per quasdam sortes divinationis scientiam profitentur, aut quarumcunque scripturarum inspectione factâ, futura promittunt. Ariolorum h igitur, aruspicum, incantatorum, & omnium sortilegorum artes, cùm sint ex quadam pestifera societate dæmonum atque hominum quasi pacta infidelis & dolosæ amicitiæ constituta, penitùs sunt ab Ecclesia eliminandæ, & superstitiosi artifices, nisi per pœnitentiam resipiscant, perpetuo anathemate feriendi: & si Clerici sint, degradandi.

¶ *Si blasphemus injunctam sibi pœnitentiam peragere recusat, & vivens ab ingressu Ecclesiæ arcebitur, & mortuus Ecclesiasticâ carebit sepulturâ. h. d.*

DIversa est pœna maledicorum i: nam si quis in Deum, vel aliquem sanctorum linguam in blasphemiam publicè relaxare ausus fuerit, pœnæ, juxta Gregorianæ constitutionis tenorem, subdendus erit: quam si recipere, & pœnitentiam peragere recusaverit, & Ecclesiæ eidem interdicetur ingressus, & in obitu Ecclesiasticâ carebit sepulturâ.

¶ *Sacrilegii variæ pœnæ puniuntur. h. d.*

SImilibus, interdumque acrioribus urgentur pœnis qui in sacrilegii crimen incidunt, & Ecclesias incendere & violare minimè verentur: nam pro modo sceleris admissi, facinorisque perpetrati, nisi plenè satisfecerint, aut de satisfaciendo plenam securitatem exhibuerint, nunc pœnitentiæ beneficium sacrilego penitùs denegatur, nunc anathemate vincitur, nunc perpetuâ damnatus infamiâ carceri traditur, aut exilio perpetuæ deportationis, & depositionis animadversione coërcetur: aliquando etiam pecuniariâ pœnâ mulctabitur.

¶ *Consentientes sacrilegis, & Sacerdotes ipsi pœnitentiam dantes, vel sepulturæ eorum intervenientes, vel ab eis eleemosynas recipientes, pari pœnâ cum eis puniuntur. h. d.*

NEc solùm talibus pœnis illi plectendi erunt, qui sacrilegium admiserint, sed etiam consentientes eis. Presbyteri quoque, vel Clerici, qui in vita, vel morte sacrilegis pœnitentias dare, aut sepulturæ interesse, vel eorum eleemosynas accipere ausi fuerint, sive rapinæ participes inventi fuerint, Ecclesiastico beneficio privati ordinis sui damnum irrecuperabiliter patientur.

¶ *Sacrilegium committitur tam intuitu rerum, quàm personarum. Et qualiter intuitu rerum. h. d.*

SAcrilegium autem admitti dicitur, tam ratione rerum, quàm personarum. Rerum a, ut cùm quis sacrum de sacro, vel sacrum de non sacro, vel non sacrum de sacro aufert. Sed & si non de sacro aliquid ablatum fuerit, sed intra certos passus, qui in circuitu Ecclesiæ sunt, adhuc sacrilegium committi dicitur.

¶ *Ratione personarum committitur sacrilegium, cùm quis Clericum percutit, vel cum Monials rem habet. h. d.*

PErsonarum ratione sacrilegium perpetratur, cùm quis in Clerium, vel Monachum violentas & impias manus b injicit: vel cùm personæ Deo dicatæ per coitum appetuntur: de quibus infrà suo loco latiùs dicturi sumus.

DE FURTIS.

TIT. VI.

¶ *Furti nomine omnis illicita usurpatio continetur: & fures promoveri non possunt, imò promoti, deponuntur, & si sint notorii publici, debent excommunicari, & si occisi fuerint in furto, non est pro eis orandum, nisi ante mortem sint confessi. h. d.*

FUrti quidem nomine omnis illicita usurpatio alienæ rei concluditur: sed nunc de iis tantùm agimus, quæ speciali nomine destitutâ generali furti appellatione continentur. Fures autem non solùm seculares leges, verùm etiam Canones acriter insectantur: nam nec ad sacros ordines promoveri, nisi secundùm ea, quæ suprà primo libro diximus, & promoti ab iisdem dejici, & si depositi incorrigibiles fuerint, excommunicari, & demùm potestati seculari tradi debent. Et si c, dum furtum committitur, occisi fuerint, pro eis minimè orandum erit: quanquam si comprehensi, aut vulnerati confessi fuerint, communio eis non sit deneganda.

¶ *Furtum committentes ob necessitatem mortui puniuntur, & pœnâ furum puniuntur partientes cum eis, & qui furtorum sunt conscii. h. d.*

SEd hæc de illis intelligere nos oportet, qui nullâ necessitate adacti furtum commiserunt. Cæterùm si quis propter necessitatem d cibaria, vestem, vel pecus furatus fuerit, longè mitiori pœnâ puniendus erit. Nec fures solùm suprà dictis pœnis tenentur, sed ii quoque e, qui aut cum furibus partiuntur, aut qui furtorum conscii fures quærentibus possessoribus non indicant.

a *In 6. & Cl.* b *gl. l. c. extr. de Apost.* c *can. non potest. 2. q. 7.* d *c. 2. & c. illud. ext. de major. & obed.* e *can. fin. dist. 50. & c. 1. ext. de Apost.* f *can. infames. 6. q. 1. gl. in c. 1. de temp. ord. in 6.* g *can. 1. 26. q. 1.* h *extr. de sortileg. & 26. q. 1. 2. 3. 4. & 5.* i *c. 2. ext. de maled.*

a *C. quisquis. 4 sacrilegium. 17. q. 4.* b *c. si quis contumax. 4 sacrilegium. 17. q. 4.* c *c. 2. ext. eod.* d *c. si quis propter. ext. eod.* e *c. qui cum fure. eod. tit. extr.*

DE USURIS.
TITULUS VII.

¶ *Usura quid sit, & unde dicta: & habens possessionem in pignus, receptâ propriâ pecuniâ, si recusat fructus in sortem computare, usurarius committit. h. d.*

VSura est, quicquid ultra sortem mutuatam percipitur: dicta ab usu, quia scilicet pro usu pecuniæ recipitur. Unde *a* & si quis pignoris obtentu rei alicujus nactus fuerit possessionem, si sortem suam deductis expensis de fructibus jam perceperit, si eandem debitori restituere recusat, & perceptos fructus in sortem computare, proculdubiò usurarum committitur crimen.

¶ *Pœnæ usurariorum sunt, infamia, excommunicatio, beneficiorum & officiorum & Ecclesiastica sepultura amissio. h. d.*

MUltiplicibus autem pœnis sacri Canones usurarios insequuntur: nam præter inuſtam infamiam, nec ad Christianam, nec ad communionem *b* admittuntur altaris, nec quisquam de manu eorum oblationes accipiet. Et si Clerici fuerint *c*, tam officii, quàm beneficii Ecclesiastici periculum patientur. Nullus quoque sub pœnis Gregorianâ *d* constitutione comprehensis, manifestis usurariis aut locabit domus, aut conductas habere permittet: sed & si in hoc scelere decesserint, Ecclesiasticâ carebunt sepulturâ.

¶ *Licèt quis de usuris satisfieri mandet per hæredem, non tamen est tradendus Ecclesiasticæ sepulturæ, donec fuerit satisfactum: & contrà facientes incurrit pœnas earundem, & testamenta usurariorum non valent. h. d.*

ET id adeò obtinet, ut *e* etiamsi morituri in ultima voluntate de usuris satisfieri expressâ quantitate, vel indistinctè mandaverint, donec secundùm Gregorianæ constitutionis tenorem satisfactum fuerit, Ecclesiasticâ sepulturâ carere debeant. Quicunque verò manifestos usurarios contra prædictæ sanctionis formam tumulare ausi fuerint, pœnæ Lateranensis Concilii contra usurarios promulgatæ subjiciendi erunt. Testamenta *f* quoque ab eisdem facta, aliter quàm secundùm dictæ constitutionis formam non valebunt, sed ipso jure erunt irrita.

¶ *Non debemus facere malum, ut posteà faciamus bonum: & si non sint, quibus restitui possint usuræ, erogandæ sunt in pauperes: & paupertas excusat à restitutione. h. d.*

NEc quicquam *g* proficiet, quòd quis pro captivis redimendis, vel eleemosynis dandis sese usuras exercuisse alleget: nec enim propterea magis cum usurario dispensari poterit, cùm pro vitioalterius nec mentiri quidem, nedum rapere liceat. Planè si nec ii, à quibus quis usuras extorserit, nec illorum sint hæredes superstites, non solùm pauperibus usurarum nomine acceptum erogare poterit, verùm etiam compellendus erit, nisi eum nota paupertas evidenter excuset.

¶ *Non solùm fœneratores, sed etiam illorum hæredes debent usuras restituere, nullâ obstante appellatione. h. d.*

NEc is tantùm Ecclesiasticâ districtione extortas usuras restituere cogendus erit, qui fœneratus est, verùm etiam *h* filii, & quicunque extranei hæredes, qui omnes super usuris conventi nullius appellationis remedio restitutionem subterfugere permittendi erunt.

¶ *Judex fœneratori potest præcipere sub pœna excommunicationis, tam ne usuras exigat, quàm ut exactas restituat, non obstante juramento præstito de non repetendis usuris. h. d.*

SEd & si quis sub usuris pecuniam acceperit, & de eis nunquam repetendis fœneratori juraverit *i*, adhuc Judex usurarios per censuram Ecclesiasticam compellere poterit, tam ut ab earum desistant exactione, & juramentum remittant, quàm etiam, ut exactas restituant, ne de dolo & fraude quenquam contingat commodum reportare.

¶ *Judex satisfacere debent de immoderato gravamine Christianis, aliàs excommunicantur modo quo possunt. h. d.*

IUdæi *a* quoque, si à Christianis quocunque prætextu graves immoderatasve usuras extorserint, & per seculares principes & potestates illas remittere sint compellendi: & donec de immoderato gravamine competenter satisfecerint, ab universis Christi fidelibus tam in mercimoniis, quàm in aliis per excommunicationis sententiam eis omnimoda communio denegabitur.

¶ *Ponuntur plures casus, quibus quis fructus in sortem computare non tenetur. h. d.*

SUnt tamen casus, in quibus aliquid ultra sortem absque vitio usurarum licitè recipitur: ut putà, si Clericus Ecclesiasticum beneficium aliter redimere non valens, prætextu pignoris de manu Laici illud acceperit: nec enim hic in sortem fructus tenebitur computare. Idem, si terra non sit beneficii alicujus Ecclesiastici, sed ad accipientem in pignus jure dominii directi pertinere noscatur. Idem *b*, si possessiones pro non numerata dote genero à socero pignori obligatæ fuerint: cùm enim frequenter dotis fructus non sufficiant ad onera matrimonii supportanda, pignoratarum possessionum fructus in sortem computandi non erunt.

¶ *Non est usurarius rem emens minùs justo pretio, si tunc verisimiliter dubitetur, an tempore solutionis plus vel minùs esset valitura, vel aliter dubius eventus usurarum suspicionem removet. h. d.*

ILle *c* quoque, qui dat decem solidos, ut alio tempore totidem sibi grani, vini vel olei mensuræ reddantur, ex hoc usurarius censeri non debet: quia licèt tunc plus valeant, utrùm plùs vel minùs, solutionis tempore fuerint valituræ, verisimiliter dubitatur.

¶ *Usurarius est, qui à debitore recipit aliquid ultra sortem, etiamsi suscipiat in se periculum. h. d.*

ALiud tamen juris est, si quis naviganti *d*, vel ad nundinas eunti certam pecuniæ quantitatem mutuatur, & ex eo, quòd in se mutuans periculum suscipit, aliquid ultra sortem ut recipiat, convenit: nam hic usurarius reputandus erit.

DE ADULTERIIS, ET ALIIS CONjunctionibus illicitis.
TITULUS VIII.

¶ *Adulteris appellatio est generalis: propriè tamen in nuptam committitur: & qua sit adulterii pœna. h. d.*

ADulterii generalis est appellatio: continet enim non modo alieni tori *e* violationem, sed omnem propè illicitam fornicationem. Propriè tamen adulterium in nuptam committitur. Pœna in Laico, excommunicatio: in Clerico, depositio, vel in utroque, certæ pœnitentiæ impositio.

¶ *Arbitraria est pœna incestûs, Sodomiæ, & rei habitæ cum brutis. h. d.*

EAdem vel etiam pro judicis arbitrio major, aut minor, eos manet pœna, qui incestum commiserunt: ut putà, cùm qui contra naturam humanæ societatis parentibus, vel liberis, vel aliis ejusmodi personis impudicè adhærent: aut si cum illâ, quam quis de sacro fonte susceperit, aut quam ante Episcopum tenuerit, cùm sacro Chrismate inungeretur, fornicationis scelus perpetravetit: aut cùm relicto naturali usu contra naturam *f* more Sodomitico fornicabitur: aut humani generis naturam transgressus, sese brutis commiscuerit.

a *C. 1. 2. & c. conquestus. extravag. eod. tit.* b *c. quia in. eccl. eod.* c *c. præterea. eod. tit. ext.* d *c. 1. & seq. eod. tit. in 6.* e *c. 2. eod. tit. in 6.* f *d. c. 2. in fin.* g *c. super eo. gl. ext. eod.* h *c. tua nos. ext. eod. tit.* i *c. tua dudum. ext. eod.*

a *C. pœst miserabilem. cum seq. ext. eod. tit.* b *c. salubriter. ext. eod.* c *c. fin. & ille. extr. eod. tit.* d *c. fin. in prin. extr. eod.* e *can. 2. & adulterium. 36. q. 1.* f *c. Clerici. extr. de excess. prælat.*

¶ Qua

¶ *Quæ pœna sit stuprantis mulierem honestè viventem, & virginem defloratu. h. d.*

QUod si quis stuprum admiserit, multum intererit, utrùm cum muliere honestè vivente rem habuerit, an virginem defloraverit. Primo enim casu stuprator pœnitentiæ subditus, pecuniariâ etiam pœnâ coercendus erit: posteriore verò *a* dotatâ virgine eandem patre consentiente habebit uxorem: si verò pater virginis dare noluerit, aut stuprator eam uxorem habere legibus impediatur, reddet pecuniam juxta modum dotis, quam virgines accipere consueverunt. Quòd si consentiente patre stuprator ipse corruptam virginem in uxorem ducere renuerit, corporaliter castigatus excommunicatusq; in monasterium ad agendam pœnitentiam retrudatur, de quo nulla erit ei egrediendi sine judicis permissione licentia.

¶ *Raptorum pœna, excommunicatio, depositio, & servatus, cum facultate tamen seipsum redimendi. h. d.*

MAjor *b* legum severitas raptores cohibet: nam præter secularium sanctionum pœnas, anathemate cum suis adjutoribus feriri, aut si Clerici sint, proprii ordinis & honoris amissionem sustinere debent.

¶ *In propria sponsa non cadit raptus, & raptus per consensum purgari potest. h. d.*

RAptus *c* autem tunc committi dicitur, cùm illa, de cujus nuptiis nihil actum fuerit antea, abducitur. Unde qui sibi desponsatam, vel parentibus reclamantibus, abduxerit, in crimen raptus, & in pœnas minimè incidit. Rapta quoque puella legitimè cum raptore matrimonium contrahet, si prior dissensio in consensum transeat. Raptor enim & rapta, nomina sunt vitiorum, non personarum: vitia autem cùm purgata fuerint, eorum etiam nomina abolentur.

¶ *Raptus Monialis purgari non potest. h. d.*

SEd hæc de illis intelligenda sunt, qui mulierum Laicarum consensum habuerunt: nam si quis Deo dicatas virgines *d* vel rapuerit, vel volentes matrimonio sibi sociare tentaverit, tanquam sacrilegium admittens, pro tam nefandi criminis atrocitate plectendus erit, nullâ *e* prorsùs voluntatis sacrarum virginum habitâ ratione.

¶ *Pœna simplicis fornicationis est arbitraria. h. d.*

DEmum si quis cum muliere soluta & impudica simpliciter fornicatus fuerit, tam pœnitentiæ modus, quàm etiam alia pœna in judicis potissimùm reponetur arbitrio, qui ex qualitatibus variis minorem, vel majorem pœnam statuet.

DE CRIMINE FALSI.
TITULUS IX.

¶ *Qui per se, vel per alios literas Papæ falsant, excommunicati sunt cum suis fautoribus: & Clerici officiis & beneficiis privantur, & degradati traduntur Curiæ seculari. h. d.*

ADversùs eos quoque, qui falsi crimen commiserunt, variè statutum reperitur: illos tamen cæteris acriùs Canones infectantur, qui literis Apostolicis falsis usi fuerint. Talium enim literarum falsarii *f* cum fautoribus & defensoribus suis anathemate feriuntur: & si Clerici fuerint, omnibus officiis & beneficiis Ecclesiasticis perpetuò privabuntur, ita, ut qui per se falsitatis vitium exercuerint, postquam per Ecclesiasticum judicem degradati fuerint, seculari potestati tradendi sint secundum legitimas constitutiones puniendi: per quam & Laici, qui fuerint de falsitate convicti, legitimè punientur.

¶ *Qui falsis literis utuntur, si Clericus est, officiis & beneficiis privatur: si Laicus, excommunicatur. h. d.*

MItiùs cum illis agitur, qui licèt his utantur, tamen ipsi non falsificaverunt: si enim Clerici fuerint, officiis & beneficiis Ecclesiasticis spoliandi erunt: si Laici, tamdiu excommunicationi subjicientur, quamdiu competenter satisfecerint. In utrisque tamen malitia gravius, quàm negligentia punietur, quod & de his, qui falsas literas impetrant, observabitur.

DE HOMICIDIO.
TITULUS X.

¶ *Assassinium, sicuti omnium homicidiorum est atrocissimum, ita etiam atrocissimè punitur. h. d.*

CUm non ad opera tantùm sit respiciendum, sed tempus, causa, voluntas, personarum differentia, & omnia quę operibus accidunt, sint pervestiganda, sequitur, ut non sit omnium homicidiorum eadem conditio. Cunctorum verò illud atrocissimum *a* videtur, quod *Assassinium* vulgò nuncupant. Unde non solùm assassini ipsi, sed etiam receptatores, occultatores, consultatores & defensores eorum, & qui per eosdem quenquam interfici fecerit, aut mandaverit, dignitatibus, honoribus, officiis, beneficiis, omnibusque bonis nudatus excommunicationis & depositionis incurret ipso jure sententiam, & tanquam Christianæ religionis hostis à toto Christiano populo perpetuò diffidatus erit.

¶ *Interficiens per industriam simulat. est Assassin. h. d.*

NOn *b* absimilis eum tenet pœna, qui licèt non per assassinium, per insidias tamen & industriam hominem interfecerit.

¶ *Interficiens latronem non ex necessitate, punitur: secùs, si ex necessitate. h. d.*

QUòd si *c* quis latronem & furem peremerit, videamus, an sit puniendus: & si quidem furem absque occasione comprehendere potuit, certa adversùs eum statuta pœnitentiæ reperitur: quòd si non potuit, nulla occisori erit ex necessitate injungenda pœna.

¶ *Non punitur homicidium fortuitum, si nulla culpa casum præcesserit. h. d.*

IDem etiam obtinebit, si casu perpetratum fuerit homicidium, ut putà, si quis *d* necessario insistens operi, arborem inciderit, & aliquis subrùs transiens opprimatur: nam si neque voluntate, nec ullâ incidentis culpâ factum fuerit, ut pertransiens opprimeretur, arborem incidens homicidii pœnis obnoxius non erit.

¶ *Pœnitentia certorum annorum est injungenda parentibus opprimentibus filios. h. d.*

ALia ratio est eorum, qui proprios filios oppressisse reperiuntur. Cùm enim hos graviter deliquisse non sit dubium, certorum annorum erit illis injungenda pœnitentia.

¶ *Filius à patre, vel ab alio, patre sciente, expositus, liberatur à patria potestate: & expositum suscipiens nullum in eo habet jus. hoc dicit.*

QUòd si *e* filius à patre, vel ab alio, patre sciente fuerit expositus, aut eidem alimenta denegata fuerint, hoc ipso à potestate patria liberabitur. Nec tamen propterea, qui expositos susceperit, aliquod in eis jus vendicare poterit.

¶ *Impediens conceptionem, vel abortum procurans, punitur ut homicida: secùs, si id casu fieri contingat. h. d.*

IS quoque, qui vel causâ explendæ libidinis, vel odii meditatione, viro aut mulieri aliquid fecerit, vel potandum dederit, quò minùs possit generare, vel concipere, vel nasci soboles, ut homicida puniendus erit. Quamquam aliàs, si conceptus nondum vivificatus fuerit, nec ut abigeretur, quisquam dolo malo fecerit, qui abortui *f* occasionem tradidit, puniendus non erit.

---

a *C. 1. & seq. extr. eod. tit.* b *c. 1. 36. q. 2.* c *c. pen. & fin. extr. de rapt.* d *can. 2. 36. q. 2. cum seq.* e *gl. 1. d. can. 2.* f *c. ad falsarium. extr. eod. tit.*

a *C. 1. eod. tit. in 6.* b *c. 1. extr. eod. tit.* c *c. 2. extr. eod. tit.* d *can. sæpe contingit. 50. dist.* e *c. unic. extr. de infan. lang. & exposit.* f *c. sicut ex literarum. extr. eod.*

¶ *Qui sibi mortem inferunt, habentur similes illis qui impœnitentes moriuntur. h. d.*

NOvissimè sciendum est pro his, qui quocunque prætextu voluntariè ferro, vel veneno, vel suspendio, vel quolibet modo sibi mortem inferunt, nullam in oblatione faciendam esse commemorationem, & Ecclesiasticâ eos debere carere sepulturâ, non aliter atque illos, qui pro suis sceleribus impœnitentes moriuntur.

DE INJURIIS, ET DAMNO dato.

TITULUS XI.

¶ *Inferens injuriam & damnum, debet damnum passo satisfacere, nec illum excusat ignorantia. h. d.*

MItiùs *a* cum his agitur, qui in pugna vel rixa aliquem lapide, vel pugno percusserint. Si enim ille mortuus non fuerit, sed in lecto jacuerit, vel operas exercere fuerit impeditus, qui percusserit, & opera ejus, & impensas *b* immodicas restituet. Et generaliter, si culpâ *c* tuâ datum est damnum, vel injuria irrogata, vel aliis irrogantibus opem tulisti, aut hæc imperitiâ tuâ, sive negligentiâ evenerunt, jure te super his satisfacere oportebit: nec te excusabit ignorantia, si scire debuisti ex facto tuo injuriam verisimiliter posse contingere, vel jacturam.

¶ *Si tuum animal damnum dabit, potes liberari illud dedendo, nisi sit ferum animal & nocere solitum, & non fuerit adhibita debita diligentia. h. d.*

QUòd *d* si animalia tua nocuisse proponantur, nihilominùs ad satisfactionem teneberis, nisi ea pro noxa dando damnum passis, teipsum velis liberari: quod tamen ad liberationem non sufficit, si fera fuissent animalia, & quæ nocere consueverant, & quam debueras, diligentiam non adhibuisti. Diversum statuitur in eo, qui ut damnum non contingeret, nihil omisit.

¶ *Injuria inferuntur re, verbis, literis: & pœna est arbitraria. hoc dicit.*

INferuntur *e* autem injuriæ tribus modis: Re, Verbis, & Literis. Re, ut cùm manus inferuntur. Verbis, ut cùm convicium dicitur. Literis, ut cùm in alterius vituperationem carmen, aut famosus libellus conscribitur: quibus omnibus casibus pro qualitatibus admissi & atrocitate, prudens judex pœnas irrogabit.

¶ *Conficiens famosum libellum, & manifestatus, pari pœnâ puniuntur. h. d.*

EO ampliùs si quis famosum libellum invenerit, & non statim corruperit, vel combusserit, sed ejus tenorem dolosè manifestaverit, quasi author, plectendus erit.

DE ECCLESIASTICIS CENSURIS.

TITULUS XII.

¶ *Ponit continuationem præcedentium & sequentium. h. d.*

POstquam tam primo lib. personarum, quàm secundo rerum Ecclesiasticarum tractatum cum his, quæ annexa sunt, summatim complexi fuimus, subinde ad reliquos venientes, judiciorum tam Civilium, quàm Criminalium materiam & seriem explanavimus, delictorum & naturam & pœnas breviter perstringentes: cùm tam ratione contumaciæ, quàm etiam aliorum excessuum Ecclesiasticis censuris interdum aliquos innodari variis locis admonuerimus, supereſt nunc, ut operi finem imponentes, de ipsis censuris fusiùs & distinctiùs disseramus.

¶ *Quid veniat appellatione censuræ Ecclesiasticæ, quid sit excommunicatio, quid interdictum, quid suspensio. h. d.*

ECclesiasticæ censuræ nuncupatio tria regulariter complectitur: scilicet, Excommunicationis, Interdicti, & Suspensionis sententiam. Excommunicatio, est à communione exclusio. Interdictum Ecclesiasticum, est à certis sacramentis, & omnibus divinis officiis & sepultura Ecclesiastica facta prohibitio. Suspensio, est inhabilitas quædam ordinum, vel officiorum executionem impediens. Sed ne de omnibus simul tractantes, legentibus difficultatem ingeramus, distinctè de singulis disseramus, ac primùm de Excommunicatione.

DE SENTENTIA EXCOMMUNIcationis.

TITULUS XIII.

¶ *Minor excommunicatio à perceptione sacramentorum, Major etiam à fidelium communione separat. h. d.*

EXcommunicationum duæ sunt species, minor scilicet, & major. Minor est, per quam quis à sacramentorum participatione conscientiâ, vel sententiâ arcetur. Major est, per quam quis non solùm à sacramentorum excluditur perceptione, verùm etiam à communione fidelium, quæ ab omni actu legitimo separat ac dividit: & hæc alio nomine *a* Anathema appellatur.

¶ *Excommunicationum alia sunt latæ sententiæ, alia ferendæ. Et lata sententia est, cùm quis sine facto judicis à jure excommunicatur. h. d.*

RUrsùs excommunicationum alia Canonis, alia Judicis. Canonis est, quâ quis ab ipso solùm Canone absque judicis ministerio innodatur, quæ etiam alio vocabulo *latæ sententiæ excommunicatio* nuncupatur. Sciendum est enim complures esse casus, in quibus adeò quis delinquere existimatur, ut nullâ expectatâ judicis pronunciatione ipso jure excommunicationis vinculis innodetur: quod quidem, quanquam innumerabilibus propè exemplis declarari possit, unius tamen tantùm prosecutione contenti erimus.

¶ *Qui Deo dicatos homines corporaliter offendunt, incidunt in excommunicationem latæ sententiæ, à qua non possunt absolvi, nisi per Papam. h. d.*

SI quis igitur *b* in Clericos, Regulares, Monachos, professos, vel novitios, vel conversos, violentas & impias manus injecerit, ipso jure Canonis incurret sententiam, à qua præterquam à Romano Pontifice, vel ejus de latere legato *c*, à quoquam absolvi non poterit.

¶ *Complices inferentium manus violentas Clericis, pari pœnâ cum inferentibus puniuntur. h. d.*

SEd & si manus quis violentas non injecerit, inferenti tamen vel author, vel fautor, vel adjutor fuerit, aut factum ratum habuerit, pari pœnâ illum plectendum Catholica sanxit authoritas, eos etiam delinquentibus favere interpretata, qui cùm possint, manifesto sceleri desinunt obviare.

¶ *Detinens, vel ducens Clericos in vinculis, incurrit excommunicationem latæ sententiæ, nisi faciat de voluntate superiorum Prælatorum. h. d.*

INterdum etiamsi nullam corporis lxsionem Clericis quis intulerit, excommunicationis tamen pœnam non evadet: ut putà *d*, si Laicus in publica, vel privata custodia illos detinuerit, vel in vincula conjecerit, nisi tamen id de mandato faciat Prælatorum, quorum illi sunt jurisdictioni subjecti: tunc enim citra excommunicationis metum, & capere Clericos, & ad judicium violenter ducere Laici poterunt: cùm hoc non ipsi, sed illi quorum authoritate hoc faciunt, agere videantur, dum tamen non ampliùs eorum se extendat violentia, quàm defensio Clericorum exigit.

a *C. 1. ext. eod. tit.* b *in medicos. multùs.* c *c. fin. ext. eod. tit.* d *c. fin. §. quod. ext. eod. tit.* e *gl. in ver. injuria. c. fin. ext. eod.*

a *Can. fin. 3. q. 4.* b *c. non dubium. extr. eod.* c *c. ad eminentiam. extr. eod.* d *c. super à nobis. extr. eod. tit.*

¶ *Si*

¶ *Si Abbas imperet Laico, ut Monachum etiam causâ disciplinæ verberet, utrque incidit in excommunicationem: secùs autem, si imperet Clerico ex causa necessitatis. h. d.*

QUod autem diximus, non facientes, sed eos, quorum fit authoritate, quid facere videri, absolutè non procedit. Nam *a* si Laicus, qui in Abbatis ipsius servitio commoratur, ejusdem jussu in Clericum, vel Conversum, vel Monachum etiam subsistente causâ manus injecerit, tam qui tales verberari præcipit, quàm qui mandato verberat alterius, excommunicationis sententiam non evadent. Nam si disciplinæ regularis gratiâ id faciendum sit, vel Abbas id per seipsum faciet, vel si necessitas urgeat, per Clericum, vel Monachum id fieri jubebit.

¶ *Tam percutiens volentem Clericum, quàm Clericus consentiens, sunt excommunicati. h. d.*

VOlentem *b* quoque Clericum si quis percusserit, nihilominùs excommunicationis censuram incurret: ut responsum est de eo Clerico, qui cùm Laico injuriam intulisset, volens secundùm consuetudinem patriæ pro injuria illata offenso satisfacere, sponte suâ fustium se subjecit percussionibus. Quanquam enim hæc manuum injectio non sit violenta, tamen injuriosa videtur: & Canon respexit non tam favorem Clerici ordinati, quàm Clericalis ordinis: unde hoc casu tam percutiens, quàm seipsum percussionibus sponte subjiciens excommunicationis sententiâ innodabitur.

¶ *Punit tres casus, in quibus percutiens Clericos in Canonem latæ sententiæ non incidit. h. d.*

EX contrario accidit interdum, ut etiam pro violenta manuum injectione excommunicationi quis non subjiciatur: veluti *c* si Clericum sibi manus inferentem ita quis incontinenti vi repellat, ut læsionem inferat, aut in eum, quem cum uxore, matre, sorore, vel filia turpiter se gerentem invenerit, manus violentas injecerit. Idem statuitur, & de eo, qui illum percusserit, quem probabiliter ignorabat esse Clericum.

¶ *Interficientes Clericos, qui posthabito habitu committunt enormitates, non sunt excommunicati. h. d.*

QUinimò etsi occiderit quis Clericos, vel Presbyteros, qui contempto Clericali habitu sceleribus sese immiscuerint, in odium Clericalis excessûs Canone latæ sententiæ minimè coërcebitur: frustrà enim Ecclesiæ implorat auxilium, qui in Ecclesiam ipsam committit *d*.

¶ *Qui ratione officii vel intuitu disciplinæ Clericos percutiunt, non sunt excommunicati. h. d.*

ITem si qui ratione *e* officii, quod obtinent in Ecclesia, aut si Clerici seniores, pueros, vel adolescentes in minoribus ordinibus constitutos divinum turbantes officium, vel etiamsi qui magisterii, vel prælationis obtentu subditos & scholares correctionis causâ percusserint, excommunicationis sententiam non incurrent. Quod & de his intelligendum est, qui aliquos de familia sua, vel propinquos inferiorum graduum simili modo, ut ab excessibus prohibeantur, & scientiâ, bonisque moribus informentur, corrigendos duxerint, & aliis casibus compluribus.

¶ *Ex causa potest quis absolvi ab alio, quàm ab Apostolico. hoc dicit.*

QUod *f* autem suprà diximus, ab hac excommunicatione, ab alio quàm ab Apostolico, aut ejus legato absolvi neminem posse, non est perpetuum. Nam si quis excommunicationis latæ sententiæ vinculis innodatus, in mortis articulo constitutus reperiatur, aut capitales habeat inimicitias, aut alias justas excusationes, ita ut sine periculo Apostolico se nequeat conspectui præsentare, licebit diœcesano Episcopo, juramento secundùm morem Ecclesiæ recepto, sibi absolutionis gratiam impertiri.

¶ *Cessante causâ cessat effectus. h. d.*

PEriculo *a* tamen & impedimento cessantibus, quàm citò commodè poterunt, ad sedem Apostolicam se præsentabunt, mandatum illius super negotiis, pro quibus excommunicati fuerant, humiliter recepturi, & prout justitia suadebit, satisfacturi: alioqui si id facere contempserint, ne temerè & impunè censuræ Ecclesiasticæ illudatur, ipso jure in eandem sententiam recident: quod generaliter constitutum est, quotiescunque legitimâ subsistente causâ, ab alio quis, quàm ab eo, à quo aliàs de jure absolvendus fuerat, absolutionis beneficium consecutus fuerit: & quibusdam casibus similibus.

¶ *Si modica sit illata injuria Clerico, vel qui intulit non provecta sit ætatis, potest Ordinarius absolvere eum, qui incidit in Canonem latæ sententiæ. h. d.*

ITem *b* si non enormis, sed modica & levis injuria fuerit Clericis irrogata, inferens per Episcopum absolvi poterit. Item ætatis intuitu Juris rigor mansuetudine temperatur. Unde *c* si in pueritia constitutus in Canonem inciderit sententiæ promulgatæ, sive ante, sive post pubertatem sese absolvi postulet, diœcesanus Episcopus absolutionis beneficium impertiri poterit.

¶ *Monachi, vel Moniales se invicem, vel conversi percutientes, sunt ab Abbate, vel Episcopo absolvendi. h. d.*

MOnachi quoque, & alii Regulares quomodocunque *d* in claustro sese invicem percusserint, non ad Apostolicam sedem remittendi, sed secundùm providentiam proprii Abbatis coërcendi erunt, quòd si Abbas non sufficit, Episcopus adhibendus erit. Simile statuitur de monialibus: nam si vel in se invicem, vel Conversos, aut Conversas suas, aut etiam Clericos violentas manus injecerint, ne contra muliebris sexûs verecundiam, & regularis observantiæ decorem peregrinari compellantur, per Episcopum, in cujus diœcesi monasteria fuerint, absolutionem consequentur. Sunt & alii casus, quibus ab alio quis, quàm ab Apostolico ab hac excommunicatione absolvi poterit, ut ex ipsis Decretalium libris facilè apparere potest.

¶ *Ex causa certis casibus absolutio potest delegari. h. d.*

HIs autem *e* quibus id certis casibus ex officio compertum, non solùm per seipsos absolvere, verùm etiam aliis, cùm expedire viderint, hujusmodi absolutionem committere poterunt.

¶ *Excommunicatio judicialis est, quam infert judex, & cui causa committitur, omnia quæ causam contingunt, censeatur permissa. h. d.*

IUdicis, sive judicialis excommunicatio est, quæ judicis ministerio infertur. Judicem autem hoc loco intelligimus, non solùm ordinarium, verùm etiam delegatum. Nam si cui per Apostolicum causa etiam simpliciter delegetur, nec literæ commissionis de excommunicatione quicquam contineant, poterit nihilominùs delegatus concessæ sibi authoritatis ratione contumaces, ut suprà diximus, Ecclesiasticâ severitate coërcere.

¶ *Excommunicationis sententiam debet præcedere monitio: & debet ferri in scriptis, ita ut causam contineat. h. d.*

QUoties autem causa suberit, ut judex subditum suum Ecclesiasticâ districtione coërceat (cùm medicinalis *f*, non lethalis excommunicatio esse debeat) non aliter, quàm competentibus præmissis monitionibus *g*, ad hujusmodi sententiam descendet, quam etiam

---

a *C. universitatis. ext. eod.* b *c. contingit interdum. ext. eod. tit.* c *c. si verò. el. 1. & si verò. extr. eod.* d *c. in audientia. & ad hæc. extr. eod. tit.* e *c. cùm voluntate. & fin. extr. eod.* f *c. quamvis incidens. ext. eod. tit.*

a *Can. eos qui. eod. tit. in 6.* b *c. perveniit. ext. eod. tit.* c *c. fin. d. tit.* d *c. cum. ext. eod. tit.* e *c. fin. ext. de off. ord.* f *c. 1. eod. tit. in 6.* g *can. sacro approbante. ext. eod. tit.*

de scripti recitatione proferet, ita ut causam, ob quam profertur, expresse contineat, aliaque observabit, quæ tam generali, quàm Lugdunensi Concilio editis constitutionibus sunt comprehensa, earundem pœnis, si contrà fecerit, subjiciendus.

¶ *Judex aliquem excommunicans, in dubio censetur inferre majorem excommunicationem. h. d.*

SEd quæri poterit *a*, si judex illâ verborum formulâ usus fuerit, *Illum excommunico*, vel simili, quâ de majori vel minori excommunicatione quicquam non expresserit, utra magis quis excommunicatus censeatur? Et responsum est, non tantùm minorem, sed etiam majorem censeri per judicem illatam: quam non modò à sacramentis, & fidelium participatione exclusio, sed alii præterea multi consequuntur effectus.

¶ *Communicans excommunicatis incidit in excommunicationem: & judices jurare debent, quòd excommunicati ab aliis legitimè, & commercia aliorum abstineant. h. d.*

QUorum ille prætereundus non est, quòd quamdiu de excommunicatorum absolutione legitimè non constat, qui cum ipsis excommunicaverint, ipsi quoque nullo obstante privilegio, ipso jure excommunicationem incurrunt, decretumque est *b* propterea, ut ab Ecclesiasticis judicibus seculares judices Canonicâ præmissâ monitione Ecclesiasticâ censurâ compellantur, ut excommunicatos ab agendo, patrocinando, & testificando in suis curiis & judiciis repellant.

¶ *Defectu, qui obvenit mihi ex te, non potes uti contra me ad tuum commodum. h. d.*

DUbitatum *c* tamen fuit, num is, qui excommunicato in locutione, vel oratione scienter communicat, excommunicatum ipsum à judicio contra se instituendo summovere possit: cùm ille communionem hujusmodi contra eum replicet: & cùm is, qui impetitur, à sacramentorum perceptione sit remotus, alius verò etiam à fidelium communione, replicatione minimè suffragante judicium procedere non poterit.

¶ *Excommunicato communicari non potest ante absolutionem, etiamsi dederit cautionem juratoriam de parendo mandatis Ecclesiæ, & Episcopus ei communionem reddiderit, etiamsi morte præventus non potuerit absolvi. h. d.*

NEc *d* ideò magis agere volenti communicari poterit, quòd ipse ex consuetudine de parendo mandatis Ecclesiæ juratoriam dederit cautionem, eique communionem Episcopus reddiderit, aut quòd eos, cum quibus participavit, postmodùm impugnavit: nam nisi post juramentum præstitum secundùm formam Ecclesiæ absolutus fuerit, nec cautio, nec perperàm restituta communio quicquam proderit. Quod ipsum obtinet *e* etiam, si post prædicta, morte quis præventus, absolutionis beneficium obtinere non potuerit: nec enim is, cui vivo non communicamus, defuncto communicabimus.

¶ *Excommunicatus si ante mortem ostenderit signa pœnitentiæ, etiam mortuus potest absolvi. h. d.*

PLane *f* si de mortui pœnitentis per evidentia signa, dum viveret, constiterit, defuncto quoque absolutionis beneficium à proprio judice impendendum erit, hæredesque ejus, ut pro ipso satisfaciant, si sponte nolint, Ecclesiasticâ censurâ compelli poterunt.

¶ *Diffamato de excommunicatione non possumus communicare, nisi se purget, vel ad cautelam se faciat absolvi: & toleratus ab Ecclesia non debet vitari, nisi in occulto. h. d.*

SEd *g* etsi qui pro sacrilega manuum injectione in edictum excommunicationis incidit, denunciatus quidem non sit, sed de patrato scelere publicâ laboret infamiâ, nemo sibi pari ratione communicare debet, nisi vel ad arbitrium Episcopi de hoc se purgaverit, vel ad cautelam absolutionis beneficium consequatur: nisi fortè *a* soli tibi de facinore constet: hoc enim casu, quandiu toleratur ab Ecclesia, privatim tantummodò à te vitandus erit, ut saltem verecundiæ rubore suffusus, pro latenti excessu satisfacere compellatur.

¶ *Participatio criminosa cum excommunicatis implicat participantem eadem excommunicatione. h. d.*

SEd multùm interest, qualiter excommunicato communicatur: nam si quidem crimini & criminoso communicavit quis consilium, putà auxilium, vel favorem impendendo, vel fortè cum Clericis ab Apostolico excommunicatis scienter *h* & sponte participaverit, & ipsos in officiis receperit, eâdem excommunicationis sententiâ involvetur, quâ illi ipsi sunt obstricti: quibus cùm ita ab eo communicatum fuit, cumque ratione damnati criminis *e* in eum, qui damnavit, delinquere videatur, meritò ab eo, vel si videtur, ejus superiore juramento præstito, delicti tunc erit absolutio requirenda. Et idem statuetur, si qui cum participibus suis excommunicati fuerint.

¶ *Participatio cum excommunicato non criminosa, illigat participantem minori excommunicatione, à qua per ordinarium absolvi potest. h. d.*

QUod si aliter, putà *i* in choro, in mensâ, in osculo, aut sermone excommunicato communicatum fuerit, tunc minor tantùm incurritur, & nullâ interveniente juratoriâ cautione à proprio Sacerdote, vel Episcopo, absolutionis beneficium obtineri poterit: quamvis enim & tunc non judicis, sed juris sententiâ excommunicato communicans sit illigatus, quia tamen conditor Canonis ejus absolutionem sibi specialiter non retinuit, eo ipso relaxandi facultatem aliis concessisse videtur.

¶ *Communicans excommunicato in contemptum, incidit in majorem excommunicationem. h. d.*

HOc *e* tamen tunc obtinet, cùm non in contemptum Ecclesiasticæ disciplinæ cum excommunicatis quis commercium habuerit: nam qui contra prohibitionem sui Præsulis excommunicatorum communioni sese ingesserit, anathemate feriendus erit.

¶ *Si excommunicatus minori indurescat, in ea potest excommunicari majori. h. d.*

QUod si ex locutione & aliis similibus minori excommunicatione irretitus fortiùs indurescat, poterit judex post Canonicam monitionem *f* etiam majori excommunicatione, & consimili participantem illigare. Quod & in suspensionis, & interdicti sententiis observandum erit.

¶ *Quæ sit monitio Canonica. h. d.*

TUnc *g* autem Canonica censebitur esse monitio, si competentibus intervallis, atque aliis ritè observatis, eos, qui moventur, exprimat nominatim.

¶ *Ignorantia excusat participantem cum excommunicato. h. d.*

INterdum tamen excommunicato communicans neutrius excommunicationis vinculo obstringitur, ut accidit in eo, qui cum illo conversatus fuerit, quem excommunicatum probabiliter ignorabat.

¶ *Episcopi debent propalare nomina excommunicatorum. h. d.*

UNde ut excusationis causa omnibus auferatur, providere debent Episcopi *h*, ut excommunicatorum omnium nomina tam suis parochianis, quàm vicinis Episcopis pariter indicent, eaque in celebri loco posita pro foribus Ecclesiæ cunctis convenientibus inculcent,

a *C. pen. extr. eod.* b *c. decernimus. eod. tit. in 6.* c *c. 2. extr. de except.* d *c. cum desideret. & c. à nobis. el. secundo. extr. eod. tit.* e *d. c. à nobis.* f *c. à nobis. el. secundo. ver. potest. extr. eod. tit. & in fin.* g *cum desideret. & secundum. extr. eod. tit.*

a *C. cùm non ab homine. extr. eod. tit.* b *c. significavit nobis. extr. eod. tit.* c *c. nuper à nobis. & in primo. extr. eod.* d *c. nuper à nobis. & in secundo. extr. eod. tit.* e *c. fin. extr. de Cler. excomm.* f *c. constitutionem. eod. tit. in 6.* g *d. c. constitutionem. eod. tit. in 6.* h *can. cura sit. 11. q. 1.*

ut hu-

ut hujusmodi adhibitâ diligentiâ excommunicatis Ecclesiasticus aditus adimatur.

¶ *Omnes qui ante prolationem sententiæ tenebantur excommunicato communicare, tenentur etiam post. h. d.*

UXores quoque excommunicatorum, filii, servi, ancillæ, rustici, servientes, & omnes qui ante sententiæ prolationem excommunicati obsequio tenebantur familiariter adhærere, non solùm à communione excusantur: verùm etiam (præterquam a in criminibus) communicare tenentur, cùm sine illa debita præstare nequeant obsequia.

¶ *Necessitas, vel simplicitas excusat à communione cum hæretico. h. d.*

MErcatores autem, & viatores, nisi aut creditores sint excommunicatorum, aut necessitatis immineat articulus, abstinere debent: sed si in terram excommunicatorum devenerint, ubi vel non possint ab aliis emere, vel unde emant, non habeant, ab eisdem accipere poterunt: nec illos excommunicationis metus impediet. Prædicatores quoque, præsertim qui aliàs sustentari non possunt, ab excommunicatis, & alienorum bonorum detentoribus eleemosynam licitè recipere possunt. Idem juris est de iis, qui adeò sunt rudes, ut eorum consilio verisimiliter scelera perpetrari non possint: aut qui cum iis communicant, qui communicant excommunicatis.

¶ *Omnis coactus excommunicatis communicans non cadit in communicationem: secùs, si quis solum metu communicet. h. d.*

SEd an invitus b excommunicatis communicans excommunicationis labe inquinetur, videamus: & si quidem sit per coactionem astrictus, cùm magis hoc casu pati, quàm agere videatur, excommunicatione non tenebitur. Aliud statuendum erit, si quis per metum sit inductus: licèt enim metus culpam minuat, quia tamen eam non prorsùs excludit, cùm nullius metûs obtentu mortale peccatum quis incurrere debeat, excommunicationis pœnam non evadet.

¶ *Communicans excommunicato in convertendo, non est excommunicatus. h. d.*

ITem cùm voluntate c & proposito maleficia distinguantur, excommunicationis sententiam non incurrit is, qui excommunicato in his, quæ ad absolutionem, vel aliàs ad salutem ejus pertinent, in locutione participat, licèt & alia verba incidenter, ut apud eum magis proficiat, interponat.

¶ *Absolutio ab excommunicatione ad cautelam peti potest. h. d.*

SI quis tamen d ex his dubitet, vel ex aliis, ne non judicis, vel canonis sententiâ sit innodatus, sese per competentem judicem, juxta Innocentianarum constitutionum tenorem ad cautelam absolvi postulare poterit: quòd & is qui minori innodatus est excommunicatione, exequi poterit.

¶ *Excommunicationis absolutio non debet peti omisso medio, nisi in contrarium sit consuetudo. h. d.*

SEd hoc casu advertendum erit, ne omisso medio ab eo, qui tuus judex non sit, absolutionis beneficium postules. Pone enim, quòd Suffraganei cujusdam subditus, putà, Archidiaconus, excommunicationis in te tulit sententiam, non jam à Metropolitano, cùm nec excommunicantis judex sit, nec excommunicati, sed ab ipso Suffraganeo absolutio petenda erit, nisi consuetudo e contrarium induxerit.

¶ *Sede vacante absolvit, qui habet Episcopalem jurisdictionem. h. d.*

EPiscopali verò sede vacante f. Capitulum, seu is, ad quem Episcopalis jurisdictio tunc temporis pertinere noscitur, his, quibus posset Episcopus, si viveret, ab excommunicationis sententia, sive juris, sive hominis fuerit, absolutionis beneficium impertiri poterit: nisi ei fuerit ab Apostolica sede specialiter interdicta potestas.

¶ *Superior de excommunicatione cognoscens, videns illam justam, debet excommunicatum ad inferiorem remittere, nisi in malitiose differat absolvere: secùs autem, si compertæ illam injustam: sed si dubitetur, honestè faciet, si remittet. h. d.*

UBi verò superiori competit de excommunicatione cognoscere, si eam justam esse constiterit, veluti a cùm propter manifestum excessum est in aliquem promulgata, superior judex, nisi sit in mora periculum, excommunicatum ad excommunicatorem prorsùs remittere debet: nec eum absolvet, nisi excommunicator requisitus dolo illi absolutionis beneficium exhibere deneget. Si verò hujusmodi sententiam injustam esse constet, excommunicatus ad suum excommunicatorem nequaquam remittendus erit, sed sine difficultate debet absolvi. Quòd si dubitetur, utrùm justa sit vel injusta, superior illam tollere poterit: quanquam hoc casu honestiùs & convenientiùs egerit, si excommunicatori deferat.

¶ *Ubi manifestum est delictum, non conceditur absolutio, nisi prævià cautione: aliàs secus. h. d.*

MAnifestum b autem excessum illum esse intelligimus, qui vel per confessionem, vel probationem juridicè notus fuerit, vel si sit adeò res evidès, ut nullâ possit tergiversatione celari. Quo casu c non ante concedenda erit absolutio, quàm idonea pro delicto præstetur satisfactio: cæterùm si de admisso dubitetur, ut sententia relaxetur, sufficiet, si de parendo mandatis Ecclesiæ legitimè cautum fuerit: quanquam si pro simplici contumacia excommunicatus, solam de standō juri cautionem exhibuerit, absolvendus erit.

¶ *Si pars se dicat post appellationem, vel aliàs nulliter fuisse excommunicatam, sunt super hoc partium admittenda probationes, ut appareat, an quis indigeat absolutione. h. d.*

MUltum etiam interierit, utrùm absolutionis beneficium postulans, se post appellationem ad Rom. Pontificem legitimè interpositam, vel aliàs nulliter excommunicatione innodatum conqueratur: an verò simpliciter injustè se proponat excommunicatum. In prima enim specie, si Episcopus sit probare paratus, se in illum, antequam vocem appellationis emitteret, sententiam protulisse, antequam decernatur aliquid, utriusque partis super hoc probationes sunt admittendæ: per quas denique apparebit, an absolutione indigeat conquerens, vel potiùs non ligatus sit denunciandus.

¶ *Si quis dicat se injustè excommunicatum, priùs est absolvendus, antequam sint admittenda probationes super justitia excommunicationis. h. d.*

ALiud juris erit, cùm injustè se quis excommunicatum asserit: tunc enim si Episcopus, ut ostendat quòd justè excommunicaverit, probationes suas admitti postulet, audiendus non erit: nam etsi constaret excommunicationis sententiam justè promulgatam, nihilominùs humiliter postulanti esset absolutio impendenda: ideoque hoc casu protinùs juxta formam Ecclesiæ congruentem absolvendus erit, ut demùm probationibus utriusque partis admissis, utrùm justè, vel injustè quis ligatus fuerit, decernatur.

¶ *Innodatus pluribus non potest ab una tantùm excommunicatione absolvi. Et absolutio subreptitia non tenet. h. d.*

QUòd si quis pluribus innodatus d excommunicationibus, etiam ex eodem facto descendentibus, de una tantùm causa velit satisfacere, communioni ob id restituendus non erit, nec per veritatis suppressionem extorta absolutio sibi quicquam proderit. e

---

a *C. si concubina. extr. eod. tit.* b *C. sacris est canonib. ext. de iis quæ fiunt vi, metusvè caus.* c *C. cum voluntate. extr. eod. tit.* d *C. 2. eod tit. in 6.* e *gl. 2. c. referente. extr. de prab.* f *C. unic. de major. & obed. in 6.*

a *C. venerabilibus. § sanè. eod tit. in 6.* b *C. cùm olim. extrav. de verb. sign.* c *C. ex parte. in fin. de verb. sign. extrav.* d *C. cùm pro causa. ext. eod. tit.* e *C. efficiat. in fin. ext. d. tit.*

¶ *Si ordinarius sciat per surreptionem impetratam ab Apostolica sede absolutionem, debet remittere perpetram absolutum ad sedem Apostolicam: si verò hoc sibi non constet, sed suspicetur, debet absolutum cogere ad purgationem. h. d.*

QUinimò si constiterit *a* excommunicatum occultatis excessibus, pro quibus in eum sententia lata fuerit, excommunicationis suæ causam aliam prætendentem, ab Apostolica sede absolutionis beneficium impetrâsse, eundem debet ordinarius Ecclesiasticâ censurâ compellere, ut cum literis suis rei veritatem continentibus ad sedem Apostolicam redeat: si verò illud liquidò non constiterit, cum tamen ordinarius, quòd veritatem confessus non fuerit, suspectum habeat, ad purgationem præstandam, quod verum fassus fuerit, compellet.

¶ *Absolutus vi, vel metu, duplici excommunicatione innodatur. h. d.*

ILlud etiam admonendi sumus, quòd licèt vi, vel metu facta regulariter mero jure teneant: si quis tamen ab excommunicationis, suspensionis, vel interdicti sententia, absolutionis aut revocationis cujuscunque beneficium per vim vel metum extorserit, viribus omninò caritum: quin potius ne sine vindicta violentiæ crescat audacia, qui absolutionem, vel revocationem vi vel metu extorserit, quasi propriâ confossus sagittâ, iteratò excommunicationis sententiæ subjacebit.

¶ *Excommunicatus, cui Papa communicat, non propterea censetur absolutus, nisi Papa id exprimat. h. d.*

NOvissimè *b* sciendum est, quòd si Apostolicus etiam scienter excommunicato participet literis, fortè cum salutationis alloquio destinatis verbis *c*, osculo, seu alio quovis modo, ipsum per hoc absolvere nullâ ratione censetur, nisi forsitan exprimat, velle illum ex hoc pro absoluto haberi. HÆC de excommunicationis sententia delibâsse sufficiant: nunc de Interdicto Ecclesiastico & suspensione paucis dispiciamus.

DE ECCLESIASTICO INterdicto.

TITULUS XIV.

¶ *Interdictum aliud juris, aliud judicis: quæ distinctio exemplis declaratur. h. d.*

HAbent Ecclesiastica interdicta cum excommunicatione multa communia: nam & illorum alia ipso jure inducuntur, alia Judicis sententiâ. Juris ipsius dispositione interdictum inducitur, veluti cùm civitas, vel universitas in electione Romani Pontificis servanda non servaverit, aut in necem Cardinalis aliquid machinata fuerit, sive ab Ecclesiis, vel personis Ecclesiasticis aliquid extorserit, aut usurariis domos commodaverit. Item cùm in Ecclesia *d* sanguinis vel humani seminis effusione polluta, aut simoniacè consecrata, celebrari jure vetamur.

¶ *Celebrans in Ecclesia polluta, vel simoniacè consecrata, non incurrit irregularitatem: secus, si aliâ ratione violat interdictum. hoc dicit.*

EST *e* autem inter hæc differentia non modica: nam si quis in ea Ecclesia celebret, quæ vel polluta sit, vel simoniacè consecrata, licèt hoc temerariè faciat, nullum tamen ob id irregularitatis laqueum incurrit: is verò *f*, qui scienter celebrat in locis aliâ ratione interdicto suppositis, irregularitatem incurrit, à qua per alium, quàm per Romanum Pontificem, liberari non poterit, nisi aliqui super hoc privilegio, vel jure muniti fuerint.

¶ *Quid sit judiciale interdictum. h. d.*

IUdicis sententiâ tunc inducitur interdictum, cùm competens judex ex aliqua causa terram, vel homines à divinis arcendos pronunciat ac præcipit.

¶ *Interdictorum quædam generalia, quædam specialia. h. d.*

RUrsùs interdictum, quod prolatione judicis inducitur, aliud est generale, aliud speciale. Generale interdictum est, non solùm cùm regno & provinciæ, sed etiam cùm castro & villæ divinis interdicitur. Speciale est, cùm inter plures Ecclesias paucæ, vel una interdicitur.

¶ *Interdicto loco principali censetur interdictus accessorius vicinus & contiguus: & dispositio judicis non debet posse reddi elusoria. h. d.*

ET si quidem civitas, castrum, aut villa *a* generali subjiciatur interdicto, non solùm quæ murorum continentur ambitu, censentur interdicto suppositæ, sed etiam illorum suburbia & ædificia *b* continentia: alioquin si in illis locis posset licitè celebrari, Ecclesiastica censura facilè contemni posset. Eâdem quoque ratione si specialiter Ecclesia sit interdicto suppositi, nec in capella ejus celebrari, nec in cœmeterio eidem Ecclesiæ contiguis sepeliri poterit.

¶ *Respectu personarum interdictum Ecclesiasticum est strictè interpretandum: & unus non potest pro delicto alterius excommunicari. h. d.*

AT non, sicuti in locis, ita & in personis lata sit interpretatio: ideoque *c*, si sententia interdicti proferatur in populum, Clerus interdictus non intelligitur, nec econversò: unde interdicto alterutro ad divina licitè alter admittitur. Sed & si propter delictum domini (nam pro pecuniaria causa sine speciali sedis Apostolicæ, & per patentes literas expressa licentia, interdicti sententia ferri non poterit) vel rectoris civitas sit interdicta, cives, qui culpabiles non existunt, alibi divinis licitè interesse poterunt, nisi cives quoque propter dominum, vel rectorem puniendum interdicti fuerint. Quod quidem in excommunicationis sententia contingere non poterit, neque enim pro peccato unius alius, putà ipsius familia, excommunicari poterit.

¶ *Interdictâ universitate, & singuli de universitate censentur interdicti, ne interdictum reddatur elusorium. h. d.*

ITem *d* cùm loci alicujus populus Ecclesiastico supponitur interdicto, singulares ex eo personæ, quas interdictas esse constat, ne sententia effectu careat, non debent alicubi, casibus expressis à jure duntaxat exceptis, audire divina, vel Ecclesiastica recipere sacramenta: cùm divinorum auditio, & sacramentorum perceptio populo, ut universis, non competat.

¶ *Regulariter tempore interdicti potest quis baptizari, chrismari, & verbum divinum audire. h. d.*

EXcepti *e* verò casus sunt: si qui ad baptismi, chrismatis, & pœnitentiæ sacramentum, vel ad verbum divinum audiendum admitti velint, tam si infirmi sint, quàm si sint in bona valetudine constituti. Quod tamen in his, qui interdicto causam dederunt, non obtinet indistinctè: sed in eis Bonifacianæ *f* constitutionis forma observanda erit. Quæ & alia quædam interdicti tempore fieri benignè indulget, ut ex ipsius constitutionis perpenso tenore facilè apparere poterit.

¶ *Tempore interdicti potest confici sacrum Chrisma: sed Ordines extrema, Ecclesiastica sepultura, & divinorum celebratus sunt prohibita, nisi concessa quibusdam sint ex privilegio: & violantes interdictum incurrunt excommunicationem, non obstantibus privilegiis. h. d.*

VElut *g* igitur interdicti tempore jure Chrismatis utimur unctione, sic licèt regio sit interdicto sup-

a *C. ex parte tua. extr. de off. ord.* b *Cl. fin. eod. tit.* c *c. si aliquando. extr. eod. tit.* d *c. si qua. de sent. excom. in 6.* e *d. cap. si qua. §. fin.* f *d. can. si qua. §. fin.*

a *C. si civitas, de sent. excom. in 6.* b *contigua, forte.* c *c. si sent. de sentent. excom. in 6.* d *c. si sententi. §. cum vero. de sent. excom. in 6.* e *c. responsa nostro. extr. de sent. excom.* f *c. fin. de sent. excom. in 6.* g *c. quamvis in. de sent. excom. in 6.*

posita,

posita, Chrisma die Cœnæ Domini posse confici dubium esse non debet. Unctio autem extrema, & Ecclesiastica sepultura, & divinorum officiorum celebratio tempore generalis interdicti omnibus denegatur, nisi quibusdam, quibusdam ex gratia certa servata forma conceditur: cæteri autem sive Clerici, sive Laici, qui interdictum violando nervum Ecclesiasticæ disciplinæ conantur infringere, quibuscunque privilegiis non obstantibus, sententiæ excommunicationis subjicientur: à qua per sedem duntaxat Apostolicam absolvi poterunt.

¶ *Appellationis prætextus violatoribus interdicti minimè suffragatur. b. d.*

NEc aliquid violatoribus proderit, quòd appellâsse, atq; ideò se interdicti sententiâ minimè teneri contendant, sicut enim post appellationem excommunicari non possunt, sic interdictum, cui ante appellationem eos constat esse suppositos, declinare nequeunt.

DE SUSPENSIONE.

TITULUS XV.

¶ *Suspensio est duplex, ut excommunicatio, & interdictum. b. d.*

SUspensio quoque alia est Canonis, alia judicis, sicuti excommunicatio, & interdictum. Canonis est, veluti cùm quis ob Simoniam, vel ob notoriam fornicationem, vel aliud crimen ipso jure à sui executione ordinis, vel officii arcetur.

¶ *Ob mortale peccatum non notorium est quis suspensus, quoad seipsum, non quoad alios. b. d.*

ATsi [a] crimen per sententiam, vel per confessionem factam in jure, aut per rei ipsius evidentiam notorium non sit: & si quilibet pro mortali peccato, quoad seipsum, sit suspensus, quoad alios tamen pro suspenso non habetur: ideoque in officiis Ecclesiasticis vitandus non erit.

¶ *Quæ sit suspensio judicis. b. d.*

JUdicis suspensio est, ut cùm sententiâ quis ab eadem executione ex causâ removetur.

¶ *Suspensio solum ordinem & statum Ecclesiasticum respicit: & privatio præsupponit habitum. b. d.*

a *C. fin. extr. de cohabit. Cler. & mul.*

ESt autem suspensio (velut Ecclesiastica censura considerata) respectu quodam aliquantò quàm excommunicatio, vel interdictum, strictior: quippe quòd & excommunicatio, & interdictum non solùm Clericos, verùm etiam Laicos innectere possunt: at suspensio cùm nihil aliud sit, quàm inhabilitas quædam ad exequendos ordines, & officia Ecclesiastica, nullos præterquam ipsos Clericos attingere potest. Nec enim ulli ejus ordinis, vel officii, cujus est penitùs expers, administratio vetari & interdici potest.

¶ *Ingerens se divinis, incurrit irregularitatem. Et quid sit irregularitas. b. d.*

CAvebunt [a] igitur Clerici, Judices, & Ecclesiarum Prælati, ne pœnam hanc suspensionis incurrant, sciturí, quòd si eâ durante sese divinis ingesserint (secundùm Canonicarum sanctionum tenorem & distinctionem) irregularitatis laqueo sese involvent, à quo interdum non, nisi per summum Pontificem, liberari poterunt. Est autem irregularitas, nota quædam, seu Canonicum impedimentum, ex facto seu defectu proveniens, quo quis tam ad Ecclesiasticos ordines promoveri, quàm promotus in iisdem ministrare prohibetur: quod qualiter accidat, tam suprà ex primo libro, quàm etiam ex variis Decretalium locis facilè est legentibus cognoscere.

¶ *Episcopi & superiores nunquam incurrunt sententiam interdicti, vel suspensionis, ipso jure, nisi de ipsis expressa mentio habeatur. b. d.*

EApropter optimâ ratione Innocentianâ [b] constitutione cautum est, ne Episcopi eorumque superiores ullius constitutionis, sententiæ, sive mandati occasione, interdicti, vel suspensionis sententiam (nisi in ipsis de Episcopis expressâ mentio habeatur) ipso jure incurrant: esset enim hoc nimis periculosum, ob Pontificalis officii, quod frequenter exercere compelluntur, executionem.

Explicit liber quartus & ultimus Institutionum Iuris Canonici: in quibus, si quid diversum Lector invenerit ab his, quæ in Commentariis jampridem editis delineata inveniuntur, scito eos Authorem, cùm ultimam Operi limam adhiberet, mutâsse.

a *C. 1. in fin. & c. 11. eod. de sent. excomm. in 6.* b *C. quia periculosum. de sent. excomm. in 6.*

FINIS.

Loci Communes

RERUM ET VERBORUM MEMORABILIUM, EX UNIVERSO JURIS CANONICI CORPORE COLLECTI,

ORDINE ALPHABETICO PER GENERA CAUSARUM ELEGANTI METHODO digesti, prioribus omnibus antehac editis multò auctiores, locupletiores, accuratiores.

LECTORI TYPOGRAPHUS S.

QUem tibi, benigne Lector, priori hujus operis editione promisimus, Juris Canonici thesaurum exactissimum, eum hâc posteriori exhibemus & præstamus amplissimum, accuratissimum: ita ut quæ in priori compendio hactenus desiderata sunt, abundè hic labore & industria nostrâ resarciantur, totumq; Ius Canonicum longè lateq; diffusum, exiguis chartis arctatum & contractum videre, ipsiusq; brevem, perfectam & exquisitam summam habere liceat. Opus, omnibus hactenus editis indicibus, repertoriis etiam summariis longè locupletissimum, perfectissimum, magno futurum cùm discentium tùm docentium commodo. Nec enim omnium meminisse, vel tenacissimæ memoriæ datum. Quantùm verò (ne ad pompam & speciem à me hæc dici videantur) thesaurus hic priori indice locupletior sit & auctior, ex utriusque collatione constabit. Vale, fruere, & nobis deliberata fide gratulare, simulq; studium publicè inserviendi boni consule.

A

AAron; Summum Pontificem repræsentat. *dist. 21. c. 1. §. 1.* Aaronis exemplum proponitur Episcopis & Clericis, ad se invicem honorandum. *55. dist. c. Esto.* ¶ Aaronis virga, devorat virgas magorum. *26. q. 5. c. nec mirum. ante med.*

Quis Abbas ordinari vel eligi possit.

Abbas Alterius monasterii Monachus non est ordinandus, nisi in monasterio vacante idoneus non existat, vel consuetudo loci in contrarium extet. *de relig. domib. c. ne nimia.* ¶ Clerici in Abbates non ordinandi. *18. q. 2. c. pervenit. cum c. seq.* Denique qualis Abbas ordinari debet, traditur. *18. q. 2. c. Abbatem. in fin.* ¶ Abbas quis esse potest in necessitate, licèt non possit esse Presbyter. *c. tuam. de ætat. & qual.* ¶ Abbas esse non potest non professus. *c. cùm in magisterium. de elect.* In Abbatem eligi potest eremita. *c. cùm monasterium. de elect.* ¶ Abbas fieri potest quis de apostasia rediens. *c. intelleximus. de ætat. & qualit.*

A quibus eligi vel confirmari debeat.

A Conventu est eligendus, non ab aliis. *18. q. 2. c. abbas. c. abbatem. c. quàm sit. §. defuncto. vers. quem sibi propria. c. abbas. versic. tamen eligant. item 16. q. 7. c. ult.* Contradicit *d. q. 2. c. 1.* Cui objectioni respondet Gratianus. *d. c. abbas. §. ecce.* Sed & alii quàm Monachi Abbatem eligere possunt, si Monachi sint indomitæ cervicis, & effrænatæ superbiæ. *d. §. ecce. & d. q. 2. c. nullam.* Vel religiosis fœminis Abbas sit præficiendus. *d. q. 2. c. qui religiosis.* ¶ Abbatem potest capitulum confirmare. *c. cùm dilectus. de consuetud.*

De Potestate, Auctoritate & officio Abbatum.

Abbas admittere non debet alienum Monachum. *18. q. 2. c. Abbates. §. Monachi. vers. vel qui Monachum. item 19. q. 3. c. statuimus. vers. discedentem verò. 20. q. 4. ult. in princ.* ¶ Ut Abbates quolibet anno conveniant. *c. abbates. in princ. vers. qui semel in anno. 18. q. 2.* ¶ Abbas diversas cellulas, diversave monasteria ne habeat. *20. q. 4. c. ult. §. abbati.* ¶ Locum suum deserere potest cum licentia Episcopi. *can. 8. 18. q. 2.* ¶ Cum fratribus in conventu manere debet, atque in officio suo solicitus esse. *c. cùm ad. 6. §. Abbas verò. de statu Monach.* ¶ Abbati à Monachis obedientia debetur. *18. q. 2. c. Abbates. §. monach. & c. cùm ad. 6. §. Abbas verò. de statu Monach.* ¶ In potestate Episcopi est. *18. q. 2. c. Abbates. in princ. c. monasteria. c. Abbatib.* ¶ Ne Monachos vagari permittat. *18. q. 2. c. Abbates. §.*

Monachi. verſ. aut per loca aliqua. ¶ Abbas abſolvere poteſt Monachum ab excommunicatione in ſeculo contracta, niſi mutilatio membri, vel effuſio ſanguinis ſit ſecuta, vel in Epiſcopum aut Abbatem manus injecerit violentas. *c. cùm illorum. de ſentent. excommunic.* ¶ Cum talibus poſſunt etiam diſpenſare Abbates in ſuſceptis ordinibus in excommunicatione, ſi memoriam facti non habeant, vel peritiam juris: niſi factum ſit grave & notabile. *Ibidem.* ¶ Abbas poteſt excommunicare Monachos ſuos vel Canonicos. Idem poteſt Prior. *cap. cùm in Eccleſiis. de major. & obed.* ¶ Abbas non benedictus ab Epiſcopo, ſuper hoc à tertio requiſitus, poteſt exercere ea quæ ſunt officii ſui, Epiſcopo irrequiſito: ita tamen, quòd ſit primò confirmatus. *cap. ſtatuimus. de ſuppl. negligen. Prælat.* ¶ Abbates Ciſtercienſes obedientiam faciunt Epiſcopo ſuo, *ſecundùm formam, quæ habetur c. ne Dei Eccleſiam. de Simon.*

De Remotione Abbatis.

Cauſæ, ex quibus Abbas eſt removendus, notantur *18. quæſt. 2. c. ſi quis Abbas.* & ſi infamatus, vel convictus ſit appellatione remotâ, nolit ſponte cedere, compellatur. *de Appellat. cap. quia nos.* & non à Monachis, ſed ab Epiſcopo & vicinis Abbatibus eſt loco removendus. *d. c. ſi quis Abbas. verſ. ab Epiſcopo, in cujus territorio. & d. c. nullam.*

De Pœnis Abbatum.

De puniendis ſeu corrigendis Abbatibus. *c. ult. §. ſi verò Abbates. eod. tit.*

Abbatiſſa Moniales Benedicere, confeſſiones audire, & publicè prædicare non poteſt. *cap. nova quædam. 10. de pœnitentiis.* ¶ Poteſt etiam ſuſpendere Clericos delinquentes ab officio, licèt non poſſit excommunicare. *de major. & obedient. c. dilecta.* & de electione Abbatiſſæ *vide c. indemnitatib. 43. de electione. in 6.* ¶ Abbatiſſa nec prædicare, nec confeſſiones audire poteſt. *cap. nova. de pœn. & remiſſ.*

de Abigeis accuſatio cum inſcriptione & ſine ea proponi poteſt. *4. q. 4. c. nullus. §. abacti. l. unica. C. de abigeis.*

Ablata violenter reſtituantur ante litem conteſtatam. *can. 3. 3. q. 2.*

Abolitio pœnam remittit, ſed infamiam non tollit. *can. 8. 2. q. 3.*

Abortus cauſam dans, ſi conceptum erat vivificatum & animal rationale, homicida eſt. *c. 20. de homic. voluntar.*

Abſens Accuſare vel Accuſari per alium non poteſt. *can. 18. 3. quæſt. 9.* neque judicari. *can. 13. & 14. 3. q. 9.* niſi contumax fuerit. *can. 1. 3. q. 8.* ¶ Appellare poteſt ex quo ſcit, ſi indefenſus fuit. *can. 29. §. ſi adverſus. 2. q. 6.* ¶ Fructus Beneficiorum percipit, ſi ſtudiorum cauſâ abſit. *cap. 22. de præbend.* ¶ Inveſtiri poteſt per alium. *cap. 24. de præbend.* ¶ Abſens in ſervitio Papæ vel Epiſcopi ſui non debet privari beneficio ſuo. *cap. cùm dilectus. de Clericis non reſidem.* Idem eſt, ſi cauſam ſuam vel ſuorum agat. ¶ Contra abſentes non ſervatur ſententia diffinitiva lite non conteſtatâ, & maximè ſi ſint abſentes cauſâ ſtudii & peregrinationis. *cap. inter quatuor. de major. & obedien. item cap. conſultationibus. de offic. jud. deleg.* ¶ Abſens ſtudii cauſâ in loco minùs competenti fructus beneficii non recipiat. *cap. tuæ. de Cler. non reſid.* ¶ Abſens diu vocatus, ſi venire noluit, privetur beneficio ſive dignitate. *cap. ex parte. de Clerie. non reſid.* Et maximè ſi ſine juſta & neceſſaria cauſa, præſertim ſine licentia Epiſcopi moratus fuerit, & congruo tempore expectatus non redierit. *cap. inter quatuor. eod. titul.* Item, ſi Eccleſia patiatur defectum magnum de abſentia miniſtrorum, poſſunt abſentes revocari. *c. cùm ad hoc. eod. tit.* ¶ Abſens quis poteſt eſſe de licentia ſui Prælati, vel cauſâ ſtudii, ſive aliâ cauſâ honeſtâ. *cap. relatum. eod. tit.* ¶ Abſente uno judicum, ſententia alterius non valet. *cap. cauſam. de offic. deleg.* ¶ Abſens ad electionem vocari debet, ſi tamen commodè poteſt. *cap. coram. de elect.* aliàs electio caſſari poteſt, niſi poſteà conſentiat. ¶ Abſens contumax lite conteſtatâ condemnari poteſt. *c. prout. de dol. & contumac.*

Abſolutio dividitur in publicam & privatam. *26. q. 6. cap. miniſtrare. §. ſed notandum.* ¶ Abſolutio pecuniâ redimi non debet. *cap. ad aures. de Simon.* ¶ Abſolutio occultato crimine non valet. *c. cùm pro cauſa. & c. officii. de ſent. excomm.*

Quis abſolvere poſſit?

¶ *Abſolvere* poteſt Capitulum, *vide infr. eod. in Epiſcopus.* ¶ Concilium abſolvere poteſt ob hæreſin excommunicatum, & hic non niſi à Concilio poteſt abſolvi. *cap. his verò. §. fin. cum c. ſeq. de ſententiar. excommunicat. diſtinct. 50. 1. quæſt. 7. cap. ſi quis Epiſcopus.* jure novo aliud eſt. *cap. ad abolendam. 9. §. præſenti. verſ. ad arbitrium Epiſcopi. de hæreticis.* ¶ Delegatus ab eo, qui jus abſolvendi habet, abſolvere poteſt. *cap. ult. de offic. ordin.* ¶ Epiſcopo non alii jus abſolvendi competit. *17. quæſt. 4. c. omnes. 26. quæſt. 6. cap. 1.* ſecùs eſt ſi privatâ ſit abſolutio, non publica: tunc enim alius abſolvere poteſt. *d. quæſt. 6. c. miniſtrare. §. ecce quod. c. presbyteri.* item ſi Epiſcopus ſit abſens, & periculum ſit in mora. *dict. quæſt. 6. c. Aurelius. c. ſi aliquis. §. ecce quod.* quatenus hoc procedat *vide dict. cap. Aurelius. verſ. debet presbyter aliquem conſulere. & dict. quæſt. 6. cap. ſi quis de corpore. in fin. dict. quæſt. 6. c. ſi aliquis. §. ſed ſi neceſſitate. c. pœn. §. fin. cum c. ſeq.* item ſi Eccleſia vacet, Capitulo jus abſolvendi competit. *c. un. de major. & obed. in 6.* ¶ Qui excommunicavit vel damnavit, abſolvere poteſt, non alius, ſecundùm diſtinctionem. *cap. cùm Eccleſiarum. 3. in fin. cap. ad reprimendam. 8. in princ. & §. tu verò ſcater. cap. paſtoralis. 11. §. præterea. de offic. ordin. cap. venerabilibus. 7. in princip. de ſentent. excommunic. in 6. 26. quæſt. 6. cap. 1.* ¶ Excommunicatus abſolvere non poteſt, *vide inf. in eod. in Hæretici.* ¶ Hæretici &

ci & Excommunicati, neque ligandi, neque ſolvendi jus habent. 24. *quæſt.* 1. *cap. audivimus.* §. *fin. cum duob. cc. ſequentib. item de panitent. diſtinct.* 1. *c. verbum.* ¶ Legatus de latere abſolvere poteſt eum, qui Clericum percuſſit. *c. ad eminentiam.* 20. *& c. quod de his.* 26. *in princ. dict. tit.* Plura infrà in legatus à Latere. ¶ Papa ab alio excommunicatos vel damnatos abſolvere poteſt. 9. *quæſt.* 3. *c. fuit ſemper. cap. cunctæ.* §. *ſed nec illæ. c. cunctæ. c. fratres.* & Clericus, qui quòd excommunicato communicaverit, fuit excommunicatus, non niſi à Papa poteſt abſolvi. *cap. ſignificavit.* 18. *de ſentent. excommun.* neque is qui ob incendium fuerit excommunicatus. *cap. tua nos.* 19. *d. tit.* neque is qui ob id quod Eccleſiam effregit & expoliavit, fuit excommunicatus, niſi à Papa eſt abſolvendus. *c. conqueſti.* 22. *d. tit.* item qui contra interdictum vel excommunicationem fecerit, nonniſi à Papa poteſt abſolvi. *c. quicunque.* 11. §. *fin. & c. is qui in Eccleſia.* 18. §. *is verò. verſ. à quo nequit. de ſentent. excomm. in* 6. & qui ob id, quòd juſtitiam vel gratiam pecuniâ redemit, fuerit excommunicatus, non niſi à Papa poteſt abſolvi. *c.* 1. §. *decernimus. de ſentent. excommunicat. in extravag. comm.* item ſi quis Clericum percuſſerit, & propterea excommunicatus, non niſi à Papa poteſt abſolvi. 17. *q.* 4. *c. ſi quis juadente. in princ. item. c.* 1. §. *fin. & c. non dubium.* 5. *in fin. c. ea noſcitur.* 13. §. *alios autem. de ſentent. excommun.* 11. *q.* 3. *c. ad menſam.* §. *juxta igitur hanc diſtinctionem. in fin.* Fallit, ſi ſine periculo Papam adire non poſſit. *c. de cætero.* 11. *& c. quamvis.* 58. *verſ. niſi immineat. d. tit.* ¶ Sacerdos ſimplex abſolvere poteſt Laicum, ſi ob id, quòd excommunicato communicaverit, fuerit excommunicatus: ſi modò extra crimen illi communicaverit. *cap. nuper.* 29. *d. tit.* ¶ Abſolvitur de injectione manûs violenta Oſtiarius à ſuo Epiſcopo, niſi ſit caſus enormis. *c. ſi verò. de ſentent. excomm.* ¶ Abſolvuntur Monachi & Canonici regulares à ſuis Abbatibus. *c. Monachi. eod. tit.* ¶ Abſolvitur à ſolo Papa Laicus literis falſis ſcienter utens. *cap. duæ. de crimine falſi.* ¶ Mulieres & perſonæ quæ ſui juris non ſunt, ab Epiſcopo ſuo abſolvuntur. *cap. mulieres. de ſent. excommun.* Item potentes & delicati, quique modicam læſionem intulerunt. *cap. mulieres. eod. tit.* Item cùm ex juſta cauſa excommunicator quæri non poteſt, vel difficulter inveniri, tunc abſolvi poteſt ab Epiſcopo vel proprio Sacerdote. *c. ſuper. de ſent. excommunicat.* ¶ Legatus non miſſus à latere, tantùm de provincia ſibi commiſſa abſolvere poteſt. Sed Legatus ſub prætextu ſuarum Eccleſiarum, nec de ſua, nec de alia provincia abſolvere poteſt. *cap. excommunicatis. de offic. leg.* ¶ Abſolvi poſſunt hoſpitalarii à prioribus ſuis. *capit. canonica. de ſentent. excommunicat.* ¶ Abſolvitur quis in neceſſitate, non obſtante contradictione, vel etiam appellatione partis adverſæ. *cap. quâ fronte. de appellat.* ¶ Abſolutus à delegato ad excommunicatorem remittitur. *cap. prudentiam. de offic. delegat.* ¶ Abſolvi poteſt quis poſt mortem. Item legatus apud Deum abſolvitur ab Eccleſia. *capit. à nobis. de ſponſ. excommun.* ¶ Abſolvitur à ſolo Papa Laicus juſſu Abbatis Monachum vel Converſum percutiens etiam ex juſta cauſa; & ſimiliter jubens: niſi diſciplinæ causâ faciat per ſe ipſum ſolum, vel Clericum & non Laicum. *cap. univerſitatis. de ſentent. excomm.* ¶ Non abſolutus ſcienter ordinatus, ſi ſit ſecularis, perpetuò deponitur: ignorans factum vel ignarus juris à ſolo Papa abſolvitur. Si autem talis ſit religioſus, à ſuo Abbate abſolvitur, niſi factum ſit grave & notabile. *cap. cùm illorum. eodem titul.* ¶ Abſolvitur ſervus de injectione manûs violenta ab Epiſcopo ſuo, in fraudem faciens, ut ſervitio domini ſui ſe ſubtrahat, aut dominus ſine culpa ſua grave damnum incurrat ex ejus abſentia. *cap. relatum. eodem titul.* ¶ Abſolvunt ſe mutuò à minori excommunicatione contracta aliqui, poteſtate utrique collatâ. *cap. duobus. de ſentent. excommunicat.* ¶ Abſolutus non eſt quis ex ſola ſalutatione Papæ ſibi ſcripta. *cap. ſi aliquando. eod. titul.* Item nec qui pluribus excommunicationibus innodatus, ab una tantùm eſt abſolutus. *cap. officii. eod. tit.* ¶ Abſolvere quis non poteſt alienum parochianum, niſi de licentia ſui proprii Sacerdotis. *cap. omnis. de pœnis & remiſſion.* ¶ Abſolvendi namque poteſtas aliis poteſt committi in neceſſitate. *cap. ex literis. de officio delegatorum.*

Ex quibus cauſis Abſolutio concedenda.

¶ Sine cauſa Pœna remittenda non eſt. *cap. cum ab.* 3. *de offic. ordinar.* ¶ Si damnatus Pœnitentiam egerit. 11. *quæſt.* 3. *cap. plerunque.* §. *cauſæ ergò. cap. cùm aliquis. in princ.* 27. *quæſt.* 1. *cap. devotam.* §. *eſi deſinent. item diſtinct.* 50. *cap. domino.* §. *final.* ſi tamen pœnitens vel ſatisfaciens ab errore ſeu peccato non recedat, non erit abſolvendus. 11. *quæſt.* 3. *cap. tunc vera.* 24. *quæſt.* 2. *cap. damnatio. in princip. cap. legatur.* 27. *quæſt.* 1. *cap. devotam. in princip.* ¶ Si ſatisfactum ſit pro crimine. *cap.* 3. *verſicul. uſque ad dignam ſatisfactionem. de offic. ordinar. cap. ex literis.* 11. *de conſtitutionibus.* ſed hoc ſi ex pluribus cauſis damnatus, pro omnibus ſatisfecerit. *cap. cùm pro cauſa.* 27. *& cap. officii.* 42. *de ſentent. excommunicat.* ſecùs ſi pro delicto nondum ſatisfecerit, nec ablata reſtituerit. *cap. peccatum.* 4. *de regul. juris. in* 6. & Exemplum habetur *cap. quicunque.* 2. *in princip. verſ. nec abſolutionis. de hæreticis. in* 6. nam Peccati venia non datur, niſi correcto. *cap. peccati.* 5. *dict. tit.* Quòd ſi verò delictum, ob quod excommunicatus eſt, non fuerit manifeſtum, deque jure excommunicationis dubitetur, tunc enim cautione præſtitâ, etiam ante ſatisfactionem abſolvitur. *cap. ex parte.* 23. *de verbor. ſignificat. cap. quâ fronte.* 25. §. *final. de appellationibus. c.* 1. §. *ideoque mandamus. de his, quæ vi metúſve cauſâ. cap. venerabilibus.* 7. §. *porrò. & §. poteſt. de ſentent. excommunicat. in* 6. item ſi periculum mortis inſtet: tunc enim præſtitâ cautione de ſatisfaciendo, abſolvendus eſt. *d. c. quæ*

fronte. 25. & d. cap. venerabilibus. 7. §. ſanè ſi certum. verſ. niſi periculum. ¶ Si ſententia ſit injuſta, abſolutio danda. *c. cùm ad quorundam. 7. de exceſſib. Prælatorum.*

Forma & modus Abſolvendi.

Causâ cognitâ abſolutio indulgenda. *c. Romana. 3. §. ſententias. de appellationib. in 6. 11. q. 3. c. plerunque contingit.* Secus ſi causâ excommunicationis dubia, non manifeſta ſit: tunc enim excommunicatus causâ etiam nondum cognitâ, ad cautelam poteſt abſolvi. *cap. ex parte. 23. de verb. ſignif. c. cùm olim. 24. eod. tit. c. per tuas. 40. §. verùm ex verb. & §. quod ſi abſolutionis. c. venerabili. 52. de ſent. excomm. c. venerabilibus. 7. §. porrò. verſ. ſimiliter ſi ſuffraganeos. eod. tit. in 6. item c. 1. §. ideoque mandamus. de iis quæ vi metúſve cauſa. cap. prudentiam. 21. §. 6. verſ. cæterùm ſi vel. & cap. cùm contingat. 36. de offic. delegati.* Secus etiam ſi poſt appellationem interpoſitam quis ſit excommunicatus: nam & nic causâ nondum cognitâ ad cautelam poteſt abſolvi. *d. §. porrò. in pr. & d. c. venerabilibus. 7. §. ſed ſi ex cauſa. §. fin. item d. c. per tuas. 40. §. nos igitur. verſ. quanquam apoſtolica. item c. cùm contingit. 36. §. ad quod taliter. de offic. delegati.* Niſi cauſa talis ſit, in qua appellare non licet. *d. §. porrò. in princ. verſ. exceptis caſibus, in quibus.* Fallit tertiò, ſi ſententia excommunicationis intolerabilem contineat errorem. *d. c. venerabilibus. 7. §. poteſt quoque. item d. §. ad quod taliter. & d. §. nos igitur. verſ. quanquam apoſtolica.* ¶ Cautione interpoſitâ & de cautione eorum qui ob hæreſin excommunicati abſolvuntur, & ad Eccleſiam redeunt. *vide 1. quæſtion. 7. c. convenientibus. §. item Baſilius. c. ſi qui volverint. c. quoties cordis. c. ſaluberrimum. cap. ſi quis Epiſcopus. item 26. quæſt. 6. c. his qui in tempore. §. fin.* & abſolvendus cavet de parendo mandato Eccleſiæ. *c. quâ fronte. 25. §. ſanè ſi quis. verſ. abipſo tamen. de appellationibus.* Gratiæ nihil tribuat judex in abſolvendo. *11. q. 3. c. plerunque.* Contra interdictum Eccleſiæ generale abſolutio quando valeat. *c. præſenti. 10. de ſentent. excomm. in 6.* ¶ Impoſitione manûs ante atrium Eccleſiæ. *26. q. 6. c. ult. in fin. cap. miniſtrare. §. publica.* quod tamen fallit abſolvendo Clerico. *diſtinct. 50. c. confirmandam. & c. illud quoque. in prin. diſtin. 82. c. Presbyter. §. finitis tribus.* item ſi in periculo mortis conſtitutus abſolvatur. *26. quæſt. 6. c. qui recedant. in princ.* ¶ Juramento præſtito ab eo, qui abſolvitur, de parendo Eccleſiæ vel excommunicatoris mandato, & de non committendo tale quid in poſterum. *c. ex tenore. 10. ad hæc. 12. c. nuper. 29. §. fin. c. venerabili. 52. de ſentent. excommun. 11. quæſtion. 3. c. cùm aliquis. verſ. & de futuris.* ſi tamen abſolvendus ob id, quòd excommunicato extra crimen communicaverat, fuerit excommunicatus, hic etiam ſine juramento abſolvitur. *d. c. nuper. 29. §. is autem qui.* item ſi ſine ſcandalo juramentum præſtari non poſſit: tunc enim ſufficit manualis promiſſio. *c. ſuper eo. 51. d. tit.* item juramentum præſtatur ab eo qui impeditus, quò minùs à Papa ut ordinario judice abſolutionem petat, ab alio abſolvitur: & jurare debet, ceſſante impedimento, ſe Papam acceſſurum, & mandatum Apoſtolicum ſuſcepturum. *c. de cætero. 11. §. fin. & c. ea noſcitur. 13. §. fin. de ſentent. excommun.* De reliqua forma & ſolennitate abſolutionis, *vide 11. quæſt. 3. c. cùm aliquis.* ¶ Abſolutus quis non habetur, niſi probet per literas, vel aliàs legitimè. *c. ſicut nobis. de ſentent. excommun.* ¶ Abſolutio pro offenſa vel contumacia quomodo fieri debeat. *c. ex parte. de verb. ſign.*

Quando abſolvendus.

Quintâ Feriâ ante Paſcha abſolutio faciendа & peccata remittenda. *c. de pœnit. de conſecr. diſtinct. 3.* ¶ Non niſi peractâ pœnitentiâ eſt abſolutio indulgenda. *diſtinct. 50. c. abſit. c. ſi quis præpoſtera. c. domino. item 11. q. 3. c. tunc vera. c. plerunque contingit. §. cauſæ ergò. item de pœnitent. diſtinct. 1. cap. nonnulli.* Non niſi læto ſatisfactum, & ablatum reſtitutum ſit, abſolutio eſt indulgenda. *c. ea noſcitur. 13. verſ. ſatisfacto juxta facultates. de ſentem. excomm.*

de *Abſolutione* retractanda agitur. *c. ex part. 5. & c. ſignificavit. 6. de officio ordinarii.*

Infamia per reſtitutionem vel *Abſolutionem* non aboletur. *2. q. 3. c. Euphemium. §. hinc colligitur. c. ult. §. abolitio enim. & §. unde Imperatores.*

Abſolutus in terra, erit etiam in cœlo abſolutus. *24. q. 1. c. quodcunque.*

Abſolutus priſtinum ſtatum recipit. Niſi ex pluribus cauſis excommunicatus, ex una tantùm non omnibus fuerit abſolutus. *c. cùm pro cauſa. 27. de ſentent. excommun.* item: Niſi per vim abſolutio ſit extorta. *cap. 1. de his quæ vi metúſve cauſâ. in 6.* tertiò fallit ſi injuſta ſit abſolutio. Quæ tamen exceptio reprobatur. *c. venerabilibus. 7. §. ubi autem. de ſentem. excommun. in 6.* Quartò: Niſi ab alio, quàm à quo debuit, propter impedimentum aliquod abſolutus, ceſſante impedimento ei, à quo abſolvi debuit, ſe non præſentavit. *c. eos. q. 22. de ſentent. excomm. in 6. Clement. 1. §. fin. de panis.*

qui *Abſolutus* eſt in periculo mortis pœnitentiæ tempore nondum peracto, ſi convaluerit, illud implere tenetur. *26. q. 6. cap. ſi quis de corpore. c. qui recedunt. §. quòd ſi ſuperrixerit. c. is qui in. §. ſi ſuperrixerit. & §. fin. item. c. de his verò. §. quòd ſi deſperatus.*

De hæredibus Abſoluti.

De hæredibus ejus qui poſt mortem abſolutus eſt ad ſatisfactionem cogendis, videatur *c. à nobis. 28. §. fin. de ſentent. excomm.*

Acceſſorium naturam ſequi congruit principalis. *c. acceſſorium. 42. d. tit.* adeò ut commiſſo principali & illud committatur. *de offic. delegati. c. prætereà. & cap. prudentiam. junct. capit. cùm ex injuncto. de oper. nov. nunc.*

DE ACCUSATIONIBUS.

An **Accuſatio** ſit juſta, ſeu Chriſtiano homini licita. *23. q. 4.* De quo vide inf. in litera P. in Pœna. ¶ Accuſatio contra inopem

inopem & spoliatum & contra usurarium pauperem est inanis. c. olim. de restit. spol. ¶ Ab accusatione potest desisti ante inscriptionem. c. licèt. de accusat.

Accusare qui possint, vel non.

Primùm sine legitimo Accusatore nemo inter reos est recipiendus. cap. 1. de accusationib. 2. quæst. 1. cap. nihil. c. inprimis. §. sed & de personis accusantium. 3. quæst. 9. cap. dignum. in fin. 6. quæst. 1. cap. nos sequentes. ¶ Accusatus prior à reo accusare non potest, nisi prior accusatio sit finita. 3. quæst. 11. in princ. cum cap. sequen. c. non est. in princ. c. neganda. 4. quæst. 1. c. ult. §. fin. 6. quæst. 1. qui crimen. fallit si accusator de majori crimine accusetur. d. c. non est. §. hoc autem. item si reus contra accusatorem priorem inscriptiones tantùm pendente accusatione deponat: hoc enim facere non prohibetur. d. c. neganda. in fin. & d. c. neganda. in princ. ¶ Actor inimicorum Episcopum accusare non potest. 3. q. 4. c. detractores. item 6. q. 1. c. deteriores. ¶ Affinis Accusati accusare non potest, ut nec cognatus, familiaris, vel domesticus. 3. q. 5. c. similiter. vers. vel ad fines. c. accusatores. vers. nec familiares. item 3. q. 11. c. ult. §. si quis enim. ¶ Alius pro alio accusare non potest. 2. qu. 6. c. si quando. Vide inf. in accusator. ¶ Anathematizatus. Vide inf. eodem in Excommunicatus. ¶ Apostata. Vide inf. eodem Hæreticus. ¶ qui Calumniatus antèa fuerit, vel prævaricatus, hic accusare non potest. 2. q. 1. c. prohibentur. §. alii propter suspicionem. item 2. quæst. 3. c. ult. §. accusator. ¶ Cognatus accusati. Vid. sup. eodem Affinis. ¶ Cohabitans. Vide inf. eodem Domesticus. ¶ Conspirator accusare non potest. d. q. 4. c. conspiratores. ¶ Qui Consuluit fortilegos & Magos, non potest accusare. 2. q. 8. c. quisquis. §. fin. item 3. q. 5. c. constituimus. vers. sen qui ad. ¶ Contentiosus homo accusare non debet. 3. q. 5. c. suspectos. & d. cap. similiter. & d. q. 5. c. nullus. vers. nullus frequenter litigans. ¶ an Clericus Clericum accusare possit. 3. q. 5. c. de accusationibus. c. accusationes. c. accusatores. in pr. cap. nullus. in fine. & Laicus, qui Clericus non est, nec esse potest, Clericum non accuset. 2. q. 7. c. beati. §. finali. cum cap. sequente. c. testes. in pr. & §. sic & illud. cap. sacerdotes. item 6. quæst. 1. c. omnes verò. vers. indignum est enim. cap. infames. §. hi nimirum omnes. item 15. quæst. 3. in pr. vers. generaliter enim. ¶ item Clericus Laicum non accuset. 2. q. 7. c. sicut. & c. decretum. ¶ Culpabilis ipse, & in crimine constitutus accusare non potest. 6. quæst. 1. in princ. cum c. sequente. & c. beatus. in prin. item c. qui crimen. item 3. quæst. 5. c. suspectos. c. canonica. c. similiter. c. nullus. hujus exemplum habetur c. cum Ecclesiastica. 3. de exceptionibus. ¶ qui Desistit semel ab instituta accusatione, iterum accusare prohibetur. c. licèt. 14. de accusationib. ¶ Detractor accusare non potest. 2. qu. 4. c. detractores. ¶ Domesticus inimici accusati, vel ei cohabitans, non potest accusare. c. repellantur. 7. de accusationibus. item 3. q. 5. c. accusatoribus. in princ. ¶ item Domesticus vel familiaris judicis non accuset. 3. q. 5. c. similiter. in verbo Gratiosi. & 4. q. 4. c. pen. §. fin. cum c. seq. ¶ Ecclesiastica persona non accusat. Vide supra in Clericus. ¶ Excommunicatus vel anathematizatus accusare non potest. 4. quæst. 1. c. 1. in princ. cap. quod autem. 2. quæst. 7. c. in sancta. 6. q. 1. c. illi qui. §. similiter. c. omnes. 3. q. 4. c. conspiratores. c. nullus. c. omnes. Nisi reus accusatori excommunicato communicaverit. Sed hoc reprobatur. c. 2. de exceptionibus. quæ exceptio fallit in casu. c. 2. de exceptionibus. ¶ Exterus & ignotus non accusat. 5. quæst. 5. canonica. vers. & eos, qui non sunt eorum gentis. item c. accusatores. vers. nullus alienigenæ. ¶ Familiaris accusati accusare non potest. Vid. sup. eodem in Affinis. quod fallit, si reus accusatorem propter crimen, quod illi objicit, à sua familiaritate antèa non repulerit: hoc enim casu accusare poterit. cap. nulli. 5. de accusationibus. 3. q. 5. c. nulli. in princ. ¶ Familiaris Judicis. Vide suprà in Domesticus. ¶ Filius parentes. Vide infrà eodem in Liberi. ¶ Hæreticus, apostata, vel aliàs vilis homo accusare non potest. 2. q. 7. c. quærendum. c. alieni. c. pagani. item 3. quæst. 4. c. 1. c. beatus. c. si quis. item 3. q. 5. c. suspectos. canonica. c. nullus. item 4. quæst. 1. cap. 1. §. omnes etiam. c. quod autem. fallit, si hæreticus hæreticum velit accusare. d. c. pagani. §. in hoc. & d. quæst. 7. c. si hæreticus. in princ. ¶ Infamis accusare non potest. d. cap. prohibentur. §. alii propter delictum. 3. quæst. 4. in pr. cum c. seq. 3. quæst. 5. c. canonica. c. accusatores. in fin. c. constituimus. c. similiter. c. nullus. item 4. quæst. 1. c. 1. §. omnes etiam. 6. q. 1. in pr. cum c. seq. c. beatus. 6. q. 1. c. omnes. c. illi qui. c. summa. §. finali. cum c. seq. fallit si ex lege Julia de annona infamis accuset. 2. quæst. 1. c. prohibentur. §. mulierem. vers. famosi quoque. item si de hæresi vel simonia infamis accusare velit. 6. q. 1. c. nos sequentes. §. sed licèt. Contradicere videtur d. q. 1. c. quare ergò. Ubi Gratianus subjicit solutionem vers. utrùm hoc Augustini. ¶ Inferior superiorem, vel minor majorem accusare non potest. 2. quæst. 7. c. qualis. §. fin. cum c. seq. item c. majorum. c. quærendum. c. in sancta. vers. & sicut major. item 6. quæst. 1. c. beatus. in pr. vers. & qui eis coæquales. & §. finali. c. omnes verò. in fin. item 3. quæst. 5. c. accusationes. in fine. fallit si major sit hæreticus, & minor catholicus. d. q. 1. c. cùm majores. item si major exemplo suo ad interitum trahat juniores. 2. q. 7. cap. Paulus dicit. vel si major vitâ & moribus minore sit deterior. d. q. 7. cap. qui nos. §. finali. cum c. sequente. c. quantum. c. puto. c. quæritur. sed tamen si minor sit irreprehensibilis, accusare potest. d. q. 7. c. criminationes. in princ. Inimicus accusati ab accusatione repellitur. 3. quæst. 5. c. suspectos. & c. canonica. & d. c. nullus. vers. nullus, qui inimicitias studet. & d. c. omnes. in fine. item 3. quæst. 5. c. accusatores. c. accusatoribus. c. nulli. §. quod verò. c. ultimo. §. finali. item 23. quæst. 4. c. ea vindicta. sed huic vindictæ. & c. ultimo. item de accusationibus. c. cum P. 10. & c. meminimus. 13. 5. q. 5. in pr. cum c. seq. c. non omnis. c. non osculatur. licèt obstet d. c. non osculatur. §. fin. sed ei respondetur d. quæst. 5. c. ult. §. sed aliud. ¶ Inobediens Papæ non potest accusare. 3. q. 4. c. 1. & c. si quis. ¶ si accusatoris nihil interfit, accusare non potest. c. illa præpositor. 3. de accusationibus. ¶ Laicus Clericum non accusat. 2. quæst. 7. in princ. cum c. sequente. c. nullus. c. laico. c. in

sancta. c. laicos. c. sicut. c. laici. item 6. quæst. 1. c. beatus. c. sacerdotes. c. sunt plurimi. c. quiescite. item 11. quæst. 1. c. Clericum. in fin. item c. cum P. 10. de accusat. & c. de cætero. 14. de testibus. Vide sup. eod. in Clericos. ¶ Liberi parentes non accusent. *2. q. 1. cap. prohibentur.* nisi in crimine læsæ majestatis. *3. quæst. 11. cap. Episcopus. §. & in criminali. vers. crimen verò.* ¶ Libertus Episcopum non accuset. *5. quæst. 5. c. accusatores. §. finali. & c. nullus.* ¶ nec Libertus patronum accuset. *3. q. 11. c. ult. §. fin. 12. q. 2. c. Episcopus. §. hujusmodi autem. & §. in criminali. d. §. alii per conditionem.* fallit si ex lege Julia majestatis accuset. *dict. §. in criminali. vers. crimen verò.* item si civiliter, non criminaliter agatur. *2. quæst. 1. cap. prohibentur. §. liberi.* ¶ qui in Magistratu positus est, accusare non potest. *2. q. 1. c. prohibentur. in pr.* ¶ in illegitimo Matrimonio constitutus, vel ei consentiens, accusare prohibetur. *3. qu. 4. c. consanguineorum.* ¶ Miles accusare non potest. *2. qu. 1. cap. prohibentur.* Nisi miles ex lege Julia de annona accuset. *dicto cap. prohibentur. §. mulierem. vers. milites quoque.* Monachus Clericum non accuset. *2. quæst. 7. cap. placuit. cap. nullus. in prin. 3. quæst. 4. cap. hi qui. §. finali. 3. quæst. 5. cap. canonica. §. fin.* Contradicit *dicta quæstio septima. cap. ult. §. item Joannes.* respondetur per distinctionem *dicti cap. nullus. §. sed aliud. & dict. quæst. 7. cap. negligere. cap. sancta. item Da accusationibus. cap. ex parte 11.* ¶ Mulier ab accusando repellitur. *2. quæst. 1. cap. prohibentur. 15. quæst. 3. in princ. & cap. de crimine.* Nisi mulier suam suorúmve injuriam persequatur. *d. qu. 3. in princ. versic. nisi fortè suam. & ca. ex eo quod. §. finali. cap. certis de causis. in princ. & §. uxor tua.* si tamen mulier maritum vel adulteram adulterii velit accusare, hanc injuriam non potest persequi. *32. q. 1. cap. apud misericordem. §. publico.* Hujus ratio est *32. qu. 5. cap. penultimo. §. sed quæritur. cum capite seq.* item ut crimen læsæ majestatis mulier deferat. *15. quæst. 3. cap. certis de causis. §. in quæstionibus. cap. sanè. §. unde aut.* item ex lege Julia de annona mulier accusat. *2. quæst. 1. cap. prohibentur. §. mulierem.* ¶ Par parem, vel Superior inferiorem accusare potest. *2. quæst. 7. cap. pagani.* ¶ Pauper accusare prohibetur. *2. quæst. 1. cap. prohibentur. §. nonnulli. & c. inprimis. §. sed & de personis.* ¶ qui Pecuniam anteà ob accusándum, vel non accusándum acceperit, ab accusatione repellitur. *2. quæst. 1. c. prohibentur.* ¶ Plures reos habens, accusare prohibetur. *2. quæst. 1. cap. prohibentur.* ¶ Plures eundem de eodem crimine accusare non possunt. *cap. illa. 3. de accusationibus.* Nisi priore accusatore desistente alius eundem reum repetat. *2. quæst. 1. cap. prohibentur. §. ab alio.* ¶ qui in Probatione defecit adversùs eundem, vel alium, accusatione institutâ iterùm accusare non potest. *3. quæst. 10. in princip. cum cap. sequente. & cap. ultimo. item 4. quæst. 6. cap. 1. cap. si accusatorum. & cap. ult.* Nisi accusator propriam causam, non tamen criminalem vel Ecclesiasticam persequatur. *dicta quæst. 6. cap. ultimo. versic. nisi proprias.* Prohibitus accusare potest suam suorúmve injuriam persequi: hoc enim casu accusatio ei non deneganda. *2. quæst. 1. cap. prohibentur. §. hi tamen omnes. 4. quæst. 6. cap. omnibus. & cap. illud verò. versic. nisi proprias. item cap. si accusatorum. versic. nisi proprias. & cap. ultimo. versic. nisi proprias.* item si hæreticus accusetur. *4. quæst. 7. cap. præsumunt. §. huic oppositioni. versic. cæterùm si à fide. item 6. quæst. 1. cap. nos sequentes. §. sed illicit. & cap. cum majores. cap. quæro.* quod fallit, si hæreticus de alio crimine, quàm de hæresi accusetur ab eo, qui est inferior in conversatione vitæ. *dict. quæst. 7. c. si hæreticus. §. sed quæritur.* item accusare prohibitus potest, si testis in reum produci possit. *dict. quæst. 7. cap. testes. §. nunc demonstrandum. versic. at quicunque.* ¶ Pupillus accusare non potest. *2. quæst. 1. c. prohibentur. in princ.* Nisi pupillus patris vel avi injuriam persequatur. *15. quæst. 3. c. certis de causis. §. pupillis.* ¶ qui Quæstûs causâ accusat, prohibetur. *cap. significante. 5. qui matrimon. accusare possunt.* ¶ Raptor accusare non potest. *cap. consanguineorum. versic. similiter. de raptoribus.* ¶ qui Renunciavit accusationi, anteà præstito jurejurando, ab accusatione repellitur. *cap. veniens. 15. de accusationibus.* ¶ Sacrilegus non accusat. *5. quæst. 4. cap. nulli.* ¶ Servus dominum accusare non potest. *3. quæst. 11. cap. ultimo. §. si quis enim. & 2. quæst. 3. cap. ultimo. § causa verò. 2. quæst. 1. cap. inprimis. §. quod autem dicitur.* item non potest omninò Servus accusare. *3. quæst. 5. cap. canonica. vers. aut libertas. cap. accusatores. §. finali. cap. nullus.* nisi ex lege Julia de annona velit accusare. *2. quæst. 1. c. prohibentur. §. mulierem.* item nisi servus mulierem, quæ eum propriis servis rem habuit, deferat. *12. quæst. 2. c. Episcopus. §. in criminali. vers. quo casu. cum seq.* ¶ Subditus prælatum vel magistratum suum accusare prohibetur. *2. quæst. 7. cap. 1. c. sacerdotes. c. qualis. c. sententia. c. ores. c. sunt nonnulli. c. si hæreticus. §. item quod dicitur. 3. quæst. 4. c. hi qui. 6. quæst. 1. c. ores. c. deteriores. 8. q. 2. c. ultim. in fin.* Contradicit *2. q. 7. c. plerunque. c. testes. §. ecce ostensum. cum sequentibus, usque ad c. Clericos aut Laicos.* Item contradicit *d. qu. 7. c. criminationes. §. colligitur. & c. admonendi.* fallit supradicta decisio, si Prælatus à fide exorbitaverit: tunc enim à subditis suis accusare potest. *2. q. 7. cap. Sacerdotes. in fin. c. ores. versic. nisi à fide. & cap. præsumunt.* item si Prælatus nomine tantùm sit, non vitâ. *d. q. 7. c. non omnes. c. non omnis. c. secuti. c. qui nec. c. plerunque. §. fin. c. Paulus. item 8. q. 1. c. vereor.* Tertiò fallit, si Clericus subditus Prælatum accuset, verùm hæc replicatio reprobatur. *2. q. 7. c. Sacerdotes. c. ores. §. hic authoritatib. c. plerunque. §. item probatur. item 3. q. 4. c. Clericus.* denique fallit si accusator vir sit probus, minimè criminosus. *d. §. his authoritatibus. cum c. sequente. & d. qu. 7. c. accusatio. in pr. c. sunt nonnulli. §. fin. cum c. sequente. item c. si hæreticus. §. item quod dicitur.* ¶ Superior inferiorem accusare potest. *vide suprà eodem Pari.* ¶ Suspectus accusare prohibetur. *3. qu. 5. c. sufficebat. c. canonica. c. accusatores. §. fin. c. similiter. c. accusatores. c. omnes. in fine. item 3. qu. 8. cap. 1. in pr.* ¶ Vilis persona in dignitate constitutum accusare non potest. *vide suprà eodem Hæreticus. item in Inferior.* ¶ Accusare

cusare me non potest, qui contra me testimonium tulit. c. meminimus. de accus.

Quos accusare liceat, vel non.

¶ Alium quàm qui crimen commisit, accusare ac punire non licet. 1. quæst. 4. in princip. cum sequentibus. usque ad c. quia præsulatus. c. crimen. c. Judæi. c. jam itaque. c. non imputantur. item 24. quæst. 3. in pr. §. unde per Ezechielem. & §. quia verò. item c. 1. c. certum. §. illicita. item c. 2. §. finali. de his, quæ fiunt à majore parte. & de consecratione, distinct. 4. cap. quæris. in princ. ¶ eum qui Cogit ad crimen faciendum: nam & hic tenetur. 22. quæst. 5. in princ. cum cap. seq. ¶ Consentientem in crimen: nam & hic propter suum consensum tenetur. 11. quæst. 3. c. qui consentit. 17. qu. 4. cap. omnes. 22. qu. 5. in princ. 27. qu. 1. cap. viduas. §. finali. item distinct. 86. cap. facientis. ¶ cum cujus Consilio crimen sit commissum: hoc enim casu utrerque potest accusari. de pœnitentiis. distinct. 1. cap. si quis tractus. cum cap. sequent. ¶ Defendentem crimen, alterius: nam & hic ob suam defensionem tenetur. dicto cap. qui consentit. versic. & defendi: alium. item versic. si quis peccantem defendit. Exemplum habetur dicta quæst. 3. cap. ita corporis. & 14. quæst. 6. cap. 1. §. illud verò fidentissimè. ¶ Mandantem. distinct. 1. cap. si quis tractus. cum cap. sequente. ¶ Posteros, si pœna non solùm crimen committenti, sed etiam ejus Posteris lege specialiter imposita sit: hoc enim casu posteri quoque puniuntur, exemplo criminis læsæ majestatis, nisi posteri per fœminam, non masculinam lineam descendant. cap. ubicunque. 4. de pœnis. in 6. ¶ non Propulsantem injuriam cum posset: nam & hic tenetur. distinct. 83. in pr. cum ce. sequentibus. item cap. consentire. item distinct. 86. cap. facientis. item 23. quæst. 3. cap. non in inferenda. cap. qui potest. c. ab Imperatoribus. & cap. ultimo. item 23. quæst. 5. cap. non putes. cap. non est. cap. qui vitiis. item 23. quæst. 8. cap. præterea. item de sententia excommunicationis. in 6. cap. dilecto. 6. §. & quidem. ¶ Accusari non debet de eodem crimine absolutus. cap. de his. de accusationib. ¶ Accusari non potest inimicus vel ejusdem amicus. cap. repellantur. de accusat. ¶ Accusari potest matrimonium post ternam denuntiationem, si antè non constabat impedimentum. cap. cùm in tua. qui matr. accusar. poss. ¶ Accusari quis potest de diversis criminibus in eodem libello. c. licèt. de accus.

Ubi accusare liceat.

in Loco, in quo crimen commissum est, regulariter reus accusandus ac puniendus est. cap. 1. de raptoribus. 6. quæst. 3. cap. Paulum. §. revera. 3. qu. 6. in princ. cum cap. sequente. & cap. ultimo. 3. quæstion. 9. cap. nec extra. 6. quæst. 3. cap. placuit. cap. ultimo. Nisi Papa permiserit alibi accusari. dicto cap. nec extra. versic. salva tamen. vel cùm alibi de crimine constare possit, vel si per appellationem, vel recusationem judicis causa alio devolvatur. d. quæst. 6. c. pulsatus. §. hoc autem. item si Episcopus accusetur. dicta quæst. 6. cap. si quis. in princ. 3. quæst. 5. c. accusatores. §. nullus. denique si reus alibi deprehendatur. c. 1. contrahentes. de foro competenti. ¶ in Templis, Cœmeteriis & aliis locis Ecclesiæ, causæ sanguinis agi non debent. c. cùm Ecclesia. 5. de immunit. Eccles.

Apud quem Accusare liceat.

Apud eum cujus Interest, accusatio institui potest. cap. illa. 3. de accusat. ¶ apud Magistratum Ecclesiasticum accusatio publica non competit. c. in Archiepiscopatu. 4. de raptorib. ¶ Apud Stationarios accusatio non competit. 4. q. 4. c. nullus. §. si quis se. de accusat.

Forma, & quemadmodum Accusatio instituenda.

Admonitio præmittenda accusationi Prælatorum, 2. q. 7. c. accusatio. §. sed si quis. c. si quis erga. ¶ cum Causæ cognitione circa personam: nam accusatoris, & accusandi causa præmittenda. d. q. 7. c. si qui sunt. c. quærendum. c. accusatio. c. Clerico. c. criminationes. in prin. item 3. q. 4. c. si quis à vero. in fin. 3. q. 9. c. habetur. & c. dignum. ¶ per Epistolam accusatio non potest institui. Vide inf. in accusator. ¶ Inscriptione accusantis interponenda. Vide inf. in accusat. ¶ Accusatio in Scriptis producenda est, ac legenda. 2. quæst. 8. in princ. cum c. seq. Contradicit d. q. 8. cap. ult. in prin. Cui respondet Gratianus ibid. §. sed Calixtus. ¶ Subscriptione accusatoris interveniente. 2. quæst. 8. c. ult. §. item subscribere. ¶ In accusatione, denunciatione & inquisitione qualiter sit procedendum, habetur in c. licèt. de simon. ¶ Accusandum non est per rescriptum, sed vivâ voce, contra matrimonium. cap. à vobis. qui matr. accus. poss.

Accusator unde dicatur. c. forum. 10. §. accusator. de verb. signif. ¶ Accusare per alium non potest, neque per epistolam. 2. q. 6. c. si quando. 2. q. 7. c. criminationes. 2. quæst. 8. c. per scripta. in prin. 3. quæst. 9. c. absente. c. non oportet. c. habetur. c. qui accusare. c. dignum. c. absens. c. ult. item 5. quæst. 2. c. relatum. 5. quæst. 3. c. in criminalib. fallit, si absentiæ causa per procuratorem reddatur. 5. quæst. 3. in pr. cum c. seq. item de accusat. c. veniens. 15. §. idem verò ad suum. item si accusator in illustri dignitate sit constitutus. 3. q. 9. c. absens. item si civiliter ex crimine agatur: puta si maritus uxorem de adulterio accuset, ut ab ea separetur. cap. tuæ fraternitati. 5. de procurat. fallit denique, si per modum exceptionis crimen objiciatur. c. super his. 16. §. fin. de accusat. ¶ Accusator custodiæ similitudinem patitur. 2. quæst. 8. cap. quisquis. ¶ Libelli inscriptio ab accusatore facienda. 2. qu. 8. cap. quisquis ille. 3. quæst. 9. c. qui accusare. vers. inscriptione videlicet. 4. quæst. 4. ca. nullus. §. inscriptio semper. §. in aliis. & §. inscriptio verò. quod fallit, si maritus uxorem de adulterio accuset: hic enim inscribere in crimen non tenetur. d. c. nullus. §. si maritus. item si de abigeatu accusatio instituatur. dict. cap. nullus. §. abact. item si per officiales crimen Præsidi nuncietur. dict. cap. nullus. §. aliquando. vel si non per accusationem, sed per

denuntiationem crimen deferatur. *c. super his. 16. in princ. de accusation.* denique si per modum exceptionis crimen objiciatur: quod probatur simul & distinguitur. *d. c. super his. §. cùm autem excipiendo.* porrò de modo & forma inscriptionis, item iis quæ designanda vel inscribenda sunt, *vide 2. quæst. 3. c. Paulum. §. omnis igitur. quæst. 8. c. pen. item c. ult. §. quæ verò. & §. sed etsi aliud.* ad formam etiam inscriptionis pertinet ut accusator subscribat, vel alius pro eo, si literas nesciat. *d. c. ult. §. item subscribere.* denique si in crimen inscriptum non sit, vel non rectè, rei nomen abolebitur, & ex integro repetendi reum potestas fiet. *d. c. ultim. §. quòd si libelli.* ¶ Accusatori Probandi onus incumbit. *2. quæst. 7. c. si quis Episcop. & 3. q. 6. c. ultim.* quibus autem rationibus crimen probandum sit, *patebò inferius inter officia judicis. regul. 4. cum sequentibus docebitur.* ¶ Accusatore deficiente, nihilominùs indicitur purgatio infamato. *c. accedens. de accusat.* ¶ Accusatore deficiente, reus absolvitur. *c. ut nostrum. Vi benef. Eccles. sin. dim.* ¶ Accusatoris injusti pœna. *c. accusasti. de accusat.*

de *Accusatoribus*, Calumniatoribus, Prævaricatoribus, & Tergiversatoribus. *Vid. inf. unumquodque verbum in sua litera.*

Accusatus contumax coërcetur per excommunicationem. *4. q. 5. in princ. cum c. sequen.* ¶ Accusatus apprehensus Custodiendus, nisi reus judicio sisti, vel de parendo juri satisdare sit paratus. *c. si Clericos. 15. §. fin. de sentent. excomm. in 6.* ¶ Accusatus non Recipiendus, nec occultandus. *d. c. 6. p. 3.* nisi recipientes sint privilegiati ad recipiendum: sed reprobatur. *c. unico. de privileg. in extravag. Joan. xxij.* ¶ Accusatus Defendere se per alium in criminalibus non potest, nec per epistolam. *3. quæst. 9. c. ult. 5. quæst. 3. c. in criminalibus. in fin. & c. ultim. vers. excepto publico.* quod fallit, si absens sit damnandus ad pœnam: hoc enim casu quilibet potius pro eo verba faciens admittendus est, quàm absens damnandus. *dict. quæst. 3. c. 1. si ægrotans. §. verò. item de accus. c. veniens. 15. §. idem verò.* item si illustris persona de injuriis accusetur: hæc enim per procuratorem se defendere potest. *3. quæst. 9. c. absens.* denique absentiæ causa per procuratorem reddi potest. *de hac re dictum supra in Accusatore.* ¶ Accusatus suspendendus est interim ab officio suo. *2. quæst. 4. cap. accusat.* ¶ Accusato interdicitur alienatio rerum Ecclesiasticarum. *cap. prælatorum. de accusation.* ¶ Accusatus de crimine & convictus deponitur, per modum verò inquisitionis convictus removetur, si est subditus, simpliciter: prælatus verò removetur ab administratione. *cap. dilectus. eod. tit.*

Acolythi unde dicantur. *dist. 21. c. Cleros. §. acolythi.* & de officio. *dist. 25. c. 1. §. ad acolythum. distinct. 33. c. 1. §. deservientes.* ¶ De modo ordinandi acolythum cavetur *dist. 23. cap. acolythus.* ¶ Acolythus rem à Presbytero consecratam alii ne porrigat. *dist. 24. cap. 1.* ¶ Acolythus uxoratus tonsuram portare non tenetur. *c. Joann. de Cleric. conjug.* ¶ Acolythus uxoratus beneficium amittit Ecclesiasticum. *c. 1. eod. tit.*

Acquisita ab Ecclesiastico post promotionem cedunt Ecclesiæ post mortem. *de success. ab intest. c. sed hoc.*

Acta Judicis non valent, nisi testibus juventur. *cap. cùm à nobis. de testib.* ¶ Acta judicii temerè violans non potest impugnare. *c. coram. de offic. & potest. jud. deleg.*

An **Actio** jure divino sit permissa. *14. q. 1. in princ. & 23. q. 4.* ubi vindicta prohibetur: contrarium tamen concluditur. *d. q. 1. c. 1. §. fin. cum duobus c. sequen.* ¶ Actio litigiosa cedi ac emi prohibetur. *c. ult. §. cùm igitur. de alienat. judic. mutandi causa facta.* ¶ Actio Clericis & Monachis videtur deneganda. *14. q. 1. in prin. cum c. seq. in prin.* fallit si de damno vitando, non de lucro captando agant. *d. q. 1. c. 1. §. his ita.* item si non suo, sed alterius vel Ecclesiæ nomine agant. *d. c. 1. §. aliud est. usque ad §. fin.*

Actori non debet licere, quod reo non permittitur. *c. non licet. 32. de reg. jur. in 6.* nam favorabiliores sunt rei conventi, quàm actores. *cap. cùm sint 11. & c. in pari. 65. de reg. jur. in 6.*

Actore non probante reus absolvitur. *de caus. possess. & propr. c. cùm Ecclesia.* ¶ Actor potest juramento probare intentionem, scil. in casu. *c. super eo. de iis quæ vi met. caus. fiunt.* ¶ Actor quando possit reum sub quo vult judice convenire, *vide in c. 8. 10. & 11. de for. competen.* Actore absente per contumaciam, lite non contestatâ partis adversæ testes recipiuntur. *c. causam. de dolo & contumacia.* ¶ Actor, nisi testibus & instrumentis deficientibus, non tenetur jurare. *c. sicut consuetudo. de probat.* ¶ Actor ab actione cadit, si juramentum calumniæ præstare nolit. *c. ult. de juram. calumn.* ¶ Actor ab accusatione non repellitur, quandiu opposita excommunicatio sibi non probatur. *c. exceptionem. de except.*

Actus legitimi conditionem non recipiunt, neque diem. *c. actus. 50. de reg. jur. in 6.*

Adamus natus est immortalis. *de consecr. dist. 4. c. placuit igitur.*

Adscriptitius agrum, cui adscriptus est, deserere non debet. *cap. indicatum. 3. de immun. Eccles.*

Advena Probare debet ordinem antequam admittatur in ordinum susceptione, vel ulteriùs promoveatur. *de Cler. pereg. non ord. can. inter quatuor.*

Adversarius injustè fatigans condemnatur in expensis. *c. caterùm. de reser.* ¶ Adversarii gratiæ se committens non cadit ob hoc à jure suo. *c. sanè. de remiss.* ¶ Adversarius per viginti dies est expectandus in causa appellationis. *c. 1. de appell. in lib. 6.*

DE ADULTERIIS ET STUPRO.

De Adulteris & Adulterinis.

¶ Adulterans vir uxorem adulteram dimittere non potest. *c. significásti. de divort.* ¶ Adulteræ occultæ non est deneganda pœnitentia. *c. officii. de pœn. & remiss.* ¶ Adulter cum adultera post mortem viri contrahere potest, nisi fidem dederit de contrahendo, vel actu eam duxerit: & antè vel pòst, uxore ejus superstite, ipsam cognoverit. *c. veniens. & c. si quis. de eo qui dux. in matrim. quam per adult. poll.* ¶ Adultera separata sine spe conjugii manet. *c. literis. de præsumpt.* ¶ Adultera virum repetere non potest, nisi & ipse sit adulter. *c. constituit. de conver. conjug.* ¶ Adultera pœnitens reconciliánda est viro secundùm Concilium. *c. gaudemus. cùm ibi not. de conver. conjug.* ¶ Cum adulterinis filiis non faciliter dispensatur. *c. per venerabil. qui fil. sint legit.* ¶ Adulterini filii non sunt, qui ex muliere superducta in facie Ecclesiæ, ignoranter vivente prima, gignuntur. *c. ex tenore. eod. tit.*

Adulterii vel stupri qui Accusare possint.

¶ Marito adulteræ imprimis accusatio competit. *c. maritis. 4. de adult.* Nisi maritus ipse sit adulter. *c. intelleximus. 6. de adult.* ¶ Uxori adulteri accusatio adulterii non competit. *32. q. 1. c. apud misericordem. §. hoc in mulieribus. cum seq. item q. 5. c. ultim.*

Quos Adulterii Accusare liceat, vel non.

¶ Qui Adulterium commisit. *27. q. 1. c. nubendi. §. fin. item dist. 88. c. fornicari.* definitio & differentia fornicationis, stupri, & adulterii traditur. *36. q. 1. c. lex illa. §. sed non omnis. cum seq.* Sanè omnis illicitus coitus definitur adulterium esse. *32. quæst. 4. c. nemo. & 32. q. 5. c. illa autem. §. cùm ergo. vers. at enim ait.* si quis tamen liberorum procreandorum non libidinis causâ adulterium vel stuprum commiserit, accusari non poterat. *32. q. 4. in princ. & c. dixit. in prin. c. objiciuntur.* sed exceptio reprobatur. *d. q. 4. c. sicut satius. in pr. c. recurras. §. fin. vers. nec illorum. c. dicat aliquis. c. sic non sunt.* ¶ Coitus omnis extra legitimum matrimonium punitur. *dict. c. nemo. §. quicquid. & dict. §. cùm ergò.* ¶ Concupiscentia sola quoque punitur. *de pœnit. dist. 1. c. si cui etiam. 32. q. 7. c. non solùm.* & si ob Defectum vel Sterilitatem uxoris cum alia concubuerit, accusari potest. *32. q. 4. c. sicut satiur. in princ.* si cum Deformi vel Paupere fornicatio sit commissa. *14. quæst. 6. cap. ult. §. quomodo.* ¶ si Deprehensum in adulterio conjugem conjunx retinuerit. *c. si vir. 3. in prin. de adulter. 32. q. 1. in prin. c. sicut. c. dixit. vers. imò cum illa. c. si quis uxorem. cap. apud misericordem. §. quòd si in adulterio. & §. unde in nono.* ¶ qui Dimisit uxorem suam sine causa, accusari de adulterio non potest. *27. q. 2. cap. matrimonium. c. omnia vet.* ¶ qui Dimissum dimissámve ob adulterium adulterii accusatum Reduxerit. *34. q. 1. c. non satis. §. rem novam. vers. cumque egressa.* quod fallit, si repudiatus repudiatáve pœnitentiam egerit. *c. si vir sciens. 3. §. fin. de adulteriis. 32. qu. 1. c. de benedicto. c. quod autem. & c. non erit.* item fallit, si ob aliam, quàm adulterii causam quis uxorem dimiserit: hanc enim recipere non prohibetur. *28. q. 1. c. si quis gentilis.* ¶ Si quis Duas uxores simul habeat, vel una duobus nupta sit, accusari potest, nisi per errorem & ignorantiam quis eam, quæ alium habet maritum, duxerit, vel contrà: is enim eâve ignorantiæ exceptione defenditur. *34. quæst. 1. cap. cùm per bellicam. vers. nec tamen culpabilis. item c. si quis necessitate. §. final. cum c. sequenti.* Alia exceptio est: Nisi prior conjunx propter fornicationem dimissus dimissáve sit. *32. q. 7. c. quemadmodum.* ¶ qui per Errorem putans suam esse uxorem, cùm aliena rem habuerit, adulterii accusari non potest. *34. q. 1. §. si virgo. §. fin. cum c. seq.* ¶ Si Incestus crimen sit commissum, accusare licet. *36. q. 1. c. lex illa. §. incestus est.* ¶ si Liberorum causâ adulterium commissum sit, punitur. *ut sup. eod. in pr. in adulterium.* ¶ Si quis contra naturam Luxuriétur, vel mares cum maribus coierint. *32. q. 7. c. adulterii. c. offerebat. c. flagitiæ. c. usus.* ¶ si cum Meretrice, aut aliàs ignominiosâ muliere stuprum sit commissum, punitur. *d. c. 4. c. meretrices esse. & c. in eo.* ¶ Si quis ab alio Repudiatam uxorem duxerit, vel si qua repudiato nupserit. *31. quæst. 1. c. denique. §. prima authoritas. 32. q. 1. c. dixit. qu. 7. c. licitè. in princ. dominus. in fine. c. omnes. §. qui dimittit. vers. & qui dimissam. item 34. q. 1. c. non satis. §. rem novam. vers. cumque egressa.* ¶ si cum Soluta sit commissum, punitur. *32. q. 4. c. si non sunt. §. final. cum c. seq. qu. 7. cap. fieri potest.* ¶ si cum Serva commissum sit adulterium vel stuprum, punitur. *14. qu. 6. c. ult. vers. ancilla.* ¶ si per Vim aliqua stuprum vel adulterium sit passa, accusari non potest: nisi vim passa non exclamaverit. *34. q. 1. c. non satis. §. legat libros.* ¶ Amor Uxoris Immodicus & libidinosus punitur. *32. q. 4. c. origo. c. recurras. §. fin. c. in eo. §. fin. & c. liberorum. in princ.*

Formæ Accusandi de Adulterio, & quemadmodum accusatio fiat.

¶ Juramento accusatoris interveniente. *35. q. 6. c. si duo. §. fin. cum c. seq.* ¶ Confessio alterutrius non probat contra alterum, quoad pœnam, sed quoad purgationem indicendam sufficit. *c. significásti. 5. de adulteriis. 2. quæst. 5. interrogatum.* ¶ Probatio incestus requiritur. *35. q. 6. c. si duo. in princip.* ¶ Pœna. Vide in loco de Pœnis, in litera P.

De Advocatis & Postulantibus.

¶ Advocati confessio non revocata præjudicat domino suo. *c. cùm causam. de appell. c. olim. de censibus.* ¶ Advocatum potest dare judex requisitus. *c. ex literis de off. jud.* ¶ & advocatus à judice sic datus non potest recusari per partem, quia judicis sit domesticus.

Postulare quid. *3. q. 7. infames. §. est autem.*

Advocati qui esse possint, & postulare.

¶ Advocatus adversùs eum, pro quo anteà postulavit, in eadem causâ postulare quis prohibetur: nisi cùm anteà contra patrem pupilli postulâsset, posteà tutor filii factus ratione sui officii pro pupillo postulet. *3. q. 7. c. infames. §. si contra.* ¶ Advocatus fisci contra fiscum postulare non prohibetur, exceptâ causâ, in qua fisci advocatus fiut. *d. c. infames. §. quamvis illi.* ¶ Qui cum Bestiis pugnavit, vel operas suas, ut cum bestiis pugnaret, locavit, prohibetur. *d. c. infames. §. similiter. vers. vel q. operas.* ¶ Clerici & Monachi postulare prohibentur. *5. qu. 3. cap. uls. item De postulando. c. 1. c. ex parte. 2. & c. ult.* Nisi propriam causam persequantur. *d. c. 1. vers. nisi propriam causam. d. c. ult. vers. nisi pro se ipso.* item nisi Ecclesiæ causam defendat. *dict. c. 1. vers. vel Ecclesiæ suæ. & dict. cap. ult. vers. vel Ecclesia sua.* item nisi causam conjuncti defendat. *d. c. ult. vers. pro personis conjunctis.* item nisi miserabilium causam defendat. *d. c. ult. vers. aut miserabilibus. item distinct. 87. c. 1. cum cap. seq.* denique nisi in judicio publico. *5. q. 3. cap. uls. vers. excepto publico.* ¶ Cæcus advocatus esse nequit. *4. q. 7. c. infames. §. nam ut præmisimus. vers. vel propter casum.* ¶ Exceptione postulans, à postulatione submovetur. *d. §. qui adversus ea.* ¶ Excommunicati postulare non possunt. *c. intelleximus. 7. de judiciis. c. decernimus. 8. de sententia excommunicationis. in 6.* ¶ Fœmina postulare non potest. *dict. cap. infames. §. alii prohibentur. c. 2. de judiciis. in 6.* Nisi fœmina pro se velit postulare. quæ exceptio non habet locum, si monastria pro se velit postulare. *d. c. 2. §. cæterùm fœminæ. c. unicum. §. verò ne moniales. de statu regularium. in 6.* ¶ Hæretici postulare non possunt. *de pœnitentiis. dist. 1. c. nemo vel in foro.* ¶ Honoratis urbis Romæ postulare permittitur. *3. q. 7. c. infames. §. apud urbem.* ¶ Infamibus postulare prohibitum *dicto cap. infames. in princ. & §. alii prohibentur. vers. vel propter notam.* Nisi infamis pro se non pro aliis velit postulare. *dict. cap. infames. §. alii enim omnes.* item nisi pro parente, patrono, liberis, fratre & aliis hujusmodi personis conjunctis postulare velit. *dict. §. alii enim omnes. vers. & pro certis personis. & dict. cap. infames. §. permittitur.* denique nisi infamis in integrum sit restitutus. *d. §. alii enim omnes. versicul. nisi in integrum restitutionem.* ¶ Minoribus septemdecim annorum postulare interdictum. *dict. c. infames. §. nam ut præmisimus.* Quod extenditur ad minores viginti quinque annis. *cap. qui generaliter. 5. §. finali. de procuratoribus. in 6.* sed fallit in causis beneficialibus & cæteris spiritualibus, in quibus majori quatuordecim annis postulare permittitur. *cap. ultimo, de judiciis. in 6.* ¶ Monachus advocatus esse non potest. *Vide suprà eodem. in Clerici.* ¶ Monastria ne pro se quidem postulare permittitur. *Vide suprà eodem. Fœmina.* ¶ qui Procuratorem dedit ob id postulare, & causæ suæ adesse non prohibetur. *c. 2. in fine. de procuratoribus. in 6.* ¶ Prohibitus postulare, advocatus esse potest pro se, non pro aliis. *d. c. infames. §. his personis.* item si non sponte, sed necessario fungantur officio. *d. cap. infames. §. his personis. vers. nisi forte. & §. omnes.* item pro parente, patrono aliisque similibus personis postulare potest. *d. c. infames. §. permittitur. & §. mortui.* Fallit tamen, si ad fines, pro quibus postulare permittitur, esse desierint. *d. c. infames. §. ad finitates.* aliàs si prohibitus postulare contrà fecerit, pœna postulanti statuta est. *de pœnit. distinct. 1. c. quicunque.* ¶ Surdo postulare prohibitum. *d. §. nam ut præmisimus.*

Officia Advocatorum & Jura.

Advocati ne cui patrocinium Denegent, cavetur. *3. qu. 7. d. cap. infames. §. si quis verò committat.* ¶ Honoraria exigere & accipere advocati non prohibentur: quod fallit Clericis advocatis. *15. q. 2. in princ. cum cap. sequente.* ¶ Pacisci cum cliente non debent advocati. *d. c. infames. d. §. præterea.* Ne de quota litis pacisc antur. *d. cap. infames. §. arcentur etiam.* ¶ Ut Ratione, non Probris certent, cavetur. *d. cap. infames. §. si quis adeò.* ¶ Ne ex industria litem Protrahant, cavetur. *dict. cap. infames. §. præterea non licet. in fine.* ¶ Advocati & procuratores jurabunt, quòd injustam causam non suscipient, nec fovebunt, & in causa quacunque non plùs accipient, quàm 20. libras. *Tiron. c. procurator. 20. de postulat. Gregor. in Novell. cap. 1.* Pœna facientis contrarium est hæc: Receptor punitur restitutione & officii privatione, advocati per triennium, procuratores puniuntur in perpetuum. *Gregor.*

Advocatus non habentibus dandus. *c. 1. de officio judicis. 3. quæst. 7. c. infames. §. si verò in uno. & §. si quis autem.*

Æquitas Mater justitiæ. *25. quæstion. 1. capit. 16.*

Ætas si quem seniorem faciat non vita, graviter increpandus est. *2. q. 7. c. 28.*

Affectus non sufficit, nisi sequatur effectus, ubi ex necessitate opus est facto. *c. 1. de eo qui mit. in poss. rei serv.* ¶ Affectus malus culpatur, licet non sequatur effectus. *c. adolescens, de spon.*

Affinitas contrahitur per coitum fornicarium. *can. per illas. de probat.* ¶ Affinitas nulla est inter consanguineos viri & uxoris. *cap. quod super his. de consang. & affin.* ¶ Affinitas superveniens sponsalia futura solvit. *cap. super eo. de consanguin. & affinit.* ¶ Affinitas causata ex copula illicita, rumpit sponsalia præcedentia, & privat facultate contrahendi matrimonium. *cap. ex literis. de eo qui cognit. consangu. uxor.* ¶ Affinitas iniqua non nocet ignoranti. *cap. 2. & 11. eod.* ¶ Affinitas prohibet abstinere à consanguineis uxoris, sicut à propriis. *cap. 1. de consanguin. & affin.* ¶ Affinitatis tertium genus hodiè sublatum est. *cap. non debet. eod.* ¶ Affinitate non obstante, permittitur neophytis conversis, ut stent cum relictis fratrum suorum, sed non permittitur posteà de novo contrahere cum illis. *cap. Deus qui. de divort.*

Afflictio non est addenda afflicto. *c. ex parte. 5. de Clerico ægrotante.* Nec flagellatis. *7. q. 1. c. 2.*

Agere non potest, qui exceptione vel replicatione impeditur. *c. 3. de except.*

Aleæ & taxillorum ludis non ludant, & nec interfint Clerici. *c. Clerici officia. de vit. & honest. Cleric.*

De alienatione Rerum Ecclesiasticarum.

Alienationis verbum continet concessionem, donationem, & permutationem. *c. nulli liceat, de veb. Eccles. alien. vel non.*

Alienatio rerum Ecclesiasticarum regulariter prohibetur. *cap. nulli liceat. 5. c. si quis. 6. de rebus Ecclesiæ alienandis. extravag. comm. unicâ. eodem tit. c. fraternitatem. 2. de donationibus. c. ut commutationes. 2. de rerum permutat. c. 1. c. cùm nos. 3. & c. tuæ nuper. 8. de his quæ fiunt à Prælato. cap. hoc consultissimo. 2. de rebus Ecclesiæ non alienandis. in 6. 10. q. 2. in princ. cum c. sequente. 12. qu. 2. in princ. cap. Apostolicos. cap. quisquis. c. non liceat. c. indigniè. c. Veteranæ. cap. statuimus. c. Episcopus. vers. si quid de Ecclesia. c. diaconi. c. quicquid. c. alienationes. c. Abbatibus. c. si qua de. c. precariæ. c. sicut. §. his omnibus. c. placuit. c. sine exceptione. in princ. & §. Episcopus. 16. quæst. 1. c. quia juxta. c. possessiones. 17. quæst. 4. c. 1. c. ratio. 18. q. 2. c. quum sit. in princ. 10. quæst. 2. c. ea enim.* ¶ Sed tamen cùm aliquando alienari possint quæritur.

Qui res Ecclesiasticas alienare possint.

¶ Laicus alienare quandoque potest, ut si Laicus decimas, quas ab una Ecclesia habet, alii Ecclesiæ donaverit. *cap. cum apostolica. 7. eodem titulo.* item si Laicus jus suum patronatus, quod in Ecclesia habet, eidem vel alii Ecclesiæ contulerit. *cap. 1. in prin. de jure patronat. in 6.* ¶ Ne Papa quidem alienare potest. *12. quæst. 2. non licent Papæ.* Prælatus alienare potest, si alienans de suis rebus tantum det Ecclesiæ, quantum est in re alienata. *12. q. 2. c. si quis qualibet. & 12. q. 5. c. si Episcop.*

Alienatio Ecclesiasticarum rerum permittitur, & quarum.

¶ Si Ædes Ruinosæ, aut Destructæ alienentur. Quod probatur certo modo. *10. quæst. 2. cap. hoc jus. §. si quas vero.* ¶ Feudum quoque Ecclesiasticum concedi potest, de quo antea quis investitus est. *cap. per tuas. 5. de donationibus.* item si feudum apertum alii rursùs in feudum concedatur. *cap. ex parte. 2. de feudis.* ¶ Inutile alienari potest, ut si res alienata Inutilis sit, & multis Præstationibus onerata. *d. cap. ut super. 8. §. fin. 10. quæstione 2. c. hoc jus. §. prædium. c. hujusmodi. §. fin. 12. quæstione 2. c. non liceat Papæ. vers. nisi tantummodò. c. sine exceptione. §. fin. c. terrulas. cum cap. sequente. c. injustum. versicul. cum canonica.* ¶ Res ad mensam Prælati & Capituli pertinens, alienare non potest. *c. ut super. 8. & c. possessiones. 10. in princ. de rebus Ecclesiæ alienandis.* Nisi, cùm quis juramentum præstitisset de non alienandis rebus ad mensam suam pertinentibus, nonnullas res mobiles ad mensam pertinentes, vel de quibus dubitatur, an ad mensam pertineant, alienaverit. *cap. ut super. 8. de rebus Ecclesiæ alienandis.* ¶ Mobilia aliquando alienari possunt, sed hæc sententia patitur multas exceptiones: nam alienari prohibentur mancipia, vel coloni adscriptitii: certo tamen modo. *c. mancipia. 3. & cap. injustum. 4. de rerum permutat. 10. q. 2. c. 1. 12. q. 2. c. injustum.* item vasa sacra, vestes, aut alia donaria ad religionem necessaria. *dicto cap. 1. vers. vel vasa. item 12. quæst. 2. c. Augustino. c. Apostolicos. item extravagan. comm. unicâ. in princ. vers. & pretiosa mobilia. de rebus Ecclesiæ non alienandis.* ¶ Modica res alienari potest. *c. cæterùm. 3. de donationibus.* ¶ Monasterium quomodo alienari possit. *16. quæst. 7. c. nemini.* ¶ Pignori obligatum alienari non potest. *d. extravag. unicâ. in pr. versicul. hypothecam.* Nisi sacra vasa, vestes aut alia donaria ad religionem necessaria pignori data sint. *c. 1. de pignoribus.* quæ exceptio vera est, si necessitas urserit. *d. c. 1. vers. nisi justissimâ necessitate.* aliàs si pro alieno debito res Ecclesiastica pignori sit obligata, non potest alienari. *cap. si quorundam. 2. de solutionibus.* ¶ Remotam rem alienare licet. *d. c. terrulas. vers. aut longè positas.* ¶ Usufructus tantùm rei Ecclesiasticæ alienari potest. *10. q. 2. c. si œconomus. cum c. sequente.* quod fallit *Clement. 2. de rebus Ecclesiæ non alienandis.*

In quos Alienatio permittatur, vel non.

¶ Si Dispensatoribus Ecclesiarum Liberisvé eorum, Cognatis vel Affinibus alienatio sit facta, non valet. *cap. cùm Clerici. 11. de censibus. 10. qu. 2. c. hujusmodi. §. quibuscunque. 16. quæst. 1. c. in canonibus. §. generaliter.* ¶ Si Peregrinis Necessitate exigente largitio sit facta, valet. *16. quæst. 1. cap. possessiones. & cap. ult. in princ.* ¶ Servo Ecclesiæ si quid Episcopus à se manumisso Donaverit, valet. Quod probatur & distinguitur *d. quæst. 2. si quos de servis.*

Ob quas causas permittatur.

¶ Ob Æs alienum urgens res Ecclesiastica potest alienari. Quod probatur certo modo. *10. q. 2. c. hoc jus. in princ. 17. qu. 4. cap. nullus vero.* ¶ In Alimoniam pauperum alienatio valet. *12. quæst. 2. c. gloria. c. aurum.* ¶ In Fabricam Ecclesiæ donatio facta, valet. Quod probatur & distinguitur *17. q. 4. cap. quæsti sunt.* ¶ Si Miserationis intuitu servi Ecclesiæ manumittantur, valet manumissio. *12. quæst. 2. cap. cùm redemptor.* ¶ propter Redemptionem captivorum res Ecclesiæ alienari valet. *10. quæstion. 2. cap. 1. in fine. 12. quæstion. 2. cap. apostolicos. in princ. vers. excepta causâ. cap. & sacrorum. c. sacrorum. c. sicut omnino. c. aurum.* ut &

propter redemptionem terræ sanctæ. *c. ult. §. fin. de voto.* ¶ item si Religionis intuitu res Ecclesiastica monasterio alienetur, valet. *12. q. 2. c. si Episcopus. c. ultim. & quæst. 5. capitul. quia Ioannes. 16. quæst. 1. c. possessiones. vers. aut monasterio.* quod fallit si id quod religionis intuitu alienatur, quinquagesimam vel centesimam partem rerum Ecclesiæ excesserit. *12. q. 2. c. pen.* ¶ si pro Remuneratione obsequii datum sit, valet. *d. q. 2. c. quicunque. c. Ecclesiasticis. 16. q. 1. c. possessiones. vers. nisi forte.* Nisi in perpetuum pro remuneratione res immobilis data sit. *d. c. possessiones. vers. sic tamen ut hæc. & d. q. 1. c. prædicator. §. illud autem.*

Quibus modis permittatur, vel non.

¶ Donatione, *vide suprà eod. in loco comm. in quos.* ¶ in Emphyteusin dando res Ecclesiastica alienari potest certo modo. *10. quæst. 2. cap. hoc jus. §. perpetua.* Contradicit. *c. nulli liceat. 5. §. alienationis. vers. & emphyteuticum perpetuum. c. ad audientiam. 9. de reb. Ecclesiæ alienandis. c. hoc consultiss. 2. §. non concedendo. eod. tit. in 6. extravag. comm. unicâ, in prin. vers. nec non infeudationem. eod. tis.* Contradicit *item 10. quæst. 2. c. de precariis.* admittitur tamen in terra non fertili & de sylvis extirpata. *c. ad aures. 7. d. tit.* Item admittitur in rebus solitis in emphyteusin concedi. *d. vers. nec non infeudationem.* Itamen emphyteuta biennio continuo non solverit canonem: hoc casu emphyteusis potest revocari. *d. §. perpetua. vers. qui rem.* item si emphyteuta rem fecerit deteriorem; nam & tunc revocari potest. *d. §. perpetua. vers. qui rem fecerit.* ¶ Locari potest res Ecclesiastica ad tempus. *c. vestra. 2. de locato & conducto.* Quod coarctatur in triennium. *extravagan. comm. unicâ, in prin. vers. locationem & conductionem. de rebus Ecclesiæ non alienandis.* item Ecclesiæ laicis locari non possunt. *cap. secundum. 6. in fin. ne Clerici vel Monachi secularibus negotiis.* ¶ Permutatione quoq; res Ecclesiastica alienari potest. *c. 1. de rebus Ecclesiæ alienandis. c. ad 9. 6. de rerum permut. 10. q. 2. hoc jus. §. sibi invicem.* quod etiam verum est si Imperio vel Imperatori res Ecclesiastica sit Permutata. *cap. 1. de rerum permut. 10. q. 2. c. hoc jus. §. sed & permutare.* non tamen spirituale cum temporali Permutari potest. *cap. ult. de rerum permut.* ¶ si longi temporis Præscriptione alienatio sit firmata, non valet. *d. §. contractus autem. vers. nec præscribendi etiam.* ¶ Restitutione rei oblatæ ei, quem professionis pœnituit, seu aliàs beneficio privatur, res alienari potest. *17. quæst. 4. c. hanc ergo. §. sed notandum. & c. quod ad ie. 3. §. fin. de Clericis conjugatis.* quod etiam verum est, si oblata ei, qui postea filios est sortitus, restituantur. *17. q. 4. c. ult. §. quàm laudabile.* ¶ si Clericis in Stipendium datum sit, valet. *12. q. 2. c. sæpè sit.* ¶ Per Transactionem res Ecclesiastica alienari potest. *c. statuimus. 2. c. contingit. 3. de transactionib.* Nisi sine consensu Prælati vel superioris facta sit transactio. *d. c. 2. vers. de assensu Episcopi. c. veniens. 8. eod. tit.* ipse tamen transigens dum vivit, nihilominùs obligetur. *d. c. 8. vers. ne pacta inter alios. c. de cætero. 5. eod. tit.* item Clerici de beneficio inter se transigere non possunt. *c. constitutus. 4. d. tit. c. cùm pridem. 4. de pactis. c. non sine. 2. de arbitris.* mediatori tamen transactio ista nocet. *c. ex literis. 5. de transactionibus.* item gratis, nullo dato vel promisso, transactio de beneficio facta valet. *c. super eo. 7. eod. tit.* de jure patronatus aliquo accepto non valet transactio. *c. præterea. 9. d. tit.* item non valet, si de subjectione spirituali sit transactum. *c. præterea. 10. d. tit.*

Forma Alienationis & quemadmodum ea fieri debeat.

¶ si Ecclesiæ Conditio per alienationem Melior sit facta, valet alienatio. *12. quæst. 2. cap. ficus Ecclesia. §. fin. c. sine exceptione.* ¶ item si cum Consensu Capituli & solenni Decreto interveniente facta sit alienatio. *cap. pastoralis. 7. §. fin. de donationibus. 10. quæst. 2. c. hujusmodi. §. quod si necessitas. 17. qu. 4. c. nullus res.* item si Capitulum sciens alienationi non contradixerit. *cap. continebatur. 2. de his quæ fiunt à Prælatis.* aliàs si sine Consensu Capituli, & solenni decreto non interveniente, facta sit alienatio, non valet. *c. hoc consultiss. 2. in pr. versic. & cassibus à jure permissis. 2. §. contractus autem. de rebus Eccles. non alien. in 6.* uti quoque si sine Consensu Prælati alienatio sit facta. *c. præterea. 8. & c. cùm Clerici. 11. de censib. 17. quæst. 4. c. in venditionibus. in pr.* quod tamen fallit. *in c. 1. in pr. de jure patronatus. in 6.* denique si sede vacante nullo defensore constituto alienatio facta sit, non valet. *c. 1. de rebus Ecclesiæ non alienand. in 6.* ¶ si Episcopus solus alienationi Consenserit, non valet. *17. q. 4. c. in venditionib. §. etiamsi.* ¶ si Consuetudo vel Statutum loci alienationem permittat, valet. Quod probatur certo modo. *d. c. 3. versic. & illius terræ consuetudo.* Nisi constitutio loci laicorum sit. *cap. ult. de rebus Ecclesiæ alienandis.* Contradicit *c. sine exceptione. 12. q. 2.* ¶ etiamsi alienatio Juramento sit firmata, non valet tamen. *c. hoc consultissimo. 2. §. contractus autem. de rebus Eccles. non alienand. in 6.* ¶ neque Jussu quidem Imperatoris alienatio fieri potest. *23. q. 8. c. convenior.* Nisi res alienata ab Imperat. ad Ecclesiam fuerit profecta. *10. q. 2. hoc jus. in pr.* videtur tamen rei Ecclesiasticæ alienatio valere, si Princeps aliquis secularis res Ecclesiæ alienaverit. *c. qui res. 2. de reb. Eccles. alienan. 12. q. 2. c. de rebus.* ¶ si Papa Permiserit & Confirmaverit alienationem. *12. q. 5. c. quia Ioannes.* ¶ si Capitulum alienationem postea Ratam habuerit. *c. cùm nos. 3. in fin. eod. tit.* Si res Ecclesiastica licitè *Alienata* est, is cui ea est alienata, eam ultra debitum & naturam contractus Usurpare non debet. *c. hoc consultissimo. 2. §. ex contractib. de reb. Eccles. non alienan. in 6.* De *Evictione* præstanda ei, cui res alienata fuit evicta, cavetur. *c. ad audientiam. 9. § fin. de reb. Eccles. alienand. 10. q. 2. c. hoc jus. §. qui verò. vers. sed adversus eum. 12. q. 2. c. Vulturanæ. §. sitemporibus.* De re alienata *Vindicanda* seu Restituenda. *10. q. 2. c. ult. q. 2. monemus. in fin. c. quisquis. §. fin.* Quilibet ex Clero rem repetere potest. *d. c. si quis Presbyterum. 6. §. fin. Alienatio* rei Ecclesiæ licèt non valeat, tamen alienans eam retractare non potest. *c. inter dilectos. 8. de donationibus.*

Aliis

Alius potest pro me, quod per me non possum; tamen melius per me facerem. *c. quia propter. de elect.* ¶ Inter alios res acta aliis non præjudicat. *c. inter dilectos. de fid. instrum.*

Altare non magnam habens fracturam, nec tabula mota, non debet reconsecrari. *cap. ligneis. de consecr. Eccles.* ¶ Altare non reconsecratur, si aliquid addatur, non consecratum: quia sacrum trahit ad se non sacrum. *c. quod in dubiis. de consecr. Eccles.* ¶ Altare, ad cujus honorem Ecclesia est consecrata, si mota est mensa superior, cum Ecclesia reconsecratur. *c. proposuisti. de consecr. Eccles.* ¶ Altaris reconsecratio non cogit Ecclesiam reconsecrari. *c. quod in dubiis. eod. tit.* ¶ Altaria plura potest Episcopus simul unâ die consecrare. *c. cùm sit. eod. tit.* ¶ Altaria sine permissu Episcopi non sunt erigenda. *de consecr. dist. 1. c. nullus Presbyter.* Superflua sunt destruenda. *d. dist. 1. cap. Eccles. in fin.* Ut & ea quæ sine sanctorum reliquiis sunt instituta. *d. dist. 1. c. placuit.*

Amissis. Quibus modis acquirimus, iisdem in contrarium actis amittimus. *c. 1. de reg. jur.*

Ancilla, si nescitur, post contractum matrimonium repudiari potest, nisi ipsam cognoverit postquam scivit. *cap. proposuit. de conjug. serv.*

de **Anima,** *Clement. 1. §. porrò doctrinam. de summa trinitate. 32. q. 2. cap. quod verò. §. hic de anima. c. Moyses. de pœnit. dist. 1. c. resistitur. dist. 2. c. illa anima.*

Animus. Diversitatem corporum diversitas sequitur animorum. *c. quia diversitatem. 5. in princ. de concessione præbendæ.*

Annulis non utantur Clerici, nisi quibus competit ex officio. *c. Clerici. de vita & honest. Cleric.* ¶ Per annulum potest Episcopus Clericum investire. *cap. cùm olim. de sponsal. & re jud.* ¶ Annulus delatus signum est matrimonii contracti. *c. illud quoque. de præsumpt.*

Antequam dictio non semper implicat. *c. quod dicitur. 4. de verbor. significationibus.*

de *Antinomia* concilianda ex causa, tempore & loco, *habetur distinct. 29. in princ. cum tribus cc. sequentib. dist. 30. in princ. dist. 31. c. si laicus. §. quod autem. cum c. seq. dist. 31. in princ. cum c. sequente. & c. penult. §. si quis igitur.* ¶ Antinomiæ canonum ita conciliantur, quòd ejus Concilii sententia tenenda est, cujus antiquior & major est authoritas. *dist. 50. c. domino. §. in fine autem. 33. q. 2. c. hoc ipsum. §. in fine autem.* cæteras leges videto *dist. 19. c. in canonicis. dist. 20. c. 1. cum c. sequente. 11. q. 3. c. qui resistit.*

Antistes. *distinction. 21. capitul. Cleros. §. antistes.*

de **Apostatis** coërcendis. *cap. à nobis. §. de apostatis.*

DE APPELLATIONIBUS.

Appellationis usus. *2. quæst. 6. in princ. cum c. seq. & c. cum speciali. de Appell.* ¶ Appellatio non excusat aliquem à perjurio. *cap. brevi. de jurejurando.* ¶ Appellatio non tuetur aliquem in notorio delicto. *c. qua nos. de appell.* ¶ Appellatio admittitur in parvis, sicut in magnis. *Ibid.* ¶ Appellatio fraudulenter facta non valet. *c. suggestum. eod. tit.* ¶ Appellatio neminem excusat, quin comparere debeat vocatus à legato. *c. cùm parati. eodem titul.* ¶ Appellatione eximitur quis à potestate sui ordinarii. *c. directè. eod. tit.* ¶ Appellatio generalis non admittitur. *c. 2. eod. tit.* ¶ Appellatio ante litis ingressum dicitur provocatio, non appellatio. *c. cùm sit Romana. & c. constitutus. eodem titulo.* ¶ Appellationi in dubio deferendum est. *c. sacro approbante. de sent. excomm.* ¶ Appellationi alterius qui non defert, nec suæ deferendum est. *c. an sit. de appell.* ¶ Appellatione partis adversæ non obstante, absolvitur quis, cautione præstitâ de justitiæ obtemperando. *cap. quâ fronte. de appellation.* ¶ Appellatio unius valet omnibus, cùm plures gravantur. *c. una sententia. de appell.* ¶ Appellatio non tenet in his, quæ dilationem non capiunt. *c. quâ fronte. eod. tit.* Appellatio in omnibus articulis commissionis interdicta intelligitur, si in uno interdicatur articulo. *c. secundo requiris. eod. tit.* ¶ Appellationis articulo prætermisso, potest coram judice à quo litigari, non obstante appellatione. *c. cùm teneamur. eod. tit.* ¶ Post appellationem delinquens, punitur ab ordinario, non obstante appellatione. *c. 22. de appell.* Neminem enim tuetur in sua nequitia appellatio. *c. ad nostram. eod. tit.* ¶ Appellatio licèt sit remota de principali, appellatur tamen super quæstione incidente. *c. cùm teneamur. eod. tit.*

Qui appellare possint?

¶ Alius quàm qui condemnatus est, vel qui egit, appellare non potest. *cap. cùm inter. 16. de elect. 2. q. 6. c. non solent. in princ.* Nisi alterius interesse: hic enim ratione sui interesse agere vel appellare non prohibetur. *c. sit. §. fin. ut lite pendente nihil innovetur. in 6. c. cùm super. 17. de re jud.* ¶ Absens per contumaciam, si condemnatus est, non potest appellare. *2. q. 6. c. sunt etiam. 24. q. 3. c. de illicita. §. de conventione.* Fallit si ideò non adfuit, quòd ante definitivam sententiam appellaverit. *probatur & distinguitur Clement. 1. de dolo & contumacia.* Item si ideò non adfuit, quòd dicat se libellum Principi dedisse, & ejus expectare responsum: sed reprobatur hoc. *2. q. 6. c. non solent.* ¶ Adiens de attentatis post appellationem interpositam, alium judicem, quàm appellatum, non potest appellare, *cap. sollicitudinem. 54. de appellat.* ¶ Qui admittere nolunt anteà appellationem sui adversarii, in eadem causa appellare ipse non potest. *d. c. an sit. 42. vers. quòd cùm in eo qui. & c. constituit. 23. eodem titul. c. bonæ memoriæ. 23. §. dein inquireret. de electione.* ¶ Aperiens acta causæ sigilla violando appellare non potest. *cap. cùm olim. 33. d. tit.* ¶ Si appellans post appellationem nonnulla contra appellationem attentaverit, ad appellationem non admittitur. *c. an sit. 42. de appell.* ¶ Ne Clericus laicum judicem appellet. *21. q. 5. in princ. cum seq.* ¶ Confessus appellare non potest, vel si

causa sit manifesta. *cap. cum speciali. 61. §. porrò. de appellat. cap. Romana. 3. §. si autem post. eod. tit. in 6. c. 2. q. 6. cap. quicunque.* ¶ Qui Deseruit antecà appellationem ab alio gravamine factam, nihilominùs appellare potest. *cap. directæ. 39. de appellat.* ¶ Qui Juravit quòd sententiæ velit stare, appellare non potest. *cap. quæst. 21. de appellat.* Nisi sententia excedat limites juramenti & licitæ promissionis. *cap. ad hæc. 20.* ¶ Laicus Ecclesiasticum judicem appellare potest. *2. quæstion. 6. c. omnis.* ¶ Nisi Officialis à suo judice ob malè gestum officium fuerit condemnatus, non potest appellare. *3. q. 6. c. ei qui appellat. §. nulli quoque.* ¶ Qui Renunciavit appellationi, vel litem coram judice, à quo appellaverat, postea prosecutus est, non potest appellare. *cap. grauem. 20. §. fin. de offic. delegat.* ¶ Appellare quis potest pro parochianis. *c. ad audientiam. de appellat.* ¶ Appellare non potest de crimine notorio accusatus. *c. licet. de offic. jud. ordin.* Ut nec is cui indicitur purgatio super infamia, nisi modus excedatur. *c. quod ad consultationem. de sent. & re jud.*

A quibus, ad quos appellare liceat, vel non.

¶ Ab Arbitris delegatorum à Papa judicum Papa appellatur. *c. ab arbitris. 11. de offic. delegat. in 6.* Nisi ex compromisso Arbiter sumptus pronunciaverit. Quod probatur, & distinguitur *2. q. 6. c. à judicibus. cum c. seq. c. si quis Episcop. §. arbitrarii tantùm.* Potest tamen à compromissario appellari: si in ordinarium vel delegatum judicem sit compromissum. *d. c. à judicib. versic. ab his esse ut arbitrarii.* item si non omnes, in quos est compromissum, judicaverint. *d. q. 6. c. sanè si ex consensu partium.* denique si non sponte, sed jure cogente in arbitros sit compromissum. *c. ab arbitris. 11. de offic. deleg. in 6.* ¶ Ab Auditore seu Subdelegato an provocetur, vide *c. super. 27. §. verùm cùm totam. & §. ejus ergò. de offic. deleg.* ¶ A Capitulo ad Episcopum appellatur, sed distinguitur. *c. à collat. 11. de appell. in 6.* ¶ A Civili judice Papa non appellatur, nisi sit de temporali jurisdictione Ecclesiæ. *c. si duob. 7. §. fin. de appellat.* ¶ A Compromissariis appellare licet. *vide suprà eod. ab Arbitris.* ¶ A Concilio provinciali appellatur Primas. *2. q. 6. c. placuit. 6. q. 4. c. si inter. 11. quæst. 3. c. presbyteri.* ¶ Non tamen ad transmarina Concilia appellatur. *d. c. presbyteri. vers. ad transmarina. & d. c. placuit. vers. ad transmarina.* ubi additur exceptio hæc: Nisi Papa appelletur. ¶ A Delegato judice appellatur Delegans. *c. super quæstionum. 27. §. fin. de offic. deleg.* ¶ Etiam si datus sit remotâ appellatione: nimirum si fuerit à dante alii delegata. *c. pastoralis. 28. §. præterea. de offic. delegati.* Vel cùm duobus causa Delegata esset, ne ab iis appelletur, unus alteri ex iis vices suas commiserit. *c. super. 27. §. si verò. d. tit.* ¶ An ab Episcopo liceat appellare. *11. quæst. 1. c. omnes itaque, in princ.* Et ordinariè ab Episcopo Archiepiscopus appellatur. *cap. Romana. 3. §. debet autem. de appellat. in sext.* Nisi communi consensu comprovincialium Episcoporum sententia sit lata. *6. q. 4. c. si metropolitanus. cum c. seq.* ¶ Ab Executore appellare non licet, nisi modum excedat. *c. novit ille. 43. de appellat. c. quod ad consultationem. 15. §. fin. de re judic. 2. q. 6. c. ult.* ¶ Ad Hæreticum appellare non licet, vel ad eum qui non est Fidei catholicæ. *2. q. 6. c. catholicus.* ¶ A Judice ita dato, ne ab eo appelletur, appellare non licet. *c. pastoralis. 53. in princ. de appellat. cap. 1. de rescriptis.* Nisi specialis aliquis casus à jure fuerit exceptus. *d. cap. 53. versic. quæ à jure non indulgentur expressè.* Et quamvis appellatio executionem sententiæ hoc casu non impediat, tamen nihilominùs gravamen appellantis per judicem appellationis poterit emendari. *d. cap. 53. versicul. sed si appellans fuerit.* Item à tali judice appellatur, si appellans Privilegium habeat appellandi. Sed reprobatur *d. cap. 1. de rescriptis.* Item si alius, quàm cui judex datus est, ob suum interesse appellet: nam potest. *capitul. super eodem. 15. de officio delegati.* Item à tali judice appellari potest, si sententia manifestam contineat Iniquitatem. *capit. inter cæteras. 9. de re judicata.* Præterea si cùm plura essent negotia, quibus judex datus est, alia eorum præcedant clausulam, appellatione remotâ, alia eam sequantur: hoc enim casu clausula illa ad sequentia non videtur pertinere. *cap. inquisitioni. 71. de appellationib.* Nisi negotia sint connexa. *dicto cap. 71. versic. si sunt plura negotia se minimè contingentia. & cap. secund. 41. in princip. eodem titulo.* Vel si clausula hæc Appellatione remotâ, in fine literarum fuerit repetita: tunc enim à nullo appellare licet. *dict. cap. 71. vers. nisi forte in fine.* Item adversus judicem datum, appellatione remotâ recusatio potest objici. *capit. postrem. 36. dict. titul.* Ut & exceptio loci non tuti, si appellans ad locum non satis tutum in jus vocetur. *cap. ex parte. 47. eod. titul.* ¶ Legatus Papæ omisso medio adiri vel appellari potest. *cap. 1. de officio legati.* ¶ à Metropolitano ad Synodum provocatur. *6. quæst. 4. cap. si metropolitan.* ¶ Ab Officiali generali Episcopi non appellatur Episcopus, sed Archiepiscopus. *cap. non putamus. de consuetudine. in 6. c. Romana. 3. in princ. de appellat. in 6.* ¶ Ad Papam omisso medio appellatur. *2. quæstion. 6. capit. si quis vestrum. c. omnes. capit. ad Roman. c. si quis putaverit. c. ad Roman. cap. idèo huic. c. decreto. c. qui se scit. c. arguta. c. si quis putaverit. c. ideò huic. cap. quoties. 3. quæstion. 6. c. accusatus. & de Appellationibus. c. si duobus. 7. in princ.* Nisi consuetudine aliter observetur. *c. Romana. 3. §. ab Archidiaconis. vers. nisi aliud de appellat. in 6.* ¶ A Primate regionis non appellatur. *6. q. 4. cap. si inter. §. fin.* ¶ A Pari par judex non appellatur. *2. quæst. 6. capit. anteriorum. §. illo videlicet.* ¶ A Subdelegato ad priorem delegatum appellatur, si delegatus alii non ad subdelegantem causam subdelegaverit, quod probatur sub conditione. *d. c. super quæstionum. 27. §. porrò. & §. si verò. in fine. de offic. deleg.* Nisi subdelegans aliquid sibi de jurisdictione reservaverit: hoc enim casu subdelegans est appellandus. *d. §. porrò. & d. c. 27. in pr. vers. ipse namque respondit. & §. ejus ergò. & c. cum te consuluerit. 18. eod. tit. item c. si delegatus. 7.*

gatus. 7. §. fin. eodem tit. in 6. item & alio casu à subdelegato ad delegantem appellatur, si ex tribus delegatis duo vices suas non in totum subdelegaverint: hoc enim casu tertio delegato cum duobus subdelegatis cognoscente non ad subdelegantem, sed ad delegantem provocatur. c. si duo. 3. d. tit. de officio delegati. in 6. Item si subdelegans excommunicatus vel mortuus sit. cap. si is cui. 10. d. tit. vel si subdelegans negetur habere jurisdictionem: his enim casibus omisso subdelegante ad delegantem appellatur. cap. si à subdelegato. 14. eodem tit.

A quibus Actibus appellare liceat, vel non.

¶ Si Apertura testamenti concessa sit, non appellatur à tali sententia. c. ult. §. si quis etiam ausus. de appellat. ¶ Ab Appellatione non admissa provocare licet; ut si Metropolitanus à provinciali Episcopo appellatus, appellationem suscipere nolit, ad Synodum provocare licet. 6. q. 4. c. si metropolitanus. ¶ A Citatione ad locum non tutum licet appellare, etiam contra judicem datum cum clausula, appellatione remotâ. cap. ex parte. 47. de appell. ¶ A Correctione regulari non appellandum, nisi modus excedatur. c. reprehensibilis. & c. 22. de appellat. ¶ A criminali sententia appellatur. Vide infrà eodem in sententia. ¶ A Decreto perpetuo non appellatur. c. 29. de appellat. ¶ Ab Exiguæ rei sententia appellatur. Vide in sententia. infrà eodem. ¶ Ab Exceptione rejecta appellare licet, ut si cui exceptio, ne ultra duas diætas in jus vocetur, auferatur. c. olim. 7. de exceptionibus. item si Exceptio non sufficientis mandati vel litis pendentiæ per interlocutoriam sit rejecta: ab hac enim interlocutoria licet appellare. c. significavit. 48. de appellationibus. item si exceptio rei petitæ in libello non designatæ per interlocutoriam fuerit rejecta. c. significantibus. 49. d. tit. variatum fuit hic à Pontificibus: nam talis exceptio reprobatur c. cùm sit. 5. §. si verò. c. super eo. 12. in pr. de appellationibus. 2. quæst. 6. c. qui scit. §. fin. c. non ita. & c. si quis. aliàs admittitur, si causa rationabilis coram judice, à quo ante sententiam appellatur, non fuerit ab appellante expressa. c. ut debitus. 19. de appellationibus. c. Romana. 3. §. cùm autem. eod. tiul. in 6. Juxta hanc distinctionem intelligendum videtur c. ultim. de dolo & contumacia. in 6. ¶ A Fiscalis negotii sententia non appellatur. c. ult. §. quoties etiam. de appell. ¶ A Gravamine omni appellare non licet, si generalis sit appellatio de omni gravamine, tam præsenti quàm futuro. c. inter cætera. 2. de appellationibus. Nisi generalis appellatio restricta sit ad certam causam. cap. consuluit. 18. eodem tit. ¶ A Gravamine sublato non licet appellare. cap. cum cessante. 60. dict. tit. & c. si à judice. 10. §. fin. eodem tit. in 6. ¶ Ab Interlocutoria appellare licet. vide suprà in eodem in Exceptio. exempli gratiâ, ut si judex quæstionem habendam interlocutus sit: ab hac enim interlocutoria potest appellari. dict. cap. non solent. §. ante sententiam. ¶ A Possessione scripto hæredi decreta non appellatur. cap. ult. §. si quis etiam ausus. de appellat. ¶ A Possessione momentanea decreta non appellatur. 2. quæst. 6. cap. ult. §. de possess. c. ad hoc. 37. de appellat. ¶ A Probatione exceptionum adversus testes denegata, appellare licet. cap. ex parte. 7. de testibus. ¶ A Sententia conditionali appellatur. cap. præterea. 40. de appellationib. ¶ A Sententia medio tempore à Papa confirmata appellatur. cap. bonæ memoriæ. 3. de confirmatione utili. ¶ A Sententia in causa criminali appellare licet. 2. quæstion. 6. c. liceat. item cap. cùm sit Romana. 5. §. fin. de appellationibus. ¶ A Sententia exiguæ causæ permissa appellatur. cap. de appellationibus. 11. de appellationibus. ¶ A Sententia in causa fisci vel tributariæ functionis non appellatur. dict. cap. ult. §. quoties etiam. de appellationibus. ¶ A Sententia interdicti non appellatur. cap. ad hoc. 37. de appellationibus. ¶ Appellari non potest contra convenientem, qui impetrat literas appellatione remotâ. cap. prudentiam. de mutat. pet.

De Forma Appellationis, quoties & quemadmodum appellandum.

¶ Bis in eadem causa. cap. sua nobis. 65. de appellationibus. 2. quæst. 6. c. si autem. in princ. & §. unde in septimo. ¶ Contra id quod perpetuo Edicto decretum est, non appellatur. c. consuluit. 29. de appellationibus. ¶ De Forma appellandi agitur 2. q. 6. c. post appellationem. §. forma verò. ¶ Frustratorie appellare prohibitum: quod verum, si appellatio manifestè sit Frustratoria. c. pastoralis. 53. in pr. versicul. quod per appellationem. de appellationibus. 2. q. 6. c. ideo huic. §. fin. c. qui scit. §. patet ergò. c. quicunque. ¶ Gradatim appellandum est, non omisso medio. cap. dilecti. 66. de appellationib. c. duo simul. 9. de officio ordinarii. cap. Romana. 3. §. ab Archidiaconis. de appellat. in 6. ¶ Coram Majori parte judicum est appellandum. Clement. 1. in princ. de appellationibus. ¶ Contra Regularem disciplinam, seu Correctionem non appellatur. c. ad nostram. 3. c. reprehensibilis. 26. §. nec subjecti. & §. fin. c. quia nos. 32. de appellationibus. ¶ In Scriptis regulariter est appellandum. 2. q. 6. c. post appellationem. §. fin. nisi quis ipso die, quo sententia fertur, apud acta vivâ voce appellavetit. 2. quæst. 6. c. ult. §. litigatoribus. ¶ Tertiò in eadem causa non licet appellare. cap. sua nobis. 65. de appellat. 2. q. 6. c. sin autem. in fin. §. unde in septimo. ¶ Vivâ voce ne quidem apud acta appellare licet, si vel ab interlocutoria vel extraordinario gravamine ad Papam appelletur. c. 1. in princ. de appell. in 6.

Quando appellandum, & quamdiu?

¶ Ante Sententiam definitivam non appellatur. 2. quæst. 6. cap. non solent. §. fin. ¶ Intra Statutum tempus appellandum est. 2. quæstion. 6. cap. propter superfluam. nimirum intra biduum. 2. quæst. 6. c. biduum. §. palàm est. intra quinquendium. d. quæst. 6. c. propter superfluam. item Decendium. d. quæst. 6. c. anteriorum. in princ. & cap. quod ad consul-

tationem. 15. de re judicata. Planè quæ de tempore, quo biduum aut triduum currere incipiebat, jure antiquo statuta sunt, ad jus novum decem dierum transferri possunt. Biduum autem & triduum illud currere incipiebat ex die latæ sententiæ. *2. quæstione 6. cap. biduum. in princip.* si sententia sub conditione lata sit. *d. c. biduum. §. 1. & dict. §. biduum. versic. quid ergò. item c. præterea requisiti. 40. de appellationibus.* Item fallit, si judex sententiam Imperatori transmiserit confirmandam, vel ut locus pœnæ assignetur: hoc enim casu etiam à rescripto Principis tempus appellandi currit. *d. c. biduum. §. si quem in insulam.* item fallit si extrajudicialis sit causa, in qua appellatur. Sed reprobatur. *c. contentiosi. 8. de appellationibus. in 6.* item fallit si non per appellationem, sed per aliud juris remedium gravamen proponatur. *dict. c. 8. versic. sed si per contradictionem.* Denique fallit si in sententia præcipiatur aliquid fieri intra certum terminum: hoc enim casu videtur non nisi termino elapso decendium currere. Sed reprobatur. *c. quod ad consultationem. 15. de re judicata.* ¶ Item si appellans intra statutum tempus dimissorias literas non petierit vel impetraverit, aut iter ad judicem appellationis non arripuerit, appellatio non valet. *dict. c. propter superfluam. & dict. quæstione 6. c. ab eo. item Clement. quamvis. 2. de appellationibus.* quod fallit, si non per appellantem, sed per judicem steterit, quò minùs suo tempore Apostoli dati sint. *dict. quæstione 6. c. post appellationem. §. sufficit. d. Clement. quamvis. 2. §. quod si judex. & c. ut super. 4. in fine. cap. ab eo. 6. de appellationib. in 6.* ¶ In appellationis termino præfigendo considerandæ. *c. cum speciali. de appellation.* ¶ Appellationis prosequendæ annus unus vel duo, secundùm distantiam locorum, & personarum & negotiorum qualitatem breviatur. *c. cùm sis Romana. eodem titulo. & c. constitutus. ibid.* ¶ Appellari non debet post juramentum ad standum Ecclesiæ mandatis. *c. ad hæc. eod. tit.* ¶ Appellatio post sententiam excommunicationis latam non tenet. *cap. pastoralis. eodem titulo.*

Ex quibus Regionibus appellare liceat, vel non.

¶ Ex Ægyptiaco tractu vel Lybia appellatur Præfectus Augustalis. *2. q. 6. c. anteriorum. §. illud etiam.* ¶ Ex tractu Orientali appellatur Comes Orientis. *d. c. anteriorum. §. Orientalem autem.*

De Appellante.

Appellans Acta edere & transmittere tenetur. *2. quæst. 6. c. ult. §. judicib. c. ult. de probationibus.* ¶ Appellans apostolos seu libellos dimissorios à priore judice ad posteriorem petere debet ac dandi sunt. *cap. 1. in princ. versic. petat apostolos. & cap. ut super. 4. de appellat. in 6. 2. quæstione 6. c. post appellation. in princ.* Forma Apostolorum præscribitur *d. c. post appellationem. §. forma.* ¶ Causam appellationis appellans ante sententiam reddere judici, à quo appellatur, tenetur. *c. ut debitus. 59. §. cùm autem. & c. cum speciali. 61. §. excessu quoque. de appellationibus. c. 1. in princip. versic. causam appellationis. eodem titulo in 6.* sed ea judici à quo appellatum est, probanda non est. *cap. si à judice. 10. de appellationib. in 6.* neque judex à quo appellationem denegare debet. *2. quæstion. 6. c. appellantem. & c. ultim. §. similiter. item de appellationibus. c. de priore. 31.* ¶ Coram judice appellationis causa probanda est, quòd scilicet exceptio legitima non solùm fuerit opposita, sed etiam non admissa: ideoque appellatio interposita, *c. dilecto. 63. c. interposita. 70. in principio de appellationibus.* & causa appellationis ab initio expressa mutari non potest, aliaque in prosecutione appellationis allegari. *Clement. appellanti. 5. eod. titul.* ¶ nec Appellatio à judice appellationis recipienda, nec remittenda. *cap. interposita. 70. §. eidem. de appellationibus. 2. quæst. 6. c. placuit. ult. §. fin.* ¶ Contumacia appellantis punienda. *c. reprehensibilis. 26. §. si autem in quocunque. de appellationibus. c. 1. §. quòd si appellationibus. c. 1. §. quòd si appellator. eodem titulo in 6.* Appellans judicem appellatum mutare, & errorem ejus corrigere potest. *2. quæstione 6. c. ultim. §. si verò is qui.* ¶ Appellatio appellato insinuanda. *dict. Clement. 1. versic. est tamen appellatio. & Clement. causam. 3. de electione.* ¶ Iter ad judicem appellationis intra certum tempus accipiendum. *2. quæstione 6. c. propter. versicul. & in his ipsis.* ¶ Prosequenda appellatio quando prosequenda, & quamdiu, item per quos & à quibus, dicetur infrà. ¶ Probare quæ liceat in causâ appellationis. *Clement. 1. de causa possession. & proprietatis. Clement. appellanti. 5. de appellationibus.* ¶ Appellans videtur appellationi renuntiâsse, cùm postea inducias petit, vel testibus nititur. *c. gratum. de offic. deleg.* ¶ Appellans intelligitur, qui iter arripit ad curiam Romanam. *c. bonæ. de appellation.* ¶ Appellantes cogendi sunt à judice, à quo appellatum est, ad certum diem prosequi appellationem, vel judicio suo parere. *c. consuluit nos. eodem titulo.* ¶ Appellans injustè remittitur ad eum, à quo appellavit, nisi fiat super judicis recusatione. *cap. cùm in Ecclesia. eodem titulo.* ¶ Appellans impotens prosequi, post biennium prosequi poterit. *c. constitutus. eodem titulo. & c. ex ratione. ibid.* ¶ Appellans in criminibus manifestis non auditur. *c. cùm sis Romana. eodem titul.* ¶ Appellans, appellationem suam non prosequens, contumax censetur, & condemnatur in expensis. *c. sæpè contingit. de appellationib. & c. reprehensibilis. eod. titul.* ¶ Appellationem non prosequens incidit in jurisdictionem illius à quo appellavit. *c. reprehensibilis. eod. tit.*

De Appellato.

Appellati contumacia punienda. *d. c. 1. §. fin. item cap. cum speciali. 61. §. excessu quoque. versic. nullo autem. & cap. interposita. 70. §. fin. de appellationibus.*

De Ap-

De Appellationis Judice, ejusq; officio.

Appellationis causa remittenda ad judicem à quo appellatum est, si constiterit malè appellatum esse. *cap. cùm in Ecclesia. 38. c. ut debitus. 59. §. cùm autem. versic. esi minus. c. cum speciali. 61. §. fin. de appellationibus. c. Romana. 3. §. fin. & c. cum appellationibus. 5. eodem tit. in 6.* quod fallit si causa nondum cognita remittatur. *c. accepta. 35. de appellationibus.* potest tamen remitti, si partes consentiant ut remittatur. *dict. c. accepta. versic. nisi partes consenserint.* item si appellans causam remitti petat. *c. interposita. 70. §. ille denique. de appellationibus.* Secundò fallit, si judex, à quo appellatum est, appellationem injustam admisit: tunc enim ad eum remittenda non est. *c. cum appellationibus. 5. de appellationibus. in 6.*

Appellatione à definitiva factâ, revocari etiam potest interlocutoria, licèt ab ea non fuerit appellatum, ut probatur & distinguitur. *c. ult. de appellationib. in 6.*

Si constiterit benè *Appellatum* esse, judex ad quem appellatum est, rescissâ priore sententiâ in causa principali procedere potest ac debet. *cap. ad probandum. 24. de re judicata. c. ut debitus. 59. §. cùm autem. versic. aliquin ipse procedat. & c. cum speciali. 61. §. excessu quoque. versic. appellationis causa. de appellationibus.* Nisi exceptio de ultra duas diætas non citando reo, propter quam fuit appellatum, probetur vera: hoc enim casu quamvis benè appellatum esse constet, nihilominùs tamen causa est remittenda. *c. olim. 7. de exceptionibus.*

Sententia priori cassatâ, non punitur judex à quo, nisi inimicitiâ vel pecuniâ probetur corruptus. *2. q. 6. c. hoc etiam.*

Pœna *Appellationis* non obtinentis. *2. quæst. 6. c. omninò.* hæc non operatur, si appellans ante sententiam appellationi renuntiaverit. *d. q. 6. c. ult. §. si verò is qui.*

Si ad residendum in Ecclesia admonitus *Appellaverit.* interim alius in locum ejus substituendus est. *c. pervenit. 28. versic. interim verò. de appellationibus.*

Appellatione pendente.

Appellatione pendente nihil innovandum, estque de eo judici, à quo appellatum est, per judicem appellationis inhibendum: & innovatum seu attentatum rescindendum. *2. q. 6. c. post appellationem. §. Vipianus.* Ejus exemplum proponitur *3. quæst. 6. cap. accusatus. versic. & dum iteratò. item de appellationibus. cap. 1. & cap. ad præsentiam. 16. & cap. dilectis. 55. item c. licèt. 4. de sentent. excommun. in 6. cap. cùm olim. 32. de officio delegati. c. cùm in filii. 16. de testib. cap. dilecta. 10. de exceptionibus.* Quod verum est, si etiam antequam Appellatio interposita est, fuerit innovatum. *cap. non solùm. 7. in princ. de appellationibus. in 6.* item etiam si extrajudicialiter sit Appellatum. *cap. bonæ. 51. de appellationibus. in 6.*

Appellatione pendente quando aliquid innovari possit.

¶ ut si Appellans quoque contra appellationem suam vel adversarii sui anteà factam aliquid novaverit. *cap. constitutis. 23. de appellationibus. in 6.* ¶ nisi per sententiam excommunicatus ad cautelam Absolvatur. *c. quâ fronte. 25. d. tit.* ¶ si Appellans appellationem non Prosequatur. *cap. ad hæc. 27. cap. pervenit. 28. & cap. cum speciali. 61. §. excessu quoque. versic. quam si prosequi. de appellat.* ¶ si Appellatio aliquo jure non subsistat. *cap. ult. de dolo & contumacia. in 6. cap. non solùm. 7. in princ. versic. exceptis casibus. de appellation. in 6.* ¶ si cùm ab adversario dicatur appellationis causa Injusta seu minùs legitima, judex appellationis, nondum receptâ appellatione velut ex causâ probabili factâ, cœperit de causæ veritate cognoscere: tunc enim inhibere non potest. *dict. cap. Romana. §. quòd si objiciatur.* quod fallit, si à definitiva sententia appellatum: hoc enim casu etiam ante receptam appellationem judex potest inhibere. *dict. §. quòd si objiciatur. versic. ante sententiam. & dict. cap. Romana. §. si autem post.* ¶ si appellans agat de præbenda sibi antequam vacâsset promissa: hoc enim casu ea potest alii *Conferri*, appellatione non obstante. *cap. relatum. 3. de concess. præbendæ.* ¶ si nondum Constet, causam per appellationem ad judicem inhibentem esse devolutam: tunc ab eo inhibendum non est. *c. Romana. 3. §. si verò vocatis. de appellationibus. in 6.* ¶ Desertâ causâ Appellationis: ut si in alia causa vel quæstione procedatur, quàm in qua appellatio est interposita. *cap. cùm terreamur. 17. & c. præterea. 22. de appellationibus.* quod fallit, si quæstio in qua non est appellatum, sine ea, in qua appellatum est, expediri non possit. *c. super eo. 10. dict. tit.* item fallit, si propter plura crimina condemnatus, in gravioribus appellavit: hoc enim casu in aliis minoribus executio suspenditur. *2. quæst. 6. c. post appellationem. §. si quis ex pluribus.* denique fallit, si alterum alterius, ob quod appellatum est, sit accessorium. *c. dilectis. 55. de appellationibus.* ¶ si ab Electione à majore parte facta sit appellatum. *c. 1. & c. ex ore. 3. de his quæ fiunt à majore parte.* item si duobus præsentatis, prior repulsus appellaverit: hoc enim casu alterius Institutio, quamvis pendente appellatione factâ, valet. *cap. pastoralis. 29. de jure patron. tits.* ¶ si à sententia Excommunicationis vel Suspensionis sit appellatum. *c. pastoralis. 53. §. verùm quia. dict. tit. & c. is cui. 20. §. fin. de sentent. excomm. in 6.* ¶ si possessore condemnato, Fructus rei Sequestrentur. *2. quæst. 6. cap. quoties post.* ¶ si judex Gravamen, ob quod appellatum est, revocaverit. *c. si à judice. 10. §. fin. de appellat. in 6.* ¶ si ab Interlocutoria sit appellatum: hoc enim casu procedi potest. *dict. cap. non solùm. 7. §. illa autem.* Nisi postea appellationis causam veram esse constet. *dict. §. illa autem. versic. donec appellationis causam.* item, Nisi legitimâ inhibitione factâ innovatum sit. *dict. §. illa autem. versic. nisi judex appellationis.* ¶ si judex à quo appellatum est, Jusjurandum præstiterit de sententia

intra certum tempus exequenda. Sed hoc reprobatur. *cap. veniens. 19. de jurejurando.* ¶ Si in integrum restitutione contra sententiam petita, præsumptio sit eam Malitiosè ad differendam executionem peti: hoc enim casu executio fieri potest, cautione ab adversario præstitâ. *cap. suscitata. 6. de in integr. restitut.* ¶ Si appellationi sit Renunciatum. *capit. ut super. 4. versic. nisi appellationi. dict. tit.* ¶ Si Tertius aliquis pendente appellatione aliquid innovaverit: hic enim de attentatis contra inhibitionem non tenetur. *cap. Romana. 3. §. in alium. de appellationibus. in 6.* ¶ Si tres Conformes Sententiæ in eadem causa latæ sint. *Clement. 1. de re judicata.*

Appellationi affinia remedia.

Accusatio & denunciatio perperàm electi. *c. constitutis. 46. de appellationibus.* ¶ Exceptio, Quod quisque juris adversùs alium statuit, ut ipse eodem jure utatur, affine remedium est: Nisi statutum jus non habuerit effectum. *De panitent. dist. 1. cap. hæc autem verba.* ¶ In integrum restitutio adversùs sententiam etiam affine est remedium. Nisi pro libertate judicatum sit, vel nisi Papa sententiam dixerit. Quæ tamen exceptio reprobatur. *cap. cum ex literis. 5. de in integr. restit.* ¶ Nullitas, de qua judex qui sententiam tulit, non executor cognoscit. *c. de catero. 5. de re judicata. cap. pastoralis. 28. §. quia verò sæpè. de officio delegati.*

Aquilia ex L. de damno dato actio adversùs dantem competit. *cap. ult. in princ. de injuriis.* etiam si per ignorantiam vel imperitiam damnum dederit. *dict. cap. ult. in princ. vers. aut hæc imperitia.* fallit, si actor damnum evitare potuit. *cap. damnum. 86. de reg. jur. in 6.* ¶ Si Causam & occasionem damni dedit, de damno dato tenetur. Nisi quis licitum faciens alteri causam vel occasionem damni dedit. *23. q. 5. c. de occidendis. §. qui verò repelluntur, usque ad §. fin.* item fallit si ne damnum accideret, nihil ex contingentibus omisit, & ita culpâ caret. *c. ult. §. fin. de injuriis.* ¶ Si Domum vel superficiem aliam incenderit, punitur. *cap. si quis domum. 6. de injuriis. 23. q. 8. c. si quis membrorum. cum c. seq.* ¶ Si quis Foveam fecerit, in quam alienum pecus ceciderit, is qui foveam fecit, de damno dato tenetur. *c. si quis. 2. de injuriis.* ¶ Si Fructus alienos immisso pecore depavit, de damno dato tenetur. *c. si læserit. 4. d. tit.* ¶ Si Ignem immisit in alienam segetem, de damno dato tenetur. *c. si egressus. 5. dict. tit.* ¶ Si Liberum hominem vulneravit, punitur. *c. 1. de injuriis. & d. c. si quis membrorum. in princ.*

Arbiter is est, qui consensu Litigantium in Judicem eligitur, ut ipsius sententiæ stent. *2. quæst. 6. cap. à judicib. §. quod de arbitris. & cap. placuit. 2.* ¶ item nullus arbiter esse potest in ea causa, in qua fuit judex. *3. quæst. 7. cap. ante finem. §. si quis verò.* ¶ Arbiter super spiritu[a]l non potest esse Laicus, nisi auctoritate superioris. *cap. per tuas. de arbitr.* ¶ Fœmina arbitra esse potest secundùm constitutionem terræ, non aliter. *cap. dilecti filii. de arbitr.* ¶ Arbiter non potest infirmare sententiam per jus latam. *capit. exposita. eodem tit.* ¶ Arbiter tantùm judicat de his, de quibus est compromissum. *cap. cùm dilectus. eod. tit.* ¶ Ab arbitro non requiritur super sententiæ dubitatione interpretatio, sed à superiori. *c. cùm olim. eod. tit.* ¶ Arbiter non potest infirmare sententiam per jus latam. *cap. exposita. eod. tit.* ¶ Arbiter in causa restitutionis in integrum esse non potest. *cap. causa. de rest. in integ.* ¶ Coram arbitris conventus, non potest convenire convenientem. *cap. cùm dilectus fil. de arbit.* ¶ Arbitri quot eligantur. *c. sanè. eod. tit.*

Arbitrium injustum per superiorem corrigi debet. *cap. non sine multa. eodem tit.* ¶ Arbitrium contra jus & formam compromissi non tenet. *cap. pervenit. eodem titul.* ¶ Arbitrio judicum compelluntur partes stare, si justè sit arbitratum. *cap. dilecti. & cap. cùm olim. eod. tit.* ¶ Arbitrium inter privatos, in damnum Ecclesiæ non valet. *cap. pervenit. eod. tit.* ¶ In arbitrium sub certa pœna compromitti potest. *cap. literas. de præsumpt.* ¶ In arbitrium licet compromittere in rebus spiritualibus. *cap. cum Apostolica. de his quæ fiunt à Prælat.* ¶ Arbitrium finitur uno adversario defuncto. *capit. ex parte. de arbit.* ¶ Arbitrium valet authoritate superioris, quod aliter non valet. *cap. cùm à nobis. eod. tit.* ¶ Arbitrium, si malè recognoscatur arbitratum, non tenet. *cap. non sine multa. eod. tit.*

Archidiaconus, si Episcopus negligens fuerit, à Clero eligi potest. *distinct. 89. cap. volumus. §. hinc colligi.* officia ejus enumerantur. *distinct. 25. cap. 1. §. hi sunt ordines. usque ad §. Archipresbyter.* item Archidiaconus vicem gerit Episcopi in omnibus, & major est post Episcopum. *cap. 1. & cap. ad hæc. 7. §. Archidiacon. versic. secundum verò. de officio Archidiac.* ¶ Archidiaconus ponit Abbates & Abbatissas in sede. *d. cap. 9. in fin.* ¶ Acolythos ordinare debet. *dict. cap. 2. §. fin.* ¶ Archidiaconus non dat Commendatitias ad ordines. *cap. significasti. 8. eod. tit.* ¶ Quæ Corrigenda in diœcesi videt, corrigere ac emendare potest ac debet. *dict. §. fin. & cap. ad hæc. 7. §. item in epist. eod. tit.* item Omnis solicitudo & cura Cleri & Ecclesiarum ejus ad Archidiaconum pertinet. *cap. 1. versic. & omnem curam. capit. ad hæc. 7. §. Archid. vers. parochi. & versic. omnem solicitudinem. de officio Archidiaconi. distinct. 25. cap. 1. §. hi sunt ordines.* ¶ Curam animarum sine licentia Episcopi nemini committere debet. *cap. cùm satis. 4. dict. tit.* ¶ Custodia vasorum Ecclesiæ ad Archidiaconum pertinet. *cap. ea quæ. 3. d. tit.* ¶ Decani rurales per Episcopum & Archidiaconum communiter ordinandi ac removendi sunt. *d. cap. 7. §. fin.* Dominari Clericis, & censum ab eis exigere prohibetur. *dict. §. Archidiaconus. cum cap. sequente.* circa Evangelium legendum Officium Archidiaconi. *cap. officium. 2. dict. tit. & distinct. 25. cap. 1. §. hi sunt ordines. vers. quis Levitarum.* ¶ Examen Clericorum ordinandorum ad Archidiaconum pertinet. *dict. §. in quadam. &*

dam. & capit. ut nostrum. 9. versic. & illos examinare. eod. tit. ¶ Jus Excommunicandi sine authoritate Episcopi non habet. *cap. Archidiaconus. 5. de officio Archidiaconi.* ¶ Instructio corporalis tam super beneficiis, quàm etiam dignitatibus ad Archidiaconum pertinet. *dict. cap. 7. §. in quadam verò nostra.* ¶ Jurgia singulorum audire debet. *cap. ad hæc. 7. §. Archidiaconus. versic. & audire. dict. tit.* ¶ Jurisdictioni ejus subjecti sunt Diaconi & Levitæ. *dict. cap. 7. §. Archidiaconus. distinct. 25. cap. 1. §. hi sunt ordines. versic. Archidiaconus.* sed in Monasteriis jurisdictionem non habet, nisi quantum tribuit ei generalis vel specialis consuetudo. *cap. ult. de officio Archidiaconi.* ¶ Omne officium Ecclesiasticum providendo Lectiones aut Responsoria in matrice Ecclesia dare debet, & auscultare. *dict. cap. officium. 2. §. omne. & dict. vers. quis Levitarum.* Oculus Episcopi appellatur. *dict. cap. 7. §. item in epistola.* ¶ Repræsentat ordinandos Episcopo. *dict. cap. 9. & dict. §. in quadam.* ¶ Visitare Quolibet triennio per diœcesin tenetur parochias. *cap. 1. §. fin. de officio Archidiaconi.* & Non nisi semel in anno ad Ecclesias visitandas accedere debet, ut distinguitur *cap. mandamus. 6. de officio Archidiaconi.* ¶ Clericorum Vitam inquirere debet, & corrigenda Episcopo nunciare. *distinct. 94. cap. si quis. §. Archidiaconus.* ¶ Archidiaconus potest cognoscere de causis matrimonialibus. *cap. ad hæc. de officio Archidiac.* ¶ Archidiaconus, cùm personaliter visitat, potest procurationem petere. *cap. 1. de offic. Archidiac. & cap. cùm Apostolus. de censib.* ¶ Archidiaconus nemo sit in duabus Ecclesiis: sed in una potest habere præbendam, in alia Archidiaconatum. *cap. præterea. de præbend. & cap. ex insinuatione. de procur.* ¶ Ab Archidiaconi jurisdictione non debet Episcopus Ecclesias eximere. *cap. ad hæc. de excess. Prælat.* ¶ Archidiaconus exercet jurisdictionem secundùm consuetudinem loci. *cap. Archidiaconus. de offic. Archid.* ¶ Archidiacono detur coadjutor, si efficiatur paralyticus. *cap. ult. de Cler. ægrot.*

Archiepiscopi definitio. *distinct. 21. c. 1. §. Archiepiscopus. §. patriarcha patrum. & §. fin. item. cap. nulli. in fine.* ¶ Non nisi Presbyter vel Diaconus in Archiepiscopum eligendus. *distinct. 60. c. nullus.* ¶ ab omnibus suis Suffraganeis ordinandus est. *dist. 66. c. 1.* ¶ Sine Suffraganeis suis Archiepiscopus nihil Agere debet. *d. c. 1. in fin. d. c. per singulas. §. fin. & d. quæst. 3. c. salvo. c. Archiepiscopus. c. si autem. c. nullus. c. Episcopo. item 3. quæst. 6. c. discutere. in princ. Apost. canon. 33. §. sed neque illa.* quod fallit si Papa sine Suffraganeis suis agat. *d. c. salvo.* item si Patriarcha seu Primas sine Suffraganeis suis agat. Sed reprobatur. *d. quæst. 3. c. conquestus.* tertiò fallit si Suffraganeus in suo officio negligens sit, & subditis conniveat. *d. quæst. 3. cap. cùm simus. & c. ult.* item fallit si à Suffraganeo ad Archiepiscopum sit provocatum. *d. c. conquestus. vers. nisi fortè pro causis.* fallit quoque si Suffraganeus decesserit. *d. c. conquestus. vers. vel si Episc. suus.* item si Archiepiscopus ad hoc specialiter sit privilegiatus, ut sine consensu Suffraganeorum agere ei liceat. *dict. cap. conquestus. in fin.* denique fallit si ad propriam ipsius Archiepiscopi parochiam negotium pertineat. *d. q. 3. cap. si autem. versic. nisi eas tantùm. cap. nullus. versic. nisi quod ad suam.*

Sine *Archiepiscopi* consensu & consilio Suffraganei nihil agere debent. *cap. 3. quæst. 6. cap. hæc quippe. in princ. 9. quæst. 3. c. 1. cap. per singulas. cap. nullus. §. fin. cap. Archiepiscop. vers. nec illi.* Nisi in sua Ecclesia aliquid agant Suffraganei, non extra. *dict. c. per singul. versic. nisi hoc tantùm. & dict. cap. nullus. §. fin. item dict. cap. Archiepiscopus. vers. nisi quantum ad suas. dict. cap. 33. §. illa autem.* ¶ Archiepiscopus potest providere de Episcopo vel Abbate, si intra menses non eligitur de consilio Capituli sui, & aliorum virorum prudentum. *cap. ne pro defectu. de elect.* ¶ Archiepiscopus debet consecrari, in sua Ecclesia ab omnibus Suffraganeis. *cap. si Archiepiscopus. de temp. ord.* ¶ Archiepiscopi provisio cassatur, si non post sex menses providit, quando potuit. *cap. dilectus. de conces. præbend.* ¶ Archiepiscopus provinciam suam visitans, potest petere procuratorem. *cap. sopitæ. de censib.* ¶ Archiepiscopi legati non possunt absolvere de injectione manuum in Clericos. *cap. excommunicatis. de offic. legat.* ¶ Archiepiscopus subdito sui Suffraganei non potest causam aliquam invito delegare. *cap. pastoralis. de offic. jud. ord.* ¶ Archiepiscopus debet excommunicatos Suffraganei vitare, & sententiam ejus tenere, & ad absolvendum remittere, si sit appellatum ad eum. *capit. ad reprimendam. eod. tit.* ¶ Archiepiscopus cedens subest Archiepiscopo, in cujus provincia moratur. *cap. ad supplicationem. de renunciat.* ¶ Archiepiscopus non debet statuere in provincia sui Suffraganei, vel acceptare contra jus sine suo consensu. *cap. sicut. de excess. Prælat.* ¶ Ad Archiepiscopum potest appellari à Suffraganeo in causa, etiamsi videatur interdicta. *capit. licèt. de offic. judic. ord.* ¶ Archiepiscopus non habet jurisdictionem in subditos Suffraganeorum, nisi in casibus expressis. *capit. pastoralis. eodem tit.* ¶ Ad Archiepiscopum non devolvitur potestas conferendi beneficia, si intra semestre tempus non conferantur, nec quando collatio ad Capitulum & ad Episcopum simul pertinet, & ipsi simul non conferunt: sed tunc confert superior. *cap. postulastis. de conces. præbend.* ¶ In Archiepiscopum confirmatus potest Episcopum confirmare, etiam non consecratus. *capit. cùm ex illo. de translat. Episc.*

De Pallio Archiepiscoporum quære suprà P.

Archipresbyteri à multis Decani appellantur. *c. ad hæc. 7. §. Archidiaconus. versic. Archipresbyteri. de officio Archidiaconi.* ¶ Non nisi Presbyter aut Diaconus in Archipresbyterum, vel Decanum est ordinandus. *distinct. 60. c. 1. c. nullus in præpositum. c. innovamus. in princ.*

Archipresbyter vicem Absentis Episcopi gerit in

providendo, ut Sacerdotes suum faciant officium, & in aliis. *cap. 1. versic. & in Episcopi sui absentia. c. ministerium. 2. §. si Episcopus. c. officium. 3. in princ. de offic. Archipresbyteri. & distinct. 25. cap. 1. §. Archipresbyter. versic. & quando.* ¶ Providere debet, ut officium Sacerdotum cardinalium in communicatione corporis & sanguinis Christi, & aliis similibus ritè expediatur. *cap. ministerium. 2. in princ. dict. tit.* ¶ Archipresbyter ruralis Presbyterorum & Laicorum plebaniæ suæ curam gerit: contra decretum tamen Episcopi nihil ordinare potest. *cap. ult. d. tit.* ¶ Officia Archipresbyteri circa infirmos, pœnitentes, convertendos, & infantes exponuntur. *d. cap. 3. §. debet etiam.* ¶ In præcipuis festivitatibus aut ipse Missam celebrabit, aut alii celebrandum committet. *d. cap. 2. §. fin. & c. offic. 3. in prin. eod. tit.* ¶ Assiduè in Ecclesia stare debet, Collectam dicere, aut alii injungere. *d. c. 1. vers. & assiduè in Ecclesia. & dict. §. Archipresbyter. vers. & assiduè.* ¶ Archipresbyter Præest Presbyteris & Presbyteralibus officiis. *dict. cap. 1. versic. & quod specialiter. item d. §. Archipresbyter. vers. & quod specialiter.* ¶ Archipresbyter Subest Archidiacono. *dict. vers. Archipresbyteri. & cap. 1. de officio Archipresbyteri. distinct. 25. cap. 1. §. Archipresbyter.* ¶ Providere debet, ut Vita Sacerdotum cardinalium sit honesta & decens. *d. c. 2. vers. provideat etiam.*

Argumentum, *d. cap. forum. 10. §. argumentum.* ¶ In argumentum trahi nequeunt, quæ propter necessitatem aliquando sunt concessa. *cap. in argumentum. 78. de reg. jur. in 6.* ¶ Quæ jure communi exorbitant, nequaquam ad consequentiam sunt trahenda. *c. quæ à jure. 28. de reg. jur. in 6.* ¶ Argumentum dicitur, quod non per testes vel tabulas, sed naturali probatione inducitur. *c. forus. de verb. sign.*

Ariolus, *cap. 1. §. arioli. de sortileg.*

Arma Clericorum orationes & lachrymæ. *23. quæst. 8. c. non pila quærant. & c. convenior. ante medium. distinct. 36. cap. ult.* sic Christus in Ægyptum ab Herode fugiens, & lapidibus Judæorum cedens, docuit non arma armis, sed fugam persequentibus opponi. *23. q. 3. c. 1. §. 1. per totum.* ideoque etiam Petro dictum est: converte gladium in vaginam tuam. *23. quæst. 8. c. cùm à Judæis.* Quare Ecclesia non corporalia arma, sed Christum patienter exspectet. *16. q. 3. porrò.*

Arma Laicis pro tutione Ecclesiæ & patriæ non sunt prohibita. *23. quæst. 3. per totum.* & quatenus Clericis & Ecclesiasticis liceat Laicos hortari. *23. quæst. 8. c. igitur. & seq.* ¶ Arma portantes Clerici excommunicentur. *cap. Clerici. de vit. & honest. Cleric.* ¶ In armis inventi Clerici post trinam admonitionem Episcopi non defendantur, quia jus perdunt clericale. *c. in audientia. de sentent. excommun.* ¶ Arma portantes & seditionem facientes Clerici, si occidantur, non mittuntur ad curiam occisores eorum. *c. perpendimus. eod.* ¶ Armis se defendere possunt Clerici ab inimicis. *ibid.* ¶ Armis Clerici associati aliis, si aliqui & sine eorum consilio occiduntur ab aliis, non sunt promovendi. *c. ult. de Cleric. percuss.*

Arcta non potest contrahere matrimonium & contractum dirimitur. *c. fraternitatis. de frig. & malefic.* ¶ Arcta probanda est per aspectum, qui præfertur juramento. *Ibid. & c. proposuisti. de prob.*

Artes liberales diligenter docendæ. *37. distinct. capit. 1.*

Aruspex *1. §. haruspices. de sortilegiis. 26. quæst. 5. c. contra idolorum. cap. nec mirum. §. haruspicinæ.* ¶ Si aruspicem, mathematicum vel similem consulat, vel ei credat. *26. quæst. 2. c. intelligi. item 26. quæst. 5. c. qui divinationes. c. si quis Episcopus. 26. q. 7. c. non observetis. item de sortilegiis. c. ex tuarum. 2.*

Assessor est, qui consensu partium eligitur ad causas dirimendas. *cap. super quæstionum. de offic. jud. deleg.*

Astrologus aut mathematicus. *26. q. 5. c. non liceat. in princ. 26. q. 2. c. 1. §. sic & astronomia. & §. astrologi. c. illos planetarios. c. sed & illud. §. est & illud.*

Attestationes unius judicis, alius judex recipere potest. *cap. causam quæ. de testib.* ¶ Attestationibus publicatis contra matrimonium, alii testes & alia instrumenta admittuntur. *c. series. eod. tit.* ¶ Attestationibus clausis iteratò possunt produci testes. *c. cùm causam. eod. tit.* ¶ Attestationes quando non valent, *patet in sit. ut lit. non contest. non prov. c. ult.* ¶ Attestationibus publicatis, possunt instrumenta exhiberi. *c. cùm dilectus. de fid. Instr.*

Auctoritas consequitur pallium Archiepiscopale. *de auct. & usu pallii. per totum.* ¶ Auctoritas superioris non excusat delinquentem. *c. dilectus fil. de temp. ord.* ¶ Auctoritas eligentium præfertur numero eligentium. *c. dudum. de elect.* ¶ Auctoritas regalis & sacerdotalis tenetur defendere res Ecclesiæ. *23. q. 5. c. res autem omnes.*

Auditus testium contra matrimonium non valet, nisi sint graves personæ testantes factum. *c. præterea. de testib.* ¶ Auditur quis veniens contra factum suum. *c. Lator. de sent. & re jud.* ¶ Ab auditore dato à judice ordinario non potest appellari. *c. super quæstionum. §. verùm. de offic. deleg.*

Augur vel augures consulendi. *d. c. 1. §. augures. d. c. nec mirum. §. auguria.*

Augustinus *2. q. 7. c. quanquam.*

Authentica scriptura quæ. *cap. 1. & 2. de fid. instrum.*

Auxilium malefactoribus ferendum non est. *23. q. 5. per totum.*

B

Balistarii & sagittarii adversùs Christianos artem non exerceant. *c. unico. de sagittariis.*

Balnea Die dominico conceduntur, dummodò non fiant voluptatis causâ, sed propter necessitatem. *de consult. distinct. 3. cap. pervenit.* Ne viri cum mulieribus lavacra habeant communia, cavetur *dist. 81. c. non oportet.* Hæc sunt dicta de delictis & quasi delictis: ad quæ alia plura connumerari possent. Nam quicquid fit contra præceptum legis, delictum dici potest, & pœnam meretur. *14. q. 2. quisquis.*

Baptismus quid. *de consecrat. dist. 4. c. Baptismi. & cap. Catechumenum.* ¶ Baptismus verus est, à quocunque conferatur in forma Ecclesiæ. *c. firmiter. de summ. Trin.* ¶ Baptismi nec suscipit rem, nec characterem, qui publicè contradicit, nec pòst consentit. *cap. majores. de baptis.* ¶ Baptizare nemo potest seipsum. *cap. debitum. eod. tit.* ¶ Baptizari qualiter possunt dementes & dormientes. *ibidem.* ¶ Baptizatus habendus est, qui inter Christianos natus, honestè conversatus est, nisi evidentibus signis contrarium probetur. *c. veniens. de Presbyt. non baptizat.* ¶ In baptismo crimina remittuntur, sed matrimonium non solvitur. *cap. gaudemus. de divort.* ¶ Non baptizatus baptizetur, & iterùm ordinetur. *cap. veniens. de Presbyt. non baptizat.* ¶ Baptismus conferri debet & potest interdicti tempore. *cap. responso. de sent. excomm.* ¶ Baptizandi modus, & quando dubitatur baptizatus aliquis. *cap. de quibus. de baptiz.* ¶ Baptizatus à Latino non rebaptizatur à Græco, nec econversò. *cap. licèt. eod. tit.* ¶ Baptizatus bis non promoveatur ad ordines, si est publicum, nec intret religionem. *cap. ex literarum. de apost. & reit. baptiz.* ¶ Baptizatus non potest accipere filiam ejus qui eum baptizavit. *cap. ex literis. de cognat. spirit.*

Beatitudo Æterna solummodò membris Christi paratur. *de pœnit. dist. 1. c. omnis qui non diligit.*

Beguardi & Beguini damnantur. *Clem. 1. de religiosis domibus. Clem. ad nostram. 3. de hæreticis. extravag. Ioan. XXII. unicâ. de religiosis domib.* Ab hac regula excipiuntur mulieres fide dignæ, nec suspectæ, sub habitu beguinarum viventes. *extravag. com. unic. eod. tit.*

à Bellicis actibus, aliquibus diebus feriandum. *c. 1. de treuga & pace.* ¶ nisi necessitas urgeat. *25. q. 8. c. si nulla.* ¶ Belli tempore quæ securitate gaudeant. *cap. ult. de treuga & pace.*

Beneficia, *cap. tua nobis. 32. de verb. signific.* ¶ *Beneficium* Ecclesiasticum non potest licitè sine institutione Canonica obtineri. *cap. 1. de reg. jur. in 6.* ¶ Beneficium Principis latissimè interpretandum. *cap. olim. 16. & cap. Abbate. 25. de verb. sign. c. cùm dilecti. 6. de donat.* Hujus regulæ exceptio est in literis super obtinendo beneficio impetratis. *cap. quamvis. 4. in princ. de præbendis. in 6.* ¶ Ad beneficia non debent aliqui promoveri, nisi castitate promissâ. *cap. sanè. de Cleric. conjug.* ¶ Beneficium contra jus possessum justè possidetur per tolerantiam superioris. *cap. literas. de suppl. negl. Prælat.* ¶ Beneficium vacans ex causâ potest retineri ad tempus. *c. præterea. de cens.* ¶ Beneficiorum tempus computatur à notitia. *c. licèt. de suppl. negl. Præl. & c. quia diversitatem. de concess. præbend.* ¶ Beneficium vacans ultra sex menses, si Capitulum debet conferre & non fecerit, Episcopus conferet: & econversò, si Episcopus neglexerit, ad Archiepiscopum, vel ad Papam, si ille non fecerit, collatio pertinet. *cap. intra sex menses. de concess. præbend. & cap. licèt. de suppl. neglig. Prælat.* ¶ Beneficium sibi ipsi nullus dare potest. *cap. cùm ad nostram. de inst.* ¶ Beneficium primum ipso jure amittitur, si aliud recipitur. *cap. jam dudum. de præbend. & dignitat.* ¶ Beneficium suum habeat Clericus infirmus. *c. cùm percussio. de Cler. ægrot.* ¶ Beneficium quis amittit propter ingratitudinem. *cap. cùm Sacerdotis. de postulat.* ¶ Beneficium quis non debet amittere, nisi convincatur de crimine. *c. si constiterit. de accus.* ¶ Beneficium habens sufficiens, ab Ecclesia cui non servit, nil recipiat *c. quia nonnulli de Cler. non resid.* ¶ Beneficium non vacans, nulli promittatur specialiter. *cap. accepimus. de pec.* ¶ Pro beneficiato non scribit Papa, nisi primi fecerit mentionem. *cap. postulasti. de rescript.* ¶ Beneficium habens primò, si literas super alio obtinendo impetret, non valent, nisi de primo mentionem faciant. *ibid.* ¶ Beneficium malè dans conferendi potestate privetur. *c. grave. de præbend.* ¶ Beneficium Clerici detineri potest à judice pro debitis. *cap. pervenit. de fidejuss.* ¶ Beneficia plura non potest quis habere sine dispensatione. *c. dudum. de elect.* ¶ Beneficia conferenda à religiosis, non possunt suis monasteriis conferri, & si negligant præsentare Clericum, Episcopus providebit. *c. sicut nobis. de suppl. negl. Præl.* ¶ A beneficiis debent removeri Clerici incontinentes. *c. Clericos. de cohab. Cler.* ¶ Beneficium curatum habens vel prælaturam recipiens sit 25. annorum. *c. cùm in cunctis. de elect.* ¶ Beneficium obtinens, si literas impetret tacitâ veritate, non valent literæ. *c. ad aures. & cùm nostra. de rescript.* ¶ Beneficia conferat Episcopus, si neglexerit patronus. *c. eam te. de jur. patr.* ¶ Beneficium dimittat Clericus uxorem ducens. *cap. quod à te. de Cleric. conjug.* ¶ Beneficium non detur, nisi residere volenti. *c. quia nonnulli. de Cler. non resid.* ¶ Beneficium dans quod non potuit, tenetur alia dare. *c. inter cætera. de præbend.*

Bibere non licet id, quod reliquum est ex eo, quod dæmonibus est immolatum. *26. q. 2. c. sed & illud. §. fin. cum cap. seq.*

Bigami. *27. quæst. 1. cap. quotquot.* ¶ Bigamus ad Sacerdotium promoveri non potest. *cap. ut bigami. de bigam.* ¶ Bigamus ex dispensatione ordinari non potest. *c. super eo. eod. titul.* & ordinator privetur officio, nisi ex dispensatione toleretur. ¶ Bigamus ipso jure est à divinorum celebratione suspensus. *capit. de bi-*

gamis. eod. titul. ¶ Bigamus non est contrahens cum vidua, si adhuc est incognita. *c. debitum. eod. tit.* ¶ Bigamus non est plures habens concubinas. *c. quia. eod. tit.* ¶ Bigamus contrahens non debet benedici à Sacerdote. *cap. capellanum. de secund. nupt. & c. vir autem. ibid.* ¶ Bigamiæ pœna punitur in sacris ordinibus constitutus, cum vidua contrahens de facto. *cap. quia. & c. inoper. de bigam.* ¶ Bigami Clerici ipso jure cadunt à privilegio, tonsura, & habitu Clericali, & foro seculari sunt addicti. *Greg. in novell. de bigam. lib. 6.*

Blasphemiæ & adjurationes puniendæ. *c. 2. de maledicis.*

Bona fides non patitur, ut bis idem exigatur. *c. bona fides. 83. de reg. jur. in 6.*

Bonarum mentium est, ibi etiam culpam agnoscere, ubi culpa non est: quia sæpè sine culpa agitur, quod venit ex culpa. *distinct. 5. c. ult. §. fin. cap. consilium. 2. §. cùm autem. in fine. de observantia jejuniorum.*

Bonos paucos sanctius est, quàm multos malos habere. *c. cùm sit ars. 14. vers. sanctius enim. de ætate & qualitat. præficiendor.*

Bonorum nomine tam mobilia quàm immobilia dicuntur. *c. relatum. de test.* ¶ Bona mobilia per Ecclesiam acquisita, possunt dari locis religiosis & pauperibus, sive etiam servis, consanguineis, vel aliis post mortem Clericorum: sed alia, quocunq; modo acquisita, pro voluntate morientium distribuantur. *c. relatum. de testam.*

C

Cadit, qui quoties toties refugit, justi vocabulum non amittit. *de pœnit. dist. 3. c. quamvis. §. hac. in fin.*

Calcaribus deauratis non utantur Clerici. *cap. Clerici. de vit. & honest. Cleric.*

Calumniæ juramentum post litis contestationem præstatur. *cap. cùm in causa. de juram. calumn.* ¶ Calumniæ juramentum præstare recusantis pœna. *c. fin. eod. tit.* ¶ De calumnia non juratur in causis spiritualibus. *c. literæ. eod. tit.* ¶ De calumnia jurare non tenetur Clericus alicujus ordinis. *cap. inhærentes. eod. tit.* ¶ De calumnia jurari potest per œconomum & per syndicum. *c. in pertractandis. eod. tit. & c. imperatorum. eod.* ¶ Calumniæ juramentum in casu requiri potest à Clerico. *c. cæterùm. de juram. calumn.*

Calumniantes ad vindictam poscit similitudo supplicii. *2. q. 8. cap. quisquis. 5. quæst. 6. cap. qui calumniam. cum seq.* ¶ Calumniari præsumitur denunciator non probans quod intendit. *cap. 2. de calumn.* ¶ Calumniatores Prælatorum puniuntur degradatione, incarceratione, suspensione. *d. c. 2. ibid.*

Campanas Religiosi mendicantes plures habere prohibentur, exceptis certis casibus. *cap. 1. unico. de officio custodis, in extravag. commun.* ¶ Campanarum pulsatione cessante, possunt Clerici, interdicti tempore, in cœmeterio sepeliri, qui tamen servârunt interdictum. *c. quod in te. de pœnit. & remiss.* ¶ Campanas non licet templariis nec hospitalariis habere, nec pulsare sine consensu Episcopi diœcesios. *c. potemib. de privileg. & excess.*

Canonicus Episcopo serviens beneficium non perdit. *cap. de cætero. & cap. ad audientiam. de Cler. non resid.* ¶ In Canonicum recepto præbenda debetur. *cap. relatum. de prabend. & c. cùm super. de concess. prab.* ¶ Canonici certum numerum Canonicorum in Ecclesia statuere possunt. *cap. in Ecclesia. de institut.* ¶ Canonici dignitates Ecclesiarum mutare possunt. *cap. cùm accessissent. de constit.* ¶ Canonicorum numerus non debet ex Laicis suppleri. *cap. Ecclesia. de institut.* ¶ Canonici dignitatem vel præbendam supprimere propriâ authoritate non possunt in suis Ecclesiis. *cap. cùm accessissent. de constitut.* ¶ Canonici regulares Ecclesias parochiales regere possunt, & regulam suam servare debent, ut Episcopo sint subjectæ. *cap. inter quatuor. de relig. dom.* ¶ Canonicorum numerus augeri potest, si facultates augentur, etsi sit Canonicorum numerus statutus. *cap. cum M. Ferrarien. de constitut.* ¶ Canonici non possunt minuere numerum Canonicorum. *cap. ex parte. eod. tit.* ¶ Canonicus ægrotans habeat debitam portionem suæ præbendæ. *cap. ad audientiam. de Cler. non resid.* ¶ Canonicorum correctio in criminalibus pertinet ad Episcopum. *cap. irrefragabili. de offic. jud. ord.* ¶ Canonicorum numero, juramento & confirmatione Papæ firmato, literæ super receptione non valent, nisi de prædictis mentionem faciant. *cap. constitutus. de rescript.*

Canonum origo & numerus Conciliorum exponitur. *distinct. 15. in princ. cum cap. sequente. distinct. 16. cap. sexta synodus. cum cc. sequentib. usque ad distinct. 17.* ¶ Canonis definitio. *distinct. 3. cap. 1. cum duob. sequentibus.* ¶ Canonum divisio. *dict. distinct. 3. cap. regula. §. porrò canonum.* item de Canonibus Apostolorum extat *distinct. 16. cap. sexaginta. cap. Clementis. c. placuit. cap. Isidorus. cap. sextam. cap. habeo. cap. quoniam.* Contradicit *dict. distinct. 16. in princ. cum cap. sequente: item dict. cap. Clementis.* ¶ Canones & decreta Pontificum vim legis obtinent. *cap. de constitut. distinct. 11. cap. hoc vestræ. distinct. 12. cap. videtudinem. item 1. quæst. 7. cap. si quis. in princ. 25. quæst. 2. cap. nulli. cap. violatores. cap. omne quod. cap. primæ salutis. cap. generali. cap. omnia. cap. hæc consona. cap. à sanctis. item 25. quæst. 2. cap. amputato. cap. si quis dogmata.* ¶ Canon posterior derogat priori. *cap. 1. de constitut.* ¶ Contra Canones recipiens & dans beneficium, uterque punitur privatione. *cap. quia nonnulli. de Cleric. non resid.* ¶ Secundùm Canones agatur in judiciis, & nemo suo sensu utatur. *c. Canonum. & cap. ne inimicaris. de constitut.* ¶ Canones scire debent, qui causam matrimonii tractant. *arg. c. accepisti. de frigid. & malefic.*

Canonizatio requiritur ad hoc, quòd debeat sanctus venerari, etiam miracula faciens. *cap. audivimus. de relig. & venerat. sanctor.*

Capella in præjudicium matricis Ecclesiæ non potest construi. *c. intelleximus. de op. nov. nunciat.* ¶ In capellis possunt esse Canonici privilegiati. *c. cum capella. de privileg.* ¶ In capellis Monachorum populum habentium debet institui & destitui Capellanus per Episcopum. *c. 1. de capell. Monach.*

Capite languescente, faciliùs membra corporis inficiuntur. *6. q. 1. c. sunt plurimi. §. verùm. & c. ex merito.* sequuntur enim caput membra. *12. dist. c. non decet. 11. dist. c. nolite. de consecr. dist. 3. c. celebritatem.*

Capituli major pars & sanior obtinere debet. *c. ex parte. de his quæ fiunt à maj. part. cap.* sed pars minor contradicere potest, si habet rationem. *cap. cùm in cunctis. eod. tit. & cap. cùm inter. 3. de elect.* ¶ Capituli assensus requirendus est in institutione vel destitutione personarum vel dignitarum ab Episcopo. *cap. quantò. de his quæ fiunt à Prælat.* ¶ Capitulo non consentiente, non est rata donatio Episcopi. *cap. cùm nos. eod. tit. & cap. quantò. eod. item cap. fraternitatem. & c. pastoralis. de donat.* ¶ Item nec pensionem augere potest Episcopus sine licentia Papæ. *cap. pastoralis. dict. tit.* nec centesimam dare sine consensu Capituli, nisi per Papam. *cap. Apostolicæ. eodem tit.* ¶ Capitulo cissentiente, non tenet donatio Abbatis. *cap. ea noscitur. de his quæ fiunt à Prælat. sine consensu cap.* ¶ Capituli consensus confirmat donationem Episcopi. *c. pastoralis. de donat.* ¶ Capitulum, vacante sede, potest excommunicare, absolvere, judicare & confirmare. *cap. abolendam. de hæret.*

Caritas annonæ. *16. q. 1. cap. revertimini. §. si quando. 16. q. 7. cap. majores.* Cardinales Papæ in executione officii sacerdotalis coadjutores adsistunt. *c. fundamenta. 17. vers. decet namque ipsi Romano. de electione. in 6.*

Carne utilicet, si dies Nativitatis Domini sit in sexta feria. *c. explicati. de observ. jejun.* ¶ Carnes etiam in quadragesima & jejuniis solemnibus, cùm urgens est necessitas, indulgeri possunt. *c. 2. eod. tit.*

Cassa est sententia à non suo judice lata. *cap. F. & G. 40. de off. & potest. judic. delegat. & cap. at si Clerici. de judic.* ¶ Cassatur electio, si ante confirmationem electus ministret. *cap. qualiter. de elect.* ¶ Cassatur electio propter defectum scientiæ in electo. *ibidem.* ¶ Cassari debent quæ per importunitatem fiunt. *capit. tuæ. de præbend. dignit.*

Castitas seu continentia voluntaria Deo placet, non necessaria. *33. q. 5. cap. tunc salvabitur. circ. medium.*

Castitatem servare, est viam arctam & difficilem ingredi. *28. dist. c. de his. & 33. q. 5.*

Castrans seipsum ex justa causa non est irregularis. *c. ex parte. 3. de corpor. vitiat.* Sed sine necessitate faciens dispensatur per Episcopum in aliis, sed non in altaris ministerio. *c. significavis. 4. eod. tit.*

Causa. *cap. forum. 10. §. causa à casu. & §. causa aut. de verb. signific.*

Causâ cessante cessat effectus. *cap. esti Christus. 26. §. quemadmodum ergò Paulus. in fine. de jurejurando.* ¶ Prohibitâ causâ, prohibitus quoque censetur effectus. *c. cùm quid. 39. de reg. jur. in 6. c. nam concupiscentiam. 4. de constitutionib.* ut contrà prohibito effectu, omnis ejus causa prohibita censetur. ¶ Causa dicitur insufficienter instructa, lite non contestatâ. *c. olim. de lit. contest.* ¶ Causæ committi debent ei, coram quo securè potest comparere. *c. accedens. ut lit. non contest. non proced.* ¶ Causæ non debent remitti ad eos, à quibus appellatum est, nisi partes consenserint. *c. accepta. de appell.* tamen quandoq; remittitur. *c. literæ. de matrim. contract. contra interdictum Eccles.* ¶ Causæ majores ad sedem Apostolicam mittendæ sunt. *c. cùm ex illo. de translat. Episc.* ¶ Causæ continentia dividi non debet. *cap. 1. de sequestr. poss. & fruct.* ¶ Causa principalis sicut committi potest, ita & incidens. *cap. causam. de rescript.* ¶ In causa criminali intentata potest constitui procurator. *cap. tuæ fraternitati. de procur.* ¶ In causa statûs vel liberali non debet procedi eo absente, qui petitur in servitutem. *cap. inter quatuor. de major. & obedient.* ¶ In causis gravibus non cogitur quis invitus constituere procuratorem. *cap. querelam. de procur.* ¶ In causâ pari potior est conditio primò occupantis. *cap. pastoralis. de jur. patronat.* ¶ In causis spiritualibus juratur, licèt non de calumnia, tamen exceptionibus propositis in eis. *cap. literas. de restitut. spoliat.* ¶ Causæ non sunt audiendæ tempore nundinarum. *cap. significaverunt. de judic.* ¶ Causa civiliter tractata, non deducatur ad judicem Ecclesiasticum. *capit. ex parte. de alienat. judic. mutand.*

Cautionem standi mandatis Ecclesiæ præstet absolvendus. *capit. ad nostram. de jurejur.* ¶ Cautionem præstet in possessione existens, cùm de jure possessionis dubitatur, scilicet restituendi omnia tempore medio recepta, si cadit in causa. *cap. suscitata. de in integr. restitut.*

Celebrare divina ubicunque possunt prædicatores & minores. *c. in his. de privileg.*

Cella. *cap. privilegium. 4. de verborum significatione. in 6.*

Censura Ecclesiastica dicitur excommunicatio, suspensio, & interdictio. *c. quærenti. 20. de verbor. signific.*

Census ex quibus causis debeatur.

Si Census in prædio alicujus constitutus sit per Legatum, Indictionem vel similem aliquem modum, debetur. Quod fallit si Ecclesiæ census sit impositus. *cap. scientes. 3. cap. prohibemus. 7. cap. cùm Clerici. 11. de censibus. cap. præterea. 23. de jure patronatûs.* item census ab Ecclesia debetur, si in fundatione Ecclesiæ consensu Episcopi, census ei sit impositus. *dict. cap. vers. præter antiquos. cap. significavit. 13. §. quocirca. de censibus.* Nisi vetus census postea sit auctus.

dict. cap. prohibemus. 7. vers. nec veteres. & cap. grauis. 15. de censib. item census ab Ecclesia præstatur, si Episcopus remittendo Ecclesiæ jura Episcopalia censum ei imposuerit. *cap. constitutus. 6. de religiosis domib.* non tamen, si Episcopus Ecclesiam à Laicis occupatam illis eripuerit. *cap. Ecclesiis. de censib.* neque etiam jusjurandum de persolvendo censu præstitum sit. *cap. significavit. 13. & cap. grauis. 15. eod. tit.* item si Ecclesiæ authoritate superioris census impositus est, debetur. *cap. præterea. 8. versic. si Pontificis. dict. tit.* Nisi nulla justa causa subsit. *dict. cap. significavit. 13. §. fin.* ¶ ex Præscriptione, ut si multis annis census sint persoluti, debentur. Nisi Clericus sine authoritate superioris ex reditibus Ecclesiæ censum persolverit. *dict. cap. præterea. 8. & c. cum Cler. 11. de censib.* ¶ neque etiam debetur census, cujus causa ignoratur. *cap. pervenit. 5. eod. tit.* ¶ Census à privata persona impositus, personalis est, nec ejus vitam excedit. *cap. præterea illi. de censib.* ¶ Census dicitur personalis, nisi exprimitur quòd sit realis. *cap. veniens. de transact.* ¶ Census novus Ecclesiis non imponatur. *cap. scientes. & c. prohibemus. de censib.*

De petitione Censuum.

Censum petens causam exprimere debet, ex qua debeatur. *cap. pervenit. de censibus.* ¶ Census à miserabilibus personis non est extorquendus. *c. licèt. de censib.*

De solutione Censuum; quid & quantum debeatur?

¶ Si census annui diversis mensuris soluti sunt, in minori Mensura debentur. *cap. ex parte. 18. de censib.* ¶ Solvendi sunt census in antiqua Moneta, in qua sunt instituti. *cap. penult. de censibus.* Nisi solutio alterius monetæ sit præscripta. *cap. olim. 20. dict. tit.* item nisi antiqua moneta in usu esse desierit; tunc enim æstimatio ejus persolvenda. *dict. cap. penult. in fin.* ¶ Ne ratione census vel alterius actionis Plus debito exigatur. *c. ea quæ de. 12. d. sit. & cap. quia plerique. 8. de immunitate Eccles.* ¶ Census ignorantiæ solvi non debent. *cap. pervenit. de censib.* ¶ Censum non solvens per biennium, amittit rei detentionem. *capit. querelam. de jurejur.* ¶ Census solutio est subjectionis probatio. *cap. omnis. de censibus.* ¶ Censum solventes domino Papæ, tales Ecclesiæ sunt exemtæ. *cap. recipimus. de privileg.* ¶ Census tempore certo & certa ex causa debet absolvi. *c. pervenit. de censib.*

Certiorari ulteriùs non oportet eum qui certus est. *cap. cum qui. 31. de reg. jur. in 6.*

Cessio Episcopi quando & quibus de causis admittitur. *c. nisi. de renunciat.* ¶ Cedere non potest Episcopus auctoritate propriâ. *cap. quantò. de translat. Episc.* ¶ Cedens propter honestam causam iterùm potest reassumi. *cap. post translationem. de renunciat.* ¶ Cessio sufficientis & sancti difficulter admittitur. *capit. literas. eod. tit.* ¶ Cessionem petens & impetrans compellitur, si nolit. *c. quidam cedendi. eod. tit.*

Charitatis Definitio seu potiùs Descriptio, *de pœnit. dist. 2. c. charitas est. in princ. usque ad §. ergò si charitatem.* item appellatur unctio invisibilis. *d. distinct. 2. cap. unctio.* ¶ *Charitatis* divisio in perfectam & imperfectam. *d. distinct. 2. c. Charitas in quibusdam.* ¶ Dilectio proximi specialiter describitur. *dict. cap. Charitas est. §. proximos. usque ad dict. §. illi verò plus quàm se. item 23. quæst. 4. cap. debet.* ¶ de Charitate sui ipsius seu philautia, quatenus concessa. *dict. cap. charitas est. §. corpus nostrum.* & ordo charitatis perversus quis sit. *dict. cap. charitas est. §. ordinem dilectionis.* ¶ Charitas non excidit, vel deseri nequit. *de pœnit. distinct. 2. c. charitas quæ. cap. radicata. c. charitas est. in princ. vers. corruptionis nescia. cap. charitas nunquam. cap. unctio. cap. ficta. cap. firmum. Contradicit d. distinct. 2. cap. ut cognoverunt. cap. fin. cap. ult. §. charitati. usque ad fin.* & distinguitur regula proposita in charitate imperfecta. *d. distinct. 2. c. charitas est aqua. §. fin. cap. super tribus.* ¶ Charitas Ecclesiæ peccata dimittit ac tenet. *dict. distinct. 4. cap. Ecclesiæ.* ¶ Sine Charitate non remittitur peccatum. *de pœnit. distinct. 2. cap. 1. §. fin. cap. charitas est aqua. §. sine charitate. §. Amen, Amen. cap. ego sum. ibidem. distinct. 7. c. nullus. §. scriptum est.* ¶ Charitatem habens non peccat. *d. distinct. 2. cap. 1. §. fin. c. ficta charitas. §. fin.* & qui charitatem habet, non sitiet in æternum. *d. distinct. 2. c. charitas est aqua. in princ.* ¶ Charitas liberat à mundanis cupiditatibus. *dict. distinct. 2. cap. valida. cap. charitas est. in princ. vers. mors criminum. §. ergò si charitatem. vers. seculi blandimenta.* ¶ Charitas facilè peccato resistit. *dict. §. ergò si charitatem. §. quoniam si ex toto corde.* ¶ Charitas omnia difficilia perficit. *dict. §. ergò si charitatem. vers. & omnia.* & omnia tolerat. *de pœnit. dist. 3. cap. ult. §. hæc propter.* Omnium bonorum radix est charitas. *de pœn. distinct. 2. c. quia radix.* & Charitas est excellentior via ad Deum. *dict. cap. charitas est. §. hæc est charitas.* ¶ Bona opera sine charitate non prosunt, declaratur *de pœn. dist. 3. dict. cap. ult. in princ.* ¶ an Charitas sit in reprobis, & iis qui aliquando peccaturi sunt criminaliter, disseritur. *d. dist. 2. cap. 1. §. fin. cap. si enim. §. fin. cap. Apostolus. c. mirandum. c. multi benè. §. 1.* ¶ Charitatis contrarium est odium. *de pœnit. dist. 2. c. tolle charitatem. Hæc de charitate.*

de Christi nomine. *cap. 1. §. quia verò. versic. Christus enim. de sacra unctione.* ¶ Christus verus Deus & verus homo est. *cap. in quadam. 8. de celebrat. Missarum. Clement. 1. in princ. de summa trinitate. capit.. cùm Christus. 7. de hæreticis.* ¶ Christus Fundamentum est: quo deficiente, deficit id quod est superædificatum. *1. quæst. 1. cap. cùm Paulus.* ¶ Christus Panis est vivus. *d. consecr. distinct. 2. c. Christus.* ¶ Christus quotidiè Immolatur, cùm corpus & sanguis ejus sumitur. *d. dist. 2. cap. semel immolatur. de pœn. distinct. 1. cap. potest fieri. §. sicut.* ¶ Semel Mortuus, non amplius moritur. *de consecr. dist. 2. cap. semel Christus.* ¶ Christus pingendus est specie hominis, non agni. *de consecr. dist. 3. c. sextam.*

de *Christi* gratia. *de consecr. distinct. 4. cap. gratia. cap. antepenultim. cum duobus sequentibus.* ¶ Signum Deitatis in Christo est, quòd super eum descenderit & manserit Spiritus Sanctus. *de pœn. dist. 2. c. quærendum.*

Circumstantiæ decem à testibus inquirendæ sunt. *c. cùm causam. de testibus.* ¶ Circumstantiis probatur crimen adulterii. *c. literis. de præsumpt.*

Citatio non valet, si plures quàm quatuor citantur. *cap. nonnulli. de rescriptione.* ¶ Citatio extra provinciam ultra duas dietas non valet. *ibidem.* ¶ Citatio, si plures conditiones manifestè inconvenientes habeat, non valet. *cap. accedens. ut lit. non contest. non proced.* ¶ Citatio ad locum periculosum vel inhonestum non valet. *cap. ex literis. de off. jud. deleg.* ¶ Citatus legitimè per suum superiorem, etiamsi diœcesim mutaverit, jurisdictioni tenetur respondere. *cap. proposuisti. de foro compet.* ¶ Citatus ad judicium debet comparere, & suum privilegium allegare, aliàs sententia tenet. *cap. si duobus. de appellat.* ¶ Citatus à secundo non tenetur respondere, nisi priùs sciat jurisdictionem prioris esse revocatam. *cap. ex tenore. de rescript.* ¶ Citationi rescriptum Papæ est inserendum. *cap. præterea. de dilat.* ¶ Citari debet procurator absente domino, & si ille non sit, denuncietur domui ejus. *cap. si adversarius. de eo qui mitt. in poss.*

de Civium ornatu & fuco mulierum. *de consec. dist. 5. c. fucare.*

Clandestinum matrimonium asserentes, vel etiam negantes, non sunt ab Ecclesia compellendi. *cap. quòd nobis. de clandestin. desponsa.* ¶ Clandestinè contrahentium in gradu prohibito, etiam ignoranter, proles illegitima censetur. *capit. cùm inhibitio. eodem titul.* ¶ Clandestinum matrimonium carnalis copula sequens ligat, sive de præsenti, sive de futuro. *cap. 1. eod. tit. & cap. is qui. de sponsa.* ¶ Clandestinus contractus in facie Ecclesiæ est innovandus. *capit. 2. de clandestin. desponsa.* ¶ Clandestina matrimonia prohibentur. *capit. cùm inhibito. eodem tit.* ¶ Clandestinum matrimonium debet probari per virum. *cap. si quis. eod. tit.* ¶ Clandestino matrimonio consentiens Sacerdos punitur per suspensionem per triennium. *cap. final. §. final. eodem tit.* ¶ Clandestinum matrimonium à contrahentibus publicatum confirmat Ecclesia. *c. quod nobis. eod. tit.* nisi rationabilis causa impediat.

Clavis *extravag. Ioann. XXII. quia quorundam. 5. §. clavis est. d. tit.*

Clericus in conflictu existens promoveri potest, si neminem percussit, & armis potest resistere inimicis suis vim sibi inferentibus. *capit. præsentiam. de Cler. percuss.* ¶ Clericorum nomine Canonici intelliguntur. *capit. cùm tibi. de verbor. significat.*

Clericorum officium.

¶ Clericus sine consensu Episcopi, alterius jurisdictioni se non subjiciat. *cap. significasti. de for. compet.* ¶ Clericus comam non nutriat, eam nutriens invitus tondeatur. *cap. Clericis. de vit. & honest. Cler.* ¶ Clericus judicio seculari se non subjiciat quoad pœnam, & percutiens sic est excommunicatus. *c. contingit. de sentent. excom.* ¶ Clericus Laico in temporalibus non ministret. *c. Sacerdotibus. & cap. sed nec. ne Cleric. se negot. secul. immisc.* ¶ Clericus alterius diœcesis ad ordines non transeat, nec recipiatur sine literis sui Episcopi vel Papæ. *c. fraternitati. de Cler. non resign.* ¶ Clerici canes vel aves ad venandum non habeant. *c. 2. de Cler. venat.* ¶ Clerici officia sive commercia secularia non exerceant. *cap. Cler. 2. de vit. & honest. Cler.* ¶ Clericus in sacris ordinibus constitutus, non debet esse tabellio in causa criminali. *cap. sicut te. ne Cler. se negot. secul. immisc.* nec causam vel judicium sanguinis agiret, vel literas scribat vel dictet. *cap. Cler. eod. tit.* ¶ Clericus prælaturam vel curam habens animarum, vel Sacerdos, Physicam vel leges non audiat: aliàs, si intra duos menses non redierit, est excommunicatus. *c. super specula. ne Cler. vel Monach.*

Privilegia Clericorum.

¶ Clericum tenens in vinculis solùm, est excommunicatus. *cap. nuper à nobis. de sentent. excommun.* ¶ Clericum verberans privatim, & si non sit convictus, à Papa absolvendus est. *cap. porrò. de sentent. excomm.* ¶ Clerici ad judicium seculare non trahantur. *cap. qualiter. de jud.* nec à secularibus condemnentur, sed coram judice Ecclesiastico tractentur causæ eorum. *cap. nullus. de for. compet.* ¶ Clericus à Laico judicari non debet, nisi depositus. *cap. Cler. de judic.* ¶ Clericus de calumnia jurare non debet, nisi per alium, nec religiosus irrequisito superiore, vel Clericus inconsulto Episcopo. *cap. 1. de juram. calumn.* nisi Clericus contra Clericum juret, tunc enim potest. *cap. caterùm. de juram. calumn.* ¶ Clericum percutiens quis vel se expurget, vel absolvatur, aliàs quasi excommunicatus habetur. *cap. cùm desideres. de sentent. excomm.* ¶ Clericus absens potest per alium de beneficio investiri. *capit. accedens. de præbend. & dignitat.* ¶ Clericum verberans Papam adeat, nisi sit intra annos puberes. *cap. super eo. 2. de sentent. excommun.* ¶ Clericus moriens potest conferre bona sua intuitu personæ cui vult, & etiam alia mobilia servis vel cognatis, vel piis locis. *cap. sed hoc. de success. ab intest.* ¶ Clericorum percussoribus faventes, vel liberare nolentes, cùm manifesto possint facinori obviare, & non faciunt, incidunt in Canonem. *cap. quantæ. de sentent. excommun.* ¶ Clericus potest convenire Episcopum coram Metropolitano. *cap. solicitudinem. de appellat.* ¶ Clerici depositi non statim debent tradi judicio seculari per Episcopum. *cap. at si Clerici. de judic.* ¶ Clerici tempore interdicti possunt sepeliri in cœmeterio, si interdictum benè servârunt. *c. quod in te. de pœnit. & remiss.* ¶ Clerici de bonis Ecclesiæ subvenire non debent judi-

cibus secularibus sine licentia Papæ, nisi in necessitate. *cap. non minùs. & cap. adversùs. de immunitat. Ecclesiar.* ¶ Clericus fusem in foro seculari potest convenire civiliter, sed non criminaliter. *capit. Henricus. de Cleric. pugn. in duell.* ¶ Clerici possunt poni in locis religiosis, si defuerint regulares. *capit. inter quatuor. de religios. domib.* ¶ Laicus Clericum capere potest tantùm de mandato Prælati sui, alioquin excommunicatur, dummodò etiam non excedat, nisi quantum rebellio exigit defendentium. *cap. ut famæ. de sentent. excommunic.* ¶ Clericis in sacris ordinibus constitutis non debet pœnitentia publica injungi. *cap. quæsitum. de pœnitent. & remiss.* ¶ Clericus Laico fidelitatem jurare non tenetur, nisi aliquod temporale tenebat ab eodem. *c. nimis. de jurejur.*

Clerici, quomodo privilegia sua amittant, vel aliàs puniantur.

Clericus negotia secularia exercens, amittit privilegium Clericale. *cap. ex literis. de vit. & honestat. Cleric.* ¶ Clericus sur authoritate superioris ligari potest & torqueri usque ad restitutionem. *capit. gravis. de depositi.* ¶ Clericus post trinam admonitionem à suo Episcopo, arma portans habitu Clericali relicto, non gaudet privilegio Clericali. *capit. in audientia. de sentent. excommunic.* ¶ Clericus verberari potest per superiorem disciplinæ causâ, similiter Monachus & Conversus, vel Clericus per Clericum, vel Monachus per Monachum de mandato ejus. *cap. universitatis. de sentent. excommunicat.* ¶ Clericus habitum & tonsuram dimittens non debet defendi ab Ecclesia. *cap. præterea. de Apostol.* ¶ Clericum guerram & seditionem facientem interficiens, non est mittendus ad Papam. *cap. perpendimus. de sentent. excommunic.* ¶ Clericus propter hæresim depositus, tradatur judici seculari. *capit. ad abolendam. de hæretic.* ¶ Clericus delinquens in habitu & tonsura seculari puniatur ut Laicus. *cap. contingit. 2. de sentent. excommunic.* ¶ Clericus duellum iniens, sive obtulerit, sive susceperit, deponendus est, poterit tamen cum eo dispensare Episcopus, si mors, vel mutilatio membri inde non sit secuta. *c. 1. de Cler. pugnantib. in duell.*

Coactio voluntati contraria excusat peccatum. *15. quæst. 1. capit. quod autem. §. sed hoc. & cap. meritò.* ¶ Coactio an in causa religionis locum habeat? quòd non. *45. distinct. cap. de Iudeis.* quòd sic. *23. q. 4. c. ipsa pietas. & cap. quid faciat. cum similibus.* ¶ Coactio non tenet in obligatione, ubi non sequitur assensus, similiter nec in matrimonio. *c. 1. de iis quæ vi metúsve caus. fiunt. & c. cùm locum. de spons.*

Coacta officia Deo displicent. *23. q. 6. c. jam verò.*

Coadjutor datur Clerico ægrotanti. *c. de rectoribus. de Cler. ægrotant.*

Cœmeteria ubi excommunicati sunt sepulti, reconcilientur aquâ benedictâ solemniter. *capit. consuluisti. de consecrat. Ecclesiar.*

Cogitationis pœna est ex lege divina. *49. dist. c. hinc enim. ante fin.* in *Cogitatione* voluptas reprimenda, ne etiam in actu dominetur. *d. c. hinc enim.*

à Collectis & muneribus cæcus immunis est. *c. licèt multum. 4. de censib.*

Collegium constituere sine authoritate superioris non licet. *cap. dilecta. 14. de excessib. Prælator.* ¶ Collegium sive corpus debet habere syndicum. *capit. unico. de Syndico.*

Commissiones duæ super eodem negotio impetratæ, nisi una de altera faciat mentionem, non valent. *c. ex tenore. de rescript.*

Committens in leges, frustrà leges invocat. *c. quia frustrà. 14. in princ. de usuris.*

Commodum sentire debet, qui sentit onus, & contrà. *cap. quâ sentire. 55. & cap. rationi. 77. de regul. jur. in 6.* Ex eo non debet quis fructus consequi, quod nisus extitit impugnare. *c. ex eo. 38. de regulis juris. in 6.*

in re Communi potior est conditio prohibentis. *c. in re communi. 56. de regul. juris. in 6.*

Commutatio præbendarum vel dignitatum sine Episcopo non fiat. *cap. quæsitum. de rer. permut.* ¶ Commutatio Ecclesiæ fieri potest, licèt non venditio. *cap. ad quæstiones. eod. tit.* ¶ Commutatio spiritualis cum spirituali, temporalis cum temporali fieri potest, sed non simul confusè. *d. c. eod. tit.* ¶ Commutari non possunt temporalia pro spiritualibus. *c. exhibita. eod. tit.*

Compensationis exceptio opposita, condemnationem minuit, nisi depositi actione agatur. *c. 2. §. sanè depositori. de deposito.* vel nisi debitum quod opponitur, dubium sit, non liquidum. *d. c. 2. §. fin.*

Compassionem vera justitia non debet habere. *43. dist. c. vera. 23. q. 4. c. est injust.*

Compromissum procuratoris debet dominus ratum habere: procurator tamen non debet compromittere sine mandato domini. *cap. per tuas. de arbitr.* ¶ Compromitti potest in Laicum authoritate superioris. *ibidem.* ¶ Compromissio in Laicum de spiritualibus non valet. *capit. contingit. eod.* ¶ Compromissione factâ, quando non licet resilere. *cap. in causis. de elect.* ¶ Compromissionis fines servandi sunt, aliàs non valet. *cap. constit. de appell.* ¶ Compromissio facta de electione, semper intelligitur de idoneo, & sic electus est recipiendus. *cap. causam. de elect.* ¶ Compromissum non extenditur ad hæredes compromittentis, si de ipsis non caveatur. *ibidem. & c. ult. de arbitr.* ¶ Compromissio tenet in beneficiis spiritualibus. *cap. nisi. de præb.*

Con-

Concentor. *distinct. 21. capit. Cleros. § concentor.*

Concessio Laici de re Ecclesiastica non valet. *cap. qui res. de reb. Eccles. non alien.* ¶ Concessio præsumitur realis, nisi probetur fuisse personalis. *capit. cùm venissent. de inst.* ¶ Concessionis verbo generali omnia concedi videntur. *ibid. & cap. nulli. de rebus Eccles. non alien.* ¶ Concessio Episcopi Capitulo reclamante non tenet, per Capitulum facta tenet, nisi fiat contra mandatum Papæ. *c. cùm nos. de iis quæ fiunt à Præl. & cap. 2. & 3. de concess. præb.* ¶ Concessionis authoritas transit ad superiorem, quando statutum tempus negligitur. *capit. cum nostris. eodem titulo.* ¶ Concedere non potest Episcopus, ut in eadem Ecclesia plura quis habeat beneficia. *capit. literas. eod. titul.* ¶ Ex concessione Episcopi potest haberi beneficium simplex habens curam animarum. *cap. de multa. de præbend.* ¶ Conceditur nobilibus & literatis plura beneficia habere, ex dispensatione tamen Papæ. *ibidem.* ¶ Concessum ex gratia, nulli debet præjudicium generare. *cap. bonæ memoriæ. de postulat.* ¶ Concessio beneficiorum non vacantium prohibetur. *capit. 2. & 3. de concess. præbend.*

De Conciliis.

de Concilii nomine & nominis ratione. *dist. 15. c. 1. §. Synodus autem. usque ad finem.*

Antequam *Concilia* habeantur, priùs de iis, quæ correctione indigent, inquirendum est. *cap. sicut olim. 25. §. ut autem id valeat. de accusat.* ¶ Absque Apostolicæ sedis Authoritate Synodum particularem vel Concilium universale congregare non licet. *distinct. 17. in princ. cum cc. sequentib. usque ad c. ult. item 3. quæst. 6. c. dudum.* quod fallit si non ad generaliter aliquid definiendum, sed ad corrigendum & indicendum id quod est statutum, Concilia celebrentur. *dist. 18. in princip.*

A quibus habenda Concilia?

¶ Regulares quoque Canonici, Abbates atque Priores possunt ac debent habere peculiare Concilium. *c. in singulis. 7. in princ. & §. hoc ipsum. de statu Monachorum.*

Quando & quoties habenda Concilia?

¶ Singulis annis habenda Concilia provincialia. *cap. sicut olim. 25. in princ. de accusationib. dist. 18. cap. quoniam quidem. in princ.* ¶ Singulis Annis bis habenda Concilia provincialia. *dist. 18. cap. de Conciliis. in princ. cap. propter Ecclesiasticas. in princ. c. pervenit. c. quoniam. in princ. cap. propter Ecclesiasticas. in princ.* ¶ Regulares quolibet triennio Concilia celebrabunt. *c. in singulis. 8. in princ. de statu Monachor.* ¶ Aliquot certis Diebus continuè habendum. *d. cap. 7. §. hujusmodi verò.*

Qui ad Concilia convocandi?

¶ De Abbatibus ad Synodum non cogendis. *distinct. 18. capit. Episcopus. item 18. quæst. 2. capit. ult. versic. non enim.* fallit si rationabilis causa subsit. *dict. versic. non enim. & dict. c. Episcopus.* item fallit si Abbates populum habeant. *cap. quod super. 9. de majoritate & obedientia.* denique fallit si Concilium sit Abbatum ac Religiosorum peculiare. *cap. in singulis. 7. in princip. de statu Monachorum.* ¶ Capitula cathedralium Ecclesiarum ad Concilia provincialia vocanda & admittenda. *c. ult. de his quæ fiunt à Prælat.* ¶ Diaconos, Presbyteros, & omnes quotquot se læsos existimant, præsentes esse oportet. *d. 18. cap. propter Ecclesiasticas. §. in ipsis autem. c. antepenult. versic. ita ut ad Concil.* ¶ Hæretici ad Synodum non convocandi. *24. q. 2. capit. cum quibus.* ¶ Imperatores Synodis interesse non debent. *d. distinct. 96. cap. ubinam.* ¶ Nisi universalis sit Synodus, in qua de fide agitur. *dict. cap. ubinam. vers. nisi forte. & d. dist. 96. c. nos ad fidem.* ¶ Presbyteri religiosi populum non habentes, ad Synodum non cogendi. *c. nimis prava. 17. & ibi glossa. de excess. Prælatorum.* ¶ Suffraganei Episcopi convocandi. *c. sicut olim. 25. in princ. de accusationib. item dist. 18. c. propter Ecclesiast. §. admoneant autem.* ¶ Universi Sacerdotes convocandi. *c. cùm super. 9. de majoritate & obedientia. & d. c. 7. in princ.*

Forma Conciliorum.

¶ Ne quis ex vocatis ad Synodum religiosorum plùs quàm sex evectiones & octo personas secum adducat. *capit. in singulis. 7. in princip. versic. hoc adhibito. de statu Monachorum.* Præsidentes Synodi ordinandi. *cap. 7. §. advocent autem. de statu Monachorum.* Juramentum synodale. *15. q. 6. cap. Episcopus.* ¶ de Meditatione & Solicitudine Episcoporum congregatorum circa mandata divina. *dist. 18. quoniam. §. dum autem.* ¶ de Inquisitis quæ correctione indigent, in Concilio proponendis. *cap. sicut olim. 25. §. ut autem. versic. & ea fideliter. de accusat.* ¶ de Inquirenda culpa præsidentium priorum cavetur. *cap. ea quæ. 8. §. sequentes. versic. idem etiam. dict. tit. de statu Monachor.* ¶ de Corrigendis excessibus & majoribus reformandis, & querelis dijudicandis in Concilio. *d. c. 25. in princ. versic. in quibus. & d. §. ut autem. versic. ut super his. item dist. 18. c. de Conciliis. versic. in quibus. cap. propter Ecclesiastic. in princ. & c. antepenult. in princ. item de statu Monachorum. c. in singulis. 7. §. hujusmodi verò.* ¶ de Dissidentibus Episcopis reconciliandis. *dist. 50. c. dissidentes.* ¶ de Muneribus à subditis accipiendis vel offerendis. *dist. 18. c. quoniam. §. fin. & c. de eulogiis.* ¶ de Visitatoribus eligendis, & horum officio. *dist. 18. c. in singulis. 7. §. ordinentur etiam.* ¶ de Sequentis Concilii vel Capituli loco definiendo, cavetur *dist. 18. c. 7. §. provisio.* ¶ de Cavendo, ne Ecclesiæ à Laicis lædantur, cavetur *distinct. 18. cap. 7. §. fin.* ¶ de Vita communiter celebranda & communibus expensis cavetur *dist. 18. c. 7. §. & qui convenerint.*

de *Contumacia* vocatorum non venientium, vel non habentium singulis annis synodum coërcenda. *distinct. 18. cap. non oportet. cap. pervenit. cap. quoniam. §. hunc ergò. cap. Episcopus. cap. placuit. cap. si quis autem. cap. si Episcopus. cap. si quis Episcoporum.* ¶ de Die Paschatis annunciandò cavetur *de consecrat. distinct. 3. cap. placuit ut postquam.* ¶ de Statutis publicandis. *distinct. 18. cap. ult.* item de statutis Concilii observandis. *cap. in singulis. 7. §. & quod statutum. §. si verò. versic. cæteris irrefragabiliter. de statu Monachor. item cap. sicut olim. 25. §. ut autem. versic. & quæ statuerint. de accusationibus.* & de Pœna transgressorum. *dict. cap. 25. §. fin.* ¶ denique de iis, quæ in Synodo expediri non possunt, ad Pontificem referendis. *d. c. 7. §. si verò. item dist. 18. c. de Conciliis. in fine.*

Concionatores à solo Episcopo ordinandi. *cap. 1. de capellis Monachor.* & qualis debeat esse concionator, definitur. *8. q. 1. c. oportet.*

Qui concionari possit, vel non.

De Laicis ad *Concionandum* non admittendis. *d. distinct. 23. cap. mulier. §. Laicis. item de hæreticis. cap. cùm ex injuncto. 12. & cap. sicut. 14.* ¶ de muliere ad concionandum non admittenda. *distinct. 23. c. mulier. item de consecrat. distinct. 4. cap. mulier. item cap. nova quædam. 10. de panit.* ¶ de Monachis ad concionandum non admittendis. *cap. 1. de capellis Monachor. item 16. quæst. 1. cap. de Monachis. §. fin. cap. Monachus non. cap. adjicimus. cap. hinc est. §. item illud. item cap. unico. §. personis quoque. de religiosis domibus, in 6.* quod fallit si Monachus in Clericum fuerit ordinatus. *16. quæst. 1. cap. sunt nonnulli. §. fin. cum duobus cc. sequentibus, usque ad §. non est humilitatis.* item fallit si Monachus sit Canonicus regularis. *cap. quod Dei timorem. 5. de statu Monachorum.* tertiò fallit si divinâ gratiâ intùs commoniti Monachi concionentur. *16. quæst. 1. cap. placet rationabilis. §. ostendit ergò.* denique fallit si Monachi consulantur ab aliis habitum Monachalem suscepturis. *dict. quæst. 1. cap. juxta Chalcedonenses. versic. & à populorum.* ¶ non ordinati ad concionandum non admittendi. *cap. excommunicamus. 13. §. quia verò. de hæreticis.*

Forma Concionandi.

¶ de Admonendo in concionibus populo, ut decimas & alia Ecclesiæ fideliter solvant. *cap. 1. de decimis. in 6. Clemen. cupientes. 3. §. illos etiam. usque ad finem. de panis.* item de admonendo in concionibus populo, ut operas sibi invicem exhibeant. *11. quæst. 1. cap. te quidem. §. fin. cum cap. sequente sicut.* ¶ Omnes ad audiendam concionem admittendi. *de cons. dist. 1. cap. Episcopus nullum.* ¶ ut diligenter Concionibus auscultetur. *1. quæst. 1. cap. interrogo.* ¶ ut stantes Evangelium audiant. *de consecr. distinct. 1. cap. Apostolica.* ¶ Ne ante finitam Concionem peractam exeant. *d. dist. 1. c. omnes fideles. cum duobus cc. sequentib.*

Concubina *distinct. 34. cap. omnibus. §. concubina.* ¶ Concubina Clerici excommunicata, excommunicatione majori involvitur Clericus accedens ad eam. *cap. si concubinæ. de sentens. excommunic.* ¶ Concubina Clerici secundùm Canones puniatur. *cap. si quisquam. de cohabit. Cler. & mulier.* ¶ Concubinam retinens post admonitionem Clericus excommunicetur vel suspendatur. *ibidem.* ¶ Concubinam resumens Clericus perpetuò suspendatur. *cap. Clerici. eod. tit.* ¶ Literæ à Clerico concubinario super absolutione (tacitâ facti serie) obtentæ, non valent. *cap. super. eod. tit.* ¶ Concubinatus primò puniatur per beneficii suspensionem: deinde perpetuam subtractionem. *cap. sicut. eod. tit.* ¶ Concubinarii missa audiatur, & ab eo Ecclesiastica Sacramenta percipiantur, quandiu ab Ecclesia toleratur, nisi valdè notorium sit talem eum esse. *c. vestra. eod. tit.* ¶ Concubinam habenti Clerico purgatio indicitur. *c. tua nos. eod. tit.*

Concussionis crimen. *quæst. 1. cap. concussionis.*

Condemnari non debet quis propter credulitatem aliquorum. *c. qualiter & quando. 2. de accusat.*

Condictio ex lege Adfine remedium interdicti unde vi est, si post appellationem quid sit innovatum. *cap. bonæ memoriæ. 51. de appellat.*

Conditio contra substantiam matrimonii dissolvit illud. *cap. si conditiones. de cond. apposit. in despons.* aliàs conditio inhonesta matrimonium non dissolvit, dummodò non sit contra substantiam matrimonii. *ibidem.* habentur enim in favorem matrimonii pro non adjectis. *ibidem.* ¶ Conditionis error impedit matrimonium & dirimit. *cap. proposuit. de conjug. servor.* ¶ Conditio ex alieno consensu dependens, non ligat, nisi consentiat. *cap. super eo. de condition. appos. in despons.* ¶ Conditio hæc, Centum si mihi dabis, te in uxorem ducat, in matrimoniis pro honesta habetur & valet, nec tenetur eam in uxorem recipere centum non datis. *cap. 3. de condit. apposit. in despons.* ¶ Ab omni conditione apposita in matrimonio receditur per copulam carnalem. *cap. per tuas. eod. tit.* ¶ Conditio hæc in literis Papæ intelligitur, si preces veritate nitantur. *cap. ex parte. 1. de rescript.* ¶ Sub conditione alterius consensus, traditio rei non valet, nisi consentiat. *cap. olim. 1. de restit. spol.* ¶ Conditio locum benè habet in spiritualibus. *capit. significatum. de præbend. & dignit.* ¶ Sub conditione data possessio data revocatur eâ cessante. *c. verùm. de condit. appos.* ¶ Sub conditione manumissus ut fiat Monachus, Monachus fieri debet. *c. 2. eod. tit.*

Si **Conductor** damnum in fructibus perceptis vel percipiendis passus sit, remittenda est ei pensio. *cap. propter. 3. in princ. de locato & conducto.* Nisi anni præcedentis vel sequentis fructus fuerint uberiores. *dict. cap. 3. in princ. versic. nisi cum ubertate.* vel nisi culpa conductoris damnum contigerit. *dict. cap. in princ. versic. sine culpa.*

Si quis hospitium ab alio *Conductum* ante tempus

pus istius conductionis finitum sine consensu prioris conduxerit, punitur. *c. 1. de locato & conducto.*

Confessus in jure ut convictus condemnatur. *cap. cùm super. de confess.* ¶ Confessio etiam coram non suo judice tenet. *c. & si Clerici. de judic.* ¶ Confessio semper est facienda in anno. *c. omnis. de panitent. & remiss.* ¶ Confessio invita & coacta non præjudicat. *c. causam. de offic. delegat.* ¶ Confessio criminis extra jus facta præjudicat. *cap. ult. de confess.* ¶ Confessio de seipso in præjudicium aliorum, credi non debet. *eod. tit. c. 1.* ¶ Confessio à non pœnitentibus recipienda est, & pœnitentia injungenda. *c. quod quidam. de panitent. & remiß.* ¶ Confessionem potest quis alteri Sacerdoti facere, licentiâ non obtentâ, tamen petitâ. *cap. omnis. de panit. & remiss.* ¶ Confessor sciens, excommunicatum aliquem in confessione solus tenetur eum vitare, & non in publico. *c. cùm non ab homine. de sentent. excommun.* ¶ Confessio procuratoris per errorem, negotio nondum finito, non obest domino si revocat, nec fit per hoc litis contestatio. *c. cùm causam. de appellat.* ¶ Confessus crimen, super eodem alium accusans non auditur. *c. veniens. de testib.* ¶ Confessio, qualis esse debeat, & qualiter se habere, & cui sit confitendum, & pœna revelantis confessionem. *c. fin. & c. omnis. de panit. & remiss.*

Confirmatio contra jus obtenta non valet. *c. examinata. de confirmat. util. vel. inutil.* ¶ Ante confirmationem electi non debent beneficia sua conferre alicui. *c. cùm in electis. de electi.* ¶ Ante confirmationem possunt administrare in concordia electi, Papæ subjecti immediatè, si sint valdè remoti ultra Italiam, dum tamen de rebus Ecclesiæ nil alienent. *c. nihil est. de elect.* ¶ Confirmatio Prælatorum inferiorum pertinet ad Episcopum. *c. constitutus. de appell.* ¶ Confirmatio Papæ personalem transactionem facit realem. *c. cum apostolicæ. de iis quæ fiunt à Prælat.* ¶ Confirmatio impetrata lite pendente non valet, nec tenet sententia contra jus lata, etiam per superiorem confirmata. *c. bonæ. & c. examinata. de confirmat. util. vel inutil.* ¶ Confirmatio Papæ ex certa scientia tenet, etsi aliàs non valeret. *c. venerabilis. eodem tit.* ¶ Confirmare non intendit Papa factum Legati contra Episcopum. *c. sua nobis. eod. tit.* ¶ Confirmari potest factum dubium inferioris, per superiorem diœcesanum. *cap. cùm monasterium. de elect.* ¶ Confirmari potest sententia lata juris ordine prætermisso. *cap. ad petitionem. de accus.* ¶ Confirmationem potest quis petere per interpositam personam. *c. nihil est. de elect.* ¶ Confirmatio per subreptionem obtenta non valet. *cap. de confirmationib. de confirmat. util. vel inutil.* ¶ Confirmatio sententiæ à qua appellatur, quando valet & quando non. *capit. bonæ memoriæ. eodem titul.* ¶ Confirmatus in Archiepiscopum non potest transferri in Episcopum. *cap. 1. de translat.* ¶ Confirmari possunt pueri tempore interdicti ab Episcopo. *cap. responso. de sentent. excommun.*

Confiscatio non tollit jus uxori: ideoque bonis damnati publicatis, uxor dotem salvam habet. *c. decrevit. 14. de hæreticis. in 6.*

Congregatio dicitur, ubi duo vel tres fuerint insimul. *cap. 1. de elect.*

Conjugatorum neuter sine altero religionem ingredi potest. *c. cùm sis. de convers. conjug.* ¶ Conjugatorum alter, altero invito, ante carnalem copulam potest ordinem intrare. *capit. verùm. eod. tit.* ¶ Conjugum religionem intrantium separatio ad Episcopum pertinet: aliàs revocatur, si alter suspectus habeatur, nisi alter intret ordinem, vel voveat continentiam, & non sit suspectus. *cap. 1. eod. tit.* ¶ Conjugum alter separatus propter fornicationem, potest ordinem intrare. *c. gaudemus. eod. tit.* ¶ Conjugatorum alter, si ab altero fraudulenter obtineat licentiam intrandi ordinem, non valet, nisi alter ipsum sequatur ad religionem. *c. accedens. eod. tit.* ¶ Conjugatus tenetur alterum expectare, donec certus sit de morte ejus. *c. in præsentia. de sponsal.* ¶ Conjugatorum altero relinquente seculum, potest is qui remansit contrahere, si non fuerit carnalis copula secuta. *c. verùm. de convers. conjug.* ¶ Conjugatorum alter ordinem intrans invito altero, perdit jus petendi debitum, & post mortem alterius, si exierit, non compellitur redire, sed continere. *c. quidam. & c. placet. eodem tit.* ¶ Conjugatorum altero intrante religionem, qui remanet tenetur vel intrare, si est suspectus, vel si non est suspectus, tenetur continentiam vovere. *c. cùm sis. eod. tit.* ¶ Conjugatus propter infidelitatem separatus, judicio Ecclesiæ peractâ pœnitentiâ, si ordinem intrare noluerit, compellitur fideli cohabitare relicto. *c. ult. eod. tit.*

Conjuratores & conspiratores. *cap. constitutionem. 2. §. cæterum. de verb. signif. in 6.*

Compaternitas non contrahitur per ea quæ præcedunt baptismum. *c. contracto. de cogn. spirituat.* ¶ Compater viri non potest uxori suæ copulari postea, post ejus mortem. *capit. Martinus. eod. tit.* ¶ Ante compaternitatem natus non contrahat cum filia, mediante quâ facta est compaternitas: & si contraxerit, dirimatur. *c. tua nos. eodem titul.* ¶ Filii duorum compatrum, per quorum neutrum deventum est ad compaternitatem, licitè contrahunt, nisi resistat consuetudo. *c. 1. & c. super eo. eod. tit.*

Conpurgatores, qui ad purgandam alicujus infamiam inducuntur, id solùm juramento tenentur firmare, quòd credunt veritatem eum dicere qui purgatur. *cap. de testibus. 13. de purgat. canonic.*

Consanguineam uxoris cognoscens nunquam debitum petat ab uxore sua. *c. 1. de eo qui cognov.*

consang. uxor. sua. ¶ Consanguineo infideli non potest Clericus legare. *capit. sancto. de success. ab intest.* ¶ A consanguineis uxoris abstinendum est ut à propriis. *capit. ex literis. de consanguin. & affin.* ¶ Consanguinei testes esse possunt in causa matrimoniali. *capit. videtur. qui matrimon. accus. possunt.* ¶ Consanguineus testis præfertur in causa matrimonii. *cap. quoties. de testibus.* ¶ Consanguineus consanguinei sponsam ducere non potest. *cap. sponsam. de spons.* ¶ Consanguineam sponsæ prægnoscens, sponsam posteà ducere prohibetur. *c. tertio loco. 13. de præsumpt.*

Consecratio Ecclesiæ & Chrismatis & Episcoporum non debet fieri, nisi cum Missæ celebratione. *cap. quod sicut. de elect.* ¶ In consecratione Ecclesiarum priùs est dos assignanda. *cap. cùm sicut. de consecrat. Eccles.* ¶ Reconsecrari debet altare, si motum sit, vel lapis fractus, nec propter hoc Ecclesia reconsecratur. *cap. ad hæc. eodem tit.* ¶ Consecrantur benè Ecclesiæ diebus festis & ferialibus. *cap. tua. de consecrat. Eccles. vel alt.* ¶ Consecrari non est necesse Ecclesiam sanguine pollutam propter homicidium, sed & alio modo potest reconciliari, per aquam nempe, vinum & cinerem benedictum. *cap. proposuisti. 4. eodem tit.* ¶ Consecrari etiam possunt multa altaria & multi Episcopi. *cap. cùm sit. eod. tit.* ¶ Consecrari debet Ecclesia polluta sanguine vel semine humano, etiamsi priùs non fuerit consecrata. *capit. si Ecclesia. final. eodem titul.* ¶ Reconsecrari non debet altare, in extremis tantùm fractum. *capit. ligneis. eod. tit.* ¶ Consecrari debet Episcopus ad minus à tribus cæteris Episcopis, consentiente Archiepiscopo. *capit. Episcopus. distinct. 23.* ¶ Pro consecratione Ecclesiæ procuratio peti potest. *capit. cùm sit Romana. de simon.* ¶ Consecrationem electi potest committere Archiepiscopus Suffraganeis. *capit. quòa sedem Apostolicam. de offic. jud. ordin.* ¶ Consecratum non debet ad humanos usus applicari. *cap. ad hæc. de religios. domib.* ¶ De consecratione Regum habes *de sacr. unct. cap. unic.* ¶ De forma consecrandi Episcopos legitur *in cap. Episcopi. distinct. 23. cap. 1. distinct. 75.* ¶ De consecrationis modo aliorum Clericorum habetur *in cap. Presbyter. & cap. sequent. usque ad capitulum Psalmist. distinct. 23.* ¶ Forma consecrandi Ecclesias traditur, *in auth. de Monachis. §. illud. & c. placuit. 1. q. 1. & cap. 1. dist. 1. de consecr.* ¶ Forma consecrandi altaria aliasque res sacras explicatur. *in dict. cap. unic. §. ungitur. de sacr. unct. cap. altaris. & cap. placuit. dist. 1. de consecr.*

Consensus partium potest relaxare auctoritatem juris. *cap. nonnulli. de rescription.* ¶ Propter consensûs defectum confirmari nequit matrimonium impuberum, ante ætatem legitimam contractum. *cap. à nobis. de desponsat. impub.* ¶ Consensus non videtur esse, si metus intervenit. *capit. cùm locum. de sponsal. & matrim.*

Consentire omnes debent in eo quod omnes tangit. *cap. quod omnes. 29. de reg. jur. in 6. c. ad hæc. 7. §. fin. de officio Archidiaconi.* item qui tacet consentire videtur. *cap. qui tacet. 43. de regul. jur. in 6.* licèt qui taceat, non utique fatetur, sed nec utique negare videtur. *c. is qui tacet. 44. d. tit.*

Conservatores de manifestis injuriis tueri possunt, quæ indaginem juris non requirunt. *c. 1. de offic. deleg. in lib. 6.*

Ex Consilio (dummodò fraudulentum non fuerit) nullus obligatur. *c. nullus. 62. de reg. jur. in 6.*

Constitutionis definitio habetur *dist. 2. c. constitutio.* ¶ *Constitutionum* divisio in civiles & Ecclesiasticas habetur *distinct. 3. in prine.* Sed & dividuntur constitutiones in generales & personales. ¶ Constitutio nullum ligat, antequam ad eum perveniat. *c. cognoscentes. de constitut.* ¶ Constitutiones contra libertatem Ecclesiæ revocentur. *c. noverit. de sentent. excommun.* ¶ Constitutio non debet fieri in præjudicium futurorum. *capit. cùm omnes. de constitut.* ¶ Constitutiones antiquæ non mutentur, nisi de consensu Episcopi. *c. cum consuetudinis. de constit.* ¶ Constitutionem publicam non oportet auribus singulorum intimari. *c. 1. de postulat. Prælat.* ¶ Constitutio sedis Apostolicæ omnes adstringit. *cap. fin. de constitut.* ¶ Constitutio ad præterita non extenditur, nisi nominatim de eis caveatur. *d. c.* ¶ Constitutio contra libertatem Ecclesiæ non tenet. *c. ult. de reb. Eccles. non alien.* ¶ Constitutio de usuris fertur ad præterita. *cap. cùm in. de usur.* ¶ Constitutiones Ecclesiæ pro tempore variari possunt. *c. non debet. de consang. & affin.* ¶ Constitutio nihil debet ambiguum & obscurum continere. *c. ult. de constit.* ¶ Constituens patiatur legem quam ipse tulerit. *c. cùm omnes. eod. tit.* ¶ Constitutio confirmata per superiorem, non potest revocari per constituentes. *c. cùm accessissent. eod. tit.* ¶ Constitutio facta à Laico etiam pro libertate Ecclesiæ non tenet, nisi per Papam approbetur. *cap. Ecclesia. eod. tit.* ¶ Constitutio de certo numero Canonicorum non valet, nisi per Papam confirmata fuerit. *c. ex parte Episcopali. eod. tit.*

Constitutiones vim legis habent. *dist. 8. c. quæ contra. verfic. generale quippe.*

Constitutionum personalium definitio, item privilegiorum habetur *distinct. 3. cap. regula. §. fin. cum c. seq. item 25. quæst. 1. c. ult. §. cùm ergò aliqua. vers. privilegia namque.*

Consuetudo cujus non extat memoria, pro lege est habenda. *cap. feries. de testib. & attestation.* ¶ Consuetudines sustinens contra libertatem Ecclesiæ, excommunicatus est. *cap. noverit. de sentent. excommunic.* ¶ Ex consuetudine hactenus præstitum peti potest. *cap. ad hæc. de excess. Prælat.* ¶ Consuetudo juri contraria non valet. *cap. ad audientiam. & cap. quantò. de consuet.* ¶ Consuetudo juri scripto non præjudicat. *c. Clerici. de judic.* ¶ Consuetudo quòd Laicus testificetur contra Clericum in causa criminali.

criminali, præsertim si ejus fuerit inimicus, non valet. *capit. meminimus. 13. de accus.* ¶ Consuetudo quæ absque peccato servari non potest, non valet. *c. ult. de præsc.* ¶ Consuetudo in testamentis religiosis, factis sine scriptis & testibus, valet, dummodò forma tradendi secundùm consuetudinem terræ servetur. *capit. ex literis. de consuetud.* ¶ Consuetudo de sepultura puerorum tenenda est, secundùm morem terræ. *capit. de uxor. de sepult.* ¶ Consuetudo de canonica portione valet, secundùm morem & consuetudinem terræ. *cap. certificari. eod. tit.* ¶ Consuetudo de contrahendo matrimonio cum ante vel post compaternitatem geniti valet. *cap. super eo. de cognat. spirit.* ¶ Consuetudo in testamentis, ut testes duo vel tres sufficiant, non obstantibus legibus, valet. *c. cùm esset. de testam.* ¶ Consuetudo præjudicat juri communi, in suo loco tantùm ubi viget. *c. cùm dilectus. de consuetud.* ¶ Consuetudo damnosa Ecclesiæ abolenda est. *c. cùm consuetudinis. de consuetud.* ¶ Consuetudo dat jurisdictionem. *c. cùm contingat. de for. compet.* ¶ Consuetudo de pluribus præbendis habendis in una Ecclesia non valet. *cap. literas. de concess. præbend.* ¶ Consuetudo non excusat in delictis. *cap. quanto. de consuetud.* ¶ Consuetudo terræ in judiciis servanda est, si bona sit. *c. ad apostolicæ. de decim.* ¶ Secundùm consuetudinem loci decedens, debet relinquere Ecclesiæ matrici partem bonorum suorum. *cap. certificari. de sepult.* ¶ Consuetudo est optima interpres legum. *c. cùm dilectus. de consuetud.* ¶ Consuetudo observetur in electionibus & beneficiis conferendis. *c. cùm Ecclesia. de elect. & c. cùm Eccles. de caus. propriet.* ¶ Consuetudines antiquæ sunt magnæ authoritatis. *capit. cùm consuetudinis. de consuetud.*

Contemtus absentis cassat electionem. *c. quod sicut ex literis. & cap. bonæ memoriæ. 1. de elect.*

Contestatio litis perpetuat jurisdictionem. *c. relatum. de offic. deleg.* ¶ Contestatio & sententia diffinitiva debent fieri coram principali. *c. super quæstion. eod. tit.* ¶ Contestatio litis, ubi omittitur processus, non valet. *c. dudum. 2. de elect.* ¶ Contestatio litis quomodo fit. *ibidem.*

Contractus ex conventione legem accipere dignoscuntur. *cap. contractus. 85. de reg. jur. in 6.*

Contrahere non possum cum sorore mea adoptiva, durante adoptione. *c. si quæ. de cognat. legal.* ¶ Contrahere non potest filius carnalis cum filia spirituali, & e converso. *c. ex literis. de cognat. spirit.* ¶ In contrahentibus consideranda est scientia & ætas. *c. ex literis. de sponsal.* ¶ Contrahentes clandestinè non possunt compelli cohabitare. *c. quod nobis. de clandestin. desponsi.* ¶ Contrahens uxoratus cum ignorante, primâ uxore defunctâ non potest petere divortium, nisi illa velit. *c. 1. & c. veniens. de eo qui duxit in matr.*

Contraria Allegans, non est audiendus. *c. cùm olim. 19. §. fin. de censibus.* item cohærere & conjungi non possunt, quibus studia & vota sunt diversa. *16. quæst. 7. c. in nova. §. unde oportet.* ¶ Distingue tempora, & concordabit scriptura. *2. quæst. 1. cap. si peccaverit. §. distingue.* ¶ Contraria proponens, vel sibi contrarius, suspectus est, & non est audiendus. *cap. solicitudinem. de appellat.*

Contumax non est, qui infirmitate impeditur. *cap. querelam. de procur.* ¶ Contumax potest excusari per nuncios. *ibid.* ¶ Contumax est, qui comparet, sed respondere non vult. *cap. 1. de judic.* ¶ Contumax condemnatur in expensis, à tempore quo cœpit esse contumax, adversario expectante. *c. cùm dilecti. de dol. & contum.* ¶ Contra contumacem post litis contestationem sententia diffinitiva dari debet, si liquet de jure, si non adjudicetur præsenti possessio. *c. provt. de dolo & contum.* ¶ Contumaciter recedens à judicio compellitur stare juri & tempori, & Ecclesiasticâ pœnâ puniendus est. *ibidem.*

Convalescere ex postfacto non potest, quod ab initio non valet. *c. audivimus. de elect.*

Convenire vel conveniri non debet collegium sine consensu Prælati. *c. causam. 2. de judic.* ¶ Conventus per literas duplices ad judices diversos, primis non revocatis, tenetur respondere secundis. *c. ex tenore. de rescript.* ¶ Sex conventionis vitia ponuntur. *cap. final. eod. tit.* ¶ Conveniri potest possessio rei pro domino. *c. quoniam frequenter. §. fin. ut lit. non contest.* ¶ Conveniri simul quis non potest coram diversis judicibus, super diversis actionibus personalibus. *c. quia nonnulli. de rescript.*

Conventicula prohibentur. *de consecr. dist. 3. cap. ne quis jejunet. vers. & ad alienas.*

Conventu irrequisito non debet Abbas vel Abbatissa beneficium conferre, nisi propter privatam consuetudinem. *c. continebatur. de iis quæ fiunt à Prælat.*

de Conversione hominis. *32. quæst. 2. c. ancillam. §. fin. de pœn. dist. 1. c. convertimini. in princ. de pœn. dist. 7. c. 1. c. ult. §. quod quamvis.*

Conversо Judæo ad fidem est parvulus puer assignandus. *cap. 2. de convers. infidel.* ¶ Conversum verberans est excommunicatus, & à Papa absolvendus. *c. non dubium. de sentent. excom.*

de Coëpiscoporum differentia. *dist. 68. cap. quamvis.* usus Coëpiscoporum prohibetur. *dict. distinct. 68. c. Coëpiscopi.*

de Creatione hominis: quare non simul, sed alter ex altero sit creatus, differitur *33. quæst. 5. c. ult. in princ.* Quid sit quod ad similitudinem Dei dicitur homo creatus. *de pœnitent. dist. 1. c. similem.*

Si **Creditor** ad extorquendum debitum vim adhibuit debitori, jus crediti amittit. *16. quæst. 6. in princ. cum duob. seq. ce. & c. ult. §. fin.* Nisi non creditor, sed alius ipsius nomine, non tamen ipsius mandato vim intulit debitori. *d. quæst. 6. c. placuit. §. fin. cum c. sequente. si Episcopum. & cap. ult. §. si ergò.* ¶ Creditor ultra sortem non potest petere. *c. ad nostram. 1. de jurejur.* Sed potest impensas circa pignora factas deducere. *ibid.*

Crimen occultum non impedit promovendum. *c. ex tenore. de temp. ord.* ¶ Crimen est ibi puniendum, ubi commissum. *de rapt. c. 1.* ¶ Crimen tribus modis potest exponi, denuntiando, excipiendo, accusando. *c. super his. de accus.* ¶ Crimen pro quo excommunicatur Laicus, deponit Clericum. *c. monasteria. de vit. & honest. Cleric.* ¶ Crimen per testes, non per actorem probatur. *cap. licèt. de simon.* ¶ Pro crimine nemo puniendus est, contra quem non laborat infamia. *c. inquisitionis. de accusat.* ¶ In crimine participans eâdem sententiâ involvitur. *capit. si concubina. de sentent. excommun.* ¶ De crimine semel accusatus, reaccusari non debet, nisi iterùm crimen replicet. *c. de his criminibus. de accusat.* ¶ Crimen publicum ordine judiciario probandum est. *c. dilectus. de simon.* ¶ Crimina audita non dissimulanda, sed inquirenda sunt. *c. crimina. de colluf. decreg. & c. licèt. de simon.* ¶ Crimina paria pari compensatione tolluntur. *c. tua fraternitat. de adult.* ¶ Criminosus testificari non potest. *cap. cùm oporteat. de accusat.* ¶ Criminoso, in crimine socios accusanti, non est credendum, excepto crimine læsæ majestatis. *cap. 1. de confess.* ¶ Criminosus pœnitentiâ peractâ, repellitur à testificando in causâ criminali, non in civili. *cap. non debet. & c. testimonium. de testib.* ¶ In criminali causâ potest aliquando responderi per procuratorem. *cap. cùm dilecti. de dol. & contum.* ¶ In causâ criminâli non debet procurator admitti. *cap. venient. 15. de accusat.* ¶ Crimina quædam sunt, in quibus culpa est relaxare vindictam. *c. 1. de postulat. Prælat.* ¶ In causâ criminali pater non recipitur pro filio, nec econtrà. *c. 3. qui matrim. accus. poss.* ¶ Pro crimine occulto nemo debet publicè puniri. *c. inquisitionis. de accus.*

Cuculla, *Clement. 1. §. statuimus. verse. fin. de statu Monachor.*

Culpa est, immiscere se rei ad se non pertinenti. *c. non est. 19. de reg. jur. in 6.*

D

Damnum quod quis suâ culpâ sentit, sibi, non aliis debet imputare. *c. damnum. 86. de reg. jur. in 6.* ¶ Damni appellatione non continentur expensæ. *cap. in nostra. 8. de injuriis.* ¶ Damnum dedisse videtur, qui occasionem damni dedit. *c. fin. de jurejur. & damn.* ¶ Damno facto per antecessorem non obligatur successor, si est in damnum Ecclesiæ. *cap. 2. de precar.* ¶ In damnum Ecclesiæ alienata sunt revocanda. *cap. ad audientiam. de reb. Eccles. non alien.* ¶ Damnum faciens non excusatur ignorantiâ, si scire debuit, quin teneatur satisfacere. *c. fin. de injur.*

Debitor plùs obligatur, si alteri quàm creditori solvit. *cap. eam te. de jurejur.* ¶ Pro debitis solvendis potest Episcopus beneficium retinere. *c. pervenit. de fidejuss.* ¶ Pro debitis alienis Ecclesia non gravetur. *capit. fraternitatem. de donat.* ¶ Debita patris solvat filius, & Prælati prædecessorum suorum. *cap. 1. de solut.* ¶ Debitor excommunicatus debet absolvi, si non potest solvere, præstitâ cautione, quòd solvat cùm potest. *cap. Odoardus. eodem tit.* ¶ Debiti injusti solutio per debitorem probari debet. *cap. is qui. eod. tit.* ¶ Debito pro majori parte soluto, non debet pœna exigi, si aliud non potest solvi. *c. suam. de pœnit.* ¶ Debitor tenetur liberare fidejussorem ab omni obligatione. *cap. constitut. de fidejuss.* ¶ Indebitè exactum, licèt ex consuetudine, non est solvendum. *c. sanè. de excess. Prælat.* ¶ Ad debita solvenda quatuor menses conceduntur. *cap. quærenti. de offic. deleg.* ¶ si Debitor pro suo debito rem alienam obligavit, ad eam redimendam ipse ejusque hæres tenetur. *c. ex præsentium. 3. de pignoribus.*

Deceptis & non decipientibus, jura subveniunt. *c. cùm universorum. de rer. permut.*

Decessus alicujus non impedit, quin de statu ejus cognosci possit. *cap. si quis Episcopus. de hæretic.*

Decimæ quo jure introductæ sunt, cavetur. *de consecrat. distinct. 5. c. quadragesima. §. fin. 16. quæst. 1. c. decimas. in princ. quæst. 3. c. jubemus. §. decimæ. quæst. 7. c. 1. §. oportet autem. c. decimas.* item De definitione seu potiùs disceptatione decimarum, habetur *c. tua nobis. 26. §. verùm si ad. verse. quæ tributa. de decimis. 16. quæst. 1. c. decimæ. in princ.* & De quatuor generibus decimarum juris veteris *cavetur c. 1. in princ. d. tit.* ¶ Decimæ dandæ sunt de lana, fœno, molendinis, piscariis, deductis expensis. *cap. pervenit. & cap. pastoralis. de decimis.* ¶ Decimæ statim solventur collectis fructibus, ante solutionem mercedis mercenariorum. *cap. cùm homines. eod. tit.* ¶ A decimarum solutione nemo absolvi potest per principem. *cap. tua. eodem titul.* ¶ Decimæ dandæ sunt de rebus omnibus licitè acquisitis. *cap. ex transmissa. eod. tit.* ¶ Ad decimas dandas omnes tenentur. *cap. à nobis. eodem tit.* ¶ Decimas detinens Laicus careat sepulturâ Ecclesiasticâ. *cap. prohibemus. eod. tit.* ¶ Decimæ dentur parochiæ illi, in cujus parochia sita sunt prædia. *cap. fin. de paroch. & alien. paroc.* ¶ Decimæ jure hæreditatis teneri non possunt. *cap. ad hæc. de decim.* ¶ Decimæ debentur divinâ constitutione. *cap. tua. & cap. parochianos. eod. tit.* ¶ Decimæ non debent retineri propter malitiam Clericorum. *cap. tua nobis. eod. tit.* ¶ Decimæ dandæ sunt de diversis etiam seminibus, unius etiam agri. *capit. ex parte. eodem tit.* ¶ Decimæ

dandæ

dandæ sunt de omnibus bonis, de apibus & omni fructu terræ. *c. non est. eod. tit.* ¶ Decimæ pertinent ad Ecclesiam parochialem de jure communi. *c. cùm contingat. eod. tit.* ¶ Decimas non tenentur dare Cistercienses, hospitalarii, templarii, de terris quas propriis manibus & sumtibus colunt. *c. ex parte. eodem titul.* de terris tamen quas tradunt, aliis excolendas, tenentur ad decimas. *c. nuper. & c. licèt. eod. titul.* ¶ Decimæ tribuuntur in signum universalis dominii: item sunt tributa egentium animarum. *c. tua nobis. eod. tit.* ¶ Ad decimas persolvendas compellendi sunt Laici per censuram Ecclesiasticam, si nolint persolvere. *ibid.* ¶ In decimis solvendis consuetudo approbata servatur. *c. cùm sint. eod. tit.* ¶ Decimarum solutio præcedit exactiones tributorum & censuum. *cap. cùm non sit in homine. eod. titul.* ¶ Decimæ locari possunt quibuscunque. *c. vestra. de locat. & conduct.* ¶ In decimis locum habere potest compositio. *c. suggestum est. 9. de decimis.* ¶ Decimæ solvendæ sunt, de terris quæ olim pascuosæ, nunc fructuosæ sunt, & de fundo ubi steterunt olim domus. *ibid.* ¶ Decimas non tenetur solvere mercator, nisi deductis expensis suis. *c. pastoralis. eodem titulo.* ¶ Decimas tenentur Clerici de patrimonio solvere. *cap. novum. eod. titul.* ¶ In decimis non deducuntur expensæ pro fructibus percipiendis, vel rebus reservandis factæ. *c. cùm homines. eod. tit.* ¶ Decimas tenentur Judæi solvere de terris quas tenent colendas. *c. de terris. eod. tit.* ¶ Decimas non recipiat Ecclesia in alieno Episcopatu. *c. cùm sint. eodem titulo.* ¶ Decimæ non recipiantur de manu Laici sine consensu Episcopi. *c. cùm & plantare. de privilegiis. & cap. dudum. de decimis.* ¶ Decimas alterius Ecclesiæ à Laico detentas alius in pignus non recipiat. *c. interdicimus. eodem titulo.* ¶ Decimas de hortis suis fratres prædicatores & minores solvere non tenentur. *c. nimis iniqua. de excess. prælat.* ¶ Decimæ datæ in feudum revocentur. *c. cùm Apostolica sedes. de iis quæ fiunt à prælat.* ¶ Decimas Laico concedens deponatur. *capit. quamvis. de decimis.* ¶ Decimarum transactio fieri debet de consensu Episcopi vel Papæ: aliàs non valet. *cap. statuimus. & cap. veniens. de transact.*

de **Decretis** quatuor Conciliorum. *dist. 15. c. 1. c. sicut. c. sanctæ. item dist. 16. c. sanctæ. can. 6. c. septuaginta. c. viginti.* item aliorum præter ista quatuor Conciliorum decretis. *dist. 15. c. sicut. §. quintum verò. cap. sanctæ. §. sed etsi quæ. item dist. 16. c. sanctæ. c. sexta. c. prima. c. ult.* ¶ de sexta Synodo. *dist. 16. c. sextam. c. habeo. c. quoniam.*

de **Delitiis.** *dist. 41. cap. delitiæ.*

De Delegati potestate & officio.

Delegatus potest exequi jurisdictionem suam per annum integrum. *c. quærenti. de offic. & potest. jud. delegat.* ¶ Delegatus major est ordinario in causa sibi commissa. *c. sanè. eodem titul.* ¶ Delegatus vices suas committere potest suo conjudici, etsi simpliciter sit pluribus commissa causa. *cap. quamvis. eod. tit.* ¶ Delegatus potest excommunicare contumacem. *c. quærenti. eod. tit.* ¶ Delegatus potest vices suas committere in rebus non arduis. *c. si pro debilitate. eod. tit.* ¶ Delegatus præjudicationem crucis sibi commissam, sive dispensationes, absolutiones, pœnitentiarum injunctiones, non potest alteri committere. *c. quoniam Apostolica sedes. §. cæterùm. eod. tit.* ¶ Delegatus potest coercere quemlibet jurisdictionem suam impedientem. *c. 1. eod. tit.* ¶ Delegatus potest arbiter esse in causa sibi commissa. *cap. literas. de præsumpt.* ¶ Delegatus eandem habet potestatem in principali & accessorio. *c. quoniam. de decimis.* ¶ Delegatus generalis non habet potestatem super causa delegata alteri specialiter. *c. 2. de offic. deleg.* ¶ Delegatus rebus sibi non delegatis se intromiscere non debet. *cap. super literis. de rescript.* ¶ Delegatus potest esse testis in causa sibi delegata, si judicandi officium non assumat. *c. dilecto filio. de test.* ¶ Delegatus potest alteri causam committere prout vult. *c. super quæstionum. de offic. & potest. delegat.* ¶ Delegatus committens alteri vices suas, de cætero se non intromittet, si ex toto commisit. *ibidem.* ¶ Delegatus sequi debet mentem delegantis. *c. sanè. eod. tit.* ¶ Delegatus non potest alteri committere causam appellatione remotâ. *d. c. super quæstionum.* ¶ Delegatus potest compellere subdelegatum ad recipiendum vices suas. *ibid.* ¶ Delegatus non procedat in causa sibi commissa, si literæ prioribus literis contrariæ opponuntur, de eis mentionem facientes. *c. sanè. eod. tit.* ¶ Delegatus puniat contumaces pœnâ statutâ, vel aliàs pro qualitate delicti. *c. præterea. eod. tit.* ¶ Delegatus recipiens causam, simul recipit potestatem omnium ad causam pertinentium. *ibidem, & c. suspicionis. eod. tit.* ¶ Delegatus potest sententiam suam executioni mandare, & debet id facere, si ordinarius nolit, vel aliàs non possit. *c. significasti. eod. tit.* ¶ Delegatus potest ordinario executionem mandare. *capit. ex literis. eod. tit.* ¶ & exequi debet, nisi Papa aliud, vel aliter committat. *c. si quando. eod. tit.* ¶ Delegatis commissa causa expressis nominibus locorum, non personarum, uno mortuo successor ejus in dignitate, potest in causa cum alio sententiam dicere. *c. quoniam Abbas. eod. tit.* ¶ Delegatus non potest aliquem invitis ordinariis instituere. *c. super eo. eod. tit.* ¶ Delegatis duobus causa commissa, unius sententia sine altero non tenebit. *ibid.* ¶ Delegatus suspectus est amovendus. *c. causam quæ. eod. tit.* ¶ Delegatus debet procedere mortuo mandatore, si lis ante ejus obitum contestata fuerit. *c. relatum. eod. tit.* ¶ Delegatus potest procedere in causa, citatione emissâ ante mortem mandatoris. *c. gratum. eod. titul.* ¶ Delegatus potest absolvere excommunicatum ab ordinario, si ille malitiosè noluerit facere. *c. prudentiam. eod. tit.* ¶ Delegatis tribus, uno absente alii non possunt procedere, nisi se legitimè impeditum probet, vel nisi duobus committatur, etiamsi tertius nequiverit inter-

esse. *ibidem.* ¶ Delegatus non debet procedere in causâ, si citatus misit legationem ad Papam. *ibid.* ¶ Delegatus unus non procedat in causâ, appellatione emissâ contra suum conjudicem. *c. cùm super. eod. tit.* ¶ Delegatus usque ad mediam noctem potest partes expectare, & sententiare. *c. 24. eod. tit.* ¶ Delegatus vice suâ & sui conjudicis mortui re integrâ non procedat, nisi à suo conjudice sibi committatur, & ante mortem ejus sit cœptum. *c. licèt. eod. tit.* ¶ Delegati mandatum non tenetur exequi ordinarius, nisi priùs ei constet de rescripto apostolico. *c. cùm in jure. eod. tit.* ¶ Delegatus non potest excedere formam mandati apostolici, alioquin non valet processus. *c. venerabili fratri. & c. P. & G. eod.* ¶ Delegatus de consensu partium potest alteri vices suas demandare, licèt ei sit mandatum, ut personaliter exequatur: nisi sit causa ardua. *cap. fin. eod. tit.* ¶ Delegatus qualiter procedat contra injustè excommunicantem. *c. cùm contingat. de off. deleg.* ¶ Delegatus potest refutari, si nimiam familiaritatem post litis contestationem cum alterutra partium contraxerit. *capit. insinuantem. eod. tit.*

De ætate delegati, & quando ipsius potestas expiret.

¶ Delegatus debet esse 20. annorum, nisi partes scienter consentiant in eum, qui sit major octodecim annis, aliàs facta delegatio ab alio quàm à principe non teneret. *c. cùm vigesimum. de offic. & potest. delegat.* ¶ Delegatus officio suo functus, cùm sententiam executioni mandat, expirat auctoritas sua. *c. ex literis. eod. tiul.* Item quando terminus præfixus præteriit. *c. de causis. eodem titulo.* ¶ Delegatus per negligentiam vel malitiam amittit jurisdictionem. *c. quoniam. eod. tit.* ¶ Delegato uno mortuo, potestas alterius expirat, nisi aliud sit in delegatione expressum. *cap. un. eodem titulo.* Idem de arbitris. ¶ Delegati jurisdictio finitur, cùm causa remittitur ad superiorem. *c. licèt. de offic. deleg.* ¶ Delegati jurisdictio expirat per sententiam interlocutoriam, quâ se jurisdictionem non habere pronunciavit, nec ipsam etiam de consensu partium reassumit. *c. significantibus. 38. eod. tit.*

Delictum personale non redundat in Ecclesiam vel conventum. *capit. damnamus. de summa Trinitate.* ¶ Delictum occultum non impedit promovendum. *c. ex tenore. de temp. ordin.* ¶ Delicti cognitio facta extra judicium nocet, sicut confessio. *c. per inquisitionem. de elect.*

Denuncians repellitur, qui non præmonuit. *c. de dilect. de accusat.* ¶ A denunciatione repellantur concubinarii publici. *c. cùm dilecti. de accus.* ¶ A denunciatione repelluntur conspiratores. *ibid.* ¶ Ad denunciandum non admittuntur inimici. *cap. cùm oporteat. de accusationib.* ¶ In denunciatione deficiens suspenditur ab officio & beneficio. *cap. cùm dilectus. de calumn.* ¶ Denunciari quis potest de pluribus in eodem judicio. *c. cùm I. & A. de sent. & re judic.*

Deposita res furtiva non est furi reddenda. *c. 1. de depos.*

Deponendus est nullus ante causæ cognitionem. *c. 1. de judic.* ¶ Non deponitur quis, nisi pro notabilibus peccatis. *c. cùm dilecti filii. de accus.* ¶ Depositus si celebrat, ab Ecclesia rescindatur. *c. si quis presbyter. de Cleric. excomm.* ¶ Deponendus quis non est, si testes contra eum ex sola credulitate deponunt. *c. inquisitionis. de accus.*

Desertus locus. *c. 1. §. illum locum. de verb. signif. in 6.*

de Diabolo. Hic affligens homines, ipse plùs affligitur. *de pœnit. d. 1. a. potest fieri. §. ægritudo. & ibi glossa.*

Diaconi. *dist. 21. cap. Cleros. §. Leviræ. vers. hi Græcè.* ¶ De origine Diaconorum legitur *distinct. 21. in princ. §. Leviræ.* ¶ De Modo ordinandi Diaconum. *distin. 23. c. diaconus.* ¶ In iis ordinandis manus eorum chrismate perungi non debent. *dist. 23. cap. præterea.* ¶ Septem ordinandi. *distinct. 93. cap. diaconi qui. & c. diaconi septem.*

Diaconi officium circa altare. *d. distinct. 93. capit. diaconos. in fine.* ¶ De cœlibatu Diaconorum cavetur *dist. 28. c. quando. c. præterea. cum c. sequente. distinct. 32. cap. eos qui.* Contradicit *d. distinct. 28. c. presbyter. c. diaconi. in princ.* Huic objectioni respondet Gratianus *dict. cap. diaconi. vers. sed quod de electione.* ¶ Compagis Diaconus uti non debet. *dist. 93. c. pervenit.* ¶ Diaconi nihil eorum quæ decreta sunt primis ordinibus sibi debent vendicare, ut baptismum, eucharistiam, &c. *distinct. 93. c. diaconos. c. pervenit. c. non oportet.* Cujus exceptio est in tempore necessitatis. *d. distin. 93. c. præsente.* ¶ De inquirendis à Diacono iis, quæ ad cultum Ecclesiæ & disciplinam ejus pertinent. *distinct. 93. c. diaconi Ecclesiæ.* ¶ De Episcopo à Diaconis custodiendo. *distinct. 93. c. diaconi qui.* ¶ Sicut in ministerio, ita in dispensatione sine Diacono Episcopus vivere non debet. *d. distinct. 93. c. diaconi sunt.* ¶ Diaconus Sinistrum tantùm humerum orario ambit. *distinct. 25. c. audivi. in fine. cum c. sequente.* ¶ Diaconi Ministrant Sacerdotibus. *d. 25. c. 1. §. ad diaconum.* ¶ Diaconi Subesse debent presbyteris, non se illis præferre. *dist. 93. c. à Subdiacono. §. porrò. c. Diaconi septem. §. ut legitur. cap. pervenit. c. non oportet. c. Diaconi. c. Diaconus. c. nonnulli. c. legimus. c. dominus.* Nisi Diaconus locum metropolitani sui obtineat. *d. dist. 93. c. ult.*

Die dominicâ est ab omni opere illicito abstinendum. *cap. 1. de fer.* ¶ Die dominico licet Episcopo virgines consecrare & ordines conferre. *c. 1. de temp. ordin.* ¶ Diebus dominicis potest solus Papa Subdiaconos ordinare. *ibidem.*

Dies quandoq; incipit initio noctis, & terminatur ad diem sequentem, idque verum est in celebrandis

brandis ordinibus, cùm quæritur, plurésne ordines uno die collati sint. *capit. literas. 13. de temp. ord.* ¶ Dies aliquando incipit à vespera usque ad vesperam, quoad festa celebranda. *cap. 2. de fer.* ¶ Dies aliquando incipit à manè, & terminatur in fine dici ante tenebras, quantum ad judicem & sententiam diffinitivam. *capit. consuluit. de offic. judic. deleg.* ¶ Dies aliquando incipit à media nocte, & terminatur in mediam noctem sequentem, quantum ad contractus faciendos: possunt enim fieri quâlibet hora. *capit. consuluit. eodem titulo.* ¶ Dies aliquando incipit post cœnam, & durat per noctem usque ad diem sequentem, quantum ad jejunium. *capit. de esu. de consecr. distinction. 3.* ¶ Dies etiam incipit à quarta feria post occasum solis, usque ad secundam feriam in ortu solis, quantum ad Treugas servandas. *cap. 1. de treuga & pace.*

Dietas ultra duas extra suam diœcesin nemo citandus est. *c. olim. de excess.*

Diffinitiva sententia proferri non debet contra absentem ex legitima causâ, & lata non tenet, maxime in causâ matrimoniali. *cap. venor. & cap. cùm Berchtoldus. de sent. & re judic.* ¶ Contra contumaciter absentem, etiam lite non contestatâ, proceditur ad sententiam diffinitivam in causâ criminali per viam inquisitionis mota. *capit. veritatis. 8. de dol. & contum.*

Dignitas Infamibus non patet. *cap. infamibus. 87. dict. titul.* ¶ Dignitates duas habens, unam dimittat, etiamsi illas habeat in diversis Ecclesiis. *cap. præterea. de præbend.* ¶ Ad dignitatem majorem à minori est transeundum. *capit. licèt in tantum. de translat. Episcop.*

Dilapidator deponendus est. *cap. licèt Hely. de simon.* ¶ Dilapidator rerum Ecclesiasticarum suspectus removetur usque ad disquisitionem facti. *cap. fin. de accusat.*

Dilatio non nisi causâ cognitâ danda. *3. q. 3. c. ult. §. à judice.*

Dilectio Dei & Proximi. *vide suprà in charitas.*

Diœcesis. *capitulo Rodolphus. 35. de rescriptis.*

Discipuli Christi creduntur esse baptizati. *de consecrat. distinct. 4. c. quando ab. c. si eos.*

in **Disjunctivis.** *cap. in alternationis. 70. de reg. jur. in 6.*

Dispensationes ad jus commune trahi non debent. *c. in causis. de sent. & re jud.* ¶ Dispensare potest Episcopus cum Clerico in minoribus criminibus. *capit. at si Clerici. de judic.* ¶ Collaterales personæ in secundo gradu matrimonium contrahentes dispensari possunt à Papa, quia hoc non est contra jus divinum. *capit. literas. de restitut. spoliat.* ¶ Dispensationem inducit multitudo supplicantium, & consuetudo terræ. *capit. sanè. de temp. ordin.* ¶ Dispensatur cum eo in temporalibus, cum quo & in spiritualibus. *cap. per venerabilem. qui filii sint legitimi.* ¶ In dispensatione voti attendi debet debilitas & paupertas. *cap. quod super his. de vot. & vot. redempt.* ¶ Dispensatio revocari non debet. *capit. ex tua nobis. de fil. presbyt.* ¶ Dispensationem non habenti, alia cura animarum non conferatur, si talis eam antè habuerit, alioqui collatio viribus careat. *cap. de multa. de præb.*

Disputare de fide Laici non debent. *cap. quicunque. §. inhibemus. de hæreticis. in 6.*

Dissensus difficulter probatur, nisi contraria judicia præcesserint. *cap. ad id. de sponsal. & cap. insuper. qui matrimonium accus. poss.* ¶ Dissentiente altero desponsatorum, post septennium alter solutus est ipso jure. *cap. accessit. de desponsat. impub.*

Distinctio. vide suprà, in Antinomia, vel contraria.

Divinatio. *26. quæst. 5. in princ. 1. q. 1. c. nunquam. in princ.* causa 26. item quæ præponentur infrà causa 9. Ratio hujus causæ per objectionis solutionem habetur, *d. q. 5. cap. ult. §. si autem quilibet.* Origo divinationum exponitur *26. quæst. 3. in princip. cum capit. sequente.* Ratio nominis exponitur. *dict. quæst. 3. capit. 1. §. divini.* Genera divinationum enumerantur *d. c. 1. §. 1.* Singulorum generum species in sequentibus causis proponentur. Divinationum autem causæ vel modi exponuntur *dict. c. 1. §. fin. cum c. sequ.*

Divortium non celebratur, licèt ex utraque parte conjugum, consanguinitatis impedimentum allegetur, nisi per testes fide dignos illud probetur: idque fit ad impediendam collusionem. *capit. super eo. de eo qui cognov. consanguin. uxoris suæ.* ¶ Divortio judicio Ecclesiæ celebrato, non potest compelli fidelis recipere infidelem, licèt conversum ad fidem. *capit. de illa. de divort.* ¶ Post divortium dos est reddenda uxori, & possessiones indivisæ dividendæ sunt. *capit. significavit. de donat. inter vir. & uxor.* ¶ Divortium non fit propter furtum, vel simile quid, sed propter infidelitatem vel adulterium commissum. *capit. quæsivit. de divort.* ¶ Divortio propter hæresin facto, continere debet fidelis vivente infideli. *ibid. & capit. quantò. eodem titulo.* ¶ Divortium potest fieri ex violenta præsumptione. *capit. literas. de præsumpt.* ¶ Divortium sine jurisdictione Ecclesiæ non tenet. *cap. porrò. de divort. & cap. 1. de conversi. conjug.* ¶ Divortio propter adulterium facto, contrahens cum altero debet redire ad primam. *c. ex literis. de divort.*

Doctoris Juramentum, vel ejus qui ad magisterii honorem promovetur, circa expensas præstando cavetur. *Clement. cùm sit nimis. 2. de magistris.* ¶ De magistris & doctoribus artium liberalium ubique constituendis, *distinct. 37. cap. de quibusdam.* ¶ Ne pro licentia docendi aliquid accipiatur. *d. cap. 1. §. pro licentia. & c. prohibeas. 2. cap. quantò. 3. eod. tit.* ¶ Item

Ut gratis doceant magistri. *dict.* §. *pro licentia.*

Dolus scienti & consentienti non fit, neque injuria. *c. scienti. 27. de reg. jur. in 6.*

Dolo facit, qui petit quod est restituendus. *c. dolo. 59. de reg. jur. in 6.* ¶ item qui contra jura mercatur, dolo agere præsumitur. *c. qui contra. 82. de reg. jur. in 6.* ¶ Dolo facere non videtur, qui jussu judicis facit. *c. quod quis. 24. d. tit.* ¶ Dolus alicujus facit, ut contra eum absentem procedi possit, si de eo constet. *c. cùm olim. de sent. & re jud.*

Domicilium ibi quis dicitur habere, ubi habet beneficium. *c. dilectus filius. de rescript.* ¶ Domicilium ubi quis habet, ibi conveniri potest. *c. dilecti filii. de for. compet.*

Dominium acquiritur, si quid capitur ex hostibus, nisi bellum sit injustum. *c. sicut. 29. in princ. de jurejurando.*

Donatio Episcopi sine consensu capituli non valet. *cap. cùm nos. de his quæ fiunt à Prælat.* ¶ Donatio occulta suspecta est, & ideò irritanda. *capit. 1. ut benefic. Eccles. sine dilat. conf.* ¶ Donare potest, qui sui juris est, & rerum suarum habet administrationem. *capit. cæterùm. de donat.* ¶ Donationem potest, & debet vir mulieri facere, si viro dederit uxor dotem. *cap. nuper. de donat. int. vir. & uxor.* ¶ Donationes Ecclesiarum vivente rectore non valent, nisi fiant locis religiosis, ita tamen, ut rectores eis non priventur per viam. *cap. consultationibus. de donat.* ¶ Donare nemo sibi ipsi potest beneficium. *cap. cùm ad nostram. de institut.* ¶ Donatio inter virum & uxorem, quæ dantem pauperiorem, accipientem locupletiorem facit, non valet. *cap. ult. de dot. post. divort. restitut.* ¶ Donationes Episcopi in gravamen Ecclesiæ factæ sine consensu capituli, revocentur per successorem. *cap. fraternitatem. de donat.* ¶ Donatio Abbatis cum consilio prioris vel paucorum, non tenet, aliis reclamantibus. *capit. cæterùm. eod. tit.*

Dos ad uxorem, & donatio ad virum revertitur, soluto matrimonio. *capit. fin. de don. post. divort. rest.* ¶ In dotem non potest dari feudum. *cap. nuper. eod. tit.* ¶ Dos reddi debet uxori separatæ ob legitimam causam. *cap. 1. de don. inter vir. & uxor.* secùs, si ob fornicationem matrimonium solutum sit: tunc enim non redditur. *capit. plerunque. eod. tit.* ¶ Dos etiam reddenda est post divortium ancillæ, quæ matrimonii contracti tempore libera credebatur. *cap. proposuit. de conjug. serv.* ¶ Dos in manu viri est uxore vivente. *cap. per vestras. de donat. inter vir. & uxor.* ¶ Dos detur uxori viro exulante vel fugiente. *capit. ex literis. de pignorib.* ¶ Pro dote uxoris, omnia viri bona tacitè sunt hypothecata. *ibid.* ¶ Dotem uxoris, nisi æstimatam, maritus vendere non potest. *capit. ex parte. de conjug.* ¶ Dos Ecclesiæ immunis esse debet ab omni servitute. *c. 1. de censib. & exact.*

in Dubio Consuetudo loci est attendenda. Quòd si varia sit consuetudo, ea potiùs attendenda, quæ magis rationabilis est, & alii minùs præjudicans. *capit. cùm olim. 6. de consuetudine.* ¶ Humaniorem sententiam sequi debemus. *cap. estote. 2. de regul. jur. cap. odia restring. 15. cap. in panis. 49. eodem titul. in 6.* ¶ contra eum qui legem apertiùs dicere potuit, Interpretatio facienda. *cap. contra eum. 57. de reg. jur. in 6.* ¶ quod Minimum est sequimur. *cap. in obscuris. 30. de reg. jur. in 6.* ¶ Inspicimus quod Verisimilius est, aut quod plerunque fieri solet. *cap. inspicimus. 45. dict. tit.*

Duellum qui fecit, potest ex dispensatione in ordine priùs habito ministrare. *cap. 1. de corp. vitiat.* ¶ Duellum exercens potest promoveri, si non interfecerit. *cap. 1. de Cleric. pugnant. in duell.* ¶ Homine in duello interfecto, non potest interfector ejus in ordine suscepto ministrare. *c. 2. eod. tit.*

Duplicia Monasteria prohibita. *18. q. 2. cap. dissimus.*

E.

Ebrietas ubi est, ibi etiam libido & furor. *35. dist. c. venter.* item obcæcat conscientiam, & sepelit rationem. *15. q. 1. c. sanè.*

de Ebrietate punienda. *dist. 33. c. 1. c. luxuriosa. c. Ecclesiæ. c. venter. c. violentum. c. luxuriam. c. sexta.*

Ecclesiastici & civilis status Comparatio. *dist. 96. c. cùm ad verum. c. quis dubitet. c. divo sunt.*

Ecclesia Catholica est fidelium multitudo, fide & charitate unita. *93. dist. c. legimus. circ. med. 1. qu. 1. c. multa. in fin. 24. q. 1. c. loquitur.* ¶ Una est Ecclesia universalis, extra quam non est salus. *cap. 1. §. una verò. de summa trinitate. 1. q. 1. c. teneamus. 24. q. 1. c. loquitur. cap. quia ex sola. cap. gloriam. c. pudendæ. §. etenim. c. schismæ. item dist. 93. cap. qui cathedram.* ¶ De Ecclesiis Defendendis contra Laicos. *dist. 96. cap. ult. & dist. 97. in princ. §. sed sicut. ex cap. 1. cum cap. seq.* & de Ecclesiis non Violandis, & violatorum pœnæ. *cap. relatum. 21. §. fin. de jure patronat. 17. q. 4. c. ad Episcopos. c. attendendum. c. si quis.* item pœna eorum qui Ecclesiæ pacem turbant. *24. quæst. 1. cap. qui contra. 93. c. quisquis per.* non est enim subjecta Ecclesia cum suis personis, rebus & actibus Laicorum dispositioni vel judicio. *per cc. jam proposita. & d. distinct. 96. in princ. cum c. sequent. cap. nos ad fidem. cum cap. sequente. cap. ubinam. cap. denique. cap. satis. cap. in scripturis. cap. si Imperator. cap. nunquam. cap. sicut. item distinct. 97. in princ.*

Ecclesiæ res in nullius bonis sunt, nec quisquam eas tanquam proprias sibi potest vendicare. *capit. ratio. 3. de præbendis. 16. quæst. 7. cap. 1. §. has verò decimas. versic. sed sint omnia communia. 23. quæst. 7. cap. quod autem. §. si autem privatim.* ¶ In res Ecclesiæ non succeditur jure consanguinitatis. *c. 1. de præbendis. cap. consuluit. 15. de jure patronat. 16. q. 1. c. in canonib. §. generaliter. versic. similiter & ÿ.* ¶ Ecclesiastica Laicus Conferre non potest. *c. dudum. 31. §. cæterùm. vers. cum sacrilegii. de decimis. capit. nullus. 17. de jure patronatûs.* neque quid disponere vel

statuere

ſtatuere. *diſtinct. 96. in princ. cum ſequentib. 16. quæſt. 7. cap. nullus Laicorum. cap. non placuit. capit. Laicis. c. ſi quis. princ. capit. quicunque.* §. *ſi ergò.* ¶ Eccleſiaſtica Laicis non conferenda, nec committenda. *dict.* §. *Laici autem. & cap. quamvis. 17. de decimis. item diſtinct. 89. cap. indicatum.* nam non niſi ab Epiſcopo, ejuſve conſenſu conferendæ ac poſſidendæ ſunt. *16. quæſt. 7. capit. congregato. cap. & hoc.* §. *fin.* ¶ Res Eccleſiaſticas Laicus poſſidere non poteſt. *16. quæſt. 7. in princ.* §. *Laici autem. capit. 1. in princ. cap. nullus Laicorum.* & licèt Res ſterilis vel onerosa, Eccleſiæ redhiberi debet. *10. quæſt. 2. cap. hoc jus.* §. *ſicut.* De rebus Eccleſiæ vindicandis. *16. quæſt. 3. cap. 1. in fin. c. inter memoratos.* §. *fin. item de reb. Eccleſiæ alienandis. capit. ſi quis. 6.* §. *fin. vide ſupr. in Alienatio.* ¶ Eccleſia non vacans poteſt concedi religioſis. *cap. cùm veniſſent. de reſiſt. ſpol.* ¶ In una Eccleſia plures ſimul non inſtituuntur. *cap. quoniam. de jure patron.* ¶ Eccleſia ultra quatuor menſes vacare non debet. *cap. cùm propter diſcordias. eod. tit.* ¶ Eccleſiam ſine diſpenſatione Papæ tenens non Presbyter privetur. *cap. præterea. de ætat. & qualit.* ¶ Eccleſiam habens non recipiat aliud beneficium. *cap. cùm non ignores. de præbend. & dignitat.* ¶ Eccleſiæ donatio ſub conditione facta revocari poteſt, ſi ſic collata fuerit, quòd conditione ceſſante revocetur. *capit. verùm. de cond. appoſ.* ¶ Eccleſia non conſecrata immunitatem nihilominùs habet. *capit. Eccleſiæ. de Eccleſ.* ¶ Eccleſiæ de novo ædificari poſſunt populo creſcente. *capit. ad audientiam. de Eccleſ. ædific.* ¶ Eccleſia ſub annuo cenſu concedi poteſt ratione fructuum. *capit. querelam. ne prælat. vices ſuas.* ¶ In Eccleſia placita ſecularia fieri non debent. *capit. cum Eccleſia. de immunitat. Eccleſ.* ¶ Eccleſiæ nomine cathedralis intelligitur. *cap. cùm Clerici. de verbor. ſignific.* ¶ Per Eccleſiam matricem intelligitur cathedralis. *capit. venerabili. eodem titul.* ¶ Eccleſia tantùm judicat de manifeſtis. *c. ſicut. de ſimon.* ¶ Ad Eccleſiam fugiens, modò in ea non deliquerit, tutus eſt ab omni injuria. *capit. inter capit. & c. fin. de immunitat. Eccleſ.* ¶ Eccleſiæ ſubſunt Epiſcopo, in cujus diœceſi ſitæ ſunt, de jure communi. *capit. conſtitutus. de religioſ. dom.* ¶ Eccleſias plures habere licet, quarum una ex alia pendeat, vel quæ proprios Sacerdotes habere non valet. *capit. eam te. de ætat. & qualit. præſic.* ¶ Eccleſiarum effractores & incendiarii, poſtquam ſunt denunciati, à ſolo Papa abſolvendi ſunt. *capit. conqueſt. de ſentent. excommunic.* ¶ Moriens, qui teſtamento Eccleſiæ aliquid legat, id congregationi legare intelligitur. *cap. relatum. de teſtam. & ultim. volunt.* ¶ In Eccleſiis regularibus non ſint ſeculares Clerici, aut regulam profiteantur, aut amoveantur. *capit. cùm cauſam. de elect.* ¶ Ultimum & ſummum quod ab Eccleſia infligitur ſupplicium, eſt anathema. *capit. cùm non ab homine. de judic.* ¶ Eccleſiarum novarum conſtructio veteri nocere non debet. *capit. de his. de Eccleſ. ædific.* ¶ Eccleſia fornicatione polluta, aſperſione aquæ reconcilietur. *capit. ſignificaſtis. de adulter. & ſtupr.* ¶ Eccleſias reparare tenentur rectores earum, *capit. de his. de Eccleſ. ædific.* ¶ Eccleſia ſecularis non poteſt fieri regularis ſine conſenſu diœceſani Epiſcopi. *cap. ad audientiam. eod. titul.* ¶ Ab Eccleſia ſua ſe transferens ad aliam authoritate propriâ, utrâque privetur, & primâ & ſecundâ. *cap. quanto. de tranſlat. prælat.* ¶ Eccleſia ſi poſſeſſiones ſuas à Laicis repetat, debet expenſas in rei melioratione factas computare & præſtare. *cap. 1. de in integr. reſtitut.* ¶ Eccleſiaſticum feudum non licet vendere ſine conſenſu Epiſcopi. *capit. quæ in Eccleſiarum. de conſtitut.* ¶ Eccleſiæ & prælaturæ pueris non conferantur. *capit. ex ratione. de ætate, qualitate & ordin. præſic.* Sed talibus debet cura animarum committi, qui brevi ordinari poſſunt in Presbyteros. *capit. inde eorum. & capit. præterea. eodem titulo.* ¶ Eccleſia debet habere chorum & Eccleſiam. *capit. 1. de vit. & honeſt. Cleric.* ¶ Eccleſia parochialis non dividatur ſine Epiſcopo. *capit. avaritiæ. de præbend.* ¶ Eccleſia vivente rectore nec dari nec recipi poteſt. *capit. qui in vivorum. de conceſſ. præbend.* ¶ Eccleſia per Epiſcopum, non per Presbyterum reconciliari poteſt. *capit. aquæ per Epiſcopum. de conſecrat. Eccleſ. vel alt.* ¶ Eccleſiâ vacante, confirmatio non ſpectat ad capitulum. *capit. 2. ne ſed. vacante.* ¶ Eccleſiis ſuis non ſunt ſpoliandi cæci nec leproſi. *capit. licèt multùm. de cenſib.* ¶ Eccleſia regularis & cathedralis ultra tres menſes non vacet; ſi vacaverit, Archiepiſcopus provideat illi. *capit. ne pro defectu. de elect. & elect. poteſt.* ¶ Eccleſia vacans propter diſſenſum Epiſcopi & patroni, cuſtodiatur per œconomum. *capit. cùm vos. de offic. jud. ord.* ¶ Eccleſia non poteſt pœnam ſanguinis infligere. *capit. in Archiepiſcopatum. de raptu. & incend.* ¶ Eccleſias in proprios uſus conceſſas non licet regularibus intrare ſine diœceſani conſenſu. *capit. paſtoralis. de privileg.* ¶ Eccleſia debet ab omni exactione immunis eſſe. *capit. 1. de cenſib.* ¶ Eccleſia cathedralis quendam profeſſorem in Theologia habeat. *capit. quia nonnullis. de magiſtr.* ¶ Eccleſiæ matrici debentur decimæ. *capit. ex tranſmiſſa. de præſcript.* ¶ Eccleſiæ ſtatuta pro tempore variari poſſunt. *capit. non debet. de conſanguin. & affin.* ¶ Statuta Laicorum ab Eccleſia confirmata valent, aliàs non. *capit. Eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſtitut.* ¶ Contra Eccleſiam aliquid ſtatuentes, ni revocaverint, excommunicentur. *c. noverit. de ſent. excom.*

Quæ edenda, vel non.

Edi Nomen Actionis neceſſarium non eſt: ſed factum ita exponendum, ut judici actio conſtare poſſit. *cap. dilecti. 6. de judiciis.* ¶ Cauſa actionis edenda. *dict. capit. 6. & cap. ult. de libelli oblatione.* & ſcriptis actio edenda. *capit. 1. de libelli oblatione. 5. quæſt. 2. cap. ult. in princ. verſ. & non prius.* & ſi actio inepta eſt edita, reus ab inſtantia abſolvitur. *cap. examinata. 15. de judiciis.* ¶ Reus actori non tenetur Inſtrumenta edere. *capit. 1. de probationibus. 4. quæſt. 3. capit. ult.* §. *qui intendit.* ¶ Niſi inſtrumenta actori & reo communia ſint. *capit. G. perpetuus. 12. de fide inſtrum.*

¶ Non totum instrumentum edendum est, sed id tantùm quod ad causam pertinet. c. *contingit. 5. de fide instrument.*

Effectu prohibito omnis ejus causa prohibita censetur. *cap. cùm quid. 84. de regul. juris. in 6.*

Ejecta. *distinct. 34. cap. vidua.*

Electio debitoris si genus debeatur, vel unum ex duob. *c. in alternativis. 76. de reg. juris. in 6.*

Quæ electio valeat, nec ne.

¶ Electio celebrata ab interdictis non valet. *cap. cùm inter R. de elect.* ¶ Electione primâ non annullatâ, non valet secunda electio. *capit. consideravimus. eodem titulo.* ¶ Electio simoniaca non valet, si propter hoc electoribus promissa fuerit pecunia, licèt electus ignoret, nisi in fraudem electi factum sit. *c. nobis. 27. de simon.* ¶ Electio pendente appellatione facta non valet. *c. bonæ memoriæ. de elect.* ¶ Electio Episcopo nondum sepulto facta non valet. *c. bonæ memoriæ. de elect.* ¶ Electionis tempore transacto, facta electio non valet. *c. dilecto filio. de suppl. neglig. prælat.* ¶ Electio secunda valet, cùm certum est primam non valere. *capit. bonæ memoriæ. de electionibus.* ¶ Electio suspensi vel à suspensis celebrata non valet. *capit. cùm inter R. eodem titulo.* ¶ Electio publicato scrutinio valet. *capit. publicato. eodem titulo.* ¶ Electio Pontificis à Laicis facta non valet. *capit. sacrosanctæ. eod. tit.* ¶ Electiones clandestinæ reprobantur. *cap. quia propter diversas. eod. tit.* ¶ Electio ad præbendam, per importunitatem facta non valet. *cap. tuæ fraternitatis. de præbend. & dignit.* ¶ Electio non valet, nisi absentes vocentur, qui possunt & debent electioni interesse. *cap. quod sicut. de elect.* ¶ Nulla electio dissentiente capitulo facta valet. *cap. auditis. eod. titul.* ¶ Electio quæ nulla est, ex post facto non convalescit. *c. auditis. eod. tit.* ¶ Electio Episcopi in Archiepiscopum non valet, quia postulari debet Episcopus. *c. gratum gerimus. de postul.*

Qui & Quales cùm electi, tum eligentes esse debeant.

¶ Electio ad Episcopatum debet fieri de digno scientiâ, moribus & ætate, & habeat tricesimum annum completum, & sit legitimo matrimonio natus. *capit. 7. de election. & elect. potest.* ¶ Electioni de se factæ per potestatem secularem consentiens, non potest eligi ad aliquam dignitatem sine dispensatione. *capit. quisquis electioni. eodem titulo.* ¶ Electus schismaticus, si schisma non abjuraverit, ne confirmetur. *capit. quia diligentia. eodem titulo.* ¶ Electus non sit procurator vel œconomus in spiritualibus vel temporalibus. *capit. avaritiæ. eodem titulo. in 6.* ¶ In electo tandem quæ requirantur singula, *vide in cap. cunctis. de elect.*

Qui ad electionem vocandi, & ad quos ea spectat.

¶ Ad electionem vocandi sunt, qui sunt in provincia: quia plùs nocet contemtus unius, quàm contradictio multorum. *capit. coram dilecto. eodem tit. de elect.* in electione tamen Episcopi, Canonici valdè remoti non sunt expectandi. *cap. cùm inter universas. eod. tit.* ¶ In electione requiritur major & sanior pars capituli. *cap. Ecclesia. & cap. congregato. eodem tit.* ¶ Electio Abbatis ad Monachos ejusdem monasterii spectat. *cap. cùm dilectus. de consuet.* ¶ Electio Imperatoris spectat ad Germaniæ Principes, sed examinatio & coronatio ad Papam. *cap. venerabilem. de elect.* ¶ Excommunicati ad electionem non sunt vocandi. *cap. illa quotidiana. eod. tit.*

De electionis forma & modo.

¶ Electionis formam & requisita necessaria *vide in c. cùm terra. & c. quia propter. de elect.* ¶ Per aliquam de tribus his formis, scrutinii scil. compromissi & inspirationis, procedi debet ad electionem. *cap. 42. de elect.* ¶ De electione tractanda, dies est præfigendus. *capit. Ecclesia vestra. eod. titul.* ¶ Electio debet fieri de proprio gremio, si reperiatur idoneus. *capit. cùm inter. eod. tit.* ¶ In electionibus valet consuetudo. *cap. cum terra. eod. tit.* ¶ In electionem possunt omnes in unum compromittere. *capit. causam. eod. tit.* ¶ Eligentium numerus multùm excedens præfertur digniori numero sed minori. *cap. dudum. eod. titul.* ¶ Electio Papæ à duabus partibus facta valet, licèt tertia dissentiat. *cap. licèt. de vitanda. eodem tit.* ¶ In electione Papæ absentes Cardinales ultra decem dies non expectandi. *capit. ubi periculum. de elect. lib. 6.* ¶ Electio Papæ fit in eo loco, ubi præcedens obiit, aliàs in proxima civitate non interdicta. *ibidem.* ¶ Pro ea electione etiam Cardinales arctantur & includuntur, donec quis certò sit electus. *ibid.*

Quomodo cùm electus, tum electores sive eligentes jure priventur.

¶ Electus, qui ante confirmationem administrare res Ecclesiæ tentaverit, cassatur & removetur. *c. bonæ memoriæ. de elect. c. qualiter. eod.* ¶ Electus, multas dignitates habens, si dispensationem à Papa non habuerit, cassatur. *capit. dudum. eodem titul.* ¶ Qui scienter & ex proposito indignum eligunt, potestate eligendi privantur, & à beneficio per triennium suspendantur, & si à majori parte facta sit hæc electio, ad minorem deinceps devolvitur. *capit. cùm Viterbiens. eod. titul. & cap. gratum. de postul.* ¶ Electus requisitus ab electoribus, si intra mensem non consenserit electioni, à jure electionis cadit, nisi consensus electi pendeat à superiori, qui si non concedat, ad aliam poterunt electi procedere electionem. *capit. quam sit. de election. in lib. 6.* ¶ Electus si intra tres menses non petierit confirmationem post consensum datum, ab ele-

ab electione cadit, nisi legitime fuerit impeditus. *eodem capitul. in fine. eodem titul.* Electus non potest ab electoribus removeri, nisi de novo improbitas aliqua in electo emerserit. *cap. nulli. eodem titulo. in 6.*

De Eleemosynis.

divisio **Eleemosynarum** trimembris, *distinct. 45. c. & qui emendat. §. fin. cum capite sequente. item capit. duæ sunt. in princ. usque ad §. ex his.* ¶ Species Eleemosynæ est, remittere debitum. *de pœn. distinct. 3. cap. de quotidianis. §. fin.* & De ratione dandarum Eleemosynarum. *12. quæst. 2. cap. aurum. cum c. seq.* item Ut libenter quisque det eleemosynas, non invitus, nec ob pudorem. *23. q. 6. cap. jam verò. §. unde Apostolus.*

A Quibus Eleemosynæ accipiendæ, vel non.

¶ ab Excommunicato eleemosynæ non sunt accipiendæ, nisi qui aliàs sustentari non possunt, hi enim ab excommunicatis eleemosynas accipere possunt. *capit. cum voluntate. 54. §. 1. de sentent. excommunicationis.* Deinde excipiuntur ii, qui non nominatim sunt excommunicati: nam & ab his eleemosynas accipere licet. *24. quæst. 2. capit. sanè.* ¶ Eleemosyna Injustorum non justificat. *14. q. 5. cap. scriptum.* Pœnitenti datur eleemosyna, & agenda priùs pœnitentia quàm dentur eleemosynæ. *de pœnitent. distinct. 3. cap. qui vult.* ¶ Eleemosyna Raptoris & manifesti violatoris Ecclesiarum à Clericis non accipienda. *cap. super eo. 2. §. qui autem. vers. nec ejus eleemosynam. de raptoribus.* ¶ Viduis etiam dandæ eleemosynæ. *31. quæst. 1. c. quomodo. §. & ideò Apostolus.*

Ex Quibus rebus Eleemosyna danda, vel non.

¶ Ex rebus turpiter quæsitis eleemosynæ non sunt dandæ. *1. quæst. 1. c. non est. 14. quæst. 5. in princip. cum sequentibus, usque ad c. nemo. item cap. eleemosyna. c. neque enim. c. denique. c. scriptum est. c. panale. §. fin.* Contradicit *d. quæst. 5. c. qui habetis. & c. ult.* De eleemosynarum effectu & usu. *13. quæst. 2. c. anima. in princ. & §. ubi illud etiam. c. tempus. §. cùm sacrificia.* Eleemosynæ quæstorum officium. *c. cùm ex eo. 14. in princ. usque ad §. ad hæc. de pœnitentiis. Clem. 2. eod. tit.*

Emens rapinam punitur. *14. quæstion. 5. cap. rapinam.*

Si **Emphyteuta** non requisito vel nolente domino jus suum Alienaverit, eo cadit. *cap. ult. §. emphyteuta quoque. vers. secùs præsumendo. de locato & cond.* quod fallit, si dominus requisitus ipse emere noluit. *dict. cap. ult in princ.* sed si attestatione præmissâ emphyteuta domino non indicaverit, quantum precium sibi ab alio offeratur, emphyteusi cadit. *dict. cap. ult. in princ.* quod etiam verum est, si ab attestatione præmissâ nondum duo menses præterierint. *d. c. ult. in princ. vers. vel à denunciationis.* item si personis vetitis alienaverit, emphyteusi cadit. *dict. cap. ultim. in princ. versic. qui ab emptione hujusmodi.* ¶ item Si emphyteuta rem fecerit Deteriorem, jure suo cadit. *10. quæst. 2. cap. hoc jus. §. qui rem.* ¶ Si emphyteuta Ecclesiæ intra biennium, vel alius intra triennium canonem non solverit, jure suo cadit. *c. ult. §. emphyteuta quoque. de locato & conducto. 10. quæst. 2. cap. hoc jus. §. qui rem.* etiamsi dominus non solvat emphyteutæ meliorationes. *dict. §. qui rem. vers. non repetitorus.* vel si emphyteuta non sit interpellatus, ut solveret. *dict. c. ult. in fin.* ¶ item si emphyteuta jus suum ex causis prædictis amisit, ut ad dominium res redeat, nihilominùs præteriti temporis pensiones solvere, & damnum, quo res deterior facta est, præstare tenetur. *d. §. qui rem. vers. ut tamen solvat.*

Episcoporum origo. *distinct. 21. capit. in novo.* ¶ Etymologia. *distinct. 21. §. Episcopus. & 8. quæst. 1. cap. qui Episcopatum.* ¶ Definitio, divisio Episcoporum & species. *distinct. 21. cap. 1. §. ordo verò.* ¶ Differentia Episcoporum & Coëpiscoporum. *distinct. 68. c. quamvis.* ¶ Dignitas Episcoporum est, ut sint loco Apostolorum, quorum vicem in Ecclesia gerunt. *distinct. 21. cap. in novo. §. cæteri. vers. ipsis quoque. distinct. 68. cap. ult.* & Prærogativa dignitatis ex subscriptione & voti ordine colligitur. *distinct. 17. cap. penult. §. fin. cum cap. sequente.* & ex tempore ordinationis. *distinct. 17. cap. ult. & distinct. 18. c. 1.* ¶ denique Compositionem de jure primatiæ unus solus, cujus interest, potest impedire. *cap. ult. de majoritate & obedientia.*

Episcopalis sedes.

¶ Majores tantùm Civitates privilegio Episcopatûs sunt honorandæ. *cap. 1. de privilegiis. distinct. 80. in princ. cum sequentib. usque ad cap. ult. 23. quæst. 4. c. sicut excellentiam. §. Concilium. vers. ipse verò primas. 16. quæst. 1. cap. præcipimus. in princ. usque ad §. sunt. & distinct. 68. cap. Ecclesiis. §. inter Episcopos.* ¶ Episcopales sedes non longo intervallo à se debent disjungi. *distinct. 80. cap. ult.* ¶ Propter hostium impetum, & crudelitatem subditorum Episcopos suos trucidantium, sedes Episcopalis in aliam civitatem Transfertur. *7. quæst. 1. cap. temporis. 25. quæstion. 2. cap. ult.* ¶ Quæ civitates antèa non habuerunt Episcopos, in iis nec posteà constituendi. *16. q. 1. c. felix.*

Episcoporum officium.

¶ Corrigere subditos debet, & ad fidem provocare non severitate, sed blandimentis. *distinct. 45. cap. licèt. cap. qui sincerè. cap. de Judæis. c. licèt. cap. cùm beatus. in princ.* Contradicit tamen *dict. c. cùm beatus. §. Salomon. cùm sequentib. usque ad cap. triæ sunt.* Cui objectioni respondet Gratianus *dict. distinct. 45. c. duæ sunt. §. ex his omnib. cum sequentib. usque ad c. ult.* item de corrigendo populo agitur. *c. irrefragabili. 13. in princ. de officio ordinarii. distinct. 86. c. 1. c. odio. c. facientis. 23. quæst. 4. c. duo ista.* & si in corripiendo modum excesserit, à domino, non à subditis veniam petere debet. *distinct. 86. c. quando.*

¶ porrò Crimen non probatum non nominatim redarguet, sed in genere. *c. si Sacerdos. 2. de officio ordinarii.* & de criminibus inquirere eaque punire possunt, & si opus fuerit, brachium seculare implorabunt. *cap. 1. dict. tit.* sed ne in puniendis delictis ad quæstum magis quàm ad leges respiciant. *c. irrefragabili. 13. §. fin. eodem titulo.* denique ne sermone incauto infirmorum conscientiam vulneret. *distinct. 45. cap. ult.* ¶ de Docendo populo, regendo & amando. *7. quæst. 1. sicut vir. §. Episcopum, distinct. 36. cap. ult. & distinct. 86. in princ.* In docendo sacram Scripturam, non Grammaticam Episcopus exponere debet. *dict. distinct. 86. cap. cùm multa.* ¶ Familiaritatem Domesticorum immoderatam vitare debet. *dist. 34. cap. 1.* ¶ Hospitalem Episcopum debet esse. *distinct. 40. in princip.* ¶ Impatiens non sit, neque percussor, sed mansuetut, neque aliquem propriis verberet manibus. *dist. 45. cap. 1. cum c. seq. & c. Episcopum. c. cùm beatus. item distinct. 86. cap. non liceat. 1. quæst. 7. cap. si quis omnem. §. penult. item de Clerico percussore. c. 1.* ¶ Ut Infirmis & pauperibus subveniat. *distinct. 82. in princ. c. seq. distinct. 84. in princ. cum duob. cc. seq. item 8. quæst. 1. c. Clemens.* ¶ de Mensâ, suppellectile, & victu Episcopi, cavetur *distinct. 41. c. Episcopus.* ¶ Ne subditos gravent Sumptibus & Exactionibus. *c. cùm Apostolus. 6. §. prohibemus. de censibus. capit. 1. de excessibus Prælatorum. 10. quæst. 3. c. quia cognovimus. c. cæ vendum. c. inter cætera. c. relatum. cap. ult. & 16. quæst. 1. c. constitutum. c. nulli. c. prædicator. item extrav. com. unicâ. §. secundo verò. de panis.* charitativum tamen subsidium licitum est. ¶ Viduis & orphanis Ecclesiæ præsidium implorantibus Episcopus debet subvenire. *dist. 87. in princ. cum sequentib. usque ad c. irreligio.* Restringitur tamen hæc regula *distinct. 88. cap. Episcopus gubernationem.* ¶ Ad Episcopum pertinet, de domibus religiosis disponere. *cap. de xenodochiis. de religios. domibus.* ¶ Episcopus Sacerdos necessariò esse debet. *c. ex literis. de excess. prælat.* ¶ Episcopus non debet Clerici beneficium sine ejus consensu minuere. *c. ad hæc. eod. tit.* ¶ Episcopi semper in publico superindumentis lineis uti debent, nisi religiosi sint. *cap. Clerici officia. de vit. & honest. Cleric.* ¶ Episcopus non debet sibi vendicare res Ecclesiæ. *cap. prohibemus. de censib. & exact.* ¶ Episcopi duo simul in uno loco & diœcesi esse non possunt. *c. quoniam in plerisque. eod. tit.* ¶ Episcopus ad aliam dignitatem sine Papæ licentia transire non potest. *c. licèt. de translat. Episcop.* ¶ Episcopus res Ecclesiæ sine consensu Capituli alienare non debet. *c. 1. de his quæ fiunt à prælat. sine consens. capit.* ¶ Episcopus nihil juris sibi in Mônachos constituat, nisi disciplinæ causâ. *cap. 1. de stat. Monach.* ¶ Episcopus potest alicujus dignitatis proventus detinere vel beneficia, si sua Ecclesia onerata sit. *cap. ut nostrum. ut Eccles. benef. sine diminu. confer.* ¶ Episcopus potest alteri inferiori committere quæ jurisdictionis sunt, non quæ sunt ordinis. *c. aquæ benedictæ. de consecrat. Eccles.* ¶ Episcopus judicio sanguinis nec consentire, nec interesse debet, alioquin removetur. *capit. ex literis. de excess. prælat.* ¶ Episcopus non potest augere pensiones sine consensu Capituli sui, vel Papæ. *c. pastoralis. de his quæ fiunt à prælat.* ¶ Episcopus nec debet nec potest personatum vel dignitatem habere in alia Ecclesia. *capit. post electionem. de concess. præb.* ¶ Episcopus potest ex causa Clericum ligandum & capiendum curare. *capit. dilectis. de appellat.* ¶ Episcopus vices suas sub annuo censu committere non debet. *cap. querelam. ne prælat. vices suas.* ¶ Ad Episcopum spectat animarum cura. *capit. ultim. de verbor. signific. in 6.*

de **Eremitis.** *c. 1. §. fin. de excessib. Prælat. in 6. 19. q. 3. c. perlatum. §. contrà.*

Error facti nulli nocet, negotio nondum definito. *c. ex parte Abbatis. de confess.*

de **Evangelio** & lege. *23. q. 4. c. hæc autem. §. ex his omnib. usque ad fin. c. cùm in lege.*

Eucharistia in fine pœnitenti non denegatur. *c. ult. de sepult.* nec etiam tempore interdicti. *c. quod inter. de panit. & remiss.* ¶ Eucharistia ad minus semel in Pascha accipiatur, nisi de consilio Sacerdotis quis abstineat. *c. omnis. eod. tit.*

Non ex Eventu, sed ex consilio facta æstimanda. *dist. 47. c. sicut. §. fin. cum duob. cc. sequentib.*

Evictâ re, quando nequit emtor de evictione agere. *cap. si venditori. de empt. & vendit.*

Evidens. *c. constitutionem. 2. in princ. de verb. signific. in 6.*

Examinatio ad cum pertinet, ad quem confirmatio. *cap. venerabilem. de elect.* ¶ Examinari debet postulatio, sicut & electio. *cap. ult. de translat.* ¶ Examinatio à non suo judice non valet. *cap. bonæ memoriæ. de elect.* ¶ Examinanda sunt miracula per testes, & qualiter. *c. venerabili. de rescript.*

Exceptio æquè ac actio à judice est attendenda, etiamsi simpliciter judici cognitio mandata sit, certâ formâ expressâ: hoc enim casu videtur, quod exceptiones non debeat admittere. *cap. ex parte. 13. de offic. delegat.* Nisi ita causa sit delegata, ne judex ullas exceptiones admittat. *dict. cap. 13. versic. nisi exprimatur.* ¶ Exceptio multò magis illi competit, cui competit actio. *cap. qui ad agendum. 71. de reg. jur. in 6.* ¶ Ei tamen denegatur exceptio, qui eodem crimine laborat quod objicit. *capit. cùm Ecclesiasticæ. 3. de exceptionibus. capit. constitutis. 23. de appellationib. capit. pro illorum. 22. de præbendis. cap. intelleximus. 6. §. quòd si prædicto. & cap. ult. in fine. de adulteriis. 32. quæst. 6. capit. nihil iniquius. vide tamen cap. dilecti. 8. de exceptionib.* ¶ Exceptionem objiciens non videtur de intentione actoris confiteri. *capit. exceptionem. 63. de regul. jur. in 6. & capit. cum venerabilis. 6. de exceptionibus.* ¶ Qui Exceptione usus est, eo contra quod excepit, postea uti pro se non potest. *capit. cùm olim. 19. versic. licèt enim. de censib.* ¶ Non est in mora, qui Exceptione se potest tueri. *capit. non est. 60. de regul. juris. in 6.* ¶ Nemo pluribus Exceptionibus uti prohibetur, quamvis diversæ sint. *cap. nullus. 29. de reg. jur. in 6.*

Exceptiones

Exceptione Doli submovetur, qui petit quod est restituturus. *c. dolo. 59. de reg. jur. in 6.*

Exceptio Ignorantiæ datur, si quid errore vel ignorantiâ gestum est. *exemplo cap. Apostolicæ. 9. in princ. de Clerico excommunic.* de differentia inter errorem & ignorantiam. *dist. 38. cap. quamvis.* ubi errare dicitur, qui putat se scire quod nescit. Is autem qui ignorat, non putat se scire: sed fallit supradicta regula, si juris, non facti fuerit ignorantia: illa enim non præstat exceptionem vel excusationem. *cap. ignorantia. 13. de regul. juris. in 6. 1. quæst. 4. c. turbatur. §. notandum. & §. item ignorantia.* si tamen non crassa aut supina, sed probabilis fuerit ignorantia juris, excusat. *capit. ultim. in princ. de const. in 6.* item si agatur de damno vitando. *d. §. item ignorantia. vers. juris civilis.* sed si in delictis juris ignorantia prætendatur, hoc casu ad evitandam pœnam probabilis juris ignorantia excusationem non præstat. *dict. §. item ignorantia. vers. non ita si delictum.* item si fœmina vel miles jus ignoraverit, excusatur, nisi jus naturale mulier vel miles ignorâsse dicatur. *dict. §. item ignorantia. in princip.* item si quis in jus alterius succedens jus ejus ignoret, exceptio ignorantiæ ei prodest. *capit. cùm quis. 14. de regul. jur. in 6.* item Exceptio ignorantiæ non prodest, si crassa & supina fuerit facti ignorantia, hominis nimirum securi. *capit. ult. vers. dum tamen. de const. in 6.* Planè hoc casu dispensari potest. *cap. Apostolicæ. 9. §. cæterùm si fortè. de Cleric. excom.* præterea dicta exceptio non prodest, si culpa ignorantis acciderit, quò minùs sciverit: vel si voluntaria sit ignorantia. *distinct. 37. capit. ultim. & distinct. 38. in princip.* si tale sit factum, quod oportuit ignorantem scire. *1. qu. 4. cap. turbatur. §. notandum. c. quamvis. 10. de regulis juris.* Nisi minor sit ætate. *d. q. 4. cap. ult. §. finali.*

Exceptio Peremptoria ante litem contestatam frustrà opponitur. *cap. 1. cum cap. sequente. de litis contestat. in 6.* Licet tamen eam in initio litis contestari. *3. quæst. 3. cap. ult. §. fin. & quæst. 6. cap. si quis Episcoporum. in fin.* ¶ Vis Exceptionis est, non ut condemnetur actor in id quod in exceptione deducitur, sed ut actionem excludat. *cap. 2. de ordine cognitionum. cap. 1. de exceptionibus.* ¶ Exceptio falsi procuratoris & ante & post sententiam admitti potest. *cap. in nostra. de procur.* Similiter de literis falsis. *capit. cùm venerabilis. de exception.* ¶ Excipiens contra electum de calumnia jurare cogitur. *capit. cùm dilectus. de elect.* ¶ Exceptio excommunicationis in qualibet parte litis opponi potest. *cap. exceptionem excommunicationis. de except.* ¶ Exceptio excommunicationis publicæ repellit Judicem ab officio suo. *ibid.* ¶ Exceptio contra testem ante sententiæ definitionem probanda. *c. 1. de exceptionibus.*

Excommunicationis definitio. 11. quæst. 3. c. ad mensam. §. vel sententia.

¶ Excommunicatione nulla major pœna est in Ecclesia. *24. q. 3. cap. corripiantur. vers. quia pœna.* ¶ Excommunicatio debitoris exceptionem ei non præstat. *c. si verè. 34. vers. cùm ad hoc debitum. de sent. excom.* ¶ Medicinalis, non mortalis est pœna. *capit. 1. in princ. de sentent. excommunicat. in 6. 24. quæst. 3. cap. notandum. in fine.*

Quinám excommunicationem incurrant.

¶ Excommunicationem incurrit, qui percussorem Clerici defendit, vel cùm possit, eum à percussione non prohibet. *cap. quanta. de sentent. excommunicat.* ¶ Excommunicationis pœnam ipso facto incurrunt etiam molestantes eos, qui electionem, vel beneficiorum collationem secundùm eorum petitionem non fecerint. *cap. sciant cuncti. 12. de elect. in 6.* ¶ Item Principes vel alii licentiam dantes occidendi vel malè excipiendi eos, qui proferunt & divulgant sententiam excommunicationis, suspensionis sive interdicti contra ipsos, nisi re integrâ octo dies revocaverint sententiam, vel res ablatas propter hoc restituerint, excommunicationis sententiam incurrunt, in qua si permanserint per duos menses, absolvi nisi per Papam non possunt. *c. quicunque. de sent. excom. lib. 6.*

Excommunicationis forma.

¶ Excommunicatio debet fieri in scriptis, ut & suspensio interdicti: secùs faciens suspenditur per mensem ab ingressu Ecclesiæ. *capit. 1. de sentent. excommunicat. lib. 6.* ¶ Excommunicatio non debet fieri sine monitione canonica. *capit. statuimus. & cap. Romana. eodem titul.* ¶ Excommunicatio post appellationem non tenet. *capitul. dilecti filii. de appellat.* ¶ Excommunicatus potest quis denunciari post mortem. *capit. si quis. de hæretic.* ¶ Excommunicationis sententia debet esse manifesta & publica. *cap. per tuas. de sentent. excommunicat.*

Excommunicationis vis & effectus.

¶ Ab excommunicato domino liberantur servi, si post trinam denunciationem & admonitionem satisfacere nolit. *capit. gravem. de panitent.* ¶ Excommunicato non debet beneficium Ecclesiasticum conferri, nec potest illud sine dispensatione retinere. *capit. postulâstis. de Cleric. excom.* ¶ Excommunicatus quamvis agere non possit, conveniri tamen potest, ita tamen, ut per alium respondeat. *capit. intelleximus. 7. de judic.* ¶ Excommunicatus scienter ordines suscipiens, deponitur in perpetuum, si est Laicus. *cap. cùm illorum. de sentent. excommunicationis.* ¶ Excommunicatus absolutionem contemnens, nec vetera beneficia retinere, nec nova acquirere potest ante absolutionem. *capit. cùm bona. de ætat. & qualit.* ¶ Excommunicatio minor non impedit executionem officii. *capit. si celebrat. de Cleric. excommunicat.* ¶ Excommunicatio ligat, etiam admonitione non præmissâ. *capit. sacro. de sentent. excommunicat.* ¶ Excommunicatus potest appellationem prosequi, & literas impetrare. *cap. pervenit.*

nit. de appellat. ¶ Excommunicatus in dubio semper vitari debet, quia semper pro judice præsumitur. cap. per tuas. de sentent. excommunic. ¶ Excommunicatus duobus casibus auditur ante absolutionem. ibidem. ¶ Excommunicatus ad osculum Papæ præbendum admissus, censetur absolutus. capit. cùm olim. de privileg. ¶ Excommunicati testificari non possunt. capit. veniens. de testibus. ¶ Excommunicato etsi Papa scribat, non ideò censetur absolutus. capit. si aliquando. de sentent. excommun. ¶ Excommunicato participans non admittitur ad ipsum denunciandum. cap. in præsentia. de sentent. excommun. ¶ Excommunicatus propter debita, si inops sit, absolvitur, cautione datâ quòd solvet cùm poterit. capit. Odoardus. de solut. ¶ Excommunicatis potest prædicari, & possunt ad bonum converti, & adhuc oneri de correctione. capit. responso. de sentent. excommun. ¶ Excommunicatus publicus non debet ad dignitatem laicalem vel secularem evehi. capit. venerabilem. de election. ¶ Excommunicatus à delegato non potest absolvi nisi à Papa, vel ab eo qui succedit delegato in onere & honore, nisi in mortis articulo. cap. pastoralis. de offic. judic. ordinar. ¶ Excommunicatus publicè judex esse non potest. capit. exceptionem. in fin. de exception. & cap. ad probandum. de sentent. & re judicat. ¶ Excommunicatus notorius debet ab omnibus etiam privilegiatis vitari. capit. cùm & plancare. de privileg. ¶ Excommunicatus in cœmeterio sepultus exhumari & ejici debet. cap. ad hæc. de privileg. & c. sacris. de sepultur.

Executio sententiæ debet differri ad 30. dies, propter deliberationem. 11. q. 3. cùm apud.

de Executoribus testamenti, & quatenus unus sine altero exequi possit. capit. ult. §. fin. de testament. in 6. item De ratione ab executoribus testamenti reddenda. Clement. 1. eodem tit. ¶ Executores testamenti debent ad ejus executionem compelli. c. Ioannes. de testament. ¶ Executio sententiæ, si alicui tertio præjudicet, non mandatur, donec hic de jure suo docuerit. capit. cùm super. de sentent. & re judicat. ¶ Executori debent literæ exhiberi. capit. cùm contingat. de rescript. ¶ Executio de beneficiis privandis fiet per Episcopum, in cujus diœcesi est beneficiatus privandus, non ubi delinquitur. cap. postulásti. de foro competent.

Exemptæ non sunt omnes Ecclesiæ Papæ censuales, nisi privilegia monstrent à subjectione Episcoporum esse liberas. capit. recepimus. de privileg. ¶ Exemptus omnis, ratione delicti vel contractûs potest coram diœcesano conveniri, nisi locus ubi commissum est delictum, sit exemptus. capit. 1. de privileg. lib. 6. ¶ Exemptus non potest exemptum ad aliam diœcesin, ubi crimen sit commissum, compellere ad respondendum. ibiaem. ¶ Illi non sunt exempti, quibus Papa solummodò dixit: Vos in filios Ecclesiæ Romanæ recipimus: sed illi tantùm, qui nec excommunicari, nec suspendi, nec interdici à nemine possunt, præter à Papa vel ejus delegato. capit. 1. de verbor. significat. libr. 6. ¶ Exemptus in capite ratione membrorum ad Synodum veniat. capit. exore. de privileg. ¶ Exempti à diœcesano puniri non debent. capit. sicut nobis. de suppl. neglig. prælat. ¶ Exemptionis causâ absolutus potest conveniri alia de causâ. capit. in causa. de caus. proprietat. & possess. ¶ Exemptus non est omnis, qui protectionis literas à Papa habet. cap. ex parte. 2. de privileg.

Exequiæ Pompaticæ plùs sunt solatia vivorum, quàm subsidia mortuorum. 13. q. 2. c. animæ.

Exhæredatio suorum non debet fieri propter Ecclesiam. 17. qu. ult. cap. ult.

Exilii pœna per judicem Ecclesiasticum infligi potest. capit. ad audientiam. de crimin. falsi.

Expensas honestas potest judex à partibus petere. capit. cùm ab omni. de vit. & honest. Cler. ¶ In expensis condemnatus, in necessariis condemnatur. cap. cùm venissent. de ea qui mit. in possess. ¶ In expensis condemnatur, qui possessionem illicitè tenuit. capit. ad hoc. de sequestr. poss. ¶ In expensis condemnatur, qui temerè aliquem ad judicium trahit. capit. ex literis. de dol. & contum. ¶ In expensis condemnatur, qui appellationem non prosequitur. cap. irreprehensibilis. de appellat. cap. 1. de appellat. in 6. ¶ Condemnatur in expensis, qui formam electionis non probat. capit. ult. de dolo & contum. lib. 6. ¶ Qui in quarta testium productione deficit, condemnatur in expensis. cap. ultra tertiam. de testibus. Item si falsas literas impetravit, & earum occasione expensas facit. cap. cæterùm. de rescript. Item qui injustè appellavit. c. ut debitus. de appellat. ¶ In expensis condemnatur adversarius contumax ad judicium non veniens. capit. cùm dilecti. de dolo. & contum. ¶ Expensæ factæ circa electionem sede vacante, de bonis dignitatis refarciuntur, non capituli, sed prælatu ræ. capit. ut debitæ. 45. de elect. & electi. potest.

de Expositiis cap. unico. de infantibus & languidis expositis. ¶ Si infans expositus tollatur & educetur, servus educantis efficitur. dist. 87. cap. ult. Sed contradicit c. unicum. §. fin. de infantibus expositis.

Exorcistæ. distinct. 21. c. 1. §. exorcista. & De modo ordinandi exorcistam. dist. 23. cap. exorcista. itidem de horum officio, dist. 25. cap. 1. §. ad exorcistam. ¶ Exorcizare non licet, nisi iis qui ab Episcopo ad id sunt promoti. dist. 69. c. ult. & de consecrat. dist. 1. c. 1. §. si autem ut legitur. ¶ Exorcismus dæmonia ejicit. de consecrat. dist. 4. cap. Sacerdotes.

Expressa nocent, quæ non expressa non nocerent: sic multa per patientiam tolerantur, quæ si deducta fuerint in judicium, exigente justitia non tolerarentur. c. cùm tanquam. 18. §. fin. ac præterea.

Fabulæ

F.

Fabulæ Poëtarum Christianis non legendæ. *37. dist. c. ideo.*

Facere potest quis per alium, quod potest facere per seipsum. *c. potest. 68. de reg. jur. in 6.* Quod quis facit per alium, hoc ipse fecisse videtur. *cap. qui facit. 72. de regul. jur. in 6.* ¶ Quod alicui suo non licet nomine, nec alieno licebit. *c. quod alicui. 67. d. tit.*

Factum cuique suum, non alteri nocere debet. *c. mora. 25. de regul. jur. in 6.* ¶ Per Procuratorem quis factum in judicio proponere prohibetur. *c. pastoralis. 14. de judiciis.*

ex *Facto* alterius alius conveniri potest: Nisi alius factum alterius ratum habuerit. *cap. cùm quis absque. 23. de sentent. excommun. in 6. cap. ratihabitionem. 10. de regul. juris. in 6.* quòd si tamen nomine ratumhabentis non sit gestum, tunc ratihabitio ei non nocet. *dict. cap. 23. §. fin. & cap. ratum. 9. de regul. juris. in 6.* item factum alterius alteri nocet, si jure repressaliarum incola pro incola conveniatur: quod limitatur personis & rebus Ecclesiasticis, contra quas repressaliæ concedi vel extendi non possunt. *capit. unico. de injuriis. in 6.* ¶ Successori Ecclesiastico non præjudicat factum prædecessoris. *cap. 2. de præscriptionibus.* Nisi in rem Ecclesiæ sit versum. Nam successor in beneficio Ecclesiastico conveniri potest ex contractu à prædecessore suo in rem Ecclesiæ inito. *cap. 1. de solutionibus.* Pro facto habetur, quoties per eum qui facere debet, non stat quò minùs fiat. *cap. imputari. 41. & c. cùm non stat. 66. de regulis juris. in 6.*

Facultatibus crescentibus, crescere potest/numerus Canonicorum. *c. cùm M. Ferrariens. de constit.*

Facilitas veniæ, illecebra est delictorum. *capit. ut Clericorum. de vit. & honest. Cleric.*

Fallendi animum non habet, non mentitur. *22. quæst. 2. cap. beatus. §. ille ergò.* qui

Qui falsi accusari possint, vel non.

Qui *Falsum* commisit. *capit. 1. in princ. de crimine falsi.* quod consistit in veritate occultanda & in mendacio dicendo. *dict. cap. 1. in fin.* Nisi sine dolo malo, vel per errorem & ignorantiam quis falsum commiserit. *cap. accedens. 8. de crimine falsi.* Species falsi in literis commissi enumerantur. *cap. licèt. 5. eod. tit.* ¶ Si quis Alchimiam exerceat, vel procuret, punitur. *capit. unico, de crimine falsi, in extravag. comm.* ¶ Si instrumenta quis suppressit, vel adversariis tradidit. *12. quæst. 2. cap. si quis de Clericis. 1. & cap. si quis de Cleric. 2.* ¶ Qui Justum injustum dixit, sanctum non sanctum, vel contrà, alióve modo mentitur. *11. q. 3. cap. si quis dixerit. c. si quis hominem. cap. væ qui dicitis. cap. uniculque.* ¶ Qui falsas Literas non destruxit, vel resignavit. *c. dura. 4. §. sufficientes. de crimine falsi.* ¶ Qui literas Papæ de manibus ejus, vel officialium ejus non recepit. *cap. licèt. 5. §. eos etiam. d. tit.* ¶ Qui circa Pondera & mensuras falsum adhibuit, punitur. *capit. ut mensura. 2. de empt. & venditione.* ¶ Qui Monetam falsificavit, punitur. *cap. unico. de crimine falsi, in extravag. Ioan. XXII. capit. unico, de dilationib. in extravag. commun.* ¶ Si Mulier virili veste utatur, punitur. *distinct. 50. c. si qua mulier.* ¶ Si Pecuniam quis accepit ob accusandum vel non accusandum, ob dicendum vel non dicendum testimonium, vel ob sententiam. *dict. c. unicuique. §. fin. cum c. sequente. 1. quæst. 1. c. concessionis.* ¶ de Ponderibus, vide infr. eod. in Mensura. ¶ Si falsum dixerit Testimonium. *3. quæst. 9. c. nihilominùs. 4. quæst. 2. c. ult. §. qui falso.* Nisi indignum ignorans, dignum dixerit. *cap. unico. de scrutinio.* ¶ Si Testis dicta sua utrique parti prodidit. *4. q. 2. c. ult. §. qui falso.*

Falsariorum pœna.

¶ Falsarii cum fautoribus & defensoribus, ipso jure sunt excommunicati. *cap. ad falsariorum. de crim. falsi.* ¶ Falsarii literarum Papæ, nisi ab ipso vel de ejus mandato absolvi non possunt, nisi in mortis articulo. *capit. dura sanè. eodem tit.* ¶ Falsificator literarum capituli, suspenditur ab officio & beneficio. *capit. jam literis. de testibus.* ¶ Contra falsitatem qualiter procedatur, *vide in c. novimus. de verbor. significat.* Item quot modis falsitas literarum Papalium dignoscatur, *vid. c. licèt ad reginen. de crim. falsi.*

Fama pluris facienda unius testimonio. *cap. super eo. de consanguin. & affinit.* ¶ In probationibus etiam est famæ habenda ratio. *cap. cùm causam. de probat.* ¶ Fama tamen sola ad condemnandum non sufficit, cùm testibus sit judicandum. *c. tua nos. de cohabitat. Cler. & mulier.*

Fames curat morbos quos gula infert. *de consecrat. dist. 5. c. nullus.*

Familia cum patre excommunicato communicans, excusatur. *cap. si verè. de sentent. excommun.* nisi in crimine quoque communicet, tunc enim non excusatur. *ibid.*

Familiaritas nimia mulierum incitat antiqui hostis stimulos. *81. distinct. c. oportet.*

Favor vel gratia sæpiùs pretii loco succedunt, ideoque non minùs favor pretio prohibetur in beneficiis conferendis vel auferendis. *c. nemo. de simon. & capit. grave. de præbend.*

In *Favorem* alicujus constituta, adversùs eum non sunt interpretanda. *c. quod ob gratiam. 61. de regul. juris. in 6.*

Felicitate peccantium nihil est infelicius. *23. q. 1. c. paratus.*

Festis diebus neque juramenta præstari, nec pro pace jurari, neque placita seu jussa pœnam sanguinis inferentia, fieri debent. *cap. 1. de feriis.* ¶ Festis diebus necessitatis tantùm causâ operari licet. *c. licèt. de feriis.* ¶ Festa sanctorum ex terræ consuetudine veneranda sunt. *capitul. quoniam in parte. eodem titulo.* ¶ Festis diebus nec causæ audiendæ sunt, nec sententia ferri debet, nec processus etiam partibus consentientibus valet. *capitul. conquestus. eodem titulo.*

¶ Festa secularia in Ecclesia nulla sint. *cap. cùm decorem. de vit. & hon. Cler.*

Feudi causa quando per judicem Ecclesiasticum sit tractanda. *capit. ex transmissa. de for. competent.* ¶ Infeudare de novo neminem licet de rebus Ecclesiæ. *cap. ex parte. de feud.* ¶ Feudum in dotem nemo dare potest, nisi sicut & ipse tenuit. *capit. nuper. de donat.* ¶ Feudatarius sive vasallus, quandiu fructus non percipit feudi, servire non tenetur. *capit. 1. de feud.* ¶ Infeudare potest Episcopus beneficium Ecclesiæ, ratione obsequii præstiti. *c. per tuas. de donat.* ¶ Feudum Ecclesiasticum non licet vendere Laico sine consensu Episcopi. *cap. verùm quoniam. de for. compet.*

Fides non deficit. *dist. 2. cap. firmum.* ¶ Fides operatur per dilectionem. *de pœnitentia. distinct. 2. cap. circum.* ¶ Sine recta fide non valent bona opera. *24. quæst. 1. c. odi. c. ubi sana.* ¶ Quod ex fide non est, peccatum est. *28. quæst. 1. cap. omnes. §. illud verò. de pœnitent. distinct. 3. c. quærat. §. etsi fides desit.* ¶ Ad fidem quatenus quis sit cogendus, differitur *23. quæst. 5. c. ad fidem.* ¶ Fidem præstari frustrà sibi petit, qui eam non præstat. *c. frustrà. 75. de reg. juris. in 6.* ¶ Sine bona fide præscriptio non valet. *c. fin. de præscript.* ¶ De fide pactionis & consensûs, *vide c. tua fraternitas. de sponsa. duor.* ¶ In fide peccans dimitti potest, sed neuter eorum, altero vivente, cum alio contrahere matrimonium potest. *capitul. de illa. de divort.* ¶ De fide dubitationes ad Papam sunt referendæ. *cap. veniens. de presbyt. non bapriz.* Fides sacramenti, etsi ipsum sacramentum desit, ad salutem prodest. *capit. debitum. de baptism. & ejus eff.* ¶ Fides adultero data de contrahendo matrimonio post mortem viri, matrimonium contrahendum impedit, & contractum dirimit. *c. veniens. de eo qui duxit in matrim.* ¶ Contra fidem veniens punitur, sicut contra juramentum aliquid faciens. *cap. pervenit. de fidejuss.*

Fidejussor contrariâ mandati actione consequitur, ut indemnis servetur. *capit. pervenit. 2. de fidejussoribus.* quod fallit, si nondum solverit actor. *dict. cap. 3. quæst. 2. excep. 1.* quòd si debitor diu in solutione debiti cessaverit, fidejussor indemnitatem consequi potest. *capit. ult. d. tit.* ut & si debitor dissipare bona sua incipiat. *d. c. ult. vers. aut dissipare.* vel si actor sit condemnatus. *dict. cap. ult. vers. seu super hoc.* denique si actor à creditoribus molestetur. *capit. constitutus. 3. dict. tit. de fidejussoribus.* ¶ Fidejussor tribus de causis agere potest contra eum pro quo fidejussit. *c. cùm pro quo. de fidejuss.* ¶ Fidejussoribus inserviens Clericus deponitur. *capit. 1. eodem tit.* ¶ Fidejussorem debet debitor indemnem servare. *cap. pervenit. eodem tit.* ¶ Religiosus fidejussor esse non potest, nisi de licentia superioris. *cap. quod quibusdam. de fidejussoribus.*

Filius Sacerdotis in Sacerdotio genitus non debet in patris sui Ecclesia ministrare, si Sacerdos est. *capitul. ad præsentiam. de fil. presbyt.* ¶ Filius immediatè non potest patri in beneficio succedere. *capit. conquerente. eod. tit.* ¶ Filius legitimus & pater simul ministrare possunt uni Ecclesiæ. *cap. ad hæc. eodem titulo.* ¶ Filius Presbyteri ministrans potest partem beneficii retinere. *cap. proposuit. eod. tit.* ¶ Filius poterit succedere patri, si sit temporalis vicarius. *cap. constituatur. eodem tit.* ¶ Filius non potest succedere patri per donationem Laici. *cap. ult. eod. tit.* ¶ Filius Episcopi legitimus potest unà cum patre beneficium obtinere in una Ecclesia, & ad sacros ordines promoveri. *capitul. ad hæc. eodem titulo.* ¶ Filius non erit vicarius in Ecclesia, in qua pater anteà personatum habuit. *capit. ad extirpandas. eodem tit.* ¶ Filii legitimi in seculo existentes, ad sacros ordines, curas animarum vel prælaturas, sine dispensatione promoveri non possunt. *capit. 1. eodem tit.* ¶ Filii Canonicorum cum patribus in eadem Ecclesia Canonici esse non possunt. *capit. cùm decorem. de fil. presbyt.* ¶ Filii liberæ vel libertæ ad servitium redigi non debent. *cap. 1. de nat. ex liber. ventr.* ¶ Filius non potest revocare legitimam patris donationem. *capit. cùm dilecti. de donat.* ¶ Filius sequitur conditionem patris secundùm provinciæ legem. *capit. licèt. de conjug. servor.* ¶ Filiastrum cognoscens à marito debitum maritale non potest exigere. *capit. tuæ fraternitatis. de eo qui consanguin.* ¶ Filius adultus à patre cogi non potest ad contrahendum matrimonium, sed ad sponsalia contrahenda potest cogi non adultus. *capit. 1. de desponsat. impub.* ¶ Filios opprimentium pœna. *cap. de infantib. de iis qui fil. occid.* ¶ Filiofamiliàs regulariter non competit actio sine patris consensu, nisi in causa spirituali. *cap. ult. §. fin. de judic. in 6.*

Finium regundorum actio triginta annorum præscriptione eliditur, sed non in finibus Episcopatuum & parochiarum, qui nullo tempore præscribi possunt. *cap. super eo. 4. de parochiis.*

Fiscus capit, quod non capit Christus. *16. q. 7. c. majores. & q. 1. c. decimæ. circa med.*

Flamen. *cap. Cleros. §. Sacerdotes. de verborum signific.*

Flocus. *Clement. 1. §. statuimus. in fin. de statu Monachorum.*

Fornicationis vitium omnium maximum scelus est. *32. q. 7. c. non solùm. §. inter cætera.* ¶ De gradibus fornicationis. *dict. q. 7. c. quemadmodum. §. sunt enim. & c. adulterii.*

Fortuitò & à causa facta, culpæ non sunt imputanda. *cap. si verò. de sentent. excommunic.*

Fortuna adversa probatio virtutis est, non indicium reprobationis. *7. quæst. 1. cap. adversitas. in princ.*

de Fratre & sorore uxoris : quo nomine appelletur. *35. quæst. 5. c. quod autem.* ¶ De viri fratre & sorore : quo nomine appelletur. *dict. cap. quod autem. §. mariti frater. & §. viri soror.* ¶ De duorum fratrum uxoribus : quo nomine appellentur. *dict. capitul. quod autem. §. duorum autem.*

Frigidi-

Frigiditas dirimit matrimonium contractum, ita tamen, ut si cum alia contraxerit, ad primam redire cogatur. *cap. 1. de frigid. & malefic.* ¶ Frigiditas naturalis per triennium probatur, & qualiter. *cap. laudabilem. de frigid. & malefic.*

Fructuum possessio penes feudatarium est, & non penes dominum feudi. *c. 1. de feudis.* ¶ Fructus pignoris in sortem sunt computandi. *c. cùm contra. de pignor.*

Fugiendi honores, & fugientibus offerendi. *8. q. 1. c. in scripturis.*

Fures auctoritate superioris possunt incarcerari. *cap. 1. de depos.* ¶ Furibus pœnitentibus ante mortem, Eucharistia & sepultura non negatur. *cap. 2. de fur.* ¶ Furem indicare tenetur quilibet. *cap. qui cum fure. de furt.* ¶ Furti conscius, furem si non indicat, est facti reus. *ibidem.* ¶ Pro occisis in furto non est orandum. *cap. fures. eod. tit.* ¶ Is qui necessitate cogente furatur, non est fur judicandus. *c. si quis. eod. tit.*

Futura per verba contractum matrimonium, copulâ sequente confirmatur. *c. per tuas. qui filii sint legitim.* ¶ Ad futurorum cautelam multa statuuntur. *cap. licèt. de election. & electi. potest.*

G.

Generi & nurus, soceri & socrus appellatio ex sponsalibus acquiritur. *27. q. 2. cap. egressus. §. fin. & cap. priusquam. vers. sicut etiam eos.*

Generi per speciem derogatur. *cap. generi. 34. de reg. jur. in 6.*

Generale interdictum. *c. cùm in partib. 17. de verb. signific.*

in *Generali* concessione non veniunt ea, quæ quis non esset verisimiliter in specie concessurus. *c. in generali. 81. de reg. juris. in 6.*

Genethliacus, *26. q. 2. c. illud quod. §. neque illi ab hoc. §. genethliaci.* Ad hanc causam pertinent horoscopi, qui definiuntur. *d. c. 1. §. horoscopi.*

Gladio seculari utendum est, cùm spiritualis non timetur. *c. ad abolendam. de hæretic.* ¶ Gladium materialem potest Ecclesia invocare. *c. postulásti. de homicid.*

Graduum numerandorum ratio. *35. q. 5. cap. ult.* & de ratione numeri graduum cognationum quare usque ad sextum gradum numerentur. *35. q. 2. in princ. cum c. sequenti. & q. 5. c. ult. §. successionis.*

Græci à Latinis non ordinentur, nec econversò. *c. cùm secundùm. de temp. ord.*

H.

Habitus susceptio impedit matrimonium contrahendum, sed contractum non dirimit. *c. consuluit. qui Cler. vel vov.* ¶ Habitum monachalem gerens vel deponat, vel Monachus fiat. *c. ut Cler. de reg. & transf. ad relig.*

Hæres voluntati defuncti non satisfaciens, privatur hæreditate. *c. licèt universis. de vot.* ¶ Super hæreditate litigatur coram judice seculari. *cap. lator præsentium. qui filii sint legit.* ¶ De hæreditate potest etiam Papa judicare. *capit. 1. eod. tit.* ¶ Hæres Sacerdotis est Ecclesia. *capit. presbyteri. de pœn.* ¶ Hæres conveniri potest, ut satisfaciat pro defuncti delicto. *cap. in literis. de rapt.* ¶ Sine hærede decedere non videtur, qui Ecclesiam vel monasterium hæredem constituit. *c. in præsentia. de probat.* Hæres punitur pro culpa defuncti. *capit. ad aures. de pœn.* ¶ Hæredem compellere potest Episcopus, ut testatoris voluntatem impleat. *capit. si hæredes. de testam.*

Hæresis quid. *c. ad abolendam. 9. in princ. de hæreticis. 24. q. 1. cap. loquitur. cum c. sequen. c. omnib. c. advocavit. c. quoniam vetus. c. quicunque. c. didicimus. in princ. item q. 3. c. hæresis. c. hæreticus. cap. qui in Ecclesia. c. qui aliorum.* proprium hæreseos est. *24. quæst. 3. c. transferunt.* causa hæreseos. *d. c. transferunt. §. veteres.* effectus & usus hæresis. *d. q. 3. cap. ult.* species cognata hæresi, quod est schisma. *d. quæst. 3. c. illi qui. §. fin. cum c. seq. item 24. q. 1. c. schisma. in princ.*

Hæreticus catholico succedere hæreditariè non debet. *cap. si quis. de hæretic.* ¶ Hæreticorum damnantur scripturæ. *c. fraternitatis. de hæret.* ¶ Hæreticorum receptatores sunt ipso jure excommunicati, ut & ipsorum fautores. *capit. sicut ait. eod. tit.* ¶ Ad extirpandas hæreses debet invigilare princeps. *cap. excommunicamus. eod. tit.* ¶ Hæretici nisi resipiscant, traduntur judicio seculari. *c. excommunicamus. eod. tit.* Idem fiat, si ad abjuratam hæresin redierint: quia tunc sine misericordia ulla judicio seculari tradendi sunt. *c. pen. eod. tit.* ¶ Hæreticorum bona, nisi resipiscant, confiscari debent. *cap. vergentis. eod. tit.* ¶ Hæreticorum filii, licèt catholici, exhæredantur. *ibid.* ¶ Hæreticorum Clericorum bona ad Ecclesiam revertuntur. *c. excommunicamus itaque. de hæret.* ¶ Contra hæreticos proceditur ex sola suspicione. *ibid.* ¶ Hæreticos extirpare nolens excommunicetur. *ibid.* ¶ Hæreticorum fautores, si intra annum non satisfecerint, sint infames. *ibidem.* ¶ Hæreticus Clericus degradetur, & postea judici seculari tradatur. *ibid.* ¶ Ab hæreticorum dominio absolvuntur, qualitercunque eis obstricti. *eod. capit. circa fin.* ¶ Hæreticus censetur, qui juramento se purgare noluit. *capit. excommunicamus. eod. tit.* ¶ Hæreticorum extirpatio ad Episcopum spectat. *cap. in causis. de elect.*

Heremita potest eligi in Abbatem. *c. cùm monasterium. de elect. & electi. potest.*

Homicidium potest actu & voluntate committi. *cap. dilectus filius. de homicid.* ¶ In homicidio casuali consideratur, an dederit quis operam rei illicitæ. *ibid.* ¶ Homicidii causam præstantes, pari pœnâ, ut homicidæ ipsi, sunt feriendi. *capit. sicut dignum. eodem titulo.* ¶ Homicidium quandoque non imputatur. *cap. continebatur. cap. Petrus. & cap.*

fin. eodem titulo. ¶ Homicida non habetur Medicus vel chirurgus, qui nihil eorum, quæ sui sunt officii, omisit, licèt ægrotus moriatur. *cap. tua nos eodem titulo.* ¶ Homicida is non est, qui abortui causam dedit, si conceptus nondum sit animatus. *capit. sicut ex literarum. eod. titul.* ¶ qui homicidio interest, sed non percutit, nihilominùs potest promoveri. *capit. præsentium. de Cler. percuss.* ¶ Homicidium casuale committens promoveri potest, si negligentia supina non intervenerit. *capit. lator. de homicid.* ¶ In homicidio casuali quæ sint consideranda, *vide in capit. ex literis. eodem tit.* ¶ Cùm homicida non potest Episcopus dispensare. *capit. de Cler. pugnant. in duell.* ¶ Homicida reputatur, conceptionem mulieris vel viri generationem impediens. *cap. si quis. de homicid.* ¶ Homicidii pœnâ punitur excitans alios ad pugnandum bello injusto. *cap. quod in dubiis. de pœn.* ¶ Homicidium quatuor modis committitur. *capit. 2. de Cler. pugn. in duell.* ¶ Suspecto de homicidio indicitur purgatio. *cap. ex literis. de homicid.*

Honor debetur Clericis, & maximè Prælatis. *capit. solitæ. de major. & obed.* ¶ In honore succedens, & in onere succedat. *cap. ex literis. de pign.*

Hora, quâ judex sententiam ferre debet, habetur *capit. consultuit. de offic. delegat.* ¶ Horæ omnes possunt dici manè præter completorium. *cap. 1. de celebrat. Miss.*

Hospes turpiùs ejicitur, quàm non recipitur. *cap. quemadmodum. 25. §. aliquin si. vers. quia turpius. de jurejurando.* Hieronymus. *2. q. 7. cap. quanquam.*

Hospitalarii qui sint, notatur *in cap. cùm & plantare. de privileg.*

Hypocritæ. *De pœnitent. distinct. 2. capit. multi benè. §. illud Gregorii. cum cap. sequente Citius.*

I.

Jactantia & Confidentia. *6. q. 1. c. imitare. 16. q. 1. cap. reverentini. §. si quis doctus. 32. q. 5. cap. si Paulus.*

Januarius dictus quasi janua anni, atque principium. *d. 76. c. jejunium. §. mense decimo.*

de **Jejunio** plenus venter facilè disputat. *12. q. 2. c. gloria. §. plenus.* ¶ Jejunium frangens ægrotus non peccat. *cap. quod non est. de regul. jur.* ¶ Jejunium solvit vinum manè bibitum. *c. ex parte. de celebrat. Miss.* ¶ Jejunandum est sabbatho præcedenti, si in secundam feriam eveneriat festa sanctorum, jejunia habentium. *capit. 1. de observat. jejun.* ¶ Jejunandum quando & quibus temporibus & diebus. *c. 2. de observ. jejun.*

Ignorantia non habet locum in iis, quæ publicè fiunt. *cap. cùm in tua. qui matrimon. accus. poss.* ¶ Ignorantia quando excuset, & quando non, *vide in cap. presbyterum. de homicid. & c. 2. de cogn. spirit. & c. 2. de ord. ab Episcopo.* ¶ Ignoranti tempus non currit. *c. licèt. de supplend. neglig. prælat.* ¶ Ignorantiam allegans juramentum præstare tenetur. *c. si verò. de sentent. excomm.*

Illegitimos solus Papa ad Episcopatus legitimat. *cap. cùm Vintoniensis de elect.* ¶ Illegitimi parentibus succedere non debent. *c. referente. qui filii sint legit.* ¶ Illegitimi reputantur in gradu vel statu prohibito geniti. *capit. cùm inhibitio. de clandestin. desponsa.*

de **Imaginibus** sanctorum. *de consec. dist. 3. c. perlatum.* ¶ Imagines sanctorum memoria sunt & recordatio præteritorum. *d. dist. 3. cap. venerabiles.*

Impedimentum justum excusat. *cap. inter quatuor. de Cleric. non resid.* ¶ Impediens aliquem in jure suo condemnandus est in expensis. *c. accedens. de accusat.*

de **Imperatoris** electione. *c. venerabilem. 34. de electione. & clement. 1. de jurejurando.* & de juramento quod præstat imperator. *d. clement. 1.*

Imperator vel Rex jura Imperii vel regni, etiam præstito jurejurando, nequit alienare. *capit. intellecto. 33. de jurejurando.* ¶ Imperatore mortuo jurisdictio Imperii vacantis ad quem pertinet. *cap. unico, ne sede vacante aliquid innovetur.* ¶ De judicio Imperatoris disputari non oportet. *17. qu. 4. cap. si quis jubente. §. committunt.* ¶ In Imperio non habet locum sanguinis successio, sed tantùm electio. *capit. venerabilem. de elect.* ¶ Imperio vacante potest appellari ad Papam ab audientia vel instantia judicis secularis. *cap. licèt. de foro compet.* ¶ Imperator major est Papâ in temporalibus. *capite solicitæ. de major. & obed.* ¶ Imperator Justinianus decrevit, ut sacri canones vim legum obtinerent. *cap. 1. de jur. calumn.*

ad **Impossibile** nemo potest obligari. *c. nemo. 6. de reg. jur. in 6.*

Impuberes possunt mortaliter peccare. *c. 1. de delict. puer.*

Incantator, Incantatrix. *26. quæst. 5. cap. Episcopi. §. illud etiam. cap. quicunque. §. fin. cum cap. seq. item c. pervenit, item q. 7. c. admoneant. 26. q. 3. c. 1. §. incantatores.*

de **Incendiis** puniendis, *c. si quis domum. 6. de injuriis. 23. quæst. 8. c. si quis membrorum. cap. pessimam.*

Incestus matrimonium sequens, illud non solvit. *de eo qui cognovit consang. per totum tit.*

de **Inconstantia** dictorum factorumq; *22. q. 4. c. unusquisque. §. fin. c. incommutabilis. c. non semper. c. magnæ. de pœnitent. dist. 1. c. si agamus. c. quamobrem.*

Indulgentia non excedat annum unum, sive ab uno, sive à pluribus dedicetur Ecclesia. *capit. cùm ex eo. de paulsent. & remiss.* ¶ Indulgentiam facere potest Episcopus in suo Episcopatu. *capite pen. eodem titulo.* ¶ Indulgentiarum forma in literis ponenda. *ibidem.* ¶ Indulgentia aliorum Episcoporum, quibus

& quando valet. *ibidem.* ¶ Indulgentiam dant Episcopi soli. *c. quod in te. eodem titulo.*

Infirmitas duplex. *15. q. 1. in princ.* §. *porrò infirmitas. c. illud relatum.* §. *itaque ut. usque ad* §. *furor. cap. concupiscentia.* ¶ Infirmitas excusat à contumacia. *cap. querelam. de procurat.* ¶ Infirmitas magna solvit sponsalia. *cap. quemadmodum. de juvejur.* ¶ Infirmi carnes comedere possunt in Quadragesima. *cap. 1. de observat. jejun.* ¶ Infirmus jejunium solvens non peccat. *capit. quod non est. de regul. jur.* ¶ Infirmo Episcopo datur coadjutor: similiter infirmus Episcopus omnia recipiat, quæ sanus reciperet. *cap. 1. & cap. ex parte. de Cler. ægrot.* ¶ Infirmo Clerico dandus est etiam adjutor. *cap. de rectoribus. eod. tit.*

Infamiæ causæ enumerantur *3. q. 7. c. infæmes.* §. *porrò infamia.* mulier quæ intra annum luctûs nuptias iterat non notatur. *cap. penult. & vlt. de secundis nuptiis.* ¶ Carcer non infamat. *c. super his. 8. de pœnis.* ¶ Condemnatus ex causâ famosâ notatur: quod fallit si nulla vel minima fuerit injuria, propter quam quis est condemnatus. *c. cùm te ab. 23. de sententia & re judicata.* Plures aliæ causæ infamiæ enumerantur *6. q. 1. c. summa.* §. *fin. cum c. seq.*

Inimicitiæ benè loquendo extinguendæ. *11. quæst. 3. cap. injustum.* §. *homini.* ¶ Inimicus repellitur ab accusatione. *cap. cùm oporteat Episcopum. de accusat.* ¶ Cum inimico habitans, ut & inimicus, ab accusando & testificando repellitur. *c. repellantur. eod. tit.*

Injuriarum tenetur non solùm is qui fecit, sed is quoque cujus dolo vel operâ injuriam fecit. *de pœnitent. distinct. 1. c. si quis tam.* §. *fin.* ¶ Si matremfamilias, aut prætextatum prætextatámve Assectatus fuerit, sive alicujus pudicitiam attentaverit, punitur. *de pœnitent. dist. 1. cap. si quis tam masculum. in princ. &* §. *attentari.* ¶ Si libellum, carmen, aut tale quid ad alicujus infamiam scripserit vel confinxerit, punitur. *5. q. 1. c. cum duob. capitib. sequentibus.* item si libellum famosum inventum non corruperit, punitur. *d. cap. 1. versic. & qui eam. & d. q. 1 c. ult.* §. *si quis famosum.* ¶ Si adversùs aliquem manus levatæ sint, & sæpè territus sit quasi vapulaturus, punitur. *d. dist. 1. c. si quis pulsatus.* quod fallit si joco aut casu factum sit, non injuriæ faciendæ animo. *15. q. 1. cap. illud.* §. *quare si quis.* item si quis liberum hominem pro servo suo per errorem ceciderit. *15. q. 1. c. ultim. d.* §. *si quis liberum.* item injuriarum non tenetur, si reus errorem apertè confessus fuerit, ac revocaverit. *d.* §. *sin autem in eadem. vers. vel forte sciens.* neque tenetur si furiosus vel impubes injuriam fecerit. *dict. capit. illud. in princip.* ut nec si quis nocentem infamavit. *5. quæstion. 1. cap. quidam.* §. *sin autem in eadem.* vel si injuria remissa sit. *23. quæst. 4. c. si illic. in princ.*

In *Injuriarum* actione tentanda priùs est reconciliatio, quàm ad sententiam perveniatur. *23. quæst. 4. cap. si illic ubi. vers. sin verò nihil.* ¶ Injuriarum actione damnatus sit infamis: Nisi modica fuerit injuria. *cap. cùm te. 23. de rescriptis.*

Initio vitiosum, tractu temporis non convalescit. *c. non firmatur. 18. de reg. jur. in 6.* ¶ Vix bono perveniuntur exitu, quæ malo inchoata sunt principio. *dist. 61. cap. miramur.* §. *principatur. item 1. q. 1. c. principatus.* ¶ Quod initio vitiosum non est, ex post facto non vitiatur. *c. factum. 73. de reg. juris. in 6.*

Inopia debitoris Inanem reddit actionem. *capit. olim. 16. de restitut. spoliat.* potest tamen Laicus debitor incarcerari: in Clerico debitore secùs est, qui præstito jurejurando de solvendo, si quando potuerit, dimittitur. *capit. Odoardus. 3. de solutionib.*

Inquilinus in quibus casibus expelli potest, *vide in c. propter sterilitatem. de locat. cond.*

Inquisitio non debet fieri, nisi de eo qui est malæ famæ. *c. cùm oporteat. de accusat.* ¶ In inquisitione litis contestatio non usurpatur. *c. accedens. de accusat.* ¶ Per inquisitionem solam Prælatus non deponi, sed ab administratione tantùm removeri potest. *ibid.* ¶ Inquisitorum jurisdictio extendit se ad ea, sine quibus inquisitio fieri non potest. *capit. olim. eodem titulo.* ¶ Pendente inquisitione, non tenentur subditi Prælato, contra quem fit inquisitio, obedientiam præstare, nec potest Prælatus tunc quicquam in præjudicium inquisitionis statuere. *ibidem.* ¶ Inquisitio valet & in inferiores & in superiores. *capit. qualiter. & capit. ultim. de accusat.* ¶ Inquisitio fieri debet in publicis criminibus, nec judex actor est, sed sola fama, & idcò litis contestatione non est opus. *ibidem.* ¶ Inquisitio fit tantùm circa præsentes. *capit. illa propositorum. eodem tit.* ¶ Inquisitio suscipitur tantùm ex relatione gravium personarum. *cap. qualiter. de accusat.* ¶ Per inquisitionem nullus deponitur, sicut in accusationibus fieri solet: nisi in simonia & similibus. *eodem capit.* ¶ Inquirendi quid debeant jurare & qualiter. *capit. illa præpositorum. eod. tit.* ¶ In inquisitione qualiter sit procedendum, *vide in cap. per tuas. de simon.*

Institutio pertinet ad Episcopum, cujus est jus patronatus. *capit. si verò. de jur. patron.* ¶ Institutiones & destitutiones non debet facere Episcopus sine capitulo suo. *cap. novit. de iis quæ fiunt à prælat. sine consens. cap.* ¶ In Institutionibus non debet esse beneficiorum successio. *capit. ad decorem. de instit.* ¶ Institutio per Laicum solùm facta non valet. *capit. ex tua. de fil. presbyt.* ¶ Institutio Presbyterorum in Ecclesia baptismali in plebe & capella pertinet ad Episcopum. *cap. cùm olim de præscript.* ¶ Instituendi sunt idonei, etiam undecunque sint. *cap. ad decorem. de instit.*

Instrumento amisso contenta in eo probari possunt per testes, & quòd fuerit sine vitio. *c. cùm olim. 12. de privilegiis.* ¶ Instrumento publico creditur ubicunque terrarum. *capit. ad audientiam. de præscript.* ¶ Instrumenta inveterata vel aliàs consumpta

sumpta possunt per judicem ordinarium renovari. *c. si instrumento. de fid. instrument.* ¶ Instrumenta subscriptionem testium non habentia, vel manu propriâ conscripta, non valent. *c. scripta verò. eod. tit.* ¶ Instrumento non potest derogari per testes. *c. illud. de præsumpt.* ¶ Instrumenta transsumpta non valent, nisi originalia diligenter examinata & perfecta fuerint. *c. 1. de fid. instrum.* ¶ Unius literæ defectus in instrumento illud non vitiat. *c. ex parte. eodem titulo.* ¶ Instrumenta & testes parem in litibus potestatem habent. *capit. cùm Ioannes. de fid. instrum.* ¶ Sub instrumentorum nomine & testes continentur. *cap. pervenit. de test. cog.* ¶ Instrumento debitâ formâ carenti non creditur. *c. quod super his. de fid. instrum.* ¶ Instrumentis potest per testes qui instrumento subscripserunt, derogari. *c. cùm Ioannes. eodem titulo.* ¶ Instrumenta contraria proferens sibi obest. *c. imputari. eod. tit.* ¶ Instrumentum deletum vel interlineaturam habens non valet. *cap. inter dilectos. eod. tit.* ¶ Sub instrumentorum novorum prætextu non debent lites restaurari. *cap. inter. de sent. & re judic.* ¶ Instrumentorum falsorum obtentu sententia lata ad viginti annos usque retractari potest. *cùm venerabilis. de excep.*

Cui edenda sint instrumenta.

Instrumenti copia facienda est adversario postulanti. *c. contingit. de fid. instrum. & c. quoniam contra. de probat.* ¶ Instrumentis vel privilegiis utens tenetur ea edere petenti. *c. contingit. de fid. instrum.* ¶ Instrumenta legi debent cotam parte adversa. *eod. c.*

Interdictum generale privilegiati observare tenentur, non obstante privilegio. *c. petiistis. de privileg.* ¶ Interdictum non servetur, nisi à capitulo indictum. *c. quæsivit. de iis quæ fiunt à major. parte capit.* ¶ Interdicto durante, possunt nihilominùs Clerici in cœmeterio sepeliri, si benè interdictum servârunt. *cap. quod in te. de panit. & remiss.* ¶ Interdicto qualiter sint horæ dicendæ, & quæ sacramenta sint interdicta. *ibid.* ¶ In interdicto generali conceditur Episcopis divina celebrare januis clausis, non pulsatis campanis, exclusis interdictis. *c. quod nonnullis. de privileg.* ¶ In interdicto generali non est deneganda pœnitentia cruce signatis & peregrinis. *cap. quod in te. de panit. & remiss.* ¶ In interdicto generali durante, interdictis & excommunicatis prædicare licet, & confirmare baptizatos. *c. permittimus. de sententiar. excommunicat.* ¶ In quovis interdicto excipiuntur baptismus puerorum, & pœnitentiæ morientium, & viaticorum. *c. non est. de sponsal.* ¶ Interdicto durante celebrantium pœna habetur *in c. postulastis. de Cleric. excommunicat.* ¶ In interdicto loco ab homine potest quis uti privilegio, sed non in loco qui jure interdictus sit. *capit. tuarum. de privileg.* ¶ Interdictum ferentes in privilegatos puniendi sunt. *capit. quanto ampliùs. eod. tit.* ¶ Interdictum non servantis pœna. *cap. petiistis. de privileg.*

Interfeciſſe videtur, qui liberare potuit & noluit. *cap. sicut signum. de homicid.* ¶ Interfectores & eorum defensores pari sunt afficiendi pœnâ. *ibid.* ¶ Interficiens furem quando sit in culpa. *ibid. & cap. si perfodiens. eod. tit.*

si Interierit res quæ petitur, reus exceptione defenditur, si interpellatus exceptione se tueri potuit. *c. non est. 60. de reg. juris. in 6.* item si alius, non reus, in mora fuerit. *cap. mora. 33. eod. tit.*

Interpretari. ejus est jus Interpretandi leges, cujus est & jus ferendi. *25. q. 1. c. ult. §. quanquam.* ¶ Leges priores, quamvis abolitæ, in posterioribus interpretandis adhiberi possunt. *c. fuerunt. §. paulatim. distinct. 7.* ¶ Interpretatio semper in meliorem partem facienda. *c. cùm tu. de testib.* ¶ Interpretatio adhibenda est plena in contractibus, plenior in testamentis, plenissima in beneficiis. *c. cùm dilecti filii. de donat.* ¶ Interpretari debet Papa statuta sui prædecessoris. *cap. super quæstionum. de offic. jud. deleg.* ¶ Interpretatur Papa dubias verborum sententias. *cap. in his. & c. segnenti. de verbor. significat.* ¶ Interpretatio fieri debet ut prosit, non ut obsit. *c. in his. de privil.* ¶ Judex dubia instrumentorum interpretatur. *c. cùm dilecti filii. de donat.*

de Ira Dei. *de panitent. distinct. 3. cap. productior. §. fin.*

Judæi novas synagogas non faciant, veteres tamen illis refarcire permissum. *capit. Iudæi. de Iud.* ¶ Judæi claudant ostia & fenestras suas in die Parasceves. *c. quia super. eod. tit.* ¶ Christianus Judæo serviens excommunicatur. *c. Iudæi. eod. tit.* ¶ Judæus conversus possessiones suas priùs habitas non amittat. *ibid.* ¶ Judæi ad fidem non sunt cogendi. *c. sicut Iudæi. eod. tit.* ¶ Judæorum ritus & festivitates non impediantur. *capit. sicut. eod. tit.* ¶ Judæo nullus noceat sine authoritate superioris. *ibid.* ¶ Judæi Christianas nutrices non habeant. *c. etsi Iudæos. eod. tit.* ¶ Judæum percutientis pœna. *capit. postulasti. eod. tit.* ¶ Judæi habitum à Christianis distinctum gerant. *c. in nonnullis. eod. tit.* ¶ Judæi publicis officiis non præferantur. *c. cùm sit. eod. tit.* ¶ Judæi servus ad fidem conversus liber fit. *c. nulli Iudæo. eod. tit.* ¶ Judæi solvant prædiorum decimas. *c. quanto ampliùs. de usur.* ¶ Judæi compelli possunt ad immodicas usuras restituendas. *c. post miserabilem. & c. quanto ampliùs. eod. tit.* ¶ Judæus conversus filium Judæum petere potest. *c. ita quorundam. de Iudæis.* ¶ Judæus conversus ad Ecclesiasticum beneficium promoveri potest. *c. eam te. de rescript.*

Judex *c. 10. §. Iudex. de verb. sign.* à judice factum quod ad officium ejus non pertinet, ratum non est. *c. ea quæ fiunt. 26. de reg. juris. in 6.* ¶ Si Judex litem suam fecerit, & malè judicaverit, punitur. *c. de sententia & re judicata. 11. quæst. 3. cap. temerarium. si quis dixerit. c. nolite. §. fin.*

§. fin. cum c. seq. ¶ Judicis potestas non expirat, si per cavillationem causa ultra triennium prorogetur. c. venerabilis. de judic.

Judicis officium.

¶ Judex qualiter se habere debeat ad partes. cap. cum P. de Purg. ¶ Judex solùm de re quam cognoscit, Judicare debet. cap. cùm semper. de caus. propriet. & poss. ¶ Ex signis tamen evidentibus judicium ferre potest. capit. pastoralis. eod. tit. ¶ Judex sine suo conjudice procedere non debet. capit. scisitatus. de rescript. ¶ Judicis Ecclesiastici est viduas defendere. cap. ex parte. de for. compet. ¶ Judicis officium est, reo libellum dubium interpretari. cap. significantibus. de libel. oblat. ¶ Judex in tenebris judicare non debet. c. consuluit. de offic. deleg. ¶ Judex interlocutoriam mutare potest. c. cum cessante. de appell. ¶ Judex suspectus vel inimicus esse non debet. c. secund. requiris. eod. tit. ¶ Judex debet per seipsum cognoscere. c. super quæstionum. de offic. jud. deleg. ¶ Judex potest & debet supplere partibus ea quæ juris sunt. c. bonæ memoriæ. de postulat. prælat. ¶ Judicis arbitrio relinquitur numerus testium. cap. cùm causam. de testibus. tempus compatendi. capit. consuluit. de offic. deleg. induciæ citatoriæ. cap. quoniam. ut lit. non contest. tempus & pœna pœnitentiæ. cap. significavit. & c. quæsitum. de pœnit. & remiss. ¶ Judex ad quem appellatum est, potest sententiam priùs latam in quibusdam infirmare, & in quibusdam confirmare. capit. quod ad consultationem. de sentent. & re jud. ¶ Judex quilibet debet habere tabellionem, vel duos viros idoneos. c. quoniam contra. de probat. ¶ Judex debet operam dare, ut persona in judicio agens vel defendens sit legitima. c. causam. de jud.

Judex Ecclesiasticus in quibus causis etiam secularis judicis officio fungi possit.

¶ In causis peregrinorum & pauperum. capit. ex parte. 2. de for. competenti. ¶ Item si vacat imperium. cap. licèt. eod. titul. ¶ Item si judex secularis negligenter justitiam administret. c. ex tenore. eod. tit. ¶ Item si sit terra Ecclesiæ. cap. si duobus. de appell. ¶ Item ubi consuetudo invaluit, ut Ecclesia judicet de maleficiis. cap. cùm sit generale. de for. compet. ¶ Item in denunciatione criminis. cap. novit. de jud. ¶ Item ratione connexionis, ut de jure patronatûs. c. quanto. de jud. & c. de prudentia. de donat. inter vir. & uxor. & capit. per venerabilem. qui filii sint legitim. ubi simul etiam docetur, quando judex ad spiritualia & temporalia legitimat.

Judex ex quibus causis recusari queat?

¶ Judex recusari potest, si sit adversario familiaris. c. insinuante. & cap. super quæstionum. de offic. deleg. ¶ Item si ab eo appellatum sit. cap. ad hæc si. de appell. ¶ Item si sit adversarii consanguineus vel commensalis. cap. accedens. ut lite non contest. & c. causam. de offic. judic. deleg. sine justa causa Judex recusari non potest. cap. cum speciali. de appellat.

Iudicium, c. 10. §. vocatur autem. & §. judicium in extravag. com. de judiciis. ¶ In judiciis non est acceptio personarum habenda. c. in judiciis. 12. de reg. juris, in 6. ¶ Judicium est triplex. c. per venerabilem. qui fil. sint legit. ¶ In judicio non debet distinctio personarum fieri. capit. novit. de jud. ¶ In judicio quæ personæ requirantur. c. forus. de verbor. signific. ¶ In judicio contraria asserenti non creditur. capit. dilectus. de temporibus ordinat. ¶ In judicio uno facta fidem faciunt in alio. cap. cùm ad sedem. de restitut. spoliat. ¶ In judicio non procedatur, nisi contra victum vel contumacem. c. inter quatuor. de majorit. & obedient. ¶ Excommunicatus in judicio conveniri potest, & per alium respondere. capit. intelleximus. de re judicat. ¶ Clerici in judicio seculari respondere non tenentur, non obstante quâvis consuetudine. capit. Cler. de judiciis. ¶ Judicio seculari traditur Clericus incorrigibilis degradatus. cap. non ab homine. eod. tit.

res *Iudicata* vim legis non habet: Nisi Pontifex Maximus sententiam tulit. c. in causis. 19. de sententia & re judic. vers. cùm in similib. casib.

Juramentum non est obligatorium, contra bonos mores præstitum. c. non est. 58. de reg. juris, in 6.

Jurgium. capit. 10. §. jurgium. de verborum signific.

Juris civilis origo. distinct. 7. cap. 1. cum duob. sequentib. ¶ Juris Pontificii origo. distinct. 15. cap. 1. cum seq. ¶ Jus dictum est, quia justum. cap. jus generale. §. jus autem. distinct. 1. ¶ Jus quid, cap. jus dictum. 12. de verb. significat. ¶ Differunt jus & lex, quemadmodum genus & species. Lex enim juris species dicitur, dict. cap. jus generale. in princ. ¶ Jus dividitur in naturale, gentium & civile. distinct. 1. in princ. & capit. jus autem. distinction. 11. cap. catholica. ¶ dividitur in divinum & humanum. distinction. 1. capit. omnes leges. distinct. 8. capit. 1. ¶ dividitur in jus personarum, rerum & actionum. Ad jus personarum pertinet jus maris & fœminæ. Mas autem dicitur ad imaginem Dei creatus, fœmina non item. Idcoque hæc velare caput jubetur. 33. q. 5. c. hæc imago. c. mulier. ¶ Jus aliud Publicum, aliud privatum dicitur. distinct. 1. capit. penult. Eadem legum divisio, sed alia sententia, habetur 19. quæst. 2. c. duæ sunt. ¶ Jus dividitur in scriptum & non scriptum, seu leges & mores. distinct. 1. cap. jus generale.

Iuris naturalis definitio. distinct. 1. c. 1. §. jus naturale. distinct. 6. c. non est peccatum. §. his itaque respondetur. d. dist. 1. c. jus naturale. ¶ species juris naturalis est rerum communio. distinct. 8. in princ. cum cap. 1. sequente. & ibidem de differentia juris naturalis & civilis. Sed & alia differentia est, quòd naturale jus vetustius sit. distinction. 5. in §. naturale. item, quòd naturale sit dignius. d. §. naturale. & d. c. 1. §. fin.

Ius gentium. *distinct. 1. c. jus gentium.* item hujus species est jus militare. *de quo distinct. 1. cap. jus militare.*

Iuris civilis definitio. *distinct. 1. capit. jus civile.* ¶ Species juris civilis est, rerum proprietas, seu distinctio dominiorum. *distinct. 8. in princ. cum c. sequens.* ¶ Differentia juris civilis & naturalis est, quòd civile jus sit posterius. *c. ult. §. naturale ergò. distinct. 6.*

Ius civile ex unaquaque civitate appellatur proprium Quiritum. *distinct. 1. cap. ult.* ¶ Divisio juris civilis in scriptum & non scriptum. *distinct. 1. capit. jus generale, in fin. distinct. 11. cap. Ecclesiasticarum.* ¶ Species juris scripti enumerantur. *distinct. 2. c. 1.* ¶ Definitio juris non scripti habetur *distinct. 1. capit. mos est. c. consuetudo. in princ. §. vocatur autem.*

Iuris legumque ratio & usus est coërcitio humanæ audaciæ & nocendi facultatis. *dist. 4. c. 1. cum seq. 23. q. 5. c. non frustrà.*

Iure disceptare. *c. forum. 10. §. jure autem. de verb. signific.*

Iuri suo quilibet renuntiare potest. *c. si diligenti. de for. compet.*

Ius commune ubi non invenitur expressum, proceditur ad æquitatem. *c. ex parte. de transact.*

Iure quod quis in alterum statuit, ipse uti debet. *c. cùm omnes. de constit.*

Jusjurandum est illicitum vel per metum extortum, ad id relaxandum actio competit. *exemplo capit. 1. pervenit. 2. cap. si verò aliquis. 8. c. verum. 15. in prin. capit. sicut. 29. in princ. vers. cum à præstito. de jurejurando.* Nisi jusjurandum servari possit sine interitu salutis æternæ. *dict. cap. 8. §. duximus tibi.* ¶ De modo relaxandi jurisjurandi. *c. verùm in ea. 15. §. cæterùm. de jurejurando.* ¶ Juramento mulieris, allegantis quendam cum ipsâ matrimonium contraxisse, non creditur, nisi per testes probetur. *capit. mulieri. de jurejurando.* ¶ Juramentum debet habere tres comites. *capit. esti Christus. de jurejurando.* ¶ Jusjurandum servandum est, nisi vergat in æternæ salutis dispendium, vel per superiorem relaxetur. *capit. si verò. & capit. veniens. eodem titulo.* ¶ Juramentum contra possessionem emissum non tenet. *capit. ex literis. de jurejurando.* ¶ Juramentum illicitum non obligat, & tales absolvendi sunt cum pœnitentia. *capit. cùm quidam. eodem titulo.* ¶ Juramentum aliquando recipit interpretationem. *capit. brevi. eodem titulo.* ¶ Juramento subintelligitur semper hæc tacita conditio, quòd observabitur, si sit observandum. *c. quemadmodum. eod. tit.* ¶ Juramentum Episcoporum in consecratione eorum. *c. ego N. eodem titulo.* ¶ Juramentum contra jus canonicum vel Ecclesiam factum non tenet, sed potiùs est perjurium. *c. si diligenti. de for. comp. & c. sicut. de jurejurando.* ¶ In juramento illicito consulendus est superior. *c. venerabilem. de elect.* ¶ Jurans mihi fidelitatem, & per consequens meis fidejussoribus, non tenetur iterum jurare. *capit. navitatis. de jurejurand.* ¶ Jurans de contrahendo matrimonio tutiùs implet, quàm aliud quærat. *cap. commissum. de sponsal.* ad illud implendum compellendus non est. *cap. requisivit. eod. tit.* ¶ Juramentum non exigat Episcopus à Clericis suis, nisi cùm committit eis beneficium Ecclesiasticum. *c. nullus Episcopi. de jurejurando.* ¶ Jurans de usura solvenda ad ejus præstationem tenetur, sed restituenda est. *c. debitores. eodem titulo.* ¶ Ubi perjurium timetur, ad juramentum nemo cogi debet. *cap. 2. de cohabit. Cleric. & mulier.* ¶ Jurare possunt Monachi in causis monasterii sui. *capit. esti Christus. de jurejurando.* ¶ Juramenta testium possunt omnibus partibus consentientibus. *capit. tuis quæstionibus. de testibus.* ¶ Juramentum ad casum inopinatum extendi non debet. *cap. tuæ nos. de Eccles. ædific.* ¶ Jurans se contra me non acturum, potest nihilominùs pro Ecclesia contra me agere. *cap. petitio. de jurejur.* ¶ Jurans se edita statuta servaturum, ad futura non obligatur. *cap. penult. eod. tit.* ¶ Juramentum non exigitur, nisi cùm aliæ probationes desunt. *cap. sicut consuetudo. de probat.* ¶ Juramento non obligantur minorennes. *capit. in præsentia. eod. tit.* ¶ In juramento intelligitur semper jus superioris exceptum. *c. veniens. de jurejur.* ¶ Juramentum qualiter deferatur reo vel actori. *c. fin. eod. tit.* ¶ Juramentum non dicitur violatum, cùm in melius mutatur. *capit. pervenit. 2. eod. tit.* ¶ Juramenta Clerici Laicis præstare non debent, nisi temporale quid ab eis teneant. *c. nimis. de jurejuran.*

Justitia. *c. forum. 10. §. vocatur autem. de verb. signific. 24. q. 1. c. ubi sana.*

Juxta. *c. Abbate. 25. de verb. signific.*

L.

Lædere alium non licet, delictum personæ non debet in detrimentum Ecclesiæ redundare. *c. delictum. 76. de reg. juris. in 6.* Mutare consilium quis non potest in alterius detrimentum. *c. mutare. 33. de reg. juris, in 6.*

Laici unde dicti. *12. quæst. 1. c. duo sunt. §. aliud verò.* ¶ Laici non debent assumi loco Canonicorum, nec de rebus Ecclesiæ disponere. *capit. quamvis. de decim.* ¶ Aliquando tamen Laici in Clericos potestatem habere possunt, sed id tantùm auctoritate Ecclesiæ. *c. ad falsariorum. de fall. & c. cùm non ab homine. de judic.* ¶ Laicus jurisdictioni alienæ se submittere potest, Clericus non item. *capit. significasti. de for. competent.* ¶ Laici de jure patronatûs cognoscere non possunt. *capit. quamvis. de judic.* ¶ Laicus potest Episcopum vel Clericum denuntiare vel accusare. *cap. cum juventute. de præsumt.* ¶ Laici nil Ecclesiasticis dare possunt sine consensu Episcopi. *capit. quod autem. de jure patron.* Recipientes enim crimen sacrilegii incurrunt. *cap. causa. de verb. signific.* ¶ Laicorum statuta contra libertatem Ecclesiæ sine consensu Ecclesiæ non valent. *c. quæ in Ecclesiarum. de constit.* ¶ Laici quibus casibus respondere teneantur coram judicio Ecclesiastico, *vide in c. novimus. de verb. signific.* ¶ Laicus contra Clericum ferre testimonium non debet, accusare tamen potest. *capitula cæterorum. de test.*

Lectio librorum sacrorum & usus. *dist. 38. c. sicut. c. juxta. c. qui ea.*

Lectores dist. inct. 21. c. Cleros. §. lectores. & de officio lectorum. *dist. 21. c. 1. §. lectores. dist. 25. c. 1. §. ad lectorem.* ¶ De modo ordinandi lectorem. *dist. inct. 23. c. lector.*

Lector debet esse vigintiquinque annorum. *20. q. 1. c. placuit. in fin.* ¶ Lector Orario uti non debet. *dist. 23. c. non oportet.*

Legatus ad plures provincias, in una degens, potest & de aliis judicare. *capit. novit. de offic. leg.* ¶ Legatus non à latere Papæ, absolvere non potest excommunicatos in sua vel alia provincia, nisi de licentia speciali sibi à Papa collata. *capit. excommunicatis. eodem tit.* ¶ Legati constitutio in sua provincia perpetuò durat. *capit. nemini dubium. eodem tit.* ¶ Post legati recessum non durat commissio causarum, nisi citatio facta sit eo in provincia existente. *ibid.* ¶ Legatus potest conferre Ecclesias vacantes. *capit. dilectus filius. eodem titulo.* ¶ Legatus mandatum Papæ interpretari potest. *capit. 1. de postulat. prælat.* ¶ Legato speciali præsente, legatus generalis cessat. *capit. volentes. de offic. legat.* ¶ Legatus dispensare potest in causa matrimoniali. *capit. quod dilectio. de consanguinit. & affinit.* ¶ Legatus Ecclesias & præbendas dare potest invito patrono. *capit. dilectus filius. de offic. legat.* ¶ Legatus potest cognoscere de causis Suffraganei per simplicem querelam. *capit. 1. eodem titulo.* ¶ Legatus generalis non potest sententiam secundum formam mandati à judice delegato latam revocare. *capit. Audivisti. eodem titulo.* ¶ Legatus non debet se intromittere de causa ad Papam transmissa. *c. licèt. eod. tit.* ¶ Legato Papæ tenentur omnes subvenire, nec valet contra hoc præscriptio, nisi habeant privilegium speciale. *c. accedentes. de præscript.*

Legis definitio. *distinct. 2. cap. lex est. instit. de jure naturali. §. scriptum. vers. lex est. distinct. 1. c. lex est.* Species aliquot legum enumerantur *dist. 2. c. quædam. cum duob. sequentib.*

cùm *Lex* in præteritum quid indulget, in futurum vetat. *1. q. 7. cap. quoties à populis. c. exigunt. c. donatum. §. fin.*

de *Legislatione.* Translato Sacerdotio, legis quoque ferendæ potestas transfertur. *capit. translato. 3. de constitutionib.* ¶ Quæ in legibus ferendis attendenda, definitur *dist. 4. c. factæ. §. præterea. cum c. sequente.*

de *Legum* institutione ac confirmatione, disseritur *dist. 4. c. In istis temporalib. §. leges.*

Legis auxilium frustrà invocat, qui committit in eam. *c. bonæ memoriæ. de elect.* ¶ Leges civiles audientes Prælati, & curam animarum habentes, vel Sacerdotes, excommunicantur. *cap. 1. ne Cleric. vel Monach.* ¶ Idem est de Monachis physicam audientibus. *ibidem.* ¶ Legibus Imperatorum Galli non utuntur, nec Parisiis jura leguntur, ut Theologiæ studium amplietur. *capit. super specula. de privileg.*

Legitimari non potest per subsequens matrimonium, in adulterio natus. *capit. lator præsentium. qui filii sint legit.*

¶ Illegitimi reputantur nati ex his qui in gradu prohibito & ignoranter clandestinè contrahunt. *capitul. cùm inhibitio. de clandestin. desponsi.* ¶ Plura de legitimatione & legitimitate. vide infrà eâd. in Liberi.

Lepra conjugatos non separat. *c. quoniam. de conjug. leprosi.* ¶ Leprâ non obstante, sanus debitum naturale solvere tenetur. *ibidem.* ¶ Leprosi seorsum habitare debent. *capit. 2. eod. tit.* ¶ Leprâ superveniente, sponsalia contrahentes non coguntur matrimonium consummare. *c. literas. eod. tit. & c. quemadmodum. de jurejur.* ¶ Leprosus matrimonium contrahere non prohibetur. *c. quoniam nemini. de conjug. leprosi.* ¶ Leprosus missam non celebret. *capit. tua nos. de Cleric. ægrot.* ¶ Leproso Clerico dandus est coadjutor. *c. tua nos. eod. tit.*

Levitæ. *distinct. 21. c. Cleros. §. Levitæ.*

Libellus in causis omnibus offerri debet. *capit. 1. de libell. oblat.* ¶ Libellus ad respondendum canonicè conficitur. *ibidem.* ¶ In libello conventionali causa exprimi debet. *capit. dilecti filii. eodem titulo.* ¶ In libello actor specificare debet quid petit. *capit. significantib. eodem titulo.* ¶ Libello inepto oblato, reus ab instantia judicii absolvitur, sed non à causa. *cap. examinata. de judic.*

de **Liberalitate,** quis ejus sit modus, definitur *distinct. 86. cap. donare. cum duob. sequentib. c. non satis. cum sequentibus, usque ad c. qui dementiam.*

Liberi unde dicantur, *32. quæst. 4. c. liberi. in princ.* ¶ Liberi parentibus reverentiam & obsequium debent. *33. quæst. 3. c. est ordo.* etiam in divinis. *distinct. 30. c. 1.* ¶ Si aliter conjunx ad fidem Christianam redeat, altero in hæresi manente: apud conversum filii alendi & educandi sunt. *c. 2. de conversione infidelium.*

Liberi naturales dicuntur, qui non ex justis nuptiis sunt procreati. *32. quæst. 4. cap. ult. §. naturales.* Nisi publicè in facie Ecclesiæ sine contradictione matrimonium sit contractum. *capit. cùm inter. 2. c. pervenit. 11. & c. ex terrore. 14. qui filii sint legitimi.* si tamen uterque parens vitium matrimonii sciverit, sunt tantùm naturales. *capit. ultim. §. si quis verò. de clandestina desponsat.* deinde legitimi sunt, si parentes infideles, qui injustas nuptias contraxerunt, postea ad fidem sint conversi. *capit. ultim. qui filii sint legitimi.* ¶ Naturales liberi matris, non patris conditionem sequuntur. *32. quæst. 4. capit. ultim.* ¶ Naturalis filius per subsequens Matrimonium legitimatur. *capit. 1. qui filii sint legitimi.* Nisi filius sit adulterinus. *capit. tanta est. 6. eodem titulo.* ¶ Naturalis legitimatur per Rescriptum Papæ. *capit. per venerabilem. 13. qui filii sint legitimi.* Nisi filius sit adulterinus. *dict. cap. 13. §. fin.* ¶ Naturales æquè ac legitimi honesti esse possunt. *32. quæst. 4. cap. sicut satius. §. undecunque.* ¶ Actio quâ quæritur, utrùm quis legitimè natus sit, apud Ecclesiasticum judicem competit, non civilem, quamvis incidenter proponatur. *capit. la-*

tor. 5. & c. causam. 7. qui filii sint legitimi. ¶ De Probatione, si quæratur utrùm naturalis, an legitimus sit filius. c. per tuas. 12. d. tit.

Libertas monasterii præscribi potest. c. ex ore sedentis. de privileg. ¶ Libertate fruens per decennium, liber judicandus est. c. licèt. de conjug. servor. ¶ Libera si scienter cum servo contrahat, valet matrimonium. cap. illud. de præscr. ¶ Ex liberta natus vel libera in servitutem redigi non potest. capit. 1. de nat. ex lib. ventr. ¶ Libertus potest per ingratitudinem in servitutem redigi. capit. de famulis. de serv. non ordin. ¶ In favorem libertatis est sententia ferenda. cap. licèt. de conjug. servor. & cap. ultimo, de sent. & re judic. ¶ Filius, quoad libertatem, matris sequitur conditionem. c. ult. de serv. non ord.

Libri qui sint legendi, vel non. distinct. 15. cap. sancta. §. jam nunc subjiciendum usque ad §. cæterùm. & quo tempore singuli libri legendi. d. cæterùm. usque ad fin. ¶ Veterum librorum fides ex Hebræis, novorum ex Græcis voluminibus petenda. distinct. 9. c. ut veterum. ¶ Si quid parum rationabile in libris Canonicis invenitur, quid de eo censendum sit. d. distinct. 9. ego solùs. & cap. si ad scripturas.

Lis unde dicta, c. fornon. 10. §. lis. de verb. signific. ¶ Lis mota. c. ex parte. 50. eod. tit.

Litis contestatio fit non per positiones, & ad eas responsiones, sed per petitionem in jure propositam, & responsionem secutam. capit. unico, de litis contestatione. cap. dudum. 54. §. licèt autem. de electione. Quod autem dicitur, per responsionem secutam fieri litis contestationem, id intelligendum de responsione, quæ in negando, non in distinguendo consistit. Nam per exceptionem, quamvis peremptoriam, quæ in distinguendo consistit, non fit litis contestatio. capit. si obtato. 2. de litis contestatione, in 6. ¶ Omissâ litis contestatione, processus est nullus. dict. capit. unic. vers. quia litis contestationem non invenimus esse factam, & c. d. §. licèt autem. fallit si non jure actionis, sed officio judicis procedatur. cap. judicis. 2. de officio judicis. ¶ Viginti dierum dilationem habet reus ad litem contestandam. 3. q. 3. c. ult. §. offeratur.

res *Litigiosa* prohibetur alienari. c. Ecclesia. 3. ut lite pendente nihil innovetur. 11. q. 1. cap. ult. Nisi res æquivalens in locum rei alienatæ substituatur. dict. cap. 3. & cap. 4. eod. tit. ¶ De re litigiosâ sequestranda. Sequestratio regulariter prohibita est. Nisi possessor vel in possessionem missus res vel ejus fructus dissipet atque consumat. capit. dilectus. 2. & c. ult. de sequestrat. possess. vel, nisi sententia contra possessorem lata, executio per appellationem fuerit suspensa. dict. c. ult. item 2. quæst. 6. c. quoties post. item Clement. unicâ, de sequestratione. cujus exceptionis replicatio est: Nisi triennio pacificè à reo res sit possessa. d. Clement. unicâ, vers. dum tamen triennio.

Literæ non valent, quæ per surreptionem & contra veritatem impetrantur. capit. cùm dilecta. de rescript. cap. super eo. de test. & cap. accedens. ut lit: non contest. ¶ Literas falsificans est ab officio suspendendus, & à beneficio. capit. cùm literis. de test. ¶ Literis super facto quodam impetratis debet facti series narrari. capit. super eo. de constitut. Cleric. ¶ In literis Datum attendendum est. capit. cum te. de rescript. ¶ Literæ posteriores an priores revocent, vide in cap. audita. de restitut. spoliat. & c. ex parte. de rescript. ¶ Literæ secundæ non tenent, nisi fecerint mentionem de primis, cùm utræque sint speciales. cap. ex parte. de offic. delegat. ¶ Literis prioribus generalibus derogant posteriores. capit. pastoralis. & capit. si autem. de rescript. ¶ Juxta literarum formam judex procedere tenetur, nisi sint contra jus. c. causam. de sentent. & re judicat. ¶ Literæ commissoriæ extenduntur tantùm ad ea, quæ ibi continentur. capit. cùm olim. de offic. deleg. ¶ Literarum impetratarum jurisdictio, si intra annum negligatur, vel ex malitia supprimatur, expirat. capit. plerumque. de rescr. ¶ Literarum Papalium falsitas quomodo cognoscatur, & quomodo examinetur. capit. licèt. de crimine falsi. ¶ Literis Papalibus abutentium pœnæ. cap. nonnulli. de rescript. ¶ Literis contra aliquem impetratis, ipso defuncto ante citationem emissam, non potest ejus hæres conveniri. cap. significavit. eodem tit. ¶ Literæ à Laico impetratæ contra Clericum, mentione non factâ quòd sit Clericus, non valent. c. ex parte. de testib.

Locator conductorem prohibere non potest, quò minùs re conductâ fruatur. Quòd si fecerit, ex conducto tenetur: quod fallit, si res locata usibus domini necessaria sit. cap. propter. 3. §. verùm. de locato & conducto. item si dominus ædes locatas reficere velit. dict. §. verùm. item si conductor malè in re conducta sit versatus. dict. §. verùm. vers. qui etiam inde. denique si conductor non solverit pensionem. dict. §. verùm. vers. vel cùm canonem. ¶ Locari possunt decimæ, & quâ formâ. capit. vestræ nobis. de locat. ¶ De locatione domorum in universitate, cap. 1. de locat. & conduct. ¶ Per locationem solam non rei probatur proprietas. capit. inter dilectos. de fid. instrum. ¶ In locatione debent computari expensæ locantis, & qualiter. cap. propter sterilitatem. de locat. & conduct. ¶ Locati non debent officia seu dignitates sub annuo censu. cap. quoniam in quibusdam. ne prælat. vices suas.

Locupletari non debet aliquis cum alterius injuria vel jactura. c. locupletari. 48. de reg. juris, in 6.

de Lucifero. de panitent. dist. 2. c. penult. §. hinc etiam diabolus. c. ultim. in princ. usque ad §. charitas.

de Lusu prohibito. dist. 35. c. 1. in fin. De luxuriis non naturalibus puniendis. capit. Cler. 4. de excessib. prælator.

M.

Magia. 26. q. 5. cap. non oportet. c. Episcopi. in princ. cap. nec mirum. §. magi sunt. & 26. q. 3. c. 1. §. primùm autem.

Magister

Magister in Theologia debet in qualibet cathedrali Ecclesia ad legendum institui. *c. super specula. de magistr.* ¶ Magistri & studiosi Theologiæ quinque annis fructus beneficiorum suorum recipiant. *ibid.* ¶ Magisterium non est vendendum, & vendentium pœna. *c. 1. de magist.*

Magistratus ratio habetur. *23. q. 5. cap. non frustrà. c. principes. c. res autem. c. administratores. in princ.* & de hæreticis, eorumque fautoribus, receptoribus, liberis, &c. cavetur *capit. quicunque. 2. §. hæretici. & c. statutum. 15. de hæreticis, in 6.*

Qui & quales ordinandi.

¶ De infamibus non ordinandis. *capit. penult. de reg. juris, in 6.* ¶ De judæis non ordinandis. *17. q. 4. cap. nemini. in fin. cum cap. sequent.* ¶ Ne alicui patriæ suæ administratio committatur. *17. q. 4. si quis suadente. §. committunt. in fin.* ¶ De Potentibus externis, horumvé cognatis in Magistratum urbis Romæ non eligendis. *c. fundamenta. 17. de electione, in 6.*

Quemadmodum Magistratus ordinandus.

¶ De jurejurando ab ordinato præstando. *1. q. 7. cap. sancimus.* Aliud juramentum de hæresi cavenda præscribitur *c. ut officium. 11. §. statuimus. de hæreticis, in 6.* ¶ Ne per seditionem aut Ambitum magistratus ordinetur. *1. q. 1. c. principatus.*

Magistratus superioris exemplum inferiores sequuntur. *capit. magnæ. 7. §. præterea. de voto.* ¶ Integritas præsidentium, salus est subditorum. *distinct. 61. c. miramur. §. integritas.* ¶ Totus familiæ status, & ordo nutabit, si quod requiritur in corpore, non inveniatur in capite. *dict. cap. miramur. §. nam totius.*

Officium Magistratûs.

¶ De coërcendis delictis. *23. quæst. 5. cap. incestuosi. c. regum. c. non solùm. c. non est. c. qui malos. capit. sunt quædam. capit. res debet.* ¶ De Ecclesia per Magistratum defendenda, cavetur *23. quæst. 5. c. dicat. §. fin. cum c. sequent. & c. res autem.* ¶ De malis ad bonum cogendis. *23. quæst. 6. per totum:* in cujus fine ponitur objectio, nimirum *c. ultim. §. sed objicitur.* item solutio, ibid. *§. his ita.* ¶ Minor Magistratus majori cedere debet. *capit. quæ contra. §. fin. distinct. 8. c. volentes. 8. de officio delegati. 11. quæst. 3. cap. qui resistit.* ¶ De Reverentia & obsequio Magistratui præstando. *23. quæst. 5. c. si apud. c. dicat.* quod verum est, si non injustum quid jubeat Magistratus, vel contrarium ei quod alius Magistratus superior jusserat: tunc enim impunè ei obsequium non præstatur. *11. quæst. 3. capit. qui resistit. cum cap. seq. item 2. quæst. 7. c. admonendi.* item si Magistratus excommunicandi potestatem non habeat, non debetur ei obsequium. Quæ tamen exceptio reprobatur exemplo. *capit. dilecta. 2. de major. & obedient.* ¶ Non refertur ad universos, quod publicè fit per majorem partem. *1. quæst. 7. c. quoties à populis.*

Majora intelliguntur prohibita, cui minora non sunt promissa. *cap. cùm illorum. de sentent. excommunic.* ¶ Quod in majori conceditur, licitum videtur in minori. *c. per venerabilem. qui fil. sint legit.* ¶ Major natu succedere debet in Regno. *c. licèt universis. de vot. & vot. redemt.* ¶ Major est potestas spiritualis, quàm temporalis vel secularis. *c. solicitæ. de major. & obedient.* ¶ Major natu debet dividere, & minor eligere. *c. 1. de paroch.* ¶ Majores natu debent Ecclesiis præfici. *c. quoniam. de jure patron.*

Maledictio injusta præmium est. *11. q. 3. c. qui justus in princ.*

Malitia supplet ætatem. *cap. de illis. de desponsat. impub.* ¶ De malitia sua nemo commodum reportare debet. *c. intelleximus. de jud. & c. contingit. de dol. & contum.*

Maleficiatus creditur potestatem habens alias cognoscendi, non verò suam, licèt per octennium cohabitaverint. *c. ult. de frigid. & malefic.* ¶ Maleficiatus per triennium uxori cohabitare tenetur, antequam separentur ab invicem. *ibidem.* ¶ Maleficiatus separatus aliam cognoscens, ad primam redire cogitur. *c. fraternitatis. ibid.* ¶ In maleficiis ratihabitio mandato æquiparatur. *c. sicut tuis. de simon. & cap. sicut dignum. de homicid.*

Malum minimum ex duobus malis eligendum. *22. q. 4. c. non solùm.*

si *Malè* quæsitus benè utatur, per hoc non justificatur. *14. q. 5. c. neque enim. c. denique.*

ex **Mandato** mandati actio nascitur: Nisi consilium fuerit non fraudulentum. *c. nullus. 62. de reg. juris, in 6.* ¶ Mandatum revocari potest, si fides procuratoris sit suspecta. *cap. 1. de procurator.* ¶ Mandatum speciale derogat generali. *capitul. studuisti. de offic. legati.* ¶ Mandatum an morte mandatoris expiret, *vide in c. relatum. de offic. deleg.* ¶ Mandatum revocari potest re integrâ existente, aliàs non. *c. cùm dilectus filius. de elect.*

Manichæi conjugium detestabantur. *dist. 30. in princ. vers. causa fuit.*

Manifestum. *capit. constitutionem. 2. in princ. de verb. signific. in 6.* ¶ Manifesta peccata publicè & non privatim corrigenda & punienda sunt. *c. 1. de pœnitent. & remiss.* ¶ Manifesta offensa quæ dicatur, *c. cùm olim. de verbor. sign.*

Manumisso potest dominus operas spirituales imponere. *c. eo libentiùs. de serv. non ordin.*

de **Maria** sancta, quòd in peccato mortali non sit concepta, & de festo conceptionis habetur *c. gravem. 2. de reliquiis sanctorum, in extravag. com.*

Marito in servitutem redacto, nihilominùs uxor manet libera. *29. quæst. 2. c. cu-*

jus rei. §. fin. cum c. seq. ¶ Maritus religionem intrans consentiente uxore, restituatur uxori, si continere nolit, præsertim si sine consensu Episcopi, religionem intravit. *cap. 1. & 2. ex parte. de convers. conjug.*

de Martyrio. *de pœnitent. dist. 1. c. potest fieri, in princ.*

Mater infantem ipsa nutrire, non alii nutriendum tradere debet. *dist. 5. c. ad ejus. §. prava autem.*

Mathematicus. *26. quæst. 2. capit. 1. §. sic & astronomiæ. §. genethliaci.*

Matrix Ecclesia, *c. venerabili. 22. de verb. signif.*

Matrimonium quid, *vide in c. illud. de præsumt.* ¶ Matrimonium dictum, quòd in liberis procreandis & educandis potiores partes sint matris, quàm patris. *cap. 2. §. ad quod illa. de conversione infidelium.* ¶ Prima divisio est, quòd aliud sit initiatum, aliud ratum. *27. q. 2. cap. statutum. §. fin.* ¶ Secunda divisio est, quod aliud sit Legitimum & non ratum, aliud ratum & non legitimum: aliud denique legitimum & ratum. *28. q. 1. c. ult. §. conjugium.*

Matrimonii finis est, procreatio liberorum, & per eam propagatio generis humani. *31. quæst. 1. c. Deus. 32. q. 2. in prin.* ¶ Matrimonium bonus est usus concupiscentiæ. *32. quæst. 1. c. non enim.* ¶ Comparatio conjugii cum virginitate habetur. *32. qu. 1. cap. nuptiæ, in princ.* ¶ De conjugio non contemnendo. *distinct. 30. c. si quis propter. cap. si quis vel c. si quis nuptias. item distinct. 31. c. si quis vituperat. cap. quicunque virginitatem.* ¶ Matrimonium solo consensu contrahitur. *capit. cùm locum. de spons.* ¶ In matrimonio verba requiruntur consensum manifestè exprimentia. *cap. tuæ fraternitati. eod. tit.* ¶ In matrimonio ætas & consensus requiritur, sine quibus nihil agitur. *capit. ex literis. de desponsi. impub.* ¶ Matrimonium præsumitur, ubi post fidem datam sequitur carnalis copula. *cap. veniens. de spons.* ¶ In matrimonio malitia ætatem supplet. *cap. de illis. de desponsi. impub.* ¶ Clandestino matrimonio consentiens Sacerdos est suspendendus. *cap. cùm inhibitio. de cland. desponsi.* ¶ Matrimonio inhabilis, uxorem tanquam sororem habere potest. *capit. consultationi. de frigid. & malefic.* ¶ In matrimonii causa, lata sententia, errore probato, revocari potest. *capit. fraternitatis de frigid. & malefic.* ¶ Quæ in matrimonium ab initio coacta consensit, si per annum & diem cum marito cohabitet, consensisse sponte videtur, nec testes in contrarium recipiuntur. *capitul. ad id quod. de sponsal.* ¶ Clandestinum matrimonium in publico ratificandum est. *capit. quod nobis. de clandestin. desponsi.* ¶ Matrimonium cum arcta contractum, propter sola conjugum verba dirimi non debet, nisi aliæ adsint probationes. *capitul. fraternitatis. de frigid. & malefic.* ¶ Matrimonium coactum copulâ sequente confirmatur. *capitul. significavit. de eo qui dux. in matrimon.* ¶ Matrimonium beguinarum tenet, nec officit, si habitum recipiunt de manu Sacerdotis. *cap. consuluit. qui Cler. vel vov.* ¶ Matrimonium contractum non impedit vel dirimit, nisi certam religionem assumat. *capit. ex parte. de convers. conjug.* ¶ In matrimonio non currit præscriptio. *capit. in præsentia. de spons.* ¶ Matrimonium confirmatur carnali copulâ. *capit. à nobis. de desponsi. impub.*

Matrimonium qui contrahere possint, & cum quibus.

¶ Matrimonium contrahere non possunt, qui consentire non possunt, ut pueri. *capit. accessit. de desponsi. impub.* ¶ Matrimonium contrahere possunt surdus & mutus per signa. *capit. cùm apud sedem. de sponsal.* ¶ Matrimonium contrahere non possunt professi in religione. *capit. meminimus. qui Cler. vel vov.* ¶ Matrimonium liberi cum ancilla non valet, nisi eam talem esse priùs sciverit, vel postquam resciit eam cognovit. *capit. proposuit. de conjug. servor.* ¶ Matrimonium contrahere non potest furiosus. *capit. dilectus. de spons.* ¶ Matrimonium cum inhabili valet, si contrahentes voluerint. *capitul. consultationi. de frigid. & malefic.* ¶ Matrimonium inter filium spiritualem baptizantis, & carnalem filiam baptizati non valet. *cap. ex literis. de cognat. spirit.* ¶ Matrimonium contractum cum ea quæ alteri per verba de præsenti desponsata est, non valet. *cap. accepisti. de sponsi. duor.* ¶ Matrimonium contractum cum sorore ejus quam quis ante septennium attentavit, non valet. *capit. juveris. de sponsal.*

Matrimonium quomodo dirimatur.

¶ In matrimonio dirimendo aspectus corporis præfertur juramento. *capitul. proposuisti. de probat.* ¶ Matrimonio juncti non separantur per solam & privatam confessionem viri & uxoris. *capit. latore præsentium. de sentent. & re judicat.* ¶ Matrimonium illud dirimitur, in quo vir per septennium uxori cohabitans eam cognoscere non potest. *c. literæ vestræ. de frigid. & malefic.*

Matrona in habitu meretricali inventa injuriarum agere non potest. *cap. in audientia. de sentent. excommun.*

Medici ante omnia infirmum ad confessionem inducere debent, nec quicquam illi suadere, quod ad periculum animarum tendat. *capitul. cùm infirmitas. 13. de pœnitentiis.* ¶ Si execrabili modo medeatur, vel sanari cupiat. *26. quæst. 2. cap. illud quod. cap. qui sine. quæst. 7. c. admoneant. capit. non observetis. versic. sive qui per quosdam.* ¶ Medicus nihil omittens de contingentibus non est puniendus, etsi æger moriatur. *capit. ad aures. de atat. & qualit. præfic.* ¶ Medicus consulat etiam saluti animæ ægrotantis, neque ratione medicinæ detrimentum inferat animæ. *c. cùm infirmitas. de pœnitent. & remiss.* ¶ Medicina adustionis vel incisionis est Clericis prohibenda. *capit. sententiam sanguinis. ne Cler. vel Mon.*

de Men-

de **Mendicantibus.** *cap. unic. de religiosis domibus, in 6. capit. unico, de excess. prælator. in 6. Clement. 1. de regularibus. Clement. cupientes. 3. de panis. extravag. com. unicâ, de officio custodis. extravag. com. vices. 2. de treuga & pace. extravag. com. 1. de regul.*

Metropolitanus. *distinct. 21. c. Cleros. §. Metropolitani. & §. Patriarcha patrum, in fin.* ¶ Metropolitanus dignitatis sibi traditæ antiquitus jus intemeratum obtineat. *25. quæst. 2. c. igitur. & capitul. servatis.* ¶ Ne in una provincia Duo Metropolitani constituantur. *dist. 101. c. 1.* ¶ Metropolitanus provinciam suam visitare potest. *cap. cùm ex officii. de præscript.* ¶ Metropolitanus cum suis Episcopis consecrent Episcopum. *c. 1. de sacr. unct.*

Metus cadens in virum constantem excusat. *cap. ad audientiam. de iis quæ vi metûs.* ¶ Metus ingressum religionis vitiat, nisi postmodùm etiam consentiat. *cap. 1. eod. tit.* ¶ Renunciatio metu Laicorum facta non valet. *c. 2. eod. tit.* ¶ Metus & coactio consensum excludunt. *capitul. cum locum. de sponsi.* ¶ Metus vitæ & bonorum servationem tantùm spectans, non absolvit jurantem à juramenti præstatione. *cap. si verò. §. verùm. de jurejurand.*

de **Minoribus:** hi possunt ubique vel sine licentia Prælati prædicare. *cap. in iis. 30. de privilegiis. Clement. duduum. 2. de sepulturis. extrav. com. unicâ. de judiciis. extravag. com. super cathedram. 2. de sepulturis. extrav. com. 1. de privilegiis. c. quia ex eo. 3. de pœnis, in 6. c. ex iis. 3. de verb. signific. in 6. Clem. 1. eod. tit. extrav. Ioan. XXII. 1. de verb. signif. extrav. Ioann. XXII. quia nonnunquam. 2. eodem tit. extravag. Ioann. XXII. ad conditorem. 3. & ult. eod. tit.*

Minorennis quomodo intelligatur quis esse. *c. in præsentia. de probat.* ¶ Minoris jure fungitur Ecclesia in restitutionibus. *c. 1. & c. auditis. de restitut. in integr.*

Miracula sunt per testes examinanda, & qualiter. *c. venerabili. de testibus.* ¶ Miracula faciens non colatur tanquam sanctus, nisi Romanæ Ecclesiæ authoritate. *c. 1. de reliq. & venerat. sanct.* ¶ Per miracula probet se quis à Deo missum. *c. cùm ex injuncto. de hæresi.*

de **Misericordia.** *23. q. 4. c. est injusta. c. ne amisso. cap. duo ista. item dist. 86. c. qui clementiam.*

de **Missæ** origine. *De consecr. dist. 1. c. Iacobus.* & de causa missæ & usu, *habetur c. cum creatura. 11. de celebrat. missar.* ¶ Missa an sit de substantia ordinum & Ecclesiarum consecrationum. *c. quod sicut. de elect.* ¶ Missarum celebrationem impedit deformitas vel debilitas personæ celebrare volentis. *capit. Presbyterum. de Cleric. ægrot.* ¶ Missas duas quando Sacerdos celebrare possit, & tunc post sanguinem vinum non sumat. *capitul. consuluisti. & capitul. ex parte vestra. de celebrat. miss.* ¶ Missam nemo propter conscientiam celebrare fingat, quia dupliciter peccat. *c. dolenter. eod. tit.*

Moderatio. *cap. transmissæ. 33. de verborum significe.*

Monachus. *16. quæst. 1. cap. 1. in princ. c. placuit. §. fin.* ¶ Monachus non fiat quis, nisi in legitima ætate. *capit. 1. de regul.* ¶ Monachus potest in Episcopum eligi. *cap. cùm olim. de dol. & contum.* ¶ Monachus qualiter possit proprium possidere. *capit. 1. de statu Monach.* ¶ Monachus potest etiam in causa monasterii testimonium perhibere. *capit. tertio loco. de probat.* ¶ Monachi irregulariter viventes ejiciantur, nisi se corrigant. *capit. relatum. ne Cler. vel Monach.* ¶ Monachi non regant Ecclesias ad eos pleno jure non spectantes. *cap. 1. de capell. mon.* ¶ Monachus cum licentia Abbatis & Episcopi sui prædicare potest. *capit. cùm sit. de Iud. & Sarracen.* ¶ Monachum non facit habitus, sed professio. *c. porrectum. de reg.*

de **Monasterio** fœminarum longiùs à virorum monasterio ædificando. *18. quæst. 2. cap. monasteria.* ¶ Puellarum monasteria Monachorum præsidio & ministerio regantur. *18. quæst. 2. capit. in decima. pluralis. 40. de regul. juris, in 6.* ¶ Ne vir monasterium Monialium ingrediatur, *capit. monasteria. 8. de vita & honestate Clericor. capit. unico, in princ. vers. nullique aliquatenus. de statu regularium in 6.* ¶ De Colloquio Monialium cum Monachis interdicendo. *18. quæst. 2. capit. in decima. vers. sed neque Abbatem. & dict. quæst. 2. cap. dissimmus. §. fin.* ¶ Ne cum viris concumbant. *27. quæst. 1. cap. nec aliqua, cum cap. sequente.* ¶ Ne simul cum Canonicis & Monachis conveniant in Clero, *18. quæst. 2. capit. perniciosam. §. simili modo.* ¶ Ne Moniales monasterium Egrediantur. *capit. unico, in princ. de statu regular. in 6.* ¶ Nisi Abbatissa præstandi juramenti fidelitatis causâ monasterium egrediatur. *dict. cap. unico. §. verùm.* ¶ Ne sanctimoniales propria receptacula habeant. *18. quæst. 2. perniciosam. in princ.* ¶ de Vestitu Monialium, *distinct. 23. cap. sanctimonialis.* ¶ De consecrandis & Velandis sanctimonialibus. *20. quæst. 1. c. devotis, cum sequentibus, usque ad cap. ult.* ¶ De Visitandis Monialibus, & earumofficio. *Clement. ultim. de statu Monachorum.* ¶ deniq; regula eadem in Monialibus, quæ in Monachis, jura sunt observanda. *capit. ult. §. fin. de statu Monachor.* ¶ Monasteriis pluribus unus Abbas præesse non debet, nec unus Monachus in duobus monasteriis locum habere. *c. ult. de Xenodoch.*

Monialem percutiens incidit in canonem. *c. de Monialib. de sentent. excommunicationis.* ¶ Monialis de incestu suspecta se purgare tenetur. *c. Moniales. de purg.* ¶ Monialium monasteria frequentantes Clerici, admoniti deponantur, Laici excommunicentur. *capit. monasteria. de vit. & honest. Cler.* ¶ Monialis divinum officium turbans, sine excommunicatione ejici potest. *capit. veniens. de sentent. excommunicationis.* idem de Clericis vel Religiosis intelligendum. Monialis in quacunque causa cri-

minali vel civili non est ad juramentum compellanda. *c. 1. de jur. calumn.*

Moneta qualiter fit & innovatur. *c. quanto. de jurejur.*

in Mora non est, qui potest exceptione legitimâ se tueri. *capit. non est. 60. de reg. juris, in 6.*

si Moriatur quis in bello contra hæreticos ac infideles, justificatur. *23. q. 5. c. omnium. q. 8. c. omni timore.*

Mortuo potest absolutio excommunicationis impendi. *c. à nobis. de sentent. excommun.*

Mulcta alicui indicta jure civili pertinet ad fiscum. *l. 5. Codic. de modo mulctarum.* Secùs tamen observetur jure Pontificio.

Mulier. *32. quæst. 2. cap. penult.* ¶ De orationibus & meritis mulierum Ecclesiasticarum, cavetur *distinct. 81. c. ult.* ¶ Mulier ab undecimo anno dicitur nuptiis apta. *capit. continebatur. de desponsi. impub.* ¶ Neque mulier, neque monialis prædicare, benedicere, vel confessionem audire potest. *cap. nova. de pœnitent. & remiss.* ¶ Mulier arbiter esse potest in civili causa Clericorum. *capit. dilecti. de arbitr.* ¶ Mulier procuratrix esse potest. *capit. cum dilecta. de confirmat. util.* ¶ Mulier præbendas conferre potest. *cap. dilecto filio. de testib.*

Mutilatus manu ordinari non potest. *cap. exposuisti. de corp. vit.*

Mysterium. *1. quæst. 1. capit. multi. §. mysterium.*

N.

Natalium causa, ad forum Ecclesiasticum pertinet. *c. tuam. de ordin. cognit.* ¶ Nativitas legitima priùs probanda venit, quàm de successione agatur. *ibidem.* ¶ Nati ex libero ventre in servitutem non redigantur. *c. 1. de nat. ex lib. ventr.* ¶ Nasci non debent injuriæ, unde jura nascuntur. *c. qualiter. de accusat.*

Natus *c. nam & ego. 3. de verb. signific.*

si ex Naufragio quid abstulerit, excommunicatur. *c. excommunicationi. 3. §. illi etiam. de raptoribus.*

Necessitas licitum facit, quod non est licitum in lege. *c. quod non est. 4. de regul. juris.* ¶ Necessitas legem non habet. *c. consilium. de observ. jejun.* ¶ Necessitas juramentum excusat. *c. si verò. de jurejur.*

Negativa probari non potest, nec debet, nisi purgando se de calumnia. *c. bonæ. de elect. & c. cùm dilectus filius. de calum.*

de Negligentia. *distinct. 83. capit. ultim. §. sicut autem.* ¶ Negligentia Episcopi punitur. *capit. 1. de suppl. neglig. Prælat.* ¶ Propter negligentiam in præsentando admissam, jus præsentationis amittitur illà vice. *capitul. 3. eodem titulo.* ¶ Propter negligentiam collationis beneficiorum intra tempus semestre, spectat ad Papam collatio. *cap. licèt. eod. titul.* ¶ Per negligentiam jus eligendi amittitur. *capit. ult. eodem tit.* ¶ Per negligentiam inferiorum, beneficiorum collatio ad superiorem devolvitur. *capit. quia diversitatem. de concess. præbend.* ¶ Per negligentiam perdit Prælatus jurisdictionem. *c. per tuas. de sent. excommun.*

Negotium. *cap. forum. 10. §. negotium. & §. in omni. item distinct. 88. cap. quoniam. §. fin.* ¶ Si quis negotia Ecclesiæ gerendo, vel Ecclesiæ rebus damnum intulerit, sibi lucrum captando: vel contrà in suis rebus damnum senserit, dum utilitati Ecclesiæ studet, hoc damnum hinc inde præstabitur. *12. quæst. 4. capitul. 1. §. fin. cum c. sequente, usque ad §. si verò de reb.* ¶ Si quis negotia Ecclesiæ gerendo res ejus consumpserit, hoc præstandum est. *12. q. 5. c. obitum.* Quo nomine etiam adversùs hæredem datur actio. *d. cap. obitum.*

Negotiator. dist. 88. cap. ejiciens. §. ostendam ergò. de verb. signific.

Nobilitas vitæ & non sanguinis attenda est in beneficiorum collatione. *c. venerabilis frater. de præb. & dignitat.*

Nominatio sola nullum jus acquirit nominato. *c. quod sicut. de elect. & c. cùm olim. de verb. signific.*

Notorium quid & quot modis dicitur. *cap. vestra. de cohabitat. Cleric.* ¶ Notoria probatione non egent. *cap. tua nos. eod. tit. & c. evidentia. de accusat.* ¶ Notoria per famam, purgatione indigent, & taliter diffamatis est indicenda. *ibidem.* aliàs in notoriis non est indicenda purgatio, sed condemnatio. *capit. cùm dilectus filius. de purgat. canonic.* ¶ In notoriis Ecclesiæ judicium requiritur. *capit. porrò. de divort.* ¶ In notoriis non requiritur ordo juris. *capit. ad nostram. de jurejuran.*

Novale. *cap. 1. capit. quid per novale. de verb. signific.*

Novi operis nuntiatio remittitur, si is cui nuntiatum est, cautionem præstet de opere, si non jure fuerit ædificatum, demoliendo. Nisi in continenti vel intra tres menses probari possit, non jure ædificari. *cap. penult. & ult. de novi operis nuntiatione.* ¶ Si quis contemptâ novi operis nuntiatione, opus fecerit, illud destruere cogitur. *c. 1. cum cap. sequente. dict. tit.* etiamsi jure opus factum sit. *d. c. 1. cum seq.*

Nullitas sententiæ quando sit ex persona judicantis.

si Excommunicatus sententiam tulerit. *24. quæst. 1. capit. Achatius. in fin. cum cap. sequente. dict. quæst. 1. capit. miramur.* ¶ Si Hæreticus sententiam tulerit. *2. quæst. 6. capit. catholicus.* quod fallit, si judex de hæresi nondum fuerit damnatus, secùs si ipsa hæresis jam olim fuerit damnata. *24. quæst. 1. in princ. cum capitul. sequente. capit. majores. capitul. Achatius.* vel, si novam hæresin effingens, eam ex corde prædicare cœpit. *dict. quæst. 1. c. audivimus. §. sin autem ex corde. cum sequent.* ¶ si à Non competente judice sententia sit lata. *capit. at si Cler. 4. de judi-*

de judiciis. 2. quæst. 1. c. in primis. §. de persona Episc. 3. quæst. 8. cap. 1. §. nullum. 9. quæst. 2. c. 1. 11. quæst. 1. c. in Clericorum. quæst. 3. cap. cui est. Clementina 2. de re judicata. fallit, si actor à judice condemnatus, exceptione propositâ utatur: huic enim ea non prodest. *3. quæst. 8. c. 1. §. cujus.* item si publicè ab omnibus judex competens fuerit existimatus. *3. q. 7. c. 1. in fin.* ¶ si judex pecuniâ corruptus sententiam dixerit. *extravag. comm. 1. §. justitiam verò. de sentent. excom. 2. quæst. 6. c. ult. §. venales.* ¶ si Quidam, non omnes judicaverint. *2. q. 6. c. ult. §. item si plures. 3. q. 6. c. discutere. vers. ita ut nemo ex eis desit. De officio delegati. c. causam. 16. c. uno. 42. & cap. ult. in princ. vers. idem quoque.* quod fallit, si omnes fuerint præsentes: tunc enim, quamvis non omnes consenserint, statur tamen sententiæ majoris partis, *c. 1. in princ. & c. ultim. de iis quæ fiunt à majore parte.* Planè si utriusque sententiæ pares numero judices sint, quid sequendum sit, *c. ult. de re judicata.* Quod autem *dict. c. ult.* dicitur: Si ex delegata potestate, utraque pendet sententia ex arbitrio delegantis, verum est: diversum etiam observatur, si in synodo provinciali dissenserint: hoc enim casu ea sententia obtinet, cui Metropolitanus vicinæ provinciæ accedit, *6. quæstion. 4. in princ. cum c. sequente. c. si quis Episcopus. c. si inter Episcopos. in princ.* Porrò *dict. cap. ult. in fin.* cavetur de dissensu arbitrorum compromissariorum. fallit deinde si ita convenit, vel causa delegata sit, ut uno vel pluribus absentibus, cæteri nihilominùs judicare possent. *capit. prudentiam. 21. §. adjicimus. cap. cùm super. 23. vers. quamvis solus. de officio delegati. cap. cùm plures. 8. in princ. eodem tit. in 6.* sed tamen si constiterit absentem adesse noluisse vel non potuisse, valet sententia. *d. c. prudentiam. 21. in princ. & c. cum causa. 22. eod. tit.* denique valet sententia, si præsens subdelegatum absentis admittere noluit. Sed reprobatur *cap. coram dilecto. 34. eod. tit.* ¶ Nisi judex Recusatus sententiam tulerit. *c. cùm super. 23. de offic. deleg.*

Ex persona ejus qui judicatus est.

Si contra absentem sententia dicta sit, nulla est. *cap. tenor. 10. de re judic. capit. consultationib. 10. de officio delegati. cap. inter quatuor. 8. de majoritate & obedientia. 2. quæst. 1. cap. in primis. §. sed & de personis. vers. si scriptis judicatum est. 3. quæst. 8. capit. 1. §. fin.* Nisi per contumaciam absens fuit, contra quem judicatum est. *dict. cap. consultationibus. 10. in fin. vers. nisi is qui possidet. capit. veritatis. 8. de dolo & contumacia. 2. quæst. 1. c. nomen. §. fin. 3. quæst. 8. cap. 1. §. fin. 24. quæst. 3. c. de illicita. §. de conventione.* sed tamen contra Absentem contumacem non valet sententia, si ex dispensatione Pontificis abest. Approbatur exemplo. *capit. cùm olim. 7. de dolo & contumacia.* valet tamen sententia, si judex probetur circumventus in sententia ferenda, vel ex actis iniquitas sententiæ constet. Approbatur exemplo. *capit. cùm Bartholdus. 18. de re judicata.* Nisi legitima absentiæ causa probetur. *dict. cap. 18.* item non valet ferenda, sit absens non fuerit legitimè citatus. *5. quæst. 2. c. 1.* sed contra absentem valet sententia, si cùm esset præsens, à judice recesserit appellans. *capit. ultim. de dolo & contumacia, in 6.* Quod etiam verum, si cùm absenti præfixus esset terminus ad prosequendam appellationem, eam intra terminum non fuerit prosecutus: hoc enim casu contra appellantem absentem, etiam non legitimè citatum, sententia lata valet. *c. sæpè contingit. 44. de appellationib.* item sententia non valet, si ante terminum præfixum, vel in ipso termino, partibus non expectatis sententia sit lata. *dict. c. 44. vers. si quis autem terminum. cap. ex insinuatione. 50. §. interim autem. & cap. significante. 69. vers. adjiciens quod cùm de consensu. eod. tit.* Nisi ante terminum à lege, non à judice vel partibus præfixum, judicatum sit. *cap. oblata. 57. dict. tit.* Nisi jurisdictio judicis delegati in termino præfixo expiret: hisce enim casibus valet. *cap. consuluit. 24. de officio delegati.* præterea sententia contra absentem lata non valet, si absens ad Papam de causa litigiosa ivit, vel nuntium misit. *cap. dilect. 52. de appellationib. c. unico. de Clericis peregrin. extravag. comm. Divina. 3. de privilegiis.* quod fallit si post citationem iter arripuit, vel nuntium misit. *c. meminimus. 9. cap. suggestum. 15. & cap. ad hæc. 30. de appellationibus.* item si ante sententiam appellans sine rationabili causa, dicat se nuntium misisse. *cap. ut debitus. 59. versicul. non obstante si dicat. eodem titulo.* Sententia contra absentem valet, etiamsi procuratorem non habeat, si post concluſam causam mandatum fuerit revocatum. *c. auditis. 8. de procuratoribus.* item si ignorante judice & adversario mandatum sit revocatum. *cap. mandato. 13. eod. tit.* ¶ si inter Alios, quàm quibus judex datus est, judicatum sit, sententia nulla est. *cap. Petro. 40. de officio delegati.* Nisi alius jurisdictionem judicis delegati impediat: in hunc enim æquè ac in eos quibus judex datus est, jurisdictionem exercere potest. *c. 1. eod. tit.*

Ex quibus causis nullitas oriatur.

Si sententia neque Absolutionem neque condemnationem contineat, nulla est. *2. quæst. 6. cap. ult. §. diffinitiva.* Nisi verbo æquipollenti judex sit usus. *c. in iis quæ. 15. de verb. signif.* ¶ si de Alia re judicatum sit, quàm de qua judex est datus, nullitas est. *approbatur exemplo. c. cùm dilecta. 22. §. dictum. de rescriptis. c. cùm olim. 32. de officio delegati.* Nisi id de quo pronunciatum est, accessorium sit ejus, de quo judex est datus. *c. prudentiam. 21. §. 6. in fin. de officio delegati. Cujus exemplum habetur dict. §. 6.* ¶ si Authoritas superioris contra sententiam imploretur, nullitas est. *6. quæst. 4. cap. ultim. capitul. quod benè. vers. nisi fortè ubi fueris.* Sed hæc implorario videtur intelligenda de appellatione, vel de in integrum restitutione. ¶ si contra Canones judicatum, vide suprà eod. Leges. ¶ si sententia sub Conditione lata, conditio defecerit, nullitas est. *35. quæst. 9. c. Apostolicæ.* ¶ si Causa sententiæ Falsa sit, vel Contrarium ejus, quod sententia quasi falsum pronunciatum est, possit probari. sed hoc rectum pronunciatum est, *approbatur 11. quæst. 3. c. non solùm. §. contingit. 35. quæstion. 9. in princ. c. loci nostri. §. quia ergò.* Contradicit tamen *d. c. loci nostri. §. his ita respondetur. & d. c. 9. c. quod quis. c. veniam. c. sententiam. c. grave. c. 9. c. quod quis. c. veniam. c. sententiam. c. grave. c.*

ult. Exemplum horum proponitur. dict. quæst. 9. capit. penult. admittitur tamen in matrimonio ex falsâ causa dirempto, *dict. cap. loci nostri. §. aliud est.* si ex Falsis instrumentis sit judicatum, nulla sententia est. *capit. cùm venerabilis. 6. §. licèt autem. de exceptionib. c. super eo. 2. de crimine falsi.* ¶ item si ex Falso testimonio testibus corruptis sit judicatum. *c. sicut nobis. 9. de testibus. cap. cùm I. & A. 22. de re judic.* quod fallit, si non probetur judicem falsi testimonii fidem secutum in pronunciando. *dict. cap. 22. versic. vel licèt de hoc constaret.* ¶ si Fines suæ jurisdictionis judex in ferenda sententia excesserit, nullitas est. *dict. cap. prudentiam. 21. in princ. versic. mandati siquidem. 2. quæst. 6. cap. ult. §. item cum certa.* quod fallit, si sententia nihil iniquitatis habeat. *c. causam. 14. de re judic.* ¶ si Gravatus ob vim sibi factam appellare non potuit, sententia nulla est, quod probatur sub conditione. *capit. ult. de appellat.* item si gravatus iter ad Papam arripuerit, sententia annullatur. *c. unico, de Clericis peregrinantib.* ¶ si Judicatum contra aliquem postquam protectioni superioris quis se subjecit, judicatum non valet. *cap. ad audientiam. 34. de appellationib.* item si contra sententiam priùs dictam judicatum sit. *2. quæst. 6. cap. ult. §. item si sententia.* quod fallit si antea dispensativè judicatum sit. *35. quæst. 9. cap. sententiam.* item fallit, si exceptio rei judicatæ ante posteriorem sententiam non fuerit opposita. *capit. inter monasterium. 20. de re judicata.* si Jure nullo sententia nitatur, non valet. *dict. quæst. 3. capit. cui est. item De re judicata. cap. inter cæteras. 9. Cujus exemplum habetur capit. non potest. 3. & capit. lator. 7. eodem titulo.* Nisi per triginta annos à morte judicis numerandos res ex injusta sententia sit possessa. *26. quæst. 3. capit. si Sacerdotes.* ¶ si contra Leges vel Canones sententia sit lata, nulla est. *capitul. 1. de re judic. capit. adversùs. 7. §. quia verò nec sic. de immunitate Eccles. 2. quæst. 6. capit. ultim. §. item si sententia.* quod fallit primò, si contra jus litigatoris magis quàm contra expressas leges sententia lata sit, quasi in hoc casu lex locum non habeat. *dict. §. item si sententia. versic. si verò contra jus. capit. cùm inter. 13. de re judicata.* item fallit, si ex consuetudine contra jus commune scriptum sententia lata sit. item fallit si in causâ Clericorum ex jure Pontificio contra jus civile sententia sit lata. *capit. quod Clericos. 9. de foro competenti.* Quartò fallit, si Papa dispensativè contra jus pronunciaverit. *capitul. in causis. 19. in fin. de re judicata.* Postremò hoc loco notanda est divisio injustæ sententiæ trimembris, *quæ habetur. 11. quæst. 3. capit. Episcopus. §. ad hoc respondendum.* ¶ si regio Metu vel potentioris jussu sententia lata sit, nulla est. *11. quæstion. 3. capit. injustum.* ¶ si Noctu sit pronunciatum, non valet. *capit. consuluit. 24. §. ne verò. de officio delegati.* ¶ si Nova Instrumenta post sententiam latam in causâ sint inventa, sententia non est nulla. *capit. inter monasterium. 20. versic. cùm sub prætextu. & c. suborto. 21. §. fin. de re judicata.* ¶ si Ordinaturis non servato juris ordine sit judicatum, non valet. *2. quæst. 1. in princ. c. prohibentur. §. fin. q. 5. c. ultim. §. item sent. citra. 11. quæst. 3. c. Episcopus. C. ad hoc respon. versic. sed non ex ordine. capit. fervetur. §. fin. c. eorum. Exemplum hujus exceptionis habetur c. exhibita. 19. de judiciis. c. cum dilectus. 15. §. his igitur & aliis. versic. prætermisso juris ordine. de purgat. canonica. Contradicis 11. quæst. 3. cap. non solum. §. cùm ergò.* sed fallit supradicta definitio, si causa sit manifesta seu notoria. *dict. cap. prohibentur. §. fin. versic. hæc de illis intelligenda sunt. Hujus exemplum proponitur cap. ad petitionem. 22. de accusationis. c. quoniam. 10. de filiis Presbyterorum.* Notorium autem dicitur tribus modis, per sententiam, per confessionem, & per evidentiam rei. *cap. ult. de cohabit. Cler.* sed contra non valet sententia, si judici tantùm causa sit manifesta, non etiam aliis. *2. quæst. 1. cap. multi. cum cap. sequent.* vel si causa aliis nota, judici sit incognita. *dict. quæstion. 1. capit. Deus.* vel si reus factum neget. *dict. capitul. Deus. §. quando autem crimen.* secundò fallit & sententia valet etiam juris ordine non servato, si judex juramentum præstiterit, quod in omni causa ordinem judiciarium sit observaturus: quod tamen reprobatur. *cap. ad nostram. 21. de jurejur.* item tertiò fallit & sententia valet, si causa sit Ecclesiastica beneficialis, decimarum, matrimonialis, usurarum & similis: in hujusmodi enim causis de simplici & plano absque judiciorum strepitu procedendum. *Clement. dispendiosam. 2. de judiciis.* Quod & ad matrimoniales causas attinet. *Concordat cap. 1. §. consultationi vestræ. ut lite non contestatâ.* Quartò sententia valet, si causa judici ita commissa sit, ut simpliciter & de plano, & sine strepitu ac figura judicii procederet. *Quæ replicatio approbatur simul & declaratur Clement. ult. de verb. signific.* aliàs si Papa judicaverit ordine non servato, sententia nulla esset. *cap. in causis. 19. de re judic.* denique sententia valet etiam juris ordine non servato, si quis in hæresin jam damnatam incidit: hic enim ipso facto pro excommunicato habetur, etiam sententiâ non interveniente. *24. quæst. 1. in princ. cum tribus &c. sequentibus.* ¶ si Rescriptum sit à Papa contra sententiam, nihilominùs sententia valet. *capit. ea. quæst. 4. de re judic.* ¶ si post Revocationem delegationis judicatum sit non valet: nimirum si judex superior causam ad se revocâsset. *capit. ut nostram. 56. de appellationibus.* ¶ si satisfacere condemnatus sit paratus, nihilominùs sententia valet. *c. cum aliquib. 6. de re judic.*

ne **Nundinæ** in templis vel cœmeteriis celebrentur. *c. decet. 2. §. cessent in Ecclesiis. de immunit. Ecclesiar. in 6.*

Nuntii malitia non obest domino. *c. significante. de pig.*

Nuptiæ ab obnubendo dictæ sunt. *30. qu. 5. c. nec illud. in princ.* ¶ Definitio. *27. quæst. 2. in princ. §. sunt enim. 29. quæst. 1. in princ. Instit. de patria potestate. §. 1.* quæ declaratur *d. qu. 2. c. beata. §. individua.*

O.

de **Obedientia.** *8. quæst. 1. cap. sciendum. 11. q. 3. cap. non semper. c. si dominus. cap. quid ergò.* ¶ Obedientia ab Abbate Episcopo præstita sine Conventûs consensu non valet. *capit. cùm dilectus. de religios. domibus.* ¶ Ab obedientia sui Episcopi non absolvitur subditus

subditus Papæ. *capit. per tuas. de majorit. & obedient.* ¶ Obedire non tenentur inferiores à superiore exemti. *capit. inter. eodem tit.* ¶ Obedientiæ juramentum debet à contumacibus exigi. *capit. cùm in Ecclesiis. eodem titulo.* ¶ Non obedientes Prælatis suis de Ecclesia debent ejici. *ibidem.* ¶ Obedire tenentur tàm Laici, quàm Clerici, Abbati jurisdictionem habenti. *capit. dilecta. eodem titulo.* ¶ Obedientiæ formam ab Abbate Episcopo præstandæ *vide cap. ne Dei. de simon.* ¶ Ad obedientiam plenam quæ exigantur. *capit. his quæ. de majorit. & obed.*

Oblationes. *c. causa. 13. §. oblationes. & cap. cùm inter. 29. de verb. significe. 12. quæst. 1. cap. videntes. vers. ipse enim.* & Oblationum appellatione continetur, quicquid donatur Ecclesiæ vel mobile vel immobile in Ecclesia vel etiam extra Ecclesiam. *d. cap. cùm inter nos. 29. de verb. significat.*

Quorum Oblationes non recipiendæ.

Oblationes Dissidentium fratrum non accipiendæ. *distinct. 90. capit. oblationes. cap. neque.* ¶ Oblationes Excommunicati vel pro excommunicato factæ, non sunt recipiendæ. Sed & hujus regulæ exceptio est: Nisi excommunicatus pœnitens, antequam absolveretur, morte fuerit præventus, dum Sacerdotem invenire non potuit. *26. quæst. 6. cap. si aliquis. in princ. & quæst. 7. in Sacerdot. §. pœnitentes verò.* ¶ Oblationes ejus qui Filium suum Exhæredaverit, non accipiendæ. *17. quæst. 4. capit. ult. in princip.* ¶ Oblationes Injustorum non accipiendæ. *dict. capit. scriptum.* ¶ Oblationes eorum qui Pauperes opprimunt, non accipiendæ. *dict. capit. oblationes. & capit. eorum. eod. distinct. 90.* ¶ Oblationes ex rebus Turpiter quæsitis non accipiendæ. *14. quæst. 5. cap. immolantis.* Contradicit *dict. quæst. 5. cap. scriptum. §. econtrà.* Solvitur hæc objectio *ibid. c. seq.*

semel *Oblatum* Deo, non est revocandum nec retinendum. *17. q. 4. cap. sunt qui opes, cum cap. seq. Sacrilegium. 13. q. 2. c. Cler.*

Obligatio ex illicito facto non nascitur. *c. quod latenter. 5. de regul. juris.* ¶ sed ex contractu & quasi contractu, maleficio & quasi maleficio regulariter oritur obligatio simul & actio: Nisi jussu Magistratus fecerit. *capit. quod quis. 24. de regulis juris, in 6.* item Nisi sciente & consentiente adversario fecerit. *c. scienti. 27. dict. tit. in 6.* ¶ Obligatio turpis nec de facto, nec de jure valet. *cap. ult. de pact.* ¶ Obligatio pro Ecclesia facta successorem obligatum habet. *capit. 3. de solut.* ¶ Obligans Ecclesiam pro debitis alienis, ipso facto ab administratione temporalium & spiritualium est suspensus, nec ad solutionem ejus Ecclesia tenetur. *capit. 2. eodem.* ¶ Obligatus non est successor pacto antecessoris irrationabili, qui precariò bona Ecclesiæ concessit. *capit. 2. de precar.* ¶ Obligatio ad cum transit, qui emolimentum recipit. *capit. ex literis. de pig.* quia cum onere suo transit res ad suum possessorem. *capit. 1. de Eccles. ædific.*

in Obscuro id sequendum, quod legibus contrarium non est. *capit. ult. in fin. dist. 14.* vide suprà in Dubio.

Odio alieno alter non debet prægravari. *cap. non debet. 21. d. tit. 2. 9. 4. in princ. cum cc. sequentib. usque ad 9. 5.*

Oeconomi non sunt constituendi Laici, sed Clerici. *16. quæst. 7. capit. in novâ.*

ad Officia publica Pagani non sunt admittendi, vide infrà in Pagani.

Officialis ex generali commissione non potest inquirere, corrigere, deponere & punire subditorum excessus. *capit. licet. 2. de officio vicarii. in 6.* nec beneficia conferre potest. *c. ult. eod. tit.*

Oleum consecratum potest admisceri non consecrato, & totum erit consecratum: simile est de aqua benedicta. *capit. quod in dubiis. de consecr. alt.*

de Operibus. *de pœnitent. dist. 3. c. pium est. c. si quando. cap. cavendum. c. quid ergò. cap. ult. in princ. de consecr. dist. 5. cap. nihil enim. cum duob. cc. sequentibus.*

Opus novum si alicui nuntiatum fuerit, per tres menses ab onere desistere debet. *c. fin. de op. nov. nuntiat.* ¶ Operis novi nuntiatio facit, ut quicquid post eam constructum fuerit, demoliri debeat, idque expensis ipsius constructoris. *c. cùm ex injuncto. de oper. nov. nuntiat.*

de Opinionibus doctorum. *distinct. 2. cap. responsa.* Hæ hodiè probabilem tantùm obtinent authoritatem, non necessariam. *dist. 9. cap. noli meis. c. negare. capit. ego solis. c. noli frater. c. neque quorumlibet. item dist. 20. in princ. cum c. sequente.*

De Orationibus.

in Oratione præmittatur præfatio, Sursum corda, *de consecrat. dist. 1. capit. quando.* ¶ Genua flectenda, vel prostrato corpore orandum. *26. quæst. 7. capit. Sacerdot. §. diebus etiam remissionis.* Nisi in die Dominico, & per omnes dies Paschæ usque ad Pentecostem. *dist. 30. cap. ult. §. similiter. distinct. 76. cap. scire debet, in princ. vers. neque ad exorandum. item De consecrat. distinct. 3. capit. quoniam sunt.* ¶ Non verò tantùm, sed & corde orandum. *de consecrat. distinct. 3. capit. non mediocriter. & dict. capit. quandò.* ¶ Ut oratio Dominica matutinis & vespertinis subjungatur. *de consecrat. distinct. 5. capit. id semper.* ¶ De oratione pro seculari potestate habenda. *de consecrat. distinct. 1. capit. de hymnis. §. componuntur.*

Oratoria campanas habere non possunt sine Episcopi consensu. *c. patentibus. de privileg.*

Oratoria privata permittuntur certo modo. *de consecrat. distinct. 1. c. unicuique.* ¶ In oratoriis privatis campanæ publicæ haberi non debent. *cap. patentibus. 10. de privilegiis.*

Ordo clericalis per primam tonsuram confertur. *cap. cùm contingat. de ætat. & qualit. ordin.* ¶ Ordinis susceptionem probet advena, antequam admittatur vel ulteriùs promoveatur. *capit. inter. de Cler. peregrin.* ¶ Ordinatus ab Episcopo, sine titulo, ab eodem sustentetur. *capit. non liceat. de prabend. & dignitat. & capit. Episcopus si aliquem. eodem titulo.* ¶ Ordinatus ab Episcopo qui cessit, quando ministrare possit. *capit. 1. de ordin. ab Episc.* ¶ Ordinati extra statutum tempus, ministrare possiunt post pœnitentiam peractam. *capit. consultationi. de tempor. ordin.* ¶ Cum furtivè ordinato potest Episcopus dispensare, si non sub excommunicatione prohibitus accessit, aliàs non dispensat, nisi religionem intret. *capit. innotuit. de eo qui furtiv. ordin.* ¶ Non ordinatus ministrans, nunquam ordinetur. *capit. ex literis. de Cleric. non ordin.* ¶ Ordinatus à Papa non est ideò à Prælati sui jurisdictione exemptus. *capit. per tuas. de majorit. & obedient.* ¶ Ordinem Subdiaconatûs à Papa recipiens non potest sine ejus licentia ab alio ulteriùs promoveri. *capitul. cùm quidam. de tempor. ordin.* ¶ Ordinatus in apostasia quando ministrare possit. *vide in cap. ex parte. eodem titulo.*

Quinâm ordinari debeant vel possint, & quomodo.

Ordinari non debent spurii. *capit. per venerabilem. qui fil. sint legitim.* ¶ Defectus genitalium ordinandum removet. *capit. significavit. de corp. vitiat.* ¶ Ordinari non debet servus, nisi manumissus. *capit. 1. de serv. non ordin.* Item nec infamis ante purgationem. *capit. non debet. de testibus.* Item nec pœnitentes publici. *capit. 1. de bigam.* Item nec ad ratiocinia obligati. *capit. ad ratiocinia. de obligat.* Item nec membris mutilati. *capit. exposuisti. de corpor. vitiat.* ¶ Ordinari potest quis ad suum patrimonium. *capis. suis quæstionib. de præb. & dignit.* ¶ Ordinem Subdiaconatûs confert solus Papa, die Dominicâ. *capit. 1. de temp. ordin.* ¶ Ordines omnes quando conferri possint, *vide ibidem.* ¶ Ordines minores possunt Episcopi conferre die Dominicâ & festis præcipuis. *ibidem.* ¶ Ordinem suscipiens die non debito, est ad Papam mittendus. *capit. cùm quidam. de tempor. ordin.* ¶ Ordinem recipientis sine ætate legitima, & conferentis pœna. *capit. vel non est compos. eodem titulo.* ¶ Ordines sacri duo unâ die conferri non possunt, & pœna conferentis habetur *in capit. dilectus. eodem titulo.* ¶ De ordinis substantia non est tempus, impedit tamen executionem. *capit. consultationi. de temp. ordin.* ¶ Prælati & beneficiati ordines sacros recipiant, vel amoveantur. *capitul. cùm in cunctis. de elect. & capit. quæris. de ætat. & qualit. ord.* ¶ Ordines duos uno die recipiens est suspendendus, potest tamen cum eo dispensari pœnitentiâ peractâ. *c. 3. de eo qui furt. ord. suscept.*

Ordinarius non potest restituere possessionem contumaci, contra quem missio in poss. facta est à delegato. *capit. pastoralis. de offic. deleg.* ¶ Ordinarius potest ex officio suo cogere partes, ut stent justo arbitrio, & pareant sententiæ arbitrorum. *capitul. 2. de arbitr.* ¶ Ordinarius non tenetur obedire delegato, nisi ei de commissione constet. *capit. cùm in jure. de offic. judic. deleg.* ¶ Ordinario non exequente judicis delegati sententiam, ipse delegatus exequi potest. *capit. significasti. eodem titulo.* ¶ Ordinarius retractare debet iniquam sententiam à judice delegato in causa matrimoniali latam. *capit. significavit. eodem titulo.* ¶ Ordinarius judicis delegati sententiam exequi tenetur. *capit. in literis. de offic. judic. deleg.* ¶ Ordinarius excommunicare potest, injuste à delegato absolutos. *capit. ex parte. de offic. judic. ordin.* ¶ Ordinario major est delegatus Papæ, quatenus ad causam sibi commissam. *capit. pastoralis. eodem tit.* ¶ Ordinario præjudicium facere non cupit Papa per mandatum suum. *c. licèt. eod. tit.*

Opprimentes pueros nocte qualiter puniendi, *vide in c. ult. de ijs qui fil. occid.*

Ostiarius, & de nomine & officio ostiariorum. *dist. 21. cap. 1. §. fin. dist. 25. c. 1. §. ad ostiarium.* ¶ Ne ostiarius orario utatur, *dist. 23. c. non oportet.*

P.

Pactum quid sit, *cap. pactum. 11. de verb. signific.* ¶ Pactum legis commissoriæ in pignoris contractu prohibetur. *c. significante. 7. de pignorib.* ¶ Pactio privatorum, legi contraria, nullius est efficaciæ. *c. si diligenti. de for. compet.* ¶ Pactum quod ab initio non valuit, per superioris ratihabitionem valet. *capit. quoties. de pact.* ¶ Pactum turpe vel impossibile nullum ligat. *capit. ult. de pact.* ¶ Pactum generale, ne de crimine agatur, non valet. *c. quemadmodum. de jurejur.*

Pædagia & vectigalia nova sine consensu principis imponere non licet. *cap. innovamus. 10. de censib.* vide *infr.* in Pedagia.

Paganis qui prædicant, possunt cibis ab ipsis appositis vesci. *capit. quam sit. 10. in princ. de Judæis.* ¶ Ut iis qui idonei sunt, permittatur Paganis prædicare. *dict. cap. 10. §. insuper.* ¶ Ne Pagani ad officia publica admittantur. *cap. cùm sit. 16. §. fin. eod. tit.* ¶ Pagani constitutionibus Ecclesiæ non subjacent. *c. gaudemus. de divort.* ¶ Paganis arma vendentium & auxilium vendentium pœna. *c. quod olim. de Jud. & Sarracen.*

Pallio uti potest Archiepiscopus intra quamlibet Ecclesiam suæ provinciæ. *capit. 1. de usu pall.* ¶ Pallium novum habebit transiens ad novum Archiepiscopatum. *capit. bonæ memoriæ. 2. de postul.* ¶ Pallium alteri Archiepiscopo accommodari non debet. *capit. ad hæc. eodem titulo.* ¶ Pallio non utendum extra Ecclesiam, ut in processione & similib. *cap. 1. eod. tit.* ¶ In pallio debet Archiepiscopus sepeliri. *capit. 2. eodem titulo.* ¶ Pallio consequitur quis plenitudinem officii, nec priùs Archiepiscopus appellari debet. *c. nisi specialis. de usu pall.* ¶ Pallium quid significet,

ficet, *vide in cap. ad honorem. eod. tit.* ¶ Pallio semper & ubique solus utitur Papa. *ibidem.* ¶ Pallio non utatur Archiepiscopus extra suam provinciam, nisi ex privilegio speciali, & de licentia ejus, in cujus Ecclesia celebrat. *capit. ex tuarum. eodem titul.* ¶ Pallio utendum in festis præcipuis, & diebus privilegiatis Ecclesiæ suæ concessis. *capit. ex tuarum. eodem titulo.* ¶ Pallium Archiepiscopis dandum accipitur de corpore Sancti Petri. *capit. significasti. eodem titulo.* ¶ Pallium recipiens fidelitatem jurare tenetur. *ibid.* ¶ Sine pallio non licet Archiepiscopo confirmato convocare Concilium, conficere chrisma, &c. *capit. quod sicut. & cap. præterea. de elect.* ¶ Pallium conferre possunt principales Patriarchæ Suffraganeis suis. *capitul. antiqua. de privilegiis.*

de Papa. *distinct. 21. cap. 1. §. Pontifex.* ¶ Papa solus potest supra jus dispensare. *c. proposuit. de concess. præb.* ¶ Papæ soli reservatur translatio Episcoporum, & depositio. *cap. inter corporalia. de translat.* ¶ Papa de hæreditate judicare potest ratione fidei. *capit. Judæi. de Jud.* ¶ Papa potestatem habet à Deo, Imperator à Papa. *cap. novit. de jud.* ¶ Papa ejusdem est potestatis, cujus & beatus Petrus. *capit. illud dominus. de major. & obed.* ¶ Papa Principem secularem deponere potest. *cap. ad abolendam. de hæret.* ¶ Papa potest legitimare illegitimos. *cap. per venerabilem. qui filii sint legitimi.* ¶ Papa solus Episcopos fratres suos in literis nuncupat. *c. quàm gravi. de crimin. fals.* ¶ Papæ potest cum ratione obviari, etsi absolutè jubeat. *c. si quando. de rescript.* ¶ Contra Papæ voluntatem nemo jus in beneficiorum collatione habet. *capit. dilectus. de præb.* ¶ Papa solus canonizat sanctos & sanctorum reliquias. *ibidem.* Idem solus Laico concedit jus eligendi in Ecclesia collegiata. *capit. nobis. de jure patron.* ¶ Papa solus causas committit appellatione remotâ. *capit. super quæstionum. de offic. deleg.* ¶ Papa solus major est omni Concilio, omnive statuto. *capit. significasti. de elect.* ¶ Solus Papa Dei vicarius in terris esse videtur, nullusque major. *capit. licet. eod. tit. & c. quanto. de translat.* ¶ Solus Papa dispensare potest, ut filii Presbyterorum Ecclesias paternas immediatè habeant. *cap. dilectus. de filiis presb.* ¶ Papa solus unit & dividit Episcopatus. *de translationib. per tot. tit.* ¶ Solus Papa sententiam definitivam mutare potest. *capit. cùm olim. de sentent.* ¶ Papa successori suo legem imponere non potest, nec potestatem ejus limitare. *c. innotuit. de elect.* ¶ Papa cognoscere debet de causâ natalium. *c. tuam. de ordin. cogn.*

Paria sunt quid factum non esse, & inutiliter esse factum. *c. non præstat. 52. c. quæ contra. 64. & c. in malis. 69. de reg. juris. in 6.* ¶ Paria crimina pari compensatione tolluntur. *cap. pen. & ult. de adult.* ¶ Par in parem non habet imperium. *c. innotuit. de elect.*

De Parochi ordinatione.

Parochus non est ordinandus, nisi in sacris constitutus, qui ad minus sit Subdiaconus. *cap. præterea. 5. de ætate & qualitate.* ¶ Nonnisi idoneus moribus, scientiâ, & qui vicesimum quintum annum ingressus est, in parochum est ordinandus. *capit. licèt canon. 14. de electione, in 6.*

De Parochi officio.

Parochus ordinatus residere personaliter tenetur. *dict. cap. licèt tamen. 14. §. is etiam.* ¶ Parochus ordinatus intra annum Sacerdos fieri debet, sub pœna privationis. *dict. §. is etiam. vers. & intra annum.* Nisi sit Ecclesia collegiata. *capit. statuimus. 22. eod. tit.* item Nisi Episcopus loci cum parochio studiorum causâ dispensaverit. *capit. cùm ex eo. 34. eodem tit.* item Nisi annus nondum sit completus. *capit. commissa. 35. in princ. eod. tit.* item Nisi ex justâ causâ fuerit impeditus, quò minùs intra annum parochus sit factus. *dict. cap. 35. §. annus autem.* item nisi anno elapso eadem Ecclesia eidem rursùs conferatur, quod reprobatur *dict. capit. 35. porrò.* denique si intra annum Sacerdos factus non sit, præter privationem, fructus quoque perceptos restituere tenetur, & ordinator Ecclesiam debet præstare indemnem. *dict. capit. 35. §. cæterùm.* ¶ Ne parochialem Ecclesiam parochus alicui non constituto in legitimâ ætate & Sacerdotio, neque ultra sex menses commendet. *capit. nemo. 15. de electione, in 6.*

Parochianum alterius nullus Episcopus judicet. *cap. nullus. de paroch.* ¶ Parochianum alterius non admittat Presbyter ad divina. *cap. ut dominicis. eodem tit.* ¶ Parochianum alterius non absolvat Presbyter, sine ejus petitâ licentiâ. *capitul. omnis. de pœnitent. & remiss.* ¶ Parochiæ non dividantur sine consensu Episcopi. *capit. avaritiæ. de præbend.*

Parochialis Ecclesia debet habere aliquid de bonis parochiani, etiam alibi sepult. *c. relatum. de sepult. & c. de his. ibid.* ¶ Parochialis Ecclesia nulli debet conferri, qui personatum vel dignitatem habeat cum curâ, alioqui non tenet ipsa collatio ipso facto. *c. nemo. de offic. jud. ord. lib. 6.*

Pater. *capit. nam & Rex. 2. de verb. significat.* ¶ Pater filios Alere debet. *distinct. 30. cap. si quis reliquerit.* etiamsi ex injusto matrimonio sint nati. *c. cùm haberet. 5. §. fin. in fine. de eo qui duxit in matrimonium quam polluit per adulterium.* ¶ Pater filium Castigare debet, quod est charitatis. *23. quæst. 5. c. non putes.* ¶ Pater conveniri non potest pro filio, neque tenetur. *cap. ult. de delictis pueror. item 1. q. 4. c. Judæi. in fin.*

Patria potestas solvitur, si Alimenta pater denegavit, vel si pater filium languidum Exposuit. *c. unic. de infantib. & languidis expositis.* ¶ Episcopalis dignitas filium à patris potestate liberat. *distinct. 54. capit. si servus sciente. §. sed & jus patriæ.* ¶ Hæretici liberos suos in potestate sua non habent. Idcoque emancipatio ab iis facta nihil operatur. *c. quicunque. 2. §. fin. de hæreticis, in 6.*

de **Patriarchis** & de loco & origine Patriarcharum, *distinct. 99. c. 1. & dist. 80. c. 1. cum c. seq.* ¶ Definitio realis. *dict. distinct. 99. cap. nulli.* ¶ De nomine & speciebus Patriarcharum. *distinct. 21. cap. 1. §. Patriarcha Græca. & §. Patriarcha patrum Princeps.* ¶ Patriarcha & Primas nomine tantùm, non re differunt. *distinct. 99. in prin. §. primates. & c. 1. vers. nostros Patriarchas.*

Patronus efficitur quis Ecclesiam construens de consensu diœcesani. *c. à nobis. de jure patron.* ¶ Patronus potest quis esse multarum Ecclesiarum. *capit. veniens. de jurejuran.* ¶ Patronus non disponat de rebus Clerici defuncti. *capit. 2. de succes. ab intest.* ¶ Patronus Episcopi jus minuere in Ecclesia non debet. *cap. cùm seculum. eodem tit.* ¶ Patronus filium sinum vel nepotem sine Episcopi consensu instituere non debet. *capit. consuluit. de jure patr.* ¶ Patronus potest ab Ecclesia reditus sibi ab Episcopo constitutos & designatos exigere. *cap. præterea. eod. tit.* ¶ Universitate venditâ, patronatûs jus etiam transit, nisi disertè excipiatur. *cap. ex literis. eod. tit. & capit. cùm seculum. eodem.* ¶ Patronus Laicus neminem sine consensu Episcopi diœcesani instituat. *cap. præterea. eodem titulo.* ¶ Patronatus liberè donari potest consanguineo, vendi verò per se non potest, sed cum universitate solùm. *cap. ex insinuatione. & capit. de jure. eodem titulo.* ¶ Patronus Laicus, præsentato uno repulsam passo, potest alium exhibere. *capit. pastoralis. eodem titulo.* ¶ Patronus Ecclesiæ vacanti intra quatuor menses provideat, alioqui jus conferendi Episcopus habet. *capit. cùm propter discordias. eodem titulo.* ¶ Patroni est ad Ecclesiam præsentare, non conferre. *capit. ult. eodem titulo.* ¶ Patronus Clericus seipsum præsentare non potest. *cap. per nostras. eod. tit.* ¶ Patroni consensus in electione Prælati requirendus est. *cap. à nobis. eod. tit.* ¶ Patronus honorandus est, & ab Ecclesia fundata sustentandus si egeat. *ibidem.* ¶ Patronatûs jus hæredibus dividi non debet. *capit. 1. eodem titulo.* ¶ Patroni si plures fuerint, ille præsentatus obtineat, qui plurimorum assensu eligitur, si vita & scandalum non contradicant. *ibidem.* ¶ Patronus Ecclesiam non vacantem alteri conferre non potest. *capitul. illud prætercundum. eodem titulo.* ¶ Patronus jus patronatûs sine Episcopo dare potest. *ibidem.* ¶ Patronus non sine Episcopo, nec Episcopus sine patrono beneficium conferat. *capit. suggestum. eodem titulo.* ¶ Patroni religiosi non possunt Ecclesiam in proprios usus convertere propriâ authoritate. *capit. sicut nobis. de suppl. neglig. prælat.* ¶ Patronatûs causa definiri debet per judicem Ecclesiasticum. *capit. quanto. de judic.* ¶ De patronatûs jure ortâ quæstione, neutro conferente, debet Episcopus post sex menses beneficium conferre. *capit. si verò. & capit. ea te. de jure patronat.*

Peccati definitio. *15. quæst. 1. capit. 1. §. fin.* ¶ Dividitur item peccatum in originale & actuale. *de consecrat. dist. 4. cap. regenerante.* ¶ Dividuntur peccata in mortalia & venialia. *distinct. 25. cap. unum ovarium. §. unde Hieronymus. cum sequentibus, usque ad cap. qui in aliud.* ¶ Alia dicuntur voluntatis, alia infirmitatis. *15. quæst. 1. in princip. cap. illa cavenda.* ¶ De tribus generibus peccatorum. *De pœnitent. dist. 2. c. sicut tribus. cum sequentib. usque ad cap. super trib.* ¶ De quatuor generibus peccatorum. *De pœnitent. distinct. 2. c. super tribus.*

Pecunia. *1. q. 3. c. totum.*

Pedagia, quidagia, salinaria interdicta quæ. *c. super quibusdam. 26. §. præterea. de verb. significat. vide supr. in Pædagia.*

Pensionem solvens alicujus rei, ejus præsumitur dominus. *capit. cùm venisset. de restit. spoliat.* ¶ Pensio propter sterilitatem terræ minuenda est. *cap. propter sterilitatem. de locat. & conduct.* ¶ In pensionis solutione antiqua consuetudo est servanda. *capit. quanto creatori. de censibus.* ¶ Pensiones minuere ad Clericorum detrimentum, vel augere, non licet sine Episcopi consensu. *capit. avaritiæ. de prabend. & dignitat.* ¶ Prælatus non potest Ecclesiam ultra vitæ suæ tempus pensionariam constituere. *c. præterea. de censibus.*

Peremptoriè potest quis in prima citatione citari. *c. 1. de dilat.*

de **Peregrinatione** hæc regula est: non Hierosolymis fuisse, sed Hierosolymis benè vixisse, laudandum est. *12. quæst. 2. c. gloria. §. penult.* ¶ Peregrinari non debet Clericus sine licentia Episcopi sui, nec Episcopus sine licentia Papæ. *capit. magnæ devotionis. de vot. & vot. red.* ¶ Peregrinorum res nullus occupet, quia sunt sub Papæ protectione. *cap. 1. de Cler. peregr.* ¶ Peregrinorum privilegio gaudet, qui causam Papæ agit. *ibidem.* ¶ Peregrinis in via constitutis tempore interdicti pœnitentia non est deneganda. *capit. quod in te. de pœnit. & remission.* ¶ Peregrini Clerici non sunt in Ecclesiis instituendi. *c. 1. de Cler. peregr.*

Perjurus Clericus ab officio & beneficio suspendatur, vel beneficio prorsùs privetur. *cap. querelam. de jurejur.* ¶ A perjuro non debet ampliùs juramentum accipi. *c. literas. de præsumt.*

de **Persecutione.** *23. quæst. 4. c. qui secundùm. c. ille gladium. §. porrò. cap. nimium. §. item si semper. cum sequentibus. item 23. q. 5. c. non vos. 24. q. 1. c. recta.*

Personalia rescripta vel privilegia personam non excedunt. *c. Mandata Ecclesiastica. de rescript.* ¶ Personale delictum in damnum Ecclesiæ redundare non debet. *c. cùm venerabilis. de except.* ¶ Personalis concessio cum persona finitur, realis perpetua est. *capit. cùm venissent. de instit.* ¶ Personatus plures in eadem Ecclesia, vel diversis, nullus habere debet sine sedis Apostolicæ dispensatione. *capit. ad hæc. & c. de multa. de præbend.*

de **Pietatis** studio. *dist. 47. c. comes.*

Pignus

Pignus recipere potest Prælatus à quolibet possessore. *capit. cùm contra. de pign.* ¶ In pignoris causâ fructus in sortem non sunt computandi, aliàs censetur usura. *ibid.* Prælatus bona Ecclesiæ pignori dare non potest pro suis debitis. *c. ex præsentium. de pign.*

ex *Pignoris* contractu regulariter competit actio pignoratitia & hypothecaria ad persequendum pignus: Nisi liber homo pignori sit obligatus. *capit. fœnor. 2. de pignorib.* item Nisi extraneus possessor rem usuceperit vel præscripserit. *16. quæst. 3. c. placuit ut. §. præscriptionem. vers. non solùm.* si tamen alius quàm qui rem usucepit vel præscripsit, conveniatur, huic alterius præscriptio non prodest. *dict. capit. placuit ut. §. si verò ad alium. versic. nec sibi proderit.*

si *Pignori* obligata est eadem res duobus vel pluribus, is potior est, qui prior est tempore. *capit. qui prior. 54. de reg. juris, in 6.*

Placuit, quod semel amplius displicere non potest. *capit. quod semel. 21. de reg. juris, in 6.*

Plagiariorum pœna est, ultimum supplicium. *capit. 1. de furtis.*

Plebiscito. de Hujus definitio habetur *dist. 2. c. plebiscita. Instit. de jure naturali. §. plebiscitum.*

Plus si quis petierit, punitur. *cap. unico. de plus petitionibus.* Cui licet quod est *Plus*, licet utique quod est minus. *capit. cui licet. 53. de reg. juris, in 6.*

Pluralis locutio duorum numero contenta est. *c. pluralis. 40. de reg. juris, in 6.*

Pœnarum inventarum ratio, est eventio delinquentium. *21. quæst. 2. c. placuit. §. fin. 23. q. 4. c. est Injusta. §. fin.*

Quibus Pœnæ remittantur vel tem-perentur.

Qui sine *Culpa*, nisi subsit causa, deliquit, non est puniendus. *c. sine culpa. 23. de reg. juris, in 6.* Sanè causæ publicorum judiciorum generales enumerantur. *De pœnitent. distinct. 1. c. antefacta.* Animal brutum si commiserit delictum, non punitur. *17. quæst. 1. cap. firmissimè. §. animalia enim.* si Coactus commiserit, punitur. *15 quæst. 1. c. meritò.* si Corruperit reus accusatorem, hoc casu pro convicto habetur. *2. quæst. 3. cap. ult. §. in omnib.* ¶ si Episcopus commiserit, hic accusari nequit, nec damnari. *11. quæst. 3. cap. irritam. 6. quæst. 1. cap. qui crimen. §. fin. cum cap. seq. 2. quæst. 7. cap. accusatio. §. unde liquet.* Contradicit *d. quæst. 7. c. præsumunt. c. si hæreticus. §. item quod dicitur.* ¶ si Furiosus commiserit, non punitur. *3. quæst. 9. c. judicar. 15. quæst. 1. in princ. & cap. illud. §. furor. §. meas verò. item c. aliquos. c. illa cavenda. vers. neque enim si per. c. ne is qui. §. fin.* ¶ si Minor ætate commiserit, non punitur. *15. quæst. 1. c. illud. §. fin. c. firmissimè. in princ. item c. insolentiam. 2. de delictis puerorum.* nisi Minor doli sit capax. *dict. §. fin. vers. nisi rationis sit capax. item c. 1. de delictis puerorum.* qui tamen mitiùs propter ætatem punitur. *dict. cap. 1. vers. quamvis in eis non ita.*

Ex quibus causis Pœna remitta-tur, vel non.

si Abolitio criminis intervenerit. *2. quæst. 3. capit. ult. §. destitisse. vers. abolitio enim.* ¶ si eadem Accusatio antea quoque in judicium fuerit deducta, vel ejusdem criminis nomine actum, non potest iterùm accusari. *capit. de his. 6. de accusationibus.* Nisi prior accusator fuerit prævaricatus, vel per collusionem reus absolutus. *capit. ultim. de collusione detegend.* vel Nisi crimen sit iteratum, de quo postea accusatio instituitur. *cap. 1. de pœnis.* ¶ si per Cœcitatem commiserit, non punitur. Probatur simul & distinguitur, *15. quæst. 1. c. illud. §. sed objicitur.* ¶ si accusator Delituerit, reprobatur. *cap. 1. & 2. de calumnia detegend.* ¶ si sine Dolo malo factum sit, & non injuriæ gratiâ. *15. quæst. 1. in princ. item §. cui sententiæ. item c. non est. item de pœnitent. distinct. 2. c. sciendum.* Hujus exemplum proponitur, si ratione officii fecit, *23. quæst. 5. c. cum homo. in princ. & dict. cap.* ¶ si per Ebrietatem commiserit, non punitur. *15. quæst. 1. c. sanè diximus. & c. inebriaverunt.* ¶ si per Infirmitatem vel Ignorantiam commiserit, punitur. *15. quæst. 1. in princ. §. 1. c. illud. §. itaque ut ex promissis.* Contradicit *d. quæst. 1. c. illa cavenda. §. quin etiam ipsius.* ¶ si Jussu ejus cui parère necesse fuit, commiserit, punitur. *c. quod quis. 24. de regul. juris. in 6. item de consecrat. distinct. 4. c. quæris à me. in prin.* Contradicere videtur *dict. cap. meritò.* ¶ si reus mortuus sit, pœna extinguitur. *33. quæst. 2. c. admonere. §. & nunc post mortem. versic. nec à te post.* Nisi de hæresi quis accusetur. *24. quæst. 2. cap. penult. §. fin. cum c. sequente.* ¶ si accusator Mortuus sit, vel ex alia causâ impediatur accusationem prosequi. *2. q. 8. cap. ult. §. fin.* ¶ si crimen propositum non fuerit Perfectum, non punitur: quod tamen reprobatur *de pœnitent. distinct. 1. c. quisquis. in princ. & c. antefacta. §. eventus.* aliàs si crimen ad actum non pervenerit, non punitur. Nam cogitationis pœnam nemo patitur. *dict. distinct. 1. capit. cogitatio. & capit. cogitationis.* Hæc quoad hominem. Nam apud Deum distinctio jam dicta non admittitur, à quo etiam cogitatio punitur. *dict. distinct. 1. c. nunquid. item 17. quæst. 1. c. reverentibus. 32. quæst. 5. c. sicut enim. cap. si Paulus. cap. nec solo. c. qui vident. item 32. quæst. 7. cap. non solùm.* ¶ si crimen commissum sit Vulgare & Usitatum. *23. quæst. 4. c. si quis potestatem. §. fin. cum cap. sequent.* pœna sine culpâ (nisi subsit causâ) non imponitur. *c. sine culpa. 23. de reg. juris, in 6.*

si in hac vita *Pœnam* sustinuerit, justificatus per hoc est in altera vita: approbatur simul & distinguitur, *d. quæst. 5. cap. quid ergò. de pœnitent. dist. 3. cap. sunt plures. §. authoritas illa. c. ignis succensus. capit. quærat.*

Pœnitentia quid. *De pœnitent. distinct. 1. c. ecce nunc. §. penult. & ult. c. tres sunt. §. est enim pœnitentia. c. quis aliquando. §. illud autem. vers. est enim pœnitentia. & distinct. 3. c. 1. & c. pœnitentia. c. pœnitentiam. §. fin.* ¶ Divisio pœnitentiæ trimembris. *De pœnitentia distinct. 1.*

cap. tres sunt. ¶ & divisio pœnitentiæ bimembris, in veram & falsam. *De pœnitent. distinct. 3. c. in tantum.* §. *fin. & c. sceleratior.* §. 1. ¶ itidem divisio pœnitentiæ bimembris in interiorem & exteriorem. *De pœnitent. distinct. 1. c. quis aliquando.* §. *econtrà. vers. est enim pœnitentia.* ¶ Exempla pœnitentiæ. *De pœnitent. distinct. 1. c. convertimini.* §. *unde post trinam. distinct. 3. c. votam. c. Achab.* ¶ Quo jure sit introducta pœnitentia. *33. q. 2. c. audivimus.* §. *quia pro omnibus.* ¶ Ad quem causæ Pœnitentiales pertineant. *c. accedentibus. 12. de excess. prælator. item 9. q. 2. c. placuit ut deinceps.*

Poëtæ non legendi. *dist. 37. c. ideò prohibetur. in princ.*

Pontifex. *dist. 21. c. Cleros.* §. *Pontifex.*

Possessio acquiritur ex consuetudine loci, qua modicum terræ loco rei tradendæ datur, vel in extremitate pallii manu apprehendentis sustinetur. *capit. ex literis. 2. de consuetudine.* Per solutionem pensionis res, pro qua pensio solvitur, tradita censetur. *capit. cùm venisset. 9. de restitutione spoliator.* ¶ Si vis fiat ei qui in possessionem missus est, datur eo nomine actio: Nisi cùm ob latitantem debitorem creditor in possessionem bonorum ejus missus esset, debitor cautionem offerat. judicio sisti & judicatum solvi. *cap. 1. de dolo & contumacia.* Vel: Nisi missio tale crimen objiciatur, quo probato possessione esset privandus: quod tamen reprobatur *c. accedens. 23. de accusationib.* sine possessione præscriptio non procedit. *c. sine possessione. 3. de reg. juris.*

pro *possessore* habetur qui dolo desiit possidere. *c. pro possessore. 36. dict. tit. de regul. juris.* Possessor malæ fidei ullo tempore non præscribit. *cap. possessor. 2. de reg. juris, in 6.*

Posterorum appellatione in pœnis non continentur per fœminas descendentes. *c. ubicunque. 4. de pœnis. in 6.*

Postulatio fit irrita, si postulatus interdictum non servârit. *c. 1. de postulat.* ¶ Postulationis concessio fit ex gratia. *cap. bonæ memoriæ. eod. tit.* ¶ Postulatio, sicut electio, est examinanda. *c. licèt. de translat. Episcop.* ¶ Majore parte indignum postulante, potestas eligendi ad minorem devolvitur. *c. gratum gerimus. de postul. prælat.* ¶ Postulatio communi consensu facta, & superiori insinuata, ampliùs variari non potest. *capit. bonæ memoriæ. eod. tit.* ¶ Postulario vel electio non debet fieri per verba conditionalia vel alternativa. *cap. 2. de elect. in 6.* ¶ Postulati debent Prælati Ecclesiarum, non eligi. *c. ult. de postul. prælat.* ¶ Postulatio non valet, quæ absentibus jus eligendi habentibus contemtis fit. *c. bonæ memoriæ. eod. tit.*

Præbendas duas non potest quis tenere ex dispensatione Archiepiscopi. *c. literas. de concess. præb.* ¶ Præbenda non promitti potest antequam vacet. *capitul. 2. de concess. præbendar.* ¶ Præbenda non integretur scissione alterius. *capitul. cùm causam. de præbend.* ¶ Præbendæ proventum quis habere potest, etsi Canonicus non sit. *cap. quia nonnullis. de magistr.* ¶ Præbendarum multitudo à promotione repellit. *cap. cùm jam diudum. eod. tit.* ¶ Præbendâ carere non debet, qui in Canonicum receptus est. *capit. majoribus. & capit. relatum. de præb.* ¶ Præbendam vel beneficium dans, quam dare non potest, illâ evictâ, quam potest dare tenetur. *c. inter cætera. eodem titulo.* ¶ Præbendâ secundâ receptâ, prima vacat. *c. literas. de concess. prabend.* ¶ Præbenda ultra sex menses vacare non debet. *capit. 2. eod. tit.* ¶ De præbenda potest absens per alium investiri. *capit. accedens. eodem titulo.* ¶ Præbendarum proventus recipiunt studentes in Theologia per quinquennium. *cap. fin. de magist. & cap. licet. de præbend.* ¶ Præbenda alteri per Papam collata, præripitur Episcopo potestas conferendi illud beneficium. *cap. 1. de concess. præbend.* ¶ Præbendæ & beneficia vacantia in curia Romana, à die vacationis post mensem possunt conferri per eos, ad quos id oneris incumbit, vel absentibus eis, ab eorum generalibus vicariis. *capit. statutum. de præbend. lib. 6.* ¶ Ex præbenda una possunt duæ fieri. *capit. vacante. de præbend.* ¶ Si præbenda alicui ratione rescripti debeatur, & alteri conferatur, debet ille in Canonicum recipi & sustentari, donec beneficium vacet. *capit. statutum. de præbend. lib. 6.* ¶ Præbendarum collatio ad quem pertineat, cùm Episcopus & Capitulum debito tempore non conferant. *c. postulasti. de concess. præbend.* ¶ Præbendarum collatio ad Capitulum sede vacante non spectat. *c. illa devotionis. ne sed. vac.*

Præcentor. *capit. Cleros.* §. *præcentor. distinct. 21.*

Prædestinatio. *23. quæstion. 4. cap. cùm quisque.* §. *est & alia. cap. sicut non. c. obtineri. cap. Nabuchodonosor. capitul. visis. item De pœnitent. distinct. 2. cap. firmum. capit. nullus. c. talibus. c. si enim.* §. *fin. c. Apostolus. c. mirandum. cap. multi. cap. citiùs. cap. ult. in princip. usque ad* §. *charitas. item De pœnitent. distinct. 4. cap. si ex bono. c. benedictus. cap. novit Deus. c. in domo. capit. hanc societatem.*

Prædicans excommunicatis potest ab eis eleemosynas & victum recipere. *cap. cum voluntate. de sentent. excommunicationis.* ¶ Prædicatorum fratrum privilegium & Minorum. *c. nimis. de excess. prælat.* ¶ Prædicatores vesci possunt his quæ eis apponuntur. *capit. quam sit laudabile. de Iudæ.* ¶ Prædicationem facere debet Episcopus vel per se, vel per alios. *capit. inter cætera. de offic. ordin.* ¶ Prædicare non licet Laico, cujuscunque sit ordinis. *capit. sicut uno. de hæretic.* ¶ Prædicare non debent eleemosynarum quæstores. *c. cùm ex eo. de pœnis. & remiss.*

Prælatus esse non potest secularis, vel regulam non professus. *capit. cùm causam. de elect.* ¶ Prælati non committant vices suas vel Ecclesias, sub annuo censu. *capit. 1. ne prælati vices suas.* ¶ Prælati factum non præjudicat Ecclesiæ. *cap. cum nostris. de concess. prabend.* ¶ Prælati non

lati non onerent subditos exactionibus, vel pluribus equorum alimentis in visitatione. *capit. quia plerique de immunit. Eccles. & capit. cùm Apostolus. de censibus.* ¶ Ad prælaturam se nemo præsentare debet. *capit. per nostras. de jure patr.* ¶ Prælatus plùs juris habet in concessione Ecclesiæ, quàm patronus in præsentatione. *capit. dilectus. de offic. deleg.* ¶ Prælatus est procurator rerum Ecclesiasticarum, non dominus. *c. fraternitatem. de donat.* & rerum Ecclesiasticarum conditionem meliorem facere potest, deteriorem neutiquam. *ibid.* ¶ Prælati inferiorum privilegia diminuere possunt. *capit. ad petit. de accusat.* ¶ Prælati judicium ferri candentis subire non debent, nec tali purgationi interesse, vel authoritatem præstare. *capit. ex literis. de excess. prælat.* ¶ Prælatus tenetur subdito, ad austeriorem religionem migrare volenti, licentiam dare. *capit. dicis quidam. de regul.* ¶ Prælati non debent interesse corporali punitioni alicujus. *d. cap. ex literis. de excess. prælat.* ¶ Prælaturam amittat, qui ad ordines promoveri non potest. *capit. ut Abbates. de ætat. & qualitat. ordin.*

Præpositus. *cap. quamvis. 9. de verborum signific.*

in *Præpositum* non est ordinandus, nisi Presbyter vel Diaconus. *dist. 60. c. nullus.*

Præscriptio non valet absque bona fide & justo titulo, maximè rerum Ecclesiasticarum. *capit. quoniam omne. de præscript. & capit. vigilanti. cap. si diligens. eod.* ¶ Præscriptio quæ sine peccato servari non potest, non valet. *capit. veniens. eodem titulo.* ¶ Præscriptionem non inducit longa usurpatio. *capit. causam. eodem titulo.* ¶ Præscriptio nulla contra Ecclesiam currit, nisi quadraginta annorum, sola autem centenaria contra Romanam Ecclesiam. *capit. illud. capit. ad audientiam. & capit. de quarta. eodem titulo.* ¶ Præscriptionem elidit interruptio. *eodem cap.* ¶ Præscriptio non currit contra obedientiam. *capit. cùm non liceat. eodem titulo.* ¶ Præscriptio non currit contra Episcoporum constitutionem, & contra procurationem eis debitam. *capit. accedentes. & capit. cùm ex officii. eodem titulo.* ¶ Præscriptio non currit tempore schismatis. *capit. cùm nobis. eodem titulo.* ¶ Super præscriptione possunt testes produci. *capitul. illud. eodem titulo.* ¶ Laicus non potest decimas nec præscribere, nec detinere. *cap. causam. eodem titulo.* ¶ Præscriptio omnem actionem excludit. *capit. ad aures. eodem titulo.* ¶ Præscribere potest Abbas jus Episcopale. *capit. auditis. eodem titulo.* ¶ Præscriptionem interrumpit Synodalis proclamatio. *cap. sanctorum. eod. tit.* ¶ Præscriptio non currit tempore hostilitatis. *c. ex transmissa. eod. tit.*

Præsumptio violenta evidentissimam probationem requirit. *cap. veniens. 3. in fine. de Presbytero non baptizato.* ¶ Semel malus, semper præsumitur malus. *cap. semel. 8. de reg. juris, in 6.* ¶ Ignorantia præsumitur, nisi probetur scientia. *c. præsumitur. 47. de reg. juris.* ¶ Qui contra jura mercatur, bonam fidem non habere præsumitur. *cap. qui contra. 82. de reg. juris.* ¶ Præsumitur quilibet bonus, nisi probetur contrarium, & quòd nemo sit immemor suæ salutis. *cap. dudum. & capit. cùm in juventute. de præsumpt.* ¶ Præsumptio quandoque purgationem inducit, & qualis. *capit. si quis de gradu. de purgat. canon.* ¶ Ex præsumtione violenta potest quandoque sententia ferri, pro veritate enim habetur. *cap. literis. c. nullus dubitat. c. illud quoque. c. tertio loco. de præsumt.*

Precarii differentia & precariarum. *cap. ult. de precariis.* ubi dicitur, quòd precarium mutatâ voluntate concedentis, vel ejus cui concedens alienavit, revocari potest: precariæ verò non item. ¶ Solvitur item precarium morte ejus qui precariò rogavit. *dict. capit. ultim. versic. solvitur quoque.* ¶ Solvi quoque videtur precarium morte concedentis. Sed hæc causa reprobatur. *d. c. ult. vers. non etiam concedentis.*

de *Precariis* Ecclesiasticis qualiter fieri debeant. *10. quæst. 2. cap. precariæ à nemine.* ¶ De precariis quolibet quinquennio renovandis cavetur *d. q. 2. c. precario de quinquennio. & capit. 1. de precariis.* Nisi ita factum sit precarium, ne unquam revocari possit. quod tamen reprobatur *cap. de precariis. 2. d. titul. & d. quæst. 2. capit. de precariis.*

Presbyteri & Presbyteræ. *dist. 21. c. Clerot. §. Presbyter. distinct. 32. c. ult. distinct. 84. c. ult.* ¶ Presbyter non celebret vase ligneo, nec de pane fermentato, nec sine aqua & vino, & plùs apponat de vino quàm de aqua. *capit. literas. & capit. pernicioſus. de celebr. miss.* ¶ Presbyter in fraudem Ecclesiæ nil de bonis ejus suo vel alieno nomine emere potest. *capit. Presbyter. & capit. inquirendum. de pecul. Cler.* ¶ Presbyteris debet condecens beneficium dari. *capit. extirpandæ. de præb.* ¶ Presbyter Clericum secum habeat, nec sine eo celebret. *capit. ut quisque. de vit. & honest. Cleric.* ¶ Presbyteri officium est prædicare. *capit. quod Dei timorem. de statu Monach.* ¶ Presbyter duobus digitis amissis non celebret. *capit. Presbyter enim. de Cler. ægrot.* ¶ Presbyter res Ecclesiæ sine justa causa non pignori det. *capit. 1. de pign.* ¶ Presbyterum interficientis pœna. *cap. 2. de pœnitent. & remissionib.* ¶ Presbyter qui non jejunus celebrârit, beneficio privatur. *capit. si constiterit. de accus.*

Primas non appellandus est universalis. *distinct. 99. c. nullus.* ¶ Primas non appellandus est Princeps Sacerdotum vel summus. *d. distinct. c. primæ.* ¶ Archiepiscopi primatibus obedientiam debent, & ab illis ad hos provocatur, non contrà. *dist. 99. in princ. §. ab Archiepiscopis. & c. 1. versic. ad quos Episc.*

de **Primicerii** officio circa Acolytos, Exorcistas, Cantores atque Lectores & alia. *dist. 25. c. 1. §. ad primicerium. c. unico, de officio primicerii.*

Primitiarum origo. *capit. 1. at verò. de decimis.* ¶ Primitiæ perinde ac decimæ Sacerdotibus sunt solvendæ. *di-*

stinct. 32. cap. præter hoc. §. deinde. Quantum autem primitiarum nomine solvendum. *dict. §. at verò. versicul. traditionem quoque.* Primitiæ perinde ac decimæ sunt in dispositione Episcopi. *dict. §. deinde. versicul. & ut ipsæ.* ¶ Primitiæ inter Diaconos & alios Clericos dividendæ. *d. c. omnium. 4. §. manifestum.*

Primogenitus. *capit. Ioseph. 5. de verb. significat.*

Prior tempore, potior jure. *c. qui prior. 54. de reg. juris, in 6.*

de *Prioris* officio. *c. cùm ad. 6. §. prior autem. de statu Monachorum.*

Privilegium personale personam sequitur, & extinguitur cum persona. *capit. privilegium. 7. & cap. quod alicui. 74. de reg. juris, in 6.* ¶ Decet concessum à Principe beneficium esse mansurum. *capit. decet. 16. cum capit. sequente. eod. titulo.* ¶ Quod ob gratiam alicui conceditur, non est in ejus dispendium retorquendum. *cap. quod ob gratiam. 61. eod. tit.* ¶ Privilegia stricti juris sunt. *cap. porrò. de privileg.* ¶ Privilegia extenduntur ad ea tantùm quæ in eis continentur. *capit. ex parte. eodem titulo.* ¶ Privilegium monasterio concedi non potest, antequam ibi canonica institutio facta fuerit. *capit. ad audientiam. de Eccles. ædific.* ¶ Privilegiorum generalium explanatio. *capit. ut privilegia. de privileg.* ¶ Privilegia possunt & Laici Ecclesiis conferre. *cap. cum Laicis. de reb. Eccles. non alien.* ¶ Privilegio suo potest quis renuntiare. *capit. si de terra. de privileg.* ¶ Privilegium per subreptionem obtentum non valet. *capit. cùm olim. de sentent.* ¶ Privilegium statim atque ad notitiam eorum, quibus indulgetur, pervenit, vim habet. *cap. fin. de privileg. in 6.* ¶ Privilegium & consuetudo juri communi derogant. *capit. cùm contingat. de for. compet.* ¶ Privilegium lite pendente impetratum non valet, nisi in eo litis mentio fiat. *capit. causam. 2. de testibus.* ¶ Privilegium sine exceptione concessum ad præterita & futura extenditur. *capit. quia. de privileg.* ¶ Privilegium, nisi urgente ratione, dari non debet. *capit. sanè. de privileg.* ¶ Privilegium sine alterius injuria concedendum est. *capit. pastoralis. eod. tit.* ¶ Contra privilegium Papæ sententia lata non valet. *capit. dudum. eod. tit.* ¶ Privilegio clericali non potest renunciari. *capit. suborta. de sent. & re judic.* ¶ De privilegio à Papa concesso, ipsemet solus judicat. *capit. cùm venissent. de judic.* ¶ Privilegium Cister. de decimis non solvendis qualiter se extendat, *vide in c. ex parte 1. de decim.* ¶ Privilegio 100. annorum gaudet Ecclesia Romana in præscriptionibus. *capit. ad audientiam. de præscript.*

Quâ ratione privilegium amittatur.

¶ Privilegium ratione delicti amittitur. *capit. ad abolendam. de hæret.* ¶ Privilegio privatur, qui concessa sibi potestate abutitur. *cap. tuarum. de privileg.* ¶ Contra privilegium faciens, eo privatur. *cap. cùm accessissent. de constitut.* ¶ Privilegium non amittitur, etsi intra quinquaginta annos eâ non utatur. *capit. ad audientiam. de præscript.* ¶ Privilegium sequens primo non præjudicat, nisi ejus mentionem faciat. *capit. dudum. de privileg.* ¶ Clericus per enormo crimen à privilegio cadit. *capit. cùm non ab homine. de judic.* Item temerarie Romanam Ecclesiam occupans. *capit. licet. de electione.* Item in hæresin cadens. *capit. ad abolendam. de hæret.* Item contrahens cum vidua vel corrupta. *capit. Ioannes. de Cleric. conjugat.* Item de furto suspectus. *capit. 1. de depos.* Item si statim repercutit. *capit. si verò alicujus. de sentent. excommun.* Item si admonitus non deponat arma. *capit. in audientia. eod. tit. & cap. perpendimus. ibid.* Item turpiter agens cum personis quæ exprimuntur. *cap. si verò. eod. tit.* Item ratione disciplinæ castigatus. *cap. cum voluntate. eod. titulo.* Item si in minoribus ordinibus constitutus matrimonium contrahat. *capit. ex parte. de Cler. conjug.* Item degradatus. *cap. novimus. de verbor. significat.* Item admonitus secularia negotia non postponens. *c. ult. de vit. & hon. Cler.*

Probatio. *cap. forum. 10. §. probatio. de verb. significat.* ¶ Probatio constat ex duobus. *capit. forus. de verb. significat.* ¶ Probatio contra legitimam probationem non est admittenda. *capit. juravit. de probat.* ¶ Probatio debet esse certa & clara. *ibidem.* ¶ Probatio non exigitur in notoriis. *capit. tuæ nos. de cohabit. Cler.* ¶ Quæ ad probationem singula non valent, multa prosunt. *capit. cùm causam. de probat.* ¶ Probatio virginitatis per aspectum, prævalet juramento viri. *capit. proposuisti. eodem titulo.* ¶ Probatio ex multis præsumptionibus & fama, sufficiens dicitur. *capit. præterea. de testib.* ¶ Actore non probante, reus absolvitur. *capit. cùm Ecclesia. de caus. possess.* ¶ Probationibus æqualibus existentibus, liberatur reus, nisi in causa libertatis. *capit. ex literis. de probat.* ¶ Probationi accusantium consanguinitatem in matrimonio plùs deferendum, quàm defendentium. *capit. juravit. de probationibus.* ¶ In probationis defectum succedit juramentum. *capit. sicut consuetudo. de probat.* ¶ Probatur crimen quandoque per confessionem: *ut capit. cùm ad sedem. de restitut. spoliat.* quandoque per famam: *ut capit. sicut. de probat.* quandoque per instrumentum: *ut capit. 2. de fid. instrum.* ¶ Probationis tempus quare sit Religiosis concessum, *vide in c. ad Apostolicam sedem. de regul.*

Processus de simplici & plano qualis sit. *Clement. 2. de verborum significat.*

¶ Processus contra formam juris vel rescripti non valet. *capit. ex parte. de offic. jud. deleg. & c. cum dilecta. de rescript.*

Procuratio visitationem personalem requirit, aliàs peti non potest, quæ tamen secundùm Ecclesiæ facultates, vel consuetudinem loci statuenda est. *capit. cùm Apostolus. de censibus.* ¶ Prælati inferiores & superiores, tempore visitationis absentes vel præsentes, nec pecuniam, nec munera, sed solam sustentationem recipere debent. *Gregorius X. 1. de censib. lib. 6.*

fil. lib. 6. ¶ Procuratio debetur Archiepiscopo ab omnibus Ecclesiis quas visitat. *capit. cùm ex offic. v. de præscript. & capit. sopitæ. de censibus.* ¶ Petenda non est procuratio in sacris seu grangiis Monachorum. *capit. ultim. de censibus.* ¶ Procurationem præstare tenetur Ecclesia Episcopo visitandi. *capit. cùm venerabilis. eodem titulo.* ¶ Et Monachi diœcesano. *capit. venerabili. eodem titulo.* nec præscriptio contra hoc currit. *ibidem.* ¶ In constituendis procurationibus requiritur patroni voluntas. *cap. quanto creatori. eodem titulo.* ¶ Legatis & nuntiis Papæ ab omnibus debetur procuratio, nisi specialiter sint exempti. *c. accedentes. de præscr. & c. cum instantia. de censib.* ¶ De procuratoribus Ecclesiarum noviter conversarum nota formam, *in c. super eo. de censib.*

Procurator in quavis causa, in literis mandati clausulam de rato habere debet. *capit. cùm causam. de juram. calumn.* ¶ Procuratoris falsi exceptio post sententiam latam non valet. *capit. in nostra. de procur.* ¶ Procurator ab excommunicatis constitutus an valeat, *vide in capit. consulti. eodem titulo.* ¶ Procuratoris confessio obest domino. *capit. 1. de postulation.* ¶ Procuratoris negligentia non debet obesse domino. *capit. cùm venissent. de restitutione in integr.* ¶ Pro procuratoris absentia non est dominus puniendus. *capit. 1. ut lit. non contest.* ¶ Procurator illud solum potest, quod sibi committitur. *cap. innotuit. de election.* ¶ Procuratores duo in una causa constitui possunt. *cap. in nostra præsentia. de procurat.* ¶ Procuratorem constituere nullus cogitur in gravibus. *c. querelam. de procurat.* ¶ Procurator non admittitur in causa criminali. *cap. veniens. de accusat.* ¶ Propter procuratoris contumaciam non potest dominus excommunicari. *capit. 1. ut. lit. non contest.* ¶ Procuratores Prælatorum in Conciliis ad negotiorum tractationem sunt admittendi. *capit. final. de iis quæ fiunt à prælat.* ¶ Procurator excommunicatus non admittitur. *capit. post cessionem. de probat.* ¶ Procuratorium mandatum revocans in dispendium adversarii, condemnatur in expensis. *capit. audiitis. de procur.* ¶ De procuratoribus pluribus datis prior tempore potior jure. *c. non injustè. eod. tit.* ¶ Procurator in prima instantia, appellationis causam, nisi velit, prosequi non tenetur. *ibid.* ¶ Procurator secundus non admittitur, qui primi factum non ratificaverit. *cap. 1. de procur.*

Professione in omni semper intelligitur Papæ authoritas excepta. *c. Deus qui. de vit. & honest. Cler.* ¶ Ante professionem exiens liberè redire potest ad statum pristinum. *capit. super eo. de regul. & transeunt.* ¶ Professo licet transire ad superiorem religionis statum, veniâ tamen priùs à suo Prælato impetratâ. *capit. sanè. eod. tit.*

Promissio non infringitur, cùm in meliora commutatur, *c. per venit. 2. de jurejuran.* ¶ Promissio juramento firmata non tenet, conditione appositâ in forma juramenti non servatâ. *ibidem.* ¶ In promissione quamvis firmata juramento, superioris authoritas semper excipitur. *capit. venientes. eod. tit.* ¶ Promissio beneficii, nullo in Ecclesia vacante, non valet. *capit. final. de concess. præbend.* ¶ Promissio Ecclesiæ obsequii causâ est simoniaca. *cap. cùm essent. de simon.*

Promotio impeditur propter defectum scientiæ. *cap. congregato. de electione.* ¶ Promovens indignum punitur, sicut & promotus. *capit. nihil est. eodem titulo.* ¶ Promotionem impedit macula in oculo promovendi. *cap. cùm de tua. de corpor. vitiat.* ¶ Promotus removetur propter homicidium & simoniam. *cap. inquisitionis. de accusat.*

Protestatio fit, ne ab altero præjudicium juri suo fiat. *capit. suborta. de sentent.* ¶ Factum contra protestationem non valet. *cap. cùm accessissent. de constitut. & cap. 1. de iis quæ vi metusve.*

Psalmista. *distinct. 21. cap. Cleros. §. lectores.* ¶ Psalmista otario uti non debet. *dist. 23. c. non oportet.*

Puberes unde dicantur, quando dicantur tales, & qualiter per corporis aspectum dignoscantur. *capit. puberes. de desponsat. impub.* & quando possint mortaliter peccare. *capit. 1. de delict. pu.*

Publicato scrutinio, non possunt electores sua vota variare. *c. publicato. de elect.* ¶ Post publicationem testium possunt alii testes induci, dum prælatus de crimine inquirit. *capit. cùm clamor. de testib.* ¶ Publicatis attestationibus, non sunt iterato testes interrogandi. *c. per tuas. eod. tit.* nisi in favorem matrimonii. *cap. constitutus. 2. de testib.*

Pueris non committatur animarum cura. *c. ex ratione. de ætat. & qualitat. præfic.* ¶ Pueri reputantur, qui 14. annos agunt. *cap. referente. de delict. puer.*

de Purgatorio. *c. unum. §. unde Augustinus. usque ad fin. c. qualis. cap. qui in aliud. distinct. 25. item cap. ultim. §. non promittimus tamen, cum sequentibus. de pœnitent. distinct. 7.*

Purgatio propter infamiam indicenda est. *l. cùm oporteat. de accusat.* ¶ In purgatione deficiens pro convicto habetur. *cap. inter. de purgat. canonic.* ¶ Formam jurandi, in purgatione super simonia. *vide in cap. quoties. de simon.* ¶ In notoriis non est indicenda purgatio, sed condemnatio facienda. *capit. cùm dilectus. eodem titulo.* ¶ Purgatio indicenda est Clerico suspecto. *cap. si quis. de rapt.* ¶ Purgare nemo se tenetur, nisi de eo de quo infamatus est. *cap. ult. eod. tit.* ¶ Purgatio indicenda est infamato, deficientibus accusatoribus & testibus. *cap. nos inter. eod. tit.* ¶ Compurgatores quales sint, *cap. cum P. de purgat. Canon.* & quid jurare debeant. *c. de testib. eod. tit.* ¶ Purgatio per ferrum candens & similia interdicuntur. *cap. dilecti filii. de purgat. vulg.* ¶ Purgatores sunt strictè examinandi, sicut testes. *cap. constitutus. de*

purgat. Canonic. ¶ Purgatores scire debent vitam & conversationem ipsius purgandi. *capit. cum P. eod. titul.*

Q.

Quadragesima non impedit, quin in ipsa famis necessitate liceat carnes comedere. *c. 2. de observat. jejun.*

Si Quadrupes damnum dederit, datur actio, ut vel damnum sarciatur, vel quadrupes noxæ dedatur. *capit. ult. §. quod si animal. de injuriis.* secùs si fera bestia, vel quæ consuevit nocere, damnum dederit: hanc enim dando dominus non liberatur. *dict. §. quod si animal. versic. quod tamen ad liberationem.* vel si culpa domini, quadrupes damnum dederit. *dict. §. quod si animal. vers. & quam debueras. item cap. si bos. 3. & cap. si laserit. 4. eod. tit.*

Quadrupes quæ nocuit, etiam ordinariâ pœnâ punitur. *15. q. 1. c. firmissimè. §. unde etiam de brutis. §. fin. cum c. seq. Mulier.*

R.

Raptores sunt excommunicandi, nec ad pœnitentiam recipiendi, nisi bona ablata restituant: pœnitentes tamen in morte in cœmeterio sunt sepeliendi. *capit. 1. & 2. de raptor.* ¶ Raptores rerum quæ naufragiorum sunt, ipso jure sunt excommunicati: qui verò quæ navi vehebantur rapuerunt, excommunicandi sunt. *c. excommunicat. eod. tit.*

Rasura debet esse in Clerico competens. *c. 1. de vit. & honest. Cler.* ¶ Rasura in literarum vel instrumentorum locis suspectis, literas vel instrumentum vitiat. *c. cùm olim. 2. de privil.* ¶ Rasura in instrumento, ipsum non vitiat, si per consequens antecedens intelligi possit. *c. ex parte. de fid. instrum.*

Ratione legis cessante, cessat lex. *1. q. 7. cap. quod pro remedio.* & ubi eadem ratio, ibi idem jus constituendum est: Nisi aliquid contra jus commune statutum vel introductum sit. hoc enim ad similes casus non est trahendum. *capit. quæ à jure. 28. de regul. juris, in 6.* item Nisi propter necessitatem aliquid statutum sit: nam nec hoc ad similes casus trahendum. *capit. in argumentum. 78. de reg. juris, in 6. 1. quæst. 7. cap. quod pro remedio. 9. quæst. 1. cap. ordinationes. §. quamvis. c. cùm in cunctis. 7. in princip. vers. ex propter. de elect. cap. in causis. 19. in fin. de sententia & re judic.*

Rationes vim legis habere dicuntur à Gratiano. *dist. 1. c. consuetudo. §. porrò.*

Ratum quis habere non potest, quod ipsius nomine non est gestum. *capit. ratum. 9. de regul. juris, in 6.* ¶ Ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur. *capit. ratihabitionem. 10. de regul. juris.* ¶ Ratihabitio subsequens confirmat contractum præcedentem. *cap. accessit. de sponsat. impub.* ¶ Ratihabitio confirmat matrimonium, quod ab initio non fuit. *capit. insuper. qui matrimon. accusar. poss.* ¶ Ratihabitio confirmat religionem. *capit. cùm virum, de regular.* Item sententiam. *c. cùm ad sedem. de restitut. spoliat.* Item confirmat procuratoris transactionem, ita ut eam nemo posteà retractare possit. *c. contingit. de transact.*

Recognitio delicti extra judicium nocet, sicuti confessio. *capit. per inquisitionem. de elect.*

Reconcilientur cœmeteria, in quibus excommunicati sunt sepulti, aquâ benedictâ solemniter inspersâ. *cap. consuevisti. de consecr. Eccles.*

Reconventionis & exceptionis differentia. *cap. cùm dilectus. 2. de ordine cognitionum.*

Reconvenire potest reus actorem in eodem judicio: & conventio & reconventio paribus passibus ambulare debent. *dict. capit. cùm dilectus. 2. §. nos autem. distinguendum. vers. quanquam in idem. item cap. 1. de mutuis petitionibus.* Nisi interdicto recuperandæ possessionis agatur: huic enim reconventio non potest opponi. *capit. ultim. de ordine cognit. item capit. ad ultimum. 2. de causa possessionis.* fallit etiam supradictam regulam, si excommunicatus reconventionem opponat. *cap. cùm inter. 5. §. fin. de exceptionibus.* tertiò fallit si apud alium quàm actionis judicem reconventio opponatur. *capit. dispendia. 3. §. reus quoque. de rescriptis, in 6.* Quartò, si apud arbitros causa agatur. *capit. cùm dilectus. 6. de arbitris.* ¶ Modus procedendi per rescriptum conventioni præscriptus, etiam reconventioni datus intelligitur. *c. prudentiam. 2. de mutuis petitionib.*

Regula. *dist. 3. c. regula. in princip.*

Religionem intrans, dummodò sit sanus, nil Ecclesiæ parochiali tenetur præstare. *cap. de his. de sepult.* ¶ Religionis habitum potest quis in domo propria suscipere & tenere. *capit. ex parte tuæ. de convers. conjug.* ¶ Religionum diversitas reprobatur, maximè mendicantium. *capit. ne nimia. de religios. domib.* ¶ Religionem ingredi non prohibentur conjugati, ante carnalem copulam. *capit. verùm. de convers. conjugat.* ¶ In religione per annum commoratus, nec ad seculum redire, nec uxorem ducere potest. *capitul. consuluit. eodem titulo.* ¶ Conjugatus, post carnalem copulam religionem ingredi non potest, nisi de licentia uxoris suæ. *capitul. ad Apostolicam sedem. de convers. conjugat.* qui verò ita semel ingressus est, repeti non potest. *capitul. diudum. eod. tit.* ¶ Impubes religionem ingredi non potest, nisi de licentia parentum. *capit. 2. de regular.* nec invitus, vel in ætate non legitima, aliàs à parentibus extrahi potest. *capit. 1. eodem titulo.* ¶ Religionem intrans ante quatuordecimum annum consummatum, pœnitere potest. *capitul. ad nostram. eodem titulo.* ¶ Religio tenuis quæ dicitur, *capit. & si quæstiones. de Simon.* ¶ Cum religiosis faciliùs dispensatur, quàm cum Laicis, quoad ordines. *capit. ex literarum. de apostat. & reiter. baptism.* ¶ De religione ad religionem magis arctam transiri potest.

potest. *c. licèt. de regula.* ¶ Religionis habitum assumens, etsi vidua, etsi in domo propria, resilire non potest amplius. *c. vidua. de regularib.* ¶ Religiosus de religione ad religionem ex levitate non transeat, aliàs ad arctiorem transire potest. *capit. Ioannes. eod. tit.* ¶ Religionem intrans, renuntiare potest annali probationi. *c. ad Apostolicam. eod. tit.* ¶ Religiosus ante professionem exiens, quando uxorem ducere possit, quando non, *vide in c. consulti. eod. tit.* ¶ Religionem intrans non habet habitum professorum. *capit. statuimus. eodem titulo.* ¶ Religione exiens ad reditum cogendus est, & per Prælatum revocandus. *c. ult. eod. tit.* ¶ Religionem ingressus per metum qui in constantem virum cadere potest, non obligatur ad religionem. *c. 1. de iis quæ vi metúsve.* ¶ Religiosis interdicitur chirurgia. *cap. tuæ nos. de homicid.* ¶ Religiosus nec fidejubere, nec mutuum accipere potest, sine consensu Capituli vel Abbatis. *capit. quod quibusdam. de fidejuss.* aliàs conventus solvere non tenetur. *ibid.*

Religiosus locus, efficitur locus ad hospitalitatis usum deputatus. *c. ad hæc. 4. de religios. domib.* ¶ Locus in quem mortuus illatus est, Religiosus efficitur: Nisi hæreticus eò sit illatus. *c. quicunque. 2. in princ. vers. & locus ille. de hæret. in 6.*

Religiosa res sacra vel alienari, obligari, vel civilibus usibus commodari non potest. *12. q. 2. c. nulli. cap. prædia. item de reg. juris, in 6. c. semel. 51.*

Relationem ante consultationis exemplum litigatoribus edendum. *c. inimústi. 68. de appellationib.* ¶ Ne relatione pendente judex pronunciet, vel aliquid innovet. *c. licèt. 5. de officio legat. 2. q. 1. c. nomen. vers. quod nec in negotiis.* ¶ Relatione factâ & responso accepto, sententiáque exinde latâ, appellatio denegatur. *2. q. 6. c. biduum. § fin.*

Recurrendum, ad quos sit si sacræ scripturæ authoritas desit. *dist. 20. c. ult.*

Reliquiæ non debent exponi venales, & antiquæ extra capsam non sunt ostendendæ. *c. 2. de reliquiis.* ¶ Reliquiæ de novo inventæ, absque Papæ approbatione non sunt venerandæ. *c. 1. eod. tit.*

Remedium *c. redintegranda. 3. quæst. 1. c. redintegranda.*

Remissionis literas possunt Episcopi concedere: & quantum generales remissiones valeant, *vide in c. nostro. & cap. quod autem. de panis. & remiss.*

Renuntiare non videtur, qui deceptus aliud facit. *c. lectæ. de renuntiat.* ¶ Renuntians Episcopatui quando ad illum resumi possit. *cap. post translationem. eod. titulo.* ¶ Renuntians beneficio potest ad illud denuò admitti *capit. veniens. eod. tit.* ¶ Non renuntiat juri suo, qui gratiæ se committit. *ibidem.* ¶ Renuntians instrumentis, liti renuntiásse videtur. *capit. cùm pridem. de pact.* ¶ Renuntiare potest quilibet juri suo. *cap. statuimus. de regular.* ¶ Renuntiare potest quis tacitè privilegiis suis. *capit. accedentibus. de privileg.* ¶ Renuntians beneficio in manu Laici, ipso jure eo privatur. *cap. quod in dubiis. de renuntiat.* ¶ Renuntiatio benè regentis, non est facilè admittenda. *capit. nisi cùm pridem. eodem titulo.* ubi simul notantur causæ renuntiationis. ¶ Renuntiatione factâ, ipso jure irrita sunt instrumenta. *cap. sanè. eod. tit. & cap. cùm pridem. de pact.* ¶ Archiepiscopus renuntians, in illo loco pallio uti non potest. *capit. ad supplicationem. de renunciat.* ¶ Renuntiare quis potest beneficio sibi concesso, sed non collegio dato. *capit. si diligenti. de foro compet.* ¶ Renuntiare quis non debet beneficio absque consensu Episcopi, & quando repetere possit renuntiationem. *capit. admonet. & capit. sanè. de renuntiat.* ¶ Renuntians beneficio metu vel vi, illud non perdit. *capit. ad audientiam. de iis quæ vi.* ¶ Renuntians beneficio suo coram judice competenti, illud repetere non potest. *cap. accepta. de restit. spol.*

Repressaliæ dantur, quando generalis rerum retentio, auctoritate principis vel civitatis, pro damni recompensatione indulgetur. *capit. dominus. 23. quæst. 2.* ¶ Repressaliæ de jure canonico & civili prohibentur, unde in repressaliis ultra sortem nihil debet accipi. *capit. unic. lib. 6. de repress.* ¶ Repressalias concedentes contra Clericos, vel accipientes, si singulares sunt personæ, excommunicationis, si universitas, interdicti sententiam incurrunt, nisi intra mensem retractent. *ibid.*

Rei vendicatio non nisi adversùs rei possessorem competit: Nisi dolo desierit possidere: hic enim pro possessore habetur. *capit. pro possessore. 36. de reg. juris.* ¶ Rei vendicatione instituta, regulariter quidem ipsa res venit in condemnationem. Nisi res sit conserata: tunc enim æstimatio ejus venit præstanda. *14. quæst. 6. cap. 1. §. fin. cum capit. sequent. Comperimus.* ¶ Rei vendicatio ibi, ubi res est de qua contenditur, competit. *cap. sanè si. 3. de foro competenti.* ¶ In rei vendicatione actor rem quam petit, tenetur specificare ac designare. *cap. significantib. 2. de libelli oblatione.* ¶ In rei vendicatione succumbit actor non probans causam ex qua petiit, licèt post actionem in judicium deductam ex alia causa dominium sit nactus. *c. Abbate. 3. de re judicata, in 6.* ¶ In rei vendicatione actor reo sumptus, quos in rem bonâ fide fecit, tenetur restituere. A qua regula excipitur pretium, quo rem comparavit. *16. quæst. 3. c. penult. §. universas.* ¶ Rei vendicatio longi temporis præscriptione eliditur. *c. cùm olim. 18. de præscriptionibus. 16. q. 3. c. placuit ut quicunque. §. præscriptionum.*

Residentiam non faciens Canonicus admonitus, nec appellationem ob hoc factam prosequens, privetur præbenda. *capit. pervenit. de appellat.* ¶ Residens intelligitur, qui jura Ecclesiæ suæ prosequitur. *capit. cùm dilectus. de Cler. non resid.* ¶ Residere nolens, admonitus, beneficio privetur. *capit. ex parte. eodem titulo.* ¶ Residens dicitur, qui in servitio est Papæ, vel Episcopi, vel justa de causa abest ex

licentia. *capit. ad audientiam. & c. relatum. eod. tit.* ¶ Ad residentiam compelli possunt Clerici per suos prælatos. *c. cùm ad hoc. eod. tit.* ¶ Residens studii causa, quantum recipere debeat, *vide in cap. licèt. de præb.* ¶ Residere debet quilibet per se, non per alium. *c. conquerente. eod. tit.* ¶ Non residens, post citationem, per sex menses est expectandus. *c. vnic. eod. tit.* ¶ Non residens, etsi Cardinalis, Ecclesiâ privandus. *c. 2. eod. tit.*

Responsa Prudentum. vide suprà in litera O. Opiniones.

Restituere in integrum, ad quem spectat, *vide in c. causa. de rest. in integr.* ¶ Restitutio fieri non debet, antequam citetur reus, si contumax non est. *c. quoniam frequenter. ut lit. non contest.* ¶ Restituenda est possessio cum omnibus quæ interim percipi potuissent. *capit. gravis. de restitut. spol.* Spoliatis per sententiam iniquam bona restituenda sunt. *c. ex insinuatione. de procurat.* ¶ Restitutio priùs facienda est in causa possessionis, ante litis ingressum. *cap. 1. & 2. de restitut. spoliat.* ¶ Restitutio in spiritualibus peti potest. *cap. cùm venissent. de restitut. in integr.* ¶ Restituendus est prædo secundùm juris rigorem, & de restitutione priùs agendum, quàm de canonica institutione. *c. literis. de restit. spoliat.* ¶ Restitutionem potest petere Ecclesia, etiam contra latam sententiam. *c. ex literis. de restitut. in integr.* ¶ Restitutâ uxore, debent omnia ejus bona simul restitui. *c. accedens. 2. ut lit. non contest.* ¶ Restitutionem petenti non potest adversarius crimen opponere. *cap. item cùm quis. de restitut. spoliat.* ¶ Restitutionem petens quid probare debeat. *cap. olim. 4. eodem titulo.* ¶ Ad restitutionem non est cogendus qui non potest. *capit. cùm tu. de usur.* ¶ In restitutione matrimonii, necesse est probare jus matrimonii, & possessionem corporalem per carnalem copulam. *cap. ex parte. de restitut. spoliat.* ¶ Restitutionem matrimonii impedit adulterium publicum. *capit. significasti. de divortiis.* ¶ Restitutio denegatur mulieri volenti cohabitare viro, cum contumelia creatoris. *c. gaudemus. eod. tit.* ¶ Restitutionem mulieris quæ impediant, *vide in cap. literæ. & cap. ex transmissa. de restit. spoliat.* ¶ Restitutionem petere non potest, possessionem de jure non habens. *capit. ex parte. de restit. spoliat.* ¶ Restitutio favorabilis est in causa matrimonii. *capit. ex literis. de in integr. restitut.* ¶ Restitui potest Ecclesia contra aliam Ecclesiam. *capit. auditis. eodem titulo.* ¶ Restituere quis tenetur omnia quæ medio tempore percepit, si adversarius suum jus probaverit. *c. suscitata. eod. tit.*

Res cum suo onere transit. *capit. cùm non sit in homine. de decim.* ¶ Res per quas causas nascitur, per easdem dissolvitur. *capit. 1. de reg. juris.* ¶ Non sermoni res, sed rei sermo est subjectus. *c. intelligentia. de verbor. signific.*

Revocatio mandati non valet, priusquam in causa sit conclusum. *capit. auditis. de procurat.* ¶ Revocationi æquivalet certa principis scientia. *capit. pastoralis. de offic. delegat.* ¶ Revocatio procuratoris non valet, nisi de ea judici constet. *c. ex parte de rescript.* ¶ Revocari potest illicitum mandatum, per superiorem. *c. quintavallis. de jurejur.*

Reus. *c. 10. §. reus. de verb. signific.* ¶ Non debet actori licere, quod reo non permittitur. *cap. non licèt. 32. d. tit. l. non debet. 41. ff. eod. tit.* ¶ Reus condemnatur in expensis, actore ex decreto primo in possessionem misso, etiam lite pendente. *cap. 1. de seq.* ¶ Reus si post litem contestatam non comparuerit, ad sententiam definitivam procedatur. *cap. prout. de dol.* ¶ Reus contumax potest adhuc à judice citari semel. *ibidem.* ¶ Reus, actore non probante, absolvitur. *c. accedentibus. de privileg.* ¶ Reus absolvitur, ubi obscura sunt partium jura. *c. inter. de fid. instrum.*

Restitutio in integrum partibus præsentibus petenda ac decernenda. *c. cùm ex literis. 5. §. tandem deliberatio. de in integr. rest.* ¶ Non totius temporis restitutio facienda, sed ejus tantùm quando se læsum probat. *Clement. 1. in fin. de in integr. rest.* ¶ In integrum restitutus meliorationes adversario restituere debet. *c. 1. in fin. de in integr. restitut.*

S.

Sacerdos. *distinct. 21. cap. Clerot. §. Sacerdos.* ¶ Sacerdos, qualiter se circa confessum habere debeat, *vide in capit. omnis. de pœnit. & remiss.* ¶ Sacerdotis filiam carnalem ducere non potest baptizatus ab eo. *c. ult. de cogn. spir.* ¶ Sacerdos cum virgine matrimonium contrahens, post pœnitentiam, dispensationem obtinere potest. *c. sanè. de Cleric. conjug.* ¶ Sacerdos advocatus esse non debet. *cap. cùm Sacerdotis. de postulat.* ¶ Contra Sacerdotem infamatum qualiter est procedendum. *capit. 2. de purgat. canon.* ¶ Sacerdos consanguineam fœminam in domo non habeat, & suspecti post trinam denunciationem excommunicentur. *capit. 1. & 2. de cohabit. Cler.* ¶ Sacerdotis confessionem revelantis pœna. *capitul. omnis. de pœnitent. & remiss.* ¶ Sacerdos hominem casu interficiens non est deponendus. *capit. interfecisti. de homicid.* ¶ Sacerdos puerum disciplinæ causa percutiens, ita ut ictu moriatur, deponendus est. *capit. Presbyterum. eodem tit.* ¶ Sacerdotii incapax est bigamus. *capit. 1. de bigam.* ¶ Sacerdos non habeat officium interdictum, vel simile. *c. Sacerdotibus. ne Cleric. vel Monach.* ¶ Sacerdoti infamato purgatio indicitur. *c. significasti. de adulter.*

Sabbathis carnes comedere licet secundùm morem patriæ. *c. consilium. de observat. jejun.*

Sacrum quod est vel semel Deo dicatum, non est ad usus humanos ulterius transferendum. *c. semel. 51. de reg. jur. in 6.*

Sacramentum. *3. q. 1. c. multi. §. sacramentum.* & De ratione nominis. *d. c. multi. §. sunt autem sacramenta. versic. quæ ob id sacramenta. usque ad vers. quæ ideò fructuosa. item d. distinct. 2. cap. qui manducant. §. ista ideò dicuntur sacramenta.* ¶ Definitio sacramenti. *1. quæst. 1. cap. multi secularium. §. sacramentum. de consecrat. distinct. 2. c. sacrificium.* Declaratur.

ratur. dict. dist. 2. c. signum. ¶ Divisio sacramentorum in sacramenta necessitatis & dignitatis. 1. capit. remissionem. §. sed notandum est. Species sacramentorum. d. quæst. 1. c. multi secularium. §. sunt autem sacramenta. ¶ Sacramenta liberè sunt conferenda, absque ullius præmii exactione. cap. ad Apostolicam. & cap. cùm in Ecclesiæ. de simon. ¶ Sacramenta collata ab excommunicato, in excommunicatione vim habent, licèt talis conferens peccet. cap. si celebrat. de Cler. excommunic. ¶ Si sacramentum est prætermissum, cautè supplendum est. cap. 1. de sacram. non iter. ¶ Sacrum trahit ad se non sacrum. c. quod in dubiis. de consecrat. Eccles. ¶ Sacra non debent Laico pignori dari, nisi in necessitate. c. 1. de pignor.

Sacrarium ingredi prohibentur Subdiaconi & Ministri non sacrati. distinct. 23. c. non oportet Subdiaconos. & c. non oportet in sacratos.

Sacrificium. cap. multi. §. sacrificium. de verbor. signific.

Sacrilegium quibus modis committatur.

Sacrilegium est quicquid in *sacratis* Deo rebus & Episcopis injustè agitur, pro sacrilegio reputatur. cap. quæ multotiens. 7. de reg. jur. 12. quæst. 2. c. nulli. c. prædia. 13. quæst. 2. c. qui oblationes. in fine. 17. q. 4. c. qui rapit. cap. si quis contumax. §. sacrilegium ergò. c. qui/quis. §. sacrilegium. usque ad finem. etiamsi eam privatam è loco sacro quis surripuerit. dict. c. si quis contumax. §. sacrilegium ergò. versic. vel non sacrum. & d. c. qui/quis. §. similiter sacrilegium. & §. fin. quod fallit, si sacrum è loco privato surripuerit. 23. q. 4. c. quid ergò. §. fin. ¶ Si res Ecclesiæ Alienat, vel alienationi consentit: sacrilegium committit. 17. q. 4. c. omnes Ecclesiæ. ¶ Si Ecclesiam non permittat ordinari vel Consecrari, sacrilegium committit. 1. q. 1. c. nullus. §. qui autem. cum c. sequente. ¶ Si de judicio Imperatoris vel Papæ Dubitat, sacrilegium committit. dict. §. committunt etiam. versic. aut qui de principali. §. fin. cum cap. sequent. ¶ Si quis Legata Ecclesiæ retineat, sacrilegium committit. 13. q. 2. c. qui oblationes. in fin. 17. q. 4. c. sacrilegium. ¶ Si divinam Legem non observat, vel in articulis fidei errat, sacrilegium committit. 17. quæst. 4. c. si quis suadente. §. committunt etiam. ¶ Si Sacerdotes insequitur sacrilegium committit. d. quæst. 4. cap. sicut qui. c. si quis contumax. §. dicitur etiam. c. qui/quis. §. 1. vers. seu qui injuriam. cap. si quis deinceps. c. si quis suadente. in princ. ¶ Sacrilegium committitur, si Laicus jura Ecclesiastica Usurpaverit. cap. conquestus. 16. de foro competenti.

Sacrista & de hujus officio. cap. unico. de officio sacristæ.

de Salario & mercede magistris ac doctoribus artium liberalium decernendo. c. 1. c. quia nonnullis. 4. & c. ult. §. fin. de magistr.

Salitor. vigesima sexta, quæstione tertia, cap. 1. §. saltatores.

Sapientia. de pœnitent. distinct. 2. capit. sapiens.

Satisfactum. cap. ex parte. 23. de verbor. significat.

Scandalum non debet bonum faciendum impedire. capit. nisi. de renuntiat. ¶ Ob scandalum ea quandoque sunt omittenda, quæ pro rigore juris sunt statuta. c. super quodam. de statu Monach.

Scholares Canonici plenè recipiant fructus præbendarum suarum. cap. super speculæ. de magistr. ¶ Scholares in universitate possunt statuta facere, & citare, & contumaces punire. cap. ex literis. de constitut. Item possunt constituere procuratorem in curia Papæ. cap. quia in causis. de procurat.

Secundum. cap. Abbate. 25. de verborum significat.

Sede vacante, nil debent innovari vel mutari. c. 1. ne sed. vacante.

Senatusconsulti definitio. dist. 2. cap. Senatusconsultum.

Sententia injusta judicem potiùs lædit, quàm eum in quem temerè fertur. 11. q. 3. cap. nolite. §. fin. ¶ De sententia non præcipitanda. 11. q. 3. c. summoperè. ¶ Sententia ab ipso judice sedente recitanda. capit. ultim. §. fin. de re judicata. in 6. fallit in Episcopo judice. d. c. ult. in princ. ¶ De sententia in plurali, non singulari numero proferenda. capit. cùm ab uno. 4. dict. titulo. ¶ De sententia ex scripto recitanda. 2. quæst. 1. c. in primis. §. sed & de personis. vers. si scriptis judicatum. & §. fin. cum cap. sequente. cap. legum. Nisi Episcopus in causa Clerici sententiam ferat. 11. quæst. 1. cap. si quis cum Clerico.

Sepultura est eligenda apud loca magis religiosa. cap. 3. de sepult. ¶ Sepulturam debet quis eligere in loco parentum suorum. capit. 1. de sepult. ¶ Sepulturam licet eligere propriam vel alienam. cap. eod. tit. ¶ Sepultura negatur torneamentariis. ibidem. ¶ Sepulturam eligens, parochiæ rationem habere debet. cap. 2. de sepult. ¶ Sepulturam eligere potest uxor sicut vir. capit. de uxore. eod. tit. ¶ Sepulturam filio minori potest eligere pater. ibid. ¶ De sepulturis hospitalariorum, capit. in nostra præsentia. eodem titulo. ¶ Sepelire non licet Clerico raptorem, nec in mortali peccato decedentem. cap. 2. de raptorib. ¶ Sepultura conceditur Clericis interdictum servantibus. capit. quod in te. de pœnit. & remiss. Item facinoroso pœnitenti. capit. ult. in fin. eod. ¶ In sepulturis non est danda portio canonica, si ad fabricam & ad luminaria quædam data sint. cap. ex parte. 3. de verbor. signific. ¶ Pro sepultura nil dandum est. c. abolendæ. eod. tit.

Sequestratio fit rei servandæ causa. c. 1. eodem tit. Item sequestrationem bonorum impetrare potest mulier, propter inopiam viri. capit. per vestras. de donation. Item si etiam propter contumaciam absentis suspecti possessoris. capit. ex literis. de dol. & contum. ¶ Sequestratio injusta revocatur. capit. 1. de sequestr. poss. & fruct. ¶ Sequestrantur fructus lite pendente. c. 2. de sequestr. fruct.

Si Servus Judæi Christianus fieri desideret, per hoc liber efficitur. *distinction. 54. capit. nulla. §. fin. cum cc. sequent. usque ad cap. si servus absente.* ¶ Si Servus Episcopus sit factus, per hoc liber efficitur. *distinct. 54. cap. si servus sciente. §. Episcopalis.* ¶ Servus non ordinetur invito domino, aliàs deponitur & domino restituitur. *capit. 1. 2. & 5. de serv. non ordin.* ¶ Servus Ecclesiæ quomodo potest manumitti, *vide in cap. Episcopi. eod. tit.* ¶ Servi & libertæ filius, liber est. *cap. dilectus filius. de serv. non ordin.* ¶ Servus matrimonium contrahere potest, domino suo invito. *cap. proposuit. de conjug. serv.* ¶ Servus fugitivus per fraudem ordinatus deponitur. *cap. de servorum. de serv. non ordin.* ¶ Servus ad ministrandum domino in sacerdotali ordine constitutus, si renuntiat officio, deponatur. *c. nullus. eod. tit.*

de Schismaticis Jacobo, Petro & Joanne de Columna. *capit. unico. de schismaticis. in 6.*

Sigillo novo non utantur nisi collegiati. *cap. dilecta. de excess. prælat.* ¶ Sigillum non probat, nisi sit authenticum. *capit. 2. de fid. instrum.* ¶ Sigillum capituli dicitur authenticum. *cap. 3. de probat.* Item sigillum principis. *capit. cùm dilectus. de fid. instrum.* ¶ Ex sigillis veritas privilegiorum, vel falsitas dignoscitur. *ibid.* ¶ Sigillo authentico debet sententia excommunicationis corroborari. *cap. cùm medicinalis. de sentent. excommunic.* ¶ Sigilla falsi conficientium vel fingentium pœna. *capit. 3. de crimin. falsi. c. cùm olim. de offic. judic. deleg.*

Simonia. *1. quæst. 7. c. ult. in princ.* ¶ ejus definitio. *1. q. 1. c. qui studet.* Ex hoc canone Simonia definitur studiosa voluntas emendi vel vendendi spiritualia. ¶ Est autem Simonia dicta à Simone mago. *24. quæst. 3. cap. pen. in princ.* Simoniam verò esse hæresin, patet ex *d. c. ult. in princ. 1. q. 1. c. ventum. §. fin. cum c. seq. c. cùm omnis. c. eos qui. c. placuit. §. ex illa.* Concordat item propositæ causæ *1. q. 1. c. erga Simoniacos. & c. nunquam. & 1. q. 3. c. ea quæ. item extravagant. com. 2. de Simonia extravag. com. 1. de sentent. excom.* Objicitur *1. q. 1. c. placuit. §. item opponitur.* Species seu exempla hujus causæ exponuntur *c. non satis. 8. & c. cùm in Ecclesiæ. 9. de Simonia.* qui Signa rebus alienis imponunt, coërcendi. *16. q. 6. c. 1.*

Quid sit Simonia, & quomodo committatur.

¶ Simonia est pactio circa spiritualia vel eis annexa. *capitul. quæsitum. de verum permut.* ut promovere negotium, spe beneficii Ecclesiastici promissi. *capit. cùm essent. de simon.* item, docere pro mercede, cùm salarium ab Ecclesia constitutum habeat. *1. 1. de magist.* item pro consecratione aliquid ultra procurationem accipere. *capitul. cùm sit. de simoniac.* item, ubicunque spirituale pro temporali venditur. *capit. in tantum. eodem tit.* ¶ Simonia est aliquid pro sepulturis recipere, vel pro exequiis, inthronizatione, vel quocunque sacramento. *cap. cùm in Ecclesia. eod. tit.* Item per gratiam vel favorem publicè peccantem non corrigere, vel denuntiare. *capit. nemo. eodem titul.* Item promittere beneficium electori. *capitul. de hoc. eodem titulo.* Item Ecclesiam emere vel redimere. *capitul. querelam. eodem titulo.* Item pœnitentem indignum propter favorem aut gratiam reconciliare, vel pœnitentem ex odio repellere. *capit. nemo. eodem tit.* Item homagium petere pro beneficio. *capit. ex diligenti. eodem titulo.* Item pro Ecclesiastico ministerio aliquid petere. *capit. 1. eodem titulo.* ¶ Simonia est omne impensum pro quolibet obsequio in ordinatione. *capitul. 1. eod.* Item ementes & vendentes Ecclesiarum administrationem Simoniam committunt. *capit. consulere. eod. titulo.* ¶ Simonia est aliquem pro prerio absolvere. *capit. ad aures. eod. tit.* ¶ Simonia solâ intentione committi potest. *capitul. tua nos. de simon.* ¶ Simoniam quæ munera, & quando inducant, *vide in cap. dilectus filius. eodem titulo.* ¶ In simonia gratia, favor, vel odium loco pretii succedunt. *cap. cùm essent. eod. tit.* ¶ In simoniaco contractu tantum valet remittere, quantum dare. *cap. veniens. de testib.* ¶ Simoniacus est, qui de bonis suis præbendam constituit, ut ad eam Canonicus recipiatur. *cap. tua nos. de simon.* ¶ Simoniacus est recipiens pecuniam pro eo ad quod tenetur officio. *cap. dilectus filius. de simoniac.* ¶ Simonia est temporalia dare, spiritualia lucrandi causâ. *cap. tua nos. eod. tit.* ¶ Simonia non est dare suæ Ecclesiæ, & posteà petere ut recipiatur in ea, nisi corrupta sit intentio & dantis & recipientis. *ibidem.* ¶ Simoniacus non dicitur Episcopus, qui jura Episcopalia pro annua pensione alteri cedit, maximè ubi Papæ confirmatio accedit. *capit. constitutus. de religios. domib.* ¶ Simonia non est, si Clericus possessor vexationem redimit. *capit. dilectus filius. de simon.*

Eorum qui Simoniam committunt pœna.

¶ Simoniacus convictus perpetuò est deponendus. *capitul. de hoc. eodem tit.* Debet purgatio indici de simonia suspecto, in qua si defecerit, beneficio privetur. *capitul. insinuatum. eodem tit.* ¶ Similiter beneficio & officio privetur, munus aliquod recipiens pro chrismate. *capitul. non satis. eodem titulo.* ¶ Simoniacè ordinatus Missam cantare non potest. *capitul. 4. eodem titulo.* ¶ Contra simoniacum admittitur testis servus & criminosus. *capit. tanta. eodem titulo.* ¶ Quæ sit pœna intrantis & recipientis in Ecclesia quendam simoniacè, *vide in capit. dilectus filius. eodem tit.* ¶ Per simoniam aliquem beneficio privans deponatur. *c. qui alium. eod. tit.* ¶ Contra simoniacum potest agi per certa signa. *cap. sicut simoniaca. eod. tit.* ¶ Simoniacus de simonia testificari non potest. *c. si dominus. de simon.* ¶ Simoniacè religionem scienter intrans, locum illum deserat, & arctiorem suscipiat. *capit. de regular. eod. tit.* ¶ Simoniacè promoti, quam *i*s parvuli per parentes

rentes ignoranter beneficium adepti, illud resignare tenentur. *capit. per tuas. 2. eodem titulo.* ¶ Circa simoniacè accusatum quæ attendenda. *ibidem.* ¶ Simoniaca promissio, promittentem non obligat. *capit. hoc autem. eod. tit.* ¶ Cum simoniaco aliquando potest dispensari. *capit. per tuas. 2. eod. tit.* ¶ Simoniam ex sola intentione committens, non tenetur renuntiare, vel restituere. *capit. mandato. eod. tit.*

Solvitur eo genere quodque, quo colligatum est. *c. 1. de reg. jur.*

Solutio proficit debitori ad liberationem & exceptionem. Nisi alii quàm creditori solutum sit. *cap. ea te. 22. de jurejurando.* item nisi aliud pro alio solvatur vel præstetur. *cap. cum aliquib. 6. de re judicata.* ¶ Solutio præterea proficit debitori, si causa de qua judicatum est, & quæ per sententiam est finita, rursus deducatur in judicium: nam obstat rei judicatæ exceptio, etiamsi cùm antea apud Ecclesiasticum judicem actum esset, nunc apud civilem judicem agatur: vel contrà. *cap. ult. de except. in 6.* quod an semper verum sit, *vide 11. quæst. 1. capit. quicunque.* fallit supradicta regula, si ex alia causa nunc agatur, quàm actum est anteà. *capit. ult. de causa possessionis. capit. cùm olim. 14. de privilegiis.* Nisi in rem agatur. *capit. Abbate. 3. de re judicata. in 6. Approbatur ibidem. §. secùs autem.* fallit secundò, si causa ob quam in priore judicio reus fuit absolutus, in posteriore judicio cessat. *capit. adversario. 13. de exceptionibus. Clement. ult. de appellationibus.* ¶ Tertiò fallit si contra alium in judicio priore actum est, quàm contra quem nunc agitur. *capit. cùm olim. 7. de causa possessionis.* quod ita est, nisi prior & posterior conventus sint litis consortes. *2. quæst. 6. capit. ei qui appellat. §. quandoque.* Quartò fallit si alius anteà egerit, quàm qui nunc agit. *capit. cùm super. 17. de re judicata. cap. inter dilectos. 8. §. fin. in fine. de donationibus. capit. 1. §. per præfatam. de jure patronat. in 6.* proficit tamen prior solutio, si cùm posteriori actori actio primùm competeret, is alium anteà agere passus sit. *capit. quamvis. 25. de re judic.* ut etiam si posterior actor sit successor ejus qui anteà egit. *dict. capit. 25. in fine.* Quintò fallit si alia res petatur nunc, quàm anteà est petita. *capit. dilectus. 18. de offic. ordinarii. cap. cùm olim. 7. de causa possessionis.* si pro Solutione debiti pignoribus cavere debitor sit paratus, per hoc exceptione non defenditur. *capit. cum aliquibus. 6. de re judicata.* ¶ Solvere non tenetur Ecclesia debita pro ea non contracta. *capit. 2. de solut.* ¶ Ad solutionem debiti pro Ecclesia ab antecessore contracti, tenetur successor. *c. 1. eod. tit.* ¶ Solutionem debiti neganti incumbit probatio. *c. fin. eod. tit.* ¶ Ad solutionem expensarum tenetur, qui diem non servat. *cap. cùm dilecti. de dolo & contum.*

Sorores duæ possunt duobus fratribus copulari. *capit. quod super. de consanguinit. & affin.*

Sortilegus. *26. quæst. 2. cap. 1. §. fin. cum c. sequente, cap. hi qui de paganis. c. non exemplo. quæst. 5. in princ. c. sortes. c. pervenit. cap. Episcopi. in princ. & quæst. 7. c. non observetis. vers. & sortes. item de sortilegiis. c. 1.* Definitio sortilegorum. *26. quæst. 1. in princ. cum c. sequente. item quæst. 3. c. 1. §. sortilegi.*

Speciale præceptum plùs valet quàm generale. *c. si adversùs nos. de hæret.*

ad Spectacula ne die solenni, prætermisso Ecclesiæ conventu eatur. *de cons. dist. 1. c. qui die solenni.*

Spiritus sanctus procedit à Patre & Filio. *c. unico. de summa trinitate. in 6. de consecrat. distinct. 5. cap. de spiritu. & c. ult.* An & quatenus permaneat vel recedat Spiritus sanctus. *de pœn. dist. 2. c. quærendum. c. potest discursus.*

Spiritualia pro temporalibus commutari non possunt. *cap. exhibita. de rer. permut.* ¶ De spiritualibus potest in arbitros compromitti. *cap. nisi. de præb.* ¶ In spiritualibus non ex legum distinctione, sed ex æquitate canonum proceditur. *capit. literas. de juram. calumn.* ¶ In causis spiritualibus non recipitur juramentum calumniæ. *ibidem.*

Spoliantes naufragos incidunt in canonem. *capit. excommunicationi. de rapt.*

Spoliatus conveniri non potest, antequam restituatur. *2. q. 6. c. ult. §. appellatore.*

Sponsalia. *30. quæst. 5. c. nostrates.* ¶ Dividuntur in sponsalia de præsenti & de futuro. *cap. si inter virum. 31. de sponsalib.* ¶ Sponsalia de futuro solvuntur per sponsalia sequentia de præsenti. *cap. 1. de spons. duor.* ¶ Sponsalia dicuntur matrimonium consummatum, si carnalis copula intervenerit. *capit. veniens. de spons.* ¶ Sponsalia de futuro solvit lepra, vel alia deformatio similis. *capit. quemadmodum. de jurejurand.* ¶ Sponsalia quando inducant publicæ honestatis justitiam, *vide in cap. literas. de despons. impub.* ¶ Sponsalia de præsenti dissolvi non possunt. *capit. 1. & 2. de spons. duorum.* ¶ Sponsalia ante septennium rite contrahi non possunt. *capit. ad dissolvendum. de despons. impub.* ¶ Sponsalia per vim contracta, etsi sponsa fuerit in domum sponsi deducta, non valent. *capitul. ex literis. eodem titulo.* ¶ Sponsam fratris nemo, etiam fratre mortuo, habere potest, propter publicæ honestatis justitiam. *capitul. ad audientiam. de sponsal.* ¶ Sponsa sponsum vagabundum sequi non tenetur, nec eum diu expectare. *capit. de illis. eodem tit.* ¶ Sponsa de præsenti, vivente sponso, aliam ducere non potest, nisi prior religionem intret. *capit. 2. de spons. duorum.* ¶ Sponsa duorum dicitur, quæ cum uno per verba de futuro contrahit, cum altero per verba de præsenti. *capit. 1. eod tit.* ¶ Sponsa duorum, lite pendente, cum neutro contrahere potest, donec quæstio decidatur. *capit. tua fraternitas. eodem titulo.* ¶ Sponsalibus contractis inter puberem & impuberem, pubes per verba de præsenti consentiens dissentire amplius non potest, sed impubes, cùm pubes factus erit, poterit dissentire.

cap. de illis. de desponſ. impub. ¶ Sponſalia ſunt, & non matrimonium, quæ ante annos legitimos fiunt. capit. quæ nobis. eodem tit. ¶ Sponſalia de præſenti contrahens, ad conſummationem eſt cogendus. capitul. ex literis. eodem tit. ¶ Sponſalia de futuro qui contraxerunt, poſſunt mutuo diſſenſu ſeparari. capit. præterea. de ſponſalibus. ¶ Sponſalia ſub honeſta conditione contracta, non valent ante conditionis eventum. capit. de illis. de condit. appoſit. ¶ Sponſalia contrahi poſſunt inter abſentes per perſonam interpoſitam. capit. veniens. qui Cler. vel vov. ¶ Qui ſponſalia contraxit cum puella in cunabulis exiſtente, ea mortua matrem ducere non prohibetur. capit. literas. de desponſ. impub. ¶ Sponſalia quâ ætate diſſolvantur, vel conſummentur, vide in cap. atteſtationes. eodem tit. ¶ Sponſaliorum probatio viro incumbit. cap. 1. de clandeſtin. desponſ. ¶ Sponſalibus conditio inhoneſta appoſita, quæ contra ſubſtantiam matrimonii fit, ea rumpit & diſſolvit. capit. ultim. de condit. appoſit. ¶ Ad ſponſalia conſummanda hortandus quis potiùs eſt quàm cogendus. capit. requiſivit. de ſponſal.

Sponſaliorum & Nuptiarum promiſcuus uſus: ideò 27. quæſt. 2. Gratianus diſſerit, an ſponſalia conjugii appellatione contineantur, ſeu an ſponſus & ſponſa conjuges rectè dicantur? cujus quæſtionis partem quidem affirmativam primùm probat argumentis & authoritatibus. dict. quæſtion. 2. in princ. cap. ſufficiat. §. cùm ergò. cap. beata. §. fin. cap. conjuger. capit. conjunx. capit. omne itaque. cap. qui deſponſatam. in princ. & §. 1. item capit. ſi quis deſponſaverit. §. fin. Deinde partem negativam defendit, ſponſalia videlicet conjugii appellatione non contineri, & ſponſum ſponſamque conjuges non rectè dici. dict. §. fin. cum ſequentibus. & dict. quæſt. 2. c. decreta. §. 1. cap. quod autem. §. unde apparet. §. item ſi ſponſa. cap. ſi quis ſponſam. §. 1. c. ſtatutum. §. apparet. Poſtremò Gratianus hanc canonum contrarietatem conciliare conatur, diſtinctione factâ inter conjugium initiatum & ratum: initiatum appellans, cui carnalis copula non intervenerit: ratum appellans, cui copula iſta intervenerit. dict. capit. ſtatutum. §. quomodo. & dict. quæſt. 2. c. cùm initiatur.

Sportularum nomine Clerici judicantes nihil pro ſuis ſententiis accipere debent. capit. cùm ab omni. 12. de vita & honeſtate Clericorum. Taxatio expenſarum pro literis cancellariæ dandarum. extrav. Ioan. XXII. incip. de ſententia excommun.

Statuta Eccleſiæ variari poſſunt pro tempore. capit. non debet. de conſanguinit. & affinit. ¶ Statuta Laicorum ſuper rebus Eccleſiaſticis non valent, niſi ab Eccleſia confirmentur: & ſtatuentes contra Eccleſiam ſunt excommunicandi, niſi ſtatuta revocent. capit. noveris. de ſentent. excommunic.

Ex Stipulatione pœnali ſi non fiat quod ſub pœna promiſſum eſt, actio datur ad pœnam petendam. Niſi matrimonium ſub pœna ſit promiſſum. capit. gemma. 29. de ſponſalibus. item niſi pro parte præſtitum ſit, quod ſub pœna promiſſum eſt, hoc enim caſu pœnalis ſtipulatio non niſi pro reliqua parte, non in ſolidum committitur. c. ſuam. 9. de pœnis.

Subdelegatus à Principe ſolus alteri cauſam ſubdelegare poteſt. c. cùm cauſam. de appell. ¶ A ſubdelegato ſi fuerit appellatum, delegatus procedere poterit, ſi aliquid juriſdictionis ſibi retinuerit. c. ſuper quæſtionum. de offic. deleg.

Subdiaconi. diſtinct. 21. c. Cleros. §. Hypodiaconos. ¶ Subdiaconus non debet eſſe minor viginti annis. diſt. 77. c. Subdiaconus. ¶ Calicem & patenam ad altare defert, Diaconis tradit, urceolum quoque & aquam, manile & manutergium tenet, &c. diſt. 25. cap. 1. §. ad Subdiaconum. diſt. 23. c. 1. §. deſervientes. ¶ Subdiaconus & Diaconus ſimili gaudent privilegio. c. miramur. de ſerv. non ordin. ¶ Subdiaconus à Papa ordinatus, privilegium habet. c. cùm in diſtrib. de tempor. ordin. ¶ Subdiaconus poteſt eligi in Epiſcopum, & cura animarum ei committi poteſt. c. à multis. & c. præterea. de ætat. ordin.

Succentor. diſtinct. 21. capit. Cleros. §. ſuccentor.

Succeſſor præſtat factum prædeceſſoris, niſi pernicioſum ſit: tunc enim mutat. 63. diſtinct. cap. quia ſancta. §. verum. ¶ Nemo plus juris ad alium transfert, quàm ipſe habuit. cap. nemo poteſt. 79. de regulis juris. in 6. ¶ Succeſſor uti debet jure ſui actoris. cap. is qui. 46. dict. tit. ſecùs ſi manifeſta ſit iniquitas. 100. diſt. c. novit. ¶ Succeſſor juſtam habet ignorantiæ cauſam. cap. cùm quis. 14. de reg. jur. in 6.

Suffraganeus, Archiepiſcopi delegationem invitus recipere non tenetur. c. paſtoralis. de offic. ordin.

Sui Clerici. cap. ſicut. 5. de verborum ſignificatione. in 6.

Superſtitio eſt, quidquid Inſtitutum eſt per homines ad facienda & colenda idola, vel ad colendam, ſicut Deum, creaturam. 26. q. 2. c. illud.

Suſpenſus nec eligi nec eligere poteſt. cap. cùm dilectus. de conſuet. nec beneficium conferre. c. ſi celebrat. de Cler. excommunic. ¶ Si celebret, privatur officio & beneficio. c. Cler. eod. tit.

Suſpenſionis cauſæ.

Quicunque Eccleſiam pro alienis debitis obligat, ſuſpenditur. capit. ſi quorundam. de ſolut. ¶ Suſpenſus eſt quicunque in mortali peccato exiſtit. capitul. quæſitum. de cohabit. Cleric. ¶ Judex Eccleſiaſticus, qui ſine ſcriptis ſententiam excommunicationis profert, per menſem ſuſpendetur ab ingreſſu Eccleſiæ: idem de eo qui ſententiam ex gratia vel favore in detrimentum alterius partis profert, c. 1. de ſent. & re judic. lib. 6. ¶ Clericus qui clandeſtinis matrimoniis præeſt vel intereſt, per triennium ſuſpendi debet. cap. cùm inhibi-

uio. de clandest. desponsat. ¶ Literas Capituli, qui corrupit, ab officio & beneficio suspendi debet. *c. cum literis. de testibus.* ¶ Sacerdos concubinarius, cùm in judicio per sententiam vel propriam confessionem condemnatur, suspenditur. *c. 6. de cohabit. Cleric.* ¶ Suspensus celebrans est deponendus. *c. veritatis. de dol. & contum.* ¶ Episcopus, Clericum alterius diœcesis ordinans sine literis dimissoriis, per annum suspenditur. *c. nullus. de tempor. ordin. in 6.* & Clerici Episcoporum sic suspensorum, possunt sine licentia eorum à vicinis Episcopis canonicè ordinari. *ibidem.* ¶ Prælati qui Ecclesias, vel bona immobilia Ecclesiarum dominio Laicorum subjiciunt, eos instituendo vel advocatos vel patronos, per triennium suspenduntur; Laici verò, qui ad hoc prælatos aliásve personas per vim compulerunt, cujuscunque conditionis sint, excommunicationem incurrunt, & nihilominùs ipsum factum ipso jure nullum est. *Gregorius in capit. hoc consultissimo. de rebus Eccles. non alien. lib. 6.* ¶ In suspensionis absolutione, juramentum de stando mandatis Ecclesiæ requiritur, ut & in excommunicatione. *capit. venerabili. de sententia excommunicationis.*

in Suspicionem fidelis homo facilè venire non debet. *11. q. 3. c. absit.* ¶ Suspecto non debet causa committi, nec committit Papa ex certa scientia. *cap. causam. de offic. deleg. & c. cùm inter priorem. de except.* ¶ Propter suspicionem, etiam injustam, potest dominus mandatum revocare. *cap. ex parte. de rescript.* ¶ Ex suspicione potest uxor accusari de adulterio. *capit. maritus. de adult.* ¶ Suspicionis causa non coram suspecto judice, sed coram arbitris est probanda. *cap. secundò requiris. de appell.* ¶ Suspecti judicis causa coram quo probanda sit, *vide in c. suspicionis. de offic. deleg.* ¶ Suspicio sola, licèt vehemens non condemnat. *c. literas. de præsumt.*

de Symbolo prædicando. *de cons. dist. 4. c. symbolum.*

T.

Tabellionatus officio uti non debent Clerici in sacris ordinibus constituti. *c. sicut. ne Cleric. vel Monach.* ¶ Tabellionatus officium *vide in cap. quemadmodum contra falsam. de probat.*

Taciturnitas bona & mala. *43. dist. c. in mandatis.*

Tempore prior est jure prior. *cap. quia diversitatem. de concess. præbend.* ¶ Temporis cursus crimen probat, nec currit tempus, nisi à tempore notitiæ. *c. excommunicamus. 1. de hæretic.*

Tentatio multiplex: Dei, hominis & Diaboli. *de pœnit. dist. 2. §. opponitur. & §. econtrariò.*

Tergiversatio est deceptio, & sine tergiversatione notorium dicitur, quod nullâ arte celari potest. *c. cùm in partibus. de verbor. signific.*

Testamentum unde dictum, definitur. *13. q. 2. c. placuit. §. vel ut quidam. versic. unde & testam.* ¶ Testamentum pupillare paterni testamenti pars est. *c. 1. §. fin. in fine. de testamentis. in 6.* ¶ Testatoris privata dispositio, generalem canonis constitutionem non mutare potest. *capitul. requisivisti. de testament.* ¶ Testamentum multis modis dicitur. *capit. cùm Marthæ. de celebrat. Miss.* ¶ Testamentum morte confirmatur. *ibidem.* ¶ Relictum testamento Episcopo, præsumitur intuitu Ecclesiæ relictum, nisi à propinquo, aut speciatim intuitu personæ datum sit. *capitul. requisivisti. de testament.* ¶ In testamenti dispositione & executione consuetudo terrarum est observanda. *capitul. Raymuius. de testament.* Testator potest solutioni legatorum pœnam imponere. *ibidem.* ¶ Testamento legata ab hæredibus sunt præstanda, nisi sit alius executor. *ibidem.* ¶ Testamentum legitimum impediens, excommunicandus est. *cap. si hæredes. eodem tit. & capit. penultim. eodem.* ¶ Testatoris vota observanda, ubi nec fraus nec dolus intervenit. *capit. requisivisti. eodem titulo.* ¶ De indistinctè Ecclesiæ relictis Episcopus canonicam portionem sumere debet. *ibidem.* quæ verò sit ea canonica portio, *vide in capit. ex parte 3. de verbor. significat.* ¶ Testamentum in fraudem Ecclesiæ non valet. *capit. de his. de testament.* ¶ Compellendi sunt per Episcopos executores, ut voluntatem testatoris exequantur, & si noluerint, vel negligentes in executione sint, Episcopus ipse exequatur. *capit. tua nobis. & capit. Ioannes. de testament.* ¶ Qui extremam voluntatem in alterius dispositionem committit, non videtur decedere intestatus. *capit. cùm tibi. de testam.* ¶ Abbatissa testamentum de rebus Ecclesiæ condere non potest. *cap. 2. de reb. Eccles. non alien.* ¶ Alienatus mente testamentum condere non potest. *capit. ult. de success. ab intest.* ¶ Testari non potest Clericus de bonis mobilibus vel immobilibus Ecclesiæ, sed eleemosynas mediocres dare ei permittitur: de propriis verò liberè testatur. *cap. relatum. de testament.* ¶ Testamentum duorum vel trium testimonio probatur. *ibidem.* ¶ In testamenti causa non secundùm leges, sed secundùm canones est judicandum. *cap. relatum. de testam.*

Testamenti Veteris & Novi differentia. *31. quæst. 1. cap. si quis fuerit. §. sed in veteri.*

Testis. *capit. forum. 10. §. testes. de verborum significatione.* ¶ Testes ad testimonium ferendum cogi possunt. *1. 1. de testibus cogend.* ¶ Ad probationem tamen criminis nemo invitus cogitur. *capitul. delictorum. eodem titulo.* ¶ Testis ex intervallo dictum mutare non potest. *capit. per tuas. de probat.* ¶ Post testium renuntiationem, & publicationem testimoniorum peremptoria exceptio probari & opponi potest. *capit. series. de testibus.* ¶ Formam juramenti quod testes præstare debent, *vide in cap. quoties. de testibus.* ¶ Testes possunt super novis articulis produci, attestationibus licet publicatis *capitul. fraternitatis. eodem tit.* ¶ Testis semel in causa jurare debet. *cap. præterea. de testib. cog.* ¶ Testes idonei i

idonei iterùm recipi possunt. *cap. præsentata. eodem titulo.* ¶ Testi non creditur nisi jurato. *capit. nuper nobis. eod. tit.* ¶ Testes etiam absente judice sumuntur. *capit. significavit. de offic. jud. ordin.* ¶ Testium receptio in causâ matrimoniali, & ante & post litem contestatam valet. *capit. accedens. 2. ut lit. non contestat.* ¶ Tertia testium productio concedenda est, sed quarta non facilè admittenda, nisi cum juris solennitate. *capit. in causis. de testibus.* ¶ Testem impediens ne testimonium dicat, excommunicetur. *capitul. constitutus. eodem titulo.* ¶ Testes producuntur extra judicium quandoque ad perpetuam rei memoriam. *cap. Albericus. de testib.* ¶ Testes examinari & audiri possunt in alia provincia, quàm ubi litigatur, & per alios quàm per judices ipsos. *capitul. cùm olim. eod. tit.* ¶ Testium reprobatio mutua, tertiam iterationem non excedat. *capit. licèt. 3. eodem titulo.* ¶ Testium productio quarta quando peti, & quando concedi possit, *vide in capit. penult. eod. tit.* ¶ Testium juramentum potest à partibus remitti. *capit. tuis quæstionibus. eodem titulo.* ¶ Testium dicta discordantia judex, quatenus fieri potest, concordare debet, eorumque dicta in benigniorem partem interpretari. *capit. cùm tu. de testibus.* ¶ Testes iteratò examinare potest judex ex officio. *capit. cùm clamor. eodem titulo.* ¶ Testes nomine instrumentorum continentur. *capit. cùm Ioannes. de fid. instrum.* ¶ Secundùm testium dicta judicandum est. *capit. tertio loco. de probat.* ¶ Testes partibus præsentibus producantur, nisi alterutra pars contumaciter absit. *c. in nomine. eod. tit.*

Qui & quales ad testimonium dicendum admitti debeant, quidq; in iis observandum.

Testes qui dicantur idonei, *vide in capit. forus. de verbor. signific.* ¶ In testibus quæ sint circumstantiæ inquirendæ, *vide in capit. cùm causam. de testibus.* ¶ Testes super positionibus sunt diligenter examinandi. *capit. 1. de testibus. in 6.* ¶ In causâ denuntiationis vel correctionis, principalis persona testis legitimi loco habetur. *capit. in omni negotio. de testibus.* ¶ Testes debent infamiâ, suspicione, & omni denique maculâ carere. *capit. 1. de except.* ¶ Consanguinei testes requiruntur ad probationem consanguinitatis, hique aliis omnibus præferuntur. *cap. quoties. de testib.* ¶ Testis non potest esse actor & procurator in eadem causâ. *cap. insuper. eod. tit.* ¶ Testium non multitudo, sed qualitas consideranda, & testium authoritas multitudini præfertur. *ibid.* ¶ Testium numerus, ubi non exigitur certus, duo vel tres sufficiunt. *capit. licèt universis. de testibus.* & testibus ejusdem honestatis existentibus, prævalet numerus. *ibidem.* ¶ Testium juratorum tantùm valet testimonium *cap. præterea. de testib.* ¶ Testes qui perjurii suspecti sunt, non audiri debent. *cap. in literis. de testibus.* ¶ Testis unus ad condemnationem solus non sufficit. *c. veniens. eod. tit.* ¶ Testes miraculorum, qualiter examinandi. *cap. venerabili. eod. tit.* ¶ Testes jejuni deponere debent. *c. 1. de testib.* ¶ Testis potest esse Clericus in causa Ecclesiastica, & religiosus in causa Ecclesiæ suæ. *cap. cùm nuncius. eod. tit.* ¶ Testes plures quàm mater & filia requiruntur ad matrimonii probationem. *c. super eo. eod. tit.* ¶ Testis potest esse judex delegatus in causâ sibi commissâ, dummodò officium judicandi deponat. *capit. dilecto filio. eod. titulo.* ¶ Testis minùs legitimus in odiosa exceptione admittitur. *c. tam literis. eod. tit.* ¶ Testes admitti possunt in causa matrimoniali super uno articulo, testationibus publicatis. *cap. ex tenore. eod. tit.* ¶ Testis idoneus non dicitur, cui criminalis objectio fieri potest. *c. 1. eod. tit.* ¶ Religiosus in Ecclesiæ suæ causâ testis esse potest, modò patronus ejus non sit. *c insuper. de testib.*

Quibus de causis testes reprobentur.

Testes quibus de causis reprobentur, *vide in cap. si quis testium. & cap. ex parte. de testib.* ¶ Testis in uno judicio receptus, non facit fidem in alio, nisi inter easdem personas. *capit. constitutus. de testibus.* ¶ Testis sibi contradicens reprobatur. *cap. licèt. de probat.* ¶ Testes in probatione singulares reprobantur. *c. cùm dilectus. de elect.* ¶ Testes familiares ad matrimonii diruptionem non admittuntur. *c. in literis. de testib. & attest.* ¶ Testis in mea causa esse non potest is, cujus testimonium in alia causa reprobavi. *c. insuper. de testib.* ¶ Testes quibus crimen objicitur, à testimonii dictione removentur. *capit. super eo. de testib.* ¶ Testis cui in modum exceptionis crimen objicitur, aliquâ pœnâ affici non debet, sed tantùm à testimonio repelli. *capit. 1. de except.* ¶ Testis varians & vacillans repellitur. *capit. cùm Ecclesia. de caus. possess. & proprietat.* ¶ Qui contra testes aliquid opponit, publicatis attestationibus, de malitia jurare debet. *capit. præsentium. de test.* ¶ Testis esse non potest quis criminis, ejusdem criminis accusatus. *capit. venient. eodem tit.* ¶ Testimonium de auditu in causâ matrimonii non valet. *capit. licèt ex quadam. eodem tit.* ¶ Judæus in causa Christiani testis esse non potest, non econtrà. *cap. Judæi. de testibus.* ¶ Testes qui testificanda didicerunt, reprobantur, nisi in causâ matrimoniali. *capitul. constitutis. & c. cùm in tua. eodem titulo.* ¶ Laicus in criminali causa contra Clericum testimonium perhibere non potest, accusat tamen pro sua vel suorum injuria. *capit. de cætero. de testibus.* ¶ Socius criminis, in criminali causa non admittitur tanquam testis. *cap. sicut nobis. eod. tit.* ¶ Si crimen testibus objiciatur, & judex nihilominùs secundùm eorum dicta sententiam ferat, revocanda sententia. *cap. ex parte. A. eod. tit.* ¶ In causâ testis is idoneus non est, qui consimilem causam habet. *capit. personas. eod. titulo.* ¶ Conspiratores ad testimonium dicendum non admittuntur. *capit. cum I. & A. de sentent. & capit. suborta. & capit. per tuas. 2. de simon.* ¶ Testimonio unius prævalet fama. *capit. super eo. de consang. & affin.* ¶ Ad testimonium dicendum non admittuntur inimici capitales. *cap. licèt Hely. de simon.*

de Theologiæ studiosis ad scholas transmittendis. *capitul. ultim. de magistris.*

Thesau-

Thesaurarii officium. *dist. 25. cap. 1. §. ad thesaurarium.*

Timor Dei. *11. quæst. 3. capitul. qui omnipotentem.*

Tonsuram primam potest Abbas dare Monacho suo. *cap. cùm contingat. de ætat. & qualit.* ¶ Tonsuram gestare non tenetur Clericus uxoratus. *capit. Ioannes. de Cleric. conjug.* ¶ Tonsura non privilegiat uxoratos. *c. cùm decorem. eod. tit.*

de Torneamentis non exercendis. *c. 1. in prin. de torneamentis.* Mutatur ac tollitur hoc *extravag. Ioan. XXII. unicâ. eod. tit.*

in Toto & pars continetur, & in eo quod plùs est, continetur minus. *c. plùs semper. 35. & c. in toto. 8. de reg. jur. in 6.*

Traditio Rei præsumitur ex solutione pensionis. *c. cùm venisset. 9. de Restitut. spoliat.*

Transactio non minorem authoritatem, quàm res judicata obtinet, omnemque disputationem causæ principalis tollit exceptionis ope. *c. 1. de transactionibus.* Nisi de beneficio Ecclesiastico acceptâ pecuniâ sit transactum. *c. cùm pridem. 4. de pactis.* item nisi de causa matrimoniali sit transactum. *c. ultim. versic. exceptis nimirum. de transactionib.* aliàs non rescinditur, etiamsi transigentem statim pœnituerit. *c. quod semel. 21. de reg. jur. in 6.* quod si adversa quoque pars fidem transactioni non præstet, & altera eam servat, non tenetur. *capit. frustrà. 75. de regul. jur. in 6.* ¶ Transactio dicitur amicabilis compositio. *c. ex literis. & c. sequenti. de transact.* ¶ Transactio in matrimoniali causa locum non habet. *c. ex parte. eod. tit.* ¶ Transactio super subjectione spirituali non valet, nisi in beneficiis Ecclesiasticis. *c. præterea. & cap. super eo. eod. tit.* ¶ Transactio in spiritualibus, quæ fit mediante pecuniâ, non valet, sed ea per compositionem amicam secundùm jus fieri debet. *c. constitutus. cap. præterea. & cap. de cætero. eodem tit.* ¶ Transactio in decimis locum non habet. *cap. veniens. eod. tit.* ¶ Transactio quæ juri non est contraria, ab Episcopo rata habetur. *c. de cætero. eod. tit.* ¶ Transactione factâ, omnia priora instrumenta cassantur, & prævalet instrumentum transactionis. *cap. 1. eod. tit.* ¶ Transactio fieri non debet super Ecclesiastico beneficio: quia speciem continet simoniæ talis transactio. *c. constitutus. de transact.* ¶ Transactio super decimis inter personas Ecclesiasticas valet, si fiat authoritate diœcesani. *c. statuimus. eod. tit.* ¶ Transigere non potest Prælatus sine literis Capituli. *c. contingit. eod. tit.* ¶ Per transactionem non potest nova pensio Ecclesiæ imponi per partium pactionem, sine vitio simoniæ. *c. præterea. & c. 1. de transact.*

Treugæ quando servandæ, & circa quas personas: item ipsas frangentium pœna. *cap. 1. de treug.*

Tributum etiam licitè ab Ecclesia datur, sed intuitu pacis. *23. q. 1. c. quid,*

Tutela Triplex. *16. q. 1. c. generaliter.* ¶ A tutela & cura excusantur Clerici & Monachi. *dist. 88. cap. ult. 16. quæst. 1. c. generaliter. 21. q. 3. c. Cyprian.* ¶ Pubertate pupilli finitur tutela. Cui tamen contradicit *c. puberes. 3. de desponsat. impub.*

Tutor tenetur defendere pupillum, & judicium nomine ejus suscipere. *12. q. 1. c. 1.* Nisi tutor esse desierit. *c. ex parte. 67. de appellat.*

V.

Vacante sede, status ejus mutari non debet. *c. 1. ne sede vac.* ¶ Vacante imperio, ejus vicem supplet Ecclesia, & ad eam appellari potest. *capit. licèt. de for. compet.* ¶ Vacantium Ecclesiarum custodia ad Archidiaconum spectat. *capit. ut Archidiaconus. de offic. Archidiac.* ¶ Vacare non debet Ecclesia regularis vel cathedralis ultra tres menses. *capit. ne pro defectu. de elect.* ¶ Non vacans præbenda nemini promitti debet. *c. relatum. de conces. præbend.* ¶ Vacante sede, nulla præscriptio currit. *capit. illa. ne sede vacante.* ¶ Vacante sede, attestationes contra sedis statum receptæ non valent. *c. fin. eod. tit.* ¶ Vacante beneficio ultra id tempus, quo conferendi potestas ad Episcopum devolvitur, Papa conferendi illud jus habet, vel legatus ejus. *capit. 2. de conces. præbend.* ¶ Vacantem Episcopatum conferre non potest Archiepiscopus, sed quidem minora beneficia. *capit. dilectus filius. eod. tit.* ¶ Vacante sede, potest Capitulum supplere vices Episcopi, in quibus Episcopo non præjudicatur. *c. his quæ. & c. cùm olim. de majorit. & obed.* ¶ Vacante sede Metropolitanâ, potest Capitulum Suffraganeum confirmare. *ibid.*

Vanitatem & sensus obscuritatem deducit omnis scientia, quæ ad tropologiam non confertur. *37. dist. c. nonne.*

Vasallus vasalli coram vasallo conveniendus est, & non coram domino principali. *c. ex transmissa. de for. compet.* ¶ Vasallus feudum sine consensu domini alienare non potest. *c. quæ in Ecclesiarum. de constit.*

Vates. *distinctione vigesimâ primâ, capit. Cleros. §. vates.*

Vectigal novum non potest Episcopus imponere monasterio. *c. scientes. 3. & c. innovamus. 10. de censibus.*

Velum de manu Sacerdotis dari potest. *cap. consuluit. qui Cleric. vel vov. contr. poss.*

Venatio quæ Clericis permissa. *76. distinct. capitul. Esau. de consecrat. distinct. 5. c. nunquam.*

Vendendi carius emendiq; studium, maximè Clericis prohibetur. *14. quæst. 4. c. canonum.*

Si *Venditor* deceptus sit ultra dimidium justi pretii, valet quidem venditio, sed venditori datur actio, ut restituto pretio rem recipiat. *capit. cum dilection. 3. & capit. cum causa. 6. de empt. & venditione.* Nisi emptor offerat quod justo pretio deest.

dist. cap. 3. & dist. cap. 6. & d. dist. 1. repl. 1. ¶ Venditor cogi potest, ne cariùs vendat merces suas transeuntibus, quàm in mercato vendere possit. *cap. 1. de emptione & venditione.* ¶ Venditor vitium rei in vendendo indicare tenetur: aliàs empti actione vel redhibitoria tenetur. Nisi emptor vitium scivit. *capit. cum qui certus. 31. de regulis juris, in 6.*

Re *Venditâ* evictâ, emptor regressum habet adversùs venditorem de præstandâ evictione. quod fallit, si emptor conventus non denuntiavit venditori, ut defensioni rei adesset. *cap. ult. in princ. de empt. & vend.* item fallit si emptor contumaciter absuit tempore sententiæ latæ. *dict. c. ult. vers. vel contumaciter.* Tertiò si per injuriam judicis emptor victus sit. *d. c. ult. vers. seu per injuriam.*

Venditio celebrata intelligitur, si pretium receptum sit, vel fides de eo habita, licèt res nondum sit tradita. *c. in tantum. de simon.* ¶ Transeuntibus nil cariùs vendendum quàm incolis. *cap. 2. de empt. & vend.* ¶ Venditare minus dimidio pretio, in optione emptoris est, venditionem rescindere, vel pretium justum supplere. *c. cùm dilecti. eod. tit. & c. cum causa. eod. tit.* ¶ Vendita res Ecclesiastica revocari debet. *c. ad nostram. de reb. Eccles. non alien.* ¶ Venditor tribus casibus emptori non tenetur de evictione. *c. si venditori. de empt. & vendit.* ¶ Vendi vel venales exponi non debent reliquiæ sanctorum. *c. 1. de reliquiis.*

Veniæ facilitas incentivum præstat delinquendi. *23. quæst. 4. cap. est injusta, in fin. & cap. si ea. cum seq. 36. quæst. 9. capit. loci. 86. dist. c. inferiorum.*

Verba cum effectu sunt accipienda. *c. relatum. de Cleric. non resid.* & ex intentione proferentis sunt intelligenda. *c. secundò requiris. de appellat.*

Veritas non est omittenda propter scandalum evitandum. *c. qui scandalizaverit. 3. de reg. jur.*

à Veritate Dei exit, qui à fide & charitate abit. *25. q. 3. c. cùm aliquis.*

Vestis quæ non propter necessitatem, sed propter venustatem accipitur, elationis habet calumniam. *21. q. 4. c. 1.*

Vidua. *distinct. 34. cap. vidua. cap. presbyteri. §. vidua.*

de Vi publica & privata accusari potest, si quis alicui vim fecerit: hoc judicio accusari potest. quod fallit si magistratus alicui vim fecerit. *23. quæst. 5. c. non est. c. qui malos. & cap. judex.* item si jussu magistratus vim fecerit. *23. quæst. 4. c. duo ista. §. fin. cap. cum sequente.* ¶ Vim faciens ab ejus loci magistratu puniendus est, in quo crimen commisit. *c. 1. de raptoribus.* ¶ Ex vi facta in litem juratur taxatione à judice facta. *cap. ultim. de his quæ vi metusve.* ¶ Vim inferentis pœna Ecclesiastica, excommunicatio. *dict. cap. 1. & c. excommunicationi. 3. eod. tit. item 23. q. 8. cap. si quis membrorum. & capit. pessimam.* De pœna hujus criminis Lombardica & seculari. *12. quæst. 2. cap. cùm devotissimam. cap. si seculi.*

Vicarii officium *vide in cap. ad audientiam de offic. vicar.* ¶ Vicarius à pastore secundo removeri non potest. *c. ad hæc §. persona. eod. tit.* ¶ Vicarius non potest sibi ipsi constituere vicarium. *c. Clericos. eod. tit.* ¶ Vicarii residere debent, & Sacerdotes esse. *c. ex parte. eod. tit.* ¶ Vicarius Papæ non habet potestatem extra urbē. *c. tua. eod. tit.* ¶ Vicarius Papæ obediat, vel privetur beneficio. *c. illud. de excess. prælat.* ¶ Vicarius Episcopi quam potestatem habeat, *vide in cap. petitio. de procur.* ¶ Vicarius animarum curam in Ecclesia recipiens, vicariatûs officio renunciâsse videtur. *c. 1. de offic. vicar.* ¶ Vicarium successor removere non potest, nec ejus reditus minuere. *c. ad hæc. eod. tit.* ¶ Vicarius Papæ plus juris non habet, quàm sibi committitur. *c. sua nobis. eod. titulo.* ¶ Vicarius Prælati excommunicati, non est propterea excommunicatus. *capit. inter. de sentent. excommun.* ¶ Vicariatus plures quis habere non potest. *c. provideas. de offic. vicar.*

Vitiatus enormiter ad ordinem promoveri non potest: & qui Presbyter fieri non potest, in Prælatum vel Episcopum multò minùs eligi potest. *c. 1. & cap. exposuisti. & c. cùm de tua. de corpor. vitiat.*

Viduas tenetur Ecclesia defendere. *capit. ex parte. de for. comp.*

Viri verbo standum est, dicentis se uxorem cognovisse, licèt illa neget. *c. cùm contingat. de desponsi. impub.*

Visitare non debent Episcopi, Prædicatores & Minores. *cap. nimis iniqua. de excess. prælat.* ¶ Visitare potest Archiepiscopus ordinario jure provinciam suam, & procurationem petere. *c. Romana. de censib. in 6.*

Unctionem sacram solus Sacerdos conferre potest. *c. quæsivit. de verb. signific.* ¶ De unctione sacra, ejus effectu & speciebus, *vide c. 1. de sacr. unct.*

Uniri potest unum monasterium alteri. *c. 2. de religios. dom.*

Unitas fidei ubi est, ibi nihil contrarium infert diversitas. *7. q. 1. c. nihil.*

Universitati debitum, non debetur singulis ex universitate. *c. cùm Clerici. 19. de verb. signif.*

Voluntas. *15. quæst. 1. in princ. §. est autem voluntas.*

Votum non infringitur, cùm in melius mutatur. *capit. pervenit. de jurejurand.* ¶ Vovens ex timore non obligatur. *capit. veniens. qui Cleric. vel vov.* ¶ In voto tria attendenda. *capit. magnæ devotionis. de vot.* ¶ Votum dementis non obligat. *capitul. sicut error. de regul.* ¶ In redemptione voti peregrinationis attendenda est persona & locus. *capitul. quod super his. eodem titulo.* ¶ Episcopi votum peregrinationis exequi non possunt, sine licentia Papæ. *capitul. magnæ. de vot.* ¶ In voto peregrinationis

nis dispensare potest Episcopus, excepto voto transmarino. *capit. 1. & cap. non est. de vot.* ¶ Votum castitatis uxor, marito invito, facere non potest. *capit. catrissimus. de convers. conjug.* ¶ Votum in pueritia factum non obligat. *capit. venientis. de vot.* ¶ Vovens temporale, absolvitur per præstationem spiritualis. *capit. scripturæ. eodem tit.* ¶ Episcopus sine consensu Capituli, nec Capitulum sine consensu Episcopi votum facere potest. *capit. magnæ devotionis. eodem titulo.* ¶ Votum religionis vovens, & tempus statutum non observans, transgressor est, nec Episcopus fieri potest. *cap. per tuas. eodem titulo.* ¶ Votum simplex, matrimonium contrahendum impedit, sed contractum non dirimit. *capit. meminimus. qui Clerici. vel vov.* ¶ Votum transmarinum potest vovere vir, etiam uxore invitâ. *capit. ex multa. de vot.* ¶ Votum defuncti potest superstes implere. *capitul. licèt. de vot. & vot. red.* ¶ Prælatus potest votum ultramarinum emittere, & vigesimam proventuum Ecclesiæ expendere. *capitul. final. eodem titulo.* ¶ Votum religionis vovens, ad illius præstationem compellendus est. *cap. porrectum. de regular.* ¶ In voti præjudicium non statur juramento. *capit. vidua. de regular.* ¶ Votum peregrinationis potest quis per alium exequi. *capitul. licèt. de vot. & vot. redempt.* ¶ Voti reus non habetur, qui ægrotus jejunium frangit. *capitul. quod non est. de regul. juris.* ¶ Votum religionis non valet, invito alterutro conjuge. *cap. quidam intra. de convers. conjug.* ¶ Votum conjugatorum religionem intrantium coram Episcopo fieri debet, aliàs non valet. *c. 1. eod. tit.*

Usuræ debentur ex mora, quod fallit si non reus, sed alius moram fecerit: nam reo alterius mora non nocet. *capit. mora. 25. de regul. jur. in 6.* item fallit si reus interpellatus exceptione se tueri potuit. *c. non est. 60. eod. tit.*

Usurarii utriusque testamenti paginâ damnantur. *capit. quia in omnibus. 3. versicul. & qualiter. capit. super eo. 4. in princip. de usuris.* quia omnis negociatio est prohibita. *capit. ejiciens. in princip. distinct. 88.* Objectio ponitur & solvitur. *dict. capit. ejiciens. §. dicit aliquis.* ¶ Usurarius raptori æquiparatur. *decima quarta quæstion. 4. capit. si quis usuram. capit. quid dicam. capit. ult. versic. sine ferro.*

Usurarius ex quibus causis quis accusari possit, vel non.

Si Usuras quis exerceat. *capitul. 1. in princip. de usuris. in 6. capit. 2. de vita & honestate Cleric.* ¶ Si quis Annonam vel Vinum emat, ut pluris vendat. *14. quæstion. 4. capit. quicunque.* Nisi cùm tempus traditionis rei emptæ esset dilatum, verisimiliter dubitetur, utrùm plùs vel minùs tempore traditionis res sit valitura. *dict. capitul. ultim. §. ille quoque.* Si Fructus pignoris creditor pro pecunia credita loco usurarum percipiat. *capit. 1. de usuris.* quod fallit si beneficium Ecclesiasticum hoc modo à Laico rediniatur. *dict. capitul. 1. versicul. nisi fortè Ecclesiæ beneficium.* item si dominus à vasallo feudum pignori acceperit, remissis ei servitiis. *cap. 1. de feudis. cap. conquestus. §. in fine. de usuris.* Tertiò si pro dote maritus pignus accepit. *capit. salubriter. 16. dict. titulo.* ¶ Si quis Plus justo pretio rem suam vendiderit ob dilatam pretii solutionem. *dict. cap. 10. vers. & an negotiator pœnâ consimili. item capit. in civitate. 6. eodem titulo.* Nisi aliàs non erat rem distracturus. *cap. ultim. §. fin. de usuris.* ¶ Si Parabolam juramenti non aliter concedit, quàm emolumentum aliquod inde percipiat. *capit. 10. versicul. & utrùm eodem reatu. de usuris.* ¶ Si quid ultra Sortem recipiatur. *cap. consuluit. 10. de usuris. 14. q. 3. in princip. cum sequentib. q. 4. c. si quis Clericus. in fine. & c. nullus.*

Usurarius Clericus deponitur. *cap. 1. §. quòd si post. & cap. præterea. 7. de usuris. 14. quæst. 4. capit. 1. capitul. si quis oblitus. cap. quoniam.* ¶ Usurarius Testamentum facere prohibetur. *capit. quanquam. 2. §. final. de usuris, in 6.* ¶ Ut usurarii peregrini expellantur, nec domus illis locetur. *capit. 1. §. & quia de usuris, in 6.* ¶ De hæredibus usurarii defuncti. *capit. tua nos. 9. de usuris.* ¶ Usurarii ad usuras restituendas compelli debent. *capit. cùm tu. de usuris.* etiamsi debitor creditori juraverit, se non petiturum. *capit. ad nostram. de jurejurand.* ¶ Usurarius contractus quando æstimetur, *vide in cap. in civitate. & capitul. conquestus. de usur.* ¶ Contra usuras constitutio facta ad præterita trahitur, & ultra sortem nil peti potest. *capit. cùm tu. & capit. naviganti. de usuris.* ¶ Usurariorum pœna habetur *in cap. quia in omnibus. eod. tit.* ¶ Appellanti usurario deferendum non est. *cap. quàm pernicioſum. eod. tit.* ¶ In usuræ crimine non potest dispensari. *capit. super eo. eod. tit.* ¶ Contra usurarium potest hæres, sicut & dominus, agere. *c. illo vos. de pig.* ¶ Usura non est, beneficium Ecclesiasticum pecuniâ redimere. *cap. 1. de usur.* ¶ Usura est, rerum hypothecatarum fructus in sortem non computare. *capitul. quoniam. eodem titulo.* ¶ Usuras restituere compelluntur etiam Judæi. *capit. quantò amplius. eodem titulo.* ¶ Contra usurarium potest procedi, deficiente accusatione, ex sola fama. *capit. cùm in diœcesi. eod. tit.* ¶ Usurariis publicis nemo domos locet. *capit. 1. de usuris, in 6.* ¶ Usurarius publicus; quomodocunque pœniteat, sepeliri non debet, si quatenus potest, præsentibus non statim usuras restituat, pro absentibus verò aliqui fide digni ejus parochiæ, ordinario vel ejus vicario sic obligentur, ut illis actio acquiratur super restitutione facienda. *cap. quanquam. eod. tit.* nec Religiosi ejusmodi usurariorum testamentis interesse, vel eorum confessionem audiri, nec absolvere debent, nisi satisfaciant quatenus poterunt pro modo facultatum. *c. ult. eod. tit.*

Usus non debet tolli per abusum. *14. quæst. 5. cap. neque enim.* qui non Utitur partis, aut malè utitur, alienum possidere videtur. *14. q. 4. c. quid dicam. §. hæc utique.*

Usucapione quoque rerum dominia acquiruntur. *16. quæst. 2. capit. placuit. §. possit.*

Qui

Qui Usucapere non possint.

Qui sciens rem alienam Possederit, rem non usucapit. *34. q. 1. c. si virgo. vers. sicut in jure. & c. ult. de præscr.* etiamsi tringinta annorum præscriptio objiciatur. *c. vigilanti. 5. c. si diligenti. 17. §. si verò dicatur. & c. ult. de præscriptionibus. c. possessor. 2. de reg. jur. in 6.* ¶ qui non suo, sed alieno nomine Possederit. *c. si diligenti. 17. in princ. de præscriptionibus.* ¶ si Possessor medio tempore vel post impletam usucapionem privilegium contrarium usucapioni petierit. *c. veniens. 19. de præscr.* ¶ si is qui rem usucepit, posteà eam rem possidere desierit: si malâ fide qui præscripsit, possederit. *d. c. placuit ut. §. quòd si mala. vers. si verò aliquo.*

Quæ Usucapere non liceat.

¶ res Ecclesiæ usucapi non potest. *16. q. 3. c. licèt. c. placuit ut. §. potest etiam.* ¶ res Fisci vel Imperatoris usucapi nequit. *16. q. 3. c. penult. §. universas.* in rebus non Possessis non procedit usucapio. *cap. cùm olim. 18. in fine. de præscriptionib.*

Quemadmodum Usucapio impediatur.

¶ si Causa falsa vel nulla possessionis fuerit. *c. 1. de præscript. in 6. c. 1. de reg. jur. in 6.* Nisi jus commune, vel præsumptio sit pro possidente. *d. c. 1. de præscript. in 6.* item nisi tempus sit triginta annorum quo possedit, vel immemoriale. *d. c. 1. in fin. & d. c. placuit ut. §. si autem nullo titulo.* ¶ sine Possessione. *c. sine possessione. 3. de præscript. in 6.* veluti etiam, si non per legitimum tempus possederit. quod fallit si accessione utatur sui authoris. *16. quæst. 3. c. placuit ut. §. quòd si ab eo.* Nisi ab eo cautàm possidendi non habeat possessor, vel ipse malâ fide possideat. *d. c. placuit ut. §. quòd si mala. versic. nec sibi proderit.* ¶ si Possessio fuerit interrupta, & res medio tempore non possessa, non usucapitur. *d. c. placuit ut. §. hæc de præscript. decennii.* Nisi à tempore possessionis recuperatæ triginta anni excesserint. *d. §. hæc de præscription. vers. quod si per.*

Ususfructus in iis rebus quæ usu consumuntur, constitui non potest. *extravag. Ioann. XXII. ad conditorem. 3. §. quod autem quoad res. de verborum signific.* ¶ De cautione ab usufructuario præstanda. *c. ult. de pignorib.* ¶ Ususfructus est jus utendi fruendi rebus alienis salvâ earum substantiâ. *c. ult. de pign.* ¶ Usufructuarius cautionem dare tenetur de rebus immobilibus, quæ usu non consumuntur. *c. ult. eod. titulo.* eamque dare debet ad arbitrium boni viri, primò de rebus honestè fruendis, secundò etiam de eisdem restituendis termino elapso. *ibid.*

Utile non debet per inutile vitiari. *c. utile. 37. de reg. jur. in 6.*

Uxor ex quibus causis non sit dimittenda. *32. q. 5. c. si uxorem.*

Uxoris & Viri paria Jura quoad castitatem. *32. q. 4. c. nemo. & c. nec.*

Uxorem cognoscens libidinis causâ, & immoderato affectu, peccat. *32. quæst. 4. c. origo. & c. liberor.*

Uxorem in adulterio deprehensam, an liceat occidere. *33. q. 2. c. interfectores. cum sequente.*

Uxores duas simul habens de facto, bigamus est, & infamis. *c. debitum. de bigam.* ¶ Uxores plures semper fuit illicitum habere. *cap. gaudemus. de divort.* ¶ Uxor quæ credens virum mortuum religionem ingressa est, eo redeunte marito est restituenda, nec eo postmodùm moriente ad religionem cogenda est. *c. placet. de convers. conjug.* ¶ Vir uxori restitui debet, si illo religionem ingresso, illa non continet. *c. præterea. de convers. conjug.* ¶ Uxor dimitti non debet sine judicio Ecclesiæ. *capit. duo. de desponsi. impub.* ¶ Uxori viro ante diffinitivam sententiam non est restituenda, si odium capitale timeatur. *c. extransmissa. de rest. spol.* ¶ Uxoratus beneficio & officio privetur in minoribus ordinibus constitutus. *cap. quod à te. de Cler. conjug.* ¶ Uxor non debet privari dote propter maleficium viri. *cap. ex literis. de pignor.* ¶ Uxore sene & castitatem vovente, potest vir cum ejus licentia religionem ingredi, illâ in seculo remanente. *cap. cùm sis. de convers. conjug. & cap. sanè. de Cleric. conjug.* ¶ Uxor restituenda est viro religionem egredienti. *cap. accedens. de convers. conjug.* ¶ Uxorem fornicationis causâ dimittens, aut contineat, aut ei reconcilietur. *capit. ex literis. de divort.* ¶ Uxorem infidelem repudians, si convertitur, non ducat aliam illâ vivente. *cap. gaudemus. de divort.* ¶ Uxor ante viri reditum alteri nubere non potest, nisi de viri morte constet. *cap. in præsentia. & cap. dominus. de sponsal.* ¶ Uxorem propter hæresin relinquens eam cogitur recipere, si restitutionem petat. *cap. quantò. de divort.* ¶ Uxor petens restitutionem repellitur, si notoriè fornicata est, & maritus continuit: quòd si non continuit maritus, sed cum alia adulterium commisit, eam, quamvis fornicata sit, recipere cogitur. *c. significasti. de divort.* ¶ Uxor Ecclesiæ judicio à viro separata religionem ingredi potest. *c. mulier. de convers. conjug.* ¶ Uxor vivente viro testari potest. *c. judicante. de testam.* ¶ Uxor in mortem viri machinata, ei posteà nubere non potest. *c. si qua. de divort.* ¶ Vir religionem ingressus, non est uxori adulteræ restituendus. *cap. veniens. de convers. conjug.* ¶ Uxore habitum religionis assumente, potest vir in Episcopum consecrari. *c. sanè. de convers. conjug.* ¶ Uxoris votum non tenet, nisi vir similiter voveat. *cap. sanè. eod. tit.* ¶ Sed vir uxore consentiente votum religionis vovens ad ejus observationem tenetur. *c. ex parte. & cap. charissimus. eod. tit.* ¶ Uxoratus privilegiis Clericorum gaudere non debet, nec beneficium Ecclesiasticum habere. *c. Ioannes. & c. cùm decorem. de convers. conjug.*

Z.

Zelus Indiscretus reprobatur. *24. quæst. 2. c. non in perpetuum.*

Zonas de auro vel argento non portent Clerici. *c. Cler. de vit. & honest. Cler.*

FINIS.

SEPTIMUS

SEPTIMUS DECRETALIUM.

ADDITUS EST INDEX ET TITULORUM, ET RERUM ET VERBORUM IN PRIMIS MEMORABILIUM.

Benevolo Lectori S.

AMice Lector, quò magis Reipubl. literariæ & tibi, plenè consultum foret, hunc septimum Decretalium, Constitutionum Apostolicarum, post sextum, Clementinas & Extravagantes, hactenus editarum, & à doctissimo Viro, D. Petro Matthæi J. C. Lugdunensi, olim ita collectarum, & separatim impressarum, & olim Illustr. D. Cardinali Cajetano, inscriptarum, tot libris Canonicis, titulis & canonibus, accuratâ distinctione, respondentem, hîc in calce Corporis Juris Canonici universi, adjungere operæ pretium esse duximus: quò nimirum nihil restaret, quod plenam & perfectam cognitionem, hujus Apostolici juris, impedire posset. Præsertim cùm constet, istas Constitutiones, à D D. modernis passim, ab Historicis quoque, allegari. Adjunximus etiam quibusdam in locis (ubi hoc necessarium videbatur) notas non inutiles. Tu igitur, Vir optime, nostro labore, & bonâ intentione contentus, illo utere, fruere. Vale.

LIBRI SEPTIMI DECRETALIUM PRIMI.

Titulus I.

De summa Trinitate, & fide catholica. 1
II. De rescriptis & mandatis Apostolicis. 5
III. De electione, & electi potestate. 10
IV. De Cardinalibus. 14
V. De ætate & qualitate ordinandorum. 20
VI. De filiis Presbyterorum. ibid.
VII. De bonis Ecclesiæ alienandis vel non. 21
VIII. De officio Legati. 27
IX. De Insulis novi orbis. 28
X. De beneficiorum collatione & impetratione. 30
XI. De reservationibus. 44
XII. De pensionibus. 50
XIII. De unionibus beneficiorum. ibid.
XIV. De resignationibus & permutationibus. 52
XV. De fructuum beneficii restitutione. 56

LIBRI SEPTIMI DECRETALIUM SECUNDI.

Titulus I.

De foro competente & jurisdictionis ordinariæ potestate. 57
II. De invasoribus & occupatoribus bonorum ecclesiæ. 66
III. De annatis. 72
IV. De jure patronatûs. 80
V. De confessis. 82
VI. De dolo & contumacia. 83
VII. De interdicto. 87
IX. De appellationibus. 89
X. De dilationibus & cessionibus bonorum. 93
XI. De cambiis. 97
XII. De forma contrahendi censum. 98
XIII. De testamentis & ultimis voluntatibus. 99
XIV. De nautis & naufragium patientibus. 104

LIBRI SEPTIMI DECRETALIUM TERTII.

Titulus I.

De vita & honestate clericorum 105
II. De clericis non residentibus in ecclesia vel præbenda. 108
III. De spoliis clericorum. 115
IV. De Comitibus Palatinis. 121
V. De Magistris & Doctoribus. 122
VI. De Medicis. 124
VII. De Conciliis. 126
VIII. De celebratione Missarum, & sacramento Eucharistiæ, & divinis officiis. 132
IX. De reliquiis & veneratione sanctorum. 135
X. De juramentis & jurisjurandi obligatione. 137
XI. De treuga & pace. 138
XII. De votis & votorum professione. 141
XIII. De gratiis & dispensationib. ibid.
XIV. De indulgentiis. 143
XV. De quæstorum tollendo abusu. 144
XVI. De decimis. 147
XVII. De religiosis domibus, & montib. pietatis, ibid.

XVIII. De regularibus & religiosis extra claustra vagantibus. 152
XIX. De monialibus. 157.

LIBRI SEPTIMI DECRETALIUM QUARTI.

Titulus I.

DE matrimoniis & sponsalibus. 161
II. De consanguinitate & affinitate. 164.

LIBRI SEPTIMI DECRETALIUM QUINTI.

Titulus I.

DE Judæis. 167
II. De his qui infidelibus adversus Christianos auxiliantur. 175
III. De hæreticis & schismaticis. 176
IV. De libris prohibitis. 193
V. De libellis famosis. 199
VI. De sacrilegis. 201
VII. De blasphemis & aleatoribus. 202
VIII. De homicidis & bannitis. 204
IX. De falsis & falsum exponentibus. 214.
X. De ambitu. 217
XI. De simoniacis, & ne quid detur vel exigatur. 222
XII. De maleficis & incantatorib. 225
XIII. De testibus. 230
XIV. De monetarum tonsoribus. 231
XV. De lenonibus. ibid.
XVI. De concubinariis & fornicatoribus. 232
XVII. De duello & duellum permittentibus. 233
XVIII. De taurorum & aliorum animalium agitatione & pugna. 235.



SEPTI-

SEPTIMI DECRETALIUM

LIBER PRIMUS.

TITULUS I.

DE SUMMA TRINITATE, ET FIDE CATHOLICA.

PAULUS QUARTUS.

Trinitatem personarum in unitate substantiæ, Christi divinitatem, ejusq; de Spiritu Sancto in utero virginis Mariæ conceptionem profitetur fides Catholica.

CAPUT I.

CUm quorundam hominum pravitas atque iniquitas eousque nostris temporibus processerit, ut ex illis, qui à catholica fide aberrant & desciscunt, plurimi quidem non solùm diversas hæreses profiteri, sed etiam ipsius fidei fundamenta negare præsumant, & eorum exemplo multos in interitum animæ deducant: Nos cupientes, pro nostro pastorali officio & charitate hujusmodi homines, quantum cum Deo possumus, à tam gravi & pestilenti errore avocare, ac cæteros, ne in talem impietatem labantur, paternâ severitate admonere: omnes & singulos, qui hactenus asseruerunt, dogmatizârunt, vel credidernnt, Deum omnipotentem non esse Trinum in personis, & incompositâ omninò indivisâque unitate substantiæ, in unum unamet simplici divinitatis essentiâ *a*. Aut Dominum nostrum Jesum Christum non esse verum Deum, ejusdem substantiæ per omnia cum Patre, & Spiritu Sancto, aut eundem secundùm carnem non esse conceptum in utero beatissimæ semperque virginis Mariæ de Spiritu Sancto, sed sicut cæteros homines ex semine Joseph. Aut eundem Dominum ac Deum nostrum Jesum Christum non subiisse acerbissimam crucis mortem, ut nos à peccatis & æterna morte redimeret, & Patri ad vitam æternam reconciliaret *b*. Aut eandem beatissimam virginem Mariam non esse veram Dei matrem, nec perstitisse semper in virginitatis integritate, ante partum scilicet, in partu, & perpetuò post partum. Ex parte omnipotentis Dei Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti, Apostolicâ authoritate requirimus & monemus, quatenus infra spatium trium mensium à publicatione præsentium in Romana Curia, quoad residentes in ea, modo infrà scripto, extra eam verò, quoad alios in illa non residentes, modo & formâ per diœcesanos statuendis facienda, incipiendorum, quos pro primo, secundo & tertio, ac peremptorio termino, ac monitione canonicâ, eis & eorum cuilibet assignamus, ab eorum assertione, dogmatibus, & credulitate hujusmodi, ac quibuscunq; aliis in fide prædicta erroribus, in quos hactenus lapsi sunt, resipuisse, & ad unitatem ecclesiæ redeundo, assertionum dogmata, & credulitatem, ac alios errores hujusmodi, in manibus inquisitorum hæreticæ privatis civitatum, & locorum, quibus ad præsens degunt, realiter & cum effectu abjurâsse, & infra alios tres menses, à die abjurationis hujusmodi inchoandos, de eadem abjuratione venerabilibus fratribus nostris, S. R. E. Cardinalibus, dictæ hæreticæ pravitatis inquisitoribus generalibus, plenam fidem feciisse debeant. Et cùm hujusmodi errores tam graves & nefandi sint, ut illi, qui in eos decidunt, excusationem non habeant, sed subversi potiùs atque immanes, quàm hæretici meritò dici possint: hâc nostrâ perpetuò valiturâ constitutione sancimus, quòd tam illi, qui hactenus in ipsos errores, vel eorum aliquem lapsi sunt, & infra supradictum teeminum non resipuerint, & ea, quæ suprà diximus non adimpleverint, quàm omnes & singuli alii, qui in futurum in illos, vel illorum aliquem quomodolibet prolabentur, cujuscunque dignitatis, statûs, gradûs, ordinis, vel conditionis existant, pro subversis & elapsis in hæresim haberi, & ut relapsi Curiæ seculari tradi, & per ipsam Curiam debitis pœnis in relapsos statutis puniri possint, in omnibus & per omnia, perinde ac si verè & realiter in hæresim relapsi essent, & eos relapsos esse constaret. Dat. Rom. sept. Id. Aug. M.D.LV.

Eugenius IV. in Concilio Florentino.

Fides & religionis Christiana asserto tuetur adversus Græcorum errores, de processione Spiritûs Sancti à Patre & Filio, & de reliquis doctrinæ Catholicæ capitibus.

CAP. II.

COnvenientes Latini & Græci in hac sacrosancta Oecumenica Synodo, magno studio invicem usi sunt, ut inter alia, etiam articulus ille, de divina Spiritûs Sancti processione, summa cum diligentia & assidua inquisitione discuteretur. Prolatis verò testimoniis ex divinis scripturis, plurimisque authoritatibus sanctorum Doctorum orientalium & occidentalium: aliquibus quidem ex Patre & Filio, quibusdam verò ex Patre per Filium procedere dicentibus Spiritum Sanctum, & eandem intelligentiam aspicientibus omnibus sub diversis vocabulis *a*, Græci quidem asseruerunt, quòd id, quod dicunt

a *L. 1. l. 2. §. 1. C. eod. Vigil. adversf. Eutych.* b *Antidicomaritas, intelligit: Epiphan. lib. 3. Charef. tom. 2. hæref. 78. l. 2. §. 2. C. eodem.*

a *Græci negantes processionem Spiritûs Sancti à Patre & Filio contra Latinos & quatuor concilia. l. 7. §. 4. C. eod. maximas turbas in ecclesia excitârunt. Vid. Hug. Eterianum. Athan. in symbol. & lib. hujus argumenti.*

Spiritum Sanctum ex Patre procedere, non hâc mente proferunt, ut excludant Filium: sed quia eis videbatur (ut ajunt) Latinos asserere Spiritum Sanctum ex Patre & Filio procedere, tanquam ex duobus principiis & duabus spirationibus, ideò abstinuerunt à dicendo, quòd Spiritus Sanctus à Patre procedat & Filio. Latini verò affirmaverunt, non se hâc mente dicere Spiritum Sanctum ex Patre Filioque procedere, ut excludant Patrem, quin sit fons atque principium totius Deitatis (Filii scilicet, ac Spiritûs Sancti) aut quòd id, quòd Spiritus Sanctus procedit ex Filio, Filius à Patre non habeat, sive quòd duo ponant principia, seu duas spirationes: sed ut unum tantum asserant esse principium, unicamque spirationem Spiritûs Sancti, prout hactenus asseruerunt. Et cùm ex his omnibus unus & idem eliciatur veritatis sensus, tandem in infrà scriptam sanctam & Deo amabilem eodem sensu eâdemque mente unionem, unanimiter concordarunt & consenserunt. In nomine ejus Sanctæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti, hoc sacro universali approbante Florentino Concilio diffinimus, ut hæc fidei veritas ab omnibus Christianis credatur & suscipiatur, sicque omnes profiteantur, quòd Spiritus Sanctus ex Patre & Filio æternaliter est, & essentiam suam sumque esse subsistens habet ex Patre simul & Filio, & ex utroque æternaliter, tanquam ab uno principio, & unicâ spiratione procedit. Declarantes quòd id, quod sancti Doctores & Patres dicunt, ex Patre per Filium procedere Spiritum Sanctum, ad hanc intelligentiam tendit, ut per hoc significetur, Filium quoque esse secundùm Græcos quidem, causam, secundùm Latinos verò, principium subsistentiæ Spiritûs Sancti, sicut & Patrem. Et quoniam omnia, quæ Patris sunt, Pater ipse unigenito Filio suo gignendo dedit, præter esse Patrem, hoc ipsum, quòd Spiritus Sanctus procedit ex Filio, ipse Filius à Patre æternaliter habet, à quo etiam æternaliter genitus est. Diffinimus insuper explicationem verborum illorum, Filioque, veritatis declarandæ gratiâ & imminente tunc necessitate, licitè ac rationabiliter Symbolo fuisse appositam.

Idem ibidem.

Eucharistia Sacramentum, pœnitentia & bonorum operum meritа, suffragia Ecclesiastica. sedu Romana primatum, & Apostolicam successionem profitetur Orthodoxa religio.

CAP. III.

DIffinimus & declaramus in azymo [a], sive fine fermento pane triticeo, corpus Christi veraciter confici, sacerdotesque in altari ipsorum, Domini corpus conficere debere, unumquemque scilicet juxta suæ ecclesiæ sive occidentalis sive orientalis consuetudinem. Item si verè pœnitentiæ fructibus de commissis & omissis satisfecerint, eorum animas pœnis purgatorii post mortem purgari, ut à pœnis hujusmodi releventur, & prodesse eis fidelium vivorum suffragia (missarum scilicet sacrificia, & orationes, & eleemosynas, & alia pietatis officia) quæ à fidelibus pro aliis fidelibus fieri consueverunt secundùm Ecclesiæ instituta. Illorumque animas, qui post Baptisma susceptum nullam omnino peccati maculam incurrerunt, illas etiam, quæ post contractam peccati maculam, vel in suis corporibus, vel eisdem exutæ corporibus, prout superiùs dictum est, sunt purgatæ, in cœlum mox recipi, & intueri clarè ipsum Deum trinum & unum sicut est, pro meritorum tamen diversitate aliam alià perfectius. Illorum autem animas, qui in actuali mortali peccato, vel solo originali decedunt, mox in infernum descendere, pœnis tamen disparibus puniendas. Item diffinimus sanctam Apostolicam sedem, & Romanum Pontificem in universum orbem obtinere primatum, & ipsum Pontificem Romanum successorem esse beati Petri Principis Apostolorum, & verum Christi vicarium, totiusque Ecclesiæ caput, & omnium Christianorum patrem ac doctorem existere, & ipsi in beato Petro, pascendi, regendi ac gubernandi universalem Ecclesiam, à Domino nostro Jesu Christo plenam potestatem traditam esse, quemadmodum etiam in gestis Oecumenicorum conciliorum, & in sacris canonibus continetur. Revocantes insuper ordinem traditum in canonibus cæterorum venerabilium Patriarcharum, ut Patriarcha Constantinopolitanus secundus sit post sanctissimum Romanum Pontificem, tertius verò Alexandrinus, quartus autem Antiochenus, & quintus Hierosolymitanus, salvis videlicet omnibus privilegiis & juribus eorum.

[a] *Ambrosius lib. 4. c. 4. de Sacram. Damascenus lib. 4. c. 14. Orthod. fid. Theophyl. ad 10. c. Joan. Cyrill. Cateches. myst. 4. & 5. Cypr. serm. de lapsis 6. vid. l. 7. in p. C. eod.*

Pius IV. In Concilio Tridentino.

Promovendi ad beneficia & dignitates Ecclesiastica, cujuscunq; ordinis & instituti, fidei professionem hâc præscriptâ formâ, cum solenni juramento profiteri debent.

CAP. IV.

INjunctum nobis Apostolicæ servitutis officium requirit, ut ea, quæ Dominus omnipotens, ad providam Ecclesiæ suæ directionem, sanctis Patribus in nomine suo congregatis divinitùs inspirare dignatus est, ad ejus laudem & gloriam incunctanter exequi properemus. Cùm itaque juxta [a] Concilii Tridentini dispositionem omnes, quos deinceps Cathedralibus & superioribus Ecclesiis præfici, vel quibus de illarum dignitatibus, Canonicatibus, & aliis quibuscunque beneficiis Ecclesiasticis, curam animarum habentibus, provideri continget, publicam orthodoxæ fidei professionem facere, seque in Romanæ Ecclesiæ obedientia permansuros spondere & jurare teneantur: Nos volentes etiam per quoscunque, quibus de Monasteriis, Conventibus, Domibus, & aliis quibuscunque locis regularium quorumcunque ordinum, etiam Militiarum, quocunque nomine vel titulo providebitur, idem servari, & ad hoc, ut unus ejusdem fidei professio uniformiter ab omnibus exhibeatur, unicaque & certa illius forma cunctis innotescat, nostræ sollicitudinis partes in hoc alicui minimè desiderari, formam ipsius præsentibus annotatam, publicari, & ubique gentium per eos, ad quos ex decretis ipsius Concilii, & alios prædictos spectat, recipi & observari, ac sub pœnis per Concilium ipsum in contravenientes latis, juxta hanc, & non aliam formam, professionem prædictam solenniter fieri, auctoritate Apostolicâ tenore præsentium districtè præcipiendo mandamus, hujusmodi sub tenore: Ego N. firmâ fide credo & profiteor, omnia & singula, quæ continentur in Symbolo fidei, quo sancta Romana Ecclesia utitur, videlicet: Credo in unum Deum, Patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, visibilium omnium & invisibilium. Et in unum Dominum Jesum Christum, Filium Dei unigenitum, & ex Patre natum ante sæcula, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, Genitum, non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cœlis. Et incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria virgine, & homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus, mortuus, & sepultus est. Et resurrexit tertiâ die secundùm scripturas. Et ascendit in cœlum, sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus est judicare vivos & mortuos, cujus regni non erit finis. Et in Spiritum Sanctum Dominum, & vivificantem, qui ex Patre, Filioque procedit. Qui cum Patre & Filio simul adoratur, & conglorificatur, qui locutus est per

[a] *Concil. Trident. sess. 22. cap. 2. constituto ista omnib. non modò Theologis, sed & Iurisperitis, Medicis, & Philosophis, promotis & promovendis, in orbe Rom. scripta & data est. Habetur in can. Conc. Trident. inf. de Magist. & Doctor. cap. 2.*

Prophe-

Prophetas. Et unam Sanctam, Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum Baptisma in remissionem peccatorum: Et expecto resurrectionem mortuorum. Et vitam venturi seculi, Amen. Apostolicas & Ecclesiasticas traditiones, reliquasq; ejusdem Ecclesiæ observationes, & constitutiones, firmissimè admitto, & amplector. Item sacram scripturam, juxta eum sensum, quem tenuit, & tenet sancta mater Ecclesia, cujus est judicare de vero sensu, & interpretatione sacrarum scripturarum, admitto, nec eam unquam, nisi juxta unanimem consensum Patrum accipiam, & interpretabor. Profiteor quoque, septem esse verè & propriè Sacramenta novæ legis, à Jesu Christo Domino nostro institута, atque ad salutem humani generis, licèt non omnia singulis necessaria, scilicet Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Extremam unctionem, Ordinem, Matrimonium: illaque gratiam conferre: & ex his Baptismum, Confirmationem, & Ordinem sine sacrilegio reiterari non posse. Receptos quoque, & approbatos Ecclesiæ Catholicæ ritus in supradictorum omnium Sacramentorum solenni administratione recipio, & admitto omnia & singula, quæ de peccato originali, & de justificatione in sacrosancta Trid. Synodo definita & declarata fuerunt, amplector, & recipio. Profiteor pariter in Missa offerri Deo verum, proprium, & propitiatorium sacrificium pro vivis & defunctis: atque in sanctissimo Eucharistiæ Sacramento esse verè, realiter & substantialiter corpus & sanguinem, unà cum anima, & divinitate Domini nostri Jesu Christi, fieriq; conversionem totius substantiæ panis in corpus, & vini in sanguinem: quam conversionè Catholica Ecclesia transsubstantiationem appellat. Fateor etiam sub altera tantùm specie totum atq; integrum Christum, verumq; Sacramentum sumi. Constanter teneo Purgatorium esse, animasque ibi detentas fidelium suffragiis juvari. Similiter & sanctos unà cum Christo regnantes, venerandos, atque invocandos esse, eosque orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum Reliquias esse venerandas. Firmiter assero, imagines Christi, ac Deiparæ semper virginis, nec non aliorum Sanctorum, habendas & retinendas esse, atque eis debitum honorem, ac veneracionem impertiendam. Indulgentiarum etiam potestatem à Christo in Ecclesia relictam fuisse, illarumque usum Christiano populo maximè salutarem esse affirmo. Sanctam, Catholicam, & Apostolicam Romanam Ecclesiam omnium Ecclesiarum matrem, & magistram agnosco. Romanoque Pontifici, Beati Petri Apostolorum Principis successori, ac Jesu Christi Vicario, veram obedientiam spondeo, ac juro. Cætera item omnia à sacris Canonibus, & œcumenicis Conciliis, ac præcipuè à sacrosancta Tridentina Synodo tradita, diffinita, & declarata, indubitanter recipio atque profiteor, simulque contraria omnia, atque hæreses quascunque ab Ecclesia damnatas, & rejectas, & anathematizatas, ego pariter damno, rejicio, & anathematizo. Hanc veram Catholicam fidem, extra quam nemo salvus esse potest, quam in præsenti sponte profiteor, & veraciter teneo, eandem integram & immaculatam usque ad extremum vitæ spiritum constantissimè, Deo adjuvante, tenere & confiteri, atque à meis subditis, seu illis, quorum cura ad me in munere meo spectabit, tueri, doceri & prædicari, quantum in me erit, curaturum. Romæ Idib. Novemb. 1564.

TITULUS II.

DE RESCRIPTIS, ET MANDATIS Apostolicis.

Innocentius VIII.

*Rescriptorum * & mandatorum Apostolicorum executionem impedientes, quibus pœnis coerceantur.*

CAP. I.

OMnes personæ, tam seculares quàm regulares, contra quas in Curia Romana causæ de jure vel consuetudine commissæ sunt, vel in futurum tam per appellationem, seu devolutionem ad illam, aut aliàs quomodolibet committentur, & quæ citationes in vim commissionis Apostolicarum decretas vel decernendas, aut quævis alia mandata, seu rescripta Apostolica a, justitiam vel gratiam continentia, quò minùs juxta illorum tenorem executioni demandentur, per se vel per alium seu alios, directè vel indirectè, quovis quæsito colore impedire, aut impediri facere, seu clericis ut beneficia Ecclesiastica renuncient, aut juri in illis sibi competenti cedant, vel ut à prosecutione causarum, & jurium hujusmodi desistant, mandari facere præsumpserint, aut pro illis impediendis, & renunciandis, ad Principes seu Officiales seculares, publicè & occultè, per se vel alium, quovis quæsito colore recursum habuerint, causam perdent, & omne jus, tam in petitorio, quàm possessorio, in re vel ad rem, de qua agitur, eis competens, eo ipso amittant, & ad beneficia sic renunciata obtinendum inhabiles existant.

Aliæ verò personæ Ecclesiasticæ, seu etiam seculares, quas causa hujusmodi non tangit, executionem citationum hujusmodi, aut aliorum quorumcunque mandatorum, seu rescriptorum, & provisionum Apostolicarum, ut præmittitur, impedientes, aut impedientibus hujusmodi, auxilium, consilium, vel favorem, publicè vel occultè, directè & indirectè præstantes, cujuscunque conditionis vel præeminentiæ existant, sententiam excommunicationis eo ipso incurrant, à qua (præterquam in mortis articulo constituti, & satisfactione prævia) ab alio quàm à Romano Pontifice pro tempore existente, & canonicè intrante, absolutionis beneficium nequeant obtinere.

Notarii verò, sive tabelliones publici prædicti, qui de executionibus citationum & mandatorum, ac provisionum hujusmodi faciendis, aut quò minùs fiant inhibitionibus, requisiti fuerint, instrumenta publica desuper ad instantiam interesse habentium, seu interesse prætendentium (satisfacto tamen de congruo salario) conficere recusaverint, perjurii reatum incurrant, ac executionem officii tabellionatûs amittant, fiantque infames eo ipso, & eorum instrumentis sive scripturis publicis postmodum per eos super rogitibus postea factis, & conficiendis, donec ab hujusmodi reatu perjurii absolutionem & infamiæ abstersionem obtinuerint, nulla fides in judicio, vel extra adhibeatur. Datum Rom. 8. Cal. Feb. Ann. 1491.

Leo Decimus.

Statuta & ordinationes, quæ fiunt in injuriam executionis rescriptorum & literarum Apostolicarum, nullius sunt vigoris aut roboris.

CAP. II.

Licèt felic. record. Bonifacius Papa IX. prædecessor noster, ad quem fide dignorum relatione pervenerat, quòd certi Prælati, quibus piæ memoriæ Urbanus Papa VI. etiam prædecessor noster concesserat, ut in eorum civitatibus & diœcesibus executio literarum Apostolicarum fieri non posset, nisi literæ ipsæ Prælatis ipsis, aut eorum officialibus prius exhibitæ, & per eos approbatæ forent, & eorundem prælatorum officiales in consuetudinem deduxerant: aliqui verò prætextu statutorum provincialium, seu synodalium, etiam servabant, quòd nullus literas Apostolicas hujusmodi exequi auderet, nisi postquam Prælati, seu officiales ipsi per suas

a *Divisio rescriptorum: Justitia, c. pastoralis. c. scisciatis. c. super literis. de rescript. Gratia, c. gratia. de rescript. in 6. & Clement. grat. eod.*

literas, quas vidimus, nuncupabant, mandarent, & concederent, ut judices in ipsis literis Apostolicis deputati, & sine licentia vel consensu quorumcunque Prælatorum, vel superiorum, aut officialium eorundem, literas Apostolicas exequi possent & deberent. Tamen nuper in publica signatura coram nobis nonnullæ supplicationes propositæ fuerunt, continentes, quòd in Toletan. & Carthaginen. ecclesiis, sub colore falsitatibus obviandi, editæ fuerant constitutiones synodales, quibus caveri dicebatur, ut Tabelliones & Notarii, etiam à partibus requisiti, literas Apostolicas nullatenus recipere possent, nisi illæ priùs per Archiepiscopum Toletanum, & Episcopum Carthagin. pro tempore existentes, aut eorum officiales examinatæ forent, à nobisque earundem Constitutionum confirmatio peteretur.

Nos petitionem hujusmodi utì ratione carentem, cùm Romani Pontificis gesta, per inferiores sibi & subditos, sine ejus speciali licentia, examinari non debeant: indecens & absurdum, quinimò temerarium esse censentes, quòd aliquis quâvis occasione literas Apostolicas, sine Romani Pontificis speciali commissione, examinare velle præsumat: propterea supplicationes ipsas, prout meritò rejiciendæ erant, rejicimus, & coram nobis lacerari fecimus. Ac constitutiones edentium temeritatem tali castigatione reprimere, ac super his tale remedium adhibere volentes, ut aliis in posterum committendi similia aditus præcludatur, motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, literas Bonifacii prædecessoris hujusmodi tenore præsentium approbamus, & innovamus, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere, illasque inviolabiliter observari debere decernimus.

Nec non quascunque constitutiones synodales, tam in dictis Toletan. & Carthaginen. quàm quibusvis aliis Ecclesiis per universum orbem constitutis super his factas, motu, scientiâ, authoritate & potestate prædictis cassamus, & annullamus, ac statuimus, & ordinamus, quòd judices & executores in literis Apostolicis pro tempore deputati, ac Notarii ac Tabelliones super his requisiti, literas ipsas Apostolicas, sine alicujus personæ cujuscunque, Ecclesiasticæ vel mundanæ, dignitatis fuerit, licentiâ vel consensu exequi possint & debeant. Et insuper universis Patriarchis, Archiepiscopis, Primatibus, Episcopis, & aliis Prælatis, & personis Ecclesiasticis, nec non dilectis filiis, Communitatibus civitatum, & universitatibus castrorum, oppidorum, terrarum, & locorum, sub interdicti, singularibus verò personis eorum, etiam secularibus, sub excommunicationis & anathematis pœnis, quas eo ipso, si contrà fecerint, absque alia declaratione incurrant, & à quibus non nisi à nobis vel successoribus nostris Romanis Pontific. canonicè intrantibus, præterquam in mortis articulo constituti, & debitâ satisfactione præmissâ, absolvi, & interdicti hujusmodi relaxationem obtinere possint, in virtute sanctæ obedientiæ districtè præcipiendo mandamus, ne judices & executores literarum Apostolicarum, ac Notarios & Tabelliones super his requisitos, quò minùs literas Apostolicas hujusmodi exequi possint, quoquo modo impedire præsumant, ac eos, qui executionem literarum hujusmodi impedientibus auxilium, consilium vel favorem quovis modo, directè vel indirectè, publicè vel occultè præstare præsumpserint, etiam si Patriarchali, Archiepiscopali, Primatiali, Episcopali, & quâvis aliâ Ecclesiasticâ; vel Mundanâ, etiam Imperiali, Regali, Reginali, aut Ducali, vel aliâ profulgeant dignitate, eidem excommunicationis, & anathematis sententiæ, à qua non nisi ut præfertur absolvi possint, subjacere: ac civitates, castra, oppida, & loca prædicta, & ad quæ inobedientes & contrà facientes declinare, & in quibus moram trahere contigerit, Ecclesiastico supposita interdicto, tam diu firmiter observando, donec compuncti corde hujusmodi interdicti relaxationem, debitâ satisfactione præmissâ, meruerint obtinere, ac ibidem permanserint, & per triduum post eorum inde discessum, motu, scientiâ, auctoritate, & potestatis plenitudine similibus decernimus: ac sub dictis pœnis etiam mandamus illis, in quorum libris constitutiones synodales & provinciales hujusmodi descriptæ reperiuntur, ita deleri & cassari faciant, ut amplius legi non possint. Dat. Romæ Cal. Mart. 1518. Concordat c. tibi qui. 12. in 6. h. t.

Clemens VII.

Personæ excommunicantur, loca interdicto supponuntur, quorum consensu, favore & conatu litera & rescripta Apostolica sine executione remanent.

CAP. III.

Rescriptorum & literarum Apostolicarum executionem impedientes, & illos, qui impedientibus auxilium, consilium, vel favorem directè vel indirectè, publicè vel occultè, aut quovis quæsito colore præstare præsumpserint, etiam si Patriarchali, Archiepiscopali, Primatiali, Episcopali, & quâvis aliâ ecclesiasticâ, vel mundanâ, etiam Imperiali, Regali, Reginali, Ducali, vel aliâ dignitate præfulgeant, per alias nostras literas in die cœnæ Domini publicè lectas [a] excommunicavimus, & anathematizavimus, prout etiam tenore præsentium eos, eidem excommunicationis & anathematis sententiæ, à quâ non nisi ut præfertur absolvi possint, subjacere, ac civitates, terras, castra, oppida, & loca, in quibus dicti inobedientes & contrà facientes manserint, & ad quæ eos declinare contigerit, ecclesiastico supposita esse interdicto, tam diù firmiter observando, donec ad cor reversi, interdicti hujusmodi relaxationem, debitâ satisfactione præmissâ, meruerint à nobis, aut dictis successoribus nostris obtinere. Nec non omnes & singulas sententias, censuras & pœnas, quas dicti ordinarii, aut eorum officiales, contra hujusmodi judices, & executores literarum Apostolicarum, aut illas impetrantes, seu notarios, & tabelliones, propter executiones per eos factas vel faciendas, inflixerunt & promulgârunt, aut in futurum quomodolibet infligent, aut promulgabunt; irritas & inanes, ac nullius roboris, vel momenti existere, eisdem motu, scientiâ, auctoritate, & potestatis plenitudine decernimus, & declaramus. Dat. Rom. 4. Cal. Jan. 1533.

Gregorius XIII.

Concilii Tridentini decretum de cognoscendis causis coram ordinariis locorum, Apostolicis rescriptis non obest.

CAP. IV.

Ad Romani Pontificis providentiam circumspectam pertinere dignoscitur, dubia super sacrorum Conciliorum decretis pro tempore insurgentia, sic suæ declarationis oraculo dilucidare, & interpretari, ut exinde litium dispendia inter fideles quoslibet valeant submoveri. Accepimus sanè nuper quodlibet multoties Romanus Pontifex, ut provisiones & gratiæ per eum de beneficiis pro tempore vacantibus, ac suæ & sedis Apostolicæ dispositioni & ordinationi reservatis, in favorem diversarum personarum sibi gratarum & acceptarum factæ, executioni debitæ demandentur, & ne (dum literæ Apostolicæ sub plumbo desuper expediuntur) beneficia ipsa ab aliquibus indebitè occupentur, aut aliqua in spiritualibus & temporalibus detrimenta sustineant, nonnunquam corporalem possessionem ipsorum beneficiorum, & illis annexorum, juriumque, & pertinentiarum, quomodocunque sedis & cameræ Apostolicarum nominibus apprehendi, ac omnes, & quoscunque fructus, reditus, & proventus beneficiorum, & annexorum

[a] *Solenni illo diplomate, quod legitur Romæ die cœnæ Domini, singulis annis excommunicantur, qui executionem literarum Apostolicarum, aut aliarum expeditionem impediunt.*

eo[illegible]un-

eorundem percipi, exigi, eosque integros personis prædictis, postquam ipsas literas sub plumbo expeditas haberent, una cum dicta possessione consignari, quandoque verò, dum literæ sub plumbo hujusmodi expeditæ existunt, ut jus suum unicuique illorum conservetur, & temerariorum audacia debitâ castigatione compescatur, ac ipsæ literæ Apostolicæ faciliùs debitæ executioni, ut par est, demandentur, proviso de beneficiis in corporalem, realem, & actualem possessionem beneficiorum, & annexorum, juriumque, & pertinentiarum prædictorum induci, & inductos in ea manuteneri, amotis quibuslibet intrusis detentoribus ab eisdem, aliaque fieri, & exequi per diversas suas in forma brevis, & sub annulo Piscatoris confectas literas mandet, & percipiat certis inibi modo, & formâ tunc præscriptis, dilecto filio causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ generali Auditori, seu aliis executoribus desuper deputatis, quibus omninò parendum esse. Nihilominùs nonnulli beneficiis prædictis inhiantes, ac gratias prædictas illudere, earumque intrusiones & detentiones improbè tueri satagentes, executionem literarum in forma brevis hujusmodi, & facultatem per eas ipsis executoribus attributam, diversis dubiis, & cavillationibus remorantur, & processus per eosdem executores desuper habitos, & formatos, ac inde secuta quæcunque, nulla & invalida, nullius que roboris, vel momenti esse, neque attendi debere contendunt, sub prætextu, quòd in decreto sacri Concilii Tridentini, sessione vigesimâ quartâ, capitulo vigesimo, dispositum fuerit, quod causæ omnes ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentes, etiam si beneficiales sint, in prima instantia coram ordinariis locorum duntaxat cognoscantur, exceptis *a* his, quæ juxta Canonicas sanctiones apud Sedem prædictam sunt tractandæ, vel quas ex urgenti rationabilive causa judicaverit summus Pontifex Romanus, per speciale rescriptum signaturæ suæ ejus manu propriâ subscribendum committere, aut avocare. Verùm cum decretum hujusmodi Concilii concessione prædictarum literarum in forma brevis, & illarum executionem nihil efficiat, neque per illos causa, seu instantia introducatur, sed merè executivè procedi mandetur, literæ quoque in forma brevis, annulo Piscatoris munitæ, non minoris sint efficaciæ & auctoritatis, quàm rescripta signaturæ Rom. Pontif. ejus manu propriâ subscripta *b*; Nos in his nostræ debitæ declarationis cautelam adhibentes, ac provisorum prædictorum jus, adversus dubia & cavillationes hujusmodi, æquitate & justitiâ suadentibus, perseverare volentes, nec non prædictarum, & quarumcunque literarum in forma brevis, super capienda possessione nomine Cameræ hujusmodi, aut in favorem literarum sub plumbo expeditarum, tam à prædecessoribus nostris, quàm nobis, & dictâ Sede hactenus concessarum, tenoris, ac litis & causæ, si quæ desuper exortæ sint, statum & meritа, nominaque & cognomina judicum, executorum, & collitigantium, præsentibus pro sufficienter expressis habentes: Motu proprio, non ad ipsorum provisorum aut aliorum nobis pro eis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia ac de mera nostra deliberatione decernimus, & declaramus per concessionem literarum in forma brevis, sub annulo piscatoris, super capienda possessione quorumcunque beneficiorum dispositioni Apostolicæ reservatorum seu affectorum, Sedis & Cameræ Apostolicarum nominibus apprehendenda, & ejusdem possessionis in favorem provisorum ab ipsa Sede de eisdem beneficiis, postquam literas sub plumbo super provisionibus hujusmodi habuerunt expeditas relaxatione, nec non assistentiâ ipsis provisis literas desuper sub plumbo expeditas habentibus præstanda, & aliorum inibi expressorum executione facienda, quæ mandata executiva sunt, & summariam duntaxat causarum, propter quas illæ emanârunt, cognitionem requirunt, decretis Concilii hujusmodi non contraveniri, nihilque præjudicii illis inferri, vel eorum formam in aliquo violari, neque indici aut censeri, vel executionem literarum earundem propterea in aliquo suspendi sive remorari, aut facultatem literarum executores ipsos & ab eis deputatos, sub executoris facultate sibi per easdem literas, ut præfertur concessas, uti, frui, gaudere, & contra illis non parentes ad declarationem incursus pœnarum, & censurarum in eisdem literis in forma brevis contentarum, ac invocatione brachii secularis procedere, alia omnia & singula in eisdem literis contenta (illarum tamen formâ servatâ) facere & exequi liberè & licitè potuisse & posse, nec non processus desuper habitos, & formatos, habendosque, & formandos, ac inde secuta, & sequenda quæcunque firma, valida, & efficacia fuisse, & esse & fore, suosque integros, & plenarios effectus sortiri debere in omnibus & per omnia: Præsentes quoque literas de subreptionis vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ, vel quoquam alio defectu notari, impugnari, vel invalidari nullatenus posse.

a *C. nolentes. 17. dist. c. majores. de bapt. Vigilius Papa in Epist. ad Eutherium in fin. & Pelagius 2. in 1. Epist. circa fin. cum similibus.* b *Notentur differentiæ literarum Apostolicar. de quib. P. Greg. in Syntagm. l. 17. c. 15. num. 10. & seqq.*

TITULUS III.

DE ELECTIONE, ET ELECTI potestate.

Julius II. In Concilio Lateranensi.

Electio Pontificis Maximi Simoniacâ nundinatione inducta, nulla est, nullumque potestatis, adeò ut sic electus exauthoretur ab omnibus dignitatibus & officiis, cum suis sequacibus, & complicibus Cardinalibus.

CAP. I.

Cum tam divino quàm humano jure, in spiritualibus præcipuè, detestabiliter sit Simoniæ *a* labes prohibita, & longè magis in electione Romani Pontif. Vicarii Jesu Christi, Domini nostri, abominabilis sit, & universali Ecclesiæ perniciosa: Nos, qui regimini ejusdem universalis Ecclesiæ (meritis licèt imparibus) annuente Domino præsidemus, cupientes, quantum cum Deo possumus, in præmissis pro tantæ rei necessitate ac periculi magnitudine, ut tenemur, in posterum salubriter providere, de fratrum nostrorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium consilio & unanimi consensu, hâc nostrâ perpetuò valiturâ constitutione, Apostolicâ authoritate & de potestatis nostræ plenitudine, statuimus, ordinamus, decernimus, & diffinimus, quòd si (quod Deus pro suâ clementia, & ineffabili bonitate avertat) contigerit, postquam nos, vel successores nostros successivè ipse Deus ab hujusmodi universalis Ecclesiæ regimine absolverit; humani generis inimico procurante, & ambitione vel cupiditate ad hoc inclinante, seu impellente, electionem Romani Pontificis, ab eo, quem eligi contigerit, vel ab aliquo seu aliquibus de cœtu Cardinalium quomodolibet votum dantibus, per simoniacam hæresim (in dando, promittendo, vel recipiendo pecunias, bona cujuscunque generis, castra, officia, vel beneficia, seu promissiones & obligationes) commissam, per se, vel alium, seu alios, quomodocunque & qualitercunque (etiam in duarum partium, vel omnium Cardinalium unanimi concordia, quomodoliber, etiam per viam assumptionis unanimiter, nemine discrepante, etiam fine scrutinio factæ) celebrari, vel fieri: non solùm

a *Concil. Basil. sess. 33. modum præscribit. Vid. Redoan. de simon. 2. cap. 33. num. 21. & seqq.*

hujusmodi electio, vel assumptio, eo ipso nulla existat, & nullam omnino sic electo, vel assumpto, administrandi, in spiritualibus & temporalibus, facultatem tribuat, sed etiam contra dictum sic electum, vel assumptum, de simoniaca labe, à quocunque Cardinali, qui eidem electioni interfuerit, opponi, & excipi possit, sicut de vera & indubitata hæreti: ita quòd à nullo pro Romano Pontifice habeatur, quinimo ipse sit à priori suo Cardinalatu, & alio quoque honore, Ecclesiis Cathedralibus, etiam Metropolitanis, & Patriarchalibus Monasteriis, & dignitatibus, & aliis quibuscunque beneficiis, & pensionibus, quæ tunc obtinebat in titulum vel in commendam, aut aliàs quomodocunque absque alia declaratione privatus existat, & idem electus non Apostolicus, sed Apostaticus, tanquam simoniacus, & hæresiarcha, & ad prædicta omnia & singula perpetuò inhabilis habeatur, sit. Nec ejusmodi simoniaca electio per subsequentem ipsius intronizationem, seu temporis cursum, aut omnium Cardinalium præstitam obedientiam, ullo unquam tempore convalescat.

Idem ibidem.

Pontifici simoniacè electo nemo obedire tenetur, illumq; authorizati detrahere omnibus licet, & novâ electione in è Pontificio solio deturbandus est.

CAP. II.

Liceat omnibus & singulis Cardinalibus, (etiam illis, qui huic simoniacæ electioni, seu assumptioni consenserint, etiam post intronizationem, & adjurationem, seu obedientiam) ac etiam universo Clero, populo Romano, nec non subditis, & sancti Angeli de Urbe, ac quarumvis aliarum Romanæ Ecclesiæ arcium præfectis, Castellanis, Capitaneis & aliis officialibus (quocunque homagio, seu juramento, vel cautione præstitis, non obstantibus) à talis electi, etiam intronizati, obedientiâ, & devotione, impunè & quandocunq; discedere, (ipsis, fidei Rom. Ecclesiæ, & obedientiæ futuri Rom. Pontificis canonicè intrantis nihilominùs astrictis permanentibus) & eum, ut Magum, ethnicum, publicanum, & hæresiarcham evitare. Ad cujus quoque confusionem possint Cardinales, qui præfatæ electioni se opponere voluerint, si præsumpserint, se regimini universalis Ecclesiæ, prætextu talis electionis ingerere, auxilium brachii secularis contra eum implorare. Nec tales ab ejus obedientia discedentes, tanquam tunicæ Domini scissores, aliquarum propter dictum discessum pœnarum, seu censurarum ultioni subjaceant. Cardinales verò, qui eum simoniacè elegerunt, à suis ordinibus, etiam Cardinalatu, titulis & honore, ac quibuscunque Patriarchalibus, Archiepiscopalibus, Episcopalibus, & aliis prælaturis, ac dignitatibus, & beneficiis, quæ in titulum, vel commendam tunc obtinebant, vel in quibus, seu ad quæ jus tunc habebant, absque alia declaratione, privati existant, nisi ab illo penitus, & cum effectu discesserint, & reliquis Cardinalibus, qui hujusmodi simoniæ non consenserint, infra terminum octo dierum, postquam fuerint ab eis requisiti, personaliter, si fieri poterit, aliàs per edictum publicum, sc absq; fictione, vel fraude univerint, & conjunxerint. Et tunc, si præfatis aliis Cardinalibus se univerint, & conjunxerint; in pristinum statum, & ad pristinos honores, & dignitates, etiam Cardinalatus, ac ecclesias, & beneficia, quibus præerant, & quæ obtinebant, reintegrati, rehabilitati, ac restituti & repositi, ab hujusmodi simoniæ labe, & censuris ac pœnis ecclesiasticis quibuscunque absoluti, eo ipso existant.

Idem.

Simoniacæ electionis conscii, proxenetæ & mediatores ad instar reorum Majestatis pœnis subjiciuntur, activus & passivis. Cardinalibus verò novum Pontificem eligendi aquiere tramite conceditur potestas.

CAP. III.

Mediatores verò & proxenetæ, trapezitæ tam clerici quàm laici, cujuscunque dignitatis, qualitatis, & ordinis fuerint, etiam Patriarchali, Archiepiscopali, vel aliâ seculari, mundanâ, sive ecclesiasticâ dignitate præditi, etiam quorumcunque Regum, & Principum Oratores, vel nuncii, hujus simoniacæ electionis participes, sint omnibus suis Ecclesiis, beneficiis, prælaturis & feudis, ac aliis quibuscunque honoribus, & bonis, eo ipso privati, & ad similia inhabiles, ac etiam activè & passivè intestabiles, & eorum bona ipso facto, ad instar reorum criminum læsæ majestatis, fisco Apostolicæ sedis applicentur, & devolvantur, si prædicti delinquentes ecclesiastici fuerint, vel aliàs Romanæ Ecclesiæ subditi. Bona verò & feuda taliter delinquentium, non subditorum secularium, in partibus, fisco secularis Principis, in cujus territorio bona sita fuerint, ipso facto similiter applicentur. Ita tamen, quòd si infra tres menses, à die, quo notum fuerit, illos simoniam commisisse, vel participâsse, Principes dicta bona fisco suo actualiter non applicaverint, ex tunc illa fisco Ecclesiæ Romanæ applicata censeantur, & sint eo ipso, absque aliqua simili declaratione. Promissiones quoque, & obligationes, sive sponsiones propterea quandocunque, etiam ante tempus dictæ electionis, etiam extra personas Cardinalium, per quoscunque alios, quomodocunque factæ, cum quavis inexcogitabili solennitate & forma, etiam juratæ, conditionales, sive eventuales, & in forma excommissarum, ex quacunque causa, etiam depositi, mutui, cambii, confessionis de recepto, donationis, arrendamenti, vel venditionis, permutationis, vel alterius cujuscunque contractûs, etiam in ampliori forma Cameræ Apostolicæ factæ, sint nullæ & invalidæ, & ad agendum inefficaces, nullusque illarum vigore cogi vel constringi possit, in judicio vel extra. Liceatque omnibus ab illis impunè, absque aliquo metu, sive perjurii nota, recedere. Et insuper liceat Cardinalibus, qui electioni prædictæ simoniacæ interfuerint, & à præfato sic electo discesserint, adhibitis secum aliis Cardinalibus, etiam illis, qui hujusmodi simoniacæ electioni consenserunt, & postea eisdem Cardinalibus in dicta simonia non complicibus se univerint, si se cum eisdem unire voluerint, alioquin sine eis, ad alterius nihilominùs Pontificis electionem, non expectatâ aliâ sententiâ declaratoriâ, simoniacæ electionis hujusmodi (eâdem tamen præsente nostrâ constitutione semper in suo robore permanente) liberè, aliàs tamen canonicè devenire, & Concilium etiam generale indicere & celebrare in loco idoneo, prout eis videbitur expedire. Non obstantibus quibuscunque contrariis constitutionibus, etiam generalibus Conciliis editis. Datum in Concil. Later. apud S. Petrum 19. Cal. Februar. Anno 1505.

Leo Decimus, in Concilio Lateranensi.

Electorum & postulatorum quanto animo moderamine cura gerenda debeat, ut publicis Ecclesiæ officiis digni ministri instituantur & promoveantur, ætatis, morum, doctrinæ & vitæ candoris prævia examine.

CAP. IV.

Cum piæ memoriæ Alexander Papa III. prædecessor noster, etiam in Lateranensi Concilio decreverit, ut ætas, morum gravitas, ac literarum scientia, in personis promovendis in Episcopos & Abbates, diligenter inquiratur, nihilque magis Dei Ecclesiæ officiat, quàm cum immeriti assumuntur Prælati ad regimen Ecclesiarum, propterea in promotionibus Prælatorum, quarum à Romano Pontifice magna ratio haberi debet, eò præsertim, quòd de promotis per eos ad Ecclesias, seu monasteria, in extremo judicio rationem Deo reddituri sunt: Statuimus & ordinamus, ut deinceps perpetuis futuris tempo-

temporibus, Patriarchalibus, Metropolitanis, ac Cathedralibus Ecclesiis, & Monasteriis pro tempore vacantibus, de personis, juxta præfati Alexandri constitutionem, ætate maturâ, gravitate morum, literarumq; scientiâ præditis, non ad alicujus instantiam, per commendam, & administrationem, seu conservationem, aut alio quovis modo provideatur, nisi ratione utilitatis Ecclesiarum, prudentiæ, nobilitatis, probitatis, experientiæ, atque curialitatis antiquæ, cum competenti literatura, & in sede Apostolica meritorum, aliter visum fuerit faciendum. Idemque in electis & postulatis, quorum electiones & postulationes per sedem Apostolicam admitti consueverunt, voluimus observari. Et si de minoribus ætate 30. a annorum Ecclesiis aut Monasteriis hujusmodi contigerit provideri, non dispensetur cum eisdem; ut Ecclesiis citra vigesimum septimum ætatis annum, Monasteriis verò citra vigesimum secundum præesse valeant. Quinimò ut accuratiùs, diligentiusque idoneæ personæ promoveantur, statuimus, ut Cardinalis, cui electionis, postulationis, aut provisionis Ecclesiæ, seu Monasterii relatio committetur, antequam in sacro consistorio (ut moris est) referat commissionem examinis ac electionis hujusmodi sibi datam, uni cujuslibet ordinis antiquiori Cardinali in ipso consistorio, per se ipsum, vel si eâ die, quâ sibi commissionis onus injunctum fuerit, consistorium non fuerit, per Secretarium suum, aut alium quemlibet ex suis domesticis familiaribus, notam illam facere debeat, qui tres priores aliis, quamprimùm sui ordinis Cardinalibus, eam significare teneantur, negotiumque electionis, administrationis, postulationisve, aut promotionis, summariè & de plano per scriptum dictus relator examinet, & si qui contradixerint, his vocatis, idoneos, graves & fide dignos testes, & si expedierit, opusve fuerit, alios ex officio assumere, processusque & jura ejusmodi relationis, una cum dictis testium, die faciendæ relationis secum ad consistorium deferre debeat, neque ullo modo referat, si præsens in Curia promovendus majorem Cardinalium partem antea non adiverit, ut quæ à referente collegâ sint Cardinales audituri, oculatâ fide, quantum ad personam promovendi attinet, cognoscere possint. Promotus vero, eosdem Cardinales, qui præsentes in curia fuerint, ex antiquo more, consuetudineq; laudabili, quamprimùm visitare teneatur. Quem quidem morem, laudabilemque consuetudinem innovamus, ac inviolabiliter observari mandamus.

Pius IV.

Electus ad regularium dignitates, electioni authoritate non gaudet, nisi per Pontificiam confirmationem.

CAP. X.

Plus Quarnus tantis, qui paulatim in religiosos irrepserunt abusibus & ausibus nimis licentiosis aliquando, sicut par est, cupiens occurrere, suamque sedi præfatæ prærogativam asserre, omnes & singulas electiones quarumvis personarum ad regimina monasteriorum, prioratuum, & aliarum dignitatum conventualium, ipsarumque electionum confirmationes, per quoscunque, cujusvis status, gradûs, ordinis, & conditionis existant, & quâvis etiam Archiepiscopali, Patriarchali, aut majori præfulgeant dignitate, hactenus sic præsumptas, nullas, invalidas, ac pro nullis, invalidis & prorsus infectis habendas esse a, personasque sic, ut præfertur, electas & confirmatas, monasteria, aliasque dignitates hujusmodi, sine legitimo titulo possedisse & possidere, neenon illorum fructus, reditus & proventus indebitè percepisse & percipere. Ac personas ipsas ad absolutionem, & habilitationem super his, necnon confirmationem electionum de se factarum, à sanctitate sua, seu Romano Pontifice pro tempore existente, aut sede prædictâ, infra sex menses à data præsentium computandos impetrandum, ac literas Apostolicas super hujusmodi confirmatione in totum expediend. omninò teneri, declaravit. Et nihilominus hâc suâ perpetuò valiturâ constitutione statuit & ordinavit, quòd nullus de cætero, seu in regimine & administratione monasterii, vel alterius dignitatis conventualis, ad quod, seu quam, illum eligi contigerit, in spiritualibus vel temporalibus, antequam ritè celebrata electio à sanctitate sua aut Romano Pontifice pro tempore existente, & sede prædictâ confirmata, & literæ Apostolicæ desuper expeditæ fuerint, per se vel alium, in toto vel in parte, quovis quæsito colore immiscere, aut ad illud vel se recipi facere, vel aliàs pro ejus prælato gerere præsumat. Decernens omnes & singulos qui secus fecerint, jure, si quod illis ad monasteria vel eorum regimina & administrationes, ac alias conventuales dignitates, per electionem hujusmodi fuerit quæsitum, eo ipso privatos, & deinceps ibi ineligibiles esse, ipsaque monasteria & alias dignitates ab eadem sede impetrari posse, qui verò similes electiones confirmare præsumpserit, eo ipso superiores ordinum videlicet suis dignitatibus privatos, ordinarios autem locorum, etiam si Archiepiscopali & majori præcellant dignitate, ingressum Ecclesiæ interdictum, eosque ab Ecclesiarum suarum regimine & administratione suspensos existere.

a *Annum 31. dierum intelligemus. l. cum hæres. §. Scythus. ff. de statu liber. gloss. in caput. si propter. de rescript. in 6. & diem ultimam captam, pro completa. l. quia ætate. & ibi gloss. & Dd. ff. de testam. Ætate ad canonicarum in Ecclesia 23. annorum sufficit. Beneficium curatum non obtinetur ante 25. an. sine dispensatione. Episcopatus annorum 30. est. capit. cum canonibus. de prabend. capit. si eo temp. de rescript. in 6. conferd. concil. Trident. sessione 23.*

TITULUS IV.

DE CARDINALIBUS.

Eugenius IV. ex Concilio Constant.

Cardinalis creatio non prius rata & valida habetur, donec Cardinalatûs insignia acceperint.

CAP. I.

Quanquam ex libris Romani ordinis, aliàs ceremoniarum nuncuparis, & aliis Eccles. Romanæ libris seu antiquis Codicibus comprehendi possit, & ex illis resultet, quid nominis, tituli vel honoris per secretam pronunciationem de alicujus persona, in ejusdem Romanæ Ecclesiæ Cardinalem, per Romanum Pontificem pro tempore in secreto consistorio factam, eidem personæ in Cardinalem sic pronunciatæ per promotionem hujusmodi acquiratur. Quia tamen temporibus modernis, quibus aliquoties nonnulli in secreto consistorio in Cardinales assumpti fuerunt secretè, & eis ex bonis respectibus insignia Cardinalatûs saltem omnia, minimè assignata fuerunt, nonnullorum aliter sapere, quàm oportet sapere, satagentium astutas considerationes & inductiones subtiles, juxta præmissa & eorum effectum nonnulla dubia prodierunt. Nos ad submovendum causam & occasionem quorumcunq; dubiorum, quæ quomodolibet super iis insurrexêre hactenus, & possunt insurgere, præsenti irrefragabili constitutione decernimus, hujusmodi pronunciationem sic in secreto consistorio de quibusvis per nos hactenus factam, seu in po-

a *Ius non acquiritur electo ante confirmationem. gl. in ca. nostri, & in c. qualiter. & ca. transmissam. de elect. & ibid. Innoc. Ias. And. in c. si electo. de in integr. restit. lib. 6. Et qui exercet munus in electione collatum ante confirmationem, jure suo privatur. DD. in c. avaritia. de electione. in 6. Felinus in cap. ne Dei timorem, de simonia.*

sterum faciendam, alicui sic in Cardinalem in præteritum pronuntiato, seu in posterum pronunciando, licèt per eum ad Cardinalatûs initium dispositus videatur, nullum jus seu titulum re aut nomine acquisitum fuisse, aut acquiri potuisse hactenus seu posse, neque aliquem, per quempiam, per scripturam, vel nominationem pro Cardinali reputari vel haberi debuisse seu potuisse hactenus, vel debere seu posse quomodolibet in futurum, donec & quousque de similibus consilio & consensu sic pronunciato, in Romana Curia præsentis Cardinalatûs insignia, videlicet per capelli rubei traditionem, actituli assignationem, annulique, juxta morem consuetum, in digito immissionem, absenti verò ab eadem Curia, per hujusmodi capelli missionem, realiter sint impensa, aut saltem in generali consistorio. Quodque in Cardinalem sic pronuntiatus, etiam postquam insignia hujusmodi omnia receperit, & etiam admissus fuerit, & receptus, ut præfertur, in electione Romani Pontificis pro tempore vocem activam, aut aliquo alio actu, habuisse vel habere debuisse, sive posse vel debere, minimè censeatur, donec, & quousque per Romanum Pontificem pro tempore existentem, similibus consilio & consensu sibi in practicandis, consulendis & deliberandis negotiis consistorii antedicti, postquam in consistoriis aliquibus mores in talibus observari consuetos expertus, interrogatus consiliativè aut consultivè, responsum dandi expressa licentia tribuatur, seu ad hunc effectum (ut verbis utamur communibus) ei fuerit os apertum. Dat. Romæ Calend. Novembr. 1431.

Leo Decimus.

In domos Cardinalium vi & impetu irrumpentes, & in eis aliquid fuscipientes, pœnis à Pontifice jure decretis plectuntur.

CAP. II.

TEmerariorum quorundam, qui S. Rom. Ecc. Cardin. præcipuas Catholicæ Ecclesiæ columnas, eâ quâ convenit reverentiâ, observare contemnunt, & in eorum res, & bona, manus violentas a ausu sacrilego, injicere non verentur, effrenata libido nos admonet, & inducit, ut ad eorum audaciam, antequam longiùs prorepat, comprimendam, ea, quæ à prædecessoribus nostris, in dictorum Cardinalium dignitatis conservationem, provida sunt consideratione statuta, pro illorum observantia firmiori nostræ innovationis munimine roboremus, extendamus, & ampliemus, prout temporum qualitas exigit, & tam eminenti in Ecclesia Dei dignitati conspicimus in Domino salubriter expedire. Sanè ab aliquibus citrà temporibus, damnabilis quidam in urbe inolevit abusus, & licentia delinquendi, quo dum Apostolicâ sede vacante, per Cardinales in conclavi existentes, de futuri Romani Pontificis electione tractatur, si qua de uno ex iisdem Cardinalibus, quòd in Pontificem sit electus, vox prodeat etiam non vera, illius domum vulgus armis aggreditur, & super ea diripienda, cum ipsius Cardinalis, conclave nondum egressi, familiaribus eam custodientibus, vi contendit, & sic etiam effractis foribus, aut pariete effosso, aditus pateat in prædam omnium bonorum, quæ ibi extant, hostiliter corruit, nisi armatorum præsidio defendatur. Nonnulli quandoque reperiuntur ita temerarii & audaces, ut aliis etiam temporibus, prætextu rixarum, domos Cardinalium hostiliter cum armis aggredi non vereantur, in eaque morantes offendere & vulnerare, ex quibus Cardinalatûs honori, quibus sacrosancta militans Ecclesia, tanquam purpureo tota decoratur amictu, non parùm detrahitur, & eorum generatur contemptus, & homicidiorum & aliorum scandalorum occasio exhibetur.

Nos igitur hujusmodi temerarios conatus debitâ volentes animadversione reprimere, sacro approbante Concilio, fel. record. Honorii III. & Bonifacii VIII. Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, contra aliquem dictæ Ecclesiæ Card. hostiliter insequentes, & illis præsentiâ, consilio, aut favore assistentes, eosvé scienter receptantes, aut defendentes, & eorum domos & ædes, ut suprà, invadentes, & eorum posteros, bonas editas constitutiones auctoritate Apostolicâ, tenore præsentium innovamus; decernentes eas ubique debere perpetuis futuris temporibus inviolabiliter observari. Et nihilominùs constitutiones easdem, cum omnibus & singulis in eis contentis, censuris & pœnis, ad omnes & singulas personas, cujuscunque statûs, conditionis & excellentiæ existentes, qui alicujus dictorum Card. domum, tam tempore dicti conclavis, etiam si in Romanum tunc Pontificem sit electus, quàm aliàs quandocunque, & ex quacunque causâ, armatâ manu invadentes, & in ea violenter, hostiliter aliquid diripientes, aut quenquam ex inibi existentib. vulnerantes, & eorum socios, & eos qui id fieri mandaverint, vel factum ejus nomine ratum habuerint, ac ipsis invasoribus consilium in præmissis vel favorem præstiterint, & defenderint, extendimus & ampliamus. Romæ in publica sess. Lateran. Syn. 1516. 17. Cal. Aprilis.

Pius V. Ex Bonifacii noni Decreto.

Hostiliter offendens Cardinalem per se vel alium, sit reus læsæ majestatis, & puniatur.

CAP. III.

INfelicis seculi pericula miserati, dolorem comprimere non valemus, quòd nefarii homines, justorum sanguinem sitientes, ad illorum quoque perniciem infestiore animo incumbant, quos Spiritus Sanctus membra constituit præcipua Ecclesiæ Dei, quam suo sibi sanguine acquisivit. Magnâ igitur ratione, post alios felicis recordationis Bonifacius Papa VIII. de fratrum suorum consilio, perpetuâ constitutione sancivit, ut si quis sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem fuerit hostiliter insecutus, aut percusserit, aut cœperit, aut mandaverit id fieri, sociusque fuerit facientis, factumvé ratum habuerit, seu dederit consilium, vel favorem, aut receptaverit, aut defenderit scienter eundem, tanquam læsæ majestatis a reus, perpetuò sit infamis; & præterea dissidatus, bannitus, & intestabilis. Omnia ejus ædificia ruinæ perpetuæ subjaceant, nullusve ei debita reddere, nullus ei in judicio respondere teneatur, bonis omnibus fisco, vel reipublicæ applicatis. Idem etiam feudis, beneficiis, & officiis spiritualibus, & temporalibus sit ipso jure privatus, sed & ipse infectans, excommunicationis sententiam incurrat, quam solus Roman. Pontif. excepto mortis articulo, valeat relaxare. Sed ne hæc quidem conditio, propter abdita conscelerorum consilia, omninò satis esse noscitur, ad hujusmodi sacrilegia amplius prohibenda. Qui enim alicui vim inferre sibi proponunt, id secretò, in occulto, ut maximè machinantur, veluti impium illud facinus indicat, in personam dilecti filii nostri Caroli, tituli sanctæ Praxedis Presbyteri Cardinalis b Borrhomæi, Ecclesiam Mediolanensem sanctissimis institutis studiosè informantis, proximè attentatum. Quæ res nos gravius commovet, vehementiusque excitat, omnia exquirere, ut nobilissimæ corporis nostri partes undique protegantur. Quibus enim præsidio erimus, quibus suppetias afferemus, quos de-

nique

a *Clement. si quis suadente. de pœnit. 17. 9. 4. Navarrus cap. 27. num. 10. sum. Lat.*

a *Ioan. Andr. in cap. ad Apostolica. 6. perpetravit. de sentent. & re jud. in 6. in vers. Cardinales. Præpositus in c. in primis. 6. de persona numer. 20. 2. qu. 1. Anchor. in c. felicis. de pœnit. And. de Afflict. in cap. 11. colum. 2. in rotul. quæ sint.* b *In hunc Annum 1569. à Monachis quibusdam conjuratio: illa quidem sine effectu fuit facta; illi v. comprehensi, degradati, capite plectuntur.*

niéque tutabimur, si templi Dei bases, si clarissima Ecclesiæ lumina, si speciales filios, qui pro animabus populorum, pro fide, pro justitia, pro unitate pervigilant, insultos deseramus? Itaque sanctioni prædictæ de simili fratrum nostrorum consilio adjicientes, statuimus, ut quisquis, etiam à nudo consilio, aut simplici favore, aut omninò à cæteris prædictis alienus, quempiam authorum, administratorum, vel conscriorum conjurationis, sive conspirationis, aut commissi, committendivé criminis in personam Cardinalis, illorumvé fautorum, receptatorum, vel occultatorum, sive ex renunciatione sibi protinus, vel per interpositam personam, aut literas facta, cognoverit, sive ex scripturis, cœtu, conatu, concursu, insidiis, aliisvé signis & indiciis qualemcunque scientiam habuerit, vel etiam conjecerit, quivé horum quicquam intellexerit, quantumcunque res aliàs occulta sit, quamprimum id Rom. Pont. si in Curia fuerit, sin autem, ordinario loci, vel si Cardinalis ipse ordinarius extiterit, propinquiori Episcopo, & si crimen nondum commissum fuerit, etiam ipsi Cardinali properet revelare. Quicunque verò etiam non subditus, & omninò extraneus defecerit, cujuscunque dignitatis fuerit, prædicto sit excommunicationis laqueo innodatus, pariterque majestatis reus, infamiam, & omnes pœnas prædictas eo ipso incurrat. Eadem nihilominus constitutione, quoad reliquas ejus partes, ac cæteris omnibus sanctionibus canonicis, & civilibus, ad talium coërcitionem editis, in suo robore duraturis. Porrò si quis ad sanitatem revertens, rem adhuc incognitam retexerit, omni noxa penitùs liberetur. Cæterum loci ordinarii secretò casum ad se delatum, prædicto Pontifici, primo quoque tempore nuntiare, & interim rem omnem ab istis perquirere, & si necessitas tunc postulet, seculare quoque brachium adhibere debent. Dat. Rom. 14. Calend. Jan. 1569.

Leo Decimus, in Concilio Lateranensi.

Cardinales, qui sedi Apostolicæ, & communi omnium Christi fidelium Patri assident, præclaris virtutibus, & integris moribus illustres esse debent.

CAP. IV.

CVm sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales cæteros omnes in ipsa Ecclesia, post summum Pontificem, honore ac dignitate præcedant, conveniens ac debitum est, ut vitæ munditia, ac virtutum splendore cunctis præfulgeant. Quapropter non modo hortamur eos ac monemus, verumetiam statuimus, & ordinamus, ut de cætero quilibet Cardinalium pro tempore existens, juxta doctrinam Apostoli, ita sobriè, castè, ac piè vivat, ut non solùm à malo, sed ab omni etiam specie mali abstinens, coram hominibus luceat, Deumque inprimis operibus honorificet. Sint omnes vigiles, ac divinis officiis, missarumque celebrationibus intenti, habeantque capellas suas in loco honesto, prout facere consueverunt. Sitque eorum domus, familia, mensa, supellexque, non fastu, aut pompa, neque superfluis rebus, neque aliquo modo reprehensibilis, ne peccandi, excedendique modum licentia inde nascatur, sed ut æquum est, modestiæ & frugalitatis speculum dici mereantur. Illis itaque sint contenti, quæ sacerdotalem præ se ferant modestiam, ac prælatos & quoscunque alios insignes viros ad Romanam Curiam venientes, benignè, honorificeque, tam publicè quàm privatim tractent, & apud nos & successores nostros gratiosè, liberaliterque eorum negotia commendata suscipiant. Præterea ministerium indecorum Episcoporum, Prælatorumque in domibus non habeant, ne cæteris præesse instituti, & sacro charactere insigniti, in vilia descendant ministeria, passimque pastoralis officii contemptum inducant. Eos itaque, quos vel nunc habent, vel in posterum sunt habituri, honorificè, ut fratres, ac juxta eorum status condecentiam, tractent. Cumque Rom. Pontifici, communi omnium Christi fidelium patri assistant, personarum acceptatores, vel advocatos eos fieri, valdè inconveniens est.

Propterea statuimus, ne partialitatem suscipiant aliquam, neque Principum, aut communitatum, vel quorumcunque aliorum, contra quempiam, nisi quantum justitia & æquitas postulat, eorumque dignitas, & conditio requirit, promotores aut defensores fiant, sed à privata omni passione sejuncti, sedandis & componendis inter quoscunque litibus, omni diligentia vacent, incumbantque, Principum, & quorumcunque aliorum, ac præsertim pauperum, & religiosorum justa negotia pio promoveant affectu, oppressos & injustè gravatos juxta vires suas, & officii debitum adjuvent. Tituli sui loca, si præsentes in curia fuerint personaliter; Si verò absentes, per Vicarium idoneum, semel saltem singulis annis visitent, clericos & populos Ecclesiarum titulo suo subjectarum, cum diligentia inquirant, vigilentque circa cultum divinum & bona dictarum Ecclesiarum, moresque in primis & vitam clericorum & parochianorum solerter explorent, eosque omnes & singulos ad rectè, honestèque vivendum paterno moneant affectu. Pro augmento autem divini cultus, & salute animæ suæ, quilibet Cardinalis, vel in vita donet, vel in mortis articulo relinquat suo titulo, quantum sit satis ad Presbyterum unum commodè ibi sustentandum, vel si Ecclesia indigeat reparatione, vel alia subventione, tantum illi relinquat, vel donet, quantum conscientiæ suæ videbitur. Et cum minimè deceat, affines, & consanguineos præsertim benè meritos, & ope indigentes negligere, sed illis providere justum & laudabile sit, non propterea tamen, vel beneficiorum multitudine, vel Ecclesiasticis reditibus, ita eos impleri convenire arbitramur, ut cæteri damnum ex hujusmodi largitionis intemperantia patiantur, & inde scandalum nascatur.

Statuimus itaque, ut Ecclesiarum bona temerè non effundant, sed ea in piis & sanctis operibus exponant, quorum causa magni & opimi reditus, per sanctos Patres statuti & ordinati fuerunt. Volumus etiam, ut Ecclesiis eisdem Cardinalibus commendatis, etiam si Cathedrales, Abbatialesvé, aut Prioratus, vel quæcunque alia beneficia Ecclesiastica fuerint, absque omni prorsus excusatione procurent, ac omni conatu suo provideant debitè inserviri: Cathedralibus dignos & idoneos Vicarios, seu suffraganeos, prout consuetudo fuerit, cum digna & competenti mercede apponentes, reliquis autem sibi commendatis Ecclesiis aut Monasteriis, de justo Clericorum, vel Capellanorum, seu religiosorum, aut Monachorum Deo sufficienter & laudabiliter servientium munere providentes, ædificia quoque, possessiones, & jura quæcunque in statu convenienti conservent, & diruta instaurent, sicut ad bonorum prælatorum & commendatariorum officium spectat.

Idem ibidem.

Familia Cardinalium, quò magis personis illustribus subsunt, eò cultu illustriore modestiam ostendere debent.

CAP. V.

STatuimus etiam, ut Cardinales circà numerum familiarium, equorumque, suis impensis alendorum, magna utantur circumspectione, ac diligenti providentia, ne majorem numerum quàm sua facultas, conditio, ac dignitas patiatur, habentes, luxus ac prodigalitatis vitio notari possint, nevé rursus avari, sordidique habeantur, si in magnis & amplis reditibus pauciissimis victum præbeant, cùm domus Cardinalis patens hospitium, portusvé ac refugium proborum & doctorum maximè virorum, & pauperum, nobilium, honestarumque personarum esse debeat. Sint igitur circà modum

& numerum tenendi prudentes, ac de familiarum qualitate inprimis curiosi, ne ex alienis vitiis turpem sibi contrahant infamiæ notam, vulgoque obloquendi, calumniandique justas præbeant occasiones. Et cùm maximè providendum sit, ut non solùm coram Deo, cui primùm placere debemus, sed etiam coram hominibus opera nostra probentur, ut cæteris exemplo ad imitandũ possimus esse, ordinamus, ut quilibet Cardinalis se domûs ac familiæ suæ optimum rectorem, præfectumque ostendat esse, tam circa ea, quæ extrinseca omnibus apparent, quàm quæ intùs latent abscondita. Habeat itaque eorum quisque Sacerdotes, & Levitas, honestis vestimentis indutos, attenteque provideat, ne quis in familia sua quoquo modo beneficiatus, & in sacris ordinibus constitutus, vestes portet versicolores, nec eo habitu utatur, qui ordini Ecclesiastico parùm conveniat. Quare in presbyteratûs ordine constituti, vestes colorum, quæ clericis à jure non prohibeantur, deferre debeant, usque ad talos saltem demissas & habentes dignitates in cathedralibus, & canonici etiam dictarum cathedralium, ac primam dignitatem in collegiatis habentes, & Cardinalium capellani Missas celebrantes, caputium deferre in publico teneantur.

Scutiferis verò paulò supra talos concedantur, parafrenarii, quia in assiduo sunt motu, ministerioque funguntur laboriosiore, brevioribus, ac magis expeditis vestibus uti possint, etiam si fuerint clerici, dummodò in Presbyteratûs ordine non sint constituti. Ita tamen, ut ab honestate non discedant, sed ita vivant, ut mores Ecclesiasticis suis ordinibus non discrepent. Reliqui verò clerici temperatè ac modestè omnia faciant, & tam ipsi clerici beneficiati, quàm in sacris ordinibus constituti, comam, neque barbam, non nutriant *a*, neque mulas aut equos cum phaleris, ornamentisque ex velluto aut serico factis, habeant, sed ejusmodi rebus ex panno tantùm, aut corio, simpliciter utantur.

Paulus IV.

Lites & causæ Cardinalium evocantur, & Pontificiæ decisioni reservantur.

CAP. VI.

LItes & causas inter quoscunque sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, super quibusvis rebus & bonis, tam Ecclesiasticis, quàm secularibus, vel quorumvis ordinum regularibus, coram quibusvis judicibus, in quavis instantia, ac etiam in negotio executorio, vel restitutionis in integrum, quomodolibet vertentes & pendentes, ad nos in eisdem statu & terminis, in quibus reperiuntur, advocamus, cognitionemque & decisionem illarum nobis reservamus, decisionique & terminationi per nos super illis faciendæ, appellatione quâcunque, etiam aliàs de jure admissibili, rejectâ & postpositâ, standum, acquiescendum, & patienter omninò parendum & obediendum fore statuimus & ordinamus, ac similiter in citulis & causis, quæ de cætero inter eosdem Cardinales exoriri contigerit, observari volumus. Romæ 1555. 9. Januarii.

Leo Decimus, In Concilio Lateran.

Pompa funebres Cardinalium, quo sumptu persolvi debeat.

CAP. VII.

EXpensæ funebres Cardinalium computatis omnibus, centum & quinquaginta florenorum summam excedere non debent, nisi exequutorum providentia, justis allegatis causis ac rationibus, plus exponendum esse duxerit. Exequiæ & castrum doloris, primâ & nonâ die fiant, infra octavam verò Missæ de more celebrentur.

a *Episcoporum domus (ait divus Hieronymus) omnium commune debet esse hospitium. Laicus unum, aut duos, aut paucos recipiens, implebit hospitalitatis officium. Episcopus, nisi omnes receperit, inhumanus est. Vide Can. 40. Apost. c. prohibetur. 23. dist. & Carthag. Synod. 4. c. cleric. de vita & honestate clericorum.*

TITULUS V.

DE ÆTATE ET QUALITATE ordinandorum.

Pius V.

Nemo ad sacros ordines admittatur sine titulo beneficii, pensionis aut patrimonii.

CAP. I.

CVm non deceat divino mysterio adscriptos, cum ordinis dedecore, *a* mendicare, aut sordidum aliquem quæstum exercere, sacro Tridentino Concilio inter alia decretum fuit, ne quis deinceps clericus secularis, quamvis aliàs moribus, scientiâ, & ætate esset idoneus, ad sacros ordines promoveretur, nisi priùs legitimè constaret, eum beneficium Ecclesiasticum, quod sibi ad victum honestè sufficeret, pacificè possideret, vel aliàs ordinari non posset, nisi juxta decreti ab ipso Concilio desuper edicti formam & tenorem. Cùm autem nulla in hujusmodi decreto religiosorum Clericorum mentio facta fuerit, ac propterea nonnulli (uti molestè accipimus) cæterorum ordinum religiosi, seu Canonici, vel Clerici, intra claustra monasteriorum seu domorum more regalium in communi viventes, qui nonnunquam, seu non nisi ad certum tempus professionem emittunt, & ex claustro exire, & dimitti, atq; ad seculum redire, liberè & licitè possunt, religionis prætextu, absq; titulo sufficientis beneficii, nec juxta dicti decreti tenorem ad sacros ordines se promoveri prætendant, & à nonnullis Episcopis passim promoveantur, atque inde plerunque illud inconveniens eveniat, ut sic promoti, & è claustro exeuntes, & per seculum vagantes, vel mendicare, vel sordidum quæstum exercere, non sine ipsorum dedecore, ac ordinis vilipendio, & quàm plurimorum Christi fidelium scandalo, cogantur. Nos igitur, qui singulorum Dei ministrorum honorem, & decus (quantum in nobis est) sinceris exoptamus affectibus motu proprio & ex certa nostra scientia, deq; Apost. potest. plenitudine, hâc perpetuò valiturâ sanctione, decretum prædictum de Clericis secularibus loquens, ad omnes & singulos etiam, cujuscunque ordinis Clericos religiosos sive seculares, more religiosorum viventes, in communi non professos, harum serie extendimus, & ampliamus, ac religiosis, & aliis prædictis non professis, ut ad sacros ordines promoveri, necnon omnibus & singulis venerabilibus fratribus nostris Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, gratiam, & communionem sedis Apostolicæ habentibus, ut ordines ipsos hujusmodi religiosis personis impendere, nisi observatâ formâ dicti decreti, nos virtute sanctæ obedientiæ, & sub indignationis nostræ pœna interdicimus, & prohibemus, ac contra facientes per annum, à præstatione talium ordinum ipso jure, suspendimus. Romæ Idibus Octob. 1568.

TITULUS VI.

DE FILIIS PRESBYTERORUM.

Clemens VII.

Filii Presbyterorum beneficiis, qualibus olim patres præfuere, quâcunq; dispensationis gratiâ intercedente, non instituantur.

CAP. I.

AD canonum conditorem non est dubium pertinere, cùm statuta à se, vel prædecessoribus suis, ad animarum Christi fidelium salutem edita, propter eorum abusum, qui successu temporum, malitiâ hominum succrescente, magis indies dignoscitur obesse, quàm prodesse animadvertit, ne ulteriùs obesse va-

a *Cap. Diacenes sunt. circa med. 33. dist. Concil. Trid. sess. 22. cap. 2. 5. q. 2. c. planum.*

leant,

leant, providere. Sanè postquam fel. record. Alexander Papa III. prædecessor noster, filios præsertim Sacerdotum in Ecclesiis paternis succedere prohibuerat *a*, easque nihilominùs, mediâ intercedente personâ, filios ipsos habere disposuerat, cùm passim Sacerdotes, ut Ecclesiis suis eorum filii potirentur fatagentes, in Alexandri prædecessoris hujusmodi dispositione confisi, Ecclesias suas, quas ad eorum pervenire filios gestiebant, in favorem personarum, quæ Ecclesias ipsas, etiam illarum possessione non habitâ, in ipsorum resignanti in filios, ex fornicatione genitos, illicò mox resignare, ipsique filii Ecclesias ipsas, dispensatione super defectu natalium, quem ex dictis Sacerdotibus resignantibus geniti patiebantur, etiam patris nomine expresso, obtenta, consequi hactenus consueverint, profectò perniciosum semper, & abominabile, ac in gravem divinæ majestatis offensam tendere, videlicet, quòd ipsi Presbyteri eorum crimen, quod erat occultum, non sine turpitudine, ad inordinatum spuriorum filiorum amorem, detegere non erubescerent.

Judicavimus propterea, quòd ubi tempus, quod omnia palàm facit, & præsentium ratio, quid in futurum cavendum sit, admoneret, meritò movemur, & ad tollendum hujusmodi abusum, necessarium arbitrati sumus, ejusdem Alexandri prædecessoris canonem corrigere potiùs, quàm talia, cum tanto hominum scandalo, tolerare. Habitâ igitur super his cum venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus maturâ deliberatione, de eorum consilio & unanimi consensu, auctoritate Apostolicâ, tenore præsentium statuimus & ordinamus, quòd de cætero filii Presbyterorum ex fornicatione nati, Ecclesias cathedrales, etiam metropolitanas, ac monasteria, quibus eorum patres præfuerunt, seu illa, & illas dignitates, etiam majores & principales personatus, administrationes & officia etiam curata, & electiva, & alia quæcunque beneficia Ecclesiastica, cum cura & sine cura, secularia, & quorumvis ordinum regularia, quæ Presbyteri & clerici ac religiosi eorum patres in titulum, vel commendam, aut administrationem, ad tempus, seu in perpetuum aliquando obtinuerunt, nullo unquam tempore quoquo modo obtinere possint, nec cum eis super hoc dispensare intendimus. Et si quas dispensationes per nos concedi contigerit, tanquam per præoccupationem & contra mentem nostram, in concessas eis nullatenus suffragari, talesque dispensationes nostris volumus suffragare temporibus, & quod nobis licere non patimur, nostris successoribus indicamus. Romæ 1533. 3. Non. Junii.

a *Concil. Tolet. in cap. 10. gravius animad vertit. Alexand. 3. part. 19. cap. 3. & in Concil. Lateranen. cap. 14. arcentur à beneficiis spurii, quibus olim patres præfuêre. concord. concil. Trid. sess. 25. cap. 15.*

TITULUS VII.
DE BONIS ECCLESIÆ ALIENANDIS, vel non.

Paulus Secundus.

Bonorum Ecclesiasticorum alienatio, inconsulto summo Pontifice, & necessitate non urgente, nulla est.

CAP. I.

AMbitiosæ cupiditati, illorum præcipuè, qui divinis & humanis affectatis, damnatione postpositâ, immobilia & pretiosa mobilia Deo dicata, ex quibus Ecclesiæ, Monasteria, & pia loca reguntur, illustranturque, & eorum ministri sibi alimoniam vendicant, profanis usibus applicare, aut cum maximo illorum ac divini cultûs detrimento, exquisitis mediis usurpare præsumunt, occurrere cupientes: omnium eorum & bonorum Ecclesiasticorum alienationem, omneq; pactum, per quod ipsorum dominium, concessionem, hypothecam, locationem & conductionem ultra triennium, nec non infeudationem, vel contractum emphyteuticum, præterquam in casibus à jure *a* permissis, ac de rebus & bonis in emphyteusim ab antiquo concedi solitis, & tunc cum Ecclesiarum evidenti utilitate, ac de fructibus & bonis, quæ servando servari non possunt, pro instantis temporis exigentia, hâc perpetuò valiturâ constitutione fieri prohibemus, prædecessorum nostrorum constitutionibus, prohibitionibus & decretis aliis, super hoc editis, quæ tenore præsentium innovamus, in suo nihilominùs robore permansuris.

Si quis contra hujus nostræ prohibitionis seriem, de bonis & rebus eisdem quicquam alienare præsumpserit, alienatio, hypotheca, concessio, locatio, conductio, & infeudatio hujusmodi, nullius omninò sit roboris vel momenti: & tam qui alienat, quàm is, qui alienatas res & bona prædicta receperit, sententiam excommunicationis incurrat, alienanti verò bona Ecclesiarum, monasteriorum, locorumque piorum quorumlibet, inconsulto Rom. Pontifice, aut contra præsentis constitutionis tenorem, si Pontificali vel Abbatiali præfulgeat dignitate, ingressus Ecclesiæ sit penitùs interdictus: & si per sex menses immediatè sequentes, sub interdicto hujusmodi, animo (quod absit) perseverârit indurato, lapsis mensibus eisdem, à regimine & administratione suæ Ecclesiæ vel monasterii, cui præfidet, in spiritualibus & temporalibus sit eo ipso suspensus. Inferiores verò prælati, commendatarii, & alii Ecclesiarum rectores beneficiati, vel administrationem quomodolibet obtinentes, prioratibus, præposituris, præpositatibus, dignitatibus, personatibus, administrationibus, officiis, canonicatibus, præbendis, aliisque Ecclesiasticis cum cura & sine, secularibus & regularibus beneficiis, quorum res & bona alienârunt duntaxat, ipso facto privati existant, illaque absque declaratione aliqua vacare censeantur: possintque per locorum ordinarios vel alios, ad quos eorum collatio pertinet, personis idoneis (illis exceptis, quæ propterea privatæ fuerint) liberè de jure conferri, nisi aliàs dispositioni Apostolicæ sedis sint specialiter aut generaliter reservata: & nihilominùs alienatæ res & bona hujusmodi, ad Ecclesias, monasteria, & loca pia, ad quæ ante alienationem hujusmodi pertinebant, liberè reverstantur. Rom. Cal. Martii. 1467.

Julius Tertius, Simoni de Puteo, & Joanni Baptistæ, Cardinalibus.

Alienationes contra formam à Paulo II. præscriptam fallæ, revocantur.

CAP. II.

INdemnitati Ecclesiarum, ut ex debito nostri pastoralis officii tenemur, volentes providere, circumspectioni vestræ, quorum eximia integritas, singularis prudentia, exacta diligentia, & in rebus gerendis dexteritas, ac aliæ præclaræ virtutes, veteris experientiæ documento nobis jàm dudum cognitæ sunt, per præsentes committimus, & mandamus, quatenus per vos seu alios, quos ad hoc cum simili, aut limitatâ potestate, duxeritis deputandos, vocatis, prout vobis videbitur, bonorum malè alienatorum, contra formam *b* constitutionis per fel. recordat. Paul.

a *Jure conceditur certis urgentibus casibus necessitatis, & majoris utilitatis alienatio. Cor. in 2. volum. consecrat. 1. Barb. in 5. volum. consecrat. 6. in 2. colum. & seq. Ludovic. Roman. cons. 36. Villagut. de rebus Ecclesiæ in al. alienat.* b *Duo copulativè requirunt, videlicet, formam, id est, solemnitatem, & justam causam alienandi. c. 1. de rebus Ecclesiæ non alienand. in 6. gl. in verb. vedere. in 1. extr. de in integr. restitut.*

Pap. II. editæ, vocatis possessoribus, super nullitate & invalidatione locationum & alienationum hujusmodi, ac indebita occupatione, summariè & simpliciter, sine strepitu & figura judicii, sola facti veritate inspecta auctoritate nostra diligenter inquiratis, ac bona & jura illa beneficiorum & piorum locorum, quorum antea erant, in jus & proprietatem revocetis & reducatis, & possessores de indebitè perceptis ad satisfaciendum cogatis & compellatis. Rom. 23. Maji. 1572.

Paulus Tertius.

Pro præsidio belli suscipiendi adversus Turcæ furores, camera Apostolicæ census alienandi facultas conceditur.

CAP. III.

IN sacra beati Petri sede cum plenitudine potestatis, meritis licet imparibus, divina dispositione locati, ad ea (ut debemus) libenter intendimus, per quæ orthodoxæ fidei defensioni, ac reipublicæ Christianæ statui, valeat salubriter provideri. Sanè universo orbi notum esse credimus, immanissimum Turcarum tyrannum, post innumerabiles per ejus antecessores Christiano nomini in diversis mundi partibus clades illatas, multaque regna & dominia ejus ditioni adjecta, novissimè tempore nostri Pont. Regnum Neapolitanum, pluribus illius locis prædatis, invasisse, & notabilia damna, tàm in locorum devastatione, quàm in personarum asportatione fecisse, longe etiam plura facturus, nisi Christianissimi in Christo filii, Caroli Romani Imperatoris semper Augusti, & dicti Regni Regis pietas, virtus, & strenuitas, qui ad hoc non sine maximis expensis, potentem classem paraverat, obstitisset, præmissisque non contentum, civitatem Castri novi, Christianis illam acriter defendentibus immaniter trucidatis, expugnasse. Quæ etsi potiùs vindicanda, quàm cum Christianitatis ignominia, & damni revocatione recensenda forent, tamen non possumus non ea dolenter referre, propter evidens periculum, quod reipublicæ prædictæ, ex novis belli apparatibus, per tyrannum, ad penetrandum Pannoniam ad præsens tumultuantem, & fines Germaniæ, ad Italiam, ad quam idem tyrannus, pluans inde facile, quod reliquum est Christianitatis, in suam potestatem redigere, insatiabili siti anhelat, invadendum & occupandum, terra marique noviter instructis, cernimus imminere. Et cùm periculo hujusmodi, quod indies majores vires habiturum dubitatur ex iis, quæ in pluribus Christianitatis partibus, circa veram religionem innovata sunt, & innovantur, occurrere omninò intendamus: considerantes ad præmissa magna esse opus impensa, & quòd de Christianorum Principum subsidio, non quantum res ipsa expostulat, nobis promittere valemus, propter bella, & calamitates, quibus temporibus præteritis affecti fuerunt: quodque vires nostræ, ex alienationibus rerum & bonorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ per Romanos Pontifices prædecessores nostros factis, & magnis expensarum profluviis, quæ pro nonnullis Apostolicæ sedis necessitatibus pluries nos subire oportuit, tenuissimæ sunt, cogitavimus pecunias modis omnibus, qui nobis possibiles sint, exquirere, ut illarum auxilio truculentam rabiem dicti tyranni retundere, ac aliis Christianæ fidei necessitatibus providere valeamus. Habita igitur cum venerabilibus fratribus nostris, ejusdem Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, in consistorio nostro secreto, discussione & deliberatione matura, de ipsorum fratrum consilio, & unanimi assensu, ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, quàm plurimorum Romanorum Pontificum etiam prædecessorum nostrorum, qui similibus vel aliis tunc urgentibus necessitatibus, nonnulla bona Ecclesiastica vendiderunt, vestigiis inhærentes, dilectis filiis Guidoni Ascanio Sforziæ, S. Eustachii Diacono Cardinali Camerario, & Hieronymo Ricanati de Capite Ferreo Thesaurario nostris, quos ad hæc commissarios & exequutores nostros facimus ac deputamus: quòd per se, vel alium, seu alios de eorum mandato, quoscunque canones, responsiones, & recognitiones, & census perpetuos, vel temporales, quibusvis nominibus nuncupentur, & ad quascunque summas ascendant, sub quibusvis caducitatis, & aliis pactis, & conventionibus, ac obligationibus, necnon modis & formis constitutos, quæ in extinctionibus, ac liberationibus infrà scriptis, specificari volumus, super quibusvis casalibus, vineis, domibus, possessionibus, prædiis, tenimentis, & aliis bonis immobilibus, cujuscunque qualitatis, valoris, æstimationis, etiam speciali nota dignis existentibus, Cameræ Apostolicæ, & Romanæ, ac quarumcunque Ecclesiarum, etiam cathedralium, & metropolitanarum ac Patriarchalium, ac basilicarum, necnon monasteriorum, congregationum, ordinum, ac aliorum religiosorum & piorum locorum, etiam quantumcunque privilegiatorum, & exemptorum, ac habentium, quod in generali, ac etiam speciali, & individua expressione, nisi certis modis & formis servatis, non veniant, nec comprehendantur in urbe prædicta, & extra illius muros, necnon quibusvis civitatibus, terris, & locis temporali dominio dictæ Romanæ Ecclesiæ existentibus consistentium (monasteriis monialium, ac hospitalibus hospitalitatem servantibus, & locis hospitalis S. Joannis Hierosolymitani duntaxat exceptis) feudi, emphyteusis, livelli, census, canonis, responsionis, locationis, & cujusvis alterius contractûs, vel concessionis, jure, causa, occasione, vel aliàs quomodolibet, per quoscunque, etiam Episcopali, vel alia majori Ecclesiastica vel Mundana dignitate & excellentia præditos solvendos, seu debitos, pro pretio seu pretiis, quod seu quæ Camerarius, & Thesaurarius nostri præfati repererint, sine aliqua causæ cognitione, ac ullis tractatibus, ullisve solennitatibus desuper habitis & servatis, ac sine requisitione & consensu eorum, qui de jure vel aliàs requiri & consentire deberent, extinguere: & casalia, vineas, domos, possessiones, prædia, tenimenta, & alia bona prædicta, illorumque feudatarios, emphyteutas, censuarios, livellarios, locatarios, conductores, ac utiles dominos à censuum, canonum, responsionum, & recognitionum hujusmodi, in pecunia numerata, vel alia specie debitorum præstatione perpetuò affrancare & liberare, illisque de novo casalia, & alia bona prædicta infeudare, locare & concedere (recompensa tamen Cameræ, Ecclesiis, monasteriis, ordinibus, congregationibus, & locis, ac aliis prædictis, quorum census, canones, responsiones, recognitiones, & alia jura hujusmodi extinguentur, pro concurrenti reditus annui quantitate assignata) ita tamen, quòd paribus conditionibus conductores, & alii, quibus aliàs per extinctionem hujusmodi præjudicaretur, quibuscunque aliis præferantur: necnon quæcunque instrumenta & scripturas, ac alia desuper necessaria, & opportuna facere, & exequi liberè & licitè possint & valeant, plenam & liberam licentiam, facultatem, & auctoritatem concedimus. Decernentes, extinctiones, affrancationes, liberationes, investituras, concessiones, & alia, per dictos Camerarium & Thesaurarium desuper fienda & exequenda, perpetuæ firmitatis robur obtinere, aut feudatarios, & utiles dominos, ac alios præfatos, eorumque hæredes & successores, ac alios, quorum interest, vel interesse poterit, modo aliquo contra tenorem præsentium desuper molestari, impediri, vel inquietari non posse, sed illos, & casalia, vineas, domos, possessiones, bona, & jura hujusmodi franca, libera, & allodialia fore, & esse, ac Ecclesias, monasteria, ordines, congregationes, & loca prædicta, eorum-

eorumque præsules, & rectores nunc pro tempore existentes, ullo unquam tempore præmissis se opponere, aut ab illis reclamare, vel beneficium restitutionis in integrum, sub laesionis, vel alio quocunque prætextu petere, vel impetrato uti, non posse neque debere. Romæ II. Calend. Ian. 1540.

Paulus Quartus.

Bonorum Ecclesiasticorum alienationes ipsis Ecclesiis & piis locis damnum & intolerabilem injuriam afferentes, annullanda & revocanda sunt.

CAP. IV.

RErum & bonorum Ecclesiæ illicitas alienationes conniventibus oculis pertransire nequeuntes, quinimò cupientes eis, quantum cum Deo possumus, opportunum remedium adhibere, motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, omnes & singulas alienationes, & in emphyteusim, seu censum perpetuum, aut tertiam, vel aliam generationem, seu hominis vitam, aut aliud tempus ultra triennium locationes, vel concessiones, seu permutationes, hypothecas, & obligationes, de quibusvis castris, terris, oppidis, civitatibus, & locis, aut aliis bonis immobilibus, seu rebus & juribus, tam spiritualibus, quàm temporalibus, ejusdem Romanæ, & quarumcunque cathedralium, etiam metropolitanarum & aliarum Ecclesiarum, necnon monasteriorum, domorum, & aliorum regularium locorum, & quorumvis beneficiorum Ecclesiasticorum, cum cura & sine cura, secularium & quorumvis ordinum regularium, nec non hospitalium, & aliorum piorum locorum quorumlibet, per quoscunque, etiam Romanos Pontifices, prædecessores nostros, seu eorum auctoritate vel mandato Camerarios suos, & clericos Cameræ Apostolicæ præsidentes, ac quosvis Ecclesiarum, Monasteriorum, & domorum prælatos, & beneficiatos, necnon hospitalium, & aliorum regularium, & piorum locorum rectores, cujuscunque dignitatis, statûs, gradûs, ordinis, & conditionis existentes, etiamsi Cardinalatûs honore pollerent; in damnum Ecclesiæ, seu non servatis solennitatibus à jure requisitis, aut aliàs nulliter hactenus factas, & contractus superinde sub quibusvis formis, & verborum expressionibus habitos & celebratos, etiam si juramento vallati existant, & quantumvis longâ temporis præscriptione robur sumpsisse dici possint, ac ipsius Romanæ Ecclesiæ favorem aut commodum concernant, eorum omnium tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus, prò expressis habentes, Apostolicâ auctoritate, tenore præsentium rescindimus, irritamus, cassamus, & annullamus, ac viribus omninò evacuamus, ac pro rescissis, irritis, cassis, & nullis, ac penitus infectis haberi volumus. Ipsosque detentores ad castra, terras, oppida, civitates & loca occupata, ac bona, res, & jura prædicta, Rom. & cathedralibus, etiam metropolitan. ac aliis Ecclesiis, nec non monasteriis, domibus, hospitalibus, & beneficiis, ac regularibus, & piis locis relaxandum, & de fructibus, tam hactenus perceptis, quàm in posterum percipiendis, realiter satisfaciendum teneri, & ad id cogi & compelli posse omnibus juris remediis. Romæ Prid. Idus Iul. 1555.

Pius IV.

Romana Ecclesia & Camera Apostolica bona alienata, in illius damnum aut sine pari valoris recompensa, vel necessitate, seu evidenti utilitate, pro non alienatis habeantur, & restituantur.

CAP. V.

VEnditiones, cessiones, infeudationes, locationes, donationes, permutationes, hypothecas, concessiones, & alias omnimodas alienationes & contractus, quæcunque, quotcunque, & qualescunque, ac in quorumvis Principum ac Cardinalium, Patriarcharum, & aliorum Prælatorum favorem, vel eorum contemplatione, per prædecessores nostros, ac nos, & sedem præfatam, necessitate, vel evidenti utilitate sedis hujusmodi id non exigente, seu sine aliqua, vel saltem minimè correspectiva, neque competenti recompensa factos, & concessos, ac confirmatos, & approbatos, etiam si quantumvis longissimâ temporis præscriptione robur sumpsisse dici possint, auctoritate Apostolicâ, tenore præsentium perpetuò revocamus, rescindimus, cassamus, irritamus, annullamus, ac viribus omninò vacuamus. Declarantes venditiones, cessiones, infeudationes, locationes, donationes, permutationes, hypothecas, concessiones, & cæteras alienationes præmissas nequaquam tenuisse, nec tenere, nullumque emptoribus, cessionariis, feudatariis, locatariis, donatariis, aliisque rerum ipsarum detentoribus, nec aliquem possidendi titulum per eas quæsitum esse, nec eisdem Ecclesiæ, sedi, & Cameræ præjudiciũ afferre potuisse. Ac civitatum, terrarum, & aliorum locorum eorundem habitatores, vasallos, & subditos, dictis illorum detentoribus, nullum vasallagii, fidelitatis, vel subjectionis, aut aliud jus vel obedientiam, alienationum hujusmodi, vel etiam juramenti per eos illis præstiti, quod etiam eis harum serie relaxamus, prætextu debere, aut illis astrictos esse. Quinimò detentores ipsos ad eadem, civitates, terras, castra, oppida, & loca sedi & Cameræ præfatis realiter, & cum effectu restituenda, & relaxanda, ac eorum detentores ad fructuum inde post obitum concedentis hactenus perceptorum, & in posterum percipiendorum, restitutionem in utroque foro omninò teneri, & ad id etiam sententiis, censuris & pœnis Ecclesiasticis, ac etiam pecuniariis, nec non privationis quorumcunq; aliorum feudorum Ecclesiasticorum, per eos etiam legitimè obtentorum, & inhabilitatis ad illa aliaq; deinceps obtinenda, ac aliis juris & facti remediis cogi & compelli posse. Ac decernentes, præsentes vim perpetuæ legis habere, neq; de nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, vel alio quovis defectu, notari seu impugnari posse, sed illas omni exceptione remotâ, validas & efficaces fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri, & inviolabiliter observari. Rom. 15. Cal. Decemb. 1565.

Pius V.

Infeudationum & alienationum bonorum Ecclesiæ persuasores & mediatores excommunicantur.

CAP. VI.

TRactantes, consulentes, aut aliàs verba facientes de infeudationibus aut alienationibus a, de civitatibus & locis immediatè ad nos & sedem Apostolicam spectantibus & pertinentibus, etiam devolutis, etiam in feudum communiter & pluries dari solitis, sive ex causa permutationis, aut aliàs quomodolibet, etiam contemplatione meritorum erga sedem præfatam, aut sub prætextu necessitatis, vel evidentis utilitatis faciendis, seu de postulandis à nobis & sede præfatâ quibusvis personis cujusvis dignitatis, in Duces, Vicarios, Gubernatores seu quemvis alium titulum, ad vitam, vel in perpetuum, vel longum tempus, civitatum, oppidorum, artium & locorum prædictorum, ac propterea de eligendis oratoribus ad nos & successores nostros super præmissis, vel eorum occasione mittendis proponentes, tam ipsi, quàm oratores, munus hujusmodi recipientes, aut alii quicunque alienationes per se vel alium seu alios insinuantes vel suadentes, eo ipso sententiam incurrant excommunicationis, & sedis Apostolicæ rebelles, etiam in primo capite læsæ majestatis, & proditores civitatum & lo-

a *Spec. in titul. de emphyteus. §. nunc verò aliqua. vers. 113. prope fin. Bald. in l. cum virum. C. de fide com. Barto. in l. ex diverso. §. etiam in gloss. ubi ea, quæ fol. mac. in l. quod dicitur. ff. de verb. oblig. 12. q. 2.*

corum præfatorum, ac loca eorum fisco ipso jure devoluta & incorporata sint, & esse censeantur, omnibus dignitatibus, & quomodolibet obtentis beneficiis, privati existant, neque ad civitates & loca præfata ullo unquam tempore remitti possint, & si aliquando eos reintegrari contigerit, nihilominus infames remaneant, illisq; bonorum & dignitatum portæ perpetuò claudantur. Rom. 4. Cal. April. 1566.

Sixtus V.

Bonorum immobilium Gallicana Ecclesia alienatio permittitur in subsidium belli ad exterpandas hæreses.

CAP. VII.

CUm charissimus in Christo filius noster Henricus, Francorum Rex Christianissimus, suis literis & nuntiis nobis significaverit, se jam omnes propemodùm modos tentasse reducendi hæreticos, qui jam aliquam partem regni sui infecerant, in viam veram & Catholicam, ac tot retroactis seculis in illo regno usitatam, magna cum pietatis laude & ipsius regni tranquillitate, nec tamen quicquam proficere potuisse, volens satisfacere debito suo erga Deum omnipotentem, per quem Reges regnant, paci etiam & quieti Regni sui consulere cupiens: scriptum est enim: *Omne Regnum in se divisum, desolabitur.* conscientiæ etiam securitati, & animæ suæ saluti, quâ nulla res est pretiosior, prospicere intendens, quando aliâ viâ non licuit, ad arma succurrendum duxit, quò hanc pestem ex suo regno ejiceret & eliminaret: eodem etiam tempore non solùm conservationi Ecclesiarum, ac personarum & bonorum Ecclesiasticorum, sed etiam recuperationi eorum, quæ ab his hæreticis detinentur, & impiè tractantur, diligenter intenderet: cùm alioqui de his omnibus rationem Deo redditurus, divini judicii ultionem meritò reformidare cogatur, si remisse ac negligenter negotium Dei ac religionis, Ecclesiarum etiam & bonorum occupatorum tractaret. Quare cùm jam arma sumpserit, hoc sancto proposito constantissimè obfirmatus, justum esse duxit, ut Clerus etiam Galliæ partem oneris sustineat, quòd etiam ipse idem Franciæ Clerus legitimè congregatus, necessarium judicavit, istis bellorum tempestatibus Regi succurrendum esse, etiam per alienationem bonorum immobilium: Nobis itaque supplicari fecit, ut dicto Clero facultatem vendendi bona mobilia vel immobilia, usque ad valorem centum millium scutorum in reditibus annuis concederemus: Nos considerantes, quòd si bellum hoc, cùm exitum habuerit, quem & optamus, & aspirante regiis conatibus divinâ clementiâ firmiter speramus, Ecclesiasticus ordo non solùm conservabit, quæ nunc possidet, sed recuperabit jam ab hæreticis occupata, quorum non parva summa est, postulatis regiis libenter annuimus; ita tamen ut hic ordo servetur, in præsens quinquaginta tantùm millia alienentur: quæ summa, ut quàm minimo Ecclesiarum detrimento efficiatur, & fideliter atque utiliter in usum designatum erogetur, &c.

TITULUS VIII.

DE OFFICIO LEGATI.

Leo X. In Concilio Lateranensi.

Legati residere tenentur in loco, ad quæ deputantur.

CAP. I.

NUllis Cardinalibus provincias ac civitates legationis titulo obtinentes, eas per locumtenentes aut officiales quoscunq; administrare liceat, sed personaliter ipsi pro majori parte temporis adesse, atque eas omni vigilantiâ regere & gubernare teneantur: & qui nunc titulum legationis obtinent, aut pro tempore obtinebunt, si in Italia intra tres menses, si extra Italiam quinque, à die præsentis publicationis, ad suas provincias ire, ac majorem temporis partem ibi residere teneantur: nisi de nostro & successorum nostrorum mandato, pro aliquibus gravioribus negotiis in Romana Curia retineantur, vel ad alia loca, prout necessitas postulat, mittantur: & tunc in dictis provinciis ac civitatibus vicelegatos, auditores, locumtenentes, cæterosque consuetos officiales cum debitis provisionibus ac salariis habeant. Qui præmissa omnia & singula non servaverit, emolumentis quibuscunque legationis careat. Quæ quidem propter hoc antiquitùs ordinata & instituta fuerunt, ut opportuna legatorum præsentia populis esset salutaris, non ut ipsi laborum & curarum penitus expertes, lucro tantùm, suæque legationis titulo inhiarent. Rom. 3. Non. Maji. 1515.

TITULUS IX.

DE INSULIS NOVI ORBIS.

Alexander VI.

Ad propagandam fidem Christianam, novi orbis Insulæ concedunter juri & dominio Regis Catholici, Ferdinandi Aragon.

CAP. I.

ALexander Episcopus, servus servorum Dei, Ferdinando Regi, & Isabellæ Reginæ Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, & Granatæ, illustribus, salutem & Apostolicam benedictionem [a]. Inter cæteta divinæ majestati beneplacita opera, & cordis nostri desiderabilia, illud profectò potissimum existit, ut fides Catholica & Christiana religio, nostris præsertim temporibus exaltetur, ac ubilibet amplietur & dilatetur, animarumque salus procuretur, ac barbaricæ nationes deprimantur, & ad fidem ipsam reducantur. Unde cùm ad hanc sacram Petri sedem divinâ favente clementiâ (meritis licèt imparibus) evecti fuerimus, cognoscentes, vos, tanquam veros Catholicos Reges & Principes, quales semper fuisse novimus, & à vobis præclarè gesta toti penè jam orbi notissima demonstrant, ue dum id exoptare, sed omni conatu, studio & diligentiâ, nullis laboribus, nullis impensis, nullisque parcendo periculis, etiam proprium sanguinem effundendo efficere, ac omnem animum vestrum, omnesque conatus ad hoc jamdudum dedicâsse, quemadmodum recuperatio regni Granatæ à tyrannide Saracenorum hodiernis temporibus per vos, cum tanta Divini nominis gloria, facta testatur, dignè ducimur non immeritò, & debemus illas vobis etiam sponte & favorabiliter concedere, per quæ hujusmodi sanctum & laudabile ab immortali Deo cœptum propositum, indies ferventiori animo, ad ipsius Dei honorem & imperii Christiani propagationem prosequi valeatis. Sanè accepimus, quòd vos dudum animum proposueratis, aliquas insulas & terras firmas, remotas & incognitas, ac per alios hactenus non repertas, quærere & invenire, ut illarum incolas & habitatores ad colendum Redemptorem nostrum, & fidem Catholicam profitendum reduceretis, hactenus in expugnatione & recuperatione ipsius regni Granatæ, plurimum occupati, hujusmodi sanctum & laudabile propositum vestrum ad optatum finem perducere nequivistis: sed tandem sicut Domino placuit, regno prædicto recuperato, volentes desiderium adimplere vestrum, dilectum filium Christophorum

[a] *Constitutio ab Historicis celebrata: illa est, qua Reges Portugallia & Castellæ inter, Indias devidebat, ne ad arma deveniretur: Est autem Ferdinandus hic V. Arragonæ Rex, Ioannis filius, Alphonsi Neapolitani frater, Caroli V. & Ferdinandi Impp. avus. Qui ex uxore duct. à Isabellâ Castellæ Reginâ, maxima regna conjunxit, & Iohannam unic. post Philippo Austr. nuptam procreavit.*

phorum Columbum, virum utique dignum & plurimùm commendandum, ac tanto negotio aptum, cum navigiis & hominibus ad similia instructis, non sine maximis laboribus & periculis ac expensis destinastis, ut terras firmas & insulas remotas & incognitas hujusmodi, per mare, ubi hactenus navigatum non fuerat, diligenter inquireret: qui tandem (divino auxilio) factâ extremâ diligentiâ in mare Oceano navigantes, certas insulas remotissimas, & etiam terras firmas, quæ per alios hactenus repertæ non fuerant, invenerunt, in quibus quâ plurimæ gentes pacificè viventes, & ut asseritur, nudi incedentes, nec carnibus vescentes, inhabitant, & ut præfati nuncii vestri possunt opinari, gentes ipsæ in insulis & terris prædictis habitantes, credunt unum Deum creatorem in cœlis esse, ac ad fidem catholicam amplexandum, & bonis moribus imbuendum satis apti videntur, spesq; habetur, quòd si erudirentur, nomen Salvatoris Domini nostri Jesu Christi, in terris & insulis prædictis fareretur, ac præfatus Christophorus in una ex principalibus insulis prædictis, jam unam turrim satis munitam, in qua certos Christianos, qui secum iverant, in custodiam, & ut alias insulas ac terras firmas, remotas & incognitas inquirerent, posuit, construi & ædificari fecit: in quibus quidem insulis & terris jam repertis, aurum, aromata, & aliæ quamplurimæ res pretiosæ diversi generis & diversæ qualitatis reperiuntur, unde omnibus diligenter, & præsertim fidei Catholicæ exaltatione & dilatatione (prout decet Catholicos Reges & Principes) consideratis, more progenitorum vestrorum claræ memoriæ Regum, terras firmas & insulas prædictas, illarumque incolas & habitatores vobis, divinâ favente clementiâ, subjicere, & ad fidem catholicam reducere proposuistis. Nos igitur hujusmodi vestrum sanctum & laudabile propositum plurimùm in Domino commendantes, ac cupientes, ut illud ad debitum finem perducatur, & ipsum nomen Salvatoris nostri in partibus illis inducatur, hortamur vos quamplurimùm in Domino, & per sacri lavacri susceptionem, quâ mandatis Apostolicis obligati estis, & viscera misericordiæ Domini nostri Jesu Christi attentè requirimus, ut cùm expeditionem hujusmodi omninò prosequi & assumere probâ mente orthodoxæ fidei zelo intendatis, populos in hujusmodi insulis & terris degentes, ad Christianam religionem suscipiendum inducere velitis & debeatis, nec pericula, nec labores ullo unquam tempore vos deterreant, firmâ spe fiduciâque conceptis, quòd Deus omnipotens conatus vestros feliciter prosequetur. Et ut tanti negotii provinciam, Apostolicæ gratiæ largitate donati, liberiùs & audaciùs assumatis, motu proprio, non ad vestram, vel alterius pro vobis, super hoc nobis oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, omnes insulas & terras firmas inventas & inveniendas, detectas & detegendas, versus occidentem & meridiem, fabricando & construendo unam lineam à Polo Arctico scilicet Septentrione, ad Polum Antarcticum scilicet meridiem, seu terræ firmæ, & insulæ inventæ & inveniendæ sint versus Indiam, aut versus aliam quamcunque partem, quæ linea distet à qualibet Insularum, quæ vulgariter nuncupatur, *de los Azores y cabo verde*, centum leucis versus occidentem & meridiem, ita quod omnes insulæ, & terræ firmæ repertæ & reperiendæ, detectæ & detegendæ, à præfata linea versus occidentem & meridiem, per alium Regem aut Principem Christianum non fuerint actualiter possessæ, usq; ad diem nativitatis Domini nostri Jesu Christi proximi præteritum, à quo incipit annus præsens millesimus quadringentesimus nonagesimus tertius, quando fuerunt per nuncios & Capitaneos vestros inventæ aliquæ prædictarum insularum, auctoritate omnipotentis Dei, nobis in beato Petro concessâ, ac Vicariatûs Jesu Christi, quâ fungimur in terris, cum omnibus illarum dominiis, civitatibus, castris, locis & villis, juribusque & jurisdictionibus ac pertinentiis universis, vobis, hæredibusque & successoribus vestris (Castellæ & Legionis Regibus) in perpetuum, tenore præsentium, donamus, concedimus, & assignamus, vosque & hæredes ac successores præfatos illarum dominos, cum plena, libera & omnimoda potestate, auctoritate & jurisdictione, facimus, constituimus & deputamus: decernentes nihilominùs per hujusmodi donationem, concessionem & assignationem nostram, nulli Christiano Principi, qui actualiter præfatas insulas & terras firmas possederit, usque ad dictum diem Nativitatis Domini nostri Jesu Christi, jus quæsitum, sublatum intelligi posse aut auferri debere. Et insuper mandamus vobis in virtute sanctæ obedientiæ, ut (sicut pollicemini, & non dubitamus, pro vestra maxima devotione & regia magnanimitate, vos esse facturos) ad terras firmas & insulas prædictas, viros probos & Deum timentes, doctos, peritos & expertos, ad instruendum incolas & habitatores præfatos in fide catholica, & bonis moribus imbuendum, destinare debeatis, omnem debitam diligentiam in præmissis adhibentes, ac quibuscunque personis, cujuscunque dignitatis, etiam imperialis & regalis statûs, gradûs, ordinis vel conditionis, sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, quam eo ipso, si contrà fecerint, incurrant, districtius inhibemus, ne ad insulas & terras firmas, inventas & inveniendas, detectas & detegendas, versus occidentem & meridiem, fabricando & construendo lineam à Polo Arctico ad Polum Antarcticum, sive terræ firmæ & insulæ inventæ & inveniendæ sint versus Indiam, aut versus aliam quamcunque partem, quæ linea distet à qualibet insularum, quæ vulgariter nuncupantur, *de los Azores y cabo verde*, centum leucis versus occidentem & meridiem, ut præfertur, pro mercibus habendis, vel quavis alia de causâ accedere præsumant, absque vestra ac hæredum & successorum vestrorum prædictorum licentia speciali. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscunque. In illo, à quo imperia & dominationes ac bona cuncta procedunt confidentes, quòd dirigente Domino actus vestros, si hujusmodi sanctum & laudabile propositum prosequamini, brevi tempore cum felicitate & gloria totius populi Christiani, vestri labores & conatus exitum felicissimum consequentur. Romæ 4. Nonas Maji. 1493.

TITULUS X.

DE BENEFICIORUM COLLATIONE & de impetratione.

Julius II. In Concilio Lateranensi.

Beneficiorum aut dignitatum tam regularium quàm secularium administrationem, negletâ expeditione literarum Apostolicarum, aut illarum expeditis suscipere, fraudis est restitutionis fructuum obnoxia.

CAP. I.

ROmani Pontificis circumspecta providentia ad ea libenter intendit, per quæ animarum periculis, Ecclesiarum & Monasteriorum dispendiis obviatur, Cameræque Apostolicæ (cui diversa impensarum onera, pro Ecclesiæ Romanæ statu conservando, quotidiè incumbunt) indemnitati debitè provideatur. Cupientes igitur, ne provisiones, concessiones, & gratiæ Apostolicæ sedis, & præcipuè, quæ à nobis emanârunt, & pro tempore emanabunt, diu maneant in suspenso, sed perfectè ad actum, juxta Apostolicas constitutiones, deducantur a. Et ne Ecclesiarum, Monasteriorum, & Eccle-

a *Simulu, in repertorio in verb. Gratia, debita forma gratiarum literæ non expeditis, sub pœna excommunicat. & privationis Ecclesiarum & beneficiorum, nemò se immiscere debet administrationi earundem.*

siasticarum dignitatum prælati quicunque, seu commendatarii & administratores, absque titulo & literis Apostolicis, in animarum suarum periculum, regimini, & administrationi eorundem se ingerere, aut aliàs illis se immiscere præsumant, præsenti constitutione perpetuò valitura declaramus, quòd constitutiones Bonifacii, Alexandri, Pii, & Innocentii, prædecessorum nostrorum, juxta illarum tenores perpetuis temporibus inviolabiliter observentur, quoad pœnas & censuras etiam privationis in eis expressas. Dat. Rom. 7. Cal. Aug. Pontif. nostri an. 2. Dom. 1565.

Pius Quintus, in Concilio Tridentino.

Parochialium Ecclesiarum collationes extra formam à Concilio Tridentino præscriptam factæ, nullius sunt effectus aut juris.

CAP. II.

STatuit Synodus Tridentina *a*, ut occurrente vacatione parochialis Ecclesiæ, etiam generaliter vel specialiter, etiam vigore indulti in favorem sanctæ Romanæ Ecclesiæ, Cardinalium, aut aliàs quomodolibet reservatæ vel affectæ, debeat Episcopus habitâ notitiâ vacationis Ecclesiæ, si opus fuerit, idoneum in ea Vicarium, cum congruâ, ejus arbitrio, fructuum portionis assignatione constituere, qui onera ipsius Ecclesiæ sustineat, donec ei de Rectore provideatur, & deinde Episcopus, & qui jus patronatûs habet, intra decem dies, aut aliud tempus ab Episcopo præscribendum, aliquos clericos ad regendum Ecclesiam idoneos, examinatoribus juxta formam ejusdem Synodi deputatis, nominet, & non nisi ab eisdem examinatoribus per cursum aliorum examinatorum, etiam tanquam magis idoneo ab Episcopo judicato & electo, de ecclesia provideatur: aliàs provisiones, seu institutiones omnes, præter formam prædictam factæ, surreptitiæ censeantur. Sed quoniam res humanæ semper in deterius prolabuntur, nisi sit, qui eas retineat, ac debitæ executioni demandet, & verendum sit, ne propter constitutionum hujusmodi transgressionem, maximi abusus oriantur: nos, ad quorum notitiam non sine gravi nostra molestia pervenit, nonnullos ex venerabilibus fratribus nostris, Archiepiscopis & Episcopis, occurrente vacatione parochialium ecclesiarum, eas nullo aut minùs ritè servato examine, præsertim illo, quod per concursum fieri debet, ex Concilio Tridentino, vel etiam ritè servato, personis minùs dignis, carnalitatis aut alium humanæ passionis affectum, non rationis judicium sequentes, contulisse & de eis providisse, volentes (quantum cum Deo possumus) hujusmodi ac etiam futuris periculis occurrere, eorundem prædecessorum nostrorum constitutiones prafatas etiam innovando, auctoritate Apostolicâ, tenore præsentium, omnes & singulas collationes, provisiones, institutiones, & quasvis dispositiones parochialium ecclesiarum, ab eisdem Episcopis & Archiepiscopis ac quibusvis aliis collatoribus, tam ordinariis quàm delegatis S. R. E. Cardinalibus, ac sedis Apostolicæ Legatis, vel nuntiis, præter & contra formam, ab eodem Concilio Tridentino, præsertim in examine per concursum faciendo præscriptam, factas aut in futurum faciendas, nullas, irritas, ac nullius roboris, vel momenti fore, & esse, nullumque provisis jus, aut titulum etiam coloratum possidendi præbere, & parochiales ecclesias hujusmodi, ut prius ante collationes hujusmodi vacabant, ex nunc vacare statuimus, decernimus, & declaramus, easq; omnes pro tempore sic vacantes, nostræ, & sedis Apostolicæ, seu eorum quibus jus conferendi eas, præterquam Episcopis, & Archiepiscopis, qui curam dicti examinis juxta decretum Concilii habere debent, competet, dispositioni reservamus. Insuper, ne parochiales Ecclesiæ diu in suspenso maneant, in maximum animarum periculum, quarumcunque parochialium Ecclesiarum, quarum, dum pro tempore vacant, ad Episcopos, Archiepiscopos, primates, & Patriarchas, & quosvis alios ordinarios collatores, in mensibus ordinariis collatoribus, etiam per nostras regulas assignatis, provisio & collatio spectat & pertinet, de quibus idem Episcopi & ordinarii prædicti intra sex mensium spatium à die vacationis earundem, perfecto examine juxta formam Concilii Tridentini præfati non providerint, ac illarum etiam, quarum collationes nobis, & dictæ sedi generaliter vel specialiter, & ex quavis causa reservatæ seu affectæ existunt, aut aliàs ex indulto sedis Apostolicæ competunt, ad quas, occurrente illarum vacatione Episcopi & Archiepiscopi præfati personas, per examen, concursu multo habito, juxta dicti Concilii Tridentini formam approbatas, & magis idoneas non elegerint, aut electas nobis, vel successoribus nostris, aut iis, ad quos collatio spectabit, pro collatione obtinenda, intra quatuor mensium spatium à die illius vacationis, non significaverint, necnon parochialium ecclesiarum similium, qui juris patronatus Ecclesiastici, vel aliorum seu clericorum & laicorum simul fuerint, si præsentatus intra tempus eisdem patronis à jure præfixum, prævio examine juxta formam dicti Concilii approbatus petatur, institutioque ipsa per duos menses à die præsentationis dilata fuerit, collationem, provisionem, institutionem, ac omnimodam dispositionem nobis & ipsi sedi, ac personis indulta hujusmodi conferendi, providendi, seu instituendi obtinentibus, respectivè reservamus, datâ tamen in parochialibus juris patronatus optione ipsis patronis, ut si institutio ad ordinarios spectabit, ipsis ordinariis illam facere negligentibus, & ultra dictos duos menses differentibus, possint, pro hujusmodi institutione obtinenda, habere recursum ad metropolitanum, vel viciniorem ordinarium, aut ad sedem Apostolicam. Prohibentes etiam eisdem ordinariis, ne tempus decem dierum eisdem ordinariis & patronis ab eodem Concilio Tridentino ad nominandum idoneos clericos coram deputatis examinatoribus præfixum, ultra alios decem dies prorogare audeant, vel præsumant. Districtius inhibentes, ne quis præter Romanos Pontifices, aut alios indulta hujusmodi obtinentes, ut præfertur, quæcunque sit super hoc auctoritate munitus, de hujusmodi beneficiis sic reservatis (ut præfertur) disponere, vel circa illa, etiam per viam permutationis, vel aliàs renovare quoquo modo præsumat.

Idem ibidem.

Reclamare possunt electiones minùs digni dignitates in Ecclesiis parochialibus licitâ appellatione.

CAP. III.

VT non solùm dignis, sed magis idoneis repertis, juxta Concilii decretum, parochiales ecclesiæ conferantur, volumus & decernimus, quòd si Episcopus minùs habilem, posthabitis magis idoneis, elegerit, possint ii, qui rejecti fuerint à mala electione hujusmodi ad metropolitanum, vel si ipse eligens metropolitanus, aut exemptus fuerit, ad viciniorem ordinarium, uti nostrum & sedis hujusmodi delegatum, aut aliàs ad ipsam sedem Apostolicam appellare, ac præelectum ad novum examen coram ipso appellationis judice, & ejus examinatoribus provocare, & constito de prioris eligentis irrationabili judicio, eoq; revocato, parochialis magis idoneo per eundem judicem appellationis auctoritate nostrâ (quatenus collatio ad Episcopum, à quo appellatum fuit, spectaret) conferatur, aliàs eidem magis idoneo per judicem appellationis approbato conferenda remittatur ad eum, ad quem collatio, provisio, vel institutio spectabit. Hæc tamen appellatio interposita interim non impediat, aut suspendat, quò minùs electio per ordinarium primo loco facta, interim debitæ demandetur executioni, &

a *Concil. Trident. sess. 23. capit. 1. c. duduum. ext. de elect. c. licet tamen. in 6. eod.*

ni, & provisus ab eadem ecclesia, causâ appellationis hujusmodi dependente, non amoveatur. Et, si qui à sententia per judicem appellationis lata duxerit appellandum, is tunc ad sedem ipsam Apostolicam appellabit. Si secus in præmissis omnibus & singulis actum aut attentatum fuerit, irritum decernimus & inane.

Paulus Quartus.

Beneficii cujuscunq, impetratio, quæ suppositam dolo malo in examine prodat personam, & conditione quâpiam paciscatur quæstûs aut privati lucri gratiâ, est falsa & irrita.

CAP. IV.

FRaudibus & dolis, ac hæresi simoniacæ, quantum cum Deo possumus, efficaciter occurrere volentes, Apostolicâ auctoritate, tenore præsentium statuimus, & ordinamus, atq; decernimus, quòd de cætero omnes & singuli, qui occasione beneficiorum obtinendorum se alios esse simulaverint, & tanquam tales se in examine supposuerint, aut beneficia pro personis id ignorantibus, seu pro se, vel pro aliis, cum a oblatione alicujus pensionis annuæ, aut pro aliis, cum spe pensionem annuam, aut aliud quantumvis modicum temporale commodum ab eis consequendi, vel pro se ipsis principaliter, animo & intentione, ea postmodum in favorem aliorum, etiam quantumvis idoneorum, & benemeritorum, cum simili pensione, aut commodo, aut etiam sine eo resignandi, obtinere procuraverint, cujuscunque status, gradûs, ordinis & conditionis existant, etiam si Episcopali, aut aliâ majori dignitate ecclesiasticâ, vel Cardinalatûs honore, seu mundanâ, etiam Regiâ, Ducali, aut Marchionali præeminentiâ præfulgeant, excommunicationis & anathematis, ac maledictionis æternæ sententiam, à qua nisi à nobis, aut Romano Pontifice pro tempore existente, præterquam in mortis articulo constituti, absolvi nequeant, necnon privationis omnium & singulorum beneficiorum Ecclesiasticorum, cum cura & sine cura, secularium, & quorumvis ordinum regularium, per eos in titulum, vel commendam, aut aliàs quomodolibet obtentorum, & inhabilitatis ad illa, & alia inposterum obtinenda, pœnam eo ipso, absque alia desuper facienda declaratione, incurrant, ita ut constito solùm summarie & extrajudicialiter, quòd ipsi contra tenores præsentium, aliquid fecerint, per curiæ causarum Cameræ Apostolicæ generalem adjutorem, seu viceadjutorem, vel ejus locumtenentem, pro talibus, & ut tales publicari possint. Et nihilominus, sicut præfertur, obtentæ provisiones, & commendæ, aliæque dispositiones nullæ sint, irritæ & inanes, nullumque jus alicui in ipsis beneficiis vel ad illa tribuant, & ab aliis liberè impetrentur. Volumusque præsens decretum, etiam quoad Monasteria monialium, & alia beneficia per moniales aut alias mulieres obtineri solita, locum habere.

Julius Tertius.

Qui retinent aut possident beneficia Ecclesiastica, priusquam Apostolicis literis possessionis probetur, beneficiis illis privantur, & ad alia obtinenda perpetuò fiunt inhabiles.

CAP. V.

IUlius Papa tertius, cui nuper innotuit, quòd licèt aliàs fel. recor. Greg. X. b sanciverit, quòd nullus extunc de cætero administrationem dignitatis, ad quam electus esset, priusquam celebrata de ipso electio confirmaretur, sub Oeconomatûs vel procurationis nomine aut alio de novo quæsito colore, in spiritualibus vel temporalibus, per se vel per alium, pro parte vel in totum gerere vel recipere, aut illis se immiscere præsumeret, omnes illos, qui secus fecissent, jure, si quod illis per electionem quæsitum foret, decernens eo ipso privatos. Sanctiones ipsas ad inferiora beneficia Ecclesiastica quæcunque & quomodocunque qualificata amplians & extendens, hac suâ perpetuò valiturâ constitutione statuit & ordinavit, quòd omnes & singulæ personæ Ecclesiasticæ, tam seculares, quàm quorumvis ordinum regulares, cujusvis status, gradûs, ordinis, vel conditionis existant, etiam si Episcopali, vel Archiepiscopali, aut Patriarchali, vel aliâ majori dignitate præfulgeant, quòd de cætero literis, super dispensation. retinendi beneficia per eos, antequam promoveantur, aut eorum electiones confirmentur, obtenta, eis per sedem eandem pro tempore concessis minimè confectis, beneficia ipsa retinere, aut possessionem alicujus, seu aliquorum beneficiorum Ecclesiasticorum, cum cura vel sine cura, secularium vel quorumvis ordinum regularium, quæcunque & qualitercunque qualificatorum, eis dictâ auctoritate Apostolicâ conferri, seu commendari, aut in eorum favorem & commodum uniri, seu aliàs disponi concession. literis Apostolicis super collatione, seu commenda, aut unione, seu alia dispositione hujusmodi non expeditis per se, vel per alium, seu alios ejus nomine, etiam supplicationum seu sumptorum vel transumptorum hujusmodi, aut collationum, eis postmodum de ipsis beneficiis, tanquam etiam tunc certo modo in supplication. expresso vacantibus, ordinariâ vel aliâ quâvis auctoritate factarum, prætextu, apprehendere præsumpserint, aut per alios apprehensam, ratam & gratam habuerint, ipsorum beneficiorum non possessores, sed meri & nudi detentores ac violenti, & sine aliquo titulo in eis intrusi censeantur, & pro talibus habeantur & reputentur, nec fructus suos faciant, sed ad illorum restitutionem, ut præfertur, teneantur, & obligati existant, constitutiones seu dictæ cancellariæ regulæ, de annali & triennali possessore, in illis locum non habeant, nec eisdem detentoribus & intrusis in aliquo suffragentur, quinimò beneficia per eos tempore promotionis suæ, aut eorum electionis, confirmationis, obtenta, literis super dispensatione ea retinendi sibi concessa non expeditis retinentes, aut possessionem beneficiorum literis Apostolicis super illis non confectis apprehendentes, seu per alios apprehensam ratam & gratam habentes, beneficia sic retenta, aut apprehensa, & omne jus, quod in illis, vel ad illa pro tempore quomodolibet habuerint, eo ipso amittant, illisque & illo privari, ac ad illa de cætero obtinenda perpetuò inhabiles, nec illa ulterius, & prætextu novi tituli, aut novæ commendæ, vel unionis, seu alterius dispositionis, etiam Apostolicâ auctoritate factâ, assequi valeant, sed beneficia ipsa, tanquam de jure & facto vacantia, aliis conferri, seu commendari, & per quosvis, tam ab eorum ordinariis collatoribus, quàm à sede prædicta, liberè impetrari possint, & si beneficia ipsa litigiosa fuerint, collitigantes in omni jure, & ad omne jus, quod beneficia retinentibus, aut possessionem apprehendentibus hujusmodi in eisdem beneficiis, vel ad illa quomodolibet competebat, aut competere poterat, eo ipso, absque aliquo juris aut hominis ministerio, surrogentur & surrogati esse censeantur, ac in eorum favorem causa desuper pendens advocata, & lis extincta fuisse, & similiter esse censeatur. Quodque de cætero supplicationes, etiam manu nostrâ, & motu proprio signatæ, nisi habuerint clausulam, quòd eorum sola signatura sufficiat, nullam aliam, quàm per literarum super illis conficiendarum fidem aut probationem faciant, seu præstent, nec ulla eis in aliquo alio casu fides adhibeatur, aut adhiberi possit.

Leo Decimus, in Concilio Lateranensi.

Pluralitatis beneficiorum exercitatissimus abusus extinguitur.

a *Beneficiorum impetrationes liberæ esse debent, & ab omni conventione alienæ. Cravet. consil. 122. Natta consil. 293 num. 2. lib. 2. Rebuffus in praxi benef. tit. quot modis beneficia acquir. num. 4.*

b *c. avaritiæ 3. de Elect. & elect. potest. in 6.*

CAP. VI.

Dispensationes ad plura incompassibilia, ultra duo, nisi qualificatis juxta formam juris communis, non concedantur, nisi ex magna & urgenti a causa. Et personis, cujuscunque dignitatis, parochiales ecclesias, & earum perpetuas vicarias, ac dignitates majores & principales, etiam per viam unionis, vel commendæ ad vitam, ultra quatuor obtinend. ex nunc terminum duorum annorum præfigimus, ut interim quatuor tantum ex eis retentis, reliquas dimittere teneantur, & beneficia dimittenda hujusmodi resignari valeant in manibus ordinariorum, ad effectum, ut de illis provideatur personis per eos nominandis, quâcunque reservatione, etiam generali, etiam ex qualitatibus resignantium personarum resultante, non obstante, quo elapso termino, nisi dimiserint omnia, vacare censeantur, ac possint liberè, ut vacantia, impetrari, talesque præterea retinentes, pœnas extravagantis, Execrabilis, recolendæ memoriæ Joannis Papæ XXII. etiam prædecessoris nostri, incurrant.

Pius Quartus.

Ad beneficia quibus cura animarum jungitur, vita & morum, tum doctrinæ splendore insignes, provehi debent, examine prævio, ac diœcesanorum testium fide & depositione mediante.

CAP. VII.

Inter multiplices curas decernimus & declaramus, parochiales ecclesias, & alia beneficia ecclesiastica curata, personis sic examine prævio, & per diœcesanorum ac testium fidem, & depositionem eorundem, idoneis repertis, ac præstito per eos juramento & obligatione, de apud illa certo tunc expresso tempore residendo, per nos collata, quæ postmodum per eosdem personas, juramento & obligatione hujusmodi neglectis, etiam in eisdem manibus nostris, etiam ex hujusmodi permutationis causa resignata, seu quovis modo, etiam per juris cessionem, literis non expeditis dimissa fuerint, ac ea, in quibus, ut præfertur, prout tenebantur, debito tempore non residerint, tam de jure quàm de facto, ut prius videlicet adhuc eo, quo dum de illis per nos eis, ut præfertur, provisum, seu provideri concessum existit modo, eo ipso vacare, & sic, ac ceu per infrascriptam privationem vacantia impetrari, & de illis, tanquam sedis præfatæ, etiam propter præmissa reservatis, per nos, & Romanum Pontificem pro tempore existentem, & non alios collatores, disponi posse, ac collationes, & provisiones de hujusmodi beneficiis tam idoneis repertis, quàm aliis ex earum resignatione seu cessione jus habentibus personis, cujuscunque qualitatis, conditionis, & præeminentiæ existant, etiam si Pontificali dignitate præfulgeant, nullius roboris vel momenti existere, & viribus enervatas, eosque hujusmodi beneficiis privatos esse & censeri debere: Ita tamen, quòd propter vacationem & privationem prædictas, eorundem beneficiorum possessores, seu in illis intrusi, vel super illis collitigantes, aliquod jus non acquirant, nec acquisitum sit, seu esse censeatur, nec ipsi de annali, seu triennali, vel aliarum regalium nostrarum beneficio gaudeant, neque illo, aut alio juris adminiculo se juvare possint. Et ne ipsi ulteriùs in sua malitia glorientur, sed si non Domini timore, saltem formidine pœnæ, à similibus abstineant, omnes & singulos, ut præfertur, vel aliàs quomodolibet gratificatos, qui de cætero, de parochialibus Ecclesiis, perpetuis vicariis, & aliis beneficiis ecclesiasticis curatis, per obitum vacantibus, examine prævio, ac diœcesanorum & testium fide, & depositione hujusmodi mediante, ac ultra ea, quæ sacri Canones sanciunt, præstito juramento & obligatione, de eisdem beneficiis infra certum tempus personaliter deserviendis, à nobis sibi provideri obtinuerint, beneficia ipsa, non adimpletis promissis, & obligationi hujusmodi minimè satisfacto, in aliorum, etiam intrusorum vel possessorum favorem simpliciter, vel ex causâ permutationis hujusmodi resignaverint, seu cesserint, aut illa quovis modo, etiam occasione litis & molestiæ dimiserint, nec non eos, in quorum favorem beneficia ipsa sic resignaverint, cesserint, & dimiserint, illosque, qui ad id auxilium, consilium, vel favorem, directè vel indirectè, scienter præstiterint, inferiores ab Episcopis videlicet, sententiâ majoris excommunicationis eo ipso per contravenientes incurrendâ, à quâ non nisi à nobis, aut Romano Pontifice pro tempore existente, præterquam in mortis articulo constituti, absolvi queant, auctoritate Apostolicâ, & tenore præmissis innodamus, eosdem excommunicatos, & ad prædicta, & alia per eos obtenta, sive secularia, sive regularia, quomodolibet qualificata beneficia ecclesiastica, inhabiles & incapaces eo ipso esse, & ut præfertur, censeri, beneficiaque ipsâ, ipso jure & de facto, vacare, & à nobis, tanquam apud sedem præfatam vacantia, & propterea dispositioni Apostolicæ reservata, & non aliis, per quoscunque, dummodo ipsis privatis & incapacibus consanguinei vel affines, aut aliàs confidentes non sint, quos etiam ad hoc incapaces esse volumus, impetrari posse: sicq; per quoscunque, quâvis auctoritate fungentes, judices & personas, etiam Curiæ Cameræ Apostolicæ generalem auditorem, ac palatii Apostol. auditores seu locumtenentes, sublatâ eis, & eorum cuilibet, quâvis aliter judicandi, diffiniendi & interpretandi facultate & auctoritate, judicari & diffiniri debere; irritum quoque, & inane, si secus super his à quoquam quâvis auctoritate scienter vel ignoranter attentari, eisdem auctoritate & tenore similiter decernimus & declaramus.

Paulus IV.

Regressuum & accessuum assentatoria facultas, quæ bona Christo testantu non Ecclesiæ sacet, revocatur.

CAP. VIII.

Ad Romani Pontificis auctoritatem pertinet, ut quæ per eum consultò fiunt, suum plenarium consequantur effectum, nec prætextu ignorantiæ, aut aliàs quomodolibet cavillentur. Nuper siquidem in consistorio nostro secreto, venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus astantibus & audientibus, decretum fecimus tenoris subsequentis. Sanctissimus Dominus noster, attendens nonnullos ex S. R. E. Cardinalibus, qui ex decreto fel. recor. Pauli Papæ III. sanctitatis suæ prædecessoris, ultra Ecclesiam tituli seu denominationis suæ, uni tantùm ecclesiæ cathedrali præesse, aut eam in administrationem obtinere permittuntur, ad plures cathedrales a, etiam metropolitanas, & Patriarchales ecclesias, regressum seu accessum in diversas, sibi Apostolicâ auctoritate concedi obtinuisse, & indies obtinere, ad hoc, ut regressu seu accessu hujusmodi effectum sortiente, regimini & administrationi ipsarum Ecclesiarum, seu earum regiminis & administrationis possessione, seu quasi, non habitâ, juri & facultati regrediendi seu accedendi hujusmodi, in favorem personarum eis gratarum & acceptarum, ad eorum libitum cedere possint, in ordinis ecclesiastici confusionem, & dicti decreti enervationem, atque ecclesiarum, quæ interdum personam magis utilem & idoneam requirunt, læsionem, ac Christi fidelium scandalum non modicum. Et propterea volens, quantum cum Deo potest, præmissis salubriter occurrere, statuit, decrevit, & ordinavit, quòd de cætero perpetuis futuris temporibus, alicui Cardinali non nisi

a *Pluralitas beneficiorum tum Divino tum Cæsareo jure damnatur. Pontificia quidem c. sanctorum. 70. dist. c. clericus. 21. q. 1. & c. 1. 89. dist. Imperator maximè improbat quempiam habere duas uxores. l. his quidem. C. qui militare non possunt. l. 12. & duas quidem ulcisci. l. 1. ff. de coll. illicit.*

a *Concil. Trident. sess. 25. cap. 7.*

ULRUS

unus regressus seu accessus, ad Patriarchalem, seu metropolitanam, vel aliam cathedralem ecclesiam concedi possit. Et qui ex eisdem Cardinalibus ad præsens regressum seu accessum ad plures cathedrales Ecclesias habent, si præsentes in curia existunt, infra quindecim dies, si verò extra eam in Italia degunt, infra unum, reliqui verò in Gallia, Germania, aut Hispania commorantes, infra duos menses proximè futuros, unam ecclesiam cathedralem, ad quam vigore regressus seu accessus sibi ad illam concessi, in illius eventum regredi seu accedere malint eligere & nominare, electionemque, & nominationem hujusmodi manu propriâ subscriptam, & suo munitam Senescallo, seu custodi Cancellariæ Apostolicæ, per eum in quinterno ipsius Cancellariæ de verbo ad verbum describendam transmittere, ac postquam regressui seu accessui prædicto locus fuerit, infra unum mensem ex tunc computandum, si alteri ecclesiæ cathedrali præfuerint, aut aliam ecclesiam cathedralem in administrationem obtinuerint, eam vel aliam, ad quam regressum seu accessum habuerint, in manibus Romani Pontificis pro tempore existentis, absque ulteriori sibi desuper concedendo regressu vel accessu, ne hæreditariam possessionem ipsius ecclesiæ usurpare velle videantur, realiter, & cum effectu dimittere omninò debeant: quòd si non dimiserint, ambæ ecclesiæ eo ipso vacent, & utrique earum de præsule idoneo per ipsum Romanorum Pontificem provideri possit. Revocans, cassans, & annulans ex nunc omnes & singulos regressus & accessus, ipsis Cardinalibus ad quamcunque, præterquam per eos, ut præfertur, eligendam & nominandam cathedralem ecclesiam, sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusvis efficacissimis, etiam motûs proprii, & certæ scientiæ, ac plenitudinis potestatis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis quomodolibet concessis, ac decernens, ex nunc irritum & inane, quicquid illorum prætextu contra præmissa, scienter vel ignoranter, contigerit attentari. Et licèt decretum ipsum per infrascriptum Secretarium nostrum, eisdem Cardinalibus, altâ & intelligibili voce indicto consistorio, lectum & publicatum fuerit, quia tamen postmodum recognovimus, per illud inconvenientibus, quæ occasione regressuum & accessuum hujusmodi contingunt, præsertim in eo, quòd facultatem tribuunt, possessionem, seu quasi, regiminis & administrationis ecclesiarum sub ipsis regressibus comprehensarum, propriâ auctoritate apprehendendi, plene provisum non esse, cùm sæpius possessionem hujusmodi, etiam inscio Romano Pontifice, ad quem ecclesiarum omnium universalis pertinet cura, apprehendant. Nos inconvenientibus prædictis occurrere, & decretum nostrum, quo ad hoc, ampliare volentes, statuimus, decernimus, & ordinamus, quòd nullus Cardinalis de cætero, vigore cujusvis regressus seu accessus ei ad quamcunque cathedralem seu metropolitanam, vel patriarchalem ecclesiam quomodolibet concessi, etiamsi id sibi ex tenore ipsius regressus seu accessus liberè permittatur, possessionem, seu quasi, regiminis & administrationis ejusdem ecclesiæ, absque expressâ nostra, seu pro tempore existentis Romani Pontificis, licentia in scriptis obtenta, apprehendere præsumat.

Pius Quartus.

Beneficia in confidentiam, hoc est, certâ simoniacæ pravitatis specie collata quibusdam, aut ipso jure incapacibus, vel nondum adhuc natis, vacant, eorumq; dispositio sedi Apostolicæ reservatur.

CAP. IX.

OMnes & singulas Ecclesias, etiam metropolitanas, & alias cathedrales, ac monasteria, etiam consistorialia, prioratus, præposituras, præpositatus, dignitates etiam majores, & principales, etiam conventuales, personatus, administrationes, & officia, cæteraque beneficia Ecclesiastica, cum cura & sine cura, secularia & quorumvis ordinum regularia, etiam de jure patronatûs, etiam laicorum, etiam nobilium & illustrium, etiam ex fundatione & donatione existentia, per ejusdem Romanæ Ecclesiæ etiam Episcopos, Cardinales, & quoscunque alios, etiam Patriarchas, Archiepiscopos, & alios Episcopos, ac etiam ejusdem Cameræ clericos, in titulum, commendam, vel administrationem, aut alias, confidentiam jure prohibitam, cujusvis personæ, ut præfertur contemplatione vel intuitu, quovis modo recepta, illorum liberam collationem & dispositionem nobis & sedi Apostolicæ harum serie reservantes, ipso jure à die receptionis eorundem vacavisse, & vacare, ac fructuum & pensionum reservationes, ac facultates transferendi, & collationis beneficiorum concessiones, eis ut præmittitur factas, ac regressus, sive accessus, & ingressus concessos hujusmodi cessâsse, & cessare, ac extinctos esse. Et eosdem Cardinales, seu quosvis alios, à primâ die receptionis beneficiorum hujusmodi, citra fructus, reditus, & proventus eorundem Ecclesiarum, monasteriorum, dignitatum, & aliorum beneficiorum, ac pensiones prædictas, indebitè percipere, suosque facere non potuisse, neque debuisse, sed illos omnes & singulos ad Cameram eandem devolutos fuisse, & esse, illique deberi, ac ipsos Cardinales, & alios, ad quorum manus quomodolibet pervenerunt, & eorum hæredes, ad integram illorum restitutionem in utroque foro teneri, & ad id opportunis juris remediis compelli debere, auctoritate Apostolicâ, tenore præsentium decernimus & declaramus. Et insuper universis & singulis, tam ejusdem Rom. Ecclesiæ Cardinalibus, etiam Episcopis, quàm Prælatis, & clericis, & aliis prædictis, præsentibus & futuris, ne deinceps ullo unquam tempore aliquas Ecclesias, monasteria, dignitates, vel alia beneficia, etiam de dicto jure patronatûs, uti præfertur, existentia, aut fructus vel pensiones, aut regressus seu excessus in confidentiam prædictam, aut ad effectum reservationum hujusmodi, sibi postmodum cedentibus procurandum, recipere præsumant: Cardinalibus videlicet & aliis Prælatis hujusmodi, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub interdicti ingressus Ecclesiæ, reliquis verò sub majoris excommunicationis latæ sententiæ pœnâ, per contrafacientes eo ipso incurrenda, à qua nisi à nobis, aut Romano Pontifice pro tempore existente, præterquam in mortis articulo constituti, absolvi nequeant, districtiùs inhibemus.

Pius Quintus.

Causa beneficiorum in confidentiam collatorum, sedi Apostolicæ discutienda reservantur.

CAP. X.

AD aures nostras non sine animi nostri displicentia pervenit, ut nonnulli sacros canones parvipendentes, non vereantur in animarum suarum perniciem, Ecclesias etiam cathedrales, & metropolitanas, monasteria, prioratus, & alia beneficia secularia & regularia, in confidentiam, quam simoniacam pravitatem sapere non ignorant, acceptare, & retinere, seu illa in vim regressuum sive accessuum & ingressuum sic eis concessorum, & effectum, ut ajunt, fortiorem consequi & habere velle. Nos, qui post nostram ad summi Apostolatûs apicem divinâ favente clementiâ assumptionem, inter alias nobis imminentes curas, hoc præcipuè & maximè cordi habuimus, prout habemus, hujusmodi confidentias de medio tollere, & in suâ pertinaciâ, circa hujusmodi Ecclesiarum, monasteriorum, & beneficiorum detentionem, seu assecutionem, persistentes, nisi resipiscant, debitis nobis visis pœnis plectere, ac unicuique prout ex nostro universali & pastorali officio tenemur, in

his justitiam ministrare, & ne abusus vel potius delictum hujusmodi ulterius fidelium animas illaqueatas tenendo progrediatur, omni debito, & celeri remedio providere volentes: Motu simili, &c. ac ex nostra certa scientia, & de Apostolicæ potestatis plenitudine, præmissorum omnium cognitionem, & literarum prædictarum executionem, nobis, & successoribus nostris Romanis Pontificibus canonicè intrantibus reservantes. Prout harum serie reservamus: omnes & singulas confidentiarum hujusmodi, contra quoscunq; etiam ejusdem S.R.E. Cardinales, Archiepiscopos, Episcopos & alios quoscunque, coram quibuscunque judicibus, etiam ad hoc specialiter delegatis, etiam sacri Palatii Apostolici causarum auditoribus, ac S.R.E. Cardinalibus motas, & pendentes, in eisdem statu, & terminis, in quibus reperiuntur, ac etiam alias quascunque similium confidentiarum causas, contra supradictos, & alios quoscunque de extero movendas, seu ad nos quomodolibet deferendas, per nos summariè, simpliciter, & de plano, sine strepitu & figura judicii, solâ facti veritate inspectâ, etiam per viam inquisitionis, seu ex nostro officio, aut aliàs nobis expedire videbitur, procedendo, audiendas, cognoscendas, decidendas, fineque debito terminandas, & totaliter exequendas, ad nos avocamus, decisionique & terminationi per nos super illis faciendæ appellatione quâcunque, etiam aliàs de jure admissibili rejectâ, & postpositâ, standum, ac acquiescendum, & omninò parendum, & obediendum fore statuimus, & ordinamus, sicque mentis, & voluntatis nostræ incommutabilis esse dicimus, decernimus, & declaramus. Certificantes, prout certificamus, & attestamur omnibus, & singulis supradictis, in ipsis causis, eos in eorum pretensis juribus, & aliis, quæ coram nobis dicere & allegare, seu prætendere voluerint, audiendo, justitiam, ut par est, nos ministrare paratos existere.

Idem.

Retinentium beneficia in confidentiam detegitur abusus, & extinguitur pœna sancita metu.

CAP. XI.

FRequentiùs plurium querelis pridem concitati, quòd judices in causis confidentiarum expediendis remissiores essent, omnes & singulas causas ipsas, ubicunque, & inter quoscunque motas, ad nos advocavissemus, ac omnimodam hujusmodi causarum præsentium & futurarum, rerumque omnium ex ipsis resultantium cognitionem, nobis & successoribus nostris reservavissemus, & super quibusdam coram nobis processum fuisset, variis inde, nec levibus conjecturis intelleximus, vitium quidem confidentiæ occulte irrepsisse, sed plerisque causis præsumptiones & conjecturas, quæ ad illud probandum deducuntur, minimè sufficere, ejusque rei causâ plurimos, qui ante literarum prædictarum editionem hujusmodi confidentias exercebant, ubi cognoverunt obstructam veritatem, propter difficultates probandi in judiciis confidentias ipsas, contemptâ constitutione prædictâ, ecclesias, monasteria, & beneficia sic recepta, ut prius retinere, alios fructus, pensiones, & alias res accipere, alios eorum exemplo ad similia & graviora fidentius commoveri. Multi enim ipsa beneficia jure retinere nequeuntes, alii ne cogantur ad sacros ordines, ad residentiam, ad incedendum habitu clericali, ut ad bellum proficiscantur, ut inimicos occidant, alii ut alieno nomine lites agant, aut defendant, alii propter crimina incapaces, quidam ut purgato delicto, vel absolutione consecutâ, illa repetant, eadem in alios deponunt, & in plerisque fructus ipsorum aut eis ministrantur, aut quibus ipsi statuunt, sæpe laicis, & inhabilibus, plerique vel senes, vel infirmi, ut beneficia in domibus suis perpetuent, illa renunciârunt & renunciant in alios, qui vel profanam familiam cedentium de fructibus ecclesiasticis alant, vel illa etiamnum infantibus, aut nascituris asservent, facto interdum circuitu retrocessionis, cum reservatione fructuum, aut aliarum rerum, aut accessu, præsertim ab illis, qui præstandorum jurium cameræ Apost. sunt immunes, alii aut incapaces, aut aliàs beneficiis ecclesiasticis onusti, aut ecclesiastico ordini sese mancipare refugientes, aut merè laici, beneficia ecclesiastica aliis conferenda procurant, ut de illis postmodum ad libitum suum disponatur, fructus etiam percipientes illorum. Ad hæc plerique ordinarii, & alii collatores, ac etiam patroni laici curant deponenda beneficia, ut fructus, seu pensiones capiant eorundem, aliisve faciant ministrari. Alia item permulta ejuscemodi admittuntur, quibus immaculata rerum divinarum puritas impiè violatur, disciplinæ ecclesiasticæ nervus dirumpitur, & imminens patratur exitium animarum. Quare nos volentes periculosam talium audaciam novi juris subsidio cohibere, præsentium auctoritate statuimus, ut si quis, quâcunq; auctoritate ecclesiam, vel monasterium, aut aliud beneficium ecclesiasticum qualecunq; ex resignatione, vel cessione cujuscunq; personæ simpliciter, aut cum circuitu retrocessionis, cum regressu, vel accessu, etiam solâ mittentis intentione receperit, ut illa vel illud, etiam in eventum regressus, vel accessus, eidem dimittenti, vel alteri, postea conferatur, aut illius fructus, vel eorum pars, alii vel aliis concedantur, vel pensiones solvantur ex eisdem, hæc confidentia censeatur. Itidem si ordinarius, vel alius collator contulerit antehac, aut conferat in futurum, beneficium ecclesiasticum quovis modo vacans, eâ conditione tacitâ, vel expressâ, ut postea in alterum, pro arbitrio collatoris, seu alterius cujuscunq;, contra juris communis ordinationem disponatur, sive ut de eo provisus, fructus illius, vel partem, ad utilitatem vel libitum conferentis vel decedentis, aut alterius relinquat, & remittat, seu pensionem illi vel illis, quem vel quos idem collator, aut cedens, vel alius, per se vel alium, scripto aut verbo, jusserit seu significaverit, persolvat, & pariter, si à patrono etiam laico, vel alteri præsentatori, seu electori contigerit, aut contingat id fieri. Ad hæc, si clericus prædictæ Cameræ, aut Cardinalis, aut alius à solutione jurium ipsius Cameræ, vel etiam Cancellariæ Apostolicæ exemptus, post resignationem vel cessionem alicujus extranei, de ecclesia, monasterio, vel alio beneficio ecclesiastico in se, Apostolicâ vel aliâ auctoritate factam & admissam, illam vel illud, etiam confectis literis Apostolicis, & possessione apprehensâ, in eundem resignantem vel cedentem, modico spatio interjecto, veluti duorum aut trium mensium, retrocesserit, aut retrocedat in futurum, & ex illa retrocessione fructus ecclesiæ, seu monasterii, aut beneficii, vel eorum pars, seu pensio, seu quid aliud super illis reservatum, aut regressus, seu accessus, & ingressus ad illam vel illud, ipsi clerico, vel Cardinali, aut alii exempto sit, fuerit vé concessus. Postremò, si quis crimine aliquo absolutus, aut cum quo super irregularitate dispensatum est, denuò receperit quâcunque auctoritate ecclesiam, monasterium, vel aliud beneficium ecclesiasticum, quod ante vel post commissum delictum, aut contractam irregularitatem dimiserit, in quibus horum casuum confidentiæ pravitas sit contracta, casusque hujusmodi literis prædictis comprehendantur, ac si illis speciatim expressi fuissent, licèt ipsum confidentiæ crimen alterius tantùm partis conscientia sit admissum.

Idem.

Confidentiarum casus, conjectura, & præsumptiones legitimæ, ad in talium abusum reos pronunciandam sententiam.

CAP. XII.

AD probandum planè confidentiarum abusum, inter alias, etiam hæ præsumptiones & conjecturæ habeantur legitimæ, videlicet, si quis post cessam ab se ecclesiam,

fiam, vel monasterium, aut beneficium, & publicam resignationem, seu cessionem, captamque a successore possessionem, sese in illa, vel illo, seu rebus illius, per se vel alium, seu alios de facto ingresserit, aut fructus perceperit, aut quicunque successor illi, vel ejus propinquis ipsos, aut partem aliquam remiserit eorundem, si recipiens beneficium constituerit dimittentē, vel ejus parentes, aut propinquos, procuratores ad percipiendum, vel locandum fructibus perceptis, aut percipiendis donationem fecerit. Si vel solâ procuratoris depositione, vel libris rationalibus mensariorum ex parte dimittentis, expeditio, quæ personam recipientis concernit, prosecuta sit, simulque expensæ pro ea necessariæ ab illo factæ fuerint. Denique, si quis pro concessione alicui facta, quâcunque auctoritate, de beneficio ecclesiastico per se, vel alium, seu alios intercesserit, vel aliàs in negotio concessionis sese immiscuerit quoquo modo, deinde aliquid de fructibus talis beneficii de facto, etiam per manus professoris, ac etiam simplicis donationis titulo perceperit, seu de illo postmodum ad voluntatem intercessoris fuerit dispositum quandocunque. Testes autem de quaq; re singulares singulas probare a valeant præsumptiones, & conjecturas, pluresque hujusmodi præsumptiones & conjecturæ plenam probationem faciant in prædictis. Cæterum criminosi, & cæteri omnes, qui ad perhibendum in casibus simoniæ testimonium recipi possunt, ad prædicta omnia admittantur.

Idem.

Confidentiæ crimine rei, arcentur ab omni dignitate & beneficii Ecclesiastici jure, & excommunicationis sententiâ vinciuntur.

CAP. XIII.

NE quis vanâ fiduciâ fretus non intendendi contra se judicii, in crimine confidentiæ beneficiorum perseveret, utq; hoc malum gravioris censuræ stimulo usquequaque prohibeatur, omnes & singulos, qui huc usque ecclesias, monasteria, beneficia, fructus, pensiones, aliasvé res, intercedente hoc confidentiæ vitio receperunt, ac retinent, nisi statim ad se reversi, & resipiscentes, celeri dimissione sibi prospexerint, & quicquid tale admiserint in futurum, etiam omnibus & singulis aliis ecclesiis, Monasteriis, dignitatibus, administrationibus, officiis, & beneficiis obtentis, quæ pariter sub dicta reservatione comprehendi volumus, necnon fructibus, pensionibus, & aliis rebus Ecclesiasticis, ac etiam Romanæ Curiæ, & aliis officiis temporalibus præsentium auctoritate privamus, & ad futura inhabilos decernimus, & injuris subsidium, excommunicationis sententiâ innodamus, à qua nullus nisi in mortis articulo constitutus, ab alio quàm à Romano Pontifice, absolutionis beneficium valeat obtinere. Nos enim advocatione causarum hujusmodi, & reservatione cognitionis illarum, rerumque omnium inde emergentium, nobis, & prædictis successoribus, ut prædictum est, factâ, causis illis duntaxat exceptis, quæ jam coram nobis pendere noscuntur, ac etiam iis, quas ratione ecclesiarum, & monasteriorum, quorum dispositio in consistorio fieri consuevit, aut debet, iremque contra ordinarios, collatores, Episcopos, & alios superiores prælatos, etiam Cardinales, haberi contigerit, uti jam aliis nostris literis statutum est, audiendis, decidendis, & terminandis, harum serie prorsus relaxatâ, decernimus: ita deinceps quoscunque judices ordinarios & delegatos, etiam causarum palatii Apostolici auditores, ac prædictæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublatâ eis, & ipsorum cuicunque quâvis aliter judicandi & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, interpretari & diffiniri debere, necnon irritum & inane, quicquid secus in prædictis per quoscunque, quâvis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari. Quocirca omnibus locorum ordinariis districtius injungimus, ut in suis quisque Ecclesiis, civitatibus, diœcesibus, & locis etiam exemptis, ad prædicta studiosè attendant, & quatenus illis relaxavimus, in delinquentes severè animadvertant, si divinæ majestatis judicium, dictæque sedis censuram voluerint evitare. In cæteris verò causis & negotiis (nobis & prædictis successoribus exceptis) eosdem locorum ordinarios præsentium auctoritate delegamus, ut gratiâ & favore postpositis, pro se quisque, cum venerit usus, contra prædictos omnes sub ipsa exceptione comprehensos, diligenter inquirant, suoque inquisitiones omnes sigillo obsignatas, ad prædictam sedem quamprimùm transferant, ut nos & prædicti successores in causis hujusmodi procedentes, quod justum fuerit, decernamus.

Idem.

Coadjutoræ tolluntur, prohibenturq; ne his expeditiones Cameræ Apostolicæ suffragentur.

CAP. XIV.

ROmani Pontificis providentia circumspecta nonnunquam gesta per prædecessores suos, rationabilibus & honestis suadentibus causis moderatur & revocat, prout id Ecclesiarum indemnitati conspicit in Domino expedire. Hinc est, quòd nos volentes omnem hæreditariam a beneficiorum ecclesiasticorum successionem de ecclesia Dei tollere, ac libertati beneficiorum hujusmodi providere, & ut de persona magis utili & idonea, prout requiritur, faciliùs providere valeat, omnes & singulos regressus, accessus, etiam eventuales, aut pœnales, ac coadjutorias etiam de consensu, aut aliàs quomodolibet, sub quibuscunq; tenoribus, & formis, ac cum quibusvis efficacissimis, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, clausulis irritantibus, & aliis decretis quomodolibet per quosvis Romanos Pontifices prædecessores nostros, ad beneficia ecclesiastica, cum cura & sine cura, secularia, & quorumvis ordinum regularia, etiam si secularia, canonicatus, & præbendæ, dignitates, personatus, administrationes, vel officia in cathedralibus, etiam metropolitanis aut collegiatis ecclesiis, & dignitates ipsæ in cathedralibus, etiam metropolitanis, post Pontificiales majores, seu collegiatis ecclesiis hujusmodi principales, regularia verò beneficia hujusmodi, monasteria etiam consistorialia, prioratus, præposituræ, dignitates etiam conventuales, personatus, administrationes, vel officia etiã claustralia, ac hospitalia, præceptorias etiam hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani, etiam quarumvis aliarum militiarum, quibusvis personis cujuscunque statûs, gradûs, ordinis, & conditionis existentibus, etiam Episcopali, Archiepiscopali, Patriarchali dignitate, aut Cardinalatûs honore pollentibus concessos, super quibus literæ Apostolicæ integraliter hactenus expeditæ non fuerunt, etiamsi in plumbaria nostra, aut penes Summatorem nostrum reperiantur: motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, auctoritate Apostolicâ, tenore præsentium revocamus, cassamus, abolemus. Mandantes dilectis filiis nostris Vicecancellario, & dicto Summatori, cæterisque officialibus tam Cancellariæ Apostolicæ, quàm Cameræ nostræ, ad quos spectat, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub indignationis nostræ pœna, ne in futurum super dictis gratiis, accessus, regressus, & ingressus, necnon coadjutoriarum literas expediant aut relaxent. Romæ prid. Id. Septembr. 1571.

a *Singulare testimonium, quod hoc loco Pont. approb. regulariter alias non probat. c. nihilominus. & ibi gl. 3. q. 9. & in c. tam literis. de test. Anchar. in consil. 266. Hypposyt. in practic. in 4. diligenter. Felin. in c. licet. de test. Corn. in cons. 286. vol. 3. Alexan. cons. 3. vol. 1. Ias. in repet. l. admonendi. ff. de jurejur.*

a *Concil. Trident. prod. sess. 25. cap. 7.*

Paulus Tertius.

Beneficiorum impetrationes vacantium verâ rei totius narratione expediri debent, ne invalidæ ac irritæ habeantur.

CAP. XV.

Attendentes malitiis hominum non esse indulgendum, sed potiùs obviandum, volumus, quòd de cætero impetrantes beneficia a ecclesiastica cujuscunque qualitatis, per privationem & amotionem, vel aliàs propter commissa, excessus, & crimina, vacantia vel vacatura, in supplicatione desuper porrecta excessus & crimina ipsa ac eorum qualitates, nec non modos & causas tales, ex quibus de jure privatio incursa aut facienda censeatur, & similiter impetrantes, etiam per modum devolutionis beneficia, tanquam certo modo vacantia, & ab aliis etiam non senio confectis, nec infirmitate aut impedimento detentis, tanquam nullo seu minùs canonico titulo possessa, modum vacationis illorum in supplicatione desuper porrecta specificè & determinatè ac dispositivè exprimere teneantur, & antequam decretum citationis à judice, cui causa commissa fuerit, per se vel procuratorem eorum petant, coram eo juramentum, quod credunt ea, quæ sic expresserunt, vera esse, & posse ea probare, corporaliter præstare, & deinde excessus & crimina, aut modum vacationis hujusmodi proponere, & deducere, & intra octo dies observationem termini ad articulandum, per eum vel per procuratorem suum, suo ordine & loco, ita quòd si ipse terminus sic non servetur, dicti octo dies, post observationem termini, secundo loco servati, quicunque is fuerit, cucurrisse censeatur, factam immediatè sequentes probare, necnon extunc infra annum, similiter à die impetrationis eorum computandum, causam contra eosdem possessores, usque ad diffinitivæ sententiæ prolationem inclusivè, prosequi debeant, & teneantur.

Quodque impetrationes de beneficio, tanquam per privationem, & amotionem, vel aliàs propter commissa, excessus, & crimina vacantibus, vel vacaturis, absque causæ seu causarum privationis & amotionis, aut excessuum & criminum vacationem hujusmodi causantium, necnon tanquam de certo modo vacantibus, etiam per modum devolutionis, absque modi vacationis specifica expressione, etiam prætextu quarumcunque clausularum quomodolibet implicitarum, & quantumcunque prægnantium, etiam quòd causæ, & excessus, ac crimina, necnon modi vacationum hujusmodi, in literis pro expressis habeantur, vel etiam dispositivè exprimi possint, disponentium in supplicationibus insertarum eisdem impetrantibus nullatenus suffragentur, & quæcunque surrogationes per ipsos impetrantes de beneficiis, quæ etiam cum hujusmodi expressione impetraverint, tanquam litigiosis, in jure, vel ad jus eorum, quos hujusmodi excessus & crimina perpetrasse, aut quorum beneficia per devolutionem, aut aliàs, certo modo vacasse narraverint, à sede Apostolica, vel legatis ejus, quomodolibet impetrandæ, seu etiam motu proprio concedendæ, nisi quod impetrantes excessus & crimina, aut modum vacationis hujusmodi, intra dictos dies observationem dicti termini ad articulandum factam, quoad excludendos, post dictos dies, ipsos impetrantes, approbatione excessuum, seu criminum, aut modi vacationis prædictorum nihil operari volumus contra possessores beneficiorum, quæ impetraverint, probaverint, etiam si alia excessus & crimina, privatione aut privationis declaratione digna, etiam ante lapsum dictorum octo dierum probaverint, nullius sint roboris vel momenti.

Quodque surrogationes hujusmodi, si ii, contra quos hujusmodi impetrationes fient, in itinere propter id suscepto, quod post executionem citationis, etiam per edictum factæ, etiamsi de dictorum citatorum notitia aliter non apparuerit, propterea attentatum præsumatur, defuncti fuerunt, etiamsi senes, aut valetudinarii, seu impediti, ut præfertur, non extiterint, aut etiam ii, contra quos hujusmodi impetrationes fient, morte violentâ decesserint, licet nullum penitùs argumentum, aut nulla conjectura habita fuerit, quod collitigans id fecerit, aut de tali morte culpabilis, seu conscius fuerit, locum non habeant. Et si post lapsum dicti anni, vel etiam eo durante, & istis octo diebus, post dicti termini ad articulandum, absque probatione prædictorum excessuum seu criminum, aut modi vacationis per ipsos impetrantes, vel eorum procuratores, observationem, ipsos contingat possessores dictorum beneficiorum, seu aliquos ex eis decedere, aut eorum beneficia simpliciter, vel ex causa permutationis, aut aliàs quomodolibet, in Romana Curia, vel extra eam, vacare non censeantur, propterea beneficia ipsa litigiosa, de hujusmodi beneficiis sic vacantibus provideri, & aliàs liberè disponi possit, in omnibus & per omnia, ac si contra dictos possessores aliqualis modo præmisso mora non fuisset. Et nihilominus impetrantes prædicti, ad ambita beneficia hujusmodi obtinenda, censeantur perpetuò inhabiles, nec non vexatæ parti omnia damna, interesse, & expensas persolvere teneantur, ac omnibus & singulis beneficiis ecclesiasticis, per eosdem impetrantes obtentis, se triennio suspensos invenerint. Quibus, si se in eis propriâ temeritate injecerint, ipso jure privati sint, ac calumniose de perjurio, juxta canonicas sanctiones, puniantur. Decernens novas provisiones super impetrationibus prædictis pro tempore, etiam antequam dicti octo dies elapsi fuerint, iis, in quorum favorem emanaverint, in fraudem hujusmodi constitutionis non suffragari. Et si iis, qui impetrationes modo prædicto fecerint, beneficia sic impetrata resignaverint, quandocunque id fecerint illis, quibus de beneficiis hujusmodi per resignationem de eis factam & admissam provisum fuerit, præsenti constitutioni subjacere, & in eodem statu, in quo dictus resignans tempore hujusmodi resignationis erat, quoad hoc censeri & esse.

a *Beneficiat impetratio canonica, & quæ ab omni obreptione & surreptione aliena est, exprimit qualitatem vacationis, ut si vacat per obitum vel per resignationem. gloss. in Clement. 1. in verbo, quamvis, de præben. Ioan. And. & Gemin. in c. susceptum. de rescript. in 6. lapsu. alleg. 6. col. 2. Felin. in cap. in nostra. num. 37. de rescript. Rot. decis. 24. de rescript. in novis. Ioan. de Selva. tract. de benefic. parte 3. q. 11. 20.*

TITULUS XI.

DE RESERVATIONIBUS.

Paulus II.

Beneficia sedi Apostolicæ reservata quovis modo vacantia & vacatura, semper manent affecta, & summo Pontifici dispositioni subdita.

CAP. I.

Cum nonnulli Romani a Pontifices per diversas eorum constitutiones, quas suo tempore duntaxat durare voluerunt, quæcunque beneficia ecclesiastica, quæ sui & sanctæ Romanæ Ecclesiæ viventium & tunc existentium Cardinalium familiares, continui commensales obtinebant, & in posterum obtinerent, eorum familiaritate durante, etiam si ab ipsâ familiaritate per obitum Cardinalium eorundem vel aliàs recessissent, necnon quæ etiam fructuum & proventuum Cameræ Apostolicæ debitorum collectores, & qui ipsorum prædecessorum temporibus sua officia exercerent, uniti subcollectores, durantibus eorum officiis, obtinebant, ac in

a *Hæc constitutio eadem est, quæ habetur in extravagant. 1. ad Roma. de concess. præben.*

quibus

quibus vacaverint, cum irritantis appositione decreti: & deinde prædecessoribus ipsis sublatis de medio, ac eorum beneficiorum occurrentibus vacationibus, inter utriusque juris interpretes, etiam officiales Romanæ Curiæ, sæpenumerò hæsitatum extiterit, an beneficia hujusmodi, propter reservationem & decretum prædicta, reservata vel affecta remanserint, ita quòd nullus præter Roman. Pontif. de illis disponere potuerit, sive possit: reservatione & decreto obsistentibus suprædictis. Ac propter ambiguitatem hujusmodi, varias quoque jurisperitorum opiniones & disceptationes ipsas, advertemus plerunque pro reservatione & effectione præmissis, interdum verò è contra pronunciatum & diffinitum fore. Nos, qui vigilis more pastoris, semper his maturo providendum esse consilio non indignè censuimus: & propterea in singulis causis, super quibusvis beneficiis Ecclesiasticis, eandem ambiguitatem quomodolibet concernentibus, usque ad nostrum beneplacitum supersedere mandavimus: cupientes, quemadmodum nostro incumbit officio, dubiis hujusmodi finem imponere subditorum dispendiis, & ne lites fiant penitus immortales, de opportuno remedio providere. Felicis recordationis Urbani quinti, Gregorii IX. & Bonifacii VIII. Romanorum Pontificum etiam prædecessorum nostrorum, qui ad submovenda altercationum fomenta, & ambiguitates hujusmodi lucidandas, declarationes similes per suas literas ediderunt, vestigiis inhærendo, ac providè considerantes effectum, per reservationem manûsque appositionem eorundem prædecessorum in dictis beneficiis in esse productum, per obitum nequaquam censeri debere revocatum, Romani quoque Pontificis manûs appositionem prædictam, tantæ efficaciæ, tantæque virtutis existere, ut si & literæ Apostolicæ super provisionibus beneficiorum aut de providendo mandatis, in quibus decretum & reservatio hujusmodi opponuntur, ex aliqua causa suum debitum non sortiantur effectum, facultatem tamen providendi de beneficiis taliter reservatis, quibuscunque aliis fuisse ademptam, hujus perpetuæ & irrefragabilis constitutionis edicto, de venerabilium fratrum nostrorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium consilio, omnia & singula beneficia Ecclesiastica secularia & cujusvis ordinis regularia, etiamsi præpositatus, canonicatus, præposituræ & præbendæ, dignitates, personatus, administrationes, vel officia fuerint, & ad illa consueverint, qui per electionem assumi, eisque cura immineat animarum, ut præmittitur reservata, & per Romanos Pontifices successores nostros canonice intrantes in posterum reservanda, actu quovis modo vacantia, & in antea vacatura, per hujusmodi reservationem & decretum remansisse & remanere semper affecta, nullumque de illis, cum primùm hâc re contigerit, præter eundem Romanum Pontificem eâ vice quovis modo disponere potuisse, sive posse, harum serie decernimus pariter & declaramus, quòd tam in pendentibus, etiam per appellationem, quàm in futurum super eisdem beneficiis, ut præmittitur, reservatis committendis causis, per dilectos filios, magistros Capellanos nostros, & causarum palatii Apostolici auditores, atque alios quoscunque delegatos & judices ubilibet inviolabiliter observari, & secundùm præmissa, nec aliter sententiari & diffiniri volumus, atque mandamus eis & eorum cuilibet, quâvis aliâ super præmissis interpretandi facultate sublatâ.

Pius Quartus.

Fructus beneficiorum reservatorum seu affectorum, à die vacationis, usque ad diem provisionis, Apostolicæ Cameræ adscribuntur.

CAP. II.

CUpientes malitiis nonnullorum, qui in possessione monasteriorum, & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum dispositioni Apostolicæ reservorum pro tempore vacantium, sine justo titulo, ac sine literis Apostolicis, ut illorum fructus durante vacatione hujusmodi usurpent, se intrudere non verentur, occurrere, & Cameræ nostræ Apostolicæ gravissimis oneribus in aliqua parte sublevandis, quantum cum Deo possumus, consulere, motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, omnes & singulos fructus, reditus, & proventus, ac jura, obventiones, & emolumenta quæcunque, quomodolibet & qualitercunque nuncupata, omnium & singulorum monasteriorum, etiam consistorialium, & beneficiorum Ecclesiasticorum, cum cura & sine cura, secularium, & quorumvis ordinum regularium, nobis & sedi Apostol. tam per constitutiones Apostolicas, quàm Cancellariæ Apostolicæ regulas editas & edendas, seu aliàs quomodolibet, & ex quavis causa generaliter, vel specialiter reservatorum, seu affectorum, in partibus Italiæ, in quibus collectores & subcollectores spoliorum, & jurium Cameræ Apostolicæ prædictæ esse consueverunt, ac earum civitatibus, & diœc. consistentium, per obitum, & aliàs quovis modo, præterquam per decessum illa obtinentium, pro tempore vacantium à die ipsorum monasteriorum & beneficiorum vacationis, pro rata temporis, usque ad diem provisionis seu commendæ, de eisdem beneficiis & monasteriis per nos faciendæ, de qua per literas nostras sub plumbo, & non aliter, constare debere volumus, eidem Cameræ auctoritate Apostolicâ, tenore præsentium reservamus, applicamus, incorporamus, & appropriamus, illaque ei reservata, applicata, incorporata, appropriata esse statuimus.

Gregorius XIII.

Mensis Apostolicæ sedi reservatus, Episcoporum alternativa residentium non obsunt.

CAP. III.

SAnctissimus in Christo Pater & Dominus Gregorius (divinâ providentiâ) Papa XIII. cupiens pauperibus clericis, & aliis benemeritis personis providere, omnia beneficia Ecclesiastica, cum cura & sine cura, secularia, & quorumvis ordinum regularia, qualitercunque qualificata, & ubicunque existentia, in mensibus Julii, Augusti, Octobris, Novembris, Januarii, Februarii, Aprilis & Maji, usque ad quinquennium à die publicationis præsentis constitutionis computandum extra Romanam Curiam, aliàs quàm per resignationem quocunque modo vacatura, ad collationem, provisionem, præsentationem, electionem, & quamvis aliam dispositionem quorumcunque collatorum & collatricum secularium, & quorumvis ordinum regularium, (non tamen S. R. E. Cardinalium, aut illorum sub concordatis, inter sedem Apostolicam, & quoscunque alios initis, & per eos, qui illa acceptare & observare debuerunt, acceptatis & observatis, quæ lædere non intendit comprehensorum quomodolibet pertinentia) dispositioni suæ generaliter reservavit. Volens in supplicationibus, seu concessionibus gratiarum, quæ in dictis beneficiis tunc vacantibus, etiam motu proprio fient, de mense, in quo vacaverint, dispositive mentionem fieri, alioquin gratias nullas esse, ac privilegia & indulta Apostolica disponendi, de hujusmodi reservationibus nunquam comprehendantur, etiam cum quibusvis derogatoriarum derogatoriis, ac fortioribus, efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, quibusvis personis & collegiis, cujuscunque dignitatis, gradûs, ordinis, & conditionis existentibus, quomodolibet concessa, adversus reservationem hujusmodi interim suffragari.

Insuper sanctitas sua ad gratificandum Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis intenta, ipsis, quàm diù apud Ecclesias aut diœceses suas personaliter residerint

duntaxat, de omnibus, & quibuscunque beneficiis ecclesiasticis, cum cura & sine cura, secularibus, & regularibus, & ad liberam ipsorum duntaxat, non autem aliorum cum eis dispositionem, seu præsentationem, vel electionem pertinentibus, quæ in antea dictis mensibus Junii, Augusti, Octobris, Decembris, Februarii, & Aprilis, extra Curiam ipsam vacare contigerit (dummodo aliàs dispositioni Apostolicæ reservata, vel affecta non fuerint) liberè disponendi facultatem concessit. Ac etiam voluit, quòd si ipsi in collatione, aut alia dispositione beneficiorum, in aliis sex mensibus, videlicet Julii, Septembris, Novembris, Januarii, Martii, & Maji vacaturorum (quæ etiam dispositioni suæ, ut præfertur, reservavit) seu etiam aliorum dispositioni suæ, & dictæ sedis aliæ quomodolibet reservatorum, vel affectorum, sese intromiserint, aut quò minùs provisiones & gratiæ sanctitatis suæ de illis debitum effectum consequantur, impedimentum quoquo modo præstiterint, usu, & beneficio prædictæ facultatis eo ipso privati existant, ac collationes, & aliæ dispositiones de beneficiis illius prætextu deinceps faciendæ, nullius sint roboris, vel momenti. Illi verò, qui gratiam alternativæ prædictæ acceptare voluerint, acceptationem hujusmodi per patentes literas suo sigillo munitas declarare, & literas ipsas huc ad datarium sanctitatis suæ transmittere teneantur. Quibus ab eo receptis & recognitis, tunc demum, & non antea uti incipiant gratiâ supradictâ.

Pius Quintus.

Reservantur sedi Apostolicæ beneficia omnia, propter crimen hæresis vacantia.

CAP. IV.

CUm ex Apostolatûs officio nobis (meritis licèt impar ribus) credito, cura dominici gregis nobis imminet generalis, & exinde teneamur, more vigilis pastoris, vigilare, & attentius providere, ut ecclesiis, monasteriis, & quibusvis aliis beneficiis ecclesiasticis, nunc & pro tempore, propter crimen hæresis vacantibus & vacaturis, tales viri eis præficiantur idonei, qui detestandas ac nefarias hæreses, diabolo disseminante, contra veræ & orthodoxæ fidei puritatem exortas, de agro Domini extirpare, & populos sibi commissos ad catholicæ ecclesiæ veritatem reducere, doctrinâ, verbo, & boni operis exemplo valeant. Præmissorum itaq; consideratione inducti, & aliis ad id suadentibus rationabilibus causis, nonnullis etiam prædecessorum nostrorum vestigiis inhærendo, motu proprio, non ad alicujus nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de mera nostra voluntate, & deliberatione, omnia & singula beneficia ecclesiastica, cum cura, & sine cura, secularia, & quorumvis ordinum, etiam sancti Joannis Hierosolymitani & aliarum quarumvis militiarum regularia, quæcunq; & qualiacunq; sint, etiamsi secularia, canonicatus & præbendæ, dignitates, personatus, administrationes, vel officia in cathedralibus, etiam metropolitanis, vel collegiatis, & dignitates ipsæ in cathedralibus etiam metropolitanis, post pontificales majores seu collegiatis ecclesiis hujusmodi principales. Regularia verò beneficia hujusmodi, monasteria etiam consistoralia, prioratus, præposituræ, præpositatus, dignitates etiam conventuales, personatus, administrationes, vel officia etiam claustralia, ac hospitalia & præceptoriæ, & aliàs quomodocunque qualificata fuerint, ordinationi & dispensationi nostræ, & sedis Apostolicæ, hâc perpetuò constitutione valiturâ auctoritate Apostol. tenore præsentium reservamus. Declarantes omnes & quascunque impetrationes de beneficiis, ut præfertur, quomodocunque qualificaris, certo modo in futurum faciendas, & obtinendas beneficia hujusmodi, propter hæresim vacantia, & in futurum vacatura, non comprehendere, nisi specialiter, & dispositivè vacationis modus propter crimen hæresis expressus fuerit, & illum nullo modo sub quibusvis clausulis & decretis comprehendi, quantumcunque generalibus, in quibusvis gratiis & concessionibus per nos & Roman. Pontific. successores nostros faciendis, etiam per Fiat signatis & concessis, ac decernentes omnes & quascunque impetrationes, de quibusvis beneficiis, ut præfertur, qualificatis hactenus factas & obtentas, nisi earum vigore in judicio per impetrantes crimen hujusmodi deductum fuerit, & super eo sententiam favorabilem obtinuerint, vel dictorum beneficiorum possessionem assequuti fuerint, ad vacationem hujusmodi, propter crimen hæresis se non extendere, & illum neminem comprehendere decernimus. V I. Calend. Feb. 1566.

Gregorius XIII.

Dispositio beneficiorum personis prohibitis, propter genus aut hæresim, & à fide defectionem, irrita est, & ad Pontificiam reservationem refertur.

CAP. V.

IN Ecclesiis præsertim insignibus, hoc magnopere curandum est, ut Sacerdotes & personæ salubribus earum institutis convenientes ordinentur: quod quantum in nobis est, enitimur, atque eos ab illis repellendos in primis contendimus, qui propter genus, aut hæresim, & à fide apostasiam, sive proprio, sive stirpis, sive cognatorum vitio contaminati, per canonicas sanctiones, aut statuta ab hac sede firmata, aut Apostolica privilegia prædictis ecclesiis prohibentur. Sed nobis negotiorum magnitudine distentis, hujus generis nonnulli ad illarum Sacerdotia frequenter obrepunt, inter quos quidam existimationis suæ prodigi, etsi se ab illis expulsum iri sciant, spe tamen inconcessa præsumunt, se inde vel permutatione, vel quoquo pacto beneficium, pensionem, aut quid aliud exacturos. Nos malum hoc, quo dictæ ecclesiæ sæpius divexantur, penitus evellere volentes, præsentium auctoritate decernimus, omnes, & quoque Apostolicas, necnon legatorum dictæ sedis, & aliorum omnium, ab ea facultatem disponendi habentium, ac etiam ordinarias dispositiones dignitatum, præbendarum, beneficiorum, & officiorum ejusmodi ecclesiarum, in quascunque personas sic infectas, & per hujusmodi sanctiones, seu statuta, vel privilegia, ut præfertur, inhabiles, vires & effectum non habere, personasque hujusmodi, illarum prorsus usu & commodo carere, beneficiaque ipsa, ut prius, vacare, & quæ ex illis tempore dispositionis Apostolicæ prædictis personis, illi reservata fuerint vel affecta, sub eadem reservatione vel affectione manere, & tam illa, quàm etiam omnia alia non reservata neque affecta, de quibus ab ipsa sede, ac legatis & aliis facultatem habentibus prædictis, in hujusmodi personas quomodocunque dispositum fuerit, ad novam Romani Pontificis dispositionem duntaxat pertinere, eaque ab aliis idoneis ab ipsa sede duntaxat, libere impetriari posse. Impetrationes tamen ac etiam motu proprio concessiones, nisi modus vacationis, necnon casus ac decretum hujusmodi, non conditionaliter, aut per æquipollens, sed definitè, nominatim, ac dispositive in illis exprimantur, omninò non valere. Aliordinariis verò, (cessantibus reservationibus vel affectionibus Apostolicis) pro tempore collata, devolutioni, juxta Lateranensis statuta Concilii subjacere, necnon irritum & inane, quicquid secus per quoscunque, scienter vel ignoranter, contigerit attentari. Reservationibus Apostolicis fructuum, pensionum, & aliarum rerum hujusmodi beneficiorum, in personas idoneas, etiam de hujusmodi contaminatorum consensu factis, eisdemque ab illis interim præstitis vel solutis, nihilominùs valituris. Romæ Idib. Novemb. 1580.

Clemens V.

Provisi de beneficiis reservatis sedi Apostolicæ, ejusdem auctoritate ensicâ, pro malâ fide possessoribus habentur.

CAP.

CAP. VI.

ADmonet nos incumbentis nobis pastoralis officii cura, ut non solum nobis, sed etiam cunctorum Christi fidelium, & præsertim Ecclesiasticarum personarum profectibus diligenter intenti, illorum occurramus dispendiis, & quæ in cujuscunque ipsorum præjudicium sive noxam, quâvis etiam auctoritate prodiisse comperimus, salubriter reformemus. Sanè dudum ad nostram pervenit notitiam, qualiter nonnulli Archiepiscopi, & Episcopi ac ecclesiarum prælati, nonnulli etiam Principes, & domini temporales, inclytæ nationis Germanicæ, post miserabilem urbis direptionem, collationes & dispositiones beneficiorum Ecclesiasticorum, nobis & sedi Apostolicæ, etiam virtute concordatorum *a*, inter sedem & nationem præfatas reservatorum, temerè usurpare præsumpserint, ac collationes & dispositiones nostras, & dictæ sedis de illis factas, admittere contempserunt, nedum in nostrum & ipsius sedis vilipendium, sed etiam in jurium nostrorum & ejusdem sedis, ac illorum, quibus de ipsis beneficiis providimus, aut in quorum favorem alias disposuimus, seu provideri & disponi mandavimus, grave præjudicium. Nos qui à dictis concordatis, quæ olim Romanæ Ecclesiæ & dictæ nationis hominibus, pro ipsius Ecclesiæ unione, ac pace & tranquilitate, inter Ecclesiam & nationem prædictas, perpetuò solidandis & conservandis, laudata, concluſa, & accepta fuerunt, nullatenus recedere intendimus, ne dicti præsumptores, & contemptores, aut per eos in dictis beneficiis intrusi, ex hujusmodi temeraria præsumptione gloriari valeant, néve ipsi intrusi, ex adulterinis eorum similis, aliquem fructum reportent, nec illis, quibus de beneficiis prædictis per nos aut dictam sedem, seu ejus auctoritate provisum extitit, & in futurum providebitur, per alicujus temporis fluxum, seu aliquam patientiam vel tolerantiam, præjudicium fiat aut factum censeatur, ex pastoralis officii debito providere volentes, ac concordatis prædictis firmiter inhærentes, motu proprio, & ex nostra matura deliberatione, ac certa scientia, auctoritate Apostolicâ, de Apostolicæ potestatis plenitudine, tenore præsentium declaramus, prætensas collationes, & alias dispositiones, de quibuscunque beneficiis Ecclesiasticis, cum cura & sine cura, nobis & dictæ sedi, ut præfertur, reservatis, per Archiepiscopos, Episcopos, Prælatos, ac seculares Principes, & dominos quoscunque dictæ nationis, seu ad eorum præsentationem vel nominationem, etiam per ordinarios ipsorum beneficiorum collatores, à tempore dictæ direptionis, citra contraque tenorem & formam dictorum concordatorum quomodolibet factas, & in posterum faciendas, personis, quibus aut in posterum fient, nisi sint per nos, aut nostra, vel dictæ sedis auctoritate approbatæ, nullum titulum vel colorem ipsa beneficia possidendi tribuisse, aut in futurum tribuere, sed & illos pro malæ fidei possessoribus & merè intrusis, ab omnibus haberi & censeri, ac fructus per eos ex beneficiis hujusmodi perceptos & percipiendos, nullo unquam tempore suos facere, sed ad illorum restitutionem in utroque foro efficaciter obligatos esse, & ad illorum restitutionem, ad eorum quorum interest, seu etiam fisci nostri instantiam, omnibus viis juris, & remediis compelli posse & debere, & eos nullo unquam tempore, beneficio regularum de annali & triennali pacifico possessore gaudere potuisse aut posse: Illis verò quibus eadem beneficia per nos, aut auctoritate nostrâ vel dictæ sedis, tenore & formâ concordatorum hujusmodi servatis, collata seu commendata sunt, aut in futurum conferentur vel commendabuntur, necnon Ecclesiis & locis Ecclesiasticis, ac collegiis, quibus perpetuò vel ad tempus eadem auctoritate unita sunt, aut in posterum unientur, ac omnibus illis, qui in executione literarum Apostolicarum eis concessarum, per constitutiones, seu mandata Archiepiscoporum, Episcoporum, Prælatorum, Principum, vel dominorum prædictorum, hactenus quomodolibet impediti fuerunt, aut in posterum impedientur, dictas regulas, quemcunque temporis fluxum, seu patientiam vel tolerantiam minimè obstare debere, quò minùs contra dictos intrusos, & intrudendos quocunque tempore judicialiter expediri valeant.

a *Concordata reservationum edidit Nicolaus V. in gratiam Germanorum 1447. 14. Cal. April. cum Friderico Imperat. aliisq; Ecclesiasticis & secularibus loci Principibus.*

TITULUS XII.

DE PENSIONIBUS.

Leo Decimus, In Concilio Lateranensi.

Reservare pensiones non debent in diminutionem Monasteriorum & Ecclesiarum regularium.

CAP. I.

QUoniam Ecclesiis Monasteriorum absque aliqua fructuum diminutione provideri decet, ut tam dignitati præsidentium, quàm Ecclesiarum & ædificiorum necessitati consulatur, decernimus pariter ac statuimus, ut super earundem Ecclesiarum fructibus, pensiones minimè reserventur *a*, nisi ex resignationis causa, aut etiam alia, quæ in secreto nostro consistorio justa, probabilis & honesta habita fuerit.

Pius V.

Laici, & qui cælibatum sacris ordinibus annexum non colunt, beneficiorum pensionibus jure frui nequeunt.

CAP. II.

LAici extra conjugium & in cœlibatu viventes, ac bigami & clerici conjugati, nullas novas pensiones aut fructus, aut omninò alias res Ecclesiasticas habeant, nec ipsi etiam, qui conjugati non sunt, si ad primas aut alias nuptias transierint, antiquas deinceps percipere. Clerici verò & alii matrimonium etiam cum unica & virgine contracturi, postquam illud contraxerint, nec antiquas retinere, nec novas assequi possint, sed nec illi laici, nec clerici privilegio transferendi pensiones, fructus aut alias res hujusmodi de cætero potiantur. Decernentes omnes transferendi facultates ex nunc, antiquas verò pensiones, & alias reservationes tam laicis, quàm clericis concessas, & quas ipsos clericos habere contigerit, per futurum contractum matrimonium hujusmodi extinctas esse. Rom. 5. Id. Septemb. 1568.

TITULUS XIII.

DE UNIONIBUS BENEFICIORUM.

Pius V. Ex Concilio Tridentino.

Parochialium perpetuò unitarum pia loca portio assignanda Vicariis, non sit major centum, nec minor quinquaginta scutorum.

CAP. I.

AD exequendum pastoralis officii debitum, vigilantibus studiis intendentes, ad ea, per quæ cathedralium, aliarumvé Ecclesiarum, necnon Monasteriorum, beneficiorum, seu collegiorum, ac aliorum piorum locorum prospero profectui, divinique cultus augmento, & opportunæ congruæque sustentationi parochialium Ecclesiarum eisdem unitarum statui feliciter dirigendo, & personarum in illis curam animarum exercentium utilitati rectâ & providâ moderatione consuli, & salubriter provideri valeat, libenter interponimus

a *DD. in cap. præterea. 25. de jure patron. text. in c. suggest. 1. de decimis.*

nostræ

nostræ solicitudinis partes. Hinc est quòd nos, ad quorum aures (quod non sine animi nostri molestia referimus) pervenit, nonnullos ex venerabilibus fratribus nostris, Patriarchis, Archiepiscopis & Episcopis, in deputandis Vicariis, ac in assignatione portionum, Vicariis perpetuis parochialium dictis Ecclesiis, Monasteriis, beneficiis, collegiis, vel locis piis perpetuò unitarum, ex Concilio Tridentino *a* facienda, ita modum excessisse, ut parùm aut nihil ex fructibus, reditibus & proventibus parochialium Ecclesiarum sic unitarum, Ecclesiis, Monasteriis, beneficiis, collegiis, aliisve locis piis remanserit, ob idq; multæ ortæ sint super hoc controversiæ, circa interpretationes dicti Concilii.

Nos ad eas tollendas animum intendentes, considerantesque uniones ipsas ideò à prædecessoribus nostris factas esse, ut ex reditibus & emolumentis beneficiorum unitorum, Ecclesiis, Monasteriis, collegiis, beneficiis, & locis piis, quibus illa uniuntur, faciliùs onera eisdem incumbentia supportentur, & promptiùs à ministris Ecclesiasticis, in eisdem divina officia celebrentur, hospitalitas servetur, aliaq; charitatis opera exerceantur, ac etiam, ut nihilominùs cura animarum dictarum parochialium laudabiliter exerceretur, motu proprio, & ex certa nostræ scientia, auctoritate Apostolicâ, hâc nostrâ perpetuò valiturâ constitutione statuimus, & ordinamus, ac declaramus, quemadmodum etiam de ipsius Concilii mente fuisse colligimus, Patriarchas, Archiepiscopos & Episcopos præfatos, in assignatione portionis ipsis Vicariis perpetuis ex prædicto Concilio ipsorum Prælatorum arbitrio facienda, ita se continere & arbitrari debere, ut non major centum, nec minor quinquaginta scutorum annuorum summa, computatis omnibus etiam incertis emolumentis, & aliis obventionibus communiter percipi solitis, eis omninò assignetur, nisi Vicariis temporariis solitum fuisset plus assignari, sive in quantitate aut quota fructuum, pecuniaque numerata, fundo seu alia re stabili portio hujusmodi constituatur, cujuscunque valoris parochialis Ecclesia unita fuerit, & habitâ etiam ratione reditnum & onerum loci, cui parochialis ipsa unita fuerit, ita quòd portiones nitra vel infra dictas summas scutorum centum, & scutorum quinquaginta hactenus assignandæ, quoad excessum & defectum hujusmodi nullius roboris & momenti existant, & ad summas prædictas reductæ & auctæ respectivè censeantur, nisi tamen valor annuus ipsius parochialis unitæ habitâ ratione (ut præfertur) minor sit quinquaginta scutis, quo casu portio assignata vel assignanda Vicario perpetuo, non debeat excedere summam annuam valoris dictæ parochialis, sed sufficiat, quòd omnes fructus ejus duntaxat attribuantur ipsi Vicario perpetuo.

Et quoniam iniquum esset, eos, qui commodis privantur, eadem onera, quæ prius sustinebant, debere sufferre, volumus & statuimus, quòd Ecclesiæ, Monasteria, collegia, beneficia, & pia loca hujusmodi, in quorum parochialibus Ecclesiis unitis contingat Vicarias prædictas erigi, pro quantitatibus fructuum ipsis Vicariis perpetuis assignatorum, ad solutionem quindenniorum, quam nobis & Cameræ Apostol. solvunt, ulteriùs non teneantur, sed eis detractio fiat ad ratam certorum, quæ de fructibus dictarum parochialium percipiuntur: Ita tamen, quòd Vicarii perpetui, qui pro tempore deputabuntur, teneantur accipere à sede Apostolica novam provisionem suæ deputationis, & solvere annatam proportione fructuum, reddituum, & proventuum certorum sibi assignata, & expedire literas Apostolicas, nec aliàs ad possessionem dictarum Vicariarum perpetuarum, & servitium earundem parochialium admitti possint, nisi solutâ annatâ, & expeditis literis Apostolicis novæ provisionis, ut præfertur: aliequin integrum quindennium solvi debere, nec Vicarii prædicti antea tutâ conscientiâ fructus percipere possint. Volumus insuper, & ita mandamus, quòd dicti Vicarii perpetui non liberam ordinariorum electionem, sed ad nominationem illorum, *in* quorum Ecclesiis unitis ponentur, cum ipsorum ordinariorum, seu eorum Vicariorum, prævio examine approbatione deputentur. Et si dictæ parochiales unitæ erant Monasteriis regularium mendicantium, possint à superioribus dictorum Monasteriorum nominari ex ipsis mendicantibus, quos si ordinarii prævio examine, per se aut eorum Vicarios faciendo, idoneos ad curam animarum exercendam invenerint, & ita pro idoneis approbaverint, teneantur in Vicarios, ad nutum tamen superiorum suorum amobiles, deputare. Idemque etiam servetur in regularibus Monachis tantùm, dummodò in ea parochiali, in qua unus ex eis Monachis fuerit, servatâ formâ prædictâ, Vicarius deputatus, habitent cum eo saltem quatuor alii ex dictis Monachis.

a *De portionibus assignandis Vicariis perpetuis habes decretum Concilii Trident. sess. 7. c. 5. Et de unionum forma, c. 9. sess. 14. & sess. 24. c. 13. & 15. de reformatione.*

TITULUS XIV.

DE RESIGNATIONIBUS ET Permutationibus.

Innocentius Octavus.

Legitima beneficia resignata, omnem temporis, & personarum dolum excludens, certo dierum spatio ante obitum firmari debet.

CAP. I.

PRæsumimus resignationes fictè & non verè fieri, si illi, qui literas facultatis & licentiæ, cum clausulâ (*etsi mutuum seu simpliciter in eorum favorem resignantium beneficia Ecclesiastica, dispositioni Apostolicæ generaliter reservata existant*) habent, & personæ compermutantes cum eis, seu simpliciter in eorum favorem resignantes, resignata per eos beneficia quatuor menses *a* ante resignationes ipsas pacificè non possederint, vel ipsi resignantes, intra mensem post resignationes ipsas, morte præventi fuerint, si tamen tempore resignationum seu permutationum eorundem infirmi erant, eâ infirmitate, de qua decesserint.

Gregorius XIII.

Resignationes & jurium cessiones infra quod tempus publicari debeant.

CAP. II.

HUmano vix judicio ita benè quicquam, & providenter sanciri potest, quin usus sæpè aperiat, doceatq;, id quod salubre fore credebatur, minus experiundo prodesse: quod in illis constitutionibus, quas ad prohibendas simulatas, occultasve beneficiorum Ecclesiasticorum resignationes, diversi Romani Pontif. multifariam ediderunt, & fel. record. Pius Papa V. prædecessor noster, novissimè promulgavit, cognoscimus accidisse. Nos hoc malum, prout occasio necessitasq; postulat, coërcere volentes, statuimus, ut posthac omnes & quæcunq; resignationes, etiam causâ permutationis, ac commendarum, & etiam literis Apostolicis non confectis, & possessione non habitâ, necnon litis & jurium quorumcunq; cessiones, ac retrocessiones, quæ deinceps de quibuscunque beneficiis Ecclesiasticis, in nostris, seu Rom. Pontif. pro tempore existentis manibus, ac etiam coram Notario publico & testibus fient, & à nobis, vel illo, seu nostro, vel illius mandato admittentur, & super eis provisiones, & quæ-

a *Beneficia nisi certo tempore ante mortem fuerint resignata, resignatio, quam mors mox sequitur, falsa, tanquam fraudulenta & fraudis præsumptione gravata, non subsistit, ut est in reg. cancell. de infr. resig. intra 20. dies. Quæ regula quo pacto sit intelligenda, latius explicant Gomesius & Rebuffus.*

cunque

cunq; alia dispositiones, sive temporales, sive perpetuæ, aut ad hoc mandata Apostolica, sub quacunque forma, & quibuscunque etiam sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, ac piis locis quocunque privilegio suffultis, facta, publicari debeant cum literis Apostol. desuper confectis, intra sex a menses, si beneficium citra montes fuerit, ultra verò intra novem, à data concessionis gratiæ, non autem à die præstiti super ea consensus numerandos, etiam si postea concessio gratiæ hujusmodi ex quavis causa, diversisque subsequentib. datis, ac quotiescunq; , & quovis modo reformata, & valida reddita fuerit, pluresque , & quotquot in alium, vel alios cessiones, ac etiam in ipsummet primum resignantem vel cedentem retrocessiones, termino prædicto nondum elapso, intercesserint, ita ut unicus duntaxat terminus omnib. his successivis cessionibus ac retrocessionibus decurrat, ut qui postremus gratiam habuerit, publicationem hujusmodi facere, cæteraq; omnia hic præscripta intra eundem terminum præstare teneatur. Ipsa autem publicatio in cathedrali, & in beneficii Ecclesia, vel Ecclesiis, si in plurib. illud sit, fiat, ibique dum frequens populus ad Missarum solennia convenerit, palàm omnibus, literæ Apost. prædictæ, earumve transumptum authenticum exhibeatur, clarâque & intelligibili voce resignatio seu cessio hujusmodi, ac beneficii qualitas, & invocatio, nominaque, & cognomina resignantis, seu cedentis, ac illius, in cujus favorem gratia hujusmodi facta est, pronuntientur, ita ut hæc omnia possint ad notitiam omnium ibi existentium verisimiliter pervenire, scriptoque de his omnibus exemplo collato valvis dictarum Ecclesiarum affixum relinquatur. Si verò Ecclesia beneficii ruralis sit, aut populo, conventuque careat, eo casu in parochiali, intra cujus parochiæ limites beneficium ipsum consistit, & in cathedrali Ecclesia, vel si locus bello, seu peste, aliisve manifestis periculis subjaceat, tunc in proxima parochiali, ac etiam in cathedrali Ecclesia, vel si aditus ad illas, aut utramvis, minimè sit securus, in alia cathedrali vel parochiali viciniori periculorum immuni, publicatio hujusmodi peragatur. Is quoque, in quem disponi vel mandari de beneficio, etiam litigioso, vel accedente non possesso, sub quacunque forma contigerit, possessionem beneficii intra dictum tempus, vigore literarum Apostolicarum desuper confectarum, nec aliàs apprehendere debeat, & si propter litem, aut aliud legitimum impedimentum nequiverit, saltem literas Apostolicas cum earum publicatione, si tunc facta erit, judici, seu executori illarum, vel aliis, ad quos pertinet, per se vel procuratorem suum legitimum, intra idem tempus præsentare, & apud illum vel illos pro ipsarum literarum executione instare, & possessionem hujusmodi instanter petere teneatur. Cæterum modus & forma hic tradita semper & ubique debeat observari, nec alia, vel a quipollens ullo modo admitti, in omnibus hujusmodi resignationibus, cessionibus, quorumcunq; beneficiorum, tam regularium quàm secularium. Quòd si quicquam prædictorum omissum fuerit, dictis terminis utcunque modo sint irritæ & inanes. Dat. Romæ Non. Jan. 1583.

Pius Quintus.

Resignationes legitimæ de causis tantùm admittè debere.

CAP. III.

QUanta Ecclesiæ Dei incommoda omni tempore attulerit, & nunc quotidie magis afferat, ministrorum in eam ingressio *b* vitiosa, jam latè perspiciant, & cum mœrore expendant præsules omnes & Pastores, quando hæc pernicies cæterarum omnium maxima, tam multas orbis Ecclesias impiè violavit. Quia verò hoc malum, cùm in cæteris frequens, tum maximè in beneficiorum, & officiorum Ecclesiasticorum dimissione admittitur, nemini molestum esse debet, quòd perinde de reprimendis quotidianis fraudibus, quæ hac in re frequentiores internoscuntur, certam aliquam rationem tandem inituri, officii nostri partes, in prohibenda omnibus interim resignationum hujusmodi receptione, paulò severiùs interposuerimus, omnesque beneficiorum interim resignandorum dispositiones, quæ fierent, in irritum revocaverimus, ac etiam decreverimus, nullum per eas in illis jus, neque titulum, vel coloratum, tam in petitorio, quàm in possessorio, ipsis provisis tribuere, quin etiam eos, ad illa deinceps obtinenda, perpetuò inhabiles fore: Collatores verò aliàs in illorum dispositione, etiam tanquam devolutionis jure, sese interponere non posse, sed de eis, ut verè vacantibus, sive per Romanos Pontifices, sive alios collatorum eorundem superiores, uti præventum esset, liberè provideri.

Nunc autem intendentes institutum hoc nostrum, quo sanctuarium Domini cupimus illibatum, auctore Domino persequi, ac simul, quantum in nobis est, cavere, ne resignationes ipsæ dehinc pro cujusque arbitrio, nullisque vel certè levibus causis, passim & temerè admittantur, prohibitionem, & alia prædicta ac cætera omnia, nostris super his literis contenta, eatenus relaxamus, ut posthac Episcopi, & alii facultatem habentes, eorum duntaxat resignationes recipere & admittere possint, qui aut senio confecti, aut valetudinarii, aut corpore impediti, vel vitiati, aut crimini obnoxii, censurisque Ecclesiasticis irretiti, aut nequeunt, aut non debent Ecclesiæ, vel beneficio inservire, seu qui unum aliud, vel plura beneficia obtinuerint, vel quos ad aliud contigerit promoveri, religionem quoque ingressuri, vel matrimonium contracturi, si statim postea id re ipsâ exequantur, denique cùm quis ex aliis casibus acciderit, qui constitutione felicis recordationis Innocentii Papæ III. de dimittendis cathedralibus Ecclesiis, edita continentur. Qui etiam ob capitales inimicitias nequeunt, vel non audent, in loco beneficii residere securi. Sed nec horum ullus sacro ordini mancipatus, nisi religionem ingressurus, valeat ullo modo beneficium vel officium Ecclesiasticum resignare, nisi aliunde ei sit, quò in vita possit commodè sustentari. Ad hæc beneficiorum permutationes admittere, quæ canonicis sanctionibus, & Apostolicis constitutionibus permittuntur. Caveant autem Episcopi, & alii prædicti, itemque omnes electores, præsentatores, & patroni tam Ecclesiastici, quàm laici, quicunque sint, ne verbo quidem aut nutu, vel signo, futuri in hujusmodi beneficiis & officiis successores, ab ipsis resignantibus, aut aliis eorum significatione vel hortatu designentur, aut de his assumendis promissio inter eos, vel etiam intentio qualiscunque intercedat. Cæterum præcipimus atque interdicimus, ne ipsi Episcopi, aut alii collatores, de beneficiis & officiis resignandis prædictis, aut suis, aut admittentium consanguineis, affinibus vel familiaribus, etiam per fallacem circuitum multiplicatarum in extraneos collationum, audeant providere: quòd si secus, ac etiam quicquid præter vel contra formam prædictorum fuerit à quocunque temerè attentatum, id totum ex nunc vires & effectum decernimus non habere. Qui verò contrafecerint, ut in eo quo deliquerint puniantur, à beneficiorum & officiorum collatione, necnon electione, præsentatione, confirmatione, & institutione, prout cuique competierit, tam diu suspensi remaneant, donec remissionem à Rom. Pont. meruerint obtinere, & qui talia beneficia seu officia receperint, eos prædictis pœnis volumus subjacere. Et nihilominùs in eos, qui sic suspensi, conferre, eligere, præsentare, confirmare, vel instituere, ausi fuerint, excommunicationis, quoad personas, quo verò ad capitula, & conventus,

a *Hi menses computari debent à die supplicationis, non à die consensus, quamvis Gomes. asserat à tempore consensus computandos. q. 7. Paris. cons. 143. Christoph. Roffen. de benefic.* b *Meritis suffraganeis, non ambitu proveni debent & ad beneficia & sacr. limina ingredi. c. nullius itaque 1. quæst. 1. c. inscript. 8. q. 1.*

ventus, à divinis suspensionis sententias ipso facto promulgamus. Romæ Cal. April. 1568.

Clemens VII.

Consensus qui præstari debet in beneficiorum resignationibus, quo pacto notetur & computetur in libris Cameræ Apostolicæ.

CAP. IV.

SAnctissimus in Christo pater & D. N. D. Clemens, divinâ providentiâ Papa VII. Constitutionem suam de consensibus in Cancellaria vel Camera Apostolica extunc de cætero præstandis, quoad materias Franciæ infra tres menses, in aliis verò infra quindecim dies, à die extensionis eorundem consensuum computandos, in libris solitis & authenticis annotandos, ad obviandum fraudibus, quæ in retardatione annotationis consensuum hujusmodi committebantur, nuper editam declarando, voluit, quòd dicta tempora, non à die extensionis consensuum in dictis libris, cùm ipsa constitutio sic nihil operaretur, nec per eam dictis fraudibus in aliquo obviaretur, sed à die præstationis eorundem consensuum, intelligi debeant. Et quoniam nonnunquam præstantur consensus super supplicationibus nondum ad registrum missis, seu adhuc penes Datarium suum existentibus, & notarii non possunt tales consensus in dictis libris annotare, nisi videant hujusmodi supplicationes registratas seu expeditas, & sæpè labuntur dicta tempora, antequam ipsæ supplicationes ad registrum mittantur seu expediantur, voluit & declaravit, quòd tunc & eo casu dicta tempora à die, quo Datarius hujusmodi supplicationes ad registrum vel summistam miserit, computari debeant, diem autem missionis hujusmodi de cætero annotabit Datarius, pro tempore in calce supplicationum consensum aliquem requirentium, per hæc verba videlicet: *Missa die tali N. Datarius*, quæ verba voluit ad plenam probationem missionis prædictæ sufficere. Præterea voluit, quòd notarii de talibus consensibus rogati, in annotatione illarum in dictis libris facienda, teneantur de die missionis hujusmodi, sicut de data supplicationum, expressam mentionem facere, ut die præstationis consensuum, & die missionis supplicationum hujusmodi simùl junctis, ex illorum inspectione evidenter appareant ipsi consensus infrà tempora prædicta in dictis libris annotati: & notarii requisiti de cætero ad ponendum aliquos consensus in libris prædictis, si ex inspectione dierum præstationis consensuum, ac missionis supplicationum, viderint dicta tempora ad annotandum consensus, ut præfertur, præfixa esse lapsa, consensus tales in dictis libris annotare nullatenus præsumant, sub pœnis dictâ priori constitutione contentis. Et nihilominus annotatio de illis sic extrà tempora prædicta pro tempore facta, ipsique consensus sic annotati, viribus omninò careant, nulliusque sint roboris vel momenti. Narrativa quoque per verbum Hodie vel Nuper, in literis Apostolicis super materiis, ad quarum expeditionem consensus aliquis requiritur, pro tempore expeditis posita, contrà præmissa minimè attendi debeat, nec aliquem effectum operetur.

Pius Quartus.

Beneficiorum fraudulenta permutationes prohibentur.

CAP. V.

SAnctissimus in Christo Pater & Dominus noster, Dominus Pius, divinâ providentiâ Papa IV. ad cujus aures pervenit, nonnullos beneficia Ecclesiastica per eos obtenta, in amicorum aut aliàs sibi gratarum personarum favorem, etiam in ordinariorum illorum collatorum manibus, contra juris dispositionem resignare cupientes, certam fictæ permutationis formam excogitâsse, per quam se beneficia hujusmodi ex causa permutationis, aliàs de jure approbatæ, pro quodam imaginario, nec usquam reperibili beneficio (quod beneficium de Pertica, seu alio nomine vocant) illud per suppositivum compermutantem suum obtineri asserentes, & non aliàs, in dictis manibus resignant, talesque resignationes ex causa prætensæ permutationis admitti, ac de suis veris beneficiis, tanquam per dictas resignationes vacantibus, eisdem fictis compermutationibus, seu potiùs ipsimet compermutantes, sibi provideri procurant, hâc indirectâ viâ, beneficia in aliorum favorem simoniacè resignando, in sacrorum canonum fraudem, & animarum suarum periculum.

Proinde considerans illud fictitium de Pertica, aut aliàs nuncupatum, incertum, incorporeum & inane, nullibique reperibile, re verâ non esse beneficium, ac propterea veram cum eo permutationem fieri non posse, (tametsi non desint, qui subtili potiùs, quàm verâ ratiocinatione contrarium pertinaciter asseverare nitantur) ac propterea Ecclesiam sanctam curæ suæ divinitùs commissam hoc pravo abusu, fraudulentoque commento salubriter emundare volens, hâc perpetuò valiturâ constitutione prohibuit, ne quis de cætero tales permutationes simulatas facere, neque beneficium de Pertica, aut aliud hujusmodi fingere, néve locorum ordinarii seu quivis alii resignationem alicujus beneficii, ex causa prætensæ permutationis cum beneficio de Pertica hujusmodi, seu quovis alio quocunque nomine sic dolosè & in fraudem nominato factæ, vel faciendæ, tanquam meram fraudem sapientem, tanquam verè & virtualiter in favorem alterius factam, ac propterea illicitam admittere præsumant. Decernens omnes & singulas beneficiorum resignationes, prætextu permutationis hujusmodi, eorumque subsecutas admissiones ac provisiones, & alias dispositiones, quâvis etiam Apostolicâ auctoritate facie. das, nullas & irritas, nulliusque fore roboris vel momenti, irritum quoque & inane, si secus super his à quoquam quâvis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

TITULUS XV.

DE FRUCTUUM BENEFICII RESTITUTIONE.

Leo Decimus, in Concilio Lateranensi.

Susceptos fructus, clericus omittens dicere officium, restituere debet.

CAP. I.

STatuimus & ordinamus, quòd quilibet habens beneficium, cum cura vel sine cura, si post sex menses ab obtento beneficio divinum officium non dixerit, legitimo impedimento cessante, beneficiorum suorum fructus non faciat suos, pro rata omissionis officii & temporis, sed eos tanquam injustè perceptos, in fabricas Ecclesiarum, ejusmodi beneficium, vel pauperum eleemosynas erogare teneatur: si verò ultrà dictum tempus in simili negligentia contumaciter permanserit, legitimâ motione præcedente, beneficio ipso privetur, cùm propter officium detur beneficium. Intelligatur autem officium omittere, quoad hoc, quod est de beneficio, privari posse, qui per quindecim dies illud saltem hic non dixerit, Deo tamen ultrà præmissa debita omissionis reddituri rationem. Quæ pœna in habentibus beneficia reiterabilis totiens sit, quotiens contrà facere convincatur.

Pius Quintus.

Fructuum amissis ob neglectas horas canonicas pro rata temporis præteriti officia perpenditur.

CAP.

CAP. II.

EX proximo Lateranensi Concilio a pia & salubris sanctio emanavit, ut quicunque habens beneficium Ecclesiasticum, cum cura & sine cura, si post sex menses, quàm illud obtinuerit, divinum officium, legitimo cessante impedimento, non dixerit, beneficiorum suorum fructus, pro rata omissionis, officii & temporis, suos non faciat, sed eos, tanquam injustè perceptos, in fabricas ipsorum beneficiorum vel pauperum eleemosynas erogare teneatur. Veruntamen multorum animi suspensione tenentur, cujusmodi ratæ prædictæ ratio sit habenda? Nos huic rei evidentius atque expressius providere volentes, statuimus, ut qui horas omnes canonicas uno vel pluribus diebus intermiserit, omnes beneficii seu beneficiorum suorum fructus, qui illi vel illis diebus responderent, si quotidiè dividerentur: qui verò matutinum tantùm, dimidiam: qui cæteras omnes horas, aliam dimidiam: qui harum singulas, sextam partem fructuum ejusdem diei amittat: tametsi aliquis choro addictus non recitans omnibus horis canonicis cum aliis præsens adsit, fructusque & distributiones fortè aliter assignatas, solâ præsentiâ, juxta statuta, consuetudinem, fundationem, vel aliàs sibi lucrifecisse prætendat. Is etiam, præter fructuum & distributionum amissionem: Item ille, qui primis sex mensibus officium non dixerit, nisi legitimum impedimentum ipsum excusaverit, grave peccatum intelligat admisisse. Declarantes præstimonia, præstimoniales portiones, & qualiacunq; beneficia, etiam nullum omninò servitium habentia, obtinentes, cum prædictis pariter contineri. At quicunque pensionem, fructus, aut alias res ecclesiasticas, ut clericus, percipit, cum modo prædicto ad dicendum officium parvum beatæ Mariæ virginis decernimus obligatum, & pensionum, fructuum, rerumq; ipsarum amissioni obnoxium. Romæ 12. Cal. Octobr. 1572.

Julius Tertius.

Tempore obitus, beneficii fructus transeunt ad successores, non ad hæredes.

CAP. III.

NOstræ intentionis nunquam fuit, quòd quivis, quorumcunque beneficiorum a, etiam Episcoporum, Archiepiscoporum, Patriarcharum & aliorum Prælatorum, etiam Cardinalium, ubilibet, etiam in Romana Curia, aut districtu, pro tempore decedentium, sive ex testamento, per ipsos beneficiatos, etiam vigore facultatum quarumcunq; eis in specie vel in genere, etiam prætextu quorumcunq; capitulorum, ac statutorum, & ordinationum, etiam nostrorum, sub quibusvis tenoribus & formis, ac aliàs quomodolibet concessorum condito, sive ab intestato hæredes, fructus, &c. ac pecunias, & res alias per ipsos sic defunctos beneficiatos, etiam Episcopos, Archiepiscopos, Patriarchas, & alios Prælatos ac Cardinales, ante eorum obitum non exactos, etiamsi pro tempore ante obitum hujusmodi decurso debeantur, ac eorum solutionis dies beneficiatis & Cardinalibus viventibus advenerit, & per ipsos beneficiatos & Cardinales non steterit, quò minùs illos exegerint, quin imò omnem pro illorum exactione necessariam diligentiam, etiam judicialiter agendo fecerint, quoquo modo exigere, aut etiam sponte oblatos percipere.

a *Concil. Later. sess. 9. Dominicus de Soto q. 5. art. 6. lib. 10. hoc decretum prudenter interpretatur. Menochius verò, de arbitr. jud. cent. 5. cas. 429. certis modis hanc panam minuere contendit.*

a *Vacantium beneficiorum fructus debent converti in Ecclesiæ utilitatem, vel reservari futuro successori. text. in c. quia sæpe. de elect. in 6. c. si propter. de rescript. eod. lib.*

FINIS.

SEPTIMI DECRETALIUM

LIBER SECUNDUS.

TITULUS I.

DE FORO COMPETENTI, ET JURISDICTIONIS ORDINARIÆ POTESTATE.

MARTINUS QUINTUS.

Laicis in clericos nulla potestas, & ideò Ecclesiasticorum causæ in foro jurisdictionis ordinariæ debent decidi.

CAPUT I.

AD reprimendas insolentias transgressorum, eorumque præsumptionem refrenandam, si nervus Ecclesiasticæ disciplinæ lentescat, eorum voluntas proclivior sit ad peccandum, & exemplum impunitatis periculosius in alios derivatur. Propter quod ad præsidentis officium pertinet, sic debitam executionem adhibere justitiæ, quòd commissa jam puniat, & committendorum in posterum audaciam interdicat. Sanè, sicut displicenter accepimus, nonnulli diversorum regnorum & terrarum judices, aliiq; officiales laici, & laicales personæ, jurisdictionem in temporalibus exercentes, exercerique facientes, non attendentes, quòd laicis in clericos & Ecclesiasticas personas, & illo-

rum bona, nulla sit attributa potestas, prætextu hujusmodi, quòd asserant in suis dominiis ad se pertinere coërcere viâ facti, quæ verè & fictè attentata asseruntur, etiam in quocunque loco sacro vel religioso, quantumcunque Deo dicato, ex quacunque causâ, etiam si ratione delationis corporis Christi, collationis Sacramentorum, & beneficiorum Ecclesiasticorum venditionis factarum, aut aliarum rerum, & bonorum ad Ecclesias, & Ecclesiasticas personas pertinentiû quomodocunque, etiam si solâ negatione vel affirmatione facti interveniat, & ad eos recurratur, cognitionem ad se spectare, pro eo, quòd factum & novitas, quæ prætenduntur, etiam sine alia violentia, quamvis in loco spirituali, & in loco sacro sive religioso, eò quòd immediatè, ut prætenduntur, spiritualiter non existant: propterea ministros Ecclesiæ, & personas Ecclesiasticas, quantumcunque res, causa, vel occasio, unde dependent & derivantur, pia, sacra, vel Ecclesiastica sit aut spiritualis, ad forum suum, & ipsarum cognitionem trahunt, & respondere cogunt: necnon procuratores fiscales in curiis temporalibus multoties agere procurant, ad quos (quod deterius est) nonnulli prælati & personæ Ecclesiasticæ, in superbiam & elationem dati, ad superandum & sibi subjiciendum, per tales inventiones & cautelas, alias personas Ecclesiasticas & religiosas, habent plerunque recursum; & propterea in eisdem regnis, & terris, civitatibus, castris, & locis, auctoritas & jurisdictio Ecclesiastica penitùs absorbentur: & nihilominùs ipsi laici judices alios laicos in foro Ecclesiastico, super rebus quantumcunque Ecclesiasticis vel spiritualibus, & concernentibus immediatè Ecclesiasticas personas, ne respondeant, & judicibus Ecclesiasticis, ne cognoscant, inhibitiones fieri sub gravibus pœnis temporalibus faciunt, & procurant, & si secùs fecerunt, emendam pecuniariam excessivam exigere, ac vastatores in domibus, & aliis piis locis Ecclesiasticis, & religiosis, inducere, ac loca ipsa, personasque Ecclesiasticas, jocalibus & paramentis Ecclesiasticis, & bonis mobilibus, ac aliis spoliare, illaque vendere & alienare, fructus quoque & proventus ad temporalitatem ad manus suas ponere, nec non diversas injurias, & molestias reales & personales eisdem personis Ecclesiasticis inferre non verentur, in Dei offensam, animarum suarum periculum, Ecclesiasticæ libertatis vilipendium, & plurimorum gravamen, præjudicium, & jacturam. Nos igitur adversus talia præsumentium temeritatem, remedia apponere, & super his salubriter providere cupientes, ac concilii a Milevitan. ac fel. record. Innocentii Papæ III. prædecessoris nostri constitutionibus super hoc editis, auctoritate Apostolicâ, ex certa scientia, hâc nostrâ inrefragabili constitutione perpetuò duraturâ, tenore præsentium statuimus, decernimus, ac etiam ordinamus, quòd omnes & singulæ personæ Ecclesiasticæ, seculares & regulares, ordinum quorumlibet, quâcunq; exceptione suffultæ, etiamsi Patriarchali, Archiepiscopali, Episcopali, Abbatiali, vel aliâ quâvis præfulgeant dignitate, quæ aliam personam Ecclesiasticam, collegium, vel conventum, in actione reali, mixtâ, vel personali, civili vel criminali, etiam occasione cujuscunq; simmissionis, etiam juramento vallatæ, vel alias ad forum sive judicium laicale, directè vel indirectè (de qua in foro Ecclesiastico ordinari consueverit) possit, vel debeat, de jure, vel de consuetudine, aut aliàs cognosci, trahere præsumpserit, causam ipsam, & omne jus ei, sive eis, in possessorio vel petitorio, in re vel ad rem, causâ vel occasione hujusmodi quomodolibet competens, eo ipso perdant penitùs & amittant, & singulares personæ, excommunicationis; capitula verò & conventus, suspensionis & interdicti sententias incurrant ipso facto: & si personæ ipsæ, & eis in præmissis adhærentes & servientes, in aliquo rebelles fuerint, & incontinenti non obedierint, omnes illas per privationem suorum beneficiorum Ecclesiasticorum quorumcunque, quæ obtinebant, & in quibus, & ad quæ jus quomodolibet competit, & inhabilitationem ad alia in posterum obtinenda coërceri & compelli volumus antedictas. Et nihilominùs omnes & singulos judices & executores, communitates, dominia, laicos, & laicales personas, postquam exceptum fuerit de non jurisdictione eorum, aut evidenter appareat, hujusmodi cognitionem ad eos de jure non spectare, talia præsumentes, & ea fieri mandantes, seu eorum nomine & mandato facta rata habentes, vel eis faciendis dantes auxilium, consilium, vel favorem, cujuscunq; præeminentiæ, dignitatis, gradûs, ordinis vel conditionis existant, seculares personas, eorum videlicet singulos officiales, quocunq; nomine censeantur; & consiliarios, & privatas personas, quæ præmissorum principales perpetratores existerent, excommunicationis sententiam incurrere volumus ipso facto, nullusque ab eisdem sententiis, per alium, quàm per Romanum Pontificem, præterquam in mortis articulo constitutus, absolvi valeat, sive possit: & præmissa omnia, non tantùm ad futura, sed etiam ad præsentia, & pendentia extendimus, auctoritate memoratâ; quòdque eam procurator fiscalis causarum Cu. Cameræ Apostolicæ contra culpabiles in præmissis, desuper summariâ informatione præhabitâ, per se vel alium seu alios, agere & procedere possit & valeat, nihilominùs concedentes.

Urbanus Sextus.

Laici judices, in privilegio & ordine clericalis injuriam, non possunt sine culpa sacrilegii clericos bannire aut relegare.

CAP. II.

QUia, sicut displiceriter accepimus, nonnulli diversarum partium Principes, Marchiones, Duces, Comites, Barones, & alii nobiles, necnon potestates, Capitanei, Bajulini, Scabini, Advocati, Rectores, Judices & Consules, aliiq; officiales & consiliarii civitatum, oppidorum, terrarum, castrorum, & aliorum locorum, aliique laici & laicales personæ, dominium seu jurisdictionem in temporalibus obtinentes, necnon ipsarum civitatum communia, & oppidorum, castrorum, terrarum, & aliorum locorum universitates, non attendentes, quòd laicis in clericos, & personas Ecclesiasticas, & illorum bona, nulla sit attributa potestas, nihilominùs ministros Ecclesiæ, etiam interdum in dignitatibus constitutos, temeritate propriâ bannire, seu relegare, aut proscribere non verentur. Nos adversus temeritatem hujusmodi remedium apponere cupientes, omnes & singulos talia præsumentes, & ea fieri mandantes, seu eorum nomine vel mandato facta rata habentes, vel in eis faciendis dantes auxilium, consilium, vel favorem, si singulares personæ fuerint, cujuscunq; præeminentiæ, dignitatis, statûs vel conditionis existant, eorum videlicet singulas, si verò communitates vel universitates extiterint, omnes & singulos earum communitatum & universitatum potestates, capitaneos, bajulinos, scabinos, advocatos, rectores, judices, consules, & officiales, quocunque nomine censentur, ac consiliarios, & privatas personas, quæ hujusmodi sacrilegii principaliores patratores existerent, excommunicationis sententias incurrere, necnon quamlibet earundem communitatum, seu universitatem, ac illa ipsorum Principium, Marchionum, Ducum, Comitum, Baronum, Nobilium, & aliorum quorumcunq; laicorum & laicarum personarum talia præsumentium, in quibus talia fierent, civitates, terras, oppida, castra, & alia loca, Ecclesiastico interdicto subjacere volumus ipso facto, nullusque ab eisdem sententiis per alium, quàm per Romanum Pontificem, præterquam in mortis articulo, possit absolvi, nec interdictum hujusmodi per alium etiam relaxari. Romæ 4. Id. Decemb. 1162.

Leo Decimus. In Concilio Lateranensi.

Exemptionis privilegio abutuntur Gannici ordinarium firmum

Vbior-

a *Gratian. in c. contenua, 21. q. 1. & in c. futuram, 12. quæst. 1.*

fuiter fugientes, & impunitatem scelerum simulantes, quamobrem eorum causa jurisdictioni Ecclesiastica discutienda tradantur.

CAP. III.

REgimini universalis Ecclesiæ (disponente Domino) præsidentes, juxta pastoralis officii debitum, libenter intendimus utilitatibus subditorum, & ad conservandam libertatem Ecclesiasticam, & removenda scandala, ponendam concordiam, & nutriendam quietem inter Ecclesiarum prælatos & eorum subditos, eò propensius Apostolicæ solicitudinis studium adhibemus, quò dissensionem talium fore dispendiosam experimento comprobatur, necnon indulta pariter & privilegia eisdem subditis, in ipsorum prælatorum dispendium, tam per prædecessores nostros, quàm sedem Apostolicam concessa, ita libenter moderamur, ne exinde scandala procedant, nevé ex his ulli detur materia malignandi, & personæ Ecclesiasticæ à bono obedientiæ, necnon divini perseverantiâ servitii nullatenus retrahantur. Sanè nuper ad nostrum relatio fide digna pervenit auditum, quòd Canonici Patriarchalium, Metropolitanarum, & Cathedralium, & collegiatarum Ecclesiarum, & alii clerici seculares, plura præsumunt, quæ ipsis infamiam non parvam pariunt, & aliis inferunt læsionem, prætextu exemptionis & libertatis à dicta sede obtentæ, ordinariorum correctiones & ordinationes subterfugiunt, ac eorum forum sive judicium declinant, nonnulli etiam impunitatem suorum excessuum, per privilegium exemptionis obtinere sperantes, excessus ipsos committere non verentur, quos, nisi per exemptionem, quâ gaudent, crederent se defendi, nullatenus fuissent commissuri.

Hinc itaque accidit, ut propter eorum audaciam, qui prætextu privilegii exemptionis impunitatem excessuum obtinere confidentes, nonnulla multotiens committant enormia, per quæ plurimùm diffamatur Ecclesia, & scandala gravia generantur, potissimè autem, cùm talia per eos, ad quos horum spectat correctio, incorrecta remaneant, seu illi, ad quos spectat illa punire, negligunt. Nos volentes, ne eo prætextu delicta remaneant impunita, morbo hujusmodi necessariam adhibere medelam, sacro approbante Concilio statuimus, ut de cætero illi, quibus exemptorum correctio & punitio à dicta sede demandata est, circa illam vigilanter intendant, & diligenter officii sibi commissi debitum exequantur, & quamprimùm eis exemptos ipsos deliquisse legitimè constiterit, ita eosdem exemptos delinquentes puniant, quòd iidem exempti metu pœnæ à suis arceantur insolentiis, & alii eorum exemplo perterriti prosilire ad similia meritò perhorrescant.

Et si circa hoc negligentes fuerint diœcesani & alii locorum ordinarii, eosdem, quibus exemptorum correctio hujusmodi competit, personaliter, si illorum copia & notitia haberi poterit: alioquin, vel si nullus in partibus exemptorum ipsorum certus judex fuerit, eos, quorum sua in præmissis interesse putaverint, per edictum publicum, cathedralium seu aliarum Ecclesiarum locorum, in quibus exemptorum judices hujusmodi residere, seu nullis eorundem exemptorum judicibus existentibus, ipsos exemptos deliquisse contigerit, valvis affigendum, moneant, ut ipsi tales exemptos delinquentes & criminosos puniant & castigent, infra competentem terminum, monentium ipsorum arbitrio moderandum. Et si ipsi moniti in hoc negligentes fuerint, & id adimplere neglexerint, seu recusaverint, tunc ut in eo, in quo deliquerint, puniantur, cognitione hujusmodi eâ vice sint privati, & se non intromittant ullatenus de eisdem: sed diœcesani & alii locorum ordinarii hujusmodi, contra tales exemptos delinquentes & criminosos, auctoritate nostrâ, ad inquisitionem, vel per accusationem, sine aliquibus tormentis, procedere, & testes per seipsos examinare possint, ac processum ipsum (quem ratione solennitatis juris, præterquam ratione citationis omissæ dummodò delictum alias ritè probatum fuerit, nullum allegari vel dici posse prohibemus, sed per eos habitum, clausum, & eorum sigillo munitum, ad sedis Apostolicæ examen, ipsorum exemptorum delinquentium expensis, etiam in ipso processu factis, ad quarum solutionem ordinarii ipsi possint eosdem inquisitos & accusatos compellere, per proprium vel alium nuncium quantò citiùs destinare procurent) apud eandem sedem, per Romanum Pontificem, vel alium, cui dixerit committendum, diligenter examinandum, & ita culpabiles repertos, quòd ad condemnationem, vel propter sufficientia indicia, propter quæ ad torturam pro veritate exquirenda procedi valeat, ad ipsos diœcesanos seu ordinarios, per eos auctoritate nostrâ in causa inquisitionis seu accusationis ulteriùs legitimè procedendum, & causam ipsam, prout justum fuerit, terminandam remittendum. Notarii autem dictæ sedis, quorum officium in ipsis primitivæ Ecclesiæ initiis, à felic. record. Clem. Papa I. ad sanctorum gesta *a* perquirenda atque conscribenda noscitur institutum, ad Protonotoriatûs officium assumpti, habitum & rochettum deferentes, & alii nostri & dictæ sedis officiales, actu sua officia exercentes, tam in civilibus, quàm criminalibus, ab omni ordinariorum jurisdictione sint exempti. Alii verò Notarii habitum Protonotariatûs non deferentes, nisi illum infra trimestre post præsentium publicationem assumpserint, & ipsi ac alii inposterum assumendi, habitum & rochettum hujusmodi continuè non gestantes, atq; alii nostri & dictæ sedis officiales, officia sua actu non exercentes, tam in criminalibus, quàm in civilibus, ratione causæ summam 25. Ducatorum auri de Camera non excedentis, duntaxat, eorundem diœcesanorum & ordinariorum jurisdictioni subjaceant. In civilibus verò causis summam hujusmodi excedentibus plenâ gaudeant exemptione, & à dictorum diœcesanorum & ordinariorum jurisdictione penitùs sint exempti.

Dignum quoq; & etiam congruum arbitrantes, quòd ex sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium familiaribus, illi duntaxat privilegio exemptionis gaudeant, qui actu domestici, & continui sunt commensales, vel ab eisdem Cardinalibus ad ipsorum exequenda negotia missi, vel qui recreationis causâ ad tempus à Romana Curia absentes fuerint, cæteris verò etiam familiaritatis literas habentibus, quò minùs coërcitioni diœcesanorum & ordinariorum eorundem subjaceant, familiaritatis hujusmodi privilegium nullatenus suffragetur, & cùm eisdem diœcesanis, ut monasteria monialium sedi Apostolicæ immediatè subjecta, in eorum diœcesibus consistentia, semel in anno visitare possint, per constitutionem in Concilio Wiennensi editam, quæ incipit: Attendentes, &c. plena fuerit data facultas, illam innovamus, ac exemptionibus & privilegiis quibuscunque non obstantibus, districtè servari præcipimus & mandamus. Per præmissa quoque eisdem diœcesanis & ordinariis, casibus, quibus in exemptos à jure jurisdictio concessa est, nullatenus præjudicium generetur. Exemptiones autem de cætero, absque rationabili causa, & quorum interest minimè citatis, pro tempore concessas, nullius roboris & momenti esse decernimus.

Et cùm Ecclesiasticus ordo confundatur, si sua unicuique jurisdictio non servetur, ordinariorum jurisdictioni (quantum cum Deo possumus) favere, ac litibus finem celeriùs imponi, & litigantium immoderatis sumptibus & expensis parci satagentes, statuimus & or-

a Protonotariorum officium in principio Ecclesiæ primitivæ à beato Clemente ad sanctorum Martyrum gesta perquirenda atq; scribenda fuit institutum, ut legitur in historia S. Clementis Papæ & Fabiani. Vide Luc. de Penna, in rub. de magistris scriniorum. Cod. lib. 12.

dinamus, quòd singulæ causæ, tam spirituales, quàm civiles & mixtæ, forum Ecclesiasticum quomodolibet concernentes, & beneficiales (dummodò beneficia ipsa generaliter reservata non fuerint, & ipsorum singulorum beneficiorum fructus, reditus, & proventus, 24. ducatorum auri de Camera, secundùm communem æstimationem, valorem annuum non excedant) in prima instantia extra Romanam Curiam, & in partibus, coram ordinariis locorum duntaxat cognosci & terminari, ita quòd nulli ante diffinitivam sententiam liceat appellare, nec appellatio (si fuerit emissa) ullatenus admitti, nisi ab interlocutoria, quæ vim habeat diffinitivæ, vel à gravamine, minimè concernente negotium principale, quod per appellationem à diffinitiva sententia reparari non possit: nisi alter collitigantium adversarii sui potentiâ meritò perhorrescens, seu aliâ probabili & honestâ causâ, aliter, quàm per proprium juramentum, saltem semiplenè probatâ, coram ordinario non auderet litigare. Eo enim casu causæ ipsæ, etiam appellationum, in dicta Curia, etiam in prima instantia, committi & cognosci & terminari possint. Alioquin appellationes, & illarum, etiam aliarum causarum hujusmodi commissiones, in posterum, & quicquid inde secutum fuerit, nullius sint roboris & momenti. Judices autem & conservatores à sede Apostolica deputati, si in altero jurium graduati non fuerint, assessorem partibus non suspectum, ab ipsis partibus, vel earum alterâ, requisiti, sumere, & secundum ejus relaxationem judicare teneantur.

CAP. IV.

Constitutiones edita contra Principes seculares jurisdictionis Ecclesiasticæ libertatem impedientes, confirmantur & innovantur.

ET quia sæpius & multiplici ratione percepimus, quamplurimas Ecclesias, & illis præsidentes Episcopos, tam citra, quàm ultra montes, vexari in eorum jurisdictionibus, juribus & dominiis, ac turbari à domicellis, Principibus, & nobilibus eorundem, qui sub colore juris patronarûs, quod in beneficiis Ecclesiasticis habere confingunt, nullo privilegio Apostolico suffulti, sine ordinariorum collationibus & literis, & absque aliquo saltem colorato titulo, beneficia non solùm clericis, sed etiam laicis conferre, sacerdotes & clericos delinquentes ad eorum libitum punire, decimas omnium rerum, & ad quarum solutionem de jure tenentur, ac cathedralium, & alia, quæ legis diœcesanæ & jurisdictionis sunt, & ad ipsos Episcopos duntaxat pertinent, temerè auferre, fraudare, usurpare, seu, ut præmissa fiant, mandare, ac ipsa & fructus quoscunque, ne à civitatibus, terris & locis eorum extrahantur, prohibere, feuda, possessiones, & prædia occupare, & indebitè detinere, sed & ad feuda & bona ipsarum Ecclesiarum eis concedendum, ac Ecclesiastica personis per eos nominatis conferendum, minis & terroribus, ac aliis viis indirectis, inducere & compellere, & alia quamplurima damna, jacturas, & injurias, Ecclesiis & earum prælatis, ac clericis prædictis inferri, non modò permittere, sed etiam expressè mandare præsumant. Attendentes igitur, quòd laicis in clericos & personas Ecclesiasticas, ac bona Ecclesiastica, non est attributa facultas, atque æquum & justum esse, ut in eos jura insurgant, qui illa offendere præsumunt.

Necnon considerantes quantum ex his, tam nostro & Apostolicæ sedis honori, quàm personarum Ecclesiasticarum quieto & prospero statui, non sine damnanda pernicie derogetur: ac cupientes eos, quos ad observantiam jurium, virtutum præmia non inducunt, tam adjectarum exaggeratione pœnarum, quàm adjiciendarum de novo formidine à temerariis ausibus refrenare, omnes & singulas constitutiones, quæ super decimarum solutione, & contra violatores & raptores Ecclesiarum, & incendiarios, agrorum depopulatores, & tam S. R. E. Cardinales, quàm venerabiles fratres nostros Episcopos, & alias personas Ecclesiasticas, seculares & regulares, capientes, detinentes, & eorum jurisdictionem & jura quomodolibet indebitè occupantes, aut eos in eorum jurisdictionis exercitio perturbantes, seu molestantes, eos quoque ad conferendum beneficia Ecclesiastica personis, per eos nominatim, aut aliàs de illis, pro illorum libito voluntatis, disponendum, & feuda ac bona Ecclesiastica in emphyteusim concedendum, aut aliàs vendendum, temerè compellentes, necnon statuta contra libertatem Ecclesiasticam facientes, & ad præmissa auxilium, consilium vel favorem præstantes, hactenus emanârunt, innovamus.

Et cùm ea nedum juri contraria, sed etiam Ecclesiasticæ libertati opprobriosa sint quamplurimùm & adversa, ut de officio nobis credito dignam Deo possimus reddere rationem, affectibus & monitis paternis, Imperatorem, Reges, Duces, Marchiones, Comites, Barones, & quoscunque alios, alterius cujuscunque nobilitatis, præeminentiæ, potentiæ, seu potestatis, excellentiæ, vel dignitatis existentes, attente hortamur in Domino, eisdem in virtute sanctæ obedientiæ mandantes, ut ipsi constitutiones prædictas observent, & faciant etiam à suis subjectis inviolabiliter observari, quâcunque consuetudine contrariâ non obstante, si divinam offensam, & sedis Apostolicæ debitam vitare voluerint ultionem: ac collationes de dictis beneficiis sic factas, nullas & irritas nihilominùs esse decernimus, ac illis utentes reddantur inhabiles ad alia beneficia Ecclesiastica obtinenda, donec cum eis super hoc per sedem prædictam fuerit dispensatum. Maturè quoque considerantes, quòd post Christi ad cœlos ascensionem, Apostoli per singulas urbes & diœceses Episcopos distribuerunt, sicut sancta Romana Ecclesia per orbem constituit, eosdem Episcopos in partem solicitudinis vocando, onera gradatim distribuendo per Patriarchas, Primates, Archiepiscopos: ac sacris etiam canonibus fuerit diffinitum, per eos, pro morum correctione & controversiarum decisione, & determinatione, ac mandatorum Domini observatione, fieri debere Concilium provinciale, ac Synodum Episcopalem, ut depravata corrigerentur, & illa facere negligentes canonicis pœnis subjacerent, cùm conveniat nos circa ea, quæ Rempublicam Christianam concernunt, esse intentos, desiderantes, canones ipsos firmiter observari, eisdem Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis & Episcopis districtè injungimus, ut de officio eis commisso dignam Deo possint reddere rationem, Canones, Concilia & Synodos hujusmodi fieri mandantes, quocunque privilegio non obstante, inviolabiliter observent, præterquam, quoad Concilium provinciale, quod de cætero singulis triennîis fieri mandamus, ad illaque etiam exemptos accedere debere decernimus, privilegio ac consuetudine quâcunque contrariâ, non obstantibus. Circa hoc autem negligentes, pœnas in eisdem canonibus contentas se noverint incursuros. Et cùm constitutione in Concilio Wiennensi editâ, quæ incipit, In plerisque, ut Pontificiæ dignitatis honos servaretur, statutum fuerit, ne Ecclesiis cathedralibus (sine quibus spiritualia diù esse non possunt) privatis, ac clero & populo Christiano carentibus, de aliquibus personis, præsertim religiosis provideretur, constitutionem ipsam innovamus, inviolabiliter observari debere volumus atque mandamus, nisi aliqua justa causa, in consistorio nostro secreto approbanda, aliàs duxerimus faciendum. Nos enim quicquid contra præmissa, vel aliquod præmissorum contigerit attentari, irritum decernimus & inane, contrariâ quâcunque constitutione vel privilegio, non obstantibus.

Pius IV.

Ordinariorum jurisdictioni subesse debent Græci, qui per varias Christianæ dationis civitates morantur, ne licentiosè jam dudum revelli & excussis hæresibus suscitentur.

CAP.

CAP. V.

ROmanus Pontifex, præcipuus æquitatis & religionis assertor, facultates & gratias ab Apostolica sede concessas, ex quibus tempore procedente animarum pericula, & inter catholicos scandala provenire animadvertit, pro sui pastoralis officii debito, maturè revocare consuevit. Sanè nonnulli locorum ordinarii nuper ad audientiam nostram referri curârunt, quòd in quampluribus Regni Siciliæ citra & ultra Pharum, & aliis Christiani nominis civitatibus & locis, magna Græcorum, tam religiosorum & secularium clericorum, quàm laicorum multitudo reperitur, qui Ecclesiæ Græcæ mores & ritus observantes, seque suos proprios ejusdem nationis Prælatos habere, ac illis, non autem locorum ordinariis subesse, sed immuniratum, aliorumque privilegiorum sibi per fel. rec. Leonem X. Paulum III. Julium etiam III. & forsan alios Romanos Pontifices, prædecessores nostros, & dictam sedem antiquitùs concessorum prætextu, se ab eorundem ordinariorum jurisdictione & superioritate exemptos esse prætendentes, impunitate sibi propositâ, in diversas hæreticas, nefariasque opiniones, & absurda deliramenta passim prolabuntur, asserentes inter alias eorum blasphemias, nullum esse defunctorum purgatorium, Rom. Pont. aliquam in eos jurisdictionem vel auctoritatem habere negantes, indulgentias ab illo concessas damnantes, Ecclesiasticas sententias & censuras ab eo latas spernentes, sanctissimæ Dei genetricis virginis Mariæ, beatorum Apostolorum, & aliorum Dei sanctorum festivitates, ab Ecclesia Rom. sanctisque Patribus ordinatas, non observantes, sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum suis infantibus in Baptismo exhibentes, inhumata defunctorum cadavera superstitione quâdam impiâ, & plus quàm barbaricâ, è sepulchris eruentes, igneque comburentes, ordinariorum locorum, quos habitant, visitationem, jurisdictionemque contemnentes, & Ecclesiasticam disciplinam perturbantes; ac demum hujusmodi aliisque suis opinionibus erroneis atque sacrilegis populos Latinos inficientes, correctionem legitimam sux prætensæ exemptionis clypeo repellentes, in suis impietatibus, abusibusque consenescunt & immoriuntur, in suarum, vicinorumque populorum, præsertim simplicium animarum perniciem, & scandalum plurimorum. Nos igitur providè considerantes, ejusdem sedis intentionem nunquam fuisse, exemptionem, aliudvé privilegium à se concessum iri, ut inde scelerum impunitas & animarum periculum emergat, abusibus & periculis hujusmodi, quantum cum Deo possumus, tempestivè obviare volentes, ac quarumcunque exemptionum, aliorumque privilegiorum dictis Græcis, eorumque Prælatis, Rectoribus, Abbatibus & aliis, tam sancti Basilii & alterius ordinis regularibus, quàm secularibus, ac etiam laicis personis, quocunque nomine nuncupatis, per prafatos & alios quoscunque Rom. Pont. prædecessores nostros, ac nos, & sedem prafatam, in genere vel in specie hactenus concessorum, ac etiam iteratis vicibus approbatorum, & innovatorum, literarumque desuper confectarum, & inde secutorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes, motu proprio, & ex certa scientia nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, omnes & singulas exemptiones, ac prout illas concernunt, desuper confectas literas prafatas, ad hoc videlicet, ut ipsi locorum ordinarii quascunque Græcorum Ecclesias, Monasteria, prioratus, & alia pia loca, tam secularia, quàm cujusvis ordinis regularia, eorumq; Prælatos, etiamsi Episcopali, Archiepiscopali, ac majori dignitate præfulgeant, necnon Abbates, Rectores, Ministros, & quasvis alias ejusdem nationis personas, in suis civitatibus & diœc. consistentia, quoties opus fuerit, visitare, ac in illis suam ordinariam jurisdictionem, plenamque omnimodam superioritatem, in iis, quæ Dei cultum, Sacramentorum administrationem, & animarum salutem, hæresiumque extirpationem concernunt, exercere & exequi liberè & licitè valeant, reliquis ipsorum Græcorum in divinis celebrandis, aliisque ritibus à sede Apostolica approbatis, necnon privilegiis & gratiis Apostolicis intactis remanentibus, auctoritate Apostolicâ, tenore præsentium, perpetuò revocamus, cassamus, & annullamus, ac revocatas, cassatas, & annullatas esse, nec ipsis Græcis clericis vel laicis, eorumvé prælatis, Ecclesiis, eorumobiis, aut aliis piis locis in aliquo suffragari, sed illos omnes & singulos locorum, in quibus moram traxerint, ordinariorum visitationi, correctioni, punitioni, jurisdictioni, & omnimodæ superioritati in præmissis subesse, illisque, tanquam superioribus suis, suarumque animarum pastoribus, humiliter obedire. Datum Rom. 16. Febr. 1564.

TITULUS II.

DE INVASORIBUS ET OCCUPATORIBUS BONORUM Ecclesiæ.

Clemens VI.

Præter excommunicationis & interdicti pœnas, beneficiis & privilegiis arcentur occupantes & detinentes bona Ecclesiæ.

CAP. I.

ETsi solertem adhibere vigilantiam, ne quarumlibet Ecclesiarum jura depereant, ex debito nostri officii teneamur: in manutenendis tamen, defendendis, recuperandisque occupatis juribus Ecclesiæ Romanæ, sponsæ nostræ, quæ (disponente Domino) caput omnium & magistra, cæteris altiori dignitate præcellens, majoribus est juvanda præsidiis, & amplioribus honoribus attollenda, esse debemus solliciti & attenti. Ad obviandum igitur perversis illorum conatibus, qui sibi commoda, non se commodis patrimonii beati Petri in Tuscia, quod juris & proprietatis ejusdem Ecclesiæ fore, ac eidem immediatè subesse dignoscitur, applicantes, temerè civitates, castra, & villas ejusdem patrimonii, ad eandem Ecclesiam pertinentia, eorumque dominium, superioritatem, advocationem, capitaneatum, & jurisdictionem, in ipsius Ecclesiæ grave præjudicium, contra constitutiones & ordinationes, olim per fel. record. Urbanum IV. & Joannem XXII. ac diversos alios Romanos Pontifices prædecessores nostros editas, non verentur diversis exquisitis coloribus occupare, & sibi in eisdem dominium, superioritatem, & præeminentiam vendicare: hâc perpetuâ constitutione sancimus, ut nulla civitas, vel communitas, nullaque singularis persona, cujuscunque conditionis vel statûs existat, deinceps in aliquibus civitatibus, castris, seu villis ipsius patrimonii ad prædictam Romanam Ecclesiam spectantibus, dominium, superioritatem, capitaneatum, advocationem, jurisdictionem, seu aliquam præsidentiam seu præeminentiam, prætextu cujusque venditionis, submissionis, recommendationis, concessionis, recognitionis, obligationis, contractûs vel pacti, aut cujusvis alterius commercii, absque auctoritate sedis Apostolicæ speciali, recipere audeat, vel sibi dominium, præsidentiam, capitaneatum, seu jurisdictionem in prædictis civitatibus, castris, seu villis, ex quavis occasione seu causa, quomodolibet vendicare: quodque civitates & singulares personæ, summissiones, suppositiones, & subjectiones, quascunque jam in eas factas & receptas, seu de facto, cùm de jure non teneant, quomodolibet attentatas, dimittere teneantur, nec civitates, castra, seu loca alia, quæ se eis, ut præmittitur, submiserunt, vel quomodolibet subjecerunt, virtute submissionis & suppositionis alicujus, vel cujusvis contractûs titulo valeant retinere, nullaque universitas, seu communitas civitatis, castri, seu villæ, Ecclesiæ Romanæ subjecta, in terris patrimonii constituta, alicui

universitati, seu communitati, vel privatæ personæ, cujuscunque conditionis aut statûs existat, se subjicere, submittere, seu supponere valeat, constituendo, recognoscendo, seu profitendo se subesse alicui universitati, vel privatæ personæ, seu ad eosdem super eos, & in ipsis ac dictis civitatibus, castris, & villis, aliquam jurisdictionem, dominium, capitaneatum, seu quamvis aliam præeminentiam pertinere. Et si quæ civitates, castra, vel loca, jam de facto ad submissionem & suppositionem aliquibus civitatibus vel privatis personis de se factam, venditionis, donationis, vel cujusvis alterius contractûs colore vel titulo processerunt, realiter & effectualiter studeant revocare, nec illis unquam utantur, nec virtute summissionum hujusmodi, vel aliàs illis, quibus quovis titulo vel colore se summiserint, ullatenus obediant, pareant, vel intendant, contrarium non facientes, directè vel indirectè, per se vel alios, tam illi, & eorum singuli, qui in civitatibus, castris, aut villis ejusdem patrimonii, vel eorum aliquo hujusmodi dominium, superioritatem, capitaneatum, advocationem, jurisdictionem, quamcunque præeminentiam, seu præsidentiam, sine licentia sedis Apostolicæ speciali recipient in futurum, & qui jam ex quocunque contractu vel obligatione receperunt, seu quâvis usurpatione quomodolibet occupaverunt, nisi sic recepta & occupata infra duorum mensium spatium, postquam præsens constitutio ad eorum notitiam pervenerit, vel per eos steterit, quò minùs valeat pervenire, dominium seu præsidentiam, superioritatem, capitaneatum, advocationem, jurisdictionem quamcunque, seu præeminentiam hujusmodi realiter dimiserint cum effectu, illa nullo unquam tempore, absque ipsius sedis licentia resumpturi, quam illi, qui se summiserint, supposuerint, seu subjecerint, ut præfertur, simili modo, cujuscunque dignitatis, statûs, ordinis, vel conditionis existant, singulæ personæ sententiam excommunicationis incurrant, ac terræ ipsorum, ubicunque fuerint, Ecclesiastico interdicto subjaceant ipso facto. Civitates autem, castra & villæ, quæ in antea se submittent, supponent, seu subjecerint, & quæ summissionem, suppositionem seu subjectionem hujusmodi recipient, seu quomodolibet occupabunt, civitates quoque, castra, etiam loca quæcunque, quæ se jam quovis colore vel titulo, ut præmittitur, summiserunt & subjecerunt, ac civitates, quæ summissiones & subjectiones hujusmodi receperunt, nisi infra prædictum duorum mensium spatium, ab omni effectu dictæ summissionis & subjectionis realiter desiterint, ipsis ulteriùs non usuri, seu contra constitutionem & inhibitionem nostram venire, directè vel indirectè, per se vel alium seu alios attentabunt, Ecclesiastico subjacere decernimus interdicto, & nihilominùs omnibus indulgentiis, privilegiis, ac gratiis, necnon feudis, bonis, & honoribus, & juribus quibuscunque, quæ ab eadem Romana & aliis Ecclesiis obtinent, privamus, & privatos esse volumus ipso facto. Non obstantibus, si eis vel eorum aliquibus, communiter vel divisim, ab eadem sit sede indultum, quòd excommunicari, ipsorumque terræ & loca Ecclesiastico interdicto supponi non possint, per literas Apostolicas, non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de hujusmodi ac eorum personis, locis, ordinibus, & nominibus propriis mentionem. Nos insuper omnes summissiones, subjectiones, suppositiones super prædictis factas, & obligationes, pacta, seu conventiones, sub titulo venditionis, vel cujusvis alterius contractûs, quomodolibet initas & habitas, & quascunque pœnas adjectas, & juramenta præstita super illis, sub quibuscunque modis & forma, vel expressione verborum, præsertim cùm in præjudicium ejusdem Ecclesiæ redundent, ac juramentum vinculum iniquitatis esse non debeat, decernimus fore nulla, vacua, irrita, & inania, & nullius existere firmitatis, & quatenus ad illa de facto processum extitit, tollimus & revocamus omninò, & viribus vacuamus. Cæterùm, cùm præfatus Joannes Papa XXII. prædecessor noster, dudum universis & singulis, tam clericis quàm laicis, cujuscunque statûs, ordinis, conditionis, præeminentiæ, vel dignitatis existerent, etiam si Pontificali, vel Imperiali, seu Regali, vel quâvis aliâ dignitate fulgerent, ac omnibus Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, & Nobilibus, ac potestatibus, capitaneis, & aliis officialibus quibuscunque, comitibus & populis civitatum, terrarum, castrorum, & aliorum quorumcunque locorum ubicunque consistentium: & omnibus aliis quibuscunque, auctoritate Apostolicâ inhibendum, per suas literas vim constitutionis habentes duxerit, & mandandum, ne per se vel alios, directè vel indirectè, patrimonii Romandiolæ, Marchiæ Anconitan. Ducatûs Spoletan. Campaniæ, Maritimæque ac Massæ, Trebariæ, Provinciæ Venaissini, & Urbinatus, olim comitatus, ac Urbinat. & Ravenatem civitates & alias terras, civitates, castra, villas, & loca quæcunq; ad eandem Rom. Eccles. pertinent. vel ipsorum aut alicujus eorum partem occupare, invadere, aut turbare, seu fidelibus eorundem injurias, damna seu violentias irrogare, aut occupantibus, invadentibus, turbantibus, vel injurias, damna, seu violentias irrogantibus, publicè vel occultè, adsistere, aut auxilium, consilium, vel favorem, directè vel indirectè, publicè vel occultè, per se vel per alium seu alios præstare præsumerent quoquo modo, in omnes & singulos, contra inhibitionem & mandatum hujusmodi venire aut attentare per se vel alios præsumentes, tam clericos quàm laicos, etiam si, ut prædicitur, Pontificali aut Imperiali seu Regali, vel aliâ quâvis dignitate fulgerent, de fratrum suorum consilio, excommunicationis, quam eo ipso incurrerent, sententiam promulgavit, ipsorumque terras, necnon quaslibet universitates, communitates, & populos ipsorum, civitates, terras, castra, villas, & loca, in præmissis vel aliquo præmissorum culpabiles, Ecclesiastico supposuit interdicto, & eos ac ipsorum quemlibet, omnibus privilegiis, indulgentiis, gratiis, & immunitatibus realibus & personalibus, ab eadem Ecclesia & Imperio Romano concessis eisdem, omnium etiam feudorum, bonorum, honorum, officiorum, jurium & jurisdictionum, quæ ab Ecclesia & Imperio prædictis obtinerent, de ipsorum fratrum consilio, auctoritate privaverit suprædictâ, ipsos ad illa & similia & quælibet alia, eorumque filios & nepotes ad quælibet beneficia Ecclesiastica, dignitates, personatus, & officia, cum cura vel sine cura, quovis nomine censerentur, auctoritate quâlibet obtinendâ, usque ad tertiam generationem exclusivè, reddendo inhabiles & indignos. Nos per præmissa vel quæcunque alia inhibitioni, mandato, pœnis & sententiis per ipsum prædecessorem factis & promulgatis, ut superiùs est expressum, aliisque contentis in literis suprædictis, non intendimus in aliquo derogare, inhibitionem, mandatum, pœnas & sententias & alia suprædicta, per præsentem constitutionem nostram roboramus, & in sui vigoris efficaciâ volumus & decernimus permanere.

Leo Decimus, in Concilio Lateranensi.

Principes occupantes bona Ecclesiastica, & eorum libertati detrahentes, excommunicantur.

CAP. II.

STatuimus a & ordinamus, ut fructus, reditus, & proventus Ecclesiarum, monasteriorum, ac beneficiorum per seculares ullos Principes, etiamsi Imperator, Reges, Reginæve, seu Respublicæ, vel potentatus fuerint, aut per eorum officiales, seu judices, etiam ecclesiasticos vel quascunque alias personas, publicas vel privatas, de eorundem

a *Præsens decretum confirmârunt Adrianus VI. Clemens VII. Julius III. & Pius IV. Casus hic reservatur in bulla cœnæ Domini.*

rundem Imperatoris, Regum, Reginarum, ac Principum, Rerumque publicarum, vel potentatuum mandato sequestrari occupativè, aut modo aliquo detineri, ipsique hujusmodi Ecclesias, monasteria, ac beneficia obtinen. sub prætextu fabricæ, instaurationisque, sine Romani Pontific. pro tempore existentis expressa licentia, aut eleemosynarum, seu quovis alio colore aut fuco, impediri non debeant, quò minùs de illis, ut antea, liberè, ac sine impedimento disponere valeant. Et si sequestrati fuerint occupativè, aut detenti, integrè, libereque, ac sine exceptione vel mora, prælatis, ad quos de jure, legitimeque spectant, restituantur, de quibus, si dissipati nusquam reperiri possint, eorum justa æstimatione facta, dictis prælatis satisfieri volumus, per eos, qui dictas sequestrationes, applicationes, dissipationesque fecerint, aut fieri mandaverint, sub pœna excommunicationis, aut interdicti Ecclesiastici, talium Principum terris & dominio, eo ipso incurrendis, & ut eorum ac eisdem subjectorum bona ubicunque reperta, si moniti parere noluerint, capi & retineri possint; Ipsi verò contrafacientes, tam supradictis pœnis, quàm privationis feudorum & privilegiorum, quæ à nobis, & à Romana vel aliis Ecclesiis, nunc & pro tempore obtinuerint, & aliis contra violatores & oppressores libertatis Ecclesiasticæ, etiam per extravagantes & alias constitutiones, etiam incognitas, & forsan in usu non existentes, impositis, quas earum omnium tenores pro expressis & insertis habentes innovamus, ac perpetuum firmitatis robur habere decernimus & declaramus, ac secundùm eas, per quoscunque judices, etiam sanctæ Romanæ Ecclesiæ Card. sublatâ & ademptâ eis aliter judicandi declarandique potestate, sententiari, judicari, & interpretari debere volumus atque mandamus. Et cùm à jure tam divino, quàm humano, laicis potestas nulla in Ecclesiasticas personas attributa sit, innovamus omnes & singulas constitutiones fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. etiam prædecessoris nostri, quæ incipit, Felicis. & Clemen. V. quæ incipit, Si quis suadente. necnon quascunque alias Apostolicas sanctiones, in favorem libertatis Ecclesiasticæ, & contra ejus violatores, quomodolibet editas, & pœnis etiam contra talia præsumentes, in bulla, quæ legitur in cœna Domini, contentis, in suo robore permansuris. Et cùm in Lateranensi pariter ac Conciliis generalibus, sub excommunicationis pœnâ prohibitum fuerit, ne Reges, Principes, Duces, Comites, Barones, Respublicæ, & alii potentatus quicunque, regnis, provinciis, civitatibus, ac terris quoquo modo præsiden. collectas, decimas, & alia hujusmodi onera, clericis, prælatis, & aliis quibuscunque personis Ecclesiasticis imponant, exigantque, neve à sponte etiam dantibus & consentientibus etiam recipiant, atque in præmissis auxilium, favorem, consiliumve palam vel occultè præstantes, in excommunicationis latæ sententiæ pœnam eo ipso incidant, & ipsæ quoque Respublicæ, ac communitates & universitates, circa hoc quomodolibet delinquentes, Ecclesiastico eo ipso subjiciantur interdicto, prælati etiam præmissis absque Rom. Pont. expresâ licentiâ ultrò consentientes excommunicationis & depositionis pœnam ipso facto incurrant. Statuimus & ordinamus, ut de cætero talia præsumentes, etiamsi (ut præfertur) qualificati fuerint, ultra supradictas pœnas, quas contravenientes eo ipso incurrere volumus, ad omnes actus legitimos inhabiles & intestabiles habeantur.

Paulus Quartus.

Occupatores bonorum & redituum Ecclesiasticorum sub pœna excommunicationis restituere debent singula ablata & detenta.

CAP. III.

QUâcunque præscriptione, etiam centenariâ & ultrà, prætensâ vel prætendendâ non obstante, statuimus, quòd, nisi occupatores seu detentores bonorum [a] Cameræ & sedis Apostolicæ ac Romanæ Ecclesiæ, infra duos menses à publicatione præsentium, ea restituerint, & feudatarii, vasalli, emphyteutæ, censuarii, ac monasteriorum, etiam consistorialium, & prioratuum commendatarii, libellarii, conductores, & alii præfatæ Cameræ respondentes, seu aliàs, etiam ratione exemptionum, libertatum & immunitatum eis concessarum, vel annatarum, seu quindenniorum, aut aliter, qualitercunque & quomodocunque, aliquid solvere obligati, seu in aliquo debitores de eo, in quo Cameræ, sedi, & Ecclesiæ præfatis tenentur, integrè satisfecerint, & præmissa, seu conventa, aut aliàs ab eis debita, non adimpleverint, omnes & singulas sententias & pœnas, tam Ecclesiasticas, quàm temporales, & etiam privationis feudorum, & aliorum bonorum, & monasteriorum, etiam consistorialium, quorum occasione, etiam propter eorum exemptionem & immunitatem, solvant, ac eorundem monasteriorum commendarum cessationis eo ipso incurrant, & absque alia declaratione desuper fienda incurrisse censeantur, feudaque & bona ad nos devoluta, & monasteria ipsa, per alios, à nobis & dictâ sede liberè impetrari possint, prout etiam nos tenore præsentium eos omnes sententiis, censuris, & pœnis prædictis expresse innodamus, ac privatos esse, commendasque cessasse ex nunc decernimus & declaramus, & nihilominùs ad satisfactionem Cameræ Apostolicæ omnino teneantur. Decernentes eos ab alio, quàm Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo constitutos, & prævia debitâ satisfactione, absolvi non posse. Publicata Romæ, XXVI. & XXX. mensis Octobris 1556.

Pius IV.

Pœna detinentium bona Romanæ Ecclesiæ & palatii Apostolici.

CAP. IV.

PAstoralis officii auctoritas nos admonet, & ordo rationis exposcit, ut circa ea potissimùm versemur, per quæ res & bona Rom. Ecclesiæ, præsertim usui & ornatui Rom. Pont. pro tempore existentis, & sacri palatii Apostolici deputata, ab impiorum insultibus & rapinis præserventur, & ab eis ausu sacrilego, aut aliàs quomodolibet, abinde asportata & distracta nostræ, operationis ministerio, cum animarum salute eorum, qui cæcâ cupiditate ducti, in non parvam sanctæ matris Ecclesiæ injuriam, & ipsorum animarum perniciem, Dei timore postposito, ea surripere, seu sibi appropriare, aut isthinc divertere ausi fuerint, eidem Romano Pontifici pro tempore existente restituantur, & taliter in præmissis provideatur, quòd cæteris cedat in exemplum. Cùm itaque, sicut non sine gravi animi nostri molestia accepimus, tam tempore infirmitatis diversorum Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, ex qua, sicut Domino placuit, ab humanis decesserunt, quàm exinde diversarum sedium vacantium, quamplura etiam pretiosa jocalia, ornamenta, & alias res & bona usui præfato, ut præfertur, deputata, & aliàs ad eundem Romanum Pontificem pro tempore existentem, & Cameram Apostolicam spectantia & pertinentia, tam ex dicto Palatio, quàm aliis quibusvis locis ablata & distracta fuerint, & à diversis eorum proterviâ invalescente detineantur, in nostrum & ejusdem Pontificis pro tempore existentis non solùm detrimentum, sed etiam sedis Apostolicæ ignominiam, & ipsius auctoritatis diminutionem, necnon illa detinentium animarum perniciem atque periculum non modicum. Nos hujusmodi inconvenientibus & animarum periculis, quantum in nobis est, obviare, & aliàs in præmissis, prout par est, providere volentes, motu proprio, & ex certa nostra scientia, omnes & singulas

a *Bonorum appellatione intelligit tam mobilia quàm immobilia, l. bonorum. ff. de verbor. signif. relatum 2. de testa. & Ioan. And. c. si quis exigentibus.*

nos Pontifices prædecessores nostros, contra talium perpetratores, ac aliàs bonorum Apostolicorum usurpatores, raptores, receptores, & possessores, ac detinentes & non restituentes, ac scientes & non revelantes, sub quibusvis verborum formis promulgatas, quarum & literarum Apostolicarum desuper confectarum tenores, acsi de verbo ad verbum insererentur præsentibus, haberi volumus pro expressis, auctoritate Apostolicâ, tenore præsentium approbamus & innovamus, ac ad infrascriptos extendimus & ampliamus. Et nihilominùs motu & scientiâ similibus, omnes & singulas, tam seculares, quàm Ecclesiasticas, ac etiam militiarum & ordinum quorumcunque religiosas, etiam quâcunque Episcopali, Archiepiscopali, & Patriarchali, seu superiori Ecclesiasticâ, etiam Cardinalatûs honore, ac etiam Comitali, Marchionali, aut Ducali dignitate fungentes, ac alias mundanas personas, nullas penitùs excipientes, cùm dignitas, qualiscunque sit, in peccatis nemini excusationem præbere debeat, quæ jocalia, ornamenta, aurum, argentum monetarum & non monetarum, gemmas, margaritas, lapides pretiosos quocunque nomine nuncupatos, pecunias, vestes, pannos, & tam manuscriptos, quàm quosvis alios libros, scripturas, necnon equos, mulos, mulas, imagines aureas, argenteasque, ac æneas, & marmoreas, ac supellectilia, & alias quascunque res & bona, mobilia & immobilia, spiritualia & profana, cujuscunque generis, qualitatis, & quantitatis, seu præsii existentia, pro usu & commoditate Romani Pontificis pro tempore existentis, & ornamento palatii hujusmodi deputata, ac ad eundem Romanum Pontificem pro tempore existentem spectantia & pertinentia, tempore infirmitatis cujusvis Romani Pontificis prædecessoris nostri, ex qua postmodum decessit, ac etiam dictæ sedis propterea vacantis, necnon per annum ante obitum & vacationem hujusmodi, & dicto palatio & aliàs undecunque & quocunque asportârunt, subtraxerunt & occultârunt, seu prætenso titulo donationis, vel remissionis quietantiæ, vel alio quovis prætextu detinent, seu sciunt, ea per alios possideri, usurpari & detineri, aut occupata fuisse, & ad eorum manus pervenisse, requirimus & monemus, eisque districtè præcipiendo mandamus, quatenus infra sex dierum spatium, quorum duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos duos dies pro tertio & peremptorio termino, eis & eorum cuilibet pro canonica monitione assignamus, omnia & singula jocalia, ornamenta, aurum, argentum, gemmas, margaritas, lapides pretiosos, pecunias, vestes, pannos, libros, equos, mulos, mulas, imagines, supellectilia, & alias res & bona hujusmodi, dilecto filio Francisco Odelcalco, dictæ Cameræ præsidenti, cum effectu restituant & consignent, & si donationem vel remissionem, aut quietantiam desuper sibi factam prætendant, illam seu illas videndas, ut decet, & examinandas exhibeant & producant, ac illorum raptores, usurpatores, seu detentores vel occupatores scientes revelent. Alioquin lapsis diebus hujusmodi, omnes & singuli prædicti Episcopali vel Archiepiscopali, aut Patriarchali, ac eiam Cardinalatûs honore seu dignitate prædicti, interdicti ingressûs Ecclesiæ pœnam, alii verò excommunicationis & maledictionis æternæ sententiam, quam aliàs in eos his scriptis ferimus, & à quibus, nisi à nobis & eodem Romano Pontifice pro tempore existente, ac satisfactione prævià, præterquam in mortis articulo constituti, relaxationis & absolutionis beneficium obtinere non possint, eo ipso incurrant: & si Pontificali aut Cardinalatûs honore seu dignitate prædicti, sub interdicto hujusmodi per octo dies præfatos, sex immediatè sequentes, permanere, alii verò inferiores ab eis eandem excommunicationis sententiam animo, quod absit, indurato sustinere non formidaverint, extunc elapsis dictis octo diebus, Pontificali & etiam Cardinalatûs honore seu dignitate prædicti, à regimine Ecclesiarum eis commissarum, eo ipso suspensi, ac tam ipsi, si alia beneficia Ecclesiastica obtineant, quàm inferiores ab eis, omnibus & singulis Monasteriis, prioratibus, dignitatibus, administrationibus, canonicatibus, & præbendis, cæterisq; beneficiis Ecclesiasticis, cum cura & sine cura, secularibus ac ordinum quorumcunque regularibus, quæ in titulum vel commendam seu administrationem, aut aliàs quomodolibet, etiam ex quibusvis concessionibus seu dispensationibus Apostolicis obtinent, ac etiam officiis Romanæ Curiæ per eos obtentis: Seculares verò feudis, vicariatibus, dominiis & aliis juribus, ac privilegiis quibuscunque, eis per Romanam Ecclesiam aut sedem præfatam seu alios quoscunque, etiam quâcunq; aliâ auctoritate, etiam Imperiali vel Regali eis concessis, etiam eo ipso privati existant, & ad similia beneficia, feuda, privilegia, vicariatus, dominia & jura obtinenda, necnon ad quoscunque actus legitimos exercendos, inhabiles, ac etiam intestabiles similiter eo ipso fiant, possintque beneficia, officia, ac vicariatus & feuda, aliaque jura hujusmodi, tanquam vacantia, absq; alia declaratione desuper facienda, à nobis & sede præfata, ac aliis, ad quos pertinet, illa concedere & dare, liberè impetrari: scituri quòd si ipsi, aut eorum aliqui suæ salutis immemores in præmissis morosi fuerint, seu præmissa adimplere non curaverint, aut contempserint, hoc eis pro gravi crimine & delicto imputabitur, & justitiâ mediante contra eos ad graviores & tales pœnas absque ullo respectu procedetur, quòd illorum coërcitio eis perpetuò cedat ad noxam, & aliis in exemplum, absq; spe alicujus veniæ inde consequendæ: si verò se humiles, & ad satisfaciendum aut confitendum promptos exhibuerint, cum omni mansuetudine & respectu excipientur, & ex eorum spontanea restitutione seu confessione eis salutaris misericordiæ & gratiæ amplexus, exuberanti sedis præfatæ in singulos pietate provenient. Ac singulas donationes eis desuper factas, prout justitia suadebit, & ordo dictaverit rationis, admittemus. Ac, ut præfertur, scientes & revelantes, ultra cœleste præmium, à nobis condignam mercedem & retributionem recipient, cum eorum omnium grata satisfactione. Romæ 5. Non. April. 1560.

TITULUS III.

DE ANNATIS.

Innocentius VIII.

Excommunicationis & privationis beneficiorum pœnis innodantur, non solventes debitu temporibus annatas.

CAP. I.

APostolicæ Cameræ, ex qua non modò S. R. E. sed etiam magnum totius Christianæ Reip. subsidium provenit, jura illæsa servare (ut tenemur) modis omnibus cupientes, his, quæ propterea à prædecessoribus nostris emanârunt, libenter adjicimus muniminis nostri firmitatem, ac aliàs desuper providemus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire. Dudum siquidem per fel. rec. Pium Papam II. prædecessorem nostrum, accepto, quòd numerus debitorum dictæ Cameræ nimis auctus erat, & quòd obligati pro annatis beneficiorum Ecclesiasticorum, quæ auctoritate Apostolicâ assecuti fuerant, excommunicationis sententiam in eos latam (quam non solvendo in præfixo eis termino ipso facto incurrebant) minimè curate videbantur, & per hoc animabus sic illaqueatis periculum imminebat, & continua dictæ Cameræ damna subsequebantur. Idem prædecessor cupiens tam saluti animarum, quàm ipsius Cameræ indemnitatibus salubriter providere, providè ordinavit, quòd omnes, qui de extero pro annatis quorumcunq; beneficiorum in dicta Camera se obligarent, si infra eis præfixos terminos, dictæ Cameræ, aut

aut collectoribus fructuum & proventuũ, eis in partibus existentibus, satisfacere deficerent, ipso facto, lapso termino, non solùm in sententiam excommunicationis incidèrent, sed etiam beneficiis suis, pro quibus se in dicta Camera obligâssent, omninò privati forent; illi verò, qui non pro se, sed pro aliis, ut Principales, se pro annatis hujusmodi obligarent, si in terminis non satisfacerent, ultra sententiam excommunicationis hujusmodi, essent ipso facto omnibus beneficiis Ecclesiasticis, quæ obtinerent, privati; possentque talia beneficia per quoscunque liberè impetrari, prout in ejusdem prædecessoris literis desuper confectis plenius continetur. Cùm autem (sicut accepimus) ex ordinatione prædicta, ab aliquibus temporibus citrà, ideò optati fructus non provenerint, quia nonnulli, qui beneficia Ecclesiastica per hujusmodi privationem vacantia pro tempore postmodum impetrârunt, super illis agendo atque excipiendo, privationem hujusmodi in judicium deduxerunt, coram palatii causarum Apostolici auditoribus, & aliis judicibus Romanæ Curiæ, auditi non fuerunt ab eisdem auditoribus & judicibus, asserentibus ordinationem eandem prædecessoris præfati non fuisse receptam, & moribus utentium comprobatam, crevitque & crescit indies numerus debitorum eorundem, in animarum non solventium, quæ debent, periculum, & præfatæ Cameræ ac Christianæ Reip. præfatæ non leve præjudicium. Nos igitur volentes super præmissis opportunè providere, ejusdem prædecessoris ordinationem, & literas prædictas, ac omnia & singula in eis contenta, auctoritate Apostolicâ, præsentium tenore approbamus, & robur perpetuæ firmitatis obtinere debere decernimus, juxta illarum continentiam & tenorem; ac volumus, & eâdem auctoritate statuimus, quòd hactenus obligati Cameræ eidem ex causis prædictis, qui non solverunt, statutis eis terminis, ac propterea excommunicationis sententiam, & juxta ejusdem prædecessoris literarum continentiam, privationis pœnam prædictam incurrerunt (si curiales, infra unum; citramontani infra tres; & ultramontani, infra novem menses, à die publicationis præsentium in Cancellaria Apost. computandos) dictæ Cameræ de his, quæ debebant satisfecerint, extunc eo ipso ab excommunicationis sententia absoluti, & ad beneficia, quibus propterea juxta ordinationem prædictam privati existunt, plenariè restituti censeantur; & si non solverint in terminis prædictis, privationis pœnam prædictam de novo incurrant eo ipso: Quòdque illi, qui inposterum se obligabunt, excommunicationis & privationis pœnas prædictas, juxta ejusdem prædecessoris ordinationem, omninò incurrant; & impetrantes beneficia per hujusmodi privationem vacantia; & similiter contra illos sic privatos, de privatione hujusmodi excipientes, possint & debeant per quoscunque auditores & judices audiri; nec eo prætextu, quòd constitutio prædicta non fuerit recepta, & moribus utentium comprobata, repelli; teneanturque auditores & judices quicunque, in causis cognoscendis in Romana curia & extra, secundùm eandem ordinationem judicare. Rom. 13. Cal. Mart. 1484.

Clemens VII.

Annatæ non debentur Cameræ Apostolicæ, nec exiguntur de beneficiorum pensionibus, annuum valorem 24. Ducatorum non excedentibus.

CAP. II.

CUm, sicut nobis innotuit, licèt ratione fructuum, beneficiorum Ecclesiasticorum, valorem annuum viginti quatuor ducatorum auri, de auro communi æstimatione non excedentium, annatæ Cameræ Apostolicæ non debeantur, nec solvi aut exigi consueverint, & minus ratione pensionum quantitatem viginti quatuor ducatorum auri similium non excedentium, annatæ aliquæ retroactis temporibus exactæ aut solutæ fuerint, nihilominùs, à certo tempore citrà, præsidentes dictæ Cameræ & alii officiales Romanæ Curiæ, ad quos exactio annatarum pertinet, sub prætextu, quòd in provisionibus & aliis dispositionibus beneficiorum Ecclesiasticorum, super quorum fructibus, &c. valorem viginti quatuor ducatorum excedentibus, aliquæ pensiones annuæ, cujuscunque etiam minoris quantitat.. viginti quatuor ducatorum reservatæ existunt, illorum medietas deduci ac defalcari consueverit, annatas ex pensionibus quantitatem octo ducatorum excedentibus, & viginti quatuor non excedentibus aut attingentibus, de facto exegerint & exigunt. Nos qui unicuique in justitia debitores sumus, super iis congruis remediis providere volentes, ac ratione pensionum, quarum quantitas viginti quatuor ducatorum auri de Camera non excedit, nullas annatas Cameræ aut officialibus prædictis deberi declarantes, ex certa nostra scientia & deliberatione statuimus, quòd de cætero ex quibusvis pensionibus, quantitatem viginti quatuor ducatorum hujusmodi non excedentibus, nulla annata quovis prætextu exigatur, nec per illos, quibus pensiones ipsæ resignatæ fuerint, solvatur, neque solvi debeat, sic tamen, quòd in pensionibus & aliis dispositionibus beneficiorum, super quorum fructibus similes pensiones annuæ minoris quantitatis viginti quatuor ducatorum, & quantitatem viginti quatuor ducatorum similium non excedentes resignatæ fuerint, ex talibus pensionibus nihil deduci debeat. Districtius inhibentes Cameræ præsidentibus, ac aliis officialibus prædictis, sub excommunicationis, & à perceptione emolumentorum officiorum suorum, ad nostrum & Apostolicæ sedis beneplacitum, suspensionis in eorum singulos latæ sententiæ pœnis, ne de cætero, ratione hujusmodi pensionum quantitatem viginti quatuor ducatorum non excedentium, aliquas annatas quovis prætextu exigere, seu quòminùs literæ resignationis illarum expediantur, impedire vel differre quoquo modo præsumant, alioquin literas ipsas tam per Cancellarium, quàm Cameram Apostolicam per eos, ad quos literarum expeditio pertinet, absq; manuum illorum appositione, liberè expediri posse decernimus, ac ad id eis liberam facultatem concedimus.

Julius Tertius.

Constitutionum editarum in non solventes annatas à variis Pontificibus ampliatio & confirmatio.

CAP. III.

CUpientes Cameræ Apostolicæ, ex qua non modò S. R. E. verùm etiam toti Reipub. Christianæ subsidium provenit, & collegii fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium ac officialium sedis Apostolicæ indemnitati consulere, & eorum jura, ut tenemur, illæsa præservare, his, quæ à prædecessoribus nostris ad hoc providè emanârunt, libenter adjicimus nostri muniminis firmitatem a. aliasq; desuper disponimus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire. Dudum siquidem, postquam felicis recordationis Pius Papa II. prædecessor noster, accepto, quòd numerus debitorum dictæ Cameræ plurimùm auctus erat, & quòd obligati pro annatis beneficiorum Ecclesiasticorum, quæ Apostolicâ auctoritate assecuti fuerant, excommunicationis sententiam in eos latam, quam non solvendo in termino eis præfixo ipso facto incurrebant, minimè curare videbantur, unde animabus sic illaqueatis periculum imminebat, & continuè eidem Cameræ damna subsequebantur: Cupiens, tam saluti animarum, quàm indemnitati Cameræ hujusmodi salubriter providere, per suas ordinaverat, quòd omnes, qui extunc de cætero pro annatis quorumcunque beneficiorum dictæ Cameræ se obligarent, si infra terminos eis præfixos dictæ Cameræ, aut collectoribus fructuum & proventuum eidem Cameræ debitorum

a *Idem habetur sup. 1, c. de annatis. ex Innoc. VIII.*

in illis partibus existentibus, satisfacere deficerent, ipso facto lapsis terminis prædictis, non solùm sententiam excommunicationis incideren, sed etiam beneficiis, pro quibus se in ipsa Camera obligâssent, omninò privati essent: ii verò, qui se pro annatis hujusmodi non pro se, sed pro aliis, ut principales, obligarent, si in terminis non satisfacerent, ultra sententiam excommunicationis hujusmodi, essent omnibus beneficiis Ecclesiasticis per eos obtentis, eo ipso privati, possentque talia beneficia per quoscunque liberè impetrari.

CAP. IV.

Annata sibi debet singulis quindecim annis Camera Apostolica de beneficiis & monasteriis unitis de cætero non vacantibus.

ET piæ memoriæ Paulus etiam Papa II. prædecessor noster, cùm tam ipse, quàm dictus Pius prædecessor, ac recolendæ memoriæ Martinus V. Eugenius IV. Nicolaus etiam V. & Calixtus III. Romani Pontifices prædecessores nostri, tunc sui, quamplura diversorum ordinum Monasteria, prioratus, præposituras, & præpositatus, conventuales, necnon dignitates majores in cathedralibus, etiam metropolitanis, & principales in collegiatis Ecclesiis, administrationes quoque, officia, & beneficia Ecclesiastica, etiam dispositioni Apostolicæ generaliter reservata invicem, vel aliis cathedralibus, etiam metropolitanis, seu collegiatis Ecclesiis, ac earum, sive capitularibus mensis, aut monasteriis, dignitatibus, collegiis, universitatibus, & beneficiis, ac congregationibus canonicorum regularium S. Augustini Lateranensium, & de Scopeto, seu S. Salvatoris nuncupatorum, Monachorum S. Justinæ Paduan. & Montis Oliveti, S. Benedicti Cistercienf. Vallis Umbrosæ, & Carthusienf. ordinum, Presbyterorum quoque S. Gregorii in alga Venetiarum, atque aliis Monasteriis, domibus, hospitalibus, fabricis, & piis locis, utriusque sexûs personarum, sub diversis modis & formis dictâ auctoritate univissent, annexissent, incorporâssent, & submisissent. a Et propterea monasteria, prioratus, præposituras, dignitates, administrationes, officia, & beneficia unita hujusmodi amplius vacare non speraretur, & exinde Camera, ac Collegium hujusmodi, & officiales sedis Apostolicæ detrimentum non modicum paterentur: volens, ut par erat, quòd uniones, annexiones, incorporationes, applicationes, & submissiones prædictæ, si aliàs ritè & rationabiliter præcesserant, ita in sua firmitate permanerent, quòd eorum, quibus unà cum suis oneribus unita fuerant, commodis deservirent, & aliorum jura propterea non læderentur, per suas statuerat, & ordinaverat, atque decreverat, quod omnia & singula Monasteria, illa videlicet, quorum fructus, reditus, & proventus ad summam centum florenorum auri de Camera, secundùm communem æstimationem, ascendebant annuatim, sive in libris ejusdem Cameræ taxati reperiebantur, communia & minuta servitia, ac alia jura debita & consueta, tam Cameræ & collegio, quàm officialibus prædictis, reliqua verò Monasteria, prioratus, præposituras, præpositatus, dignitates, personatus, administrationes, officia & beneficia, ut præfertur, unita, pro quibus prædictæ Cameræ annata, seu alia jura, solvi consueverant, vel debebant temporibus retroactis, & de solvendo singulis certis futuris temporibus, obligatio in eadem Camera per inadvertentiam facta non fuerat, annatam sive medios fructus unius anni in posterum, & singulis quindecim annis perpetuò secuturis, eidem Cameræ omninò solvere tenerentur & deberent. Et quòd de omnibus monasteriis, prioratibus, præposituris, præpositatibus, dignitatibus, personatibus, administrationibus, officiis & beneficiis suprædictis, ut præfertur, unitis, à quorum unionum temporibus, postquam illę fuerant fortitæ effectum, anni quindecim effluxerant, infra annum proximè secuturum, communia minuta & alia jura, seu annatas, & medios fructus hujusmodi solvere astringerentur, etiam singulis 15. annis in futurum, prout multi alii similes uniones & gratias obtinentes faciebant, & facere consueverant, & ad id ii, quorum intererat, infrà 15. sius anni spatium se in eadem Camera efficaciter obligare deberent cum effectu, alioquin si à solutione aut obligatione præmissis cessare præsumpsissent, uniones, annexiones, incorporationes, applicationes, & submissiones prædictæ haberentur penitus pro infectis: & sic unita Monasteria, prioratus, præposituræ, præpositatus, dignitates, personatus, administrationes, officia, & cujusvis qualitatis aut generis beneficia, tanquam verè vacantia, possent à dicta sede liberè impetrari, & canonicè obtineri, ac uniones ipsæ & super eis confectæ literæ, ac processus habiti per eosdem, & quæcunq; inde secuta nullarenus emanâsse.

a *De beneficiorum unionibus habes sup. in fine 1. lib.*

CAP. V.

Ordinationem Pii Secundi, cujus neglectus summum detrimentum minabatur Camera Apostolicæ, confirmavit Innocent. VIII.

AC similis memoriæ Innocentius Papa VIII. similiter prædecessor noster, accepto, quòd ex ordinatione Pii prædecessoris hujusmodi à tunc certo tempore citrà optatus fructus non provenerat, quia nonnulli, qui beneficia Ecclesiastica per hujusmodi privationem vacantia impetraverant super illis agendo, & alii, qui accipiendo privationem hujusmodi in judicium deduxerant, coram causarum palatii Apostol. auditoribus, & aliis Rom. Curiæ judicibus, asserentibus ordinationem hujusmodi receptam, & moribus utentium comprobatam non fuisse, auditi non fuerant, & quòd creverat, crescebatque indies numerus debitorum eorundem, in animarum non solventium periculum, & prædictæ Reipubl. Christianæ præjudicium, ordinationem & literas Pii prædecessoris hujusmodi, ac omnia & singula in illis contenta, per suas approbaverat, & perpetuæ firmitatis robur obtinere decreverat. Ac voluerat & statuerat, quòd illi, qui extunc in posterum se obligarent, excommunicationis & privationis pœnas prædictas, juxta ordinationem Pii prædecessoris hujusmodi omninò incurrerent, & impetrantes beneficia per hujusmodi privationem vacantia, & similiter contra illos sic privatos, de privatione hujusmodi excipientes, possent & deberent per quoscunque auditores audiri, nec pretextu, quòd ordinatio hujusmodi non fuisset recepta, & moribus utentium comprobata, repelli: tenerenturque auditores & judices quicunque, tàm in dicta Curia, quàm extra eam, secundùm ordinationem hujusmodi judicare, nec prodessent eisdem obligatis quietationes, quas à collectoribus vel sub collectoribus haberent, quæ publico non probarentur instrumento.

CAP. VI.

Pœnas & censuras sanctas cum privationis beneficiorum, tum excommunicatorum irrevocabili legis vigore servari voluit Iulius II. in non solventes annatas, cujus ut priorum rescriptorum ratum & constantissimè servandum Iulius III. confirmat.

SAnctæ memoriæ Julius similiter Papa II. & prædecessor noster, eorundem prædecessorum vestigiis inhærendo, motu proprio, & ex certa scientia ordinationes, statuta, decretum, & voluntatem prædecessorum hujusmodi per quasdam innovans, per constitutionem suam perpetuò valituram decrevit, declaravit, statuit, & ordinavit, quòd ordinationes, statuta, decretum, & voluntates prædecessorum hujusmodi, & quoad censuras, & pœnas, etiam privationis, in eis expressas, quoad futura in omnibus & per omnia, juxta illorum tenores inviolabiliter perpetuis futuris temporibus observarentur. Et quòd illi, quos pro annatis hujusmodi dictæ Cameræ teneri constaret, etiam si illas solvere non promitto-

mitterent, seu ad illarum solutionem se specialiter non obligarent, dummodo beneficia ipsa realiter assequerentur, ad solutionem annatæ, & jurium prædictorum efficaciter tenerentur. Et deinde accepto, quòd ex prædictis, & quæ postea, tam per dictum Innocentium, quàm per similis memoriæ Sixtum IV. & Alexandrum VI. Romanos Pontifices, pariter prædecessores nostros, tunc suos, eatenus factæ fuerant, perpetuis unionibus & applicationibus, ac ex negligentia sive malitia multorum, qui dictis literis parere eatenus contempserant, dicta Camera in suis juribus non mediocrem patiebatur jacturam, tam statutum, ordinationem, decretum & declarationem Pauli prædecessoris hujusmodi, quàm omnia & singula alia in illius prædictis literis contenta, per alias suas literas approbavit, & innovavit, ac inviolabiliter observari debere, ac omnes & singulos, cujuscunque qualitatis, gradûs, & conditionis forent, qui se postea obligaverant, aut aliàs ratione Monasteriorum, ac aliorum beneficiorum sic unitorum, ad valorem censum florenorum similium communi æstimatione ascendentium, vel quorum fructus, reditus, & proventus, in eisdem libris ad similem summam taxati reperiebantur, eidem Cameræ solvere tenebantur, ad integram solutionem eidem Cameræ de præmissis faciendam, infra certum tunc expressum tempus, juxta tenorem literarum Pauli prædecessoris hujusmodi, & sub pœnis in illis contentis, ut par erat, omnino teneri, obligarique decrevit, prout in singulis literis prædecessorum hujusmodi plenius continetur. Cùm autem, sicut accepimus, malitiâ & avaritiâ hominum in dies crescente, ordinationes, statuta, voluntates, decreta, & declaratio Pii, & Pauli, ac Innocentii, & Julii prædecessorum hujusmodi, ad præsens plenè non observentur, & à tempore ipsius Alexandri prædecessoris citrà, tam per ipsum Julium, quàm etiam felic. recor. Leonem X. Adrianum VI. & Clementem VII. ac Paulum III. Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos, diversæ aliæ uniones, annexiones, incorporationes, & applicationes perpetuò factæ & concessæ fuerint, ac ex incuria agentium pro Camera prædicta, seu alias obligationes de solvendis communibus, & minutis servitiis, ac annatis, seu mediis fructibus, aut aliis juribus solvi debitis & consuetis, factæ non fuerint, & quæ factæ sunt, executioni non demandentur, in eorum, ad quorum commodum uniones, annexiones, incorporationes, & applicationes prædictæ factæ fuerunt, in animarum periculum, & Cameræ, ac collegii Cardinalium, & officialium detrimentum, necnon Reipublicæ hujusmodi non leve præjudicium.

Nos volentes in præmissis opportunè providere, prædecessorum hujusmodi vestigiis inhærendo, motu proprio, non ad alicujus nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de mera deliberatione, & certâ scientiâ nostris, ordinationes, statuta, voluntates, decreta, & declarationem Pii, & Pauli, ac Innocentii, & Julii prædecessorum hujusmodi, necnon desuper confectas literas, ac omnia & singula in eis contenta, Apostolicâ auctoritate, tenore præsentium approbamus, & innovamus, ac robur perpetuæ firmitatis obtinere, & à quibuscunque, tam in eisdem literis nominatis, quàm non nominatis, virorum & mulierum, secularibus & quorumvis ordinum regularibus, congregationibus, ac omnibus aliis & singulis prædictis & præsentibus nostris literis comprehensis personis, tam pro præterito, quàm futuro tempore inviolabiliter observari, eaque omnia, ac censuras & pœnas in singulis literis hujusmodi contentas, contra omnes congregationes & personas prædictas, quoad omnia & singula Monasteria & beneficia Ecclesiastica, cum cura & sine cura, secularia & quorumvis ordinum regularia quomodolibet qualificata, quæ congregationes prædictæ quomodolibet communiter possident, etiam si de jure patronatûs laicorum, etiam Imperatoris, Regum, Ducum, Marchionum, Baronum, Comitum, & aliorum Nobilium, etiam illustrium, aut dummodo per ipsas congregationes possideantur, tam in Romana Curia, quàm extra eam, inter quoscunque litigiosa existant vigere, & locum habere, totalique, & plenariæ executioni demandari debere, decernimus. Necnon ea omnia, quæ singuli prædecessores prædicti voluerunt, eisdem auctoritate & tenore volumus, ac præmissa omnia, prout per ipsos prædecessores ordinata, statuta, decreta, & declarata fuerunt, de novo ordinamus, statuimus, decernimus, & declaramus, eaque omnia, ad quascunque, tam seculares, quàm regulares virorum & mulierum congregationes, quantumvis privilegiatas & exemptas, auctoritate & tenore prædictis extendimus & ampliamus. Rom. 15. Cal. Jan. 1553.

Pius Quintus.

Annatarum, quindennorum & reliquorum jurium solutione obligantur Monasteria, quorum fructuum taxam Camera Apostolica non latet auctoritas. Beneficiorum quoque annuum valorem prodere & fateri debent Ecclesia cathedrales, ne annatarum jus defraudetur.

CAP. VIII.

APostolicæ sedis poscit auctoritas, ut quæ providè per Rom. Pont. statuta fuerunt, debitæ executioni demandentur. Cum autem, sicut accepimus, ut annatarum communium, & aliorum jurium semel tantùm, vel de 15. in 15. annos, ob perpetuas beneficiorum Ecclesiasticorum uniones persolvendorum, quæ aliàs fel. record. Julius III. & Paulus IV. Rom. Pontif. prædecessores nostri, per eorum literas in forma motûs proprii desuper editas, ex præterito duntaxat Cameræ Apostolicæ applicaverunt, eò celeriùs, quò poterit, exactio & executio fiat, plurimùm interfit: & necessarium existat, ut tam Julii III. & Pauli IV. prædecessorum literas prædictas, quàm alias quascunque constitutiones, statuta, decreta, & declarationes, per fel. mem. Pium II. Paulum etiam II. Innocentium VIII. Julium similiter II. ac Julium & Paulum præfatos, aliosque diversos Roman. Pontif. prædecessores nostros, contra pro tempore in Camera Apostolica, aut aliàs ratione annatarum communium, & aliorum jurium prædictorum semel tantùm, aut de 15. in 15. annos solven. obligatos, aut alios quoscunque, beneficia Ecclesiastica, absque eo, quod annatas, communia, & quindennia prædicta solvissent, pro tempore possidentes, editas & factas, per nos inventur, approbentur, & confirmentur.

Nos igitur singularum literarum, & cujuslibet motûs proprii, à prædictis Rom. Pont. prædecessoribus nostris, ut præfertur, quàm etiam forsan à nobis hactenus emanati veriores tenores, ac si de verbo ad verbum hic inserti essent, pro plene & sufficienter expressis & insertis habeti volentes; illas & illos, necnon omnia & quæcunque, per quoscunque judices, executores & commissarios in illis deputatos, & ab eis subdelegatos, ac alios ministros in præmissis & circa ea quomodolibet gesta & exequuta reperiuntur, ac inde sequuta quæcunque, ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine approbamus & confirmamus, ac rata & grata habemus, necnon illis perpetuæ & irrefragabilis firmitatis robur adjicimus, illaque inconcusse observari debere decernimus & declaramus, omnesque & singulos tam juris quàm facti, & solennitatum forsan omissarum, & alios quoscunque defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem, & qui necessariò exprimi deberent, motu, scientiâ, & potestatis plenitudine similibus supplemus, illasq; & illa, quatenus opus sit, innovamus. Et insuper quoniam (sicut etiam nobis innotuit) à nonnullis nimium scrupulosis & plusquam oporteat sapere contendentibus hæsitatur, an monasteria, quorum fructus, &c. in libris Cameræ Apostolicæ taxati reperiuntur, nec non prioratus quorumvis or-

dinum regularia & regulares, cæteraque beneficia ecclesiastica quocunque titulo nuncupata, quorum fructus, reditus, & proventus in distributiones quotidianas converturtur, sub literis Pauli II. & aliorum prædecessorum hujusmodi comprehendatur.

Nos considerantes, quòd annatarum communium, & aliorum jurium prædictorum exactio, in recognitionem universalis dominii introducta, est a antiquissima. Quindenniorumq; usus & solutio ideò adinventi sunt, ne Camera prædicta ex monasteriorum, prioratuum, & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum unionibus, quæ amplius vacare non sperabatur, detrimentum aliquod pateretur: Volentes Cameræ nostræ Apostolicæ, ac venerabilium fratrum nostrorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, necnon dil. filiorum Rom. Curiæ officialium participantium jura præservare, illorumque indemnitati consulere, ad omne dubium omnemq; disputandi & excipiendi occasionem tollendum, motu simili, &c. omnia & singula monasteria, tam secularia, quàm quorumvis ordinum regularia, dummodo in libris ejusdem Cameræ taxata reperiantur, reliqua verò monasteria, prioratus, præposituras, præpositatus, tam seculares, quàm quorumvis ordinum regulares, necnon dignitates, personatus, administrationes, officia, & alia quæcunque beneficia Ecclesiastica, etiam si manualia, & de jure patronatûs existant, quorum fructus, &c. summam 24. ducatorum auri de Cam. se. cõ. æst. val. annuum excedunt, à quocunque tempore citrà, etiam ante fel. rec. Martinum Papam V. similiter prædecessorem nostrum, & per nos & successores nostros, quibuscunque cathedralib. etiam metropolitanis, seu collegiatis Ecclesiis, aut capitularibus mensis, etiam pro quotidianis distributionibus, aut aliis usibus, nec non collegiis, universitatibus, congregationibus quorumvis ordinum, monasteriis, domibus, hospitalibus, fabricis, ac utriusque sexûs personarum piis locis, quantumvis privilegiatis & exemptis, sub quibuscunque tenoribus & formis Apost. auctoritate unita, seu aliàs quomodolibet & quovis titulo obtenta & possessa, sub literis Pauli II. & aliorum prædecessorum hujusmodi comprehendi & includi. Et propterea omnia & singula cathedralium etiam metropolitanarum, Ecclesiarumque collegiatarum capitula, congregationes, universitates, collegia, hospitalia & pia loca, & quivis alii, in quorum favorem uniones, annexiones, incorporationes, applicationes, & submissiones hujusmodi factæ reperiuntur, quantumcunque, ut præfertur, exemptæ & privilegiatæ existant, etiam si se superinde in Cam. Apost. non obligaverint, dummodò monasteria & beneficia ipsa possideant, ad solutionem communium annatarum, & aliorum jurium prædictorum, eidem Cameræ pro tempore præterito (salvis collegii & officialium juribus quoad futura remanentibus) ratione unionum, annexionum, incorporationum, applicationum, & submissionum prædictorum, singulis 17. annis, à die, quâ illæ suum sortitæ fuerunt effectum, & aliàs juxta tenorem literarum, in forma motûs proprii à Julio III. prædecessore prædicto, super applicatione quindenniorum prædictorum eidem Cameræ facta, desuper emanatarum faciendam, teneri & obligatos esse, & ad id per sententias, censuras, & pœnas in singulis Pauli II. & aliorum prædecessorum hujusmodi literis contentas, cogi & compelli posse, sicque & non aliter in præmissis omnibus & singulis, per quoscunq; judices & commissarios, quâvis Apost. auctoritate fungent. etiam palatii nostri Apostolici causarum auditores, necnon S. R. E. Cardinales, ac venerabilem fratrem nostrum Hieronymum Episcopum Maceraten. præfatæ Cameræ clericum, cui omnes & singulas causas, occasione præmissorum pendentes, commisimus in quavis instantia, sublatâ eis & eorum cuilibet aliter judicandi facultate, judicari & diffiniri debere irritumque, &c. decernimus & declaramus. Mandantes eidem Hieronymo Episcopo, ut omnes & singulas causas coram eo, inter dil. filium ejusdem Cameræ collectorem ex una, & quascunque congregationes, capitula, collegia, & quasvis alias personas ex altera partibus, super solutione annatarum communium & aliorum jurium, quindenniorum eorundem, vel eorum occasione nunc & pro tempore pendentes, juxta præsentium tenorem terminet & decidat. Et pro faciliori indagatione unionum prædictarum, omnia & singula cathedralium etiam metropolitanarum & collegiatarum Ecclesiarum capitula, collegia, necnon tam virorum quàm mulierum seculares, & quorumvis ordinum regulares congregationes seu collegia, & pia loca eorundemque prælatos & procuratores, ad judicandum & profitendum medio juramento, omnia & singula monasteria, prioratus, præposituras, præpositatus, parochiales Ecclesias, & alia quæcunque beneficia Ecclesiastica, quæ ipsa capitula, congregationes, & alia pia loca prædicta possideant, & quo titulo illa possideant, illorumq; annuos valores, sub privationis, & aliis in literis in forma motûs proprii Pauli IV. prædecessoris hujusmodi contentis sententiis, censuris, & pœnis in Romana Curia & extra eam moneat & requirat.

a *Introdulla fuit annata ad subveniendum Papæ & Cardinalium indigentium, sicuti & charitativum subsidium, ut tradit Ferdinan. Cordub. in tract. suo de annat. quem refert Gomez in præfation. reg. cancell. de valore exprimendo, n. 6.*

TITULUS IV.
DE JURE PATRONATUS.

Adrianus VI.

Beneficiorum electivorum concessiones juris patronatûs hactenus factæ, à primo anno Pontificatûs Innocentii Octavi, qui Roma oriundus fuit pridie Idus Septemb. 1484. revocantur.

CAP. I.

SAnctissimus D. N. Adrianus VI. accepto per sanctitatem suam, quòd nonnulli Romani Pontif. ejus prædecessores, diversis personis & collegiis laicorum a jus patronatûs, & facultates & indulta præsentandi seu nominandi personas idoneas ad Ecclesias, etiam metropolitanas, Monasteria, & beneficia Ecclesiastica, secularia ac regularia, ac hospitalia, & alia pia loca extunc deinceps vacatura, etiam interdum pro eorum hæredibus & successoribus aliis, sub variis modis & formis, per diversas eorum literas in perpetuum vel ad certum tempus reservârunt & concesserunt, considerans, quòd per hujusmodi facultates & indulta Romanus Pontifex fæpiùs impeditur, quò minùs personas qualificatas, utiles & necessarias ad Ecclesias & monasteria promovere, ac de beneficiis Ecclesiasticis similibus personis providere, hospitalia quoque & pia loca hujusmodi personis etiam utilibus, & Monasteriis committere, & aliàs de illis disponere liberè possit. Ideò ut per sanctitatem suam & sedem Apostolicam liberiùs de personis benè meritis, dictis cathedralibus Ecclesiis & Monasteriis provideatur, & de illis ac aliis dignitatibus, beneficiis, hospitalibus, & piis locis hujusmodi disponatur, opportunè providere volens, fel. recordationis Innocentii Papæ VIII. fuæ sanctitatis prædecessoris inhærendo vestigiis, omnes & singulas reservationes & concessiones juris patronatûs, ac facultates & indulta præsentandi seu nominandi personas hujusmodi, ad Ecclesias, Monasteria, prioratus, præ-

a *Vid. Mar. Socin. de prab. ult. col. Felin. in tract. quando litera Apost. 6. limitat. Cæsarem Lambert. in tract. de jure patron. lib. 1. qu. 1. art. 1. Rebuff. in tract. de nominib. Rochus in tract. de jure patronat. verb. honorificum. q. 1.*

positu-

posituras, dignitates, personatus, administrationes, officia, canonicatus, & præbendas, aliaque beneficia Ecclesiastica, cum cura & sine cura, secularia, & ordinum quorumcunque regularia, qualitercunque qualificata, ac hospitalia, & alia pia loca, per nostros prædecessores & sedem Apostolicam, aut ejus legatos, nuncios, executores, & subexecutores, ab anno primo Pontificatûs ejusdem Innocentii prædecessoris citrà, quibusvis Regibus, Reginis, Ducibus, & Marchionibus, ac aliis Principibus & personis, necnon communitatibus, universitatibus, confraternitatibus, & collegiis secularium personarum, cujuscunque dignitatis, statûs, gradûs, ordinis, & conditionis existentibus, etiam ex motu proprio & ex certa scientia, ac de potestatis Apostolicæ plenitudine, aut etiam consistorialiter, & aliàs tam simpliciter, quàm sub quibusvis conditionibus & promissionibus, & aliàs quomodocunque & qualitercunque & ex quibusvis causis, præterquam ratione ereptionis locorum, in quibus Ecclesiæ, monasteria, & beneficia prædicta consistunt, ex infidelium manibus & potestate factas, concessa, quorum omnium formas & tenores eadem sua sanctitas haberi voluit pro expressis, quoad metropolitan. ac alias cathedrales Ecclesias & monasteria, necnon prioratus, & præposituras, ac alias dignitates conventuales, & alia electiva, etiam si ii, quibus reservationes & concessiones, facultates & indulta hujusmodi facta & concessa fuerunt, quascunque conditiones eis propterea quomodolibet impositas, & promissiones per eos propterea factas adimpleverint.

Quo verò ad alia beneficia ac hospitalia & pia loca hujusmodi, si illi, quibus reformationes & concessiones ac facultates & indulta hujusmodi facta & concessa fuerunt, ut præfertur, illorum occasione fructus proximè dictorum beneficiorum, hospitalium, & piorum locorum, ad medietatem unius annui valoris fructuum eorundem, secundùm communem æstimationem, de propriis eorum bonis non auxerunt, vel eorum Ecclesias aut hospitalia & pia loca hujusmodi, de novo fundamentaliter non ædificârunt a, seu funditùs dirutas non reædificârunt, seu fundos, in quibus ædificarentur ædificia in præsentiarum subsecuto non concesserunt, ad quorum augmenti, ædificationis, reædificationis & concessionis respectivè probationem, eos, qui tali jure patronatûs, seu præsentandi & nominandi directè vel indirectè uti voluerint, eadem sua sanctitas teneri decrevit, etiam si conditiones, ad quas aliàs, quàm modis præmissis, tenebantur, executioni demandatæ fuissent, & in literis reformationum, & primò dictarum concessionum, seu facultatum & indultorum hujusmodi cautum sit, quòd dictum jus simpliciter, vel sub certis conditionibus, modis & formis, ex fundatione vel dotatione pertineat aut pertinere censeatur, vel perinde habeatur, ac si ex fundatione vel dotatione prædicta pertineret, & quòd reservationes, & primò dictæ concessiones, facultates, & indulta hujusmodi revocari non possint, & clausulæ etiam derogatoriarum derogatoriæ, fortiores, efficaciores, & insolitæ in dictis literis, pro illarum perseverationè desuper adjectæ sint, illarum formas & tenores pro expressis habendo revocavit, cassavit, annullavit, ad Ecclesias, monasteria, prioratus, præposituras, dignitates, & beneficia hujusmodi, ad eorum primævam naturam, præmissis non obstantibus, reduxit.

Paulus IV.

Jure præsentandi privatur, qui apostatam præsentat ad beneficium juris patronatûs.

a *Constructione, dotatione, vel fundatione, ut jus acquiritur, sic & iisdem tribus modis conservatur. cap. 3. de jure patronatûs cap. pia mentis. & ibi gloss. 16. quæst. 7. cap. Abbatem. in 2. 12. quæst. 2.*

CAP. II.

SI patroni alicujus beneficii Ecclesiastici, sive sint laici, sive clerici, aliquem ex apostatis & extra claustra vagantibus ad beneficium, de eorum jure patronatûs existens, tunc vacans, præsentaverit, præsentationes hujusmodi sint eo ipso nullæ, irritæ & inanes, ac viribus careant, & ipsi patroni jure præsentandi alios ad eadem beneficia pro ea vice tantùm privati existant.

Pius Quartus, ex reformationis pœnitentiariæ Apostolicæ decretis.

Jus patronatûs concedendi legitima causa quæ sit.

CAP. III.

POenitentiarius ac pœnitentiariæ Apostolicæ regens abstineat à concessione juris patronatûs, seu præsentandi ad beneficia Ecclesiastica, propter augmentum fructuum, sed tantùm ex causa fundationis vel dotationis illud concedere possit.

TITULUS V.

DE CONFESSIS.

Paulus Quartus.

Confessi crimen, aut probatissimis indiciis quæstione torquendi carcerati, non relaxentur fisco inscio, etsi præstita fuerit cautio.

CAP. I.

LIcèt ex juris communis dispositione satis provisum sit, ut de aliquo crimine inquisitus, dum super indiciis contra eum existentibus discutitur, an torturæ in ejus persona jure locus sit, personaliter in carcere detineatur, & ut crimen confessus, in quem nihil, nisi ut pœnam solvere cogatur, agendum restat, quousque ille debitè punitus fuerit, non relaxetur: tamen ut nuper accepimus, rei criminum torturæ supponendi, sub cautione de se repræsentando, & confessi sub simili cautione, seu etiam sub cautione de standi juri, & judicatum solvendo, plerunque relaxantur, quo fit, ut illis extra carcerem positis, expeditionem non procurantibus, causæ hujusmodi differantur, & demum oblivioni tradantur, aut variis viis rei ipsi, post aliquod tempus, cautiones præstitas liberari procurent, sicque ipsi pœnas debitas effugiant, & delicta remaneant impunita, in grave scandalum, & pessimum cæterorum exemplum. Nos itaque huic abusui occurrere volentes, motu simili, & ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, tenore præsentium decernimus, statuimus & ordinamus, ut nullus, qui ex indiciis contra eum laborantibus jure torquendus veniat, seu de quo dubitetur, dum de indiciis hujusmodi, an ad torturam sufficientia sint, disputatur, quo usque aut per torturam indicia ipsa purgaverit, aut eum torturæ subjiciendum non esse, cognitum fuerit, nisi procuratore fisci nostri ad hæc omnia citato & interveniente, sub quavis cautione à carcere relaxetur, neque super iis extra carceres audiatur. Nullus etiam, qui crimen in judicio confessus fuerit, contra quem nullæ sunt partes judicis, nisi in exequendo, etiam si pro crimine hujusmodi pecuniariâ pœnâ plectendus veniat, & quamcunque cautionem de illa solvenda præstare offerat, à carcere relaxetur, nisi pœna ipsa, præfato fisci procuratore desuper audito, debitè persoluta, sicque per quoscunq. e judices quâvis auctoritate fungentes, judicari, diffiniri, & observari debere, sublatâ eis & eorum cuilibet aliter judicandi & diffiniendi facultate, irritumq; & inane, quicquid contra præsentium tenorem, à quoquam quâvis auctoritate, scienter vel ignoranter, attentari contigerit, decernimus.

a *Tan. in cons. 76. & 106. lib. 2. Cass. ad decis. 7. de jure patron. numer. 6.*

Pius V.

Rei confessi à vinculis carceris non solvantur, nisi executionis sententiæ parverint.

CAP. II.

CUm sicut accepimus, visitatores carcerum almæ urbis nostræ, homicidii, aliorumq; capitalium criminum reos carceratos, ad illorum absolutionem & liberationem, nimiâ humanitate proni atq; procliues, sæpè à carceribus liberari faciunt, sub cautione de se præsentando, aut aliàs sub aliis obligationibus & conditionibus eis bene visis, & ita processus debilitantur, & causarum expeditiones difficultantur, vel (quod molestius ferimus) eos quandoq; liberant, aut leviori pœnâ, quàm justitia exposcit, afficiunt, ac propterea delicta impunita remanent, contra jus & utilitatem a publicam. Nos considerantes, impunitatem scelerum esse incentivum malorum, nolentesque in futurum, reos homicidii, ac aliorum delictorum capitalium, nisi in casibus à jure expressis, à carceribus liberari, & extra careeres audiri, ac levius puniri, tenore præsentium, eisdem visitatoribus sub pœna indignationis nostræ inhibemus atque interdicimus, ne, posthac reos carceratos, ut præmittitur, arbitrio suo relaxent & liberent. In levioribus autem delictis reos confessos aut convictos non relaxent, neque liberent, nisi priùs sententiæ, aut condemnationi, quam eis infligendam & imponendam duxerint, parverint, & illius executio facta fuerit. Volumus autem, quotiescunque viderint æquitatem juris rigori, attentâ facti qualitate, præferendam esse, eam ad solum Principem jus decernendi inter jus & æquitatem non scriptam spectet & pertineat, tunc facti qualitas diligenter inquisita consideretur, & si quid ab eis de jure relaxandum videbitur, nobis unus ex visitatoribus unà cum judice causæ referat, præsente procuratore fiscali, vel Advocato fiscali ejusdem Cameræ & fisci, ac etiam pauperum advocato, ut à nobis, quid statuendum & deliberandum sit, intelligant.

Idem.

In causis criminalibus confessi appellare nequeunt.

CAP. III.

IN confessos judices procedere possunt, non obstantibus b appellationibus & inhibitionibus, & absq; aliquarum pœnarum incursu.

TITULUS VI.

DE DOLO ET CONTUMACIA.

Pius Quartus.

Defensio condemnatorum in contumaciam, infra semestre exigi debet.

CAP. I.

QUoniam sæpè contingit, ut qui ex aliquo crimine in contumaciam condemnati fuerint, perdurant ad multos annos in contumacia, expectantes occasionem, ut per temporis diuturnitatem criminis probatio impossibilis reddatur, & tunc quærunt contumaciam sibi remitti, & super defensionibus audiri, cùm criminis probandi facultas est fisco sublata, causam plerunque, vel coram judicibus in ipsos propensis, vel in locis, ubi jura fisci deduci non possunt, introducentes, statuimus, quòd rei in contumaciam condemnati, ad suas defensiones faciendas admitti non possint, nisi infra sex menses c quoad faciendas videlicet à die condemnationis, quò verò ad jam factas condemnationes, à die publicationis præsentium computandos, nec alibi, quàm in loco, ubi condemnatio secuta est, vel in curia generali Provinciæ, ubi delictum fuerit commissum. Et si secus fieri contingat, quæcunque absolutiones desuper obtinendæ, etiam si vigore commissionis signaturæ nostræ nullius sunt roboris vel momenti, sed ad ipsarum condemnationum jam factarum executionem deveniri possit, & debeat. Quo termino sex mensium elapso, sententiæ in contumaciam latæ crimen notorium efficiant, & tanquam in rem judicatam transiverint, realiter & personaliter executioni demandentur. Nec homicidis prosit minor ætas viginti annorum, dum tamen majores quatuordecim annorum extiterint. Quòd si banniti hujusmodi in contumaciam condemnati, veniant postmodum absolvendi, judices, sub pœna mille scutorum, & infamiæ perpetuæ, illos gratis, & sine ulla sportularum solutione, absolvere debeant. Publicata Rom. 26. Maji 1565.

Pius V.

Semestre spatium concessum Pii IV. decreto contumacibus ad exprimendas causas defensiones, ad annum extenditur & prorogatur, ita tamen, ut sponte comparentibus duntaxat, non capiis, infra annum faveat & patrocinetur.

CAP. II.

DUdum postquam fel. record. Pius Papa IV. prædecessor noster, cupiens subterfugiis delinquentium a obviare, per quasdam suas in forma motûs proprii editas literas, sub dat. Romæ apud sanctum Petrum, 11. Cal. Junii. Ann. 6. inter alia statuisset, quòd rei in contumaciam condemnati, ad suas defensiones faciendas admitti non possint, nisi infra sex menses, quoad faciendas videlicet à die condemnationis, quo verò ad jam factas condemnationes, à die publicationis earundem literarum computandos, per alias nostras, etiam in forma motûs proprii emanatas literas, die 20. mensis Junii, Pontificatûs nostri anno primo publicatas, terminum sex mensium hujusmodi, ad annum prorogavimus, ac contumacibus hujusmodi defensiones, non nisi post anni elapsi terminum, denegari debere decrevimus. Cumque, sicut accepimus, à nonnullis ordinationem & dispositionem hujusmodi, nostramque & dicti prædecessoris in illis edendis intentionem, variis calumniis eludere, & super earum sinistris interpretationibus agentes pro fisco & Camera Apostolica fatigare, & causas in longum protrahere, & illas intricare, sententiarumque executionem evitare satagentibus, sæpè in dubium verti contingat (licèt ex verborum proprietate res clara sit) an scilicet, tam sponte comparentes, de quibus loquitur motus proprius præfati prædecessoris, quàm etiam capti intra dictum tempus, indistinctè admitti debeant, ad faciendum suas b defensiones, maximè stantibus in eodem nostro motu proprio appositis suprà relatis verbis, videlicet. *Ac contumacibus hujusmodi defensiones non nisi post anni elapsi terminum denegari debere*: quæ indifinitè prolata sunt, & videntur posse comprehendere, tam sponte comparentes, quàm captos, nihilominùs considerantes, quòd verba ipsa nihil aliud disponunt, quàm prorogationem termini, his, quibus ex forma motûs proprii prædicti prædecessoris denegari non poterat. Nos igitur ad tollendum omne dubium, & absurdum evitandum, quòd capti, & sponte comparentes paria

a *L. cùm quidam. ff. de liberis & posthumis. c. ut fama. de sent. excommun.* b *Propriâ voce confessus, appellare non potest. l. 2. C. quorum appell. ubi gloss. Bart. Bald. & Oldrad. communem dicunt.* c *Pius V. in sequent. constitutione, contumaces infra annum ad defensiones admitti posse decrevit.*

a *Contumacia in criminalibus accusanda. l. absentem. §. 1. ff. de pœnis. Bart. in l. inter. ult. col. ff. de public. jud. & in extravag. ad reprimendum. in verb. neglexerit.* b *Contumax damnatus non auditur, nisi contumacia solutis expensis. gl. in l. fin & §. 4. fin. ff. ex quibus causis major. Bald. in c. cùm venissent. col. 2. de judic. Idq; observatur tam in civilibus, quàm criminalibus causis.*

essent

essent conditionis, necnon calumniis & aliis inconvenientibus hujusmodi, quantum cum Deo possumus, obviare, omnemque disputandi materiam tollere, & in his opportunè providere volentes, necnon singularum literarum prædictarum, ac indiciorum, inquisitionum, processuum, condemnationum, & sententiarum desuper formatarum, & latarum, ac formandarum & promulgandarum hujusmodi, aliorumque forsan latius exprimen. tenores, continentias, formas, & compendia, ac reorum, delictorum, criminum, & excessuum, ac pœnarum hujusmodi, & judicum nomina, cognomina, gradus, & qualitates, ac quantitates, & loca, pro plene & sufficienter expressis habentes, & decernentes, necnon singulas prænarratas literas confirmantes & innovantes, motu simili, &c. quòd banniti, & in contumaciam condemnati, in pœnam capitis & ultimi supplicii, si capti ad manus Curiæ devenerint, per judices ad novas sive alias defensiones faciendas, etiam intra dictum tempus non admittantur, nisi habitâ à nobis vel signatura nostra desuper gratiâ speciali, nec literæ ipsæ, quæ in eorum odium editæ sunt, eis in aliquo suffragentur, aut illis se juvare sive defendere possint. Quinimò, quòd judices prafati sententias ipsas condemnatorias, tam in urbe, quàm extra eam latas & ferendas, si tamen legitimis præcedentibus indiciis ad inquirendum promulgatæ fuerint, executioni realiter & corporaliter suis loco & tempore congruis, respectivè totaliter & integrè contra sic captos demandent, & demandari faciant, hac nostrâ perpetuò valiturâ declaratione declaramus & decernimus, & quatenus opus sit, de novo statuimus & ordinamus, & ita mentis & intentionis nostræ fuisse & esse attestamur. Rom. Id. Septemb. 1571.

TITULUS VII.

DE SEQUESTRIS.

Pius Quartus.

Judicibus decernendi sequestra fructuum beneficiorum lite pendente conceditur facultas.

CAP. I.

SAnctissimus in Christo Pater & Dominus noster Dominus Pius, divinâ providentiâ, Papa IV. cupiens, prout suo pastorali incumbit officio, unicuique quod suum est tribui, justitiamque inter omnes æquâ lance ministrari, ac animarum periculis, & fraudibus eorum, qui passim beneficia Ecclesiastica in mensibus, in quibus illorum collatio & provisio per constitutiones suas, seu Cancellariæ Apostolicæ regulas desuper editas, dispositioni suæ pro tempore reservatæ existunt, vacantia, seu alias eidem & sedis Apostolicæ dispositioni generaliter reservata, aut ex generali reservatione Apostolicâ, vel aliàs affecta, ordinariâ, seu aliâ auctoritate, contra dictarum constitutionum tenorem, aut aliàs indebitè sibi conferri, & de illis etiam provideri procurant, & in eis prætextu collationum & provisionum hujusmodi se intrudunt, ad hoc, ut illorum fructus suos faciant, & ex eis impetrantes Apostolicos, seu aliàs justo titulo provisos molestent, & interim lites adeò in longum protrahant, ut impetrantes & justum titulum habentes, aut cum eis concordare, aut eorum juri cedere & renunciare, aut in prosecutione litium hujusmodi omnes ferè eorum facultates dissipare, & tandem in illarum prosecutione mori cogantur. Quique beneficia in Romana Curia, vel extra eam, litigiosa resignant, aut eorum juri cedunt simpliciter, vel in favorem tertii, in memorialibus cum parvis datis & consensibus desuper præfatis, quæ penes se retinent, & nihilominùs lites hujusmodi prosequuntur, & dum cognoscunt, nullum jus sibi in hujusmodi beneficiis litigiosis competere, ad effugiendum sententiam, & expensas, vel fructuum restitutionem, in quibus condemnandi venirent: Supplicationes desuper signari, ac datas, & consensus parvos hujusmodi extendi faciunt, asserentes, se jam diù illa dimisisse, partes fovente bonum jus, & judices justitiam ministrantes deludendo, quantum in eo est obviare, ac omnem penitùs talia præsumendi occasionem tollere, hâc suâ perpetuò valiturâ sanctione statuit & ordinavit, quòd quoties in antea aliquem, super quovis beneficio Ecclesiastico, ut præfertur, reservato seu affecto, & dictâ auctoritate vel aliàs nulliter collato, tam in dicta Curia, quàm extra eam litigare contigerit, & judici ordinario, seu cui causa desuper commissa fuerit, etiam summariè & extrajudicialiter, quantum sibi pro rei qualitate sufficere parte legitimè citatâ videbitur, constiterit beneficium ipsum in dictis mensibus vacavisse, aut aliàs, ut præfertur, reservatum seu affectum, & nihilominùs ordinariâ, seu aliâ auctoritate nulliter collatâ, & indebitè detentum existere, idem judex reproductâ citatione, fructus, reditus, & proventus beneficiorum sic nulliter collatorum, & indebitè detentorum, sequestrari a mandet & faciat, ac alia exequatur in præmissis necessaria & opportuna. Super quo eidem judici omnem potestatem & auctoritatem impertitus est. Idemq; sanct. sua in causis, nunc in quavis instantia coram eisdem judicibus pendentibus, similiter observari mandavit. Præterea decrevit & declaravit, sic resignantes seu cedentes, & nihilominùs lites hujusmodi prosequent. ne eorum malitia illis prodesse, & fovent ibus bonum jus nocere valeat, ad fructuum, redituum, & proventuum dictorum beneficiorum per eos perceptorum restitutionem, ac expensarum in litibus hujusmodi factarum refectionem, omniaque & singula damna & interesse, in quibus condemnati fuerint, si non cessissent vel resignâssent, per judices, tam ordinariâ, quàm delegatâ, vel aliâ auctoritate fungentes, coram quibus lites ipsas pro tempore pendere seu moveri contigerit, condemnandos fore, & condemnari debere, ac ad id teneri & obligatos esse, ipsosque, ac etiam in dictis beneficiis successores quoscunque, ad paritionem sententiæ, seu sententiarum, ac literarum executorialium pro tempore latæ, seu latarum, & decretarum, à quibus appellare non liceat, ad restitutionem, seu relaxationem possessionis, ac fructuum, reditum, & proventuum, necnon damnorum & interesse hujusmodi refectionem expensarum, ac damnorum, & interesse hujusmodi, perinde ac si contra eosdem successores sententia seu sententiæ latæ, & literæ executoriales hujusmodi decretæ fuissent, cogi & compelli. Sic tamen, quòd postquam alter ipsorum sententiæ, seu sententiis, ac restitutioni, vel relaxationi possessionis, & fructuum, reditum, & proventuum, necnon damnorum & interesse hujusmodi refectioni, aliisque præmissis, realiter & cum effectu paruerit, alter desuper molestari non possit.

Pius Quintus.

Lite pendente fructus & distributiones beneficiorum Ecclesiasticorum fides sequestra debent deponi.

CAP. II.

COrdi nobis est lites minuere, & à laboribus subditos, maximè personas Ecclesiasticas divino cultui deditas, relevare. Sanè, cùm (sicut accepimus) in plerisque cathedralibus & collegiatis Ecclesiis, earum constitutionibus & statutis, etiam à sede Apostolica approbatis & confirmatis cautum sit, quòd occurrentibus litibus & controversiis inter provisos de dignitatibus, officiis, canonicatibus, & præbendis, portionibus, & præstimoniis, cæterisque beneficiis Ecclesiasticis qualitercunq;

a *Sequestrum non debet concedi, nisi jus illud petentis appareat. l. cùm proponas. C. de bon. auth. jud. possid. l. si u à quo. ff. ut in poss. lega. Nam si is, qui petit sequestrum, nul jures habeat, sequestrum non fiet.*

qualificatis, tam ordinariâ, quàm Apostolicâ auctoritate, tam super illorum provisione, seu institutione, aut possessione, quàm illorum idoneitate & habilitate, aut aliàs ex quavis causa, & eorundem ad dignitates, canonicatus, & præbendas, cæteraque beneficia Ecclesiastica prædicta, admissione & receptione, & capitulum, & canonicos, cæterasque capitulares personas, ad quos admissio & receptio, tam de jure, quàm ex consuetudine spectat & pertinet, aut etiam alias personas Ecclesiasticas, asserentes beneficia prædicta ad se de jure spectare, ipsi sic provisi interim beneficiorum hujusmodi fructus ac distributiones non percipiant, sed capitulum & canonici illas, vel in suos usus & utilitatem convertendas, seu restituendas ei, cui de jure restituendæ erunt, recipiant, prout in dictis constitutionibus & statutis, seu consuetudinibus continetur, quo factum est, ut lites hujusmodi immortales efficiantur, nec earum optatus finis videri possit. Hinc est, quòd nos hâc nostrâ perpetuò valiturâ constitutione, auctoritate Apostolicâ, statuimus atque decernimus, quòd fructus, reditus, & proventus, ac distributiones, cæteraque emolumenta, quæ vigore constitutionum, consuetudinum, & statutorum prædictorum à capitulo & canonicis recipienda (ut præmittitur) erant, amplius non ab eisdem capitulo & canonicis recipiantur, sed penes personam fidei & facultatibus idoneam, per judicem, coram quo causæ hujusmodi pendere repertæ fuerint, eligendam & nominandam deponantur, restituenda ei, cui de jure postea restituenda fuerint. Datum Romæ 3. Cal. April. 1568.

TITULUS VIII.

DE INTERDICTO.

Bonifacius VIII.

Propter pecuniarum debitum, civitas, provincia, & loci publici non possunt interdicto supponi.

CAP. I.

PRovidè attendentes, quòd ut frequentiùs, quamvis non sine causa, sine culpa tamen multorum, interdicti sententiæ proferuntur; quòd sibi nonnulli judices, nimis prompti ad proferendas easdem, etiam in negotiis sive causis, quæ plus interdum ex cupiditatis, quàm ex charitatis radice, perspicuis indiciis procedere arguuntur; quodque tempore interdicti divina organa suspenduntur, & laudes Dei, nec Ecclesiastica Sacramenta ministrantur, ut solent, tolluntur mortuis, seu minuuntur suffragia, præsertim per oblationem frequentem hostiæ salutaris, adolescentes & parvuli percipientes rariùs Sacramenta, minùs inflammantur, & consolidantur in fide fidelium, tepescit devotio, hæreses pullulant, & multiplicatur periculum animarum: præsentis constitutionis providemus edicto, ut provincia, civitas, castrum, villa, locus, territorium vel districtus, auctoritate ordinariâ vel delegatâ non supponantur Ecclesiastico interdicto, pro pecuniario debito, vel pro cujusvis monetæ, vel pecuniæ quantitate, sub quacunque occasione, vel causâ, seu quovis quæsito colore, pro eo maximè, quòd ipsorum domini, rectores, seu officiales, quocunque nomine censeantur, aut incolæ seu inhabitatores, quòd singulares personæ ipsorum, statutis vel statuendis, ordinatis vel ordinandis terminis hujus, seu quantitatem non solverint hactenus, aut in antea non persolvent. Nos enim ex nunc decernimus irritum & inane, si secus hactenus contigerit attentari, illudque revocamus omninò.

Leo Decimus ex concordatis Galliæ.

Judices in quacunq; loca, ob pecuniarum debita, interdicti sententiam ferre non debent, nisi Casibus hic expressis urgentibus.

CAP. II.

QUoniam ex indiscreta interdictorum promulgatione, multa consueverunt scandala evenire, statuimus, quòd nulla civitas, oppidum, castrum, villa aut locus Ecclesiastico possit supponi interdicto, nisi ex causâ sive culpa ipsorum locorum, aut domini seu rectores vel officiales ipsorum locorum auctoritate judicis requisiti, hujusmodi personam excommunicatam infra biduum indecum effectu non ejecerint, aut ad satisfaciendum compulerint, qua etiam post biduum resumi possint, quod etiam in pendentibus locum habere decernimus.

Clemens VII.

Pro pecuniario debito, vel cujusvis alterius credita quantitate, non potest judex, ordinariâ vel delegatâ potestate, locum vel populum interdicere.

CAP. III.

LIcèt ea, quæ per Romanum Pontificem pro Christi fidelium animarum salute quotidiè facta fuerunt, plenam obtineant roboris firmitatem, nonnunquam tamen Romanus Pontifex illa libenter approbat, & concedit, ut eò firmius illibata persistant, quò magis suo fuerint præsidio communita. Dudum siquidem fel. rec. Bonifacius Papa VIII. *a* prædecessor noster, libenter providè attendens, quòd ut frequentiùs, quamvis non sine causâ, sine culpa tamen multorum, interdicti sententiæ proferuntur, quodq; erant nonnulli judices nimis prompti ad proferendas easdem, etiam in negotiis sive causis, quæ interdum plùs ex cupiditatis, quàm charitatis radice, perspicuis indiciis procedere arguebantur, quodque interdicti tempore divina organa suspendebantur, & laudes, nec Ecclesiastica Sacramenta ministrabantur, ut solebant, tollebantur mortuis sive minuebantur suffragia, præsertim per oblationem frequentem hostiæ salutatis, adolescentes & parvuli participantes rariùs Sacramenta, minùs inflammabantur & solidabantur in fide, fidelium tepescebat devotio, hæreses pullulabant, & multiplicabantur pericula animarum: constitutionis suæ providit edicto, ut nulla provincia, civitas, castrum, villa, locus, territorium, vel districtus, auctoritate ordinariâ vel delegatâ supponeretur Ecclesiastico interdicto pro pecuniario debito, vel cujusvis monetæ vel pecuniæ, quâcunque occasione vel causâ, seu quovis quæsito colore, pro eo maximè, quòd ipsorum domini, rectores, vel officiales, quocunque nomine censerentur, aut incolæ, seu habitatores, aut singulares personæ ipsorum tunc statutis seu statuendis, ordinatis vel ordinandis terminis hujusmodi debitum, seu quantitatem non solvissent eatenus, aut in antea persolverent, decernens ex tunc irritum & inane, si secus extitisset attentatum, vel contingeret attentari, illudque revocavit omninò. Non obstantibus quibuscunque contractibus, obligationibus, pactis, conventionibus, compositionibus, submissionibus, fidejussionibus, consensibus, processibus, & sententiis tunc desuper habitis & habendis, juramentorum, pœnarum, spiritualium, temporalium, seu mulctarum appositione, vel quâcunque aliâ firmitate vallatis, nisi talis suppositio interdicti eatenus foret facta, vel in antea fieret, de Apostolicæ sedis speciali licentia, & expressa, per ipsius patentes literas apparente. Nos igitur cupientes, ut ea, quæ pro animarum Christi fidelium salute, per prædecessores nostros maturâ deliberatione ordinata & facta fuerunt, perpetuis futuris temporibus firmiùs observentur, motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac potestatis plenitudine, literas prædictas, & in eis contenta, auctoritate Apostolicâ, tenore præsentium approbamus, & innovamus, ac præsentis scripti patrocinio communimus, illaque inviolabiliter observari debere decernimus atque mandamus, ac priori pro cautela, omnia

a Sup. cap. primo.

in eis

in eis contenta, de novo facimus & ordinamus. Romæ Cal. Junii 1559.

TITULUS IX.

DE APPELLATIONIBUS.

Pius II. in Mantuana Synodo.

Appellationes & provocationes à summo Pontifice ad futurum Concilium inanes, schismaticæ & erroneæ sunt.

CAP. I.

EXecrabilis,& pristinis temporibus inauditus,tempestate nostrâ inolevit abusus, ut à Romano Pontifice Jesu Christi Vicario(cui dictum est in persona beati Petri, Pasce oves meas, &, Quodcunq; ligaveris super terram, erit ligatũ & in cœlis) nonnulli spiritu rebellionis imbuti,non sanioris cupiditate judicii,sed commissi evasione peccati,ad futurum Concilium provocare præsumant : quod quantum sacris canonibus adversetur, quantumque Reipubl. Christianæ noxium sit, quisquis non ignarus jurium intelligere potest. Namque (ut alia prætereamus, quæ huic corruptelæ manifestissimè refragantur) quis non illud ridiculum judicaverit, quòd ad id appellatur, quod nusquam est, neque scitur, quando futurum sit ? Pauperes à potentioribus multipliciter opprimuntur,remanent impunita scelera, nutritur adversus primam sedem rebellio, libertas delinquendi conceditur, & omnis Ecclesiastica disciplina, & hierarchicus ordo confunditur. Volentes igitur hoc pestiferum virus à Christi Ecclesia procul pellere,& ovium nobis commissarum saluti consulere, omnemq; materiam scandali ab ovili nostri Salvatoris arcere, de venerabilium fratrum nostrorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium,cunctorumque Prælatorum, ac divini & humani juris interpretum, curiam sequentium, consilio & assensu, ac certâ nostrâ scientiâ, hujusmodi provocationes damnamus, & tanquam erroneas ac detestabiles reprobamus,cassantes,& penitùs annullantes,si quæ hactenus taliter interpositæ reperiantur, easque tanquam inanes ac pestiferas, nullius momenti esse decernimus ac declaramus: præcipientes deinceps,ut nemo audeat quovis quæsito colore, ab ordinationibus, sententiis, sive mandatis quibuscunque nostris, ac successorum nostrorum, talem appellationem interponere, aut interpositæ per alium, adhærere, seu eis quomodolibet uti.

Julius Secundus.

Pii secundi in appellantes à sedis Apostolicæ sententias ad futurum Concilium constitutio confirmatur & interpretatur.

CAP. II.

LIcèt olim fel. record. Pius Papa II. Prædecessor noster, de fratrum suorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, cunctorumque prælatorum, ac divini & humani juris interpretum, Curiam Romanam sequentium, in dicta seu congregatione Mantuana existentium approbatione, maturâ priùs & gravi præmissâ discussione, & de eorundem congregatorum unanimi consilio & assensu, ac ex certa scientia, provocationes ad futurum Concilium efficacissimis & palpabilibus rationibus, tanquam erroneas & detestabiles a damnaverit, ac sub excommunicationis latæ sententiæ & interdicti pœnis præceperit, ne qua persona cujusvis dignitatis, sive etiam universitas, aut collegium, quovis quæsito colore, ab ordinationibus, sententiis seu mandatis quibuscunque, suis ac successorum suorum, appellationem hujusmodi interponere auderet, & contrafacientes unà cum fautoribus suis, & consilium, auxiliumvé præstantibus (sive hi tabelliones essent, sive testes, sive advocati, sive alii quicunque) non solùm pœnis & censuris prædictis,sed etiam iis, quæ læsæ majestatis & hæreticæ pravitatis reis imponuntur, obnoxius esse statuerit. Leonardus tamen Lauredanus Dux, Rogati, ac generale Concilium, & commune Venetiarum, omnesque & singuli patritii, & cives communis ejusdem, unà cum provisoribus, potestatibus, commissariis & reliquis officialibus suis (quorum auctoritate, industriâ, consilio,operâ, aut favore, civitates, oppida, castra & arces, ad nos & sanctam Romanam Ecclesiam legitimè pertinentes, occupatæ fuerant,aut detinebantur) de fratrum nostrorum consilio, à nobis requisiti & moniti,ut intra certum terminum, sub pœnis tunc expressis, nos & sanctam Apostolicam sedem plenè & omni ex parte, in concessa sibi auctoritate & libertate, cum obedientia recognoscerent & reintegrarent, ac Ravennam, Serviam, Ariminum, Faventiam, Sarsinam civitates, cum oppidis, castris, terris,& districtu ipsarum,cumque Cesenaten. Forlivien. ac Immolen. territoriis, castris, oppidis, terris, & locis, quæ occupabant, integrè & expeditè, nobis & dictæ Romanæ Ecclesiæ, cujus juris esse noscebantur, relaxarent, atque inde recederent, nec impedirent, quò minùs illorum cives & habitatores ad piæ matris suæ Romanæ Ecclesiæ obedientiam reverterentur: omnes eorum fautores ab auxilii in talibus præstatione deterrendo, ita quòd requisitioni, monitioni & mandato nostro hujusmodi non parentes, majoris excommunicationis sententiâ, de simili consilio, eo ipso innodati censerentur, à qua, præterquam in mortis articulo constituti, per alium, quàm per Romanum Pontificem,etiam prætextu cujuscunque facultatis, cuicunque pro tempore concessæ, absolvi non possent (quam quidem excommunicationis sententiam, in hujusmodi non paritionis eventum, iteratis etiam vicibus aggravavimus) paternis monitis & salutaribus jussis obsequi, prout debebant, indebitè recusantes, seu qui juri proprio diffidunt, & superioris mandata contumaciter obaudiunt, ut quæ minùs justè usurpârunt, indebitè, etiam cum animarum suarum detrimento, retineant : ad prohibitum atque damnatum remedium confugientes, à requisitione, monitione & mandato,ac sententiis, censuris,& pœnis prædictis, nullâ constitutionis Pii prædecessoris, hoc expresse vetantis, habitâ ratione, ad futurum concilium temerè (ut accepimus) provocârunt : prout etiam perditionis filii, quondam Joannes Bentivolus, & ejus nati, cùm eos à tyrannica oppressione dilectæ civitatis nostræ Bononiæ expellere decrevimus, damnabiliter feciſſe dicuntur: videlicet ad futurum Concil. prædictum appellâsse & provocâsse. Nos igitur quàm detestanda sit eorum perversitas attendentes,qui propriis innixi commodis,& nefariis cupiditatibus mancipati, salubria decreta Patrum, & superiorum jussa spernentes, inconsutilem Christi tunicam scindere, aut etiam scissionis causam præbere contendunt, & Ecclesiæ unitatem dividere,prædictæ S. sedis Apostol. principatum tollere,& contra tot sanctorum Patrum, & sacrorum Concil. decreta, temerè & damnabiliter, magnâ audaciâ venire non erubescunt, & contrafacere non verentur: asserentes inter cætera, consulentes, persuadentes, determinantes, seu determinationi hujusmodi interessentes, solâ consilii præstatione seu persuasione, deliberatione aut determinatione, quòd aliquibus casibus à Rom. Pont. seu ejus sententia vel decreto, ad futurum Concil. generale appellari possit, dictâ Pii prædecessoris constitutione non ligari, nisi in ipsa actuali appellatione, & illius interpositione, vel scripturæ compositione, se immiscuerint : ne de cætero tali assertione se excusare, ac tale quid in posterum præsumere impunè valeant, opportunam tam immani & periculoso morbo medelam adhibere volentes, hâc generali & in perpetuum valiturâ constitutione, ex certa nostra scientia, & potestatis plenitudine, de venerabil.

a *Proximo c. sup. execrabilis, de appellationibus.*

fratrum nostrorum sanctæ Roman. Eccles. Cardinalium consilio promulgatâ, sancimus, constitutionem Pii prædecessoris præfatam, tam citra quàm ultra montes, & in ultramontanis partibus, quoad omnes, tam Ecclesiasticas quàm seculares personas, etiam regali dignitate ac Cardinalatûs honore fulgentes, capitula, universitates, communitates, & collegia, congregationes & synodos, ac parlamenta, valuisse, valere, & perpetuo valitura declaramus, cum suppletione solennitatis cujuslibet, etiam publicationis omissæ, (cujus in illa edenda vel publicanda defectus prætendi posset, quæ juxta illam fieri requirebatur) eamque ex præterito nunc & in posterum inviolabiliter observari mandamus, ipsius violatores, cujuscunque dignitatis existant, pœnis & censuris in eadem expressis, quocunque tempore subjacere statuentes, contrariâ consuetudine, seu potiùs corruptelâ, non obstante: Decernentes & declarantes ultra pœnas impositas (quas ipso facto dictos violatores & contravenientes incurrere volumus) ipsos & eorum quemlibet, pro veris & indubitatis schismaticis, & inconsutilis tunicæ Domini nostri Jesu Christi violatoribus & dissipatoribus, ac de catholica fide malè sentientibus, habendos & reputandos, pœnisque canonicis & legalibus contra tales impositis subjacere, & cum Dathan & Abiram partem & damnationem habere, ipsasque etiam pœnas & earum quamlibet omnes illos incurrere volumus, cujuscunque conditionis existant, & gradûs prærogativâ fulgeant, qui in senatu, consiliis, parlamentis, congregationibus, etiam Synodalibus & provincialibus, vel alias quomodolibet, tacitè vel expressè, voce vel scripto, per se vel alium (cujuscunque timoris vel reverentiæ) velamine, vel prætensâ excusatione, & superioris mandato, non obstantibus) decreverint, seu deliberaverint, vel aliorum dicta approbaverint, ut ad futurum universale Concil. à nobis vel successoribus nostris Rom. Pontificibus contra prædictam constitutionem appellare liceat, possit vel debeat: dictas pœnas ad ipsos eorum quemlibet contravenientem in præmissis, tenore præsentium extendentes, & locum habere declarantes, omni ambiguitate cessante. Et nihilominùs provocationes & appellationes, tam per Leonard. Ducem, Rogatos, consilium & commune Venetiarum, factas hujusmodi, quàm per quoscunque alios prædictos pro tempore faciendas, & inde secuta quæcunque (utpote contra Pii prædictam ac præsentem constitutionem attentas) nullas, prout sunt, & invalidas, nullius que roboris vel momenti fuisse, & pro tempore fore, authoritate, scientiâ & potestate similibus, statuimus, decernimus, & declaramus: ac pro potiori cautela, cassamus & annullamus. Et ultra supradictas pœnas (quas contra constitutionis hujusmodi violatores in suo robore permanere decernimus) loca quæcunque, ad quæ violatores ipsos declinare, & in quibus scienter stare permixti contigerit, Ecclesiastico supponimus interdicto: decernentes illud, quamdiu ipsi violatores inibi scienter steterint, ut præfertur, & per triduum post eorum inde discessum, firmiter observari. Romæ 9. Cal. Julii. 1569.

Pius Quintus.

Appellationes in causis criminalibus infra sex menses expedire debent, ne hinc diuturna pœna mora, delictorum impunitas exoriatur.

CAP. III.

CUm remedium appellationis, contra judicum injuriam à legibus introductum, minimè tollere intendamus, saltem cùm eo homines abuti, & illud in calumniam versum prospiciamus, illius tempus limitandum & restringendum duximus, ut eò magis hominum malitiis occurratur, & bene vivere volentium quieti & securitati consulatur. Hâc igitur perpetuò valiturâ constitutione decernimus, ut latâ in causis criminalibus sententiâ, continente pœnam pecuniariam fisco nostro applicandam, appellantes ab ea (in casibus tamen, quibus aliàs de jure communi permissa est appellatio, & servatis iis, quæ ex forma constitutionum Apostolicarum circa depositum faciendum, seu cautionem præstandam sunt servanda) teneantur infra sex menses, à die ipsius interpositæ appellationis computandos, ita coram judice appellationis causam suam prosequi, ut etiam expeditionem reportent, quibus elapsis, & expeditione coram judice à quo non reproductâ, teneatur præfatus judex à quo, ad quamcunque fisci instantiam, etiam si acta fuerint transportata, sententiam præfatam debitæ executioni, omni morâ postpositâ, demandare, ita ut effectualis incameratio subsequatur. Verùm ne malitiâ judicis jus litigatorum efficiatur deterius, ut virtute sanctæ obedientiæ, ac indignationis nostræ, ac privationis officiorum, etiam si illa ex causa onerosa obtineant, ac refectionis omnium damnorum & interesse, quibuscunque judicibus totius status nostri Ecclesiastici, quâcunque dignitate & præeminentiâ fulgentibus, etiam si legati, vicelegati, ac provinciarum gubernatores existant, committimus & mandamus, ut appellantibus sine mora acta & processus quoscunq; effectualiter tradi curent & faciant, & ipsi judices ad quos respectivè, bonâ fide, & omni versutiâ semotâ, ad causarum legitimam expeditionem procedant: scituri nos acriter vindicaturos, si per eorum quempiam in præmissis fuerit appellantibus ipsis præjudicium generatum. Dat. Rom. 16. Octobr. 1571.

Pius Quartus, ex decretis reformationis signaturæ justitiæ.

Ab excessu taxæ semel appellandum.

CAP. IV.

SAncimus, quòd ab excessiva taxatione expensarum semel tantùm appellatio committatur, & duæ sententiæ habeant vim trium. Dat. Rom. Cal. Jan. 1562.

Idem, ex reformat. Rotæ Apostolicæ sanctionibus.

A fructuum liquidatione unica conceditur appellatio.

CAP. V.

ALiquidatione fructuum & expensarum taxatione, semel tantùm appellare licet, ita quòd duæ conformes rem judicatam faciant.

Idem.

A decretis ordinariorum ante sententiam diffinitivam, & ubi agitur de morum & disciplinæ Ecclesiasticæ reparatione, appellatio prohibetur.

CAP. VI.

EPiscopis, Archiepiscopis, Primatibus, & Patriarchis residentibus, ultra privilegia & indulta eis, per quoscunque Rom. Pontifices decessores nostros, ac sedem Apostolicam & generalia Concilia, & Cancellariæ Apostolicæ regulas concessa, quæ in suo robore permanere volumus, tanquam à dicta sede delegati, in quibuscunq; civilibus, criminalibus vel mistis causis, contra quoscunque clericos, seculares, particulares, ac etiam extra eorum monasteria seu regularia loca degentes regulares, quomodolibet exemptos, auctoritate nostrâ procedere, & causas ipsas cognoscere, fineque debito terminare, ac quicquid terminaverint, exequi & observari facere, ipsosque exemptos pro tempore delinquentes, juxta eorum excessus & delicta punire, corrigere, & omnem jurisdictionem in eos exercere, omniaq; alia & singula in præmissis, & circa quomodolibet necessaria & opportuna, quæ nosmet facere, exercere, & exequi possemus, in omnibus & per omnia facere, exercere, & exequi liberè & licitè valeant, plenam & liberam licentiam ac facultatem auctoritate & tenore prædictis concedimus & indulgemus,

gemus, decernentes ab eorum ordinationibus, interlocutionibus & decretis, ante diffinitivam sententiam, vel vim diffinitivæ habentem, & ubi agetur de morum correctione a, nullatenus, etiam ad nos & sedem Apostolicam appellari posse: & nihilominùs per appellationes quascunque, contra præsentium tenorem quomodolibet interpositas, minimè causas devolvi, aut etiam per quascunque inhibitiones, etiam cum quibuscunque censuris & pœnis, eis à quibuscunque judicibus ordinariis vel delegatis forsan faciendas, illarum ulteriorem cognitionem & expeditionem, & ubi de morum correctione agetur, etiam legitimam executionem minimè impediri, aut censuris & pœnis hujusmodi ligari aut irretiri cepsere. Rom. prid. Non. Septembr. 1560.

Julius Secundus, Thesaurario Marchiæ Anconitanæ.

Appellationum suffragia propensiores reddunt ad lites faciendas animos & flagitia audenda, ex eo sententia prorogantur, & indecisa remanent, adeo non admittuntur in causis maleficiorum, nisi depositâ pecuniaria multa summâ.

CAP. VII.

ACcepimus fisco Cameræ Apostolicæ, istius nostræ provinciæ, damnum non leve inferri, delictaque impunita remanere, ex prætextu appellationum, quæ in maleficiorum b causis, tum ante condemnationem, tum pòst, interponuntur: propter quas, cùm aut ad urbem, aut aliò causæ ipsæ transferuntur, indecisæ, & minus pro ipso fisco defensæ remanent. Quamobrem volentes damno & impunitati prædictis occurrere, tibi committimus & mandamus, ut nullum in aliqua causa alicujus maleficii, aut fractæ pacis, induciarum, vel treugæ (etiam si de nova causa, aut de habendo recursum diceret) appellationem admittas, aut admitti sinas per aliquem judicem vel officialem, nisi priùs effectuale depositum penes te fecerint, de pœna, in qua appellans condemnatus fuerit, aut veniret condemnandus, prout in constitutionibus provincialibus, & aliis prædecessorum nostrorum, & nostris literis (ad quas relationem haberi volumus) plenius continetur. Inhibentes etiam præsentibus, Gubernatoribus, Vicelegati, Locumtenentibus, & aliis quibuscunque officialibus ipsius provinciæ, quocunque nomine nuncupatis, ut appellationem aliquam, in dictis causis admittere nullo modo audeant vel præsumant, nisi per te eis priùs constiterit de effectuali depositu, ut præmittitur facto. Rom. 16. Jun. 1506.

TITULUS X.

DE DILATIONIBUS, ET CESSIONIBUS bonorum.

Clemens VII.

Cessionis sive discussionis bonorum beneficium impetrantes, aut dilationem quinquennalem, tenentur causam infra tres menses expedire.

CAP. I.

CUm ex multorũ relatione non sine animi nostri displicentia acceperit, quòd nonnulli, Dei timore postposito, & suarum animarum & honoris proprii immemores, post magnum as aliemum contractum, etsi non sufficientia pro satisfaciendis creditoribus habeant, tamen ad eos illudendos, ac laboribus & expensis defatigandos, alii beneficium alternativum, cessionis videlicet bonorum aut dilationis quinquennalis, alii discussionem bonorum aut hæreditatis, etiam à sede Apostol. impetrant, quib. impetratis ad expeditionem earundem minimè incumbunt, & dictis gratiis se tutos cognoscentes, & difficile reputantes, quòd vel creditores conveniant in eligendo, vel bonorum hæreditatis discussio fiat, pauperes creditores eorum credito vel deluduntur, vel adeò protrahuntur, ut ipsi fame pereant, vel, ut sæpiùs evenire solet, moriantur, & hæredes eorum, non ita de materia informati, à credito eorum penitùs excludantur. Nos talibus inconvenientiis obviare volentes, motu proprio, & ex certa nostra scientia, tenore præsentium decernimus & declaramus, quòd quicunque beneficium alternativæ prædictum, aut discussionem bonorum, seu hæreditatis, hactenus impetrârunt, à die publicationis præsentium, & qui in futurum impetrabunt, à die eorum impetrationis computandis, nisi infra tres menses usque ad sententiam inclusivè causam expediverint, seu expediti fecerint, dictis gratiis seu beneficiis ipso jure privati existant, & judices eorum, quibus tales causas ventilare contiget, sive ordinarii, sive delegati, etiam si sint causarum palatii Apostolici auditores, aut S. R. E. Cardinales, ad totalem executionem contra ipsos debitores, ad instantiam cujusliber creditoris, procedere possint & debeant, perinde ac si talia beneficia ipsis talibus debitoribus minimè concessa fuissent; partibus aliàs justitiam ministrando. Et nihilominùs, si ex aliqua rationabili causa judicibus prædictis visum fuerit, dictum terminum trium mensium prorogari debere, dictum terminum sibi benè visum, non tamen ultra alium mensem, & non amplius, prorogandi licentiam per præsentes concedimus pariter & facultatem.

Idem.

Extensio præcedentis decreti ad discutiendas cavillationes suffragatorum beneficii c. Odoardus, &c. pervenit.

CAP. II.

CUm nuper ad amputandum cavillationes eorum, qui ad fraudandum creditores, & diutiùs prorogandum debita, alternativas & discussiones bonorum à sede Apostolica impetraverint, ut exinde ea longissimo tempore durante nullatenus solvere teneantur, nos per motum proprium, manu venerabilis fratris nostri Antonii de Monte Episcopi Portuensis mandaverimus, ut ii, qui talia impetraverant, extunc, qui verò talia in futurum impetrarent, à die impetrationis hujusmodi, infra tres menses causam expedire tenerentur, cum potestate dictis judicibus attributa, trimestre prædictum, si eis videretur, ad unum mensem prorogandi, quibus elapsis, & causâ minimè finitâ, extunc judex, coram quo causa penderet, ad executionem contra debitores, perinde ac si tales concessiones minimè impetrassent, procedere debeant, aliaque faciant, prout in dicto motu proprio, cujus tenorem haberi volumus pro inserto, plenius continetur. Verùm quia, quod unâ viâ prohibuimus, aliâ cavillosi debitores prædicti consequuntur: alii capitulum Odoardus, alii beneficium capituli, pervenit. à prædicta sede Apostolica impetrantes, quæ beneficia nullatenus expedire curant, in maximum pauperum creditorum damnum, animæ suæ periculum, ac scandalum plurimorum. Talibus igitur inconvenientiis providere volentes, dictumque mandatum, etiam ad prædicta beneficia ampliantes & extendentes, decernimus & mandamus, quòd quicunque aliquod dictorum beneficiorum, si capitulum Odoardus. & capit. Pervenit. à nobis, seu sede Apostolica hactenus impetraverint, aut in posterum impetrabunt, extunc, aut à die impetrationis respectivè, infra tres menses, cum potestate prorogandi ad alium mensem, juxta & secundùm formam dicti prioris mandati, causam ipsam omninò expediti facere teneantur.

a C. irrefragabili. de offic. ord. c. ad nostram. & c. reprehensibilis. in fin. eod. Specul. eod. tit. §. unquam. vers. à correctione. b Nullus homicidarum, venefcorum, maleficorum, adulterorum, item& eorum, qui manifestam violentiam commiserunt, argumentis convictus, testibus superatus, etiam voce propriâ scelus, reumq; confessus, audiatur appellans. l. 2. quorum appellatio non recip. c. fin. 4. nullus. 2. q. 6.

Pius Quartus.

Gravibus dolis, quos meditantur, qui alternativas & dilationes in fraudem creditorum petunt, pœnâ occurritur.

CAP. III.

CUpientes mercatoribus & aliis personis, tam almæ urbis nostræ civibus, quàm forensibus in ipsa urbe, cum quibusvis personis contrahendi omnem possibilem securitatem concedere, & omnem viam, ac etiam omnes dilationes, per quas mercatorum & aliarum personarum debitores, à debitorum solutione subterfugere, seu se quoquo modo subtrahere, & creditores eorum creditis defraudare, aut supplantare possent, de medio tollere, ac remedium opportunum, præmissa ne fiant, adhibere, & ut debitores ipsi à præmissis, si non Dei omnipotentis, saltem humanæ ignominiæ timore abstineant, & sic eorundem mercatorum & personarum firmitati providere volentes, & considerantes motum proprium à fel. rec. Paulo Papa IV. prædecessore nostro, quòd ex tunc de extero alternativæ, significationes, & dilationes quæcunque, nisi juxta juris dispositionem, ac formam statutorum ipsius urbis, concedi nullatenus possent, & qui illas obtinuissent, & extunc in futurum obtinerent, semper birretum viride portare tenerentur, emanatum, circa ipsorum debitorum malitiam, seu malos homines, non sufficere, cùm ipsum birretum viride, nisi postquam ad alternativam vel alias dilationes admissi fuerint, portare non teneantur, & sic beneficio temporis, in grave creditorum præjudicium & jacturam, gaudeant. Nos igitur motu simili, &c. per præsentes perpetuò statuimus & ordinamus, quòd de extero, quicunque debitores, seu in forma Cameræ, aut aliàs quomodolibet obligati, quamcunque alternativam significationem, vel aliam quamcunque dilationem, etiam secundùm capitulum *a* Pervenit, vel Odoardus, seu inhibitionem aliquam à Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ auditore, seu ejus locum tenente, aut almæ urbis Vicario, vel Gubernatore, vel Senatore, seu aliis ipsius urbis judicibus, etiam commissariis, aut etiam carcerum urbis visitatoribus, petere non possit, nisi se priùs coram illis dictum birretum viride gestando præsentaverint, & ipsum birretum viride publicè & secretè, sub suffragatione per urbem pro prima vice, & triremium pro secunda, quâ fine dicto birreto reperti fuerint, deferre, per se, vel suos legitimos procuratores, ipsis absentibus, promiserint, & medio juramento affirmaverint, ac aliter à prædictis, & aliis quibusvis judicibus, etiam vigore specialis commissionis, nostrâ aut successorum nostrorum manu signatæ vel signandæ, obtentæ & obtinendæ, alternativæ, & significationes, aut dilationes quæcunque etiam secundùm juris formam nullæ sint, & ipsis debitoribus, etiamsi clerici existant, nullatenus suffragentur.

Pius V.

Fraudulenti & dolosi decoctores, luxu & imprudentiâ rem alienam dilapidantes, pro furibus & latronibus imponè grassantibus haberi debent, & ideò pœnâ ultimi supplicii plectuntur.

CAP. IV.

POstquam eò usque humana processit intemperantia, ut Christi fideles, qui in sacri Baptismatis susceptione, Diabolo, & omnibus vanitatibus ejus, sponte ac solenniter renunciârunt, diabolicâ fraude seducti, ita mundi hujus illecebras expetant, ut pro illis assequendis, non modò filii prodigi in Evangelio per Dominum demonstrati exempla sequentes, sua luxuriosè vivendo profundant, verùm etiã illis absumptis, aliena appetant, grande æs alienum à proximis suis, qui id eis, prout mutuum fert hominum commercium, sub variis instrumentorum obligationibus liberaliter mutuant, extorquendo, ac deinde, cùm id eis sub paupertatis specie restituere negligunt, proximos suos unà cum tota familia aliquando mendicare cogunt: facere nullo modo possumus, quin & pastoralis officii debito, cui disponente Domino præsidemus, moniti, & eã, quâ Christus prior dilexit nos, charitate impulsi, clementiæ & misericordiæ rejectis viis, justitiam & judicium in tales acriter insurgendo assumamus, jurisque rigorem acriorem reddamus, ut saltem per hoc eos, quos timor Domini à malo non retrahit, ultimi supplicii pœna exterreat, sicque universæ Dominici gregis oves ad ovile, ad quod (dante Domino) omnes dirigi cupimus, salubre perducamus. Sanè licet aliàs fel. rec. Paulus Papa IV. prædecessor noster, inter cætera dilectis filiis populo Romano concessa privilegia, per quasdam suas literas voluerat, quòd dilationes quæcunq; nisi juxta dispositionem juris, ac formam statutorum almæ urbis, concedi nullatenus possent, & qui illas obtinerent, semper birretum viride portare tenerentur, ac aliàs, prout in dictis literis plenius continetur: nihilominùs diversi iniquitatis filii, præmissis non attentis, propriâque temeritate confisi, postquam propriis eorum bonis, non adversâ fortunâ aut fortuitis casibus, sive hostium incursu, vel ventorum, marisque violentiâ atq; injuriâ (quod quidem vel certè ferendum esset) cùm ab iis facilè cavere nequeat humana providentia, sed suâ ipsorummet incuriâ, negligentiâ, prodigalitate, atq; luxu in explendis propriis voluptatibus, penitùs dilapidatis, proximos suos, ad varia eorũ bona sibi mutuanda, sub spe restitutionis compulerunt, similiter illis profusis creditores suos cessione bonorum deludentes, ac tam literas præfatas, quàm alia, per nos, contra hujusmodi decoctores, fallitos nuncupatos edita statuta deridere audent, in grave Apostolicæ auctoritatis vilipendium, proximorum suorum detrimentum & gravamen, ac animæ suæ periculum non modicum. Nos præmissa conniventibus oculis pertransire nequeuntes, & attentè considerantes, nullâ aliâ de causâ in fures ultimi supplicii pœnam esse impositam, nisi ut talia perpetrandi hominibus viâ interclusâ, liberum esset unicuique sua absque periculo possidere & uti, hos autem adeò furibus & latronibus similes esse, ut ab illis in nihilo differant, nisi ut, quod ab eis non nisi cum vitæ suæ periculo agitur, hoc decoctoribus impunè liceat, volentesq; propterea, ut par, imò gravius delictum, parem etiam sortiatur pœnam, jurisq; rigorem in hos graviorem reddere, ac genus hoc hominum, tanquam humano generi infestum, à cæterorum cœtu segregandum merito esse dijudicantes, omnium & singularũ legum & constitutionum, tam imperialium quàm Apostolicarum, etiam in corpore juris descriptarum tenores & formas, ac si de verbo ad verbum inserti forent, præsentibus, pro expressis habentes, sine illarum aliquo præjudicio, quinimò illas revalidantes & confirmantes, motu proprio, hâc nostrâ perpetuò valiturâ constitutione sancimus, statuimus, & declaramus, quòd deinceps perpetuis futuris temporibus, quæcunque persona, tam secularis, quàm Ecclesiastica, etiam si clericali & Ecclesiastico foro gaudeat, cujuscunq; status, gradûs, ordinis, & conditionis existat, & quâcunq; dignitate, tam mundanâ, etiã Domicellus, Comes, aut aliter nobilis aliquando fuerit, quàm Ecclesiasticâ, non tamen Episcopali, præfulgeat, qui omnem eorum substantiam, non præmissis casibus fortuitis, sed incuriâ, negligentiâ, prodigalitate, & luxu suis, proprias voluptates explendo, & cupiditatibus non mediocri intemperantiâ servientes, subverterint & dilapidaverint, necnon, qui se bona sua decoxisse simulantes, illa in fraudem creditorum suorum occultant, & eorum pecuniam totam in eorum utilitatem forsan converterint, ut eorum creditores ad secum componendum faciliùs alliciant, pœnâ ultimi supplicii, & eâ, quâ fures ipsi de jure vel consuetudine, aut particulari vel municipali

a Hæc duo cap. habentur lib. 3. decret. tit. 22. de fidejussoribus, & tit. 23. de solutionibus.

nicipali statuto plecti solent, puniri debeant. Mandantes tam urbis præfatæ Gubernatori, & Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ generali auditori, quàm omnibus & singulis nostris & sedis Apostolicæ, in quibuscunque provinciis, legatis & vicelegatis, necnon quarumcunque civitatum, terrarum, oppidorum, & locorum, nobis & eidem sedi tam mediatè quàm immediatè subjectorum Gubernatoribus, Prætoribus, Capitaneis, Commissariis, & aliis quibuscunque judicibus, quâvis etiam subdelegatâ potestate fungentibus, ut præsentes nostras inviolabiliter in eorum judiciis observent, nec contra tales, nisi illarum formâ servatâ, procedere audeant vel præsumant. Districtiùs quoque inhibentes quibuscunque terrarum, oppidorum & locorum dominis in temporalibus, in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub excommunicationis, &c. pœnis, ne sic in præmissis judicantes eorum seculari auctoritate molestare, inquietare, perturbare, vel impedire audeant vel præsumant.

TITULUS XI.

DE CAMBIIS.

Pius Quintus.

Commutationis rerum ad res, sive pecuniæ ad pecuniam, quam Cambium mercaturam vulgus vocat, prohibitio illicitæ, & declaratio concessæ.

CAP. I.

IN eam pro nostro pastorali officio curam diligenter incumbimus, ut Domini nostri ovibus opportuna pro animarum salute remedia adhibere minimè differamus. Cùm itaque ad aures nostras pervenerit, legitimum *a* cambiorum usum, quem necessitas, publicaque utilitas induxit, fœnumerò ob illiciti quæstûs cupiditatem, sic depravari, ut sub illius prætextu, usuraria pravitas à nonnullis exerceatur: Nos petitionibus, quæ super his nuper nobis factæ sunt, hâc perpetuò valiturâ decretali respondendum esse duximus, ut neque dolosis sua fraus suffragetur, neq; ignotos perdat insciția: sic enim pastoris officium exequimur, dum gregem nobis commissum ab æternæ damnationis periculo eripere modis omnibus studemus. Primùm igitur damnamus ea omnia cambia, quæ sicca nominantur, & ita confinguntur, ut contrahentes ad certas nundinas, seu ad alia loca cambia celebrare simulant, ad quæ loca ii, qui pecuniam recipiunt, literas quidem suas cambii tradunt, sed non mittuntur, vel ita mittuntur, ut transacto tempore, unde processerant, inanes referantur, aut etiam nullis hujusmodi literis traditis, pecunia ibi denique cum interesse reposcitur, ubi contractus fuerat celebratus: nam inter dantes & recipientes usq; à principio ita convenerat, vel certè talis intentio erat, neq; quisquam est, qui in nundinis, aut locis supradictis, hujusmodi literis receptis solutionem faciat. Cui malo simile etiam illud est, cùm pecuniæ, sive depositi, sive alio nomine ficti cambii traduntur, ut postea eodem in loco, vel alibi cum lucro restituantur. Sed & in ipsis cambiis, quæ realia appellantur, interdum (ut ad nos perfertur) Campsores præstitutum solutionis terminum, lucro ex tacita vel expressa conventione recepto, seu etiam tantummodò promisso, differunt. Quæ omnia nos usuraria esse declaramus, & ne fiant districtiùs prohibemus. Porrò ad tollendas quoque in cambiis, quantum cum Deo possumus, occasiones peccandi, fraudesque fœneratorum, statuimus, ne deinceps quisquam audeat, sive à principio, sive aliàs, certum & determinatum interesse, etiam in casum non solutionis, pacisci, neque realia cambia aliter, quàm pro primis nundinis, ubi illæ celebrantur, ubi verò non celebrantur, pro primis terminis juxta receptum locorum usum exercere, abusu illo prorsus rejecto, cambia pro secundis & deinceps nundinis, sive terminis exercendi. Curandum autem erit in terminis, ut ratio habeatur longinquitatis & vicinitatis locorum, in quibus solutio destinatur, ne dum longiores præfiguntur, quàm loca destinatæ solutionis desiderant, fœnerandi detur occasio. Quicunq; contra hanc nostram constitutionem commiserit, pœnis, à sacris canonibus contra usurarios inflictis, se noverit subjacere. Eos verò, qui conspirationes fecerint, vel congestam undiq; pecuniam ita ad se redigerint, ut quasi monopolium pecuniæ facere videbuntur, pœnis, quæ à jure contra exercentes monopolia constitutæ sunt, teneri sancimus. Rom. 5. Cal. Febr. 1575.

a De cambiis & cambiorum institutis ac abusibus vide Ant. 2. part. tit. 1. c. 7. §. 47. de Laur. de Radulph. de usuris. c. consuluit. p. 2. q. 26. Ang. Sylv. Tab. Cajet. tract. de camb. Soto de just. & jure. l. 6. q. 2. art. 1. Navar. c. 17. Joseph. Angiez de camb.

TITULUS XII.

DE FORMA CONTRAHENDI censum.

Pius Quintus.

Census est res immobilis fructifera in pecunia numerata contractus, nec super fructibus census augeri vel creari potest, cujus pretium semel constitutum immobile permanet.

CAP. I.

CUm onus Apostolicæ servitutis obeuntes, cognoverimus, innumeros celebratos fuisse, & indies celebrari censuum contractus, qui nedum non continentur intra limites, à nostris antecessorib. eisdem contractibus statutos, verùm etiam, quod deterius est, contrariis omninò pactionibus, propterea ardentem avaritiæ stimulum, legum, etiam divinarum manifestum contemptum præ se ferunt, animarum, prout tenemur, saluti consulentes, ac piarum mentium petitionibus etiam satisfacientes, tam gravi morbo, lethiferoque veneno, salutari antidoto non mederi.

Hâc igitur nostrâ constitutione statuimus *a*, censum seu annuum reditum creari, constituivé nullo modo posse, nisi in re immobili, aut quæ pro immobili habeatur, de sui natura fructifera, & quæ nominatim certis finibus designata sit.

Rursum nisi verè in pecunia numerata, præsentibus testibus, ac Notario, & in actu celebrationis instrumenti, non autem priùs recepto integro, justoque pretio.

Solutiones quas vulgò anticipatas appellant, fieri, aut in pactum deduci prohibemus.

Conventiones, directè aut indirectè obligantes ad casus fortuitos eum, qui aliàs ex natura contractûs non tenetur, nullo modo valere volumus.

Quemadmodum nec pactum, auferens aut restringens facultatem alienandi rem censui suppositam, quia volumus rem ipsam semper, & libere, ac sine solutione laudemii, seu quinquagesimæ, aut alterius quantitatis vel rei, tam inter vivos, quàm in ultima voluntate alienari.

Ubi autem vendenda sit, volumus dominum censûs aliis omnibus præferri, eique denunciari conditiones, quibus vendenda sit, & per mensem expectari.

Pacta contraentia, morosum censûs debitorem teneri ad interesse lucri cessantis, vel ad cambium, seu certas expensas aut certa salaria, aut ad salaria, seu expensas me-

a Censûs variæ significationes explicantur apud Cassiodor. lib. 3. variar. epist. penult. & l. 2. §. post deinde. ff. de origine jur. Theophil. in §. ult. instit. de Libertinis. quamodo verò differat à pensione emphyteutica, & aliis similibus, habes ex gloss. & Pan. in cap. constitutus. de religiosis domibus. & Bal. in tit. de pace Const. in verb. persolvere.

dio juramento creditoris liquidandas, aut rem censui sub jectam, sive aliquam ejus partem amittere, aut aliud jus ex eodem contractu sive aliunde acquisitum perdere, aut in aliquam pœnam cadere, ex toto irrita sint & nulla.

Imò & censum augeri, & novum creari super eadem vel alia re, in favorem ejusdem, aut personæ per eum suppositæ, pro censibus temporis vel præteriti vel futuri, omninò prohibemus.

Sicut etiam annullamus pacta continentia solutiones onerum ad eum spectare, ad quem aliàs de jure, & ex natura contractûs non spectarent.

Postremò census omnes in futurum creandos, non solùm re in totum vel pro parte perempta, aut infructuosa in totum vel pro parte effecta, volumus ad ratam perire, sed etiam posse pro eodem pretio extingui: Non obstante longissimi etiam temporis, ac immemorabili, imò centum & plurium annorum præscriptione, non obstantibus aliquibus pactis, directè aut indirectè talem facultatem auferentibus, quibuscunque verbis aut clausulis concepta sint.

Cùm verò traditione pretii reditus extinguendus erit, volumus per bimestre ante id denuntiari ei, cui pretium dandum erit, & post denuntiationem, intra annum tamen, etiam ab invito, pretium repeti posse, & ubi pretium nec volens intra annum exigat, volumus nihilominùs quandocunque reditum extingui posse, præviâ tamen semper denunciatione, de qua suprà, & non obstantibus his, de quibus suprà: idq; observari mandamus, etiam quod pluries ac pluries denunciatum fuisset, nec unquam effectus secutus fuisset.

Facta etiam continentia pretium censûs extra casum prædictum ab invito, aut ob pœnam, aut ob aliam causam repeti posse, omninò prohibemus.

Contractusque sub alia forma posthac celebrandos foeneratitios judicamus.

Et ita illis propterea non obstantibus, quicquid vel expressè vel tacitè contra hæc nostra mandata dari, remitti aut dimitti contingat, à fisco volumus posse vendicari. Hanc autem salutiferam sanctionem, nedum in censu noviter creando, verùm etiam in creato quocunque tempore alienando, modò post publicationem constitutionis creatus sit, perpetuò & in omnibus servari volumus.

Declarantes pretium semel censui constitutum, nunquam posse ob temporum, aut contrahentium qualitatem, seu aliud accidens, nec quoad ultimò contrahentes, minui vel augeri.

Et licèt legem ipsam ad contractus jam celebratos non extendamus, illos tamen omnes, in quos sub alia forma pervenerunt census, hortamur in Domino, ut singulos contractus, censuræ bonorum religiosorum subjiciant, & animarum saluti consulant. Rom. 14. Calend. Feb. 1568.

TITULUS XIII.

DE TESTAMENTIS ET ULTIMIS VOLUNTATIBUS.

Paulus Tertius.

Piis locis, quæ testandi facultatem non habent Prælati, jure legata vel donationes decimam tantùm partem bonorum relinquere possunt.

CAP. I.

ROmanus Pontifex, qui ex assueta sedis Apostolicæ benignitate in favorem Ecclesiarum, hospitalium, & aliorum piorum locorum diversa privilegia concedere consuevit, si processu temporis tendant in abusum, illa moderari, ac desuper opportunè providere solet, prout rerum & temporum qualitate pensatâ conspicit in Domino salubriter expedire. Sanè non absque animi molestia accepimus, quod nonnulli Archiepiscopi, Episcopi, & Prælati, aliæque personæ Ecclesiasticæ, tam seculares, quàm diversorum ordinum & militiarum regulares, non habentes de eorum rebus ac bonis testandi & disponendi facultatem, & Ecclesias, hospitalia, & alia pia loca, quibus à dicta sede Apostolica capiendi res & bona ex testamento, vel alia dispositione illorum, qui aliàs de rebus & bonis eorum disponere non possent, facultas est concessa, hæredes instituunt, & in testamentis, sive eorum dispositionibus, plura legata seu ordinationes in favorem diversarum personarum, ac alios usus, in quos bona & res hujusmodi transmittere non possent, faciunt: Hospitaliaque, Ecclesiæ, & loca pia hujusmodi, sive eorum rectores fidem testantium seu disponentium insequent. legata ipsa, & in testamentis, seu aliis, etiam inter vivos dispositionibus, ordinata adimplent, ex quo Camera Apostolica circa res & bona, spolia nuncupata, per obitum Archiepiscoporum, Episcoporum, Prælatorum, & aliarum personarum Ecclesiasticarum hujusmodi, absque testandi & disponendi facultate decedentium, remanentia in suis juribus detrimentum patitur, & jacturam. Et quia nostrum est, in præmissis taliter providere, quòd ipsius Cameræ jurium debita ratio habeatur, motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, tenore præsentium, omnia & singula privilegia, facultates, gratias, literas, & indulta, quibusvis Ecclesiis, etiam metropolitanis, monasteriis, hospitalibus, etiam ab Archiepiscopali sancti Jacobi in Augusta de urbe dependentibus, seu causam habentibus, ac aliis piis locis ubilibet constitutis, per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos & sedem præfatam, super capiendis seu acquirendis hæreditatibus, rebus, ac bonis, ex testamento, donatione inter vivos, vel aliâ quâcunque dispositione, quorumcunque Archiepiscoporum, Episcoporum, Prælatorum, & aliarum personarum Ecclesiasticarum, secularium vel regularium, utcunque etiam, ut præfertur, qualificatorum, quâcunque præeminentiâ, ac dignitate, & auctoritate fulgentium, etiamsi S. R. E. Cardinalis fuerit, de hæreditatibus, rebus, & bonis hujusmodi facultatem disponendi non habentium, vel aliàs quomodolibet concessa, etiamsi usu recepta sint, moderantes, volumus, decernimus, & declaramus, quòd Archiepiscopi, Episcopi, Prælati, & personæ hujusmodi, de rebus ac bonis eorum, à nobis, vel à dicta sede facultatem testandi seu disponendi non habentes, decimam partem tantùm rerum & bonorum eorundem mobilium & immobilium, & se moventium, ac pecuniarum Ecclesiis, monasteriis, hospitalibus, & piis locis capiendi & acquirendi facultatem hujusmodi habentibus tantùm, non per viam institutionis hæredum, seu donationis, vel legati in vita seu in more relinquere, & Ecclesiæ, monasteria, hospitalia, & pia loca hujusmodi, seu illorum rectores, non nisi decimam partem hujusmodi capere seu acquirere possint, & ad hoc Ecclesiarum, & hospitalium, ac aliorum piorum locorum hujusmodi privilegia, facultates, concessiones, gratias, literas, & indulta quæcunq; reducimus, ac moderamur: decernentes sic, & non aliter in præmissis, ac illa quomodolibet concernentibus, & quoad privilegia, facultates, gratias, indulta, etiam in forma brevis in futurum concedendas, per quoscunque, tam ordinariâ, quàm delegatâ, & mistâ auctoritate fungentes, judices, & personas, etiam dictæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, ubiq; judicari, cognosci, ac decidi debere: sublatâ eis & eorum cuilibet quâvis aliter judicandi, cognoscendi, ac decidendi facultate, necnon irritum & inane, quicquid secus super his à quoquam, quâvis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Pius

Pius V.

Testamenta & donationes acquisitorum ex bonis Ecclesiæ in favorem illegitimorum, etiam legitimatorum, non tamen hospitalibus expositorum & orphanorum, infirmantur & annullantur.

CAP. III.

QUæ ordini Ecclesiastico noxia esse, & scandalum objicere perhibentur, necesse est, è medio submovere: quod nos pro nostri muneris officio, inter alia incommoda, quæ in oculos nostros incurrunt, de Christi peculio, ne ab indignis & rejectis ignominiosè consumatur, nevé illorum causâ Ecclesiis & pauperibus præripiatur, curam præcipuam habere volentes, de nobis attributæ potestatis plenitudine, revocamus & abolemus omnia & quæcunque privilegia, licentias, dispensationes, & indulta faciendi testamenta, donationes, sive inter vivos, sive causâ mortis, legata, & quascunque alias dispositiones, de dominiis, terris, castris, domibus, & quibuslibet aliis bonis & rebus immobilibus, mobilibus, & se moventibus, necnon pecuniis, juribus, & actionibus, ex beneficiis, fructibus, pensionibus, & aliis rebus Ecclesiasticis qualibuscunque confectis, acquisitis, & aliàs quomodocunque provenientibus, necnon de peculio, & aliis etiam solâ industriâ, labore, muneribus, aut quocunque alio modo partis, cujuscunque qualitatis, quantitatis, speciei, naturæ, & valoris existentibus, in quoscunque illegitimos, sive suos, sive extraneos, etiam legitimatos, eosdemque ex toto, vel in parte hæredes instituendi, & substituendi, seu quod ipsi in prædictis ab intestato succedant, cæterasque hujusmodi facultates & permissiones, ac etiam habilitationes, & capacitates succedendi in bonis & rebus feudalibus & emphyteuticis, ab Ecclesiis, monasteriis, & piis locis profectis, quibuscunque personis sæcularibus, & quorumcunque ordinum, necnon militiarum, & hospitalium, regularibus, ac Romanæ Curiæ officialibus, & aliis curialibus, curiamque ipsam sequentibus, & etiam urbis Romæ civibus, ac palatia, ædes, census, aliaque bona, in ea, ejusque districtu habentibus, hostris quoque & aliorum Romanorum Pontificum familiaribus, Ecclesiarum prælatis, etiam sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, & aliis cujuscunque dignitatis, ordinis, & conditionis existentibus, illorumque, & aliis Ecclesiis, capitulis, conventibus, ordinibus, militiis, hospitalibus, collegiis, officiis, & locis, ac prædictæ urbi, aliisque civitatibus, provinciis, & dominiis, eorumque dominis, populis, civibus, & incolis, tàm per fel. record. Sixtum IV. Innocentium VIII. Alexandrum VI. Julium II. Leonem X. Clementem VII. Paulum III. Julium III. Paulum IV. Pium IV. & qui ante illos fuerunt, alios quoscunque Romanos Pontifices, ac nos, & sedem Apostolicam, ejusque legatos, etiam de latere, nuncios, notarios, comites, collegia, officia & loca, etiam per modum statuti perpetui, generalis legis, initi & stipulati contractûs seu quasi, & aliàs sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusvis restitutivis, perservativis, mentis, attestativis derogatoriarum derogatoriis, aliisque fortioribus, efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, etiam motu proprio, & ex certa scientia, deque simili potestatis plenitudine, ac prædictorum Cardinalium consilio, & maturâ deliberatione in consistorio habitâ, necnon consideratione, intuitu, contemplatione, vel ad instantiam Imperatoris, Regum, & aliorum Principum, etiam ob remunerationem laborum & obsequiorum nobis & dictæ sedi impensorum, refectionem damnorum, compensationem jurium cessorum vel ablatorum, navatæ militiæ contra hæreticos & infideles, seu prædictæ urbis ornatu, & frequentatione, ac quibuscunque aliis usibus, ac etiam necessariis & piis causis concessa, & multiplicatis vicibus confirmata, innovata, extensa, & moderata, & quantocunque tempore pacificè observata, quoad eam partem, quæ illegitimos prædictos tangit duntaxat, etiam si illa contineant, quòd omnes Curiales Curiam sequentes, & alii, sive Ecclesiastici, etiam Cardinales, sive Mundani, qui palatia, domos, & prædia urbana vel rustica ædificaverint, aut census, aliavé bona acquisiverint, aut aliàs acquisita habuerint in dicta urbe, & circum eam ad milliaria decem, ex bonis, seu fructibus Ecclesiasticis, hi tales de illis, necnon juribus & jurisdictionibus omnibus, in favorem illegitimorum, ac quomodolibet inhabilium & incapacium, sive inter vivos, sive causâ mortis disponere, eosque hæredes & successores universales, vel particulares instituere & substituere, & si intestati decesserint ipsi illegitimi & incapaces, in illis succedere possint, quodq; per quascunque revocationes, derogationes, aut alias contrarias dispositiones illis, quorum interest, præjudicari nequeat, & si ullo unquam tempore præjudicatum, aut derogatum quoquo modo apparuerit, jus quæsitum ablatum, & literæ revocationum & derogationum hujusmodi juris quæsiti, ablatæ censeantur: sicque per quoscunque judices judicari debeat, & etiam diffiniri. Ac pariter tollimus & abrogamus omnes & quascunque facultates similia concedendi, legatis, nuntiis, notariis, comitibus, collegiis, officiis, & aliis supradictis, quorum omnium tenores, ac si ad verbum insererentur, habemus præsentibus pro expressis. Ita ut privilegiorum, dispensationum, faculatum, habitionum, capacitatum, indultorum, & aliorum supradictorum sic revocatorum, aut etiam literarum legitimationis prætextu, nullus omninò de hujusmodi bonis, rebus, pecuniis, juribus, jurisdictionibus, & actionibus, in commodum & favorem illegitimorum utriusque sexûs, sive eorum filiorum, sive consanguineorum, affiniumvé, sive extraneorum, etiam in statu seculari procreatorum, ac legitimatione quâcunque auctoritate donatorum, & ad hujusmodi res & bona, ejusque successionem, testato vel intestato, idoneorum & capacium effectorum, sive a testamento, sive donatione, sive legato, sive eleemosynâ, sive alio quocunque titulo, & pio opere (exceptis in communi, ac omni fraude, conventione, seu compositione cessante, Hospitalibus expositorum, & orphanorum) disponere, nec illegitimi ipsi in eis ab intestato, sive protinus, sive per interpositas personas, ac quomodocunque succedere, aut illa aliàs ad eos, etiam per quemcunque circuitum multiplicatarum in alios capaces successionum, ullo tempore devenire possint. Ac etiam nulla esse, & pro infectis habere volumus omnia & quæcunque facta hucusque testamenta, legata, donationes, & alia disposita hujusmodi, quæ viventibus adhuc testatoribus, aut aliàs, locum non habuerunt, ac pariter ab intestato successiones, non tamen litigiosas, quæ plenarium non sunt effectum sortitæ. Dehinc verò districtiùs prohibemus, ne talia sive in prædictos illegitimos utriuslibet sexûs, sive in illorum conjuges, sive ipsorum parentes, filios, descendentes, ascendentes, vel alios cognatos, sive viventibus, sive defunctis ipsis illegitimis, etiam paupertatis, dotis, aut alterius cujuscunque pii operis intuitu fiant, nevé ipsi unquam in rebus, bonis, pecuniis, juribus, jurisdictionibus, & actionibus prædictis, sive totis, sive in parte succedant, aut illa ad ipsos, quâvis dispensatione suffultos, etiam per prædictum circuitum deveniant, nevé de eis ulla in alium seu alios concessio, donatio, translatio, aliavé dispositio fiat, aut alia bona similia vel dissimilia, illegitimis aut aliis supradictis concedantur. Quòd si prædictorum quisquam fuerit præsentium violator, testamentum, donatio, legatum, & dispositio,

a *C. fin. de pecul. cler. Abb. in c. cùm effet in relict. column. 14. Barb. in tract. de præst. Card. 1. part. quæst. 4. Ioan. Mar. in 4. sent. distinct. 24. quæst. 20. Ang. in verb. clericus. 2. §. 13. Sylvest. verb. Clericus. 4. quæst. 2. Alvar. Pelag. de planct. eccles. 2. part. art. 28. col. 3. Archid. in sum. 12. q. 5.*

omninò non teneat, nec etiam quoad alios capaces, & res alias valeat, ſicque diſponens privilegio, diſpenſatione, facultate, & indulto prædicto, ejusque uſu & commodo, etiam in cæteris omnibus, ipſo ſit jure privatus. Nemo quantumvis capax, illius prætextu fructus, res, pecunias, aut prorſus alia bona ſua faciat, nec illa detinens præſcriptione, aut ullo alio juris præſidio adjuvetur, ſed ad integram illorum reſtitutionem, quocunque temporis lapſu non obſtante, debeat coërceri. Ita ut omnes in Eccleſiis, monaſteriis, beneficiis ſucceſſores, tam conjunctim, quàm diviſim, quiſque videlicet pro rata parte ſua, illa omni tempore recuperare poſſint, & qui primis cæteris ab eo monitis & negligentibus judicium intenderit, ei ſoli res tota meritò vendicetur. Nullis verò hujuſmodi ſucceſſoribus, pro prædictis inſiſtentibus, ac etiam de peculio aliàs, quàm ex rebus Eccleſiaſticis confecto, locorum ordinarii, tam conceſſorum & relictorum illegitimis, eorumvè causâ, quàm quorumcunque aliorum bonorum immobilium, mobilium, & ſe moventium, necnon pecuniarum, fructuum, rerum, & jurium, aliàs ſub dictis teſtamentis, donationibus, legatis, & diſpoſitionibus comprehenſorum, corporalem poſſeſſionem, amotis inde & expulſis quibuſcunque detentoribus, ſive incapacibus ſive capacibus, per ſe vel alium, ſeu alios, liberè apprehendant, & apprehenſam hujus ſedis nomine cuſtodiant, donec ipſa ſedes de illis, utì tum tulerit piorum operum neceſſitas, duxerit providendum. Bona verò, res, & jura feudalia, vel emphyteutica (aliis legitimis ad ea fortè vocatis non exiſtentibus) eo ipſo devoluta, & juri ac proprietati ſuarum Eccleſiarum & locorum reſtituta, & cum reliquis eorum bonis conſolidata eſſe declaramus.

Pius IV.

Bona Eccleſiaſtica ſine indulto Apoſtolico ultimæ voluntatis arbitrio non relinquuntur.

CAP. IV.

GRave nobis & moleſtum accidere ſolet, cùm de perſonarum Eccleſiaſticarum actionibus, quæ integritatis exemplo cæteris præſtare debent, ea nobis deferuntur, quæ & eorum famæ ſinceritatem denigrare, & Cameræ noſtræ Apoſtolicæ incommodum ac detrimentum afferre videntur: unde nos, ut malitioſorum pravis intentionibus occurrere valeamus, debita poſtmodum remedia in medium afferre, & pernicioſis fraudibus, prout ex univerſalis noſtræ Curiæ ſolicitudine tenentur, obviare cogimur. Cùm itaque (ſicut ex proborum & fide dignorum hominum relatione nuper accepimus) quamplures Prælati, Presbyteri, & aliæ Eccleſiaſticæ perſonæ diverſarum provinciarum, locorum, & dominiorum, & præſertim regni Neapolis, nulla à nobis, ſeu ſede Apoſtolicâ, facultate teſtandi ſuffulti vel muniti, ſed temeritate propriâ, & forſan ad ſuorum importunam ſuggeſtionem impulſi, in eorum ultimis voluntatibus teſtamenta ſua condendo, ac donationes, ſeu legata, aut codicillos faciendo, de bonis ſuis diverſimodè, licèt id facere nullo modo a poſſint, neque debeant, diſponere audeant, ipſaque bona, ſub diverſis confictis prætextibus & coloribus, hoſpitalibus, ac piis locis, & forſan cum promiſſionibus clandeſtinis, quòd eorum conſanguineis vel affinibus, aut aliis perſonis ab eiſdem teſtatoribus nominatis, poſt illorum obitum, ab ipſis hoſpitalibus & locis, de certa ſeu quota portione bonorum hujuſmodi ſubveniatur, teſtari, relinquere, legare, codicillari non erubeſcant, in dictæ Cameræ grave dammum & præjudicium maximum, dictæ Cameræ indemnitati opportunè conſulere, & inconvenientibus hujuſmodi, pro officii noſtri debito, congruum remedium adhibere volentes, motu proprio, & ex certa ſcientia, ac maturâ deliberatione noſtrâ, non ad tuam, vel alterius pro te, nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, auctoritate Apoſtolicâ, tenore præſentium decernimus & declaramus, omnia & ſingula teſtamenta, donationes in illis, vel mortis causâ factas, codicillos, legata, & quæcunque alia in ultimis voluntatibus, per quoſcunque Eccleſiarum prælatos, etiam ſi Patriarchali, Archiepiſcopali, vel Epiſcopali præfulgeant dignitate, ac quorumvis monaſteriorum cujuſcunque ordinis Abbates, ſeu commendatarios, ac presbyteros, & alias quaslibet Eccleſiaſticas perſonas prædictas, & quaſcunque alias, quæ ex bonis & reditibus Eccleſiaſticis, & beneficiorum fructus percipiunt, abſque noſtra, ſeu ejuſdem ſedis, ſpeciali licentia & facultate quomodolibet, quæ in futurum ab illis quocunque prætextu, aut quæſito colore, etiam in favorem hoſpitalium, & aliorum piorum locorum hujuſmodi de dictis reditibus fieri, condi, & teſtari, ſeu relinqui, aut quovis ultimæ voluntatis titulo diſponi contigerit, nulla, irrita, inania, invalida, ac nullius roboris, vel momenti fore, & eſſe, ac nemini, neque etiam hoſpitalibus, & piis locis præfatis (cùm ad Cameram ipſam ſolùm fraudandum, prout ex multis fraudibus deſuper commiſſis & repertis nobis conſtituit, præmiſſa fieri, clarè appareat) ullatenus deinceps ſuffragari, neque ſubſiſtere, aut teſtamentis ſuis hujuſmodi quemquam juvare, aut tueri, nec effectum aliquem ullâ ratione habere, vel ſortiri.

a *Vtin c. quiamor. & c. relatum. 2. de teſt.*

TITULUS XIV.

DE NAUTIS ET NAUFRAGIUM patientibus.

Julius Tertius.

Naufragata bona occupantes, & nautas impedientes, excommunicantur, qui verò ea opitulantur, condonatione Pontificâ remunerantur.

CAP. I.

ORdinamus, ſtatuimus, firmiterque & inviolabiliter obſervari mandamus, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis, necnon decem millium ducatorum auri largorum cameræ Apoſtolicæ applicandorum pœnis, quatenus in urbe Roma, ſuisque portibus & ripis, aliisque omnib. & ſingulis civitatibus, terris, caſtris, ripis, portibus, & plagis, Romanæ Eccleſiæ mediatè vel immediatè ſubjectis, etiam Prælatorum, dominorum temporalium, & Baronum dictarum terrarum, in quibus eſt commercii maritimum, perſona aliqua cujuſcunque gradûs, Eccleſiaſtici vel ſecularis, communiter vel diviſim, officialis aut privatus, etiam Cardinalatûs honore fulgens, deinceps non audeat vel permittat præbere impedimentum, aut genus aliquod moleſtiæ præſtare, dictis nautis & mercium conductoribus ſubditis Imperatoris, qui cùm bono aut iniquo tempore infortunium aut naufragium patiantur, in dictis ripis, aut prope ripas, vel intra mare, ſeu in aliqua parte illius, aut portibus ſeu plagis (quod Deus avertat) aut quovis alio voluntario aut neceſſitato, informato aut pacifico modo, eos inibi applicare contingat, in quamcunque ripam, portum, aut plagam dictarum terrarum, quinimò illi favore & opere gratioſis recipiantur, & benignè tractentur, reſtituendo & reſtitui faciendo res & bona eorum, in talibus navigiis conducta, ſi ea per aliquem vel aliquos detineri & occupari contingat, vel in poſterum occupabuntur aut detinebuntur, ad effectum, ut ſtante hujuſmodi bona comparatione eorum querelæ ceſſent, & illi libentiori animo conducant ad loca prædicta ſe & eorum merces. Et ut Chriſti fideles ad præmiſſa alliciantur, ac ab eis, naufragium hujuſmodi patientibus, promptiora ſubſidia præbeantur, omnib. & ſingulis utriuſque ſexûs Chriſti fidelibus, qui auxilium, conſi-

consilium, & favorem, naufragium patientibus in reparatione & conservatione suorum bonorum præstiterint, 10. annos & totidem quadragenas, de injunctis eis pœnitentiis, in Domino relaxamus. Rom. 22. Octob. 1554.

Paulus Tertius.

Furatur res, quæ jacens post naufragium in ripis aut portubus locorum maritimorum diripitur, repulso omni consuetudinis prætextu, nisi restituatur.

CAP. II.

IUlius Papa II. considerans, tam civili, quàm canonicâ lege, licere unicuique naufragium suum impunè colligere, ac jacta in mari, allevandi oneris causâ, recuperare, illaque diripientes furtum committere, & graviter delinquere, ac Christianos naufragium patientes, rebus suis spoliantes, diversis pœnis puniri: & propterea consuetudinem prædictam, tanquam contra regulam fidei, quâ unus alteri auxilio esse tenetur, meritò corruptelam appellari, neminique suffragari debere, cujuscunque temporis cursu munitam: Volensque (sicut ejus incumbebat pastorali officio) omnium mari terrâq; ad almam urbem nostram venientium, securitati & tranquillitati providere, periculisque hujusmodi obviare, ac venientium ad almam urbem, ex omnibus mundi partibus, tanquam ad matrem, de necessariis cum opulentia providere, necnon animarum eorundem Christi fidelium saluti consulere, motu proprio, non ad alicujus sibi super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de ejus mera deliberatione, & ex certa sua scientia, consuetudinem capiendi & retinendi bona, per naufragium vel jactum, levandi navis gratiâ, aut aliâ necessitate urgente, factum ad littora maris, civitatum, terrarum, & locorum Rom. Ecclesiæ mediatè vel immediatè subjectorum pertinentia, allegari non posse, illamq; nulli, in judicio vel extra illud, suffragari debere, auctoritate Apostolicâ decrevit & declaravit: Et ultra pœnas, tam à lege, quàm à canone, contra tales spoliantes bonis suis Christianos naufragium patientes, & raptores in littore maris, civitatum, terrarum & locorum, Romanæ Ecclesiæ mediatè vel immediatè subjectorum, hactenus inflictas, quas pro potiori cautela innovavit & confirmavit, talium spoliantium, cujuscunque auctoritatis & dignitatis forent, bona & jura quæcunque præmissa, confiscavit & publicavit, illaq; Cameræ Apostolicæ confiscata, & publicata, & locorum dominos id fieri permittentes, excommunicatos eo ipso fore decrevit, & etiam declaravit: Dictosque raptores in flagranti crimine repertos, ut latrones & grassatores puniri posse, alias ut fures: præterquam, si nautis in manifesto naufragii & submersionis periculo constitutis, eorum opem & auxilium implorantibus & exposcentibus, non absq; vitæ discrimine, in personarum & rerum conservatione auxilio fuerint, vel aliàs ab imminentis & præsentanei naufragii periculis, ipsorum labore & operâ liberaverint, & salvos reddiderint, aut bona jam deperdita recuperaverint.

FINIS.

SEPTIMI DECRETALIUM LIBER TERTIUS.

TITULUS I.

DE VITA ET HONESTATE CLERICORUM.

Leo Decimus, in Concilio Lateran.

Clerici habitûs decore modesti incedant, omnem luxûs ornatum fugientes, sub pœna beneficiorum, quæ possident.

CAPUT. I.

CLerici temperatè ac modestè omnia faciant, & tam beneficiati, quàm in sacris ordinibus constituti, *a* comam neque barbam non nutriant, neque mulas aut equos cum phaleris, ornamentisque ex velluto aut serico factis, habeant, sed ejusmodi rebus, ex panno tantùm aut corio simpliciter utantur. Si quis contrafecerit, excommunicationem incurrat, & si post legitimam admonitionem in hujusmodi pertinacia obstinatus permanserit, beneficiis omnibus, quæcunque habet, privatus sit, & esse censeatur, eaque sic vacantia, à sede Apostolica liberè impetrari valeant.

Pius Quartus.

Clerici non solùm internâ vitæ munditiâ, verùm etiam exterius decenti habitûs ornatu & modestiâ vitæ integritatem & gravitatem probent.

a Cap. clericus. de vita & honestate clericorum. Ex Concilio Carthaginensi 4.

CAP. II.

NOs pro pastoralis officii nostri sollicitudine, Ecclesiasticam disciplinam temporum difficultate, ac hominum malitiâ, licentiâque deterius labentem, quantum nobis ex alto conceditur, in pristinam sacrorum canonum observantiam reducere cupientes, considerantesque conveniens esse, ut clerici, maximè qui in sacris ordinibus constituti, aut beneficiati existunt, cujuscunque gradûs existant, non solùm interius vitæ munditiâ *a* ac virtutum splendore, cæteris præfulgent, verùm etiam exterius, in eorum habitu & vestibus, gravitatem & morum honestatem, quæ ipsos decet, præ se ferant, statuimus, decernimus, & ordinamus, quòd omnes & singuli clerici, qui dignitates, personatus, canonicatus, & præbendas, parochiales Ecclesias, aut alia quæcunque beneficia Ecclesiastica, qualiacunque sint, obtinent, vel qui in quibusvis sacris ordinibus constituti sint, qui in hac alma urbe nostra permanent & moram trahunt, & in illo inducti incedant cum debita & congrua tonsura, vestes exteriores antè infra genua se extendentes, ita ut à vestibus & sagis laicorum omninò differant, gestent, sub pœna excommunicationis, ac sub aliis, ac etiam crescente eorum contumaciâ, beneficiorum privationis, arbitrio nostro, seu dilecti filii nostri Jacobi titul. S. Mariæ in Cosmedin. in hac alma urbe ejusque districtu Vicarii generalis, imponent. pœnis in eventu contraventionis incurrent.

Nicolaus Quintus.

Concubinarii privantur officiis, & inhabiles ad officia & beneficia declarantur.

CAP. III.

SI diligenter attendimus vitia singula, quæ in conspectu populi decus vilescere faciunt clericale *b*, quàm edibilis sit incestus in clero, crimen incestus hujusmodi, quod plerique, propter illius impunitatem, sibi blandiuntur minimè verendum, imò quasi non fore peccatum, non immeritò cohibere compellimur, & præsertim eò propensius in curia nostra, quò illud ibidem videtur scandalosius, & ab aliis periculosius trahitur in exemplum. Hinc est, quòd nos præsentis constitutionis edicto, universis & singulis sedis Apostolicæ officialibus, necnon quævis Romanæ curiæ officia exercentibus, etiam ratione officiorum hujusmodi, ipsius sedis officiales non censeantur, & aliis quibuscunqi clericis eandem curiam sequentibus, districtius inhibemus, ne quisquam ex eis concubinam publicè in domo sua, aut alibi, ut illius turpi commercio liberius utatur, teneat: seu quicunque mulierem ad aliorum turpem usum hujusmodi, aut quamcunque mulierem in præsentiarum tenuerit, nisi post præsentium publicationem in valvis Basilicæ Principis Apostolorum de urbe, & in cancellaria nostra faciendam (quam etiam vim habere volumus monitionis peremptoriæ) infra novem dies, ab hujusmodi excessu, realiter & cum effectu destiterit, ac concubinam seu mulierem ipsam penitùs & omninò dimiserit, quodq; quisquis in antea concubinam vel mulierem talem tenere præsumpserit, omnibus beneficiis suis Ecclesiasticis, necnon quæ in dicta curia obtinent vel exercent, officiis, sint ipso facto privati, illaque extunc possit per quoscunque alios libere impetrari, ildemque privati, necnon quicunque alii concubinas & mulieres hujusmodi, contra præsentem prohibitionem tenere præsumentes, inhabiles censeantur ad beneficia obtinenda, & in dicta curia officia hujusmodi exercenda, nec illorum capaces efficiantur, nisi inhabilitatem suam antea, per dictæ sedis literas obtinuerint aboleri, & interim per eos in prædictis gesta habeantur pro infectis.

Leo Decimus, in Concilio Lateranensi.

Incontinentes clerici & sceleris contra naturam horrore infecti, sacris canonum & juris civilis statutis plectuntur. Idem in concubinarias decernitur.

CAP. IV.

VT clerici præsertim castè continenterque juxta canonum præcepta vivant, statuimus, ut contrafacientes acriter secundùm canones puniantur. Si qui verò, tam laicus, quàm clericus, de crimine, propter quod venit ira Dei in filios diffidentiæ, convictus fuerit, pœnis per sacros canones, aut jus civile, respectivè impositis puniatur. Concubinarii autem, sive laici sive clerici fuerint, eorundem canonum pœnis mulctentur, neque superiorum tolerantia, seu prava consuetudo, quæ potius corruptela dicenda est, à multitudine peccantium, aliavè quælibet excusatio, eis aliquo modo suffragetur, sed juxta juris censuram severè puniantur.

Pius Quintus.

Clerici nefandi criminis contra naturam rei, degradati, & clericali privilegio exauthorati, seculari juri stellionis, pœnæ easdem, quæ in laicos statutæ sunt, recepturi, tradantur.

CAP. V.

HOrrendum illud *a* scelus, quo pollutæ, fœdatæque civitates tremendo Dei judicio conflagrârunt, acerbissimum nobis dolorem inurit, graviterq; animum nostrum commovet, ut ad illud, quantum potest, comprimendum, studia nostra conferamus. Sanè Lateranensi Concilio *b* dignoscitur constitutum, ut quicunque clerici illâ incontinentiâ, quæ contra naturam est, propter quam ira Dei venit in filios diffidentiæ, deprehensi fuerint laborare, à clero dejiciantur, vel ad agendam in monasteriis pœnitentiam detrudantur. Verùm ne tanti flagitii contagium impunitatis spe, quæ maxima peccandi illecebra est, fidentius invalescat, clericos hujus nefarii criminis reos, gravius ulciscendos deliberavimus, ut qui animæ interitum non horrescunt, hos certè deterreat civilium legum vindex gladius secularis. Itaque quod nos jam in ipso Pontificatûs nostri principio hâc de re decrevimus, plenius nunc, fortiusq; persequi intendentes, omnes, quoscunque Presbyteros, & alios clericos, seculares & regulares, cujuscunque gradûs & dignitatis, tam dirum nefas exercentes, omni privilegio clericali, omniq; officio, dignitate, & beneficio Ecclesiastico præsentis canonis auctoritate privamus. Itaque quod per judicem Ecclesiasticum degradati, potestati statim seculari tradantur, qui de eis illud idem capiat supplicium, quod in laicos, hoc in exitio devolutis, legitimis reperitur sanctionibus constitutum. Rom. 3. Cal. Sept. 1568.

a Ex Concilio Carthag. cap. 41. & ex generali Synodo sept. can. 19. 21. quæst. 4. cap. omnis jactura. Concil. Trident. sess. 14. cap. 6.
b In Presbyterorum lasciviam & libidinem sanctiones variæ editæ sunt a summis Pontificibus & Conciliis, Nicæno canon. 3. 32. dist. cap. interdicat. & Nannetens. cap. 3. quas refert Burchardus. lib. 2. decret. cap. 116. Leo. part. 8. cap. 192. Adde Concil. Tridentin. sess. 25. de reformat. cap. 14. & l. cum qui. C. de Episcop. & cler. & Concil. Trident. sess. 25. c. 14.

TITULUS II.

DE CLERICIS NON RESIDENTIBUS in Ecclesia vel præbenda.

Pius Quartus, ex Concilio Tridentino.

Episcoporum non residentium in decessu, ovilisq; curam negligentium pœna.

a Iure hoc scelus vocat horrendum & execrandum, post Alex. Alens. 2. part. q. 143. Thom. 22. 154. Astens. l. 2. tit. 64. Anton. 2. part. tit. 3. cap. 4. Vinguer. cap. 7. §. 3. Ang. Sylv. Tab. ver. luxur. Peral. tit. de luxuria. b C. clerici. de excessibus prælat. & sup. tit. eod. cap. 1.

CAP.

CAP. I.

DE salute gregis Dominici nobis ex alto commissi attentiùs cogitantes, eò libenter intendimus, per quæ grex ipse, continuâ suorum cum eo residentia *a* pastorum, præservetur à noxiis, & in devium prolabens, ad rectitudinis tramitem reducatur, ut pastores ipsi residentiam ipsam, prout tenentur, commodiùs facere, ac circa ipsius gregis curam libentiùs ac ferventiùs invigilare & illum ab errorum præcipitiis præservare, ac in fide orthodoxa, & devotione nostra, continere valeant, opem & operam efficaces impendimus, prout rerum & temporum qualitate pensatâ, conspicimus in Domino salubriter expedire. Hinc est, quòd nos motu proprio, non ad alicujus nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione, universos & singulos venerabiles fratres nostros Episcopos, Archiepiscopos, Primates, & Patriarchas, ab Ecclesiis & diœcesibus suis absentes, in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub interdicti ingressûs Ecclesiæ pœnâ, eo ipso, absque alia declaratione, incurrendâ, districtè præcipiendo monemus, ut omnibus postpositis quanto citius, in Romana Curia videlicet moram trahentes, intra unum, extra eam verò in Italia, intra duos, extra verò Italiam existentes, intra 4. menses à die publicationis præsentium, in locis infrascriptis faciendam computandos, se itineri committere, & legitimis itineribus ad Ecclesias seu diœceses suas proficisci, & sese personaliter conferre, ac ibidem, ut tenentur, residere, & pastorale officium exercere debeant. Si quis autem à Patriarchali, Primatiali, metropolitana seu cathedrali Ecclesia, sibi quocunque titulo, nomine seu jure commissa, quâcunque illæ dignitate, gradu & præeminentiâ præfulgeant, legitimo impedimento, seu justis rationalibus causis cessantibus, sex mensibus continuis extra suam diœcesim morando abfuerit, quartæ partis fructuum unius anni, fabricæ Ecclesiæ & pauperibus loci, per superiorem Ecclesiasticum applicandorum, pœnam ipso jure incurrant: Quòd si per alios sex menses in hujusmodi absentia perseveraverit, aliam quartam partem fructuum similiter applicandam, eo ipso amittat: crescente verò contumaciâ, severiori sacrorum canonum censuræ subjiciatur *b*, metropolitanos, suffraganeos, Episcopos absentes, metropolitanum verò absentem, suffraganeus, Episcopus antiquior residens, sub pœna interdicti ingressûs Ecclesiæ ipso jure incurrenda, infra tres menses, per literas vel nuntium Romano Pontifici denuntiare teneatur: qui in ipsos absentes, prout cujusque major aut minor contumacia exegerit, suæ supremæ sedis auctoritate animadvertere, & Ecclesiis ipsis de pastoribus utilioribus providere poterit, sicut in Domino noverit, salubriter expedire.

CAP. II.

Privilegia & facultates concessa Episcopis in gratiam pastoralis residentiæ.

EOsdem autem Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, & Episcopos mandatis nostris parentes, & apud suas Ecclesias, seu in earum diœcesibus personaliter residentes, specialibus favoribus & gratiis prosequi volentes, ut liberius & commodius eorum officio fungi valeant, eis & eorum cuilibet, ut quando residerint, etiam prætextu quorumcunque delictorum & excessuum atrociorum, etiam hæresis & læsæ majestatis criminum, per eos quomodolibet commissorum, ad comparendum personaliter in Romana Curia, per quoscunque judices ordinarios vel delegatos, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, nisi vigore specialis commissionis, manu nostrâ vel Romani Pontificis pro tempore existentis signatæ, trahi aut citari non possint nec debeant, atque aliter factas citationes & censuras in eis appositas, ac inde secuta quæcunque, nulla & irrita, ac nullius roboris & momenti fore, ac eos minimè afficere aut arctare statuimus & ordinamus. Necnon eos, & eorum quemlibet, ab omnibus & singulis decimis, subditis, & aliis oneribus, ordinariis & extraordinariis quomodolibet nuncupatis, per nos & successores nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes, ac sedem Apostolicam, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac etiam consistorialiter, etiam ad instantiam Regum & Principum quomodolibet, & ex quavis etiam quantumvis urgentissima, justissima, ac pia, & necessaria causa, etiam pro defensione fidei Catholicæ, ratione dictarum Ecclesiarum nunc & pro tempore impositis, illorumque solutione, auctoritate Apostolicâ, tenore præsentium, ex simili scientia, penitùs & omninò eximimus & liberamus, nec ad id dilectis filiis modernis & pro tempore existentibus, S. R. E. Camerario, necnon Cameræ Apostolicæ Thesaurario, præsidentibus & clericis, ac decimarum, subsidiorum, & aliorum onerum hujusmodi collectoribus & subcollectoribus, seu exactoribus, & commissariis ad id pro tempore deputatis, etiam vigore quorumcunque privilegiorum, indultorum, & literarum, etiam præsentibus derogantium, ac illarum totum tenorem de verbo ad verbum exprimentium, eis quomodolibet concessorum & concedendorum cogi, seu compelli, & ob non solutionem, hujusmodi aliquas sententias, censuras, & pœnas incurrere posse decernimus, illisque & quibusvis aliis, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub nostræ indignationis, necnon excommunicationis, aut suspensionis, aut privationis suorum officiorum & beneficiorum, quæ obtinent, & pro tempore obtinebunt, eo ipso incurrendis pœnis, eosdem Episcopos, Archiepiscopos, Primates & Patriarchas, sic in dictis Ecclesiis, vel earum diœcesibus residentes, quamdiu in illis residerint, ut præfertur, ad solutionem decimarum, subsidiorum, & onerum præfatorum cogere, ac propter eorum non solutionem excommunicationis aut alias sententias, censuras, & pœnas promulgare quoquo modo audeant seu præsumant, districtiùs inhibemus. Et insuper eisdem Episcopis, Archiepiscopis, Primatibus, & Patriarchis, sicut præmittitur, residentibus, ultra privilegia & indulta eis per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac sedem Apostolicam, & generalia, & Cancellariæ Apostolicæ regulas concessa, quæ in suo robore permanere volumus, tanquam dictâ sede delegatis in quibuscunque civilibus, criminalibus, vel mistis causis, contra quoscunque clericos seculares particulares, ac etiam extra eorum monasteria seu regularia loca degentes regulares quomodolibet exemptos, auctoritate nostrâ procedere, & causas ipsas cognoscere, fineque debito terminare, ac quicquid terminaverint, exequi & observari facere, ipsosque exemptos pro tempore delinquentes, juxta eorum excessus & delicta, punire, corrigere, & omnem jurisdictionem in eos exercere, omniaque alia & singula, in præmissis & circa ea quomodolibet necessaria & opportuna, quæ nosmet facere, exercere, & exequi possemus, in omnibus & per omnia facere, exercere, & exequi libere licitè valeant, plenam & liberam licentiam ac facultatem, auctoritate & tenore prædictis concedimus. Decernentes, ab eorum ordinationibus, interlocutionibus & decretis, ante diffinitivam sententiam, vel vim diffinitivæ habentem, & ubi agetur de morum correctione, nullatenus, etiam ad nos & sedem Apostolicam appellari posse: & nihilominùs per appellationes quascunque contra præsentium tenorem quomodolibet interpositas, minimè causas devolvi, aut etiam per quasvis inhibitiones, etiam quibusvis censuris & pœnis, eis à quibusvis judicibus ordinariis vel delegatis forsan faciendas, illa-

a Residentia pastoralis commendatur Conc. Trident. sess. 6. Constantinopolitan. can. 17. & 24. Antioch. Can. 17. Agathens. can. 39.

b Extat can. 10. 7. q. 1. quo Episcopus in Ecclesia non residens, sed per diversa loca vagatus redire renuens, in monasterium detruditur. Greg. lib. 3. Epist. 23.

rum ulteriorem cognitionem & expeditionem, & ubi de morum correctione agetur, etiam legitimam executionem minimè impediri, aut censuris & pœnis hujusmodi ligari aut irretiri censere.

Idem.

In favorem studiorum excusatur absentia à cura pastoralis residentiæ, dummodò ordinariorum consensu & authoritate firmetur.

CAP. III.

SAnctissimus in Christo pater & Dominus noster, D. Pius, divinâ providentiâ, Papa IV. ad cujus aures nuper pervenit, nonnullos curata, vel aliàs sacros ordines, aut personalem residentiam requirentia beneficia obtinentes, sub prætextu, quòd literis operâ dare cupiebant, post confirmationem Concilii Trident. per sanctitatem suam, sanctam & publicatam, secum ut literarum studio in loco, ubi illud vigeat generale, actu insistendo, ratione beneficiorum per eos obtentorum hujusmodi, usque ad quinquennium, vel aliud tempus tunc expressum, dummodo infra primum illius annum Subdiaconi fierent, ad reliquos ordines promoveri minimè tenerentur, & tam iidem, quòd interim, quàm alii etiam ad eosdem ordines vel eorum aliquem seu aliquos promoti, quòd similiter studentes, beneficiis per eos obtentis, per vicarios idoneos, per locorum ordinarios, etiam congruâ fructuum beneficiorum hujusmodi portione illis assignatâ, vel aliàs deputandos, in divinis deserviendo, animatum curam illis imminentem exercendo, & alia incumbentia onera supportando, usque ad simile tempus, personaliter in eisdem beneficiis residere non tenerentur, & nihilominùs interea omnes eorundem beneficiorum fructus percipere possent, per ordinariam sanctitatis suæ signaturam, seu pœnitentiariæ suæ officium dispensari, sibiq; pariter indulgeri obtinuerunt, nullum in his vel fraudi vel circumventioni locum, præsertim quoad absentes à Romana Curia, de quorum qualitatibus facilis notitia haberi non potest, quantum humanâ ratione provideri potest, relinquere volens, Conc. etiam Tridentini decretis inhærendo, hujusmodi dispensationes, & indulta hactenus concessa, ac tam ipsius pœnitentiariæ, quàm Apostolicas, & alias desuper confectas & conficiendas literas, processusq; habitos & habendos, per easdem dictis absentibus nullatenus suffragari, nisi singulorum ordinariorum locorum, in quibus singula beneficia hujusmodi consistunt, consensus gratis præstandus ad id accedat, Apostolicâ auctoritate declaravit.

Idem.

Clerici non prius admittantur ad regimina Ecclesiarum & dignitatum, nec beneficiorum proventibus gaudeant, quàm prius residentia juramentum cum cautione præstiterint.

CAP. IV.

INtendentes beneficiorum dispendiis, & animarum periculis, congruis remediis obviare, de parochialibus Ecclesiis, seu earum perpetuis vicariis, & aliis beneficiis Ecclesiasticis curam animarum habentibus, per obitum illorum possessorum successivè vacantibus, & antea dispositioni nostræ reservatis, non nisi personis Ecclesiasticis, prævio rigoroso examine, de mandato nostro desuper specialiter facto, aut per discretum virum, vel fide dignorum testium depositionem idoneis repertis, & medio illarum juramento, ac etiam præstitâ fidejussione, de se infra certum expressum tempus ad locum beneficii conferendi, & apud illud curam animarum illi imminentem per seipsos exercendo, personaliter residendi, astrictis providemus, seu provideri mandamus. Rom. 15. Martii. 1563.

Idem.

In qui majoribus Ecclesiis præsunt, pastoralis residentia summopere commendari debet, & præcipit animadversione sanctissimum jus, & Concilii Tridentini authoritate.

CAP. V.

CUm tam per sacrosanctum œcumenicum Concilium Tridentinum a, quàm etiam per nostras literas sive bullas etiam desuper emanatas, & inter alias sub Dat. Romæ apud S. Petrum, anno incarnationis Domin. 1564. Septimo Cal. Decemb. Pontificatûs nostri, anno quinto, mandatum sit omnibus Episcopis, Archiepiscopis, & aliis, quibus animarum cura commissa est, oves suas agnoscere, pro eis sacrificium offerre, verbiq; divini prædicatione, Sacramentorum administratione, ac bonorum omnium exemplo pascere, pauperum, aliorumque miserabilium personarum curam paternam gerere, & signanter munera pastoralia, & eis diligenter incumbere & assistere, aliaque facere quæ in dicto sacro Concilio, & in dictis nostris literis, sive Bullis continentur. Quæ omnia nequaquam ab eis præstari & adimpleri possunt, cùm gregibus suis non invigilant, neque assistunt, sed mercenariorum more oves suas deserunt: & propterea debuissent omnes & singuli Episcopi, Archiepiscopi, & alii, in dignitatibus Ecclesiasticis constituti, & præfecti, & quibus animarum cura existit, juxta divina præcepta, & prædicti œcumenici Concilii, ac prædictarum nostrarum literarum seu Bullarum vim, formam, continentiam & tenorem, ad eorum respectivè Ecclesias, diœcesi. ac alia beneficia, quibus personalis residentia requiritur, ad effectum in eis personalem residentiam faciendam, sese contulisse, ac omnia & singula in eisdem præceptis, Concilio, & literis sive bullis respectivè contenta, adimplevisse & observâsse. Attamen sicut accepimus, multi & multi prælatorum præceptorum, & mandatorum contemptores, animarumq; suarum & propriæ salutis immemores, in dictis dignitatibus Ecclesiasticis, quibus cura animarum imminet, ac Episcopalibus & Archiepiscopalibus respectivè constituti, præmissa facere & adimplere hactenus minimè curârunt, sed distulerunt & differunt, in grave animarû suarum gregumq; sibi commissorum periculum, & ovium suarum pernicioſum exemplum & scandalum, sententias, & censuras, & pœnas propterea sibi inflictas temerè & damnabiliter incurrendo. Quæ omnia, cùm non sint conniventibus oculis, aut impunè prætermittenda, sed graviter, ut cæteris transeant in exemplum, cùm jam per tot menses inobedientes fuerint, censuras prælatas sustinendas, motu proprio, & ex certa nostra scientia, deque potestatis nostræ plenitudine, dilecto filio nostro Alexandro Riario, Cameræ Apostolicæ generali auditori, cui aliàs etiam seu prædecessori suo vivæ vocis oraculo commisimus, ut dictos Episcopos, Archiepiscopos, & alias personas Ecclesiasticas animarum curam habentes, non residentes, pœnas prælatas in dicto Concilio, & literis sive bullis nostris contentas incurrisse declararet, & ad illarum effectualem executionem, aliaque graviora procederet, vivæ vocis oraculo commisimus: tantùm quoque nonnulla monitoria contra certos Episcopos, & alias personas prælatas, in vim commissionis nostræ hujusmodi sibi factæ tunc decreverat, & relaxaverat, ne in posterum de illius jurisdictione dubitari cõtingat, denuò eidem auditori nostro, nunc officium auditoratûs exercenti, auctoritate nostrâ committimus & mandamus, quatenus statim, tam contra Episcopos, Archiepiscopos, & alios quoscunque prælatos, tam in urbe quàm alibi, & ubiq; locorum existent. & in propriis diœcesi. non resident. constituto sibi, quantum sufficere videbitur, summarie simpliciter & de plano, solâ veritate inspectâ, & manu regiâ, de obedientia prædicta, usque ad sententiam exclusivè procedat, & deinde nobis referat, ut nos in Consistorio nostro secreto, de fratrum nostrorum consilio, ut moris est, ad sen-

a *Concil. Trident. sess. 25. c. admonet pastores, ut divinorum præceptorum memores, sublig. stirpa gregi in judicio ac veritate pascant ac regant.*

tentiam

tentiam privationis, & depositionis prælatorum inobedientium hujusmodi procedere valemus, prout procedere intendimus : quo verò ad alios curam animarum habentes, usque ad sententiam inclusivè procedat, & exequatur juxta formam & tenorem dicti Concilii, & literarum nostrarum prædictarum, cum eisdem facultatibus, ut suprà, ac alia faciat, & exequatur, prout in dictis literis sive bullis continetur, cum potestate citandi, inhibendi, excommunicandi, suspendendi à divinis, declarandi, interdicendi, aggravandi, regravandi, carcerandi, & brachium seculare decernendi, relaxandi & exequendi, aliaque faciendi necessaria quomodolibet & opportuna, contrariis quibuscunque non obstantibus.

Pius Quintus.

Ecclesiasticum monasterium minimè committendum, nisi personæ, quæ residere in loco, & curam Ecclesiæ per se ipsum valeat exercere.

CAP. VI.

CUpientes pro nostri pastoralis officii munere Christi fidelium animarum saluti, quantum cum Deo possumus, salubriter consulere, & parochialibus Ecclesiis ab earum parochis, prout tenentur, in divinis debitè, & laudabiliter deservire, inhærendo etiam decretis sacri Concilii Tridentini, motu proprio, & ex mera deliberatione, certaque scientia nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, hâc nostrâ perpetuò valiturâ constitutione, omnes & singulos rectores parochialium Ecclesiarum, cujuscunque dignitatis, statûs, gradûs, ordinis, conditionis, & præeminentiæ fuerint, in quibuscunque regnis, provinciis, civitatibus, diœcesibus, ac aliis Christiani orbis partibus consistentes, qui parochialem Ecclesiam, ac canonicatum, aut dignitatem, etiam post Pontificalem majorem, seu Principalem, in quibusvis Patriarchalibus, aut metropolitanis vel cathedralibus, seu collegiatis Ecclesiis, seu aliud quodcunque beneficium Ecclesiasticum, etiam quarumcunque dispensationum à Romanis Pontificibus, Prædecessoribus nostris, seu etiam à nobis hactenus quomodolibet impetratarum, ac literarum Apostolicarum desuper expeditarum titulo, quas omnes hâc præsenti constitutione abolemus & revocamus, seu quocunque alio prætextu obtinet, cùm prima & præcipua debeat esse cura animarum, eos ad residendum in Ecclesia parochiali, & ibi in divinis reserviendum, debitoq; eorum officio fungendum, omninò teneri & obligatos esse, ac ad id per Episcopos, & aliorum locorum ordinarios, etiam tanquam Apostolicæ sedis delegatos, sub sententiis & censuris Ecclesiasticis, ac pecuniariis arbitrio eorum declarandis, ac etiam privationis dictarum parochialium, & aliorum quorumcunq; beneficiorum pœnis, quâcunq; appellatione remotâ, cogi & compelli posse & debere, auctoritate Apostolicâ, tenore præsentium statuimus, præcipimus, & ordinamus. Eos tamen sic residentes in Ecclesiis parochialibus, omnes & singulos fructus, reditus & proventus, etiam canonicatûs sui, vel dignitatis, seu alterius cujuscunque beneficii, exceptis duntaxat quotidianis distributionibus, & aliis, quæ ex justa causa absentes percipere non solent, lucrari volumus, Sicque per quoscunque judices & commissarios, etiam causarum palatii Apostolici auditores, ac Ecclesiæ Cardinales, sublatâ eis, & eorum cuilibet, quâvis aliter judicandi & interpretandi facultate, interpretari, judicari, & diffiniri debere : Necnon irritum & inane, quicquid secus super his à quoquam, quâvis auctoritate, scienter vel ignoranter, attentatum forsan est hactenus, vel in posterum contigerit attentari, decernimus & declaramus. Rom. 8. Id. Jul. 1568.

Idem.

In beneficiis curatis & parochialibus residere tenentur, quibus credita est animarum cura, aut prælatura collata in gratiam pastoralis residentiæ assistant, & pœnis canonicis subjaciantur.

CAP. VII.

IN suprema militantis Ecclesiæ specula, meritis licèt insufficientibus, divinâ dispositione constituti, cunctos non solùm vigilantiæ nostræ commissos dominicos greges, sed etiam singulorum pastorum suorum actus, intensâ nostræ mentis acie collustrantes, studium efficax, operamque sedulam ad hoc omninò statuimus adhibere, ut quemadmodum operosum sacri Concilii Tridentini progressum, felicemque exitum (Domino cooperante) præstitimus, ita sanctissima illius decreta, ipsorum præsertim, qui in Apostolicæ sollicitudinis partem vocati sunt, pastorum officium concernentia, non tepidè, neque dissimulanter exequamur. Sanè licèt in Concil. præfato salubernimâ fuerit ordinatione decretum, quòd omnes & singuli venerabiles fratres nostri, Patriarchæ, Primates, Archiepiscopi, & Episcopi, & alii beneficiati, apud Ecclesias sponsas suas residere teneantur : nonnulli tamen (quod non sine animi nostri mœrore referimus) adeò sui, gregumque, quos olim deperditos Salvator noster proprio sanguine redimere dignatus est, sibi creditorum obliti sunt, ut etiam nunc in alma urbe vel alibi commorantes, & sacrosancta spiritualis matrimonii, inter eos suasq; Ecclesias solenniter contracti, jura confundentes, sponsas suas in longa quasi viduitate relictas, & prædictas Ecclesias quocunq; modo sibi concessas invisere, & apud illas, ut probos & providos patresfamilias decet, residere non curent, in perditionem animarū suarum, & subditorum suorum, ac perniciosum exemplū & scandalum plurimorum. Nos hanc illorum contumaciam, alicujus etiam temporalis pœnæ metu, frangendam seu convincendam esse censentes, motu proprio, & ex certa scientia nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, omnibus & singulis Patriarchis, primatibus, & Episcopis præfatis, ac aliis quibuscunque, etiam quâvis auctoritate, dignitate, gradu, vel præeminentiâ præfulgentibus, dictas Ecclesias in commendam, vel administrationem, aut alio quovis nomine obtinentibus, & aliis quibuscunque beneficiatis curam animarum habentibus, qui juxta decreti, super Residentia in Concilio prædicto promulgati tenorem, personalem in suis Ecclesiis residentiam facere tenerentur, in virtute sanctæ obedientiæ, ultra pœnas in dicto decreto Concilii contentas, etiam sub privationis eorum à regimine & administratione Ecclesiarum suarum, ac aliis, nostro, & pro tempore existentis Romani Pontificis successoris nostri arbitrio, imponendis pœnis, distinctè præcipiendo per Apostolica scripta mandamus, quatenus omni morâ cessante, in eisdem suis Ecclesiis, juxta formam & tenorem dicti Concilii personaliter resideant, & nihilominùs, si quos mandato nostro hujusmodi (quod absit) non parere contigerit, ne etiam tales absentes, melioris in hac parte conditionis, quàm cæteri in suis Ecclesiis residentes existant, hâc nostrâ perpetuò valiturâ sanctione per præsentes statuimus & ordinamus, quòd deinceps omnia & singula, mobilia & immobilia, etiam in urbe vel ejus districtu existentia, & se moventia, res & bona, jura & actiones, cujuscunque qualitatis, valoris, & ubicunque locorum consistant, ad Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, Episcopos, & alios quoscunque, etiam quâvis auctoritate, dignitate, gradu, & præeminentiâ præfulgentes, Ecclesias prædictas in titulum, vel commendam, sive administrationem, aut alio quovis nomine obtinentes, & alios quoscunque beneficiarios curam animarum habentes, qui extra prædictas Ecclesias ac diœceses, etiam in Romana Curia, aut alibi degentes, & juxta decretum & formam Concilii hujusmodi non residentes decesserint, pertinentia, & per illos suarum Ecclesiarum, ac quorumcunque monasteriorum, Prioratuum, Præpositurarum, & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum, cum cura & sine cura, secularium & regularium, quæ illi quomodolibet obtinuerint, ac fructuum, reddituum, & proventuum Ecclesiasticorum, nec-

non pensionum annuarum, sibi super similibus fructibus, reditibus, & proventibus reservatarum, & assignatarum occasione quæsita : etiamsi facultatem specialem de illis, aut earum parte testandi, & aliàs liberè disponendi, à nobis, & à quibuscunque aliis Romanis Pontificibus, prædecessoribus & successoribus nostris, etiam cum clausulis, quòd facultates hujusmodi revocari non queant, aliisque irritantibus decretis obtinuerint, & in vim illarum literarum desuper confectarum, de rebus & bonis hujusmodi, jamque deposuerint, tanquam spolia ad Cameram Apostolicam legitimè pertineant. Liceatque dilectis filiis moderno, & pro tempore existenti commissario nostro generali, & suis dictæ Cameræ deputatis, in eventu decessus hujusmodi, solitum inventarium super rebus & bonis præfatis conficere, illaque, prout de reliquis clericorum spoliis fieri solet, ad dilecti filii nostri moderni, & pro tempore existentis generalis Thesaurarii manus reddere, dictæque Cameræ applicare, cujusvis licentiâ desuper minimè requisitâ. Ac facultates desuper confectas literas prædictas, etiam motu & scientiâ similibus, etiam in recompensam laborum & obsequiorum, etiam nobis, & Ecclesiæ Romanæ dictæque sedi impensorum quomodolibet concessas, & etiam iteratis vicibus approbatas, illorum omnium tenores, præsentibus pro sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, in eventum obitus hujusmodi, etiam si in urbe, aut ejus districtu, vel alibi extra suas Ecclesias (ut præfertur) contigerit, & nunc prout ex tunc, & econtrà, in dictæ contumaciæ pœnam ejusdem potestatis plenitudine, & tenore revocamus, cassamus, & annullamus, & tam eas, quàm earum prætextu quomodolibet, pro tempore condita factaque testamenta, codicillos, legata, donationes, & alias dispositiones quaslibet, etiam ad pias causas, vel in remunerationem servitiorum, nulla & invalida, nullíusque roboris vel momenti fore, neque cuiquam contra præsentium tenorem suffragari, & sic per quoscunque judices & commissarios, quâvis auctoritate fungentes, & S. R. E. Cardinales in quavis instantia, sublatâ eis & eorum cuilibet, quâvis aliàs judicandi & interpretandi facultate, judicari & diffiniri debere, ac quicquid secus à quoquam, quâvis auctoritate, scienter vel ignoranter attentari contigerit, irritum & inane decernimus. Per hoc autem nostris, & Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum ordinationibus, reservationibus, & decretis, quoad Prælatorum, & aliorum beneficiorum, etiam in suis Ecclesiis aut diœcesib. residentium, & ibidecedentium, quæ etiam ampliamus & extendimus ad habentes Ecclesias in urbis districtu, ibique residentes & decedentes, spolia Cameræ Apostolicæ applicata hactenus emanatis, nullatenus præjudicare, neque quicquam in eis alterare intendimus, sed ea in suo robore, ut anteà, manere volumus, præterquam quoad eos, qui in suis Ecclesiis juxta formam prædicti Concilii residerint, & specialem licentiam testandi habuerint: hanc enim tantùm salvam eis esse volumus, ita ut generalis licentia testandi eis quamquam residentibus minimè suffragetur, sed solâ speciali, quam habuerint, tueri se possint. Rom. 7. Calend. Dec. 1564.

TITULUS III.
DE SPOLIIS CLERICORUM.

Paulus Tertius.

Bona Prælatorum sine facultate testandi decedentium ad reverendam Cameræ Apostolicæ fiscum pertinent.

CAP. I.

ROmani Pontificis providentia circumspecta, dubia, quæ litium dispendia afferre possent, in suæ declarationis arbitrio tollit, ac desuper statuit & ordinat, prout rerum qualitate pensatâ, conspicit in Domino salubriter expedire. Cùm itaque, sicut accepimus, à nonnullis nimium curiosis, qui jura Cameræ Apostolicæ usurpare, ac Cameram præfatam illis defraudare vellent, in dubium redigatur, an res & bona spolia nuncupata Prælatorum, etiam Pontificali vel aliâ majori dignitate fulgentium, cæterarumq; personarum Ecclesiasticarum secularium & regularium, tempore obitus ipsorum remanentia, ex eo, quòd Romano Pontifici pro tempore existenti, & Cameræ præfatæ reservata fore, aliquâ generali Apostolicâ constitutione forsàn non caveatur, ad Cameram prædictam jure legitimo spectare & pertinere debeant. Nos, etsi satis evidenter constet & appareat, prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum, & nostram indubiam intentionem & voluntatem semper fuisse, ut spolia hujusmodi ad dictam Cameram, & non ad alias spectarent & pertinerent, & quod pro eadem Camera exigerentur, & recuperarentur, cùm prædecessores præfati diversos dictorum spoliorum, utad Cameram prædictam spectantium & pertinentium, collectores & exactores, in variis provinciis & locis deputaverint & constituerint, & nos deputaverimus & constituerimus, variæque quoque literæ ab eisdem prædecessoribus, & à nobis, super exactione aliquorum eorundem spoliorum, in quibus spolia hujusmodi ad præfatam Cameram spectare expressè continebatur, emanaverint, ac semper de illis dicti prædecessores, per plerasque alias literas, tanquam de rebus ad Cameram prædictam pertinentibus, donando vel transigendo, aut aliàs diversimodè disposuerint, & nos disposuerimus, necnon ea ab antiquissimo tempore citrà, dictæ Cameræ nostræ nomine exactâ, & inter jura ipsius Cameræ connumerata fuerint : ne tamen præmissorum veritas deprimi, & mendacium desuper in præfatæ Cameræ præjudicium locum sibi vendicare valeant: attendentes, quòd iniquum esset, si ex Apostolicæ sedis benignitate, vel aliâ rationabili causâ ad singula quæq; loca collectores non destinantur, jura ipsius Cameræ propterea depereant, dubium hujusmodi enucleare, ac in præmissis opportunè providere volentes, motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine declaramus, res & bona hujusmodi, spolia, ut præfertur, nuncupata, in quibusvis regnis, ac dominiis, tam citra, quàm ultra montes & maria consistentia, quæ pro tempore post obitus Prælatorum & personarum prædictarum, quantumcunque etiam, ut præfertur, vel aliàs quomodolibet qualificatarum, etiam Cardinalatûs honore fulgentium, qui vel nullo condito testamento, vel absq; sufficienti facultate, aut ultra quantitatem, de qua facultatem habuerint, condito, decesserunt, decedent, remanserunt, remanent, & remanebunt, etiam quòd ad illa recuperandum aliqui collectores deputati non fuerint, ad Cameram Apostolicam, & non ad alios, etiam cathedralibus, etiam metropolitanis, & collegiatis, & aliis Ecclesiis, monasteriis, cæterisque beneficiis Ecclesiasticis, cum cura & sine cura, secularibus, & quorumvis ordinum regularib. utcunque qualificatis successores, illa in titulum, commendam, administrationem, & aliàs quomodolibet pro tempore obtinentes, etiam si ad illa vigore prioris tituli, jus regrediendi, seu accedendi, vel ingrediendi, concessum fuerit, spectâsse & spectare : illaque tanquam ad Cameram ipsam spectantia, perpetuo colligi & recuperari potuisse & posse, atque debere, ac ita, ut præfertur, eorundem prædecessorum, & nostram intentionem & voluntatem semper fuisse, fidem facimus, & attestamur per præsentes.

Pius Quintus.

Sacra supellectilis ornamenta & res divino cultui dicata, non veniunt sub nomine spoliorum pertinentium Cameræ Apostolicæ, sed ad Ecclesias tempore obitus illas obtinentium spectant.

CAP. II.

ROmani Pontificis providentia circumspecta ad ea solicitudinis suæ partes potissimùm convertit, per quæ

quæ singulis Ecclesiis debita obsequia, & opportuna subventionis auxilia minimè subtrahuntur. Cùm itaque, sicut accepimus, nonnulli Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, & Abbates seu Commendatarii, & alii beneficia Ecclesiastica obtinentes, proprii honoris & salutis immemores, etiam prætextu facultatum testandi, eis per sedem Apostolicam concessarum, in eorum ultimis voluntatibus res sacras, ac vasa, ornamenta, & paramenta Ecclesiastica, aliaque cultui divino dicata, quandoque ex fructibus Ecclesiasticis per eos acquisita, non Ecclesiis, & monasteriis, ac beneficiis, quibus præfuerunt, seu à quibus proventus Ecclesiasticos & stipendia acceperunt, prout rationi & honestati consentaneum foret, sed aliis locis, etiam aliquando non piis, ac interdum etiam consanguineis & affinibus relinquere, ac Cameræ Apostolicæ collectores, prætextu, quòd illa sub appellatione spoliorum veniant, tanquam ejusdem Cameræ spolia exigere & percipere non erubescant, in maximum religionis dedecus, ac Ecclesiarum, monasteriorum, & beneficiorum eorundem detrimentum, ac relinquentium animarum periculum, scandalumque plurimorum. Nos abusibus, scandalisque hujusmodi providere, ac singularum Ecclesiarum, & monasteriorum, ac beneficiorum indemnitati, animarumque quarumlibet saluti consulere volentes, motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, hâc nostrâ perpetuò valiturâ constitutione statuimus, ordinamus, decernimus, & declaramus, quòd de cætero omnia & singula ornamenta, & paramenta, ac vasa, necnon Missalia, & Gradualia, ac cantus firmi & musicæ, aliique quomodolibet nuncupati libri, & aliæ sacræ, etiam auri, & argenti, ac quæcunque alia bona per quoscunque Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Abbates, seu Commendatarios, & alios quoscunque beneficia Ecclesiastica, cum cura & sine cura, secularia, & quorumvis ordinum regularia, in titulum vel commendam, aut aliàs quomodolibet obtinentes, quocunque nomine vel titulo censeantur, etiamsi de illis & eorum qualitatibus specialis & expressa mentio habenda foret, ad usum & cultum divinum, etiam in eorum privatis ædibus & capellis, vel oratoriis destinata, tempore eorum obitus, ex testamento vel ab intestato relicta, sub quibusvis facultatibus testandi & aliàs disponendi de bonis, per eos ex altari vel aliâ quomodolibet acquisitis, per quoscunq; Romanos Pontifices prædecessores & successores nostros, ac nos, sub quibusvis tenoribus & formis, ac cum quibusvis clausulis & decretis, etiam motu proprio, & aliàs quomodolibet concessis & concedendis, minimè comprehendantur, nec sub appellatione spoliorũ veniant, sed ad singulas Ecclesias, monasteria, etiam conventu carentia, & beneficia hujusmodi, in quibus residerint, aut quibus præfuerint, seu quæ aliàs obtinuerint, omninò spectent & pertineant, ac spectare aut pertinere, illaque post eorum obitum, eisdem Ecclesiis, monasteriis, & beneficiis, etiam si in Romana Curia, & procul ab illis decesserint, vel ad illa nunquam accesserint, etiam si antea Ecclesiarum & monasteriorum regimini cesserint, vel beneficia hujusmodi renunciaverint, eo ipso applicata & incorporata sint, & esse censeantur. Ita quòd liceat illis defunctis in eisdem Ecclesiis, monasteriis, & beneficiis, successoribus, ac Ecclesiarum & monasteriorum hujusmodi Capitulis & conventibus, respectivè aliâ propriâ auctoritate libere apprehendere, ac eorum Ecclesiis ac sacristiis applicare ac incorporare, ac quæcunq; donationes, ac relicta, legata, testamenta, & codicilli, & aliæ ultimæ voluntates, seu spolia desuper, contra præsentis constitutionis nostræ tenorem, quomodolibet pro tempore facta, quoad præmissa, nulla & invalida, nullíusq; roboris & momenti existant, & personis etiam Ecclesiasticis, seu locis etiam piis, aut Ecclesiasticis aliis quibuscunque, in quarum seu quorum favorem pro tempore facta fuerint, minimè suffragentur, nec pro eisdem personis, seu locis, vel aliis Ecclesiis hujusmodi, aliquod jus in rebus prædictis, vel ad illas acquiri possit. Quinimò res sacras, ac alia bona, prædicto quocunque nomine vel titulo pro tempore detinentes, ad alia Ecclesiis & monasteriis, ac beneficiis per defunctos quomodolibet acquisitis, ut præfertur, juxta præsentium tenorem realiter & cum effectu restituendum & consignandum, quibusvis dispositionibus, de illis in contrarium quomodolibet factis minimè attentis, omninò teneantur, & ad id per censuras & pœnas, etiam furti & sacrilegii, ac alia juris & facti remedia opportuna cogi & compelli possint, & debeant. Insuper, ne deinceps contingat insolentiâ spoliorum Cameræ Apostolicæ collectorum vel subcollectorum, aliquas Ecclesias, nec hominum quenquam, damno & injuriâ affici, nec cuiquam de cætero vertatur in dubium, quæ res habendæ sint nomine spolii, simili modo statuimus, decernimus & declaramus, quòd quæcunq; scamna, cathedræ, arcæ, & etiam ligneæ vel lapideæ, etiam marmoreæ mensæ & tabulæ, ac quæcunque dolia seu vasa vinaria vacua, & alia similia supellectilia domestica, per quosvis Presbyteros, seu clericos ab humanis pro tempore eorum obitus in Ecclesiis, seu eorum domibus Ecclesiarum earundem, vel alibi ubivis locorum relicto, etiam si ex fructibus & proventibus beneficiorum, quæ dum viverent obtinebant, acquisita fuerint, sub spoliorum appellatione minime veniant, nec pro spoliis ullo modo reputari possint. Præterea, quòd nullum spolium Cameræ præfatæ fieri, nec quicquam à quibusvis spoliorum Cameræ hujusmodi collectoribus vel subcollectoribus exigi possit, per obitum illius, qui, dum viveret, unum vel plura beneficia Ecclesiastica obtinuerit, cujus vel quorum insimul fructus, reditus & proventus trigenta ducatorum auri de camera, secundùm communem æstimationem, valorem annuum non excesserint, aut qui pensiones annuas super quibusvis fructibus Ecclesiasticis usque ad dictum valorem annuatim perceperit, dummodò tamen is se ab omni illicita negotiatione, & à sacris canonib. prohibita abstinuerit. Ita quòd si quis dictorum collectorum aliquid ex bonis quorumvis defunctorum, qui similia beneficia obtinuerint, seu similes pensiones perceperint, prætextu spoliorum ejusdem Cameræ percipere, aut aliàs, contra præsentes nostras literas, attentare præsumpserit, ad totalem bonorum per eum perceptorum restitutionem teneatur, ac id viâ juris, etiam per similes censuras & pœnas cogi & compelli possit, & debeat. Rom. 5. Cal. Sept. 1607.

Gregorius XIII.

Bona regularium extra claustra degentium nomine spoliorum continentur, & fisco Camera Apostolica adjudicantur, vera veluti & propria hæredi.

CAP. III.

Officii nostri partes sedulò præstare tenemur, ut dubia, quæ ab aliquibus falso sub prætextu, vel nimis subtiliter excitata, in Cameræ nostræ Apostolicæ præjudicium tendunt, declaratione nostrâ dilucidentur, Nuper accepimus, quod etsi fel. record. Pius Papa IV. prædecessor noster constitutionem, & quæcunque in illa continerentur, per piæ memoriæ Paulum PP. IV. etiam prædecessorem nostrum, contra apostatas a editam, per quam inter cætera decrevit, bona quæcunque mobilia & immobilia, ac census, reditus, & proventus, jura & actiones per regularem ordinem professos, extra claustra suorum regularium locorum, etiâ de licentia suorum superiorum degentes, tempore, quo extra claustra hujusmodi fuissent acquisita, etiam si acquisitiones hujusmodi ab ipsis professis, ex reditibus beneficiorum Ecclesiasticorum, cum cura vel sine cura, per eos obtentorum seu detentorum,

a *Apostasia irregularitatis non fidei. 47. dist. quamvis olim. 18. q. 1. de his habes lib. 5. const. Pauli 4. de hæret.*

aut ex propria industria, seu artificio, mercaturâ, vel ex testamento, sive successione ab intestato quorumvis consanguineorum, affinium, vel amicorum suorum, aut quorumcunque aliorum, factæ essent, non fisco, aut Cameræ Apostolicæ, sed religioni, aut monasteriis, in quo, seu quibus primò professi fuissent, eo ipso applicata esse & censeri debere, ad juris & sacrarum constitutionum formam reduxerit: necnon præfata bona regularium extra claustra, ut præfertur, degentium, sive mendicantium, sive non mendicantium, aut militiarum professorum, & etiam loca, & canonicales portiones, aut dignitates in cathedralibus, vel collegiatis Ecclesiis, cujusvis ordinis regularibus obtinuerint, ac Episcopali, Archiepiscopali, Patriarchali, Primatiali, vel quâvis aliâ præfulserint dignitate, post eorum obitum, ad eandem Cameram Apostolicam, & juxta constitutionem fel. rec. Pauli Papæ III. super spoliis, sub dat. videlicet tertio nonâs Januarii, Pontificatûs sui anno tertio promulgatam, legitimè spectent & pertineant, idque per Romanos Pontifices, prædecessores nostros, ac nos, dum collector generalis ad recuperandum spolia regularium specificè deputatus fuit, apertè demonstratum extiterit, ac in possessione illa exigendi ac recuperandi eadem Camera meritò semper fuerit: nihilominùs nonnulli vano sub dictæ constitutionis Pauli IV. prædecessoris præfati prætextu, contrarium aliquando asserere non dubitârint: Nos omnem circa prædicta dubitandi occasionem dimovere, simulque æquitate & justitiâ suadentibus, ejusdem Cameræ indemnitati, ne indies molestiis & incommodis afficiatur, consulere volentes, præsentium auctoritate declaramus, res & bona, quæcunque per dictos regulares extra claustra Ecclesiarum, monasteriorum, domorum, & quorumcunque regularium locorum degentes, quocunque jure & actione, sive ex causâ testati, sive intestati, acquisita, & in posterum acquirenda, vel ad eos delata in quibusvis provinciis, dominiis, regnis, & locis consistant, nisi iidè, ad quos ista spectaverint, sufficienti fuerint testandi, aut de illis disponendi facultate suffulti, eaque legitimè usi fuerint, ad eandem Cameram pleno jure pertinuisse & spectare, ac bona quæcunque eorundem sub spoliorum nomine comprehensa, per ipsam Cameram, ejusque nomine à quibuscunque, illa quandocunq; occupantibus & detinentibus, recuperari ac vindicari posse, & debere, ac juxta Pauli III. & aliorum prædecessorum nostrorum literas, eâdem Camerâ Apostolicâ in hujusmodi bonis, spolia nuncupatis, verè universaliter succedente, quòd ipsa Camera, quæ cæteris hæredibus & successoribus ampliori est privilegio munita, cuique meritò magis favendum est, dum in eam rerum & bonorum dominium ac possessio nullâ traditione præcedente transeat, in quascunque bonorum & spoliorum, sive ad seculares sive ad regulares, dum viverent, spectantium successione, quibuscunque in rebus sive pecuniis illa consistant, etiamsi nominatim, aut aliâ speciali notâ, illa designanda essent, quæ ad eandem Cameram jure spoliorum pertinuerunt, pertinebunt in posterum, omni prorsus fictione penitùs cessante, jus & nomen veri hæredis in eisdem spoliis habere, illiusque naturam sortiri, ac veri hæredis privilegiis & juribus, in quibuscunque bonis, pecuniis, juribus, & actionibus, uti antehac potuisse, & nunc posse, idque eorundem prædecessorum, ac nostra etiam intentionis semper fuisse & esse, auctoritate præsentium declaramus: sicque per quoscunque judices in quibusvis causis, etiam per appellationem aut alias pendentibus & futuris, ac in quâcunque causâ vel instantiâ, sublatâ eis, & eorum cuilibet quâvis aliter judicandi & interpretandi facultate, judicari & diffiniri debere: necnon quicquid secus super his à quoquam, quâvis auctoritate, scienter vel ignoranter attentatum forsan hactenus, vel in posterum contigerit attentari, irritum & inane decernimus. Dat. Rom. 11. Jan. 1577.

Idem.

Res quæcunque bonorum mobilium sive immobilium, post obitum Prælatorum & quarumcunque personarum Ecclesiasticarum, extra urbem Romam decedentium relicta, pertinent ad Cameram Apostolicam.

CAP. IV.

ILla quæ ex fructibus, reditibus, & proventibus Ecclesiasticis profecta, ædificata, refecta, & restaurata fuerint, seu aliàs ex eisdem fructibus, reditibus, & proventibus quomodolibet provenerint, per obitum quarumcunque personarum Ecclesiasticarum, beneficia Ecclesiastica, tam simplicia quàm administrationem habentia, obtinentium, nisi quoad simplicia de fructibus hujusmodi dispositum fuerit, vel ex privilegio Apostolico, vel ex consuetudine legitimè præscripta, tam secularium, quàm quorumvis ordinum regularium, quâvis, etiam Pontificali dignitate fulgentium, in universa Italia, extra tamen dictam urbem, pro tempore decedentium remansura, cujuscunque qualitatis, generis, & speciei fuerint, etiam gemmas, & alia pretiosa, & pecuniarum summas, necnon etiam fructus, reditus, & proventus mensarum hujusmodi, à die Ecclesiarum & monasteriorum vacationis hujusmodi, usque ad diem præfectionis, ac provisionis, seu commendæ de illis facientibus, quos omnes & singulos fructus, reditus, & proventus ad nos & dictam Cameram spectare & pertinere volumus & decernimus, & eidem Cameræ appropriamus & applicamus.

Pius Quartus.

Clericorum bona omnia per negotiationem illicitam quæsita, quæ tempore obitus eorum manent inconsumpta pertinent ad S. R. Ecclesiam: confecta quoque quâcunque viâ sacris canonibus prohibitâ.

CAP. V.

DEcens esse censentes, & æquum, ut nos, qui alios in sua justitia confovemus, Cameræ Apostolicæ jura non negligamus, quinimò, ne prætextu incertitudinis illam ab aliquibus usurpari, aut super eis dubia aliqua oriri contingat, ita nostræ declarationis remedio provideamus, quod à nemine desuper dubium aliquod deduci possit. Cùm itaque, sicut accepimus, à nonnullis vertatur in dubium, an res & bona per clericos, etiam in sacris ordinibus constitutos, ex negotiatione illicita, aut aliàs contra sacros canones acquisita, uti spolia, vel alia, ad Cameram præfatam jure legitimo spectare & pertinere debeant: Nos omnem desuper hæsitationis materiam submovere, ac cavillationibus, ac altercationibus, ac litibus viam præcludere, & denique malitiis eorum, qui jura dictæ Cameræ usurpare satagunt, obviare, aliasque in præmissis opportune providere volentes, motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine decernimus & declaramus, omnis & singula, res & bona, cujuscunque qualitatis, & quantitatis existentia, ac in quibusvis regionibus & regnis ac dominiis, tam citra, quàm ultra montes & maria consistentia, per quosvis clericos, tam seculares, quàm quorumvis, etiam mendicantium ordinum, ac militiarum regulares, etiam in sacris ordinibus constitutos, cujuscunque statûs, ordinis, & conditionis fuerint, ac Archiepiscopali, Episcopali, vel aliâ majori dignitate præfulgeant, ex negotiatione illicita, aut aliàs contra sacros canones quomodolibet acquisita, quæ pro tempore post obitum eorum, qui etiam ex facultate, quam habuerint, testandi, condito testamento ubivis locorum decesserint & decedent, aut quibus illos, etiam eis viventibus privari, & eis destitui contigerit, & præsertim quondam Andreæ Iapito de sancto Joanne Rotundo Presbyteri, seu religiosi, extra Romanam Curiam, ad illam forsan veniendo, defuncti hactenus remanserunt, remanent, & remanebunt, ad eandem Cameram, & non alios, etiam in quibusvis cathedralibus, etiam metropolitanis & collegiatis, ac aliis Ecclesiis, monasteriis, hospitalibus, militiis, cæteris

cæterisque beneficiis Ecclesiasticis cum cura, secularibus & quorumvis ordinum regularibus, qualitercunque qualificatis, successores, illa in titulum, commendam, administrationem, commissionem, ac aliàs quomodolibet, pro tempore obtinentes, etiam si ad illa, vigore prioris tituli, jus regrediendi seu accedendi aliquibus concessum fuerit, spectare, ac sub nomine spoliorum venire, illaq; uti spolia ad Cameram ipsam pertinentia, perpetuò colligi & recuperari potuisse, posse ac debere, & ita per quoscunq; judices, quâvis auctoritate fungentes, in quacunque instantia, sublatâ eis quâvis aliter judicandi & interpretandi facultate & auctoritate, judicari & diffiniri debere. Rom. Non. Novembr. 1560.

TITULUS IV.

DE COMITIBUS PALATINIS.

Pius V. ex Concilio Tridentino.

Doctoratûs laurea magistratûs, à Comite Palatino, quæ olim conferebatur in quavis facultate candidatis, Concilii Tridentini decreto nullius nunc est authoritatis & juris.

QUamvis à sede Apostolica, ad quam negotiorum multitudo undique confluit, curis omninò plena innumeris, nonnulla interdum ex justis causis concedantur, quæ successivis temporibus in publicum detrimentum, & alieni juris præjudicium tendere noscuntur, non debet reprehensibile videri, si Roman. Pontifex, ad cujus providentiam pro debito pastoralis officii spectat, super iis debitè providere, illa rationabilibus & juridicis supervenientibus causis deinde cognitis quandoque revocat & annullat, ac in statum redigit rationis. Sanè, cùm fide dignâ plurimorum relatione, non sine animi nostri molestia intellexerimus, nonnullos Comites Palatinos, & diversos alios, prætextu facultatum sibi à Romanis Pontificibus & sede Apostolica concessarum, quamplurimos, tam laicos, quàm clericos, tam jure civili, quàm canonico, & Theologia, nullo, aut non debito examine prævio, indoctos & inhabiles, Doctores, Licentiatos, & Magistros creâsse & promovisse, uti ad dignitates, cæteraque beneficia Ecclesiastica faciliùs assumerentur, & de eis providerentur, in animarum suarum jacturam, & quamplurimorum scandalum. Nos hujusmodi scandalis, quantum in nobis est, obviare, & aliàs, ne de cætero inhabiles ad hujusmodi gradus admittantur, providere volentes: motu proprio, non ad alicujus super hoc nobis oblatæ petitionis instantiam, sed ex mera deliberatione, & ex certa scientia nostris, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, hâc nostrâ perpetuò valiturâ constitutione omnia & singula, facultates & indulta eisdem Comitibus, ac etiam quibusvis officialium Romanæ Curiæ collegiis, singulisque aliis personis, cujuscunque statûs, gradûs, ordinis, & præeminentiæ existentibus, ad Doctoratûs, Licentiaturæ, & Magisterii gradum promovendi, per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, & sedem Apostolicam, ac etiam nos, etiam motu, scientiâ, & potestatis plenitudine, similibus pro expressis habentes, auctoritate Apostolicâ, tenore præsentium perpetuò revocamus, cassamus, & annullamus: Ac decretis Concilii Tridentini [a] inhærentes decernimus & declaramus, eos, qui à Comitibus & aliis præfatis promoti fuerunt, quoad dignitates, cæteraque beneficia Ecclesiastica, nullâ gradûs prærogativâ frui & gaudere posse vel debere. Rom. Calend. Jun. 1568.

a *Concil. Tridentin. sess. 22 c. 2. de reformat. & sess. 24. cap. 11. de reformat.*

TITULUS V.

DE MAGISTRIS, ET DOCTORIBUS.

Julius III. Rectori Universit. almæ urbis.

Institutio & promotio ad Doctoratûs insignia, in favorem paupertatis, gratis fieri debet.

CAP. I.

PAuperes & egeni, qui ad susceptionem Doctoratûs gradum habiles reperientur, in utroque seu altero jurium promoveri, & gratis pro Deo, absque aliqua pecuniarum solutione ab eis facienda, assumi seu Doctores creari debent.

Pius Quartus.

Cujuscunq; facultatis Doctores & Professores promoti sive promovendi, tam electi quàm eligendi, ad officiorum exercitia non se ingerant, nisi prius solenne fidei professionis juramentum emiserint, formâ hic præscriptâ.

CAP. II.

IN sacrosancta beati Petri Principis Apostolorum cathedra, meritis licèt imparibus, hisce procellosis militantis Ecclesiæ tempestatibus constitutos, plurimùm nos oportet esse sollicitos, ut Domini gregem curæ nostræ commissum, non solùm ab apertis rapacium luporum undecunque caulis obstrepentium insultibus, sed etiam à magis formidolosis pestiferarum vulpecularum domi latentium insidiis, per providum pastoralis officii ministerium, ipso Domino cooperante præservemus, ac illis omnes nocendi occasiones, quantum cum Deo possumus, ubilibet auferamus. Cùm itaque, juxta notum sanctissimi Vatis oraculum, timor Domini, sine quo vera religio, & catholicæ fidei puritas nullibi reperitur, sapientiæ sit initium, & qui vel in scientiis proficere, vel eas alios docere parant, supremum illum sapientiæ parentem, benignumque largitorem devoto sanæ fidei obsequio demereri, veràque sinceræ religionis pietate sibi conciliare debeant. Idcircò hanc fidei puritatem scientiis, doctrinisq; quibuslibet, tum tradendis, tum addiscendis, tanquam necessariam basim, constituere, & ne simplicia nonnullorum adolescentium, res novas audiendi cupidorum, ingenia, in naufragos blandientium hæresum scopulos imprudenter impingant, occurrere cupientes; motu proprio, & ex certa scientia nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine; quòd deinceps nullus Doctor, Magister, Regens, vel alius cujuscunque artis & facultatis professor, sive clericus, sive laicus, aut secularis, vel cujusvis ordinis regularis sit, in quibusvis studiorum generalium Universitatibus aut Gymnasiis publicis, aut alibi, ordinariam vel extraordinariam lectoris cathedram assequi, vel jam obtentam retinere, seu aliàs, Theologiam, canonicam vel civilem censuram, Medicinam, Philosophiam, Grammaticam, vel alias liberales artes, in quibuscunque civitatibus, terris, oppidis, ac locis, etiam in Ecclesiis, monasteriis, aut conventibus Regularium quorumcunq; publicè vel privatim quoquo modo profiteri, seu lectiones aliquas in facultatibus hujusmodi habere, vel exercere: Neque Doctores ipsi, aut Universitatum, seu Gymnasiorum eorundem Rectores, Cancellarii, vel alii superiores, sed nec etiam Palatini [a] Comites, aut alii particulares, facultatem eruditos viros ad eosdem gradus promovendi, etiam à nobis, & Apostolica sede, vel aliàs undecunq; habentes, scholares, tam laicos, quàm clericos, & cujusvis ordinis regulares, vel alios quoscunque, quantâlibet eruditione præditos, ad ullum gradum in eisdem facultatibus suscipiendum recipere & admittere; neq; Doctores, Magistri, & Scholares ad electionem alicujus in Rectorem vel Cancellarium Universitatis, aut Gymnasii procedere; nec ipsi Scholares, vel alii quan-

a *Vid. sup. c. 4. de sum. Trin. & fid. cat. & ibid. notat.*

tumlibet docti, & alioquin habiles, gradus hujusmodi, vel eorum aliquem, palàm vel privatim recipere valeant, nisi Doctores videlicet, ac Regentes, Magistri & alii Professores jam ad cathedras & lecturas recepti, in Italia infra tres, extra verò illam infra sex menses, à die publicationis præsentium computandos: reliqui verò ad cathedras, & alias lecturas ibidem in posterum assumendi, ante illorum receptionem in Rectoris, vel aliorum superiorum: Eligendi autem in Rectores vel Cancellarios ante illorum electionem, aut saltem admissionem in ordinarii loci, vel ejus in spiritualibus vicarii; ac promovendi Scholares, & alii præfati, ante illorum promotionem in ejusdem ordinarii, seu ejus vicarii, aut Doctorum aliorumvé promoventium manibus, prævio etiam processus, vel debitâ informatione, quantum eis sufficere videbitur, super religione fideque catholicâ, Rectorum, Cancellariorum, Doctorum, Lectorũ, & promovendorum eorundem per ipsos locorum ordinarios, vel eorum Vicarios ritè facta præcedente, eandem Catholicam fidem, verbis juxta formæ infrascriptæ tenorem conceptis, palàm & solenniter profiteri teneantur. Et desuper instrumentum publicum confici, ac de processu, seu informatione, & fidei professione, in privilegio Doctoratûs vel alterius gradûs hujusmodi, specialis ac de verbo ad verbum mentio & relatio fieri debeat, auctoritate Apostolicâ, tenore præsentium, perpetuò statuimus & ordinamus. Forma autem * dictæ professionis fidei hæc est: Ego N. firmâ fide credo & profiteor omnia & singula, quæ continentur in Symbolo fidei, quo S.R.E. utitur, videlicet: Credo in unum Deum, patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, visibilium omnium, & invisibilium. Et in unum Dominum Jesum Christum, filium Dei unigenitum. Et ex patre natum ante omnia sæcula. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Genitum non factum, consubstantialem patri, per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cœlis. Et incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria virgine, & homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus, mortuus & sepultus est. Et resurrexit tertiâ die secundùm scripturas. Et ascendit in cœlum, sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus est cum gloria judicare vivos & mortuos, cujus Regni non erit finis. Et in Spiritum sanctum Dominum, & vivificantem, qui ex Patre, filioq; procedit. Qui cum Patre & filio simul adoratur, & conglorificatur, qui loquutus est per Prophetas. Et unam sanctam, catholicam, & Apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum Baptisma in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum. Et vitam venturi sæculi. Amen. Apostolicas & Ecclesiasticas traditiones, reliquasque ejusdem Ecclesiæ observationes, & constitutiones firmissimè admitto, & amplector. Item, sacram Scripturam, juxta eum sensum, quem tenuit & tenet sancta mater Ecclesia, cujus est judicare de vero sensu & interpretatione sacrarum Scripturarum, admitto: nec eam unquam, nisi juxta unanimem consensum Patrum accipiam, & interpretabor. Profiteor quoque, septem esse vera & propriè Sacramenta novæ legis, à Jesu Christo Domino nostro instituta, atque ad salutem humani generis, licèt non omnia singulis necessaria, scilicet, Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Extremam unctionem, Ordinem, & Matrimonium; illaque gratiam conferre, & ex his Baptismum, Confirmationem, & Ordinem sine sacrilegio reiterari non posse. Receptos quoque & approbatos Ecclesiæ catholicæ ritus in supradictorum omnium Sacramentorum solemni administratione recipio & admitto. Omnia & singula, quæ de peccato originali, & de justificatione in sacrosancta Tridentina Synodo definita & declarata fuerunt, amplector & recipio. Profiteor pariter, in Missa offerri Deo verum, proprium, & propitiatorium sacrificium pro vivis & defunctis, atque in sanctissimo Eucharistiæ Sacramento esse verè, realiter, & substantialiter corpus, & sanguinem, unà cum anima, & divinitate Domini nostri Jesu Christi, fierique conversionem totius substantiæ panis in corpus, & totius substantiæ vini in sanguinem, quam conversionem catholica Ecclesia transubstantiationem appellat. Fateor etiam, sub altera tantum specie totum atque integrum Christum, verumque Sacramentum sumi. Constanter teneo Purgatorium esse, animasque ibi detentas fidelium suffragiis juvari. Similiter & Sanctos, unà cum Christo regnantes, venerandos atque invocandos esse, eosque orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum reliquias esse venerandas. Firmiter assero, imagines Christi, ac Deiparæ semper virginis, necnon aliorum Sanctorum habendas & retinendas esse, atque eis debitum honorem ac venerationem impertiendam. Indulgentiarum etiam potestatem à Christo in Ecclesia relictam fuisse, illarumque usum Christiano populo maximè salutarem esse affirmo. Sanctam Catholicam & Apostolicam Romanam Ecclesiam omnium Ecclesiarum matrem & magistram agnosco. Romanoque Pontifici, beati Petri Apostolorum Principis successori, ac Jesu Christi Vicario, veram obedientiam spondeo, ac juro. Cætera item omnia, à sacris canonibus, & œcumenicis Conciliis, ac præcipuè à sacrosancta Tridentina Synodo tradita, definita, & declarata, indubitanter recipio, atque profiteor: simulque contraria omnia, atque hæreses quascunque ab Ecclesia damnatas & rejectas, & anathematizatas, ego pariter damno, rejicio, & anathematizo. Hanc veram catholicam fidem, extra quam nemo salvus esse potest, quam in præsenti sponte profiteor, & veraciter teneo, eandem integram & immaculatam usque ad extremum vitæ spiritum constantissimè (Deo adjuvante) retinere, & confiteri, atque à meis subditis, seu illis, quorum cura ad me in munere meo spectabit, teneri, doceri, & prædicari, quantum in me erit, curaturum. Ego idem N. spondeo, voveo, ac juro: sic me Deus adjuvet, & hæc sancta Dei Evangelia.

TITULUS VI.

DE MEDICIS.

Pius Quintus.

Fidei professionem præscriptam, & juxta juramenti firmam traditam, emittere debent Medici, nec ultra diem integrum visitare tenentur infirmos spiritualia remedia confessionis renuentes, salutis admonitos.

CAP. I.

SUprà gregem Dominicum nostræ vigilantiæ divinitùs creditum vigilis speculatoris, prout nobis desuper conceditur, exercentes officium, ad ea, per quæ animarum saluti, cum divini nominis gloria, consuli valeat, libenter intendimus, ut Christi fideles post Baptismum in peccata lapsi, per Sacramentum pœnitentiæ Deo reconcilientur. Sanè, cùm infirmitas corporalis nonnunquam ex peccatis proveniat, dicente Domino languido, quem sanaverat: Vade, noli amplius peccare, ne quid deterius tibi contingat: ac propterea provide sel. rec. Innocentius a III. prædecessor noster Medicis præceperit, ut, cùm eos ad ægrotos vocari contigerit, ipsos ante omnia moneant, ut animarum Medicos vocent, ne cùm eis hoc in extremæ ægritudine constitutis suadetur, in desperationis articulum incidant. Nos igitur volentes hoc tam salutare præceptum nullâ temporis præscriptione aboleri, sed semper observari, constitutionẽ præfatam, auctoritate Apostolicâ, tenore præsentium innovamus, & hâc nostrâ in perpetuum valiturâ constitutione statui-

a *Decreto magni Concilii Lateranensis cons. 22.*

mus,

mus, & decernimus, quòd omnes Medici, cùm ad infirmos in lecto jacentes vocati fuerint, ipsos ante omnia moneant, ut idoneo confessori omnia peccata sua, juxta ritum S.R.E. confiteantur, neq; tertio die ulterius eos visitent, nisi longius tempus infirmo confessor, ob aliquam rationabilem causam, super quo ejus conscientiam oneramus, concesserit, & eis per fidem confessoris in scriptis factam constiterit, quòd infirmi, ut præmittitur, peccata sua confessi fuerint. Conjunctos vero, ac omnes familiares & domesticos infirmi, in Domino rogamus & monemus, ut de infirmitate parochum certiorem faciant, ac tam parochus, quàm conjuncti & familiares præfati, infirmum ad confessionem peccatorum suadeant & inducant. Quòd si qui Medicorum præmissa non observaverint, ultra pœnas in dicta constitutione contentas, quas incurrere declaramus, perpetuò sint infames, & gradu Medicinæ, quo infigniti erant, omninò priventur, & à Collegio seu universitate Medicorum ejiciantur, ac pœnâ etiam pecuniariâ, arbitrio ordinariorum, ubi deliquerint, mulctentur. Et, ut hæc omnia inviolabiliter observentur, volumus, & eâdem auctoritate præcipimus & mandamus, ut nullus posthac ubique locorum Medicinâ doctoretur, aut ei quomodolibet medendi facultas à quovis collegio & universitate concedatur, nisi omnia in præsenti nostra constitutione contenta, medio eorum juramento, coram Notario publico & testibus, observare, in eorum manibus, vel ordinarii juverint, & de hujusmodi juramentis in privilegio, seu licentia medendi specialis mentio fiat. Quòd si collegia & universitates præfatæ, non recepto à promovendis juramento hujusmodi, eosdem ad gradum prædictum promoverint, aut eisdem medendi licentiam præstiterint, pœnam privationis facultatis alios ulterius doctorandi incurrant. Mandantes in virtute sanctæ obedientiæ, omnibus & singulis venerabilibus fratribus, Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis, quatenus in civitatibus & diœcesibus propriis, præsentes nostras literas publicari faciant, ac juramentum prædictum à Medicis jam promotis, seu licentiam medendi habentibus, omnibus juris remediis exigant, neque aliquos ad medendum in civitatibus & diœcesibus prædictis admittant, nisi eâ constiterit eosdem juramentum hujusmodi præstitisse, & contumaces, & jurare ac juramentum hujusmodi jam præstitum exhibere recusantes, gradu Medicinæ, & omnibus privilegiis eisdē Medicis, tam conjunctim, quàm divisim, eis & eorum cuilibet concessis per quosvis etiam Romanos Pontifices, privent, ac ab ingressu Ecclesiæ arceant, donec resipuerint. Rom. 8. Martii, 1566.

Gregorius XIII.

Medici Judæi & infideles ad Christianorum curandos morbos non admittantur.

CAP. II.

A Liàs piæ mem. Paulus Papa quartus prædecessor noster, editâ perpetuâ constitutione inter alia sancivit, ne Medici Judæi, etiam vocati & rogati ad Christianorum ægrotantium curam accedere, aut illi interesse possent: quam constitutionem postea Pius Papa quintus, etiam prædecessor noster, per suas literas approbavit, innovavit, & confirmavit, & robur perpetuæ firmitatis obtinere decrevit: ac voluit, & sub minitatione divini judicii præcepit & mandavit, omnia in eadem constitutione contenta in posterum firmiter observari, non solùm in terris & dominiis sanctæ Romanæ Ecclesiæ subjectis, sed etiam ubique locorum. Quia tamen nobis non sine magna animi nostri molestia innotuit, ea minimè observari, sed multos adhuc ex Christianis hominibus esse, qui dum suos corporum languores, illicitis mediis, & præcipuè Judæorum ac aliorum infidelium operâ sanari cupiunt, veræ salutis animarum suarum & corporum simul immemores fiunt, & (quod valdè dolendum est) in damnationis æternæ maximum sæpè discrimen incidunt, Medicis Judæis & infidelibus hujusmodi ad ipsorum curationem vocatis & adhibitis: unde fit, ut & Judæis ac aliis infidelibus magna detur delinquendi occasio, & simul salutare præceptum negligatur, ab Innocentio Papa III. similiter prædecessore nostro, in Concilio generali quondam emissum, & deinde à prædicto Pio V. innovatum, quòd omnes Medici, cùm ad infirmos in lecto jacentes vocati essent, ipsos ante omnia monerent, ut idoneo confessori omnia peccata sua, juxta ritum sanctæ Romanæ Ecclesiæ confiterentur *a*, neque tertio die ulterius eos visitarent, nisi longius tempus infirmo confessor ob aliquam rationabilem causam, super quo ejus conscientia onerabatur, concessisset, & eis per fidem confessoris in scriptis factam constaret, quòd infirmi peccata sua confessi fuissent. Idcircò nos, tam Judæos, qui adversus mandata hujusmodi Apostolica committere audent, quàm Christianos, qui illos ad se accersunt, vel medendi licentiam concedunt, & viam ad delinquendum eisdem aperiunt, coërcere volentes, supradictas prædecessorum nostrorum constitutiones, auctoritate Apostolicâ, tenore præsentium approbamus, confirmamus, & innovamus, ac inviolabiliter observari mandamus, atq; hâc nostrâ in perpetuum valiturâ constitutione, eisdem constitutionibus & præceptis pro firmiori illorum observatione addentes, universis utriusq; sexûs Christi fidelibus districtè inhibemus & interdicimus, ne posthac Judæos, vel alios infideles, ad ipsorum Christianorum ægrotantium & infirmorum curam vocent, seu admittant, aut vocari, admittivé faciant, concedant, vel permittant.

TITULUS VII.

DE CONCILIIS.

Leo Decimus, in Concilio Lateranensi.

Summus Pontificis authoritas supra Concilium esse, multis exemplis & pragmaticæ sanctionis in Concilio Basilensi decreta abolitione probatur.

CAP. I.

PAstor æternus gregem suum usque ad consummationem seculi nunquam desertus, ita Apostolo *b* teste, obedientiam dilexit, ut pro expiando primi parentis inobedientiæ peccato, seipsum humiliaverit, factus obediens usq; ad mortem, migraturus verò ex mundo ad patrem, in soliditate petræ Petrum, ejusque successores vicarios suos instituit, quibus ex libro Regum *c* testimonio, ita obedire necesse est, ut qui non obedierit, morte moriatur, & ut alibi legitur, in Ecclesia esse non potest, qui Romani Pontificis cathedram deserit, quoniam *d* Augustino, *e* Gregorioq; auctoribus, sola obedientia est mater, custosque omnium virtutum, sola fidei meritum possidens, sine qua quisq; infidelis convincitur, etiam si fidelis esse videatur. Itaque nos, eodem Petro docente, solliciti esse debemus, ut quæ à Rom. Pont. prædecessoribus nostris, præsertim in sacris Conciliis, pro obedientiæ hujusmodi auctoritatis, libertatisque Ecclesiasticæ, & sedis Apostolicæ defensione, maturè, & ex legitimis causis inchoata sunt, nostro studio, curâ, & diligentiâ debitè absolvantur, & ad optatum finem perducantur, simplicium quoque animæ, quarum etiam rationem Deo reddituri sumus, à dolis & laqueis tenebrarum Principis liberentur, sanè fel. record. Julius Papa secundus prædecessor noster, post indictum ex legitimis tunc expressis causis, de venerabilium fratrum suorum sanctæ Rom. Eccles. Cardin. de quorum numero tunc eramus,

a *C. cùm infirmitas. de pœnitent. & remission.* b *Philipp. 2.* c *1. Reg. 15.* d *August. in opere Monachorum.* e *Gregor. 35. moral.*

consilio & assensu, sacrum Lateran. Concilium, providè considerans, cum eodem sacro Lateran. Concilio, Biturice, Regni Franciæ corruptelam, quam illi pragmaticam sanctionem vocant, cum maximo animarum periculo & scandalo, ac dignitatis sedis Apostolicæ detrimento & vilipendio, retroactis temporibus viguisse & adhuc vigere, ejusdem pragmaticæ sanctionis negotium, eodem approbante Concilio, discutiendum, certis tunc nominatim deputatis Cardinalibus & Prælatis certæ congregationis commisit. Et quanquam sanctio præfata ex multis nullitati notoriæ subjaceret, schismaque manifestum foveret & contineret, & propterea citatione aliquâ minimè præcedente, per se irrita, nulla, & invalida declarari potuisset; ex abundanti tamen cautela idem Julius prædecessor Gallicos prælatos, capitula Ecclesiarum & monasteriorum, parlamenta, & laicos illis faventes, & dictâ sanctione utentes, omnesque & singulos alios, in præmissis sua communiter vel divisim interesse putantes, per edictum publicum, cùm ad partes illas tutus tunc non pateret accessus, in Mediolan. Assen. & Patavien. Ecclesiarum valvis affigendum monuit: quare sanctio præfata, illiusq; corruptela & abusio, in concernentibus auctoritatem Romanæ Ecclesiæ, & sacrorum canonum ac Ecclesiasticæ libertatis violationem, nulla & invalida declarari non deberet. Cumque dicto Julio prædecessore in humanis agente, diversis impedimentis causantibus, citatio exequi & reproduci, ac negotium abrogationis hujusmodi plene discuti, ut intentio ipsius Julii prædecessoris fuerat, non potuisset, sed eodem Julio prædecessore rebus humanis exempto, citatio ipsa legitimè executa, & per procuratorem fiscalem sacri Concilii promotorem reproducta, ipsorumque citatorum non comparentium contumaciâ accusata, & ad ulteriora procedi petitum fuisset, nos (divinâ favente clementiâ) ad summi Apostolatûs apicem assumpti, omnibus rite pensatis, petitioni prædictæ ex certis causis nullum tunc responsum dedimus, ac deinde, cùm per dictos monitos, & citatos diversa impedimenta allegarentur, quare in termino eis (ut præfertur) præfixo comparere non potuissent, ut omnis justæ excusationis & querelæ occasio eis auferretur, terminum citationis & monitionis hujusmodi præfixum, eodem sacro approbante Concilio, ad alium tunc expressum terminum jam diu effluxum in diversis sessionibus pluries prorogavimus.

Cùm autem moniti & citati prædicti, sublatis jam omnibus impedimentis, effluxisque omnibus terminis, coram nobis & dicto Concilio non comparuerint, nec comparere curaverint ad allegandum causam, quare sanctio prædicta nulla declarari non debeat, ita ut excusationi ultrà locus non sit, possintq; meritò contumaces reputari, prout eos exigente justitiâ reputamus: Nos mutare attendentes pragmaticam sanctionem, vel potiùs (ut dictum est) corruptelam, schismatis tempore à non habentibus potestatem editam, reliquæ Christianæ Reip. Ecclesiæq; sanctæ Dei nullatenus conformem, & à clar. mem. Ludovico XI. * * a Francorum Rege Christianissimo revocatam, cassatam, atque abolitam, auctoritatem, libertatem, ac dignitatem dictæ sedis violare, ac diminuere facultatem Rom. Pont. pro tempore existentis, de sanctæ Romanæ Ecclesiæ Card. pro universali Ecclesia assidue laborantium, virorumque doctorum personis, quibus abundat Curia, & quorum consiliis sedis Apostolicæ, & Rom. Pont. atque universalis Ecclesiæ auctoritas & potestas conservatur, negotiaque diriguntur, & in prospero statu confoventur, Ecclesiis & monasteriis, eisdemque personis de reliquis beneficiis Ecclesiasticis, juxta eorum status exigentiam providendi penitus auferre: Prælatis verò Ecclesiasticis illarum partium causam præbere, ut ipsi nervum Ecclesiasticæ disciplinæ obedientiæ sanctum frangant & violent, ac contra nos & sedem prædictam, eorum matrem, cornua erigant, & eis ad præmissa audendum viam aperire, ipsamq; notoriæ nullitati subjacere, nulloque nisi alicujus temporis, seu potiùs tolerantiæ cujusdam adminiculo fulciri, etsi Rom. Pont. prædecessores nostri præfati, prout ipsi suo tempore summopere optare demonstrârunt, corruptelam & abusionem hujusmodi, vel malignitate temporum, vel aliàs illi providere, & in totum occurrere non valentes, suis temporibus tolerâsse visi fuerunt: considerantes tamen ab ipsius Biturican. sanctionis editione, vix annos septuaginta fluxisse, nullumq; infra hoc temporis spatium, præter hoc Lateranense Concilium legitimè fuisse celebratum, quo cùm (disponente Domino) constituti simus, ab ejusdem improbæ sanctionis extirpatione & totali annullatione, sine nostra & tantorum patrum in præsenti Concilio congregatorum nota, ac nostræ & dictorum illa utentium animarum periculo abstinere, seu desistere non posse, Augustino teste, judicamus atque censemus.

Et sicut piæ memoriæ Leo Papa I. prædecessor noster, cujus in hoc libenter (quoad possumus) vestigia imitamur, ea quæ in secunda Ephesina Synodo temerè contra justitiam & catholicam fidem gesta fuerunt, postmodum in Chalcedonen. Concilio mandavit ac fecit pro dictæ fidei firmitate revocari: ita & nos à tam nefariæ sanctionis, & contentorum in ea, revocatione retrahi aut desistere salvâ conscientiâ, ac nostro & ipsius Ecclesiæ honore, non posse aut debere censemus. Nec illud nos movere debet, quòd sanctio ipsa & in ea contenta, in Basilienſi Concilio edita, & ipso Concilio instante, à Biturican. congregatione recepta & acceptata fuerunt, cùm ea omnia post translationem ejusdem Basilienſ. Concilii per fel. mem. Eugenium Papam IV. etiam prædecessorem nostrum factam, à Basilienſi conciliabulo, seu potiùs conventiculo, quæ præsertim post hujusmodi translationem Concilium amplius appellari non merebatur, facta extiterint, ac propterea nullum robur habere potuerint, cùm etiam solum Rom. Pont. pro tempore existentem, tanquam auctoritatem super omnia Concilia habentem, Conciliorum indicendorum, transferendorum, ac dissolvendorum plenum jus & potestatem a habere, ne dum ex sacræ scripturæ testimonio, dictis sanctorum patrum, ac aliorum Romanorum Pontificum etiam prædecessorum nostrorum, sacrorumque canonum decretis, sed propriâ etiam eorundem Conciliorum confessione, manifestè constet: quorum aliqua referre placuit, reliqua verò, utpote notoria, silentio præterire.

In Alexandrina enim Synodo, Athanasio ibidem existente, Felici Roman. Pont. ab eadem Synodo scriptum fuisse legimus, Nicænam Synodum statuisse, non debere absque Roman. Pontif. auctoritate Concilia celebrari. Neque nos latet etiam eundem Leonem Pontif. Ephesinam secundam Synodum ad Chalcedonen. transtulisse. Martinum etiam Papam quintum præsidentibus suis in Concilio Senen. potestatem transferendi Concilium, nullâ consensûs ipsius Concilii mentione habitâ, dedisse. Ephesinam quoq; primam Synodum Cælestino, ac Chalced. eidem Leoni VI. Agathoni VII. Hadriano VIII. Nicolao VIII. etiam Constantinop. Synodum Hadriano Rom. Pont. prædecessoribus nostris, maximam reverentiam exhibuisse, eorundemq; Pontif. institutionib' & mandatis, in sacris conciliis per eos editis & factis reverenter & humiliter obtemperâsse. Unde Damasus Papa & cæteri Epi-

a *Ludovicus XI. Francorum Rex per legatos missos ad Pium II. liberam Ecclesiæ & Pontificis regni obedientiam præstitit, abrogationem pragmaticæ sanctionis, & magna in Turcas auxilia policitus. Renatus Senatus Parisiensis, Gagum. lib. 10.*

a *Ut hæc facilius cognoscas, vide Cajetanum in tractat. de comparatione Papæ & Conciliorum. Dominicum Jacobatium lib. 10. de Concilio, artic. 7. Petrum de Monte in lib. de potestate Papæ & Concilii.*

scopi

scopi Romæ congregati scribentes de Concilio Ariminen. Episcopis in Illyrico constitutis, præjudicium aliquod, per numerum Episcoporum Arimini congregatorum, fieri non potuisse testantur: quandoquidem constet, Roman. Pontific. cujus ante omnia decebat spectari decretum, talibus non præbuisse consensum: eundemque Leonem Pontificem universis Siciliæ Episcopis scribentem idem noluisse apparet: consueverunt(que) antiquorum Conciliorum Patres pro eorum, quæ in suis Conciliis gesta fuerunt, corroboratione, à Romano Pontifice subscriptionem, approbationem(que) humiliter petere & obtinere, prout ex Nicæna & Ephesina ac Chalcedonen. hujusmodi, & VI. Constantinopolitan. & VII. eadem Nicæna, ac Romana sub Symmacho Synodis habitis earum(que) gestis, necnon in annali libro de Synodis, manifestè colligitur, quòd etiam novissimè Constantinens. a Patres fecisse constat. Quam laudabilem consuetudinem si Bituricens. Basilien. secuti fuissent, hujusmodi molestiâ procul dubio careremus.

Cupientes quoque hujusmodi negotium ad debitum finem perduci, ac tam vigore citationum, hactenus à nobis & præfato Julio prædecessore ex abundanti emanatarum, quàm aliorum præmissorum, quę ita notoria sunt, ut nullâ valeant excusatione aut tergiversatione celari, etiam ex nostro pastorali officio procedentes, omnes(que) & singulos, tam juris quàm facti defectus, si qui forsan in præmissis intervenerint, supplentes, ex certa nostra scientia & de Apostolicæ potestatis plenitudine, eodem sacro approbante Concilio, tenore præsentium, præfatam pragmaticam sanctionem seu corruptelam, ejus(que) approbationem quomodolibet emanatam, omniaque & singula decreta, capitula, statuta, constitutiones sive ordinationes in eodem quomodolibet contentas, seu etiam insertas, ac ab aliis priùs editas, necnon consuetudines, stylum, usus, sive potiùs abusum, ex ea in hanc usque diem quomodolibet emanatos, seu observatos, nullius roboris vel momenti fuisse & esse, decernimus & declaramus. Necnon ad abundantiorem cautelam, eandem Bituricensem sanctionem sive corruptelam, ejus(que) approbationem tacitam vel expressam, ut præfertur, & in ea contenta omnia & singula, etiam inserta quæcunque revocamus, cassamus, abrogamus, irritamus, annullamus, ac damnamus, & pro infectis, revocatis, cassatis, abrogatis, irritatis, annullatis, & damnatis haberi volumus, decernimus, & declaramus. Et cùm de necessitate salutis existat, omnes Christi fideles Romano Pontifici b subesse, prout divinæ Scripturæ & sanctorum Patrum testimonio edocemur, ac constitutione fel. mem. Bonifacii Papæ VIII. similiter prædecessoris nostri, quæ incipit, Unam sanctam. declaratur, pro eorundem fidelium animarum salute, ac Rom. Pontif. & hujus sanctæ sedis suprema auctoritate, & Ecclesiæ sponsæ suæ unitate & potestate, constitutionem ipsam, sacro præsenti Concilio approbante, innovamus & approbamus, sine tamen præjudicio declarationis sanctæ mem. Clementis Papæ V. quæ incipit, Meruit. Inhibentes in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub pœnis & censuris infrà dicendis omnibus & singulis Christi fidelibus, tam laicis quàm clericis, secularibus, & quorumvis ordinum, etiã mendicantium regularibus, & aliis quibuscunque personis, cujuscunque statûs, gradûs, & conditionis existant, etiam sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinal. Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & quibusvis aliis Ecclesiasticâ vel Mundanâ, vel quâvis aliâ dignitate fulgentibus, omnibus(que) aliis & singulis Prælatis, clericis, capitulis & conventibus secularibus, & ordinum prædictorum regularibus, etiam monasteriorum Abbatibus, Prioribus, Ducibus, Comitibus, Principibus, Baronibus, parlamentis, officialibus etiam Regiis, judicibus, advocatis, notariis & tabellionibus Ecclesiasticis vel secularibus, & quibusvis aliis personis Ecclesiasticis, regularibus & secularibus, ut præfertur, quâcunque dignitate fulgentibus, in præfato Regno Franciæ, Delphinatu, & ubicunque prædicta pragmatica directè vel indirectè, tacitè vel expressè vigeret, quomodolibet existentibus, vel pro tempore futuris, ne de cætero præfatâ pragmaticâ sanctione, seu potiùs corruptelâ, quomodolibet ex quavis causa, tacitè vel expressè, directè vel indirectè, aut quovis alio quæsito colore vel ingenio, in quibuscunque actibus judicialibus vel extrajudicialibus uti, seu etiam eam allegare, vel secundùm eam judicare, aut quosvis actus judiciales vel extrajudiciales, secundùm dictæ pragmaticæ tenorem vel capitula in ea contenta, per se vel alium seu alios, nullatenus facere præsumant, aut per alios fieri permittant, seu mandent, nec præfatam pragmaticam sanctionem a aut in ea contenta capitula seu decreta, ulteriùs in domibus suis, aut aliis locis publicis vel privatis teneant, quinimò illam ex quibusvis Archivis etiam Regiis, seu capitularibus & locis prædictis, infra sex menses à data præsentium computandos deleant, seu deleri faciant, sub majoris excommunicationis latæ sententiæ, necnon quoad Ecclesiasticas & regulares personas prædictas omnium etiam Patriarchalium, metropolitanarum & aliarum cathedralium Ecclesiarum, monasteriorum quoque & Prioratuum, etiam conventualium, & quarumcunque dignitatum, aut beneficiorum Ecclesiasticorum secularium & quorumvis ordinum regularium, privationis, & inhabilitatis ad illa in posterum obtinenda, quo verò ad seculares præfatæ excommunicationis, necnon amissionis quorumcunque feudorum, tam à Romana, quàm alia Ecclesia, ex quavis causa obtentorum, ac etiam inhabilitatis ad illa in posterum obtinenda, inhabilitatisque ad omnes & singulos actus legitimos, quomodolibet faciendos, infamiæq; ac criminis læsæ majestatis in jure expressis pœnis, eo ipso & absq; ulteriori declaratione, per omnes & singulos supradictos, si (quod absit) contrafecerint, incurrendis, à quibus vigore cujuscunque facultatis, ac clausularum, etiam in confessionalibus, quibusvis personis sub quibusvis verborum formis concessis contentari non, nisi à Rom. Pont. canonicè intrante, vel alio ab eo ad id in specie facultatem habente, præterquam in mortis articulo constituti, absolvi nequeant.

a *Vide Nicolaum Sanderum lib. 7. de visibili monarchia, ubi agit de Concil. Constantiens. pag. 540.* b *Leo Epist. 84. ad Anast. in fin. Gelas. in Epist. ad Episcopos Dardaniæ Nicol. I. in Epist. ad Michaelem. Imoc. III. serm. de consecr. Pontific. Bonifac. VIII. in extravag. tit. de major. & obed.*

Paulus Tertius.

Ecclesia in afflictis & maximè turbatis Christianæ Reipublicæ rebus præsentissimum remedium ex Conciliorum œcumenicorum indictione experta est.

CAP. II.

MAjores nostri sapientiâ admirabili & sanctitate præditi, sæpe in summis Christianæ Reipublicæ periculis, remedium optimum atque opportunissimum, œcumenica Concilia, & Episcoporum generales conventus adhibuerunt. Ex diplomate indictionis Tridentini Concilii. Cal. Junii. 1542.

Pius IV.

Conciliorum canones interpretantur & confirmantur Pontificis maximi declaratione.

CAP. III.

SIcut ad sacrorum Conciliorum decreta ac canones auctoritas atq; confirmatio Apostolicæ sedis & debet & solet accedere, ita si qua super eis exorta sit dubitatio, ejusdem sedis judicio & declaratione tollenda est.

a *Pragmaticæ sanctionis abolitio, ejusq; sequentium pœna.*

Idem.

Concilii decreta non priùs rata & firma habentur, quin eis accesserit Pontificis maximi confirmatio, cujus est ea & indicere & declarare, tum sanctè interpretari. Idq; unico Concilii Tridentini exemplo, ac antiquo Ecclesiasticæ jurisdictionis ritu, probare licet.

CAP. IV.

BEnedictus a Deus, & pater Domini nostri Jesu Christi, pater misericordiarum, & Deus totius consolationis: qui respicere dignatus Ecclesiam suam sanctam, tot procellis & tempestatibus agitatam atque vexatam, & graviùs indies laborantem, apto tandem ei subvenit, optatoque remedio. Ad plurimas & perniciosissimas hæreses extirpandas, ad corrigendos mores, & restituendam Ecclesiasticam disciplinam, ad pacem & concordiam Christiani populi procurandam, indictum jampridem in civitatem Tridentinam œcumenicum & generale Concilium b à piæ memoriæ Paulo III. prædecessore nostro, & sessionibus aliquot habitis, cœptum fuerat. Ab ejus autem successore Julio in eandem urbem revocatum, post alias sessiones celebratas, variis impedimentis & difficultatibus objectis, ne tum quidem peragi potuerat. Itaque diutiùs intermissum fuerat, non sine maximo mœrore piorum omnium, cùm quotidiè magis Ecclesia ejusmodi remedium imploraret. Nos autem, post susceptum sedis Apostolicæ regimen, tam necessarium ac salutare opus, sicut pastoralis solicitudo monebat, divinæ misericordiæ fiduciâ perficere aggressi, adjuti pio studio charissimi in Christo filii nostri, Ferdinandi Romanorum Imperatoris electi, & aliorum Christianorum Regum, Rerumpublicarum, ac Principum, tandem consecuti sumus, quod nec diurnis nec nocturnis curis laborare destitimus, quodque à patre luminum assiduè precati sumus. Cùm enim eam in urbem undique ex Christiani nominis nationib. convenissent nostris convocata literis, & sua etiam ipsorum pietate, excitata Episcoporum & aliorum insignium Prælatorum maxima, & œcumenico Concilio digna frequentia, præter plurimos alios pios, & sacrarum literarum scientiâ, divinique & humani juris cognitione præstantes viros, præsidentibus ipsi Synodo sedis Apostolicæ legatis, nobis adeò Concilii libertati faventibus, ut etiam de rebus sedi Apostolicæ propriæ reservatis, liberum ipsi Concilio arbitrium, per literas ad legatos nostros scriptas, ultrò permiserimus, quæ de Sacramentis, & aliis rebus, quæ quidem necessariæ visæ sint, tractanda, definienda, & statuenda restabant, ad confutandas hæreses, ad tollendos abusus, & emendandos mores, à sacrosancta Synodo summâ libertate diligentiâque tractata, & accuratè ac maturè admodùm definita, explicata, statuta sunt. Quibus rebus perfectis, Concilium tantâ omnium qui illi interfuerant concordiâ peractum fuit, ut consensum eum planè à Domino effectum fuisse constiterit, idque in nostris atque omnium oculis valdè mirabile fuerit. Pro quo tam singulari Dei munere supplicationes statim in alma hac urbe indiximus, quæ magnâ Cleri & populi pietate celebratæ fuerunt, laudesque & gratias divinæ majestati meritò persolvendas curavimus, cùm ejusmodi Concilii exitus spem magnam & propè certam attulerit, fore, ut majores indies fructus ad Ecclesiam ex ipsius decretis, constitutionibusque perveniant. Cùm autem ipsa sancta Synodus, pro sua erga sedem Apostolicam reverentia, antiquorum etiam Conciliorum vestigiis inhærens, decretorum suorum omnium, quæ nostro & prædecessorum nostrorum tempore facta sunt, confirmationem c à nobis petierit, decreto de ea re in publica sessione facto. Nos ex legatorum literis priùs, deinde post reditum eorum, ex iis, quæ Synodi nomine diligenter retulerunt, postulatione ipsius Synodi cognita, habitâ super hac re cum venerabilibus fratribus nostris S.R.E. Car. deliberatione maturâ, sanctique Spiritûs inprimis auxilio invocato, cùm ea decreta omnia catholica, & populo Christiano utilia ac salutaria esse cognovissemus, ad Dei omnipotentis laudem, de eorundem fratrum nostrorum consilio & assensu, in Consistorio nostro secreto, illa omnia & singula auctoritate Apostolicâ hodie confirmavimus; & ab omnibus Christi fidelibus suscipienda ac servanda esse decrevimus: sicut harum quoque literarum tenore ad clariorem omnium notitiam confirmamus, & suscipi observarique decernimus. Mandamus autem in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœnis à sacris canonibus constitutis, aliisque gravioribus, etiam privationis, arbitrio nostro infligendis, universis & singulis venerabilibus fratribus nostris, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis quibusvis Ecclesiarum Prælatis, cujuscunque status, gradûs, ordinis, & dignitatis sint, etiam si Cardinalatûs honore præfulgeant, ut eadem decreta & statuta in Ecclesiis suis, civitatibus & diœcesibus, in judicio & extra judicium, diligenter observent, & à subditis quisque suis, ad quos quomodolibet pertinent, inviolabiliter faciant observari, contradictores quoslibet & contumaces per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, etiam in ipsis decretis contentas, appellatione postpositâ compescendo; invocato etiam, si opus fuerit, brachii secularis auxilio. Ipsum verò charissimum filium nostrum Imperatorem electum, cæterosque Reges, Respublicas, ac Principes Christianos monemus, & per viscera misericordiæ Domini nostri Jesu Christi obtestamur, ut quâ pietate Concilio per oratores suos affuerunt, eâdem pietate, ac pari studio divini honoris, & populorum suorum salutis causâ, pro sedis quoque Apostolicæ, & sacræ Synodi reverentia, ad ejusdem Concilii exequenda & observanda decreta prælatis, cùm opus fuerit, auxilio & favore suo adsint, neque adversantes sanæ ac salutari Concilii doctrinæ opiniones à populis ditionis suæ recipi permittant, sed eas penitùs interdicant. Ad vitandum præterea perversionem & confusionem, quæ oriri posset, si unicuique liceret, prout ei liberet, in decreta Concilii commentarios & interpretationes suas edere; Apostolicâ auctoritate inhibemus omnibus, tam Ecclesiasticis personis, cujuscunq; sint ordinis, conditionis, & gradûs, quàm laicis quocunque honore ac potestate præditis, Prælatis quidem sub interdicti ingressûs Ecclesiæ, aliis verò, quicunque fuerint, sub excommunicationis latæ sententiæ pœnis, ne quis sine auctoritate nostra audeat ullos commentarios, glossas, annotationes, scholia, ullumve omninò interpretationis genus super ipsius Concilii decretis quocunque modo edere, aut quicquam quocunque nomine, etiam sub prætextu majoris decretorum corroborationis aut executionis, aliove quæsito colore statuere. Si cui verò in eis aliquid obscuriùs dictum & statutum fuisse, eamque ob causam interpretatione aut decisione aliquâ egere visum fuerit, ascendat ad locum, quem Dominus elegit, ad sedem videlicet Apostolicam, omnium fidelium magistram, cujus auctoritatem etiam ipsa sancta Synodus tam reverenter agnovit. Nos enim difficultates & controversias, si quæ ex eis decretis ortæ fuerint, nobis declarandas, quemadmodum ipsa quoq; sancta Synodus decrevit, reservamus, parati, sicut ea de nobis meritò confisa est, omnium provinciarum necessitatibus, eâ ratione, quæ commodior nobis visa fuerit, providere. Rom. 7. Cal. Feb. 1565.

a 2. Corinth. 1. b à Pio IV. tandem in Tridentina civitate continuatum & absolutum fuit die Mercurii, 26. Januar. anno 1564. c Sess. 25. cap. ultimo.

TITULUS VIII.

DE CELEBRATIONE MISSARUM, & Sacramento Eucharistiæ, & divinis officiis.

Pius

Pius Quintus.

Clerici, sub pœna suspensionis à divinis, Missæ sacrificium non celebrent vespertino tempore.

CAP. I.

SAnctissimus in Christo pater & dominus noster, dominus Pius (divinâ providentiâ) Papa V. ad cujus notitiam pervenit, quòd nonnulli cathedralium, etiâ forsan metropolitanarum, collegiatarum, & aliarum Ecclesiarum, necnon monasteriorum, conventuum, domorum, & aliorum piorum locorum secularium, & diversorum ordinum, ac militarium regularium, Prælati, capitula, clerici, fratres, aliique superiores & personæ, antiquum sanctæ Romanæ Ecclesiæ ritum institutis Missarum celebrandarum temporibus pervertere satagentes, diversas licentias & facultates, Missas, quæ mediâ nocte, & seu in aurora Nativitatis, ac de manè Resurrectionis Domini nostri Jesu Christi, & forsan aliarum festivitatum, juxta prædictum ritum celebrari consueverant, de sero etiam forsan circa solis occasum vigiliæ festivitatum earundem, in suis Ecclesiis & capellis celebrandi, seu celebrari faciendi, ab Apostolica sede vel ejus legatis, ac etiam majori pœnitentiario pro tempore existente, variis prætextibus impetraverunt, illisque jampridem utuntur: hoc ab antiquo catholicæ Ecclesiæ instituto, sanctorumq; Patrum decretis deviare considerans, ac propterea hunc abusum ab Ecclesia Dei submovere volens, omnes ac singulas licentias & facultates hujusmodi, hactenus etiam motu proprio, vel quorumvis etiam Imperatorum, Regum, & aliorum Principum contemplatione, & ex quibusvis causis quomodolibet concessas, ac Apostolicas & alias literas desuper confectas, illarum omnium tenores pro sufficienter expressis habens, Apostolicâ auctoritate, ex certa scientia revocavit, ac omninò cassavit, & annullavit: hâc præsenti perpetuò valiturâ constitutione quibusvis Prælatis, capitulis, clericis, fratribus, aliisque superioribus, & personis earundem Ecclesiarum, monasteriorum, conventuum, domorum, & aliorum piorum locorum, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub indignationis suæ, ac perpetuæ suspensionis à divinis pœnâ, districtiùs inhibens, ne deinceps Missas vespertino tempore, nomine licentiarum & facultatum hujusmodi, aut alio quovis prætextu celebrare, vel celebrari facere præsumant: ac mandans locorum ordinariis, ut eandem præsentem constitutionem, sub prædictis & aliis sibi benevisis pœnis, per quoscunque Prælatos, capitula, clericos, fratres superiores, & personas hujusmodi, inviolabiliter observari faciant, contradictores quoslibet auctoritate Apostol. compescendo. Rom. 28. Martii. 1566.

Idem.

Divini cultûs & templorum Dei dicatorum religio omnem decorem exposcit, ut hinc arceantur colloquia, confabulationes, deambulationes, joci, & ea omnia, quæ vel scandalo sunt, vel devotionis impedimento: nam domum Domini decet sanctitudo.

CAP. II.

UT Deo optimo maximo, gloriosæ virgini, & sanctis omnibus debitus honor deferatur, Gregorii X. prædecessoris nostri constitutionem innovantes, ac statuta in Tridentino Concilio observari volentes, statuimus & ordinamus, ut ad Ecclesias sit humilis & devotus ingressus, quieta conversatio, devotis orationibus instent, & omnes genibus flexis sanctissimum Sacramentum adorent, ad nomen Jesu Christi Domini nostri, cum exhibitione reverentiæ, caput inclinent, nullus in dictis Ecclesiis seditionem faciat, tumultum excitet, clamores moveat, impetumvé committat, cessent vana, fœda, & profana colloquia, risus immoderati, & strepitus omnes judiciorum, & alia quæcunque, quæ divinum officium perturbare possint. Nullus intra Ecclesias deambulare audeat sive præsumat, dum celebrantur sacra Missarum mysteria, & alia divina officia. Qui verò prædicta petulanti animo contempserint, præter divinæ ultionis acrimoniam, nostri quoque arbitrii pœnas incurrent, quæ omnia locorum quoque ordinarii in suis Ecclesiis facient observari. Quicunque verò in Ecclesiis, dum ibi sacrificium Missæ, & divina celebrantur officia, aut verbum Dei prædicatur, deambulare, vociferari, aut verso tergo ad sanctissimum irreverenter sedere, aut aliquid, quod scandalum generet, aut divina perturbet officia, facere præsumpserit, pœnam vigintiquinque ducatorum incurret, præter alias arbitrio nostro imponendas & moderandas pœnas, & qui non habebit in ære, luet in corpore, aut exilio mulctabitur. Qui verò in Ecclesiis cum mulieribus impudicis, sive etiam honestis, colloquium scurrile habuerit, aut alios inhonestos actus fecerit, vigintiquinque ducatorum pœnam incurrat, & carceris per mensem. Qui in Ecclesiis, ut suprà, obscœnis & inhonestis verbis aut signis usus fuerit, aut alia fœda colloquia cum personis quibuscunque habuerit, decem aureorum pœnâ mulctetur, aut aliàs corporaliter puniatur. Mandamus præterea omnibus & singulis cathedralium, collegiatarum, & parochialium Ecclesiarum capitulis, Rectoribus, vicariis, sacristis, ostiariis, & aliis ipsarum custodibus, quatenus præfatos omnes in Ecclesiis delinquentes admoneant, & ut in eis vetita fieri non permittant, vel saltem ipsis ordinariis vel officialibus nostris puniendos deferant: quòd si facere neglexerint, pœnam duorum aureorum vice quâlibet incurrent *** ducatorum incurrat, pro secunda pœna duplicabitur, pro tertia autem centum ducatos solvet, & ignominiâ notatus exilio mulctabitur. Qui verò plebejus fuerit, nec erit solvendo, pro prima vice manibus post tergum ligatis ante fores Ecclesiæ constituetur per diem integrum, pro secunda fustigabitur per urbem, pro tertia lingua ei perforabitur, & mittetur ad triremes. Quicunque clericus in hoc blasphemiæ crimen incurrerit, pro prima vice fructibus unius anni omnium & quorumcunque beneficiorum suorum, pro secunda beneficiis ipsis privetur, pro tertia omnibus etiam dignitatibus exutus deponatur, & in exilium mittatur. Quòd si clericus nullum obtinuerit beneficium, pœnâ pecuniariâ, vel corporali, pro prima vice puniatur, pro secunda carcerib. mancipetur, pro tertia verbaliter degradetur, & ad triremes mittatur. Qui reliquos sanctos blasphemaverit, pro qualitate blasphemiæ atque personæ, arbitrio judicis puniatur.

Idem.

Facultatis concessa Græcis Latino more, & Latinis Græco ritu Missas & alia divina officia celebrandi, revocatio.

CAP. III.

PRovidentia Romani Pontificis plurimùm circumspecta nonnunquam ea, quæ certis suadentibus causis per ejus prædecessores gesta sunt, ex aliis non minùs rationabilibus causis alterat, & ad pristinum statum reducit, prout æquitas suadet, & in Domino conspicit expedire. Sanè, cùm ad notitiam nostram pervenerit, quòd nonnulli Presbyteri, tam Græci, quàm Latini, antiquum S.R.E. ritum, tam in celebratione Missarum, quàm aliorum divinorum officiorum, pervertere satagentes, diversas licentias & facultates, Missas, & alia divina officia, Græci Latino more, ac Latini Græco ritu celebrandi, ab Apostolica sede, vel ejus legatis, ac etiam majore pœnitentiario pro tempore existente, variis prætextibus impetrârunt, illisq; jampridem utuntur, hoc ab antiquo catholicæ Ecclesiæ instituto, sanctorumque Patrum decretis deviare considerantes, propterea hunc abusum ab Ecclesia Dei extirpare & submovere volentes, omnes & singulas licentias & facultates hujusmodi, hactenus etiam motu proprio, vel quorumvis etiâ Imperatorum, Regum, & aliorum Principum contemplatione, & ex quibusvis causis quomodolibet concessas, ac Apostol. & alias literas desuper confectas, illarum omnium tenores pro sufficienter

expressis habentes, Apostolicâ auctoritate, ex certa scientia, hâc præsenti nostrâ perpetuò valiturâ constitutione revocamus, cassamus, annullamus, & irritamus: quibusvis Presbyteris, tam Græcis, quàm Latinis, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub indignationis nostræ, ac perpetuę suspensionis à divinis pœnis, districtiùs inhibentes, ne deinceps Presbyteri Græci, præcipuè uxorati, Latino more, & Latini Græco ritu, hujusmodi licentiarum & facultatum, aut alio quovis prætextu, Missas & alia divina officia celebrare, & celebrari facere præsumant. Mandantes in virtute sanctæ obedientiæ omnibus & singulis venerabilibus fratribus nostris, Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis, quatenus in civitatibus & diœcesibus propriis præsentes nostras literas publicari, & sub prædictis & aliis sibi benevisis pœnis, per quoscunq; Prælatos, Capitula, Clericos, Fratres, Superiores, & personas quasliber inviolabiliter observari faciant. Contradictores quoslibet auctoritate Apostolicâ compescendo.

TITULUS IX.

DE RELIQUIIS ET VENERATIONE Sanctorum.

Paulus Quartus.

Sanctorum festa & solennes memoriæ sub dio eorum obitûs celebrantur.

CAP. I.

GLoriosus in sanctis suis Deus, qui omnia operatur in omnibus, quosdam in Ecclesia sua posuit Apostolos, quosdam Prophetas, quosdam Doctores, quosdam Martyres, & quosdam Confessores, quos per anni circuitum, die ut plurimùm, quâ eos ad cœlestia regna migrare contigit, sancta veneratur universalis Ecclesia, ut Christi fideles eorum venerationi per exercitium bonorum operum vacantes, piis ante thronum divinæ majestatis eorum suffragiis adjuvari, & exinde Deo proprio vitam æternam faciliùs consequi valeant. Rom. 6. Id. Augusti. 1558.

Pius Quintus.

Religiosa festorum dierum renovatio, in quibus nihil agendum quod sanctitatem, charitatem & pietatem non spiret.

CAP. II.

CUm dierum festorum observatio ad Dei cultum maximè pertineat, & in lege divina *a* præcipiatur, cupientes abusus parvos, qui ex eorum inobservantia invaluerunt, omninò corrigere, & antiquorum canonum statuta renovantes mandamus, ut omnes dies Dominici, & præcipuè in honorem Dei, beatæ Mariæ virginis, sanctorum Apostolorum feriati, cum omni veneratione observentur, & omnes in diebus præfatis Ecclesias frequentent, divinis officiis devotè intendant, ab omni illicito & servili opere abstineant, mercatus non fiant, profanæ negotiationes, & judiciorum strepitus conquiescant. Qui verò in diebus præfatis opus aliquod illicitum feciſſe deprehensus fuerit, præter divinam ultionem, & amissionem animalium, quibus ad vecturam utetur, etiam graves pœnas incurret, arbitrio nostro, seu Vicarii nostri in urbe. In aliis autem locis arbitrio ordinariorum, vel aliorum magistratuum, ita ut præventioni locus sit. Quibus omnibus districtè præcipimus, ut hæc diligenter observari procurent, illas etiam festivitates, quæ juxta consuetudinem locorum solemniter celebrari consueverunt, juxta laudabilem consuetudinem, debita cum reverentia observari faciant, sub pœnis arbitrio ipsorum imponendis & moderandis. Romæ Cal. Aprilis, 1566.

a *Deuter. 4. 5. Exod. 21. & 31. Ezech. 20. Luc. 11.*

Gregorius XIII.

Calenda Octobres perpetuò solennes festi Rosarii beatæ virginis, ob devictam classem Selimi Turcarum Imperatoris in sinu Corinthiaco apud Naupactum.

CAP. III.

MOnet Apostolus in omnibus gratias agere, monent quoque sacrarum literarum historiæ, insignia Dei beneficia, tum ut ei, à quo accepta sint, meritæ referantur gratiæ, tum ut fideles quibus collata sunt, illorum memores, ad divinum cultum magis indies incitentur, solemnibus annuis festivitatibus celebranda esse. Quod cùm multoties institutum fuerit, tùm verò maximè, cùm Deus patrum nostrorum populum suum à servitute Ægyptiaca per manum fortem liberavit. Notabitis itaque non minora beneficia quotidiè à Deo Optimo Maximo accipimus, inter quæ illud singularissimum superiore anno ab ineffabili ipsius clementia nobis concessum fuit, ut Turcarum classis & numero longè superior, & præteritis elatæ victoriis, à Christianorum classe, virtute Domini nostri Sabbaoth decertante, die septimo Octobris, non longè à Corinthiaco sinu penitùs devicta & quassatæ fuerit, quâ nempe victoriâ universum populum Christianum ab impiissimi Tyranni faucibus divino munere ereptum fuisse, inficiari nemo potest: Apostoli præcepto patere, & sanctorum patrum exempla sequi volentes, ut hujus ingentissimi beneficii universaria habeatur memoria, instituere omninò decrevimus.

Quia verò preces ad Deum oblatæ, eò gratiores ad illius conspectum ascendunt, quò dignioribus intercessoribus, & pio aliquo orandi modo offeruntur, memores beatum Dominicum ordinis prædicatorum institutorem, cùm & Gallia & Italia à pernitiosis premeretur hæresibus, ad iram Dei placandam, & beatissimæ virginis intercessionem implorandam, piissimum illum orandi modum instituisse, quod Rosarium & Psalterium beatissimæ virginis Mariæ nuncupatur: animadvertentes quoque, eâdem die septimâ, quæ tunc fuit dies Dominica prima dicti mensis Octobris, fraternitates omnes sub dicti Rosarii nuncupatione militantes, per universum orbem, juxta earum laudabilia instituta & consuetudines, processionaliter incedentes, pias ad Deum preces effudisse, quas per intercessionem beatissimæ virginis ad dictam victoriam consequendam multùm profuisse, piè credendum est, operæ pretium nos facturos esse existimavimus, si ad tantæ victoriæ cœlitùs proculdubio concessæ memoriam conservandam, ad gratias Deo & beatissimæ virgini agendas, festum solenne sub nuncupatione Rosarii in prima Dominica mensis Octobris singulis annis celebrandum instituteremus. Quocirca motu proprio & de Apostolicæ potestatis plenitudine, ad laudem Dei & Domini nostri Jesu Christi, ejusq; gloriosæ virginis matris, tenore præsentium decernimus, ut de cætero perpetuis futuris temporibus, quâlibet primâ die Dominicâ mensis Octobris, per universi orbis partes, in his videlicet Ecclesiis, in quibus altare vel capella Rosarii fuerit, ab omnibus & singulis utriusque sexûs Christi fidelibus festum solenne sub nuncupatione Rosarii prædicti, sub duplici majori officio, ad instar aliarum solennium festivitatum celebretur & sanctificetur, eâdemque die officium de beatissima virgine novem lectionum more Ecclesiastico persolvatur & recitetur. Decernentes præsentes, quas perpetuò valere volumus, nullo unquam tempore, de surreptionis vel obreptionis, aut nullitatis seu alio vitio, vel intentionis nostræ, aut alio defectu notari, argui, vel impugnari posse, sed plenarios effectus sortiri debere: & ita per quoscunque judices, quâvis auctoritate fulgentes, etiam causarum palatii Apostolici auditores, & sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublatâ eis, & eorum cuilibet, quâvis aliter judicandi aut interpretandi facultate & authoritate, judicari & interpretari, & definiri debere. Cal. April. 1573.

TITU-

TITULUS X.

DE JURAMENTIS, ET JURIS JURANDI obligatione.

Gregorius XIII.

Impossibilium & illicitorum juramentum vanum & prohibitum.

CAP. I.

INter Apostolicas & alias canonicas sanctiones, quæ de jurisjurandi religione variis temporibus prodierunt, felic. record. Nicolaus Papa tertius, intelligens, in nonnullis Ecclesiis de earum consuetudine observari, ut cùm earum Prælati ad Ecclesias ipsas primò accedunt, vel cùm de recipiendis ibidem novis canonicis agitur, nec Prælatos admitti, nec canonicos aliter recipi in dictis Ecclesiis, nisi juratò ab eis, statuta & consuetudines ipsarum Ecclesiarum scripta, inviolabiliter observare: inter laicos etiam multarum civitatum, castrorum, & terrarum, eum consuetudinis morbum in assumendis potestatibus, rectoribus, vel officialibus suis irrepsisse; ut ipsi potestates, rectores, & officiales ad hujusmodi potestarias, rectorias, & officia, nullo modo admittantur, nisi priùs, se statuta ipsorum locorum clausa, juraverint servaturos. Et quia in statutis, consuetudinibusque supradictis interdum aliqua reperiebantur illicita, seu impossibilia, vel obviantia Ecclesiasticæ libertati, idcirco ne sub tali generalitate jurandi sic in jurantibus peccandi occasio præberetur, cùm juramentum non fuerit institutum, ut vinculum esset iniquitatis, prædictus Nicolaus Papa animarum periculis obsistere cupiens, frugiferâ & salubri constitutione præcipit quibuscunque scientibus, contineri in prædictis consuetudinibus & statutis illicita, impossibilia, vel libertati Ecclesiasticæ obviantia, hujusmodi juramenta ab eis nullo modo præstari, & juramenta, eâ intentione facienda vel facta, ut etiam illicita, vel impossibilia, seu libertati Ecclesiasticæ obviantia observentur, cùm etiam sub tali intentione præstari non possent, absque divinæ majestatis offensa, decrevit in hujusmodi illicitis, impossibilibus, seu libertati Ecclesiasticæ obviantibus non servanda: quin potiùs pro animarum salute, si sub forma prædicta vel simili aliquos ignorantes prædicta illicita, seu impossibilia; vel libertati Ecclesiasticæ obviantia jurare contingeret, ad observanda duntaxat licita, possibilia, & libertati Ecclesiasticæ non obviantia, juramentorum intentio referri deberet: declarans juramenta, sub hujusmodi generalitate qualitercunque, & sub quacunque verborum forma præstita vel præstanda, ad licita, possibilia, ac Ecclesiasticæ libertati non obviantia duntaxat extendi, ipsosque jurantes ad alia per præstationem juramenti hujusmodi non teneri. Verùmtamen multi infirmi, cupidique sensûs sese in hujusmodi juramenta cum animarum suarum periculo præcipitant.

Nos, quoniam hæc sanctorum quoque patrum institutis, & salubri rerum Ecclesiasticarum directioni adversantur, & tanquam de radice ambitionis procedentia, omne bonum in Ecclesiis rebusque publicis pervertunt, ea novæ provisionis subsidio prohibere volentes, præsentium auctoritate innovamus prædictam constitutionem Nicolai Papæ, itidemque alias omnes canonicas sanctiones, de abusu & reprobatione hujusmodi juramentorum promulgatas, volumusque eas ubique ab omnibus, etiam quoad præterita, inviolabiliter observari. Ac etiam præcipimus, & interdicimus Prælatis, Canonicis, & aliis supradictis, necnon Ecclesiarum capitulis, & monasteriorum, exterisque conventibus, civitatum quoque, castrorum & terrarum communitatibus, & personis quâcunque dignitate præditis, ne ulla omninò juramenta illicita, impossibilia, damnosa, vel libertati Ecclesiasticæ, aut decretis Concilii Tridentini obviantia, sive ante, sive post electiones, confirmationes, provisiones, receptiones, admissiones, aut alios actus, ubicunque ac quocunque tempore, etiam prætextu cujusvis consuetudinis quantocunque tempore observatæ, quæ potiùs corruptela est censenda, sive in genere, sive in specie præstare, reddere, vel exigere, neve super præstitis, redditis, vel exactis hucusque quenquam, in judicio vel extra, inquietare audeant quoquo modo, vel turbare: illos enim, qui juramenta illicita, impossibilia, damnosa, vel Ecclesiasticæ libertati, aut decretis dicti Concilii obviantia exigere contenderint, Episcopos videlicet, & alios quoscunque Pontificali dignitate præditos, suspendimus à divinis, capitula verò & conventus, eorumque Ecclesias & loca omnia interdicto Ecclesiastico supponimus, ac singulares personas excommunicationis sententiâ innodamus, inhabilesque facimus ad obtenta & alia obtinenda, eo ipso, nobisque & Romano Pontifici pro tempore existenti, relaxationem suspensionis & interdicti, necnon absolutionem ab excommunicationis sententia hujusmodi perpetuò reservamus. Decernentes eos, qui talia juramenta scienter præstiterint, usu & commodo rei & gratiæ, cujus causâ juraverint, eo ipso privatos esse: alios verò ignorantes ad præstitorum juramentorum hujusmodi observationem minimè teneri; necnon irritum & inane, quicquid secus per quoscunque, scienter vel ignoranter, attentatum est hactenus, & deinceps contigerit attentari. Rom. Non. Sept. 1584.

TITULUS XI.

DE TREUGA ET PACE.

Pius Quartus.

Pacis & treugæ fidejussiones stipulentur, ne novis causis rumpatur conventio.

CAP. I.

QUoniam eò hominum protervitas devenit, ut qui homicidium vel maleficium aliquod committere deliberârunt, priùs quærant eos, quos pro hostibus habent, treugæ vel pacis prætextu assecurando, decipere, quò facilior postea delicti perpetratio reddatur, expeditq; propterea, ut quos Dei timor non retinet, pœnarum rigor deterrendo coërceat, populorum quieti consulere, & flagitiosos sicariorum ac scandalosorum ausus deprimere, necnon cavillationibus, quas ad solutiones pœnarum effugiendas hominum malitia indies excogitat, subvenire volentes, quòd pœnæ conventionales pacis & treugæ ruptæ, & fidejussiones de non offendendo, stipulentur in futurum per Notarios in favorem Cameræ Apostolicæ, & non communitatum, vel alterius; & si aliter factæ fuerint, in ipsius Cameræ favorem stipulatæ censeantur. Quodque in causis treugarum pacisque fractarum ipsi fractores, vel eorum fidejussores allegare non possint, quòd offensa ex nova causa processit, nec allegata cuiquam suffragetur. Et quia in cautionibus de non offendendo partes intendunt, ut sibi, eo quo meliùs fieri potest modo, cautum sit, ne offendantur impunè, & ideò promittunt, non solùm pro se ipsis, sed etiam pro aliis eorum conjunctis, quòd non offendent, neque offendi facient: sed aliquando Notariorum imperitiâ sensum & intentionem partium pervertente, contingit eos scribere, quòd partes promittunt, non offendere per se & scribere, quòd partes promittunt, non offendere per se & alios, ubi scriptum oportuisset: pro se & aliis: differentiam videlicet inter has voces, per & pro, nescientes, vel confundentes; ac propterea præbentes ansam cavillosis & delinquentibus prætendendi, quòd factâ offensione per unum ex comprehensis in fidejussione, non sit commissa stipulatio pœnæ, nisi constet, quòd ille, qui offendit, de mandato principalis offenderit; unde etiam infinita scandala eveniunt, illaque remanent impunita. Idcirco, quòd si quis Notarius errorem hujusmodi commiserit, mille ducatorum auri Cameræ Apostolicæ applicando-

rum pœnâ plectatur; & nihilominùs, sive ex dictione per, sive ex dictione pro, stipulatio concepta & offensio sequuta fuerit, principales promittentes ad pœnam conventionalem perinde teneantur, ac si ipsis mandantibus offensio emanâsset, & de eorum mandato legitimè constaret; iidemq; Notarii sub simili pœna in instrumentis fidejussionum de non offendendo apponant clausulam: Quòd datâ contraventione alicujus comprehensi in stipulatione, si contingat, talem contravenientem verè & realiter consiteri, vel fictè propter contumaciam in non comparendo, pœna conventionalis committatur, & exigi possit à fidejussoribus, nullâ excusatione vel exceptione penitùs admissâ: imò habeantur crimen & contraventio, ac si per testes vel aliàs legitimè probatum vel approbata fuissent. Et si clausula in stipulatione omissa fuerit, illa nihilominùs pro apposita, & contraventio pro legitimè approbata habeantur. Et similiter, si per principalem sive alium in fidejussione comprehensum, stipulationi contraventum, & offendens seu contraveniens contumax, isque in meram contumaciam condemnatus fuerit, fidejussor statim ad solvendum pœnam conventionalem cogatur; nec possit audiri, suum principalem offendisse, ex causa necessariæ defensionis allegando & deducendo, ne videlicet delinquentes indirectè per procuratorem & interpositam personam audiantur: & quod dictum est in exemplo dicto exceptionis hujusmodi, id etiam ad omnia alia extendatur. Et si talis clausula fuerit in prædictis stipulationibus omissa, nihilominùs apposita similiter intelligatur. Quod & ad legitimam per parentes solven. extendimus, ut illam solvere teneantur, etiamsi eorum filii in meram contumaciam de aliquo delicto condemnati aut banniti fuerint, non obstante quocunq; statuto, aut forsan consuetudine in contrarium existente, quibus omnibus nos per præsentes in ampliori forma derogatum esse censemus & decernimus.

Præventæ inter judices ordinarios & seculares.

IN causis clericorum criminalibus merè Ecclesiasticis, ordinarii Ecclesiastici privativè ad seculares judices cognoscant, sed in aliis mixtis, sit locus præventioni inter ordinarium & judicem secularem, datâque præventione ex parte ordinarii Ecclesiastici, non nisi contra clericos tantùm procedere possit. Et si prætenderetur ratione connexitatis, adjuncti, vel aliàs quomodocunque, laicum ejus forum fortiri debere, judex tamen secularis ita præveniens, quâvis inhibitione sibi factâ non obstante, absque censurarum vel aliarum pœnarum incursu procedere possit. Necnon quibuscunq; appellationibus, provocationibus, nullitatum dictionibus, commissionibus, inhibitionibus, & aliis decretis, contra formam superiùs traditam, per quoscunq; etiam judices præfatos pro tempore quomodolibet emanatis & factis non attentis, liberè & licitè per ipsos judices, à quibus ad suarum condemnationum totalem executionem, aliàs tamen legitimè, sub similis indignationis & excommunicationis pœna, procedi posse, & omninò debere, ac ut procedant, præcipimus & mandamus. Et insuper tam judicibus præfatis, quàm Notariis, sub eadem excommunicationis ac indignationis nostræ, privationisque officii pœna, ne contra præmissa, aut quicquam præmissorum, facere & attentare præsumant, districtiùs inhibemus.

Pius IV.

Moderatur & ad juris terminos reducitur præcedens rescriptum Pii IV. de allegatione ne ex causâ in causis pacis & treugæ fractæ. Et præventio juxta Concilii Tridentini decretum observatur.

CAP. II.

CUm ob innumeras Rom. Pont. occupationes, ac particularium rerum quarumlibet statûs ignorantiam, contingat ab eo quandoque literas emanare, quæ in magnum aliquorum præjudicium redundare noscuntur, minimè reprehendendum esse videtur, si tandem præjudicio cognito literas hujusmodi, etiam si per ejus prædecessorem emanaverint, tanquam per inadvertentiam editas, revocat & limitat, aliasque desuper disponit, prout rerum & temporum qualitate pensatâ conspicit in Domino salubriter expedire. Dudum siquidem felic. record. Pius Papa IV. prædecessor noster, cupiens criminibus & excessibus, qui indies oriebantur, providere, per quasdam suas in forma motûs proprii editas literas inter alia statuit, quòd in causis treugarum & pacis fractarum, ipsi fractores vel eorum fidejussores allegare non possent, quòd offensa ex nova causa processisset, nec allegata cuiquam suffragarentur. Et etiam, quòd in causis mixtis inter judicem Ecclesiasticum & laicum locus sit præventioni, ita tamen, quòd judex Ecclesiasticus in casu præventionis non possit procedere contra laicum, sed illud debeat remittere ad judicem laicum, & aliàs prout in eisdem literis plenius continetur. Nos considerantes à ratione & juris debito alienum esse, eos, qui criminis innoxii fuerint, eorumque fidejussores, si treugæ, pax, seu fidejussiones de non offendendo, postea ex nova emergente occasione fractæ fuerint, earum occasione gravari debere, cùm præcipuè paces, treugæ, seu fidejussiones hujusmodi de non offendendo, non ad offensionem ex futuris causis, sed ex præteritis tantùm oriantur, literas prædictas, quoad præmissa, revocantes, cassantes, & moderantes, effectumque suum sortiri in præmissis non posse decernentes: Motu simili, &c. novam causam in pacis, treugarum, seu fidejussionum hujusmodi fractione principales tantùm, videlicet, qui fuerunt causâ pacis, treugarum, seu fidejussionum de non offendendo hujusmodi factarum, seu faciendarum, præstitarum seu præstandarum, si ipsi aliquo modo, seu aliquis eorum in dictis fractionibus intervenerint seu intervenerit, videlicet si aliquis ex dictis principalibus aliquem ex comprehensis in pace, treuga, seu fidejussione de non offendendo, offenderit, vel ipse ab aliquo ex ipsis comprehensis offendatur, non excusare.

Si verò supradicti principales, seu aliquis eorum, in fractione pacis, treugæ, seu fidejussionis hujusmodi, ut suprà non intervenerint, seu intervenerit, ipsos eorumque consanguineos & fidejussores, cæterosque in pace, treuga seu fidejussione de non offendendo comprehensos, & quemlibet eorum, novam causam hujusmodi allegare posse, & eâ probatâ excusari debere, & quoquo modo gravari, perturbari, aut inquietari non posse neq; debere: idque tam in causis motis, & indecisis pendentibus, quàm etiam finitis, & in quibus etiam pronunciatum fuit (dummodò sententiæ desuper latæ totaliter non sint executioni demandatæ) locum sibi vendicare posse & debere declaramus. Cumque etiam sæpè contingat, partes ipsas, contra quas in contumaciam procedi consuevit, vel ita negotiorum mole gravari, vel ita longè abesse, ut ipsorum contumaciam sex mensium spatio hujusmodi expurgare minimè queant, terminum sex mensium hujusmodi ad annum prorogamus, ac contumacibus hujusmodi defensiones, non nisi post anni elapsi terminum, denegari debere. Ac quascunque aliter, quàm ut præmittitur, ferendas sententias, inanes, nulliusque roboris & momenti fore & esse, prout nos eas ex nunc, tanquam contra juris debitum, & de facto latas, annullamus, cassamus, & irritamus. Quo verò ad præventionem inter judicem Ecclesiasticum & laicum, declaramus illam habere locum in terminis & statu, prout ante dictum motum proprium erat, ac ipsum ad terminos juris in hoc reducimus, & volumus, ut in præventionibus procedatur juxta formam juris, & sacrorum decretorum Concilii Tridentini, & non aliàs aliter, nec alio modo.

TITV-

TITULUS XII.

DE VOTIS ET VOTORUM PROfessione.

Pius Quintus.

Disciplinæ regularis institutum semel professus, extra solemne votum religionis, tribus substantialibus votis consilii Evangelici debet obligari, ut perpetuò liberius Deo famuletur.

LUbricum vitæ genus eorum veriti, qui regularium formam præ se ferentes, nec propriis renunciant, nec ullam profitentur ex regulis approbatis, quando horum plerique proprio instinctui obsequentes, alii odio incenti, alii, dum quod ambiunt minùs consequuntur, alii vel dilapidatis, vel interversis rebus, & ad sese, vel propinquos translatis, ut ratiocinia effugiant, quidam etiam in suos ipsorum mores inquisitum iri præsentientes, quasi impunitatem adepturi, è sodalitio suo, ut lubet, exiliunt, ejectisque illius insignibus, vestem recipiunt secularem. Hinc graves & periculosæ quotidiè offensiones in populos concitantur, dum quos disciplinæ regulari perpetuò mancipatos credunt, rursùs eos, etiam ubi consuêverint, contempto post tot annos, & relicto indignis sæpè modis, ejus, cui sese dediderant, vitæ instituto, liberos vident, & solutos in sæculum evagari. Cùm igitur conveniat, ut cujus arma induit, eam miles militiam persequatur, hanc de prædictis rationem capere instituimus, ut vel permanendi vel abscedendi facultate semel singulis propositâ, certus deinceps & immobilis disciplinæ regularis cultus debeat in ipsis sodalitatibus perpetuò observari. Itaque de nobis attributæ potestatis plenitudine statuimus, ut omnes & singuli Priores, Præpositi, & alii præsidentes generales, provinciales, & conventuales, necnon canonici, & fratres sancti Georgii in Alga Venetiarum, ac eremitarum sancti Hieronymi, aliàs beati Petri Pisarum, & omnium ac quarumcunque aliarum congregationum, necnon Ecclesiarum, domorum, & conventuum in communi, & sub obedientia voluntaria, & extra votum solemne religionis viventes, quorum habitus à secularibus presbyteris est distinctus, qui religionem amplecti, & professionem regularem solemnem emittere voluerint, id in suis quisq; conventibus & domibus, intra viginti quatuor horarum spatium, postquam delegatus noster præsentes literas eis significaverit, palàm & sponte deliberent & declarent: inde convocato quamprimùm per singulas hujusmodi congregationes generali vel alio supremo, juxta morem cujusque congregationis, capitulo, ibique electa una, sub qua degant, ex regulis approbatis, in quam major pars vocum ipsius capituli consenserit, trium votorum substantialium professionem regularem intra mensem solemniter emittant, & in ea, tam ipsi, quàm illam deinceps ingressuri atq; professuri, perpetuum ferant Altissimo famulatum. Sicq; professi vel in suis quisq; prioratibus, præposituris, præsidentiis, administrationibus, & officiis confirmentur, vel ad alia transferantur, prout cuiq; congregationi, & superioribus suis, videbitur utiliùs expedire. Qui verò excurso jam anni spatio in ipsa congregatione morati, refugerint intra tempus prædictum profiteri, detracto religionis habitu, ac redditis etiam in vinculis, si opus sit, receptorum & administratorum omnium rationibus, ejiciantur, nec deinceps patiantur, in ullis ejusdem congregationis domibus seu conventibus amplius conversari. Rom. 15. Calend. Decembr. 1568.

TITULUS XIII.

DE GRATIIS ET DISPENSATIONIBUS.

Pius V.

In dispensationum & aliarum gratiarum impetratione res gesta veritas retecta pœnâ falsi damnat impetrantes.

CAP. I.

CUm, sicut accepimus, nonnulli suæ conscientiæ prodigi, ac propriæ salutis immemores, ut facilius à nobis, & sede Apostolica, dispensatione matrimoniales [a] & alias gratias & concessiones obtineant, gradus consanguinitatis vel affinitatis, aut cognationis spiritualis, ac scientiam illorum aliter, quàm eis à principio ab ipsis partib. significatum vel narratum fuerit, exponunt, & si matrimonia hujusmodi adhuc contracta non fuerint, pro contractis narrant, ac aliàs diversimodè veram facti speciem, tam in ipsis dispensationibus matrimonialibus, quàm pro aliis quibuscunque gratiis & concessionibus obtinendis immutant, ac propterea, cùm non solùm in impetrationibus hujusmodi falsitas narretur, verùm etiam in partibus plerumque pro obtentione gratiarum hujusmodi veritas immutetur, & falsitas committatur. Nos igitur hujusmodi abusibus & erroribus obviare cupientes, omnes & singulos, qui veritatem facti à narratione, quam ab ipsis partibus habuerunt, quoad substantialia & qualitates necessariò exprimentias, diversam faciunt, seu quoquo modo invertunt, aut immutant, depravantvé, & per subreptionem & obreptionem gratias à nobis extorquent, pœnam falsi incurrere, & eâ puniri omninò debere decernimus & declaramus. Romæ 5. Decembris. 1566.

Idem.

Exprimendi sunt gradus propinquitatis in dispensationibus matrimonialibus pro conjunctis in diversis gradibus.

CAP. II.

PIus (divinâ providentiâ) Papa V. attendens, per quandam constitutionem dudum per felic. record. Pium Papam IV. sanctitatis suæ prædecessorem editam, quâ cavetur, quòd in dispensationibus matrimonialibus, pro diversis consanguinitatis seu affinitatis ex eodem stipite provenientibus gradibus conjunctis, non remotioris solùm, prout olim fieri solebat, sed etiam propinquioris graduum expressa mentio fieri debeat, alioquin dispensationes, ac desuper confectæ literæ nullius sint roboris vel momenti, prout in dicta constitutione plenius continetur, à dispositione juris communis, & laudabili, ac antiquo Rom. Cur. stylo nimium recedi, ac favorem matrimonii debitum restringi: volensq; propterea juri & stylo prædictis, necnon piæ mem. Gregor. XI. & Clement. VI. Rom. Pontif. etiam sanctitatis suæ prædecessorum vestigiis inhærendo, Sacramento & libertati matrimonii, quantum cum Deo potest, favere, statuit & ordinavit, quòd de cætero in quibuscunque dispensationibus, quas pro matrimoniis contractis aut contrahendis inter viros & mulieres, invicem diversis prohibitis consanguinitatis seu affinitatis, aut mixtis ex communi, seu ab eodem stipite surgentibus, quicunque illi sint, dummodò primum quoquo modo [b] non attingant: cùm in eo sanctitas sua nunquam dispensare intendat, gradibus conjunctos, ab eadem sanctitate sua, & pro tempore existente Romano Pontifice, aut sede Apostolicâ impetrari, vel aliàs concedi contigerit, ac literis, commissionibusque desuper etiam locorum ordinariis faciendis, gradus remotior attendatur, trahatque secum propinquiorem, ac ob id sufficiat remotiorem tantùm gradum exprimere, obtentis tamen postea super propinquiore literis declaratoriis, juxta Gregorii & Clementis prædecessoris hujusmodi constitutiones, quas quoad hoc innovavit, & inviolabiliter observari mandavit, dispensationesque seu di-

a *Dispensatio est determinatio superioris, qua declarat legem communem non esse in aliquo particulari casu servandam. Nec dispensatio est pura declaratio, ut definitum est de voto. capit. venientes. sed est quædam juris relaxatio. Vid. Sanch. de caus. matrim.*

b *Vide Concil. Trident. sess. vigesima quarta. cap. tertio & quarto. Alphonsum Castrens. lib. 1. de leg. pan.*

ſpenſandi commiſſiones, ac deſuper confectas literas, & proceſſus habitos per eaſdem diſpenſatis, ſeu his, cum quibus diſpenſari mandatur, propter proximioris gradûs hujuſmodi non expreſſionem, de ſurreptionis vel obreptionis vitio, ſeu intentionis defectu notari nõ poſſe, ſed in omnibus & per omnia ſuffragari, perinde ac ſi in literis ſeu commiſſionibus hujuſmodi de proximiore ſeu utroque gradu, ſpecialis & expreſſa mentio facta fuiſſet.

TITULUS XIV.

DE INDULGENTIIS.

Pius Quartus.

Chriſti paſſio eſt veluti labrum, ex quo omnia bona effluunt, indulgentiarum quoque & gratiarum dona conſiſtunt, quamobrem gratis expediantur, nec pretio mercentur.

DEcet Romanum Pontificem, quem Dominus noſter Jeſus Chriſtus Vicarium ſuum cœleſtibus theſauris diſpenſandis in terris conſtituit, providere, ut ſicut ipſe theſauros hujuſmodi & gratias cœleſtes gratis acceptas, ad honorem Dei, & illius Sanctorum, animarumque Chriſti fidelium ſalutem abſque lucro diſpenſat, idem quoq; à Romanæ Curiæ officialibus, quibus literarum Apoſtolicarum ſuper gratiis, à ſede Apoſtolica pro tempore conceſſis, expeditio incumbit, obſervetur. Quapropter inconveniens eſſe cenſentes, pro conceſſionibus Indulgentiarum, quæ in ſolis meritis paſſionis ejuſdem Domini noſtri Jeſu Chriſti, & ejus glorioſorum Martyrum, & Sanct. conſiſtunt, aliquid temporale exigere: nos præmiſſis, prout noſtro incumbit officio, de remedio opportuno providere volentes, motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, dilectis filiis modernis, & pro tempore exiſtentibus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Vicecancell. ejuſque in Cancellaria Apoſtolica Locumtenent. necnon Summiſtæ, ſcriptoribus, illorumque pro tempore Reſcribendario, Computatori, Receptori, & defenſoribus, necnon Secretariis literarum Apoſtolicarum, illarumque tam majoris, quàm minoris præſidentiæ Abbreviatoribus, ac ſollicitatoribus, plumbique & regiſtri magiſtris, collectoribus, earundemq; literarum Apoſtolicarum regiſtratoribus, Bullatoribus, fratribus barbatis nuncupatis, & illorum famulis, necnon in regiſtro ſupplicationum, manu & in præſentia noſtra ſignatorum, magiſtris & ſcriptoribus, aliisq; Romanæ Curiæ officialibus & perſonis, etiam eorum officia ex cauſa quantumvis onerosa obtinentibus, cujuſcunque qualitatis & conditionis exiſtant, ac quocunque nomine appellentur, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub majoris excommunicationis latæ ſententiæ, necnon amiſſionis ad ſemeſtre omnium emolumentorum eorum officiorum, quæ ipſo jure, quoties contrafecerint, fabricæ Baſilicæ Principis Apoſtolorum de urbe applicata eſſe cenſeantur, & creſcente inobedientiâ, etiam privationis eorundem officiorũ, ipſo facto incurrendis pœnis, Apoſtolicâ auctoritate, tenore præſentium præcipimus & mandamus, quatenus videlicet in regiſtro ſupplicationum magiſtri & ſcriptores hujuſmodi, ultra ſalarium inibi pro ſignaturis ordinariis exigi ſolitum, alii verò officiales literas Apoſtol. tam ſub plumbo, quàm in forma brevis, ſuper gratiis Indulgentiarum, & peccatorum remiſſion. etiam plenariam, tam pro vivis quàm defunctis, tam ad tempus quàm perpetuo, ad futuram ſeu perpetuam rei memoriam, vel aliâ formâ, ac cum quavis narrativa, pro quibuſvis particularibus perſonis, ſeu Eccleſiis etiam cathedralibus, & collegiatis, monaſteriis, prioratibus, capellis perpetuis, cancellariis, oratoriis, hoſpitalibus, capitulis, collegiis, conventib^s, confraternitatib. ſocietatibus, univerſitatib. & quibuſcunque aliis piis locis, à nobis & ſucceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, etiam facultatem eligendi confeſſorem cum votorum commutatione in ſe continentibus, pro tempore, citra tamen clauſulam porrectionis manuum adjutricum, conceſſis & concedendis conficiend. gratis pro Deo ubique eorum officia, abſque aliquæ taxæ regalium ſeu focalium, aut cujuſvis alterius generis ſolutione vel exactione, quantumvis ordinaria vel extraordinaria, omnibus recuſatione & contradictione ceſſantibus, illicò nullo alio à nobis aut altero deſuper expectato mandato expediant, & proſequentibus illarum expeditionem, etiam ſi partes, quorum intuitu fuerint conceſſæ, in Rom. Curia non ſint præſentes, ſed longè ab illa abſint, expeditas tradant & conſignent. Romæ Calend. Jan. 1562.

TITULUS XV.

DE QUÆSTORUM TOLLENDO abuſu.

Quæſtorum abuſus, ſpiritualis theſaurus Eccleſiæ largitionis in avarum lucrum convertens, extinguendus.

CAP. I.

ETſi Dominici gregis ſaluti ſemper intenti, ſingulis cum humilitate poſcentibus, ea benignè concedere, nos & prædeceſſores noſtri ſtuduerunt, per quæ peccatorum mole depoſita ſalus ipſis ſuccedat, & hoſtis humani generis ſervitute ereptas animas lucrifaciant Altiſſimo, qui eas nobis ſuâ bonitate commiſit: id tamen propenſiori ſtudio nos prævidendum eſſe cenſemus, ne cujuſvis indulgentiæ, remiſſionis, vel facultatis obtentu, Chriſti fideles procliviores ad illicita in poſterum committenda reddantur, aut facilitas veniæ eis peccandi tribuat incentivum, & exinde clavium auctoritas deducatur in contemptum, & Chriſti fideles quamplurimùm ſcandalizentur. Sanè, cùm ad auditum noſtrum ex diverſis mundi partibus quamplurimæ querelæ perlatæ fuerint, quòd vigore diverſarum indulgentiarum & facultatum, per prædeceſſores noſtros, ac etiam nos, vel auctoritate noſtrâ, tam fabricæ noſtræ Baſilicæ Principis Apoſtolorum, & Eccleſiæ S. Joannis Lateranenſis de Urbe, ipſiusque Eccleſiæ, necnon S. Joannis. & S. Lazari Hieroſolymitani, ac S. Spiritûs in Saxia, & S. Joannis Lateranenſis, ac S. Jacobi Incurabilium, de eadem Urbe, necnon S. Elmi, & S. Bovis, ac S. Gothardi, & S. Leuguzoni, necnon S. Nicolai, & S. Bernardi Montis Jovii, necnon S. Leonardi, ac S. Marthæ, necnon ſanctiſſimi Crucifixi Syracuſan. ac S. Mariæ de Monte Serrato, hoſpitalibus, ac etiam S. Sebaſtiani prope & extra muros dictæ urbis, necnon S. Antonii de S. Antonio Vienen. diœceſis, & redemptionis captivorum nuper Neapoli inſtituto monaſteriis, illorumque ac diverſis aliis Eccleſiis, monaſteriis, hoſpitalibus, militiis, confraternitatibus, ſocietatibus, & piis locis conceſſarum, nulti quæſtores ex eiſdem indulgentiis, lucrum temporale tantùm quærentes, nominibus fabricæ Eccleſiarum, hoſpitalium, monaſteriorum, militiarum, confraternitatum, ſocietatum, & piorum locorum in diverſis civitatibus & diœceſibus quæſtus facere, confratres deſcribere, capellas & oratoria exigere, illisque erectis indulgentias hujuſmodi communicari, & in diverſis gradibus à jure prohibitis diſpenſare, ac plura etiam concedere, quàm eis vigore facultatum prædictarum licitum ſit, ipſique lucro intenti, pecuniasque potiùs, quàm Chriſti fidelium ſalutem quærentes, ac eiſdem indulgentiis ſic abutentes, quæſtum ex illis particularem facere conantur, variosque & diverſos Quæſtores, Commiſſarios, Procuratores, Receptatores, Theſaurarios, Factores, Nuncios, & alios miniſtros conſtituere, qui non ſolùm ſupradicta, ſed etiam plura alia eis nunquam conceſſa facere & concedere, necnon locorum ordinarios,

dinarios, illorumque in spiritualibus Vicarios generales, & officiales ac ministros, Ecclesiarumq; & ordinum Prælatos, Superiores & personas, quæstus hujusmodi impedientes, censuris Ecclesiasticis innodare, & aliàs in pluribus graviter excedentes, in divinæ majestatis offensam, ac suarum & Christi fidelium animarum perniciem, ac ordinariorum perturbationem, & piarum mentium scandalum præsumunt. Nos qui Deo propitio gregis Dominici, meritis licèt insufficientibus, curam gerimus, & illum spiritualis thesauri elargitione cupimus ipsi Deo reddere acceptabilem, ex præmissis, & aliis rationabilibus causis animum nostrum moventibus, felicis recordationis Calixti IV. Clementis VII. Pauli III. Julii similiter III. & diversorum aliorum Romanorum Pontific. prædecessorum nostrorum vestigiis inhærentes, motu proprio, non ad alicujus nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de mera nostra voluntate & deliberatione, omnes & singulas indulgentias etiam perpetuas, & peccatorum remissiones fabricæ & Ecclesiæ hujusmodi, necnon sancti Joannis Hierosolymitani, etiam pro constructione & ædificatione illius novæ civitatis prædictis, in quibusvis aliis hospitalibus, monasteriis, Ecclesiis, domibus, militiis, ordinibus etiam mendicantium, congregationibus, confraternitatibus, & universitatibus, & piis locis illorumque ordinibus, capitulis, conventibus, magistris, superioribus, & tam sæcularibus, quàm quorumvis, etiam mendicantium ordinum regularibus personis, tam singulariter, quàm universaliter, per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac etiam nos, sub quibuscunq; tenoribus & formis, ac cum quibusvis clausulis & decretis, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac ex quibusvis etiam urgentissimis causis, etiam causâ redemptionis captivorum, & aliàs quomodolibet concessis: pro quibus consequendis manus sunt porrigendæ adjutrices, & quæ quæstuandi facultatem quomodolibet continent, illarum omnium tenores, formas, derogationes & decreta, præsentibus pro expressis habentes, auctoritate Apostolicâ, tenore præsentiu perpetuò revocamus, cassamus, irritamus, & annullamus, ac viribus vacuamus. Et insuper perpetuò hâc nostrâ valiturâ constitutione decernimus, quòd exnunc de cætero, sub indignationis nostræ pœna, prætextu indulgentiarū & facultatum, per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos, & sedem Apostolicam etiam motu simili, ac sedis Apostolicæ Legatos, aliàs quomodolibet concessarum, & quas à nobis & sede prædicta in posterum verbo, literis, ac quâvis aliâ scripturâ, etiam manu nostrâ signatâ, etiam cum clausula, quòd sola signatura sufficiat, etiam in favorem fidei, aut cruciatæ de sanctæ vel cujuscunq; alterius piæ causæ, etiam privilegiatę, concedi quomodolibet contigerit, nullus quâvis etiam Episcopali, Archiepiscopali, & Patriarchali aut majori dignitate etiam Cardinalatûs honore, seu etiam regali, vel temporali excellentiâ præfulgeat, audeat vel præsumat quæstus facere, aut nuncios, quæstores, commissarios, thesaurarios, receptores pro illis recipiendis, in dictis hospitalibus, Ecclesiis, domibus, monasteriis, militiis, & aliis suprà nominatis, vel pro eis aut illorum nominibus alibi constituere, & deputare, nisi ex speciali licentia, & ex certa scientia nostris, & Romani Pontificis pro tempore existentis, de qua per literas nostras & ejusdem Romani Pontificis pro tempore existentis, locorum ordinariis, vel eorum in spiritualibus vicariis, seu officialibus, derogationem præsentis nostræ constitutionis, illius tenore de verbo ad verbum inserto, expresè continentes. Nos enim ex nunc irritū decernimus & inane, quicquid secus his à quoquā, quâvis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Rom. 6. Id. Febr. 1566.

Idem ex Concilio Tridentino.

Indulgentiæ per quæstores ob quæstū, & bona exorquendi verius, quàm impetrandi desiderium, prædicatæ, revocantur & prohibentur.

CAP. II.

Quàm plenum sit periculi noxiæ populo ingerere, nimium his temporibus afflicta religio testatur, quod malum, cùm in cæteris ministris, tùm præcipuè in Ecclesiarum prælatis animadvertendum est, quòd ab his temerè profecta longè maxima Ecclesiæ Dei conferant detrimenta. Rem sanè indignam audivimus, quòd non solùm quondam Gometius Tello Giron, temporarius administrator Ecclesiæ Toletanæ, sed etiam quidam Hispaniæ Ecclesiarum præsules, officii paterni prætextu, facultates sibi à sacris canonibus concessas excedentes, literas suas in ipsorum civitatibus ac diœcesibus ausi sunt publicare, quibus inter cætera periculosa deprehenditur, quòd cuicunque illas accipienti certâ soluta pecuniâ licitum sit, quem voluerit, sibi sumere sacerdotem, qui confessione auditâ ipsum absolvere valeat, non in eis tantùm casibus, in quibus simplex sacerdos [a] absolvere potest, sed etiam in iis, quæ solis Episcopis reservata reperiuntur, aliquo præterea casu admisto, veluti simoniæ reatu, qui ad examen sanctæ sedis esset referendus. Non animadvertentes ipsi Præsules & Administratores, quàm periculosum sit, ea passim incertis personis committere, quæ ad Episcoporum judicium, arbitriumque idcircò deferuntur, ut qui meliùs lepram à lepra discernere norint, causis & circumstantiis subtili indagine exploratis, salutaria cuique morbo remedia valeant adhibere. Ad hæc ipsi in dispensandis cœlestis gratiæ donis nimium prodigi, iis sic literas prædictas accipientibus, indulgentias & pœnitentiarum injunctarum remissiones nulla cum re temporali conferendas, profusius & indiscretè largiuntur, quibus & aliis licentiis prædictis non pauci fluctuantes & infirmi, veniæ facilitate inducti, ad peccandum proclives fiunt; quando tot & tantorum delictorum remissionem certo & vilissimo pretio acquirere posse confidant. Indicem præterea casuum & indulgentiarum ædibus sacris appendi jusserunt; quo palàm significatur solventibus suprascripta concedi; & inter alia, absolvendi facultatem ab esu prohibitorum tribui. Itemque indulgeri Missæ sacrificium, & sepulturam tempore interdicti, assumptionem duorum pluriumvé compatrum ad sacrum Baptisma, præter eos, qui synodalibus (ut dicunt) constitutionibus ascisciuntur, reparationem Ecclesiarum, erectionem confraternitatum, & alias pias causas prætexendo. Cùm igitur inter cætera scandala, etiam simoniæ pravitas redoleat, ex prædictis sacri Tridentini [b] Concilii decretis, & aliis sanctionibus canonicis, nostræ præterea constitutioni, de indulgentiis ad quæstum non emittendis, adversetur, clavium auctoritas evilescat, & pœnitentialis satisfactio enervetur: Nos his malis celeri remedio occurrendum, eâdemque operâ futuris præcavendum fore censentes, de Apostolicæ potestatis plenitudine, suprædicta omnia, quæ in ipsa Toletana, & quibuscunq; aliis civitatibus, diœcesibus, & locis, tam Hispaniæ, quàm aliarum quarumcunq; provinciarum & regionum, quocunq; prætextu hucusq; emanârunt, perpetuò abolemus, ac nulla & irrita nunciamus, jubemusq; literas & indices, necnon scripturas & monumenta quæcunque publica & privata, per ipsos locorum ordinarios & alios Ecclesiarum rectores, ubicunq; reperientur, dilacerari, penitusq; deleri; & ne talia de cætero à quoquam fiant, publicentur, vel concedantur, districtiùs prohibemus. Quicunq; secus egerint, seu attentaverint, antistites, etiam si Cardinalatûs honore præfulgeant, ab ingressu & perceptione fructuum suarum Ecclesiarum tamdiu suspensi jaceant, donec satisfactione præviâ illis per sedem prædictam suspensio relaxetur. Inferiores verò ab Episcopis

a *Vide Calder. de pœnit. & remissione. c. nostro. col. 17. Navar. tract. de indulgentiis.* b *Concil. Trid. præscripta norma legitimè elargiendi indulgentias, & tollendæ abusus quæstuariorum sess. 5. de refor. c. 2. & sess. 21. de refor. c. 9.*

sententiam excommunicationis incurrant, à qua, nisi in mortis articulo constituti, ab alio, quàm Romano Pontifice, absolutionis beneficium nequeant obtinere. Romæ 4. Non. Jun. 1569.

TITULUS XVI.

DE DECIMIS.

Sixtus V. ex Bulla cœnæ Domini.

Ecclesiasticis personis decimas & alia onera imponentes absque licentia Papæ, excommunicantur.

EXcommunicamus & anathematizamus omnes eos, qui aut collectas, decimas, taleas, præstantias, & alia onera clericis, prælatis, & aliis personis Ecclesiasticis, ac eorum, & Ecclesiarum, monasteriorum, aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum bonis, illorumque fructibus, reditibus, & proventibus hujusmodi, absque Roman. Pontif. speciali & expressa licentia imponunt; & diversis etiam exquisitis modis exigunt; aut imposita, etiam à sponte dantibus & concedentibus recipiunt: necnon qui per se, vel alium, seu alios, directè vel indirectè prædicta facere, exequi, vel procurare, aut in eisdem auxilium, consilium, vel favorem, aut votum, seu suffragium, palàm vel occultè, præstare non verentur, cujuscunque sint præeminètiæ, dignitatis, ordinis, conditionis, aut statûs, etiam si Imperiali, aut Regali præfulgeant dignitate, seu Principes, Duces, Comites, Barones, Respublicæ & alii potentatus quicunque, etiam regnis, provinciis, civitatibus, & terris quoquo modo præsidentes, aut quâvis, etiam Pontificali dignitate insigniti: Innovantes decreta super his per sacros canones, tam in Lateran. novissimè celebrato, quàm aliis Conciliis generalibus edita; etiam cum censuris & pœnis in eis contentis.

TITULUS XVII.

DE RELIGIOSIS DOMIBUS, ET MONtibus pietatis.

Pius IV.

Eorum locorum & monasteriorum exemptio ab onere hospitandi milites.

CAP. I.

CUm, sicut non sine gravi dolore nobis innotuit, omnia & singula, seu quamplurima hujus almæ urbis, ac etiam nostri Ecclesiastici conventus & monasteria, & alia Ecclesiastica & pia loca, tam secularia quàm regularia, & à personis religiosis quomodolibet inhabitata, eo tempore, quo equites & milites ejusdem almæ urbis ac statûs Ecclesiastici præfati, pro defensione ipsius urbis & statûs adversus infestissimum Turcarum tyrannum, vel ob alias, quæ pro tempore sese offerunt, causas expediri, & ad diversa ejusdem statûs loca transmitti contingit, ab eisdem equitibus & militibus perturbentur & molestentur, ipsique conventus, monasteria, & alia Ecclesiast. & pia loca, in eorûdem equitum seu militum distributione, nonnullos eorundem equitum & militum, intra eorum domos & monasteria hospitio excipere & recipere cogantur, in maximum eorû detrimentum, divini cultûs perturbationem, gravissimum religionis dedecus, Dei optimi offensam, & non solùm præter omnem nostram intentionem, verùm etiam intolerabilè animi nostri amaritudinem. Quapropter nos in præmissis, quantum cum Deo possumus, de optimo remedio celeri manu providere, ac monasteriorum, & aliorum Ecclesiasticorum & piorum locorum hujusmodi personarum Deo altissimo die noctuque famulantium quieti, integritati, & decori consulere volentes, motu simili, & ex certa nostra scientia, ac de Apost. potestatis plenitudine, universis & singulis, tam dictæ almæ urbis, quàm totius statûs præfati Gubernatoribus, Potestatibus, Ducibus, & Capitaneis, communitatibusque & universitatibus, & aliis, ad quos spectat & pertinet, ac spectabit & pertinebit quomodolibet in futurum, ne deinceps perpetuis futuris temporibus in eorundem militum, & equorum distributione, tam in transeundo, quàm inibi commorando, communitatib. & universitatibus, videlicet ne dictos equites ac milites in eisdem monasteriis, cœnobiis, domibus, & aliis Ecclesiasticis & piis locis, sub enormium millium ducatorum auri Cameræ Apostol. ipso facto applicandi, & aliis arbitrii nostri pœnis, quovis quæsito colore, causâ, ingenio, sive prætextu distribuere sive assignare, vel ad illos recipiendum, & hospitio excipiendum cogere; ipsis verò Capitaneis & Ducibus, ne eosdem suos equites & milites sub indignationis nostræ, ac privationis officiorum suorum, aliisque etiam arbitrii nostri pœnis, in dictis monasteriis, cœnobiis, domibus, & aliis Ecclesiasticis & piis locis, etsi communitates & universitates ipsæ eadem loca eisdem assignâssent, distribuant. Gubernatoribus verò, & ipsarum civitatum & locorum Prætoribus, ac aliis officialibus quibuscunque, quò minùs præmissa ab ipsis communitatibus & universitatibus, ac Capitaneis, & Ducibus fiant, sub ejusdem indignationis nostræ, ac etiam privationis officiorum suorum præfatorum respectivè pœnis, auctoritate Apostolicâ, sinant vel permittant, inhibemus, præcipimus, committimus, & mandamus. Et insuper tam illis, quàm equitibus, & militibus præfatis, ne monasteria, cœnobia, & loca pia hujusmodi in personis, rebus, & bonis, aut aliàs desuper quomodolibet molestare, perturbare, impedire & inquietare, seu molestari, perturbari, vel aliàs inquietari facere audeant, seu præsumant, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub jam dictis pœnis eâdem auctoritate inhibemus, præcipimus, committimus, & mandamus, ipsa monasteria, cœnobia, domos, & alia Ecclesiastica & pia loca, ex nunc ab eisdem militibus & equitibus, ac onere illos hospitio excipiendi, motu & auctoritate similibus eximendo, & totaliter liberando, ac libera & immunia faciendi.

Idem.

Ordinis Mendicantium cœnobia, monasteria, & prædia à collectu, subsidiis & hospitio militum eximuntur.

CAP. II.

DUm ad uberes, quos sacri mendicantium ordines in agro Dominico quotidiè faciunt, fructus attentè respicimus, & attentæ considerationis indagine perscrutamur ipsorum religionis sinceritatem, & voluntariæ paupertatis habitum, in quibus sub humilitatis spiritu devotum Altissimo præstant famulatum, dignum, quin potius debitum reputamus, ut illis ea libenter concedamus, per quæ se motis quibuslibet gravaminibus promptiores ejusdem Altissimi inhæreant servitiis. Hinc est, quòd nos volentes eosdem mendicantium ordines, & dilectos filios eorum fratres, & Monachos, cæteraque personas, ac etiam moniales quaslibet ejusdem ordinis, sub illorum cura degentes, specialibus favoribus & gratiis prosequi, motu proprio, non ad alicujus nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, quòd ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus, omnes & singuli mendicantium ordinum hujusmodi fratres, Monachi, & dilectæ filiæ in Christo moniales seu sorores, ac aliæ utriusque sexûs personæ regulares, ubilibet per totum Christianum orbem diffusi & constituti, illorumque monasteria, cœnobia, domos, conventus, Ecclesiæ, capella, oratoria & alia loca, etiam unita, ac membra, & dependentia, necnon terræ cultæ & incultæ, possessiones, prædia, agri, & alia omnia & singula mobilia & immobilia, ac se moventia

ventia, & ubilibet, ac in quibuscunque rebus consistentia bona, necnon eorum in dictis bonis laboratores, coloni, arrendatarii, locatarii, & afflictuarii, negotiorumq; suorum gestores universi, quomodolibet nuncupati, nunc & pro tempore existentes in perpetuum, ab omnibus & singulis exactionibus tam urbanis, quàm rusticis, necnon datiis, gabellis, pedagiis, vectigalibus, collectis, impositionibus, & oneribus ordinariis, & extraordinariis, ac tam realibus, quàm personalibus, meris & mixtis, etiam subsidio triennali, & augmento, ac focularibus, equorum taxis, militumque hospitiis, ac aliàs quibuscunque nominibus nuncupatis, quavis auctoritate quomodolibet impositis & imponendis, & quæ laicis ac aliis quibuscunque quomodolibet imponi consueverunt, & in futurum imponentur, ac ratione quarumcunque mercium & rerum cujuscunque generis vel qualitatis existentium, tam per mare & aquam dulcem, quàm per terram undecunque & quomodocunque pro tempore delatarum, necnon animalium quorumcunque mortuorum & vivorum, & quæ aliàs quomodolibet & ex quavis causa ac super quibuscunque rebus, tam in alma urbe nostra, quàm extra eam ubilibet locorum exiguntur, & in futurum exigentur, necnon à contributionibus, & solutionibus in illis faciendis, ac tam pro victu & vestitu, quàm quocunque alio usu suo tantùm, ac tam emendo quàm vendendo, & aliàs quomodolibet negotiando, necnon etiam à solutione quadrantis pro singulis libris carnium de animalibus, quæ tunc & pro tempore ex armentis occidi contigerit, necnon etiam, quæ in suis ædibus, prædiis, & possessionibus privatim detinent & nutriunt, ac à contributione sumptuum & expensarum, quæ aliquando pro pontibus, viis, aquæductibus, muris, mœnib⁹, aliisve machinis struendis & reparandis seu reficiendis, ac civitatum, terrarum, & locorum quorumcunq; fortificationibus, necnon etiam aliàs in omnibus & per omnia, ac tam in dicta urbe, quàm extra eam ubilibet penitùs & omninò liberi, immunes & exempti, ac liberæ & exemptæ, liberaq; immunia & exempta sint & esse censeantur, ac pro talibus teneantur & reputentur. Quodque terræ, agri, possessiones & loca arativa, ut præfertur, in illis, quæ aliquando pro pascuis animalium ad certum tempus reservantur, nullatenus unquam comprehendantur, nec comprehendi censeantur, ac etiam monasteria, cœnobia, aliaque omnia regularia loca prædicta, pro quorumcunque militum, tam equitum quàm peditum, hospitiis, quemadmodum magno cum nostro dolore hucusque in plerisq; locis factum comperimus, nequaquam assignentur, nec assignari debeant. Rom. 29. Jul. 1566.

Leo Decimus, ex Concilio Lateranensi.

Montes pietatis Christianâ charitate erecti, & auctoritate Apostolicâ probati & confirmati, & ab usurario fœnore aliqui, licites sunt.

CAP. III.

INter multiplices nostræ sollicitudinis curas, illam inprimis suscipere pro nostro pastorali officio debemus, ut quæ salubria & laudabilia, ac catholicæ fidei consona, & bonis moribus conformia, nostro tempore non solùm enucleentur, verùm etiam ad posteros propagentur, & quæ materiam scandali præbere possent, penitùs succidantur, & radicitùs extirpentur, nec pullulare usquam sinantur in agro Dominico, & vinea Domini Sabbaoth, ea duntaxat conseri permittendo, quibus fidelium mentes pasci spiritualiter possint, exadicatis zizaniis, & oleastri sterilitate succisâ. Sanè cùm olim inter nonnullos dilectos filios sacræ Theologiæ Magistros, ac Juris utriusque Doctores, controversiam quandam, non sine populorum scandalo & murmuratione exortâ, & nuperrimis diebus innovatam esse comperierimus, circa pauperum relevationem in mutuis eis publicâ auctoritate faciendis, qui Montes pietatis vulgò appellantur, quique in multis Italiæ civitatibus, ad subveniendum per hujusmodi mutuum pauperum inopiæ, ne usurarum voragine deglutiantur, à civitatum magistratibus, & aliis Christi fidelibus sunt instituti, atq; à sanctis viris divini verbi præconibus & laudati & persuasi, ac à nonnullis etiam summis Pontificib⁹, prædecessoribus nostris, probati & confirmati, sintné præfati Montes à Christiano dogmate dissonantes, vel non, utrâq; parte diversimodè sentiente, atq; nonnullis enim Magistris & Doctoribus dicentibus, eos Montes non esse licitos, in quibus aliquid ultra sortem pro libra, decurso certo tempore, per ministros hujus Montis, ab ipsis pauperibus, quibus mutuum datur, exigitur, & propterea ab usurarum crimine, injustitiavé, seu ab aliqua certi specie mali, mundos non evadere; cùm Dominus noster, Lucâ Evangelistâ attestante, apertè nos præcepto obstrinxerit, ne ex dato mutuo quicquam ultra sortem sperare debeamus. Ea enim propria est usurarum interpretatio, quando videlicet ex usu rei, quæ non germinat, nullo labore, nullo sumptu, nullové periculo, lucrum fœtusq; conquiri studetur. Addebant etiam iidem Magistri & Doctores in iis Montibus, neq; commutativæ, neq; distributivæ justitiæ fieri satis, cùm tamen justitiæ terminos contractus hujusmodi excedere non debeant, si deberent approbari. Idq; præterea probare nitebantur, quia impensæ pro hujusmodi Montium conservatione, à pluribus (ut ajunt) debitæ, à solis pauperibus, quibus mutuum datur, extorqueantur, pleraq; interdum ultra necessarias & moderatas impensas, non absq; specie mali, ac incentivo delinquendi, quibusdam aliis personis (ut inferre videntur) exhibeantur. Aliis verò pluribus Magistris & Doctoribus contrà asserentibus, & in multis Italiæ Gymnasiis verbo & scripto conclamantibus, pro tanto bono, tanquam Reipublicæ perneccessario, modò ratione mutui nihil petatur neque speretur, pro indemnitate tamen eorundem montium, impensarum videlicet ministrorum eorundem, ac rerum omnium ad illorum necessariam conservationem pertinentium, absq; montium hujusmodi lucro, idq; moderatum & necessarium ab iis ex hujusmodi mutuo commodum suscipiunt, licite ultra sortem exigi & capi possit, non nihil licere; cùm regula juris habeat: Quod qui commodum sentit, onus quoque sentire debeat, præsertim si Apostolica accedat auctoritas. Quam quidem sententiam à fel. record. Paulo II. Sixto IV. Innocentio VIII. Alexandro VI. & Julio II. Rom. Pont. prædecessoribus nostris probatam, à sanctis quoque ac Deo devotis, & in magna, ob sanctitatis opinionem, existimatione habitis, Evangelicæ veritatis prædicatoribus prædicatam esse ostendunt. Nos super hoc (prout nobis est ex alto concessum) opportunè providere volentes, alterius quidem partis justitiæ zelum, ne vorago aperiretur usurarum, alterius pietatis & veritatis amorem, ut pauperibus subveniretur; utriusque verò partis studium commendantes, cùm hæc ad pacem & tranquillitatem totius Reipub. Christianæ spectare videantur, sacro approbante Concilio declaramus & diffinimus, montes pietatis antedictos per Respubl. institutos, & auctoritate sedis Apost. hactenus probatos & confirmatos, in quibus pro eorum impensis & indemnitate aliquid moderatū, ad solas ministrorum impensas, & aliarum rerum ad illorum confirmationem (ut præfertur) pertinentium, pro indemnitate duntaxat, ultra sortem, absq; lucro eorundem montium, recipitur, neq; speciem mali præferre, nec peccandi incentivum præstare, neq; ullo pacto improbari, quinimò meritorium esse, ac laudari & probari debere, tale mutuum minimè usurarium putari, licereque illorum pietatem & misericordiam populis prædicare, etiam cum indulgentiis à sancta sede Apostol. eam ob causam concessis: Ac deinceps alios etiam similes montes, Apostol. sedis approbatione erigi posse. Multò tamen perfectius, multoq; sanctius fore, si omninò tales mōtes gratuiti constituerentur, hoc est, si illos erigentes, aliquos census assignarent,

quibus si non omni, saltem vel media ex parte, hujusmodi montium ministrorum solventur impensæ, ut ad leviorem æris solvendi portionem, medio hoc, pauperes gravari contingat, ad quos cum hujusmodi censûs assignatione, pro impensarum supportatione erigendos, Christi fideles majoribus indulgentiis invitandos esse decernimus. Omnes autem religiosos & Ecclesiasticos ac seculares personas, qui contra præsentis declarationis & sanctionis formam de cætero prædicare, seu disputare, verbo vel scriptis, ausi fuerint, excommunicationis latæ sententiæ pœnam, privilegio quocunque non obstante, incurrere volumus. Romæ in Concil. Lateran. 4. Non. Maji, 1515.

Pius Quintus, ex Concilio Tridentino.

Licentia hactenus concessa mulieribus ingrediendi monasteria ac domos Carthusiensium, & aliorum quorumcunq; regularium ordinum, etiam mendicantium, revocantur.

CAP. IV.

REgularium personarum, quæ relicto seculo Dei se obsequio dedicârunt, pro commisso nobis officio quieti consulere cupientes, ad ea removenda, quæ religiosum earum propositum impedire possunt, curam nostram libenter impendimus, ut nullâ re, quæ eas à divino cultu avocet, præpeditæ, secundùm ordinem suorum regularia instituta, & decretum sacri Tridentini Concilii, tranquillis mentibus gratum Altissimo impendere possint famulatum. Quia igitur & Carthusiensium ordinis, & aliorum regularem vitam professorum quies non parùm solet, sicut accepimus, perturbari, propterea quòd mulieres, modestiæ matronalis oblitæ, domos ac monasteria eorum, contra ipsorum instituta, prætextu confessionalium, aut aliarum literarum Apostolicarum, ingredi audeant, ipsis etiam Abbatibus, Præpositis, Prioribus, & aliis Præsidentibus aliquando recusantibus & retinentibus, non sine magna eorum molestia, nec sine gravi laicorum etiam offensione ac scandalo, si quando admitti nimis facilè videantur: huic rei providere volentes, motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, omnes & singulas facultates ac licentias ingrediendi monasteria ac domos Carthusiensium, & aliorum quorumcunq; regularium ordinum, etiam mendicantium, mulieribus cujuscunque statûs, gradûs, ordinis, conditionis, & quâcunque dignitate, ac præeminentiâ præditis, etiam Comitissis, Marchionissis, Ducissis, sub quibuscunq; verborum tenoribus & formis, & cum quibuscunque etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque fortioribus & efficacioribus & insolitis clausulis, necnon irritantibus decretis ab Apostolica sede quomodocunque concessas, quarum tenores perinde ac si de verbo ad verbum præsentibus insererentur, haberi volumus pro expressis, tenore præsentium revocamus, & cassas, irritas, & inanes esse decernimus, districtè prohibentes, mulieribus quidem prædictas facultates & licentias prætendentibus, sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, postquam harum literarum notitiam habuerint, à qua non possint, nisi à nobis, aut à Romano Pontifice, qui pro tempore fuerit, absolvi, præterquam in mortis articulo, ne dictas domos & monasteria ingredi audeant. Ipsis verò monasteriorum & conventuum Abbatibus, Præpositis, Prioribus, & aliis Præsidentibus, quocunque nomine vocentur, & eorum Monachis, canonicis, & fratribus, sive mendicantibus, sive non mendicantibus sub privationis officiorum, quæ in præsentia obtinent, & inhabilitatis in posterum ad illa & alia omnia, & suspensionis à divinis, ipso facto sine alia declaratione incurrendis pœnis, nec eas introducere, admittere vel præsumant.

Gregorius XIII. ex Concilio Tridentino.

Ingredi intra septa monasterii nemini liceat, cujuscunq; sexûs, conditionis aut ætatis fuerit, sine licentia Episcopi aut superioris in scriptis obtenta, quâ nec uti conceditur, nisi urgentibus necessitatib.

CAP. V.

UBi gratiæ & indulta ab hac sede concessa, successu temporis incommodum afferre noscuntur, expedit illa salubri præsidentis consilio submoveri. Proinde Sanctimonialium quieti & tranquillitati consulere, ac omnia, quæ illas à spiritualium rerum cogitatione & exercitio avocant, impedimenta tollere, periculaque & scandala ab eis removere cupientes, auctoritate præsentium revocamus & abolemus omnes & quascunque licentias ac facultates ingrediendi monasteria, domos, & loca monialium, ac etiam virorum quorumvis ordinum, quibusvis etiam Comitissis, Marchionissis, Ducissis, & aliis cujuscunque statûs & conditionis mulieribus, ac etiam omnes & quascunque licentias ingrediendi monasteria, domos, & loca ipsarum Sanctimonialium, quibuscunque viris, etiam ejusdem statûs & dignitatis, tàm à prædecessoribus nostris, quàm etiam à nobis, & sedis Apostolicæ Legatis, aut aliis ex quibusvis quantumcunque urgentibus causis sub quibuscunque tenoribus, & etiam derogatoriis, revocatorum restitutoriis, aliisque efficacioribus clausulis, irritantibusque, & aliis decretis, etiam motu proprio & ex certa scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, atque ad Imperatoris, Regum, Reginarum, aliorumque Principum contemplationem, vel supplicationem concessas, confirmatas, ac etiam iteratis vicibus renovatas, cassamusque, & annullamus literas desuper confectas & processus habitos per easdem. Inhibentes eisdem, qui illas obtinuerunt, sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda, super qua à nemine, nisi à Romano Pontifice (præterquam in mortis articulo) absolutionis beneficium possit impetriri, ne ipsarum licentiarum prætextu monasteria hujusmodi quovis modo ingredi audeant. Abbatissis verò, necnon Abbatibus, conventibus, ac aliis monasteriorum utriusque sexûs superioribus, & personis, quocunque nomine vocentur, districtè præcipimus, sub eadem excommunicationis pœna, necnon privationis dignitatum, beneficiorum & officiorum suorum, ac inhabilitatis ad illum & alia in posterum obtinenda, ne in monasteria, domos, & loca sua quenquam prætextu hujusmodi licentiarum & facultatum ingredi faciant vel permittant. Quin etiam sub eisdem pœnis ipso facto incurrendis prohibemus atque interdicimus omnibus & quibuscunque personis Ecclesiasticis & secularibus, ac etiam ordinum quorumcunque etiam mendicantium regularibus, ne prætextu licentiarum ab Episcopis vel superioribus, quibus illas concedendi in casibus necessariis tantùm ex decreto Concilii Tridentini tribuitur, ne monasteria ipsa monialium pro libito, sed necessitatibus urgentibus duntaxat ingredi, nevé moniales sub eisdem pœnis illos aliter admittere præsumant. Romæ Idib. Junii, 1575.

TITULUS XVII.

DE REGULARIBUS ET RELIGIOSIS extra clausura vagantibus.

Paulus Quartus.

Tunc eorum, qui in ætate legitima religionis votum emittentes à professo vitæ instituto deficiunt & ad alios ordines vagantur.

CAP. I.

POstquam divina bonitas nos (licèt immeritos) ad summi Apostolatûs fastigium assumere dignata est, nunquam cessavimus abusus, qui in Ecclesia Dei, seu nimiâ sedis Apostolicæ indulgentiâ, seu hominum malitiâ irrepsisse cernuntur, pro viribus tollere, & Ecclesiam ipsam in pristinum candorem restituere, diversas ad hoc salubérrimas constitutiones edendo, & inviolabi-

violabiliter observari mandando. Verum, cum non omnia uno & eodem tempore excogitari, nedum perfici potuerint, quinimò circa ea sit nobis singulis fermè diebus aliquid enitendum, abusui apostasiæ, quæ per regulares personas sub diversis falsis prætextibus quotidiè incurritur, ulteriùs parcendum non esse a censuimus. Nam licèt diversi Rom. Pont. prædecessores nostri, per eorum constitutiones complura, contra apostasiam hujusmodi, ediderint statuta & ordinationes, nondum tamen est plenum contra eam adinventum remedium. Quinimò diversi diversorum etiam mendicantium ordinum religiosi, propriæ salutis immemores, Deique timore postposito, sub prætextu, alii videlicet, quòd religioni & ordini in genere, ob varias confictas causas, astricti non sint, & superinde sententiam declaratoriam obtinuerint: Alii quòd beneficium Ecclesiasticum curatum assecuti sint: Alii quòd extra regularia sui ordinis loca standi, & alicui beneficio Ecclesiastico deserviendi à suis superioribus licentiam habeant, & alii diversis aliis confictis coloribus. Alii verò nullo suffulti prætextu, sed temeritate propriâ, contra proprium juramentum per eos in eorum professione præstitum, & regularia sui ordinis instituta, extra claustra suorum regularium locorum degunt, & in seculo, aliqui habitu sui ordinis retento, aliqui illo abjecto in habitu Presbyterorum secularium, & complures in habitu laicali temerè vagantur. Et postquam Deo fidem fallere non sunt veriti, cætera omnia quantumvis gravissima & detestanda, levia & licita reputantes. Alii parochianos eorum curæ commissos falsam doctrinam docere, & pravis opinionibus, ac hæresibus replere, alii uxores ducere, alii sive paupertate eos cogente, sive diabolico instinctu, secularibus & mechanicis negotiis se dare. Alii seditionibus popularibus, conjurationib⁹ contra Principes, & alios, ac quibusvis aliis sævis actibus se implicare, & cætera omnia nequissima facere præsumunt, in gravissimam divinæ majestatis offensam, & religionis opprobrium, ac animarum suarum perniciem, & aliorum Christi fidelium scandalum.

Quamobrem considerantes Apostatas hujusmodi, infinitis erroribus in eadem Dei Ecclesia causam præstare, & propterea volentes contra apostasiam ipsam plenius providere, & eam, quantum nobis ex alto conceditur, de medio tollere, motu proprio, & ex certa scientia nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, omnes & singulos, qui post professionem per eos in ætate legitima constitutos, in aliquo approbato, etiam militari ordine purè & liberè emissam, vel si ante ætatem legitimam professi fuerint, post illam per eos in ipsa ætate legitima constitutos, purè & liberè, ratam & gratam habitam, temeritate propriâ, aut quovis prætextu, vel causâ, etiam si se religioni & ordini non astrictos esse, sine causæ cognitione, & his quæ à jure requiruntur, servari omissis, vel non legitimè probatis, declarari obtinuerint, aut beneficium Ecclesiasticum, etiam curatum, non procedente legitimâ dispensatione possideant, vel alicui beneficio Ecclesiastico, etiam curato, alterius nomine deserviant, extra claustra suorum regularium locorum degunt, aut in posterum degent, omnibus & singulis beneficiis Ecclesiasticis, cum cura & sine cura, secularibus, aut sui vel cujusvis ordinis regularibus, per eos quomodolibet obtentis, & de cætero obtinentibus cujuscunque qualitatis fuerint, ac fructibus, reditibus, & proventibus Ecclesiasticis, eis quomodolibet reservatis, seu assignatis, necnon Baccalaureatûs, Licentiaturæ, Doctoratûs, & Magisterii, ac quibusvis aliis in jure Canonico, vel Civili, Theologia, seu Medicina, vel artibus, aut quavis alia facultate, gradibus, per eos, etiam antequam religionem ingrederentur, obtentis, seu assecutis, necnon quocunque ministerio Ecclesiastico, Apostolicâ auctoritate, tenore præsentium, penitùs & omninò privamus, ac ad illa & alia quæcunque & qualiacunque in posterum obtinenda, seu fructus, reditus, & provent⁹ Ecclesiasticos percipiendos, aut gradus assequendos perpetuò inhabilitamus, & ab executione quorumcunque Ecclesiasticorum, etiam sacrorum, & præsertim Presbyteratûs ordinum, necnon omni ministerio Ecclesiastico prædicto perpetuò suspendimus, privatosque & inhabiles ac suspensos esse, necnon beneficia ipsa de jure & de facto, etiam ad hoc, ut eorum ordinarii collatores ea aliis liberè conferre possint, & nisi ea infra tempus à Lateranensi Concilio statutum contulerint, collatio beneficiorum eorundem ad immediatum illorum superiorem, & demum ad nos, ac pro tempore existentem Rom. Pont. devolvatur, Patroni quoque eorundem beneficiorum personas idoneas, infra tempus à jure statutum, ad ipsa beneficia præsentare possint, & nisi præsentaverint, eorum libera collatio ad ordinarium spectet & pertineat, vacare, ac reservationes fructuum, redituum, & proventuum hujusmodi expirare decernimus, ita ut de cætero ipsi apostatæ, quamdiu vixerint, aliqua beneficia Ecclesiastica obtinere, vel aliquod officium Ecclesiasticum exercere, aut fructus, reditus, & proventus Ecclesiasticos, seu super illis pensiones annuas percipere vel exigere, seu curam animarum, vel aliquod ministerium Ecclesiasticum exercere, aut Sacramenta Ecclesiastica ministrare, seu Missam celebrare, aut prætextu ordinum, in quibus constituti erunt, aliquid facere, vel exequi nequeant, & provisiones, seu commendæ, ac reservationes fructuum, redituum, & proventuum Ecclesiasticorum, necnon assignationes pensionum annuarum eis, etiam dictâ auctoritate, etiam cum præsentium, toto earum tenore inserto, plenaria derogatione pro tempore factæ, nullæ sint, & irritæ, ac viribus omninò careant, nec aliquod eis jus, aut titulum beneficia possidendi, aut fructus, reditus, & proventus, seu pensiones hujusmodi exigendi, vel percipiendi tribuant. Ipsique sic privati, inhabiles, & suspensi fructus suos non faciant, sed ad illorum restitutionem teneantur. Et nihilominùs, si curam animarum exercere, vel Ecclesiastica Sacramenta ministrare, seu Missam celebrare, aut prætextu ordinum suorum prædictorum aliquid facere, aut aliquod ministerium Ecclesiasticum exequi præsumpserint, tanquam suspensi ab executione ordinum suorum, & in illis contra suspensionem ipsam, & in contemptum clavium ministrantes condignis pœnis omninò puniantur.

Et ut omnis vagandi occasio apostatis hujusmodi tollatur, volumus & sancimus, quòd quævis tam Ecclesiasticæ, quàm seculares personæ, cujuscunq; statûs, gradûs, ordinis, conditionis, & præeminentiæ existant, etiã si Archiepiscopali, Patriarchali, aut aliâ majori Ecclesiasticâ dignitate, etiam Cardinalatûs honore, seu Mundanâ, etiam Marchionali, Ducali, aut aliâ majori auctoritate, seu excellentiâ præfulgeant, aliquẽ apostatarum eorundem receptare, seu nutrire, vel illis, quò minùs ad eorum monasterium, seu domum, vel alium locum regularem redeant, favorem aut auxilium, seu consilium præstare non præsumant, & si eos receptaverint, vel illis, ut præfertur, faverint, aut auxilium, seu consilium præstiterint, & per ordinarium loci, sub quo moram trahent, commoniti, à præmissis non destiterint, sententiam excommunicationis eo ipso incurrant. Et si patroni alicujus beneficii Ecclesiastici, sive sint laici, sive clerici, aliquem ex eisdem apostatis ad beneficium de jure patronatûs existens, tunc vacans præsentaverint, præsentationes hujusmodi sint eo ipso nullæ, irritæ, & inanes, ac viribus careant, & ipsi patroni jure præsentandi alios ad eadem beneficia pro ea vice tantùm privati existant. Quodque superiores ordinum, quos ipsi professi fuerint, & ordinarii locorum, in quib⁹ ipsi apostatæ pro tempore degent, tam conjunctim, quàm divisim, eosdem apostatas, ut ad eorum monasteria

a *Adde ea quæ nc. 27. Concilii Agathensis & Trident. sess. 14. cap. 11. de refor. & sess. 25. c. 19. de regular.*

redeant, requirere, & si ad dicta monasteria redire cessaverint, distulerint, vel recusaverint, eos secundùm ordinis disciplinam, monitione prævià, per censuras Ecclesiasticas, & pœnas, etiam corporis afflictivas, ad redeundum cogere & compellere possint, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Quòd si regularis ordo hoc non patiatur, auctoritate nostrâ providere valeant, ut talibus apud eadem monasteria in locis competentibus, si absque gravi scandalo fieri poterit, alioquin in aliis religiosis domibus ejusdem ordinis, ad agendam inibi pœnitentiam, vitæ necessaria ministrentur. Si verò apostatæ hujusmodi se in his inobedientes præstiterint, sint etiam auctoritate nostrâ, majoris excommunicationis sententiâ eo ipso innodati, & superiores sui eos excommunicatos esse declarent & nuncient, ac ut tales ab omnibus suis subditis nunciari & publicari faciant. Teneanturque ipsi apostatæ, cujuscunque ordinis, congregationis, & habitûs fuerint, Birretum nigrum, duabus lineis albis ex tela confectis, & digito humano latis, ab una extremitate ad aliam extremitatem circumductis distinctum, & per totam ejus circumferentiam simili lineâ albâ suffultum, ita ut omnes lineæ præfatæ oculis intuentium manifestè appareant, continuè gestare. Et si sine birreto hujusmodi deprehensi fuerint, possint pro hujusmodi inobedientia, non solùm per suos superiores, verùm etiam per quoscunque, tam Ecclesiasticos, quàm seculares judices & magistratus, condignis pœnis puniri, & ad delationem ipsius birreti, ut præfertur, distincti & suffulti, omninò compelli. Decernentes quòd de cætero, qui aliquem ordinem approbatum, ut præfertur, tacitè vel expressè professus fuerit, & se illi ordini non astrictum esse contenderit, vel aliàs quovis modo, sive retento, sive dimisso habitu, extra regularia loca ipsius ordinis de jure aliquo casu stare posse putaverit, vel quâvis ratione aut prætextu super hoc postulaverit, seu supplicaverit, literas, quas à nobis seu officio pœnitentiariæ nostræ obtinebit, Cardinali, protectori, seu viceprotectori ipsius ordinis in curia residenti, & procuratori generali ordinis dirigi, & præsentari facere, ac coram eo in hoc negotio, cum plena causæ cognitione procedere teneatur, aliàs omnia & singula, per ipsum professam in præmissis gesta, nullius sint roboris vel momenti, literæque aliis directæ nullam jurisdictionem tribuant. Quodque omnes & singulæ translationes de apostatis ipsis ad alium ordinem, etiam per nos, aut prædecessores nostros, vel per officium pœnitentiariæ hujusmodi hactenus factæ, & quas deinceps fieri contigerit, nisi ad arctiorem, vel parem ordinem factæ fuerint, & ipsi sic translati in monasteriis, in quib. regularis observantia vigeat, actu maneant, nullæ sint, & irritæ, ipsique sic translati ad pristinum ordinem, etiam si in ordinem, ad quem translati fuerint, professionem in eo emitti solitam emiserint, redire teneantur. Et si post unam & secundam monitionem, sibi à Prælatis seu superioribus ordinum, à quibus translati sunt, factam, redire distulerint aut neglexerint, liceat ipsis Prælatis, seu superioribus procedere contra eos, modo & mediis contra apostatas statutis. Et nihilominùs præfatos sic translatos, & ut præfertur, non redeuntes, administratione cujuscunque Ecclesiastici beneficii seu officii & prælaturæ perpetuò privamus.

Pius Quartus.

Apostatarum causa, & religiosorum extra claustra vagantium lites, ad Apostolicam decisionem evocantur.

CAP. II.

SIngulas lites & causas, hactenus coram quibusvis ordinariis vel delegatis judicibus, etiam in Roman. Cur. introductas, & in quacunque instantia contra dictos apostatas vel translatos, vel aliàs inter quasvis personas præmissorum occasione pendentes, etiam si instructæ sint, ad nos advocamus, ac causas, tam ad nos advocatas in statu & terminis, quibus reperiuntur, reassumendas, nec non quam & quas quæcunque personæ Ecclesiasticæ & regulares, ac etiam seculares, necnon conventus, collegia, & universitates dictâ occasione sua in præmissis communiter vel divisim interesse putantes, contradictos apostatas, vel translatos, aut alios quoscunq; activè vel passivè, civiliter vel criminaliter, ac realiter & personaliter vel mixtim, habent & movent, aut habere vel movere volent & intendent, cum omnibus & singulis incidentibus, dependent. emergent. annexis & connexis, totoque negotio principali, quoad professos, videlicet in alma urbe & ejus districtu, alios in ea præsentes, dilecto filio nostro Jacobo tituli S. Mariæ in Cosmedin. presbyteto Cardinali Sabello nuncupato, nostro in dictis urbe & districtu Vicario generali, seu ejus locum tenenti, extra Curiam verò ordinario loci, ac superiori monasterii, in quibus prima & originaria Professio per quemlibet ex apostatis & translatis prædictis emissa asseritur, necnon obtinenti primam dignitatem in Ecclesia cathedrali, seu metropolitan. vel alii superiori loci hujusmodi, seu antiquiori canonico pro tempore residenti, per eos conjunctim, visis inprimis & diligenter inspectis & examinatis dispensationibus, facultatibus, licentiis, & indultis per eosdem apostatas & translatos quomodolibet obtentis, ac processibus desuper habitis, & causis in eis allegatis maturè discussis, ac prout justum & æquum fuerit, verificatis & probatis, summariè, simpliciter & de plano, ac sine strepitu & figura judicii, ac solâ veritate inspectâ, appellatione propositâ, audiend. cognoscend. & juxta juris & sacrarum constitutionum dispositionem suæ debito terminand. committimus & mandamus.

Pius V. ex Concilio Tridentino.

Regulares non possunt audire confessiones secularium, nisi approbatione & indultu ordinariorum.

CAP. III.

ROmani Pontificis providentia circumspecta, nonnunquam gesta per eum rationabilibus & honestis suadentibus causis moderatur & commutat in melius, prout in Domino conspicit salubriter expedire. Nuper siquidem quasdam declarationes & moderationes, circa nonnulla Concilii Tridentini decreta, regulares personas ordinum mendicantium, eorumque instituta concernentia, edidimus & promulgavimus. Et quia, uti accepimus, illarum vigore sacerdotes regulares prædictorum ordinum quandoq; minùs idonei & inhabiles confessionibus secularium audiendis ab eorum superioribus præpositi, absque aliqua Episcoporum, sed solâ Magistri ordinis generalis, aut provincialium ministrorum approbatione a admittuntur. Nos super his, pro debito pastoralis officii, prout tenemur, salubriter providere volentes, tenore præsentium hâc nostrâ constitutione perpetuâ sancimus, decernimus & declaramus, decretum Concilii Tridentini de approbatione regularium, audiendis confessionibus secularium præpositorum, ab Episcopis facienda observari debere, etiam in omnib. regularibus, quorumvis ordinum, etiam mendicantium, etiam sub regulari disciplina viventibus, etiam si sint lectores, aut in Theologia etiam de superiorum suorum licentia graduati, vel promoti, vel à suis Magistris generalibus vel provincialibus, ministris, secularium confessionib. audiendis expositi. Volumus tamen eos, qui semel ab Episcopo in civitate & diœcesibus suis prævio examine approbati fuerint, ab eodem Episcopo iterum non examinari. Ab Episcopo autem successore, pro majori conscientiæ suæ quiete, examinari de novo poterunt. Inhibentes quibuscunque regularibus quorumvis ordinum etiam mendicantium, ut præfertur, ne vigore deputationis & approbationis ab eisdem magistris & ministris provincialibus, etiam quòd illarum occasione ab ordinariis hucusque tolerati fuerint, absque speciali in

a *Concil. Trident. sess. 24. c. 7.*

posterum

posterum licentia & approbatione ab ordinariis obtinenda, secularium confessiones audire præsumant. Romæ 8. Id. Aug. 1571.

TITULUS XIX.

DE MONIALIBUS.

Pius Quartus.

Moniales à decimarum & subsidiorum, aliorumq; onerum impositione exemptæ sunt.

CAP. I.

DE statu Ecclesiarum & monasteriorum quorumlibet, curæ nostræ divinâ dispositione commissorum, paternâ diligentiâ cogitantes, ad ea per quæ illorum, ac personarum præsertim fœminei sexûs in illis sub regulari castimonia Altissimo famulantium statui & opportunæ subventioni valeat salubriter provideri, ipsique personæ, semotis perturbationib. universis, in pacis & quietis amœnitate divinis officiis liberiùs vacare valeant, libenter attendimus, ac in iis nostri pastoralis officii partes favorabiliter impartimur. Hinc est, quòd nos motu proprio, non ad alicujus nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, omnes & singulas Abbatissas, Priorissas, Ministras, Moniales, & Sorores quorumcunque monasteriorum, domorum, & regularium locorum monialium, & sororum quorumvis Cistert. Præmonstraten. sanctæ Claræ, necnon sancti Benedicti, & sancti Augustini, ac tertii ordinis sancti Francisci, & aliorum quorumvis ordinum, etiam sub cura & regimine, ac secundùm regularia instituta fratrum Minorum de observantia nuncupatorum, & Eremitarum ejusdem sancti Augustini degentium in Lombardia, & quibuscunque aliis Italiæ partibus consistentium, ipsaq; monasteria, domos & loca, deductis quatuordecim ducatis auri de Camera, pro victu cujuslibet monialis seu sororis, alios reditus non habentia, eorumque possessiones, & alia quæcunque bona, mobilia & immobilia quæcunque, decimarum & subsidiorum ac aliorum onerum quomodolibet nuncupatorum, per nos & sed. Apostolicam, seu ejus Legatos & Nuncios, aut quoscunq; alios quâvis auctoritate fungentes, etiam pro expeditione contra Turcas, vel fidei tuitione, ac fabrica Basilicæ Principis Apostolorum de urbe, aut quâvis aliâ urgentissimâ causâ, pro tempore impositorum solutione, ex certa nostra scientia, auctoritate Apostolicâ, tenore præsentium, in perpetuum prorsus eximimus & liberamus. Et nihilominùs omnibus & singulis collectoribus, subcollectoribus, ac commissariis, necnon quibuscunque aliis ad decimarum & subsidiorum hujusmodi exactionem deputatis, & pro tempore deputandis, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub nostræ indignationis, ac excommunicationis latæ sententiæ pœna, districtiùs inhibemus, ne Abbatissas, Priorissas, Ministras, Moniales, & Sorores, domos, monasteria, & loca prædicta, etiam vigore quarumcunq; literarum à nobis, vel sede prædicta pro tempore emanatarum, etiam si in eisdem contineatur, quòd ad quævis exempta, domos, monasteria, & loca se extendant, vel alterius cujuscunque tenoris existant, ipsius sedis sibi concessæ facultatis, nisi de præsentibus earumque toto tenore, ac de dictis ordinibus & nomine eorum, quibus dictorum ordinum cura, gubernatio, & protectio pro tempore commissa fuerint, plenam & expressam, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, fecerint mentionem, ad solvendum decimas, seu subsidia, aut onera hujusmodi, quovis modo cogere aut compellere, seu aliàs præmissorum occasione, eas molestare seu inquietare præsumant. Romæ Non. April. 1560.

Pius Quintus.

Clausura obstringuntur moniales tacitè vel expressè religionem professæ, & earum receptiones ad ordinem, clausura obligatione violatâ, irritæ sunt & inanes.

CAP. II.

CIrca pastoralis officii nobis, meritis licèt impari-bus, desuper commissi curam (quantum nobis ex alto permittitur) invigilantes, assiduè ad ea, per quæ singulis erroribus & excessibus obviatur, ac personis quibuslibet, præsertim fœminei sexûs virginitatem suam Altissimo voventibus, sub religionis jugo Christo Salvatori in castitatis holocausto famulari affectantibus, à semita justitiæ & honestatis declinantibus, ne quicquam in eis reperiatur incongruum, quod in regularis ponat honestatis gloriâ maculam, & divinam meritò possit offendere majestatem, opportunè succurritur, libenter intendimus, ac in his nostræ vigilantiæ partes propensiùs impertimur, prout id in Domino salubriter expedire conspicimus. Hâc igitur perpetuâ valiturâ constitutione, inhærentes etiam constitutioni fel. record. Bonifacii Papæ VIII. [a] prædecessoris nostri, quæ incipit, Periculoso. & decretis Concilii Tridentini super clausura monialium editis, auctoritate Apostolicâ, tenore præsentium statuimus, atq; perpetuò decernimus, universas & singulas moniales, præsentes atque futuras, cujuscunq; religionis, ordinis, vel militiarum, etiam Hierosolymitan. sint, quæ vel jam receptæ sint, vel in posterum in quibusvis monasteriis sive domibus recipientur, & tacite vel expresè religionem professæ, etiam si conversæ, aut quocunq; alio nomine appellentur, etiam si ex institutis vel fundationibus earum regulæ ad clausuram non teneantur, nec unquam in earum monasteriis seu domibus, etiam ab immemorabili tempore ea servata non fuerit, sub perpetua in suis monasteriis seu domibus de cætero debere permanere clausura, juxta formam dictæ constitutionis felic. record. Bonifacii Papæ VIII. prædecessoris nostri, quæ incipit, Periculoso. in sacro Concilio Tridentin. approbatæ & innovatæ, quam nos auctoritate præfatâ etiam approbamus & innovamus, in omnibus & per omnia, ac illam districtè observari mandamus. Quòd si aliquæ moniales forsan reperiantur, quæ consuetudine etiam immemorabili, aut instituto vel fundatione regulæ suæ fretæ, animo obstinato huic clausuræ resistant, aut quoquo modo reluctentur, ordinarii unà cum superioribus earum, omnibus juris & facti remediis compellant easdem, tanquam rebelles & incorrigibiles, ad præcisè subeundum dictam clausuram, & perpetuò observandum. Mulieres quoque, quæ Tertiariæ, seu de pœnitentia dicuntur, cujuscunque fuerint ordinis, in congregatione viventes, si & ipsæ professæ fuerint, ita ut solemne votum emiserint, ad clausuram præcisè, ut præmittitur, & ipsæ teneantur. Quòd si votum solemne non emiserint, ordinarii, unà cum superioribus earum, hortentur, & persuadere studeant, ut illud emittant & profiteantur, ac post emissionem & professionem eidem clausuræ se subjiciant: quòd si recusaverint, & aliquæ ex eis inventæ fuerint scandalosè vivere, severissimè puniantur. Cæteris autem omnibus, sic absque emissione professionis & clausura vivere omninò volentibus, interdicimus & perpetuò prohibemus, ne in futurum ullam aliam prorsus in suum ordinem, religionem, congregationemvé recipiant. Quòd si contra hujusmodi hanc nostram prohibitionem, & decretum aliquas receperint, eas ad sic vivendum omninò inhabiles reddimus, ac illarum quaslibet professiones & receptiones irritas decernimus & nullas, prout etiam præsenti decreto irritas facimus, & annullamus. Porrò ne moniales vel tertiariæ prædictæ, propter hanc clausuram, detrimentum aut incommodum aliquod in earum necessitatibus, maximè in pertinentibus ad illarum victum, patiantur, sed ut eis opportunè consulatur, auctoritate Apostolicâ præfatâ

a *Bonifac. VIII. c. periculoso. de statu regularium, in 6.*

statuimus, decernimus, præcipimus, atque mandamus ordinariis & superioribus earum, ut curent, colligi fidelium eleemosynas, per conversas, quæ non sint professæ, vel si professæ fuerint, sint tamen ætatis annorum quadraginta, & in domibus contiguis extra tamen monasterium degant, & non ingrediantur clausuram aliarum monialium, nisi in casibus ex earum constitutionibus permissis, & de earum domibus exire non possint pro hujusmodi eleemosynis colligendis, nisi de licentia ordinarii, vel earum superiorum. Et de cætero nullæ aliæ conversæ professæ recipi amplius, etiam de consensu suorum superiorum vel prælatorum possint. Quòd si adversus hanc nostram prohibitionem receptæ fuerint, illarum receptio nulla, irrita, & inanis sit, prout ex nunc nullam, ac irritam facimus & annullamus. Quòd si prædicto modo necessitatibus monialium & mulierum terrarum prædictarum succurri sufficienter non poterit, mandamus ipsis ordinariis & superioribus earum, ut ipsi provideant de aliis personis piis, & Deo devotis, quæ fidelium eleemosynas colligant, vel aliàs eò meliori & commodiori modo, quo fieri poterit, etiam ex operis manuum ipsarum monialium & mulierum prædictarum, arbitrio ordinariorum & superiorum earundem, prout eis congruentius expedire videbitur, provideatur & succurratur. Et ne præter monialium numerum excessivum clausuræ observatio violetur, inhærentes etiam similiter dispositioni dictæ constitutionis Bonifacii, & Concilii Tridentini decreto, monialibus prædictis, & illorum superioribus & ordinariis districtè inhibendo præcipimus & mandamus, ne plures in earum monasteriis recipiant & admittant, sive recipi & admitti permittant, quàm ex propriis reditibus ipsorum monasteriorum, vel consuetis eleemosynis commode sustentari possint. Mandantes propterea, in virtute sanctæ obedientiæ, sub obtestatione divini judicii & interminatione maledictionis æternæ, universis venerabilibus fratribus, Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis, quatenus in civitatibus & diœc. propriis nostras publicari faciant, ac in monasteriis monialium sibi ordinario jure subjectis, in his verò, quæ ad Roman. mediatè vel immediatè spectant Ecclesiam, sedis Apostolicæ auctoritate, unà cum superioribus eorundem monasteriorum, clausuram, ut præmittitur, quamprimùm poterint, servari procurent, contradictores atque rebelles, per censuram Ecclesiasticam, appellatione postpositâ, compescendo, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Ac, ut hoc tam salutare decretum faciliùs observetur, omnes Principes seculares, & alios dominos, & magistratus temporales rogamus, requirimus, & obsecramus per viscera misericordiæ Domini nostri Jesu Christi, eisdem in remissionem peccatorum injungentes, quòd in præmissis omnibus, eisdem Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis, & aliis monialium superioribus assistant, ac suum favorem & auxilium præstent, ac impedientes pœnis etiam temporalibus afficiant.

Idem.

Incendii, infirmitatis, lepræ, vel Epidemiæ necessitate, monialibus egredientibus à clausura non derogatur postulata facultas.

CAP. III.

DEcori & honestati omnium sanctimonialium, quarum Jesus Christus Dominus noster sponsus est, ut in puritate & castitate superædificantes in ipso feliciter inhabitare valeant, consulentes, ea quæ illarum existimationi detrahere possent, decet nos consultò summovere. Sanè periculo & scandalo plena res est, ac regulari observantiæ vehementer adversatur, sanctimoniales aliquando parentes, fratres, sorores, aut alios agnatos vel cognatos, necnon monasteria, & alia, filiationes nuncupata, etiam eis subjecta visitandi, aut infirmitatis causâ, aliove prætextu à monasteriis exire, & per secularium personarum domos discurrere & vagari, quo veluti colore eximium quoq; honestatis & pudicitiæ decus in discrimen committunt. Unde nos malo huic, pro nostro pastoralis officii debito, salubriter occurrere volentes, inhærentes etiam decreto sacri Concilii Tridentini, de clausura monialium disponenti, ac aliis nostris literis super hujusmodi clausura editis adjicientes, volumus, sancimus, & ordinamus, nulli Abbatissarum, Priorissarum, aliarumvé monialium, etiam Carthusiens. Cistercien-sium, sancti Benedicti, & mendicantium, & quorumcunq; aliorum ordinum, etiam militiarum, ac statuum, graduum, conditionum, dignitatum, ac præeminentiarum existentium, etiam à Regia vel illustri prosapia ortarum, de cætero etiam infirmitatis, seu aliorum monasteriorum, etiam eis subjectorum, aut domorum, parentum, aliorumvé consanguineorum visitandorum, aliavé occasione, & prætextu, nisi ex causa magni incendii, vel infirmitatis, lepræ, aut Epidemiæ, quæ tamen infirmitas, præter alios ordinum superiores, quibus cura monasteriorum incumberet, etiam per Episcopum, seu alium loci ordinarium, etiam si prædicta monasteria ab Episcoporum & ordinariorum jurisdictione exempta esse reperiantur, cognita & expresè in scriptis approbata sit, a monasteriis præfatis exire, sed nec in prædictis casibus, extra illa, vix ad necessarium tempus stare licere. Aliter autem, quam ut præfertur, egredientes, seu licentiam exeundi quomodocunque concedentes, necnon comitantes, ac illarum receptatrices personas, sive laicas, aut seculares, vel Ecclesiasticas, consanguineas vel non, excommunicationis majoris latæ sententiæ vinculo, statim eo ipso absque aliqua declaratione subjacere, à quo præterquam à Romano Pontifice, nisi in mortis articulo, absolvi nequeant. Et insuper tam egressas, quàm præsidentes & alios superiores prædictos, eis licentiam hujusmodi concedentes, dignitatibus, officiis, & administrationibus, per eas & eos tunc obtentis, privamus, & illas & illos ad obtenta, & alia in posterum obtinenda inhabiles, necnon licentias & facultates, seu indulta & privilegia exeundi à monasteriis, & extra illa standi, à nobis, seu alio Romano Pontifice prædecessore nostro, ac sedis Apostolicæ Nuntiis & Legatis, etiam de latere, ac majore pœnitentiario, aut ordinum prædictorum superioribus, aliisve personis, sub quibuscunq; tenoribus & formis, ac cum quibusvis, restrictivis, præservativis, mentis attestativis, etiam novam gratiam & datam concedentibus, aliisque efficacioribus & efficacissimis ac insolitis clausulis, irritantibusq; & aliis decretis in genere vel in specie, etiam motu proprio, & ex certa scientia, deq; Apostolicæ potestatis plenitudine, etiam Imperatoris, Regum, Ducum, & aliorum Principum, necnon S. R. E. Cardinalium intuitu, & contemplatione, ac instantiâ, vel aliàs quomodolibet concessa (quæ prorsus abolemus) ac literas desuper confectas, & in posterum concedendas & conficiendas, nullas & invalidas, nulliusque roboris, ac momenti fore, nec illas habentibus & habituris suffragari posse, & ita per quoscunque judices & Commissarios, quâvis auctoritate fungentes, sublatâ eis & eorum cuilibet aliter judicandi & interpretandi facultate & auctoritate, judicari & diffiniri debere, irritum quoque & inane, quicquid secus super his à quoquam, quâvis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari decernimus. Rom. Cal. Febr. 1569.

Gregorius XIII. ex Concilio Tridentino.

Prælati & alii monasteriorum monialium curam habentes in casibus tantummodo urgentis necessitatis parvo comitatu ea ingrediantur.

CAP. IV.

DUbiis, quæ emergunt, declarationis remedium expedit adhibere. Cùm igitur super eo, quod optimè primùm ratione Concilium sanxit Tridentinum, deinde in constitutione fel. record. Pii Papæ V. prædecessoris nostri, Nonis Julii, Pontificatûs sui anno tertio, atque item

item nostra, Idibus Junii, Pontificatûs nostri anno quarto, editis, fuit provisum, ne cui in posterum, nisi in casibus necessariis, septa monasteriorum monialium ingrediendi concederetur licentia, à nonnullis dubitatum fuisse sciamus, circa personas, quæ alterius ad id licentiâ non indigent, sed suî auctoritate officii nituntur, an liceat eis pro libito suæ voluntatis hujusmodi septa ingredi, vel potiùs servare debeant ipsi quoque regulam à Concilio præscriptam. Nos omnem hæsitationis materiam tollere, & viam scandalis præcidere, ac sanctimonialium quieti consulere volentes, harum tenore, auctoritate Apostolicâ declaramus, Prælatos omnes, tam seculares quàm regulares, quibus cura & regimen monasteriorum monialium quovis modo incumbit, facultate sibi ex officio attributâ ingrediendi monasteria prædicta, ita demum uti posse, si id faciant in casibus necessariis, & à paucis, iisq; seniori-bus, ac religiosis personis comitati. Quocirca universos & singulos Episcopali, seu majori, ac etiam Cardinalatûs dignitate præditos, necnon quorumvis ordinum Abbates, Priores, ministros, & alios quoscunq; superiores regulares seriò monemus, ut facultate hujusmodi, qui eam habent, præterquam in casibus, ut præfertur, necessariis, neutiquam utantur. Quòd si contrafecerint, eâdem auctoritate Apostol. statuimus atq; decernimus, qui Pontificalis dignitatis fuerint, eos pro prima vice, quâ contrafecerint, ingressu Ecclesiæ interdictos, pro secunda à munere Pontificali & à divinis suspensos, ac deinceps ipso facto, absq; alia declaratione, excõmunicatos existere, regulares verò omni officio ac ministerio privatos, excommunicationi similiter subjacere. Rom. 23. Dec. 1581.

FINIS.

SEPTIMI DECRETALIUM

LIBER QUARTUS.

TITULUS I.

DE MATRIMONIIS ET SPONSALIBUS.

PAULUS QUARTUS.

Qui spe obtinendæ dispensationis matrimonium contrahunt in gradibus prohibitis, in posterum Pontificiâ gratiâ per hujusmodi dispensationes non gaudeant, etiamsi ex copula sequuta sit proles.

CAPUT I.

AB ea ipsa die, quâ divina bonitas nos (licèt tanto oneri impares) regendæ universalis ejus Ecclesiæ præficere dignata est, nunquam cessavimus cogitare, quo pacto singuli abusus nostrâ diligentiâ tollerentur, diversas superinde constitutiones, juxta casuum exigentiam quotidiè promulgando & publicando. Hinc est, quòd cùm (sicut nobis nuper innotuit) à nonnullis annis citrà introductum sit, ut qui matrimon. in secundo consanguinitatis vel affinitat. gradu contrahere anhelant, scientes se dispensationem à sede Apostolica super hujusmodi matrimon. contrahendo obtinere non posse, sub fiducia illam super eodem matrimon. postquam contractum fuerit, reportandi, matrim. ipsum de facto contrahant, & carnali copulâ consumment, excommunicat. sententiam, in Concil. Vien. contra matrimon. in gradibus prohibitis scienter contrahentes promulgatam, damnabiliter incurrendo. Et deinde sub prætextu, quòd si divortium fieret inter eos, gravia exinde inter eos & eorum consanguineos & affines scandala possent verisimiliter exoriri, & mulier perpetuò diffamata remaneret, absolutionem necessariam, & dispensationem opportunam, quas sibi debitas concedi expostulent, sicq; absolutionem, dispensationem (quas aliàs non obtinerent) eo prætextu ut plurimùm reportent in scandalum plurimorum. Nos considerantes præmissa causam tribuere delinquendi, & incestum committendi, & ex delicto, loco pœnæ, commodum, & appetitûs satisfactionem reportari, malitiis hominum occurrere volentes, per has nostras omnibus innotescere volumus, quòd nos lapso tempore, infra quod notitia præsentium in partibus, ex quibus similes dispensationes peti continget, verisimiliter haberi potuerit, absolutiones & dispensationes hujusmodi ex prætextu prædicto, etiam si proles ex matrim. sic contracto subsecuta fuerit, nullatenus, sed solùm ex causa urgentissima pro bono publico, & à jure considerata, per nos tantùm, & non alium approbanda, concedemus, & quòd dispensationes ex alia causa nostris temporibus perpetuò exulabunt, quod nobis licere non patimur, nostris successoribus indicantes. Rom. Idib. Dec. 1555.

(Eandem constitutionem priùs Clemens VII. edidit, quam habes infrà eod. cap. 3.)

Pius Quintus.

Tabulæ honestatis, quæ ex sponsalibus contrahitur, impedimentâ nullius aut parùm frequens est usus, quoniam sponsalia de futuro

quam rarissimè fiunt, longè, major sit prohibitionis ratio in matrimonio per verba de præsenti contracto, quàm in sponsalib. de futuro.

CAP. II.

AD Romanum spectat Pontificem, suâ solicitudine diligenter providere, ut sacrorum Conciliorum decreta ita suæ declarationis adminiculo dilucidentur, quòd nulla desuper dubitandi occasio cuiquam relinquatur.

Sanè ad aures nostras pervenit, multos esse, qui dubitent, an decretum œcumenici Concilii Trident. sessione vigesimâ quartâ, de reformatione matrimonii cap. 3. quo *a* cavetur impedimentum publicæ honestatis, ubi sponsalia *a* valida non fuerint, prorsus tolli; ubi verò valida fuerint, non excedere primum gradum, cùm in ulterioribus gradibus non possit hujusmodi prohibitio servari, de sponsalibus per verba (ut *a* unt) de futuro tantùm conceptis intelligatur, vel etiam matrimonia per verba de præsenti contracta, non tamen consummata, quæ interdum sponsalia appellantur, comprehendat, ita ut etiam eo casu impedimentum inde proveniens sublatum fuerit.

Nos itaque, ut omnis difficultas, dubitatioque tollatur, attendentes, quòd sponsaliorum appellatione, quâ dictum Concilium utitur, non nisi impropriè matrimonium verbis de præsenti conceptis contractum continetur, quodque agitur de correctione juris veteris, quo casu secundùm proprietatem verborum duntaxat procedendum est, præsertim cùm longè majorem rationem prohibitionis in matrimonio per verba de præsenti contracto, quàm in sponsalibus de futuro, vigere à nemine dubitetur: idcirco motu proprio, auctoritate Apostolicâ, tenore præsentium declaramus & diffinimus, decretum Concilii hujusmodi omninò intelligendum esse, & procedere in sponsalibus de futuro duntaxat, non autem in matrimonio sic (ut præfertur) contracto, sed in eo durare adhuc impedimentum, in omnibus illis casibus, & gradibus, quibus de jure veteri ante prædictum decretum Concilii introductum erat.

Clemens VII.

Qui intra gradus prohibites scienter matrimonium contrahere præsumpserit, spe dispensationis consequendæ carere debet.

CAP. III.

QUia plerunque in futurorum eventibus imbecillitas humani judicii adeò fallitur, ut quod utile non solùm conjectura, sed etiam attenta & provida consideratio pollicebatur, id prorsus inutile, ac animarum saluti maximè damnosum reperiatur, propterea nonnunquam expedit, ut gratiæ, quæ olim consultò, & rationabili de causa concedi videbantur, multò consultius in posterum denegentur, id quod necessitas præsentis provisionis evidenter ostendet. Sanè postquam fel. record. Clemens *b* Papa V. prædecessor noster, in Concilio Viennensi eos, qui divino timore postposito, in gradibus consanguinitatis & affinitatis contra canonicas sanctiones matrimonia scienter in suarum periculum animarum contrahere præsumpsissent, excommunicationis sententiæ ipso facto decreverat subjacere, præcipiendo Ecclesiarum prælatis, ut tales, tamdiu excommunicatos publicè nunciarent, seu nunciari facerent, donec separarentur ab invicem, & beneficium absolutionis obtinerent. Sedes Apostolica & Romani Pontifices prædecessores nostri, considerantes gravia oriri posse scandala, si matrimonia hujusmodi scienter contracta & carnali copulâ consummata per divortium dirimerentur: ad obviandum hujusmodi scandalis, & ne mulieres perpetuò diffamatæ remanerent, inducebantur ad dispensandum cum illis, qui in gradibus hujusmodi prohibitis, matrimonia ipsa scienter contraxissent. Propter quod multi volentes in gradibus prohibitis matrimonia contrahere, ac sperantes veniam & absolutionem ac dispensationem à sede prædicta facilius obtinere posse, illa passim contrahere, & carnali copulâ sub ea spe consummare præsumpserunt. Quæ abusio & corruptela, cùm tamdiu, propter inveteratam hominum malitiam, & nimiam dictæ sedis in absolvendo ac dispensando facilitatem, adeò creverit, ut cupientes in gradibus prohibitis hujusmodi contrahere, nullo pacto id facere vereantur, & unde scandalis remedia petebantur, inde scandalorum materia & occasio nata videatur. Nos, quorum interest agrum Domini ita colere, ut virtutes in eo crescant, abusiones verò quæcunque tollantur, ac malis moribus via & aditus omnis præcludatur, hujusmodi fraudibus & dolis, per quos multi dispensationes in præjudicium animarum à nobis extorquere, ac clementia & misericordia Apostolica sub spe veniæ, ut experientia rerum magistra docet, peccandi viam pandit, abuti non cessant, obviare volentes, habitâ super his cum fratribus nostris maturâ deliberatione, de ipsorum fratrum consilio, omnibus denuntiandum seu intimandum duximus, quòd in posterum cum illis, qui in gradibus prohibitis matrimonia scienter contraxerint, etiam si illa consummaverint, non intendimus dispensare, sed illa (scandalis, quæ oriri posse formidaretur, minimè attentis) omninò separari mandabimus, absolutionem duntaxat petentibus misericorditer concessuri, cùm gratiâ dignus non sit, qui canonum conditorem contemnit, illiq; cum animæ suæ detrimento injuriam facit. Rom. 16. Calend. Septemb. 1524.

TITULUS II.

DE CONSANGUINITATE ET Affinitate.

Pius Quartus.

Gradus consanguinitatis, qualitates remotiores & propinquiores, sunt exponenda in dispensationibus.

CAP. I.

SAnctissimus in Christo pater & Dominus Pius (divinâ providentiâ) Papa IV. ad cujus notitiam pervenit, quòd multi viri, mulieresque invicem diversis consanguinitatis seu affinitatis gradibus, ex communi seu ab eodem stipite surgentibus conjuncti, matrimonii vinculo copulari cupientes, dispensationem super remotiori gradu à sanctitate suâ, & Rom. Pontifice pro tempore existente, vel sed. Apostol. solent impetrare, absque eo, quòd dispensanti aliquam gradûs propinquioris, qui forsan expressus Pontificem aut sedem à dispensando vel averteret, vel certè retardaret, cognitionem suggerant, literas postmodum super gradu propinquiori declaratorias, juxta constitutiones fel. rec. Greg. XI. & Clem. VI. Rom. Pont. sanctitatis suæ prædecessorum desuper respectivè editas, inscio dispensante expediri procurantes. Circumspectiùs deinceps in hujusmodi dispensationibus concedendis procedere, ac propterea cuncta prorsus obstacula, & quicquid dispensationi concedendæ verisimiliter obesse posset, ne videlicet aliquid ab ipso dispensante rerum ignaro, contra mentem suam, in animarum contrahentium periculum emergat, clariùs judicari, seque de singulis obstaculis plenè certiorari volens. Quod in quibuscunque dispensationibus, quas pro matrimonio, scienter vel ignoranter contracto vel contrahendo, in quibusvis prohibitis consanguinitatis & affinitatis, seu mixtis gradibus, ab eadem sanctitate sua, vel quovis Romano Pontifice successore suo pro tempore existente, seu dictâ

a *Philip. Franc. c. ex sponsalib. de sponsal. in 6.* b *Clem. V. in Conc. Vienen. ut habetur in Cle. tit. 1. c. 3. de consang. & affinit. decretum tulit, quo scienter contrahens matrimonium in gradu consanguinitatis vel affinitatis prohibito, vel cum moniali, excommunicatur ipso jure, & publicari debet & vitari. de hac re vide Concil. Trid. sess. 24. de reform. cap. 5. & Beat. Antonin. tract. de excommunic. cap. 34. Covarr. lib. 4. part. 2. c. 3. §. 2. num. 8.*

dictâ sede impetrari, vel aliàs etiam motu proprio concedi contigerit, commissionibusque desuper etiam ordinariis locorum faciendis, ac literis quibusvis inde conficiendis, non solum de remotiori, sed etiam de proximiori, aut de proximioribus gradibus, quicunque illi fuerint, eorumque distantiâ, specialis & expressa mentio fieri debeat. Alioquin dispensationes, declarationes, ac inde conficiendæ literæ hujusmodi, processusq; habendi per eas dem, nullius sint roboris vel momenti, & pro infectis habeantur, Constitutionib. prædecessorum hujusmodi, cæterisq; contrariis, nequaquam obstantibus, hâc suâ perpetuò valiturâ sanctione, auctoritate Apostolicâ statuit & ordinavit. Sicque per quoscunque judices & commissarios, etiam S.R.E. Cardinales, sublatâ eis quâvis aliter judicandi & interpretandi facultate, judicari, & diffiniri debere. Ac quicquid secus super iis à quoquam, quâvis auctoritate, scienter vel ignoranter attentari contigerit, irritum & inane decrevit.

Pius Quintus.

Declarationes Concilii Tridentini circa impedimenta cognationis spiritualis, & affinitatis ex fornicatione, quoad matrimonia post confirmationem Concilii contracta & de cætero contrahenda.

CAP. II.

SAnctissimus in Christo pater ac Dominus Pius (divinâ providentiâ) Papa quintus, ad cujus notitiam pervenit, quòd, cum in decretis sacri Concilii a Tridentini certæ tantùm personæ enumerentur, inter quas duntaxat cognatio spiritualis deinceps contrahatur, ab aliquibus revocatur in dubium, an qui ultra personas in dictis decretis enumeratas b quoquomodo cognatione spirituali ante confirmationem dicti Concilii conjuncti erant, absque dispensatione Apostolica matrimonium post dictam confirmationem contrahere potuerint, ac hodiè & de cætero contrahere possint, cùm ante prædictam confirmationem id facere de jure minimè liceret.

Et insuper cùm in eisdem decretis statuatur, affinitatem, quæ ex fornicatione contrahitur, in illis solummodò attendi debere, qui primo vel secundo affinitatis gradu conjunguntur, ab aliquibus pariter dubitetur: An matrimonia inter personas, quæ ante confirmationem dicti Concilii tertio vel ulteriori hujusmodi affinitatis gradu conjunctæ erant, post confirmationem ejusdem Concilii, absque dispensatione Apostolica, contracta, & quæ deinceps contrahi contigerit, dirimi debeant?

Sanctitas sua, ad tollendum omne dubium, eos, qui ante confirmationem prædicti Concilii cognationem spiritualem contraxerunt, dummodò non sint ex personis in dictis decretis enumeratis, & inter quas tantùm Conc. voluit deinceps contrahi hanc cognationem spiritualē, matrimonii vinculo inter se, absq; dispēsatione aliqua, liberè & licitè copulari posse, ac matrimonia etiam post confirmationem hujusmodi, absq; dispensatione sedis Apostolicæ inter eas jam contracta valere, plenamq; roboris firmitatem obtinere. Et similiter matrimonia post confirmationem Concil. absq; dispensatione Apost. sequuta, & quæ de cætero sequentur, inter personas, quæ ante dictam confirmationē, affinitatem (infra tamen secundum gradum ex fornicatione provenientē) contraxerant, propter hujusmodi affinitatem dirimi non debere, sed valida & efficacia existere declarav it.

a *Concil. Trid. sess. 24. de reform. matrim.* b *De agnatione spirituali vide Hostiens. lib. 4. sum.*

Idem.

Declarato circa impedimenta cognationes spirituales.

CAP. III.

CUm illius vicem, licèt minimè sustragantibus meritis, geramus in terris, de cujus vultu prodit judicium, & vident oculi æquitatem, officii nostri debitam prosequimur actionem, si obscuros sacrorum canonum sensus ita aperire studemus, ut piis Christi fidelium mentibus nulla dubitandi occasio relinquatur.

Sanè licet ex eo, quòd in Concilio Tridentino decretum fuerit, cognationem spiritualem inter eos tantùm contrahi, qui suscipiunt baptizatum a de baptismo, ac baptizatum ipsum, & illius patrem & matrem, necnon baptizantem & baptizatum, baptizatique patrem & matrem, in reliquis personis, quæ per antiquos canones occasione cognationis hujusmodi contrahere prohibebantur, omne impedimentum sublatum esse videatur, adhuc tamen ab aliquibus dubitari accepimus, an saltem impedimentum cognationis spiritualis hujusmodi inter maritum vel uxorem suscipientis, & baptizatum, necnon inter maritum vel uxorem suscipientis, & patrem ac matrem baptizati vigeat, propterea quòd prohibitum de uno conjuge, de altero etiam prohibitum esse videatur.

Nos piarum mentium quieti, & matrimoniorum favori (quantum ex alto nobis permittitur) consulere volentes, à præcisis verbis Conc. minimè discedendum in præmissis esse, censuimus. Et propterea nullum amplius impedimentum, ratione cognationis hujusmodi, subesse decernimus, & declaramus, quò minùs inter dictos maritum vel uxorem suscipientis, & baptizatum, baptizatique patrem & matrem, & quascunque alias personas, tam ex parte suscipientis, quàm baptizantis & baptizati, in dicto Concilio nominatim non expressas, matrimonium liberè & licitè contrahi possit, & ita ab omnibus judicari debere mandamus atque statuimus.

Idem.

Tertia declaratio, circa impedimenta cognationes aut affinitatis ex fornicatione.

CAP. IV.

AD Romanum Pontificem spectat, canonicas sanctiones, quæ expressiorem sensum postulare videntur, re diligenter perspectâ declarare, & aliàs providere, ut omnis dubietas de piis Christi fidelium mentib. evellatur. Sanè postquam ex eo, quòd Tridentina Synodus impedimentum affinitatis ex fornicatione proveniens, per quod non solùm matrimonium contrahi prohibetur, sed etiam postea factum dirimitur, ad eos tantùm restrinxit, qui primo & secundo gradu conjunguntur, in ulterioribus verò gradibus statuit, matrimonium postea factum non dirimi, à pluribus Christi fidelibus, ut accepimus, est dubitatum, an, licèt in ulterioribus gradibus hujusmodi matrimonium contractum non dirimatur, adhuc tamen juxta antiquos canones contrahi prohibeatur.

Et propterea nos omnem ambiguitatem tollere, & animarum tranquillitati, ac matrimonii libertati, quantum cum Deo possumus, consulere volentes, & declaramus, & Apostolicâ auctoritate decernimus, nullū hodiè impedimentum remanere, quò minùs in ulterioribus gradibus hujusmodi liberè & licitè matrimonium contrahi possit.

a *Vid. cap. non plures. de cons. dist. 4 &c. quamvis. de cognat. spirituali. in 6. c. super quibus. c. pystacium &c. fin. 30. q. 3. c. 1. super eo. & ferè per totum, de cognat. spirit. cap. 1.*

ANIMADVERSIO AD LECTOREM.

Iuris Pontificii librorum 11, qui tractat de matrimonio & pertinentibus ad conjugia, brevior semper & compendiosior est, quamobrem ut hic septimus decretalium responderet, quarti libri eorundem hic adscripsimus. Qui verò consanguinitatis & affinitatis voluerit latiùs investigare singulares regulas, adeat finem Epistol. decret. hujus editionis, ubi declaratur arbor consanguinitatis.

FINIS.

SEPTIMI DECRETALIUM

LIBER QUINTUS.

TITULUS I.

DE JUDÆIS.

JULIUS III.

Hebræorum & Judæorum filii, invitis parentibus, Christiani & orthodoxi non instituantur aut baptizentur, nemini siquidem ad credendum vis inferri debet.

CAPUT I.

EPiscopi seorumque Vicariis & officialibus, ac quibusvis aliis personis, tam Ecclesiasticis, quàm secularibus expresiè inhibemus, ne Judæorum filios, tam mares quàm fœminas, ipsis parentibus invitis, violenter auferre seu subducere, nec præter formam sacrorum canonum quomodolibet baptizare debeant vel præsumant. Rom. 8. Jun. 1551.

Nicolaus Tertius, general. ord. Prædicatorum.

Evangelium prædicandum Iudæis, & conversi infideles rudimentis fidei debent instrui.

CAP. II.

VIneam Soreth velut electa.a plantavit dextera Dei patris, & omne semen verum seminavit in ipsâ. Angelicâ custodiâ sepivit illam, lapides nocivos abjecit ex ea. Hanc de Ægypto in luto & latere, sub jugo Pharaonis oppressâm in signis & prodigiis transferens, dux itineris ejus existens, in terram promissionis adduxit. Vinea in Domini exercituum domus Israël est, viri Juda delectabile germen ejus. Hanc sic mirè translatam, quasi adhuc eorum campum vomere legali proscindens, prophetali doctrinâ sulcavit, & ut ipsam ad maturam frugem, i. e. ad regenerationis gratiam præpararet. Sed, proh dolor! peccatorum spinis obsita, nullum imbrem gratiæ spiritualis excipiens, quæ sperabatur, ut uvas educeret, lambruscas eduxit: unde sperabatur judicium, processit iniquitas: unde justitia, inde clamor. Hæc est vinea in qua fici arbor, scilicet synagoga Judæorum plantata, Evangelicâ veritate describitur: cujus plantator Christus, cœtus Apostolicus cultor existit. Hæc triplici tempore, quasi tribus annis, ut fructum produceret expectata, infructuosa reperta, cultori succidenda prædicitur. Nam nec tempore circumcisionis ad præfectum deducta, quia circumcisionem animæ non quærebat: nec sanctificata per legem, quia per eam tantùm carnalia sequebatur: nec tandem justificata per Evangelii gratiam, quia gratiam recipere noluit: quin potiùs latorem gratiæ justum injustè peremit, & quodammodò indurationem Pharaonis excedens, omne curantis & curæ refutavit antidotum, adeò ut nec verbis, nec signis, nec Sacramentis, quinimò nec ipsius Christi & Dei corporali præsentiâ molliretur. Multifariè enim multisque modis, olim Deus loquens antiquis ipsius synagogæ patribus in Prophetis, novissimè in fine temporum locutus est ipsis & nobis in Filio, quem constituit hæredem universorum, per quem fecit & sæcula: sed omnem escam abominata est anima ejus: & idcirco justo Dei judicio reprobatam exterminavit eam aper de sylva, & singularis ferus depastus est eam. Ablata est sepes ejus, prosternata maceries, & in direptionem posita, ut deserta, nec inventus est in terris amplius locus ejus. Verùm quia miserationes Dei super omnia sua opera prædicantur, qui omnes salvos fieri, & neminem vult perire, qui seipsum pro nobis & ipsis hostiam salutis exhibuit Deo patri, qui exaltatus à terra, expansis in cruce manibus, ad se cuncta trahere Evangelicâ voce prædixit. Nos, licèt immeriti, vicem ejus tenentes in terris, qui etiam Judaicam perfidiam à sua misericordia non repellit, libenter pro illius populi obcæcatione labores appetimus, ut affectum nostrum divinâ prosequente clementiâ, cognitâ veritatis luce, quæ Christus est, à suis tenebris eruantur. Porrò quia Judæorum ipsorum, quasi per universum mundũ, divino judicio, prævisa dispersio ipsos ad recipiendum sacramenta fidei, ac doctrinam commodè in unum convenire non patitur, necessitate nos voluntarios urgente, compellimur per diversas mundi partes diversos seminatores eligere, per quos semen verbi Dei, prout possibile est, spargamus in singulos, quorum salutem universaliter & singulariter affectamus. Ad te igitur inter alios, sub spe divinæ gratiæ, mentis nostræ oculos convertentes, cùm tui ordinis claritate reluceas, & credaris ubilibet per opera utilia, & exempla laudabilia fructuosus: & ex data tibi divinitus gratia scire te confidamus & posse fructus uberes in domo Domini germinare: discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus confidens in illo, cui proprium est spirituales gratias elargiri, tales umbrarum tenebris obcæcatos, in commissa tibi provincia, per te, ac alios fratres tui ordinis, quos ad hoc honestate morum, expertâ scientiâ, probatis virtutibus, circumspectione providâ & experientiâ comprobatâ, idoneos esse cognoveris, & quorum industria atque doctrina divinis donis à Domino fœcundata intrepidè pro catholica fide reluceat, & in sui claritate non titubet, sed tenebrosas mentes radiorum repercussione clarificet, & obstinatas cervices reprimat perversorum: Judæos eosdem in terris & locis, in quibus habitant, generaliter & singulariter convocando semel & pluries, ac totiens repetitis instantiis, quotiens proficere posse putaveris, prout meliùs fieri poterit, prædicationibus, sa-

bus, salutaribus monitis, & discretis inductionib⁹, Evangelicis doctrinis informare ipsos studeas, juxta datam tibi à Domino gratiam, fugatis tenebrarum nubibus ad viam reducere claritatis: ut renati fonte Baptismatis, reluceant in limine vultûs Christi, & exinde chorus Angelicus delectetur. Tu quoque ac alii, quos ad prosecutionem tanti negotii duxeris eligendos, perennis boni præmium, nostramque benedictionem & gratiam, vobis de bono in melius vendicetis. Et ut affectum, quem ad salutem statûs ipsorum gerit mater Ecclesia, percipiant per effectum, tu illos ex eis, quos ad susceptionem sacri Baptismatis gratia divina perduxerit, prælatis ac dominis locorum, in quibus tales habitare contigerit, ex parte nostra affectuosissimè recommendes, ut Deo gratias, in recuperata ove deperdita, & filio prodigo redeunti, vitulum exultationis & gaudii exhibentes, eos charitativè foveant, favoribus muniant, benignè pertractent: nec ipsos in personis, aut rebus, per Judæos vel alios indebitè molestari permittant: quin potiùs in omnibus favorabiliter ipsis assistant auxiliis opportunis. Sed si fortè (quod absit) aliqui ex ipsis, in eorum obstinata perfidia perdurantes, & velut aspis surda suas aures incredulas obturantes, ne tui & illorum, quos ad hæc salutis opera deputabis, vocem audiant, ut de tenebris ad lucem exeant, incantantium; sapienter tuas, & per te ad hæc deputandorum fratrum salutares convocationes, aspernanter effugerent, de istis (si tales inveneris) qui sint, in quibus locis, & sub quorum dominio commorentur, nobis rescribere non omittas: ut circa pertinaces hujusmodi, de salutari eorum remedio, sicut expedire videbimus, cogitemus. Ut autem de præmissis avidis nostris conceptibus, juxta nostra desideria satisfiat, frequenter nobis intimare studeas, qualiter tibi commissum negotium prosperetur, & qualem fructum seminata repromittant. Dat. Viterbii. 2. Non. Augusti. Pontificatûs nostri An. 1.

Paulus Tertius.

Iudæorum ad fidem Christianam conversorum indulta, quæ amittunt, si ad vomitum redierint, imò ut hæretici relapsi puniuntur.

CAP. III.

CUpientes Judæos, & alios infideles quoslibet ad fidē catholicam converti, & prætextu bonorum per eos antea possessorum ab eadem fide non distrahi, motu proprio, & ex certa nostra scientia, auctoritate Apostolicâ, tenore præsentium, hâc in posterum valiturâ constitutione sancimus, quòd cuicunque eorundem Judæorum, & infidelium ad dictam fidem converti volenti, etiam si in patria potestate constitutus fuerit, bona sua quæcunque, tam mobilia, quàm immobilia, intacta & illæsa permaneant. Ita ut etiam filiifamilias, & in patria potestate, ut præfertur, constituti, legitimâ, & quâcunque aliâ portione bonorum patrimonialium aut maternorum, eis de jure, seu successione bonorum eis aliàs debitorum, per eorum parentes fraudari aut privari non possint, neque debeant, sed eis integrè, etiam si contra voluntatem parentum suorum ad fidem ipsam conversi fuerint, etiam eorum parentibus viventibus, debeantur. Et si bona ipsa ex usura, ac illicito quæstu fuerint acquisita, & notæ sint personæ, quibus eorum fuerit de jure facienda restitutio (quia non dimittitur peccatum, nisi restituatur male ablatum) illa eisdem personis omninò restituantur: personis verò non extantibus prædictis, quia bona ipsa essent per manus Ecclesiæ in pios usus convertenda, bona hujusmodi eisdem Judæis & aliis infidelibus, in favorem suscepti Baptismatis, tanquam in pium usum, liberè concedimus; eaque apud ipsos sic conversos Judæos & alios infideles remanere decernimus. Interdicentes sub divini anathematis pœna, quibusvis tam ecclesiasticis quàm secularibus personis, ne ullam super bonis hujusmodi, quovis quæsito colore, molestiam inferant, aut inferri patiantur: sed magnum se fecisse lucrum existiment, dum tales Christo lucrati fuerint. Et quoniam (ut scriptum est) qui habuerit substantiam mundi hujus, & viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in ipso? si ipsi conversionis tempore inopes aut indigentes fuerint, omnes, tam Ecclesiasticos quàm seculares, per viscera misericordiæ Dei nostri exhortamur, ut ipsis conversis manus porrigant adjutrices, ipsi quoque diœcesani, non solum Christianos ad subvenendum ipsis exhortentur, sed etiam tam de reditibus Ecclesiarum, prout poterunt, quàm de his, quæ ad pauperum usus per ipsos convertenda devolvuntur, hujusmodi neophitos sustentare non negligant: ipsosque à detractionibus & contumeliis paternâ affectione defendant. Et quoniam per gratiam Baptismi cives sanctorum, & domestici Dei efficiuntur, longeque dignius existit, regenerari spiritu, quàm nasci carne; eâdem constitutione statuimus, ut civitatum & locorum, in quibus sancto Baptismate pro tempore regenerabuntur, verè cives sint, & privilegiis, ac libertatibus, & immunitatibus, quæ alii ratione nativitatis & originis duntaxat consequuntur, gaudeant. Curent insuper sacerdotes baptizantes, & alii de sacro fonte eos suscipientes, tam ante Baptismum, quàm post, illos in articulis fidei, ac legis novæ præceptis, catholicæque Ecclesiæ ritibus diligenter instruere, & tam ipsi quàm diœcesani operam dent, ne cum aliis Judæis seu infidelibus saltem per longum tempus conversentur, ne ficut quandoque contigit, ab infirmitate curatis, modica occasio ad pristinam damnationem recidivam efficiat. Et quoniam experientiâ teste compertum est, mutuam ipsorum neophitorum interse conversationem, ipsos in fide nostra fragiliores reddere; ac saluti ipsorum plurimùm officere: hortamur locorum ordinarios, ut quantum pro incremento fidei viderint expedire, curent & studeant, neophitos ipsos cum originariis Christianis matrimonio copulare. Et prohibeant eisdem sub gravibus pœnis, ne mortuos more Judæorum sepeliant, aut Sabbatha, aliasque solemnitates, & antiquæ sectæ ritus, quoquo modo observent: sed & Ecclesias, & prædicationes; prout alii catholici frequentent, & in omnibus Christianorum moribus se conformes reddant. Contemptores autem prædictorum, per sacerdotes, in quorum parochiis degent, aut alios, ad quos de jure vel antiquâ consuetudine de talibus inquirere spectat, aut etiam per alios quoscunque, diœcesanis, seu inquisitoribus hæreticæ pravitatis deferant, & invocato, si opus fuerit, auxilio brachii secularis, per eos taliter puniantur, quòd aliis transeat in exemplum. Et insuper de his omnibus, in provincialibus & synodalibus Conciliis diligens fiat inquisitio, & tam circa Episcopos & sacerdotes in præmissis negligentes, quàm ipsos neophitos & infideles prædictos contemptores, opportunum adhibeatur remedium. Si quis autem, cujuscunque gradûs vel præeminentiæ fuerit, hujusmodi neophitos, ne observationem ritûs Christiani, & aliorum præmissorum complectantur, foverit aut defenderit, pœnas contra fautores hæreticorum promulgatas ipso facto incurrat: neophiti verò, si se corrigere post monitionem canonicam neglexerint, & ad vomitum judaizantes redire comperti sint, contra eos, tanquam perfidos hæreticos, per ordinarios locorum, secundùm sacrorum canonum instituta procedatur. Romæ 11. Mart. An. 1542.

Paulus Quartus.

Iudæi, ut fide distincti à Christianis, sic & locorum separatione, sive cohabitatione, & vestitûs ratione, cæterisq; privilegiis discriminari debent.

CAP. IV.

CUm nimis absurdum & inconveniens existat, ut Judæi, quos propria culpa perpetuæ servituti submisit, sub prætextu, quòd pietas Christiana illos receptet, & eorum cohabitationem sustineat, Christianis adeò sint in-

grati, ut eis pro gratis contumeliam reddant, & in eos pro servitute, quam illis debent, dominatum vendicare procurent. Nos ad quorum notitiam nuper devenit, eosdem Judæos in alma urbe nostra, & nonnullis sanctæ Romanæ Ecclesiæ civitatibus, terris & locis, in id insolentiæ prorupisse, ut non solùm mixtim cum Christianis, & propè eorum Ecclesias, nullâ intercedente habitûs distinctione, cohabitare, verùm etiam domos in nobilioribus civitatum, terrarum & locorum, in quibus degunt, viis & plateis conducere, & bona stabilia comparare, & possidere, ac nutrices & ancillas, aliosque servientes Christianos mercenarios habere, & diversa alia in ignominiam & contemptum Christiani nominis perpetrare præsumant, considerantes Ecclesiam Romanam eosdem Judæos tolerare in testimonium veræ fidei Christianæ, & ad hoc, ut ipsi sedis Apostolicæ pietate & benignitate allecti, errores suos tandem recognoscant, & ad verum catholicæ fidei lumen pervenire satagant, & propterea convenire, ut quamdiu in erroribus persistunt, effectu operis recognoscant se servos, Christianos verò liberos per Jesum Christum Deum & Dominum nostrum effectos fuisse, iniquumq; existere, ut filii liberæ filiis famulentur ancillæ: Volentes in præmissis, quantum cum Deo possumus, salubriter providere: hâc nostrâ perpetuò valiturâ constitutione sancimus, quòd de cætero perpetuis futuris temporibus, tam in dicta urbe, quàm in quibusvis aliis ipsius Romanæ Ecclesiæ civitatibus, terris & locis, Judæi omnes in uno & eodem, ac si ille capax non fuerit, in duobus aut tribus, vel tot, quot satis sint, contiguis, & ab habitationibus Christianorum penitùs sejunctis, per nos in urbe, & per magistratus nostros in aliis civitatibus, terris, & locis prædictis designandis vicis, ad quos unicus tantùm ingressus pateat, & quibus solùm unicus exitus detur, omninò habitent. Et in singulis civitatibus, terris & locis, in quibus habitaverint, unicam tantùm Synagogam in loco solito habeant, nec aliam de novo construere, aut bona immobilia possidere possint. Quinimò omnes eorum Synagogas, præter unam tantùm demoliri, & devastare. Ac bona immobilia, quæ ad præsens possident, infra tempus eis per ipsos magistratus præfigendum, Christianis vendere. Et ad hoc, ut pro Judæis ubiq; dignoscantur, masculi birretum, fœminæ verò aliud signum patens, ita ut nullo modo celari aut abscondi possit, glauci coloris palàm deferre teneantur, & astricti sint, nec super non delatione birreti, aut alterius signi hujusmodi, prætextu cujusvis eorum gradûs, vel præeminentiæ, seu tolerantiæ excusari, aut per ejusdem Ecclesiæ Camerarium, vel Cameræ Apostolicæ clericos, seu alias illi præsidentes personas, aut sedis Apostolicæ Legatos, vel eorum vicelegatos, quovis modo dispensari aut absolvi possint. Nutrices quoque, seu ancillas, aut alios utriusque sexûs servientes Christianos habere, vel eorû infantes per mulieres Christianas lactari aut nutriri facere, seu Dominicis, vel aliis de præcepto Ecclesiæ festis diebus, in publico laborare, aut laborari facere, seu Christianos quoquo modo gravare, aut contractus fictos vel simulatos celebrare, seu cum ipsis Christianis ludere aut comedere, vel familiaritatem, seu conversationem habere, nullatenus præsumant. Nec in libris rationum & computorum, quæ cum Christianis pro tempore habebunt, aliis quàm latinis literis, & alio quàm vulgari Italico sermone uti possint, & si utantur, libri hujusmodi contra Christianos nullam fidem faciant. Judæi quoque prafati solâ arte strazzariæ, seu cenciariæ (ut vulgò dicitur) contenti, aliquam mercaturam frumenti, vel hordei, aut aliarum rerum usui humano necessariarum facere. Et qui ex eis Medici fuerint, etiam vocati & rogati, ad curam Christianorum accedere, aut illi interesse nequeant. Nec se à pauperibus Christianis dominos vocari patiantur. Et mentes in eorum rationibus & computis ex triginta diebus completis omninò conficiant, & dies, qui ad numerum triginta non ascenderint, non pro mensibus integris, sed solùm pro tot diebus, quot in effectu fuerint, computentur, & juxta ipsorum dictum numerum, & non ad rationem integri mensis eorum credita exigant. Ac pignora eis, pro cautione pecuniarum suarum pro tempore consignata, nisi transactis prius à die, quo illa eis data fuerint, decem & octo integris mensibus, vendere nequeant, & postquam menses prædicti effluxerint, si ipsi Judæi pignora hujusmodi vendiderint, omnem pecuniam, quæ eorum credito superfuerit, domino pignorum consignare. Et statuta civitatum, terrarum, & locorum, in quibus pro tempore habitaverint, favorem Christianorum concernentia, inviolabiliter observare etiam teneantur. Et si circa præmissa in aliquo quomodolibet defecerint, juxta qualitatē delicti in urbe, per nos seu vicarium nostrum, aut alios à nobis deputandos, ac in civitatibus, terris & locis prædictis per eosdem magistratus, etiam tanquam rebelles, & criminis læsæ majestatis rei, à toto populo Christiano diffidati, nostri, & ipsorum vicarii, ac deputandorum, & magistratuum arbitrio puniri possint. P. om. prid. Id. Jul. 1555. Vid. sup. tit. de Medic. cap. 2.

Gregorius XIII.

Inquisitorum fidei animadversio in Judæorum blasphemias, & flagitosam usurendæ consuetudinem.

CAP. V.

ANtiqua Judæorum improbitas, quâ divinæ bonitati semper restiterunt, tantò execratior consistit in filiis, quantò ipsi cumulandam patrum suorum mensuram in Dei filio repudiando, ejusque in mortem nefariè conspirando, gravius deliquerunt: qui propterea suis effecti majoribus nequiores, propriis sedibus expulsi, atque in omnes dispersi orbis terrarum regiones, servitutique perpetuæ mancipati, non majorem in cujusquam ditione clementiam, quàm in Christianorum provinciis, maximè verò in Apostolicæ pietatis gremio invenerunt, quæ pro eorum conversione laborans, eos misericorditer excepit, atq; in cohabitatione unà cum filiis suis sustinuit, ad veritatisque lumen allicere pio semper studio conata est, rebusq; ad vitam necessariis juvit, injuriis & contumeliis prohibuit, multis deniq; beneficentiæ suæ privilegiis circummunivit: illi verò nullis beneficiis mansuefacti, nihilque de suo pristino scelere remittentes, Dominum nostrum Jesum Christum in cœlo triumphantem adhuc in Synagogis suis, & ubique persequuntur: Christi quoq; membris infensissimi non desinunt in religionem Christianam horrenda facinora quotidiè magis audere, quibus nos, ne pietatis nostræ puritas polluatur, aut à fœdis mancipiis Christo, Christianove nomini impunè illudatur, obviare volentes: Statuimus ac etiam declaramus, Inquisitores hæreticæ pravitatis libere procedere posse in omnibus causis & casibus, qui sequuntur.

Si quis Judæus aut infidelis, in iis, quæ circa fidem cum illis nobis sunt communia, veluti Deum unum & æternum, omnipotentem, creatorem omnium visibilium & invisibilium, & similia, non esse asseruerit, prædicaverit, vel privatim alicui insinuaverit.

Si dæmones invocaverit, consuluerit vé, aut eorum responsa acceperit, ad illosvé sacrificia, aut preces ob divinationem aliamvé causam direxerit, aut quid eis immolaverit, vel thuris alteriusvé rei fumigationem obtulerit, aut alia quævis impietatis obsequia præstiterit.

Si Christianos verbo, facto, vel exemplo, aut alio quovis modo nefaria hujusmodi docuerit, vel ad ea perpetranda perduxerit, aut perducere attentaverit.

Si Salvatorem & Dominum nostrum Jesum Christum, purum hominem, vel etiam peccatorem fuisse, matremvé Dei non esse virginem, & alias hujusmodi blasphemias, quæ per se hæreticæ dici solent, in Christianæ fidei ignominiam, contemptum, aut corruptionem impiè protulerit.

Si cu-

Si cujusvis eorum operâ, auxilio, consilio, vel favore aliquis Christianus à fide desciverit, quamque semel susceperat, abnegaverit, vel ad Judæorum, seu aliorum infidelium ritus, ceremonias, superstitiones, vel impias sectas transierit, vel redierit, seu in hæresim aliquam inciderit, aut qui, ut Christi fidem abneget, seu in hæresim incidat, opem, consilium, auxilium, vel favorem quomodocunque præstiterit.

Si quis Catechumenum, vel quemcunq; ex Judæis aut infidelibus (Deo inspirante) ad fidem Christianam venire volentem, post declaratam nutu, verbo, facto, aut quocunq; alio modo ejus voluntatem, à fide, vel fidei instructione, aut à sacri Baptismi susceptione retrahere, avertere, vel dehortari, aut ne ad fidem veniat, nevé regenerationis lavacro abluatur, quovis modo impediverit.

Si quis apostatas, hæreticosvé scienter domi suæ acceptaverit, aluerit, commeatu juverit, seu quovis modo eis cibaria ubicunque præbuerit, aut dona, vel munera dederit, vel miserit, aut de loco ad locum deduxerit, seu associaverit, vel deducendos seu associandos curaverit, aut sumptus ministraverit, duces, comitesvé illis adjunxerit, vel ne ab eis perpetrata deprehendi, aut investigari queant, fecerit. Quique dictos apostatas aut hæreticos scienter aliquo modo receptaverit, occultaverit, defenderit, aut eis opem, consilium, auxilium, vel favorem quomodolibet præstiterit.

Si libros hæreticos, vel Thalmudicos, aut alios Judaicos, quomodolibet damnatos, aut aliàs prohibitos tenuerit, custodierit, vel divulgaverit, vel in quæcunq; loca detulerit, aut ad eam rem operam suam accommodaverit.

Si Christianos deriserit, redemptionisq; nostræ hostiam salutarem in ara crucis immolatam, Christum Dominum ludibrio & despectui habens, quandocunque, maximè verò in sacro Parasceves die, agnum, sive ovem, aut quid aliud cruci affixerit, aut appenderit, in eamvé conspuerit, seu quodcunque contra ipsam fecerit.

Si nutrices Christianas, contra sacrorum canonum statuta, diversorumq; Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum sanctiones, adhuc retinuerit, aut eas retinens die, quâ sanctissimum Eucharistiæ sacramentum sumpserint, lac uno vel pluribus diebus in latrinas, cloacas, vel alia loca effundere coëgerit.

In quibus casibus universis & singulis, omnes prædictæ pravitatis Inquisitores, omnium regnorum, provinciarum, civitatum, dominiorum, & locorum universi orbis Christiani judices, in suis quemq; locis perpetuò delegamus, ut super his contra Judæos atq; infideles quoscunque simul vel separatim, prout in causis fidei, juxta sacrorum canonum formam, necnon officii Inquisitionis hujusmodi constitutiones, diligenter inquirant, & procedant, & quos in aliquo vel aliquibus horum flagitiorum excessibus culpabiles repererint, in eos pro culpæ modo, ac etiam pro criminum numero vel multiplicatione, aut consuetudine delinquendi, flagra, remigia, etiam perpetua, rerum quoq; publicationes, exilia, aliaque atrociora decernant, & alias de eis exempla edant, quæ sceleratos illos deterreant ab hujusmodi flagitiis in posterum admittendis. Nos enim venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, Inquisitoribus generalibus, necnon Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis locorum Prælatis, ac etiam aliis prædictis Inquisitoribus, in virtute sanctæ obedientiæ districtè præcipimus & mandamus, ut præsentes nostras literas in civitatibus & locis cuique subjectis publicare, & juxta illarum tenorem procedere, ipsasque debitæ executioni mandare procurent. Rom. Calend. Jun. 1582.

Idem.

Catechesis & fides institutionis sedula cura adhibeatur ab Episcopis in Judæorum conversionem, ubi hujus dispersa gentis Synagogæ colliguntur.

CAP. VI.

Sancta mater Ecclesia, cujus Christus caput est, ingenitam suam charitatem ad omnes latè diffundens, antiquæ Israeliticæ gentis, populique Dei peculiares reliquias, pio nunquam desinit effectu miserari, graviterque contristatur, Judæorum quondam nationem præcipuis auctam muneribus & gratiis, cujus erat adoptio filiorum, gloria, testamentum, legislatio, obsequium, & promissa, unde etiam Christus Salvator noster secundùm carnem nasci dignatus est, per diversas orbis partes tot jam secula dispersam, ac contagiosi gregis more per invia & inaquosa miserè vagantem, verbi Dei fame, & aquæ refectionis siti perire, longeque non à terrena tantùm, super quam Dominus flevit, sed quod gravius est, à cœlesti quoque Hierusalem, misi Christus, quem negavit, confiteatur, exturbari: quâ miseratione & mœrore nos quoq; non leviter commoti, indies semper aliquid excogitamus, unde eorum conversioni & saluti opportunius provideatur, ipsisque ad intelligentiæ viam, quam sibi præcluserunt, valeant Deo propitio pervenire. Quare sollicito hæc animo meditantes, ac felicis recordationis Nicolai Papæ V. nonnullorumque Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum vestigiis inhærentes, præsenti constitutione generali præcipimus, omnibus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Ecclesiarum Prælatis, etiam Cardinalatûs honore præditis, ut in suis quisque civitatibus, terris, & locis, in quibus competens aliquis numerus Judæorum, qui Synagogam constituat, commoratur, curent Sabbathi, vel alio cujuscunque hebdomadis statuto die, ad Judæos ipsos in locum præstitutum, non tamen sacrum, nec ubi sacra confici solent, convocatos, per aliquem magistrum in Theologia, aliumvé idoneum virum ab eis eligendum, cum mercede congrua illi ex ipsorum Hebræorum collatione, aut aliàs, prout commodiùs eis videbitur, Hebraicæ (si fieri poterit) linguæ peritum, sermones vel lectiones haberi, in quibus illis exponantur scripturæ Veteris Testamenti, Moysis scilicet & Prophetarum, præsertim verò, quæ eo Sabbatho leguntur, seu lecta in eorum sunt Synagogis, juxta sanctorum tamen Patrum interpretationes, & verum catholicæ Ecclesiæ sensum, ac in eis disseratur de veritate Christianæ fidei, de certo adventu & incarnatione filii Dei, illiusque nativitate, vita, miraculis, passione, morte, sepultura, descensu ad inferos, resurrectione, in cœlum ascensione, de ejus Evangelio in toto terrarum orbe, per Apostolos ejus, & alios sanctos prædicato, innumeris atque clarissimis virtutibus, & illustrium miraculorum gloriâ confirmato, ac de ejus spirituali & vero regno, & de impio idolorum cultu sublato, & gentium vocatione, de perpetua tum Hierusalem, & terræ eorundem Judæorum desolatione, tum ipsorum ubique terrarum dispersione, & captivitate, & de aliis similis argumenti dogmatibus & articulis, ex lege & Prophetis; de diutina præterea & irrita Judæorum adventûs Messiæ, & carnalis ipsius regni expectatione, de vana eorum, quæ sæpè, quinimò quotidiè eos frustrata est, spe reditûs in terram promissionis, & restaurationis tertii templi, & demùm de multiplicibus & variis erroribus & hæresibus eorum, in quas miserrimè se demerserunt, postquam Christum Dominum in carne venientem agnoscere noluerunt, & de falsa per eorum Rabbinos tradita sacrarum scripturarum interpretatione, quarum literam & sensum fabulis, mendaciis, & variis dolis & modis detorquentes corruperunt & depravârunt, & hactenus corrumpere & depravare non desinunt, deque omnibus aliis, quæ eos possint ad agnitionem fidei, ad errorum suorum correctionem, ad orthodoxamque fidem convertere, pro loci, temporis, sumptique argumenti ratione prudenter agant, veris, & ex sacra scriptura depromptis demonstrationib. nulla cum obtestatione aut iracundia, sed magna cũ charitate, & modestia,

veritatis lumen illis aperire conentur; Ad quos sermones & lectiones volumus universos & singulos utriusque sexûs Judæos, à duodecim annis supra, infirmitate & aliâ legitimâ causâ, de qua ordinarios docere debeant, non impeditos, in civitate & locis, ut præfertur, habitantes, vel aliunde advenientes, etiamsi inibi domicilium non habeant, ita per circuitum convenire, ut tertia saltem eorum pars, nec unquam minor, semper adsit. Quod si facere neglexerint, interdicti cum fidelibus commercii, & aliis pœnis, arbitrio ordinarii pro contumaciæ modo imponendis, donec satisfecerint, competenter, ad ipsos sermones audiendos compellantur. Si quis verò de numero fidelium ita fuerit salutis, aut sui, aut proximi sui, de quo unicuique mandatum est, immemor, qui eos à salutaribus hujusmodi sermonibus seu lectionibus directè vel indirectè abduxerit, aut impediverit, seu contenderit quoquo modo, excommunicationis sententiâ sit eo ipso ligatus, & contra eum ad alias pœnas, ordinarii arbitrio, omninò procedatur. Cæterùm Imperatorem, Reges; & Principes omnes, necnon Respublicas, magistratus & dominos temporales seculares rogamus & obtestamur in Domino, ut Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis ordinariis prædictis, eorumq; vicariis & ministris suum in præmissis auxilium præstent, amplissimum ab omnipotenti Deo præmium in supremis gloriæ æternæ tabernaculis habituri.

TITULUS II.

DE HIS, QUI INFIDELIBUS ADversùs Christianos auxiliantur.

Nicolaus Quintus.

Excommunicantur arma & præsidia quæcunq; ferentes Saracenis & infidelibus in Christiana Reipublica perniciem & detrimentum, eorumq; fisco adscribuntur bona.

OLim tam in generali, quàm in Lugdunensi postmodùm subsituto Concilio, per sedem Apostolicam celebratis, in illos falsos & impios Christianos, qui contra Deum & Christianum populum, Saracenis ferrum, arma, quibus Christianos impugnent, & lignamina galearum, & aliorum vasorum navigabilium, deferunt ad eos; & qui eis galeas vendunt, ac naves; quique in pyraticis Saracenorum navibus curam gubernationis exercent, vel in machinis & quibuslibet aliis, eis impendunt auxilium, vel consilium, vel favorem, in Christianorum dispendium, & specialiter terræ sanctæ: fuit excommunicationis sententia promulgata, ipsosque rerum suarum privatione mulctari, & servos capientium fore censuerunt Concilia suprædicta: expresse quoque in ipsis præcipitur, ut talibus gremium non aperiatur Ecclesiæ, nisi totum, quod de commercio tam damnato perceperint, & tantundem de suo, in subsidium terræ memoratæ præstiterint, ut æquo judicio in quo deliquerit, puniatur. Nos itaque gerentes corde negotia dictæ terræ, duximus hactenus statuendum, ut nullus equos, ferrum, lignamina, victualia, & alia quæque mercimonia in Alexandriam, vel alia loca Saracenorum terræ Ægypti, deferre vel mittere, seu partibus eorum, ut eisdem deferantur, extrahere, vel extrahi permittere, aut consilium, vel favorem præstare quoquo modo præsumat; ac illos, qui contra hujusmodi constitutionem nostram ausu temerario venire tentaverint, eo ipso excommunicationis sententiâ decernimus subjacere, à qua non possit absolvi, nisi tantum de bonis propriis in dictæ terræ sanctæ subsidium convertendum exsolverit, quantum ad partes prædictas extulerit vel miserit, & deferre, vel de ipsorum partibus extrahi permiserit, ad eosdem deferendum. Et nihilominùs, si personas eorum capi contigerit, in servitute capientium illorum esse volumus, in quorum acciderint captionem. Volentes autem in hac parte solertiùs providere, quantò amplius exigere hoc noscitur urgens necessitas dictæ terræ, Apostolicâ auctoritate statuimus, ut nullus omninò aliqua victualia, usque ad decennium à data præsentium computandum; alia verò prædicta, ad aliquod seu aliqua de eisdé, aut aliud quodlibet (victualibus sicut præmittitur usque ad prædictum tempus duntaxat exceptis) quâcunq; occasione vel causâ, seu quovis ingenio, vel quæsito colore, ullo unquam tempore in Alexandriam, vel partes Ægypti, seu terras Soldano subjectas, mittere vel deferre præsumat, vel quantum in eo fuerit, mitti vel deferri permittat; auctoritate decernimus eâdem, ut hi, qui contra hujusmodi statutum nostrum quolibet modo venire præsumpserint, præter pœnas prædictas, quas ipso facto incurrere volumus, perpetuò sint infames, & intestabiles habeantur, ita quòd nec testari, nec legata eis, seu relicta percipere valeant. Et insuper ad successiones, tam ex testamento, quàm ab intestato, sint prorsus & reddantur inhabiles, nec ad publica quælibet admittantur officia, sintque illis actus legitimi perpetuò interdicti; & postquam de hujusmodi temeritate constiterit, diebus festivis & dominicis publicè nuncientur, & ad fiscum bona omnia devolvantur. Apud urbem veterem, 10. Cal. Septemb. 1449.

TITULUS III.

DE HÆRETICIS ET SCHISmaticis.

Innocentius Quartus.

Leges Friderici Imperatoris in hæreticæ pravitatis reos, eorumq; complices & fautores latæ, confirmantur, & servari jubentur.

CAP. I.

INnocentius Episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis potestatibus, consiliis, & communitatibus civitatum, aliorumque locorum Lombardiæ, Marchiæ Tervisinæ, ac Romaniolæ, salutem & Apostolicam benedictionem.

Cùm adversus hæreticam pravitatem quondam Fridericus Romanorum Imperator promulgaverit quasdam leges, per quas ne pervagetur, compesci poterit pestis illa: Nos illas volentes ad robur fidei ac salutem fidelium observari, Universitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus eas, quarum tenores vobis mittimus insertos præsentibus, faciatis singuli in vestris capitularibus annotari, contra hæreticos sectæ cujuslibet secundum eas exactâ diligentiâ processuri: alioquin dilectis filiis, Priori Provinciali & fratribus Inquisitoribus hæreticæ pravitatis ordinis Prædicatorum in Lombardia, Marchia Tervisana, & Romaniola literis nostris injungimus, ut vos ad id per excommunicationem in personis & interdictum in terram appellatione remotâ compellant: tenores autem legum hi sunt.

Fridericus Dei gratiâ Romanorum Imperator & semper Augustus, Hierusalem & Siciliæ Rex, dilectis Principibus suis, venerabilibus Archiepiscopis, Episcopis, aliisque Prælatis Ecclesiarum, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Potestatibus, Sculteris, Burggraviis, Advocatis, Judicibus, Ministralibus, Officialibus, & omnibus per totum Imperium constitutis, præsentes literas inspecturis fidelibus suis, gratiam suam & omne bonum.

Commissi nobis cœlitùs cura regiminis, & Imperialis, cui dante Domino præsidentes, fastigium dignitatis, materialem, quo divisim à sacerdotio fungimur, gladium adversùs hostes fidei & in exterminium hæreticæ pravitatis exigunt exercendum, ut perfidiæ vipereos filios contra Deum & Ecclesiam insultantes, tanquam materni

uteri

uteri corrosores, in judicio & justitia persequamur, maleficos vivere non passuri, per quorum scientiam seducentem mundus inficitur, & in gregem fidelium per oves has morbidas gravior infligitur corruptela.

Statuimus itaque sancientes, ut haretici, quocunque nomine censeantur, ubicunque per Imperium damnati fuerint ab Ecclesia, & seculari judicio assignati, animadversione debitâ puniantur.

Si qui verò de prædictis, postquam fuerint deprehensi, territi metu mortis redire voluerint ad fidei unitatem, juxta canonicas sanctiones ad agendum pœnitentiam in perpetuum carcerem detrudantur. Præterea quicunque hæretici reperti fuerint in civitatibus, oppidis, seu aliis locis Imperii, per Inquisitores ab Apostolica sede datos, & alios orthodoxæ fidei zelatores; hi qui jurisdictionem ibidem habuerint, ad Inquisitorum & aliorum catholicorum virorum insinuationem eos capere teneantur, & eos captos arctiùs custodire, donec per censuram Ecclesiasticam damnatos, damnabili morte perimant, qui fidei sacramenta & vitæ damnabant. Simili quoq; pœnâ plecti censemus omnes, quos ad fovendum hæreticorum errorem callidus hostis suscitat advocatos, vel parat illicitos defensores; maximè cùm tacinus, quod inquinat, nisi monitione præmissâ destiterint, & eorum vitæ duxerint consulendum. Eos præterea, qui convicti in uno loco de hæresi, ad alia loca se transferunt, ut cautiùs possint effundere virus hæreticæ pravitatis, debitam censemus subire vindictam: ut super hoc viros ab eodem errore conversos ad fidem, necnon & per alios, qui eos de hæresi convicerunt (quod & in hoc casu concedimus licitè faciendum) evidens testimonium habeat. Item mortis sententiæ ducimus addicendos, si quos hæreticorum ad judicium tractos, in extremæ vitæ periculo hæresim abjurantes, postmodum de falso juramento constiterit, & fide mentita convinci, ac eos contigerit ejusdem morbi spontaneam incurrere recidivam: ut sibi damnabilius iniquitas sit mentita, & pœnam debitam mendacium non evadat. Omne insuper proclamationis & appellationis beneficium, ab hæreticis, receptatoribus, & fautoribus eorundem penitùs amovemus: volentes, ut de finibus Imperii, in quibus semper debet existere fida fides, hæreticæ labis germina, modis omnibus deleantur.

Cæterùm, quia quantò majora divinæ nutu miserationis accepimus, & altiorem locum præ filiis hominum obtinemus, tantò devotiora debemus obsequia gratitudinis conferenti, si quando in nostri nominis contemptores nostri culminis excandescit auctoritas: si reos læsæ majestatis, in personis eorum & liberorum suorum exhæredatione damnamus, multò fortius justiusque contra Dei blasphematores nominis & catholicæ fidei detractores provocamur: eorundem hæreticorum, receptatorum, fautorum, & advocatorum suorum hæredes & posteros usque ad secundam progeniem, beneficiis cunctis temporalibus, publicis officiis & honoribus, imperiali auctoritate privantes: ut in paterni memoria criminis continuo mœrore tabescant: verè scientes, quòd Deus zelotes est, peccata patrum in filios potenter ulciscens. Nec quidem à misericordiæ finibus duximus excludendum, ut si qui paternæ hæresis non sequaces latentem patrum perfidiam revelaverint, quâcunque rearûs illorum animadversione plectantur, prædictæ punitioni non subjaceant innocentiæ filiorum. Ad hæc notum fieri volumus, fratres Prædicatores de ordine Prædicatorum, pro fidei negotio, in partibus Imperii nostri contra hæreticos deputatos, cæteros quoque, qui ad hæreticos judicandos accesserint, nisi aliqui eorum ab Imperio fuerint proscripti, eundo, morando, & redeundo sub nostri Imperii speciali defensione receptos, & quos apud omnes sub ope ac recommendatione fidelium Imperii esse volumus inoffensos: universitati vestræ mandantes, quatenus quocunque, & apud quemcunq; vestrûm pervenerint, benignè recipiatis eosdem: & personas ab incursu hæreticorum eis insidiantium conservantes indemnes, omne consilium, ducatum, & auxilium impendatis, pro tam acceptis coram Deo negotiis exequendis. Hæreticos verò, quod & offenderint ipsi vobis, in jurisdictione vestra singuli capientes, diligenti custodiâ detinendos, donec post Ecclesiasticæ damnationis judicium, pœnam subeant, quam merentur: Sciturі, quòd in executione ipsius negotii gratum Deo, & laudabile nobis obsequium conferetis, si ad expellendam de partibus nostri Imperii novam & insolitam hæreticæ pravitatis infamiam, opem & operam, unà cum eisdem fratribus præstiteritis efficacem. Et si quis foret exinde negligens & remissus, ac etiam inutilis coram Domino, & in conspectu nostro, poterit meritò culpabilis apparere. Dat. Paduæ 22. Feb. 12. Indict.

Idem universis Christi fidelibus.

Excommunicantur nonnulli hæretici, ut sunt Cathari, Patareni, pauperes de Lugduno, Passagini, Iosepini, Arnaldistæ, Speronistæ, omnesq; singulari quodam in Ecclesiam catholicam pertinaces.

CAP. II.

NOverit universitas vestra, quòd nos ad instar felic. record. Gregorii Papæ prædecessoris nostri, excommunicamus & anathematizamus universos hæreticos, Catharos, Patarenos, Pauperes de Lugduno, Passaginos, Josepinos, Arnaldistas, Speronistas, & alios quibuscunque nominibus censeantur, facies quidem habentes diversas, sed caudas ad invicem colligatas, quia de vanitate conveniunt in idipsum. Damnati verò per Ecclesiam, seculari judicio relinquantur, animadversione debitâ puniendi: clericis prius à suis ordinibus degradatis. Si qui autem de prædictis, postquam fuerint deprehensi, redire noluerint, ad agendum condignam pœnitentiam in perpetuum carcerem detrudantur. Credentes autem eorum erroribus, hæreticos similiter judicamus. Item receptatores, defensores, & fautores hæreticorum, excommunicationis sententiæ decernimus subjacere, firmiter statuentes, ut si postquam quilibet talium fuerit excommunicatione notatus, à sua super hoc non curaverit præsumptione cessare, ipso jure sit factus infamis, nec ad publica officia seu consilia, nec ad eligendos aliquos ad hujusmodi nec ad testimonium admittatur. Sit etiam intestabilis, ut nec testamenti habeat factionem, nec ad hæreditatis successionem accedat. Nullus præterea ipsi super quocunq; negotio, sed ipse aliis respondere cogatur. Qui si fortè judex extiterit, ejus sententia nullam obtineat firmitatem, nec causæ aliquæ ad ejus audientiam perferantur. Si fuerit advocatus, ejus patrocinium nullatenus admittatur. Si tabellio, instrumenta confecta per ipsum nullius penitùs sint momenti, & in similibus idem præcipimus observari. Si verò clericus fuerit, ab omni officio & beneficio deponatur. Si qui autem tales, postquam ab Ecclesia fuerint denotati, evitare contempserint, excommunicationis sententiâ percellantur, aliàs animadversione debitâ puniendi. Qui autem inventi fuerint solâ suspicione notabiles, nisi juxta consideration. suspicionis qualitatemque personæ, propriam innocentiam congrua purgatione monstraverint, anathematis gladio feriantur, & usque ad satisfactionem condignam ab omnibus evitentur: ita quòd si per annum in excommunicatione perstiterint, extunc velut hæretici condemnentur. Item proclamationes & appellationes hujusmodi personarum minimè audiantur. Item judices, advocati, & notarii nulli eorum officium suum impendant, alioquin eodem officio perpetuò sint privati. Item, clerici non exhibeant hujusmodi pestilentibus Ecclesiastica sacramenta: nec eleemosynas aut oblationes eorum accipiant. Similiter Hospitalarii & Templarii, ac quilibet regulares alioquin suo privetur officio, ad quod nunquam restituantur absque indultu sedis Apostolicæ speciali. Item quicunque tales præsumpserint Ecclesia-

sticæ tradere sepulturæ, usq; ad satisfactionem idoneam, excommunicationis sententiæ se noverint subjacere, nec absolutionis beneficium mereantur, nisi propriis manibus publicè extumulent & projiciant hujusmodi corpora damnatorum, & locus ille perpetuò careat sepulturâ. Item firmiter inhibemus, ne cuiquam laicæ personæ liceat publicè vel privatim de fide catholica disputare: qui verò contrafecerit, excommunicationis laqueo innodetur. Item, si quis hæreticos sciverit, vel aliquos occulta conventicula celebrantes, seu à communi conversatione fidelium vitâ & moribus dissidentes, eos studeat indicari confessori suo, vel alii, per quem credat ad prælati sui notitiam pervenire, alioquin excommunicationis sententiâ percellantur. Hæretici autem & receptatores, defensores, & fautores eorum, ipsorumque filii usque ad secundam generationem, ad nullum Ecclesiasticum beneficium seu officium admittantur. Quòd si secus actum fuerit, decernimus irritum & inane. Nos enim prædictos & quoscunque viros Ecclesiasticos, qui ad preces hujusmodi pestilentium personarum dignitates, personatus, & alia quæcunque Ecclesiastica beneficia sunt adepti, ex nunc privamus taliter acquisitis, volentes, ut tales & habitis perpetuò careant, & ad alia vel similia nequaquam in posterum admittantur. Illorum autem filiorum emancipationem nullius esse momenti volumus, quorum parentes post emancipationem hujusmodi ad invicem superstitionis hæreticæ à via declinâsse constiterit veritate. Datum Anagniæ 17. Cal. Jul. Anno 11. Pontificatûs nostri.

IMPERATOR FRIDERICUS *semper Augustus, &c.*

PAtarenorum receptatores, & complices, & quocunque modo fautores, qui ut à pœna alios possint eximere, de se velut improvidi non formidant, publicatis bonis omnibus relegandos in perpetuum esse censemus. Et ipsorum filii ad honores aliquos nullatenus admittantur. Si tamen aliquis fautorum hujusmodi detexerit aliquem Patarenum, de cujus perfidia manifestè probatur, in fidei præmium, quam agnovit, famæ pristinæ de Imperiali clementia restitutionis beneficium integrum consequatur.

INCIPIUNT CAPITULA CONSTITUTIONIS contra Patarenos edita per eundem Fridericum, illustrem virum, Romanorum Imperatorem semper Augustum, Hierusalem & Siciliæ Regem.

CAtharos, Patarenos, Speronistas, Leonistas, Arnaldistas, Circumcisos, Passaginos, Josepinos, Garatenses, Albanenses, Franciscos, Bagnarolos, Commixtos, Waldenses, Roncarolos, Communellos, Warinos, & Ortholinos, cum illis de Aquauig. & omnes hæreticos utriusq; sexûs, quocunque nomine censeantur, perpetuâ damnamus infamiâ, diffidamus atque bannimus, censentes, ut bona talium confiscentur, nec ad eos ulteriùs revertantur: ita quòd filii eorum ad successionem pervenire non possint, cum longè sit gravius, æternam, quàm temporalem offendere majestatem. Qui autem inventi fuerint solâ suspicione notabiles, nisi ad mandatum Ecclesiæ, juxta considerationem suspicionis, qualitatemque personæ, propriam innocentiam congruâ purgatione monstraverint, tanquam infames & banniti ab omnibus habeantur; ita quòd si per annum permanserint, ex tunc eos sicut hæreticos condemnamus. Statuimus etiam hoc edicto in perpetuum valituro, ut potestates, & consules, seu rectores, quibuscunque fungantur officiis, pro defensione fidei præstent publicum juramentum, quod de terris suæ ditioni subjectis, universos hæreticos ab Ecclesia denotatos, bonâ fide pro viribus exterminare studebunt: ita quodammodo quandocunq; quis fuerit in perpetuâ potestatem, vel temporalem assumptus, hoc teneatur capitulum juramento firmare: alioquin neq; pro potestatibus, neq; pro consulibus, seu consimilibus habeantur: eorumque sententias ex tunc decernimus inutiles & inanes. Si verò dominus temporalis requisitus & monitus ab Ecclesia, terram suam purgare neglexerit ab hæretica pravitate, post annum, à tempore monitionis elapsum, terram ipsius exponimus catholicis occupandam: qui eam exterminatis hæreticis absq; ulla contradictione possideant, & in fidei puritate conservent: salvo jure dominii temporalis: dummodò super hoc nullum præstet obstaculum, nec aliquod impedimentum opponat: eâdem nihilominùs lege servatâ, contra eos, qui non habent dominos principales. Credentes præterea, receptatores, defensores, & fautores hæreticorum bannimus: statuentes, ut si postquam quilibet talium fuerit excommunicatione notatus, satisfacere contempserit infra annum, extunc ipso jure sit factus infamis, & ad publica officia seu consilia, vel ad aliquos eligendos hujusmodi, nec ad testimonium admittatur. Sit etiam intestabilis, ut nec testamenti liberam habeat factionem, nec ad hæreditatis successionem accedat. Nullus ei præterea super quocunque negotio, sed ipse aliis respondere cogatur. Quòd si judex extiterit, ejus sententia nullam obtineat firmitatem, nec causæ aliquæ ad ejus audientiam perferantur. Si fuerit advocatus, ejus patrocinium nullatenus admittatur. Si tabellio, ejus instrumenta confecta per manum ipsius nullius penitùs sint momenti. Adjicimus insuper, quòd hæreticus per hæreticum convinci possit: & quòd domus Patarenorum, receptatorum, & defensorum, & fautorum, sive ubi docuerint, sive ubi aliis manus imposuerint, destruantur, nullo tempore restituendæ. Datum Paduæ 22. Feb. 12. Indictione.

Rex Regum. Apostatantes à fide catholica penitùs exeeramus, insequimur ultionibus, bonis suis omnibus spolianus. Et ut à professione vel vita naufragantes legibus coarctamus. Successiones tollimus, ab eis omne jus legitimum abdicamus. Dat. Perusii 2. Cal. Novemb. Pontificatûs nostri An. 1.

ALIUD RESCRIPTUM FRIDERICI in hæreticos.

INconsutilem tunicam Dei nostri dissuere conantur hæretici, & vocabuli vitio servientes, quòd significationem divisionis enunciat, in ipsius indivisibilis fidei unitate nituntur inducere sectionem: & oves à Petri custodia, cui pascendæ à pastore bono sunt creditæ, segregare. Hi sunt lupi rapaces, extrinsecus eò usq; mansuetudinem prætendentes ovium, quousque ovile possint subintrare dominicum. Hi sunt angeli pessimi: Hi sunt filii pravitatum à patre nequitiæ & fraudis auctoris ad animas simplices destinati. Hi colubri, qui columbas decipiunt. Hi serpentes, qui latenter videntur inserpere, & sub mellis dulcedine virus evomere: ut vitæ cibum ministrare se simulent, à cauda feriunt, & mortis poculum veluti quoddam dirissimum venenum immiscent. Horum sectæ veteribus, vel ne in publicum prodeant, non sunt notatæ nominibus: vel quod est forte nefandius, non contentæ, ut vel ab Ario Arriani, vel à Nestore Nestoriani, aut à similibus similes nuncupentur: sed in exemplum Martyrum, qui pro fide catholica martyria subierunt, Patarenos se nominant, velut expositos passioni. Hujusmodi miseri Patareni, à quibus abest sancta credulitas divinitatis æternæ, sub uno contextu nequitiæ insimul tres offendunt: Deum videlicet, proximos, & seipsos. Deum, dum Dei fidem & Filium non agnoscunt: Decipiunt proximos, dum ipsis sub spe spiritualis alimoniæ, hæreticæ pravitatis oblectamenta ministrant. Crudelius etiam sæviunt in seipsos, dum post animarum dispendium, corpora denique severæ mortis illecebris, quam per agnitionem veram & veræ fidei possent evadere, vitæ prodigi & nocis improvidi sectatores involvunt, & (quod est

est ipso dicto diris simum) superstites etiam non terrentur exemplo.

Contra tales sibi, Deo, & hominibus sic infestos, continere non possumus motus nostros, quin debitæ ultionis in eos gladium exeramus: tantò ipsos instantius persequentes, quantò in evidentiorem delusionem fidei Christianæ, prope Romanam Ecclesiam, quæ caput Ecclesiarum omnium judicatur, superstitionis suæ scelera latiùs exercere noscuntur. Adeò quòd ab Italiæ finibus, præsertim à partibus Lombardiæ, in quibus pro certo perpendimus, ipsorum nequitiam latiùs abundare; jamque usque ad regnum nostrum Siciliæ, suæ perfidiæ rivulos derivârunt.

Quod acerbissimum reputantes, statuimus inprimis, ut crimen hæreseos, & damnatæ sectæ cujuslibet, quocunque nomine censeantur sectatores, (prout veteribus legibus est indictum) inter publica crimina numerentur: imò crimine læsæ majestatis nostræ debet ab omnibus horribilius judicari, quod in divinæ majestatis injuriam noscitur attentatum, quamvis judicii potestate alterum alteri non excellat. Nam sicuti per duellionis crimen personas adimit damnatorum, & bona, & damnat post obitum memoriam defunctorum: sic & in prædicto crimine, quo Patareni notantur, per omnia volumus observari.

Et ut ipsorum nequitia, qui (quia Dominum non sequuntur) in tenebris ambulant, detegatur, nemine etiam deferente investigari volumus diligenter hujusmodi scelerum patratores, & per officiales nostros, sicut & alios malefactores inquiri, ac inquisitione notatos, etsi levis superstitionis argumento tangantur, à viris Ecclesiasticis, & prælatis examinari jubemus. Per quos, si inventi fuerint à fide catholica saltem in articulo deviare, ac per ipsos pastorali more commoniti, tenebrosi diaboli relictis insidiis, noluerint agnoscere Deum lucis, sed in erroris concepta instantia perseverent, præsentis nostræ legis edicto damnatos mortem pati Patarenos, aliosque hæreticos quocunque nomine censeantur, decernimus, quam affectant, ut vivi in conspectu hominum comburantur, flammarum commissi judicio. Nec dolemus, quòd in hoc ipsorum satisfacimus voluntati, ex quo pœnam solummodò, nec fructum alium consequuntur erroris. Apud nos pro talibus nemo intervenire præsumat: quod qui fecerit, in ipsum nostræ indignationis aculeos non immeritò convertemus. Dat. Paduæ 22. Feb. 12. Indict.

Urbanus IV. Inquisitoribus ordinis Prædic. in Prov. Lombardiæ, Marchiæ, Januens.

Abjurantes hæresim, & respicientes excipiuntur.

CAP. III.

Qui hæreticâ labe penitùs abjuratâ redire voluerint ad Ecclesiasticam unitatem, eis juxta formam Ecclesiæ absolutionis beneficium impendatis & injungatis eisdem, quod injungi talibus consuevit, proviso solerter, ne simulatâ conversione redeant fraudulenter, & vos, imò potiùs seipsos fallentes, sub agni specie gerant lupum.

Quòd si aliqui fuerint judicandi hæretici, vel incarcerationis pœna perpetuæ alicui pro hujusmodi crimine fuerit infligenda, ad id per vos de diœcesanorum, vel vicariorum suorum, si ipsis diœcesanis absentibus præsentes fuerint, consilio procedatur: ut in tantæ animadversionis judicio non postponenda Pontificûm auctoritas intercedat. Verùm quia in tam gravi crimine cum multa oportet cautela procedi, ut in reos sine ullo proferatur errore duræ ac dignæ severitas ultionis, volumus & mandamus, ut vos vel illi, quos ad hoc duxeritis deputandos in examinatione testium, quos recipi super crimine prædicto, ipsumque contingentibus oportuerit, adhibeatis duas religiosas & discretas personas, in quarum præsentia per publicam, si commodè potest haberi, personam, aut per duos viros idoneos, fideliter eorundem depositiones testium conscribantur. Ad conscribendas quoque hujusmodi depositiones testium, & ad faciendum omnia, quæ in commisso vobis officio, ad scriniarii seu tabellionis officium pertinent, teneri districtè præcipimus, cùm per vos, seu deputatos ad hoc à vobis, requisiti fuerint, omnes & singulos vestri ordinis fratres, qui dum essent, in seculo hujusmodi tabellionatûs officium habuisse & exercuisse noscuntur: & illos etiam, quibus idem tabellionatûs officium, ratione præfati negotii fidei, fuit à dicta sede commissum, & in posterum committetur. Datum Viterbii 13. Cal. April. Pontificatûs nostri Anno primo.

Joannes XIII. Inquisitori hæreticæ pravitatis F. Lamberto de ord. Prædic.

Fœdera cum hæreticis inita damnantur & prohibentur.

CAP. IV.

Cum nonnulli de provincia nostra Romandiolæ, tam clerici quàm laici, Deum & Romanam matrem Ecclesiam offendere, seque in præcipitium damnationis & mortis immergere non verentes, adeò favere & favisse dicantur damnatis hæreticis, confœderationes, ligas, & societates ineundo cum ipsis, eosq; receptando, & sibi præstando multipliciter auxilia, consilia & favores, quòd de labe hæresis se reddiderunt, & reddunt vehementer suspectos: Nos tam ipsorum, quàm multorum aliorum periculis, & præmissis imminentibus obviare salubriter cupientes, discretioni tuæ per Apost. scripta mandamus, quatenus contra fautores hujusmodi, & alios quoslibet, de crimine pravitatis hæreticæ culpabiles, vel suspectos, sic solerter secundùm formam canonum, ac privilegiorum concessorum, inquisitionis officio procedere non postponas, quòd inde debeat tua diligentia meritò commendari. Datum Avinion. 12. Calend. Septemb. Pontificatûs nostri An. 10.

Honorius IV. Calgano de Eugubio ord. Minorum, Inquisitori hæret. pravitatis.

Filii hæreticorum inhabiles sunt ad officia, ob paternum flagitii lucm, quam contraxisse videntur.

CAP. V.

Exhibita nobis dilecti filii Archioni militis, nati quondam Philippi dicti Palmerii militis Spoletan. primò continebat, quòd olim significantibus felicis recordationis Alexandro Papæ, prædecessori nostro, inquisitoribus pravitatis hæreticæ per Italiam deputatis, quòd frequenter à sede Apostolica committebatur eisdem, ut tam hæreticos credentes, fautores, & receptatores hæreticorum, quàm ipsorum filios & nepotes privandi dignitatib', personatibus, officiis publicis, & beneficiis Ecclesiasticis de diœcesanorum, vel eis absentibus, vicariorum suorum consilio, haberent liberam potestatem, & qualiter hoc deberet intelligi, postulantibus declarari, præfatus prædecessor eisdem Inquisitoribus per suas dixit literas respondendum, quod de filiis & nepotibus illorum hæreticorum credentium & aliorum hujusmodi, qui modò tales esse probantur, intelligendum esse videbatur, non autem illorum, quos emendatos esse constaret, ac pro culpa hujusmodi ad mandatum Ecclesiæ pœnitentiam recepisse, quam ipsi vel jam perfecerant, vel humiliter prosecutioni ejus instarent, vel parati fuerant, dum viverent ad recipiendum eandem. Verùm licèt Inquisitor pravitatis hujusmodi, tunc in partibus illis per sedem Apostolicam deputatus, memoratum Philippum, qui sibi confessus extitit, quòd cuidam hæretico reverentiam fecerat, quædam contra fidem proferendo catholicam, privaverit bonis suis, ac idem Philippus injunctam sibi propter hoc ab eodem Inquisitore pœnitentiam perfecerit reverenter, ac tandem, sicut verè catholicus, receptis Ecclesiasticis sacramentis viam fuerit

universæ carnis ingressus, & ab Inquisitore præfato etiam absolutus, tamen potestas, consilium, & commune Spoletan. dictum Archionum ejusque filios occasione præmissorum ad officia civitatis Spolet. pro sua recusant admittere voluntate. Quare prælibatus Archionus nobis humiliter supplicavit, ut nos misericorditer attendentes, quòd idem Philippus sicut præmittitur, tanquam verè catholicus & fidelis Ecclesiæ Roman. decessit, eundem Archionum & filios ejus decerneremus, juxta præmissum ejusdem prædecessoris responsum, in aliquo puniri occasione hujusmodi non debere: sed eos ad omnia secularia officia & beneficia Ecclesiastica & dignitates, ac ad omnes ordines, impedimento hujusmodi non obstante, potiùs admittendos. Quia igitur de facto hominis & ejus circumstantiis habere poteris notitiam pleniorem: Nos gerentes de circumspectione tua fiduciam in Domino specialem, præsentium tibi auctoritate committimus & mandamus, ut si diligenti inquisitione præmissâ, prædicta inveneris veritate fulciri, & tibi etiam constiterit, quòd præfati Archionus & filii non sint de hæretica pravitate suspecti, & in fidelitate ac devotione Ecclesiæ supradictæ persistant, super quibus omnibus tuam intendimus conscientiam onerare, auctoritate nostrâ denuncies & declares, quòd propter præmissa vel eorum occasione, nihil eis possit objici vel opponi, quin ad omnia secularia officia & beneficia Ecclesiastica, etiam si dignitates existant, illis non obstantibus, assumi liberè valeant, & hi, qui literati esse noscuntur, ad omnes ordines promoveri, prout secundùm Deum & honorem catholicæ fidei videris expedire. Quicquid autem super his inveneris & duxeris faciendum, nobis per tuas patentes literas harum seriem continentes fideliter studeas intimare. Datum Rom. apud S. Sabinam, 7. Cal. Decemb. Pontificatûs nostri anno secundo.

Alexander IV.

Solventur quædam dubia, circa discussiones & decisiones causarum fidei, & hæresis pœnas.

CAP. VI.

ALexander Episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis fratribus ordinis Minorum, Inquisitoribus hæreticæ pravitatis in administratione sancti Francisci, præsentibus ac futuris, salutem & Apostolicam benedictionem.

Quòd super nonnullis quæstionum articulis, in quibus causa fidei tangitur, nos consulere voluistis, sollicitudinis vestræ prudentiam in Domino commendamus.

Primus igitur vestræ consultationis articulus continebat, utrum dici debeat relapsus [a] in hæresim, qui lapsus est in eam post abjurationem ipsius, in qua non invenitur antea commisisse, cùm secundùm proprietatem verborum non videatur relapsus, qui non fuerat ante lapsus? Ad quod taliter respondemus, quòd talis, si tanquam accusatus vel suspectus de hæresi, eam in judicio abjuravit, & postea committat in ipsa, censeri debet quâdam juris fictione relapsus, licèt ante abjurationem suam plenè probatum non fuerit crimen hæresis contra ipsum, dummodo hujusmodi prius orta suspicio violenta fuerit, & certis ac veris indiciis comprobata. Si verò levis & modica, quanquam ex hoc sit gravius puniendus, relapsorum tamè in hæresim non debet pœnâ puniri, ex quo præsumi non potest verisimiliter ante lapsus in eam.

Quæsivistis etiam circa idem, si is, qui hæresim abjuravit, & per solam inexcusabilem acceptionem vel receptationem, aut deductionem seu associationem, vel visitationem hæreticorum, sive dationem vel missionem munerum, aut etiam aliàs in favorem eorum, qui excusari non possit, sine adoratione tamen (ut verbis vestris utamur) lapsus est postmodum, propter hoc debeat judicari relapsus? Et quidem si legitimè constitit, vel etiam nunc constaret, quòd tales ante hujusmodi abjurationem in hæresi commisissent, non est dubium, eos per hoc fuisse relapsos: quia tunc dubitari non debet, illos ex approbati à se prius erroris consequentia id fecisse.

Præterea nonnulli talium, ut proponitis, jurant coram Inquisitoribus, tam de se, quàm de aliis super facto hæresis veritatem dicere, sed perjurant, non odio tamen vel pretio, sed timore sui potius & suorum: contigunt autem se postmodum super iis, contra se ac alios suos complices deponendo. Cùm itaque perjurus, secundùm jura, etiam post pœnitentiam, in criminalibus à testimonio repellatur; hinc quæritur, utrum contra illos suos complices sit per testimonia talium procedendum? Super quo taliter respondemus, quòd cùm crimen hujusmodi sit exceptum, si ex manifestis indiciis apparuerit, tales non animi levitate aut odii fomite ductos, seu corruptos pecuniâ, sed zelo fidei, tanquam pœnitentes proprix culpæ, asserere, quòd talia prius tacuerant, & velint in hoc errorem suum corrigere, ac alios nominare, stari debet in favorem fidei, nisi aliud obsisteret, attestationibus eorundem.

Ad illud autem, quod quæritur; utrum ad Inquisitores hæresis pertineat, de divinationibus & sortilegiis, quæ contra aliquos sibi denunciantur cognoscere, ac punire talia exercentes? brevibus respondetur, quòd cùm negotium fidei, quod summè privilegiatum existit, per occupationes alias non debeat impediri, Inquisitores ipsi, de iis, nisi manifestè saperent hæresim, ratione hujusmodi officii sibi commissi, se nullatenus intromittant, sed eos relinquant suis judicibus pœnâ debitâ castigandos.

Quidam insuper (ut adjicitis) pro iis, quæ commiserunt, in hæresi, astringunt se Inquisitoribus sub obligatione bonorum suorum, ad recipiendum ab eis pœnitentiam & complendam: sed eâ licèt injunctâ, non tamen peractâ, quin potiùs in toto vel in parte neglecta, decedunt. Quæritur ergo, utrum Inquisitores ipsi, vel qui in eorum locum succedunt, possint ad satisfaciendum pro ipsis defunctis, hæredes vel detentores bonorum sic decedentium coarctare? Ad quod dicimus, quòd si per hujusmodi pœnitentiam aliquod onus ad salutem proficiens impositum fuerit, in bonis temporalibus exequendum, ad complementum ipsius per Inquisitores cogi debent hæredes, vel alii, ad quos bona talium cum suo onere devenerunt.

Injungitur etiam aliquibus ad pœnam, in pœnitentia pro hæresi, ab ipsius pestis Inquisitoribus, ut usuras restituant, ad quod obligaverant in judicio Ecclesiæ se & sua. In quo quæritur, utrum Inquisitores ipsi, vel qui succedunt in locum eorum, ad respondendum coram se conquerentibus de usuris hujusmodi, & ad restitutionem earum, si de ipsis constiterit, possint compellere taliter pœnitentes, prout ab eis in aliis injunctis sibi pœnitentiis fieri consuevit? Ad quod respondemus, quæstionem super usuris motam, contra tales judicialiter non debere audiri ab Inquisitoribus hæresis, nec decidi. Nolentes, quòd per causas hujusmodi offendiculum negotio fidei præparetur: eos tamen ad restitutionem usurarum, de quibus constiterit, compellere poterunt; quibus in satisfactionem, pro prædicto crimine, hujusmodi restitutionem in pœnitentia injunxerunt.

Sunt & alii, qui confessi sunt in judicio de hæresi coram Inquisitoribus hujusmodi pravitatis, sed antequam eis injungeretur pœnitentia, decesserunt. Super quo quæritur, si hæredes talium compelli possint ab Inquisitoribus, ut ad ipsorum arbitrium satisfaciant pro defunctis, præcipuè, cùm iidem dum viverent, ad faciendam pœnitentiam, quam Inquisitores eis vellent injungere, bona sua Inquisitoribus obligârint? Cui quæstioni sic duximus respondendum, quòd postquam tales non decesserunt hæretici,

a *Relapsus dicitur qui in hæresim abjuratam vel in aliam iterum labitur. c. fin. de hæret. Panorm.*

hæretici, sed reincorporati potiùs Ecclesiæ unitati, non vidimus, quòd eis post mortem, vel eorum hæredibus, qui ad successionem talium admittuntur, sit satisfactio pro extincto jam crimine injungenda. In eo verò casu, in quo hæredes hujusmodi ad successionem non deberent ob culpam sui actoris admitti, non obstante, quòd actoribus ipsis viventibus, hoc non fuerit intercedente ipsorum morte per sententiam declaratum, ad confiscationem bonorum post mortem nihilominùs procedatur.

Adjectis præterea, negotium seu officium Inquisitionis contra hæreticos dilecto filio Priori fratrum Prædicatorum Parisiens. à sede Apostol. fuisse sub ea forma commissum, ut idem super hoc posset inquirere, tam per se, quàm per alios, quos ad hoc idoneos reputaret: in quo quæritur, utrum tales delegati existant, & quot possint etiam sic eligi? Super quo taliter duximus ordinandum, quòd idem Prior possit tres vel quatuor idoneos ad hoc opus assumere, qui parem cum ipso habeant potestatem, & amovere illos, ac ipsorum loco alios substituere, quoties-cunque viderit expedire: ipsi tamen Priori, & aliis sic assumptis committendi duntaxat citationes, & examinationes testium, cùm de hujusmodi crimine ac circumstantiis ejus inquiritur, ac denunciationis sententiam, quas super iis contra quoslibet contigerit ferri, & iis similia faciendi conceditur ab eadem sede facultas.

Quæstioni verò, quâ quæritur, utrum constitutus in sacris deprehensus in hæresi, & propter hoc immurandus perpetuò, priùs sit ab ordinibus à suo Episcopo degradandus, antequam tradatur hujusmodi pœnitentiæ? Respondemus, quòd talis, qui est perpetuo immurandus, priùs debet à suis ordinibus degradari.

Nonnulli quoq; clerici, & quod est deteriùs, sacerdotes, prætextu pecuniæ, vel alicujus servitii temporalis, inveniuntur aliquando Inquisitionis impedire negotium, instruendo citatos hæreticorum credentes de eelanda veritate, falsitate dicenda, vel eos indebitè liberando: de quibus quæritur, utrum Inquisitores possint tales capere, ac etiam retinere, aut quòd si accepta restituant, coarctare? Dubium itaq; non videtur, quòd ii, quos constat exercere præmissa, ea faciunt in favorem hæreticæ pravitatis, quare possunt à talibus per Inquisitores compesci, & pœnâ debitâ castigari, tam per captionem personarũ, quam etiam aliàs, prout culpa exegerit, delinquentis.

Quòd autem postmodum quærebatur, quomodo essent puniendi religiosi, qui inveniuntur in hæresim deliquisse, cùm seculares peccantes in simili casu, immurationis vel aliâ pœnâ plectantur? Ejus solutio satis patet, cùm certum sit, tales in hoc & in consimilibus delinquentes, gravius etiam secularibus puniendos.

Frequenter etiam vobis ab Apostolica sede committitur, ut tam hæreticos, credentes, receptatores, fautores, & defensores eorum, quàm ipsorum filios & nepotes, ac illos etiam, qui prædictorum interventu vel gratiâ tale esset adepti, vel assequerentur in posterum, privandi personatibus, dignitatibus & honoribus quibuscunq; ac beneficiis Ecclesiasticis, & officiis publicis de diœcesanorum, vel eis absentibus vicariorum suorum consilio, habeatis liberam facultatem: quod qualiter intelligi debeat, petivistis ejusdem sedis oraculo declarari. Hoc sanè de filiis & nepotibus illorum credentium & aliorum hujusmodi, qui modò tales esse probantur, intelligendum esse videtur, non autem illorum, quos emendatos constiterit, & pro culpa hujusmodi ad mandatum Ecclesiæ pœnitentiam recepisse, quam ipsi vel jam perfecerunt, vel humiliter persecutioni ejus insistunt, vel parati fuerunt, dum viverent, ad recipiendam eandem. Diœcesani quoque in privandis talibus sunt generaliter requirendi, nisi forsan constaret legitimè, quòd iidem scienter eis beneficia contulissent: tunc enim eos in iis requirendos esse non credimus, sed potiùs à suo judice puniendos. Vos igitur hæc & alia contingentia in hac parte commissum vobis officium sic prudenter & fideliter exequi procuretis, sic ad ea purè propter Deum, cujus cautam geritis, vestra feratur intentio, quòd labor vester vobis ad vitæ præmium, & aliis ad salutem, quæ solùm in talibus quæritur, proficiat animarum. Dat. Viterbii 5. Cal. Octobr. Pontificatûs nostri Anno quarto.

Idem ordinis Minorum Inquisitoribus.

Excommunicati & socii criminis jure in testimonium admittuntur contra hæreticos.

CAP. VII.

COnsuluit nos discretio vestra, utrum illos, qui ratione criminis hæreseos, vel alias de causa excommunicationis sententiâ sunt ligati, contra hæreticos, credentes, defensores, fautores vel receptatores eorum, ad testimonium perhibendum admittere, & stare dictis eorum, seu illorum etiam debeatis, qui complices, participes, seu socios ejusdem criminis se fatentur? Quia igitur, si iidem excommunicati non admitterentur ad perhibendum testimonium contra tales, & dictis eorum, acsi fatentium, non staretur, frequenter officium Inquisitionis vobis commissæ, in dispendium fidei contingeret impediri, quando præsertim vix aut nullo modo potest, nisi per sic fatentes, super hoc veritas apparere, statuimus in favorem fidei, ut in hujusmodi Inquisitionis negotio, dicti excommunicati, contra hæreticos, credentes, defensores, fautores & receptatores eosdem, ad testimonium [a] admittantur, & stetur tam illorum dictis, quàm eorum, qui, ut prædictum est, socios ejusdem criminis se fatentur, ex verisimilibus conjecturis, quæ ex numero deponentium, vel personarum, tam deponentium quàm eorum, contra quos deponitur qualitate, ac aliis circumstantiis conjici poterunt, sic fatentes non falsa dicere præsumantur. Datum Lateran. 10. Calend. Februar. Pontificatûs nostri Anno septimo.

Leo Decimus, in Concilio Lateranensi.

Hæreticum est, asserere animam rationalem esse mortalem.

CAP. VIII.

APostolici [b] regiminis solicitudo nos assiduè pulsat, ut medendis animarum languoribus, quarum nos ex alto omnipotens auctor curam habere voluit, iis potissimùm, qui instantiùs fideles nunc urgere cernuntur, salutifero olei & vini medicamine ad instar Samaritani in Evangelio solicitam operam impendamus, ne nobis istud Hieremiæ objiciatur: Nunquid resina non est in Galaad, aut medicus non est ibi? Cùm itaque diebus nostris (quod dolenter ferimus) zizaniæ seminator, antiquus humani generis hostis, nonnullos pernicioſissimos errores, à fidelib⁹ semper explosos, in agro Domini superseminare & augere sit ausus, de natura præsertim animæ rationalis, quòd videlicet mortalis sit, aut unica in cunctis hominibus, & nonnulli temerè philosophantes, secundùm saltem Philosophiam, verum id esse asseverent: contra hujusmodi pestem opportuna remedia adhibere cupientes, hoc sacro approbante Concilio, damnamus & reprobamus omnes asserentes, animam intellectivam mortalem esse, aut unicam in cunctis hominibus, & hæc in dubium vertentes, cùm illa non solùm verè per se & essentialiter humani corporis forma existat, sicut in canone fel. rec. Clementis [c] Papæ V. prædecessoris nostri, in generali Viennens. Concilio edito continetur: verùm & immortalis, & pro corporum, quibus infunditur, mul-

a *Inquisitores procedere possunt cum testibus excommunicatis, sociis & participibus criminis, & aliis defect. habentibus, ut traditur in c. in fidei favorem. de hæret. in 6.* b *Alphonsus de Castro hanc constitutionem commentariis illustravit.* c *Clemens V. in Concilio Viennensi, ut habetur in Clement. tit. 1. de summa trinit. & fide catholi.*

titudine singulariter multiplicabilis, & multiplicata, & multiplicanda sit. Quòd manifestè constat ex Evangelio, cùm Dominus ait: Animam autem occidere non possunt. Et alibi: Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam: Et cùm æterna præmia & æterna supplicia, pro merito vitæ, judicandis repromittit: aliàs incarnatio, & alia Christi mysteria nobis minimè profuissent, nec resurrectio expectanda foret, ac sancti & justi miserabiliores essent (juxta Apostolum) cunctis hominibus. Cumque verum vero minimè contradicat, omnem assertionem veritati illuminatæ fidei contrariam, omninò falsam esse diffinimus, & ut aliter dogmatizare non liceat, districtiùs inhibemus: omnesque hujusmodi erroris assertionibus inhærentes, veluti damnatissimas hæreses seminantes, per omnia, ut detestabiles & abominabiles hæreticos, & infideles, catholicam fidem labefactantes, vitandos, & puniendos fore decernimus. Insuper omnibus & singulis Philosophis in Universitatibus studiorum generalium, & alibi publicè legentibus, districtè præcipiendo mandamus, ut cùm Philosophorum principia, aut conclusiones, in quibus à recta fide deviare noscuntur, auditoribus suis legerint, seu explanaverint, quale hoc est de animæ mortalitate, aut unitate, & mundi æternitate, ac alia hujusmodi, teneantur eisdem veritatem religionis Christianæ omni conatu manifestam facere, & persuadendo pro posse dicere, ac omni studio hujusmodi Philosophorum argumenta, cùm omnia solubilia existant, pro viribus excludere atque resolvere. Et cùm non sufficiat, aliquando tribulorum radices præscindere, nisi & ne iterum pullulent, funditùs evellere, ac eorum semina, originalesque causas, unde facile oriuntur, removere: cùm præcipuè humanæ Philosophiæ studia diuturniora, quam Deus secundùm verbum Apostoli evacuavit, & stultam fecit, absque divinæ sapientiæ condimento, & quæ, sine revelatæ veritatis lumine, in errorem quandoque magis inducunt, quàm in veritatis elucidationem: ad tollendam omnem in præmissis errandi occasionem, hâc salutari constitutione ordinamus & statuimus, ne quisquam de cætero in sacris ordinibus constitutus, secularis vel regularis, aut aliàs ad illos à jure astatus, in studiis generalibus vel alibi publicè audiendo, Philosophiæ aut Poësis studiis ultra quinquennium, post Grammaticam & Dialecticam, sine aliquo studio Theologiæ aut juris Pontificii incumbat. Verùm dicto exacto quinquennio, si illis studiis insudare voluerit, liberum sit ei, dum tamen simul aut seorsum, aut Theologiæ, aut sacris canonibus operam navaverit, ut in his sanctis & utilibus professionibus sacerdotes Domini inveniant, unde infectas Philosophiæ & Poësis radices purgare & sanare valeant. Cal. Januarii. 1513.

Paulus Quartus.

Hæreticorum, Schismaticorum, eorumq; fautorum pœna.

CAP. IX.

CUm ex Apostolatûs officio, nobis, meritis licèt imparibus, divinitùs credito, cura Dominici gregis nobis immineat generalis, & exinde teneamur, pro fideli illius custodia, & salubri directione, more vigilis pastoris, assiduè vigilare, & attentiùs providere, ut qui hâc ætate, peccatis exigentibus, propriæ prudentiæ innitentes, licentius & perniciosius solito contra orthodoxæ fidei disciplinam insurgunt, & superstitiosis ac fictitiis adinventionibus sacrarum Scripturarum intelligentiam pervertentes, catholicæ Ecclesiæ unitatem, & inconsutilem Domini tunicam scindere moliuntur, ab ovili Christi repellantur, nec magisterium erroris continuent, qui discipuli veritatis esse contemnunt: Nos considerantes, rem hujusmodi adeò gravem & periculosam esse, ut Romanus Pontifex, qui Dei & Domini nostri Jesu Christi vices gerit in terris, & super gentes & regna plenitudinem obtinet potestatis, omnesque judicat, à nemine in hoc seculo judicandus, possit, si deprehendatur à fide devius redargui, & quòd ubi majus intenditur periculum, ibi est plenius & diligentiùs consulendum, ne Pseudoprophetæ, aut alii etiam secularem jurisdictionem habentes, simplicium animas miserabiliter illaqueent, innumerabilesque populos eorum, in spiritualibus aut temporalibus curæ & regimini commissos, secum in perditionem, & damnationis interitum trahant, nec aliquando contingat, nos abominationem desolationis, quæ dicta est à Daniele Propheta, in loco sancto videre, cupientes, quantum cum Deo possumus, pro nostro munere pastorali, vulpes vineam Domini demoliri satagentes capere, & lupos ab ovilibus arcere, ne canes muti videamur, nequeuntes latrare, & perdamur cum malis agricolis, ac mercenario comparemur. Habitâ super his cum venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, deliberatione maturâ, de eorum consilio, & unanimi assensu, omnes & singulas excommunicationis, suspensionis, & interdicti, ac privationis, & quasvis alias sententias, censuras & pœnas, à quibusvis Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, aut pro talibus habitis, etiam per eorum literas extravagantes, seu sacris Conciliis ab Ecclesia Dei receptis, vel sanctorum Patrum decretis & statutis, aut sacris canonibus, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, contra hæreticos aut schismaticos quomodolibet latas, & promulgatas, Apostolicâ auctoritate approbamus & innovamus, ac perpetuò observari, & in viridi observantia, si forsan in ea non sint, reponi, & esse debere, necnon quoscunque, qui hactenus à fide catholica deviâsse, aut in aliquam hæresim incidisse, seu schisma incurrisse, aut excitâsse, seu commisisse deprehensi, aut confessi, vel convicti fuerint, seu (quod Deus pro sua clementia & in omnes benitate avertere dignetur) in posterum deviabunt, seu in hæresim incident, aut schisma incurrent, vel excitabunt, seu committent, & deviâsse, seu incidisse, aut incurrisse, vel excitâsse, seu commisisse deprehendentur, aut confitebuntur, seu convincentur, cujuscunque statûs, gradûs, ordinis, conditionis & præeminentiæ existant, etiam si Episcopali, Archiepiscopali, Patriarchali, Primatiali, aut aliâ majori dignitate Ecclesiasticâ, seu Cardinalatûs honore, & Apostolicæ sedis ubivis locorum, tam perpetuæ quàm temporalis legationis munere, vel Mundanâ, etiam Comitali, Baronali, Marchionali, Ducali, Regiâ, & Imperiali auctoritate seu excellentiâ præfulgeant, & eorum quemlibet sententias, censuras, & pœnas prædictas incurrere volumus atque decernimus. Et nihilominùs considerantes dignum esse, ut qui virtutis amore à malis non abstinent, metu pœnarum ab illis deterreantur, & quòd Episcopi, Archiepiscopi, Patriarchæ, Primates, Cardinales, Legati, Comites, Barones, Marchiones, Duces, Reges, & Imperatores, qui alios docere, & illis bono exemplo, ut in fide catholica contineantur, esse debent, prævaricando gravius cæteris peccant, cùm non solùm seipsos perdant, verùm etiam alios innumerabiles populos, eorum curæ & regimini creditos, seu aliàs eis subditos, secum in perditionem & puteum interitûs trahant: de similibus consilio & assensu, hâc nostrâ in perpetuum valiturâ constitutione, in odium tanti criminis, quo nullum in Ecclesia Dei majus & perniciosius esse potest, de Apostolicæ potestatis plenitudine sancimus, statuimus, decernimus, & diffinimus, quòd sententiis, censuris, & pœnis prædictis in suis robore & efficacia remanentibus, ac effectum suum sortientibus, omnes & singuli Episcopi, Archiepiscopi, Patriarchæ, Primates, Cardinales, Legati, Comites, Barones, Marchiones, Duces, Reges, & Imperatores, qui hactenus, ut præfertur, deviâsse, aut in hæresim incidisse, seu schisma incurrisse, excitâsse, vel commisisse deprehensi, aut confessi, vel convicti fuerint, & in posterum deviabunt, aut in hæresim incident, seu schisma incurrent, vel excitabunt, aut committent, & deviâsse seu in hæresim incidisse, vel schisma incurrisse, aut excitâsse,

citâsse, seu commisisse deprehendentur, aut confitebuntur, seu convincentur, cùm in hoc inexcusabiliores cæteris reddantur, ultra sententias, censuras & pœnas prædictas, sint etiam eo ipso, absque aliquo juris aut facti ministerio, suis ordinibus, & cathedralibus, etiam metropolitan. Patriarchalibus, & Primatialibus Ecclesiis, ac Cardinalatûs honore, & cujusvis legationis munere, necnon voce activâ & passivâ, omniq; auctoritate, ac monasteriis, beneficiis, & officiis Ecclesiasticis, cum cura & sine cura, secularibus & quorumvis ordinum regularibus, quæ ex quibusvis concessionibus & dispensationibus Apostolicis in titulum, commendam & administrationem, aut aliàs quomodolibet obtinuerint, & in quibus vel ad quæ jus aliquod habuerint, necnon quibusvis fructibus, reditibus & proventibus annuis super similibus fructibus, reditibus & proventibus eis reservatis, & assignatis: Comitatibus quoque, Baroniis, Marchionatibus, Ducatibus, Regnis, & Imperio penitùs, & in totum perpetuò privati, & ad illa de cætero inhabiles & incapaces, habeanturq; pro relapsis, & subversis in omnibus & per omnia, perinde ac si priùs hæresim hujusmodi in judicio publicè abjurâssent, nec ullo unquam tempore ad eorum pristinum statum, aut cathedrales metropolitanas, Patriarchales, & Primatiales Ecclesias, seu Cardinalatûs, vel alium honorem, aut quamvis aliam majorem vel minorem dignitatem, seu vocem activam vel passivam, aut auctoritatem, seu monasteria, & beneficia, vel Comitatus, Baronias, Marchionatus, Ducatus, Regna, & Imperium restitui, reponi, reintegrari, aut rehabilitari possint: quinimò seculares relinquantur arbitrio potestatis, animadversione debitâ puniendi, nisi apparentibus in eis veræ pœnitentiæ indiciis, & condignæ pœnitentiæ fructibus, ex ipsius sedis benignitate & clementia, in aliquo monasterio, aut alio regulari loco, ad peragendum perpetuam in pane doloris & aqua mœstitiæ pœnitentiam retrudendi fuerint. Quodque pro talibus ab omnibus cujuscunque statûs, gradûs, ordinis, conditionis, & præeminentiæ existentibus, ac quâcunq; etiam Episcopali, Archiepiscopali, Patriarchali & Primatiali, aut aliâ majore Ecclesiasticâ dignitate, & etiam Cardinalatûs honore, seu Munnâ, etiam Comitali, Baronali, Marchionali, Ducali, Regiâ, & Imperiali auctoritate & excellentiâ pollentibus, haberi, tractari, & reputari, & ut tales evitari, omnique humanitatis solatio destitui debeant.

Et qui jus patronatûs, aut nominandi personas idoneas ad cathedrales, etiam metropolitanas, & Patriarchales ac primatiales Ecclesias, seu monasteria, vel alia beneficia Ecclesiastica, per privationem hujusmodi vacantia, habere prætenderint, ne illa diutinæ vacationis exponantur incommodis, sed de servitute hæreticorum erepta, personis concedantur idoneis, quæ illarum populos in semitas justitiæ fideliter dirigant, teneantur ad Ecclesias, monasteria, & beneficia hujusmodi alias personas idoneas, infra tempus à jure vel ex eorum concordatis, seu compactatis cum dicta sede initis statutum, nobis seu pro tempore existenti Romano Pontifici præsentare, alioquin tempore hujusmodi elapso, plena & libera Ecclesiarum, monasteriorum, & beneficiorum prædictorum dispositio ad nos, & Romanum Pontificem prædictum, eo ipso, pleno jure devolvatur. Et insuper, qui ipsos sic deprehensos aut confessos, vel convictos scienter quomodolibet receptare, vel defendere, aut eis favere, vel credere, seu eorum dogmata dogmatizare præsumserint, sententiam excommunicationis eo ipso incurrant, efficianturq; infames, nec voce, personâ, scriptis, vel nuncio, aut procuratore aliquo, ad publica seu privata officia, aut consilia, seu Synodum, vel Concilium generale vel provinciale, nec conclave Cardinalium, aut aliquam fidelium congregationem, seu electionem alicujus, aut testimonium perhibendum admittantur, nec admitti possint.

Sint etiam intestabiles, nec ad hæreditatis successionem accedant: nullus præterea cogatur eis super aliquo negotio respondere. Quòd si forsan judices extiterint, eorum sententiæ nullam obtineant firmitatem, nec aliquæ causæ ad eorum audientiam deducantur: & si fuerint advocati, eorum patrocinium nullatenus recipiatur: si verò tabelliones extiterint, instrumenta confecta per eos nullius sint penitùs roboris vel momenti. Et insuper clerici omnibus & singulis Ecclesiis, etiam cathedralibus, metropolitan. Patriarchal. & Primatialibus, ac dignitatibus, monasteriis, beneficiis, & officiis Ecclesiasticis, etiam, ut præfertur, qualificatis, per eos quomodolibet obtentis, & tam ipsi quàm laici, etiam, ut præmittitur, qualificati, & dignitatibus prædictis prædicti quibuscunque Regnis, Ducatibus, dominiis, feudis & bonis temporalibus per eos possessis, privati existant eo ipso, Regnaque, Ducatus, dominia, feuda, & bona hujusmodi publicentur, & publicata sint, efficianturque juris & proprietatis eorum, qui illa primò occupaverint, si in sinceritate fidei, & unitate sanctæ Rom. Ecclesiæ, ac sub nostra & successorum nostrorum Romanorum Pontificum canonicè intrantium obedientia fuerint.

Adjicientes, quòd si ullo unquam tempore apparuerit, aliquem Episcopum, etiam pro Archiepiscopo seu Patriarcha, vel Primate se gerentem, aut prædictæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem, etiam, ut præfertur, legatum, seu etiam Romanum Pontificem ante ejus promotionem, vel in Cardinalem seu Romanum Pontificem assumptionem, à fide catholica deviâsse, aut in aliquam hæresim incidisse, seu schisma incurrisse, vel excitâsse, aut commisisse, promotio seu assumptio de eo, etiam in concordia, & de unanimi omnium Cardinalium assensu facta, nulla, irrita, & inanis existat, nec per susceptionem muneris, consecrationis, aut subsecutam regiminis, & administrationis possessionem, seu quasi, vel ipsius Romani Pontificis inthronizationem, aut adorationem, seu ei præstitam ab omnibus obedientiam, & cujusvis temporis in præmissis cursum, convaluisse dici, aut convalescere possit, nec pro legitima in aliqua sui parte habeatur, nullamque talibus in Episcopos, seu Archiepiscopos, vel Patriarchas, aut Primates promotis, seu in Cardinales, vel Romanum Pontificem assumptis, in spiritualibus vel temporalibus administrandi facultatem tribuisse, aut tribuere censeatur: sed omnia & singula per eos quomodolibet dicta, facta, gesta, & administrata, ac inde secuta quæcunq; viribus careant, & nullam prorsus firmitatem, nec jus alicui tribuant, sintq; ipsi sic promoti, & assumpti, eo ipso, absq; aliqua desuper facienda declaratione omni dignitate, loco, honore, titulo, auctoritate, officio & potestate privati, liceatq; omnib. & singulis sic promotis & assumptis, si à fide antè non deviâssent, nec hæretici fuissent, neq; schisma incurrissent, aut excitâssent, vel commisissent, subditis personis, tam clericis secularibus & regularibus, quàm etiam laicis, necnon Cardinalibus, etiam qui electioni ipsius Pontificis antea à fide devii, aut hæretici, seu schismatici interfuerint, seu aliàs consenserint, & ei obedientiam præstiterint, eumq; adoraverint, ac castellanis, præfectis, capitaneis, & officialibus, etiam almæ urbis nostræ, & totius statûs Ecclesiastici, etiam eisdem sic promotis, vel assumptis homagio, seu juramento, vel cautione obligatis & obnoxiis, ab ipsorum sic promotorum vel assumptorum obedientia & devotione impune quandocunque recedere, eosq; ut magos, ethnicos, publicanos, & hæresiarchas evitare, eisdem subditis personis fidelitati & obedientiæ futurorum Episcoporum, Archiepiscoporum, Patriarcharum, Primatum, Cardinalium, & Romani Pontificis canonicè intrantis, nihilominùs astricti remanentibus, & ad majorem ipsorum sic promotorum & assumptorum, si eorum regimen & administrationem continuare voluerint, confusionem, contra eosdem sic promotos & assumptos auxilium brachii secularis implorare, nec propterea tales ab ipsorum sic promotorum &

assumptorum fidelitate & obedientiâ præmissorum occasione recedentes, tanquam tunicæ Domini scissores, aliquarum censurarum seu pœnarum ultioni subjaceant. Romæ 16. Cal. Martii. 1578.

Pius Quintus.

Sententia declaratoria in eorum hæresi favorem lata, contra jurisdictionem & stylum officii Inquisitionis, nunquam transeunt in rem judicatam.

CAP. X.

INter multiplices curas, quæ animum nostrum assiduè pulsant, illa inprimis est, prout esse debet, ut Ecclesia Dei nobis ex alto commissa, purgatis, imò quantum fieri potest, procul exterminatis omnibus hæresibus, & pravis erronearum opinionum dogmatibus, turò militare, & tanquam navis in tranquillo mari, sedatis omnibus tempestatum fluctibus & procellis, securè navigare, & ad optatum salutis portum pervenire possit. Cùm itaque nos, dum in minoribus constituti, sanctissimi officii Romanæ & universalis contra hæreticam pravitatem Inquisitionis negotia pertractaremus, tandem ex longo usu atq; experientiâ rerum magistrâ cognoverimus, quòd multi rei delati, & in prædicto sanctissimo officio, seu alibi eorum locorum ordinariis, & hæreticæ pravitatis Inquisitoribus processati, ac de hæretica pravitate inquisiti, falsos testes ad eorum defensam examinari faciendo, ac compurgatorum, de eorum vita & doctrina minimè informatorum, operâ & testimonio se juvantibus, ac diversis aliis illicitis modis, excogitatisque dolosis excusationibus & malitiis, prædictum sacrum officium sanctissimæ Inquisitionis, cæterosque judices, & etiam Romanos Pontifices deludendo & decipiendo, plures, etiam veluti innocentes, diffinitivas à prædictis processibus & inquisitionibus absolutorias, & præcedente canonicâ purgatione eorum assertæ bonæ & catholicæ fidei, vitæ & doctrinæ declaratorias sententias, seu decreta, abeodem sanctissimo officio, aliisque locorum ordinariis, sive delegatis & Inquisitoribus, ac etiam Rom. Pont. prædecessoribus nostris obtinuerunt, seu extorserunt, quas sententias & decreta præfati Rom. Pontificis etiam cum perpetui silentii impositione, ac inhibitione, ne dictum sanctissimum officium, aut alii Inquisitores ad ulteriora procedere possent seu deberent, necnon etiam cum causarum evocatione, ad solum Romanum Pontificem, sub cujus protectione submittebantur, aliisque derogatoriarum derogatoriis, & efficacissimis clausulis, ac etiam irritantibus, & aliis decretis, etiam in forma gratiosa ampliando, per varios & varias, eorum motus proprios, ac etiam sub plumbo vel annulo piscatoris expeditas literas, etiam in consistorio seu consistorialiter emanatas, confirmârunt. Unde eveniebat, quòd prædicti rei inquisiti, sub velamine & tutamine prædictarum sententiarum declaratoriarum, & literarum Apostolicarum, & præsertim vigore clausulæ inhibitoriæ contra Inquisitores factæ continentes, clàm, & etiam aliquando palàm, in antiquis eorum erroribus contra fidem catholicam perseverando, nunquam ad gremium Ecclesiæ verè redibant, imò cum aliis securè & tanquam catholici conversando, eorundem aliorum animas corrumpere & inficere, ac in suas hæreticas opiniones trahere, de facili potuerunt, in totius reipublicæ Christianæ non modicum scandalum & præjudicium, prædictorumque delatorum animarum perniciem & jacturam. Nos huic scandalo adeò periculoso & contagioso obviare, dictarumq; animarum saluti consulere & providere, omnemq; jurisperitorum dubietatem & altercationem, ac quæcunque impedimenta & obstacula, propter quæ sancta Inquisitio hæreticæ pravitatis quomodocunq; & qualitercunq; impediretur vel retardaretur, tollere volentes, motu simili, & ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, inprimis omnes & singulas, ac quascunque literas Apostolicas, sub quacunque verborum forma, etiam in prædictis, ac quibusvis aliis causis hæresis, etiam motu proprio, &c. ac etiam consistorialiter, &c. & aliàs quomodolibet emanatas, necnon etiam desuper signatas motuum propriorum, & alias schedulas quaslibet, ad jus & justitiam, ac juris terminos reducentes, necnon fisco prædicti sancti officii Inquisitionis, & aliorum ordinariorum, & delegatorum judicum, adversùs prædictas literas, inhibitiones, ac etiam derogatoriarum derogatorias, aliasque clausulas quaslibet os aperientes, & quatenus jurisdictionis dispositioni, vel stylo dicti officii sint contraria, illas penitùs & perpetuò revocantes, hâc nostrâ perpetuâ, perpetuoque valiturâ universali constitutione, omnes & singulas, & quascunque, etiam ex capite assertæ innocentiæ absolutorias, vel etiam præcedente canonicâ purgatione, sub quacunque verborum forma declaratorias sententias, etiam diffinitivas, & decreta in eorundem Inquisitorum & delatorum favorem per prædictum sanctissimum officium, aliosque judices ordinarios & delegatos, ac etiam Roman. Pontifices latas, & lata, aut in futurum per nos etiam, & successores nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes, ferendas, & ferenda, nunquam fecisse, nec in futurum posse facere transitum in rem judicatam, Apostol. auctoritate declaramus, decernimus, statuimus & ordinamus, præfatisque sententiis & decretis, & quantumcunque per literas Apostolicas, etiam in forma gratiosa, etiam iteratis vicibus, ac etiam à pluribus Romanis Pontificibus emanatis, confirmatis, vel confirmandis, cum prædictis, vel aliis quibuscunque, etiam derogatoriarum derogatoriis, ac etiam irritantibus, aliisq; clausulis & decretis, necnon inhibitionibus, ac etiam in canonicis sanctionibus, quorum omnium & singulorum, aliorumque præmissorum, & inde sequutorum tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus, haberi volumus pro expressis, ac totaliter insertis, cæterisque in contrarium facientibus quibuscunque non obstantibus, per prædictum sanctum officium sanctæ Inquisitionis, ac dilectos filios modernos, & pro tempore existentes sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, hæreticæ pravitatis Inquisitores, & super dicto officio nunc & pro tempore deputatos, contra eosdem & reos delatos, & inquisitos, etiam si fuerint, & sint Episcopi, Archiepiscopi, Patriarchæ, Primates, ejusdem sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, Legati, etiam de latere, Comites, Barones, Marchiones, Duces, Reges, & Imperatores, tam de antiquis, quàm noviter, etiam super eisdem articulis receptis, vel recipiendis testibus, aliisque argumentis, probationibus, & indiciis, juxta facultates eisdem Cardinalibus Inquisitoribus, per nos & quoscunq; prædecessores & successores nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes, ac sedem Apostolicam, quomodolibet concessas & datas, ac in futurum respectivè dandas & concedendas, denuò inquiri & procedi posse & debere, etiam, in omnibus & per omnia, perinde ac si prædictæ sententiæ, decreta, & literæ Apostolicæ, ac etiam canonicæ purgationes in prædictorum reorum delatorum & inquisitorum, etiam Episcoporum, Archiepiscoporum, Patriarcharum, Primatum, Cardinalium, Legatorum, Comitum, Baronum, Marchionum, Ducum, Regum, & Imperatorum favorem non emanâssent, novis præsertim supervenientibus indiciis ejusdem vel alterius speciei hæresis, tempus præteritum etiam respicien. vel ubi appareret per aliqua indicia, quòd illicitis modis priùs ipse delatus vel inquisitus fuisset absolutus, eâdem Apostolicâ auctoritate volumus pariter, & mandamus: Concedentes eisdem Cardinalibus Inquisitoribus, & super dicto sacro sanctissimæ Inquisitionis officio nunc & pro tempore deputatis, plenam, liberam, amplam, & omnimodam facultatem, potestatem & auctoritatem, causas hujusmodi, etiam auctoritate œcumenici universalis

Conci-

Concilii Tridentini decisas revidendi, ac in statu & terminis, in quibus ante prædictas sententias & decreta, ac etiam canonicas purgationes quomodolibet reperiebantur, reassumendi, fineque debito terminandi, prout in aliis causis pendentibus indecisis per eosdem Cardinales Inquisitores juxta eorum facultates fit, fieriq; potest, & consuevit: Et insuper vestigiis felic. rec. Pauli Papæ IV. prædecessoris nostri inhærendo, Constitutionem aliàs contra hæreticos & schismaticos per eundem Paulum prædecessorem, sub data videlicet Romæ apud sanct. Petrum, anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo quinquagesimo octavo, 15. Cal. Martii, Pontificatûs sui anno quarto editam, tenore præsentium renovamus, & etiam confirmamus, illamq; inviolabiliter, & ad unguem observari volumus & mandamus, juxta illius seriem atque tenorem. Et sic in omnibus & singulis supradictis censeri, ac ita per prædictos & quoscunq; judices, &c. sublatâ, &c. judicari, &c. debere. Irritum, &c. perpetuò decernimus & declaramus.

TITULUS IV.

DE LIBRIS PROHIBITIS.

Julius Tertius.

Hebræorum utrumq; Thalmud, multis portentis, commentis, & blasphemiis in Christum & fidem Christianam refertum, damnatur.

CAP. I.

IUlius Papa III. universis & singulis venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, ac dilectis filiis aliis locorum ordinariis, salutem & Apostolicam benedictionem.

Cùm sicut nuper non sine animi nostri molestia accepimus, licèt aliàs venerabiles fratres nostri sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, hæreticæ pravitatis in universa Republica Christiana Inquisitores generales, certum Hebraicorum librorum volumen, Gemaroth a Thalmud nuncupatum, nonnulla indigna, & legem divinam, orthodoxamque fidem offendentia continens, de mandato nostro damnaverint, & igne comburi fecerint: nihilominùs inter ipsos Hebræos adhuc esse dicantur diversi libri, diversas contra Christum Redemptorem nostrum, ejusq; sanctissimum nomen & honorem blasphemias & ignominias continentes. Nos in præmissis opportunè providere volentes, vobis, & vestrùm cuilibet, per præsentes committimus & mandamus, quatenus singulis universitatibus Hebræorum, infra limites jurisdictionis vestræ consistentibus, ex parte nostra intimetis & notificetis, quòd elapsis quatuor mensibus à die intimationis & notificationis hujusmodi, omnes & singuli libri, in quibus nomen Jesu Salvatoris nostri, quod Jesevi hanozri dicitur, cum blasphemia aut aliàs ignominiosè nominatur, tam in eorum Synagogis & locis publicis, quàm privatis domibus, & aliàs ubiq; locorum, diligentissimè exquirantur, & qui libros hujusmodi penes se quoquo modo habere reperti fuerint, debitis pœnis, tam pecuniariis & confiscationis bonorum, quàm si eorum contumacia aut qualitas delicti id exegerit, corporis, etiam ultimi supplicii, ac aliàs prout à fide Christi apostatantes puniuntur, irremissibiliter puniatur, & nihilominùs eisdè quatuor mensibus elapsis, per vos, vel alium seu alios, quos ad hoc duxeritis deputandos, libros hujusmodi cum omni diligentia inquiratis, & studiosè investigetis, inquiriq; & investigari faciatis, & eos, quos libros hujusmodi penes se habere repereritis, pœnis quib. apostatantes præfati puniuntur, omninò & irremissibiliter puniatis: Non permittentes de cæterò eosdem Hebræos (qui in memoriam passionis Dominicæ à sancta matre Ecclesia tolerantur, ut aliquando mansuetudine nostrâ allecti, ad verum Christi lumen, divino afflante spiritu, convertantur) à quibusvis, etiam Apostolicâ auctoritate fungentibus, occasione cujusvis sortis librorum apud eos existentium (dummodò blasphemiam, ut præfertur, non contineant) nisi de nostro expresso mandato, quomodolibet vexari aut molestari: Contradictores quoslibet & rebelles, ac vobis in præmissis non parentes, per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, ac etiam pecuniarias, arbitrio vestro moderandas & applicandas, ac alia opportuna juris remedia, appellatione postpositâ, compescendo, ac legitimis super his habendis servatis processibus, sententias, censuras, & pœnas prædictas, etiam iteratis vicibus aggravando: invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Romæ 29. Maji, Anno 1554.

a *Libros Thalmud, ut omni contumelia & blasphemiæ genere refertos in veritatem Christianam, damnavit Gregorius IX. & Innocent. IV. & exuri mandârunt, propterea quòd multis & horrendis hæresib. fœteret. Veruntamen hodie recognitis & expurgatis Trident. Concil. decreto toleratur.*

Idem.

Inquisitoribus exceptis, omnibus prohibetur hæreticorum librorum lectio.

CAP. II.

CUm meditatio cordis nostri ad id potissimùm tendat, ut fides catholica ubique augeatur, & floreat: ad ea libenter intendimus, per quæ omnis ab ea declinandi occasio tollatur. Sanè, cùm sicut nobis nuper innotuit, ex facultatibus, quæ aliquibus, ut libros hæreticos aut de fide suspectos, etiam ad effectum eorundem librorum errores repellendi, tenere & legere possent, aliquando concessæ fuerunt, non ii, qui sperabantur, fructus hactenus provenerint, quinimò diversa inconvenientia subsecuta sunt: Nos præmissis occurrere, & Christi fidelium animarum saluti consulere cupientes, motu proprio, non ad alicujus nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostris certâ scientiâ & maturâ deliberatione, omnes & singulas facultates & licentias legendi & tenendi libros Lutheranos, aut alios hæreticos, seu de fide suspectos, quibusvis personis, cujuscunque statûs, gradûs, ordinis vel conditionis existentibus, etiam si Episcopali, vel Archiepiscopali, aut aliâ majori dignitate Ecclesiasticâ, seu præeminentiâ præfulgeant (Inquisitoribus seu commissariis, super hæretica pravitate ab Apostolica sede pro tempore deputatis, durante ipsâ deputatione, duntaxat exceptis) à quibusvis prædecessoribus nostris, ac nobis, & dictâ sede Apostolicâ, seu ejus legatis, etiam de latere, aut majori pœnitentiario nostro, vel quibusvis aliis, sub quibuscunque verborum formis & expressionibus, ac cum quibusvis, etiam derogatoriarum derogatoriis clausulis, irritantibusq; & aliis decretis quomodolibet, etiam motu & scientiâ similibus hactenus concessas, Apostolicâ auctoritate, tenere præsentium revocamus, irritamus, & annullamus, & pro revocatis, irritis, & penitùs infectis quoad omnia habemus, & ab aliis haberi volumus. Districtiùs inhibentes personis præfatis, sub sententiis, censuris, & pœnis contra similes libros tenentes aut legentes, tamà sacris canonibus, quàm à nobis & sede Apostolica hactenus inflictis & promulgatis, ne de cætero facultatibus & licentiis prædictis uti, aut earum prætextu, seu aliàs quomodolibet, libros prædictos, aut quoscunque alios hactenus reprobatos, aut in futurum reprobandos tenere aut legere præsumant: Et insuper omnes & singulos librorum impressores, bibliothecarios, ac libros quomodolibet vendentes, & quascunque alias personas, libros Lutheranos, aut alios hæreticos, seu Lutheranam, aut aliam falsam doctrinam in se cõtinentes, vel à nobis & dictâ sede quomodolibet, reprobatos, ex quavis causa, etiam ex nostra & dictæ sedis speciali licentia seu permissione, penes se habentes, cujuscunque statûs, gradûs, ordinis, vel conditionis, aut præeminentiæ existant,

etiam si,ut præfertur,Pontificali aut aliâ quâcunque, etiam majori Ecclesiasticâ vel Mundanâ dignitate præfulgeant (dictis Inquisitoribus & commissariis, ut præfertur, exceptis) dictâ Apostolicâ auctoritate, & earundem tenore præsentium requirimus & monemus, ac eis & eorum cuilibet, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub incursu hæresis, ac omnibus contra hæreticos de jure inflictis & promulgatis,tamEcclesiasticis quàm temporalibus sententiis,censuris, & pœnis, districtè præcipiendo mandamus, quatenus infra spatium sexaginta dierum à die publicationis præsentium, modo & formâ infrascriptis faciendæ computandorum, quorum viginti pro primo, & alios viginti pro secundo, ac reliquos viginti dies pro tertio & peremptorio termino, ac monitione canonicâ, eis & eorum cuilibet in iis scriptis assignamus: omnes & singulos libros Lutheranos, aut alios hæreticos, seu Lutheranam aut aliam falsam doctrinam in se continentes, vel à nobis & dictâ sede quomodolibet reprobatos, penes se eos, ex quavis causa, etiam mercaturæ,& ex nostra ac ejusdem sedis permissione ac licentia etiam speciali,ut præfertur,existentes,Inquisitorib. hæreticæ pravitatis in civitatibus,in quib. libri hujusmodi existunt, consignâsse debeant realiter,& cum effectu. Rom.3. Cal.Maji.1550.

Leo Decimus, in Concilio Lateranensi.

Libri typis non cudantur, nisi eorum editioni suffragetur ordinariis auctoritas & approbatio.

CAP. III.

INter solicitudines nostris humeris incumbentes, perpeti curâ revolvimus, ut errantes in viam veritatis reducere, ipsosque lucrifacere Deo (suâ nobis cooperante gratiâ) valeamus: hoc est, quod profectò desideranter exquirimus, ad id nostræ mentis sedulò destinamus affectum,ac circa illud studiosâ diligentiâ vigilamus. Sanè, licèt literarum peritia per librorum lectionem possit faciliter obtineri, ac ars imprimendi libros, temporibus potissimùm nostris, divino favente numine, inventa seu aucta & perpolita, plurima mortalibus attulerit commoda, cùm parva impensa,copia librorum maxima habeatur, quibus ingenia ad literarum studia percommodè exerceri, & viri eruditi in omni linguarum genere, præsertim autem catholici, quibus sanctam Romanam Ecclesiam abundare affectamus, facilè evadere possunt, qui etiam infideles sciant & valeant sacris institutis instruere, fideliumque collegio,per doctrinam Christianæ fidei salubriter aggregare: Quia tamen multorum querela nostrum & sedis Apostolicæ pulsavit auditum,quòd nonnulli hujus artis imprimendi magistri, in diversis mundi partibus, libros, tam Græcæ, Hæbraicæ, Arabicæ & Chaldeæ linguarum in Latinũ translatos, quàm alios, Latino, ac vulgari sermone editos, errores etiam in fide, ac pernitiosa dogmata, etiam religioni Christianæ contraria, aut contra formam personarum, etiam dignitate fulgentium continentes, imprimere, ac publicè vendere præsumunt, ex quorum lectura non solum legentes non ædificantur, sed in maximos potiùs tam in fide, quàm in vita & moribus prolabuntur errores, unde varia sæpè scandala (prout experientia rerum magistra docuit) exorta fuerunt, & majora indies exoriri formidantur. Nos itaq; ne id, quoad Dei gloriam, & fidei augmentum, ac bonarum artium propagationem, salubriter est inventum in contrarium convertatur, ac Christi fidelium saluti detrimentum pariat, super librorum impressione curam nostram habendam fore duximus, ne de cætero cum bonis seminibus spinæ coalescant, vel medicinis venena intermisceantur: Volentes igitur de opportuno super his remedio providere, hoc sacro approbante Concilio, ut negotium impressionis librorum hujusmodi eò prosperetur felicius, quòd deinceps indago solertior diligentiùs & cautiùs adhibeatur: Statuimus & ordinamus, quòd de cætero perpetuis futuris temporibus, nullus librum aliquem, seu aliam quamcunque scripturam, tam in urbe nostra, quàm aliis quibusvis civitatibus & diœcesibus, imprimere, seu imprimi facere præsumat, nisi priùs in urbe per Vicarium nostrum, & sacri Palatii magistrum, in aliis verò civitatibus & diœcesibus, per Episcopum, vel alium habentem peritiam scientiæ, libri seu scripturæ hujusmodi imprimendæ,ab eodem Episcopo ad id deputandum, ac inquisitorem hæreticæ pravitatis civitatis sive diœcesis, in quibus librorum impressio hujusmodi fieret, diligenter examinentur, & per eorum manûs propriæ subscriptionem, sub excommunicationis sententia, gratis & sine dilatione imponendam, approbentur. Qui autem secus præsumpserit, ultra librorum impressorum amissionem,& illorum publicam combustionem,ac 100. ducatorum fabricæ basilicæ Principis Apost. de urbe, sine spe remissionis suspensionem, excommunicationis sententiâ innodatus existat, ac demum ingravescente contumaciâ taliter per Episcopum suum, vel Vicarium nostrum respectivè, per omnia juris remedia castigetur, quòd alii ejus exemplo similia minimè attentare præsumant. Rom. 4. Martii. 1515.

Pius Quartus.

Revocantur licentiæ omnes,hactenus præterquam Inquisitoribus fidei, libros suspectæ fidei legendi, aut venales proponendi, concessæ.

CAP. IV.

QUia in futurorum eventibus adeò humani fallitur circertitudo judicii, ut quod verisimili conjecturâ utile videbatur, progressu temporis damnosum appareat: nonnunquam Romanus Pontifex, quòd consultè statutum esse videbatur, consultiùs revocat, prout temporis & personarum qualitate pensatâ in Domino conspicit salubriter expedire: Innotuit siquidem nobis, quòd diversi,tam clerici seculares,& diversorum ordinum regulares, quàm laici, qui se Lutheranis, & aliis hujus seculi hæreticis resistere, & eorum errores ac falsas opiniones confutare posse præsumebant, & ad hoc ipsorum hæreticorum libros legendi facultatem sibi à sede Apostol. concedi extorserant, se lectioni librorum hujusmodi ita dediderunt, ut propriæ innitentes prudentiæ, & à recta Domini via aberrantes, ipsorum hæreticorum fallaciis, & superstitiosis ac falsis adinventionibus irretiti remanserint, & qui alios ab erroribus revocare temerè arbitrabantur, ipsi in puteum interitûs prolapsi sint. Nos considerantes, quòd Spiritus ubi vult spirat, & quòd sine ejus numine nullum bonum provenit, propterea satiùs esse cum simplicitate cordis ad eum recurrere, & cum ejus adjutorio orthodoxam fidem in catholicis, & à sancta Romana Ecclesia approbatis libris exquirere, quàm falsitates hæreticorum per lectionem eorum librorum detegere velle; volentes præmissis inconvenientibus,quantum cum Deo possumus,occurrere,& ne similia de cætero contingant, opportunè providere, omnes & singulas licentias & facultates legendi libros hæreticorum, seu de hæresi suspectos, aut à nobis, seu generalibus hæreticæ pravitatis in singulis provinciis aut Regnis deputatis Inquisitoribus damnatos & reprobatos, quibuscunque, tam clericis secularibus, vel, ut præfertur, regularibus, quàm laicis cujuscunque status, gradûs, ordinis, conditionis, & præeminentiæ existant, etiam si Abbatiali,Episcopali, Archiepiscopali, Patriarchali, Primitiali, aut aliâ majori Ecclesiasticâ dignitate, seu etiam Cardinalatûs honore, vel Mundanâ, etiam Marchionali, Ducali, Regiâ vel Imperiali auctoritate, seu excellentiâ præfulgeant (generalibus Inquisitoribus præfatis duntaxat exceptis) per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos, etiam vivæ vocis oraculo, & sedem prædictam, seu ejus pœnitentiarium majorem, vel quosvis ordinarios, aut diœcesanos, seu alios, etiam per

per litetas Apostol. in forma Brevis, seu sub plumbo expeditas, sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, ac ex quibuscunque causis seu prætextibus etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apost. potestatis plenitudine, & aliàs quomodolibet concessas, Apostolicâ auctoritate, tenore præsentium, revocamus, cassamus, irritamus & annullamus, ac viribus penitùs evacuamus, & pro revocatis, cassis, irritis, & nullis haberi, easq; nemini suffragari posse aut debere decernimus, omnibus & singulis clericis & laicis, etiam, ut præfertur, qualificatis, non tamen generalibus Inquisitoribus præfatis, aut quibus hoc per nos specialiter injunctum fuerit, S.R.E. Cardinalibus, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis latæ sententiæ, aliisq; sententiis, censuris & pœnis Ecclesiasticis, & etiam temporalibus, in legentes libros hujusmodi hactenus latis & promulgatis, à quibus non nisi à nobis, aut pro tempore existente Romano Pontifice, seu singulis Inquisitoribus prædictis, præterquam in mortis articulo, absolvi possint, districtiùs inhibentes, ne libros hujusmodi ex quavis causa vel prætextu, publicè vel occulte, quovis ingenio vel colore legere, aut apud se tenere, seu imprimere, vel venales habere præsumant: ac mandantes eisdem sub censuris & pœnis prædictis, ut infra terminum, eis à singulis Inquisitoribus hujusmodi, per eorum publicum edictum locis affigendum publicis statuendum, libros ipsos officio inquisitionis hæreticæ pravitatis hujusmodi omninò consignent; & qui de eisdem libris notitiam aliquam habuerint, seu personas ipsos libros legentes, aut apud se tenentes, vel imprimentes, aut venales habentes sciverint, id quod sciverint, ac nomina & cognomina libros ipsos legentium, aut apud se tenentium, vel imprimentium, aut venales habentium, & qualitatem eorundem librorum prædicto officio omninò revelent & notificent. Romæ 12. Decembr. 1558.

Pius IV. ex Concilio Tridentino.

Libri hæreticorum pestilentes & contagiosi sunt, non solùm simplicibus, verùm etiam bonis & doctis, nec ulla est via, quâ magis possit occurri hæresibus, ne in populo oriantur, & increscta ultrà grassentur, quàm si tales libri, ex quibus hæresis venenum facilè manare quit bibere potest, prohibeantur.

CAP. V.

Dominici gregis custodiæ (Domino disponente) præpositi, vigilis more pastoris non desistimus, ipsi gregi ab imminentibus periculis, quantâ maximâ possumus curâ & diligentiâ præcavere, ne propter negligentiam nostram pereant oves, quæ pretiosissimo Domini nostri Jesu Christi sanguine sunt redemptæ. Et si autem, quæ ad fidei veritatem patefaciendam, & ad horum temporum hæreses confutandas pertinebant, in œcumenico & generali Concilio Tridentino, Sancti Spiritûs assistente gratiâ, nuper adeò enucleata ac definita fuerunt, ut facilè jam sit unicuique, sanam catholicamque doctrinam à falsa adulterinaque internoscere: tamen cùm librorum ab hæreticis editorum lectio, non modo simpliciores homines corrumpere soleat, verùm sæpè etiam doctos eruditosque in varios errores, & à veritate fidei catholicæ alienas opiniones inducere; huic quoque rei esse diximus providendum. Cùm autem aptissimum ei malo remedium esse sciremus, si componeretur atq; ederetur Index sive catalogus librorum, qui vel hæretici sint, vel de hæretica pravitate suspecti, vel certè moribus & pietati noceant, id negotium ad sacram Tridentinam [a] Synodum rejeceramus. Ea verò, ex tanta Episcop. & aliorum doctissimorum virorum copia delegit ad eum conficiendum Indicem multos, cùm doctrinâ, tum judicio insignes Prælatos ex omnibus ferè nationibus. Qui quidem non sine maximo labore, plurimisque vigiliis, cum Indicem tandem, Deo juvante, perfecerunt, adhibitis etiam in consilium lectissimis quibusdam Theologis. Peracto autem Concilio, cùm ex ipsius Synodi decreto, is Index nobis oblatus fuisset, ut ne antè ederetur, quàm à nobis approbatus fuisset: Nos doctissimis quibusdam probatissimisque Prælatis eum accuratissimè legendum, examinandumq; tradidimus, & ipsi etiam legimus. Cùm igitur eum magno studio, acri judicio, diuturnâ curâ confectum, & præterea commodissimè digestum esse cognoverimus: Nos saluti animarum consulere, eamq; ob causam providere cupientes, ne libri & scripta cujuscunque generis, quæ in eo improbantur, sive ut hæretica, sive ut de hæretica pravitate suspecta, sive ut pietati ac morum honestati inutilia, aut aliquâ correctione saltem indigentia, posthac à Christi fidelibus legantur, ipsum Indicem, unà cum regulis ei præpositis, auctoritate Apostolicâ, tenore præsentium, approbamus, imprimique ac divulgari, & ab omnibus universitatibus Catholicis, ac quibuscunq; aliis, ubiq; suscipi, easque regulas observari mandamus atque decernimus. Inhibentes omnibus & singulis, tam Ecclesiasticis personis, secularibus & regularibus, cujuscunq; gradûs, ordinis & dignitatis sint, quàm laicis quocunq; honore ac dignitate præditis, ne quis contra earum regularum præscriptum, aut ipsius prohibitionem, Indicis libros ullos legere, habereve audeat. Si quis autem adversùs eas regulas, prohibitionemque fecerit, is quidem, qui hæreticorum libros, vel cujusvis auctoris scripta propter hæresim, vel falsi dogmatis suspicionem damnata atque prohibita legerit, habueritve, ipso jure in excommunicationis pœnam incidat: eamque ob causam in eum, tanquam de hæresi suspectum, inquiri & procedi liceat, præter alias pœnas super hoc ab Apostolica sede, sacrisq; canonibus constitutas. Qui autem libros alia de causa prohibitos legerit, habueritve, præter peccati mortalis reatum, Episcoporum arbitrio severè se noverit puniendum. Romæ 24. Mart. 1564.

Gregorius XIII.

Librorum prohibitorum lectio, neq; ipsis sacræ Theologiæ professoribus ad convincendos errores, neq; aliis quibuscunq; dempta Inquisitoribus, concedetur.

CAP. VI.

Cum pro munere, quod sustinemus, id præcipuè nobis propositum habeamus, & omni studio, diligentiâq; curemus, ut omnes Christi fideles, tam gravibus, calamitosisq; temporibus, in recta & catholica fide contineamus, id agere & providere necesse est, ut omnem omnibus aberrandi ab ea occasionem subtrahamus. Nemini autem mirum videri debet, si Romanus Pontifex nonnunquam facultates aliquas, quas ipse vel prædecessores ejus probabili adducti ratione concesserint, postea revocet, cùm ipso rerum usu edoctus animadverterit, eas justiore de causa esse revocandas. Ad notitiam nostram pervenit, ex data nonnullis licentia habendi & legendi libros hæreticos aut de hæresi suspectos, ad hæreses & errores, qui in eis libris continebantur, refellendos, non rarò evenire solere, ut illis ipsis eorum librorum lectio noceat, quibus ob eam causam concessum fuerit, ut aliis prodesse possent, ut illis ipsis hæresibus & erroribus propter humanæ mentis imbecillitatem eos implicans, à quibus, se alios revocaturos esse, confisi fuerant. Huic rei providere, & animarum periculo, quantum fieri potest, pro pastorali solicitudine occurrere cupientes, cogitantesq; nobiscum, nuper in sacro generali Concilio hæreses horum temporũ ita confutatas atq; damnatas fuisse, ut tantæ Synodi auctoritas, cujus decreta hujus sanctæ sedis auctoritate, cum deliberatione matura, confirmata & comprobata sunt, ad vitandos errores, & catholicæ fidei

[a] *Concil. Trident. sess. 18.*

veritatem agnoscendam sufficere omnibus debeat, nec ullius præterea confutatio requirenda sit, prædecessorum nostrorum, præsertim felicis recordat. Julii Tertii, & Pauli Quarti vestigiis insistentes, motu proprio, & ex certa scientia nostra, ac deliberatione maturâ, omnes & singulas facultates habendi & legendi libros Lutheranos, aut aliorum hæreticorum, seu de hæresi suspectos, omnibus, tam clericis secularibus aut regularibus, quàm laicis cujuscunque statûs, gradûs, ordinis vel conditionis sint, etiam si Episcopali, vel Archiepiscopali, aut aliâ majori, Ecclesiasticâ seu seculari dignitate præfulgeant (Inquisitoribus & Commissariis hæreticæ pravitatis à sede Apostolica deputatis, quoad eo officio fungentur, exceptis) à nobis, aut quocunq; prædecessorum nostrorum seu Apostolicæ sedis legatis, majorivé pœnitentiario vel quibuscunque aliis, quibuscunq; verborum formis & clausulis, etiam derogatoriarum derogatoriis, irritantibusq; & aliis decretis quomodolibet, etiam motu & scientiâ simili ad hoc tempus concessâ, auctoritate Apostolicâ, tenore præsentium revocamus, & pro revocatis & irritis, perinde ac si nunquam concessæ fuissent, habemus, & haberi volumus. Inhibentes omnibus, sub censuris, sententiis & pœnis, tam à sacris canonibus, quàm à sede Apostolica ad hoc tempus constitutis, in eos, qui hujusmodi libros legant aut habeant, ne quis eorum posthac eis facultatibus uti, nevé ullos omninò libros hujusmodi improbatos & prohibitos, aut in posterum à sede Apostolica, Inquisitoribusvé hæreticæ pravitatis, aut locorum ordinariis improbari, prohiberique contigerit, legere, haberevé, quacunque de causâ audeat. Impressores & Bibliopolas, & alios, quicunque ejusmodi libros habent, habuerintvé (Inquisitoribus & Commissariis iisdem duntaxat exceptis) monemus, & cuilibet eorum, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœna incursus criminis hæresis, & aliis contra hæreticos à jure inflictis & irrogatis, tam Ecclesiasticis, quàm temporalibus sententiis, censuris, & pœnis præcipimus, ac mandamus, ut eos libros intra 60. dies, à die, quo hæ literæ publicatæ fuerint, numerandos, quorum 20. pro primo, alios 20. pro secundo, reliquos 20. pro tertio ac peremptorio termino, & monitione canonicâ, eis assignamus, Inquisitoribus hæreticæ pravitatis in civitatibus, in quibus ii libri sint, tradant atque consignent.

TITULUS V.

DE LIBELLIS FAMOSIS.

Pius Quintus.

Librorum famosorum authores verulentissimis injuriis alienæ famæ clàm detrahentes, & qui eos publicaverint, delové malo retinuerint, pœnis jure constitutis subjiciantur.

CAP. I.

ROmani Pontificis providentia circumspecta ad ea solicitudinis suæ partes potissimùm convertit, per quæ inter singulos gregis ejusdem fideles, præsertim verò nobis & Romanæ Ecclesiæ subditos, pax & concordia confoventur, seditiones evitantur, scandalis obviatur, & animarum salus procuratur. Cùm itaque iracundia sit perturbatio immanis, affectio dura, violenta potentia, cædium causa, calamitatis socia, jacturam concilians & dedecus, pecuniarum pernicies, atque perditionis origo, eaque potissimùm ex injuriis, verbo, vel scriptis, vel facto illatis nascatur: Nos, qui non sine maxima mentis nostræ perturbatione sæpenumerò accepimus, quòd licèt tam per sacras leges, quàm canonicas sanctiones, sub certis etiam gravissimis pœnis prohibitum fuerit, ne quis famosum libellum componere audeat, & repertum sive domi, sive in publico, vel in quocunque loco, aut corrumpere, vel igne consumere teneatur, priùs quàm alter inveniat, & nulli fateatur inventum, & qui secus fecerit, quasi auctor hujusmodi delicti eisdem pœnis subjaceat: nihilominùs considerando, quòd indies crescente malitiâ, quamplures iniquitatis filii, perditionis alumni, pœnas prædictas parvipendentes, easque variis fraudibus evitare satagentes, ausu temerario non erubescunt, variis modis nonnullos Principes & Prælatos, nobiles, publicas & privatas personas variis injuriis & convitiis afficere, eorumque famæ & honori detrahere, sub quodam ficto colore quarundam literarum incerto auctore scriptarum, nedum ab urbe nostra, sed etiam ex diversis provinciis, in quibus, nedum ea, quæ in unaquaque regione successerunt, narrantur, sed ea etiam, quæ in futurum quodam eorum temerario judicio fore opinantur, adeò ut plerunque odia, inimicitiæ, seditiones, rixæ, & homicidia permulta oriantur, in divinæ majestatis offensam, animarum periculum, permitiosum quoque exemplum, & scandalum plurimorum. Volentes præmissis, quantum possumus, obviare, considerantes attentiùs, quòd plures pœnarum gravitas, quàm Dei timor arcere solet à voluntate delinquendi, & propterea tanto periculo occurrere volentes, ac tam nefarios præsumptores & facinorosos homines atrocibus pœnis torpescere, ut metus pœnæ meta hujusmodi præsumptionis existat: hujus perpetuæ & irrefragabilis constitutionis edicto, pœnas omnes, tam temporales quàm Ecclesiasticas, in talia præsumentes, per sacras leges, & canonicas sanctiones latas & promulgatas, auctoritate Apostolicâ approbantes & innovantes, ac ad omnes & singulos prædictos, qui forsan sub illis comprehensi non essent, extendentes & ampliantes, statuimus & ordinamus, quòd deinceps perpetuis futuris temporibus nemo, cujusvis qualitatis, dignitatis etiam Ecclesiasticæ, statûs, gradûs, ordinis, & præeminentiæ fuerit, audeat nec præsumat libellos famosos, nec literas monitorias, vulgò appellatas, *Lettere d' Avviso*, continentes convitia, injurias, vel famæ & honoris alicujus læsionem, nec aliquam scripturam, in qua de futuris successibus differatur, vel ea, quæ coram nobis vel aliis ad universalis Ecclesiæ statûs regimen deputatis secretò tractantur, revelentur, componere, dictare, scribere, exemplaria retinere, nec aliquò transmittere, etiam si aliunde ab aliis provinciis, civitatibus, terris & locis, ad eorum manus pervenerint, sed statim, quòd aliqui similes libelli, literæ, sive scripturæ, alicui delatæ fuerint, statim, quòd illos seu illas habuerit, antequam vim earum manifestaverit, corrumpere, seu igni tradere, vel dilecto filio nostro Cardinali Rusticucio consignare teneatur, sub pœnis prædictis, quas hìc pro expressis haberi volumus, ac aliis etiam gravioribus, etiam ultimi supplicii, & confiscationis bonorum, secundùm qualitatem facti & personarum, arbitrio nostro irremissibiliter infligendis, quibus pœnis etiam eos ligari volumus, qui in hujusmodi libellis, literis, seu scripturis de aliquo obloqui fuerint, alicujusque famæ & honori, vera etiam exprimendo, detraxerint, ac ea, quæ coram nobis vel aliis, ut suprà, secretò tractantur, revelaverint: ex hoc equidem animus deprehenditur pravus injuriandi & nocendi, atque ideò eos eâdem pœnâ teneri convenit. *Vid. Menoch. de arbit. jud. cent. 3. cas. 289.*

Gregorius XIII.

Infames sint, & ad tremes damnentur, qui scripta in alterius contumeliam componunt, & de rebus incertis & peregrinis curiosius rumores spargunt.

CAP. II.

ESt rerum humanarum infelicitas, ut non vetera tantùm vitia pertinaciter adversùs omnem legumlatorum solertiam luctentur, & quamvis aeribus compressa supplitiis renascantur, sed nova etiam indies, & superioribus seculis ignota, succrescant. Quo nos, pro injuncto nobis divinitus munere, diligentiùs adniti par est, ut & illa

illa coërceamus, & horum, quæ se nunc primùm efferunt, antequam se corroborent, radices ipsas, si quâ ratione possimus, amputemus. Cùm igitur haud ita pridem in urbe nostra, secta quædam emerserit hominum improbè curiosorum, qui quæcunque de publicis, privatisque negotiis, vel aliunde rimari possunt, vel ipsi etiam pro sua libidine comminiscuntur, domi forisque facta, infecta, vera, falsa, nullo discrimine proponunt, recipiunt, & scriptitant, ita ut ejus rei jam artem quasi quandam instituerint, ac plerique eorum, etiam vili mercedulâ conducti, harum rerum commentariolos, ex falsis plerumque vulgi rumoribus, in certo auctore collectos, huc illuc missitent, aut etiam, tanquam primùm ex urbe ad diversa loca missos, deinde iisdem illis ex locis in urbem remissos circumferant, ac venditent, quibus non tantùm de præteritis arbitratu suo nugantur, sed etiam, quid ex hac aut illa re eventurum sit, stolidè vaticinantur. Nos, qui & facilè prospicimus, & rerum experimentis edocti sumus, quæ, quantaq; mala ex eo proveniant, cùm & sæpiùs sparguntur falsi pro veris, seu directè, seu obliquè, ac quodam quasi colore quæsito, multorum existimatio & fama violatur: his ac talibus incommodis occurrere cupientes, hujus constitutionis auctoritate prohibemus, ne quis in posterum tales commentarios conficere, nevé ab aliis confectos recipere, describere, spargere, aut ad alios mittere audeat. Qui horum quid fecerit, ipso facto perpetuâ ignominiæ notâ affectus, sine ulla spe veniæ ad triremes perpetuò, aut ad tempus, pro criminis admissi qualitate, damnetur. Romæ Cal. Septemb. 1572.

TITVLVS VI.

DE SACRILEGIS.

Sixtus IV.

Sacrilegi rei sunt, qui res sacras è templis surripiunt, ut eas convertant ad prophanes usus.

CUm provida sanctorum Patrum decreta eos sacrilegos esse diffiniant, qui Ecclesias & loca sacra Altissimo dedicata devastant, ipsorumq; diripiunt ornamenta, sicut & illos, qui de sacro sacrum auferre impiâ temeritate præsumunt, pariq; utrumq; flagitium ac duplici pœnâ coërceant: decet meritò nos, cui Ecclesiarum omnium cura, dispositione supernâ, commissa est, pro detestatione tanti criminis *a*, proq; statu prospero, venustate, & decore ipsarum Ecclesiarum, in sua decentia debitè conservandis, omni vigilantiâ & attentione curare, ne perversorum crescente malitiâ, eædem Ecclesiæ & sacra Dei templa, præcipuè almæ urbis, nostro conspectui anteposita, suis nudentur ornatibus. & hujus sceleris nequissimi patratores debitam recipiant ultionem. Sanè fide dignorum relatibus, non sine admiratione, ad nostrum pervenit auditum, quòd nonnulli iniquitatis filii, se inaniter Christianos esse profitentes, & à quorum oculis Dei timor, & reverentia Christianæ religionis abscessit, de Patriarchalibus, & aliis sacratissimis Ecclesiis & basilicis dictæ urbis, porphyreticos, marmoreos, & alios diversorum generum & colorum lapides, ad ipsarum usum, decorem, & ornatum deputatos, ausu sacrilego *b* abstulerunt hactenus, & indies auferre, cosq; ad diversa loca per se vel alios asportare præsumunt, in gravem divinæ majestatis offensam, Ecclesiarum earundem deformitatem, detrimentumq; animarum suarum periculum, & scandalum plurimorum. Nos igitur sacrilegorum impios & temerarios ausus hujusmodi, quantum nobis ex alto conceditur, reprimere cupientes, quamvis præmissorum occasione, nonnullorum prædecessorum nostrorum sanctiones & prohibitiones variæ emanaverint temporibus retroactis, quas (in eo duntaxat, quòd de Ecclesiarum & sacrorum locorum ornamentis atque lapidibus antedictis minimè auferendis prohibent vel disponunt, seu illos, qui hujusmodi flagitiosissimos, ac penè in Christiano orbe inauditos excessus perpetrare, & in his sacrilegas manus injicere præsumpserunt, excommunicationis sententiâ innodatos fore declarant) in suo robore volumus permanere, omnes & singulos, cujuscunque dignitatis, statûs, gradûs, ordinis vel conditionis fuerint, qui ex prædictis lapidib', sive aliis ornamentis earundem Ecclesiarum sive basilicarum dictæ urbis habuerint, aut in surripiendo, servando, & retinendo auxilium præstiterint vel favorem, nisi à die habitæ præsentium literarum notitiæ, ea restituant cum effectu; scientes verò revelent, & ad notitiam nostram, saltem per minores pœnitentiarios nostros deduci faciant, majores excommunicationis sententiâ, à qua (nisi in mortis articulo, & debitâ satisfactione præviâ) à nullo, præterquam à Romano Pontifice absolvi possint, irretitos esse: Ecclesias verò & loca alia, quorum usibus & ornatui illa deputata fuerint, aut forsan (quod absit) deputari contigerit in futurum, tamdiu Ecclesiastico interdicto subjacere, quamdiu ad loca, unde priùs ablata fuêre, absque diminutione aliqua fuerint reportata, harum serie declaramus. Et insuper, quisque suæ salutis immemor, sacrilegii crimen hujusmodi committere præsumpserit in futurum, ultra censuras prædictas, Ecclesiæ sive basilicæ, à qua lapides & ornamenta hujusmodi abstulerint, mediam libram auri, pro recompensa sibi irrogatæ injuriæ, absque diminutione aliqua solvere teneatur. Rom. 7. Id. April. 1470.

a 14. quæst. 4. c. si quis. Gab. lib. 4. d. 15. Richard. lib. 4. d. 18. Sylvest. ver. sacrilegium. b *Sacrilegium appellat, cùm res sacra è loco sacro furatur publicè. Bar. in l. sacrilegii pœnam. ff. ad l. Iul. peculat. cujus pœna jure civili capitalis est, ita Bart. d. l. sacrilegii pœnam. in princip. ff.*

TITVLVS VII.

DE BLASPHEMIS ET ALEATORIBVS.

Julius Tertius.

Præstantiores causa miseriarum hujus ætatis exterendæ sunt blasphemia, pœnis eò severius vindicandæ, quò segnius in divinis nominis injuriam tolerantur.

CAP. I.

IN multis depravatis moribus, vitiosisque consuetudinibus, quæ in nostram hanc almâ urbem, propter ejus amplitudinem, magnumque advenarum undique in eam concursum, simul cum pluribus eximiisque virtutibus, atque egregiis veræ pietatis exemplis irrepserunt, ad quas nos tollendas & extirpandas, omnem aciem mentis & cogitationis nostræ intendim', nihil est, quod animum nostrum magis exulceret & confodiat, quàm horribilis atque impia & Christianis auribus intolerabilis divini nominis blasphemia. Cùm audimus sacratissimum Dei & Jesu Christi Domini nostri nomen, quod super omne nomen cœlestia venerantur, terrestria adorant, infera contremiscunt (quod ne temerè quidem à quopiam, propter ejus sublimitatem ac majestatem, usurpandum sit) passim pravorum, efferatorumque hominum vocibus scindi, unaque cum ejus sanctissimæ & immaculatissimæ genetricis, & venerabilium sanctorum, & amicorum ipsius summi Dei nomine detestandis blasphemiis, maledictisque lacerari, ut minimè mirandum sit, si à Christianis populis, in tantis calamitatibus constitutis, divinæ iracundiæ flagella non amoveantur: propterea, quod juxta sapientis dictum, à viri multùm jurantis domo, non discedet plaga. Quare nos hujusmodi execrandum abusum, simul cum cæteris omnibus, quantum cum ejusdem Dei adjutorio fieri poterit, extirpare volentes, ut

hanc ipsam urbem, domicilium ac sedem Spiritûs Sancti, omnibus inquinamentis mundatam ac purgatam, Domino Deo per omnia placentem habeamus, in hunc, qui sequitur, modum, quoad præfatum horrendum blasphemiæ crimen, motu proprio, ex certa nostra scientia & voluntate, invocatâ Dei omnipotentis justitiâ, decernimus, statuimus & ordinamus, blasphemantes scilicet Deum Patrem omnipotentem, vel ejus Filium unigenitum, Dominum & Redemptorem nostrum Jesum Christum, seu Spiritum Sanctum, particulariter & explicite, vel generaliter & implicitè, attribuendo divinæ majestati, quæ illi minimè conveniunt, vel removendo, quæ eam decent, primò convicti, si divites fuerint, compellantur ad solvendum scuta auri quadraginta, si vero pauperes, solvant decem, quæ si nequeant numerare, luant in corpore. Secundâ vice convictis nobilibus, sive divitibus, sive pauperibus, duplicetur pœna pecuniaria proportionabiliter ad primam hujusmodi mulctam: Atque insuper incurrant infamiam, & inhabilitatem ad beneficia quæcunq; ad gradus, dignitates, & honores obtinendos. Vilibus convictis perfodiatur lingua. Tertiâ vice convictis nobilibus, tam divitibus quàm pauperibus, triplicetur pœna pecuniaria respective, ut suprà. Ulteriùs sint ipso jure privati beneficiis Ecclesiasticis, & officiis quibuscunque, dignitatibus, titulis, magistratibus, honoribus: sint intestabiles tam activè, quàm passivè: sint inhabiles ad ferendum testimonium: sint banniti publicè per triennium ab urbe. Vilibus imponatur fustigatio aut deportatio ad triremes per triennium, & exulent perpetuò. Idem servetur contra blasphemantes ipsius Domini nostri Jesu Christi matrem beatissimam semper virginem Mariam. Blasphemi in sanctos vel sanctas Dei, corrigantur severè, arbitrio DD. judicum, habitâ ratione qualitatis & gravitatis criminis, cum cæteris circumstantiis jure attendendis. Volumus autem & statuimus, ut omnes pœnæ exigendæ applicentur tantummodò sustentationi orphanorum utriusque sexûs, catechumenorum & puellarum. Judices verò tam horrendi & impii criminis deputamus & instituimus RR. DD. Inquisitores nostros generales, quos volumus posse, addere præstitutis pœnis, & maximè in corpore, si modus blasphemiæ ob gravitatem, impietatem, vel malitiam, id exposcat. Partes eorundem DD. Judicum erunt, declarare, si dubium occurrat, qui nobiles, qui plebeji, qui divites, qui pauperes sint habendi. Rom. Cal. Febr. 1554.

Leo Decimus, ex Concilio Lateran.

Pœna blasphemorum cujuscunque generis, ordinis & qualitatis.

CAP. II.

ADabolendam execrabilem blasphemiam, quæ in maximum divini nominis & sanctorum contemptum supra modum invaluit, statuimus & ordinamus, ut quicunque Deo palàm seu publicè maledixerit, contumelioseque ac obscœnis verbis, Dominum nostrum Jesum Christum, vel gloriosam virginem Mariam, ejus genetricem, expresse blasphemaverit, si munus publicum, jurisdictionemque gesserit, perdat emolumentum trium mensium, pro prima & secunda vice, dicti officii. Si tertiò deliquerit illo eo ipso privatus existat. Si clericus vel Sacerdos fuerit, eo ipso, quòd de delicto hujusmodi fuerit convictus, etiam beneficiorum quæcunque habuerit fructibus, applicandis ut infrà, unius anni mulctetur, & hoc si pro prima vice, quâ blasphematus ita deliquerit. Pro secunda verò, si ita deliquerit, & convictus fuerit, si unicum habuerit beneficium, eo privetur, si autem plura, quod ordinarius maluerit, id amittere cogatur. Quod si tertiò ejus sceleris arguatur, & convincatur, dignitatibus ac beneficiis omnibus, quæcunque habuerit, eo ipso privatus existat, ad eaque ulteriùs retinenda inhabilis reddatur, eaque liberè impetrari & conferri possint. Laicus verò blasphemus, si nobilis fuerit, pœnâ vigintiquinque ducatorum mulctetur, & pro secunda vice quinquaginta, fabricæ basilicæ Principis Apostolorum de urbe applicandorum, & aliis, ut infrà deducitur: pro tertia verò nobilitatem perdat. Si verò ignobilis ac plebejus fuerit, in carcerem detrudatur. Quod si ultra duas vices publicè blasphemus deprehensus fuerit, mitrâ infami, per integrum diem ante fores Ecclesiæ principalis mitratus stare cogatur. Si verò pluries in hoc ipsum peccatum lapsus fuerit, ad perpetuos carceres, vel ad triremes damnetur, ad judicis deputati arbitrium. In foro autem conscientiæ, nemo blasphemiæ reus, absque gravissima pœnitentia, severi confessoris arbitrio injuncta possit absolvi. Qui verò Sanctos reliquos blasphemaverit, arbitrio judicis rationem personarum habituri, mitiùs aliquantò puniri volumus. Statuimus etiam, ut seculares judices, qui contra tales blasphemiæ convictos non animadverterint, eosque justis pœnis minimè affecerint, quantum in eis fuerit, quasi eidem sceleri obnoxii, eisdem quoque pœnis subjiciantur. Qui verò in illis inquirendis puniendisque diligentes & severi fuerint, pro qualibet vice decem annorum indulgentiam consequantur, & tertiam partem mulctæ pecuniariæ habeant. Quicunque verò blasphemantem audierint, cum verbis acriter objurgare teneantur, si citra periculum suum id fieri posse contiget, eundemque deferre vel notificare apud judicem Ecclesiasticum seu secularem, intra triduum debeant. Quod si plures dictum blasphemantem simul audiverint, singuli eum accusare teneantur, nisi fortè omnes convenerint, ut unus pro cunctis tali fungatur officio. Quos omnes in virtute sanctæ obedientiæ hortamur & monemus in Domino, ut pro divini nominis honore ac reverentia, in suis domibus, ac cæteris, prætermissa omnia servari, exactissimè exequi mandent & faciant, uberrimam ab ipso Domino Deo tam boni operis ac pii mercedem habituri. Similemque annorum decem indulgentiam ab Apostolica sede consequuturi, cum tertia parte mulctæ, quâ dictus blasphemus plectitur, quoties tale scelus puniendum curaverint. Quam quidem indulgentiam & reliquam tertiam mulctæ partem, accusatori blasphemiæ nomen deferenti, similiter concedi & assignari volumus, aliis pœnis contra hujusmodi blasphemos per sacros canones expressis, nihilominùs in suo robore manentibus.

TITULUS VIII.

DE HOMICIDIS ET BANNITIS.

Pius Secundus.

Pœna homicidarum, & eorum fautorum.

CAP. I.

AD retinendas insolentias transgressorum, si nervus publicæ disciplinæ lenuerit, eorum ad peccandum voluntas fit laxior, & exemplum impunitatis periculosiùs in alios derivatur, propter quod ad præsidentis officium pertinet, talem adhibere justitiæ severitatem & debitam executionem, quòd commissa crimina puniat, & committendorum in posterum interdicat audaciam. Cùm autem ad audientiam nostram pervenerit, quòd à certis annis citrà, in nostris & Ecclesiæ Romanæ terris, locis, & tenimentis, nobis & Ecclesiæ prædictæ mediatè & immediatè subjectis, quamplura, quandoq; etiam ex levibus causis, commissa esse reperiantur homicidia, sitque inter alia crimen homicidii perniciosum & detestabile, debeatque juxta canonicas sanctiones gravi animadversione puniri, tantoque severiùs puniendum & extirpandum, quantò manifestiùs cognoscimus, quòd ex eo ut plurimùm scandala & mala plurima subsequuntur. Cupientes idcircò, ex debito pastoralis officii, quòd nostri

& Ec-

& Ecclesiæ Romanæ prædictæ mediatè & immediatè subjecti, juxta piam dispositionem Regis pacifici, qui regnat in cœlis, pacifici sint & modesti, nonnullas pro hujusmodi crimine homicidii debitè puniendo, edidimus constitutiones infrascriptas: quas ad hoc, ut aliquis de eisdem ignorantiam prætendere non possit, volumus per omnes & singulas civitates, nobis & Ecclesiæ Romanæ prædictæ mediatè vel immediatè subjectas, publico præconio publicari; mandantes, ac auctoritate Apost. tenore præsentium decernentes, omnes & singulos, juxta constitutionum earundem determinationem, obstrictos esse ad observationem ipsarum, ac si personaliter singulis intimatæ forent, cùm non sit verisimile, quòd ad eorum notitiam non devenerit, quòd extitit tam publico præconio patefactum. Tenor verò constitutionum, de quibus suprà fit mentio, sequitur, & est talis, videlicet,

Homicidio non datur salvus conductus repetendæ patriam, etiamsi injuriis & damnis passum fecisse constet.

CAP. II.

SAnctissimus Dominus noster, intendens quieti patriæ consulere, & ipsam sicariis, homicidis, & malefactoribus expurgare, statuit & decrevit, quòd omnes illi, qui pro delicto homicidii fuerint condemnati, seu aliàs de civitate aliqua & districtu illius banniti, non possint ad civitatem seu districtum hujusmodi, quocunque tempore redire, seu in eis vel eorum altero moram trahere, etiam habitâ pace ab hæredibus, vel consanguineis, seu filiis ipsius occisi; nec legatus etiam de latere, aut Gubernator, qui pro tempore fuerit, vel quivis alius, possit auctoritate Apostol. seu ex officio suæ legationis, aliquem homicidam sic exbannitum rebannire, reducere, seu revocare ad civitatem vel districtum, aut eorum alterum; seu ei licentiam vel salvum conductum concedere redeundi seu morandi in eis, vel eorum altero, in perpetuum vel ad tempus modicum sive magnum, nec etiam per diem unum, sive nostrum; quòd si secus per quemquam ex suprædictis factum fuerit, incidat in pœnam excommunicationis ipso facto, sine ulteriori sententia declarationis; à qua per alium, quàm per summum Pontificem (& tunc factâ de hoc speciali expressione) non possit absolvi; ac reductio licentia, revocatio, salvus conductus, & cassatio processûs & banni hujusmodi, sint ipso jure nulla, nullusque roboris, vel momenti: incidat etiam in pœnam ducatorum mille, Cameræ Apostolicæ applicandorum, quam Thesaurarius, cui hoc secretò vel publicè fuerit denunciatum, retinere faciat & mandet, nullo super hoc expectato seu requisito superioris mandato: quòd si non fecerit Thesaurarius, ipso eandem sententiam excommunicationis ipso facto, cum eisdem qualitatibus, incurrat: ipseque sic rebannitus, reductus, revocatus, sive alio quocunque modo reversus, possit & debeat capi, detineri, & incarcerari; & de ipso, secundum sententiam contra eum latam, justitia fieri, per Gubernatorem, Potestatem, & alios officiales, ad quos spectat seu pertinet, incontinenti, sine ulteriori licentia, notificatione, & requisitione superioris, vel alterius, sub pœna ducentorum ducatorum auri, Cameræ Apostolicæ applicandorum vel retinendorum; quam Thesaurarius præfatus simili modo & formâ, ac sub similibus censuris, faciat retineri; prout superiùs est expressum. Hoc autem extendi voluit ad eos, qui revocati, rebanniti, vel aliàs quomodocunq; remissi fuerint, quâcunq; auctoritate seu licentiâ (præterquam ex speciali commissione seu mandato Romani Pontificis, contento in literis authenticis, & bullâ plumbeâ munitis, à duobus mensibus citrà, termino dierum quindecim, quo possint de civitate liberè recedere, eis concesso) vel qui in futurum rebannientur, revocabuntur, seu aliàs remittentur, per quemcunq; quâvis auctoritate prædictâ, sub pœnis pecuniariis, & aliis Ecclesiasticis censuris, de quibus superius est dictum.

Appellationi non est locus bannitis ob homicidium. Exules fines quinquaginta milliaribus à loco delicti extendunturi.

CAP. III.

ITem, quòd quæcunque appellationes interpositæ vel interponendæ ab hujusmodi, vel aliis sententiis sive gravaminibus contra homicidas latis, vel à processu contra eos facto, etiam si lis vel instantia super eis pendeat, & inhibitiones, vigore ipsarum emissæ, per auditorem cameræ, vel alium quemcunque ordinarium, vel delegatum, sint nullæ & invalidæ, nec ad ulteriora super eis, vel ipsarum vigore, procedi possit ac debeat: quinimò appellationes litis & causæ hujusmodi, censeantur avocatæ, extinctæ & invalidæ, nec potestates vel alii officiales inhibiti, hujusmodi mandatis, inhibitionibus, litis pendentiis, censuris & pœnis in eis contentis, astringantur; imò teneantur, & debeant, sub pœnis suprapositis, ad executionem sententiarum latarum procedere. Possit tamen in causis aliis, à jure vel statuto permissis, appellari ad Gubernatorem civitatis seu provinciæ; qui infra mensem causam diffinire teneatur; quo elapso, appellatio, inhibitio, & instantia super eis sint nulla, & liberè, sine impedimento, possit fieri executio sententiæ vel banni, ac si non fuisset inhibitum & appellatum; quodque banniti & condemnati propter hujusmodi crimen homicidii, censeantur & sint banniti ab omnibus circumvicinis, usque ad milliaria quinquaginta, infra quæ, si reperti fuerint, possit & debeat capitalis sententia, sive condemnationis pecuniariæ executio fieri contra eos, per potestates & alios officiales, civitati, districtui, & loco præsidentes, sub pœnis pecuniariis simili formâ imponendis.

Homicidii notoris rei quibus pœnis subjicantur.

CAP. IV.

ITem, quòd omnes & singuli homicidæ, quorum delictum notorium fuerit, vel de homicidio infamati, seu condemnati etiam si de delicto hujusmodi, ex forma statutorum, non possit inquiri, vel aliqua pœna imponi, vel etiam si ipsius delicti, vel pœnæ pro eo interpositæ, auctoritate Apostolicâ, vel alterius, ab ea vel à Romano Pontifice potestatem habentis, sit facta remissio, cassatio, processus, & sententia annullata, vel aliàs quomodolibet dispensatum, per viam gratiæ seu justitiæ, in toto vel in parte, non possit habere officia vel dignitates in quibuscunque locis, civitatibus, & terris, à quibus banniti fuerint, in quibus domicilium eorum originemque habuerint, seu aliam moram traxerint, vel residerint, etiamsi fuerint absoluti, rebanniti, vel aliàs eorum sententia, seu condemnatio, sive processus cassati, irritati, vel alias pro infectis habiti; sed perpetuò sint infames, & omni dignitate privati, nec possint ferre testimonium, nec tabellionatûs officium exercere, non admittantur ad judicandum, seu ad aliud officium exercendum, & ab omnibus actibus legitimis sint perpetuò suspensi; quinimò, si hujusmodi officia acceptaverint, exercuerint, seu ad ea exercenda admissi fuerint, tam ipsi, quàm gubernator, legatus aut superior, qui eum elegerit, vocaverit, aut ipsum officium exercere, seu ei præesse passus fuerit, pœnam quingentorum ducatorum auri, ipso facto incurrat, & suâ gubernatione privetur, nec gesta in judicio, vel extra judicium, tam per eum, qui admissus fuerit ad officium, quàm per eum, qui illud ab eo exercere passus fuerit, de cætero valida sint, & robur obtineant: quinimò sint nullius roboris vel momenti, & si Ecclesiasticæ personæ fuerint, excommunicationis sententiam ipso facto incurrant.

Sixtus IV.

Deo & hominibus exosi veri fanguinum, adversùs quorum audaciam & fervorem petulantiam constitutio à Pio II. edita probatur & confirmatur.

CAP. V.

DEo & hominibus abominabiles esse viros sanguinum, Propheta testatur, nec immeritò, cùm horrendâ sævitiâ, non solùm corporum, sed etiam animarum eorum, quos interimunt (si non sint armis spiritualibus, divinâ præveniente gratiâ, præmunitæ) deperditionem procurare noscantur, pro quibus Dominus noster Jesus Christus mortem subiit temporalem. Ad reprimendum igitur talium conatus nefarios, plurimùm conferre arbitramur, contra eos, qui hujusmodi detestabile scelus patrare non expavescunt, justitiâ severissimâ puniri, & latas pro tempore condemnationes, debitæ executioni demandari: eaque quæ pro talium condemnationum faciliori executione, & sicariorum hujusmodi persecutione, à prædecessoribus nostris provide emanârunt, ut eò firmius observentur, quò fuerint sæpius Apostolicâ auctoritate munita, libenter approbantes, munimine roboramus, atque alia desuper statuimus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire. Dudum siquidem per fel. record. Pium Papam II. prædecessorem nostrum, accepto, quòd à certis annis tunc elapsis citrà, &c. Cùm autem (sicut nuper accepimus) contenta in eisdem literis ab aliquibus temporibus citra non fuerint observata, & ex illorum inobservantia subditi præfatæ Eccles. promptiores fuerint ad homicidia committenda, jamque ferè passim quotidiè homicidia perpetrentur, & homicidæ præfati ideò ad illa committenda promptiores existant, quia sperant latere, & suorum excessuum remissionem consequi facilè posse, nos, qui detestabilem & horrendam talium sicariorum nequitiam, ad aliorum cautelam, opportunis juris remediis prosequi, studio cupimus indefesso, habitis super his cum fratribus nostris, præfatæ Ecclesiæ Cardinalibus, deliberatione maturâ, & de illorum consilio, statuta & decreta Pii prædecessoris præfati, & prout illa concernunt, omnia & singula in dictis literis contenta, auctoritate Apostolicâ, præsentium tenore, approbamus, & robur perpetuæ firmitatis obtinere debere decernimus, ac volumus, & præfatâ auctoritate, de eorundem fratrum consilio, statuimus & ordinamus, quòd condemnati hactenus, & quos in posterum condemnari contingeret ubilibet, in civitatibus, terris, & locis prædictis, pro homicidio, sive ut principales, sive ut auxilium, consilium & favorem præstantes, suarum condemnationum remissionem, aut contra illos salvum conductum & licentiam, secure in loco patrati criminis, vel ei infra quinquaginta milliaria (ut præfertur) propinqua, nullatenus obtinere possint ab alio, quàm à nobis, & Romano Pontifice, qui pro tempore erit, & alicujus alterius, etiam Legati de latere, remissio nemini suffragetur. Et si fortè contingeret, nos, & eundem Romanum Pontificem pro tempore existentem, ad remissiones sive salvum conductum hujusmodi procedere, talis remissio per præoccupationem processisse censeatur, & nemini prodesse possit, nisi in illa verè præsentium literarum tenor de verbo ad verbum, non autem per clausulas idem importantes, insertus foret, & specifica, & determinata causa exprimeretur, quæ nos, & successores nostros, induceret ad derogandum præsentibus, quæ cum tam matura deliberatione à nobis emanârunt. Romæ 14. Calend. April. 1484.

Julius Secundus.

Homicidia rei & exules, ob quodcunq; capitale scelus bannitos, recipientes & tuentes, pœnis canonicis & à jure statutis plectuntur.

CAP. VI.

DUdum per felic. record. Pium Papam II. prædecessorem nostrum, accepto, quòd à certis annis tunc elapsis citrà, in terris, locis, & tenimentis Romanæ Ecclesiæ mediatè vel immediatè subjectis, quamplura etiam ex levibus causis commissa esse reperiebantur homicidia, &c. Et deinde piæ memoriæ Sixtus Papa IV. etiam prædecessor noster, accepto per eum, quod in ipsius Pii prædecessoris literis contenta, à certis annis tunc elapsis citrà, non fuerant observata, &c. Prout in singulis literis prædictis plenius continetur. Cùm autem tempore assumptionis nostræ ad summi Apostolatûs apicem, propter guerras, quibus non solùm civitates, terræ, & loca temporali dominio eidem Romanæ Eccl. subjecta, sed etiam tota Italia decem ferè annis, magno cum omnium in eis habitantium incommodo vexata fuerunt, in eisdem civitatibus, terris & locis, præsertim in urbe nostra, intestina ac diuturna odia, & discordias, civilesque dissensiones vigere, ac furta, latrocinia, homicidia passim perpetrari cognoverimus, mente revolventes, præfatum Sixtum prædecessorem & avunculum nostrum, qui nos ad Cardinalatûs honorem evexit, ad decorem & venustatem urbis prædictæ, & illius temporum restaurationem, ac personarum ejusdem urbis, ac aliarum civitatum & locorum eidem Romanæ Ecclesiæ subjectorum commoda, aciem suæ considerationis extendisse, illius exemplo permoti, animum ad sedandum discordias & odia, tam in dicta urbe, quàm aliis civitatibus, terris, & locis dictæ Ecclesiæ subjectis, ad firmandam perpetuam pacem & quietem, non sine maximis animi & corporis molestiis & curis, pro subditorum nostrorum commodis applicavimus, idque opportunis juris remediis omni studio efficere cupimus. Habitâ igitur super iis cum fratribus nostris S.R.E. Cardinalibus deliberatione maturâ, & de illorum consilio, literas Pii & Sixti prædecessorum prædictorum, & prout illas concernunt, omnia & singula in dictis literis contenta, auctoritate Apostolicâ, tenore præsentium, approbamus, & innovamus, & robur firmitatis perpetuæ obtinere debere decernimus, ac illas ad bannitos, exititios, & rebelles, aut alios, pro quocunque alio crimine capitali, à quibusvis officialibus, tam in dicta urbe, quàm extra eam, & in terris eidem Romanæ Ecclesiæ mediatè vel immediatè subjectis jus dicentibus, pro tempore condemnatos, ac brigosos nuncupatos, pacem, juxta ordinationes dictæ urbis Apostolicâ auctoritate approbatas, facere recusantes, necnon jus sibimet contra alios dicentes, aut cavalcatas sine Romani Pontificis, aut officialium suorum speciali licentia facientes vel morientes, præfatâ auctoritate, de eorundem fratrum consilio extendimus, ac universis & singulis, tam laicis, quàm Ecclesiasticis, cujuscunque status, gradûs, ordinis, excellentiæ, dignitatis, Ducibus quoque, Comitibus, Baronibus, domicellis, necnon communitatibus, civitatibus, civitatum, terrarum, castrorum, & aliorum quorumcunque locorum, nobis & eidem Romanæ Ecclesiæ mediatè vel immediatè subjectorum, districtè præcipiendo mandamus & inhibemus, ne aliquis eorum homicidas, bannitos, exititios, & rebelles, aut pro alio capitali crimine condemnatos, aut brigosos, pacem facere recusantes, seu jus sibi contra alium dicentes, aut cavalcatas facientes vel moventes, in eorum civitatibus, castris, seu locis aliis quibuscunque recipere & retinere, seu auxilium, consilium vel favorem, directè vel indirectè, publicè vel occultè, per se vel alium præstare, aut in eorum domibus, seu castris, vel locis recipere & receptare præsumat.

Et si quis contra inhibitionem & mandatû hujusmodi quovis modo, directè vel indirectè, de cætero venire præsumpserit, nos omnes & singulos sic contravenientes, contra quos per Pium & Sixtum præfatos, ac alios prædecessores nostros Romanos Pontifices, & Apostol. sedis Legatos, etiam satis est debitè provisum, excommunicationis majoris, & anathematis sententiam, à qua non nisi à nobis, vel eisdem successoribus, præterquam in mortis articulo constituti, & debitâ satisfactione præmissâ, absolvi possint, incurrere, eosque omnibus & singulis privilegiis, gratiis, libertatibus, indultis, exemptionibus, immunitatibus realibus & personalibus, ac civitatibus, castris,

castris, terris, locis & dominiis eorum, dignitatibus, & honoribus, juribus, officiis, ac etiam feudis, & concessionibus quibuscunque, quæ à nobis & Romana, ac quibuscunq; aliis Ecclesiis, obtinere noscuntur, sub quacunque verborum forma & tenore, ac cum quibusvis fortissimis & insolitis clausulis, immunitatibus, exemptionibus, & privilegiis, etiam præservativis ab incursu pœnæ privationis ipso jure (quorum tenores, ac si de verbo ad verbum inserti forent, præsentibus pro expressis haberi volumus) eo ipso privatos, & inhabiles ac indignos ad illa & quælibet alia in posterum obtinenda, & quoscunq; actus legitimos exercendos, fore nunciamus, & alia per nos & successores nostros, absq; aliqua declaratione super incursu pœnæ privationis hujusmodi, aut citatione eorum, qui privationis pœnam incurrerint, facienda, aliis personis in feudum seu vicariatum, aut aliàs, ac si per ipsum temporis concessionis, aut finitam lineam, ad dictam Cameram revertissent, liberè concedere, ac aliàs de illis disponere posse decernimus & declaramus, necnon civitates, terras, castra, & loca prædicta Cameræ Apostolicæ confiscamus, incorporamus, applicamus, & appropriamus, ac confiscata, incorporata, applicata, & appropriata esse, sicque contravenientes, pro rebellibus ejusdem Romanæ Ecclesiæ haberi & censeri debere volumus, eorum subditos, & vasallos, & arcium, civitatum, terrarum, castrorum, & locorum prædictorum castellanos, à quocunq; fidelitatis juramento, quo ipsi essent quomodolibet astricti, penitùs absolventes. Civitates quoque, terras, castra & loca prædicta, si ad ejusdem Romanæ Ecclesiæ obedientiam se non reduxerint, seu in præmissis quomodolibet deliquerint, & etiam quorumcunq; eis consilium, auxilium, vel favorem quovis modo directè vel indirectè, publicè vel occultè præstantium, etiam quâcunque Ecclesiasticâ vel Mundanâ, etiam Regali præfulgeant dignitate & excellentiâ, ut præfertur, & ad quæ eos declinare contigerit; Ecclesiastico subjicimus interdicto, tamdiu firmiter observando, donec ibidem fuerint, etiam per triduum post inde discessum. Illos quoque, qui aliquem sciverint culpabilem in prædictis, & nobis vel successoribus nostris infra trium dierum spatium non retulerint, vel alicui, per quem ad nos verbum fideliter præferatur, similes pœnas incurrere volumus.

Pius Quartus.

Homicidii reus in carcere constitutus auditur, nec priùs ad locum exilii remittatur, quàm hæredum occisi jure satisfecerit.

CAP. VII.

CUm nos dudum vestigiis felic. record. Julii Papæ II. prædecessoris nostri inhærentes, nullum homicidii reum, qui se ab illo, etiam sub prætextu, quòd alium bannitum occiderit, seu ab alio banniti occisore, juxta formam bannimentorũ id permittentium, nominatus fuerit, aut ex alia quavis causa, absolvi debere prætendat, ad absolutionem petendum per procuratorem, aut excusatorem, seu defensorem, etiam velut quemlibet de populo comparentem, audiri vel admitti debere, nisi ipse reus se in carcere personaliter constituerit, statuerimus & ordinaverimus, prout in nostris desuper editis literis, quarum tenores præsentibus haberi volumus pro expressis, plenius continetur: Verùm cùm, ut nuper accepimus, à nonnullis in dubium revocetur, an in dictis nostris literis solùm homicida banniti vel condemnati, non autem illi, qui nondum condemnati vel banniti essent, comprehendantur. Nos propterea omnem ambiguitatem circa præmissa amputare & penitùs tollere volentes, motu simili, & ex nostra certa scientia, hâc nostrâ perpetuò valiturâ constitutione, nullum ab homicidio, seu alio quovis crimine, pro quo pœna corporalis veniat imponenda, ex aliqua causa, etiam quia alium bannitum occiderit, vel ab alio banniti occisore, juxta formam proclamatuum & bannimentorum id permittentium, vel constitutionum desuper editarum, nominatus fuerit, sive etiam, quia ab ipso occisus, bannitus & condemnatus extiterat, ac impunè, ex dispositione dictorum proclamatuum & bannimentorum seu constitutionum, occidi potuerit, se absolvi debere prætendentem, sive pro homicidio, aut alio crimine per eum commisso bannitus & condemnatus sit, sive nondum bannitus nec condemnatus, nec etiam inquisitus existat, per se vel aliam personam pro eo quomodolibet comparentem, ad absolutionem petendum admitti vel audiri posse, nisi se priùs in carcere constituerit, & ad causam hæredes, ab ipso occisi, citari, & in eventum, quòd quis ab homicidio per ipsum commisso, ex eo, quòd alium bannitum occiderit, vel ab aliquo banniti occisore, ut præfertur, nominatus fuerit, se absolvi obtineat, eum nihilominùs à loco, in quo hæredes occisi commorantur, quousq; ab illis pacem obtinuerit, exulare debere, neq; ad eum locum aliter, nisi pace ab illis habitâ, remitti posse, perpetuò statuimus & ordinamus. Inhibentes nihilominùs omnibus & singulis judicibus, quâcunq; auctoritate fulgentibus, sub excommunicationis latæ sententiæ, aliisq; arbitrii nostri pœnis, & nostris etiam de latere Legatis, sub indignationis nostræ pœna, ne contra tenorem hujus nostræ constitutionis, de cætero quempiam sic; ut præmittitur, se absolvi petentem, nisi in carcere constitutum, quoquomodo audiant vel admittant: & ubi secus fecerint, processus taliter habitos, ac sententias desuper latas, nullius fore momenti, ac vitio nullitatis subjacere, & illis non obstantibus, reos sic absolutos pœnis debitis puniri, seu de novo inquiri posse. Rom. 2. Feb. 1565.

Sixtus V.

Rei pro cujuscunq; flagitio culpa ad capitalem pœnam damnati etiam per contumaciam, non audiantur, nisi in carceribus constituti, & hæredibus eorum, ad quos actio pertinet, extenti.

CAP. VIII.

LIcèt aliàs felic. recordat. Pius Papa IV. prædecessor noster motu proprio, & ex ejus certa scientia, suâ perpetuò valiturâ constitutione sanciverit, nullum ab homicidio, seu alio quovis crimine, pro quo pœna corporalis veniret imponenda, ex aliqua causa, vel quia bannitum occidisset, seu ab alio banniti occisore, juxta formam proclamatuum & bannimentorum id promittentium, vel constitutionum desuper editarum, nominatus fuisset, sive etiam, quia ab ipso occisus bannitus & condemnatus extitisset, & impunè, ex dispositione dictorum proclamatuum & bannimentorum, seu constitutionum, occidi potuisset, se absolvi debere prætendens, seu pro homicidio, aut alio crimine per eum commisso, bannitus & condemnatus foret, sive nondum bannitus & condemnatus, nec inquisitus existeret, per se vel aliam personam pro eo quomodolibet comparentem, ad absolutionem petendum, admitti vel audiri posse, nisi se priùs in carceribus constituisset, & defuncti hæredes ab ipso citati fuissent. Et in eventum, quòd quis ab homicidio per eum commisso, ex eo, quòd alium bannitum occidisset, vel ab alio banniti occisore nominatus foret, se absolvi obtineret, eum nihilominùs ad locum, in quo occisi hæredes commorantur, quousq; ab illis pacem obtinuisset, exulare debere, neq; ad eum locum aliter, nisi pace ab illis habitâ, remitti posse, perpetuò statuerit & ordinaverit: Inhibens nihilominùs omnibus & singulis judicibus, tam secularibus, quàm Ecclesiasticis, etiã nostris de latere Legatis, sub indignationis sententiæ pœna, ne contra constitutionis hujusmodi tenorẽ, de cætero quempiam sic, ut præmittitur, se absolvi petentem, nisi in carcere constitutum, quoquomodo audire vel admittere audeant vel præsumant, & ubi secus fecerint, taliter per eos habitos processus, & sententias desuper latas nullius fore momenti, ac nullitatis vitio subjacere, & illis non obstantibus, reos sic absolutos pœnis debitis puniri, seu de novo inquiri posse. Sicque per quoscunq; judices & Commissarios, quâvis auctoritate fulgentes, sublatâ eis & eorum cuilibet quâvis aliter judicandi facultate & auctoritate, judicari debere decre-

verit, aliaq; forsan fecerit, prout in ipsis Pii literis desuper in forma motûs proprii signatis, plenius continetur. Cùm tamen à nonnullis in dubium revocetur, an in literis Pii prædecessoris hujusmodi comprehendantur etiam illi, qui ex aliqua criminali causa, pro qua pœna corporis afflictiva imponenda foret, in eorum contumaciam condemnati fuerint, ita ut ad purgandum contumaciam & condemnationem hujusmodi, admitti vel audiri non debuerint, nec debeant, nisi priùs se in carceribus constituerint: Nos omnem circa præmissa ambiguitatem è medio tollere & penitùs amputare volentes, necnon literarum hujusmodi tenores, præsentibus pro expressis habentes, illisq; nihil addentes, vel minuentes, motu simili, ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine decernimus & declaramus, eos omnes & singulos, qui ex hujusmodi causis, licèt in eorum meram contumaciam hactenus condemnati fuerint, & in futurum condemnabantur, sub eisdem literis omninò comprehensos fuisse, & esse, ac fore, ita ut non aliter ad purgandum dictam eorum contumaciam & condemnationem admitti debuerint, vel debeant, nisi sese priùs in carceribus constituerint vel constituant. Decernentes, quòd in quacunque instantia, casu, & causa se absolvi petant, licèt forsan in aliqua se constituerint, nullo modo audiantur, nisi se priùs in carceribus, servatis servandis, de novo constituerint, & novæ constitutioni hujusmodi ad plenum satisfecerint. Ac omnes & singulas absolutiones, remissiones, & quasvis alias gratias, contra præsentium tenorem, quomodolibet pro tempore impetratas, & à quibuscunque judicibus, cujuscunq; dignitatis, statûs, gradûs, ordinis & conditionis existant, quovis prætextu, vel causâ emanatas, nullatenus attendi debere, minusque cuiquam prodesse modò posse, sed tanquam nullas & invalidas, nullius q; roboris vel momenti, rejiciendas esse, licereq; præfatis & aliis judicibus, quibuscunq; illis non obstant. processus hujusmodi reassumere, & prout juris fuerit, terminare. Rom. 12. Jul. 1567.

Idem.

Sanctorum pie & justè in homicidas & bannitos edictarum accurata declaratio & confirmatio.

CAP. IX.

Pix memoriæ Pius Papa IV. prædecessor noster, Pii II. Pauli, Sixti, Julii, Leonis, & Clementis prædecessorum literas, in bannitos, sicarios, & homicidas latas, cum statutorum, ordinationum, extensionum, ampliationum, revocationum, cassationum, irritationum, annullationum, decretorum, confiscationum, incorporationum, applicationum, voluntatum, hortationum, requisitionum, & mandatorum, ac omnibus & singulis aliis in eis respective contentis clausulis, auctoritate Apostolicâ, per suas literas approbavit, & innovavit, ac perpetuâ roboris firmitate subsistere, & per singulos, quos literæ ipsæ concernebant & concernerent in futurum, sub excommunicationis, anathematis, maledictionis, infamiæ, suspensionis, diffidationis, criminis læsæ majestatis, seditionis, rebellionis, confiscationis, depositionis, privationis, inhabilitatis, & interdicti, ac aliis censuris & pœnis, Ecclesiasticis & temporalibus, ac corporis afflictivis, in eisdem literis contentis, quas contravenientes eo ipso incurrerent, perpetuò inviolabiliter observari, illasque etiam ad homicidas, sicarios, exititios, criminosos, rebelles, aliosque infames, propter homicidia & alia nefanda per eos perpetrata, excessus, crimina, & delicta, etiam ad hoc, ut ipsi in civitatibus, terris, castris, vel locis eorum, seu in quibus tunc morabantur, banniti & condemnati, etiam habitâ pace ab hæredibus, filiis, seu consanguineis occisorum, aut partium læsarum, non solùm à locis circumvicinis usque ad quinquaginta milliaria, sed etiam ab omnibus & singulis civitatibus, terris, castris, & locis, etiam regni, & partium prædictarum nobis & dictæ Romanæ Ecclesiæ, mediatè vel immediatè, quomodolibet subjectis, banniti & exules essent, & esse censerentur, nec in illis, seu eorum aliquo, etiam prætextu cujusvis licentiæ, salvi conductûs, remissionis, reductionis, revocationis, vel alterius gratiæ, per eos desuper quomodolibet pro tempore obtentæ, moram trahere possent. Et si in eis residerent, vel reperti essent, capi & detineri, & incarcerari, ac juxta criminum & excessuum per eos perpetratorum qualitatem, & literarum Pii II. & Clementis prædecessorum hujusmodi tenorem, sub pœnis in eisdem literis contentis, per officiales civitatis, terræ, castri, vel loci, in qua vel quo deprehensi forent, debitis pœnis plecti, seu inde educi, & ad forum seu officiales, ad quos criminum seu excessuum eorundem punitio de jure vel consuetudine pertineret, remitti deberent, extendi & ampliari debere, & in eis locum habere decrevit. Et nihilominùs præmissa omnia & singula, prout per Pium II. Paulum, Sixtum, Julium, Leonem, & Clementem prædecessores præfatos statuta, ordinata, extensa, ampliata, revocata, cassata, annullata, inhibita, decreta, & declarata fuerant, etiam ad hoc, ut Duces, Barones, Marchiones, Comites, Domini temporales, Vicarii, Feudatarii, Capitanei, Magnates, Principes, communitates, cives, officiales & personæ, ac alii, quos prædictæ, & præsentes literæ, concernunt, ac ipsorum singuli literas, & in eis contenta hujusmodi non observantes, & illis directè vel indirectè quomodolibet contravenientes, ac eis adhærentes, eorumque fautores & complices, singulas censuras & pœnas prædictas eo ipso, absq; aliqua declaratione incurrerent, & incurrisse censerentur. Ipsiq; Duces, Barones, Marchiones, Comites, domini temporales, Vicarii & Feudatarii, civitatum, terrarum, castrorum, & locorum, etiam regni, & partium prædictarum, sibi & eidem Ecclesiæ immediatè subjectorum aliquos suos, & dictæ Ecclesiæ hostes & inimicos, aut subditos exules, bannitos, & facinorosos, cujuscunq; statûs vel conditionis essent, publicè vel occultè, ullo unquam tempore recipere vel acceptare, nullatenus præsumerent. Et si aliquos ad eorum dominia & territoria confugere contingeret, illos ex eorum dominiis vel territoriis hujusmodi expellere, seu ad simplicem jussionem vel requisitionem suam, & successorum suorum, quò vellet, & successores ipsi vellent, tutè conduci facere, ac quòd præmissa ab ejus subditis inviolabiliter observentur, omni excusatione cessante, cum effectu curare, sub similibus privationis & rebellionis, ac criminis læsæ majestatis pœnis, si contrafecissent, eo ipso incurrendis.

Necnon ut homicidæ, fautores & complices præfati, facilius capi & puniri possent, quòd communitates civitatum, & universitates terrarum, castrorum, & locorum, in quibus, seu quorum territorio, districtu, & ditione, dicta homicidia perpetrarentur, sub paribus interdicti Ecclesiastici, & duorum millium per communitates ac mille ducatorum per universitates, necnon civitatum, terrarum, & locorum eorundem Domicelli, Barones, Vicarii, & alii in temporalibus domini, sub majoris excommunicationis latæ sententiæ, & quinq; millium ducatorum auri, præfatæ Cameræ irremissibiliter applicandorum, eo ipso, absq; alia declaratione incurrendis pœnis, eosdem homicidas, complices, & fautores statim capere, ac omnè exactissimam diligentiam, de qua per publica documenta fidem etiam facere tenerentur, capi facere: & si eos capere non possent, statim commissum homicidium universitatibus, seu incolis & habitatoribus oppidorum & locorum circumvicinorum, ad quæ declinabunt seu declinare poterunt, notificari. Communitates verò, & domini in temporalibus prædicti, ad quorum ditiones tales declinabunt, cùm primùm id ad eorum notitiam devenerit, eos apprehendere, seu apprehendi facere: quòd si non potuerint, similiter in universitatibus seu incolis & habitatoribus vicinorum locorum, ad quæ declinabunt, aut verisimiliter declinare poterunt, insinuare, & captos ad eorum

eorum judices ordinarios traducere & tradere, sub similibus pœnis tenerentur, & deberent, de novo statuit, ordinavit, inhibuit & declaravit Et similiter quibusvis dictæ sedis Legatis, etiam de latere, ac Nunciis, & Provinciarum Rectoribus, necnon suis, & dictæ Romanæ Ecclesiæ Vicariis in temporalibus pro tempore existentibus, & præfatis communitatibus, omnem, super absolutionis homicidiorum hujusmodi, per eum & prædecessores suos ac sedem eandem, sub quavis forma & verborum expressione, concessam, approbatam, & innovatam auctoritatem & facultatem revocavit, cassavit, irritavit, & annullavit. Et si quando similes absolutiones per eum, & successores suos Rom. Pontifices, & sedem præfatam concedi contingeret, illas per judices & officiales, ad quos pertineret, nisi trinæ literæ Apostolicæ, sub intervallo unius mensis pro singulis literis hujusmodi, cum expressa derogatione præsentium, desuper emanarent, nullatenus admitti vel observari voluit, prout in singulis literis prædictis plenius continetur.

Cùm autem statim, ubi nos ad summi Apostolatûs apicem (divinâ cooperante providentiâ) assumpti fuimus, ob earundem literarum non observationem, in eisdem civitatibus, terris & locis, ac etiam in alma urbe nostra, varias dissensiones, discordias, & odia vigere, latrocinia & homicidia, aliaque nefandissima crimina perpetrari, ac præfatos Pium II. Paulum, Sixtum, Julium, Leonem, Clementem, ac Pium IV. prædecessores, pro felici ac tranquillo statu & commodo personarum, tam dictæ urbis, quam aliarum civitatum, terrarum & locorum prædictorum, præmissa statuisse, ordinâsse & peregisse perspexerimus: Idcircò nos quoque eâdem ratione quietis videlicet ac pacis moti, habitâ super his cum venerabilibus fratribus nostris ejusdem sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus deliberatione maturâ, ac de illorum unanimi consilio & assensu singulas Pii II. & Pauli, ac Sixti, necnon Julii, & Leonis, & Clementis, & Pii IV. prædecessorum literas hujusmodi, cum statutorum, ordinationum, extensionum, ampliationum, revocationum, cassationum, irritationum, annullationum, decretorum, confiscationum, incorporationum, applicationum, voluntatum, hortationum, requisitionum, & mandatorum, omnibusq; & singulis aliis in eis respectivè contentis clausulis, Apostolicâ auctoritate prædictâ, tenore præsentium, approbamus, confirmamus, & innovamus, illisq; perpetuum & inviolabilis firmitatis robur adjicimus, ac ab omnibus & singulis, quos illæ concernunt, penitùs, ac sub prædictis per contrafacientes irremissibiliter incurrendis pœnis, observari volumus atque decernimus, easdemq; literas ad hoc, ut si homicidæ, sicarii, banniti in civitatibus, terris, castris, & locis prædictis cuiquam damna aliqua intulerint, ipsique damnis taliter illatis, à civitatum communitatibus, ac terrarum, castrorum, & locorum hujusmodi universitatibus, capti & deprehensi non fuerint, sed taliter delinquentes impunè evaserint, communitates ac universitates hujusmodi (præterhoc, quòd ad damnorum quorumcunq; sic illatorum parti læsæ, damnaque hujusmodi patienti, eorumq; hæredibus plenariam restitutionem & satisfactionem omninò teneantur) ad tantundem, quantum damna illata hujusmodi extimata fuerint, Cameræ Apostolicæ realiter & cum effectu persolvendum, omninò sint astricti, auctoritate & tenore præfatis extendimus & ampliamus. Mandantes eisdem communitatibus & universitatibus, quatenus ipsæ in virtute sanctæ obedientiæ, & sub majoris excommunicationis, ac aliis nobis, & pro tempore existenti Romano Pontifici benevisis pœnis, eosdem sicarios & bannitos, in eorum civitatibus, castris, terris & locis commorantes, seu per eas & ea transeuntes, capere, & ad populum convocandum & coadjuvandum campanas pulsare, eosq; sic captos ad carceres conducere, aut Curiæ temporali consignare, omninò teneantur. Rom. 3. Non. Jul. 1586.

Sixtus Quintus.

In sicarios, bannitos, latrones, & homicidas aquissima constitutio, prærum Pontificum decreta confirmans.

CAP. X.

HOc nostri Pontificatûs initio, inter multa Reipublicæ damna & incommoda, quæ menti nostræ obversabantur, nobis longè fuit gravissimum, quòd populos S. R. E. ditioni temporali subjectos, non modò ad rerum, substantiarumque suarum pernutationem & jacturam, sed etiam vitæ periculum redactos invenerimus, exulibus, bannitis, cæterisque id genus facinorosis hominibus, ita undiq; ingruentibus & grassantibus, ut vix quisquam ab hac hominum peste tutus alicubi consistere posse videatur. Quare cùm ad hæc sananda mala, ex officii nostri debito, & præcipuâ erga nostros ac ejusdem Roman. Eccl. subditos charitate assiduè extimulemur, nihil non agere & tentare decrevimus, quò populis optata quies, salus, securitas & tranquillitas per nos restituatur. Quod ita demum, Deo auxiliante, speramus non esse consecuturos, si cautè provideatur, ne ullum domi forisq; intra extravé fines nostros, criminosis hominibus hujusmodi pateat diffugium aut receptaculum, sed omninò legum & magistratuum severitatem, justitiæq; gladium subire, ac debitas pœnas luere cogantur.

Itaque de fratrum nostrorum consilio, omnes & singulas constitutiones à fel. record. Pio II. Paulo etiam II. Sixto IV. Julio similiter II. Leone X. Clemente VII. Julio III. Pio etiam IV. Pio V. Greg. XIII. & quibusvis aliis Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, suo cujusq; tempore, in detestabile prædictorum & aliorum infrascriptorum hominum genus, pro temporis & criminum ratione editas, cum omnibus & singulis eis contentis, quoad ea, quæ præsentibus non contrariantur, & exceptâ excommunicationis sententiâ, per easdem constitutiones in illis contravenientes promulgatâ, quam ne animarum perniciem potiùs, quàm salutem adferat, consultò tollendam & submovendam duximus, ex certa scientia nostra approbantes & innovantes, illarumque omnium tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur, pro expressis & insertis haberi volentes. Romæ primo Anno Pontificatûs Sixti V.

TITULUS IX.
DE FALSIS ET FALSUM EXPONentibus.

Innocentius VIII.

Personæ qualitatem & conditionem mentientes, ut aliquid facilius consequantur, rei hoc obliquo tramite assecutæ fructu carent.

CAP. I.

CUm, sicut non sine displicentia accepimus, nonnulli conscientiæ suæ prodigi, & avaritiæ morbo laborantes, ut literas Apostolicas gratis expediant, & officiales debitâ eorum portione defraudent, in eisdem literis, se nonnunquam venerabilium fratrum nostrorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, aut dilectorum filiorum abbreviatorum de majori præsidentia, seu literarum prædictarum scriptorum, necnon aliarum personarum quarumcunque, ex quarum qualitatibus & privilegiis sive antiquâ consuetudine literas ipsas gratis expedire solent, nepotes, & quandoq; germanos, interdum verò familiares continuos commensales fuisse & esse affirmare, & ut tales in dictis literis se inscribi facere ac fecisse non vereantur, cùm reverà tales non fuerint, in animarum suarum periculum, ac officiorum Roman. curiæ non modicum præjudicium & gravamen: Nos fraudibus & deceptionibus hujusmodi, prout nostro incumbit officio, de remedio opportuno providere volentes motu proprio, & ex certa scientia, omnes & singulos cujuscunq; status, gradûs & conditionis fuerint, & quocunque nomine

nuncupentur, qui se Cardinalium, aut assistentium seu scriptorum eorundem, aut aliarum personarum quarumcunq; ex quarum qualitatibus & privilegiis, sive antiquâ consuetudine literas ipsas gratis expediri solent, nepotes, seu germanos, aut familiares continuos commensales in eisdem literis nominaverint, cùm revera tales non fuerint: excommunicationis sententia, à qua nisi per Romanum Pontificem pro tempore existentem, mortis articulo excepto, ac satisfactione præviâ, absolvi non possint, auctoritate Apostolicâ, per præsentes innodamus. Et nihilominùs concessiones & gratias in eisdem literis contentas quascunque, ipsasque literas hactenus expeditas & expediendas, viribus omninò carere, eisq; & eorum singulis, in aliquo suffragari non potuisse, nec in futurum posse, motu, auctoritate & scientiâ similibus decernimus & declaramus, ac volumus, quòd mandatum, decretum, & declaratio nostra hujusmodi in Cancellaria Apostolica publicetur, & in illius libro describatur, & perpetuis futuris temporibus inviolabiliter observetur. 18. Aug. 1487.

Paulus Quartus.

Qui personis interpositis beneficiorum provisionem venantur, aut seipsos in canonico examine offerunt, qua alterius ignorantia & imperitia fucum præbeant, falsumq; tueantur, excommunicantur.

CAP. II.

INter cæteras curas, quibus ex Apostolatûs officio assiduè urgemur & premimur, ea continuè animo nostro fixa fuit, ut beneficia Ecclesiastica, præsertim curam animarum habentia, personis conferantur idoneis, quæ vellent & possent apud ea personaliter residere, sciréntque eis laudabiliter deservire. Et ad hoc dilectos filios nostros Bernardinum sancti Matthæi Tranen. & Scipionem sanctæ Potentiæ de Pisis, ac Joannem sancti Joannis apud portam Latinam titulorum, Reumanum, nuncupatos presbyteros Cardinales, qui unà cum venerabili fratre Francisco Episcopo Gebenens. Datario nostro, distributioni & provisioni beneficiorum hujusmodi præessent, jam dudum deputavimus. Verùm, cùm audiamus, eosdem Cardinales & Datarium, licèt in his eam, quam possunt, majorem semper adhibuerint & indies adhibeant diligentiam, personas quibus beneficia ipsa conferenda sunt, super literatura examinando, de eorum vita & moribus, ac beneficiis per eos obtentis, aliisque ad præmissa facientibus, accuratè inquirendo, diversimode tamen circumveniri & falli, ac diversas eis fraudes in præmissis fieri, aliquibus se alios esse simulantibus, & tanquam tales, se in examine supponentibus, & aliis beneficia pro personis sibi cognitis, & id ignorantibus, ut postmodum cum eis beneficia, etiam per simoniacam pravitatem contractare, & super eis pacisci possint: aliis beneficia, tam pro se, quàm aliis personis, cum oblatione diversarum pensionum annuarum diversis personis, etiam familiaribus, continuis commensalibus nostris, aut aliis, quos ipsi nobis gratos & acceptos esse existimant, annuatim persolvendarum, & sic simoniacam hæresim incurrendo; aliis beneficia hujusmodi pro diversis aliis, sub spe pensionem annuam, aut aliud commodum temporale ab eis consequendi: aliis beneficia ipsa pro seipsis animo & intentione, & interdum pacto expresse firmato, de eis postmodum in favorem aliorum, qui aliquando minùs idonei, & non benemeriti existunt, cum simili pensione, aut commodo, aut sine illa, vel illo resignandis & dimittendis, maxima cum instantia obtinere procurantibus. Nos præmissis fraudibus & dolis, ac hæresi Simoniacæ, quantum cum Deo possumus, efficaciter occurrere volentes, Apostolicâ auctoritate, tenore præsentium, statuimus & ordinamus, atque decernimus, quòd de cætero omnes & singuli, qui post publicationem præsentium in locis infrà scriptis faciendam, occasione beneficiorum obtinendorum se alios esse simulaverint, & tanquam tales se in examine supposuerint, aut beneficia pro personis id ignorantibus, seu pro se vel pro aliis cum oblatione alicujus pensionis annuæ, aut pro aliis, cum spe pensionem annuam, aut aliud, quantumvis modicum temporale commodum ab eis consequendi, vel pro seipsis principaliter, animo & intentione, ea postmodum in favorem aliorum, etiam quantumvis idoneorum & benemeritorum, cum simili pensione aut commodo, aut etiam sine eo resignandi, obtinere procuraverint, cujuscunq; status, gradûs, ordinis & conditionis existant, etiam si Episcopali, aut aliâ majori dignitate Ecclesiasticâ, vel Cardinalatûs honore, seu Mundanâ, etiam Regali, Ducali, aut Marchionali præeminentiâ præfulgeant, excommunicationis & anathematis, ac maledictionis æternæ sententiam, à qua, nisi à nobis, aut Romano Pontifice pro tempore existente, præterquam in mortis articulo constituti, absolvi nequeant, necnon privationis omnium & singulorum beneficiorum Ecclesiasticorum, cum cura & sine cura, secularium & quorumvis ordinum regularium, per eos in titulum vel commendam, aut alias quomodolibet obtentorum, & inhabilitatis ad illa & alia in posterum obtinenda pœnam, eo ipso, absq; alia desuper facienda declaratione incurrant, ita ut constitro solùm summariè & extrajudicialiter, quòd ipsi contra tenorem præsentium aliquid fecerint, per curiæ causarum Cameræ Apostolicæ generalem auditorem seu viceauditorem, vel ejus locumtenentem pro talibus & ut tales publicari possint: Et nihilominùs, sic, ut præfertur, obtentæ provisiones & commendæ, aliæq; dispensationes nullæ sint, irritæ & inanes, nullumq; alicujus in ipsis beneficiis vel ad illa tribuant, nec aliquis earum vigore fructus suos faciat, sed ad eorum restitutionem teneantur, possintq; beneficia, tam sic impetrata, quàm per eos antè obtenta, tanquam modo præmisso vacantia, à nobis & Romano Pontifice pro tempore existente duntaxat liberè impetrari. Volumusq; statutum, ordinationem, & decretum nostra hujusmodi, etiam quoad monasteria monialium, & alia beneficia, per moniales aut alias mulieres obtineri solita, locû habere.

Leo Decimus.

Surreptitia sunt litera per falsam rei narrationem extorta & impetrata.

CAP. III.

INhærendo a vestigiis prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum, sicut non absq; gravi displicentia accepimus, nonnulli animæ suæ prodigi, & avaritiæ morbo laborantes, ut literas Apostolicas gratis expediant, & Romanæ Curiæ officiales debitâ eorum portione defraudent, in eisdem literis nonnunquam venerabilium fratrum nostrorum S.R.E. Vicecancellarii, & aliorum Cardinalium, aut dilectorû filiorum Abbreviatorum de minori præsidentia, seu literarum prædictarum scriptorum, necnon aliarum personarum quarumcunq; ex quarum qualitatibus, & privilegiis, sive antiquâ consuetudine, literas ipsas gratis expedire solent, nepotes, & quandoque germanos, interdum verò familiares continuos commensales fuisse & esse affirmare, & ut tales in dictis literis se inscribi facere & fecisse non vereantur; cùm revera tales non fuerint, in animarum suarum periculum, & officiorum ejusdem Rom. Curiæ non modicum præjudicium & gravamen. Nos igitur fraudibus & deceptionibus hujusmodi, prout nostro incumbit officio, de remedio opportuno providere volentes, motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, omnes & singulos, cujuscunq; status, gradûs, vel conditionis fuerint, & quocunque nomine nuncupentur, qui se Vicecancellarii, aut aliorum Cardinalium, vel Abbreviatorum, seu scriptorû eorundem, aut aliarum personarum quarumcunque, ex quarum qualitatibus & privilegiis, sive ex antiqua consuetudine hujusmodi literas ipsas in toto vel in parte gratis expedire solent, nepotes,

a *Convenit hæc constitutio cum ea, quam Innocentius edidit in hanc rem sup. c. 1. eod.*

fratres,

fratres, aut familiares continuos commensales in eisdem literis, etiam motu proprio concessis nominaverint, si reverà tales nepotes, aut fratres, vel familiares continui commensales non fuerint, necnon officiales præmissa fieri procurantes, seu permittentes, excommunicationis sententiâ, à qua non nisi per Romanorum Pontificem pro tempore existentem (articulo mortis excepto, ac debitâ satisfactione præviâ) absolvi possint, auctoritate Apostolicâ per præsentes innodamus, eosque excommunicationis sententiam hujusmodi in dictum eventum exnunc, prout extunc, & econtrà incurrisse declaramus, & pro talibus publicè judicari mandamus: Ac ipsos officiales procurantes seu permittentes hujusmodi, à suorum officialium perceptione emolumentorum per continuum, ultra alias pœnas, quas propterea incurrent, omninò suspendimus. Et nihilominùs concessiones & gratias in eisdem literis contentas quascunque, ipsasque literas hactenus, tam per Cameram, quàm Cancellariam expeditas & expediendas, viribus omninò carere, eisque quos concernunt, & eorum singulis in aliquo suffragari non potuisse, neque in futurum posse, sed omninò surreptitias, invalidas & nullas fuisse, esse & fore, sicque per quoscunque Judices, etiam sanctæ Roman. Ecclesiæ Cardinales, ac sacri Palatii Apostol. auditores, in quacunque instantia, sublatâ eis, & eorum cuilibet, quâvis aliter interpretandi & judicandi facultate, interpretari, & judicari debere, ac irritum & inane, quicquid secus super iis, quâvis auctoritate, etiam per nos & successores nostros Romanos Pontifices, qui pro tempore fuerint, scienter vel ignoranter contigerit attentari, motu & scientiâ similibus decernimus & declaramus: Ac volumus, quòd mandatum, decretum, & declaratio nostra hujusmodi in Cancellaria Apostolica publicentur, & in illius libro describantur, ac perpetuis futuris temporibus observentur. Rom. 20. Febr. 1517.

Sixtus Quintus, ex bulla cœnæ Domini.

Excommunicantur adulterantes & falsificantes literas Apostolicas.

CAP. IV.

EXcommunicamus & anathematizamus omnes falsarios literarum Apostolicarum, & in forma Brevis, ac supplicationum gratiam vel justitiam continentium, per Romanum Pontificem, vel sanctæ Romanæ Ecclesiæ vicecancellarium, seu gerentes vices eorum, aut de mandato ejusdem Romani Pontificis signatorum, aut sub nomine ejusdem Romani Pontificis, seu vicecancellarii aut gerentium vices prædictorum signantes supplicationes easdem. Extendentes constitut. felicis recordationis Innocent. Papæ III. quæ incipit: Ad falsariorum, cum omnibus pœnis in ea contentis, ad falsificantes seu mutantes supplicationes, per nos seu de mandato nostro signatas & datas, sine nostra aut Datarii nostri licentia.

TITULUS X.

DE AMBITU.

Paulus Quartus.

Quò ptiùs altiora & sanctiora sunt honorum fastigia, eò minùs & modestius homines ambire decet. Pontificatûs stag, electionem ante sedem vacantem procurans, & suffragia venatus, excommunicatur, & ab omnibus dignitatibus abdicatur.

CAP. I.

CUm secundùm Apostolum, nemo debeat sibi honorem assumere, sed qui tanquam Aaron vocatur à Deo, facilè ab omnibus judicari potest, quàm graviter excedant, errent, & peccent, qui tam inferiores, quàm superiores dignitates Ecclesiasticas, & ipsam denique beati Petri sedem, ac Apostolicæ dignitatis culmen & apicem, à Deo Optimo Maximo, à quo omnia bona procedunt, nullâ prorsus humanâ ope, nec cujusvis auxilio, consilio, vel favore interveniente, ptovenire non arbitrantur, sed illas tanquam venales, aut aliàs in dispositione mortalium constitutas, diversis modis & mediis ambire & assequi, seu potiùs usurpare præsumunt.

Nam ut Romanæ, & cujuslibet alterius, tam ante, quàm post Domini Dei & Redemptoris nostri Jesu Christi in terris adventum, bene institutæ reipublicæ, de ambitu, & contra ambitûs reos sanctissimè promulgatas, & inviolabiliter observatas leges, ad præsens omittamus, nonné hujusmodi detestabile ambitûs scelus, etiam jure divino gravissimè punitur, cùm Absalon, qui regnum genitoris sui adhuc viventis ambiebat, ex mulo cui insederat, elevatus, capillis capitis sui quercui suspensus remansit, & à Joab tribus lanceis in corde transfixus fuit? Nonné illud sacrorum Conciliorum à sancta Dei Ecclesia receptorum & approbatorum auctoritas diversimodè detestatur & punit, cùm quemcunque Presbyterum, aut diaconum, seu clericum, qui Papâ incolumi, & eo inconsulto, subscriptionem pro Romano Pontificatu commodare, aut pactatia promittere, seu sacramentum præbere tentaverit, aut aliquod suffragium polliceri, vel de hac causâ, privatis conventiculis factis aliquid deliberare, & decernere præsumpserit, loci sui dignitate & communione privandum, anathematisque pœnâ plectendum censeat, & propter occultas fraudes, & conjurationum hujusmodi secretas insidias, si quis harum actionum particeps, consilio eorum, qui de Pontificali agunt ambitu, ad notitiam Ecclesiæ deferat, & rationali probatione convincat, eum non solùm ab omni culpa purgatum remanere, verùm etiam remuneratione non indignâ sublevari velit, & statuat, & exinde, non modò sacrorum canonum, sed etiam secularium legum interpretes peritissimi, ambientes Papatum: aut super eo, Papâ vivente, & insonsulto, tractantes, seu conventicula facientes, crimen lxsæ majestatis in primo capite, & Simoniacæ hæreseos incurrere decreverint, non sine clara & aperta ratione, cùm omnis tractatus de loco, dignitate, & bonis alicujus viventis, eo non consentiente, ab utroque jure prohibeatur, & reprobetur: præsertim cùm inde præstetur votum captandæ mortis, quod sacri canones & venerandæ leges passim abhorrent & detestantur. Accedit, quòd cùm inter Pontificem & Ecclesiam contrahatur spirituale conjugium, quod fortius est carnali, gravissimæ pœnæ ex utriusque juris censura imponuntur iis, qui constanti matrimonio, de alio conjuge tractare præsumunt. Quare cùm peccatis ingentibus, plures indies beati Petri sedem, nobis viventibus & inconsultis, ambire, & conventicula superinde facere dignoscantur, & ad hoc suffragia S. R. E. Cardinalium obtinere, & quodammodò subarrhare procurent & satagant.

Nos cupientes hujusmodi detestabile ambitûs, & illi conjuncta, Simoniacæ hæreseos, & lxsæ majestatis crimina, non solùm nostris, sed etiam successorum nostrorum Romanorum Pontificum pro tempore existentium temporibus, perpetuò abolere, & non solùm ex usu, sed etiam ex mentibus hominum, præsertim in electione Romani Pontificis, qui Domini Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi in terris Vicarius existit, radicitùs evellere, & in præmissis, pro tantæ rei necessitate, & periculi magnitudine, ut tenemur, salubriter providere, habitâ super his cum venerabilibus fratribus nostris, ipsius sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus deliberatione maturâ, de eorum consilio & unanimi assensu, hâc nostrâ perpetuò valiturâ constitutione, Apostolicâ auctoritate, & de nostræ Apostolicæ potestatis plenitudine, omnes & singulas excommunicationis, suspensionis, & interdicti, ac privationis, & quasvis alias sententias, censuras, & pœnas, dudum à Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, aut sacris Conciliis, seu sanctorum Patrum nostrorum decretis, statutis, capitulis, canonibus, constitutionibus, & ordinationibus, contra sic ambientes quomodo-

libet latas & promulgatas, approbamus & innovamus, ac perpetuò observari, & in viridi observantia, si forsan in ea non sint, reponi & esse debere. Nec non quoscunque in præmissis, tam nostro, quàm successorum nostrorum prædictorum tempore, publicè vel occultè, aut aliàs quomodolibet delinquentes, cujuscunque statûs, gradûs, ordinis, conditionis, & præeminentiæ existant, etiam si Episcopali, Archiepiscopali, Patriarchali, aut aliâ majori Ecclesiasticâ dignitate, seu Cardinalatûs honore, vel Mundanâ, etiam Ducali, Regali, Reginali, aut Imperiali auctoritate seu excellentiâ præfulgeant, & eorum quemlibet, sententias, censuras, & pœnas prædictas incurrere volumus atque decernimus. Et nihilominùs considerantes dignum esse, ut quos Dei timor à malo non revocat, Ecclesiasticæ saltem coërceat severitas disciplinæ, de similibus consilio, & assensu, ac auctoritate, & plenitudine potestatis volumus, & declarando statuimus, ordinamus & decernimus, quòd sententiis, censuris, & pœnis prædictis, in suo robore & efficacia remanentibus, ac effectum suum sortientibus, omnes & singuli, tam clerici, quàm utriusque sexûs laici, qui per se vel alios, nobis viventibus & inconsultis, verbis vel scriptis, aut nunciis, cum aliquo de futuro Pontifice eligendo, hactenus tractârunt, vel tentârunt, seu in posterum, Romano Pontifice vivente & inconsulto, tractabunt, vel tentabunt, etiamsi, ut præfertur, qualificati, & dignitate, honore, & auctoritate, & excellentiâ prædictis prædíti existant, sint ipso jure & facto, absque alia desuper ferenda sententia, excommunicati excommunicatione majori, & maledictione æternâ damnati, & ab excommunicatione & maledictione hujusmodi per alium, quàm per nos, & Romanum Pontificem pro tempore existentem, præterquam in mortis articulo absolvi non possint, incurrerintque, & incurrant respectivè crimen Simoniacæ hæreseos, & læsæ majestatis in primo capite, ac privationem omnis, etiam Episcopalis, Archiepiscopalis, & Patriarchalis, ac cujusvis alterius majoris, vel minoris dignitatis, ac Cardinalatûs honoris, nec non Ducalis, Regalis, Reginalis, & Imperialis auctoritatis & excellentiæ, ac omnium & singularum Ecclesiarum cathedralium, etiam metropolit. & Patriarchalium, monasteriorum quoque ac prioratuum, aliorumque beneficiorum, & officiorum Ecclesiasticorum, cum cura & sine cura, secularium, careantque voce activâ & passivâ, ac effecti sint, & efficiantur respectivè perpetuò inhabiles & incapaces omnium dignitatum, honorum, bonorum, jurium, & legitimorum actuum, perpetuâque infamiâ ubique gentium sint notati, & nocentur respectivè, nec infamiâ hujusmodi ab eis aboleri, neque ipsi ullo unquam tempore ad vocem, dignitates, honores, bona, jura, & actus hujusmodi, nisi ex speciali verbo, & mandato nostro, seu Romani Pontificis pro tempore existentis, nostrâ, seu illius manu propriâ subscripto, ac specificâ & individuâ reatûs & culpæ suæ qualitate expressâ, restitui possint. Quodque similes sententias, censuras & pœnas respectivè incurrerint & incurrant ipso jure & facto, ac sine alicujus sententiæ prolatione, omnes & singuli, etiam ut præmittitur, qualificati, & dignitatibus hujusmodi prædíti, cujusvis sexûs & ordinis existant, qui per se vel alium, seu alios, à die nostræ ad summi Apostolatûs apicem assumptionis, usque in hanc diem, in præmissis, aut eorum aliquo, quodvis auxilium, consilium vel favorem, seu operam, verbis vel scriptis, aut re vel facto, seu promissione, pollicitatione, suasione, vel his omnibus insimul, aut quovis alio modo, directè vel indirectè, vel incidentaliter præstiterunt, seu in futurum, quovis, etiam successorum nostrorum Romanorum Pontificum tempore præstabunt, aut in præmissis mediatores proxenetæ, nuncii, mandatarii, procuratores, seu trapezitæ fuerunt, vel in posterum, ut præfertur, erunt, seu aliàs in præmissis, quovis modo intromiserunt vel immiscuerunt, seu in posterum, etiam tempore successorum hujusmodi habebunt, nisi ea nobis, aut successoribus nostris, quorum tempore id continget, vel alteri, cui id per nos vel successores prædictos commissum fuerit, per se vel alium seu alios, cùm primùm commodè potuerunt, revelaverint, etiamsi in præmissis aliquod aliud auxilium, consilium, vel favorem, aut opem non præstiterint. Nos enim iis, qui præmissa revelaverint, etiamsi complices fuerint, non solùm veniam, sed etiam gratiam & præmia pollicemur, prout etiam successoros nostros præfatos facturos esse confidimus, ad hoc, ut eorum judicio participes tanti criminis valeant coërceri: Et si quis ullo unquam, etiam dictorum successorum nostrorum tempore, præsentes literas, & in eis contenta quæcunque injusta, illicita, vel iniqua existere, aut in toto, vel in parte non valere, seu aliquo tempore non valitura esse, vel à nobis sic fieri non potuisse, aut non debuisse, ausu temerario asserere præsumpserit, cujuscunq; dignitatis existat, etiam si Cardinalatûs honore, aut Regiâ, vel Imperiali præeminentiâ & excellentiâ præfulgeat, ipso jure & facto anathematis mucrone percussus sit, & contra eum, tanquam verè schismaticum & hæreticum, inquiri, & tanquam talis puniri, ejusque memoria damnari possit. Rom. 17. Cal. Jan. 1568.

Pius V.

Judicia electionis, non opes aut favores, sed virtutum ornamenta suffragari debent, nec ad officia admittantur, qui ambitus rei sint, & precio mercantur, quod dignitate præstare nequeunt.

CAP. II.

ETsi Rom. Pontificis continua, indefessaque meditatio circa subditorum suorum commodum & utilitatem continuè implicatur, ac quæ iis, quos ut filios tenerè diligit, obesse posse credit, de medio tollit: negotiorum tamen multitudine pressâ, singula in dies singulos, considerans illorum executionem, etiam dictim disponit, ut & negotia ipsa salubriùs dirigantur, ac ipsi subditi paulatim sui in eos amoris cognoscant indicia. Sanè licet aliàs, ne ordo justitiæ perverteretur, & ex certis aliis inibi expressis causis, per civiles constitutiones salubriter fuerit statutum, ut judices, & alii justitiæ administratores sine quoquo suffragio fieri debeant, gravissimis etiam injunctis pœnis, qui præmissam constitutionem transgredi ausi quoquomodo fuissent: accepimus tamen nuper, non sine animi nostri displicentia, nonnullos pro consequendis officiis & dignitatibus, jurisdictionis exercitium habentibus, pecunias & alias res solvere & promittere aliquibus Curialibus, quorum intercessionibus & favoribus talia officia & dignitates obtinent. Licetque nos, pro nostri pastoralis officii debito, præmissa conniventibus oculis pertransire nequeuntes, omnem adhibuerimus diligentiam, ut tam ambitiosi hujusmodi, quàm pecuniarum hujusmodi receptores & stipulatores, tam publicè, quàm secretè reperirentur, nihilominùs exinde nihil certi expiscari hactenus potuimus.

Cupientes igitur præmissis modum aliquem imponere, ac eos, quos civilium pœnarum timorà similibus non coërcet, per canonicas sanctiones, auctoritate Apostolicâ, omninò deterrere, & avaritiæ hujusmodi genus, juri & justitiæ hujusmodi tam obnoxium de medio tollere, constitutionis civilis, ac pœnarum per illas statutarum tenorem & formam, præsentibus pro expressis habentes, motu simili, &c. & ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, omnes & singulas leges, constitutiones, statuta, & decreta, contra delinquentes hujusmodi, tam à jure civili, quàm à sacris canonibus facta, ac in illis contenta, punitiones, & pœnas quascunque in tales inflictas, harum serie innovamus, easque idem robur, eandemque vim obtinere volumus atque statuimus, quod, & quam habuissent & haberent, si hactenus ad unguem observatæ fuissent, vel à nobis per præsentes emanarent. Insuper quoque, ut earum usu

pœnarum

Pœnarum multiplicatione stabilior efficiatur, hâc nostrâ perpetuò valiturâ constitutione, quamque vim legis, etiam inviolabilis habere sancimus, legibus, constitutionibus, statutis & decretis prædictis præjudicium non inferendo, quinimò illis addendo, decernimus, & ordinamus, quòd de cætero perpetuis futuris temporibus, nemini cujuscunque dignitatis, statûs, gradûs, ordinis & conditionis fuerit, liceat mediante pecuniâ vel solutione, & traditione, ac promissione aliarum rerum, etiam per interpositas personas, aut aliàs quovis modo faciendas, aliquas dignitates & officia, exercitium & administrationem jurisdictionis habentia, procurare assequi, vel obtinere, ac si quis in his præsentibus contravenisse quoquo modo dici aut censeri poterit, ipsum contravenientem eo ipso confiscationis omnium bonorum, degradationis, & amissionis, tã privilegii doctoratûs, quàm quorumcunque per eum obtentorum officiorum, tam secularium, quàm Ecclesiasticorum, ac demum ultimi supplicii pœnas, irremissibiliter incurrere volumus. Cæterum, ut fraudibus, quæ circa præmissa exoriri possent, facilius occurratur, pari modo statuimus, quòd ubicunque & quandocunque compertum fuerit, per interpositam personam aliquas pecunias, seu alias res traditas seu promissas fuisse alicui Curiali familiari, vel cuicunque alteri personæ, pro officiis & dignitatibus, jurisdictionis administrationem habentibus, is, qui officium hujusmodi obtinuerit, se à præmissis, attentâ interpositione personæ hujusmodi, nullatenùs excusare queat, quinimò nullâ admissâ ignorantiæ excusatione, ipso jure præsumatur solutionem & promissionem hujusmodi de eorum, qui officia & dignitates similia obtinuerunt, consensu & mandato penitùs esse facta, iisdemque propterea pœnis subjacere omninò intelligatur. Postremò ne ii, qui in præteritum talia officia, seu dignitates solutionibus seu promissionibus mediantibus impetraverint, credant se, per præsentes, absolutos esse; eisdem motu, scientiâ & potestatis plenitudine perpetuò declaramus, eos pœnas in tales à jure communi inflictas incurrisse, & contra eos, ad pœnarum hujusmodi prosecutionem procedi posse. Eos verò, qui similibus mediis aliqua officia & dignitates, similiter jurisdictionis administrationem habentia, obtinent, si in futurum quippiam unquam, vigore præcedentium promissionum, in assecutione officii hujusmodi factarum solverint, ipso jure & facto pœnas in hac nostra constitutione contentas incurrere, præsentesque nostras, tam eos, qui in futurum officia similia & dignitates solutionibus & promissionibus præcedentibus obtinebunt, quàm eos, qui jam obtinuerunt, si in futurum aliquid manutentionis in eis, aut aliâ causâ solverint, ligare volumus. Decernentes, contra præmissa, quodvis pactum, etiam juramento vallatum, ac instrumenta, & alias forsan desuper editas scripturas, minimè in causa esse posse, quò minùs solvere habentes, si pro præmissis solverint, pœnas præsentibus contentas incurrant. Nos enim pacta, conventiones, promissiones, & scripta, ac alia quæcunque quomodolibet, ut præfertur, inita, exinde cassamus, irritamus, & annullamus, eosque à juramentis, & aliis nexibus prædictis absolvimus, necnon præsentes, & desuper forsan conficiendas literas perpetuis futuris temporibus dare, ac omnes & singulos à data præsentium irremissibiliter ligare volumus, illasq; nullo unquam tempore de subreptionis vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ vel quopiam alio defectu notari, aut sub quibusvis revocationibus & derogationibus comprehendi nullatenùs posse, sicq; per quoscunque judices, &c. & causarum palatii Apostolici auditores, ac sanctæ Rom. Ecclesiæ Card. sublatâ, &c. judicari debere, irritum quoque, &c. decernimus.

Idem.

Pœna jure civili in ambitûs reos sancita confirmantur & extenduntur ad recipientes pecunias & mediatores.

CAP. III.

CUm nuper, ne ordo justitiæ perverteretur, & ex certis aliis causis animum nostrum moventibus, fuerint confirmatæ omnes & singulæ leges, constitutiones, statuta, & decreta, contra ambientes officia, jurisdictionis administrationem habentia, ea quæ pretio seu promissionibus acquiren. tam à jure civili, quàm à sacris canonibus facta, ac in illis contenta, punitiones & pœnas quascunque in tales inflictas innovaverimus, easque idem robur, eandemque vim obtinere voluerimus, atque statuerimus, quod, & quam habuissent & haberent, si hactenus ad unguem observatæ fuissent, vel à nobis emanâssent: Insuperque, ut earum usus pœnarum multiplicatione stabilior efficeretur, per nostram constitutionem perpetuò valituram, quam vim legis etiam inviolabilis habere volumus, decreverimus inter cætera, quòd perpetuis futuris temporibus nemini, cujuscunque dignitatis, statûs, gradûs, ordinis, & conditionis fuerit, liceat mediante pecuniâ, vel solutione, & traditione, ac promissione aliarum rerum, etiam per interpositas personas, aut aliàs quovis modo faciendis, aliquas dignitates & officia, exercitium & administrationem jurisdictionis habentia, procurare, assequi, vel obtinere, sub gravissimis pœnis in dicta nostra constitutione, quam hic de verbo ad verbum pro expressâ haberi volumus & mandamus, expressis: Attendentesque, quòd fortè probabiliter dubitari contingat, an dicta nostra constitutio comprehendat recipientes hujusmodi pecunias ac res, ac promissiones sibi factas stipulantes, ut officia prædicta exercitium ac jurisdictionis administrationem habentia conferri faciant, ac mediatores, & interpositas personas: Propterea nos, motu simili, & ex certa scientia, & de potestatis plenitudine, hâc nostrâ perpetuò valiturâ constitutione declaramus, & quatenus opus sit, addendo prædictæ nostræ constitutioni decernimus, quòd dicta nostra constitutio, ac omnes & singulæ pœnæ in ea expressæ, perinde ligent & afficiant omnes & quoscunque, cujusvis dignitatis existant, qui pro hujusmodi officiis jurisdictionis administrationem habentibus conferendis, ac mediatores & interpositas personas, quascunque pecunias & alias res, ut suprà, receperint, ac si prædicti in dicta nostra constitutione comprehensi essent, & de illis in ea expressa mentio facta esset. Et præsentes perpetuò durare ac omnes irremissibiliter ligare volumus & decernimus.

TITULUS XI.

DE SIMONIACIS, ET NE QUID DETur vel exigatur.

Gregorius XI.

Provisiones beneficiorum nunciantibus nihil detur aut promittatur.

CAP. I.

SOlicitè debet vitari, quod noxium esse dignoscitur, & ex cupiditatis aviditate, etiam in honoris Apostolicæ sedis depressionem, ortum habere videtur. Sane nuper ad nostrum pervenit auditum, quòd nonnulli inhonesta lucra quærentes, dum per sedem prædictam de personis aliquorum, apud sedem constitutis eandem, Patriarchalibus, Metropolitanis, & aliis cathedralibus Ecclesiis, sive monasteriis vacantibus providetur, vel personæ ipsæ ad hujusmodi, per dictam sedem, de aliis Ecclesiis transferuntur, aut alias ipsorum gubernationi committuntur, hujusmodi provisiones, translationes, commendas, sive commissiones, prædictis personis sic apud sedem prædictam constitutis, ut aliquod munus ab ipsis recipiant, denunciare festinant. Nos igitur, in præmissis (prout ex debito tenemur pastoralis officii) providere volentes, universis & singulis personis Ecclesiasticis

sexûs, ordinis, vel conditionis existant, etiamsi Pontificali, vel aliâ quâvis Ecclesiasticâ præfulgeant dignitate, auctoritate Apostolicâ, tenore præsentium, districtius inhibemus, ne de cætero illis, qui ipsis hujusmodi provisiones, translationes, commendas, sive commissiones earundem, sive de Romani Pontificis pro tempore existentis, sive de alicujus, vel aliquorum ex venerabilibus fratribus nostris sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, aut alterius cujuscunque mandato, seu aliàs qualitercunque apud dictam sedem nunciabunt, seu nunciari facient, sive dici, vel super hoc nova portari, aliquod directè vel indirectè, per se vel per alium, donent seu promittant, neque per alium datum seu promissum persolvant. Nos enim, quoscunque præsumentes contrarium quoquo modo, excommunicationis sententiæ subjacere volumus & decernimus, ipso facto, à qua nullus ab alio, quàm à Romano Pontifice possit, nisi duntaxat in mortis articulo, absolutionis beneficium obtinere. Avernon. 6. Calend. Novemb. 1376.

Leo Decimus, in Concilio Lateranensi.

Simoniæ scelus penitùs evellendum pœnis sacris canonibus sanxitu.

CAP. II.

UT a nefariæ Simoniæ labes ac pestis, non solùm à Romana Curia, sed ex omni etiam Christiana ditione in perpetuum ejiciatur, constitutiones per antecessores nostros, etiam in sacris Conciliis contra hujusmodi Simoniacos editas innovamus, easque inviolabiliter observari præcipimus, ac pœnas in eis contentas pro expressis & insertis haberi, & delinquentes etiam authoritate nostrâ affici volumus.

Pius V. ex Concilio Tridentino.

Simoniacorum pœna.

CAP. III.

UT Simoniacæ pravitatis labes prorsus aboleatur, constitutiones antecessorum nostrorum contra Simoniacos editas, & præsertim Pauli secundi *b*, inviolabiliter observari mandamus, & delinquentes, tam in sacrorum ordinum receptione, quàm in beneficiorum assecutione, statutis etiam inferius pœnis, nostrâ auctoritate, affici volumus. Quicunque igitur detestabile crimen Simoniacæ pravitatis convictus fuerit in, consequendis ordinibus, eo ipso sit ab illorum executione per decennium, sine spe dispensationis, suspensus, & per annum carceribus mancipetur. Qui dignitates Ecclesiasticas Simoniacè acquisiverit, illis sit ipso jure privatus, & in futurum inhabilis ad eas & quascunque alias obtinendas. Qui beneficium, aut officium Ecclesiasticum Simoniacè adeptus fuerit, illis similiter sit ipso jure privatus *c*, & ad fructuum omnium, quos perceperit, restitutionem teneatur, & perpetuò sit inhabilis ad ea, & quæcunque alia beneficia Ecclesiastica. Si quis autem tale crimen pluries commisisse convictus fuerit, præter supradictas pœnas, etiam corporaliter puniatur, & ab ordinibus Ecclesiasticis degradatus, à fidelium consortio ejiciatur. Qui verò ordines & beneficia Simoniacè contulerint, pœnis à jure statutis puniantur, cujuscunque gradûs, conditionis, dignitatis, etiam si Episcopi, Archiepiscopi, vel majores fuerint. Caveant præterea quicunque, ne in sacramentorum exhibitione Simoniacum aliquod faciant. Alioquin gravissimè puniantur per locorum ordinarios, qui hujusmodi criminis reos cum maxima severitate coërcere procurent, juxta Concilii Tridentini statuta.

a *Hæc constitutio à Martino V. antea in Concilio Constantiensi edita est.* b *Paulus III. in extravag. & Sixtus IV. in bulla, quæ incip. Etsi dominici gregis.* c *Ex Concil. Constantiens. Petrus Rebuff. in præf. benefic. tit. de simonia. num. 4.*

Pius Quintus, ex Concilio Tridentino.

Beneficia purè & sincerè conferri debent, hoc est, absq; pacto aliquo, conventione vel condizione, quibus Simoniæ vitium inducitur.

CAP. IV.

DUrum nimis & incommodum arbitramur, quòd Ecclesiarum ministri in iis, quæ ad ipsorum sustentationem suppeditant, dispendia patiantur. Quocirca, cùm hanc ad rem, simulque prohibendam ab Ecclesia Dei avaritiæ pravitatem, editas ante hac sanctiones, minimè satis esse intelligimus, novæ constitutionis subsidio cogimur providere. Cùm itaque aliàs, ex plurium Ecclesiarum cathedralium & collegiatarum constitutionibus, aut ex prava consuetudine, observari intelligeretur, ut in electione, præsentatione, nominatione, institutione, confirmatione, collatione, vel alia provisione, sive admissione ad possessionem alicujus cathedralis Ecclesiæ, vel beneficii, canonicatuum, aut præbendarum, vel partem proventuum, seu ad distributiones quotidianas, certæ conditiones, seu deductiones ex fructibus, solutiones, promissiones, compensationesvé illicitæ, aut etiam quæ in aliquibus Ecclesiis dicuntur *Turnorum lucra*, interponerentur, licèt sancta Synodus Tridentina hæc detestata mandaverit Episcopis, ut quæcunque hujusmodi, quæ in usus pios non converterentur, atque ingressus eos, qui Simoniacæ labis, aut sordidæ avaritiæ suspicionem haberent, fieri non permitterent, ipsique diligenter de eorum constitutionibus, sive consuetudinibus super prædictis cognoscerent, & illis tantùm, quas probarent, exceptis, reliquas, ut pravas & scandalosas, rejicerent, eos verò, qui adversùs prædicta quâvis ratione commisissent, pœnis contra Simoniacos editis, teneri decreverit: multorum tamen indomitâ cupiditate, tam prædicta, quàm alia, ad beneficium, & commodum ipsorum ministrorum edita, aut omninò contemnuntur, aut in varios sensus traducta perperàm eluduntur. Quare nos, pro divini cultûs exercitio, simulque evocatorum ad illum auxilio, plenius, evidentiusque consulendum fore rati, revocamus & abolemus omnia & quæcunque privilegia, consuetudines, & statuta quarumcunque Ecclesiarum, cathedralium & metropolitanarum, ac majorum, necnon collegiatarum, etiam juramento, confirmatione Apostolicâ, aut alio quovis præsidio munita, ac etiam supra hominum memoriam, & longissimo ac quantocunque tempore etiam continuo observata, sive pro solvendis Ecclesiarum vel prælatorum debitis, sive pro supportandis illorum oneribus, sive aliis etiam majoribus, maximis, & urgentissimis causis concessa, & approbata, ac etiam multiplicatis vicibus innovata, extensa, & moderata, quòd vacantibus ipsarum Ecclesiarum dignitatibus, canonicatibus, præbendis, portionibus, beneficiis, & officiis, fructus, ac etiam quotidianæ distributiones, ex eis, de primo ab ipsa vacatione anno, aut longiore, vel etiam breviore tempore proventuri, mensæ Episcopali, seu capitulari, alióve loco integrè, vel partim remaneant, seu applicentur, aut in communes usus cedant, seu inter alios canonicos, & personas Ecclesiæ, seu capituli dividantur. Quodque nullus, etiam Apostolicâ auctoritate provisus, in canonicum recipi, aut ad dignitatem, seu portionem, beneficium vel officium admitti, vel aliàs in ejus possessionem induci possit, nisi priùs de observandis hujusmodi privilegiis, consuetudinibus, & statutis, juramentum præstiterit, & obtentæ illorum derogationi, ac fructuum, & distributionum perceptione renunciaverit, seu capitulo, & personis prædictis cesserit, seu (ut appellant) *dederiarit*, aut quid aliud præstiterit. Quorum omnium tenores, causas, & effectus habemus præsentibus pro expressis, quibuscunque illa concepta sint formulis, nec non irritantibus, & aliis decretis roborata: Volentes ea omnia vires & effectum de cætero non habere. Præcipimus igitur, & interdicimus omnibus Episcopis, capitulis, collegiis, & personis, ad quos id pertinet, ne posthac

fructus

fructus, aut distributiones hujusmodi, nec prorsus ullam eorum partem retineant, nevé ipsorum cessionem, vel renunciationem, aut dulciaria, vel alia quomodocunq; petant, vel exigant, aut quenquam, sive ordinariâ, sive Apostolicâ auctoritate provisum, ad præstandum hujusmodi juramentum inducant, aut illi prædicta non facienti, possessionem impediant, vel remorentur. Quicunq; contra fecerint, si Ecclesiarum antistites, tam diu à Pontificalis officii exercitio sint suspensi, donec satisfactione prævia illis per sedem Apostolicam suspensio relaxetur: capitula verò, & collegia quæcunque Ecclesiastico subjaceant interdicto, ac singulares personæ in excommunicationis sententiam incurrant, à qua, nisi in mortis articulo constituti, ab alio, quàm à Romano Pontifice, absolutionis beneficium nequeant obtinere. Romæ, prid. Calend. Junii, 1570.

TITULUS XII.

DE MALEFICIS ET INCANTATORIBUS.

Alexander VI. Angelo de Verona ordinis Prædicatorum, sacræ Theologiæ professori, in provincia Lombardiæ hæreticæ pravitatis Inquisitori.

Inquisitorum fidei officiu interest animadvertere in maleficos, incantatores, & vanarum superstitionum observatores.

CAP. I.

Cum acceperimus in Provincia Lombardiæ, diversas utriusque sexûs personas, diversis incantationibus & diabolicis superstitionibus operam dare, suisque veneficiis & variis observationibus multa nefanda scelera procurare, homines & jumenta ac campos destruere, & diversos errores inducere, magnaque inde scandala exoriri: decrevimus, pro pastoralis officii nobis ex alto commissi ministerio, scelera hujusmodi compescere, ac scandalis & erroribus præmissis, quantum cum Deo possumus, occurrere. Eapropter, tam tibi, quàm etiam successoribus tuis per Lombardiam constitutis, de quibus in his & aliis plenam in Domino fiduciam obtinemus, committimus, & mandamus, etiam soli (honesto tamen comitatu per vos eligendo associati) contra easdem utriusque sexûs personas diligenter inquiratis, easque justitiâ mediante puniatis & compescatis. Et ut meliùs commissionem hujusmodi exequi possitis, contra illas vobis plenam & omnimodam harum serie concedimus facultatem, constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, necnon indultis & concessionibus ordinariis forsàn pro tempore factis, cæterisque contrariis quibuscunque non obstantibus.

Sixtus Quartus Vicario generali Episcopi Bononiensis.

Hæreticum est, à dæmonibus expectare responsa.

CAP. II.

Nuntiatum est nobis, nonnullos ordinis sanctæ Mariæ de monte Carmeli fratres, tantæ fuisse temeritatis, ut veriti non sint disputando & prædicando in civitate Bononiensi, ejusque comitatu asserere, non esse hæreticum *a* & à puritate fidei alienum, dæmonum expectare responsa: ob quod adversùs ipsius fidei puritatem scandala multa exorta videntur. Nos id indignè molestèq; ferentes, & de præmissis certam notitiam non habentes, discretioni tuæ per præsentes committimus & mandamus, ut omni opportunâ adhibitâ diligentiâ & industriâ veram notitiam habere cures, an sint, qui fuerint hujusmodi assertores, & quæ scandala propterea sint exorta. Quicquid autem in præmissis inveneris in scriptis authenticè redactum, ad dilectum filium Franciscum de Toleto, Notarium & Datarium nostrum domesticum, sub tuo sigillo transmittas, ut ab eo de omni re certiores facti, quid agi conveniat, auctore Domino, statuere valeamus. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die decimo octavo Junii, 1474. Pontificatûs nostri Anno secundo.

Adrianus Sextus, Inquisitori Comensi.

Iurisdictione Inquisitorum pœnis jure sanctis plecti debent incantatores & sortilegi.

CAP. III.

Dudum *a*, utì nobis exponi fecisti, per fel. rec. Julium Papam II. prædecessorem nostrum, non sine magna tunc animi sui displicentia accepto, quòd per quendam Georgium de Casali, ordinis fratrum Prædicatorum professorem, & in civitate Cremonensi hæreticæ pravitatis Inquisitorem deputatum, in nonnullis Lombardiæ partibus, & præsertim in locis, in quibus dictus Georg. Inquisitor deputatus erat, repertæ fuerunt quamplures utriusq; sexûs personæ, propriæ salutis immemores, & à fide Catholica deviantes, certam sectam facientes, fidem, quam in sacri susceptione baptismatis susceperant, abnegantes, sanctam crucem pedibus conculcantes, & opprobria super eam perpetrantes, Ecclesiasticis & præsertim Eucharistiæ sacramentis abutentes, diabolum in suum dominum & patronum assumentes, eique obedientiam & reverentiam exhibentes, & suis incantationibus, carminibus, sortilegiis, aliisq; nefandis superstitionibus jumenta & fructus terræ multipliciter lædentes: aliaq; quamplurima nefanda, excessus, & crimina, eodem diabolo instigante committentes & perpetrantes, in animarum suarum periculum, divinæ majestatis offensam, perniciosumq; exemplum & scandalum plurimorum. Contra quas, cùm dictus Georgius, tunc (ut asserebat) in dictis locis suæ inquisitioni deputatis, prout ipsius Georgii incumbebat officio, ipse Georgius processisset: nonnulli autem, tam clerici, quàm laici illarum partium, quærentes plùs sapere quàm oportet, præmissa delicta ad ejusdem Georgii Inquisitionis officium non pertinere, temerè asserentes, præsumentes in populo errores & scandala seminaverunt: sicque eundem Georgium in populo odiosum reddere, & dicti Georgii officium impedire conati fuerunt, prout etiam tunc impediebant: ita quòd propter præmissa, personæ prædictæ delicta hujusmodi perpetrantes, remanebant impunitæ, & aliæ eorum exemplo ad similia perpetranda quotidiè inducebantur, in non modicum fidei opprobrium, animarum periculum, & scandalum plurimorum. Dictus prædecessor volens (ne inquisitionis officii executio quomodolibet retardaretur, & labes hæreticæ pravitatis longiùs venena diffunderet) providere, dicto Georgio per quasdam suas, in forma Brevis, literas commisit & mandavit, quatenus in locis ejusdem Georgii inquisitioni deputatis, de excessibus hujusmodi cognoscere, & contra quascunq; personas, cujuscunque conditionis & præeminentiæ forent, inquisitionis officium exercere & exequi: ipsasque personas, quas in præmissis culpabiles reperiret, unà cum locorum ordinariorum Vicariis, quatenus voluissent interesse, juxta dictarum personarum demerita, corrigere & punire deberet, secundùm modum contra alios hæreticos à jure ex sacris canonibus statutum: contradictores quoscunq; per censuram Ecclesiasticam, & alia juris opportuna remedia compescendo. Eos verò, qui in præmissis consilium, auxilium vel favorem præstarent, præfatus prædecessor noster, eisdem indulgentiis uti & gaudere decrevit, quibus cruce signati contra alios hæreticos, ex indulto Apostolico eis concesso, tunc gaudebant & utebantur, prout in dictis literis plenius contine-

a Directè pugnat cum analogia nostræ fidei, expectare à dæmonibus responsa. Cajetan. in quæst. 50. 22. S. Thom.

a De maleficis & incantatoribus, vide flagellum hæret. Pau. Gril. lib. 2. Alph. de Cast. de punit. hær. Sylv. Prier. de dam. mir.

ri dicitur. Et sicut eadem expositio subjungebat, non solùm delicta & crimina hujusmodi, contra fidem Catholicam, & Christianam religionem, sub jurisdictione inquisitoris Cremonensis, committuntur & perpetrantur, sed omnibus aliis locis & diœcesibus, sub jurisdictione aliorum Inquisitorum dicti ordinis congregationis Lombardiæ, indies perpetrantur & committuntur. Et cùm eadem sint delicta, eâdem profectò provisione & castigatione eis est, earundem literarum tenore, providendum. Quare tu, sicut asseris, in civitate Comensi, ubi dictæ pravitatis Inquisitor existis, tam tuo, quàm omnium aliorum dictorum ordinis & congregationis, hæreticæ pravitatis Inquisitorum ubilibet consistentium & deputatorum nominibus, fecisti nobis humiliter supplicari, ut literas prædictas ad vos extendere & ampliare, aliasque desuper opportunè dignaremur providere. Nos igitur hujusmodi supplicationi inclinati, literas prædictas, cum omnibus in eis contentis clausulis, in omnibus & per omnia, prout in eisdem literis continetur, ad te & ad alios ordinis & congregationis hujusmodi Inquisitores, tam in præsentiarum deputatos, quàm in futurum, perpetuis futuris temporibus, deputandos, ac si tibi, & cuilibet Inquisitorum prædictorum dirigerentur, & directæ fuissent, Apostolicâ auctoritate & tenore concedimus. Romæ, 29. Julii, 1523.

Innocentius Octavus.

Horrendis flagitiis propensiores sortilegi infontes pueruli devorantes, grandines & aurai lasivas cum atroci fame exagitantes, sterilitatem in hominibus & armentis procurantes, aliaq; quamplurima diabolo arte facientes prodigiosa & portentosa, damnantur.

CAP. IV.

SUmmis desiderantes affectibus, prout pastoralis sollicitudinis cura requirit, ut fides catholica, nostris potissimè temporibus, ubique augeatur & floreat, ac omnis hæretica pravitas de finibus fidelium procul pellatur, ea libenter declaramus, ac etiam de novo concedimus, per quæ hujusmodi pium desiderium nostrum nativum sortiatur effectum: cunctisque propterea, per nostrum operationis ministerium, quasi per providi operatoris sarculum, erroribus extirpatis, ejusdem fidei zelus & observantia in ipsorum corda fidelium fortiùs imprimatur.

Sanè nuper ad nostrum, non sine ingenti molestia, pervenit auditum, quòd in nonnullis partibus Alemanniæ superioris, necnon in Moguntinensi, Colonien si, Trevirensi, Saltzburgensi & Bremensi provinciis, civitatibus, terris, locis, & diœcesibus, complures utriusque sexûs personæ, propriæ salutis immemores, & à fide catholica deviantes, cum dæmonibus, Incubis & Succubis, abuti, ac suis incantationibus, carminibus & conjurationibus, aliisque nefandis superstitionibus & sortilegiis, excessibus, criminibus & delictis, mulierum partus, animalium fœtus, terræ fruges, vinearum uvas, & arborum fructus, necnon homines, mulieres, pecora, pecudes, & alia diversorum generum animalia, vineas quoque, pomaria, prata, pascua, blada, frumenta, & alia terræ legumina, perire, suffocari, & extingui facere & procurare, ipsosque homines, mulieres, jumenta, pecora, pecudes, & animalia, diris tam intrinsecis, quàm extrinsecis doloribus & tormentis afficere & excruciare, ac eosdem homines, ne gignere, & mulieres, ne concipere, virosque, ne uxoribus, & mulieres, ne viris actus conjugales reddere valeant, impedire. Fidem præterea ipsam, quam in sacri fusceptione Baptismi fusceperunt, ore sacrilego abnegare. Aliaque quamplurima nefanda, excessus & crimina, instigante humano generi inimico, committere & perpetrare non verentur, in animarum suarum periculum, divinæ majestatis offensam, ac pernicioſum exemplum, ac scandalum plurimorum.

Quodque licet dilecti filii Henrici Inquisitoris in prædictis partibus Alemaniæ superioris, in quibus etiam provinciæ, civitates, terræ, diœceses, & alia loca hujusmodi comprehensa fore censentur: Nec non Jacobus Sprenger per certas partes lineæ Rheni, ordinis prædicatorum & Theologiæ professores, hæreticæ pravitatis Inquisitores, per literas Apostolicas deputati fuerunt, prout adhuc existunt. Tamen nonnulli clerici & laici illarum partium, quærentes plura sapere, quàm oporteat, pro eo, quòd in literis deputationis hujusmodi provinciæ, civitates, diœceses, terræ, & alia loca prædicta, illarumq; personæ ac excessus hujusmodi, nominatim & specificè expressa non fuerunt, illa sub eisdem partibus minimè contineri, & propterea præfatis Inquisitoribus in provinciis, civitatibus, diœcesibus, terris & locis prædictis, hujusmodi Inquisitionis officium exequi non licere, & ad personarum earundem super excessibus & criminibus antedictis punitionem, incarcerationem & correctionem admitti non debere, pertinaciter asserere non erubescunt. Propter quod in provinciis, civitatibus, diœcesibus, terris & locis prædictis, excessus, & crimina hujusmodi, non sine animarum earundem evidenti jactura, & æternæ salutis dispendio, remanent impunita.

Nos igitur impedimenta quælibet, per quæ ipsorum Inquisitorum officii executio, quomodolibet retardari posset, de medio submovere, & ne labes hæreticæ pravitatis, aliorumq; excessuum hujusmodi, in perniciem aliorum innocentium sua venena diffundat, oportunis remediis, prout nostro incumbit officio, providere volentes, fidei zelo ad hoc maximè nos impellente. Ne præterea contingat, provincias, civitates, diœceses, terras & loca prædicta, sub eisdem partibus Allemanniæ superioris, debito Inquisitionis officio carere, eisdem Inquisitoribus in illis officium Inquisitionis hujusmodi exequi licere, & ad personarum earundem super excessibus & criminibus prædictis, correctionem, incarcerationem, & punitionem admitti debere, perinde in omnibus & per omnia, ac si in literis prædictis provinciæ, civitates, diœceses, terræ & loca, ac personæ & excessus hujusmodi nominatim & specificè expressa forent, auctoritate Apostolicâ, tenore præsentium statuimus.

Proque potiori cautela literas & deputationem prædictas, ad provincias, civitates, diœceses, terras & loca, necnon personas, & crimina hujusmodi extendentes, præfatis Inquisitoribus, quod ipsi, & alter eorum, accersito secum dilecto filio Joanne Gremper, clerico Constantiensis diœcesis, magistro in artibus, eorum moderno, seu quovis alio Notario publico, per ipsos, & quemlibet eorum pro tempore deputando, in provinciis, civitatibus, diœcesibus, terris & locis prædictis, contra quascunque personas, cujuscunque conditionis & præeminentiæ fuerint, hujusmodi Inquisitionis officium exequi, ipsasque personas, quas in præmissis culpabiles repererint, juxta earum demerita corrigere, incarcerare, punire, & mulctare. Necnon in singulis provinciarum hujusmodi parochialibus Ecclesiis verbum Dei fideli populo, quoties expedierit, ac eis visum fuerit, proponere & prædicare, omniaque alia & singula in præmissis, & circa ea necessaria & opportuna facere, & similiter exequi libere & licitè valeant, plenam ac liberam, eâdem auctoritate, de novo concedimus facultatem.

Leo Decimus, in Concilio Lateran.

Infames perpetuò existant clerici incantationibus & sortilegiis dediti, tum deponantur & monasterio includantur.

CAP. V.

CUm secundùm leges civiles & sacrorum canonum censuras, sortilegia per invocationem dæmonum, incantationes ac divinationes superstitiosæ prohibitæ sint: Statuimus, decernimus, & ordinamus, ut clerici a, qui in præmissis culpabiles inventi fuerint, arbitrio superiorum infamiâ notentur, si verò non destiterint, de-

a *Diaz. in prall. can. ca. 100. Cuchus in institut. can. lib. 4. tit. 3. de diversis delictis, vers. his addantur.*

ponan-

ponantur, atq; in monasterium, ad tempus arbitrio superioris præfiniendum, detrudantur, beneficiisq; & officiis Ecclesiasticis priventur. Laici verò utriusque sexûs, excommunicationis & aliis pœnis juris, tàm civilis quàm canonici, subjaceant.

Idem, universis & singulis locorum ordinariis dominii Venetorum.

In strigas & sortilegos, ut contra hæreticos vehementer suspectos procedi solet, quia ea perpetrant, quæ manifeste sapiunt hæresim.

CAP. VI.

HOnestis petentium votis libenter annuimus, eaque favoribus persequimur opportunis. Aliàs ad petitionem dilectorum filiorum, nobilium virorũ Ducis & Dominii Venetorum, cùm in Brixiensi & Bergomensi civitatibus & diœcesibus quoddam hominum genus perniciosissimum ac damnatissimum, labe hæreticâ, per quam susceptо renunciabatur baptismatis sacramento, Dominum abnegabant, & satanæ, cujus consilio seducebantur, corpora & animas conferebant, & ut illi rem gratam facerent, in necandis infantibus passim studebant, & alia maleficia & sortilegia exercere non verebantur, quod ita factum esse videbatur, ut ad eorum errorem extirpandum opportuna adhiberentur remedia. Volentes etiam ejusdem generis nonnullos indicibili pœnâ obstinatè vitam potius perfidè amittere, quàm errorem suum cognoscere maluisse, & propterea de rigoroso nimium (ut dicebatur) vestri ordinariorum contra tales processu dubitantes, venerabilem fratrem Episcopum Polensem nostrum & Apostolicæ sedis apud eosdem Ducem & Dominium, Nuncium vobis adjungendum duximus, cum facultate, per se vel alium, seu alios processus per vos habitos, seu factos examinandi, & revidendi: & si vos Inquisitores processus ritè & rectè, ac juxta formam juris habitos fecisse tis, contra tale hominum damnatorum genus unà vobiscum procedendi & inquirendi, necnon procuratores & advocatos, scribas, cæterosque ad Inquisitionis præfatæ exercitium necessarios & opportunos, officiales & ministros cum competentibus salariis deputandi, & homines prædictos (quòd redire ad Ecclesiæ unitatem vellent) clementer suscipiendi, eisque pœnitentiam salutarem injungendi, & eos absolvendi etiam in utroque foro, & incorrigibiles condemnandi, & brachio seculari tradendi, cæteraq; quæ vos de jure vel consuetudine facere possetis, & deberetis faciendi, exercendi, & exequendi, prout in literis desuper confectis continetur. Cùm igitur commissionis hujusmodi vigore præfatus nuncius, venerabilè frater, Episcopum Justinopolitanum, in partibus illis commorantem, ad præmissa unà vobiscum pertractanda & exequenda subdelegaverit, vosque & ipse subdelegatus in valle Communica Brixiensis diœcesis, ubi maximè hujusmodi damnati generis homines vigent & pullulant, processeritis, ac nonnullos culpabiles repertos, & curiæ seculari tradendos, necnon jam condemnatos habueritis, videtur quòd per Venetorum collegium Prætori Brixiensi mandatum fuerit, ne sententias hujusmodi exequeretur, & vobis, & eidem subdelegato, ne ad executionem illarum procederetis, inhiberet, prout inhibitum fuit: ac expensas & salaria pro hujusmodi inquisitionis negotio necessaria submoveret, & retraheret: necnon processus contra culpabiles prædictos habitos & factos eis transmitteret, seu transmitti faceret: & quod deterius est, subdelegatum prædictum ad coram eis in civitate Venetiarum comparendum cogeret & compelleret, prout coactus & compulsus fuit. Et quia propter dictas literas, in quibus dictus nuncius adjunctus fuit, ab aliquibus hæsitatur, an propter hoc facultas vestra diminuta existat, ita quòd (prout ante duas hujusmodi literas potuissetis) procedere non possitis, indecensque, & contra juris & sacrorum canonum dispositionem, ac Ecclesiasticam libertatem existat, laicos de personis & causis Ecclesiasticis se intromittere, nullamque injunctam à nobis executionem adimplere, nisi processibus, ac sententiis per eos visis & examinatis, ac si ipsi in clericos, causasque Ecclesiasticas, superioritatem & jurisdictionem haberent: cùm tamen in clericos causasque hujusmodi laicis nulla facultas attributa sit, quos obsequendi & exequendi manet necessitas, non auctoritas imperandi, propter quod inter Christi fideles non modicum surgit scandalum. Nos igitur, ne quod ad salutem animarum, & dictarum causarum faciliorem expeditionem introductum est, in damnum & percellationem convertatur; & propterea ob diuturnitatem temporis, infelices animæ hujusmodi peccatis magis graventur, & ad omne circa hoc dubium tollendum, vos, prout ante datas dictas literas, de jure & consuetudine seu privilegio procedere poteratis, necnon etiam contra maleficos & sortilegos, ac à fide apostatantes, prout criminis postulaverit qualitas, procedere posse & debere, auctoritate Apostolicâ, tenore præsentium decernimus & declaramus, vobis committentes & mandantes, ut eosdem Venetos, & illorum Ducem, ac officiales suos, ne ipsi ulteriùs in hujusmodi causis se intromittât, sed quòd injunctas sibi executiones, & fortè injungendas, postquam requisiti fuerint, sine aliqua processuum, per dictos Ecclesiasticos judices factorum visione, vel examinatione, promptè exequantur, moneatis & hortemini. Et si hoc facere neglexerint, vel recusaverint, vos eos per censuras Ecclesiasticas, & alia juris opportuna remedia, appellatione postpositâ, compellatis. Datum Romæ 15. Februarii, 1521.

TITULUS XIII.

DE TESTIBUS.

Pius V.

Perjuri & falsi rei habentur, qui in causis civilibus aut criminalibus dicta testium sine judicis auctoritate detegunt.

LIcèt contra Notarios, qui in causis, tam criminalibus, quàm civilibus, dicta testium, aut reorum responsiones absque judicis decreto partibus patefaciunt, multæ constitutiones editæ sint, eosque tanquam falsi reos, & infames, ac perjuros puniri debere statutum sit, nihilominùs, quia *a* magis timetur, quod sæpiùs cavetur, & ut in futurum timore pœnæ, si non Dei timore arceantur, omnes & singulas censuras & pœnas, contra eos, qui talia deliquerint latas, auctoritate Apostolicâ, tenore præsentium approbamus, confirmamus, & innovamus, nec de earum rigore, propter illarum forsan inobservantiam, aut prædecessorum nostrorum, & etiam nostram, ac officialium, & ministrorum eorundem, & nostrorum tolerantiam, quicquam rélaxatum aut remissum esse, ac easdem in suo pristino robore & vigore permanere decernimus & declaramus. Et ut pœnarum certitudo omnibus hic in alma urbe nostra innotescat, statuimus, decernimus, & declaramus, omnes & singulos Notarios, tàm principales, quàm substituros, executores quoque, ac carcerum custodes, cæterosque, quibus tam vigore sui officii, quàm aliàs quomodocunq; reos, dum in carceribus secretis detinentur, facultas alloquendi conceditur, qui reorum *b* responsiones, ac testium in dictis causis depositiones propalare, in totum vel in parte, dicto aut facto, quibusvis personis, cujuscunque conditionis, prærogativæ, & dignitatis, tàm Mundanæ, quàm Ecclesiasticæ existant, absque judicis, coram quo causa vertitur, & Procuratoris fiscalis licentia, ausi fuerint, aut eisdem reis & testibus, donec in secretis retinentur, etiam quarumvis personarum, ut suprà, quomodolibet qualifi-

a *Magis timetur quod sæpius cavetur.* b *Reorum responsiones, & testium depositiones non debent publicari.*

catarum, vel nomine eorundem reorum & testium, vel aliis, etiam extra carceres existentium nomine eorundē carceratorum, nuncium, epistolam, literas, vel (ut vulgò dicitur) ambasciatas ferre, absq; ejusdem Judicis & Procuratoris fiscalis licentia, ultra pœnas eis à jure vel statuto inflictas, pœnam relegationis in perpetuum, vel ad tempus ad triremes, & si qualitas facti id exegerit, & judici videbitur, etiam ultimi supplicii, incurrere, & puniri debere præcipimus & mandamus, sicque per quoscunque judices, quâvis auctoritate fungentes, puniri & condemnari, & non aliter, declaramus. Rom. 23. Jul. 1568.

TITULUS XIV.

DE MONETARUM TONSORIBUS.

Pius Quintus.

Ultimi supplicii pœnâ afficiuntur aurea & argentea moneta tonsores.

CUm nil magis humanæ vitæ commercio sit necessarium, quàm pecuniarum usus, quæ hominibus cuncta humano victui necessaria præbent: decet Romanum Pontificem ad ea libenter intendere, per quæ pecuniæ ipsæ non solùm non adulterentur, verùm etiam in primævo illarum statu ab omnibus illæsæ conserventur. Quod, & si cunctis in locis, præcipuè tamen in hac alma urbe nostra, quàm gloriosi Apostolorum Principes martyrio suo consecrârunt, & ad quam, veluti communem omnium matrem, gentes undequaque concurrunt, singulisque aliis dominiis, terris, & locis, nobis & sedi Apostolicæ mediatè vel immediatè subjectis, curandum est, ut & ad illam venientibus vitiorum exempla non proponantur, & quibusvis peccandi materies succidatur. Attendentes itaque, quòd licèt monetarum aurearum tonsoribus ultimi supplicii de jure sit inflicta pœna, argenteas tamen monetas tondentibus satis minor pœna imposita sit. Ac animo revolventes, quàm par sit utriusque delictum, cùm ii, qui argenteas minuunt, nulla alia de causa ab aurearum mutilatione, nisi ob earum defectum, subsistant, ac propterea eodem juris rigore, in utroque sæviendum esse, æquum reputantes. Motu simili, &c. hâc nostrâ perpetuò valiturâ constitutione statuimus, eos, qui argenteas tondent monetas, ultimi supplicii, & eâ, quâ aureorum tonsores hactenus puniti sunt, & de jure puniri debent, pœnâ puniendos esse, & ita ab omnibus, quibus Judicis officium, non tam in alma urbe nostra, quàm alibi in toto statu Ecclesiastico commissum est, quovis nomine censeantur, & quâvis auctoritate præfulgeant, injunctum est, puniri volumus & mandamus. Districtiùs inhibentes, singulis terrarum, locorum, & civitatum dominis in temporalibus, ne Judices præfatos, in præmissis hoc modo sævientes, sub excommunicationis, &c. impedire, molestare, vel inquietare audeant, vel præsumant.

TITULUS XV.

DE LENONIBUS.

Paulus Quartus.

Lenonum sordidum & turpe lucrum ex prostitutione virginum erradentium pœna.

LEnones & lenæ, circa prostitutionem masculorum versantes, & cum eis circa prostitutionem ipsam agentes, vel consentientes, necnon lenones & lenæ, puellam, seu aliam juvenculam invitam assumentes, & ad necessitatem nutrientes, ac postmodùm prostituentes, & lucrum ex ejus prostitutione captantes, quotquot fuerint, ultimo supplicio afficiantur. Hi verò, qui corrupto comite stuprum puero suaserint, aut puellam virginem super violatione ejus pudicitiæ interpellaverint, seu ad hoc ei quicquam donaverint, vel precium, ut id assequerentur, dederint, aut domum ad hoc eis commodaverint, seu quicquid aliud ad effectum præmissorum fecerint, flagitio perfecto, capitali pœnâ plectantur, eo autem imperfecto, in aliquam insulam deportentur, & inibi perpetuò relegentur, & qui in præmissis comites corrupti fuerint, eisdem pœnis subjaceant. In cæteris verò casibus lenones & lenæ hujusmodi, qui de cætero lenocinii artem exercuerint, fustibus per urbem publicè cæsi, ab hac urbe perpetuò exulare cogantur. Et qui domos suas eisdem lenonibus vel lenis de cætero scienter locaverint, vel si ignorantes id fecerint, nisi postquam hoc eis notificatum fuerit, illos expulerint, domum sic locatam eo ipso amittant, & eâ realiter & cum effectu priventur, & spolientur, & insuper pœnam mille scutorum auri ab eis auferendorum, & in pios usus convertendorum, ipso facto incurrant.

TITULUS XVI.

DE CONCUBINARIIS ET FORnicatoribus.

Leo X. in Concilio Lateranensi.

In publicos concubinarios animadvertere debent Synodorum provincialium ordinarii, ut omnis fornicationis spurcitia in laicis & clericis extincta, legis divinæ authoritas custodiatur.

CAP. I.

STatuimus, quòd quicunq; clericus, cujuscunq; conditionis, statûs, religionis, dignitatis, etiamsi Pontificalis, vel alterius præeminentiæ fuerit, qui post habitam præsentium *a* notitiam, quam habere præsumatur post duos menses, post earundem præsentium publicationem in Ecclesiis cathedralibus factam, quam ipsi diœcesani omninò facere teneantur, postquam præsentes ad eorum notitiam perveherint, publicus concubinarius à perceptione fructuum omnium beneficiorum suorum, trium mensium spatio sit ipso facto suspensus, quos suus superior in fabricam, vel aliam evidentem Ecclesiarum utilitatem, ex quibus ii fructus percipiuntur, convertat: necnon hujusmodi publicum concubinarium, ut primùm talem esse noverit, mox suus superior monere teneatur, ut infra brevissimum terminum concubinam dimittat, & si illam non dimiserit, vel dimissam seu aliam publicè resumpserit, jubemus ut ipsum omnibus suis beneficiis omninò privet. Et nihilominùs ii publici concubinarii, usque quò cum eis per suos superiores, post ipsarum concubinarum dimissionem, manifestamq; vitæ emendationem fuerit dispensatum, ad susceptionem quorumcunq; honorum, dignitatum, beneficiorum, officiorumvé sint inhabiles: qui si post dispensationem residuo vomitu ad hujusmodi publicum concubinatum redierint, sine speciali cujus dispensationis ad prædicta prorsus inhabiles existant: quodque si hi, ad quos talium correctio pertinet, eos, ut prædictum est, punire neglexerint, eorum superiores, tam in ipsos de neglectu, quàm illos pro concubinatu, modis omnibus dignâ punitione animadvertant *b*, in Conciliis etiam provincialibus, & synodalibus adversùs tales punire negligentes, vel de hoc crimine diffamatos, etiam per suspensionem à collatione beneficiorum, vel aliâ condignâ pœnâ severiter procedatur: & si ii, quorum destitutio ad nos & sedem prædictam spectat, per concilia provincialia aut superiores, propter concubinatum publi-

a *Concilium Tridentinum idem justit sess. 25. cap. 14. clericis concubinariis beneficiorum privationem & excommunicationis incursum.*

b *Iisdem fermè pœnis in concubinarios animadvertit Concil. Rhemens. sub Eugenio II. cap. 2. in 3. Tom. Concil. pagin. 331. & apertius in Concilio Oxonien. cap. 25. sive 24. Tom. Concil. pag. 764. in Basil. sess. 20. 4. Tom. Conciliorum.*

cum

cum reperiantur privatione digni, statim cum processu inquisitionis ad nos deferantur, eadem diligentia & inquisitio, in quibuscunque generalibus capitulis, etiam provincialibus, quoad eos servetur, pœnis aliis contra prædictos, & alios publicos concubinarios jure statutis, in suo robore permansuris.

Publici autem intelligendi sunt, non solùm ii, quorum concubinatus per sententiam, aut confessionem in jure factam, seu per rei evidentiam, quæ nullâ possit tergiversatione celari, notorius est, sed etiam, qui mulierem de incontinentia suspectam & diffamatam tenent, & per suum superiorem admoniti, ipsam cum affectu non dimittunt. Quia verò in quibusdam regionibus nonnulli jurisdictionem Ecclesiasticam habentes, pecuniarios quæstus à concubinariis percipere non erubescunt, patientes eos in tali fœditate sordescere, sub pœna maledictionis æternæ præcipimus, ne deinceps sub pacto, compositione, aut spe alterius quæstûs, talia quovismodo tolerent, aut dissimulent, alioquin ultra præmissam negligentiæ pœnam duplum ejus, quod propterea acceperint, restituere, & ad pios usus omninò convertere teneantur, & compellantur. Ipsas autè concubinas aut suspectas Prælati omnibus modis curent, à suis subditis, per auxilium, & brachii secularis invocationem, si opus fuerit, penitùs arcere, qui etiam filios ex tali concubinatu procreatos apud patres suos cohabitare non permittant. Jubemus insuper, quòd in prædictis Synodis & capitulis præmissa publicentur, & ut quilibet suos subditos ad ipsarum concubinarum dimissionem moneant, diligenter injungimus. Præterea omnibus secularibus viris, etiam si Regali præfulgeant dignitate, ne ullum qualecunq; inferant impedimentum, quocunq; quæsito colore, Prælatis, qui ratione officii sui adversùs subditos suos pro hujusmodi cõcubinatu, & aliis casibus sibi à jure permissis, procedunt. Et càm omne fornicationis crimen *a* lege divinâ prohibitum sit, & sub pœna peccati mortalis necessariò evitandum, monemus omnes laicos, tam uxoratos, quàm solutos, ut similiter à concubinatu abstineant: nimis enim reprehensibilis est, qui uxorem habet, & ad aliam uxorem seu mulierem accedit: qui verò solutus est, si continere nolit, juxta Apostoli consilium, uxorem ducat: pro hujusmodi autem divini observantia præcepti, hi ad quos pertinet, tam salutaribus monitis, quàm aliis canonicis remediis, omni studio laborent. Rom. 14. Cal. Jan. 1516.

Pius V.

Bi Sodomitas & concubinarios.

CAP. II.

SI quis crimen nefandum *b* contra naturam, propter quod ira Dei venit in filios diffidentiæ, perpetraverit, Curiæ seculari puniendus tradatur, & si clericus fuerit, omnibus ordinibus degradatus simili pœnæ subjiciatur.

Monemus præterea omnes locorum ordinarios, & in virtute sanctæ obedientiæ eis præcipimus, ut statuta Tridentini *c* Conc. contra concubinarios, tàm clericos, quàm laicos, edita, distinctè faciant observari, reddituri Deo ac nobis, si id omiserint, rationem. Rom. 6. Cal. Apr. 1566.

TITULUS XVII.

DE DUELLO ET DUELLUM permittentibus.

Julius II.

Pugnantes in duello & duellum permittentibus, quâcunque causâ, etiam jure probatâ, excommunicantur, eorũ sepultura in loco sacro denegatur.

CAP. I.

REgis pacifici, qui regnat in cœlis, licèt insufficientibus meritis, vices gerentes in terris, cunctorum fidelium statui, prout ex susceptæ servitutis tenemur officio, indefessâ solertiâ intendentes, ac animarum periculis obviare cupientes, ad ea, per quæ ubique, præsertim in terris Romanæ Ecclesiæ sponsæ nostræ subjectis, inter fideles eosdem, cædes, rixæ, & contentiones cessent, scandalorum tollantur fomenta, pax & concordia vigeant, prosperisq; eorum successibus consulatur, opportunæ provisionis operam impendimus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire. Sanè, non sine maxima animi nostri perturbatione accepimus, quòd nonnulli fidelium prædictorum, inimico humani generis instigante, & aliquibus causis occurrentibus, & plerumq; minimis & inhonestis ac levibus verbis ad contumelias, contentiones, & diffidationes devenientes, ut alter alterius sanguine satietur, ad temporales Principes & dominos, maximè civitatum, terrarum, & locorum sedi Apostolicæ subjectorum confugiunt, ut eis locum tutum, sive campũ ad duellum seu pugnandũ assignent. Et quamvis *a* Principes, & domini prædicti duellum sive pugnam eis dissuadere & prohibere deberent, tamen plerunque locum aut campum tutum hujusmodi assignant, malevolumque altercantium propositum ad executionem augent, magisq; uni, quàm alteri favent, ex quo hominum mortes repentinæ, & nisi divinâ gratiâ prævenirentur, animarum perditiones, mutilationes, & vulnera, interstantesq; pugnantium amicos, odia & altercationes, & ex uno inconvenienti plura oriuntur, in ipsorum fidelium animarum & corporum periculum, generisque humani prædicti jacturam, pernicioſum exemplum, & scandalum plurimorum. Nos igitur, qui fidelium prædictorum tranquillitatem & pacem sinceris desideriis exoptamus, saluberrimis Christianæ religionis documentis & exemplis, Deum tentandum non esse, prædoniti, Salvatorisq; Domini nostri Jesu Christi, qui Petro Apostolorum Principi, ut gladium mitteret in vaginam, mandavit, præceptis edocti, attendentes hominem homini, inter quos cognationem quandam natura constituit, insidiari nefas, & gladiatoria munera & pugnationes hujusmodi vulgares à religionis nostræ pietate damnari, cruentaque spectacula à sacris canonibus, & imperialibus legibus inhibita & improbata, sicq; pugnantes infamiâ notari, & diversis pœnis puniri, & cum omni tempore, potissimùm tamen in ocio civili, & domestica quiete publica, detestanda esse, motu proprio, non ad alicujus super hoc nobis oblatæ petitionis instantiâ, sed de nostra mera deliberatione, & ex certa scientia, hâc in perpetuum valiturâ constitutione, duellorũ & gladiatorum hujusmodi usum damnamus & improbamus, & in terris Rom. Ecclesiæ mediatè & immediatè subjectis, per quoscunque, quâvis auctoritate & potestate ac nobilitate fulgentibus, sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, è quacunque causa, etiam à legibus permissa, fieri omninò prohibemus. Dictosq; pugiles taliter pugnãtes, ubiq; impunè capi posse & puniri pro homicidio vel vulnere, juxta juris comunis dispositionẽ, nullâ eis consuetudine suffragante, statuimus, corporaq; in duello in terris Eccl. mediatè vel immediatè subjectis facto morientiũ, in sacro sepeliri prohibentes. Rõ. 7. Cal. Aug. 1505.

Leo Decimus.

Duelli auctores, proscriptione bonorum, spectatores excommunicatione & mulctâ pecuniariâ plectuntur.

CAP. II.

QUàm Deo & hominibus abominabiles viri pugnãtes in duello existant, & omnium in ore versatur, & di-

a *Deuteron. 23. Tib. 4. 1 Corinth. 6. Ephes. 5. Gal. 5. Actor. 15. Matth. 15. Marc. 7.* b *Non potest hac res magnitudine sceleris enarrari. Lact. lib. 6 cap. 23.* c *Concil. Trident. sess. 24. de reform. matrim. cap. 8.*

a *Concil. Trident. decreto sess. 25. cap. 19. Principes duellum permittentes excommunicantur, & committentes illud, & patroni, consultores, spectatores excommunicantur & sunt infames, & proscriptione bonorum mulctantur.*

vitæ humanæq; jura detestantur: nec immeritò, cùm non solùm corpocum, sed eriam eorum animarum, pro quibus Salvator noster Jesus Christus Dei filius mortem subiit temporalem, grave detrimentum afferre noscantur. Ad reprimendum igitur talium nefarios ausus, plurimùm conferre censentes, eos, qui hujusmodi scelus detestabile quidem, & canonicâ [a], civiliq; lege prohibitum, patrare non expaveſcunt, graviter fore puniendos: ac ea, quæ ad compescendum similes vetitos conatus, à Rom. Pont. prædecessoribus nostris, statuta fuerunt, ut eò firmiùs observentur, quò sæpiùs fuerint auctoritate Apostolicâ communita, approbemus, & novo munimine roboremus, & si qua ad perterrendum animos audaces meliora sint, iis adjiciamus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire. Adjicientes, & eâdem auctoritate Apostolicâ statuentes, quòd pugnantes ipsi, non solùm pœnis prædictis subjaceant, sed eorum memoria perpetuò damnata sit, ac bona proscripta sint, & Cameræ nostræ Apostolicæ confiscata, eo ipso. Duces, Barones, Comites, Marchiones, & domini temporales, vicarii, feudatarii, armorum Capitanei, Communitates quoque civitatum, terrarum & locorum eidem Rom. Ecclesiæ mediatè vel immediatè subjectorum, campum ad pugnandum præstantes, non solùm pœnas prædictas incurrant, sed ab omni jure, quod in locis & territoriis suis obtinent, ipso facto cadant, illudq; ad Cameram præfatam devolvatur, & devolutum esse censeatur, absq; alia declaratione desuper facienda. Qui verò ad talia cruenta spectacula videnda convenerint, si nobiles, quingentorum, si mediocris fortunæ, centum, si verò ignobiles, viginticuinq; ducatorũ, necnon excommunicationis & perpetuæ maledictionis pœnam incurrant, ac locus ipse Ecclesiastico subjaceat interdicto. Et insuper omnia & singula, tam per Julium prædecessorem statuta, & ut præfertur, per nos confirmata, & illis adjecta, perpetuæ firmitatis robur obtinere, ac inviolabiliter observari debere decernimus. Rom. 10. Cal. Aug. 1569.

TITULUS XVIII.

DE TAURORUM ET ALIORUM ANIMALium agitatione & pugna.

Pius Quintus.

Furcia & cruenta quæcunq; spectacula, in quibus tauri & saviores aliæ feræ introducuntur, & ad pugnam ludicram, sed plerunq; exitialem hominibus, congrediuntur, prohibentur.

DE salute gregis Dominici nostræ curæ divinâ dispensatione crediti, prout ex debito pastoralis officii astringimur, solicitè cogitantes, fideles cunctos gregis ejusdem ab imminentibus corporũ periculis, etiam animarum pernicie, perpetuò arcere studemus. Sanè, licèt detestabilis duellorum usus à diabolo introductus, ut cruentâ corporum morte animarum etiam perniciem lucretur, ex decreto Concilii Tridentini prohibitus fuerit, nihilominùs adhuc in plerisq; civitatibus, & aliis locis, quamplurimi ad ostentationem virium suarum & audaciæ, in publicis privatisq; spectaculis, cum tauris & aliis feris bestiis congredi non cessant, unde etiam hominum mortes, membrorum mutilationes, animarumq; pericula frequenter oriuntur. Nos igitur considerantes, hæc spectacula, ubi tauri & feræ [a] in circo vel foro agitantur, à pietate & charitate Christiana aliena esse, ac volentes hæc cruenta turpiaque dæmonum, & non hominum spectacula aboleri, & animarum saluti, quantum cum Deo possumus, providere, omnibus & singulis Principibus Christianis, quâcunq; tam Ecclesiasticâ, quàm Mundanâ, etiam Imperiali, Regiâ, vel quâvis aliâ dignitate fulgentibus, quovis nomine nuncupentur, vel quibusvis Communitatib. & Rebuspublicis, hâc perpetuò nostrâ constitutione valiturâ, sub excommunicationis & anathematis pœnis ipso facto incurrẽdis, prohibemus & interdicimus, ne in suis provinciis, civitatibus, terris, oppidis & locis, hujusmodi spectacula, ubi taurorum aliarumque ferarum bestiarum agitationes exercentur, fieri permittant. Militibus quoq; cæterisq; aliis personis, ne cum tauris & aliis bestiis in præfatis spectaculis, ipsi, tam pedestres, quàm equestres, cõgredi audeant, interdicimus. Quòd si quis eorum ibi mortuus fuerit, Ecclesiasticâ careat sepulturâ. Clericis quoq; tam regularibus, quàm secularibus beneficia Ecclesiastica obtinentibus, vel in sacris ordinibus cõstitutis, sub excommunicationis pœna, ne eisdẽ spectaculis interfiant, similiter prohibemus. Omnesque obligationes, juramenta & vota, à quibusvis personis, Universitate vel Collegio, de hujusmodi taurorum agitatione, etiam ut ipsi falsò arbitrantur, in honorem sanctorum, seu quarumvis Ecclesiasticarum solennitatum, & festivitatum, quæ divinis laudibus, spiritualibus gaudiis, piisq; operib. non hujusmodi ludis celebrari & honorari debent, hactenus factas & facta, seu in futurum fienda, quæ & quas omninò prohibemus, cassamus & annullamus, ac pro cassis, nullis, & irritis haberi perpetuò decernimus atque declaramus. Mandamus autem omnibus Principibus, Comitibus, & Baronibus, sanctæ Rom. Ecclesiæ feudatariis sub pœna privationis feudorum, quæ ab ipsa Eccles. Rom. obtinent: Reliquos verò Principes Christianos, & terrarum dominos prædictos hortamur in Domino, & in virtute sanctæ obedientiæ mandamus, ut pro divini nominis reverentia & honore, præmissa omnia in suis dominiis ac terris hujusmodi, exactissimè servari faciant, uberrimam ab ipso Deo mercedem tam boni operis [b] recepturi. Ac universis venerabilibus fratribus, Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis, aliisq; locorum ordinariis, in virtute sanctæ obedientiæ, seu obtestatione divini judicii, & interminatione maledictionis æternæ, quatenus in civitatibus, & diœcesibus propriis præsentes nostras literas sufficienter publicari faciant, & præmissa etiam sub pœnis & censuris Ecclesiasticis observari procurent.

a *Iure Pontificio & civili pœnæ interdicta sunt duella. Auth. const. monomachiam, q. 3. & c. 1. de cleric. pugn. in duello. & c. 1. & l. 3. de pœn. vulg. & per Iust. l. ex hoc jure. ff. de justitia & jure.*

a *Navarrus hanc extravagantem seu Pii V. constitutionem sic interpretatur, ut eam non extendi existimet ad illam agitationem taurorum, quæ tali modo omine fit, ut caedibus & periculis non careatur, ob quæ vitanda lata est lex. Cessante autem ratione & fine legis, cessat ejus dispositio, & quia juxta limites rationis legis debet restringi vel extendi lex. 1. cum pater. §. duæ sunt ff. de legat. 2. & quia ex proœmio legis solet causa legis conjici finalis. l. fin. ff. de hæredinstit. & c. quia propter. de elect.* b *Vide Molinam in instruct. confess. par. 1. fol. 110. §. 22. de ludis & Ludovic. Lopez in confess. instruct. par. 1. c. 90.*

FINIS QUINTI ET ULTIMI LIBRI
DECRETALIUM SEPTIMI.

INDEX

INDEX RERUM ET VERBORUM DIGNIORUM, OPERE HOC TOTO CONTENTORUM LOCUPLETISSIMUS.

A.

Abjurantes hæresim & resipiscentes recipiuntur 181
Abolitio facultatum utcunque & quibuscunque concessarum 160
Abolitio sanctionis pragmaticæ per Ludovicum XI. Gallorum Regem promissa 127
Absentia à cura pastoralis residentiæ, dummodo ordinariorum consensu & authoritate firmetur, in studiorum favorem excusatur 111
Absolutio illicitâ viâ adepta, irrita est, & nullius ponderis 192
Absolutio, quam sacerdos in eum profert, in quem ordinariam aut subdelegatam potestatem non habet, momenti nullius est 156
Abusus pluralitatis beneficiorum usitatissimus extinguitur 35
Abusus quæstorum sublatus 144
Abusus regressuum & accessuum ante summum Pontificem sustulit Concilium Tridentinum, ne scilicet beneficia nepotarentur 42
Abusus regressuum & accessuum decreto Synodi Tridentinæ prorsus extinguitur 38
Abusus retinentium beneficia in confidentiam, detegitur, & extinguitur, pœnæ sanctæ metu 40
Abusus varii, qui inscia sede Apostolicâ committuntur 145
Accusatio, quæ auctorem suum non prodit, illegitima est 213
Actus, in quo electa est industria personæ, per alium perfici non potest 41
Ad propagandam fidem Christianâ, novi orbis Insulæ conceduntur juri & dominio Regis Catholici, Ferdinandi Arragon. 23
Ædes illius, qui Pontifex futurus est, diripiuntur, & insolenter, violentoque impetu à populo spoliantur 15
Æquitas legum sanctarum damnanda non est, si malitia humana labefactetur 12
Ætas annorum triginta requiritur ad Episcopatum obtinendum 14
Ætas ordinandorum 20
Ætas tredecim annorum sufficit ad canonicatum in Ecclesia cathedrali vel collegiata adipiscendum 13
Ætatem eorum, qui monasteriis præesse, ibidemque sacramenta administrare debeant, qualem esse oporteat 162
Affinitas 164
Aleatores 202
Alexandria Ægypti civitas, ab Alexandro, postquam vicisset Ægyptum, condita prope ostium Nili, quod Canopicon vocatur 176
Alienatio bonorum Ecclesiasticorum, in quibus casibus licita sit 27
Alienatio bonorum Ecclesiasticorum, Pontifice summo non consulto, & necessitate non urgente, nulla est 21
Alienatio bonorum Ecclesiasticorum ex causa majoris utilitatis valet, si quippe Ecclesia utiliori & meliori re quapiam recompensetur 26
Alienatio rerum Ecclesiasticarum certis causis necessitatis urgentibus conceditur 22
Alienationes contra formam à Paulo II. præscriptam factæ, revocantur ibid.
Alienationes rerum Ecclesiasticarum duo copulativè respiciunt, solemnitatem scilicet, causamque justam aliendi 23
Allegatio novæ offensæ in causis pacis & treugæ irrita est 140
Amissio fructuum, ob neglectas horas canonicas, pro rata temporis præteriti officii, perpenditur 57
Ampliatio constitutionum in non solventes annatas editarum 74
Animadversio Inquisitorum fidei, in Judæorum blasphemias, & flagitiosam vivendi consuetudinem 172
Animadvertendum est in eos, qui curam valetudinis fidei Christianæ hostibus, utpote Judæis, confidunt 125
Animæ in purgatorio detentæ fidelium precibus juvantur 124
Annata introducta fuit ad subventionem Papæ & Cardinalium indigentium 80
Annatæ 72
Annatæ non debentur Cameræ Apostol. nec exiguntur de beneficiorum pensionibus, annuum valorem XXIV. ducatorum non excedentibus 73
Annatæ solvi debent singulis XV. annis Cameræ Apostolicæ, de beneficiis & monasteriis unitis de cætero non vacantibus 75
Annus datur ad prosequendum & finiendum appellationem: potest tamen judex terminum restringere respectu prosecutionis, quia hoc concernit jus partis, licèt prosecutio debeat fieri coram superiore 92
Apostasia irregularitatis est, non autem fidei ipsius 118
Apostasia religionis, causarum, ob quas liberi à parentibus exhæredari possunt, una est 169
Appellatio à decretis ordinariorum ante sententiam diffusiorem, & ubi agitur de morum & disci-

ſciplinæ Eccleſiaſt. reparatione, prohibetur 92
Appellatio à fructuum liquidatione, unica conceditur ib.
Appellatio ab exceſſu taxæ ſemel tantùm conceditur ib.
Appellatio, quâ à minore ad majorem appellatur, rata habenda eſt 89
Appellatio, quæ fit à Concilio ad Papam licita eſt, & non contrà ibid.
Appellationes & provocationes à ſummo Pontifice ad concilium futurum, inanes, ſchiſmaticæ & erroneæ ſunt ib.
Armæ Saracenis deferenda non ſunt 175
Armæ Saracenis in caſibus quibuſdam per Chriſtianos licitè poſſunt deferri ibid.
Ars typographiæ primùm apud Germanos inventa & excuſa eſt, ſummoque in pretio haberi cæpit an. M CCC XL. vel, ut alii volunt, M CCC LII. induſtriâ Ioannis Guttenbergii, & Petri Scheſferi 195
Aſſerere, animam rationalem eſſe mortalem, profanum eſt, & hominum, ventrem pro Deo habentium 186
Aſſertio fidei & religionis Chriſtianæ defenditur adverſus Græcorum errores, de proceſſione Spiritûs Sancti à Patre & Filio, & de reliquis doctrinæ catholicæ capitibus 2
Aucupari Pontificiam dignitatem pollicitationibus & emendicatis ſuffragiis Conciliorum Oecumenicorum ratione prohibitum 218
Authores duelli proſcriptione bonorum multantur 234
Authores libellorum famoſorum infames eſſe juſſi, ad triremes damnantur 200
Authores librorum famoſorum virulentiſſimis injuriis alienæ famæ clam detrahentes, & qui eos publicaverint, dolovè malo retinuerint, pœnis jure conſtitutis ſubjiciendi 199
Authoritas comitum Palatinorum in promotione Doctorum & legitimatione hodiè reſtricta eſt 121
Authoritas Petri ſucceſſoris ſemper requiritur, ita ut illa Concilia legitima ſint, quæ illius conſenſu celebrantur, & celebrata confirmantur 131
Authoritas Pontificis ſummi quanta ſit 126.

B.

Banniti 204
Banniti in finibus locorum, extra quos relegati ſunt, capi poſſunt 211
Banniti ob homicidium, appellare nequeunt 206
Bannitus ad civitatem reverti non poteſt, niſi per Principem 210
Baptiſmus unus eſt in peccatorum remiſſionem 123
Beneficia cauponanda non ſunt 222
Beneficia conferri debent, ſine pacti cujuſcunque aut favoris conditione ibid.
Beneficia in confidentiam, hoc eſt, certâ Simoniacæ pravitatis ſpecie collata, quibuſdam, aut ipſo jure incapacibus, vel nondum adhuc natis, vacant, eorumque diſpoſitio ſedi Apoſtolicæ reſervatur 37
Beneficia meritis non ambitu comparanda ſunt 54
Beneficia purè & ſincerè conferri debent, hoc eſt, abſque pacto aliquo, conventione vel conditione, quibus Simoniæ vitium inducitur 224
Beneficia reſervantur ſedi Apoſtol. omnia, propter crimen hæreſis vacantia 47
Beneficia ſedi Apoſtolicæ reſervata quovis modo vacantia & vacatura, ſemper manent affecta, & ſummi Pontificis diſpoſitioni ſubdita 44
Beneficii cujuſcunque impetratio, quæ ſuppoſitam dolo malo in examine prodit perſonam, & conditione quâpiam paciſcitur quæſtûs aut privati lucri gratiâ, eſt falſa, eſt & irrita 33
Beneficiis curatis & parochialibus præſidere tenentur, quibus credita eſt animarum cura, aut privilegia collata in gratiam paſtoralis reſidentiæ amittunt, & pœnis canonicis ſubjiciuntur 113
Beneficiorum aut dignitatum, tam regularium quàm ſecularium adminiſtrationem, neglectâ expeditione literarum Apoſtolic. aut illis non expeditis ſuſcipere, fraudis eſt reſtitutioni fructuum obnoxiæ 54
Beneficium ſequeſtratur, ſimulatque ſuper eo interdicto retinendæ poſſeſſionis litigatur, ideò, ne partes litigantes variis litium anfractibus involvantur 86
Blaſphemi 202
Blaſphemia eſt, cum quædam probroſa irreligioſitate convitioſorum jaculata in alium maledictio: aut, eſt divini vel humani nominis diminutio, jurando, vel exprobando facta ibid.
Bona clericorum omnia per negotiationem illicitam acquiſita, tempore obitûs ipſorum inconſumpta manentia ad S. R. E. pertinent 120
Bona cultui divino dicata nullius diſpoſitioni, quoad eorum dominii, ſubjecta ſunt 117
Bona Eccleſiæ dilapidari non debent, quippe quæ pauperum ſint 102
Bona Eccleſiaſtica, ſine indultu Apoſtolico, ultimo voluntatis arbitrio non relinquuntur 104
Bona Prælatorum ſine facultate teſtandi decedentium, ad reverendæ Cameræ Apoſtolic. fiſcum pertinent 115
Bona regularium extra clauſtra degentium, nomine ſpoliorum continentur, & fiſco Cameræ Apoſtol. adjudicantur, vero veluti & proprio hæredi 118
Bona Romanæ Eccleſiæ & Cameræ Apoſtolicæ alienata, in illius damnum, aut ſine paris valoris recompenſa, vel neceſſitate, ſeu evidenti utilitate, pro non alienatis habenda & reſtituenda 25
Bonorum Eccleſiaſticorum alienatio, inconſulto ſummo Pontifice, & neceſſitate non urgente, nulla eſt 21
Bonorum immobilium Gallicanæ Eccleſiæ alienatio permittitur, in ſubſidium belli ad exirpandas hæreſes 27.

C.

Cædes Deo quàm maximè invisa eſt 207
Calendæ Octobris perpetuò ſolennes feſti Roſarii beatæ virginis, ob devictam claſſem Selimi Turcarum Imperatoris in ſinu Corinthiac. apud Naupactum 136
Cambium eſt commutatio rerum ad res, ſive pecuniæ ad pecuniam 97

Cambium illicitum prohibitum & licitum declaratum ibid.
Canones Conciliorum interpretantur & confirmantur Pontificis maximi declarat. 131
Canonici forum ordinariorum subterfugientes, privilegio exemptionis abutuntur 23
Capitula constitutionis contra Patavenos edita, per Fredericum Illustrem virum, Romanorum Imperatorem semper Augustum, Hierusal. & Siciliæ Regem 179
Captivitas Ægyptiaca, quam sub Pharaone Iudæi post mortem Iosephi pertulerunt, & peregrinatio 167
Cardinales doctrinâ & morum splendore conspicui esse debent, quòd sint veluti consiliarii prudentissimi ejus, cui vices suas in terris credidit Christus, ut de rebus arduis, cùm opus fuerit, exactè consultent 18
Cardinales, qui sedi Apostolicæ, & communi omnium Christi fidelium Patri assident, præclaris virtutibus, & integris moribus illustres esse debent 17
Cardinalis creatio non priùs rata & valida habetur, quàm Cardinalatûs insignia acceperint 14
Casus tres sunt, propter quos bona Ecclesiastica alienare licitum est 27
Catechesis & fides institutionis sedula cura adhibeatur ab Episcopis in Iudæorum conversionem, ubi hujus dispersæ gentis Synagogæ colliguntur 174
Cauponatio beneficiorum prohibetur 222
Caussa jus patronatûs concedendi legitima, quæ sit 82
Caussæ apostatarum ad decisionem Apostol. evocantur 155
Caussæ beneficiorum in consistoriam collocatorum, sedi Apostolicæ discutiendæ reservantur 38
Caussæ clericorum sive Ecclesiasticorum in foro jurisdictionis ordinariæ decidi debent 57
Caussæ erronum & apostatarum monachorum ad sedem Apost. evocantur 155
Celebratio Missarum 132
Celebratio sacramenti eucharistiæ ibid.
Census est rei immobilis fructiferæ in pecunia numerata contractus, nec super fructib. census au-
geri vel creari potest, cujus pretium semel constitutum immobile permanet 98
Census vox significationes varias habet ibid.
Cessio bonorum 93
Cessio bonorum quibus concedatur 95
Christi passio est veluti labrum, ex quo omnia bona effluunt, indulgentiarum quoque & gratiarum dona consistunt, quamobrem gratis expediantur, nec pretio mercentur 143
Christiani cum Iudæis conversari non debent 171
Christiani temporibus Iulii II. discriminibus variis pressi fuerunt 208
Christus crucifixus pro nobis, passus, mortuus, sepultus, resurrexit die tertiâ secundùm scripturas 123
Christus Deus de Deo, ut lumen de lumine ibid.
Christus genitus, non factus ibid.
Christus, in cælum sublatus altissimum; sedet ad patris dexteram, usque dum revertatur ad judicium vivorum & mortuorum ibid.
Christus incarnatus est de Spiritu Sancto ibid.
Christus natus ex Maria virgine ibid.
Christus pastor sanguine proprio gregem perditum redemit 114
Christus patri consubstantialis 123
Christus pro nobis homo factus, crucifixus est sub Pontio Pilato ibid.
Christus propter nos homines & salutem nostram de cœlis descendit ibid.
Civitates patrocinium & favorem ferentes homicidis, interdicto supponuntur Ecclesiastico 209
Clausuræ obstringuntur moniales, tacitè vel expressè religionem professæ, & earum receptiones ad ordinem clausuræ obligatione violata, irritæ sunt & inanes 158
Clerici incantationibus & sortilegiis dediti perpetuò infames erunt, tum ab officiis depositi, in monasteria includendi sunt 228
Clerici incontinentes, quâ pœnâ afficiendi 108
Clerici, locatâ operâ Vicarii ad beneficiorum exercendam curam, abesse possunt studiorum causâ 111
Clerici modesto habitu incedentes, omnem luxûs ornatum fugiant, sub pœna amissionis beneficiorum, quæ possident 107
Clerici nefandi criminis contra naturam rei, degradati, & clericali privilegio exauthoritati, sæculari jurisdictioni, pœnas easdem, quæ in laicos jure statuæ sunt, recepturi tradentur 108
Clerici non priùs admittantur ad regimina Ecclesiarum & dignitatum, nec beneficiorum proventibus gaudeant, quin priùs residentiæ juramentum cum cautione præstiterint 111
Clerici non residentes in Ecclesia vel præbenda 108
Clerici non solùm internâ vitæ munditiâ, verùm etiam exteriùs decenti habitûs ornatu & modestia vitæ, integritatem & gravitatem probent 106
Clerici sæculares de bonis Ecclesiasticis Ecclesiæque inuitu acquisitis, testari prohibentur 104
Clerici, sub pœna suspensionis à divinis, Missæ sacrificium non celebrant vespertino tempore 133
Clerici tenentur bona immobilia Ecclesiis, à quibus profecta fuerunt, relinquere 100
Clericorum bona omnia, per negotiationem illicitam quæsita, quæ tempore obitûs eorum remanent inconsumpta, pertinent ad Sac. R. Ecclesiam: consecuta quoque quâcunque viâ sacris canonibus prohibitâ 120
Clericis, in quibus causis coram judice laico conveniatur 60
Clericus omittens officium dicere, fructus perceptos Ecclesiæ restituere tenetur 56
Coadjutoriæ tolluntur, prohibeturque, ne his expeditiones Cameræ Apostolicæ suffragentur 42
Collationes Ecclesiarum parochialium, citra formam à Concilio Tridentino præscriptam factæ, nullius effectûs juriſve sunt 31
Communitates etiam pœnis eorum, qui latrones recipiunt, tenentur; siquidem & ipsi tales recipiant 212
Commutationis rerum ad res, sive pecuniæ ad pecunias (quam Cambium mercatorum vulgus vocat) illicitæ prohibitio, & lici-

ficiæ seu concessæ declaratio 91
Concessiones beneficiorum electivorum juris patronatûs, hactenus factæ, à primo anno Pontificatûs Innoc. VIII. qui Romæ coronatus fuit prid. Idus Septemb. M.CCCC. LXXXIV. revocantur 80
Concilia quorsum instituta 130
Concilii Tridentini decretum, de cognoscendis causis coram ordinariis locorum, Apostolicis rescriptis non obest 8
Concordata reservationum edidit Nicolaus V. in gratiam Germanorum anno M. CCCC. XLVII. die XIV. Calend. April. cum Frider. Imperatore, aliisque Ecclesiasticis & secularibus loci Principibus 48
Concubinarii privantur officiis, & inhabiles ad officia & beneficia declarantur 107
Concubinatus clericis interdictus 108
Condemnatus ob homicidium edicto regio, appellandi potestatem non habet 206
Confessi crimen, aut probatissimis indiciis quæstione torquendi, è carcere non relaxantur fisco inscio, etsi præstita fuerit cautio 82
Confessi in causis criminalibus, appellare non possunt 83
Confidentiarum casus, conjecturæ, & præsumptiones legitimæ, ad in talium abusuum reos pronunciandam sententiam 40
Confirmatio sine sacrilegio reiterari nequit 123
Consanguinitas 164
Conscii electionis Simoniacæ ad instar reorum læsæ majestatis tenentur 11
Consensus, qui præstari debet in beneficiorum resignationibus, quo pacto notetur & computetur in libris Cameræ Apost. 55
Constitutio in sicarios bannitos, latrones, & homicidas æquissima, & priorum Pontificum decreta confirmans 214
Constitutio Pii secundi in appellantes à sedis Apostolicæ sententiis ad Concilium futurum 89
Constitutiones Ecclesiasticæ non negligendæ catholicis 123
Constitutiones editæ contra Principes seculares, jurisdictionis Ecclesiasticæ libertatem impedientes, confirmantur & innovantur 63
Consuendo impia, crimina & feroci-
a spectandi, propensiores ad licentiam sumendam faciæ spectatores 236
Contrahens scienter matrimonium in gradu consanguinitatis vel affinitatis prohibito, vel cum moniali, excommunicatur ipso jure, & publicari debet & vitari 163
Contumaces, intra annum ad defensionem admittuntur, decreto Pii Quinti 84
Contumacia in criminalibus accusanda 83
Contumacia per quæ impedimenta excusetur 210
Contumacia purgari & excusari potest legitimo impedimento ibid.
Contumax damnatus, non auditur, nisi contumaciæ solutis expensis 84. *Idque observatur, tam in civilibus quàm criminalibus causis ibid.*
Corpus Christi nunc cum anima, imò cum divinitate etiam ipsa, in sacramento eucharistiæ verè, substantialiter, realiterque adesse credunt catholici 123
Creatio Cardinalis non priùs rata & valida habetur, donec Cardinalatûs insignia accesserint 14
Credentes hæreticis sunt hæretici, receptatores & fautores hæreticorum 185
Cujuscunque facultatis Doctores & Professores, promoti sive promovendi, tam electi, quàm eligendi, ad officiorum exercitia non se ingerant, nisi priùs solenne fidei professionis juramentum emiserint 122
Cultus religionis veræ pietate simulatâ regi non vult 188

D.

De ambitu 217
De beneficiorum collatione & impetratione 30
De bonis Ecclesiæ alienandis, vel non 21
De Cardinalibus 14
De Comitibus Palatinis 121
De Conciliis 126
De concubinariis & fornicatoribus 232
De duello & duellum permittentibus 233
De falsis & falsum exponentibus 214
De his, qui infidelibus adversus Christianos auxiliantur 175
De indulgentiis 143
De lenonibus 232
De Magistris & Doctoribus 122
De maleficis & incantatoribus 225
De monetarum tonsoribus 231
De matrimonio & sponsalibus 161
De pensionibus 59
De rescriptis & mandatis Apostolicis 5
De Simoniacis 222
De testibus 230
De summa Trinitate & fide catholica 1
De taurorum & aliorum animalium agitatione & pugna 235
Debitores alternativas vel dilationes obtinentes, tenari ferre birretum viride 95
Decimæ 147
Declaratio circa impedimenta cognationis spiritualis 165
Declarationes Concilii Tridentini circa impedimenta cognationis spiritualis, & affinitatis ex fornicatione, quoad matrimonia, post confirmationem Concilii contracta, & de cætero contrahenda 165
Decoctores fraudulenti & dolosi, luxu & impudentiâ rem alienam dilapidantes, pro furibus & latronibus impunè grassantibus haberi debent, & idcò pœnâ ultimi supplicii plectentur 95
Decoctores supplicio ultimo afficiendi 96
Decreta Concilii non priùs rata & firma habentur, quin eis accesserit Pontificis maximi confirmatio, cujus est, ea & indicere & declarare, tum sanctè interpretari. Idque unico Concilio Tridentini exemplo, ex antiquo Ecclesiasticæ jurisdictionis usu, probare licet 131
Decreta Conciliorum non nisi Pontificis auctoritate firma sunt ibid.
Decretum Concilii Tridentini, de causis cognoscendis coram ordinariis locorum, Apostolic. rescriptis non obest 8
Decretum sacræ Tridentinæ Synodi cavet, ne dignitates Ecclesiasticæ committantur iis, quorum vitæ integritas, & verum anteactarum commendatio, futuræ frugis spem non dederit 112
Defensio condemnatorum in contumaciam,

maciam, infra sennestre exigi debet 83
Deo & hominibus exosi viri sanguinum, adversus quorum audaciam & ferocissimam petulantiam, constitutio à Pio II. edita probatur & confirmatur 206
Depositiones testium publicari non debent 230
Deus homicidia execratur 207
Deus unus, pater omnipotens, factor cæli & terræ, creditur à catholicis 123
Dies festi ab Apostolicis instituti 135
Dies festi, cur vacatione ab operibus carnalibus transigendi sint ibid.
Digniores electioni minùs dignorum reclamare possunt in ecclesiis parochialibus, licitâ appellatione 32
Dignitates Ecclesiasticæ suffragiis humanis impetrari non debent 218
Diplomate, quod legitur Romæ die cænæ Domini, singulis annis excommunicantur, qui executionem literarum Apostolicarum, aut aliarum expeditionum impediunt, & ad gratias impetrandas accedentes prohibent. Ac etiam appellantes ad laicam potestatem, à gravamine vel futura literarum earundem executione 8
Disciplinæ regularis institutum semel professus extra solenne votum religionis, tribus substantialib. votis consilii Evangelici debet obligari, ut perpetuò libertis Deo famuletur 141
Dispensatio est determinatio superioris, quâ declarat, legem communem non esse in aliquo particulari casu servandam 142
Dispensatio indulgentiarum, summo Pontifici, Episcopis & aliis jurisdictionem commissam vel ordinariam habentibus, differenter tamen concredita est 143
Dispensatio non est pura declaratio, sed quædam juris relaxatio 142
Dispensationes 141
Dispensationes omnes de non residendo, tanquam injustæ extinguuntur 113
Dispositio beneficiorum personis prohibitis, propter genus aut hæresim, & à fide defectionem, irrita est, & ad Pontificiam reservationem refertur 48
Divini cultûs, & templorum Deo dicatorum religio, omnem decorem expostulat, ut hinc arceantur colloquia, confabulationes, deambulationes, joci, & ea omnia, quæ vel scandalo sunt, vel devotionis impedimento, nam domum Domini decet sanctitudo 133
Doctoratus, laurea magistralis à Comite Palatino, quæ olim conferebatur in quavis facultate candidatis, Concilii Tridentini decreto nullius nunc est authoritatis & juris 121
Dogmata legitima ab adulterinis discernenda sunt 127
Doli eorum, qui alternativas & dilationes in fraudem creditorum petunt, panis coercendi 95
Doli varii, per quos possessoribus legitimis injuria fit, expressi 85
Dominus catholicorum unus Jesus Christus, Filius Dei unigenitus 123
Domus religiosæ 147
Dubia quædam, circa discussiones & decisiones causarum fidei & hæreses 183
Duella jure Pontificio & civili, contrà quàm sensit Baldus, penitùs interdicta sunt 234.

E.

Ecclesia, in afflictis & maximè turbatis Christianæ reipublicæ rebus, præsentissimum remedium ex Conciliorum œcumenicorum indictione experta est 130
Ecclesia non claudit gremium redeuntibus ad ipsam 181
Ecclesia Romana sola sancta, catholica, & aliarum mater est omnium 124
Ecclesia sola judicat de scripturæ sacræ intellectu 123
Ecclesia una est sancta & catholica 123
Ecclesiæ cathedrales valorem beneficiorum annuum prodere debent, ne jus annatarum defraudetur 78
Electio Pontificis maximi Simoniacâ nundinatione inducta, nulla est, nullíusque potestatis, adeò ut sic electus exauthoretur ab omnibus dignitatibus & officiis, cum suis sequacibus & complicibus Cardinalibus 10
Electionum & postulationum quanto animi moderamine cura geri debeat, ne publicis Ecclesiæ officiis digni ministri instituantur & promoveantur, ætatis, morum, doctrinæ & vitæ candoris prævio examine 12
Electus ad regularium dignitates, electionis authoritate non gaudet, nisi per Pontificiam confirmationem 13
Evangelium prædicandum Judæis, & conversi infideles rudimentis fidei debent initiari 167
Eucharistiæ sacramentum, pœnitentiæ & bonorum operum merita, suffragia Ecclesiastica, sedis Romanæ primatum, & Apostolicam successionem, profitetur orthodoxa religio 3
Excommunicantur armæ & præsidia quæcunque ferentes Saracenis & infidelibus, in Christianæ reipublicæ perniciem & detrimentum, eorumque fisco adscribuntur bona 175
Excommunicantur nonnulli hæretici, ut sunt Cathari, Patareni, pauperes de Lugduno, Passagini, Josepini, Arnaldistæ, Speronistæ, omnesque singulari opinione in Ecclesiam catholicam pertinaces 178
Excommunicati & socii criminis, jure in testimonium admittuntur contra hæreticos 186
Excommunicationis & privationis beneficiorum pœnis innodantur, non solventes debitis temporibus annatas 72
Exemptionis privilegio abutuntur canonici ordinariorum forum subterfugientes, & impunitatem scelerum simulantes, quamobrem eorum causæ jurisdictioni Ecclesiasticæ discutiendæ sunt tradendæ 61
Expeditiones Cameræ Apostolicæ coadjutoriis suffragari prohibentur 42.

F.

Facultas assentatoria regressuum & accessuum, quæ bona Christi testantis non facit Ecclesiæ, revocatur 36
Facultas census Cameræ Apostolicæ alienandi, pro præsidio belli adversus Turcæ furores suscipiendi, concessa est 23
Facultas egrediendi è clausura tempore necessitatis à monialibus postu-

postulata, eis non denegatur 159
Facultas Inquisitorum hæreticæ pravitatis confirmatur 228
Facultas sequestra dicernendi fructuum beneficiariorum, lite pendente judicibus concessa 85
Facultates concessæ, quacunque causâ & colore, legendi libros hæreticorum, revocantur 196
Facultatis concessæ Græcis Latino more, & Latinis Græco ritu missas & alia divina officia peragendi, revocatio 134
Falsificantes literas Apostolicas excommunicantur 217
Familiæ Cardinalium, quò magis personis illustribus subsint, eò cultu illustriore modestiæ emulescere debent 18
Fastigia honorum, quò altiora sunt, eò humilius petenda sunt 217
Favor veritatis quantus sit apud catholicos 183
Festa sanctorum & solennes memoriæ sub die eorum obitûs celebrantur. 135
Fidejussiones de non offendendo, post pacatas & utcunque sopitas lites, frequentissimæ sunt in Italia 140
Fidejussiones pacis & treugæ stipulandæ sunt ideò, ne causis novis rumpatur conventio 138
Fidei & religionis Christianæ assertio tenetur adversùs Græcorum errores, de processione Spiritûs Sancti à Patre & Filio, & de reliquis doctrinæ catholicæ capitibus 2
Fides professionem præscriptam & juxta juramenti formam traditam retinere debent medici, nec ultra diem integrum visitare tenentur infirmos, spiritualia remedia confessionis renuentes, salutis admonitos 124
Fides catholica conceptionem Christi de Spiritu Sancto in utero Mariæ virginis profitetur 1
Fides catholica divinitatem Christi non negat ibid.
Fides catholicæ personarum trinitatem in unitate substantiæ non inficiatur ibid.
Filii hæreticorum excluduntur penitùs à quocunque beneficio Ecclesiastico, officio & dignitate 182
Filii hæreticorum exhæredantur 177
Filii hæreticorum inhabiles sunt ad officia & beneficia Ecclesiastica, cujuscunque ordinis & qualitatis 182
Filii hæreticorum inhabiles sunt ad officia, ob paterni flagitii luem, quam contraxisse videntur 182
Filii hæreticorum successione privandi non sunt, nisi lata sit sententia contra patres in vita 182
Filii Presbyterorum, beneficiis, quibus olim patres præfuêre, quâcunque dispensationis gratiâ intercedente, non instituendi sunt 20
Filius Dei unigenitus est Iesus Christus 123
Fines exilii quatenus extendantur 205
Flagellum hæreticorum Pauli Grillandi 226
Fœmina & vir fornicando caro una fiunt 166
Forma contrahendi censum 98
Forma fidei catholicæ, in quam omnes ad honorum gradus, qualescunque sint, promovendi jurare tenentur 4
Formula fidei catholicorum 123
Forma professionis fidei catholicorum 122
Forsan diffiuncula est dubitationis indicativa 116
Forum competens catholicorum 57
Fructus beneficii, tempore mortis ad successores, non hæredes, transeunt 58
Fructus beneficii, ultimi potissimùm anni, possessore defuncto, pro rata temporis inter Ecclesiam & clerici successores, dividi debent ibid.
Fructus beneficiorum reservatorum seu affectorum, à die vacationis, usque ad diem provisionis, Apostolicæ Cameræ adscribuntur 37
Furatur res, quæ jacens post naufragium in ripis aut portubus locorum maritimorum diripitur, repulso omni consuetudinis prætextu, nisi restituatur 105.

G.

Gradus consanguinitatis qualitates remotiores & propinquiores sunt exponendæ in dispensationibus 165
Gradus propinquiores in dispensationibus matrimonialibus pro conjunctis in gradibus diversis, exprimendi sunt 142
Græci ordinariorum jurisdictioni subesse debent, qui per varias Christianæ ditionis civitates morantur, ne licentiores jam dudum rejectis & excussis hæresibus suis inficiant 64
Gratiæ 141.

H.

Habens militias duas ab Imperatore improbatur 35
Hæretici ægerrimè ferunt fidei regulam ab Apostolica sede ipsis præscriptam esse 127
Hæretici convicti & metu mortis hæresim abjurantes, pœnâ perpetui carceris damnandi 177
Hæretici & schismatici discordant 177
Hæreticorum, schismaticorum, eorumque fautorum pœnæ 187
Hæreticum est, à dæmonibus responsa expectare 225
Hæreticum est, asserere animam rationalem esse mortalem 186
Hebræorum & Iudæorum filii, invitis parentibus, Christiani & orthodoxi non faciendi, aut baptizandi sunt, cùm nemini ad credendum vis inferri debeat 167
Hebræorum utrumque Thalmud, multis portentis, commentis, & blasphemiis in Christum & fidem Christianam refertum, damnatur 193
Homicidæ 204
Homicidæ non sunt hospitandi 208
Homicidæ Deo sunt maximè exosi 207
Homicidii notorii rei, quibus pœnis subjiciantur 206
Homicidii reos & exules, ob quodcunque capitale scelus bannitos, recipientes & tuentes, pœnis canonicis & à jure statutis plectendi sunt 207
Homicidis non dandus est salvus conductus repetendi patriam, etiamsi injuriis & damnis partium satisfecerint 205
Homicidium crimen est verè detestabile & execrandum 204
Hostiliter offendens Cardinalem, per se vel alium, sit reus læsæ majestatis, & puniendus est 16.

I.

Jesus Christus Filius Dei, ex ipso natus ante secula 123
Ii, qui majoribus Ecclesiis præsunt, pastoralis residentia summoperè commendari debet & præcipi, animadversione sanctionum juris & Concil. Tridentini authoritate 111
Imagines sanctorum semper retinendæ,

tinendæ, & devotione debitâ colendæ sunt 124.
Imperitia Notarii in perniciem partium cedens, non caret accusatione 139
Impetrantes beneficium cessionis sive discussionis bonorum, aut dilationem quinquennalem, causam intra tres menses expedire tenentur 93
Impetratio beneficii canonica, & quæ ab omni obreptione & surreptione aliena est, exprimit qualitatem vacationis, ut si vacat per obitum vel per resignationem 43
Impetrationes beneficiorum quales esse debeant 33
Impetrationes beneficiorum vacantium, verâ rei totius narratione, expediri debent, ne invalidæ ac irritæ habeantur 43
Imponentes decimas, & onera alia, personis Ecclesiasticis, absque Papæ licentia, excommunicandi sunt 147
In domos Cardinalium vi & impetu irrumpentes, & in eis aliquid surripientes, pœnis à Pontificio jure decretis plectendi sunt 15
Incantatores, pœnis jure sancitis, jurisdictione inquisitorum plectendi sunt 226
Incendii, infirmitatis, lepræ, vel epidemiæ necessitate, monialibus egrediendi à clausura non denegatur postulata facultas 159
Indulgentia delatoribus blasphemorum promissa 204
Indulgentiæ à Christo in Ecclesia relictæ sunt, secundùm catholicos 124
Indulgentiæ, per quæstores, ob quæstum & bona extorquendi verius, quàm impetrandi desiderium, prædicatæ, revocantur & prohibentur 145
Indulgentiæ populo Christiano salutares sunt 124
Infeudationum & alienationum bonorum Ecclesiæ persuasores & mediatores, excommunicandi sunt 26
Infideles conversi rudimentis fidei sunt initiandi 167
Ingredi intra septa monasterii nemini licet, cujuscunque sexûs, conditionis aut ætatis fuerit, sine licentia Episcopi aut superioris in scriptis obventa, quâ nec uti conceditur, nisi urgentibus necessitatibus 152
Ingressus in monasteria, sine Episcopi auctoritate, illicitus est cuilibet ibid.
Innocentius Octavus ordinationem Pii II. confirmavit 76
Inquisitores possunt legere libros hæreticorum, ut facilius de eorum erroribus & pravis doctrinis judicent 198
Inquisitores pravitatis hæreticæ, libros hæreticorum legendi potestatem soli habent 194
Inquisitores pravitatis hæreticæ possunt etiam inquirere in sortilegos & incantatores 226
Inquisitores procedere possunt cum testibus excommunicatis, sociis & participibus criminis, & aliis defectus habentibus 186
Inquisitoribus exceptis, omnibus prohibetur librorum hæreticorum lectio 194
Inquisitorum fidei est, in Judæorum blasphemias, & flagitiosam vivendi consuetudinem animadvertere 172
Insidiati Borromæo Cardinali, eo divinitùs incolumi conservato, puniuntur 16
Insignes morum & doctrinæ splendore ad beneficia provehi debent, ita ut priùs examinentur, quàm promoveantur 35
Insulæ orbis nervi 28
Institutio & promotio ad Doctoratûs insignia, in favorem paupertatis, gratis fieri debet 122
Interpretationes & commentaria in canones Concilii prohibentur, ejusque soli Pontifici declaratio reservatur 132
Invasores bonorum Ecclesiæ 66
Invigilantes illicitis & præposteris electionibus, omnibus dignitatibus exauthorati, infames & excommunicati sunt habendi 219
Judæi Christianorum communione gaudere non debent 170
Judæi culpâ propriâ servi sunt 171
Judæi fidei Christianæ doctrinam suscipientes, suscipiendi, venientes, compescendi 168
Judæi non debent se immiscere Christianorum cœtibus 171
Judæi, ob inveteratum & antiquum in Christianos odium, ad eorum curandas infirmitates non debent accersiri 125
Judæi servos Christianos, ancillasque Christianas habere non debent 171
Judæi, ut fide distincti à Christianis, sic & locorum separatione, sive cohabitatione, & vestium ratione, cæterisque privilegiis, discriminari debent 170
Judæorum ad fidem Christianam conversorum indulta, quæ amittunt, si ad vomitum redierint, imò, ut hæretici relapsi puniuntur 169
Judicibus decernendi sequestra fructuum beneficiorum lite pendente conceditur facultas 85
Julius II. Joannem Bentivolum Bononiâ expellit 90
Julius II. qui non solverent annatas, eos secundùm pœnas, in eos ordinatas, irremissè puniri voluit 76
Juramenta 137
Juramenta impossibilis obligationis irrita sunt, velut & ea, quæ fiunt contra bonos mores, & adversùs Ecclesiæ jura, & Conciliorum decreta 137
Juramentum impossibilium & illicitorum inane est & prohibitum ibid.
Juramentum iniquitatis vinculum esse non debet 68
Jus non acquiritur electo ante confirmationem 13
Jus patronatûs 80
Jus patronatûs quomodo acquiratur 82
Jus tribus modis acquisitum totidem conservatur 81.

L.

LAici Judices, in privilegii & ordinis clericalis injuriam, non possunt sine culpa sacrilegii clericos bannire aut relegare 69
Laici obedire & jussa exequi, non imperare debent 230
Laurea Doctoratûs, Magisterii, quæ olim à Comite Palatino conferebatur candidatis quibuscunque, ex Concilii Tridentini decreto hodiè nullius auctoritatis est 121
Lectio librorum hæreticorum omnibus interdicta est 194
Legati residere tenentur in locis, ad quæ deputantur 27
Leges Friderici Imperatoris, in hæreticæ pravitatis reos, eorumque complices & fautores latæ, confirmantur, & servari jubentur 176
Lenones è virginum, puerorumque prostitutione quæstum facientes, pœnâ mortis afficiendi 231
Lex animadverit in fautores & suasores homicidiorum, ut sint, qui aliorum malas mentes optimo

consilio evertant, eorumque saluti prosint 112
Libelli famosi 199
Liber juris Pontificii, de matrimonio & ad conjugia pertinentibus, brevior & compendiosior aliis esse solet 166
Liberi Judæorum, parentibus invitis, baptizari à Christianis non debent 167
Libri catholicis prohibiti 193
Libri hæreticorum contagiosi & pestilentes sunt omni hominum generi 197
Libri hæreticorum legendi non sunt, qualiscunque tandem causa prætexatur 197
Libri hæreticorum pestilentes & contagiosi sunt non solùm simplicibus, verùm etiam bonis & doctis, nec ulla est via, quâ magis possit occurri hæresibus, ne in populo oriantur, & ne exortæ ultrà grassentur, quàm si tales libri, ex quibus hæresis venenum facilè incautus quis bibere potest, prohibeantur 197
Libri inter catholicos nulli, sine ordinarii auctoritate & approbatione, imprimendi sunt 195
Libri Thalmud, hodiè recogniti & expurgati, Concil. Tridentini decreto tolerantur 193
Libri Thalmud, ut omni contumeliâ, blasphemiâque pleni, damnati sunt à Gregorio IX. & Innoc. IV. 193
Libri typis non excudendi sunt, nisi eorum editione suffragetur ordinarii auctoritas & approbatio 195
Librorum prohibitorum lectio, ne ipsis quidem sacræ Theologiæ Professoribus ad convincendos errores, neque aliis quibuscunque, demptis Inquisitoribus, conceditur 198
Licentia docendi sine precio conferri debet 122
Licentiæ libros hæreticorum legendi & vendendi ullis, præter Inquisitores, aliis hactenùs concessæ, nunc revocantur 196
Licentia hactenùs concessæ, mulieribus ingrediendi monasteria Carthusiensium, & aliorum quorumcunq; regularium ordinum, etiam mendicantium, revocantur 153
Licentiæ omnes hactenùs, præterquam Inquisitoribus fidei, libros suspectæ fidei legendi, aut venales proponendi concessæ, revocantur 196
Lite pendente, fructus & distributiones beneficiorum Ecclesiasticorum, fidei sequestro debent deponi 86
Literæ Inquisitorum absolutoriæ & declaratoriæ in crimine hæresis non transeunt in rem judicatâ 191
Literæ surrepitiæ sunt, quæ per falsam rei narrationem impetratæ sunt 216
Literæ synodales aliquando erant locoregulæ, quam postea Pontifex de fide Christianorum præscripsit 127
Lites Cardinalium per Pontificem summum dicuntur 19
Lites & causæ Cardinalium evocantur, & Pontificis decisioni reservantur ibid.
Lites religiosorum extra claustra vagantium, ad decisionem Apostolicam evocantur 155
Liturgia sacra celebranda est ritu eo, quo utitur Ecclesia, in qua Presbyter sacrificium illud incruentum instruit 134
Loca monasterio exempto proxima, eique adhærentia, & ipsa exempta censentur 157
Loca pia ab onere milites hospitandi exempta sunt 147
Locus appellationi non est bannitis ob homicidium. Exilii fines quadraginta milliaribus à loco delicti extenduntur 206.

M.

MEdiatores alienationis bonorum Ecclesiæ excommunicandi 26
Medici ante omnia inducent infirmos, ad vocandum medicos animarum, ut postquam de spirituali salute fuerit provisum, ad corporalis medicinæ remedium salubriter procedatur 124
Medici Judæi, ad ægritudines Christianorum curandos, convocari non debent 125
Medici Judæi, & infideles, ad Christianorum curandos morbos, non admittantur 125
Menses Apostolicæ sedi reservati, Episcoporum alternativæ residentium, non obsunt 46
Metamorphosis panis & vini in Eucharistia, transsubstantiatio vocatur à catholicis 124
Ministerium Ecclesiasticum nequam committendum, nisi personæ quæ residere in loco, & curam Ecclesiæ per seipsam valeat exercere 113
Monasteria annatarum, quibus dominorum & religiosorum jurium solutioni obligantur, quorum fructuum taxa Cameræ Apostolicæ non laxet authoritatem 78
Monasteria & cœnobia eximuntur ab onere hospitandi 148
Monasteria milites hospitari non tenentur 147
Moniales, à decimarum & subsidiorum, aliorumque onerum impositione, exemptæ sunt 157
Moniales, vel tacitè vel expressè professæ, clausuræ obstringuntur 158
Monialis graviter infirmæ, ita ut contagiosa sit, etiam absque consensu superioris, egredi potest monasterium, cùm nimia locorum intercapedine disjunctus est superior à cœnobio, ut periculum sit in mora 160
Montes pietatis 147
Montes pietatis Christianâ charitate erecti, & auctoritate Apostolicâ probati & confirmati, & ab usurario fœnore alieni, liciti sunt 149
Montes pietatis in pauperum subsidium, inopiæque eorum levandæ causâ instituti sunt 150
Mulieres tertiariæ clausuræ obligantur 158.

N.

NEcessitas obsequendi & exequendi, non auctoritas imperandi, laicis incumbit 230
Neglectus ordinationis Pii II. detrimentum summum Cameræ Apostolicæ minatus est 78
Nemo ad credendum compellendus est 167
Nemo ad dignitates & curas Ecclesiasticas admittendus est, examine vitæ, morum & eruditionis non antegresso 215
Nemo ad sacros ordines admittendus est, sine titulo beneficii, pensionis aut patrimonii 19
Nemo sine fide vera salvari potest 124
Neophyti à Græca voce νεόφυτος, quasi plantam dicas novellam, appellantur 176
Neophyti sunt novitii & rudes adhuc in fide Christiana ib.

Nihil dandum præmittendumvè beneficiorum provisiones nuncianibus 222
Nullus ad functiones Ecclesiasticas, mittendus est priùs, quàm se constitutiones papales observaturum juráris 224.

O.

OBedientia Pontifici Romano præstanda est 124
Obedientia Pontifici Simoniacè electo, non debetur 11
Obligatio jurisjurandi 137
Observationes Ecclesiasticæ observandæ sunt 123
Occasio hæreseos omnis subtrahenda est 198
Occupantes bona Ecclesiæ, præter excommunicationis & interdicti panas, à beneficiis & privilegiis arcentur 66
Occupantes bona naufragata, & nautas impedientes excommunicantur; qui verò iis opitulantur, condonatione Pontificiâ remunerantur 104.
Occupatores bonorum Ecclesiæ 66
Occupatores bonorum & reddituum Ecclesiasticorum, sub pœna excommunicationis, restituere debent singula ablata & detenta 69
Offendens Cardinalem, majestatis læsæ sit reus 16
Offendens hostiliter Cardinalem per se vel alium, sit reus læsæ majestatis, & punitur ibid.
Officium inquisitorum fidei est, animadvertere in maleficos, incantatores, & superstitionum vanarum observatores 225
Officium legati quodnam sit 27
Officium protonotariorum in principio Ecclesiæ primitivæ à beato Clemente, ad sanctorum martyrum gesta perquirenda atque scribenda, fuit institutum 62
Omnes arcentur demptis Inquisitoribus, à lectione scriptorum hæreticorum, aut malè de fide orthodoxa sentientium 196
Omnia & singula, quæ de peccato originali, & de justificatione in sacrosanctâ Tridentinâ Synodo, definita & declarata fuerunt, amplectenda 123
Omnia per Christum facta sunt ib.
Opus servile die dominico faciendum non est 135
Ordinarii Synodorum provincialium in concubinarios publicos animadvertere debent, ut omni fornicationis sporcitiâ in laicis clericisque extinctâ, legis divinæ authoritas custodiatur 232
Ordinis mendicantium cœnobia, monasteria & prædia, à collectis, subsidiis & hospitiis militum eximuntur 148
Ordo sine sacrilegio reiterari nequit 123
Ornamenta virtutum cujusque electioni suffragabuntur, non opes & facultates 220.

P.

PArochialium perpetuò unitarum piis locis portio assignanda vicariis, non sit major centum, nec minor viginti quinque scutorum 50
Pastor personaliter Ecclesiæ præesse debet, & cur debeat 36
Pastores divinorum præceptorum memores, factíque forma gregis, in judicio ac veritate pascent ac regent 112
Paulus IV. statuit, debitores obtinentes alternativas vel dilationes, teneri ferre birretum viride 95
Paupertas notoria facit, ut beneficium cessionis bonorum concedatur 94
Pax 138
Pecunia in gratiam commercii & negotiorum publicorum adinventa est 231
Pecunia permutationibus inæqualibus medetur ibid.
Pensiones reservari non debent in diminutionem monasteriorum & Ecclesiarum regularium 50
Permutatio beneficiorum 52
Permutationes beneficiorum fraudulentæ prohibentur 55
Personæ Ecclesiasticæ cujuscunque gradûs in hæresim prolapsæ, & à fide deviæ, omni dignitate & officio privandæ sunt 190
Personæ Ecclesiasticæ de bonis Ecclesiasticis testari prohibentur 103
Personæ & loca, quæ sunt de foro Ecclesiastico, statutis laicorum non subjiciuntur 63
Personæ excommunicantur, loca interdicto supponuntur, quorum consensu, favore & conatu, literæ & rescripta Apostolica sine executione remanent 8
Personæ qualitatem & conditionem mentientes, ut aliquid facilius consequantur, rei, hoc obliquo tramite assecutæ, fructu carebunt 214.
Piis locis, qui testandi facultatem non habent prælati, jure legati vel donationis, decimam tantùm partem bonorum relinquere possunt 99
Pii Secundi in appellantes, à sede Apostolicæ sententiis ad futurum Concilium, constitutio confirmatur & interpretatur 89
Pius V. virginem nobilissimâ quandam petentem, ob infirmitatem & adversam valetudinem, exitum è claustro exhortatus est, ut ne exiret 195
Pluralitas Episcopatuum & beneficiorum improbatur 38
Pœna blasphemi in dignitate publicâ constituti, sive clerici sive cujuscunque non clerici 203
Pœna Cardinalem occidentibus imposita, quæ sit 16
Pœna decoctorum, supplicium ultimum 96
Pœna lenonum, sordidum & turpe lucrum ex prostitutione virginum corradentium 231
Pœna mortis statuitur in lenones, quæstum è virginum puerorumq; prostitutione referentes ibid.
Pœna sacrilegi 69
Pœna sanctionis pragmaticæ sequacium 130
Pœnæ blasphemorum cujuscunque generis, ordinis & qualitatis 203
Pœnæ detinentium bona Ecclesiæ Romanæ & Palatii Apostolici 69
Pœnæ eorum, qui homicidis favent 204
Pœnæ eorum, qui in ætate legitimâ religionis votum emittentes, à professo vitæ instituto deficiunt, & ad alios ordines vagantur 152
Pœnæ eorum, qui post ordinis susceptî institutum, & solenne votum emissum, successúque temporis confirmatum, relinquunt regularis vitæ religionem 153
Pœnæ Episcoporum non residentium in diœcesi, civilisque curam negligentium 108
Pœnæ hæreticorum, schismaticorum, & eorum, qui istis favent 187
Pœnæ homicidarum, & eorum fautorum 204
Pœnæ in homicidas constitutæ confirmantur 208

Pœnæ in non solventes annatas constitutæ irremissibiles 76
Pœnæ jure civili in ambitûs reos sanctiæ confirmantur, & extenduntur ad recipientes pecunias & mediatores 221
Pœnæ reorum homicidii notorii 209
Pœnæ rescriptorum & mandatorum Apostolicorum executionem impedientibus propositæ 5
Pœnæ Simoniacorum ab Hostiensi descriptæ 223
Pompa funebris Cardinalium, quo sumptu persolvi debeat 19
Pontifex hominibus omnibus indulgentias conferre potest 143
Pontifex jus libertatis Ecclesiasticæ auctoritate suâ defendit 61
Pontifex novus eligendus non est, quamdiu vivit adhuc vetus 219
Pontifex Romanus beati Petri successor est 124
Pontifex Romanus Christi vicarius est ibid.
Pontifex Simoniacè electus subditorum obedientiam non meretur 11
Pontifex summus litium inter Cardinales exortarum judex 19
Pontifici Simoniacè electo nemo obedire tenetur, illiusque auctoritati detrahere omnibus licet, & novâ electione is è Pontificio solio deturbandus est 11
Populus ædes illius, quem Pontificem fore scit, diripit, & consuetudine insolenti violentâque spoliat 15
Portiones vicariis perpetuis ita pingues & opimæ assignatæ, ut beneficiis unitis fructus & emolumenti nihil accedat, non valent 31
Potestas Cardinalium in Pontifice novo eligendo quæ sit 11
Potestas electi quæ sit 10
Potestas impertiendarum indulgentiarum à Christo Ecclesiæ relicta 124
Potestas jurisdictionis ordinariæ 57
Potestas laicis in clericos nulla est ibid.
Potestas laicis in clericos prorsus interdicta est 60
Prælati & alii monasteriorum monialium curam habentes, in casibus tantummodo urgentis necessitatis, parvo comitatu ea ingredi permittuntur 160
Prælati & Episcopi parvo comitatu & senili monasteria ingredi possunt, in casibus duntaxat necessitatis 161
Prælati testandi facultatem non habentes, locis piis jure legati decimam partem bonorum relinquere possunt 100
Præstantiores causæ miseriarum hujus ætatis, execrandæ sunt blasphemiæ, pœnis eò severius vindicandæ, quò segnius in divini nominis injuriam tolerantur 202
Prætextus exemptionis & privilegii, occasio scandali esse non debet 60
Principes committentes vel permittentes duellum, excommunicantur, fiunt infames, & proscriptione bonorum multantur 235
Principes etiam ipsi pœnis latrones recipientium subjecti sunt, si & illi tales recipiant 112
Principes occupantes bona Ecclesiastica, & eorum libertati detrahentes, excommunicantur 68
Privatio non solventibus annatas & excommunicatio metuenda est 72
Privilegia de candidatis recipiendis, ita ut certo pacto ingressum & debita alia solvant, Ecclesiis concessa annullantur 224
Privilegia & facultates concessæ Episcopis, in gratiam pastoralis residentiæ 109
Pro pecuniario debito, vel cujusvis æris crediti quantitate, non potest judex ordinarius vel delegatus potestate locum vel populum interdicere 87
Pro præsidio belli suscipiendi adversus Turcæ fierores, Cameræ Apostol. census alienandi facultas conceditur 23
Procedi solet in strigas & sortilegos, ut hæreticos vehementer suspectos, quia ea perpetrant, quæ manifestè sapiunt hæresim 129
Professio votorum 141
Promissio beneficii facta, ut quis eligatur, est Simoniaca 54
Promovendi ad beneficia & dignitates Ecclesiasticas, cujuscunque ordinis & instituti, fidei professionem è præscripta forma cum solenni juramento profiteri debent 4
Promovens indignum ad beneficium aliquod puniendus est 31
Propter pecuniarum debitum, civitas, provincia, & loci publici non possunt interdicto supponi 87
Provisi de beneficiis reservatis sedi Apostolicæ, ejusdem auctoritate inscio, pro malæ fidei possessoribus habentur 48
Provisiones beneficiorum sine ullo pretio denunciandæ sunt 222
Publicæ honestatis, quæ ex sponsalibus contrahitur, impedimenti nullus aut parùm frequens est usus, quoniam sponsalia de futuro quàm rarissimè fiunt, longeque major est prohibitionis ratio, in matrimonio per verba de præsenti contracto, quàm in sponsalibus de futuro 162
Publicatio beneficii in frequentiore populi conventu, ubi beneficium consistit, fieri debet 53
Pueri Judæorum, invitis & reclamantibus parentibus, non debent baptizari 167
Pugnantes in duello, & duellum permittens, quâcunque causâ, etiam jure probatâ, excommunicantur, eisque sepultura in loco sacro denegatur 233
Purgatorium esse, catholici credunt constantissimè 124.

Q.

Quæ beneficiarii habent, empta ad donandum Ecclesiæ alicui diversæ à sua, ea donare possunt per testamentum, vel alio modo 120
Quæ in decretis Conciliorum minùs clara sunt, Pontificis solius interpretatione illustrantur 130
Quæ sunt in Conciliis œcumenicis resoluta & decreta, non debent humanâ opinione impugnari 199
Qualitas non patrocinatur crimini, quò mitiùs puniatur 71
Qualitas ordinandorum 20
Qualitas testis omni exceptione major est, quoties agitur de inquisitione hæresis 186
Qualitates gradûs consanguinitatis remotiores & propinquiores, in dispensationibus exponendæ sunt 164
Qui apostatam præsentat ad beneficium, patronatûs jure præsentandi privatur 81
Qui beneficia à summo Pontifice impetrant, annatam solvere tenentur 73
Qui bona cultui divino dicata occupat, vel occupata tuetur, fur & sacrilegus est 118
Qui Cardinalem offendit, majestatis læsæ fit reus 16

Qui disciplinæ regularis institutum professus est semel, perpetuò eidem obligatus manet 141
Qui exercet munus in electione collatum ante confirmationem, jure suo privatur 14
Qui intra gradus prohibitos scienter matrimonium contrahere præsumpserit, spe dispensationis consequendæ carere debet 163
Qui librorum hæreticorum pruritu avidiùs titillantur, facilè eorum contagione vitiosi & insani evadunt 169
Qui libros hæresis, aut falsi cujuscunque dogmatis legerit, excommunicatur 198
Qui nomina aut familiaritatem Cardinalium mentiuntur, ut facilius obtineant gratiam, excommunicati, eis adepis non fruentur 214
Qui per alios facit, & negotium aliquod exequitur, per seipsum facere videtur 138
Qui per sex menses ab obtento beneficio, vel quamlibet eorum partem, officium non dixit, solùm tenetur ad restitutionem pro rata, elapso verò semestri, si post admonitionem in quindecim diebus bis non oraverit, beneficio privandus est 57
Qui personis interpositis beneficiorum provisionem venantur, aut seipsos in canonico examine offerunt, quo alterius ignorantiæ & imperitiæ fucum præbeant, falsumque tueantur, excommunicandi sunt 215
Qui Pontificatum ante sedem vacantem venatus & adeptus est, excommunicandus & à dignitatibus omnibus abdicandus est 217
Qui publica officia mercantur pretio, ea sine gravis & sanciæ conscientiæ vulnere retinere non possunt 221
Qui rei sunt ambitûs, & precio mercantur, quod dignitate præstare non possunt, ad officia admitti non debent 220
Qui res & arma cujuscunque generis in subsidium Saracenorum aut infidelium porrigunt, & ad exteros in detrimentum Christianæ reipublicæ deferunt, Concilii Lateranensis decreto excommunicati sunt ipso jure, & fiunt servi capientium, & bonorum omnium amissione mulctantur 175
Qui retinent aut possident beneficia Ecclesiastica, priusquam Apostolicis literis jus possessionis probetur, beneficiis illis privantur, & ad alia obtinenda perpetuò fiunt inhabiles 33
Qui spe obtinendæ dispensationis matrimonium contrahunt in gradibus prohibitis, in posterum Pontificia gratiâ per hujusmodi dispensationes non gaudebunt, etiamsi ex copula sequuta sit proles 161
Qui vel personas vel nomina mutant, ut facilius aliquid extorqueant potius, quàm impetrent, videntur profectò rei falsi 215
Quis damnum à latronibus viatori illatum præstare teneatur 13
Quisquis per pecuniam ordinatur, ad hoc, ut hæreticus fiat, ordinatur 10
Quod de jure ab initio non consistit, id temporis tractu non confirmatur 38.

R.

RAtio dogmatum legitimorum ab adulterinis discernendorum 127
Receptiones monialium ad ordinem, obligatione clausuræ violatâ, irritæ sunt 158
Recitatio horarum canonicarum neglecta, clericum reddit fructuum perceptorum omissionis tempore, restitutioni obnoxium 56
Reconciliationes fallaces inter inimicos (quas treguas vocant) atrocioris injuriæ parentes, damnantur 138
Regnum Christi finem non habet 123
Regulares extra claustra vagantes 152
Regulares non possunt audire confessiones secularium, nisi approbatione & indulto ordinariorum 156
Rei confessi à vinculis carceris non sunt solvendi, nisi executionis sententiæ paruerint 83
Rei homicidii notorii, quibus panis subjiciantur 209
Rei perjurii & falsi, qui habeantur 230
Rei sunt sacrilegii, qui res sacras à templis surripiunt, ut eas ad usus prophanos convertant 201
Relapsus dicitur, qui in hæresim abjuratam, vel in aliam iterùm labitur 183
Reliquiæ sanctorum 135
Res divino cultui dicatæ eximuntur à nomine & jure spoliorum 116
Res divino cultui dicatæ, non testamento, non donatione, vel pacto ullo alio, in usus prophanos resignari possunt ibid.
Res quæcunque bonorum mobilium sive immobilium, post obitum prælatorum, & quarumcunque personarum Ecclesiasticarii, extra urbem Romam decedentium, relictæ, pertinent ad Cameram Apostolicam 120
Rescriptorum & mandatorum Apostolicorum executionem impedientes, pœnis quibusdam certis coërcendi sunt 5
Residentia pastoralis commendatur 109
Resignare, & consensum ad resignandum præstare, paria sunt 55
Resignatio beneficii legitima, omnem temporis, personarumque dolum excludens, certo dierum spatio ante obitum firmari debet 52
Resignatio beneficii, quam factam mors sequitur, tanquam fraudulenta & præsumptione fraudis gravata, non subsistit ibid.
Resignationes & jurium concessiones, infra quod tempus publicari debeant ibid.
Resignationes legitimis de causis tantùm admittendæ sunt 53
Responsa à dæmonibus non sunt expectanda 225
Respublica Christianorum tota Ecclesiæ Romanæ suppetiis juvatur 73
Restitutio fructuum beneficii 56
Resurrectio carnis expectatur à Christianis 123
Reus homicidii in carcere constitutus, non audiendus, nec priùs ad locum cædis remittendus, quàm hæredum occisi juri satisfecerit. 209
Ritus in sacramentorum administratione à catholicis observari soliti, sunt recipiendi 123
Rudimenta Ecclesiæ primæ Rom. in quo jacta fuerint 128.

S.

SAcerdos quilibet jure divino habet auctoritatem absolvendi, sed jure Ecclesiastico suspenditur 254

Sacerdotes ab oneribus popularibus immunes sunt 147
Sacerdotia resignanda deponi debent venia ordinarii Episcopi 53
Sacramenta legis novæ à Christo instituta verè septem creduntur à catholicis 123
Sacramenta, licèt non omnia, singulis hominibus ad salutem necessaria sunt ibid.
Sacræ supellectilis ornamenta non veniunt sub nomine spoliorum, pertinentium ad Cameram Apostolicam 116
Sacrificium propitiatorium pro vivis & defunctis, in Missa Deo verè offerri credunt catholici 123
Sacrilegium quid sit 201
Sacrilegus puniendus est 70
Sacrosancta generalis Synodus Tridentina explicatam fidei professionem ab omnibus in gradu Ecclesiastico constitutis fieri jubet 127
Salvus conductus homicidis non est dandus 205
Sancti unà cum Christo regnantes, invocandi & venerandi sunt 124
Sanctitas loca Deo consecrata maximè decet 133
Scriptura Sacra admittitur à catholicis, secundùm intellectum matris eorum, quæ est Ecclesia sancta Romana 123
Scriptura sacra secundùm interpretationem Ecclesiæ Romanæ accipienda est ibid.
Semel affectum perpetuò manet affectum 45
Sententia sequestri executoria est 85
Sententiæ declaratoriæ, in reorum hæresis favorem latæ, contra jurisdictionem & stylum officii inquisitionis, nunquam transeunt in rem judicatam 191
Sepultura in loco sacro, in duello pugnantibus, & duellum quàcunque causâ, etiam jure probatâ permittentibus, deneganda est 234
Sequestrum concedi non debet, nisi jus petentis appareat 86
Sicarii non sunt excipiendi hospitio 208
Simoniæ ambitionis comes est 218
Simonia committitur tam per dantes, quàm per accipientes, tam per agentes, quàm per consentientes 11
Simonia omnis in beneficiis conferendis vitanda 223
Simoniacæ electionis conscii, proxenetæ & mediatores, ad instar reorum majestatis pœnis subjiciuntur, activis & passivis. Cardinalibus verò novum Pontificem eligendi æquiore tramite conceditur potestas 11
Simoniacus dicitur hæreticus 10
Sortilegi jurisdictione inquisitorum, pœnis jure sanctis, plecti debent 226
Sortilegium, quod de jure civili maleficium appellatur, manifestam hæresim sapiens, ut crimen hæresis punitur 229
Spatium semestre concessum Pii IV. decreto contumacibus ad exprimendas causæ defensiones, ad annum extenditur & prorogatur, ita tamen, ut sponte comparentibus tantùm, non capiis, infra annum faveat & patrocinetur 84
Species sacramenti una sufficit catholicis ad Christum totum participandum 124
Spectacula ferocia & cruenta quæcunque, in quibus tauri, sævique feræ aliæ introducuntur, prohibenda sunt 235
Spectatores duellorum excommunicatione & pecuniariâ mulctâ plectendi sunt 234
Spiritus Sanctus cum Patre Filioque simul adoratur & glorificatur 123
Spiritus Sanctus Dominus est vivificans, ex Patre Filioque procedens ibid.
Spiritus Sanctus loquutus est per Prophetas ibid.
Spolia Ecclesiasticorum non solùm Italiæ, verùm etiam aliarum provinciarum, fuisse ac esse reservata Papæ, quomodo confirmetur 119
Sponsalia conditionalia honestatem publicam non inducunt, ante conditionis eventum 163
Sponsalia pura & certa, & ex consensu valida, inducunt honestatem publicam ibid.
Spurii ab officiis, quibus patres eorum olim præfuerunt, arcentur 29
Statuta & ordinationes, quæ fiunt in injuriam executionis rescriptorum & literarum Apostolicarum, nullius sunt vigoris aut roboris 6
Statutum ordinarii auctoritati Pontificis maximi detrahit 6
Suasores alienationis bonorum Ecclesiasticorum excommunicandi sunt 26
Subditi ejus, qui Simoniacè electus est, ab omni obedientiæ vinculo soluti sunt 11
Substantia panis eucharistici mutatur in corpus Christi 124
Successor potest revocare malè alienata 26
Suffragia appellationum in causis maleficiorum, nisi multa pecuniariæ summâ deposita, non admittuntur 93
Suffragia appellationum propensiores faciunt ad lites animos, & ad flagitia audenda, cùm sententiæ prorogantur & indecisæ remanent ibid.
Summi Pontificis authoritas supra Concilium esse, multis exemplis, & pragmaticæ sanctionis in Conc. Basiliensi decretæ abolitione probatur 126
Susceptio & numerus puellarum monialium ex redditibus monasterii pendi debet, ne penuriâ gravetur 159
Synodi cùm aliæ omnes, tum Tridentina, à catholicis approbantur 123.

T

TEmpla deambulationis & gestûs inhonesti loca non sunt 133
Tertia declaratio circa impedimenta cognationis aut affinitatis ex fornicatione 166
Testamenta 99
Testamenta & donationes acquisitorum ex bonis Ecclesiæ, in favorem illegitimorum, non tamen hospitalibus expositorum & orphanorum, infirmantur & annullantur 101
Testes singulares regulariter non probant 41
Thalmud Hebræorum utrumque portentis, commentis, & blasphemiis in Christum & fidem Christianam multis refertum, damnatur 193
Thalmud quatenùs reficiatur, & quatenùs recipiatur ibid.
Tonsores aureæ argenteæque monetæ pœnâ supplicii ultimi sunt afficiendi 231
Trinitatem personarum in unitate substantiæ, Christi divinitatem, ejusque de Spiritu S. in utero virginis

ginis Mariæ conceptionem, profitetur fides catholica 1
Tractare de electione Pontificis, Pontifice adhuc vivente, monopolium est prohibitum 219
Traditiones Ecclesiasticas firmiter teneri debere, volunt catholici 123
Treuga 138
Turca occupatâ Pannoniâ excidium non solùm Italiæ, verùm etiam toti Europæ minatur 138

V.

Veneratio sanctorum 135
Veritas rei gestæ in dispensationum & aliarum gratiarum impetratione retecta, pœnâ falsi damnat impetrantes 141
Via, ne quis hæreticorum librorum veneno inficiatur, immunda, lectionis eorum prohibitio est 197
Vinum in usu Eucharistiæ mutatur in sanguinem Christi 124
Viri sanguinum, & Deo & hominibus exosi sunt 206
Vis, ut credat, nemini inferenda est 167
Vita seculi venturi speratur & creditur à fidelibus 123
Vnio beneficiorum 50
Voluntates ultimæ 99
Vota 141
Vsus indulgentiarum populo Christiano salutaris est 124
Vsus negotiationis omnis quæstuariæ & sordidæ interdictus est 120
Vsus pecuniæ in gratiam commercii, negotiorumque publicorum adinventus est 231
Vsus pensionis in beneficiis monasteriorum non conceditur 50

FINIS.



BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK KARLSRUHE

II

99

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

I

in neue entsprechende Decke / kt

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg